

ANTVERPIÆ, APVD IOANNEM MEVRSIVM. ANNO M. DC. XLIII.

IMPRESSION ANASTALTIQUE
CULTURE ET CIVILISATION
115, AVENUE GABRIEL LEBON
BRUXELLES
1966

ACTA
SANCTORVM

QVOTQVOT TOTO ORBE COLVNTVR,
VEL A CATHOLICIS SCRIPTORIBVS CELEBRANTVR,
QVÆ EX ANTIQVIS MONVMENTIS
LATINIS, GRÆCIS, ALIARVMQVE GENTIVM
COLLEGIT, DIGESSIT, NOTIS ILLVSTRAVIT

IOANNES BOLLANDVS
SOCIETATIS IESV THEOLOGVS,

Seruatâ primigeniâ Scriptorum phrasi.

OPERAM ET STVDIVM CONTVLIT

GODEFRIDVS HENSCHENIVS
EIVSDEM SOCIETATIS THEOLOGVS.

IANVARII TOMVS II.

XVI. posteriores dies complectens.



ANTVERPIÆ,
Apud IOANNEM MEVRSIVM.
ANNO M. DC. XLIII.

EMINENTISSIMO
PRINCIPI
FRANCISCO BARBERINO
S. R. E. CARDINALI
VICECANCELLARIO.

SANCTORVM animæ, EMINENTISSIME PRINCEPS, in manu Dei ſunt. Acta eorum, & corpora pleraque, præſidio exemploque relicta in terrâ mortalibus: quamquàm & hæc rediuiua olim pompâ triumphali euehentur in cælum: illa verò iam Dei digito deſcripta ſunt in libro Vitæ. At quæ humanis monumentis, ad eruditionem poſterorum, ipſorumque laudem Sanctorum, conſignauêre Maiores noſtri, ea & diaboli furor quondam Gentilium armatus crudelitate, nunc etiam Hæreticorum, abolere conatur, & ipſa conſumit vetuſtas, & (fatendum eſt enim) æui fortaſsis ſuperioris inſcitia ſuppreſsit, noſtri faſtidium.

Ea me ſtimulauit cauſſa, vt eruere è latebris, ac deterſo diuturni ſitus ſquallore proferre in lucem diſcuſſa apteque recenſita molirer. Opus verò vniuerſum DE SANCTIS cui dicarem, niſi SANCTISSIMO PATRI VRBANO, quem Chriſtus Diuinæ ſuæ voluntatis interpretem, Vicarium poteſtatis conſtituit, omniſque Iudicem ſanctitatis? Ab eo Tu ſecundus occurriſti, cui vellem deberemque alteram illius conſecrare partem operis. Non diffido fore,

vt vltrò VRBANO Patruo probetur labor hic meus, quem, ac vitam omnem, Sanctorum gloriæ, Ecclesiæ dignitati, ipsiusque nominatim propugnandæ auctoritati dicaui: sed vbi Tu Patronus accesseris, multò etiam serenior affulgebit, animosque ad reliquum consummandum opus sufficiet, benignissimæ radius VRBANITATIS.

Iussisti me pridem, EMINENTISSIME PRINCEPS, hunc à Te fauorem sperare, qui me in extremis hisce oris terrarum commorantem nosse non es dedignatus; vilem homuncionem, in eminentissimo ipse constitutus dignitatis & sapientiæ fastigio. Nempe vt magni Numinis proprium est, cuncta intimè peruadere ac rimari; vt Supremi Pastoris, nullam vel in vltimo orbis angulo, quantúmvis abiectam ouiculam gregis sui negligere; id videris Tuum esse voluisse, qui tam propinquo ad vtrumque gradu accedis, vt intelligas quid singuli vbique moliantur ac designent operis, quod quidem ad Ecclesiæ videatur vtcumque ornamentum pertinere.

Suscipe igitur, EMINENTISSIME PRINCEPS, lucubrationes has meas, quārum vltro sæpius apud varios è nostro ordine dignatus est meminisse. Eas si Tibi probari sensero, tantò impensiùs reliqua Diuorum gesta dilucidanda aggrediar: & si quid minùs assequar ipse, exemplo fortassis alios prouocabo, maiore præditos eruditione; vt quæ me fugerunt, ipsi è ruderibus venerandæ antiquitatis exsuscitent. Fuit ea temporum nostrorum felicitas, vt multa Sanctorum corpora, dudum obliuione cōsepulta, reperta sint, ipsiusque auctoritate & munificentiâ VRBANI in honorifi-

norificentiorem locum repoſita. Annuant quoque illud Cælites, vt pridem ignorata, vel fœdè vitiata ipſorum Acta, veteri quidem habitu plenoque grauitatis, ſed pura & à ſuo repurgata ſquallore, vulgentur. Tu conatus tenues meos, PRINCEPS EMINENTISSIME, quâ hactenùs, beneuolentiâ prouehe. Id te ſubmiſsè obteſtor, æternùm

EMINENTIÆ TVÆ

Deuotiſsimus cliens

IOANNES BOLLANDVS.

BENIGNO LECTORI.

QVÆ in Præfatione generali ad ABBATEM LÆTIENSEM ante priorem tomum explicaui, hîc non repeto: ea vt conſulas, Lector, ſi tanti eſt tibi conſilium in hocce adornando opere meum intelligere, rogo; aut ſaltem commentationes has de Sanctis priùs ne cenſoriâ ſeueritate notes, quàm quæ iſthic omnium expoſita ratio eſt, perlegas.

Nam primùm, quæ hîc traduntur, non eſſe ea eiuſmodi contendo, vt auctoritatem obtineant ac pondus, quod illa habent quæ ſunt Eccleſiæ ſacroſancto iudicio comprobata: licet nihil à me dictum ſcriptumvé exiſtimem, quod non eiuſdem Sanctiſſimæ Matris Eccleſiæ ſit Decretis ac voluntati conſentaneum: aut ſi quidquam imprudenti excidit, quod Summorum Pontificum legibus, aut Conciliorum ſcitis cenſeri poſſit vllo modo repugnare, id ipſe vltro abdico, damno, reſpuo, ac repudio funditus. Nominatim verò ne vlla cuiuſquam, qui non videatur *per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum virorumque ſanctorum ſcripta, vel longiſſimi temporis ſcientiâ ac tolerantiâ Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarij*, cultum venerationemque obtinuiſſe, *miracula, vaticinia, arcanorum manifeſtationes*, narrarem, ſedulò caui: quibus cæleſtes iam olim honores decretos, aut pio populorum conſenſu, conniuentibus Chriſtianæ religionis Antiſtitibus, prærogatos, non putaui; eorum vel res geſtas, etſi ab alijs traditas litteris, non edidi, vel ijs certè *Beatorum* aut *Sanctorum*, dignitatis pleniſſimam, appellationem non tribui. Planè verò & ingenuè teſtificor, cupere me vt vniuerſa quæ ſcripſi hîc & edidi, eo ſolùm loco habeantur, quo HISTORIA HVMANA, cui tantum eſſe fidei debeat, quantum ſinguli merentur, à quibus accepi, auctores. Si quid à me obſeruatum, aut ſpectatum narro, nec alio firmatum teſtimonio; id ſic accipi velim, vt ab homine traditum, qui errori ſim, pro imbecillitatis humanæ modo, propriâque ingenij & iudicij infirmitate, obnoxius; qui tamen & multum operæ ac temporis in ijs, quæ trado, diſcutiendis poſuerim, & mori millies malim, quàm vt ſciens quemquam fallam.

Hæc autem aliaque luculentiùs in eâ Præfatione explicaui. Hîc ſolùm rogare te volui, Lector, vt quæ iſthic ſcripſi, inſpicere ne dedigneris. Intelliges quâ occaſione, quâ Maiorum auctoritate, quorum ſecutus exempla, ad hæc elucubranda acceſſerim: quamobrem hæc olim HERIBERTVS ROSVVEYDVS noſter, poſt Surium ac Lipomanum, ſit aggreſſus; qualem vniuerſi operis formam adumbrârit; quid in eam rem coaceruârit veterum monumentorum; quæ intereà ſcripſerit vulgaritque opera, quæ alia meditatus ſit, perpetuo hortatore ac ſtimulatore, Lætienſium Monachorum ſanctiſsimo Archimandritâ ANTONIO VVINGHIO: tum quid ego ſpectem, quatenùs Roſvveydi inſiſtam veſtigijs, in quam molem prouehere opus nitar, cuius tum eidem, dum viueret, ſapientiſsimo VVINGHIO, tum alijs grauiſsimis viris, probata ratio eſt.

Perſpicies deinde quem ordinem ac methodum ſim ſecutus, ac quamobrem: vt primò Sanctorum, qui ſingulis diebus coluntur nomina grandiori ſint charactere expreſſa, ſeruatâ temporum quibus ſinguli vixerunt ratione: tum vt reiecti quidam in alios dies, quorum vel multiplex vno loco, vel eadem non eodem die varijs in locis agitur ſolennitas; alij prætermiſſi omnino, quorum mihi de ſanctitate non erat certò exploratum Eccleſiæ iudicium. Prolegomenωv quoque, ſeu præuiarum ad quamque vitam diſſertationum ratio eſt explicata; eorumque; ac vitarum ipſarum partitio; cur miracula relata Sanctorum, Tranſlationes, aliaque id genus,

genus, vtque ſingulis capitibus breuia ſubiuncta ſcholia, ſiue annotationes, doctis non neceſſariæ, vulgo vtiles, & probatæ viris eruditis. Ipſarum litterarum explicatum diſcrimen, & quæ alia ad perſpicuitatem & Lectorum commodum excogitata, cuiuſmodi hæc ſunt: Dies & annus mortis cuiuſque Sancti indicatus in margine, ſingularum tituli paginarum, in earum vnaquâque nomen expreſſum ſcriptoris, à quo vita eſt, quæ iſthic datur, compoſita: capitum diuiſio ac tituli: compendia in margine omnium quæ traduntur.

Tum Indicum explanata ratio eſt & varietas: quis eos concinnârit, quâ induſtriâ ac iudicio. Eorum duo, videlicet *Alphabeticus* Sanctorum, quorum quoque tomo geſta narrantur, vel illuſtratur natalis, & *Chronologicus* perbreuis, Vitis præfixi, poſt Præfationem. Reliqui quatuor ad calcem tomi cuiuſque reiecti, videlicet *Hiſtoricus*, nomina complectens hominum quæ hoc tomo memorantur, etiam Sanctorum, ſed non eorum quorum eſt in primo Indice peculiariter recenſitus natalis, niſi ipſorum in alijs Diuorum Actis iterum mentio fiat; *Topographicus* locorum; Grammaticus, vel *Onomaſticus*, vocum barbararum vel abſtruſiorum; &, cuius maxima erit vtilitas, *Moralis*, earum rerum, quæ in concionibus, explanationibus Scripturarum, aſceticis inſtitutionibus, pertractari ſolent, non ſolùm virtutum ac vitiorum. Singulis autem tomis ſui ſunt Indices.

Styli denique ratio eſt explicata; cur proprius cuique auctori aſſertus, nec expolitus qui rudis ac ſemibarbarus; cur meus obuius minimeq; operoſus. Inuidioſæ diſceptationes de quarumdam gentium Apoſtolis, Sanctis alijs, Scriptoribus, conſultò à me declinatæ: aculeatus in neminem à meâ diſcrepantem ſententiâ, ne hæreticos quidem, extra eas controuerſias quæ ad fidem pertinent, ſtylus vibratus: Ordines religioſi quâ decuit reuerentiâ laudati. Demum quæ alia mediter opera, ſi Deus Sanctiq; annuerint, perſpicies.

Satis prolixè in eadem Præfatione diſputaui, quæ ſit eorum Actorum, quæ edo, probabilitas: qui gradus Hiſtoricorum: horum quàm multa poſteà interpolata opera, & quandoque perperàm: quàm multa ex famâ & vulgi narratiunculis conſcripta, quam illa fidem mereantur, quo à me ſtudio diſcuſſa, ac ponderata. Multa ab hæreticis vitiata; ab alijs quoque conficta, vel fidem ſupra ornata, parùm laudabili exemplo: vitata vtraque mihi, quà licuit. Monui tamen ne temerè commentitia & fabuloſa eſſe quis ea conclamet, que ipſi fortaſſis paradoxa videntur, priuſquàm illa accuratè examinârit. Neque enim viri prudentis eſt, ita præcipitem eſſe in ijs, quæ nõ probat, continuò proſcribendis ac damnandis. Apocrypha quoque eſſe multa oſtendi, quæ non ideò falſa omnia, etiam veterum Patrum ſcripta nonnulla, & Sanctorum quidem, vt Alexandrini Clementis, & alia à S. Gelaſio olim vetita in Eccleſiæ conuentibus publicè legi, quæ tamen priuatim legi fructuosè poſſint.

Expoſui quibus adiutoribus, quibus ſcriptorum adminiculis, tum vulgatorum & publici iam iuris, tum manu exaratorum, ſim vſus; ac præſertim quàm amicâ, fideli, certâ & conſtanti, GODEFRIDI HENSCHENII noſtri operâ; quàm ille multa monuerit, ſuaſerit, ipſeque digeſſerit ac illuſtrarit: quam ob cauſſam toto ferè opere, plurali verbo effero, quæ inueniſſe me, ab amicis accepiſſe, obſeruaſſe, contuliſſe, edidiſſe, priùs etiam ſcripſeram, vt cum eo communicem quam meretur laudem, eius præſertim operis, cuius ab eo ſperari poſſe abſolutionem confido, ſi quid mihi humanitus eueniat; vt eſt egregiâ memoriâ, iudicio, plurimarum diſciplinarum ſcientiâ præditus. Quamquàm neq; ego hîc vllam vel ſpecto, vel ineſſe arbitror laudem, præterquàm diligentiæ; quam ſi Deo & Sanctis probauero, præclarè me operam collocaſſe exiſtimabo; neque idem fidus & indefeſſus adiutor meus, aut ſibi aut vlli, præterquàm Deo & Sanctis, quidquam ex ſuo labore accedere laudis exoptat.

De Martyrologijs Faſtiſque Eccleſiaſticis tum Latinis, antiquis & recentibus, tum Græcis gentiúmque aliarum diſſerui, ſed breuiùs fortaſſis, quàm multi optarent. Verùm licebit aliàs, vt ſpero, pleniùs, cùm pleraque ex ijs edam; præſertim ſi, quod vnicè te rogo, Lector bencuole, quæ nanciſcere vetera eiuſmodi Martyrologia communicâris, vt cum ijs quæ habeo conferam, aut ſi nullum anteà habui exemplar, id certè quod tuo beneficio nactus ero, tuo nomine publicem. Atque vtinam quæ alibi latere dicuntur tum Græca Menologia, vt illud ſæpius Baronio citatum, quod Baſilij Imperatoris iuſſu ab 800. propè annis ſcriptum dicitur, tum Ruſſorum Catholicorum, Syrorum, aliorum Kalendaria, conſequi poſſim!

Poſtremò id te precor, vt quid à ceteris huius mei operis lectoribus petierim, in animum inducas vel curſim peruoluere; & votis tu quoque annuas meis, & quæ me quantumvis ſedulò omnia indagantem fugerunt Sanctorum Acta, Translationes, miracula, & quæcumque alia amplificandæ ipſorum gloriæ exiſtimabis conducere, benignè ſuppedites: neu ſinas defoſſos latere veteres illos maximi pretij theſauros, ſed ad communem Eccleſiæ vtilitatem, tuamque, in publicum efferas. Habebunt gratiam poſteri, referent Sancti.

Si quid ſcripſi, quod cum certioribus quæ habes monumentis non conſentiat, non ſolùm ignoſcas velim, ſed & moneas viamq; commonſtres. Libens retractabo. Eſſe me hominem ſcio, & labi poſſe, in tanto præſertim opere, & in rebus ita procul à finibus noſtris atque ætate geſtis. Cui ſit ita cautum, vt non in auctorem aliquem minùs ſolidum aliquando incidat, vel cùm inciderit, non ſequatur imprudens, aut non in inueſtigandâ veritate vſpiam hallucinetur?

Nec difficile erit ad me in hanc vrbem, ad quam ex omnibus Europæ prouincijs, ſingulis ferè hebdomadis, veredarij aduentant, litteras dare, ſi voles. De alijs monumentis quæ maioris eſſe molis videbuntur, quo pacto poſſint huc deferri, diſpiciam, vbi tuam cognouero propenſam voluntatem.

Demum id te obteſtor, vt Deum ac Sanctos pro me ores, vt horum adiutus patrocinio, illius gratiâ, ita ipſe quæ deſcribo alienæ virtutis exempla imiter, itaq; rationes omnes meas inſtituam, vt quæ nunc eminùs ſpeculor, coràm aliquando contemplari merear ipſorum decora atque ornamenta.



IN-

INDEX
SANCTORVM
XVI. POSTERIORVM DIERVM IANVARII.

HIc Index eos ſolùm continet Sanctos, quorum natalis ſecundo Tomo, ſiue XVI. *poſterioribus diebus Ianuarij, agitur; ſiue eorum res geſtæ narrentur, ſiue tantùm memoria illuſtretur. Quorum ſit in aliorum Actis mentio, ſed ad priorem tomum aut alios menſes natalis pertinet, eorum nomina tertio Indice, ſiue Hiſtorico referuntur; vti & horum quoque, ſi alibi hoc ipſo tomo rurſum, non in propriis Actis, occurrant.*

Præfigitur cuique Sancto dies quo colitur. Additur ordo, laureola, locus mortis vel præcipuæ venerationis. Tum quidquid de eo hîc traditur: an vita? quo auctore? vnde? quid ſingula capita contineant? an præfixa Prolegomena, ſiue præuiæ de rebus ad eum Sanctum pertinentibus diſſertationes? an in paragraphos diſtributæ? denique ſumma eorum quæ de vnoquoque dicuntur, ſubiicitur oculis.

Non eſt præfixa littera S, aut B, vel † vt in tertio Indice: nam cùm omnes vel plerique Sancti ſint aut Beati, qui hoc Indice continentur, non eſt neceſſe eum titulum ad differentiam vſurpare. Litteræ A, B, C, &c. quæ, vt in quatuor poſterioribus Indicibus, certum expreſſæ paginæ ſpatium deſignent, rarò additæ ſunt, quia cùm maiori charactere impreſſa Sanctorum nomina ſint, non eſt difficile vnico oculi coniectu ea reperire: ideò nec ad marginem eædem conſignatæ ſunt hîc litteræ.

Notæ contractionum hîc vſurpatæ, ſunt iſtæ communiores: Mrol. *Martyrologium.* Mroll. *Martyrologia.* MS. *manuſcriptum.* MSS. *manuſcripta.* Mlog. Gr. *Menologium Græcorum.* Men. Gr. *Menæa Græcorum.* M. *Martyr.* MM. *Martyres.* Preſb. *Presbyter.* Ep. *Epiſcopus.* V. *Virgo.* VV. *Virgines. Reliquæ obuiæ ſunt.*

A

19 ABachum fil. SS. Marij & Marthæ, M. Romæ. *à pag. 214. ad 219. Vide* Marius.
29 Abibas Martyr Samoſatæ. *Ex Menæis Græcorum.* 950
16 Accurſius Mart. Ord. S. Franciſci in Mauritania, *à pag. 62. ad 71. Vide* S. Berardus de Carbio.
17 Archilleus Confeſſor. *Ex Vitis PP. & Men. Gr.* 164
31 Adamnanus Presbyter, Coldinghami in Scotiâ. *Prolegomena ex variis 1120.* Vita *ex hiſtoriâ Angl. Bedæ.* 1120
30 Adelelmus Abbas, Burgis in Hiſpaniâ. *Prolegomena. 1056.* Vita *ex Hiſpanico Ioannis Mariettæ cap. 1.* Adelelmi inſtitutio, militia, conuerſio *1057. cap. 2.* virtutes ac miracula ante Sacerdotium *1058. cap. 3. & 4.* Sacerdotium, alia miracula *1058. 1059. cap. 5.* obitus, miracula pòſt facta 1060
25 Adelvviua mater S. Popponis, in Galliâ Belgicâ. *In vitâ S. Popponis* 638. b. *641. & 642*
16 Adiutus Mart. Ord. Minor. in Mauritaniâ. *à pag. 62. ad 71. Vide* S. Berardus de Carbio.
28 Æmilianus M. Ep. Trebiæ in Italiâ. *Ex Ferrario.* 883
26 Æmilianus M. in Africâ. *Ex Martyrol. MSS.* 708
25 Agapis M. *Ex Martyrol. Romano* 618
24 Agapius M. in Siciliâ. *Proleg. Acta ex Men. Græc.* 592
23 Agathangelus M. Ancyræ. *In Actis S. Clementis Ancyrani.*

Eius veneratio *458. 459. & 460.* conuerſio *475.* geſta in itinere Nicomedienſi *464. & 475.* torméta Nicomediæ *465. & 476.* Ancyræ *465. & 477.* Amiſi *466. & 478.* Tharſi *464. & 479. & 480.* cædes *468. & 482.*
18 Agatho M. in Ægypt. *Acta MSS.* 188
21 Agnes V. M. Romæ. *Prolegom. 350.* Vita *auctore S. Ambroſio, collata cum MSS. cap. 1.* S. Agnes nubere recuſat *351. cap. 2.* Lupanari flammiſque ſuperior, gladio percutitur *352. cap. 3.* S. Emerentianæ cædes: Conſtantiæ conuerſio *353.* Acta *ex Menæis* 354
De reliquiis S. Agnetis. *Prolegom. §. 1.* Baſilicæ ac reliquiæ S. Agnetis Romæ *354. §. 2.* Vltraiecti *355. §. 3.* aliquæ in Galliâ *356.* Tranſlatio reliquiarum eius & S. Benigni Ep. è Galliâ Vltraiectum, *ex MSS. c. 1.* Reliquiæ defoſſæ, reuelantur Amolvvino ruſtico *357. cap. 2.* inuentæ à Lamberto Presb. *358. cap. 3.* Feſta profanantes puniti *359. cap. 4.* Reliquiæ Vltraiectum tranſlatæ *359. Aliquæ olim tranſlatæ Conſtantinopolim, inde in Hiſpaniam. Prolegom. 360. Narratio tranſlationis ex Domenecco 360.* Miracula S. Agnetis. *Ex variis 361. ex Thomâ à Kempis.* §. 1. Ope S. Agnetis pulſa ægritudo *362.* §. 2. amiſſa pecunia recuperata *362.* §. 3. alia beneficia 363
31 Aidanus, ſiue Medocus, Ep. Fernenſis in Hiberniâ. *Prolegom. III.* Vita *ex MSS. cap. 1.* S. Aidani ortus, ſancta ado-

adoleſcentia *1112.* *cap.2.* geſta in Britanniâ ſub diſciplinâ S.Dauidis Ep.*1113.* *cap.3.* reditus in Hiberniam varia miracula *1114.* *cap.4.* victoria de hoſtibus obtenta.vis eleemoſynæ. Epiſcopatus *1115.* *cap.5.* vita & ſanitas reddita eius meritis. egentibus allata ſubſidia *1116.* *cap.6.* varia vaticinia. ſalus Regibus obtenta *1117.* *cap.7.* mortuus ſuſcitatus.alia miracula *1118.* *cap.8.* curioſitas punita *1119.* *cap.9.*Poſt mortem miracula *1119*

17 Alba M.in Africâ.*Ex Mroll.MSS.* *80*

26 Albericus I.Ab.Ciſtercienſis.*Prolegom.753.* Vita *auctore Chryſoſtomo Henriquez.* *cap. 1.* S.Alberici præfectura Ciſtercienſis *754.* *cap.2.* mutatio habitus monachorum *755.* *cap.3.* ſanctitas Ordinis viſione declarata *755.* *cap.4.*Ordinis confirmatio , leges ſancitæ *756.* *cap.5.* Alberici morbus, obitus,exequiæ *758*

30 Aldegundis Virg.AbbatiſſaMalbodij in Belgio.*Prolegom. 1034.* Vita *è MSS.* *cap.1.* S.Aldegundis ortus , pia educatio *1035.* *cap.2.* viſiones cæleſtes illi oblatæ *1036.* *cap.3.* virtutes;miracula *1038.* *cap.4.* alia miracula.obitus *1039.* Alia vita *auctore Hugbaldo ex MSS. & Surio. Dedicatoria auctoris 1040.* Prologus *1040.* *cap.1.* S.Aldegundis ortus, inſtitutio, viſiones *1041.* *cap.2.* propoſitum ſeruandæ virginitatis à matre oppugnatum *1042.* *cap.3.*parentibus probatum *1043.* *cap.4.* velum ſuſceptum. monaſterium inſtitutum *1043.* *c.5.* virtutes.miracula *1044.* *cap.6.* viſiones , prophetia, ægritudo *1045.* *cap.7.* obitus, miracula.*1046.* Alia Vita *ex MSS.* *cap.1.* S. Aldegundis ortus , præclari mores *1047.* *cap. 2.* ſpretum coniugium. ſeceſſus *1047.* *cap.3.* cœnobium Malbodij inſtitutum *1048.* *cap.4.* miracula,viſiones,ægritudo *1049*
Tranſlationes variæ.*Prolegom.1050.* Hiſtoria II. Tranſlationis *auctore Adriano Præpoſito Malbod. 1051.* Hiſtoria III. Tranſlationis *auctore teſte oculato.* *cap.1.*Tranſlatio decreta *1052.* *cap.2.* ſolemniter peracta *1053.* *cap.3.* reliquiæ venerabiliter reconditæ *1054*

30 Alexander Mart.*Ex variis Mroll.* *1026*

28 Alexandrini Martyres ſub Conſtantio.*Prolegom.840.*Epiſtola Alexandrinorum de horum Martyrio *ex S.Athanaſio* *840*

26 Alphonſus Ep.Aſturic.in Gallæciâ. *Ex Molina & Mariettâ* *751*

25 Amarinus,ſiue Marinus Ab.in Galliâ,M. *In Actis S.Præiecti Ep.* *628.629.631.632.& 635*

23 Amaſius Ep.Teani in Italiâ. *Prolegom. 484.* Vita *ex Actis Eccleſiæ Teanenſis* *484. & 485*

26 Ammonas Ab.in Thebaide.*Ex Vitis PP. & Men. Gr.* *722*

19 Ammonius Ep.Dertonenſis in Italiâ. *Ex Ferrario* *226*

31 Ammonius M.Alexandriæ.*Ex Mroll.* *1080*

18 Ammonius M.in Ægyp.Acta *ex MSS.* *188*

18 Ammonius miles Martyr in Ponto. *Ex variis* *188*

30 Amnichadus monachus incluſus Fuldæ in Germ. Vita *ex variis collecta* *1055*

25 Ananias Apoſtolus M. Damaſci. *Prolegom. 613. & 1151.* Acta *ex MSS.Græco* *613*

16 Ananus M.Romæ viâ Appiâ.*Ex Mroll. MSS.* *3*

22 Anaſtaſius M.in Hiſpaniâ Tarraconenſi.*Ex variis* *457*

22 Anaſtaſius Perſa mon. Mart. in Aſſyriâ *Prolegom.* *§.1.* Acta antiquitus conſcripta. *422.* *§.2.* tempus conuerſionis ad fidem & martyrij *423.* *§.3.* locus martyrij. monaſterium eius,vbi? *424.* *§.4.*modus martyrij. reliquiæ è Palæſtinâ tranſlatæ. publica veneratio *424.& 1145.* Acta *ex MSS. Latinis. Prologus 426.* *Cap.1.* S.Anaſtaſij ad Chriſtum conuerſio *426.* *cap.2.* Vita monaſtica,deſiderium martyrij *427.* *cap.3.* captiuitas,verbera,quæſtiones Cæſareæ Palæſtinæ *428.* *cap.4.* pietas & conſtantia in carcere *429.* *cap.5.* tormenta in Perſide tolerata *430.* *cap.6.* martyrium,ſepultura *431.* Eadem Acta *ex.MS.Græco.Prologus 432.* *cap.1.mutilum 432.* *cap.2.* vita monaſtica,deſiderium martyrij *432.* *cap.3.*varia Cæſareæ tolerata tormenta *433.* *cap.4.* pietas & conſtantia in carcere *434.* *cap.5.* tormenta in Perſide tolerata *435.* *cap.6.* cædes , reliquiæ. *436.* Miracula *Auctore teſte oculato ex MS.Græco* *436. & ſeqq.*

30 Andreas Corſinus Ep. Feſulanus , Ord. Carmelit. *Prolegom.* *§.1.* tempus Sedis & obitus ; Acta *1061.* *§.2.* antiqua veneratio , ac beatificatio *1062.* *§.3.*canonizatio *1063.* Vita *auctore Petro Andreâ de Caſtaneis.* *cap.1.* S.Andreæ ortus , educatio , vita in ſeculo *1064.* *cap.2.* ingreſſus in religionem. tirocinium. profeſſio. *1065.* *c.3.* virtutes. ſacerdotium *1066.* *cap.4.* miracula. præfectura conuentus Florentini *1067.* *cap.5.* Epiſcopatus Fæſulanus. *1068.* *cap.6.* obitus. ſepultura , tranſlatio *1069.* *cap.7.* victoria Florentinorum. veneratio reliquiarum S.Andreæ *1070.* *cap.8.* miracula *1071.* Alia vita *ex MSS.& Surio.Prologus 1073.* *c.1.* S.Andreæ ortus , educatio , tirocinium *1073.* *cap.2.* profeſſio. ſacerdotium. monaſterij præfectura *1074.* *cap.3.* Epiſcopatus. Legatio Apoſtolica. eximiæ virtutes *1075.* *cap.4.* obitus. ſepultura. tranſlatio *1076.* *cap.5.* victoria Florentinorum. Andreæ ſolennis cultus *ibid.* *cap.6.* varia miracula *1077.* Recentiora , *ex relatione Cardinalis Deti ad Vrbanum VIII.* *1077*

26 Anſurius Ep. Aurienſis in Gallæciâ. *Ex Molinâ, Mariettâ, Mrol.* *751*

25 Antimaſius Mart. Puteolis *ex Mroll.MSS.* *616*

17 Antonius Magnus Abbas in Thebaide. *Prolegom.* *§.1.* Ægypti varia diuiſio. S. Antonij natale ſolum *107.* *§.2.* duplex eius eremus, mons,monaſterium *108.* *§.3.* Exercitatio prima monaſtica in Ægypto. *109.* *§.4.* ætas S.Antonij cum ſucceſſione Imperatorum collata *110.* *§.5.* Diſcipuli eius in Thebaide inferiore *111.* *§.6.* per reliquam Ægyptum *111.* *§.7.* extra Ægyptum.monachatus per orbem diſperſus *112.* *§.8.*Vita S.Antonij Græcè conſcripta *113.* *§.9.* in linguam Latinam tranſlata *114.* *§.10.* ab hæreticis fruſtrà impugnata *115.* *§.11.* vnde hîc edita *116.* *§.12.* eius lectio vtilis *117.* *§.13.*S.Antonij publica veneratio *117.* *§.14.* doctrina *118.* *§. 15.* diſciplina monaſtica *119*
Vita *auctore S. Athanaſio Epiſcopo. Prologus Euagrij interpretis 120.* *Prologus auctoris 121.* *cap.1.* S.Antonij pia educatio. vita anachoretica *121.* *cap. 2.* prima dè diabolo victoria. arcta abſtinentia *122.* *cap 3.*ſeceſſus in ſepulchrum. variæ dæmonum oppugnationes *123.* *cap.4.* ſeceſſus in eremum. miracula. monaſteria extructa *124.* *cap. 5.* adhortatio ad feruorem ſpiritus *125.* *cap.6.* monita de technis dæmonũ *126.* *cap.* 7. de imbecillitate dæmonum *127.* *cap.8.*de diſcretione ſpirituum *128.* *cap.9.*ſuperiora monita, exemplis ipſius cònfirmata *129.* *cap.10.* peroratio , & fructus exhortationis *129.* *cap.11.* deſiderium martyrij, miracula *130.* *cap.12.* ſeceſſus ad interius deſertum , tentationes *131.* *cap.13.* viſitatio priorum monaſteriorum *132.* *cap.14.* energumenorum liberatio. abſentium notitia *132.* *cap.15.*donum curationum.notitia ſtatus animarum *133.* *cap.16.* reuerentia Cleri.odium hæreſis *134.* *cap.17.* diſputatio cum Philoſophis *135.* *cap.18.* Epiſtolæ Imperatorum ad ipſum. præuiſa Eccleſiæ afflictio *137.* *cap.19.* patrocinium afflictorum *138.* *cap.20.* poſtrema monita ad Piſpiritanos monachos *139.* *cap. 21.* præparatio ad mortem. mors. ſepultura. *140.* *cap.22. Epilogus S.Athanaſij 140.* *Epilogus Euagrij interpretis* *141*
Apophthegmata & collationes aliaque ad vitam S.Antonij pertinentia , *Ex Caſſiano & vitis PP.* *cap 1.* Renuntiatio ſeculi *141.* *cap.2.* Pœnitentia. patientia *142.* *cap.3.* Tentationes. diſcretio *143.* *cap.4.* humilitas. mortificatio *143.* *cap.5.* amor Dei,intentio pura *145.* *cap.6.*amor & inſtructio proximi *145.* *cap.7.* Eulogij Alexandrini & alterius inſtitutio *146.* *cap 8.* Exercitatio S.Pauli Simplicis *147*
Tranſlatio prima reliquiarum Alexandriam. ſecunda

da Conſtantinopolim, *Ex variis 148.* Tranſlatio III. Viennam Galliæ. *Prolegom.150.& 1153.* Hiſtoria tranſlationis, *ex officiis ord. Antoniani 151.* Alia hiſtoria *ex MSS. 151.* Alia *Ex Aimaro Falcone. cap.1.* occaſio profectionis Iocelini in Orientem *152. cap.2.* eius peregrinatio. obtentæ reliquiæ *153. cap.3.* eccleſia S.Antonij extructa 154. *cap.4.* dedicata à Calliſto II.*155. cap.5.* ditata. reliquiæ tranſpoſitæ *155*

Miracula S. Antonij.*Ex variis.* §.*1.* Ignis ſacer.miracula ad reliquias S.Antonij *156.* §.*2.* Miracula in Belgio & Germaniâ *157.& 1135.* §.*3.* imago aliaq; promiſcui cultus analecta *158.& 1135.* § *4.* pœna in blaſphemos,alioſque impios *159.& 1135.* Ordo S.Antonij. *cap.1.* Ordinis origo, inſigne *160. cap.2.* Generales Magiſtri,Abbates *161. cap.3.* alter ordo S.Antonij in Ægypto & Æthiopiâ *162*

17 Antonius monachus Romæ. *Prolegom.ex variis p.164.* Vita *ex dialog.S.Gregorij* *164*

25 Apollos ſiue Apollonius Ab. in Thebaide. *Prolegom. ex Martyrol.& aliis 623.* Vita *ex Palladio. cap.1.* S.Apollonij exercitatio anachoretica *624. cap.2.* tolerata vincula. cœnobij cura *624. cap.3.* Gentilium conuerſio *625. cap.4.* annona diuinitus procurata. hoſpitalitas.Euchariſtia *626. cap.5.* monita. diſcipulorũ ſanctitas *627*

21 Aptadius Ep.Metenſis.*ex Florario MS.& alijs* *1145*

23 Aquila M.Neocæſareæ in Mauritaniâ.*Ex Mroll.* *455*

21 Aquila M. Trapezunte in Cappadociâ. *Ex Men. Gr.* *349*

22 Aquilina, eiuſque maritus,parentes S.Victoris, MM.Gerundæ in Hiſpaniâ. *Ex SS. Vincentij & Orontij Actis 389.& 392.*

29 Aquilinus Presb. M.Mediolani.*Prolegom.970.* Vita *ex officiis Canonic.regular.Lateran.* *970*

18 Aratus M.in Ægypto. *Acta ex MSS.* *188*

26 Arcadius monachus, fil. SS.Xenophontis & Mariæ, Hieroſolymis. *Vide horum Acta* *723.ad p.730*

18 Archelaa, Thecla, Suſanna VV. MM. Salerni in Italiâ. *Prolegom. 190.* Acta *ex MSS.191.* Tranſlatio *ex MSS. 192.* Alia Acta *ex Italico Pauli Regij. cap.1.* S.Archelaæ & ſociarum ſanctitas,miracula *192. cap.2.* varij cruciatus,glorioſa mors *193*

30 Armentarius Ep.Ticinenſis in Italiâ. *Ex Ferrario & aliis Mroll.* *1055*

29 Arnulphus M.Cyſonij in Belgio. *Prolegom.971.* Vita metrica *auctore Canonico Cyſonienſi ex MSS.* *972*

19 Arſenius Ep. Corcyræus. Vita *ex relatione Vicarij Iaderenſis* *1138*

25 Artemas puer M.Puteolis. *Prolegom. 616.* Acta *auctore Petro ex MSS.* *616*

24 Artemius Ep.Aruernenſis in Galliâ *Ex S.Gregorio Turon. & Mrol.* *592*

23 Aſclas M.Antinoj in Theb.*Proleg.456.* Acta *ex MSS.456*

18 Aſterius M.*Ex variis.* *190*

31 Athanaſia M.in Ægypto. *In Actis SS.Cyri & Ioannis 1081. 1086.1087*

31 Athanaſius Ep. Methonenſis in Peloponneſo. *Prolegom. 1125.* Vita *auctore Petro Siculo Argiuor. Epiſc. ex MS. Grac. cap.1.* Exordium & propoſitio *1125. cap.2.* S.Athanaſij ortus,exilium, vita monaſtica *1126. cap.3.* monaſterij præfectura, Epiſcopatus *1127. cap 4.* efficaces exhortationes *1128. cap.5.* virtutes, miracula *1128. c.6.* extrema monita *1124. cap.7.* mors.miracula *1130*

26 Athanaſius Ep.Surrentinus in Campaniâ. *Ex Dauide Romæo,& Ferrario* *732*

18 Athenogenes M.*Ex variis* *189*

19 Audifax fil.SS.Marij & Marthæ,M.Romæ. *à pag. 214. ad 219. Vide* Marius.

21 Augurius M.Diaconus Tarracone in Hiſp.*Prolegom.339. Acta ex MSS.* *340*

21 Auitus II.Ep.Aruern.in Galliâ.*Ex variis* *380*

27 Auitus M.in Africâ.*Ex Mroll.* *768*

27 Aurelius M.in Africâ.*Ex Mroll.MSS.* *769*

B

24 BAbylas Ep.Antiochenus,Vrbanus, Prilidianus, Epolonius,pueriMM.*Prolegom.ex variis* §.*1.* Babylæ dies natalis, Acta *569.* §.*2.* tempus mortis. vnúſne an duo fuerint *570.* Acta *ex MSS.& Mombritio. cap.1.* Quæſtio *1.* in S.Babylam *571. cap. 2.* Quæſtio *2.* in eum ac tres pueros, & horum matrem *572. cap.3.* Eorum cædes *573.* Alia Acta *ex MSS. cap.1.* Varia S.Babylæ cum tyranno decertatio *573. cap.2.* cruciatus illati S.Babylæ, tribus pueris & horum matri *574. cap.3.* cædes S.Babylæ & puerorum *575.* Alia acta *ex Metaphraſte. cap. 1.* S.Babylæ magnanimitas,doctrina *576. cap.2.* Babylæ & trium puerorum vincula, & tormenta *cap.3.* Eorum cædes *578* Tranſlatio reliquiarum S.Babylæ. *Prolegom.578.* Hiſtoria tranſlat.*ex Sozomeno 579.* Reliquiæ S.Babylæ Cremonam allatæ. *Ex Cauitellio,& Merulâ.* *580*

24 Babylas M.in Siciliâ.*Prolegom.* Acta *ex Men.Gr.* *592*

29 Baculus Ep. Surrenti in Campaniâ. *Prolegom.950.* Vita *auctore Dauide Romæo* *950*

29 Barbæa,vel Bebæa, M.Edeſſæ in Meſopotamiâ. *Ex Men. Gr.& variis Mroll.* *923*

30 Barſes Epiſc.Edeſſenus. *Ex Mroll.& Theodoreto* *1031*

24 Barſimas M.*ex Men.Gr.* *592*

30 Barſimæus Epiſ.Edeſſenus in Meſopotamiâ.*Ex Mroll.1026*

23 Baſilla M.Romæ viâ Salariâ.*Ex Mroll.MSS.* *455*

19 Baſſianus Ep. Laudenſis in Ital. *Prolegom. 221.* Vita *ex Mombritio. cap.1.* Baſſiani inſtitutio, conuerſio *222. cap.2.* fuga Rauennam, miracula *222. cap.3.* alia miracula,Epiſcopatus *223. cap.4.* dedicata baſilica, mortuus ſuſcitatus *224. cap.5.* SS.Ambroſij & Baſſiani obitus *224. cap.6.* Eius opportunum pauperi patrocinium *225. Vita Epit.ex officio Eccl. Lauden.226*

20 Baſilides M.*Ex Men.Gr.* *257*

20 Baſſus M.*Ex Men.Gr.* *257*

18 Baſtammonius M.in Ægyp. *Acta ex MSS.* *188*

18 Baſtamus M. in Ægyp. *Acta ex MSS.* *188*

26 Bathildis Regina Galliæ. *Prolegom.* §.*1.* Dies natalis *732.* §.*2.* Acta, patria, nomen *733.* §.*3.* variis cœnobijs facta beneficia *734.* §.*4.* S.Eligij de eâ & filijs prophetia. funus illius ab eâ curatum. ſplendor veſtium abdicatus *735.* §.*5.* cædes S.Annemundi, ſiue Delphini,an per eum curata *737.* §.*6.* de S.Radegunde V. *733.* Vita *ex MSS.Prologus 739. cap.1.* Bathildis ſancti mores, regiũ coniugium *739. cap.2.* regni adminiſtratio. pia opera *739. cap.3.* religioſa in cœnobio vita *741. cap.4.* ægritudo, obitus, miracula *741*

Alia vita *ex MSS.& Surio. cap.1.* Bathildis egregiæ virtutes, regium coniugium *742. cap.2.* regni adminiſtratio, pia opera *743. cap.3.* religioſa in cœnobio vita *744. cap.4.* ægritudo,obitus,ſepultura *745. cap.5.* comparatio cum alijs ſanctis Reginis *746* Tranſlatio S.Bathildis.*Prolegom.747.* Hiſtoria translationis *ex MSS.* *747*

18 Beatrix Ateſtina Sanctimonialis Ferrariæ. *ex Muſſato, Ioan.Bapt.Pigna,& varijs Martyroll.* *1136*

22 Bellicus M.in Africâ.*Ex Mroll.MSS.* *414*

23 Bellus M.Romæ viâ Salariâ. *Ex Mroll.* *455*

20 Benedictus eremita ord.Vallis-vmbroſæ in Etruriâ.*Prolegom.336.* Vita *ex Italico Eudoſij Locatelli* *336*

24 Benignus Archidiaconus Beneuent. in Ital. M. *ex Mario de Vipera* *606*

16 Berardus de Carbio,Otto Presb. Petrus à S.Geminiano, Adiutus, Accurſius,MM.Ord.S.Franciſci in Mauritaniâ.*Prolegom.* §.*1.* martyrij locus & tempus *pag.62.* §.*2.* cultus ſacer *63.* §.*3.* vitæ ſcriptores *64. Acta auctore Ioanne Tiſſerando ex MSS.* Prologus *65. Lect 1.* Iter Martyrum in Luſitaniam *65. Lect.2.* Hiſpali tolerata verbera. iter in Mauritaniam *66. Lect.3.* prædicatio. exilium. carcer. aqua diuinitus obtenta *66.*

Lectio 4.

Lect.4. varij cruciatus, tentationes, martyrium *67. Lect.5.* reliquiæ collectæ. miracula facta Marochij *67. Lect.6.* reliquiæ in Hiſpaniam delatæ,cũ miraculis, *68. Lect.7.* Conimbricam *68. Lect.8.* Viſio in obitu Vrracæ Reginæ *68. Lect.9.* conuerſio S.Antonij de Padua. iter S.Franciſci in Syriam *69.* miracula *ex Annal. Lucæ VVaddingi 69.* Alia miracula *ex Marco Vlyſſiponenſi 70.*Bulla Sixti IV.Papæ de eorũ veneratione *71*

23 Bernardus,vel Barnardus,Archiep. Viennenſis in Galliâ. *Prolegom.544. Vita ex officijs Ord.Antoniani 545. Alia ex MSS.546.* Miracula *auctore Adone Ep.547.* Tranſlatio *ex MSS.* *548*

24 Bertrannus Abbas S.Quintini in Galliâ. *Ex Vitâ S.Bertini & Mroll.* *608*

18 Beſſammonius M.in Ægyp.*Acta ex MSS.* *188*

22 Blæſilla vidua Romæ.*Ex S.Hieronymo & Mroll.* *416*

19 Blaithmacus Presb. Hibernus M.*Prolegom.236. Acta ex VValafrido.* *236*

31 Bobinus Ep. Trecenſis in Galliâ. Vita *ex variis collecta 1125.*

23 Boiſilus monachus Melroſenſis in Scotiâ. *Prolegom.540. Vitæ §.1.* S. Boiſili zelus *ex hiſt. Angl.Bedæ 540. §.2.* Cutberti inſtitutio. Boiſili obitus *ex vitâ S. Cutberti 540. §.3.* poſt mortẽ curatæ animæ. *ex eadem vitâ 541*

27 Bonoſus M.in Africâ.*ex Mrol.Ms.* *769*

25 Bretannio Epiſ. Tomis in Scythiâ. *ex Sozomeno & Mrol. Rom.* *621*

22 Brithvvaldus Ep.VVilton.in Angliâ. *Ex VVill.Malmesbur. & alijs* *446*

21 Buſiris Conf. Ancyræ in Galatiâ.*Ex Sozomeno & alijs 364*

C

19 CAcinanus,vel Cæcumarus M.in Africâ. *Ex varijs. 219*

24 Cadocus,ſiue Sophias, Ep.Beneuentanus in Italiâ M.*Prolegom. 602. & 1150.* Vita *ex MSS. & Capgrauio. cap.1.* Cadoci vita monaſtica, miracula *603. cap.2.* miracula *604. cap.3.* Epiſcopatus,martyrium *605*

21 Cæcilianus M.*Ex Mroll.MSS.* *341*

21 Cæleſtinus M.*Ex Mroll.MSS.* *341*

21 Cælianus M. *Ex Mroll.Mss.* *341*

27 Cælianus M.in Africâ *ex varijs Mroll.* *769*

19 Caia M.in Africâ. *Ex varijs Mroll.* *219*

21 Caius M. *Ex Mrol. MSS.* *341*

29 Calendinus M. frater S.Seueræ, in Italiâ. *Prolegom.946. Acta ex Petro de Natal.* *946*

28 Callinicus M. Apolloniæ in Phrygiâ. *In Actis S. Thyrſi. Prolegom. §.1.* patria, locus martyrij *808c. & 809a. §.2.* communis eius cultus cum SS.Thyrſo & Leucio *809.* conuerſio & martyrium *816.823.& 831*

19 Calliſta M. in Africâ. *Ex varijs.* *219*

27 Candida mater S.Emerij, Guialbis in Catalaniâ. *In Actis S.Emerij* *781. b e f. & 782. e f*

21 Candidus M. Trapezunte in Cappadociâ. *Ex Men.Græc. 349.*

26 Cantus M. in Africâ.*ex Mroll.Mss.* *708*

29 Carolus Ab.Villarienſis ord.Ciſter.in Brabantiâ. *Prolegom.976.* Vita *auctore monacho Villarienſi ex MSS.cap.1.* Caroli à militiâ conuerſio *976. cap.2.* multi per eum conuerſi *977. cap.3.* Villarij præfectura feliciter geſta *978. cap.4.* Abbatiæ abdicatio, obitus *979*

28 Carolus Magnus Imp.Aquiſgrani. *Prolegom. §.1.* S.Caroli publica veneratio *874. §.2.* hiſtoria conſcripta *875. §.3.* elogium ex Martyrol.Gallic.Sauſſaij *876.* Vita *auctore Eginardo. ex MSS. Prologus 877. cap.1.* S.Caroli auus, pater, germanus *878. cap.2.* bellum Aquitanicum, Longobardicum, Saxonicum *879. cap.3.* bellum Hiſpanienſe, Britannicum, Beneuentanum, Baioaricum, Slauicum *880. cap.4.* bellum Auaricum,Bohemicum, Danicum. Fines imperij *881. cap.5.* fœdera cum exteris, publica opera *882. cap.6.* Caroli vxores ac liberi *883. cap.7.* virtutes morales, victus ratio *884. cap.8.* ſtudium religionis. ſtatuta *885. cap.9.* ægritudo,mors, ſepultura *886. cap.10.* teſtamentum *887*

28 Tranſlatio reliquiarum. *Prolegom. 888.* Diploma Frederici Imp. *§.1.* S.Caroli corpus eleuatum: *888.§.2.* S.Caroli priuilegium Eccleſiæ & vrbi Aquiſgranenſi datum *889. §.3.* priuilegia Aquiſgranenſibus confirmata *890.* Miracula *ex Mss.* *890*

19 Caſſianus M.in Africâ. *Ex varijs* *219*

21 Caſtinus M. *Ex Mroll.Mss.* *341*

25 Caſtula Capuæ in Campaniâ *ex Mrol.* *618*

23 Caſtulus M.Ancyræ. *Ex Mroll.Mss.* *484*

23 Caſtulus M.Romæ viâ Salariâ.*Ex Mroll.MSS.* *455*

19 Catellus Epiſcop. Stabienſis in Italiâ. *Prolegom.* *227.* Vita *ex monumentis Eccleſiæ Stabienſis collecta* *227*

21 Celſiânus M. *Ex Mroll.Mss.* *341*

20 Cendeus M.Nicomediæ. *Ex Mroll.Mss.* *297*

28 Charis M. *ex Men.Græc.* *832*

23 Chariton Diaconus M.Ancyræ.*In Actis S.Clementis* *439.b 469. e & 483. d.*

20 Chelidonia M.Nicomediæ. *Ex Mroll.MSS.* *297*

22 Chriſtophorus Diaconus M.Ancyræ. *In Actis S. Clementis* *459. b. 469. e & 483. d.*

19 Claudius puer M. *ex Men.Græc.* *22*

23 Clemens Epiſcopus Ancyranus Martyr. *Prolegom. §.1.* martyrij tempus, ſocij. *458. §.2.* Acta deſcripta *459. §.3.* Actorum epitome *ex AnthologioGræc.*Acta *auctore Anonymo è MS. Græco. Proœmium.* Geſta à S.Clemente vſque ad captiuitatem. *460.* Quæſtio *1.* in Galatiâ, *461.* Quæſtio *2.* Romæ *462.* Quæſtio *3.* Nicomediæ & nauigationis narratio *464.* Quæſtio *4.* Ancyræ *465.* Quæſtio *5.* Amiſi *466.* Quæſtio *6.* Tarſi *467.* Quæſtio *7.*Ancyræ *468. Eadem acta auctore Metaphraſte. cap.1.* S. Clementis ortus & educatio. obitus parentum *470. cap.2.* adoleſcentia. Epiſcopatus *471. cap.3.* captiuitas.conſtantia.*471. cap.4.* Ancyræ tolerata tormenta *472. cap.5.* ſpreta Diocletiani promiſſa *473. cap.6.* varij tolerati Romæ cruciatus. multi conuerſi & martyrio coronati *474. cap.7.* in itinere Nicomedienſi, ac præſertim Rhodi, geſta *475. cap.8.* tormenta Nicomediæ inflicta *476. cap.9.* Ancyræ tolerata. pueri, eius alumni, Martyres *477. cap.10.* cruciatus Amiſi illati. SS. Phengontis & Eucarpi martyrium *478. cap.11.* ignis cruciamentum Tarſi ſuperatum *479. cap.12.* à Præſidibus Sacerdote & Maximo intentata *480. cap.13.* Aphrodiſij Perſæ conatus in Sanctos *481. cap.14.*S.Agathangeli martyrium. *482. cap.15.* SS.Clementis,Chriſtophori & Charitonis martyrium *482*

20 Clemens Presb. Lugduni *ex varijs Mroll.* *252*

23 Climatius M.Ancyræ. *Ex Mroll.MSS.* *484*

18 Collutus M. in Ægyp. *Acta ex MSS.* *188*

29 Conſtantius Ep.Peruſinus in Etruriâ M. *Prolegom.924.& 1153.* Vita *ex MSS. cap.1.* S. Conſtantij miracula. multorum conuerſio *925. c.2.*Quæſtio *1.* cuſtodum conuerſio, fuga. *925. cap.3.*Quæſtio 2. aliorum cuſtodum conuerſio, fuga *926. cap.4.* Quæſtio *3.* Cæleſte ſolatium *927. cap.5.* martyrium, ſepultura,miracula *928.* Alia vita *ex MSS. Præfatis 928. cap.1.* S.Conſtantij genus, mores, Epiſcopatus *928. cap.2.* comprehenſio, verbera *929. cap.3.* martyrium *930. cap.4.* Corporis inuentio. miracula *930. cap.5.* Sepultura. alia miracula *931*

Alia vita *auctore Ioanne Andreâ Palatio. Præfatio auctoris 932. cap.1.* S.Conſtantij genus, Epiſcopatus, virtutes *932. cap.2.* miracula. Gentilium conuerſio *933. cap.3.* prima comprehenſio. cuſtodum conuerſio,egreſſio è carcere,*933. c.4.*ſecũda cõprehenſio, verbera,liberatio *934. cap.5.* tertia comprehenſio, cruciatus, martyrium *935. cap.6.* corporis translatio. quatuor cæcis viſus redditus *935. cap.7.* ſepultura, cultus *936*

Con-

19 Conteſtus, ſiue Contextus, Ep. Baioc. in Gallià. *ex varijs 227.& 1137.* Vita *ex Mss.* *1137*
23 Cornelius ExorciſtaM. *Ex Mroll.MSS.* *455*
23 Cortilia V.M.Romæ. *Ex Ferrario.* *457*
31 Cyriacus M. *Ex variis Mroll.* *1080*
18 Cyriacus M.in Ægyp. *Acta ex MSS.* *188*
20 Cyriacus M.Neueduni. *Ex Mroll.MSS.* *298*
28 Cyrillus Patriarcha Alexandrinus. *Vita ex eius operibus, Conciliis & Hiſtoricis antiquis collecta.* §.*1.* S.Cyrilli natalis, ætas, reliquiæ *843.* §.*2.* patria, ſtudia, monachatus *844.* §.*3.* Epiſcopatus.proſcripti Nouatiani. dæmonia effugata *845.* §.*4.* Iudæi Alexandriâ pulſi *846.* §.*5.* turbæ Alexandrinæ. errantes correcti *846.* §.*6.* nomen S.Chryſoſtomi diptychis inſcriptum *847.* §.*7.* hæreſis Neſtoriana detecta *848.* §.*8.* vices Sedis Apoſtolicæ Cyrillo delegatæ *849.* §.*9.* Concilium Epheſinum. hæreſis Neſtoriana damnata *850.* §.*10.* nouæ in Cyrillum calumniæ,carceres,victoria.*851.* §.*11.* reconciliatio Eccleſiarum *852*
31 Cyrus & Ioannes MM. in Ægypto. *Prolegom.* §.*1.* SS. natalis, Acta *1081.* §.*2.*miracula,*1082.* §.*3.*reliquiæ. templa ijs dicata *1083.* Vita *ex MS.Græco.Præfatio Interpretis Ottonis Zylij è Societate* Iesv. *cap.1.* S. Cyri ortus,profeſſio *1084.* *cap.2.* SS.Ananiæ,Azariæ, Miſaëlis reliquiæ Alexandriam tranſlatæ: templum ijs dicatum, vbi officina S.Cyri extiterat *1085.* *cap.3.* Cyri & Ioannis piæ exercitationes *1086.* *cap.4.* eorum, Athanaſiæ & trium eius filiarum martyrium *1086.* *cap.5.* reliquiæ horum inuentæ, tranſlatæ *1087.* miracula *ex MS.Græco* *1088.& ſeq.*

D

18 Dædalus M. *ex varijs* *190*
16 Danax M. *ex Menæis Græcorum* *3*
21 Datius M. *Ex Mroll.MSS.* *341*
27 Datius M.in Africâ. *Ex varijs Mroll.* *796*
26 Datiuus M.in Africa. *ex Mroll.MSS.* *708*
18 Deicolus Ab.Lutrenſis in Burgundiâ. *Prolegom.199.* Vita *ex MSS.Prologus 200.* *cap.1.* variarum vrbium Galliæ Patroni *200.* *cap.2.* S.Columbanus Luxouio eiectus *201.* *cap.3.* S.Deicoli Lutram aduentus *203.* *cap.4.* iniuria ei illata, vindicata *203.* *cap.5.* Lutrenſe monaſterium ædificatum,dotatum *204.* *cap.6.* Deicoli obitus. Lutræ vaſtatio *205.* *cap.7.* bonorum Eccleſiæ inuaſores puniti *206.* *cap.8.* Lutra regiæ pellici addicta, ab hac alijs *207.* *cap.9.* SS. Deicoli & Columbini reliquiæ *208.* *cap.10.* Lutra à B.Baltranno reſtaurata *208*
25 Demetrius Sceuophylax, ſiue ſacrorum vaſorum cuſtos. *Ex Men.Gr.* *636*
27 Deuota,ſiue Deiuota. V.M.in Corſicâ. *Prolegom.* *770.* Acta *ex Vinc.Barali* *770*
18 Didymus M.in Ægypt.Acta *Ex MSS.* *188*
18 Dionyſius M.in Ægypt. Acta *Ex MSS.* *188*
18 Dionyſius alter M.in Ægypto. Acta *ex MSS.* *188*
28 Dionyſius M.Trebiæ in Italiâ. *Ex Ferrario.* *833*
19 Dionyſius puer. *Ex.Men.Græc.* *220*
18 Dioſcorus M.in Ægypt.Acta *ex MSS.* *188*
22 Dominicus Ab.Soræ in Italiâ. *Prolegom.* *442.* Vita *auctore Alberico Cardinale.Ex Mss.* *Prologus 442.* *cap.1.* S.Dominici inſtitutio: vita monaſtica, anachoretica *443.* *cap.2.*cœnobia variis locis ædificata *443.* *cap 3.* viſiones. miracula *444.* *cap.4.* alia cœnobia conſtructa. obitus. *445*
27 Domitianus monachus in Iudæâ. *Ex vitâ S.Euthymij,& Conſtantio Felicio* *772*
27 Donatus M.in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *768*
23 Donatus M.Ancyræ. *Ex Mroll.MSS.* *484*
25 Donatus M. Carthagine. *Ex varijs Mroll.* *618*

E

24 Ebertramnus Abbas S. Quintini in Galliâ. *Ex vitâ S.Bertini & Martyrologijs.* *608*
17 Eleuſippus M. frater tergeminus SS.Speuſippi & Melaſippi. *à pag.73. ad 80.* *Vide* Speuſippus.
25 Elidius M.in Galliâ. *in Actis S.Præiecti Ep.629. c & 635. f*
23 Emerentiana V.M.Romæ. *Ex varijs 458.* martyrium *in Actis S.Agnetis cap.3.* *353*
27 Emerius Abbas Balneoli in Catalaniâ. *Prolegom. ex varijs 781.* Vita *ex MSS.781.* miracula *ex Domenecco 783*
24 Emetrius M.Romæ. *Ex Mroll.MSS.* *590*
24 Ephrem Ep.Mylaſæ in Cariâ. *in Actis S.Euſebiæ, ſiue Xenes Virg.* *598.b.600.f.*
24 Epictetus M.in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *590*
27 Epictulus M.in Africâ. *Ex Mrol.MS.* *769*
21 Epiphanius Ep. Ticini in Italiâ. *Prolegom. ex variis 364.* Vita *auctore B.Ennodio Ep. ex MSS.Prologus 364.* *cap.1.* Epiphanij ſancta adoleſcentia *365.* *cap.2.* ſubdiaconi munus. iniuriæ toleratæ *366.* *cap.3.* in diaconatu exercitæ virtutes *366.* *cap 4.* Epiſcopatus: in eo benefacta *367.* *cap.5.* ſuſcepta ad Anthemium Imp. pro pace legatio *367.* *cap.6.*pax ſancita. alia præclara opera *368.* *cap.7.* profectio Toloſana ad Euricum pro pace *369.* *cap.8.*Ticinum ab Odoacre Rege euerſum: recreatum & reſtauratum ab Epiphanio. *371.* *cap.9.*cum Gothis Rugiſque Ticini geſta *371.* *cap. 10.* Theodoricus victor ad clementiam inductus *372.* *cap.11.* iter in Burgundiam pro captiuorum redemptione *373.* *cap.12.* captiui dimiſſi à Gundebado, & Godegiſilo Regibus *374.* *cap.13.* poſtrema legatio, ægritudo, mors *376*

Tranſlatio S. Epiphanij Ticino Hildesheimium. *Prolegom.377. Hiſtoria translationis auctore Hildesheimenſi coætaneo,ex Bravvero* *cap.1.* Occaſio transferendarum reliquiarum *378.* *cap.2.* reliquiæ refoſſæ & auectæ *379.* *cap.3.*miracula ad reliquias facta *380*
24 Epolonius puer Antiochenus, diſcipulus S.Babylæ Ep. M. *In huius Actis* *à pag.569.ad 579*
23 Eucarpius miles M.Amiſi. *In Actis S.Clementis Ancyrani 466. f & 479. b.*
31 Eudoxia V.M.in Ægypto. *in Actis SS.Cyri & Ioannis 1081. 1086.1087.*
24 Eugenius M.Neocæſareæ. *Ex variis Mroll.* *590*
21 Eugenius M.Trapezunte in Cappadociâ. *Ex Men.Gr.* *349*
21 Eulogius M.Diac.Tarracone in Hiſp. *Prolegom.339.* Acta *ex MSS.* *340*
19 Euphraſia V.M. Nicomediæ in Bithyniâ. Acta *ex Men.* *220.* alia *ex Nicephoro* *221*
24 Euſebia,ſiue Xene, V. Mylaſæ in Cariâ. *Prolegom.* *598.* *Epitome vitæ ex Menæis Græc.598.* Vita *auctore æquali,ex MS.Græco.* *cap.1.* S.Euſebiæ fuga è patriâ *599.* *cap.2.* vita monaſtica, egregiæ virtutes *600.* *cap.3.* vltima monita. obitus.*600.* *cap.4.* ſepultura, miracula *601*
23 Euſebius Abbas montis Coryphes in Syriâ. *Prolegom.* *486.* Vita *ex Theodoreto.* *cap.1.*S.Euſebij vita priuata *486.* *cap.2.* præfectura monaſterij Ammiani, ſiue montis Coryphes *487.* *cap.3.* præclari ſucceſſores & diſcipuli S.Euſebij *488*
31 Euſebius mon.S.Galli in Heluetiâ, M. *ex Necrologio Monaſt.* *1130*
20 Euſebius M. *Ex Men.Græc.* *257*
21 Euſtaſius M.Nicomediæ in Bithyniâ. *Ex Mroll MSS.* *350*
20 Euthymius Magnus Abbas in Eremo ſanctæ ciuitatis. *Prolegom.* §.*1.* Lauræ & cœnobij differentia. S.Euthymij, aliaque circa Hieroſolymam monaſteria, & prima exercitatio *298.* §.*2.* Euthymij ſanctitas, dies natalis *299.* §.*3.* vita ſcripta *299.* §.*4.* ætas S.Euthymij, diſcipulorum,ſucceſſorum,& ſex Patriarcharum Hieroſolymitanorum *300.* Acta *auctore Cyrillo monacho. Prologus,ex MS.Latino 301.* Vita *ex MS.Græco & Lipomano.* *cap.1.* S. Euthymij ortus & educatio. *302.* *cap.2.* ſtudia, ſacerdotium, vita anachoretica *303.* *cap.3.*receſſus in ſpeluncam. cœnobium S.Theoctiſti extructum *304.* *cap.4.* Conuerſio Aſpebeti Ducis, filij Terebonis, eiuſque familiæ *305.* *cap.5.*

fuga in ſolitudinem Ruban & Ziphon. aliud monaſterium conſtructum *306. cap.6.* Seceſſus in nouam ſpeluncam. Laura ædificata *307. cap.7.* annona diuinitus multiplicata. inobediens punitus *308. cap.8.* inconſtantia monachorum emendata *309. cap.9.* Zelus fidei contra Neſtorium. aliæ virtutes *310. cap.10.* prædictiones, curationes *311. cap.11.* pluuia cælitus impetrata *312. cap.12.* defenſio fidei & Synodi Chalcedonenſis *313. cap.13.* Miſſæ ſacrificium. communio *314. cap.14.* Eudociæ Imperatricis ab hæreſi ad orthodoxam fidem reductio *315. cap.15.* S.Sabæ tirocinium.S.Geraſimi virtus *316. cap.16.* varia miſericordiæ opera. mors Eudociæ Auguſtæ *317. cap.17.* obitus S.Theoctiſti & aliorum Euthymij diſcipulorum *318. cap.18.* dies obitus ſui à S.Euthymio, & S. Domitiani prædicta *319. cap.19.* obitus vtriuſque, ſepultura *320. cap.20.* occaſio commutandæ Lauræ S.Euthymij in cœnobium *320. cap.21.* cœnobij ædificatio *321. cap.22.* tres primi ſucceſſores S.Euthymij.pax Eccleſiarum. oleum S.Euthymij *322. cap.23.* alij ſucceſſores S.Euthymij.ſacrilegus punitus.Cyrilli ſcriptoris ætas *323. cap.24.* ſacrilegium punitum *324. cap.25.* Energumeni liberati.*325. cap.26.* Lethargus ſublatus *326. cap. 27.* periurus & fur puniti. *327. cap.28.* Epilogus. cauſſa ſcriptionis 327

20 Eutychius M. *Ex Men.Græc.* 257

24 Exuperantius Ep.Cingulanus in Italiâ. *Prolegom.1148.* Vita *ex MSS.* 1148

F

20 FAbianus Papa.M.Romæ. Vita *ex variis collecta §.1.* Fabiani electio, tempus Sedis *252. §.2.* geſta in pontificatu, epiſtolæ *253. §.3.* Philippus Auguſtus cum filio baptizatus *253. §.4.* annus vrbis Romæ milleſimus *254. §.5.* Philippi vtriuſque virtutes Chriſtianæ *255. §.6.* Philipporum & S. Fabiani cædes: huius reliquiæ *256. & 1138*

25 Fabianus M.in Siciliâ. *Ex Mroll. MSS.* 618

18 Facius Conf.Cremonæ in Italiâ. *Prolegom.210.* Vita *ex Ferrario* 211

21 Fauſtacius M. *Ex Mroll.MSS.* 341

18 Fauſtina V.Nouocomi in Ital. *Prolegom.196.* Vita *ex Italico Franc.Balarini* 196

16 Fauſtinus,ſiue Fauſtus,M.in Africâ *Ex Mroll.MSS.* 3

16 Fauſtus Ep.Reienſis in Galliâ. *Ex varijs* 28

20 Fechinus Ab.Fourrij in Hiberniâ. *Prolegom.329. Hymnus 329.* Vita *ex MSS. cap.1.* Fechini ortus, ſancta pueritia *330. cap.2.* monachi aggregati. infideles conuerſi *330. cap.3.* quædam admiranda *331. cap.4.* vindicta in blaſphemos.aliaque miracula *332.* Mors S.Fechini.*ex vitâ S.Geraldi* 332

24 Felicianus Ep.Fulginas in Vmbriâ M. *Prolegom.581. Acta ex MSS.582. Alia Acta ex Breuiariis Hamburgenſi & Mindenſi 583. Alia Acta ex Italico Ludouici Iacobilli: cap.1.* S.Feliciani ſtudia, ſacerdotium,Epiſcopatus.*584. cap.2.* læta Epiſcopatus auſpicia *585. cap 3.* aliæ Vmbriæ vrbes conuerſæ *585. cap.4.* Apoſtolicæ excurſiones ſub Philippo Imp.*586. cap.5.* tolerata tormenta.mors *587. cap.6.* ſepultura,honores,beneficia.*588.* Reliquiæ in Belgicâ & Saxoniam tranſlatæ. *Ex MSS. Sigeberto, Chronico Mindenſi, & alijs* 588

30 Felicianus M.in Africâ.*ex Martyroll.* 1026

24 Feliciſſimus M.Romæ. *Ex Mroll.MSS.* 590

30 Felix IV.Papa. Acta *ex variis collecta* 1032

21 Felix M. *Ex Mroll.MSS.* 341

19 Felix M in Africâ. *Ex varijs* 219

27 Felix M in Africâ. *Ex Mrol.MS.* 769

20 Felix M.Nicomediæ. *Ex Mroll.MSS.* 297

27 Feſtus M.in Africâ. *Ex Mrol.MS.* 769

28 Flauianus Vrbis Præfectus M *Ex Mroll.* 833

18 Florida M.Abitinæ in Africa. *Ex variis* 190

19 Florida M.in Africâ. *Ex varijs* 219

20 Florus M.Nicomediæ. *Ex Mroll.Mss.* 297

23 Florus M.Romæ viâ Salariâ *Ex Mroll.Mss.* 455

27 Fortunata M.in Africâ. *ex Mrol. Ms.* 769

18 Fortunatus M. *ex variis* 190

17 Fortunatus M.in Africâ. *Ex Mroll.Mss.* 80

19 Fortunatus M.in Africâ. *Ex variis.* 219

27 Fortunatus M.in Africâ. *ex variis Mroll. Mss.* 770

26 Froalengus Ep.Conimbricenſis in Luſitaniâ. *ex Molina, Marietta, Ferrario* 751

21 Fructuoſus Ep. Tarraconen. in Hiſp. M. *Prolegom.339. Acta ex Mss.* 340

16 Furſeus Ab. Peronæ in Galliâ. *Prolegom. §.1.* Furſei natalis, triplex translatio *35. §.2.* vita multiplex *36. §.3.* Hymni duo *ex Arnoldo VVion 36.* Vita *ex Mss. cap.1.* S. Furſei vita monaſtica,extaſis *36. cap.2.* alia extaſis. varia à dæmonibus obiecta *37. cap.3.* aliæ dæmonum criminationes *38. cap.4.* alia cæleſtia viſa *38. cap 5.* imminentes orbi calamitates oſtenſæ *39. cap.6.* monita cælitus data *40. cap.7.* in Hiberniâ,Angliâ,Galliâ, prædicatum Euangelium 40.

Miracula S.Furſei cap.1. miracula in Pontiuo & Atrebatibus *41. cap.2.* Peronæ *42. cap.3.* in morte & primâ tranſlatione *43. cap 4.* alia miracula in I. & II. tranſlatione 44

Alia vita ex Mss. Prologus 44. cap.1. regium genus *45. cap.2.* parentes ab auo morti addicti, proſcripti *45. cap.3.* Furſei natiuitas, ſancta adoleſcentia *46. cap.4.* mortui ab eo ſuſcitati. alia miracula *46. cap.5.* varia in extaſi viſa *47. cap.12.* geſta in Galliâ, obitus, tranſlatio *48. Miracula. Prologus.cap.1.* miracula in Pontiuo *49. cap.2.* in Atrebatibus. iter Romanum *50. cap.3.* geſta ab eo in Angliâ *50. cap.4.* reditus in Galliam, ibi geſta *51. cap.5.* obitus,funus Peronam delatum *52. cap.6.* iterata corporis translatio. miracula.*53. Epilogus 53. Alia vita ex hiſtoriâ Angl.Bedæ 54. Translatio III. ex Mss.* 55

G

26 GAbriel Ab.Hieroſolymis. *ex Men.Græc. & Vitâ S.Euthymij* 732

22 Gabriel M.in Bulgariâ.*Ex Men.Gr.& alijs* 441

21 Gaddianus M. *Ex Mroll. Mss.* 341

24 Galæus M.Carthagine in Africâ.*Ex Mroll. Mss.* 590

27 Gamelbertus Parochus in Bauariâ. *Prolegom.783.* Vita *ex Mss. Prologus 783. cap. 1.* Geſta ante ſacerdotium *784. cap.2.* Sacerdotium, virtutes *785. cap. 3.* prophetia, mors, ſepultura *786. cap.4.* miracula poſt mortem 786

22 Gaudentius Ep.Nouarien.in Italiâ. *Prolegom. 417.* Vita *ex Mombritio. cap.1.* S.Gaudentij ortus, educatio, fuga è patriâ *418. cap 2.* opera ad conuerſionem animarum collata cum SS. Laurentio Nouarienſi, Martino,Euſebio *418. cap.3.* miracula, vaticinia, Epiſcopatus *419. cap.4.* obitus,funus, miracula *420*

31 Gaudus Ep. Ebroicenſis in Galliâ. *ex Sauſſaio & aliis Mroll.* 1110.& 1160

31 Gelaſius M.*Ex variis Martyroll.Mss.* 1080

31 Geminianus Ep.Mutinenſis in Italiâ. *Prolegom.1096.1160.* Vita *ex Mombritio & Mss. cap.1.* S.Geminiani virtutes, Epiſcopatus *1097. 1160. cap.2.* victus ac fugatus dæmon *1097.1160. cap.3.* Mutina mirabiliter defenſa *1099.1160. cap.4.* Geminiani mors.miracula *1099.1160. cap.5.* Mutina eius ope denuò liberata 1160

31 Geminus M.*ex Mroll.Mss.* 1080

28 Gentilis vidua, Rauennæ in Italiâ. *Prolegom.910.* Vita *ex Italico Seraphini Firmani. cap.1.* Gentilis coniugium, multa in eo acerba *910. cap.2.* aduerſa multa tolerata *911. cap.3.* aliorum ſalus curata *911. cap. 4.* prophetiæ ſpiritus *912. cap.5.* Chriſtianæ virtutes *913. cap.6.* miracula, obitus *913. Alia vita ex hiſtoriâ Rauen.* Hieronymi Rubei 914

17 Genulphus Ep.Cadurcenſis in Galliâ. *Prolegom.81.& 1135.* Vita

Vita ex Mss.Lib.1. Prologus. cap.1. Genulphi parentes, adoleſcentia *82. cap.2.* Apoſtolatus in Gallias *83. cap.3.*Energumenus liberatus, multi conuerſi *83. c.4.* aliæ mirandæ curationes *84. cap.5.* flagra,alijq; cruciatus tolerati. *85. cap.6.* Præſidis & aliorum conuerſio *86. cap.7.*Dæmones effugati, conditum cœnobium. patris obitus *87. cap.8.* variæ virtutes ac miracula *87. Lib.2. cap.1.* S.Genulphi obitus,ſepultura *88. cap.2.* Tranſlatio ad monaſterium S.Saluatoris *89. cap.3.*aliæ tranſlationes,miracula,

Vita alia ex Bibliothecâ Floriac. Ioannis Boſcij. cap.1. S.Genulphi parentes, ortus, inſtitutio *92. cap.2.*Epiſcopus conſecratus in Gallias mittitur *92. cap.3.* miracula iſtic facta *93. cap.4.* tolerati cruciatus.Cadurcorum conuerſio *95. cap.5.*ſeceſſus ad Biturigas. mors parentis *96. cap.6.*ipſius obitus, tranſlatio *96*

Miracula ex eadem Bibliothecâ Floriac. cap.1. Galliæ ſitus.Francorum origo *97. cap.2.*Merouingi & Karolingi Francorum Reges *98.& 1135. cap.3.* Stradenſis cœnobij fundatio *99. cap.4.* Priuilegia.amplificatio *100. cap.5.*S.Genulphi corpus Stradam tranſlatum *101. cap.6.*ad Niuernenſe territorium deportatum *102. cap.7.*Stradam denuò relatum *102. cap.8.* clientes contra Hungaros adiuti *103. cap.9.*monachi cædes vindicata *104. cap.10.*prædones ſæpius repreſſi *104. cap.11.* miſeris præſtita beneficia *106. cap.12.* alia miracula.noua translatio. *106*

22 Georgius Ep. M. in Bulgariâ. *Prolegom. Acta ex Men. Græc.* *441*

19 Germana M.in Africâ. *Ex variis* *219*

19 Germanicus M.Smyrnæ in Aſiâ.*Ex variis* *213*

19 Gerontius M.in Africâ. *Ex variis* *219*

29 Gildas Sapiens Ab.in Britanniâ Armoricâ. *Prolegom.* §.*1.*S.Gildæ Sapientis ætas *952.* §.*2.*an Gildę plures? Eorum ſcripta *953.* §.*3.*Gildas vnicus in Galliâ, iſq; Britannus *954.* §.*4.* Vitæ S. Gildæ à quo ſcriptæ *956.* §.*5.* memoria in ſacris Faſtis & alibi *957.* Vita *auctore Ruyenſi monacho ex Ioanne Boſcio. cap.1.* S.Gildæ genus,inſtitutio,miracula *958. cap.2.*mores in iuuentute, ſacerdotium,zelus animarum *959. c.3.* aduentus in Britanniam Armoricam,virtutes, monaſterium extructum *960.* *cap.4.* Reſuſcitatio dudum mortuæ. alia miracula *961. cap.5.*obitus.reliquiarum ſubmerſio & inuentio *963. cap.6.*monaſterium eius vaſtatum, reſtitutum. reliquiæ translatæ *964. cap.7.* miracula æuo ſcriptoris facta *965. cap.8.* conuerſatio & obitus SS.Ginguriani & Gulſtani Laicorum monaſterij S Gildæ *966*

27 Gilduinus Canonicus Dolenſis in Britanniâ Armoricâ. *Prolegom.790.* Vita *ex Auguſtino du Paz. cap.1.*S.Gilduinus Epiſcopatum declinat *791. cap.2.* fraudes dæmonis aperit *792. cap.3.*Eius morbus, obitus,ſepultura *793*

26 Gobertus Confeſſor in Belgio. *ex varijs* *752*

27 Godditis M.in Africâ.*ex Mrol.Ms.* *769*

26 Gonzalus Oſorius Ep. Conimbricenſis in Luſitaniâ. *ex Molinâ,Marietta,Ferrario.* *751*

23 Gregoria V.Romæ.*Ex Dialog. S.Gregorij & Martyrol.Ms.* *449.*

22 Gualterus Brugenſis Ord.Minor.Ep.Pictau.in Galliâ. *Ex S.Antonino, Piſano,Volaterrano,& aliis.* *450*

H

22 HAberilla V.ad lacum Brigantinum. *Vita ex variis collecta* *1033*

Hadoindus Ep.Cenomanenſis.*Prolegom.1140. Vita Ms. cap.1.* S.Hadoindo donata ab Alano. *1140. cap.2.* Buxidum cœnobium ædificatum *1141. cap.3.*Ebronium fundatum.Hadoindi obitus *1142.* Teſtamentum eius *ex Briſſonio 1142.* Eiuſdem *S.Hadoindi* Vita extat apud Renatum Benedictum à Petro Viellio Doctore Theologo Gallicè ſcripta ex Martyrologiis Eccleſiæ Cenomanenſis.Aliam Latinam,ex eâ quam dedimus concinnatam,ſed ſubinde breuiatam, accepimus ex eiuſdem Eccleſiæ archiuo, operâ & ſtudio Ioannis à S. Martino viri religioſiſſimi è congregatione Folienſi, qui & nos docuit in Breuiario Cenomanenſi, quod non vidimus, agi *S.Hadoindi* memoriam.In hac Vitâ obijſſe dicitur XIII. Kal. Septemb. ſiue 20. Auguſti, 30. Auguſti in Gallicâ, in quâ *Hardoinus* appellatur. De eo egimus in Appendice prioris tomi ad vitam *S.Lonegiſili.*

26 Haſcka V.recluſa in Thuringiâ. *Prolegom.758. & 1151. Vita auctore Hermanno ex Mss.* *758. & 1151*

24 Helladius Commentarienſis M.*Ex Men.Græc.* *591*

16 Henricus Eremita in Angliâ. *Vita ex Capgrauio cap.1.* S.Henrici vita ſolitaria, abſtinentia, patientia *60. cap.2.* conſtantia probata, prophetiæ donum *60. cap.3.*obitus,ſepultura,miracula *61*

19 Henricus Ep.Vpſalenſis in Suecia M.*Prolegom.249. Vita Ex MSS.* *249*

23 Henricus Suſo Ord.Prædicat. Vlmæ in Germaniâ. *Prolegom.652. Vita auctore Laurentio Surio. Præfat.* *633. cap.1.* Suſonis patria, adoleſcentia, conuerſio *653. cap.2.*noui tironis certamẽ *654.cap.3.*raptus *654. ca.4.* ſpiritale cum æternâ Sapientiâ connubium *654. c.5.* nomen IESV cordi inſcriptum *656. cap.6.* præludia diuinæ conſolationis *656. cap.7.* cæleſtes conſolationes *657. cap.8.* viſiones *567. cap.9.* acceſſus ad menſam *658. cap.10.* noui anni auſpicium *658. cap.11.* intentiones in Miſſâ,ad *Surſum corda 658. cap 12.* feſtum Purificationis celebratum *659. cap.13.*Bacchanalia ſanctè peracta *659. cap.14.* Kalendæ Maij religiosè peractę *660. cap.15.* Crux deportata *660. cap.16.*Silentium *661. cap.17.* corporis caſtigatio *661. cap.18.* Crux inter ſcapulas geſtata. *662. cap.19.* cubandi ratio *663. cap.20.* potûs parſimonia *663. cap.21.* reſignationis ſchola *665. cap.22.* abnegatio ſui *665. cap.23.* vexationes internæ *667. cap.24.* ſalus proximorum curata *667. cap.25.* Crux multiplex *668. cap.26.* grauis moleſtia ob ſororis lapsũ *669. cap.27.*acerba vexatio à fratre laico *660. cap.28.* latronis conuerſio *671. cap.29.* periculum ſubmerſionis *671. cap.30.* afflictionum intermiſſio *672. cap.31.* amicabilis ratio cum Deo inita *672. cap.32.* afflictio ad mortis diſcrimen *673. cap.33.* afflictio in Deum referenda *674. cap.34.* afflictorum diuina recreatio *675. cap.35.*Spiritualis eius filia *676. cap.36.* prima initia ſeruentis Deo *677. cap.37.* inſtitutiones & exercitia cum diſcretione coniuncta *677. cap.38.*puerilis deuotio in tironibus *679. cap.39.*ſecularium ad Deum conuerſio *680. cap.40.* afflictio ex animarum ſalute procuratâ *681. cap.41.* internæ vexationes *684. cap.42.* afflictionum vtilitas *684. cap.43.* ab illicito amore ad Deum pertractio *685. cap.44.*vinum auctum *687. cap.45.*defunctorum apparitio.*687. cap.46.* apparitio Chriſti.ad patiendum adhortatio *687. cap.47.* virilis certaminis palma *688. cap.48.*ſplendor faciei *689. cap.49.* nominis IESV præconium *689*

22 Herene vidua Romæ. *Ex Mroll. Mss.415. & ex Actis S.Sebaſtiani* *278*

21 Hermes Ep.M. *Ex Mroll.Mss.* *341*

22 Hermes M. *Ex Mrcll.Mss.* *414*

21 Hermes M.in Africâ. *Ex Mroll.Mss.* *342*

28 Hermippus M.Trebiæ in Italiâ.*Ex Ferrario* *833*

18 Hero M.in Ægypto. *Acta ex Ms.* *188*

28 Hilarianus monachus M.Trebiæ in Italiâ.*ex Ferrario 833*

27 Hilarius M.in Africâ. *ex Martyrol. Ms.* *769*

18 Hippeas M.in Ægypto. *Acta ex Mss.* *188*

30 Hippolytus Presb. Antiochenus M.*ex Prudentio & Mroll.* *1027.*

31 Hippo-

31 Hippolytus M. *ex variis Mroll.* *1080*
30 Hippolytus M. in Æmiliâ. *ex Ferrario.* *1026*
26 Hixta V. filia S.Notburgæ,in Germaniâ. *ex relatione Danielis Feltneri Soc.* IESV *751 a.*
16 Honoratus Ep. Arelati. *Proleg.* Natalis,ætas,patria, Acta, ſpecus. *15. Sermo S.Hilarij Ep. Arel. de eius rebus geſtis. Præfatio 17.* *cap.1.* S.Honorati genus, ſancta adoleſcentia *17.* *cap.2.* Cum Venantio fratre peregrinatio. *18* *cap.3.* Seceſſus Lerinenſis. fundatio monaſterij *19.* *cap.4.* præclara Lerinenſium inſtitutio. Honorati virtutes *20.* *cap.5.* conuerſio S.Hilarij,vita monaſtica *21.* *cap.6.* Honorati in Epiſcopatu virtutes *21.* *cap.7.* ægritudo, obitus, ſepultura *22.* *cap.8.* ſucceſſor Honorati. alia laudum analecta *23.* *Lectiones de S.Honorato ex vetere Breuiario Eccl. Maßilien. 24.* *Tranſlatio S.Honorati. Prolegom. 24.* *Hiſtoria tranſlationis ex Vincentio Barali* *25*
16 Honoratus Ab. Fundis in Italiâ. *Prolegom.* natalis, geſta, ætas, monaſterium *32.* Vita *ex dial. S. Gregorij* *32*
21 Honoratus M. *Ex Mroll. Mss.* *341*
18 Honoratus M. Abitinæ in Africâ. *Ex varijs.* *190*
19 Honoratus M.in Africâ. *Ex varijs.* *219*
27 Honoratus M.in Africâ. *ex Mroll. Mss.* *769*
29 Honoratus M.in Africâ, *ex variis Mroll.* *950*
16 Honorius M.Romæ *Ex Mroll. Mss.* *3*
18 Horpreſius M.in Ægypto. *Acta ex MSS.* *188*
17 Hortiſianus M.in Africâ. *Ex Mroll. MSS.* *80*
18 Horus M. in Ægyp. *Acta ex MSS.* *188*
19 Hypatius puer M. *Ex Men. Græc.* *220*
29 Hyperechius M.Samoſatæ. *Ex Menæis Græc.* *950*

I

16 IAcobus Ep.Tarentaſrenſis in Galliâ. *Prolegom. natalis, Acta.* Vita *ex Mss. Præfatio.* *cap.1.* S. Iacobi vita monaſtica *26.* *cap.2.* Epiſcopatus,templum ædificatum. miracula *27.* *cap.3.* irer ad Principem varijs miraculis illuſtre *27*
28 Iacobus Eremita in Palæſtinâ. *Prolegom. 868. Vita epitome ex Menæis Græc. 869. Vita ex Metaphraſte. Præfatio auctoris Anonymi 869.* *cap.1.* S.Iacobi exercitatio,caſtitatis ſeruandæ cura *869.* *cap.2.* donum curationum, feceſſus longinquior *870.* *cap.3.* lapſus in fornicationem & homicidium *871.* *cap.4.* motus deſperationis *871.* *cap.5.* pœnitentia in ſepulchro peracta *872.* *cap.6.* pluuia impetrata, alia miracula, ſanctus obitus *873.*
29 Iacobus M.Samoſatæ. *Ex Men. Græc.* *950*
22 Ianuaria M. *Ex Mroll. MSS.* *414*
19 Ianuarius M.in Africâ. *Ex varijs.* *219*
22 Ianuarius M.in Africâ. *Ex Mroll. MSS.* *414*
23 Ildephonſus Archiep. Toletanus in Hiſpaniâ. *Prolegom. 435. & 1148. Vita à Zixilane & Iuliano ſcripta ex MSS. eruta & illuſtrata à Don Thomâ Tamaio de Vargas 536. & ſeqq.*
17 Ingenula M.in Africâ. *Ex Mroll. Mss.* *81*
20 Innas M. *Ex Men. Græc.* *297*
22 S.Inuentus M.Gerundæ in Hiſpaniâ. *Prolegom. 414.* *Acta ex Hiſpanico Vincentij Domenecci* *415*
16 Ioanna V.Balneis in Italiâ. *Prolegom. 59.* Vita *ex Italico Seraphini Razzij 59.* *Alia ex Phil. Ferrario* *60*
23 Ioannes Eleemoſynarius Patriarcha Alexandrinus in Ægypto. *Prolegom.* §.*1.* S.Ioannis memoria in ſacris Faſtis *495.* §.*2.* Vitæ eius Scriptores *496.* §.*3.* tempus obitus. anni patriarchatus *497.* *Vita auctore Leontio Ep. Neapoleos in Cypro.* *Præfatio Interpretis Anaſtaſij Biblioth. 498.* *Proœmium auctoris 448.* *cap. 1.* Leontij notitia cum diſcipulis S.Ioannis. huius prima in Patriarchatu exercitia *498.* *cap.2.* varia miſericordiæ opera *500.* *cap.3.* ſubuentum pauperi nauclero, & Nobili *501.* *cap.4.* ſubuentum ipſi Ioanni egenti *502.* *cap.5.* moderatio animi, & manſuetudo *503.* *cap.6.* diſciplina domeſtica, & vitæ ratio exterior *505.* *cap.7.* hiſtoria S.Petri Telonearij *506.* *cap.8.* alienæ virtutis imitatio *507.* *cap.9.* eleemoſynæ à Deo remuneratæ *508.* *cap.10.* varijs beneficia præſtita *510.* *cap.11.* hiſtoria S.Vitalij monachi *511.* *cap.12.* monita ſalutaria multis data *512.* *cap.13.* diſciplinæ Eccleſiaſticæ & pietatis ſtudia.cauenda temeraria iudicia *514.* *cap.14.* fuga in Cyprum, obitus *515.* *cap.15.* miracula poſt mortem *516*

Alia Vita auctore Metaphraſte. *cap.1.* Ortus, coniugium, Patriarchatus,eleemoſyna *517.* *cap.2.* varia miſericordiæ opera *518.* *cap.3.* ſubuentum pauperi mercatori, & Nobili *519.* *cap.4.* abundè ſubminiſtrata,quæ largiretur pauperibus *320.* *cap.5.* manſuetudo animi *521.* *cap.6.* diſciplina domeſtica, ratioque vitæ exterior *522.* *cap.7.* hiſtoria S.Petri Telonearij *523.* *cap.8.* alienæ virtutis imitatio *524.* *cap.9.* eleemoſynarum vis apud Deum *525.* *cap.10.* hiſtoria S.Vitalij monachi *526.* *cap.11.* temeraria iudicia vitanda *528.* *cap.12.* pietatis & divinorum myſteriorum commendatio *528.* *cap.13.* fuga in Cyprum, obitus *529.* *cap.14.* miracula poſt mortem *529*

Tranſlatio Reliquiarum. *Prolegom. 530.* *hiſtoria translationis auctore Georgio Draſcouitio Ep. 551.* Ordo Hoſpitalariorum ſub S.Ioannis Eleemoſynarij patrocinio. *Prolegom. 533.* origo prima Hoſpitalariorum *ex V Villielmo Tyrio 534.* primorum Hoſpitalariorum ſanctitas *ex Iacobo de Vitriaco* *535*
27 Ioannes Ep.Morinenſis,ſiue Taroanenſis,in Belgio. *Prolegom. 794.* *Vita auctore Ioanne de Collemedio.* *Prologus 794.* *cap.1.* Ioannis educatio,ſtudia *794.* *cap.2.* tirocinium monaſticum. Archidiaconatus Atrebatenſis *795.* *cap.3.* Epiſcopatus inuito obtruſus *796.* *cap.4.* virtutes in Epiſcopatu, adiutores illuſtres *797.* *cap.5.* diſciplina Eccleſiaſtica,aliæ virtutes *798.* *cap.6.* vitæ aditum diſcrimen,cælitus diſcuſſum *799.* *cap.7.* extrema ægritudo,obitus *800.* *cap.8.* ſepultura,miracula *801.* *cap.9. Epitaphium.epilogus Auctoris 801.* *Analecta ex varijs auctoribus.* *cap.1.* Varia monaſteria Canonicorum regularium fundata, ornata *802.* *cap.2.* beneficia ordini Benedictino collata *803.* *cap.3.* auctoritas Eccleſiaſtica defenſa *804.* *cap.4.* aliæ Eccleſiaſticæ functiones *806*
28 Ioannes Abbas Reomaenſis in Galliâ. *Prolegom.* §.*1.* S.Ioannis natalis *854* §.2. Vita conſcripta *855.* §.*3.* ætas *855.* miracula ex S.Gregorio Turon. *856.* Vita *auctore monacho Reomaenſi coætaneo, à Ionâ Abbate recognita, Ex MSS.* Prænotatio Ionæ Ab. *856.* *Liber 1. Prologus Auctoris 856.* *cap.1.* S.Ioannis inſtitutio, vita monaſtica,latendi ſtudium *857.* *cap.2.* virtutes, miracula *858.* *cap.3.* alia miracula *859.* *Liber 2.* Dialogus diſcipulorum. *cap.1.* Miraculoſæ curationes *860.* *cap.2.* pauperum & ſuorum cura *861.* *cap.3.* virtutis ſtudium.obitus *862*

Translatio reliquiarum triplex. *Prolegom. 862.* Hiſtoria translationis primæ & ſecundæ, auctore monacho Reomaenſi. *cap.1.* Translatio prima & ſecunda S.Ioannis *863.* *cap.2.* Varia ad reliquias miracula *864.* Hiſtoria tertiæ translationis auctore monacho Reomaenſi. *cap.1.* Varij S.Ioannis ope adiuti *865.* *cap.2.* infirmi complures ſanati *866.* *cap.3.* Energumeni liberati *866.* *cap.4.* tertia translatio *867*
31 Ioannes M.in Ægypto, ſocius S.Cyri, *à p. 1081. ad 1095*
26 Ioannes monachus Hieroſolymis, filius SS.Xenophontis & Mariæ. *vide horum Acta à p. 723. ad 730*
17 Ioannes monachus Romæ. *Prolegom. 164.* Vita *ex Dial. S. Gregorij* *164*
22 Ioannes Tribunus M.in Bulgariâ. *Ex Men. Græc. & aliis 441.*
17 Ionilla M. *In Actis Tergeminorum, præcipuè p. 73. 76. c. & 78 b.*
22 Irene vidua Romæ. *Ex Mroll. Mss. 415. & ex Actis S.Sebaſtiani* *278*
28 Irmundus,Mundæ in agro Iuliacenſi. *Ex litt. Mundenſ.* *842*

26 Isaurus Ep.Aurienſis in Gall.*Ex Mol.Mariett.Martyroll.751*
27 Iuliana M.in Africâ.*Ex Mrol.MS.* *769*
27 Iulianus Ep.Apoſtolus Cenomanorum in Galliâ. *Prolegom. 761.& 1152. Vita auctore Lethaldo monacho ex MSS. Epiſtola dedicatoria 1152. Prologus 762. cap.1.* Cenomani à S. Iuliano conuerſi *763. cap.2.* tres mortui ſuſcitati *764. cap.3.* alia miracula, aduerſa tolerata *765. cap.4.* S.Iuliani mors,ſepultura *766*
28 Iulianus Ep.Conchenſis in Hiſpaniâ. *Prolegom.893. Vita ex Hiſpanico Ioannis Mariettæ. cap.1.* S.Iuliani ortus,vita priuata *894. cap.2.* Epiſcopatus,miracula *894. cap.3.* diaboli tentationes ſuperatæ *895. cap.4.* mors,ſepultura,miracula *895. cap.5.* Tranſlatio reliquiarum *896. cap.6.* varia miracula *896*
31 Iulianus Diac.frater S.Iulij Presbyteri, in diœceſi Nouarienſi in Italiâ. *à p.1100.ad 1104.Vide* Iulius.
29 Iulianus Hoſpitator. *Prolegom.974. Vita ex S.Antonino 974*
26 Iulianus M.in Africâ.*Ex Mroll.MSS.* *708*
27 Iulianus M.in Africâ.*Ex variis Mroll.* *769*
27 Iulianus Martyr Soræ,vel Atinæ in Italiâ. *Prolegom. 767. Acta ex MS.Italico translata* *767*
29 Iulianus M.Samoſatæ.*Ex Men.Græc.* *950*
31 Iulius Presbyt.& Iulianus Diaconus, fratres in diœceſi Nouarienſi in Italiâ. *Prolegom.1100. Vita ex MSS. Præfatio 1101. cap.1.* Sanctorum prædicatio, fanorum euerſio *1102. cap.2.* varia miracula,ſtructa templa *1102. cap.3.* Inſula ſerpentibus purgata,mors S.Iuliani *1103. cap.4.* obitus S.Iulij,& B.Audentij *1104*
18 Iulius M.Abitinæ in Africâ.*Ex varijs* *190*
19 Iulius M.in Africâ. *Ex variis* *219*
25 Iuuentinus & Maximus milites MM. Antiochiæ. *Prolegom.618. Acta ex S.Chryſoſtomo cap.1.* Iuliani Apoſtatæ perſecutio *619. cap.2.* ſancta militum libertas, carcere & bonorum proſcriptione multata *619. cap.3.* cædes,ſepultura *620*

L

19 LAunomarus Abb. Curbion. in Galliâ. *Prolegom.229. Vita Auctore monacho Curbionen.Ex Mss. Prologus 230. cap.1.* Launomari adoleſcētia,ſacerdotium.*231. cap.2.* vita ſolitaria.cœnobij inſtitutio *231. cap.3.* varia eius miracula *232. cap.4.* Curbionenſe cœnobium. facta ibi miracula *233. cap.5.* obitus *234*
22 Leo Ep.M.in Bulgariâ. *Prolegom. Acta ex Men.Gr.* *441*
22 Leo Tribunus M.in Bulgariâ. *Ex Men.Græc.& aliis.* *441*
18 Leobardus Recluſus in Maiori-monaſterio apud Turones in Galliâ.*Proleg.198. Vita auct.S.Greg.Ep. Turon.198*
25 Leodocius M.Puteolis.*Ex Mroll.MSS.* *616*
28 Leonides M.Antinoi in Thebaide. *Ex variis Mroll. & Actis S.Aſclæ* *832*
17 Leonilla avia SS.Tergeminorum M. *à p.73. ad 80. Vide* Speuſippus.
20 Leontius M.Nicomediæ.*Ex Mroll.MSS.* *297*
17 Leucius M.in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *80*
28 Leucius M.Cæſareæ in Bithyniâ. *in Actis S.Thyrſi. Prolegom. §.1.* Leucij patria,locus martyrij,peculiaris cultus *808. §.2.* communis cultus cum SS. Thyrſo & Callinico.Acta *809.*martyrium.*812.*b *817.& 824.*
18 Liberata V.Nouocomi in Italiâ. *Prolegom.196. Vita ex Italico Franc.Balarini* *197*
16 Liberata V.Ticini in Italiâ. *Vita ex Philip.Ferrar.* *32*
25 Linentius Conf.iuxta Turones in Galliâ. *Ex varijs Mroll. 628 & 1151.*
19 Lucianus M.*Ex Men.Græc.* *220*
21 Lucius M.*Ex Mroll.Mss.* *341*
18 Lucius M.Abitinæ in Africâ.*Ex variis* *190*
19 Lucius M.in Africâ. *Ex varijs* *219*
19 Lucius alter M.in Africâ. *Ex variis* *219*
27 Lucius M.in Africâ.*Ex Mrol.MS.* *769*
22 Lufthildis V.Lufthelbergæ in diœceſi Colon.*Proleg 1146 Vita auct.Cornelio Curtio Canon.Monaſterij-Eyſtiæ 1146.*c
27 Lupus Ep. Cabilonenſ.in Gall.*Proleg.776. Vita ex MSS. cap.1.* S.Lupi Epiſcopatus,virtutes,miracula *777. cap.2.* obitus,exequiæ *778. cap.3.* miracula ad ſepulchrū *778*

M

21 MAccallinus Ab.S.Michaëlis in Galliâ Belg. *Ex varis 385*
24 Macedonius Crithophagus,anachoreta in Syriâ. *Proleg.593. Vita ex Theodoreti Philotheo. cap.1.* Macedonij vita anachoretica,ſacerdotium *593.cap.2.* fiducia in Deū,miracula *594. cap.3.* dona cæleſtia *595.* cædes Antiochenorū à S.Macedonio impedita, *ex Theodoreti hiſtoriâ Eccle.596.* Hiſtoria tumultus Antiocheni *ex S.Chryſoſtomo* *597*
23 Maimbodus M.in territorio Veſontionenſi.*Vita ex Mss.542*
19 Maiolus M.in Africâ. *Ex varijs* *219*
21 Maiulinus M.*Ex Mroll.Mss.* *341*
19 Malardus Ep.Carnotenſis in Galliâ. *Ex variis 235.* Obitus *ex vitâ S.Launomari* *234*
28 Manfredus Eremit.in Galliâ Ciſalpinâ. *Vita ex Italico Franciſci Balarini* *909*
22 Manuël Archiep.Bulgariæ,M.*Prolegom. ex Ioanne Curopalate & alijs 441. Acta ex Men.Græc.* *441*
30 Marcella vidua,Romæ. *Prolegom. §.1.* S.Marcellæ viduitas, ſanctitas,doctrina *1105. §.2.* obitus,natalis,Acta *1105.Vita auct.S.Hieronymo. cap.1.* S.Marcellæ genus, coniugium, viduitas *1106. cap.2.* ſtudium ſacræ Scripturæ & pietatis, vita monaſtica *1107. cap.3.* odium hæreſeos *1108. cap.4.* captiuitas, obitus *1109*
16 Marcellus Papa M.*Proleg.* natalis,ætas,epiſtol.Acta,imago *3. Epitome vitæ ex lib.de Rom. Pont. 5. Epitaph. auct. S.Damaſo 5. Acta ex Mss. cap.1.* SS.Cyriaci & Siſinnij comprehenſio.S.Aproniani martyrium *5. cap.2.* martyrium SS.Siſinnij,Saturnini,Papiæ,Mauri *6. cap.3.* Artemia & Iobia regiæ Virgines à dæmone per S.Cyriacum liberatæ *7. cap.4.* cædes SS.Cyriaci,Creſcentiani, Artemiæ, & aliorum.Marcelli conſtantia *8. cap.5.* S.Lucinæ pietas.Marcelli labores, martyrium *9. Vita alia auctore Vrſione Ab. Altimontenſi ex MSS. Prologus 9. Liber 1. cap.1.* S.Marcelli opera ac decreta *10. cap.2.* Sanctorum labores. Aproniani martyrium.*10. cap.3.* Papiæ,Mauri,Cyriaci,&c.cædes.Marcelli conſtantia *11. cap.4.* in catabulo labores, mors *11. Liber 2. cap.1.* Reliquiæ S.Marcelli diu abſconditæ *12. cap.2.* repertæ & ornatæ *12. cap.3.* miraculis claræ *13. cap.4.* Circumlatæ Sonegias vſque *14. cap.5.* Namurcum deportatæ. *14*
20 Marcia M.Nicomediæ. *Ex Mroll.Mss.* *297*
29 Marcus frater S.Seueræ M.in Italiâ. *Prolegom.946.* Acta *ex Petro de Natal.* *946*
21 Marcuſſus M. *Ex Mroll.Mss.* *341*
19 Marcuſus,ſiue Marciſſus M.in Africâ.*Ex varijs* *219*
24 Mardonius M.Neccæſareæ.*Ex varijs Mroll.* *590*
25 Mares Ab.in Syriâ.*Ex Philotheo Theodoreti & Menæis* *627*
28 Margarita V. Ord.Prædicat. filia Regis Hungariæ. *Prolegom. §.1.* genus illuſtre *897. §.2.* ſanctitas publicè teſtata *898. §.3.* Vita conſcripta *899.* Proceſſus canonizationis ex litteris Inquiſitorum miſſis Ioanni XXI. *899. Vita auctore Garino Ord.Prædic. cap.1.* Margaritæ ortus,pietas *900. cap.2.* veſtitus vilitas, durities, flagra *901. cap.3.* ieiunia,abiecta miniſteria *902. cap 4.* obedientia,benignitas *902. cap.5.* orationis ſtudium,& extaſes *903. cap.6.* varia in vitâ miracula *904. cap.7.* prophetia, mors, exequiæ *904. cap.8.& 9.* plurima poſt mortem miracula *905.& 906. Alia vita ex Epitome rer. Hungar.Petri Ranzani. cap.1.* religioſæ vitæ tirocinium *906. cap.2.* religioſæ virtutes *907. cap.3.* nuptiæ repudiatæ *908. cap.4.* mors,miracula *909*
23 Margarita Virgo Rauennæ in Italiâ. *Prolegom. 548. Vita ex Italico Seraphini Firmani. Prologus auctoris 548. cap.1.* Margaritæ ortus, virtutes *549. cap.2.* vaticinia eius ac miracula *550. cap.3.* obitus, ſepultura *551.* Regulæ collectæ è documentis Margaritæ,quibus ordinem boni IESV inſtituit. *Ex Italico Firmani. 551. Alia Vita auctore Hieron.Rubeo.* *553*
26 Maria vxor S.Xenophontis. *Vide huius Acta à pag. 723. ad 730.*
27 Marina M.in Africâ. *Ex Mroll MSS.* *769*
25 Marinus ſiue Amarinus,Ab.M.in Galliâ. *In Actis S.Præiecti Epiſc.* *628.629.631.632.& 635.*

16 Marinus Presb. M.Brixiæ. *Ex varijs*: cædes & inuentio *2*
21 Marinus M.*Ex Mroll.MSS.* *341*
27 Marius Ab.Bodanenſis in Galliâ. *Prolegom. 772. Vita auctore Dynamio Patricio.Ex Ms.Breuiario. cap.1.* S.Marij præfectura,vaticinia *774. cap.2.*varia miracula,obitus *774. cap.3.*miracula poſt mortem *775*
19 Marius & Martha coniuges,Audifax & Abachum filij MM. Romæ. *Prolegom.* §.*1.* Horum Acta, reliquiæ Romæ *214.& 1136.* §.*2.* reliquiæ in Germaniam & Galliam Belgicam translatæ *215.& 1136. Acta ex MSS. cap.1* Marij & ſociorum ſancta opera *216. cap.2.*S.Valentini Presb.confeſſio,miracula *217. cap.3.* S.Aſterij & domeſticorum conuerſio & martyrium *218. cap.4.* SS.Valentini, Marij, & ſociorum cædes *218.*
16 Marius M.Romæ viâ Appiâ *ex Mroll.MSS.* *3*
19 Martha vxor S.Marij M.Romæ. *à pag.214. ad 219. Vide* Marius.
21 Martialis M.*Ex Mroll.Mss.* *341*
31 Martinus Presb.Saurienſis in Luſitaniâ. *Prolegom. 1131. Vita auctore Saluato diſcipulo ex MSS. Prologus 1131. cap.1.*Saurienſis oppidi deſcriptio *1131.cap.2.*S. Martini ortus,educatio,ſacerdotium, *1132. cap.3.*cura paſtoralis *1133. cap 4* captiuitas,mors,ſepultura *1134*
24 Martyres II.fratres S.Barſimæ.*Ex Men.Græc.* *592*
23 Martyres II. in Pario lacu.*Ex Men.Græc.* *484*
26 Martyres II. in Phrygiâ. *Ex Men.Græc.* *709*
29 Mart. III. Trecis in Galliâ *In . ctis S.Sabiniani 938.d 940b*
16 Martyres VII.in Africâ. *Ex Mroll.Mss.* *3*
16 Martyres IX.milites Romæ viâ Corneliâ. *Ex Mroll.Mss.3*
26 Martyres XII.Philadelph.Smyrnæ.*In Actis S.Polycarpi 691*
18 Martyres XIII.Abitinæ in Africâ. *Ex varijs* *190*
16 Martyres XIII.Romæ.*Ex Mroll MSS.* *3*
28 Martyres XV.ſocij S.Callinici Apolloniæ in Phrygiâ. *In Actis S.Thyrſi.*Eorũ conuerſio *823.*f. Martyrium *824.*a. cultus ſacer *aſſertus ex varijs Martyroll.* *809*
27 Martyres XXIV.in Africâ. *Ex Mrol.MS.* *769*
26 Martyres XXV.in Africâ.*Ex Mroll.MSS.* *708*
27 Martyres XXXII.in Africâ.*Ex variis Mroll.* *769*
26 Martyres XXXVI. ſocij S.Theogenis.*Ex Mrol.* *708*
19 Martyres XXXVIII. Carthagine in Africâ.*Ex Mroll.* *220*
29 Martyres XLVIII.milites Trecis in Galliâ. *In Actis S.Sabiniani 938.*c *939.*e *942.*c *vbi tamen XII. tantùm numerantur.*
23 Martyr.LXXIII.ſocij S.Anaſtaſij in Hiſp. Tarracon. *457*
30 Martyres CXXIV.in Africâ.*Ex varijs Mroll.* *1026*
29 Martyr.LXXX.Tuderti in Vmbriâ.*In Actis S.Seuſtij* *947*
22 Martyr.CCCLIX.Gerundæ in Hiſpaniâ,ſocij S.Inuenti.*Ex Hiſpanico Domenecci.* *415*
22 Mart.CCCLXXVII.in Bulgariâ. *Ex Men.Gr. & alijs* *441*
19 Martyres DC.in Africâ.*Ex varijs* *219*
29 Martyres mille circiter milites in Italiâ.*In Actis S.Seueræ V. 946.*
23 Martyres Ancyrani pueri,alumni S.Clementis. *In eius Actis 466.*c *& 477.*e
23 Martyres Romani,viri,fæminæ,pueri.*In Actis S.Clementis Ancyrani 463.*d *& 474.& 475.*
25 Martyres cum S.Medulâ.*Ex Men.Græc.* *616*
17 Martyrius M.in Oriente.*Ex Mroll MSS.* *80*
23 Martyrius monachus in Valeriâ Italiæ prouinciâ.*ExDialog.S.Gregorij & Martyrol.* *494*
26 Marus Ep.Treuirenſis in Galliâ Belgicâ. *Ex Bravvero & Martyroll.730. Miracula ex MSS.* *730*
30 Matthias Ep.Hieroſolymorum.*Ex varijs* *1025*
27 Matroſus M.in Africâ. *Ex Mrol.MS.* *769*
20 Maurus Ep.Cæſenas. *Proleg.333. Vita auct.B.Pet. Damiani. Prologus 333.cap.1.*S.Mauri Epiſcopatus:in eo geſta.*334 cap.2.*tranſlatio corporis. miracula *334. cap.3.*varia ad reliquias miracula *335*
29 Maurus M.Romæ. *Vita è varijs collecta.* §.*1.* SS.Papiæ & Mauri natalis,acta *948.* §.*2.*Eorum reliquiæ in Vrbem & Germaniam tranſlatæ *948.* §.*3.* ad eccleſiam Oratorij tranſlatæ *949.* §.*4.* Aliquæ in Flandriam *949*
23 Mauſimas, velMayſimas,Sacerdos in Syriâ. *Vita ex Philotheo Theodoreti* *489*
24 Maximus M.Romæ.*Ex Mroll.MSS.* *590*
25 Maximus miles M.Antiochiæ. *Vide* Iuuentinus *à 618. ad 620.*
29 Maximus pater S.Seueræ M.in Italiâ. *Prolegom.946. Acta ex Petro de Natal.* *946*
25 Medula M.*Ex Men.Græc.* *616*
21 Meinradus Eremita M. in Heluetiâ. *Prolegom. 381. Vita ex MSS. cap.1.* S.Meinradi inſtitutio, vita monaſtica, amor ſolitudinis *382. cap.2.* Vita ſolitaria in Nigrâ ſiluâ *383. cap.3.*cædes S.Meinradi *384. cap.4.* ſumpta de homicidis ſupplicia *385*
16 Melas Ep.Rhinocoruræ. *Prolegom. 15.Acta ex Sozomeno 15*
17 Melaſippus M. frater tergeminus SS. Speuſippi & Eleuſippi. *à pag.73.ad 80. Vide* Speuſippus.
19 Memma Mart.*Ex Martyroll.MSS.* *1143*
21 Memnon M.*Ex Martyroll.MSS.* *414*
22 Melondion,vel Molendion M.in Africâ. *Ex varijs.* *219*
8 Menelapus M. *Ex varijs* *190*
17 Merulus monachus Romæ. *Prolegom.164. Vita ex dialogis S.Gregorij* *164*
23 Meſſalina V.M.Fulginij in Vmbriâ. *Vita ex Italico Ludouici Iacobilli. cap.1.* Meſſalinæ pia opera *453. cap.2.* martyrium, repertæ reliquiæ *454*
24 Metellus M.Neocæſareæ. *Ex variis Mroll.* *590*
31 Metras,ſiue Metranus M.Alexandriæ. *Ex Mroll. & Euſebio* *1079*
17 Mildvvida ſiue Milgitha V.in Angliâ. *Ex varijs* *176*
22 Minutius M. in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *414*
23 Minutius M.Romæ viâ Salariâ. *Ex Mroll.MSS.* *455*
17 Miſſelianus M.in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *80*
27 Miſſurianus M. in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *769*
17 Miſtrianus M. in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *80*
17 Miſurianus M. in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *80*
19 MonachiHyenſesMM.in Scotiâ.*Ex Act.S.Blaithmaci* *237*
18 Moſæus miles Martyr in Ponto. *Ex varijs* *188*
17 Mucius M. in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *80*
22 Mucius M. in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *414*
24 Muſonius M. Neocæſareæ. *Ex variis Mroll.* *590*

N

16 NAffanianus M. in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *3*
17 Neon Exceptor M.*In Actis Tergeminorũ 73.76.*c *& 80*
20 Neophytus M. Nicææ in Bithyniâ. *Ex Mroll. & Men.Gr. 297.*
26 Notburga vidua cum liberis VIII.in Germaniâ. *Ex relatione Danielis Feldneri è Soc.* IESV. *275*

O

18 OEcomenus M. in Ægypt. *Acta ex MSS.* *188*
22 Orion M.*Ex Mroll.MSS.* *414*
18 Orion M.in Ægypt. *Acta ex MSS.* *188*
22 Orontius M. ſocius S.Vincentij,Gerundæ in Hiſpaniâ. *Prolegom.Acta ex MSS.à p.389.ad 393.Vide* Vincentius.
16 Otto Presb.M.Ord.S.Franciſci in Mauritaniâ. *à p.62. ad 71.Vide* Berardus de Carbio.

P

28 PAlladius anachoreta in Syriâ. *Ex Theod.& Men.Gr.841*
18 Panſius M. in Ægypto. *Acta ex MSS.* *188*
18 Pantherus M. in Ægypto. *Acta ex MSS.* *188*
18 Papas M. in Ægypto. *Acta ex MSS.* *188*
26 Papas M. in Africa. *Ex Mroll.MSS.* *708*
18 Papias M. in Ægypto. *Acta ex Mss.* *188*
23 Papias M.Ancyræ. *Ex Mroll.Mss.* *484*
25 Papias M. Carthagine. *Ex Mroll.Mss.* *618*
29 Papias M. Romæ. *Vita è varijs collecta. à pag.948. ad 949. Vide* Maurus.
29 Panegorius M. Samoſatæ. *Ex Men.Græc.* *950*
23 Parmenas Apoſt.è VII. primis Diaconis, M. Philippis in Macedoniâ. *Ex variis Martyroll.* *453*
22 Parodus Presb. M. in Bulgariâ. *Ex Men.Gr.& alijs* *441*
21 Patroclus M. Trecis in Galliâ. *Prolegom.342. Acta ex Mss. cap.1.* S.Patrocli religioſa vita.Prima quæſtio *343.* *cap.2.*

*cap. 2.*ſecunda quæſtio.capitis ſententia.*344. cap. 3.* cædes, ſepultura, oratorium *344. Alia Acta ex Surio. cap.1.*S.Patrocli religioſa vita *345. cap.2.* prima quæſtio *345. cap.3.*ſecunda quæſtio.ſententia *346. cap.4.* mors,ſepultura *346. Tranſlatio. Prolegom. 347. & 1143. Hiſtoria tranſlationis ex vitâ S.Brunonis Archiep.Colonien.348.* Triumphus S.Patrocli *ex Bernardo VVittio & alijs 1144*

13 Patroclus Ep.M.in Galliâ. *Ex varijs 1110*

19 Paula M. *Ex Menæis Græc. 220*

26 Paula vidua Romana, Bethleemi in Iudæâ. *Prolegom. § 1.* S.Paulæ natalis,vita *711. §.2.* ætas,monaſteria, ſepulchrum *711. Vita auctore S.Hieronymo.* Præfatio *712. cap.1.* S.Paulæ ortus, coniugium, viduitas, diſceſſus è patriâ *713. cap.2.*iter maritimum in Syriam: inde terreſtre Hieroſolymã *714. cap.3.* iter in Bethlehem & ad mare mortuum *715. cap. 4.*iter ad Iordanem,in Galilæam & Samariam *715. cap.5.*iter in Ægyptum *716. cap.6.*virtutes Chriſtianæ *717. cap.7.* aduerſorum inuicta perpeſſio *717. cap.8.* Virginum inſtitutio *718. cap.9.* odium hæreticorum, ſtudium ſacræ Scripturæ *719. cap.10.* obitus,ſepultura *721*

18 Paulus M.Abitinæ in Africâ. *Ex varijs 190*

18 Paulus M.in Ægypto. *Acta ex Mss. 188*

19 Paulus M.in Africâ. *Ex varijs 279*

29 Paulus M.in Africâ. *Ex varijs Mroll. 950*

24 Paulus M.Cleopatride in Ægypto. *Ex Men.Gr. & alijs 591*

19 Paulus puer M. *Ex Men.Græc. 220*

24 Pauſirion M. Cleopatride in Ægyp. *Ex Men.Gr.& alijs 591*

26 Pelagius Ep.Irienſis in Gallæciâ. *Ex Molin.& Marietta.751*

31 Pelianus M.Alexandriæ. *Ex varijs Mroll. 1080*

30 Peregrinus Confeſſ.in Siciliâ. *Prolegom. Ex Oct.Caietano & alijs 1031.& 1153. Vita ex Mss. 1135*

27 Perpetua M.in Africâ. *Ex Mrol.Ms. 769*

18 Pethecus M.in Ægypt. *Acta ex Mss. 188*

18 Petri Apoſt.cathedra Romæ. *Prolegom.*anniuerſaria dies aditi Epiſcopatus.cathedræ huius celebritas *181.* Bulla Pauli IV. de cathedræ huius feſtiuitate *182*

27 Petrus Ægyptius anachoreta in Syriâ. *Ex Theodoreto & Men.Græc. 771*

22 Petrus Ep.M.in Bulgariâ *Prolegom. Acta ex Men.Gr. 441*

26 Petrus Ep.in Gallæciâ. *Ex Molinâ & Mariettâ 751*

16 Petrus à S.Geminiano M.ord.S.Franciſci in Mauritaniâ. *àp.62.ad 71. Vide* Berardus de Carbio.

29 Petrus Nolaſcus fundator ord.S.Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum,in Hiſpaniâ. *Prolegom. 980. Vita auctore Franciſio Zumel. Præfatio 981. cap.1.*S.Petri Nolaſci ortus, pietas, opum abdicatio *981. cap.2.* captiuorum procurata redemptio *982. cap.3.* Ordo Mercedis inſtitutus *983. cap.4.*capta Valentia. Podienſe cœnobium *984. cap.5.* primum Redemptionis cœnobium. inſtituti vetus exemplum *985. cap. 6.* Viri ſancti ex ordine Mercedis *986. cap.7.*alij viri ac feminæ ſanctitate illuſtres. S. Petri obitus *987.* Analecta de Petro Nolaſco ex hiſtoriâ Hiſpanicâ Alfonſi Remon. *§.1.* aduerſa fortiter tolerata *988. §.2.* cælitus impertita ſolatia *989*

20 Petrus Teloneatius. *Ex Men.Gr.328.& ex vitâ S. Ioannis Eleemoſyn. 506.& 523.*

29 Petrus Thomaſius Patriarcha Conſtantinopol.ord.Carmelit. *Prolegom. §.1.* Legatio multiplex à Sede Apoſtolicâ S.Petro impoſita *990. §.2.*S.Petri Epiſcopatus,Archiepiſcopatus,Patriarchatus *992. §.3.* tempus & genus mortis,cultus ſacer *993.§.4.*Vita,ſcripta *994. Vita auctore Philippo Mazzerio Cancellario regni Cypri.Ex Mss. Prologus auctoris 995. cap.1.*S.Petri patria, inſtitutio, vita monaſtica, doctrina *996. cap.2.* laurea doctoralis,conuerſatio in Curiâ Pontificiâ *996. cap.3.* Epiſcopatus,Nuntiatura ad Imperatorem,Reges Appuliæ & Raſciæ *997. cap.4.*Legatio ad Venetos & Regem Hungariæ *999. cap.5.*Legatio Conſtantinopolitana.Eccleſia Orientalis Romanæ reconciliata *1000. cap.6.*iter in Cyprũ & Palæſtinã *1001. cap.7.* legatio Apoſtolica vniuerſalis in Oriente.Creta ab hæreſi purgata *1002. cap.8* Inauguratio Petri Regis Cypri. Schiſmaticorũ reductio *1004.cap.9.*viſitatio Epiſcopat.Coronenſis. reditus in Cyprum *1005. cap.10.*peſtilentia à Cypro miracu.oſè auerſa *1006. cap.11.*iter ad Papam & Principes Chriſtianos: ſacra expeditio in Palæſtinam decreta *1007. cap.12.*pax Bononienſis procurata *1008. cap 13* pericula Bononiæ contẽpta,ſuperata *1009. ca.14.* Belli tenue ſubſidium à Venetis conceſſum,à reliquis Principibus negatũ *1010. cap.15.*timor belli Genuenſis ſublatus.Claſſis ad expeditionẽ emiſſa *1012. cap.16.*Alexandria intercepta,derelicta *1014. cap.17.*Epiſtola S. Petri ad Papam & Imp. de ſucceſſu expeditionis *1015. cap.18.*reditus in Cyprum.S.Petri ægritudo *1017. cap.19.* præparatio ad mortem,teſtamentum *1018. cap.20.*obitus *1019. cap.21.* Miracula,ſepultura *1020. cap.22.*Epilogus Scriptoris. Encomia B.Petri *1021. Appendix ad vitam,incerto auctore 1022*

23 Phengon miles M.Amiſi. *In Actis S.Clementis Ancyrani 466. f & 479. b.*

30 Philappianus M.in Africâ. *Ex varijs Mroll. 1026*

24 Philippicus Presbyter. *Ex Men.Græc. 593*

24 Philo Ep.Calpaſius. *Ex Men.Græc. 593*

29 Philotheus M.Samoſatæ. *Ex Men.Græc. 950*

19 Pia M.Carthaginæ in Africâ. *Ex varijs 220*

19 Picaria M.Carthaginæ in Africâ. *Ex varijs 220*

20 Pinnas M. *Ex Men.Græc. 297*

18 Pinutus M.in Ægypto. *Acta ex Mss. 188*

18 Pleſius M.in Ægypto. *Acta ex Mss. 188*

26 Polycarpus Ep.Smyrnenſis in Aſiâ M. *Prolegom. §.1.* S.Polycarpi feſtum. dies & annus martyrij *691. §.2.* Acta, ſcripta *692. §.3.* in Vrbem profectio:zelus aduersùs hæreticos *693. §.4.* eius diſcipuli Galliarum Apoſtoli *694. §.5.*Reliquiæ *695. Vita auctore Pionio ex Ms.Græco. cap.1.* S. Polycarpi adoleſcentia *695. cap.2.*mores & ſtudia iuuentutis,cælibatus *696. cap.3.* Diaconatus, doctrina Chriſtiana *697. cap.4.*ſacerdotium,conciones *698. cap.5.*Epiſcopatus Smyrnenſis *699. cap.6.*miracula *700. Martyrium ex Eccleſiæ Smyrnenſis epiſtolâ ex Ms.Græc. §.1.* S.Germanici & aliorum conſtantia *702. §.2.* S.Polycarpi latebræ & apprehenſio *702. §.3.* martyrium, reliquiæ *704. Idem martyrium ex Mss. Latinis. §.1.* S. Germanici & aliorum conſtantia *705. § 2.* Polycarpi latebræ, apprehenſio *705.* martyrium *706*

31 Polycarpus M.in Africâ. *Ex variis Mroll. 1080*

25 Poppo Abbas,Stabuleti in Belgio. *Prolegom.637. Vita auctore Euerhelmo Abbate. Ex MSS. Præfatio Onulphi monachi 638. cap.1.* Popponis ortus, ſtudium armorũ *638. cap.2.*piæ peregrinationes *639. cap.3.* repudiata ſeculi vita *640. cap 4.*leproſi miraculoſa curatio *641. cap.5.* B.Adelvviuæ matris religioſa vita *641. cap.6.* monaſterij S.Vedaſti poſſeſſiones ſtrenuè curatæ *642 cap.7.*probata humilitas.Beloaci præfectura *643.cap.8.* præfectura Stabulenſis,& S.Maximini.aduerſarij puniti *644. cap.9.*Declinato Epiſcopatu, monaſteria reformata *645. cap.10.*aſſerta miraculis auctoritas *646. cap.11.*Stabuleti & Malmundarij reſtauratio, ornatus *647. cap.12.*æmuli caſtigati.miracula *647. cap.13* præfectura Vedaſtina, & Marchianenſis *648. cap.14.*Obitus,virtutes,ſepultura *649, cap.15.*varia poſt mortem miracula *651. cap.16.* alia miracula. *Auctoris epilogus 651*

29 Potamion Ep.Agrigẽtinus in Siciliâ. *Ex Ferrar.& aliis 969*

18 Potamon M.in Ægypto. *Acta ex Mss. 188*

25 Præiectus Ep. Aruernenſis in Galliâ, Marinus, ſiue Amarinus,& Elidius MM. *Proleg.628. Vita auct. coætaneo. ex Mss. cap.1.*S.Præiecti Epiſcopat.in eo geſta. *630. ca. 2.* varia miracula *631. cap.3.*improborũ machinationes. cædes *631. Alia vita auctore coætaneo.Ex Mss. Prologus auct. 633. cap.1.* S.Præiecti inſtitutio, ſacerdotium *633.*

cap.2. Episcopatus: in eo gesta *634.* *cap.3.* martyrium, miracula *635*
24 Prilidianus puer discipulus S. Babylæ Ep.M. Antiochiæ. *In Actis* S.Babylæ *à pag.569.ad 579.*
21 Primus M.*Ex Mroll.MSS.* *341*
19 Primus M.in Africâ.*Ex varijs.* *219*
27 Primus M.in Africâ.*Ex variis* *769*
18 Prisca V.M Romæ.*Prolegom.* §.*1.*S.Priscæ natalis, acta, ætas *183.* §.*2.* ecclesia, reliquiæ *184.* *Acta ex MSS. cap.1.* S. Priscæ comprehensio. prima quæstio *184. cap.2.* iteratæ quæstiones.euersa idola *185. cap.3.* spathæ,feræ,flammæ superatæ *186.* *cap.4.* cædes, sepultura, translatio *187*
16 Priscilla matrona Romæ.*Ex varijs* *2*
27 Processus M.in Africâ. *Ex Mrol.MS.* *769*
25 Proiectus Diaconus M.Casali in Italiâ. *Ex Ferrario* *636*
18 Proteus M.in Ægypt.*Acta ex MSS.* *188*
27 Publia M. in Africâ.*Ex varijs Mroll.* *769*
24 Publianus M.in Africâ.*Ex Mroll.MSS.* *590*
27 Publianus M.in Africâ.*Ex Mrol.MS.* *769*
21 Publius Ep.Athenienſis M.*Ex varijs Mroll.* *338*
25 Publius Abbas,Zeugmate in Syriâ.*Prolegom.621. Vita ex Theodoreto. cap.1.*S.Publij exercitatio, duplex cœnobium extructum *622. cap.2.* Successores in præfecturâ cœnobiorum *622*
19 Publius M.in Africâ. *Ex variis.* *219*
31 Publius M.in Africâ. *Ex varijs Mroll.* *1080*

Q

27 QVintillus M.in Africâ. *Ex Mrol.MS.* *769*
21 Quinctinus M. *Fx Mroll.MSS.* *341*
19 Quinctus M.in Africâ.*Ex varijs.* *219*

R

26 RAdegundis V.Calæ in Galliâ. *In Actis S.Bathildis Reginæ. Prolegom.* §.*6. 748. Vita 741.* e *& 745.* f Translatio *747.& 748.*f
24 Rainaldus Ord.Crucigerorum, in Piceno. *Ex Ferrario & Maurolyco* *609*
18 Recumbus M.in Ægyp. *Acta ex MSS.* *188*
29 Redigundis V.ord. Præmonstrat.in Hispaniâ. *Prolegom. 975. Vita ex Hagiologio Præmonstrat. Chrysostomi vander Sterren* *975*
19 Remigius,siue Remedius, Archiep. Rotomag. *Ex varijs 235.*
26 Reotrus M.in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *708*
21 Reposita M. *Ex Mroll.MSS.* *341*
26 Rhodon M.*Ex varijs Mroll.* *709*
28 Richoardus Abbas Valcellensis in Belgio. *Ex Chronico MS.& Mrol.* *892*
17 Ricmirus Abbas apud Cenomanos in Galliâ. *Prolegom. Vita auctore coætaneo.Ex MSS. Prologus. cap.1.* Ricmiri vita monastica,sacerdotium *177. cap.2.* varia miracula *178. cap.3.* virtutes,mors,miracula *179*
20 Rimmas M.*Ex Men.Gr.* *297*
21 Rogatus M. *Ex Mroll.MSS.* *341*
27 Rogatus M.in Africâ. *Ex Mrol.MS.* *769*
18 Romanus M.in Ægypto. *Acta ex MSS.* *188*
29 Romanus M.Samosatæ. *Ex Men Græc.* *950*
17 Rubentius M.in Oriente.*Ex Mroll.MSS.* *80*
24 Ruppus M.in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *590*

S

30 SAbina vidua Mediolani. *Vita ex varijs collecta 1029.*
29 Sabina V.Trecis in Galliâ. *Prolegom.* §.*1.* publica veneratio *937.* §.*2.* Acta,reliquiæ,tempus obitus *938. Vita ex MSS. cap.1.*S.Sabinæ patria, educatio, fuga è patriâ *944. cap.2.* iter Romam, Rauennam & in Galliam *944. cap.3.*obitus,sepultura, miracula *945*
25 Sabinianus M.in Siciliâ. *Ex Mroll.MSS.* *618*
29 Sabinianus M.Trecis in Galliâ. *Prolegom.* §.*1.* publica veneratio *937.* §.*2.*Acta,reliquiæ,tempus obitus *938. Vita ex MSS. cap.1.* S.Sabiniani baptismus, prædicatio, carcer *939. cap.2.* irrogata tormenta *940. cap.4.* cædes, sepultura, miracula *940. Vita alia ex Nicolao Camuzato. cap.1.* Sabiniani conuersio,peregrinatio, prædicatio *941. cap.2.*tormenta inflicta *942. cap.3.* cædes, sepultura, miracula *943*
17 Sabinus Ep.Placentinus in Italiâ. *Prolegom. 163. Miraculum ex S. Gregorio 163. Vita ex Ferrario.* *163*
25 Sabinus Puteolis. *Ex variis Martyroll.* *616*
23 Salamanes Silentiarius in Syriâ.*Proleg.Vita ex Theodor.* *490*
17 S.Saluius M.in Africâ, *Ex Mroll.MSS.* *80*
29 Sarbelius M.Edessæ in Mesopotamiâ.*Acta ex Men. Gr. & varijs Mroll.* *923.& 1153*
18 Sarmata mon.M.in Ægypt.*Acta ex MSS.* *188*
17 Sarta M.in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *80*
18 Saturnina M.Abitinæ in Africâ. *Ex varijs* *190*
19 Saturnina M.in Africâ. *Ex varijs* *219*
21 Saturninus M.*Ex Mroll.MSS.* *341*
18 Saturninus M.in Ægypt. *Acta ex MSS.* *188*
16 Saturninus M.in Africâ. *Ex Mroll.* *3*
17 Saturninus M.in Africâ. *Ex Mroll.Mss.* *80*
19 Saturninus M.in Africâ. *Ex variis* *219*
31 Saturninus M.in Africâ.*Ex variis Mroll.* *1080*
31 Saturninus M.Alexandriæ. *Ex varijs Mroll.* *1080*
23 Saturninus M.Romæ viâ Salariâ.*Ex Mroll.MSS.* *455*
21 Saturus M. *Ex Mroll.MSS.* *341*
22 Saturus M.in Africâ. *Ex Mroll.MSS.* *414*
26 Saturus M.in Africâ.*Ex Mroll.MSS.* *708*
27 Saturus M.in Africâ. *Ex varijs Mroll.* *769*
20 Sebastianus M. Romæ. *Prolegom.* §.*1.*Sebastiani natalis *257.* §.*2.* Acta *257.* §.*3.*basilicæ Romanæ *258.* §.*4.* reliquiæ Romæ *259.* §.*5.* Contra pestem salutare patrocinium *259.* §.*6.*veneratio Capuæ & Mediolani ob pestem propulsatam *260. & 1138.* §.*7.* reliquiæ Suessionem allatæ *261.* §.*8.* reliquiæ varijs locis in Galliâ, Belgio, Hispaniâ *262.& 1138.* §.*9.* in Eberspergensi Bauariæ cœnobio *263.& 1139.* §.*10.*Aliæ in Bauariâ *264.* §.*11.*reliquiæ ac cultus alibi *264.& 1140.*

Acta auctore S.Ambrosio, vt putatur,ex MSS. cap.1. S.Sebastianus Martyres animat *265. cap.2.*Marcelliani & Marci grauiter oppugnata constantia.*265. cap.3.* S.Sebastianus nutantes confirmat *266. cap.4.*inferni pœnæ cæliqúe gaudia Martyrũ amicis inculcata *266. cap 5.*opum deliciarumque vsus *267. cap.6.*Martyrũ felicitas & gloria *268. cap.7.* eius oratione & miraculis conuersi Zoë & Nicostratus *268. cap.8.* Marcelliani & Marci constantia *269. cap.9.* ceteri à Sebastiano vnà cum captiuis conuersi.*269. cap.10.*omnes à Polycarpo ad baptismum præparati *270. cap.11.* baptizati catechumeni, vnaque Claudius cum filijs *270. cap.12.*errores gentilium confutati à Tranquillino *271. cap.13.*Verbi Incarnatio exposita *272. cap.14.* Chromatius Vrbis Præfectus catechizatur *272. cap.15.*Chromatij confracta idola *273. cap.16.* Instrumentis astrologiæ iudiciariæ cõfractis,sanatur Chromatius *273. cap.17.* Chromatij & Tiburtij baptismus *274. cap.18.* Chromatius, præfecturâ Vrbis abdicatâ persecutionis tempore Christianos alit *275. cap.19.* Sebastiani, Tiburtij,& aliorum præclara facta in Vrbe *276. cap.20.* Zoës,Tranquillini, & aliorum cædes *276. cap.21.*S.Tiburtij martyrium.*277. cap.22.* Castuli,Marcelliani,Marci cædes *277. cap.23.* S.Sebastiani glorioſum certamen *278*

Translatio reliquiarum S.Sebastiani Suessionem, auctore Suessionensi monacho.Ex MSS. cap.1. Hilduini in Vrbẽ legatio *278. cap.2.*Rodoini cõsilium de petendis Româ reliquijs *279. cap.3.*Rodoini legatio,occasio petitarum S. Sebastiani reliquiarum *280. cap.4.* amici salutati:exposita Pontifici legatio *281. cap.5.* consultatio Cardinalium *282. cap.6.*reclusum S.Sebastiani sepulchrum *282. cap.7.* reliquiæ Româ auectæ *283. cap.8.* varia in itinere miracula *284. cap.9.* pompa translationis ad cœnobium S.Medardi *285. cap.10.*variæ curatæ ægritudines *285. cap.11.* inflicta impio pœna,

pœna, impenſum auxilium 287. cap.12. alia miracula : donariorum copia 287. cap.13. Æmulorum obtrectatio repreſſa 288. cap. 14. Magnilocenſis cœnobij origo 289. cap. 15. improbi reliquiarum nundinatores nefariè deluſi 289. cap.16. reliquiarum temerè ſuſceptarum fraus detecta 290. cap.17. linteo, quo obuolutæ reliquiæ, miracula patrata 291. cap.18. publicæ calamitates per reliquias depulſæ 292. cap.19. Ludouici Pij Imp. & coniugis erga S.Sebaſtianum pietas 292. cap.20. Ludouici Pij abdicatio, captiuitas 293. cap.21. Ludouici ob votum Religionis dilatum anxietas, obitus 294. Epilogus 295. Reliquiæ SS.Sebaſtiani, Gregorij, & Medardi à Caluiniſtarum furore ſeruatæ. *Comment. Alexandri Salnouei ex Mss.* 295

27 Secunda M. in Africâ. *Ex Mrol. Mss.* 769
29 Secunda mater S. Seueræ M. in Italiâ. *Prolegom.* 946. *Acta ex Petro de Natal.* 946
21 Secundus M. *Ex Mroll. Mss.* 341
19 Secundus M. in Africâ. *Ex varijs* 219
26 Secundus M. in Africâ. *Ex Mroll. MSS.* 708
27 Secundus M. in Africâ. *Ex varijs Mroll. MSS.* 779
25 Secundus M. Carthagine. *Ex Mroll. Mss.* 618
18 Serapion M. in Ægypt. *Acta ex Mss.* 188
30 Serena M. Metis in Galliâ Belgicâ. *Acta ex varijs collecta.* §.1. S. Serenæ natalis, geſta 1027. §.2. tranſlatio, miracula 1028
23 Sergius monachus M. in Hiſp. Tarraconẽſi. *Ex variis* 457
26 Seruandus Ep. Irienſis in Gallæciâ. *Ex Molinâ, Mariettâ & Ferrario* 751
21 Seruulus M. *Ex Mroll. MSS.* 341
29 Seuera V. M. in Italiâ. *Proleg.* 946. *Act. ex Petro de Natal.* 946
25 Seuerianus Ep. Gabalitanus in Galliâ. *Ex Ioanne Chenu, & varijs Mroll.* 615
23 Seuerianus M. Neocæſareæ in Mauritaniâ. *Ex varijs Mroll.* 455.
29 Seuſtius M. Tuderti in Vmbriâ. *Prolegom.* 947. *Acta ex Ferrario* 947
26 Simeon Priſcus Ab. in Syriâ. *Ex Theodoreto* §.1. Vita anachoretica, miracula 709. §.2. peregrinatio ad montem Sina, monaſteria extructa 710
22 Sionius M. in Bulgariâ. *Ex Men. Græc. & aliis.* 441
23 Sodon Rauennæ in Italiâ. *Ex Mroll. MSS.* 618
21 Solutor M. in Africâ. *Ex Mroll. Mss.* 343
24 Sophias, ſiue Cadocus Ep. Beneuentanus in Italiâ M. *à 602. ad 605. item 1150. Vide ſuprà* Cadocus.
19 Spanus, ſiue Hiſpanus, M. in Africâ. *Ex varijs* 219
28 Speus Confeſſor Aquiſgrani, & Hartesburgi. *Ex Lamb. Schafnaburgenſi & Mroll.* 891
17 Speuſippus, Eleuſippus, Melaſippus Tergemini MM. *Prolegom.* §.1. Tergeminorum cultus, acta, ætas, patria 73. & 1135. §.2. reliquiæ Elvvangam tranſlatæ. 74. *Vita ex Mss. cap.1.* Tergemini variè ad fidem inuitati 74. *cap.2.* idolis euerſis pleniùs inſtruuntur 75. *cap.4.* martyrio coronantur 75. *Vita alia auctore VVarnahario. Ex Mss. Prologus auctoris* 76. *cap.1.* S. Benigni ad Lingonas aduentus 76. *cap.2.* Tergemini, auiæ monitu, & ſomnijs, ad fidem inuitati 77. *cap.3.* euerſis idolis fidem publicè profeſſi 78. *cap.4.* variè cruciati, coronãtur 79. *cap.5.* auia alijque comites martyrij 80
16 Stephanus Diaconus M. *Ex varijs.* Eius cædes, & inuẽtio 2
18 Succeſſus M. Abitinæ in Africâ. *Ex varijs* 190
19 Succeſſus M. in Africâ. *Ex varijs* 219
27 Sulpitius Ep. Giſlenopoli in Hannoniâ. *Prolegom.* 787. Hiſtoria tranſlationis 788
18 Sulpitius Ep. Traiect. in Belgio *ex variis* 196
17 Sulpitius Pius Ep. Bituric. in Galliâ. *Prolegom.* §.1. SS. Sulpitij primus & ſecundus diſtincti 165. §.2. Sulpitij Pij, Vita 166. §.3. ætas 166. §.4. reliquiæ 167. *Vita auct. coætaneo. Ex MSS. Prologus* 167. *cap.1.* S Sulpitij in ſeculari vitâ mores 168. *cap.2.* in ſacro habitu ante Epiſcopatum 168. *cap.3.* in Epiſcopatu vita Apoſtolica 169. *cap.4. & 5.* varia miracula 170. *cap.6.* iniquum tributũ abrogatum 171. *cap.7.* adſcitus coadiutor. exercitia virtutum 171. *cap.8.* infeſtationes dæmonũ eliſæ 172. *cap.9.* præclara in varios beneficia 173. *cap.10.* obitus, ſepultura, miracula 174. *Alia vita breuior auctore coætano. ex MSS. Prologus* 174. *cap.1.* S. Sulpitij præclaræ virtutes 175. *cap.2.* obitus, miracula 175
29 Sulpitius Seuerus Ep. Bituricenſis in Galliâ. *Ex variis.* §.1. res eius geſtæ 967. §.2. Sulpitius Seuerus S. Martini diſcipulus, an Sanctus? 968
24 Supporina Claro-monte in Galliâ. *Ex Sauarone* 593
24 Suranus Abb. in Italiâ M. *Ex Dialog. S. Greg & Mrol.* 606
18 Susãna V.M. Salerni in Italiâ. *à p.190 ad 194. vide* Archelaa.
21 Synaldus Treuiris. *Ex Schekmanno* 387

T

26 TÆllianus M. in Africâ. *Ex Mroll. MSS.* 708
27 Tecuſſa M. in Africâ. *Ex Mrol. MS.* 769
18 Telerianus M. Abitinæ in Africâ. *Ex varijs* 190
19 Tertulus M. in Africâ. *Ex variis* 219
17 Teuſſa M. in Africâ. *Ex Mroll. Mss.* 72
31 Tharſicius M. Alexandriæ. *Ex varijs Mroll.* 1080
18 Thecla V.M. Salerni in Italiâ. *p.190. ad 194. Vide* Archelaa.
31 Theoctiſte V.M. in Ægypto. *In Actis SS. Cyri & Ioannis* 1081. 1086. 1087.
22 Techus M. *Ex Mroll. MSS.* 414
27 Theodoricus II. Ep. Aurelianenſis in Galliâ. *Prolegom.* 788. *Vita ex Annalibus Caroli Saußeij* 789
31 Theodoſia V.M. in Ægypto. *In Actis SS. Cyri & Ioannis* 1081. 1086. 1087.
24 Theodotion M. Cleopatride in Ægypto. *Ex Men. Gr. & alijs* 591
26 Theofridus Ep. Albigenſis in Galliâ. *ex Vitâ S. Bathildis & Mrolog.* 749
26 Theogenes M. *Ex S. Auguſtino & varijs Mroll.* 708
25 Theogenes M. Puteolis *ex Mroll. MSS.* 616
18 Theonas M. in Ægypto. *Acta ex MSS.* 188
26 Theoritgida V. Berkingi in Angliâ. *Prolegom.* 749. *Vita ex Hiſtoriâ Anglicanâ Bedæ* 749
18 Thonius M. in Ægypto. *Acta ex MSS.* 188
30 Thiadildis V. Abbatiſſa Freckenhorſti in Weſtphaliâ. *Commentarius Ioan. Gamanſij Soc.* IESV. §.1. Freckenhorſti ſitus. Thiadildis publica veneratio 1154. §.2. Euervvordus fundator Freckenhorſti 1155. §.3. Geua amita S. Thiadildis 1155. §.4. Crux ſancta Freckenhorſti 1156. *Vita ex MSS. cap.1.* Monaſterij Freckenhorſti origo 1156. *cap.2.* S. Thiadildis educatio 1157. *cap.3.* Euervvordus & Geua coniuges ſeculum relinquunt 1158. *cap.4.* Thiadildis virtutes, obitus, 1159. *cap.5.* Reuelatio ſanctæ Crucis in Freckenhorſt 1159
31 Thyrſus M. Alexandriæ. *Ex varijs Mroll.* 1080
28 Thyrſus M. Mileti in Aſiâ. *Proleg.* §.1. S. Thyrſi patria, locus martyrij, peculiaris cultus 808. §.2. communis cultus S. Thyrſi cum ſocijs Leucio & Callinico. Acta 809. §.3. reliquiæ, templa 810. §.4. hymnus *auctore Cyxillâ Ep. Toletano* 812. *Acta ex MSS. mutila. cap.4.* reliqua Thyrſi tormenta ſub Cumbritio & Siluano, horũ interitus 813. *cap.5.* ſub Baudo Præſide Apameæ è mari eripitur 814. *cap.6.* Cæſareæ tolerata flagra: feræ cicures, ſtatua Bacchi deiecta 814. *cap.7.* Apolloniæ certamen initum. martyrium S. Callinici 816. *cap.8.* S. Thyrſi mors, ſepultura 816. *Alia Acta ex MSS. cap.1.* martyrium S. Leucij. conuerſio S. Thyrſi 817. *cap.2.* varia S. Thyrſi tormenta ſub Cumbritio Præſide 817. *cap.3.* plumbo liquato perfuſus & fruſtatim iuſſus ſecari, integer & incolumis permanet 819. *cap.4.* baptiſmus diuinitus procuratus: ſtatua Apollinis confracta 820. *cap.5.* varia tormenta ſub Siluano & Cumbritio: horum interitus 820. *cap.6.* morti bis ſub Baudo Apamiæ ereptus: ſtatua Bacchi deiecta 821. *cap.7.* Quæſtio Apolloniæ habita. conuerſio S. Callinici 822. *cap.8.* martyrium SS. Callinici & XV. ab eo conuerſorum. obitus S. Thyrſi 823

Alia Acta ex MSS. cap.1. martyrium S.Leucij,conuerſio S.Thyrſi *824. cap.2.* varia tormenta ſub Præſide Cumbritio *825. cap.3.* illæſus manet in varijs tormentis. *826. cap.4.* baptiſmus S. Thyrſi. ſtatua Apollinis deiecta *826. cap.5.* tormenta à Siluano inflicta *827. cap.6.* interitus Siluani & Cumbritij *828. cap.7.* ſub Præſide Baudo in mare proiectus, liberatus *829. cap.8.* feris obiectus, illæſus *830. cap.9.* Quæſtio Apolloniæ habita. S. Callinici conuerſio: vtriuſque martyrium *831*

19 Tiberitanus M.in Africâ.*Ex variis 219*

24 Timotheus Apoſtolus Ep.Epheſinus M. *Prolegom. §.1.* S.Timothei natalis *562. §.2.* Acta conſcripta. tempus mortis *563. §.3.* tranſlatio reliquiarum *565. Acta auctore Polycrate Ep.Epheſino. Ex MSS. 566. Alia acta auctore Simeone Metaphraſte. cap.1.* S.Timotheus diſcipulus & comes S. Pauli *567. cap.2.* S.Timothei zelus. martyrium *567. cap.3.* reliquiarum translatio. *568.*

17 S.Timotheus M.in Africâ.*Ex Mroll.MSS. 80*

24 Timotheus M.in Siciliâ. *Prolegom. Acta ex Men. Grac. 552.*

16 Titianus Ep.Opiterginus in Italiâ. *Vita ex Philippo Ferrario 31. alia vita ex Petro de Natal. 31*

16 Tozzo Ep.Auguſtanus in Germaniâ. *Prolegom.* Celebritas, reliquiæ, acta, ætas *55. Vita ex geſtis S.Magni cap.1.* Tozzonis & Magni. ſocietas,iter Campidonam *56. cap.2.* Tozzonis paſtoratus in Waldenhouen *57. cap.3.* Epiſcopatus, obitus *58*

16 Treuerius monachus in Galliâ. *Vita ex MSS. cap.1.* monaſtica profeſſio, iter in Breſſiam *33. cap.2.* ſancta vita, mors *34. cap.3.* tranſlatio, miracula *34*

31 Tryphæna M.Cyzici in Helleſponto.*Ex variis Mroll.* Acta *ex Menæis 1081*

17 Turbon Exceptor M. *in Actis Tergeminorum 73. 76. c. & 80.d.*

V

18 VAlens M. *ex varijs 190*

18 Valens M.Abitinæ in Africâ. *Ex varijs 190*

21 Valerianus M.Trapezunte in Cappadociâ.*Ex Men. Grac. 349.*

28 Valerius Ep. Cæſarauguſtanus in Hiſpaniâ. *Vita ex Hiſpanico Martini Carillij & aliis collecta. cap.1.* S.Valerij ortus,natalis,acta *834. cap 2.* exilium, mors *835. cap.3.* reliquiæ. earum tranſlatio *836. cap.4.* miracula ad reliquias *837. cap.5.* reliquiæ Cæſarauguſtæ & Rotæ *838*

29 Valerius Ep.M.Lucæ in Etruriâ. *Vita ex Italico Cæſaris Franciotti 922*

16 Valerius Ep. Surrentinus in Italiâ. *Vita auctore Dauide Romæo 29* Miracula *ex vitâ S.Renati eod.auctore 30*

29 Valerius Ep.Treuirenſis in Galliâ Belgicâ. *Prolegom.917. & 1152. Vita auctore, vt creditur,Goldſchero monacho. Ex MSS. cap.1.* SS.Eucharius, Valerius,Maternus in Belgicam miſſi *918 & 1153. cap.2.* Treuiri fidei myſterijs imbuti *919. cap.3.* miraculis fides confirmata *920. cap.4.* S.Eucharij obitus.*921.cap.5.*S.Valerij Epiſcopatus *921. cap.6.* S.Materni Epiſcopatus *921.& 1153*

18 Venerandus Ep. Aruernenſis in Galliâ.*Ex variis 194*

17 Veneria M.in Africâ. *Ex Mroll.MSS. 80*

27 Veneria M.in Africâ. *Ex Mrol. Ms. 769*

24 Vera Claromonte in Gallia. *Ex Sauarone 593*

21 Victor M.*Ex Mroll.Mss. 341*

17 Victor M.in Africâ. *Ex Mroll. MSS. 80*

19 Victor M.in Africâ. *Ex variis 219*

26 Victor M.in Africâ. *Ex Mroll. Mss. 708*

27 Victor M.in Africâ. *Ex Mrol. Ms. 769*

29 Victor M.in Africâ. *Ex variis Mroll. 950*

31 Victor M.in Africâ. *Ex variis Mroll. 1080*

31 Victor M.Alexandriæ.*Ex variis Mroll. 1080*

22 VictorM.Gerundæ in Hiſpaniâ.*Prolegom.389. Martyrium in actis SS.Vincentij & Orontij à p.390.ad 393.*

23 Victor & ſocius MM.Romani,Inſulis in Flandriâ. *Prolegom.554. Triumphus translationis, auctore Ioanne Buzelino Societatis* IESV. *Præfatio ad vrbis Inſulanæ Senatores. 554. cap.1.* SS.Victoris & ſocij reliquiæ Româ miſſæ *555. cap.2.*in Belgium appulſæ, examinatæ *556. cap.3.* ſolenniter Tornaco Inſulas deportatæ *557. cap.4.*feſtiuè ab Inſulenſibus exceptæ *557. cap.5.*ſolenni ſupplicatione in vrbem inuectæ *558. cap.6.* triumphaliter in templum Societatis illatæ *559. cap.7.* cetera pompa,& Octauæ ſolennitas *559*

17 Victoria M.in Africâ. *Ex Mroll.MSS. 80*

27 Victoria M.in Africâ. *Ex varijs Mroll. 769*

19 Victorianus M.in Africâ. *Ex variis 219*

17 Victoricus M.in Africâ. *Ex Mroll.MSS. 80*

26 Victorina M.in Africâ. *Ex Mroll.Mss. 708*

18 Victorinus M.Abitinæ in Africâ.*Ex varijs 190*

26 Viluulphus Ep.Iuienſis in Gallæciâ. *Ex Molinâ & Marietta 751.*

26 Vimaraſius Ep.Aurienſis in Gallæciâ. *Ex Molin.Mariett. Ferrar. 751*

21 Vincentia M.*Ex Mroll.Mss. 341*

17 Vincentia M.in Africâ. *Ex Mroll.MSS. 80*

26 Vincentia M.in Africâ. *Ex Mroll.MSS. 708*

27 Vincentia M.in Africâ. *Ex varijs Mroll. 769*

22 Vincentius Archidiac.Cæſarauguſtanus M. Valentiæ in Hiſpaniâ.*Prolegom.393. Acta ex MSS. cap.1.*SS.Vincentius & Valerius comprehenduntur *394. cap.2.* S.Vincentius dirè torquetur *395. cap.3.* Variè diuinitùs recreatus, tormentis ſuperatis, moritur *396. cap.4.* in corpus fruſtrà ſæuit tyrannus: id religiosè conditum *397*

Reliquiæ S.Vincentij, in Galliam translatæ. Prolegom. §.1. Stola S.Vincentij allata Pariſios; dicatum ei cœnobium quod nunc S. Germani *398.* §.2. Aliæ in Galliâ reliquiæ *399.* §.3. reliquiæ Caſtrum vrbem Galliæ translatæ : earum partes aliò *400. Hiſtoria tranſlationis reliquiarum Caſtrum, auctore Aimoino monacho. Præfatio 400. Liber 1.cum MS.collatus.* Reliquiæ inuentæ: denuò receptæ *401. Liber 2.* Reliquiæ Caſtrum delatæ. miracula *403. Eadem hiſtoria carmine deſcripta auctore eodem Aimoino 405*

Reliquiæ S. Vincentij in Luſitaniam translatæ. *Prolegom.* §.1. Reliquiæ S.Vincentij deuectæ Vlyſſipponem *406.* §.2. deſcripta hiſtoria : anniuerſarium feſtũ. *407. Hiſtoria translationis auctore Stephano Præcentore Vlyſſippon.ex Mss. cap.1.*Inuentæ S.Vincentij reliquiæ *408. cap.2.* Vlyſſipponem translatæ *409. cap.3.* Varia ad eas facta miracula *409. cap.4.*aliæ curationes infirmorum *410. cap.5.* res amiſſæ, eius ope repertæ *411. cap.6.* Tempeſtates ſedatæ. alia mortalibus conceſſa beneficia *412. Reliquiæ S.Vincentij Barij in Appuliâ & alibi in Italiâ. Prolegom.413. & 1145. Narratio translationis Barium. Ex Mss. 413. Reliquiæ S.Vincentij Pragæ 1145*

22 Vincentius,Orontius, Victor, MM. Gerundæ in Hiſpaniâ.*Prolegom.389. Acta auctore Ep. Gallo ex Mss. cap.1.* SS.Vincentij & Orontij iter in Hiſpaniam, martyrij deſiderio *390. cap.2.* eorum martyrium *391. cap.3.* Victoris & parentum cædes. Vincentij, Orontij, Victoris auecta Ebredunum corpora *391. cap.4.* vnde acta Scriptor acceperit:varia Sanctorum miracula *392*

27 Vincentius M.in Africâ.*Ex Mrol. Ms. 769*

27 Vitalianus Pontifex Roman. *Prolegom.779.Vita auctore Anaſtaſio Bibliothecario 780*

19 Vitalis M.in Africâ. *Ex variis 219*

21 Vitalis Spoletij in Vmbriâ. *Ex Mroll.Mss. 342*

20 Vitus M.Nicomediæ. *Ex Mroll.Mss. 297*

31 Vlfia V. Ambiani in Galliâ. *Prolegom. 1121. Vita ex MSS. 1123*

18 Vlfridus M.in Sueciâ.*Ex variis 210*

18 Voluſianus Ep.Turon.in Galliâ M.*Ex variis 194*

23 Vrbanus Ep.Lingonenſis in Galliâ. *Prolegom. 490. Epitome vitæ ex Martyrol.Gallic.Sauſſai, 491. Vita auctore monacho Benigniano.Ex MSS. cap.1.* S.Vrbanus ſuis opitulatur: ſacella erigi iubet *492. cap.2.* improborum vim coërcet & punit *492. cap.3.* variè mortalibus opitulatur.*493.* punit *492*
24 Vrbanus puer diſcipulus S.Babylæ Ep.M.Antiochiæ. *In Actis* S.Babylæ *à pag.569.ad 579.*
31 Vrſinus M. *Ex Mroll.MSS.* *1080*
20 Vrſus M.Nicomediæ. *Ex Mroll.MSS.* *297*

W

22 WAlterus de Bierbeke ord.Ciſterc.Hemmenrodæ. *Prolegom.447. Vita ex MSS. cap.1.* Walteri ſecularis militia *447. cap.2.* Studium virtutum;religionis ingreſſus *448. cap. 3.* varia miracula *448. cap.4.* religioſæ virtutes *449. cap 5.* obitus, miracula *449.*
18 Wolfredus M.in Sueciâ. *Ex varijs* *210*
19 Wulſtanus Ep.Wigorn. in Angliâ. *Prolegom.238. Vita ex Florentio VVigorn. cap.1.* S.Wulſtani vita monaſtica, Epiſcopatus *239. cap.2.* iura Eccleſiæ defenſa *240. cap.3.* perduellium arma compreſſa *241. cap.4.* obitus,miracula *242. Alia vita ex VVilhelmo Malmesbur. cap.1.* Vita ante Epiſcopatum *243. cap. 2.* virttutes in Epiſcopatu *243. cap.3.* aduerſarij cælitus ſuperati:vaticinia cõplura *244. cap.4.* Ægritudo,obitus,miracula *245. cap.5.* poſt mortem geſta *245. Alia vita ex Capgrauio & Surio. cap.1.* Vita ante Epiſcopatum *246. cap.2.* Epiſcopatus miraculo aſſertus.*247. cap.3.* virtutes & miracula *247. cap.4.* Vaticinia, mors, miracula *248*

X

18 XEne M. *Ex Men.Græc.* *190*
24 Xene,ſiue Euſebia, V.Mylaſæ in Cariâ. *598. Vide* Euſebia *ſuprà.*
26 Xenophon & Maria coniuges,Arcadius & Ioannes filij, Hieroſolymis. *Prolegom. 723. Vita ex MS. Græco. Præfatio Interpretis Othonis Zylij Societ.* IESV. *724. cap.1.* S.Xenophontis patria, coniux, liberi *724. cap. 2.* æger filios accerſit, inſtruit: diuinâ ope curatur *725. cap.3.* filij ad ſtudia reuertentes naufragium patiuntur *725. cap.4.* ambo ſeorſim monaſticam vitam complectuntur *726. cap.5.* naufragium filiorum intelligunt parentes, & forti animo ferunt *727. cap.6.* Hieroſolymis filios quærunt: hi ſe inuicem agnoſcunt *728. cap.7.* parentes filios agnoſcunt: vtrique ſanctitate florent. *729*

Z

24 ZAma Ep. Bononienſis in Italiâ. *Ex varijs* *591*
18 ZZeno M. *Ex varijs* *190*
19 Zertulus M.in Africâ. *Ex varijs* *219*
24 Zoſimus Cilix Ep. Babylonius in Ægypto. *Prolegom. 607. Vita ex Prato ſpirituali Ioan.Moſchi* *607*
18 Zoſimus M. *Ex varijs* *190*
18 Zoticus M. in Ægypt. *Acta ex MSS.* *188*
31 Zoticus M.Alexandriæ. *Ex varijs Mroll.* *1080*

INDEX CHRONOLOGICVS

IN XVI. POSTERIORES DIES IANVARII.

QVæ hoc tomo de Sanctis, ijs præſertim quorum XVI. *poſterioribus diebus Ianuarij aguntur natales, memorantur, ea, non tamen omnia, ſed præcipua, ſuis hîc temporibus breuiter aſſignantur, vel ex certis Chronologicis notis, vel probabili aliorum coniecturâ. Accuratior, ceteris editis tomis, atque vniuerſalior contexetur Chronologia.*

In annis à Chriſti ortu computandis ſecuti ſumus vulgarem & paſſim receptam epocham: in digerendis annis Imperatorum ante Conſtantinum, conſulares Faſtos aliosq́; proprios characteres.

Litteræ A B C, &c. non ſunt margini adſcriptæ, vt in quatuor vltimis indicibus, quia rarior hîc earum vſus, & quid ſibi velint, facilè erit ex tertij Indicis præfatione cognoſcere.

I. SECVLVM A CHRISTO NATO.

Anno Chriſti 41. Claudius *1.* Imperium capeſſit, obit *an. 54.*
An. Chr. 43. Claudij 2. exeunte S. Petrus Ap. Cathedram Romæ conſtituit *18. Ianuar.* *181.182*
S. Priſca V.M. num ſub Claudio I paſſa, *quæritur 18. Ianuar.* *183*
Hoc ſeculo florent S. Ananias Apoſt. Mart. *25. Ianuar.* *618*
S. Priſcilla matrona Romana *16. Ianuar.* *2*
S. Parmenas ex VII. Diaconis primis, Philippis Macedoniæ *23. Ianuar.* *453*
Monachi Eſſeni in Ægypto ſub S. Marco Euang. *109*
Anno 97. S. Timotheus Ap. Ep. Epheſinus martyrio coronatur *24. Ianuar.* *562*
Sub ſeculi finem videri poſſunt obijſſe S. Peregrinus Conf. qui Calatabellotæ in Siciliâ colitur *30. Ianuar.* *1031. & 1153*
S. Valerius Ep. Treuirenſis in Galliâ Belgicâ *29. Ian.* *917*
Valerius Ep. Lucæ in Etruriâ *29. Ianuar.* *922*

II. SECVLVM.

Seculi 2. initio S. Matthias Epiſc. Hieroſolymitanus *30. Ianuar.* *1025*
S. Barſimæus Epiſc. Edeſſenus *30. Ianuar.* *1026*
S. Publius Ep. Athenienſis *21. Ian.* *338*
Sub Traiano (qui à 27. Ian. 98. ad 10. Aug. 117. imperauit) SS. Sarbelius & Barbæa, ſiue Bebæa, eius ſoror, martyrium paſſi Edeſſæ *29. Ian.* *923*
Sub Adriano Imp. SS. Marinus Presb. & Stephanus Diac. Brixiæ *16. Ian.* *2*
Sub Antonino Pio S. Iulianus Soræ, vel Atinæ, in Italiâ *27. Ianuar.* *767*
S. Hippolytus in Appuliâ *30. Ian.* *1026*
Anno Chr 150. Antonini 12. S. Frontonius Abbas dicitur LXX. Fratribus apud Nitriam in Ægypto præfuiſſe *109.* e
Eodem ſeculo S. Seuerianus Ep. Gabalitanus in Galliâ putatur vixiſſe *15. Ian.* *615*
Sub M. Aurelio S. Conſtantius Ep. Peruſinus in Etruriâ *29. Ianuar.* *924*
S. Polycarpus Ep. Smyrnenſis, & XII. Philadelphienſes MM. *26. Ianuar.* *691*
S. Germanicus M. Smyrnæ *19. Ianuar.* *213.214.* d
De SS. Speuſippo, Eleuſippo Meleuſippo, Tergeminis *ambiguum 17. Ianuar.* *75. & 1135*
Sub Seuero Polycrates Ep. Epheſinus ſcriptor Actorum S. Timothei floret *563.* cd

III. SECVLVM.

Tertio ſeculo S. Clemens Presb. Lugduni in Galliâ *20. Ianuar.* *252*
An. 236. S. Antero Papæ *3. Ianuar.* occiſo ſuccedit S. Fabianus *252.* f
An. 247. Cœpta eſt *21.* Aprilis ſolennitas anni vrbis Romæ milleſimi, & ſequenti anno finita *92.255*
An. 249. S. Metranus ſiue Metras M. Alexandriæ *31. Ian.* *1079*
An 249. Philippus pater & filius Imperatores primi Chriſtiani à Decio occiſi, an in odium religionis? *250*
An. 250. S. Fabianus Papa M. *20. Ianuar.* *252*
S. Iulianus Ep. Cenomanenſis miſſus in Gallias cum alijs Apoſtolis creditur *26. Ianuar.* *1152*
S. Antonius Magnus naſcitur *110.* b
Sub Decio SS. Thyrſus, Leucius, Callinicus & alij XV. in Aſiâ martyrij palmam adepti *28. Ianu.* *808*
S. Felicianus Ep. Fulginas in Italiâ *24. Ianu.* *581*
S. Meſſalina V. Fulginij *23. Ianu.* *435*
S. Alexander M. *30. Ianu.* *1026*
S. Babylas Ep. Antiochenus cum tribus pueris. Sub Decio an Numeriano paſſus? *24. Ianuar.* *569*
SS. Genitus & Genulphus filius à S. Sixto II. Papa in Gallias miſſi *16. Ianu.* *81*
An. 259. SS. Fructuoſus Epiſcopus, Augurius & Eulogius Diaconi martyrio coronati Tarracone *Baſſo & Aemiliano Coſſ. feriâ* VI. *21. Ianu.* *339*
Gallieni an. 12. S. Dionyſius Epiſc. Alexandrinus & Arſenoitæ monachi florent in Ægypto *109.* e
Sub Gallieno. An martyrium paſſa S. Agnes V. Romæ *21. Ianu. 350*
S. Emerentiana V. *23. Ianuar.* *458*
An. 268. Claudius II. imperat ad an. *270. Num ſub eo martyrium paſſa* S. Priſca V. Romæ *ambigitur 18. Ian. 183.* d e
Circiter an. 269. SS. Aſterius, Fortunatus, Zeno, Zoſimus, Menelapus, Dædalus, Valens MM. *18. Ianu.* *190*
An. 270. SS. Marius, Martha, Audifax, Abachum MM. Romæ *19. Ianu.* *214*
Zama ordinatur Ep. Bononienſis in Italiâ *24. Ian.* *591*
Sub Aureliano S. Sabinianus M. Trecis in Galliâ *29. Ian.* *219*
S. Patroclus ibidem *21. Ianu.* *342*
An. 285. S. Antonius ſecedit in eremum iuxta Aphroditon *110. 123. 124.*
Circ. an. 286. SS Zoë, Tranquillinus, Nicoſtratus, Claudius, Caſtorius, Tiburtius, Caſtulus, Marcellianus, Marcus & ſocij paſſi Romæ *276.277*

Circ.

Circ. An.287. S.Sebaſtianus M.Romæ *20.Ianu.* 257
S.Hippolytus Presb.Antiochiæ *30.Ianu.* 1027
An.298. aut 302. Diocletiano Romæ thermas extruente damnantur milites Chriſtiani ad opera 5.6
Circ. An.300. S.Irene vidua S.Caſtuli M.obit *21.Ianu.* 415

IV. SECVLVM.

SVb *Diocletiano (qui an.284.imperium occupauit,abdicauit 304.) martyrium paßi* SS. Cyrus, Ioannes, Athanaſia, Theodoſia,Theoctiſte & Eudoxia inÆgypto *31.Ianuar.* 1081
SS.Paulus, Pauſirion, Theodotion Cleopatride in Ægypto *24.Ianu.* 591
S.Aſclas, Antinoi in Thebaide *23.Ianu.* 455
S.Leonides ibidem *28.Ianu.* 832
SS.Valerianus,Candidus, Aquila, & Eugenius Trapezunte *21.Ianu.* 349
S.Euphraſia V.Nicomediæ *19.Ianu.* 220
S.Neophytus M.Nicææ in Bithyniâ *20.Ianu.* 297
SS.Baſſus,Euſebius, Eutychius, Baſilides in Græciâ *20. Ianu.* 257
S.Seuſtius & LXX.ſocij Tuderti in Italiâ *29.Ianu.* 947
SS.Papias & Maurus Romæ *29.Ianu.* 948
S.Flauianus Vrbis Præfectus *28.Ianu.* 833
SS.Æmilianus Ep. Hilarianus monachus, Hermippus & Dionyſius Trebiæ in Italiâ *28.Ianu.* 833
SS.Archelaa, Thecla, Suſanna VV. Salerni in Italiâ *18. Ianu.* 190
S.Serena Spoleti in Italiâ *30.Ianu.* 1027
S.Deuota V.in Corſicâ *27.Ianu.* 770
SS.Anaſtaſius & LXXII.ſocij in Hiſpaniâ Tarraconenſi *23.Ianu.* 457
S. Vincentius Archidiaconus Cæſarauguſtanus Valentiæ in Hiſpaniâ *22.Ianu.* 393
SS.Vincentius, Orontius, Victor, Aquilina huiuſque maritus Gerundæ in Hiſpaniâ *22.Ianu.* 389
S.Inuentus & CCLIX.ibid.*22.Ian.* 414
Martyres plurimi per orbem vniuerſum, qui ſingulis diebus coluntur.
An.304. S.Marcellinus Papa, cui poſt aliquot menſes ſufficitur S.Marcellus 4
*Initio 4.ſec.*SS.Maximus & Secũda coniuges, Marcus & Calendinus filij,Seuera filia & *1000.* milites MM. *29. Ianu.* 946
SS.Clemens Ep.Ancyranus, Agathangelus, Chriſtophorus & Chariton Diaconi, & plures pueri Ancyræ,Phengon & Eucarpius milites Amiſi: varij viri, fæminæ,pueri Romæ MM.*23.Ianu.* 458
S.Valerius Ep. Cæſarauguſtanus in Hiſpaniâ obit *28. Ianu.* 834
S.Sabina vidua Laudenſis Mediolani *30.Ianu.* 1029
An. 304. Diocletianus abdicat Imperium. *ſub eius ſucceßoribus martyrium paſsi* SS. Creſcentianus, Cyriacus, ſocij XXI.Artemia filia Diocletiani 8
An.305. S.Antonius monaſteria in Ægypto extruit *110.* d *124.* d e.
An.306. S.Hilarion exercetur in monaſterio S.Antonij *110.* e & poſt duos menſes redit cum quibuſdam monachis in Palæſtinam, vbi antè monachum nullus nouerat *112.*e
Circ.an.309. S.Marcellus Papa M.*16.Ianu.* 3
Circ.an.313. S.Sabina V.obit Trecis in Galliâ 937.944
An.326. S.Antonius ſecedit in interius deſertum, vbi mons S.Antonij dictus, & monaſterium Piſpiritanum extructum ad Nilum *110.*e *131*
An.340. S.Antonius admittit in monte miniſterium Amathæ & Macarij *110.*f *140.*c
Circ.an.347. S.Antonius inuiſit S.Paulum eremitam & mortuum ſepelit 140
Poſt an.350. S.Amaſius Ep.Teanenſis in Italiâ obit *23.Ianuar.* *484.486.*d
Sub Conſtantio (qui Conſtantino patri an.337. ſucceſsit.) Reliquiæ SS.Andreæ Apoſt. Lucæ Euang. & Timothei Ep. Epheſini, Conſtantinopolim transferuntur per S.Artemium Ducem *564.565*
*An.356.Conſtantij 19.*S. Antonius, CV.ætatis,moritur *110.*f *140*
Martyres plurimi Alexandriæ in templo ab Arianis occiduntur *28 Ianu.* 840
*Seculo 4.*S.Chariton alijque extruunt in locis circa Hieroſolymam Lauras Pharan, & Succæ veteris, & tertiam ad Iordanem 298
Sub Iuliano Imp. SS.Iuuentinus & Maximus milites martyrio coronantur Antiochiæ *25.Ianu.* 618
*An.362.*Reliquiæ S.Babylæ Ep.M. ſolenni triumpho transferuntur *22.Octob.* 578
*An.369.Valentiniani & Valentis 6.*S.Euſebio Ep. Vercellenſi ab Arianis occiſo, ex Italiâ in Syriam nauigant S.Hieronymus & Euagrius. ab hoc antè in Italiâ Latinè verſa Vita S Antonij: ab illo in Syriâ ſcripta Vita S.Pauli Eremitæ *115* d
Sub Valente Imp. S.Barſes, ſiue Barſus Ep.Edeſſenus exul obit *30.Ianu.* 1031
*Circ.an.370.*Macario ſocio Amathæ, qui S.Antonium ſepelierat atque Abbas dein fuerat monaſterij Piſpiritani,defuncto ſuccedit Poſthumius *111.112*
An.377. S.Euthymius magnus naſcitur 302
Cir.an.379. S.Paula vidua Româ Bethlehemum migrat 711
Cir.an.380. S.Bretannio Ep. Tomitanus in Schytiâ obit *25. Ianu.* 621
An.383. S.Blæſilla vidua Romæ *22.Ianu.* 416
An.387. S.Auguſtinus conuertitur,quo tempore monaſteria, Ægyptiorum exemplo,in Galliâ, & in Italiâ condita;Afris adhuc ignota *112.113*
An.388.Theodoſio II.& Cynegio Coſſ. à Paulino Ep. Antiocheno ſucceſſor deſignatur Euagrius 114
An.391. S.Macarius Ægyptius Abbas obit 112
Cir.an.395. S.Apollo Ab.in Thebaide *25.Ianu.* 623
Cir.an.396. S. Artemius Ep.Aruernenſis in Galliâ *24.Ian.* 592
Sub finem huius ſeculi
S. Sauino Ep.Placentino in Italiâ *17.Ian.* defuncto ſuccedit S.Maurus 163
S.Buſiris Conf.Ancyræ *21.Ian.* 364
S.Euſebius Abb.in Syriâ *23.Ian.* 486
S.Publius Abb.Zeumate in Syriâ *25.Ian.* 621
S.Simeon Priſcus Abb.in Syriâ *26.Ian.* 709
S.Palladius Anachoreta in Syriâ *28.Ian.* 841
Cir.an.400. S.Martinus Ep.Turonen.obit 195
S.Mauſimas Sacerdos in Syriâ *23.Ian.* 490
S.Salamanes Silentiarius in Syriâ *23.Ian.* 490
S.Ammonas Ab.in Thebaide *26.Ian.* 722
S.Petrus Ægyptius anachoreta in Syriâ *27.Ian.* 771

V. SECVLVM.

SEculi *5.initio* S.Macedonius Crithophagus anachoreta in Syriâ moritur *24.Ian.* 593
SS.Iulius Presb.& Iulianus Diaconus fratres, in diœceſi Nouarienſi in Italiâ *31.Ian.* 1100
S.Venerandus Ep.Aruernenſis in Galliâ *18.Ian.* 194
S.Melas,ſeu Melanes Ep.Rhinocoruræ *16.Ian.* 15
An.404. S.Macarius Alexandrinus 112
S.Paula vidua Romana Bethleemi in Iudæâ *26.Ian.*711
An.406. S.Euthymius iuxta Lauram Pharan in Iudæâ vitam anachoreticam auſpicatur 303
Cir.an.409. S.Baſſianus Ep.Laudenſis in Italiâ obit *19.Ian.* 221
An.410. S.Marcella vidua Romana *31.Ian.* 1105
An.412. Honorio IX.& Theodoſio V.Coſs. Theophilo Ep. Alexandrino *15. Octob.* defuncto, triduo pòſt ſuccedit S. Cyrillus *844.845*
Circ.an.418. S.Gaudentius Ep. Nouarienſis in Italiâ obit *22. Ian.* 417
Cir.an.424. Iuuenalis ordinatur Ep.Hieroſolymitanus 318
Cir.an.425. S.Ioannes,dein Ab.Reomaenſis in Galliâ,naſcitur 856
An.426. Theodoſio Iuniore XII.& Valentiniano II. Coſſ. Patroclo Ep.Arelatenſi occiſo ſufficitur S.Honoratus 16
An.429. à Iuuenale Ep. Hieroſol.dedicatur Laura S.Euthymij

mij *300.308.* Interfuit vnà Heſychius Presbyter Hieroſolymitanus ſcriptor Eccleſiaſticus *308*

Hoc tempore S. Mares Ab. in Syriâ obit *25. Ianuar.* *627*

Cir. an. 430. S. Honorato Ep. Arelatenſi *16. Ianuar.* defuncto ſuccedit S. Hilarius *15. 23*

An. 431. Epheſinum Concilium contra Neſtorium habitum *850.*

An. 445. S. Cyrillus Ep. Alexandrinus obit *28. Ian.* *843*

An 457. Marciano Imp. defuncto ſuccedit Leo *301*

An. 458. Iuuenali Hieroſolymitano Epiſcopo defuncto ſuccedit Anaſtaſius *301. 318*

S. Sabas profectus ad S. Euthymium mittitur ad monaſterium S. Theoctiſti *301. 316*

Cir. an. 466. S. Epiphanius creatur Ep. Ticinen. *364*

Hoc ſeculo S. Vrbanus Ep. Lingonenſis in Galliâ obit *23. Ianu.* *490.*

S. Iacobus Ep. Tarentaſienſis *16. Ianu.* *26*

S. Marus Ep. Treuirenſis *26. Ianu.* *730*

S. Euſebia, ſiue Xene V. Mylaſæ in Cariâ *24. Ianuar.* *598*

An. 473. S. Euthymius Abb. in Palæſtinâ *die Sabbathi 20. Ianu.* *298.*

S. Domitianus monachus & Diaconus in Palæſtinâ *ſeptimo poſt S. Euthymium die 27. Ianu.* *772*

An. 474. Leoni Imp. mortuo ſuccedit Leo nepos, huic Zeno pater *301. 320*

An. 475. S. Geraſimus Abb. in Palæſtinâ obit *316*

Arelatenſis Synodus contra hæreſim Prædeſtinatorum habetur *28*

An. 477. Anaſtaſius Epiſc. Hieroſolymitanus obit, ſuccedit Martyrius *301. 320*

Cir. an 480. Chryſippus Scriptor Eccleſiaſticus ex monacho Euthymiano Cuſtos ſanctæ Crucis Hieroſolymis moritur *318. 319*

An. 486. Martyrio Epiſc. Hieroſolymitano *13. Aprilis* defuncto ſuccedit Saluſtius *301*

Circ. an. 490. S. Gabriel Ab. Hieroſolymis obit *26. Ianu.* *731*

S. Voluſianus Ep. Turonenſis occiditur à Gothis *18. Ianu.* *194*

An. 491. Zenoni Imperatori ſuccedit Anaſtaſius *301*

An. 493. Saluſtio Epiſc. Hieroſolymitano *23. Iulij* defuncto ſuccedit S. Elias *301*

An. 493. S. Gildas Sapiens naſcitur *952*

An. 496. S. Epiphanius Ep. Ticinenſis, obit *21. Ianu.* *364*

Sub ſeculi finem SS. Xenophon & Maria coniuges, Arcadius & Ioannes filij monachi florent *26. Ian.* *723*

S. Fauſtus Ep. Reienſis in Galliâ obit *16. Ian.* *28*

S. Exuperantius Epiſc. Cingulanus videtur vixiſſe *24. Ianu.* *1148*

Circ. 500. S. Liberata V. Ticinenſis obit *16. Ianu.* *32*

S. Sulpitius Ep. Traiectenſis in Belgio *18. Ian.* *196*

S. Gaudus Ep. Ebroicenſis in Galliâ *31. Ianuar.* *1110*

VI. SECVLVM.

SEculi *6. initio* S. Conteſtus Epiſc. Baiocenſis in Galliâ. *19. Ianuar.* *1137*

An. 511. ab obitu S. Martini 112. Clodoueus Frãc. R. moritur *1195*

An. 518. Anaſtaſio Imper. *1. Iulij* mortuo ſuccedit Iuſtinus Senior *301*

S. Elias Epiſc. Hieroſolymitanus obit *11. Iulij*, ſuccedit Ioannes *301*

An. 524. Ioanni Ep. Hieroſolymitano *22. April.* defuncto ſuccedit Petrus *301*

An. 526. S. Felix Papa IV. iubente Theoderico Rege *12. Iulij* eligitur *1032*

An. 527. Iuſtinianus ad Imperium aſſumitur *feriâ 5. in Cœnâ Domini menſe Aprili*, Iuſtinus Imp. obit *2. Auguſti* *301*

Sub Iuſtiniano Reliquiæ S. Antonij inuentæ, tranſlatæ Alexandriam *149*

An. 530. S. Felix IV. Papa obit *30. Ian.* *1032*

S. Honoratus Ab. Fundis in Italiâ *16. Ian.* *32*

An. 531. S. Sabas Abbas *5. Decemb.* *301*

Circ. an. 538. Paulo Patriarchâ Alexandrino pulſo in exilium ſuccedit Zoilus *497*

An. 543. S. Gildas Sapiens ſcribit librũ de excidio Britãniæ *952*

Circ. an. 545. S. Ioannes Abb. Reomaenſis in Galliâ moritur. *28. Ian.* *854*

An. 553. Cyrillus monachus profectus in Lauram nouam, biennium inſumit in ſcribendis Vitis SS. Euthymij & Sabæ *301*

Hoc ſeculo S. Iacobus Eremita iuxta Porphyrionem & Carmelum in Palæſtinâ obit *28. Ian.* *868*

S. Petrus Telonearius *20. Ianuar.* *328*

S. Gregoria Virgo in Italiâ. *23. Ian.* *494*

S. Martyrius monach. in Valeriâ Italiæ prou. *23. Ia.* *494*

S. Valerius Ep. Surrentinus *16. Ian.* *29*

S. Suranus Ab. in Italiâ M. *26. Ian.* *606*

SS. Antonius, Merulus, Ioannes mona. Romæ *17. Ia. 164*

S. Marius Ab. Bodanenſis in Galliâ *27. Ian.* *772*

S. Linentius monach. Miciacenſis in Galliâ. *25. Ian. 628. & 1151.*

S. Treuerius monachus in Galliâ *16. Ian.* *33*

Cir. 560. S. Gildas Sapiens Ab. in Britan. Armoricâ *29. Ian. 952*

Cir. an. 564. Apollinari Ep. Alexandrin. ſuccedit Ioannes *497*

Circa idem tempus S. Zoſimus Cilix Ep. Babyl. in Æg. *24. Ia. 607*

An. 575. Sigebertus fil. Clotarij I. Rex Auſtraſiæ anno regni *14.* occiditur. Sub eo venit in Gallias S. Columbanus cum *12.* ſocijs *201. 202*

An. 570. S. Sophias, ſiue Cadocus Ep. Beneuentanus obit, *vt ſcribit Harpfeldius, 24. Ian.* *602*

Cir. an. 576. Ioanni Patr. Alexandrino ſuccedit S. Eulog. *497*

Cir. an. 580. SS. Liberata & Fauſtina ſorores VV. Nouocomi in Italiâ obeunt *18. Ian.* *197*

An. 591. S. Sulpitius Seuerus Ep. Bituricenſis *29. Ianu.* *965*

6. aut 7. ſec. S. Potamion Ep. Agrigentinus in Siciliâ floret *29 Ianuar.* *969*

VII. SECVLVM.

SEc. *7. initio* S. Lupus Ep. Cabilonẽſ. in Galliâ obit *27. Ian. 776*

S. Aidanus, ſiue Mædocus, Ep. Fernenſis in Hiberniâ *31. Ianuar.* *1111*

Cir. an. 603. S. Eulogius Patr. Alexandrinus *13. Sept.* moritur, ſuccedit Theodorus Scribon *497*

Cir. an. 606. Theodoro Scriboni Patr. Alexandrino ſuccedit S. Ioannes Eleemoſynarius *497*

An. 610. Heraclius Imperium ſuſcipit *menſe Octob.* *423*

S. Deicolus Abb. Lutrenſe monaſterium inchoat *200*

Cir. 615. S. Columbanus Ab. moritur *56*

An. 616. Alexandria capitur à Perſis, ſubiugatur Ægyptus *497*

S. Ioan. Eleemoſynarius Patr. Alexandrinus obit *11. Nouemb.* colitur *23. Ianuar.* *495*

Circ. an. 617. S. Catellus Ep. Stabienſis in Italiâ creditur obiiſſe *19. Ianuar.* *227. 228*

An. 620. Heraclij 10. Indict. 8.

S. Anaſtaſius Perſa fit monachus *423*

S. Deicolus Ab. imponit curam monaſterij Lutrenſis S. Columbino, non diu ſuperſtes *200*

Circ. 625. S. Gallus Ab. moritur *56*

An. 628. S. Anaſtaſius Perſa occiditur *22. Ian.* *422. 423*

Coſroës Rex Perſarum cæſus *28. Februarij* *423*

An. 630. Georgio Patr. Alexandrino ſuccedit Cyrus *497*

Cir. an. 633. S. Leobardus Recluſus in Maiori-monaſterio apud Turones in Galliâ obit *18. Ianuar.* *198*

An. 644. Dagoberto I. defuncto ſuccedit Clodoueus II. maritus S. Bathildis *739*

Cir. an. 647. S. Sulpitius Pius Ep. Bituricenſis obit *17. Ianu. 165. 167.* c d

Poſt an. 650. S. Hadoindus Epiſcop. Cenomanenſis in Galliâ *20. Ianuar.* *1140*

Seculo 7. B. Haberilla V. ad lacum Brigantinum in Germaniâ *30. Ianuar.* *1033*

S. Theoritgida V. Berkingi in Angliâ *26. Ianuar.* *749*

S. Fechinus Abb. Fourrij in Hiberniâ *20. Ian.* *329*

S. Launomarus Ab. Curbionenſis in Galliâ *19. Ian. 229. & 230.* d

S. Theofridus Ep. Albigenſis in Galliâ *26. Ianuar.* *749*

Eodẽ forte tẽpore Maurus Ep. Cæſenas in Italiâ *20. Ian. 333*

Circ. 653.

Cir.653 S.Furſeus Peronæ in Galliâ *16.Ianu.* 53
Cir.654. S.Wichterpus Ep. Auguſtanus.eique ſubrogatur S.Tozzo 56 c
*An.655.*S.Magnus,ſiue Magnoaldus Ab.in German.obit 56 c
An.656. S.Vitalianus creatur Papa *ſub finem Iulij* 779
*Cir.an.660.*S.Malardus Ep. Carnotenſis in Gal.obit *19.Ian.235*
B.Bertrannus, ſiue Ebertramnus, Abb. S.Quintini in Galliâ *24.Ianu.* 605
*An.660. regni 17.*Clodoueus II.obit.Succedit Clotharius cum S.Bathilde matre viduâ, ſub quâ ab Ebroino curata cædes S.Anemundi Archiep.Lugdun. 737
An.661. S.Tozzo Ep.Auguſtanus *16.Ianu.* 55
*Cir.664.*S.Boiſilus Præpoſitus monaſt.Melroſenſis in Scotiâ 23.*Ianu.* 540
*Circ.666.*Aruernis S.Præfectus Ep.Amarinus, ſiue Marinus Ab.& Elidius MM. *25.Ianu.* 628
*An.667.*S.Ildephonſus Archiep.Toletan.in Hiſpan.*23.Ian.535*
*Cir.670.*S Bathildis Regina Francorum, & S Radegundis V. *26.Ian.* 732
*An.671.*S.Vitalianus Papa *27.Ian.* 779
Cir.an.673. S.Aldegundis V.Malbodij in Belgio *30.Ian.* 1034
Cir.an.676. S Mildvvida V.in Angliâ.*17.Ianu.* 176
An.680. peſtis in Italiâ graſſatur.Reliquiæ S.Sebaſtiani à Catacumbis in Vrbem deuehuntur 260
Sub ſec.7.finem S.Auitus II. Ep. Aruernenſis in Galliâ obit *21.Ian.* 380
S.Adamnanus Presb.Coldlinghami in Scotiâ *31.Ianu.* 1120.
S.Ricmirus Ab.apud Cenomanos in Galliâ.*17.Ian.* 177

VIII. SECVLVM.

Seculi 8.initio S.Proiectus Diaconus Caſali in Italiâ occiditur *25.Ian.* 636
An.708. aut 709.Childeberti R.15. monaſterium S.Michaëlis in Lotharingiâ conſtruitur à Wulfoado Maiore-domus 386
An.709. S.Wilfridus Ep.Eborac.obit 737
Poſt an.730. S.Armentarius Ep.Ticinen.in Italiâ *30. Ian.* 1055
An.741. Carolo Martello defuncto ſucceſſerunt Pipinus & S.Carolomannus Maiores-domus 879
Seculo 8. S. Arnulfus M.Cyſonij in Belgio obit *29.Ian.* 971
S.Vlphia V.Ambiani in Galliâ *31. Ian.* 1121 c
Elvvanga monaſterium Sueuiæ extructum. Reliquiæ SS.Speuſippi,Eleuſippi &Melaſippi transferũtur 74
*An.754.*Pipinus à Stephano III.Papa vngitur R.Franc.& cum eo filij S.Carolus Magnus & Carolomannus 878
An.755. Ragenfrido Arch. Rotomagenſi electo , ſuccedit S.Remedius frater Pipini Regis 235 c
An.768. Pipino Regi Francorum defuncto ſucceſſerunt S. Carolus Magnus & Carolomannus 878
*Cir.an.771.*S.Remigius,ſiue Remedius,Arch.Rotomagi obit *19.Ian.* 235
Circa hoc tempus SS.Blaithmacus Presb.alijque Hyenſes monachi occiduntur .*19.Ian. Annum 793.* coniectat Menardus 236
Sub finem 8.ſeculi S. Gamelbertus Parochus in Bauariâ obit *27.Ian.* 783
S.Emerius Abb. Balneoli , & S.Candida eius mater Guialbis in Catalaniâ *27.Ian.* 781
*Cir.800.*S.Bobinus Ep.Trecenſis in Galliâ *31.Ian.* 1124
S. Carolus Magnus Franc. primus declaratur Imp. 874

IX. SECVLVM.

Vb ſeculi initium S.Arſenius Epiſc.Corcyræus creditur floruiſſe *19.Ian.* 1138
S.Aptadius Ep.Metenſis *21.Ian.* 1145
An.814. S.Carolus Magnus Imp.obit *28 Ian.* 874
Cir.an.818. SS.Manuël,Georgius, Petrus, Leo, Epiſcopi; Parodus Presbyter ; Ioannes , Leo , Tribuni ; Gabriel, Sionius & CCCLXXVII. ac plures alij martyrium adepti in Bulgariâ *22.Ian.* 441
An.826. Reliquiæ S.Sebaſtiani Româ Sueſſionem transferuntur *9.Decemb.die Dominicâ* 261.278
Eginardus Scriptor Vitæ S. Caroli Magni fit Abb. monaſt.S.Bauonis Gandaui 875
Sub Ludouico Pio Reliquiæ S.Bathildis Reginæ & Radegundæ V. transferuntur 747
An.828.Ludouici Pij 15. Pipini filij in Aquitaniâ 14. Stradenſe monaſterium in Gallia fundatur 99
*An.829.*S.Catellus Epiſc.Stabienſis obijſſe creditur *19.Ianuar.* 1137.
*An.833.*Abrogatur Ludouico Pio Imperium. 293.294
An.837. aut ſeq. Pipinus Aquitaniæ Rex obit 99
An.840. Ludouicus Pius Imp.obit 99.295
*An.840.*Lotharius filius imperat. 295
Sub Lothario Imp. S.Bernardus Ep.Viennenſis in Galliâ obit *23.Ianu.* 544
An.843. Eginardus Ab.Gandenſis obit *25.Iulij* 875
IX.ſeculo S. Athanaſius Ep. Methonenſis in Peloponneſo *31. Ianu.* 1125
S.Notburga vidua , S.Hixta V. & alij VII. eius liberi nouem-gemini in diœceſi Conſtantienſi *26.Ian* 750
S.Thiadildis V.Abbatiſſa Freckenhorſti in Weſtphaliâ *30.Ianu.* 1154
*An.855.*Reliquiæ S.Vincentij Archidiaconi inuentæ 401
Lotharius Imp.regno in filios partito Prumiæ monachus obit *29. Sept.* 181
Circ.an.863. Reliquiæ S. Vincentij Caſtrum monaſterium Galliæ transferuntur. 402.e 403
*An.863.*S.Meinradus Erem. in Heluetiâ occiditur *21.Ianu.381*
*An.869.*Lotharius II.Imp.obit 206
*An.884.*B.Euſebius monachus S.Galli Mart.*31.Ianu.* 1130
Circ.an.888. Reliquiæ S.Ioan.Ab. Reomao Sinemurum deferuntur 867

X. SECVLVM.

*Seculo 10.*SS.Anſurius & Vimaraſius Aurienſes ; Gonzalus Oſorius,& Froalengus Conimbricenſes;Seruandus, Viliulphus, & Pelagius Irienſes ; Alphonſus Aſturicenſis,& Petrus,Epiſcopi moriuntur *26.Ianu.* 751
*An.944.*Reliquiæ S.Bernardi Ep.Viennenſis eleuantur *23.April.* 545.& 548
*An.954.*Lotharius ſuccedit Ludouico IV. Tranſmarino Regi Franc. obit *an. 986.* Sub hoc Reliquiæ S.Antonij Conſtantinopoli Viennam transferuntur 150.b
*An.963.*Reliquias S.Patrocli Trecis Suſatum transfert S.Bruno Archiepiſcopus Colonienſis 347.1144
An.963. Reliquiæ S.Epiphanij Ep. Ticinenſis Hildeshemium ab Odvvino Ep.transferuntur *22.Februar.* 377
An.964. Reliquiæ S.Agnetis V. Vltraiectum transferuntur à Baldrico Ep.*31.Martij feriâ 5.* 356
*An.969.*Reliquiæ S.Feliciani Ep.Fulginatis Metas, inde Mindam vrbem Germaniæ transferuntur 588
*An.978.*B.Maccalinus Ab.S Michaëlis in Tieraſciâ , & Walciodori,obit *21.Ianu.* 385
Bellum inter Arnulphum Com.Flandriæ fratremque Godefridum & filios Ragineri Longicolli Com. Hannoniæ 639
An.986. Reliquiæ S.Sulpitij Ep.Baiocenſis Giſlenopolim in Hannoniam transferuntur.*27.Ian.* 787
*Cir.an.1000.*S.Adelelmus,ſiue Eleſmes,Ab.Burgis in Hiſpaniâ obit *30.Ianu.* 1056

XI. SECVLVM.

AN.*1020.*Walbodo Ep.Leodienſis obit 649
*An.1022.*S.Theodericus II. Ep. Aurelian. *27.Ian.* 788
*An.1024.*S.Henr.Imp.moritur 646
*An.1031.*Dominicus Ab. iuxta Soram in Italiâ.*22.Ianu.* 442
*An.1039.*Caput & aliæ reliquiæ S.Meinradi transferuntur ad Eremum *6.Octob.* 382
An.1042. Nithardus Ep.Leodien.obit 647
An.1043. B.Amnichadus monachus incluſus Fuldæ moritur *30.Ianu.* 1055
An.1043. S.Edwardus regnum Angliæ ſuſcipit *3.Aprilis* 240
*An.1045.*S.Brithvvaldus Ep.Wiltonienſis in Angliâ obit *22. Ianu.* 446
*An.1048.*S. Poppo Ab.Stabulenſis obit *25.Ianu.* 637
*An.1048.aut 1049.*Gerardus Ep.Camerac.*14. Martij* 641
Cir.1054. Reliquiæ S Marcelli in Altomonte , monaſterio Hannoniæ, ſub Vrſione Ab.reperiuntur 4.e 12

An.1062. S.Eduardi Regis 20.S.Wulſtanus creatur Ep. Wigornienſis *239.*
An.1072. Hartesburgum transferuntur reliquiæ S.Spei *28.Ianuar.891.* Caput S.Anaſtaſij MART. *1145*
An.1077. S.Gilduinus Canonicus Dolenſis in Britanniâ Armoricâ obit *27.Ianu.* *790*
An.1089. & ſeqq. Ignis ſacer graſſatur:patrocinio SS.Antonij & aliorum reſtinguitur *156.& 157*
An.1095. S.Wulſtanus Epiſc. VVigornienſis in Angliâ obit *19.Ianuar.* *238*
Cir.an.1095. Ordo S.Antonij inſtituitur *160.161.*d
Ann.1097. Reliquiæ S. Antonij Lezatenſis transferuntur ad monaſt.Lezatenſe. *& annis ſeqq.* SS.Voluſiani & Ferreoli Montis-Gaudium *195*
Sub ſec.11.finem. Brachium S.Vincentij transfertur Barium vrbem Italiæ *413*

XII. SECVLVM.

Seculi 12.initio B.Albericus I.Ab.Ciſtercienſ.obit *26.Ian.753*
An.1105. B.Ioanna V.Balneis in Italiâ obijſſe putatur *16.Ianuar.* *59*
An.1107. B.Benedictus Erem.Ord.Vallis-Vmbroſæ in Etruriâ *20.Ianu.* *336*
An.1120. S.Henricus Erem.in Angliâ.*16.Ianuar.* *60.& 62.*d
An.1130. B.Ioannes Ep.Morinorum in Belgio.*27.Ianu.* *794*
An.1147. S.Martinus Saurienſis Presb. in carcere ſub Mauris obit *31.Ianuar.* *1131*
Cir.1150. S.Henricus Ep.Vpſalenſis in Sueciâ M.*19.Ianuar.* *249*
An.1151. B.Richardus fit Abbas Valcellenſis in Belgio : eius natalis *28.Ianuar.* *892*
An.1152. B.Redigundis V.ord.Præmonſtrat.obit in Hiſpaniâ. *29.Ianuar.* *975*
An.1161. Reliquiæ S.Aldegundis ſolenniter oſtenduntur & in nouâ thecâ reponuntur *6.Iunij* *1050*
An.1165. Reliquiæ S.Caroli Magni Imp. ſolenniter transferuntur *888*
An.1173. Reliquiæ S.Vincentij Vlyſſipponem deferuntur *406*
An.1179. Reliquiæ B.Richoardi & aliorum duorum Abbatum Valcellenſium transferuntur *29.Maij* *893*

XIII. SECVLVM.

Vb initium 13 ſeculi : Carolus Ab.Villarienſis in Brabantiâ obit *29.Ianu.* *976*
An.1206. S.Franciſcus habitum eremiticum aſſumit *63*
An.1207. S.Iulianus Ep.Conchenſis in Hiſpan.obit *28.Ian.* *893*
An.1208. S.Franciſcus Ord.Minor. inſtituit *63*
An.1218. Reliq.S.Wulſtani Ep.Wigorn. trãsferũtur *239.245*
An.1219. Aſſiſij celebratur primum Capitul.generale Ordinis S.Franciſci.*diebus Pentecoſtes.* Abit ipſe ad Soldanum Babyloniæ.mittit ſocios in Mauritaniam *63.65*
Cir.1220. B.VValterus de Bierbeke ord. Ciſtercienſis Hemmenrodæ obit *22.Ianu.* *447*
An.1220. SS.Berhard. de Carbio, Otto Presb. Petrus à S.Geminiano, Adiutus & Accurſius, ord.S.Franciſci occiduntur in Mauritaniâ *62.63*
Vrraca Regina Luſit.vxor Alphonſi II.obit *68*
An.1221. S.Antonius de Padua, tunc Fernandus Martini dictus,ex Canonico monaſter.ſanctæ Crucis Conimbricæ,ingreditur Ord.Fratrum Minorum *69.*b
An.1223. Ordo S.Mariæ de Mercede in Hiſpaniâ inſtituitur *10.Aug.* *980*
An.1226. S.Franciſc. obit *die Dominico ab occaſu ſolis inchoato,ſiue die Sabbathi in ſero.* *63.*c
An.1228. Reliq. SS.Papiæ & Mauri ad Eccl.S.Adriani transferuntur *949*
An.1231. Lambertus Præpoſitus S.Mariæ Brugis defert partẽ brachij S.Antonij Conſtantinopoli Brugas *150.*e
S.Antonius de Padua obit *69.*b
An.1235. Ordo S. Mariæ de Mercede. à Gregorio IX.Papâ approbatur *17.Ianu.* *980*
Circ.an.1250. S.Petrus Nolaſcus fundator ord. S. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum in Hiſpaniâ obit *29.Ianu.* *980*
An.1261. B.Haſeka V.recluſa in Thuringiâ *26.Ian.* *758.1151*
An.1262. B.Beatrix Ateſtina Sanctimonialis Ferranæ. *18.Ian.* *1136.*
An.1271. B.Margarita Hungarica V.ord.Prædic.*28.Ianu.* *897*
An.1272. B.Facius Conf.Cremonæ.*18.Ian.* *210*
An.1287. Reliquiæ B.Ioannæ V.Camaldul.transferuntur Balneum *60*

XIV. SECVLVM.

AN.*1307.* B.Gualterus Brugenſis ord.Minorum Ep.Pictauenſis in Galliâ obit *22.Ianu.* *450*
An.1354. S.Petrus Thomaſius ord. Carmel. creatur Ep. Pactenſis & Liparenſis *992*
Legatus mittitur ad Regẽ Raſſiæ,ſeu Bulgariæ.*990.997*
An.1357. Legatus mittitur Conſtantinopolim ad Ioan.Palæologum Imp. eumque anno ſequenti reconciliat Eccleſiæ *991.1000*
An.1360. S.Andreas Corſinus Ord.Carm.fit Ep. Fæſulan. *1061*
An.1363. S.Petrus Thomaſius creatur Archiep. Cretenſis *992*
An.1364. Idem creatur Patriarcha Conſtantinopolitan. *992*
An.1365. Henricus Suſo Ord. Prædicat. Vlmæ in Germaniâ obit *25.Ianu.* *652*
à Petro Rege Cypri Alexandria expugnatur & deſeritur *1014.& 1015*
An.1366. S. Petrus Thomaſius Patr. Conſtantinopolit. obit *6.Ianu.* Famaguſtæ in Cypro.colitur *29.Ianuar.* *990*
An.1372. Petrus Rex Cypri occiditur à fratre, Turcarum perſuaſione, *994*
An.1373. S.Andreas Corſinus Ep.Fæſulanus Ord.Carmel.obit *6.Ianu.* colitur *30.Ianu.* *1061*
An.1391. Reliquiæ S.Honorati Ep.Arelatenſis transferuntur in inſulam Lerinum *20.Ianu.* *24.& 26.*b

XV. SECVLVM.

AN.*1430.* B Manfredus Erem.in Italiâ obit *28.Ianu.* *909*
An.1439. Reliquiæ S.Aldegundis ſolenniter transferuntur *26.Maij feriâ 3.Pentecoſtes* *1052*
An.1440. S.Andreæ Corſini ope,victoriâ potiuntur Florentini *29.Iunij* *1070.& 1076*
An.1447. S.Patrocli ope Suſatum vrbs obſidione liberatur *1144.*
Ab an.1458. vſque ad 1490. Matthias, regnat in Hungariâ,huic Imperator Turcarum tranſmittit Budam reliquias S.Ioan.Eleemoſynarij *530.*d
An.1460. Reliquiæ S.Babylæ Cremonam transferuntur *580*
An.1481. SS.Berhardus,Petrus,Otto,Adiutus,Accurſius,Ord. Minorum Martyr.canonizantur à Sixto IV.Papâ *71*

XVI. SECVLVM.

AN.*1505.* Margarita V.Rauenniæ obit *23.Ianu.* *548*
An.1512. Maximilianus Imper.offert S.Sebaſtiano Epternaci cereum CCCLXIV.librarum *1138*
An.1530. Gentilis vidua Rauennæ obit *28.Ian.* *910*
Reliquiæ S. Ioan. Eleemoſynarij Poſonium transferuntur *530*
An.1558. Paulus IV. Papa de feſto Cathedræ S.Petri Romæ, Bullam promulgat *182*
An.1564. Sueſſio vrbs Galliæ à Caluiniſtis capitur *27.Septemb.* templa diripiuntur,reliquiæ violantur *295*
An.1590. Reliquiæ SS.Marij & Marthæ inuentæ Romæ *214.*d
Reliquiæ SS. Papiæ & Mauri ad Eccleſ. PP. Oratorij transferuntur *949*

XVII. SECVLVM.

AN.*1611.* Reliquiæ SS. Victoris & ſocij transferuntur Inſulas vrbem Flandriæ,*23.Ian.* *554*
An.1624. Corpus S. Popponis Abb. Stabulenſis eleuatur *637.*c
An.1629. S.Andreas Corſinus canonizatur ab VRBANO VIII. Papa *1063.1064*

XVI. IA-

XVI. IANVARII.

SANCTI QVI XVII KAL. FEBRVARII COLVNTVR.

S. Priſcilla, matrona Romana.
S. Marinus Presbyter, } Martyres Brixiæ.
S. Stephanus Diaconus, }
S. Saturninus, }
S. Fauſtinus, } Martyres in Africâ.
S. Naffanianus, & alij VII. }
S. Ananus, } Martyres Romæ viâ Appiâ.
S. Marius, }
SS. Milites IX. Martyres Romæ viâ Corneliâ.
S. Honorius, & alij XIII. } Martyres Romæ.
S. Danax, Martyr in Illyrico.
S. MARCELLVS PAPA ET MARTYR.
S. Melas, Epiſcopus Rhinocoluræ in Ægypto.
S. Honoratus, Archiepiſcopus Arelatenſis.
S. Iacobus, Epiſcopus Tarentaſienſis in Sabaudiâ.
S. Fauſtus, Epiſcopus Reienſis in Galliâ.
S. Valerius Epiſcopus Surrentinus in Campaniâ.
S. Titianus, Epiſcopus Opitergienſis in ditione Venetâ.
S. Liberata, Virgo Papiæ.
S. Honoratus Abbas, Fundis in Italiâ.
S. Treuerius, monachus in Galliâ.
S. Furſeus Abbas, Peronæ in Gallia.
S. Tozzo, Epiſcopus Auguſtanus.
B. Ioanna, ord. Camaldulenſis, Balneis in Italiâ.
S. Henricus, Eremita in Angliâ.
S. Berardus de Carbio, } Martyres ordinis S. Franciſci in Mauritaniâ
S. Otto, Presbyter, }
S. Petrus de S. Geminiano, }
S. Accurſius, }
S. Adiutus, }

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Remondus Confeſſor. *MS. Florarium, antiquum Martyrol. Colonienſe, & Carthuſiani in Addit. ad Vſuardum. Suſpicamur* S. Raimundum Pennafortium *eſſe, de quo egimus* VII. *Ianuarij.*

S. Guillelmus Epiſcopus Bituricenſis *colitur hoc die in Eccleſia Rotomagenſi officio ſemiduplici, cum commemoratione & lectione nonâ de* S. Marcello, *vt patet ex eius Eccleſiæ nouo Breuiario. Vitam eius dedimus* X. *Ianuarij.*

S. Polyeuctus, }
S. Candidianus, } Martyres. *Carthuſiani Colon. in addit. ad Vſuardum. Acta eorum dedimus* XI. *Ia.*
S. Philoromus, }

S. Victor, } Martyres Thebæi, *VValciodorum tranſlati memorantur hoc die, ab Arnoldo Rayſio. Aſt*
S. Candidus, } *facta eſt recoliturq; ea tranſlatio* XIII. *Ian.*

S. Hermulus Martyr *hoc die refertur in Kalendario monaſterij S. Ioannis Capuæ, edito à Michaële Monacho parte 4. ſanctuarij.* Hermylus *eſt, cuius &* Stratonici *acta dedimus* XIII. *Ianuar.*

S. Fulgentius Epiſcopus Carthaginenſis in Hiſpaniâ, *colitur Carthagine hoc die officio primæ claſſis cum octauâ, referturq; hic à Ferrario. de eo egimus* XIV. *Ianuarij.*

S. Panſophius Martyr, Alexandriæ. *Galeſin. Ferrar. de eo cum Menæis egimus* XV. *Ianuarij.*

S. Priſcilla vidua, Romæ, S. Marcelli Papæ temporibus. *Galeſin. Martyrolog. Germanicum, Ferrar. in catalogo SS. Italiæ. Nobis non liquet, an alia fuerit à ſeniore Priſcillâ, de quâ hoc ipſo* XVI. *Ianuarij die egimus.*

Berhardus *Epiſcopus Ambianenſis decimus,* Sanctus *appellatur à Ioanne Chenu, Demochare, Ghinio. Omittitur in Martyrol. Gallicano Sauſſaij.*

Melantius *Epiſcopus Rothomagenſis,* Sanctus *appellatur, & hoc die refertur in MS. S. Lamberti Leodij, nemine aſſentiente. Errorem ſuſpicamur quòd* Melas, *qui &* Melantius *quibuſdam, Epiſcopus Rhinocoluræ eodem die colatur.*

S. Merofleta Virgo. *Sauſſaius in ſupplemento Martyrologij Gallicani.*

S. Petrus Martyr. *Ita MS. quoddam non admodùm vetus:* In ciuitate Beneuentanâ in monaſterio Sophiæ B. Petri Martyris. *Eius non meminit Marius Vipera in catalogo SS. Beneuentanorum; niſi fortè pertineat ad* Bennauentam *ſiue* Bennauennam *Britanniæ, quam nunc* VVedon *dicit ſcribit Cambdenus, de quâ agemus 24. Ianuarij ad vitam* S. Sophiæ *Epiſcopi.*

In monaſterio Fuldæ dedicatio eccleſiæ S. Michaëlis in cœmiterio fratrum. *Rabanus.*

Tranſlatio imaginis ſanctiſſimæ Dei genitricis Odigitriæ *recolitur hoc die Mazaræ in Siciliâ, vt teſtatur Octauius Caietanus noſter in Idæâ operis de SS. Siciliæ.*

S. Spurus Abbas, *refertur à Ferrario, eumq; ſecuto Sauſſaio in ſupplem. Martyrologij Gallicani, dicituráq;* Cabellione, *ſiue* Caullicæ, *aut* Cabellicæ, *in prouinciâ Viennenſi coli, reliquiis eius in æde principe aſſeruatis. Nihildum alibi de eo legimus.*

B. Rolandus, monachus ordinis Ciſtercienſis in Cheſeriaco, *refertur hoc die,* & Beatus *appellatur à Chryſoſtomo Henriquez, & ab Hugone Menardo in catalogo SS. & BB. ord. Ciſtercien. ex vetuſto Miſſali. Cetera nobis ignotus.*

Theobaldus, olim Caſtellanus Cortracenſis in Flandriâ, miles ſtrenuus, deinde monachus Villarij in Brabantiâ factus. *vt habet liber de viris illuſtribus eiuſdem monaſterij, & Chryſoſtomus Henriquez in Menol. Ciſtercien. & Sauſſaius hoc die, qui eum Piis viris annumerat.*

S. Pſeuſippus, }
S. Eleuſippus, } Martyres. *Menæa. Nos* XVII. *Ianuarij.*
S. Melaſippus, }
S. Neonilla, }

S. Gengulphus Epiſcopus Confeſſor. *MS. Florarium. Omnino videtur* Gengulphus *eſſe, de quo* XVII. *Ian.*

S. Sulpitius Pius, Epiſcopus Bituricenſis. *VVion, Dorganius, Ferrarius. Colitur* XVII. *Ianuar.*

S. Liberata, *ſiue* Libera, Virgo, *colitur hoc die Mantuæ, teſte Ferrario in Notis ad catalogum SS. Italiæ, qui eamdem eſſe cenſet, de quâ agemus* XVIII. *Ianuar.*

S. Marthæ paſſio. *MS. Rhenov. Hæc eſt fortaſſis quæ cum* Mario *coniuge & filiis colitur.* XIX. *Ianuar.*

S. Calocerus Epiſcopus Rauennas. *MS. Flor. Nos* XI. *Feb.*

Ex Variis.

S. Eulogius, } Martyres, *officio duplici coluntur in Ouetensi*
S. Lucretia, } *diœcesi, hoc die.* de S. Eulogio *agemus* XI. } *Martij.*
de S. Leocritiâ, *siue* Lucretiâ, XV. }

S. Quillinus Martyr *hoc die refertur in MS. quodam non ita vetusto, in eodemq; ad* XXIII. *Decembris ista habentur:* Translatio Quellini Martyris. *Videtur* Quirinus *esse: verùm an Presbyter socius S. Nicasij, an Tribunus, non liquet. Martyr vterque fuit, agiturq; huius natalis* XXX. *Mart. Translatio* XXX. *April. Illius natalis & translatio* XI. *Octob.*

S. Vltanus *refertur hoc die à Galesinio cum fratribus* Furseo, *&* Floriano. *at* Foillano *voluit scribere. de* Vltano *agemus* I. *Maij.*

S. Honoratus, Episcopus Ambianensis. *Carthusiani in Addit. ad Vsuardum, & Molanus in* I. *edit. Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 87. Galesin. Martyrolog. Germanicum. Nos cum Martyrologio Romano eum dabimus* XVI. *Maij.*

S. Petri catena, *quâ vinctus in carcere Herodiano fuit, hoc die concursu populi frequentari, adorariq; in eiusdem sancti Apostoli sacello intra magnam ecclesiam Constantinopoli consueuit, vt patet ex Menologio & Menæis Græcorum, Molano, Galesinio, & sermone Simeonis Metaphrastæ. De eâ catenâ pluribus agemus* I. *Aug.*

S. Tammarus Episcopus, *refertur hoc die in duobus Kalendariis editis à Michaële Monacho in Sanctuario Capuano, qui addit:* Hac ipsâ die in diœcesi Auersanâ loco qui dicitur Vico de Pantano, colitur S. Tammarus, qui ibi traditur mortuus & sepultus. *An idem sit qui socius S. Prisci Confessoris memoratur* I. *Septembris in Martyrologio Romano, disquiremus, quo hic Beneuẽti colitur,* XV. *Oct.*

S. Felix Episcopus Tubabocensis in Africâ. *Carthusiani Colonien. in Addit. ad Vsuardum, Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 85. Galesinius, Martyrolog. Germanicum, Ferrarius in generali catal. & in cat. SS. Italiæ. Omnino is videtur esse, quem alij* Tibirensem, *alij* Tipzicensem *vocant, de quo agemus* XXIV. *Octobr.*

S. Foillani Martyris inuentio & translatio, *hoc die consignatur à Molano, VVione, Menardo, Dorganio, Saussaio, aliisq;. Eam dabimus cum eius vitâ* XXXI. *Octobr.*

S. Begga vidua Ansegisi Ducis, soror S. Gertrudis, *refertur hoc die à Saussaio. Colitur, quo die & ipse eius meminit,* XVII. *Decemb.*

DE S. PRISCILLA
MATRONA ROMANA.

I. Seculo. XVI. Ianvar.

S. Priscillæ natalis,

ROMÆ S. Priscillæ, quæ se suaque Martyrum obsequio mancipauit, *celebratur XVI. Ianuarij natalis, vt habet Martyrologium Romanum. de quâ Bellinus, Molanus, MS. Florarium, Maurolycus, & multa MSS. atque excusa Martyrologia sub nomine Vsuardi:* Romæ S. Priscillæ. *Paradoxon est, imò mẽdosum, quod Carthusiani Colonienses in Addit. ad Vsuardum, & Martyrologium Colonienſe habent:* Romæ S. Priscillæ Virginis. *MS. Martyrologium S. Hieronymi* XVIII. *Ianuar.* Romæ viâ Salariâ Priscillæ.

filiæ, neptes,

2 *Non est hæc* Priscilla *illa, siue* Prisca, *de quâ & coniuge eius* Aquilâ *in Actis Apostolorum, & alibi mentio fit; ea enim* VIII. *Iulij colitur. Sed hæc est mater* S. Pudentis *Senatoris, patris* SS. Praxedis *&* Pudentianæ, *hospitis & discipuli* S. Petri *Apostoli, vt in Annalibus & in Notis ad Martyrologium tradit Baronius, & Hermes Pastor in vitâ S. Pudentianæ 19. Maij.* Hæc quoque, *vt in catalogo Sanctorum Italiæ scribit Ferrarius,* Apostolos Petrum & Paulum Romam venientes hospitio excepit, & pauperibus assiduè eleemosynas ministrabat. Fertur celebre illud cœmiterium viâ Salariâ suis sumptibus ædificasse.

cœmiterium.

An alia iunior Priscilla,

3 *Anastasius Bibliothecarius in vitâ* S. Marcelli *aliam refert* Priscillam, *his verbis:* Hic (*Marcellus*) rogauit quamdam matronam, nomine Priscillam, & fecit cœmiterium viâ Salariâ. *Sed, vt notat Baronius hîc in Notis ad Martyrologium, in plurimis codicibus illa non habentur. Certè in MS. codice Bertiniano, quocum librum illum de Romanis Pontificibus qui Anastasio tribuitur, contulerat Ros-vveydus noster, ista de cœmiterio sic efferebantur:* Hic fecit cœmiteria viâ Salariâ, *nullâ factâ* Priscillæ *mentione; quasi ipse* Marcellus *cœmiteria aliqua aut construxerit, aut vetustate alióve casu fatiscentia restaurârit. Et quòd* cœmiteria *dicit, non vnicum* cœmiterium, *scribit Octauius Panciroli quatuor recenseri cœmiteria Christianorum viâ Salariâ.*

eiusdem cœmiterij restauratrix.

4 *Canisius & Galesinius* Priscillam, *quæ hodie colitur, asserunt* Marcelli *Papæ hortatu cœmiterium ædificasse; senioris* Priscillę *matris S.* Pudentis *nõ meminêre. Addit Galesinius huius vitam à S.* Honorato *Episcopo Arelatẽsi scriptam, nec prodit vnde id acceperit. haud probatur. Videntur potiùs doctissimi Galesinij schedæ à librario confusæ hoc loco, vt quod de S. Honorati vitâ à S. Hilario scriptâ dicebatur, attributum sit Priscillæ. Molanus* Priscillam *hîc recenseri eam credit, cuius Paulus meminit, addit tamen in margine:* de quâ fortè gesta Marcelli. *Ferrarius in catalogo Sanctorum Italiæ ait* cœmiterium Priscillæ *à* Priscillâ *illâ* Pudentis *matre olim ædificatum, fortè collapsum, à iuniore* S. Marcelli *hortatu reparatum; facilè enim, inquit, piæ feminæ, vt quod ab aliâ matronâ eiusdem nominis ædificatum fuerat, illa reficeret, persuadere fuit. Probabiliter ista quidem dicuntur. In eam tamen potiùs inclinamus sententiam, vt præter illam in Actis Apostolorum (de quâ non est hîc sermo) vnicam* Priscillam *auctorem cœmiterij existimemus; alteram recentiorem, quæ S.* Marcelli *tempore vixerit, à librariis excogitatam, pro* Lucinâ *fortassis iuniore, cuius in actis S. Marcelli mentio fit. De cœmiteriis sæpè aliàs.* Via Salaria, *sic dicta quòd in Sabinos per eam sal deferebatur, incipiebat à* portâ Collinâ, *quæ &* Agonalis, *&* Quirinalis *appellata, postremò* Salaria *ab ipsâ viâ.*

DE SS. MARTYRIBVS BRIXIENSIBVS
MARINO PRESBYTERO, ET STEPHANO DIACONO.

Svb Adriano Imp. XVI. Ianvar.

I ADriano imperante, *rexit Brixiensem Ecclesiam* S. Apollonius *Episcopus, cuius ab eâ natalis Nonis Iulij celebratur. Ab eo* S. Faustinus *Presbyter,* S. Iouita *Diaconus, consecrati, vt eorum Acta testantur, quæ XV. Februarij dabimus. Horum in sacro hoc munere, suscipiendis pro Christianæ religionis propagatione laboribus, perferendis cruciatibus, ac morte denique subeundâ, socij fuêre* S. Marinus Presbyter & S. Stephanus Diaconus, *quorum tamen in illis actis nulla mentio. Sed qui ea tamen studiosè expenderit, censebit fortassis* SS. Marinum & Stephanum, *Comitis Italici iussu trucidatos, reseruatis in Imperatoris aduentum* Faustino *&* Iouitâ, *vtpotè nobilissimo ortis genere: aut certè cum sociis* S. Caloceri, (*de quo XVIII. Aprilis*) circumductos *iussu Adriani* & decollatos, *quorum* corpora rapuit Apollonius *Episcopus*

SS. Marini & Stephani natalis incertus, ac genus cadis.

Episcopus cum Christianis, & dignè tradidit sepulturæ sub die XIII. Kal. Decembr. *Ferrarius in Notis & Galesinus solùm scribunt* cum SS. Fausti no & Iouitâ passos. *Fortassis ab Aureliano Comite, Sanctis iam Româ Brixiam ad necem reductis, ipsi quoque tenti casiq; sunt.*

Inuentio 16. Ian.

2 Horum corpora cùm diutissimè latuissent, cum inscriptione anno 1529. inuenta sunt. *vt testatur idem Ferrarius, & ante eum Galesinius in Notis ad Martyrologium, vbi Annales Brixienses citat. Hanc Inuentionem hoc die consignat Ferrarius.* Brixiæ Inuentio sanctorum Martyrum Marini Presbyteri, & Stephani Diaconi. *At* Morinum *in Topographiâ martyrologij appellat, in Indice verò ad Catalogum SS. Italiæ ita scribit:* Marinus, qui & Morinus, Presbyter, & Stephanus Diaconus, Martyres Brixiæ XVI. Ianuarij. *Galesinius eodem die:* Brixiæ Inuentio sanctorum Martyrum Marini Presbyteri, & Stephani Diaconi; qui ambo vnà cum beatis Martyribus Fausti no & Iouita variis tormentis cruciati præclarum Christianæ fidei testimonium reddiderunt. *Obseruat Ferrarius* de eis nihil in tabulis Ecclesiæ Brixiensis ad vsum sacrum confectis legi.

Ex vaRIIS.

DE SS. MARTYRIBVS AFRICANIS.

SATVRNINO, FAVSTINO, NAFFANIANO,

ET ALIIS VII.

XVI. IANVAR. *Martyrologium S. Hieronymi:* In Africâ Saturnini, Faustini, Naffaniani & aliorum VII. *MS. Hibernicum conuentus Dungalensis:* Saturnini, Fausti ni, & aliorum VII. *MS. Rhinavviense:* In Africâ Fausti. *Alius XXII. Martij* Saturninus *in Africâ passus commemoratur cum IX. sociis; IV. Iulij* Namphanion *cum sociis.*

DE SS. MARTYRIBVS ROMANIS.

ANANO, ET MARIO, viâ Appiâ.
MILITIBVS IX. viâ Corneliâ.
HONORIO ET ALIIS XIII.

XVI. IANVAR. 1 *INtricata horum Martyrum nomina, à duobus solùm prodita veteribus MSS. Martyrologiis, quorum quod S. Hieronymi nomine insignitum est, ita habet:* XVII. KAL. Romæ viâ Salariâ in cœmiterio Priscellæ depositio S. Marcelli Episcopi. Et viâ Appiâ in cœmiterio Calesti, passio S. Anani, Mari. Viâ Corneliâ IX. Militum. In cœmiterio aliorum XIII. quorum nomina Deus scit. *Obscuriùs adhuc MS. Hibernicum Conuentus Dungalensis:* Calesti, Prisc illæ. Ememriani & aliorum XVI. Fabiani, Honorati, & aliorum Martyrum XXIX. Honorij & aliorum Martyrum XIV.

Horum SS. confusa memoria.

2 *Prius MS. melioris est notæ, etsi mutilum. Id sequemur. De* S. Marcello *qui in* cœmiterio Priscillæ *sepultus, separatim agemus.* Ememrianus *&* Fabianus, *an sint* Ananus *&* Marius, *& vtra genuina lectio, haud facile est statuere.* Marius *infrà memoratur 19. Ianuarij* viâ Corneliâ *interfectus. Hîc nulla interpunctio erat, adeoq; legi poterat:* passio S. Anani. Mari viâ Corneliâ. *Sed locum præponere hic codex consueuit. An non fortassis* Ananus *idem, qui infrà* Fabianus *Papa, in* cœmiterio Callisti *sepultus? Ast in vtroque MS. rursus 20. Ianuarij refertur* Fabianus.

3 *Celebre est* S. Callisti *cœmiterium viâ Appiâ extra portam Capenam, quæ nunc S. Sebastiani dicitur. Hic ergo conditi* Ananus, Marius; *fortassis & alij XVI. inter quos* Ememrianus, *&* Fabianus. Honoratus *qui hic in Hibernico codice nominatur, omnino videtur esse S. Honoratus Arelatensis. Qui subiunguntur Martyres XXIX. sunt fortassis milites illi, quos* viâ Corneliâ *passos testatur MS. S. Hieronymi, licet solùm nouem agnoscat; alterutro vitiato numero In eodem S. Hieronymi codice, cœmiterij nomen desideratur, in quo conditi XIII. aut XIV. illi quibus* Honorium *adiungit MS. Hibernicum.*

DE S. DANACTE MARTYRE,

Ex Menæis Græcorum.

XVI. IANVAR. SPoliatus delta litterâ & capite Danax,
Cæsus visus es cælipotens *a* Rex.

Hic ex Illyrico oriundus, loco qui *b* Aulon dicitur, Clericus fuit sanctæ Dei, quæ ibidem erat, ecclesiæ. Cùm sacra vasa accepisset, vt illa ab infidelium incursione seruaret, quodam loco ab illis deprehensus, iussus est Baccho sacrificare. Sed cùm id vt ageret induci non posset, gladiis eorum confossus occubuit.

a *Græcè sic habetur:*

Συναφαιρέτης τὸ δέλτα κόρε Δάναξ,
Τιμηθεὶς γὰρ ὤφθης ἐχθρονικοφόνων ἄναξ.

At prior versus, vt constet, sic restituendus videtur: Συναφαιρέτης τὸ δέλτα κ' τὸ κόρε Δάναξ. *Annominatio est in vocibus* Δάναξ *&* ἄναξ, *quarum hæc* Regem *significat. De hoc porrò Martyre nihil alibi legimus, nisi quòd de eo agat quoque Maximus Cytheræus.*

b *Apud Ptolemæum lib. 3. cap. 13. tabulâ 10. Europæ Aulon vrbs est & nauale Macedoniæ ad mare Adriaticum. Plurium locorum id nomen est, quòd* ἀυλὼν vallem *significet.*

DE S. MARCELLO
PAPA, MARTYRE.

CIRCA AN. CCCIX. XVI. IANVAR. 1 MArcellinum *ac* Marcellum *Græci quidam scriptores, vocis similitudine decepti, vnum eumdemq; existimarunt, vti* Cletum *atque* Anacletum. *Refragantur Latini omnes, diuersosq; statuunt. Colitur* Marcellinus *XXVI. Aprilis,* Marcellus *XVI. Ianuarij; atque hoc die ita eum celebrat Vsuardus:* Romæ viâ Salariâ natalis S. Mar-

EX VARIIS.

S. Marcelli natalis 16. Ian.

Marcelli Papæ, qui ob Catholicæ fidei defenſionem, iubente Maximino tyranno, primò fuſtibus cæſus, deinde ad ſeruitium animalium cum cuſtodiâ publica deputatus, poſt multos annos ibidem ſeruiendo, amictu indutus cilicino, defunctus eſt. *Eadem habet Martyrologium Romanum, niſi quòd ſub* Maxentio *paſſum poni Marcellum; at Molanus in addit. ad Vſuardum, Bellinus, plurimaq; MSS. ſub* Maximiano. *Agunt quoque de* Marcello *hoc die, Beda vulgatus, Ado, Rabanus, Notkerus, Maurolycus, Galeſinius, Felicius, Ghinius, aliiq;: ſingulorum elogia cùm ſint ex Actis eius aut libro de Romanis Pontificibus concinnata, hîc dare nihil attinet. MS. Martyrologium S. Hieronymi:* Romæ viâ Salariâ in cœmiterio Priſcillæ depoſitio S. Marcelli Epiſcopi. *Varia antiqua MSS.* Romæ Marcelli Papæ; *addunt quædam* Martyris; *vnum peruetus Hibernicum,* & Confeſſoris, *perperàm, cùm in laboribus à tyranno in cruciatum illi impoſitis extinctus ſit. VVandelbertus:*

Septima poſt decimam Marcelli Martyris atque
Pontificis ſummi meritis & nomine fulget.

commemoratio 4. Octobr.

In tribus veteribus Martyrologiis refertur S. Marcellus *4. Oct. an eo die electus, conſecratus, occiſus, tranſlatus ſit, non proditur; nec nos diuinamus. Beda ergo vulgatus:* Romæ Marcelli Papæ. *Rabanus:* Romæ Marcelli Epiſcopi. *MS. S. Hieronymi:* IV. Non. Oct. Romæ, Balbinæ. Marcelli Epiſcopi.

Acta vetera,

2 *Acta eius, quæ* per Romanæ Eccleſiæ Notarios conſcripta *cenſet Molanus, cum veteribus MSS. S. Martini & S. Maximini Treuiris, S. Audomari, S. Mariæ de Ripatorio, aliiſq; permultis contulimus. Egent ea correctione, vt dicemus, quòd eorum pars prior ad* S. Marcellinum *pertinet. Eadem Acta hiſtoriamq; inuentarum eius reliquiarum ſcripſit Vrſio Altimontenſis in Belgio Abbas, qui ante ſexcentos ferè annos vixit. Hunc eius commentarium exhibuêre nobis vetuſti codices cœnobiorum Altimontenſis, S. Giſleni, Claremareſcani. Præmittemus quæ habet libellus de Romanis Pontificibus, qui & in Marcellino:* Coniurans B. Marcellinus Marcellum Preſbyterum, dum pergeret ad paſſionem ſuam, vt præcepta Diocletiani non impleret. Et poſt hoc factum iacuerunt corpora ſancta (*Marcellini, Claudij, Cyrini, Antonini*) in plateâ ad exemplum Chriſtianorum diebus 36. ex iuſſu Diocletiani, & exinde Marcellus Presbyter collegit noctu corpora cum Presbyteris & Diaconibus cum hymnis, & ſepeliuit viâ Salariâ in cœmiterio Priſcillæ *&c.*

alia per Vrſionem.

Corpora SS. ſepelit.

3 *Tempus Sedis* Marcelli *haud ita liquidò definiri poteſt, quòd in libello de Romanis Pontificibus qui Damaſo tribuitur, non ſolùm numeri annorum, menſium, dierum, quibus aut quiſque antiquorum Pontificum ſedit, aut Sedes vacauit, vitiati ſunt, nec in diuerſis exemplaribus ſibi conſtant; ſed & Conſulum nomina confuſa. De* Marcello *ita videtur ſtatui poſſe. Occiſus eſt* S. Marcellinus *anno 304. extremis Diocletiani & Maximiani temporibus. Exin Sedes aliquamdiu vacauit, non annis ſeptem, vt in citato libello dicitur, ſed menſibus aliquot. Creatus inde* Marcellus *primis Galerij Maximiani & Conſtantij Chlori temporibus. annos ei quinque, menſes aliquot, omnes tribuunt, vt neceſſe ſit eum ad an. 310. peruenisse, aut ſaltem 309. vt vult Baronius, qui vtroque eo anno Conſulem fuiſſe* Maxentium *cenſet, ſed poſteà eraſo eius filiiq,* Romuli *nomine, ſolùm inſcriptum tabulis.* P. C. X. & VII. *id eſt,* poſt conſulatum Herculei X. & Galerij VII.

Quamdiu ſederit.

Eius epiſtola.

4 *Sunt in manibus epiſtolæ duæ Marcelli, vna ad Epiſcopos prouinciæ Anthiochenæ, altera ad Maxentium tyrannum; ex quibus in Decretum ſuum quædam tranſtulit Gratianus. Verùm an omnino indubitatæ ſint fidei, alij diſquirant. Certè nec aptis conſignatæ ſunt Conſulibus, &* res *in poſteriore* ſcriptæ parum ſibi cohærent, *vt fatetur Baronius ad an. 308. nu. 24. vnde iudicat* epiſtolam illam additamentum aliquod extrinſecus accepiſſe.

Reliquiæ variis locis:

5 *Octauius Pancirolus in libro quem inſcripſit* Theſauros abſconditos almæ Vrbis, *agens de tertiæ regionis eccleſiâ ſeptimâ quæ eſt* S. Marcelli, *teſtatur iſthic* S. Marcelli *corpus aſſeruari in arâ maiore cum corpore* S. Phocæ, *de quo 5. Martij agemus. Antonius Vincentius Domeneccus in hiſtoriâ SS. Catalaunia ad XI. Aug. ſcribit in parochiali eccleſiâ iuxta monaſteriũ quod* Arles *vocant, diœceſis Helenenſis, cum aliis Sanctorum corporibus extare corpus* S. Marcelli Papæ, *ſed non integrum. Auctor anonymus originum monaſterij VVindbergenſis to. 6. antiquæ lectionis Caniſij, recenſet inter alias Sanctorum reliquias etiam* S. Marcelli Papæ & Martyris. *Aſceta Altimontẽſes iuxta Malbodium oppidum ad Sabim fluuium in Belgio gloriantur ſe corpus eiuſdem ſancti Pontificis à mille circiter annis poſsidere.*

quando tranſlata.

6 *Sepultum id primò fuit in cœmiterio Priſcillæ viâ Salariâ: quando in Vrbem tranſlatum, non conſtat. Suſpicatur Pancirolus id* Paſchalis I. *temporibus contigiſſe. Ludouico Pio imperante; nam de Paſchale ſcribit Anaſtaſius:* Hic beatiſſimus Præſul multa corpora Sanctorum perquirens, inuenit: quæ & diligentiùs intra ciuitatem ad honorem & gloriam Dei honeſtè recondidit. *Videtur ſanè vltra annum ſaltem 550. in priore tumulo permanſiſſe, cùm in* Vigilio *ſic tradat idem auctor:* Cuius corpus ductum eſt Romam, & ſepultum eſt ad S. Marcellum viâ Salariâ in cœmiterio Priſcillæ. *Si in Vrbem ſub* Paſchale *deportatum, idem fortaſis in Helenenſem diœceſim partem aliquam deuehi ſiuerit, cùm Domeneccus Priuilegium Ludouici citet datum anno 821. quo omnes illius cœnobij confirmantur poſſeſsiones, rogatu* Caſtellani *Abbatis, qui & à Pontifice de iiſdem ſanctionem aliquam Apoſtolicam & reliquias impetrârit.*

7 *Reliquiarum quæ in Altomonte ſunt, meminêre Martyrologium Gallobelgicum, & Autbertus Miræus in Faſtis Belgicis, hoc die; ac Molanus in Additionibus ad Vſuardum 9. Septembris his verbis:* Altomonte inuentio S. Marcelli Papæ & Martyris. *Agit de iis quoque Guilielmus Gazæus in hiſtoriâ Eccleſiaſticâ Belgij, & plenius Molanus in Natalibus SS. Belgij, vbi iſta ſcribit:*

In Altomonte diu abdita, dein reperta:

8 Romæ, viâ Salariâ, natale S. Marcelli Papæ, qui catabuli beſtias in eâ eccleſiâ, quam dedicârat, à Maxentio cuſtodire iuſſus eſt: vbi propter loci fœditatem, pœdore confectus, obdormiuit in Domino. Huius Martyris corpus, habetur in Altomonte, Hannoniæ peruetuſto iuxta Malbodium monaſterio. Quod tempore vaſtationis Hungaricę reconditum fuerat in terris, eò loci vbi nunc iacet vetuſtiſſimum ſaxum, cum inſcriptione VRSIO ABBS. Sed ſub dicto Vrſione primo Abbate poſt Hungarorum vaſtationem, tempore bellorum inter Henricum Imperatorem & Balduinum Comitem, eſt manifeſtatum & inuentum, circa annum milleſimum quinquageſimum quartum, V. Idus Septembris. Quo die narratio manifeſtationis in eccleſiâ eadem legitur à prædicto Vrſione deſcripta.

Aliqua Cluniaci.

9 Celebrant etiam Cluniacenſes VIII. Idus Ianuarij Exceptionem S. Marcelli Papæ. Vnde colligitur reliquias eius etiam alibi haberi. Martyrium autem exſtat ad diem decimum ſextum Ianuarij, cuius auctores eſſe videntur Romanæ Eccleſiæ Notarij.

Quomodò pingatur.

10 Pingitur in Alto-monte, ſedens cum duabus eccleſiis in manibus, & duobus Imperatoribus ſub ſe proſtratis. De Imperatoribus ſatis conſtat: ij enim ſunt Diocletianus & Maximianus, vel potiùs Maximianus & Maxentius, quos martyrio ſuo ſuperauit: ſed de eccleſiis minùs clarum eſt. Non dubito tamen quin his ſignificetur domus Lucinæ à S. Marcello in eccleſiam conſecrata, in quâ frequenter Miſſas celebrabat; & domus Cyriaci, in quâ dictus Papa fontem conſecrauit. Hæc enim loca erant eccleſiæ, non quales nunc habemus, ſed quales ea tempora in grauiſſimâ perſecutione admittebant. Sunt denique qui Marcilij nomen à Marcello corruptum iudicent.

Eius feſtiuitas Cluniaci.

11 *Hæc Molanus. De reliquiis* S. Marcelli *Cluniacum allatis iſta habet Andreas Sauſſaius in Supplemento Martyrologij Gallicani:* Apud Cluniacum receptio reliquiarum S. Marcelli Papæ & Martyris, hodie Romæ coronati: cuius ob ſuſcepta ſacratiſſima pignora, cùm apud Cluniacum frequentari cœpiſſet natalis celebritas, Petrus Abbas, cognomento Venerabilis, eius in honorem ſermonem luculentum habuit, qui etiamnùm inter eius opuſcula inſignis eſt. *Hæc ille. at ſermo ille cum ceteris B. Petri Venerabilis operibus in Bibliothecâ Cluniacenſi editus non eſt; teſtaturq; Andreas du Cheſne nondum repertum.*

EPI-

EPITOME VITÆ S. MARCELLI

ex libro de Romanis Pontificibus.

1 MARCELLVS natione Romanus, ex patre Benedicto, de regione Viâ Latâ, *a* ſedit annos quinque, menſes *b* ſex, dies 21. Fuit autem temporibus *c* Conſtantij, & Galerij, & *d* Maxentij, à *e* conſulatu Maxentij quarto, & Maximi, vſque *f* poſt conſulatum . . . . *g* Hic fecit cœmiteria Viâ Salariâ, & *h* xxv. Titulos in vrbe Româ conſtituit; quaſi Diœceſes, propter baptiſmum, & pœnitentiam multorum, qui conuertebantur ex paganis, & propter ſepulturas Martyrum. Hic ordinauit *i* 26. Preſbyteros in vrbe Româ per menſem Decembris, Diaconos duos, *k* & Epiſcopos per diuerſa loca 21.

a *b* *c* *d* *e* *f* *Quando, quæ geſſerit S. Marcellus.* *g* *h* *i* *k*

2 Hic coarctatus eſt, & tentus, eò quòd Eccleſiam ordinaret, comprehenſus à Maxentio, vt negaret ſe eſſe Epiſcopum, & ſacrificiis ſe humiliaret dæmoniorum; qui ſemper *l* contemnens, deridens dicta & præcepta Maxentij, damnatus eſt in *m* catabulo, qui dum multis diebus ſeruiret in catabulo, orationibus & ieiuniis Domino ſeruire non ceſſabat. Menſe autem nono, nocte venerunt Clerici eius omnes, & *n* exemerunt eum de catabulo.

l *m* *Damnatur ad catabulum,* *n* *educitur.*

3 Matrona autem quædam, nomine *o* Lucina, quæ fecerat cum viro ſuo Marco annos 15. & in viduitate ſuâ habebat annos 19. ſuſcepit B. Marcellum, *p* quæ domum ſuam *q* nomine B. Marcelli titulum dedicauit, vbi die noctuque hymnis & orationibus Domino Ieſu Chriſto, confitebatur. Hoc audito Maxentius miſit, & tenuit iterum B. Marcellum, & iuſſit in eadem Eccleſiâ iterum *r* plancas externi, vt ibidem animalia catabuli *ſ* congregata ſtarent, & ipſis B. Marcellus deſeruiret. Qui tandem in ſeruitio animalium nudus amictus cilicio defunctus eſt. Cuius corpus collegit B. Lucina, & ſepeliuit in cœmiterio Priſcillæ, viâ Salariâ, XVII. Calendas Februarij: & ceſſauit Epiſcopatus diebus 20. Lucina verò proſcriptione damnata eſt.

o *Domum Lucina conſecrat.* *p* *q* *Iterum damnatur.* *r* *ſ* *Moritur.*

a *Eſt ea in veteri Vrbis deſcriptione regio ſeptima, à Campo Martio verſus Capitolium. Via nomen etiamnum retinet, teſte Panuinio.*

b *Abbo Flor. Luithprand. MS. Bertinianum,* ſeptem. *Baronius menſem vnum, dies 25.*

c *Anno Chriſti 304. Conſtantius Chlorus & Galerius Maximianus Armentarius è Cæſaribus Auguſti & Imperatores facti. Eodem anno occiſus videtur* S. Marcellinus, *vt ſuo loco videbimus, cùm ſediſſe dicatur* à conſulatu Diocletiani VI. Conſtantij II. vſque ad Diocletiani IX. Maximiani VIII. *quem anno 304. geſſerunt, & cum imperio depoſuerunt.*

Conſtantius & Galerius Auguſti.

d Maxentius *Maximiani Herculei filius, allatis Romam Conſtantini Magni imaginibus, à Prætorianis militibus ſubitò Imperator acclamatus eſt.*

Maxentius.

e *Mendum hic eſt. nam quartus Maxentij conſulatus conſignatur anno Chriſti 312. at factus eſt Pontifex* Marcellus *anno 304. quo verò menſe aut die incertum eſt.*

f *MS Bertin.* vſque poſt conſulatum Conſtantij. *editi habebant,* vſque ad conſulatum, *nec addebant cuius: & ſuſpicio etiam in illo MS. mendi. Nam qui* P. C. VI. poſt conſulatum ſextum Conſtantij & Galerij *notatur annus, fuit Chriſti 307. cuius Conſules alij tradunt* Conſtantinum & Herculeum IX. *aſt eo anno non eſt mortuus Marcellus. Annus verò 309. notatur* P. C. X. & VII. *ſiue* poſt conſulatum Herculei X. & Galerij VII. *rurſumq; annus 310.* P. C. X. & VII. iterum. *Fortaſſis ita ſcripſerat huius de Pontificibus libelli auctor,* vſque poſt conſulatum X. & VII. *quod cùm librarij non intelligerent, omiſerunt, alij addiderunt* Conſtantij

g *Ita codex Bertinianus. editi habent:* Hic rogauit quamdam matronam, nomine Priſcillam, & fecit. *Suprà cùm de* S. Priſcillâ *ſeniore egimus, diximus hanc iuniorem minùs nobis probari, licet à recentioribus ſtatuatur, ex huius vnius libelli fide, haud ſat certâ, vt hinc patet. Alia fuêre viâ Salariâ cœmiteria, vt ex Pancirolo ibidem diximus, quæ fortaſſis à Marcello ædificata aut inſtaurata; in veteri illo Priſcillæ S. Marcellini & ſociorum ab ipſomet Marcello condita corpora ſunt: idne quoque reparationis eguerit, quam ipſe adhibuerit, haud nobis conſtat. Abbo ſolum habet:* Hic fecit cœmiterium viâ Salariâ. *Adonis quædam exemplaria, & Notkerus:* Hic fecit cœmiteria viâ Salariâ.

Cœmiteria viâ Salariâ.

h Titulus *pro eccleſiâ vſurpatur aut domo diuino cultui mancipatâ. nam vt quæ Fiſco vendicabantur domus aut prædia, iis velum imagine aut nomine Cæſares inſignitum, quod &* cortina regia *dictum, apponebatur; ita quæ Deo ſacriſq; Chriſtianis conſecrabantur ædes, Crucis vexillum, ceu titulus iis proponi ſolitum. Romæ non niſi præſtätiores eccleſiæ* Tituli *ſunt appellatæ, quibus Presbyteri aut Diaconi præfecti, qui deinceps* Cardinales *ſunt appellati. De his agit fusè & eruditè Baronius to. 2. ad an. 112. nu. 4. & ſequentibus, in Notis ad Martyrol. 26. Iul. & alibi. Titulos ipſos Galeſinius in Notat. ad Martyrol. hoc die, Octauius Pancirolus, Andreas du Cheſne in vitis Pontific. in Marcello, & alij recenſent.*

Ex DAMASO. *Titulus, pro eccleſiâ.*

i *MS. Bertin.* 15. *Luithprandus* 25.

k *Deſunt hæc in MS. Bertin.*

l *Idem MS.* contendens contra dicta.

m Catabulum *eſt ſtabulum publicorum iumentorum, quæ ad vehenda onera deſeruirent. Notionem vocis exponit Papias:* Catabole, *inquit,* propriè dicitur cùm quid de ſublimi inferius iacitur. *& mox:* Catabulum clauſura animalium, vbi deſuper aliquid iacitur. *Hinc* Catabulenſes *dicti, qui prædicta oneraria iumenta ductabant; de quibus Baronius in Notis ad Martyrol. ex Caſſiodori variarum lib. 3. ep. 10. & lib. 4. ep. 47. & aliis. De pluribus Eccleſiarum præſidibus ad equos imperatorios curandos damnatis agit Euſebius lib. 8. cap. 22. Pro* catabulo *habet Notkerus* extabulum, *quadam MSS.* ſtabulum, *quædam* cantabulum. *Cuſpinianus* cataballum.

Catabulum.

n *Ita legendum videtur. Bertin. MS. habebat,* exuerunt. *editi,* emerunt. *at ſi pretio libertatem ſancti Pontificis à cuſtodibus, aut Catabulenſium præfecto redemerunt, cur noctu? cur omnes? poterat id per vnum alterúmve aptiùs fieri.*

o *De hac* Lucinâ, *agemus 30. Iunij. Nupta fuerat* Marco, *vt hic dicitur,* Falconi Piniano, *qui cùm eſſet Aſiæ Proconſul, cum* S. Lucina *vxore conuerſus eſt, vt in Actis S. Anthimi XI. Maij refertur.*

p *MS. Bertin.* quæ in domum.

q *Dicitur &* Lucinæ titulus, *vt videre eſt apud Galeſinium. De hac eccleſiâ multa curioſè congerit Pancirolus.*

r *Papias:* Planca dicitur quòd plana collocetur in aliquo ædificio. *Planca.*

ſ *MS. Bertin.* conligata, *fortè rectiùs.*

a EPITAPHIVM S. MARCELLI a

auctore S. Damaſo Papâ.

VEridicus rector laſos quia crimina flere
Prædixit miſeris, fuit omnibus hoſtis amarus. *S. Marcellus exulauit.*
Hinc furor, hinc odium ſequitur, diſcordia, lites,
Seditio, cædes: ſoluuntur fœdera pacis:
Crimen ob alterius Chriſtum qui in pace negauit,
b Finibus expulſus patriæ feritate Tyranni. b
Hæc breuiter Damaſus voluit comperta referre,
Marcelli vt populus meritum cognoſcere poſſet.

a *Id Andreas du Cheſne edidit.*

b *Nulla alibi, quod ſciamus, mentio exilij S. Marcelli.*

ACTA

ex variis veteribus MSS.

CAPVT I.

SS. Cyriaci & Siſinnij comprehenſio. S. Aproniani martyrium.

1 EMPORE quo *a* Maximianus Auguſtus rediens de partibus Africæ ad vrbem Romam, volens placere Diocletiano Auguſto, vt in nomine eius *b* thermas *c* à ſolo ædificaret, cœpit in inuidiam Chriſtianorum omnes milites Romanos ad afflictionem laboris compellere, & per varia loca alios ad lapides, alios ad arenam fodiendam damnauit. *Chriſtiani milites ad opera damnati.* *a* *b* *c*

2 In ipſo tempore erat vir Chriſtianus, nomine *d* Thraſon, vir potens & facultatibus locuples, & vitâ fidelis. Hic cùm vidiſſet affligi Chriſtianos ad fatigationem & laborem, cœpit de ſuâ facultate ſanctis Martyribus alimoniam & victum miniſtrare, per viros Chriſtianos *e* Cyriacum, Siſinnium, Smaragdum, & Lar- *d* *aliti à S. Thraſone,* *e* *per S. Cyriacum & ſocios.*

Ex mss. gum. Hoc audiens *f* B. Marcellus Vrbis Episcopus, gaudio repletus est magno, de eleemosynâ quam Thrason Sanctis ministrabat. Et rogans ad se venire sanctos viros Christianos & seruos Domini nostri Iesu Christi Cyriacum & Sisinnium, Smaragdum & Largum, inquisiuit ab eis: & notum fecerunt S. Marcello Episcopo, quomodò Thrason Sanctis Dei victualia ministrabat. Tunc gaudio repletus ducens consilium, consecrauit Sisinnium & Cyriacum Diaconos Ecclesiæ Romanæ.

f

Cyriacus & Sisinnius ad eadem opera damnati,

3 Factum est autem, vt vnâ nocte, dum deferrent humeris suis victum, quem Thrason ministrabat, tenti sint à militibus paganis, & perducti ad Tribunum *g* Exspurium. Suscipiens eos Tribunus, retrusit in custodiam publicam. Post diem verò tertium nuntiauit Maximiano Augusto. Hoc cùm audisset Maximianus iussit, vt cum custodiâ & ipsi foderent arenam, & humeris suis portarent vsque ad locum vbi thermæ ædificabãtur. Erat autem vir senex inter eos nomine *h* Saturninus, qui iam senectute maceratus fuerat, & cœperunt eum ad portandum adiuuare. Hoc cùm viderent custodes fieri, quia Cyriacus & Sisinnius Diaconi & suas & aliorum sarcinas cum adiutorio Christi portarent, mirati sunt, & nuntiauerunt Tribuno Exspurio. Tunc Tribunus nuntiauit Maximiano Augusto, dicens, quòd cum hymnis & laudibus Dei & omni veneratione Christo gloriam reddebant.

g

h Saturninum iuuant.

Sisinnius tyranno intrepidè respondens,

4 Eodem tempore misit Maximianus Augustus, & iussit sibi Sisinnium præsentari. Qui cùm præsentatus fuisset, dixit ad eum Maximianus: Quis vocaris? Respondit: Ego peccator Sisinnius vocor seruus seruorum Domini nostri Iesu Christi. Maximianus Augustus dixit: Quæ carmina sunt in vobis? Respondit Sisinnius Diaconus, dicens: Si cognosceres quæ sunt carmina fidelium, scires vtique Creatorem tuum. Respondit Maximianus, dicens: Et quis est Creator, nisi inuictus Hercules? Respondit Sisinnius Diaconus: Nobis turpe est *i* vel nominare vel audire illum. Maximianus dixit: Vnum tibi è duobus eligere festina: aut sacrifica deo Herculi, aut carnes tuas ignibus cremabo. Sisinnius Diaconus dixit: Et ego quidem semper hoc optaui; verumtamen si meritus fuero, vt coronam desideratam accipiam. Iratus Maximianus Augustus, tradidit eum Laodicio Præfecto. Tunc Laodicius Præfectus retrusit eum in *k* custodiâ Mamertini, & fuit ibi in custodiâ diebus *l* decem & septem.

i

coniicitur in carcerem.

k

l

5 Post hos dies transactos iussit Laodicius Præfectus adspectibus suis Sisinnium præsentari. Qui cùm præsentatus fuisset ab Aproniano Commentariensi, subitò lux de cælo facta est, & vox de luce exiit dicens: Venite ad me benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est à constitutione mundi. Tunc Apronianus tremefactus, cecidit ad pedes Sisinnij Diaconi dicens ei: Adiuro te per Christum quem confiteris, ne tardes me baptizare, & facias me tecum pertingere ad coronam. Eadem horâ allata est aqua, & catechizauit eum, & benedixit fontem, & deposuit eum nudum in peluim & dixit ei: Credis in Deum Patrem omnipotentem, & in filium eius vnicum Dominum nostrum Iesum Christum, & in Spiritum sanctum? Et ille respondit: Credo. Et Sisinnius Diaconus dixit ei: Illuminet te Christus. Et eleuauit eum de pelui, & duxit eum ad S. Marcellum Episcopum, quem chrismate consignauit, & altare consecrauit: & sic participati sunt omnes corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi.

Apronianus luce & voce cælesti conuertitur:

vltro se Iudici sistit:

6 Eodem die post meridiem iussit sibi Laodicius Præfectus præsentari Sisinnium Diaconum. Veniens autem cum Sisinnio Diacono Apronianus Commentariensis iam baptizatus, cœpit clamans dicere: Quid vos coarctat diabolus in Dei seruos tanta mala exercere? Tunc Præfectus dixit ad Apronianum Commentariensem: Quomodò te video, & tu Christianus es effectus. Respondit Apronianus: Væ mihi infelici, quia perdidi dies meos. Respondit Præfectus: Verè modò perdes dies tuos, & iussit eum capitalem subire sententiam, dicens: Si hic extinctus non fuerit, multi pereunt. Eodem tempore ductus in viâ Salariâ, milliario secundo, capite truncatus est sub die *m* quarto Nonarum Februariarum.

plectitur capite.

m

a *Anno Diocletiani* 4. *vt habet Eusebius in Chronico,* Quinquegentiani Africam infestauerunt, *idq; annis pluribus, accedente* Iuliano *tyranno. Ita Aurelius Victor*: Eodem tempore Orientem Persæ; Africam Iulianus ac nationes Quinquegentanæ grauiter quatiebant. *At Persa anno demum Diocletiani* 14. *iuxta Eusebium Pontaci, aut iuxta editionem Scaligeri* 19. *victi à Galerio.* commissa, *vt idem ait Victor,* Africa Italiaque Herculio; *quæ rem feliciter gessit.*

b *Eusebius an.* 15. *Diocletiani, qui est Christi* 298. *aut, secundùm editionem Scaligeri,* 18. *Christi* 302. Thermæ Diocletianæ Romæ factæ, & Maximianæ Carthagine. *Fuerunt illæ Vrbis regione sextâ, quæ* Alta semita *dicitur. Eo anno cœptæ sed non nisi septennio pòst dedicatæ à Constantio & Galerio Augustis, Seuero & Maximino Cæsaribus, vt ex veteri inscriptione docet Onuphrius Panuinius. Ea in ecclesiam deinde S. Mariæ & Angelorum à Pio IV. Papâ consecratæ.*

Therma Diocletianæ.

c *al.* soli. *al.* & solia. *Est enim* solium *vas balneis vsitatum, in quo sedentes lauabant. Suetonius in Augusto cap.* 82. At quoties neruorum caussâ marinis Albulisque calidis vtendum esset, contentus hoc erat, vt insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo duretam vocabat, manus ad pedes alternis iactaret. *At Plinius lib.* 33. *c.* 12. feminas, *cùm lauarentur,* nisi argentea solla fastidisse *suâ ætate, scribit.*

Solium in balneis.

d *Is deinde cum* Pontiano, Prætextato, *& aliis, martyrium subiit, colitur; q; XI. Decembris. Præclara de eo narrantur in vitâ ſon. S. Susannæ virginis & Martyris XI. Augusti.*

S. Thrasonis.

e *Horum natalis agitur* 16. *Martij, translatio* 8. *Aug.*

f *Imò* Marcellinus *hic & in sequentibus legendum rectè monet Baronius, vsque ad imperium Galerij & Constantij.*

g *Sur.* Spurium. *fortè* Exuperium.

h *Coluntur* SS. Saturninus & Sisinnius 29. *Nouemb.*

i *al.* vel nominare illum, vel audire vos.

k *De hoc carcere &* Tulliano *fusè & doctè disserit Baronius in Notis ad Martyrol.* 14. *Martij. In hoc* Mamertini *carcere detenti fuerunt sancti Apostoli Petrus & Paulus, aliiq; innumeri Sancti.*

l *MS. Audom.* Sedecim.

m *quo ab Ecclesiâ colitur.*

CAPVT II.

SS. Sisinnij, Saturnini, Papiæ, Mauri martyrium.

7 TVnc iussit retrudi in custodiam Saturninum senem, & Sisinnium Diaconum, dicens: Si non immolauerint diis, diuersis eos pœnis interficiam. Tunc Saturninus senex cùm esset in custodiâ vnà cum Sisinnio Diacono, veniebant ad eos multi gentiles, & baptizabantur cum omni fiduciâ. Audiens hoc Laodicius Præfectus, iussit sibi tribunal parari in Vrbe in Tellude. Et post dies quadraginta duos, misit & exhibuit sibi Saturninum & Sisinnium Diaconum: & vincti catenis, adducti sunt in conspectu Laodicij, nudis pedibus. Quibus dixit Laodicius: Quid est? non deposuistis vanas superstitiones, & adoratis deos, quos Imperatores adorant? Respõdit Sisinnius Diaconus: Nos peccatores adoramus Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei. Nam dæmonibus & lapidibus numquàm humiliamur. Laodicius dixit: Deferatur tripoda, & thurificent maiestatibus. Saturninus dixit: Cõterat Dominus deos gentium. Et continuò soluta est tripoda ærea velut lutum. Tunc videntes duo milites *b* Papias & Maurus cœperunt clamare, & dicere: Verè Deus est Dominus Iesus Christus, quem colunt Sisinnius & Saturninus.

a Saturninus & Sisinnius

b Papiam & Maurum conuertunt:

8 Iratus itaque Laodicius Præfectus iussit eos in eculeo *c* leuari. Et cùm traherentur, neruis, fustibus, & *d* scorpionibus cæsi sunt. Illi autem clamabant dicentes: Gloria tibi Domine Iesu Christe, quia meruimus socij fieri seruorum tuorum. Tunc Papias & Maurus clamabant, dicentes: Vt quid vos sic coarctat diabolus in seruos Dei ista exercere? Iratus Laodicius iussit, vt cum lapidibus os eorum contunderetur, & retrudi fecit in carcerem; Saturnino autem & Sisinnio flammas ad latera poni. Illi autem in eculeo pendentes, vul-

c

d cum iis torquentur;

tu

occidun-turi

tu aëri gratias Deo agebant. Eadem verò die dedit eis capitalem ſubire ſententiam. Et depoſiti de eculeo, ducti ſunt *e* viâ Numentanâ, milliario ſecundo, & ibi capite ſunt truncati. Eorum autem corpora collegit Thraſon cum *f* Ioanne Preſbytero, & ſepeliuit in prædio ſuo viâ Salariâ ſub die *g* quarto Calendarum Decembr.

e

f

g

dein Papias & Maurus.

9 Poſt dies duodecim, iuſſit Laodicius Præfectus Papiam & Maurum milites, qui baptizati fuerant à B. Marcello Epiſcopo, ſibi præſentari in *h* Circo Flaminio. Quos cùm vidiſſet, dixit ad eos: Nunc cognoui, quòd & vos Chriſtiani ſitis. Papias dixit: Verè Chriſtiani. Dicit ad eos Laodicius: Deponite & abſoluite vanam fallaciam, & adorate deos, quos Principes adorant. Reſpondit Maurus, & dixit: Adorent eos, qui deſperauerunt de animabus ſuis, vt in æternum pereant. Laodicius Præfectus dixit: Modò vos deſperabitis de animabus veſtris, ſi non ſacrificaueritis diis immortalibus. Audite & facite quæ dico, & viuite. Reſpondit Papias: Sacrifica tu, & viues in tormentis æternalibus. Tunc iuſſit eos ſterni in terram, & fuſtibus cædi. Et cùm diu cæderentur, nulla vox ex eis audita eſt niſi tantùm: Chriſte adiuua nos ſeruos tuos. Tunc iuſſit eos leuari de terrâ, & plumbatis cædi. Et cùm diu cæderentur emiſerunt ſpiritum. Quorum corpora collegit noctu Ioannes Preſbyter, & ſepeliuit in viâ Numentanâ, ſub die quarto Calendarum Februariarum *i* ad Nymphas B. Petri, vbi baptizabat.

h

i

a *Id eſt*, æde Telluris, *quæ erat regione quartâ*, intra Carinas.
b *Coluntur* Papias & Maurus 29. *Ianu.*
c *Alij MSS. codices habent* ſuſpendi.
d *S. Iſidor. lib. 5. Origin. cap.* 27. Si lenis fuerit, virga eſt; ſi certè nodoſa vel aculeata, ſcorpio rectiſſimo nomine vocatur, quia arcuato vulnere in corpus infigitur. *at Papias*: Scorpiones, genus duplicis flagelli, vel magni fuſtes. *vide Baronium in Notis ad Martyrol. 12. Iunij.*

Scorpio.

e Via Nomentana *à portâ* Viminali *(quæ &* Ficulnenſis *olim, nunc* S. Agnetis, *à proximâ eius Diuæ æde, appellatur)* Nomentum *ducit, Sabinorum oppidum, cui nunc* Lamentano *nomen eſſe volunt, XII. ab Vrbe millibus paſſuum.* Numentum, *pro* Nomento, *ſcribunt recentiores.*

Via Nomentana.

f *Coluntur* SS. Ioannes & Criſpus *Presbyteri Martyres* 18. *Auguſti. eorum frequens mentio in Actis Martyrum.*
g *At nunc III. Kal. Dec. coluntur, vt ſuprà diximus.*
h *Sic appellata regio IX. Vrbis, in quâ is Circus, in quem, (aut vicinam quampiam eidem) ſæpius cogi Senatum ſolere docet ex veteribus Marlianus in topographiâ Vrbis lib. 5. cap. 9.*

Circus Flaminius.

i *Pancirolus hoc cœmiterium ait ſeptem millibus paſſuum ab Vrbe diſtare.*

CAPVT III.

Artemiæ & Iobiæ regiæ virgines à dæmone per S. Cyriacum liberatæ.

10 POſt non multos dies narrauit omnia Laodicius Præfectus Auguſtis Diocletiano & Maximiano de militibus, & de Sanctis quos interfecerat: & gauiſi ſunt Diocletianus & Maximianus Auguſti. Deinde poſt paucos dies nuntiatum eſt Diocletiano Auguſto, eò quòd filia eius Artemia vexaretur à dæmonio. Vnde grandi afflictione contriſtatus eſt, & die præſenti noluit comedere cibum. Et dum multo tempore in cuſtodiâ eſſet B. Cyriacus, & iam de eo obliuio eſſet facta, multi Chriſtiani pergebant ad eum in cuſtodiam, & cæci illuminabantur, & infirmi ſalui fiebant à languoribus ſuis. Intereà cœpit vrgeri Artemia Diocletiani filia à dæmonio. Hoc cùm nuntiatum fuiſſet Diocletiano Auguſto, intrauit ad eam in cubiculum: & ecce ipſe dæmon clamare cœpit per os Artemię præſente Diocletiano, dicens: Niſi venerit Cyriacus Diaconus, non exeo. Confeſtim autem miſit Diocletianus ad eum in cuſtodiam, vbi erat incluſus ac vinculis conſtrictus, cum Largo & Smaragdo, & eiecit eum de cuſtodiâ. Et cùm præſentatus fuiſſet Diocletiano Auguſto, cœpit rogare eum, vt intraret ad filiam eius.

Artemia Diocletiani filia energumena,

à S. Cyriaco dono curationum pradito,

11 Cumque intraſſet ad eam Cyriacus, dixit: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti præcipio tibi, vt exeas ab eâ. Dæmon autem reſpondit per os Artemiæ, dicens: Si vis vt exeam, da mihi vas vbi ingrediar. Dicit ei Cyriacus: Si potes, ecce corpus meum ingredere. Reſpondit diabolus per os Artemiæ: In vas tuum non poſſum ingredi, quia vndique clauſum & ſignatum eſt. Dicit ei Cyriacus: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti crucifixi, exi ab eâ, vt fiat vas mundum ad *a* ſeruiendum Spiritui ſancto. Et dixit ad Artemiam: Filia, crede in Deum Patrem omnipotentem, & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum Dominum noſtrum. At ille exclamauit, dicens: O Cyriace, ſi hinc me eiicis, in Perſidam te faciam venire. Dicit ei Cyriacus: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti exi; & continuò exiuit.

Ex MSS.

liberatur.

a

12 Tunc clamauit Artemia dicens: Per ipſum nomen te conteſtor, vt me baptizes: quia video de longè Dominum, quem tu prædicas B. Cyriace. Tunc tenentes manum eius B. Largus & Smaragdus, leuauerunt eam. Alterâ autem die ſecundùm conſuetudinem catechizauit eam, & allatam aquam benedixit S. Cyriacus, & baptizauit eam præſente matre ſuâ *b* Serenâ Auguſtâ, in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Ab eodem die dicebat Serena filiæ ſuæ, vt fideliter amaret religionem Chriſtianam. Poſt menſes verò decem & annos duos, *c* explicatâ fabricâ thermarum cum gloriâ, cœpit Diocletianus Auguſtus benè habere Cyriacum Diaconum, & donauit illi domum, & præcepit, vt ſecurus viueret in vrbe Româ, faciente Serenâ Auguſtâ vxore Diocletiani.

baptizatur.

b

c

Cyriacus ſecurè degit Romæ.

13 Poſt paucum verò tempus venit legatio à Rege Perſarum ad Diocletianum Auguſtum, vt Cyriacū Diaconum ad ſe dirigeret: quia filia eius à dæmonio vexabatur. Tunc Diocletianus Auguſtus videns tantam ſupplicationem *d* Saporis Regis Perſarum, præcepit vxori ſuæ Serenæ, vt rogare: ad ſe venire Cyriacum Diaconum. Qui cùm veniſſet Cyriacus ad Serenam Auguſtam, dicit ei legationem Saporis Regis Perſarum, ſicut dixerat ei Diocletianus Auguſtus maritus ſuus. Dixit ei Cyriacus Diaconus: Cum auxilio Domini mei Ieſu Chriſti Saluatoris, vadam ſecurus. Eodem verò tempore Serena Auguſta Chriſtianiſſima dedit omne vehiculum, vel neceſſaria quæ opus fuerant in naui: & cum eo Largus & Smaragdus perrexerunt vſque ad Perſidam. Milites verò cum *e* veredis ibant. Beatus autem Cyriacus cum baculo ſuo priùs perueniebat ad manſionem, vſque dum perueniret ad Saporem Regem Perſarum.

d

mittitur in Perſidem, viaticum offerente Serenâ Auguſtâ Chriſtianâ:

e

pedes comitesque præcedit.

14 Cumque præſentati fuiſſent Regi Cyriacus Diaconus, & Largus & Smaragdus, dixit ad eos Rex: Quis ex vobis dicitur Cyriacus Diaconus? Et vt cognouit, quis eſſet Diaconus, adorauit eum, rogauitque vt introiret in cubiculum ad filiam eius, nomine *f* Iobiam. Eadem horâ exclamauit diabolus ex ore puellæ, & dixit ad Cyriacum: Quid eſt Cyriace? Reſpondit Cyriacus: In nomine Domini mei Ieſu Chriſti præcipio tibi, immunde ſpiritus, exi, & iam non reuertaris in eam. Reſpondit diabolus: Fatigatus es. Reſpondit Cyriacus: Ego exiui in nomine Domini mei Ieſu Chriſti, cuius auxilio gubernatus ſum, & in omnibus gubernor, & non ſum fatigatus. Dicit ei diabolus: Tamen ego te perduxi, ad quod volui. Cyriacus autem Diaconus cùm vidiſſet puellam fatigari, proiecit ſe in pauimentum, orans & flens, & dicens: Imperat tibi Dominus meus Ieſus Chriſtus, quem *g* confeſſus ſum, vt exeas. Reſpondit diabolus: Da mihi vas, vbi ingrediar. S. Cyriacus dixit: Dominus Ieſus Chriſtus, Deus de Deo, ipſe imperat tibi vt exeas. Et ecce cum vlulatu magno & cum clamore ſpumans & clamans dicebat in *h* aëre diabolus: O nomen terribile, quod me coarctat exire! Et ab eadem horâ ſalua facta eſt Iobia.

f

Iobiam filiam Saporis à dæmone liberat:

g

h

15 Tunc B. Cyriacus dixit ei: Filia crede in filium Dei, & ſemper *i* ſana eris. Reſpondit Iobia: Ego credo in Dominum Ieſum Chriſtum, quem tu prædicas. Et fecit eam catechumenam more ſolito, & catechizauit eam, ſat,

i

eam baptizat,

Ex MSS. & allatâ aquâ, *k* depoſuit eam in concham argenteam; & benedixit aquam, & dixit ei: Iobia, credis in Deum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum? Reſpondit: Credo. Et dixit ei: Credis carnis reſurrectionem? Reſpondit: *cum patre & aliis:* Credo. Et eleuata de conchâ cœpit dicere Iobia: Verè Dominus Ieſus Chriſtus, quem prædicat B. Cyriacus, ipſe eſt Deus. Eadem horâ omnes affines eius baptizati ſunt: & ipſe Rex baptizatus eſt, & alij promiſcui ſexus, numero *l* quadringẽti & viginti ſimiliter baptizati ſunt. Eodem tempore multa dona vel pecunias obtulit Rex *dona oblata reſpuit:* B. Cyriaco. Cui S. Cyriacus dixit: Nos gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti pretio non offerimus, ſed fide æſtimamus. Et nihil accepit: ſed tantùm pane & aquâ cum Largo & Smaragdo vſus eſt. Poſt dies autem quadraginta quinque aſcendens nauim, cum commendationibus epiſtolarum Regis reuerſus eſt Romam. Quem *Romam redit:* cum grandi honore ſuſcepit Diocletianus Auguſtus cum vxore ſuâ, & filiâ: & cœpit B. Cyriacus habitare cum Largo & Smaragdo in domo, quam ei donauerat Diocletianus iuxta thermas Diocletianas.

a *Alij MSS.* ſuperueniendum.

b *Colitur* S. Serena 16. *Aug.*

c *Alij MSS.* expleta. *at non videntur therma abſoluta ante imperium Conſtantij & Galerij, à quibus dedicata, vt ſuprà diximus.*

Sapores Reges Perſarum duo. d *Non probatur Baronio hac hiſtoria, to.* 3 *ad an.* 309. *num.* 6. *Nam cùm duo memorentur* Sapores *Reges Perſarum, ſenior qui* Valerianum *cepit, victuſq; deinde eſt ab* Odenato *Palmyrenorum Rege; & iunior, qui circa initia Conſtantini regnum capeſſiuit, tenuitq; ad annos* 70. *neutri id conuenire videtur: non ſeniori vt patet, cùm qui ſextus ab eo regnaſſe traditur* Narſes, *ſiue* Narſæus, *vt Euſebius* Scaligeri *habet,* 18. *anno Diocletiani, vt verò Pontaci editio,* 15. *victus ſit à Galerio.* Narſeti Miſdates *ſucceſſit, regnauitq; annos* 7. *menſes* 9. *ac demum* Sapores *iunior, & quidem adhuc in matris vtero quaſi inauguratus. Ergo non potuit hic imperante Diocletiano filiam habere. & ſi Chriſtianorum ſacris fuiſſet initiatus, quomodò eos deinde ita acriter perſecutus? quomodò non apoſtaſia eius quiſpiam meminit? Potuit regulus quiſpiam, aut prouincia Romanis propinquioris Præfectus fuiſſe hic* Sapores, *ex regio fortaſſis genere. Quamquàm non omnia ab hiſtoricis ſcripta ſunt: & multa ſunt quæ in Agathiâ hac narrante lib.* 4. *reprehendas, illudq; cum primis quòd ſecundùm eius calculum non niſi anno Chriſti* 304. *vltimo Diocletiani ſuſcepit regni gubernacula Narſæus.*

Veredi. e *Alij MSS.* veredariis. *al.* vehiculis & veredis. *Sunt* veredi *equi celerrimi tum ad venatum, tum præcipuè ad vſum publicorum tabellariorum, qui inde* veredarij *dicti. Et huiuſmodi veredis vti S. Cyriaci comites potuerunt, vt qui ab Imperatore legarentur ad amicum Regem, vel Narſæi bello conciliatum, vel Romanorum commilitonem fortaſſis aduersùs eum.*

f *al.* Iouiam.

g *MS. Rip.* confeſſus es.

h *al.* ipsâ horâ. i *al.* ſalua.

Concha. k *Quadam MSS. habent:* Depoſuit eam nudam in concham argenteam. *Eſt verò* concha *hic genus patuli vaſis, ſiue peluis.*

l *Quadam MSS. quadringenti triginta.*

CAPVT IV.

SS. Cyriaci, Creſcentiani, Artemiæ, & aliorum cædes. Marcelli conſtantia.

a 16 POſt menſes duos *a* ambulauit Diocletianus Auguſtus ad Dalmatias, ibiq́ue ægritudine fatigatus, fecit teſtamentum, & coheredes fecit *b* filios ſuos, b c d & *c* mortuus eſt. Hoc audiens filius eius *d* Maximianus *comprehenditur:* Auguſtus, præcepit vt Chriſtiani, vbicumque inuenti fuiſſent, punirentur. Et zelo ductus propter ſororem ſuam Artemiam, miſit & tenuit Cyriacum Diaconum, & miſit eum in cuſtodiam, & præcepit vt in die proceſ- *ligatus trahitur ante rhedam tyranni.* ſionis ſuæ, ad exemplum Chriſtianorum Cyriacus nudus & catenis obligatus ante rhedam eius traheretur.

Marcellus tyrannum increpans fuſtibus cæditur. 17 Vno autem tempore veniens in die proceſſionis Marcellus Epiſcopus, obtulit ſe Maximiano Auguſto, dicens ei: Pietati tuæ ſuggero, ſeruos Dei, qui orant pro regno tuo & pro republicâ, quare trucidas? Tunc iratus Maximianus Auguſtus, præcepit vt fuſtibus cæderetur, & expelleretur Marcellus Epiſcopus: & Carpaſio Vicario iuſſit dicens: Audi Carpaſi: Cyriacum ſacrilegum, qui carminibus magicis & incantationibus ſuadet hominibus Chriſtum confiteri, diuerſis pœnis affli- ge, ſi non libamina diis obtulerit.

18 Eodem tempore Carpaſius Vicarius mittens ad cuſtodiam, adduxit Cyriacum Diaconum, Largum, Smaragdum, & Creſcentianum, & iuſſit eos in Tellude præſentari; quibus dixit: Quare non obauditis præceptis Principum, & offertis libamina diis immortalibus? Reſpondit Cyriacus cum Largo, Smaragdo & *Cyriacus pice liquatâ perfunditur.* Creſcentiano: Nos ipſos Domino Ieſu Chriſto offerimus. Carpaſius Vicarius dixit: Quod vobis iubetur, facite. Senectus tua alba facta eſt, Cyriace, ſed modò eam iuuenem facio. Et iuſſit picem reliquari: & cùm reliquata fuiſſet, præcepit vt in capite B. Cyriaci Diaconi funderetur. Tunc cœpit clamare B. Cyriacus & dicere: Gloria tibi Domine, qui nos ſeruos tuos dignatus es portas cæleſtis regni introire.

19 Dicit & aliis Carpaſius: Sacrificate, aut peribitis ſicut perfidus Cyriacus. Dixerunt: Nos peccatores Domino Ieſu Chriſto noſinetipſos ſacrificium offerimus. *S. Creſcentianus in tormentis moritur.* Tunc Carpaſius Vicarius adduxit in conſpectum ſuum eculeum, & iuſſit ſuſpẽdi Creſcentianũ, & fuſtibus cẽdi, in conſpectu Cyriaci, Largi, & Smaradgi. Et cum diu attraheretur neruis, & fuſtibus cæderetur, & vngulis raderetur, voce magnâ clamabat dicens: Gloria tibi Domine Ieſu Chriſte, qui nos ad gratiam tuam dignatus es euocare. Carpaſius dixit: Date flammas ad latera eius. Et cùm diu incendio conſtrictus vreretur, emiſit ſpiritum. Cuius corpus iuſſit iactari ante Cliuum Vrſi, in plateâ ante templum *e* Palatij. Ipsâ nocte venit Ioannes *e* Preſbyter, & collegit corpus eius, & ſepeliuit in cœmiterio Priſcillæ, in arenario viâ Salariâ veteri, ſub die *f* VIII. Calend. Decembris. *f*

20 Poſt mortem autem Creſcentiani, retruſit in cuſtodiam Largum & Smaragdum & Cyriacum. Poſt dies verò quatuor reſedit in eodem loco in Tellude, & præcepit ſibi præſentari Cyriacum Diaconum, cui ſic dixit: Quare dies ſenectutis tuæ cum tormentis ad inferos deducis? Reſpondit Cyriacus Diaconus: Ego *Cyriacus iterum torquetur:* ſemper hoc optaui. Dicit ei Carpaſius: Sacrifica diis immortalibus, & viues. Cyriacus reſpondit: Sacrificent eis, qui non cognouerunt creatorem ſuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Hoc cùm audiſſet impiiſſimus Carpaſius Vicarius, iratus eſt valdè, & iuſſit eum in *g* cataſtâ extendi, & attrahi neruis, & fuſtibus cædi. *g* Cyriacus autem clamabat, dicens: Miſerere mihi peccatori Domine Ieſu Chriſte. Eodem die nuntiauit Carpaſius Vicarius omnia Maximiano Auguſto, quæ exercuerat in Sanctos Dei. Tunc iratus Maximianus iuſſit omnes vinctos, qui erant in cuſtodiâ, vnà cum Cyria- *cum aliis 21. capite plectitur.* co capite truncari. Et datâ ſententiâ, ducti ſunt cum Cyriaco Diacono promiſcui ſexus, numero viginti & vnus, & decollati ſunt viâ Salariâ intra thermas Saluſtij foras muros. Quorum corpora collegit nocte Ioannes Preſbyter, & ſepeliuit eos in eadem viâ: ſanctum verò Cyriacum collegit, & commendauit ibidem ſub die XVII. *S. Artemia occiditur.* Calend. Aprilis, ad gloriam & laudem Dei. Ipſo tempore Maximianus Auguſtus interfecit ſororem ſuam *h* Artemiam. *h*

a *Exacto imperij anno viceſimo, ſponte id depoſuit Diocletianus, eâ præcipuè cauſsâ, quòd extirpare, vt cupiebat, religionem Chriſtianam non poſſet, vt in Actis S. Menna & ſociorum* 10. *Dec. traditur. vt idem faceret, Maximianum Herculeum, licet ægerrimè, traduxit.* *Diocletianus imperio ſe abdicat.*

b *Filios naturales non reliquit.* Galerius Maximianus *eius gener fuerat, Conſtantius Herculei: ij Auguſti tum facti.*

c *Imò priuatus* annos propè nouem egit, *vt Aurelius Victor ſcribit.*

d *Baronius deinceps reſtituendum cenſet* Maxentij *nomen, vbi* Maximianus *nominatur. Id nobis haud ſatis expeditum eſt pronuntiare. Fuit certè Romæ aliquamdiu* Galerius, *qui Diocletiani filiam, Artemiæ ſororem, vxorem habuerat. Nam Aurelius Victor de Conſtantino ſcribit:* Hic, dum iuuenculus à Galerio in vrbe Româ, religionis ſpecie, obſes teneretur, fugam arripiens, *&c. Et ne dubitet quis num poſt depoſitam à Diocletiano purpuram id contigerit, ſubdit:* ad patrem in Britanniam peruenit: & fortè iiſdem diebus ibidem Conſtantium parẽtem fata vltima perurgebant.

e *Su-*

e *Surius & MS. Aud.* Palladis. *fuit* delubrum Palatij *in regione* 10. *qua* Palatium *dicebatur:* Templum Mineruæ, *siue* Palladis *in* 13. *qua* Auentinus.

f *Colitur eo die, videlicet* 24. *Nouembr.* S. Crescentianus.

Cataſta. g *De variâ ſignificatione vocis* cataſta *conſule Baronium in Notis ad Martyrol.* 16. *Martij.*

S. Artemia. h *Ferrarius in generali catalogo SS. ſcribit* 12. *Aug. coli Romæ in eccleſiâ S. Silueſtri* S. Artemiam virginem & Martyrem, *cetera latere. in indice Catalogi SS. Italiæ, tradit Diocletiani filiam fuiſſe, coli* 8. *Aug. corpus in eccleſiâ S. Silueſtri ſeruari. Alia Martyrologia* 16. *Aug. cum matre* Serenâ *eam referunt.*

CAPVT V.

S. Lucinæ pietas. Marcelli labores, martyrium.

S. Marcellus & Lucina cæſorum corpora ſepeliunt.

21 POſt dies autem octo, veniens Marcellus Epiſcopus cum Lucinâ matronâ Chriſtianiſſimâ, condiuit corpora Sanctorum cum aromatibus,& linteaminibus,& impoſuit noctu in *a* pauone cum eunuchis ſuis, & ſuſtulit vbi commendati fuerant. Tranſlata ſunt corpora cum S. Cyriaco *b* in prædio eius viâ Oſtienſi, milliario ab vrbe Româ ſeptimo; vbi requieſcunt in ſarcophagis lapideis, quos manu ſuâ recondidit B. Lucina in pace, *c* vi Idus Auguſti.

Lucina ſua dat Eccleſiæ. 22 Eodem tempore B. Lucina fecit donationem de facultate ſuâ ex omnibus ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ. Hoc audiens *d* Maximianus Auguſtus, indignatus proſcriptione eam damnauit. Beata autem Lucina rogauit S. Marcellum Epiſcopum, vt domum eius eccleſiam conſecraret. Quod cum omni deuotione fecit B. Marcellus Epiſcopus. At vbi frequenter in eadem domo Miſſas celebraſſet in mediâ ciuitate viâ Latâ; audiens hoc Maximianus Auguſtus, iratus miſit in eamdem eccleſiam, & fecit præceptione ſuâ vt in eadem eccleſiâ plancæ ſternerentur ad animalia catabuli publici, & eumdem Marcellum Epiſcopum ad ſeruitium animalium *e* deputauit, cum cuſtodiâ publicâ. Vbi etiam poſt multos annos ſeruiendo, indutus amictu cilicino,emiſit ſpiritum, ſub die ſeptimo decimo Calend.Februarij. Cuius corpus rapuit Ioannes Preſbyter noctu cum B. Lucinâ, & condiuit cum aromatibus,& ſepeliuit in cœmiterio Priſcillæ viâ Salariâ veteri, non longè ab vrbe Româ, milliario tertio, vbi requieſcit in pace.

S. Marcellus beſtiis ſeruit: *e* *moritur:* *ſepelitur.*

Carpaſius domo S. Cyriaci & baptiſterio profanatis, 23 Eodem tempore Maximianus Auguſtus præcepit ad ſe venire Carpaſium Vicarium, & interrogauit eum de diſcuſſione & nece Sanctorum. Et cùm vidiſſet Carpaſius placatum ſibi Maximianum, petiit ab eo domum B. Cyriaci. Cui confeſtim donauit domum Cyriaci Diaconi. Et cùm introiſſet in eamdem domum, quam donauerat B. Cyriaco Diocletianus Auguſtus, inuenit locum vbi S.Cyriacus fontem ædificauit,quem conſecrauit B. Marcellus Epiſcopus,vbi frequenter baptizabat S. Cyriacus venientes ad fidem. Tunc Carpaſius Vicarius paganus crudeliſſimus ingreſſus eſt in eamdem domum, dum introiiſſet & inueniſſet baptiſterium, fecit in loco eodem balneum, quaſi ad deridendam legem Chriſtianorum. Vbi frequenter *f* lupanariis & ſcenicis lauacra *g* exhibebat, turpi lucro gaudens in loco ſanctificato. Et cùm frequenter iſta fierent & epulæ cum ſceleratis; quadam die cùm ſe lauiſſent,& exhiberent ſibi epulas, exeunte Carpaſio de balneo cum multis ſceleratis, decem & nouem cum Carpaſio Vicario ſubitò ceciderunt, & mortui ſunt. Ab eodem die clauſerunt balneum, & factus eſt timor magnus in eadem regione vſque in hodiernum diem. Deo gratias.

f *g* *malè perit, cum aliquot ſociis.*

h *SS. ſepulti.* 24 Sanctorum verò corpora, hoc eſt, Cyriaci,Largi, Smaragdi, Creſcentiani, *h* Memmiæ & Iulianæ, ſepulta ſunt in viâ Oſtienſi,milliario ab vrbe Româ plus minùs octauo: vbi orationes eorum florent nunc & ſemper, & quouſque mundus iſte ſteterit, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Pauo. a *Mombrit.* pauimentum, *mendosè. Eſt* pauo *apud Papiam* genus operimenti & vehiculi; *& quidem, vt Martinius notat,* rotæ vnius; *& dicitur aliis* pabo.

b Via Oſtienſis *à portâ* Trigeminâ (*qua & Oſtienſis dicta, nunc* S.Pauli) *Oſtiam ducebat. Hoc* Lucinæ *cœmiterium memorat Pancirolus. Anaſtaſius in Honorio I.* Fecit, *inquit,* & eccleſiam B. Cyriaco Martyri à ſolo viâ Oſtienſi milliario ſeptimo, vbi & donum obtulit. *Ex MSS. Cœmiterium Lucinæ.*

c *al.* VII. Idus. *celebratur ea tranſlatio* 8. *Aug.*

d *Omnino hic & deinceps* Maxentij *nomen reſtituendũ videtur.*

e *Iam inde ex alio catabulo ereptum à Clericis, vt ſuprà ex libello de Romanis Pontificibus diximus.*

f *MS. Rip.* lupanaribus, *adiectiuè nimirum, pro* lupis *ipſis, ſiue meretricibus, aut qui cum iis lupari ſoliti*

g *MS. Audom.* exhibebat turpia, ludo gaudens.

h *Coluntur* SS.Memmia(*Mombritio,* Meminia)*&* Iuliana 8. *Auguſti. earum mentio fit in actis S. Anthimi & ſociorum* 11. *Maij.*

ALIA ACTA

auctore Vrſione Abbate Altimontenſi,

ex tribus veteribus MSS.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 DOMINO ſuo *a* Lieberto verè Epiſcopaliter Epiſcopo, ſalutem & proſperitatem frater Vrſio, Abbas nomine & baculo, non opere vel merito. *a*

B. Lieberti Epiſcopi Camerac. laus. Dignitas, ſumme Pater, Epiſcopalis, cui conſtat præeſſe, & prodeſſe Eccleſiis, & rebus Eccleſiaſticis, quantò aliquos mœſtificat ſuorum Epiſcoporum elatione, tantò nos lætificat tuæ humilitatis, religionis, & *b* nobilitatis prælatione. Reſpexit quippe Dominus vltima tempora noſtra ex alto; dum filios Eccleſiæ, quos oppreſſerat peſſima *c* bellorum tempeſtas & deſolatio, quotidie releuat tuæ admonitionis, & oraminis melliflua conſolatio. Tu es enim Paſtor ouium, non aliundè aſcendens in ouile, ſed per oſtium: tu ſubiectorum baculus, tu in Eccleſiâ Chriſti, & tui paſtoralis oculus. Fructificando iuueneſcit flos Eccleſialis in tuâ ſenectute, quæ domitis ſtimulis dormit cum perpetuâ Sunamitis virginitate, luxuriamque contemnens cum Berzellai delegat eam adoleſcenti filio *d* Maatha, nec vult Iordanem tranſire. Proinde diſponis aſcenſiones in corde tuo,in loco quem Deus poſuit certamen vincentibus,ſcilicet in valle lacrymarum; vbi, quia præuius pater filiis inſinuas iter præuium, videbis Deum Deorum, & caro tua exultabit in Deum viuum. *b* *c* 2. Reg.19. *d*

S. Marcelli & aliorum SS. reliquiæ ſub eo repertæ. 2 Nec deſunt patrocinia Sanctorum, quorum reliquiæ quieſcentes ſub alis tuis, conquiſitæ induſtriâ anteceſſorum, temporum quidem contumeliâ latuerunt diutius, ſed tandem quibuſdam in locis patuerunt feliciter nouiſſimis temporibus,quorum omnium interceſſionem mihi eſt orandum; de Sancto autem Marcello Papâ & Martyre, tuâ licentiâ & benedictione breuiter ſcribendum, cuius glorioſa apud nos manifeſtatio, Sedi tuæ nouiter contulit inæſtimabilem gloriam, nobis verò peccatoribus momentaliter apud Deum indicibilem fiduciam.

Eius vitam & tranſlationem deſcribit Vrſio Abbas. 3 Cuius deſcriptionis te conſtituo iudicem, vt quia gratiâ ſui inter me & Deum te habeo ſequeſtrem, in eo quod minùs expectatione tuâ valebit ingenium meum, habeam & defenſorem: defenſorem, inquam,tantæ audaciæ,vtpote qui auſim opus meis viribus haud æquum ſuſcipere, niſi inſulſum ſermonem meum ſalſurâ ingenij tui digneris mellificare.Terram,quippe inhabito Naym; in valle Ioſaphat, vbi peccatores iudicantur, ſemper Deum video. Sed quis immunis, quis alienus à peccatis? Nullus prior, nullus poſterior, nullus medius: omnis homo reus. Et ego quis ſum vt enarrem iuſtitias Dei,& aſſumam teſtamentum eius per os meum? Certè non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: ſed laudare Deum iam aliquod eſt initium ſpecioſitatis. Quæ verò maior

AVCTORE VRSIONE, EX MSS.

maior laus Dei & gloria, quàm electorum ſuorum magnificentia, quos ſuæ dignationis dignatur magnificare munificentiâ? Hæc eſt enim, hæc eſt deuotio Eccleſiarum, diuerſis Sanctorum meritis honeſtarum, prout placuit cælorum Regi diſponere manſiones eorum: quemadmodùm enim multæ manſiones in domo Patris, ita multæ manſiones Sanctorum in terris, multæque reuelationes, & ſcribendo reuelatores eorum claritatis. Ego quoque licet non delecter dictandi ſtudio, ſed affligar quotidie viuendi ergaſtulo; famæ tamen conſulendo domeſticæ, vitam patroni noſtri, S. Marcelli ſcilicet, geſtis ſanctorum Martyrum Saturnini, Siſinnij, Cyriaci, Largi, & Smaragdi, & ceterorum quorum magiſter extitit, inſertam, neceſſarium ſentio ſingillatim excerpere; & deinceps quando & qualiter ad nos ſit tranſlatus, & poſteà temporibus noſtris manifeſtatus, æquum duco poſteris litterare. In quibus omnibus, digniſſime Pater, non attendas comicam *e* vernulitatem, nec *f* Mæandrico ſermone *g* firmatam florariam orationem, quia doctrina Chriſti non conſtringitur regulis *h* Donati. Iamque fiat proloquendi modus, ne dum volo eſſe officioſus, fiam iniurioſus.

Ioan. 14. 2

e

f g

h

a B. Lietberti *Cameracenſis & Atrebatenſis Epiſcopi vitam dabimus 23. Iunij. Multa de eo habet Baldricus in Chronico lib. 3.*

b *Baldricus l. 3. cap. 61.* ex Brachatenſi patriâ, nobili ortus proſapiâ, *&c. Alibi diximus* Brachantum, *vel* Bracbantum, *dici eam ditionem quæ à Tornaco Teneramundam vſque eis Scaldim ſita, nunc maximâ ex parte Comitatu Flandriæ continetur. Vnde Comites Louanienſes, vt inferioris Lotharingiæ Duces dici poſſent, ſuam omnem prouinciam cum* Brachanti *parte coniunctam* Brabantiam *vocarunt, quæ nunc prima Belgicarum prouinciarum.*

Brabantia vnde dicta.

c *Præcipuè ab Hugone Caſtellano Cameracenſi dirè vexatus eſt* Liebertus, *eiuſq; ſubditi.*

d *Ita 2 MSS. at S. Giſleni MS.* Maacha. *vulgata edit. habet* Chamaan.

e *Vulgò* vernilitas, *aſſentandi ars, quâ verna pollent. hic elegantiam Auctor intelligit, quâ ſcripta comœdia, in quarum pleriſq; verna.*

f Periodico, *à* Mæandro *Phrygiæ fluuio ſinuoſo ductâ metaphorâ. Niſi quis legat* Menandrico: *nam* Menander *poëta comicus fuit, ingenioſus & elegans.*

g *MS S. Giſleni:* ſyrmatum.

h Ælius Donatus *grammaticus fuit, S. Hieronymi Romæ magiſter.*

LIBER I.

Acta S. Marcelli.

CAPVT I. *S. Marcelli opera ac decreta.*

Eccleſia campus fertilis.

4 PVlcrum eſt videre campos ſegetum aureis maturatos calamis ariſtarum; ſed pulcrius eſt attendere campos Eccleſiæ micantes plãtatione Martyrum, per ſanguinem Agni ſuo cruore purpuratorum: ſegetes enim Martyrum ſunt paſſiones, ſecus aquarum decurſus lacrymarum fontibus radicantes. Venientes igitur venient cum exultatione portantes manipulos ſuos in beatitudine, & qui ſeminarant in lacrymis, in gaudio metent iuxta arborem crucis, vbi eſt proximus fons Saluatoris. Vnde plantata Martyrum tolerantia, ſeminis ſui germina cœpit colligere purpurata, poſtquàm victoriâ Dominicæ paſſionis antiqui hoſtis eliſâ virtute, aduerſus Chriſticolas lues tormentorum iteratò cœpit recaleſcere. Contra quam fides valido fidens armorum munimine, cominus pugnatura procedit, adſtat in acie, congreditur, & vincit, & Martyrum gregalem chorum ad cælica regna tranſmittit. Quo certamine quadripartita mundi plaga concutitur; ſed Roma omnibus ſuperior, deteriùs cunctis ſubuertitur: quia quæ cunctos longè lateque ad ſeruiendum ſibi coëgerat, nefandiſſimo ritu cunctarum idolis gentium ſeruiebat, & quæ dedignabatur aurum habere, ſed habentibus imperare, nunc ſibi ipſi non valet repugnare. Vnde accidit vt ibi ampliùs ferueret immanitas tormentorum, vbi pleniùs confluxerat impuritas dæmoniorum. Sed non defuit viciſſitudo: quia poſtquàm triumphauit Petrus & Paulus in ſanguine ſuo, dæmonum multitudinem exterminauit Martyrum multitudo, quorum ſequaces extiterunt plurimi coronis victricibus poſteà laureati, necnon poſt Sedem Apoſtolicam aliqui cælorum regnis inthronizati.

Pſal. 125.

Roma viget idololatria.

pòſt Chriſtianæ religio.

5 Inter quos S. Marcellus Papa & Martyr effulgens vt ſidus aureum, doctrinâ ſuâ & ſanguine nobiliter illuſtrauit natale ſolum: erat enim natione Romanus, patre Benedicto progenitus, de regione quæ dicitur Via lata oriundus, florem ſuæ iuuentutis redolendum reddidit gratiâ ſenectutis. Ea quippe totius vitæ ſuæ fuit intentio, vt in confeſſione Dei terminaretur ſui profeſſio. Nec ſpes eum fefellit: ſublimatus etenim Sede Apoſtolicâ, laureolum Eccleſiæ palæſtrandum ſuſcepit. Ad cuius profeſſionis titulum Sedem ſuam & ipſum caput mundi, Romam ſcilicet, nobilitauit quantùm permiſit rabies temporum. Fecit denique cœmiterium viâ Salariâ: & propter baptiſmum & pœnitentiam multorum, qui conuertebantur ex paganis, & propter ſepulturas Martyrum conſtituit viginti quinque Titulos in vrbe Româ: viginti quoque Preſbyteros & duos Diaconos ordinauit: decreta etiam ſua quæ habentur in decretis Pontificum Romanorum auctenticè decreuit. Sed non plus quàm annis quinque, menſibus quatuor, diebus viginti vno, Romanæ Sedi præfuit. Quibus expletis Apoſtolicâ ſanctione inter æquitatem & iniquitatem, inter iuſtitiam & iniuſtitiam, duellum factum eſt publicâ ſtatione.

S. Marcellus cœmiterium extruit:

varia ſtatuit:

6 Agebant in ſceptris Diocletianus & Maximianus, *a* in conſulatu Maxentius & Maximinus, qui poſteà purpurâ à Diocletiano & Maximiano depoſitam ſuſcipientes infeliciter vſi ſucceſſerunt infeliciùs. Horũ quatuor immanis ſæuitia vnius Martyris, S. Marcelli ſcilicet, glorioſa extitit victoria: tot enim coronæ extiterunt vnius, quot tortores per Chriſtũ potuit ferre vnus. Sciebat enim cædi pro Chriſto, & non deficere in Chriſto: nec poterat in certamine tortores formidare, quia volebat de triumpho gaudere: temporalem minimè timebat pugnam, quia perpetuitatis ſtudebat ſortiri victoriam: neque ſui ſolùm ſollicitus erat, ſed etiam filiorum Eccleſiæ cui præerat, quos eadem palæſtra, ſub eiſdem tortoribus, coronis aptabat.

ſub quibus tyrannis paſſus.

a

a *Non reperiuntur in faſtis Conſularibus hi anni bo vnà Conſules, imperantibus Diocletiano & Herculeo.* Maximinus *autem hic, vt ſæpè, pro* Galerio Maximiano *poſitus.*

CAPVT II. *Sanctorum labores. Aproniani martyrium.*

Chriſtiani milites ad onera ferenda damnati,

7 CVius palæſtræ preludium cœpit proludi poſt Maximiani Auguſti ab Africæ partibus reditum. Volens enim Diocletiano placere ſub nomine eius thermas Romæ inſtituit à ſolo ædificare. Et quia inuidebat Chriſtianis, ſuper eos impoſuit afflictionem huius operis, aliis ad lapides deportandos, aliis ad arenam effodiendam deſtinatis. Quibus vſque ad miſerationem laborantibus, nec vllis eorum miſeriæ miſericordiam præſtantibus, prouidit Deus Thraſonem quemdam fidelem vitâ, & locupletem facultatibus. Hic cùm cerneret eos affligi tanto labore, per Siſinnium & Cyriacum, per Largum, & Smaragdum, conſtituit eis victum miniſtrare. Sicque Martyres releuati ciborum alimoniâ non Auguſtis thermas, ſed ſibi fabricabant coronas in labore & ærumnâ.

aluntur à Thraſone, per S. Cyriacum & ſocios.

8 Sanctus verò Marcellus filiorum ſuſpenſus defectione, ſeipſum pro eis mactabat Chriſto quotidie in oratione cum lacrymis & ſpiritus humilitate. Cumque ſibi innotuiſſet Thraſonis obſequium, Deo gratias agens, duos, vt præſcriptum eſt, Diaconos conſecrauit, Siſinnium & Cyriacum, qui & Eccleſiæ Romanæ deſeruirent, & in anguſtiâ conſtitutis victum ex Thraſonis facultatibus miniſtrarent. Hæc autem Eccleſialis ordinatio, totius Eccleſiæ fuit exultatio, & ipſorum in labore

Cyriacus & Siſinnius Diaconi,

bore Confeſſorum neceſſitatis releuatio. Felices miniſtri tanti patris doctrinâ benè filiati, & ipſum ad coronam quandoque præceſſuri.

comprehenduntur,

9 Grataner itaque creditum ſibi ſuſcipientes officium, dupliciter fiunt conſortes Martyrum, quia numquàm ſine munere dimittitur obſequium. Nocte igitur quadam exeuntes de domo Thraſonis, & inde ſociis victum deferentes humeris ſuis, à paganis militibus crudeliter arctati, Expurio Præfecto ſunt præſentati. Quorum ille lætatus comprehenſione, Maximiano Auguſto placere feſtinat eorum delatione. Maximianus verò crudelitate furens, nec ſolùm crudelis, ſed & ipſa crudelitas exiſtens, publicam apponit eis cuſtodiam, & arenæ effodiendæ imponit ſententiam. Inter quos deputatus ſenex quidam, Saturninus nomine, iam ſenio fractus, maceratur nimiâ laboris afflictione, affligens & ipſe iuuenes, qui ſecum erant, nimiâ ſuæ ætatis miſeratione. Erat ibi ſpectaculum videre miſeriam & miſericordiam conuenire, pietatem & caritatem ſubuenire, Martyres ſanctos fortunas ſuas contemnere, iuuenes ſenem vix ſeipſum valentem ab onere impoſito leuare, cuſtodes mirari & ſtupere.

damnantur ad fodiendam arenam,

alios iuuant.

10 Nec latuit Auguſtum, cui plus placebant delatores Martyrum, quàm delatores regnorum. Quæ vt ſibi relata eſt deuotio, dolens tantum pietatis remanſiſſe in regno ſuo, tradit eos puniendos Laodicio Præfecto. Laodicius autem retrudendos in carcere tradit Commentarienſi Aproniano. Apronianus autem viſitatus diuinâ reſpectione, procidens ad pedes Siſinnij cum proteſtatione, Adiuro te, inquit, per Chriſtum, vt me facias participem prædeſtinationis tuæ. Ad hæc eum ille catechizauit, catechizatum ad fontem deduxit, deductum de credulitate requiſiuit, requiſitum in fontem depoſuit, depoſitum ex more leuauit, leuatum ad S. Marcellum deduxit, à quo chriſmate conſecratus, Eccleſiæ pleniter communicauit. Nec multum temporis interceſſit, & capitalem iuſſus ſubire ſententiam, Doctores ſuos ad coronam præceſſit.

Apronianus conuertitur,

occiditur.

CAPVT III. SS. Papiæ, Mauri, Cyriaci, &c. cædes. Marcelli conſtantia.

Papias & Maurus conuertuntur:

occiduntur.

11 SAturninus verò & Siſinnius retruſi in carcere, quotquot poterant lucrifaciebant fidei ſuæ. Inter quos milites duos initiantes, Papiam & Maurum, cùm tripodam ad thurificandum ſibi delatam comminuiſſent imperio orationum, à Laodicio Præfecto in eculeo ſuſpenſi, & ſcorpionibus cæſi, flammis exuſti, & ad vltimum capite truncati, præmittuntur ad regnum. Papias autem & Maurus baptizati à S. Marcello, & poſt baptiſmum comprehenſi, & apud Flaminium præſentati Præfecto, in ſucceſſione tormentorum cum palmâ ſuccedunt & regno. Quorum omnium corpora, B. Marcelli iuſſu, viâ Numentanâ reconduntur & viâ Salariâ. Ipſe autem aſſiduus erat in oratione, vt filios ſuos Dei filius conſtantes redderet in certamine, pro eo paullò pòſt certaturus & ipſe.

Cyriacus Artemiã obſeſſam liberat,

12 Etenimuerò Cyriacus, quem ſibi conſtituerat Diaconum, cum B. Siſinnio iam obliuioni traditus tenebatur in carcere cum Largo & Smaragdo. Sed dæmone proteſtante per os Artemiæ, filiæ Diocletiani, eius virtutem, iuſſu eiuſdem Principis eductus, puellam reduxit ad ſui libertatem, & purificatam fonte baptiſmatis in Chriſto reddidit liberiorem. Deinde à Rege Saporâ euocatus ad partes Perſidæ, *a* Iobiam eius filiam mundauit à dæmone, Regem ipſum & Reginam cum toto regno Perſarum, liberauit à dæmoniacâ ſeruitute. Sicque reuerſus Romam, ingrediente Diocletiano *b* vniuerſitatis viam, iniit contra Maximianum potenter victoriæ ſuæ pugnam.

a & Iobiam; ac Perſas conuertit.

b

S. Artemia occiditur.

13 Maximianus quippe zelo ductus Artemiæ ſororis ſuæ, ſororem ipſam homo miſeræ conditionis non erubuit tormentis ſubiicere: Cyriacum verò iuſſit miſeris cruciatibus deficere. Quem etiam opprobrio Chriſtianorum in die proceſſionis ſuæ, ante *c* epithedia ſua protrahi fecit nudum & ligatum. Iamque ceteris ad coronam præmiſſis præter iſtum, S. Marcellus hunc ſequitur cum lacrymis, vt pater filium. Vbi pugnaturus non ſacciperium cum Dauid defert, ſed patientiâ obarmatus contra tyrannum talibus dictis confert: Nouitati tuæ, Auguſtorum optime, ſuggeſtum venio, ne fiat humilium preſſura, tuæ erectionis confirmatio. Vocalis quippe ſemper fuit æquitas apud Romanorum Rectores, parcere humilibus & debellare ſuperbos. Ecce opprimuntur filij Eccleſiæ, qui pro ſtatu veſtro, & pro Republicâ orant aſſiduè. Non decet Romanam virtutem contra inermes & imbelles producere feritatis ſuæ aciem. Trucidatur innocentium turba, & fœdatur Romanorum virtus huius infamiæ notâ. Ita ſenex perorauit, ſed non impunè licuit. Irato ſiquidem Auguſto dehoneſtatur, & abſque reuerentiâ ſacerdotij, & reſpectu ſenectutis, fuſtibus cæditur, & cum iniuriâ expellitur.

Auctore Reuerſione, ex Mss.

c

Marcellus Imperatorem liberè arguit:

fuſtibus caditur.

14 Nec ſolus ſenſit iratum: ſtatim enim in Sanctos, pro quibus Papa interpellauerat, miniſter diaboli dictat ſententiam tormentorum. Carpaſius Vicarius tortor eligitur, qui omnia tormentorum genera in Cyriacum, Largum, & Smaragdum, & Creſcentianum experiri præcipitur. At ille gratanter ſuſcepit imperium iuſſus, quod ſi priùs auderet libenter ſuppleſſet & iniuſſus, vt poſteà probauit Martyrum cruciatus: tantâ enim in eos deſæuiit crudelitate, ac ſi in eorum tormentis regnum ſibi debuiſſet acquirere. Martyres itaque ſancti tormentantur, pice liquatâ perfunduntur, in eculeo ſuſpenduntur, in cataſtâ depoſiti extenduntur, ignibus exuruntur, & ad vltimum capitalem ſententiam ſubire iubentur. Ita ſociati in paſſione, cælos expetunt germanâ ſocietate. Officium verò ſepulturæ, vt pater filiis, S. Marcellus ſuppleuit paternâ pietate, & Eccleſiaſticâ procuratione.

Cyriacus & ſocij occiduntur,

ſepeliuntur à Marcello.

a *MS. Claremar.* Lobiam.

b *Non mortuus tunc eſt infelix tyrannus, ſed priuatus annos circiter nouem in Dalmatiâ vixit, vt antè diximus.*

c Epirhedia, *inquit Papias,* maiora vehicula.

CAPVT IV. S. Marcelli in catabulo labores, mors.

S. Marcellus domum Lucinæ conſecrat:

15 QVibus præmiſſis ad vitam, coronis eorum Paſtoris ſui Marcelli adornantibus coronam, & ipſe paſtor ſine multâ dilatione diſponitur ad victimã. Beata denique Lucina matrona quędã ex nobilioribus, animo ſupernis hærens contemptis terreſtribus, per eumdem Papam fecit donationem facultatum ſuarum Eccleſiis omnibus. Cuius rei permotus indignatione Auguſtus, eam damnauit proſcriptione. At illa petiit Papam vt domum ſuam conſecraret eccleſiam, quatenus locus carnalitatis fieret locus conſecrationis. Nec diſtulit ille: eccleſiam conſecrauit, in quâ frequenter & Miſſas celebrauit.

ibidem beſtiis ſeruit:

16 Eadem verò domus carcer ſibi poſteà fuit, & exilij locus; ſed non contempſit exilium, quia deſiderabat cælum. Carcerem exiſtimauit pro prætorio, quia iucundari deſiderabat in paradiſo. Et quod fuit prætorium, ea domus Dei iubetur animalibus eſſe catabulum: in quâ mox animarum paſtor, conſtituitur paſtor animalium. Apponitur ei & publica cuſtodia; ne tanto ſacerdoti deeſſet duplex iniuria. Iniuriatur modis omnibus: nullus præter panem indulgetur ei cibus, lectus & veſtitus ſaccus erat cilicinus. Ita ſeipſum offerens ſacrificium Deo, in vigiliis & ieiuniis per multum temporis, imperatum ſupplebat officium, orando & pſalmodiando. Res non priuata, ſed communis agitur: Epiſcopus confitendo patitur, & Eccleſia orando compatitur.

a educitur à Clericis:

17 Sed cùm depoſitâ purpurâ, *a* Maximianus fuiſſet ſecutus collegam ſuum Diocletianum, noctu venientes Clerici, de catabulo eduxerunt S. Marcellum. Lætificatur Eccleſia ſubitò, vtpote tanti Paſtoris reſtituta patrocinio. Sed repentaliter ſubſequitur mœſtitia, non impar priori,

AVCTORE VRSIONE, EX MSS.

priori: è veſtigio, vti ſe habet hominum incertitudo, lux oborta tenebratur, & lucis gaudia perturbantur. Iam Sacerdos in ſuâ victor extiterat pugnâ, & ſacrificium obtulerat de victoriâ, ſeipſum ſcilicet in confeſſionis hoſtiâ: iam ſibi meruerat coronam, & ſubditis poſtulauerat indulgentiam. Quid ergo noui proceſſit? quid mali ſucceſſit? quid prioribus interceſſit? Maxentius peior prioribus, regni infortunio ſortitus imperium, vt regnandi, ita & ſæuiendi in Chriſtianos obtinuit *b* hæredium. Qui cùm cogeret ſanctum Papam negare, quod erat, videlicet Epiſcopum; & ille Chriſtum confitendo, ſacrificia derideret dæmoniorum; iterum cum furore emiſſâ ſententiâ, reſtituitur in catabulo cum publicâ cuſtodiâ. Recipit officium paſtoralitatis ſuæ, educit & reducit animalia cum cordis contritione. Eccleſia fit ei catabulum, carcer ille beſtialis fit regale prætorium, quia per hoc parabatur ad regnum.

b iterum ad idem damnatur:

18. O ſupplicium diſſimile omnibus, & proinde ſancto Martyri ceteris amabilius! Certè ea videbatur ſibi remiſſior ſententia, quam importabiliorem perpendebat tortoris inſania. Licet enim tantâ iniuriâ dehoneſtaretur in catabulo, intentione tamen *c* theoreticâ ſemper ſuſpirabat in cælo. Cui hærendo aſſiduè cum lacrymis, dilatio illa, quæ ſibi videbatur grauior, breuiatur clementiâ Saluatoris, & æquitate iuſti remuneratoris. Nam dum Maxentius cogitat de differendo ſupplicio, Chriſtus diſponit de remunerando milite ſuo. Statuit ei carcerem aperire, paſtoralitatem mutare, ab animalibus inter Angelos transferre, pro catabulo paradiſum conferre, & perlatis ſuppliciis dignam remuneratione nem referre, Martyrem Martyribus inferre, coronam inimicorum expugnatione paratam pugnatori proferre, nec ampliùs militem à regno differre. Itaque militando inibi per aliquot annorum, in fame & ſiti, in laboribus & ærumnis, in vigiliis & ieiuniis, nudus amictus tantùm cilicio, perſiſtens in ſeruitio animalium, tandem in confeſſione Dei, alacriter emiſit ſpiritum. O ſomnium pacis! ó requiem immortalitatis!

c

moritur:

19. Corpus eius collegit B. Ioannes Preſbyter cum Preſbyteris & Diaconibus, & B. Lucinâ, & ſepeliuit in cœmiterio Priſcillæ viâ Salariâ XVII. Kal. Februarij; vt à Diaconibus & diſcipulis, quos præmiſerat ad regnum, nec ipſâ ſeiungeretur ſepulturâ. O pia congregatio, cuius nec in cælis, nec in terris fit ſeparatio! ô Martyrum præmia & coronæ, quæ perpetuo vireſcunt flore, immortalitatis ſcilicet & vitæ æternæ! Neſciunt marceſcere, quia non timuerunt flammis ardere, quos Agnus deducet ad vitæ fontes aquarum, & delebit omnem lacrymam ab oculis eorum, & florebunt ſicut lilium in medio Angelorum.

ſepelitur.

a *Videtur innuere à* Maximiano *primò captum eſſe* S. Marcellum; *non quidem* Herculeo, *qui, vt hic dicitur, collegam ſecutus purpuram depoſuit; ſed* Armentario, *qui & ipſe ex Italiâ non multò pòſt receſſit.*

Hærediũ. b Hæredium *prædium eſt, quod hæreditate venit. hic ſimpliciter pro hæreditate accipitur.*

c Contemplatiuâ, *à* θεωρέω, contemplor.

LIBER II.

Narratio manifeſtationis & itineratio S. Marcelli.

CAPVT I. Reliquiæ S. Marcelli diu abſconditæ.

a

Altimontenſe cœnobium.

b

c d

1 EST locus ſuper fluuium *a* Sambram nuncupatum ſitus, à parte non à toto (neque enim adeò eminens eſt) Altus-mons dictus: quem illuſtrat cœnobium famoſæ antiquitatis, &, vt coniici datur ex veſtigiis anteceſſorũ, antiquæ nobilitatis. Siquidẽ metatâ ab Angelo eiuſdem templi menſurâ, *b* Vincentius Madelgarius potenter laborauit in eius ſtructurâ, qui Dux *c* Lotharingiarum, Francorum, & *d* Saxonum, in eodem loco poſteà eſt profeſſus monachum, abiectâ ſeculari militiâ, diuinæ pugnæ ſe præbens monomachum. Cum quo etiam Dagobertus Imperator locum excoluit: rebus & redditibus ditauit & ampliauit. Reliquiis quoque Sanctorum, prout potuit vterque eorum, decenter munerauit & illuſtrauit, ad quibus ſeruiendum ter centum fermè monachos conſtituit. Inter quos S. Vincentij interceſſu, & *e* Martini Papæ conceſſu, & Dagoberti Regis conductu, ab *f* octauo vrbis Romæ milliario remotus, S. Marcellus Papa & Martyr ad prædictum locum cum honoris gratiâ eſt tranſlatus.

S. Marcelli reliquiæ eò tranſlatæ.

e

f

2 Vbi ſuſceptus officioſiſſimè non eſt priuatus per multum temporis officioſo monachorum famulamine. Sed cùm decidentibus aureis & argenteis temporibus ſucceſſiſſent ferrea, opprimente fortunâ orbem terrarum, felicitatis nouercâ, *g* Riphæi montes ſuper Galliam emiſerunt Hungrorum & Hunnorum tempeſtates & fulmina, à quibus deſolatis eccleſiis, monachis, & monialibus & Clericis poſtliminiò damnatis, Altus mons humiliatus, inter cetera factus eſt locus deſolationis: fugatis denique cultoribus tantæ negligentiæ eſt relictus, vt neque memoriam Reliquiarum teneret notitia alicuius. Per ſucceſſiones itaque temporum, per diuiſiones, dum ſibi inuicem ſuccedebant, monachorum & Clericorum, per diſſenſiones animorum, & peruaſiones militum, *h* reditus Eccleſiæ gallinaciis pedibus deducuntur ad nihilum. Sed cùm rediſſet tempus miſerendi eius, quoniam placuerunt ſeruis Dei lapides eius, *i* reſpexit Dominus orationem humilium, & non ſpreuit precem eorum.

g

Barbarorum incurſionibus neglecta.

h

i

a *Hic Namurci in Moſam influit.* Sabis *Cæſari dictus.*

b *Eius vitam dabimus* 14. *Iulij.*

c *Necdum id nomen prouinciæ ſortita tunc erant, quæ regno Auſtraſiæ continebantur.*

d *Etſi domiti anteà erant à Clotario & Dagoberto Saxones; non tamen iis Vincentius præfectus.*

e *Mortuus eſt* Dagobertus *Rex anno Chriſti* 644. *cùm Romæ ſederet* Theodorus *Papa cui* Martinus *ſucceſſit. Videntur hic coniungi, quòd inchoatum ſit fortè ſub* Dagoberto *Altimontenſe cœnobium, ſed his reliquiis ornatum circa annum* 651. *ſub* Martino.

f *Imò tribus tantùm ab Vrbe milliaribus diſtabat Priſcilla cœmiterium, vt teſtatur Baronius to.* 2. *ad an.* 130. *num.* 2. *vbi illud ſuo tempore refoſſum ſcribit, magnæ inſtar vrbis.*

Cœmiterium Priſcillæ.

g *Alij non à* Riphæis *montibus, qui inter* Album ſinum *&* Obium *flumen ſiti, glacialem oceanũ reſpiciunt, interiectâ ſolum* Hyperboreorũ *anguſtâ regione; ſed à Caſpio mari, aut vlterioribus Aſiæ ad Boream plagis profectus Hunnos atque Hungros volunt. Sapius ij Germaniam ſeculo Chriſtiano decimo incurſarunt: ſed Hannoniam, in quâ Altus mons, anno præcipuè* 954. *à* Conrado *Lotharingiæ Exduce contra* Raginerum II. *Hannoniæ Comitem conducti. Conſule Chronicon Mirai, & Baldrici lib.* 1. *cap.* 74.

Hungarorum irruptio in Belgium.

h *Baldricus lib.* 2. *cap* 35. Per incurſus Gentilium, imò & per crebras ſeditiones domeſticorum, ſubripiente (*fortè*, ſubrepente) inopiâ, ordo monachalis ad Canonicalem redactus *&c.*

i Gerardi I. *Cameracenſis Epiſcopi ſtudio, collaborante* Richardo *Abbate S. Vedaſti reſtauratum Altimontenſe cœnobium, ac monachis reſtitutum, quibus præfectus Abbas* Fulcuinus. *Baldricus lib.* 3. *cap.* 6.

CAPVT II. Repertæ ornatæq́ reliquiæ.

3 LATEBAT ibi lucerna ſub modo, S. Marcellus ſcilicet Papa & Martyr, ſine alicuius venerationis titulo, per quem prouidente loco diuinâ clementiâ, eius manifeſtatione ferrea miſericorditer molleſcunt tempora. Cuius manifeſtationis diuinitus prouiſa occaſio, Abbatis *a* Vrſionis extitit in regimine ſucceſſio. Idem denique cœnobium Dei conceſſu ſuſcipiens regendum, eâ ſcilicet tempeſtate, quâ inter Henricum Imperatorem & Comitem *b* Balduinum ſæuiebat tempeſtas bellorum, rem nimis attenuatam inuenit, vt præſcriptum eſt, proceſſu temporum, deceſſu rerum, & quotidiano inceſſu vel incurſu vaſtatorum. Augebatur anguſtia, quia Fratres appetebat inopia, nec ſibi ſuppetebat ſuccurrendi copia. Quid ergo ageret? Quò ſe verteret? Volutis & reuolutis animo ſuis omnibus, nihil oculis occurrebat extrinſecus, quod poſſet obſtare tantæ neceſſitatis foribus. Vertit ſe ad interiora & circumductis

a Vrſio Abbas Altimontenſis,

b

ductis oculis inuenit ſcriniolum, in quo quieſcebant ſancti Martyris Marcelli oſſa, argento quidem fabricatū, ſed inculto & abſque vllâ cælaturâ. Æſtuabat animo, quia latebat omnes quid contineretur in ſcriniolo; Reliquias tamen contineri nulla erat hæſitatio. Vicit tandem, quod vincere ſolet in rebus tam anguſtis, anguſtia ſcilicet, quæ ſemper requirit ſolatia neceſſitatis: & diſponente Deo, conſilio ſui & Fratrum, meliorando reparaturus ſuſcipit, ſed inuitus argentum; ita ſuos, releuando ab inopiâ, S. Marcellus protegebat qualicumque prouidentiâ.

coactus inopiâ, arcam reliquiarum S. Marcelli diſtrahit:

4 Abbas autem ſuſpenſus animo, longo interdiu conſcientiæ vrebatur cauterio: ignorabat enim quid ſpoliatum contineret ſcriniolum, & ideò non modicæ offenſionis metuebat ſe incurriſſe periculum. Cuius offenſionis timore, loculum feſtinabat non poſt multum temporis renouare. Et quia volenti nihil ſatis feſtinatur, vix conquiſito argento fabricam aggreditur. Nondum expletà, ad Epiſcopum Cameracēſem Lietbertum egreditur, & qualiter res tractata ſit narrare aggreditur.

nouam fieri iubet:

5 Deinde quæſitâ & acceptâ licentiâ referandi loculum, vt quod mortales latebat, ad gloriam Dei proferretur in publicum, cum lætitiâ & benedictione redit monaſterium. Nec paſſus aliquamdiu rem ſuſceptam procraſtinare, Fratribus & ſibi indicens ieiunium, diem conſtituit ſine multâ dilatione: dilatio autem diei ſola fuit cauſſa Deum orandi & exorandi, ne ad tantum theſaurum accederent imparati. Quo ſuperueniente, albis & ſtolis induti ad locum accedunt quantâ poſſunt apparatione, quantâ debent veneratione, ſcilicet cum lacrymis & litaniis, & maximâ cordis contritione.

loculum reliquiarum aperit.

6 Reſerato autem loculo, lacrymæ ſine morâ duplicantur præ gaudio: tanta enim egreditur ſuauitas odoris, ac ſi ſtarent in paradiſo amœnitatis. Apparent oſſa, neſcitur adhuc cuius: pendent animi & oculi omnium in agnitione eius. Cùm repertis ſtatim litteris excluditur ſuſpenſionis eorum ſcrupulus: recitatæ ſiquidem in auditu adſtantium, commendant contineri ſanctum Martyrem Marcellum Romanæ Sedis Epiſcopum, tempore Dagoberti, vt prædictum eſt, illuc tranſlatum, ſed temporum mutatione neglectum. Quibus perceptis, gaudium reficitur ſingultibus & lacrymis, & loculus iterum clauditur cum magnâ diligentiâ obſerationis & ſignationis. Diſceditur: Abbas ad Epiſcopum regreditur, gratanter benedictionem petit, & rem geſtam ex ordine lætabundus exponit. Miratur Epiſcopus, & ſtupendo gaudet, & niſi auctoritas Abbatis eum inclinaret, tantum theſaurum in eo loco latere, vix introduci ad credendum valeret. Sed & etiam atteſtatio litterarum, omnem ſubmouebat incredulitatis ſcrupulum.

Suauis ex eo odor exſpirat:

agnoſcuntur reliquiæ S. Marcelli:

7 Statim itaque quid agendum foret, inter eos tractatur: depoſitio ſancti Martyris in ſcrinio nouiter fabricato ordinatur, & natiuitas ſanctæ Dei genitricis Mariæ, quæ eſt VI. Idus Septembris, dies repoſitionis conſtituitur. Conueniunt multi, pars Epiſcopum, pars Comitem *c* Balduinum & Comitiſſam ſecuti, plures cauſsâ amoris S. Marcelli; omnes verò in commune, Dei & ſancti Martyris miſericordiam oraturi. Eâ enimverò die S. Marcelli præſentiam ibi adeſſe, illius qui cuncta prouidet & diſponit, fuit manifeſtare. Denique repoſitis artubus ſanctis in loculo ſibi parato, communiter petitur à populo, vt extra templum ſibi liceat ſanctum Martyrem precibus & muneribus venerari capaciori interſtitio. Effertur, cum frequentiâ Cleri & populi defertur, & in atrio ante porticum templi ſuper quadripodem locatur. Circumfluit populus, & Martyrem cum deuotione frequentat: & licet vix alicui vacet eundi & redeundi locus, precibus tamen vbi poteſt petit, & muneribus ditat. Creſcit turba tumultuantium, denſatur cuneus accedentium, nequaquàm atrio capiente examina confluentium. Iamque circumſtat totius præſentis populi multitudo, & admouente gradum pietate, cælitus arridet ſancti Martyris glorificatio.

in nouâ arcâ reponuntur.

c

Ingens ad eas eoncurſus.

a *Gaſæus hunc* Vrtianum *vocat.*

b Balduinus V. *hic fuit, cognomento* Inſulanus *& Pius, cuius aduersùs* Henricum III. *Imperatorem bella deſcribit Meierus lib. 3. & Miraus in Chronico.*

c Balduinus VI. Hannonius, *ſiue* Montenſis, Richildem Rageneri IV. *Hannoniæ Comitis filiam & haredem duxit; patri in Flandriæ Comitatu ſucceſſit an.* 1067. *obiit* 21. *Iulij* 1070.

AVCTORE VRSIONE, EX MSS. *Balduinus V. Balduinus VI.*

CAPVT III. Miracula ad reliquias facta.

8 DEnique puella quædam deducta ad locum à parentibus, ab ipsâ natiuitate muta, & ſurditate feriatis auribus, coram Sancto proſternitur in oratione, & quia voce non poterat, cælum tranſit intentione. Admittuntur preces eius intra ſacrarium exauditionis, & exauditur ad gloriam tanti Confeſſoris. Præbet obſequium omnis penè creatura, vt manifeſtetur Martyris præſentia. Tonat cælum, obſcuratur ſolum, tenebratur atrium, & fragore concutitur, cui puella ſubiacebat, ſcrinium. At illa tacet immobilis, & paſcitur gemitibus ſingultuis. Hærent oculi circumſtantium, & hærendo præſtolantur rei euentum. Tandem cælo dulciter reterſo nubibus, & atrio deorſum illuſtrato clariùs, illuſtratur & puella diuinitus, & ſtatim ſurgit adſtans deterſis orbibus, aſpicit aſpicientes, audit tumultuantes, alloquitur alloquentes.

VVilleſendis ſurda & muta ſanatur.

9 Curritur ad Epiſcopum, vbi prouinciam ſermocinandi ingreſſus, de paſſione Martyris perorabat ad populum: & quaſi noua nuntiaturus incedit vnus poſt alium, interrumpitur oratio & narratur Martyris glorificatio. Deinde ducitur & puella, & vultu demiſſo puellaritatis gratiâ, in medio adſtantium adſtat ſalutis ſuæ lingua. Interrogata nomen ſuum, VVilleſendem ſe vocari abſolutè refert; & locum natiuitatis requiſita, Squilinum ſine hæſitatione profert. Sed neque ſic creditur. Preſbyter Squilinienſis aduocatus inquiritur, qui benè proſequente teſtimonio parochienſium, eam ſemper ſurdam fuiſſe & mutam adſtipulatur. O diſcalicum Doctorem, ita *a* figulinam ad gloriam ſui imperfectam reformantem, vt vtriuſque officij momentaliter reciperet plenitudinem.

a

10 Itaque repetitâ oratione Epiſcopus, rem geſtam apud populum cum lacrymis magnificat diffuſiùs, pendente ab eius ore Comite cum ſuis optimatibus. Et inſtante horâ Miſſarum, iubet reliquias tam decenter glorificatas intro ferri monaſterium, Te Deum laudamus gloriosè imponendo hymnum. Quo finito Miſſa celebratur, celebratâ populus cum benedictione Epiſcopali dimittitur. Dies huius celebritatis Epiſcopo fuit dies deuotionis, & vſque ad veſperum nullus alter cibus, niſi in populo confirmando ſtudium ſupplendæ Chriſtianitatis. Intercapedinante etiam tantummodò noctis ſpatio, ad idem rediit officium, nocti ſuccedenti lucari hæredio. Sicque acceptâ licentiâ à S. Marcello, & Apoſtolicâ benedictione, officioſus diſcedit, cum lætitiâ & exultatione.

aguntur Deo gratiæ.

11 Creſcente quoque deinceps famâ geſtorum & dulciter illabente non ſolùm auribus, ſed etiam cordibus auditorum, rumor tandem rei geſtæ peruenit *b* Gominiacum. Erat ibi mulier quædam, Rathſcendis nomine, mulier, inquam, non formâ, ſed ſimilitudine; facie, & ſexu, non artuum diſcretione. Iacebat materies informis, nullius rei petax, niſi tantùm, talibus ſemper appetendæ, mortis. Ita triennio contracta manibus & pedibus, diſſolutis ab officio ſui membris omnibus, latere nequibat releuare latus. Quæcumque Sanctorum loca audierat virtutibus clarere, redaccurrente percurrerat pedibus ligatis inualetudine. Fit tædium amicis ductitantibus; quia ſoſpitatis eius gratia S. Marcello reſeruatur ab omnibus; quem conſulta à ſuis, in vltimis requirere conſtituta malorum, flebili deuotione vouit eundi votum. Nec inuenit poſt votum moram ſalus: redintegrantur plantæ & manus, & conata exurgere, faciles eſt experta conatus, Altum montem petit, medi-

b

Quadam membris omnibus debilis ſanatur.

AVCTORE VRSIONE, EX MSS.

cum ſui S. Marcellum requirit. Apud quem proteſtata ſuæ ſalutis redintegrationem, poſt orationis & oblationis ſatisfactionem, redit ad ſua, non alienis, ſed ſuis pedibus, expertis Apoſtolicam benedictionem.

a Figulina, *vel* figlina, *officina eſt, ars ſeu ipſa figuli. Hic pro opere ſumptum, quod* figlinum *Plinius dixit lib. 34. cap. 18.*

b Gomigny *pagus eſt haud procul Bauaco in Hannoniâ.*

CAP. IV. Reliquiæ circumlatæ, Sonegias vſque.

Circumferuntur reliquiæ per remotiora loca.

12 QVibus poſt alia geſtis, ampliùs cœpit crebreſcere rumor Apoſtolicæ claritatis. Frequentant vicini locum, honorant pro poſſe Sanctum, & votis onerant animum ſuum. Remotiores autem à loco, quia illuc eos conuenire prohibebat multarum rerum impeditio, vt ad ſe Martyris Reliquiæ deferrentur, vna & eadem vniuit petitio. Quibus petentibus & vtilitatis Eccleſiaſticæ quibuſdam neceſſariis intercedentibus, quæritur Epiſcopalis licentia, à quo vt cum honore perferatur & cuſtodiâ, ſtatim procedit paſtoralis ſententia. Orditur itaque monachalis, clericalis, & popularis proceſſio, & emittitur quaſi imperatoria expeditio. Funduntur populi, procedunt *a* Arquites pueri, ex omni parte videntur properare itinera ad gloriam Sancti.

a

b

13 Aliquibus ergo vicis tranſeundo circumfertur, & ſic Halcinio infertur. *b* Halcinium eſt villa omnium incolarum ſuorum commoratione numquàm tantùm magnificata, quantùm vno & momentaneo S. Marcelli tranſitu glorificata. Sed qualiter, & in quo? Non in grandioribus viris, ſed in vno puello. Puellus erat ſeptennis, ex vtero tamdiu ſuſpectæ matris mutus permanens & elinguis. Conuenerunt ibi Sanctus, & ægritudo; imperfectum, & perfectum; exinanitio naturæ, & plenitudo cæleſtis medicinæ. Chriſtus erat medicus, mediator Sanctus, puer medicandus. Adeſt mater cum lacrymis; ſecum filius cauſſa lacrymarum præcordialis, ignarus quidem ſui, ſed dolor & gemitus miſeræ genitricis. Orat mater, orat & clamat ſilendo, & populos conciliat ſibi ſimilis & communis miſeriæ conditio. Ipſa eſt vox muti, auditus ſurdi, & quicquid minùs natura ſuppleuit in filio, miſerabiliter ſupplet flendo & eiulando. O viſcera matris numquàm vacua viſceribus pietatis! Noli mater, noli flere, quia habebis paullò pòſt gaudere. Iam patet cælum, iam reſeratur precibus tuis miſericordiæ ſacrarium. Iam demittitur filio tuo cælitus verbum, per quod recipiat & auditum. Non accidit res iſta aliquo caſu, ſed ad gloriam Dei, & manifeſtationem Martyris ſui, reſeruata diuino permiſſu. Suppone ſcrinio filium, & recipies redintegratum. Quid plura? fit ſine morâ. Supponitur, pro eo oratur, ſtatim reſilit & loquitur, loquendo auditum ſe recepiſſe gloriatur, & mercedis cauſſâ Sanctum ſequitur.

Mvto vox redditur.

c S. Marcelli reliquiæ deferuntur Sonegias.

14 Deinde proceſſu itineris *c* Sonegia extitit locus hoſpitalitatis; hoſpitalitatis autem gratia, inter tantos hoſpites, Martyrem ſcilicet & Confeſſorem prouenit pulcherrima. Gaudebat S. Marcellus ſui quondam tranſlatoris condignâ ſuſceptione: Sanctus verò Vincentius Martyris ſui hoſpitalitate, quê olim ab vrbe Româ trãſlatum Altimontenſi præfecerat Eccleſiæ, tunc quando per tales Deus parabat regnum in æternâ beatitudine. Quapropter exhibetur ei debita deuotio, præmittitur deuota proceſſio: non parum quippe lætificabat & Clericos tanti hoſpitis viſitatio.

15 Quem ſuſcipientes officioſiſſimè, erga ſuos exuberant omnimodâ humanitate. Et quia laborauerant totâ die itinerando, neceſſaria eis erat refectio. Nec deſunt procuratores, iidem ipſi videlicet Clerici in procurando hilares, ſed vt poſteà probauit exitus rei, in dando hilariores. Quibus profuſis neceſſaria miniſtrare, prouenerunt omnia pleniſſimè, excepto vini libatione, quæ ſalebras releuando & curas expellendo, hominum ſolet corda lætificare. Erat autem præ oculis duplex malum, quia nec aberat, nec aderat vinum; quod ſi omnino ſciſſent abeſſe, leuiùs vtique potuiſſent ferre: fortè enim, imò Dei diſpoſitione, aberat tabernarius, nec aliquis domi remanſerat præter filiam eius, clauſis & obſeratis tabernæ foribus. Cumque Clerici fores vellent reſerare, obſtitit puella, quà potuit, contradictione. Sed Balduinus quidam paruipendens contradictionem eius, cùm vim foribus inferre vellet lætabundus, ſubitò reſiliente ſerâ voluntatem eius præuenit S. Marcellus, per eum & per reliquos vinum ſuis propinans diffuſiùs. Cœnatur, dormitum itur, diluculo ſurgitur, matutini celebrantur, iter cœptum iteratur.

Cella vinaria ſponte aperitur.

a Arcubus inſtructi, *ſiue ad ornatum, ſiue ad tutelam, ſiue ad venerationem reliquiarum; quaſi arcus, quos à primâ ætate bellicoſa ea gens tractare conſueuerat, Sanctorum gloria dicare ſe velle profiterentur.*

b Hauchin *pagus Hannoniæ haud procul Binchio oppido.*

c Sungeias *vocat Baldricus lib. 2. cap. 46. nunc* Sonegias & Sonegiacum, *vulgò* Songniez. *oppidum eſt Hannoniæ, vbi olim* S. Vincentius *Comes monaſterium ſtruxit, vt 14. Iulij dicemus.*

Sonegiæ.

CAPVT V. Namurcum deportatæ reliquiæ.

16 POſt aliquot dierum peruenitur *a* Namucum: vbi ſuſcepti reuerentiâ, quâ decebat Sanctum: Sanctus in eccleſiâ, ipſi è regione ſortiuntur hoſpitium. Et quia illic de rebus Eccleſiaſticis patiebantur aliquam fraudem, pro quibus etiam videbantur aſſumpſiſſe cœptam itinerationem, rebus Eccleſiæ prouidentes imprimis, poſteà intenderunt vſibus ſuis. Cumque ſeriis intenderent poſt cibum, & cuſtodes pernoctarent ante Sanctũ, ardente lucernâ lãguidiùs, Willebertus Preſbyter cuidam puero imperat vt emuncto lychno candelam illuſtraret clariùs. Paruit ille, ſed malè cauendo aſportauit flammam lucernæ. Iratus Preſbyter, vt mos eſt talibus, colaphum minatur impingere, niſi candelam accendat velociùs. At ille offendendo deſcendens de gradibus, Neſcio quò ire, lacrymabiliter inclamat: Deus ſcit & S. Marcellus. Dixit, & compatiente Sancto, lucerna in manibus eius accenſa totam eccleſiam illuſtrauit. Et exclamans cum gaudio, ait ad Preſbyterum: Deo & S. Marcello gratias ago, per quem mihi fruſtratur comminati colaphi inuectio.

a Deferuntur reliquiæ S. Marcelli Namurcum.

Eius opa candela extincta reaccenditur.

17 Inde digreſſi, breuiando iter cœptum, ad propria ſunt reuerſi. Confluunt in obuiàm ſui, & cum gaudio protectorẽ ſuum excipiunt ipſi. Vbi repoſitus cum debitâ veneratione cunctis petentibus affuit piâ protectione; requiritur à multis: in quos mulier veniens, vim inferebat Sancto, precibus & lacrymis. Erat autem de pago Cameracenſi, Dominica nomine, quæ per aliquot annorum, tormẽto infirmitatis orbata lumine, vbicumque audierat meritis Sanctorum ſuccurri infirmantibus, orbitati ſuæ petierat redintegrationis munus. Sed quia ſalutem ſui Deo diſponente, nondum peruenerat ad locum miſerationis ſuæ, auditis miſerationibus quæ fiebant Altomonte per S. Marcellum, illuc dirigit animum & greſſum. Nec eſt fruſtrata deſiderio ſpei ſuæ: terris quippe proſtrata ante ſanctum altare, cælum tranſit effectiuâ oratione: ſubſequitur gratia à ſacrario ſupernæ pietatis demiſſa. Surgens etenim ab oratione, & aſtans gemebunda, circumſtantium non remotâ miſeratione, ſanguine ſtatim ab orbibus profluente oculorũ, diuinâ pietate recipit illud deſiderabile amici viſus officiũ. Loco fugit cœcitas, & grata refunditur claritas: diſcit oculis quod præſumpſerat votis. Curritur, Fratribus nuntiatur, populo citiùs diffamatur res acta, aduenientibus peroratur, & Deus in commune laudatur.

Cæca illuminatur.

a *Fredegarius Scholaſticus cap. 98. ſcribit prælium commiſſum à Giſlemaro Maiore-domus* ad Manucum caſtrum. *recentiores legunt,* ad Namucum: *fortè* Namurum. *Vulgò* Namurcum *appellatur, Gallicè* Namur, *Teutonicè* Naemen; *ad Sabis Moſaq; confluentes ſita vrbs Epiſcopalis, elegans ac valida.*

Namurcum.

b *S. Marcelli Altimontenſes hæ reliquiæ an. 1589. 5. Maij à Ludouico Berlaymontio Archiepiſcopo Cameracenſi, in oppido Montenſi in nouam capſam argenteam translatæ ſunt.*

Nouæ tranſlatio reliquiar. S. Marcelli.

DE

DE S. MELA, SIVE MELANE, EPISCOPO RHINOCOLVRÆ CONFESSORE.

Ex variis.

INITIO V. SEC. XVI. IAN.

1 RHINOCOLVRA, *siue* Rhinocorura, *Baronio in Notis ad Martyrologium Romanum hoc die, duplex est, vna in Aegypto vbi* S. Melas *Episcopus fuit, alia in Syriâ. Ortelio (cui potiùs assentimur) vna eademq́; quæ quòd in confinibus Syriæ & Aegypti sita, huic illive tribuitur à scriptoribus. Adiacet fluuio, regionem Saracenorum à Palæstinâ diuidenti, de quo Genes. 15. v. 18.* Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Ægypti vsque ad fluuium magnum Euphratem. *Is passim in sacris libris* fluuius, torrens, *vel* riuus, Ægypti *appellatur: Amos 6. vers. vltimo* Torrens deserti, *quia à læuâ eius ripâ versùs mare rubrum protenditur desertum* Cedar, *Ismaëlitis, siue Saracenis habitatum: à LXX. Interpretibus Isaiæ 27. v. 12.* Rhinocorura, *ab vrbe, quam iuxta fluit, ducto nomine; nisi ipsam vrbem, non exilem riuum, statuere Iudææ limitem maluerunt. S. Hieronymus in eum locum:* Pro torrente Ægypti, LXX. Rhinocoruram transtulerunt, quod est oppidum in Ægypti Palæstinæque confinio, non tam verba Scripturarum quàm sensum verborum exprimentes. *Tribui Simeonis adscribitur in tabulis Adrichomij.*

Rhinocolura vbi sita,

vnde dicta.

2 *Ipsi autem vrbi à præcisis naribus nomen impositum, quòd isthuc facinorosi de furtis aut latrociniis conuicti, naribus amputatis relegarentur à Rege Aethiopum Actisane, vt Diodorus Siculus lib. 1. Biblioth. hist. & Strabo lib. 16. Geograph. scribunt, aut à Rege Persarum, vt Seneca lib. 3. de irâ, nu. 20. Græci enim ῥίνα* nasum *dicunt,* κόλοβον *curtatum. S. Epiphanius in Panario lib. 2. to. 2. hær. 66. contra Manichæos nu. 83. docet* Rhinocoluram *alio nomine* Neel *dictam, à sortibus, quòd illic Noë tribus filiis terram sorte partitus sit. Idem in Ancorato nu. 114. eam constituit Aegyptum inter ac Palæstinam, sed ex aduerso Rubri maris,* ἀνὰ μέσον Αἰγύπτου καὶ Παλαιστίνης, ἀνὰ κρὺ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. *Num fortè,* in conspectu maris magni, *id est, mediterranei legendum?*

Hic Episcopus Melas.

3 *In hac vrbe Episcopus fuit* S. Melas, *vt scribit Sozomenus lib. 6. cap. 31. vbi eum sibi notum fuisse significat. Meminêre quoque eiusdem* S. Melæ, *siue* Melanis *Cassiodorus in Tripartitâ lib. 8. cap. 2. Nicephorus Callistus lib. 11. cap. 38. Petrus Halloix noster to. 1. de sanctis Scriptoribus Orientis, in vitâ S. Polycarpi cap. 14. §. 5.* Nigrum *eum, quod Græca vox sonat, Sozomeni appellat interpres in titulo capitis.*

Eius natalis.

4 *Eius natali diem XVI. Ianuarij sacrum scribunt Petrus de Natal. lib. 2. cap. 90. eumq́; secuti Carthusiani Colonienses in Addit. ad Vsuardum, & Canisius in Martyrologio Germanico; qui eum* Melantium *vocant, & sub Hunnerico in exilium relegatum scribunt, perperàm. Galesinius quoque Martyrologium MS. secutus:* Rinocororæ S. Melantij Episcopi, qui pro fide Catholicâ in exilij periculo, multipliciq́ue certamine, piè fortiterque conuersatus, Episcopalium virtutum & humilitatis in primis laude insignis quieuit in Domino. *Breuiùs Martyrol. Romanum:* Rhinocoluræ in Ægypto S. Melæ Episcopi, qui sub Valente exilium & alia grauia pro fide Catholicâ passus, in pace quieuit.

ACTA EX SOZOMENO l. 6. c. 31.

1 RHinocurura post illud tempus viris piis, non aduentitiis, sed eâ in vrbe natis, floruit. Quorum facilè optimos vitæ monasticæ se dedisse accepi: noui etiam ipse Melanem Ecclesiæ eiusdem Episcopum, & Dionysium, qui à parte vrbis ad Septemtriones vergente monasterium habuit: noui quoque *a* Solonem Melanis fratrem, & eius in Episcopatu successorẽ. *a*

Rhinocolurâ Episcopi ex monachis.

2 Fertur præterea eo tempore, quo erat imperatum vt Episcopi cuiusque ciuitatis, qui doctrinæ Arianæ aduersabantur, è sedibus suis pellerentur, eos qui ad Melanem pellendum venerant, offendisse eum tamquàm infimum ministrum lampades ecclesiæ parantem, habentemque baltheum, quo pallium cingebatur, oleo sordidatum, in lampades denique lychnos inferentem: quem cùm pro Episcopo rogassent, respondisse, eum ibi esse, seque illum monstraturum. Extemplò verò homines eos de viâ fessos in ędes Episcopi deduxisse, mensam apposuisse, epulis, quæ fortè suppetebant, excepisse. Postquàm autem epulati sunt, lauisse manus, (illis enim inter epulandum ministrauerat) & ita se eis indicasse. Illos hominem admiratos, confessos esse cur venissent; reuerentiâ tamen erga eum inductos, concessisse ei potestatem aufugiendi. Eum tum dixisse, tantùm abesse vt idem supplicij genus subire recusaret, quod Episcopi secum doctrinâ fidei consentientes subirent, vt etiam lubenti animo id ipsum amplecteretur *b*. Eius generis igitur institutis disciplinæ à puero exercitatus in virtute monasticâ perfectus euasit. *c*

S. Melas Episc. lampades parat:

persecutores epulo excipit:

exilium vltro subit.

b

c

3 Solon autem, factus ex mercatore monachus, non parum ipse quoque inde percepit vtilitatis. Nam fratre suo Melane, & monachis, qui ibi pium illud viuendi genus sedulò colebant, præceptoribus vsus, tum in Dei cultum summâ animi alacritate incubuit, tum erga vicinos perbenignus fuit. Quare Ecclesia *d* Rhinocusurensis, eiusmodi ab initio nacta Antistites, ex eo tempore ad nostram vsque ætatem eorum institutis vti, & bonos ac pios viros efferre non destitit. Quin etiam Clericis illius Ecclesiæ ædes communes, *e* communis mensa, alia denique omnia communia.

Solon eius frater & discipulus.

d

e

a *Cassiodoro & Petro de Natal.* Solomon *appellatur.*

b *Addit Petrus:* Sicque vnà cum ceteris *(Episcopis)* voluntarium pro Christo subiit exilium; vbi & post multos agones in Christo dormiuit XVII. Kal. Februarij. *Cõsentit Petrus Halloix, & Martyrologium Romanum. Galesinius solùm ait fuisse* exilij periculum. *Cassiodorus ita scribit:* Illi mirati virum, causas aperuerunt, & redditâ reuerentiâ ei dederunt fugam. Tum ille, Non, inquit, declinabo quod mei similes libentissimè susceperunt, sed volens exilij præcepta suscipio.

c *Diu post Valentis mortem superfuisse necesse est, cùm eum nouerit Sozomenus, qui, vt in præfatione ipse testatur,* historiam exorsus à Crispo & Constantino Cæsaribus tertium Cos. *anno Christi 324.* eam perduxit ad XVII. Theodosij Iunioris consulatum, *an. Christi 439. à morte Valentis 61.*

d *Græcè,* ἡ μὲν ῥινοῦ τῶν σύρων ἐκκλησία. *Christophorsoni codex habebat,* ῥινοκορούρων. *Cuiacij,* ῥινοσκούρων. *Scaligeri* ῥινοκολούρων. *Suprà est* ῥινοκορῶν.

e *Ergo non erat eâ ætate promiscuè Clericis omnibus id vsitatum, quod quidam volunt.*

DE S. HONORATO EPISCOPO ARELATENSI.

CIRCITER AN. CDXXX. XVI. IAN.

1 LERINVS *insula est exigua mediterranei maris, haud longè Antipoli vrbe Galliæ,* Lerina *Plinio lib. 3. cap. 5. & S. Eucherio Lugdunẽsi de laude eremi;* Lirina *aliis ac* Lyrinus *dicta; Straboni, vt vulgò existimant,* Planasia. *In eâ Plinij ævo* Vergoani oppidi memoria. *Deinceps tetro squallore fœtuit, solis habitata serpentibus, donec sub finem quarti Christiani sæculi monasticen in eâ* S. Honoratus *coluit, cœnobiumq́; constituit toto orbe celeberrimum: cuius plurimi in sacris Fastis alumni celebrantur, & hoc ipso quidem*

Lerinus *insula, iam* S. Honorati.

Ex variis. *decimo ſexto Ianuarij die prater* Honoratum *parentem, duo ſancti Antiſtites* Iacobus *Tarantaſienſis, &* Fauſtus *Reienſis. Ab hoc cœnobio, eiuſq; conditore,* Lirinus *nunc vulgò* S. Honorati inſula *appellatur.*

S. Honorati natalis, 2 *S. Honorati pridem ſacris tabulis nomen adſcriptum. Vſuardus*: Apud Arelaten B. Honorati Epiſcopi, cuius vita doctrinâ & miraculis illuſtris fuit. *Conſentiunt Beda vulgatus, Ado, Martyrologium Romanum, & alia pleraque. Rabanus & Notkerus*: Arelate depoſitio S. Honorati Epiſcopi & Confeſſoris, cuius inter cetera miracula fertur, quòd draconem de Hilarinâ inſulâ orando fugauerit, & monaſterium ibi fundauerit. *Vetuſtiſſimum Martyrologium S. Hieronymi, ſed quod vel hinc patet auctum eſſe*: Arelati, depoſitio S. Honorati Epiſcopi.

atas, 3 *Succeſſit S. Honoratus in epiſcopatum Patroclo, quem* Theodoſio iuniore XII. & Valentiniano II. Coſſ. *id eſt, anno Chriſti 426. à Tribuno quodam barbaro multis vulneribus confectum, occultâ iuſſione Felicis Magiſtri militum, ſcribit Proſper in Chronico. Quot annis ſederit Honoratus, nobis haud conſtat.* Ex illo breui, *inquit Hilarius cap. 6. nu. 26.* quo vobis indultus eſt tempore *&c. Barralis, vt infrà patebit, circa annum 430. obiiſſe exiſtimat. Baronius ad tempora Xyſti III. peruenisse, qui anno 432. S. Cæleſtino ſuffectus eſt. Ghinius circa annum 535. deceſsiſſe; ſed ex præcedētibus liquet hunc ſcribere voluiſſe 435. Eius ſucceſſor Hilarius ſubſcripſiſſe legitur concilio Regenſi,* Theodoſio Aug. XVII. & Feſto V. CL. Coſſ. *anno nimirum Chriſti 439.*

patria, 4 *Patriâ Arelatenſem fuiſſe Honoratum* non obſcurè ſignificari ab Hilario *in eius vitâ, exiſtimat Baronius ad an. 445. nu. 20. Nobis vitam accuratè legentibus contrarium omnino videtur. Nam cap. 6. nu. 25. dicitur*: Sed vnde illud, quæſo, quòd tam è longinquo tam ignotus expetitur? Quis illam abſentis, nec priùs viſi gratiam veſtris pectoribus affixit? *Quomodò* ignotus, nec priùs viſus, *ſi iſthic natus illuſtri domo, educatus, amplas facultates elargitus pauperibus? Et cap. 7. nu. 33.* Quid illud, quæſo, quòd cùm omnes ſuos, quos ad hanc vrbem amor ſuus traxerat, vtique inter peregrina deſidereret, nullum vlli reditum, nullam ſocietatem commendauit, non loca viuendi certa diſtribuit? *Baronio tamen adſtipulatur Sauſſaius in Martyrologio, Petrus de Natal. lib. 2. cap. 86. & MS. Eccleſiæ S. Lamberti Leodij, Bedæ nomen præferens, in quo ita habetur*: Apud Arelaten S. Honorati Epiſcopi. *Et additum eſt recenti manu*: Arelatenſis, nobili proſapiâ eiuſdem vrbis oriundi. *Barralis potiùs ex Campaniâ, aut Lotharingiâ, aut Burgundiâ, Tullo fortaſsis, vel Diuione, vel Matiſcone, vel Cabillone ortum coniicit. Cùm enim conſtet* S. Lupum *Trecenſem Epiſcopum patriâ Tullenſem fuiſſe, parentibus natum regiæ propaginis ex* pago Britannico, *eiq; nuptam* Pimeniolam *S. Hilarij Arelatenſis ſororem, Honorati conſanguineam, veriſimile eſt Honoratum ex eodem tractu duxiſſe originem. Vnum id habemus pronuntiare, Gallum nobis videri, origine Romanum. Nam quod de auitis conſulatibus nu. 4. dicitur, non de alterius quàm Romanæ vrbis conſulatu accipi poteſt, cùm dicat Hilarius,* quod concupiſcibile ac penè ſummum habet mundus, vſque ad conſulatus prouectam familiæ ſuæ nobilitatem.

genus Romanum,

vita; 5 *De vitâ S.* Honorati *ita ſcribit S. Iſidorus de Scriptor. Eccl. cap. 16.* Hilarius Arelatenſis Epiſcopus ſcripſit vitam parentis & prædeceſſoris ſui ſanctiſſimi ac venerabilis Honorati Epiſcopi ſuaui ac præclaro prædictatam eloquio. *Non eſt hæc vita, quod Baronius in Notis ad martyrol. exiſtimauit, diuerſa à ſermone in laudem S. Honorati anniuerſario eius obitus die habito. Hanc nos cum Surij Barraliſq; editionibus, & MSS. S. Mariæ de Ripatorio, & Preudhomij Canonici Cameracenſis contulimus. De ipſo S. Hilario agemus 5. Maij. Subiecimus lectiones ex vetere Breuiario Cathedralis Eccleſiæ Maſsilienſis.*

alia apocrypha. 6 *Alia edita eſt Pariſijs anno 1511. vita S. Honorati tribus libris diſtincta, fabulis & deliriis conferta,* quæ non ſine nauſeâ, *vt ait Baronius an. 445. num. 19.* legi poſſunt, niſi ab eo cuius ſit ſtomachus ferreus, & ignorantiæ vndique obductus rubigine. *Nonnulla quidem otioſus & ineptus illius vitæ ſcriptor ex S. Eucherij libello de laude eremi, & S. Hilarij oratione decerpſit, ſed quæ plurimis figmentis dedecorat. An aliqua fortaſsis poſteriorum miraculorum, quæ narrat, veritate ſubnixa ſint, ſtatuere non poſſumus.*

7 *Plura alioquin geſta ab Honorato eſſe, quàm quæ commemorentur ab Hilario, nemo negauerit, cùm alij graues auctores draconis, ſiue boæ ab eo precibus fugatæ meminerint; & multa obiter ſolùm perſtringat Hilarius. Certè priuſquàm in Lerinum migraret, vitam in ſpecu rupis vicinæ egiſſe videtur, cùm eadem viſatur ac frequentetur etiamnum ſpecus; de quâ Vincentius Barralis Salernus in chronologiâ Lerinenſi iſta tradit:*

Specus S. Honorati. 8 Apponenda videntur, quæ ipſi vidimus, de ſpecu, ſeu antro, in quo prope inſulam Lerinenſem egiſſe aliquando ipſe Honoratus traditur, qui à noſtratibus vulgariter dicitur: *La ſancta Baulma de Sancto Honorat.* Eſt igitur quidam mons in mari Gallico Narbonenſi, in ingreſſu patriæ Prouinciæ ad occiduum venientibus ab Italiâ, qui vulgò Caporoſſe nuncupatur, inter inſulam Lirinenſem, & ciuitatem Foroiulienſem interpoſitus: qui ferè per tria milliaria & eò ampliùs in altum ſe extollens rupibus vallatus, inuius & nemoribus obſitus; cuius orientis & meridiei plagam mare alluit, in quâ præ ceteris portus habetur, Agathon nomine, qui vulgo Agaij dicitur: in cuius etiam latere prope verticem inter Aquilonem & occaſum adeſt quoddam antrum per ſex milliaria diſtans à prædictâ ciuitate Foroiulienſi, in modum oratorij, in quo S. Honoratus primus Abbas & fundator ſacri monaſterij Lerinenſis, poſtque Archiepiſcopus Arelatenſis aliquamdiu eremi cultor manſit.

Puteus ad ſpecum, ſalutaris. 9 Quo in loco (certè mirum) tam inuio & inaquoſo, in vertice aridæ rupis, prope portam antri, viſitur ſaxum veluti in formâ putei concauum ad altitudinem trium palmorum ferè iugiter limpidas continere aquas; quæ continuè hominibus illic deuotionis gratiâ concurrentibus cedunt vſui, & maximè Foroiulienſibus; qui cùm ariditatibus, ſterilitate, imbribus, aliiſque preſſuris vrgentur, ad placandam iram altiſſimi Dei illuc proceſſionali pompâ quàm deuotè tota ipſorum concurrit ciuitas. Adeſt etiam ſubtus oratorium quædam paruula ſpelunca, in quam niſi reptando ingreditur, tantæ anguſtiæ & exilitatis, vt vix hominem curuum & in ſe contractum recipiat, habens foramen cælum verſus, quæ Patri noſtro Honorato ceſſit pro regali cubili.

Laudes apud alios ſcriptores. 10 *S. Honorati honorificè meminerunt plurimi ſcriptores. Ei & S. Eucherio dedicat vndecimam & ſex ſequentes collationes Ioannes Caſsianus, vbi illa illuſtria*: Cùm virtutem perfectionis veſtræ, quâ velut magna quædam luminaria in hoc mundo admirabili claritate fulgetis, multi Sanctorum, qui veſtro erudiuntur exemplo, vix queant æmulari; tamen vos, ô ſancti fratres Honorate & Eucheri, tantâ illorum ſublimium virorum, à quibus prima anachoreſeos inſtituta ſuſcepimus, laude flammamini, vt vnus quidem veſtrûm (*Honoratus nempe*) ingenti Fratrum cœnobio præſidens, congregationem ſuam, quæ quotidiano ſanctæ conuerſationis veſtræ docetur intuitu, illorum quoque Patrum præceptis optet inſtitui *&c. S. Sidonius Apollinaris carm. 16. Euchariſtico de eodem agit Honorato. S. Eucherius de laude eremi*: Digna (*Lerina*) quæ cæleſtibus diſciplinis Honorato auctore fundata ſit, quæ tantis inſtitutis tantum nacta ſit Patrem Apoſtolici ſpiritus vigore & vultus honore radiantem: digna quæ illum ſuſcipiēs ita emitteret. *Idem in præfatione ad librum de quæſtionibus veteris Teſtamenti ad Salonium*: Qui vixdum decem natus annos eremum ingreſſus, inter illas Sanctorum manus, non ſolùm imbutus, verùm etiam enutritus ſis ab Honorato Patre, illo, inquam, primùm inſularum, poſteà etiam Eccleſiarum Magiſtro.

DE VITA S. HONORATI

SERMO S. HILARII EPISC. AREL.

PRÆFATIO.

1 a AGNOSCITIS, dilectiſſimi, diem publicis fidelium b mœroribus conſecratum: qui mihi quamdiu hos caducos vitæ huius dies Deus indulſerit, ſemper quidem acerbitatibus grauis, plenus tamen c dignitatis aduenier. Hodie enim ille ſanctæ recordationis, Eccleſiæ huius Antiſtes, virtute, ſacerdotio, nomine Honoratus, corpore exutus: quicquid ad clauſulam elocutionis adiecero, abſurdum poterit iudicari. Si enim dixero, Ad aſtra migrauit; ille etiam dum in terris moraretur, inter ſplendidiſſima illa regni Dei aſtra numeratus eſt. Addam, Chriſto adſtat? Quando autem ei in vitâ ſuâ ille non adſtitit, cuius omnis vita illam Eliæ vocem habuit: d Viuit Dominus, cui adſto hodie? Dicam, Terrena deſeruit, cuius, vt Apoſtolus ait, conuerſatio ſemper in cælis fuit? Similiter itaque, quantum certò animus meus habet, quicquid de tali viro dicendum occurrerit, ipsâ ſui magnitudine congruo exitu caret. Compugnant mœroribus gaudia. Talis reminiſci, dulce eſt: tali carere, ſupplicium.

a
b *S. Honorati memoria triſtis & iucunda, maximè Hilario diſcipulo.*
c
d 3. Reg. 18. 15.
Philip. 3. 20.

2 Duplex itaque materia me prouocat: illinc me laudum ſuarum gratia ad ſermonem trahit, hinc ad ſingultus retrahunt damna communia. Ignoſcite itaque, ſi diripientibus ſibi duobus his affectibus mentem meam, oris mei officium, tamquàm duobus dominis famulatum congruum negat. Quicquid recordatio in laudis partibus ſuggerit, totum hoc ſibi inter damna numerans dolor vendicat. Quamquàm, etſi adeſſet mihi ſerenitas mentis, & famulatu idoneo menti lingua ſeruiret, numquid abundantiùs laus eius proferri ſermonibus meis poterat, quàm in veſtris ſenſibus manet: Nemo eſt, vt puto, cui non illius viri gratia maior occurrat, quàm poſſit opulentiſſima cuiuſlibet proferre facundia. Quia ergo, vt Scriptura loquitur, iuſtorum memoria cum laudibus ſemper eſt, nec poteſt quiſquam meritorum illuſtrium viros non cum laude memorare; proferam, vt facultas datur, aliqua ex his, quæ de illo dilectionis veſtræ corda meditantur. Adiuuabunt vtique ſenſus veſtri conatus meos, & quidquid ſermoni meo expedire difficile eſt, veſtra ſibi pectora propriis cogitationibus eloquentur.

Prou. 10. 7.

3 Scriptura quodam loco continet: Sapientia in exitu canitur, hoc eſt dicere, Sapientis conuerſatio in conſummationis fine laudatur. Vnde & in alio loco: Ne laudes, inquit, hominem in vitâ ſuâ. & iterum: Ante mortem ne laudaueris quemquam; tamquàm diceret: Lauda poſt mortem. In viuentis enim laudibus, & laudato locus vanæ exultationis offertur, & laudatori maximè nota aſſentationis affigitur. Multis autem modis vtile eſt laudare defunctum: primùm, quia dum abeſt, cui gratificari laudatione poſſimus, neceſſe eſt, vt ad largitorem gratiæ Deum laus tota referatur: deinde, quia ſola virtutis admiratio reſidet, vbi ſuſpicio aſſentationis aufertur. Defuncti itaque laus in ſanctâ fidelium congregatione prolata, plena eſt ædificationis, vacua iactantiæ: merita quoque in hoc eius, qui laudatur, accreſcunt, quia plures ſuâ laude proficiunt. Nec verebor, ne nimis forſitan fauorabiliter de meo loqui credar: quia præterquàm quòd nihil non inferius dici ſuis virtutibus poteſt, nemo eſt qui non illum ſuum computet, ſuum ſenſerit, ſuumque crediderit. Non tamen ego ingenij fiduciâ, neque fretus eloquio ad attingendam tanti viri vitam manum mitto: quam ſi quis priſcæ eloquentiæ auctor attingeret, non ſolùm nihil facundiâ ornaret, ſed victus materiæ mole ſuccumberet. Veſter

Eccli. 11. 30.

Laudare defunctos, vtile.

me amor prouocat, veſter affectus de illo aliquid loquendi fiduciam ſubminiſtrat. Animabitur ipſius, vt credimus, merito ſermo, quamuis e repentis ingenij: & quod iacet verbis, eleuabitur rebus, & effusâ in illum caritate veſtrorum pectorum condietur.

AVCTORE S. HILARIO.
e

a *MS. Ripat.* agnoſcite.
b *alij.* memoriis. c *al.* conſolatoriâ laude.
d *In editione vulgatâ*: Viuit Dominus exercituum, ante cuius vultum ſto, *quia hodie apparebo ei.*
e *Sur.* tepentis.

CAP. I. S. Honorati genus, ſancta adoleſcentia.

4 EST illud notum omnibus oratoriæ diſciplinæ, quorum laudandam receperint vitam, patriam priùs & originem prædicare: vt quod in propriis virtutibus deeſt, in patrum gloriâ præceſſiſſe videatur. Nos autem in Chriſto vnum ſumus omnes, & faſtigium nobilitatis eſt, inter Dei a famulos computari: nec addere nobis quicquam ad dignitatem terrenæ originis decus, niſi contemptu ſui poteſt. Nemo eſt in cæleſtibus clarior, quàm qui repudiato parentum ſtemmate, elegit ſolâ Chriſti paternitate cenſeri. Prætermitto itaque commemorare auita illi ſecularium honorum inſignia, & quod concupiſcibile, ac penè ſummum habet mundus, vſque ad Conſulatus prouectam familiæ ſuæ nobilitatem, maiore generoſitate pectoris faſtiditam: nec placuiſſe illum ſibi de ſuperuacuis ſuorum honoribus, qui per amorem veritatis iam non ſuos optabat.

a

S. Honoratus ex familiâ Conſulari,

5 Ad illud potiùs ſermo meus feſtinat, quâ fide baptiſmum in adoleſcentiæ annis proprio concupierit arbitratu, quàm maturo conſilio ſanus mortem expauerit, qui eam ante baptiſmum vitâ carituram eſſe perſpexerat: quâ ſiti vitam ſuam deſideranerit vitali fonte renouari: quàm dulcis ei infantia, quàm modeſta pueritia, quàm grauis adoleſcentia fuerit, quàm omnes etiam ætatum gradus, gratiâ ſemper & virtute tranſſcenderit, maiorque ſe ſemper inuentus ſit; vt prorſus diuino quodam pædagogio educatum putes. Eruditur ſine aliquâ ſuorum inſtantiâ; ſeruat, iuuante Deo, baptiſmum præter vllam hominum ſollicitudinem; &, quod his maius eſt, recenti adhuc & illibato nitore b fontis, ſine admonitore conuertitur. Sine admonitore, dixi? & vbi eſt illud, quòd patria obſtabat? quòd obluctabatur pater? quòd propinquitas tota c retinebat? Intrauerat enim gratiâ ſuâ omniũ ſenſus, & cùm eum ſibi Chriſtus aſſumeret, certatim in ſuis omnibus mundus tenebat: alios dulcedo ipſius obligauerat, alios collegij blandimenta deuinxerant, alios in variis iuuenum exercitiis admiratio ſecularium virtutum tenebat. Quot illi vitæ prioris gratiæ fuerant, tot à conuerſione vinculis retrahebatur. Commune quoddam familiæ decus præripi omnes timebant. Et verè quis vnquam illum habitus non quaſi proprius accepit? quos aliquando amictus non ornauit? Itaque velut ſplendidiſſimam gemmam, & commune omnium decus, eripi ſibi ſimul patria, ſimul familiares, ſimul parentes putabant. Neque enim immutanda hæc omnia, & reformanda in melius, vt vidimus, ſed quaſi moritura eſſe credebant. Et inde illud erat, quòd quem omnia, quæ adorſus erat, ſtrenuè pater agere perſpexerat, à baptiſmate, quamdiu potuit, auertit, timens, ne totus ſimul, ſicut conſecutum eſt, religionis amore raperetur. Inualuit tamen deſiderium & amor Chriſti, & baptiſmum, diſcuſſis patris diſſimulationibus, pueritia fidelis inuaſit. Ita enim adhuc ſe catechumenus inter prima fidei rudimenta formauerat, laſciuiam pro reuerentiâ accipiendi quandoque baptiſmatis reſpuens, clericos vt patres honorans, & puerili interdum cenſu pauperem iuuans, quicquid habere adhuc illa ætas, & plus vtique pro nouitate habendi amare poterat, miſeratione prodigus offerebat; iam tunc in paruo præmeditans cuncta contemnere, & ſua ſimul vniuerſa largiri.

b
c

baptiſmũ expetit adoleſcens.

Catechumenus piè viuit.

6 His itaque & talibus exercitiis ad baptiſmum

AVCTORE S. HILARIO.

catechumeni ſe fides robuſta proripuit. Hinc iam prouidus pater, & *d* teneræ pietatis ſuſpicione ſollicitus, variis eum oblectationibus prouocare, ſtudiis iuuentutis illicere, diuerſis mundi voluptatibus irretire, & quaſi in collegium cum filio adoleſcente iuueneſcere, venatibus & ludorum varietatibus occupari, & totâ ad ſubiugandam illam ætatem, ſeculi huius dulcedine armari. Nec immeritò eum ſecularis ſibi à Chriſto præripi timebat, quem inter reliquos ornatiſſimos iuuenes velut vnicum complectebatur.

d *Variis blanditiis à patre tentatur:*

7 Verùm illi maior inter hæc omnia erat cuſtodiendi baptiſmatis cura. Faſtidiebat adoleſcens, quo grandæuus oblectabatur pater, tali ſe ſemper adhortatione compellans: Delectat hæc vita, ſed decipit: alia in eccleſiis præcepta recitantur: alia ibi in auribus meis mandata ſonuerunt: illic modeſtia, continentia, & quies, & pudor traditur; hîc effrænata luxuria nutritur: ibi pietas viget, hîc exercitatio corporalis: illic ad æternum regnum Chriſtus inuitat, hîc diabolus ad temporale ſollicitat. Omne quod in mundo eſt, vanitas eſt & concupiſcentia oculorum: & mundus tranſibit, & concupiſcentia eius: qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æternum, ſicut & Deus manet in æternum. Feſtinemus ergo erui ab his laqueis, dum adhuc minùs tenemur. Difficilè diu illigata ſoluuntur: facilius eſt tenera euellere, quàm robuſta ſuccidere. In monte ſaluam fac animâ tuâ, ne fortè apprehẽdant te *e* mala conuerſationis iſtius. Citò ſerpit voluptatis venenum. Seruanda eſt Chriſto per Chriſti gratiam ſumpta libertas. Alij aurum, argentumque mirentur. Dominantur, vt video, metalla dominantibus. Alij prædia atque mancipia non ſine animi ſui captiuitate poſſideant: alij honoribus gaudeant, & honorem diuinæ in ſe imaginis premant. Mihi ſatis eſt, mancipium non eſſe vitiorum: mihi ſalus, gaudium: mihi coniunx, ſapientia: mihi in virtutibus voluptas: mihi Chriſtus theſaurus ſit. Penſabit mihi gaudia caduca melioribus, dabit & in hac vitâ diſciplinæ ſtudiis & oblectari & ornari, & inter hæc dignum fieri cæleſtibus regnis.

eas omnes contemnit.

e

8 Nec longas talis meditatio moras pertulit, ſed illicò ſe in flammam conuerſionis nutrita huiuſmodi fomentis ſcintilla proripuit. Iugum Dominicæ ſeruitutis ſubditâ ceruice ſuſcipiens, iugum libertatis excuſſit, intelligens ſummum eſſe captiuitatis genus licentiam iuuentutis. Rediguntur ad breues capillos luxuriantes comæ, transfertur ad nitorem mentis veſtium ſplendor, ceruicis lacteæ decus palliis rigentibus occupatur, trãſit lætitia in grauitatem: membrorum vigor, animi vigore mutatur: virtus corporis, in virtutem ſpiritus migrat: palleſcit ieiunio ſpecioſa facies, & priùs *f* ſucci plena ſit plena grauitatis. Et quid plura? ita repentè totus alius ex alio oſtenditur, vt non aliter genitor ipſius, quàm orbatus filio pater lamentaretur. Et verè plena mortificatio corporis, ſed vita illic ſpiritus erat. Tota hinc parentum perſecutio ſuſcitatur. Tunc ſolùm & primùm patri contumax fuit, cùm Dei Patris filius eſſe contendit, ordinatâ iam tunc in Deo, ſicut Salomon præcepit, caritate. Ita enim Propheta memoratus ſub Dei voce pronuntiat: Ordinate in me caritatem. Ordinauit planè eam ille, & ſub caritatis diſpoſitione, perſpexit primò Deum, tum proximum diligendum. Condẽnari itaq; ſe ſenectus patris, ætatis illius conuerſatione credebat: occurrit, renititur, comminatur: nec tamen vllo horum pueritia Deo freta, concutitur.

Luxum omnem abdicat:

f

Cant. 2. 4.

a *Sur.* filios. b *Baral* ad fontes. c *Sur.* renitebatur.
d *MS. Preudh* terrenæ. e *Sur.* malæ cogitationes.
f *MS. Rip.* fuci.

CAPVT II. Cum Venantio fratre peregrinationes. huius obitus.

9 ADſiſtit tironi ſuo Dominus conſolator, nec diſſimulat vnum ei ex germanis ſuis in collegium ſuſcitare: qui exemplo ipſius ad conuerſionem vocatus, & ſenior iuniorem ſecutus, in ipſo breui quo vixit tempore, ſicut collegio illum, ita etiam virtute comitatus eſt. Hinc iam inter illos certamina grata propoſiti, cuius mens ad pietatem mollior, cuius eſſet cibus durior, cui ſermo blandior, cui amictus aſperior: quis loqui rariùs, quis orare crebriùs poſſet: quem minùs detineret lectulus, quem magis lectio: quem minùs moueret *a* iniuria, quem magis miſericordia: quis daret promptiùs, quod ſibi detraxiſſet, quis libentiùs hoſpiti ſtratum cilicij, & ceruical illud conſueti lapidis offerret. Quis peregrinum promptiùs ante eleëmoſynæ diſpenſationem lacrymis foueret, & affectu priùs Chriſtum, quàm aduenam conuiuio paſceret: cui in ore rarior mundus, cui frequentior Chriſtus: quis in illâ ſublimitate virtutum ſibimetipſi minor videretur, & quò magis merito aſcenderet, eò magis compunctione decreſceret. Priuatus quidam iam tunc in conuerſatione eorum Epiſcopatus gerebatur. Mentior, niſi plurimi Epiſcoporum didicêre ab illis, dum excipiuntur, excipere: nam ſi qui rigorem illum propoſiti non expauerunt, plus illinc humanitatis animo, quàm refectionis corpore ſecum tulerunt. Ornabant itaque omnem ſimul patriam, & quantum apud animos multorum manet, cuſtodiebantur aliorum ab illis corpora, aliorum ſpiritus: prout quiſq; indigẽs erat aut doctrinâ, aut ſumptibus veſtiebantur, inſtruebantur, alebantur. Nullus illuc peregrinationis labore defeſſus, non tamquàm ad patriam & patrimonij ſui *b* rura peruenit. Nullus illinc ad vlteriora diſcedens, non tamquàm iterum à domo ſuâ pedem mouit, & iterum ſibi relinquere ciues ſuos viſus eſt, iterum propinquos.

fratrem exemplo conuertit.

a

Certant inter ſe ſtudio virtutum:

b

10 Intereà amor in illos omnium creſcebat, multiplicabatur, diſſeminabatur, & fama in vlteriora quæque ferebatur: totaque iam erga illos patria, obſequiis & amore ac honore certabat: peruenire illis ad ignobilitatem & paupertatem non licebat. Quantò magis eorum vita abſcondebatur, tantò magis fama emicabat, & alter alterum laudi obiicere, & gloriæ exponere, & ad vnum communem virtutem referre. Sed dum vnuſquiſque ſub vmbrâ alterius obſcurari volebat, tamquàm repercuſſa claritas vtrimque radiabat. Iam quæ illorum grauitas, quàm ſenilis maturitas, quàm rara feminarum viſitatio, etiam proximarum, & quæ inter tot virtutes totius vanitatis fuga, quàm blanda conſolatio, & quàm ſollicita cuſtodia erga eorum ſalutem, qui ſe eorum doctrinæ mancipauerant! Angelica ab illis vita in terris ducebatur in multâ patientiâ, in vigiliis, in ieiuniis, in caſtitate, in ſcientiâ, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in caritate non fictâ, in virtute Dei. Pauebant intereà illi gloriam ſuam, & odorẽ bonæ conuerſationis longè lateque diffuſum, licet ad Dei laudem referrent, ſibi tamen vanitatis periculum inferre metuebant. Percepiſſe ſe in vitâ ſuâ mercedem ſuam reputabant: humanam conuerſationem & gratiam faſtidientes, eremi amore flagrabant.

laudantur ab omnibus, inuiti.

11 Inito itaque conſilio, & quodãmodò paſſi honoris ſui perſecutionem, ad *c* peregrina contendunt. Iterum patria conſurgit, iterum propinqui reluctantur. Spoliari ſe, ſed nunc ſaniùs lumine ſuo metuũt. Quod illic, Ieſu bone, certamen fidei atque amoris fuit? qui tunc conſiliorum, qui precum, qui lacrymarum ambitus? quis non illic ſibi officium propinqui vendicauit? aut cuius lacrymæ, non cum lacrymis patris certauerunt? Amittere enim ſe omnis patria in iuuenibus illis patres ſentiebat: & verè erat illis ſenectus, non annis cana, ſed gratiis; non carioſa artubus, ſed moribus *d* vetuſta. Quanta, Domine, diſpenſatio procurationis tuæ, qui lampadas, fidei igne fulgentes, non loco fixas ſtare pateris, ſed *e* præfers eas illuminationi diuerſorum locorum, inſpirans migrandi voluntatem, & fugiendi gloriam: quæ vtique multiplicanda erat ipſo per ſuſceptam peregrinationem virtutis augmento. Diripitur itaque dudum

Patriam relinquũt.

c

d

e

dudum quidem vario miſericordiarum opere vexatâ, adhuc tamen larga ſubſtantia, & æqualiter ad patrimonium propinquus atque extraneus auctionator admittitur. Ita nullus in lucris dumtaxat parentum reſpectus eſt, ac ſi rem non ſuam vendant. Poſſeſſio quæ pauperibus, ex quo ab ipſis fuerat poſſeſſa, ſeruierat, pauperibus nunc diſtribuenda diſtrahitur. Excipit patria effuſam miſericordiam, & fletibus effuſis repenſat.

Sua dant pauperibus.

Gen. 12. *f* 12 Exeunt de terrâ, & de domo, & de cognatione ſuâ, & exemplo *f* pari verè Abrahæ filij demonſtrantur. Ne quid tamen iuuenili auſu temerè ab ipſis inceptum putaretur, aſſumunt ſenem perfectæ conſummatæque grauitatis, quem ſemper in Chriſto patrem computantes, patrem nominabant, *g* S. Capraſium, Angelicâ in terrâ adhuc conuerſatione degentem. Cuius quamquàm dilectio veſtra nomen hactenus ignorauerit, & adhuc neſciat vitam, amicis eum ſuis Chriſtus annumerat. Hunc tamquàm ordinatorem in Domino atque cuſtodem ſuæ ætatis aſſumunt, quos cuſtodes ſibi plurima iuuentus elegerat. Quæritur ergo peregrinationis latebra, fugitur fama virtutis. Vbicumque itur, ibi alia, velint nolint, fama pariebatur. Felices terræ, & portus beati, quos cæleſtem patriam ſitiens peregrinus illuſtrat. Alij Orientis oras, & quæcumque alia plena Sanctis loca, accipiendi exempli gratiâ, accedunt: hi quicquid adeunt exemplis bonis ſuſcitant. Spargitur vbique ſubſtantia, & in omni acceſſu eorum bonus Chriſti odor fragrat.

g *S. Capraſium ſibi directorem adſciſcunt:*

varia viſunt loca Sanctorũ.

h 13 *h* Hunc ipſum iam tunc, cuius hodie memoriâ paſcimur, vrbi huic Maſſilienſis Eccleſia penè præripuit, hortante illius vrbis Antiſtite, & tali eo gaudente collegio. Sed quid non ille feruor lacrymarum certamine, & blandimentorum ambitione euinceret? Alacriùs ergo, tamquàm nouo admoniti periculo, maria tranſmittunt, expetunt litora, quibus barbara eſſet etiam illa, quæ plurima in ipſis erat, Romana eloquentia. Longum eſt percurrere, quem ab illis profectum vnuſquiſque locus traxerit, quam ſalubritatem Eccleſiis ſine vllo clericatus actu inuexerint, quot magiſtris magiſtri in ſilentio fuerint.

i 14 Illud commemoraſſe ſufficiat, intrepidè ab illis pro Chriſti deſiderio, maris *i* rheuma toleratum, ſquallorem ac ſterilitatem Achaici littoris expetitam, & tam delicatè, *k* tam molliter educatos, cõtra tantas aquarum varietates decertaſſe. Quod quàm graue, quàm intolerabile illi teneritudini fuerit, exceſſus illic germani ſui beatiſſimi in Chriſto viri *l* Venantij, & infirmitatis ſuæ ſuorumque proteſtabantur. Iam quid in illo funere *m* Methona aut extuliſſe ſe, aut percepiſſe crediderit, multiplicibus pſallentium indicauit agminibus: hinc Hebræus, hinc Græcus, hinc Latinus exultant: Iudæus ipſe Chriſtum reſpuens, fidelem Chriſti ſeruum admiratur. Aſtra ipſa feruentes chori pulſant, &, vt credimus, cum humanis vocibus Angelici chori concinunt: fideli famulo ſuo Chriſtus occurrit. Euge Venanti, ſerue bone & fidelis: & dum audis, Intra in gaudium Domini tui, memento noſtri, quos adhuc ſeculi gaudia impugnant. Accipiunt finem carnis animæque certamina, ſumit principium vita perennis & gloria.

k

l

Venantius moritur Methonæ.

m

a *Sur.* inuidia. b *Barral.* iura. c *MS. Rip.* peregrinandũ. *d MS. Rip.* venuſta. e *Idem*, profers ad illuminationem. f *Idem*, Patris. g *Colitur S.* Capraſius *I. Iunij.*

h *Hæc ex MSS. adiecimus, quæ Surio & Barrali deerant, vſque ad* expetunt littora, *&c.*

i ῥεῦμα, fluxus. k *MS. Rip.* quàm nobiliter.

l *Colitur hic* S. Venantius 30. *Maij, vt ex Sauſſaio & Barrali patet.*

m *Plures ſunt huius nominis ciuitates. Hîc ea videtur intelligenda, quæ in orâ Meſſeniæ in Peloponneſo ſita.*

CAPVT III. Seceſſus Lerinenſis, fundatio monaſterij.

S. Honoratus redit in Italiam.

15 HInc iam vobis Honoratum veſtrum Chriſtus reducit, & occultâ manu ſalubritatem regreſſus ſui tẽperat. Nam quicquid præterfluens tãgit, illuminat. Huius Italia benedici gaudet introitu: hunc Tuſcia venerata cõplectitur, & blandiſſimas perſacerdotes ſuos moras nectit. Porrò Dei prouidentia nobis proſpiciens, cuncta diſrumpit, & quem è patriâ eremi deſideria prouocauerant, hunc in eremum huic vrbi propinquam Chriſtus inuitat. Vacantem itaque inſulam ob nimietatem ſqualloris, & inacceſſam venenatorum animalium metu, Alpino haud longè iugo ſubditam petit, præter ſecreti opportunitatem, ſancti ac beatiſſimi in Chriſto viri *a* Leontij Epiſcopi oblectatus vicinia, & caritate conſtrictus, plurimis à tam nouo auſu retrahere illum conantibus. Nam circumiecti accolæ terribilem illam vaſtitatem ferebant, & ſuis illum occupare finibus fidei ambitione certabant. Verùm ille humanæ conuerſationis impatiens, & circumcidi à mundo vel obiectu freti concupiſcens, illud corde & ore geſtabat, nunc ſibi, nunc ſuis proferens: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Et in Euangeliis Chriſti ad diſcipulos factam promiſſionem: Ecce dedi poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones. Ingreditur itaque impauidus, & pauorem ſuorum ſecuritate ſuâ diſcutit. Fugit horror ſolitudinis, cedit turba ſerpentium. At quæ non tenebræ illud lumen refugerunt? quæ non illi medicamento venena ceſſerunt? Inauditum verè illud, & planè inter miracula ac merita illius mirandum reor, quòd tam frequens, vt vidimus, in illis ariditatibus ſerpentium occurſus, marinis præſertim æſtibus excitatus, nulli vmquam periculo, ſed nec pauori fuit.

AVCTORE S. HILARIO.

Abit in inſulam Lerinenſem.

a

Pſal. 90. 13.

Luca 10. 19.

venenatas beſtias fugat.

16 Quid longiùs morer? Cooperante, vt ita dicam, Chriſto, omni eâ, quæ priùs deterruerat, aduerſitate ſuperatâ, Honoratus veſter caſtra illic quædam Dei collocat, & qui locus dudum homines à ſuâ commoratione repulerat, Angelicis illuſtratur officiis. Illuminatur latibulum, dum lumen occulitur: cedit ignoti priùs exilij obſcuritas, voluntarij exulis claritati. Quid ergo emendatio illa conferat? Quocumque Honoratus acceſſerit, adeſſe illic etiam honorem neceſſe eſt. Hîc primum diu euitati clericatus illigatur officio: hîc refugam ſuum Sacerdotalis infula innectit: & qui venire ad dignitatem detrectauerat, ad ipſum dignitas venit. Apparuit illic preſbyter, non duplici tantùm, ſed & multiplici honore digniſſimus, coram quo nullam ſacerdotij diſtantiam, nullum nominis priuilegium Epiſcopatus agnoſceret. Nemo vmquam Epiſcoporum ſibi tantum vſurpauit, vt ſe Preſbyteri illius collegam computaret. Verùm ille tam integram in ſacerdotio monachi humilitatem conſeruabat, quàm plenè monachus ſacerdotij merita poſſederat.

Initiatur ſacerdotio.

17 Induſtriâ illicò ſuâ ſufficiens electis Dei eccleſiæ templum excitatur: apta monachorum habitaculis tecta conſurgunt; negatæ à ſeculis aquæ largiter fluunt, in vno ortu ſuo duo veteris teſtamenti miracula præferentes. Nam cùm è ſaxo erumperent, in mediâ maris amaritudine dulces profluebant. Certatim iam illuc omnis regio quærentes Deum dirigebat. Honoratum expetiit, quiſquis Chriſtum deſiderauit: & planè Chriſtum, quiſquis Honoratum expetiit, inuenit. Illic enim ille totus vigebat, pectus eius, quaſi præcelſam arcem, & ſplendidiſſimum templum inſederat: illic caſtitas, quæ eſt ſanctitas, fides, ſapientia & virtus habitauit: ibi iuſtitia fulſit & veritas. Itaq; velut vlnis effuſis, patentibuſq; brachiis, in amplexũ ſuum omnes, hoc eſt, in amorẽ Chriſti inuitabat: omnes vndique ad illum certatim confluebant. Etenim quæ adhuc terra, quæ natio in monaſterio illius ciues ſuos non habet? quam ille barbariem non mitigauit? quoties de immanibus belluis quàm mites fecit columbas? quàm amaros interdum mores Chriſti dulcedine aſperſit? & quorum prauitas ſibimetipſis priùs pœnalis fuerat, eorum poſtmodùm gratia oblectamento omnibus erat: deguſtatâ deinde boni ſuauitate, non poterant non magis odiſſe quod

Conſtruit monaſterium.

Aquas dulces elicit.

Monachos præclarè inſtituit;

AVCTORE S. HILARIO.

fuerant. Nam velut educti in nouam lucem, antiquum illum diu inſidentium errorum carcerem deteſtabantur. Pulſa eſt per exhortationes ipſius varia peſtis animorum: amaritudo, aſperitas, & rabies locum dabant libertati, quam Chriſtus obtulerat, & delectabat requies poſt longam & grauem Pharaonicam ſeruitutem. Stupenda & admirabilis permutatio: non Circeo, vt aiunt, poculo ex hominibus feras, ſed ex feris homines, Chriſti verbum tamquàm dulciſſimum poculum, Honorato miniſtrante, faciebat. Quid enim non extunderet illa inſtantia cum alacritate coniuncta? Aut qui lapides non in Abrahæ filios verterentur, vbi tanta erat in expoliendis mentibus officina virtutum? Quòd ſi minùs hominem ad ſalutem ſuam viuis exhortationibus permoueret, Deum oratione conſtringeret. Omnium ille paſſiones, ſuas credidit, & tamquàm ſuas fleuit: profectus laboreſque omnium, ſuos computauit, ſciens gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, ſimul & vitia & virtutes omnium, in meriti ſui cumulum transferebat. Sicut enim virtus ad virtutem excitat, ita miſeratio miſeris impenſa, fructificat. Metet enim in ſingulis plus, quàm ſibi ſinguli, ſingulorũ enim ſalus vnã illi gloriam inſtruit. Impiger, feſtinus, infatigabilis perſeuerat: prout cuiuſque naturam, moreſque perſpexerat, hunc ſecretò, illum palàm; hunc ſeuerus, illum blandus aggreditur, & ad caſtigandi immutationem, ipſam plerumque faciem caſtigationis immutat. Inde illud erat, quòd non facilè quemquam tantùm vel amari vidimus, vel timeri. Ita enim duos hos affectus ſui, in vnoquoque ſuorum collocabat, vt & amor ſuus delicti metum, & timor diſciplinæ amorem introduceret.

a *Colitur* S. Leontius *Epiſcopus Foroiulienſis prouincia ſecunda Narbonenſis*, 1. *Decemb.*

CAPVT IV. *Præclara Lerinenſium inſtitutio. Honorati virtutes.*

ſingularem eorum curam gerit.

18 INcredibile eſt, quantæ illi curæ fuerit, ne quem triſtitia affligeret, ne cogitatio ſecularis vrgeret: quàm facilè perſpexerit, quid quemque vexaret, tamquàm ſingulorum mentes mente geſtaret. Quantâ præterea pietatis diſpenſatione prouideret, ne quem nimij labores grauarent, ne quis nimiâ quiete torpeſceret. Ipſos, ſi dici poteſt, ſingulorum Fratrum ſomnos pio penſauit affectu: valentes corpore, à deſidiâ ſemper excutiens; feruentes ſpiritu, cogebat ad requiem. Omnium vires, omnium animos, omnium ſtomachos inſtinctu, credo, Dei nouerat: verè ſeruus omnium factus propter Chriſtum Ieſum. Mirandũ eſt, quomodò vnus tot ſimul officia compleuerit, tam variâ præſertim infirmitate vexatus: fortiſſimos quoſque & recenti adhuc conuerſatione prævalidos, in ieiuniis vigiliiſque, impar viribus, pari lege comitatus eſt. Infirmos ipſe infirmior viſitauit: refrigeria animarum ſimul prouidit & corporum, & ne quid cuiquam minus fuiſſet impenſum, animo ſemper recurrebat: Hic alget, hic *a* cogitat: illi hic labor grauis eſt, huic hæc eſca non congruit: ille ab alio læſus eſt: graue, quòd hic intulit, nec minùs graue, quòd hic ſenſit iniuriam. Grandi inſtantiâ opus eſt, vt offenſa gratiam conſequatur, & hic ſibi illatam contumeliam aut leuem aut nullam computet; hic autẽ ſe grauiſſimam intuliſſe ſuſpiret. Hæc illius iugis opera, iugis intentio erat, leuigare omnibus iugum Chriſti, & quicquid diabolus iniecisſet, auertere; diſcuſſo culparum nubilo, gratiarum ſerena reuocare; amorem Chriſti & proximorum amando inſerere; & mentes omnium, tamquàm pectus ſuum, excolere, innouare gaudia, & ad Chriſti ſemper deſiderium tamquàm primo conuerſionis die inardeſcere.

a

Amatur ab iis.

19 Hinc illud erat, quòd omnis congregatio illa, diuinæ cupida ſeruitutis, ad nomen ipſius ex diuerſis terrarum partibus collecta, tam moribus quàm linguis diſſona, in amorem illius conſpirabat. Omnes dominum, omnes patrem vocabant; in illo ſibi patriam, propinquos, & omnia ſimul reddita computantes. Didicerant omnes, ipſo ſibi compatiente, dolores illius, ſuos computare: vt non immeritò egregius, & in Chriſto *b* beatiſſimus vir Saluianus Preſbyter, carorum ſuorum vnus, in ſcriptis ſuis dixerit, quòd ſicut ſol cæli faciem pro ſuâ ſolâ aut obſcuritate, aut ſerenitate mutaret; ita congregatio illa cælum ſitiens, & cæleſtibus ſtudiis mancipata, ab ipſo vel nubila, vel ſerenitatem mentium quaſi à peculiari in Chriſto ſole, ſuſciperet: ipſoque congruo congrueret, inſpirante reualeſceret. Hinc illa erat, & adhuc orationibus ſuis permanet diffuſa in monaſterio ſancti Spiritus gratia, tanti doctoris & exemplo & admonitione firmata, in variis chariſmatum donis, & humilitate & manſuetudine, & in caritate non fictâ, & vna capitis gloria, in diuerſitate membrorum.

b *Laudatur cum ſuis à Saluiano.*

Benignus & liberalis in hoſpites.

20 Magna illi inter hæc erga aduenas & hoſpites cura. Quis enim illum aliquando præteriret? Quis non quamlibet proſperam nauigationem, & quamlibet ſecundos ventos aut pro tanti viri deſiderio, commodi ſui contemptor, abrupit? aut ſi inſulam tenere non licuit, violentum ſecundæ nauigationis obſequium, acerbiſſimam tempeſtatem computauit? Nemo illuc non feſtinus acceſſit, nemo illic moras ſuas ſenſit, nemo illinc non ſecuriſſimus ſoluit, proſequente ipſo amore, ſumptibus, votis; & tunc primùm agnitos, tamquàm dudum ſuos emittente. In ſquallore eremi delicias conſpectu ſuo miniſtrabat, cum tanto omnes gaudio & alacritate ſuſcipiens, tamquàm expectaſſet. Aderat præterea munificentiæ animo par ſubſtantia, pari fide miniſtrata. Nam qui libenter audierat, Vende omnia tua, & da pauperibus, & veni, ſequere me; huic libentiſſimè vnuſquiſque, ſi quid miſericordiæ animo deuouerat, diſpenſandum ingerebat, ſecurus illi ſua cuncta committens, cuius in relinquendis omnibus ſecutus fuerat exemplum. Hinc ad eum frequens ex diuerſarum regionum vaſtitate concurſus. *c* Et verè is ille erat, qui non vt parcus diſpenſator, aut timidus reſpector ſibi creditæ & creſcentis quotidie congregationis aliqua tribueret, plura ſeruaret: ſed quid quotidie in alieno non faceret, quod in ſuo ſemel fecerat? hoc eſt, nihil ſibi, nihil ſuis, præter præſentium dierum victum & veſtimentum reſeruaret.

c

21 Exhauſta eſt aliquando diſpenſationis ſubſtantia, fides numquàm. Quadam enim vice, cùm vnum iam ex multis millibus aureum nummum *d* profluа ad munificentiam arca retineret, hunc etiam ipſum in multarum rerum defectu conſtantiſſimè pauperi prætereunti dedit, & mihi atque aliis adſtantibus dixit: Certum eſt iam appropinquare qui deferat, ſi iam non habet munificentia noſtra quod proferat. Vix trium aut quatuor horarum ſpatium, die fluente, tranſierat, & continuò qui verbis ſuis fidem faceret, occurrit. O felix munificentia, cui fides miniſtrauit! ô felix fides, cui munificentia numquàm moram fecit! Et verè quantum fides ſua ſuppetebat, diſpenſare ſua tantum manu non occurrit. Plurimos multis locis probatiſſimos viros habuit, quorum ſemper manibus, quod ſibi deferebatur, expenderet. Sic vnius diſpenſatoris gratia diſpenſatores multos habebat, & fides ſua, quaſi communis quidam fons, & dantibus & accipientibus plurimis profluebat. Nullius penè anguſtiæ ad ipſum peruenerunt, quæ vltra ipſum protenderentur, aut non in ipſo metam reperirent.

d

Nummum aureum vnicum habens dat pauperi.

22 Hinc iam certatim ad illum, vt putabat, aut certè vt optabat, latentem, vndique litterarum officia perlata ſunt. Quibus ille quàm nouis affectibus variata reddebat, quàm grauia, quàm blanda, quàm dulcia? Vnde pulcherrimè ſplendidus mundo, ſplendidior Chriſto, æmulus virtutis eius, *e* B. Eucherius, cùm ab eremo in tabulis, vt aſſolet, cerâ illitis in *f* proximâ ab ipſo degens inſulâ litteras eius ſuſcepiſſet, Mel, inquit, ſuum ceris reddidiſti. Quis itaque non beatum ſe, beatam domum, beata

Magnifit à S. Eucherio Lugdun.

e

f

beata ſcrinia ſua credidit, in paruo ex ore ipſius munere, magnâ benedictione ditatus? Et ſanè tantum in ſcriptis illius ſalis, tantum dulcedinis erat, vt non ſcriniis aut armariis, ſed arcâ pectoris condi mererentur. Inde eſt, quòd plurimi ea inſcripta ſenſibus ferunt, & libentiſſimè ad teſtimonium amoris illius proferunt. Denique quis vnquam tantos ſibi amicos præſentibus illigauit officiis, quantos ille qui ſe diligerent, & auidiſſimè deſiderarent, habuit ignotos.

a *Ita MSS. at Surius & Barralis*, hic ægrotat.

Saluianus. b Saluianum *Sauſſaius in ſupplem. Martyrol. Gallicani* Sanctum *facit. Maſſilia nec colitur, nec vulgò Sanctus habetur. S. Eucherius in præfat. libr. de quæſtionibus vet. & noui Teſtam. illum & Vincentium Lerinenſem* ſanctos viros *appellat.*

c *MS. Rip.* Et quis. d *Barr.* pronâ.

SS. Eucherij Lugdun. duo. e Eucherij *duo Lugduni Antiſtites fuêre; ſenior, cuius hîc mentio eſt, S Honorati æqualis; iunior alter integro pòſt ſeculo, familiaris, S. Cæſario Arelatenſi. Vterq;, temerè in vnum conflatus à quibuſdam, colitur* 16. *Nouemb.*

f *Hinc oſtendit Theophilus Raynaudus noſter, non fuiſſe illum Lerinenſem monachum, quod Alardus Gazæus in Proœmium Collat.* 11. *Caſſiani, atque alij ſcripſêre. Proxima Lerinæ eſt* Lero, *vulgò inſula* S. Margaretæ, *à vetuſto eius Diuæ iſtic ſacello. In hac Eucherium commoratum ait Barralis.*

4 CAPVT V. [a] S. Hilarij vita monaſtica.

Hilarium à ſeculari vitâ conuertit exhortationibus,

23 INtereà ego dum multimodam eius in omnes gratiam memoro, in me infinitam curam prætermitto, cùm ipſius vtique mihi cura non minus in Chriſto ſalutis attulerit, quàm amor inter vos ornamenti & honoris reliquit. Mei enim gratiâ, quod ad meritum ſuum, & iudicium meum pertinet, patriam, quam faſtidierat, non dedignatur accedere, nec refugit laborem tanti itineris, ſuis præcipuè multis iamdudum infirmitatibus grauem: meque illic iam in illis annis nimis amicum ſeculo, & contumacem Deo, vt ſeductor & verax, ad amorem Chriſti blandâ manu tentat. Longum eſt intromittere illam in exhortationibus ingenij ſui violentiam, in quibus cùm iam ante propoſitum acerrimos ſibimetipſi ad conuerſionem ſtimulos admouere potuiſſet, hauſtis diu ſapientiæ fontibus multipliciter diffundebatur: ſed cùm parum in aures meas pietatis illius verba deſcenderent, ad ſolita orationis præſidia conuertitur, & affectus ſui clamor repulſus duritiâ meâ, piiſſimas Dei vſque ad miſericordiam pulſauit & penetrauit aures. Et verè obluctanti mihi, & per ſecularem illam nimis periculoſam conſuetudinem, obſtinationem interdum meam ſacramento obſtringenti, prophetico (vt ita dicam) ſpiritu antè iam promiſerat: Hoc, inquiens, quod mihi tu non præſtas, Deus præſtat. Et ô, quàm diu mollire duritiam meam niſus eſt imbre lacrymarum! quàm piis mecum pro ſalute meâ amplexibus oſculiſque certauit! Ad præſens tamen, vt ille ait, vici peſſimâ victoriâ. Sed agitandum me illinc & edomandum dextera Dei ſuſcepit: illi enim me oratione tradiderat. Qui tunc in corde meo fluctus, quæ tempeſtates diuerſarum & inter ſe compugnantium voluntatum excitatæ ſunt! Quoties ſibi in animo meo velle & nolle ſucceſſit! Et quid plura? Abſente illo, partes in me ſuas Chriſtus exequitur, & poſt [b] triduum orationibus ſuis per miſerationem Dei mea contumacia ſubiugatur: fugauerat enim ſomnum cogitatio, & inuitante me pio Domino, totus eminus cum voluptatibus ſuis mundus adſtabat: quid expetendum, quid relinquendum ſuaderetur, animus mecum meus, tamquàm collatis apud amicum tractatibus, ventilabat. Gratias tibi, bone Ieſu, gratias, qui dirupiſti vincula mea, famuli tui Honorati piâ ſupplicatione permotus, & inieciſti mihi vincula amoris tui, quibus ſi tenear, numquàm peccati vincula reualeſcent. Occurro itaque ſubditus, qui ſuperbus abſceſſeram, & omni contradictione depoſitâ, nouus precator accedo. Sic ſic Sancti oratio fugitiuos ſuos reducit, ſic contumaces ſubiugat, ſic expugnat rebelles.

& præcipuè precibus.

b

24 Iam quibus ille tunc lacrymis ariditatem meam irrorauit! quàm pio fletu me quoque traxit in lacrymas! Tali me humilitate & blandimento, tamquàm ſi ipſe à me exciperetur, excepit: ablata eſt illicò cauſſa remorandi. Tum primùm illam eſſe patriam, quam fugiendam eſſe dudum crediderat, agnouit. Educit me ſecum ſuam prædam: gaudet, triumphat, exultat. Eremo me iam tamen exemplo ſuo ſecreti cupidum feſtinat includere. Alit primùm lacte, & poſtmodùm cibo. Potat etiam profluo illo, qui in ſe erat, cæleſtis fonte ſapientiæ. Atque vtinam tantum anguſtiæ ſpiritus mei recepiſſent, quantum ille ſtudebat infundere! præparaſſet me profectò vobis, & deſiderio veſtro dignum dediſſet, & ſucceſſorem ſibi idoneum neſciens erudiſſet. Iam verò profluа illius in omnes caritas, quod ſine inuidiâ dixerim, quantùm in me adiecerat, & [c] leue illud Chriſti iugum quantùm mihi leuius blandimentis ſuis fecerat! Quoties me mentem meam, quoties animam, quoties linguam ſuam nominabat! Quàm impatiens abſentiæ! quàm ſemper indigniſſimi conſpectus mei cupidus erat! Quid de his omnibus dicam, niſi propheticum illud, quòd Dominus ei retribuit pro me?

Auctore S. Hilario. In Lerinum eum deducit, & ſuauiter inſtituit.

c

a *Petrus de Natal. l. 2. cap* 86. Exemplo quoque conuerſationis ſuæ Gennadium quemdam virum effrenem & indomitum ad pœnitentiam prouocauit. *Videtur* Hilarium *voluiſſe ſcribere.*

b *Sur. & Barr.* biduum. c *MS. Preudh.* lene.

CAPVT VI. Honorati in Epiſcopatu virtutes.

Fit Epiſcopus.

25 INtereà ego, dilectiſſimi, ſtrictim contingens potiùs cuncta, quàm referens, de ſolertiſſimo paſtore veſtro ea, quæ aliis potiùs quàm vobis erant nota, replicaui. Sacerdotium quippe ſuum in Eccleſiâ hac nomine auctum vidimus; ſanctimoniâ verò & actibus iam priùs ſummum. Sed vnde illud, quæſo, quòd tam è longinquo, tam ignotus expetitur? Quis illam abſentis, nec priùs viſi gratiam veſtris pectoribus affixit? quis illud deſiderium ſuſcitauit, vt orbatis his, quibus à Domino apud eremum indultus erat, vobis naſceretur? Ille vtique, qui cuncta dispenſat, ille, qui eum & patriæ ſuæ quamdiu congruum videbat, indulſit, & per maria & per terras ad vtilitatem videntium, hanc tantam cultoris ſui gratiam circumegit.

26 In ſummâ, ex illo breui, quo vobis indultus eſt tempore, facilè metiri datur, quid plus de illo in his, quid minus dixerõ. Vidiſtis enim, dilectiſſimi, illam ſollicitudinis vigilantiam, illud diſciplinæ ſtudium, illas pietatis lacrymas, illam iugem ac perpetuam mentis ſerenitatem, cuius teſtimonium vultus immutabilis erat. Audiſtis quoque os illud congruens vitæ, in quo erat conſcientia purificati pectoris, ſermonis luculentia. Vidiſtis illam latitudinem caritatis, quæ tanta in illo fuit, vt non immeritò de illo Sanctus idem, cuius proximam ſententiam propoſui, dixerit: Quòd ſi arbitrio ſuo caritas ipſa exprimenda eſſet in vultum, Honorati potiſſimùm pingi debere vultu videretur. Quis itaque illum vmquam ſufficienter vidiſſe ſibi viſus eſt? Cui non loco omnium affectuum fuit? Quis ita blandimentum cum ſeueritate coniunxit? Quis ita mixtam hilaritate diſciplinam propinauit? Quem non cum ipſius, qui corrigebatur, voluptate correxit? Quãdo lætitia eius quicquam laſciuiæ redolens? Quando triſtitia non ſalubris? Quando gemitus, niſi de peccati alieni mœrore deſcendens? Quis eum non [a] auctiorem inuenit, quàm priùs viderat? Semper in ſummitate virtutum poſitus, ſemper quò creſcere poſſet, inuenit.

Omni virtute floret.

a

27 Iam verò ſub exhortatione ipſius quis anxius non dolorem ſuum ſpreuit? Quis feris moribus, non inſaniam ſuam execratus eſt? Quis arrogans, non plus quàm omnes, ſuperbiam ipſe ſuam abominatus eſt? Quis laſciuus luxuriam non deteſtatus? Et quid plura? Omnibus omnia, vt Apoſtolus ait, factus, cõmunis omnium medicina erat. Nullam penè gratiam non in ſe tam plenam

Efficax in exhortando.

1. Cor. 9. 22.

AVCTORE S. HILARIO.

nam habuit, vt ipſam ſpecialiter excolere & poſſidere tāquàm vnicam putaretur. In nullo vitæ ordine non ita viguit, vt ipſi ſpecialiter aptus videretur.

28 Denique vt primùm ſanctæ huius Eccleſiæ regimen accepit, prima ei cura concordiæ fuit, & præcipuus labor fraternitatis, calentibus adhuc de aſſumendo epiſcopatu ſtudiis, diſſidentes mutuo amore connectere. *Diſſentientes reconciliat.* Tamquàm probatus Iſraëlis agitator probè nouerat, non facilè quicquam diſcordantibus imperari. Studebat præterea amore potiùs regere, quàm terrore dominari: vt voluntaria magis, quàm coacta correctio hunc quoque ſubditis adiiceret ornatum, ne ad officium ſuum compulſi putarentur. Confeſtim itaque excluſa diſcordia, illi, quæ eſt virtutum omnium mater, caritati locum præbuit. Floruit igitur ſub ipſo Chriſti Eccleſia, ſicut monaſterium antè floruerat: creuit gratiis, decreuit metallis. Ingreſſa videlicet diſciplina, domo ſuâ, tāquàm domo Dominicâ mamona iniquitatis excluſit, & quæ otiosè diu congeſta fuerant, dignis tandem vſibus deputauit. Dudum defunctis theſauros ſuos miſit: iterumque qui obtulerant, oblationum ſuarum refrigeria ſenſerunt. Hoc ſolum quod miniſterio ſufficiens erat, reſeruauit: ſed ſi exegiſſet vſus, nec miniſterio, vt reor, pepercisſet. Alieni temporis vota diſpenſationem ſuam fecit. *Liberalis in pauperes.*

a *al.* altiorem.

CAPVT VII. *Aegritudo, obitus, ſepultura.*

29 OPerari etiā inter extrema non deſtitit: multos in lectulo ſuo verbi diſpenſatione ditauit. Sed quamdiu illum lectulus tenuit, cui etiam ſuperare vicinas morti laſſitudines iam in conſuetudinem venerat? *Æ ſolat.* Vltimum, doloribus iam reluctantibus, Epiphaniorum die in eccleſiâ ſermonē habuit, neſciens vnquam, conflictante cum infirmitatibus fide, dolori magis corporis, quàm ſpiritus feruori acquieſcere, ſeruiuit deſideriis veſtris ſupra ſuas vires. Non illum ſiquidem aliqua extrinſecus ſuperueniens egritudo, non ſubitus febrium æſtus abſorbuit: ſed diu dilata infirmitas, nimio dudum propoſiti rigore contracta, & adhuc remiſſioni parùm acquieſcendo ingraueſcens, octauo eum vel nono die à ſolemnitate prædictâ paullatim extenuando confecit. Vix quatriduo tamen nobis ſuam in officiis caritatis debitis præſentiam denegauit, timens vtique, ne ſuos vicinia tranſitus ſui contriſtaret. Nulli vmquam grauis inter grauiſſimas ægritudines fuit: nulli, vt aſſolet, vllum infirmitates ſuæ horrorem intulerunt. Et quidem hoc ordine illud ſancti Spiritus receptaculum conquieuit.

Suos ſolatur. 30 Cæterùm impollutæ illius mentis vigorem incredibile eſt quàm integrum vſque in extrema ſeruauerit. Ac primùm ſemper vberrimè ſuos conſolatus eſt, ac nihil magis timuit, quàm ne diutinâ nos deſperatione conficeret, intelligens penè faciliùs ferri extrema, quàm dubia. Abſterſit ſemper ſermone condito circumſtantium lacrymas: quas tamen quò magis abſterſit, irritauit. Inde grauiorem ſuo, dolorem noſtrum computabat. Non facilè quiſquam tam forti pectore inter quælibet aſpera & diu tolerata, nec optauit aliquando mortem, nec expauit. Nam, quem viuere inter quamlibet grauia in Chriſti ſeruitute non piguit, ad nouam vitam per communem illam nouæ vitæ ianuam tranſire nō timuit. Præmeditata enim illi vltima hominū neceſſitas, non repentina aduenerat. *a* Itaque ſub ipſo iam finis adſpectu, tamquàm emigraret, tamquàm valediceret, ne quid imperfectum derelinqueret, ne quid minùs plenè quàm propoſuerat, ordinaret; interrogare ſingulos noſtrûm, & ad ſuggerendum, ſi quid memoriam ſuam ſubterfugiſſet, hortari: omnia interim ſubſcriptione firmare, & parcentes nos fatigationi ſuæ, ad omnia quæ agenda erant, cogere: cogere autem blando illo, ſicut ſemper, imperio. *Omnia ritè ordinat.*

a

31 Quadam autem vice, cùm comprimere lacrymarum mearum tempeſtatem, & abrumpere riuos fletuum laborarem; Quid, inquit, fles ineuitabilem humani generis neceſſitatem? Imparatum ergo te inuenire meus tranſitus debuit, cùm me non inuenerit imparatum? Cumque ego *b* impedita ſingultibus vtcumque poteram verbis ipſius verba ſubnecterem, quòd iam non deſtitutionem meam dolerem, quippe qui mihi orationum ſuarum patrocinia numquàm defutura confiderem, quin & poſt tranſitum ſuum validiora præſumerem; vno me dolorum ſuorum vulnere, & difficilium inter extrema luctaminum grauiter affligi; Et quid ego, inquit, minimus omnium fero ad ea, quæ Sanctorum plurimi in ſupremis ſuis acerbiſſima pertulerunt? & commemoratis aliquot, adiecit, quod credo alicubi legerat: Magni, inquit, viri multa patiuntur, & vt illos pati doceant ad quorum nati ſunt exemplum. *Hilarium mœſtum ſolatur.*

b

32 Confluentibus autem ad ſe poteſtatibus, *c* Præfecto, & Præfectoriis viris, quàm feruentia ſub mortali iam frigore mandata deprompſit, ab ipſo exitu ſuo ſumens acerrimum exhortationis exordium? & dignum planè erat, vt qui vitæ ſemper exēpla præbuerat, etiam mortem ſuam in exemplum aduocaret: Videtis, inquit, quàm fragile habitemus hoſpitium. Quolibet viuendo aſcenderimus, illinc morte detrahimur. Ab hac neceſſitate neminem honores, neminem diuitiæ liberant: hæc iuſtis, & iniuſtis, hæc potentibus humilibuſque communis eſt. Magnas Chriſto debemus gratias, qui mortis reſurrectione propriæ mortem noſtram ſpe reſurrectionis animauit; æternam vitam afferēs, diſcuſſit æternæ mortis horrorem. Sic ergo vitam agite, ne vitæ extrema timeatis, & hoc, quod mortem appellamus, quaſi commigrationem expectetis. Mors pœna non eſt, ſi non ad ſupplicia deducit. Dura quidem eſt carnis animæque diuulſio; ſed multò durius in gehennæ flammis erit carnis animæque conſortium, niſi in omni vitâ generoſitatem ſuam ſpiritus recognoſcens, bellum corpori, & corporalibus vitiis certamen indixerit: & felici diſcretus à carnis colluuione diuortio, æternæ paci impollutam ſeruet vtramque ſubſtantiam, illic feliciter copulandam, vbi exultabunt Sancti in gloriâ, & lætabuntur in cubilibus ſuis, hoc eſt, in corporibus, tamquàm in receptaculis ſuis; cùm ea quæ iuſtitiæ dedicauerint membra ſocialia, tamquàm conſueta hoſpitia recognoſcent. Hoc itaque agite: hanc vobis Honoratus veſter hereditatē relinquit, ſupremo halitu ſuo ad hereditatem vos regni cæleſtis inuitat. Nullus nimiū mundi huius amore teneatur. Optimū eſt, vt voluntate faſtidias quo te vides neceſſitate cariturū. Nemo opibus diffluat, neminem diuitiarum pompa corrumpat. Scelus eſt, pretium ſalutis in materiā perditionis aſſumere, & illo capi quemquam, quo redimi *d* poteſt. Plus intereà vultu, plus oculis emicante in cælum ſenſu monebat. Impar eſt quidem ignito ſermoni ſuo ſermo referētis; ſed non minùs imparia ſpiritui ſuo verba erant monentis. Tali itaque exhortatione, & inſolito quodā *e* nutu oratione profusâ, inuſitatum quoddā munus benedictionis impendit. *Viros illuſtres ſe viſentes inſtruit.*

c

d

e

33 Deficiente membrorum miniſterio, noua ſemper mentis gratia pullulabat. Ordinatis itaque omnibus, (neque enim multa in actibus ſuis minùs plena reſtabant) cùm omnes caros ſuos mente percurreret, quantos nominatim proferre laſſitudo non vetuit, miſſā per eos qui adſtabant ſalutatione ditauit. Mihi verò in aurem, Excuſa, inquit, Sancto illi fieri non potuiſſe quod voluit. Magna & admiranda ſolertia, inter graues illas mortis anguſtias prouidiſſe, ne cuius triſtitiam non, quantum in ſe erat, abſtergeret, ne quid certè inexcuſatū relinqueret. *f* Quid illud, quæſo, quòd cùm omnes ſuos, quos ad hanc vrbem amor ſuus traxerat, vtique inter peregrina deſereret, nullum vlli reditum, nullam ſocietatem commendauit, non loca viuendi certa diſtribuit, tamquàm verè præſcius, nullam ſuorum diſperſionem futuram, niſi eorum, qui iam & ſe ſuperſti-

Varios ſalutari curat.

f

te

te animi diffinitione migraſſent? Et verè non facilè quemquam à ſocietate noſtrâ abeſſe nouimus, niſi quem abfuturum ipſe præmonuit: qui aut cariorem conſpectu ſuo patriam, aut grauiorem ſenſerat diſciplinam. Intereà grauior illum ſomnus vrgebat: quem cùm interdum pauidi interpellaremus, Miror, inquit, in tam graui meâ laſſitudine, poſt tam longa inſomnia, quæ præceſſerunt, grauem vobis meum ſomnum videri. Et cùm ſuſpectis omnibus ſedere eum in vltimo diutius prohiberemus, ioculari, vt erat ſolitus, blandimento, & conſuetudinariâ mentis ſerenitate, reſpondit, quòd moleſtos nos in hac ſollicitudinis parte pateretur. Ita penè antè vita eius, quàm dulcedo conſumpta eſt.

Somno premitur.

Moritur.

34 Somno deinde vltimo exceptus, in mortis quietem dormiens tranſiit, ſine vllo, vt ſe habent ſuprema, luctamine, nullas difficiles obitus moras ſenſit. Angelicis choris anima illa ſancta, generoſa, ſincera, & ab omni contactu mundi incontaminata ſuſcipitur. Multorum intereà variis viſionibus ſomnus incutitur, quarum tamen vna omnium facies erat, quòd ſcilicet Sancto illi occurrerent officia Sanctorum. Et verè ille in eodem mediæ noctis puncto eccleſiam in occurſum ſancti corporis conuentus impleuit, vt non niſi Angelicis nuntiis ſuſcitatus putaretur. Relinquitur vegetatum ſemper ſpiritu, plenum gratiæ corpus exanime: integrum ſiquidem vultus decorem facies omnibus grata ſeruauit. Probè vos iſta noſtis, & multò pleniùs vos vobis, quàm ſermo ſufficit, animorum meditatione deſcribitis.

Honoratur viſionibus,

35 Neque vllus non magno ſibi damno affici viſus eſt, ſi conſpectu corporis eius caruit, ſi non, vt quemque aut reuerentia, aut amor ſuaſerat, oſculum aut ori aut quibuſcumque membris ipſius impreſſit, aut feretro. Sanctum illud corpus magnâ fidei ambitione veſtitum eſt, maiore fide poſtmodùm, dum ſepulchro admouetur, penè nudatũ. Nec enim pepercit ſanctificatis amictu ſuo palliis fides, quæ pretioſiſſimi muneris loco habuit, aliquam de velaminibus illius fimbriam decerpſiſſe. Certauit in exequiis illius veſter affectus: refeciſtis in funere ſuo latentem adhuc inter vos peregrinationem meam: pauiſtis me tam effuſâ in ipſum animi caritate. Quem enim illo die ſua tecta tenuerunt? Aut quem non tamquàm peculiari luctu obrutum, baſilicæ huic mœnia vrbis huius dederunt? Pro magno munere habitum eſt, lecticæ manum admouiſſe, aut ceruicem ſubieciſſe. Vidiſtis non ſine veſtrâ glorîâ gloriam ſuam. Nam & illa exequiarum religio, fidei deuotio erat; & tam lautum erat habuiſſe talem, quàm graue talem amiſiſſe. Nec parùm fiduciæ dat ſepulchri ſui gratia: nam cuius hîc oſſa condidimus, in cœlo vtique patrocinia præſumimus. Prælata tunc ante feretrum ipſius aromata & incenſum vidimus: ſed maiora de veſtris mentibus Deus in tanto erga tantum paſtorem affectu veſtro odoramenta ſuſcepit. Perſultauit in glorîâ ſuâ Dei gloria, & in diſſonis diuerſarum linguarum choris amor conſonus.

concurſu populi,

pompâ exequiarum.

a *Hæc vſque ad. nu.* 31. *aberant à duobus MSS.*
b *MSS.* indita. c *Barralis intelligit* Præfectum vrbis.
d *MS. Rip.* non poteſt. e *Sur.* motu.
f *Sequentia vſque ad nu.* 34. *deſunt in MSS. Rip. & Preudhomij.*

CAPVT VIII. Succeſſor Honorati. alia laudum analecta.

Subrogatur ei Hilarius.

36 PIus Dominus, qui ſtimulando animos veſtros ad electionem paruitatis meæ dedit, ne à ſepulchro illius longiùs abeſſem, illud etiam vobis orantibus dabit, ne à viis illius longè recedam: ſed vt quicquid illum egiſſe cognouero, id ſine exploratione aliquâ aut diſceptatione factorum agere feſtinem. Vobis enim me, vt video, iam tunc per illum Deus genuit: vobis, licet indignum, præparauit: vobis ille me neſciens tanto labore quæſiuit: vobis tam propensâ ſollicitudine & curâ vtcumque erudiuit, quærens in me fidei ſicut ſanguinis ſui venam: vobis me tanto labore per litteras, tanto per excurſum ſuum ambitu ab inſulâ, cui me, *a* directis Epiſcopatus ſui principiis, ſecreti amore reddiderant, non audeo dicere neſciens, fortaſſe præſcius, admouere ſatagebat, vt mihi iuxta ſepulchri ſui ſedem in amore veſtro patriam collocaret. Sed quid agimus, quòd immaturum me maturo exceſſu tradidit? Non eſt noſtrum, ſecretum æterni Regis in vllo vel leuiter culpare iudicio. Non facilè ſenſeratis, quantum amiſiſtis boni, ſi redintegratum vobis bonum veſtrum fuiſſet.

AVCTORE S. HILARIO.

a

37 O magna & inclyta, Honorate, tua gloria! Non indiguit meritum tuum ſignis probari. Ipſa enim conuerſatio tua plena virtutibus & admirationis nouitate præcelſa, perpetuum quoddam ſignum miniſtrauit. Multa quidem tibi diuinitus ſignorum ſpecie indulta nouimus, quicumque propiùs aſſiſtebamus; ſed in his tu minimam partem tuam computabas, maiuſque tibi gaudium erat, quòd merita & virtutes tuas Chriſtus ſcriberet, quàm quòd ſigna homines notarent. Et tamen quod maius ſignum virtutis eſſe poteſt, quàm ſigna fugere, & occultare virtutes? Et verè tam familiaris quodammodò oratio tua Chriſti auribus erat, vt enixiſſimis precibus impetratum putem, ne virtutem tuam ſigna clamarent. Habet & pax Martyres ſuos: Chriſti enim tu perpetuus, quamdiu in corpore moratus es, teſtis fuiſti. Illud enim ſtupendum quondam adoleſcentiæ tuæ robur, perpetuo abſtinentiæ rigore tenuatum, & in illam quam vidimus, adſpectus licet decore ſeruato, exilitatem redactum, crux vtique quotidiana conſumpſit: quam tamen ſine vllâ ſemper notabili *b* ſuperſtitione ſeruaſti, omnes ſemper nimietates, & cognatũ nimietatibus glorię fugiens appetitum. Numquàm in tuo ore, niſi pax, niſi caſtitas, niſi pietas, niſi caritas; numquàm in corde, niſi horum omnium fons Chriſtus habitauit: qui tibi, & per te plurimis caritatis, gaudij, pacis, longanimitatis, bonitatis, benignitatis, fidei, modeſtiæ, continentiæ fructus miniſtrauit exuberantes in multiplicem copiam, in multorum ſalutem & gaudia: vt non immeritò illi cantares: Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur: cui ſemper omne conuerſationis tuæ bonum aſſcripſiſti, illud aſſiduè tibi ac tuis ingerens: Quid enim habes, quod non accepiſti? Aut ſi accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Sed hoc magis tuum erat vitæ tuæ bonum, quò magis tuum negabas.

Vita Honorati, miraculum;

& perpetuum martyrium.

b

Pſal. 118.

1. Cor. 3.

38 In te commune omnium Deum deſiderantium ſolamen fuit: tu econtrà in Deo exultare ſuadebas, reſonante affectum tuum voce blandæ modulationis immurmurans: Lætetur cor quærentium Dominum. Nulla tibi maior, quàm in orationibus & pſalmis *c* voluptas. Tuis in tantum medullis Chriſtus inſederat, vt interdum, quod expertus loquor, membris tuis placido ſopore deuinctis, illum etiam in ſomnis officio ſolito tua lingua reſonaret. Sæpè dormiens ſaniſſimæ exhortationis, ſæpè orationis affectuoſiſſimæ, verba fudiſti. Agebatur itaque in lectulo corporis requies, mẽtis in Chriſto. Et quidem hęc, prout quique affuimus, experti ſumus: tu verò vnica ſemper omnium requies, quàm alacer, quàm ſæpè referebas ſomnia, non aliquid præſagientia, neque aliquâ in futurum anxietate ſollicita, ſed inquietis animi deſideriis excitata, martyrium ſcilicet, quod ſemper meditatione geſtabas, credo, interdum *d* illudente & prouocante cupiditatem tuam Domino, tamquàm excitatâ in fidem tuam perſecutione perage-bas. Et verè puto neminem diffiteri, tibi ad martyrium tempus, non animum, defuiſſe. Quotidianus ſiquidem in ſinceriſſimis tractatibus confeſſione Patris & Filij & Spiritus ſancti teſtis fuiſti: nec facilè tam exertè, tam lucidè quiſquam de diuinitatis trinitate diſſeruit, cùm eam perſonis diſtingueres, & glorîâ, æternitate, ac maieſtate ſociares.

Etiam dormiens orat.

c

d

Inuocat eum Hilarius.

39 Memento itaque amice vtique Dei, memento iugiter

Ex variis. iugiter noſtri, Deo incoinquinatus aſſiſtens & canens illud canticum nouum, & ſequens Agnum quocumque vadit. Tu illi pediſſequus, tu nobis patronus, orationum noſtrarum interpres acceptabilis, & fortis aſſertor. Profuſas ad ſepulchrum tuum alumni gregis preces perfer. Impetra, vt conſpiratione communi ſimul Sacerdos & populus, quæ iuſſiſti, quæque docuiſti, aliquatenus obtinere mereatur; Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui te in gloriam ſuam aſſumpſit, atque cum Patre ſuo ſanctoque Spiritu, viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

a *Sidonius Apollinaris carmine XVI. euchariſtico ad Fauſtum Reienſem huc reſpexit, ſcribens:*

celebrans quoque laudibus illis
Eucherij venientis iter, redeuntis Hilarî.

S. Hilarius Arelat. nõ deſeruit Epiſcopatum. *Non abdicauit ſe epiſcopatu Hilarius & Rauennio ceſſit, ad dilectam denuò ſecedens Lirinum, vt Miræus ſcripſit in Bibliothecâ Eccleſiaſticâ ad cap. 69. Gennadij, & olim Baronius, qui deinceps id retractauit. Nondum Epiſcopus erat Hilarius, cùm Lirinenſi eremo ſe reddidit: ſed cùm ab Honorato Epiſcopo perductus eſſet Arelaten, pòſt paullò, illo adhuc viuo & ſuperſtite, ciuicos tumultus auerſatus, Lirinum repetiit. De quâ re Eucherius ad eumdem Hilarium adhuc monachum de laude eremi ſcribit:* Magno tu quidem animo egreſſus dudum de domo tuâ & de cognatione tuâ, vſque ad mare magnum recedentia eremi ſecreta penetraueras: maiore tamen virtute repetita eſt à te eremus, quàm petita. Siquidem cùm hanc priùs hoſpes ingreſſus es, habuiſti ducem & velut itineris tui præuium, quem deinde militiæ cæleſtis magiſtrum, eumque tunc ſecutus, & parentes relinquens, parentem tamen ſequebaris: nunc verò cùm eumdem adſcitum ad Pontificatus faſtigium proſequendum putâris, ad familiare ſecretum eremi te amor retulit. Ergo nunc es nobilior & maior exemplo: priùs enim cùm deſertum peteres, comitatus fratrem videbaris, nunc cùm deſertum repetieris, etiam Patrem reliquiſti.

b *id eſt, importunâ nimiæ religioſitatis affectatione.*
c *MS. Preudh. & Barral.* voluntas. d *Sur.* alludente.

LECTIONES DE S. HONORATO,

Ex vetere Breuiario Eccl. Maſſilien.

Lectio I. HONORATVS igitur primus incola Lirinenſis, ſuſcipiens curam gregis, in ſeipſo monſtrabat ſingulis, qualiter conuerſarentur & ſincerum obſequium redderent Ieſu Chriſto. Erat enim verè humilis, verecundus, & manſuetus, nihil *S. Honorati virtutes,* imperans, ſed blandè rogans; ne poſſet cuiuſquam animum concitare, & tamquàm cuiuſlibet famulus conuiuia obſequia præparare.

2 Blandiebatur ſollicitè iuuenes, & corroborabat *inſtructiones,* fortes ac reficiens ſeniores, quos reuerebatur tamquam fratres, dominos, atque patres, ſollicitè eos inſtruens portare onera Ieſu Chriſti, & perfectam colere caritatem:

3 Curas & oblectationes ſeculi, vanas fabuloſitates, *de vitandis,* & otia euitare, carnis contagia tergere, rebellia corpora domare, tentationibus reſiſtere, & ſe committere ſoli Deo.

4 Deum deuotè ac ſollicitè exorare, & ab eo fiducialiter petere quidquid vellent, ſi veram tremendi *faciendis;* iudicij horam timere & euitare vellent, & ſolam Domini deſiderare gloriam ſempiternam.

5 Cuncta breuiter, quæ operabatur, erat doctrina, *exemplum,* inductio, & exemplum vitæ cæleſtis. Dum igitur quiſpiam aliquid facere negligebat, antequàm iniungeret Honoratus illud obſequebatur: & ſic ſuæ humilitatis feruore extabat ſollicitus qui antè neglexerat operari.

6 Et dum quiſpiam diabolico fomite extabat in ali- *reprehenſiones,* quo vitioſus, ac in ſimili deliquiſſet, à criminoſo conſilium requirebat, quomodò poſſet à tali vitio reſilire: & ſic anxians delinquentem releuabat à crimine peccatorem.

7 *Lectio de Euangelio: Homo quidam.*

8 Licet igitur exiſteret cibus eius aridus panis & *victus,* aqua, in ſolis ſolennitatibus ſalſatas herbas, vel infuſa legumina propter reuerentiam adiungendo, nihilominus conabatur diebus ſingulis pulmentum Fratribus præparare, vt ferrent liberè fortes & debiles iugum Chriſti.

9 Tegebant itaque cilicium & veſtis rigida & mun- *veſtitus.* da ſuum corpus, & caput arcta a melota, & b tetræ *a b* c ſcarpæ ex palmarum foliis latos pedes. Pallida namque facies eius, & grauata macies præ languore, & mortificatio corporalis, adeò intuitum focillabat, vt ſi peccator exiſteret, anhelabat illicò ad ſalutem; & ſi iuſtus, ad gloriam ſupernorum. *c*

a *Inter monachicas veſtes* melota *cenſetur, ſiue* melotes, *vt videre eſt lib. 4. de vitis Patrum cap. 15. Vbi proprium capitis tegmen,* cuculla, *de quâ 5. Ianu. poſt S. Simeonis Stylitæ vitam, cùm de eius reliquiis ex Euagrio. Iſidorus lib. 19. Etymol. cap. 34. ait* meloten *eſſe* pellem à collo pendentem præcinctam vſque ad lumbos. *De* melote *agit Caſſianus lib. 1. Inſtit. cap. 8. & Gazæus ad eum locum.* *Melotæ.*

b *Fortaſſis* textæ.

c Scarpa, & Scarpetta *Italis calceum ſignificat.*

DE TRANSLATIONE S. HONORATI.

1 ANTONIVS *Vincentius Domeneccus lib. de SS. Catalauniæ ſcribit Perpiniani in æde Carmelitarum* S. Honorati *Epiſcopi Arelatenſis corpus magnâ veneratione aſſeruari, multaq; iſthic eius patrocinio fieri miracula, ac præcipuè tempore ſiccitatis cælitus pluuiam impetrari. Verùm aut integrum iſthic non eſt S. Honorati corpus, ſed aliquæ dumtaxat reliquiæ; vel alterius cuiuſpiam eſt, non Arelatenſis; cùm huius ſancti parentis ſui corpus poſſidere ſe Lerinenſes glorientur, iſthuc Arelate, ex eccleſiâ ſuburbanâ eius nomini dicatâ, tranſlatum.* An. Ch. MCCCXCI. XX Ian. & XV. Maii. *S. Honorati reliquiæ Perpiniani.*

2 *Contigit ea tranſlatio circiter annum Chriſti 1391. 20. Ianuarij, vt ſcribit Barralis, licet 15. Maij præcipuè recolatur. At 20. Ianu. iſtæc habet Sauſſaius in Martyrologio:* Eodem die apud Lerinum tranſlatio S. Honorati Epiſcopi Arelatenſis & Confeſſoris. *Corporis in Lerinum tranſlatio 15. Maij;*

3 *Conſueuit verò Idibus Maij, cum S. Honorati tranſlatione, omnium Sanctorum Lirinenſium agi ſolennitas; vt patet ex ſermone eo die habito, quem recitat idē Barralis, vbi inter cetera hæc habentur:* Sed quia virtus diſcipuli laus eſt & gloria magiſtri, cùm illuſtriùs præſtantes viri diſcipulorum certaminibus quàm ſuis vincant; congruum exiſtimamus beatiſſimi Honorati feſtiuæ celebritati, diſcipulorum eius ac ſanctorum ſucceſſorum ſuorum omnium venerandа adiungere ſolennia, quorum penè numerus infinitus, & illi ſoli qui numerat multitudinem ſtellarum cognitus, hanc inſulam ſuis orationibus ſanctificarunt, ac proprij ſanguinis pro Chriſto effuſione conſecrarunt. *Et pòſt:* Sanctorum igitur Martyrum, Epiſcoporum, Abbatum, & Confeſſorum, omniumque electorum Lerinenſium, qui à primæuâ huius inſtitutione monaſterij, æternæ vitæ meruerunt eſſe participes, & qui eorum exempla ſecuti ad eamdem vitam perennem Chriſto duce peruenerunt; ac quorum corpora vel reliquiæ in præſenti monaſterio requieſcunt; ſub vnâ diei ſolennitate & lætitiâ memoriam recolentes, ſtudeamus & toto mentis conamine laboremus, vt quidquid in ſingulorum feſtiuitatibus per anni circulum, aut ex negligentiâ vel fragilitate humanâ, minùs plenè geſſimus, hîc in præſenti eorum celebratione, communi & deuotâ diligentiâ, in humilitate ſpiritus, & animi puritate reſtauremus. Et quia ipſorum omnium, propter innumerabilem nobis multitudinem, feſta ſigillatim celebrare non poſſumus, in hac ſaltem generali eorum feſtiuitate, debita laudum præconia omnipotenti Deo, qui omnium eſt Sanctorum corona, pro eorum meritis impendamus; vt ipſe, eorum aſſiduis precibus exoratus, deſideratā nobis ſitæ propitiationis abundantiam multiplicatis interceſſoribus largiatur, & eorum piâ interceſſione concedat, vt in hoc ſuo ſanctiſſimo monaſterio diebus noſtris & merito & numero populus ſibi ſeruiens *Simul feſtum omnium SS. Lerinenſium.*

ſeruiens augeatur: creſcat ibi regularis obſeruantiæ feruor, contemplationis vigor, ibique efficaciter vigeat bonorum operum exercitium fructuoſum. In tantâ igitur & tam præclarâ feſtiuitate, omnium Chriſti fidelium vota, corda, & labra hymnos perſoluant lætitiæ ſalutaris. Pſallat fides, ſpes tripudiet, exultet caritas, deuotio plaudat, iubilet chorus, puritas iucundetur: ſinguli alacri animo, pronâque voluntate conueniant, ſuaque pia & deuota ſtudia laudabiliter exequantur, tot Sanctorum feſtiua ſolennia celebrantes: quorum ſanctitate cælum exultat, quorum patrociniis terra lætatur, quorum triumphis Eccleſia ſancta coronatur, quorum ſalutaria documenta exemplaque prælucida Catholicam illuſtrant Eccleſiam, decorant virtutibus, & moribus informant, per ipſos nempe, quaſi luminoſas ardenteſque lucernas ſuper candelabrum in domo Domini poſitas, hæc præſens inſula Lerinenſis, imò & totius corpus Eccleſiæ tamquàm ſidus irradiat matutinum. Nos ergo, Fratres cariſſimi, tantorum patrocinia interceſſorum, de quibus locuti ſumus, totâ mentis intentione quæramus, vt per temporalia feſta quæ gerimus, eorum meritis intercedentibus, ad æterna peruenire valeamus.

Corpus S. Honorati in ſacello ſancta Crucis,

4 *Seruantur porrò* S. Honorati *reliquiæ in ſanctæ Crucis Lerinenſi ſacello, in cuius aditu marmoreum viſitur monumentum, inq; eo hæc epigraphe*: Hæc eſt capella ſanctæ Crucis, quæ appellatur Sancta Sanctorum propter reconditas inibi reliquias Sanctorum, videlicet Honorati, Capraſij, Venantij, Aygulphi Martyris, Antonij, & plurimorum aliorum Sanctorum. *Thecam ex argento aſſabrè factam, recondendis* S. Honorati *reliquiis dicauit Ioannes Andreas Grimaldus, cuius hæc inſcriptio*: Hanc capſam Reuerendus in Chriſto Pater Dominus Ioannes Andreas de Grimaldis Pontificij ciuiliſque iuris Doctor, Epiſcopus Graſſenſis, ſanctiſſimi Domini noſtri Papæ Referendarius & Auenionis & terrarum adiacentium Vice-Legatus & Gubernator, & huius ſacri monaſterij Commendatarius, pro recondendis almi Patris S. Honorati oſſibus, ob religionem ſuo ære dicauit anno Chriſti MCDXCI.

in thecâ argenteâ;

caput,

5 *Multò verò antè monachus quidam Nicæâ prouinciæ oriundus, caput argenteum à pectore eleuatum cum mitrâ Pontificali, auro & lapidibus pretioſis inſignitâ, fieri curârat, in quo oſſa cranij* S. Honorati *repoſita, additaq; cum eiuſdem monachi inſignibus, axe nimirum aureo in rubeo campo, inſcriptio*: Hoc caput B. Honorati Ioannes Laugerij de Nicæâ Prior Vallis-aureæ fieri fecit, circa annum Domini MCCCIC. exiſtente Abbate Roſtagno quinto huius nominis. *Alibi ſcribit Barralis hunc Laugerium fuiſſe Roſtagni Abbatis Vicarium Generalem & Priorem clauſtralem.*

brachia.

6 *Brachiorum quoque oſſa thecis elegantibus, ſcitè inauratis, condita; quæ ambæ ad brachij humani formam fabrefactæ, prior anno* MCCCCLXXXV. *X. Maij, altera, quæ ſiniſtrum brachium refert, an.* MDXXI.

HISTORIA TRANSLATIONIS

ex Vincentio Barrali Salerno.

1 POST longum temporis lapſum ab obitu ſanctiſſimi Patris noſtri Honorati, qui fuit circa annum Domini 430. cupientes Clerus & populus Arelatenſis ciuitatis, ipſum, quem, dum ſuperas ageret auras, ſummâ benignitate, ſanctitate, omnigenaque doctrinâ refertum deuotè coluerant, etiam vitâ functum, venerabiliter ab ipſis venerari, inito conſilio, *a* eccleſiam ad laudem Dei ac Deiparæ Virginis Mariæ, beatiſſimique Confeſſoris Honorati, iuxta ſepulcrum eius, quod erat in cœmiterio Eliſij campi, quod vulgò nunc dicitur Aliſcamps, ſub eorumdem titulo fundare ſtatuunt: quam honorificâ ſatis lapidum congerie perfecerunt. Quæ poſtmodùm ruinam paſſa,

a S. Honorato baſilica conſtruitur:

reſtaurata fuit tempore *b* Kauilani Epiſcopi Arelatenſis, vt conſtat ex eiuſdem epiſtolâ, ad Epiſcopos & Chriſti fideles datâ pro refectione eiuſdem eccleſiæ, in quâ ſic habetur præter alia: Notum ergo omnibus facimus, quòd extra muros vrbis Arelatenſis, in campis qui vulgariter dicuntur Eliſij, eccleſia fundata eſt, quæ S. Honorati cenſetur, quam præceſſores noſtri viris religioſis *c* S. Victoris Maſſilienſis contulerunt, vt ſancta Sanctis obuenirent. Ibi B. Honorati corpus locello ſuo repoſitum eſt. Ibi viri diſertiſſimi Hilarij prædictæ ciuitatis Epiſcopi reliquiæ ſepultæ fouentur. Ibi beatorum Pontificum *d* Aurelij, *e* Concordij, *f* Eonij, *g* Virgilij, *h* Rothlandi, & aliorum Pontificum beatiſſima membra loca prædicta ſanctificant, vt *i* B. Geneſij Martyris, & *k* Dorotheæ Virginis & Martyris, & multorum aliorũ æquè ſanctiſſimorum corpora illic collocata ſunt.

Ex BARRALI. *b reſtauratur.* *Reliquiæ eius, c* *d e f g h* *i k*

2 Cui Eccleſiæ poſt alios præfuit quidam honeſtæ vitæ religioſus vir, monachus & Prior monaſterij Garegobiæ, qui cùm penè omnem prouinciam bellicis turbinibus conſpiceret agitari; & hoſtili impetu, repentinis inſultibus, ciuitates, oppida, locaque Deo dicata, profanæ cupidæque prædæ exponi, anxius ne bellicus furor inualeſceret, & repentinè à prædonibus Martialibuſque viris, quibus nulla fides pietaſque manet, eccleſia ipſa profanaretur, & corpus B. Honorati furtiuis raptibus tolleretur, perpendens iniquum eſſe ſanctum dare canibus, & margaritas mittere ante porcos, aſſumptis cum Dei timore venerabilis corporis lipſanis, ad ſuum præfatum monaſterium Garegobiæ conſeruandis deuotè tranſportauit, quo in loco aliquibus annorum curriculis aſſeruata fuêre.

Garegobiam trãſferuntur:

3 Diſponente autem clementiâ diuinâ, vt ſacra inſula Lerinenſis ſuum aliquando benignum in gremio foueret patronum & fundatorem, accidit quòd cùm idem Prior fœdere conſanguinitatis foret ſacriſtæ Lerinenſi coniunctus, eiuſdemque laris, diſpoſuit illum inuiſere, & cuſtodiam dicti corporis B. Honorati penes ſe eſſe reſerare. Qui greſſus ſuos Lirinam versùs dirigens, ſacriſtæ propinquo ſuo ſecretum aperuit, promittens ſi in congregationem monachorum Lerinenſium aſſcriberetur, ipſum corpus B. Honorati cõuentui aſſignaret Lerinenſi cuſtodiendum. Quo per ipſum ſacriſtam Domino Abbati Lerinenſi, Iohanni ſcilicet Turnaforti, ex monacho & Abbate S. Pontij de Niceâ, ac monachis delato, lubenti animo ſe eius petitioni aſſentire, & in monachum recipere, ſi dicta factis compenſaret, promiſerunt. Spopondit ille, aſſociatoque ſibi conſanguineo ſuo ſacriſtâ, & quodam alio honeſto monacho de conuentu Lerinenſi, arrepto itinere, monaſterio prædicto Garegobiæ appulerunt, perpauciſque ibidem diebus demoratis, vnâ ſabbatorum diluculo exurgentes, aſſumpto corpore B. Honorati, viæ in nomine Domini ſe commiſerunt, ſuoſque iuges & feſtinos Lerinenſium inſulam versùs direxerunt greſſus.

inde ad Lirinenſem inſulam. *l*

4 Cumque vnà iter agerent, & ille monachus Lerinenſis, in ſuæ ſecreto ambigeret fluctuaretque mentis, an verè corpus B. Honorati exiſteret, quod efferebant, minuſque credulus cœpit in viâ ſubter Podij Moishoni caſtrum, membrorum, maximè crurium, doloribus, ac artuum contractione, miſerè vexari. Vnde tam aduerſo & repentino caſu conturbati comites, pro aliquo impendendo auxilio ægroto, ad prædictum caſtrum mittere parant. Sed interim languidus ſuæ incredulitatem mentis pandit, & facti pœnitens, ſuffragium Beati implorat Honorati, dicens: O alme Confeſſor Honorate ſanctiſſime, cuius vita virtutibus ornata refulſit, & vitali in præſenti æuo fruens ſpiritu, ſemper Chriſto adhæſiſti, à quo tuis ſanctiſſimis precibus languidis, & variis infirmitatibus detentis, incolumitatem impetraſti; obnixè obſecro, vt ſi hæc oſſa, quæ gerimus, tui exiſtunt beatiſſimi corporis, pro me indigno famulo tuo apud eum, qui te tantis meritis dotare dignatus eſt, intercedere digneris, vt ab hac infirmitate liberari merear, vt per

Earum veritas miraculo compro-batur.

Ex mss. conualeſcentiam ſoſpitatis, hæc tui verè exiſtere oſſa corporis agnoſcere, & veram tranſlationem pandere, in Eccleſiâque Dei laudum præconia promere valeam. Perfectâque oratione incolumis effectus, Deo, qui meritis ſui Confeſſoris Honorati ipſum ſanauerat, gratias referens, reliquum itineris cum ſociis perfecit.

m 5 Peruentis autem ad *m* Canoarum caſtri portum, inſtructo remige perbreui freto enauigato, ſacræ inſulæ Lerinenſis littora carpunt. Tunc Abbas cum omni ſimul congregatione cum ſolenni pompâ & canticis laudum, eis obuiàm venerabiliter proceſſerunt, ſuſceptiſque ipſius corporis B. Honorati artubus in iubilo & voce exultationis, pro tanto accepto munere immenſas Deo gratias perſoluunt. Aperienteſque loculum in quo beata oſſa includebantur, *n* Albaranum verbis ſequentibus inſcriptum inueniunt, ſcilicet: RELIQVIÆ ET CORPVS BEATISSIMI HONORATI ARELATENSIS ARCHIEPISCOPI. Tum pro maiori veritatis certitudine, partem oſſis cruris, quam anteà in præfato monaſterio habebant, reliquæ parti à quâ abſumpta fuerat aptantes, ita ſtatim perfectæ coniuncta eſt, vt nulla prorſùs appareret fractura, ac ſi numquàm diuulſa fuiſſet. Ex quo verè reliquias, & oſſa glorioſi Confeſſoris Honorati eſſe, manifeſtum fuit: quæ quidem cum quantâ potuerunt maiori reuerentiâ in cœnobium & intra arcem turris, in *o* capellâ ſanctæ Crucis honorificè collocarunt, anno Domini 1391. tertiodecimo Calend. Februarij. Ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

Mirabiliter reduncta.

n

o

a *Habet etiamnum* S. Honoratus *eccleſiam ſuburbanam, vt ſcribit Cl. Robertus.*

b *Huius nomen non extat in catalogo Antiſtitum Arelatenſium apud Cl Robertum, niſi ſit* Gibellinus, *quem ſediſſe ait anno* 1103. *At Ioannes Chenu in ſecundo catalogo &* Kauillarium *&* Gibillinum *recenſet.*

c *Huius nobiliſſimi cœnobij ſæpius infrà mentio fiet,* 28. *Februarij ad vitam S. Ioannis Caſſiani, &* 21. *Iulij ad vitam S. Victoris.*

d *Colitur* S. Aurelius, *ſiue* Aurelianus, 16. *Iunij.*

e *Refertur* S. Concordius *à Sauſſaio in Appendice Martyrologij Gallicani inter eos Sanctos quorum natales ignorauit.*

f *De* S. Æonio, *ſiue* Eonio, *Epiſcopo Arelat. agemus* 3. *Auguſti.*

g *Colitur* S. Virgilius 5. *Martij.*

h *Interfuit* Rodlandus, *aliis* Rolandus, *hic* Rothlandus, *concilio Valentino anno* 855. *obiit captiuus in nauibus Saracenorum* 19. *Septembr.*

i *Colitur* S. Geneſius *Martyr Arelat.* 25. *Aug.*

k S. Dorotheæ *Virg. Mart. tranſlatas Arelatum reliquias ſcribit Sauſſaius: de eâ agemus* 6. *Februarij.*

l Roſtagni V. *de quo ſuprà, deceſſor fuit* Ioannes de Thornaforti, *creatus anno* 1365. *poſt Epiſcopus Nicaenſis factus.*

m *Id Barralis aliàs* Caſtrum Marcellinum *&* Francum, *appellatum fuiſſe teſtatur. Hic turrim perfecit Ioannes de Turnaforti, vt idem ſcribit.*

n *Legendum videtur:* membranam verbis ſequentibus inſcriptam.

o *Eſt ea, teſte Barrali, intra arcem turris Lerinenſis, dedicata* 14. *Septemb.* 1392. *ab eodem Ioanne de Turnaforti iam Nicaenſi Epiſcopo.*

DE S. IACOBO EPISCOPO TARENTASIENSI.

SECVLO V. XVI. IAN. 1 FOrum Claudij *in Graiis Alpibus*, Centronum *vrbs fuit, ad Iſaræ fluminis ripam ſita, quæ deinde* Darantaſia *&* Tarantaſia, *ac* Tarentaſia *dicta, nunc Archiepiſcopalis. Primus eius Antiſtes* S. Iacobus, *S. Honorati Arelatenſis diſcipulus fuit, cuius natalem ex tabulis Eccleſiæ Tarentaſienſis conſignat XVI. Ianuarij* Ferrarius *his verbis:* Tarantaſiæ S. Iacobi Epiſcopi eiuſdem vrbis. *tradit coli quoque Auguſtæ Prætoriæ, quòd ea vrbs Tarentaſienſi metropoli ſubſit. Sauſſaius in Supplemento martyrologij Gallicani ita de eo ſcribit:* Tarenteſiæ in ipsâ Gallia Narbonenſi S. Iacobi Epiſcopi illius metropolis & Confeſſoris, qui Apoſtolico ſpiritu plenus, hanc regionem facibus Euangelicis illuſtrans, fide & religione repleuit, erectâque illic perenni Sede Epiſcopali, compoſitâ hierarchiâ, deſignato Marcellino, viro probatæ virtutis & gratiæ, ſacri muneris hærede, gregi à ſe adunato cùm ſanctiſſimè præfuiſſet, fidelis villicationis præmium à Domino, cui gnauiter ſeruierat, recepit. Fundauit etiam Auguſtæ Prætoriæ Salaſſorum Eccleſiam Epiſcopalem, cuius primum Paſtorem S. Euſtachium conſtituit.

S. Iacobi natalis.

vita.

2 *Vitam* S. Iacobi, *ſed mutilam, ex vetuſto codice deſcripſit nobiſq; communicauit Petrus Franciſcus Chiffletius noſter, qui eius auctorem eſſe coniicit* Guidonem *è Comitibus Burgundiæ, primò Viennenſem Archiepiſcopum, deinde Pontificem Romanum* Calliſtum II. Nam hunc, *inquit*, nonnullas Sanctorum vitas ſcripſiſſe legimus; & eſt Tarentaſia in veteri Burgundiâ, & in prouinciâ Viennenſi: & in noſtro MS. codice habebatur hæc vita poſt Calliſti eiuſdem librum de tranſlatione & miraculis S. Iacobi Hiſpaniarum Apoſtoli.

VITA

è veteri MS. erutâ à Pet. Franc Chiffletio Soc. IESV.

PRÆFATIO.

1 QVONIAM volutabilitate temporum, & deceſſione mortalium, res benè geſtæ nonnumquàm obliuioni tradũtur, idcircò Vitam beatiſſimi Iacobi Tharentaſienſis Archiepiſcopi, multis (vt credimus) profuturi, poſteris legẽdam tranſmittimus. De cuius virtutibus, & miraculis locuturi, auditores humiliter præmonemus, vt dum magnalia, quæ per eum omnipotẽs Deus operari dignatus eſt, cognouerint, vitam quoque eius ac mores imitari ſtudeant: ſcientes, quoniam qui eum piè ſequi, & veſtigiis eius diligenter inhærere voluerint, ad gaudium, ad quod intrauit, & ipſi peruenient, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula, Amen.

CAPVT I. *S. Iacobi vita monaſtica.*

S. Iacobus relinquit ſeculi militiam:

2 IGitur cùm tuba ſancti Euangelij penè per totum mundum intonaret, dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum, B. Iacobus miles, qui ſecundùm ſeculi dignitatem apud *a* Aſſyrios clarus habebatur, diuino munere præuentus, per anguſtam portam, quæ ducit ad vitam, ſicut in fine claruit, intrare contendit. Proinde habitum militarem, quo nitebat, reiiciens, pauperis Chriſti ſolerter decreuit pauper ſequi veſtigia; conuerſuſque ad Dominum, totis viribus adimplere ſtuduit opere, quod tenuit pectore. Ingens ſuper omnia fuit ei deſiderium, magiſtrum, qui eum ad fidem & Dei dilectionem propenſiùs inſtrueret, alicubi poſſe reperire. Sicque infra non longum ſpatium Baptiſmi ſacramentum percipiens, atque cuidam ſeruo Dei, Honorato monacho adhærens, qui tunc temporis florebat intra Galliam, ſeruo Dei mancipandum totum ſe dedit. Hoſtis poſtmodùm callidi fundatus abhorrens militias, optimam partem elegit, dum magiſtro ſancto ſe ſociauit.

a

adhæret S. Honorato.

3 Qui cùm in eodem loco aliquamdiu commoraretur, vbi deuotus diſcipulus reuerendo ſociatus eſt magiſtro, percrebuit fama quòd Lirinenſem inſulam peſtifer draco circumſeptam haberet, atque ex more nauigantes circa eamdem inſulam, odore nefandiſſimo obrueret. Tunc vir Dei Honoratus proprias oues, quas in loco illo Domino acquiſierat, *b* ſolo Iacobo diſcipulo adſcito, partes Prouinciæ peragrauit: deinde memoratam inſulam cum naui aggrediens, aſſiduè cum fidei diſcipulo, Domini implorans miſericordiam, ipſum peſtiferum

Draco fugatus à Lerino.

b

ſtiferum draconem funditus ab eadem inſulâ repulit; ita vt vlteriùs ibidem nuſquam deinceps appareret.

4 Serui verò Domini, memoratam inſulam ab hoſte antiquo emundatam, aptamque ad vſus monachorum eam eſſe cernentes, *d* oraculum conſtruunt, cellamque ædificant; in quâ per aliquot annos ſimul reſidentes, virtutibus pollent, coruſcant miraculis; aggregatiſque diſcipulis, vſque in hodiernum diem locus ille ex eadem congregatione fundatus, religione regitur per monachos.

d monaſterium conſtructum.

a *Verè ergo S. Hilarius in S. Honorati vitâ cap. 3. nu. 17.* Etenim quæ adhuc terra, quæ natio in monaſterio illius ciues ſuos non habet? quam ille barbariem non mitigauit? *&c.*

b *Videtur deeſſe* dimittens *aut ſimile quodpiam verbum.*

c *Multa de hoc draconè fabulatur apocrypha vita S. Honorati textor. Miranda de ſerpentum, ac boarum præſertim, magnitudine ſcribit Plinius lib. 8. cap. 14. & Solinus cap. 2.*

d *Id eſt, adem ſacram. ſic Plinius lib. 12. cap. 23.* etiam ab Hammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor.

CAPVT II. *Epiſcopatus. templum ædificatum. miracula.*

Ab Honorato iam Arelat. Epiſcopo,

5. INtereà famâ viri Dei Honorati vſque Arelatem percreſcente, à clero, proceribus, populoque vulgari illius vrbis expetitur; vt quia iam eorum Pontifex migrauerat ad Dominum, eumdem Dei famulum Honoratum monachum, habere mererentur Pontificem. Factum eſt, vt inuitum eum vrbis præfatæ clerus tollens, & ſecum deducens, cum omni alacritate, communique conſilio ſibi eum eligerent omnes Pontificem.

mittitur Iacobus ad Centronas.

6 Qui dum in pontificali cathedrâ clarus exiſteret, aſſiduâque frequentatione Iacobus diſcipulus ei adeſſet, cernens præcipuæ ſanctitatis eſſe virum, alloquitur illum, obſecrans toto mentis affectu, vt *a* Cendronum oppidum adiret, populumque inibi ſub gentilitatis ritu degentem ad fidem Chriſti conuerteret. Hoc audito, diſcipulus obediens, cum omni iocunditate, pronâque humilitate aſſenſum præbuit, ſeſeque iuxta vires ſuas, Domino opitulante, ita facturum ſpopondit. Quocircà Pater venerandus aliis conuocatis Sacerdotibus Iacobum ordinauit Epiſcopum, & ad præfatum oppidum, vallemque Tarenthaſienſem direxit, prędicare verbum Domini. Quò cùm aduenisset quaſi clanculò, Deo diſpenſante fama eius percrebuit in populo; ita vt dicerent manifeſtè, dilectum Chriſti famulum ad eos iam veniſſe Iacobum Epiſcopum. Quâ re compertâ, Dei Sacerdos Iacobus de tantis Chriſti beneficiis lætatur; ſummoque diluculo dum prædicare cœpit, vulgus innumerabile ad fidem Chriſti conuertitur: & abſque dilatione, ab Baptiſmi gratiam prono animo, vnâque voluntate præfati oppidi populus penè omnis pariter acceſſit.

a

Epiſcopus creatus:

multos conuertit.

Templum adificat.

7 Factum eſt autem vt pauci remanerent in valle Darentaſienſi infideles, qui non ad prædicationem Iacobi Epiſcopi colla ſubmitterent gaudentes. Hoc verò cernens venerabilis Epiſcopus, de tanto grege Chriſto acquiſito gaudens & exultans, fundauit baſilicam. Dehinc famulis iubet, vt trabes, ceteraque ligna ad tectum domus illius peragendum, in ſaltibus cæderent: quæ cùm Chriſticolæ feruentiori fide ſuccenſi, cum ſuis bubus deferrent, contigit vt immaniſſimus vrſus de cauernâ proſiliẽs, cum ſummâ ferocitate vnũ ex bubus, qui ad vehẽdam trabem iunctus erat, toruo & impudẽti vultu vnguibus arripiens ore dilaceraret, ac corroderet. Hæc verò cernentes famuli, timore perculſi, rapidiſſimo curſu ſuo nuntiauerunt Pontifici. Quod vir ſanctus audiens, velociterq; currens, inuenit vrſum bouis cadauer deuorantem; cui & fertur dixiſſe: Ego Iacobus Chriſti famulus præcipio tibi immaniſſima & cruenta beſtia, vt in nomine Domini ad opus, quod impediſti, duram ceruicem inclines, & iugo bouis, quem occidiſti, ſuperbum collum ſubmittas. Qui protinus ad vocem ſerui Dei, licet rugiens, collum iugo ſubpoſuit: eumque famulus Domini, loris quibus bos fuerat, adſtringens, trabem ad opus cœptũ adduci fecit. Quod cernentes incolæ oppidi, maiores natu in ſtuporem verſi ſunt pro tanto miraculo; minores verò, quos adhuc ignauia detinebat, gladiis arreptis vrſum conabantur occidere. Quod vir Dei percipiens, iuuenes blando alloquio compeſcens, ait: O filioli, beſtiam, quam nullo laqueo cepiſtis, viuam ſinite à veſtris finibus egredi. Obtemperantibus illis, B. Iacobus vrſo præcepit, vt nequaquàm in eadem valle aliquam deinceps faceret læſionem. Ipſe verò illæſus ſeſe in profundam eremum dedit, & poſteà in territorio prædicto nuſquam apparuit.

Vrſum iugo ſubdit,

Ex Mss.

dein dimittit innoxium.

8 Dominus deinde fideliſſimi famuli ſui merita præclara demonſtrare volens, magnum ſecundò oſtendit miraculum. Quippe cùm trabs illa, quam vrſus cum boue iunctus de ſaltu adduxerat, menſurâ quinque pedum ceteris trabibus breuior inueniretur, ſeruus Dei ſacratâ lymphâ eamdem trabem aſpergens, orando, videntibus cunctis alij fecit eſſe ſimilem. Hoc nimirum miraculo peracto, Deo largiente, cuncti incolæ vallis illius amore diuino ſuccenſi, tenebras erroris priſtini funditus repulerunt, veræ luci (quæ eſt Chriſtus) adhærentes inconuulsè, firmanteſque fundamentum in ipſo angulari lapide Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Trabem aquâ benedictâ ad 5. pedes longiorem reddit.

a *Papirius Maſſonus lib. de fluminib. Gallia, tradit* Centronem vicum, *vnde populis iis nomen*, hodie penè ignobilem *eſſe*, & ſi nomen id ſuum hodie non retineret, planè obſcurum.

CAPVT III. *Iter ad Principem variis miraculis illuſtre.*

9 BAſilicâ decenter peractâ, & in honore S. Stephani Protomartyris dedicatâ, viſum eſt ſeruo Dei Iacobo Epiſcopo, quatenus *a* Principem Galliarum adiret, donaque deferret aliquantula, quatenus notitiam illius habere mereretur. Tulit itaque niuem æſtiuo in tempore collectam, onuſtoque exinde aſino, cum Iacobo diſcipulo, ceteriſque famulis iter aggreditur. Mira res, & relatu digniſſima! enimuerò cùm calor feruidi ſolis, qui illo tempore rura exſiccans, niues ceteras omnino liquefaceret nimio ſui æſtus ardore, eamdem niuem, quam de Cendrono oppido tulit, æſtatis amœnitas neque calor vllus liquefecit; ſed glaciali firmata rigore integra permanſit.

a Adit Principem cum dono niuis, æſtate.

10 Denique dum iter cœptum ageret, atque ex nimio *b* caumate laſſus ad quamdam declinaret vmbram, vectatorque niuis aſellus paullulùm requieſceret, ales teterrimus aduolans, hoſte (vt viſum eſt) antiquo ſuggerente, qui ſeruis Domini, in quantum permiſſum eſt ei, ſemper obſiſtit, ſupra quieſcentem aſinum inſedit, oculumque illius eruit. Mox, vt cernunt famuli cruorem de maxillâ aſini diſtillantem, magiſtro narrant; qui continuò ſurgens, inuocato Chriſti nomine, cruentum coruum redire iuſſit, dicens: Præcipio tibi, ales teterrime, in nomine Domini, vt confeſtim reportes quod furtim de noſtro aſino tuliſti. Mirum in modum videres coruum crocitando reportantem quod abſtulerat; oculoque in eodem loco, quo eum violenter euulſerat, vomito, ſanum, & incolumem baiulum niuis domino ſuo reſtituiſſe: cui protinus ſarcinam niuis imponentes, iter aggreſſi ſunt quod inceperant.

b

Erutum aſino oculum reſtituit.

11 His ita geſtis, necdum itineris longi terminato labore, vnus ex diſcipulis, propinquus carne, ſpiritu propinquior, Iacobus nomine, febre corripitur: & hoc, vt poſteà claruit, nutu contigit diuino; quatenus ſanctiſſimi Pontificis meritum tam apud exteras regiones quàm finitimas panderetur. Infirmo tandem fidelitati Chriſtianorum commendato viam ingreſſus, Galliarum Principem adiit: cuius conſpectui præſentatus, primò ſalutationem, deinde niuem obtulit. Princeps verò maligno ſpiritu repletus, ſeruum Dei, illuſorem, magum

Malè accipitur à Principe.

EX VARIIS. gum, & maleficum vociferando ſæpiùs adclamans, dedignanter animo tumenti & iracundo niuẽ iubet recipi.

12 Grauiſſimis illicò febrium doloribus torquetur: tamquàm languens, & moribundus, iamque poſitus in extremis, ſalutis quærit extẽplò remedium. Tunc vnus ex Proceribus exiſtentibus ſapienter eum alloquens, dixit: Cur ſalutis medelam modò deſideranter expetis, cùm Dei virum, ſancto plenum Spiritu præſumpſeris contriſtare, qui clarus, pollens miraculis, maxima mirabilia per virtutem Domini circumquaque operatur? Princeps auditâ Proceris ſui correctione pauore nimio correptus, famulis ſibi aſſiſtentibus imperauit, vt curſu celerrimo irent poſt Epiſcopum: quibus & iniunxit, vt pedibus eius prouoluti, oſculando veſtigia ipſius, impetrare ſtuderent, quatenus eum per ſemetipſum viſitare dignaretur, tranquilliſſimoque vultu ſubueniret ægrotanti.

Mox ab eo ægrotante reuocatur.

13 Viro Dei poſtquàm res innotuit, ſolitâ motus pietate properanter regreditur, aulam intrat Principis, preceſque coram Domino fundens, ægrum à validiſſimis febribus curat. Pro hoc ſiquidem ſubitò, & tam euidenter per ſanctum virum diuinitus facto miraculo, omnis domus Principis multipliciter exhilarata eſt; & magnificatâ virtute ſancti viri, vnanimiter immenſas Domino laudes retulerunt. Princeps miro modo exhilaratus pro optatâ ſanitate, precibus ſancti Epiſcopi adeptâ, multas Deo, eidemque ſeruo Dei gratias referens, rogauit eum, vt indubitanter ab eo peteret quicquid vellet impetrare; non enim vllatenus pateretur repulſam. Ad hæc vir ſanctus: O mi glorioſe monarcha Galliæ, totiuſque Burgundiæ, deſiderio vos videndi, tam longi difficultatem itineris aggreſſus, non aurum, non argentum à vobis expeto. Sed quia locus meæ diœceſis inter arduas & adſtrictas continetur montium Alpes, & non eſt congruè ſpatioſus ad habitandum, expedit nobis, vt terminos aliquantulùm curet ampliare veſtra dignatio. Celſitudinis igitur veſtræ miſericorditer precor magnificentiam, vt reſpectu Dei, & amore B. Petri, Principis Apoſtolorum, atque propter perpetuam nominis veſtri memoriam, aliquod augmentum de rebus veſtri regni, in circuitu noſtræ rudis Eccleſiæ coniacentibus, noſtris & ſucceſſorum vſibus profuturum, atque per ſeriem firmiſſimi præcepti veſtri perpetualiter poſſidendum, ad honorem Dei, & B. Petri Apoſtoli conferre nobis dignemini. Ad quem Princeps: Quicquid petere volueris, fiet tibi. Cui vir ſanctus: Hoc quod à vobis poſtulo, mihi quidem valdè congruum atque neceſſarium eſt, ſed vobis leue ad dandum, atque facillimum eſſe poteſt: hoc eſt, quamdam rupem prominentis ſaxi, quam antiquo vocabulo incolæ ipſius loci Pupim.

Sanitati eum reſtituit.

Petit ab eo rupem quamdam.

Hîc me lacera membrana deſtituunt. Colitur S. Iacobus Tarentaſienſium Apoſtolus in ſuâ diœceſi, & aliis finitimis XVII. Kalendas Februarij, quâ die & eius magiſter S. Honoratus Epiſcopus Arelatenſis.

a *Gundicarius Burgundionum Rex intelligi videtur, qui ab Aëtio victus, pacem obtinuit, & Sabaudiam cum indigenis diuidendam; ſed dilatauit deinde ipſe, ac filij eius, imperium.*

b καῦμα, calor, æſtus ſolis.

DE S. FAVSTO
EPISCOPO REIENSI IN GALLIA.

SVB FINEM V. SECVLI. XVI. IAN.

1 *Irca annum Chriſti CDLXXV. habita eſt ſynodus Arelatenſis ad condemnãdum Prædeſtinationis errorem. Fauſtus ex Abbate Lirinenſi Epiſcopus Regienſis, ſiue Reienſis, ex ſynodi ſenſu ac ſententiâ (quod ipſe in præfatione ad Leontium Arelatenſem teſtatur) duos libros de gratiâ Dei, & humanæ mentis libero arbitrio ſcripſit, ſed qui deinde ſunt ab Eccleſiâ reiecti.*

S. Fauſti libri,

2 Prædeſtinationis porrò errorem, *inquit Sirmondus noſter to. 1. Concil. Galliæ*, ad quem expugnandum hæc ſynodus congregata eſt, Prædeſtinatorum hæreſim illam interpretor, quæ, vt Proſper & Sigebertus in Chronicis tradunt, Honorij orta principatu, ex libris S. Auguſtini malè intellectis initium ſumpſiſſe ferebatur. Hi de prædeſtinatione ita diſſerebant, quaſi fatalem quamdam neceſſitatem afferret, quæ bonorum operum ſtudium omne præcideret, quippe qui nec mala opera obeſſe hominibus poſſe dicerent, ſi eſſent prædeſtinati; nec bona prodeſſe, ſi non eſſent. Cui abſurdo quia nonnullis quorumdam librorum ſuorum ſententiis viam munire, aut vim addere, S. Auguſtinus, quorumdam in Galliâ Epiſcorum aliorumque iudicio videbatur, ab illo propterea, cùm in ceteris maximi facerent, vehementer hac in parte diſſidebant. At contrà qui pro S. Auguſtini placitis cum Proſpero dimicabant, eius aduerſarios, quòd naturæ humanæ plus æquo tribuere viderẽtur, vt Semipelagianos inſimulabãt. Quâ notâ in his etiã libris ſuis Fauſtus nõ caruit. Nam & à Gelaſio Papa hóc nomine inter apocryphos relati ſunt, & ab Auito Viennenſi, atque à Fulgentio, & aliis pluribus oppugnati. Ceterùm graui ac diuturnæ contentioni, quæ ſanctiſſimos & doctiſſimos vtrimque viros in Galliâ centum ampliùs annos exercuit, finẽ poſteà tandem attulit ſynodus Arauſicana II. quæ totam de gratiâ & libero arbitrio controuerſiam ex S. Auguſtini ſententiâ compoſuit. *Hæc Sirmondus. Habita eſt ſynodus II. anno Chriſti 529. præſuit S. Cæſarius Archiepiſcopus Arelatenſis.*

contra Prædeſtinatorum hæreſim, Sigeb. an. 415.

erroris accuſati.

3 *Quoſdam, egregiè alioquin Catholicos, neſcio quæ ſtyli fefellit ſubtilitas, vt Fauſti libros de gratiâ orthodoxos cenſerent. Contrà recentiores plerique iuſto acriùs in eum inſurrexerunt, vt non libros tantùm eius damnarent, ſed & nomen è ſacris faſtis eraſum fœdâ hæreſeos notâ aſpergerent; Baronius in Annal. to. 6. ad annum 490. Poſſeuinus noſter in Apparatu, Bellarminus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, & alij.*

Etiam auctor quibuſdam ſuſpectus.

4. *Baronius poſtmodùm re meliùs examinatâ, in Appendice ad to. 6. editâ poſt tomum 10. priorem cenſuram, ſanè acrem, quâ Fauſtum perſtrinxerat, ita retractat:* Iſta quidem priori editione ex adductis diuerſorum ſcriptis affirmaſſe, non indecens quidem fuit. At verò ex poſteà cognitis & adductis, rurſus ad iudicium ipſum reuocandum, haud exiſtimamus indignum; cùm tamen de eius ſcriptis immotæ maneant ſententiæ Patrum.

Baronij palinodiâ purgatus.

5 Quòd enim vſque ad hæc tempora eumdem Fauſtum continuit inter Sanctos Martyrologium Gallicanum, à quo ipſum Molanus primùm expunxit: quòd etiam, vt accepimus, Eccleſia Regienſis in Galliâ, vbi ipſe ſedit Antiſtes, ſemper eum vt Sanctum coluerit, celebrans eiuſdem natalem decimaſeptimâ Ianuarij; ibique in eius memoriam antiquitus erecta baſilica eius nominis titulo inſignita hactenus eius cultu à fidelibus frequentetur; quodque tot ſeculis, Chriſtiano orbe ſpectante, Eccleſiâ Romanâ tacente, nemine penitùs (quod ſciatur) contradicente, iſta eidem Fauſto exhibita intelligantur; opinari non prohibemur, de eodem Fauſto accidere potuiſſe, quod de multis viris ſanctis aſſeritur, quòd delinquens errauerit, cùm quæſtio illa fuerit auctoritate Sedis Apoſtolicæ definita, & eius opinio aliorum Patrum ſententiâ comdemnata, ipſe ſuum errorem fuerit ſcriptis contrariis deteſtatus, quæ potuerunt, vt alia quàm plurima periiſſe; vel ipſum ante ſuorum ſcriptorum factam ab Eccleſiâ damnationem diem obiiſſe (incertus eſt enim eius obitus annus) habentem in animo in his ſequi, quod ſequendum doceret Eccleſia. Ita quidem ipſum compoſitum animo fuiſſe, aliiſque innotuiſſe, inde facilè poteſt intelligi, quòd ſemper (vt indicant Acta Conciliorum Arelatenſis,

ſemper inter Sanctos habitus.

In ſcriptis errauit, vt quidam alij Sancti, citra pertinaciam.

tenſis, & Lugdunenſis ſuperiùs recitata) communicationem habuit cum ſanctiſſimis orthodoxis Galliarum Epiſcopis. Maneant igitur Fauſto integra iura ſua, nec ex noſtris ſcriptis ſentiat præiudicium: neque priuato iudicio nouitati liceat conuellere antiquitatem. *Ita Baronius, ſed pro XVII. die Ianuarij, lege XVII. Kal. Februarij, ſiue XVI. Ianuarij.*

Sanctus celebratur in Martyrologiis.

5 *Sanctum appellat CL. Robertus in Galliâ Chriſtianâ. Maurolycus*: Regio Galliæ Fauſti Epiſcopi tempore Anaſtaſij primi. *Eadem propè Ferrarius, Carthuſiani Colonien. in Addit. ad Vſuard. Conſtantinus Ghinius mendosè ſcripſit*, ex Lateranenſi Abbate *Epiſcopum eſſe factum.* ex Lirinenſi *ſcribere voluit. Grauiùs hallucinatur Galeſinius:* Regij, *inquit*, S. Fauſti Epiſcopi, cuius & libri piè doctéque ſcripti, & res mirabiliter geſtæ leguntur. *In Notis ait* Regij Lepidi *Epiſcopum fuiſſe, ſed dum Gennadium citat Fauſti libros laudantem, ſe de noſtro hoc agere ſignificat. At cuius libros apocryphos habendos ſanxit Gelaſius, eum* Fauſtinum *vocat* Reginenſem *Epiſcopum; cùm vnus & idem ſit* Fauſtus, *tertius Lirinenſis cœnobij Abbas, S. Maximi ſucceſſor; deinde* Regij, *ſiue* ciuitatis Reienſium in prouinciâ Narbonenſi ſecundâ, *vulgò* Riez en Prouence, *Epiſcopus. Eum Sauſſaius quoque inter Sanctos recenſet in ſupplemento Martyrologij Gallicani:* Regij, *inquit*, memoria S. Fauſti Epiſcopi & Confeſſoris, ex monacho Lerinenſi. *Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 91.* Sanctum *appellat. Vincentius Barralis Salernus in Chronologiâ Lerinenſi teſtatur ab antiquo vt Sanctum coli.*

6 *Conſultò hîc prætermittimus, quæ varij Patres in laudem Fauſti ſcripſêre, quæq; alij in librorum eius vituperationem. Partem ſolùm dabimus carminis Euchariſtici, quod ad ipſum adhuc viuentem Sidonius Apollinaris ſanctiſsimus ac doctiſsimus Epiſcopus miſit, in quo inter alia de eius virtutibus iſta prædicat:*

Laudatur à Sidonio Apollinare.

——Te magne Sacerdos
Barbitus hic noſter, plectro licet impare, cantat.
Hæc igitur prima eſt vel cauſſa vel actio laudum,
Quòd mihi germani, dum lubrica voluitur ætas,
Seruatus tecum Domini per dona probatur
Nec famâ titubante pudor. Te reſpicit iſtud
Quantumcumque bonum. Merces debebitur illi,
Ille tibi. Sit laus, ſi labi noluit, eius;
Nam quòd nec potuit, totum ad te iure redundat.

quem Reiis hoſpitio exceperat,

7 Prætereà quòd me pridem Reios veniente
Cùm Procyon fureret, cùm ſolis torridus ignis
Flexilibus rimis ſitientes ſcinderet agros,
Hoſpite te noſtros excepit protinus æſtus
Pax, domus, vmbra, latex, benedictio, menſa, cubile.
Omnibus attamen his ſat præſtat, quòd voluiſti
Vt ſanctæ matris ſanctum quoque limen adirem.

Ex variis. & ad matrem viſendam duxerat.

Dirigui, fateor, mihi conſcius, atque repentè
Tinxit adorantem pauidum reuerentia vultum:
Nec ſecus intremui, quàm ſi me fortè Rebectæ
Iſraël, aut Samuel crinitus duceret Annæ.
Quapropter vel te votis ſine fine colentes,
Affectum magnum per carmina parua fatemur.
Seu te flammatæ Syrtes & inhoſpita teſqua,
Seu cœno viridante palus, ſeu nigra receſſu
Incultum magè ſaxa tenent, vbi ſole remoto
Concaua longæuas aſſeruant antra tenebras;

Fauſtus locis aſperis degit, veterum Eremitarum imitator.

Seu te præruptis porrectæ in rupibus Alpis,
Succinctos gelido libantem ceſpite ſomnos
Anachorita tremit, qui quamquàm frigora portet,
Conceptum Chriſti numquàm domat ille calorem,
Quà nunc Elias, nunc te iubet ire Ioannes,
Nunc duo Macarij, nunc & Paphnutius heros,
Nunc Or, nunc Ammon, nunc Sarmata, nunc Hilarion;
Nunc vocat in tunicâ nudus te Antonius illâ,
Quam fecit palmæ foliis manus alma magiſtri;
Seu te Lirinus priſcum complexa parentem eſt,
Quâ tu iam fractus pro magnâ ſæpè quiete
Diſcipulis ſeruire venis, vixque otia ſomni,
Vix coctos captare cibos, abſtemius æuum
Ducis, & inſertis pingis ieiunia pſalmis;

Sæpè Lerinum reuiſit.

Fratribus inſinuans, quantos illa inſula plana
Miſerit in cælum montes, quæ ſancta Caprasi
Vita ſenis, iuueniſque Lupi, quæ gratia Patrem
Manſit Honoratum; fuerit quis Maximus ille,
Vrbem tu cuius monachuſque, Antiſtes, & Abbas,
Bis ſucceſſor agis; celebrans quoque laudibus illis
Eucherij venientis iter, redeuntis Hilarij;
Seu te commiſſus populus tenet, & minor audet
Te medio tumidos maiorum temnere mores;
Seu tu ſollicitas curas quâ languidus eſcâ

Peregrinos, captiuoſq; curat,

Quive peregrinus viuat, quid paſcat & illum
Lubrica crura cui tenuat ſub compede carcer:
Seu, magè funeribus mentem diſtractus humandis,
Liuida defuncti ſi pauperis oſſa vireſcant,
Infaſtiditum fers ipſe ad buſta cadauer:

& funera pauperum.

Seu te conſpicuis gradibus venerabilis aræ
Concionaturum plebs ſedula circumſiſtit,
Expoſitæ legis bibat auribus vt medicinam;
Quicquid agis, quocumque loci es, ſemper mihi Fauſtus,
Semper Honoratus, ſemper quoque Maximus eſto.

DE S. VALERIO

EPISCOPO SVRRENTINO IN ITALIA.

XVI. IANVAR. *S. Valerij natalis, acta, ætas.*

SVRRENTVM *maritima Campaniæ vrbs eſt, haud procul à Mineruæ promontorio. Hîc Antiſtes fuit* S. Valerius, *cuius natalem hoc die Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, & generali catalogo SS. conſignat. Quinque coluntur præcipui vrbis Surrentinæ tutelares,* S. Antoninus *Abbas XIV. Februarij, Epiſcopi quatuor,* S. Renatus *XII. Nouemb.* Valerius *hic noſter XVI. Ianuarij,* S. Athanaſius *XXVI.* S. Baculus *XXIX eiuſdem. Eorum geſta Dauid Romæus Surrentinus Presbyter collegit, ſed de* Valerio *omnino pauca, vt qui ne tempus quidem aſſecutus ſit, quo is vixerit. Conſtat tamen certè poſt S. Renatum, qui quinto ſeculo floruit, vixiſſe; ante Rodoaldi Ducis, qui circiter annum 650. Beneuentanum principatum tenuit, aut Romoaldi illius nepotis ætatem.*

VITA AVCT. DAVIDE ROMÆO.

1 DE Valerio Surrenti Pontifice quæ diceremus, illa ferè habuimus, quæ *a* in vitâ Renati, & *b* Antonini ſcripſimus: non enim res eſt eiuſmodi, vt coniecturâ propiùs poſſimus accedere, etiamſi coniectura difficilis non ſit: tamen ne quod nobis veriſimile, aliis ſecus videatur, in dilatandâ oratione verecundi & parci eſſe volumus: & Valerium, vt primùm ex pueris exceſſit, atque ab iis artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem & ſanctitatem informari ſolet, vt omne tempus ætatis poſſet in tranquillitate ſine moleſtiâ degere, ſe ad ſolitudinem contuliſſe, paruamque ædiculam continentem & adiunctam D. Renati templo ſibi conſtruxiſſe.

a b

ſolitariè degit,

2 Ibi vitam cum virtute in egeſtate inter feras degens, in eam Dei familiaritatem venit (erat hæc neceſſitudo nota omnibus) vt ab eo peterent multa, & per eum omnia à Deo haberent, qui eius cauſsâ faceret omnia. Surrentini, qui ſtudioſiùs ac diligentiùs, quàm hoc tempore, omnia quæ ad Dei cultum arbitrabantur pertinere, curabant & pertractabant, cùm extitiſſet tempus ſibi optatum & ſperatum, Valerio inuitiſſimo Pontificatum mandarunt: cognitum enim benè eum habebant.

claret miraculis,

AVCTORE DAVIDE ROMÆO.

Quâ in poteſtate benè ſe gerentem Ieſus Chriſtus, qui dixerat: Volo, Pater, vt vbi egò ſum, illic ſit & miniſter meus, iuuenem ad ſe accerſit XVII. Kalend. Febr. & in eadem ædiculâ, quam viuus ante Pontificatum incoluerat, ſepultus eſt. Quibus annis hoc fuit, non reperi, vt dictum eſt.

moritur.

ORATIO. Omnipotens ſempiterne Deus, qui hoſtium mirabilem defenſorem noſtrum, atque patrocinabilem virum beatiſſimum Valerium Confeſſorem tuum & Pontificem nobis præeſſe iuſſiſti; eius corporis depoſitionem, ac annua ſolennia deuotè celebrantibus victoriam ex hoſtibus, & veniam de offenſis, largire propitius. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

a *Subiicimus ex vitâ* S. Renati *ab eodem Romæo ſcriptâ miracula quædam.*

b *In vitâ* S. Antonini *ſæpius apparuiſſe cum ceteris Surrenti tutelaribus Diuis* Valerius *legitur.*

MIRACVLA

ex vitâ S. Renati, eodem auctore.

1 LOngobardi, quæ gens ex *a* Schandiâ inſulâ profecta propter maiorem barbam in Italiâ cognomen inuenit, & *b* Longobarba priùs, deinde Longobarda vocari cœpit, templa Dei immortalis, tecta vrbium, Italiam denique totam ad exitium & vaſtitatem vocabant. *c* Rodoaldus illorum Dux cùm obſideret, oppugnaret, ac labefactaret Surrentum, & ad murum caſtra poſuiſſet, nec ciues frangere domareque poſſet, nulluſque eſſet modus, qui ab eo tentatus non eſſet, interuenit vnus & alter caſus mirificus, diuinus ac penè incredibilis, vel teſtis huius rei, vel ſponſæ benignitatis Dei.

a
b
Rodoaldus Surrentum obſidet.
c

2 Comprehenderant hominem quemdam, cui nomen erat Felix, è Surrentino, apud quem ſuæ acerbitatis virus euomere volebant: nam vinctum, ac religatum ducebant ad mortem. Cumque veniſſent ad pontem lapideum, in quo flexus eſt ad iter ad ſepulcra DD. Valerij & Renati, vbi ferro trucidare decreuerant; Felix mortem ſibi ob oculos verſari videns, ac ex illorum ferro & manibus elabi, & non modò effugium, ſed ne moram quidem mortis aſſequi poſſe, hac re terribili obiectâ, tremebat & exalbeſcebat, ſecumque loquens Deum DD. Valerij & Renati, quibus rogantibus de Surrento, nihil negaret, vt ſe vindicaret ac liberaret ab eis, precabatur ſcientiâ menteque diuinâ: ſeque ex illâ altiſſimâ torrentis ripâ in aquam præcipitauit. Hoſtes eum fractis omnibus membris à ſaxis eſſe mortuum credentes, eius corpus canibus & auibus dilaniandum reliquerunt. Pòſt, audientes eum viuere, hoc ſibi perſuadere nequibant: nec omnium oratio eos ad credendum inducere poterat: voluerunt eum videre, datâque fide, reuertit Felix in caſtra, interrogatuſque, ſe commendaſſe reſpondit Diuis Renato & Valerio, & ab illis præcipitantem ſe in ſuâ eſſe adiutum ſalute, & vincula rupiſſe; rogatuſque, eos in illorum ſepulcra duxit.

Quidam mortem euadit, ope SS. Valerij & Renati.

3 Noctu in hoſtium caſtris ſenex D. Renato ſimilis viſus eſt, quem ſuſpicantes villicum aliquem eſſe, vel ſpeculandi cauſsâ in caſtra miſſum, in eum omni impetu irruunt, & cum ferro inuadentes, vt ceruicibus caput abſcinderent, aërem ſecabant; eorum impetus inanes fiebant: & ſenex impetus, tela, etiam incurſus eorum refugiebat. Quod cùm ſæpius feciſſent, formam Diuorum viſam putabant, opinionem habere cœperunt aliquem eſſe Diuum, qui vrbem tueretur, defenderet, cuſtodiret, incolumemque ſeruaret.

S. Renatus in caſtris viſus.

4 Loquentibus de hac re, honorificam nonnulli de DD. Renato & Valerio, diis patriis, qui vrbi præſidebant, mentionem apud Rodoaldum faciebant, de eorum virtutibus ſæpè commemorabant, vt Rodoaldus ſepulchra peteret, eos pecuniâ tentare, vltrò eis ſatis prolixè benigneque multa de ſuis opibus polliceri ſoleret, ac multa ſe illis daturum, non modò decimam, verùm etiam templa dignitatis plena, ampla, & præclara, ſignis, picturis, omnibus rebus ornata atque referta dedicaturum voueret, ſi à Surrentinis receſſiſſent, & pro ſe contra eos ſtetiſſent: eratque in commemorandâ pecuniâ inſolens oſtentatio. Malè ſe res habet, cùm quod virtute effici debet, pecuniâ tentatur.

Sanctos ſibi conciliare Rodoaldus conatur:

5 Quâ de re audiens Agapitus vir & Deo & hominibus cârus ac iucundus, Pontifex eâ tempeſtate Surrenti, ita conturbatus videbatur, vt quamuis quid eſſet optimum factu explicaret, ſollicitum tamen eum habebat cogitatio, tum officij, tum etiam periculi ciuitatis: verebatur ne illa defuiſſet officio, & Diui qui illi loco, temploque præſidebant, aliquibus ibi vitiis offendendis aliò traducerentur: continuò ciuitatem conuocauit: quæ cùm frequens conueniſſet, rem Pontifex aperuit, vt eam oculis cernere viderentur, conſilioque ſuo expoſito, & ad omnia templa ſupplicatione decretâ, orabant, flentes obſecrabant, ne ſua vota & preces à ſuis mentibus repudiarent, magnitudinemque ſui animi cuiuſquam iniuriâ inflecterent, & hoſtes ad ſuam ſententiam traducerent. Diui à Surrentenis exorati eorum preces, ſtudium, & querimoniam aſpernati non ſunt; ſed in precibus, optatis, inediâ eis occurrerunt. Numquàm enim populus, integer præſertim atque innocens, à Deo ſupplex repudiatus eſt.

ſanctiùs id agũt Surrentini, ho E rtante piſcopo.

6 Interim vrbs ab illâ ſceleratâ manu attentabatur: & Rodoaldus ſacerdotibus ab ipſis aris puluinaribus detractis, ad DD. Renati & Valerij ſepulchra itare non deſinebat, eos à contrariâ defenſione abducere, & ad ſuam traducere conabatur. O amentiam miram, dementiam turbulentam, inſaniam non mediocrem! ô ſtultitiam ſingularem! ô ſtupiditatem incredibilem! ô temeritatem hominum inſignem, qui Diuos largitionibus corrumpere, eorum fidem pretio labefactare conabantur! Diui neque præmiorum, neque timoris magnitudine, à iure, à fide, à conſtantiâ diſcedunt. Inſtabat tamen & vrgebat Rodoaldus, liberaliſſimè pollicebatur, & ſe quæ illis promittebat ac recipiebat, ea ſanctiſſimè obſeruaturum, & diligentiſſimè facturum, templumque inſtructum rebus omnibus neceſſariis, egregiiſque picturis locupletatum conditurum, ſi Surrentum ipſos non ſollicitauerit, eius ſalus ac dignitas curæ eis non fuerit: nec intermittebat donum aliquod quotidie templo afferre. Sed res ab lætitiâ ad metum traductæ ſunt. Nam Diui non modò, non faciles in hominibus audiendis ſe præbebant, verùm etiam eos refutabant, oculis fugiebant, auribus reſpuebant, animo aſpernabantur; & quæ in templo inferebantur, per ſe ipſa, nullo adiuuante, ſubitò inde efferebantur, & à nemine tacta foras proiecta extra valuas limenque templi depellebantur.

Dona barbari Ducis Sancti aſpernantur.

7 Ex horum hominum numero quidam irâ elati offenſionem ex hoc facto excipientes, nefario quodam furore & audaciâ inſtructi, Deum & Diuos contemnentes (*d* gens fera, quæ ignorabat qualem Deum habere deceat, cuius numini parent omnia, quique à Chriſtianis vnis intelligitur) fanum ſpoliare cœperunt. Sed eos diu inultos Deus non ſiuit: nam ſacrilegas manus fano afferentes, continuò ab orci ſatellitibus arripiuntur, & in altum à conſpectu penè omnium abſtracti, amentes in parietes, & alter in alterum, cœco impetu incurrebant; frontem & parietem feriebant, fractiſque capitibus mortui conciderunt, ex viuorum numero exturbati, infra mortuos æternis tenebris, vinculiſque mandati ſunt, apud inferos impiorum ſupplicia perlaturi: quorum ſanguine Diuorum ſepulchra, pauimentum, parietes templi, hoc tempore reſperſi dicuntur.

d
Eorum templum violantes, malè pereunt.

8 Quod hoſtium animos à minore curâ ad ſummum timorem traduxit, vt vix expectatis impedimentis fugerint. Diui depulerunt primos, delerunt extremos, ne quam teterrimi belli ſcintillam reliquerunt; Surrentum diuino beneficio affecerunt; vim, pericula, immanitatem, furoremque hoſtium, à ſuorum ceruicibus repulerunt; feli-

Vrbs obſidione liberatur.

feliciter hoſtes à Surrentino reiecerunt, ſuos aliquando ſupplices tot menſes in periculis verſatos leuauerunt: qui magnam Deo, Diuiſque antiquiſſimis vrbis cuſtodibus gratiam habuerunt; quòd iis ducibus iuuantibus breui tempore liberi fuerunt, & tetram illam, tam horribilem, tamque infeſtam Reip. peſtem toties iam effugerunt.

a Scandia, *quâ aliis* Scandinauia, *&* Scanzia, *vulgò nunc* Schaania, *&* Schonia, *Danorum vltra Suntam fretum ampla regio. Aſt eâ voce partem quoque Suecia Norvvegiaq; intellexiſſe nonnulli antiquorum videntur. Inde progreſſos* Longobardos *negant eruditi quidam, & in Germaniâ cis mare Balthicum primas eorum ſedes collocant. Romanus è Paulo Diacono hauſit, qui lib. 1. cap. 2.* VVinilos *illos vocat, atque è Scandinauiâ oriundos.*

b *Imò* Langobarci, *&* Langebardi *dicti. Paulus Diaconus lib. 1. cap. 9.* Certum tamen eſt Langobardos ab intactæ ferro barbæ longitudine, cùm primitus VVinili dicti fuerint, ita poſtmodùm appellatos. Nam iuxta illorum linguam, lang longam, baert barbam ſignificat. *Conſule Germanica Cluuerij, Inſubrica Puteani.* Ex Pet. de Nat. *Langobardi.*

c *Hic* Grimoaldi *Regis frater fuit. Romanus in vitâ S. Antonini refert obſeſſum fuiſſe Surrentum à* Romoaldo *Grimoaldi filio; liberatum ope eiuſdem Sancti. An eadem ſit obſidio, & alserutro loco error in nomine, haud definimus. Hic ille eſt* Romoaldus, *quem Beneuenti Conſtans Heraclij nepos Imperator obſedit, ſed aduentante Grimoaldo fugere coactus.*

d *De Longobardis loquitur hic Auctor quaſi adhuc tum Gentiles fuerint: pleriq; Rodoaldi æuo Chriſtiani erant, ſed quidam adhuc Ariani. At Romoaldus, vti & Grimoaldus parens; Catholici fuêre.*

DE S. TITIANO

EPISCOPO OPITERGINO.

XVI. IAN. 1 OPITERGII (*quod Venetiæ oppidum, quondam nobile, nunc* Oderzo *&* Vderzo *vulgò appellatum*) *colitur XVI. Ianuar.* S. Titianus *eiuſdē vrbis Epiſcopus, ac totius diœceſis Cenetenſis (ſub quâ nunc Opitergium) Patronus. De eo Martyrologium Romanum*: Opitergij S. Titiani Epiſcopi & Confeſſoris. *Vſuardus, Bellinus, Molanus, MS. Florarium*: Item ciuitate Odobergiâ S. Titiani Epiſcopi & Confeſſoris. *Paullò fuſiùs Galeſinius*: Opitergij S. Titiani Epiſcopi & Confeſſoris. Hic Heracleæ genere nobili natus, vrbis Opitergij factus Epiſcopus, non deſtitit & verbo & exemplo vitæ populum ſibi in curam traditum, paſcere. Quo munere diu religiosè perfunctus, ad meritorum præmium abiit in cælum. *Eadem habet Martyrol. Germanicum. Alius colitur* Titianus *Epiſcopus Brixiæ, 3. Martij; alius Laude Pompeiâ, 4. Maij.*

S. Titiani natalis.

2 *Acta S. Titiani qualiacumque ex antiquis monumentis Eccleſiæ Opitergina conſcripſit Philippus Ferrarius. quibus ex Petro de Natal. lib. 2. cap. 89. alia, nec ipſa quoque integra, ſubiiciemus. Aetas nobis S. Titiani ignota.*

VITA EX PHILIP. FERRARIO.

a *S. Titianus ſit Oeconomus Eccleſiæ;*

1. TItianus Heracleæ, (quæ Venetiæ *a* in orâ maris Hadriaci ſita erat) nobili genere natus, ac à primâ ætate in litteris & pietate educatus, à S. Floriano primo Opitergij Epiſcopo Diaconus creatur, ac Opiterginæ Eccleſiæ Oeconomus, vt præcipuè pauperum curam gereret. Quo in munere ſummam apud omnes laudem conſecutus eſt.

b *dein Epiſcopus, ſecedente S. Floriano.*

2 Accidit autem, vt eo tempore *b* S. Florianus pro nonnullis Eccleſiæ ſuæ grauibus negotiis ad *c* aulam regiam ſe conferret. Sed ante diſceſſum conuocatis omnibus cauſſam ſuæ profectionis aperit, ac vt, ſi intra annum ad eos non rediret, ſibi alium Paſtorem eligerent, certò ſe ex hac vitâ migraſſe ſcientes, dixit. Profectus itaque ad Regem, etſi reuerti poterat ad Eccleſiam, martyrij tamen cupidus, *d* in alienam prouinciam ad Euangelium prædicandum ſe recepit. Quare Opitergini anno tranſacto Epiſcopum ſuum obiiſſe rati, Titianum miro totius populi conſenſu in Epiſcopum ſibi deligunt.

d

3 Qui non multò pòſt cùm S. Florianum viuere accepiſſet, ad eum ocyus contendit. Cui Florianus obuians ita dixiſſe fertur: O Titiane Epiſcope venerande, cur gregem tibi commiſſum dereliquiſti? Titianus verò ad eius pedes prouolutus reſpondit: Ne Pater gregem tuum, oro, dimittas, ſed ad priſtinam Sedem reuertere, cùm te viuente alius Præſul eſſe non poſſit. Verùm Florianus in propoſito conſtans, & haud Titiani precibus commotus; illum ad ſuum Epiſcopatum redire iuſſit. Ipſe autem Florianus per diuerſa loca prædicando, multoſque Chriſto lucrifaciendo tandem ſancto fine quieuit. Titianus Opitergium reuerſus munus Epiſcopale ſanctiſſimè proſecutus, & ipſe ad extremum multis onuſtus meritis, claruſque miraculis migrauit ad Chriſtum.

Florianum reducere conatur, fruſtrà.

a *Leander in Marchiâ Taruiſinâ*: Quamuis Opitergium nunc ſupra XXX. a muri lapidem abſit, olim tamen oræ propinquum erat: etenim claſſem ciuili bello Cæſaris & Pompeij habuiſſe conſtat Opiterginos; prætereaque gradus adhuc id hic docent marmorei, quibus olim naues in portum pertractæ conſcendebantur. *De gradibus alij examinent. Potuit eorum claſſis morari in* Liquentiæ portu; *aut certè nauibus imponi epibata ac milites quos ſubmiſiſſet oppidum Opitergium. Nec in Belgio noſtro quacumque naues inſtruunt, aut claſſiarios ſuppeditant, omnes mari adiacent ciuitates. Situm eſt* Opitergium *ad* Mutecam, *ſiue* Mutecum, *torrentem, qui vulgò* Mottegan *dicitur. Plinius lib. 3. cap. 19. diſertè* in mediterraneo regionis decimæ *locat.* *Opitergium vbi ſitum.*

b *Vbi aut quo die hi colatur, non comperimus.*

c *Videtur Imperatoris aula intelligi. Nam ſi Gothorum aut Longobardorum vicinam adiiſſet, non egebat annuo ſpatio.*

d *Non dubium, quin id vel Apoſtolica Sedis nutu, vel inſtinctu Numinis extraordinario vir ſanctus ſuſceperit.*

ALIA VITA EX PETRO DE NAT.

a *S. Titiani vitæ epitome.*

1 TItianus Epiſcopus ortus *a* Heracleâ ciuitate, nobili genere, à Floriano Opitergienſi Epiſcopo eruditus eſt, & in Preſbyterum ordinatus. Quo quidē propter amorem martyrij Epiſcopatui cedente, Titianus à populo electus eſt in Epiſcopum. Qui gregem Domini optimè pauit ſermonibus & exemplis, & ſanctitate pollens in pace quieuit XVII. Kal. Februarij, ſepultuſque eſt primò in ciuitate Opitergienſi.

Corporis tranſlatio prima ad Septimū;

2 Cuius parentes ad eum venientes, & iam mortuum reperiētes, corpus noctu furati ſunt, vt in patriam deferrent. Quos manè populus armatus inſecutus eſt pro corpore redimendo. Et dum propter hoc ad inuicem bellum vellent aſſumere, apparuit ſenior, qui eis concordiam ſuadens, conſuluit, vt corpus ſolum in nauiculâ dimitterent, & diuinæ voluntati exponerent, quò Deus vellet deferendum. Quod cùm feciſſent, diſparuit ſenior; & nauicula per flumen *b* Liuentiæ iter ſurſum contrariis vndis tenens, deuenit ad locum, qui dicitur Septimus, & ibi quieuit: corpus autem terræ depoſitum.

b

ſecunda, Cenetam.

3 Dum iterum de ipſo habendo multorum locorum incolæ contenderent; conſilio ſenioris præfati iterum apparentis, diuinum oraculum implorabant. Et poſt ieiunium triduanum, diuinâ reuelatione vitulus cum matre vehiculo iungitur, & corpus ſuperponitur, & quò vellent abire dimittuntur. Qui ipſum ad ciuitatem *c* Cenetenſem deduxerunt, ibique ſubſtiterunt: vbi & muliet à dæmonio obſeſſa, meritis ſancti corporis liberatur. *d* Ibique digno honore tumulatur: quò & Epiſcopatus Opitergienſis tranſlatus eſt.

c

d

a *Leander ſcribit* Heracleam *à Concordienſibus & Altinatibus poſt ſuarum vrbium & Aquileiæ cladem eſſe conditam, & in* Heraclij *Imperatoris gratiam ita denominatam; poſteà ab Hunnis crematam.* *Heraclea.*

Ex S. Gregorio. *matam. Necdum tamen explorata hinc* S. Titiani *ætas, quòd potuerit eo loco editus in lucem fuisse, qui deinde in ciuitatem munitus, decij Imperatoris nomine appellatus.*

Liquentia fl. b Flumen Liquentia ex montibus Opiterginis, & portus eodem nomine. *Ita Plinius lib. 3. cap.* 18. Liuenza *nunc vulgò dicitur. In eum illabitur infra Opitergium* Muteca *amnis.*

Ceneta. c Ceneta, *aliis* Cenita, *vulgo* Ceneda; *Agathia* Ceneſta, *forſan mendosè; vrbs est Episcopalis, sub Patriarchâ Aquileiensi, in Venetiâ, supra Opitergium.*

d *Recolitur ea Translatio annuâ memoriâ* 13. *Iunij, vti Ferrarius in gener. catal. SS. scribit.* Cenètæ in Venetiâ, *inquit,* Translatio S. Titiani Episcopi Opitergini. *In recenti quodam MS. reperimus adnotata* 29. *Maij hæc verba:* S. Titiani Episcopi. *an ea prior fuerit translatio, an verò de Laudensi Titiano sermo sit, nos latet.* *Translatio S. Titiani.*

a *a VITA S. LIBERATÆ VIRGINIS,

AVCTORE PHILIPPO FERRARIO.

b Circiter an. D. XVI. Ian. *c d e S. Liberata frater, sorores, f festum.*

Liberata nobilis virgo Ticinensis, soror S. *b* Epiphanij Episcopi fuit. Tres habuit sorores itidem virgines & sanctas: quarum *c* Luminosa & *d* Honorata in monasterio; ipsa verò & *e* Speciosa quæ sponsum habuit, in propriâ domo, quasi in cœnobio, cælibem & Deo caram vitam in orationibus & piis operibus duxerunt. Cùm Liberata ex hac vitâ decessisset, corpus illius in ecclesiâ, quæ nunc S. Epiphanij nuncupatur, apud corpus S. Speciosæ sororis *f* conditum fuit. Cuius memoria hac die in dictâ ecclesiâ à Canonicis regularibus recolitur.

a *Hanc vitam ex gestis sororum & tabulis illius Ecclesiæ concinnauit Ferrarius: cùm peculiaris eius* vita nec MS. nec typis euulgata reperiatur, *vt ait in Catal. SS. Italiæ, qui & in gener. catal. SS. eius meminit.*

b *Vitam eius dabimus* 21. *Ianuar. in quâ tamen nulla* Liberatæ *aut* Speciosæ *mentio, licet eam vitam hic in Notis citet Ferrarius.*

c *De* S. Luminosâ *agemus* 9. *Maij. Ex S. Epiphanij vitâ colligi non potest eam illius sororem fuisse, sed potiùs contrarium.*

d S. Honoratæ *vitam dedimus* 11. *Ianu.*

e *Colitur* S. Speciosa 18. *Iunij.*

f *Ferrarius in Notis ad gener. Catal. SS. testatur ibi adhuc asseruari.*

DE S. HONORATO ABBATE

FVNDIS IN ITALIA.

aliquot in Italiâ fuerat, tandem victus à Narsete, vt mox ad vitam S. Treuerij *adnotabimus.*

VITA EX S. GREGORIO. l. 1. Dial.

VI. Secvlo. XVI. Ianvar. *S. Honorati natalis,*

1 *Sancti Abbatis* Honorati *in vetustioribus Martyrologiis necdum reperimus nomen. Celebratur in Romano, hoc elogio:* Fundis in Campaniâ S. Honorati Abbatis, cuius meminit B. Gregorius Papa. *Referunt eum quoque hoc die Carthusiani Colonien. in Addit. ad Vsuard. Maurolycus, Felicius, Galesinius, Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ; Martyrologium Germanicum, Gallicum, Belgicum, Arnoldus Vion, Hugo Menardus, Benedictus Dorganius, Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 88.*

commemoratio aliis diebus; 2 *In MS. quodam, sed non admodùm vetusto Kalendario SS. ord. S. Benedicti refertur* 30. *Aprilis his verbis:* Ipso die S. Honorati Abbatis Fundensis. *Ast in Martyrologio Gallobelgico,* 17. *Decembris; quo die testatur Ferrarius eum ab aliis coli,* fortè ob aliam eius, *inquit,* eo die festiuitatem.

vita, 3 *Gesta eius descripsit S. Gregorius lib.* 1. *Dialog. cap.* 1. *&* 2. *vbi & quo tempore vixerit ostendit, dum* S. Libertinum *eius discipulum ait tempore Totilæ Regis Gothorum, qui ab anno* 541. *ad* 552. *regnauit, eiusdem Fundensis monasterij Præpositum fuisse; &* Laurentium, *à quo ista accepit S. Gregorius, quique tum adhuc, cùm ista scriberet, superstes erat, ei familiarissimum fuisse. Vnde corrigas quod in Martyrologio Germanico ad marginem adnotatum est floruisse eum* anno Domini 400.

ætas,

monasterium vbi situm. 4 *Ambigat quispiam quo loco situm S. Honorati monasterium fuerit, siue quis locus ille qui* Fundis *dicitur. Fundos Latij noui ciuitatem inter Tarracinam & Lirim flumen, intelligit Baronius aliique, sed quòd* in Campaniâ *locant, cùm eis Lirim sit, qui Campaniæ Latiique limes, id propterea fit quòd nunc* Terræ Laboris, *siue* Campaniæ felici, *& regno Neapolitano adnumeretur. Martyrologium Gallobelgicũ disertè in* Campaniâ Romanâ, *quod est Latium, ponit. At Galesinius procul à Fundanâ ciuitate,* in Samnio *fuisse id monasterium scribit:* Fundis, *inquit,* in Samnio Sancti etiam Honorati Abbatis *&c. fortè quòd in Samnio natus sit Honoratus. At S. Gregorius in Campaniâ statuere videtur cap.* 2. *lib.* 1. *Dial.* Eodem verò tempore, *inquit,* in Campaniæ partibus Bucellinus cum Francis venit. De monasterio verò præfati viri famuli Dei rumor exierat, quòd pecunias multas haberet. Ingressi oratorium Franci cœperunt sæuientes Libertinum quærere, Libertinum clamare, vbi in oratione ille prostratus iacebat. Mira valdè res: quærentes sæuientesque Franci, ingredientes in ipso impingebant, & ipsum videre non poterant; sicque suâ cœcitate frustrati, à monasterio sunt vacui reuersi. *Buccellinus Dux fuit Theodeberti Francorum in Austrasiâ Regis, postquàm latè grassatus annis*

S. Honorati patria: 1 Venantij quondam Patricij in Samnij partibus villa fuit, in quâ colonus eius filium, Honoratum nomine, habuit. Qui ab annis puerilibus ad amorem cælestis patriæ per abstinentiam exarsit. Cumque tam magnâ conuersatione *abstinentia,* polleret, seque iam ab otioso quoque sermone restringeret, multùm, vt præfatus sum, per abstinentiam carnem domaret; die quadam parentes eius vicinis suis conuiuium fecerunt, in quo ad vescendũ carnes paratæ sunt, quas dum ille ad esum cõtingere per abstinentię amorem recusaret, cœperunt eum parentes eius irridere, ac dicere: Comede, numquid piscem in his mon- *irrisio,* tibus tibi allaturi sumus? Illo verò in loco pisces audiri consueuerant, non videri. Sed cùm his sermonibus Honoratus irrideretur, repentè in conuiuio aqua ad ministerium defuit, & cum situlâ ligneâ, sicut illic moris *miraculo honorata.* est, mancipium ad fontem perrexit. Dumque hauriret aquam, piscis situlam intrauit; reuersumque mancipium ante ora discumbentium piscem cum aquâ fudit, qui ad totius diei victum potuisset Honorato sufficere. Mirati sunt omnes, totaque illa parentum irrisio cessauit. Cœpêre namque in Honorato venerari abstinentiam, quam antè deridebant, sicque à Dei homine irrisionis detersit opprobria piscis allatus de fonte.

2 Qui cùm magnis virtutibus cresceret, à prædicto domino suo libertate donatus est, atque in eo loco, qui *a* Fundis dicitur, monasterium construxit; in quo du- *a Monasterium ab eo extructũ.* centorum ferme monachorum Pater extitit: ibique vita illius circumquaque exempla eximiæ conuersationis dedit.

3 Nam quadam die ex eo monte, qui eius monasterio in excelso prominet, ingentis saxi moles eruta est, quæ per deuexum montis latus veniens, totius ruinam cellæ, omniumque Fratrum interitum minabatur. *Miraculum cadentis saxi, crucis signo repressi.* Quam cùm venientem desuper vir sanctus vidisset, frequenti voce nomen Christi inuocans, extensâ mox dexterâ signum ei crucis opposuit, eamque in ipso deuexi montis latere cadentem fixit; sicut religiosus vir Laurentius perhibet. Et quia locus ei non fuerat quo inhærere potuisset, aspicitur, ita vt nunc vsque montem cernentibus, cassura pendere videatur.

4 Pe-

4 PETRVS. Putásne, hic tam egregius vir, vt pòst Magister discipulorum fieret, priùs habuit Magistrum?

b Magistrũ vitæ spiritualis quæ habuerit.

GREGORIVS. Nequaquàm *b* hunc fuisse cuiusquam discipulum audiui. Sed lege non constringitur sancti Spiritus donum. Vsus quidem rectæ conuersationis est, vt præesse non audeat, qui subesse non didicerit; nec obedientiam subiectis imperet, quam Prælatis non nouit exhibere. Sed tamen sunt nonnulli, qui ita per magisterium Spiritus intrinsecus docentur, vt etsi eis exteriùs humani magisterij disciplina desit, Magistri intimi censura non desit. Quorum tamen libertas vitæ ab infirmis in exemplum non est trahenda: ne dum se quisque similiter sancto Spiritu impletum præsumit, discipulus hominis esse despiciat, & Magister erroris fiat. Mens autem quæ diuino spiritu impletur, habet euidentissima signa sua, virtutes scilicet & humilitatem, quæ si vtraque perfectè in vnâ mente conueniunt, liquet quod de præsentiâ sancti Spiritus testimonium ferat. Sic quippe etiam Ioannes Baptista magistrum habuisse non legitur; neque ipsa veritas, quæ corporali præsentiâ Apostolos docuit, eum corporaliter inter discipulos aggregauit. Sed quem intrinsecus docebat, extrinsecus quasi in suâ libertate reliquerat. Sic Moyses in eremo edoctus mandatum ab Angelo didicit, quod per hominem non cognouit. Sed hæc, vt prædiximus, infirmis veneranda sunt, non imitanda.

5 Alio quoque tempore pro caussâ monasterij, Abbatis iussu, qui Honorato eius Magistro successerat,

c *c* Rauennam pergebat. Pro amore verò eiusdem venerabilis Honorati, quocumque Libertinus ibat, semper

d eius *d* caligulam in sinu portare consueuerat. Itaque dum pergeret, accidit, vt quædam mulier extincti filij corpusculum ferret. Quæ dum seruum Dei fuisset intuita, amore filij succensa, iumentum eius per frenum tenuit, atque cum iuramento dixit: Nullatenus recedes, nisi filium meum suscitaueris. At ille inusitatum habens tale miraculum, expauit petitionem illius, iuramenta declinare mulieris voluit, sed nequaquam præualens animo hæsit. Considerare libet quale, quantumque in eius pectore certamen fuerit. Ibi quippe pugnabat inter se humilitas conuersationis, ac pietas matris; timor ne inusitata præsumeret, dolor ne orbatæ matri non subueniret: sed ad maiorem Dei gloriam vicit pietas illud pectus virtutis, quod ideò fuit validum, quia deuictum: virtutis enim pectus non esset, si hoc pietas non vicisset. Itaque descendit, genua flexit, ad cælum manus tetendit, caligulam de sinu protulit, & super extincti pueri pectus posuit. Quo orante, anima pueri ad corpus rediit: quem manu comprehendit, ac flenti matri viuentem reddidit, atque iter quod cœperat peregit.

EX S GREGORIO.

Mortuus admotis reliquiis S. Honorati resuscitatus.

6 PETRVS. Quidnam hoc esse dicimus? virtutem tãti miraculi Honorati egit meritũ, an petitio Libertini?

eius meritis & discipuli fide.

GREGORIVS. In ostensione tam admirabilis signi cum fide feminæ virtus conuenit vtrorumque: atque ideò Libertinum existimo ista potuisse, quia plus didicerat de Magistri, quàm de suâ virtute confidere. Cuius enim caligulam in pectus extincti corpusculi posuit, eius nimirum animam obtinere quod petebat, æstimauit. Nam Helisæus quoque magistri pallium ferens atque ad Iordanem veniens, percussit semel, & aquas minimè diuisit. Sed cùm diceret: Vbi est Deus Heliæ etiam nunc? percussit fluuium magistri pallio, ac iter inter aquas fecit. Perpendis Petre quantum in exhibendis virtutibus humilitas valet? Tunc exhibere magistri meritum virtutem potuit, quando magistri nomen ad memoriam reduxit. Qua enim ad humilitatem sub magistro rediit, quod magister fecerat & ipse fecit.

a *Alij* Fondis *legunt. Felicius*, Iundis.

b *Hinc meritò ambigi queat, an deinde S. Benedicti, æqualis fui, instituta capessiuerit; quod supponunt VVion, Menardus, & alij.*

c *Vbi sedes erat Regum Gothorum, ac deinde Exarchorum.*

d *Zacharias Græcè vertit καλλίγιον, quod Meursius interpretatur crepidam. Est certè caliga calceamenti genus, de quo præclaram dissertatiunculam edidit ante annos 22. Iulius Nigronius noster.*

a VITA S. TREVERII MONACHI,

ex veteri MS. Prioratus S. Treuerij

eruta à Pet. Franc. Chiffletio Soc. IESV.

CAPVT I.

S. Treuerij monastica professio. iter in Bresciam.

SECVLO VI. XVI. IAN. 1 *b* VENERANDI viri, cultuque religionis imitandi, B. *b* Treuerij monachi vitam memoriæ commendando, stylo patefacere nitimur, quæ & quanta sui laboris studuit subire certamina, & nostris egregiè exempla monstrando temporibus, memoriam dimiserit sæculis: vt non solùm ille sui laboris fructũ reciperet, verùm etiam quosque ad sui certaminis imitationem postmodùm traxerit, doceat, post glorioſum triumphum, & peccatorum medicinam, & æterni præmij capere supplementa. Ab ipsis ergo primordiis, & loco quo exortus fuerit, sunt prosequenda.

2 Ortus igitur venerandi, cultusque Treuerij monachi infra regiones *c* Neustrasiorum, ex genere Romanorum, *d* Caturcinensi territorio fuit. In pago autem *e* Tarouuanensi monasterium, quod in suburbano Tarouuannicæ vrbis situm erat, expetiit: & dum cum gratiarum actione omnes Clerici eum plenâ deuotione ad Abbatem suum commendarent, communi pro ipso ad Dominum oratione expletâ in monasterio recipi fecerunt. Erat enim eo tempore, quo Gallia sub imperij iure *f* Iustini consulis extitit, ipsum monasterium iuxta fluuium nomine *g* Vlte, & *h* prope pelagus. Vbi ipse vir beatus Treuerius, & integrâ deuotione obediens, dum iam ætatis suæ tempora octo lustra haberent, Clericatus susceperit dignitatem.

c *d* *e* *S. Treuerij patria, & genus.*

f *g* *h* *Fit monachus in Belgio.*

3 Cumque iam Galliarum, Francorumque Reges suæ ditioni, sublato Imperij iure, gubernacula ponerent, & postpositâ Reipublicæ dominatione, propriâ fruerentur potestate; euenit vt *i* Theudebertus filius Theuderici, Clodouei quondam filij, bellum Italiæ inferret, transactis Alpibus Italiam inquietaret; celerque reuersus, dimissis Ducibus, quibus summam bellorum commiserat, Mummoleno, & *k* Buccileno, ipse ad patriam repedauit. At tunc fortè Francorum populis regiones Burgundiorum hostiliter debellantibus, puerilesque indoles captiuas secum reducentibus, duo pueruli nomine Radigniselus, & Salsufur de pago *l* Dombensi, vbi Briscia dicitur, iuxta fluuium Araris, siue *m* Sagonnæ, de villâ, siue Vtingâ, quæ sex millibus à Prissianico vico distat, vbi & riuulus præterfluit, qui dicitur Monienta, ab hostibus capti, in regionem Neustrasiorum, iuxta Taroannam ciuitatem abducti fuerunt. Cùm verò ipse Abbas suprascripti monasterij ab iis inquireret, qui ipses pueros detinebant, si pretium pro ipsis acciperent, & ei in potestatem traderent, illis gauisis complacuit pretium accipere & Abbati per B. Treuerium miserunt.

i

k *Duo pueri captiui à Burgundiâ abducti,*

l

m

redempti ab Abbate S. Treuerij:

4 Tunc S. Treuerius ipsos pueros scisciari cœpit, si ad patriam reuerti cuperent. At illi cum magno gemitu & lacrymis desiderij sui optionem indicantes reuerti se velle dixerunt, & de propriis hæreditatibus parentum suorum, tertiam partem ei, qui eos reduceret, cum omni cordis affectu se daturos spoponderunt, Cùm autem homo Dei Treuerius Abbati suo omnia exposuisset, post tres annos cum alimento, victu, & vestitu munerati, ab ipso absolutè dimissi, & comite eis

à Treuerio post 3. annos in patriam reducuntur.

B. Tre-

Ex MSS. B. Treuerio dato,cum anxietate cordis iter capere cœperunt.

5 Cumque introiſſent in vaſtitatem eremi, atque in opacis ſiluæ, cui nomen erat Memficus, iam triduo aberrarent; territus vir Dei Treuerius, ne à beſtiis deuorarentur, flexis genibus orationi incubuit, vt miſericordiam Chriſtus cum ipſis faceret; & Angelum ducem haberent, qui recto itinere viam pacis, gradiendi proſperitatem tribueret. Hac igitur oratione expletâ, ecce beſtiæ, videlicet duo lupi, manſueto aſpectu leniter venientes, flexo capite, auriculis demiſſis, adulantibuſque caudis innuebant iter eorum per ſemitam antecedentes ad viam publicam, eoſque ad errorem ſolitudinis dirigentes, quo ipſi recognoſcere potuerunt cœptum opus itineris, gradientes ad patriã,in diœceſim Lugdunenſis vrbis, in Briſciâ, ad locum iam dictũ deuenerũt.

lupis ducibus, in viam redeunt.

a *In nullo Martyrologio* S. Treuerij *reperimus nomen, ne in Gallicano quidem Sauſſaij. Extat tamen certè eius nomine nuncupatum oppidulum in ditione Dombenſi, vulgò* S. Triuier, *vix duabus ab Arari leucis.*

b *In MS. ſæpius Treuerius, quandoque Triuerius ſcriptum erat.*

Neuſtria. c Neuſtria *dicta pars occidentalior Galliarum, quaſi* VVeſtria, VVeſt-rijck, *id eſt,* occidentale regnum. Auſtraſia, Ooſt-rijck, orientale regnum, *qui Rhenum & Orientem ſpectat tractus.*

Cadurci. d Cadurci *Aquitaniæ I. populi, vulgò nunc* Quercij; *eorum metropolis* Ciuitas Cadurcorum, *vulgò* Cahors, *ſub Bituricenſi Archiepiſcopo.*

e Taruanna *Morinorum vrbs antiquiſſima in Belgicâ II. exciſa an.* 1553. *à Carolo V.*

f *Conſulatum primum geſſit* Iuſtinus *ſenior an. Chriſti* 519. *ſecundum* 524. *Pleraq; tum Galliarum Franci, Gothi, Burgundiones tenebant.*

Vlte fl. g *Eruditè huius monaſterij ſitum diſcuſſit Iacobus Malbrancus noſter lib.* 2. *de reb. Morin. cap* 43. *cenſetq; legendum hîc* Vlter; *quaſi* Legia, *ſiue* Liſia, *qui Taruannam perlabebatur fluuius, Romanis à Remorum metropoli tendentibus in Britanniam,* Citerior *dictus ſit; alter fluuius paullò vltra primum lapidem* Vlterior. *Hoc monaſterium à S. Victricio Rotomagenſi extructum coniicit ante annum* 400. *ab Hunnis euerſum, reſtauratum à S. Antimundo.*

h *Nam eo vſque æſtus marinus penetrabat, & propè aberat* Sinus Itius, *in quem ſeſe* Vlterior *hic riuus effundebat: qui* Sinus Itius, *vt idem cenſet, ſenſim* Sitius, *&* Sitiu *dici cœpit. Eâ certè ratione Latinas voces paullatim exoleuiſſe, alibi licebit obſeruare. De* Itio *aliter alij arbitrantur.*

Theodebertus I. i *Regnauit* Theodebertus *in Auſtraſiâ ab an.* 534. *ad* 548. *De eius in Italiam expeditione circa an.* 540. *agit Aimoinus lib.* 2. *c.* 21. *Procopius lib.* 2. *de bello Gothico, Gregorius Turon. lib.* 3. *cap.* 32.

Buccelinus Dux. k Buccelenum *vocat Marius Auenticen.* Butilinum *Agathias, qui teſtatur gente Germanum fuiſſe, ſed magnam cum fratre* Leuthari *apud Francos potentiam conſecutum.* Buccelinus *per annos aliquot Italiam Siciliamq; infeſtauit, & Romanum ſæpè exercitum ſuperauit. Tandem exercitus eius dyſenteriâ attritus, à Narſete profligatus eſt, ipſeq; occiſus. Ita ferè Appendix ad Marcellini chronicon.*

l *Vulgò* la ſouueraineté de Dombes, *Papirio Maſſono* Vmbarum regio *dicitur. Sita eſt intra Breſſanenſem prouinciam, aut Principatum, qui Arari ac Rhodano incluſus, à Burgundia Comitatu Lugdunum vſque protenditur, vulgò* Breſſia, *hîc* Briſcia, *Gallicè* Breſſe.

Breſſia.

Araris. m *Ammianus Marcellinus,* Sauconnam *appellari ſcribit, Gallicè vulgò* Saone, *&* Sone.

CAPVT II.

Sancta vita, mors.

Treuerius in cellulâ degit: 6 AT illi, qui de captiuitate adducti fuerant, de omni ſubſtantiâ parentum ſuorum homini Dei attulerunt. Igitur vir Dei Treuerius piè in corde ſuo conferens, ne terrena donaria eum à deuotione Chriſti ſepararent, eis fertur dixiſſe: Hæreditas patrum veſtrorum vobis ſufficiat; verumtamen beneficium neceſſitati meæ indulgete hoc, vt iuxta habitaculum veſtrum cellulam puſillam, & hortulum paruulum habeam. Quod illi ſine morâ gaudentes facere, impleuerunt.

oues paſcit, 7 Poſt hæc autem præfatus Dei cultor ouiculas eorum multo tempore paſcens ibidem habitauit, hæc ſecum meditatione peruigili indeſinenter conſiderans: Si ad loca vnde huc acceſſi reuerſus fuero, ne fortè prolixitas interualli defatigatum me redire impediat, atque terrarum quarumlibet periculum incurram pertimeſco: quòd ſi me caſus euadendi diuinâ ſubueniente cuſtodiâ illuc vſque perduxerit, ſuſcipiendi honoris ne immeritò grauer pondere vereor, ac per hoc propoſitę ſeruituti diuinæ religionis inobediens cultor exiſtam.

8 Hæc igitur, vt dictum eſt, dum quotidie meditaretur, exilij ſolitudinem pro nomine Chriſti ſubire, potiorem elegit ſententiam; Dauid Prophetam recolens, non dedignatum paſcendarum ouium ſuſcepiſſe cuſtodiam; Iacob quoque memorans exilium appetiiſſe; atque Moyſem in alienæ regionis peregrinatione, aduenam multo tempore fuiſſe. Itaque die noctuque pſalmis, hymnis, canticis ſpiritalibus, iciuniis, ac vigiliis, & orationibus, cum lacrymarum vbertate ad Dominum inſiſtens, deſiderij ſui ſatagebat explere laborem; id ſecum voluens, quo pacto ac viuendi more ſeipſum inſtitueret, cùm in pſalmo triceſimo octauo habeatur, Exaudi Domine orationem meam, ne ſileas, quia incola ſum apud te in terrâ, & peregrinus, ſicut omnes patres mei. & item in alio pſalmo: Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Et iterum: Mandata Dei ſcrutari, niſi quieta mens non poteſt. Ad ipſum Domini quoque recurrens dictum, Martha occuparis, & ſatagis circa multa: porrò vnum eſt neceſſarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ; quia pars Marthæ non reprehenditur, ſed Mariæ laudatur. Caritatem quidem Dei, & proximi tota mente retinere, ſe ab exteriori actione quieſcere, ſoli deſiderio conditoris indeſinenter inhærere, vt nihil iam agere libeat, ſed calcatis curis omnibus ad videndam faciem ſui Creatoris animus inardeſcat: ita vt iam nouerit carnis corruptibilis pondus cum mœrore portare, totiſque deſideriis cæleſtem patriam appetere; illic hymnidicis Angelorum choris intereſſe, admiſceri cæleſtibus ciuibus, de æternâ in conſpectu Dei incorruptione gaudere, & quòd in hac vitâ poſiti contemplationis intimæ ſola initia deguſtamus.

contemplationi aliiſq; virtutibus deditus.

Pſ. 38. 13.

Pſ. 118. 54.

Luc. 10. 41.

9 Sed cùm iam longæuus, & multis temporibus B. Treuerius ita animam ſuam, & integrâ deuotione cuſtodiret, & ad loca ſancta, quæ in circuitu erant, præcipuè Priſſianico vico in diœceſim Lugdunenſis vrbis diebus Dominicæ reſurrectionis intereſſe ſacris Miſſarum ſolenniis ſtuduit. Inibi publicè pſalterium, quod ſecum habebat, ſuper ſanctum altare poſuit, & reuerſus ad cellulam ſuam poſt aliquod tempus, dum in agro oues paſceret, & pſalmis & orationibus diurnis inſiſteret, ſeptimodecimo kalendas Februarij, genibus flexis in terram, cùm orationem ad Chriſtum Dominum funderet, ſpiritum emiſit.

Loca ſancta viſit.

Moritur in oratione.

10 Huiuſmodi ergo fine circumquaque diuulgato, vicini populi turmaliter affluentes, ac ligonibus hunum egerentes, in eodem loco vbi ſolitas orationes frequentauerat, cum conſueto indumento, & ſine vaſe ligneo & lapideo, ſanctum corpus eius reuerenter poſuerunt, & complentes humo foſſam, nomen ipſius loci dixerunt ad Nonnifoſſam.

Sepelitur.

CAPVT III.

Tranſlatio. miracula.

11 SIc per multa ſpatia temporis exoleuit ſancta eius memoria, donec iam completis quatuordecim luſtris, duobus hominibus adhuc viuentibus, qui eum in hac vitâ viderant, cœperunt iuxta prędictum ſanctiſſimi viri ſepulchrum, virtutum plurimarum inſignia cælitùs declarari, claudi egreſſum, cœci viſum, ægri ſanitatem recipere.

Claret miraculis.

12 Multis modis in viſionibus nocturnis aliquibus Chriſtianis reuelatum fuit, vt nuntiaretur ad illuſtrem ſanctimonialem, (quæ iuxta ipſum locum prædia diuitiarum tenebat, nomine Epiphania, ſiue Emenone) vt ſanctum corpus de profunditate terræ, ipsâ annuente leuaretur à Sacerdotibus, & in ſepulchro iuſti funeris conderetur. Sed illâ nolente, metuens, ne ſeductio inimici, vel illuſio ſomnij eſſet, dicente Apoſtolo, quia ipſe Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis, & miniſtros

Eleuare corpus eius iuſſa, & negligens punitur.

2. Cor. 11. 14.

ſtros ſuos componit, afferens noctem pro die, tenebras pro ſalute; iteratis vicibus cùm ei annuntiaretur operi ipſi ſancto inſiſtere, dum nolebat, percuſſa eſt in capitis cerebro, ita vt non poſſet ſe vehere. Tunc conuocatis ad ſe Sacerdotibus, cœperunt cogitare, quid opportunè agere deberent: conſilio accepto pauperes, & mendici aduocati, omniſque eius familia, & omnes eius clerici, & cum ipſis iam dicta ſanctimonialis, ieiuniis dici, & vigiliis nocturnis deprecantes Domini noſtri Ieſu Chriſti miſericordiam, vt oſtenderet eis quod Deo placeret, vt facerent.

13 Tunc vni ex ipſis Sacerdotibus reuelatum eſt, vt
a ipſa illuſtris femina *a* metueret hoc opus ſanctum agere. Illa autem Cleri iuſſione fecit illuc conuenire Sacerdotes, & multa ſtipendia, quibus fieret, quod fuerat nuntiatum. Erat autem monaſterium, nomine Anſilla ſecus Priſſiniacum, tria millia iter habens. Cùm autem
Volentes id furtim auehere, caci fiunt: percrebuiſſet ſonus, quod agere diſponebant, pridie ab ipsâ die, nocte furtim venientes tres Clerici ab ipſo Anſillâ monaſterio, egerentes humum, cùm violenter vellent ipſum ſanctum corpus aſportare, & profundè foderent, exiſtimantes aut lapidem, aut lignum inuenire, vnus de ipſis Clericis caput S. Treuerij percuſſit, mox excæcati, & rigore percuſſi, quaſi clauis confixi, vſque
viſum recipiunt. dum ipſi Sacerdotes, cum ipsâ ſanctimoniali, & cum multitudine populi venerunt, mouere ſe ipſi Clerici non potuerunt: oratione verò factâ pro ipſis, ſani reuerſi ſunt ad locum ſuum.

Corpus Sancti illaſum poſt 70. annos, gratum odorem ſpirans, 14 Sed poſteà ipſi ſerui Dei admouentes ligneam cellulam, quæ ibi pro deuotione ſanitatis facta foret, inuenerunt corpus ſanctiſſimi Treuerij confeſſoris Chriſti illæſum & integrum, cum omni indumento ſuo, fragrans multis odoribus ſuauitatis. Cumque multi ſerui Dei illuc conueniſſent, præcipuè tres ſenes Sacerdotes, pleni religione ſanctitatis, ſcilicet Symphorianus Preſbyter, Traſulfus Preſbyter, & Euſebius Diaconus, ſeniores in Clero, leuantes ſanctum corpus, in vno milliario per gyrum omnes ſenſerunt odoramenta virtutum, quaſi roſarum folia, & lilia, & balſamum, & incenſum. Intereà ipsà illuſtri feminâ à longè aſpiciente, in ſarcophagum cum timore Domini & pſallentibus Clericis, ac cereis flammantibus, ſicut erat indutus veſtimentis ſuis, nihil amouentes, niſi ſanctas reliquias de comâ capitis, condiderunt in ſepulchrum, ac cellulam deſuper ex lapidibus, & cæmento conſtruxerunt. *b*

Ex variis.

transfertur.

15 Pontifex autem *b* Secundinus Lugduni Galliæ *Altare ad eius ſepulchrum.* vrbis, mox ſanctum altare illuc tranſmiſit, quod ad pedes ſancti ſepulchri ſtum eſt, quo Chriſti hoſtiæ hodie libantur, atque orationum officia funduntur: vbi & remedia ægris, & precantum vota, & ſolamina beneficiorum accommodantur.

16 Nec abſurdum videtur huic operi inſerere, quæ tunc in eo loco ſunt acta. Erat in ciuitate Lugduni *Miracula ibi facta.* Galliæ vir nobilis, Vigofredus nomine, cum coniuge ſuâ, nomine Marcellâ, habentes filiam, nomine Galliniam, debilem à natiuitate ſuâ, omnibus membris contractam, crurum languore obſeſſam, quam ad ipſum S. Treuerij ſepulchrum, quia per ſe venire nequiuerat, *Puella cõtracta ſanata.* cum omni diligentiâ tranſmiſerunt. Statim vt ad ipſum ſanctum ſepulchrum manibus illata, & in pauimento proſtrata fuit, omni debilitate depulsâ, ſoſpitate receptâ, incolumis, & exultans ad parentes proprios remeauit. Omnes quoque populi Chriſtiani vtriuſque ſexus, & ætatis, Domini noſtri Ieſu Chriſti miſericordiam collaudantes, iugiter exultabant in Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu ſancto in trinitate perfectâ viuit & regnat Deus per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

a *Videtur legendum*, non metueret; *vel certè*, deberet.

b Secundinus *Ætherio ſucceſſit anno 7. regni Theoderici, filij Secundi-Childeberti, ſiue Chriſti 602. vt habet Fredegarius, & Aimoinus nus Epiſc. lib. 3. cap. 89.*

DE S. FVRSEO CONFESSORE

PERONÆ IN GALLIA.

§. I. *Furſei natalis, triplex tranſlatio.*

1 PERONAE, *Veromanduorum prævalido ad Somonam fluuium oppido, agitur XVI. Ianuarij* S. Furſei *Confeſſoris natalis. De quo Vſuardus:* Parronâ monaſterio S. Furſei Confeſſoris. *Conſentit Martyrologium Romanum, Bellinus, MSS. At prolixioribus eum elogiis hoc die celebrant plerique alij Martyrologiorum ſcriptores, Rabanus, Notkerus, Maurolycus, Galeſinius, Caniſius, Felicius, Ghinius, VVion, Menardus, Dorganius, Sauſſaius. Sed quod Rabanus & Notkerus habent,* In pago verò Mandenſi in Peronâ monaſterio, *&c. lege,* In pago Veromandenſi.

CIRCITER AN. CH. DCLIII. XVI. IAN. *Natalis S. Furſei 16. Ian.*

2 *Vincentius Bellouacenſis lib. 23. cap. 83. S. Antoninus 2. parte Chronici tit. 13. cap. 6. §. 23. Trithemius lib. 3. de viris illuſtr. ord. S. Benedicti cap. 86. ſcribunt eum IV. Martij obiiſſe; quo die eius natalem conſignat Martyrol. Anglicanum, Ferrarius in gen. Catal. SS. &, qui XVI. Ian. eum quoque retulerant, Dorganius, ac VVion. Verùm Kalendarium SS. ord. S. Benedicti Tranſlationem eo die factam ponit, vti & MS. Florarium, in quo hæc habentur:* Tranſlatio prima S. Furſei Abbatis & Confeſſoris anno ſalutis 661. *De anno obitus pòſt agemus. at ſaltem ſibi ac ipſe contradicit auctor Florarij, cùm antè, obiiſſe ſcribat XVI. Ianuarij, an. 660. hic Tranſlationem primam factam IV. Martij anni ſequentis, quæ non multis ab obitu diebus contigit. In Catalogo SS. Iberniæ refertur XVI. Ianuarij, iterumq; cum aliis pluribus XVI. Iunij. Iacobus Deſmaius cap. 19. ſcribit IX. Februarij defunctum, ſed XVI. Ianuarij coli, quòd eo die albo Sanctorum inſcriptus ſit.*

alibi 4. Martij.

3 *XXV. Februarij celebratur Tranſlatio in variis Martyrologiis, Anglicano, VVtonis, Dorganij, Menardi, Gallicano Sauſſaij, & generali Catalogo Ferrarij. Maurolycus quoque & Galeſinius,* In Galliâ, *inquiunt,* S. Furſei monachi. *at Galeſinius in Notatione monet hanc illius eſſe Tranſlationem. Hæc prima videtur eſſe tranſlatio, quæ 25. aut 27. aut 30. diebus, poſtquàm Peronam erat corpus eius aduectum, dedicatâ iam eccleſiâ, contigit. Fallitur VVion, qui Latiniaci obiiſſe ſcribit: ſed Latiniacum videtur Peronara ipſam, vel locũ Peronæ propinquum exiſtimaſſe; ita enim ſcribit:* In quâ (*Galliâ*) Latiniacum monaſterium conſtruxit, & in eo miraculis clarus in pace quieuit. *& in Notis:* Fuit primò Abbas in monaſterio Chaobhersſburg in prouinciâ Anglorum Orientalium temporibus Annæ Regis circa annum Domini 650. deinde eremita; poſtremò Abbas Latiniacenſis apud Peronam Picardiæ in Veromanduis vrbem, vbi ſacri eius corporis exuuiæ digne honore reconduntur. *Harpsfeldius ſcribit Peronæ obiiſſe.*

Tranſlatio prima, 25. Febr.

4 *Latiniaci primò ſepultum fuiſſe Furſeum memorant quoque MSS. Martyrologia, monaſterij S. Laurentij Leodij, & Domus profeſſæ Societatis Ieſu Antuerpiæ, ac Florarium, his verbis:* Sepultus primò in Latiniaco monaſterio, deinde trãſlatus Parronam, vbi multis miraculis clarus quieſcit. *Sauſſaius quoque quarto ab obitu anno in monaſterium Peronæ fuiſſe illatum ſcribit. Mortuus eſt* S. Furſeus *in caſtro* Macerias *ad* Alteiam *flumen infra* Dourlenſum *oppidum: qui locus in binos deinde vicos excreuit, quorum alter* Maſeroëles *dicitur, veteri pene nomine, non* Maſſiers, *vt aliquoties ſcribit Deſmaius; alter* Forhem, *ſiue* Frohem, *aut* Forshem, *quod* Forſei-domum *noſtrate Teutonicâ linguâ, quâ iſthic olim vſi, ſonat. Hìc* templum D. Furſei miraculis nobile, *inquit Malbrancus noſter Rer. Morin. lib. 3. cap. 32.* quò hac etiam ætate ab aduenis excurritur ad languidam luem ab infantium

Locus mortis eius.

Ex Variis. fantium corpuſculis auerruncandam: quamobrem in limpido illic fonte intinguntur, exſiccanturque accenſo fomite, cui materiem ſubminiſtrat eccleſia, ad id, ob factam ſibi donationem, obſtricta.

Tranſlatio ſecunda 28. Septèb.

5 *Hinc ergo poſt dies aliquot à morte tranſlatum* Peronam *eſt corpus, ac triginta pòſt diebus in eccleſiam iam conſecratam illatum; quarto verò pòſt anno in peculiare conditorium ei fabrefactum. Hæc poſterior tranſlatio recoli videtur ſolenni memoriâ XXVIII. Septembris; quo die Maurolycus, VVion,* Felicius: Apud Latiniacum in Galliâ S. Forſei Epiſcopi, qui in Iberniâ claruit. *Meminit eius quoque illo die Martyrol. Germanicum, Carthuſiani Colonien. in Addit. ad Vſuard. Ferrarius, Sauſſaius, MS. Florarium. Addit VVion in Notis:* Suſpicor feſtiuitatem præſentem, Inuentionis eius eſſe, quæ quarto ab eius obitu anno contigit. *Confirmat id Florarij auctor in indice, vbi iſta habet:* Furſei Abbatis & Confeſſoris XVI. Ianuarij. Tranſlatio eius prima IV. Martij. Tranſlatio eius ſecunda, XXVIII. Septembris. *Petrus de Natal. lib. 8. cap. 126. vbi* Forſeum *vocat, tradit IV. Kal. Octob. Latiniaci obiiſſe; lib. 11. cap. 130. §. 35. vbi* Fuſcum, *in monaſterio Patronâ XVII. Kal. Februarij. Deſmaius cap. 22. ſcribit XVII. Septembris, hanc ſecundam contigiſſe & quotannis recoli tranſlationem, ſiue eleuationem. Sed tertia illa eſt, anno 1256 facta, de quâ infrà.*

tertia 17. Septemb.

§. II. *Vita S. Furſei.*

Vita S. Furſei antiqua.

6 *EXtabat Bedæ ætate libellus de S. Furſei vitâ conſcriptus, è cuius lectione multum profectus ſpiritalis percipi poſſe aſſerit. Idem eſſe libellus videtur qui in manibus eſt, editus à Surio; à nobis cum MSS. Corbeienſi, Hibernico, duobus Eccleſiæ S. Audomari, Bertiniano, S. Mariæ de Ripatorio, S. Maximini, D. Preudhomij Canonici Cameracenſis, aliisq; collatus: è quibus librum Miraculorum adiecimus, à Surio omiſſum. Hanc tamen ipſam vitam integram non eſſe, coniicimus, quòd de eius ſociis perpauca referat; de quibus tamen* ſufficientiùs *in eâ agi Beda ſcribit. Aliam nobis vitam tranſmiſerat Andreas du Cheſne V. CL. ſed priora ſumpta erant verbotenus ex vitâ S. Foillani, quam XXXI. Octobris dabimus; poſteriora ex libro miraculorum S. Furſei, & ſubinde quidem contracta. Extat in Legendâ Sanctorum Angliæ Ioannis Capgrauij, & Florilegio Inſulæ Sanctorum Thomæ Meſſinghami, alia ex hac breuiata.*

Alia prolixior.

7 *Aliam prolixiorem deſcripſimus ex vetuſto codice monaſterij S. Mariæ Bonifontis, eamq; contulimus cum MS. Nicolai Belfortij, in quo tamen paſſim erat contracta. Media quæ ad verbum erant ex priore deſcripta, omiſimus. Auctor in Prologo & Epilogo fatetur ſe antiquiſſimis vſum ſchedis, quæ ex variis locis erant collectæ. Iacobus Deſmaius Peronenſis Canonicus edidit ſermone Gallico Pariſiis vitam S. Furſei anno 1607. quæ cum hac noſtrâ in pleriſq; conuenit, in iis præſertim quæ de eius ortu narrantur planè admiranda; quæ eadem in S. Foillani vitâ referuntur. Huic ſubiungemus quæ de eo Venerabilis Beda ſcribit lib. 3. hiſtoriæ gentis Anglorum cap. 19.*

Alia Gallica.

Qui alij eius meminêre.

8 *Agit de* S. Furſeo *fusè Vincentius Bellouacenſis lib. 23. cap. 80. & tribus ſequentibus. S. Antoninus 2. par. tit. 13. c. 6. §. 23. Aimoinus lib. 1. cap. 18. Andreas du Cheſne to. I. ſcriptorum Francicorum. Sigebertus ad an. 648. Dauid Camerarius lib. 3. de Scotor. pietate. Autbertus Miræus in Faſtis, & Chronico Belgico. Molanus in Natal. SS. Belgij. Nicolaus Harpsfeldius hiſtoriæ Angl. ſeculo 7. cap. 17. Haræus. Lippelous. Hieronymus Platus noſter lib. 2. de bono ſtatus religioſi cap. 26. Petrus de Natalib. ſuprà citatus. Baron. to. 8. ad an. 644. nu. 2. VVeſtmonaſterienſis ad an. 647. Ranulphus Ceſtrenſis lib. 5. cap. 13.*

Quando obierit.

9 *Mortuum ait Harpsfeldius* S. Furſeum *circa annum 636. Miræus in Chronico circa 655; MS. Florarium 660. Venit in Orientalium Anglorum prouinciam cùm iſthic Sigebertus regnaret, qui anno 636. fratri Eorpenvvaldo ſucceſſerat. Abiit inde in Galliam, cùm ſub Clodoueo* II. *Rege, Dagoberti filio, Maior-domus eſſet Erchenaldus, in regno Neuſtriæ: aſt hic illud munus (quod tamen aliqui volunt eum ſub Dagoberto geſſiſſe) adeptus eſt anno 646. Clodouei anno 3. mortuo Aegane, ſiue Ega, vt teſtis eſt Fredegarius. Romæ demum Furſeus S. Martinum Papam traditur conueniſſe, qui anno 649. creatus eſt. Corpus eius quadriennio poſt mortem à ſanctis Epiſcopis Eligio Nouiomenſi, & Autberto Cameracenſi, tranſlatum eſt, qui tamen ambo circiter annum 660. vti & Erchinoaldus, obiêre, vt de hoc* XIII. *de illo* I. *Decemb. oſtendemus. Quibus omnibus expenſis coniicere licet anno 653. aut 654. è viuis exceſſiſſe* Furſeum.

§. III. Hymni duo de S. Furſeo,

Ex Arnoldo VVion lib. 3. Ligni vitæ.

I.

LAudes almi Confeſſoris Furſei vox reſera:
Qui, ad inſtar Præcurſoris, matris intra viſcera
Loquens, aui nequioris arguebat ſcelera.
Ille ferox opinatur quòd falſa ſit viſio:
Triplex rogus apparatur: mater ſtillicidio
Lacrymarum liberatur ignis ab incendio.
Patrem fugit hæc profanum, ſponſi comes exulis:
Inde venit ad Brandanum: iubar eius oculis
Nocte ſignum dat arcanum affuturi Præſulis.
Adoleſcens monachatur: gemellis infantibus
Eius prece vita datur: regulam ſequentibus,
Illis mare transfretatur, immerſis corporibus.
Hic inſultus & conflictum patitur in tranſitu:
Dæmonemque reddit victum Angelico monitu:
Rediuiuus portat ictum, quem ſenſit in ſpiritu.
Vitæ reddit homo mitis Haymonis infantulum:
Aperitque compeditis carceris ergaſtulum:
Furorem matronæ ditis compeſcit per baculum.
Migrat Sanctus ad coronam, trinâ morte præuiâ:
Erchenaldus ob perſonam eius, mouet prælia:
Trahunt boues ad Peronam, Dei prouidentiâ.
Excæcata lumen binum reſumit incredula:
Bibens aquam factam vinum languens muliercula,
Fert iuuamen repentinum, per eius ſuffragia.
Sit laus ſummæ Trinitati, honor, virtus, gloria;
Quâ det nobis vt Beati Furſei ſolemnia,
Aſſequamur laureati poſt mortem in patriâ. Amen.

II.

LÆta plaude Hibernia,
Latiniaci mœnia.
Choro coruſcat iubilo,
Pulſo *mœroris nubilo.
Clarum ſtruit cœnobium,
Fratrum ponit conſortium:
Aqua ſcaturit baculo,
Sed fixo terræ in arido.
Matrona vobis improba,
Sancti ſupra eccleſiam
Gemit argenti millia,
Tam multa, inquit, perdita.
Furſee, lampas ſideris,
Tui memor ſis generis:
In nos cùm mors iam pendulum
Suum fuderit iaculum;
Clausâ natus de virgine,
Ieſu ſpei fons vnice,
Cum Patre & ſancto Spiritu
Pius ſaluet in tranſitu. Amen.

** Sic videtur legendum. erat* mœrens. *nec ſatis conſtat ſenſus.*

VITA

Auctore anonymo, ex veteribus MSS.

CAPVT I. S. Furſei vita monaſtica. extaſis.

1 VIT *a* vir vitæ venerabilis, Furſeus nomine, nobilis quidem genere, ſed nobilior fide; ſeculi dignitate inter ſuos clarus, ſed in diuinorum munerum gratiâ vbique præcipuus. Huius viri

a S. Furſei genus.

institutio, viri infantia ſacris quibuſdam miraculorum præſagiis apparentibus fulgebat. Summis etiam Sacerdotibus per diuinæ gratiæ prouidentiam commiſſus, ſacris litteris, & monaſticis erudiebatur diſciplinis.

2 Creſcente verò ætate, & gratiâ prouidente erga illum *b* omnium affectus quotidie creſcebat. Erat enim formâ præcipuus, corpore caſtus, mente deuotus, affabilis colloquio, amabilis adſpectu, prudentiâ præditus, temperantiâ clarus, internâ fortitudine firmus, cenſurâ iuſtitiæ ſtabilis, longanimitate aſſiduus, patientiâ robuſtus, humilitate manſuetus, caritate ſollicitus: & ita in eo omnium virtutum decorem ſapientia adornabat, vt ſecundùm Apoſtolum ſermo illius ſemper in gratiâ ſale eſſet conditus. Bonorum ergo operum & gratiæ fructibus plenus, *c* patriam parenteſque relinquens, ſacræ Scripturæ ſtudiis aliquot vacabat annis: ac ſufficienter inſtructus monaſterium in quodam conſtruxit loco, vbi, vndique religioſis confluentibus viris, aliquos etiam de parentibus ſuis piâ ſollicitudine euocare curauit.

b virtutes.

Coloſſ. 4. 6.

c Patriam relinquit: conſtruit monaſterium.

3 Hac ex cauſsâ dum patriam parenteſque viſitare properaret, vt inter illos ſacri verbi ſemina ſpiritualibus ſeminaret eloquiis, quadam die corporis ægrotantis moleſtiâ corripitur; ac deinde ad paternam, amicis ſuggerentibus, cõmigrauit domum. Quò ſuper alterius manum innitendo, perrexit, ac haud longè à domo veſpertinalem exorſus pſalmodiam, & orationi intentus, tenebris ſubitò circumdatus, reſtitit: nec enim pedes mouere infirmatus valebat; ſed quaſi iam mortuus, ad proximam deportatus eſt caſam.

Ægrotat:

4 Et cùm ſe tenebrarum caligine circumdari vidiſſet, quatuor manus deſuper ad ſe extenſas conſpexit; tenenteſque illum per brachia, niueis ſubuolabant pennis. Manus quippe ſub pennis erant, quæ illum ex vtrâque parte ſuſtinebant, & quaſi per caliginem Angelica cernebat corpora. Altiùs verò perueniens, mirifico ſplendentes fulgore facies ſanctorum cernebat Angelorum; vel vt certiùs dicam, claritatem eximiæ lucis ex ipſis Angelicis intuebatur adſpectibus, nec aliquid corporeum, niſi luminis claritatem, potuit videre. Tertium quoque Angelum, armatum ſcuto candido, & *d* fulgureo nimiùm gladio, claritate *e* perſpicuum, ſe præcedere conſpexit. Hi tres cęlicolæ, ſplendentes pari fulgore, miræ ſuauitatis dulcedinem alarum ſonitu, carminum modulamine, conſpectuſque pulchritudine, illius animæ inferebant. Canebant autem vno incipiente: Ibunt Sancti de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion. Eratque in carmine eleuatio, & ad finẽ poſitio. Audiebat quoque aliud quaſi ignotum canticum multorum millium Angelorum, vnde pauca vix poterat intelligere, hoc eſt: *f* Exierunt autem obuiàm Chriſto. Facies verò omnium, quantùm intelligere potuit, Angelorum, pari ſimilitudine videbat: quamuis *g* propter claritatem luminis, *h* perſpicuè diſtinctionem corporeæ non poſſet videre formæ.

raptus, Angelos videt.

d

e

Eorum cantus audit.

Pſal. 83. 8.

f

g

h

5 Tunc vnus ex ſupernis agminibus armato præcedentique Angelo iuſſit, ad corpus venerandum reducere virum, ſuamque ſecum deferre debere ſollicitudinem. Protinus ergo ſancti obedientes Angeli, quò venerant, iter repedarunt. Tunc primò vir ſanctus ſe corpore exutum cognoſcens, à ſanctis comitibus, quò ſe deferrent, inquirit; ſanctus Angelus à dextris conſiſtens, dixit ei: Oportet te proprium corpus ſuſcipere, quoaduſque debitam reportes ſollicitudinem. Tunc vir ſanctus tædio ſeparandæ ſocietatis Angelicæ affectus, dixit ſe ab eis ſeparari noluiſſe. Angelus verò Domini ſanctus reſpondit: Ad te, completâ prædictâ ſollicitudine, ſuſcipiendum reuertemur, cantabantque dimidium verſicu-
Pſal. 83. 8. lum: Videbitur Deus deorum in Sion. Tunc qualiter anima corpus intrauerit huius carminis ſuauitate lætificata, intelligere non potuit.

Redit anima eius ad corpus.

6 Tuncque in pullorum cantu, roſeo colore vultum perfuſus, in momento temporis, Angelicis ceſſantibus carminibus, audiuit verba admirantium ac plangentium; qui paulatim veſtimentis ſuperpoſitis mouentibus denudauerunt faciem eius. Tunc vir Dei circumſtantibus dixit: Quid, ſtupentes, ſonitus inquietos emittitis? At illi reſpondentes, omnem rei referebant ei ordinem, qualiter veſpertinali horâ tranſiſſet, & vſque ad gallorum cantus corpus exanime in medio ſeruaſſent. At ille ſedens, Angelicamque claritatem ac dulcedinem mente reuoluens, de quali ſollicitudine admonitus fuiſſet pertractans, mœſtus erat, quòd non habebat ibidem ſapientem hominem, cui ea quæ viderat clarè exponere potuiſſet, ne reuertentes Angeli eum inueniſſent imparatum: *i* petiuitque & accepit ſacri corporis & ſanguinis communionem, vixitque infirmus ipſo die & altero.

Ex MSS.

Sollicitus confitetur & communicat.

i

a *Addit MS. S. Maximini,* in Hibernià.
b *Aliquot MSS.* bonorum affectuum.
c *Hinc ambigas, num certa fides eorum quæ de admirando eius ortu in ſecundâ vitâ narrantur.*
d *Aliquot MSS.* fulgore nimio gladij.
e *MS. Ripat.* præcipuum.
f *Idem:* qui omnes exierunt eis obuiàm.
g *Varia MSS.* præter.
h *MSS. Preudh. & Rip.* mirâ certitudine diſtinctionis nihil.
i *MS. S. Max.* pœnituitque.

CAPVT II. *Alia ecſtaſis. varia ei à dæmonibus obiecta.*

7 MEdiâ verò nocte tertiæ feriæ, parentibus & cognatis, multiſque vicinis illuſtrem virum viſitantibus, tenebris irruentibus, pedes eius frigore ingrauati duruerunt, manibuſque in oratione extenſis, lætus excepit mortem. Recordabatur enim *a* iucundiſſimæ viſionis, quam per eadem ſigna viderat anteà: decidenſque in lectulum, quaſi ſomno grauatus, audiuit horribiles magnæ multitudinis voces, clamantium, atque illum exire compellentium: apertiſque oculis, nullum niſi tres ſupradictos ſanctos vidit Angelos, duos ex vtroque latere poſitos, tertium verò armatum ad ſuum ſtetiſſe caput. Mirumque in modũ humanis conſpectibus ac vocibus *b* priuatus ſanctos Angelos vidit, ac illorum cantica cùm omni ſuauitate ac dulcedine audiebat. Tunc Angelus qui à dextris eius aderat, conſolans eum, dixit: Noli timere, defenſionem habes.

a Rurſus rapitur.

b

8 Leuantibus eum Angelis, nihil tecti aut domus adſpiciens, niſi vlulatus & clamores dæmonum, per medium eorum tranſiens, audiuit, ex quibus vnus dixit: Antecedamus, & ante faciem illius bella commoueamus. Tunc vidit nigram nubem, à ſiniſtrâ parte criſpantem, & ante faciem illius bellicam aciem conſtituentem. Corpora autem dæmonum, in quantum animæ illius apparere poterant, plena deformitate & *c* nigredine erant, collo extento, macie ſqualentia, ac omni horrore plena, capite in ſimilitudinem ænei cacabi intumeſcente. Quando verò volabant, vel quando pugnabant, nullam corporis formam, niſi horribilem & volaticam vmbram videre poterat. Sed quis prudentium lectorum ignorat, hæc etiam de immundis ſpiritibus ad terrorem videntis animæ fieri? Et facies eorum numquàm potuit videre propter horrorem tenebrarum; ſicut nec ſanctorũ Angelorum propter nimiam claritatem.

à dæmonibus impugnatur.

Tetra dæmonum forma.

c

9 Bellantia verò dæmonia ignitas ſagittas iactabant contra illum, ſed Angelico ſcuto omnia tela nequiſſima extinguebãtur. *d* Cadebant verò aduerſarij ante conſpectum pugnantis Angeli: qui quaſi rationem poſuit cum eis quando dixit: Nolite tardare iter noſtrum; quia hic homo non eſt particeps perditionis veſtræ. Contradicente aduerſario ac blaſphemante, iniuſtum eſſe Deo, hominem peccatoribus conſentientem, nihil damnationis habere, cùm ſcriptum ſit: Non ſolùm qui
Rom. 1. 32. faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte. Pugnante verò Angelo, exiſtimabat vir ſanctus clamorem pugnæ, &c *e* vociferantium dęmoniorum in omnem terram audiri.

d

Obiecta ei à dæmonibus: malis conſenſiſſe:

e

Ex mss. verba otiosa:

10 Cumque victus Satanas, ſicut contritus coluber, caput releuaſſet venenoſum, dixit: Otioſos ſermones ſæpè protulit; & ideò non debet illæſus vitâ perfrui beatâ. Sanctus Angelus dixit: Niſi principalia protuleris crimina, propter minima non peribit.

f Marc. 11. 26. Matth. 18. 35. iniuria nõ remiſſa ex toto corde:

11 Accuſator antiquus dixit: *f* Scriptum eſt: Niſi remiſeritis hominibus peccata eorum, nec Pater veſter cęleſtis dimittet vobis peccata veſtra. Sanctus Angelus reſpondit: Vbi ſe vindicauit, vel cui iniuriam fecit? Diabolus dixit: Non eſt ſcriptum: Si non vindicetis; ſed ſi non remiſeritis de cordibus veſtris. Sanctus Angelus excuſans, dixit: Indulgentiam in corde habuit, ſed conſuetudine humanâ continuit. Diabolus reſpondit: Sicut accepit malum ex conſuetudine, ita accipiet vindictam à ſuperno Iudice. Sanctus Angelus dixit: *g* Iudicemur ante Dominum.

g defectus omnimoda humilitatis. Matth. 18. 3.

12 Ter victus inimicus, viperea reſtaurat venena, dicens: Si iuſtus eſt Deus, hic homo non intrabit in regnũ cælorum. Scriptum eſt enim: Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Hoc verbum minimè impleuit. Angelus Domini dixit: Iudicemur ante Dominum. Præliante ſancto Angelo contriti ſunt aduerſarij.

a *MS. Hibern.* iucunditatem. b *MS. Rip.* præfatos.
c *MS. Audom.* nigritudine. d *MS. Bertin.* Canebant.
e *MSS. Bonif. & Belf.* vociferationem.
f *Deſmaius cap. 7. cenſet hîc obiici* Furſeo *motum aliquem animi alienati ab auo* Aelfiudo *propter iniuriam matri factam.*
g *MSS. Bonif. & Belf.* Iudicabimur.

CAPVT III. *Aliæ dæmonum criminationes.*

Ignes 4. mundum inflammantes,

13 TVnc ſanctus Angelus, qui à dextris eius erat, dixit: Reſpice in mundum. Tunc vir ſanctus reſpexit, & vidit vallem tenebroſam ſub ſe in imo poſitam, & vidit quatuor ignes ibidem in aëre incendi aliquibus ſpatiis à ſe diſtantes. Dixitque rurſum ſanctus Angelus: Qui ſunt hi ignes? Vir Domini ſe neſcire reſpondit. Cui ſanctus Angelus dixit: Hi ſunt quatuor ignes, qui mundum ſuccendunt, poſtquàm in baptiſmo omnia peccata dimiſſa ſunt, *a* poſt confeſſionẽ, & abrenuntiationem diabolo, & operibus eius, & pompis. Vnus enim eſt mendacij; cùm hoc, quod in baptiſmo abrenuntiare Satanæ & omnibus operibus eius promiſerunt, minimè implent. Alter cupiditatis, cùm mundi diuitias amori cæleſtium præponunt. Tertius diſſenſionis, cùm animos proximorum etiam in ſuperuacuis rebus offendere non formidant. Quartus impietatis, cùm infirmiores ſpoliare, & eis fraudem facere pro nihilo ducunt. Vnuſquiſque ignis accendit alium, quia per augmenta malorum, peccata ex culpis creſcunt. Ignibus verò creſcentibus *b* in maius, effectus eſt vnus, & illi appropinquabat. Timenſque vir Dei ignem minacem, ſancto Angelo ſecum loquenti ait: Ignis mihi appropinquat. Cui reſpondit Angelus: Quod non accendiſti, non ardebit in te. Licet enim terribilis ſit & grandis ignis iſte, tamen ſecundùm merita operum ſingulos examinat: iuxta quod vnuſcuiuſque creſcit cupiditas, in iſto igne ardebit. Sicut enim corpus ardet per illicitam voluptatem, ita & anima ardebit per debitam pœnam. Tunc vidit ſanctum Angelum præcedentem, & ignem flammæ diuidentem in duos muros vtroque latere: & duo ſancti Angeli vtroque latere ab igne eum defendebant.

a mendacium, cupiditas, diſſenſio, impietas.

b

Ignem à Furſeo repellunt Angeli.

14 Vidit quoque quatuor dæmonia immunda per ignem volantia, & bellum horribile in medio ignis conſtruentia. Et dixit vnus ex illis: Seruus qui ſcit voluntatem Domini ſui, & non facit digna, plagis vapulabit multis. Sanctus Angelus reſpondit: Quid enim iſte de voluntate Domini ſui non adimpleuit? Satanas reſpondit: Scriptum eſt: Dona iniquorum reprobat Altiſſimus. *c* iſte dona iniquorum recepit. Sanctus Angelus reſpondit: Credidit enim quòd vnuſquiſque eorum egiſſet pœnitentiam. Diabolus dixit: Antè debuit probare pœnitentiæ perſeuerantiam, & ſic fructum ſuſcipere. Munera enim excæcant oculos ſapientum, & peruertunt verba iuſtorum. Sanctus Angelus reſpondit: Iudicemur ante Dominum.

Luc 12. 47. Obiecta ei à dæmonibus, dona ab impiis accepta: Eccli. 34. 23.

c

Deuter. 16. 19.

15 Fallax diabolus ſuccumbens, in blaſphemias contra auctorem erupit, dicens: Vſque nunc Deum veracem eſſe exiſtimauimus. Sanctus Angelus reſpondit: Quid enim aliud eſt? Procaciſſimus dæmon dixit: Quia omne delictum, quod non purgatur ſuper terram, de cælo promiſit eſſe vindicandum, Eſaiâ Prophetâ clamante: Quòd ſi volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Quòd ſi nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Hic autem homo non purgauit delicta ſua in terrâ, nec vindictam hîc recipit. vbi eſt ergo iuſtitia Dei? Sanctus Angelus increpans eos dixit: Nolite blaſphemare, dum neſcitis occulta Dei iudicia. Diabolus reſpondit: Quid enim hîc occultum? Sanctus Angelus dixit: Quamdiu ſperatur pœnitentia, comitatur hominem diuina miſericordia. Satanas reſpondit: Sed nullus tamen hîc locus pœnitentiæ. Angelus reſpondit: Profunditatem myſteriorum Dei ignoratis: fortaſſe etenim hîc erit. Diabolus dixit: Diſcedamus ergo, dum iudicandi ratio non eſt.

Iſa. 1. 19. & 20. defectus ſufficientiæ pœnitentiæ:

16 Alius verò ſatellitum eius dixit: Adhuc reſtat illi anguſta porta, per quam non niſi pauci intrant, ibi illum ſuperare poterimus; & eſt hoc: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Sanctus Angelus reſpondit: Vir iſte in proximos ſuos operatus eſt bona. Aduerſarius reſpondit: Non ſufficit operari bona, niſi etiam proximum ſicut ſemetipſum dilexerit. Sanctus Angelus reſpondit: Fructus dilectionis, eſt bona operari: quia Deus reddet vnicuique ſecundùm opera ſua. Improbus dæmon dixit: Sed quia verbum Dei, diligendo non impleuit, damnandus erit. Pugnante turbâ nefandâ, ſancti Angeli victores fuêre.

defectus amoris erga proximum: Matth. 22. 39. Matth. 16. 17. & Rom. 2. 6.

17 Victus ſex vicibus diabolus more ſuo in blaſphemiam erupit, dicens: Si Deus iniquus non eſt, & ſi mendacium, & verbi illius tranſgreſſio ei diſplicet, vir iſte expers pœnarum non erit. Promiſit enim ſeculo abrenuntiare, & è contrario iſte ſeculum dilexit, contra Apoſtoli præceptum dicentis: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. Virum ergo hunc nec propriæ ſponſionis ſermo, nec Apoſtoli prohibuit ſententia. Sanctus Angelus reſpondit: Non ſibi ſoli ea, quæ ſunt ſeculi, ſed omnibus indigentibus diſpenſanda dilexit. Nefandiſſimus diabolus dixit: Qualicumque modo diligatur, contra præceptum diuinum eſt, & contra ſponſionem Chriſtianitatis in baptiſmo.

imperfecta abrenuntiatio ſeculi: 1. Ioan. 2. 15.

18 Victis aduerſariis, Angelis vincentibus, rurſus diabolus ad callidas conuertitur *d* accuſationes, dicens: Scriptum eſt: Niſi annuntiaueris iniquo iniquitatẽ ſuam, ſanguinem eius requiram de manu tuâ. *e* Hic non annuntiauit dignè pœnitentiam peccantibus. Sanctus Angelus reſpondit: De hoc enim tempore ſcriptum eſt: Prudens in tempore illo tacebit, quia tempus peſſimum eſt. Quando enim auditores deſpiciunt verbum, lingua etiam doctoris loqui præpeditur, dum videt quòd audita prędicatio deſpicitur. Accuſator antiquus reſpondit: Ille tamen vſque ad paſſionem annunciare debuit, nec conſentire, nec tacere.

d Ezech. 3. 18.

e neglecta improborum monitio. Amos 5. 13.

a *Alia MSS.* per. b *MS. Hib.* immanis.
c *Deſm. ait* S. Furſeo *hîc obiici veſtem, ab uſurario ei donatam.*
d *MS. Hib.* actiones.
e *Deſmaius ait Sanctum hic accuſari, quòd nimis acer & vehemens fuerit in carpendis auditorum vitiis.*

CAPVT IV. *Alia cæleſtia viſa.*

19 IN omni verò contradictione dæmonum prævalida nimis extitit pugna: donec iudice Domino, triumphantibus ſanctis Angelis, contritis deuictiſque aduerſariis, immensâ claritate vir ſanctus circumfuſus eſt, ſanctorum Angelorum choris concinentibus, hoc apud ſe reputabat, quòd videlicet, nullus labor durus videri

S. Furſeus turmas videt Angelorum & Sanctorum.

videri debet, nullum tempus longum, quo gloria æternitatis acquiritur, lætitia ſimul & dulcedo conglobatur. Tunc ſurſum adſpiciens, vidit immenſa agmina, eximiâ claritate fulgentia, Angelorum ac præcedentium ſanctorum hominum, qui aduolantes, quaſi alis, immensâ coruſcatione circumdederunt eum, omnem formidinem ignis ac dæmoniorum terrores procul *a* abigentes. Conſpicit quoque duos venerabiles viros *b* illius prouinciæ, in quâ ipſe vir Domini Furſeus natus erat, quorum vnus *c* Beanus, alter *d* Medanus vocabatur. Hæc videns quaſi obiiſſe credebat. Hos Præſules cunctorum memoria vſque ad noſtra tempora celebrat: qui propiùs ad illum accedentes loqui ad illum familiariter cœperunt, dicentes ei propria nomina ſua.

a *b* *c* *d*

Audit 4. choris canẽtes Angelos. Iſa. 6. 3.

20 Tunc adſpiciebat magnam cæli ſerenitatem, & duos Angelos proximam cæli iucunditatem repetentes, & quaſi per oſtium æthereum intrantes; & erumpente circa illos mirâ magnitudine claritatis, audiebãtur quaſi per quatuor choros cantantiũ multitudines Angelorũ, ac dicentium: Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus Sabaoth. Tunc animâ illius dulcedinem ſuperni modulaminis ac ſonitum ineffabilis lætitiæ vltra cælum ſonantis intendente, circumfundunt eum Angelorum quoque agmina ſtantia à dextris eius; de quibus vnus ait: Scis vbi agitur hæc lætitia & gaudium? Illo reſpondente ſe neſcire, ſanctus Angelus reſpondit: Apud ſupernum conuentum, vnde & nos ſumus. Tunc mens omnem laborem tribulationis obliuiſcens, immensâ complebatur lætitiâ: quia ſuperna audiens carmina clariùs & modulatiùs reſonare, pro ſe ſolo decantari reputabat, admiranſque ait: Magnum eſt gaudium hæc auſcultare carmina. Cui dixit Angelus Domini: Hoc auditu nos pro miniſterio diſpenſationis humanæ ſæpè priuamur, & quod nos annuntiando laboramus, dæmonia humana corrumpendo corda diſſipant. Rurſumque Angelus Domini beato viro ad carmina cæleſtia audienda intento loquitur, dicens: In hoc cæleſti regno nulla vnquam *e* triſtitia; niſi de hominum perditione fieri poteſt.

e

a *Alia MSS.* abiicientes.

b *Deſmaius ait, hos illi olim notos fuiſſe. Nobis id non probatur, niſi de famâ intelligat.*

c *MS. Aud.* Beeanus. *Bertin.* Beoanus. *S. Max.* Boeanus. *Deſm.* Beodanus. *Malbrancus noſter,* Becanus. *Colitur* S. Beanus 16. *Decembris.*

d *Aliis,* Meldanus; *Deſmaio, etiam* Melindanus. *Colitur* 14. *Nouembr.*

e *Ira, dolor, triſtitia non cadunt in ſtatum illum aternæ beatitatis: ita tamen diſplicent cælitibus mortalium ſcelera, vt, ſi illis paſſionibus eſſent obnoxij, ad illas poſſent commoueri; quod manifeſtis ſæpenumerò produnt indiciis.*

CAPVT V. Imminentes orbi calamitates oſtenſæ. earum cauſſæ.

Iubetur ad corpus redire.

21 TVnc prædictos Sacerdotes, cum ingenti claritate à ſecreto cæli procedere, Angelicâ formâ radiantes, ad ſe venire conſpicit: ac ſibi ad ſeculum redire præcipiunt. At ille tacens, & huius nuntij triſtitiâ ſtupefactus, in momento reuerſus eſt, ſanctis Angelis eum reducentibus. Præfati verò viri venerabiles ſpatium poſcunt cum eo loquendi, & dicunt: Quid times? Vnius diei iter eſt, quo laboraturus es. Prædicans ergo omnibus annuntia, quia in proximo eſt vindicta. B. Furſeo interrogante de mundi fine, aiunt finem creaturæ iam tunc non eſſe, quamuis in proximo ſit; ſed famis & mortalitatis plagis humanum genus eſſe vexandum: quod etiam ſigno ſolis, radios ſuos anno præterito abſcondentis, & in modum lunæ iugiter ſplendentis, ſignificatum eſt. Duo verò genera ſunt famis, vnum in abundantiâ ſapientiæ, intelligendique verbum Domini, & non implendi: aliud verò, in tenacitate mentis in abundantiâ diuitiarum: ſed de vnâ radice amaritudinis generantur. Sicut enim auarus non impletur pecuniâ, quia auaritiæ amaritudo non ſentit dulcedinem de perceptis bonis, inhiando ad ea lucra, quæ illicita ſunt; ſic

Ex SS. Beano & Medano multa cognoſcit:

futuras calamitates.

Ex Mss.

etiam ſermonis Domini dulcedinem, malitiâ & amaritudine occupatæ atque detentæ non ſentiunt animæ. Mortalitas verò propter Dei patientiam modicum quidem detenta eſt: ſed quicumque hæc ſigna vidit, vel monita ſanctæ Scripturæ deſpicit, ſi non egerit pœnitentiam, mors illi in proximo eſt.

ob peccata Doctorum & Principum:

22 Et quamuis omnibus diuina monita contemnentibus ſuperni iudicis ira iam iam immineat, maximè tamen ſuper Doctores Eccleſiæ, ac Principes furor illius iratus eſt: quia per quatuor res pereunt animæ fidelium; per huius mundi illecebroſa vitia, per ſuggeſtionem militantis diaboli, per negligentiam Doctorum, per mala exemplа prauorum Principum. Doctores ergo, Prophetarum libros conſiderantes, intelligant, & quale ſit hoc tempus cognoſcant. Viri namque dimidij operis ſunt: quia per omnipotentis Dei miſericordiam alij largitatis gratiam ſunt adepti, ſed carnis incontinentiâ ſunt lubrici: alij verò corpore quidem ſunt caſti, ſed auaritiæ æſtibus ſunt cupidi: alij quoque gratiam habent lenitatis, ſed rancore animi ſunt puſillanimes: alij autem non recordando iniurias ſuas, citò ignoſcunt, ſed minùs cor cautè cuſtodiendo, citiuſque iraſcendo, rixas prouocant: alij, quod Deus ſingulis illis largiendo donauit, in hoc, quaſi proprio labore acquiſitum ſit, gloriantur: *a* alij vitia, quæ ſe impugnabant, corde deuincunt vigili, ſed bonorum operum inſtantiâ virtutes obtinere negligunt.

quæ Doctorum:

a

alia quoque grauia.

23 Sunt quoque nonnulli, qui ſpiritualibus vitiis impugnantur, ſed his omiſſis, corpus in abſtinentiâ affligunt; verbi gratiâ, nocturnas illuſiones, vel leuia quæque, crimina *b* grauia exiſtimantes; ſuperbiam verò, quæ Angelos de ſupernis deiecit, pro nihilo computantes, vel auaritiam, quæ primum hominem de paradiſi expulit amœnitate, non execrantur: nec inuidiam, per quam fratricida Cain fratrem ſuum Abel interfecit: falſum quoque teſtimonium, per quod Saluator damnatus eſt, aut blaſphemiam non abominantur: nec conſiderant, quales vel quantæ vindictæ ſuper eos qui talia egerunt *c* ſuperpoſitæ ſunt. Multi enim cibis, quos Deus ad percipiendum cum gratiarum actione creauit, abſtinentes, hæc nefanda quaſi licita ſumunt, hoc eſt, ſuperbiam, auaritiam, inuidiam, falſum teſtimonium, blaſphemiam: per quæ detrahendo, quaſi carnes proximi cum ſanguine illius comedunt: & quæ leuiora ſunt in Dei iudicio, grauiùs iudicant; grauia verò, leuiora putant. Omnis ergo Doctor ſingulis vitiis congrua debet opponere medicamenta. Nam qui *d* hæc vitia leuiora eſſe aut gulâ aut fornicatione exiſtimat, animarum inimicus potiùs, quàm doctor iudicandus eſt.

b

c

d

Qui curari poſſint.

24 Curatio ergo ſuperbiæ, eſt increpatio coram omnibus, humiliatioque crebra in *e* luctu & cinere. Auaritiæ quoque medicamentum, eſt largitatis diſpenſatio. Inuidia verò per beneuolentiam & benignitatem medicinatur. Falſum autem teſtimonium qui dixerit, humiliter confiteri, & in quem falſa congeſſit verba, ab eo indulgentiam ſupplicare conuenit. Blaſphemiæ quoque malum, medicamento ſimili ſanatur, id eſt, per humilitatem ſubiectionis, & linguæ ab omni inutili locutione refrenationem, atque per orationis inſtantiam. Contraria enim vitia contrariis virtutibus ſanantur. Nec ſatis eſt corpus affligere, ſi animus à malitiâ & nequitiâ non curatur. Principes ergo & Doctores Eccleſiæ Chriſti, animas fidelium ad pœnitentiæ lamentum poſt culpas prouocent, & eas ſpirituali *f* paſtu doctrinæ, ac ſacri corporis & ſanguinis participatione, ſolidas reddant. Nolentes verò excommunicent, ne reatum damnationis de neglectis ſuſtineant, ne vlmum pro vite, & alnum pro oliuâ plantent; dum plus terrenum & infructuoſum laborem diligunt, quàm caritatem Dei, quæ omnium radix & cumus eſſe dignoſcitur bonorum operum.

e

f

25 Contra Doctores iraſcitur Dominus, eò quòd diuinos libros negligentes, curas huius mundi cum

Ex MSS. omni dilectione agunt. Si enim legentes Prophetarum dicta intelligerent, nec is qui à mortuis reſurrexit plus timoris atque compunctionis audientibus inferre potuit. Sed nemo eſt qui prohibeat, aut qui propellat. Rex enim & Sacerdos, vnuſquiſque ſecundùm hoc quod ſcriptum eſt, quod ſibi rectum videtur, hoc facit. Cauſſa verò & radix omnium malorum eſt ſuperbia. Populus enim contra *g* regentem erigitur, Clerus contra Sacerdotem, monachi contra Abbatem, filij contra parentes, iuuenes contra ſeniores, ſuperbiendo diuerſa ſentiunt. Sed ſicut vnuſquiſque eorum ſubiectus Prælato ſibi non didicit obedientiam humilitatis exhibere, ſic iuſto Dei iudicio agitur, vt illi ceteris prælato nullus humiliter ſubdatur: & quod ab illo ſuperbiente alius iniuſtè ſuſtinuit, ille ab alio per diſtricti iudicis iuſtitiam dolens ſufferat. Malum ergo ſuperbiæ, quod ſupernam Angelorum curiam deſtruendo corruperat, præſens quoque ſeculum inordinatè peruertendo deſtruit.

Superbia omnium malorum cauſſa.

Iudic. 17. 6.

g

a *Alia MSS.* Ea verò quæ impugnantes eos deuicerunt, corde vigili & bonorum operum inſtantiâ vincere omittunt.
b *MSS. Bonif. & Belf.* pro multo habentes.
c *Alia MSS.* venturæ.
d *MS. Hib.* gulam & fornicationem leuiora exiſtimant.
e *Al.* luto. f *MS. Aud.* partu.
g *Belf.* Regem. *MS. Rip.* docentem ſe.

CAPVT VI. *Monita ei cælitus data.*

Furſeus variè inſtruitur à S. Beano.

26 COnuerſus quoque ad B. Furſeum prefatus Sacerdos S. Beoanus, qui hæc diligéter perorabat, ait: Vitam tuam, creaturis Dei vtendo, ſerua: omne quod malum eſt, abnegando reſpue. Eſto ſicut fidelis diſpenſator, nihil tibi præter victum & veſtitum vendicans, ſicque in auferendo lucro, oro, eſto ſicut in augendo temperatus. Qui enim ſic libenter ablatum ſicut datum ſuſceperit, os mutorum aperire poterit, nihil mendicans, nulli negans. Deo odibile eſt aliena appetere, & propria retinere. Pauperibus enim & vinctis conuenit petere; habentibus autem, indigentibus diſpenſare. Eleemoſynæ verò, nullo rogante, diſpenſandæ ſunt pauperibus. Bona quoque in omnes homines operanda ſunt, maximè in domeſticos fidei. Iniquorum verò dona in pauperes & omni ſolatio deſtitutos impertienda ſunt. Dona verò Sanctorum pauperibus ſpiritu, vel vitiis correctis perfrui tribuantur in neceſſitatibus. Nulla verò diſcordia in Eccleſiâ Dei ſit: ſed qui in plebe præſunt, Apoſtolico ordini, & doctrinæ ſanctæ inſiſtant; qui verò in monaſteriis degunt, cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent.

In publico quomodò agendum.

27 Sunt verò nonnulli, qui à doctrinæ ſanctæ officio ſe excuſant, & propter curas ſeculi in publico proſiliunt. Bonum igitur quod agunt, in occulto ponentes, lucem boni exempli proximis abſcondunt: ſeculi verò cauſſas ſeu contentiones in publico agentes, mortiferæ cupiditatis venenum publicè eorum cordibus infundunt. Te ergo ipſum nec ſemper remotum, nec ſemper in publico decernas: ſed quando te remotum eſſe volueris, omni cuſtodiâ te ipſum ſerua, omnia diuina obſeruando præcepta. Et quando in publicum proceſſeris, ad animarũ ſalutem, non ad huius mundi *a* inhianda lucra, animum intentum adhibeto. Sed & ſi quis tibi primâ horâ diei dona contulerit, & ante veſperum pœnituerit, ſicut libens ſuſcepiſti, ita hilaris ei reſtitue. Nullam quoque patrimonio cuſtodiam, nullam curis huius ſeculi intenti cordis diligentiam adhibeas: ſed omnibus aduerſantibus vel contrariis, puri pectoris indulgentiâ, bona pro malis rependens, pro inimicis ſupplica Domino. Qui enim pacati cordis lenitatem contrariis & ſibi reſiſtentibus illæſam ſeruauerit, omnium ferarum & beſtiarum ferocitatem in manſuetudinem conuertet. Nullum enim boni operis ſacrificium Deo ſic acceptabile probatur, quàm patientiſſimi cordis contra omnes iniurias lenitatis manſuetudo, per quam omnia aduerſa ac damna, quaſi lucra & proſpera, ſpe futuræ remunerationis lætus Domino iuuante ſuſcipit.

a

28 Duo enim humanæ animæ inimici eſſe probantur, diabolus & mundus: & vnuſquiſque eorum mutuam viciſſim alter alterius dilectionem inſinuat, vt per hoc, quòd anima mundi huius illecebris ſubſternitur, ab aduerſario victa & poſſeſſa teneatur. Vade ergo, terræ huius Hiberniæ Principibus verbum Dei annuntians, vt relictâ iniquitate, per pœnitentiam ad ſalutem perueniant animarum. Tum deinde excellentioribus ſanctæ Eccleſiæ Sacerdotibus hæc ipſa annuntia, quòd omnipotens Deus habet zelum, Deus enim zelotes eſt, erga illos qui plus amant ſeculum, quàm ipſum; & neglectis animarum vtilitatibus, lucris huius ſeculi deſeruiunt, & ad mortem ſeram prædicant pœnitentiam: & tunc eorum dona ſuſcipientes, ignem de illorum tormentis perferunt.

S. Furſeus iubetur monere Principes, & Antiſtites.

Exod. 34. 14.

29 His dictis à B. Beano & Meldano, ſupernum illud Angelorum ſimul cum ipſo Beano & Meldano in cælum receptum eſt agmen; Beatoque Furſeo cum tribus Angelis ſolis ad terram reuerſuro, maximus appropinquabat ignis. Sed Angelus Domini, ſicut & antè, medium diuidens findebat ignem. At dæmones arreptum de mediis ignibus virum vnum proiecerunt ſuper humerum B. Furſei, & maxillam maxillæ eius impreſſerunt, humerum & maxillam eius incendentes. Cognoſcebat quoque S. Furſeus virum, quòd ei veſtimentum proprium moriens perdonauit; humerumque eius ac maxillam incendens, ab Angelo ſancto in ignem, vnde exiit, proiectus eſt. Angelo autem, qui à ſiniſtris volabat, inter beatum virum & ignem ſtante, dexter illum Angelus in flammas proiecit. Tunc diabolus antiquas repetens fallacias, dixit: Noli repellere, quem anteà ſuſcepiſti: ſicut enim eius bona ſuſcepiſti, ſic de pœnis eius particeps eſſe debes. Angelus Domini reſpondit: Non propter auaritiam, ſed propter animam eius liberandam ſuſcepit. Ceſſauitque ignis. Tunc dixit Angelus Domini: Quod accendiſti, hoc arſit in te. Si enim huius viri, in peccatis ſuis mortui, veſtimenta non ſuſcepiſſes, nec pœnæ illius in corpore tuo arderent.

Damnati hominis attactu aduritur, quare.

30 Prædica ergo omnibus, quòd pœnitentia agenda eſt, & à Sacerdote ſuſcipienda, vſque in extremam horam: ſed tamen niſi pœnituerit, nihil ſubſtantiæ eius ſuſcipiendum, nec corpus eius in ſancto ſepeliendum eſt loco. Viuo tamen prædicetur acriùs, quatenus cor illius amaritudo compũctionis tangat, vt tactum quandoque purgetur, omnibuſque priſtinis renuntians iniquitatibus, eleemoſynas vbertim pauperibus diſtribuat. Nihil tamen exinde à Sacerdote ei prædicante ſuſcipiatur, ſed iuxta ſepulchrum eius bona illius pauperibus diuidantur, ne in aliquo iniquitatis illius particeps ſit.

Nihil accipiendum ab vſurariis impœnitentibus.

a *MSS. Bonif. & Belf.* emenda.

CAPVT VII. *In Hibernià, Angliâ, Galliâ prædicatum Euangelium.*

Redditur corpori, inualido; ſed rationi paruo.

31 HIs atque aliis ſanctæ exhortationis ſermonibus vir Domini inſtructus, ſuper tectum eccleſiæ inter ſanctos conſtitit Angelos, ſuumque corpus conſiderans, nec parietes domus, nec turbam lugentium, nec ipſa corporis indumenta videre potuit: iubeturque ab Angelo propriũ cognoſcere & reſumere corpus. Tunc ille quaſi ignotum cadauer timens, nolle ſe ibidem appropinquare reſpondit. *a* Cui ſanctus Angelus: Noli timere, inquit, hoc ſuſcipere corpus, quod ſine vllâ repugnatione infirmitatis vel vitiorum expugnantium, quamuis inualidum, habere potes. Concupiſcentias enim illicitas in hac tribulatione ſuperaſti, vt *b* vltrà contra te non præualeant.

a

b

32 Tunc vidit à pectore illius corpus aperiri. Dixitque ei Angelus: Reuiuiſcens corpus tuum aquâ fontis ſuperfundatur, & nullum dolorem, niſi tantùm concremationis, ſentire poteris. *c* Benefaciens, omnem greſſum tuum vſque in finem videbimus, & ſic te lætum bene.

c

In quo ſentit aduſtionẽ animæ impreſſam. beneque operantem ſuſcipiemus. Exurgens autem vir ſanctus quaſi ex profundâ mortis quiete, conſpicienſque parentum multitudinem, vel vicinorum, ſiue etiam Clericorum, ingemiſcenſque magnitudinem humanæ ſtultitiæ, arduumque & difficilem tranſitum admirans, magnitudinem quoque remunerationis peruenientibus ad beatas ſedes, ſingula per ordinem annuntiabat. Atque viuâ ſuperfuſus aquâ, incendium inter ſcapulas ſenſit, quod de iniquo ſumpſit viro, & in facie eius apparuit; mirumque in modum quod anima ſola ſuſtinuit, *d* in carne demonſtrabatur.

d

Pœnitentiam prædicat. 33 Egreſſus inde, verbum Dei per vniuerſam Hiberniam prædicabat, & ea, quæ viderat vel audierat, omnibus populis Scotorum annuntiabat, (erat verò in illo incomparabilis gratia) nihil terrenum cuiquam petens, omni petenti ſe tribuens, Prælatis & ſubditis æqualis, Magnatibus, & Regibus timendus, humilibus & contemptoribus ſeculi mitis, omnibus bonis amabilis, iniquis & peccatoribus terribilis, diuinis virtutibus clarus. *Dæmones fugat.* Ex obſeſſis enim corporibus dæmonia fugabat, & pauperes recreabat.

Rurſum intelligit 12. annos reſtare. 34 Dumque vnius anni ſpatio Hiberniæ inſulæ populos doctrinæ ſtudio circumiret; inſtabat dies anniuerſarius, quo viſionem à corpore ſublatus viderat, memorans ſemper vnius diei iter ſibi fuiſſe *e* iniunctum. Multis denique ſapientibus ac religioſis eum comitantibus viris, eadem nocte moleſtiâ corporali correptus, in ſolo tantùm pectuſculo vitâ palpitante, vidit Angelum Domini ea, quæ ad opus prædicationis ſunt congrua, ſibi annuntiantem, & vnius diei iter exponentem, ac duodecim annos in opere ſuæ prædicationis complendos prædicentem: quod ita factum eſt.

e

f 35 Completis verò annis *f* decem, omnibus ſine perſonarum acceptione verbum Domini annuntians, irruentium populorum multitudines non ferens, aliquantorum etiam animos inuidiâ ſtimulante contra ſe commotos eſſe deprehendens, relictis omnibus, quæ habere videbatur, paucis cum fratribus ad inſulam quamdam paruulam in mari profectus eſt. *Abit in Angliam.* Atque exinde non multò pòſt de Hiberniâ peregrina littora petens, *g* per Britannos in Saxoniam tranſuectus eſt, vbi honorificè à Sigeberto Orientalium Saxonum Rege ſuſceptus, verbo Domini barbara mitigabat corda.

g

h Monaſterium conſtruit. 36 Completis verò duodecim annis, quos Angelus prædixerat, Sanctus quadam infirmitate *h* correptus, Angelicâ fruitur viſione: vbi etiam de prædicationis inſtantiâ admonitus, nullum viuendi finem audiuit; tertium diem peregit tacendo, Euangelicum præceptum reuoluens: Vigilate & orate: quia neſcitis diem neque horam. Quod vir Deo plenus intelligens, locum monaſterij à prædicto ſibi Rege Sigeberto traditum accelerauit conſtruere. Quod monaſterium vocabatur *i* Cnoberesburch, in quodam caſtro conſtructum, ſiluarum & maris vicinitate amœnum. Rex autem gentis illius Anna religioſus valdè, ac nobiles quique tectis & muneribus idem monaſterium adornarunt.

Matth. 25. 13.

i

37 His ritè geſtis, vir ſanctus ab omni ſeculi, atque ipſius monaſterij curâ alienare ſe cupiens, cum ſapientibus Fratribus tractabat. Habuit enim ſecum reuerẽtiſſimos & ſpiritales viros, qui exemplo tanti viri, & in monaſterij probatione, & in diuerſis laboribus vitæ, ad humilitatis & caritatis gratiam profecerant; inter quos etiam germanos proprios habuit Foillanum, ſanctum admodùm virum, cui etiam Sacerdoti cum Sanctis *k* Gobbona & *l* Tibulla Preſbyteris, monaſterij & animarum dereliquit curam: alterum verò Vltanum anachoretam, diuturnâ monaſterij probatione ad eremitalem vitam inſtructum, multis iam annis ab eodem electum. Relictis itaque omnibus curis & rebus, nudus ad fratrem ſuum Vltanum, qui iam theoricâ paſcebatur vitâ, ſolus profectus eſt. *Secedit in gremum.* Qui labori quotidiano & orationibus continuis deſeruientes, annum integrum ibidem philoſophabantur.

Id S. Foillano committit.

l k

38 Tunc quibuſdam cauſſis ingruentibus, à populo & Rege vir altioris ingenij ad conſilium vocatus, imò etiam compulſus, deſideratum ſibi eremi dereliquit locum: omniaque animo peruigili tractans, ac turbatam eſſe prouinciam gentilium incurſione perſpiciens, nec ibi diuturnum monaſterialem ordinem perpenſans, ad Galliarum littora dimiſſis ordinatè omnibus, cauſsâ viſendi Romam nauigauit: ibique à Francorum Rege Clodoueo & Patricio Erchenaldo honorificè ſuſceptus, monaſterium in loco, quem nuncupant *m* Latiniacum, conſtruxit. At non multò pòſt fratribus ordinatis dimiſſis cum Rege & Patricio, *n* iter agens, infirmitate corripitur. Ibique diu iacens, virorũ nobilium, & ipſius reuerentiſſimi Regis viſitatione frequentatus, ab ore illius ſermonis gratiam & condimentum vitæ aſſumebant æternæ. Et ſic præſentia relinquens in loco Maceria nominato XVII. Kal. Februarij ad æterna commiuit regna.

Ex MSS. *Euocatur à Rege.* *Abit in Galliam.* *m* *Latiniacum conſtruit.* *n* *Ægre viſitur à Rege.* *Moritur.*

39 Corpus verò illius ab illuſtri viro Erchenaldo Patricio retentum cauſsâ eccleſiæ, quam ſibi magno opere conſtruxit, in villâ, cui Perona vocabulum eſt, ponitur. Et quia ipſius eccleſiæ dedicatio intra *o* viginti & ſeptem parabatur dies; in quodam loco in porticu eccleſiæ interim corpus ſanctum ſummâ cum diligentiâ cuſtoditur: ac poſt tantos dies ita illæſum inuenitur, ac ſi eadem horâ de hac luce fuiſſet egreſſus. Reuerenter ergo die *p* VI. Februarij, iuxta morem, prope altare reconditur, ibique annis fere quatuor demoratur. Conſtructâ verò ad orientalem altaris partem domunculâ, ibi poſt tot annos immaculatum & integrum corpus à reuerentiſſimis ſubuectum Epiſcopis, Eligio ſcilicet, & Autberto, & à Foillano & *q* Emiano Abbatibus, & aliis ſanctis viris transfertur ſine vllâ putredine. Vbi etiam rectâ fide petentibus merita illius clareſcunt diuinis virtutibus, adiuuante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum, Amen.

Sepelitur. *o* *p* *Poſt 4. annos transfertur.* *q*

a *Capgrauius*: Præcepto tamen Angeli qualiter corpus ſuum intrauit, ſcire non potuit.

b *Alia MSS.* vetera. c *MS. Hib.* Bonum ergo fac.

d *Capgrauius*: Signum incendij, quod in animâ ſolâ pertulit, viſibiliter in humero & in maxillâ ſemper portauit. *Idem tradũt Harpsfeldius & Deſmaius; additq; hic, precari ſolitum ne ab eo morbo, ſiue vt ex veteri Legendario tradit, ſtrumis ſanaretur.*

e *MS. Hib.* indultum. f *MSS. Bonif. & Belf.* duodecim.

g *Siue, vt nunc loquimur*, per VValliam in Angliam. *quamquam & ipſi VValli, ſiue Britanni, nunc Angli appellantur.*

h *Addit MS. Hib.* triduanâ.

i *MS. Hib.* Cnockberesbrugh. *quadam MSS.* Chokeresburgh. *Harpsfeldius* Cnobherburg. *Trithemius* Chaobherburg.

k *In vitâ S. Foillani vocatur* Gobbanus, *apud Deſmaium* Goabbanus; *de quo 3. Nouemb.*

l *Eadem vita* Diculfum *vocat; alij* Dicullum: *colitur 1. Iunij.*

m *Gallicè* Lagny *dicitur, ſitum ad* Matronam *flumen, in diœceſi Pariſienſi, monaſterium & oppidum.*

n *S. Antoninus aliter æſpungit*, cum Rege iter agens, infirmitate corripitur.

o *Sur.* triginta.

p *Legendum videtur XXV. quo die ſuprà diximus eius recoli tranſlationem. Et qui potuit recondi VI. Februarij corpus, quod 27. aut 30. diebus iſthic quieuerat, ex Maceriis caſtro anteà deportatum? qua deportatio dum adornatur ac peragitur, dies aliquot, vt legenti patet, effluxerunt, dum aduenit Peronâ Erchinoaldus, Lauduno Bercharius, Maioco caſtro Haymo.*

q *Is in libro miraculorum* Eminianus, *& in aliis MSS.* Emmianus, *in ſecundâ vitâ* Æmilianus *appellatur, recenſeturq; inter Sanctos à Menardo & Sauſſaio 10. Martij.*

MIRACVLA S. FVRSEI.

CAPVT I.

Miracula in Pontiuo, & Atrebatibus.

1 REm actam atque geſtam, fratres dilectiſſimi, ad memoriam concitemus Confeſſoris, vt cunctæ proles diuulgantes reſtaurent Eccleſias. Quia Paſtor gregis & doctor iſtud deſpexit

Ex MSS. ſeculum, laudes terrenas, munera regalia, decus Principis; & aulam Chriſti diligens, penetrauit regna polorum, cum Sanctorum millibus, lætus paſtor de commiſſo ſibi ouili lætos reportans fructus: nam quos elegit, & amauit, non reliquit poſt tergum.

S. Furſeus regio genere ortus, omnia relinquit.

2 Pius vtique Antiſtes Furſeus, largus & humilis, qui cùm eſſet ex regali ſemine, [a] ſermone affabili, ad congregandam plebem fidelium promptus, efficax in opere, omnia ſibi commendata à Deo diligenter ſeruans, ſe & omnia ſua propria in munus detulit Saluatori. Omnia hæc, vt audiuimus & credimus, pro intuitu amoris Dei vltramarinis adimpleuit documẽta partibus.

a

3 Ac poſtremò meruit audire vocem Domini dicentis: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Et iterum: Qui reliquerit propria, id eſt, agros, & propinquos, & cetera omnia, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam recipiet. O virtus abſtinentiæ, & mortificationis carnis, quæ & hæc omnia cuſtodiuit, & docuit! Veniens namque in Saxoniam, ibi à Sigeberto Rege honorificè ſuſceptus eſt, qui præ gaudio neſciens quid ei opus egiſſet bonitatis, obtulit ei munera, aurum, & gemmas, & diuitias innumerabiles. Ipſe verò prædictus Furſeus pro nihilo habuit hęc omnia. Sed petiit ab eo [b] aliquem locũ, vbi ſibi & ſuis poſt ſe venientibus, prępararet hoſpitium. Rex eius adquieſcẽs ſermonibus, nõ ſolùm eum dilexit, verùm etiã poſt eius regimen clamans, pro amore Sancti dedit auxilium & conſolationem. Tunc vir Domini in ipsâ prædictâ traditione conſtruxit monaſteria, & Eccleſias, quas cum ſanctis pignoribus dedicauit. Atque monachos & Virgines ad ſeruiendum Domino cum curâ regulari conſtituit. Quique venientes ad eum debiles & claudos, cæcos atque leproſos, vel etiam qui varias habebant iniurias, cunctos ſaluabat ab infirmitatibus, & cunctis ſe petentibus dabat neceſſaria. Qui honorabilior ceteris effectus, cunctis prædicabat remedium pœnitentiæ, & cunctos ab erroribus ſaluabat.

Matth. 11. 28. Matth. 19. 19. *Venit in Angliam.* b *Conſtruit monaſteria:* *agros ſanat.*

6

4 Benedictus Pater Furſeus omnia ſua gubernacula, propriis germanis ſuis [c] Foillano & Vltano ad cuſtodiendum dereliquit. Angelo admonente petiit à Rege ſibi licentiam dari Romam tranſmeandi, vbi piis ad limina SS. Petri & Pauli, & ceterorum Sanctorum orationibus vacaret. Qui ad hæc reſpondit ei, dicens: Non dimiſſurum ſe eum, niſi ei voto vouiſſet iterum reuerti. Cui Domini athleta vouit, auxiliante Domino reuerſurum ſe eſſe. Petenteſque omnes eius benedictionem, deduxerunt eum cum pace ad littora maris. Nauigans autem venit in Galliam; vbi ſtatim à Rege Chlodouæo, & Patricio Erchenaldo honorificè eſt ſuſceptus; datâ ei à Rege licentiâ præuidere omnem poteſtatem ſuam, vt ſibi condignum locum inueniret. Sed vir Domini iter quod cœperat, petebat ne impediretur. Sed longum eſt narrare, quanta in partibus tranſmarinis Dominus per eum dignatus eſt operari miracula; & huic diuino operi eiuſdem præcipuum iungendum eſt miraculum.

Venit in Galliam: *benignè ſuſcipitur à Clodoueo II.*

c

d

e

f

5 Veniens in pagum [d] Pontiuum, & in villam quæ dicitur [e] Maioc, in quâ audiuit planctum magnum in domo Haimonis Ducis, eò quòd [f] filius eius eſſet defunctus vnicus, quem habebat. Tunc petiit vir Domini illud corpus ad cuſtodiendum per noctem. Quod impetrauit, & iuſſit corpus poni in ſecreto cellulæ ſecum: clauſoque oſtio, flectens genua, & cum lacrymis Dominum deprecatus, pariter ſurgunt, Sanctus de puluere, infans de feretro. Manè autem facto, veniens Haymo, cum vxore ſuâ, & cum turbâ plurimâ virorum & mulierum lamentantium, cum luminibus ad domũ, vbi vir Domini orabat, inuenerunt viuum, quem mortuum ſuſpicabantur, canentem & laudantem Deum cum viro ſancto.

Haimonis Ducis filium reſuſcitat.

6 Tunc Haimo cum omni populo lætus effectus, glorificans Deum, qui eſt glorioſus in Sanctis ſuis, dedit ei poſſeſſionem ſuam, nuncupatam Macerias; & deprecatus eſt eum, vt ab eo numquàm diſcederet. Vir autem Domini hoc reſpuens, iter carpebat quod cœperat. Tunc populi vociferantes poſt eum, oſculantes eius veſtigia, petebant eius benedictionem, quos omnes à variis infirmitatibus ſanabat. Sed & Haimo prouolutus ad pedes eius, dixit: Oro te, vir Dei, vt quamuis non ſimus digni, vt nobiſcum continuò maneas, vel tuum tranſitum nobis manifeſtes. Vir Domini dixit: Quando in vnâ nocte tres horas fulgoreas videris mutatas, tunc me tranſiturum ſcias.

Multos ægros ſanat.

7 Deinde veniens in pagum Ambianenſem, & in curtem vocabulo [g] Antoilum, ſuper fluuiũ [h] Corbeiam; ibi obuiauit ei vir malignus, & exuens eum pallio ſuo, & minans eum cum diſcipulis ſuis fuſtibus, & pergens ad domum ſuam portauit cappam viri Dei, iactans eam mulieri ſuæ. Et inſiliens ſuper eum ſpiritus malignus, & ſuper vxorem ſuam, & vnicam filiam ſuam fregit linguas eorum, & filia ſurda & cæca effecta eſt; & nullus alteri loquebatur. Secutus eſt eum vir Domini vſque ad domum petens hoſpitium; & reſponſo non inuento, miſericordiâ motus, fecit orationem pro eis, vt indulgentiam acciperent. Meritis Sancti crediderunt ſimul & ſanitatem receperunt. Ipſi conuerſi ad Deum pro amore Sancti, ſed & cuncta propria in munus detulerunt Saluatori.

g h *Spoliatur à latrone:* *eum à dæmone liberat:*

8 Deinde diuino deſiderio anhelans, venienſque in Grandem-curtem, in pagum [i] Atrebatenſem, petiuit diuerſorium à feminâ, nomine [k] Ermenfleda, quæ videbatur multas habere poſſeſſiones & pecunias, ſed minimè impetrauit. Statim vt vidit vir Domini duritiam eius, receſſit; & in ipsâ horâ cœpit eam inimicus vexare. Et ecce nuntij poſt eum venerunt ad inuitandum eum, dicentes: Serue Dei, ecce vocat te domina noſtra: veni libera eam à vexante ſe: ſcit enim quòd propter te tanta patitur mala. Sed noluit vir Domini reuerti ad eius habitaculum, quia ſciebat quid ei euenerat. Attamen compunctus corde pius Pater miſit vnum ex diſcipulis ſuis cum baculo ſuo ad eam. Vt autem introiuit domum, dæmon cum tremore exiliens ab eâ, mulier facta eſt ſana. Veniens autem poſt virum ſanctum, & prouoluta pedibus eius, ſe & ſua propria ei deuota vouens, poſteà multis vixit annis. O fratres dilectiſſimi, quàm clara & quàm pretioſa fuerunt merita Sancti! Non ſolùm namque per eius manus virtutes clareſcebant, verumetiam ſi baculus, quem in manu frequentiſſimè portabat, ſuper infirmos mittebatur, ſtatim ſanabantur. Et illud quod ſuperiùs memorauimus, quotidie per totam Galliam diuulgabatur.

i k *Ermenfledam quoque in hoſpitalem,* *miſſo ad eam baculo.*

a *MS. Corbeien.* decore amabilis.

b *MS. Bertin.* aliquod ſpectaculum. *MS. du Cheſne*, aliquod municipium.

c *At Deſmaius cap.* 14. *ſcribit* SS. Foillanum *&* Vltanum, *alioſq; fuiſſe Romanæ peregrinationis comites.*

d *Ita appellatur regio inter Somonam ac Quantiam ſita. Quadam MSS. hic habent* Pontiniacum.

e *MS. Du Cheſne* Maior. *alia MSS.* Maigoc. *Hallucinatur Deſmaius cap.* 14. *ſcribens vicum illum, aliàs* Maioc *fuiſſe dictum, qui tunc appellabatur* Alteia, *Latinè* Macerias, *Gallicè* Maſſiers, *ac deinceps* Frocheus. *De* Frohem *&* Maceriis *ſuprà diximus §.* 1. Maioc *caſtrum paullò inferiùs ſitum fuit ad eumdem fluuium Alteiam; vbi nunc* Hemont *vicus, fortaſſis de Haymonis Ducis nomine.*

f Vrſinum *vocat Malbrancus noſter.*

g *In ſecundâ vitâ* Antogilus *dicitur, Gallicè* Antueil, *vt ſcribit Deſmaius.*

h Corbeia *in Somonam influit inter Ambianos & Peronam: ab eo nomen nobiliſſimi cœnobij ductum, quod his ipſis ferè temporibus S. Furſei, à S. Batilde Reginâ ædificatum.* *Corbeia fl.*

i *Celebres ab auo Cæſaris* Atrebates *Galliæ Belgicæ populi. Metropolis ab ipſo gentis nomine, vt paſſim alia,* Ciuitas Atrebatum *appellatur, Gallicè* Arras, *Teutonicè* Atrecht.

k *MS. Hibern.* Ermenefleda. *Corbeien.* Ermenflide. *Deſmaio* Hermeſis *dicitur.*

CAPVT II.

Miracula facta Peronæ.

Inuitatur Peronam.

9 VIr Domini memoratus Erchenaldus audiens eius famam, obuiàm ei perrexit, orans & poſtulans

ſtulans vt veniret ad domum eius, ad palatium Perronenſis vici, & in ſacrum baptiſma filium ſuum poneret, a & à fonte ſuſciperet. Quod vir ſanctus non renuens, ſed proximum ſicut ſemetipſum diligens, pariter pergunt. Venientes autem ad locum nominatum, magna ibi fit lætitia.

Captiuos miraculosè liberat.

b 10 Sed tamen b ſex vincti in carcere tenebantur in ipſo vico. Ipſi, vbi audierunt aduentum eius, clamabant dicentes: Ora pro nobis, ſerue Dei, propter Deum, quia credimus per tuum aduentum nos ſaluari. At vbi audiuit vir Domini, miſericordiâ motus poſtulauit pro eis vt dimitterentur; ſed minimè impetrauit. Accedenteſque ad epulas, vir Domini expectabat mirabilia Dei; dixit enim ſe non eſſe pranſurum antequàm vinctos ante ſe vidiſſet. Audiens Dominus petitionem ſerui ſui, & ecce cunctis videntibus, qui erant retruſi abſque vllâ contagione aduenerunt illæſi. Cuncti adſtantes ſimul cum Principe veniam poſtulauerunt, & glorificauerunt Deum, eò quòd eis veniſſet virtus, ſalus, & adiutorium.

11 Tunc electus Domini Erchenaldus conſtituit tres domeſticos ſuos, qui virum iuſtum per diuerſa loca deducerent, & vbicumque ſua propria fuiſſent, ei demonſtrarent; vt qualis ei locus amabilior fuiſſet ad habitandum daretur. Qui & fecerunt. Sanctus verò Furſeus ex cunctis locis Latiniacum expetiuit. Veniens autem in ipſum prædictum locum fixit baculum ſuum in terrâ, & mox ebulliuit fons magnus, qui vſque hodie locum irrigat, & multis à diuerſis infirmitatibus præſtat medicinam.

Baculo fontem elicit, agris ſalutarem.

Energumenos ſanat.

12 Contigit autem vt dum præuideret quadam die locum, ecce duo energumeni à beatiſſimo Furſeo deprecati ſunt remedium. At ille facto Crucis ſignaculo, effugauit dæmonium, reddiditque eis ſalutis remedium.

Ab Erchenaldo Latiniacum accipit.

13 Tunc qui miſſi fuerant, cuncta quæ viderunt, omnibus indicauerunt. Erchenaldus verò vt audiuit hoc, gratias egit Deo, qui talem ei virum dediſſet, vnde talia proceſſiſſent miracula. Pergens itaque poſt virum ſanctum, dicit ei: Deo gratias ago, qui mihi tale dederit proprium, vbi tibi inueniſti dignum habitaculũ. Ædifica & ordina diligenter, vt ſit tibi & tuis aptum perennibus temporibus. Ego autem interim præparabo montem

c c Cygnopum qui Perrona nuncupatur, vt ſi acceptior tibi fuerit, habeas & ipſum, quia Deo iubente ibi requieſcent corpuſcula noſtra.

Ibi conſtruit monaſterium.

d 14 Hymno dicto, S. Furſeus Latiniacum ſuis manibus conſtruxit. Beatus quoque Erchenaldus Perronam cum feſtinatione præparauit. d Ac non multò pòſt audientes hæc vltramarini, cognati atque amici, ſimul cum S. Eminiano, accelerauerunt venire ad ſanctiſſimum virum Furſeum. Qui eos honorificè ſuſcipiens & ſimul cum eis manibus operans magnoperè conſtruxit illum locum.

a *Ambiguè dictum; vt neſcias, ipséne puerum baptizârit, quod aſſerit Deſmaius cap. 17. an ſolùm de ſacro fonte leuârit.*

b *MS. Corbeien.* vigintiſex.

c *MS. du Cheſne,* Cygnophy. *Deſmaius vertit* cygnorum.

d *Hinc coniicias non veniſſe cum eo primùm, vt in ſecundâ vitâ refertur.*

CAPVT III.

Miracula in morte, & primâ tranſlatione.

Iturus in Angliam in Pontiuo moritur.

15 ET poſt ſpatium aliquot annorũ contigit ei vt reuerteretur in Saxoniam viſitare proprios germanos ſuos, id eſt, Foillanum, & Vltanum, quos dimiſit ad regendum ſuum monaſterium. Qui in ſuâ relinquens ſede Eminianum virum ſanctum curam gregis agere, iter accelerabat. Veniens igitur in prædictam traditionem Haimonis Ducis, vocabulo Macerias, Sanctus Domini infirmitate corripitur, & Angelicâ perfruitus viſione, præſentia relinquens, ad æterna migrauit regna.

16 Sed Haimo neglexit dicta ſancti viri, tempuſque tranſitus Sancti, aduenienſque ad prandium ſuum vidit B. Furſeum cum ſuis duobus Diaconis, & cum tribus cereis, quos poſuerunt ſuper menſam ſuam, & abierunt. Tunc Haimo ſtupefactus, interrogabat circumſtantes ſe: Videtis gloriam, quam ego video? Dixerunt ſe neminem vidiſſe. Qui dixit eis: Ecce vidi ante me virum ſanctum ſtantem, qui vnigenitum meum reſuſcitauit, & ſigna magna nobis demonſtrauit, a cum duobus Diaconis & tribus cereis, quos poſuerunt ſuper menſam meam, & abierunt. Credo enim huic ſigno, quòd mihi b mercedem præſtabit, & nunc ſcio quòd de corpore migrauit. Ergo pergamus ad ſepeliendum eum. Tunc ipſe cum omni domo ſuâ, & cum cunctis pagenſibus, ſeu cum Clero, vel turbâ Virginum, cum thuribulis & cereis perrexit ad ſepeliendum Sanctum. Qui veniens in locũ vocabulo Macerias, ibi cum odoribus magnis, hymnis atque canticis, cuſtodiebat corpus Sancti.

Ex MSS.

Apparet Haymoni.

a

b

Erchenaldus vir reputatiſſimus eius corpus.

17 Audiens hęc inluſter vir Erchenaldus Maior-domus, illuc cum turbâ multâ hoſtiliter perrexit. Qui veniens ad ſupradictum locum ſuper fluuium Alteia, vbi ſancta iacebat gemma, ibi Haimonem Ducem præparatum inuenit hoſtiliter, vigilantem & cuſtodientem corpus. Tunc Erchenaldus dicit Haimoni Duci: Redde mihi monachum meum. Alioquin cras manè iudicet hoc Deus inter me & te. Haimo reſpondit: Et mihi primogenitum meum reſuſcitauit. Sed tamen quid inter nos hæc ratio? Iubeantur craſtino iungi duo tauri indomiti, vt eleuent feretrum, & pergant Deo iubente quocumque voluerint. Tunc vir Domini Erchenaldus lætus effectus dixit: Rectè iudicaſti. Fiat ſecundùm iudicium tuum.

Cæca ad Sancti feretrum illuminatur.

18 Factum eſt autem dum vterque cuſtodiret corpus beati viri, atque confabularentur, ecce puella cæca à natiuitate, quæ proſtrato corpore tetigit pallium, quo feretrum operiebatur, & recepit lumen oculorum. O qualis tunc extitit riſus vel iocunditas! Quæ priùs palpando venerat, cunctis videntibus ſaliens, currens, laudans & glorificans Deum, dicebat: O B. Furſee, qui totis viſceribus iam pergis ad Chriſti regnum; qui non declinabas dextrâ læuâque de conſortio Sanctorum! O Furſee iam vernas inter choros lætantium! O ſanctiſſima anima, quæ iam audis à Domino: Intra in gaudium Domini tui; bonum certamen certaſti, ideoque & cum Angelis exultabis in æternum!

Tauri corpus eius Peronam deferunt.

19 Manè autem facto fecerunt vt hæc probarentur, quæ dixerant. Tauros iungunt ad feretrum, ac ſtatim eleuant ſanctum corpus. Qui tenentes rectam viam itineris, peruenerunt ad villam, vocabulo Perronam. Erchenaldus verò poſt corpus pergebat, cum turbâ populorum, & pſallens glorificabat Deum. Et ecce claudus iacebat in viâ, qui expectabat conſolationem Domini, clamans & vociferans: Sancte Dei Furſee, adiuua me. Ego ſi potuiſſem tibi appropinquare, credebam me tuis meritis ſaluari. Tunc quidam viri miſericordes portantes eum ante feretrum, fide poſcente recepit ſanitatem.

Claudus ſanatur.

Bercharius Dux corpus ſibi cupit vindicare.

c 20 His ritè geſtis ecce Bercharius Dux c Lugdunenſis venit cum exercitu magno, volens rapere corpus. Tunc dicit ei Erchenaldus: Quid eſt hoc Berchari, quòd ſic armatus aduenis? Reſpondit ei Bercharius: Meus eſt legibus, quem ducis, eò quòd ego prior omnibus in hac terrâ eorum d dux fui, & quicquid meę fuit facultatis, ad cultus amoris eius & parentum ipſius tradidi ad poſſidendum. Ille viuens voluit ad me peruenire, quod tu non permiſiſti. Tamen obſecro quamuis non meruiſſem illum videre viuum, vt mihi ſaltem dimittas corpus eius cuſtodire. Et hoc ſi nolueris, vnum è duobus elige:

d

e e aut duos pueros rem ignorantes ad feretrum pone, vt eant partem quam elegerint: & hoc altiſſimus Iudex inter nos hac horâ diiudicet, quod placitum ſibi fuerit. Reſpondit Erchenaldus: Prout dixiſti fiat. Tunc miſit Erchenaldus vnum puerum habentem ſeptem annos de parte Bercharij, & Bercharius ſimiliter poſuit puerum

Per innocentes pueros res decidituꝛ.

Ex MSS. ſuum de parte Erchenaldi. Qui ſtatim eleuantes feretrum, iubente Saluatore deduxerunt ſanctum corpus ad montem Cygnopum. Et prædicti viri poſt corpus, cum eorum plebe,& cum magnâ lætitiâ gaudenter pergunt, ibiq́ue cum odoribus magnis condunt; vbi ipſe Sanctus priùs *f* multorum Sanctorum condidit pignora, id eſt Patricij, Beani, Meldani, & ceterorum, quos ſecum detulit.

a *In huius rei memoriam, tria ante* S. Furſei *aram candelabra viſuntur, in quibus olim perpetuò ardere tres cerei conjueuerunt, teſte Deſmaio cap.*19.

b *MS. Corb.* monſtrauit.

c Lugduni Clauati, *ſiue* Lauduni *Duxerat, vt exponit Deſmaius.*

d *Deſmaius* Bercharium *ait cum* S. Vincentio Madelgario, *ex Angliâ venienti Furſeo & ſociis comitem fuiſſe.*

e *Deſmaius ait hoc conſilium ab Erchanoaldo & Haymone propoſitum; pueros verò loco taurorum iunctos currum traxiſſe.*

f *Ea reliquiæ vbi nunc ſint ignoratur, teſte Deſmaio.*

CAPVT IV.

Alia miracula in primâ & ſecundâ tranſlatione.

21 SEd interim, hoc eſt intra triginta dies, paratur eccleſia, & ædificatur in honore duodecim Apoſtolorum. Coniux autem Erchenaldi nomine *a* Leutſinda, furore repleta eò quòd tam diligenter diligeret Sanctum, dixit viro ſuo: Ecce me deſolatam cum filiis meis & filiabus derelinquis abſque pecuniâ & poſſeſſione, tradens omnia noſtra in manus eius, quem nos ignoramus, qui fuerit, vel ex quâ origine ortus eſt. Cui dixit Erchenaldus: Dulciſſima mea Leutſinda, noli talia verba loqui. Leutſinda reſpondit: Fac me extraneam de tuo conſortio, ſi ſic perſeueras vt cœpiſti. Erchenaldus dixit: Ceſſa *b* verboſare Leutſinda: quòd ſi furor tuus non ceſſauerit, eris extranea *c* de poteſtate meâ, & de deliciis, quas tibi tradidi. Leutſinda irata reſpondit: Vtinam numquàm peruenisſem ad diem illum nuptiarum, vnde nunc reproba effecta ſum. Erchenaldus dixit: Cariſſima, ſi ſcires quanta nobis venerunt bona à die, quo nobis ſuam tradidit familiaritatem, numquàm in talia proueheres: ſcito certiſſimè, quòd ſi furor ſuus contra te *d* euerſus fuerit, tu & omnia tua tecum ibunt in perditionem. Subridens Leutſinda dixit: Audite cuncti; homo triginta dies putrefactus, quid mihi faciet mali?

Leutſinda Erchenaldi viri ſui pietati obſtrebit:

22 Venit autem dies quo templum ædificationis præparatum fuit, hoc eſt *e* V. Idus Februarij. Ibi magnâ collectâ populorum adunatâ, Erchenaldus dixit: Leutſinda, ecce dies, in quâ probare poteris, *f* quæ ſemper dolosè inquiris: hodie, Deo iubente, transferetur Sanctus ad locum quem ei præparatum habeo; & ſi ſic inueneris, vt dicis, centuplum reſtaurabo tibi pecunias tuas. Tunc Leutſinda læta effecta, perrexit cum turbâ multâ ad locum, vbi ſanctum iacebat corpus; iubet diſcooperiri ſepulchrum. Et ideò quia non erat digna videre ſanctum corpus, amiſit lumen oculorum. Quæ diu iacens in terrâ iuxta Sancti ſepulchrum, quicquid à iuuentute adquiſiuit, Chriſto propter amorem S. Furſei vouit. Statim vt credidit, ſanata eſt.

fit cæca.

viſum recipit.

23 Cuncti adſtantes gaudio magno repleti, eleuauerunt corpus cum magnâ exultatione,& condiderunt dextrâ parte altaris Apoſtolorum Principis, vbi conditum iacuit annis quatuor, vbi & multa patuerunt miracula. Interim parabatur domuncula, in quâ iacens tot annos, ab inluſtribus viris Eligio, Autberto, & *g* Medardo Epiſcopis tranſlatum eſt. Sicq́ue tunc inuentum illæſum, quaſi eadem horâ migraſſet è corpore. Ibi cum odoribus magnis clara teguntur membra, vbi & virtutes multæ clareſcunt per merita Sancti. Ibi paralytici & leproſi curantur, & dæmoniaci liberantur. Cæci viſum recipiunt, atque cuncta neceſſaria, quæ in fide poſcuntur, illic largiente Domino præſtantur. Lætus Sacerdos lætam petiit domum. Triſtes & mœrore plenos lætos deducit in domum cæleſtem.

Corpus integrum poſt 4. annos, transfertur:

g elaret miraculis.

24 Et illud non eſt ſilendum, quod in memoriam reducimus. Erat quædam femina multas habens diuitias & poſſeſſiones, ſed validam infirmitatem patiebatur cum ſuis hominibus languoris, ita vt nullus alium poſſet adiuuare: quæ admonita in ſomnis, vt pergeret ad ſepulchrum ſancti viri, orationibus vacare, ſed præ nimiâ infirmitate non valuit ire. Tamen compuncta corde, & in fide & amore Sancti, miſſum ſuum miſit, præcipiens illi, vt citò pergeret ad locum prædictum, & poſceret ſibi tranſmittere de eulogiis S. Furſei. Hoc credebat ex fide, quod poſteà agnouit in facto, & guſtu credebat ſanari. Seruus quò domina imperauit perrexit. Veniens ad virum, cuius ſollicitudo præerat monaſterio, dicit ei: Domina mea valdè infirmatur, obſecrat & petit vt eulogias Sancti ei tranſmittatis, quia per ipſas credit recipere ſanitatem. Qui frater dicit ei: Certè ſcias nos abſque vino eſſe, niſi tantùm vnde vix ad Miſſas oblationes facimus, quia validiſſima in hoc anno, & in hac terrâ extitit plaga, tam in populo quàm & in fructibus. Ille ſeruus vt audiuit verba excuſantis, dixit: Domine vel fontem mihi indica vt hauriam, & de ipſo deferam, vt ex ipſo deſiderium ſuum impleat. Pergens frater monſtrauit ei fontem, qui ex eo ferens vas plenum tulit dominæ ſuæ, & cuncta quæ ei contigerant, retulit. Gauiſa mulier dixit: Vel ex ipſo mihi da quod attuliſti. Quæ vt guſtauit gratias agens Deo, dixit, quòd numquàm melius vinum bibiſſet. Tunc præcepit omni familiæ ſuæ exinde guſtum dare, atque vicinis omnibus: qui ex eo biberunt, eleuauerunt merita S. Furſei: & ipſa cum omnibus ſuis recepit ſanitatem: & omnibus hæc res claruit. Poſteà ipſa veniens cum omni domo ſuâ, & cum parentibus ſeipſos & cuncta propria Deo pro meritis S. Furſei vouerunt, & poſteà multis vixerunt annis. Crebreſcentibus deinceps miraculis, beatæ memoriæ Erchenaldus & coniux ipſius Leutſinda ædificauerunt ei eccleſiam.

Infirma eius eulogias petit.

Aqua ei in vinum vertitur:

eâ ſanatur.

25 Sanctus verò Dei Eligius diligenter fabricauit manibus ſuis, venerabilis S. Furſei ſepulchrum, *h* vbi præſtantur beneficia orationibus eius; præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui viuit & regnat per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

h Sepulchrum Sancto fabrefactum.

a *Al.* Leutſindis.

b *MS. Hib.* verbocinari. *MS. Bertin.* verboſa.

c *MS Corb* à poſſeſſione. d *MS du Cheſne*, verſus.

e *Nulla Martyrologia* S. Furſei *tranſlationem vel eleuationem eo die referunt, ſed V. Kal. Martij.*

f *MS. Corb. & du Cheſne*, quem.

g *Flagitioſum mendum, à ſciolo librario, qui* Eligio *Nouiomenſi Epiſcopo*, Medardum *prædeceſſorem*, 100. *iam ferè annis mortuum, iunxit. MS. Hiber. pro* ab inluſtribus viris, *habebat* ab illis tribus viris.

h *Cernitur etiamnum, Deſmaio teſte, feneſtella poſt altare, vbi olim S. Furſei erat ſepulchrum, per quam ſudaria aliaq́; lintea demitti ſolebant, vt attactu ſancti corporis ſacrata ægris remedium afferrent. Teſtatur demum Peronam, tum necdum munitam, acriter à Caroli V. Imperatoris exercitu, Duce Naſſouio Comite, oppugnatam menſe Auguſto* 1537. *ope S. Furſei præcipuè ſeruatam. Laudat certè incolarum pietatem Martinus Bellaius comment. lib.* 8. *vbi eam obſidionem fusè narrat. Aduersùs quos potiſſimùm morbos S. Furſei impl. etur patrocinium, his verſibus in hymno ad Laudes recitari ſolito indicatur:*

Febris, ſpaſmus, paralyſis,
Galculus, & hernia
Curantur, ac hydropiſis;
Breuiter & omnia,
Curare quæ nequit Phyſis,
Sanat eius gratia.

Miracula S. Furſei.

ALIA VITA

Auctore anonymo, ex veterib. MSS.

PROLOGVS.

1 CONSIDERANS, Reuerende Frater, interioribus oculis frondoſam, quam me debilem ingredi conaris, ſiluam, contremiſco. At quâ ratione tanti viri obedientiam deuitare queam, cùm

cùm dignum ſit quod petis, inuenire nequeo. Rogas enim ſolitâ ſimplicitate, quâ cuncta, vtpote caritatis balſamo perunctus, ſpiritualiſque dulcedinis thymiamate ſuffuſus; quatenus beati Confeſſoris Furſei vitam & miracula, quæ mirabilis Deus in Sanctis ſuis per eum, nondum etiam matris vtero fuſum, geſſerit, iuxta antiquiſſimas, quas de pluribus locis collegiſti, ſchedulas, in vno volumine conſtringam: & quæ ſcriptorum vitio deprauata, ſeu vario linguarum genere videntur diſſona, ſenſum ſeruando illæſum, ex arte ad vſque vnguem corrigam. Certè viribus meis ponderoſum onus imponis. Sed quia quod vires denegant, caritas adminiſtrat; vt laudem Domini loquatur os meum, & benedicat omnis caro nomini ſancto eius in æternum; prætitulati Sancti meritis ſuffultus, orationibuſque tuis adiutus, prout Spiritus ſanctus docuerit, tantum opus aggrediar.

Geſta S. Furſei à multis, vario idiomate ſcripta.

CAP. I. S. Furſei regium genus.

2 IGitur tempore quo apud Hiberniam inſulam, quæ *a* Scotiæ eſt contigua, Rex Fundloga *b* Mumienſium regna regebat; & *c* Brendinus Rex tertius fratrum *d* Magmurtennica ſceptra gerebat; ſuperna clementia prouidens multorum populorum ſaluti in futuro, Regi Fundlogæ filium, nomine Philtanum, contulit: iuniori quoque fratri Brendini Regis, *e* Aelfiud nuncupato, filiam Gelgehen vocitatam dedit.

b a c d S. Furſei auus vterque. e

3 Phyltanus verò Fundlogæ Regis filius, ſatis in pueritiâ laudabilis, vt ad *f* iuuenilem peruenit ætatem, patria regna reliquit, atque Brendinum Regem, vt ſibi militaturus, adiuit. Qui eum gratanter ſuſcipiens, & quoniam ſpecioſum corpore, facundum ſermone, glorioſum animoſitate comperit, æqualem ferè ſibi in regno ſuo conſtituit.

f Philtanus eius parens Brendino Regi cohabitat.

4 Poſtmodùm autem diuinâ commonente prouidentiâ, Brendinum, cui honorificè adhæſerat, dereliquit; & ad iuniorem eius fratrem, Aelfiud vocitatum, quia multi nominis erat, iter direxit. Apud quem non minorem gratiam, quàm apud fratrem habuerat, impetrauit. Erat enim bonæ indolis induſtriâ prædítus, omnibuſque militaribus vtilitatibus eruditus. His ita Deo operante peractis, contigit vt quadam die Gelgehes Regis filia, nulli mortalium virginum pulchritudine ſecunda, deambulationis cauſsâ ad ſpectacula veniret; atque inter cetera verba cum paucis ſuorum de Philtani qualitatibus, & quis eſſet, & quare venerit, quæreret.

dein Alfiudo eius fratri.

5 Confabulantibus ſiquidem de eo puellâ & quibuſdam ſuorum, fortè Phyltanus adproperat: & viſu delectabilis, ſermoneque cautus vt erat, huiuſmodi verbis puellam interpellat: Curialium eſt, inquit, iuuenum, pulcherrima virgo, per diuerſa terrarum regna militiæ ſuæ quærere palmam, nobiliumque puellarum promereri notitiam. Quapropter ad has partes veniens, patris tui ac matris gratiam adeptus, & tuam diligentiùs adipiſci cupio, qui ſi poſſim primus apud te eſſe deſidero. Namque pro vllâ aliâ cauſsâ niſi cogente animi voluntate diutius exulo. Primogenitus etenim filius Fundlogæ Regis Muminenſium exiſto, & ſecundùm patrias leges in regno poſt eum principari debeo. Quapropter cupio diuerſas plurimorum regnorum conſuetudines & habitus in iuuentute meâ cognoſcere, & pluribus Regibus ac Principibus notus & amabilis eſſe, quatenus & ea quæ mihi hereditario iure attingent vitâ comite, & ſciam prudenter agere, & viriliter poſſim defendere, & aliorum, prout res ſeſe habuerit, mihi ſubdere.

Huius filia Gelgeha innoteſcit:

6 Cui illa: Multa, inquit, decentiſſime iuuenis, eſt operatio diuinæ diſpoſitionis, cuius moderamine reguntur vniuerſa quæ ſunt in cælo & in terrâ, in mari, & in omnibus abyſſis. Cui ſi fideliter firmiterque credendo ſpem tuam commiſeris, gloriam, quam deſideras, & palmam quam expetis, in præſenti & æternâ felicitate procul dubio conſequeris. Habitis itaque inſimul huiuſmodi multoties ſermocinationibus, iam iamque *g* in Chriſtianâ religione moribus & verbis congruentibus, ad hoc Deo duce peruenitur, quatenus indiſſolubili amore ſtabilique connubio, ignorantibus patribus, præſentibus verò quibuſdam ſapientiorum ſecretariorum ſuorum, legitimâ benedictione ſecundùm Euangelicam inſtitutionem vniantur.

eam ducit vxorem, inſciis parentibus.

Ex MSS. *g*

a Scotia *veteribus eadem quæ* & Hibernia: *nunc eam Britanniæ partem ſignificat, quam de Hiberniâ egreſſi Scoti, Britonibus Pictiſque debellatis, occuparunt. Hac poſteriori ſignificatione accipitur hic Scotia, vti & in vitâ S. Foillani*

b *Quinque olim regna fuêre in Hiberniâ*: Momonia *ad Auſtrum*, Lagenia *ad Ortum*, Connactia *ad Occaſum*, Vltonia *ad Septemtrionem*, Media *ferè in medio*. Momonia, *cuius Rex Fundloga, Hibernicè* Movvn, *& in contextu orationis* VVovvn, *Anglicè* Mounſter *appellatur.* *5. Regna Hiberniæ.*

c *Deſmaius* Brandinum *vocat. alter frater fuit* Feradach, *vt alibi traditur.*

d *Non tam regionis hoc nomen eſt, quàm familiæ; quod particula* Mac, *vel* Mak, *aut* Mag, *præpoſita indicat, quæ* filium *ſonat.* Murchertachi *fortaſſis fuêre nepotes, quem initio ſexti ſeculi potentiſſimum Regum Hibernicorum tradunt fuiſſe. Nam vt in Saxonicâ heptarchiâ apud Britannos aliquod ſemper obſeruare ſpecimen monarchiæ licuit, vno aliquo ſeptem Regum ſeſe armis vel communi conſenſu, ſupra ceteros efferente; ita & inter Scottorum Reges, qui in Hiberniâ Britanniâque dominabantur, volunt factitatum. Sigebertus Gemblacenſis, ſeu quiſquis id Chronico eius addidit,* Philtanum *videtur totius Hiberniæ*, Brendinum *Scotiæ Regem facere, anno* 593. Hoc tempore, *inquit*, regnabat in Hiberniâ inſulâ Philtanus, & in Scottiâ regnabat Brendinus, cui frater erat nomine Adelfius: de cuius Acelfij filiâ, quæ vocata eſt Gelgehes, genuit Rex Hiberniæ Philtanus S. Furſeum & fratres eius Foillanum & Vltanum. *Quæ ſumpta ſunt è S. Foillani vitâ.*

e *In vitâ S. Foillani & Sigeberto citato* Adelfius *vocatur.*

f *Deſmaius ait 25. annorum fuiſſe, cùm ad hos Reges ſe contulit.*

g *Idem cap. 2. ſcribit à* Gelgehe, *iam antè Chriſtianâ, conuerſum eſſe Philtanum; cùm illa niſi Chriſtiano nubere omnino nollet.*

CAP. II. *Parentes ab auo morti addicti: proſcripti.*

7 COgnouit ergo Phyltanus Gelgehen coniugem ſuam clam patre ſuo: quæ mox concepit, vt rei exitus probauit, puerum dignum Deo. Nec multò pòſt ad patrias aures fecunditas filiæ peruenit: qui ferocitate animi commotus *a* in iram vehementiùs exiliit; filiamque ſuam igni cremandam adiudicauit. *b* Quod intelligens puerulus adhuc materno vtero clauſus, cunctis qui aderant obſtupeſcentibus, furibundo auo infit: Indignũ eſt certè cuiuſcumque ditionis homini filiam ſuam tradere igni, niſi probabili cauſsâ exigente & rationabili.

Ipſa à patre igni adiudicatur. *a* *b* *Ex matris vtero auiũ increpat Furſeus.*

8 Quod miraculum reuerà illis videtur abſurdum qui minùs credunt eſſe omnia poſſibilia apud Deum. Reminiſcantur, obſecro, quæ dixerit Pſalmiſta, Quoniam omnia quæ voluit Dominus fecit in cælo & in terrâ. Nonne qui ſterili Elizabeth & æuo prouectæ, denegante naturâ, concipere dedit, & concepto Ioanni in eius aluo pro aduentu ſui in vtero Virginis ſuæ matris ſimiliter conſiſtentis, exultare in gaudio conceſſit; quique B. Nicolaum adhuc ad vbera matris ſuſpenſum, bis in hebdomadâ, quartâ ſcilicet & ſextâ feriâ, ſemel in die ſugere mamillas docuit; quique bruti animalis linguam in humana verba reſoluit; iſti etiam puero in vtero matris poſſe loquendi dare potuit? Credant igitur, credant, inquam, magnalia Dei, humanis ſenſibus incomprehenſibilia, & potiùs collaudent, quàm temerè vituperent cunctipotentis factoris Dei, præſertim in Sanctis ſuis, mirabilia opera.

Pſal. 113. *Credibile id miraculum.* Num. 11 28.

9 Audiens igitur Aelfiud verba loquentis pueri, phantaſma credidit, & quantocyùs tres ignium rogos accendi præcepit. Quâ de re fama concita Brendini Regis auribus inſedit, & crimina, quæ frater ſuus patranda diſpoſuerat, lugubria notificauit. Qui concitus ſiniſtrâ famâ aduſque fratrem accurrit, remque ex Deo eſſe aſſeruit; rogoſque deſtrui flens & eiulans rogauit. Aſt Aelfiud ferocitas fraternæ ſupplicationi minimè acquieuit. Videres populum ad iuuenculæ damnationem coadunatum, gemitibus & lacrymis præcordialibus in tantum

Pro Gelgehe intercedit Brendinus patruus: fruſtrà.

Ex mss. tantum anxiatum,vt difficilè poſſes numerare vtriuſque ſexus perſonas per terram iacentium ob mœrorem, & cordis & animi alacritate carentium. Videres Philtanum poſtpoſito ſui timore, amore & dolore coniugis ſuæ anguſtiatum. Videres tenerum pectus iuuenculæ ſuſpiriis & ſingultibus ita ſuffocatum, vt vix poſſet aliquod exprimere verbum.

10 Tandem autem prout potuit expanſis ad cælum manibus in huiuſmodi preces erupit: Fons bonitatis, inquit, Deus, cuius pietatis & miſericordiæ non eſt numerus; qui de illibatâ Virgine dignatus es naſci pro ſalute humani generis; qui ſolus noſti quia non ob Veneream voluptatem,ſed ad procreandam tibi deuotam ſobolem, me iuxta mandatum tuum legitimo viro copulaui; ſi prædeſtinata eſt corporis mei perditio,fac mecum miſericordiam tuam, ne pereat fœtus quem in vẽtre baiulo, quem in primo conceptu tibi ancilla tua deuoueram,ſupplico. Compoſitis igitur rogis,imò accenſis, Gelgehes ducitur ad comburendum. Quæ intuens flammas, exterrita more feminarum, maximum effudit humotenus imbrem lacrymarum. c Cuius riuulis vt terra maduit, omnipotentis Dei virtute operante, nimius fons aquæ proſiliit, qui ipſos tres rogos ſuperabundans extinxit.

Ipſa Deum orat,praci puè pro filio.

Eius lacrymis fons ortus ignẽ teſtinguit.

c

11 Cernens quippe circumfluens populus mirabile ſignum, quod pro ancillâ ſuâ diuina peregerat virtus, quantò vi cordis & animi plorando tribuerat, tantò & ampliùs eo in Deum glorificando hilareſcit & exultat, d dulcibuſque vocum melodiis modulatur & intonat: Exultate iuſti in Domino, rectos decet laudatio. Et niſi e Eccleſiaſtica auctoritas prohiberet, quia nulli reſiſtere regiæ poteſtati licet,vnanimiter aſtans plebs ad eum puniendum inſurgeret. Videns itaque Aelfiud filiam ab incendio diuinâ clementiâ liberatam, non auſus eam vexare ampliùs, iubet eam cum viro & familiâ ſuâ vtcumque maritimum non redituram transfretare litus.

d

e

Relegatur cum marito.

a *Deſmaius iræ cauſſas prodit, odium Aelfiudi aduersùs Chriſtianos; & probrum, quod ſibi irrogatũ cenſebat, filiâ ſe inſcio nuptâ.*

b *In vitâ S. Foillani probabiliùs ita narratur hoc portentum:* Omnibus attonitis ſuper nouâ acerbitate rei, ſubitò vox clara audita eſt ab omnibus: O Adelphi, noli fieri paricida. Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Conſternuntur omnes ſtupore, incerti vnde hæc vox prodierit: alij putabant hanc vocem fuiſſe Angelicam: alij putabant ipſum infantem nouo miraculo ex vtero matris illic adſtantis hanc dediſſe vocem.

c *Deſmaius vult in ignem fuiſſe coniectam, tumq; fontes complures emanaſſe, calituſq; miſſum imbrem, adeò vt nec veſtes eius adustæ fuerint.*

d *Addit idem, multos ad religionem Chriſtianam amplectendam fuiſſe conuerſos.*

e *Interpretatur Deſmaius, adfuiſſe viros Eccleſiaſticos, qui populum ſuâ præſentiâ coërcuerint, ne ſauiret in Regem.*

CAP. III. S. Furſei natiuitas, ſancta adoleſcentia.

12 ERat autem Phyltano apud a Eſbrem inſulam patruus,nomine b Brendanus,Antiſtes venerandus, geminâ ſcientiâ, morumque honeſtate in Dei ſeruitio egregius, qui in inſulâ, quæ c Clynnaferta vocatur, monaſterium conſtruxerat, in quo cum religioſis ibidem degentibus monachis, ipſe idem plurimùm lectioni,& orationibus vacabat. Ad d hunc nepos ſuus Phyltanus cum vxore & familiâ ſuâ properauit, quę ſibi in iuuentute ſuâ contigerant multo ſingultu interrumpente verba enarrauit, anguſtiarumque ſuarum remedium, neceſſitatumque ſubuentum humillimis precibus exorauit. Quorum paſſionibus venerabilis Pontifex compatiens,in cellâ hoſpitum,quæ idonea habebatur, illos recepit, multiſque ferculis & delicioſis cibis illos, licet communes eſcæ ſuffeciſſent,refocillauit.

a

b

Ad S. Brẽdanum proficiſcuntur.

c

d

13 Sequenti verò nocte, dum feſſa membra ſoporis quiete recreaſſent, tanta lux de cælo ſupra domum quâ pauſabant enituit, vt Procurator eiuſdem hoſpitij contemplans claritatem, ſi & igneum calorem ſenſiſſet, totum habitaculum comburi indubiè putaſſet. Perterri-

Luce cæleſti honorantur.

tus nempe & quaſi in ecſtaſi mentis poſitus ſurgit, & concito curſu anhelans Epiſcopũ adiuit:quem ſolitâ vigiliâ noctis flectendo genua orantẽ reperit,remq; quam viderat trementibus labiis ſeriatim intulit. Intelligens vir Deo plenus cæleſtem cuſtodiam eſſe cum hoſpitibus ſuſceptis, conuocatis ſub ſilentio religioſioribus monachis & Clericis, ad hoſpitium properauit: aduenienſque claritatem quidem per totum vidit, ſed nihil ignei caloris igneæue læſionis ſenſit. Introiens autem Præſul reuerenter dormientes reperit, gaudenſque & lætus facto circumquaque ſanctæ crucis ſigno eis benedixit, ac deinceps pedetentim ad monaſterium rediit,aſſuetiſque orationibus, vt Deo deuotus, incumbit.

14 Orto verò craſtino lucifero, nondum tamen manè facto, eximius rumor indigenarum aures perculit, qui eis Phyltanum Regis Fundlogæ filium cum vxore ſuâ Aelfiud Regis filiâ aduentaſſe publicauit. Quamobrem parentes eius, (plerique enim inibi erant) & nobiliores incolæ accelerant, multoque munerum apparatu felices aduenas viſitant, honorant, & ditant.

Accolarũ donis iuuantur.

15 Dum autem hæc agebantur, completis menſibus ſuis Gelgehes peperit, beatumque partum venerabili Epiſcopo in nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis baptizandum obtulit. Sanctus quidem Pontifex quoniam iam in eo per reuelationem chariſmata Spiritus ſancti infuſa cognouerat, indicto triduano ieiunio cum omni Clero & populo ſuo, puerum diligenter ſuſcepit, atque ſacroſancti baptiſmatis fonte renatum, nomine Furſeum, quòd ex virtutibus in noſtrâ locutione de Scoticâ linguâ interpretatur, vocauit.

S. Furſeus naſcitur.

baptizatur,

16 Quem non ſolùm diuitiis carnalibus deinceps coaluit, verùm etiam diuinarum doctrinarum facillimè factu applicatum paginis ad plenum erudiuit,nihilominuſque monaſticis eruditionibus inſtituit. Felix ergo in vtroque puer ſupernâ repletus gratiâ, ſe hominibus amabilem, ſtudiiſque docibilem vltra ſpem humanam exhibuit, & quod à beatis doctoribus prudenti ingenio didicerat, in pio pectoris armario memoraliter cõdidit. Et ne in eo ſapientia damnaretur abſcondita, nec patrifamilias diſpliceret ad multiplicandum ſibi creditâ defoſſâ pecuniâ, aſſiduis prædicationibus, prout iuuenilis ætas perpeti poterat, fructificare diuina verba ſtuduit, necnon extirpando vitia meſſem Chriſti quoquo modo ſuffocantia, quæ ſermocinando edocuit bonorum operum exemplis adimpleuit.Namque ſupra mortalium vires, exhibuit ſeſe eſurientibus cibum, ſitientibus potum, nudis veſtimentum, languentibus medicamentũ, hoſpitibus domicilium, mœſtis gaudium, deſolatis refugium,debilibus ſubſidium:contritis extitit conſolatio, labentibus fortitudo, oppreſſis defenſio, miſeris locupletatio. Et vt breuiter reliqua concludam, ingenuus imitator Apoſtoli omnibus omnia factus eſt, vt omnes lucrifaceret.

litteris & pietate inſtituitur,

adhuc puer prædicat,

omni virtute pollet.

1.Cor.9. 22.

a *Deſmaius*: Elbreen, *aitq; in oceano fuiſſe.*

b *Colitur* S. Brendanus, *ſiue* Brandanus, 16. *Maij; vbi de eius admirandis per oceanum erroribus agemus.*

c *Aliis* Cluainferta, *Deſmaio* Clunaferta *dicitur. quod hic addit monaſterium illud* S. Brandani *fuiſſe inſtituti Benedictini, alij examinent.*

d *Neque enim, vt in vitâ S. Faillani dicitur*, ad patrem ſuum Fundlogam redire audebat, quia offenſam animi eius timebat, quòd inconſulto eo vxorem duxerat. Intantum rigor paternæ cenſuræ in filios vigebat apud illos.

CAP. IV. Mortui ab eo ſuſcitati. alia miracula.

17 EVenit autem intereà tunc temporis cuiuſdam Brendini Regis cognati filium & filiam, quos, vt fit ſæpius, vxor ſua vno partu pepererat, inſimul obiiſſe, & quia iuuenilis ætatis & multæ fuerant ſpeciei & probitatis, tantum dolorem compatriotis excreuiſſe, vt nullatenus poſſent eorum corpora humari, a quærentibus omnibus præ dolore phreneſim patiẽtibus ea membratim rapi. Conſilium ergo fuit ſapientum ad vltimum,

a

mum, trans mare ad ſepeliendum ea B. Brendano Epiſcopo furtim mitti, & illuc vſque à veſpillonibus nocturno itinere deferri. Qui mandati veniunt, & iuxta Regis edictum iuuencula corpora in naui ſuâ condunt, iter arripiunt: ſed vbi diſpoſuerant proſperâ quamuis aurâ nequaquàm perueniunt. Mutatâ namque diuino nutu ſententiâ, [b] B. Furſei cellulam adeunt, eoque neſciente tenera de naui corpora educunt, & ante oſtium cellulæ ſuæ deponunt, retroque pedem illicò properando faciunt. Ecce ſummo diluculo beatus iuuenis Furſeus cupiens ritu ſolito monaſterium adire, cùm oſtiolũ aperuiſſet, coętaneorum ſuorum corpora ante ſe nuda proſpiciens, toto ſubmiſſus corpore Deum, cui omnia viuunt, lacrymans ſuppliciter inuocat, quatenus miſericordiæ ſuæ reſpectu, ſecundùm immenſam miſerationum ſuarum multitudinem ad diſſoluta corpora reducere animas faciat. Nondum totâ oratione completâ, citiùs dicto quidem alacriter de terrâ iuuenes ſurgunt, & ſeſe ad inuicem conſpicientes, neminem autem præter Sanctum videntes, in ſe ipſis mirantur & erubeſcunt. Quos Dei ſeruus in cellulâ clauſit quouſque neceſſaria eis indumenta attribuit. Deinde ad laudem & gloriam nominis Dei, ſecum ad eccleſiam duxit, vbi Domino Deo condignas grates per totũ diem reddidit.

Geminos mortuos ad ſuam cellam delatos,

b

precibus ſuſcitat,

18 Quo facto, quid animi iuuenes habeant vir Dei interrogat: & illi deſiderium redeundi ad patriam, niſi naulum deeſſet illis, ſe habere confitentur, & vt fiat lacrymabiliter ſupplicibus precibus deprecabantur. Nec mirum. Regali proſapiâ geniti, inter Palatinos ſuos nobiliter educati, totius indigentiæ hactenus neſcij, inter extraneos quo caſu neſciunt poſiti, qualiter ſe habere valeant, quibúſve ſupplicare vel dominari debeant, aut quid de eis futurum ſit in ignotis partibus dubitantes, præcordiali anxietate afflicti ſuſpirant. Porrò Furſeus medullitus eorum afflictione tactus, ligneam regulæ ſcriptoris haſtulam, quam manu tenebat, in mare proiecit, & vt ad portum teneris exulibus paternum tenderet imperauit; & eis, vt in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſiccis pedibus ſuper mare ambulauit, & B. Petro Apoſtolorum Principi ad ſe venienti eadem veſtigia donauit, nullo modo hæſitantes eam ſequerentur præcepit. Res ſtupenda & in Creatoris honore recitanda! Confeſtim ac ſi rationabilis creatura, imperio Sancti fit præuia regula. Quam ſequentes audacter patrios fines attingunt, affineſque ſuos recognoſcunt. Qui cateruatim obuiàm illis properantes, primo viſu hæſitando gradum ſiſtunt, & paullò pòſt rei veritatem comprobantes obſtupeſcunt. Quid ni? Quos nudiuſtertius expertes vitæ deplorauerant, hos modò tripudiantes tam citò contra ius naturæ lætos & incolumes ſupraque marina æquora pedeſtri calle gradientes aſpiciunt, & cui tam inconſuetum tamque mirabile ſignum reputare debeant non agnoſcunt.

vt per aquas incedentes, domum redeant, impetrat; duce regulâ ſcriptoris.

19 Percunctantibus tandem parentibus & amicis, vnde & quò ductu veniſſent, cuiuſve medicamento reuixiſſent, beatum iuuenem Furſeum, cuius meritis vitæ redditi ſunt, indicant, & ductricem ſuam videlicet regulæ haſtulam per marina pericula præuiam, ad laudem & gloriam cunctipotẽtis Dei & memoriam patroni ſui Furſei in eccleſiâ ſeruare & venerari poſtulant. Audiens itaque Rex & indigenæ necnon affinis populus præfati Sancti dignitatem & nomen, multo cum apparatu eum reuiſunt, ac ſeſe ſuis ſanctis orationibus die noctuque committunt.

Viſitur à Rege.

20 Vnde tabeſcens humani generis inimicus inſulanorum monachorum corda ſubuertit, & inuidiæ & odij ſtimulos contra iuſtum & innocentem exardere coëgit. Comperiens ergo vir pius inſaniam eorum, acceptâ licentiâ à beato Præſule Brendano, vſuſque ſuo ſuorumque conſilio, ad aliam inſulam [c] Rathmath nuncupatam tranſiit, in quâ, ſecus locum Ebren vocitatum, venerabile monaſterium cum neceſſariis cellis ſuis ædificauit, magnamque congregationem religioſorum monachorum ibidem Deo largiente conſtituit.

Ob monachorum inuidiam,

c aliò recedit, & monaſterium ædificat.

21 Interea verò fama tanti viri indignũ auum ſuum Aelfiud verâ relatione cieuit: qui ſimplex & humilis, emollitâ vecordiâ, inſpirante Spiritus ſancti gratiâ, cum fratribus ſuis, videlicet Brendino atque Feradach, multiſque primatum ſuorum, ſatis laudabiliter aduenit: & viſo Sancto, humi ſe cum comitatu ſuo proiecit, aſperſoque puluere capite, & cooperto ſolo cilicio corpore, pro præteritis peccatis & maximè pro offensâ, quam maleconſultus in Gelgehen venerabilem filiam ſuam exegerat, veniam poſtulauit. Quem vir ſanctus de ferocitate ſuâ primò duriter increpauit, deinde colloquiis diuinis eum dulciter mitigauit. Qui protinus apud præfatam filiam impetratâ veniâ, & pij nepotis abſolutione promeritâ, filiam ſuam cum genero ſuo Phyltano, ac familiâ ſuâ, ſecum hilaris & lætus ad propria reduxit. Eadem verò tempeſtate Fundloga Rex Muminenſium viam vniuerſæ carnis ingreſſus hominem exuit, & venerabilis Phyltanus à primatibus regni requiſitus, paternum in regnum ſucceſſit.

Ex MSS.

Viſitur ab Aelfiudo auo.

a *Exponit hæc Deſmaius ex Ioanne Mieloto & Legendario Eccleſia Peronenſis, quòd populus, pagauico adhuc eius gentis ritu inſaniens, regiorum horum puerorum corpora vorare cupierit: qua vt pater eorum furori ſubtraheret, ad Brendanum clàm miſerit, iſthic ſepelienda. Plura de feradà hoc barbarorum more congerit Deſmaius; quibus tamen fidem non facit, eum tunc apud Hibernos viguiſſe.*

b *Deſmaius ſcribit, nauim, quâ corpora vehebantur, inpiratas incidiſſe, qui quidquid pretioſum ad exequiarum ſplendorem collatum à patre erat, id omne diripuerunt; corpora ad S. Furſei cellulam nuda abiecerunt.*

c *Deſm.* Ratimath.

CAP. V. Varia in ecſtaſi viſa.

22 BOnorum verò operum B. Furſeus gratiâ plenus, patriæ parentibuſque abnegans, & ſacræ Scripturæ ſtudiis potiùs vacans in monaſterio quod in prædicto conſtruxerat loco, religioſis vndique viris ad eum confluentibus, aliquos parentum ſuorum, fratreſque etiam ſuos germanos Foillanum & Vltanum, piâ ſollicitudine vocare ac cæleſtibus imbuere documẽtis curauit.

Patriam adire ſtatuit.

23 Quamobrem cùm iam patriam reliquoſque parentes viſitare diſpoſuiſſet, vt in eos ſpiritualibus eloquiis ſemina ſacri verbi ſeminaret; quadam die corporis ægrotantis moleſtiâ corripitur, atque ad [a] proprium monaſterium ſupplicantibus ſuis comitibus reuertitur. Dum verò ad cellam ſuis lacrymantibus deportaretur, raptus in ſpiritu ab horâ diei nonâ vſque ad primum noctis galli cantum, viſus eſt immanem aëris denſitatem ſe vidiſſe, & duos Angelos niueis pennis opertos manibus ſuis ſe ſupportare. Quorum manus viderat, corpora verò pennis cooperta, præ nimiâ claritate videre non poterat. Quarum pennarum iuxta Ezechielis Prophetæ viſionem, duæ ad cælum tendebant, duæque eorum corpora tegebant. Tertium quoque Angelũ per ipſam aëris denſitatem cernebat, qui armatus ſcuto candido, & fulguranti gladio eos præcedebat. Qui inenarrabili ſuauitatis fragrantiâ redolentes, per ipſam tenebroſitatem, vt prænotatum eſt, ſupportantes, inedicibili vocis dulcedine illud incomparabilis cithariſtæ pſallebant: Ibunt Sancti de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion. Quâ delectabili modulatione finitâ, conſonâ voce ſibi dixerunt: Quæ vides & audis, ſpirituali intentione cognoſce, & reſumpto corpore amodò ſollicitus eſto operator in Dominicâ meſſe. Quo dicto, animam corpori reddunt, & eo nolente diſcedentes ſeſe ad eum in proximo redituros promittunt.

Æger ad monaſterium refertur.

a

In ecſtaſi Angelos videt.

Ezech 1. 11.

Eos canentes audit.

Pſal. 83. 8.

24 Iam iamque omnibus de vitâ ſuâ deſperantibus, Dei ſeruus ſurrexit, & quæ in ſpiritu viderat & audierat, manè facto conuocatâ congregatione & omni plebe ſeriatim oſtendit. Collegerat namque ipſam tenebroſitatem, per quam ductus fuerat, mundum originalis peccati caligine circumdatum, & tres Angelos quos vnius faciei, vnius claritatis, vniuſque modulationis conſpexerat, ſanctam & indiuiduam in vnitate Trinitatem

Viſa exponit, & quid ſingula ſignificent.

EX MSS. tem ſecundùm Patriarchæ Abrahæ fidem credendum. Collegerat eorum corpora niueis pennis inuoluta, quæ
Gen. 18. ad plenum intueri non valuit, hoc quod Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta profunditatem altiſſimæ diuinita-
1. Ioan. 4. 12. tis ſentiens dixit: Deum nemo vidit vnquam, ſicuti eſt. Intellexerat duas pennas quæ corpora tegebant, timorem fidelium & pœnitentium. De quo timore Apoſto-
1. Cor. 15. 9. lus: Non ſum, inquit, dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei. De ipsâ quoque
Rom. 8. 18 pœnitentiâ, Non ſunt, ait, condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Intellexerat pariter duas pennas, quæ ad cælum tendebant, amorem & ſpem: de quo amore ipſe Doctor
Gal. 6. 14. gentium exultans ait: Abſit mihi gloriari niſi in cruce Domini Ieſu Chriſti. Et B. Gregorius: Amor Dei numquàm erit otioſus. Operatur etenim magna, ſi eſt. De ſpe
Phil. 3. 20. ſiquidem iſta ſæpè dictus Apoſtolus, Noſtra, ait, conuerſatio in cælis. Intellexerat quoque ſcutum candidum
Epheſ. 6. & micantem gladium, ſcutum fidei & gladium ſpiritus,
17. quod eſt verbum Dei. Vt hac autem armaturâ aduersùs inſidias diaboli reſiſtere populum admonuit, & vt his inuigilaret dulcibus colloquiis erudiuit. Verſiculum ſanè quem cantauerant Angeli, ad ſcalam, quam Iacob Patriarcha vidit erectam, comparauit: cuius ſtipites dilectione Dei & proximi eriguntur, gradus quoque eius patientiâ, caritate, concordiâ, humilitate, ceteriſque virtutibus conſtruuntur. Quas prout quiſque fidelis amplectitur aſcenſus ſibi ad cælum præbetur.

25 Poſtquàm autem vir ſanctus his & aliis huiuſmodi ſacris alloquiis, circumaſtantes ingurgitauit, & vti ſibi Angeli ſpoponderant, maius certamen ſibi futurum aduersùs infeſtationes dæmonum imminere prædixit, populo licentiam redeundi ad propria, benedictione datâ conceſſit. Reſidens quippe in cellulâ Angelicam claritatem, quam perſpexerat, & dulcedinem quam ſenſerat, compunctus mente reuoluit: ſollicitudinemque circa ſubiectos ſibi indictam biſque quaterque, imò aſſiduè, præcordialiter pertractauit. Nihilominùs quoque lugebat, & conquerebatur non habere ſecum aliquem tantæ dignitatis tantæque ſapientiæ virum, à quo poſſet neceſſarium vtriuſque ſalutis expetere conſilium; ne reuertentes Angeli illum inuenirent contra promiſſum certamen imparatum. Tandem poſt multimoda ab imo pectoris emiſſa ſuſpiria, orationeſque lacrymabiliter, flexis multoties genibus, ad æternum Deum fuſas, viaticum animæ ſuæ, quaſi in extremis poſitus, ſacroſancti corporis & ſanguinis Chriſti communionem deuotè poſtulauit, deuotiùs & accepit, triduumque in vigiliis, & ieiuniis ac ſanctis orationibus, nondum ex integro corporis ſanitate receptâ, peregit.

Euchariſtiam ſumit.

a *Ita Deſmaius. At prior vita:* ad paternam commigrauit domum.

CAPVT VI. *Alia ecſtaſis. quæ in eâ viſa.*

26 TErtiâ verò nocte mediâ ſubitò viſitantibus illuſtrem virum parentibus & cognatis multiſque vicinis, tenebris irruentibus, pedes eius frigore ingrauati duruerunt, manibuſque in oratione extenſis, lætus excepit mortem ad horam.

Rurſus rapitur.

Sequentia ferè ad verbum cum primâ vitâ conueniebant, à capit. 2. nu. 7. vſque ad cap. 7. nu. 39. ſequentia ita hic narrantur.

CAPVT XII. *Geſta in Galliâ. obitus. Tranſlatio.*

57 AD Galliarum littora dimiſſus, ordinatis omnibus nauigauit, ibique à Francorum Rege *a* Flodoueo, & Patricio Erchenaldo, honorificè ſuſceptus, monaſterium in loco, quem nuncupant Latiniacum, conſtruxit, qui nomine prætendit qualiter hunc à moleſtâ incurſione latere Deus voluerit. Nam hinc ſiluâ peropacâ tegitur, hinc *b* Maternâ aquâ honeſtatur; hinc multiplex & delectabilis pratorum planities, hinc

a In Galliâ venit. Latiniacum conſtruit.

b

fecundiſſimarum vinearum floret denſitas. His quaſi quibuſdam gemmulis reſplendens ſupradictus locus pulchritudinis muneribus, delectabilis viri Dei nimiùm apparuit obtutibus, quem in parte ſui delegat, præſentiâque ſui honorat. Eccleſias namque in prædicto fundo ædificat, quarum vnam in honore Domini Saluatoris, alteram verò in memoriâ B. Petri Principis Apoſtolorum conſecrat; tertiamque vili quidem conſtruit opere, ſed quotidianâ vſque nunc miraculorum mirificat amplitudine, quæ in eiuſdem B. Furſei honore à poſteris dedicata, multis præbet tam animarum quàm corporum dona ſalutaria.

eius ſitus.

Tres iſthic eccleſiæ.

58 Inter cetera huius ſancti viri virtutum ſpectacula, prædictum Latiniacenſem locum per hunc ſuum fideliſſimum famulum omnipotens Deus mirabili decorauit gloriâ: vnde ampliatæ laudis famâ per multa terrarum regnet ſpatia. Nam vt Domini noſtri virtus oſtenderet, quanta hic apud eum haberet meritorum priuilegia, dum hic vir beatus in latere conſtructi cœnobij baculum figit in ſolo arenti, mox valdè perſpicuus & delectabilis *c* fons vſque adhuc indeficiens emanauit aquis, quæ multis profuerunt, & in præſenti proficiunt ad recipienda multimoda ſanitatis commoda, per mirabilem Dei noſtri potentiam, & per huius ſancti viri laudabilem gratiam. Quæ nos in præſenti attingere nolumus, quoniam in deſcriptione miraculorum huius dilectiſſimi Dei Furſei, quæ diuina per eum operata eſt potentia, poſtquàm ad cæli ſcandit ſidera, ea narrare adiuti ipſius Sanctiſſimi meritis præſtolamur: multiſque prætermiſſis miraculorum titulis, quibus prædictum locum honeſtauerit manens adhuc in fragilitate corporis, illud admirabile adnectimus, quia dum quodam die hic vir beatus Latiniaco reſideret, duos energumenos ad ſe venire videt, quorum motus miſeriâ, ſignaculo Crucis, amiſſæ ſalutis reddidit donaria.

Baculo fontem elicit,

c

multis ſalutiferum.

S. Furſeus ſigno Crucis energumenos liberat.

59 Pro his tantis virtutibus ſancti viri famâ circumquaque dilatatâ, tandem ad aures nobiliſſimi Patricij Erchenaldi perueniunt, quæ omnipotens Deus per ſuum famulum in prædicto loco parare voluerit: quorum nimio excitatus amore, ad Sanctum Dei quantocyùs feſtinat venire, Deoque omnipotenti multas reddidit gratias & laudes, quia B. Furſeo *d* Latiniacus inter ceteras eius placuiſſet poſſeſſiones.

Viſitat eum Erchenaldus,

d

60 Per aliquot etenim dies prædicto Patricio manente cum beato viro, cordis ſui deſiderium aperit, velle ſe ſcilicet ad palatium Paronenſe remeare, vt inibi aliquid decoris ſtrueret, vt ſi fortaſſe venienti quandoque beato viro iſdem locus placuiſſet, ditioni ſuæ in perpetuo ſubiugaret, corporiſque ſui præſentiâ quoad viueret nobilitaret, vbi ſe Patricius vitæ ponendo finem, ſi Deus permitteret, tumulare iuberet. Laudabilem huius viri audiens deliberationem magno lætatur gaudio, dicta perfici iubet accelerato ſtudio. Qui Patricium illicò confirmans benedictionibus lætatum remiſit ad prædictum locum cum magnis exultationibus: Latiniacoque ipſe reſidens, egregiis cœpit quotidie pollere virtutibus, Deo ſemper & vbique ſeruiens.

offert illi etiam Peronam.

61 Vnde Ieſu Domini athleta inuictiſſimus, non ſolùm per totam Galliam vel Saxoniam magnis attollebatur laudum præconiis; ſed etiam illud Hibernenſe natiuum ſolum, talem ſe lætabatur habuiſſe Dominum: cuius ſanctitatis famam, vt audiuit, aliquos ad id cognoſcendum commouit. Nam B. Æmilianus, omni ſimplicitate ditiſſimus, dilecti Furſei ſanctitatem, quam dudum compererat, quia hanc quotidie augmentari audiebat, per ſe ipſum id ſcire quantocyùs cupiens, aſſumptis quibuſdam fratribus, ad Beati properat viſendam præſentiam deuotus. Tandemque poſt longos viarum recurſus, illa peregrina felixque Hibernenſis cateruula Latiniacum veniens, Sanctum Dei amplioribus, quàm comperiſſent, vident florere virtutibus: quos lætabundo ſuſcipiens animo, eos inibi diutiùs in Chriſti Domini formauit ſeruitio.

Venit ad eum ex Hiberniâ S. Æmilianus cum aliis.

62 Suc-

62 Succedenti verò tempore poſtquàm eumdem locum Deus noſter per beati viri meritum, multâ probabilium virorum honeſtauit numeroſitate; eiuſdem beato viro velle fuit, vt Saxoniam reuertens Foillanum & Vltanum ſocios egregios viſitare deberet. Qui ſanctum virum Emilianum Latiniacenſi congregationi præferens, iter accelerat: & in fundo Haimonis Ducis, nomine Macerias, hoſpitat, vbi quondam Dominus eius orationibus fauens ipſius Principis vnicum filium ſuſcitauerat, patriq́ue ſpem conſolationis recreârat.

Præficitur Latiniacenſi cœnobio.

63 Vbi aliquantiſper commorans graui infirmitate deprimitur: & quia fidelem omnipotens Deus iam dignâ decreuerat remunerari mercede, poſt Euangelicæ viſitationis conſolationem, poſt ſacri corporis & ſanguinis ſumptam viuificationem, animam eius cæleſti palatio collocat; corpuſque eius in terris, multiſque miraculorum frequentationibus honorans, hodiernum diem ſpecialiter eius ſanctæ memoriæ conſecrat.

S. Furſeus moritur.

64 Corpus verò illius ab illuſtri viro Erchenaldo Patricio retentum cauſâ eccleſiæ, quam ſibi magnoperè conſtruxerat, in villâ quæ vocatur Perona ponitur. Et quia ipſius eccleſiæ dedicatio intra triginta dies parabatur; in quodam loco in porticu interim ſanctum corpus ſummâ cum diligentiâ cuſtoditur, ac poſt tantos dies ita illæſum inuenitur, ac ſi eadem horâ de hac luce animus fuiſſet egreſſus. Reuerenter ergo iuxta morem prope altare reconditur, ibiq́ue ferè annis quatuor demoratur.

Sepelitur.

65 Conſtructâ verò ad orientalem partem altaris domunculâ, ibi poſt tot annos immaculatum corpus à reuerentiſſimis ſuggeſtum Epiſcopis Eligio & Autberto transfertur ſine vlla putredine: vbi etiam rectâ fide petentibus merita illius clareſcunt diuinis virtutibus; adiuuante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorũ, Amen.

Corpus eius poſt 4. annos trãſlatum.

a *Ita infrà quoque lib. 2. nu. 13. appellatur. Fuit* Clodouæus II. *de quo ſuprà.*

b *Vulgatiùs rectiuſq́;* Matrona. *Ita Auſonius in Moſellæ deſcriptione:*

Matrona fl.

Non tibi ſe Liger anteferet, non Axona præceps,
Matrona non Gallis Belgiſque interſita fines.

In primo ortu ſuo, vico Baliſma, *milliari vno ab vrbe Lingonum,* Marnotta *dicitur. In* Sequanam *influit ad* Carantonium *vicum. Diſtat Latiniacum à Lutetiâ Pariſiorum, vt ſcribit Deſmaius cap. 17. paruis ſex leucis.*

c *Teſtatur Deſmaius extare etiamnum eum fontem, monaſterio & oppidanis percommodum.*

d *Idem tradit eaſulam iſthic aſſeruari, quâ indutus ſacrum celebrarit S. Furſeus: cappas duas chorales à Caluiniſtis omnis ſacræ antiquitatis inimicis incendio abſumptas.*

LIBER II.

MIRACVLA S. FVRSEI.

PROLOGVS.

1 GLORIOSI Confeſſoris Furſei, venerabilis Frater, calamo veritati trium ſchedularum intincto, vitâ pro ſcire meo cõtinuatim notatâ, ad eiuſdẽ miracula quæ in quartâ ſchedulâ, partim vetuſtate eroſa, partim ſcriptoris ignauiâ videntur corrupta, me idiotam accingere hortaris, vt annuntiem in quantum potero brachium Domini omni generationi, quæ præſens & ventura eſt. Iuſta quidem exhortatio, ſed vel prudentiſſimo eſt oneroſa viro, nedum mihi qui obtuſi ingenij exiſto; præſertim cùm ſi cuncta eius miraculorum prodigia aliquis ſapiens memoriæ vellet tradere, & inciperet in ipſo iuuentutis flore, non deficeret tanta materia illi poſito etiam in decrepitâ ætate. Tamen ego gratuitam importunitatem tuam libenti animo ſuſtinens, more illius qui de maris immenſitate aliquas haurit guttas, pauca de multis hiſtoriam ſequendo contingens, ad corrigendum vitioſa, prout Deus donauerit, accingar. Ex MSS.

Innumera S. Furſei miracula.

CAPVT I.

Miracula S. Furſei in Pontiuo.

2 EGregius itaque Chriſti Confeſſor Furſeus ordinatis vtillimè eccleſiis, quas in Hiberniâ & in contiguis inſulanorum regionibus conſtruxerat, deſiderio viſendi Apoſtolicam Sedem, patriam parente ſq́ue relinquens, per inſulanorum regna cum paucis diſcipulorum ſuorum comitibus transfretando, & circumquaque indeſinenter ſemina diuini verbi ſpargendo, in Britannicam prouinciam quæ à modernis a Normannia nuncupatur, illo duce cui obediunt & venti & mare, proſperâ flante aurâ peruenit. Veniens autem per Ponticum pagum, in poſſeſſionem quamdam Haimonis Ducis, quæ Macerias & Maioc vocabatur, voces lamentantium non minimas audiuit. Quibus commotus, ad Ducis aulam peruenit, ibiq́ue eius vnicum filium mortuum reperit; quem, compatiens doloribus patris & matris & coadunatæ plebis, confeſtim factâ cum lacrymis oratione de lacu mortis erexit.

Venit in Galliam.

a

Filium Haymniſo Ducis reſuſcitat.

3 Quod Dux pluſquàm dici poſſit admirans, lætuſq́ue & hilaris, Dominum Deum in Sanctis ſuis collaudans; vſus præcipuè coniugis ſuæ ac totius aſtantis populi conſilio, multoperè laborabat ſupplicibus verbis ſanctum Dei virum retinere: & coràm poſitis multis pretioſiſq́ue auri & argenti muneribus cum ipſâ prædictâ poſſeſſione, omnia ſibi in perpetuum poſſidenda deliberat concedere. At vir Deo plenus, qui pro Chriſti amore paterna regna, & totius labentis mundi gloriam contempſerat, affabilis vt erat dulciloquio, cuius rei gratia ad partes illas iter direxiſſet ſibi ſupplicantibus aperuit, & relictis omnibus coràm poſitis, quò cœperat greſſum tendere diſpoſuit. Præclarus verò Dux, cõuerſis ſuis ac totius plebis gemitibus pro beati viri digreſſu, mœſtus eius pedibus prouoluitur, & vt ſui ſuorumq́ue mentionem in ſanctis orationibus ſuis faciat deprecatur, & adiungit quatenus Deo protegente peractâ, quam cœperat, peregrinatione rediens vitâ comite, ſuâ eum præſentiâ vel ſemel illuſtret; aut ſi priùs, quod abſit, de corruptione fragilis vitæ, ad incorruptionem cæleſtis gloriæ Deo vocante migrauerit, & ipſe indignus ſuperſtes extiterit, vt ſibi quoquo modo notificare curet. Tunc vir Dei pietate redundans ſupplicantis vota exaudiuit, & ſub ſigno quia in horâ ſui exitus tria luminaria coram ſe poſita clarè viſurus erat indicauit. Datâq́ue benedictione Duci & coniugi ſuæ, necnon vnico filio ſuo nuperrimè de laqueo mortis educto, & reliquis, valedicenſq́ue illis, ad limina beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli peregrè contendit.

Promittit ſe mortem ſuam ei indicaturum.

4 Factum eſt autem tranſeunte ſancto viro per b Ambianenſem pagum, quatenus iuxta villam, quæ Antogilus vocatur, ſuper fluuium Corbeiæ iter faceret, & ibi malignum virum effreni impetu ſibi obuiàm habuiſſet, qui eum ſimpliciter gradientem furibundus intuens, dæmoniaco inſtinctu compulſus, in eum inſiliit, & pallium quo tegebatur abſtulit, grauiterq́ue (prô dolor!) nullo modo ſibi reſiſtentem fuſtibus cecidit, ac portans togulam quam rapuerat ad domum tripudians vxoris ſuæ brachiis iniecit. Nec mora: ſtatim ipſe idem ſpiritus malignus, cuius ductu & ſuggeſtione ſanctum virum læſerat, in eum & vxorem ſuam & vnam quam habebat filiam conuerſus, peſſimè anguſtiauit, linguæq́ue donum ſubripuit, & viſu pariter & auditu priuauit. Vir autem Domini per Spiritum ſanctum ſciens miſerias eorum, quaſi hoſpitandi gratiâ ſubſequens ad domum acceſſit, & vt erat ſimplex introſpexit, per domum errantes, & ſeſe laniantes vidit. Clamauit, & qui reſpondeat non reperiens, tenerè ingemuit. Tandemq́ue ſuper deſolatam domum miſericordiâ motus, ſeſe ad ter-

b

A quodam verberatur & ſpoliatur.

Eum ipſũ à dæmonio liberat.

Ex MSS. ram proiecit, & preces Domino Deo voluntatis cordis ſui multiplici ploratu indices effudit. Quibus impetratâ veniâ priſtinæ ſaluti miſeram familiam reddidit, & eos ſua pauperibus largiri pro amore Ieſu quàm pluribus diuini verbi eloquiis totâ nocte erudiuit. Manè verò ſacri baptiſmatis vndâ, quam non attigerant, ablutos Catholicæ fidei commendauit, & valedicens illis greſſum quem cœperat arripuit.

& baptizat.

a *At quis prouinciam, quæ nunc* Normannia *dicitur*, Britannicam *appellauit? Quamquàm nec in Normanniâ, vt nunc quidem limites ſunt,* Pontiuus *eſt, ſed in Picardiâ inferiore; caputq́ Pontiui* Abbatis-villa *ad Somonam.*

b *Deſmaius per ipſam vrbem Ambianorum ſcribit transiſſe.*

CAPVT II.

Miracula in Atrebatibus. iter Romanum.

Hoſpitium ſibi negantem,

5 PRoficiſcens autem ſeruus Dei inde, infra Atrebatenſium pagum, ad villam, quam indigenæ Grandem-curtem vocant, properauit: vbi inclinante iam ſole, fatigatus ex itinere, à quadam matronâ nimis & ſuprà affluentiâ diuitiarum ſuperabundante, diuerſorium ſolius noctis expetiit; quod minimè impetrare valuit. Scriptum namque eſt,

Intolerabilius nihil eſt quàm femina diues.

idcò arreptam à damone,

Secedente verò Domini Sancto, confeſtim dæmoniacus ſpiritus introiens domum miſeram inuaſit, eamque variis vexationibus grauiter afflixit. Nam quantò vir Dei longiùs à domo illâ ſecedebat, tantò mortaliùs ipsâ prædictam matronam, Ermeſindem nomine nuncupatam, malignus ſpiritus oppilabat. Cognoſcens ergo miſera ſe ſummum Regem offendiſſe, eò quòd ſeruum ſuum noluerit hoſpitio ſuſcipere, cœpit lamentabilibus vocibus poſt Sanctum Dei clamare. Quod videntes ſerui eius, plerique enim erant, concito gradu vlulantes beatum peregrinum ſequuntur: & re multis ſuſpitiis, multiſque ſingultibus, necnon multis lacrymarum riuulis, ac ſi neſciſſet, notificatâ, vt redeat & languenti barbaro languore ſubueniat, deprecantur. Noluit autem beatus viator repedare, ſed confidens in eo Domino, qui non derelinquit ſperantes in ſe, cui famulabatur die & nocte, totâ mentis & cordis intentione, baculum, quo ſe ſuſtentabat, per vnum ex diſcipulis ſuis remiſit; & vt inde in nomine Ieſu Chriſti tangeretur præcepit. Quo facto dæmon effugit: & ipsa illicò ſanata quantocyùs ſurgens cum omni confinio ſuo poſt virum Dei cucurrit, prouolutaque pedibus eius, cum omni familiâ, & cognatis & amicis ſuis, ſe & ſua quæcumque videbatur habere, Domino Deo deuouit: & in famulatu eius permanens poſteà multo tempore fideliter vixit.

miſſo baculo liberat.

Pergit Romam:

6 Beatus verò vir Furſeus cœptum exequens iter, per offendicula Burgundiæ, per pericula Italiæ, per aſſaltus a Paſſerellæ, per fraudes Papiæ, per perfidiam Sutriæ, per inſidias Carbonellæ, gaudens & lætus ſine impedimento, per ſingulas ciuitatum eccleſias, viſitando ſancta ſanctorum, & exorans ea pro ſalute totius peccatoris populi, aduſque Montem gaudij peruenies aſtitit, & contemplans Vrbem, pluribus circumſtantibus peregrinis, vt mos eſt, ita inquit: O Roma triumphis Apoſtolorum ſuperexaltata, Martyrum roſis decorata, Confeſſorum liliis candidata, Virginum palmis dulcorata, meritis eorum roborata, quæ tot & tanta contines ſancta Sanctorum corpora, eſto ſalutata, vt numquàm ſuccumbat auctoritas tua, ſanctorum Patrum dignitate & ſapientiâ hactenus roborata; quâ corpus Chriſti, videlicet beata mater Eccleſia viget ſolidata.

a

eam ſalutat.

Repens viſitat ſepulchrum S. Petri, omne viaticum dat pauperibus.

7 Sic locutus genua flexit, & per totam conuallem illam aduſque gradus eccleſiæ S. Petri properauit: ibique tantillum, quod penes ſe habebat, viaticum pauperibus erogauit: ac iterum flexis genibus riganſque marmoreum, vt eſt, pauimentum riuulis lacrymarum, ad corpus vſque S. Petri peruenit: ibique multas orationum preces pro ſe & totius mundi ſalute effudit. Deinde circumeundo per Vrbem ſingulas eccleſias, oranſque aſſiduè pro peccatore populo, ibidem multos dies fecit. His ita peractis, ſollicitus gregum, quorum curam Deus ſibi commiſerat, redire diſpoſuit: acceptâque ab b Apoſtolico viro ſui ſuorumque abſolutionis benedictione, & multifario vſus in eo de vtraque vitâ conſilio, retro gradum poſuit.

b

a *Qua hic memorantur loca, prater* Papiam, *ſine* Ticinum, *Inſubrum vrbem, &* Sutrium *Hetruriæ, ignota ſunt nobis.*

b *Deſmaius narraſſe ait* Furſeum S. Martino Papæ, *qua olim viderat, quemq́ inde aſſiduè perpetiebatur morbum. Sed cùm audiſſet Pontifex ter eum ſingulis hebdomadis, medicorum conſilio, in eius morbi remedium, carnibus veſci, eâ re offenſum ſiniſtrè de eius vita integritate ſenſiſſe; ideoq́ nocte inſequenti eadem correptum agritudine: quâ cùm direè cruciaretur, perquiri totâ Vrbe Furſeum iuſſiſſe, vtq́ ſibi ignoſceret cum lacrymis obteſtatum: ac mox ſanatum, malo in Furſeum, qui tantiſper eo leuatus fuerat, quaſi remigrante. Tum varias oblatas ei à Pontifice dignitates, rogatumq́ vt ſaltem Roma commoraretur: ſed cùm prædicandi munus, ſibi diuinitus impoſitum obtenderet, Epiſcopum tandem conſecratum cum Foillano fratre, multis donatum Sanctorum reliquiis, quas ille Latiniaci depoſuit, & baculo paſtorali ad figuram ſcipionis conformato. De Foillano ſuo loco agetur. Teſtatur Molanus à Cameracenſibus vt Epiſcopum coli,* non quòd proprij nominis Epiſcopus fuerit, *inquit,* ſed quia quorumdam locorum Apoſtolus fuit. *In quibuſdam Martyrologiis* Epiſcopus, *in pluribus* Abbas, *&* monachus *appellatur. Certum ſaltem videtur, falli Ferrarium & Sauſſaium, quorum hic in Supplem. Martyrologij Gallicani, ille in generali Catal. SS. ad 28. Septemb ſcribunt in Hiberniâ Epiſcopum fuiſſe, ſed abdicato Epiſcopatu in Gallias veniſſe.*

Roma geſta à S. Furſeo.

An Epiſcopus fuerit.

CAPVT III.

Geſta ab eo in Angliâ.

Vitans laudes humanas, redit in Angliam.

8 INtellexit autem quamplurimis referentibus magnificam de ſe famam pro virtutibus, quas per eum fecerat miſericors Dominus, per Gallicas partes conuolaſſe, & maximam plebem ſe præſtolantem, ſui abſentiam, ob varias ægritudines, quas partim animæ, partim corporis patiebantur, deplorare. Quamobrem fauorem populi ne ab eo diriperetur in aliquo, declinare ſtuduit, & eâ cauſſâ repedãdo ad prouinciam Orientalium Anglorum tendens, a per Saxoniam quæ ſub ditione Regis Sigeberti degebat, gradum diuertit. Sed quia tam clarum, tam lucidum Domini ſidus nullatenus poterat ſub modio abſcondi, egregius rumor aduentus ſui aures præfati Regis perculit: qui ei callidiores quos habuit exploratores, ne eius tranſitu occulto falleretur obuiàm miſit: & ipſe idem, vt eum partibus ſuis meſſe præſenſit, cum magno comitatu vtriuſque ſexus ad eum alacriter exiit, videnſque illum, adeò regiam celſitudinem humiliauit, quatenus ſe in occurſum eius ad terram proſterneret, & benedictionem poſtularet. Quâ datâ, benignus Rex ſurrexit, & pedes cum eo, Sanctum Domini ad palatium ſuum reuerenter adduxit.

a

Honorificè excipitur à Sigeberto Rege.

9 Poſtmodùm quoque multa pretioſiſſima auri & argenti & ſecularium honorum munera ei obtulit; & ſeſe cum omni regno ſuo ſanctitati ſuæ commiſit. At vbi vir Deo plenus coràm ſibi poſita munera proſpexit, ab imo cordis ſuſpiria traxit, & condolens generi humano labentium rerum cupiditate decepto, Regi & primatibus ſuis dixit: Omnibus, cariſſimi, à Chriſti nomine dictis, qui ſe iubet venerari in pauperibus ſuis, noſſe expedit, quoniam ea donaria Domini Saluatoris militibus & athletis non conueniunt, quæ tinea comedit, vetuſtas erodit, fur conſumit. Referantur igitur iſta munera eis, qui volubilitate & illecebris fragilis mundi capti incerti errant; qui nondum felicitatis æternæ gaudia deſiderantes, tenebris obcæcati carnalibus ad ea non ſuſpirant. Nobis autem vobiſcum in hac conualle lacrymarum, exigentibus peccatis noſtris, licet adhuc commorantibus, tamen in quantum fragilitas humana permittit, ad ea reſpirantibus, placeat Regi & primatibus ſuis quantulum locum dare, quo monaſterium ad Deo, cui militamus, ſeruiendum, ex ſuis ſumptibus pro ſuâ ſuorumque ſalute, & regni ſui ſtabilitate poſſimus ædificare, & aliquos ſedentes in tenebris & vmbrâ mortis ad

Recuſat oblata ab eo munera.

Petit locũ extruendo monaſterio.

ad verum lumen, qui via, veritas eſt, & vita, ne pereant, reuocare.

Matth.10. 19. 10 Hæc & huiuſmodi, quæ Spiritus ſanctus ſuggeſſit (ſicuti ſuis fidelibus Dominus promiſit, Cùm ſteteritis ante Reges & Præſides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illâ horâ quid loquamini) ab ore ſancti viri procedentia, Rex & Palatini percipientes, illius petitioni vnanimiter adquieſcunt, & locum mari vicinum, ſiluis innexum gratanter eligunt. Et omnes incolæ, prout vnicuique ſuggerebat poſſibilitas ſua, Deo inibi ſeruientibus neceſſaria in præſenti & in futuro ædificant & attribuunt, eccleſiamque mirifico artificum ingenio intus & extrà conſtruunt. Cui alij prædia villarum, alij nemoroſos ſaltus ſiluarum, alij fluuios piſcationum, alij diuerſorum ouilia pecorum, alij ſerica ornamenta gemmis & auro intexta variorum operum, alij vaſa aurea & argentea coaptata ad Eccleſiaſticum multiplex officium, alij ſeruos & ancillas concedunt, alij ſe ipſos cum omnibus quæ poſſident, aſſumpto ſanctæ religionis habitu, in Dei ſeruitutem tradunt. b

Multi ei monaſterio varia largiuntur.

11 Conſtructo igitur monaſterio, plerique nobilium audientes Euangelicam exprobrationem, Qui non baiulat crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus; &, Luc. 14. 27. Ibid. 33. Qui non renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus, ſeneſcenti mundo & omnibus quæ ſua ſunt abrenuntiarunt, & crucem ſuam baiulare, Chriſtique ſequi veſtigia, poſtpoſitis omnibus vani ſeculi oblectamentis, non formidarunt, ſed potiùs mediatoris Dei & hominum Ieſu Chriſti famulo in cæleſti gloriâ coniungi feſtinauerunt.

Multi nobiles iſthic monachi fiunt.

12 Poſt non multum verò temporis B. Furſeus nolens eſſe piger Domini Dei ſui ſeruus, quadam die Regem cum Palatinis ſuis ſeorſum vocauit, & eorum amicabili affabilitate vſus, electum Dei Foillanum fratrẽ ſuum, diligenti aſſenſu Cleri & populi, illi monaſterio in Abbatem præfecit, curamque animarum cœnobitarum inibi Deo ſeruientium ſibi credidit, ac eccleſiam multis pretioſiſſimorum Sanctorum reliquiis ditauit, necnon variis languentium ægritudinumque curationibus honeſtauit. c Quibus ita tractatis, Vltanum alterum fratrem ſuum, cœnobitarum honeſtiſſimâ vitâ & religioſis moribus probatum, quod multoties ab eo petierat, ad eremum ire permiſit. Atque ipſe vir Deo plenus ſemper humanas cupiens deuitare laudes, impetrato Regis quamuis inuito conceſſu, ſiluam, in quâ eremiticam poſſet ducere vitam, longè ab hominum frequentatione ſegregatam accelerauit. Nouerat enim, Qui hominibus placent confuſi ſunt, quoniã Deus ſpreuit eos. Pſal. 52. 6.

Foillanum illi monaſterio præficit.

Ægros ſanat.

In eremũ ſecedit, vti & S. Vltanus.

a *Non videtur hoc iter rectè ſtatui poſt reditum ex Italiâ: nam, ſiue Angliam Scoticaſq; prouincias, poſtquàm in Galliam venit, reuiſerit S. Furſeus; ſiue id ſolùm propoſuerit, atque in itinere obierit, vt in priore miraculorum libro refertur; quæ hic narrantur, ea in priore vitâ, & huius ipſius libro primo ante aduentum in Galliam referuntur, cùm primùm ex Hiberniâ ad Sigebertum Regem venit Furſeus. Verùm auctor* Saxoniæ *nomine deceptus, hoc loco videtur Germaniam aliquam prouinciam, aliumq; Sigebertum Regem intellexiſſe. At Deſmaius cap. 16. ait Furſeum à* S. Sigeberto *Rege Auſtraſiæ exceptum honorificè, atque à S. Gertrude Niuellenſi. De* Sigeberto *quidem non improbabile videri poteſt, ſi quopiam antiquo monumento teſtatum ſit. Sed quòd* Gertrudem *ait tunc in domo etiamtum parentis ſui B. Pipini Maioris domus regni Auſtraſiæ fuiſſe, non ei aſſentimur. Fuiſſe* Furſeum *Romæ ait anno 649. atqui is quartus erat à morte Pipini.*

b *Refert Deſmaius cap. 12. ædificato monaſterio cùm campana deeſſet, cuius ſonitu ad publicas precationes monachi conuocarentur, ipſum ſe precibus dediſſe Furſeum: & (mirum dictu!) cùm adoleſcẽs quidam, Anna vidua filius, defunctus efferretur, adſtitiſſe coram omnibus funus proſequentibus Angelum, & campanam Furſeo obtuliſſe; cuius ſonitu illicò reuixit mortuus, ibiq; monachus factus piè vitam exegit. Multa ſimilia campanarum portenta in vitis Sanctorum Britanniæ & Hiberniæ occurrunt, & nonnulla quidem ſatis teſtata, vt videre eſt in S. Columba vitâ per S. Adamnanum. Huic Furſeanæ vim eam inditam diuinitus fuiſſe ſcribit Deſmaius, vt ſi tonante cælo, aut aliâ ingruente tempeſtate pulſata foret, quàm latè exaudiri eius poterat clangor, omne cladis periculum diuinitus arceretur. Idq; ſuâ ætate circiter annum 1432. viguiſſe, certâ experientiâ teſtari Ioannem Mielotum.*

Campanæ S. Furſei vis contra fulmina.

c *Deſmaius rediiſſe in Hiberniam Furſeum ſcribit, atque in Clumeto oppido nouum ædificaſſe monaſterium. Tantâ verò religione Dominicum diem celebrare ſolitum, vt à Nonâ ſabbathi nihil mortalium operum tractaret, ſed diuinis ſolùm vacaret, ac ne iter quidem cœptum proſequeretur. Cùm ergo ad vrbem quamdam, cuius S. Parmedinus Pontifex erat, proficiſceretur, concurrit, vt eum benignè exciperet, vis magna populi. Ædituus gnarus quem morem Furſeus retineret, eius pietati petutanter illuſit, at non impunè. Nam cùm ad vrbem appropinquaret Furſeus, ille ſolito maturiùs (ſabbathum erat) publicæ precationis, quam Nonam dicimus, ſignum campanæ pulſu edidit. Furſeus cognitâ diuinitus hominis malitiâ, ad fontem conſedit, quem S. Parmedinus populo aquæ ſalubris penuriâ laboranti elicuerat: exacto iſthic in precibus Dominico die, fontem aliò ad duas leucas auertit, factam Sancto iniuriam vlciſcente Deo. Hæc ille. Necdum nobis S. Parmedini notum nomen.*

Ex MSS.

Dominicæ diei religio.

Fons aliò auerſus.

Vt in Angliam reuertit, ſubdit Deſmaius, dira iſthic graſſari fames cœpit. Monachos ipſos Cnobhersburgenſes ſollicitudo inceſſit, ne annonâ deſtituerentur. Furſeus Deo fidendum monuit, neque enim verè pauperibus neceſſaria defutura: quò verò ſollicitiores fuerint, hoc minùs Deo cura fore. Monita prodigio firmauit: agrum enim cum S. Lactano, peregrinationum ſuarum indiuiduo comite, colere aggreſſus, mox ſemen iniecit, vnde triduo pòſt maturum demetere triticum licuit. Gratiis Deo actis, in agrum reliquos educit, aratro, ligonibus, raſtris inſtructos; terrâque ſubactâ iubet triticum ſerere; quod ipſo die pullulauit, adoleuit in culmos, planeq; maturuit. Ita Deſmaius.

Fiduciam in Deum, miraculis ſuadet.

CAPVT IV.

Reditus in Galliam. ibi geſta.

Euocatur in Galliam. 13 QVod Regi Francorum Flodoueo & Patricio eius Erchenaldo innotuit, & virum Dei per diuerſa viarum, quouſque inueniretur, diuerticula, quærere fecit, inuentumque ad ſe honorabiliter adduci præcepit, quem honorabiliùs ſuſcepit. Cui vir ſanctus quanta eſſet regia ſublimitas per aliquot dies enucleauit, & quanta retributio benè ſe habenti erga ſubditos Regi in cæli palatio deberetur; quæve gehennalis pœna Dominica negligenti præcepta ab horribilibus miniſtris pararetur declarauit. Nam quantò altior gradus, tantò, inquit, grauior caſus. Oppoſuitque ſibi prophetica verba quibus dicitur; Principes veſtri ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. In quorum manibus iniquitates ſunt, dextera eorum repleta eſt muneribus. Quæ verba non tantùm in Reges, quantùm in Epiſcopos & Abbates & in omnes qui Chriſti meſſem, cuius operarij eſſe debuerant, ſuffocant, & eius vineam ſibi creditam extirpant, retorſit. His & huiuſmodi ſæpiſſimè Regem vir ſanctus exhortans, eius in oculis magnam admodùm promeruit gratiam.

Clodoueũ II. monitis inſtruit.

Iſa. 1. 23. Pſal. 25. 10

14 Intelligens ergo Patricius beati viri dignitatem & ſapientiam, toto demiſſus corpore illi ſupplicat, quatenus Regis prætitulari permiſſu, ad Paronenſe palatium ſuum venire dignetur, vt filius ſuus, quem in cunabulis habebat, per ſanctæ manus ſuæ impoſitionẽ ſacri baptiſmatis fonte renaſcatur. Quod Rex eo tenore diligenter permiſit, quatenus ad ſe quamprimùm rediret, & ſi quid in regno ſuo ſibi placens vel audiret vel videret, fiduciaſiliter, vtpote proculdubio habiturus, peteret, ne ampliùs de ſuis partibus exire vellet. Vir igitur ſanctus & Patricius ad prædictum caſtrum venerunt, vbi plus ſolito venerati, quod quæſierant de puero peregerunt.

It Peronã cum Erchenaldo.

15 Contigit autem vt aliquibus referentibus cognouerit B. Furſeus ſex viros vinculis aſtrictos ibidem in carcere clauſos, veluti damnationi adiudicatos: pro quibus vt ſoluerentur Patricium rogauit, nec impetrare potuit. Quâ de re ad diuina arma conuerſus ſuppliciter ait: Dominus erigit eliſos, Dominus ſoluit compeditos. Nec multò pòſt inter epulas cùm hilariter ſe haberent, alij comedendo & bibendo, alij variis confabulationibus inſeruiendo; ſancto viro orante, repentè ſolutos à vinculis cæleſti virtute, qui capti tenebantur, ante ſe vident illæſos adſtare, & magnis vocibus humani generis redemptorem, qui precibus ſerui ſui eos ſoluerat, glorificare. Quod cernens Patricius, quaſi in ecſtaſi mentis poſitus obſtupuit, & ad pœnitentiam tanto miraculo

Precibus captiuos mirabiliter liberat.

Ex Mss. reductus, duritiam cordis ſui frequentibus ſuſpiriis emolliuit, fletibuſque propriis culpam lauit: & procidens ad beati viri pedes veniam poſtulauit, quam cum abſolutione impetrauit. Quapropter quicumque diuerſis ægritudinum doloribus anguſtiati ad eum confluebant, & omnes cuiuſcumque regionis benedictione eius pro antidoto acceptâ incolumes fiebant.

Plurimos ægros ſanat.

16 Intereà egregius Chriſti Confeſſor locum ſibi idoneum ad habitandum iuxta Regis edictum dari poſtulauit, quod Patricio inedicibiliter placuit, & ad eum inquirendum tres ſibi ſagaces viros angariauit; quatenus vbicumque Deo largiente reperiretur, ſibi & ſuis ab illis perpetualiter concederetur. Vadit Sanctus, vadunt & illi, quamplurima loca circumeuntes, donec ad collem, qui Latiniacus vocabatur, veniunt: ibi gradum figunt, eò quòd ſalubri aëre temperatum herbiferis nemoribus obſitum, pratis & vineis amœnum, fertilibus terris pharetratum, ſalutiferis arboribus decorum, ſitum ſuper irriguum piſcibus Matrernæ fluuium, à populari acceſſu longè poſitum cernunt. Placuit quippe locellus iſle præ cunctis in oculis ſancti viri: ſenſit enim quoniam Deus multa ſignorum prodigia inibi per eum prouiderat operatum iri. Quæ, vt in eius ſancti viri prætitulatâ planiùs vitâ claret, ſumma Dei potentia peregit; ſed ea puſillanimitas noſtra, ne ſint faſtidio legentibus, ſub ſilentio præteriit.

Latiniaci amœnus ſitus.

CAPVT V.

Obitus. funus Peronam delatum.

17 COnſtructis igitur vti prælibatum eſt Latiniacenſibus eccleſiis, & ineffabilibus virtutum prodigiis, per diuerſa terrarum regna dilatatis, fortè venit beato viro in deſiderium mentis quatenus Saxoniam adiret, & fratres ſuos, quos ibi reliquerat, viſitaret. Perueniens itaque ad poſſeſſionem Haimonis Ducis, Macerias nuncupatam, quam ſibi obtulerat, quando filium ſuum à mortis vinculo ibidem abſoluerat, prænuntiante ſibi Angelo viam vniuerſæ carnis ingreditur: ſed priùs vocem patrisfamilias dicentis ſibi, audire gratulatur: Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.

S. Furſeus moritur.

18 Non immemor autem ſponſionis ſuæ, Duci, qui multò longiùs aberat, ad prandium ſedenti cum duobus Leuitis apparuit, & tribus cereis igneâ claritate rutilantibus coram eo poſitis, ab eius oculis euanuit. Tunc Dux circumſedentes & adſtantes interrogauit, vtrum aliquis eorum vidiſſet mirabile ſignum, quod ipſe viderat. Denegantibus ergo omnibus ſe aliquem ibi præter ſolitum vidiſſe, cœpit Dux viſionem ſuam exponere, & quia vir ſanctus, ſecundùm promiſſionem ſuam, ſibi præſignauerat ſe de hac luce migraſſe. Feſtinans igitur de prandio ſurgit, & ad ſanctum Dei virum humandum cum omni domo ſuâ vrgendo calcaribus equos tendit. At vbi ad Macerias peruenit, cunctis pagenſibus congregatis tam monachis quàm Clericis, ac virginum turmis, cum aromatibus beato margarito ad ſepeliendum congruentibus, ad illud reuerenter introiuit, & tantas exequias hymnidicis Deo vocibus celebrauit.

Haymoni Duci apparet.

19 Vir autem illuſtris Erchenaldus audiens viri ſancti obitum, multo coadunato armatoque exercitu, quantocyùs in primâ noctis vigiliâ velociùs ad ſanctum corpus properat, & ad illud rapiendum galeatus iter accelerat. Veniens autem iuxta Macerias ſuper fluuium Alteyæ aſtitit, & quoniam Haimonem Ducem ſanctum corpus loricato iam milite cuſtodientem & excubantem intellexit, legatos ad eum in hæc verba direxit: Rogat te Patricius & monet, quatenus ſancti viri corpus, quem Rex ſibi ad baptizandum filium ſuum credidit, & qui ſibi Latiniacum cœnobium cæleſti virtute plenum conſtruxit & ſacrauit, multimodiſque miraculorum prodigiis illuſtrauit, non differas reddere; quatenus quem viuum non poterit reducere, vel defunctum Regi deſideranti poſſit præſentare. Sin autem diſtuleris, pro certo potes ſcire, quoniam cras probabitur armorum a certamine, cui noſtrûm debeat præſentialiter aduocatus eſſe.

Mortui corpus repetit Erchenaldus.

20 Ad hæc Haymo: Mihi priùs, inquit, cælorũ Rex iſthic vbi iacet eum adduxit: iſtic filium meum reſuſcitauit: & multò maius videtur mortuum ſuſcitare, quàm puerum baptizare. Hinc elegit, vt patet, ad cęleſtia regna properare, & mihi longiùs abſenti exitum ſuum, vt ſpoponderat, indicare. Indignum quippe eſt vt cuius meritis credimus languidos curari, in eius præſentiâ ſani vulnerentur; & cuius præſentiâ credimus mortuos reſuſcitandos, in eâ versâ vice occidantur. Iungantur ergo, ſi viſum fuerit Patricio, duo tauri indomiti, & currus eis cum beato corpore apponatur, & vbi diuina prouidentia eos direxerit pacificè nos ſequamur. His auditis Legati velociter redeunt, & Ducis propoſitum Patricio referunt. Cui vtrimque omnes vnanimiter aſſentiunt, & quantocyùs fiat Patricio ſuggerunt.

Tauris indomitis iunctis, lis dirimitur.

21 Factum eſt autem dum currus aptaretur, quatenus quædam mulier indigena omnibus pagenſibus nota, à natali ſuo die cæca, inter aptantes ſeſe interſerit; quæ mox, vt pallio, quo ſanctum corpus tegebatur, oculos ſuos tetigit, lumen recepit, & hilaris & gaudens per turmas excubantium, quantam Deus miſericordiam meritis beati Confeſſoris ſui fecerat, oſtendit. Idcircò vterque exercitus proiectis armis ante ſanctum corpus m orationes conueniunt, & cæleſti Regi in Sancto ſuo Furſeo gratias condignas reddunt.

Cæca viſum recipit.

22 Summo verò diluculo omni populo in orationibus proſtrato, vt pactum fuerat, tauri iunguntur: qui ſolâ Dei diſpoſitione præuiâ, ad Peronam rectâ viâ proficiſcuntur: quos Erchinaldus & ſui tripudiantes & exultantes ſequuntur.

Tauri rectâ Peronam tendunt.

23 Intereà verò claudus in medio itinere iacens tranſeuntes & beatum corpus ſequentes vocibus iam raucis appellat, & vt eum aduſque currum deferant orat. Quem viri miſericordes manibus ſuis ſuppòrtantes ad vehiculum detulerunt, exſpectantes quid de eo fieret, currum ſiſtunt. Qui mox vt feretrum tetigit, ſanitatem ex toto recepit, ac proiectis, quæ habuerat, ſuſtentaculis, Domini Dei potentiam in B. Furſeo collaudans, donec ad Peronam præcucurrit, & quid ſibi pius Dominus interceſſione Confeſſoris ſui fecerit omnibus patefecit.

Claudus tacto feretro, greſſum recipit.

24 Contigit autem, quòd adhuc in eodem loco populo cum curru quieſcente, necnon Deum pro viſo miraculo glorificante, Bercharius Laudunenſum Dux effreni impetu cum multo milite galeatus aduolat, & ſanctum corpus interrogat, ac niſi permittatur ſibi Patricium morte infeſtat. Ait enim: Iure mihi contigit illius corpus habendum, cuius ego primus citra mare dux itineris fui, & ſumptibus meis procuraui: & quidquid meæ facultatis erat, ſibi pro ſuo incomparabili amore ſeque ſequentibus poſſidendum in ſecula conceſſi. Idcirco dum aduiueret me reuiſere voluit, ſi tu permiſiſſes.

Bercharius Dux corpus S. Furſei repetit.

25 Comperientes itaque vtriuſque partis aſtutiores Bercharij furorem, ad eum placandum ſe applicant, & rem tantam, tam ſanctam, tam incertam, diuino iudicio probandam adiudicant. Quod Bercharius non renuens, in duobus ſeptem annorum pueris conſtituit, datâ eis facultate eundi accepto curru quorſum placuerit. Qui mutuatim ab vtraque parte electi ſolutis tauris, currum tamquàm viginti aut triginta annorum eſſent arripiunt, & celeri curſu ad montem Cygnopum diuinâ virtute adiuti deducunt; vbi vterque Dux & Patricius multis ſupplicationibus compuncti ſanctum corpus deponunt, & in b porticu eccleſiæ, quæ nondum perfecta nec dedicata fuerat, venerabiliter condunt. Agnoſcens itaque vterque Dux Dei & ſancti ſui Confeſſoris diſpoſitionem, reſiſtere nolunt, ſed potiùs factâ alterutrum pace multas ibi lacrymas fude-

Duo pueri 7. annorũ feretrum Peronam deferunt.

fuderunt, ac deinceps ad propria, ſubtriſtes tamen, repedarunt.

a *al.* examine.

b *Iſthic nunc veſtibulum eſt baſilicæ S. Furſei, vt cap. 20. tradit Deſmaius. Eo loco ſuauem quemdam odorem ſibi afflari quidam teſtantur.*

CAPVT VI.

Iterata corporis tranſlatio. miracula.

Erchenaldus eccleſiam ædificat.

26 EXultans igitur Erchenaldus pro tanto theſauro à Deo ſibi conceſſo, toto niſu eccleſiam, ſicuti Sancto adhuc in carne poſito promiſerat, ſtudioſus amplificare contendit, quam infra triginta dies Deo largiente peregit. Vnde Leutſinda vxor ſua commota probum virum rancore plena aggreditur; eumque talibus verbis furibunda viſu in faciem alloquitur: Quæro, ait, vir inſani capitis, quæ dementia te ceperit, quæ te filioſque tuos & me exheredare neſcio pro quo aduenâ & ignoto cogit, & ad pauperiem attrahit? Non eſt hoc, inquam, dignitatis, ſed potiùs ſocordiæ & leuitatis, quandoquidem pro mortuis viuos confundis. Cui Herchenaldus, Verbum, inquit, inutile diutius agitare ſtolidum eſt. Penſa igitur, omnium peſſima, & recole, totius boni ignara, quantum Deus, ex quo familiaris ei fui, in cunctis mundi proſperitatibus nos exaltauerit; & nouiſſimè quantis miraculis Ducibus eum requirentibus prohibuerit, & nobis peccatoribus præſtiterit. Verè meritò ſcriptum eſt:

Coniux in eum debacchatur:

varium & mutabile ſemper
Femina.

Pœniteat ergo te ſtulta, contra Sanctum Dei ineptiſſe, & dum licet, ne iraſcatur, citiſſimè veniam pete. Cui illa: Scito, inquit, mi Domine, quoniam quem, triceſima dies eſt hodie, mortuum tumulari vidimus, illius iam ex parte putrefacti iram omnino floccipendimus. Erchenaldus ad hæc: Confido, ait, in illius virtute, cui deuotus ſeruiuit die ac nocte, quoniam corpus eius adhuc illæſum conſiſtit. Quod iam tu ipſa probare poteris, cùm illud in eccleſiam deferri videris. His dictis beati Pontifices Eligius & Autbertus, qui ad hoc conuocati fuerant, cum innumerabili populo adſunt, qui eccleſiam multimodâ ſolemnitate, vt moris eſt, conſecrauerunt. Dum verò ſancti viri corpus de tumulo extrahere, & in eccleſiam portare ſupplicibus votis cupiunt, Leutſinda cum omni familiâ ſuâ, erroneâ ſuſpicione ſeducta accelerauit, corpuſque pallio denudari ad videndum præcepit, quod videre ſperans, ſubitò lumen oculorum amiſit.

ſit cæca:

27 Exterrita protinus lugubri voce exclamat, & quemque ſanctorum Pontificum, eorum prouoluta pedibus, nominatim appellat, & vt ſibi propitientur Sanctum exorando, efflagitat. Confitetur etenim ſe nimis & ſupra deſipuiſſe, & præcordialiter pœnitere. Quid plura? Orantibus ſanctis Pontificibus & omni populo planctu & lamentatione pro tantâ dominâ laborante, Leutſinda viſum recepit: laudanſque & glorificans Deum, B. Furſeo ſe & omnia ſua perpetualiter conceſſit, quem, ac ſi eadem horâ de hac luce migraſſet, illęſum videre promeruit. Sancti verò Pontifices venerabile corpus, reuerenter in vlnas ſuas cum hymnidicis vocibus accipiunt, & in eccleſiam ſecus Principis Apoſtolorum altare cum multis odoribus & redolentibus aromatibus condierunt.

viſum recipit.

Corpus S. Furſei poſt 30. dies illæſum, transfertur.

28 Erchenaldus verò & præfata vxor ſua religioſos a Canonicos ad ſeruiendum Deo & Sanctis ſuis, & præcipuè eis quorum præſentia ibidem habebatur, iuxta beatorum Patrum decreta inſtituunt, ac poſſeſſionibus ſuis ampliſſimis ditauerunt. In primâ enim, quæ ibi fuerat, eccleſiâ B. Furſeus ſanctos collegas ſuos Patricium, & Beoanum, atque Meldanum tumulauerat, quorum animas in viſione, quâ miranda ſuſtinuit dæmonum improperia, viderat; & alia patrocinia pretio-

a

Sanctorũ reliquiæ, Perona & Latiniaci.

ſorum Dei ſeruorum, quæ ſecum detulerat: exceptis illis quæ de Ieroſolymitanis partibus allata, Latiniaco cœnobio ſub firmiſſimo munimine poſuerat; quorum meritis vſque in hodiernum diem Rex cæleſtis multis virtutum ſignis locum illum honeſtauit. Ex MSS.

29 Poſt quadriennium verò prædictus Patricius cum vxore ſuâ theſauros ſuos, & eos quos diuina virtus in prædictâ eccleſiâ theſaurizauerat, B. Eligio Nouiomenſium Epiſcopo tradidit, & vt inde S. Furſeo conueniens feretrum fabricet cum omni Clero ſupplicauit. Quod vir venerabilis miro & incomprehenſibili opere poliuit, & ad Sanctum inthronizandum, beatum virum Autbertum conuocauit. Qui ad eleuandum venerabile corpus de ſarcophago accedentes, ita illæſum inuenerunt, vt fuerat illâ die quâ poſuerunt. Quod præ gaudio lacrymantes, vt erat Clero & populo detexerunt, & poſthac condignâ veneratione multis aromatum odoramentis conditum V. Idus Februarij, quâ die cæli palatium adiit, in feretro clauſerunt: ac deinde poſt B. Petri Apoſtolorum Principis altare eiuſdem eccleſiæ principale, ſecus quod iacuerat, versùs ſolis ortum poſuerunt. Vbi extunc vſque hodie quicumque fideliter adueniunt, quidquid in verâ fide poſcunt, ſine vllâ tergiuerſatione accipiunt.

Capſa S. Furſei reliquiis facta.

Poſt 4. annos integrũ eius corpus.

30 Sequenti verò anno odioſa vini penuria Francigenas omnes deturpauit, quòd ad Euchariſtiam ſacrandam etiam vix inueniri potuit. Contigit autem vt quædam nobiliſſima eiuſdem caſtri matrona, cum magnâ parte familiæ ſuæ grauiſſimâ infirmitate teneretur, & iam deſperata ferme de ſalute, extremum diem ſibi proximum præſtolaretur. Quadam verò nocte in viſione ſibi innotuit, quatenus ad eccleſiam in quâ Sanctus corpore requieſcit Furſeus dirigeret, & de vino, quo ineffabilis Chriſti Euchariſtia quotidie conſecratur, ſibi & ſuis dari depoſceret. Quæ illicò aptiorem ceteris vnum ſuum ſeruientem ſeuocat, & quod in viſione perceperat ſibi ex ordine narrat. Qui concitus ad eccleſiam properat, & Clericum matricularium vinum quo ſanari debeat interrogat. At ille quoniam rarum ſibi erat, penitùs ei denegat. Quid ſeruiens faceret? vim inferre nec audet nec debet. Ad fontem, qui adhuc ibi habetur, cucurrit, plenum vas haurit, dominæ ſuæ obtulit, & quoniam aqua ſit depromit. Quæ benè credula mox vt guſtauit, vinum, quo melius numquàm biberat, ſenſit, & ſalutem ex integro recepit. Ecce quæ duo pius Deus miracula pro meritis ſerui ſui Furſei fecit qui & aquam in vinum conuertit, & omnes languidos ex eodem guſtantes ſanitati reſtituit. Surgens igitur venerabilis matrona cum omni ſuâ nobili familiâ ſanitati reddita, ad eccleſiam cum cereis, & aliis auri & argenti oblationibus pergit; vbi ſe cum omnibus quæ ſuę facultatis erant, Domino Deo, & S. Furſeo irreuocabiliter contulit, ac reliquum vitę ſuæ dignè & laudabiliter viuens ibi conſummauit, annuente trino in vnitate Deo, qui viuit & regnat in ſecula ſecu.orum, Amen.

Infirma, cæleſti monitu, vinũ ex Oblatis petit.

Aqua ei in vinum mutatur.

Eâ potâ ſanatur.

a *Deſmaius cap. 21. fusè contendit in baſilicâ* S. Furſei *à principio Canonicos fuiſſe, non monachos: nec obſtare quòd monaſterium ab antiquis appelletur; id enim eâ ætate vſitatum, vel quòd communiter viuerent Clerici, itaq; ſanctam vitam, vt monachis ſimiles eſſent; vel quòd vulgus aſſuetum videre complures monachorum eccleſias, omnes promiſcuè, etiam aliorum, monaſteria vocabat. Binas autem ait ab Erchenaldo extructas Perona eccleſias, vnam Canonicorum in monte cygnorum, quæ nunc eſt S. Furſei; alteram monachorum loco qui Mons S. Quintini dicitur, & huic primum præfectum fuiſſe S. Vltanum S. Furſei fratrem, de quo 1. Maij agemus.*

An Peronæ ab initio Canonici fuerint.

EPILOGVS.

31 ELimatis, cariſſime frater, vitâ & miraculis egregij Confeſſoris Furſei, ſecundùm quatuor ſchedulas, prout potuimus; notari volumus quoniam a maiorem ceteris viſionem b præter nominum & verborũ lapſus, non attigimus: eò quòd Venerabilem Bedam, qui eius mentionem in Anglorum geſtis pulcherrimè facit, eam, vt eſt incompti calami, peruaniſſe cognouimus. Quæ licet

a
b

Ex Ven. Beda. licet inculto ſermone ſcripta videatur; tamen perſpiciùs vtilitatem ſuam ſcrutanti, ad ſalutem omnium Catholicorum honeſtiſſima, & tenaci memoriâ retinenda probatur. Quæ autem præfatus ille prudens hiſtoriographus exinde ſcripſit, idcircò ſubter annotauimus, quia teſtimonium eius de ipsâ viſione contra remordentes improbos, pro ſcuto fidei opponere gaudemus. Vnde tamen ſanctorum virorum plurima exempla (B. Gregorio venerabili Papa in Dialogo ſuo atteſtante) habentur, quæ ad dirimendas detrahentium linguas ſufficiunt, vbicumque fideliter proferantur.

a *Hinc patet aliam extitiſſe vitam prolixiorem; nam quæ in priore vitâ narrantur viſiones, eas hic auctor non omiſit, ſed totidem verbis retulit.*

b *Videtur legendum* propter.

ALIA VITA EX BEDA l. 3. hiſt. c. 19.

S. Furſeus venit in Angliam.

1 VERVM dum adhuc Sigebertus regni inſulas teneret, ſuperuenit de Hiberniâ vir ſanctus, nomine Furſeus, verbo & actibus clarus, ſed egregiis inſignis virtutibus; cupiens pro Domino, vbicumque ſibi opportunum inueniret, peregrinam ducere vitam. Qui cùm ad prouinciam Orientalium peruenisſet Anglorum, ſuſceptus eſt honorificè à Rege præfato, & ſolitum ſibi opus euangelizandi exequens, multos & exemplo virtutis, & incitamento ſermonis, vel incredulos ad Chriſtum conuertit, vel etiam credentes ampliùs in fide atque amore Chriſti cõfirmauit.

Multos conuertit.

2 Vbi quadam infirmitate corporis arreptus, Angelicâ meruit viſione perfrui; in quâ admonitus eſt, cœpto verbi miniſterio ſedulus inſiſtere, vigiliiſque conſuetis & orationibus indefeſſus incumbere: eò quòd certus ſibi exitus eſſet, ſed incerta eiuſdem exitus hora futura, dicente Domino: Vigilate itaque, quia neſcitis diem neque horam. Quâ viſione confirmatus, curauit locum monaſterij, quem à præfato Rege Sigeberto acceperat, velociſſimè conſtruere, ac regularibus inſtituere diſciplinis. Erat autem monaſterium ſiluarum & maris vicinitate amœnum, cõſtructum in caſtro quodam, quod linguâ Anglorum Cnobherſburg, id eſt, Vrbs Cnobheri vocatur. Quod deinde Rex prouinciæ illius Anna, ac nobiles quique auguſtioribus ædificiis ac donariis adornauerunt.

Caleſti viſo animatur. Matth. 25. 13.

Conſtruit monaſterium.

Eius patria,

inſtitutio,

monaſterium,

raptus,

3 Erat autem vir iſte de nobiliſſimo genere Scotorum: ſed longè animo nobilior, quàm carne. Ab ipſo tempore pueritiæ ſuæ curam non modicam lectionibus ſacris, ſimul & monaſticis exhibebat diſciplinis: & quod maximè Sanctos decet, cuncta quæ agenda didicerat, ſollicitus agere curabat. Quid multa? procedente tempore & ipſe ſibi monaſterium, in quo liberiùs cæleſtibus ſtudiis vacaret, conſtruxit. Vbi correptus infirmitate (ſicut libellus de vitâ eius conſcriptus ſufficienter edocet) raptus eſt è corpore: & à veſperâ vſque ad galli cantum corpore exutus, Angelicorum agminum & aſpectus intueri, & laudes beatas meruit audire. Referre autem erat ſolitus, quòd apertè eos inter alia reſonare audiret: Ibunt Sancti de virtute in virtutem. & iterum: Videbitur Deus deorum in Sion. Pſal. 83. 8.

alter, & in eo viſa,

4 Qui reductus in corpore, & die tertiâ rurſum eductus, vidit non ſolùm maiora Beatorum gaudia, ſed & maxima malignorum ſpirituum certamina; qui crebris accuſationibus improbi iter illi cæleſte intercludere contendebant: nec tamen, protegentibus eum Angelis, quicquam proficiebant. De quibus omnibus, ſi quis pleniùs ſcire vult, id eſt, quantâ fraudis ſolertiâ dæmones & actus eius, & verba ſuperflua, & ipſas etiam cogitationes, quaſi in libro deſcriptas replicauerint, quæ ab Angelis, ſanctiſque ac viris iuſtis ſibi inter Angelos apparentibus læta vel triſtia cognouerit, legat ipſum, de quo dixi, libellum vitæ eius; & multùm ex illo (vt reor) profectus ſpiritalis accipiet: in quibus tamen vnum eſt, quod & nos in hac hiſtoriâ ponere multis commodum duximus.

Ignes 4. mundum ſuccedentes.

5 Cùm ergo in altum eſſet elatus, iuſſus eſt ab Angelis qui eum ducebant, reſpicere in mundum. At ille oculos in inferiora deflectens, vidit quaſi vallem tenebroſam ſubtus ſe in imo poſitam. Vidit & quatuor ignes in aëre, non multo ab inuicem ſpatio diſtantes: & interrogans Angelos, qui eſſent hi ignes, audiuit hos eſſe ignes, qui mundum ſuccedentes eſſent conſumpturi: primum mendacij, cùm hoc quod in baptiſmo abrenuntiare nos Satanæ, & omnibus operibus eius promiſimus, minimè implemus: ſecundum cupiditatis, cùm mundi diuitias amori cæleſtium præponimus: tertium diſſenſionis, cùm animas proximorum etiam in ſuperuacuis rebus offendere non formidamus: quartum impietatis, cùm infirmiores ſpoliare, & eis fraudem facere pro nihilo ducimus. Creſcentes verò paullatim ignes vſque ad inuicem ſeſe extenderunt, atque in immenſam adunatæ ſunt flammam.

Ab his defenditur per Angelos.

6 Dumque appropinquaſſent, pertimeſcens ille dicit Angelo: Domine, ecce ignis mihi appropinquat. At ille: Quod non incendiſti, inquit, non ardebit te. Nam etſi terribilis iſte & grandis eſſe rogus videtur, tamen iuxta merita operum ſingulos examinat: quia vniuſcuiuſque cupiditas in hoc igne ardebit. Sicut enim quis ardet in corpore per illicitam voluptatem, ita ſolutus corpore ardebit per debitam pœnam. Tunc vidit vnum de tribus Angelis, qui ſibi in totâ vtrâque viſione ductores affuerunt, præcedentem ignis flammam diuidere, & duos ab vtroque latere circumuolantes, ab ignium ſe periculo defendere. Vidit autem & dæmones per ignem volantes, incendia bellorum contra iuſtos ſtruere. Sequuntur aduersùs ipſum accuſationes malignorũ, defenſiones ſpirituum bonorum, copioſior cæleſtium agminum viſio: ſed & virorum de ſuâ natione Scottorum, quos olim ſacerdotali gradu non ignobiliter potitos famâ iam vulgante compererat, à quibus non pauca, quæ vel ipſi vel omnibus qui audire vellent, multùm ſalubria eſſent, audiuit.

Edocetur de multis.

Hominis damnati attactu aduritur:

à quo impœnitente dona acceperat.

7 Qui cùm verba finiſſent, & cum Angelicis ſpiritibus ipſi quoque ad cælos redirent, remanſerunt cum B. Furſeo tres Angeli, de quibus diximus, qui eum ad corpus referrent. Cumque præfato igni maximo appropiaret, diuiſit quidem Angelus, ſicut priùs, ignem flammæ: ſed vir Dei vbi ad patefactam vſque inter flammas ianuam peruenit, arripientes immundi ſpiritus vnũ de eis quos in ignibus torrebant, iactauerunt in eum, & contingentes humerum maxillamque eius incẽderunt: cognouitque hominem, & quòd veſtimentum eius morientis acceperit, ad memoriam reduxit. Quem Angelus ſanctus ſtatim apprehendens in ignem reiecit. Dicebatque hoſtis malignus: Nolite repellere, quem antè ſuſcepiſtis. Nam ſicut bona eius peccatoris ſuſcepiſtis, ita & de pœnis eius participes eſſe debetis. Contradicens Angelus: Non, inquit, hoc propter auaritiam, ſed propter ſaluandam eius animam ſuſcepit. Ceſſauitque ignis: & conuerſus ad eum Angelus, Quod incendiſti, inquit, hoc arſit in te. Si enim huius viri in peccatis ſuis mortui pecuniam non accepiſſes, nec pœna eius in te arderet. Et plura locutus, quid erga ſalutem eorum qui pœniterent, eſſet agendum, ſalubri ſermone edocuit. Qui poſtmodùm in corpore reſtitutus, omni vitæ ſuæ tempore ſignum incendij quod in animâ pertulit, viſibile cunctis in humero maxillâque portauit: mirumque in modum quod anima in occulto paſſa ſit, caro palàm præmonſtrabat.

Retinet aduſtionis ſignum.

Viſiones ſuas narrat.

8 Curabat autem ſemper, ſicut & anteà conſueuerat, omnibus opus virtutum & exemplis oſtendere, & prædicare ſermonibus: ordinem autem viſionum ſuarum illis ſolummodò, qui propter deſiderium compunctionis interrogabant, exponere volebat. Supereſt adhuc quidam Frater ſenior monaſterij noſtri, qui narrare ſolet dixiſſe ſibi quemdam multùm veracem ac religioſum

Sudans etiam gelido tempore.

ligioſum hominem, quòd ipſum Furſeum viderit in prouinciâ Orientalium Anglorum, illaſque viſiones ex ipſius ore audierit: adiicienſque quòd tempus hiemis fuerit acerrimum & glacie conſtrictum, cùm ſedens *a* in tenui veſte vir iſte inter dicendum, propter magnitudinem memorati timoris vel ſuauitatis, quaſi in mediæ æſtatis *b* caumate ſudauerit.

a

b

Venit in Angliam:

9 Cùm ergo, vt ad ſuperiora redeamus, multis annis in Scotiâ verbum Dei omnibus annuntians, tumultus irruentium turbarũ non facilè ferret, relictis omnibus quæ habere videbatur, ab ipsâ quoque inſulâ patriâ diſceſſit, & paucis cum Fratribus per Britones in prouinciam Anglorum deuenit: ibique prædicans verbum Dei, vt diximus, monaſterium nobile conſtruxit.

monaſterium exſtruit.

Secedit in ſolitudinem.

10 Quibus ritè geſtis, cupiens ſe ab omnibus ſeculi huius, & ipſius quoque monaſterij negotiis alienare, reliquit monaſterium, & animarum curam fratri ſuo Fullano, & Preſbyteris Gobbano & Dicullo, & ipſe ab omnibus mundi rebus liber in anachoreticâ conuerſatione vitam finire diſpoſuit. Habuit alterum fratrem, vocabulo Vltanum, qui de monaſterij probatione diuturnâ ad eremiticam vitam peruenerat. Hunc ergo ſolus petens, annum totum cum eo in continentiâ & orationibus, in quotidianis manuum vixit laboribus.

Abit in Galliam.

c

11 Dein turbatam incurſione gentilium prouinciam videns, & monaſteriis quoque periculum imminere præuidens, dimiſſis ordinatè omnibus, nauigauit in Galliam, ibique à Rege Francorum *c* Lothouuio, vel Patricio Herconualdo honorificè ſuſceptus, monaſteriũ conſtruxit in loco Latiniaco nominato. Ac nõ multò pòſt infirmitate correptus, diem clauſit vltimum: cuius corpus idem Herconualdus Patricius accipiens, ſeruauit in porticu quadam eccleſiæ, quam in villâ ſuâ, cui nomen erat Perona, faciebat, donec ipſa eccleſia dedicaretur. Quod cùm poſt dies viginti ſex eſſet factum, & corpus ipſum de porticu ablatum, prope altare eſſet recondendum, inuentum eſt ita illæſum ac ſi eadem horâ de hac luce fuiſſet egreſſus. Sed & poſt annos quatuor conſtructâ domunculâ cultiore receptui corporis eiuſdem ad orientem altaris, adhuc ſine maculâ corruptionis inuentum ibidem digno cum honore tranſlatum eſt,

Corpus eius adhuc integrum poſt 4. annos, transfertur.

vbi merita illius multis ſæpè conſtat Deo operante claruiſſe virtutibus.

Ex variis.

12 Hæc & de corporis eius incorruptione breuiter attigimus, vt quanta eſſet viri ſublimitas, legentibus notius exiſteret: quæ cuncta in libello eius ſufficientiùs, & de aliis commilitonibus ipſius quiſquis legerit inueniet.

a *Deſmaius cap.* 10. *Eadem citat, non ſatis ex fide; quaſi is interulâ ſolâ indutum, viſos cruciatus meditantem Furſeum ſcribat mediâ hieme per glaciem & niues incedere ſolitum, ſudore interdũ manantem.*

b καῦμα, æſtus, feruor ſolis.

c *Iſtè* Clodouæus II. *Dagoberti filius.*

III. TRANSLATIO S. FVRSEI.

a

ANno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, XV. Calendas Octobris, Dominicâ poſt Octauam Natiuitatis B. Mariæ Virginis, præſentibus *b* Domino Ludouico Rege Francorum illuſtri, & venerabilibus Patribus *c* Vuermando Nouiomenſi, *d* Guillermo Belluacenſi, & *e* Roculpho Morinenſi, Dei gratiâ Epiſcopis; præſentibus etiam multis religioſis viris, Abbatibus & aliis, ac multitudine Chriſti fidelium congregatâ; tranſlatum eſt pretioſum corpus glorioſi Confeſſoris Chriſti, B. Furſei Peronenſis per manus Epiſcoporum ipſorum, adſtante etiam & vidente Rege prædicto, & in capſâ nouâ repoſitum, & collocatum in eccleſiâ Peronenſi. In cuius rei memoriam nos Ludouicus Dei gratiâ Rex Francorum prædictus, vnà cum ſigillis prænominatorum Epiſcoporum, præſenti ſcripto ſigillum noſtrum apponi fecimus & appendi.

a

b

b d

e

a *Hoc diploma communicauit nobis R. P. Hugo VVardaus monaſterij S. Antonij de Padua Louanij olim Guardianus, acceptum, vt aiebat, ex Eccleſia S. Furſei Peronæ monumentis.*

b *Hic eſt* S. Ludouicus, *cuius regni is trigeſimus erat annus.*

c *Claudio Roberto eſt* Varmundus, *vel potiùs* VVarmundus, de Boiſſerià *Subeſt Nouiomenſi diœceſi Perona.*

d Guilielmum de Greſſor *vocat Cl. Robertus, & 61. eius Sedis Antiſtitem facit, vti & Loiſelius.*

e *Cl. Robertus hunc vocat* Radulphum de Cala, *teſtaturq; huic tranſlationi* S. Furſei *interfuiſſe.*

DE S. TOZZONE, SIVE TOZONE,

EPISCOPO AVGVSTANO.

AN. CH. DCLXI. XVI. IAN.

Celebris S. Tozzonis memoria.

TOZZO *Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus, XVII. Kal. Februarij è viuis exceſſit.* Inter Sanctos pridem coli, *ait Raderus. De eo ita Cratepolius lib. de Sanctis Germaniæ, & in Catalogo Epiſcoporum Germaniæ cap. 8.* S. Thoſſo, Parochus Waldorfenſis, conſtituitur Auguſtanæ Eccleſiæ Epiſcopus à Rege Galliarum Pipino, S. Magni precibus ac commendationibus motus, anno Domini 753. Præfuit annis annis 12. Sepelitur apud S. Afram, vbi eſt templum S. Vlrici Epiſcopi. *Eadem habent Demochares lib. 2. de ſacrificio Miſſæ, & Bruſchius de Epiſcopis Germaniæ cap. 8. qui addunt*, obiiſſe XVI. Ianuarij, anno DCCLXV. Decimus *ab iis cenſetur eius Eccleſiæ Antiſtes. Ita & in catalogo Epiſcoporum Auguſtanorum, an. 1614. excuſo:* X. Tozzo. Inter Sanctos etiam colitur: S. Magni potiſſimùm commendatione VVichterpo ſucceſſit. Obiit anno 676. XVII. Kal. Februar. *Bernardus Hertfelder in Chronico baſilicæ SS. Vdalrici & Afræ ita ſcribit ad an. 663.* Toſſo Preſbyter, conſilio S. Magni Abbatis, in Epiſcopum Auguſtanum eligitur. *& ad an. 676.* Toſſo Epiſcopus cum magnâ ſanctitatis opinione moritur.

Reliquiæ vbi.

2 *Idem Hertfelder parte 2. Baſilicæ SS. Vdalrici & Afræ, ad Iconiſmum aræ ſacriſtiæ:* In fronte ſacrarij, *ait*, ara eſt duodecim ſacris corporibus, Martyrum octo, & Confeſſorum Pontificum quatuor, conſpicua: quæ per varios caſus non ſemel perdita, & rurſus detecta: hinc diuerſimodè tranſlata; demum anno 1618. augendo eorum honori in hunc locum, in magnâ populi frequentiâ, repoſita fuêre. *& infrà*: Duo latera *aræ* quatuor Epiſcopi Confeſſores Auguſtani, ſanctitate celebres, occupant *per ſacras ſuas reliquias. Primus eſt* S. VVichterpus *deceſſor* S. Tozzonis. *Alter*, Tozzo ex Parocho VValdhouenſi Epiſcopus. *Attexitur vitæ compendium deſumptum ferè ex libro Imaginum, qui* Sancti Auguſtani *inſcribitur, cuiuſq; eſt an. Ch. 1601. & M. Velſero à Ferrario in Catalogo generali in Notis ad XIII. Ianuarij tribuitur. In eo ſic legitur:*

3 Cùm adhuc Preſbyter ſepulcrum S. Galli religionis cauſſâ peteret, cereo vſus fertur, qui noctu conti- *Vitæ compendium.*
nenter ardens, nec flammâ abſumeretur, nec ventorum flatu extingueretur; orto ſole, mox lumen ſuâ ſponte amitteret. Miraculi ſpeciem admiratus S. Magnus, tum inſigni hominis probitate captus, in familiaritatem admiſſum, ducem itineris aſciuit, quod diuino impulſu ad Alpium fauces animo agitabat. VVicterpo inde mortuo, vt in Epiſcopum ſublegeretur, effecit. Tozzo viciſſim Magnum eximiâ pietate coluit, morienti aſtitit, Patrem & Doctorem compellauit, ſe illius diſceſſu orphanum relinqui queſtus eſt. Magno annos quinque, &

Ex Variis. aliquot menſes, ſuperfuit; XVII. Kal. Feb. anno circiter DCLXXVI. mortuus. *Ferrarius in generali catalogo eius natalem refert XIII. Ianuarij:* Auguſtæ Vindelicorum B. Toſſonis Epiſcopi. *citat tabulas Epiſcoporum Auguſtanorum; ſed quas? certè in ſuprà citatis dicitur* obiiſſe XVII. Kalend. Februar. *Addit* XVII. Epiſcopum fuiſſe, & floruiſſe ſub Pipino Rege, *allegatq; Democharem, à quo, vti & ab aliis, decimus Epiſcopus numeratur.*

Vita plenior ex Actis S. Magni,

4 *Quo autem tempore vixerit eruendum ex vitâ* S.Magni, *quam VI. Septemb. illuſtrabimus: ex ea hoc loco excerpimus, quæ ad* S.Tozzonem *ſpectant. Henricus Caniſius tomo I. Antiq.Lection.ex membranis monaſterij S. Magni ad pedem pontis Ratiſponæ vulgauit vitam illam S. Magni, quæ tertiæ editioni operum Surij inſerta eſt.Eadem extat MS.in monaſterio S.Maximini prope Treuiros, & in monaſterio SS. Vdalrici & Afræ Auguſtæ. Inter ſcriptores vetuſtos Alamannicarum rerum ex bibliothecâ Melchioris Goldaſti excuſa etiam eſt, duobus libris diſtinct.a paucis mutatis, nonnullis etiam omiſſis.*

editis & MSS.

breuiter à Theodoro deſcriptis,

5 *Auctor apud Caniſium præfigitur* Theodorus monachus S. Galli, & Campedonenſis Abbas primus, S.Magni diſcipulus. *Inter Alamannicos ſcriptores dicitur* S.Theodorus Eremita. *Vnus idemq; eſt. Eremiticam vitam duxit potiùs quàm monaſticam in cellâ Campidonæ erectâ, vbi diu poſt eius obitum monaſterium celebre fundatum eſt à Reginâ Hildegarde vxore Caroli Magni, tum necdum Imperatoris.Theodorus infrà num.11. iuſſu Tozzonis Epiſcopi à ſe teſtatur ſcriptam S. Magni vitam, ſeu potiùs vitæ eius compendium in* pyctacio, *aut* epitaphio, *vt Caniſij exemplar habet. Quod qualecumque fuerit vtinam proferre quis poſſet!*

fuſiùs ab Ermenrico Elvvangenſi,

6 *In editione Goldaſtinâ vtriuſque libri titulo additur eum* ab Ermenrico Elevvangenſi monacho emendatum *& diſtinctum eſſe, &* Ermenrici *huius ſupplementum eſſe, quod vltimis capitibus poſt mortem S. Magni adiicitur. De Ermenrico ita Poſſeuinus noſter:* Ermenricus Germanus monachus, & Abbas Elvvangenſis VII. Cõgregationis Luxouienſis, poſt an. Do.800.ſcripſit Dialogum de vitâ & miraculis S. Hariolphi Abbatis primi Elvvangenſis, *de quo agemus XIII. Auguſti. Idem quoque Ermenricus deſcripſit S.Solæ Abbatis vitam, quam dabimus III. Decembris; in quâ Rabani meminit tum Fuldenſe monaſterium adminiſtrantis,qui dein factus Epiſcopus Moguntinus eſt an. Ch. 847. vt dicemus IV. Februarij. Nonnulli in hac S. Magni vitâ naui reperiuntur,*

ſed emendandis.

qui cum legitimâ pugnant Chronologiâ. Dicitur S. Magnus diſcipulus fuiſſe S. Columbani in monaſterio Luxouienſi, Faucenſe monaſterium extruxiſſe tempore Pipini Regis Galliarum, & tamen ſeptuaginta tribus tantùm vixiſſe annis, cùm S. Columbanus circiter an. Ch. 610. diſceſſerit Luxouio, Pipinus Rex ſit renuntiatus anno Ch. 752. Hinc alij ſeculo ſeptimo, alij octauo floruiſſe Magnum,VVichterpum,Tozzonem volunt.Non Rex hic Pipinus, ſed Maior Domus fuit Regum Auſtraſiæ,quibus tum Sueuia parebat, Clotharij, Dagoberti, & S.Sigeberti, obiitq; anno Chriſti 646. Februarij 21. quo die eius vitam dabimus. Ita ergo ratio temporis deſcribi ex hac vitâ poteſt.

Chronologia vitæ SS. Magni & Tozzonis.

7 *Regnum Auſtraſiæ obtinuit Chlotarius à morte Theodorici, cæſis huius filiis & auiâ Brunichilde an. Ch. 613. Sub huius initium S.Columbanus, cùm annum vnum egiſſet in monaſterio Bobienſi, teſte Ionâ in eius vitâ, moritur X. Kalend. Decemb. circiter annum 615. Ab huius obitu elapſis decem circiter annis moritur S. Gallus 16. Octobris, anno circiter 625. Triennio cõmoratus apud illius ſepulchrũ S.Magnus, cum S.Tozzone Campidonam, deinde in VValdenhoſen, tandem ad Fauces peruenit anno fortè 629. Extruitur monaſterium, abit B. VVichterpus ad B. Pipinum, impetrat monaſterio priuilegia. Moritur B. Pipinus an.Ch.646. Elapſis verò à primo aduentu SS. Magni, & Tozzonis ad Fauces annis viginti quinque moritur S.VVichterpus Epiſcopus, eiq; ſubrogatur S.Tozzo anno circiter 654. Verùm quomodò tunc à Pipino Rege ad Pontificatus honorem dicitur perductus, cùm B. Pipinus de Landis octo annis priùs obierit? Temerè fortaſſis* Pipini *hîc repetitum nomen, eiq; adſcriptum, quod vel* Grimoaldus *eius filius, vel ipſe* S.Sigebertus *Rex curârat. Anno 655. 6. Septembris moritur S. Magnus, quo anno litterâ Dominicali D. ſextus Septemb. incidit in diem Dominicum, quo obiiſſe ſcribitur. Poſt huius diſceſſum vixit S. Tozzo annos quinque, menſes tres, adeoq; hoc die obiit anno circiter 661.*

Recentior vita S. Magni.

8 *Vitam S. Magni nuper edidit auctam Martinus. Abbas Fuſſenſis, ex quâ decerpſit ſuam de SS.Magno & Tozzone narrationem Raderus noſter in fine tom. 4. Bauariæ ſanctæ. epitomen vitæ vtriuſque edidit Carolus Stenghelius in Monaſteriologiâ, cùm de Faucenſi S. Magni monaſterio agit.*

VITA

Ex Actis S. Magni decerpta.

CAPVT I.

SS. Tozzonis & Magni ſocietas. Iter Campidonam.

a S. Magno & Theodoro iter inituris,

1 GNOALDVS & THEODORVS *a* proſtrauerunt ſe ſimul in orationem, Domini miſericordiam implorantes, vt diſponeret iter illorum ſecundùm ſuam voluntatem partibus Orientis; ne quaſi fraudulenter abſcedentes beati Patris corpus relinquerent: memores prophetiæ B. Columbani, qui dixit venturum fore B. Magnoaldum in eremo Orientali, ad fontes *b* Alpium Iuliarum, vbi B. *c* Narciſſus Epiſcopus Toleſanæ ciuitatis iuſſit diabolo draconem interficere, quando S. Afram conuertit ad fidem. Sequenti verò nocte per viſionem B.Magnoaldo demonſtratum eſt, vt fiducialiter pergeret, Domini adminiculum ſibi ſemper noſſet adeſſe. Facto igitur manè iterum orationibus attentiùs exorati ſunt, vt Dominus eis demonſtraret viam & iter commodum, quomodò vellet eos illò ire.

b c

d occurrit S. Tozzo cum cereo miraculosè ardente, e

2 Adueniente ergo meridie Preſbyter quidam ex ipſo *d* pago aduenit, Tozzo nomine, qui iam auditam habebat famam B.Galli, & ideò cauſsâ orationis veniebat ad ſepulchrum eius, ferens ardentem *e* cereum in manu eius. Quem cereum miro modo illuc attulit, ſcilicet vt quando nocte proficiſcebatur cereus ardebat, & nullo modo à vento extingui poterat: die autem veniente, lux ab ipſo cereo per ſe illicò ſubtracta eſt.Cumque viderent eum B. Magnoaldus & Theodorus venientem, cereum quippe per ardorem minimè minui admirati, obuiauerunt ei, & interrogauerunt, vnde veniret. At ille per ordinem expoſuit vnde erat, & quomodò ei reuelatum fuerit, vt viſitaret ſepulchrum S. Galli, imò eos quos inueniret velle proficiſci partibus Orientis, recto itinere duceret eos, vſque dum ad locum deſideratum venirent.Illi hęc audientes proſtrauerunt ſe in orationem,Domino gratias referentes,qui talem ducem eis oſtendere dignatus eſt, vt neque per anguſtam viam eos errare permitteret. Et tunc demum ſuſceperunt Preſbyterum, deoſculantes eum, duxerunt in eccleſiam ad ſepulchrum B.Galli: factâque oratione, duxerunt eum in hoſpitium ſuum, tribuentes ei, prout poterant,neceſſaria; & conuiatorem eligentes.

d

dux eis diuinitus datus.

3 Sicque præfatus Preſbyter pernoctans cum eis, orto manè orantes coram ſepulchro B. Galli, & benedicentes Deum, atque valedicentes Fratribus, qui ibi erant, ſimul profecti ſunt, arripientes iter iuxta lacum Brigantium, vſque ad locum,qui dicitur *f* Brigantia,ibique morati ſunt dies duos. Tunc illis ibi commanentibus, cæcus quidam, obuius B. Magnoaldo,ab eo viſum recepit .... ſecutuſque eſt eos cæcus, Domino gratias agens de recepto viſu: comitaturque cum eis dux itineris Preſbyter præfatus nomine Tozzo.

f

Tranſeunt Brigantiam,

4 Venerunt itaque poſt aliquot dies ad locum qui vocatur *g* Campidona, vbi repererunt oppidũ valdè famoſum, ſed in toto deſertum. Tunc interrogauit B. Magnoaldus Preſbyterum, quomodò ille locus vocaretur, vel fluuius, qui ibi defluebat, Ille reſpondit: Locus iſte ab incolis terræ huius ſæpiſſimè viſitatur, & vocatur Campidona, ſed non ſunt auſi ſaltem vnâ nocte hîc manere

g veniunt Campidonam.

manere propter diuersa genera vermium, qui hîc sunt. b Fluuius verò vocatur b Hilara quod non est, quia multos homines conturbat propter velocissimum cursum suum, eosque potiùs in mœrorem vertit, quàm in lætitiam. Nos autem oportet velociùs transire, ne vermes hîc nos esse sentiant; quoniam si senserint, magnum impetum facient super nos ad deuorandum. Plurimos namque homines, qui causâ venationis huc venerunt, deuorauerunt, non permittentes eos saltem vnâ nocte hîc iacere. . . . .

5 Dum Magnoaldus, & Theodorus orarent, egressus i est foris de oppido i vermis magnus, qui dicitur boa, & impetũ faciens super beatos viros, iacentes in oratione. *Boam interficiunt.* Presbyter ergo Tozzo, qui eos ducebat, videns eum, exclamauit voce magnâ, dicens: Heu mihi quòd huc vos adduxi. Et in fugam versus, & cum eo qui cæcus fuerat, festinabant ad arborem, vt se liberarent. Itaque B. Magnoaldus & Theodorus confisi de Dei misericordiâ, surrexit Magnoaldus Theodoro orante, & faciens k signum sanctæ crucis coram se, arripiensque k cambuttam, quam à B. Gallo acceperat, & crucem quam secum portabat, perrexit in occursum vermis, & dixit: Impero tibi in nomine Domini mei Iesu Christi, vt hîc iaceas, & diabolus, qui in te latitat, ipse te interficiat, adiuratus per Deum viuum & verum. Et cùm hoc dixisset, percussit eum cum cambuttâ in caput, & statim crepuit medius, & mortuus est: ceteri verò vermes, qui in oppido & circa oppidum ipsum morabantur, omnes in fugam versi sunt, & nusquam comparuerunt. Sicque mundatus est locus, & morati sunt ibi vnam hebdomadam, Domino gratias referentes, qui eos exaudire dignatus est.

6 Tozzo autem, vt vidit eos ambos incolumes esse, descendens de arbore ad quam fugerat, & cum eo qui cæcus fuerat, prostrauerunt se ad pedes eorum. Et ait Tozzo: Verè Dominus est in loco isto, qui B. Magno tantam gratiam contulit, vt cum suâ cambuttâ tale signum inauditum faceret. Nunc ergo fiducialiter ducam vos per deserta & angusta loca, vsque ad locum quem electum habetis ad manendum, quia video tantam à Deo vobis concessam potestatem, vt per vestra merita diuersa hæc loca purificentur, & quæ nunc sunt inhabitabilia, Domino annuente habitabilia efficiantur. Respondens B. Magnus dixit: Præsentem hebdomadam hîc manemus, & ædificemus oraculum paruulum, vt *Sacellum erigunt.* discat populus terræ istius, qualem misericordiam eis Dominus conferre dignatus est in loco. Manseruntque ibi ipsam hebdomadam. Tozzo verò cucurrit per vicina loca sibi cognita ad homines, qui ibi morabantur, & diffamans hoc signum. Venerunt ad illum locum, attulerunt alimoniam sufficienter, nimis valdè admirantes de tantâ virtute Dei. *Multos cõuertunt.* Et plurimi per prædicationem B. Magni ad fidem conuersi, & baptizati à Presbytero Tozzone, & Domino gratias agentes, manserunt ibi colentes terram illam & construentes cellulam simul cum B. Magno & Theodoro. Transactis tribus diebus illis pernoctantibus in oratione, die verò laborantibus.

7 Cum verò tertiâ nocte aurorâ diei surgentes celebrare vellent matutinales laudes, subitò dæmones in *Dæmones fugant.* aëre volantes, eiulantes cum magno strepitu & fremitu voces emittentes, quasi impetum supra Tozzonem Presbyterum facientes, clamabant: Tu inimice senioris nostri, & noster, vt quid induxisti virum istum cum socio suo in locum istum, vt & nos, & membra nostra, per quæ multas animas lucrabamur à loco isto euellit? Magister autem illorum semper nos cum suis maleficiis, sicut & iste inuocato nomine Domini vincere consueuit. Iste verò non solùm nobismetipsis, verùm etiã in membris nostris cum terribili nomine Adonai victos habet & expulsos. Hoc audiens præfatus Presbyter Tozzo, tremefactus, tamen muniens se signaculo sanctæ crucis, festinus perrexit ad virum Dei, & indicauit illi, quæ viderat & audierat . . . . . Porrò ex illâ die *imperio S. Magni* tam pleniter abscesserunt, & in fugam versi sunt, vt posteà ibi non comparerent. Et sic factum est, vt ab illâ die omnes homines in illo loco tranquillè habitare permissi sint. Ex VITA S. MAGNI.

a *Triennio post obitum* S. Galli, *violato & fracto ab impiis Ducibus eius sepulchro; sed à* Bosone *Constantiensi Episcopo restituto.*

b *Ab aliis quoque scriptoribus varia Alpium iuga* Alpes Iuliæ *appellata sunt, cùm propriè sic dicta sint, qua aliis deinceps* Venetæ *& Pannonicæ, per quas è Pannoniâ in Venetiam patebat transitus; quas ideò Iulius Cæsar munîsse præsidiis traditur, vnde & nomen adepta. De iis Tabula itineraria*: Aquileiâ. Fonte Sontij. Fluuio Frigido. In Alpe Iuliâ. Longatico Nauporto. Emonâ. *Ast hic* Rhæticæ *intelligi Alpes debent, quarum ea pars qua vallem* Lyco *amne irriguam claudit, vbi Faucense monasterium, Heluetiæ (vbi S. Galli cœnobium) Orientalis est.* *Alpes Iulia.*

c *Colitur* S. Narcissus 18. *Martij & 29. Octobris, non* Tolosanæ *vrbis, aut* Toletanæ, *sed* Gerundensis *in Hispaniâ Tarraconensi Episcopus. De eo, & draconе, cuius hîc mentio fit, agemus in historiâ conuersionis* S. Afræ 5. *Augusti.*

d *Pagus hîc, vt sæpè alibi, regionem vel tractum terrarum significat.*

e *In imaginibus Sanctorum Augustanorum, & Bauariâ sanctâ Raderi pingitur cum cereo, aut face, ad quam ita idem lusit Raderus:*

Tozo facem gestat, quam flamina nulla fatigant:
Nec potis est vndis obruta flamma mori.
Miratur Nereus, stupet Æolus. Imperat ergo
Fax, Tozo, ventis, fax tua, Tozo, mari.

f *Itinerario Antonini conformia, in quo ita instituitur iter:* Arbore felice. Brigantiâ XX. Vemaniâ XXIV. Campoduno XVI. *al.* XV. *Est* Arbor felix *oppidum Heluetiorum ad lacum Brigantinum, vulgò* Arbòna, *haud procul oppido S. Galli.* Brigantia *verò, vel* Brigantium, *vulgò* Bregenz, *vbi fluuius cognominis in lacum influit, limes Heluetios inter ac Vindelicos. De lacu agunt, Strabo lib. 7. Solinus cap. 24. Plinius lib. 9 cap. 17. Ptolemæus lib. 2. cap. 12. aliique plurimi.* *Arbona.* *Brigantia.*

g Campodunum *Antonino; Straboni* Καμπόδουνον; *Ptolemæo,* Καμβόδουνον; *in tabulâ* Cambodunum; *in Notitiâ Imperij* Cambidunum; *Germanis* Kambt, *siue* Kampten; Campidona *& Campidonum posterioris ætatis scriptoribus, à* Kamb *flumine, cui appositum, nomen duxit. De magnifico ibidem ordinis Benedictini extructo monasterio agunt, Bruschius de monasteriis Germaniæ; Crusius par. 1. Annal. Sueuorum lib. 12. cap. 2. & in Paralipomenis cap 19. Carolus Stengelius in Monasteriologiâ, & alij.* *Campidonæ.*

h Hilara, *aliis* Ilarus, *fluuius est Sueuiæ, ex Alpibus ortus: cui ad Campidonam* Cambus *miscetur. De velocissimo eius cursu silet editio Canisij, & Goldasti.* *Hilara fl.*

i *Goldast.* serpens. *MS. S. Maximini:* vermis magnus, cui vocabulũ erat à vocis sono Boas. *Subinde* vermus *dicitur in ed. Canisij.* *S. Hieronymus in vitâ S. Hilarionis ait*, dracones mitæ magnitudinis Boas vocari, quòd boues glutire soleant. *Isidorus lib. 12. Originum, siue Etymol. cap. 4.* à boum populatione *nomen inditum asserit. De* bois, *seu draconibus Vindelicis & Rhætis consule M. Velserum num. 90. ad historiam conuersionis S. Afræ. De* bois *quoque in genere agunt Mathias Bucklener lib 6. thesauri historici an. Ch. 49. Rosweydus ad vitam S. Hilarionis, Gesnerus lib. 5. de naturâ animalium, Claudius Salmasius in Solinum, aliique.* *Boa.*

k *Eam S. Columbanus moribundus mitti S. Gallo iusserat; attulerat Bobio S. Magnus. In editione Goldastinâ* camboca *dicitur. De eâ VValafridus in vitâ S. Galli*: Qui & baculum ipsius, quem vulgò cambotam vocant, per manum Diaconi transmiserunt. *Cambuta.*

CAPVT II.

S. Tozzonis pastoratus in VValdenhouen.

8 CAmpidonâ profectus est B. Magnus, accepto secum coniuratore & duce itineris Tozzone Presbytero, relinquens cum Theodoro cæcum, qui visum receperat. Itaque cœpto itinere, transitoque fluuio, perrexit recto tramite, sicut eum viator ducebat: sicque venerunt ad locum, qui vocatur a Eptaticus, & inuenerunt ibi Episcopum sanctæ Augustæ Vindelicensis Ecclesiæ, nomine b VVichterpum. Tozzo igitur, propter notitiam quam in Episcopo habebat, præcessit B. Magnum, venitque ad præfatum Episcopum, & narrauit ei omnia de sancto viro, quæ viderat, & audierat. Præfatus autem Episcopus interrogauit, de quâ origine esset. Et respondit Presbyter: Domine, sicut audiui à Theodoro, qui nunc est relictus ad Campidonam, de Hibernia prouinciâ est ortus. Vt autem audiuit Episcopus eius famam bonam, suscepit eum benignè, cœpitque cum eo loqui atque cum honore fouere: & moratus est cum

a

b *S. VVichterpum Episc. Augustanum cõueniunt.*

Ex vita S. Magni. cum eo paucos dies . . . . Acquieuit autem verbis illius, & dedit ei ſolamina ciborum, præbens ei conuiatorem Tozzonem Preſbyterum, & duces itineris, qui eum perducerent ad locum à Deo ſibi deſtinatum.

c 9 Cumque veniſſent ad locum qui vocatur c Caput equi, iacebat ibi in vno loco anguſto draco magnus, qui non permittebat vllum hominem per illam viam tranſire, neque equum, & idcircò vocatus eſt ille locus Caput equi, quia omnes venatores reliquerunt ibi caballos ſuos, & pedeſtres ibant, quocumque poterant ad venandum. Cùm ergo B.Magnus iam prope ipſo loco eſſet, dixit ad Tozzonem Preſbyterum: Frater, conſtruamus hîc nobis tabernaculum hac nocte manendum, & oremus Deum vt expellat præſentem membrum diaboli ab iſto loco, atque aditum permittere dignetur nobis ad properandum. Fecerunt itaque vt imperauerat, & manſerunt ibi. In totâ autem nocte illâ non ceſſauit B.Magnus orare,& Domini miſericordiam implorare, vt draconem ſubuertere dignaretur. Circa verò mediam noctem ſurgens B. Magnus dixit ad Tozzonem: Mitte mecum hominem, qui me ducat ad locum, vbi draco iacet. Reſpondit Tozzo: Timeo igitur ſi te illuc adduxero, ab eo deuoreris. Ad hæc vir ſanctus: Si Deus pro nobis quis contra nos? *Iuit, interfecit.* Vt viderunt autem draconem interfectum, deſcenderunt ad rupem, de quâ idem draco impetum facere viſus eſt ſuper ſanctum virum; Preſbyter Tozzo dixit: Gratias tibi agimus, Domine, qui nobis talem virum,& tam magnum oſtendere dignatus es, vt per merita ſua
d iſta loca purificentur, efficianturque d habitabilia, quæ antè erant inutilia.

Draconem interimit.

10 Factâ verò oratione tranſierunt illum anguſtum locum, & venerunt per viam iuxta Licum flumen ad
e locum ſpecioſum qui non habebat nomen,erat tamen planities bona. Habebat autem B.Magnus Diaconus pendentem in collo Crucem, in quâ continebantur reliquiæ beatæ Dei genitricis Mariæ, & de ligno ſanctæ Crucis atque ſanctorum Martyrum Mauricij,& ſociorum eius, necnon beatorum Confeſſorum Columbani
f & Galli. Inuenit ergo f ſupra præfatum flumen locum valdè honeſtum & formoſum,in quo loco à littore præfati fluminis ſpatio quaſi cubitis 30. inuenit arborem ſtantem pomiferam valdè decoram, ſuſpenditque cruciculam in ipsâ arbore, & vocauit Tozzonem Preſbyterum, atque proſtrauerunt ſe coram cruciculâ in orationem. Tum vir venerabilis B.Magnus huiuſmodi preces emiſit: Domine Ieſu Chriſte, qui pro ſalute generis humani de Virgine naſci & mori dignatus es, ne deſpicias deprecationem meam, ſed permitte nos conſtruere in hoc loco oraculum in honore genitricis tuæ; & præpara hîc habitationem tuis ſeruitiis aptam. Finitâ verò oratione, cœperunt conſtruere fundamentum,& ædificauerunt eccleſiam. Quâ conſtructâ, inuitauerunt VVictherpum Epiſcopum vt veniret, & eam Domino & S. Mariæ dedicaret. Venit ergo præfatus Epiſcopus ad illum locum, admirans valdè quomodò illuc venire poſſent, niſi per gratiam Dei, & dedicauit eccleſiam in honore Dei genitricis Mariæ & S. Floriani Martyris Chriſti, & ſic adminiſtrare cœperunt ad laudem Chriſti in illo loco diuina officia. Igitur cùm fama virtutum, quas Dominus per beati Confeſſoris ſui merita piè quærentibus exhibere dignatus eſt, vt longè lateque circumpoſitorum mulceret aures populorum, cœperunt vndique alacri deuotione ad tanti Patris ſuffragia poſtulanda concurrere, eumdemque locum ob ſuæ dignitatis memoriam Cellam S. Magni nuncupare, & multiplicibus ſubſtantiæ ſeu poſſeſſionum amplificare donariis.

e Perueniũt in VValtenhofen:

f

ibi extruunt ſacellum, cui præficitur S. Tozzo.

11 Cumque res hac largitate fidelium accidiſſent collatæ, ſeceſſit vir beatus propter multitudinem populorum, & perrexit ad vicina loca, quæ vocantur Fauces, quatenus ibi familiarem locum Domino annuente ſibi conſtrueret ad manendum, relinquens præfatum Preſbyterum Tozzonem in eccleſiâ S.Mariæ populum illuc venturum cuſtodiendum, vocauitque ipſum locum Synagoga, id eſt congregatio, populorum. *Iuit S. Magnus, ac mox auditis querelis dæmonum expoſtulantium ſe vndique ab eo effugari,* feſtinus rediit ad eccleſiam S.Mariæ,quam conſtruxerat; narrauitque Tozzoni Preſbytero omnia quæ audierat in illo loco. Cumque voluiſſent veſpertinum tempus pſallere,auditæ ſunt diræ voces dæmoniorum per montium ſummitates, quaſi diſcedentium eiulatus cum terrore profuſi. Et hæc audientes ſerui Dei proſtrauerunt ſe in orationem Domino laudes & gratias perſoluentes, qui eos liberare dignatus eſt de terrore malignorum ſpirituum. Sequenti verò die B.Magnus cum Preſbytero Tozzone regreſſus eſt ad præfatum locum, & ibi conſtruere cum adminiculis ſuorum cœperunt oraculum paruiſſimum,accerſituſque eſt à Tozzone VVichterpus Epiſcopus, & dedicauit ipſum oratorium in honore Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſub nomine ſancti Saluatoris.

erigit ſacellum.

a *Radero* Heptaticum *dicitur.* pagus in Boicâ, inter Landſpergam & Schongauiam, *oppida Lyco fluuio adiacentia,* ſitus. *De eo pluribus ad vitam* S. VVichterpi 18. *Aprilis, & B.* Herlucæ Virgin.

b *Aliis* Wichterpus; *in edit. Goldaſt.* Wichpertus *dicitur; Demochari* Victerbus, *&* Victerpus.

c *Radero Gracâ compoſitione* Hippocephalum, *Germanis* Roſshaupten. *Pagus eſt ad Lycum in Sueuiâ.*

d *MS.S. Maximini,* habitacula.

e *Stengelius in hoc loco extructum putat* monaſterium Faucenſe. *verùm qui poteſt, cùm infrà dicatur, relicto hic S.Tozzone,* perrexiſſe ad loca vicina quæ vocantur Fauces?*qua deſunt in Goldaſtino exemplari, quo fortè vſus. Melius Raderus hunc locum* non procul à flumine Lyco in Bauariâ *ſitum putat; initio* cellam S. Magni, *deinceps* Waltenhofen *vocatum,* paroeciam etiam hodie eſſe, cui Decurio Sacerdotum præſit *Ibi,dum in Epiſcopum Auguſtanum fuit aſſumptus, Paſtorem egit S.Tozzo, ideoq;, vt in prælegomenis dictum, à Bruſchio, Cratepolio, Radero, aliiſq; dicitur ex* parocho VValtenhofenſi Epiſcopus Auguſtanus.

VValtenhofen.

f *MS.S.Max.* iuxta. *De hoc loco, & monaſterio ibidem à S. Magno extructo, plenius ad eius & S. VVicterpi vitam. Eſt id ſitum ad confinia trium prouinciarum Tirolis, Bauariæ, & Sueuiæ cui annumeratur.*

g *Colitur* S.Florianus 4. *Maij.*

CAPVT III.

Epiſcopatus S. Tozzonis. eiuſdem, & S. Magni mors.

12 CVmque tranſiſſent viginti quinque anni,& Dominus illum locum per merita tanti viri ſublimare dilatareque dignatus eſt, VVichterpo Epiſcopo defuncto XIV. Kalend. Maiarum, Tozzo per electionem B.Magni ad Pontificatus honorem à a Pippino glorioſo Rege iam in vltimis ſuis diebus deductus eſt. Sed finitis viginti b ſex annis beatus Pater ægrotare cœpit, atque infirmitate febrium langueſcere; miſit ergo ad Theodorum ſodalem ſuum qui tunc temporis in Campidonenſe cellulâ morabatur,& accerſiuit eum vt acceleraret, atque eum viſitaret, & ſuâ viſitatione refoueret fidiſſimum amicum. Audiens hoc Theodorus commotione maximâ de inualitudine tanti viri, animoque mœſto celeriter partes in illas profectus eſt, ſumens ſecum prout poterat ea quæ in infirmitate laboranti nouerat congruere.

S.Tozzo fit Epiſcopus Auguſtanus.

a

b

13 Veniens autem ad præfatam cellulam, inuenit beatum virum maximâ infirmitate detentum. Et miſit celeriter ad Tozzonem Epiſcopum, intimans ei vt acceleraret, & tantum Patronum, priùs quàm ab hac luce ſeculari diſcederet, viſitare veniret. Cùm audiſſet igitur hoc præfatus Epiſcopus, velociter partes in illas profectus eſt, & peruenit ad cœnobium beati viri. Cumque magnus Patronus in infirmitate maximâ laboraſſet, videns eum Tozzo Epiſcopus, cœpit flere, & dicere:Heu, heu, Pater amande! heu Doctor egregie! in his periculis quaſi orphanum me dimittis? Ad hæc beatus vir Magnus inquit: Noli flere, venerabilis Præſul, quia me in

Abit S. Magnus ad Fauces:

Inuiſit S. Magnum moribundum:

in tot mundialium perturbationum procellis laborantem conſpicis: quoniam credo in miſericordiâ Dei, quòd anima mea in immortalitatis libertate ſit gauiſura; tamen deprecor, vt orationibus tuis ſanctis me peccatorem & animam meam non deſinas adiuuare.

c mortui animam calo receptam intelligit.

14 Inter hæc verba B. Magnus per dies *c* tredecim laborans, expletis 26. annis morationis ſuæ in illo cœnobio, ætatis verò ſuæ annis 73. in die ſancto Dominico, & in VIII. Idus Septemb. commendans ſe Domino & venerabili Pontifici in ſenectute bonâ, circa horam nonam diei ipſius Dominici, ſanctam animam Deo reddidit, de huius vitæ liberatus ergaſtulo. Flentibus autem Epiſcopo & Theodoro coram lectulo eius, audita eſt vox: Veni Magne, veni ſuſcipe coronam, quam tibi Dominus præparatam habet. Auditâ ergo hac voce, dixit Tozzo ad Theodorum: Ceſſemus flere frater, quia potiùs nos oportet gaudere de animâ eius in immortalitate ſumptâ in hoc ſigno audito, quàm luctum facere. Sed eamus ad eccleſiam, & pro tam cariſſimo amico ſalutares hoſtias Domino immolare ſtudeamus.

Corpus ſepelit.

15 Finito itaque fraterhæ commemorationis obſequio inuenerunt ambo ſarcophagum optimum lapideum, à quodam Duce antiquis temporibus, nomine Abuzaco, conſtructum, qui & ipſum caſtrum conſtruxit, & à ſuo nomine ſimiliter Abuzacum vocauit. Sed non fuit in ipſo ſarcophago poſitus, neque ſepultus quiſquam. Purgato ergo ipſo ſarcophago, aſſumpſerunt ſanctum corpus, & recondiderunt in loco, vbi Pater ipſe ſibi oraculum conſtruxerat, & cooperuerunt humo; ponentes eius vitam in capite ſuo ſcriptam, virtutibuſque plenam, ſub auctoritate Theodori, ita: Ego itaque Theodorus monachus ex monaſterio S. Galli, iuſſu Tozzonis Epiſcopi, *d* ſicut à Theodegiſelo monacho S. Columbani de tanti viri conuerſationibus ſimul cum B. Columbano comperui, & oculis meis ipſe vidi, & auribus audiui, ſeu poſteà quàm me reliquit in cellulâ Campidonenſe, ſicut poſteà à præfato venerabili Epiſcopo Tozzone de virtutibus eius didici plurima, ſed non omnia, in pyctatio meo ſcribere curaui, & ad caput eius poſui reconditum in ſepulchro, &c.

Theodorus ſcribit vitam S. Magni, iubente Tozzone.

d

Auctore Siluano Razzio.

e

16 *e* Vir ergo venerabilis Epiſcopus Tozzo, poſt obitum beati patroni Magni, prout potuit ipſum cœnobium ſemper cum ſuis cuſtodibus cuſtodiuit, ſecundùm facultatem loci regens, & gubernans, atque diſponens ea, quæ ad ipſum monaſterium iure pertinere debebant, cuſtodiens ſanctum corpus cum Clericis & officiis diuinis, atque luminaribus vſque ad obitum ſuum. Qui permanens poſt diſceſſum B. Magni in Epiſcopatu annos quinque, & menſes tres, XVII. Kal. Febr. vitam ſecularem finiuit, tradens ante obitum ſuum hereditatem ſuam ad ſepulchrum B. Magni cum firmitate, & adſtipulatione ſecundùm *f* legem Alamannorum, ſepultuſque à Clero ſuo eſt Auguſterſæ ſub teſtimonio in eadem hereditate.

Moritur S. Tozzo. 16. Ianuarij.

f

a *Monuimus ſuprà, hic mendum videri.*

b *Ita Goldaſt. & MS. S. Maxim. & melius. Caniſij editio* viginti quinque.

c *MS. S. Max.* ſedecim.

d *Hæc ita breuiùs in Goldaſtino*: ſicut à Theodegiſilo monacho S. Columbani audini, & poſteà ipſe oculis meis vidi, & auribus audiui, ſeu poſtquam me reliquit in cellulâ Campidonenſi; plurima, ſed non omnia, in pyctatio meo ſcribere curaui. *in* epitaphio *dicitur in edit. Caniſij; in MS. S. Max.* pitatio. *De* pitacio, *vel* pyctacio, *vide Roſweydi Onomaſticon in vitas PP. Significat panni fruſtulum, & per ſimilitudinem, indiculum membranaceum vel chartaceum.* *Pittacium.*

e *Hinc incipit Ermenrici ſupplementum, à quo & præcedentia videntur interpolata.*

f Lex Alamannorum *edita eſt tom. 2. rerum Alamannicarum, ex bibliothecâ Goldaſti, & à Lindebrogio in Codice antiquarum legum.*

DE B. IOANNA VIRGINE BALNEIS IN ITALIA.

XVI. Ian. 1 IOANNAM *Virginem ordinis Camaldulenſis teſtatur Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ,* nondum *quidem* collegio ſanctarum Virginum adſcriptam; eius tamen natalem hac die Sedis Apoſtolicæ permiſſu celebrari. *De eâ idem Ferrarius in generali catalogo Sanctor.* Balneis in Æmiliâ B. Ioannæ virginis monialis Camaldulenſis. *Arnoldus Vvion*: Balnis S. Ioannæ ſanctimonialis ordinis Camaldulenſis, in cuius tranſitu campanæ ſine humano adiutorio ſonuêre. *Idem habet Dorganius, & Menardus, niſi quòd hic* Beatam *vocat, non* Sanctam. *Iidem 1. Maij eius Tranſlationem, de quâ infrà, ita referunt:* Eodem die Balnis tranſlatio S. Ioannæ, ordinis Camaldulenſis.

B. Ioannæ natalis.

Tranſlatio.

2 Balneum *verò oppidum deſcribit Leander in Romanulâ*: Vlteriùs ſecundùm Sapin ad oppidum via fert D. Mariæ in Balneo, dextræ amnis ripæ imminẽs, ita cognominatum ab aquarum medicatarum tam potu quàm lotione ad multas infirmitates ſalubrium balneis quæ hîc ſunt, & à Facio commemorantur:

Balneum oppidum.

Ad pedem Alpium quemdam in balneo vidi
Muro cincto, ac lapidibus in eo fixis,
Qui noctu aliis magno compendio ſunt.

Caſtellum eſt ſatis lautum. Non procul hinc fons Sapis in Alpium radicibus ſequitur. Vallis per quam fluit perpulcra eſt & colonis frequens: vicos habet plurimos, nominatimque perhoneſtum D. Petri in Balneo, mille paſſibus ab oppido D. Mariæ. Quondam hæc tota vallis Comitum, qui à Balneis & Iaciolo nominabantur, poſſeſſio fuit: at nunc ferè ditionis Florentinæ eſt. *Hæc ille.* Sapis *vulgò nunc* Sauio *dicitur, atque inter Rauennam & Ariminum in mare Adriaticum influit.*

3 *Vitam* B. Ioannæ *geminam, breuem vtramq., damus. Priorem Italicè ſcripſit Siluanus Razzius to. 1. de feminis ſanctitate illuſtribus: alteram edidit Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, ex monumentis Eccleſiæ Balneenſis, & Antonij Florentini hiſtoriâ Camaldulenſi, necdum nobis viſâ.* *Vita B. Ioannæ.*

VITA

Italicè ſcripta à Seraphino Razzio.

1 QVieſcit B. Ioannæ corpus in æde ſacrâ abbatiæ S. Mariæ in Balneo. Celebre id oppidum eſt, quòd illuc vis ingens hominum omnis ætatis ac ſexus, æſtiuo tempore confluat, remedium, ex medicorum conſilio, aduersùs morbos petitura à balneis ſalutarium, quæ iſthic ſcaturiunt, aquarum.

Balneum oppidum.

2 Contendunt Balneenſes, beatam hanc virginem iſthic progenitam fuiſſe, atque à primâ ætate caſtimoniam Deo deuouiſſe ac monacham factam in cœnobio S. Luciæ, quod tunc haud longè ab oppido remotum erat. Alij natam aſſerunt in pago qui Fons-clauſus dicitur, ac propè diſtat à pago S. Benedicti in Apenninis iugis, Danti poëtæ memorato; atque inde profectam, religioſæ vitæ in S. Luciæ cœnobio ſe dedidiſſe. Cant. 16. de Inferno.

B. Ioannæ patria:

3 Vt vt ſit, cùm iſthic annos complures ſanctè vixiſſet, multaque eximiæ ſanctitatis argumenta edidiſſet, (quæ tamen tradita litteris non ſunt, aut certè excederunt, ſolùm id famâ à maioribus traditâ retinente, ſanctam feminam fuiſſe) id demum in morte diuinitus conſecuta virtutis publicum teſtimonium eſt, quòd cam-

ſanctitas miraculo comproba-ta:

Ex Seraphino Razzi. campanæ omnes eius loci ſponte ſuâ, nemine mortalium impellente, ſonuerunt. Oppidani ergo quâ potuerunt maximâ animi pietate, atque exequiarum ſplendore, corpus eius in arcam lapideam condiderunt.

tranſlata reliquiæ. 4 Verùm euerſo deinceps monaſterio (quod poſt eius mortem B. Ioannæ fuerat vocitatum) tranſlatum eſt ſacrum corpus ad eccleſiam ipſius oppidi (quæ hodie abbatia eſt) intra eamdem incluſum capſam, cui inſculpta crux, & characteres quidam, annum, quo è vitâ exceſſit, exprimentes, nempe milleſimum. Sed quòd minùs ij clari ac diſtincti ſint, exiſtimant alij annum iis 1105. ſignificari. Illud certè conſtat corpus eius, vti Diuorum exuuiæ ſolent, ſolenniter tranſlatum anno 1287. dedicatumque illi altare à Guilielmo Aretij & Iacobo Ciuitatis Caſtelli Pontificibus, Kalendis Maij. Inuitarant octiduo antè ambo illi vicinos omnes ad eam trãslationem ac dedicationem, nominatim Gerardum tunc eremi [a] Camaldulenſis Priorem. Extat eorum Latina epiſtola. Neque hæc ab iis acta fas eſt arbitrari, niſi legitimè priùs exploratâ probatâque Ioannæ ſanctitate.

Peſtis illius ope depulſa. 5 Profitentur Balneenſes multa ſe diuinitus eius meritis beneficia conſecutos: fidemque faciunt complura ad ſepulchrum ſuſpenſa anathemata. Anno 1506. die 20. Auguſti, noua ei capſa fabrefacta, nouumque extructum ſacellum, cum hac inſcriptione: Divæ Ioannæ ob patriam a peste vendicatam oppidani vrnam hanc erexervnt. et hvc translata iacet. [b]

a *Balneenſi oppido vicina.*

b *Teſtatur VVion in coronâ ſacelli legi:* Pro gratitudine beneficij, B. Ioannæ dicata *Sepulchro verò eius à Petro Delphino Generali Camaldulenſium perpetuo vltimo carmen hoc appoſitum:*

Virgo beata iacet tumulo hoc præſtansque Ioanna.

ALIA VITA EX PHIL. FERRARIO.

B. Ioannæ patria, 1 IOanna ex pago agri Balneenſis, qui Fons-clauſus appellatur, orta, in monaſterium monialium S. Luciæ inter Conuerſas recepta, obedientiâ maximè & humilitate refulſit. Cuius Deus ſanctitatem miraculis comprobauit. Cùm enim illa diem obiiſſet, tympana eccleſiarum Balnei nullo pulſante ſonabant. Quo miraculo Clerus & populus Balneenſis commotus, corpus illius ſolemni pompâ elatum in eccleſiâ maiori condidit, multis poſt mortem ſubſecutis miraculis.

virtutes,

miracula à morte.

Peſtis extincta. 2 Cùm enim Balneum peſte maximè affligeretur, vbi B. Ioannæ ſacellum populus publico voto adſtrictus extruere pollicitus fuiſſet, illicò lues illa ceſſauit. Extructo autem ſacello, ara ei dedicata, cum hac inſcriptione: D. Ioannæ ob patriam a peste vendicatam.

Reliquiarum fures puniti. 3 Illud non ſilentio inuoluendum, quòd cùm quidam clàm reliquiarum partem noctu abſtuliſſent, in ſuam ipſorum patriam deferendam; cùm per totam noctem incedentes longè à Balneo diſtare ſe arbitrarentur, manè ſe ad Balneenſis eccleſiæ ianuam inuenêre. Quare eâ re perterriti, crimen confeſſi, brachium, quod abſtulerunt, reſtituerunt. Obiit die XVII. Kal. Februarij anno poſt Chriſtum natum 1105.

DE S. HENRICO
EREMITA IN ANGLIA.

An. ch. mcxx. xvi. Ian. *Philippus Ferrarius in nouo catalogo Sanctorum, S. Henricum Eremitam ita celebrat hoc XVI. die Ianuarij:* In Northumbriâ S. Henrici Eremitæ. *Prolixius elogium habet Martyrologium Anglicanum. Vitam damus ex Legendâ Sanctorum Angliæ Ioannis Capgrauij.*

VITA EX IO. CAPGRAVIO.

CAPVT I.

S. Henrici vita ſolitaria, abſtinentia, patientia.

a *b* 1 EX præclaro Danorum genere Henricus Eremita originem duxit. Eſt enim [a] Coket inſula quædam in Orientali [b] Northumbriæ plagâ, per ſexdecim ſtadia infra Oceanum poſita, à fluuio

c [c] Coket non longè decurrente nomen trahens, quæ magno antiquitus monachorũ collegio pollebat. Cùm autem ad annos adoleſcentiæ perueniens amicorum ductus conſilio, vxorem ducere & matrimonio conſentire moneretur; nuptiarum imminente die coniugalis copula à Domino per viſum ei interdicitur: caſtum immaculatumque ab hoc ſeculo ſe cuſtodire, atque ad inſulam in Angliâ, nomine Coket, diuinitus ſibi paratam, ſeruiturus Deo cunctis diebus vitæ ſuæ, proficiſci iubetur.

B. Henricus diuino monitu ſponſam & patriã deſerit.

d 2 Qui ſtatim relictis omnibus parentibus ſuis, & amicis, & quæ in mundo habere videbatur; apud [d] Tynemutham viginti milliaribus à præfatâ diſtantem inſulâ nauigio applicans, impetrato Prioris aſſenſu inſulam adiit: & ædificatâ paruâ ẹdiculâ in magnâ vitæ abſtinentiâ Deo ſeruire cœpit; aliquibus annis per ſingulos dies panem exiguum & aquam guſtans, ter demum in ſeptimanâ cibum ſumpſit: & tribus os ad loquendum reſerauit. Per quatuor enim ante obitum ſuum annos, hordeum molari lapide in farinam redactum, aquâ conſperſum, in maſſas rotundas formauit, ſole deſiccauit, & eſuriem ſuam temperare conſueuit.

In inſulâ Coket viuit.

eximiâ abſtinentiâ.

3 Cùm enim peregrinationis gratiâ [e] Dunelmum proficiſcens cymbam, quâ Were flumen tranſire poſſet, paratam non inueniret; fuſâ ad Deum prece, nauicula reſoluto quo ligabatur funiculo, ab alterâ ripæ parte ad littus, in quo ſedebat, applicuit: quam cum ſocio quodam intrans, ſine remige confeſtim tranſductus eſt.

e

Flumen miraculosè traiicit.

Patitur carnis tentationes,

4 Inſtigante totius mali incentore, maxima contra eum ſuæ carnis tentatio adeò inualeſcebat, vt mori mallet quàm ſic laboriosè contra ſtimulos carnis reluctari. Monachus inſuper inſulæ curam habens, verba aſpera, contumelias, & opprobria quotidie ſibi inferre non ceſſabat. Immenſam tamen eius humilitatem, ſanctitatem, ac deuotionem continuam, tandem admirans, pedibus eius proſtratus, precibus ac lacrymis veniam ſuppliciter implorauit. Qui cum magnâ cordis lætitiâ eum à terrâ eleuans, quicquid in eum commiſerat alacriter indulſit: & quaſi vnanimes effecti, ſpirituali dilectione ex tunc coniuncti ſunt.

& alienæ iniurias.

a *Martyrol. Angl.* Cochet.

b *Maximè Septemtrionalis regni Angliæ prouincia, Scotiæ propinqua, vltra Vallum Picticum.*

c *Huius meminit Cambdenus in* Ottatinis, *&* Coquedam, *ſiue* Coquet *appellat.*

d *De hoc monaſterio egimus* 12. *Ianu. in S. Benedicti vitâ qui illud ædificauit. Eſt* Tina *fluuius, ad cuius oſtium ſitum eſt, Meridionalis Northumbriæ limes.*

e *Vrbs eſt Angliæ Epiſcopalis* Dunelmum, *Anglicè* Durham, *vel* Dureſme; *ad* Vedram, *ſiue* VVere *fluuium, de quo fusè diximus in vitâ S. Benedicti Biſcopij* 12. *Ianuarij, qui alterum ad eius fluuij oſtia monaſterium ædificauit.*

CAPVT II.

Conſtantia probata. prophetiæ donum.

5 INter hæc enim legati à parentibus & amicis ad eum miſſi rogauerunt eum, quatenus terram natiuitatis ſuæ,

ſuæ, parentes, amicos, & patriam illicò viſitare dignaretur. Quibus ille nullatenus acquieſcens, pro vitâ æternâ & Chriſto patriam temporalem & cognatos cum mũdo penitùs ſe reliquiſſe aſſerebat. Illi autem dicebant loca ſolitaria nonnulla ac deſerta in terrâ ſuâ magis apta, quæ voluntati eius expoſita aduentum eius expectabãt. Ille enim naturali amore terræ ſuæ illectus nuntiis fauorabiles aures inclinans, & monitis ferè acquieſcens, in craſtinum tamen quod Deo placeret ſe facturum promiſit. In nocte verò ſequenti multa in animo reuoluens, & quid ſibi vtilius foret ignorans, ad crucem in eius oratorio erectam conuerſus, cum lacrymis orare cœpit dicens: Domine Ieſu Chriſte fili Dei viui, qui primi hominis ruinam glorioſi ſanguinis tui pretio reparans, à ſupercæleſtibus ad terram deſcendere dignatus es, & carnem ſumens de virgine, hoſtiam pro redemptione generis humani obtuliſti; te adoro, te inuoco, quatenus mihi peccatori & miſero pietatis & miſerationis tuæ non deſit ſuffragium; & quod bonitati tuæ fuerit acceptum, temeritati meæ Spiritus tuus aſpirare dignetur.

Ab amicis in patriam inuitatus,

diuinam voluntatem explorat:

à Crucifixi imagine monetur, ne eat.

6 Hæc & alia illo cum gemitu & lacrymis proſequente, crucis imago in voces reſoluta humanas reſpõdit, dicens: Dilecte mi, iam pridem in terrâ natiuitatis tuæ, cùm decor mulieris & nobilitas tuam mentem alliceret, miſericorditer à nuptiis reuocans, cæleſte deſiderium cordi tuo inſerui. Ab illâ enim die ad beatitudinem vitæ prædeſtinatus es æternæ, & in libro vitæ nomen tuum ſcriptum non delebitur in ſeculum. Viriliter age & confortetur cor tuum; in his quæ cœpiſti perſeuera; & loci huius ſolitudinem vſque ad finem vitæ tuæ nullatenus derelinquas. Cùm enim hæc proferret imago, tamquàm loquentis hominis labia moueri videbantur.

Precatur vt nec volens poſſit diſcedere.

Fœtido vlcere laborat,

vnde vermes ſcaturiunt;

ſemper latus.

7 Vir autem Dei cum lacrymis & gratiarum actione ſolo proſtratus, iteratò cœpit inuocare dicens: Domine Ieſu Chriſte ſalus & redemptio mea, ſpes vnica mea, iube etiam vt nec volens ab hac inſulâ diſcedam. Nec mora: vigiliarum & orationum inſtantiâ fatigatus cùm ſopori membra daret, confeſtim quaſi gladij horrore percuſſus, vix inchoatum ſomnum interrumpere coactus eſt. Manibus verò ad genu iniectis, grauiſſimâ ægritudinis moleſtiâ ibi ſe tactum aduertit, quæ de die in diem inualeſcens in vlcus maximum excreuit, & ſanies quotidie inde non modica emanauit: interiùs demum computreſcens fœtorem intolerabilem exhalabat. Proprio tamen labore viuens, & quotidiano operi inſiſtens, agellum ſuum excoluit, terram non ſine baculo ſuſtentatus aperiens. Cumque operis inſtantiâ fatigatus aliquantulum reſpirare vellet à labore, lapidi inſidens, genu morbidum contra ſolem exponebat. Tunc putredinis ſublatentis generatio praua, vermium videlicet copia, contra ſolis ardorem ad exteriora ſcaturire cœpit. Et cùm in terram prorepentes caderent, recolligens eos dixit: Redite, redite, & immundam naturæ veſtræ originem, quæ vos hæreditabit, conſumite. Dedit autem Dominus agriculturæ ſuæ in terrâ ſterili fructus incredibilis incrementum: & quantò acriùs & miſerabiliùs vis ægritudinis inualitudinem corporis perurgebat, hilaris tamen & in omni tribulationis anguſtiâ Deo gratias agens ſemper permanebat.

Prophetiæ dono claret.

8 Vir enim iſte non ſolùm præſentia & propè poſita, ſed etiam futura & abſentia diuinitus edoctus, videre & prædicere conſueuit. Contigit enim vt monachus inſulæ cuſtos, oratorium eius ingreſſus, coram altari eum amariſſimè lacrymantem reperiret. Cumque cauſſam tanti fletus inquireret, ait: Germanus & vterinus meus, malignantium ſæuitiâ, in ſolo patrio interemptus eſt: indultumque eſt mihi à Domino, vt pro eius animâ mihi liceat pœnitere. Idcircò per te, dilecte mi Domine, religioſis & laicis interitus fratris mei innoteſcat: vt eleemoſynarum & orationum ſuffragiis adiutus, à pœnâ & peccati laqueis abſoluatur.

Fratris eadem abſens cognoſcit.

9 Cùm enim die quadam naues mercibus onuſtas veloci tranſire curſu conſpiceret, in proximo illis naufragium imminere aſtantibus prædixit. Numquid aſpicitis, inquit, monſtrum illud quod nauigantes inſequitur? Illi verò mulieris effigiem poſt naues ſupra mare eminentem ſe videre fatentur. Iſta, inquit, in proximo mare concutiens, tẽpeſtatem maximam excitans, naues, quas aſpicitis, paucis euadentibus ſubmerget. Nec mora: venti ſubitò concitantur, fit fragor vndarum: tempeſtas valida inualeſcit; cuius impetu naues ſabulo & ſcopulis illiſæ & penitùs confractæ, cum his quæ geſtabant, per littora diſſipantur.

Ex Io. Capgravio.

Prædicit quibuſdã naufragium.

10 Contulit ei quidam manutergium vnum: & elapſis aliquot diebus iterum venit ad eum, cui & ait: Num adhuc, inquit, ſedaſti iram coniugis tuæ, quæ tibi pro munuſculo mihi collato moleſta fuit? Ecce munus ipſũ habeat ſibi, dummodò tibi impoſterum quieta fiat.

Femina cuiuſdam iurgium cognoſcit.

11 Multos à remotis partibus ad ipſum accedentes, abdita ſua & occulta eis obiiciens, tamquàm oculis corporeis euidenter perſpexiſſet, acriter arguere conſueuit. Monachum quemdam de Tynemutham viſitationis gratiâ ad illum accedentem, arguere cœpit, dicens: Caue tibi, Frater, vt circumſpectiùs & magis ſobriè tecum agas. Vide ne grauetur cor tuum in crapulâ & ebrietate, & Deum tuum offendas, ſicut nuper temulentus offendiſti. Deſignauitque ei locum & noctis horam quando crapulatus à potu turpiter ſe geſſit.

Multos de arcanis arguit,

monachũ de crapulâ.

CAPVT III.

Obitus, ſepultura, miracula.

Moritur canentibus Angelis,

12 CVm enim doloris ingraueſcente moleſtiâ ægrotaret, ſolus in ædiculâ ſuâ, nullius requiſito adiutorio, diei algorem & noctis prolixæ faſtidium tranſigebat. Et cùm mortis hora appropinquaret, harmoniam miræ dulcedinis vocum, Te Deum laudamus, alternantium, vir quidam in aëre audiuit, donec hymni ſeries penitùs compleretur. Interim monachus ſonitu tintinnabuli audito accurrens, funiculum eum tenentem, & ſuper lapidem reſidentem inuenit, & candelam, quam ipſe expers ignis ante mortem diuinitus accenderat, ardentem vidit. Cumque mortuus deprehenderetur, exuto quo induebatur cilicio, & corpore à vermibus & ſorde aquâ mundato, ſubitò inſtar niuis reſplenduit, nec cicatricis veſtigium nec priſtinæ ægritudinis in carnis ſuperficie deprehendi potuit. Tantæ venuſtatis & ſplendoris erat facies eius, vt quaſi alterata non poſſet agnoſci; & dormienti magis quàm mortuo multò ſimilior apparebat.

candelã cælitus accenſâ.

Corpus à morte ſplendidũ.

Volentes corpus eius rapere, cælitus arcentur.

13 Monachi enim de Tynemutha, cùm ad ſepeliendum corpus eius congregati, ad monaſterium ſuum transferre tentarent; parochiani vicini tantum amittere theſaurum formidantes, congregatâ multorum copiâ vim deferentibus inferre, & in ſuâ eccleſiâ ſeruum Dei ſepelire inito conſilio nitebantur. Et ecce mare ſpatioſum nebulam ſubitò euaporans, vmbras palpabiles & tenebras inducens, congregatum populum per inuia quò neſciebant oberrare coëgit. Cumque in quadam eccleſiâ cum corpore ſerui Dei excubias celebrarent, apparens vir Dei in ſomnis, vt in aurorâ cum corpore feſtinatam propter populum ſuperuenientem arriperent fugam, cuidam admonuit. Quo facto cum magno honore non longè à corpore [a] S. Oſvvini Regis & Martyris, versùs Meridiem in latere parietis arcuato ſepelitur.

Apparet cuidam.

Honorificè ſepelitur.

[a]

14 Contigit enim adhuc viuente ſeruo Dei Sacerdotem quemdam infirmitate maximâ depreſſum, quaſi ad extremum vitæ ſpiritum deduci. Cumque velut exanimis decumberet, vidit vir Dei malignorũ ſpirituum cateruam aſpectu horribilem, ad rapiendam Sacerdotis animam paratam, totam domum, in quâ languidus iacebat, circumuolantem. Et exurgens à cellâ ſuâ, concito gradu ad domum infirmi properauit. Aſpicienſque cuneos ſpirituum, interrogauit eos, cur ſic peſſimi conueniſſent.

Dæmones à moribũdo arcet,

appenſo cũ vitijs vnico bono opere.

Ex Io. Capgravio

nissent. Illi verò nimis improbè respondentes dixerunt: Vt animam huius, qui hactenus opera mortis compleuit, nobiscum illicò ad infernum rapiamus. Tunc seruus Dei illis in virtute sanctæ Trinitatis præcepit, vt opera sua gehennæ digna sibi seriatim exponere maturarent. Qui horridè conclamantes, multa facinora & innumerabilia delicta, eum accusantes, in medium protulerũt. Vir autem Dei opus quoddam virtutis, quod infirmus quandoque egerat, obiiciens, quæ dæmones imperauerant in statera iussit ponderari, bonumque illud exiguum omnibus obiectis malis in immensum plus in statera ponderauit. Dæmones autem perturbati nimis & per merita serui Dei quasi confusi, velut muscæ per aëra euanuerunt. Ægrotus verò citò conualescens, miraculum vbique propalauit, & vitam suam in melius reformans, in timore Domini spiritum emisit.

Quemdam à naufragij periculo liberat.

15 Quibusdam in mari nauigantibus & aëris ingruente intemperie, æquoris vnda ita commota est, vt omnibus mortem potiùs quàm vitam minaretur. Inter quos quidam viro Dei Henrico quondam familiaris & valdè dilectus, deuotis clamoribus cœpit eum inuocare, dicens: O Domine mi, famule Christi, in cuius ministerio totiens desudaui, in tanto mortis periculo mihi subuenire ne differas. Et ecce mox assistens ei, in hæc verba prorumpens, dixit: Reuerà tu mihi adhærens quondam placuisti familiariter obsequendo: impetraui ergo ab eo qui ventis imperat & mari, tuam & qui tecum sunt salutem. Sedatoque mari, ad portum optatum prosperè peruenerunt.

Inconsultè ab vxore inuitâ se continentem, arguit.

16 Correptus est vir quidam ab eo, quia quadragesimali tempore debitum subtrahens vxori, ab eâ se continere velle dispoſuit: & secretum quod nulli indicauerat, vir Dei venienti patefecit, dicens: Quia thorum vxoris tuæ minùs discretè contemnis, in loco contemptibili & sordido teipsum citò reperies. Nocte verò quadam expergefactus vir ille, reperit se nudum in stabulo fœtido infra equorum pedes reclinatum. Quem posteà seruus Dei corripuit, quia à thoro coniugis suæ sine spiritualis consilio Patris abstinere præsumpsit. Dicebat enim non à Domino, sed immundo spiritu suggerente, temeritatis huius præsumptionem sibi nequiter accidisse: & ideò talis potestas spiritibus immundis super se data fuit, vt eum ad loca immunda sic dormitantem transportarent. Obiit autem seruus Dei Henricus anno Domini millesimo centesimo vicesimo, XVII. Kalendas Februarij.

a *Celebratur* S. Oswini *Regis & Martyris natalis* 20. *Aug. Translatio* 11. *Martij.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS
BERARDO DE CARBIO, OTTONE PRESBYTERO, PETRO A S. GEMINIANO, ADIVTO, ACCVRSIO,
ORDINIS S. FRANCISCI, IN MAVRITANIA.

§. I. *Martyrij locus & tempus.*

An. Ch. MCCXX. XVI. Ian. 1

SCITVM illud Martini ab Azpilcueta Nauarri *pronuntiatum commentar. in c.* statuimus. *19. quæst. 3. §. 17.* Regulam illam altissimam S. Francisci obseruantes ad vnguem & mentem auctoris, quosdam incruentos Christi Martyres *videri. Nec desunt tamen etiam, qui fuso sanguine martyrij* lauream *tulerint, quamplurimi: nongentos supra numerat Vitalis ab Algezira* Capucinus *in Epilogo Franciscanæ familiæ, quà variis discreta reformationibus latissimè patet. Ipsa initia auspicatò consecrarunt qui in Mauritaniâ, ipso superstite patriarchâ Francisco, cæsi sunt quinque Heroës,* Berardus de Carbio, Otto, Petrus à S. Geminiano, Adiutus, Accursius.

Martyres ex Ordine S. Fr̃ancisci.

2 Vitalem *his Franciscus præfecerat, quem in Aragoniâ morbus stitit, & glorioſi triumphi, commilitonibus præparati, spe deiecit. Ab eo iussus præesse ceteris* Berardus, *vt Marcus Vlyssiponensis parte 1.* Chron. *Minorum lib. 4. cap. 3. auctor est. Erat* Berardus, *siue, vt alibi appellatur,* Beraldus, *vel* Gerardus, *ex oppido Carbio, siue Corbio, Comitatus Narniensis in Vmbriâ, ortus, adiunctus S. Francisco anno 1213. Eum Arabicæ linguæ vtcumque peritum, concionatorem verò egregium fuisse VVadingus tradit in Annal. Minorum an. 1219. nu. 48. Solus* Otto, *qui aliis* Otho, *&* Ottonus, *sacerdotio erat initiatus, vt Pisanus lib. 1. Conformitatum p. 2. fruc. 8. & Marcus Vlyssiponensis testantur.* Petrus à S. Geminiano, *cognomen accepit ab oppido* S. Geminiani *ad Elsæ fluuij fontes sito in Thusciâ, Senensis olim, nunc Florentinæ ditionis. S. Franciscum in eo oppido ad pœnitentiam mortales hortantem anno 1211. secutus erat, vt ad eum annum obseruat VVadingus num. 26. Diaconum fuisse Marcus asserit: quod in Hispanicâ Gallicaq; versione penitùs omissum est, in Italicâ mutatum.* Frater Otto, *inquit Marcus,* fuit Sacerdos, F. Petrus Diaconus. *Italus interpres:* Fr. Otto & F. Petrus fuerunt Sacerdotes. *Hanc versionem secutus est VVadingus. Arturus à Monasterio in Notis ad Martyrologium Franciscanum, præter hos,* Berardum *quoque Sacerdotem scribit.* Adiutus, *siue* Adiutor, *perperàm Sabellico* Auitus; *&* Accursius, *vel* Accurtius, *Fratres Laici, siue Conuersi fuerunt: quos tamen Constantius Felicius in sua Martyrologio Sacerdotes quoque appellat.*

Hi quinque, qui & vnde.

Qui ex iis Sacerdotes.

Vbi occisi.

3 *Illustrium horum pugilum palæstra* Mauritania Tingitana *fuit, in extremâ Africâ ad Oceanum occiduum, in eaq; vrbs* Maurocum, *seu* Marrochium, Marueccos *Hispanis, aliis* Marrocco, *Ptolemæo lib. 4. cap. 1. & Tabulâ 1. Africæ* Βοκανὸν ἥμερον, Bocanum Hemerum, *vt concors omnium sententia est. Vrbs ea olim amplissima ac celeberrima, inter maximas orbis terrarum habita, regni Maurocani, cui nomen dedit, caput. Regnum hoc à* Miramamolinis, *seu* Miramolinis, *administratum est, ex quo pulsis deletisue* Christianis Saraceni, *aliiq; impiæ Mahumeti secta ganeones, eas regiones inuaserunt, quæ ob eorum barbaros mores dici cœptæ sunt* Barbaria. Miramamolini, *qua vox eorum linguâ* credentium Principem *significat, appellati Reges, quòd penes eos, gentis instituto, reipublicæ ac sacrorum arbitrium foret, vt alibi* Caliphæ *dicebantur. Cœptum hoc* Miramamolinorum *imperium circiter annum* Christi *666. vt tradit Mariana noster lib. 6. Rer. Hispanic. cap. 11. Ex his* Miramamolino Abenzacobo, Abdelmonis, *primi ex sectâ Almohadicâ Regis, filio, in Lusitaniâ à Sancio I. anno Chr. 1184. perempto, frater successit* Miramamolinus Sobamhecef: *qui Lusitaniam iterum anno Ch. 1189. triginta ante horum Martyrum in Mauritaniam aduentum annis, inuasit. Huic anno Ch. 1200. è viuis sublato succeſsit* Miramamolinus Aben Mahomet, *qui an. Ch. 1212. Hispaniam cum valido exercitu ingressus, propter suorum perfidiam in Mauritaniam redire coactus est. Superstesne hic an. Ch. 1220. fuerit, adeoq; suâ impius carnifex manu hos Martyres interemerit, non constat: successori potiùs, eius nepoti,* Miramamolino Caid Arax,

Reges Mauritaniæ Saraceni.

A quonam occisi hi Martyres.

Arax, *qui adhuc an. Ch. 1252. regnabat, tribuendum videtur, quòd Marcus ex MSS. Chronicis ac veteri Legendâ asserat Miramamolinum, vlciscente id facinus Numine in se suosq; integro quinquennio, sanxisse, vt Christianis istic Catholicum habere ex ordine Minorum Antistitem, & Romano ritu publicè sacra colere liceret. Missus eò à Gregorio IX.* Agnellus *Episcopus ann. Ch. 1233. cum binis ad Miramamolinum litteris, quas ex Vaticano descriptas recitat eo anno VVadingus nu. 27. & 28. Agnello* Lupus Ferdinandus Dain *eiusdem ordinis successit, Sedis Apostolicæ Legatus dictus ab Innocentio IV. an. Ch. 1246. de quo VVadingus num. 9. 10. & 11. & an. Ch. 1247. num. 27. & tomo 2. an. Ch. 1257. num. 18. Hic inscriptus Martyrologio Franciscano Arturi Monstierij 1. Maij, ille 14. Martij. De Miramamolinis porrò Franciscus Belleforestus tomo 2. Cosmographiæ lib. 6. cap. 13. & 14. Vasconcellius noster in Alphonso I. Lusitaniæ Rege, num. 17. & Sancio I. num. 6. & pluribus locis Mariana, aliiq; agunt, rerum præcipuè Hispanicarum scriptores.*

quoto anno Christi,

4 *Martyrium peregerunt Sancti anno Chr. 1220. licet (haud scimus quo errore) scripserint Carthusiani Colonienses in additionibus ad Vsuardum annum 1350. & Pelbartus, de quo mox, annum 1236. nisi (quod remur) vtrobique mendum sit typographicum, vt esse in VVadingo, & Ribadeneiræ Latinâ versione fatendum est: nam ille diem martyrij assignat XVI. hic XVIII. Kalendas Febru. cùm fuerit XVI. Ianuarij, siue XVII. Kalend. Februarij. Illud porrò edisserendum, quotus is fuerit annus* Honorij III. *Pontificis: quotus à conuersione S. Francisci: quotus ante eius obitum. Arturus citatus, ait* Honorij III. *anno 3. aut 4. occisos, quasi id certò nesciri posit. Pisanus* annum tertium, *Tiserandus infrà num. 12. & Marcus Vlyssipon. cap. 17. assignant* quartum. *In VVadingo* quintus *in titulo præfigitur, sed qui eo Christi anno, Iulij 18. inchoandus erat: adeoq;* quartus *medio in cursu erat. Creatus est enim* Honorius III. *18. Iulij anni 1216. obiit an. 1227. Martij 18.*

quoto Honorij III. Papæ,

quoto à conuersione S. Francisci,

5 *Duplex* S. Francisci *conuersio fuit; prior ad habitum victumq; eremiticum, posterior ad noui Ordinis fundationem. Hæc statuitur à VVadingo in Apparatu ad Annales facta an. Chr. 1208. illa biennio antè, anno 1206.* A primâ conuersione anno decimo tertio *infrà num. 2. missi dicuntur. Consentit S. Bonauentura cap. 9. vitæ S. Francisci; vbi asserit hunc* tertio decimo conuersionis suæ anno ad partes Syriæ perrexisse, vt Soldani Babyloniæ posset adire præsentiam. *Eodem anno & S. Franciscum, & sanctos Martyres ex Italiâ discessisse, vna omnium sententia est. Surius* anno vndecimo *missos scribit; posteriorem conuersionem intelligit. Marcus cap. 1. annum Ch. 1219. vocat* vndecimũ confirmati ordinis; *VVadingus* duodecimum. *At potiore sui parte* vndecimus *fuit. Nam mense Octobri* secundò & perfectè conuersus *dicitur ab eodem VVadingo in Apparatu §. 5. num. 16. Et sanè post primum Assisij celebratum Capitulum generale in Pentecoste anno 1219. continuò missi sunt, qui hoc eodem Marrochium peruenerunt, & martyrium subierunt 16. Ianuarij anni sequentis 1220. 14. à primâ conuersione S. Francisci.*

quoto ante eius mortem.

6 *Tempus hoc martyrij, à Surio eumq; secutis Sedulio & VVadingo, dicitur* annus ante mortem S. Francisci sextus: *Melius ex antiquis Chronicis & Legendâ Marcus Vlyssipon. & Tiserandus statuunt* martyrium *hos* cõpleuisse ferme septẽ annis ante mortẽ S. Francisci; *exceptis scilicet tribus mensibus, & diebus duodecim. Obiit enim S. Franciscus* 4. Octobr. *1226. vt scribit S. Bonauentura in eius vitâ cap. 15.* die sabbathi in serò; *siue die Dominico ab occasu solis inchoato, qui eo anno in 4. Octobris incidit.*

§. II. *Cultus sacer.*

Reliquiæ horum SS. Conimbricæ,

7 EOdem, *quo Martyres occubuerant, anno, aut initio sequentis, quo S. Antonius de Paduâ ordinem Minorum ingressus est, sacræ horum reliquiæ Conimbricam, Regum tum Lusitanorum sedem, delatæ sunt, atque iussu Alphonsi II. Regis in templo cœnobij sanctæ Crucis, ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, collocatæ: in quo eorum* capita argento ad elegantiam & pietatem obtecta *etiamnum spectari testatur Antonius Vasconcellius Noster in descriptione regni Lusitaniæ, titulo* de Sanctorum delubris *num. 23.* At duo illorum corpora, *ait num. 24. seruari Loruanij propè Conimbricam in cœnobio vetere ex sanctimonialium D. Bernardi disciplinâ, sub quâ ibidem vitam egit & obiit sanctissimam Tharesia sorore eiusdem Alphonsi II. qui ei planè regiscum munus has cælitum misit exuuias. VVadingus ad an. Ch. 1220. num. 45. corpus vnum dumtaxat cum alterius capite missum scribit. Franciscus Gonzaga 3. par. Originis Seraphicæ Religionis, conuentu 20. Prouinc. Portugalliæ refert Catharinam Dezam Abbatissam Loruanien-*

Ex Vaticanis. *Loruanij,*

sem, Pontifice Maximo annuente, anno Domini 1515. ex his reliquiis spathulam dedisse Fratribus Minoribus in Conuentu Spiritus sancti Goueæ vico diœcesis Conimbricensis. Ex tribus gladiis, quibus eos Miramamolinus interfecit, vnus integer, cum alterius fracti cuspide, flagellum præterea quo cæsi, ac pecten corneus, quo eorum lacerata corpora sunt, asseruantur Vallisoleti in sacristiâ S. Francisci. Quod donum à Rege Ferdinando Catholico acceptum, isthic fert traditio. Ita Marcus Vlyssiponensis 3. par. lib. 6. cap. 34.

Goueæ,

Vallisoleti.

Publicus eorum cultus.

8 *Reliquiæ porrò illæ quàm coli impẽsè debeant; crebris miraculis ostensum: imò, ne veneratio earũ prohiberetur, diuinitùs procuratum. Statuto igitur Diœcesano, eorum natalis XVI. Ianuarij vt festiuè peragatur sancitum est, idq; varij Pontifices sciuêre. Tandem an. Ch. 1481. Sixtus IV. festum eorum concessit ab vniuerso Franciscano ordine officio duplice maiore celebrari, quod etiamnum viget, vt eorum docent Breuiaria. Quia autem eo tempore, amotis ab Vrbe aliis Breuiariis & Missalibus, tantùm Breuiaria adhibebantur Fratrum Minorum, vt ex Radulpho Propos. 22. scribit Gauantus sectione 7. Thesauri sacrorũ rituum cap. 1. num. 5. officium de sanctis his Martyribus duplex maius consignatum reperitur in Missali Romano Venetiis an. Ch. 1508. excuso. Id deinde abrogatum retinuit diœcesis Conimbricensis, in quâ officio duplici coluntur, vt festa propria Conimbricæ anno Chr. 1588. auctoritate Alphonsi de Castelbranco Episcopi cusa tradunt.*

Nominà in Martyrologiis.

9 *Eidem publicæ veneration suffragantur varia Martyrologia. Bellinus in antiquo Romano:* Eodem die (*16. Ianuarij*) apud Marrochium passio beatorum Martyrum Berardi, Petri, Accursij, Aciuti, & Ottonis, de Ordine Minorum. *Addit Molanus:* Qui zelo diuino succensi, & flagrantes amore martyrij, cùm ad prædicandum Christi Euangelium ad partes infidelium transfretassent, à Rege Marrochij pro Christi nomine coronati sunt. Quorum venerandas reliquias Dominus Petrus Infans à Marrochio detulit, & in monasterio sanctæ Crucis de Colimbriâ veneraliter collocauit, *seu potiùs, vt infrà dicetur,* collocandas misit. *Hæc Molanus, descripta ex Addit. Carthusianorum Colonienſium ad Vsuardum; vnde acceptum quoque elogiũ quod in Martyrologio Germanico legitur, quodq; Galesinius retulit, in eo tamen corrigendus quòd D. Petrum Infantem Hispaniæ scribat, qui Lusitaniæ erat, vt mox dicetur. In Martyrologio quoque Constantij Felicij celebrantur, at non sine mendis: nam &* omnes Sacerdotes *appellantur, &* septemdecim ante obitum S. Francisci annis interrempti *feruntur, cùm ne* septem *quidem pleni fuerint, vt iam dictum est. Florarium MS.* Apud Marrochium sanctorum quinque Martyrum Ordinis Fratrum Minorum, scilicet Berardi, Petri, Accursij, Adiutoris (*alias* Adiuti) & Ottonis, quorum festum instituit sanctissimus Dominus Sixtus IV. hoc die celebrari anno salutis 1481. *Paria habent Maurolycus, & Viola Sanctorum. Martyrologium Romanum:* Marrochij in Africâ passio sanctorum Martyrum Berardi, Petri, Accursij, Adiuti. *Additur in Martyrologio Franciscano:* Qui pro fidei Christianæ liberâ prædicatione, ac Mahumeticæ superstitionis obiurgatione; primò vincula & carceres, opprobria, famem, sitim, verbera sæpius iterata experti: sale, aceto, ac feruenti oleo plagæ eorum circumfusæ; tandem capitis detruncatione martyrij coronam à Domino perceperunt.

Orationes ex eorum officio.

10 *Demum orationes, quas in variis reperimus, eorum cultum probant. MS. extat in Legendâ Sanctorum Corsendoncanâ, de quâ mox:* Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, vt qui glorioſos Martyres Beraldum, Ottonem, Accursium, Petrum, & Adiutum, fortes in suâ confessione cognouimus, pios apud te in nostrâ intercessione sentiamus.

EX VARIIS. Per Dominum. *Alia eſt in antiquo Miſſali Romano anni 1508. & in moderno Breuiario Minorum*: Largire nobis quæſumus Domine beatis Martyribus tuis Beraldo, Petro, Accurſio, Adiuto, & Ottone intercedentibus, cæleſtia ſemper & Chriſtum amare, quorum glorioſo martyrio Ordinis Minorũ initia conſecraſti. Per eumdem Dom. *Tertia de communi Martyrum*, Deus qui nos concedis. *in officio Conimbricenſis diœceſis. Hoc eodem die Indulgentias annorum 356. dierum 150. & quadragenarum 12. conceſſas eſſe refert Cornelius Thielmānus in compendio vitarum Sanctorum Ordinis S. Franciſci Teutonicè edito.*

Indulgentia.

§. III. *Vitæ ſcriptores.*

11 *Acta S. Antonij de Paduâ apud Surium XIII. Iunij, Vincentius Bellouacenſis, ipſorum Martyrum æqualis, lib. 30. Speculi hiſtorialis cap. 131. S. Antoninus 3. part. Chronici tit. 24. cap. 13. referunt*, horum Martyrum celebrem paſſionis ordinem fuiſſe diuulgatum à viro quodam famoſo, Petro nomine, qui Marrochio venerandas eorum reliquias detulerat. *Bartholomæus Piſanus* Petrum Infantem, *ait* eorum paſſionem narraſſe. *Fuit hic* Petrus Infans *Luſitaniæ, filius Sancij I. non frater vterinus, vt malè in Notis ad Martyrolog. Franciſcanum legitur; nec primogenitus, (vt Acta S. Antonij de Paduâ excuſa habent, quod in MSS. quæ penes nos ſunt, non reperitur) ſed tertius in ſobole maſculâ: fratres ſeniores habuit Alphonſum II. Regem, & Ferdinandum Comitem Flandriæ. Ipſe ductâ vxore Aurembiage Comes fuit Vrgellenſis, inq; materna hereditatis compenſationem Dominus, ſiue Rex Balearium. Hic, quo tempore ſancti Martyres Marrochium aduenêre, iſtic cælebs degebat Regis barbari obſequio auctoratus, è patriâ ob veteres cum fratre Rege ſimultates exul. Is ergo primus cenſendus eſt Acta Martyrum conſcripſiſſe, quæ cum ſacris reliquiis fratri Regi miſerit. Plura de Petro Vaſconcellius in Sancio I. num. 12. inq; Alphonſo II. num. 9. & de cauſis ſimultatum num. 2. Duardus Nonius in Genealogiâ Regum Luſitaniæ; Hieronymus Zurita tom. 1. Annal. Aragoniæ lib. 3. cap. 12. Martinus Carillo in Annal. Chronologicis lib. 4. ad an. Ch. 1232.*

Acta, ſcripta à Petro Infante Luſitaniæ:

Matthæo Ep. Vlyſſip.

12 *Huic Principi nobilis adfuit miles*, Petrus Stephani, agnominatus Mangarado, patriâ Santarenenſis, *ſiue Scalabitanus, qui* publico iuramento *ſanctorum Martyrum certamina atque miracula* aſſeuerauit coram Antiſtite Vlyſſiponenſi Matthæo, & Miniſtro Fratrum Minorum, quorum vterque horum Martyrum Acta deſcripſit, & ad comitia generalia proximè futura remiſit. Matthæi ſincera, & humilis, ſed exacta eſt hiſtoria MS. *Ita VVadingus an. Ch. 1220. num. 41. & 51. à quo & Marco Vlyßiponenſi ſæpius in horum Actis citatur Hiſtoria MS. Vlyßiponenſis: an huius Epiſcopi Matthæi? De eo agit Mariana lib. 12. cap. 6.*

alio anonymo:

13 *Alia deinde horum Sanctorum* diffuſior Legenda *ſcripta eſt, in quâ* miracula pleniùs continentur, *vt infrà Tiſerandus n. 23. Hanc paßim citat Marcus, & VVadingus, qui tamen, tamquàm ipſe non viderit, Marcum allegat ex antiquâ Legendâ illa promentem an. Ch. 1219. num. 22. Huius videtur mentio fieri in Bullâ Sixti IV. quòd ferantur contineri* miracula, quibus in ipsâ morte & pòſt *claruerunt. Eadem videtur quæ à Marco citatur* Legenda ſanctæ Crucis de Conimbricâ, *vbi MS. fortaßis extat. Aliud ab eodem Marco citatur* Chronicon antiquum. *Galeſinius in notationibus ad Martyrol. ait horum* Martyrum narrationem totam primò contexuiſſe Bartholomæum Piſanum. *Certè hic librum Conformitatum obtulit in Capitulo generali Aßiſij an. Chr. 1399. Henrico Miniſtro Generali, cui etiam probatus fuit: in eo compendium Actorum, quæ eo tempore fuſiùs extabant, refertur. Piſano coæuus fuit Marianus Florentinus, qui* inconcinnâ & humili, ſed eò ſinceriori & fideliori enarratione (*verba ſunt VVadingi an. Ch. 1214. num. 4.*) *initia Ordinis S. Franciſci protulit.*

Bartholomæo Piſano:

Mariano Florentino:

14 *Conceſsâ porrò annuæ Martyrum celebritatis peragendæ facultate, Vita ex antiquâ Legendâ in epitomen contracta, atque in Lectiones nouem, quæ in Matutinis legerentur, diſtincta fuit. De quâ Molanus in annotat. ad Vſuardum*: Paſſio quinque Minorum, habetur in Breuiario Minorum antiquato, in officio, quod edidit Ioannes Tiſerandus Ordinis eiuſdem Doctor Theologus; & paginâ 372. Surij. *Sed hæc ab illâ longè diuerſa, vt mox patebit. Henricus VVilliot in Athenis Franciſcanorum*: Ioannes Tiſerandi, *inquit*, ſcripſit officium quinque Martyrum ſanctorum Patrum Minorum. *Gonzaga de Origine Franciſcanæ Religionis par. 1. de Scriptoribus* Ioannē Tirlandi *vocat, ceterùm conſentit VVilliotio. Vtrumq; refert, & ſequitur Poſſeuinus in Apparatu ſacro. Ipſe verò* Tiſſerandus *Martyrologio Franciſcano à Monſtierio inſcriptus eſt ad VII. Auguſti, dicturq;* vitâ, doctrinâ, & verbo prædicationis inſignis, Pariſiis ſub an. 1494. aut 1495. ordinem mulierũ Pœnitentium inſtituiſſe. *Eam vitam ita in Lectiones diſtributã hic primũ luci damus, ex 4. par. Legendæ MS. cœnobij Corſendõcani Canonicorũ Regularium iuxta Turnhoutum. Eam verbotenus plurimis ex parte deſcripſit circa an. Ch. 1500. Pelbartus de Themeſvvar in Pomerio Sermonum, parte hiemali de Sanctis, concione 46. & Belgicè vulgata eſt in Vineâ S. Franciſci an. Ch. 1518. ſed auctior. Conſentiunt huic tum quæ S. Antoninus ex antiquâ illâ Legendâ edidit par. 3. Chron. tit. 24. cap. 7. §. 1. tum quæ fusè Marcus Vlyßiponenſis narrat tom. 1. lib. 4. capitibus 28. primis, adeò vt nonnulla ab vtroque aut referantur ab aliis omiſſa, aut omittantur ab aliis relata. Ex Marco vitæ epitomen contexuit Alphonſus Villegas in Flore Sanctorum agens de Sanctis Hiſpaniæ.*

Ioanne Tiſſerando:

15 *Quòd hæc Acta adhuc vulgata typis non fuerint, dubitatum eſt num quæ à Surio edita erant non ſcripſiſſet* Tiſſerandus. *Aſſeritur id à Sedulio ob verba Molani perperàm intellecta, ab Arturo quoque in Martyrologio Franciſcano, & VVadingo, cui an. Chr. 1219. num. 48.* Ioannes Tiſerandus vetuſtus auctor *dicitur* vitæ quam Surius edidit, *& num. 51.* Tiſerandus apud Surium *citatur. Idem ſcribit in Annotatione ad Collationem 23. S. Franciſci. Verùm dubio ſuborto an. Ch. 1220. num. 21.* Surius *citatur*, vel Ioannes Tiſerandus, aut ſi quis alius eſt auctor vitæ illorum apud eumdem XVI. Ianuarij. *Videtur potiùs ab aliquo recentiore ex ipſis Tiſerandi lectionibus concinnata, mutato ſubinde ordine, additis omiſsiſq; nonnullis.*

Suriæ

16 Tiſerandi *ferè æqualis fuit Petrus de Natalibus qui in Appendice Catalogi agit de Sanctis nuperrimè albo Cælitum inſcriptis, quibus quinque hos Martyres accenſet: & addit*, ex horum reliquiis adhuc ſanguineum manare liquorem fragrantiſſimum pluribus medelam infirmitatibus. *Quod prorſus idem in Vineâ S. Franciſci, & apud Surium legitur. Nihil de eâ re tradunt Marcus Vlyßiponenſis, Tiſerandus, Vaſconcellius, licet curiosè ornatum & ſitum reliquiarum inſpexerit. Non ſe denique oculatum eius rei teſtem, vt ſæpe aliàs profitetur VVadingus, vbi ea verba ex Petro de Natalibus & Surio, ſuis Annalibus inſerit an. Ch. 1220. num. 46.*

Petro de Natal.

Liquor è reliquiis an fluat.

17 *Acta in Surij triplici editione vulgata deſcripſit, ſine detruncato, Thomas de Trugillo tom. 1. Theſauri Concionatorum. Integra vulgauit, in capita diſtinxit, & annotationibus illuſtrauit, Henricus Sedulius in Hiſtoriâ Seraphicâ. Contracta edidêre Zacharias Lippelous, Franciſcus Hareus, Abrahamus Bzouius tom. 13. an. Chr. 1220. num. 12. Ioannes de Marietta. lib. 3. de Sanctis Hiſpaniæ cap. 28. Iacobus Doubletius, Thielmannus. Ribadineira quoque lib. de Sanctis Extrauagantibus ex variis eorum vitam Hiſpanicè ſcripſit. Denique Petrus Rodulphius Toſſinianus lib. 1. hiſtoriarum Seraphicæ religionis fusè horum Martyrum proſecutus eſt Acta, in quibus tamen non pauca corrigere fas eſt, vt quòd §. 4.* Vrracam *Alphonſi VI. Caſtellæ Regis filiam, Alphonſo I. Arragonio (quod contigit an. Ch. 1106.) nuptam, ſecundùm horum Martyrum vaticinium ſeculo ſequenti an. Ch. 1219. prolatum, tradit miſerè interiiſſe. De* Vrracâ *Luſitanâ dicetur in Actis. Ita quæ §. 5. de pace compoſitâ inter Regem Marrochienſem aliumq; Sarracenum, & leone itineris comite, narrat, contigerunt aliis Minoribus an. Ch. 1246. vt ex Mariano, Marco, aliiſq; refert VVadingus eo anno num. 11.*

Qui alij eorũ geſta retulerũt.

18 *Agunt de hiſce Martyribus plurimi alij ſcriptores, è quibus hi à nobis lecti. Hermannus Schedelius in Chronico, ætate 6. Gilbertus Genebrardus lib. 4. Chronici ad an. Ch.* 1215. Apud Marrochium, *ait*, Franciſcani aliquot prædicandi gratiâ hinc inde vagantes, propter Chriſti nomen necati ſunt. *Sedulius in Notis ad cap. 8. quòd* vagantes *dicantur, calumniam*

aut de iis ſcripſerũt.

Sanctis

Sanctis irrogatam refutat, vti ad cap. 4. eos refellit, qui Sanctos hoſce alicuius imprudentiæ arguerent, quod vltrò in mortem ſeſe iniecisſent. Denique eorum meminerunt Sabellicus Enneade 9. lib. 6. ſub initium: Marietta iterum lib. 16. hiſtor. Sanctorum Hiſpaniæ cap. 2. in vitâ S. Antonij de Paduâ, & lib. 22. in deſcriptione vrbis Conimbricenſis: Gonzaga de Origine Seraphicæ Religionis parte 1. in Sanctis huius Ordinis, & parte 3. Conuentu 2. & 10. Portugalliæ: Ioannes Franc. de Pauinis in Relatione 1. pro canonizatione S. Bonauenturæ in præfatione circa finem: Bernardinus de Buſto tomo 2. Roſarij, ſermone 27. p. 2. §. 4. Lucas VVadingus præter Annales, ex quibus à Tiſſerando omiſſa miracula damus, de iis agit tom. 3. opuſcul. D. Franciſci, Annotat. in Collationem 23. & Benedictione 2. Algezira in Arbore Epilogicâ totius ordinis Franciſcani: Thomas Boſius de ſignis Eccleſiæ tom. 2. lib. 15. cap. 7. Ignatius le Gault de ſanctitate Rom. Eccleſ. cap. 2. ſect. 2. Elzearius l'Archer lib. 2. ſacri montis Oliueti S. Franciſci, cap. 11. Victon de Canonizatione Sanctorum: Ludouicus Zacconi in Compendio vitarum omnium Sanctorum: Stephanus de Garibay, tom. 2. hiſt. Hiſpaniæ lib. 12. cap. 47. Petrus de Salazar lib. 2. Chron. prouinciæ Caſtellæ cap. 12. Ferdinandus de Caſtillo lib. 1. hiſtoriæ Prædicatorum c. 51. vbi ait S. Dominicum, audito martyrij huius nuntio in Capitulo primo generali anno 1220. Bononiæ celebrato, exultaſſe in ſpiritu, & ſuos exſtimulaſſe ad fortiter pro fide Chriſti, horum exemplo, patiendum. Marcus Vlyßiponenſis nonnulla miracula recenſet tom. 3. Chron. Minor. lib. 6. cap. 33. & 34. quæ à Bzouio contractiùs edita ſunt tom. 18. an. Ch. 1476. num. 24. atque hîc à nobis pleniùs referuntur. Poſtremò Bulla canonizationis Acta concludet.

grande, ſtupendumque lumen S. Antonius de Paduâ è Canonico Regulari eorum exemplo in Minorem transformatus, vt in ſuâ Legendâ pleniùs habetur. AVCTORE IO. TISSERANDO, EX MSS.

2 Et, ne rem quamdiligentiſſimè memoriæ prodendam deleret obliuio, ſanctiſſimus Dominus Sixtus IV. Pontificatus ſui feliciſſimi anno decimo declarauit, & vniuerſali decreto ſancitum eſſe voluit, hos quinque Chriſti Martyres per vniuerſum orbem, vt catalogo Sanctorum apud omnes populos aſſcriptos, à cunctis fidelibus colendos eſſe: [vt longè anteà per ſuos prædeceſſores in ciuitate Colimbriæ regni Portugalliæ, vbi eorum corpora requieſcunt, de eiſdem Sanctis ſpecialiter decretum fuerat:] anno à natali Chriſti c MCCCC. LXXX. die ſecundo menſis Nouemb. *Pontificiâ auctoritate, cultu publico ſtabilitum.* c

a *Ambigas num prologus hic Tiſſerandi ſit, an potiùs recentioris cuiuſpiam: Antonij Gentij putà, aut Ioannis Gilmanni, Canonicorum regularium Rubea-vallis, quorum alias lucubrationes aut collectanea Sanctorum Acta deſcripſit in hoc codice Antonius Bergenſis Canonicus Corſendoncanus circiter annum 1494. In Vineâ S. Franciſci alius præfigitur, Suriano ſimilis.*

b *Mendum erat in MS. Pro his namq; verbis*, enarrare cùm, *legebatur* enim. *vt ſententia conſtaret, cenſuimus hoc aut ſimili modo emendandum.*

c *Annus in Bullâ ipsâ exprimitur 1481. dies verò 7. Auguſti, cùm decimus annus Pontificatus eſſet expiraturus 9. Auguſti, quo die creatus eſt Pontifex an. Chr 1471. obiit 12. Auguſti 1492. Fortè die & anno hîc ſignatis conceſſerat viua vocis oraculo priuilegium celebrandi hanc feſtiuitatem, vt infrà in Bullâ dicitur.*

LECTIO I.

Iter Martyrum in Luſitaniam.

3 ANno Domini MCCXIX. à primâ conuerſione S. Franciſci anno XIII. *a* milit B. Franciſcus de voluntate Domini ſex Fratres miræ ſanctitatis ad regnum Marrochiorum, videlicet Fratrem Vitalem, Beraldum, Ottonem, Accurſium, Petrum, & Adiutum: Fratrem verò Vitalem dedit eis Prælatum. Cùm autem fuerunt in regno Aragoniæ, Frater Vitalis cœpit grauiter infirmari; & videns prolongari ſuam infirmitatem, nolens ſuo corporali morbo Dei negotium impedire, præcepit aliis quinque ſupradictis Fratribus, vt Dei & Fratris Franciſci præceptum, Marrochium pergentes, adimplerent. Sancti verò Fratres obedientes, dimiſſo ibi Fratre *b* Vitale infirmo, *c* Colimbriam peruenerunt. a *Sancti, Vitale in Aragoniâ relicto,* *Conimbricam perueniunt.* b c

4 Domina verò *d* Oracha Regina Portugalliæ, quæ tunc ibi erat, eos ad ſe vocans, & cum eis de Deo loquens, videnſque in eis tantum mundi contemptum, tantum ad moriendum pro Chriſto feruorem, eos perfectiſſimos Dei ſeruos iudicauit, rogauitque eos inſtanter, quòd à Domino ſuis orationibus peterent, vt eis reuelaret ſuæ vitæ terminum. Qui cùm ſe indignos diuina ſecreta expoſcere humillimè dicerent, tandem ob deuotiſſimas cum lacrymis preces Reginæ oraturos ſe promiſerunt. Quibus firmâ fide exorantibus, non ſolùm quod expoſtularunt, verùm etiam eorum martyrium diuino oraculo reuelatum eſt. Ipſi verò extremum diem Reginæ poſt breue tempus futurum eidem prædixerunt, atque eorum corpora poſt martyrium à Marrochio illuc deferenda, & ab eâ cum toto populo honorificè recipienda: quod & factum eſt. d *Futura diuinitus cognita prædicunt.*

a *Sermo, quo eos iam ad iter accinctos exhortatus eſt S. Franciſcus, refertur à Marco Vlyſſiponenſi cap. 1. à VVadingo an. Ch. 1219. num. 49. & collatione 23. inter opuſcula S. Franciſci, lib. 3.*

b *Ab eo morbo ſuperuixit: obiitq; tandem Cæſaraugustæ apud ſuos ſepultus, vt ſcribit VVadingus an. Ch. 1220. num. 38. à quo* Beatus *appellatur, inſcriptus etiam Martyrol. Franciſcano III. Febru.*

c *Aliis vulgò* Conimbrica, *quibuſdam* Coimbria *dicitur, Regum eo tempore ſedes, celeberrima etiamnum ciuitas, illuſtri ornata academiâ.*

d *Alij* Vracam *vocant. Vxor fuit* Alphonſi II. Alphonſo VIII. *Caſtellæ Rege nata, &* Eleonorâ *Ioannis Angliæ Regis filiâ. Huius præcipuè operâ biennio antè in Luſitaniam admiſſi fuerant Minores, extracq; Conimbricam ſacellum D. Antonio ſacrum impetrarant.*

AVCTORE IOANNE TISSERANDO.

Ex MS. monaſterij Corſendoncani.

PROLOGVS.

a b 1 *a*  ON hominis eſt *b* enarrare, cùm quibuſlibet ſanè verbis dici non poſſit, quàm admirandum ſit Minorum religionis ſacræ myſterium; quodque immortalis ſummus Deus optimus, religione, ſanctimoniâ, virtute denique omni, atque immaculatâ Chriſti fide, iam penè obrutis, vt alterum Chriſtum ad collapſum humanum genus ſibi conciliandum, Patriarcham Franciſcum ſtigmatibus noſtræ redemptionis inſignitum euocauerit. Cuius ſanctam Religionem non ſolùm in temporum decurſu ampliſſimis dignitatibus, ſummiſque honoribus adauxit; verùm etiam quodam tam illuſtri tamque excellentiſſimo dono in ipſius regulæ primordiis Omnipotens ipſe exornauit atque comprobauit. Nam quinque Minorum Fratrum, inſtitutore Franciſco adhuc viuente, pro ipſius veri Dei cultu ac Chriſti Ieſu promulgandâ & tuendâ religione, celeberrimo martyrio, præclarè intelligimus, auctore Deo, ſummâque clementiâ ſuâ inſpirante, hanc pauperum regulam in puritate Euangelij inſtitutam eſſe, confirmatam, ac approbatam. Ad quam ſtrictiſſimè obſeruandam illuſtriſſimi Reges & Principes, potentiſſimi nobiles, ciues opulentiſſimi, homineſque ſceleratiſſimi, abiectis abdicatiſque ſeculi rebus omnibus & eius voluptatibus, diuino quodam fulgure perculſi, ſe penitùs deuouerunt; quidam puriſſimâ virginitate tamquàm peculiari ornamento; alij doctrinarum gloriâ, admirabilique ſanctitate, ac conſtantiſſimæ fidei prædicatione; alij verò, veluti Apoſtoli ad prædicandum miſſi, ſæuiſſimo martyrio cæleſtes ſedes ſibi vendicarunt. Quos penè omnes ij quinque religionis Minorum Protomartyres ad huius regulæ S. Franciſci profeſſionem & obſeruantiam, quâ ad immortales delicias, ad æternamque gloriam peruenitur, inuitarunt & attraxerunt. Quod indubiè probat illud

Horum SS. martyrium, Ordini Minorum ornamentũ eſt;

eius candidatis ſtimulus,

AVCT. Io. TISSERANDO, EX MSS.

LECTIO II.

Hiſpali ſubita verbera. Iter in Mauritaniam.

5 ET inde Sancti procedentes a Alanquerium caſtrum deuenerunt, & Dominæ b Sanciæ ſorori Regis Portugalliæ totum ſuum propoſitum reuelarunt. Ipſa verò eorum negotium approbans, induit eos ſuper habitus c ſecularibus veſtimentis; quia aliter non poſſent ad Saracenos tranſire. Et ſic diſſimulato habitu, Hiſpalim ciuitatem tũc d Saracenorum, quæ nunc dicitur Sibilia, peruenerunt: & in hoſpitio cuiuſdam Chriſtiani per dies octo depoſitis ſecularibus veſtimentis latuerunt. Quodam verò die, ſpiritu feruentes, vſque ad principalem Myzquitam, hoc eſt ipſorum templum, ſine aliquo ductore venerunt. Quod cùm vellent intrare, Saraceni indignati eos clamoribus, impulſibus, & verberibus impetentes, Myzquitam intrare nullatenus permiſerunt. Hæc enim eſt eorum inſtitutio, vt nullus Chriſtianorum, aut alterius cuiuſcumque ſectæ, ipſorum templum ingredi permittatur.

6 Tandem ad portàm palatij accedentes, ad e Regem Legatos ſe dicunt à Rege regum Domino Ieſu Chriſto miſſos. Cumque Regi multa de fide Catholicâ propoſuiſſent, ad conuerſionem & baptiſmum ſuſcipiendum ipſum inducendo, & multa turpia de Mahumeto & eius damnabili lege detexiſſent; Rex furore excandeſcens, capitibus eos truncari iubet: ſed ad verba filij mitigatus Rex, iuſſit eos in ſummitate f turris includi. Illi verò è turris altitudine Chriſti fidem ingredientibus curiam prædicabant; Mahumetum & eius profanæ ſectæ obſeruatores æterno ſupplicio damnandos. Quod audiens Rex, præcepit eos in fundo eiuſdem turris recludi: & pòſt, ſeniorum conſilio, g miſit eos Marrochium, vt ipſi optabant, cum Domino Petro nobili h Chriſtiano Catholico, & quibuſdam aliis Chriſtianis. Et intrauerunt hoſpitium in quo morabatur Dominus Petrus Infans i ſupradictus; (in Hiſpaniâ enim filij Regum poſt primogenitum Infantes appellantur,) qui ſanctos Fratres fecit cum magnâ deuotione recipi, eiſque ad victum neceſſaria miniſtrari.

a *b* *c* *Alanquerâ Hiſpalim profecti,* *d* *ingreſſu Mezquita arcentur.* *e* *Regis iuſſu turri includuntur.* *f* *g* *h* *Marrochiũ mittuntur.* *i*

a Alanquerium, *ſiue* Alanquera, *vulgò* Alemquer, *patria Damiani Goeſij; quam dictã putat quaſi* Alan-kercke, *id eſt*, Alanorum templum, *quia Teutonibus adeoq; Alanis & Gothis* Kercke *templum ſignificat. Antonino*, Ierabrica, *ſeu* Hierabriga, *vti cenſent Vaſconcellius, Reſendius, Varrerius, Ambroſius Morales. Tago adiacet ſuprà Vlyſſiponem. Mauris eam eripuit Alphonſus I. Hinc ergo Vlyſſiponem ière Martyres, inde Hiſpalim nauigarunt. ita Marcus Vlyſſip. lib. 4. cap. 4.*

b Sancia *hæc ſoror Regis Portugalliæ* Alphonſi II. *erat, non Regina, vt vitiosè hic erat ſcriptum. Ea à Sancio patre oppidum Alanqueram acceperat, in quo & Minoribus extruere monaſterium cœperat. Extat id etiamnum, Vaſconcellio teſte; poſt quod innumera propè totâ Luſitaniâ ædificatâ. de primis illius conſuli poteſt Franciſcus Gonzaga de origine Seraphicæ Religionis S. Franciſci, par. 3. in prouinciâ Portugalliæ: VVadingus item ad an. Ch. 1217. num. 22. 23. 24. & 25. Marcus Vlyſſipon. lib. 1. cap. 48. & lib. 6. cap. 28. & 29.* Sanciæ *huius, quæ* Virgo deuota *dicitur Petro de Natalibus, virtutes deſcribit Marcus lib. 4. cap. 4. Ribadeneira in horum Martyrum Actis; Gonzaga 3. p. conuen. 2. Portugalliæ.*

c *Cubiculum interius, in quo his ſe veſtibus induêre, traditur modò iuuenum eſſe tirocinium, ac reuerentiam ſacrumq; odorem adſpirare accedentibus; idq; ſe crebrò expertum ſcribit VVadingus ad an. Ch. 1219. num. 51.*

d *Hiſpalis non diu pòſt, anno nimirum* 1247. 20. *Auguſti, obſideri à Ferdinando Rege Caſtellæ eſt cœpta, ac decimo ſexto pòſt menſe intercepta. Vltimus iſtic Saracenorum Rex fuit* Axataffus. *ita Mariana noſter lib. 13. de rebus Hiſpaniæ cap. 7.*

e *Circa hoc tempus Hiſpali regnabat* Abenillate, *cuius meminit Belleforeſtus tomo 2. Coſmographiæ, lib. 6. cap. 13.*

f *Locus hic* turris Martyrum *quibuſdam dicitur, alius* Turris auri; *ſita ad fluminis ripam. ita VVadingus ex Mariano, & Rebolledo.*

g *Piſanus*: Rex iratus eos fatuos reputans, de regno ſuo expulit & emiſit.

h *Potiùs*: nobili Caſtellano Catholico. *Marco cap. 9. ex antiquâ Legendâ, dicitur* Eques Caſtellanus, nomine Petrus Ferdinandus de Caſtro. *VVadingo ex Mariano & Marco,* Eques Caſtellanus Ferdinandus de Caſtro. *Memorat Mariana lib. 12 de rebus Hiſpan. cap. 3.* Petrum Caſtrium Ferdinando Caſtrio genitum obiiſſe Marrochij ad XV. Kal. Septemb. an. Ch. 1214. Hic forti operâ Regi Legionenſi in bellis nauatâ, profectus in Africam erat, quâ cauſsâ incertum. Erant à patre huius cum eâ gente amicitiæ hoſpitiique iura inita. *Certè parens antè, an. Ch. 1170. eò fugerat, vt idem Mariana lib. 11. cap. 11. Aliquis ergo ex hac familiâ fuerit: niſi mendum indicetur in Marco & Mariano Florentino.*

i *Deſunt aliqua, hoc aut ſimili modo ſupplenda*: D. Petrus Infans, frater Regis Portugalliæ ſupradicti Alphonſi II.

LECTIO III.

Publica prædicatio, exilium, carcer. Aqua diuinitus obtenta.

7 TVnc Fratres vbicumque videbant Saracenos, eis feruentiſſimè prædicabant. Cùm verò Frater Beraldus quemdam currum aſcendens, populo prædicaret, Miramolinus Rex a inde tranſiens, qui ad viſitandum Regum ſepulchra, quæ ſunt extra muros, pergebat; cum videret Fratrem prædicantem, nec à prædicatione, eo præſente, deſiſtentem, fatuum eum exiſtimans, præcepit vt omnes quinque Fratres de ciuitate expellerentur, & per Chriſtianos ad partes fidelium remitterentur ſine morâ. Tunc dictus Dominus Petrus Infans quoſdam de ſuis ſeruitoribus eis dedit, qui eos vſque b Septam conducerent, & inde ad partes fidelium transfretarent.

a *Iſthic prædicant.* *Pelluntur.* *b*

8 Sancti verò Fratres, illis in viâ dimiſſis, Marrochium reuertuntur: & ciuitatem ingreſſi, ſtatim cœperunt Saracenis in foro exiſtentibus prædicare. Quod Rex audiẽs præcepit eos in carcere recludi, vbi ſine cibo & potu viginti diebus fuerunt; ſed diuinâ conſolatione refecti. Poſtmodùm accidit, quòd immoderatus calor & magna intemperies aëris ſuperuenit. Æſtimantes autem aliqui, quia propter carcerem ſanctorum Fratrum illa tempeſtas euenisſet, Rex de conſilio Aboturim, qui Chriſtianos diligebat, ipſos de carcere liberauit, præcipiens Chriſtianis, quòd ad partes Chriſtianorum eos remitterent ſine morâ. Cœpit tamen mirari cum aliis Saracenis, quando eos vidit corpore incolumes, & mente conſtantes, cùm viginti diebus continuis fuiſſent in carcere ſine cibo. Et cùm liberi fuiſſent, ſtatim voluerunt Saracenis proponere verbum Dei: ſed Chriſtiani timore Regis nullatenus permiſerunt, ſed dederunt eis ductores, cum quibus versùs partes fidelium remearent. Fratres verò illis in viâ dimiſſis, Marrochium iterum reuertuntur. Tunc, habito inter Chriſtianos conſilio, Dominus Petrus Infans eos in ſuo hoſpitio tenuit, & in publicum prodire, adhibitis eis cuſtodibus, non permiſit.

Eò redeunt. *In carcere 20. dies ieiuni agunt.* *Iterum pulſi, denuò redeunt.*

9 Poſt hæc Dominus Infans cum multis aliis Chriſtianis & Saracenis congregato exercitu, ad quoſdam c Saracenos Regi rebelles expugnandos perrexit. Qui redeundo per tres dietas non potuerunt pro ſe & equis aquam ad bibendum alicubi inuenire. Cùm verò anguſtiâ ſitis de vitâ deſperarent, Frater Beraldus, præuiâ oratione, accepto breui paxillo, terram fodit, & ſtatim fons erupit, de quo ad plenum biberunt homines & iumenta, & vtres etiam impleuerunt. Et hoc facto, ſtatim fuit fons ille exſiccatus. Omnes verò, tanto miraculo viſo, eos in maiori reuerentiâ & deuotione habuerunt, & multi eius oſculabanti : pedes.

c *Berardus fontem elicit.*

a *Pelbartus*, Indiæ: *perperàm.*

b Septa *in ipſis freti Gaditani faucibus munitiſſimum & frequentiſſimum eâ tempeſtate Maurorum, nunc firmiſſimum Luſitanorum propugnaculum; Mauris ereptum an. Ch. 1415. menſe Auguſto, è quo in Hiſpaniam facillimus traiectus. Lege Vaſconcellium in Ioanne I. num. 11.*

c *VVadingus num. 53. ex Legendâ antiquâ* Arabes *vocat.*

LECTIO

LECTIO IV.

Varij cruciatus, tentationes, martyrium.

a Palàm Christum prædicant.

10 *a* CVm verò reuersi Marrochium, custodirentur, quadam feriâ sextâ domum clàm exeuntes, Miramolino Regi, ad visitandum Regum sepulchra eunti, se audacter præsentarunt. Frater verò Beraldus currum ascendens, cœpit eo præsente intrepidè prædicare. Quo viso Rex iracundiâ plenus præcepit cuidam

b *b* Principi Saraceno, qui miraculum aquæ viderat, vt eos capitali pœnâ puniret. Tunc omnes Christiani timore mortis ad propria hospitia confugerunt, vbi firmatis ianuis latitabant.

Comprehensi, alapis caeduntur.

11 Dictus verò Princeps missis apparitoribus iussit eos ad se venire. Qui cùm fuissent ad Principis domum bis adducti, illo absente, ministri diaboli eos alapis &

c ictibus percutientes in maiorem carcerem recluserunt & ibi sancti Fratres Christianis & *c* hæreticis verbum Dei continuè prædicabant. Tunc Princeps fecit eos adduci. Quos cùm vidisset constantissimè fidem Catholicam confitentes, & iniqua Mahumeti & suæ legis exprobrando audacter referarent, irâ magnâ succensus præcepit eos variis tormentis torqueri, & in diuersis domibus ab inuicem separatos fortiter flagellari. Tunc iniqui ministri, ligatis manibus Sanctorum & pedibus, funibus in collis eorum positis, ipsos per terram trahentes

Flagellantur.

d Feruente oleo & aceto perfundùtur.

& retrahentes, sic grauiter *d* flagellarunt, quòd ferè viscera apparebant. Super ipsorum etiam vulnera ebulliens oleum & acetum superinfundebant, eosque super aspera stramenta vasorum feruentis olei & aceti, fragmentis impositis hinc inde volutabant. Et sic per totam noctem afflicti à triginta Saracenis fuerunt crudeliter flagellati.

Cælesti luce honorantur.

12 Eadem nocte visum fuit custodibus, quòd lux magna de cælo descendebat, & sanctos Fratres recipiens ad cælos cum innumerabili multitudine sublimabat. Qui stupefacti & territi ad carcerem accedentes, eos deuotè orantes inuenerunt. Rex verò Marrochiorum, iis auditis, furore succensus, præcepit vt sibi ducerentur. Ligatis itaque manibus, nudis pedibus, expoliati Sancti, afflicti, plagati, fustibus continuè acti, ad Regem du-

Honores & voluptates respuunt.

cuntur. Quos cùm vidisset Rex in fide solidissimos, introductis quibusdam mulieribus, ceteris exclusis, dixit eis: Conuertimini ad fidem nostram, & dabo vobis mulieres has in vxores, & pecuniam magnam, & eritis honorati in regno meo. Beati verò Martyres responderunt: Mulieres & pecuniam tuam nolumus; sed omnia

A Rege occidùntur.

contemnimus propter Christum. Tunc Rex irâ succensus gladium arripiens, Sanctis ab inuicem separatis vnum post alium caput per medium frontis fregit: atque *e* tres gladios simul coniunctos constringens propriâ manu, ferali crudelitate, eos decollauit. *f*

e

f

a *Sequentia reijcit VVadingus in an. Ch.* 1220.

b *Hic Marco & Pisano dicitur* Abozaida; *in officio Conimbric.* Albuzaidus.

c *Potiùs* Sarracenis, *aut* Mahometanis, *vt sequentia indicant.*

d *Surius cap.* 6. Occurrit illis, *dum nudi traherentur per plateas, atque assiduis flagris caderentur,* Princeps quidam Mahometicam suadens fidem. Otto verò illius persuasionem confutans, etiam in contemptum profanæ legis in terram spuens, graui ab ipso alapâ percussus est. At ille verborum Domini non immemor, alteram præbuit maxillam, dicens: Ignoscat tibi Deus, quia nescis quid facis. *Eadem ferè Pisanus.*

e *Pisanus*: decollauit, tres enses in feriendo confringens. *integrum vnum seruari, suprà dictum.*

f *Scribit Marcus Vlyss. atque ex eo VVadingus,* Martyres in ipsâ martyrij horâ D. Sanciæ Infanti Alemqueræ oranti apparuisse, machæram sanguine rubentem in signum sui martyrij manu tenentes, dicentesque se iam per martyrium curis finem posuisse, & ad cælum euolasse, ibique perpetuos suos fore intercessores apud Deum, qui exhibitam eis beneficentiam noluit irremuneratam.

LECTIO V.

Reliquiæ collectæ. Miracula facta Marrochij.

AVCT Io. TISSERANDO, EX MSS.

13 COmpleuerunt autem suum martyrium anno Domini milesimo ducentesimo vigesimo, XVII. Kalendas Februarij, Domini Papæ Honorij tertij anno quarto, fermè septem annis ante mortem S. Francisci. Post hæc corporibus & capitibus Sanctorum à mulieribus extrà proiectis, nequissimi populi funes pedibus & brachiis ligantes, extra muros ciuitatis traxerunt, ac sacra corpora, vlulatibus & clamoribus maximis per gyrum ciuitatis tracta, tandem vrgente nocte ipsa membratim dilacerata in campis reliquerunt. Tunc verò Christiani eleuatis manibus in cælum, Dominum pro eorum triumphali martyrio collaudantes, reliquias Sanctorum deuotissimè ac lætanter colligere cœperunt. Quod cùm viderent Saraceni, omnes vt rabidi canes tantam lapidum multitudinem in Christianos iactauerunt, vt grandinis tempestas videretur. Sed meritis Sanctorum Christiani omnes fugientes ad propria redierunt: & sic timore mortis in propriis domibus clausi per triduum latuerunt. Nam illo tempore *a* Petrus Fernandi, & Martinus Alphonsi Scutiferi Domini Infantis per Saracenos in foro interfecti fuerunt.

Corpora SS dissecta, abiectaq;

rapere volentes fugantur, occiduntur.

a

14 Postmodùm verò facto magno igne in campo, corpora sanctorum Fratrum in illum proiecta fuerunt, vt totaliter cremarentur. Sed ignis diuinâ virtute à sanctis reliquiis, tamquàm à materiâ contrariâ, declinabat, & totaliter extinguebatur: primò caput vnius Martyrũ frequenter in ignẽ proiectum, nec in capillis vllum combustionis signum sensit, quod adhuc cum pelle & capillis in monasterio sanctæ Crucis de Colimbriâ *b* ostenditur incorruptum. Saraceni autem quidam propter amicitiam, quidam propter lucrum, nec non Christiani ibidem captiuati, Sanctorum reliquias colligentes, Domino Infanti obtulerunt. Qui cùm magnâ deuotione eas recipiens, commisit *c* Iohanni Roberti, Canonico sanctæ Crucis de Colimbriâ, viro perfecto, & tribus innocentibus *d* domicellis.

Igni iniecta non laduntur:

b

traduntur Petro Infanti.

c

d

15 Nullus autem audebat intrare locum, vbi sacræ reliquiæ seruabantur, quem alicuius facinoris etiam sola conscientia arguebat. Vnde illo tempore quidam Petrus *e* Rosarius nomine miles, habens cõcubinam, Rosariam nomine, cùm ascenderet solarium, vbi sacræ reliquiæ seruabantur, in medio factus immobilis, fortiter clamauit, dicens: Succurrite, succurrite, date mihi confessionem. Et factâ confessione prædicto Canonico, & abiuratâ concubinâ, descendit liber, viribus corporis recuperatis: sed vltrà loqui non potuit, quousque de mandato Infantis dictus Canonicus ei caput vnius Martyris posuisset supra *f* pectus; & statim loquelam & vires recuperauit, vt priùs.

e

Attingi non possunt à concubinario,

f

16 *g* Quidam etiam scutifer, qui aliquandò Sanctorum reliquias, quæ super scutum deficcabantur, deuotè contrectabat, semel actui fornicationis se ingessit. Et cùm rediens, vellet, vt priùs, sacras reliquias adaptare; scutum, in quo erant, subitò se leuauit in altum, vt ipsũ tangere non valeret. Pœnitentiâ verò ductus, mox vt fuit confessus & contritus, ad locum solitum reliquiæ descenderunt & se contrectari manibus eiusdem scutiferi permiserunt.

g

aut fornicario.

a *Marcus Vlyssip. cap.* 18. *& eum secutus VVadingus num.* 39. *referunt occisos* Martinum Alphonsum Tellium Infantis consanguineum, & Petrum Ferdinandi de Castro, ab Infante missos, vt sacras reliquias vel precc, vel mercede redimerent. *Rodulphius denuò emendandus, quòd reliquias velit ab* Alonso Telio consobrino D. Infantis Colimbriam delatas.

b *Vasconcellius in descriptione regni Lusitania, tractatu de insignioribus Sanctorum delubrus num.* 23. *ait vnius ex his Martyribus caput esse* coronæ cincinnis adeò in orbem illibatis, vt ne vnus quidem defuisse capillus videatur: quod lucem affert illi sacræ paginæ oraculo, Et capillus de capite vestro non peribit. *qua verba historia interserit VVadingus num.* 39. *vbi se caput illud sæpius vidisse, & attentiùs obseruasse testatur.*

Luc. 21. 18.

AVCT. IO. TISSERANDO, EX MSS.

c *Capellanus is erat D. Petri Infantis. quo ſolùm titulo, nomine omiſſo, refertur apud Surium.*

d *Ephebis, ſeu pueris honorariis maſculis, vt ex aliis colligitur.*

e *Hic* Petrus *Infantis Petri familiaris, cognominatus* Roſarius *à* Roſâ, *ſeu* Roſariâ *Burgenſi concubinâ. VVadingus num.* 40.

f *Ribadeneira,* impoſuiſſet capiti.

g *Hoc miraculum ad ſequentem lectionem in MS. referebatur.*

LECTIO VI.

Reliquiæ in Hiſpaniam delatæ. Miracula in itinere.

Includuntur theca argentea.

17 POſt hæc Dominus Infans fecit fieri duas arcas argenteas: ita quòd in vnâ erant capita, in aliâ verò corporum oſſa. Ipſe verò in ſuâ capellâ repoſuit, ibiq́ue continuè Sanctos deuotiſſimè exorabat, vt ad propria redire poſſet, obtineretur; cùm iam inuitus longo tempore ibidem detentus perduraſſet. Tunc Rex Miramolimus dedit ſibi liberam licentiam redeundi contra ſuorum conſilium, qui, vt eum occideret, anteà conſulebant. Cùm verò Infans cum ſuis licentiatus recederet, poſt diem & noctem venerunt ad quemdam locum, vbi propè audiebant rugitus leonum & terribiles vlulatus. Qui territi, poſitis reliquiis inter ſe & locum illum, ad quem videbant leones conuenire; mox diſparuerunt, vt nec leones viderent, nec eorum rugitus audirent.

Liberant Petrum Infantem ab incurſu leonum,

ab inſidiis patronum,

18 Cùm verò procedentes ad multiuium acceſſiſſent, & quam eligerent viam penitùs ignorarent; Dominus Infans præcepit mulam, quæ ſacras reliquias deferebat, antecedere, eamq́ue omnes inſequerentur. Mula verò, Domino dirigente, ſtatim à viâ diuertit, in quâ paratæ erant Infanti inſidiæ Saracenorum, vt ſibi poſteà fuit dictum: & per quamdam inuſitatam & aſperam incedens viam, per montes & valles diuertebat: & ſic brutum animal per viam ſecuriorem eos vſque Septam direxit, naueſq́ue paratas, Domino diſponente, aſcendẽtes nauigauerunt. Et primâ nocte ſuperuenientibus tenebris timebant nautæ, ne in aliquos ſcopulos irruerent & perirent: & tunc omnes ante reliquias proſtrati ſanctis Martyribus ſupplicabant, vt eos à tanto periculo liberarent. Et ecce ſubitò claritas quædam effulſit, ita vt hinc inde mare poſſent conſpicere nauigantes: & tunc clarè viderunt quòd ad illos ſcopulos naues ducebantur; ſed lucis beneficio ab illis diuertentes, ſaluis omnibus, ad deſiderata littora *a* Algizire & *b* Tariſe. Deinde Hiſpalim peruenerunt: vbi per Chriſtianos Infanti nuntiatum eſt, Saraceños ad eum capiendum à Rege miſſos. Quo audito in *c* Caſtellam omnes quamcitiùs ſe dederunt. Et vix nautæ vela leuauerant, & ecce milites Regis Marrochiorum affuerunt, vt Infantem etiam inuitum reducerent, & ſuos capitibus detruncarent: ſed Sanctorum meritis liberati cum ſalute Hiſpaniam intrauerunt.

& periculis maris.

a b In Hiſpaniã deuehuntur.

c

a Algizire *è regione Septæ, in Hiſpaniæ littore Gaditano, portus eſt Batica, ſeu Andaluſiæ. VVadingus num.* 43. Algeliram *ſcribit, nomen Geographus incognitum.* Algizire *legit etiam Marcus. Ludouico Nonio V. CL.* Algeriza *dicitur.*

b Tarifta *dicta, vt tradunt, à Tariffio Duce Maurorum, qui primus cum proditore Iuliano ſub Ruderico Rege an. Ch.* 713. *in illas Hiſpaniæ partes Mauros induxit. Cuius copiis Calpe mons primùm eſt occupatus, Heracleaq́; vrbs illi monti impoſita,* Gibraltaris *dicta à* Tarif, *&* Gebal, *quæ vox* montem *ſignificat. Ita ferè Mariana lib.* 6. *cap.* 22. *Quidam Tariffam veterem fuiſſe* Tarteſſum *ſcribũt, refragante Nonio. Marcus hic pro* Tariffe, Palmam *habet.* Taryſe *dicitur in Vineâ S. Franc.*

c *Marcus & VVadingus* in Galæciam: *ſcilicet circumnauigando Luſitaniam, quam ingredi Petrus Infans necdum auſus, in regno Legionenſi apud Alphonſum Regem permanſit, ac ſacras reliquias ad fratrem Alphonſum II. Conimbricæ agentem, in Luſitaniam tranſmiſit. Vaſconcellius in Alphonſo II. num.* 9.

LECTIO VII.

Reliquiæ Conimbricam delatæ.

19 CVm verò *a* Aſtoricam peruenirent, & hoſpes, in cuius domo hoſpitabantur, à triginta annis eſſet morbo paralytico ſic afflictus, vt loquelâ & membrorum officio priuaretur, & Sanctorum tot mirabilia audiuiſſet, proſtratus ante arcam, vbi Sanctorum reliquiæ ſeruabantur, orans pro remedio ſanctos Fratres, ibidem cunctis videntibus loquelam & omnium membrorum obtinuit ſanitatem. *a*

Paralyticum ſanant.

20 Cùm verò *b* Colimbriam appropinquaſſent, vbi iam ſanctorum Martyrum fama peruenerat, Domina Oracha Regina Portugalliæ ſupradicta cum vniuerſo populo ſanctis occurrit reliquiis, cum magnâ ſolemnitate & deuotione, vſque ad *c* monaſterium ſanctæ Crucis de Colimbriâ ipſas deducentes, ibidem honorificè collocarunt. Cùm autem B. Franciſcus eorum martyrium audiuiſſet, exultans in ſpiritu, dixit: Nunc veraciter dicere poſſum, quòd habeo quinque Fratres. *b* *c*

Conimbricam ferũtur.

21 *d* Et eodem anno quo Sancti fuerunt interfecti, contra Regem Marrochiorum & eius regnũ indignatio Dei in vindictam Sanctorum efferbuit. Nam manus dextera eiuſq́ue brachium, quibus occiderat ſanctos Fratres, & eiuſdem partis omnia membra vſque ad dexterum pedem fuerunt deſiccata. In patriâ etiam illâ *e* tribus annis immediatè ſequentibus nihil pluit: ex quo ſecuta eſt tanta ſterilitas rerum, & hominum peſtilentia per quinque annos continuos, quòd maior pars illius gentis fuit per mortalitatem deleta, vt iuxta numerum fratrum in vindictam peſtilentialium annorum numerus ſequeretur. *d* *e*

Miramolinus cum ſubditis punitur.

a Aſtorica, *Ptolemæo* Α'ςόργα. Α'υγῦςα; Aſturica *Plinio, & Antonino, vulgò* Aſtorga, *Aſturia vrbs, & propria* Aſturum *ſedes. vrbi gentiq́;* Aſtura *amnis, cui adiacet, nomen dedit.*

b *Adde ex Marco cap.* 21. *& VVadingo num.* 44. qui reliquias portabant equites plurimi & nobiles, inter quos eminebat nobilis vir Alphonſus Perez de Arguniâ.

c *Scribunt Marcus cap.* 22. *ex antiquis Chronicis, Ribadeneira, VVadingus nu.* 45. *cùm Rex & Clerus cuperent reliquias portari ad eccleſiam matricem, repugnantibus qui eas attulerant, mulum rectà tetendiſſe, per vicum* Sampſonis, *aliàs* veteris ſiculneæ, *ad eam ſanctæ Crucis, atque ad eius valuas occluſas ſtetiſſe; vt verò apertæ ſunt, progreſſum ad primarium ſacellum, ante cuius altare vtroq; curuato genu non antè ſurrexerit quàm ſarcinâ leuaretur.*

d *Sequentia eiſdem verbis narrat S. Antoninus* 3. *parte Chron. tit.* 24. *cap.* 7. §. 1.

e *Piſanus,* vſque hodie numquàm pluit; *nimis enormi mendo.*

LECTIO VIII.

Viſio in obitu Vrracæ Reginæ.

22 ET vt ſanctorum Fratrum ſupradictum vaticinium compleretur, Regina Portugalliæ Oracha prædicta, poſt modicum temporis à ſanctorum Martyrum ſepulturâ, plena virtutibus ex hac vitâ migrauit. Et eadem horâ nocte profundâ Dominus Petrus Nunij Canonicus & ſacriſta, omni ſanctitate præclarus, & eiuſdem Reginæ Confeſſor, vidit innumerabiles Fratres Minores chorum intrantes, inter quos erat vnus cum magnâ ſolennitate præcedens, & pòſt alij quinque quodam ſingulari honore inter alios præcellentes. Statim verò, dum chorum proceſſionaliter intrauerunt, matutinum cum melodiâ indicibili cantauerunt. Dominus verò Petrus totus attonitus quæſiuit ab vno eorum, ad quid & per quem locum tali horâ tot Fratres intraſſent, cùm omnes portæ monaſterij eſſent clauſæ. Qui reſpondit: Nos omnes, quos hîc vides, fuimus Fratres Minores, & nunc cum Chriſto glorioſi regnâmus. Ille verò cum tantâ gloriâ præcedens eſt Franciſcus, quem tantùm deſideraſti in hac vitâ videre. Alij verò quinque inter alios præcellẽtes, ſunt Fratres pro Chriſto in Marrochio interfecti, & in iſto monaſterio tumulati. Et ſcias quòd

Vrraca Regina moritur.

Supplicatio Minorum viſa, in quâ S. Franciſcus & V. Martyres.

Matutinũ ab iis decantatum. quòd Domina Oracha Regina ex hac vitâ migrauit: & quòd ex toto corde noſtrum dilexit ordinem, Dominus Ieſus Chriſtus nos omnes huc miſit, [a] vt pro eius honore hîc diceremus ſic ſolemniter matutinum: &, quia tu eras eius Confeſſor, Deus voluit, quòd tu iſta videres. *Regina mortua.* De morte verò Reginæ non dubites, nam ſtatim, cùm recedemus, de hoc audies certa noua. Tunc illa proceſſio clauſis ianuis monaſterium exiuit: & ſtatim illi de familiâ dictæ Reginæ ad portam pulſauerunt & denuntiauerunt Reginam nunc debitum exoluiſſe.

a *Pelbartus*: ad deferendam animam eius in cælo. *at Marcus prorſus Tiſſerando conſentit.*

LECTIO IX.

Conuerſio S. Antonij de Padua. Iter S. Franciſci in Syriam.

a 23 POſteà Sancti magnis cœperunt coruſcare miraculis, quorum aliqua in eorum diffuſiori [a] Legendâ plenius continentur. Iſtorum autem exemplo *S. Antonius de Padua conuerſus.* Sanctorum B. Antonius, tunc Canonicus in eodem monaſterio ſanctæ Crucis, qui Fernandus Martini vocabatur, zelo martyrij flagrans, Ordinem Fratrum Minorum, ætatis ſuæ anno XXV. intrauit: & annos decem in ordine plenus ſanctitate, & præclarus doctrinâ & miraculis, [b] conſummauit.

b c 24 In illâ autem Fratrum [c] diſperſione, B. Franciſcus ob feruorem martyrij ad partes Syriæ cum duodecim *S. Franciſcus proficiſcitur in Syriam.* Fratribus & ad Soldanum ſe contulit: eumque conſtantiſſimè Chriſti fidem prædicantem Soldanus cum omni reuerentiâ, Domino diſponente, ad propria remiſit.

a *Aliqua eorum hîc ſubnectentur.*

b *Obiit* S. Antonius de Padua *an. Ch.* 1231. *ingreſſus ordinem Minorum an Ch.* 1221. *De eo agemus XIII. Iunij.*

c *De hoc itinere S. Franciſci, quod an. Ch.* 1219. *ſuſcepit, aliiſque eius Seraphicis virtutibus, agemus IV. Octobr.*

MIRACVLA

Ex Annalib. Lucæ VVadingi.

a 1 [a] IVuencula quædam Saracena, ſed Chriſtianâ fide imbuta, & ſecretò baptizata à Principis præfato *Obſeſſa liberata.* Sacellano, à dæmone obſeſſa, qui doluit hanc ſibi eripi prædam; adducta ante ſcrinium, vbi pars reliquiarum religiosè ſeruabatur, ſtatim vt detectæ ſunt, dæmon cum ingenti clamore abſceſſit. Iuuenis etiam *Æger ſenatus.* domeſticus prolixâ & graui oppreſſus infirmitate, cùm humanum non ſupereſſet remedium, rogauit Sacellanum, vt quidquam ſibi admoueret reliquiarum. Ille immerſo vno ex oſſibus in aquam, bibendam dedit febricitanti, & ſtatim ab omni morbo liber euaſit. Alter tibiam vulneratam, aquâ, quâ ablutæ ſunt ſacræ reliquiæ, *Vulnus curatum,* aſperſit, & ſana facta eſt. Eadem aqua dolorem oculo- *dolor oculorum,* rum ab alio depulit. & demum Preſbyter quidam faciem ex tumore dolens, poſt contrectationem reliquia- *faciei tumor:* rum, applicatâ cum fiduciâ ad tumentem faciem manu, quâ ſancta tractauit, vernãtem & pulchram effecit.

b 2 [b] Irruerunt in quemdam nobilem Conimbricen- *lethalia vulnera:* ſem prope dictam ſanctæ Crucis ædem ſicarij vt eum occiderent: fugientem comprehenderunt ad eccleſiæ ianuam, & tot affecerunt vulneribus, vt mortuum iudicauerint. Qui morienti ſuccurrere voluerunt, atque omnino defunctum putantes, ſuo coopertum pallio in eccleſiam introduxerunt, vt ibidem ſepeliretur. Sed non iacuit longo tempore: nullo enim auxiliante ſe erexit in pedes ſanus, abſque vulneribus publicè proclamans magnam eſſe ſanctorum Martyrum virtutem, qui à tot lethalibus ictibus liberarunt.

peſtis. c 3 Rarum & ſingulare hoc, quod refero, ſpectaculum. Oppidum eſt diœceſis Conimbricenſis, Fala dictum, cuius incolæ, dum [c] ſæuiſſimâ peſte perirent, omnes obierunt, vno ſolo iam peſtilenti in faucibus mortis relicto. Hic nullum videns ſuæ vitæ ſupereſſe remedium præter diuinum, Martyres, quorum deuotus cultor erat, inuocauit inſtanter; votumque addidit, quòd ſi eum à contagioſo illo morbo liberarent, nudus eorum [d] viſitaret reliquias, hortareturq; vt ſimiliter facerent & alij. Conualuit de infirmitate ſuâ miraculosè, & tam efficaciter ſuaſit regredientibus vicinis, vt quod ille vouit illi facerent ſpontaneè, vt omnino perſuaſerit, & omnes ſingulis annis nudi veniant ad Martyrum ſepulchra in publicâ & ordinatâ ſupplicatione. Ex Luca VVadingo. d

4 Veniunt in ipſo Martyrum natalitio ad S. Franciſci ædem trans [e] Mundam fluuium poſitam, in magno numero, non ſolùm ex illo oppido, verùm ex aliis vicinis, ad quartum & quintum ab vrbe lapidem ſitis, & ibi *Nudi ad SS. reliquias ſupplicatum veniunt.* detractis veſtibus, quibuſdam etiam in propriis iam ædibus denudatis, audiunt ſacrum. Quo peracto pergunt omnes proceſſionaliter, toto corpore nihil geſtantes præter femoralia, aut ſubligacula, præcedente Cruce, ſubſequentibus vel in medio poſitis eorum Rectoribus ſuos faſces ſeu rectorias virgas geſtantibus, & ceteros in ordinem cogentibus. Ponè veniunt omnes Franciſcani pſallentes in Martyrum triumphum. Excedunt aliquando hi nudi oppidani cum quibuſdam ciuibus & puerulis, qui magnâ deuotione ſe eis nudi etiam immiſcent, numerum ducenteſimum: ferme tercentum ipſe numeraui anno MDCX. dum in Collegio D. Bonauenturæ Conimbricenſi vltra triennium Theologiæ incubuerim, ſingulis annis ad hoc deuotum vocatus ſpectaculum. Fermè ad mille paſſus diſtat monaſterium ſanctæ Crucis à Franciſcano, & per ducentorum paſſuum pontem itur ad ciuitatem illo menſium omnium frigi- *Ritus ſupplicationis.* diſſimo. Accedentibus ad ſanctam Crucem, hæret vel concionator in ſuggeſtu, vel Sacerdos in altari, dum à nobili circumſtantium multitudine è potiori Clero ſeculari & regulari, primatibuſque ciuitatis, atque ipſius ædis Canonicis, hymnis, organis & ingenti iubilo excipiuntur, & ſinguli ad ſacrarum reliquiarum deoſculationem veneratione mq; admittuntur. Nudi deinde omnes ſiſtunt ante reliquias in ſacello maiori & capaciſſimo, donec ſacra abſoluuntur: mox deducuntur in amplam aulam; in quam deductas ſuas veſtes quiſque reſumit.

e 5 Horum pietatem æmulati multi ex ciuibus nobilioribus aliiq; pij viri, nocte natalitij, quâ ſacras excubias ianuis bipatentibus obſeruant Canonici, veniunt ſimiliter nudo corpore, ſed tectâ facie, & deuotè ſanctorum Martyrum inuocant auxilium. Fuit tamen quidam Nuntius Apoſtolicus, quem in illo regno Collectorem appellant, qui tantam impendi venerationem videns Martyribus, adhuc per Eccleſiam non canonizatis, in ipſâ eorum eccleſiâ prohibuit, ne ampliùs tantâ ſolemnitate colerentur inconſultâ Romanâ Eccleſiâ, nec peculiari obtentâ licentiâ. Vt dixit, ſtatim mula, quâ vehebatur, ad templi valuas mortua eliſa eſt in terram, *Gemino miraculo ea confirmata religio.* & ipſe Antiſtes ardenti ſubitaneâque correptus eſt febre. Ex cæleſti indignatione hæc mala ſuſpicans oriri, humiliter ſe proſtrauit ad ſacrorũ Martyrum reliquias, promittens in poſterum ſe eis omne obſequium & reuerentiam præſtiturum, eorumq; ſolemnitatem commendaturum. Cor contritum & humiliatum Deus non deſpexit; eumque ſanitati, & mulam vitæ reſtituit. Quæ duo miracula adeò manifeſta in conſpectu totius populi, qui Antiſtitem comitabatur, vniuerſam illam regionem magis in ſanctorum Martyrum cultum accendit, dum planè intellexit nimis honorificandos Dei amicos, & in cælis confirmatum eſſe principatum eorum. Nec multò pòſt Diœceſano ſtatuto, ſancitum eſt, vt eorum dies natalis haberetur pro feſtiuo.

6 Huic miraculo aliud ferunt ſimile Conimbricenſes: quòd cùm quidam vrbis Epiſcopus argutulus, ex magnâ, quam præferebat, modeſtiâ, vetaret illas nudo- *Intermiſſa, vindicatur.* rum fieri ſupplicationes, indignum indecorumque exiſtimans per medias plateas homines incedere nudos;

ſtatim

Ex Marco Vlyssipp.

ſtatim eo anno, quo piam ſuam conſuetudinem dimiſerunt præfati oppidani, tempore brumali & ſalubri, nullo locorum in toto regno peſte graſſante, in eos debacchata ſit, & vindictam ſimul cum Epiſcopo ſenſerint diuinam. Quâ commoti reuouerunt ſe nullo pacto aut lege vllo vnquam tempore prædictam ſupplicationem in Martyrum ſolennitate præterituros. quod in hunc diem fideliſſimè curant complere.

a *Referuntur hæc num. 42. ex Hiſtoriâ MS. Vlyſſiponenſi.*

b *Sequentia referuntur num. 48. 49. & 50. ex Marco Vlyſſiponenſi cap. 26. 27. & 28.*

c *Rodulphius à ceterùs iterum diſſentit: ait enim grandine omnes, vno hoc excepto, mactatos: Marcus & Bzouius, patrem & liberos quinque à peſte ſeruatos.*

d *Marcus*: quotannis dum viueret nudus viſitaret, & curaret à morte per quempiam ex ſuâ familiâ viſitari.

e Munda *fluuius Luſitaniæ, inter Tagum & Durium, vulgo* Mondego, *Conimbricam præterfluit. vide Nonium in Hiſpaniâ.*

ALIA MIRACVLA

ex Marco Vlyſſiponenſi.

a Viſus, ope SS. recuperatus: b

1 [a] COnimbricæ Maria Vaſquez, Petro Danfins nupta, viſu orbata eſt. Inflammato ergo fidei ac pietatis ardore ad monaſterium adit ſanctæ Crucis: aquam poſcit, cui ſacra intincta pignora erant: eâ oculos abluit, viſumque [b] recipit. Vulgatum illicò totâ vrbe miraculum.

c ſedatus ſanguinis fluxus: d

2 Eiuſdem cœnobij Canonicus inter bibendum [c] hirudinem deglutiit imprudens, ac ne ſenſit quidem principio; donec mittere è naribus ſanguinem cœpit, itaque copioſum, & dies quidem vnum ac viginti, vt conclamata eius videretur ſalus, deque exequiis ageretur. Mulier quædam honorata, eiuſdem Canonici [d] patrina, ſiue ſuſceptrix, ſanctorum Martyrum dedita cultui, eorum opem implorat, votumque nuncupat. Canonicus continuò hirudinem reuomit, omnique periculo liberatur.

hernia curata: e

3 Viri nobilis Ioannis Vaſquez Conimbricenſis filium difficilis torquebat [e] hernia. Multis fruſtrà tentatis medicamentis, ad Martyrum patrocinium confugit, ſpondetque ſe noctem vnam in eorum ſacello cum filio daturum precibus. Curata illicò hernia eſt.

f & comitialis morbus: g

4 Haud procul ab oppido Falâ, vbi patremfamilias ac filios quinque à peſte curatos diximus initium dediſſe ſupplicationi, quæ annuè [f] mediis nudatis corporibus ad Martyrum ſacellum inſtituitur, colonus degebat, cui Ioanni [g] Capillo nomen. Hic dudum comitiali morbo laborârat. Cùm didiciſſet quanta ſanctorum Martyrum inuocatione patrarentur miracula, magno animi correptus angore vouet ſe Falenſium ſupplicationibus eodem ritu quotannis adfuturum. Votum deinceps piè ſoluit, omni liber priſtinæ ægritudinis moleſtiâ.

energumena liberata:

5 Energumenam quamdam parentes ſui ac maritus ad Martyrum ſacellum adduxêre: triduumque iſthic egêre ſacris procurandis ac precibus fundendis intenti. Tandem peſſimo inquilino, Martyrum virtute, liberata eſt.

b item alia:

6 Aliam energumenam è vico Beira, dum ad ædem Deiparæ Virginis, [b] cui à Virtutibus nomen, perducitur, vt Conimbricam peruenit, dirè exagitare tartareus hoſpes cœpit. Ergò ſacellum aditur ſanctorum Martyrum, conceptiſque precibus, fugatur malus dæmon.

i rabidus curatus:

7 Petroſi vici incòla [i] viuerram habebat, quæ rabie correpta eius filium momordit: hic in rabiem quoque actus, ſibi ipſe inferre manus conabatur: nec vinci poterat remedio vllo malum. Parenti in ſomnis quidam Franciſcano habitu viſus, edicit vt cum filio ad ſanctæ Crucis monaſterium adeat, atque ab Ædituo aquam poſcat ſanctorũ Martyrum immerſis reliquiis ſacratam; eam potam ſaluti filio fore. Nec fidem fefellit euentus.

k

8 [k] Puerum à primo ortu herniâ laborantem ad ſacellum Martyrum parentes ſui deportarunt: qui Sanctis donariis & feruenti precatione oblatus, omnino curatus eſt. *hernia ſanata!*

9 Quemdam in eadem vrbe ita dentium dolor cruciabat, vt nec cibum capere, nec partem vllam quietis poſſet. Expers medelæ, ſanctos Martyres religiosè inuocat, votis additis. Nocte inſequente necdum remittente dolore in ſomnum incidit, viſuſque ſibi in eo eſt quinque ſanctos Martyres videre adſtantes, vnumque ex iis maxillam ſibi manu palpantem. Experrectus ſenſit omnem ſibi deterſum dolorem. *dentium dolor.*

l Liberatus quidam è carcere.

10 [l] Rudericus Laurentij de las Puntas vir nobilis, dum in Regis obſequio verſatur, in carcerem fortè coniectus, ac damnatus morte, vouit Martyribus ſi per eos periculo eriperetur, viſitaturum ſe eorum ſacellum cum ipſis, quibus vinctus erat, compedibus. Illicò ſecurus ei patefactus egreſſus eſt. Ergo ingentes trahens catenas, ad monaſterium ſanctæ Crucis venit, & Miſſæ ſacrificium offerendum curauit ad aram Martyrum. Miſſâ peractâ ſolutæ catenæ vltro pedibus exciderunt, ibique ad memoriam appenſæ.

Stomachi imbecillitas curata.

11 Ferdinandus quidam ita languenti erat ſtomacho, vt quindecim ipſos dies cibi omnis expers manſerit, iamque nec aperire oculos poſſet: & iam cœperant quæ ad curandum funus pertinebant apparari. Mater magno quodam animi ſenſu opem implorat Martyrum votumque concipit. Mox filio eſſe meliùs cœpit, qui poſtridie è ſtrato ſe proripuit, pedibuſque inceſſit incolumis, viſitque cum parentibus Sanctorum ſacellum, ac materna vota perſoluit.

Feſti diei obſeruatio, miraculo duplici ſancita.

12 Iacobus Perez de la Curta Conimbricenſis natali ſanctorum Martyrum die ad putandam vitem, quæ poſt Minorum cœnobium ſita erat, primo manè profectus eſt. Præteriit iſthac quiſpiam, &, An ignoras, inquit, Iacobe Perez, hodie ſanctos Martyres coli, quorum in ſanctæ Crucis corpora ſunt? Quid deinde? ait ille: Non eſt eiuſmodi id feſtũ vt publicâ feriatione agi debeat. Moxque reſpectans nuſquam eum qui ſe monuerat, videt. Opus ergo proſequitur: ſed è veſtigio ingenti totius corporis, manuum præſertim tremore perculſus, omittere id coactus eſt. Senſit ergo diuinitus id ſibi eueniſſe, templumque ſanctæ Crucis petiit, ac votum fecit, ſe quoad viueret eum diem religiosè obſeruaturum, [m] ſacris, concioni, veſperis interfuturum: ſimul votum ſuſcepit, ſimul ſanitatem recuperauit. Teſtatus deinde eſt quotquot eo die palmites incidiſſet (inciderat circiter octoginta) nihil eo anno vuarum tuliſſe, cùm ceteri perquàm fecundi fuerint. *m*

Surdi ſanati.

13 Mulier quædam, aliuſque adoleſcens, Sanctorum meritis, percepêre cælitus ſurditatis remedium.

Variæ eæ, rata infirmitates, n

14 Anno 1466. 16. Ianuarij, cùm eſſet Conimbricenſis Epiſcopus in Sanctorum ſacello, confluxit eò vis ingens hominum ad vota ſoluenda, erantque complures ſeminudi. Sciſcitatur Epiſcopus quæ quemque cauſſa ad vota & illum ſupplicandi ritum impuliſſet. Alij ſe herniâ, alij ſurditate, aliâve infirmitate, ſimul ac ſe eiuſmodi peregrinationis voto obſtrinxerant, liberatos prædicabant. Adſtabat Epiſcopi nepos annos vndecim natus, ita moleſtâ conflictatus [n] herniâ vt negarent medici arte vllâ curari poſſe. Hunc iubet Antiſtes in ſacrarium ſecedere poſitiſque veſtibus, ceterorum ritu nudum ſupplicare Martyribus. Paruit adoleſcens. Ipſe quoque cum adſtantibus preces dedit Epiſcopus. Dum ergo nudus, fixis humi genibus, manu cereum geſtans, precatur Sanctos, (mira res!) ita ſanus continuò euaſit, ac ſi nihil vnquam paſſus eſſet aduerſi. Antiſtes gaudio exiliens, & qui ſpectare vellent ſiuit teſtes miraculi fieri, & Deo ſanctiſque Martyribus gratias egit. *hernia.*

a *Narrat hæc Marcus par. 3. lib. 6. cap. 33.*

b *Addit Ioannes Blanconius Gallicus interpres,* coràm Canonicis.

c *Blanconius*, araneam.

d *Omittit id Blanconius. Ceterũ* patrinos, *voce Eccleſiaſticâ appellant, qui pro baptizãdo aut confirmãdo ſpondent, eumq; ſuſcipiunt.*

e *Inter-*

e *Interpres Gallicus*, plagæ & vlcera *conſentit Bzouius*.
f *Blanconius*, nudis pedibus.
g *Hiſpanicè eſt* Cabelos. *Gallicè* Capelli; *apud Bzouium* Capellus.
h *Hiſpanicè*: nueſtra Señora de las virtudes.
i *Muſtela genus eſt. Bzouius* canem rabidum *habet*.
k *Sequentia narrat Marcus cap.* 34.
l *Bzouio*, Laurentius Ruizius.
m *Blanconius*, ſolenni ſacro, veſperis primis & ſecundis; *concionem omittit*.
n *Blanconius*, plagis; *Bzouius*, deploratâ ægritudine.

BVLLA SIXTI IV. PAPÆ

de ſanctorum Martyrum veneratione.

a SIxtus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis Fratribus Ordinis Minorum, dilectis filiis, vbicumque morantibus, ſeu moraturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cùm aliàs animo reuolueremus merita beatorum Martyrum, Berardi, Petri, Othonis, Accurſij, & Adiuti, qui ex ordine Fratrum Minorum, (ſub quo & nos coaluimus) fuerunt, qui poſt multa tormenta ſub Rege Marochiorum pro Chriſto mortem ſubierunt, & martyrij palmam gloriosè promerentes plurimis miraculis in ipsâ morte, & pòſt claruerunt; ex quo incenſus Beatus Antonius de Paduâ ex ordine Canonicorum regularium, in quo tunc erat, ad ordinem ipſum Fratrum Minorum ſe legitur tranſtuliſſe; Conceſſimus ex auctoritate Apoſtolicâ & benignitate, viuæ vocis oraculo, vt Fratres prædicti Ordinis Minorum poſſint publicè & ſolemniter celebrare in ſuis Eccleſiis Miſſæ & horarum officium de ſuprà memoratis ſanctis Martyribus. Verùm cùm frequenter aduerſarius humani generis nitatur bona & ſancta opera perturbare; ne tam diuinum & pium opus poſſet aliquis impoſterum impedire, tenore præſentium ex certâ noſtrâ ſcientiâ, auctoritate Apoſtolicâ concedimus, quòd prædicti Fratres Minores vbique ſolemniter & publicè officium plurimorum Martyrum pro ipſis BERARDO, PETRO, ACCVRSIO, ADIVTO, & OTTONE ſub officio duplici maiore, ac etiam XVI. Ianuarij, quâ die ab hoc ſeculo per martyrium deceſſerunt, liberè ac cum ſanâ & ſerenâ conſcientiâ dicere ac celebrare poſſint. Inhibentes præfatâ Apoſtolicâ auctoritate, ne quis huic noſtræ conceſſioni audeat ſe opponere; non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcumque. Præterea quia difficile eſſet præſens Breue ad omnia loca deferri, volumus vt illius tranſſumpto alicuius publici Notarij manu ſubſcripto, & ſigillo Generalis dicti ordinis, vel Vicarij Generalis Fratrum Minorum de Obſeruantiâ munito, ea prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ſi idem præſens Breue originaliter oſtenderetur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, die ſeptimo Auguſti, anno Domini MCDLXXXI. Pontificatus noſtri anno X.

a *Diploma originale ſeruatur Romæ in archiuo conuentus S. Mariæ de Araceli.*



XVII. IANVARII.

SANCTI QVI XVI. KAL. FEBRV. COLVNTVR.

S. Speusippus, } tergemini fratres,
S. Eleusippus, }
S. Melasippus, }
S. Leonilla eorum auia, } Martyres.
S. Neonilla,
S. Neon,
S. Turbon,

S. Mucius, } Martyres in Africâ.
S. Victor,
S. Mistrianus,
S. Saluius,
S. Miscellianus,
S. Victoricus,
S. Teussa,
S. Fortunatus,
S. Veneria,
S. Sarta,
S. Saturninus,
S. Hortisianus,
S. Leucius,
S. Misurianus,

S. Vincentia, } Martyres in Oriente.
S. Alba,
S. Timotheus,
S. Ingenula,
S. Victoria,
& alij,

S. Rubentius, } Maryres in Oriente.
S. Martyrius, }

S. Genulphus, Episcopus, in Galliâ.

S. ANTONIVS MAGNVS, Abbas in Thebaide.

S. Sabinus, Episcopus Placentinus in Italiâ.

S. Achilleus, Confessor.

S. Antonius, } monachi, Romæ.
S. Merulus, }
S. Ioannes, }

S. Sulpitius Pius, Episcopus Bituricensis in Galliâ.

S. Milwida, Virgo, in Angliâ.

S. Richmirus, Presbyter in Galliâ.

PRÆTERMISSI, ET IN ALIOS DIES REIECTI.

THeodosij Magni *Imperatoris obitus consignatur hoc die à Molano, Ferrario, Martyrologio Germanico.* Sanctum *Petrus de Natalibus lib.11. cap.93. appellat, dicitq; à Græcis* in catalogo Sanctorum conscribi. *Nusquam in Menæis extat. Multa de eo præclara narrant Ecclesiastici scriptores: vitam seperatim edidit Bellarminus lib. 3. de officio Principis Christiani.*

Adda Presbyter, Apostolus Merciorum *refertur hoc die &* Beatus *vocatur à Dauide Camerario, qui perperàm* primum Nordanimbrorum Apostolum *facit. Laudatur à Venerabili Bedâ lib.3. cap. 21. relato suprà* VII. *Ian. in vitâ* S. Ceddæ.

Confirmatio Ordinis B. Mariæ de Mercede *hoc die facta traditur. De eâ agemus in vitâ* S. Petri Nolasci *fundatoris* XXIX. *Ianuar.*

Algotus Curiensis in Rhætiâ Episcopus *refertur hoc die in Kalendario Cistercienst, à Chrysostomo Henriquez.* Beatus *appellatur. Recensetur & ab Hugone Menardo in catalogo SS. ac BB. eius Ordinis. Nondum comperimus vllum ei cælestem honorem à Curiensibus haberi.*

Septem Martyres Ordinis Minorum in Syriâ à Soldano Melebasa interfecti *memorantur in Martyrologio Franciscano Arturi à Monasterio. Meminit eorum S. Antoninus part.3. tit.24.cap.9. §.10. Thomas Bosius de signis Ecclesiæ tom.1. lib.7. cap.3. seculo 13. aliiq;. Eos hîc omittimus, quòd necdum publicâ Ecclesiæ auctoritate vindicati sint.*

Dedicatio basilicæ Beatæ Virginis Annuntiatæ *agi Florentiæ hoc die consueuit, vt testis est Ferrarius in generali catalogo SS.*

Translatio variorum sanctorum corporum monasterij Villarienſis in Brabantiâ *hoc die facta anno 1599. consignata est in Menologio Cistercienst à Chrysostomo Henriquez. De singulis agemus in cuiusque natali.*

S. Sulpitius Tungrensis, siue Traiectensis, Episcopus. *MS. Florarium. Nos* XVIII. *Ianu.*

S. Leonardus reclusus Turonis. *Ferrar.* Leobardus *est, de quo* XVIII. *Ianu.*

S. Brithvvaldus Episcopus VViltonienſis. *Hugo Menard. Nos* XXII. *Ianu.*

S. Amandi Episcopi *fit in veteri Præmonstratenst Breuiario commemoratio; in quo tamen rursum cum* S. Vedasto *officio trium Lectionum colitur, vt & alibi,* VI. *Febru.*

S. Marcellus Episcopus. *MS. S. Hieron. Carthusiani Colonien. in addit. ad Vsuard. MS. Florarium. Sed in his duobus traditur* Viennæ *quiescere. Aliud MS. habet:* In ciuitate Deas, vel Astensi, S. Marcelli Episcopi & Martyris. *Primus Diensis Episcopus est, de quo* IX. *April.*

S. Theodotus Episcopus Cyriniæ in Cypro. *Menæa. at Martyrolog. Romanum* VI. *Maij.*

S. Ioannes Episcopus Eboracensis. *MS. Kalendar. SS. Ord. S. Benedicti. Vitam dabimus* VII. *Maij.*

S. Marcellini Presbyteri, } Martyrum, Translatio *celebratur hoc die, solenni officio, in monasterio Selighenstadiensi, vbi religiosè asseruantur eorum reliquiæ. Translationis historiam, ab Eginharto accuratè descriptam, dabimus cum eorum Actis* II. *Iunij.*
S. Petri Exorcistæ, }

S. Bernardi canonizatio. *Hugo Menar. Nos de eâ agemus ad eius vitam.* XX. *Augusti.*

S. Columbæ Virginis & Martyris caput hoc die Montem-regalem translatum, *scribit Octauius Caietanus noster in Ideâ operis de SS. Siciliæ. Duas reperimus* Columbas *in sacris fastis;* Cordubensem, *quæ colitur* XVII. *Septembris;* & Senonensem, *quæ* XXXI. *Decembris. Vtrius isthuc translatum sit caput, an tertiæ alicuius, nos latet.*

S. Iulianus. *Menæa. Hic est* S. Iulianus Sabas, *de quo nos* XVIII. *Octob.*

S. Sulpitius Episcopus Rauennas. *MS. Florarium. Hic est fortè, qui* S. Vrsulam *fertur comitatus, siue Episcopus, siue Archidiaconus fuerit: de quo vide Hieronymum Rubeum lib. 2. historiæ Rauennat. Nos* XXI. *Octobr.*

S. Diodori Presbyteri, } Martyrum Inuentio *hoc die refertur in Martyrologio Romano aliisq;. Illius inuentionis historiam dabimus die eorum natali* I. *Decemb.*
S. Mariani Diaconi, & sociorum, }

DE

Ex variis.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

SPEVSIPPO, ELEVSIPPO, MELEVSIPPO,

TERGEMINIS;

LEONILLA, IONILLA, NEONE, TVRBONE.

§. I. *Tergeminorum cultus, acta, ætas.*

XVII. IANVAR. 1

Sanctorum horum natalis:

CELEBERRIMA *est in ſacris faſtis ſanctorum fratrum tergeminorum memoria XVI. Kal. Februarij. quo die Vſuardus:* Lingonis natalis ſanctorum Geminorum Speuſippi, Elaſippi, & Melaſippi, qui cùm eſſent vigintiquinque annorum, cum auiâ ſuâ Leonillâ, & Ionillâ, & Neone, martyrio coronati ſunt, tempore Aureliani Imperatoris. *De iiſdem agunt MSS. plerique, itemq; Beda vulgatus, Ado, Rabanus, Notkerus, Maurolycus, Galeſinius, Caniſius, Bellinus, Martyrologium Romanum, Felicius, Sauſſaius; quorum plerique* Turbonem *addunt. Antiquiſſimum S. Hieronymi MS. Martyrologium ita habet:* Lingonas paſſio ſanctorum geminorum Speuſippi, Elaſippi, Melaſippi, Leonillæ, Iunillæ, Nenonis. *MS. Dungallenſe:* Germanorum trium, Speuſepi, Helapi, Munici. *MS. vetuſtiſſimum Rhinavvienſe:* Lingonis paſſio ſanctorum Martyrum geminorum. *VVandalbertus:*

Sextaque cum decimâ Antonij virtute dicatur:
Hæc etiam ſocio Geminorum pollet honore,
Lingona quos vno celebrat plebs marmore tectos.

nomina variè ſcripta:

2 *Vix alia tam variè ſcripta Sanctorum nomina reperias.* Speuſepus *enim,* Speoſippus, Senſippus, Speuſipus, Spenſippus, Peuſippus, Speuſipius, *dicitur; qui* Speuſippus *eſt, quod* equorum incitatorem *ſonat. aſt* Eleuſippus, qui equo venit, *aut* certat; Elenſippus, Eleuſipus, Heleuſippus, Eleuſipius, Helapus, Eleoſippus, *& (nec malè quidem, quaſi* equi inſtigator) Elaſippus. Melaſippus *verò,* Meleuſippus, Maleuſipus, Melenſippus, Meleuſipus, Municus, Meleoſippus, Malenſippus, Meſippus. Leonilla *quoque,* Leouilla, Lonilla, Neonila, Neouilla. Ionilla *autem,* Iouilla, Conilla, Ieonilla, Lonilla, Louilla, Innilla, Ionella, Ianilla, Iunilla. Neonem *demum quidam* Neronem, *alij* Neonam, *alij* Nenonem *vocant; Martyrologium Germanicum* Neonem, *ſed feminam aſſerit, capillis, vti Leonillam ac Ionillam, ſuſpenſam, poſtq; alios toleratos cruciatus plexam capite.*

Acta antiqua;

3 *Horum glorioſorum pugilum acta excepiſſe* S. Neon & Turbon *feruntur. Ea an vſpiam extent, haud valemus ſtatuere. Ipſa eſſe exiſtimabat Roſvveydus noſter, quæ ipſiuſmet manu ex vetuſtiſſimo codice Marci Velſeri deſcripta hic damus, planè egregia, ni mutila forent. Alia ex MSS. Audomarenſi, S. Maximini, S. Mariæ de Ripatorio accepimus, quæ paullùm expolita Surius, contracta Mombritius & Cornelius Graſius edidêre. Horum auctor* Warnaharius *fuit, qui Molano* Wariharius, *Galeſinio* Euariharius *dicitur. Ea* S. Ceraunio, *ſiue* Ceranno *dicauit, Epiſcopo Pariſienſi, qui ſediſſe traditur ſub Clodoueo II. ante* Leudebertum, *qui concilio Remenſi ſub Sonnatio an. 630. interfuit. Poſteriora hæc acta ait Galeſinius* mendis aliquot aſperſa. *Fatetur id ipſum Surius. at Baronius to. 2. ad an. 179. nu. 37.* quorum, *inquit,* martyrij acta extant, germana quidem, ſed iniuriâ temporũ aliquantulùm deprauata. *Supponunt plerique, hæc ipſa eſſe acta, quæ primitus* S. Neon *ſcripſit, quod ſanè nobis non probant: Roſvveydus Velſeriana illa putabat* Neonis *eſſe; nec id liquet.*

alia auctore VVarnahario:

Raderi de loco iudicium.

4 *Quod præcipuè in iis vitiatum queritur Baronius, eſt temporum character, dum ſub* Aureliano Imperatore *paſſi dicuntur,* S. Polycarpi *ætate; cùm hunc conſtet anno* M. Aurelij *ſeptimo, qui fuit Chriſti 168. martyrium ſubiiſſe;* Aurelianum *imperio potitum anno 270. Reſtituit ergo Baronius pro Aureliano, Aurelium;* cuius tempore, *inquit,* ex Quarto Præſide, qui illic ponitur, hi paſſi noſcuntur. Quartus enim Conſularis temporibus M. Aurelij & Lucij Veri in Vrbe claruit; geſsit & conſulatum vnà cum Lucio Vero. *At non* Quartus *Præſes in Actis nominatur, ſed* Quadratus. *quamquàm & quem ille cum* Lucio Vero *Conſulem fuiſſe ſcribit, non* Quartus, *ſed* T. Numidius Quadratus *fuit, anno Chriſti 167. Aſt vnde conſtat eum ipſum eſſe* Quadratum, *qui inter Primates & Iudices populi Lingonici recenſetur à VVarnahario? Omnia ferè Martyrologia (præter Romanum à Baronio correctum, & MS. quoddam monaſterij S. Maximini) non* Aurelium, *ſed* Aurelianum *habent. Ado tamen, Notkerus, Maurolycus, Felicius, MSS aliquot à S. Benigno S. Polycarpi diſcipulo, conuerſos, & ſub* Aureliano *interfectos memorant; quæ haud inuicem congruunt.*

quando paſſi:

5 *In priore vitâ nec* Aureliani, *nec* S. Polycarpi *mentio fit; nec apud Lingones paſſi, ſed in Cappadociâ dicuntur. Suffragantur Menæa Græcorum & Maximus Cythereus; nam XVI. Ianuarij ita habent:* Eodem die ſanctorum Martyrum & germanorum Peuſippi, Elaſippi, & Meſippi, & Neonilæ auiæ eorum.

vbi.

Etſi ſint equites nominum ſignificatione,
Pedites *tamen* currunt Tergemini ad flammam.
Neonila verò vetula rogum immanem
Velut quæpiam vegeta perpetitur iuuencula.

Fuerunt hi ex Cappadociâ, vno editi partu, egregiè docti equos domare, campoque flectere. Cùm aliquando patriam agentes Ionis Nemeſij ſolemnitatem, auiam ſuam inuitaſſent ad epulas; illa Chriſti fide probè erudita, eius circa nos diſpenſationem illis expoſuit, & gentilium deriſit idola. Continuò ea diſſertatio ſalutis iis occaſio fuit: ſinguli enim in memoriam rediêre ſomniorum, quæ iis ſupericri nocte erant oblata, viam ad Chriſti fidem veluti pandentia. Subitò igitur idola demoliti, Chriſtumque ſummâ libertate confeſſi, à Dominis ſuis in ignem coniecti, martyrij coronam percepêre. *Eadem ferè Maximus.* Leonillam *auiam ſolùm gladio percuſſam acta tradunt: quædam Martyrologia multis vnà cum* Neonillâ & Neone *excruciatam ſuppliciis: Menæa hic, ignis tormentum pertuliſſe. Quòd verò eius tergemini nepotes dicuntur* à Dominis ſuis *in ignem præcipitati, Præſides intellige ac reip. moderatores.*

6 *De patriâ ita breuiter commentatur Raderus in Notis MSS. ad Menæa:* Paſſi ſunt in Cappadociâ, & ad Lingonas tranſlati, qui Livio ſunt inter Padum & Alpes, Celtarum populi. *At dupliciter fallitur: nam neque inter Alpes & Padum coluêre Italici* Lingones; *nec iis Tergemini, ſiue viui, ſiue exuuiis eorum iſthuc deportatis obtigêre. Liuius lib. 5.* Pœnino deinde Boij Lingoneſque tranſgreſſi, cùm iam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur; Pado ratibus traiecto, non Etruſcos modò ſed etiam Vmbros agro pellunt: intra Apenninum tamen ſeſe tenuêre. *Nec ferè eorum alibi mentio, vt exiguum fuiſſe populum poſſis conijcere, & Boiorum nomine obſcuratum. Qui verò Tergeminorum vel ortu vel reliquiis nobilitati ſunt* Lingones, *ij in Galliâ Tranſalpinâ etiamnum celebres ſunt, quorum metropolis, circa* Matronæ *amnis fontes ſita in prouinciâ Lugdunenſi primâ, Gallicè* Langres *appellatur.*

Ex Variis.

§. II. *Reliquiæ Elvvangam translatæ.*

Eorum commemoratio, 9. Ianuar.

7 Aliis quoque diebus *ſanctorum horum Martyrum mentio fit in Martyrologiis, vel reiecto iſthuc hinc officio, vel ob quampiam tranſlationem. Sauſſaius in Supplemento Martyrologij Gallicani* IX. *Ianuarij eos refert, aut ſaltem* Leonillam, Ionillam, (*quam perperàm Leonillæ filiam facit*) Neonem, Turbonem; *traditq;* Leonillam Diuione ſepultam in eadem cryptâ, vbi S. Benignus Martyr ab ipsâ fuerat multo cum reuerentiæ officio tumulatus. *At non veriſimile eſt* S. Benignum *ante* Leonillam *interfectum, vt* 1. *Nouemb. dicemus.*

18. & 19 eiuſdem;

8 *In Kalendario monaſterij S. Ioannis Capuæ, quod recitat Michaël Monachus, referuntur* XVIII. *Ianuarij. quo die Galeſinius:* Lugduni S. Peuſepij & ſociorum Martyrum, qui Aureliano Cæſare coronantur. *Idem habet Ferrarius. citat vterque Mombritium, qui S. Speuſippi & ſociorum acta narrat. MS. Florarium eo die:* Inuentio & dedicatio ſanctorum Martyrum, Speuſippi, Eleuſippi, & Meleuſippi. *Ferrarius rurſum,* XIX. *Ianuarij ex Caniſio:* Elvvangæ in Sueuiâ Sanctorum Geminorum: *imò* Tergeminorum, *quos mox dicemus coli* Elvvangæ, *ſed* XVII. *Ianuarij. Denique idem Ferrarius* 18. *Februarij:* Lugduni ſanctorum Martyrum Speu-

18. Febr.

18. Septem.

ſippi & ſociorum. XVIII. *Septembris MS. Florarium:* Item inuentio & dedicatio ſanctorum Martyrum Speuſippi, Eleuſippi, & Meleuſippi. *Inuentionis huius, ac dedicationis baſilicæ eorum, mentio fit in fine actorum per VVarnaharium: quæ ſi ſunt ab ipſo ſcripta, antiquior aliqua Tergeminorum Inuentio contigit, nobis ignota. Petrus de Natal.* Quorum omnium, *inquit,* corpora diu latentia, proceſſu temporis inuenta ſunt, & digno honore tumulata.

Corpora eorum Elvvangam translata.

9 *Altero poſt* Warnaharij *ætatē ſeculo in Sueuiam translata eorum ſunt pignora. Teſtatur auctor vitæ S. Annonis apud Surium IV. Decembris, lib. 1. cap. 38.* In Sueuiâ, *inquit,* loco qui dicitur Cella S. Viti, quidam Alemannorum atque Burgundiorum Dux olim eccleſiam conſtituens, ſuis eam hæreditariis bonis ad ſuſtentationem monachorum illic Deo militantium abundare fecit. Qui deuotione pariter & fide inſtructus, cùm ſanctarum reliquiarum ſtudio Diuionem veniſſet, inde rediens, corpus Deo dilectiſſimi Martyris Benigni ſecum exportauit: qui diuinitus ab Oriente Galliis deſtinatus, poſt multos agones tandem ſub Aureliano Cæſare lanceâ militis percuſſus, in ſpecie niueæ columbæ cælos penetrauit. Illos quoque Tergeminos fratres, Speuſippum, Eleuſippum, & Meleuſippum, à prædicto Martyre baptizatos, & apud Lingones egregiè coronatos, vnà cum corpore S. Mamerti, ciuitatis illius Epiſcopi, Dux idem concedente Chriſto emeruit: lætuſque cum tanto cæleſtis patrocinij pignore fines Alemanniæ repetens, eccleſiæ, quam conſtruxit, deſiderabilem conſignauit theſaurum. *Idem aliis verbis narrat Cornelius Graſius.*

Elvvanga ſitus,

10 *Dux ille,* B. Hariolphus *fuit, cuius vitam ab* Ermenrico *ſcriptam, aut certè origines Elvvangenſis cœnobij, 13. Auguſti dabimus. Eſt* Elvvanga, *magnificum Sueuiæ monaſterium & oppidum, ad* Iagiſtam, *ſiue* Iaxtum *amnem, in pago, ſiue tractu, qui* Virguna, *vulgò* Virngrunt *dicitur.* Elephanciacum, *&* Elefancēſe *vocat Bruſchius; Cruſius Sueuicor. Annal. lib. 11. par. 1.* Elephanticum, *&* Elephancenſe; *alij* Elvvacenſe, *&* Elvvangenſe. *Ab* alce *ferâ (quam* Ellend, *vel* Elland *Teutoniĕ dicimus) ibidem captâ id nomen ductum tradit Cruſius; inq;* eius rei memoriam, *ſolemnibus feſtis Euangelia in eâ eccleſiâ cani ſolere, libro ſupra pulpitum locato pelle alces hirſutâ operto. Conditum* Elvvangenſe *cœnobium ſcribit Bruſchius anno* 764. *& mox ſecum ipſe pugnans obiiſſe ait* Victerbum *ſecundum Abbatem an.* 752. *Cruſius fundatum ait an.* 754. *Hoc ex Ermenrico conſtat* SS. Sulpitij *&* Seruiliani *Martyrum corpora* B. Erlolfo Epiſcopo ab Adriano Papa eſſe data, ſicque Domino Hariolfo fratri ſuo huc trāſlata Elvvangen. *at creatus eſt Pontifex* Adrianus *an.* 772. *Ab eodem* Erlolfo *fratre accepit fortaſis ſanctorum Tergeminorum reliquias; niſi ſi ipſe, quod quidam tradunt, in Epiſcopatum Lingonenſem fratri ſucceſſit, eumq; ſuo monaſterio theſaurum largitus eſt.*

nomen,

fundatio.

11 *Cæterùm coluntur Elvvangæ Tergemini veluti Patroni ſecundarij (præcipuus eſt* S. Vitus, *vt* 15. *Iunij dicemus) ritu duplici ſecūdæ claſſis cum octauâ, vt patet ex propriis officiis eius Ecclæ anno* 1631. *à ſacrâ Rituum congregatione confirmatis. De feſtiuitate, Tranſlatione in fine Lectionis ſextæ iſthæc memorantur:* Quorum corpora, vnà cum nonnullis reliquiis S. Deſiderij Epiſcopi & Martyris, è Lingonum ciuitate per B. Hariolphum & fratrem ipſius Erlolphum Lingonicenſes Epiſcopos Eluacum tranſlata, in eccleſiâ collegiatâ S. Viti requieſcunt.

Tergeminorū iſthic feſtiuitas.

ACTA

ex veteri MS. M. Velſeri.

CAPVT I.

Tergemini variè ad fidem inuitati.

Tergemini equos exercent.

1 Res pueri fratres, quaſi tres roſæ ex vnâ virgâ natæ florentes, ita hi ex vno vtero ſimul nati, & aſpectus gratiâ & ſapientiæ profectu pollebant. Quibus cura maxima hæc erat, vt equos alerent, vt familiam ampliarent. Quorum auia, Leonilla nomine, medicinam inſtructè cognouerat, & notis diligenter inſtructa, vt incomparabilis haberetur. Memorati autem pueri tres nepotes eius, & nutritores optimi equorum erant, & aſcenſores incomparabiles. Qui curſu rapidiſſimo ferebantur penè quotidie in locum, qui Paſmaſus appellatur, in quo ſtabat Dea Nemeſis, quam gentiles ſuperſtitione colebant.

Leonilla eorū auia medicinæ perita.

carnes Nemeſi oblatas reſpuit:

2 Iſti igitur cùm auiam ſuam Leonillam ad ſuum conuiuium inuitaſſent, & ea, quæ de ſacrificiis Nemeſis attulerant, quaſi pro benedictionibus poſuiſſent, Leonilla auia eorum dixit: Sic omni ſapientiâ eruditi eſtis, vt neſciatis idolorum culturam inimicam ſalutis humanæ ſemper exiſtere, & animas æternis pœnis in Tartaro religare? Ego Chriſti ancilla ſum, qui cælum fecit & terram, maria, & omnia, quæ in eis ſunt; qui poſt tenebroſam & cæcam noctem, lumen prodire iuſſit, ortum ſolis & occaſum ſegregauit, dies conſtituit, tempora diſpoſuit, lunæ curſum certis metarum anfractibus per plateas cæli ire conſtituit, ſtellis quoque ſplendentibus variâ claritate cælum ornauit, ſtatuit montes, fontes aperuit, campos extendit, perpetuos curſus fluminibus contulit, ab arboribus protulit poma, vitibus botryones exhibuit, oliuæ nemora pinguedinis gratiâ tam in refectiones quàm in ſplendores ſuppleuit; laxauit nubibus curſum, vt illic influant, ſicut ipſo iubente eas diſtinxerunt flabra ventorum; quæ nunc tepenti molliore temperant ſæculum, nunc rigenti algore penetrant mundum, vt fertilitatem agris impertiant, & viuentium omnium muniant ſoſpitatem: ipſo volente viuimus, ipſo paſcente alimur, ipſo *a* dominante veſtimur. Hunc ego Deum colo, & vt ipſum excolatis, admoneo. Nemeſis enim idolum eſt, quod execratur Deus, qui eſt in cælis. Cognoſcere enim debetis creatorem omnium Deum, vt de tenebris exeatis ad lucem, de morte reſurgatis ad vitam. Ego enim matrem veſtram in hac fide erudiui, quæ vos tres cùm vno ſubito partu fudiſſet in mundo, tertio à natiuitate veſtrâ anno exire iuſſa eſt de iſto ſæculo, *b* ad alterum ſæculum properare. Poſt cuius obitum pater vobis impedimentum fuit, vt nec ad veritatem potuiſſetis attingere, & ad portum ſalutis à tempeſtatibus dæmonum peruenire. Nunc verò omnia impedimenta ſublata ſunt, & ſapientia in veſtris ſenſibus regnat, & nihil tale profero ex ore meo, quod non euidentius agnoſcatis. Et ideò rogo vos, ſecundus fructus ventris mei, aperite oculos veſtros ad cælum, & idolo-

nepotes fidē inſtruit.

a

Mater eorum Chriſtiana, pater ethnica.

b

rum

rum omnium culturam, quasi inimicam saluti vestræ proficite, vt posſitis ad æterna gaudia peruenire.

Conuertuntur tergemini,

3 Hæc cùm dixisſet Leonilla, pueri stupefacti, alius ad alium attendebant, & fundentes lacrymas cœperunt dicere: O dulcisſima auia, vbi vsque nunc istam veritatem à nostris animis occultasti? Quibus illa respondit: Quoniam pater vester numquàm potuit in istâ veritate esse consensus, idcircò silui, ne verbum Dei, quod in vestris mentibus seminasſem, eo prohibente non posſet fructum adferre.

singuli diuerso & admirabili somnio ad id anteà inuitati:

4 Tunc illi tres recordati sunt visiones, quas viderant in eâ nocte, quæ transierat, & exclamans Speusippus dixit: Videbam me in visu noctis præteritæ in sinu auiæ meæ, quæ mamillam suam plenam lacte labiis meis infundens, dicebat: Speusippe bibe lac, quo in agone & in certamine dum veneris, quantum plus biberis, tantùm fortiùs & velociùs vincis. Et cùm hæc dixisſet Speusippus, Eleusippus dixit: Credite & me vidisſe huiuscemodi visionem: Vidi in cælo sedentem super sedẽ magnam ex electro & gemmis instructam; & dum me pauor tenuisſet, ita vt splendore nimio meos oculos obumbrarem, vocauit me ad se dicens: Noli timere: inimicum tuum vinces, & dum viceris, ad palmas attingis. Cumque hæc Elasippus retulisſet, exclamauit Melasippus dicens: Videbam & ego visum, & nescio quem Regem comparantem nos. Scribebat autem instrumenta nostra ex auro, & libertatem nostram simul faciens, totos tres nos ad militiam applicabat, cingebat baltheis, chlamydibus induebat, dicens: Auia vestra talia mihi obtulit munera, & tales pro vobis die ac nocte per seipsam & per amicos meos effudit preces, vt vos in meo palatio militetis. Cumque gratanter ea, quæ nobis dicebantur, audirem, vultu hilari Rex dixit mihi: Melasippe immortales equos paraui tibi & fratribus tuis.

a *Potiùs* donante.

b *Hinc corriga Maurolycum, Galesinium, Canisium, Saussaium, qui* Neonillam *Tergeminorum matrem fuisse scribunt, Petrus de Natal. lib 2. cap. 93. scribit* S. Leonillæ *sororem fuisse, conuersamq; viso miraculo in morte Tergeminorum.*

CAPVT II.

Idolis euersis, pleniùs instruuntur.

auia monitu,

5 ET hæc dicentes stupebant se isti tres fratres inuicem, & fletum tenere non poterant; dicentes visiones suas ita obliuionis vinculo fuisse religatas, vt nisi auia nostra hæc verba ad nos locuta fuisſet, ista quæ videmus, ad memoriam nostram penitùs non redisſent. Tunc vnanimes dixerunt ad auiam suam: Indica nobis, quid debeamus facere, vt possimus istum Deum colere, qui verus est. Quibus Leonilla dixit: Doceat vos Imperatoris exercitus, quid faciat tyranno & satellitibus eius, vt placeat Regi suo; & vos vt placeatis Regi cælesti, hæc facite diabolo, qui est verus tyrannus, & satellitibus eius, id est, dæmoniis, qui in idolis habitant.

idola euertunt.

Erant in domo illorum duodecim templa, in quibus erant duodecim simulacra, in quibus per singulos dies in singulis mensibus sacrificia exhibebant. Accedentes autem vnanimiter cum seruis suis, deiecerunt idola minutatim mittentes, a templa autem eorum funditus euerterunt: carnes verò, quæ sacrificatæ fuerant, canibus proiecerunt.

a

Auia Deo gratias agit.

6 Tunc Leonilla positis genibus in terrâ expandens manus suas ad cælum dixit: Hæc tua sunt opera, Pater Domini nostri Iesu Christi, quæ tibi Deus & Dominus noster Iesus Christus in Euangeliis exclamauit dicens: Confiteor tibi Pater Domine cæli & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ecce enim paruulis reuelasti regnum tuum, & confirmasti mentes eorum, exaudisti orationem meam, & nepotum meorum animas liberasti, & sensus eorum simulacris vanis obligatos tuis manibus exsoluisti.

Matth. 11. 25. Luc. 10. 21.

b 7 Tunc perrexit ad S. b Macarium Confessorem,

qui erat in exilio ab Antiochiâ missus in ergastulo Cappadociæ, in monte c Athar, qui est in suburbio d Nazanzæ ciuitatis, qui orationibus suis aquam fecit in ipso monte confluere; de nono enim milliario aquam sibi exules in eodem loco damnati portabant. Hos igitur nepotes suos perduxit ad eum: quos ille suscipiens, docuit omnia Catholicæ fidei mysteria, vnitatem Trinitatis, veritatem Deitatis, æqualitatem omnipotentiæ, nihil maius, nihil minus, idem esse substantiam, maiestatem, Deitatem, Patrem verè patrem esse, qui genuit filium, sicut lumen de lumine, fluuium de fonte, sicut verbum ex voce, sicut sonum ex verbo, sicut rationem de consilio, sicut gaudium de bono nuntio; ex eo esse Filium, ex quo est Pater, sicut ex eo fluuius, ex quo fons. Qui fluuius etiamsi doceatur posteà cucurrisse, semper tamen ictus in corde fontis fuit. Non enim fons aliquando sine aquâ esse potuit, sicut nec fuit aliquando sine Filio Pater: sicut verbum ex voce; ex quo enim vox, ex eo & verbum. sic & ratio ex consilio; ex quo enim consilium, ex eo & ratio: sicut & gaudium ex bono nuntio; ex quo enim bonum nuntium, ex eo & gaudium. Ideò enim & Euangelium bonum nuntium interpretatur, quia gaudium donauit flentibus, libertatem seruis, redemptionẽ captiuis, cæcis lumen reddidit, surdis auditum, salutem.... *hic (prô dolor!) solium vnum excisum erat.*

Ex MSS. c d

Deducti ad S. Macarium, ab eo mysterium Trinitatis docentur.

a *Saussaius addit,* Nemesis *ab iis comminutam statuam; quod est à* S. Neone *factum.*

b *Plures* Macarij *memorantur in sacris Fastis, etiam Antiochenî Antistites, de quibus suo loco, sed Tergeminorũ auo plerique posteriores.*

c *Alius huius nominis locus in Palæstinâ refertur Iosue* 19. 7. *qui aliis* Ather, *&* Ether.

d Nazianzus *aliis, &* Nazianzum *dicitur, oppidum exiguum, sed cui* Gregorius Theologus *isthic natus, paterq; ac mater sanctitate illustres, celebre pepererunt nomen.*

Melasippus generosè Præsidi respondet.

12 Dicit ei Hermogenes: Stulte moras nostras otiosas putas? non sicut vos vultis, ita peribitis. Melasippus dixit: Chorus nos Christianorum exspectat. occurrere volumus, si non ad sextam, vel ad nonam: si non ad nonam, vel ad vndecimam, vt accipiamus & nos, sicut illi, qui priores laborasse probantur, mercedem martyrij. Dicit ei Quadratus: Miser mortem tuam ante oculos vides, & sine timore loqueris? Melasippus dixit: Nos mortem non videmus, sed videmus vitam nostram, vultu hilari nos respicientem Dominum nostrum Iesum Christum, quem vos non potestis videre, quia oculi vestri pleni sunt caligine idolorum.

CAPVT IV.

Martyrio, cum auiâ aliisq;, coronantur.

Auia iussa eos reuocare à fide, in eâ confirmat.

13 TVnc iubent adduci auiam eorum Leonillam, & vocantes eam, secretè dicunt ei: Vade ad nepotes tuos, & dic eis, vt deponant vanitatem mentis suæ, & reædificent templa, & restituant deos, vt possint, sicut semper amati sunt, plus amari. Quibus ait Leonilla: Ego vadam, & persuadebo illis vt viuant. Cumque Leonilla venisſet ad eos, accedens hilari vultu, osculatur eos, & dicit: O agni sine maculâ, positi in medio luporum, estote prudentes sicut serpentes, & simplices vt colũbæ, in mansuetudine Christi: nulla vos terreat difficultas, nullæ pœnæ perterreant: occidi enim pro Christo maius est, quàm regnum assumere. Regnum enim mortale est hoc, quod in mundo est, illa autem vita æterna est.

Distenti, exultant in tormentis;

14 Tunc suspendi tres pueros in vnâ arbore præceperunt, ligantes manus eorum sursum, pedes verò deorsum, tantùm trochleis stridentibus eorum membra traxerunt, vt ossa apparerent, & nerui quasi in citharâ extensi. Illi verò sudorem habentes in facie tacitis vocibus Deo gratias referebant. Tunc Quadratus dixit: Vbi est Deus vester? Speusippus dixit: Hîc est, & ipse adiuuat nos, vt de pœnis vestris non solùm non doleamus, sed etiam rideamus. Palmatus dixit: Infelices & miseri, vno animo ad mortis vestræ interitum festinatis. Elasippus

Ex Mss. dixit: Vnus venter nos vno die genuit, vna mater tres filios dedit ſæculo, vna arbor tres Martyres tradidit Deo. Quadratus dixit: Non in iſtâ arbore moriemini, ſed vos hodie ignis conſumit. Melaſippus dixit ad eum: Qui vnus ignis erit, qui trinitatem noſtram trino Deo tradat in ſacrificium.

15 Tunc iubentibus his Palmato, Hermogene, & Quadrato ignis copioſus accenditur. Cùm autem moras facerent ligna portantes, conuerſi ad auiam ſuam dixerunt: Memor noſtri ſemper eſto in orationibus tuis, & cùm cibum acceperis frangis panem, & incipiunt micæ cadere de fragmento, collige micas de menſâ, & memor eſto nomina noſtra, vt & nos guſtemus de micis menſæ Regis noſtri, quia ſuper faciem terræ [a] non ſumus loti, vt de menſâ eius guſtemus panem. Quibus Leonilla dixit: Saturi eſtote, quia ſanguis veſter vos lauabit, & confeſſio veſtra candidis vos induit veſtimentis. Et ſtatim ad menſam Regis veſtri inter inuitatos accumbitis, quia veſtem nuptialem in martyrio ſuſcepiſtis. Ex illo enim die baptizati eſtis, ex quo idola confregiſtis, & credentes Deo ſermonem vitæ intus in animo recepiſtis. Sicut enim ſi quis baptizetur, & non credat ex toto corde, aqua baptiſmatis non ſolùm non tollit peccata, quæ habuit, ſed incipit ei addere incredulitatis ſuæ reatum & crimen; ita qui ex toto corde crediderit, ſi illi defuerit baptiſmus, non eum excludit à numero fidelium: Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem.

a in ſolo ſanguine ſuo baptizati.

Rom. 10. 10.

16 Igitur cùm eam credentes audirent, ligatis pedibus & manibus in medio ignis iactati ſunt. Statim ſicut de tribus Hebræis legitur, diſrupta ſunt vincula eorum, & cœperunt ſtare in oratione, & Deo gratias agere. Flamma enim in modum arcus exaltabatur ad nubes, illi verò immobiles permanebant, monentes ſeruos ſuos, & dicentes: Videte, ne ſeducamini ab eis, & timeatis homines vanos, & ad ſacrificium eorum penitùs non accedatis. Defecerunt autem ligna portantes. Mittere iuſſerunt tedas, oleum, pices, ceram, quæ omnia arſerunt, famulos autem Domini in nullo penitùs contingebat incendium.

In ignem coniecti non laduntur: Dan. 3.

17 At vbi finiti ſunt ignes & ligna, cœperunt Sancti inſultare Iudicibus ſuis, quibus & dixerunt: Dedit nobis Dominus Deus noſter poteſtatem, vtrum velimus, exire de corpore an non: quem nos rogauimus, vt igne deficiente, nos inſultaremus veſtræ perfidiæ, qui nobis hoc præſtare dignatus eſt. Ecce modò exultantes egredimur, nullam de igne veſtro habentes in corpore cicatricem. Et hæc dicentes poſitis genibus in oratione emiſerunt ſpiritum, tanquàm agni adhuc vocem benedictionis in ore geſtantes.

inſultant Iudicibus:

moriuntur in oratione.

18 In eâ horâ Iunilla quædam [b] paruulum tenens iactauit eum, & exclamauit dicens: Chriſtiana ſum. Vni ego Deo meo Ieſu Chriſto credo, immortali Regi & perpetuo. Quam irati iuſſerunt poſt tergum manibus à capillis ſuſpendi, dicentes: Niſi promiſeris negare te Chriſtum, & de ſacrificiis manducare, non inde deponêris. Ad quam accedens maritus eius dicens: Iunilla mea, coniux bona, miſerere mihi, & infanti filio tuo. cui eum derelinquis? Cui illa reſpondit: Paruulum ego genui, me autem Deus creauit: quem debeo ego anteponere, paruulum meum creatori meo, an creatorem meum, qui me & creauit & iudicaturus eſt? Ad aliorum autem metum citò iuſſa eſt duci ad vicum Orbatum, & vnà cum Leonillâ auiâ Sanctorum capite cædi.

b Iunilla Chriſtiana, ſuſpenditur,

mariti blanditias ſpernit,

plectitur capite cum Leonillâ.

19 Neon autem Exceptor, qui geſta ipſa ſcripſit, claudens codices ſuos, in quibus exceperat, collegæ ſuo Turboni conſignauit, & cucurrit ad Nemeſim, deiecit eam, & minutatim marmora eius miſit, & omnia quæ erant [c] idola minuta per gyrum eius contriuit. Quod factum cuſtodes templi nuntiantes, tenuerunt tamdiu cædentes & lapidantes, quouſque confeſſus Dei filium ſpiritum exhalaret.

Neon Exceptor idola euertit,

c occiditur.

20 Turbon autem ſcribens victorias confitentium Dominum Speuſippi, Elaſippi & Melaſippi, Leonillæ, Ionillæ, & Neonis, non poſt multum tempus martyrium perpeſſus eſt. Paſſi ſunt autem hi, qui ſuprà, XVI. Kal. Februarias, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

Turbon occiditur.

a *Hæc repugnant ei quod à VVarnahario aliiſq; Gallicis ſcriptoribus traditur, à* S. Benigno *fuiſſe baptizatos: quamquàm & ipſe ſibi, vt infrà dicemus, contradicit VVarnharius.*

b *Petrus de Natal.* relicto viro & duobus paruulis.

c *Multa de* Nemeſi *ex Pauſaniâ aliiſq; veteribus congerit Lilius Gregorius Giraldus hiſtoria Deorum ſyntagm. 16. Vincentius quoque Cartarius, & Laurentius Pignorius lib. de imaginib. Deor. At de his minutis per gyrum idolis nihil.*

ALIA ACTA

AVCTORE WARNAHARIO,

ex tribus veteribus MSS.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 SAncto & àme Pontificali apice præferendo, Domno [a] Ceraunio Papæ, VVarnaharius ſalutem.

a S. Ceraunius Epiſc. Pariſien.

Præcipuis beatiſſimorum Epiſcoporum perſonis aſſiduè coæquari meritis non deſiſtens, in omni conuerſatione ſacerdotij, ſanctâ quotidie exornari religione feſtinans, diuinarum litterarum legendi ſtudio vniuerſa dogmata peragraſti: nunc ſanctorum Martyrum geſta, ad laudis tuæ cumulum, pro amore religionis congregare in vrbe Pariſiacâ deuotus intendis. Vnde [b] ſancto Euſebio Cæſarienſi in æmulationis ſtudio coæquandus es, & pari gloriæ dono perpetualiter memorandus. Da veniam noſtræ imperitiæ, quoniam te tantùm laudare non ſufficimus, quantùm eſſes cordi ſi facundia ſuccurreret præferendus. Geſta Sanctorum geminorum, qui in ſuburbio Lingonicæ ciuitatis pretioſam adepti ſunt conſummationem martyrij; vel Beatiſſimi [c] Deſiderij Martyris & Antiſtitis ipſius ciuitatis, ſicut deuotionis ſtudio imperaſtis, ita deſiderantiſſimè me famulationis obedientiæ cognoſcatis.

Sanctorum geſta colligit.

b

c

a *De eo agemus 27. Septembris, quo tempore vixerit, diximus ſuprà in Prolegom. §. 1. nu. 3.*

b *Perperàm* Sanctus *appellatur hîc, & in multis Martyrologiis ad 21. Iunij* Euſebius Cæſareenſis *Epiſcopus, qui licet de Eccleſiâ non malè meritus ſit, dum geſta Sanctorum deſcripſit, tamen Ariana hæreſis propugnator fuit. Sed cùm* S. Euſebij Epiſcopi *nomen in ſacris tabulis reperiſſent quidam,* Cæſareenſem *exiſtimarunt, qui* Samoſatenſis *eſt, vt 21. Iunij dicemus: fortaſſis quidam* Samoſatenſis *nomen ob* Paulum *hæreſiarcham ſuſpectum habentes, auſi volut mendum corrigere. Conſule Baronium in Notat. ad Martyrol. eo die, & to. 3. an. 340. num. 42. vbi Sixtum Senenſem egregiè perſtringit, qui Euſebium Cæſareenſem auſus fuit ab hæreſi excuſare.*

c S. Deſiderij *Epiſc. Lingonenſis & Martyris vitam dabimus 23. Maij.*

CAPVT I.

S. Benigni ad Lingonas aduentus.

2 GLorioſa Martyrum certamina ſtudioſiùs reſerare Chriſto auctore cõpellimur, in cuius fidei amore acta fuiſſe procul dubio confitemur. Igitur ſancti tres gemini fratres, Speuſippus, Eleuſippus, & Meleoſippus, cum quantis ad martyrij dignitatem præmiis peruenerint, explanare potiùs, quàm præterire, pleniſſimâ conuenit ratione. Admirandum ſatis eſt, & Dei omnipotentis prædeſtinatione multipliciter præferendum. Ergo huius rei ordinem proſequentes, & gratiarum beneficia largitoris diligentiùs perpenſantes principium publicemus.

3 De-

a

3 Denique S. Polycarpus *a* Epheſi vrbis Epiſcopus, doctrinâ beatiſſimi Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ perfectè inſtructus, Spiritu ſancto repletus, fidei ducatu cupiens Chriſti militiam ampliare, per diuerſas mundi partes ſuos dirigebat diſcipulos, verbum Domini noſtri Ieſu Chriſti gentibus fiducialiter prædicare. Audiens itaque Aurelianum Imperatorem, poſt diſceſſum *b* Seueri impij perſecutoris, crudeliſſimam denuò reſuſcitaſſe perſecutionem, & quòd malo peior Princeps Principi ſucceſſiſſet in regno, & Galliarum prouincias coram ſe ſuiſque Præſidibus, ac generaliter in cuncto populo ſibi ſubdito promulgaſſe edictum, & decreuiſſe, vt diuerſis omnes omnino punirentur ſuppliciis Chriſtiani, B. Polycarpus ſanctos Dei Sacerdotes, id eſt, *c* Andochium & *d* Benignum Preſbyteros, & Thyrſum Diaconum, illuc prædicationis cauſsâ deſtinauit, viros ſcilicet virtutibus præſtantiſſimos, in Dei amore diffuſos, ad certaminis agonem feſtinos, pro Chriſti nomine itinerum labores aſſumere omnino deuotos, pericula maris ſuſtinere non tardos, peregrinationes ambienter expetere hilares, ac parentes pro religione Chriſti gratanter relinquere, pœnarum ſupplicia vel beatæ mortis paſſionem deſiderare potiùs, non timere.

S. Polycarpus ſuos ad diuerſa loca mittit;

b

c

d

tres viros ſanctos in Galliam:

4 Qui viri tres obedientes ſanctis monitis, nauiculam aſcendẽtes, Sanctis Sanctus valedicens Polycarpus, ita tradidit in mandatis: Ite viri fortes, in fortitudine Chriſti fortiter dimicantes, per ſanctam Chriſti confeſſionem plures commilitones acquirite; cum quibus de victoriâ triumphantes, nomen & dignitatis gloriam poſſitis adipiſci ſempiternam. Fructus laboris veſtri, multiplici opulentiâ cumulentur; iuſtorum paradiſi ſedes per vos plurimùm de ſanctarum animarum adquiſitione lætentur. His & aliis multis eos S. Polycarpus proſequebatur orationibus.

abeuntibus benè precatur.

5 Illi verò nauigantes feliciter, gubernatione diuinâ, ad Maſſilienſium littora celeriùs peruenerunt: egreſſique ad terras, Dei Angelo præcedente, proſperum iter agentes, *e* Æduam ciuitatem ingrediuntur: ibique Domini prouiſione, reperto Fauſto, nobiliſſimæ familiæ viro, Senatoriâ dignitate conſpicuo, & Prætorianis faſcibus ſublimato, gratiſſimè ab eodem hoſpitio ſunt recepti. Quos cùm comperiſſet eſſe Preſbyteros, ſuppliciter poſtulauit, vt amicos, vel familiam ſuam per ablutionem baptiſmatis efficerent Chriſtianos. Ille verò propter eminentem perſecutionem Chriſtum colebat occultè. Obtulit etiam & filium ſuum, *f* Symphorianum adoleſcentem, Sanctorum prædicationibus vel diuinâ prædeſtinatione ſucciduis temporibus præclarum Martyrem futurum. Et ſanctis tradens manibus, vt à Sancto baptizaretur Benigno, & de ſacro fontis lauacro à Sancto ſuſciperetur Andochio, attentiùs deprecatus eſt. Illi verò opus ad quod venerant alacres peragentes, & tanti viri obtemperantes precibus, per baptiſmi gratiam, voluntatis ſuæ deſideriis in omnibus ſatisfecerunt.

e

Excipiuntur apud Æduos à Fauſto:

f

eius filium Symphorianũ baptizant.

6 Poſt hæc cùm præfatus Fauſtus cauſſam petitionis per collationem ſermonum ſanctorum Sacerdotum diligentiùs exploraſſet, ſororem nepoteſque eius in memoriam diuina pietas perduxit. Tunc ait eis: Eſt mihi ſoror germana, Leonilla nomine, illuſtris matrona, ciuis vrbis Lingonicæ; cui ſunt nepotes ex filio tres gemini fratres vno partu ſimul editi, litteris liberalibus eruditi, paternâ tamen traditione adhuc gentili errore viuentes; quos mater deſiderat ad Chriſti militiam ſociare. Subuenite ſanctiſſimi Sacerdotes ſuis deuotionibus, & nobiliſſimam nobilitate familiam, quam cœpiſtis. His dictis ſancti viri, rem pro quâ venerant attentiùs pertractantes, placuit vtriſque conſilium, vt S. Benignus ad territorium Lingonicum illuſtrandum, iuxta Dei ſententiam, properaret. Sancti verò Andochius & Thyrſus Auguſtodunenſem villam plurimùm in diuinis prædicationibus augmentantes, non poſt multum ſpatium temporis ſub Aureliano Principe, felici ſunt coronati martyrio. Sanctum itaque Benignum præfatus Fauſtus ſorori ſuæ pro munere diuino, ſicut erat, de præſenti tranſmiſit. Illa eum ſcilicet veluti manna, quod de cælo deſcendit, cum omni veneratione ſuſcepit.

S. Benignus mittitur ad Leonillam Fauſti ſororem.

AVCTORE VVARNAHARIO, EX MSS.

a *Non* Epheſi, *ſed* Smyrnæ *Epiſcopus fuit S. Polycarpus, vt ad eius vitam 26. Ianuarij dicemus.*

b *Annus 59 poſt* Seueri *mortem imperare cœpit* Aurelianus: *neutrius tempora attigit* S. Polycarpus.

c *De* SS Andochio & Thyrſo *agemus 24. Septemb.*

d *Vitam* S. Benigni *dabimus 1. Nouemb. ſed ipſam quoque ab incuriôſo deſcriptã auctore, qui ſub* Marco Antonino *miſſum à S. Polycarpo in Gallias* Benignum *cum ſociis tradat,* Seuero *in Chriſtianos ſæuiente peruenieſſe Lugdunum, ſub* Aureliano *tandem martyrio perfunctum In eâ vitâ mentio quoque fit* S. Leonillæ, *& tergeminorum eius nepotum.*

e *Ea vrbs* Auguſtodunum, *ſiue* Auguſtodunus *appellatur,* Auguſti montem tranſfert quod Celtica lingua, *vt interpretatur Ericas in vitâ S. Germani Autiſiodorenſis. Vnde corrigas quod Cornelius Graſius ſcribit Sanctos Æduâ Auguſtodunum contendiſſe.*

f *De* S. Symphoriano *agemus 22. Auguſti.*

CAPVT II.

Tergemini, auiæ monitu, & ſomniis, ad fidem inuitati.

a

7 IN eadem igitur die memorati nepotes ſui, in agro cui Paſinaſius nomen eſt, ad ſimulacrum *a* Deæ Nemeſis ritu ſolito profana ſacrificia offerebant; & de ſuperſtitioſis libaminibus, auiæ ſuæ reſidua reſeruauerant: quam inuitantes ad conuiuium ſeruata protulerunt. Illa verò omnia proiiciens canibus, reſpuit tamquàm ſtercus. Tunc accedens ad eos eminùs cum S. Benigno talia cœpit verba producere: Cariſſimi nepotes, cognoſcite Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum verum Deum eſſe, cui Angeli, & omnis creatura iuſtam exhibent ſeruitutem, qui mundum omnem conſtituit, omnemque rerum materiam libratam verbi ſubitâ diſpoſitione compoſuit; cæli altitudinem eadem viſione extendit; terrarum ſpatia multiplicia latè latiùs dilatauit; immenſum abyſſi pelagus congregari, & littoribus coarctari, momentaneâ ſententiâ ordinauit; pinxit cælum ſtellis, & duo luminaria præcipua conſtituens, quæ omnia ſucciduâ viciſſitudine, quæ fecerat, exornarent, ac veſtita lumine cuncta detegerent omnino decreuit; mare omne in piſcium habitatione ad perambulandum conceſſit; diuerſis arboribus & graminibus tellurem omnem veſtiuit; omnia quæ mundi quæque animantia creſcentia, vel viuentia ſunt, eadem conſtitutione creauit. Poſtremò hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam formauit, quem ad hoc ſapientiæ, & intelligentiæ ſingulari dono locupletauit, vt tantam mundanæ magnitudinis fabricam, vel omnia quæ patrauit diligentiùs requirat, vt diſcernat bonum à malo, ne per ignorantiæ deſidiam poſtponat auctorem; ſed vt ſimulacris hominum manu factis ex diuerſis metallis, ſenſu carentibus, & omni vitali ſpiramine deſolatis, ad humanam deceptionem diabolicâ adinuentione figuratis, non ſolùm cultura m venerationis iis exhibere non debeat, verùm etiam vt immunda in omni abuſione deſpiciendo diffugiat. Ipſius enim peruerſa adinuentio in hoc mundo idola figurauit, qui Adam primum hominem in Paradiſo conſtitutum, per præuaricationem decepit. Derelinquite ergo dulciſſimi nepotes omnia idola dæmonibus conſecrata, & Creatorem omnium rerum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſine vllâ ambiguitate confitemini. Hunc *b* virum S. Benignum, quem ſtantem coram vobis cernitis, de longinquâ regione ad vos pietate diuinâ credite fuiſſe tranſmiſſum. Attendite igitur ad verba oris eius: Dei enim ſunt præcepta, quæ de ore eius procedunt, diſcite ab eodem doctrinam plus omni munere copioſam, & veſtræ ſaluationi ſuper omnia opportunam.

Ea ſuis nepotibus Tergeminis fidem exponit.

b

8 Dum hæc ſaluberrima alloquia S. Leonilla cum S. Benigno ſuis nepotibus prædicaret, & in cordibus eorum iam inſpirata gratia diuinitus conualeſceret; miro pari-

AVCTORE VVARNAHARIO, EX MSS.

pariter adſtiterunt ſtupore defixi, & ſe inuicem intuentes, conſideranteſque omnia, quæ eis dicta fuerant, & conuerſi ad auiam ſuam vnanimes dixerunt vnâ voce: Quare tantam & tam præcipuam rem, tam diu tectam ſilentio tenuiſti? cur nobis veritatis viam & lumen præclarum tantis temporibus occultaſti? Quibus illa blando ſermone reſpondens, eleuans oculos, & manus ad cælos expandens, Deo gratias agens, infit: Filius meus pater veſter in tantâ cordis perſeuerauit duritiâ, vt in tartareâ ſede demerſus, delictorum obumbratus caligine, deſolatus omni ſapientiâ, & intellectu cæcatus peruerſitatis conſilio, Chriſtum Dominum nec credidit, nec vmquam voluit confiteri. Quid ei prodeſſe poterat ſermo diuinus, cuius interiora cordis incredulitatis malitia ad integrum poſſidebat, & lumen verum circumſeptus idolorum caligine videre non poterat? Ipſe fecit mihi hactenus taciturnitatis ſilentium cuſtodire, dum timui ne ſuâ inimicâ ſuaſione vos faceret à recto tramite perpetualiter deuiare. Voluntate enim Dei eo deficiente omnia impedimenta ſublata ſunt. Ecce nunc tempus acceptabile. Aperite ergo oculos cordis & corporis, cælum potiùs intuentes, idolorum inimicam ſaluti veſtræ culturam, Domini noſtri Ieſu Chriſti repleti gratiâ, ab animis veſtris radicitus exſtirpate, vt poſſitis ad æterna gaudia peruenire.

Cur non priùs id egerit.

9 Dum hæc & alia plura B. Leonilla cum S. Benigno nepotibus ſuis narraſſet, vt credulitatis indicia diuina pietas in eiſdem patefaceret; viſiones, quas nocte præteritâ viderant, in memoriam reuocauerunt. Primus Speuſippus dixit: Videbam me in viſione noctis præteritæ, in ſinu auiæ meæ, quæ mamillam ſuam plenam lacte labiis meis infundens, dicebat: Speuſippe bibe lac, quoniam in agone & certamine cùm veneris, quantò plus biberis, tantò fortiùs, & velociùs vinces. Et hæc cùm dixiſſet Speuſippus, Eleuſippus ait: Credite & me huiuſcemodi vidiſſe viſionem: Vidi in cælo ſuper ſedem magnam ſedentem, quaſi ex electro & gemmis, maieſtatis potentiâ radiantem, cuius ſplendor immenſus meum obumbrauit aſpectum, & ob ſtuporem nimium pauor cordis mei terruit intellectum. Tunc is vultu ſereno me vocans ad ſe, dixit: Noli timere, coronam victoriæ promereberis. Tertio loco Meleuſippus viſionem ſuam expoſuit: Vidi & ego neſcio quem Regem magnum ſatis, ſingularia ſceptra tenentem. Hic nos tres pariter ad ſuam militiam prouocabat, præclaris baltheis accingebat, magno nos pretio à captiuitatis vinculo redimebat, perpetuæ libertatis noſtræ præmia aureis litteris ſcribebat, donis nos indeficientibus ſimul remunerabat. Super his ad me hortandum addidit, dicens: Meleuſippe, vos tres fratres in meo palatio collocare decreui, & æternis præmiis pariter coronare. Auia veſtra cunctis diebus ac noctibus pro veſtrâ ſalute ſupplices preces effundit, vt recto tramite gradientes liberati de tenebroſâ caligine, verum lumen contemplari poſſitis, & de condemnatione mortis ad vitam veniatis perpetuam. Hæc & alia plurima adhortationum verba mihi Rex, quem dixi, narrauit in viſu. O quàm admirandas, quàm concordantes, & vnius rei indicia deſignantes, vel in perpetuâ memoriâ retinendas, in noctis tenebris adhuc poſiti, illuminati iam prædeſtinatione ex gratia Spiritus ſancti, tres fratres gemini meruerunt videre viſiones! His tribus pueris, obtentu auiæ, anteà eſt Trinitas reuelata per gratiam, antequàm plenam Chriſti perciperent diſciplinam. Viderunt illuminatis ex parte oculis priùs Dominum Deum, quàm per oris confeſſionem plenius cognoſcerent Saluatorem.

Singuli conuerſionem ſuam & agonem myſtico ſomnio prædocti erant.

a *Menæa* Ioui Nemeſio *ſacrificaſſe Tergeminos traduni; qui mythographus ignotus, niſi ſit dictus, quòd* Nemeſim *cygni ſpecie ompreſſit, cùm ipſa vel in anſerem eſſet mutata, vel decepta à Venere in aquilam versâ. Vide Lilium in Caſtoribus.*

b *Alia MSS.* Felicem.

CAPVT III.

Euerſis idolis, fidem publicè profeſſi.

10 PErpenſantes denique infra ſe Sancti Gemini de cõcordationibus viſionum, prædicationibus S. Benigni ac B. Leonillæ orationibus inceſsãter inſtructi, cogitabant attentiùs quid agere procurarent; deſiderantes etiam vt detersâ caligine purum claritatis lumen in viſu lucis viſibiliter contemplarentur, & Deum viuum & verum ſine vllâ ambiguitate cognoſcerent. Tunc dixerunt ad auiam ſuam: Indica nobis quid faciamus, vt prædicatio veſtra omnibus erroribus effugatis, noſtram poſſit proficere ad ſalutem. His dictis B. Leonilla exultans de ſanctâ confeſſione nepotum ſuorum, & Deo gratias agens, dixit ad eos vnà cum S. Benigno: Cuſtodite ergo omnia præcepta diuina, & Regem regum Chriſtum Deum eſſe ſine dubio credite, ſeparati à nefandis idolis, voſmetipſos Creatori veſtro Deo offerte. Docuit autem eos S. Benignus omnem ſanctam doctrinam, & perfectos in fide Chriſti confeſſionem credulitatis veram & manifeſtam, per infuſionem ſancti Spiritus, vt cognouit eoſdem ad integrum recepiſſe, baptiſmatis ipſius pariter gratiâ conſecrauit. Deinde S. Benignus [a] Diuionem petiit caſtrum, vbi plures laboris ſui fructus congregans, non poſt multum tempus pro multis meritis condignam martyrij coronam promeruit,

Inſtructi baptizantur à S. Benigno.

a

11 Sancti verò gemini fratres, confirmati in omni credulitate Chriſti, ſeruis ſuis præceperunt vt ſimulacrum Nemeſis confringerent, & duodecim templa, quæ in domo eorum erant conſtituta, funditus euerterent; ipſas etiam idolorum ſtatuas ſimul in confractionem redactas, protinus diſſiparent: feceruntque ſerui omnia, quæ fuerant à dominis imperata.

Idola euertunt.

12 Intereà fama citata percurrens, cunctos terminos ciuitatis Lingonicæ peragrauit, nuntians tres geminos fratres nepotes B. Leonillæ, illuſtribus ortos natalibus, ad Chriſti cultum deuotionis ſtudio manifeſtiſſimè declinaſſe, & Ieſu Chriſti omnipotentis fiducià, deorum ſimulacra pro nihilo ducentes & in omni abuſione deſpicientes, à fundamentis cum ipſis idolis euerti iuſſiſſe. Creſcit rumor immenſus in populo, excitantur in iracundiam Primates, Iudices, & ſacerdotes idolorum, & nimio furore ſuccenſi ad Dei pueros vndique conueniunt; congregatiq́; in vnum dixerunt Primates ad eos: Quæ vos tam repentina inuaſit temeritas? quis vos perſuaſit culturam deorum noſtrorum relinquere, quam noſtri veſtriq́ue veteres ab antiquis temporibus coluiſſe noſcuntur, decreta Principum conuellentes? Chriſtum, quem pro Deo adoratis, Iudæi ipſum in mortis condemnatione cruci affixerunt. Tum Sancti repleti Spiritu ſancto dixerunt ad eos: O dementes in profundâ demerſi caligine, perpetuis tenebris obumbrati, & nimiâ grauati mole peccatorum, pœnarum indeficientium morte perpetuâ condemnati, antiqui hoſtis errore decepti, quid nos ſaxa & cetera metalla, in hominum effigies ab hominibus figurata, adorare compellitis, quæ nullum vitæ ſpiraculum habere videntur? quæ nihil ſunt, nihil ſentiunt, pro nihilo abs ſtultis omnino coluntur. Deus verus & viuus Pater & Filius & Spiritus ſanctus, vnus in trinitate Deitatis, & trinus in maieſtatis vnitate credendus. Dominus noſter Ieſus Chriſtus ipſe eſt Deus de Deo, lumen de lumine, ſplendor à ſplendore procedens, qui ſemper eſt ſemperque fuit, & ſemper ipſe ſine fine manebit. Ipſe fecit omnia quæ in hoc mundo ſunt.

Concurrit aduersùs eos populus.

Reddunt fidei rationem.

13 Tunc permoti ſunt Primates populi & Iudices & ſacerdotes, qui ad ſpectaculum venerant, in nimiâ iracundiâ contra ſanctos Dei famulos. Exurgens autem Quadratus iracundiâ repletus Speuſippum & Eleuſippum pugno percuſſit in facie, quia ipſi duo tantùm locuti fuerant. Condolens Meleuſippus exclamauit dicẽs:

ad tormẽta intrepidi.

Cur

Cur me de iſto percuſſionis dono cum fratribus meis non feciſti participem? In illis oſtendiſti optabile principium paſſionis, me autem quaſi pro tuis incredulis actibus honorans à ſancto conſortio ſequeſtraſti. Vnanimes in Chriſti confeſſione ſumus, æqualiter per veſtram perfidiam de Chriſti remuneratione congratulamur. Quadratus dixit: Hodie vos pro contemptu deorum noſtrorum diuerſis cruciatibus puniri diſponimus. Eleuſippus dixit: Quantùm nobis maiora tormenta parabitis, tantò ampliùs nos de Dei gratiâ confortatis. Palmatius dixit: Niſi linguas eorum radicitus amputemus, non ceſſabunt loqui iniuriam noſtram, vel deorum noſtrorum. Speuſippus dixit: Si linguas noſtras crudelitas veſtra carnales abſciderit, in interioribus noſtris magnalia Dei narrabimus, & de ſanctâ credulitate Chriſti nũquàm nos malitia veſtra ſeparabit. Iterum Palmatius, & Hermogenes aiunt: Infelices vnanimiter ad mortis veſtræ interitum feſtinatis. Speuſippus dixit: Mori enim pro Chriſti nomine glorioſum eſt; inde ad vitam celeriùs perueniemus æternam, vbi nulla triſtitia eſt, ſed gaudia quæ nullo tempore finiuntur.

a Diuio, *Gallicè* Diion; *vrbs primaria Ducatus Burgundiæ, fusè deſcribitur à Claudio Roberto in Galliâ Chriſtianâ.*

CAPVT IV.

Variè cruciati, coronantur.

Miſſa vt eos à fide abducat Leonilla, a

14 VIdenteſque eos Palmatius & Quadratus, & Hermogenes in Chriſti confeſſione conſtanter perdurare, cogitabant attentiùs quid agerent, vel quibus grauiſſimis pœnis affligerentur, quo genere mortis, propter *a* meritum eorum qui aduenerant, crudeliſſimo damnarentur. Dum hæc diligentiùs pertractarent, B. Leonillam ſeorſum ad ſe accerſiri præcipiunt; ſi forſitan eius blanditiis, & ſuaſionibus parentalibus reuocare eos potuiſſet ad culturam deorum, vt Chriſti maieſtatis Deitatem per omnia denegarent. Cumque B. Leonilla ad eoſdem peruenisſet, dixerunt ei Iudices: Perge ad nepotes tuos, & ſi eos ſaluare deſideras, & à pœnarum ſupplìciis, vel mortis liberare interitu, ſuade eis vt templa reſtituant quæ deſtruxerunt; deos autem noſtros adorantes, conſuetudinaria offerant ſacrificia. Hæc & alia plura dicentes, dixit ad eos B. Leonilla: Ibo, & ſuadebo eis omnia quæ ſaluti eorum congruunt.

in eâ confirmat.

15 Veniens denique B. Leonilla ad nepotes ſuos, cùm cognouiſſet eos in ſanctâ perſeuerare confeſſione, multâ extitit exultatione gauiſa, præbens omnibus dulcia oſcula, lacrymans præ gaudio, & multas Deo omnipotenti preces effundens, & gratias agens Chriſto, dixit nepotibus ſuis: Nullus de genere veſtro nobilior, nullus ditior, nullus gratior, quàm vos, in Chriſto inuenitur. Omnem progeniem veſtram præclarâ confeſſione Chriſti perpetualiter illuſtraſtis. In tenerâ ætate poſiti cunctos ſeniores originis veſtræ ſapientiâ præceſſiſtis. Theſaurum immenſum plus omni pretio copioſum per Chriſti militiam adquiſiſtis. Eſtote ergo in ſanctâ Chriſti religione viriliter perſeuerantes. Nulla vos frangat aduerſitas, nullæ minæ, nulla tormentorum ſupplicia veſtros terreant animos fortiter in fide Chriſti armatos. Regna huius mundi, quæ videntur, & cum vitâ temporaliter finiuntur, nihil ſunt: regnum enim Dei inuiſibile & ſempiternum concupiſcere perpetua eſt, atque perfecta, & ſuper omnia opportuna ſapientiæ plenitudo. Per hos temporales labores & ſubitò tranſitorias pœnas ad æterna gaudia peruenietis. Videns itaque eos plenos gratiæ Chriſti in ſuâ ſtabilitate manere, & promiſſam fidem fortiter ſeruare, Deo commendans cum integrâ deuotione nepotes, diſceſſit ab eis.

16 Interrogati autem à Iudicibus ſi vellent conſentire eis, & deorum ſimulacra publicâ voce confiteri; ergo cùm illi pertinaci ſententiâ in Chriſti amore perſiſterent, & nullatenùs voluiſſent aſſenſum præbere pe-

tentibus, ligatis ſurſum manibus, pedibus verò deorſum, in arbore vnâ ſuſpenſi ſunt: tantâ verò tormentorum adinuentione extenſi, vt penè putarentur ab ipsâ membrorum compage ſeparari. Confortati tamen à Chriſto, vt virtutis tolerantiâ diuinitus interiùs miniſtratâ, in confeſſione & credulitate Chriſti viriliter permanebant: & in ipſis tormentis ſuſpenſus cum fratribus Meleuſippus Iudicibus inſultabat, dicens: Dominus noſter Saluator Ieſus Chriſtus clauis affixus, in Trinitate colendus, pro noſtrâ redemptione ſancto pependit in ligno, vnde crucis ſignaculum adipiſci promeruimus. Nos quoque tres ſui famuli in vno hoc pendentes ſtipite pro eius nomine efficiamur glorioſi Martyres. O beatum fructum ipſius arboris, quæ tres portauit Martyres, Trinitatis nomine conſecratos.

AVCTORE VVARNAHARIO, EX MSS. *Suſpenſi tortiq; exultant.*

17 Videnteſque eos Iudices confortari, non contriſtari in ſuppliciis, dixerunt ad eos: Non in iſtâ arbore, ſicut vos velle dicitis, moriemini, ſed igne vltore peribitis. Meleuſippus iterum reſpondens, ait ad eos: Maior nobis erit beatitudinis augmentatio, ſi per ignem probati tranſierimus ad Deum, & de tenebris per hunc ignem perpetuam veniamus ad lucem. Tum denique Iudices, propter metum qui aderant populorum, ligna, & reliqua quæ ſolent focis incrementa præbere expediunt; & ignis copioſus accenditur. Ligatis manibus & pedibus Sancti Gemini in ignem præcipitantur. Adfuit Chriſtus Saluator in medio, & diſruptis vinculis ſancti Martyres gloriabantur in igne, & nullum de eis contingebat incendium. O beatus ignis, qui tantùm *b* originale purgauit peccatum & nullum in Sanctorum membris diminutionis incendio intulit detrimentum! Adiuuit potiùs ignis Sanctos, per quem nocere voluit & non potuit inimicus. Ignis ab incredulis acriùs incendebatur, vt Sanctorum corpora ſine morâ comburerentur: ſed conuerſâ miſericordiâ diuinâ in melius, inde Sanctis lumen inextinguibile præparauit. Flammæ ardentes altiùs eleuatæ ſunt; ſed Chriſti opificio famulantes Sanctorum præcipuam gloriam oſtendebant, quæ damnosè à perſecutoribus præparatæ fuerant ad ruinam. Ignis ad Sanctorum membra conſumenda vires proprias habere non potuit, quoniam Dei potentia vaporem caloris pro ſuis Sanctis pietatis ſtudio temperauit.

Cõiiciuntur in ignem: illæſi manent: b

18 Viderunt impij & iniqui perſecutores inter immenſas flammas exultare ſanctos Geminos, & perſeuerare inlæſos, quos putauerunt tanto incendio ſubitò videre conſumptos. Ambulandi Sanctis in igne eſt à Chriſto permiſſa licentia, vt maior accreſceret incredulis, myſteria diuina videntibus, de confuſione triſtitia. Defecerunt itaque ligna, & omnia ignium incrementa. Sancti verò Gemini deficientibus flãmis in medio ſtantes perſecutorũ malitias irridebant, dicentes: Data eſt nobis, ſi volumus, de præſenti ad Chriſtum migrandi poteſtas; &, ſi adhuc *c* deſideramus, veſtræ dementiæ viuentes in hoc ſeculo inſultare conceſſum eſt. Nam nobis melius eſt ad eius epulas feſtinare, vbi fœneratio non deficit largitoris. Poſt ſopitum ignem cùm increduli ad Sanctos Dei Geminos eminus appropinquaſſent, nullas ſolliciti potuerunt videre in membris Sanctorum de incendio cicatrices. Sed vt maior non fieret deſiderantibus mora martyrij, & vt præparatas dudum immarceſcibiles iam acciperent à Chriſto remunerante coronas, videntes choros *d* Angelorum ad ſe excipiendos, & ante oculos eorum adſtare paratos; tunc continuò flectentes genua in terrâ, in oratione proſtrati, felici Chriſti euocatione inuitati, ſanctum ſimul efflantes ſpiritum, pariter migraſſe noſcuntur ad cælos.

inſultant Iudicibus: c vident Angelos e d moriuntur:

19 Delata ſunt autem corpora eorum ac ſepulta à deuotis in *e* ſecundo miliario ab vrbe Lingonicâ, in vico qui vocatur Vrbatus, vbi ſe duæ viæ maximæ ſociant, & aliæ ante has à diuerſâ parte ſe ſubiungunt: vt ibi & expedita voluntatis deuotio, & viantium opportuna ſatis ſubiuncta collatio ſemper frequens adſit populorum,

e ſepeliuntur:

Ex MSS. rum, & ad eorum vndique limina ad orationem concurſio. Ibiq́ue etiam quicquid deuotè precantur, obtentu ſanctorum germanorum quotidie Deo largiente præſtatur: ſanitatum ibidem ſuffragia per eoſdem ſedulè infirmantibus miniſtrantur: mœrentibus conſortationis conſolatio ſine morâ conceditur, & præcipuus circa baſilicam eorum ſemper additur cultus, & opum largitas in melius à deuotis quotidie ampliatur.

clarent miraculis.

a *MS. Ripat.* metum Iudæorum.

b *Quomodò* originale purgauit peccatum, *ſi iam antè erant à* S. Benigno *baptizati: Hæc ex prioribus Actis tranſtulit VVarnarius, nec expendit quia antè de eorum baptiſmo attexuiſſet.*

c *Alia MSS.* deliberamus.

d *Petrus de Natal.* Viſiq́ue ſunt Angeli cum luce multâ eorum animas colligentes.

e *MS. Martyrol. Brug.* in vno.

CAPVT V.

Auia, aliiq́. comites martyrij.

20 ILlud etiam rationabiliter congruit adnectendum, quod ad laudem Sanctorum Geminorum augendam, vel cultum religionis dignoſcitur pertinere; nam per eorum ſanctam adquiſitionem numerus eſt Martyrum, inſpirante Deo, ampliatus. Videns denique Ionilla quædam mulier tam pretioſam Sanctorum geminorum martyrij conſummationem, ſpreto maritali conſortio, paruuli & vnici filij dulcem relinquens amplexum, inter incredulas turbas adhuc in perſecutionis ardore commotas, veloci curſu properans, exclamauit dicens: Et ego Chriſti ancilla ſum, Chriſtum Deum viuum & verum ſine vllâ ambiguitate pronuntio: idola veſtra ignominioſa & vana omnino adorare deſpicio. His dictis continuò comprehenſa eſt, & propter metum circumſtantium populorum à capillis ſuſpenſa eſt multiſq; afflicta ſuppliciis, cùm Chriſtum negare coacta nullatenus voluiſſet, vnà cum B. Leonillâ auiá Sanctorum ad locum deducta martyrij, ad memoratum vicum Vrbatum à perſecutoribus pariter gladio ſunt peremptæ a.

Ionilla & Leonilla martyrio coronantur:

21 Neon quoque exceptor geſtæ huius rei atque ſcriptor, tradens Turboni codicem, inter medias turbas perſecutorum ingreſſus, cupiens Sanctorum geminorum militiæ beatiſſimæ ſociari, Chriſti nomen confeſſus eſt. Qui illicò à perſecutoribus diuerſis ſuppliciis afflictus, & vitâ temporali expoliatus, martyrio continuò meruit honorari. Turbon quoque non poſt multum temporis, doctrinâ beatiſſimorum geminorum perfectè inſtructus, à perſecutoribus captus, & ipſe martyrij eſt remuneratione locupletatus.

item Neon & Turbon.

22 Acta ſunt hæc ſub Aureliano Principe, Palmatio, Quadrato & Hermogene Præſidibus, ſub die ſextâ decimâ Kalẽdarum Februariarum. Adinuentio ſanctorum corporum Geminorum, vel dedicatio baſilicæ Sanctorum Geminorum excolenda eſt b XIV. Kal. Octobr. regnãte Chriſto Deo noſtro in ſecula ſeculorum. Amen.

a *Sauſſaius in Supplemento Martyrol. Gallicani 9. Ianu. ſcribit* S. Leonillam apud Diuionem ſepultam *in eadem cryptâ in quâ S. Benignus ab ipsâ fuerat tumulatus.*

b *Momb.* IV. Kal.

DE SS. MARTYRIB. AFRICANIS MVCIO, VICTORE, MISTRIANO, SALVIO, MISELIANO, VICTORICO, TEVSSA, FORTVNATO, VENERIA, SARTA, SATVRNINO, HORTISIANO, LEVCIO, MISVRIANO, VINCENTIA, ALBA, TIMOTHEO, INGENVLA, VICTORIA, & aliis.

XVII. IANVAR. *GLorioſam hanc turmam exhibuit nobis vetuſtiſſimum S. Hieronymi Martyrologium, in hunc modum*: In Africâ, Muci, Victoris, Miſtriani, Salui, Miſeliani, Victorici, Teuſſæ, Fortunatæ, Veneriæ, Sartæ, Saturnini, Hortiſiani, Leuci, Miſuriani, Vincentiæ, Albæ, Timothei, Ingenulæ, Victoriæ. *Tres ſolùm recenſentur in Rhinavvienſi MS.* In Africâ, Mutij, Victoris, & Fortunati. *Plures, ſed confusè, in veteri MS. Hibernico conuentus Dungalenſis:* Germanorum trium, Speuſepi, Helapi, Munici. Victoris, Fortunati, Mucci, Teuciſij, Martini & aliorum XLV. Miccæ, Miſtriani, Marcelli, Salui, Sulpicij, Meſalani, Teuſeæ, Victoricij, Veneriæ, Satæ, Leonillæ, Iunillæ, Ingenulæ, Victoriæ, Saturnini, Albæ, Hortiſiani, Vincentiæ, Leucij, Rubentij, Miſuriani, Timoſæi. *In aliquot ergo nominibus diſcrepant. Hibernicum* Muccium, *pro* Mucio; *pro* Miſeliano, Meſalanum: *fortè* Meſſalianus, *vel* Meſſalinus *ſcriptum fuit*; *pro* Victorico, Victoricium; Teuſeam, *pro* Teusâ; Satam, *pro* Sartâ; Timoſæum, *pro* Timotheo. *Addit præter Tergeminos, Leonillam, & Iunillam, de quibus antè egimus,* Teuciſium, Miccam, Marcellum, Sulpitium, Rubentium, Martinum & alios XLV. *De* Rubentio & Martino, *quem* Martyrium *eſſe S. Hieronymi coniicimus, infrà ſeparatim. His duobus an iungendi illi XLV, an Africanis, ambiguum eſt.* Sulpitium *arbitramur* Pium *eſſe, Bituricenſem Antiſtitem*: Marcellum, *Dienſem, quem in IX. Aprilis videri reiiciendum monuimus. pro* Fortunatâ, *MSS. Rhinavv. & Dungal.* Fortunatum *habent; hac potiùs ſequi libuit.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS RVBENTIO ET MARTYRIO.

XVII. IANVAR. *EAdem hos quoque MSS. tulêre S. Hieronymi:* In Orientе natalis Rubentij & Martyrij. *Dungallenſe, vt iam diximus, cum Africanis Martyribus permiſcet; progq́;* Martyrio Martinum *ſubſtituit; &, dubium eſt an hic an illis, alios XLV. ſocios addit.*

DE

DE S. GENVLPHO EPISCOPO APVD BITVRIGES IN GALLIA.

Ex Variis.

SECVLO III. XVII. IANVAR. *S. Genulphus an Cadurcorum Episcopus?*

1 *ADVRCI Aquitaniæ primæ populi* S. Genulphum, *veluti primum suæ ciuitatis Antistitem, venerantur* XVII. *Ianuarij, vti auctor est Guilielmus de la Croix Iurisconsultus in Cadurcensium Episcoporum historiâ. Confirmat id maiorum traditione, Lectionarij vetusti illius Ecclesiæ & Martyrologiorum fide. Quod in Actis, quæ mox dabimus, dicitur* Giturnicensem, *siue, vt ipse scribit,* Giturnienſem *populum Christianis mysteriis imbuisse, id de* Cadurcensi *interpretatur, itaq; restituendum monet. Sed cùm in Aquitaniâ primâ sint* Cadurci, *cur in secundâ vitâ cap. 5. num. 25. dicitur*: Post hæc autem sancti viri cunctis Ecclesiæ illius (*Geturnicensis*) valedicentes Fratribus, inde recesserunt, & Galliam Aquitanicam petierunt, *& quidem cùm non nisi tres isthic menses egissent? In priore vitâ multò etiam perplexiùs, an in Galliâ Giturnicensis statuatur ciuitas, addubites. Ita enim cap. 7. num. 31. dicitur:* Confirmatis itaque cunctis in Domini seruitio, inde recesserunt ambo; & post aliquantula laboriosæ viæ spatia, ad Gallias peruenerunt, in prædiolo, quod dicebatur Cella dæmoniorum, super fluuiolum Naonis situm, & in territorio Bituricensi positum.

saltem Apostolus.

2 *Obiici illud quoque potest, si verè eius vrbis Episcopus fuit; quî licuerit ei post trimestre eam Ecclesiam deserere. Videtur (vt eâ ætate, ac diu etiam pòst, moris fuit) Episcopus factus à Pontifice Romano nullius certæ Sedis, sed ad Apostolicum munus vbiuis aptiùs peragendum, initiandosq; sacerdotio quos idoneos reperisset. Cùm verò erectâ posteà in Cadurcorum ciuitate Cathedrâ Episcopali, meminissent ciues se aut maiores suos à* S. Genulpho *Episcopo fidem accepisse, eum in suorum Episcoporum catalogo primum scripsere. Illud certè in plurimis Ecclesiis obseruare licet, vt alibi diximus, dicemusq; de Tungrensibus atque Agrippinensibus in Galliâ nostrâ Belgicâ.*

Eius natalis.

3 *Ceterùm Cadurcensis Ecclesiæ traditioni suffragantur Martyrologia quædam. Nam Molanus in Addit. ad Vsuardum, & Galesinius ita scribunt:* Eodem die S. Genulphi primi Episcopi Cathurcensis & Confessoris. *Ferrarius:* Cadurcis in Galliâ S. Genulphi primi eius vrbis Episcopi. *Recensetur quoque à Claudio Roberto, & Ioanne Chenu inter Cadurcenses Episcopos. Andreas Saussaius hoc die prolixum eius elogium recitat, at non disertè Cadurcorum Episcopum scribit: scribit tamen in indice, & 13. Nouembris. Maurolycus, licet in eam sententiam illum de la Croix citet, solùm tamen id habet:* Item Genulfi Præsulis. *Martyrologium Colonienſe & Carthusiæ Colon. auctarium ad Vsuardum:* Genulphi Episcopi & Confessoris. *Hic* Gengulphus *esse videtur, de quo MS. Florarium 16. Ianuarij:* Ipso die S. Gengulfi Episcopi & Confessoris. *Nam qui XI. Maij colitur* S. Gengulfus, *Martyr fuit, nec Episcopus: neque alium eius nominis Sanctum adhuc reperimus.*

Translatio 20. Iunij.

4 S. Gundulphum, *qui in Martyrologio Romano 17. Iunij memoratur,* Genulphum *esse Guilielmus de la Croix existimat; quòd in Breuiario Biturícensi eadem acta recensentur* Gundulphi 17. *Iunij, quæ in Cadurcensi* Genulphi 17. *Ianuarij: eo ergo die translationem illius agi, hoc natalem. Nam quod lib. Miraculorum cap. 5. num. 19. dicitur* XII. Kal. Iulij *ea facta translatio, legendum existimat,* XV. Kal. Iulij. *At prior vita lib. 2. cap. 2. num. 13. expresè habet in omnibus MSS.* duodecimo Kal. Iulij. *Quo die Bellinus de Padua editionis Parisiensis an.* 1521. Ipso die S. Genuli Episcopi & Confessoris. *Maurolycus:* Item Genulfi Præsulis. *MS. quoddam recentius:* Translatio S. Genuli Confessoris. *Die verò 17. Iunij Vsuardus:* In territorio Biturícensi S. Gundulphi Episcopi & Confessoris. *Consentit Martyrologium Romanum, Felicius, Maurolycus, Bellinus, MSS. plurima: sed ab aliis* Gundolphus, Gondulphus, Gondolphus *appellatur. Galesinius:* In pago Biturico S. Gundolphi Episcopi & Confessoris: cuius pietas cùm in ceteris religionis officiis, tum in captiuis redimendis mirificè eluxit. *Idem de eo prædicat Ghinius, idem Ferrarius, ac Canisius; sed hic Biturícensem Episcopum facit,* qui tamen, *vt rectè animaduertit Ferrarius,* in tabulis Democharis non apparet, *nec Ioannis Chenu, aut Claudij Roberti. Est autem in Biturícensi ditione tum vetus* S. Genulphi *cella* super Naonem, *tum celebre* S. Genulphi *monasterium* ad Angerim, *siue* Indrum *flumen.*

Reliquiæ Parisiis.

5 *Iacobus Breulius lib. 1. Antiquitat. Parisien. enumerans reliquias, quæ in cathedrali S. Mariæ ecclesiâ asseruantur, ista de S. Genulpho scribit:* Theca S. Gendulphi, siue Genulphi, Romani, qui à S. Sixto I. (*imò II.*) Episcopus factus, missúsque in Galliam ad prædicandum gentibus Euangelium, multa isthic pertulit, in fornacem etiam ardentem coniectus, vnde illæsus exiit, vt refertur in secunda parte, siue æstiuâ, noui Breuiarij Parisiensis 13. Nouembris. Ædificârat in Biturigibus cœnobium, vbi eodem die (*imò 17. Ianuarij*) decessit. Corpus deinde illius ac caput Parisios ad basilicam S. Mariæ deportatum est, vbi quotannis festum illius ritu duplici celebratur. *Idem scribit de la Croix, testaturq; in veteri Breuiario Parisiensi acta* S. Genulphi *eodem propè contextu, iisdemq; penè verbis, quibus in Cadurcensi, commemorari.*

Translatio secunda.

6 *Eo die Carthusiani Colonienses in addit. ad Vsuardum:* Parisius, S. Gundulphi Episcopi & Confessoris. *Idem adscriptum erat aliâ manu ad vetustissimum exemplar Vsuardi quod ibidem in monasterio S. Germani de Pratis asseruatur, habebaturq; in alio exemplari ante annos circiter 400. exarato: in hoc tamen* Gendulfus, *in illo* Gandulfus *dicebatur: in aliis nostris Vsuardi Martyrologiis desideratur. Ast in editione Parisiensi an. 1536. & Molani auctario ad Vsuardum, ita habetur:* Parisius, transitus S. Gendulphi Episcopi à B. Sixto ordinati: cuius iussu mortuum gentilis suscitauit filium. Eius caput requiescit in magnâ ecclesiâ B. Mariæ Virginis Parisius. *Eadem Canisius in Martyrologio Germanico; corrigendus tamen, quòd eo die non translationem, sed dormitionem, siue depositionem agi scribat. MS. Florarium:* Eodem die S. Gendulphi Episcopi & Confessoris. Hic à die ordinationis suæ vsque ad mortem vinum non bibit; nec nisi panem hordeaceum comedit, & cilicium asperrimum gestauit: sicque à ceteris hominibus longè ipsius vita fuit. *Saussaius:* Lutetiæ Parisiorum, susceptio pretiosi corporis S. Genulphi, aliàs Gendulphi, Episcopi Caturcensis, ex eius cellâ Biturícensi, vbi sanctissimè demortuus est post edita Apostolicæ gratiæ testimonia XVI. Kal. Februarij. *E cellâ, in quâ mortuus est, priùs in territorium Niuernense ad S. Petri ecclesiam translatus fuit, atque in sancti Saluatoris Stradense monasterium, ab eo* S. Genulphi *dictum; hinc tandem Parisios. Ferrarius:* Lutetiæ S. Gendulphi Episcopi Parisiensis. *Citat Molanum & Canisium, qui* illum tradunt à S. Sixto Papâ ordinatum, missúmque illò. *Ast hoc postremum illi non tradunt; nec Parisiensis Episcopus fuit, vt ex dictis liquet.*

Acta à S. Sebasto scripta:

7 *Primus S. Sebastus, triennio post mortem S. Genulphi,* mandauit litteris quidquid de eius ac S. Geniti gestis illo in tempore potuit cognoscere, & quæ eorum discipuli fideli narratione studuerunt patefacere; *vt in priore vitâ lib. 2. cap. 1. num. 5. dicitur. & in secundâ vitâ cap. 6. nu. 33.* Quin etiam ipsorum gesta Sanctorum, quæ à Leonto & ceteris discipulis eorum didicerat, scripsit. *Ea vita an vspiam extet, haud scimus. Aliam post annum Christi 900. scriptam damus ex MS. codice Ripatorij, collatam cum MS. Normannico, quod à Frederico Floueto nostro accepimus. Descripsit eamdem, sed minùs integram ac correctam, ex codice Longpontico*

aliæ:

Nicolaus

AVCTORE ANONYMO, EX MSS. item alia. *Liber miraculorum.*

Nicolaus Belfortius Sueſſione Canonicus regularis. Aliam edidit in Bibliothecâ Floriacenſi Ioannes Boſcius Pariſienſis: cui librum miraculorum ſubiunxit. Hic ab eodemne ſit auctore ſcriptus, an alio, non facile eſt ſtatuere. Agnoſcere ſubinde ſtyli ſimilitudinem licet, vt quòd carmina & heniſtichia interſerat: at multa repetit antè aliter dicta, vnde alium meritò exiſtimes. Fuit certè auctor libri miraculorum inſtituti Benedictini profeſſor, vt cap. 4. num. 13. patet, & quidem in ipſo ad Angerem S. Geneſij *cœnobio, vt pluribus locis, præſertim num. 16. 29. 37. 39. 41. 47. ſignificat, vixitq; poſt annum Chriſti 990. vt ex cap. 12. num. 50. manifeſtum eſt. Capita aptiùs diſtinximus, omiſſis titulis, qui additi recentiori operâ, fortaſſis ab ipſo Boſcio, videbantur. prioris tamen diuiſionis numeros ad oram paginæ expreſſimus.*

VITA

ex duobus veteribus MSS.

LIBER I.

PROLOGVS.

Vtile eſt Sanctos laudare.

1 MIRABILIS Chriſti virtus & ſapientia mirabiliter in Sanctis eſt adoranda: quæ ſemper iniuſtis reſpectum cùm promittit miſericordiæ, & coronat iuſtos gloriâ & honore. Quorum in numero vt poſſimus computari, magnum nobis debet videri, dum talibus ac tantis miſeris peccatoribus ad impetrandam veniam conceditur Chriſtus laudari in Sanctis ſuis fidelibus. Nam laudabunt Dominum qui requirunt eum. Et quamuis non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris, conuertamur ad aliquem Sanctorum, vt dum nigredo ſcelerum nos decolorat, pallium frequentatæ laudationis eos quotidie inuitet ad auxilium noſtri. Ecce ſi recolamus diuitias miſericordiæ Dei, non nos fraudare vult ſuâ gratiâ, quibus ad exemplum proponit Sanctorum ſuorum mirabilem vitam, qui modò tentationibus variis, diuerſiſque perſecutionibus, nec non tormentis multiplicibus cæleſtem lætitiam capeſſunt pro deſudatis laboribus. Qui, vt multos prætermittamus, ne ſuper arenam multiplicentur, ad ſancti Patris Genulfi diem natalitium cõuertimus ſtyli officium: & videant & probent pueri cum ſenioribus, & minùs creduli cum iam perfectioribus, quid poſſint ſperare ab ipſo quem mirificauit Altiſſimus ab ipſo matris vtero, omnium virtutum replens dotalitio. Nam antequàm matris aluo eſſet editus, (quia numquàm deſunt vaniloqui perſecutores ſanctæ Dei Eccleſiæ) illis in temporibus nimiùm perſecutio Imperatoris Decij in Chriſtianos exardeſcebat, maximè in vrbe Romanâ, adeò vt Chriſti nominis confeſſores idolis ſacrificare compellerentur, variis tormentorum plectentes pœnas cruciatibus, pro annullatis dæmonum ſuperſtitionibus.

CAPVT I.

S. Genulphi parentes. adoleſcentia.

a S. Genulphus, parentum piorum,

2 HOc in tempore fuit quidam, nomine & merito vocitatus Genitus, Chriſtiani nominis amator feruentiſſimus, & ſanguinis egregij de nobilitate verendus, *a* quem mentis & corporis ſumma ingenuitas commendabilem Chriſto ſub occulto habitu diuinæ religionis fecerat. Qui, vt apis prudentiſſima, variis virtutum floſculis ſe ipſum in corde Deo beneplacitum fecerat, pauperibus pio corde ſubueniens, viduas & orphanos compaſſibili corde eleemoſynis ſuſtentans; quatenus datâ eleemoſynâ munda eſſent ſibi animæ palatia. Reſpuens autem illecebroſæ ſpurca voluptatis, cauſsâ procreandorum liberorum accepit ſibi moribus conſimilem ſociam, excellentiſſimis ortam natalibus, nomine *b* Acliam, quæ Chriſti magiſterio ſubſeruiens, valdè dilecta eſt ab ipſo.

b

3 Agentes igitur multa annorum luſtra mutuæ familiaritatis Deo amica colloquia, & iuxta morem commorantes duo in carne vnâ, dum animæ nouos partus Deo offerunt quotidie, aliquamdiu *c* infecundi ſine filiis carnis viſi ſunt tempus expleſſe. Incedentes igitur ambo in iuſtificationibus Domini & cuſtodientes voluntatem eius in mandatis cæleſtibus, tandem poſt pauca in commune decreuerunt, Domini clementiam poſtulare, vt ſacro ſemine ſterilia viſcera repleri permitteret; quatenus de arcâ ventris repletâ bonâ voluntate in hanc lucem effunderet, qui multorum neceſſitatibus proficuus, totiuſque bonitatis exemplum & forma extitiſſet. Audierant enim: Qui multos ad iuſtitiam eruDan. 12. 3. diunt, fulgebunt ſicut ſol in perpetuas æternitates: & gaudebant, imò deſiderabant Chriſti ſegetem per ſe perque ſuos centuplicatæ cumulationis fructibus gliſcere. Hos ergo tanto ardentes ſpirituali deſiderio dignatus inuiſere Chriſtus ſolitâ dignatione ſeruulos, ad niſum eorum dedit beatiſſimæ Acliæ conceptum. Quod lætabundo cernens beatus pater Genitus oculo, gratanti animo innumerabiles ſuperno exauditori gratias retulit, geminum in animo replicans affectum, vtpote ſciens Deum ſibi eſſe propitium, & qui potuiſſet precibus promereri filium. Tandem ex materni ventris palatio præclariſſimo partu huic luci effuſo, cum indicibili gaudio parentes eius conuentum faciunt, ſacrique fontis trinâ ſubmerſione fœcunda natiuitas parentum manibus Deo amabilem & dilectum effecit, Genulfumque vocari diſpoſuit.

diu ſteriliũm. *c* *precibus impetratus,* *naſciturus*

4 In ſpiritualibus autem puer excreſcens exercitiis, & ab ipſis cunabulis aleam deuitans caduci mundi, ſpretis ceruicoſis conatibus; huiuſcemodi multifariam eius elegantiam, bonæque ſpei principium ſtupido corde mirabantur cuncti, vtpote inſolitum aliquid. Nam quinquennis à parentibus traditus *d* B. Sixto Papæ Romano, qui ſub præfato maledicto Decio poſtmodùm pœnas ſubiit pro cæleſti Domino, multis precibus, ſacris imbuendum tirociniis ei puerum contradunt; vt cæleſti magiſterio dignus, oculato corde, circumſpectâque deuotione fidei, curreret ſine offensâ viam mandatorum Dei: quatenus in tempore malo & in diebus famis verborum Dei, ſe murum pro domo Iſraël exoneret; & pane eloquiorum ſapientiæ & ſcientiæ cæleſtis corda eſurientium reficeret. Vir denique ſanctiſſimus blandæ adoptionis portu intromittes eum in ſpiritualium plantationum viridario, promptuaria teneræ infantiæ lactabat: donec poſt paullulum panis ſcientiæ ſic confirmauit ſenſuum primordia, vt docili memoriâ vetus & nouum teſtamentum retineret infantia. Confirmabat doctrix omnium Domini clementia in puero ſenſus & corda, vt de infantili pectore videres emanare fluenta omnis doctrinæ, & moribus authenticis in puero radicatum cor ſenile. Erat pulchrum ſpectare imbecillis pueri annoſam patientiam, dum à conſimilibus pateretur mille conuicia, à maioribus crebra verbera, à minoribus pro poſſe impelleretur cum iniuriâ: & tamen hæc & multa alia propter nomen Domini cum gaudio magno patienter ſufferebat.

d *à S. Sixto II. inſtituitur.* *inſigni memoriâ præditus.* *eximiè patiens.*

5 Perpendens quoque iam præfatus prudentiſſimæ memoriæ ſanctus Præſul Sixtus tantam illius ſanctitatem, pulchris patientiæ *e* adoreis albicantem, verè dignũ in quo Dominus habitaret templum, ieiuniis caſtigatum, oratione puriſſimum eum fore perſenſit, eique Eccleſiaſticæ adminiſtrationis gradus contradidit. Poſtque Epiſcopij inſignibus conſtipatus decenter in medio Eccleſiæ fulgebat ſtolâ vernante Sacerdos. Qui ſanctus puer dum eſſet poſitus primis puerilibus annis, & pro poſſe deſudaret in ſcholaribus diſciplinis; eius Deo & hominibus dilecta genitrix Aclia migrauit à ſeculo, cuius memoria in benedictione eſt coram Deo ſemper.

e *Fit Epiſcopus,* *matre mortuâ.*

6 Ideò autem patrem eius oppleuit dolor luctificus, vt conſolationem vix admitteret, deflens perdidiſſe animæ ſuæ dimidium, in quo requieſcebat, in cuius amicabili

micabili ſocietate erat ſolatium & pauſatio animæ poſt Deum. Tandem ad conſolationis ſuffugium veniens B. Sixtum, cui iam tradiderat bonæ ſpei filium, ſingultuoſæ plorationis elegiacam lacrymabilemque querimoniam de amiſsâ coniuge coram ipſo expoſuit. Præfatus autem Epiſcopus de ſpirituali theſauro proferens noua & vetera conſolationum antidota, mœſtificum cor & humi mœrore deiectum, manu conſolationis ſiccauit, vt ſine aliquâ conſolationis intercapedine moram pati neſciret in recipiendâ conſolatione: ſed grates innumeras Altiſſimo referens, quæ fuerant luctus cœperũt eſſe gaudij; indignum cenſens eam iam deflere, quam adſciuerat ſupernus in æternâ requie, cùm ſcriptum ſit: Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo. Sicque magis iam pro ſe erat ſollicitus, cœpitque attentiùs in mundanæ exultationis exilio deflere incolatum cæleſtis patriæ, & vt meteret in gaudio in lacrymis ſeminare.

Patrem conſolatur S. Sixtus.

Luc.10. 20.

a *MSS. duo habebant*, cuius.

b *Sauſſaius in Martyrol. Gallicano 29. Octob. & Guillelmus de la Croix* Acciam *appellant, alij* Achliam, Adiam, Achiam, Achiam.

c *La Croix matrem ſolam ſterilem facit. Vtra vtraque infecundos fuiſſe ait, nec diſtinguit cuius vitio.*

d S. Sixtus II. 6. *Aug. ſub Valeriano & Gallieno, non ſub Decio, martyrio coronatus eſt. Iacobus Breullius lib. 1. Antiquit. Pariſien. mendosè ſcribit S.* Genitum *à* S. Sixto I *miſſum in Galliam. Ceterùm nondum Pontifex erat* Sixtus *cùm* Genulphum *quinquennem ſuſcepit erudiendum, ſi eum deinde Epiſcopum creauit.*

Adorea. e *Papias:* Adorea, laus bellica, victoria, bona exiſtimatio. *Plinius lib. 18. cap. 3.* Gloriam denique ipſam à farris honore adoream appellabant. *eſt enim* ador *far, ſiue, vt idem habet ibidem cap. 8.* far, adoreum veteres appellauêre.

CAP. II.

Apoſtolatus in Gallias.

a Sauiente Decio,

7 His in temporibus prefatum Imperatorem Decium contigit *a* Romam veniſſe, armatum malignæ ſtomachationis adinuentionibus: & de nigro pectore trahens mille ſuſpiria, truci vultu, incompoſito mentis habitu, & toto malignitatis debacchans ſpiritu, aduerſùs Chriſtianos, ceu leo frendens, quos Chriſti nomen confitentes offendit, vnum erat & illud irreuocabile, aut profano cultui mancipari, aut vitæ huius bonis priuari, & cum tormento & cruciatibus interire; non recogitãs miſer, quid proderat mutis animas damnare metallis, & volucrem turpemque bouem, tortumque draconem ſemihominemque canem, vt plenus homo ſupplex adoraret. Mandans igitur Duces cum *b* Grafionibus, vicarioſque cum militibus, de Chriſtianorum iniuſtis perſecutionibus in commune pertractabant. Tantaque erat furoris eius indignatio, vt niſi noceret, mortuum ſe crederet.

b

mittuntur ambo à S. Sixto in Gallias.

8 Igitur fama tantæ cladis quaquauersùm peruolitans, B. Sixtum latere non potuit, vocanſque S. Genitum ad ſe venire fecit. Cui inter multa diuinorum alloquiorũ chariſmata, proficuæ vtilitatis retexuit *c* theoremata, inquiens: O mi frater lepidiſſime, & morum probitate in Chriſto Genite, num conſideras immemorem omnis bonitatis, qualiter diatim ſollicitatur circa ſepta Dominici ouilis, non vt ſaluet, ſed vt occidat, & vnâ perditione nomen Saluatoris de terrâ viuentium diſperdat? Non es immemor, vt credo, Dominici præcepti dicentis: Qui patrem aut matrem, & multa quæ ſubiungit, pluſquam me diligit, non eſt me dignus. Quod neceſſarium eſt fideli mente amplecti, & recogitandum eſt, ne dum omnes ob amorem inuictæ profeſſionis pro Dei nomine ad palmam ſupernæ vocationis per martyrium greſſus mentis dirigunt, deſint cultores meſſis Dominicæ: maximè cùm Martyres ſolâ voluntate poſſimus exiſtere, vitiis & voluptatibus reſiſtendo, ſemper in *d* ſcammate carnis, irremiſſis fidei lacertis agonizando. Iubemur denique ſi nos perſecuti fuerint in vnâ ciuitate, furori locum cedere. Quapropter, mi dilecte, adimple præceptum Domini, & vadens vende omnia quæ habes & da pauperibus, Galliarumque partes indubitatâ fide expete, & Genulfum ſanctiſſimæ laudabilitatis tuæ habebis baculum. His namque in partibus iam fructificabat verbum Dei, & in ore omnium laus verſabatur Angelorum.

c

Matth. 10. 37.

d

Matth. 10. 23.

Aſcetore Anonymo, ex MSS.

9 Cumque his ſacris admonitionibus eum inſtrueret, multaque horum ſimilia de cæleſtibus mandatis repeteret, ſanctiſſimo viro Genulfo ſacra myſteriorum ſolemnia cum ingenti honore celebrare præcepit. Expletiſque myſteriis, valefecit eis B. Sixtus, iterumque iterumque de amore Chriſti multa repetens, dedit poteſtatem S. Genulfo liberâ auctoritate prædicandi ſalutare mandatum, & per vniuerſas regiones profectionis eorum, prædicationis exercere aratrum. Quibus exeuntibus ſtatim ab vrbe Romanâ, ſecundùm verba Euangelij vendiderunt omnia ſua, & pretium poſuerunt in ſinu pauperum, orphanorum, ac viduarum, nihil ſibi reſeruantes ex omnibus, vt iuſtitia eorum maneret in perpetuis æternitatibus. Tandem ergo poſt multos ſcrupeæ viæ anfractus, incognitas partes Galliæ cœperunt *e* introintrare. In quamcumque autem domum habuerunt diuerticulum, dicebant: Pax huic domui. Filius pacis ſit cum egredientibus, pax cum ingredientibus: ſicque præmiſsâ pace quibus poterant remiſſionem delictorum curauerunt impertire.

Suadent pauperibus.

e Peruenisse in Gallias.

10 Beato autem Genulfo poſt ſacri ordinis functionem, præbuit hirtum tegumen camelus, præter quod tempore celebrandi myſterij mollibus induebatur lineis, ac ceteris, qui ad tanti myſterij .... pertinerent, nitidis ornatibus: rurſuſque conſummato myſterio, aſperrimo ex pilis reinduebatur *f* trogulo. A die quoque ſuæ ordinationis vſque in diem ſui obitus, potus vini manſit incognitus, præter quod libabat in calice ſacrarum Miſſarum celebratione. Panis hordeaceus ſimiliter ſumebatur, non vſque ad ſatietatem, ſed parciùs, coanguſtans & attenuans ſemper pro Dei amore nobile corpus.

S. Genulphi inueſtitus vigiliæ, auſteritas.

f

a *Anno Chriſti 249. caſo ad Veronam* Philippo *imperium arripuit* Decius, *tenuitque menſes 30.*

b Grafio, Graphio, Graphus, Grauius, Grauo, *Teutonicè Graſe.* Graef, *id eſt, Comes, Præſes, Præfectus.*

c Θεώρημα, præceptum; *à* θεωρέω contemplor, animaduerto.

d Σκάμμα *ſtadium eſt, ſiue locus certaminis, vt ad vitam S. Luciani 7. Ianu. notauimus;* ἀσκάπτω, fodio, *quòd foſſâ præceptus eſſet is locus.*

e *MS. Rip.* inthronizare.

f *De* trogulo *diximus 15. Ianuar. ad vitam* S. Mauri *Abbatis. MS. Belſ habebat hic,* ſtagulo.

CAPVT III.

Energumenus liberatus. multi conuerſi.

a

11 Cvm autem pari inceſſu ciuitatem *a* Geturnicenſem intrarent, à quadam viduâ ſuſcepti ſunt, hoſpitalitatis gratiâ. Vbi quantus luctus, quantæ eſſent lacrymæ, non eſt noſtrum dicere. Deflebatur namque ipſius viduæ vnicus filius, quem informis humani generis dæmon obſederat intantùm, vt ſolis catenarũ compedibus, duriſque lacertorum *b* columbaribus arceretur ab hominum morſibus, conſecutoſque dilaniabat, laceriſque manibus perdebat. Hanc miſeram domum intrantes viri ſancti pacem primùm prædicant; ipſiuſque pueri vincti commoti ſunt miſeriâ ad dolorem, ſubmurmurantes ad inuicem quædam ſancti Spiritus magnalia tacti dolore intrinſecus, ſic relaxari habenas dæmonis, vt facturam ſuam Chriſtus multiplicibus exagitationũ probris atteri ſineret. Quid memorem? ſine aliqua horarum morulâ, dæmon reſumpto per os pueri fandi officio, ſtringit vocem in gutture, & per alienæ vocis organum ſtomachatus huiuſcemodi intonat miſerrimæ deplorationis reſponſum: O fidei meritum! ô pulchrum ſanctitatis margaritum! ô S. Genulfe amator omnium virtutum, quid me perſequeris? quid me à propriis ſedibus tu incola & peregrinus expellis? O quid commerui? ô quæ eſt tanta confidentia militum Domini? Sine, ô Sancte,

b

Dæmonẽ in energumeno terret.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

ô Sancte, animas meorum, ſine habitare peruaſum locum.

12 Talia miſerrimè inclamantem puerum inſtinctu dæmonis exaudiebat mater & cuncti famuli, cœperuntque demirari, & querulæ vocis miti affatu ad inuicem dicere: Quis ignotæ perſonæ *c* vocitamen prædocuit? Quis putas iſte eſt, qui tanti numinis famulitio tam imperioſæ auctoritatis extat homo? Hæc dicentes, attenti proſpectabant huius rei magnum & mirabilem exitum. Stabant hinc parentes cum lacrymis, hinc puer cum indicibilium figurarum dæmonioſis portentis, hinc ſanctus Confeſſor armatus armaturâ Dei & gladio Spiritus, ſcutoque & galeâ ſalutis munitus: qui in omnium oculis conuerſus ad puerum, dixit:

c

Fraus zabuli peruerſa nimis, genus omne nepotum
In primo maculis infuſcans plaſmate nigris,

hanc repetis Domini facturam, & ſic indebito iure vendicas tibi huius miſella pueri viſcera, & diſtrahens per varia non ſinis creatori facturam ſeruire ſuam? In eius ergo nomine qui omnia de nihilo conſtituit, peruaſum dimitte locum, & vltrà repetendi non habeas auſum: ſitque tibi in inferno inferiori religatio, & longè fias deinceps ab omnium Chriſtianorum conſortio. Tunc terrifico ſolitæ vlulationis exclamans mugitu, eum quem excruciabat homellum reliquit; & cum gemitu fugit indignatus ſub vmbris: ceciditque puer rediuiuus ad inſtar mortui, aliquantiſper ſine voce mutus & elinguis permanens. Beatus autem Genulfus manum adhibens manui, ſaluum & incolumem à terrâ leuauit, benedicentem Altiſſimum in Sanctis ſuis Dominum.

fugat.

13 Tantæ autem virtutis proſpectans mater magnalia & vnigenitum filium pro attributâ incolumitate laudantem Dominum, Sanctique amplectentem veſtigia; ſupra quàm credi poteſt inſolito miraculo perterrita, ad pedes Sancti cecidit, & clamans infit: Domine meus, Confeſſor Domini, videre mihi videor in te quaſi vultum Angeli: ſermone iocundæ lepiditatis repletus: vox dulcis ſuper mel & fauum. Quapropter benedictus eris in omnibus linguis & populis, & benedicta mater quæ te genuit. Obſecro te per Chriſti nominis omnipotentiam, vt lauacro ſpiritualis fontis à ſordibus me expies antiquæ contaminationis, quatenus beata mater Eccleſia non habens maculam aut rugam, me renouatam in nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt, repræſentet per te proprio factori; & edocta ſalutaribus monitis, quæ fueram magiſtra erroris, fiam diſcipula veritatis; quia vſque nunc vanitatibus, & his quæ non ſunt, ſeruiui. Quapropter mundari poſco à peccatis meis, vt iuſtificer in ſermonibus tuis. In veritate autem cognoui voluntatis Dei fuiſſe, iſtas partes per vos fideles ſuos ad viam ſalutis reducere: quatenus pro tantis ac talibus nomen veſtrum benedicatur in futuris generationibus.

Ipsũ energumenum, matremq; conuertit.

14 Huius tantæ matronæ fidem admirans ſanctiſſimus Sacerdos, huiuſmodi melleâ voce allocutus eſt ſanctum Patrem Genitum: O mi Pater, non conſideras ſupernorum donorum quanta ſint beneficia? Certè omnia quæcumque vult Dominus facit in cælo & in terrâ,

Qui ſtellas numerat, quarum ſcit nomina ſolus,
Signa, poteſtates, curſus, loca, tempora noſcit,

fundator exultationis. Nam in omni gente qui operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi, ipſeque nouit corda filiorum hominum, & patienter aſpicit ſi eſt intelligens aut requirens Deum. Nos verò, vt credo, eius voluntas in has partes delegauit, cuius gratia cum bonis omnibus nos diriget, & nullis tentationibus à ſe ſecerni ſinet, donec guſtemus & videamus quàm ſuauis eſt Dominus. Debemus autem eius magnitudinem gratiarum actionibus extollere & venerari, qui per noſtrum miniſterium aliquos ſibi dignatur vniri, qui verbi Dei lac concupiſcũt, vt in eo creſcant in ſalutem. Iterum iterumque repetens: Verè cognoſco ſuperno nutu repræſentatos nos loco huic, in quo iam cœpit habitare pax Domini. Quapropter deliberandum eſt in animo iam non timere dura & contraria: ſed ſi eſt perſecutor, his in locis, ecce habet nos confitentes Domini cæremonias. Stemus autem muniti pectus ancili iuſtitiæ, & ſint calceati pedes in præparationem Euangelij pacis, ne videamur ſimiles exiſtere timidis, qui in die pugnæ malunt in pedibus dare ſe, quàm telis tela leuare.

Gratias agit Deo.

15 His peroratis, conuerſus ad mulierem, cuius filium à dæmonio liberauerat, infit: Numquid credere iam deliberaſti quod ore polliceris? Quæ reſpondit: Vt quid, Pater, addubitas meæ fidei cauſſas? Num infidelis potui confiteri nigredinem facinoris? An fortè erubeſcis miſeræ peccatricis delictorum molem? Adhibe, precor, ſaucio pectori medelam, tuumque erit iubere, meum verò iuſſa libenter peragere. His verbis optimæ confeſſionis motus ſanctus Pater Genulfus, indixit ieiunium tribus diebus. Conſummatoque cum omni patientiâ die tertio, baptizauit eam ſimul cum filio, quem liberauerat à dæmonio, omniſque familia mundata expiatione lauacri, vitro purior, lacte candidior, continuò apparuit, fuitque numerus eorum *d* viginti & octo, qui omnes baptizati ſunt à B. Genulfo.

Poſt triduanum ieiunium, eos baptizat.

d

a *MS. Belfortij*, Getrunicenſem. *MS. Victorinum à Guilielmo de la Croix citatum* Giturnienſem. *ipſe* Cadurcenſem *cenſet legendum.*

b Columbar *genus vinculi eſt, proprieq; ipſum vinculi foramen.*

c *MS Norm.* vocitatam.

d *Guil. de la Croix*, quadraginta.

CAPVT IV.

Aliæ mirandæ curationes.

16 HÆc tanta mirabilium diuinorum magnalia, fortaſſis dubitant quidam non eſſe vera. Numquid inualida eſt manus Domini multò maiora operari? O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! Quis comprehendit eam? Quis inueſtigabit viam eius, & dinumerabit ſemitas illius? O homo quicumque non credis quæ diximus, vel non crediturus es quæ dicemus vera eſſe, tu tibi ipſi attende. Non ſancto Confeſſori derogas, ſed potiùs Deum impotentem prædicas, in quo poſſunt quidquid poſſunt, in quo ſunt quod ſunt, in quem gaudent ſemper proſpicere, in quo habent ſemper beatè viuere. Vt autem tergatur à corde hæc iniquitatis macula, conuertat Dominus corda, ne deinceps talia cogitent, ſed potiùs confiteantur & dicant: Iniquitatem meam ego cognoſco, aſperges me hyſſopo & mundabor. Cùm autem dicatur, Signa ſunt infidelibus non fidelibus, infidelium conuertenda miraculis dura infidelitas: vt ſi non credunt verbis, credant operibus, ſanctique huius Patris memoriam colant, ament infideles cum fidelibus.

Dictorum probabilitas.

1. Cor. 14. 22.

17 Subiungimus ergo aliud miraculum, quod Dominus operari dignatus eſt per iſtum ſanctum Patrem noſtrum, cuius famam iam totus penè mundus exaudierat. Quo rumore commonitus quidam homo, nomine Agiibertus, venit ad eum cum deuoto ſtudio: & ſolotenus proſtratus pedibus eius, deoſculabatur genua illius, hæc iteratò replicans: O ſerue Dei inclyte, ô mi care Domine, obſecro dapſilitatem tuæ magnificentiæ, vt declines in domum meam. Eſt namque vnica filia mihi ſeruo tuo, quam inutilem ipſa fecit infirmitas: eſtque miſero mihi patri dolor non modicus, & de die in diem dum eam conſpicio, geminam calamitatem deploro; vnam damnum ipſius cariſſimæ filiæ, alteram quoque paterni animi affert in lacrymas ſemper prona afflictio: quibus in rebus duabus validiſſimè excrucior. Meæ ergo calamitati ſi fueris compaſſus, libenti animo credam Deo tuo; tali congruentiâ, vt filiâ ſurgente de lectulo, ceruices meas ſupponam Chriſti iugo. Tunc Sanctus Domini vnà cum illo properat ad cubile languentis: & nota fidei arma ſerenus ad Chriſtum vibrâs, ſuis ſanctis meritis intercedentibus mox *a* ſanam in Chriſti nomine patri proprio reſtituit. Quam ſanam & incolu-

Genulphus puellam aegram ſanat, eamq; & parentes baptizat.

a

incolumem genitor reſpiciens, continuò cœpit ſpei fructus pullulare, ipſéque cum vxore & filiâ à B. Genulfo baptizatus eſt, cum miſerentis Dei gratiâ diuinâ.

18 Quod audiẽtes multi infirmitatibus dediti, mirabilia ſcilicet quæ operabatur in prudenti ſeruo virtus Altiſſimi; cœperunt vndecumque concurrere, adeò vt videns diceres apes aluearia reliquiſſe. Conſerebantque manus manibus, & vnuſquiſque, prout poſſe habebat, alteri ſubueniens, etiam auxilio opus habebat. Trahebatque videns non videntem, quos ambos infirmitas claudos reddebat: aſſiſtebantque ſancto viro ſine inuidiâ, quos ne inuiderent vna curabat Domini clementia. Videres ibi multos cum nodoſis manibus, multos cum ſemiuſtis cruribus, multos carentes linguæ officio, multoſque puſtulis repletos corpore, cæcos, claudos, aridos, ſurdos, multoſque dæmoniacos. Longumque eſt dicere, quanti ab eo curati ſunt in Chriſti nomine. De cenſu verò quotidianæ miſericordiæ reticeo, quo viduas ſuſtentabat, orphanos recreabat, pupillos confortabat, nudos veſtiebat, infirmos viſitabat, in carcere poſitos conſolabatur; ita vt eſſet illi Deus omnia in omnibus. Hæc omnia poterat iſte ſanctiſſimus Pater in eo qui ſe confortabat Domino Ieſu Chriſto.

Plurimos infirmos ſanat:

miſeros iuuat.

a *La Croix à morte ſuſcitatam hanc puellam ſcribit.*

CAPVT V.

Flagra, aliiq; cruciatus tolerati.

19 INterea cùm hæc agerẽtur, ſpiritualium operationũ a ludicra, venit quidam in malignæ prauitatis permanens iracundiâ, & nuntiauit b Comiti Dioſcoro, quòd duo verſutiſſimi magi à partibus Romaniæ adueniſſent, qui ritus veſtros pede annullationis calcant, inuictiſſimoſque deos floccipendunt, templaque eorum deſtrui prædicant, cæremoniaſque & paternas leges petulantis ſplenis cachinno ſubſannant, inſuper omnia priſcæ conſuetudinis decreta neſcio quâ adinuentione euellunt. Prædicant enim vnum Deum, quem omnipotentem affirmant, eumque ſolum coli, eum venerari, eum toto corde diligi, quibus poſſunt perſuadent, ſeque eius eſſe famulos liberâ voce conſtantique corde palàm prædicant.

a
b

Accuſatur apud Præſidem.

20 Hæc ab inuidi delatoris ore ſuſcipiens Comes, cõcuſſo capite corrugatoque frontis ſupercilio, tamquàm leo terribilis ſuper abſentes accuſatos ore polluto multa inſibilat, & voce graui nefarios ſcelerum executores ab altâ ſede euocat: Heus, inquit, milites fortiſſimi, quorum manus vindices ſunt noſtræ ſalutis, noſtrique imperij; quid prodeſt vixiſſe cum laude & lætitiâ, dum deorum honor contemnitur, cultura euacuatur? Quid iuuat imperium, dum dij noſtri à quibuſdam euertuntur profanis hominibus, quos magicæ artis inflat confidentia? Exhibete ergo reos in conſpectu meo vt ſacrificent: & ſi contemnunt, diuerſis pœnis intereant. Exequentes ergo impij miniſtri Comitis iuſſa, veloci acceleratione ſtatuerunt ſanctos viros in antedicti Comitis præſentiam. Qui multa prælocutus de deorum ſuorum annullatâ culturâ, ſic dixit inter cetera: Num vos eſtis Chriſtiani, quos aduersùs cultus diuinos exarmauit illa ars, quæ dicitur magica? Num vos eſtis, qui ſubuertitis falſis aſſertionibus ciuitatem noſtram? Quæ eſt tanta, ô rebelles, veſtri confidentia? Iam iamque finiendi morte turpiſſimâ, interrogationi noſtræ date reſponſa.

Ei ſiſtitur, cum patre:

21 Ad hæc pretioſus Confeſſor manſit imperterritus, & de Chriſti confiſus omnipotentiâ ſic S. Genulfus aureâ voce intonat: Vt quid nos peruerſo plectro tantis criminaris falſis dicationibus, & nefariæ artis imbutos credis incantationibus? Diſce miſer diſcipulus fieri, & diſcere poteris quanta ſit potentia Dei. Certè Regis & Dei noſtri protecti miſericordiâ, cuncta calcamus dæmonum veneficia: cuius imperio reguntur terrena, cuius nutu condita ſunt ſecula; in quo poſſumus omnia, à quo, velis nolis, diſponuntur tua imperia. O ſi reuertereris in penetralibus animæ, profectò poſſes cognoſcere, nihil eſſe quæ coluntur dæmonum ſimulachra, cùm dicatur, Primus in orbe deos fecit timor; ſed eſſe vnum Deum in ſupernis ſedibus, in cuius manu manet tuus halitus, qui ratione ſcis vti, videre oculis, palpare manibus, ambulare pedibus: turpeque nimis eſt atque illaudabile manufacta idola, laruaſque venerari, & adorare, præſertim cùm oculos habent & non vident, aures habent & non audiunt, nares habent & non odorabunt, nec clamabunt in gutture ſuo. Similes illis fiunt omnes, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

animosè reſpondet.

Auctore Anonymo, ex Mss.

22 Tunc Comes magis ac magis inſurgens in iram, ſic dixit ad eos: Niſi voluntati meæ conſenſum præbueritis, & omnes quos in errorem vanis perſuaſionibus induxiſtis, iterum ad ſacros cultus reuocaueritis, pœnis variis vos interficiam, & de terrâ viuentium nomen veſtrum excludam. Tunc Sanctus Domini Genulfus reſpondit: Vt quid minitaris, Comes, talia? Noli vnquam credere, quòd tormenta tua habemus timere. Potens eſt ſupernus nos, ſi voluerit, de pœnis eripere, qui agoniſtas ſuos ſemper adiuuat in certamine. O quãti ante nos Sancti paſſi ſunt ludibria, verbera, vincula, carceres, fuſtes, ignes, lapidationes, ſectiones; & tamen ſuperatis his omnibus in occiſione gladij mortui ſunt! Numquid putas nos degeneres? Ecce habes quos ferias: damna, occide, vt corones. His commotus Comes reſponſionibus, iubet eos cædi fuſtibus. At illi cùm cæderentur, nihil ſentientes, benedicebant Dominum, qui inimicos deducit ad nihilum.

Ambo fuſtibus cæduntur:

23 Videns autem eos ſaluos & incolumes, & nihil de pœnis ad eos pertingere, iuſſit eos in clibanum ardentem mitti, vt de ambuſtis eorum cadaueribus puluis in ventum diſpergeretur. Igitur ſanctiſſimi Confeſſores, tamquàm aurum in fornace probationis clauſi, laudabant læto animo conditorem in excelſo. Statimque ab alto deſcendit Domini Angelus, & confortans eos multis ſermonibus refrigerauit ignem, flammaſque camini, vt ſtatim clibanus velut ros eſſet factus, & refrigerium præſtabat, non incendium; amorem, non terrorem. Viſis autem populus tantis Dei virtutibus cœpit clamare, & huiuſcemodi dicere: Vniuerſæ terræ Domine Deus, quis ſimilis tibi in vniuerſis gentibus? Tu ſalus ſeculorum, decus Angelorum, creator aquarum: ſoluſque es Deus Chriſtianorum, quem voce prædicant Genulfus & Genitus. Quis putas in idolis gentium ſic exaudit preces ad ſe clamantium? Quis vmquam audiuit tale? Quis vidit huic ſimile? Ecce flammæ adhuc crepitantes ſcintillas validè emittunt: & Sancti iſti quomodò frigidi ſunt? O quanta ſunt iſtorum merita, quibus auxiliatrix eſt Domini miſericordia! Gloria tibi Domine, qui ſic adiuuas confitentes te.

coniiciuntur in ignẽ, illæſi, Angelo eos ſolante:

24 Tunc præfatus Comes multâ inuaſus inſaniâ, etiam nec ſic erubeſcebat: iuſſitque ſanctos viros de clibano extrahere, frendens dentibus, quòd nihil eos ignis potuiſſet nocere. Iterum autem de Sanctorum interfectione aliquid excogitare volens, circulos ferreos adhibuit, & ipſorum brachia validè innodauit: iuſſitque in carcerem vſque in craſtinum retrudi. Peruigil ergo nocte totâ Comes permanens, graues pœnas excogitat, vt Sanctos Domini dum perdere vult, potiùs coronet. Cùm autem ducerentur ad carcerem, facta eſt vox de cælo, dicens: Eſtote fortes ô viri ſancti, & in Domino confortamini, nihilque terreamini. Ecce Comes ſuper vos multa cogitat, vt celeriùs carnes veſtras dilaniet: ſed Chriſtus Rex potentiſſimus inuigilat, vt celeriùs nomen veſtrum in cunctis ſeculis & gentibus manifeſtet. Craſtinâ namque die omnes habitatores iſtius ciuitatis per veſtram exhortationem & prædicationem credent in Chriſtum cuncta regentem. Cœpit ergo populus iam effici grex Domini, & beatum Patrem rogare, vt ocyùs eos confirmaret in Dei timore, ſanctique fontis lauacrum tribueret in remiſſionem

retrudunturin carcerem:

voce cæleſti confirmantur:

AVCTORE ANONYMO, IX MSS. *multos baptizant.*

peccatorum. Acceptâ ergo aquâ, cum laude & lætitiâ conſecrauit eam in nomine Trinitatis: & illo die per baptiſmum Chriſto filios genuit, pluſquàm trecentos viros, exceptis paruulis & mulieribus, quorum non fuit recenſitus numerus. Tanto niueo agmini, prout poterat, prædicabat verbum Dei, pacem & veritatem diligere mandans.

a *Ita MSS. vtrumque; fortè* lucra.

b *Is in alterâ vitâ modò* Dux, *modò* Princeps ciuitatis *appellatur.*

CAPVT VI.

Præſidis, & aliorum plurimorum conuerſio.

a Præſidis filius à dæmone ſuffocatur.

25 IN iſtâ ipsâ nocte, quâ pretioſus miles ſic *a* exarmabat oues Chriſti ſigno ſalutis, arreptus eſt filius Dioſcori à dæmonio, & mox ſpiritum exhalauit, permittente Domino. Quod videns pater, iam de Sanctorum damnatione nihil cogitabat, ſed laceratâ veſte nudatoque pectore præ nimio dolore inconſolabiliter cœpit flere, & dicere: O cariſſime fili, ô mi dilecte, vt quid te perdidi tam ſubitaneâ infirmitate? Heu me miſerum! heu me infelicem, qui ſuperſtes eſſe potui! Dulce eſſet mori potiùs quàm viuere, dum perdidi vnigenitum, dum regni amiſi Dominum. O milites, deflete mecum.

26 Vxor autem cognoſcens cauſſas mortis eius, ſic dixit ad virum: Quid fruſtra lacrymas? Quid lacrymando temetipſum excrucias? Scio & firmo corde teneo, quòd furor tuus hoc promeruit, propter viros, quos in carcerem iuſſiſti recipi. Mittens itaque feſtinanter adduci præcipe, tuæque multæ inſaniæ veniam expoſce, & vt remittantur tibi peccata, quæ in Sanctis beſtiali furore exercuiſti, pronâ humilitate quære, Deumque ipſorum, cæli & terræ Dominum, quem ſine ceſſatione annuntiant, ſponde crediturum, ita tamen vt noſtrum reſuſcitent filium. Ex totâ namque animâ credo, iſti Sancti benedicti ſunt à Deo, noueruntque bona pro malis reddere, quia mites ſunt & humiles corde. Quapropter ſi dictis meis fidem accommodaueris, quæcumque deſideraueris ab ipſis impetrare poteris. Tactus ergo corde his verbis, per Domini clementiam, cœpit iam mitis eſſe qui fuerat truculentus, & in ouem eſt conuerſus lupus. Statimque feſtinanter miſit ad carcerem, quo ſancti Confeſſores Chriſtum collaudabant, præcepitque eos adduci in conſpectu ſuo, & dixit B. Genulfo, iam agnus factus ex lupo: Quæ ſit Dei veſtri virtus & omnipotentia vellem cognoſcere, vel cur dicatis eum ſolum ſemper viuere. Dicitis namque quia Deus vnus eſt, & præſtat hominibus in ſe credentibus quæcumque petierint. Tam mira & magna ſi ſint, dum non valeo intelligere, ſi mihi prodeſſe ſcirem, per vos cuperem audire.

Educuntur SS. à carcere.

27 Tunc lętabundis auribus tanti viri dicta hauriens beatus Pater Genulfus, altiùs caput extulit, cœpitque ſermonem de cæleſtibus mandatis. Tunc conticuère omnes intentique ora tenebant. Qui dum ſilerent, clarâ voce ſic incipit: Deus meus, quem confiteor, vnus eſt omnium creator, ſemperque fuit, ſemperque permanebit, qui terram palmo concludit, qui cælorum thronum continet, & abyſſos intuetur: qui hominem formauit ad ſuam imaginem; quem dum in amœnis Paradiſi poſuiſſet hortis, malignâ perſuaſione zabuli omne genus humanum in hac mundi perturbatione poſuit. Miſit autem Deus Pater Filium ſuum, qui nos proprij ſanguinis redemit pretio, & de miſerrimo liberauit orco. Probra quoque infidelium ſuſtinuit, crucem, ſputa, colaphos, ſpineam coronam, lanceam pacificus pertulit, & quos ſaluare venerat perſecutores infeſtos habebat: ſicque mors mortua tunc fuit, cùm crucis in ligno mortua vita fuit: tertioque die glorioſus exſurrexit de funere, vt nobis daret aditum reſurgendi à morte in vitam.

Genulphus fides myſteria exponit Præſidi:

28 Hæc attentâ aure percipiens Comes, infit: Hinc apparebunt verba tua conſtare vera, ſi quod ſemper prę-

dicas, nunc ſuper hunc dilectiſſimum oſtenderis filium: egoque cum meis omnibus prædico virtutem eius, eritque ipſe Deus meus & Dominus, cuius virtus manet in perpetuis æternitatibus. Tunc ſanctus Pater dixit: Si ex totâ fidei confeſſione deliberaſti credere, vadens repræſenta te filio, & apprehendens manum eius dicito: In virtute cæleſtis Regis, quem confitentur Genulfus & Genitus, ſurge incolumis, & ſta ſuper pedes tuos rectus. Hæc dicens, manum eius extrahe, & ſi ſurrexerit, libenter debes credere. Quod dum pater faceret, ſurrexit puer ſanus & incolumis, flente patre præ gaudio & benedicente Domino; tenenſque manum filij ad pedes Sancti cecidit. Clamans autem pœnitudinem gerebat, quòd Sanctos iniuſtè punierat, voceque lacrymabili ſic veniam expoſcebat: Patres mei ſanctiſſimi, miſeremini mei, ne imputetur mihi miſero quòd vos exacerbaui, quòd offendi, quòd variè afflixi; quia neſciebam memetipſum, dum vſque nunc colui dæmonium. Quia verò iam credidi, veniam & indulgentiam delictorum iam precor, tribuite mihi, qui ignoranter hoc feci, & induite me in baptiſmo purificationis, vxoremq; meam cum filio, omnique populo, baptizate in Ieſu Chriſto Domino noſtro. Ipſum enim verè ſcio, ipſum confiteor; hunc adoro, hunc benedico, qui omnia ſcit, omnia poteſt. Quid autem profuit coluiſſe me manufacta? Miror & ſtupeo Domini patientiam, qui quotidie iniuriam de contemptu ſuo ſuſcipit, & tamen quandoque venientibus etiam præmia promittit. Ne ceſſes ergo Sancte Dei nobis vias vitæ pandere, quibus queamus heredes poli exiſtere, & de eius exilij ergaſtulo remeare ad ea quæ promiſit diligentibus ſe, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendere queunt.

per ipſummet iam credentem, filium ſuſcitat.

29 Beatus autem Genulphus multimodâ cordis exhilaratione iocundatus ſuper huiuſcemodi prudentiâ tanti viri & reſponſis eius, primùm ſolito ſuæ conſuetudinis more laudes immenſas offert Deo de pectore, qui humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit, cui omne cor patet & omnis voluntas loquitur. Indixit ergo eis triduanum ieiunium, referens multa confirmationis diuinæ medicamina, qualiter in melius de die in diem proficerent: temperabatque modum pœnitentiæ, ne nimiæ longitudinis ieiunio laſſeſcerent intimi pectoris vitalia, eratque in ſuis imperiis cautus & conſideratus, ſiue ſecundùm Deum, ſiue ſecundùm ſeculum; vniens ſemper Chriſto, quos mater virtutum diſcretio alliciebat ſine ceſſatione & modo. Cupiebant quique bonæ ſpei animati fiduciâ, plebs vrbana, nec non ruſtica, ſimulque puſilli cum maioribus, tanti Confeſſoris ore modum ſuſcipere pœnitentiæ: vt ne quid nimis grauarentur, ſi imponeretur eis, quod non poſſent portare. Diſcutiebat ergo ſingulorum mores & vitam, & datâ pœnitentiâ, quotidie in ſanctitate proficere hortabatur. Supradictus autem Comes indictum triduanum ieiunium, humili pronus deuotione complectens, præſtolabatur cum gaudio diem tertium, in quo recipere mereretur ſanctæ regenerationis pallium, quo tegerentur membra, nigredine vitiorum nebulata; quatenus feſtiuo laudum præconio Angelorum mereretur intereſſe collegio.

Poſt triduanum ieiunium,

30 Decurſo ergo ieiunij die tertio, baptizauit eum ſanctiſſimus Confeſſor cum omni populo ſuo, ſimulque vxorem eius vnà cum filio: ſtruxitque firmiſſimâ fundatione illis *b* eccleſiam, quam in ſanctæ Dei genitricis Mariæ ſacrauit honore, nec non & omnium Apoſtolorum Chriſti: erudiuitque eos omni ſpirituali doctrinâ, docens non amare huius mundi caduca, non concupiſcere terrena, ſed potiùs ſectari fidem, amplecti caritatem, diligere iuſtitiam, & vt beneplacitos ſe facerent in omne opus bonum perſeuerando. Non intermittebat autem per trium menſium continuationem, de arcanis diuinis optima quæque contribuere, iam curans aliis in locis verbum vitæ impertire. Tandem ergo ſermoni ſuo calcem imponens, eos attentiùs in verbo benedictionis commendabat Domino, vt ſuæ tuitionis munimine ab inimico-

eos baptizat.

b

Eccleſiam conſecrat.

Neophytas docet.

inimicorum visibilium & inuisibilium saluaret eos incursione: ne de aliquo admodùm diabolus triumpharet, dum sicut leo semper circuit quærens quem deuoret.

a *Fortè* exarabat, ἐχάραττε, signabat.
b *Altera vita habet plures* ecclesias *consecratas.*

CAPVT VII.

Dæmones effugati. conditum cœnobium. S. Geniti mors.

Inde discedit.

31 COnfirmatis itaque cunctis in Domini seruitio, inde recesserunt ambo, & post aliquantula laboriosæ viæ spatia, ad Gallias peruenerunt, in prædiolo, quod dicebatur Cella dæmoniorum, super fluuiolum a Naonis situm, & in territorio Bituricensi positum. Quo mansitandi quærentes reclinatorium, ab incolis loci illius sic acceperũt responsum: Vt quid vos delectat istius locelli amœnitas, cùm habitandi desit facultas? Nam si vultis id certiùs nosse, ille locus humano caret habitatore; quia ibi dæmones inhabitant, & legio eorum in terrificis monstris humanam præsentiam arcent. Tale autem vocabulum huic loco caussam indiderat, eò quòd antequàm verbi diuini seminarium ipsa prouincia recepisset, superuacuæ superstitionis cultibus praua peruersitas hominũ ibi Dianæ locârat templũ, & inibi immolabant dæmoniis, & non Deo: sicque tempore plurimo ille locus erat multorũ hominum decipula & perditio. At tandem postquàm Christianæ venerationis increuit decor, etiam ipsius loci incolæ Christo cœperunt credere, & vnum altissimum fundatorem cæli & terræ Dominum venerari & colere. Quod vetus inhabitator dæmon grauiter indoluit, & malignitatis suæ stimulis extunc inhabitantibus multa insidiosè præparans, multosque malè terrefaciens: ob idque interdicebatur sanctis Domini fidelibus vel vnius noctis post laborem pausatio, ne suffocarentur ab ipsis dæmonibus subitò.

Locum dæmonibus infestum,

eruce & lustrali aquâ emundat:

32 Quorum responsis nihil vir Domini motus, inuitabat eos potiùs ne pusillo animo fierent, & de Dei misericordissimâ bonitate numquàm desperarent, qui fidelis existit in verbis suis, & sanctus in cunctis mirabilibus suis. In huiusmodi autem constantiâ permanens, & intra semetipsum veluti per tres horas de huiusmodi re paullulum quid deliberans, salutiferi signaculi arma coràm exponit, & attento corde aquam sub diuini nominis inuocatione sanctificat, eamque per totius spatia domus aspergit, & frontem consignat signo sanctæ crucis, videntibus & mirantibus ipsius loci vicinis. Qui dum super se & super omnes qui secum aderant huiusmodi vexillum imponeret cum oratione Dominicâ, sic ibi in pace quieuit nocte illâ, haud sentiens quamuis parum dæmoniosæ tentationis ludibrium, qui gestabat sub pectore sanctæ requietionis dotalitium, vigili corde dormiens in pace in id ipsum, quoniam Dominus in spe singulariter constituebat eum. Tandem autem roseus sol procedens, vibratus flammiuomo iubare lucis, vt stellarum nigræ noctis pabulum lumine obtudit; cernui de ipsius loci confiniis extemplò adsunt homines; quid contigerit cupiunt cognoscere. Cernẽtes autem absque vllius terroris incommodo diei repræsentatos saluos & incolumes, nec aliquid quiuisse dæmones machinari, quo congregatio pausabat famulorum Domini; commutationem loci mirabantur subitam, & Dominum Iesum vocibus non modicis glorificabant, qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia, quorum non est numerus, quique famulos & seruos suos potenter potens liberat, iustus iustè iustificat, mirus mirè mirificat. Sustollentesque reciprocâ iubilatione magnalia Altissimi, de cetero tales viros & Christi Confessores pro magno habebant, & eis obsequentiam exhibebant cum honore non minimo, gaudebantque in aduentu eorum se visitatos Domini clementiâ, per quos pepulerat vis summa è finibus propriis dæmonum molimina.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

33 Prospicientes denique amœni situm prædioli, quod foret voluntati eorum ratâ acceptione contiguus, & ad Dei cultum peragendum habilis & pulcherrimus, metam suæ peregrinationis inibi decreuerunt figere: qui grates referendo maximas, dum post multiplicis itineris spatiosa, tranquillus se locus vltro per Dei omnipotentiam obtulisset, vtpote peregrinis, quos latebat facies alieni regni. Perquirentes itaque ipsius loci quis qualisue extaret dominus, cognouerunt sine morâ quòd Basenus homo prudens & Christianissimus hanc ipsam possessiunculam sub ditione proprij iuris retinebat, adhibentesque suæ voluntatis baiulum, mittentes rogant per nuntium, si fortè liceret inibi habere domicilium, quo post laboriosam peregrinationem fessum reclinarent corpusculum, & deinceps seruire securi possent Domino, vsque ad vitæ suæ terminum. Referente ergo fideli nuntio Sanctorum delegata, supradicto Baseno, mox concitus currit ad eorum diuerticulum, libentique animo postulata concessit, & multò maiora testamento delegauit, per quod omnia sua, possessiones, agros, quæcumque ibi videbatur habere, tradidit, totumque se eorum discipulatui mancipare dispposuit, & adiutorem in opportunitatibus, & in tribulatione, si immineret calamitas, esse se prudenter deuouit. Commisit deinde eorum sanctissimæ laudabilitati vnicum filium sacris litteris imbuendum, mandatisque diuinis confirmandum, iustè & religiosè de futuris recogitans, vt dum vacabat, & dum esset in corpore, curreret & ageret quod in perpetuum ei expediret.

quem illi donat Ba-senus, aliaq;.

Discipulos congregat S. Genulphus.

34 Beatus denique Genulfus præcauens futuris successionibus, voce, corde, & ore pariter quos per curua auia flectere videbat iter, in herbam florei cespitis reuocabat vestigia, & cælestis sapientiæ sale condiebat. Volensque locum perditionis & immunditiæ, locum esse orationis & reuerentiæ, construxit inibi oratorium in honore B. Petri Principis Apostolorum. Laborabat opportunè, importunè, die ac nocte, adaugens necessaria victus, ne quos in Christi magisterio iunxerat tirones, alicuius necessariæ rei caussâ remanerent inopes, & post eius resolutionem corpusculi negligentiùs famulatum & Christi seruitium postponerent, eique imputaretur ad peccatum.

Moritur S. Genitus:

35 Hoc in tempore eius carissimus pater Genitus, post multa virtutum insignia, post bellicosa mundanæ desudationis certamina, quæ cum vitiis & concupiscentiis resistendo quoticie bellabat, in pace migrauit ad Dominum sub die tertio *b* Kalendarum Nouembrium. Beatus autem Genulfus ad horam quidem valdè doluit, totusque resolutus est in lacrymas, ploratu multo eiulans, quòd orphanus iam remaneret, & tam dulcem patrem, tam suauem, tam benignum perderet. Surgensque post lacrymas, suis sanctis manibus corpus lauit, *sepelitur.* vestes composuit, linteaminibus quoque nitidis decenter circumsepsit; & cum fidelium virorum plurimo comitatu & honore congruo sepeliuit eum non longè ab oratorio S. Petri, quod ipse tam stabili fundatione decenter, prout possibilitas suppeditauit, perfecerat, eratque super Naonis riuum.

b

a *Meminit huius fluuicli Papirius Massonus in libro de fluminibus Gallia, &* Naum *vocat, ac vitam hanc citat.*
b *Saussaius IV. Kal. Nouemb. eum Martyrologio Gallicano inscripsit. Guilielmus de la Croix* V. Kal. Nouemb.

CAPVT VIII.

Variæ S. Genulphi virtutes ac miracula.

S. Genulpho austerè viuenti, multi adhærent.

36 HInc iam arctiùs sanctissimus Sacerdos intendebat in diuinis mandatis, diuinâque præuentus gratiâ magis ac magis ad superna animo suspirabat. Corpus ieiuniis attenuabat, & frequenti afflictione fortique maceratione ita in Dei seruitio diligenter informabat,

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

vt pro hoc ipſo admirabilis videntibus ſe haberetur. Audienteſque viri religioſi quàm arctam & arduam duceret vitam, cupiebant per ſimplicitatis eius celſitudinem computari in filiorum Dei ſorte, venienteſque deuoto obſequio ſe eius magiſterio ſubdebant, renuntiabantque mundo, & quæque habere quibant, villas, agros, poſſeſſiones & ſi quid aliud eis erat, in eius nutu & diſpoſitione committebant. Nam multi ibidē propter nomen Domini comam capitis tondere decreuerunt, & pro poſſe cupiebant imitatores eius exiſtere, & vitæ vias in omni concupiſcentiâ ſpirituali currere.

Eius abſtinentia,

37 Sicut enim ſuprà inſeruimus, à die ordinationis ſuæ vſque ad diem migrationis ſuæ omne quod inebriare poteſt, os eius non attigit, nec cupidè deſiderauit, excepto quod ſacrarum Miſſarum celebratione Dominicum ſacramentum libabat in calice, in paſtu quotidiano panem ſeruans hordeaceum, & in veſtitu iugiter habens ſuper nudâ cilicium, quod camelorum pilis intexebatur aſperrimum. Si fortè aliquos diſcordiæ nævis fuſcatos ſentiret, ſecundùm dicta ſancti Euangelij, Beati pedes pacem portantes, omni vigilantiâ curabat, ne occideret ſol ſuper eorum iracundiam, gaudens cum diſcordantibus antè ſolis occaſum in pacem redire, & ſemper commonens de Dei miſericordiâ numquàm deſperare, nec diabolo locum dare. Plurima ſunt quæ de eo dici poſſent, ſed faſtidioſi lectoris pigritiam metuentes, plurima prætermittimus, quæ dici poſſent.

alia virtutes. Iſa 52.7. Rom.10. 15.

38 Sed vt ad incepta redeamus, quid dicam de tali & de tanto? Nam longè diſſimilis aliis vita fuit illius, & à ceteris hominibus Angelicâ conuerſatione fuit remotus. Operabatur per eum Chriſtus mira potentiæ ſuæ miracula, pro quibus venerabilis eius paternitas hodie permanet in cælo & in terrâ. Nam quadam die cùm ipſe ſanctiſſimus Confeſſor inuigilaret aſſiduus in opere, ne quos Chriſtus in eo locello congregauerat penuria afficeret, excolendi agri cauſsâ, quo hortus fieri deberet, cùm diſcipulis experiit. Quo in loco plurimam multitudinem gallinarum congregauerat; vt ex eis multorum ſiue peregrinorum, ſiue hoſpitum, ſeu etiam infirmorum Fratrū famem reficeret. In iſto ipſo loco dum, ſicut dictum eſt, & in opere manuum iam quamdam partem diei conſumpſiſſet; fraudulenta quædam beſtiola, quæ vulgò dicitur vulpes, quæ huiuſcemodi auibus ſemper intendit inſidias, affuit, & vnam ex eis ore hianti excipiens, imperterrita ante ſanctum Patrem cum prædâ tranſiit. Quod proſpiciens venerabilis Pater ait: O crudelis beſtiola, rapinis ſemper dedita, cur Fratrū ſubſtantiolam defraudare veniſti? Numquid pro te hæc congregaui? Itaque nullam licentiam habeas longiùs quæ noſtra ſunt deportandi: ſed potiùs auiculam, quam mordaci rapinâ inuaſiſti, ad proprium locum iteratò reporta, & dimitte illæſam. Ad tanti Patris vocem beſtiola figens gradum ſubſtitit, præceptoque obtemperans ſerui Dei, cum feſtinatione retrogradum veſtigium retorſit, reuerſaque ad locum, quo gallinam rapuerat, incolumem dimiſit. Iterum autem viæ ſuæ repetens itinera, dum fores ipſius eccleſiæ ſummâ cum feſtinatione tranſiſſet, ſubitò cum maximo tremore velut ligata apparuit, & ibi pro furto commiſſo ſuſtinens pœnas, mox videntibus cunctis in terrâ decidens expirauit. Mirumque fuit & valdè mirabile, quòd ex eo tempore vſque ad præſens huiuſmodi beſtia non fuit viſa in eodem loco rapinam exercuiſſe in tali negotio. Quod luce clariùs patet meritis ſanctiſſimi patroni Genulfi factum, cuius imperium ſic extimuit crudelis beſtiola, vt deinceps nulla de eius genere poſſet contemnere ſancti viri imperium. Minima ſunt quidem quæ dicimus, & quaſi vilia, ſed eò ampliùs laudanda foret Chriſti potentia, quæ vel in modico non patiebatur contriſtari dilectorem ſuum, ſed in paruo & in magno præparata erat exaudire ſeruulum.

Hortum colit.

Gallinas alit.

Vulpes gallinam raptam, eo iubente refert:

concidit mortua.

Vulpes iſthic gallinis nō nocent.

39 Sed fortaſſis dicturus eſt aliquis verſipellis & incredulus: Non dubito tantum Confeſſorem, qui minima potuit, maiora potuiſſe, ſed ſcriptor culpandus eſt, qui dum minora dixit, maiora prætermiſit. Huius ergo ſtultitiam ne indiſcuſſam prætermiſiſſe videamur, paucis eum conuenio, quibus confiteatur detraxiſſe malè ſcriptoris officio, qui vtique ob faſtidium vitandū multa prætermiſit. Nam quid homine carius, quid animâ pretioſius? qui in terrenâ cohabitatione diuerſa ſentiunt, & caro concupiſcit aduersùs ſpiritum, ſpiritus autem aduersùs carnem: & caro quidem his quæ terrena ſunt, ſpiritus autem his quæ ſpiritualia ſunt, gaudet. Sed moles terrenæ fragilitatis deprimit, & oculos cordis de cæleſti contemplatione rapit. Quicumque ergo non vult vinci à malo, ſed cupit vincere in bono malum; ſupplex huius egregij mauſoleum expetat, & poterit in ſemetipſo grande miraculū cognoſcere quod requirit. Omnis namque, qui eum de toto corde requirit, qualicumque adſtrictus teneatur delicto, ipſo intercedente veniam impetrabit à Domino. Eſtque non minimum, ſed valdè magnum, vt quod infidelitas denigrauit, eius interceſſio ſuper niuem dealbatum Chriſto reſtituat. Multa ſunt quæ donante Domino pro modulo noſtro cupimus de eius mirabilibus geſtis referre; ſed paullulùm reſpirare placuit, & de his quæ vſque ad eius vocationem cognoſcere quiuimus, ruſticano ſermone primum libellum compleuimus; & hîc finem loquendi fecimus.

Scriptor frigidè ſe excuſat, quòd haec parua narret, alia omittat.

LIBER II.

De tranſitu & tranſlatione eius.

CAPVT I.

S. Genulphi obitus, ſepultura.

1 POST multis autem miraculis in vitâ patratis, per inhabitantem in ſe cæleſtem gratiam cognoſcens imminere diem obitus ſui, quo transferretur ab hac luce, vt digna pro meritis recipere gaudia, omnes diſcipulos ſuos pius Pater aduocat, & triſtem de ſuæ migrationis tempore prædicit nuntium, quòd de huius mundi carnali carcere die quarto migraturus eſſet ad Dominum in æternâ requie. Conuocatis ergo, ſicut præfati ſumus, Fratribus in vnum, amicabili pietate & paternitate eos inſtruebat ne de eius morte aliquo modo contriſtarentur, ſed potiùs gauderent, & vitæ vias inoffenſo mentis pede currerent, atque omni tempore militare Chriſto armis cæleſtibus præoptarent.

S. Genulphus mortem ſuam prædicit:

2 Plurima ſunt, quibus de diuinâ informatione eos commonefecit: iamque corpore præ nimiâ infirmitate laſſato, ſic inter piæ admonitionis hortamenta ſub teſtificationis imperio præcepit eis, a ne corpuſculùm eius in eccleſiâ vllomodo ſepelirent. Indignum enim cenſebat fore cibum vermium putredinemque oſſium intra ianuas cæleſtis tabernaculi concludi; ne aliquando videretur contraria agere, dum Deus ſanctæ operationis exquirat odorantia, & carnalis operationis execretur olentia: maximè cùm non poſſit locus facere dignum, ſed meritum. Præcepit deinde ne linteaminibus corpus eius obuoluerent, ſed aſperrimo cilicij trogulo nuditatem corporeæ fragilitatis velarent, illud ſemper replicans: O filij cariſſimi, quamuis pretioſis mollibus induatur caro, quid eſt aliud quàm caro? Certè decet Chriſtianum in cinere & cilicio mori. En iam iamque reſoluitur corpus meum, & rapitur præceps ad mortem. Perfecti eſtote, Fratres, in omni bonitate. En ego morior, voſque in manus Dei commendo: & ſi alicuius boni exemplum in me vidiſtis, hoc tenete in Domino, hoc amate in Domino: & nolite pro me conturbari, ſed penſate quid eſtis, quidue futuri ſitis: homo enim natus de muliere, breui quidem viuit tempore, repleturque multis miſeriis. Bonum eſt mihi namque mori corpore, & cum Chriſto in cæleſtibus regnare. Quapropter de me nolite contriſtari, nec dolere.

a

iubet ſe ciſlicio inuolutum extra eccleſiam ſepeliri:

Iob.14. 1.

3 Au-

3 Audientes circumſtantes diſcipuli, præ nimio dolore inconſolabiliter cœperunt flere; & dantes voces ad cælum, deoſculabantur manus eius & pedes, & cum lacrymis dicebant: O Pater, cur nos deſeris? O ſancte Paſtor cui nos deſolatos relinquis? O Pater dulciſſime, cur tam citò dimittis, quos ſic amabas? O miſeri omnes à te derelicti perditi erimus, & inuadent gregem tuum lupi rapaces. Sancte Confeſſor exora vitæ tuæ prolongari ſpatium, ne linquas flentes de te, quos credis amantes. Sanctiſſimus itaque Genulfus motus his diſcipulorum fletibus, tranquillo pectore conſolabatur eos, dicens: Quid prodeſt, ô fratres & filij, ſic conturbari? Talis eſt conditio & terminus humanæ vitæ, qui præteriri non poterit. Nolite ergo flere, filij dulciſſimi, nolite ſuper me contriſtari. Ego enim vos committo Domino: ſpem & firmiſſimam fidem habete in eo, & totâ puritatis deuotione, & ſynceri cordis modeſtâ manſuetudine, ſicut cœpiſtis, illi ſeruite: & hoc retinete & amate, quod per exemplum noſtræ humilitatis diuina largitas vobis patefecit. Si enim hoc humili deuotione feceritis, ſcio & confido, ſcireque & confidere vos volo, quòd Dominus Deus ſemper vobiſcum erit, & non vos deſeret, neque derelinquet, quoadusque benedicat vobis, & illuminet vultum ſuum ſuper vos, & miſereatur veſtri. Quòd ſi alicuius tribulationis acciderit infortunium, de ſancto theſauro cordis veſtri proferte ſolatium, & cum magno gaudio propter nomen Domini ſufferte, ſitiſque ſemper memores bonorum in die malorum, & in die bonorum memores malorum, cogitantes ipſius verba dicentis: Ego quos amo, arguo & caſtigo; munduſque gaudebit & vos contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.

Suos conſolatur.

Apoc. 3. 19. Ioan. 16.

4 Iamque quarto die appropinquante, diuinæ vocationis nuntius apparuit ei B. Petrus Apoſtolus dicens: Vſquequò, dilecte Dei, tardas, & diſcipulorum intentus fletibus ſollicitaris pro eis? Tuis enim paternis admonitionibus & doctrinis inſtituti, feliciter, cùm tempus vniuſcuiuſque aduenerit, ad Chriſtum emigrabit, ſemperque pro quibuſcumque dilectio & benignitas tua, quam habes, Deum rogauerit, proculdubio impetrabit. Feſtina ergo ſerue Dei, feſtina & venire ne moreris: accipe coronam quam tibi Dominus præparatam habet ab initio ſeculi. In hac cæleſti vocatione confortatus ſanctus Confeſſor, cum gaudio & veneratione Miſſarum ſancta ſollemnia ante ſe celebrari mandauit. Cumque ſigno ſalutis munitus, corpus & ſanguinem humanæ reſtaurationis acciperet, iamque exhortationem diſcipulorum expleſſet, ad vltimum valedicens eis migrauit ad Dominum ſub die XVI. Kalendarum Februariarum. Moxque ſub ipſo articulo exitus ſui è corpore, auditæ ſunt voces in ſublimi Angelico choro reboantes cantica, adeò vt omnes qui intererant tali ac tanto funeri deprimerentur ſopore ſomni præ melodiâ dulci. Baiulantes ergo diſcipuli illud ſanctum corpuſculum, & ex more lauantes, aſperrimo membra compoſuerunt cilicio, & ſepelierunt eum iuxta beatum Patrem Genitum: qui humatus quieſcebat iuxta S. Petri oratorium, quod conſtructum eſt ſuper Naonis fluuium. Ipſius autem loci vocabulum, tranſmutauit fidelis deuotio Chriſtianorum, vocaturque nunc vulgariter Cella S. Genulfi, quæ ante aduentum eius dicebatur Cella dæmonis.

S. Petrus ei apparet.

Moritur.

Audiuntur voces Angelicæ.

Sepelitur.

5 Decurſis denique trium annorum ſpatiis, poſtquàm ex corporeæ habitationis vaſculo migrauit in pace, iubente Domino, quidam ex diſcipulis eius, nomine Leontus, ad B. Sebaſtum venit, atque ſancti magiſtri ſui Genulfi nuntiauit obitum, & in Chriſto Ieſu fidele propoſitum, vitamque eius mirabilem & arctam fideliter retulit, & conſequenti ordine expoſuit. Quod S. Sebaſtus intentâ aure percipiés, magnas gratias Deo retulit, qui tanta in fidelibus ſuis operatur magnalia. Succenſus ergo ſubito igne diuini amoris, venit cum feſtinatione ad locum, quo SS. Genulfi & Geniti continebantur corpora, orauitque cum maximâ reuerentiâ; & deinde adhibitis plurimis cereis & luminaribus, ingentique fidelium virorum obſequio & apparatu, leuauit pretioſiſſimum ſanctitatis margaritum, & tranſtulit amborum oſſa in S. Petri cellulam, cuius à fundamentis teſtudinem ipſi ſuis manibus ædificauerant, condiditque S. Genulfum in parte dexterâ, corpuſque S. Geniti in parte ſiniſtrâ, egredientibuſque ſiniſter eſt, qui intrantibus eſt dexter. Poſtquàm corpora eorum cum magno honore ſepulturæ tradidit, ſuper vtrumque ſingulas cryptas ædificauit, & ſic ad propria, vnde venerat, benedicens Deum rediit. Mandauit quoque litteris quidquid de eorum geſtis illo in tempore potuit cognoſcere, & quæ eorum diſcipuli fideli narratione ſtuduerunt patefacere.

à S. Sebaſtio transfertur.

Auctore anonymo, Ex Mss.

Vita eius ab eodem ſcribitur.

a *Guilielmus de la Croix ait, in ſimeto condi voluiſſe.*

CAPVT II.

Incurſio Normannorum. tranſlatio S. Genulphi.

6 Qvia verò de tranſitu breuiter diximus, de Tranſlatione eius mirabili, vel de his quæ poſt mortem geſſit, Domino adiuuante hinc referre placuit. Tempore quo Normannorum gens vniuerſas Gallias deuaſtabat, vniuerſim Franciam Rex *a* Karolus gubernabat. Sed non valebat eis reſiſtere, quin longè lateque fines regni ſui deuaſtarent *b* Marchomanni. Habebant quoque Regem ſuper ſe nomine *c* Rolum, à quo valdè afflicta eſt gens Chriſtianorum. Qui poſt multas depræ-dationes & perſecutiones quas exercuit, Bituricum pagum violenter affligere cœpit. Tandem ergo perueniens ad quoddam *d* monaſterium, quod conſtructum eſt in honore ſancti Saluatoris ſuper Agneris ripam, vniuerſa deuaſtans, etiam ipſum monaſteriolum flammis cremauit: ſed nullum habitatorem inuenire potuit. Nam propter eius crudelitatem omnes ad tutiora confugerant. Poſtquàm ergo omnia deuaſtauit, & vniuerſam regionem ſecundùm voluntatem ſuam exterminauit, iam ſatiatâ eius crudelitate, in propriis finibus ſe cum ſuis recipiens, diſtulit multis annorum curriculis has partes bellis laceſſere.

Normanni Gallias vaſtant.

a

b

c

d Sancti Saluatoris monaſterium incendunt.

7 Igitur poſt diſceſſum hoſtium, Abbas ipſius loci cum ſuis Fratribus valdè cœpit contriſtari pro igne crematis ſui monaſterii ædibus. Colloquenteſque ſibi inuicem excogitauerunt ſanctum & ſalubre conſilium, vt mitterent ad Domnum Regem Karolum quatenus daret eis licentiam transferendi corpus ſanctiſſimi Præſulis Genulfi in eccleſiam ſancti Saluatoris: vt per eius glorioſum interuentum de cetero ſaluaret Dominus & cuſtodiret locum ſuum. Nam locus, in quo requieſcebat, valdè eis erat vicinus, adeò vt non ampliùs quàm quatuor leucis ab ipſo monaſterio diſtaret. Surgens Abbas ergo præfatus cum omnis congregationis pari conſilio, aſſumptis duobus Fratribus aulam expetiit Domni Regis Karoli, & pro quibus venerat diligenter intimauit, & de tranſlatione ſupradicti Confeſſoris eum ſupplex expoſtulauit. Quem cùm Rex interrogaſſet, quis vel vnde hic eſſet Sanctus, vel à quibus partibus aduentaſſet, diſcipulum S. Sixti fuiſſe reſpondit, & ab vrbe Româ cum patre ſuo, nomine Genito, adueniſſe ad Gallias. Quod Rex Karolus audiens, ſupra quàm credi poteſt lætus factus, dedit licentiam vt ſanctum Confeſſorem Genulfum tranſportarent, patremque eius Genitum dimitterent, ne locus ſepulturæ eorum aliquando vileſceret.

Ad illud transferri S. Genulphi corpus permittit Carolus Caluus:

8 Tunc Abbas lætus redditus, acceptâ licentiâ reuertendi, monaſterium petiit, & quæ inuenerat Fratribus nuntiauit. Quo nuntio nimiùm exhilarati decreuerunt Bituricenſem *e* Epiſcopum ſuper huiuſcemodi re adire, & cum eius oratione & benedictione dixerunt ſe velle corpus ſanctum tranſferre. De quâ re nimiùm triſtis Epiſcopus redditus, nullo modo eis aſſentire voluit; ſed quaſi Pharao durus permanens, Epiſcopali auctoritate

e

vetat Epiſcopus Bituric.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

interdixit. Quod audientes Fratres nimio mœrore ſunt affecti, & quid agendum eſſet ignorabant. Tandem igitur Regis ad palatium reuertuntur,& lacrymabili voce denuntiant duritiam Epiſcopi,quidque ſibi agendum poſcunt conſilium in re huiuſmodi. Tunc Rex imperat, *f* vt cum omni cautelâ beatum furtum excogitent, & reuertentes omnimodis inuigilent, ſi fortè aliquo modo deſiderium ſuum adimplere poſſent. Dixitque ſe habere S.Petri paruum oratorium inter duas aquas Ligerim & *g* Alericum decenter compoſitum, quo poſſent ſaluari, & corpus ſanctum ſeruare, donec ira Epiſcopi requieſceret, & tantum theſaurum cum pace tranquillâ habere permitteret.

f Rex ſuadet id clàm fieri.

g offert iis aliam eccleſiam.

9 Reuerſi igitur Fratres à Regis curiâ,cuncta in monaſterio renuntiant, & Regis conſilium & in efficiendo mirabile deſiderium.Cœperuntque ſe iam mutuò confortare, & quærere quis hoc diligenter poſſet perficere. Tandem ergo inuenti ſunt duo, qui hoc opus tentare aggreſſi ſunt libenti animo. Venientes quoque ad locum, qui vocatur Cella, quo tanti pretij continebatur margarita, intra domum Preſbyteri, qui ipſi loco inſeruiebat, habuerunt hoſpitium,multis eumdem precationibus ſiue promiſſionibus ad hoc inuitabant, vt deſiderio eorum conſentiret & ſanctum Confeſſorem demonſtraret, ſecumque in hoc opus elaboraret. Quo multùm denegante & conſentire nolente, ſubitò tactus diuinâ clementiâ etiam ipſe vltro cœpit cohortari, & demonſtrans locellum primus cœpit fodere. Leuantes ergo ſanctum theſaurum in *h* ſitarciis ſuper colla equorum, cœperunt regredi cum ſummâ velocitate ad antedictum locum. Sic igitur quod diu deſiderauerant obtinentes, ſummâ cum feſtinatione locum, quem Rex Karolus dixerat, expetunt: & cum timore magno die ac nocte equis non laſſantibus cœptum iter ſuperare contendunt.

Duo monachi clàm corpus auferunt;

h

10 Quo cognito eiuſdem loci dominus valdè cœpit conturbari, multoque mœrore & triſtitiâ affici pro Sancti furto lipſanis ſubductis, conſcenſiſque equis totâ celeritate ad inſequendum feſtinabat, & per iter,quo non abierant, fruſtrà cœpit inſequi fugientes. Fatigatis tandem equis & omni familiâ, cum multo mœrore & eiulatu domum propriam reuertitur, ſicque ſanctarum reliquiarum geruli veloci curſu explebant quod ſupererat itineris.

fruſtrà inſequente loci domino.

11 Cùm autem peruenisſent ad Bituricam ciuitatem, quâ Epiſcopus iam ſupradictus præſidebat, quem fraus perpetrata latebat; ecce ante eos dæmon cœpit per os hominis clamare & dicère: S. Genulfe, num te effugere potero? Cur autem me etiam in his locis perſequeris? Non ſufficit tibi quòd de Geturnicenſi regione me expulisti, & cellam inhabitare prohibuisti? Vt quid furto ablatus me perſequeris? Heu me miſerum! Hæc dicens dæmon, hominem, quem inuaſerat, ſine morâ dimiſit incolumem & ſanum. Hoc ideò operata eſt diuina miſericordia per dilectiſſimum famulum, ne Epiſcopus aliquo modo poſſet reſcire, & timor pelleretur à corde portantium, quem conceperant ad clamores dæmonum. Tandem ergo ad præoptatum locum deuenerunt S. Petri oratorium, quod ſuperiùs eſt memoratum; ibique cum omni diligentiâ ſeruantes corpus ſanctum aliquanto tempore permanſerunt.

Energumenus ad præſentiam ſacri corporis liberatur.

Monachi illi excommunicantur ab Epiſcopo:

12 Quod famâ vulgante cognoſcens eiuſdem loci ſupradicti dominus, vnde membra ſancti Confeſſoris furtim ablata fuerant, triſtis & mœrens ſupradictum Antiſtitem adiit, & quid ſibi accidiſſet, vel quomodò ſancti Præſulis reliquiæ ablatæ eſſent, lacrymando denuntiauit.Tunc Epiſcopus in ſemetipſum tabeſcens præ irâ, videlicet quòd monachi ſuper ſuum interdictum furati eſſent ſancti Confeſſoris membra, graui excommunicatione eos religauit, quoadusque ſe audientiæ Epiſcopi repræſentaſſent, & de quibus interrogarentur congruâ reſpõſione ſatisfacerent. Igitur adſunt ipſi Fratres, qui furtum huiuſcemodi perpetrauerant, & ſe non eſſe callidâ excuſatione mentiti ſunt. Dixerunt ergo ad Epiſcopum: Quid Domne Paſtor ſic conturbaris, & Fratres illos excommunicaſti? Nam vnus illorum iam morte obiit,alter verò graui infirmitate detentus de vitâ ſuâ nos incertos reddidit. Superexaltet igitur miſericordia iudicium & Fratres illos abſoluite, qui hoc furtum perpetrarunt cauſsâ deuotionis, non cauſsâ veſtræ deſpectionis. His & aliis excuſationibus callidè abſolutionem Epiſcopo ſubripiunt,& ſic vnde venerant redierunt.

callidè abſolutionem obtinent.

13 Cùm autem adhuc eſſent in itinere, obuiàm habuerunt quemdam Clericum ſibi familiarem :agenteſque cum eo, implorabant vt ipſe cum Epiſcopo loqueretur, quatenus permitteret transferri ſanctas reliquias in ſancti Saluatoris baſilicam.Tunc Clericus ad Epiſcopum veniens ait: Vt quid Domne Præſul monachos,qui in conſpectu tuo venerunt, permiſiſti abire? Certè ipſi fures ſunt ſancti theſauri, & iurant quòd nullo modo ea quæ abſtulerunt reddent. Si verò placere vobis ſcirem, conſilium in hac re darem.Eſt namque eorum locus vobis vicinus. Quapropter, ſi placeret, hoc vtile iudicarem, vt quod eis conceſſit regalis potentia, veſtra quoque non deſtrueret munificentia: ſed omitteret eis corpus ſanctum, vt fiat pro vobis oratio ad Deum, noſtraque regio honoretur tanto theſauro, & non extranei, ſine veſtro imperio. Dei itaque inſpiratione correctus Epiſcopus aſſenſum præbuit Clerico, dixitque ei: Quia vera videris narrare, ecce voluntariè faciam quod locutus es, tantùm ſint memores mei ipſi ſancti Fratres in orationibus ſuis,& ego quod regalis auctoritas permiſit libenter confirmabo.Surgant nihil metuentes,cum Dei benedictione & noſtrâ licentiâ, reportent ſancta membra in loco quo diſponunt, cum omni honore & reuerentiâ. Surgentes itaque Fratres componunt decenter ſancta membra feretro, & de oratorio S. Petri, in quo plurimùm manſerant, tranſpoſuerunt *i* duodecimo Kal. Iulij in ſancti Saluatoris monaſterio. In quo loco quantas virtutes per ſanctum Confeſſorem Dominus fecerit, longum eſt perſcrutari: ſed tamen quæ fidelium ore didicimus, ſcribere dignum cenſuimus.

Epiſcopo tandem aſſentiente,

transfertur corpus S.Genulphi.

i

a Carolus Caluus, *Ludouici Pij F. Occidentalu Francia à Mosâ ad Britannicum Oceanum, ac deinetiam Aquitania Rex, atque anno regni ſui 36. Chriſti 875. Imperator factus; mortuus an. 877. 7. Octob. Eius tempore & aliquot pòſt annis maritimas Galliarum prouincias mirum in modum infeſtarunt* Nortmanni,*id eſt, Septemtrionales vici, Dani nimirum ac Norvvegi.*

Nortmanni.

b Marcomanni *alij longè à* Nortmannis,*nempe Germanica regionis Galliis vicina incola, à* Maroboduo *in Boiohamum ducti, vbi ſedes locarũt. Verùm eo nomine hîc* Normanni *appellãtur, vel quia barbari & feroces, quales illi olim* Marcomanni; *vel quia vltra Gallici imperij* marcas, *ſiue limites, ſiti, quaſi* limitanei viri. *De Nortmannorum graſſationibus egimus* 13. *Ianu. ad cap.* 8. *vitæ S. Viuentij.*

Marcomanni.

c *MS. Belf.* Roilum. *paſſim* Rollo *dicitur. Is à temporibus* Caroli Calui *diutiſſimè Gallias afflixit, donec à* Carolo Simplice *eam prouinciam, quæ nunc* Normannia *dicitur, accepit, filiamq; eius* Giſlam *in matrimonium, atque à Francone Archiepiſcopo Rotomagenſi an.* 912. *baptizatus eſt.*

d *Id in alterâ vitâ* Stradenſe *dicitur.*

e B.Wulfandus *hic fuit, de quo* 31. *Martij, aut eius ſucceſſor Frotarius.*

f *Meritò* vafer ac ſubdolus Princeps *dicitur à Petauio noſtro in Rationario Temporum.*

g Elauer, *vulgò* Allier, *in* Ligerim *influit infra Niuernenſem vrbem, ad locum qui inde* Elaueris-beccus *vocatur, ſiue* Bec-d'Allier.

Elauer fl.

h Sitarcia, *pera eſt ad cibum recondendum, quali paſtores & viatores vtuntur. Vide Martinij lexicon.* Siſtarchias *vocat Papias.*

Sitarcia.

i *Guilielmus de la Croix in Cadurcenſium Epiſcoporum catalogo, cenſet reponendum* decimoquinto; *ſiue pro* XII. XV. *nam qui eo die colitur* Gundulphus,Genulphum *eſſe, de quo ſuprà diximus.*

CA-

CAPVT III.

Aliæ S. Genulphi tranſlationes. miracula.

a Barbaris iterum irruentibus,

14 POſt plurimos namque annos, iterum a Normannorum gens perfida fines ſuos exiit, & Galliam iteratò affligere cœpit. Quo rumore territi monachi ſancti Saluatoris, iterum corpus ſanctiſſimi Præſulis Genulfi ad caſtrum, cui nomen eſt Lucas, tranſportauerunt, Clericiſque, qui inibi habitabant, commiſerunt.

aliò tranſfertur:

Quo cùm per aliquantum temporis ſpatium manſiſſet, iuſſit ſanctiſſimæ memoriæ Abbas Elias, vt corpus ſanctum feretro imponerent, & loco ſuo reſtituerent. Cumque feretro Clerici ſuperpoſuiſſent ſanctas reliquias, textum ſancti Euangelij, qui vſque hodie in monaſterio eſt, ruſtico ſuperponunt: & ſic antecedentes

reuehitur domum,

dimiſſo ruſtico, cum reliquiis viam ſuam abierunt. Et ecce ſubitò orta eſt tempeſtas valida, & inundatio totam terram replebat. Quod videns homo valdè cœpit contriſtari, neſciens vbi ſaluaret textum Euangelij. Cumque in ſemetipſo vno in loco ſtaret, expectabat ſi

imbre repreſſo.

fortè pertranſiret tantæ inundationis diluuium. Itaque factum eſt per grande miraculum, & nihil ſuper hominem, nihil ſuper textum Euangelij cecidit pluuiæ, venitque ad monaſterium, quod conſtructum eſt in honore ſancti Saluatoris ſuper fluuium Agneris, benedicens Chriſtum altiſſimâ voce.

Annonâ deſtitutis ſubuenit.

15 Cùm autem pro quadam hoſtium perſecutione portaretur S. Genulfus ad caſtrum, quod vulgò dicitur Palutellus, iamque hora prandij aduenisſet, Frater qui eum nauigio deportabat, cœpit ad Sanctum conqueri, dicens: Vides, ô S. Genulfe, quòd tempus prandij præteriit, & ieiuni permanent qui tecum ſunt. Certè, ſi velles, ſeruis tuis cibos dare poſſes. Quod cùm dixiſſet, ſtatim piſcis miræ magnitudinis, quem lucium dicimus, iuxta Sanctum in nauiculâ ſaltu ſe immiſit. Apprehenſoque piſce, cum magnâ exultatione peruenerunt quò tendebant, Deum magnificâ voce in Sancto ſuo laudantes.

16 Quodam iterum tempore quædam materfamilias à partibus Britanniæ, cum vnico filio ſuo lactente veniens, *b* in monaſterio S. Gildaſij hoſpitium habuit. Quo in loco tam diu permanſerunt, donec ipſe puerulus virilem attigit ætatem, deſeruiebatque in neceſſariis Fratrum. Tandem vtriſque placuit, matri ſcilicet & filio, vt terram ſuam repeterent, & orandi gratiâ ad ſepulchrum S. Martini venirent. Quò dum peruenisſent tanta infirmitas ſubitò iuuenem arripuit, vt de vitâ deſperaret. Equo verò leuatus, retrogradum iter cum matre arripuit, & cum maximo labore villam *c* Godore adiit. Eſt autem ipſa villa contigua monaſterio ſancti Saluatoris. Quam dum intraſſet, penè vſque ad mortem nimiâ membrorum contractione fatigatus, perquirit quale eſſet monaſterium, quod non longè ante ſe erat poſitum. Dumque audiſſet ipſum eſſe locum, quo ſanctus Saluator vnà cum Beatiſſimo Genulfo Confeſſore venerabatur, mittit ad monaſterium, vt pro Dei amore Dominicum corpus & ſanguinem ei dirigerent. Quod cùm nuntiatum fuiſſet Fratribus per Cantorem ipſius loci, nomine Widonem, ei quod petierat direxerunt: vtque funeri eius intereſſet, diligenti admonitione commonefecerunt. Aſſumptis igitur ſanctis myſteriis celeriter properat, quo infirmus languebat, danſque ei ſacroſancta myſteria & cuſtodes diſponens, ad monaſterium rediit.

Infirmus quidam munitus Sacramentis,

17 Ecce autem ſubitò auditæ ſunt mirabiles voces, quas omnes qui aderant audiebant. Exercitus namque dæmonum aſſiſtebant, & de animâ ipſius hominis, ſi fortè aliquo modo in partem ſuam cederet, contendebant. Cùm ecce adſunt tres ſanctiſſimi viri, *d* Paulus videlicet, & Machutus atque Samſon, & graui confabulatione contra legiones dæmonum armabantur, ſic dicentes: Quid maligni ſpiritus hîc expectatis, & de iſto quam partem requiritis? Certè noſter eſt iſte per Domini clementiam. Nam de noſtris regionibus huc peregrinus aduentauit, dignumque eſt, vt quorum ſeruus fuit corpore, ab ipſis ſubleuetur in æterna requie. Contradicentibus malignis ſpiritibus, & ſupradictis Sanctis econtrà affirmantibus; homines qui funeri intererant, voces quidem audiebant, ſed neminem videbant. Cumque Sanctis cum dæmonibus grauis pugna exiſteret, adeſt ſubitò inter eos ſanctus Domini Confeſſor Genulfus, ſedenſque ad caput infirmi, conuerſus dæmones affliſtere conſpexit: Quid, inquit, hîc facitis cruentæ beſtiæ? Ecce hunc ſuſcipiet ſinus Abrahæ. Quod cùm dixiſſet, omnes illi conuentus repentè non comparuerunt. Dixitque ad SS. Paulum, & Machutum, Samſonemque, amicabiliter manum ſuam mittens ad pectora eorum: Quid Domini hîc expectatis? vel quæ cauſſa vos ad hanc noſtram regionem inuitauit? Cumque illi reſponderent ſe eſſe dominos ipſius infirmi, Epiſcoposque Britanniæ, & huc ad hoc veniſſe vt perducerent eum in ſupernâ requie, ait beatiſſimus Antiſtes Genulfus: Benè quidem feciſtis in hoc, quòd de veſtris curam habetis. Quapropter reuertimini, & quos reliquiſtis viſitare mementote; hunc autem per gratiam Dei noſtrum fore ſcitote. Quippe officio meorum monachorum ſacram communionem recepit: dignumque eſt, vt quem vſque nunc cuſtodiui, ego Domino Ieſu Chriſto offeram. Hæc dicens ſanctiſſimus Præſul Genulfus, receſſerunt illi tres ſanctiſſimi viri, Paulus ſcilicet, & Machutus, ſeu Samſon. Moxque infirmus ille oculos aperuit, & adſtantibus iſtas fuiſſe voces, quas audierant, manifeſtauit; nominaque Sanctorum ipſe aperuit. Quod dum faceret, iterum clauſis oculis ad Dominum migrauit: corpuſque eius ad monaſterium deportatum & à monachis cum populorum frequentiâ honorabiliter eſt ſepultum.

infeſtatur à dæmonibus,

d

Auctor. Anonymo, Ex Mss. iuuatur à Sanctis,

præcipuè S. Genulpho.

18 Quidam mutus de tranſmarinis partibus, eius ſanctam vrnam expetiit: moxque vt eccleſiam intrauit, officium linguæ, quod numquàm habuerat, videntibus cunctis ibidem per merita ſancti Confeſſoris recipere meruit.

Mutus per eum vocē recipit.

19 Quædam autem mulier de pago Biturico, diabolico furore plena, ſenſuque perdito, mox vt eccleſiam intrauit liberari promeruit.

Energumena liberatur.

20 Quidam autem homo de villâ, quæ vocatur Arfolia, plenus dæmonio, vinctis manibus ad monaſterium eſt adductus. Cumque Fratres Sanctorum reliquias lauiſſent, & ipſi porrexiſſent, mox per os eius cum ſanguine dæmon exiuit, & ſic ad propria rediit. *e*

Alius energumenus.

e

a *In libro miraculorum infrà cap.* 8. *dicitur hæc* Hungarorum *fuiſſe incurſio.*

b *Eſt hoc ſitum in diœceſi Bituricenſi iuxta* Caſtrum Rodulphi *ſiue* Chaſteau-Roux, *ad Indrum flumen, iam ſeculare teſte Cl. Roberto. De* S. Gildaſio, *ſiue* Gilda *agemus* 29. *Ianuarij.*

c *Liber miraculorum habet* Godonis.

d *Coluntur Sancti hi Epiſcopi* Paulus *Leonenſis* 12. *Martij*; Machutus *Alethenſis*, 15. *Nouembris*; Sampſon *Dolenſis* 28. *Iulij.*

e *Sequebantur alia duo miracula, quæ quòd infrà in libro miraculorum cap.* 11. *nu.* 45. *& 46. referantur totidem verbis, hîc omiſimus.*

ALIA VITA

Auctore anonymo,

ex Bibliothecâ Floriac. Ioan. Boſcij.

CAPVT I.

S. Genulphi parentes, ortus, inſtitutio.

Cap. 1. *a Quando natus ſit S Genulphus.*

1 GITVR Incarnationis Dominicæ anno ducenteſimo *a* quadrageſimo ſeptimo, milleſimus ab vrbe Româ conditâ completus eſt annus. Quo tempore Philippus Imperator vigeſimus quartus ab Auguſto, cum filio eius Philippo, tertium Imperij ſui compleuerat annum. Hic omnium primus Auguſtorum Chriſtianus fuiſſe, *b* Beato prædicante Pontio Martyre, ſcriptorum relatione fidelium perhibetur. Eo itaque cum filio Auguſtalem regente dignitatem, Decius *c* ex Conſulatu Cæſaream agebat procurationem. Ab ipſis namque ſuis initiis, ſub geminâ procuratione, Romanum ſemper conſtabat Imperium.

C. 2. *Eius pater Genitus, virtutibus;*

2 His itaque temporibus, fuit quidam præclarâ nobilium Romanorum proſapiâ ortus, qui ſui generis decus, clarioribus vtique titulis extulit, dum ſanctæ Matris Eccleſiæ filius effectus eſt, nomine & merito vocitatus Genitus. Hic autem totus fide Catholicus, ac probis moribus adornatus, omnibus ſe, Deo iuuante, virtutibus aptare diſpoſuit. Denique diuinis inſtructus mandatis, diuinorum ſummam præceptorum, caritatem, per quam Deum proximumque diligeret, ad virtutis initium omnimodis habere concupiuit. Cuius ſummæ virtutis gratiſſimos fructus, quoad in præſenti vitâ ſuperſtes fuit, beata Paradiſi arbor proferre non deſtitit. Amore ſiquidem Dei, iugi parſimoniâ vſus, ipſe quidem continentiſſimè vixit. Proximi verò dilectione, continuâ miſeratione miſeris ſubueniens, eorum eſuriem pauit, ſitim potauit, nuditatem texit, algorem calefecit, infirmos viſitauit, viduas ac pupillos compaſſibili corde ſuſtentauit. Sic nimirum miſericordiæ viſceribus affluens, aliorum inopiam, ſui abundantiâ ſubleuabat.

C. 3. *mater Aciæ, viro ſimilis, filium precibus impetrant.*

3 Intereà vir beatus, quia ſanctorum Patrum fide plenus erat, qui quoniam per ſui generis poſteritatem veram mundo ſalutem venturam diuinis prænouerant oraculis, ideò legalia ſortiti ſunt connubia; ipſe quoque non voluptuoſo, quin potiùs piæ ſucceſſionis intuitu, natalibus & moribus ſibi prorſus conſimilem, adeptus eſt coniugem, nomine Aciam. Quæ venerabilis mulier, in cunctis pietatis operibus religioſo fauens viro, non ei detrimentum virtutis, ſed ſemper augmentum ſtuduit eſſe ſanctitatis.

4 Cùm autem aliquantum temporis inuicem infecundi exegiſſent, in commune Domini clementiam exorare decernunt, vt ſacræ dilectionis eorum impleret affectum, & eis boni coniugii præſtaret fructum: qui corruptione totius prauitatis expers, munditiâ cordis ac corporis ſibi eſſet acceptus, & fidelibus innocentiæ & ſanctitatis exemplum præberet. Quorum petitioni, ſummæ Diuinitati clementer annuere libuit. Concepit ergo venerabilis mulier, & congruenti tempore peperit partum. Itaque venerabilis pater, voti ſui compos effectus, altiſſimo bonorum auctori Deo grates innumeras, ob ſibi collatam gratiam, ab intimo pectore ſoluit. Ergo cognati & affines eorum, affectu cognationis, pari congratulatione lætabundi, pariter conueniunt; & in ſacro baptiſmate Deo dilectum puerum vocauêre Genulphum. Sic itaque venerabilis puer, velut alter Samuel à religioſis parentibus à Deo poſtulatus, ſicut eum ſibi præſtitum diuinæ gratiæ nouerant munus, ita & religioſè ab eis altus eſt.

C. 4. *d*

5 Per idem tempus, B. Sixtus viceſimus quintus ab Apoſtolis Præſulatum Romanæ gerebat Eccleſiæ: qui genere & eruditione Athenienſis, non ſolùm doctrinâ clarus, verùm etiam magnificæ vir ſanctitatis fuit: qui quantum in vtroque perfectus extiterit, & perfectio eruditorum ab eo, & eius declarauit finis, quem poſt *d* vndecim ſacerdotij ſui annos, ſub præfato Cæſare Decio, glorioſo decorauit martyrio. Hoc ſanè doctore maximus Leuitarum & toto famoſiſſimus orbe Laurentius, pietatis imbutus diſciplinis, & pia magiſtri exempla ſecutus, excellentiam ſuæ fidei admirandam in glorioſi celebratione martyrij ſacræ reliquit Eccleſiæ. Huic ergo venerabili Papæ Sixto, religioſi coniuges, ob eximiam ſanctitatis ſuæ famam notiſſimi, beatæ ſpei ſuum iam quinquennem puerum tradunt, poſcentes omnimodis, vt eum ſacris imbueret diſciplinis, quibus poſſet diuinis aptari myſteriis. Quem vir clariſſimus gratificè ſuſcipiens, infra breue temporis ſpatium, ſummâ cum diligentiâ magnificè ſtuduit informare. *Is erudiendus traditur S. Sixto.*

6 Erat autem ſpectabile in puero, iam cæleſtem aduertere gratiam: quæ ſibi pueriles eius mores & vitam ita dedicabat, vt ipſa eius primordia, iam futuræ ſpeculum ſanctitatis, ſatis liquida cunctis haberentur. Nam pij Magiſtri piis eruditionibus inhianter intentus, quicquid coæuorum ſeu maiorum garrulitas illi minùs decenter inferebat, hæc ille patienter iam pro Deo tolerare nouerat. Ita religioſus puer, ingentem fidei animum in anguſto pectore concipiens, in ſpiritualibus excreuit exercitiis; donec ad robur perueniret ætatis, & virum perfectè, ſecundùm interiorem hominem cæleſtis imaginis, efficeret virtutis. *Eius Chriſtiana indoles.*

a *Anno Chriſti* 247. *ipſis* Palilibus, *ſiue Pales paſtorum Dea feſtus, XI. Kal Maij, cœpit annus Vrbis milleſimus; anno* 248. *expletus. hoc anno* M. Iulius Philippus *menſe Martio tertium expleuerat annum imperij, quod inuaſit,* Gordiano *occiſo, anno Chriſti* 244.

b S. Pontij *Martyris acta dabimus* 14. *Maij.*

c *Nullum anteà geſſiſſe conſulatum legitur* Decius, *ſed primum anno* 250. *cum* Grato, *ſecundum* 251. *cum* Etruſco *filio.*

d *Quot annis ſederit* S. Sixtus II. *diſquiremus ad eius vitam* 6. *Auguſti.*

CAPVT II.

Epiſcopus conſecratus in Gallias mittitur.

C. 5. *Matre orbatur.*

7 IGitur in ſcholaribus adhuc eo commorante diſciplinis, Deo dilecta genitrix eius Aclia luteam naturæ debito grauedinem linquens, ad terram viuentium, bona domini viſura ſimul ac fruitura, ſicut credidit, feliciter migrauit. Vnde ſanctus vir Genitus, poſt eius condignè peractas exequias, quamquàm ſibi, quòd ſupernis eam gaudiis adſcitam nouerat, gaudendum ſciret; tanti tamen deſtitutionem ſolatij, ad pietatis opus ſibi detrimentum metuens, adeò ſemet grauibus affecit lamentis, vt vix poſt diutinas lacrymas, Beato adhortante Præſule Sixto, tandem fletibus temperaret.

C. 6. *Per gradus Eccleſiaſticos ad Epiſcopatum promouetur.*

8 Enimuerò Papa Reuerendus, humillimam in beato puero Genulpho morum conſpiciens grauitatem, viniique parſimoniam, quâ toto conamine laſciuos adoleſcentiæ motus euincere laborabat; quin etiam admirandam illius in omni ſanctitate vitam conſiderans, verè dignum, in quo Dominus habitaret, templum eum fore perſenſit, & ideò ſanctitatis illum officiis applicare dignum duxit. Omnes itaque gradus Eccleſiaſticæ adminiſtrationis ei committens, ac demum ſibi ratus eum auxilio fore ad Eccleſiæ curam, ſi facultas faueret temporis; ſed & futuris vtile fidelibus futurum fore prænoſcens, ordinare decreuit Epiſcopum.

Eius abſtinentia, aliæque virtutes.

9 Qui licet eatenus ſatis arctam pro poſſe duxiſſet vitam, arctiorem tamen ex eo ducere miro modo ſatagit. A die namque ſuæ ordinationis, abſque vini perceptione, præter id, quod in diuini ſumebat celebra-

tione

tione ſacramenti, & abſque lineis veſtibus, quas præter in ſacris vtebatur officiis, reliquum vitæ ſuæ tempus tranſegit. Lautioribus quoque cibis abſtinens, pane tantùm hordeaceo vel quibuſque vilioribus vſus, naturæ ſatisfacere ſtuduit. Sic verò religioſus puer adoleſcentiam ſuam per triuium fidei, ſpei, & caritatis, in viam dirigens mandatorum Dei, & periculoſa mundi huius deuia ſummopere cauens, deinceps per iuſtitiæ ſemitam feliciter inceſſit. Aderant illi ſacræ comites virtutes, quas inſpirante gratiâ Dei, & in ſuo naturaliter affectu conceperat, & à piis ſuorum genitorum exemplis ſanctiſque ſui magiſtri diſciplinis, hereditario veluti iure, contra impugnantium vires aduerſas vitiorum fortia ſuſceperat arma. Nam aduersùs antiqui ſuperbiam hoſtis, quâ protoplaſtum deiecerat, illa ſacroſancta humilitas, quâ Verbum Dei pro ſalute hominum caro factum eſt, eum viriliter armabat. Patientia verò, quâ idem Dei Filius Iudaici furorẽ populi vſque ad Crucis paſſionem pertulit, illum aduersùs iram validè ſemper muniuit. Caſtitate quoque præcipuâ, lumbis ſemper præcinctus, & vigore pudicitiæ præclarus, ex carnis voluptate deuictâ triumphans, floridam virginitatis obtinuit palmam. His igitur & ceteris ſacris ſibi coniunctis virtutibus, omnibus vitæ ſuæ diebus indiuiduum quod cum eis pepigit ſemper tenuit fœdus.

C. 7. 10 Auguſtus intereà Philippus, *a* ſeptem annis imperio functus, in tumultu militari, cum filio Philippo, non equidem pariter, ſed alius alio perimitur loco. Quod *b* odio Chriſtianæ religionis à Decij factionibus Cæſaris machinatum conſtat, vt ſeſe veterum tenet traditio ſcriptorum. Is namque poſt eum factus Imperator, minùs quàm finitis tribus regnauit annis. Igitur eo tempore ab aliis Imperij partibus Romam veniens, acerbiſſimam omnium præteritarũ perſecutionem, ſeptimam videlicet ab eâ quæ ſub Nerone facta eſt, crudeliſſimis crudelior, Chriſtianis incitauit. Mandatis ergo poteſtatibus cunctis quaquauersùm directis, crudelia per orbem diſperſit edicta: vt idolorum contemptoribus, omnium genera tormentorum priuatim & publicè pararentur, & in Chriſtianos ad vltimum vſque flatum, horribiliter expenderentur. His ſanè temporibus Eccleſia fidelium, quæ per orbem ſuis in locis diuinitus locata conſiſtebat, ceu nitens lilium inter condenſa veprium, ceu rubentis roſæ ſpecioſitas inter aculeos ſpinarum; ſic inter infidelium fœuitiam Gentilium, & piæ confeſſionis gratiâ nitens, & ſacri pro veritate ſanguinis effuſione rutilans, odore ſuauitatis Deo fragrabat.

a

b

Decius Eccleſiam perſequitur.

C. 8. 11 At verò beatus Præſul Sixtus, Decij belluæ cruentæ ſuper ouile Chriſti dira frementis aduentu, curæ ſuæ gregem pius aggregat paſtor. Quem diuinis adhortationibus, aduersùs lupi furentis inſidias, & bella præmuniens; & armis induit fidei, & ſpe cæleſtis corroborat præmij, & in caritate diuini confirmat amoris. Cùm verò multos ad martyrij palmam ſecum dux glorioſus incitaſſet, inter quos ille præclarus Leuita Laurentius emicuit, alios eorum æquè probabili ſanctitate decoros, ad confirmandas in ſacræ fidei cõſtantiam fidelium mentes, in confeſſionis gradu permanere decreuit. Etenim ſingulariter manu fortis Rex noſter Chriſtus, & pugnantibus in prælio, & prouidè reſidentibus ad ſarcinas, ob ſui videlicet ſuorumque tuitionem, aſſiduis bonorum excubiis operum inſudantibus, æquas vtriſque præmiorum portiones poſt victoriam diſtribuere gaudet. Ipſe namque deuictâ Principis mundi tyrannide, poſt gloriam ſuæ reſurrectionis, duos in ſuâ Eccleſiâ fidelium ordines, martyrij ſcilicet atque confeſſionis decreuiſſe creditur, cùm ſe Petrum cruce ſequi præcepit, Ioannem verò ſic ſe velle manere, vt vitam ſcilicet in pace finiret Eccleſiæ, manifeſtè fatetur.

S. Sixtus ſuos confirmat:

SS. Genitum & Genulphum mittit in Gallias.

12 Plurimis prætereà cunctos in fide cohortatus verbis, beatum patrem Genitum ad ſe conuocans, dixit: Mi frater Genite, quem pius ſacræ religionis affectus, & certa ſanctarum præconia virtutum, Regi noſtro Ieſu Chriſto ſemper fidem ſeruaturum manifeſtè declarant; obſecro te precibus acquieſcere meis, & parere præceptis. Cernis equidem aduersùs fideles, ob fidei ſacræ detrimentum, infidelium inſtare pugnam: in quo certamine, Chriſti militum acies, iuxta ipſius auctoritatem à nobis conſtituenda eſt, vt abnegando noſmetipſos, & tollendo crucem noſtram, ipſumque ſequendo, ſic videlicet, vt ſicut opportunè pugnamus, opportunè quoque, ſed Regis noſtri ſaluâ fide, cedamus, ſecundùm ipſius præceptum dicentis: Si vos perſequuti fuerint in vnâ ciuitate, fugite in aliam. Quod non ad ipſius detrimentum militiæ, quin potiùs ad augmentum eius nobis obſeruandum eſt. Vt noſtri videlicet legatio Regis & Imperatoris æterni, quaquauersùm directa, ſtrenuiſſimos atque fideliſſimos illi ſemper legere ſtudeat, & aggregare tirones. Ergo non in te notam ignauiæ ſentientes, ſed augmentis Eccleſiæ Dei conſulentes, tibi & vnico filio tuo cariſſimo noſtro Genulfo, Chriſti mandatum committimus; vt ſcilicet omnibus quæ poſſides pauperibus erogatis, præſenti impauidus cedas furori, & Galliam petas, cuò iam procurante Deo diuini verbi fructificant ſemina. Ibi namque tibi Deo vacandi liberior erit facultas, quo murum fidei iam minùs arctat perfidorum impietas. Deinceps verò filij tui dilectiſſimi noſtri Genulfi præeunte prudentiâ, cum auctoritate noſtrâ, ſecundùm datam vobis gratiam, locis opportunis temporibúſue ſalutaria fidei ſemina ſpargere ſatagite, vt in tempore meſſis, cumque zizania tradentur ad comburendum, vos exultantes ad Patrisfamilias horreum manipulos iuſtitiæ feliciter afferatis, percepturi ab eo præmium ſempiternum. Talibus ergo Papæ monitis cùm reuerenter acquieuiſſent ſancti viri, mox ſolemni officio ſacra Miſſarum ſolemnia B. Genulfo celebrare præcepit. Quibus expletis, plurimùm in fide cohortatus eos, cum benedictionis gratiâ valefecit eis.

ex Bibliotheca Floriac.

Matt. 10. 23.

13 Qui perceptâ benedictione, protinus cunctis, quibus eotenus iuxta nobilitatem pollere videbantur honoribus diſtractis, omne prædiorum ac patrimonij ſui pretium egenis diſtribuerunt. Ita illam planè cæleſtibus theſauris inditam atque ditiſſimam pauperiem mercati ſunt. Vt ex eis meritò fierent, quos Chriſtus Dominus beatificat dicens: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Hac igitur opulentiâ, quâ Deum timentibus nihil deeſſe nouerant, ſerui Dei fiſi, ſibi decretam in Galliam peregrinationem aggreſſi ſunt.

Illi ſua dant pauperibus.

Matth. 5. 3

a *Imò tantùm* imperauit annos quinque; *vt Aurelius Victor ſcribit.*

b *Ita Oroſius lib. 7. cap. 21.* Idem continuò, in quo ſe etiam ob hoc Philippos interfeciſſe docuit, ad perſequendos interficiendoſque Chriſtianos, ſeptimus poſt Neronem feralia diſperſit edicta, plurimoſque Sanctorum ad coronas Chriſti de ſuis crucibus miſit. *S. Hieronymus in Chronico Euſebij idem ſcribit.*

CAPVT III.

Galliarum Apoſtoli. S. Genulphi iſthic miracula.

C. 9. 14 His præterea Decij temporibus alij etiam à Sede Apoſtolicâ æquè Gallias directi traduntur. Ex quibus præſtantiſſimus atque ſanctiſſimus *a* Saturninus, vrbis Tholoſanæ primus Epiſcopus fuit: qui poſt aliquod tempus ſui aduentus, ibidem Martyr emicuit glorioſus. *b* Marcellus quoque, qui apud Argentomum caſtrum, eovſque pro Chriſto viriliter certauit, donec palmam martyrij victor gloriosè obtinuit. Sancti autem Genulphus & Genitus diuinâ comitante gratiâ Galliam properantes, ſecundùm Domini præceptum, omni, quâ diuertebant, domui, pacem præferebant dicentes: Pax huic domui: vt cùm videlicet illorum pax, inſpiratione diuinâ, ſuper filios requieſceret pacis, deinceps hominibus bonæ voluntatis bona pacis æternæ vitæ prædicando miniſtrarent. Sic itaque tranſactis Alpibus Gallias peruenerunt.

a

b

Peruenitur in Gallias.

Luc. 10. 5.

15 Eſt autem Gallia, quæ quondam belligeris cultoribus C. 10.

ex Bibliotheca Floriac.

ribus pollens, nomini Romano totius orbis dominatori, ceteris infestior fuisse nationibus fertur: sed tandem à Iulio Cæsare subacta, deinceps Imperio paruit Romano: & in maximis vrbibus eius, Augustorum Legati, ex eorum decretis, prouinciis Galliæ iura disponebant. Sed postquàm illa quoque à Deo Patre præfinita peruenerunt tempora, in quibus vnigenitus eius, coæternus illi, Dominus noster Iesus Christus, à sublimi cælorum arce humilis venire dignatus est, vt mundi superbiam sibi substerneret, vt per electos suos totum suis legibus subderet orbem; Principes militiæ suæ Petrum & Paulum Romanæ direxit sublimitati, quorum virtute & industriâ tota sibi subderetur Respublica. Hi ergo sibi commisso strenuè insistentes negotio, per optimos
c quosque suorum nihilominùs & ipsi Galliam *c* aggrediuntur, vt eam cæli terræque subderent Imperatori. Ex
d e quibus *d* Austremonius atque *e* Martialis fuêre, qui à B.
Primi Galliarum Apostoli. Petrò directi sunt: quorum primus Aruernis posteà Martyr glorioſus, sequens verò signis & virtutibus Cõfessor clarissimus Lemouicis datur. A beato quoque
f Apostolo Paulo Narbonẽsibus Antistes ordinatur *f* Paul-
g lus, & Arelatensibus *g* Trophimus, de cuius prædicatio-
h nis fonte tota fertur *h* Gallia fidei riuulos suscepisse. Ab his igitur atque plurimis aliis, qui de viuo deliciarum Dei fonte, sanctis propinantibus Apostolis, abundantiùs hauserant, Gallia iam partim, vt prædictum est, fidei riuulis irrigata constabat. Tunc namque temporis, flumen Dei sacris repletum aquis, videlicet baptismi, ab idololatris obicibus omnimodis arcebatur, ne profusiùs laberetur. Sed prævalente Christi gratiâ, haud omnino potuit prohiberi, quin impetus eius ciuitatem Dei, sanctam videlicet Ecclesiam, lauacro salutari perfusam, & virore fidei lætificaret, & ad sæuos Gentilium turbines perferendos, virtutum crementis validè roboraret. Sed iam vnde paullulum digredi visum est, redeundum nobis est.

C. 11. 16 Cùm in vrbem quæ Geturnicensis dicitur, sancti viri peruenissent, domui cuiusdam viduæ, more sibi solito præmissâ pace, sese ad declinandum contulerant. Cui viduæ simul & omni eius familiæ grauis admodùm inerat luctus. Etenim ille totius boni æmulus, & cælestis inuidus pacis, semperque salutis humanæ veterrimus hostis, vnicum filium eius arripuerat, quem terrificis monstris, atque horrendis motibus crudeliter agitans, miserrimè vexabat. Adeò verò debacchando hic in homines sæuiebat, vt consecutos dilaniaret, cruentisque manibus furiosè decerperet. Onerosis itaque *i* bacarum compedibus nexus, durisque lacertos restibus vinctus, tandem ab hominum non tam morsibus quàm mortibus arcebatur. Interea famuli Christi, tantis pueri rum conspicientes atteri probris dæmonici furoris, intimo pietatis affectu super eum moti conquerebantur ad inuicem, sic relaxari habenas dæmonis, in perniciem pretiosi operis Christi. Hæc autem illis querulè colloquentibus, ecce subitò miserabilis puer, instinctu dæmonis atrociùs exagitatus, toruis in Sanctos Dei respiciens oculis, horribiles huiusmodi voces magnis iactabat rictibus, clamans: O fides ingens! ô magnitudo sanctitatis! heu quanta potentia vobis! Quid tu me Sancte Dei Genulfe, quid me persequeris? ô cæleste imperium! Siccine, peregrinus à propriis incolam sedibus pellit? O virtus Christi quæ me sic cogis!

i *Dæmonem è puero energumeno*

17 Talia frementem puerum misera mater, & omnes qui aderant obstupentes, inde magis admirabãtur, vnde ignotorum illi notitia contigisset. Erant ergo attoniti, tantæ præstolantes exitum rei. Christus interea à Rex cælestis, vt notam faceret ignorantibus se virtutem suam, & suorum qui aderant merita seruorum declararet; eos ad expugnationem hostis, armis accingit fidei. Quoniam verò iuris Ecclesiastici erat hæc pugna, per sacræ militiæ suæ tironem, speciosæ videlicet & beatæ indolis adolescẽtem Genulfum, dignitate sacerdotij comptum, ex hoste antiquotriumphare decreuit. Qui debacchanti puero constanter appropians, ait iniquitatis ministro: *pellit S. Genulfus:* In nomine, inquit, Domini nostri Iesu Christi, qui à nexibus tui erroris mundum soluere venit, imperamus tibi, perdite Satan, vt hunc deinceps vexare desistas puerum, & eas in debitum tibi supplicium æternum. Hæc vbi dixit, illicò diris vlulatibus atrocissimus dæmon aëra complens diu cruciatum hominem seminecẽ reliquit. Beatus verò Genulfus humi deiecto porrigens manum, eum à solo sanum erexit, & matri natum sospitem reddit. Quę iam maiori prudentiâ seruos Dei veneranter admirans, pedibus B. Genulfi cum filio prouoluitur, orans & dicens: Obsecro te, Sancte Dei, vt me *puerum ac matrem conuertit.* tantæ fidei participem facias, cuius beneficij gratiam super puerum exhibuisti. Nam fideliter animaduerto te magni super omnia Dei ministrum, cuius per te virtutem tam imperiosam experti sumus. Beatus verò Præsul eius fidei placido congratulans animo, verba salutiferæ prædicationis, illi simul & omni eius familiæ consequenter exhibuit. Quæ cùm sitienti percepissent animo, eosque in fide promptos animaduertit, ieiunium eis triduanum indixit: quo expleto, baptizauit eam cum filio, & omni familiâ, viginti & octo numero. Sicuti verò scriptum est, Quia placuerunt Deo quidam, Angelis Heb. 13. 2. hospitio receptis; ita & venerabili huic viduæ, diuina clementia suam contulisse gratiam videtur, vt videlicet per hospitalitatis obsequium, quod piè Dei seruis exhibuit, & filius eius à dæmone, & ipsa cum omni familiâ liberari mereretur ab errore.

C. 12. 18 Christi verò cultores aliquibus inibi commorari decreuêre diebus, certi sine dubio nõnullos illic existere quos Saluatoris clementia lucrari dignaretur. Ob hoc etiam, zelo fidei feruentes, cuncta quæuis aduersa perpeti vehementer ambiebant: vt sicut veritatis erant confessores, ita quoque digni eius haberentur & testes. Ita- *Puellam ægram sanat,* que celebri iam virtutis huius famâ circumuagante, quidam illius incola loci, Aglibertus nomine, hos venerabiles adiit viros; & solotenus B. Genulfi prostratus pedibus orabat attentiùs, dicens: Magni serue Dei, per illam quâ piè videris bonitate *k* clui, te supplico, vti meo
k te conferas diuersorio. Est namque mihi filia grauissimo laborans incommodo, quam tuo iuuamine per fidem quam colis, saluari posse spe non ambiguâ credo. Hac etenim confidentiâ, Reuerendi Domini mei, vos accersire præsumens, etiam fidei vestræ fieri cultor vehementer exopto. His à viro dictis, abiit cum illo B. Genulfus: & sacræ orationis obtentu, atque per Christi nominis inuocationem, mox sanam & incolumem patri filiam reddidit. Admiratus pater virtutem Christi, mox cum vxore & filiâ baptizatus est. Sic nimirum, interna Dei prouidentia, interno suo iudicio iustè ac prouidè cuncta disponens, varia plerumque mortalibus infortunia, quibus meliora sortiantur, misericorditer accidere sinit; vt mirabilem suæ Deitatis operationem, per suorum merita fidelium, ad sui laudem nominis, mirabiliter innotescat. Hoc etenim multi rumore com- *plures & alios.* moti, quos varia morborum passio debiles effecerat, aut quibus officiis priuatæ naturalibus corporum partes inerant, ad hunc certatim salutiferum medicum properare festinabant: à quo gratis salutaria corporum & animarum percipientes remedia, superstitiosos idololatriæ cultus abdicare certabant, & in Christi laudibus deinceps persistere gaudebant.

a *De variis Galliarum Apostolis egimus* 8. *Ianu. ad cap.* 2. *vitæ* S. Luciani. *Bellouacensis auctore Odone. Vitam* S. Saturnini *dabimus* 29. *Nouemb.*

b *Colitur* S. Marcellus 29. *Iunij.*

c *Quis enim credat nobilissimus Galliæ, Romanis iam florentes institutis & artibus, ab iis esse neglectas, qui ad fines orbis terræ mittebant Euangelij præcones?*

d *Colitur* S. Austremonius 1. *Nouembris.*

e S. Martialis 30. *Iun.* f S. Paulus *Narbon.* 22. *Mart.*

g S. Trophimus 29. *Decemb.*

h *Ita ferè Zosimus Papa in epistolâ ad Episcopos Galliæ* datâ XI. Kal. Apriles Honorio Augusto XI. & Constantio II. Coss.

i *Videtur legendum* boiarum.

k Cluco,

k Clueo, & cluo, *vſitata ſunt, ſignificantq; vigere, ſplendere, nominari, pollere.* Cluor *hauddum alibi legimus.*

CAPVT IV.

Tolerati cruciatus. Cadurcorum conuerſio.

C. 13. 19 INterea, cùm de ſeruis Dei Principi ciuitatis, nomine Dioſcoro, tanta virtutum à miniſtris militiæ perlata fuiſſet opinio, miſit continuò qui eos exhiberent in conſpectu ſuo. Quibus exhibitis ait: Num vos eſtis quos fama retulit, nouæ cultores doctrinæ, quam noſtris, vt audio, colendam ciuibus vltro exhibetis? Ad hæc Beatus reſpondit Genulfus: Tu quidem potentiæ nixus terrenæ, nullam exiſtimas celſiorem: cùm profectò ſublimior ſit Diuinitas, quam colimus, & potentia Dei, cui famulamur, omni virtute, quam ſublimiſſimam putas, vel credis potentiſſimam. Dux reſpondit: Magicâ ſuperſtitione reſponſio veſtra fulta videtur, per quam faciliùs indoctum vulgus à deorum cultutâ peruertere arbitramini. Sed conatus veſtros, niſi reſipueritis, & diis ſacrificaueritis, equidem multa fruſtrabunt tormenta. Minitanti ſic Duci, B. Genulfus reſpondit: Si prudenter intelligeres, ob confidentiam Ieſu Chriſti Domini noſtri nos interritos aduertere poſſes. Nulli namque potentiæ fas eſſe contra eius velle quippiam poſſe, & certum tenemus & fideliter credimus. His Dux reſponſionibus in irâ commotus, iubet eos cædi fuſtibus. At illi gaudentes glorificabant Deum, pro cuius nominis teſtimonio talia patiebantur, qui eos etiam ad grauiora toleranda viriliter animabat.

Præſidi ſiſtuntur Sancti:

cædantur fuſtibus:

coniiciuntur in ignem, illæſi:

20 Cernens verò Dux Dei ſeruos in fide conſtantes, ardenti furore ſuccenſus mitti eos iubet in clibanum ignis ardentis. Quod vt factum eſt, mox illa quæ quondam virtus omnipotentis in fornace Chaldæâ tribus mirabiliter adfuit pueris in conſpectu ſuperbi Regis, hos quoque Sanctos ſuos pari gloriâ miraculi, coram præfato Tyranno atque populari præſentiâ, glorificauit. Angelus namque Domini de cælo deſcendens ita vim incendij fornacis ſopiuit, vt in roris fluenta celerrimè clibanus ille ſolueretur. Quod cernentes qui aderant, cum ingenti admiratione dicebant: Verè mirabilis religio Chriſtianorum! verè pius & mirabilis Deus eorum! qui ſic piè & mirabiliter ſeruis ſuis adeſt, vt eos in tantis tueatur flammis, & à periculoſis liberet incendiis. Verè non eſt ſimilis illi Saluator, qui ſuorum tam potentiſſimus videtur adiutor. Præſentibus ergo talia conclamantibus, fremebat potiùs, quàm erubeſcebat Tyrannus. Iubet ergo Dei Sanctos educi de clibano. Quos ab ignibus omnino cernens illæſos, eorum brachia circulis vinciri ferreis, & ſic vſque in poſterum diem carcere claudi præcepit.

C. 14. *cæleſti voce animãtur:*

multos baptizant.

21 Itaque cùm ducerentur ad carcerem, facta eſt eis vox de cælis dicens: Confortamini viri ſancti, viriliter agite in Domino. Nam quia Deo digniſſimam voſmet per ignem obtuliſtis hoſtiam, ideò veſtræ ſanctitatis apud Deum prævalentibus meritis obtinuiſtis, vt omnes deinceps huius habitatores ciuitatis Chriſti cultores incipiant fieri. Clauſis itaque ſanctis in carcere viris, iam populus ciuitatis ad eos in cuſtodiâ confluere cœpit, Beatum poſtulantes Genulfum, vt ſacro baptiſmate purificari mererentur. Beatus verò Genulfus tantæ fidei eorum deuotione gauiſus, Deo gratias egit. Ipſo ergo die, trinâ confeſſione fidei fundatos, ac trinâ baptiſmi ſubmerſione mundatos, vnicæ Trinitati, ſummo ſingulariter Deo, trecentos obtulit viros, excepto paruulorum ac mulierum non minimo numero.

C. 15. *Dioſcorus, filio à dæmone ſuffocato,*

22 Sequenti verò nocte præfati filius Dioſcori Principis arreptus à dæmonio, mox ſpiritum exhalauit, iudicio diuino. Continuò pater dolore correptus grauiſſimo, irremediabiliter vnicum flebat filium: quem pariter flebilis coniux nimiis affici lamentis conſpiciens, ait ad eum: Noui pro certo, quia propter viros illos, quos carcere claudi iuſſiſti, nobis hic filij noſtri caſus accidit: qui niſi magni Dei ſerui eſſent, ab illo vaſtæ fornacis incendio liberari nullo modo quiuiſſent. Itaque feſtinanter illos educi carcere iube, & ſanctam illorum exora manſuetudinem, vt tibi ignoſcant, & de fide quam prædicant nos certos efficiant, vt vnicum nobis reſuſcitent filium. Ego namque per eos id fieri poſſe fideliter credo. Hoc verò facto, quicquid deinceps de ſui Dei fide prædicauerint, renuere non debes. Sic igitur vxore monente, Dux apparitores ad carcerem direxit, qui ad ſe Dei ſeruos officiosè deducerent. Quod vt factum eſt, ait eis: Certis, ô viri venerabiles, approbo nunc experimentis, maximam Dei veſtri ſuper omnia conſtare virtutem, & cum iniuriæ ſuorũ potentiſſimum vindicem. Nunc ergo facinoris in vos commiſſi veniam expoſtulans, conſenſui veſtro me facilem cedo, vt vnius veri Dei, quam prædicatis, fides plurimos à me falſorum auertat errores Deorum.

FX BRIOTH. FLORIAC.

eos educit è carcere:

audit fidei myſteria:

23 Lætiſſimus ad hæc Beatus reſpondit Genulfus: Deus noſter, quem colimus, omnium Deus eſt, omnium creator atque diſpoſitor & omnipotens rector: à quo, & per quem, & in quo cuncta naturaliter exiſtentia, ſuo modo ſubſiſtunt & cuncta viuentia viuunt: cuius verbo cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ: cuius ſapientia fundauit terram, & creauit in eâ hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſui, & ſpiraculo vitæ viuificauit: qui cùm ab illo ſublimi deliciarum Dei loco, vbi poſitus & immortalitatis gloriâ donatus fuerat, illius qui ob ſui-met ſuperbiam iam corruerat, verſutiâ diaboli corruiſſet, & in mundi huius exilio exulatus eſſet, ſeque ſuoſque poſteros periculo mortis obnoxios fecit. Tandem verò poſt multa ſic decurſa tempora, mortalium Deus miſeratus errores, vnigenitũ ſuum, quem Sapientiam Verbumque ſuum, per quod in principio cuncta creauerat, confitemur, natum mirabili modo de ſacrâ Virgine, miſit in mundum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, virtute Deitatis ſuæ clarificatum; qui errantes ab itinere mortis ſuâ morte reduceret, & per reſurrectionem ſuam ad viam vitæ cæleſtis reuocaret. Quique etiam fideles ſuos, à cœno peccati, baptiſmatis vndâ dilueret, & contra Principem mortis vitali ſigno muniret, atque omnibus ſe iuſtè petentibus ſemper adeſſet. Hæc eſt fides noſtra, quam fideliter credimus, & coram omni potentiâ conſtanter prædicamus.

C. 16. *filium in Chriſti nomine ſuſcitat:*

24 His à B. Genulfo dictis, reſpondet: Oro vt fides horum quæ dixiſti, ſuper vnici mei funus clareat. Ait illi B. Genulfus: Si toto corde tuo Deo noſtro decreuiſti credere, ipſemet ad filij tui funus accede, & accipiens manum eius, indubitatâ fide dicito: In nomine Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui eſt vera viuentium vita, ſurge puer ad vitam, & ſta pedibus tuis ſanus. Illicò pater imperata peregit, & filius eius viuens à ſolo ſurrexit. Attonitus igitur ingenti ſtupore miraculi, Sanctorum proſternitur pedibus, indulgeri ſibi poſtulans eis illatæ facinus iniuriæ. Ecce, inquit, ecce, verè fateor & fideliter confiteor, quòd nuſquam ſit ſimilis Deo veſtro. Nunc deinceps oro vt me cum vxore & filio meo, ſimulque cum omni ciuitatis meæ populo participem faciatis æternæ ſalutis & vitæ cæleſtis. Itaque B. Genulfus acceptâ eorum ſponſione credendi, Principi cunctiſque cum eo baptizandis ieiunium conſtituit triduanum: quo expleto, baptizauit Principem cum vxore & filio, cunctoque exercitu, & omni populo ſuo, credentem Chriſto, & prædicantem mirabilia eius, quibus plerumque corda mortalium ad agnitionem & confeſſionem ſui nominis prouocare conſueuit. His verò ita geſtis, ad roborandam in Deo fidem eorum, tres apud illos menſes manere decreuerunt. In quibus diebus eccleſias illis ad Dei laudes celebrandas fundauit, quas in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ, & omnium Apoſtolorum cõſecrauit; & ſacris ordinibus ordinauit, & omnes in fide Catholicâ & eruditione diuinâ fideliter confirmauit,

poſt tridui ieiunium cum ſuis baptizatur.

CAPVT

ex Bibliotheca Floriac.

CAPVT V.

Seceſſus ad Biturigas. mors parentis.

25 POſt hæc autem ſancti viri cunctis Eccleſiæ illius valedicentes Fratribus, inde receſſerunt, & Galliam Aquitanicam petierunt. Quæ regio iam dudum his, quos ſuprà retulimus, prædicantibus verbum Dei per plurima ſuorum ſuſceperat locorum. Eam ergo profundiùs adeuntes viri Dei, & maximam Biturici pagi tranſmeantes partem, ad quemdam peruenerunt locum, in quo quondam vetus error Gentilium Dianæ conſtruxerat fanum, quod iam tunc à fidelibus omnino manebat deſtitutum, cùm propter execrationem delubri, tum etiam propter illatos à dæmonibus terrores. Huc ergo ſeſe conferentes viri altiſſimi ad manendum, à vicinis audiunt, inibi conſiſtere machinationes dæmonum: quorum dictis minimè tacti, ſed ſalutari ſacræ fidei ſigno muniti, ad purificationem illius ædis, aquam præparant expiationis; quam B. Genulfus per inuocationem Chriſti nominis conſecrauit, & per omne ſpatium domus aſperſit. Tum verò ſemet, ac deinde omnes qui ſecum erant, ſigno Crucis muniuit; & ſic ibi cum ſuis, ipsâ nocte quieuit. Et ſanè non ſine multorum ſtupore qui periculum loci multis prænouerant probamentis. Sed manè facto, cernentes nihil eos aduerſi à ſolitis dæmonum furoribus pertuliſſe, glorificabant mirabilẽ Chriſtum in ſeruis ſuis: magnæque apud ipſum gratiæ viros, ſuis laudibus commendabant; quorum meritis, ab eo loco depulſa cernebant malignorum ſpirituum phantaſmata.

S. Genulfus locum dæmonibus infeſtum aquâ luſtrali & ſigno Crucis emundat:

26 Erat autem idem locus ſuper fluuiolum vocabulo Naon, ſatis mortalibus amœnitate ſui gratiſſimus. Cuius acceptabilem beati viri proſpicientes ſitum, & diuino cultui iudicantes aptiſſimum, peregrinationem ſuam inibi definire ſtatuunt. Is eo tempore locus à quodam Chriſtianiſſimo viro, nomine Baſeno, iure proprietatis poſſidebatur. Huic per nuntium ſancti viri ſuum patefacientes deſiderium poſtulabant humiliter, vt locum, quem ſibi diuina gratia congruum oſtenderat, eis inhabitare ſua permitteret auctoritas. Qui ſanctitatis ipſorum cognitâ famâ, voluntati eorum libentiſſimè paruit: & accedens ad eos, per ſemetipſum locum ipſum cum multiplici prædiorum poſſeſſione, teſtamento facto, eis delegauit. Qui etiam eis filium ſuum diuinis imbuendum diſciplinis tradens, ſeque ſuaque omnia eorum ſanctitati commiſit: & in omnibus ſubſidia deinceps præbiturum fideliter ſpopondit: & ſic ad propria rediit.

eum ſibi donatum incolit.

C. 18.

27 Iis ita geſtis, deinceps ſanctiſſimi viri in his quæ ſaluti fidelium expedirent animarum inſiſtere ſtuduerunt: eccleſiam denique mox inibi conſtruxerunt, quam beatus Præſul Genulfus, in honore conſecrauit B. Petri Principis Eccleſiæ Chriſti. Vbi deinceps in orationibus, vigiliis, atque in ceteris bonorum exhibitionibus operum vitam ducentes, Deo digniſſima ſanctitatis ſacrificia quotidie perſoluebant. Prædicatione quoque ſanctâ, cunctiſque pietatis exemplis, & infideles ad fidem prouocabant, & ad pacis vnanimitatem fideles ſemper animare ſatagebant. Poſtquàm itaque viri ſancti, cõgruum ad Dei peragendam ſeruitutem locum prædictum fundauerunt, ipſo tempore beatus Pater Genitus, huius mundi peregrina deſeruit, & ad cæleſtem Sanctorum hereditatem feliciter migrauit, tertio die ante Kalendas Nouembris. Quem ſanctiſſimus Præſul filius eius poſt pias & paterno affectui debitas lacrymas, digno cum honore, decenti reddidit ſepulturæ.

Moritur S. Genitus.

28 Quamuis autem ſemper iſdem vir venerabilis Genulfus, proprij corporis afflictionem, quam ſuprà diximus, eotenus inremiſſam ſeruare tentauerit, ex eo tamen ad rigorem propoſiti ſui addere potiùs, quàm demere ſtuduit. Etenim, quantò celeriùs ad vltimum cuncta mundi caduca feſtinare ſentiebat, tantò arctiùs elaborabat, vt dignior haberetur ad cæleſtia promerenda. Vnde factum eſt, vt multi ſanctitatis eius opinione compuncti, properarent ad eum, cupientes eius piis alloquiis & ædificari in fide, & conſolari in Chriſto. Plurimi verò ſuas illi tradentes poſſeſſiones, comam capitis ibidem pro Deo deponebant, ac eius ſeruituti ſedulæ ſe mancipabant: quos pius doctor, & diuinis ſemper inſtitutionibus informabat, & caritate Dei & dilectione ſeruere proximi, & pacis vnanimitatem ſeruare monebat. Quibus etiam non ſolummodò cæleſtis vitæ pabula miniſtrabat, verùm etiam temporalia commoda piâ ſemper eis ſollicitudine procurabat.

S. Genulphus diſcipulos congregat & inſtruit.

29 Die verò quadam, operi cum Fratribus neceſſario eo inſiſtenti, vulpes cum rapinâ gallinæ ante eum tranſitum habuit. Quam vir ſanctus intuens: In nomine, inquit, Domini, iubeo te redire ac loco ſuo deponere prædam. Mox obaudiens beſtiola rediit, atque prædam depoſuit. Itinere verò quo venerat rediens, cùm ante fores tranſiret eccleſiæ contremuit, atque ibidem corruens expirauit. Quod tunc equidem digniſſimè, verùm etiam poſteà non minùs mirandum ſancti viri merita commendauit, cùm nemo rapinam huiuſmodi tali raptore viderit ibidem deinceps contigiſſe.

C. 19.

Gallina à vulpibus, eo vindice, innoxia.

CAPVT VI.

S. Genulphi obitus. Tranſlatio.

30 CVm itaque vir ſanctus in Dei ſeruitute, lumbis ſemper præcinctus, cæleſtem in terris aſſiduè vitam duxiſſet, & operatione ſanctâ, lucis exempla, diſcipulis præbuiſſet; iam felix eius appropinquabat tempus, quo benè vigilantem ſeruum ſuum libertate cæleſtis gloriæ remuneraret Dominus. Quod diuino præſentiens ſpiritu, conuocatis omnibus in vnum diſcipulis, quarto ſe migraturum die prædixit. Quo audito diſcipuli conſternati ſunt animis valdè, nimioque reſoluuntur in luctu, dicentes: O ſancte Pater, quis tuis famulis tantâ deinceps pietate prouidebit? Quis conſeruabit in reliquum, quos hactenus pio ſemper foueras patrocinio? Hei miſeris & deſolatis, quos tacita præoccupat deſtitutio Patris! His autem Fratrum gemitibus compunctus & ipſe piiſſimus Præſul ait illis: Quid filij mei dulciſſimi, quid ſuper meum exceſſum nimiis fletibus affluitis? Ego quidem deficio, ſed non deficit Chriſtus. Reminiſcimini, precor, doctrinæ ſanctæ, quam didiciſtis; & Ieſu Chriſto capiti veſtro fidem ſeruantes, illi fideliter adhærete; vt eius præcepta ſeruantes, illius effici membra valeatis, & ſemper cum eo feliciter eſſe mereamini: ſicut ipſe Patri, ſuos adoptans, dixit: Pater volo, vt vbi ego ſum, & ipſi ſint mecum. Hunc veſtræ fidei fundamentum recolentes, cauete diligenter, ne malè corruat, quod in vobis fideliter ædificatum eſt. Nulla vos anguſtia, nulla tribulatio, nullius ſuaſio ſeparet vnquam à caritate Chriſti. Quin etiam huius aduerſa ſeculi dignum ſuper omnia ducite pro nomine eius æquanimiter ferre, propter ipſius verba dicentis: Ego, quos amo, arguo & caſtigo. Itemque: Mundus gaudebit, vos autem contriſtabimini; ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Mementote benignitatis eius, & ingentis miſericordiæ, per quam nos indebitos, gratuitâ pietate ſuâ, ſaluare diſpoſuit; vt per ſanguinem ſuum acquireret nos regnum Deo & Patri ſuo, ad ea tribuenda nobis, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. In his ergo, fratres & filij mei, veſtræ mentis intuitum figite, illa deſiderate quæ vobis tribuet Chriſtus in gloriâ Patris ſui & ſanctorum Angelorum, ad conregnandum ſibi in ſecula ſeculorum.

C. 20.

Obitum ſuum prædicit:

Ioan. 17. 24.

Apoc. 3. 19.

Ioan. 16. 20.

diſcipulos ſolatur:

31 In talibus igitur admonitionibus exacto triduo, deinde ſub vehementi teſtificatione præcepit eis, vt corpus eius cilicio non linteis inuoluerent; neque in eccleſiâ tumularent. Intereà iam quartus aduenerat dies, in quo

ſtatuit de ſepulturâ ſuâ:

in quo prudens ac benè prouidus ſeruus, totus in ſpiritualibus intentus erat, expectans Dominum ſuum, vt venienti & pulſanti, confeſtim aperiret ei. Præparabat interim ſancta precum ſubſidia, & vitale animæ viaticum, perceptionem videlicet corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti Domini noſtri, ad iter cæleſtis Hieruſalem aggrediendum, & ad viſionem pacis, quæ eſt in illâ, perenniter perfruendam. Iam verò feliciter præparato, ecce clauiger ipſe regni cæleſtis Beatiſſimus Petrus Apoſtolus apparuit ei dicens: Feſtina ſerue Dei, feſtina, & veni, vt intres in gaudium Domini tui, & accipias coronam quam tibi præparauit ab origine mundi. Sic felix anima carne ſoluta, lætiſſimis Angelorum ſuſcipitur amplexibus, & ante Regem ſupernum coronanda cum exultatione deducitur: & quia ſuper pauca ſibi cõmiſſa fidelis fuit, ſuper multa cæleſtis gloriæ præmia conſtituitur, & æterni gaudij Domini ſui compos in æternum effecta lætatur.

apparente ſibi S. Petro, moritur:

Cæleſtis concentus in morte eius auditur.

32 In ipſo autem momento reſolutionis illius, auditæ ſunt voces pſallentium, quæ dulci modulamine ſuauiſſima concinentes alternatim carmina cælos petebant, quorum dulciſſimis modulationibus qui audiebant intenti, velut in exceſſu mentis effecti ſunt omnes, præ dulci melodiâ. O quàm magna, Deus multitudo dulcedinis tuæ, quam in præſenti quidem abſcondiſti timentibus te, vt perficias illam in tẽpore opportuno, ſperantibus in te, cùm abſcondes eos in abſcõdito faciei tuę, & proteges in tabernaculo tuo; vbi te benedicant æternum, Deum & Dominum ſuum, quoniam mirificaſti in eis miſericordiam tuam, in ciuitate munitiſſimâ gloriæ tuæ, ſanctâ Hieruſalem, cuius lætiſſimis ciuibus & huius ſeruj tui animam, conciuem efficiẽs, lætiſſimis ipſorum iubilationibus notum fieri mortalibus adhuc voluiſti, vt audientes etiam deſideriis cæleſtibus accenderes, & eos de terrenis cæleſtes efficeres, ad benedicendum te, & laudandum nomen tuum in ſecula ſeculorum! Migrauit autem vir ſanctiſſimus, & Deo acceptiſſimus Præſul ſeptimo decimo die menſis Ianuarij, & vt teſtificatus fuerat diſcipulis, extra eccleſiæ ſepta ſepultus eſt ab eis decentiſſimè, iuxta ſanctum Patrem Genitum. Locus autem ipſe qui ante aduentum ſanctorum iſtorum nuncupabatur Cella dæmoniorum, poſt exceſſum ſancti huius Præſulis, vocitatur à cunctis, Cella S. Genulfi egregij Confeſſoris Chriſti.

Sepelitur

C. 21. *A S. Sebaſto*

33 Erat autem eo tempore in ipsâ regione quidam merito ſanctitatis opinatiſſimus nomine Sebaſtus. Ad hunc ergo quidam ex diſcipulis B. Genulfi, nomine Leontus, venit, & ei venerabilem in omni ſanctitate vitam vel obitum eius, ſeu patris illius, fideliter enarrauit. Quibus ille vir ſanctus auditis, mox mente compunctus, ad prædictum Sanctorum locum venit. Erat autem ab ipſius ſanctiſſimi Præſulis obitu iam tertius elapſus annus. Itaque cum ingenti apparatu lampadarum, ac religioſo ſatis obſequio pſallentium, tranſtulit corpora Sanctorum, in S. Petri oratorium, quod ipſi à fundamentis ædificauerant tam ſuis quàm etiam virorum ſumptibus deuotorum. Sub tali verò notitiâ, eos ibi depoſuit, vt ingredientibus quidem parte dexterâ ſancti Præſulis Genulfi corpus poneret; ſiniſtrâ verò beati Patris Geniti membra locaret. Cryptas etiam ſuper vtrumque corpus ædificauit; & vt religiosè deinceps venerarentur, ſtudiosè compoſuit. Quin etiam ipſorum geſta Sanctorum, quæ à Leonto & ceteris diſcipulis eorum didicerat, ſcripſit: & ſic benedicens Deum, & Fratribus valedicens, ad propria rediit.

transferuntur SS. corpora.

Eorum geſta.

Miracula ad ſepulchrum.

34 Multi verò variis incommodis afflicti multoties ibi per iſtorum merita Sanctorum ſanitati priſtinæ reſtituti ſunt, ad laudem & gloriam eius qui ſolus iure laudabilis eſt & glorioſus & ab omni creaturâ ſuâ benedictus Deus: qui miſeriam noſtræ mortalitatis miſerando reſpiciens, viſcera nobis miſericordiæ ſuæ clementer exhibuit, in quibus viſitauit nos oriens ex ipſo, Deus de Deo, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, verum de vero ſubſiſtens lumine lumen; quod videlicet in Deitate Patris vnius eſſentiæ ac voluntatis ſemper exiſtens, ad hoc ſemetipſum humanari piè & mirabiliter voluit pro nobis, vt in tenebris ignorantiæ & vmbrâ mortis peccati reſidentes, ſplendore gratiæ ſuæ inluminaret, & noſtræ mentis greſſus dirigeret in viam pacis, quæ ad ſalutem perpetuam, & vitam ducit æternam. Qui etiam huius gratiæ ſuæ miniſtros, ſanctos videlicet Euangeliſtas ſui prædicatores, & pios in ſancta religione Patres, Eccleſiæ ſuæ longè lateque per orbem diffuſæ, prouidè diſponendo, ad ſpeciale patrocinium contulit: vt contra mundi huius impetus ſibi commiſſis habeantur ſemper ad refugium & opportunum in tribulationibus auxilium; quos ideò à fidelium Chriſti deuotione tantò digniùs venerari oportet, quantò certiùs eos apud Chriſtum pro ſui ſalute aſſiduos nouit ſuffragatores. ex Bibliotheca Floriac.

35 Dignè igitur huius ſancti Patris Genulfi memoria, dignè celebritas eius, qui iam in æternâ cæleſtium ciuium ſolemnitate lætatur, à ſibi deuotis, quos eius patrocinij cura complectitur, feſtiuè recolitur, quem ſibi Deo prouidente, & piiſſimum gaudent meruiſſe patronum, & pro ſuæ ſtatu ſalutis præcipuum ſibi norunt diuinitus collatum interceſſorem. Fideliter etenim ſemper in neceſſitatibus expetitus, adeò ſe deuotè petentibus adeſſe conſueuit, vt ex debilitate ſoſpitatem, ex languore ſalutem, de mœrore gaudium, fides indubitata ſemper cepiſſe lætetur. Hîc verò fidelis deuotio benignâ prorſus intentione conſideret, quàm ingens erga nos Chriſti clementia, quàm pia Sanctorum dulcedo, ſuper humanæ fragilitatis habeatur miſeriâ. Ipſi quippe iam cum Chriſto regnantes, nec aliunde quàm de noſtrâ ſolliciti ſalute, ideò præſentia poſtulata nobis à Chriſto ſubſidia impetrant, vt nos ad ea poſtulanda, quibus iam ipſi perfruuntur, accendant. Vt videlicet illorum exemplo, cunctam temporalium negligentes ſollicitudinem, de ſolâ ſalute ſollicitemur æternâ; ſicut ipſe Rex æternus Chriſtus, poſtquàm ſuos à præſenti reuocauit ſollicitudine fideles, meliora monuit ſperare, dicens: Quærite primùm regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Ad cuius regni nobilia poſſidenda, ipſe Deitate Patris & omnipotentiâ nobilis, vnigenitus Altiſſimi, pro noſtrâ verò ſalute, filius hominis, ſcilicet Virginis, & ſpecioſus formâ præ filiis hominum, nos perducat, & cum Sanctis ſuis heredes faciat; qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat, in æternâ Trinitatis gloriâ ſemper. Amen.

Cur SS. præſentia bona nobis impetrent.

Matt. 6. 33

MIRACVLA S. GENVLPHI.

Auctore Benedictino anonymo,

ex Bibliothecâ Floriac. Ioan. Boſcij.

CAPVT I.

Galliæ ſitus. Francorum origo.

1 GALLIÆ ſitus ad Orientalem plagam, confinia ſui & Italiæ, iuga montium habet: ad Meridiem verò, fretum Mediterraneum, Prouinciam præterluens Narbonenſem. Porrò ad occiduum Hiſpanias & Oceanum, quod Gallicum, ſiue Britannicum dicitur. Inde verò Septemtrionem versùs, protenditur vſque ad Rheni fluenta, qui ex ſupradictis Iouinis defluens Alpibus, Galliam diuidit à Germanis, hiſque Gallia limitibus ſic circumcincta refertur. Cuius apud Iulium Cæſarem, quondam quidem tripartita, ſed nunc apud modernos, ob varios poſteà rerum euentus, exploratiùs conſiderata diuiſio conſtat. A Rheno ſiquidem vſque Sequanam, Belgica Gallia; quæ

Cap. 1. *Galliæ ſitus & limites;*

duplex diuiſio.

ex Bibliotheca Floriac.

quæ nunc à gente Francia dicitur. Inde verò vſque Ligerim, Gallia Lugdunenſis; quæ nunc ſuperiùs, ob aduentum gentis, Burgundia; inferiùs, Neuſtria dicitur. à Ligeri verò vſque Garonnam, Aquitanica Gallia; quæ à ſibi Oriente Rhodano, vſque ad ſibi Occidentalem porrigitur Oceanum. Cuius etiam pars ſuperior, à celſitudine montium, quâ præeminet, congruè Celtica nuncupata videtur. à Garonnâ quoque vſque fretum Mediterraneum vel Pyrenæos montes, Gallia Narbonenſis, quæ nunc partim Gothia, partim Waſconia dicitur. In omni prorſus Galliâ, ſedecim numero prouinciæ habentur, quarum omnium felicior atque fecũdior Aquitania.

C. 2. *Subacta à Romanis,*

2 Galliam dudum fortiſſimi tenuêre coloni, qui totius orbis victores Romanos, multiplici bello penè protriuerunt, & ceteris infeſtiores eis nationibus fuerunt. Sed quamquàm diutius ſic ſe habuerint, tandem ſub prædicto Iulio Cæſare ſubacta eſt & ipſa, ſicut & cetera totius orbis terrarum regna. Ex quo tempore vſque ad vltima Imperij Valentiniani tempora per quadringentos circiter & paullò magis annos, in Galliâ principati ſunt Romani. Quibus temporibus, externæ quoque à *pòſt etiam à barbaris:* diuerſis partibus orbis, intra Gallias ſeſe nationes immerſêre. Wandali namque & Huni, poſt afflictam patriam, alias deceſſêre terrarum; Sueui verò, Burgundi, & Gothi, atque Sicambri, poſt iſtos proprias ſibimet ſedes vendicarunt in eâ. Quibus temporibus Eccleſiæ Galliarum plurimæ, & antiquæ Sanctorum memoriæ, penè detritæ ſunt & deſolatæ.

C. 3. a

3 *a* Sicambri verò genus fuêre illorum, qui à Troiâ ciuitate Aſiæ, quæ à Græcis, ob eorum crudelia ſuper finitimos bella, decennali prælio fatigata, tandem quadringenteſimo quarto ante Vrbem conditam anno, expugnata eſt. Ciues autem eius profugi ab Aſiâ in Europam, pars ſub Æneâ duce Italiam, pars verò ſub Antenore per Mæotides paludes, perque flumen Tanaïs, Pannonias petierunt. Sed qui Italiam, poſteà vrbis Romæ conditores fuêre. *Sicambri poſtremò, ſiue Franci:* Qui verò Pannonias, infra terminos earum, ciuitatem Sicambriam condiderunt, à quâ Sicambri dicti ſunt, in quâ etiam plurimis temporibus, vſque ad ſupradicti Valentiniani tempora, qui ſeptimus à Conſtantino fuit, quem Sanctus Papa Silueſter baptizauit, Romanorum tributarij manſerunt. Id autem, vt contra Alanos, qui crebras inruptiones è ſaltuoſis & paluſtribus locis in Romanorum terras agebant, bellum ſuſciperent, eis decennio remiſſum eſt. Quod ſuſcipientes, ita totam deleuêre gentem, vt ex innumerâ multitudine, nec vnus quidem ſuperſtes relinqueretur. Decennio verò decurſo, ſolitum exacti tributum, ſoluere renuerunt, propter adeptam ex Alanis victoriam. Quare Valentinianus ingenti coacto exercitu, bello Sicambros impetit, & vincit. Quo infortunio crudeliter efferati, terras circumquaque Romanorum peruadere cœperũt.

b c

Hi verò eatenùs Sicambri, *b* ſiue à Franco Duce partis ipſius gentis, ſeu potiùs *c* à feritate, Franci ex eo dicti ſunt. Qui tunc temporis, primum ſibimet Regem nomine Pharamundum, filium Marcomiri crearunt: & ſub eo cuncta quæ Romanis erant à Sicambris vſque Rhenum propria, in ditionem ſuam redegerunt. Quo defuncto, Clodionem filium eius in regno ſubſtituerunt. Poſt hæc autem Rhenum tranſierunt, Gallias occupauerunt, & ſub Clodione & Clodomire, Merouingo, & Clodoueo Regibus, à Rheno vſque Ligerim, cuncta Romanis Principibus abſtulerunt. Deinde, poſtquàm Clodoueus Beato prædicante Remigio, cum ſuo exercitu Chriſtianus effectus eſt, Gothos Arianos, ab Aquitaniâ, qui iuſſu Romanorum inibi conſiſtebant, bello penè deletos, expulerunt: & vniuerſas Galliæ prouincias fortiſſimi Reges eorum, Catholici effecti, auxilio diuino ſibimet vendicarunt.

a *Hanc Francorum originem, non ſatis veterum ſcriptorum auctoritate ſtabilitam, alij quoque tradiderunt. Conſule, tomo* 1. *Francicorum ſcriptorum Andreæ Du Cheſne, eruditum tractatum Nicolai Vignerij de ſtatu & origine veterum Francorum.*

b *Ita Iſidorus lib.* 92. *Etymol. cap.* 2. *& Fredegarius in hiſtoriâ Francorum epitomatâ.*

c *Ita Ioannes Pariſienſis apud Du Cheſne, & Iſidorus loco cit. Aſt Hincmarus in vitâ S. Remigij*: à cuius (*Merouei*) celeberrimo nomine Franci vocati ſunt Merouingi: ſicut à Valentiniano Imperatore Atticâ linguâ vocati ſunt Franci, hoc eſt, feroces. *Valentiniani æuo antiquius Francorum nomen eſt, à libertate ductum, voce Teutonicâ* Franck. *Franci vnde dicti.*

CAPVT II.

Merouingi & Karolingi Francorum Reges.

C. 4. *eorum Reges Merouingi.*

4 ITaque tam à Romanis quàm ab externis quoque nationibus, multis dudum tempeſtatibus peſſumdata Gallia; ſic poſteà Francorum aduentu, Romanorum ab ſe iugo deleto, ad ſui libertatem cornu virtutis erexit: vt ex eo deinceps libera vigeat, & regiæ Maieſtatis ſtemmate polleat. Clodoueo verò ſuprà dicto, primo ex Francorum Regibus Chriſtiano, regnante, *a* ſanctus Pater Benedictus inſignis claruit virtutibus. Decedente Clodoueo, regnauit filius eius Childebertus, cum tribus fratribus ſuis Theodorico, Clodomire, & Clotharío. Horum tempore *b* S. Gregorius Papa Romanus, & Gregorius Turonenſis fuerunt. Poſt Childebertum Clotharius frater eius regnauit, qui *c* S. Radegundem in matrimonio habuit. Et poſt eum Chilpericus filius eius regnauit, cum tribus fratribus ſuis, Cariberto, Guntranno, & Sigiberto. His verò temporibus, *d* S. Auſtregiſilus magnæ Metropolis Bituricenſis Archiepiſcopus, clarus virtutibus fulſit. Poſt Chilpericum Clotharius filius eius regnauit. Hic Clotharius genuit Dagobertum, & ſororem eius Blitildem. Quo defuncto regnauit Dagobertus, cui fuit Pipinus Maior domus, vir egregiæ nobilitatis. His temporibus, ſub Heraclio Principe Romanorum, ſanctæ Crucis Exaltatio fuit. Poſt Dagobertum filius eius Clodoueus regnauit: cuius tempore, *e* corpus S. Benedicti de Beneuento in Gallias tranſlatum eſt. Poſt Clodoueum regnauit filius eius Clotharius. Huic ſucceſſit Theodoricus frater eius; cui Maior domus Ebroinus fuit: qui S. Leodegarium Epiſcopum martyrio finetenus afflixit. Poſt Theodoricum Clodoueus filius eius regnauit: cui Childebertus iunior, frater eius, ſucceſſit. Iſque ſucceſſorẽ filium habuit Dagobertum iuniorem. Poſt hunc verò Dagobertum regale genus à prudentiâ defecit. Et poſt eum regnauit Daniel Clericus frater eius inſipiens, quem Franci mutato nomine Chilpericum vocauêre. Poſt quem Theodoricus propinquus eius regnauit: illique ſucceſſit Hildericus frater eius, qui ob inertiam ſui, ſolio depoſitus eſt, & Clericus factus, in monaſterium viuere miſſus. Hîc verò linea proſapiæ Pharamundi per viros defecit: manſit verò per Blitildem ſororem Dagoberti ſuperiùs memoratam, hoc modo:

a b c d e

C. 5. *f* *Stirps Karlingorum.*

5 Hæc ipſa Blitildis nupta fuit Anſberto cuidam nobiliſſimo: de quo genuit Arnaldum, qui Arnaldus genuit Arnulfum, qui vxorem duxit filiam Pipini Ducis Dagoberti Regis, fratris prædictæ Blitildis, *f* ex quâ genuit Anſegiſilum. Hic verò Arnulfus, poſteà militiæ renuntians, Epiſcopus effectus eſt. Porrò Anſegiſilus filius eius, genuit Pipinum, qui Vetulus vel Breuis dictus eſt. Idem quoque Pipinus genuit Karolum, qui Tudis, id eſt, Martulus, agnominatus eſt ob plurimam ſcilicet bellorum virtutem. Iſte Karolus Dux, magnis duobus præliis Sarracenos, qui eâ tempeſtate Hiſpanias occupauerant, à Galliis expulit. Idem ipſe genuit Pipinum Pium, & Karlomanum, poſteà monachum. Hic verò Pipinus Pius Dux, ex Ducibus atauis, proauis, & auis, & patre Duce genitus, ex præfatâ Blitilde genus regium ducens, multis militiæ virtutibus inſignis, poſt depoſitionem Hilderici, totius militiæ voto, vnà cum auctoritate Zachariæ Papæ, primus ex ſuâ lineâ, in regno Francorum Rex ſublimatus eſt. Hic Religioſus Eccleſiæ Dei fuit cultor, & ex Aiſtulfo Longobardorum Rege, atque de *Pipinus Rex.*

Ducibus

Ducibus Aquitanorum Guainaldo, & Vaiferio, nec non & ex aliis Gallorum & Germanorum tyrannis, glorioſus extitit triumphator.

Carolus Magnus Imp.

6 Ipſe Karolum Magnum genuit, qui poſt obitum patris, anno ab Incarnatione Domini *g* ſeptingenteſimo ſexageſimo nono, Rex à Francis eleuatus eſt. Quem poſteà ſibi Romani Aduocatum S. Petri elegerunt, deinde Patricium, tum verò Imperatorem & Auguſtum. Ex quo tempore Romanum à Conſtantinopolitano defecit Imperium. Is autem Karolus, à magnitudine fidei, quâ religioſus viuere ſtuduit, & ab excellentiâ virtutis, quâ gentis Saxonum vel aliarum gentium virtutem ſtrauit, & ex idololatris Chriſto credulos fecit, & cuncta versùs aduerſa bellorum inflexibilis viguit, & ab æquitate iuſtitiæ, quâ totius regni vel imperij ſui ſpatia æquè moderando diſpoſuit, & ab Auguſtali gloriâ, quâ regnum Francorum nobilitauit, vel à potentiâ, quâ à mõte Gargano vſque Cordubam Hiſpaniæ ciuitatem dominatus eſt, vel ab ingenti ſuæ laudis famâ quâ Patriarchæ Hieroſolymitani, Regiſque Perſarum muneribus, vel omnium totius Europæ Regum donis, legationibus, ſiue pactionibus honoratus eſt; ab his ſanè, vel omnibus quæ Regiam vel Auguſtam magnitudinem decent, iure Magnus agnominatus eſt. Qui ad augmentum ſuæ magnitudinis, quamuis Gallorum, ac Germanorum, ſeu Italorum, multiplicibus eſſet impeditionibus implicitus, tamen pietatis intuitu, quo Chriſtianis in Hiſpaniâ ſub Sarracenis laborantibus auxilium ferret, ingenti militiæ manu delectâ, prævalido glorioſus exercitu, prædictam regionem adiit; & infideles, tam metu quàm gratiâ, ad ſui metum, & ad pacem coëgit fidelium. Inde verò rediens, ad Galliæ ſuæ cuſtodiam vrbibus Aquitanię Comites præfecit; & per alia Hiſpaniæ vicina loca, aduersùs Sarracenorum incurſus, præſidia diſpoſuit militaria.

Dominicæ Crucis portionem Karoſſenſi monaſterio dedit.

Tunc ergo Lemouicæ vrbi, Rotherium Comitem conſtituit, qui cœnobij Karrofenſis fundator extitit: quod poſteà glorioſus Rex Karolus, de pretioſi portione ligni ſalutiferæ Crucis Chriſti ſacrauit, de theſauris quoque ac poſſeſſionibus propriis nobiliſſimè ditauit, ſicuti priuilegia teſtantur, de ipſis rebus facta, & annuli eius impreſſione inſignita. Qui cùm feliciter quadraginta ſeptem annis regnaſſet, obiit anno ab Incarnatione Domini *h* octingenteſimo ſextodecimo, relicto ſuperſtite

Ludouicus Pius, primùm Rex Aquitaniæ, dein totius Galliæ, & poſt Roman. Imperator.

glorioſo, Domno videlicet Ludouico. Hic verò cùm patris in vitâ, ipſo concedente, per aliquot annos in Aquitaniâ regnaſſet, poſt eius obitum totius regni Francorum & Imperij Romanorum ſuſcepit ſummam. Qui & ipſe potitus liberis, regnum & Imperium eis in vitâ ſuâ ita diſpoſuit: Maiorem natu Lotharium Regem Italiæ & ſocium Imperij fecit, Ludouicum in Germaniâ, Pipinum in Aquitaniâ, Karolum Caluum Franciæ ac Burgundiæ regnare decreuit. Hic verò clementiſſimæ vir naturæ, iuxta ſuorum lenitatem morum, Rempublicam regere diſponens, nonnullas aliquando, tam à liberis quàm à regni tyrannis, difficultates patiebatur. Sed cunctis tandem controuerſiis peſſumdatis, & religiosè viuere, & conſultè regnum vel Imperium moderari ſategit: Eccleſiæ Dei ſtatum ſublimiùs ſemper prouehendum, ſuper omnia dignum duxit. Omnibus piis, in conſtructione nouorum ſeu in reſtauratione veterum cœnobiorum, ſeſe cooperatorem attribuit. Ipſe inter *i* multa, quæ vel exſtruxit vel reſtaurauit, etiam *i* Karrofenſe cœnobium ædificaſſe legitur. Pipinus verò filius eius hæc ædificauit cœnobia: Ingeriacum videlicet, atque Brantoſmum, & apud Pictauos monaſterium *k* S. Cypriani.

a *Præcipuè ſub Clodouei filiis claruit* S. Benedictus.

b *Fœdè hallucinatur hic auctor.* Clotarius *filiorum Clodouei poſtremus obiit anno Chriſti* 560. S. Gregorius *Turonẽſis* 596. S. Gregorius Magnus *Papa* 604. *vt* 12. *Martij &* 17 *Nouembris in eorum vitis dicemus.*

c S. Radegundis *vitam dabimus* 13. *Aug.*

d *De* S. Auſtregiſilo *agemus* 20. *Maij.*

e *Non Beneuento, ſed è Caſſino monte deportatum in Gallias S.*

Benedicti corpus aſſerunt Galli, negant quidam Itali. Id diſcutiemus ex Bi- *21. Martij.* blioth. Floriac.

f *Non S.* Arnulfus *fictiam* B. Pipini S. Beggam *duxit, ſed* Auſeghiſus, *ſiue* Auſegiſilus *ius filius, pater* Pipini Herſtalli Craſſi *qui* & Senior *dictus, ſiue, vt hic,* Vetulus; *ſed non* Breuis, *quod* Pipini I. *Regis agnomen fuit: qui hic* Pius *appellatur.*

g *Imò* ſeptingenteſimo ſexageſimo octauo.

h *Obiit* Carolus Magnus *anno* 814. 28. *Ianuarij: ſed quia conſueuerant Galli annum ordiri à Paſchate, hic auctor videtur infrà cap.* 3. *nu.* 8. *mortem Caroli adſcribere anno* 813. *dum annum Chriſti* 828. *facit Ludouici Pij* 15. *Vnde hic mendum agnoſcas dum dicitur Carolus anno* 816. *mortuus. Infrà quoque cap* 4. *nu.* 13. *dicitur Ludouicus anno* 840. *deceſſiſſe, filius verò eius Pipinus Aquitaniæ Rex* biennio ante patris obitum, *id eſt, anno* 838. *vel vt alij habent,* 837. *At cap.* 3. *nu.* 12. *Caldracenſis Eccleſia monaſterio Stradenſi donata dicitur anno Ludouici* 25. *Pipini* 24. *quos ſi ad* 816. *addideris, habebis* 840. *ad quem non pertigit Pipinus.*

i *Id vulgò* Caroſium *dici ſcribit Claudius Robertus, Gallicè* Charoux, *vel* ſainct Sauueur de Charoux, *in Pictauenſi ditione ſitum.*

k *Hinc emendes quod ſcribit idem Robertus, circa an. Chriſti* 928. *conditum: ſcribere fortè voluit* 828. *aut certè tunc reſtauratum eſt, poſt Normannicas vaſtationes. Monet idem Robertus hoc monaſterium dici à* S. Cypriano *fratre S. Sauini, de quo* XI. *Iulij agemus.*

CAPVT III.

Stradenſis cœnobij fundatio, priuilegia.

7 HVius itaque Pij Auguſti Ludouici temporibus, quibus filius eius Pipinus Rempub. regebat Aquitaniæ, quidam Bituricenſium Comes extitit, vocabulo Wifredus. Hic ex illâ nobilium *a* ſcarâ Francorum, quam glorioſus Rex Domnus Pipinus, præfati Auguſti Ludouici auus, in vrbe Biturică ad *b* Guaiferij Ducis Aquitaniæ partes expugnandas reliquerat, originem trahens, regali quoque proſapiâ oriundus erat. Cui non impari, verùm æquè generoſo ſtemmate celebris, ex clariſſimo genere Francorum, Oda nomine, coniunx fuit. Quibus alij præter filiam fuerintne liberi, parum comperimus. Quæ videlicet illorum filia, nomine Agana, Roberto cuidam, inſignis honeſtæque potentiæ viro, primoque Palatij Pipini Regis, nupta fuit. Qui Robertus, ad ſuæ nobilitatis excellentiam, regalis etiam ſtemmatis per ſororem adeptus erat conſortia. Quam iſdem Domnus Pipinus vxorem duxit: de quâ *c* Pipinum & Karolum liberos, totidemque filias habuit. Hac itaque nobilitatis excellẽtiâ præfatus Comes Wifredus inclytus, religionis etiam gloriâ clariſſimus fuit. C. 6. *VVifredus Comes* *a* *b* *c*

8 Hic ergo ſuis temporibus ampliſſimis vſus honoribus, vtpote primæ capitis Aquitaniæ Comes, animo prudenti perpendens quæ & quanta ſint, quæ curâ mortalium prima putantur, quiúe caſus ea proſequantur, ſimulque cernens rerum ſuarum commoda; ſtatuit animo, vt de temporalibus quæ iure poſſidebat, ſibi præpararet æternaliter profutura. Itaque pari conſilio communique voto venerandæ ſemperque cum laude nominandæ ſuæ coniugis Odæ, placuit, vt ad laudem Creatoris celebrandam, diuinaque myſteria peragenda, in iure ſuæ proprietatis, in villâ quæ dicitur Strada, Eccleſiam fundaret; quam de propriis rebus ad Eccleſiæ miniſtrorum vſus ſufficientiſſimè dotaret. Quod quidem vt diſpoſuit, efficaciter etiam diuinâ largiente clementiâ compleuit, anno quinto decimo imperij Domni Ludouici Sereniſſimi Auguſti, filioque eius Pipino quartodecimo anno regnante, qui eſt ab Incarnatione Domini DCCCXXVIII. Cùm verò ad vſque dedicationem eccleſiæ ventum eſſet, eam in honore ſanctæ ſemperque Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum dedicari conſtituit; eiuſque vel aliorum reliquiis Sanctorum ſolenniter decorauit. Cui in die conſecrationis eius, qui eſt ſeptimo Kalend. Iulij, prædia quædam circumadiacentia, quæ ſui iuris erant, cum mancipiis ibidem commanentibus, quorum non paruus fuit numerus, conceſſit, & teſtamento delegauit. Quod teſtamentum hæc quæ diximus etiam hodie teſtari videtur. *fundat cœnobium Stradenſe:*

9 Poſtquàm verò Clariſſimus Vir hæc ſtudiosè per- C. 7;

EX BIBLIOTH. FLORIAC.

egit, Domno Pipino Regi eccleſiæ fundatæ cauſſam innotuit. Cui ſupplices deinde preces effudit, vt ea quæ geſſerat, eius excellens roborare dignaretur auctoritas. Cuius orationem Rex placidè ſuſcipiens, in præſentiâ Primorum Palatij, totiuſque Nobilitatis, tanti viri petitionem fieri decreuit. Ergo propoſuit edictum, quod præſentibus & futuris voluit eſſe notum, ſtatuitque præcepto, vt iſdem locus, Strada videlicet, ab omnium poteſtatum inquietudine maneret immunis, & nullus cuiuſlibet potentiæ Iudex aut exactor in eodem loco, vel foro, quod inibi conceſſerat haberi ad multorum vtilia negotia peragenda, iudicium aut exactionem vllam facere præſumeret: exceptis rectoribus eiuſdē loci. Quod vt in perpetuum maneret inconuulſum, à ſuis Notariis ſcripto mandari, & annulo proprio ſcriptum iuſſit inſigniri, in conuentu Nobilium, in *d* Ioguntiaco palatio, anno ſeptimo decimo imperij Domni Ludouici Sereniſſimi Auguſti ſui genitoris, & ſexto decimo ſui regni. Hac itaque Regis auctoritate perceptâ, vir egregius eiuſque deuotiſſima coniux, frequenti deinceps ſtatione dignaque reuerentia locum excolebant. Igitur ex eo, deuotione fidelium, cultus ſacræ religionis ibidem proficiens, cœpit iſdem locus, non ſolùm à venerandis iugalibus, verùm & ab aliis religioſis mortalibus decenter & honeſtè venerari. Eoque proceſſit amplificatio rei ipſius eccleſiæ, vt inter reliqua Matris Eccleſiæ Bituricenſis membra connumeraretur & ipſa. Ita religioſi coniuges, voti ſui compotes effecti, vitæ ſuæ tempus, nunc in diuinis laudibus, modò verò cum adminiſtratione militiæ, fideliter agebant.

curat Pipini Regis priuilegio confirmari:

d

C. 8.

10 Aliquando verò, quodam ex ipſorum officio cuſtodiis equorum in paſcuis præterfluenti alueo adiacentibus ſolito more inuigilante, vnâ dierum iam auroră illuceſcente, vapor nebulæ, vt adſolet, ſuperficiem tenebat terræ: quo paullatim inaniſcente, quædam in eccleſiæ modum recentis effigies ædificij, in contiguâ flumini planicie, & per aliquot horarum ſpatia, reſidere videbatur: donec diurnæ lucis vigore diſparuit. Miratus inſolitum, ſuæ primùm Dominæ, quod viderat pandit. Quod illa mente pertractans, & vt fidelis, diuinum fore fideliter credens, piam ſupplicabat Diuinitatem, vt reiteratione huiuſmodi viſus, eam de hac ſui diſpoſitione conſilij redderet certiorem. Quam voti compotem Diuinæ complacuit facere pietati. Vbi verò eodem ſchemate, quo primus ille viderat, ipſa quoque perſpexit; mox venerando coniugi patefecit. Qui ſuper auditis Deo gratias agens, ipſe quoque diuinis emeruit precibus idipſum poſt aliquot dies, ſimul cum his qui viderant, cernere ſchema. Tali denique modo, diſpoſitio Dei venerabilium mentes coniugum ad prouectiorem inſtinctum bonæ pertrahens actionis, deinceps eos etiam ad cœnobij conſtructionem animauit. Quibus vt ſeſe tempus obtulit opportunum, continuò de rebus eidem loco delegandis teſtamentum faciunt, Domnique Pipini Regis adeuntes præſentiam, vota ſuggerunt, & locum ſibi rebus decretis per teſtamentum, eius poteſtati committunt, vt ipſius auctoritate atque Francorum deinceps Regum prouidentiâ tueretur. His igitur ad votum eis à Rege conceſſis, properè cœptum perficiunt opus. Quod poſtquàm decenter & commodè perfecerunt; ad honorem ſummi Saluatoris, eiuſque ſanctæ Genitricis & ſemper Virginis Mariæ, ſanctorumque Apoſtolorũ, & omnium deinde Sanctorum, conſecrare fecerunt. Sacroſanctis etiam reliquiis, ex ſacrâ videlicet *e* pallâ Magni Gregorij Papæ meritis diuinitus cruentatâ, ſicut in geſtis eius legitur, necnon & plurimorum pignoribus Sanctorum locum illuſtrantes, diuerſis quoque muneribus & Eccleſiaſticis ornatibus decenter adornare ſtuduerunt. Deinde compoſitis habitaculis religioſis cœnobitis, quorum Pater vitæ venerabilis Dodo nomine fuit, cœnobium commiſerunt, qui ſecundùm inſtitutionem Beatiſſimi Patris Benedicti religioſè ſemper illud regerent, & per ſuccedentia tempora poſſiderent.

Diuino oſtento ad id fundandum permotus,

e Reliquiis id ornat.

11 Eſt autem locus iſdem in penultimâ parte Biturici pagi, verſus Occidentem, admodùm delectabili ſitu iocundus. Nam è regione, fluminis *f* Agneris curſus offertur, quod commoditate ſui quàm maximè iuuat incolas eiuſdem loci. Tum deinde circumquaque fertilis humus omni germine, cùm ſui fœcunditate, tum etiam agricolarum opere. Præterea loco pertinentia, ex maximâ parte ſatis contigua. Prædicta porrò ſanctæ Dei genitricis eccleſia, ſpatio ſtadij ad Meridiem diſtat. Quæ & ipſa cum ſibi collatis per prædictum teſtamentum eidem cœnobio fuit conceſſa. C. 9.

12 Poſtquàm verò ſacer Ordo, curâ religioſi Patris Dodonis, in hoc ipſo iam ritè profecerat cœnobio, iidem nobiliſſimi coniuges, animo ſitienti adhuc amplificare loci ipſius rerum poſſeſſiones deſiderantes, præter illa quæ priùs contulerant, alia quædam addiderunt, & cum Eccleſiâ, quæ vocatur Cildracus, æquè per teſtamentum præfato loco contulerunt, anno vigeſimoquinto Imperij Auguſti Ludouici, & viceſimoquarto Pipini filij ſui Aquitaniæ Regis. Quæ res in ſuperioribus partibus Biturici pagi, ſeu in vicinià Biturice ciuitatis conſiſtere videntur: ſicut ipſo rerum earumdem teſtamento docemur. C. 10.

a Scara *vox eſt Teutonica, & multitudinem ſignificat. Aimoinus lib. 4. cap. 26.* collegit lectam è Franciæ bellatoribus ſcaram, quam nos turmam vel cuneum appellare poſſumus. *Scara.*

b *Nempe Pipinus Breuis, qui VVaifarium debellauit. Excuſum erat* vnus.

c *Hos Carolus Caluus patruus monachos fieri coëgit.*

d *In vitâ Ludouici vocatur* Iocundiacum palatium in territorio Lemouico ſitum.

e *Videtur reſpicere ad id quod lib. 2. vitæ S. Gregorij cap. 42. narratur.*

f Angeris *legit Papirius Maſſonus de fluminib. Galliæ, vbi de eo iſta:* In Biturigum finibus Anger oritur ſupra Caſtrum, inter Rodulphi caſtellum & monaſterium Dolenſe Gregorio & veteribus notum, fluit. Andria *eſt Aimoino, Gallicè* Indre. *Anger fl.*

CAPVT IV.

Noua eiuſdem cœnobij priuilegia, amplificatio.

13 His igitur ab optimè religioſis coniugibus ita compoſitis, de cetero quoad vixerunt, eis illa vigilantia fuit, vt iſdem locus ad meliora ſemper & altiora proueheretur; quorum equidem materialis ædificatio, in ipſius angularis lapidis nomine Chriſti Ieſu conſtructa, creuit in templum ſanctum in Domino, cùm in eâ degentes cœnobitę per inſtituta mãdatorum Dei, perque regularem ſanctiſſimi Præceptoris noſtri Benedicti tramitem gradientes, reliquorúmve ſanctorum Patrum exemplis viuentes, alius ab alio coædificati ſunt in habitaculum Dei, in Spiritu ſancto. Namque quòd hi tales, & boni quique, Deo magis quàm ſibi viuentes ipſius Dei habitatio ſint, eſt inde veritatis veriſſima ſponſio, quæ dicit: Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit; & Pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Apoſtolus quoque Petrus, fideles adhortans: Accedentes, inquit, ad lapidem viuum, & ipſi tamquàm lapides viui ſuperædificamini in domos ſpiritales. Cùm hæc ergo de fidelibus ita ſe habeant, meritò hi fideliſſimi coniuges, illorum gratiæ participes eſſe creduntur, qui eâ intentione laborare ſtuduerunt, vt hi in eorum labores introirent, quos pia Diuinitatis dignatio ſuâ dignos effecerat habitatione. Pro quibus omnibus, poſtquàm à terreſtri domo huius habitationis emigrarũt, domum non manufactam æternam in cælis promeruiſſe dignè credendi ſunt. Quorum corpora, ſecundùm ſui diſpoſitionem, tunc quidem ſecus eccleſiæ memoratæ Beatæ Dei Genitricis introitum, ad dexteram ſcilicet ingredientium, ſepulta ſunt: poſteà verò, deuotione Fratrum præfati cœnobij agente, hinc tranſlata, dextrâ læuâque altaris ipſius ſpecioſæ Virginis Mariæ digno cum honore condita ſunt: quorum depoſitionis dies ſub vno die, nempe C. 11. *Floret id cœnobium.* Ioa. 14. 23. 1. Pet. 2. 4. & 5. *Mors VVifredi fundatoris.*

nempe decimo Kalendas Septembris quotannis recolitur. Circa quod tempus, Domnus etiam Pipinus Aquitaniæ Rex, biennio ante patris sui obitum, vltimam vitæ sortitus diem, Pictauis apud S. Radegũdem sepultus est. Domnus verò Ludouicus, post plurima Rei Ecclesiasticæ, nec non & publicę benè consulta, quibus ad ęquum, diuino semper in aduersis vsus auxilio, regni vel Imperij sui moderauit statum, anno ab Incarnatione Domini octingentesimo quadragesimo feliciter obiit. Post cuius extrema tres filij eius pro regno Aquitaniæ, quo frater eorum Pipinus regnauerat, inuicem dissidentes, bello decertare contendunt, quod & factum est apud *a* Fontanetum Burgundiæ locum. Lotharius maior natu, & Augustali dignitate superior, cum exercitu Italiæ aduersùs fratres Ludouicum, & Carolum, qui Caluus agnominatus est, & ipsi aduersùs eum cum Francis & Aquitanis. Et Lotharius quidem primo impetu victor extitit, sed mox resumptis viribus, ab *b* Warino Duce Tholosano & Aquitanis fugatus est. Et quidem meritò: nam is Imperij cupidine, quamuis non absque fratrum seu quorumdam prauorum consensu, Pium patrem custodiâ detentum diademate priuare decreuerat, ni sanior Ducum sententia & Episcoporum auctoritas, conatus eius frustrauisset, qui post fugam, diademate deposito, facinoris sui pœnitentiâ motus, priuatè viuere deinceps, *c* monasterio se contulit. Ludouico præterea non longè post hæc ab humanis obeunte, Carolus solus, qui Caluus dictus est, & regnum Francorum & Imperium Romanorum, nobiliter ac strenuè rexit.

Bella inter filios Ludouici Pij.

a

b

c

C. 12. 14 Interea Dodo præmemoratus, egregiæ probitatis Abbas Stradensis cœnobij, sollicitè sibi commissorum commoda instanti procurans vigilantiâ, præsentibus & futuris, quod optimum fore censebat, consultè semper prouidere satagebat. Is ergo quàm primùm opportunitate reperta, memoratum Regem Carolum adiit, illiq́ue sese, caussamq́ue sui aduentus diligenter innotuit. Deinde proferens auctoritatis edictum Præcellentissimi Regis Domni Pipini sui germani, quod pro liberalitate, sibi credito concesserat loco, ex hoc maximè suas constare preces edicit, vt eius exemplo, simul & ob memoriam fraternæ dilectionis, ipse etiam more Regio, speciale decretum ad perpetuum munimentum, contra prauorum tumultuationem, supradicto dignaretur concedere loco. Cuius petitionem Rex placidè susciens, eius voluntati libenter annuit. Igitur accitis in conspectu suo Notariis, præsenti conscriptione decreuit, vt hoc ipsum cœnobium, vel in eo degentes, & cuncta quæ sui iuris essent, vel quæ Deo fauente futuris temporibus ibidem augmentanda erant, nulli cuiusuis potentiæ personæ, qualibet arte nequitiæ, opprimendi aut inquietandi vllo modo licentia foret: neue quilibet, in omni loco dominationis ipsius loci, quippiam praui vsus imponere, aut indebitam exactionem quoquo modo facere præsumeret: sacræ siquidem religioni, soli Deo vacare cupienti, summam quietem debitam fore: neque licere debere cuiusquam illi impetum contraire. Ad hoc etiam fisco Regio debita, pro sui suorumq́ue salute, statuq́ue Reipublicæ suæ, cuncta prorsus eo priuilegio eidem loco sunt indulta. In clausulâ demum perscripti decreti statutum est, vt per succedentia tempora locum ipsum inhabitantes è suis non aliunde petitis personis eligerẽt semper, quibus sacra prælatio loci committeretur, à quibus cœnobij totius gubernatio, æquo iure tractaretur. Idq́ue non cuiusquam mortalium vi, sed fraterno cœnobialium voto fieri quàm maximè decreuit. Hæc ita statuta, litterisq́ue mandata, Regio more, proprij impressione annuli roborauit, regnante eo iam quarto regni sui anno.

Confirmãtur & ampliantur cœnobij priuilegia à Carolo Caluo.

I. *Abbas Dodo,* 15 Ita ergo venerandæ memoriæ Dodo Pater, cum suis apud Regem honorificè habitus & voti compos effectus, ad propria remeauit lætus. Qui postquàm feliciter vixit & humanæ debitum naturæ feliciùs soluit, ad bonæ vitæ percipienda merita felicissimè peruenire promeruit. Cui nihilominùs vitâ religiosus, in prælatione præfati cœnobij, Mainardus successit; cuius erga memoratum locum piæ sollicitudinis studium, plurimarum edocent instrumenta seruata chartarum.

Ex Bibliotheca Floriac. 2. *Mainardus:* C. 13.

16 Hic igitur aliquando pro sibi competẽtibus caussis aulam expetiit Domni Karoli Regis. Aderant verò tunc in palatio Fratres ex cœnobio *d* S. Petri, quod est in territorio Niuernensi gratâ satis positione situm, inter duos amnes Ligerim & Elauerem; qui pro substituendo sibi Patre Regiam videbantur expetiisse Maiestatem. Ad horum ergo consultum, post alia Rex animum vertens, prædictum conuocat Mainardum Abbatem, & eius paternitati monasterium illud se velle concedere dixit. De quo, quamuis ob prolixitatem viæ tædiosum sibi valdè videretur, cùm se illi parere consensisset; mox præsenti Rex confirmauit scripto Regium præceptum, ac proprio roborauit sigillo; vt iam dictus videlicet S. Petri locus, à præfato Abbate Mainardo, suisq́ue successoribus, Stradensis scilicet monasterij rectoribus, perpetualiter possideretur & regeretur. Verùm hæc de cœnobij Stradensis constructione, velut ædificando operi posita fundamenta sufficiant. Super quæ quiddam altius ædificare gestientes, non id fateor mutuatis ab incerto sumptibus agere decreuimus: cùm huic loco, de quo sermo agitur, gratiæ Dei munere, feliciter abundet cælestium operum præclara materies. Igitur ope virtutis Dei, cuius opus est quod extra vel intra cælorum ambitum mirabiliter contineri constat, id aggredi tentauimus; vt videlicet ad fidelium veneratiorem illa conscribantur, quæ in hoc cœnobio diuinitas nostri Saluatoris mirabiliter operata est ad sui laudem nominis, illorum vtique Sanctorum meritis, quorum hic pia fidelium deuotio patrocinia colligere curauit, quorum etiam precibus isdem locus nunc vsque tuetur, semperq́ue tuendus speratur.

d *huic collatum cœnobium S. Petri.*

a *Alij* Fontinatam *vocãt. Prælium hoc anno* 841. 25. *Iun. cõtigit.*

b *Nithardus lib.* 4. Ducem *solùm vocat hunt* Warinum, *atque à Carolo Caluo* ob custodiam *Aquitaniæ* relictum; *cùm alioquin* Egfridum Tolosæ Comitem *Pipino Pipini Regis filio fauentem ibidem referat. De VVarino & Auâ, siue Auanâ, eius coniuge, egimus* 13. *Ian. in vitâ S. Bernonis* §. 3. *nu.* 13.

c *Anno* 855. *regnum in filios partitus* Lotharius, *Prumiæ monachus factus est, vbi* 29. *Septemb. mortuus est.*

d *Gallicè* S. Pierre le monstier *dici scribit Boscius.*

CAPVT V.

S. Genulphi corpus Stradam translatum.

17 ERat igitur haud procul à prædicto Stradensi cœnobio locus, sex videlicet millibus distans ab eo, in quo SS. Genulfi & Geniti memoria continebatur; qui temporibus Decianæ persecutionis, à B. Sixto Papâ Romano, ob verbum prædicationis in Gallias directi fuerant: qui venientes in vrbe Geturnicensi, quanti apud se meriti essent omnipotenti Deo declarare placuit, dum eorum meritis ibi puerum à dæmonio, & puellam à grauissimo liberauit incommodo. Vbi pro veritate Christi dira fustium verbera passi, pòst etiam fornacis ardentis ignibus iniecti, Angelicâ protectione à vasto ignium liberi sunt ardore. Tum deinde ferrea carceris vincula perferentes, sed ab Angelo confortati; demum per resurrectionem mortui, & diuini verbi prædicationem, omnes vrbis illius ciues ad Christum conuersi & baptizati sunt. Quibus ecclesiis fundatis, & institutis Ecclesiasticis edoctis, post aliqua temporis spatia, inde discesserunt, & supradictum expetiuerunt locum. Quem pro sui aptitudine sibimet ad manendum eligere decreuerunt. Quem etiam posteà, fauente eis gratia diuinâ, in propriâ ditione ab eius possessore suscipientes, & ibidem ecclesiam Christo fundantes, felicis vitæ suæ cursum, ibi feliciter consummauerunt: & diuinas sæpius ostendendo virtutes, sanctis meritis suis ipsum deinceps inlustrauêre locum. Vnde & contigit, vt eo tempore, *a* Cella S. Genulfi cognominaretur ab incolis. Succe-

C. 14. *Cella S. Genulfi,*

miraculis clara.

a

Ex Bibl. Floriac.

dentibus verò temporibus, extiterunt intra Gallias incurſiones plurimæ Barbarorum, nec non & perſecutiones infidelium, quibus multæ, vt ſupradictum eſt, deſolatæ ſunt antiquæ Sanctorum memoriæ, ac penitùs per multa tempora deſtitutæ.

C. 15. *Auctoritate regiâ,*

18 Contigit igitur aliquando, vt venerandæ memoriæ prefatus Mainardus cœnobij Stradenſis Abbas conſilium haberet cum Fratribus, de Tranſlatione iam dicti Confeſſoris Chriſti Genulfi: quibus idipſum omnibus inuicem ſentientibus,& huiuſmodi ſententiam amplectentibus, etiam ſuper hoc negotio Domnum Regem Karolum adire decreuerunt, vt quod futurum ex illo foret conſilio, illius celeberrimo fieret imperio. Aliquantis igitur aſſumptis Abba Fratribus, aulam expetiit Domini Regis Karoli, cui cùm adſtitiſſet, & pro quibus ierat intimaſſet; cuius temporis, vel loci, ſeu auctoritatis iſdem vir ſanctus fuerit, Rex ſciſcitatus eſt. De quibus cùm edoctus ab Abbate fuiſſet, libentiſſimè quod petebat conceſſit, & vt liberè faceret imperauit. Hoc ſanè præcipiens, vt ſancti quidem Præſulis Genulfi corpus monaſterio transferret;beati verò patris illius Geniti glebam remanere ſineret.

C. 16. *transferuntur S. Genulphi reliquiæ ad cœnobium Stradenſe.*

19 His igitur à regali clementiâ conceſſis, acceptâ Abba remeandi licentiâ, regreditur ad propria; & ſe pro quibus ierat impetraſſe denuntiat. Eo ergo Fratres exhilarati nuntio, auctoritate freti regiâ, Sanctorum cellam adeunt deuoto cum obſequio. Quia verò minùs quàm decebat eo tempore locus ipſe reuerenter habebatur, ideò res ipſa ſic ad habendum ipſius ſancti Confeſſoris corpus animos Fratrum accenderat. Oratorium ergo, quod in honore S.Petri ſacratum erat,ſunt ingreſſi: ſanctum inquirunt theſaurum: ſed ne tunc incertum foret, quemadmodùm Sanctus vterque diſcerneretur, olim, vt credi poteſt, huic futuræ Tranſlationi diſpoſitio prouiderat Diuina. Nam vt in libello vitæ vel obitus eorum continetur, ſancti quidem Præſulis Genulfi corpus, ad ingredientium dexteram; beati verò patris eius Geniti membra parte fuerant ſiniſtrâ locata. Igitur eâ certitudine maximi pretij reperto munere, dignâ cum reuerẽtiâ ſanctum corpus geſtatorio Fratres imponunt, & ſic cum laudibus diuinis ad monaſterium redeunt: in quo ſub die *b* XII. Kalend.Iulij pretioſum deponentes onus, ob tanti Confeſſoris aduentum,hunc ipſum diem quotannis inſtituêre celeberrimum atque ſolemnem. In quo deinceps loco, multoties per hunc ſibi dilectiſſimum famulum, multa ſanitatum miranda, frequenter mortalibus largiri dignatus eſt Chriſtus, ad laudem & gloriam nominis ſui.

b

a *Videtur is locus eſſe, qui in Biturigum chorographiâ* Celle ſur Nahon *appellatur; erat enim ad Naonem flumen.*

b *Guilielmus de la Croix legendum putat,* XV. Kal.

CAPVT VI.

Normannorum incurſus. Corpus S. Genulphi alio deportatum.

C. 17. *Poſteri Caroli Calui.*

20 EA ſanè tempeſtate grauiſſimis caſibus Galliarum ſunt detritæ prouinciæ. Decedente ſiquidem glorioſo Rege Karolo Caluo, regni quoque eius à ſuâ celſitudine corruit ſtatus.Nullus namque poſt eum Imperium tenuit Romanorũ. Eius filius Ludouicus agnomine Balbus ſolummodò regnum obtinuit Francorum. Tunc Baioariorum ſurrexit regnum, apud quos hactenus conſtat Imperium Romanorum. At verò Ludouico
a decedente Balbo, filius eius Karolus agnomine *a* Minor poſt eum regnauit. Contra quem Franci coniurantes, eum de regno expulerunt. Et Odonem Aquitaniæ Ducem pro eo regnare conſtituerunt: qui nec integris etiam in regno duobus ſubſtitit annis. Cui filius ſucceſſit Arnulfus, in ipſo penè initio regni ſui iam ſemiuiuus. His temporibus Willelmus Comes Aruernorum erat Dux Aquitanorum, qui Cluniacenſe fundauit cœno-
b bium. Sãctus quoque *b* Geraldus vir magnæ ſanctitatis, ac præclaræ nobilitatis ipſis temporibus claruit, qui Aureliacum monaſterium conſtruxit.Tunc etiam Abo nobiliſſimus partium Princeps Biturigenſium, *c* Dolenſe *c*
cœnobium ædificauit. Eo quoque tempore, cruentæ acies in cælo apparuerunt, ad præſagium excidij regni vel patriæ, iam tunc imminentis. Nam Karolus, quem Franci repulerant, reſumptis viribus, regnum recepit: ſed iterum repulſus eſt, & Dux Robertus *d* Rex conſti- *d*
tutus eſt. Karolus ergo, ab *e* Othone Imperatore accito *e*
auxilio, prælium cum Francis, qui eum repulerant,commiſit: & victor exiſtens,Rotbertum interfecit: regnumque recepit. Poſteà verò, controuerſiis aduerſantium ſedatis, factiſque pactionibus, Vgoni filio Rotberti Ducatum conceſſit, ac deinceps regnum obtinuit.

C. 18. *Nortmanni Galliæ vaſtant.*

21 Sic itaque clandeſtino malo Francorum vacillante regno, ab externis etiam Galliæ nationibus affligũtur. Siquidem barbaries effera Nortmanorum, quæ interiora Oceani Britannici plagæ Septemtrionalis incolere videbatur, nauali manu innumerâ de ſuis electâ,ingentis pelagi Galliæ victum occupat limbum. Igitur ab ipſis incipiens oris, ac deinde cuncta peruadendo ſeſe diffundens, Occidentales Gallias, & maximè Neuſtriam, & Aquitaniam depopulari cœpit. Idipſum verò multoties ſuperioribus annis adgreſſi fuerant Nortmanni, ſed eis belligeri viri Duces locorum ſæpius obſtiterant, & eorum frequentes impetus ſæpè Mauortiâ manu pepulerant.At ipſis etiam Ducibus inter ſe diuturno bello diſſidentibus, ac vario rerum euentu nunc iſtis nunc illis decidentibus, ita tellus nudata ſuis defenſoribus perfacilè patuit externis peruaſoribus. Quorum inſania, per cuncta,quà viſus ante ſui faciem erat, feraliter incedens,obſiſtentes ſi qui fuerant interimere,victos captiuare,bona cuncta diripere, nulli mortalium parcere, diuina & humana ſuis ludibriis promiſcua habere, ſancta loca demoliri, cædibus, incendiis prorſus cuncta replere ſatagebat.

S. Genulfi reliquiæ ad Niuernenſe territorium trãſlatæ:

22 Cùm verò iam per plurima Galliarum loca ſuæ crudelitatis exercuiſſent facinora, Biturigum etiam pagum violenter affligere cœperunt. Iam dictus autem cœnobij Stradenſis Abbas Mainardus cum Fratribus ſuis, hoſtili præcognito aduentu, apud prædictum S. Petri monaſterium fugæ præſidium expetere decreuerat. Aſſumptis igitur omnibus quæ ſaluandi gratiâ, ſecum ferenda cenſuerant, etiam beati Præſulis Genulfi corpus,pariter ferri voluerunt. Cùm ergo cœptum iter vſque Biturigam peregiſſent ciuitatem, ecce ante eos, dæmon per os hominis cœpit clamare, & dicere: O S. Genulfe, num te effugere potero? Cur in his etiam locis me perſequeris? Non tibi ſufficit quòd de Gedurnicenſi vrbe me expuliſti, & cellam inhabitare prohibuiſti? heu me Sancte Dei! Cùm itaque nequam ſpiritus,huiuſmodi vocibus inſani hominis ore clamaſſet, ſine morà peruaſum reliquit hoſpitium. Ita meritis ſanctiſſimi Præſulis liberata perſona, geſtatoribus eius Dominum benedicentibus plurimum lætitiæ contulit. Tandem igitur ad diſpoſitum peruenientes locum, S. Petri videlicet oratorium, Sancti oſſa ibi depoſuerunt: & omni cum diligentiâ ſeruare ſtuduerunt.

dæmonem fugant.

a *Aliis vulgò* Simplex *dictus. obiit anno 929.*

b *Vitam* S Geraldi *dabimus 13. Oct.*

c *Alij* Burgidolenſe *vocant; Gallicè* Bourgdeols, *&* Bourgdieux. *Situm eſt ad Angerim, ſiue Indrum, de quo ſuprà ad cap. 5. Hoc* Burgidolenſe monaſterium *deſcripſimus in Actis* S.Bernonis *XIII. Ianuarij §. 6. num. 28. vbi hunc locum citauimus.*

d *Id anno 922. contigit.*

e *Qui potuit, cùm anno 936 primùm Henrico parenti in regnũ Otto ſucceſſerit, ſeptem annis à morte Caroli? At Ludouico Transmarino Simplicis filio ſuppetias Otto tulit.*

CAPVT VII.

Stradam denuò relatum.

C. 19.

23 ADuenientes autem hoſtes ad Stradenſe cœnobium, & tam rebus quàm habitatoribus vacuum

Nortmãni monaſterium Stradenſe intendere fruſtra conati:

cuum reperientes locum, quicquid reliquum fuit in ædibus, flammis tradidêre voracibus. Sed reliquis circumpoſitis ædibus igne conſumptis, ita totius monaſterij fabrica, Domini Ieſu protegente virtute, reſtitit illæſa, vt in eâ nullius aduſtionis veſtigium appareret. Quod cernentes hoſtes, & virtutem diuinam ſentientes, à loco receſſerunt, & ſuper vicini fluminis oram Duces eorum, circùm ſe ſcrobibus actis, aliquibus temporibus conſederunt: donec ab eis omnis circumquaque regio vaſtaretur. Itaque, cùm per ſeptem annorum luſtra, Neuſtriam & Aquitaniam deuaſtando, Aruernum vſque peruenisſent Normanni, Rex Burgundiæ Radulfus, in auxilium euocatus ab Aquitanis, cum exercitu valido feſtinus occurrit eis. Commiſſoque *a* prælio cum eis, in loco qui dicitur ad Deſtrictios, Deo auxiliante Chriſtianis, penè vſque ad internecionem deleti ſunt Pagani, & ab Aquitaniâ fugati. Qui verò euadere potuerunt, in oris Galliæ ſuper Oceanum, in vrbibus ſcilicet, quas ipſi primo impetu ſuo deſolauerant, eo pacto permittente Francorum Rege, vt fierent Chriſtiani, reſederunt. Quæ loca propter inhabitantes nunc partim Nortmannia, partim Britannia dicuntur.

victi prælio.

a

C. 20.

24 Poſtquàm igitur ille metus hoſtilis à prouinciâ diſceſſit, mox ſancta beati Præſulis membra Stradenſi monaſterio Fratrum reſtituere curauit deuotio. Ergo remunerato loco ipſo de pretioſo reliquiarum ſacri corporis ipſius Confeſſoris Chriſti theſauro, cum benedictione Fratrum ipſius cœnobij, ſanctorum pignorum baiuli profecti ſunt. Venientes autem Niuernis, à ciuibus vrbis illius, ac ſibi notis fidelibus reuerenter excepti ſunt. Ibi etiam à Clericis Epiſcopij ciuitatis ipſius, necnon à Sanctimonialibus ibidem degentibus expetiti, vt eis vel aliquantulam portionem de ſacro beati Præſulis corpore darent, vnam è coſtis eius illis conceſſerunt. Quam cùm inter ſe Clerici ſiue Deo ſacratæ Virgines ſibimet exæquando ſecuiſſent, mox ab vtriſque partibus cruor ſtillauit. Admiranteſque qui aderant ſtupuerunt valdè: & verè viuentia coram Deo ſancti Confeſſoris merita dignis laudibus attollebant.

Aliqua S. Genulfi reliquiæ in S. Petri monaſterio relictæ:

aliqua Niuernenſibus data.

25 Inde quoque egreſſi, viam ſuam direxerũt ad territorium quod Sigalonium dicitur. Vbi poſt aliquot cùm peruenisſent dies, quodam loco diuerſorium habuerunt, vbi poſt diſceſſum eorum, circummanentes pagenſes eccleſiam in eiuſdem beati Confeſſoris honore fundauerunt, & nomine conſecrauerunt. Ibi verò quãtam gratiam ſuam Deus meritis huius beati Præſulis Genulfi terræ illius incolis præſtiterit, gratum memorare videtur. Cultores ſiquidé agrorũ circumiacentium votiuum ſibi fecerunt vſum, vt ſementis tempore portionem ſeminis, quantum ſibi videretur, ad eccleſiam ipſam quiſque deferret, ac ſancto Confeſſori, ad vſus Sacerdotis, qui diuina ibidem myſteria celebraret, deuotus offerret: vt eius meritis, eorum ſegetes vel à fulgure, & tempeſtatibus, ſiue aduerſis aëris corruptionibus, illæſæ ſeruarentur. Quorũ piæ deuotioni ſic pietas annuit Saluatoris, beato ſuffragante Patrono, vt ex tunc vſque nunc, in eodem voto perſeuerantibus, expetita quoque perſeueret ſalus.

Eius meritis pulſa tempeſtates.

26 Nonnulla quoque ſanitatum dona in eodem itinere, per beatum Confeſſorem confluentibus ad eum conlata ſunt, quibus ſæpè ſuos lætificauit, donec ad monaſterium proſperè ventum eſt. Intereà iam tunc Mainardus exceſſerat Abba. Cui etiam in prælatione vir ſtrenuus & vtilis monachus ſucceſſerat Amalricus. Huic verò Amalrico, ſuiſque ſucceſſoribus, quidam vir claræ nobilitatis, Lætarius nomine, monaſterium, quod in Waſtinenſi pago, ad honorem B. Baptiſtæ Ioannis, ac S. Genulfi Confeſſoris conſtruxerat, cum teſtamento ſemper poſſidendum delegauit. Illoque decedente, ſucceſſit Aymo, qui præceſſor extitit Aërico. Hic poſt illa Nortmannica tempora, propiùs cœnobio præfuit Stradenſi. Obeunte Aërico, ſucceſſit Elias, qui vſque ad noſtrorum tempora maiorum longæuus permanſit.

Alij Abbates Stradenſes.

a *Memorat hoc prælium Ademarus ab Andrea du Cheſne citatus in Normannicis.*

Ex Bibliotheca Floriac.

CAPVT VIII.

Hungarorum gemina incurſio. clientes ſui à S. Genulpho adiuti.

C. 21.

27 POſt aliquot iterum annos accidit vt hæc ipſa regio Hungarorum quateretur incurſibus. Quæ res vulgata cœnobialium Stradenſis cœnobij non minimùm perterruit corda. Prouidentes itaque ſibi, caſtrum quoddam quod *a* Lucas vocitatur, ad ſui præſidium in eâ neceſſitate petierunt. Illuc itaque Fratres ſeſe cum ſuis, ac etiam cum beati Præſulis Genulfi corpore conferentes, illius tempore metus, eò ſancta Confeſſoris ſeruata ſunt membra. Sed poſtquàm & ille hoſtium tepuit feruor, redire Fratres ad monaſterium cùm ſacris decreuerunt reliquiis. Ergo cœptum iter illis peragentibus, ecce ſubitò nubium denſitate cæli facies obumbratur. Anxiari Fratres & ſanctarum reliquiarum geruli cœpêre, futuræ tædio pluuiæ. Tum deinde largiſſimis proruentibus imbribus, vehemens inundatio ſuperficiem replebat terræ. Sed manifeſtè diuinæ complacuit clementiæ pia ſancti Confeſſoris declarare tunc merita. Nam à tantæ inundationis violentiâ ita ſanctum corpus eiuſque geruli cæleſtì ſunt virtute protecti, vt nihil omnino ſuper eos pluuiæ ceciderit. Sic meritis magni Præſulis ab eo releuati tædio, cum exultatione magnificantes Dominum, ad monaſterium peruenerunt.

a

Quidam ope S. Genulphi à pluuiâ intacti:

C. 22.

28 Aliâ nihilominùs Hungarorum incurſione, quæ biennio poſt primam contigit, ad proximam ab Occidentali plagâ munitionem, ſancti Confeſſoris delatæ ſunt reliquiæ. Quâ etiam decedente perturbatione, ſancta membra Fratres nauigio imponunt, & per Agnerem fluuium ſuperiùs ad monaſterium remigare cœperunt. Quibus cùm gaudio aſcendentibus, exclamauit vnus ex nauigantibus: S. Genulfe, certè ſi velles, ſeruis tuis cibos dare poſſes. Nec mora, piſcis non paruæ quantitatis, quem *b* ſcullam dicimus, à profundo gurgitis emerſus, ſaltu ſe in naui præcipitauit. Admirantes gratulantur nautæ ſic citiſſimè ſanctum Confeſſorem ſuis adeſſe fidelibus. Sicque lætiſſimis animis ad monaſterium reditum eſt.

cibus eſurientibus oblatus.

b

C. 23.

29 Quodam etiam tempore, quidam à natiuo Britanniæ ſolo egreſſus, orationis gratiâ, ſancti Patris Gildæ reliquias, ſiue aliorum Sanctorum expetere loca decreuerat. Qui poſt aliquos itineris dies, ab inualetudine correptus eſt. Pro poſſe tamen cum ſociis iter explebat, donec ad hanc vſque, quæ citra flumen Agneris, Villa Godonis dicitur, peruentum eſt: ibi feſſus omnino, ægritudine cogente, deponitur. Elias intereà vir religioſus huius loci tunc prælatione potiebatur. Ad hunc igitur languens ille ſupplices dirigit preces, vt ſibi myſteria noſtræ Redemptionis per ſanctæ religionis miniſtros mittere dignaretur; qui eum iam deficientem ſanctis ac viuificis myſteriis communicarent, eius exitum Domino commendarent. Illicò Venerandus Abba, per loci Paraphoniſtam, nomine Widonem, ei quæ petebat dirigere curauit. Ad quem cùm feſtinus iſdem Frater acceſſiſſet, mox eum ſacroſanctis myſteriis participauit. Qui mox clauſis oculis agebatur in extremis. Aliquibus igitur horarum ſpatiis exactis iterum oculos aperuit, & adſtantibus referebat, à Sanctis prouinciæ ſuæ ſe viſitatum fuiſſe, qui contra malignorum ſpirituum turbam de eius animæ ſaluatione decertauerint. Quibus altercantibus, ecce ſubitò ſanctus Domini Confeſſor interuenit Genulfus. Qui conuerſus, aſſiſtentibus ait dæmonibus: Quid, inquit, miſerrimi ſpiritus, hìc agere diſponitis? Ecce Dei clementiâ concedente, ſuſcipiet hunc ſinus Abrahæ. Quod cùm dixiſſet, nequam conuentus repentè diſparuit. Et conuerſus ad Sanctos, dixit: Benè Sancti Domini veſtrorum curâ ſollicitamini: ſed in reliquis, ve-

Moribundus à S. Genulpho contra dæmones defenditur.

ex Bibloth. Floriac.

ſtræ ſollicitudinis vt decet meminiſſe ſatagite; nam iſtius ſalutem animæ, nobis à Dei benignitate conceſſam ſcitote. Hic ſiquidem cùm in præſenti noſtrorum officio Fratrum diuinis ſit participatus ſacramentis; dignum eſt vt eorum precibus aſſiſtamus, & de eius ſalute procuremus. Hæc cùm infirmus cunctis adſtantibus aperuiſſet, iterum clauſis oculis à vitâ diſceſſit. De quo nulli dubium, cùm talia de ſancto Præſule Genulfo retulerit, quin ipſius meritis in æternâ requie locatus ſit. Eius itaque corpus, monaſterio delatũ, honorificè ſepultum eſt.

a *Maſſynus* Lucas oppidum arcemque munitiſſimam *appellat. Angeri quoque alluitur.*

b *In priore vitâ eſt* lucius.

CAPVT IX.

Monachi cædes cælitus vindicata.

C. 24. *Monachi cædes,*

30 EX Eccleſiâ ſanctæ Dei genitricis Mariæ, quædam aliquando inter quoſdam ſecularium atque monaſterij cœnobitas extitit controuerſia. Quæ adeò diffuſa eſt, vt Frater quidam, Fredebaldus nomine, qui eò pro Fratrum iure tuendo, ab Eliâ directus Abbate fuerat, in foribus eiuſdem eccleſiæ gladio necaretur, conſcio loci Preſbytero, nomine Godone, qui fraudulenter eorum partibus fauere videbatur. Quo facto, Venerandus Abba, pariterque Fratres omnes vehementer afflicti, magis ab illo Iudice Deo, qui Dominus vltionum eſt, & ex malè commiſſis vltionem liberè agere nouit, quàm ab aliquo ſeculi Principe, tanti vindictam flagitij expetere decreuerunt. Erat autem in eodem cœtu Fratrum vitâ venerabilis ſenior, Ermenulphus nomine, qui tunc in monaſterio Æditui fungebatur officio. Hic nocte quadam cùm ſe poſt orationem expletam in oratorio quieti dediſſet, conſpicit primò quidem immenſo claritatis fulgore tota repleri ſpatia templi: deinde præfulgidum quemdam & maximum cæleſtium virorum conuentum, eximio candore vernantem, adſtare cuidam reuerendæ mulieri & inæſtimabilis potentiæ perſonæ; quæ incomparabili ſpecioſitate decora iuxta ſummi Saluatoris adſidere videbatur altare. Ecce autem quidam venerandæ grauitatis Antiſtes, in ſacerdotali ſchemate, illi Dominæ propiùs adſiſtens, vltionem ex ſupradicti ſanguine Fratris nuper interempti, coram eâ ſuppliciter expetebat. Quæ gratificè ſic ad eum reſpondere videbatur: Et mihi potiùs, Frater, cauſſa de hoc procuranda eſt ſcelere. Et adiecit: Petrus, inquiens, Apoſtolus, huc accedat. Quo accedente, ait ad eum: Ecce Frater, huiuſmodi piaculi iudicium exercendum, tuæ poteſtati commiſſum. His dictis, cæleſtis ille conuentus diſparuit. Poſt hæc igitur ex perpetratâ nece, vindicta cæleſtis à Deo maturè ſubſecuta eſt; vt infra paruiſſimi temporis ſpatium illius homicidij miniſtri, cum ſuis fautoribus & omnibus penè adfinibus, morbis decederent exitialibus. Perpaucis illius immunibus vindictæ relictis, qui in rerum miſeriâ, totius vitæ ſuæ tempore permanentes, ad vltimam vſque peruenerunt ætatem. Ita verò gloriosâ genitrice Dei Mariâ, ſanctiſſimoque Præſule Genulfo famulo ſuo patrocinantibus reddita confeſtim retributio ſuperbis eſt, quemadmodùm ſcriptum eſt: Mihi vindictam; ego retribuam, dicit Dominus.

Rom. 12. 19.

C. 25. *S. Genulfo rogante, vindicatur.*

31 Porrò Preſbyter ille, quem ſuprà tanti facinoris conſcium diximus, reatus ſui perpendens magnitudinem, ſanctam Dei genitricis eccleſiam & huius cœnobij cœtum, ex proprij poſſeſſione iuris, heredem fecit. Hic ad vitæ ſuæ finem perueniens, capſulam quamdam ſacris Sanctorum reliquiis inſignem, ab eadem ſanctæ virginis eccleſiâ coram ſe deferri rogauit. Qui cùm in extremis ageretur, ſubitò proſiliens hæc ipſa capſula à loco, quo ante eum fuerat appenſa, è conſpectu eius alibi perlata eſt. Ex hoc autem & immenſitas diuinæ a virtutis, cuius in eâ portio maxima continebatur capſulâ; & diuini in eum examinis prolata ſententia, patenter intelligitur.

Reliquiæ ab homicidij conſcio reſiliunt.

a

32 De cuius adhuc iudicio, talis in monaſterio ſubſecuta fertur oſtenſio. Sabbato quodam, inſtante iam noctis articulo, cùm Fratres debitum Completorij ſoluere pararent, Æditus eccleſiæ, nomine Wido, ob campanam pulſandam antè proceſſerat. Qui cùm ad campanæ peruenisſet locũ, ecce quem antè defunctum nouerat, illum in notiſſimâ formâ Preſbyterum conſpicit, euaginatum tenentem gladium. Perterritus illicò retrorſum aufugit, atque in oſtij limine velut exanimis concidit. Iam Fratres aderant, illumque quolibet alio caſu, potiùs quam metu, corruiſſe putabant. Poſt paullulum itaque ſpiritu recreato ſurrexit à loco. Quodque viderat, Eliæ Patri Venerabili, ceteriſque Fratribus, verbis non valens, ſignis innotuit. Poſtquàm igitur admirantes omnes in ſtratibus ſe dederunt, ecce per alta ſilentia noctis, ipſi Widoni, nominatim eum vocando, vox huiuſmodi ſonuit dicens: Surge, inquit, ſurge. Expergefactus ille nimio iterum corripitur horrore: cui trementi & admodùm pauenti, ſeque ſalutari ſigno Crucis munienti, vox etiam intulit: Ne, inquit, omnino pertimeſcas. Veniens autem in monaſterium videbis, quo pro nece Fredebaldi ſupplicio deputatus ſim. At ille quamquàm tremens & pauidus, rei tamen auditæ probamento, ſurrexit & iuit: & dictorum fidem coram S. Petri præſtolans altare, paullulum obdormiuit. Ecce autem in illo quietis ſomno coram ipſo S. Petri altari, dolium ingens eructantibus repletum flammis ei apparet, in quo Preſbyter ille ſeſe immergere videbatur. Deinde gladius quidam igneus, ab alto delapſus, & eius vertici illiſus, pariter in flammâ demergebatur. Euigilans autem Frater, cum maximo tremore cuncta per ordinem ſupradicto Patri vel Fratribus retulit. Hîc ergo patet quanta Sanctorum ſollicitudo ſuper ſibi dignè famulantes inuigilet ſemper; ea videlicet, quæ ſiniſtrorſus illis accidunt ſubmouendo, ſed & commoda cuncta piè petentibus adhibendo.

Idem tertiò apparet in pœnis.

a *Videtur* Crucis *legendum, propter ea quæ ſequuntur.*

CAPVT X.

Prædones ope S. Genulphi ſæpius repreſſi.

C. 26.

33 AT verò Karolo decedente Minore, Ludouicus filius eius regnauit. Huius filij fuêre, Lotharius & Karolus. Lotharius poſt patrem regnauit, a & à Reginâ ſuâ veneno extinctus eſt. Cuius filius Ludouicus, vno tantùm ſuperuiuens anno, & ipſe potu malefico periit. Patruus autem eius Karolus, cùm poſt eum regnare voluiſſet, à Francis b eiectus eſt. Et Vgo Dux filius Hugonis Ducis, Rex à Francis eleuatus eſt. Karolus autem captus in c Senletenſi vrbe, in carcere truſus eſt: ibique genuit Ludouicum & Karolum, & mortuus eſt: & expulſi ſunt filij eius à Francis, & erant morantes apud Imperatorem Romanorum. Ita Francorum Regum ſecundâ deficiente lineâ, regnum in tertiam trâſlatum eſt: in quâ quidem primus extitit Robertus, qui à Karolo Minore interfectus eſt, ſicut ſuperiùs dictum eſt: ſecundus verò filius filij eius, præfatus Vgo, qui Magnus agnominatus eſt, qui etiam Eccleſiæ Dei clementiſſimus defenſor fuit.

a

b

c

Vltimi Reges Galliæ Karlingi.

C. 27.

34 Huius ergo Magni primò Ducis, poſteà Regis Vgonis temporibus, quidam Optimates nobiliſſimi Pictauorum, in eo loco vbi d cœnobium B. Sigiranni extat Abbatis munitionem ædificauerunt, ac firmiſſimè munierunt. Hoc Primas contigui caſtri, quod ad Orientalem Stradenſis cœnobij plagam ſitum eſt, admodùm grauiter ferens, præſumptionem eorum omnino diſſultum iri feſtinabat. Igitur ob id negotij memoratum adiens Ducem Francorum, eius ad hoc ſuffragia poſtulabat. Qui eius rogatui fauens, coactiſque militum millibus quamplurimis, quò fuerat expetitus, exercitum ducere cœpit. Itaque, cùm ad Stradenſis monaſterij vicinia peruentum fuiſſet, ibidem Franci caſtrametantes fixêre

d

fixêre tentoria. Inopinato metu turbati ruricolæ, primò ſuſpicabãtur barbaras nationes, veluti ſuperioribus ſolitę fuerant temporibus, ſuperueniſſe: ſed cernentes eos nihil inſiſtere prædæ, (quod illi callidè fecêre) iam paullò minus mali ſuſpicabiles habebantur. Sed poſtero die caſtra mouentes, quicquid vſquam victui neceſſarium, quæcumque fuerant opportuna reperta futuræ parantes obſidioni, cuncta inuadere, rapere, ſecumque ducere cœpêre. Tollitur in cælum vulgi mœrentis clamor, Saluatorem Chriſtum inuocantis, & ſancti Præſulis Genulfi auxilium deprecantis. Adfuit illicò miſeris miſeratio Saluatoris, per meritum ſancti Confeſſoris. Nam hi qui debita vel propinqua cœnobij loca deprędati fuerant, ita celeſti ſunt vltione percuſſi, vt eorum alios oculorum lumine mulctatos, alios verò neruorum contractione miſero cerneres corpore debilitatos.

Milites res monaſterij populati, diuinitus puniuntur:

35 Huius ergo cæleſtis animaduerſionis opinio cùm ad aures vſque prædicti Principis perlata fuiſſet, rem ſciſcitatus & edoctus, confeſtim primarios exercitus ſui plurimos è latere ſuo direxit ad locum, qui ſuos à perſuaſione rerum dominationis ipſius loci, vel ad eum confugientium, omnino prohiberent, & in eos, ſi nollent, etiam vindicarent. Qui cùm veniſſent, vnum è ſociis elegerunt, qui toto deinceps illius obſidionis tempore, monaſterij rebus tutamento fieret. Illi autem prædicti miſerabiles, diuino mulctati iudicio, monaſterij limina coram cunctis expetentes, reatus ſui veniam & ſancti Confeſſoris Genulfi auxilia ſupplicabant. Omnipotens verò Deus, notam ſemper faciens in populis virtutem ſuam, ita ſancti Patris Genulfi merita declaratit, vt omnes continuò priſtinæ redderet ſanitati. Ipſe verò Dux Vgo, cum Principibus exercitus ſui, locum ipſum & Fratres qui ſub Patre religioſo viuebant Eliâ, ex eo maximâ veneratione coluit ſemper.

meritis S. Genulphi ſanantur.

C. 27. 36 Cùm verò memoratus Dux, aſſumpto iam regno, ad vrbem Pictauam exercitum duceret, VVillelmo Comite, propter abiectionem Karoli, & iniuſtam, vt videbatur, aſſumptionem regni, ei nolente ſubdi; pars exercitus eius per vicum prædicti cœnobij Stradenſis tranſitum habuit. Ceteris pertranſeuntibus, vnus ex exercitu duos cuidam pauperculæ rapuit panes. Exclamare mulier, & ſanctiſſimum cœpit inuocare Genulfum. Nec mora: puſillum progreſſus eques, illius corruit equus, grauiterque colliſus inutilis effectus eſt. Ipſe autem mox cæcitate captus eſt. Intereà commilitones collegæ ſui reatum cognoſcentes, ocyùs ad monaſterium cum eo repedarunt. Confitetur ille delictum ſuum: veniam culpæ coram Sancto depoſcit. Adfuit & mulier, cui damnum intulerat. Quam ille iuxta modum culpæ dignâ ſatisfactione placauit. Tum deinde verbera profert, & omnimodis precibus inſtat, vt his excruciato corpore, ab illo cæleſtis vindictæ vinculo ſolueretur. Fratribus autem & fidelibus qui aderant Saluatorem noſtrum orantibus, & beati Præſulis Genulfi ſuffragia pro miſero poſcentibus, illicò lucis ei gaudia reparantur: exhilarantur adſtantes tantæ præſentiâ virtutis, benedicentes Chriſtum, qui ſemper eſt mirabilis in Sanctis ſuis. Milites verò cum ſuo illo ſocio, vota Deo gratiarum, & ſancto Confeſſori ſoluentes, quò decreuerant abiêre gaudentes.

Miles pauperculæ iniuriosus fit cæcus:

ope S. Genulphi ſanatur.

C. 28. 37 Penuriâ regione finitimâ laborante, mulieri cuidam è vicino poſſeſſionis huius monaſterij loco, panis ſubſidia defecerant: quamobrem vt ſibi prouideret cœnobium petens, id orans ibat, vt Sancti pietas Confeſſoris eius negotio pium præberet occurſum. Cùm igitur ad ſacram perueniens ædem oraſſet, atque poſt orationem inde fuiſſet egreſſa, confeſtim à proximâ domo quemdam egredientem offendit. Quem de ſuo cùm interpellaſſet negotio, is ei continuò ſuæ paupertatis pretio condignam annonæ menſuram libentiſſimè largitus eſt. Sic itaque voto potita gaudens ad proprium repedabat tugurium. Sed ne fortuitu potiùs id accidiſſe quibuſpiam credibile videretur, euidentis indicio virtutis mox declaratum eſt. A vicino ſiquidem caſtro tunc etiam duo quidam, vt ſibi panes emerent, aduenerant equites. Quibus emptis, modus portandi eos non aderat illis. Horum igitur vnus, Stephanus dictus, qui etiam à rapiendi ſibi ſolito more, Raſtri dicebatur agnomen habere, præfatam conſpiciens oneratam abire pauperculam, eam ſubſecutus exonerauit, ſoloque fundens annonam, violenter ei ſaccellulum abſtulit & abſceſſit. Tum verò gemere mulier, & manibus ad templum protenſis clamare cœpit: Heu me, ſancte Dei Genulfe, ecce quod à te petieram, magis tuâ gratiâ, quàm meo pretio me impetrauiſſe gaudebam. Vt quid ergo ſic deturbor? Ne Sancte Dei, ne patiaris, inopiæ meæ iuuamen auferri. Hæc vbi dixit, repentè quodammodò mente turbatus infelix conſtitit eques. Deinde magis ac magis hebetatus, mox etiam cæcitate damnatur. Ita ſanctiſſimi merito Confeſſoris, propter miſeriam inopis & gemitum pauperis mulieris, tunc exſurrexit Dominus, faciendo videlicet ex calumniatore vindictam. Magis igitur quod illa paullò ante petierat, ac ſe impetraſſe gaudebat, gratiæ diuinæ, quàm fortuito caſui deputandum, quia ſcriptum eſt: Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus. Pſal. 9. 38.

ex Breuiario Floriacenſi.

rapit mimen habere, præfatam conſpiciens oneratam abire pauperculam, eam ſubſecutus exonerauit, ſoloque fundens annonam, violenter ei ſaccellulum abſtulit & abſceſſit.

fit cæcus:

38 Enimuerò clamore mulieris, noſcendæ rei gratiâ plurimis ad eum confluentibus locum, ab aliquibus ille percunctatur quidnam ſibi videretur. Quibus ipſe neque cernere ſe quippiam, neque noſſe reſpondit. Tum verò cunctorum qui aderant ore, glorioſi Confeſſoris meritorum virtus laudibus innumeris effertur. Igitur in præſenti pauperculæ mulieri de violentiâ ſatisfaciens miles ille, non ſuis, verùm aliorum obtutibus, ad ſacra templi limina deducitur; in quo reatus ſui veniam petens, cùm deuotè coram Sancto perſiſteret, tandem diuinâ propitiatione ſanctique Præſulis obtentu, luminibus priſtinis reſtitutus eſt. Ipſe autem huiuſmodi vindictam expertus, ita virtutis eius extitit teſtis, vt in quocumque locorum domi foriſque prefatam poſtmodùm pauperculam offendiſſet, eam in maximâ ſemper habuerit veneratione, atque ob eius iniuriam, talia diuinitus perpeſſum fuiſſe, ſed beatiſſimo patrocinante Genulfo, ſaluti ſe propriæ redditum, palam omnibus fateretur.

per S. Genulphum viſum recipit.

C. 29. 39 Quidam rerum venalium negotia perferentes, ex huius cœnobij vico, mercandi gratiâ, ſuperiora pagi huius adierant loca. In itinere autem à quibuſdam conuenti ſunt equitibus, qui illis rerum ſuarum ſummam violenter auferre nitebantur. At verò ſummi Saluatoris ac ſanctiſſimi Præſulis Genulfi ſuffragia proclamantibus eis, illi prorſus, vt ſeſe talium habet ſæuitia, proclamationem illam floccipendêre, nec à cœptis deſtitêre; quin potiùs conati ſunt perficere. Sed quamcitiſſimè præſens adfuit Sancti auxilium Confeſſoris. Nam vnus ex ipſis, qui primus eorum eſſe videbatur, dum ſuum in partem flectere nititur equum, ita repetè iſdem illius virtute diuinâ riguit equus, vt omnino perſtaret immobilis. Vrgeri quidem calcaribus atque cruentari poterat, ſed mouendi prorſus nulla erat facultas. Mirari miles cum ſociis cœpit inſolito ſibi rei euentu. Tandem itaque virtutem ſentiens adeſſe diuinam, continuò ſocios abſcedere prohibet. Illiſque viris ſatisfaciens cum ſuis, ac ſancto Confeſſori votum vouens, mox vinculo diuino ſolutum recepit equum. Hoc etiam à cunctis huius loci notiſſimo, qui propriè interfuit relatum eſt; iuxta cuius fidem, hîc quoque inſertum fuit.

Prædonis equus fit immobilis:

ope S. Genulphi curatur.

40 Turonorum ciuitatis obſidionis tempore, tres ex prætereunte exercitu milites, hîc captam prædam abducere nitebantur; ſed vt paullulùm ab oppido progreſſi ſunt, continuò neruorum contractione debilitantur vſu membrorum. Qui protinus reatus ſui culpam cognoſcentes; à ſancto Confeſſore veniam petituri monaſterium adeunt. Ergo conſuetâ miſeratione pij Præſulis, duo ſanitati reditti ſunt. Qui gratiarum Deo ſanctoque Confeſſori munera ſoluentes, receſſerunt: tertio

C. 30.

Prædones puniti:

ſanati.

Miraculo obtentos panes,

Ex Bibl. Floriac. tertio deinceps vſque ad finem vitæ in debilitate permanente.

a *Ab anno* 954. *vſque ad annum* 986.

b *Imò Franci regnum transferre ad eum volebant, vt teſtatur Sigebertus ad an.* 987. *Sed* dum ille rem ad conſilium differt, regnum Francorum vſurpat Hugo.

c *Lauduni captus eſt* Carolus, *Epiſcopi proditione; ſed Aurelianis in carcere mortuus.*

d *Eſt in Bituricenſi diœceſi* S Sigirani *ſitum cœnobium. De ipſo* S. Sigirano, *vel* Sigiranno, *agemus* 4. *Decembris, & ad vitam filij eius* S. Siuiardi 1. *Martij.*

CAP. XI.

Miſeris præſtita à Sancto beneficia.

C. 31. 41 QVidam aliquando mutus de tranſmarinis partibus huc aduenerat; qui ſtridulæ magis ſtrepitu, quàm ſono vocis ſibi videbatur poſcere neceſſaria. Hic vnâ dierum ſacri Præſulis expetens vrnam, mox vt eccleſiam intrauit, officium linguæ quo eatenus caruerat, videntibus cunctis, ibidem glorioſi Confeſſoris merito recipere meruit.

C. 32. 42 Quædam etiam mulier huius incola pagi Biturici, dæmonico furore plena, ſenſuque prorſus amiſſo, confeſtim vt ſacram ædem intrauit, ab inſaniâ liberari promeruit. In hoc autem, contra videlicet dæmonum nequitias, iudicio Dei multoties incautis mortalibus ab inſidiatore inlatas, ipſius ſæpenumerò ſanctiſſimi Præſulis virtus imperioſa conſtat. Ex quo teſtimonium perhibet non modò numeroſitas eorum, qui ipſam in ſemetipſis virtutem experti ſunt, ſed & illorum qui propriis viſibus intuiti ſunt.

Energumeni ſanati.

C. 33. 43 Nam quidam è proximo loco, nihilominùs ſæuitiâ dæmonis plenus, vinctis manibus ad monaſterium eſt adductus. Cumque Fratres Sanctorum reliquias lauiſſent vino, & ipſi porrexiſſent; mox per os eius cum ſanguine dæmon exiuit. Sic igitur opitulante Deo meritis huius egregij Patroni propriæ redditus ſaluti ſoſpes ad ſua rediit.

Sanctum vinagium.

C. 34. 44 Primâ quadam Sabbathorum, quæ in ſeptenorum reuolutione dierum, eadem octaua quæ & prima ſemper habetur, & ob Dominicæ Reſurrectionis gloriam ab orbe Catholico celeberrima recolitur; quędam pariter cum paruulo filio, luminibus oculorum priuato, deuota venit mulier, quæ deuotionis ſuæ fructum à Saluatore noſtro Deo, meritis vtique ſanctiſſimi Patroni noſtri Genulfi, mox ita percipere meruit. Siquidem oratorium ingreſſa, cùm attentiùs in oratione perſiſteret, à patre luminum Deo filius eius illuminatus eſt. Et liberè ſuperiora templi ſpatia depicta conſpiciens, cernit imagineas ſurſum mirando figuras. Tum pueriliter exclamat ad matrem: Mi mater, quinam ſunt iſti, quos ſurſum aſpicio? ſupra modum autem mater admirans, reſpondit: Et quid eſt quod loqueris fili? Puer verò cùm hunc ipſum reiteraſſet ei ſermonem; exclamare mulier, & immenſas omnium Saluatori Deo Sanctoque Genulfo gratias agere cœpit. Cuius clamore, per cunctos qui aderant hoc diuulgato miraculo, ſimul omnium vocibus Chriſtus glorificatur, qui ſacra ſerui ſui pignora talibus ſemper virtutum inſignibus exornat. Huius etiam miraculi certitudinem, à quadam notiſſimâ ſatis, ac ſuæ fidei merito credendâ didicimus perſonâ.

Cæcus viſum recipit.

C. 35. 45 a Semper quidem Dei noſtri æquitas popularem conſueuit reprimere audaciam, vel miſerationis reſpectu interiùs inſpirando, vel manifeſtato correptionis flagello exteriùs corripiendo. Quædam etenim mulier, Tethberga nomine, dum meſſis tempore die Sabbathi, iam illucеſcente ipſius diei veſperâ, in Reſurrectionis Dominicæ primâ Sabbathi, ex multiplicatis manipulis, b mergetem colligare nititur, ſubitò digitis in volam deflexis, ac erumpente ſanguine, audax manus & miſera diriguit. Hinc illa ſe cernens diuinâ perculſam vltione, tandem mœſta properat ad eccleſiam ſanctæ Dei genitricis Mariæ Strata nuncupatam: ibique decubans, ac fide monente ſoſpitatem implorans, interuentu ipſius Dei genitricis Mariæ, duobus directis digitis, læta ſurrexit. Deinde verò monaſterium petens, & coram ſancti Confeſſoris Genulfi venerando decubans ſepulchro, Ædituum, qui hodieque ſupereſſe videtur Abbatis officio ſublimatus, rogat ſibi ſubueniri. Qui ſupplicanti candelam ad eius ſtaturæ menſuram, benigno miſerationis reſpectu, largitur. Miſſarum autem celebratione completâ, idem Ædituus ad eam accedens, ac ſuper manum debilem ſignum ſanctæ Crucis faciens, & de puluere ſancti ſepulchri ſuper aſpergens, manum quam detulerat inualidam, duobus aliis digitis directis, validam recepit. Gratias autem Deo ſanctoque referens Confeſſori, gaudens ad propria remeauit.

Laborans die Dominico punitur:

ſanatur.

C. 36. 46 Alio rurſus tempore, inſtante ſolennitate ſancti Confeſſoris, ac plurimis ad eius ſacroſanctum properantibus ſepulchrum, & deuotionis ſuæ munera, prout cuique poſſe contulerat, deferentibus; quidam ipſius monaſterij ſeruus, ſubſtantiæ inops, fide locuples, aiebat ſecum ingemiſcens: Væ mihi, quoniam inopiâ premente, ad tua ô ſancte Confeſſor, ſine meo pudore non queo properare limina; dum mihi non ſit, vnde aliquod deuotionis meæ munuſculum deferam, cum ceteris tuum properantibus ſolemnizare feſtum. Hæc cum ſuſpirio reuoluens animo, ac paullulùm progreſſus è tecto, conſpicit innumeram multitudinem auium, quas c Gentas vulgus vocitat, per herbida ſpatiari prata. Quas cernēs, eis interdicit ne abire poſſint, quouſque ſuæ paupertatis ex eis valeat explere deſiderium. Hæc dicens, & vt aliquam caperet eas deturbans, aliis auolantibus vna earum ab illo longè poſita remanſit. Non aliquo infirmitatis incommodo detenta, non laqueo inretita, ſed ſolâ ſancti Confeſſoris virtute manſuefacta. Quam pauper aſſumens, ſuper ſanctum altare, populo ſpectante, depoſuit, palàm oſtendens quantum fides cōſequi mereatur, quamque feſtinato beatus veræ paupertatis ſpiritus etiam præſenti conſolatione cælitus releuetur.

c

Pauperi exhibetur auis, quam Sancto offerat.

C. 37. 47 Alter nihilominùs ex huius cœnobij familiâ, dum ad ſacra ſancti Confeſſoris oraturus properans pignora, par turturum in itinere paſcentem offendit. Eo auiculæ viſo, volatuque diuino quodam inſtinctu repreſſo, mox vti domeſticæ ante eum abire cœpêre. Quod ille perpendens, ſancti Præſulis memoriam corde ſeruabat, & ore proferebat. Et tamdiu eum eædem auiculæ præceſſerunt, donec ad locum, ex quo monaſterium primùm videri poterat, peruenirent; ibique eas abſque vllius impeditionis pedicâ comprehenderet. Quas etiam in teſtimonium virtutis egregij Confeſſoris atque ſuæ deuotionis ſuper altare depoſuit.

Turtures ſinunt ſe capi, eidem offerendi.

a *Hæc duo miracula priori vitæ adiecta erant, ſed ea omiſimus, quòd à Boſcio hîc edita magis quadrare viderentur; niſi ex priore vitâ ea ſecundus auctor integra deſcripſit.*

b Merges, *manipulus eſt ſegetis.*

c *Alij* gantas *vocant. genus eſt anſeru. Gaza à Martinio citatus* Ganta. vulpanſerem *appellat.*

CAPVT XII.

Alia miracula. noua Tranſlatio.

C. 38. 48 ALius æquè monaſterij ſeruus, vtique vir boni teſtimonij, dum aliquando ſui negotij cauſsâ noctu propriam ad domum rediret, circa iam noctis conticinium ante portam oratorij tranſitum habuit. Ecce autem voces multorum miris compoſitas modis dulciſonè reſonantes, quaſi pſallentium chori, eius auribus inſonuerunt: ſimul etiam ſplendor inęſtimabilis ab intus eccleſiæ per feneſtras emicans, illi apparuit. Hoc videns vel audiens, admirabatur. Cumque domum ſuam quæ monaſterio propinqua ſatis habebatur, intraſſet, coniugem ſciſcitatur, cuius Sancti celebritas in monaſterio ageretur, quòd tam feſtiuè in eo pſalleretur. Illa verò ſe neſcire reſpondit, ſed & necdum monachos ad nocturnas

Noctu cantus auditur, & lux cernitur, in templo.

nas ſurrexiſſe vigilias adfirmabat. Tunc magis admirãs, vxori quæ viderat vel audierat enarrauit. At illa curioſiùs rem noſſe cupiens, domo progreſſa, nihil eorum vel aliud quid potuit haurire, quàm cuncta prorſus ſub ſilentio manere. Ex quo colligitur, illius modulationis concentum, illorum viſitationem fuiſſe Sanctorum, quorum hunc cura complectitur locum. Et illam viri ſui meritis imparem extitiſſe, cuius aures illud ſpiritale myſterium percipere nequiuerunt.

C. 39. 49 Contigit aliquando, iudicio Dei, [a] quodam carnis incendio multos periclitari mortalium, ex populo Chriſtianorum. Quorum multitudines, ob ſui remedia depoſcenda Sanctorum expetere loca certantes, huc etiam quàm plurimi, tunc fidelium miſeratione ſubſidioque, delati ſunt. Qui ſecus eccleſiæ fuſi iacentes introitum, ob intolerabilem paſſionem, die noctuque magnis clamoribus Saluatoris mundi clementiam, ſanctique Præſulis Genulfi ſuffragia proclamabant. Erat autem non ſolùm audire ſtridores eorum præ dolore, vel exuſtas à corporibus effluere partes videre, miſeria, verùm etiam ex putræ carnis fœtore res intoleranda. Quâ clade multi eorum conſumpti ſunt: multi etiam aquis aſperſi ſacratis, rore miſericordiæ Dei, per glorioſa Confeſſoris Chriſti Genulfi merita, refrigerati ſunt, & ab illo mortis erepti periculo. Ex quibus in pago Lemouicenſi quidam adhuc habentur ſuperſtites, huic ſancto Patrono certis temporibus vota ſoluentes. Plurima ſunt in quibus Saluator noſter hunc ſanctiſſimum Præſulem Genulfum, in huius primâ monaſterij fabricâ, glorioſum oſtendere dignatus eſt; & quibus hunc locum ipſius vel aliorum Sanctorum, quorum hîc pia continentur pignora, meritis, ſuam mortalibus impendendo clementiam, ſæpenumerò ſumma voluit decorare Diuinitas. Sed ex præcedentibus virtutibus, fidem quoque de futuris ſi petentium fides exegerit, indubitanter tenemus, certiſſimè compertum habentes, piiſſimum Præſulem piiſſimè ſemper in omnibus ſuis adeſſe fidelibus.

Ignis ſacer eius ope ſanatus.

C. 40. 50 Poſtquàm igitur iſdem locus, iam cohabitationibus plurimorum repleri, & aduentu multorum tam mediocrium, quamque nobilium frequentari, & eorum opibus ditari cœpiſſet; circa DCCCCXC. annum ab Incarnatione Domini, primæ conſtructionis eius opus, eò quòd anguſtum videbatur, deſtructum eſt: atque maioribus ſpatiis à ſtrenuiſſimo cœnobij Patre Rotberto nouiter ædificari cœptum eſt. Die verò quadam ad vetus deſtruendum opus plurimis aduocatis operariis, à duobus eorum, reliquo celſior ædificio pinna templi præcidi cœpit: quam cùm ex parte trabibus ſtantes incidiſſent, repentè cum magno ſtrepitu ruinæ corruit, & trabes viroſque terræ deiecit. Illicò de viris metuentes adcurrunt omnes, eâ ruinâ ſuppreſſos exiſtimantes. Illi autem de quorum vitâ in tanto caſu nil prorſus quiſque ſperare poterat, virtute diuinâ, ſanctique meritis huius noſtri Patroni, vt credimus, ab illo mortis periculo liberati, licet tanto præcipitio parùm affecti, cum omni tamen integritate membrorum, viui reperti ſunt. Quod equidem virtutis eſſe diuinæ, nemini debet ambiguum videri; cùm minimis caſibus multos nonnumquam periclitari cernamus. Ex Bibliotheca Floriac.

Cœnobium Stradenſe reparatum.

Ex alto lapſi, illæſi.

51 Intereà nouæ monaſterij fabricæ, iam ea quæ reſpiciebat ad Orientem ædificatâ parte, communi conſilio Fratrum, prædicandæ memoriæ Pater Rotbertus decreuit, vt beata ſancti Confeſſoris membra in eodem nouo monaſterij opere decentiſſimè transferrentur. Ad quod peragendum, certum conſtituentes tempus, interim cuncta, quæ tam ſolemni congrua videbantur officio, præparare diſponunt. Itaque dies aduenit ſtatuta, iamque infinita populi multitudo præmonita confluxerat. Cum multis ergo propter expetendam ſuæ ſalutis gratiam confluentibus ad locum, quidam etiam Abrincantinæ ciuitatis incola, cæcus aduenit. Hic deuotiſſimè coram ſancti Præſulis proſtratus lipſanis, ingenti ſupplicabat prece, quò meritorum ipſius à Domino gratia ſuper ſe manifeſtaretur, vt videlicet eius interuentu, lucis amiſſæ gaudia recipere mereretur. Talia congeminans terræ deiectus hærebat. Fratres igitur ſanctiſſimum beati corporis eleuantes theſaurum, ex loculo veteri tranſponunt in nouum quod ad hoc ipſum diligentiſſimè fuerat præparatum. C. 41. *Transferuntur S. Genulphi reliquiæ.*

52 Quod cùm fieret, vnus ex ſanctarum Reliquiarum baiulis, os vnum oculis ipſius admouit cæci, idipſum eo fideliter deprecante. Tunc cum pſallentium choris, ac ſpecioſo ſimulque religioſo ſatis apparatu, ſanctas eaſdem Reliquias, ad conſtitutum extra vicum deferunt locum. In quo nunc ob eam cauſam, in honore ſancti Apoſtoli Andreæ, videtur eccleſia conſtructa. Ibi ergo beata ſancti corporis petentibus populis oſtendentes oſſa, cunctos de præſentiâ pij Confeſſoris certos reddiderunt. Sed ne quibuſpiam ex hoc dubietatis adhuc portio ſupereſſet mox rei veritas euidenter oſtenſa eſt. Namque vt ad monaſterium cum laudibus reditum eſt, continuò cæcus ille, diſcuſſâ cæcitatis caligine, palpebriſque reſeratis, videndi gratiam recipere meruit. Sicque ſanctus Confeſſor, per illius inluminationem cæci, ſui præſentiam non ſolùm demonſtrauit, verùm etiam ſuorum deuotioni fidelium apertè ſe congaudere declarauit. Tunc igitur in præparato ſepulchro ſancta illius membra, primo Kalendarum Decembrium die, depoſita, digno cum honore condita ſunt. Ille autem ob reparatæ lucis gratiam laudes immenſas & gratiarum actiones Chriſto, ſanctoque Confeſſori ſoluens, per aliquot dies ibidem in orationibus continuare viſus eſt. Sed & multi variis incommodis afflicti, eo quo tunc ſacræ fuerant intinctæ reliquiæ vino potati, priſtinæ ſunt ſaluti reſtituti. *Cæcus illuminatur.* *Multi alij ægri ſanati.*

a *De hoc igne ſacro pluribus actum 3. Ianuar. ad vitam S. Genouefæ, & agetur hîc ad vitam S. Antonij.*

DE S. ANTONIO MAGNO
ABBATE IN THEBAIDE.

§. I. *Aegypti varia diuiſio. S. Antonij natale ſolum.*

AN. CH. CCCLVI. XVII. IANVAR. 1 AEGYPTVS, ex quâ ſuam vitæ monaſticæ originem traxit, variè ab auctoribus deſcribitur, diſtinguitur, ac limitatur. In his præcipuè Strabo lib. 17. Geographiæ, Dionyſius Alexandrinus ἐν τῆς οἰκουμένης περιηγήσει, ab Euſtathio Archiepiſcopo illuſtratus cap. 28. & ſeqq. Plinius lib. 5. Hiſt. natur. cap. 9. & 10. Diodorus Siculus lib. 1. biblioth. hiſtor. & Ptolemæus lib. 4. Geographiæ cap. 5. antiqui omnes, atque æuo Antonij priores. Nonnulla ex iis, Strabone præſertim, neceſſariò huc transferimus, quòd modernis loca exercitationum S. Antonij parùm gnara ſunt, ſummotis ferè aditu earum prouinciarum, quibus tot iam ſeculis potiti barbari, odiis belliſque pluſquàm ciuilibus inter ſe Chriſtianorum inſultant. *Ægyptus ab antiquis deſcripta.*

2 Nilus Aegyptum ab Auſtro in Septemtrionem permeat, & annuâ exundatione fecundat, adeoque habitabilem facit. Eius irrigua, fluento quidquid editius eſt, id vtrimque, quà Orientem quaque Occidentem ſpectat, deſertum eſt, aquæ penuriâ, eoque vacuum cultoribus. Quæ verò terræ circùm ripam vtramque amne rigantur, rarò vſque trecentorum ſtadiorum continuam latitudinem habitabilem obtinent. Priſci id ſolum, quod Nilo irriguum à locis *Nilo vbi*

Ex Variis. *in partes distincta, alias olim,*

cis Syenæ proximis ad mare vsque mediterraneum habitatur, Aegyptũ vocauêre. Qui sub Ptolemæis Regibus ad Romanos vsque Cæsares vixêre, quidquid inter mare rubrum ac Nilum iacet, addiderunt, Arabiamq; vocauerunt; at Libyam, quod Occidentem solem respicit: populi Ptolemæo cosmographo Λιβυαιγύπτιοι, & Ἀρχαιγύπτιοι dicti. Nilo irrigua Aegyptus, trifariàm diuisa est, in Aegyptum inferiorem, mediam, *& superiorem. Inferior sapius* Ægyptus *absolutè, aliàs &* Delta, *atque* Augustamnica *indigetatur:* media, *Ptolemæo* Heptanomia, *Dionysio* Heptapolis, *& posteà, teste Eustathio, ab Arcadio Imperatore* Arcadia: *superior,* Thebais, *seu* Thebaida. *Singularum terminos exhibent tabulæ Ptolemæi, Ortelij, & vnica à Rosvveydo libro de Vitis Patrum inserta, sed minùs distinctè.*

alias ano S. Antonij: hæ Arabia; Libya, in quâ Scetes,

3 *Palladius in epistolâ ad Lausum, monachorum stationes in quatuor velut prouincias distribuit,* Ægyptum, Lybiam, Thebaida, Syenen. *Palladio consentiunt Ruffinus, Cassianus, atque alij, qui eodem ferè tempore Vitas Patrum scripserunt; sed* Libyam *sæpiùs* Sceten; *&* Syenen *appellant* Thebaidem superiorem. *In Arabiâ Aegypti vicinâ dicitur Abbas Ioannes Persa vixisse, apud Pelagium lib.5. libel.6. cap.7. Confinia isthæc Saracenorum fuerunt, vt 14. Ian. cùm de cæde Sinaitarum & Raithunorum ageremus, dictum, eorumq; infesta populationibus.* Scethe, Schiti, *&* Schitium, *Ptolemæo* Scithiaca regio, *Libyæ pars, ideoq; ab Aegypto passim distinguitur in Vitis PP. lib.3. num.22. 93. & 146. lib.5. libel.5. num. 21. & 35. libel.8. num.10. libel.10. num. 39. & 109. libel.13. num.4. & libel.17. num.8. & 17. lib.7. cap.33. num.2. & cap.42. num.4. Quibus in locis passim* accessus, recessus, fuga ex Ægypto in Scithi, *aut contrà* ex Scithi in Ægyptum *describitur. Secernitur* Scete *ab Aegypto* Mareotide *&* Mœride *paludibus,* Nitriâ *&* Pherme *montibus. Mœridi videtur contiguus* Pherme mons in Ægypto, *Palladio cap. 23.* abducens in vastam solitudinem Scetes. *& cap.7.* Mareotidi ad Meridiem *adiacet* Nitria mons, *in quo ea solitudo incipit quæ vltra Scetes eremum ad Aethiopiam protenditur. In eâ solitudine* Cellia *sunt, de quibus actum ad vitam S. Macarij Aegyptij XV. Ianuarij, &* Nitria *vicus, vbi nitrum nascitur, quod loco nomen fecit, aut ab eo accepit. Haud longè ab hoc vico monasteria, seu tabernacula quinquaginta Nitriensium anachoretarum, quorum alij indigenæ, alij aduenæ. Palladius cap.69. illos* ἐγχωρίους, in ipso genitos loco, *hos* ξένους hospites, *seu* peregrinos *appellat. Hos reliquosq; Scetes & Libyæ monachos S. Athanasius in proœmio ad vitam S. Antonij* peregrinos Fratres *appellare videtur. Græcè* τοὺς ἐν τῇ ξένῃ Μοναχοὺς, *extraq; Aegyptum collocat,* æquari Ægypti monachis & superare nitentes virtutis instantiâ *prædicat, vt ad prologum pluribus dicetur.*

& Anachoretæ Nitrienses;

Ægyptus propriè sumpta;

4 Ægyptus *vt Thebaidem & Libyam, seu Sceten, excludit, Athanasio, Palladio, aliisq; istius ævi scriptoribus, aliquanto latiùs patet, quàm Ptolemæo & suprà citatis cosmographis* Ægyptus inferior, *seu* magnum Delta: *quòd illa partem Heptanomiæ, seu Arcadiæ, includat. Hinc Memphites, Arsinoites, & Aphrodites Nomi in Aegypto censentur S. Hieronymo in vitâ S. Hilarionis, & Ruffino lib.2. de Vit. Pat. cap.18. Reliqua Heptanomiæ loca* Thebaidi, *quæ inferior dicitur in vitâ S. Pauli Eremitæ, annumerantur. Id Ruffinus pronuntiat de Heracleâ lib.2. cap.16. de Oxyrincho cap.5. & de Hermopoli cap.7. & Palladius de Antinoo cap.96. & infrà S. Athanasius nu.77. de Orientali parte Nili, vbi S. Antonij mons, & monasterium fuit, de quibus §.2. Sequitur deinde Thebais superior, quam Syenen & loca Tabennensium claudunt. De eâ alibi: huc nihil attinet, cùm S. Antonius diuino monitu in eam secedere fuerit prohibitus, num. 65.*

Thebais inferior,

& superior.

Patria S. Antonij,

5 *Sozomenus lib.1. cap.13. locum natalem* S. Antonij *ita exprimit:* Ἐγένετο ὁ ἄνδρος Ἀιγύπτιος, τῷ γένει τῶν Εὐπατριδῶν ὑπὸ Κωμαῖ. Κώμη δὲ αὕτη ὁμοῦ Ἡρακλείας τοῖς πάρ Αἰγυπτίοις Ἄρχασι. *Ea sic à Christophorsono Latinè reddita:* Erat hic quidem ortus ex genere Patriciorum, qui Comam (est is pagus prope Heracleam apud Arcades Ægyptiis finitimos) incolebant. *In exemplari Scaligeri legitur:* Κώμη δὲ αὕτη νόμου Ἡρακλείου. Est is pagus Nomi Heracleotæ. *Nicephorus lib.8. cap.4.* Ἦν δὲ ἄνδρος τῷ γένει Ἀιγύπτιος, τὰ πρῶτα τῆς πατρίδος Φερόμενος ἀπὸ κώμης ἄτω λεγομένης Κωμαῖ. Ὅμορος δ' αὕτη Ἡρακλεία τῆ παρ Αἰγυπτίοις Ἄρχάδων. Fuit autem is genere Ægyptius, primas in patriâ suâ partes ferens, in vico, cui nomen erat Coma, ortus, qui finitimus est Arcadum, quæ apud Ægyptios est Heracleæ. *S. Athanasius:* Ἀντώνιος γένος μὲν ἦν Αἰγύπτιος, εὐγενῶν δὲ γονέων καὶ οὐσίαν αὐτάρκη κεκτημένων καὶ χριστιανῶν. *Quæ ab Euagrio sic versa:* Antonius nobilibus religiosisque parentibus natus, in Ægypto oriundus fuit, *&c. Cetera loci non meminit nisi num.8. vbi* villam *appellat:* Incipiens, *inquit,* etiam ipse vitam solitariam in locis paullulùm à villâ remotioribus manebat: *Græcè:* ἤρξατο καὶ αὐτὸς μένειν ἐν τοῖς ἔξω τῆς κώμης τόποις. *& num.18.* ad sepulchra non longè à villâ secessit. *vbi Græcè:* ἀπῆρχετο εἰς τὰ μακρὰ τῆς κώμης τυγχάνοντα μνήματα, ad sepulchra à pago remota secessit. *Fortè* Coma *hic appellatiuè sumpta, vt suspicatur Ortelius in Thesauro geographico, sic dein per antonomasiam indigetata ob celebrem famam* S. Antonij; *quo modo Epiphanius Scholasticus apud Cassiodorum lib.1. hist. Tripart. cap.11. videtur intellexisse Sozomeni citatum locum:* Fuit autem Ægyptius, *inquit,* genere ortus insigni, vico in loco Heracleæ apud Ægyptios constituto. *Natus itaque* S. Antonius *& vitam iuuenis anachoreticam auspicatus est, aut in Nomo Heracleote, (qui in insulâ Nili celeberrimâ ad læuum fluuij flexum* Ἡρακλέους πόλιν μεγάλην, *vt Ptolemæus eam vocat,* Heracleam vrbem magnam, *habebat) aut è regione vrbis huius, extra insulam in Arsenoite Nomo; nam hic Aegypto, ille Thebaidi ferè attributus: Antonius verò non genere solum, sed ortu quoque Aegyptius videtur. & sanè institutum illud iuxta ædes proprias ἀναχωρητικῶς viuendi apud Arsenoitas plurimùm antè fuit vsurpatus, vt §. 3. dicetur.*

Coma appellatus,

in Nomo Heracleote, aut Arsenoite.

§. II. *Duplex eremus, mons & monasterium S. Antonij.*

Eremus prima S. Antonij vbi:

6 *Duos eremi montes, in quibus (adolescentiam supergressus, domesticamq; quodammodò ἀναχώρησιν, & præludia seuerioris exercitationis) reliquos septuaginta vitæ annos peregit, scrutamur. Patriâ relictâ scribitur num. 22. secessisse in eremum, & transuadato Nilo, ad vicinum illi montem Orientali illius orâ situm, declinasse, & desertum isthic castellum inhabitasse. Eremum hanc tacere suspicamur inter Memphim, Babylonem, & Aphroditon vrbes, infra insulam Heracleotæ Nomi: nam eam* S. Hilarion *triennio post* S. Antonij *obitum, eremum incoluit, in quâ nimirum anteà apud* S. Antonium, *mutato seculari habitu, tirocinium vitæ monasticæ duobus ferè mensibus posuerat, circiter an. Ch.306. quando hic primò monasteria cœpit construere, vt pluribus dicetur XXI. Octobr. & hic §.4. & 6. Eadem eremus Arsenoitidi proxima præfecturæ est, quam* S. Antonius *inde inuisit, (num.26.) in quâ, vti & in hac eremo, fuerunt monasteria posteà plurima ædificata. Ruffinus lib.2. de Vitis Patrum cap.18. reperit apud Arsenoitas* Serapionem decem millium monachorum Patrem, *&* innumeras multitudines monachorum in regionibus Mempheos & Babylonis.

iter inde ad secundam & interiorem eremum:

7 *Demum iter, quod hinc describitur, ad secundum montem in interiori deserto constitutum, idem est, quo ab Aphrodito venisse* S. Hilarion *legitur. Illud* S. Antonius tribus diebus & noctibus confecit, *num.66. &* S. Hilarion Aphrodito tribus diebus per vastam solitudinem ad montem *eum* peruenit. *Vasta ea solitudo, infrà num.71.* via arens *absque* potabili aquâ *dicitur; in quâ Fratrum alter siti extinctus est, alterum S. Antonius eo periculo cælitus cognito liberauit nu.79. ipseq; reuisurus monasteria prioris mõtis, ne siti cum suo comitatu periret, fontem precibus elicuit, num.71. Et in vitâ S. Hilarionis* Baïsanes Diaconus Aphroditanus locatis dromadibus camelis, ob aquæ in eremo penuriam, consueuerat euntes ad Antonium ducere. *Ipse denique situs secundi montis dicta stabiliet.*

in eâ mons S. Antonij.

8 *Mons igitur* S. Antonij ἀντονομαστικῶς *dictus, in quo & vitâ functus est, in interius desertum vergebat, versùs Arabiam, seu mare rubrum: nec tamen nisi triginta circiter milliaribus à fluuio Nilo distabat, teste Palladio cap.25. situs ad Orientalem partem Nomi Heracleotæ, non procul ab* Angirorum ciuitate,

pagus prope Heracleam,

vt Ptolemæus, ſeu Ancyro, *vt Stephanus eam vocat, quam tempore S. Antonij vel euerſam, vel in vicum redactam ſuſpicamur, propterea quòd nulla eius in Vitis Patrum aliiſue eius aui ſcriptoribus mētio extet. Ab Angyrorum ciuitate, ſeu Nili Orientali parte, mons eſt* Troicus, *Ptolemæo triginta circiter milliaribus à fluuio diſtans,* Troicus lapis *dictus: quem eumdem cum hoc S. Antonij monte eſſe ipſa diſtantia demonſtrat. Hunc montem ita deſcribit Strabo lib. 17.* Τρωικὸν πετρῶδες ἱκανῶς ὄρος, καὶ σπηλαῖα ὑπ' αὐτῷ, καὶ κώμη πλησίον, ᾗ τάφοις ᾗ τῷ ποταμῷ Τρωία καλουμένη. Troicus ſatis petroſus mons, & ſpeluncæ ſub eo, & pagus his atque amni proximus, Troia dictus. *Eadem Stephanus ex Strabone. Ortelius in tabulâ antiquâ Aegypti* Troiam *pagum ſupra Angyrorum ciuitatem ad Nilum collocat; ſed quòd contra antiquorum auctoritatem* Troicum montem *magis remoueat, & proximum exiſtimet* Climacem *ab Oroſio in inferiore Aegypto à Meridie (vt in Theſauro obſeruat) collocatum, haud ei aſſentimur. Sed, ne de nomine diſceptemus, montem Strabonis, Ptolemæi, & Stephani* Troicum, montem *dein* S. Antonij *appellatum in Vitis Patrum diſtantia indicat, atque vtriuſque par ſitus.*

olim Troicus, vbi ſitus,

9 Saxeus, *inquit S. Hieronymus in vitâ S. Hilarionis,* & ſublimis mons per mille circiter paſſus, ad radices ſuas aquas exprimit, quarum alias arenæ ebibunt, aliæ ad inferiora delapſæ paullatim riuum efficiunt. *& infrà:* In ſublimi montis vertice, quaſi per cochleam aſcendentibus arduo valdè niſu, duæ eiuſdem menſuræ cellulæ viſebantur, in quibus, venientium frequentiam, & diſcipulorum ſuorum contubernium fugiens, commoratus eſt. Verùm hæ in viuo exciſæ lapide, oſtia tantùm addita habebant. *& Palladius teſtis oculatus vocat cap. 74.* altum montem fluuio imminentem, valdè terribilem & præcipitem, *in quo vidit* monachos *diſcipulos S. Antonij, de quibus §. 8.* viuentes in ſpeluncis. *& infrà num. 66. S. Athanaſio dicitur* mons valdè excelſus, ad cuius radices fons aquæ dulcis labebatur. *Strabo lapides in hoc monte ſcribit effoſſos, quibus ſtructæ Pyramides ſunt. En mons petroſus, ſpeluncæ ſub eo, & riuus. Demum, ne quid deſit, vbi pagus Troia olim prope Nilum, ibi fortè villa fuit ditiſſimi Pergamij, cuius in vitâ S. Hilarionis mentio fit, & in annotationibus infrà ad cap. 20. aut vicus ille vicinus, quò primò ablegare Antonius Paulum Simplicem voluit, vt ſcribit Palladius cap. 28. & infrà in Apophth. c. 8. quò & alium monachum miſit carnes emptum, vt Pelagius lib. 5. libel. 6. num. 3. Apoph. nu. 1. (niſi ipſa Angyrorum ciuitas alterutro loco deſignetur) aut certè monaſterium iſtic extructum, &* Piſper, Piſpir, *ſeu* Piſpiri, *appellatum, Palladio cap. 15. Ruffinus lib. 2. hiſt. Eccleſ. cap. 8.* Piſpiri, *inquit,* qui appellatur mons Antonij. *Eò ad S. Antonium Eulogius Alexandriâ mutilatum hominem cymbâ aduexit, Pallad. cap. 26. Paſchaſ. cap. 19. num. 3. & in Apophth. cap. 7.*

qualis:

10 *S. Athanaſius paſſim in vitâ hîc duplicem agnoſcit montem,* interiorem *&* exteriorem. *Interior ille ſublimis & ſaxeus circiter triginta milliaribus diſtitus à Nilo,* amicum virtutis habitaculum, *infrà num. 112. &* interius archiſterium *num. 108. in quo ſedens viſionibus diuinis illuſtratus eſt Antonius, num. 78. 79. 87. & 104. Ex hoc in* Piſpiri montem exteriorem, *&* ſuum monaſterium, *ſeu* monaſterium diſcipulorum, tendebat aliquando quidem poſt decem dies, aliquando verò poſt viginti, aliquando verò poſt quinque, prout expediebat pro beneficio eorum qui veniebant ad monaſterium, *vt apud Palladium cap. 25. narrat Cronius; & in vitâ num. 111.* Venit iuxta conſuetudinem ad viſendos Fratres, qui in exteriori monte erant. *Ibi peregrinos & hoſpites excipiebat, ægris ſanitatem conferebat, Imperatoribus aliiſq; litteras ſcribebat, cum Philoſophis diſputabat, cum Iudicibus cauſſas reorum peragebat, infrà num. 81. 94. 103. 104. & 108. Et hic exterior mons ab ipſo fluuio, aſperrimo itinere, in interiorem montem extendebatur, hinc inde anachoretarum cellulis diſtinctus. Ita in Apophth. num. 55. S. Paulo Simplici cellam fecit ad tres vel quatuor lapides à ſuâ cellâ.* Hæc de locis S. Antonij *dicta ſufficiant, ex quibus emendes aut illuſtres tabulam Chorographicam Roſvveydi ad vitas Patrum, & Iacobi Ziegleri Landaui Bauari in Terræ ſanctæ & Aegypti deſcriptione, qui in*

duplex, interior,

& exterior, ſeu monaſterium S. Antonij.

Arabiam Aegyptiacam procul versùs mare rubrum, hunc S. Antonij montem reiecerunt. EX VARIIS.

§. III. *Exercitatio prima monaſtica in Aegypto.*

11 S. *Athanaſius infrà in vitâ num. 6. ante S. Antonij conuerſionem ad vitam monaſticam ſeu anachoreticam, quæ, vt §. 4. oſtendetur, contigit circiter an. Chr. 270. agnoſcit* in Ægypto *fuiſſe* monaſteria, *vt tum erant cùm ſcriberet poſt annum Ch. 360. etſi* non tam crebra; *&* anachoretas *fuiſſe, ſed* qui non longè à ſuâ villulâ inſtituebantur, *auiam* nondum penetrantes ſolitudinem. *Auctor Vitæ S. Pachomij antiquus, interprete Dionyſio Exiguo, ſcribit ante S. Antonium monachos fuiſſe, ſed comparatione ſeculi 4. & 5. infrequentes:* Pauciſſimi ſanè tunc (*loquitur de S. Antonio*) adhuc per Ægyptum & Thebaidam monachi eſſe ferebantur. Poſt perſecutionem namque Diocletiani & Maximiani crudelium Principum (*quando S. Antonius, vt §. ſeq. dicetur, in caſtello deſerto adhuc ſolitarius, num. 22. & 23. nullis ad ſanctioris ſecum vitæ conuictum adſcitis monachis, degebat*) multitudo gentium intrauit, ſicut diuinitus præordinatū eſt, & fœcunditas Eccleſiæ fructus ampliſſimos cœpit exhibere, *&c. Et infrà prope Chinoboſcium vicum Thebaidos ſuperioris, intra eremi ſecreta, Antonio ſenior aut certè æqualis vixit S. Palæmon, vt XI. Ianuarij dictum eſt.*

Monachi & anachoretæ in Ægypto ante S. Antonium:

12 *Exordium eorum ab Eſſæis, ex Philone lib. de vitâ contemplatiuâ, repetunt S. Hieronymus lib. de ſcriptor. Eccl. in* Marco *&* Philone; *S. Epiphanius hæreſi 29. Euſebius, Caſſianus, Sozomenus, Nicephorus, Beda, aliiq;, quos citat & ſequitur Baronius tom. 1. an. Ch. 64. nu. 3. & 4. Bellarminus tom. 2. Controuerſ. lib. 2. de monachis cap. 5. & Proſper St. Hartius de fundamine ordinum monaſticorum cap. 6. & 7. quod nos XXV. Aprilis fuſiùs diſcutiemus in Actis S. Marci. Quod huc facit, extra mœnia in hortis & villis ſolitarij degebant, ac ſacras ædes habebant, quæ σεμνεῖα vocabant, &* μοναστήρια, *in quibus ſanctæ vitæ myſteriis dabatur opera: idq; circùm Alexandriam ad ſtagnum Mariam, imò per ſingulas Præfecturas,* καθ' ἕκαστον τῶν καλουμένων νόμων. *Ex horum poſteris fuit* S. Frontonius *apud Nitriam Abbas ſeptuaginta Fratrum, tertio decimo anno imperij Antonini Imperatoris, circiter an. Ch. 150. integro ante ortum S. Antonij ſeculo, vt 14. Aprilis pluribus dicemus.* Phermen *montem Eſſæis aſſignat potiſſimùm Ortelius.* Imò *ibidem, & maximè in Arſenoite Nomo, ad tempora vſque S. Antonij hanc conſuetudinem perduraſſe, prorſus perſuadet S. Dionyſij Epiſcopi Alexandrini liber 1. de promiſſis apud Euſebium lib. 7. hiſt. Eccl. cap. 19. vbi* Fratrum conſtantiam, ſtudium veritatis, facile obſequium, & prudentiam ſupra modum admiratur, quòd tam præclaro ordine, & tantâ cum modeſtiâ rogabant, diſceptabant, illiq; aſſentiebantur, *&c.* denique conſcientiâ integrâ, ſincerâ cogitatione, & puris erga Deum ac ſimplicibus animis, ea, quæ erant firmis rationibus & teſtimoniis à ſacris litteris depromptis confirmata, approbabant. *Hos autem Fratres apud Arſenoitas potiſſimùm in ſingulis pagis tradit conſedisſe, variiſq; pſalmis & hymnis Deum laudaſſe, quod XVII. Nou. ad S. Dionyſij vitam pleniùs proponetur. Obiit ipſe circa Gallieni Imperatoris annum XII. cùm S. Antonius ſub parentum educaretur diſciplinâ: adeoq; ſenex ille, quem S. Antonius nactus eſt vitæ ſolitariæ pædagogum num. 6. ex iis erat fortaſſis, quibuſcum S. Dionyſius collocutus.*

Eſſæi ſub S. Marco Euangeliſtâ,

S. Frontonius, aliiq; Nitriæ.

Arſenoitæ ſub S. Dionyſio Ep. Alexandrino.

13 *Inter monaſteria Aegypti, quæ priuſquàm vlla Antonius admirabilis ſuæ philoſophiæ collegia contraheret, erecta fuerunt, cenſeri poſſunt* ſancta monaſteria à Iuliano & Baſiliſsâ inſtituta: *in quibus* erat S. Iulianus ſanctæ congregationis circiter decem millium monachorum Pater; *&* per S. Baſiliſſam fulgebat in Virginibus & mulieribus caſtitatis excelſior victoriæ palma, *vt refertur in eorum actis ab oculato teſte conſcriptis, ſuprà IX. Ianuarij, nu. 10. Ea certè quidem monaſteria non improbabili ratione, cum Menæis & Menologiis Græcorum, & Latinis quibuſdam codicibus, coniectamus Antinoi in Aegypto, aut potiùs in Antinoite Nomo, rure potiſſimùm, coiſſe; ſed perſecutione forſan Diocletiani euerſa, quando centum quadraginta quatuor millia fidelium in Thebaide mar-*

SS. Iulianus, Baſiliſſa, aliiq; Antinoi,

Ex variis. *tyrio coronata sunt, & septingenta in exilium acta, vt §. 2. in prolegom. ad eorum Acta susiùs à nobis est relatum. Nostram confirmare opinionem videtur S. Antonij cum Philosophis disputatio, in quâ iis obiicit*, per prædicationem ignominiosæ Crucis aurata templa cecidisse. *quod à S. Iuliano factum, describitur cap. 12. nec debuit à S. Antonio, vt vulgò notissimum ob loci temporisq; vicinitatem, fusiùs narrari. Dedimus XIV. Ianuarij SS. Sabam, Esaiam, aliosq; triginta sex monachos sub Diocletiano in Sinâ Arabiæ monte, haud procul Aegypto occisos. Omittimus eos qui alibi terrarum vitam monasticam, etsi non adeò illustri famâ celebratam, tribus prioribus seculis coluerunt, quos sparsim toto hoc opere daturi sumus. Consuli potest Bellarminus loco citato, & Stellartius sedecim primis capitibus.*

Martyres Sinaita.

Eremita primi SS. Paulus & Antonius.

14 *Ast eorum qui auiam penetrarunt solitudinem*, auctor Paulus, *teste S. Hieronymo ep. 22. ad Eustochium*, illustrator Antonius, princeps Ioannes Baptista. *Consentit vita S. Pachomij his verbis:* B. Antonius, magni Eliæ atque Elisæi, nec non & S. Ioannis Baptistæ, æmulator existens, secreta interioris eremi studio sectatus est singulari, vitamque cælestium in terris gessit amore virtutis. *& infrà:* Hinc itaque Patres monachorum viri mirabiles in vniuersis propemodùm regionibus extiterunt, quorum nomina in libro viuentium adscripta. *An S. Onuphrius, quiq; illi anachoreticæ institutionis doctor fuit, ante SS. Paulum & Antonium in eremo vixerint, dicetur XII. Iunij.* Verùm, *auctore Sozomeno lib. 1. cap. 13.* Siue Ægyptij, siue alij huius piæ vitæ auctores fuerint, illud certè constat inter omnes, quòd Antonius, magnus ille monachus, perfectis pietatis institutis, & exercitationibus ad eam rem accommodatis, hoc vitæ genus ad summum perduxit. *Vt hæc clarè oculis legentium subiiciantur, ætatem S. Antonij cum Imperatorum successione censuimus conferendam, ne quem impudentia & prodigiosa fallant hæreticorum mendacia, qui* monachatũ nuper inuentum *clamitant, vt Philippus Melanchthon in Confessione Augustanâ art. 27. aliiq;, quorum ineptias præclarè refutat Bellarminus citato libro.*

§. IV. *Ætas S. Antonij, cum successione Imperatorum collata.*

S. Antonius vixit 105. annis,

15 Centuriatores Magdenburgenses *centur. 4. cap. 6. & Caluinus lib. 4. Instit. cap. 13. §. 16. institutum Eremitarum grauissimè reprehendunt, quòd fuerint sui ipsorum homicidæ, nimiis ieiuniis, ciliciis, aliisq; vltro susceptis afflictionibus. Documentum sumant ab Antonio licet, qui vnus viginti & amplius Imperatores, inuicem ferè succedentes, vitâ ad centum & quinque annos prorogatâ superauit, atque exemplo suo conducere sanitati ieiunium docuit. Decessit, teste S. Hieronymo in Chronico,* anno Constantij Imperatoris XIX. *Natus ergo Decio imperante an. Ch. 250. quod idem in Chronico Eusebij testatur his verbis:* Decius cùm Philippos Imperatores patrem & filium interfeciſſet, ob odium eorum in Christianos persecutionem mouet. Antonius monachus in Ægypto nascitur. *Decio an. Ch. 251. cum filio interempto, succeßit Gallus Hostilius cum Volusiano filio: quibus post biennium ac menses quatuor trucidatis, Aemilianus tertio mense imperij occubuit. Rerum mox potiti Valerianus eiusq; filius Gallienus, quorum hic cum patre annos ferè septem, solus octo imperauit. Anno itaque Christi 268. Claudius imperium cepit, quod eo extincto, & Quintillo fratre obtruncato, ad Aurelianũ deuolutum est anno Chr. 270. Ad Claudium vsque, aut certè Aureliani primordia, piè educatus est in adibus paternis Antonius, sub parentum Christianorum disciplinâ: quibus vitâ functis, cùm annorum esset circiter decem & octo, seu viginti,* (*num. 4.*) *paullatim animum magis perfectioni Euangelicæ adipiscendæ intendens, intra annum facultatibus & seculo renuntiat, atque anachoreticam vitam aspicatur, paullulùm à patriâ remotus, num. 6. Cùm ea exercitatio illius animum inter diabolicos insultus corroborasset, maioris solitudinis cupidus, in mortuorum sepulchris aliquantò etiam remotius sibi domicilium legit,* (*num. 16.*) *ibiq; ad annum ætatis 35. durat, Christi 285. num. 20.*

natus an. Ch. 250.

fit anachoreta prope villam,

in sepulchro habitat,

16 *Interea imperium Romanum post Aurelianum administrarunt Tacitus, Probus, eiusq; frater Florianus, ab anno Chr. 275. ad an. 282. quibus suffectus est Carus cum filiis Carino & Numeriano; quo cum parente extincto, Diocletianus purpuram accepit ad an. 284. mense Septembri. anno sequenti, interempto Carino, Maximianus Herculeus Cæsar, & deinde an. 286. Augustus à Diocletiano creatus est: à quibus circiter an. Ch. 291. Constantius Chlorus, & Galerius Maximianus Armentarius Cæsares nominati. Anno Diocletiani 19. & 20. Christi 303. & 304. tantoperè in Christianos, potißimùm in Aegypto, sauitum est, vt ab hac persecutione Aegyptij Copti annos deinceps numerarint, quos* gratiæ & misericordiæ, *& à transitu Martyrum elapsos appellant, vt dictum IX. Ianu. in prolegom. ad vitam SS. Iuliani & Basilissæ num. 11. Anno Ch. 304. mense Aprili Diocletiano & Herculeo priuatam vltro vitam amplexis, è Cæsaribus Augusti & Imperatores facti Constantius Chlorus & Galerius Maximianus Armentarius. Quid interim Antonius? Anno Diocletiani 1. Ch. 285. in eremum secedit* (*num. 20.*) *iuxta Aphroditon, ibiq; in castello deserto, in monte olim extructo, solitariè annos viginti ab hominum segregatus conspectibus, etiam tempore persecutionis perdurat,* (*num. 23.*) *ad annum scilicet Christi 305. quo eodem anno Cæsares putantur creati Constantinus Magnus, Seuerus, & Galerius Maximinus, quorum hic Orientem atque Aegyptum administrauit, & in Christianos atrociter debacchatus est, atque innumerabiles Martyres trucidauit. Constantinus* (*vt de aliis sileam*) *patri Constantio successit an. Ch. 306. initio Cæsar, mox Augustus ab Maximiano socero appellatus. Sub initia Constantini, conuersis plurimis à S. Antonio ad vitam monasticam, extrui cœpta monasteria,* (*num. 25. 26.*) *quæ erant in eo monte tamquàm tabernacula plena diuinis choris psallentium, legentium, orantium, num. 58. vbi inter primos eius discipulos exercitatus est S. Hilarion circiter an. Ch. 306. vt ex huius vitâ liquet. Sæuiente autem in Christianos tyranno abit Alexandriam Antonius, Martyres corroborat,* (*num. 60. & 61.*) *adest S. Petro Episcopo Alexandrino pro Christo morienti; redit ad erectum antè monasterium, nu. 62. Interea debellati Maxentius an. Ch. 312. sequenti Galerius Maximinus, tertiò Licinius, quo an. 325. perẽpto pax armis ciuilibus & Ecclesiæ data.*

in primâ eremo degit,

monasteria extruit,

Martyres confirmat:

17 *Claret Antonius miraculis, num. 63. Quare ob multitudinem venientium,* (*num. 64.*) *tædio affectus fugit ad sibi diutinus ostensum montem, in interius desertum,* (*num. 65. & 66.*) *terram colit ad annuum victum, serit, metit, molit, pinsit ipse in monte solus: inuisitur ab hospitibus, imò priora ipse monasteria inuisit, moxq; in montem redit. In Pispiri degit S. Paphnutius Confessor, qui deinde superiorum Thebarum Episcopus interfuit Concilio Nicæno* (*vt ad eius vitam dicemus XI. Septembr.*) *an. Ch. 325. adeoq; aliquantò antè disciplinâ vsus erat Antonij, licet quo simpliciter anno, ignoretur. Videt Antonius Ammonis animam in cælum deferri. Ab Athanasio iam Episcopo adductus Alexandriam, fidem suam ad hæreticos & schismaticos redarguendos profitetur. Id circiter an. Ch. 330. aut paullò pòst factum. Anno 335. Athanasius se conciliabulo Tyri stitit, indeq; coactus est ad Constantinum fugere, à quo Treuirim relegatus est an. Ch. 336. Floret hominum celebritate Pispiritanum S. Antonij monasterium. In eo rescribit Antonius Constantino Imperatori, eiusq; filiis Constanti & Constantio. Constantinus an. Ch. 337. ipso Pentecostes die moritur. Constans filius Italiam, Siciliam, Africam, Illyricum, Græciam sortitus, occisus est propè Pyrenæos an. Chr. 350. Constantius verò cui Asia, Aegyptus, atque interiecta Orientis prouincia, obtigerant, vtriq; fratri Constantino & Constanti, ac S. Antonio superuixit. Sub hoc an. Ch. 339. de imminente nouâ, eaq; atroci admodùm procellâ, Ecclesiæ quietè ruptura monetur diuino oracolo Antonius. Biennio pòst, an. Ch. 341. eiecto denuò Athanasio, substitutus est Georgorius Cappadox, qui ingenti patrata cæde Ecclesiam Alexandrinam occupauit. Eum, aut certè Balacium Aegypti Ducem, litteris arguit Antonius, qui iam ob senium auxilio alieno egens, quindecim ante obitum annis nonagenarius admisit ministerium duorum Fratrum, quos secum in interiore monte habitare permisit, ab anno scilicet 340. Eodem inuisit nonagenarius S. Paulum, vt X. Ianuarij ad eius vitam diximus, aut certè aliquot annis nonagenario maior, vt infrà ad cap. 21. num. 113. annotamus.*

abit in interiorem eremum,

hæreticos conjutat,

scribit Imperatoribus:

præuidet persecutionem:

nonagenarius ad. mittit ministerium alienum:

18 *Tandem anno Constantij XIX. teste S. Hieronymo in Chronico, Antonius monachus centesimo quinto anno ætatis in eremo moritur. Hieronymo consentit Gregorius Turonensis lib. 1. Hist. Franc. c. 38. & Vincentius spec. hist. lib. 14. cap. 14. Fusè hîc Rosweyd-*

moritur an. Chr. 356.

Rosweydus in notatione ad præludia in vitam S. Antonij ostendit Baronium deprauato Chronici codice vsum, ideoq; in omnibus annis perperàm dissentire. Cùm Constantius patri Constantino die Pentecostes defuncto successerit anno Ch.337. dies XVII. Ianuarij, quo obiisse S. Antonium infrà §.13. probabitur, necessariò incidit in annum Christi 356. Constantij 19. Obitum eius sub Constantio etiam ponunt Isidorus Hispalensis in Chronico, Vener. Beda lib. de sex mundi ætatibus, atque omnes omnino Chronologi.

§. V. *Discipuli S. Antonij in Thebaide inferiore.*

Tres S. Antonij discipuli,

19 *EOrum primò nomina gestaq; vestigamus, qui in Pispiri & monte S. Antonij vixerunt. S. Hieronymus in Chronico, commemorato obitu S. Antonij paullò pòst subdit:* Sarmata, Amathas, & Macarius discipuli Antonij insignes habentur. *Sarmatæ in Vitis Patrum nuspiam mentio habetur. De eo iterum idem Hieronymus in Chronico anno Constãtij XX.* Sarmata Martyr, Saraceni in monasterium B. Antonij irruentes, Sarmatam interficiunt. *Natalis eius celebratur in Martyrol. Rom. XI. Octobris. Cronius apud Palladium cap. 25. infrà in Apophth. num. 44. refert* in monasterio S. Antonij, quod est prope fluuiũ, sedisse eius discipulos Macarium & Amatham, Macarius & Amathas: in eo qui Pisper appellatur loco. *& cap. 26. in Apophth. num 46. Macarius Oeconomus isthic fuisse videtur, siue curator præbendæ hospitibus annonæ: quem S. Antonius de aduentu eorum morumq; conditione percunctari solebat, essentne Ægyptij an Hierosolymitani; vt isthic de Eulogio, qui cymbâ Alexandriâ elephantiacum seu mutilatum hominem aduexerat, factum obseruauit Cronius, quod ante annum Christi 340. necessariò contigit. Ab eo enim anno Amathas & Macarius euocati fuerunt ad montem interiorem, relicto fortè Sarmatâ monasterij moderatore: ibiq; ipsi modico à S. Antonio interuallo seiuncti exercebantur, etiq; seni ministrabant, num. 113. quorum alter ad præbendam ei aquam* non paullulum temporis, *quindecim scilicet annos,* cum eo fecit, *num. 2. in prologo. Hi duo discipuli occurrerunt S. Antonio à S. Paulo reuertenti, quibus cuncta ex ordine explicauit de Paulo comperta, vt suprà in huius vitâ num. 14. & 16.*

hi ei seni ministrarunt,

20 *His moribundus extrema dixit verba, his testamentum corporisq; sui sepulturam commisit, his coram (dato osculo,) exspirauit: hi corpus, vt præceperat, inuolutum sepeliuerunt; quod de vtroque etiam testatur Cronius apud Palladium cap. 25.* Macarius & Amathas, *inquit,* eum etiam cùm dormiisset sepelierunt. *S. Hieronymus alteri tantùm sepulturæ officium adscribit in vitâ S. Pauli num. 1.* Amathas verò & Macarius discipuli Antonij, quorum superior corpus magistri sepeliuit, etiam nunc affirmant, *&c. In vitâ S. Posthumij dicitur* Macarius corpus sepelisse magistri. *Sed isthic nulla Amathæ mentio requirebatur. Sepulto S. Antonio, mandata eius reliqua curarunt, meloten & pallium tritum S. Athanasio Alexandriam, alteram meloten Serapioni Thmuim tulerunt: quod fortè non contigit nisi sub Iuliano Imperatore, cùm quietem aliquam post varia exilia nactus Athanasius est, & Alexandriæ resedit; quando ab alterutro, qui aquam S. Antonio præbere solitus fuerat, didicit quæ de vitâ eius conscripsit, vt §. 8. dicetur. Vtrumque autem cùm scriberet superstitem fuisse, innuit num. 115. his verbis:* Nemo vsque in hanc diem, præter eos, vbi sit conditum *corpus S. Antonij,* nouit. *Et S. Hieronymus vitâ S. Antonij Romano stylo vulgatâ, testes producit adhuc superstites Amatham & Macarium, qui, inquit,* etiam nunc affirmant Paulum quemdam Thebæum principem istius rei fuisse, *vitæ scilicet anachoreticæ. Alteruter vitam S. Pauli, à nobis è Græco translatam, scripsit, vt isthic in prolegomenis num. 6. probatum est.*

mortuum sepeliuerunt:

eorum alter S. Athanasio vitam Antonij narrauit,

Vitam S. Pauli scripsit.

21 *Ioannes Dadræus Doctor Parisiensis in Eusebij editione à se illustratâ, annotat ad citatum suprà è Chronico S. Hieronymi locum,* Sarmata, Amathas, & Macarius discipuli Antonij insignes habentur, *pro* Amatha, Amos fortè legendum, quem auctores inter discipulos Antonij vel præcipuum nominant. *Andreas Schottus noster in exemplari Hieronymi, quo vtebatur, adscripserat* ab aliis Amos *dici hunc* Amatham: *certè quæ Antinoi in monasterio feminarum, Palladio cap. 137.* Amma Talida *dicitur, in Heraclidis Paradiso* Amatha *appellatur, quamquàm id appellatiuum fortassis est, &* matrem *significat. Amathas verò hic S. Antonij discipulus, aliis* Amatas, Ammonas *dici videtur Palladio cap. 74. &* Ammon *Ruffino lib. 2. de Vitis Pat. cap. 13.* Vidimus autem, *inquit Palladius,* in Thebaide altum montem fluuio imminentem, valdè terribilem & præcipitem, & monachos illic viuentes in speluncis. Eorum autem Pater erat Pityrion, qui fuit vnus ex discipulis S. Antonij, & tertius qui illum locum excepit, qui quidem multas virtutes efficiebat, & efficaciter spiritus expellebat. Cùm enim successisset Antonio & eius discipulo Ammonæ, meritò etiam successit hæreditati donorum. *Eadem ferè habet Ruffinus. Hic ergo* Ammonas, Ammon, *seu* Amathas *S. Antonij montem interiorem incoluit proximus hæres: in quo illi ministrârat viuo, & mortuum sepelierat.*

EX VARIIS. Ammonas, & Ammon, succesſit S. Antonio in interiore monte: ei Pityrion.

Amathas, alius Amos,

Macarius monasterium rexit,

22 *Montem exteriorem sibi elegit, aut potiùs recepit, saltem post S. Sarmatæ cadem, Macarius; quem montem diximus appellari monasteriũ in Pispiri, in quo* à S. Antonio monachorum ferè quinquaginta millia susceperat gubernanda, *vt in vitâ S. Posthumij legitur. at* ferè quinque millia *legendum esse titulus vitæ indicat, in quo S. Posthumius, successor Macarij, dicitur* Pater quinque millium monachorum, *qui à fluuio Nilo vsque ad montem interiorem per triginta ferè milliaria habitarunt. Quo autem tempore Amathæ, seu Ammonæ, successerit Pityrion, & Macario S. Posthumius, non exprimitur. Ruffinus lib. 2. Hist. Eccl. cap. 8. ait se* in Pispiri, qui appellabatur mons Antonij, vidisse Pœmenem & Iosephum, eorumque manibus meruisse benedici. *Hic* Pœmen *lib. 5. de Vitis Patrum à Pelagio* Pastor *Latinè, & lib. 7. à Paschasio* Pimenius *appellatur: num idem cum* Posthumio *sit, quem in aliis editionibus* Pasthumium *dici annotauit ad vitam eius Rosweydus num. 1. discutiemus ad vitam* S. Pœmenis XXVII. *Augusti. Rosweydus vnum & eumdem esse suspicabatur Pachomium & Posthumium, quod nobis non probatur. Ferrarius in Catalogo generali alium à* Pœmene Pastorem *facit, & consignat XXV. Iulij; quòd prorsus improbabile est. Pastorem alloquitur S. Antonius apud Pelagium lib. 5. libel. 5. num. 2. infrà in Apophth. num. 6. De Macario actum XV. Ianuarij. De* Amathâ, *seu* Ammonâ *agetur XXVI. Ianuarij.*

cui Posthumius succesſit.

23 *Inter huius loci monachos referuntur à S. Hieronymo in vitâ S. Hilarionis,* Isaac, *&* Pelusianus, *quorum Isaac Antonij interpres fuerat: & in vitâ S. Thaisis Abbas Paulus maior discipulus S. Antonij nominatur, idem fortè qui Paulus simplex, de quo in Apophth. cap. 8.*

Alij discipuli S. Antonij.

§. VI. *Discipuli S. Antonij per reliquam Aegyptum.*

Discipuli in Libyâ,

24 *DIscipuli S. Antonij enumerati à Ruffino lib. 2. Hist. Eccles. cap. 4.* Patres monachorum vitæ & antiquitatis merito Macarius & Isidorus, aliusque Macarius, atque Heraclides, & Pambus, Antonij discipuli, per Ægyptum, & maximè in Nitriæ deserti partibus habebantur viri qui consortium vitæ & actuum non cum ceteris mortalibus, sed cum supernis Angelis habere credebantur. *Idem Inuectiuâ 2.* Vt ad eremi magistros veniam, vbi Macarius Antonij discipulus, & alter Macarius, & Isidorus, & Pambus. *Sozomenus ex Ruffino, lib. 6. cap. 20.* Ex monachis Ægyptiis facilè principes fuisse accepimus duos Macarios, de quibus antè facta est mentio, (*lib. 3. cap. 13. vbi tamen S. Antonij disciplinâ instituti non dicuntur*) Pambo & Heraclidem & reliquos Antonij discipulos. *Idem à Sozomeno descripsit Nicephorus lib. 11. cap. 27. Inter Sanctos ferè coluntur,* Macarius *Alexandrinus II. Aegyptius &* Isidorus *XV. Ianuarij.* Pambo *I. Iulij.* Heraclidis *nomen necdum in sacris fastis legimus. Meminerunt eiusdem iterum Sozomenus lib. 3. cap. 13. & Nicephorus lib. 9. cap. 14. Isidorus S. Antonium allocutus, ex eo martyrium S. Potamiænæ didicit, teste Palladio cap. 3. citato XV. Ianuarij. Idem cap. 10. scribit* Pambo hanc virtutem vt esset in loquendo accuratus & perfectus, etiam supra Magnum Antonium & super omnes Sanctos, exercuisse; *quem legitur allocutus Antonius, apud Pelagium lib. 5. libel. 1. num. 2. in Apophth. num. 21.*

Heraclides, Isidorus, Pambo,

EX VARIIS. *Macarius Alexandrinus,*

25 *Quæ Macarij cum S. Antonio peregerint, quia pauculà ſunt, hic repetimus.* Alexandrinus, *inquit Palladius cap. 20.* cùm apud magnum virum & Patrem Antonium electos palmæ ramos vidiſſet, quos ipſe laborauerat, petiit ab eo vnum manipulum ramorum palmæ. Dixit autem ei Antonius: Scriptum eſt, Non concupiſces res proximi tui. Et cùm id ſolùm dixiſſet, rami omnes ſtatim tamquàm ab igne torrefacti ſunt. Quod quidem cùm vidiſſet Antonius, dixit Macario: Ecce Spiritus ſanctus requieuit ſuper te, eriſque mihi deinceps hæres mearum virtutum. Ægyptius *dicitur Ruffino lib. 2. de Vit. Patr. cap. 28.* diſcipulus B. Antonij, qui quaſi hæreditatem gratiarum & virtutum B. Antonij poſſidebat. *quæ perperàm huic à Ruffino tribui, cùm ſint Alexandrino, vt vidimus, dicta; etiam obſeruauit Roſvveydus hic num. 49. qui ab eo Palladium in hoc libro Latinè verſum opinatur, hic malè intellectum. At Pelagius lib. 5. libel. 7. num. 9. ſic ſcribit:* Venit Abbas Macarius maior (*qui Aegyptius*) ad Abbatem Antonium in montem, & cùm pulſaſſet oſtium exiuit ad eum, & dixit ei: Tu quis es? Et ille ait: Ego ſum Macarius. Et claudēs oſtium intrauit, & dimiſit eum foris. Et cùm vidiſſet poſteà patientiam eius, aperuit ei. Et adgaudens ei, dicebat: Multum tempus eſt, ex quo te videre deſiderabam, audiens de te. Et exhibens ei hoſpitalitatem, refecit eum; erat enim feſſus de multo labore. Veſpere autem facto infudit ſibi Abbas Antonius modicas palmas, & dicit ei Abbas Macarius: Da mihi, vt ego infundam quod operer. Ille autem dixit: Non habeo plus. Et faciens faſciculum maiorem, infudit eum. Et ſedentes à ſero, & colloquentes de vtilitate animarum, faciebant plectam, & ipſa plecta per feneſtram deſcendebat in ſpeluncâ. Et egrediens manè S. Antonius vidit collectionem plectarum Abbatis Macarij, & admiratus eſt, & oſculatus manus eius dicebat: Multa virtus de iſtis egreditur. *Eadem ſuprà XV. Ianuar. in vitâ eius leguntur.*

& Macarius Ægyptius,

26 *Quâ ratione hi S. Antonij diſcipuli fuerint, non traditur. Non agnoſcunt eos in Antonij diſcipulis citati XV. Ianuarij, Socrates aut Sozomenus, vbi fuſiùs eorum Acta proſequuntur, ille lib. 4. cap. 18. & 19. hic lib. 3. cap. 13. vti & Nicephorus lib. 9. cap. 14. Nuſquam etiam vllus horum in vitis Patrum S. Antonij diſcipulus cenſetur, excepto Macario Aegyptio loco Ruffini citato, vbi tamen aliqua Macariorum confuſio eſt. Certè quotquot S. Antonium viderant, gaudebant ſe eius diſcipulos appellari, maximè quòd virtutum illius, & religioſi inſtituti ſe profiterentur ſectatores. Ita Ruffinus lib. 2. de Vitis PP. cap. 25.* Cronium *diſcipulum B. Antonij appellat, cùm ipſe tamen* Cronius *narret ſe caſu errando per eremum peruenisſe in Piſpiri, atque tum S. Antonij & Eulogij interpretem egiſſe. Pallad. cap. 25. 26. 27. Paſchaſ. cap. 9. num. 3. & in Apophth. cap. 7.*

vita S. Antonij imitatores.

27 *Roſvveydus ad Ruffini locum num. 49. & ad vitam S. Pauli Eremitæ num. 6. vult alterum ex his Macariis eumdem eſſe, quem antè cum Amathâ diximus S. Antonio cohabitaſſe: imò* intricata, *inquit,* planè res eſt de duobus Macariis, vt dignoſcatur vter fuerit S. Antonij diſcipulus; *ac variis vtrimque prolatis rationibus, potiùs Alexandrinum coniicit fuiſſe Amathæ ſocium; quod & nos, (ſi quidem alteruter fuiſſet) non abſonum videri ſubinde conſenſimus. Verùm Actis ſingulorum accuratiùs collatis, neutrum remur Amathæ ſocium. Primò, quia Socrates, Sozomenus, Nicephorus antè citati, Caſſianus, Hieronymus, aliiq; ſcriptores nuſpiam alterutrum agnoſcunt S. Antonio miniſtraſſe, aut Amatham indiuiduum ei ſocium adiungunt. Secundò, quia Palladius, cui præcipuè habenda fides eſt, hunc Amathæ ſocium ab aliis ſegregat, vt legenti cap. 19. 20. 25. & 26. manifeſtum fiet. Loca illis habitationum diuerſa, ſemotaq; procul ab Antonij monaſterio tribuuntur, in Sceti viciniſq; Libyæ locis, Celliis, & Nitrienſi eremo, vbi & obierunt; Aegyptius an. Chr. 391. Alexandrinus an. 404. vt ad vitam Aegyptij dictum eſt XV. Ianu. At qui Antonij diſcipulus fuit, is in Thebaide vixit, initio in monaſterio Piſpiri, mox quindecim annis in monte interiori: demum ab Antonij obitu idem monaſterium rexit, in eoq; vitam finiuit, circiter an. Ch. 370. aut paullò pòſt. Huius Acta ex Cronij relatione tantùm didicit Palladius, qui tamen in Celliis Macario Alexandrino nouem annis cohabitârat. Tertius igitur hic Macarius Thebæus eſto. Certè nomen Macarij eo ſeculo multis fuit commune, adeoq; confuſioni facilè obnoxium. Ita Macarium à Mathematicis per Ruffinum abſtractum, de quo Gennadius cap. 28. de Scriptor. Eccleſ. cum S. Macario Romano, cuius vita extat lib. 1. inter Vitas Patrum, à nobis illuſtranda ad diem XXIII. Octob. confuderat Baronius in Notis ad II. Ianuarij, vt benè obſeruauit Roſvveydus in Notis ad epiſt. 36. S. Paulini Nolani, & poſt eum Miraeus ad citatum Gennadij locum.*

Horũ neuter Amathæ ſocius.

28 *Inter Sciticotas quoque vixit* Pior, *quem B. Antonius adoleſcentem in ſancto propoſito monachorum inſtruxit. Ruffin. lib. 3. num. 31. de quo agitur cap. 7. Apophth. num. 41. Abbas* Niſteron Magnus *Abbatis Antonij amicus vocatur à Pelagio lib. 5. libel. 1. num. 11.* Magnus Æſiſius, *aliiq; ſenes æquales tempore Magno Antonio, laudantur à Palladio cap. 7. & cap. 30.* Stephanus Libs *notus B. Antonio.*

Alij diſcipuli S. Antonij.

§. VII. *Diſcipuli S. Antonij extra Aegyptum. Monachatus per orbem diſperſus.*

29 QVamplurimos, *ait Sozomenus lib. 1. cap. 13.* S. Antonius habuit diſcipulos, viros certè ſpectatiſſimos, quorum alij in Ægypto & Libyâ, (*de quibus actum*) alij in Palæſtinâ, Syriâ, & Arabiâ, magnâ gloriâ floruêre. *Vnus omnium inſtar eſt* Hilarion, *qui* mutato priſtino habitu, *vt S. Hieronymus de eo ſcribit,* duobus ferè menſibus iuxta eum manſit, contemplans ordinem vitæ eius morumque grauitatem; quàm creber in oratione, quàm humilis in ſuſcipiendis Fratribus, ſeuerus in corripiendis, alacer in exhortandis eſſet: & vt continentiam cibique eius aſperitatem nulla vmquam infirmitas frangeret. *Deinde,* reuerſus eſt cum quibuſdam monachis ad patriam, & ſolitudinem, quæ in ſeptimo milliario à Maiumâ Gazæ emporio per littus euntibus Ægyptum ad lævam flectit, ingreſſus eſt. In tantam autem à Domino fuerat Hilarion eleuatus gloriam, vt Beatus quoque Antonius audiens conuerſationem ſcriberet ei, libenterque eius epiſtolas ſumeret. Et ſi quando de Syriæ partibus ad ſe languentes perrexiſſent, diceret eis: Quare vos tam longè vexare voluiſtis, cùm habeatis ibi filium meum Hilarionem? *An hoc tempore etiam cœperit monaſterium Aegyptiorum Anazarbi in Ciliciâ, de quo Moſchus cap. 51. non diſquirimus. Certè ante S. Hilarionem monachos in Syriâ non fuiſſe vult Hieronymus in eius vitâ:* Necdum monaſteria, *inquit,* erant in Palæſtinâ, nec quiſquam monachum ante S. Hilarionem in Syriâ nouerat. Ille fundator & eruditor huius conuerſationis & ſtudij in hac prouinciâ fuit. Habebat Dominus Ieſus in Ægypto ſenem Antonium, habebat in Palæſtinâ Hilarionem iuniorem, *Antonij diſcipulum.* Exemplo eius, *ſubdit,* per totam Palæſtinam innumerabilia monaſteria eſſe cœperunt, & omnes ad eum monachi certatim cucurrêre.

S. Hilarion à S. Antonio exercitatus,

in Palæſtinâ prima monaſteria extruit.

30 *Suam tamen eminentiam Aegypto permanſiſſe etiam ſuo tempore, teſtatur S. Ioannes Chryſoſtomus homiliâ 8. in Matthæum, vbi* Beatum & Magnum Antonium Apoſtolis proximum, per multorum ora volitantem *proponit,* nec ita variis aſtrorum choris cælum refulgere *contendit,* vt Ægypti eremus innumeris monachorum ac Virginum diſtinguitur atque illuſtratur habitaculis: *ideoq; Ægyptum in virtutis Chriſtianæ ſtudio* feruentiorem *cenſet,* quàm quæ Dominum prima ſuſceperat Palæſtina. *In Aegypto* Magnus Baſilius *annuum vitæ monaſticæ tirocinium ſub Porphyrio Archimandritâ poſuit, atque in Aſiam hoc vitæ genus induxit, formauit, & dilatauit. Id teſtantur Amphilochius in eius vitâ, & ipſe Baſilius epiſt. 79. ad Euſtathium Epiſcopum Sebaſtiæ.* S. Gregorius Nazianzenus *cum Euagrio Ponticо* in Ægyptum profectus, *ibiq;* cum piis illis monachis collocutus, illorum viuendi genus ardenti ſtudio imitari cœpit, *vt docet Socrates lib. 4. cap. 18.*

In Ægypto inſtituti, S. Baſilius & S. Gregorius Nazianzenus.

31 *Romæ viuente S. Antonio propoſitum monachorum ignotum, & propter rei nouitatem ignominioſum fuiſſe, ſcribit S. Hieronymus in vitâ S. Marcellæ. Induxit in Italiam illud S. Euſebius Epiſcopus Vercellenſis probè à ſe perſpectum, cùm, vt §. 9. dicetur, in Aegypto exul, & deinde legatione Apoſtolicâ functus fuit.*

Vita monaſtica inducta in Italiam.

fuit. Plura de eâ re S. Ambroſius ſermone 15. Romæ Orientalium more monachos ſe vidiſſe teſtatur S. Auguſtinus de moribus Eccleſiaſt. cap. 33. quorum nomen ante conuerſionem ſuam an. Ch. 387. ne audierat quidem, vt fatetur lib. 8. Confeßionum cap. 6. Inde *auditis Antonij Aegyptij mirabilibus,* ſermo Potitiani, *(qui in palatio Imperatoris apud Treuiros militârat)* deuolutus eſt ad monaſteriorum greges & mores ſuaueolentiæ tuæ, *(Chriſtum alloquitur)* & vbera deſerta eremi, quorum nos Afri nihil ſciebamus. Et erat monaſterium Mediolani plenum bonis Fratribus extra vrbis mœnia ſub Ambroſio nutritore, & non noueramus. Et apud Treuiros in hortis muris contiguis in casâ quadam habitabant quidam ſerui tui ſpiritu pauperes, quorum eſt regnum cælorum cum codice in quo erat vita Antonij. *Ibi* admirabantur Auguſtinus, & Potitianus, *ille*, quia tam magna erant, *quæ de S. Antonio dicebantur, hic* quia inaudita *illi* erant. *Et Gallicanis nouellis monaſteriis inſtituta Aegyptiorum monachorum deſcripſit Caßianus, vt ad Caſtorem Epiſcopum Aptenſem præfatur. Huius deniquè inſtituti deiferos Patres agnoſcit, Antonium eiuſq; imitatores Pachomium & Macarium, S. Dorotheus Abbas lib. 1. de renuntiatione, doctrinâ 1. Erat per idem tempus, vt in Actis S. Pachomij legitur, B. Antonij vita cunctis ad imitandum præclarè præpoſita. Certè cùm monachorum in Aegypto ingentia agmina multiplicari cœpiſſent, atque eorum virtutis vitæq; ad Angelorum imitationem accedentis fama orbis terrarum fines peruaſißet, ipſiſq; didita Indis eſſet, eos quoque ad eiuſdem vitæ ſtudium excitauit, vt ſcripſit S. Ioannes Damaſcenus in vitâ SS. Barlaam & Ioſaphat, quorum illum iiſdem tentationibus agitatum ſcribit, quas hîc de S. Antonio refert Athanaſius. Ex his ſatis conſtat S. Antonium Patriarcham verè dici monachorum ſpectatiſſimorum, qui in Oriente & Occidente floruêre, inter quos* Baſilium, Gregorium, Chryſoſtomum *cenſet Baronius tom. 3. an. Ch. 328. num. 25.*

Afris ignota,

à Caſſiano Gallis deſcripta,

ad Indos propagata.

§. VIII. *Vita S. Antonij Græcè conſcripta.*

32 S. Hilarion, *teſte S. Hieronymo in eius vitâ,* audiens celebre nomen Antonij, quod per omnes Ægypti populos ferebatur, incenſus viſendi eius ſtudio, perrexit ad eremum, *in quâ tum inter Memphim, Babylonem, & Aphroditon, ad Nilum, infrà Haracleoten Nomum, incipiebat monaſteria erigere. Erat autem Hilarion circiter annorum quindecim, cuius annus ſexageſimo quinto ætatis obiit S. Antonius. Hoc igitur nomen iam circiter annum Chriſti 306. per Aegyptum celebre, cœpit orbe paullatim reliquo vulgari. Primò quando recrudeſcente perſecutione, Alexandriæ illuſtri orbis emporio Petrum Epiſcopum alioſq; Chriſti Martyres publicè, deſiderio & ipſe Martyr, confirmauit, vſque ad locum felicis certaminis proſecutus. Deinde cùm ab Athanaſio iam Epiſcopo Alexandriam perductus, Arianam hæreſim publico ſermone condemnauit.* Tunc, *inquit Athanaſius num. 92.* nulla ætas, nullus ſexus domi remanſit: *imò præter Chriſtianos* pagani & ipſi idolorum cultores Hominem Dei (hoc ei nomen erat) *auebant* videre. *ſecutæ Philoſophorum diſputationes, quæ cum innumeris miraculis per orbem diuulgabantur.*

Nomen celebre S. Antonij in Ægypto,

& Italiâ.

33 S. Marcella, *vt in eius vitâ ſcribit S. Hieronymus,* ab Alexandrinis priùs Sacerdotibus, Papaque Athanaſio, & poſteà Petro, qui perſecutionem Arianæ hæreſeos declinantes, quaſi ad tutiſſimum communionis ſuæ portum, Romam confugerant, vitam B. Antonij adhuc tunc viuentis, monaſteriorumque in Thebaide Pachumij, & Virginum ac viduarum didicit diſciplinam. *Erat hic Petrus tum Presbyter, dein Athanaſij in Epiſcopatu ſucceſſor. Baronius tom. 3. an. Ch. 340. num. 7. hinc colligit tunc S. Athanaſium vitam S. Antonij à ſe conſcriptam in Vrbem detuliſſe. Idem ſentit Poſſeuinus noſter in Apparatu ſacro in* Antonio. *Non dubium quin S. Marcella de vitâ, id eſt, illuſtri viuendi ratione, miraculis, ac virtutibus S. Antonij multa ex S. Athanaſij aliorumq; Sacerdotum Alexandrinorum relatione didicerit: nondum tamen tunc S. Athanaſius vitam, ſiue Acta S. Antonij conſcripſerat, vt benè obſeruauit ad Vitam S. Marcellæ* Roſvveydus *num. 6. Tam enim dicitur didiciſſe ab Alexandrinis Sacerdotibus & Petro, quàm à S. Athanaſio, imò priùs ab illis, poſteà à Petro didiciſſe, nec tamen iis attribuitur hæc S. Antonij Vita. Deinde eam poſt S. Antonij obitum conſcriptam clarè demonſtrant verba præfationis:* Quoniam igitur, *inquit,* exegiſtis à me, vt vobis ſcriberem de conuerſatione B. Antonij volentibus diſcere quemadmodùm cœperit quiúe fuerit ante ſanctum propoſitum, qualem etiam habuerit terminum vitæ. *Et mox dicit ſe indicare* quæ ab eo didicit, qui ad præbendam ei aquam non paullulum temporis cum eo *(S. Antonio)* fecerat, *quem §. 4. diximus Amatham eiuſúe ſocium Macarium fuiſſe, qui ambo quindecim vltimis annis S. Antonio miniſtrarant, quorum alter (ſi non vterq;) vt erat ab eo præceptum, melotem & pallium S. Athanaſio Alexandriam detulit, eumq; de totâ illius vita edocuit, aut de eâ fortaßis ſummatim commentarium compoſuit, quale de S. Paulo Latinè tranſtulimus, eiq; tradidit, elegantiori ſtylo publicandum.*

Ex VARIIS.

iam defuncti,

edoctus ab eius diſcipulo:

eamq; ab illud Attende tibi ipſi, *c. 10. ſub nomine S. Athanaſij citata (vt ibidem referemus) nullum dubitationi locum relinquunt. Adde hæc ibidem relata, num. 116.* Hic Antonio vitæ terminus fuit, iſta principis meritorum, quæ licet parciori, vt prædixi, *(in prolegomeno num. 1.)* ſermone narrauerim, *&c. Et iterum nu. 117.* Quòd per omnes prouincias amor eius famaque volitauit, quem nec librorum diſſeminatorum oratio luculenta, nec mundanæ ſapientiæ diſputatio, nec nobilitas generis, nec opum infinita cõgeſtio commendauit, cui omnium ore eſt adſcribendũ, niſi Chriſto, cuius hoc donum eſt? qui deuotos eius animos erga ſuam præuidens Maieſtatem, hominem alio penè orbe celatum, & inter tantas poſitum ſolitudines, Africæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ, Illyrico, ipſi etiam, quæ vrbium caput eſt, Romæ demõſtrauit. Creatoris eſt iſta benignitas. *ergo non ſcriptoris, qui vitam ipſo viuente euulgârit, beneficium. Poſtremò nullus vitæ partem vnquam ab Athanaſio conſcriptam dixit. S. Hieronymus de Script. Eccl. cap. 88.* Antonii monachi vitam, *inquit,* Athanaſius Alexandrinæ vrbis Epiſcopus inſigni volumine proſecutus eſt. *quibus verbis, etiam vltimam ab eo additam manum ſignificat. Alibi quoque eamdem vitam citat, non partem affecti operis.*

34 *Deinde tota narratio vno fluens perpetuo tenore mortuum iam Antonium indicat: nec facilè oſtendetur quæ pars ab obitu videri poßit adiecta. Denique Epilogi verba à S. Ephræm in illud* Attende tibi ipſi, *c. 10. ſub nomine S. Athanaſij citata (vt ibidem referemus) nullum dubitationi locum relinquunt. Adde hæc ibidem relata, num. 116.* Hic Antonio vitæ terminus fuit, iſta principis meritorum, quæ licet parciori, vt prædixi, *(in prolegomeno num. 1.)* ſermone narrauerim, *&c. Et iterum nu. 117.* Quòd per omnes prouincias amor eius famaque volitauit, quem nec librorum diſſeminatorum oratio luculenta, nec mundanæ ſapientiæ diſputatio, nec nobilitas generis, nec opum infinita cõgeſtio commendauit, cui omnium ore eſt adſcribendũ, niſi Chriſto, cuius hoc donum eſt? qui deuotos eius animos erga ſuam præuidens Maieſtatem, hominem alio penè orbe celatum, & inter tantas poſitum ſolitudines, Africæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ, Illyrico, ipſi etiam, quæ vrbium caput eſt, Romæ demõſtrauit. Creatoris eſt iſta benignitas. *ergo non ſcriptoris, qui vitam ipſo viuente euulgârit, beneficium. Poſtremò nullus vitæ partem vnquam ab Athanaſio conſcriptam dixit. S. Hieronymus de Script. Eccl. cap. 88.* Antonii monachi vitam, *inquit,* Athanaſius Alexandrinæ vrbis Epiſcopus inſigni volumine proſecutus eſt. *quibus verbis, etiam vltimam ab eo additam manum ſignificat. Alibi quoque eamdem vitam citat, non partem affecti operis.*

eamq; ab- ſoluit.

In eâ cur nil de S. Paulo Eremitâ.

35 *Neque nobis hoc quiſquam dicat, Cur igitur, ſi iam deceſſerat Antonius, nulla vſquam præclari eius cum Paulo Thebæo congreſſus mentio extat? Nam & pleroſque Antonij diſcipulos reticuit. Peculiari fortaſſis libello deſtinârat Pauli Vitam conſcribere, ni mors aliave interceſſiſſent impedimenta. Certè Amathas & Macarius, aut ſaltem alteruter, S. Athanaſio videtur tam Acta Pauli quàm Vitam Antonij narraſſe, quos Græco ac Latino ſermone vulgatâ Antonij vitâ, ipſaque Pauli à ſe editâ, ſuperſtites fuiſſe S. Hieronymus teſtatur. Denique monet S. Athanaſius* Fratres peregrinos *in præfatione, vt exiſtiment* ſe minima audiſſe de maximis, *cùm ob portitoris litterarum feſtinationem non potuerit monachos euocare,* vt plenius aliquid addiſcens, munera maiora tranſmitteret. *Hinc colligimus vltimo decennio vitæ eius ſub Iuliano aut ſequentibus Imperatoribus ſcriptam fuiſſe, quòd ad illud tempus ab obitu S. Antonij, religionis cauſsâ extorris, Alexandriâ abfuerit. Hanc à S. Athanaſio conſcriptam fuiſſe teſtantur quoque Paulinus Presbyter Prologo in vitam S. Ambroſij VII. Decemb. Menæa Græcorum in vitâ S. Antonij, Honorius de Eccl. Script. cap. 88. & §§. 10. & 11. citandi S. Gregor. Nazianzenus, S. Ephræm, Auctor vitæ S. Pachomij, Palladius, Socrates, Nicephorus, Ruffinus, atque infiniti recentiores. Baronius tom. 3. an. Ch. 310. num. 19. atque alibi ſæpè ait* Athanaſium ſincerè pureque res S. Antonij geſtas conſcripſiſſe. *quid mirum? Vidit eum adoleſcens perſecutionis tempore Alexandriæ: adduxit eum iam Epiſcopus iterum contra Arianos: frequenter eum viſitauit: à Macario aut Amathâ plurima didicit, & monachorum concordi relatione.*

Scripſit poſt obitum Conſtantij Imp.

ex certâ ſcientiâ.

36 *Baronius tom. 3. an. Ch. 328. num. 3. ſcribit S. Athanaſium eo anno viſitaſſe monaſterium S. Pachomij, & de viâ inuiſiſſe S. Antonium, eiq; duo palliâ attuliſſe. Verùm cùm ad Pachomium Athanaſius venit, is iam antè, vt in eius Vitâ à Baro-*

Inuiſit S. Pachomiũ poſt obitum S. Antonij.

Ex variis.

nio citatâ legitur, compererat ſanctam vitam eius, & perſecutiones innumeras, quas ab Arianis pro Chriſti pertulerat confeſſione: *quare hæc eius viſitatio poſt mortem Conſtantij, cùm iam pridem obiiſſet S. Antonius, contigit, cùm Origenis errores inter monachos Aegypti inciperent inualeſcere; vt reliqua Acta S. Pachomij exigunt, quæ XIV. Maij illuſtrabimus.*

§. IX. *Vita in linguam Latinam tranſlata.*

37 *Vitam hanc Græcè vulgatam, Latinè interpretatus eſt Euagrius, tum Presbyter, deinde Epiſcopus Antiochenus. De eo ita ſcribit Hieronymus de Scriptor. Eccl. cap. 125.* Euagrius Antiochiæ Epiſcopus, acris ac feruentis ingenij, cùm adhuc eſſet Preſbyter diuerſarum hypotheſeon tractatus mihi legit, quos necdum edidit: Vitam quoque B. Antonij de Græco Athanaſij in ſermonem noſtrum tranſtulit. *Eadem habet Honorius de Script. Eccleſ. cap. 126. & conſentiunt omnia paſim exemplaria edita & MSS. Roſyveydus Prolegomeno 4. ad Vitas PP. §. 4. rectè Trithemium corrigit & Sixtum Senenſem, quòd hunc Euagrium & alterum Ponticum S. Macarij Aegyptij diſcipulum Origeniſtam in vnum conflarint. Indicat Euagrius in prologo ſe non verba verbis, ſed ſententias ſententiis expreßiſſe; quemadmodum laudat S. Hieronymus epiſt. 101. ad Pammachium* de optimo genere interpretandi, *vbi hunc totum prologum profert, Euagrio non citato, quòd hanc S. Antonij Vitam optimè Pammachio notam ſciret. At ſuum non eſſe præfatur*, Ne meorum ſcriptorum parua ſit auctoritas ſuper hoc genere, præfatiuncula ſit in libro, quo B. Antonij Vita deſcribitur, ipſius lectione cognoſce. *quam & ſubdit.*

Latinè vitam edidit Euagrius;

38 *Hinc tamen errandi occaſionem arripuerunt Hilarion Veronenſis monachus Caßinenſis, & Ioannes Grynæus, à Roſyveydo citati in Notationibus ad Præludia in Vitam B. Antonij, nu. 4. Poſſeuinus in* Antonio, *& Baronius in Notationibus ad Martyrol. Roman. hoc XVII. Ianuar. & tom. 3. an. Chr. 358. num. 29. qui ipſum Hieronymum vitæ huius interpretem exiſtimarunt: vti & Ioannes Baſilius Sanctorius qui vtrumque interpretem agnoſcit Euagrium & Hieronymum, quaſi bis verſa fuerit. Sed refelluntur hi à Roſyveydo, qui præclarè verba* Geliſij Papæ *decret. de libr. authent. & apocr. d. 15.* exiſtimat, *vbi ait Pontifex:* Vitas Patrum Pauli, Antonij, & Hilarionis, & omnium Eremitarum, quas tamen vir beatiſſimus deſcripſit Hieronymus, cum omni honore ſuſcipimus. *Ac primò opinatur Roſyveydus* Gelaſium, cùm Vitam Pauli & Antonij ab Hieronymo ait deſcriptam, reſpexiſſe ad Pauli Vitam, in quâ tanta propè Antonij, quàm Pauli fit mentio. *Conſonat titulus Vitæ ex Græco MS. Bauarico ita præfixus:* Hiſtoria S. Pauli Thebæi, & S. Antonij Ægyptij, in interiori eremo commorantium. *Vide X. Ianuarij. Secundò* Euagrium Græcum hominem & Hieronymo coniunctiſſimum, ſtudiorumque eius patronum, in vertendâ Antonii vitâ Hieronymi vſum eſſe operâ: *quod tamen friuolum argumentum ipſe mox fatetur, & patebit infrà. Tertiò* Vitam Antonii inter Vitas Pauli & Hilarionis olim deſcriptam occaſionem dediſſe Gelaſio exiſtimandi Hieronymum quoque Vitæ Antonii auctorem eſſe, qui duarum aliarum auctor eſt: *arbitratur autem Roſyveydus,* pleraſque Patrum Vitas ſine auctoris & interpretis nomine olim circumlatas. *Certè Gratianus in decreto par. 2. can. 27. quæſt. 2. cap. 26. poſt recitata verba Nicolai I. ad Carolum Regem, quibus decernit* non licere niſi ex conſenſu vtriuſque coniugis vota continentiæ ſuſcipere; *ſubdit gloſſam,* licere, quando tantùm ſunt deſponſati, *probatq;* Vt enim refert B. Hieronymus, Macarius præcipuus inter Chriſti eremitas, celebrato nuptiarum conuiuio, cùm veſpere thalamum eſſet ingreſſurus, ex Vrbe egrediens tranſmarina petiit, & eremi ſolitudinem ſibi elegit. *Quod in Vitâ S. Macarij Romani reperitur. Baronius in Martyrol. Rom. ad diem 11. Ianuarij cenſet auctorem eius* Theophilum *eſſe; Roſyveydus auctores* Theophilum, Sergium, & Hyginum, *facit ſecutus Menæa Græcorum. Imò putat hanc hiſtoriam inſtar fabulæ à S. Hieronymo explodi in Vitâ S. Pauli*

non S. Hieronymus,

eui vitæ Patrum attribuuntur,

Eremitæ num. 1. vbi ait iactitari ſubterraneo ſpecu crinitum calcaneo tenus hominem, *propterea quòd in huius Vitâ dicatur,* barba & capilli corpus eius totum circumdediſſe. *Quæ examinabimus XXIII. Octob. ad eius Vitam, & XII. Iunij ad Vitam S. Onuphrij, de quo idem legitur.*

39 *Hîc illud ſolum inde conficimus, Vitas Patrum communi errore vulgò S. Hieronymo fuiſſe attributas, vt etiam annotauit Roſyveydus Prolegom. 3. Cauſſa forſan erroris fuit, quòd S. Hieronymus ſimul curârit vulgari Vitas Patrum ſeruato aliquo hiſtoriæ ordine, ſiue ipſe eas ſcripſiſſet, vt Vitas* SS. Pauli, Hilarionis, *&* Malchi, *ſeu ab aliis conſcriptas reperiſſet, vt* SS. Antonii, Onuphrii, Abrahæ *&c. quibus alij alias deinde coniunxerint, atque eumdem retinuerint in titulo primo auctorem Hieronymum. Hoc innuere videntur verba Gelaſij, quibus* omnium Eremitarum Vitas *ab Hieronymo ſcriptas ad ſacræ lectionis vſum admittit, cùm tres dumtaxat dictas ſciatur ſcripſiſſe. Clariùs idem aſſerit Gelaſij æuo proximus M. Aurelius Caßiodorus Inſtit. diuin. Lect. cap. 32.* Vitas Patrum, *inquit,* confeſſiones fidelium, paſſiones Martyrum legite conſtanter, quas inter alia in epiſtolâ Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum, deſtinatâ procul dubio reperitis *&c. An titulus libri præcipuus fuerit:* Epiſtola Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum, *quòd ea in fronte extaret, voluminis huius verò prior tomus* Vitas Patrum *contineret alter* Confeſſiones fidelium, & paſſiones Martyrum, *quas ſæpius* Martyrologium S. Hieronymi *appellamus, alium, vt diſcutiatur, locum requirit. Certè Vitæ Patrum in antiquis editionibus & codicibus MSS. §. 11. citandis paſim omnes ſoli Hieronymo tribuuntur, vt vulgò Mombritio, Lipomano, Surio, aut etiam Metaphraſtæ Vitæ Sanctorum, quòd illas collegerint. & hiſce Actis præfigitur titulus ſequens:* Incipit Vita S. Antonii Abbatis ab Athanaſio Epiſcopo Alexandrino conſcripta, & ab Euagrio Preſbytero è Græco in Latinum tranſlata, atque à B. Hieronymo huic libro inſerta. *Demum ipſe S. Hieronymus de Script. Eccl. cap. 135. ordine temporum exponens quæ ſcripſit, refert primò Vitam S. Pauli, ante quam hæc conſcripta erat. De Antonio ſilet, & in Vitâ S. Pauli num. 2.* Quia de Antonio tam Græco quàm Romano ſtylo diligenter traditum, pauca de Pauli principio, & fine ſcribere diſpoſui. *Nuſquam ſe Antonij Vitæ auctorem aut interpretem inſinuat, ſed S. Athanaſium, vt diximus, & Euagrium.*

vt Collector.

40 *Vitam hanc tranſtulit Euagrius nondum Epiſcopus, id eſt, ante an. Ch. 388. quo à Paulino deſignatus ſucceſſor eſt Coſſ. Imp. Theodoſio II. & Cynegio, vt conſtat ex Socrate lib. 5. cap. 15. Theodoreto lib. 5. cap. 25. Sozomeno lib. 7. cap. 15. Verùm iam doctrinæ opinione clarus erat ipſius Iuliani Apoſtatæ temporibus, quando S. Euſebium Vercellenſem in Italiam redeuntem comitatus eſt, vt teſtatur S. Baſilius epiſt. 8. ad S. Euſebium Samoſatenum, vbi ait:* Ὁ Πρεσβύτερος Εὐαγρίος ὁ ὑὸς Πομπηιανοῦ τοῦ Ἀντιοχέως, ὁ συναπάρας ποτὲ ὅτε τὴν Δύσιν τῷ Μακαρίῳ Εὐσεβείῳ, ἐπανῆκε νῦν ἐκ τῆς Ῥώμης ἀπαιτῶν ἡμᾶς ἐπιστολήν. Presbyter Euagrius filius Pompeiani Antiocheni, qui quondam migrauit versùs Occaſum cum B. Euſebio, rediit nunc Româ, petens à nobis litteras, *&c. Hinc lux huius vitæ tranſlationi ſuboritur. S. Euſebius Vercellenſis Arianorum operâ variis in locis ſub Conſtantio exularat, in Syriâ etiam atque Aegypto, in cuius* ſuperiores Thebas *poſtremò amandatum fuiſſe auctor eſt Socrates lib. 3. cap. 4. Hinc ſub Iuliano Alexandriam venit ad S. Athanaſium, qui à cæde Georgij Pſeudoepiſcopi, teſte S. Gregorio Nazianzeno Orat. in laudem S. Athanaſij, ſummo Alexandrinorum triumpho ſuæ redditus Eccleſiæ erat. Concilio Alexandriam ab hoc conuocato intereſt & ſubſcribit S. Euſebius, Legatus Sedis Apoſtolicæ à Liberio Papâ conſtitutus, vt colligit Baronius an. Ch. 362. num. 177. Poſt Concilium Alexandriâ decedens Antiochiam contendit, teſte Socrate cap. 7. vbi pluribus diſcordiam inter SS. Euſebium & Luciferum Calaritanum excitatam, quam alibi examinabimus, commemorat. Redeuntem Antiochiâ in Italiam S. Euſebium comitatus eſt Presbyter Euagrius, cuius num antè in Aegypto ſocius fuerit, ſilentibus Scriptoribus, nolumus diuinare.*

Euagrius ſub Iuliano clarebat,

comes itineris S. Euſebij Vercell.

ex Syriâ in Italiam.

41 *Quàm acer pro Eccleſiâ Dei contra Auxentium Epiſcopum Mediolanenſem inſurrexerit* Euagrius *cùm SS. Euſebio &* Hila-

Hilario Pictauorum Episcopo, quem XIII. Ianuarij celebrauimus, describit S. Hieronymus epist. 49. de muliere Vercellis septies ictâ, ad Innocentium eumdem, cui hanc Vitam inscripsit ipse Euagrius: En quò me, ait, gestorum ordo pertraxit. Iam enim ad Euagrij nostri nomen peruenimus. Cuius ego pro Christo laborem, si arbitrer à me dici posse, non sapiam; si penitùs tacere velim, voce in gaudium erumpente, non possim. Quis enim valeat digno canere præconio Auxentium Mediolani incubantem, huius excubiis sepultum penè antè quàm mortuum; Romanum Episcopum iam penè factionis laqueis irretitum, & vicisse aduersarios, & non nocuisse superatis? Verùm hæc ipse equidem spatiis exclusus iniquis, prætereo, atque aliis post me memoranda relinquo. Præsentis tantùm rei fine contentus sum. Imperatorem (*Valentinianum, non Constantium, vt perperàm hic annotauit Henricus Grauius*) de industriâ adit, precibus fatigat, merito lenit, solitudine promeretur, vt redditum vitæ redderet libertati.

Hic Auxentium hæreticum oppugnat.

Redit cum S. Hieronymo in Syriam.

42 *Hæc S. Hieronymus, qui in eius comitatu se in Syriam profectum indicat epist. 41. ad Ruffinum.* Cùm me, *inquit,* Thracia, Pontus, atque Bithynia, totumque Galatiæ & Cappadociæ iter, & feruido Cilicum terra fregisset æstu, Syria mihi velut fidissimus naufrago portus occurrit, vbi ego quidquid morborum esse poterat, expertus, ex duobus oculis vnum amisi; Innocentium enim partem animæ meæ repetinus febrium ardor abstraxit: nunc vno & toto mihi lumine Euagrio nostro fruor, cui ego semper infirmus ad laborem cumulus accessi. Erat nobiscum & Hylas S. Melanij famulus, *&c. In huius ædibus scripsit idem S. Hieronymus epist. 5. ad Florentium cum hac clausulâ:* Sanctus Presbyter Euagrius plurimùm te salutat. *& epist. 6. ad eumdem:* Sæpè Euagrius Presbyter, dum adhuc Antiochiæ essem, me præsente corripuit, *&c. nam ad* eremum *discesserat* in vicum Maroniam, possessionem *ipsius* Euagrij, triginta ab Antiochiâ milliaribus, *vbi* S. Malchum *nouit, vt ad eius Vitam præfatur.*

Inuisit S. Basilium.

43 *Hæc de Euagrio fusiùs deducta sunt. Primò vt ostendatur eumdem esse qui hanc Vitam transtulit: deinde vt tempus translatæ huius Vitæ clariùs proponatur. Baronius an. Ch. 362. n. 226. deceptus ob perperàm translatum S. Basilj citatum anteà locum,* (senior Euagrius, *&c. cùm* Presbyter *scribi debuisset*) *parentem eum facit iunioris Euagrij, qui posteà fuerit Episcopus Antiochiæ. Deinde an. Ch. 369. num. 27. fatetur* haud exploratum *se* satis habere potuisse, quis Euagrius contra Auxentium infracto animo steterit. *Denique an. Ch. 372. num. 38. illum eumdem asserit, qui olim cum S. Eusebio in Italiam abierat, & iam socius S. Hieronymi peregrinatus ad S. Basilium in Cappadociam, indeque in Syriam redierat. & mox eumdem* Presbyterum *facit, & num. 43.* Episcopum *post consecratum, quòd in S. Malchi Vitâ eum S. Hieronymus* Papam *appellet. Vnus ergo idemque est Euagrius, qui cum S. Eusebio in Italiam profectus, deinde Episcopus Antiochenus fuit; quique Presbyter adhuc hanc Vitam Latio donauit: quod factum asserit Rosweydus in Notat. ad Vitam num. 1.* quando in Syrię eremo versabatur cum S. Hieronymo & Innocentio, aut paullò antè. *Verùm Innocentius, vt antè ex S. Hieronymo dictum est, in ipso* in Syriam appulsu *obiit circa an. Ch. 370. Decessisse eos ex Italiâ post obitum S. Eusebij vult Baronius an. 372. num. 9. & S. Eusebium obiisse an. 371. vt ibidem scribit num. 116. Verùm quòd obitum eius referat S. Hieronymus in Chronico anno Valentiani & Valentis sexto, videtur obiisse an. Ch. 369. quod ad eius Vitam 2. Augusti & XXX. Septembris ad Vitam S. Hieronymi, vbi de hac peregrinatione agetur, curatiùs differetur.*

In Italiâ Vitam hãc vertit.

44 *Quod huc facit, Vitam S. Antonij Græcè aut Alexandriâ secum detulit S. Eusebius, aut si tum necdum conscripta erat, in Italiam S. Athanasius eidem submisit: nisi Euagrius vnà cum S. Eusebio in Aegypto fuerit, aut singulari etiam cum S. Athanasio familiaritate coniunctus ab eo ipse acceperit. Certè in Italiâ Latinis Latinè eam vulgauit, seu sponte suâ, seu rogatu inductus S. Eusebij & Innocentij, cui eam ipse, & S. Hieronymus historiam de muliere Vercellis septies ictâ inscripsit. Delata mox Vita hæc ex Italiâ Treuiros, vbi eam Potitianus legerat, vt §. 11. dicetur. Imò in Italiâ, aut certè quando in Syriam appulit, vitam S. Pauli scripsit S. Hieronymus, ab Euagrio & fortè aliis ex Aegypto submissam historicam eius narrationem nactus, in quâ scribit,* quia de Antonio tam Græco quàm Romano stylo diligenter traditum est, se pauca de Pauli principio & fine scribere disposuisse. *Quod* olim *à se factum tradit in Vitâ S. Hilarionis, viris adhuc discipulis S. Antonij Macario & Amathâ, quorum priori defuncto successit Abbas in Pispiri Posthumius, qui idem, vt dictum est, & Pœmen, quem isthic reperit Ruffinus, videri potest.*

Ex variis.

Quando S. Hieronymus Vitam S. Pauli scripserit.

§. X. *Vita ab hæreticis frustrà impugnata.*

45 *Vitam S. Antonij à S. Athanasio olim scriptam fuisse, nec ipsi diffiteri hæretici nostri temporis possunt, tot tamque perspicuis comprobatam testimoniis. Verùm quòd plurima, eaque luce meridianâ clariora, monachismi, signi Crucis, aliorumque Ecclesiasticorum rituum argumenta haud ferant lippiente obtutu, magis etiam hac luce antiquitatis præstricto, effugium hoc arripuêre, vt, quod sub S. Athanasij nomine peruulgatum prædem, omniumque manibus iactatum est scriptum, insulsi hominis esse commentum dicerent, nullâque dignum fide. Ita Rodolphus Hospinianus lib. 3. Orig. Monach. cap. 1. Abrahamus Scultetus Medul. Theol. PP. par. 2. Andreas Riuetus Critici sacri lib. 3. cap. 4. Subdubitant etiam Centuriatores Magdenburgenses centur. 4. cap. 10. At quæ in hac Vitâ commemorantur de Antonio, singula sunt ab antiquis Patribus ex eâ, quam scripsisse Athanasium tunc constabat, citata, grauissimeque inculcata; & Christianæ virtutis absolutionem, quam consecutum fuisse Antonium nec ipsi negare ausint hæretici, spirat hæc vita, vt quiuis genuinum Athanasij fœtum possit agnoscere.*

Quæ nunc in vitâ S. Antonij habentur, ex eâ olim citarunt

S. Chrysostomus.

46 *S. Ioannes Chrysostomus homiliâ 8. in Matthæum:* Antonius talem vitam, *inquit,* egit qualem leges Christi requirunt. Hoc autem facilè cognouerit quisquis eum legerit librum, qui vitæ eius texit historiam, in quo etiam prophetiam lucentem videbit. De his enim, quos Ariana pestis inuasit manifestissimè prophetauit, quantaque Ecclesiis labes ab iis immineret docuit, Deo vtique reuelante hæc, & cuncta ante oculos eius figurâ pingente. Quod certè vel præcipuum Catholicæ Fidei documentum est, nullum videlicet hæreticorum talem posse monstrari. Sed ne à me hæc audire videamini, ipsum potiùs librum legentes diligentiùs cuncta discetis, vt maxima inde philosophiæ documenta capiatis. Obsecro autem vt non solùm meditemur scripta illa, sed ea quoque, quæ exprimuntur, imitemur. *Hæc Chrysostomus. Verùm quos hæc imitari piget, ij abolita malunt aut in inutilis friuolaque sententiæ scripturæ reiecta, ne sui inde argui mores queant. Mallent, vt Ariani olim suæ hæresi affinem mentiti in vulgus Antonium erant, ipsi quoque dici eum mollem quamdam absque vllis benefactis iniisse viuendi rationem. Vaticinium illud S. Antonij, quod Chrysostomus indicat, refertur in Vitâ cap. 18. num. 105. atque à Sozomeno lib. 6. cap. 5.* Traditum est, *inquit hic,* Antonium, priusquàm Ariani essent Ecclesiarum potiti gubernaculis, regnante Constantio, secundùm quietem mulos altare insultantes calcibus, & sacram mensam euertentes vidisse, illicoque prædixisse tumultum ex adulterinis permixtisque doctrinis ortum, & rebellionem ex illis, qui alienam ab Ecclesiâ Catholicâ opinionem tenerent excitatam, Ecclesiam Dei posteà occupaturam. *Eadem refert Nicephorus lib. 10. cap. 43. Ipsa persecutio copiosiùs quidem, sed iisdem tamen penè verbis, describitur ab Athanasio epist. ad Orthodoxos, cuius verba ad caput 18. proferemus.*

Sozomenus,

S. Gregor. Nazianzenus,

47 *Prædecessor Chrysostomi fuit S. Gregorius Nazianzenus, & quid sentire de hac Vitâ ipse ceteriq; deberent, præiudicauit, dum eâ censet contineri legem & normam vitæ monasticæ, quod ipse Athanasius in Vitæ huius præfatione asseruerat:* Exegistis à me, *inquit,* vt vobis scriberem de conuersatione B. Antonij *&c.* vt ad eius æmulationem atque exemplum vos instituere possitis. *Et mox:* Scio *vos* eius propositum cupere sectari: perfecta est siquidem ad virtutem via, Antonium scire quis fuerit. *At S. Gregorius Nazianzenus*

EX VARIIS. *oratione 21. in laudem S. Athanaſij:* Ἐκεῖνος Ἀντωνίου τοῦ θείου βίον σωτήριον ἔφυ, τῆς μοναδικῆς βίου νομοθετίαν ἐν πλάσμασι διηγήσεως. Ille, (*Athanaſius*) Diuini Antonij conſcripſit vitam, quæ ſub formâ narrationis eſt norma ſeu lex ſancita vitæ monaſticæ: *de eâ regulâ agetur §. 15.*

S. Ephræm. 48 *S. Ephræm quoque hoc eſſe Athanaſij opus dilucidè oſtendit, dum ei, quæ in manibus nunc eſt vita, conſentanea, ex eâ quæ tunc recens ſcripta extabat, promit, in illud* Attende tibi, *cap. 10.* S. Antonius, *inquit,* quemadmodùm & S. Athanaſius Archiepiſcopus meminit in vitâ quam de eo conſcripſit, multâ exercitatione, eaque incitatiore ac vehementiore eſt vſus. Ieiunabat enim ſemper, indumentumque gerebat interius quidem cilicinum, exterius autem pelliceum, idque ad mortem vſque ſeruauit, ita vt neque corpus ſordium cauſsâ aquis ablueret, neque penitùs ſuos pedes lauaret, neque illos vnquam omnino vel aquâ tingerèt, niſi neceſſitate cogente. Sed neque quis denudatum eum vnquam conſpexit, nec prorſus Antonij corpuſculum nudum, præterquàm cùm poſt mortem ſepeliretur, cuiquam patuit. *Hæc ille; quæ eadem prorſus ratione referuntur infrà cap. 11. num. 62. Ea tamen verba:* Idque ad mortem vſque ſeruauit, *Latino omiſſa interpreti ſunt, quæ in Græco ſic efferuntur,* ὃ καὶ ἕως τελευτῆς τετήρηκε. *Alias ibidem S. Ephræm S. Antonij virtutes deſcribit, quas eodem modo recenſet S. Athanaſius in epilogo, ſeu cap 22. nu. 116. vbi S. Ephræmi locum dabimus. Idem quoque in epiſt. ad Ioannem monachum, breui geſtorum S. Antonij anacephalæoſi (quæ ſingula in hac vita habentur) monachos ad communem vitam hortatur.*

Auctor vitæ S. Pachomij antiquus. 49 *Auctor vitæ S. Pachomij, quam iam olim ante annos 1100. & quod excurrit, Dionyſius Exiguus interpretatus eſt, hanc ipſam S. Antonij vitam S. Athanaſio adſcribit:* B. Antonio S. Athanaſius Alexandrinæ ciuitatis Epiſcopus proprio ſtylo teſtimonium præbuit; dignus ſanè relator conuerſationis Antonii, qui iuxta ſupplicationem Fratrum, Vitam eius pro multorum commoditate perſcriberet, & æmulandum eum viris ſpiritualibus exhiberet. *quæ nu. 1. in prologo dicuntur. Pergit idem auctor:* In quo opere ſancti quoque Patris Ammon meminit, à quo per Dei gratiam primùm iacta ſunt fundamenta conuerſationis eorum Fratrum, qui nunc in monte Nitriæ commorantur, nec non & Theodorum ſanctum admodùm virum, qui cum ſene præfato fuerat, idem nobis Pontifex indicauit *&c. quæ num. 78. 79. & 80. continentur.* *Palladius* *Palladius, cap. 7. ſcribit animam huius* Amonis *ab Antonio viſam cælis inferri, & cap. 8. eumdem vltra fluuium Lycum diuinâ virtute tranſuectum recenſet ex Athanaſio:* Hoc autem, *inquit,* miraculum narrauit B. Athanaſius Alexandriæ Epiſcopus ſcribens in vitâ Antonii. *Ruffinus lib. 2. de Vitis Patrum cap. 30.* Ammonis animam, *inquit,* cùm exiſſet de corpore, vidit ferri ad cælum S. Antonius, ſicut refert ſcriptura illa, quæ Vitam deſcribit B. Antonii. *Ita & Sozomenus lib. 1. cap. 14. Clariùs Socrates lib. 4. c. 18.* Huius Ammonis animam, *inquit,* poſt mortem ab Angelis in cælum ſublatam Antonius, qui eiſdem vixit temporibus, vidit, quemadmodùm ab Athanaſio Alexandriæ Epiſcopo in eius vitâ commemoratum eſt, *num. citato 78.*

Socrates,

Ruffinus, 50 *Idem Ruffinus lib. 1. hiſt. Eccl. cap. 8.* De virtutibus Antonii, *inquit,* atque inſtitutis, & ſobrietate mentis, vt in ſolitudine vitam degens, vſus ſolummodò conſortio fuerit beſtiarum, & de dæmonibus crebros agens triumphos, placuerit Deo ſupra cunctos mortales, vtque inſtitutionis ſuæ præclara vſque in hodiernum diem monachis exempla reliquerit, volentem me aliqua exponere, ille libellus excluſit, qui ab Athanaſio ſcriptus etiam Latino ſermone editus eſt. *Eadem excuſatione vtitur Socrates lib. 1. cap. 17. ſibi ſuperuacaneum videri cõmemorare dæmonum callidas pugnas, multa prodigia & miracula S. Antonij,* quoniam ab Athanaſio Alexandriæ Epiſcopo in libro ſeparato de eius vitâ conſcripto iampridem expoſitum eſt, *vt legenti patebit.*

51 *Eſt igitur hæc ipſa Athanaſij genuina lucubratio, quãdo & qui ſaniori pollent iudicio eruditi omnes ita ſentiunt, & quæ hac nunc continentur, eadem ipſius quoque Athanaſij æuo, & deinceps ſemper ex eâ citauêre grauiſsimi auctores. Hæc* inſigne *illud* volumen *eſt, cuius S. Hieronymus de ſcript. Eccl. meminit, in quo S. Pauli Eremitæ omiſſam eſſe Vitam ait num. 2. ex quâ ibidem num. 14. ſcripſit* duos diſcipulos, qui ei longo iam tempore miniſtrare conſueuerant, *quæ hîc infrà num. 113. recenſentur. In hac vitâ commemorantur plurima illa miracula,* *S. Auguſtinus.* *quæ S. Auguſtinus lib. 8. Confeſsionum cap. 6. admiratur. Hæc denique ſub S. Athanaſij nomine in omnibus reperitur codicibus MSS. quorum aliqui plurimis ſæculis antequàm abnormis hæc ſapientia, quam quinti Euangelij præcones eructant, formata eſſet, aut ex Iouis exſculpta cerebro, exarati fuerunt: eadem in excuſis, qui de S. Antonio agunt, aut integrè deſcripta, aut miſſa in compendium, vt §. ſequenti oſtendetur. In Notationibus ad Vitam ipſam reperiet lector, quæ eam S. Athanaſio vindicabũt, ex ipſis etiam aliis eius operibus deſumpta. Demum idem ſpiritus, eadem ſigni Crucis energia, idemq; monachiſmus continetur in Vitâ S. Hilarionis S. Antonij diſcipuli, à S. Hieronymo conſcriptâ, in Vitâ S. Palæmonis XI. Ianuarij, & S. Pachomij, S. Antonio æqualium, vt §. 15. & ad Vitam ſæpius dicetur, & in Vitâ S. Pauli Eremitæ à S. Hieronymo ſuprà X. Ianuarij dictum eſt.*

§. XI. *Vnde hîc ea edita.*

Exemplaria excuſa. 52 EDita eſt hæc S. Antonij vita in Vitis PP. Norimbergæ an. Ch. 1478. & 1483. & alibi in Germaniâ 1483. & 1485. Venetiis 1483. 1508. & 1512. Lugduni 1502. 1509. 1512. 1515. 1520. & 1537. Coloniæ 1548. & 1549. niſi hîc mutato titulo vnus idemq; fuerit typus. Compluti 1596. quas editiones ac nomina typographorum citat Roſvveydus prolegom. 17. Addi poteſt VVittebergenſis, prælo Petri Seitz an. Ch. 1544. ſuperſtite etiam tum iſthicq; commorante Luthero. Inter Vitas Sanctorum eamdem publicarunt Boninus Mombritius tom. 1. Aloyſius Lipomanus par. 2. hiſtoriæ Sanctorum, Laurentius Surius: ſed præ ceteris eam eruditis Præludiis & Notationibus illuſtrauit Heribertus Roſvveydus in Vitis PP. editis Antuerpiæ an. Ch. 1615. & 1627. & Lugduni 1617. Quot autem ab hiſce collectoribus adhibiti codices MSS. ſint, quis dicet? Theodoricus Loher à Stratis Carthuſianus in ſuâ editione Colonienſi an. Ch. 1548. aſſerit in epiſtolâ dedicatoriâ ſe eas ex antiquis & fide dignis exemplaribus MSS. octo aut decem ſimul collatis recognouiſſe. *Plura adhibuit Roſvveydus, eaq; præclara, ad quorum fidem eam vitam recenſuit, nimirum MS. S. Floriani ante annos* *quibus Herib. Roſevveydus.* *amplius octingentos ſcriptum, Audomarenſe, Affligemienſe, Criſpinienſe, Aquicinctinum, Latienſe, Moretianum, Camberonenſe, S. Mariæ Bibracenſe, S. Petri in Munſter, Carthuſianorum Bruxellenſe, Societatis Ieſu Ruramondanum, Sionium religioſarum Cortraci. Ipſe ſingulorum Codicum formam & loca deſcribit Prolegom. 24. Eamdem nos poſt mortem Roſvveydi cum MSS. S. Mariæ de Ripatorio, duobus S. Maximini, Domus S.* *noſtæ vſi.* *Hieronymi Vltraiecti, aliuſq;, & Græco exemplari, de quo infrà, contulimus.*

Aliæ geſtorum S. Antonij narrationes, 53 *Vitam eamdem expreſsêre quotquot acta Sanctorum generatim, aut Eremitarum, Fundatorumq; religioſarum congregationum, etiam compendio, vulgarunt, aut Annales, ſeu Chronica Eccleſiaſtica digeſſerunt, tractatuſq; aſceticos compoſuerunt, quauis linguâ, ne cui populo aut genti ignota Antonij virtus foret. Prolixè præter citatos Vincentius lib. 13. Spec. hiſtor. cap. 91. 92. & 93. & lib. 14. cap. 14. S. Antoninus par. 2. Chronici tit. 15. cap. 3. §. 1. 2. 3. 4. & 5. Baronius tom. 2. anno Chriſti 256. tom. 3. annis Ch. 310. 318. 319. 328. 336. 339. 340. 342. 343. & 358. & to. 4. an. 385. Ioannes Gerſon operum par. 1. ſermone habito in Concilio Conſtantienſi, & par. 4. tribus ſermonibus, quorum primus coram Philippo I. Duce Burgundiæ dictus. Gabriel Biel de feſtiuitatibus Sanctorum ſermone 8. & 9. Iacobus à Voragine, Claudius à Rotâ, Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 92. Zacharias Lippelous, Franciſcus Hæreus, Phreſlebius, Ioannes Baſilius Sanctorius, Alphonſus Villegas, Petrus Ribadeneira, Franciſcus Ortiz Lucius, Ioannes Petrus Maffeus, Gabriel Flamma, Paulus Morigia, Paulus Areſius, Silueſter Maurolycus, Henricus Fabricius, Stephanus Binet, Clemens Marchantius, Iacobus Doubletius, Guilielmus Gazæus, Dionyſius Lamberti, Henricus Adriani, Ludouicus*

etiam linguis peregrinis.

Ludouicus Huuetter, aliiq; innumeri. In hiſce præter Vitam ab Athanaſio ſcriptam ſæpè mentio fit itineris eius ad S. Paulum Eremitam, quod ad X. Ianuarij ex S. Hieronymo aliiſq; datum hîc omittimus. De variis eius reliquiarum Tranſlationibus infrà agemus. Priùs è Vitis PP. apophthegmata aliaq; S. Antonij illuſtria encomia, à S. Athanaſio prætermiſſa proferemus. Subiiciemus miracula quæ poſt Tranſlationem reliquiarum in Galliam, variis Europæ prouinciis patrata ſunt, pauca de multis, neque enim aut ſcripta omnia ſunt, aut ſtudiosè ea conquirere, ferè innumerabilia, animus fuit.

Eiuſdem apophthegmata, tranſlationes,

miracula,

54 Edita Græcè eſt S. Antonij vita Auguſtæ Vindelicorum an. Ch 1611. curante Dauide Hoeſchelio, qui & nouam interpretationem Latinam, notas quaſdam & variantes lectiones ex Anglicano codice Henrici Sauilij adiecit. Eadem extat Græco-Latina tom. 2. operum S. Athanaſij excuſa Pariſiis an. Ch. 1627. Mirum hîc nouam Hoeſchelianam verſionem antiquæ prælatam Euagrianæ, quæ in prioribus editionibus Commelinianâ an. Ch. 1600. & Pariſinâ 1608. extabat. L. Holſtenius in præfatione ad tom. 2. operum S. Athanaſij vltimæ editionis, ait ſe in S. Antonij vitâ ex MS. codice Abbatis S. Amantij aliqua ſupplere & emendare quæ ſeorſim typographus editurus ſit, aut Hoeſchelianis notis inſerturus. Quæ necdum vidimus.

vita Græca.

§. XII. Vitæ huius lectio vtilis.

55 S. Hieronymus in Vitâ S. Marcellæ tradit eam auditâ S. Antonij tunc viuentis, aliorumq; Ægypti monaſteriorum diſciplinâ, non erubuiſſe profiteri, quod Chriſto placere cognouerat. Imitatæ eam Sophronia, Paula, & aliæ. S. Auguſtinus lib. 8. Confeſſionum cap. 6. narrat, occaſione Vitæ S. Antonij apud Treuiros repertæ, duos iſtic in aulâ Imperatorum Agentes in rebus, relictis ſponſis vitam elegiſſe ſolitariam. Incidit, inquit, vt diceret Potitianus, neſcio quando ſe & tres alios contubernales ſuos, nimirum apud Treuiros, cùm Imperator pomeridiano Circẽſium ſpectaculo teneretur, exiſſe deambulatum in hortos muris contiguos, atque illic, vt fortè combinati ſpatiabantur, vnum ſecum ſeorſum, & alios duos itidem ſeorſum, pariterque digreſſos, ſed illos vagabundos irruiſſe in quandam caſam, vbi habitabant quidam ſerui tui, ſpiritu pauperes, qualium eſt regnum cælorum: & inueniſſe ibi codicem in quo ſcripta erat Vita Antonij. Quam legere cœpit vnus eorum, & mirari & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam, & relictâ militiâ ſeculari ſeruire tibi. Erat autem ex eis, quos dicunt Agentes in rebus. Tunc ſubitò repletus amore ſancto, & ſobrio pudore, iratus ſibi coniecit oculos in amicum, & ait illi: Dic, quæſo te, omnibus iſtis laboribus noſtris quò ambimus peruenire? Quid quærimus? cuius rei cauſsâ militamus? Maiorne eſſe poterit ſpes noſtra in palatio, quàm vt amici Imperatoris ſimus? Et ibi, quid non fragile, plenumque periculis? Et per quot pericula peruenitur ad grandius periculũ? Et quã diu iſtud erit? Amicus autem Dei, ſi voluero, ecce nunc fio. Dixit hoc, & turbidus parturitione nouæ vitæ reddidit oculos paginis, & legebat, & mutabatur intus, vbi tu videbas, & exuebatur mundo mens eius, vt mox apparuit. Namque dum legit, & voluit fluctus cordis ſui, infremuit aliquando, & diſcreuit, decreuitque meliora; iamque tuus ait amico ſuo: Ego iam abrupi me ab illâ ſpe noſtrâ, & Deo ſeruire ſtatui, & hoc ex horâ hac, in hoc loco aggredior: te ſi piget imitari, noli aduerſari. Reſpondit ille adhærere ſe ſocio tantæ mercedis tantæque militiæ. Et ambo iam tui ædificabant turrim ſumptu idoneo, relinquendi omnia ſua, & ſequendi te. Tunc Potitianus, & qui cum eo per alias horti partes deambulabant, quærentes eos, deuenerunt in eumdem locum, & inuenientes admonuerunt vt redirent, quòd iam declinaſſet dies. At illi narrato placito & propoſito ſuo, quoque modo in eis talis voluntas orta eſſet atque firmata; petiuerunt ne ſibi moleſti eſſent, ſi adiungi recuſarent. Iſti autem nihilo mutati à priſtinis, fleuerunt ſe tamen, vt dicebãt, atque illis piè congratulati ſunt, & commendauerunt ſe orationibus eorum, & trahentes cor in terrâ, abierunt in palatium. Illi autem affigentes cor cælo manſerunt in casâ. Et ambo habebant ſponſas. Quæ poſteaquàm hoc audierunt, dicauerunt etiam ipſæ virginitatem tibi. Narrabat hæc Potitianus.

Duo Aulici lectione huius vitæ conuerſi:

EX VARIIS.

56 Quæ quidem lectio vti iis tum profuit, ita hæc repetita narratio S. Auguſtini animum ad meliora ſtimulauit. Subdit enim cap. 7. Tu autem Domine inter verba eius retorquebas me ad meipſum, auferens me à dorſo meo, vbi me poſueram, dum nollem me attendere, & conſtituebas me ante faciem meam, vt viderem quàm turpis eſſem, & quàm diſtortus, ſordidus, & maculoſus, & vlceroſus. Et videbam & horrebam, & quò à me fugerem, non erat. Et ſi conabar à me auertere aſpectum, narrabat ille quod narrabat. Et tu me rurſus opponebas mihi, & impingebas me in oculos meos vt inuenirem iniquitatem meam, & odiſſem. Noueram eam ſed diſſimulabam, & conniuebam, & obliuiſcebar. Tunc verò quantò ardentiùs amabam illos, de quibus audiebam, ſalubres affectus, quòd ſe totos tibi ſanandos dederant; tantò execrabiliùs me comparatum eis oderam. Hæc contigiſſe anno ætatis S. Auguſtini 33. Chriſti 387. ſequentia indicant. Omittimus recentiora, quæ plurima ad vitæ huius perſuadendam lectionem afferri poſſent. Nam quòd auctor vitæ S. Pachomij ſcripſit de ſuo æuo, Vitam S. Antonij per id tempus cunctis fuiſſe ad imitandum præclarè propoſitam, idem reliquis omnibus valuiſſe ætatibus certum eſt.

ipſeq; eorum exemplo S. Auguſtinus,

& alij.

§. XIII. S. Antonij publica veneratio.

57 ANtonij mortem etiam elementa lugere vulgò dicebatur, quòd toto ab obitu eius triennio cælum clauſum terras illas Aegypti & Thebaidos arefaceret. Ita S. Hieronymus in vitâ S. Hilarionis, quem & memorat de eius morte abſentem diuinitus eſſe edoctum, & triennio pòſt profectum in montem S. Antonij, vt peruigilem noctem in ipſo, quo defunctus fuerat loco, vt à ſe deberi fatebatur, celebraret. Iuit, & iacuit in ſtratu eius, & quaſi calens adhuc cubile deoſculatus eſt. Macarius quoque, qui corpus magiſtri ſepelierat, S. Poſthumio perſuaſit, vt S. Antonij anachoretarum principis non grauaretur viſitare reliquias, vt huius acta teſtantur. Diem eius natalem mox in Syriâ celebrari conſueuiſſe indicant S. Euthymij Abbatis Acta à Cyrillo monacho conſcripta, vbi dicitur præcepiſſe cùm aduenisſet dies feſtus diuini Antonij, vt vigilarent in templo per totam noctem: & nocturnis illis hymnis ab eo peractis, &c. cùm tres poſteà dies manſiſſet in diaconico, ſabbatho noctu dormit in pace viceſimo die menſis Ianuarii, decimo autem ſexto imperij Leonis, qui Marciano ſucceſſit an. Ch. 457. integro poſt obitum S. Antonij ſeculo, cuius natalis etiam neceſſariò iis cenſebatur XVII. Ianuarij: quòd in vitâ eius editâ per Boninum Mombritium ita in fine legitur: Depoſitus eſt S. Antonius ſexto decimo Kalendas Februarias. Is dies erat Aegyptiis 22. menſis Tybi, vt oſtendit Roſweydus in Onomaſtico, quo die ita in antiquo Coptico, ſeu Aegyptiaco, Menologio refertur: S. Antonij Stellæ terreſtris & Patris omnium monachorum.

S. Antonij natalis celebratus apud Syros,

Ægyptios,

58 Secuti Syros & Aegyptios Græci, celebri admodùm officio eum colunt, vt varia eorum reſponſoria, antiphonæ, cantica, odaria fidem faciunt. Inter alia canuntur hymni à Studitâ, Anatolio, & Teophane compoſiti. Euangelium duplex recitatur, aliud ad matutinum: Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ πατρός μου. Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo. Matthæi 11. à verſu 27. Aliud Ἔστη ὁ Ἰησοῦς ἐπὶ τόπου πεδινοῦ. Stetit Ieſus in loco campeſtri. Lucæ 6. à verſu 17. Hoc in officio Romano in feſto plurimorum Martyrum; illud in feſto S. Matthiæ Apoſtoli, & S. Franciſci legitur. Conſuli Græcorum Menæa poſſunt, & Anthologion in quibus μνήμη τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Ἀντωνίου τοῦ μεγάλου. memoria ſancti & deiferi Patris noſtri Antonij Magni, celebratur in ſanctiſsimâ magnâ eccleſiâ Conſtantinopoli. Idem ex Menæis deſcripſit Maximus Cytheræus, in cuius epitome & Horologio ἀργία ἢ κατάλυσις adſcripta, indicat omne opus ſeruile eo die inhibitum eſſe. Memoratur etiam in Menologio Chriſtophori Mitylenæi, & Calendario Græcorum à Genebrardo edito.

Græcos,

59 Latini

EX VARIIS. *Latinos.*

59 *Latini quoque eodem die S. Antonium ab omni retro memoriâ celebrarunt. MS. Martyrol. S. Hieronymi:* In Ægypto depoſitio S. Antonij monachi. *MS. Rhinovv.* In Ægypto Antonij monachi. *Idem habet MS. S. Martini Treuiris. Vetus Romanum à Roſvveydo editum*: Apud Thebaidem Antonij monachi. *meminit & peruetuſtum MS. Hibernicum. Antiquum MS. Centulenſe*: In Ægypto apud Thebaidem depoſitio B. Antonii Abbatis, qui multa millia monachorum Chriſti ſeruitio mancipauit, atque vitâ & miraculis clariſſimus vixit. *MS. Latienſe, & Tornacenſe S. Martini*: In Ægypto S. Antonii monachi, qui cùm eſſet abſtinentiſſimæ vitæ multis miraculis efflоruit, cuius vitam B. Athanaſius ſcripſit. *Plurima alia Martyrologia corporis quoque tranſlationem referunt, de quâ infrà ſeparatim agetur. Ita Vſuardus:* Apud Thebaidem B. Antonii monachi, cuius corpus ſub Iuſtiniano Imperatore diuinâ reuelatione repertum, Alexandriæ delatum eſt, & in eccleſiâ S. Ioannis Baptiſtæ humatum. *Eadem vnà cum tranſlatione eius habent Beda, Ado, Rabanus, Notkerus, Bellinus, & plurima MSS. in quibus de Vitâ S. Antonij ex S. Athanaſio plura fuſiùs & παραφραστικῶς narrantur. Martyrologium Romanum :* In Thebaide S. Antonii Abbatis, qui multorum monachorum Pater, vitâ & miraculis præclariſſimus vixit: cuius geſta Athanaſius inſigni volumine proſecutus eſt. *Maurolycus quoque, Galeſinius, Felicius, aliiq; neoterici eum in ſuis Martyrologiis exhibent.*

60 *Gauantus Comment. in Rubr. Breuiarij, ſect. 7. cap. 3. ait S. Antonij memoriam celebrari in Appendice MS. Sacramentario S. Gregorij non diu poſt eius obitum addita. Annotatur* *Eius diei officium.* *Natalis Antonij monachi in vetuſtiſſimo Kalendario monaſterij Epternacenſis circa an. Ch. 740. conſcripto. Addit Gauantus eius officium ſimplex referri in MS. Breuiario, Semiduplex in excuſo an. Ch. 1550. Duplex inſtitutum à Pio V. At in Miſſali Rom. excuſo Venetiis 1508. ſcribitur* Antonii Abbatis ſolenne generaliter. *In Breuiario Pauli III. à Cardinale Quignonio ordinato fuit* Duplex minus. *Hæc de Romano. In aliis variant ritus diuerſarum Eccleſiarum. In nonnullis ſola commemoratio facta: in aliis officiis referuntur tres lectiones, in aliis nouem, & ſæpius* duplex *annotatur. In quibuſdam Gallicanis, & Anglicanis excuſis nomen eius non extat, ſed hunc diem vindicat ſibi S. Sulpitius, de quo infrà.* Duplex *etiam pridem in pluribus excuſis fuit, vti in antiquis Belgicis Antuerpienſi, Bruxellenſi, Brugenſi, Audomarenſi, & VVindesbemienſi Canonicorum Regularium, Eborenſi in Luſitaniâ, Sleſvvicenſi in Daniâ, Mediolanenſi S. Ambroſij, aliiſq; ; quamuis & trium lectionum fuerit in quamplurimis. In Benedictinis pluribus Breuiariis, vſitato iis ritu, XII. Lectionum eſt. Lectiones prorſus in omnibus ex vitâ S. Antonij deſumptæ. Nonnulla inferiùs addentur, cùm de Tranſlatione, igniſq; ſacri, qui vulgò S. Antonij dicitur, curatione agetur.*

§. XIV. *Doctrina S. Antonij.*

61 *Rodolphus Hoſpinianus, Abrahamus Scultetus, Andreas Riuetus, pugnantia commemorari de Antonio aiunt, nimirum* cauſſidicum *eum fuiſſe ac valdè doctum, & à vitæ ſcriptore* indoctum litterarumque imperitum *dici. Eruditè duos priores confutauit Roſvveydus; cuius ſi rationes ſedato animo expendiſſet Riuetus, abſtinuiſſet acerbiori, ſibi tamen ſatis ſolitâ, cenſurâ. Perſpexiſſet enim, quod ille monuit, à Suidâ Antonium quemdam Alexandrinum laudatum, ethnicum fortaſſis, qui Alexandriæ & Byzantij cauſſam ſororis egerit, cum S. Antonio ab iis temerè confundi, quod ille pluribus deducit. Nec Alexandrinus fuit S. Antonius. Ne cauſſidicus dicatur, arcanâ & ſacratiore quadam ratione, haud equidem obſiſtemus: nam & ob miſerorum patrocinium ad Iudices acceſſit, reos defendit, miſericordiam implorauit, & vt quidam abſoluerentur emeruit num. 108. Hæreticorum audaciam, qui eum Arianis paria de religione ſentire iactarant, retudit, ab interiori eremo eâ ſolâ cauſſâ Alexandriam profectus: iſthic ſacrorum orthodoxorum cauſſam egit, adeoq; Arianos iudex ipſe* publico ſermone condemnauit, *num. 91. & 92. Athanaſio laboranti perſæpe præſtò fuit, teſte Sozomeno lib. 2. cap. 29.* De eo ad Imperatorem ſcripſit, *eumq;* obſecrauit vt Meletianorum ſententiæ minimè aſſentiretur, ſed eorum criminationes calumniarum loco duceret. *Hæc eius doctrina, hoc ſanctiſſimi aduocati munus; hæ partes myſtici cauſſidici, eò efficaciùs, quia virtute magis quàm linguâ, perorantis. Idcircò inter præcipuos Concilij Nicæni aſſertores numeratur à Socrate, Nicephoro, Sozomeno. Huius verba lib. 3. cap. 12. hæc ſunt :* Præter ceteros omnes qui in Oriente ætatem degebant, viſi ſunt decretis Concilij Nicæni mordicus adhæreſcere, Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Athanaſius Alexandriæ, & tota monachorum multitudo: quin etiam Antonius Magnus, qui adhuc in vitâ manebat, & qui cum eo verſabantur omnes. *& Fidei defenſor.*

Non cauſſidicus S. Antonius, ſed miſerorum patronus,

62 *Sed aliis quoque in rebus eius perſpecta eruditio eſt, ipſo quoque teſtante Athanaſio in acutâ illâ, & diuini cuiuſdam plenâ ingenij de myſteriis Fidei Chriſtianæ cum Philoſophis diſputatione, quæ cap. 17. refertur ; in ſublimi de aſſiduâ mentis innouatione, de naturâ, technis, & imbecillitate dæmonum, deq; diſcretione ſpirituum, habito ad diſcipulos ſermone qui cap. 5. 6. 7. 8. & 9. deſcribitur, ab ipſomet, eiuſue diſcipulis, traditus litteris. Nam & S. Antonium inter ſcriptores Eccleſiaſticos recenſuit S. Hieronymus:* Miſit Ægyptiacè, *inquit cap. 88.* ad diuerſa monaſteria Apoſtolici ſenſus, ſermoniſque Epiſtolas ſeptem, quæ in Græcam Linguam tranſlatæ ſunt, quarum præcipua eſt ad Arſenoitas. *De his ita Symphorianus Campegius in epiſtolâ ad Hectorem Dallum Sedis Apoſtolicæ Protonotarium:* Grauitatemne an ſuauitatem plus admirer neſcio. Namque aptiſſimè exorditur Antonius, lucidè Prophetarum narrat hiſtorias, inuehit acriter, variè ornat, artificioſè complectitur. Tam aptè, tam ornatè, tam copioſè, tam pulchrè in epiſtolis orauit Antonius. *Hæc Campegij epiſtola ipſis præfixa S. Antonij epiſtolis à Valerio Saraſio Latinè redditis, in Bibliothecâ Patrum, editione 1. Pariſienſi tom. 1. edit. 2. & 3. Pariſ. tom. 3. & editione Colonienſi tom. 4. In iis non propriè ſed metaphoricè accipiendum monuit Magiſter ſacri Palatij, quòd* Angeli *dicantur* dolere, *aut* de malis hominum triſtari. *Editus eſt, & ſub S. Antonij nomine* ſermo breuis de vanitate mundi & reſurrectione mortuorum *à Gerardo Voſsio ex antiquo MS. Aldi Manutij, qui in Bibliothecâ PP. editionis Colonienſis ſimul cum epiſtolis excuſus. Tritthemius lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis S. Antonio adſcribit* celebre opus duorum librorum quod Meliſſa, id eſt, Apicula, nominatur. *Sed Tritthemium falli docet Poſſeuinus in Apparatu ſacro, & in editione Francofurtenſi ann. 1601. omiſſum eſt.* *Egregiè doctus,* *aliaq;.* *epiſtolas ſcribit,*

63 *De his aliiſq; eius ad Imperatores alioſue epiſtolis, diſceptari poſſit, num ab eo exaratæ fuerint, an potiùs quæ diuino ſpiritu concepta, amanuenſi dictata ſint. nam* puer non ſe litteris erudiri paſſus eſt, *num. 3. &,* cùm litteras non didiciſſet, ingenioſiſſimus & prudentiſſimus erat, *num. 93. &* mundi ſapientes eum irridere cupiebant, quia litteras ignoraret, *num. 95. ideò num. 87.* erat ſecundùm quod ſcriptum eſt à Deo doctus. *Quod vtrumque de eo teſtatur S. Auguſtinus Prologo lib. 1. de doctrinâ Chriſtianâ:* Antonius, *inquit,* ſanctus & perfectus vir, Ægyptius monachus, ſine vllâ ſcientiâ litterarum Scripturas diuinas & memoriter audiendo tenuiſſe, & prudenter cogitando intellexiſſe prædicatur; *quod ipſum inſcriptum Martyrologio Bedæ vulgato, Adonis, Notkeri, & aliorum, atque in Tritthemij libro de ſcriptor. Eccleſ. Innuitur idem in vitâ num. 7.* Auditioni ſcripturarum ita ſtudium accommodabat, vt nihil ex eius animo laberetur ; ſed vniuerſa Domini præcepta cuſtodiens, memoriam pro libris haberet. *Quin & naturam rerum à Deo conditarum Antonio inſtar librorum fuiſſe docet Euagrius Ponticus diſcipulus S. Macarij Aegyptij lib. de monachis apud Socratem lib. 4. cap. 18.* Cuidam ex eorum numero, *inquit,* qui id temporis ſapientes ſunt habiti, ad Antonium illum iuſtum accedenti, quærentique quo pacto vitam poſſet ſuſtentare ſolatio illo, quod ex libris capi poteſt, orbatus, reſpondit: Meus liber, ô Philoſophe, eſt natura rerum à Deo conditarum, quæ quotieſcumque animo libitum ſit meo, libros ipſius Dei legendos ſuppeditat. *aut,* quæ mihi quoties verba Dei legere cupio adeſſe conſueuit, *vti refertur lib. 6. de Vitis Patrum interprete Ioanne libel. 4. num. 16.* *An omnino ignarus litterarũ,*

64 *At*

64 *At fortaſſis hæc litterarum dicta imperitia eſt, quòd Græcam linguam, eo tempore Aegyptiis familiarem & domeſticam ignoraret. Ita* Eulogius Alexandrinus diſciplinarum liberalium Scholaſticus *Græcum, non Aegyptiacum, ſermonem norat. Pallad. cap. 26. at* Ioſeph Abbas *apud Caſſianum Coll. 26. cap. 1. quia* primarius ciuitatis ſuæ Thmuis fuit, Ægyptiâ & Græca facundiâ diligenter edoctus erat. *Adde quòd numquàm legatur per alium ſcripſiſſe, vti dicitur allocutus alios per interpretem, qui eius verba diligentiſſimè in Græcum ſolebat exprimere ſermonem num. 94. & 96. Et in vitâ S. Hilarionis à S. Hieronymo* Iſaac interpres Antonij *appellatur, & apud Palladium cap. 26.* Cronius fuit verborum interpres, cùm B. Antonius Græcè neſciret: *quâ linguâ ſacri & profani libri erant ferè conſcripti, ideoq; à Philoſophis ſpernebatur, quia & aliarum artium liberalium ignarus. Sic vulgò illitterati & idiotæ cenſentur, qui alioquin vernaculo idiomate & legere litteras, & exarare, adeoq; & libros conſcribere norunt. Et quomodò num. 8. Fratrum dicitur* legendi æmulatus induſtriam, *ſi omnino legere non norat? Vt vt ſe ea res habuerit, hoc à Sozomeno lib. 1. cap. 13. de S. Antonio præclarè pronuntiatum eſt*: Litteras neque nouit, neque magni æſtimauit; ſed puram mentem, vtpote litteris antiquiorem, & earum inuentricem, laudauit plurimùm.

an ſolùm Græcarũ,

artiumq; liberaliũ.

§. XV. S. Antonij diſciplina monaſtica.

65 NEgat *Scultetus reperire ſe in hac S. Antonij hiſtoriâ vitæ monaſticæ leges, quas* Nazianzenus *ſcribit Athanaſium ſub narrationis prætextu voluiſſe promulgare. Reperére ſanè hactenus aſceticæ vitæ ſtudioſi, reperiuntq; in dies, qui imitandi ſtudio eam euoluunt. Nec mirum ſi aciem effugiunt eorum, quibus mentis oculi à carnalium ſtudio cupiditatum caligent. Neque opus foret eas hic commonſtrare, ipsa lectione mox occurſuras, niſi operæ pretium videretur, in ſuas partes omnem eam vitæ monaſticæ ab eo exercitatam traditamúe diſciplinam breuiter diſtribuere, tum ex vitâ ipſius* Antonij, Hilarionis, Abrahæ, Palæmonis, Pachomii, *tum ex* Caſſiani Inſtitutionibus.

Regula monaſtica in S. Antonij vitâ expreſſa.

66 *Ab habitu ordiamur, quo à ceteris mortalibus ſecernuntur monachi.* S. Hilarion, vt S. Antonium vidit, mutato priſtino habitu apud eum manſit. *Sic &* S. Palæmon ſpiritualibus oculis intuens Pachomii fidem, tandem patefecit aditum, eumque ſuſcipiens habitu monachi conſecrauit, *vt ſupra XI. Ianuarij num. 4. dictum. Hanc veſtis mutationem, dum quis in monachum conſecratur, refert S. Dionyſius Areopagita Eccleſ. hierarchiæ cap. 6. &* dicatum Deo habitum *Tertullianus de velandis Virginibus cap. 3. Et renuntiantem ſeculo, per manus Abbatis, in medio Fratrum, indui monaſterij veſtimentis ſolitum, docet Caſſianus lib. 4. Inſtit. cap. 5. De veſtimentis ſuis ita ante mortem Antonius ſtatuit num. 114.* Meloten, *inquit*, & pallium tritum, cui ſuperiaceo date Athanaſio Epiſcopo, quod mihi nouum ipſe detulerat. Serapion aliam accipiat meloten; vos cilicinum habetote veſtimentum. *& num. 61.* veſtimento cilicino intrinſecus, deſuper pelliceo vtebatur. *Eiſdem vſus veſtibus* S. Hilarion, ſacco membra coopertus & pelliceum habens ependyten, quem illi B. Antonius proficiſcenti dederat, *cùm monachum conſecraret,* ſagumque ruſticum. Saccus *ibidem* tunica ſaccinea, tunica cilicina, *&* cilicium *dicitur à S. Hieronymo.* Saccum, *inquit*, quo ſemel fuerat indutus, numquàm lauans, & ſuperfluum eſſe dicens munditias in cilicio quærere. *Sic* ſago tunicâque cilicinâ *indutus deſcribitur* S. Abraham Eremita *à S. Ephræm Diacono XVI. Martij, &* B. Pachomius ad humiliandum corpus proprium induebat ſe plerumque cilicio. *Huius loco ordinaria monachorum* veſtis interior linea *erat*, lebiton, *ſeu* colobium *dicta*, quâ *ibidem dicuntur* vti monachi per Thebaidem & Ægyptum; *quam mutabant* cùm ſordes neceſſitas coëgiſſet eluere. *Caſſianus lib. 1. cap. 5.* Colobiis lineis induti, quæ vix ad cubitorum ima pertingunt nudas de reliquo circumferunt manus. *Et Iſidorus lib. 19. Etymolog. cap. 22.* Libitonarium, *inquit*, eſt colobium ſine manicis, quali monachi Ægypti vtuntur: *& potiùs quàm cilicinâ veſte, inquit Caſſianus cap. 4. quòd* hæc ad neceſſàrii operis exercitium, in quo monachum ſemper impigrum expeditumque oportet incedere, inhabilis atque inepta ſit: *tum etiam, ſi videatur, præbeat* elationis vanitatem. *Hæc de interiori veſte.*

Habitus

interior, aliis cilicium,

aliis colobium lineum;

Ex vsvs.

67 *Exterior erat pellicea, ideoq;* melotes *dicta, aptata & confecta ex pellibus ouinis aut caprinis, ſimul cum lanâ corpori detractis.* μῆλον *ouem* ἄρσιν, *Homero Odiſſ. ξ. capram ſignificat. Ita* S. Paulus Simplex pelle ſua ouillâ verberabat dæmoniacum. *& in regulâ S. Pachomij in eius Vitâ:* Habeant ſinguli meloten, id eſt, pellem caprinam confectam albam, ſine quâ neque comedant, neque dormiant. *at Palladius cap. 38.* Habeat vnuſquiſque pellem ouillam laboratam. *& Caſſianus cap. 8.* Vltimus eſt habitus eorum pellis caprina, quæ melotes, vel pera appellatur, *vbi* peram *pro* penulâ *poſitam exiſtimat Gazæus. Sozomenus lib. 3. cap. 13. indumenti huius rationem exponit.* Iſti, *inquit de monachis Aegypti,* ad exemplum Eliæ Theſbitæ pellibus ſe induebant, vt ſinguli ex pelle corpori circumiecta virtutem Prophetæ ſemper in memoriam reuocantes, ſtrenuè contra cupiditates Venereas confligerent. *aut certè eos imitati ſunt de quibus Apoſtolus à Caſſiano citatus:* Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti; quibus dignus non erat mundus: in ſolitudinibus errantes, in montibus, & ſpeluncis, & in cauernis terræ. *Eliæ pallium* meloten *appellat S. Hieronymus epiſt. 28. ad Lucinium, ſecutus LXX. Interpretes 3. Reg. 19. 19. & 4. Reg. 2. 8. & Cronius apud Palladium cap. 26. & Paſchaſium cap. 19. num. 3. & infrà in Apophth. num. 46. vidit* S. Antonium chlamyde pelliceâ amictum, *quam S. Hieronymus in vitâ S. Hilarionis nominat etiam* tunicam, cucullam, & ependyten pelliceum. Cucullam *fortè ob* cucullum, *ſeu* cucullionem *connexum, quo* caput vſque ad ceruicis humerorumque confinia contegebatur, *vt Caſſianus tradit cap. 4. &* cucullum operiebat caput S. Pachomij.

exterior, melote, ſiue tunica pellicea,

Hebr. 11. 37.

qua & cuculla,

68 Ependytes, Græce ἐπενδύτης, *ſuperior ſeu ſumma veſtis.* ἐπενδύομαι ſuperinduor, *Plutarcho in Pelop. Ita pro melote accipitur in vita S. Antonij num. 61.* Antonius impauidus neglecto perſecutoris imperio lauit ependyten ſuum. Et aliâ die ſtans in quodam eminenti loco, candente præcinctus veſte, procedentem Iudicem ſuo prouocabat adſpectu, flagrans cupiditate martyrij. *Vbi obſeruandum primò Antonium veſte nitida atque mundâ apparuiſſe, vt eo apparatu ſe monachum ad martyrium tamquàm ad conuiuium læto animo offerret; itaque Græcè legitur* φαίνεσθαι τῷ ἡγεμόνι λαμπρόν. Vt Duci, *ſeu* Iudici, amœnus, *ſeu* conſpicuus appareret. *Secundò, Interpretem Euagrium vertiſſe* candente præcinctum veſte, *quòd fuerit alba, quæ à lotione candebat. Id noſſe potuit ob meloten S. Athanaſio ab obitu S. Antonij oblatam, à ſe aut S. Euſebio Alexandriæ viſam. & in Regulâ S. Pachomij tam in vitâ quàm apud Palladium* meloten ex pelle albâ confici *præcipitur. Vix ſe expediunt hic Roſvveydus in Notat. num. 56. & Baronius tom. 2. an. Ch. 256. num. 19. dum hic vult* S. Antonium, vt cognoſceretur eſſe Chriſtianus, alba induiſſe indumenta: *ſed monachi, non alij Chriſtiani, erant ciuitate edicto publico pulſi. Roſvveydus interim vult candida veſte veniſſe,* vt Ægyptiis albâ indutis mixtus ſecuriùs procederet, quòd monachis, qui pullâ veſte dignoſcebantur, ciuitate eſſet interdictum. *Sed de candente & loto pridie ependyte hic agi nimis certum eſt, maximè ſi Græca cum Latinis conferantur. Erat autem* ependytes, *ſeu* melotes, *veſtis monachis propria, vt de ependyte Aſcetici ſcriptores ſcribunt apud Roſvveydum in Onomaſtico, & in vitâ S. Pachomij:* exceptis melotis, quas feminæ non habent, omnis inſtitutionis earum forma monachis probabatur eſſe conſimilis.

& ependytes,

candidi coloris.

69 *Tertiò obſeruandum hanc veſtem* præcingi *ſolitam; vt* monachus, *inquit Caſſianus cap. 2.* inſtar militis Chriſti accinctis lumbis incederet: *Ita Elias & Ioannes Baptiſta zonâ pelliceâ dicuntur aſtricti, S. Hieronymo epiſt. 8. ad Demetriadem & in c. 3. Matthæi. S. Dorotheus Doctrinâ 1. de Renuntiatione cũ* deiferos Patres *monachorũ retuliſſet* Antonium, Pachomium, Macarium, alioſque; Habemus, *inquit de*

Zonatellicea.

veſtitu

Ex variis. *veſtitu agens*, zonam pelliceam circa renes noſtros. Id ſignum eſt ad opus quodque accincti vt quamprimùm ſimus & parati.

70 *Hæc de ordinariis S. Antonij veſtimentis, quibus pallium ſæpè adiiciebat, quod à S. Athanaſio acceperat duplex; vnum ab obitu iam tritum ei remiſſum, altero S. Pauli corpus inuoluit.*

Pallium, ſiue Maſortes. *In Vitâ S. Hilarionis dicitur* ſagum ruſticum, pallium, & palliolum: *quod Caßianus cap. 7.* maſortem *appellat.* Anguſto palliolo, *inquit*, tam amictus humilitatem, quàm vilitatem pretij compendiumque ſectantes, colla pariter atque humeros tegunt, quæ maſortes tam noſtro quàm illorum nuncupantur eloquio. *Verùm hoc S. Athanaſij donum latius ſine dubio fuit & longius pallium, non abſimile cappis ſuperioribus monachorum: itaq; Baronio an. Ch. 57. num. 97. videtur* pallium paullatim à communi fidelium vſu deſciuiſſe, & monaſticam vitam profitentibus ceſſiſſe. *In hoc pallio S. Antonius iacuit moribundus, cùm aliàs* membra quieti conceſſurus iunco contexto (mattam *vocat Pelagius lib. 5. lib. 8. num. 1. in Apoph. num. 7.*) & cilicio vteretur, *num. 14. & Sozomen. lib. 1. cap. 13.* Somnum ſuper paruam ſtoream cepit, non rarò autem humi iacens ipsâ terrâ pro cubili vſus. *Ita S. Hilarion* ſuper nudam humum ſtratumque iunceum vſque ad mortem cubitauit. Erat autem cellula S. Antonij non plus menſuræ per quadrum tenens, quàm homo dormiens extendi poterat, *teſte S. Hieronymo in vitâ S. Hilarionis. Hactenus de veſtitu.*

Victus, panis, ſal, aqua; 71 *Victus ratio deſcribitur in vitâ num. 18. cui conſonant hæc verba Sozomeni:* Erat ei cibus, panis ſolùm & ſal; potus autem aqua: tempus prandij, ſolis occaſus. ſæpenumerò ad biduum & ampliùs cibo abſtinuit, *imò tum ei prandium valdè adhuc tenue fuit. Infrà in Apophth. num. 51. & 53. ſenex poſt quinque dierum ieiunium vnicum paximatem, ſeu paxamidium, id eſt, panem ſex vnciarum ſiccum, aquâ madefactum comedit. Nam in vitâ num. 22.* more Thebæorum panes ſex menſium ſecum recondit, cùm per annum incorrupti durent. *At monachis præſcripta* refectio *erat* ſolius panis in duobus paximaciis, quos paruulos panes vix libræ vnius pondus habere *docet Caßianus Collat. 2. cap. 19. & lib. 4. Inſtit. cap. 14. Et S. Antonius apud Ruffinum lib. 2. de Vitis Patr. cap. 31.* S. Paulo Simplici cibum in veſperam ſumere præcepit, ſed obſeruare ne vnquam ad ſaturitatem vſque peruenirent, & præcipuè in potu, confirmans non minùs per aquæ abundantiam phantaſias fieri animi, quàm per vinum calorem corporis creſcere.

72 *Et hæc arida comeſtio illis* xerophagia *dicebatur: alia erat* homophagia, *quando crudis & incoctis oleribus, aquâ madefactis & ſale conditis veſcebantur; ξηρὸς enim* aridum, *& ὠμὸς* crudum *ſignificat. ita num. 67.* olus coluit, vt aliquo *hoſpites* venientes ſolatio refouerentur. *Has eis* delicias reputari *aſſerit Caßianus lib. 4. Inſtit. cap. 11.* ſi herba ſale condita, quam lapſanium vocant, aquâ diluta, ad refectionem Fratribus apponatur. Quæ in hac prouinciâ (*Galliâ*) nec aëris temperies, nec qualitas noſtræ fragilitatis admittit. *Et de monaſteriis agens cap. 24.* Nec tanta cura, *inquit*, inter eos parandorum ciborum, vel coctionis impenditur, quippe qui maximè xerophagiis vel homophagiis vtuntur, & apud quos ſecta ſingulis menſibus porrorum folia, lapſana, ſal frictum, oliuæ, piſciculi minuti ſaliti, quos illi mœnidia vocant, ſumma voluptas eſt. *Ideò S. Antonius ad monaſterium ablegare volebat Paulum Simplicem in Apoph. num. 51. vbi Fratres poſſent ferre eius imbecillitatem; & num. 46. in monaſterio exiſtens iubet hoſpitibus* lentem parari: *pro cuius edulio, ſeu decoctione rufâ Eſau vendidit ius primogeniti Gen. 25. v. 34. Legantur Vitæ SS. Hilarionis & Pachomij, & Caßianus lib. 4. Inſtit. à cap. 17. ad 23.*

in deliciis olera cruda.

Opus manuum cum pſalmis, aut collatione. 73 *Reſtat exercitatio eius quotidiana. Diſcipuli poſt eius obitum S. Hilarioni loca ſingula oſtendentes*, Hic, *aiebant*, pſallere, hîc orare, hîc operari, hîc feſſus reſidere ſolitus erat. Has vites, has arbuſculas ipſe plantauit, illam areolam manibus ſuis ipſe compoſuit *&c. ita S. Hieronymus in vitâ S. Hilarionis. Primò, quòd ad pſalmos attinet*, Per vniuerſam, *inquit Caßianus lib. 2. Inſtit. cap. 4.* Ægyptum & Thebaidem duodenarius pſalmorum numerus tam in veſpertinis, quàm in nocturnis ſolennitatibus cuſtoditur; ita dumtaxat, vt poſt hunc duæ lectiones, veteris ſcilicet ac noui Teſtamenti ſingulæ, ſubſequantur. Qui modus antiquitus (*diu ante S. Antonium, vt cap. ſequenti oſtendit*) conſtitutus, idcircò poſt tot ſecula penes cuncta illarum monaſteria intemeratus nunc vſque perdurat; quia non humanâ adinuentione ſtatutus à ſenioribus affirmatur, ſed cælitus Angeli magiſterio Patribus fuiſſe delatus. *quod mox explicat. Hoc ritu S. Antonius in Apophth. num. 53. cum Paulo Simplice* pſalmum pſallit quem nouerat: & cùm eum duodecies ceciniſſet, duodecies orauit. *hoc ad veſperam.* & mediâ nocte excitauit eum ad orationem *&c. de quâ nos plura in Apophth. num. 26. vtq; etiam inter opus omittenda non ſit num. 27. & in vitâ num. 7. & Caßianus toto libro 2. & 3. vbi hæc cap. 2. leguntur:* Apud illos hæc officia, quæ Domino ſoluere per diſtinctionem Horarum (*quas cap. 3.* Tertias, Sextas & Nonas *vocat*) & temporis interualla cum admonitione compulſoris adigimur, per totum diei ſpatium iugiter cum operis adiectione ſpontaneè celebrantur. Ita namque ab eis inceſſanter operatio manuum priuatim per cellulas exercetur, vt pſalmorum quoque vel ceterarum Scripturarum meditatio numquàm penitùs omittatur. Cui preces & orationes per ſingula momẽta miſcentes, in his Officiis, quæ nos ſtatuto tempore celebramus, totum diei tempus abſumunt. Quamobrem exceptis veſpertinis ac nocturnis congregationibus, nulla apud eos publica ſolemnitas, abſque die Sabbathi vel Dominicâ, in quibus horâ tertiâ ſacræ communionis obtentu conueniunt. *Vtrumque diem ſabbathinum & Dominicum feſtum agi ſolitum docent Clemens lib. 6. Conſtit. cap. 24. Socrates lib. 6. cap. 8. & paſſim Caßianus. Aliis diebus ſolennitati nocturnæ priuatæ ſuccedebat meditatio, quam* cum adiectione operis exequebantur *teſte Caßiano lib. 2. cap. 13. & 14.* ne velut otioſis valeat ſomnus irrepere. Sicut enim nullum ferme ab eis otii tempus excipitur, ita nec meditationi quidem ſpirituali finis imponitur. *Sæpè etiam Collationes inter operandum fiebant. Ita* S. Antonius & S. Macarius Ægyptius ſedentes à ſero, & colloquentes de vtilitate animarum, faciebant plectam ex ramis palmarum, *vt dictum eſt §. 6. & infrà de S. Antonio in Apophth. num. 27. dicetur.* S. Hilarion fiſcellas iunco texens æmulabatur Ægyptiorum monachorum diſciplinam. & SS. Palæmon & Pachomius texebant cilicia, & laborabant manibus ſuis vt darent pauperibus, *ſuprà XI. Ianuarij num. 4. quod pluribus in Apoph. cap. 1. faciendum docet S. Antonius, & feciſſe dicitur in vitâ num. 7.*

VITA

AVCTORE S. ATHANASIO EPISC.

PROLOGVS EVAGRII INTERPRETIS.

EPreſbyter Euagrius Innocentio *a* cariſſimo filio in Domino ſalutem. a

b Ex aliâ in aliam linguam ad verbum expreſſa tranſlatio, ſenſus operit, & veluti lætum gramen ſata ſtrangulat. Dum enim caſibus & figuris ſeruit oratio, quod breui poterat indicari ſermone, longo ambitu circumacta vix explicat. Hoc igitur ego vitans, *c* vitam B. Antonii, te petente, ita tranſpoſui, vt nihil deſit ex ſenſu, cùm aliquid deſit ex verbis. Alii ſyllabas aucupentur & litteras, tu quære ſententiam. b c

a *Eumdem Sanctus quoque Hieronymus epiſt. 49.* cariſſimum *appellat. Vnde coniectat Roſvveydus Presbyteratu non fuiſſe initiatum. De eo & Euagrio actum §. 9.*

b *Præfatiuncula hæc iiſdem verbis, tacito Euagrij nomine, inſerta eſt epiſtolæ* 101 *S. Hieronymi ad Pammachium, cap.* 11. *vt ſuprà monuimus.*

c *Apud S. Hieron.* ita B. Antonium, te petente, tranſpoſui.

PRO-

PROLOGVS AVCTORIS.

a 1 ATHanasius Episcopus ad *a* peregrinos fratres.

Optimum, Fratres, iniistis certamen; aut æquari Ægypti monachis, aut *b* superare nitentes virtutis instantiâ. Etenim apud vos iam plurima sunt monasteria: monachorum quoque nomen est celebre: & hanc voluntatem vestram iustè quisque mirabitur: orantibusque *c* vobis optatum Deus tribuet effectum. Quoniam igitur exegistis à me, vt vobis scriberem de conuersatione B. Antonij, volentibus discere, quemadmodùm cœperit, quiúe fuerit ante sanctum propositum, *d* qualem etiam habuerit terminum vitæ, & si vera sint ea, quæ de ipso fama dispersit, vt ad eius æmulationem atque exemplum vos instituere possitis; magnâ cum lætitiâ suscepi vestræ caritatis imperium. Et mihi enim ingens lucrum est atque vtilitas hoc ipsum, quòd recordor Antonij; & vos cum admiratione audientes, scio eius propositum cupere sectari: perfecta est siquidem ad virtutem via, Antonium scire quis fuerit.

b *Vitas. Antonij quo hortante scripta:*

c

d

via ad virtutem:

2 Ergo vt breuiter dicam, & omnibus, quæ de eo referentium sermo iactauit, credite, & minima vos existimate audisse de maximis: quia non ambigo, nec eos omnia potuisse cognoscere, cùm & ego rogatus à vobis, quantacumque per epistolam significauero, non æqualia sim eius meritis narraturus. Sed & vos omnes hinc *e* nauigantes studiosè percontamini, quò singulis, quæ norunt, referentibus, congrua dignaque tanti nominis relatio compleatur. Disponebam itaque post lectionem litterarum vestrarum aliquos ad me monachos inuitare, *f* & maximè eos, qui *f* crebrò ad eum ire consueuerant: vt pleniùs aliquid addiscens, munera vobis maiora transmitterem. Sed quoniam & nauigationis tempora labebantur, & litterarum portitor vehementissimè festinabat, ideò ea, quæ & ipse noueram (*g* frequenter enim eum visitaui) & quæ ab eo didici, qui ad præbendam ei *h* aquam non paullulum temporis cum eo fecit, dilectioni vestræ indicare properaui: vtrobique curam veritatis habens, vt neque plus aliquis audiens, miraculorum congestionem non credat, nec rursum meritis eius inferiora cognoscens, non putet dignum esse miraculo pro tanti nominis viro.

e

f

accurata est, & solida.

g

h

Peregrini Fratres,

a *Locum certum, in quo* plurima sint monasteria *indicant sequentia. In* Scetes *solitudine diximus* §. 1. *Nitrienses monachos, partim indigenas, partim hospites, seu peregrinos, Græcè* ξένους *incoluisse quinquaginta tabernacula. Græcè hîc inscriptio est* πρὸς τοὺς ἐν τῇ ξένῃ μοναχούς. *An regio ea Alexandrinis dicebatur* Ξένη, Xene, *& monachi* ξένοι, hospites, peregrini? *Stephanus pagum Libyæ* Ξενίφυριν *agnoscit. an vox composita* ἀπὸ τῆς ξένης καὶ φύρειν, *quod* permiscere *significat, quia indigenis immisti peregrini eam regionem habitarint. Imò omnes Scetes, seu Libya, monachos hîc intelligi fortè coniicias ex Cassiano lib.* 4. *de vitis PP. cap.* 39. *vbi Ægypti monachi dicuntur* de laboribus suis peregrinos & aduenientes Fratres secum reficere, & ad loca Libyæ, quæ fame laborant, immanem conferre alimoniæ substantiam. *& S. Pambo apud Palladium cap.* 10. *accepta* à Melaniâ Romanâ vasa argentea trecentarum librarum iussit dispensari vniuersæ fraternitati quæ est in Libyâ, & in insulis, quòd hæc monasteria magis indigerent.

fortè Scitiotæ in Libyâ.

b *Palladius cap.* 69. *de Nitriensibus scribit:* Se inuicem superabant virtutibus, & magno studio se exercebant, & in vitâ se inuicem contendebant superare.

c *MS. S. Maximini* nobis. *Græcè* ἐυχομένων ἡμῶν.

d *Ex hoc præcipuè loco ductâ argumentatione concluſimus* §. 7. *hanccе Vitam post S. Antonij obitum scriptam esse.*

Mareotis palus.

e *Agitur fortassis hîc de traiectu* Mariæ, *siue* Mareotidos, *paludis, quæ* continet ad millia septuaginta *teste Palladio cap.* 7. *à quâ itinere diei ac dimidiati ad Meridiem distat* mons Nitriæ: *ast Occasum versùs hæc* Libyæ, Scetes, *siue* Xenes, *iacent monasteria, inter quæ & eum montem* Nitrienses anachoretæ *habitant.*

f Arsenoitas *intelligit, alioſq; in regionibus Mempheos & Babylonis monachos, de quibus* §. 2.

g *Inuisit eum cùm ad refellendos hæreticos Alexandriam adduxit, vt S. Hieronymus tradit epist.* 33. *ad Castrutium, & Ruffinus infrà inter Apophthegm. S. Antonij cap.* 8. *& ipse in Vitâ S. Athanasius cap.* 16. *vbi redeuntem scribit se prosecutum fuisse, num.* 93. *vide* §. 8.

h *Alteruter eorum, qui seni in interiori monte ministrarunt, hic fuit;* Amathas *nimirum, aut* Macarius, *de quibus* §. 5. *Nec Baronio assentimur, existimanti tom.* 3. *an. Ch.* 311. *num.* 63. *hæc de se ipso Athanasium scribere, ideoq; feci legendum.*

AVCTORE S. ATHANASIO.

CAPVT I.

S. Antonij pia educatio. vita anachoretica.

3 ANtonius nobilibus religiosisque parentibus natus, *a* in Ægypto oriundus fuit, tantâ suorum nutritus curâ, vt nihil aliud præter parentes domumque cognosceret. Et cùm iam puer esset, non se litteris erudiri, non ineptis infantium iungi passus est fabulis: sed Dei desiderio flagrans, secundùm quod *b* scriptum est, *c* innocenter habitabat domi. Ad ecclesiam quoque cum parentibus sæpè conueniens, nec infantum lasciuias, nec puerorum negligentiam sectabatur; sed tantùm ea quæ legebantur auscultans, vtilitatem præceptorum vitæ institutione seruabat; non suis, vt solet illa ætas, pro variis & delicatis cibis vnquam tædio fuit; non escæ mollioris blandimenta sectatus est: his solùm, quæ dabantur, contentus, nihil ampliùs requisiuit.

a *Nobili genere natus,*

b. c Gen. 25. 27.

piè educatur,

4 Post mortem autem parentum, annorum circiter decem & octo seu viginti, cum sorore admodùm paruulâ derelictus, & domus & fororis honestam curam gerebat. Necdum verò sex fluxerant menses, quibus ad ecclesiam (vt soleba:) accurrens, recordabatur quomodò & Apostoli, omnibus spretis, secuti fuissent Saluatorem; & multi, vt legitur in Actis Apostolorum, facultatibus suis venditis, pretia ad pedes eorum detulissent, egentibus partienda, quæve aut quanta spes iisdem reposita esset in cælis. Talia secum voluens, intrauit ecclesiam, & accidit vt tunc Euangelium legeretur, in quo Dominus dicit ad diuitem: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua quæcumque habes, & da pauperibus, & veni sequere me, & habebis thesaurum in cælo. Quo audito, quasi diuinitus huiusmodi ante memoriam concepisset, & veluti propter se hæc esset Scriptura recitata, ad se Dominicum traxit imperium: statimque regressus, possessiones quas habebat vendidit. *d* Aruræ autem erat ei trecentæ vberes, & valdè optimæ, quas vicinis largitus est: ne in aliquo aut sibi, aut sorori molestia gignere-tur. Cetera verò, quæ in mobilibus possidebat, vniuersa vendidit: & aggregato non exiguo pretio, indigentibus dedit, paucis tamen ob sororem reseruatis, quæ & sexu & ætate videbatur infirmior.

frequens in ecclesiâ,

Act. 4. 35.

attentus auditor:

Matth. 19. 21.

d *vendit possessiones,*

5 Rursus autem ecclesiam ingressus, cùm audisset Dominum in Euangelio dicentem: Nolite cogitare de crastino, reliquam quoque portionem pauperibus distribuit; neque se vertari passus est domi, sed sorore fidelibus ac notis *e* Virginibus commendatâ, vt ad earum nutriretur exemplum, ipse iam omnibus sæculi vinculis liber, asperum atque arduum arripuit institutum.

Matth. 6. 34.

e

seculo renuntiat;

6 Necdum autem tam crebra erant in Ægypto monasteria; neque omnino quisquam auiam solitudinem nouerat: sed quicumque in Christi seruitute sibimetipsi prodesse cupiebat; *f* non longè à suâ villulâ separatus instituebatur. Erat igitur *g* in agello vicino senex quidam, vitam solitariam à primâ sectatus ætate: hunc Antonius cùm vidisset, æmulatus est ad bonum. Et primò quidem incipiens etiam ipse, in locis paullulùm à villâ remotioribus manebat: exinde autem, si quem vigilantem in hoc studio comperat, procedens, quærebat vt *h* apis prudentissima: nec ad habitaculum suum antè remeabat, nisi eius, quem cupiebat, frueretur aspectibus: & sic, tamquàm munere mellis accepto, abibat ad sua.

secedit paullulùm ab domo:

f

g

meliores imitatur:

h

7 Tali ibidem institutus exordio, cùm per dies singulos ita animum roboraret, vt nec opum paternarum, nec suorum meminisset affinium, omne etiam desiderium & sollicitudinem erga id, quod cœperat, exerceret, *i* operabatur manibus suis, sciens scriptum esse: Qui non operatur, non manducet. Mercedem tamen operis sui,

operatur manibus:

i

2. Thess. 3. 10.

AVCTORE S. ATHANASIO.

k orationi & Scripturis vacat:

aliorum virtutes exprimit,

& superare conatur,

l Deicola dictus.

m

Arura.

Diabolicis infestatur insidiis:

a

eas orationes superat,

b

vigiliis, ieiuniis,

c

memoriâ nouissimorum.

depellit piâ psalmodiâ.

e

f

g

Tenax sancti propositi,

sui, pretio panis excepto, egentibus largiebatur. Orabat frequenter: quippe qui didicerat, quòd oporteret sine intermissione Dominum orare. Auditioni etiam *k* Scripturarum ita studium commodabat, vt nihil ex eius animo laberetur: sed vniuersa Domini præcepta custodiens, memoriam pro libris haberet.

8 Sic suam vitam instituens, ab vniuersis fratribus puro diligebatur affectu: & omnibus, ad quos studio discendi pergebat, obediens, proprias singulorum gratias hauriebat: huius continentiam, iucunditatem illius sectabatur: istius lenitatem, illius vigilantiam, alterius legendi æmulabatur industriam: istum ieiunantem, illum humi quiescentem mirabatur: alterius patientiam, alterius mansuetudinem prædicabat. Omnium quoque vicariam erga se retinens caritatem, atque vniuersis virtutum partibus irrigatus, ad sedem propriam regrediebatur. Ibi secum vniuersa pertractans, omnium in se bona nitebatur exprimere. Neque verò aduersùm coæuos aliquando mouebatur, sed ea tantummodò flamma egregio viro crescebat in pectore, ne secundus cuiquam in prædictis operibus inueniretur. Et hoc ita faciebat, vt cùm omnes gloriâ anteiret, omnibus tamen carus esset. Nam & vicini & monachi, ad quos sæpè veniebat, Antonium videntes, *l* Deicolam nuncupabant: indultisque naturæ vocabulis, quidam vt filium, alij vt *m* fratrem diligebant.

a *De patriâ Antonij actum accuratè §. 1. de ætate §. 4. de scientiâ ignorantiâue litterarum §. 14.*

b *Addit Græcum exemplar*, de Iacob.

c *MS. S. Maximini*, innocens. *Græcè* ἄπλαστος, non fictus. ἀπλάστως *legit Euagrius.* Iacob *dicitur* ἄνθρωπος ἄπλαστος, *Aquila* ἁπλοῦς, *in vulgatâ editione* vir simplex, *Symmacho* ἄμωμος, sine crimine.

d *Strabo lib. 13. Geographiæ*: Regio hæc (*Ægyptus*) initio in Præfecturas (Νόμους *vocant*) diuisa fuit. Rursus Præfecturæ in toparchias diuisæ fuêre. Toparchiæ rursum in portiones alias, quarum minimæ arua erant. *Græcè:* ἐλάχιστοι δ' αἱ ἄρουραι μερίδες. Minimæ portiones erant aruræ. *Addit verò:* Opus autem fuit tam diligenti ac subtili locorum diuisione propter continuas finium cõfusiones, quas Nilus auctus efficiebat, aliis addens, aliis adimens, immutans figuras, & signa obruens, quibus proprium discernebatur ab alieno. *Hæc Strabo. Est autem* Ἄρουρα *terræ mensura centum complectens cubites: vt hîc & in Onomastico Rosuueydus, cum quo & variis MSS. hanc vocem retinemus; pro quâ in quibusdam editionibus* palmæ *erant, apud Hoeschelium* campi.

e *Agi hic de Virginibus Deo sacratis, patet ex Græco, vbi hæc sequuntur:* Διές τε αὐτὴ ἰὸς παρθενῶνα ἀνατρέφεσθαι, vt in conuictu Virginum educaretur. *Et num. 72. dicitur* aliarum puellarum Magistra ipsa iam Virgo vetula. *& num. 36. Antonius eas* Virgines Christi *vocat. de antiquis in Ægypto monasteriis, etiam Virginum, egimus §. 3.*

f *Græcè:* Οὐ μακρὰν τῆς ἰδίας κώμης, non procul à proprio pago.

g *Græcè:* Ἐν τῇ πλησίον κώμῃ. in vicino pago.

h *Hoc præceptum aliis postea ab Antonio traditum refertur in Apoph. num. 34.*

i *De continuâ eius operatione cum precatione coniunctâ, actum est in Proleg. §. 15. in fine.*

k S. Hilarion Scripturas sacras memoriter tenens, post orationes & psalmos, quasi Deo præsente, recitabat. *Hieronym. in eius vitâ.*

l *Græcè* Θεοφιλῆ, à Deo amatũ. *Vt* Θεόφιλος *est*, qui Deum amat.

m *Nonnulli*, Patrem. *Græcè* ἀδελφὸν, fratrem, *quòd magis eius ætati congruit.*

laborem, necnon & corporis fragilitatem suggerebat, & ætatis spatia prolixa: prorsus maximam ei cogitationum caliginem suscitabat; volens eum à proposito reuocare.

10 Postquàm autem diabolus orationibus eius ad Deum per Passionis fidem se intellexit elidi, consueta aduersùm omnes adolescentes arma arripiens, nocturnis eum inquietabat illecebris. *b* Et primùm noctibus infestâ multitudine & horribili metu sonitus eum exagitare conabatur. Per dies etiam tam apertis in eum telis irruebat, vt nullus ambigeret, quin Antonius contra diabolum dimicaret. Nam & ille cogitationes sordidas conabatur inferere: & hic eas oratu submouebat assiduo. Ille titillabat sensus naturali carnis ardore: hic fide, vigiliis, & ieiuniis corpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchræ mulieris vertebatur ornatum, nulla omittens figmenta lasciuiæ: *c* hic vltrices gehennæ flammas & dolorem vermium recordans, ingestæ sibi libidini opponebat. Ille lubricum adolescentiæ iter, & ad ruinam facile proponebat: hic æterna futuri iudicij tormenta considerans, illæsam animæ puritatem per tentamenta seruabat. Ista autem omnia ad confusionem diaboli fiebant: qui enim similem se Deo fieri posse existimabat, nunc ab adolescente vt miserrimus deludebatur: & qui contra carnem & sanguinem sæuiebat, ab homine, qui carnem portabat, elisus est. Adiuuabat enim seruum suum Dominus, qui nostri gratiâ carnem suscipiens, victoriam corpori contra diabolum largitus est: vt singulis ita certantibus, Apostolicum liceret proferre sermonem: Non autem ego, sed gratia Dei, quæ mecum est. 1. Cor. 15. 57.

11 Postremò cùm nec hoc argumento destruere posset Antonium draco teterrimus, & videret se semper ab eius cogitationibus repelli, secundùm quod scriptum est, stridens dentibus & eiulans, qualis est, talis meritò apparebat & vultu: puer horridus atque niger, ad eius se genua prouoluens, humanâ voce flebat, dicens: Multos seduxi, plurimos decepi: nunc autem vt à ceteris Sanctis, ita & tuo sum labore superatus. Quem cùm interrogaret Antonius, quisnam esset, qui talia loqueretur, ait: Ego sum fornicationis amicus, ego multimoda aduersùm omnes adolescentes turpitudinis arma suscepi: hinc & *d* spiritus fornicationis vocor. Quantos pudicè viuere disponentes, fefelli? quot tenuiter incipientes, ad sordes pristinas redire persuasi? Ego sum, propter quem Propheta lapsos increpat, dicens, Spiritu fornicationis seducti estis: & reuerà per me & illi fuerant supplantati. Ego sum, qui te ipsum sæpè tentaui, & semper repulsus sum. Mar. 9. 18. *Tetrâ specie spiritũ fornicationis videt:* *d* Osee 4. 12.

12 Cùm hoc Christi miles audisset, gratias agens Deo, & largiore aduersùs inimicum confortatus audaciâ, ait: Multùm ergo despicabilis, multumque contemptibilis es: nam & obscuritas tua & ætas, infirmarum signa sunt rerum. Nulla mihi iam de te cura est. Dominus mihi adiutor est, & ego *e* exultabo super inimicos meos. Et statim ad vocem *f* cantantis, phantasma, quod videbatur, euanuit. Hæc autem Antonij contra diabolum fuit prima victoria, imò virtus in Antonio Saluatoris: qui peccatum in carne condemnauit, vt iustificatio legis in nobis compleretur; qui non secundùm carnem ambulamus, sed secundùm spiritum.

13 Sed neque Antonio securitatem dedit hic vnus triumphus, nec diabolo semel fractæ defecêre vires. Nam & iste, vt leo rugiens, quærebat aditum per quem posset irrumpere: & ille Scripturarum doctus eloquio, multas esse dæmonum captiones, solerti propositum labore seruabat; considerans, quia posset Satanas in carnis colluctatione superatus, nouarum aduersùs se artium machinas acriùs commouere. Idcircò magis ac magis subiugabat corpus suum, ne victor aliorum, in aliis vinceretur. Disponens igitur duriori se vitæ lege constringere, cùm omnes infatigabilem adolescentis mirarentur *g* instantiam, sanctum toleranter ferebat laborem, quia voluntariæ seruitutis lõgum in Dei opere studium, consuetudinem in naturam verterat. Ephes. 6. 11.

CAPVT II.

Prima de diabolo victoria. arcta abstinentia.

9 DVm hæc gereret Antonius, quibus omnium in se prouocaret affectum, inimicus nominis Christiani diabolus, impatienter ferens tantas in adolescente virtutes, veteranis eum aggressus est fraudibus. Et primò quidem tentans si quo modo posset ab arrepto eum instituto detrahere, immittebat ei memoriam possessionum, sororis defensionem, *a* generis nobilitatem, amorem rerum, fluxam sæculi gloriam, escæ variam delectationem, & reliqua vitæ remissioris blandimenta; postremò virtutis arduum finem, & maximum perueniendi

h 14 h Inediæ autem & vigiliarum intantùm patiens erat, i vt incredulitatem viribus vinceret. Pernoctabat in oratione sæpissimè, edebat semel in die post solis occasum, nonnumquàm biduo triduoque sic permanens, quartâ demum die reficiebatur. Sumebat verò panem & sal, potumque aquæ perparuum. De carnibus verò & vino tacere melius puto, quàm quidquam dicere: quando nec apud plurimos quidem monachorum, istiusmodi aliquid reperiatur. Quieti autem membra concedens, iunco contexto atque cilicio vtebatur. Nonnumquàm etiam super nudam humum iacebat, vnguenta penitùs repudians, cùm diceret minimè posse vtentium, & præcipuè iuuenum corpora roborari, si olei essent lenitate mollita: oportere verò asperos carni labores imperari, secundùm Apostoli præceptum, dicentis: k Quando infirmor, tunc fortior sum. Asserebatque sensum animi sic posse reuiuiscere, si corporis fuisset impetus fatigatus.

corpus macerat inediâ, vigiliâ,

tenui victu,

duro lecto.

k 2. Cor. 12. 10.

15 Vnde nec temporum longitudine laborum merita pensabat, sed amore & famulatu spontaneo semper tamquàm in principiis constitutus, ad profectum diuini metus desiderium concitabat. Nouisque cupiens augeri præterita, suprà memorati Doctoris sermonum recordabatur, qui ait: l Præterita obliuiscens, & in futurum conualescens. Meminerat quoque Eliæ prophetæ dicentis: Viuit Dominus, cui adsto hodie ante ipsum: & differebat, cur, hodie, esset appositum, quia non computabat Elias præteritum tempus: sed tamquàm quotidie in certamine constitutus, talem se præbere cupiebat, qualem sciebat dignum Dei esse conspectibus, purum corde, & paratum obedire voluntati eius.

Merita nõ tempore sed amore pensat,

l Philip. 3. 14. 3. Reg. 18. 16.

Elia exemplo.

a *Hoeschelius* generis cognationem. *Græcè* τῆ γένυς τὴν οἰκειότητα.

b *Deest hoc colon in MSS. Rip. & S. Maxim. & Græco exemplari, vbi alia phrasis.*

c *Eadem à S. Pachomio remedia iisdem tentationibus oppositæ.*

d *Ita Palladio c. 86. dicitur* dæmon fornicationis; *S. Hieronymo in vitâ S. Hilarionis*, dæmon amoris; *Tobiæ 3. & 6.* Asmodæus: *de quo plura istic Serrarius noster.*

e *Græcè*, ἐπόψομαι, despiciam.

f *Ita Pachomio psallente fugerunt dæmones.*

g *Id est, contentionem, curam, studium magnum. ita S. Paulus 2. Corinth. 11.* Instantia mea quotidiana.

h *Eadem tradit Sozomenus lib. 1. cap. 13. qua pluribus illustrata in Prolegom. §. 15.*

i *Alij* crudelitatem.

k *Græcè* Ὅτ' ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι. Quando infirmor, tunc potens sum.

l *Vulgata editio*: Quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum.

CAPVT III.

Secessus in sepulchrum. Variæ dæmonum oppugnationes.

Habitat in monumentis:

16 IGitur S. Antonius secum reputans, oportere Dei famulum ex instituto magni Eliæ exemplum capere, & ad illud speculum vitam suam debere componere; ad sepulchra non longè à villâ constituta secessit, vni de cognitis mãdans, vt statutis diebus sibi alimẽta deferret. Et cùm in vnâ a memoriâ supradictus frater eum clausisset, solus ibidem morabatur. Metuens ergo diabolus, ne accessu temporis eremum quoque hãbitari faceret, ita eum aggregatis satellitibus suis, variâ b cæde lacerauit, vt doloris magnitudo & motum auferret & vocem. Nam & ipse posteà sæpè referebat, vulnera fuisse tam grauia, vt vniuersa hominum tormenta superarent: sed Dei prouidentia, quæ numquàm in se sperantibus deest, conseruauit eum.

a

verberatur à dæmonibus.

b

17 c Alio die is, quem suprà diximus, Frater aduenit, cibos deferens assuetos: atque eum iacentem in terrâ semimortuum, fractis foribus, inuenit. Quem impositum humeris, ad villulæ domicilium reportauit. Quo audito, ingens vicinorum atque affinium multitudo concurrens, triste in medio positi funeris reddebat officium. Et iam mediâ noctis parte transgressâ, d grauis

Semimortuus ad villã fertur.

c

d

peruigiles omnium oculos vicerat sopor. Tum Antonius animâ paullulùm redeunte suspirans, eleuauit caput; ceteris verò altâ quiete prostratis, eum, à quo delatus fuerat, vigilare conspexit: eumque nutu aduocans, obsecrauit, vt nullo penitùs excitato, ad pristinum se referret habitaculum.

AVCTORE S. ATHANASIO.

18 Relatus ergo, iuxta consuetudinem solus iterum permanebat: & stare quidem propter recentes plagas non poterat, orans verò prostratus, post orationem clarâ voce dicebat: Ecce hîc sum ego Antonius, non fugio vestra certamina: etiamsi maiora faciatis, nullus me separabit à caritate Christi. Psallebatque dicens: Si consistant aduersùm me castra, non timebit cor meum. Talia eo dicente, bonorum hostis diabolus, admiratus, quòd post tot verbera fuisset ausus reuerti, congregatis canibus suis, & proprio se furore dilanians, Videtis, ait, quia nec spiritu fornicationis, nec corporis doloribus superatus, insuper audacter lacessit nos. Omnia arma corripite, acriùs à nobis impugnandus est. Sentiat, sentiat. Debet scire, quos prouocet. Dixit, & ad hortantis vocem audientium turba consensit, quia innumeras diabolus habet artes nocendi. Sonitus igitur repẽtinus increpuit, vt loco funditus agitato, & parietibus patefactis, multifaria dæmonum exinde turba se effunderet: nam & bestiarum & serpentium formas induentes, omnem protinus locum repleuêre phantasiis leonum, taurorum, luporum, aspidum, serpentium, scorpionum, necnon & pardorum atque vrsorum. Et hæc singula secundùm suam fremebant naturam: rugiebat leo, occidere volẽs: taurus mugitu & cornibus minabatur: serpens sibilo personabat: luporum impetus ingerebantur: pardus e discolori tergo auctoris sui calliditates varias indicabat. Truces omnium vultus, & vocis horridæ dirus auditus.

Relatus damonibus insultat.

Varia eorũ terriculamenta.

e

19 Antonius flagellatus atque confossus, sentiebat quidem asperiores corporis dolores, sed interritus durabat mente peruigili. Et licet gemitum vulnera carnis exprimerent, sensu tamen idem permanens, quasi de inimicis luderet, loquebatur: Si virium aliquid haberetis, sufficeret vnus ad prælium: sed quoniam Domino vos eneruante frangimini, multitudine tentatis inferre terrores, cùm hoc ipsum infirmitatis indicium sit, quòd irrationabilium formas induistis bestiarum. Rursumque confidens, aiebat: Si quid valetis, si vobis in me potestatem Dominus dedit, ecce præstò sum: deuorate concessum. Si verò non potestis, cur frustrà nitimini? Signum enim Crucis & fides ad Dominum, inexpugnabilis nobis murus est. Multa contra S. Antonium minitantes, fremebant dentibus suis, quòd nullus eorum tentamenta consequeretur effectus, sed maximè è contrario gigneretur illusio.

superat sugnoCruch.

20 Non oblitus Iesus colluctationis serui sui, eidem protector est factus. Denique cùm eleuaret oculos, vidit desuper culmen aperiri, & deductis tenebris, radium ad se lucis influere. Post cuius splendoris aduentum nec dæmonum aliquis apparuit, & corporis dolor extemplò deletus est. Ædificium quoque, quod paullò antè dissolutum fuerat, instauratum est. Illicò præsentiam Domini intellexit Antonius, & ex intimo pectore trahens longa suspiria, ad lumen, quod ei apparuerat, loquebatur, dicens: Vbi eras bone Iesu? vbi eras? Quare non à principio affuisti, vt sanares vulnera mea? Et f vox ad eum facta est, dicens: Antoni, hîc eram; sed expectabam videre certamen tuum. Nunc autem, quia dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nominari. His auditis, exurgens, intantùm roboratus, orabat, vt intelligeret se plus recepisse tunc virium, quàm antè perdiderat. Erat autem tunc Antonius annorum tum 35. annos g natus triginta quinque.

Cæleſti videſuper

ſione reſe lucis

creatur:

f

annorum

g

a *Græcè* μνῆμα, *quod paullò antè versum* sepulchrum. *Ita Martyrum* memoria *pro sepulchro eorumdem sumitur. S. Augustinus pro sepulchro. lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 8. de reliquiis S. Stephani:* Ad eius memoriam, *inquit*, veniebat magnæ multitudinis concursus & accursus.

Memoria, chro.

AVCTORE S ATHANASIO.

b *Ita & Pachomius crudeliſſimè à dæmonibus cæſus eſt.*

c *Græcè:* Τῇ ἑξῆς παραγίνεται ὁ γνώριμος, νομίζων τὰς ἕξεις αὐτῷ, ἀνοίξας τε τὴν θήκην, καὶ τῦτον ἰδὼν χαμαὶ κείμενον, ἐπ' αὐτὸν βαδίσας ἤφιεν εἰς τὸ τῆς κωμῆς κυριακόν. Sequenti die familiaris eius adeſt, adferens ei panes, cumque aperuiſſet ianuam, & hunc humi vidiſſet inſtar mortui iacentem, humeris impoſitum in pagi templum portauit.

d *MSS. Ripat. & S. Maxim.* gratus.

e *Ita MS. Ripat. At Roſuueydus ex MS. Colonienſi,* pardus diſcoloriter. *antiqua editio,* diſcolor à tergo. *alij ſimpliciter,* diſcolor. *De pardo nihil in Græco.*

f *Sapè aliàs auditum nec viſum* Chriſtum, *tum hoc* S. Antonij, *tum multis aliis exemplis oſtendit Thyræus Noſter lib. de apparitionibus perſonalibus Chriſti cap.* 6.

g *MS. Ripat.* quinque de triginta. *de ætate actum §.* 4.

CAPVT IV.

Seceſſus in eremum. Miracula. Monaſteria extructa.

Petit eremum.

21 EXinde cùm voluntati promptæ merita religioſa ſuccreſcerent, vadens ad ſupradictum ſenem, precabatur vt in deſerto habitarent pariter. Cauſſante illo ſenile æuum & rei nouitatem, ſolus contendit ad montem, & eremi adhuc monachis ignotæ, rupto metu, viam conatus eſt pandere. Sed nec tunc ceſſauit infatigabilis aduerſarius: nam impedire eius propoſitum

Diſco argenteo obiecto tentatur:

volens, argenteum diſcum in itinere proiecit: quo viſo, Antonius callidi artificis agnouit aſtutiam: ſtansque intrepidus, & diſcum toruis intuens oculis, doli auctorem in phantaſmate obiurgabat argenti, talia ſecum reputans: Vnde hic in deſerto diſcus? auium hoc iter eſt, nulla ſunt veſtigia commeantium: lapſus de ſarcinâ, præ magnitudine latere non potuit: ſed & qui perdiderat reuerſus, ob ſolitudinem locorum, inueniſſet profectò, quod ruerat. Hoc artificium, diabole, tuum eſt: non impedies voluntatem meam: argentum tuum tecum ſit in perditionem. Hæc illo dicente, diſcus vt fumus à facie ignis euanuit.

22 Dehinc non vt antè in phantaſmate, ſed ingentem auri maſſam iacentem in itinere conſpexit. Verùm hanc vtrùm diabolus ſimulauerit, an ad Antonium comprobandum, quia nec veris opibus ineſcaretur, virtus cæleſtis oſtenderit, ignoratur. hoc tamen agnouimus,

fugit auro conſpecto ad mõtem: *a*

quia quod viſum eſt, aurum fuit. At ille magnitudinem admiratus radiantis metalli, rapido curſu, quaſi quoddam vitaret incendium, ad *a* montem vſque perrexit, ibique flumine tranſuadato, inuenit caſtellum deſertum, plenum (ob tempus & ſolitudinem) venenatorum animalium, in quo ſe conſtituens nouus hoſpes habitauit. Statim ad eius aduentum ingens turba ſerpentium, quaſi perſecutorem paſſa, profugit. At ille obſtructo lapidibus introitu, panes menſium ſex, vt *b* Thebæis mos eſt, ſe-

b ſolus in caſtello deſerto habitat. *c*

cum recondens (nam crebrò per annum incorrupti durare ſolent) necnon & exiguum habens aquæ, *c* ſolitarius perdurabat: nuſquam inde procedens, numquàm aliquem ſuſcipiens, intantùm vt cùm bis in anno per tectum deſuper panes acciperet, nullum cum deferentibus haberet alloquium.

23 Multis igitur, videndi eum deſiderio & ſtudio requirendi, ante oſtium eius pernoctantibus, audiebantur vt vulgi voces aduersùm Antonium, tumultuſque di-

A dæmonibus infeſtatur:

centium: Quid te noſtris ingeris habitaculis? quid tibi & deſerto? Abſcede à finibus alienis, non potes hîc habitare, non noſtras inſidias ſuſtinere. Et primò quidem, qui foris erant, exiſtimabant aliquos homines ſcalis appoſitis introiſſe, ibique contendere. Poſtquàm autem per cauernas introſpicientes, nullum viderunt, dæmones intellexerunt contra eum contendere: & nimio metu perterriti, Antonij auxilium flagitabant. At ille oſtio propinquans ad conſolandos Fratres, ne timerent, atque vt inde recederent, precabatur: trepidantibuſque, aſſerebat cunctis à dæmonibus incuti metum: Signate vos, inquiens, & abite ſecuri, ipſoſque ſemetipſos ſinite deludere. Itaque illis reuertentibus, hic remanebat illæſus, nec vnquam in certamine laſſabatur. Accedentium autem augmenta profectuum, vel debilitas repugnãtium, maximum eius contentioni leuamen addiderant, & eius animo conſtantiam ſuggerebant. Rurſuſque ad eremum venientibus turbis, quæ iam mortuum eum ſe exiſtimauerant reperturos, ille pſallebat intrinſecus: Exſurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: vt liqueſcit cera à facie ignis, ita pereant peccatores à facie Dei. & iterum: Omnes gentes circumdederunt me, & in nomine Domini vindicaui in eis. Sic Antonius annis viginti ſolitariè tranſactis, atque ab hominum ſegregatus conſpectibus perdurauit.

imperterritus inuitat.

viginti annis.

24 Cùm ergo multorum & propoſitum imitari cupientium, & notorum multitudo ad eum concurreret, necnon & *d* patientium infinita ſe caterua conglomararet, tandem penè iam per vim foribus euulſis, quaſi ex aliquo *e* cæleſti aditu conſecratus apparuit. Obſtupuerunt vniuerſi & oris gratiam & corporis dignitatẽ, quod nec per *f* quietem intumuerat, nec ieiuniis, dæmonumque certamine *g* macies & pallor obſederat: ſed è contrario, quaſi nihil temporis exegiſſet, antiquus membrorum decor perſeuerabat. Prô quanto miraculo! quæ in illo animi puritas fuit! Numquàm hilaritate nimiâ reſolutus in riſum eſt, numquàm recordatione peccati triſtitiâ ora contraxit, non magnis ſtupentium ſe elatus eſt laudibus. Nihil in illo indecens ſolitudo, nihil aſperum quotidiana cum hoſtibus bella contulerant: ſed temperata mens æquali ad cuncta ferebatur examine.

d

e

Coactus prodit,

f

g

eodem corporis decore.

25 Plurimos igitur ab immundis ſpiritibus & infirmitatibus variis, Dei gratia per Antonium liberauit. Sermo eius ſale conditus conſolabatur mœſtos, docebat inſcios, concordabat iratos, omnibus ſuadens nihil amori Chriſti anteponendum. Proponebatque ante oculos bonorum magnitudinem futurorum, & Dei clementiam, & beneficia retexebat indulta, quòd proprio Filio ſuo non pepercerit Deus, ſed pro noſtrâ omnium ſalute eum tradiderit. Nec mora: plura audientium corda ad humanarum rerum contemptum hæc eius ſuaſit oratio, & habitandæ eremi iſtud eius exordium fuit.

Damoniacos & infirmos curat.

Multos cõuertit ad vitam eremiticam.

26 Quid ſanè & in *h* Arſenoitarum oppido geſtum ſit, non tranſibo ſilentio. Nam cùm Fratres vellet inuiſere, & *i* riuulum fluminis Nili, qui *k* crocodilis & multis fœuis fluminis beſtiis plenus erat, tranſuadare eſſet neceſſe; tam cum comitibus ſuis tranſiuit illæſus, quàm inde rediit incolumis. Rurſuſque in priſtinis laboribus perſeuerans, multos magiſterio ſuo Fratres confirmauit, ita vt breui tempore plurima fierent monaſteria. Nouos antiquoſque monachos pro ætate vel tempore, paterno moderabatur affectu.

b

i *k*

Per crocodilos trãſit illæſus.

Monaſteria extruit.

a *De ſitu huius montis actum §.* 2.

b *De eius cibo, ſeu pane arido, egimus §.* 15.

c *Græcè,* ὥσπερ ἐν ἀδύτοις ἐγκαταδυόμενος ἐν τῷ μοναστηρίῳ μόνος ἔμενεν ἔνδον. tamquàm adyta ingreſſus monaſteriùm, ſolus ſeſe intus continuit.

d *MSS. quadam,* parentum, *id eſt cognatorum: haud probamus.* Patientes *vel à morbo, vel à dæmonibus, intelliguntur. hinc infrà:* Plurimos ab immundis ſpiritibus & infirmitatibus variis liberauit. *vbi Græcè:* Πολλοὺς γὰρ τῶν παρόντων τὰ σώματα πάσχοντας ἰᾶτο ἐπέτυχε. Multos igitur præſentium corporibus patientes ſanauit.

e *Græcis ἄδυτον, Latinè* cæleſtis aditus *redditum.*

f *Antiqua editio* inquietẽ. *Græcè* μήτε πιανθῆν, neque obeſum. *Corpora &* quiete, *ſiue dum non exercentur, intumeſcunt, &* inquiete, *ſiue ἀγρυπνίᾳ, vt monet Roſuueydus.*

g *Roſuueydus:* faciem eius pallor obſederat. *Græcè* μήτε ἰσχνωθὲν ὡς ἀπὸ νηστειῶν neque attenuatum, ſicut à ieiunio accidit.

h Arſenoites Nomus, *inquit Strabo lib.* 17. ceteros omnes & adſpectu & virtute & apparatu antecellit. Solus enim oleas perfectas & fructiferas arbores profert, ac ſi quis benè colligat, oleum etiam optimum fit. *De eo, ſtructiſque ibi primùm monaſteriis actum in prolegom. §.* 1. 2. *&* 3.

Arſenoites Nomus,

i *Græcè:* χρείας δὲ γινομένης διελθεῖν αὐτὸν τὸν τῆς Ἀρσινοΐτου διώρυγα. neceſſitate vrgente, vt Arſenoiticæ præfecturæ foſſam tranſiret. *Foſſam manufactam hîc intellige, ex Nilo in ſtagnum Mœris, ſeu Myris. ita Strabo li.* 17. *teſtatur.* Heracleotes Nomus ſequitur in inſulâ

in eo foſſa.

in insulâ magnâ, iuxta quam fossa est ad dextram versùs Libyam per Arsenoitem Nomum, ita vt fossa duo ora habeat, cùm pars quædam eius insulæ intercidat. *Consule tabulam Ægypti antiquam Ortelij & quæ §. 1. diximus.*

k Crocodili S. Pachomium, si quando necessitas fluuium transire compelleret, cum summâ subiectione portabant, exponentes eum ad locum quocumque præcepisset. *in eius vitâ.*

CAPVT V.

Adhortatio ad feruorem spiritus.

27 QVadam autem die cùm S. Antonius à congregatis Fratribus rogaretur, vt eis institutoria largiretur præcepta; cum propheticâ fiduciâ exaltans vocem, aiebat: Ad omnem quidem mandatorum disciplinam Scripturas posse *a* sufficere: sed & hoc optimum fore, si mutuis se inuicem Fratres sermonibus consolarentur. Et *b* vos ergo, inquit, vt Patri referte, quæ nostis; & ego, quæ per longam ætatem consecutus sum, quasi filiis indicabo.

a Collatio vtilis.

b

28 Hoc sit autem primum cunctis in cõmune mandatum, nullum in arrepti propositi vigore lassescere, sed quasi incipientem augere semper debere quod cœperit, præsertim cùm humanæ vitæ spatia æternitati comparata, breuissima sint ac parua. Ita exorsus, paullulùm siluit: & admiratus nimiam Dei largitatem, rursus adiecit, dicens: In præsenti hac vitâ æqualia sunt pro rerum cõmutatione commercia, nec maiora recipit ab emente qui vendit. Promissio autem vitæ sempiternæ vili pretio cõparatur. Scriptum est enim: Dies vitæ nostræ septuaginta anni; *c* si autem multum, octoginta: quidquid reliquum est, labor & dolor est. Quando ergo octoginta, aut centum, vt multum, annis laborantes, in Dei opere vixerimus, non pari tempore regnaturi sumus in futuro: sed pro annis prædictis, omnium nobis sæculorum regna tribuentur. Non terram hæreditabimus, sed cælum: corpus quoque corruptum relinquentes, idipsum cum incorruptione recipiemus. Ergo, filioli, non vos aut tædium defatiget, aut vanæ gloriæ delectet ambitio: Non sunt enim condignæ passiones huius temporis ad superuenturam gloriam quæ reuelabitur in nobis.

Feruor spiritus fouendus,

1. quia vita breuis, merces æterna:

Psal. 89. 10

c

29 Nemo, cùm despexerit mundum, reliquisse se arbitretur ingentia: quia omnis terra ad infinitatem comparata cælorum, breuis ac parua est. Si ergo nec vniuerso orbi renuntiantes, dignum aliquid habitaculis possumus compensare cælestibus, se vnusquisque consideret, & statim intelliget, paruis aruis & parietibus vel modicâ auri portione contemptâ, nec gloriari se debere, quasi magna dimiserit; nec tædere, quasi parua sit recepturus. Vt enim contemnit aliquis vnam æream drachmam, ad drachmas centum aureas conquirendas; ita etiam, qui totius orbis dominium dereliquit, centuplum de melioribus præmiis in sublimi sede recipiet. Ad summum, illud perspicere debemus, quòd etsi nostras velimus retentare diuitias, lege mortis ab ipsis diuellamur *d* inuiti, vt in libro Ecclesiastæ scriptum est: Cur ergo non facimus de necessitate virtutem? Cur non ad lucrãda regna cælestia vltrò relinquimus, quod lucis istius fine perdendum est? Nihil eorum curæ sit Christianis, quæ secum auferre non possunt: illud potiùs debemus expetere, quod nos ducat ad cælum; sapientiam scilicet, castitatem, iustitiam, virtutem, sensum peruigilem, pauperum curam, fidem in Christo robustam, animum iræ victorem, hospitalitatem. Hæc sectantes, mansionem nobis in terrâ quietorum, secundùm Euangelium, præparabimus.

2. parua relinquũtur, recipiuntur immensa:

d

Eccl. 2. 18.

Ioan. 14. 2

30 Consideremus Domini esse nos famulos, & seruitutem debere ei, à quo creati sumus. Vt ergo seruus præteriti gratiâ famulatus, præsens aut futurum non contemnit imperium, nec audet asserere, quòd ex labore transacto instantis operis habere debeat libertatem, sed iugi studio (vt in Euangelio scriptum est) eamdem semper exhibet seruitutem, vt & domino placere possit,

3. quia serui sumus Dei.

Matth. 24. 46. Luc. 12. 37

& ne metum lucretur & verbera: sic & nos diuinis congruit parere præceptis, scientes quòd æquus ille retributor, in quo quemque inuenerit, in eo sit iudicaturus, quod propheticâ per Ezechielem voce testatur. Nam & infelix Iudas propter vnius noctis impietatem, omni præteriti temporis labore priuatus est. Idcircò tenendus est continuus instituti rigor, habentibus Deum auxiliatorem, sicut scriptum est: Quia omni proponenti bonum Deus cooperatur.

AVCTORE S. ATHANASIO.

Rom. 8. 28.

31 Ad inertiam autem calcandam, Apostoli præcepta replicemus, quibus se mori quotidie testabatur: similiter & nos humanæ conditionis vitam ancipitem retractantes, non peccabimus. Cùm enim excitati à somno, ad vesperam nos peruenire dubitemus, & quieti corpora concedentes, de lucis non confidamus aduentu, & vbique naturæ ac vitæ incertæ memores, Dei nos intelligamus prouidentiâ gubernari; hoc modo non delinquemus, aut aliquâ fragili cupiditate raptabimur: sed nec irascemur quidem aduersùs aliquem, nec terrenos congregare thesauros ambiemus: quin potiùs metu quotidiani recessus, & seiungendi corporis iugi *e* meditatione, omnia caduca calcabimus. Cessabit mulierum amor, libidinis extinguetur incendium, inuicem nobis debita nostra donabimus, ante oculos semper habentes vltimæ retributionis aduentum: quia maior formido iudicij & pœnarum timor horridus, simul & lubricæ carnis incentiua dissoluit, & *f* fruentem animam quasi ex aliquâ rupe sustentat. Ideoque precor vt ad finem propositi omni labore tendamus. Nemo post tergum respiciens Lot imitetur vxorem, præsertim cùm Dominus dixerit, nullum ponentem manum super aratrum & respicientem retrorsum, dignum esse regno cælorum. Respicere autem retrorsum nihil aliud est, quàm in eo pœnitere quod cœperis, & mundanis rursus desideriis obligari.

1. Cor. 15. 31.

4. quia incerta mortis hora.

e

f

Lucæ 9. 62.

32 Nolite, quæso, virtutis tamquàm impossibile nomen pauere, nec peregrinum vobis aut procul positum videatur hoc studium, quod *g* ex nostro pendet arbitrio. huius operis homini inserta natura est, & eiusmodi res est, quæ nostram tantummodò expectat voluntatem. Græci studia transmarina sectentur, & in alieno orbe constitutos, inanium litterarum quærant magistros: nobis verò nulla proficiscendi, nulla transfretandi fluctus necessitas imminet: in omni sede terrarum constituta sunt regna cælorum. Vnde & Dominus in Euangelio ait: Regnum Dei intra vos est: virtus quæ in nobis est, mentem tantùm requirit humanam. Cui enim dubium est, quin naturalis animæ puritas, si nullâ fuerit extrinsecus sorde polluta, fons sit & origo omnium virtutum? Bonam eam necesse est creauerit bonus Auctor. Quòd si fortè cunctabimur, audiamus Iesum filium Naue populo dicentem: Rectum facite cor vestrum ad Dominum Deum Israël. Nec Ioannes dissonam tulit de virtute sententiam, prædicans: Rectas facite semitas *h* eius. Siquidem hoc est rectam esse animam, cùm eius principalis integritas nullâ vitiorum labe maculatur: si naturam mutauerit, peruersa tunc dicitur: conditio seruetur, & virtus est. Animam nostram commendauit nobis Dominus: seruemus depositum, quale accepimus. Nemo causari potest extrinsecus situm, quod in se nascitur: facturam suam, qui fecit, agnoscat: opus suum inueniat, vt creauit. Sufficit nobis naturalis ornatus: ne deturpes homo, quod tibi largitio diuina concessit. Opera Dei immutare velle, polluere est.

5. quia facilis & parabilis virtus.

g

Lucæ 17. 21.

Iosue 24. 23.

h

Matth. 3. 3.

a *De sufficientiâ sacræ Scripturæ, Bellarminus tom. 1. contro. 1. generali, lib. 4. cap. 9 de verbo Dei non scripto ad argum. 2.*

b *Collationes hæ spirituales dicebantur; quales XXIV. scripsit Ioannes Cassianus, in quibus sæpè* S. Antonij *meminit, vt infrà in Apophthegmatis. S. Hieronymus epist. 22. ad Eustochium; S. Basilius in regulis fusioribus cap. 54. S. Pachomius regulâ 7. & passim alij, harum vsum describunt. Hæc verò potiùs adhortatio quædam est, in quâ alius interloquitur nemo. Similis extat S. Pachomij ad suos monachos.* Collationes PP

c *Ita S. Hieronymus epist. 21 ad Paulum Concordiensem:* Si autem multum. *& epist. 133. ad Cyprianum:* Sin autem multum;

AVCTORE S. ATHANASIO.

citatq; ex LXX. Si autem in potentatibus, *Græcè* ἐὰν δὲ ἐν δυναστείαις.

d *Græcè,* ἀποθνήσκοντες καταλιμπάνομεν αὐτὰ πολλάκις καὶ οἷς οὐ θέλομεν, ὡς ἐμνημόνευσεν ὁ Ἐκκλησιαστής. Morientes relinquimus ea sæpè etiam iis quibus nolumus, vt commemorauit Ecclesiastes. *addit editio Colonien sis:* Quia nescit homo, quid sit post eum in labore suo. *Eruditissimè de his disserit Ioannes Tollenarius Noster in Speculo vanitatu sect. 6. in cap. 2. Eccles. & metricâ paraphrasi, & prosâ exegesi.*

e *alij,* expectatione.

f *Græcè,* τὴν ψυχὴν κλίνασαν ἀνίστησιν. animam nutantem erigit.

g *Aliquæ editiones addunt:* quod ex nostro, Dei gratiâ præcedente, pendet arbitrio. *Quæ verba media quamuis absint à MSS. Latinis & Græco; tamen hic ex verâ Theologiâ intelligenda esse, rectè monet Rosuveydus.*

h *Græcè,* τρίβους ὑμῶν. semitas vestras. *quod etiam aliquæ MSS. habent.*

CAPVT VI.

Monita de technis dæmonum.

Ira superanda. Iac. 1. 20. Ibid. 15.

33 ILlud etiam sollicitè prouidere debemus, vt tyrannicam iræ superemus insaniam: quia scriptum est: Iracundia viri iustitiam Dei non operatur. Et iterùm: Desiderium concipiens parit peccatum, quo perfecto, mors gignitur. Diuinæ præceptum vocis est, vt iugi custodiâ tueamur animam, & ad perfectum cum omni cautelâ & astutiâ perducamus, quia exercitatos ad supplantandum habemus inimicos, dæmones scilicet, contra quos nobis, secundùm Apostolicam contestationem, pugna sine *a* intermissione est. Ait enim: Non est nobis colluctatio aduersùs carnem & sanguinem, sed aduersùs principatus & potestates huius mundi, aduersùs spiritalia nequitiæ in cælestibus. Ingens eorum turba istum peruolat aërem, non procul à nobis hostium caterua discurrit. Et diuersitatem quidem eorum non est meæ paruitatis exponere, sed hanc maioribus concedo rationem. Quod autem in promptu est, & ignorare non expedit, dolos scilicet eorum aduersùm nos compositos breuiter indicabo.

Prou. 4. 23.

a Ephes. 6. 12.

Continua nobis luctа contra dæmones,

non naturâ, sed suo vitio malos.

34 Hoc primùm debemus mentibus affigere, nihil Deum fecisse quod malum est, nec ab eius institutione dæmonum cœpisse principia: peruersitas ista, non naturæ, sed voluntatis est vitium. Boni etenim, vtpote à Deo, conditi, ex proprio mentis arbitrio ad terras ruêre de cælis: ibique in cœni sordibus volutati, gentilitatis impias constituêre culturas: & nunc de nobis torquentur inuidiâ, atque vniuersa mala commouere non cessant, ne pristinis eorum sedibus succedamus.

Diuersa eorum nequitia,

35 Diuersa autem eorum & partita nequitia est. Quidam enim ad summum nocendi verticem peruenêre, alij ex comparatione peiorum videntur esse leniores: atque omnes pro possibilitate vitium, diuersa contra singulas causas sumpsêre certamina. Idcircò necessarium est, donum spirituum discernendorum à Domino petere, vt possimus, tam fraudes eorum quàm studia peruidentes, aduersùs disparem pugnam vnum Dominicæ Crucis eleuare vexillum. Hoc munere Paulus accepto, docebat dicens: Non enim eius ignoramus astutias. Ad cuius exemplum etiam nos oportet ex his quæ passi sumus, mutuis nos inuicem instruere sermonibus.

2. Cor. 2. 11.

maximè contra monachos & Virgines sacras;

36 Hostile illis contra omnes Christianos, maximè verò contra monachos & Virgines Christi, odium est. Eorum semitis laqueos prætendunt, eorum mentes impiis atque obscœnis cogitationibus nituntur euertere. Sed nihil vobis in hoc terroris incutiant: fidelium enim orationibus atque ieiuniis ad Dominum, statim corruunt: nec tamen si paullulùm cessauerint, prorsus plenam putetis esse victoriam. Solent etiam saucij grauiùs assurgere, & mutatâ arte pugnandi, cùm in cogitatione nihil egerint, pauoribus terrent, assumentes nunc mulierum, nunc bestiarum, nunc serpentium formas, nec non & ingentia quædam corpora, & vsque ad tectum domus porrectum caput, infinitas species & militum cateruas. Quæ omnia ad primum quodque *b* Crucis signum euanescunt. His quoque agnitis fallaciarum modis, incipiunt præsagire, & futurorum dierum euentus velle prædicere. Cumque & in his contempti fuerint, ipsum iam suæ nequitiæ principem ac totius mali summitatem, ad subsidium sui certaminis vocant.

superanda oratione, ieiunio,

b

Crucis signo,

contemptu.

37 Crebrò denique Antonius talem à se visum diabolum asserebat, quidem & B. Iob, Domino reuelante, cognouerat. Oculi eius ac si species luciferi, ex ore eius procedunt lampades incensæ. Crines quoque incendiis sparguntur, & ex naribus eius fumus egreditur, quasi fornacis æstuantis ardore carbonum. Anima eius vt pruna, flamma verò ex ore eius glomeratur. Cum huiusmodi terroribus visus est princeps dæmonum, inquit Antonius, & ingentia sæpè, vt dixi, promittens, impietatis suæ defurit linguâ magniloquâ. de quâ Dominus triumphauit, ad Iob dicens: Arbitratur enim ferrum vt paleas, æramentum vt lignum putridum, maria vt terram, tartarum profundi tamquàm captiuum æstimauit, abyssum vt deambulatorium. Per Prophetam quoque increpat, dicens: Persequens comprehendam, & omnem orbem terrarum manu meâ vt nidum obtinebo, & vt oua derelicta auferam. Sic iniquus funereas euomens voces, benè viuentium aliquos frequenter illaqueat, sed nos nec eius pollicitationibus credere, nec minas formidare debemus: fallit enim frequenter, nihilque verum promittit. Nam si non mendacia cuncta loqueretur, quomodò talia & tam infinita promittens, *c* hamo Crucis vt draco aduncatus à Domino est, & capistro ligatus vt iumentum, & quasi mancipium fugitiuum vinctus circulo, & armillâ labia perforatus, nullum omnino fidelium deuorare permittitur? Nunc miserabilis vt *d* passer, ad ludum irretitus à Christo est, nunc comites suos quasi scorpiones & serpentes, calcaneo Christianorum substratos gemit. Ille qui vniuersa maria à se deleta plaudebat, ille qui orbem terrarum manu suâ teneri pollicebatur, ecce à vobis vincitur, ecce me aduersùm se prohibere non potest disputantem. Contemnenda est, filioli, penitùs cum inanibus verbis superba iactantia: fulgor ille, quo lucere se simulat, non veri splendor est luminis; sed, quibus arsurus est, indicat flammas. Nam dicto citiùs recedens, suarum secum refert simulacra pœnarum.

Iob 41. v. 9. 10. 11.

Horribili specie visâ S. Antonio.

c

d

38 Solent etiam cum modulatione nonnumquàm apparentes psallere, proh nefas! ad hæc & impuro ore sacra Scripturarũ eloquia meditantur. Frequenter enim legentibus nobis, quasi Echo ad extrema verba respondent. Dormientes quoque excitant ad orandum, vt totius noctis somnum eripiant: plerosque etiam, dum se in monachorum nobilium habitu transferunt, monachos coërcent, & pristina, quibus conscij sunt, peccata imputant: sed spernendæ sunt eorum increpationes, & admonitiones ieiunandi, vigiliarum quoque fraudulenta suggestio. Ob id enim familiares nobis species assumunt, vt affinitate virtutum nocentes, facilius virus interserant, & innocentes quosque per speciem honestatis elidant. Impossibile posteà durumque hoc studium prædicant, vt dum onerosum esse videtur, quod cœptum est, ex desperatione tædium, & ex tædio succedat ignauia. Idcircò Propheta missus à Domino, luctuosa denuntians, sublimi voce dicebat: Væ qui potat proximum suum subuersione turbidâ. Huiusmodi enim exhortamenta, deprauatoria sunt itineris, quod ducit ad cælum.

Technæ eorum ad turbandos Sanctos,

ex affinitate virtutum.

Habac. 2. 15.

39 Idcircò cùm venisset Dominus ad terras, & vera de eo dæmones inuiti prædicarent (verè enim dicebãt: Tu es Christus Filius Dei viui) vociferantium ora claudebat, qui vinctas hominum linguas soluebat, ne cum præconio veri peruersitatis venena miscerent: & vt nos eius exemplo, etiamsi profutura suaderent, in nullo his commodaremus assensum: quia profectò non congruit nos post libertatem à Domino concessam, & Scripturarum præcepta vitalia, à diabolo viuendi capere consilia, qui suum deserens ordinem, sacrum Christi temerauit imperium. Propterea etiam Dominus eum de Scripturis loquen-

Mat. 8. 29. Marc. 1. 25. Lucæ 4. 34.

Nec verâ dicentibus credendũ.

loquentem iubebat tacere, quia peccatori dicit Deus:
Psal. 49. 16. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Omnia dæmones simulant, colloquuntur sæpè cum Fratribus, sæpè cum turbâ inconditos excitant sonitus, manus apprehendunt, sibilant, insipienter cachinnant, vt vel in puncto peccati Christianum pectus introëant. Cumque ab vniuersis fuerint repulsi, ad extremum debilitatem suam lamentatione testantur. Et Dominus quidem quasi Deus, & suæ conscius maiestatis, obmutescere his imperabat: nos autem vestigiis Sanctorum inhærentes, eamdem gradiamur viam, qui memoratas subtiliùs fallacias peruidentes, ca-
Psal. 38. 2. & 3. nebant: Cùm consisteret aduersùm me peccator, obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. Et iterùm:
Psa. 37. 14. & 15. Ego verò tamquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum: & factus sum vt homo non audiens. Christus silentium vt Dominus imperauit, nos diabolo nihil credamus, & vincemus.

40 Si orare cõpellunt, si ieiunia suadent, non ex eorum nos monitis, sed ex nostrâ consuetudine id agamus. Denique etiam si irruentes, mortem nobis intentare videantur, ridendi potiùs sunt quàm timendi: quia cùm sint debiles, minantur cuncta, nec faciunt. Equidem de istis iam transitoriè me dixisse memini, tamen eadem nunc explicanda sunt latiùs, quia non mediocrem affert repetitio cautelam.

Nec timẽdum, si mortem minentur.

a *MSS. Ripat. & S. Maxim.* fœdere.

b *Aduertant hîs animum nouatores, qui cum Flacco Illyrico in Catalogo testium veritatis lib. 2. non verentur scribere,* multa de Antonij luctis cum Satanâ legi; sed nusquam de Cruce: *cùm minimùm duodecies repetatur. Aut si contrà cũ Hospiniano, Sculteto, & Centuriatoribus suprà citatis, insulsum hoc scriptum ideò arbitrentur; meminerint* S. Hilarionem, *à* S. Antonio *edoctum, teste S. Hieronymo,* contra dæmonum ludibria Christi Crucem signasse; *&* tria Crucis signa pinxisse in sabulo; *&* intumescens mare stetisse, *&c. Et* Pachomium signo Crucis frontem munientem exufflasse in dæmonem, moxque fugatum esse.

Signum Crucis.

c *Alludit ad illud Iobi* 40. 20. An extrahere poteris Leuiathan hamo? *vbi in Graco,* Ἄ῎ξεις δὲ δράκοντα σὺ ἀγκίστρῳ; Duces autem draconem in hamo?

d *Ibidem:* Numquid illudes ei quasi aui, aut ligabis cum ancillis tuis? *Plura de vtroque hoc loco Rosweydus.*

CAPVT VII.

Alia monita de imbecillitate dæmonum.

41 ADueniente Domino destructus est inimicus, & omne penitùs eius robur elanguit. Propter quod pristinæ virtutis memor, quasi tyrannus iam senescens, cùm ruisse se videat, in perniciem grassatur humanam: nec tamen potest firmum Deo pectus, cogitationum & ceterarum fraudum arte peruertere. Nam luce clarius est, quoniam aduersarij nostri, cùm nec humanâ carne sint septi, vt caussari valeant, idcircò nos à se non posse superari; *a* quia clauso ostio introire non valeant. Et reuerà si fuissent hoc fragili corpore colligati, obserato introitu, iisdem negaretur accessus. Cùm autem (vt diximus) hoc impedimento sint liberi, & obstructa penetrent, atque in omni licenter volitent aëre, manifestum est, ob eneruationem eorum, permanere Ecclesiæ corpus illæsum. Denique satellites impij cum principe suo diabolo, quem Saluator in Euangelio homicidam & patrem malitiæ ab initio fuisse firmat, nobis aduersùm se fortiter dimicantibus, nullo modo cessissent, si potestas eorum non fuisset ablata.

Virtus eorum aduẽtu Christi debilitata.

a

Ioan. 8. 14.

b 42 Nam si mentior, *b* cur nobis satanas parcis, qui vbique discurris? Cur qui nullo clauderis loco, aduersùm te benè viuentium & disputantium non potes labefactare constantiam? Sed fortasse nos diligis, quos quotidie conaris obruere: aut credibile est te esse bonitatis magistrum, & fauere magis optimis, quàm nocere? Et quid tam carum tibi esse potest, quàm lædere, maximè eos, qui tuis sceleribus viriliter repugnant, secundùm quod scriptum est: Quia abominatio est pietas peccatori. Quis tam fecundum ad malitiam possidet pectus quis tam meditatas implere conatur insidias? Scimus te impurissimum cadauer: scimus quia idcircò viuimus Christiani, & contra te nobis est secura congressio, quia infirmatus es à Domino. Ideò de tuis confoderis iaculis, quia minitationem tuam non sequitur effectus: quòd si fallimur, cur cum terrore simulato, cur magnitudine corporum nostram aggrederis fidem? Si voluntatem sequitur possibilitas, tantùm tibi velle sufficiat. Is enim potentiæ mos est, non extranea fallaciæ adiumenta conquirere, sed suâ virtute implere quod cupiat. At nunc dum theatrali mutatione formarum, quasi rudem infantiam scenicâ niteris simulatione deludere, exhaustas vires manifestiùs probas. Numquidnam verus ille An-
4. Reg. 19. 35. gelus contra Assyrios missus à Domino, aut populorum eguit societate, aut sonitus quæsiuit, aut plausus; & non potiùs tacitam exercens potestatem, centum octogintaquinque millia hostium, sermone velociùs, iuxta iubentis Domini prostrauit imperium? Vos ergo cùm fragiles sitis viribus, perpetuus vos consequitur interitus.

Probris eos vltro prouocat S. Antonius.

Eccli. 1. 32.

Probris eos vltro prouocat S. Antonius.

43 At dicet aliquis: Cur diabolus egrediens, Beati Iob omnem in ruinam impulit domum? cur eius opibus penitùs dissipatis, parietum quoque fundamenta subuertens, vnum numerosæ sobolis coaceruauit sepulchrum? cur ipsum ad extremum diri vulneris nouitate percussit? Qui hoc opponit, audiat è diuerso: non diabolum hoc potuisse, sed Dominum, à quo potestas aduersùm nos dupliciter datur; vel ad gloriam, si probamur; vel ad pœnam, si delinquimus. Quin potiùs ex hoc animaduertat, ne contra vnum quidem hominem diabolum quidquam potuisse, si non potestatem accepisset à Domino. Nullus enim, quod suæ ditionis est, ab alio deprecatur. Sed quid Iob memoro, quem nec expetitum potuit vincere? sed nec contra iumenta quidem eius, nec contra sues in Euangelio, sine concessu Dei proprium robur exercuit. Sicut scriptum est: Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eiicis nos Matth. 8. 31. hinc, mitte nos in gregem porcorum. Quemadmodùm igitur, qui porcorum expetunt mortes, imaginem Dei hominem, & tam carum Conditori animal suo valebunt iure peruertere?

Iob 1. 11.

Iob 2. 7.

Tentatio permittitur vel ad gloriam, vel ad pœnam.

44 Magna, dilectissimi, aduersùm dæmones arma sunt, *d* vita sincera, & intemerata ad Deum fides. Credite mihi experto: pertimescit satanas rectè viuentium vigilias, orationes, ieiunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vanæ gloriæ contemptum, humilitatem, misericordiam, iræ dominatum, & præcipuè purum cor erga Christi amorem. Nouit terrimus coluber, ex præcepto Domini sub iustorum se iacere vestigiis, qui ait: Ecce dedi vobis potestatem calcare super Luc. 10. 19 serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.

Superantur dæmones viuâ fide, & sincerâ vitâ.

d

45 Si autem & diuinationem se habere simulantes, venturos Fratres nuntiauerint, & adfuerint quos venire prædixerant, nec sic fides est commodanda mendacibus: ob id enim præcessìre venientes, vt credulitas sibi pararetur ex nuntio, & posteà aditus ex credulitate fallaciæ. Verùm in hoc nullum Christiano debet esse miraculum, cùm non tantùm, qui leuitate naturæ per cuncta discurrunt, valeant præuenire gradientes; sed homines quoque equorum velocitate præuecti nuntient adfuturos. Non enim ea, quæ nondum fieri cœpta sunt, referunt, quia, Deus solus conscius est futurorum: sed quorum conspicunt in actu initium, eorum sibi tamquam fures apud ignaros vindicant notionem. Nam quantos nunc putatis, qui possint velocitate puerili istũ cœtum nostrosque contra se sermones, ante relatum alicuius hîc positi, longè manentibus indicare? Hoc quod dico vobis, perspicuum fieri potest exemplis. Si quis à Thebaide aut alicuius regionis oppido cœperit proficisci, & hunc dæmones viderint in itinere ambulantem, pernicitate memoratâ possunt prædicere veni-

Vana eorũ prædictiones,

ex naturali pernicitate,

AVCTORE S. ATHANASIO.

entem. Ita & de *e* Nili inundatione ſolenni, cùm multas in Æthiopiâ viderint pluuias, è quibus fluuius intumeſcens, vltra alueum effluere conſueuit, præcurrentes ad Ægyptum, nuntiant amnis aduentum. Hoc autem & homines, ſi illis celeritatis eſſet tantæ natura, facilè nuntiarent. Vt enim ſpeculator Beati Dauid ad verticem loci celſioris adſcendens, prior, quàm hi qui in terrâ erant, proſpiciens venientes, non quædam incerta de futuris, ſed de his, qui venire cœperant, nuntiabat; ſic & dæmones curâ peruigili omnia conſiderantes, rapido curſu ſibi inuicem nuntiant.

e

2. Reg. 1. 13. 34.

ſæpè falſa,

46 Sed ſi fortè contigerit, vt Dei nutu ad finem cœpta non veniant; hoc eſt, ſi aut viator è mediâ regrediatur viâ, aut ſuſpenſæ nubibus aquæ ad alium cæli cardinem deferantur, tunc decipientium vnà cum credentibus error aperitur. Hæc gentilitatis fuêre principia, his præſagatorum dolis apud delubra dæmonum quondam credebantur oracula: quæ aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti indicto ſibi *f* ſilentio, obmutuerunt, ſuoſque perdidêre captiuos. Quis (rogo) aut medicum ex obſeruatione morborum, cùm animæ æſtuantis incendium de venarum pulſu, leui digitorum ſcrutatur attactu, diuinam arbitratur habere notitiam? Quis gubernatorem nauigationis ſuæ viam inter cæli ſidera requirentem maieſtatis honore veneratur? Quis agricolã de aridis æſtatis feruoribus, aut de hiemali aquarum largitate vel frigore diſputantem, non potiùs experientiâ laudat, quàm Dei conſecrat nomine?

f

nec diuino extollenda honore.

47 Verùm, vt concedamus paulliſper vera dæmones nuntiare, reſpondete mihi, *g* quis fructus eſt noſſe venientia? Numquid aut ſciens hæc aliquando laudatus, aut punitus eſt neſciens? In hoc vnuſquiſque ſibi præparat, ſeu tormenta, ſeu gloriam, ſi vel negligat Scripturarum mandata, vel faciat. Nullus ob id noſtrûm hanc arripuit vitam, vt habeat præſcientiam futurorum: ſed vt præceptis Domini obediens, amicus eſſe incipiat de ſeruo. Curandum eſt, non præſcire quæ veniunt, ſed implere quæ iuſſa ſunt; nec inſtituti boni hanc flagitare mercedem, cùm magis debeamus victoriam contra diabolum ab auxiliatore Domino poſtulare. Sed ſi fortè aliquis hoc libenter aſſumat, vt futura cognoſcat, habeat purum cor: quia credo animam Deo ſeruientem, ſi in eâ perſeuerauerit integritate quâ nata eſt, plus ſcire poſſe quàm dæmones. Talis erat anima Eliſæi, quæ aliis incognitas virtutes videbat.

g Chriſtiano inutiles.

a *Hanc quæſtionẽ deducit Thyræus noſter de locis infeſtis par. 6 o.*

b *In Græco exemplari hæc continua ſerie abſque inuectiuâ ad dæmones apoſtrophe deſcribuntur.*

c *MS. Ripat.* exerens.

d *Martinus Delrio noſter tom. 3. Diſquiſit. Magic. lib 6. cap. 2. ſect. 3 quæſt. 3. contra maleficia duo hæc S. Antonij remedia ſuadet, eaq; pluribus explicat; & ex eo Roſvveydus hic.*

e *De Nilo eiuſq; naturâ & incremento, poſt innumeros antiquos doctiſſimè diſputauit Ioannes Baptiſta Scortia noſter duobus libris Lugduni 1617. excuſis.*

f *De hoc ſilentio legendi Euſebius lib. 5. de Præparat. Euang. cap. 8. Prudentius Apoth. ver. 503. Suidas in Auguſto. Nicephorus lib. 1. hiſt. Eccl. cap. 17. & alij.*

g *Eadem hinc tranſcripſit Sozomenus lib. 1. cap. 13.*

CAPVT VIII.

Præcepta de diſcretione ſpirituum.

48 NVnc iam ceteras vobis dæmonum explicabo fallacias. Solent nocte venientes, *a* Angelos Dei ſe fingere, laudare ſtudium, mirari perſeuerantiam, futura præmia polliceri. Quos cùm videritis, tam vos quàm domos veſtras Crucis armate ſignaculo, & confeſtim ſoluentur in nihilum: quia metuunt illud trophæum in quo Saluator aëreas expolians poteſtates, eas fecit oſtentui. Solent etiam variis *b* ſimulationibus membra torquere, & noſtris procaciter offerre ſe viſibus, vt mentem pauore, & corpus horrore concutiant. Sed & in hoc fides Deo tuta fugat eos quaſi infirma ludibria.

a

Dæmones ſigno Crucis fugãdi.

b

49 Non eſt autem difficilis bonorũm ſpirituum malorumque diſcretio, quæ ſic Deo tribuente panditur: *c* Sanctorum Angelorum amabilis & tranquillus aſpectus eſt, quia non contendunt neque clamant, neque audiet aliquis vocem eorum: verùm tacitè leniterque properantes, gaudium, exultationem, fiduciam pectoribus infundunt; ſiquidem cum illis eſt Dominus, qui eſt fons & origo lætitiæ. Tunc mens noſtra non turbida, ſed lenis & placida Angelorum luce radiatur: tunc anima cæleſtium præmiorum auiditate flagrans, effracto (ſi poſſet) humani corporis domicilio, & membris exonerata mortalibus, cum his, quos videt abire, feſtinat ad cælum. Horum tanta benignitas eſt, vt ſi quis pro conditione fragilitatis humanæ, miro fuerit eorum fulgore perterritus, omnem continuò ex corde auferant metum. Ita Gabriel cùm Zachariæ loqueretur in templo; & Angeli cùm diuinum Virginis partum paſtoribus nuntiarent, & qui Dominici corporis agebant excubias, ſecuris videntium ſe mentibus oſtendentes, ne metuerent, imperabant. Metus enim non tantùm ex pauore animi, quantùm ex magnarum rerum ſæpè incutitur aſpectu. Peſſimorum verò vultus truces, ſonitus horridi, ſordidi cogitatus, plauſus motuſque indiſciplinatorum adoleſcentum vel latronum: è quibus confeſtim timor animæ, ſenſibus torpor incutitur, odium Chriſtianorum, monachorum mœror & tædium, ſuorum recordatio, metus mortis, cupido nequitiæ, laſſitudo virtutis, cordis hebetatio.

c

Bonorum ſpirituum tranquillus adſpectus,

Lucæ 1. 13 2. 9. Matth. 28 5.

malorum vultus truces:

50 Si igitur poſt timorem horrore conceptum, ſucceſſerit gaudium, & ad Deum fiducia atque ineffabilis caritas, veniſſe ſciamus auxilium: quia ſecuritas animæ, præſentis maieſtatis indicium eſt. Sic namque & Abraham Patriarcha videns Deum, gauiſus eſt: & Ioannes cùm Mariam ſuperueniſſe ſentiret, quæ in ſacro ventris hoſpitio vniuerſitatis geſtabat parentem, exultauit necdum natus in gaudium. Si autem incuſſa formido permanſerit, hoſtis eſt qui videtur: quoniam nec refouere nouit, vt Gabriel pauentem Virginem; nec vt non timeatur, iubet, ſicut paſtores nuntij conſolati ſunt; quinimò pauorem duplicat, & vſque ad profundam impietatis foueam, vt ſibi homines proſternantur, impellit. Exinde miſera gentilitas, Dominicæ interdictionis ignara, falsò dæmones deos opinata eſt. Chriſtianorum autem populos his fallaciis irretiri non paſſus eſt Dominus, qui diabolum in Euangelio audacter ſibi principatum omnium præſumentem repulit, dicens: Vade retrò ſatana. Scriptum eſt enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Horum verborum etiam nobis licentia eſt tributa: quia idcircò locutus eſt talia, vt ſimilitudo tentamentorum Auctoris noſtri frangeretur eloquiis.

iſti ſecuritatem animæ,

Ioan. 8. 56

Luc. 1. 41.

hi permanentem formidinẽ gignunt.

Matth. 4. 10. Deut. 6. 13.

51 Illud quoque, mei cariſſimi, admoneo, vt vitæ magis ſit vobis, quàm ſignorum ſollicitudo. Nullus ex vobis hæc faciens, aut ipſe ſuperbiâ intumeſcat, aut deſpiciat eos qui facere non poſſunt. *d* Conuerſationem magis ſcrutamini ſingulorum: in hac vitâ & imitari vos quæ perfecta ſunt, conuenit, & implere quæ deſunt. Nam ſigna facere non eſt noſtræ paruitatis, ſed Domini poteſtatis, qui ad diſcipulos gloriantes, in Euangelio ait: Ne gaudeatis quia dæmones vobis ſubiecti ſunt, ſed quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. Nominum enim in libro vitæ conſcriptio, teſtimonium eſt virtutis & meriti: expulſio autem ſatanæ, largitio Saluatoris eſt. Vnde his, qui non in vitæ laboribus, ſed in prodigiis exultabunt, dicentibus: Nónne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? reſpondebit Dominus: Amen dico vobis, non noui vos: diſcedite à me operarij iniquitatis. Non enim nouit Dominus vias impiorum. Hoc ergo magnoperè poſtulemus, vt donum ſpirituum diſcernendorum mereamur accipere: quo, ſecundùm ſententiam Scripturarum, omni ſpiritui non credamus.

d

Affectanda non eſt virtus miraculorũ.

Luc. 10. 20.

Matth. 7. 22.

1. Ioan. 4. 1.

a *Hanc S. Antonij doctrinam pluribus exhibet Delrio tom. 2. Diſquiſit.*

Diſquiſit. Magic. lib. 4. cap. 1. quæſt. 3. ſect. 6. & ex eo Roſweydus hic.

b *alij*, ſaltationibus.

c *Paria, & fortè aliquantò etiam dilucidiora, de fallaciis dæmonum monet S. Ignatius Societatis Ieſu Fundator in Regulis de diſcretione ſpirituum.*

d *Græcè*: Ἐκάστῳ δὲ τὴν ἄσκησιν καταμανθανέτω τις, ἢ μιμείσθω, ἢ ζηλάτω, ἢ διορθούσθω. Vniuſcuiuſque verò exercitationem addiſcat, & aut imitetur, & æmuletur, aut emendetur. *Hoc præceptum pluribus inculcat in Apophth. num.* 34.

CAPVT IX.

Superiora monita exemplis Antonij tentationum confirmata.

52 VOlueram quidem iam finire ſermonem, & ſilentio premere quæcumque meæ acciderant paruitati: ſed ne putetis me fruſtrà commemoraſſe, quæ euenire non poſſent, idcircò (licet inſipiens fiam, tamen Dominus, qui ſecretæ mentis eſt inſpector, nouit non me cauſsâ iactantiæ, ſed veſtri gratiâ profectus hoc facere) pauca replicabo de plurimis. a Quoties me nimiis laudibus efferre conati ſunt, cùm à me in nomine Domini maledicta reciperent? quoties augmenta Nili fluminis futura dixerunt, cùm à me audirent: Et hoc ad veſtram quid pertinet curam? quoties minitantes vt milites armati, ſcorpionibus, equis, belluis, & variis ſerpentibus circumdederunt me, & domum, in quâ eram, repleuerunt, cùm ego è contrà pſallerem: Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei noſtri magnificabimur. & ſtatim miſericordiâ Chriſti fugabantur. Quodam autem tempore cum ingenti luce venientes, dixerunt: Venimus, Antoni, noſtrum tibi præbere fulgorem. Et ego clauſis oculis, quia lucem diaboli dedignabar aſpicere, orabam, & dicto citiùs impiorum lumen extinguebatur. Poſt menſes autem paucos, cùm coram me pſallerent, & de Scripturis ſibimet ſermocinarentur, ego tamquàm ſurdus non audiebam. Commouerunt aliquando b monaſterium meum, & ego mente immobili Dominum deprecabar. Sæpè ſtrepitus, ſæpè ſaltationes, ſæpè ſibilos ingeſſerunt: & me pſallente, ſonus eorum in voces flebiles vertebatur.

53 Creditíſne, filioli, quod dicturus ſum vobis? Vidi aliquando diabolum excelſum corpore, qui ſe Dei virtutem & prouidentiam auſus eſt dicere, & ait ad me: Quid vis, vt à me tibi donetur, Antoni? At ego c ſputaculum maximum in os eius ingeminans, totum me in eum Chriſti nomine armatus, ingeſſi: & ſtatim ille procerus aſpectu inter medias manus exoleuit. Ieiunanti etiam mihi viſus eſt vt monachus: & panes offerens, his ſermonibus ſuadebat vt veſcerer, & huic aliquid indulgerem corpuſculo: Et tu, inquit, homo es, & humanâ fragilitate circumdaris: labor paullulùm conquieſcat, ne ægritudo ſubrepat. Illicò luridam faciem ſerpentis agnoui: & cùm ad conſueta Chriſti munimenta confugerem, tamquàm per feneſtram fumus laberetur, euanuit. Auri quoque decipulam mihi in deſerto frequenter tetendit: quod ideò offerebat, vt aut viſu irretiret me, aut tactu commacularet. Sæpè quoque me à dæmonibus non denego verberatum. Canebam autem ſic: Nullus me ſeparabit à caritate Chriſti. Ad cuius vocis auditum, in ſe inuicem deſurentes, non meo, ſed Domini fugabantur imperio, qui ait: Vidi ſatanam quaſi fulgur cadentem de cælo. Hæc ergo, filioli, Apoſtolici memor eloquij, in me transformaui, vt propoſitum veſtrum nec dæmonum terror, nec aliqua laſſitudo diſſolueret.

54 Sed quoniam ob veſtram vtilitatem multa memorando, inſipiens factus ſum; & huius rei vobis impertiri cupio notionem, quam veram eſſe nullus ambigat audientium. Pulſauit aliquando dæmon monaſterij oſtium: egrediens, video hominem enormi ſublimitate, porrectum caput vſque ad cælum. Cùm ab hoc, quiſnam eſſet, inquirerem, ait: Ego ſum ſatanas. Et ego: Quid, inquam, hìc quæris? reſpondit: Cur mihi fruſtrà imputant monachi? cur mihi omnes Chriſtianorum populi maledicunt? Et ego: Iuſtè faciunt: tuis enim frequenter moleſtantur inſidiis. At ille ait: Nihil ego facio, ſed ipſi ſe d inuicem turbant. Nam ego miſerabilis factus ſum. Rogo: Nonne legiſti? e Quia defecerunt inimici frameæ in finem, & ciuitates eorum deſtruxiſti? En nullum iam habeo locum, nullam poſſideo ciuitatem, iam mihi nulla ſunt arma: per omnes nationes cunctaſque prouincias Chriſti perſonat nomen: ſolitudines quoque monachorum ſtipantur choris. Ipſi ſe, quæſo, tueantur, & me ſine cauſsâ non lacerent. Tunc ego Dei gratiam cum alacritate miratus, ſic ad eum locutus ſum: Non tuæ veritati, quæ nulla eſt, tam nouam & tam inauditam adſcribo ſententiam. Nam cùm fallaciæ caput ſis, hoc ſine mendacio coactus es confiteri. Verè enim f Ieſus tuas funditus ſubruit vires, & honore nudatus Angelico, volutaris in ſordibus. Vixdum verba compleueram, & ille ſublimis aſpectu Saluatoris nominatione deiectus eſt.

Auctori S. Athanasio.

d

e

Pſal. 9. 7.

potentiam Chriſti inuitus confitetur,

f

prolato Ieſu nomine euaneſcit.

a *De omni eiuſmodi vexatione diabolicâ præclarè diſſerit Thyræus noſter.*

b *Græcè τὸ μοναστήριον. quod de* caſtello deſerto, *in quo ſolus viginti annus vixit, intelligendum. Ita S. Hieronymus in vitâ* S. Pauli Eremitæ *cellam, vbi ſolus hic degebat, & montem interiorem, in quo S. Antonius cum duobus diſcipulis erat,* monaſteria *appellat. De monaſterio vnius monachi Caſſianus Collat.* 18. *cap.* 6. *& nos alibi.*

c *MSS. quædam*: Sputa quàm maximè in os eius ingeminãs. *Græcè*: Ἐγὼ δὲ τότε μᾶλλον ἐνεφύσησα κατ' αὐτῶ. Ego verò tum magis contra eum inſufflaui. *Euagrius videtur legiſſe* ἐνέπτυσα, inſputaui.

d *Perelegante homiliâ probat S. Ioannes Chryſoſtomus*, Neminem lædi niſi à ſeipſo.

e *Andreas Cæſarienſis Epiſc. ſermone* 12. *in Apocalypſim*: Priſtinæ diaboli vires, *inquit*, poſt Chriſtum paſſum ſunt diminutæ, & quaſi fractæ; vt ipſi B. Antonio confiteri non erubuit, illud Prophetæ in ſe impletum oſtendens: Inimici frameæ defecerũt in finem.

f *S. Hilarion*, diabolicâ illuſione aduectam cernit rhedam feruentibus equis ſuper ſe irruere, cumque inclamaſſet Ieſum, ante oculos eius repentino terræ hiatu pompa omnis abſorpta eſt. *S. Hieronymus in eius vitâ.*

S. Antonius dæmones repellit contemptu,

Pſal. 19. 8. pſalmodiâ,

conſputatione,

c

recurſu ad Chriſtum.

Rom. 8. 35.

Luc. 10. 18

1. Cor. 4. 6

Dæmon ad cælum vſque porrectus,

CAPVT X.

Peroratio & fructus Exhortationis.

55 QVæ ergo iàm, ô filioli, poterit reſidere cunctatio? quæ trepidatio manebit vlteriùs? Quis nos eorum turbo poterit conuellere? Securæ ſint animæ ſingulorum: non ſibi fingat cogitatio vana diſcrimina: non aliquis timeat à diabolo ſublatum ad præcipitia ſe poſſe deferri. Pellatur omnis anxietas: Dominus enim, qui noſtros proſtrauit inimicos, manens, vt promiſit, in nobis, à variis nos ſatanæ muniuit incurſibus. En ipſe diabolus, qui huiuſmodi cum ſuis ſatellitibus exercet aſtutias, nihil ſe poſſe contra Chriſtianos fatetur. Iam curæ Chriſtianorum & monachorum ſit, ne per eorum inertiam vires dæmonibus præbeantur. Nam quales nos & noſtras repererint cogitationes, tales ſe nobis præſtare conſueuerunt. Et ſi quod in pectoribus malæ mentis & pauoris ſemen inuenerint, quaſi latrones qui deſerta a obtinent loca, cœptos cumulant timores, & crudeliter imminentes, infelicem puniunt animam.

Ioan. 14. 20.

Non timẽdus dæmon;

a

56 Si autem alacres fuerimus in Domino, & futurorum bonorum cupido nos ſuccenderit; ſi ſemper omnia manibus Dei committamus, nullus dæmonum ad expugnandum valebit accedere: magis enim, cùm munita in Chriſto corda conſpexerint, confuſi reuertẽtur. Ita & Iob firmatum in Domino diabolus refugit: & infeliciſſimum Iudam expoliatum fide, vinculis captiuitatis innexuit. Vna eſt ergo ratio vincendi inimicum, lætitia ſpiritualis, & animæ Dominum ſemper cogitantis iugis recordatio: quæ dæmonum ludos quaſi fumum expellens, perſequetur aduerſarios potiùs quàm timebit. Non eſt enim neſcius ſatanas ignium futurorum, & æſtuantis gehennæ copioſa nouit incendia.

qui vincitur fiduciâ in Deum,

lætitiâ ſpirituali, præſentiâ Dei,

57 Sed

AVCTORE S. ATHANASIO.

57 Sed vt mea iam claudatur oratio, illud in finem commemoro: Cùm aliqua se vobis obtulerit visio, audacter requirite, quis sit ille, & vnde venerit: ac sine morâ, si Sanctorum fuerit reuelatio, Angelicâ consolatione timor vertetur in gaudium. Si verò diaboli fuerit oblata tentatio, fidelis animæ percunctationibus euanescet: quia maximum est securitatis indicium, interrogare quisnam est & vnde. Sic & Naue filius auxiliatorem suum interrogando cognouit: nec Danielem percontantem latere potuit inimicus.

& audaci securitate interrogãtis.

Iosue 5. 13. Dan. 10.

58 Postquàm Antonius dicendi finem fecit, lætantibus cunctis, in aliis virtutis cupido exardescebat, in aliis infirma refouebatur fides, ex aliorum mentibus falsæ opiniones pellebantur, ex aliorum sensibus inanium terrorum pellebatur accensio: simulque vniuersi, cùm iam dæmonum insidias contemnerent, mirabantur in Antonio tantam gratiam spirituum discernendorum, quam Domino tribuente perceperat. Erant igitur in monte monasteria tamquàm tabernacula, plena *b* diuinis choris psallentium, legentium, orantium: tantumque ieiunandi & vigiliarum ardorem cunctorum mentibus sermo eius afflauerat, vt futuræ spei auiditate, ad caritatem mutuam & misericordias indigentibus exhibendas iugi studio laborarent: qui infinitam regionem quamdam, & oppidum à mundanâ conuersatione seiunctũ, plenum pietatis & iustitiæ videbantur incolere. Quis tantum monachorum agmen adspiciens, quis virilem illum concordiæ cœtum cernens, in quo nullus nocens, nulla detractio susurronis, sed multitudo abstinentium & certamen officiorum erat, non in hanc statim erumperet vocem? Quàm bonæ domus tuæ Iacob, tabernacula tua Israël tamquàm nemora obumbrantia, tamquàm paradisus super fluuios, tamquàm tabernacula quæ fixa sunt à Domino, tamquàm cedri circa aquas!

Discipuli ab Antonio solidè instructi,

b

exercent omne genus virtutum.

Num. 24. 5. & 6.

59 Dum hæc ita geruntur, quibus indies beatæ vitæ studium cresceret, Antonius mansionum in cælo positarum recordans, & præsentis vitæ despiciens inanitatem, quasi parua essent quæcumque iam gesserat, *c* separatus à Fratribus instituebatur. Cumque eum siue cibum siue somnum indulgere corpusculo, aut alias naturæ necessitates, cogeret humana conditio; miro afficiebatur pudore, quòd tantam animæ libertatem modici carnis termini coërcerent. Nam frequenter cum Fratribus sedens, à cibo, qui fuerat appositus, memoriâ escæ spiritualis abstrahebatur. Edebat tamen, vtpote homo, sæpè solus, sæpè cum Fratribus. Et cùm hæc mira (vt prædixi) ageret, cum confusione animæ adhibendam magnoperè corpori diligentiam persuadebat, dicens, nec corpus esse penitùs enecandum, ne operatio contra voluntatem Creatoris dissolueretur: & ob id omne studium animæ conferendum, ne vitiis superata corporeis, ad æternas inferni tenebras truderetur; quinimò indultum sibi in carne imperium vindicans, domicilium suum, vt Apostolus Paulus, ad tertium cælum subleuaret. Asserebatque hoc à Saluatore præceptum, in quo ait: Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis aut quid bibatis, nec corpori quid vestiamini, quia hæc gentes quærunt: vester autem Pater nouit quòd indigetis his omnibus. Quærite ergo primùm regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.

c S. Antonius viuit separatim,

cum pudore corporis necessitatibus seruit.

Matth. 6. 31.

a *alij*, obsident.

b *De his S. Ioannes Chrysostomus homiliâ 8. in Matthæum cap. 2.* Si quis nunc ad Ægypti veniat solitudines, paradiso quouis omnem illam videbit eremum digniorem, & innumerabiles Angelorum cœtus in corporibus fulgere mortalibus. *Similia habent S. Epiphanius lib. 3 hæresi 80. aliiq;. Consule §. 3. 7. & 15. in Prologom.*

c *Ita SS. Hilarion & Pachomius à Fratribus separati degebant.*

CAP. XI.

Desiderium martyrij. Miracula.

60 His rebus transactis, cùm persecutio impiissima *a* Maximini furore vesano vastaret Ecclesiã, sanctis quoque *b* Martyribus Alexandriam perductis, relicto & ipse monasterio secutus est futuras Christi victimas, dicens: Pergamus ad glorioſos Fratrum triumphos, vt aut ipsi congrediamur, aut spectemus alios præliantes. Et amore quidem iam Martyr erat, sed cùm tradere se vltro non valeret, & sociari Confessoribus in metallis vel in carceribus constitutis; magnâ cum libertate & curâ ingredientes ad Iudicem, exhortabatur, ne terrore impiorum subacti, Dominum negarent. Iamque sententiâ coronatos exultans, quasi ipse vicisset, vsque ad locum felicis sanguinis prosequebatur.

a Ob persecutionem Maximini Alexandriam petit,

b

Martyres confirmat,

61 Quamobrem motus Iudex, ob Antonij sociorumque eius constantiam, *c* præcepit nullum penitùs monachorum aut obseruare iudicium, aut in ciuitate versari. Et ceteris quidem omnibus in illâ die placuit abscondi: Antonius autem impauidus, neglecto persecutoris imperio, iauit *d* ependyten suum. Et aliâ die stans in quodam eminenti loco, candente præcinctus veste, procedentem Iudicem suo prouocabat adspectu, flagrãs cupiditate martyrij: ostendebatque nobis, contemptorem pœnarum & mortis in Christianis animum perseuerare debere, intantùm, vt contristaretur; quia volenti pati pro Dei nomine, martyrium non dabatur. Sed Dominus qui suo gregi parabat magistrum, seruauit Antonium: vt institutum (sicuti factum est) monachorum non solùm oratione eius, sed & conspectibus firmaretur. Numquàm tamen à sanctorum Confessorum vestigiis separatus est, quin anxiâ circa eos curâ & caritatis vinculis colligatus, magis carcerem patiebatur exclusus.

c iussus verbo excedere, non obtemperat:

d

ostentat se Iudici:

62 Postquàm autem persecutionis turbo defluxerat, & beato Episcopo Petro iam ob martyrij gloriam coronato, ad pristinum monasterium regressus, quotidianum fidei ac conscientiæ martyrium merebatur, acrioribus se ieiuniis vigiliisque conficiens: *e* vestimento cilicino intrinsecus, desuper pellicio vtebatur, numquàm corpus lauans, numquàm è pedibus sordes abluens, nisi cùm per aquas transire necessitas compulisset. Nullus denique Antonij corpus nudum, antequàm moreretur, vnquam vidit.

redit in eremum:

e

Martyr ob arctam viuendi normam.

63 Quodam autem tempore, cùm ab omnium se amouisset oculis, & clauso monasterio neminem omnino susciperet, Martinianus militum præpositus, cuius filia immundi spiritus infestationibus quatiebatur, pulsans ostium obsecrabat, vt suo pignori subueniret, & exiens, Deum pro filiâ precaretur. Tum ille aperire quidem minimè voluit; prospiciens verò desuper ait: O homo, quid meum poscis auxilium? mortalis & ego sum, & tuæ socius fragilitatis: si autem credis in Christum, cui deseruio, vade & secundùm fidem tuam ora Deum, & sanabitur filia tua. Confestim ille credens abiit: & inuocato Iesu, filiam reduxit incolumem.

Dæmoniacam liberat,

64 Multa & alia mirabilia per illum Dominus operatus est, & meritò: qui enim promisit in Euangelio, Petite, & dabitur vobis; inuento qui eius gratiam mereretur accipere, suam potentiam non negauit. Nam plures vexatorum ante monasterium eius, clauso introitu, dormientes, fidelibus per eum ad Christum precibus curabantur.

Matth. 7. 7.

plures, & alios.

a *Rosweydus aliiq; & Græcum exemplar Anglicanum*: Maximiani. *at Baronius tom. 3. an. Chr. 310. num. 19. cum Græco exemplari Bauarico* Maximini. *De eâre ad 26. Nouemb. cùm de S. Petro Alexandrino erit sermo.*

b *Illustri tunc martyrio perfuncti Alexandriæ, præsente S. Antonio*, Petrus Episcopus, *eiusq; socij*, Faustus, Didius, Ammonius, Phileas, Hesychius, Pachomius, Theodorus, & alij DCLX. *Eodem quoque tempore occisa est* S. Potamiæna Virgo, *de quâ Palladius*

dius in Lauſiacâ hiſtoriâ cap. 3. narrante Iſidoro Presbytero, qui à S. Antonio, oculato forſitan teſte cùm Alexandria veniaretur, acceperat.

c *Acta S. Petri Epiſcopi:* Videns Tribunus non tantùm populos diuerſæ ætatis, ſed etiam illuſtres viros, monachos quoque religioſos, ac Virgines, in cuſtodiâ carceris permanere; cum ſancto viro agebat ſilentio moderatè, qualiter B. Petrum ſine vllius ſanguinis effuſione foris eiectum percuteret, ſicut & Maximini tyranni ſententia manifeſtabat.

d *Nonnulla editiones interponunt:* id eſt, ſcapulare ſuum. *quo modo hic vertit* ἐπενδύτην *Hoeſchelius. De eo pluribus in proleg §. 15.*

e *Eadem ſcribit S. Ephræm citatus §. 9. in proleg. At §. 15. de his veſtibus fuſiùs actum.*

CAPVT XII.

Seceſſus ad interius deſertum. Tentationes.

65 HÆc illi multitudo venientium, deſideratam ſolitudinem auferens, tædio fuit. Metuens itaque
a Metu gloria & honoris fugã adornat. ne ſignorum copioſa *a* conceſſio aut ſuos animos extolleret, aut alios plus de ſe, quàm videbant in ipſo, cogeret æſtimare, ad *b* ſuperiorem Thebaidem pergere cogitauit, vbi nullus eum agnoſceret. Et à Fratribus acceptis panibus, ſedebat ſuper fluminis ripam, tranſitum *c* nauis obſeruans. Illo talia cogitante, vox ad eum deſuper facta eſt, dicens: Antoni, quò pergis, & quare? At ille intrepidè, quaſi conſuetam vocem loquentis agnoſceret, reſpondit: Quoniam non ſinunt me quieſcere populi, idcircò ad ſuperiorem Thebaidem ire optimum duxi; præcipuè, quia ea exigor, quæ virtutem meæ puſillanimitatis excedunt. Et vox ad illum ait: Si ad Thebaidem vadas, & ad *d* paſtoralia (vt cogitas) pergas, maiorem ac
d Diuinitus ad interius deſertum mittitur: duplicem ſuſtinebis laborem. Si autem verè quieſcere cupis, vade nunc ad interius deſertum. Cumque Antonius diceret, Quis mihi locum auium poterit oſtendere? ignarus enim ſum locorum: confeſtim ei is qui loquebatur, Saracenos indicauit, qui mercandi gratiâ ad Ægyptum venire conſueuerant. His appropinquans Antonius, rogauit vt ſe pariter abducerent in deſertum. Nullus obniſus eſt, ſed tamquàm à Deo miſſum comitem ſuſcipientes, amplexi ſunt eius ſocietatem.

66 Tribus autem diebus & noctibus itinere confecto, inuenit *e* montem valdè excelſum, ad cuius radices
e fons aquæ dulcis labebatur, & campus haud magnus totum ambiens montem, qui palmis perpaucis, & his neglectis, conſitus erat. Hunc Antonius locum, quaſi à
montem ſecundum incolit: Deo ſibi offerretur, amplexus eſt. Is enim erat, quem ſibi ad fluminis ripam ſedenti, qui loquebatur, oſtenderat. Et primò quidem accipiens à comitibus panes, ſolus remanſit in monte, nullo alio cum eodem conuerſante: quaſi propriam enim domum agnoſcens, habebat locum illum. Saraceni quoque videntes eius fiduciam, optato per eum tranſitu, panes eidem cum lætitiâ deferebant: necnon palmarum, licet mediocri, attamen aliquanto ſolatio refouebatur.

67 Exinde cùm Fratres agnito loco, tamquàm ad patrem filij, ſollicitè aliméta tranſmitterent; videns Antonius, quòd ob *f* ſuum refrigerium multis oneroſus la-
f frumẽtum ſerit in annuum victum: bor indiceretur; & parcens etiam in hoc monachis, rogauit vnum de aduenientibus, vt ſarculum ſibi cum *g* bis-acuto & fruméto deferret. Quibus allatis, circumiens montem, haud grandem, culturæ aptum reperit locum, ad quem deriuata *h* aqua deſuper poterat influere: ibique ſeminauit: atque exinde annuum ſibi panem laborans, gaudebat, quòd ſine cuiuſquam moleſtiâ ex
olus colit pro hoſpitibus: propriis manibus viueret in deſerto. Sed cùm rurſus etiam illuc quidam venire cœpiſſent, miſertus eſt laſſitudini eorum, & olus in paruo terræ ceſpite coluit, vt poſt aſperum iter aliquo venientes ſolatio refouerentur.

68 Hoc Fratrum refrigerium & paruulam meſſem
i *i* beſtiæ propter aquas illuc conuenientes, depaſtæ ſunt: è quibus vnam apprehendens dixit omnibus: Cur me læditis, nihil à me læſæ? abite, & in nomine Domini ne
k huc appropietis vlteriùs. *k* Quis credat, poſt hanc denuntiationem quaſi timentes; numquàm illuc beſtias appropinquaſſe? Sic Antonio impenetrabilia montium & deſerti interiora captanti, orationibus etiam dedito, introeuntes Fratres magnis vix precibus extorſerunt, vt oliuas & legumen & oleum, quod poſt menſes aliquot miniſtrabant, dignaretur accipere, & ſenili modicum laxaret ætati. AVCTORE S. ATHANASIO *verbo noxias beſtias abigit:*

69 Proh! quantus ibi conuerſans expertus eſt luctas! verè, ſecundùm quod ſcriptum eſt, non illi aduerſùs Epheſ. 6. 12. carnem & ſanguinem fuiſſe colluctationem, ſed aduerſùs principatus & poteſtates, ab his, qui ad eum ingrediebantur, agnouimus. Illi enim tumultus & voces populi, armorumque ſonitus, prorſus plenum montem dæmonum multitudine ſe vidiſſe referebant: ipſum etiam quaſi contra inimicos palàm reſiſtentem & fortiter colluctãtem. Qui tamen & aduenientes ſuo refouebat
l hortatu, & flexis genibus, armis quoque orationum omnem ſatanæ proſternebat exercitum. Admiratione planè dignum eſt, in tam immani ſolitudine, vnum hominem nec dæmonum quotidianas expauiſſe congreſſiones, nec tantarum beſtiarum, quadrupedum ſiue ſerpentium, diuerſæ ceſſiſſe feritati. Iuſtè Dauid cecinit: Pſa. 124. 1. Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion non commouebitur in æternum. Immobilem & tranquillam retinens animi firmitatem, & dæmones fugabat, & feras (ſicut ſcriptum eſt) ſecum pacificabat. Sed & diabolus, Iob 5. 23. vt ſuprà dictus Propheta ait, obſeruans eum, frendebat Pſ. 34. 16. dentibus ſuis: & ille Saluatoris auxilio, ab vniuerſis tutus perſeuerabat inſidiis. Quadam ergo nocte cùm peruigil Antonius obſecraret Dominum, tantos in monaſterium eius beſtiarum greges coaceruauit, vt omnes eremi belluas circum ſe adſpiceret. Quæ cùm rictu oris morſum corpori minitarentur, intellexit hoſtis aſtutias, dixitque: Si à Domino in me vobis eſt tributa licentia, deuorate conceſſum: ſi autem dæmonum huc veniſtis impulſu, quantocyùs abite, quia Chriſti famulus ſum. Ita factum eſt, & cum iubentis voce omnis beſtiarum multitudo, quaſi maieſtatis verbere cæderetur, aufugit.
l dæmonum exercitum proſternit: *belluas immiſſas fugat verbo,*

70 Non multi poſt hæc fluxerant dies, & alia oritur cum eodem hoſte certatio. Operante illo (nam ſemper, vt venientibus pro his quæ ſibi detulerant, aliquod munuſculum rependeret, laborabat) traxit quidam ſportellæ, quam texebat, *m* tricinam ſiue funiculum. Ad cuius
m motum exurgens, vidit beſtiam pubetenus humanam faciem præferentem, quæ exinde in aſinum finiebatur. Poſt cuius adſpectum, vexillum Crucis in fronte ſuâ pingens, hoc tantùm ait: Chriſti ſeruus ſum, ſi ad me miſſa es, non fugio. Nullum in medio ſpatium, & ſtatim informe prodigium dicto ocyùs cum ſatellitum turbâ fugit, & in medio curſu ruens extinctum eſt. Iſta autem exploſi mors atque enecatio prodigij, dæmonum erat communis interitus: qui omni ſtudio laborantes, Antonium à deſerto deducere non valuerunt. Mirandis plus miranda ſuccedunt. *& cruce in fronte ſignatâ.*

a *MS. Ripat.* congeſtio. b *de duplici Thebaide, §. 1.*

c *Vt in ſuperiorem Thebaidem nauigaret. Idem* S. Athanaſius *fecit in vitâ S. Pachomij.*

d *Græcè* Βυκόλια. *S. Hieronymus in vitâ S. Hilarionis ait,* ea loca Ægypti Bucolia vocari, eò quòd nullus ibi Chriſtianorum eſſet, ſed barbara tantùm & ferox natio. Βυκολία *ab his diuerſa, apud Heliodorum, qua Buculus in vitâ S. Marci, non procul ab Alexandriâ; vnde Bucolici milites Capitolino in Marco Antonino, vt in Onomaſtico Roſuweydus.* *Bucolia.*

e *Eum montem ad mille circiter paſſus ſublimè aſſurgentem, deſcribit S. Hieronymus in vitâ S. Hilarionis, citatus §. 2.*

f *Græcè,* προφάσει ἄρτου. prætextu panis, *ſcilicet ferendi.*

g *Græcè,* δικελλαυκῷ πελεκυνῷ σῖτον ὀλίγον. ligonem, & bipẽnem, & modicum frumenti. *Roſuweydus,* ſarculum cum bis-acuto & frumento: *annotatq;* bis-acutum *abſolutè poni pro* bipenni, ſeu ancipite ſecuri, aut ferramento ruſticano vtrimque incidente. *Invitâ Frontonij dicuntur monachi* deferre ad eremum parua olerum ſemina, & bis-acutos, paruoſque ſarculos. *S. Hilarioni poſt Antonij obitum oſtenderunt diſcipuli* ſarculum, *quem* ad fodiendum terram pluribus annis habuit. *Ita S. Hieronymus.* *Bis-acutum.*

h Hanc piſcinam, *inquiunt iidem,* ad irrigandum hortulum multo ſudore fabricatus eſt. *Similem Ægyptiorum, in retinendis poſt Nili inundationem aquis, induſtriam exponit Strabo lib.* 17.

i *S. Hie-*

AVCTORE S. ATHANASIO.

i *S. Hieronymus in vitâ S. Hilarionis hæc ita narrat*: Poſtquàm S. Hilarion & Iſaac in hortulum veneranti; Videtis, inquit Iſaac, hoc pomarium arbuſculis cõſitum & oleribus virens? Ante hoc fermè triennium, cùm onagrorum grex hoc vaſtaret, vnum è ductoribus eorum ſtare iuſſit, bacilloq; tundens latera: Quare, inquit, comeditis, quod non ſeminaſtis? Et exinde, exceptis aquis ad quas potandas ventitabant, numquàm eos nec arbuſculas nec olera contigiſſe.

k *Roſvveyd.* quis non credat?

l *MS. Rip.* oratu.

Trichina.

m *Quadam MSS.* ſportellam trilicinam: *quædam editiones*, tritiam *vel* triciam. *fortè à tricis dicta* tricina, *aut* trichina τριχίνη, *quaſi à pilis textus funiculus. Græcè* σειρὰν τῆς ἴριος, funiculum operis.

CAPVT XIII.

Viſitatio priorum monaſteriorum.

a 71 *a* NOn grande poſt iſta tempus exceſſerat, & tantarum victoriarum homo Fratrum precibus vincitur. A monachis enim rogatus, vt eos dignaretur inuiſere, vnà cum his profectus eſt, impoſitis camelo aquâ & panibus: quia nuſquam, præter monaſterij locum, ex quo hauſerant, potabilis aqua per arentem viam reperiebatur. Verùm in medio itinere bibendi ſubſidia defecerunt. Ardor nimius, æſtus intolerabilis, mortem cuncta minitantur. Circumeunt, & quærunt ſaltem collectam ex pluuiis lacunam: nihil prorſus remedij, nihil occurrit penitùs ad ſalutem. Camelus quaſi periturus & ipſe æſtuans dimittitur, æſtuantis pectus exuritur, & ſitis deſperatione ferueſcit. Mouit ſenem Fratrum ſecum commune diſcrimen, & vehementiſſimè contriſtatus ingemuit. Dehinc ad ſolita precum auxilia confugiens, paullulùm ab eis ſeceſſit: ibiq́ue genibus fixis, ſupplices manus tetendit ad Dominum. Nec mora, & ad primas rogantis lacrymas, in orationis loco fons ebulliens erupit, ibiq́ue extincta ſitis, & arentia membra refecta ſunt, & plenis vtribus inuentum potant camelum. *b* Ita enim caſu euenerat, vt camelus errans per eremum, dum funiculum trahit, in quodam lapide eiuſdem alligatione funiculi teneretur.

Fratres inuiſurus diſcedit:

ſiti in viâ cum aliis laborat:

fontẽ precibus diuinitus impetrat:

b

excipitur à monachis:

lætatur eorum progreſſu & ſororis:

c

d

e

redit ad montem.

72 Tandem confecto itinere ad monachos, qui inuitauerant, peruenit. Tunc verò quaſi patri omnes obuiàm occurrunt, & honorifico ſalutatu in oſcula eius & amplexus certatim ruunt. Propoſito ferueuti gaudet Antonius: & lætantibus de aduentu ſuo cunctis, quaſi *c* xenia de monte portaris, ſpiritualia impartitur alimenta. Laudat veterum ſtudia, *d* hortator nouorum. Sororem quoque iam vetulam *e* Virginem videns, & aliarum puellarum magiſtram, mirâ exultatione ſuſtollitur. Exinde, quaſi diu abeſſet ab eremo, rurſum feſtinauit ad montem.

Exhortatio ad monachos. Prou. 24. 15.

Sanctorum memoria ad virtutem incitamentum. Epheſ. 4. 26.

73 Plurimis iam ad illum venientibus, cùm etiam vexati à dæmonibus, malo neceſſitatis coacti, auderent deſerta penetrare; quos ille conſolans, & monachis in commune præcipiens, aiebat: Credite in Ieſum fideliter: mentem à malis cogitationibus, carnem ab immunditiis ſeruate puram, & iuxta eloquia diuina, ne ſeducamini in ſaturitate ventris: odite vanam gloriam, orate ſæpiſſimè, pſallite veſpere, & manè, & meridie, & mandata Scripturarum reuoluite. Recordamini geſtorum, quæ Sancti quique fecerunt, vt exempli memoria animum incitet ad virtutem, refrænet à vitiis. Suadebat etiam iugi meditatione retinendum Apoſtoli ſermonem, quo ait: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Non tantùm autem ſuper iracundiam ſolem occidere non debere interpretabatur, ſed & ſuper omnia delicta hominum; ne peccatorum vnquam noſtrorum aut in nocte luna, aut in die ſol, teſtes abicederent.

2. Cor. 13. 5.

Examen actorum die ac nocte.

74 Illius quoquè admonebat præcepti memores eſſe, quod dicit de his: Diiudicate voſmetipſos, & probate: vt rationem dici noctiſque facientes, ſi in ſe delictum deprehendiſſent, peccare deſiſterent: ſin autem nullus error decepiſſet, perſeuerantes inſtarent potiùs incepto, quàm arrogantiâ tumidi aut alios contemnerent, aut ſibi iuſtitiam vendicarent, iuxta ſupradicti Doctoris eloquium dicentis: Nolite iudicare ante tempus: magis debere eos Chriſti, cui ſoli occulta patent, reſeruare iudicio. Multas eſſe (vt ſcriptum eſt) vias, quæ videntur hominibus iuſtæ, ſed fines earum ad profundum reſpicere inferni: ſæpè noſtra non poſſe nos intelligere peccata, ſæpè falli in ratione geſtorum: aliud eſſe Dei cuncta cernentis iudicium, qui non ex ſuperficie corporum, ſed ex mentium iudicat arcanis. Æquum autem eſſe nos nobis compati, & inuicem onera noſtra portare: vt conceſſo examine Saluatori, proprias conſcientias noſmetipſos iudicantes intueremur.

1. Cor. 4. 5. Rom. 2. 16. Prou. 14. 12. & 16. 21.

Fugiendũ temerarium iudicium.

75 Necnon dicebat, *f* magnam eſſe ad virtutẽ viam, ſi ſinguli vel obſeruarent quod gererent, vel vniuerſas mentium cogitationes Fratribus referrent. Non enim poſſe aliquem peccare cùm relaturus eſſet ad alium quęcumque peccaſſet; & ſubire pudorem, in publicum turpia proferendi. Denique nullum peccantem, coram alio audere peccare: etiamſi peccet tamen teſtem vitare peccati, mentiri magis & negare, & vetus delictum nouo inficiandi augere delicto. Igitur quaſi ſub oculis, aiebat, noſtris, & cogitatu confundimur & actu, ſi omnia referenda faciamus: multò autem magis, ſi peccata noſtra fideliter deſcribentes digeramus in ordinem. Tunc verò annotatio delictorum, Fratrum videbitur oculis. *g* Timebimus peccati ceras conſcias, & ipſi nos arguent apices: & quomodò meretricibus membra miſcentes, confunduntur ad præſentiam ceterorum; ita & nos erubeſcemus ad litteras, ſi hæc agamus. Hanc virtutis gradiamur viam, & corpora mentibus ſubiugantes, pernicioſas diaboli conteramus inſidias.

f

Vtile ad virtutem omnes ſuas cogitationes aliis aperire.

g

a *In MS. Ripat. deeſt* Non

b *MS. Ripat.* Accidit enim, vt fune circa lapidem obuoluto teneretur.

c *Græcè*: Καὶ αὐτὸς δὲ ὥσπερ ἰφόδια φέρων ἀπὸ τοῦ ὄρους ἐξίστιζεν αὐτοὺς τοῖς λόγοις, καὶ μετεδίδου τῆς ὠφελείας. Et ipſe quidem, quaſi viatica de monte afferens, hoſpitalibus ipſos impertitur ſermonibus, atque vtilitatis participes facit. *MSS. & antiqui codices habent* exenia; *de quo Onomaſticon Roſvveydi.*

d *MS. Rip.* hortatur.

e *S. Chryſoſtomus homiliâ 8. in Matthæum, oſtendit etiam feminas hoc ſanctæ Philoſophiæ genere excelluiſſe. Patet ex S. Baſiliſſâ 9 Ianuarij. S. Pachomius quoque ſorori aliiſq; Virginibus monaſterium hoc tempore extruxit, & Regulam ſcripſit.*

f *Eadem S. Antonij monitio, legitur apud Sozomenum lib. 1. cap. 13.*

g *Roſvveyd.* Si timebimus; *qui rectè ex MSS.* ceras conſcias *reſtituit, cùm antiquiores editiones habeant*, maculas conſcientiæ.

CAPVT XIV.

Energumenorum liberatio. Abſentium notitia.

76 TAlibus ſermonum hortamentis & venientes ad ſe monachos incitabat ad ſtudium, & patientibus condolebat, pluresq́ue eorum Dominus per Antonium liberauit. Numquàm tamen aut de incolumitate curatorum eſt inflatus ad gloriam, aut contriſtatus de obſeſſis adhuc corporibus murmurauit: magis autem eodem ſemper animo & vultu manens, gratias Deo referebat; ſuadens occupatis, vt correptionem, quâ vexabantur, patientius ferrent; non enim Antonij aut cuiuſquam omnino hominum hanc eſſe medicinam, ſed Dei ſolius: qui & quibus vellet, & quo vellet tempore daret ſanitatem. Ita conſolatione ſuâ & vexatos æquanimiter ferre tentationem, & iam liberatos, non ſibi, ſed Deo gratias referre docebat.

Multos dæmoniacos liberat S. Antonius, eodem ſemper vultu & animo.

77 Fronto autem quidam, ex *a* Palæſtinis, qui infeſtiſſimo dæmonio vexabatur, (nam & linguam eius laniabat dentibus, & oculorum nitebatur lumen extinguere) perrexit ad montem, rogabatq́ue beatum ſenem, vt pro ſe Dominum rogaret. Orauit Antonius, dixitq́ue ad eum: Vade, & curaberis. Illi incredulo ſibi, & violenter ibidem contra præceptum remoranti, eadem geminabat

a

Cuidam ſanitatem prædicit & impetrat.

mînabat Antonius,dicens: Hîc curari non poteris: egredere, & calcatâ Ægypto ſtatim te miſericordia Chriſti conſequetur. Tandem credidit, & profectus eſt: ac visâ Ægypto, ſecundùm profeſſionem ſenis,quam ei Dominus oranti reuelauerat, infeſtatio ceſſauit inimici.

b 78 Virgo verò quædam, *b* quæ de Buſiris Tripolitanæ regionis ciuitate ibidem erat, inauditis ac flebilibus morbis laborabat. Etenim narium purgamenta, oculorum lacrymæ, aurium putridus humor in terram cadẽs, confeſtim in vermes vertebantur. Augebat calamitatem corpus paralyſi diſſolutum, oculos quoque peruerſos contra naturam habens. Hanc parentes eius deferentes, cùm ad Antonium monachos ire didiciſſent; credentes in Domino, qui pertinacem ſanguinis fluxum in Euangelio tactu fimbriæ ſtare præceperat, rogauerunt, vt miſerabilem filiæ comitatum ſuſciperent. Illis renitentibus eam vſque ad Antonium perducere, remansêre parentes eius foris, cum filiâ debili apud beatum Confeſſorem & monachum *c* Paphnutium, qui *d* effoſſo pro Chriſto oculo ſub *e* Maximiano perſecutore, tali dehoneſtamento corporis plurimùm gloriabatur. Peruenerunt igitur ad Antonium monachi: cumque de morbo puellæ referre diſponerent, relationem eorum ſenis ſermo præuenit: & omnem debilitatis & itineris vſque ad S. Paphnutium cauſſam, quaſi ipſe interfuiſſet,expoſuit. Rogantibus autem eum monachis, vt parentibus cum filiâ permitteretur ingreſſus, non conceſſit, ſed ait: Ite, & inuenietis puellam, ſi non eſt mortua, curatam. Et adiecit: Nullus debet ad meam humilitatem venire, quia largitio curationum non eſt humanæ miſericordiæ, ſed Ieſu Chriſti, qui vbique in ſe credentibus præſtare conſueuit auxilium. Quamobrem & illa,pro quâ petitis, ſuis precibus liberata eſt: & cùm ad Dominum orarem ego, mihi *f* præſentia ſanitatis eius indulta eſt. Dixit, & verba eius puellæ incolumitas conſecuta eſt. Nam exeuntes foras ad B. Paphnutium, & filiam ſoſpitem, & parentes lætos repererunt.

Virgo variis morbis obruta,

Matth. 9. 20.

c d e peruenit ad vellam S. Paphnutij,

liberatur à S. Antonio abſens.

f

79 Non multos autem poſt iſta dies, cùm duobus Fratribus euntibus ad Antonium aqua in itinere defeciſſet, & vno ſiti mortuo, alter iaceret in terrâ mortem exſpectans; Antonius ſedens in monte, celeriter ad ſe duos monachos vocat, qui fortè ibidem ſunt reperti: & feſtinatò præcepit, vt lagenam aquæ aſſumentes, inuaderent iter, quod ducit ad Ægyptum, dixitque: Vnus è Fratribus huc aduenientibus modò migrauit ad Dominum; alter, ſi non ſuccurreritis, addetur: hoc enim mihi nunc oranti reuelatum eſt. Sic ait; & iuxta præceptum eius monachi feſtinantes, extinctum corpus inueniunt, terrâque id operientes, alterum refocillatum ſuo iunxerunt comitatui, erat autem ſpatium itineris vnius diei. Fortaſſe aliquis quærat, Cur non antequàm moreretur, Antonius dixerit? incongruo prorſus Chriſtianis argumento: quia non Antonij, ſed Dei iudicium fuit, qui & de recedente, quam voluit, ſententiam tulit, & de ſitiente reuelare dignatus eſt. Hoc tantùm in Antonio mirabile eſt, quòd in monte remotiſſimo ſedens, corde peruigili cuncta procul poſita, Domino indicante, cognoſceret.

Fratrem ſiti torqueri abſens cognoſcit,

curatq; refocillari.

80 Alio rurſus in tempore,cùm ſederet in monte,& oculos ſubitò tetendiſſet in cælum, vidit neſcio quam animam,lætantibus in eius occurſum Angelis,ad cælum pergere. Cuius ſpectaculi nouitate ſtupefactus, beatum dixit Sanctorum chorum: orauitque vt ſibi rei præſentis agnitio panderetur. Et ſtatim vox ad eum facta eſt, inquiens iſtam eſſe *g* Ammonis monachi animam, qui Nitriæ morabatur. Erat autem Ammon vir grandæuus,qui perſeueranter à pueritiâ vſque ad ſenectutem in ſanctitate vixerat. Itinere quoque dierum tredecim à Nitriâ locus, in quo ſedebat Antonius, diuidebatur. Videntes autem eum monachi admirantem,qui venerant, deprecati ſunt,vt cauſſam hilaritatis ediceret. Quibus ait,modò Ammonem quieuiſſe: quem propter frequentem eius ad Antonium commeatum,& propter celebritatem

Videt Ammonis animam in cælum vehi,

g

idq; Fratribus indicat.

indultorum ei à Domino ſignotum optimè nouerant. De quibus etiam hoc vnum dicendum eſt: Neceſſe ei fuit aliquando flumen nomine *h* Lycum ſubitis aquis inundatum tranſuadare: rogauitque *i* Theodorum, qui cum ipſo erat, vt paullulùm à ſuo ſepararetur adſpectu, ne nuditatem corporis inuicem vterque conſpicerent. Receſſit Theodorus: nihilominùs ille ſeipſum cùm nudare vellet, erubuit. Cogitantem autem eum,in alteram ripam virtus diuina tranſpoſuit. Rurſuſque Theodorus, vir & ipſe Deo deuotus, tranſiens ad ſenem mirari cœpit, quòd tam velociter fluuium tranſuadaſſet. Cumque nihil humoris in pedibus, nulla in veſtibus eius aquæ ſigna conſpiceret, rogauit eum, vt tam incredibilem tranſlationem quaſi filio pater exponeret. Nolente illo dicere quæ acciderant, amplexus eſt pedes eius, iurauitque non ſe dimiſſurum, priuſquàm ſibi id, quod celabat, referret. Videns ergo ſenex contentiosè vincere volentem Fratrem, exegit viciſſim ab eo,vt nulli hoc ante ſuam mortem indicaret: atque ita confeſſus eſt ſe ſubitò in alteram ripam fuiſſe tranſpoſitum,neque verò omnino vndis impreſſiſſe veſtigia: Dominici corporis hoc tantummodò priuilegium aſſerens, & eorum quibus ipſe, vt Apoſtolo Petro, donauerit, vt aquarum leuitati humanum corpus inſiſteret. Hæc autem Theodorus promiſſo tempore non dixit, poſt eius mortem retulit. Monachi verò,quibus dixerat Antonius de morte Ammonis,notauerunt diem: & venientibus de Nitriâ Fratribus poſt dies triginta, ſciſcitantes, repererunt illo die illâque horâ dormiſſe Ammonem,quâ animam eius ferri ſenex viderat: vtrique igitur puritatem mentis in Antonio mirati ſunt, quomodò rei tam longè geſtæ ſtatim ad eum fuiſſet perlata cognitio.

Auctore S. Athanasio.

h

i

Ammon pudicitiæ amans.

vltra Lycum diuinitus trãſponitur.

Matth. 14. 28.

Viſionis Antonij veritas cognoſcitur.

a *MS. Ripat.* Palatinis.

b *MSS. S. Maximini & Ripat.* Quæ à Tripolitanæ regionis ciuitate Buſiride erat. *Erat & alia ciuitas* Buſiris *in Ægypto extra regionem Tripolitanam, quam volunt eamdem eſſe cum Thebis, ſeu Dioſpoli magnâ, in Thebarum, ſeu Dioſpolite Nomo, vt hic obſeruauit Roſweydus.*

Buſiris vrbs.

c *De hoc* S. Paphnutio *agemus cum Martyrolog. Roman.* 11. *Septembr.*

d *Theodoretus lib.* 1. *c.* 7. dextero effoſſo oculo. *malè Roſweydus* effoſſis oculis.

e *An hic* Maximino *legendum ſit, dicemus* 11. *Sept. Deeſt hac de S. Paphnutio periphraſis in Cod. Graco, fortè ab Euagrio alioue ad diſtinctionem aliorum Paphnutiorum intexta.*

f *Ita MSS. at Roſweydus,* præſcientia.

g *MSS. ferè vbique* Ammon, ἀχλίτως; *& Græcè* Ἀμμῶν, *&* Ἀμμοῦν. *Idem refert auctor Vitæ S. Pachomij de* Ammone, *Ruffinus,* Palladius, *Socrates, & Sozomenus* §. 9. *citati, Nicephorus lib.* 8. *cap.* 41. *aliiq;. Colitur IV. Octob.*

S. Ammon.

h *Ruffinus* Nilum *ſcribit. at* Lycum *cum S. Athanaſio, Sozomenus, Nicephorus, & Palladius, qui addit:* Hunc Lycum fluuium ego cum metu pontone aliquando tranſmiſi; eſt enim foſſa & deriuatio magni Nili. *Nicephorus etiam* Lycum, foſſam *vocat.*

Lycus fl.

i *De eo egimus* 7. *Ianu.*

CAPVT XV.

Donum curationum. animarum ſtatus.

81 ARchelaus quoque Comes, cùm eum inueniſſet in exteriori monte, rogauit vt oraret pro Polycratiâ, *a* quæ in *b* Laodiceâ erat, admirabili & Chriſto deditâ Virgine. Patiebatur enim peſſimos ſtomachi & lateris dolores,quos ieiuniis nimiis vigiliiſque contraxerat, & erat penitùs toto debilis corpore. Orauitque Antonius: & diem, quo oratio fuerat facta, annotauit Archelaus. Redit Laodiceam, & inuenit virginem incolumem. Percontatus diem ſanitatis, reperit tempus medelæ cum annotatione congruere. Et omnes admirati ſunt, agnoſcentes eo tempore illam à Domino fuiſſe à doloribus liberatam,cuo orans Antonius pro ipsâ bonitatem Saluatoris inuocauerat.

a b Polycratia virgo Antonio orante curatur abſens.

82 Sæpè etiam ad ſe venientium ante dies & menſes, & cauſſas prædixit & tempora. Nam quoſdam videndi eum tantùm deſiderium, alios imbecillitas, nonnullos obſeſſa à dæmonibus corpora pertrahebant: nemo tamen vnquam vexationem aut detrimentum labo-

Omnes ab Antonio læti regrediuntur.

AVCTORE S. ATHANASIO.

rioſi itineris conqueſtus eſt: regrediebantur omnes ſpiritali cibo pleni. At ille præcipiebat, non ſuæ laudi hanc admirationem ab eis applicari debere, ſed Domini, qui ſui *c* notionem hominibus pro capacitate mortalitatis indulſerit.

c

83 Quodam autem tempore cùm exiſſet ad exteriora monaſteria, & rogatus eſſet à Fratribus, vt in naui quadam cum monachis proficiſcentibus oraret; aſcendit, & ſolus ex omnibus odorem ſenſit teterrimum. Aſſerebant cuncti, piſcium ſalſorum & *d* tarichorum in naui poſitorum hunc eſſe putorem. At ille alterius rei fœtorem ſe ſentire affirmauit. Adhuc loquente illo, adoleſcens quidam poſſeſſus à dæmone, qui *e* præcedés iuxta carinam ſe nauis abſconderat, repentè exclamauit. Quo ſtatim per Antonium in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti curato, intellexêre vniuerſi, *f* diaboli illum fuiſſe putorem.

d

Dæmonis fœtorem ſolus ſentit Antonius:

e

liberat obſeſſum.

f

84 Alius quoque ad eum vir inter ſuos nobilis, dæmonioſus adducitur, tantâ oppreſſus inſaniâ, vt non ſciret ſe eſſe apud Antonium, necnon & corporis ſui ſuperflua comederet. Quamobrem rogatus ſenex ab his, qui eum adduxerant, vt pro illo Dominum oraret, intantùm iuuenis miſeriæ condoluit, vt totâ nocte peruigilans cum eo, aduersùs patientis inſaniam laboraret. Sed cùm iam luceſceret, & obſeſſus impetu in Antonium facto, vehementer eum impuliſſet; iraſci cœperunt, qui eum adduxerant, cur ſeni feciſſet iniuriam. Quibus Antonius ait: Nolite alienam culpam iuueni miſero adſcribere: furor iſte obſidentis eſt, non obſeſſi. Idcircò autem in hanc prorui dolens hoſtis audaciam, quia Dominus ad aridam regionem ire eum iuſſit; & expulſi ſatanæ indicium, iſte aduersùm me impetus fuit. Nulla poſt verba mora: adoleſcens recepto ſenſu, & gratias agens Deo, & locum vbi eſſet, agnouit, & toto Antonium complexans deoſculatus eſt affectu.

Item alius.

85 Innumera & alia iſtiuſmodi ſigna ſunt, quæ monachorum concordi ſæpè relatione cognouimus. Verùm non tantùm his adhibendus eſt ſtupor: quia multò plus, quæ ſequuntur, conditionem noſtræ fragilitatis excedunt. *g* Horâ circiter nonâ, cùm ante cibum orare cœpiſſet, raptum ſe ſenſit in ſpiritu, & ab Angelis in ſublime deferri: prohibentibus tranſitum aëris dæmonibus, cœperunt Angeli contradicentes requirere, quæ eſſet cauſſa retinendi, nullis exiſtentibus in Antonio criminibus. Iilis verò ab exordio natiuitatis replicare peccata nitentibus, calumnioſa ora Angeli clauſerunt, dicentes, non debere eos à natiuitate eius delicta narrare, quæ iam Chriſti eſſent bonitate ſopita: ſi qua autem ſcirent ex *h* eo tempore, quo factus eſſet monachus, & Deo ſe conſecraſſet, licere proferri. Accuſabant dæmones multa procaciter mentientes: & cùm deeſſent probamenta fallacibus, liber Antonio conſcenſus aperitur. Et ſtatim rediens in ſe, in eo loco, in quo ſtare cœperat, hoc ſe rurſum vidit eſſe quod fuerat.

g

Raptus in ſublime ab Angelis, fruſtrà à dæmonibus retentatur,

h

& accuſatur procaciter:

86 Tunc verò oblitus eſcæ, ex illâ horâ noctem gemitu ac lamentatione tranſegit, reputans ſecum humanorum hoſtium multitudinem, & colluctationem tanti exercitus, & laborioſum per aërem iter ad cælum, & hoc Apoſtoli dictum quo ait: Non eſt nobis colluctatio aduersùs carnem & ſanguinem, ſed aduersùs principem poteſtatis huius aëris, qui ſciens aëreas poteſtates ob id ſemper tentare, luctari & contendere, ne nobis liber tranſitus eſſet ad cælum, hortabatur monens: Aſſumite arma Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malâ: vt nihil mali habens quod de vobis dicere poſſit inimicus, confundatur. Nos autem Apoſtolici ſermonis recordemur, dicentis: Siue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio: Deus ſcit. Et Paulus quidem vſque ad tertium cælum raptus eſt, ibiſque auditis verbis ineffabilibus deſcendit; Antonius autem vſque *i* ad aëreum ſublatus, poſt colluctationem liber apparuit.

ſibi reddi-tus lamentatur: Epheſ. 6. 13.

hortatur ſuos ad pugnam:

2. Cor. 12. 2.

i

87 Habebat etiam iſtiuſmodi donum: Si cuius rei ſedens in monte ignarus fuiſſet, & eius ſecum inquire-

Reddi-tur

ret notionem, oranti ei à Domino reuelabatur: & erat, ſecundùm quod ſcriptum eſt, à Deo doctus. Denique cùm à Fratribus haberetur iſte tractatus, & ab eo ſedulè ſciſcitarentur, quemadmodùm ſe poſt corporis ſarcinam anima gereret, quíve ei locus poſt exitum concederetur; proximâ nocte vox deſuper nomen eius inclamitans, ait: Antoni exurge, exi & vide. Qui exurgens, egreſſus eſt: ſciebat enim quibus reſpondere deberet. Et eleuatis ad cælum oculis, *k* vidit quemdam longum atque terribilem, caput vſque ad nubes attollentem: vidit etiam pennatos quoſdam ſe eleuare cupientes ad cælum, atque illum extenſis manibus prohibere tranſgreſſum: è quibus alios apprehenſos elidebat ad terram, alios fruſtrà retinere contendens, dolebat ſuper ſe ad cæleſtia tranſuolare: & maximum gaudium mixtum mœrore victi victoreſque tribuebant. Statimque ad eum vox facta eſt, dicens: Animaduerte quod vides. Et tunc cœpit illuminato corde intelligere, animarum eſſe conſcenſum, & diabolum prohibentem: qui & ſibi retineret obnoxios, & in Sanctorum, quos decipere non poterat, cruciaretur volatu. His viſionum exemplis incitatus, quotidie ad meliora creſcebat. Neque verò id, quod ſibi reuelatum fuerat, cauſsâ iactantiæ Fratribus indicabat; ſed cùm orans iugiter Dei laudaret auxilium, interrogantibus compellebatur edicere: nec ſpiritualibus filiis pura in Chriſto anima occultare quidquam volebat, præſertim cùm huiuſmodi ſignorum relatio & amorem miniſtraret propoſito, & fructum laboris oſtenderet.

Ioan. 6. 45. Iſa. 54. 12.

k

Videt animarum poſt exitũ ſtatum.

a *Additur* Publij filia *apud Surium, & in editionibus antiquis; quod deeſt MSS. & Græco exemplari, vt notat etiam Roſweydus num.* 74.

b *Suſpicamur* Laodiceam *hanc Cœleſyriæ eſſe, ceteris Ægypto vicinioremi.*

c *MS. Ripat.* notitiam.

d *Græcè*: Ἰχθῦν εἶναι καὶ ταρίχιον σὺν τῷ πλοίῳ, καὶ τούτων εἶναι τὴν ὀσμήν. Piſcem eſſe & tarichum in naui, & horum eſſe odorem. *Eſt autem* tarichum, *quod retinuit interpres, ſalſamentum, vel aliquid ſale cõditum. MS. Ripat. Surius, & antiquæ editiones* piſcium ſalſorum & caricarum *legebant. eſt autem* carica *fici genus, quod Syria attribuit Plinius lib.* 13. *cap.* 5.

Tarichũ.

e *Roſweydus*, procidens.

f *S. Pachomius, ex fœtore, præſentium hæreſim agnouit.*

g *Sequentia, citato* §. Athanaſio, *referuntur etiam in Syntagmate Georgij Hamartoli, ſeu Logothetæ, de ſtatu morientium num.* 3. *à Radero noſtro Latinè reddito, & tertiò cum Viridario Sanctorum & Aulâ ſanctâ edito.*

h *Hieronymus Platus noſter lib.* 1. *de Bono ſtatus religioſi cap.* 13. *aſſerit primum religionis fructum eſſe, quòd eam ingreſſi plenam atque integram remiſſionem omnium omnino peccatorum, quæ in ſeculari vitâ commiſerant, nanciſcantur. Imò Cardinalis Bellarminus tomo* 4. *in Iudicio de libro Concordiæ Lutheranorum, mendacio* 22. *colligit ex hoc S. Antonij raptu aliquam inter Baptiſmum & religionis ingreſſum ſimilitudinem videri; atque ſicuti in baptiſmo remittitur omnis pœna peccatis debita, ita quoque in ſuſceptione vitæ monaſticæ aliquâ proportione fieri. Quod ab iiſdem, & Roſweydo hic, antiquorũ Patrum teſtimonijs, Sanctorum exemplis, & Scholaſticorum doctrinâ egregiè confirmatur.*

Indulgentia in Religionis ingreſſu.

i *MS. Ripat. & S. Maxim.* ad aërem.

k *Viſionem hanc narrant Paſchaſius lib.* 7. *de Vitis PP. cap.* 19. *num.* 4. *& Palladius lib.* 8. *cap.* 27. *eiſdem penè verbis.*

CAPVT XVI.

Reuerentia Cleri, odium hæreſis.

88 NVmquàm ille aut irâ ſubitâ concitatus patientiam rupit, aut humilitatem erexit in gloriam. Nam omnes Clericos vſque ad vltimum *a* gradum ante ſe orare compellens, Epiſcopis quoque atque Preſbyteris, quaſi humilitatis diſcipulus, ad benedicendum ſe caput ſubmittebat. Diacones verò, qui ad eum vtilitatis cauſsâ veniebant, cùm pro adiutorio eorum eis præſentibus diſputaret, ad orandum Dominum ſibi præponebat, non erubeſcens & ipſe diſcere. Nam & interrogabat frequenter eos cum quibus erat: & ſi aliquid ab eis neceſſarium audierat, ſe fatebatur adiutum.

Defert Clero.

a

Benedictionẽ ſubmiſſo capite petit.

89 Habebat autem & in vultu magnam gratiam, & admirabile à Saluatore etiam hoc munus acceperat. Si

quis

Ex vultus hilaritate agnoſcitur.

quis enim ignarus eius, inter multitudinem monachorum eum videre deſideraſſet, nullo indicante, ceteris prætermiſſis, ad Antonium currebat, & animæ puritatem agnoſcebat ex vultu, & per ſpeculum corporis, gratiam ſanctæ mentis intuebatur. Nam ſemper hilarem faciem gerens, liquidò oſtendebat ſe de cæleſtibus cogitare, ſicut Scriptura ait: Corde lætante vultus floret, in mœrore conſtituto triſtatur. Ita & Iacob agnouit Laban ſocerum ſuum inſidias ſibi machinantem, dicens ad filias eius: Non eſt facies patris veſtri ſicut heri & nudiuſtertiùs. Sic Samuel agnouit Dauid: Lætificatos enim habebat oculos, & dentes ſicut lac candidos. Similiter agnoſcebatur Antonius: quia ſemper eamdem faciem inter proſpera & aduerſa retinens, nec ſecundis extollebatur, nec frangebatur aduerſis. Erat enim & in vultu amabilis, & in fidei puritate mirabilis.

Prou. 15. 13.

Gen. 31. 5.

1. Reg. 16.

90 Numquàm ſchiſmaticorum ſe miſcuit communioni, antiquam eorum ſciens prauitatem atque tranſgreſſionem. Numquàm Manichæis aut aliis hæreticis ſaltem amicabilia verba largitus eſt, niſi tantùm ea, quæ eos poſſent ab iniquitatis errore reuocare; denuntians, talium amicitias atque ſermones, perditionem eſſe animæ. Sic etiam Arianos deteſtabatur, vt omnibus diceret, nec iuxta eos quidem eſſe accedendum. Nam cùm veniſſent quidam *b* Ariomanitæ, repertâ eorum poſt examinationem infideliſſimâ ſectâ, effugauit eos de monte, dicens, multò ſerpentibus deteriores horum eſſe ſermones.

Hæreticos & ſchiſmaticos deuitat.

b

91 Mentientibus autem Arianis aliquando, Antonium ita vt ſe credere, admiratus eorum audaciam, & iuſti doloris irâ commotus, rogatuſque ab Epiſcopis atque vniuerſis Fratribus, *c* Alexandriam deſcendit: ibique Ariomanitas publico ſermone condemnauit, vltimam hanc eſſe hæreſim & præcurſorem Antichriſti affirmãs; prædicauitque in populo Filium Dei, non facturam, non ex nullis extantibus, ſed proprium, vnius cum Patre ſubſtantiæ; ne creatura potiùs, aut adoptio, aut appellatio videretur: impium eſſe dicens vel mente concipere, Erat quando non erat: cùm Verbum Dei Deus, qui eſt ſemper, Patri ſit coæternus, quia ex eo natus eſt Patre, qui ſemper eſt. Vnde aiebat: Cum Arianis vobis nulla ſit coniunctio. Quæ enim ſocietas luci ad tenebras? vos fideliter credentes, Chriſtiani eſtis: illi Verbum, id eſt, Filium, qui ex Deo Patre eſt, creaturam dicentes, nullo interualio à Gentibus ſeparantur, qui ſeruiunt creaturæ potiùs quàm Creatori, qui eſt benedictus in ſæcula. Ipſa, mihi credite, iraſcuntur elementa, & omnis contra Arianum furorem, ſecundùm Apoſtoli dictum, ingemiſcit creatura, quòd ſibi Dominum ſuum, per quem omnia, & in quo omnia facta ſunt, videat aggregari.

Abit Alexandriã,

c palàm dãnat Arianos,

2. Cor. 6. 14.

Rom. 8. 22.

92 Hæc tanti viri prædicatio, exprimi non poteſt, quantùm ad fidem populos roborauerit. Lætabantur quippe hoſtilem & Chriſto inimicam hæreſim anathematizari ab Eccleſiæ columnâ. Nulla tunc ætas, nullus ſexus domi remanſit. Taceo de Chriſtianis; pagani quoque & ipſi idolorum ſacerdotes ad *d* Dominicum conuolabant, dicentes: Precamur vt videamus Hominem Dei: quia hoc apud vniuerſos erat nomen Antonio. Ambiebant quoque ſaltem fimbriam veſtimenti eius attingere, multùm ſibi & tactum prodeſſe credentes. Quot tunc diabolicâ obſidione & variis infirmitatibus liberati? quot ſimulacris erepta ſunt ſpolia? quanti etiam ab errore gentilium retracti, noſtro iuncti ſunt gregi? Tanti certè, vt paucorum dierum ſpatio ex idolorum ſuperſtitione conuerſi omnem per annum credentium vincerent turbam. Præterea cùm irruentem multitudinem comites repellerent, æſtimantes tædio illi conuentum populi fore; ille tranquillo animo dicebat: Numquid hic cœtus dæmonum maior eſt turbis? numquid obſequentium multitudo colluctatorum in monte noſtrorum cateruis eſt numeroſior?

Homo Dei appellatur.

d

Miraculis firmat fidem.

Gentiles conuertit.

93 Accidit etiam, vt cùm eum redeuntem circa portam proſequeremur, à tergo quædam mulier clamita-

ret, dicens: Expecta homo Dei, filia mea atrociſſimo vexatur dæmonio: expecta, obſecro, expecta, ne & ego corruens inteream. Hoc audito, mirabilis ſenex à nobis admonitus, volens tamen & ipſe, paululùm ſubſtitit. Cumque appropinquante muliere, puella iaceret exploſa, orauit tacitus Dominum Ieſum: & *e* ad nominationem eius ſtatim ſpiritus impurus egreſſus eſt. Puella incolumis, populus in laudibus Dei, mater in gaudio fuit. Ipſe autem lætabatur, quia ad deſideratam ſolitudinem repedabat. Erat autem valdè ſapiens, & hoc in ſe mirabile habebat, quia cùm litteras non didiciſſet, ingenioſiſſimus & prudentiſſimus erat.

AVCTORE S. ATHANASIO.

e

Dæmoniacam curat.

a *Hi gradus in maiores & minores Ordines ſacros diſtincti; ita dicti, quòd gradatim ab imo ad ſummum fiat adſcenſus. Ita Concilium Braccarenſe I. c.* 38. Laicus per gradus eruditus ad Sacerdotium perueniat.

b Ariomanitæ *dicti Ariani, quòd Arij μανίᾳ, ſiue furore correpti eſſent.*

c *S. Hieronymus epiſt.* 33. *ad Caſtrutium, & Ruffinus infrà in Apophth. num.* 40. *ſcribunt* Alexandriam *S.* Antonium *ad confutandos Arianos à* S. Athanaſio *fuiſſe perductum.*

d *Græcè,* ἰὸς κυριακὸν, *quod* templum Chriſti cultui dicatum *ſignificat. ſic dies primus hebdomadæ, ſiue ſolis, eamdem ob cauſſam* Dominica, *ſeu* Κυριακὴ *dici cœpit. à voce hac Teutonicam* Kirche *vel* Kercke, *qua* eccleſiam *ſonat, deſiexam quidam arbitrantur. cũ,* κυριακὸν *Roſ[illegible]weydus, Surius aliiq; impreſſerunt* ad Dominicũ imperium, κὸν. *quod non placet, & aberat* imperium *à MS. Ripat. Suprà num.* 17. villulæ domicilium *vertitur, cùm Græcè* τὸ τῆς κώμης κυριακὸν pagi templum *legeretur: aut ſi fortè necdum publica ædes ſacris peragendis aſſignata erat, certè primaria quapiam domus intelligetur, qualis fortè parentum alicuius fuerat, aut pagi prætorium. Talia enim ædificia etiam noſtris hominibus* Heeren-huyſen, κυριακὸι ὄικοι, dominicæ domus *dicuntur.*

e *Græcè:* καὶ τὸν Χριστὸν ὀνομάσαντος ἠγέρθη. & Chriſto nominato ſurrexit. *Surius, Roſweydus, aliiq;:* ad comminationem eius. *melius* nominationem *vt habent MSS. Ripat. & S. Maxim. id eſt, ſimul ac* Chriſtum Ieſum *nominauit.*

CAPVT XVII.

Diſputatio cum Philoſophis.

94 ALiquando etenim Philoſophi duo gentiles venerunt ad eum, putantes Antonium ſe poſſe decipere. erat verò in *a* exteriori monte. Quos cùm vidiſſet, paganos intellexit ex vultu: & procedens ad eos, per *b* interpretem ita cœpit loqui: Quare tam longè ad ſtultum hominem, ſapientes ſe vexare voluerunt? Illis dicentibus, non eſſe illum ſtultum, ſed & nimiùm ſapientem; vigilanter reſpondit: Si ad ſtultum veniſtis, ſuperfluus eſt labor veſter: ſi autem putatis me ſapientem eſſe, & ſapientiam habere, bonum eſt, vt imitemini quod probatis, quia bona conuenit imitari. Si ego ad vos veniſſem, vos imitarer: ſed quia vos ad me quaſi ad ſapientem veniſtis, eſtote, ſicut ego ſum, Chriſtiani. Abſceſſerunt Philoſophi, vtrumque mirantes, & acumen ingenij, & dæmonum expulſiones.

a

b

Ingeniosè arguit Philoſophos.

95 *c* Alios quoque ſimiliter mundi ſapientes, qui eum irridere cupiebant, quia litteras ignoraret, tali diſputatione colligauit, dicens: Reſpondete mihi, quid prius, ſenſus an litteræ? & quid cuius exordium? Senſus ex litteris, an litteræ oriuntur ex ſenſu? Illis aſſerentibus, quia ſenſus eſſet auctor atq; inuentor litterarũ, ait: Igitur ſicui ſenſus incolumis eſt, hic litteras non requirit. Quis præſentium poſt hanc colluctationem non exclamauerit, cùm obſtupuerint & ipſi qui victi ſunt, tantam in imperito litterarum ſagacitatem animi admirantes? Neque enim, vt in ſolitudine & mõtibus verſatus, atque omnem ibidem exigens vitam, agreſtis & rigidus erat, ſed iucundus atque affabilis, ſermonem, ſecundùm Apoſtoli præceptum, diuino conditum ſale proferebat, ita vt inuidiâ careret, & amore omnium potiretur.

c

Oſtendit abſque litterarum ſcientiâ ſapientem eſſe poſſe.

Coloſſ. 4. 6.

96 Inter hæc, quaſi parum eſſet bis gentilitatẽ fuiſſe ſuperatam, & tertiò venerunt viri ad eum omnis ſecularis prudentiæ nube cæcati, atque vniuerſis philoſophiæ ſtudiis artium ſuarum æſtimatione doctiſſimi. Hi cùm rationem ab eo exigerent fidei, quam in Chriſto habe-

AVCTORE S. ATHANASIO.

mus, & niterentur argutâ ſophiſmatum interrogatione de diuinâ cruce eum illudere, in ſilentium paullulùm voce compreſsâ, primùm eorum miſeratus errorem eſt; deinde per interpretem, qui eius verba diligentiſſimè in Græcum ſolebat exprimere ſermonem, ita exorſus eſt, dicens: Quid pulchrius eſt, quídve honeſtius, crucem colere, an adulteria, parricidium, vel inceſtum his aſſignare, quos colitis, cùm in altero ſit contemptus mortis, inſigne virtutum: in altero turpis religio, obſcœnitatis magiſtra? Quid melius eſt dicere, quòd Dei Verbum manens vt erat, ob ſalutem noſtram humanum corpus aſſumpſerit, vt ſocietate mortalitatis nos eucheret ad cælum, participeſque naturæ cæleſtis efficeret; an, vt ipſi aſſeritis, *d* diuinæ mentis hauſtum, ad terrena veneranda caput ſubmittere, & pecudum atque ſerpentium formis cæleſte nomen includere? Quo ore Chriſtianorum credulitatem audetis irridere, dicentium Chriſtum Filium Dei ſine ſui detrimento, & cœpiſſe eſſe quod non erat, & manſiſſe quod fuerat; cùm ipſi animam de cæleſtibus detrahentes, non tantùm hominum ſed & ſerpentium & pecudum ſoleatis *e* ſepelire corporibus? Chriſtiana credulitas pro ſalute mundi Deum ſuum veniſſe teſtatur: vos verò innatam animam prædicantes, vltrò citroque transfertis. Chriſtiana fides, quæ omnipotentiam Dei clementiamque veneratur, conſequenter incarnationem dicit Deo fuiſſe poſſibilem, ita tamen, vt non euacuauerit dignatio dignitatem: vos qui animam ex ſplendidiſſimo Dei fonte manantem turpiter decidiſſe iactatis, qui mutabilem & conuertibilem eam poſt ſui diminutionem audetis aſſerere, iam illam quoque naturam dominam ſeculorum per animæ contumelias impiâ linguâ temeratis. Imago enim, quæ ſecundùm vos naturalem ſimilitudinem ſui retinet auctoris, cui vna eſt ex quo defluxit eademque ſubſtantia, humilitates proprias & iniurias conſequenter ad ſuam originem remittit. Igitur animaduertite, contumelias animarum, ad patrem (vt appellatis) earum per veſtram blaſphemiam redundare.

Explicat Crucis & Verbi incarnati myſteriũ.

d

e *Ridet Pythagoram metempſychoſin.*

97 Crux Chriſti Domini Dei noſtri hîc nobis ingeritur. Rogo quæ hæc eſt religionis obſcœnitas? nónne potius eſt crucem aut alicuius generis mortem, ab iniquis hominibus illatam patienter ſuſtinere, quàm *f* Iſidis plangere poſt Oſirim vagos incertoſque diſcurſus? Pudeat, quæſo, vos inſidiarum Typhonis: pudeat Saturni fugæ & deuorationis crudeliſſimæ liberorum. Erubeſcite parricidium Iouis & inceſtum: erubeſcite raptum eius & coitum mulierum atque puerorum. Ille, ſicut veſtri fingunt poëtæ, ad explendum immaniſſimæ libidinis furorem, molles dedit in amorem vagitus: ille in Danaës fluxit ſinus: ipſe amator & pretium: ille modulatus ales Ledæos expetiuit amplexus: ille in proprium ſæuiens ſexum, regium puerum miniſtris auibus polluit. Hæc vos creditis, hæc colitis, hæc ſunt veſtrorum ornamenta templorum. Æquo, deprecor, pro veſtrâ ſalute, noſtra dicta penſate iudicio. Cuncta, an nihil credendum in libris Chriſtianis eſt? Si nihil, nec Crucis quoque, cui detrahitis, nomen agnoſcitis. Si vniuerſa credenda ſunt, cur, cùm in iiſdem libris cruci reſurrectio copuletur, paſſionem diuinam ſtolido laceratis eloquio, & non ſtatim iungitis cæcorum viſum, ſurdorum auditum, claudorum greſſum, lepræ emũdationem, ſeruiens ambulanti Deo ſuo mare, dæmonum fugas, reſurrectionem mortuorum, & defunctorum ab inferis reditus? Hæc omnia Scripturis diuinis, quas *g* interpellatis, inſerta ſunt, & iiſdem voluminibus continentur præconia maieſtatis, & mortis dedecora. Quamobrem odio, quo imbuti eſtis, abiecto, inuenietis illicò, & Deum verum eſſe Ieſum, & ſalutis humanæ gratiâ fragilem aſſumpſiſſe naturam.

f *Perſtringit falſorum deorũ flagitia & turpitudines.*

Dilemmate Philoſophos ligat.

g

98 Veſtram tamen nobis, ſi non pudet, narrate religionem. Sed quas error infelix poterit referre culturas de tantâ rerum fœditate atque vecordiâ? niſi fortè (vt audio) fabuloſas aſſeratis deorum veſtrorum, & obſcœnitates, & crudelitates, & vanitates, & mortes, tegentes eas *h* allegoricis velaminibus: Liberæ raptum, terram; ſemiclaudum Vulcanum & debilem, ignem; Iunonem, aërem; Apollinem, ſolem; Dianam, lunam; Neptunum, maria; & libidinum principem Iouem, ætherem interpretantes. Nec poſt hanc excuſationis procacitatem Deum, ſed creaturas, contempto Creatore ſuſcipitis. Quòd ſi pulchritudo vos elementorum ad ſuam traxit venerationem, modum fas erat cuſtodire; & oportebat mirari tantùm, nec colere, ne facturæ veneratio creatoris eſſet iniuria. Nam ſecundùm iſtiuſmodi, quam vos ſequimini, rationem præpoſteram, & architecti honor migrauit ad domum, & medici ſcientia ad remedia conferetur, omnium quoque artificum merita vel laudes ad opera transferentur. Quid ad hæc dicitis, vt agnoſcamus quæ ſit crucis ridiculæ vobis ignominioſa *i* confeſſio?

h *Refutat allegorias gentilium fabularũ.*

i

99 Hac diſputatione conuertentibus inter ſe philoſophis oculos, ſimulque muſſitantibus, ſubridens Antonius, rurſum per interpretem ait: *k* Prædurum namque cuncto videtur operi, quoties iuſto vniuerſæ rei tenore calcato, laboris merita factis magis quàm factoribus adſtruuntur. Elementa quidem, vt memoraui, ex ipſo conſpectu ſuam comprobant ſeruitutem. Sed quoniam vos obſeruatione dialecticâ neceſſaria, vt putatis, quæque colligitis, hoc quoque artificio etiam nos noſtram religionem compellitis affirmare. Reſpondete mihi: Cognitio Dei quemadmodùm manifeſtiùs approbatur, per *l* collectionem verborum, an per operationem fidei? Et quid antiquius eſt, operatio fidei, an diſputatio per argumenta procedens? Illis reſpondentibus, firmiorem ſermonibus operationem eſſe, & hanc liquidam de Deo cognitionem; benè eos & ipſe dixiſſe conſenſit; quia operationem, quæ ex fide deſcendit, animi generat affectus, dialectica verò diſputatione ex artificio componentium ſumpſit oppoſitionis exordium. Cùm ergo, ait, operationem fidei animo fitam quis habuerit, ſuperflua erit verborum compoſitio, per quam conceptam ſenſu noſtro credulitatem tentatis euellere, & tamen ſæpè noſtras explicare intelligentias non valetis. Ita ſolidiora ſunt mentis opera, quàm ſophiſmatum fraudulenta concluſio.

k

l *Docet cognitionem Dei operatione approbari.*

100 Nos Chriſtiani myſterium vitæ noſtræ non in ſapientiâ mundi habemus repoſitum, ſed in virtute fidei, quæ nobis à Deo tributa per Chriſtum eſt. Hanc orationis meæ veritatem, rerum, quæ quotidie geruntur, ordo commendat: nobis imperitis & litteratum veſtrarum ignaris ad Dei cognitionem eius ſolùm verba ſufficiunt. Ecce nos tot gentilitatis gregibus abſtracti, in vniuerſum orbem quotidie propagamur: vobis verò poſt aduentum Domini, nodoſæ ſophiſmatum defecerunt verſutiæ. Ecce nos ſimplicem Chriſti fidem docentes, idololatriam debellauimus, & per prædicationem ignominioſæ Crucis, *m* aurata templa ceciderunt. Vos, ii poteſtis, oſtendite quibus contextione verborum gentilitatem Chriſto præponere ſuaſeritis. Per omnes iam terras verus Dei Filius Chriſtus eſt agnitus. nihil eloquentia ſophiſtarum, nihil diſputatio philoſophiæ multitudini poteſt obeſſe credentium. Crucifixum nominamus, & vniuerſi dæmones, quos vos vt deos colitis, rugiunt, atque ex obſeſſis corporibus ad primum Dominicæ Crucis ſignum fugantur. Vbi ſunt illa fabuloſa oracula? vbi Ægyptiorum incantationes? quò magorum profecêre carmina? Certè tunc vaſtata ſunt omnia, cùm de ſuâ Cruce mundo Chriſtus intonuit. Nihilominùs vos, prætermiſſis debilitatorum cateruis, glorioſam Ieſu mortem irridere conamini.

virtutem Crucis ex rebus geſtis expendi.

m

gentilitatem collapſam eſſe.

101 Illud autem quale eſt, quòd numquàm infeſtatione regali concuſſa gentilitas, imò ſeculo cara & hominum præſidiis fulta, iam corruit. Nos famuli Chriſti quò plus premimur, eò magis aſſurgimus & floremus. Veſtra ſimulacra ornatis quondam ſepta parietibus, iam vetuſtate collapſa ſunt. Chriſti verò doctrina, quæ vobis

ſtultitia

& vim doctrina Euangelica præualere.

ſtultitia videtur & ludus, licet tyrannica perſequentium principum tentamenta pertulerit, licet variis ſit incurſata terroribus, nullo tamen terrarum orbe concluditur, nullo gentium barbararum fine prohibetur. Quando enim diuinæ ſcientiæ tantus ſplendor illuxit? Quando tot ſimul in ſe conuenêre virtutes? continentia in matrimonio, virginitas in Eccleſiâ. Floret Martyrum pro Domino ſuo glorioſa conſtantia: quorum omnium Crux Chriſti principium eſt.

102 Cùm interim vos inter tantos virtutum choros ſyllogiſmorum retia tenditis, & veram rerum lucem tenebroſis conamini argumentationibus obuoluere; ecce
1. Cor. 2. 4. nos, vt dixit Doctor noſter, non in gentili perſuaſione, ſed in fide apertiſſimâ ſuademus, quæ verborum affirmationem præuenire conſueuit. Adſunt quippe patientes à dæmonibus vexati. quos cùm in medium produxiſſet, verba repetiuit, dicens: Nunc vos collectionibus

Sophiſtas prouocat ad eiectionem dæmonum.

veſtris, & quo vultis malefico carmine deos veſtros, quos putatis, expellite: ſin autem non poteſtis, victas ſubmittite manus, & ad Chriſti trophæa confugite, & ſtatim Crucifixi credulitatem maieſtatis potentia proſequetur.

Signo Crucis dæmoniacos liberat.

Dixit, & inuocato nomine Ieſu, cùm vitale ſignum in ſacro numero Trinitatis preſſiſſet in frontibus vnà cum expulſis dæmonibus vanæ præſentium philoſophorum confutata ſapientia eſt. Expauerunt enim ſtupentes hominem, cui poſt tantum ingenium affluëret ſignorum diuina largitio. At ille vniuerſa Chriſto, qui curârat, adſcribens, vſus eſt affatu reciproco, & ait: Nolite me putare his ſanitatem dediſſe: Chriſtus per ſeruos ſuos facit iſta miracula. Credite & vos, & videbitis, quia deuota Deo fides, non eloquentiæ vanus tumor talia ſigna mereatur. Confugite ad Crucifixi legem, noſque eius imitamini famulos: & hoc ſcientiæ fine contenti, nulla deinceps ſecularis imprudentiæ argumenta quæratis. Hactenus Antonio dicente, miro philoſophi ſtupore perulſi, cum honorifico ſalutatu ab eo recedentes, multùm
c ius ſibi fatebantur profuiſſe conſpectum.
e

a *Roſuueydus*, ſuperiore. *at Surius & MS. Ripat.* exteriore. *& Græcè* ἐν τῷ ὄρει τῷ ἔξω. *De exteriore & interiore monte actum in prolegom.* §. 2.

b Iſaac interpres Antonij *dicitur in vitâ S. Hilarionis. Subinde* Cronius *fuit in Apophth. num.* 49. *Conſule* §. 14. *in prolegom.*

c *Ad hunc locum alluſit Syneſius de Dione, ſeu vita inſtit. eiuſq; ſcholiaſtes, licet* Ἀμεῦς, *pro* Ἀντώνιος *perperàm legatur. pluribus verba ſingulorum confert Roſuueydus hic, num.* 89.

d *Baronius an. Ch.* 328. *num.* 10. *hos cenſet fuiſſe* Platonicos Philoſophos, qui aiebant animam eſſe diuinæ mentis manationem atque ſubſtantiam; *vbi egregiè extollit hanc* S. Antonij *ratiocinationem.*

e *MS. Ripat.* ſopire. *Hanc ſtolidam Pythagoreorum metempſychoſin noſtri paſſim refutant Philoſophi.*

Iſis. f Iſis *Ægyptiorum Dea: cuius maritus & frater* Oſiris *diſcerptus à fratre* Typhone. *De his agit Giraldus in hiſtoriâ Deorum ſyntagm.* 8. *&* 12. *vti & de* Saturno, Ioue, Caſtoribus Ledâ genitis, *ſyntagm.* 2. 4. *& de* Danaë *Arnobius lib.* 5. *&* 7. *& alij.*

g *MS. Ripat.* interpellaſtis.

h *De his allegoricis velaminibus agunt S. Auguſtinus de Ciuitate Dei lib.* 4. *cap.* 10. *& lib.* 7. *cap.* 16. *Arnobius lib.* 3. *&* 5. *Clemens lib.* 10. *Recognit. cap.* 8. *Fulgentius Placiades, & ex recentioribus copiosè Natalis Comes lib. Mythologiar.*

i *MS. Ripat.* confuſio. *Græcè,* Ἐ'ι ἄξιον π χλεύης ὁ σαυρὸς ἔχει. Si crux dignum aliquid ludibrio habeat.

k *Tota hæc ſententia, vſque* Elementa, *deeſt in MSS. Ripat. & Maxim. itemq; in Græco.*

l *MS. Ripat.* complexionem. *Græcè,* δι ἀποδείξεως λόγων, per demonſtrationem ſermonum.

m *De templo Iouis euerſo,* cuius parietes & pauimentum tabulis argenteis, (*vel, vt alij habent,* aureis) ſtratum ſplendebat, & auro puriſſimo & margaritis vel lapidibus criſpantes cameræ, *diximus IX. Ianuarij in actis SS. Iuliani & ſociorum cap.* 12.

CAPVT XVIII.

Epiſtolæ Imperatorum ad S. Antonium. Præuiſa Eccleſiæ afflictio.

103 HOc in eo viro mirabile eſt, vt hominem in extremo mundi limite conditum, & fauor Princi-

pum, & omnis celebraret aula regalis. Nam & a Conſtãtinus Auguſtus, & eius liberi b Conſtans atque c Conſtantius talia cognoſcentes, crebrò ad eum, quaſi ad patrem, d miſſis litteris obſecrabant, vt reciprocis eos ſcriptis hilararet. At ille eiuſmodi manens, qualis & antequàm litteræ ad eum venirent, fuerat; nec ſalutatione Principum mouebatur, & tamquàm non acceptis litteris conuocatis monachis aiebat: Reges ſæculi epiſtolas ad nos miſerunt, quæ hîc Chriſtianis adhibenda miratio eſt? Licet enim diuerſa ſit dignitas, attamen eadem naſcendi moriendiq́ue conditio eſt. Iſta ſunt veneratione omni percolenda, illa toto animi affectu retinenda ſunt, quòd hominibus Deus legem ſcripſerit, quòd per Filium ſuum propriis Eccleſias ditauerit eloquiis. Quæ monachis eſt ratio cum epiſtolis Regum? cur accipiam litteras, quibus conſueta neſciam reddere ſalutationis obſequia? Igitur rogatus ab vniuerſis Fratribus, vt Chriſtianos Reges ſuis litteris refrigeraret, ne ſcilicet per ſilentium eius exaſperarentur, ad ſuſceptas epiſtolas conuenientia reſcripſit. Laudauit primùm, quòd Chriſtum colerent, deinde ſalutaria perſuaſit, ne magnam putarent regiam poteſtatem, ne præſentis carnis imperio tumentes, & ſe homines eſſe neſcirent, & iudicandos à Chriſto obliuiſcerentur: ad poſtremum, clementiæ circa ſubiectos & iuſtitiæ, curæ quoque inopum admonuit, atque vnum ſempiternum eſſe Regem omnium ſeculorum Ieſum Chriſtum epiſtolis teſtatus eſt. His Principes ſuſceptis vehementiſſimè lætabantur. Sancta quoque apud cunctos Antonij e flagrabat opinio, ita vt eius ſe filios cuperent nominari. Magna etenim cum aduenientibus affabilitas, omnium in ſe ſtudium conuerterat.

a *b c* *A Conſtãtino & liberis eius accipit litteras: d* *non magni facit eorũ fauorem, ſalutaria iis reſcribit.* *e*

104 Poſtquàm ergo gentiles confutati, Reges admoniti, Fratres ab eo ſunt conſolatione releuati, ad interiorem montem, & ad rigorem ſolitum regreſſus eſt: ibiq́ue ſæpè cum introeuntibus deambulans ac reſidens ſtupebat, ſicuti in Daniele ſcriptum eſt: & interiectis horarum ſpatiis, conſequentia reſpondebat, vt intelligeretur aliqua reuelationis vidiſſe ſecreta. Nam & in monte poſitus, ea quæ in Ægypto longè gerebantur, præuidens, Epiſcopo *f* Serapioni ibi conſtituto narrauit.

Redit ad rigorem ſolitum. Dan. 4. 16. *f*

105 Lamentabilis ſequitur *g* viſio, & omni lacrymarum fonte plangenda. Cùm enim Fratribus circa ſe ſedentibus *h* operaretur, intentè fixit oculos in cælum, gemens atque ſuſpirans: & poſt aliquantum ſpatium reuelationis inceptæ nimio dolore contremuit: & ſtatim fixis genibus ante Dei vultum prouolutus orauit, vt clementiâ ſuâ futurum ſcelus auerteret. Succedunt oratio-

g *h* *Præuidet Eccleſia afflictionẽ ab Arianis.*

ni lacrymæ, metus ingens inuadit præſentes: obſecrant, vt tantæ calamitatis exponeret viſionem. Singultus occupant vocem, lingua fletibus præpeditur, & in medio conatu ſermo gemitu interrumpitur. Vix tandem cum vociferatione luctuoſâ ait: Melius erat, ô filioli, impendens piaculum citâ morte lucrari. Sic incipiens rurſum lacrymis vincitur, & inter ægra ſuſpiria tandem pectori commodans vocem, Magnum, inquit, quoddam & vniuerſis ſæculis inauditum imminet nefas. Magno fides Catholica turbine ſubuertetur, & homines iumentis ſimiles Chriſti ſancta diripient. Vidi enim altare Domini mulorum circumdatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia diſſipabant. Hæc eſt cauſſa gemituum meorum, quos audiſtis. Et facta eſt vox Domini dicens: Abominabitur altare meum. Nec mora, viſionem ſequitur effectus: nam poſt annos *i* duos ſæua Arianorum irrupit inſania. *k* Tunc Eccleſiarum rapinæ, tunc diuinorum temeratio vaſorum, tunc pollutis ethnicorum manibus ſacra polluta ſunt miniſteria, tunc paganorum opificum præſidia aduersùs Chriſtum comparata, cum aſſumptione palmarum (quod idololatriæ apud Alexandriam inſigne eſt) ad eccleſiam pergere compellebantur Chriſtiani, vt Arianorum populi crederentur. Prô ſcelus, horret animus replicare, quæ geſta ſunt: virginum matronarumq́ue ereptus pudor, ſanguis ouium

biennio poſt illatã. *i* *k*

AVCTORE S. ATHANASIO.

Christi in Christi templo effusus veneranda resperſit altaria: baptiſterium pro voluntate gẽtilium pollutum eſt. Nihil defuit viſionis veritati, vt monſtrauit effectus, quòd calcitrantium mulorum indiſciplinatio, Arianorum eſſet impietas.

106 Sed iſtam triſtitiam conſequentis reuelationis proſperitate ſolatus eſt, & ait: Nolite, filioli, mœrori vos penitùs dare: vt enim iratus eſt Dominus, ſic rurſum miſerebitur, & ſuum citò Eccleſia recuperabit ornatum: eoſque, qui in perſecutionibus fidem Domini ſeruauerint, ſolito videbitis fulgore relucentes. Reuertentur ad foueas ſuas ſerpentes, & religio longiùs propagabitur: tantùm videte, ne fidei veſtræ ſinceritas Arianâ labe ſordeſcat. Non Apoſtolorum, ſed dæmonum & patris eorum diaboli iſta doctrina eſt: ob id per inſipientiam iumentorum, ſimilis pecudum eorũ expreſſus eſt animus.

Prædicit ſecuturam Eccleſiæ ſerenitatem.

107 Hucuſque Antonius. Sed nos minimè conuenit diffidere, tam grande miraculum per hominem potuiſſe portendi. Saluatoris enim promiſſio eſt, ita dicentis: Si habueritis fidem vt granum ſinapis, dicetis huic monti, Transferre, & transferetur, & nihil impoſſibile erit vobis. Et iterùm: Amen, amen dico vobis, omne, quod petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Petite & accipietis. Ipſe enim ſuis diſcipulis & vniuerſo credentium gregi nunc ſubiectionem dæmoniorum, nunc variarum infirmitatum pollicens curationem, aiebat: Gratis accepiſtis, gratis date. Numquid ſuæ virtutis imperio curabat Antonius? numquid ſuæ poſſibilitatis arbitrabatur eſſe, quod fecerat? Orationibus, non præceptis dæmones morbique ceſſerunt, & ad Chriſti Dei noſtri nominationem ſemper vniuerſa perfecta ſunt. Nemo ſapientum ſanitatum admirationem adſcribat Antonio, ſed Domino Ieſu, qui ſolitam erga creaturas ſuas exhibens beneuolentiam, nunc quoque per electum famulum ſuum indulgenter exercuit. Antonius tantùm orabat, & ob vitæ eius merita cuncta Dominus largiebatur.

Matth. 17. 20.

Ioan. 16. 21.

Precibus miracula patrat,

Matth. 10. 8.

& meritis vitæ ſuæ.

a *Obiit* Cõſtantinus Magnus *in ſuburbano Nicomediæ, ipſo Pentecoſtes die an. Ch.* 337.

b Conſtans *natus an. Ch.* 320 *occiſus an.* 350.

c Conſtantius *vtrique fratri Conſtantino & Conſtanti ſuperſtes, obiit propè Tarſum 3. Nouemb.* 361.

d *De hijce litteris agit Baronius an. Ch.* 328. *num.* 7. *ſed quo anno ſcriptæ ſint, non conſtat.*

e *al.* fragrabat.

f S. Serapion *Epiſcopus Thmueos colitur* 21. *Martij.* Carum *eum* S. Antonio *fuiſſe ſcribit S. Hieronymus in Catal. illuſt. Eccl. Script. cap.* 99.

S. Serapion Ep.

g *Meminerunt huius viſionis S. Chryſoſtomus homiliâ* 8. *in Matthæum cap.* 2. *Sozomenus lib.* 6. *cap.* 5. *quorum verba dedimus in Prolegomenis. Nicephorus lib.* 10 *cap.* 43. *& alij.*

h *Sozomenus*, per quietem, *Nicephorus* in ſomnis; *ſed perperàm.*

i *Alfonſus Piſanus noſter lib.* 1. *de Actis quæ Concilium Nicænum antecеſſerunt, refert hanc S. Antonij viſionem integrè hinc deſcriptam. eiq; alteram ſubiungit factam S. Petro Alexandrino Epiſcopo, ex Actis martyrij eius. Verùm fallitur in ratione temporis, cùm hæc S. Antonio reuelata ſit, diu poſt martyrium S. Petri, poſtq; ipſum etiam Concilium Nicænum habitum an. Ch.* 325. *Contrà Symphorianus Campegius in epiſtolâ ad Dallum, præfixâ epiſtolis S. Antonij, aſſerit* præuiſum in ſpiritu futurum ſcandalum Eccleſiæ per Iulianum Apoſtatam, de Chriſtiano futurum paganum. *Sozomenus lib.* 6. *cap.* 5. *ait:* Non in his ſolùm, vt eſt veriſimile, quæ temporibus Conſtantij Eccleſiæ contigerunt, prædictio Antonij monachi expleta eſt, ſed reſtabant adhuc ea, quæ poſteà ſub Valente facta ſunt. *at biennium hîc aſſignatum eſt an. Chr.* 341. *quando* anno Conſtantij 5. *vt in Chronico docet S. Hieronymus, ad dedicandam Conſtantini baſilicam Antiochiæ conciliabulum celebratum eſt*, quinto anno poſt mortem Conſtantini; *vt Sozomenus tradit lib.* 3. *cap.* 5. *& Socrates lib.* 2. *cap.* 5. *qui* Conſules *aſſignat* Marcellum (*alius* Marcellinum) *&* Probinum. *In hoc Conciliabulo ejecto* S. Athanaſio *ſubſtitutus eſt ei* Gregorius Cappadox Arianus, *qui ingenti cæde patratâ Eccleſiam illam inuaſit militari manu, ope Philagrij Præfecti. Baronius ad annum ſequentem* 342. *refert.*

Perſecutio Arianorũ præuiſa à S. Antonio, quando:

k *Clades tum illatas deſcribit idem Athanaſius epiſt. ad Orthodoxos, cum iis quæ hîc narrantur congruentes:* Eccleſias & baptiſteriis flammæ iectæ. Magnus igitur luctus, eiulatus & planctus per ciuitatem. Ciues ea, quæ agebantur, indignè ferre, occlamare Præſidi, vim proteſtari, eò quòd Virgines ſanctæ & incontaminatæ nudatis corporibus nefaria paterentur, iiſdemque ſi contumaciùs obſiſterent, periculum capitis ingereretur, monachi pedibus obtriti expirarent, alij fiſco addicerentur, alij gladiis fuſtibuſque mactarentur, alij vulneribus plagiſque malè mulctati diſcederent. In ſacroſanctam autem mensam (proh!) quanta impietas & facinora commiſſa? Vidiſſes enim eos aues & nuces pineas immolare, idola ſua laudibus efferre, in Dominum noſtrum Saluatorem Ieſum Chriſtum & Filium viuentis conuicia verborumque contumelias iacere, ſacros Scripturarum libros, quos in eccleſiis inueniebant comburere: in ſacrum baptiſterium (proh Superi!) Chriſticidas Iudæos & atheos Ethnicos nullâ cum reuerentiâ ingreſſos, eam verborum factorumque turpitudinem nudatis corporibus deſignare, vt pudendum abominandumque ſit relatu. Nec defuêre impij homines æmuli acerbiſſimorum perſecutorum, qui virgines continentesque iniectis manibus traherent, raptarent, & ad blaſphemiam, dominique abnegationem compellerent, eoſque qui id facere recuſarent, conciderent, pedibuſque obtererent.

quàm immanis.

CAPVT XIX.

Patrocinium afflictorum.

108 SÆpè autem, & contra voluntatem, ad exteriorem montem à Fratribus perducebatur. Et cùm Iudices, qui ad interius *a* archiſterium propter aſperitatem itineris, & ob ſequentium multitudinem, & horridam ſolitudinem ire non poterant, precariò quæriſſent, vt eius fruerentur aſpectibus, nec impetrare poſſent, quia moleſtiſſimè ferebat vexationem diſcurſuum; ipſos catenatos, quos aut noxietas, aut vigor publicus conſtrinxerat, ad eum deſtinabant, ſcientes tales ab Antonio non poſſe contemni: quorum fletibus ſuperatus pertrahebatur ad exteriorem montem, agnoſcens laborem ſuum vtilem miſeris fore: ſuadebatque Iudicibus, qui eum inuitauerant, vt in ſententiâ proferendâ, & odio & gratiæ, Dei timorem anteponerent, nec ignorare eos debere, quod ſcriptum eſt: Quocumque iudicio iudicaueritis, in eo iudicabitur de vobis: attamen inter medios ſermones caræ ſibi ſolitudinis recordabatur. Poſt coactam itaque præſentiam, quam Ducis preces, &, quod verius eſt, miſerorum fletus extorſerat, poſt ſalutaria monita, poſt reorum commendationem, quorumdam etiam abſolutionem, poſtulanti Duci, vt paullò largiùs eidem ſuam præſentiam indulgeret, ait non poſſe ſe diutiùs ibidem morari, grato vſus exemplo, quòd ſicuti *b* piſces ab aquâ extracti, mox in arenti terrâ morerentur, ita & monachos cum ſecularibus retardantes, humanis ſtatim reſolui confabulationibus. Ob id ergo, inquit, conuenit vt piſces ad mare, ita nos ad montem feſtinemus, ne tardantibus nobis aliqua *c* propoſiti ſuccedat obliuio. Pro tantâ hominis ſapientiâ Dux miratus, iuſtam de eo tulit veramque ſententiam, dicens: Verè iſtum eſſe Dei famulum, nec in ruſtico homine potuiſſe tantam aliquando ineſſe ſapientiam, niſi diuino amore regeretur.

Obmiſerorum auxilium Iudices accedit:

eos officij commonefacit:

Matth. 7. 2.

reos commendat,

ad interiorẽ montem feſtinat.

a

b

c

109 Prætereà cùm Balacius, qui ſub *d* Neſtorio Præfecto Alexandriæ *e* Dux Ægypti fuit, homo Arianæ iniquitatis ſtudioſiſſimus fautor, ita Chriſti Eccleſiam perſequeretur, vt animo veſano Virgines monachoſque nudatos verberaret in publico, ad *f* eum Antonius litteras miſit, quarum iſta ſententia eſt: Video iram Dei venientem ſuper te, deſine perſequi Chriſtianos, ne te ira occupet, quæ proximũ iam tibi minatur interitum. Legit infelix epiſtolã, & irriſit, atque in eam *g* excreans proiecit in terram: portitores quoque multis afficiens iniuriis, Antonio talia renuntiari præcepit: Quoniam cura tibi tantoperè monachorum eſt, etiam ad te mei *h* vigoris tranſibit diſciplina. Sed confeſtim minitatorem oppreſſit ſupplicium, & poſt quinque dies os effrenatum vltio diuina compeſcuit. Egreditur enim ad primam *i* manſionem Alexandriæ, quæ appellatur *k* Chæreum, cum ſupradicto Ægypti Præfecto Neſtorio. vehuntur equis, quos inter omnes Balacius, cuius erant, manſuetiſſimos nutriebat. Cùm ergo pariter ſolitò ſibimet equi alluderent, mitior, *l* quo Neſtorius vehebatur, morſu repentino Balacium

d

e

Epiſtolâ Balacium Arianum increpat:

f

g

h

proterunt pradicit puniendũ:

i

k

l

Balacium decuſſit in terrã, ac ſic in eum inhians femora eius lacerauit atque corroſit, vt ſtatim relatus ad ciuitatem poſt tertium diem moreretur: vniuerſíque agnoſcerent minarum ab Antonio prædictarum effectum quantocyùs conſecutum, digno perſecutoris fine cõpleto. Ceteros ad ſe venientes mirâ cũ modeſtiâ Antonius admonebat, vt oblita ſeculi dignitate, remotioris vitæ beatitudinem appeterent. Si qui autem maiori poteſtate premebantur, nec poterant obtinere iuſtitiam, ita eos obnixè defendebat, vt ipſe pro illis pati videretur iniuriam. Multis vtilis fuit præclari ſenis oratio: multi magnis diuitiis & altiori gradu militiæ derelicto, eius hæſêre curriculis. Et vt infinita breui ſermone comprehendam, bonum Ægypto medicum Chriſtus indulſerat. Quis non triſtitiam apud Antonium mutauit in gaudium? quis non iram vertit in pacem? quis orbitatis luctum non ad eius temperauit adſpectum? quis non mœrore paupertatis, quo premebatur, abiecto, ſtatim & diuitum deſpexit opulentias, & in ſuâ lætatus eſt paupertate? quis poſt laſſitudinem monachus non eius vegetatus eſt hortamentis? quis adoleſcens, ſuccenſus ardoribus, non ex eius admonitu pudicitiæ amator fuit? quis vexatus à diabolo, ſine medelâ rediit? Quis inimici cogitationibus diſtractus, non cæcâ tempeſtate ſopitâ, ſereno regreſſus eſt animo? Sciebat enim quo quiſque laboraret incommodo, & ex vitæ meritis diſcretionem ſpirituum agnoſcens, adhibebat verborum, prout erant vulnera, ſanitatem. Vnde effectum eſt, vt poſt eius doctrinam omnes diaboli panderentur inſidiæ. Multæ quoque deſponſatæ puellæ, ad eius conſpectum ab ipſo penè thalamo recedentes, in Eccleſiæ matris gremio conſederunt. Quid plura? Totius orbis homines ad eum confluebant, & vniuerſarum gentium varietas bellicoſiſſimum contra dæmones virum conſpicere geſtiebant. nullùs ſe fruſtrà illuc veniſſe conqueſtus eſt: omnibus delectabile atque iucundum laboris commercium fuit. Fatigatio enim itineris emolumentum viatici reportabat, ſicut rei probauit effectus. Nam poſt reſolutionem eius, quaſi communi vulnere orbitatis excepto, proprium ſinguli parentem luxerunt.

omnes ad vitam perfectiorem incitat.

Medicus toti Ægypto,

præſertim ſpiritualis;

imò vniuerſo orbi.

Archiſterium.

a Archiſterium, *Roſvveydo* interior & primaria Antonij cella. *In Vitâ S. Euphraſiæ dicitur* monaſterium mulierum habere architria centum triginta. *Vita S. VValburgis:* atrium ſancti arciſterij, *&* cœmiteriũ adiacens arciſterio. *Vita S. VVillibaldi:* arciſteriale iugum. *Paulus Langius in Chronico Citizenſi an. Ch.* 1469. Burhfeldenſe archiſterium *nominat. Papias:* Archiſterium Græcè monaſterium. *an ἀσκητήριον lectum, & paullatim ita corruptum eſt? Socrates lib.* 4. *cap.* 18. *τὰ ἐν Αἰγύπτῳ ἀσκητήρια ἴσως ἐκ μικρῶν τῶν χρόνων ἔλαβε τὴν ἀρχήν.* Aſceteria in Ægypto ante longum fortaſſe tempus initium ſumpſerunt. *Quod in nonnullis Gloſſariis* ſterion, ſtatio; *&* archos, princeps, *indeq;* archiſterion *dicatur, expendant alij, an genuina iſthæc vocabula ſint, & pura Helladi vſurpata.*

b *Idem* S. Antonij *dictum refertur à Pelagio lib.* 5. *libel.* 2. *num.* 1. *& ſub nomine* Moyſis *lib.* 3. *de Vitis Patrum num.* 109.

c *Pelagius,* interioris cuſtodiæ. *Græcè, μὴ ἐπιλαθώμεθα τῶν ἔνδον.* ne eorum quæ ſunt intus obliuiſcamur.

Neſtorius Præfectus.

d Neſtorio Præfecto *ſcripſit Conſtantius Imperator. Geminam epiſtolam profert S. Athanaſius, alteram in epiſtolâ ad ſolitariam vitam agentes, in quâ* Neſtorij Præfecti *iterum meminit, alteram in Apologiâ* 2. *Hanc citat Metaphraſtes in vitâ S. Athanaſij, à quo inſcribitur* Νεστορίῳ Αὐγουσταλίῳ; *quo modo etiam appellatur in vitâ S. Athanaſij incerto auctore. Baronius an. Ch.* 349 *num.* 21. *cùm Conſtantij ad eum epiſtolam ex Apologiâ* 2 *S. Athanaſij recitaſſet, addit:* Hæc ad Neſtorium, cuius mentio habetur in Actis perſecutionis Arianorum in Eccleſiam Alexandrinam: erat etiam hic idem tum in Magiſtratu, opemque ferens Arianis. *Sed dubium eſt an Præfectus Alexandriæ, aut Ægypti, vt mox dicitur, hoc tempore fuerit; an poſteà ſucceſſerit Philagrio, quem S. Athanaſius lib. ad ſolitariam vitam degentes, vbi huius hiſtoriæ meminit,* Præfectum Ægypti, *non* Neſtorium *appellat, & in Græco exemplari tantùm infrà nominatur Balacij comes itineris, & fortè per anticipationem dicitur* Ἔπαρχος τῆς Αἰγύπτου.

e *Græcè* Στρατηλάτης, Dux, *aut* Præfectus militiæ. *In Epiſt. ad ſolitariam vitam degentes ita deſcribitur:* Πόσοι τε ἄλλοι μονάζοντες ἐμαστίζοντο καθεζομένου Γρηγορίου μετὰ Βαλακίου τοῦ λεγομένου Δουκὸς; πόσοι Ἐπίσκοποι ἐκόπτοντο; Quot alij vitæ monaſticæ æmulatores flagellabantur, ſedente pro tribunali Gregorio cum Balacio Duce appellato? quot Epiſcopi cædebantur? *vbi Interpretes etiam in editione Græco-Latinâ Commeliniana & Pariſienſi, pro* Gregorio Philagrium *poſuerunt*

AVCTORE S. ATHANASIO.

f *In epiſt citatâ litteras vult miſſas ad Gregorium Pſeudoepiſcopum:* Si quando igitur Patet Antonius è monte ſcribebat, ſicuti pietas peccatori abominatio eſt, ita Sancti litteras abominabatur.

g *In epiſt. eadem:* Antonij aliquando epiſtolam ſibi ſcriptam, Duci Balacio conſpuendam abiiciendamque tradidit.

h *MS. Ripat.* rigoris. *Græcè ἤδη καί σε μετελεύσομαι,* nunc etiam te perſequar.

i Manſio, *Græcè μονή, certus & ſtatus in itinere interquieſcendi locus ita infra in Apophth. num.* 51. *ex Palladio cap.* 28. Paulus Simplex pertranſit octo manſiones.

Manſio.

k *S. Gregor. Nazianzenus orat.* 21. *in laudem S. Athanaſij Chareum ponit* ad Nilum itinere diei ab Alexandriâ.

l *In citatâ epiſtolâ dicitur à proprio* equo, *cui inſidebat,* ceruicibus retortis in femore morſus, atque excuſſus. *Roſvveydus ob hanc diuerſitatem ſubdubitat num à S. Athanaſio hæc epiſtola fuerit conſcripta. Baronius an. Ch.* 342. *num.* 24. *vitio librariorum id opinatur accidiſſe. An non potuit S. Athanaſius hiſtoriam poſteà melius examinaſſe, & de adiunctis haud rectè expreſſis ab aliquo monitus, fuſiùs & correctiùs eamdem in vitâ S. Antonij deduxiſſe? Quamquàm & Balacij equus erat, quo vehebatur Neſtorius. Exaggerat illam contradictionem Riuetus, quæ tamen reuerà parui eſt momenti.*

m *alij,* conſenuerunt. *Græcè ἔμειναν τῷ χριστῷ παρθένοι.* virginitatem Chriſto ſeruarunt.

CAP. XX.

Poſtrema monita ad Piſpiritanos monachos.

110 QVis autem finis vitæ eius fuerit, dignum eſt & me commemorare, & vos cum deſiderio audire: quia & hoc in eo imitabile cunctis fuit. Iuxta conſuetudinem ad viſendos fratres, qui in exteriori monte erant, venit, ibique à diuinâ prouidentiâ de ſuâ morte condiſcens, ita exorſus eſt: Vltimam, filioli, patris audite ſententiam, non enim arbitror, quòd in hoc ſeculo iterum nos viſuri ſimus. Cogit conditio naturæ, vt poſt *a* centenarium numerum, quem annis quinque ſupergredior, iam reſoluar. Ita locutus, audientium pectora contriſtauit: gemitus lacrymæque dicta mœrentia conſecutæ ſunt. Amplexabantur eum vniuerſi, quaſi iam de ſeculo receſſurum. At ille, tamquàm aliena deſerens, ad propriam patriam profecturus, magnâ cum lætitiâ præcipiebat, deſidiam inſtituto non debere ſubrepere, ſed tamquàm quotidie morituros, vt antè prædixerat, à ſordidis cogitationibus animam cuſtodire, & omnem æmulationem ad Sanctos quoſque conuertere: ad *b* Meletianos verò ſchiſmaticos ne propè quidem accedere. Scitis enim, aiebat, eorum antiquam peruerſitatem. Neque cum *c* Arianis communione iungamini, quia impietas eorum iam omnibus manifeſta eſt. His etiam illud addebat, nullum debere Chriſtianum, cùm ſeculi viderit poteſtates pro Arianorum & Meletianorum pugnare nequitiâ, à Chriſti territum diſcedere veritate: mortalium illam eſſe defenſionem, nec diu fallacem permanere poſſe phantaſiam. Quapropter, aiebat, cuſtodienda eſt pia fides in Chriſto, & Patrum religioſa traditio, quam ex Scripturarum lectione & crebro meæ paruitatis didiciſtis admonitu.

Fratribus ſuam mortem prædicit:

a

poſtrema iis dat monita.

b

c

Fidem & Traditiones commendat:

111 Finito ſermone, Fratres eum vehementiſſimè retardabant, glorioſo Patris cupientes termino decorari. Sed multas ob cauſſas, quas & ſilentio demonſtrabat, præcipuè tamen ob præſumptam Ægypti conſuetudinem contradixit. Mos etenim Ægyptiis eſt, nobilium & præcipuè beatorum Martyrum corpora linteamine quidem obuoluere, & ſtudium funeri ſolitum non negare: terrâ verò non abſcondere, ſed ſuper lectulos domi poſita reſeruare. Hunc honorem quieſcentibus reddi, *d* inueteratæ conſuetudinis vanitas tradidit. De hoc Antonius ſæpè & Epiſcopos depreçatus eſt, vt populos Eccleſiaſticâ conteſtatione corrigerent; & laicos viros ac mulieres rigidiùs ipſe conuenit, dicens, nec legitimum hoc eſſe, nec Deo placitum: quippe cùm Patriarcharum &

d arguit inueteratum in Ægypto funerandi morem.

AVCTORE S. ATHANASIO.

Prophetarum ſepulchra, quæ ad nos vſque perdurant, hæc facta conuincerent. Dominici quoque corporis exemplum oportere intueri iubebat, quod in ſepulchro poſitum, lapide vſque ad reſurrectionis diem tertium clauſum fuerit. atque his modis vitium circa defunctos Ægypti, etiamſi *e* ſancta eſſent corpora, coarguebat, dicens: Quid maius aut ſanctius corpore poteſt eſſe Dominico, quod iuxta conſuetudinem gentium ceterarum humo conditum eſſe ſcimus? Hæc iuſta perſuaſio multorum inſitum euellit errorem, & repoſitis in terrâ cadaueribus, Domino gratias pro bono magiſterio retulerunt. Metuens ergo conſuetudinem ſupradictam, ne eodem etiam circa ſe laberentur errore, celeriter valedicens monachis, qui confluxerant, ad amicum virtutis habitaculum repedauit.

Ioan. 16. 41. Matth. 27 60.

e

Redit ad interiorem montem.

a *Græcè*: Ἐμοὶ γὰρ ἐγγὺς ἐτῶν πέντε καὶ ἑκατόν. annorum ferè ſum centum & quinque.

b Meletius *Epiſcopus Ægypti nominatus, multis criminibus conuictus, & in primis quòd idolis ſacrificaſſet, à S. Petro Epiſcopo Alexandrino, qui dein Martyr fuit, in communi Epiſcoporum Synodo depoſitus eſt. Quare calumniatus S. Petrum, eiuſq; ſucceſſores Achillam & Alexandrum, ſchiſma concitauit, adeò vt eius ſucceſſores pro Chriſtianis* Meletiani *fuerint vocati. Ita S. Athanaſius in Apologiâ 2. Agunt quoque de iis S. Epiphanius hæreſi 68. Theodoretus lib. 4. haret. fab cap 10. aliiq; recentiores.*

Meletiani.

c *Pachomius moribundus idem monuit:* Nulla ſit vobis coniunctio cum ſectatoribus Meletij, vel Arrij, vel Origenis, ſeu ceteris Chriſti præceptis aduerſantibus.

d *Inueteratam hanc conſuetudinem docent Pomponius Mela, Sextus philoſophus, Lucianus, Silius Italicus, & Cicero à Roſweydo hic num. 131. producti. Ciceronis 1. Tuſc. verba ſunt*: Condiunt Ægyptij mortuos, & eos domi ſeruant. *Originem & cauſſam eius refert Caſſianus Collat. 15. cap. 3. ex relatione Neſterotis Abbatis:* Hunc, *inquit*, Ægyptiis morem Nili fluminis inuexit eluuies, vt quoniam vniuerſa terræ illius latitudo inſtar immenſi pelagi non paruo anni tempore ſolitâ aquarum eruptione contegitur, ita vt nulla tunc cuipiam viandi copia niſi lemborum tranſuectione tribuatur, corpora mortuorum, pigmentis condita redolentibus, in editioribus cellulis recondantur.

e *S. Ioannes Damaſcenus à Roſweydo num. 132. citatus cenſet S. Athanaſium, adeoq; S. Antonium, τὸ ἄπαθον ἐθῶ τῶν Αἰγυπτίων κωτηγῆσαι βελόμενον*, voluiſſe abſurdum Ægyptiorum morem abrogare. *Idem dicitur in catenâ MS. in Lucam ex Græcis Patribus collectâ, quæ extstit in bibliothecâ Palatinâ, referente inter Fragmenta operum S. Athanaſij Petro Felckmanno Coronæo, qui præfuit in Commeliniana officinâ editioni S. Athanaſij Græco-Latinæ an. Ch. 1600. probatq; verba S. Athanaſij eſſe. Verùm quod cupiebant, non eſſe conſecutos, colligimus ex S. Auguſtino ſermone 120. de diuerſis, qui eſt prior tractatus de reſurrectione mortuorum cap. 12. vbi* corpora ab Ægyptiis ita ſiccata atque ænea reddita, Gabbaras vocari *ait.*

CAPVT XXI.

Præparatio ad mortem. Mors. Sepultura.

112 POſt menſes autèm paucos, cùm non mediocre incommodum ſenilia membra turbaſſet, vocatis ad ſe *a* duobus Fratribus, quos ibidem ante quindecim annos modico interuallo ſeiunctos inſtituerat, quique etiam ei iam ſeni cœperant *b* miniſtrare, ait: Ego quidem, filioli, ſecundùm eloquia Scripturarum, Patrum gradior viam: iam enim Dominus me inuitat, iam cupio videre cæleſtia: ſed vos, ô viſcera mea, admoneo, ne tanti temporis laborem repentè perdatis. Hodie vos religioſum ſtudium arripuiſſe arbitramini, & quaſi cœptæ voluntatis fortitudo ſuccreſcat. Varias dæmonum noſtis inſidias, vidiſtis eorum & impetus feroces, & vires effeminatas. Ieſum ſuſpirate, & credulitatem nominis eius veſtris figite mentibus, & à certâ fide vniuerſi dæmones fugabuntur. Memẽtote etiam admonitionum mearum, & incertæ conditionis vitam quotidie ancipitem retractate, & cæleſte vobis præmiũ ſine cũctamine tribuetur.

a Extrema ad diſcipulos verba.

b Ioſue 23. 14. 3. Reg. 2. 2.

Religioſo cogitãdum ſe primùm inchoare.

Ieſu nomen dæmones pellit.

113 Schiſmaticorum quoque & hæreticorum venena vitate, meumque circa eos odium ſectamini, quia Chriſti ſunt inimici. Scitis ipſi, quòd nullus mihi nec pacificus quidem ſermo cum eis aliquando fuerit, propter prauam eorum voluntatem, & pertinax contra Chriſtum bellum. In hoc autem magis eſtote ſolliciti, vt Domini præcepta ſeruetis, vt poſt mortem veſtram Sancti quique, quaſi amicos & notos, in æterna vos recipiant tabernacula.

Vitandi ſchiſmatici & hæretici.

Lucæ 16. 9.

114 Hæc cogitate, hæc ſapite, hæc retexite: & ſi qua mei vobis cura, ſi qua patris memoria eſt, ſi mihi vicarium *c* repræſtatis affectum, nullus ad Ægyptum meas perferat reliquias, ne vano corpus honore ſeruetur, ne vituperati, vt noſtis, à me ritus etiam circa me ſeruentur obſequia. Huius enim rei gratiâ maximè huc ſum regreſſus. Vos igitur humo tegite, vos patris operite corpuſculum, & illud quoque ſenis veſtri cuſtodite mandatum: vt nemo præter veſtram dilectionem locum tumuli mei nouerit. Confido in Domino, quia neceſſario reſurrectionis tempore hoc corpuſculum reſurget incorruptum. Veſtimentorum autem meorum ſit iſta diuiſio: Meloten & pallium tritum, cui ſuperiaceo, Athanaſio Epiſcopo date, quod mihi nouum ipſe *d* detulerat. Serapion *e* Epiſcopus aliam accipiat meloten: vos cilicinum habetote veſtimentum, & valete viſcera mea: Antonius enim migrat, & iam non erit in præſenti ſæculo vobiſcum.

c *Vetat pompam & gloriam funeris.*

Teſtamentum cõdit.

d

e

115 Verba finierat, & oſculantibus ſe diſcipulis, extendens paullulùm pedes, mortem lætus aſpexit: ita vt ex hilaritate vultus eius, Angelorum ſanctorum, qui ad perferendam animam eius deſcenderant, præſentia noſceretur. hos intuens, tamquàm amicos videret, animam exhalauit, & additus eſt Patribus ſecundùm ordinem Scripturarum. Seruauerunt mandata diſcipuli, inuolutum (vt præceperat) corpus humo operientes: & nemo interim vſque ad hanc diem, præter eos, vbi ſit conditum, *f* nouit. Legatarius autem Antonij benedicti, qui tritum pallium cum melote imperio eius meruerat accipere, Antonium in Antonij muneribus amplectitur: & tamquàm magnâ hereditate ditatus, *g* lætanter per veſtimentum recordatur imaginem ſanctitatis.

Moritur lætus, præſentibus Angelis.

f *Athanaſ. Antonium in Antonij muneribus amplectitur.*

g

a Amathas & Macarius *hi fuêre, de quibus §. 5. in Prolegom.*

b *Miniſterium vnius fuit, vt aquam ei præberet num. 2. S. Hieronymus in vitâ S. Pauli X. Ianuarij, ad hoc miniſterium alludit num. 14.* Cui (*Antonio*) cùm duo diſcipuli, qui ei longo iam tempore miniſtrare conſueuerant, occurriſſent, *&c. Verùm quomodò quindecim tantùm ante obitum ſuum annis eos aſſumpſiſſe dicitur à S. Athanaſio, cùm S. Hieronymus aſſerat* longo iam tempore miniſtrare conſueuiſſe, *quando* S. Paulum *inuiſit* S. Antonius nonagenarius, *num. 8. id eſt, quindecim ante obitum annis? Diximus ibidem in Prolegom.* perplexè loqui S. Hieronymum, dum videtur innuere S. Paulum anno ætatis decimo ſexto in eremum abiiſſe, ſæuiente in Chriſtianos Decio, quod in pleraque Martyrologia relatum, ac ſic non niſi an. Ch. 347. obiiſſe, annos 113. natum, *cùm ſeptem annis diſcipuli S. Antonio miniſtraſſent; quod longum meritò tempus dicitur, cùm ferè 15. illorum annorum dimidium ſit. Dum autem* nonagenarium *dicit S. Antonium ad Paulum adiiſſe, plenum rotundumq; numerum fortè poſuit, neglecto minore qui excreſcebat; quod in Scripturâ ſacrâ ſæpè fieri obſeruant interpretes, vt Iacobi Bonfrerij noſtri Proloquiis in Scripturam diſces, cantone 19.*

c *MS. Ripat.* repenſatis. *Sur.* repræſentatis. *alij* rependatis. *Roſweydus* repræſtatis. *quod verbum vſurpatum oſtendit in Pandectis Florent. lib. 19. Tit. 1. de action. empt. & vendit. L. 47.* Lucius. *& lib. 35. Tit. 1. ad SC. Trebellian. L. 22.* Mulier.

d *Duo ab Athanaſio acceperat, vnum quo obuoluit S. Pauli Eremitæ corpus, alterum, quod ipſi remiſit. quando ea S. Athanaſius detulerit, incertum eſt; cùm eum ſapius viſitârit. Baronius annum aſſignat 328. ſed id ſuprà §. 8. in Proleg. refutatum eſt.*

e *Thmueos in Ægypto inferiore, vt antè dictum.*

f *Cauſſam dat* S. *Hieronymus in vitâ S. Hilarionis; ex relatione Iſaaci & Peluſiani diſcipulorum,* ne Pergamius, qui in illis locis ditiſſimus erat, ſublato ad villam ſuam corpore martyrium fabricaret. *De adibus ſacris Martyribus extrui ſolitis agit Ammianus lib. 22. & nos ſæpè in Actis Martyrum.*

g *Sic S. Antonius diebus ſolennibus Paſcha & Pentecoſtes ſemper Pauli tunicâ veſtitus eſt.*

CAPVT XXII.

Epilogus S. Athanaſij.

116 *a* HIc Antonio vitæ terminus fuit, iſta principia meritorum: quæ licet parciori, vt prædixi, ſermone narrauerim, tamen ex his poteſtis aduertere, qualiter *a*

liter homo Dei à pueritiâ ad ſenectam vſque peruenerit: & quòd omni ſemper dubitatione calcatâ, nec languori, nec longæuæ quidquam ætati aliquando conceſſerit. magis autem æqualitatem propoſiti tenens, nec veſtimentum mutauit, nec pedes lauit, *b* nec eſcam ſectatus eſt molliorem: oculorum quoque aciem, & numerum dentium, licet paullulùm ob ætatem viderentur attriti, necnon & *c* pedum inceſſum, totius etiam corporis firmitatem, ita contra iura naturæ meritorum gratiâ cuſtodiuit, vt lautorum corporum, quæ balneis atque deliciis confouentur, hilarior eius caro videretur.

Antonius ſemper in propoſito æquabilis,

b integro ad vltimum corporis vigore,

c

117 Hoc etiam, fratres, quòd per omnes prouincias amor eius famaque volitauit, quem nec librorum diſſeminatorum oratio luculenta, nec *d* mundanæ ſapientiæ diſputatio, nec nobilitas generis, nec opum infinita congeſtio commendauit; cui omnium ore eſt adſcribendum, niſi Chriſto, cuius hoc donum eſt? qui deuotos eius animos erga ſuam præuidens maieſtatem, hominem alio penè orbe *e* celatum, & inter tantas poſitum ſolitudines, Africæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ, Illyrico, ipſi etiam, quæ vrbium caput eſt, Romæ, vt in exordio promiſerat, demonſtrauit. Creatoris eſt iſta benignitas, qui famulos ſuos, licet nolentes, nobilitare conſueuit, vt virtus poſſibilis nec extra humanam eſſe naturam Sanctorum doceatur exemplis, & ad beatæ vitæ imitationem, ex fructu laboris optimus quiſque impellatur.

d

Chriſti benignitate,

e longè late & celebris.

118 Hunc itaque Fratribus librum magnoperè perlegere curate: vt agnitâ fideli vitâ ſublimium Chriſtianorum & monachorum, ſciant, quòd Saluator noſter Ieſus Chriſtus glorificantes ſe glorificat, & ſeruientibus ſibimet, non tantùm regna cælorum, ſed etiam hîc in ipſis montium ſecretis latere cupientibus, famæ tribuit nobilitatem: ſcilicet vt & ipſi fruantur laude meritorum, & ceteri eorum prouocentur exemplis. Si autem neceſſarium fuerit, & gentilibus legite, vt vel ſic agnoſcât, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus non ſolùm eſt Deus, Dei Filius, ſed etiam his, qui eum ſollicitè colunt, & in eum fideliter credunt, hanc dedit poteſtatem, vt dæmones, quos illi deos eſſe arbitrantur, conculcent atque eiiciant, deceptores ſcilicet hominum, & totius corruptionis artifices. *f*

Suadetur huius vitæ lectio monachis.

f

a *Hac quoque à S. Athanaſio ſcripta eſſe docet S. Ephræm in illud* Attende tibi ipſi *cap.* 10. Rurſuſque, *inquit,* ait S. Athanaſius. Et ſi iſta ad illius virtutem parua; ex iis tamen, qualis Dei ſeruus fuerit Antonius, conſiderare & æſtimare licet: quippe qui à iuuentute ad tantam vſque ætatem, æqualem ſemper ſeruabat in exercitatione alacritatem, & neque ſenectute fractus, delicatioribus vtebatur cibis, neque propter debilitatem corporis immutabat ſui indumenti habitum. Aut ſi fortè pedes aquâ tingeret, & tamen in omnibus illæſus permanebat: nam etiam oculos illæſos integroſque ſeruabat, rectèque cernentes. Et ne ſingula conſectemur, cunctis, qui cibis variis, & lauacris, diuerſiſque veſtimentis vtuntur, ipſe multò illuſtrior apparebat ac clarior & ad fortitudinem alacrior. *An vitioſus fuerit codex Voſſij, cùm hic ſit,* nec pedes lauit; *ille verterit,* ſi fortè pedes aquâ tingeret? *Reticet quoque de numero dentium ad extremum vſque ſeruato.*

b *Palladius cap.* 28. *in Apophth. num.* 58. Talem vitæ aſperæ agendæ rationem & illis diebus ſuſcepit Antonius, qualẽ quando erat in principio iuuentutis.

Baculus S. Antonij.

c *In vitâ S. Pauli dicitur,* ſenex infirmos artus baculo regente ſuſtentans: *qua verba peregrè proficiſcentem indicant; aut certè ideò appoſita, quòd baculum monachi geſtare eſſent ſoliti, vt tradit Caſſianus lib.* 1. *Inſtit. cap.* 9. *& ita baculo inſtructus pingi ſolet* S. Antonius.

d *Præclarè B. Petrus Damianus lib.* 6. *epiſt.* 17. *ad Aripræandum monachum, de ſtultè doctis, & ſapienter indoctis:* Antonius non rhetoricatur, ſed toto conſpicuus orbe, litteris, vt ita dicam, vitalibus legitur. *Et S. Theodorus Studita ſermon. Catechet.* 43. *in S. Antonium & Martyrem Thaddæum:* S. Antonius, *inquit,* qui illitteratus erat, doctis doctior *&c. de eius doctrinâ actum §.* 14. *in Prolegom.*

e Antonium Hieroſolymam non vidiſſe *docet S. Hieronymus epiſt.* 23 *ad Paulinum de Inſtitutione monachi.*

f *Additur apud Mombritium:* Depoſitus eſt S. Antonius ſexto decimo Kalendas Februarias, *quæ, ab eo aliòue adiecta, deſunt in reliquis editis & manu exaratis codicibus. De die eius natali actum eſt in Prolegom. §.* 12.

a EPILOGVS EVAGRII INTERPRETIS.

a

ITaque prudentes, qui legere voluerint hanc ſcripturam, obſecramus, vt dent veniam, ſi Græci ſermonis vim exprimere non potuimus, transferentes eum in Latinam linguam; licet contra noſtrum propoſitum hæc fecerimus. Sed non quaſi inuidentes nolebamus facere, ſed ſufficienter ſcientes, quantam infirmitatem ſuſtinet Græcus ſermo tranſlatus in Latinitatem, tamen maluimus Græcum ſermonem hoc ſuſtinere, quàm fraudem pati eos lucri deifici, qui quomodocumque interpretatum Græcum ſermonem legere poſſint. Deus autem omnipotens, qui tanto viro cooperatus eſt ad facienda talia, & nobis cooperetur ad imitandum ipſum vel ex parte, vt in omnibus clarificetur nomen eius per magiſtrum, & hortatorem, & redemptorem, & Saluatorem noſtrum Ieſum Dominum cum Spiritu ſancto, cui eſt claritas & perpetua poteſtas in ſæcula ſæculorum.

a *Roſweydus ex vnico MS. adiecit hunc epilogum, & prudenter veretur vt* Euagrij *nomen tueri queat, quod cum Prologo non videatur poſſe comparari.*

APOPHTHEGMATA ET COLLATIONES

Aliaq; ad Vitam S. ANTONII pertinentia,

Ex Caſſiano & Vitis Patrum.

CAPVT I.

Renuntiatio ſæculi.

1 *a* FRATER quidam renuntians ſæculo, & dans quæ habebat pauperibus, retinens autem pauca in ſuâ ratione, venit ad Abbatem Antonium. Quod cùm agnouiſſet ſenex, dixit ei: Si vis monachus fieri, vade in illum vicum, & eme carnes, & impone corpori tuo nudo, & ſic veni huc. Et cùm ſic feciſſet Frater ille, canes & aues corpus eius lacerabant. Cùm perueniſſet autem ad ſenem, interrogauit, ſi feciſſet quod ei dixerat. Illo autem oſtendente corpus ſuum *b* laceratum, dixit S. Antonius: Qui renuntiant ſeculo, & volunt habere pecunias, ecce ita impugnati à dæmonibus diſcerpuntur.

a Monachus pecuniam ne detineat:

b

2 *c* ABRAHAM: Non meam contra hoc vobis, ſed B. Antonij ſententiam proferam, quâ ille ita cuiuſdam Fratris, hoc quo dicitis tempore torpentis, ſignitiem confutauit, vt etiam nodum veſtræ propoſitionis abſcinderet: nam cùm ad prædictum virum quidam, vt dixi, veniens anachoreticam diſciplinam minimè diceret admirandam; maioris pronuntians eſſe virtutis, ſi ea, quæ perfectionis ſunt, inter homines quiſpiam, quàm in eremo poſitus, exerceret; B. Antonius, vbinam ipſe conſiſteret, percunctatur. Cumque ille ſe iuxta parentes ſuos habitare dixiſſet, & eorum præbitione ab omni curâ, & ſollicitudine *d* diurni operis abſolutum, lectioni tantùm, & orationi abſque vllâ diſtentione ſpiritus indeſinenter gloriaretur inſiſtere; rurſum B. Antonius: Dic, inquit, fili, vtrùm in eorum damnis vel aduerſis caſibus contriſteris, pariſque etiam modo ſuper eorum proſperitate congaudeas? Ille vtriuſque rei ſe participem eſſe confeſſus eſt. Cui ſenex: Noueris te, inquit, etiam in futuro ſæculo eorum ſorte cenſendum, cum quibus in hac vitâ in lucri detrimentiue conſortio, vel gaudio, vel mœrore concuteris.

c nec cohabitet amicis:

d

3 Nec hac contentus ſententiâ B. Antonius, maiorem inſuper campum diſputationis ingreſſus eſt, Hæc, inquiens, conuerſatio, atque hic tepidiſſimus ſtatus, non hoc ſolo, quo dixi, te feriunt detrimento (licet id tu ipſe

non

Ex vitis PP.

non ſentias, dicens quodammodò ſecundùm illam Prouerbiorum parabolam, *e* Ferierunt me, ſed non dolui; & deluſerunt me, ego autem neſciui: vel illud, quod dicitur in Prophetâ: Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit) quòd ſcilicet diebus ſingulis mentem tuam pro caſuum varietate mutantes, indeſinenter ad terrena demergunt; verùm etiam, quòd fructuum manuum tuarum, & iuſtâ laboris proprij mercede defraudent, non permittentes te horum præbitione ſuffultum ſecundùm beati Apoſtoli regulam quotidianum tibi victum tuis manibus præparare, quem ille, vltima Epheſiorum Eccleſiæ Principibus præcepta promulgans, ſe etiam ſanctis Euangelicæ prædicationis ſtudiis occupatum, non ſolùm ſibi, verùm etiam his, qui erant erga miniſterium ſuum neceſſariis obſequiis præpediti, præbuiſſe ſe memorat, dicens: Ipſi ſcitis, quoniam ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Quod tamen, vt ſe feciſſe pro formâ noſtræ vtilitatis oſtenderet, alibi ait: Non *f* otioſi fuimus inter vos, neque gratis panem ab aliquo manducauimus, ſed in labore & fatigatione nocte & die operantes, ne quem veſtrûm grauaremus: non quia non habuerimus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos.

e Prou. 23. 35. Oſeæ 7. 9.

victum labore manuum cõparet,

Act. 20. 34.

f 2. Theſſa. 3. 7. &c.

4 Et ideò cùm etiam nobis parentum præſidia non deeſſent, tamen hanc cunctis opibus prætulimus nuditatem, & quotidiana corporis alimenta noſtris maluimus ſudoribus præparare, quàm ſecurâ parentum præbitione fulciri, laborioſiſſimæ huic penuriæ illam, quam prædicas, otioſam Scripturarum meditationem, atque infructuoſam lectionis inſtantiam poſtponentes; quam proculdubio libentiſſimè ſectaremur, ſi hoc eſſe vtilius, vel exemplis ſuis Apoſtolica tradidiſſet auctoritas, vel inſtituta ſeniorum ſalubriter præfiniſſent. Noueris autem te etiam ex hoc non leuiùs, quàm illo quo ſuprà diximus, affici detrimento: quia cùm ſis ſani corporis ac robuſti, ſtipe ſuſtentaris alienâ, quæ iuſtè ſolis eſt debilibus attributa. Nam vtique omne hominum genus abſque illo tantùm genere monachorum, quod ſecundùm præceptum Apoſtoli quotidianis manuum ſuarum laboribus viuit, *g* agapen alienæ operationis expectat. Vnde non ſolùm eos, qui ſemetipſos vel parentum facultatibus, vel famulorum laboribus, vel fundorum ſuorum fructibus gloriantur, ſed ipſos etiam Reges mundi huius agape certum eſt ſuſtentari. Hoc denique maiorum noſtrorum definitio habet: Quicquid ad neceſſitatem quotidiani victus inſumitur, quod opere manuum noſtrarum effectum partumque non fuerit, ad agapen referri debere ſanxerunt, ſecundùm Apoſtolum, qui otioſis penitùs interdicens opem largitatis alienæ, Qui, inquit, non operatur, nec manducet. His B. Antonius aduersùs quemdam vſus verbis, etiam nos magiſterij ſui informauit exemplo.

exemplo S. Antonij;

g non ſtipe aliena operationis ſuſtentaturi

2. Theſſa. 3. 10.

a *Pelagius lib. 5. libel. 6. num. 1. & Ruffinus lib. 3. num. 68.*

b *Addit Ruffinus:* propter carnem rapiendam, tam dentibus quàm vnguibus diruperunt, *&c.*

c *Caſſianus Collat. 24. cap. 11. & 12. Tota hæc Collatio 24.* Abbatis Abrahæ *inſcribitur. De eodem inſigne encomium habetur Collat. 15. cap. 4. & 5. vbi duo miracula curationum ab eo patrata narrantur. Eruditè eum diſtinguit Gazæus ab* S. Abrahamo *Syro, qui colitur 16. Martij.*

d *al.* diuturni.

e *Editio vulgata*: Verberauerunt me, ſed non dolui: traxerunt me, & non ſenſi.

f *Vulgata,* inquieti.

g *Id eſt, ſtipe alienâ ſuſtentatur. ita & Reges* agape, *id eſt, ope & ſubſidio aliorum, viuunt. Sic* agapen *pro caritatis officio, ſeu eleemoſynâ, aut ſubuentione in proximos, præſertim pauperes, impensâ, vſurparunt Tertullianus lib. ad Martyres, Cyprianus lib. 3. teſtim. cap. 3. Caſſianus Collat. 16. cap. 14. citati à Gazæo. Frequens ea apud S. Ephræm locutio eſt ἀγάπας ποιεῖν, & infrà num: 47. & 48.* bona dilectio & perfecta caritas *transfertur Latinè. Alia eſt Eccleſiaſtica* agape, *de quâ Baronius pluribus agit tom. 1. an. Ch. 57. & nos ſæpè alibi*

CAPVT II.

Pœnitentia. Patientia.

4 *lacrymæ peccata deleat, cæleſtia dona impetret:* Iſaiæ 38. 5. & 6.

5 S. Antonium requiſiuit Frater, dicens: Quid faciam pro peccatis meis? Reſpondit: Qui vult liberari à peccatis, fletu & planctu liberabitur ab eis; & qui vult ædificari in virtutibus, per fletum lacrymarum ædificatur. Ipſa laudatio Pſalmorum, planctus eſt. Memento exemplum Ezechiæ Regis Iudæ, ſicut ſcriptum eſt per Iſaiam Prophetam, qui flendo non ſolùm ſanitatem recepit, ſed etiam per quindecim annos augmentum vitæ promeruit; & ſuperuenientem hoſtis exercitum, videlicet centum & octoginta quinque millium per lacrymarum eius rigationem, virtus Domini in mortem proſtrauit. S. Petrus Apoſtolus flendo recepit, quod in Chriſtum negando commiſerat. Maria, quia cum lacrymis rigauit pedes Domini, meruit audire ſe optimam partem elegiſſe. Ipſe timor Domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi.

b 6 *b* Dixit Abbas Antonius Abbati Paſtori: Hoc eſt magnum *c* opus hominis, *d* vt culpã ſuam ſuper ſe ipſum vnuſquiſque ponat coram Domino, & exſpectet tentationem vſque ad vltimum vitæ ſuæ tempus.

c d *culpam coram Deo cognoſcat.*

e 7 *e* Audiuit aliquando Abbas Antonius de quodam iuuene monacho, quia ſignum quoddam huiuſmodi fecerit in viâ, id eſt, cùm vidiſſet quoſdam ſenes iter agentes, & laborantes in ambulando, onagris iuſſit, vt venirent & portarent eos, donec peruenirent ad ſe: illi autem ſenes indicantes hoc Abbati Antonio, dixit Abbas Antonius: Videtur mihi monachus iſte ſimilis eſſe naui oneratæ omnibus bonis, de quâ incertum eſt vtrùm peruenire poſſit in portum. Et poſt aliquantũ temporis, ſubitò cœpit Abbas Antonius flere, & trahere ſibi capillos, & lugere. Quod cùm vidiſſent diſcipuli eius, dicunt ei: Quid ploras Abba? Et reſpondit ſenex: Magna columna Eccleſiæ cecidit modò. Dicebat autem hoc de monacho illo iuuene, & adiecit: Ambulate ad eum, & videte quod factum eſt. Perrexerunt igitur diſcipuli eius, & inuenerunt monachum illum ſuper *f* mattam ſedentem, & flentem peccatum, quod fecerat. Videns autem diſcipulos ſenis, ait eis: Dicite ſeni, vt obſecret Deum decem tantùm dierum dari mihi inducias, & ſpero me ſatisfacturum ei. Qui intra quinque dies mortuus eſt.

S. Antonius lapſũ monachi præuidet, & deplorat.

f

g 8 *g* Laudatus eſt quidam Frater à monachis apud Abbatem Antonium: ille autem cùm veniſſet ad eum, tentauit ſi portaret iniuriam: & cùm cognouiſſet, quia non poſſet ferre, dixit ei: *h* Similis es domui, quæ à facie quidem ornata eſt, de retrò verò à latronibus deſpoliata.

Perfectionem probat patientiæ

h

i 9 *i* Abbati Ammoni prophetauit B. Antonius dicẽs: Multum habes in timore Dei proficere. Et educens eum de cellâ, oſtendit ei lapidem, & dicit ei: Vade, & iniuriare lapidem hunc, & indeſinenter cæde illum. Quod ſuræ cùm feciſſet interrogauit eum S. Antonius, ſi ei aliquid lapis reſpondiſſet. At ille dixit: Non. Cui Abbas Antonius ait: Ita & tu ad hanc menſuram peruenturus es, vt nullam tibi fieri arbitreris iniuriam.

i *huius mẽſuræ.*

k 10 *k* Quidam Fratres venientes ad Abbatem Antonium, poſtulabant ab eo audire ſermonem, per quem ſaluarentur. Quibus ille ait: Scripturas audiuiſtis, & ſcitis quæ vobis à Chriſto ſufficiant. At illi, vt ipſe quoque aliquid eis dicere dignaretur, inſtabant. Tunc dicit eis: Euangelium dicit: Si quis te percuſſerit in maxillam *l* dextram, præbe illi & alteram. At illi ſe facere hoc non poſſe dixerunt. Reſpondit ſenex: Præbere alteram non poteſtis? *m* vel in illam iterum ſi voluerit ferire ſuſtinete. Sed cùm neque hoc ſe poſſe facere teſtarentur, dicit eis ſenex: Ergo ſi hoc non poteſtis, *n* ne reddatis malum pro eo quod accepiſtis. Et cùm idem verbum, quod ſuperiùs dixerant, repeterent; dixit Abbas Antonius diſcipulo ſuo: Vade, *o* fac illis eſcas vt comedant, vides enim quòd

k

l Matth. 5. 39.

m

gradus varij.

n

o

quòd valdè infirmi ſunt. Et ait ad illos: Si enim hoc non poteſtis, & alterum non vultis, quid à me requiritis? Vt video neceſſària eſt vobis oratio, per quam infirmitas veſtra ſanetur.

p *fuga virtutes.*

11 *p* Quidam Frater Abbatem Antonium, requiſiuit dicens: Quid obſeruando, Deo placebo? Reſpondit ſenex: Quod dico tibi cuſtodi. Quocumque vadis, Deum ſemper habeto præ oculis tuis, & quodcumque opus exerces, *q* ſume ex diuinis Scripturis exempla; & in quocumque loco reſederis, ne inde citiùs mouearis, ſed patienter in eodem loco cõſiſte. Hæc enim tria cuſtodiens, ſaluus efficieris.

q

a *Paſchaſius lib. 7. cap. 38. num. 1.*

b *Pelagius lib. 5. libel. 15. num. 2. S. Ephram Apophtheg. 3. aut quiſquis Apophthegmatum Patrum auctor eſt, quæ à Gerardo Voſſio Latinè reddita tomo 2. operum eius ſunt ſubiuncta. Colitur S. Pœmenius, ſiue Paſtor, XXVII. Auguſti. vide §. 6. in Proleg.*

c *Græcè, ἡ ἐργασία.* officium, exercitatio.

d *Apud Ephram ex interpretatione Voſſij:* vt ſuum, quo grauatur, errorem coram Deo proiiciat.

e *Pelagius lib. 5. libel. 8. num. 1.*

f Matta teges ex iuncis contexta. *Greg. Turon. lib. de Vitis Patrum cap. 11. De Antonij lecto dictum §. 15. in Prolegom.*

g *Pelagius lib. 5. libel. 8. num. 2. & Ruffinus lib. 3. num. 88.*

h *Ruffinus.* Similis es ædificio, quod quamuis habeat ingreſſum ornatum, per poſticia tamen à latronibus expugnatur.

i *Paſchaſius lib. 7. cap. 9. num. 3. Appendix ad Vitas Pat. cap. 20. num. 8. vbi* Ammona *dicitur, ac deinde Epiſcopus factus. Meminit S. Athanaſius epiſt. ad Dracontium* Ammonij, *eiuſq; ſocij* Serapionis, *ex monachis Epiſcoporum. Eum eſſe opinamur, qui hic à S. Antonio exercitus.*

k *Paſchaſius lib. 7. cap. 6. num. 2. Ioannes lib. 6. libel. 4. numer. 11.*

l *Ioannes hìc,* ſiniſtram: *perperàm.*

m *Ioannes*: ſaltem de vnâ ferte patienter.

n *Idem:* ne velitis percutere magis, quàm percuti.

o *Idem:* ſuccos præpara. *id eſt, iuſculum, ſeu iuſculenta.*

p *Ruffinus lib. 3. num. 108. apud S. Ephram apopht. 2. Pelagius lib. 5. libel. 1. num. 1.*

q *Pelagius:* adhibe teſtificationem ſacrarum Scripturarum. *S. Ephram:* diuinæ cum primis Scripturæ teſtimonio illud confirma.

CAPVT III.

Tentationes. Diſcretio.

a *Tentationes ſolitario rariores;*

12 *a* DIxit Abbas Antonius: Qui ſedet in ſolitudine, & quieſcit, à tribus bellis eripitur, id eſt, auditus, locutionis, & viſus: & contra vnum tantummodò habebit pugnam, id eſt, cordis.

b *& infirmis:*

13 *b* Dixit iterum Abbas Antonius: Quia non permittit Deus bella excitari in generatione hac, quoniam ſcit, quia infirmi ſunt, & portare non poſſunt.

c *depelluntur ſigno Crucis frõti & pectori impreſſo,* *oratione,*

14 *c* Quodam tempore duo quidam Philoſophi audientes famam B. Antonij, perrexerunt ad eum. Qui cùm inter ſe quaſdam quæſtiones habuiſſent, deſpicientes Philoſophi S. Antonium velut imperitum & ſine litteris virum, reuerſi ſunt ab eo. Volentes autem eum, ſi nihil ampliùs potuiſſent lædere, vel de cellulâ eius magicis præſtigiis & circumuentione dæmonum perturbare, immiſerunt ei nequiſſimos dæmones ad impugnationem, hac inuidiâ & liuore perculſi, eò quòd multi hominum ad illum, velut Dei famulum, quotidie conuenirent. Cumque, illo nunc quidem imprimente pectori ſuo & fronti ſignaculum crucis, nunc verò orationi ſuppliciter incubante, nec appropinquare quidem duriſſimi dæmones eidem auderent, reuertebantur ad eos, qui illos direxerant ſine effectu. Tunc illi alios rurſum, quaſi potentiores, miſerunt. Cumque & illi fatigati reuertiſſent, iterum alios nihilominùs potentiores ac vehementiores aduersùs militem Chriſti deſtinauerunt, qui nihil penitùs præualuerunt, Antonio viriliter reluctante. Eo itaque nihil profecerunt tales tantæque eorum inſidiæ, totâ magicâ arte & *d* necromantiâ quæſitæ, vt per hæc euidentiſſimè comprobarent magnam virtutem ineſſe profeſſioni Chriſtianorum, quibus illæ tam

d

ſæuæ vmbræ nihil Antonium non ſolùm lædere, ſed nec puncto quidem de habitaculo ſuo valuerunt perturbare. PP. Pro hac ergo admiratione ſtupefacti Philoſophi, confeſtim ad S. Antonium venerunt, impugnationum ſuarum magnitudinem, & cauſſas atque inſidias liuoris ſui ei patefecerunt. Chriſtianos ſe fieri protinus popoſcerunt. Cumque diem ab illis proditæ impugnationis requireret, indicauerunt: aſſeruit autem ſe B. Antonius amariſſimis cogitationum ſtimulis tunc fuiſſe pulſatum.

e *& diſcretione,*

15 *e* Dixit Abbas Antonius: Quia ſunt quidam conterentes corpora ſua in abſtinentiâ; ſed quia non habuerunt diſcretionem, longè facti ſunt à Deo.

f

16 *f* Quodam tempore conuenerunt plurimi ſeniorum ad B. Antonium commorantem in Thebaidæ partibus, perfectionis inquiſitione, & collationis gratiâ. Cumque à veſpertinis horis vſque ad lucem fuiſſet protracta collatio, quæſtio diſcretionis maximum noctis ſpatium conſumpſit. Nam diutiſſimè inter eos quærebatur, quænam virtus vel obſeruatio monachum à diaboli laqueis cuſtodire poſſet illæſum, vel certè ad Deum recto tramite, firmoque greſſu perduceret. Cumque pro captu mentis ſuæ vnuſquiſque ſententiam proferret in medium; & alij quidem hoc in ieiuniorum vigiliarumque ſtudio collocarent, alij in nuditate & contemptu rerum; alij remotiorem vitam, & eremi ſecreta cenſerent, & nonnulli in primis ſectanda caritatis, id eſt, humanitatis officia definirent; quia ipſa piè erga Fratres & peregrinos ſtudio ſuſceptionis impenduntur; cumque in hunc modum piâ contentione decertarent, eſſetque noctis iam maximum tempus conſumptum, reſpondens demum B. Antonius vniuerſis dixit: Omnia quidem hæc, quæ dixiſtis, neceſſària ſunt & vtilia ſitientibus Deum: ſed his principalem tribuere gratiam, nequaquàm nos innumerabiles multorum Fratrum caſus, & experimenta permittunt. Nam ſæpè vidimus Fratres has obſeruationes tenentes, repentino caſu deceptos, eò quòd in bono, quod cœperant, diſcretionem minimè tenuerunt. Nec enim alia cauſſa lapſus eorum deprehenditur, niſi quòd minùs à ſenioribus inſtituti, nequaquàm potuerunt ratione diſcretionis huius adipiſci, quæ viam regiam docet monachum ſemper incedere, & nec exceſſu continentiæ modum tranſire permittit, nec deflectere ad vitia concedit. In omnibus ergo quæ agimus, diſcretio anteponenda eſt. Manifeſtiſſimè enim declaratur, nullam ſine diſcretionis gratiâ perfectè poſſe, vel perfici, vel ſtare virtutem. Et hæc dicente Antonio, vniuerſorum ſententia definitum eſt, diſcretionem eſſe, quæ fixo gradu intrepidum monachum perducat ad Deum, & prædictas virtutes iugiter conſeruet illæſas. Omnium namque virtutum genitrix, & cuſtos, atque moderatrix, diſcretio eſt.

quæ à lapſu præſeruat.

& virtutē eſt genitrix.

a *Pelagius lib. 5. libel. 2. num. 2.*

b *Idem libel. 10. num. 4.*

c *Caſſianus lib. 4. de Vit. Pat. cap. 55. ex eius Collatione 8. cap. 18. & 19. Vbi hæc narrat* Abbas Serenus, *cuius nomine inſcripta eſt Collatio 7. & 8. De eo agitur in Vitis Pat. lib. 4. cap. 50. apud Photium in biblioth. tmemate 197. & Petrum de Natalibus lib. 3. cap. 48. ad diem XXIII. Febr.*

d *Deeſt in Collatione, ſed cum* vmbris *ſatis conuenit, quæ ſæpè dæmones, ſæpè animas defunctorum ſignificant.*

e *Pelagius lib. 5. libel. 10. num. 10.*

f *Caſſianus lib. 4. de Vit. PP. cap. 42. ex Collat. 2. cap. 2. vbi ea narrantur ab Abbate Moyſe, cuius nomine Collatio 2. inſcribitur.*

CAPVT IV.

Humilitas. Mortificatio.

a *Humilis laqueos dæmonis tranſit.* *b*

17 *a* ITem B. Antonius retulit vidiſſe omnes laqueos inimici ſuper vniuerſam terram extentos, & cùm ſuſpirans dixiſſet: Quis hos poterit tranſire? vocem ad ſe dicentem audiuit: *b* Humilitas ſola pertranſit, Antoni; quam nullo modo valent ſuperbi contingere.

c

18 *c* Item B. Antonius dum in cellâ propriâ oraret, venit ad eum vox dicens: Antoni, nondum peruenisti ad menſuram

Ex vitis PP. menſuram coriarij, qui eſt in Alexandriâ. Quo audito ſenex ſurgens manè, arrepto baculo in ciuitatẽ Alexandriam feſtinus venit. Cumque ad deſignatum hominem fuiſſet ingreſſus, ille viſo tanto viro obſtupuit. Cui ſenex dixit: Refer mihi opera tua, quia propter te, relicto deſerto, huc veni. Qui reſpondens ait: Neſcio me aliquando aliquid boni perpetraſſe: vnde & ex cubili proprio manè conſurgens, antequàm in opere meo reſideam, dico quòd omnis hæc ciuitas à minore vſque ad maiorem ingrediuntur regnum Dei propter iuſtitias ſuas; ego autem ſolus propter peccata mea pœnam ingrediar ſempiternam. Quod verbum antequàm quieſcam ſerò, ex cordis mei recenſeo veritate. Quod audiens B. Antonius, reſpondit: In veritate, fili, ſicut bonus [d] artifex ſedens in domo tuâ cum requie regnum Dei adeptus es; ego autem veluti ſine diſcretione omne tempus meum in ſolitudine conuerſatus, necdum verbi tui aſſumpſi menſuram.

ſe omnibus peiorem æſtimet,

d

e 19 *e* Interrogauit Frater Abbatem Antonium, dicẽs: Quid eſt pro nihilo ſe ipſum homo æſtimare? Reſpondit: Similem ſe iumentis irrationabilibus æſtimare, pro eo quòd nihil diiudicant, ſicut ſcriptum eſt: Ego autem velut iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.

& ſimilem iumentis:

Pſal. 72.

f 20 *f* Venerunt aliquando ſenes ad Abbatem Antonium, & erat cum eis etiam Abbas *g* Ioſeph. Volens autem Abbas Antonius probare eos, mouit ſermonem de Scripturis ſanctis. Et cœpit interrogare à iunioribus, quid eſſet hoc vel illud verbum. Et ſinguli dicebant prout poterant. Ille autem dicebat eis: Necdum inueniſtis. Poſt eos verò dixit Abbati Ioſeph: Tu quomodò dicis eſſe verbum hoc? Ille reſpondit: Neſcio. Et dixit Abbas Antonius: Verè Abbas Ioſeph ſolus inuenit viam, qui ſe neſcire reſpondit.

g

ignarum ſe fateatur:

h 21 *h* Interrogauit Abbas Pambo Abbatem Antonium, dicens: Quid faciam? Reſpondit ei ſenex: Noli eſſe in tuâ iuſtitiâ confidens: *i* neque pœnitearis de re tranſactâ: & continens eſto linguæ tuæ & ventris.

inſtitia ſua diffidat.

i

k 22 *k* B. Antonius monebat diſcipulum ſuum, dicens: Horre ventrem tuum, & neceſſitates huius ſeculi, & concupiſcentiam malam, & honorem, tamquàm abſens de hoc ſæculo, & requiem poſſidebis.

Quorum præcipuè coërcendus appetitus.

l 23 *l* Dixit Abbas Antonius: Æſtimo quòd habeat corpus motum naturalem conſperſum in ſe, qui nolente animo non operatur, ſed tantummodò ſignificatur in corpore, quaſi *m* impaſſibilis motus. Eſt autem & alius motus ex eo, quòd nutritur & fouetur corpus cibis & potibus, & ex quibus calor ſanguinis excitat corpus ad operandum. Propter quod dicit Apoſtolus: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Et rurſum Dominus in Euangelio diſcipulis mandans dixit: *n* Videte, ne quando grauentur corda veſtra in crapulâ & ebrietate. Eſt autem & alius quidam motus certantibus in conuerſatione, ex inſidiis & inuidiâ dæmonum veniens. Itaque ſcire conuenit, quia tres ſunt corporales motus. Vnus quidem naturalis; alius autem ex plenitudine ciborum; tertius verò ex dæmonibus.

Motus corporalis triplex.

Epheſ. 5. 18.

n

Lucæ 21. 34.

o 24 *o* S. Antonium requiſiuit Frater; Quomodo Deus repromittit bona animæ per aſſiduitatem Scripturarum, & non vult anima in bonis permanere, ſed declinat ad tranſitoria, caduca, & immunda? Reſpondit: Ad hoc iungitur quod Pſalmiſta ait: Iniquitatem ſi conſpexi in corde meo, non exaudiet Deus. Ignoras, quòd cùm venter plenus fuerit eſcâ, ſtatim ebulliunt magna vitia? quæ Saluator noſter per Euangelium prædixit: Non coinquinat quod in os intrat animam hominis; ſed de corde exeunt, quæ in interitum demergunt hominem. Vide quid dixerit primum: cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, & blaſphemiæ. Quia qui necdum guſtauit dulcedinem cæleſtium, vt ex toto corde exquirat Deum, ideò ad immunda reuertitur; qui poterit rectè dicere: Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.

Animus eur in caduca & immunda pronus:

Pſal. 65. 18.

Matth. 15. 11. 19.

25 *p* Fratres quidam venerunt ad Abbatem Antonium, vt nuntiarent ei phantaſias, quas videbant, & cognoſcerent ab eo, vtrùm veræ eſſent, an à dæmonibus illuderentur. Habebant autem aſinum ſecum, & mortuus eſt eis in viâ. Cùm ergo veniſſent ad ſenem, præuenit eos dicens: Quomodò mortuus eſt ille aſinus in viâ? Dicunt ei: Vnde ſcis Pater? Et ille dixit: Dæmones mihi oſtẽderunt. Dicunt ei: Et nos propterea venimus interrogare te, quia vidimus phãtaſias, & plerumque fiunt in veritate, ne fortè erremus. Et ſatisfecit eis ſenex, ſumpto exemplo de aſino, oſtendens quia à dæmonibus fiunt iſta. Superuenit autẽ quidã venationẽ faciens in ſiluam agreſtium animalium, & viderat Abbatem Antonium gaudentem cum Fratribus, & diſplicuerat ei. Volens autem ſenex ei oſtendere, quia oportet aliquando condeſcendere Fratribus, dicit ei: Pone ſagittam in arcu tuo, & trahe: & fecit ſic. Et dixit ei: Iterum trahe; & traxit. Et rurſus dixit ei: Trahe adhuc, & traxit. Dixit ei venator: Si ſupra menſuram traxero, frangetur arcus. Dicit ei Abbas Antonius: Ita eſt & in opere Dei: ſi plus à menſurâ tendimus, Fratres citò deficiunt. Expedit ergo vnà & vnà relaxare rigorem eorum. Hæc audiens venator compunctus eſt, & multùm proficiens in ſermone ſenis, diſceſſit; & Fratres confirmati, reuerſi ſunt in locũ ſuum.

p

aliquando relaxãdus honeſtè,

26 *q* Abbas Antonius dixit: Monachus, ſi paucis diebus laborat, & iterum relaxatur; & rurſus laborat, & inde negligit; hic nihil agit, nec patientiæ perſeuerantiam poſſidebit.

q

non negligenter,

27 *r* S. Antonius Abbas cùm ſederet aliquando in eremo, animus eius *ſ* tædium, & confuſionem cogitationum incurrit, & dicebat ad Deum: Domine, volo ſaluus fieri, & non me permittunt cogitationes meæ, quid faciam in hac tribulatione? quomodò ſaluus ero? Et modicè aſſurgens, cœpit foras exire, & vidit quemdam tamquàm ſeipſum ſedentem, atque operantem; deinde ſurgentem ab operibus & orantem; & iterum ſedentem, & *t* plectam de palmis facientem, & inde rurſus ad orationem ſurgentem. Erat autem Angelus Domini *v* miſſus ad correptionem & cautelam dandam Antonio. Et audiuit vocem Angeli dicentis: Sic fac, & ſaluus eris. Ille autem hoc audito, magnum gaudium ſumpſit atque fiduciam. Et ita faciens, ſalutem quam quærebat, inuenit.

r

ſ

& variis exercitiis innouandum.

t

v

a *Ruffinus lib. 3. num. 129. S. Ephram apophth. 4.*

b *Ephram:* Humilitas illos ſeparabit, & non attingent eam.

c *Ruffinus lib. 3. num. 130. Paſchaſius lib. 7. cap. 15. num. 2.*

d *Ita Paſchaſius. at Ruffinus* aurifex: *Prater id, vtriuſque eadem verba ſunt.*

e *S. Martinus Dumienſis in Appendice ad Vitas Patrum num. 53.*

f *Pelagius lib. 5. libel. 15. num. 4.*

g *Ioſeph ſocius fuit S. Pæmenis, ſeu Paſtoris, vt lib. 5. libel. 10. nu. 29. & paſſim in Vitis Patrum legitur.*

h *Pelagius lib. 5 libel. 1. num. 2. S. Martinus Dumienſis in Appendice num. 54.*

i *Dumienſis*: non cogites de rebus tranſitoriis.

k *Paſchaſius lib. 7. cap. 26. num. 4.*

l *Pelagius lib. 5. cap. 5. num. 1. S. Ephram apophth. 7.*

m *Græcè apud S. Ephram* ἀπαθὴς κίνησις, motus perturbationis ac paſſionis expers, *vt à Voſſio tranſfertur.*

n *Editio vulgata*: Attendite vobis, ne fortè grauetur *&c.*

o *Paſchaſius lib. 7. cap. 40. num. 1.*

p *Pelagius lib. 5. libel. 10. num. 2.*

q *Paſchaſius lib. 7. cap. 27. num. 1.*

r *Pelagius lib. 5. libel. 7. num. 1. Ruffinus lib. 3. num. 105. S. Ephram apophth. 1. Auctor ſermonum ad Fratres in eremo ſub nomine S. Auguſtini, ſermone 27. huic ſimile de S. Antonio ſcribit.*

ſ *S. Ephram:* torpori variiſque cogitationum tenebris obnoxius. *Ruffinus*: ſpiritu tentatus acediæ, cogitationibuſque diuerſis implicatus.

t *Græcè apud S. Ephram* τὰς σειρὰς. catenas *vertit Voſſius; Ruffinus* funiculum. *vide Onomaſticon Roſweydi.*

v *Ephram*, ad dirigendum inſtituendumque ac protegendum Antonium miſſus. *Apud S. Auguſtinum ita legitur*: Audiuit Antonius: Antoni cupis Deo placere? ora; & dum orare non poteris, manibus labora, & ſemper aliquid facito. Fac quod in te eſt, age quod potes, & non deficiet tibi auxilium de ſancto.

CA-

CAPVT V.

Amor Dei. Intentio pura.

a Orat S. Antonius integrâ nocte,

28 *a* ET vt orationis veræ percipiatis affectum, non meam vobis sed B. Antonij sententiam proferam: quem ita nonnumquàm in oratione nouimus perstitisse, vt eodem in excessu mentis frequenter orante cùm solis ortus cœpisset infundi, audierimus eum in feruore spiritus proclamantem: Quid me impedis sol, qui ad hoc iam oriris, vt me ab huius veri luminis abstrahas claritate? Cuius etiam hæc quoque est super orationis fine cælestis & plusquàm humana sententia: Non est, inquit, perfecta oratio, in quâ se monachus, vel hoc ipsum quod orat, *b* intelligit.

in extasi:

b

c absque timore seruili,

29 *c* Dixit Abbas Antonius: Ego iam non timeo Deum, sed amo, quia amor foras misit timorem.

d amat Deum.

30 *d* Abbas Ammon de loco Nitrionis venit ad Abbatem Antonium, & dixit ei: Video quia maiorem laborem, quàm tu, sustineo, & quomodò nomen tuum magnificum est in hominibus super me? Et dixit ei Abbas Antonius: Quoniam & ego diligo Deum, plusquàm tu.

e

f

Non superbiendum ob bona opera:

31 *e* Sæpè dicebat B. Antonius: Nisi pistor velaret oculos animalis *f*, mercedem suam recipiens ipse consumeret. Ita & nos per Dei dispensationem regimen accipimus, vt ea quæ operamur bona, non valeamus intendere; ne nos ipsi beatificantes possimus extollere, & mercedem propriam amittamus. Nam & ob hoc, quando relinquimur in sordidis cogitationibus, necesse est vt hoc tantummodò præuideamus, vt nosipsos & nostram sententiam condemnemus: & ea quæ sunt in nobis sordida, illud paruum bonum opus nostrum in nobis obscurent. Numquàm enim homo bonus est, etiamsi bonus esse desideret, nisi Deus habitauerit in ipso: quia nemo bonus nisi solus Deus. Oportet autem vt nosipsos semper veraciter incusemus. Quando enim se quisque non reprehendit, mercedem propriam amittit.

g Quomodo virtus exercenda.

32 *g* B. Antonius discipulo suo solebat dicere: Si affectaueris silentium, ne arbitreris te exercere virtutem, sed indignum te proloqui confitere.

h Non scrutanda iudicia Dei.

33 *h* Abbas Antonius deficiens in cõsideratione profunditatis iudiciorum Dei, postulauit dicens: Domine, quomodò aliqui in paruo tempore vitæ suæ moriuntur, & aliqui vltra decrepitam veniunt senectutem? & quare quidam egestuosi sunt, alij autem facultatibus ditantur? & quomodò iniusti opulenti sunt, iusti verò paupertate premuntur? Et venit ei vox dicens: Antoni, ad teipsum intende; hæc enim iudicia Dei sunt, & te scire ea non conuenit.

i

Aliorum virtutes imitanda.

34 *i* Vetus namque est B. Antonij admirabilisque sententia, monachum qui post cœnobiale propositum fastigia nititur sublimioris perfectionis attingere, & apprehenso discretionis examine, proprio iam potens est stare iudicio, atque ad arcem anachoreseos peruenire, minimè debere ab vno, quamuis summo, vniuersa genera virtutum expetere. Alius enim scientiæ floribus exornatur, alter discretionis ratione robustiùs communitur, alter patientiæ grauitate fundatur, alius humilitatis, alius continentiæ virtute præfertur; alius simplicitatis gratiâ decoratur: hic magnanimitatis, ille misericordiæ, iste vigiliarum, hic taciturnitatis, ille laboris studio supereminet ceteros. Et idcircò monachum spiritalia mella condere cupientem, velut apem prudentissimam debere vnamquamque virtutem ab his, qui eam familiariùs possident, deflorare, & in sui pectoris vase diligenter recondere: nec quid minus aliquis habeat discutere, sed hoc tantùm quid virtutis habeat contemplari, studioseque decerpere. Cunctas namque si ab vno velimus mutuari, aut difficilè, aut certè numquàm idonea ad imitandum nobis exempla poterunt reperiri.

a *Cassianus Collat. 9 cap. 31. vbi Abbas Isaac ea narrat. Pars prior inde decerpta extat lib. 4. de Vitis Patrum cap. 55. in fine.* Ex VITIS PP.

b *Quasi scilicet nihil aliud prater Deum cogitet. Qui potest capere capiat, & Deo gratias agat.*

c *Pelagius lib. 5. libel. 17. num 1. S. Ephram apophth. 5.*

d *Idem Pelagius ibid. num. 3. Est autem hic S. Ammon, cuius animam in vlum vidit deferri S. Antonius, vt dictum in vitâ cap. 14.*

e *Paschasius lib. 7. cap. 15. num. 1. Ruffinus lib. 3. num. 128. Pelagius lib. 5. libel. 15. num 80. sub nomine* incerti senis.

f *Addit Pelagius:* ad molam circumeuntis, conuerteret se animal. *&c.*

g *Paschasius lib. 7. cap. 32. num 1.*

h *Pelagius lib. 5. libel. 15 num. 1.*

i *Cassianus lib. 5. Institut. cap. 4. S. Athanasius suprà in vitâ num. 6. & 8.*

CAPVT VI.

Amor & instructio proximi.

35 *a* CONtigit aliquando Fratri in congregatione Abbatis Eliæ tentatio, & expulsus inde abiit in montem ad Abbatem Antonium. Et cùm mansisset aliquanto tempore apud eum, remisit eum ad congregationem, vnde exierat. Illi autem videntes eum, iterum expulerunt; qui similiter perrexit ad Abbatem Antonium, dicens: Noluerunt me suscipere, Pater. Misit ergo senex ad eos, dicens: Nauis naufragium tulit in pelago, & perdidit onus quod portabat, & cum labore vacua nauis perducta est ad terram. Vos ergo liberatam nauim in terram, vultis submergere? Illi autem cognoscentes, quia eum Abbas Antonius remisisset, statim susceperunt eum.

a

Pœnitentem recipiens,

36 *b* Contigit Fratri cuidam culpa in cœnobio: & dum à ceteris increparetur, ad Abbatem profectus est Antonium. Et assecuti sunt eum Fratres volentes eum reducere, cœperuntque ei culpas exprobrare. Ille verò fecisse culpã denegabat. Inuẽtus est ibi Abbas *c* Paphnutius, cui cognomen erat Cephalas, qui talem retulit in congregatione Fratrum inauditam parabolam: Vidi, inquit, in ripâ fluminis hominem vsque ad genua in limo demersum: venientes autem quidam, vt eum porrectâ manu extraherent, vsque ad collum demerserunt. Tunc B. Antonius de B. Paphnutio ait: Ecce homo, qui ex veritate potest animas saluare. Quo Fratres illius sermone compuncti agentes pœnitentiam, eum, qui discesserat, ad cœnobium reuocauerunt.

b

c

eius animam seruat,

d & Deum lucratur.

37 *d* Dixit iterum: Quia de proximo est vita & mors: si enim lucremur fratrem, lucrabimur Deum: si autem scandalizamus fratrem, in Christo peccamus.

e

38 *e* Frater dixit Abbati Antonio: Ora pro me. Et respondit ei senex: Nec ego tui misereor, nec Deus; nisi pro teipso sollicitus fueris, & popposceris à Deo.

f Quomodo proximo detrahatur aut iudicetur.

39 *f* Interrogauit quidam Frater B. Antonium dicens: Quid est detractio, & quid est alium iudicare? Ille respõdit: Detractio in omnibus dicitur omnis sermo malus, quem non audet quis præsente Fratre suo dicere: iudicare autem, qui dixerit de aliquo: Quia Frater ille negotiator est, & auarus, & cetera. Hoc est proximum iudicare. Iudicasti huiusmodi actus, hoc peius est quàm detractio.

g

S. Antonius Didymum super cæcitate solatur.

40 *g* Quodam tempore cùm B. Antonius à S. Athanasio Alexandriæ Episcopo propter confutationem hæreticorum in vrbem esset adductus, perrexit ad eum Didymus vir eruditissimus, captus oculis. Cumque multa de Scripturis sanctis loquerentur, inter ceteras sermocinationes, quas de sanctis voluminibus habebãt, cùm Antonius miraretur ingenium eius, & acumen animi collaudaret, sciscitans, ait ad eum: Non tristis es quòd oculis carneis careas? Et cùm ille præ pudore reticeret; secundò tertioque eum interrogans Antonius, tandem elicuit vt mœrorem animi simpliciter fateretur. Cui Antonius ait: *h* Miror prudentem virum eius rei dolere damnum, quam formicæ, & muscæ & culices habent, & non potiùs lætari illius possessione, quam Sancti & Apo-

h

Ex vitis PP.

ſtoli meruerunt. Melius enim multò eſt ſpiritu videre, quàm carne; & illos oculos poſſidere, in quos peccati feſtuca non poſſit incidere, *i* quàm illos qui ſolo viſu per concupiſcentiam poſſunt hominem in interitum gehennæ mittere.

i

k 41 *k* Fuit quidam eremita, Pior nomine, de antiquis Patribus, quem B. Antonius adoleſcentem in ſancto propoſito monachorum inſtruxit: demoratus eſt autem apud B. Antonium annos paucos. Cumque viginti & quinque eſſet annorum, abiit ad alium ſecretum eremi locum, vt ſolitarius habitaret, hoc etiam volente & conſentiente B. Antonio. Dixitque ei S. Antonius: Vade, Pior, & habita vbi volueris: & cùm tibi per aliquam rationabilem occaſionem reuelauerit Dominus venies ad me. ... Soror eius cùm eſſet vidua, habens duos filios iam adoleſcentulos, miſit eos in eremum ad requirendum fratrem ſuum Pior. Qui cùm diuerſa monaſteria circuiſſent, requirentes eum, vix tandem inuenientes illum, dixerunt ei: Nos filij ſororis tuæ ſumus, quæ nimio deſiderio optat te videre ante exitum ſuum. Ipſe verò non acquieuit petitioni eorum. Perrexerunt autem adoleſcentes ad hominem Dei B. Antonium, indicantes ei pro quâ cauſsâ venerant. Miſit autem B. Antonius,& vocauit eum ad ſe,dixitque ei: Quare,Frater,tanto tempore non veniſti ad me? Qui reſpondens dixit ei: Præcepiſti mihi, beatiſſime Pater,vt cùm per aliquam occaſionem reuelaſſet mihi Dominus, venirem ad te, & ecce vſque hactenus non mihi reuelatum eſt. Dixit ei B. Antonius: Vade, vt videat te ſoror tua. Tunc aſſumpſit ſecum alium monachum,& perrexit ad locum,& domum ſororis ſuæ: & ſtans foris prope ianuam atrij, clauſis oculis; vt non videret ſororem ſuam ſtetit. Illa autem veniens proiecit ſe ad pedes eius, de nimio enim gaudio anguſtiata eſt. Dicit ei Pior: Ecce ego ſum Pior frater tuus,vide ergo me quantum volueris: & poſt hoc ſtatim reuerſus eſt ad eremum in cellulam ſuam. Hoc autem fecit ad erudiendum monachos, vt non daretur eis licentia, cùm libitum eis fuerit, viſitare parentes vel propinquos ſuos.

Piorem eremitam inſtruit,

mittit ad ſororem.

l 42 *l* Venit aliquando Abbas Hilarion de Palæſtinâ ad Abbatem Antonium in montem, & dicit ei Abbas Antonius: Benè veniſti lucifer, qui manè oreris. Et dixit Abbas Hilarion : Pax tibi columna lucis, quæ ſuſtines orbem terrarum.

Inuiſitur à S. Hilarione,

m 43 *m* Ariſtæneta Elpidij,qui poſteà Præfectus Prætorio fuit, vxor valdè nobilis inter ſuos, reuerſa cum marito, & tribus liberis à B. Antonio, Gazæ propter eorum infirmitatem remorata eſt. Ibi enim ſerui Dei hemitritæo pariter arrepti, omnes à medicis deſperati ſunt. Mater vlulans proſtrauit ſe humo ad cellulam Hilarionis; crebrò clamitans: Hilarion ſerue Dei,redde mihi liberos meos; quos Antonius tenuit in Ægypto, à te ſeruentur in Syriâ.

& Ariſtaneta nobili feminâ.

a *Pelagius lib. 5. libel. 9. num. 1.*

b *Ruffin. lib. 3. num. 138.*

c *Paphnutius Cephala à Palladio, qui cum eo egit, laudatur cap. 91. quòd* octoginta annis non habuerit ſimul duas tunicas, & διοδίαν Scripturam ſacram nouerit.

d *Pelagius lib. 5. libel. 17. num. 2.*

e *Idem libel. 10. num. 3.*

f *Appendix ad Vitas Patrum cap. 20. num. 13.*

g *Ruffinus lib. 3. num. 218. ex S. Hieronymi epiſtolâ 33. ad Caſtrutium. Eorumdem congreſſum referunt idem Ruffinus lib. 2 Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 7. & Socrates lib. 4. cap. 20. In quo mendosè* temporibus Valentis, *loco* Conſtantini *legitur, vt dictum eſt prolegom. §. 4. & in Vitâ num. 91.*

h *Ruffinus in Hiſt. Eccleſ.* Lætare, quia habes oculos, quos Angeli habent, è quibus Deus videtur, per quos tibi magnum ſcientiæ lumen accenditur. *ad eos oculos alludit S. Hieronymus in præfatione ad librum Didymi de Spiritu ſancto, & epiſt. 32. ad Abigaum.*

i *Sequentia deſunt in epiſt. S. Hieronymi.*

k *Ruffinus lib. 3. num. 31.*

l *Pelagius lib. 5. libel. 17. num. 4.*

m *S. Hieronymus in vitâ S. Hilarionis. Infrà iterum* Ariſtæneta Præfecti vxor *dicitur, vbi denuò cogitabat proficiſci ad S.* Antonium, *niſi* S. Hilarion *obitum eius diuinitus edoctus, de eo illam admonuiſſet.* Elpidium *è Paphlagoniâ exortum atque ad Præfecturam promotum fuiſſe ſcribit Ammianus lib. 23.*

CAPVT VII.

Eulogij Alexandrini & alterius inſtitutio.

44 *a* CRonius quidam mihi narrauit Preſbyter Nitriæ: Cùm eſſem, inquit, iunior ab initio, & propter animi angorem & triſtitiam fugerem ex monaſterio mei Archimandritæ, errans perueni ad montem S. Antonij. Sedebat autem B. Antonius *b* inter Babylonem & Heracleam in vaſtâ ſolitudine,quæ fert ad mare rubrum, circiter triginta milliaribus à fluuio.Cùm ergo veniſſem ad eius monaſterium,quod eſt prope fluuium, in quo ſedebāt eius diſcipuli Macarius & Amathas in eo qui Piſper appellatur loco, qui eum etiam cùm dormiiſſet ſepelierunt, exſpectaui quinque dies, vt conuenirem S. Antonium . Dicebatur autem accedere ad hoc monaſterium, aliquando quidem poſt decem dies, aliquando verò poſt viginti,aliquando verò poſt quinque, prout expediebat pro beneficio eorum, qui veniebant ad monaſterium. Conueneramus ergo diuerſi Fratres,diuerſis de cauſſis: inter quos fuit etiam Eulogius Alexandrinus monachus, & cum eo alius membris mancus; qui quidem propter talem cauſſam acceſſerunt.

a

b

In monaſterium Piſper veniunt Cronius,

& Eulogius Alexandrinus

45 Perpetuis quindecim annis, is *c* qui erat mutilatus, beneuolè ab eo curabatur tamquàm pater, vt qui lauaretur, vngeretur, foueretur, & portaretur manibus Eulogij, & ſupra ſuam dignitatem quidem cuſtodiretur, morbo autem conuenienter reficeretur. Poſt quindecim autem annos inuaſit dæmon eum, qui erat mutilatus, volens priuare Eulogium mandato & propoſito, & mutilatum à refectione, & Dei gratiarum actione; ſeditionemque excitat in Eulogium,multiſque eum probris cœpit inſequi, adeò vt eum iam appeteret maledictis. Cùm dæmon ſic eum efferaſſet, poſteà ſe confert Eulogius ad propinquos monachos, & dicit eis: Quid faciam? ad deſperationem me deduxit mutilatus. Dicunt ei: Quamobrem? Ille autem: Me, inquit,grauiter afficit; nec ſcio quid faciam. Abiiciam ipſum? ſed Deo dedi dextram,& timeo.Non abiiciam? ſed me dies nocteſque malè habet. Neſcio quid faciam. Ei dicunt illi abſolutè: Adhuc viuit Magnus ille; (ſic enim vocabant S. Antonium) aſcende ad ipſum,mutilatum imponens in naui-gium: & defer eum in monaſterium,& exſpecta donec Magnus venerit è ſpeluncâ, & ad eum refer iudicium; & quod tibi dixerit, ſta illius ſententiæ. Deus enim tibi dicet per ipſum. Verbis eorum morem geſſit Eulogius, & mutilato blandiens,cùm eum *d* immiſiſſet in cymbam paſtoralem, noctu egreſſus eſt ex vrbe, & tulit eum in monaſterium diſcipulorum Magni Antonij.

c

hominem membris mutilum, & à dæmone agitatum

naui aduehens.

d

46 Accidit autem vt alio die veniret Magnus ſero veſpere,vt narrauit Cronius,amictus chlamyde pelliceâ. Ingreſſus eſt ergo in ſuum monaſterium,erat autem hæc eius conſuetudo, vt alloqueretur Macarium, & eum interrogaret: Frater Macari, veneruntne huc aliqui? Reſpondebat Macarius: Venerunt. Dicebat autē Magnus: Suntne Ægyptij, an Hieroſolymitani? Dederat autem Magnus ei ſignum dicens: Cùm videris veniſſe aliquos, quibus eſt minus negotij, dic: Adſunt Ægyptij. Quando autem videris veniſſe aliquos religioſiores, & paullò conſideratiores,dic: Sunt Hieroſolymitani. Rogabat ergo Magnus pro more dicens Fratri Macario: Sunt Ægyptij Fratres, an Hieroſolymitani? Reſpondet Macarius, dicens: Eſt mixtura. Quandò ergo dicebat Macarius: Sunt Ægyptij; dicebat ei Magnus: *e* Para eis lentem,& da eis quod comedant,& faciebat eis vnam orationem,& dimittebat eos.Quando autem dicebat: Sunt Hieroſolymitani; ſedebat per totam noctem, & eis dicebat ea quæ pertinent ad ſalutem.

S. Antonius ſciſcitatur à Macario conditionem hoſpitum,

eos excipit cibo

& exhortatione:

e

47 Sedens ergo illo veſperé omnes accerſit Magnus. Cumque nullus ei dixiſſet quod nomen haberet *f* Scholaſticus,

laſticus, cùm ſerus eſſet g veſper, vocat eum dicens: Eulogi, Eulogi, Eulogi: & cùm ter proclamaſſet, & ſcholaſticus Eulogius non reſpondiſſet, putans aliquem alium vocari hoc nomine, dicit ei Magnus: Tibi dico Eulogi, qui veniſti ab Alexandriâ. Tunc ei dicit Eulogius: Quid iubes quæſo? Dicit ei Magnus: Quid huc veniſti? Reſpõdit ei Eulogius, dicẽs: Qui tibi reuelauit nomen meum, rem quoque propter quam veni, reuelauit. Dicit ei S. Antonius: Didici quare veniſti: ſed dic coram Fratribus, vt ipſi quoque audiant. Iuſſus autem à Magno Eulogius, dixit coram omnibus: Hunc mutilatum inueni ego in foro proiectum & neglectui habitum; eius autem miſertus, Deum ſum precatus vt daret mihi gratiam in ipſum tolerantiæ, & illum adſumpſi. Dexteram quoque dedi Deo, quòd in morbo eius curam geram, vt & ego per ipſum ſaluus fiam, & ipſe à me recreetur. Sunt autem quindecim anni ex quo ſimul verſamur, ſicut etiam tuæ ſanctitati reuelata ſunt omnia. Sed neſcio quidnam mali à me paſſus, poſt tot annos me ſummè vexat, & in animo habui ipſum eiicere, ipſo me ad hoc cogente. Eâ de cauſsâ veni ad tuam ſanctitatem, vt mihi conſulas quidnam debeam facere, & ores pro me; me enim vexat grauiter.

g diuinâ reuelatione Eulogium nouit,

iubet cauſſam aduẽtus referre:

48 Dicit ei Magnus Antonius graui & auſterâ voce: Abiicias tu eum Eulogi? at qui eum creauit, non abiicit. Si tu eum abiicis, Deus ei excitabit te meliorem qui eum colligat. Conticuit Eulogius, & extimuit cùm hæc audiiſſet. Relicto autem Eulogio, Magnus Antonius incipit linguâ flagellare mutilatum, & ad eum exclamare: *h* Mutilate, maculate, terrâ & cælo indigne, non ceſſas cum Deo pugnare, & tuum fratrem irritare? Neſcis eſſe Chriſtum, qui tibi miniſtrat? Quomodò audes hæc loqui aduerſus Chriſtum? Non propter Chriſtum ſe tuo mancipauit ſeruitio? Cùm ergo eum quoque verbis coërcuiſſet increpantibus, eos dimittit. & cùm diſſeruiſſet cum Fratribus de iis quæ erant vnicuique neceſſaria, rurſus accedit ad Eulogium, & mutilatum, & dicit eis: Ne vſquam immoremini, ô Fratres, ſed abite in pace, & ne inuicem ſeparemini, depoſitâ omni moleſtiâ, quam vobis iniecit dæmon: & cum bonâ dilectione reuertimini in cellam, in quâ longo tempore verſati eſtis; iam enim Deus mittet ad vos. Hæc enim tentatio in vos excitata eſt à Satanâ, quoniam ſcit vos iam ad finem peruenisſe, & futurum eſſe, vt coronas à Chriſto accipiatis, ipſum per te, & te per eum. Nihil ergo aliud cogitaueritis. Quòd ſi veniens Angelus non inuenerit vos in eodem loco, futurum eſt vt coronis priuemini. Citò ergo feſtinantes ingreſſi ſunt, & venerunt in ſuam cellam, caritate perfectâ; & intra quadraginta dies, obit B. Eulogius migrans ad Dominum, & intra tres alios obit is, qui erat corpore mutilatus, ſed animâ firmus ac robuſtus, qui ipſe quoque in manus Dei ſuum commendauit ſpiritum.

eumdem & mutilatum obiurgat,

h

& de inflãte obitu admonet.

Ambo moriuntur.

49 Cùm ergo aliquanto tempore verſatus eſſet Cronius circa loca Thebaidis, deſcendit in monaſterium Alexandriæ, & accidit, vt Beati quidem Eulogij obitus à fraternitate celebraretur quadrageſimus dies, manci autem tertius. Cùm ergo hoc didiciſſet Cronius obſtupuit, & acceptum Euangelium vt fidem haberent audientes, poſuit in medio Fratrum: & eis iurauit, narrans Magni Antonij de his preſcientiam, & de omnibus quæ acciderant, & dicens: Horum ego verborum fui interpres, cùm B. Antonius Græcè neſciret: ego verò ſciebam vtramque linguam, & eis ſum interpretatus, beatis quidem deinceps per Chriſti gratiam; Eulogio, & corpore mutilato Græcè, quæ à Magno dicta ſunt, ipſi autem Sancto & Beato Magnoque Antonio Ægyptiacè, quæ dicta ſunt ab vtroque.

Cronius iuratus teſtatur hæc geſta,

eorum interpres.

a *Palladius li. 8. cap. 25. & 26. De Cronio agit Ruffinus li. 2. de Vit. PP. cap. 25. & de Eulogio eadem narrat Paſchaſius lib. 7. cap. 19. num. 3.*

b *De loco hoc actum in prolegom. §. 2. vti de diſcipulis Macario & Amathâ §. 5. Cronius videtur Babylone profectus ad montem S. Antonij, & hinc Heracleam rediuiſſe, ideoque inter vtramque vrbem collocare incluſo circuitu à ſe facto.*

c *Paſchaſius*: qui elephantiaco morbo cruciabatur.

d *Idem*: littorali naticulæ impoſuit.

e *Idem*: fac illis lætetiam, & ſumant cibum. *Palladius Græcè*: ποίησον αὐτοῖς φακὸν, καὶ δὸς αὐτοῖς φαγεῖν.

f Diſciplinarum liberalium ſcholaſticus *dicitur à Palladio.*

g *Paſchaſius addit* in tenebris.

h *Græcè* κελωβημένε: πεπηλωμένε. *Paſchaſius*: Elephantioſe, cœno & luto horride. πηλὸς lutum *ſignificat. MS. Venetum apud Roſuveydum num.* 63. κελωβημένον καὶ πεπηρωμένον, mutilatum & truncatum. *Vetus Palladij interpres.* Leproſe, inueterate dierum malorum.

Ex VITIS PP.

CAPVT VIII.

Exercitatio S. Pauli Simplicis.

50 *a* NArrauit autem ſanctus Chriſti ſeruus Hierax, & Cronius, & plures alij ex Fratribus ea, quæ ſum dicturus, quòd quidam Paulus agreſtis agricola, inſigniter innocens, & moribus ſimplex, vxorem duxerat mulierem formoſiſſimam, ſed moribus improbam, quæ longiſſimo tempore peccans eum latuit. Aliquando autem de improuiſo regreſſus ex agro, & ingreſſus domum ſuam, inuenit eos turpia perpetrantes, deducente Paulum prouidentiâ ad id quod erat ſibi conducibile: eamque cùm vidiſſet cum eo cum quo habebat ſtupri conſuetudinem, honeſtè ac decorè riſit, & eis exclamauit, dicens: Benè eſt, benè eſt: reuerà non eſt mihi curæ. Per Ieſum ego eam non accipiam ampliùs; abi, eam tibi habe, & eius filios; ego enim recedo, & efficior monachus.

a

Paulus Simplex relictâ vxore ob adulterium,

51 Cùm nulli autem dixiſſet aliquid, pertranſit octo manſiones, & abit ad S. Antonium, & pulſat oſtium. Egreſſus autem S. Antonius eum interrogat: Quid vis? Ei dicit Paulus: Volo fieri monachus. Reſpondet ei Antonius: Senex ſexagenarius non poteſt hic fieri monachus; ſed potiùs abi in vicum, & operare, & vitam dege operariam, Deo agens gratias. Non potes enim ſuſtinere afflictiones ſolitudinis. Reſpondet ſenex, & dicit: Si quid me docueris, illud faciam. Dicit ei Antonius: Dixi tibi te eſſe ſenem, & non poſſe eſſe monachum, abi. Si enim vis eſſe monachus, ingredere cœnobium, vbi ſunt complures Fratres, qui poſſunt tuam ferre imbecillitatem. Ego enim hîc ſolus ſedeo, quinque dierum ſpatio interiecto comedens, idque eſuriens. His ergo verbis Paulum abigebat. Poſtquàm autem eum non admiſit, clauſo oſtio Antonius tribus diebus foràs non eſt egreſſus, propter ipſum, ne quidem ad neceſſitates ſuas. Senex autem permanſit non recedens. Quarto verò die cùm eum premeret neceſſitas, aperto oſtio egreſſus eſt: & cùm rurſus vidiſſet Paulum, ei dicit: Abi hinc ſenex, quid mihi es moleſtus? non potes hîc manere. Dicit ei Paulus: Fieri non poteſt, vt ego alibi, quàm hîc moriar. Cùm aſpexiſſet autem Antonius, & vidiſſet eum non ferre ea, quæ ſunt ad victum neceſſaria, non panem, non aquam, non aliquid aliud, & iam quartum diem perſeueraſſe ieiunum, cogitauit apud ſe ne fortè moriatur, vt qui non ſit aſſuetus ieiunare, & meam maculet animam; eum ergo admittit.

ſexagenarius petit inter monachos admitti:

reiicitur à S. Antonio:

admittitur:

52 Tunc ei dicit Antonius: Potes eſſe ſaluus, ſi habeas obedientiam, & quod à me audieris hoc feceris. Paulus autem reſpondens, dixit: Faciam quæcumque iuſſeris. Talemque vitæ aſperæ agendæ rationem, & illis diebus ſuſcepit Antonius, qualem quando erat in principio iuuentutis. Eius ergo mentem probans Antonius, ei dixit: Sta, & ora in hoc loco, donec ingrediar, & afferam tibi quod opereris. Ingreſſus autem ſpeluncam per feneſtram animaduertit eum in eo loco *b* totam hebdomadam manere immobilem, cùm ab æſtu torreretur. Egreſſus autem poſt hebdomadam, cùm ex palmis ramos madefeciſſet, ei dicit: Accipe, & contexe funem, vt me vides. Texit ſenex ad horam vſque nonam quindecim vlnas magno labore. Cùm autem vidiſſet Anto-

exercetur in obedientiâ,

b

operationis

Ex vitis PP. nius id quod contexuerat, id minimè ei placuit, & ipſe ei dicit: Malè contexuiſti, retexe, & denuò contexe; cùm iam ſeptimo die ieiunus ageret, idque cùm eſſet grandis ætate. Tantùm autem eum hac de cauſsâ afflixit, vt ægrè ferens ſenex fugeret Antonium, & vitam monachorum. Is autem eoſdem ramos & retexuit, & iterum contexuit cum magno labore, quòd ex contexturâ primâ fuiſſent corrugati.

ieiunio, 53 Cùm ergo vidiſſet Magnus Antonius eum nec murmuraſſe, neque animum abieciſſe, neque vultum ſuum omnino auertiſſe, & neque vel tantillum ſuccenſuiſſe, propter eum eſt compunctus. Et ſole occidente ei dicit: Patercule, vis comedamus fragmentum panis? Dicit ei Paulus: Vt tibi videtur, Abba. Hoc quoque rurſus inflexit Antonium, quòd non ad cibi nuntium protinùs accurrerit, ſed ei poteſtatem permiſerit. Para ergo, inquit, menſam; & obediit. Fert panes Antonius & imponit menſæ quatuor paxamates ſex vnciarum, & ſibi quidem vnum madefecit, erant enim ſicci; illi autem

oratione, tres. Pſalmum pſallit Antonius, quem nouerat: & cùm eum duodecies ceciniſſet, duodecies orauit, vt in hoc quoque Paulum probaret. Senex autem ſimul precatus eſt, ipſo Magno Antonio promptiùs & alacriùs. Malebat enim, vt arbitror, paſcere ſcorpios, quàm vnà viuere cum adulterâ. Poſt duodecim autem orationes, Paulo dicit Magnus Antonius: Sede, inquit, & ne comedas vſque ad veſperam; ſed ſolùm attende eſculentis. Cùm autem fuiſſet veſpera, & Paulus non comediſſet, dixit ei Antonius: Surge, ora, & dormi. Ille autem mensâ relictâ ſic fecit. Mediâ autem nocte excitauit eum ad orationem, & vſque ad horam nonam produxit orationes. Mensâ autem rurſus appoſitâ cùm & rurſus ceciniſſet,

tenui victu, & oraſſet, ſero veſpere ſederunt ad comedendum. Cùm ergo comediſſet Magnus Antonius vnum paxamatem, aliud non tetigit. Senex autem comedens tardiùs, adhuc tenebat paxamidium quod ceperat. Expectabat ergo Antonius donec perfeciſſet, & dicit ei: Comede, Patercule, etiam vnum aliud paxamidium. Dicit ei Paulus: Si tu comedas, ego quoque comedam; te autem

vigiliâ, non comedente, nec ego comedam. Dicit ei Antonius: Mihi ſufficit, ſum enim monachus. Et ille: Et mihi ſufficit; nam ego quoque volo fieri monachus. Surgit rurſus, & facit duodecim orationes, & pſallit duodecim pſalmos. Et poſt orationes primi ſomni parum dormiunt, & rurſus expergiſcuntur ad pſallendum à mediâ

peregrinatione, nocte ad diem vſque.

54 Deinde miſit eum ad obeundam ſolitudinem, dicens ei: Veni huc poſt tres dies. Cùm hoc autem factum eſſet, & quidam Fratres ad eum veniſſent, obſeruabat Paulus Antonium quidnam vellet eum facere. Is

ſilentio, autem dixit ei: Tacens miniſtra Fratribus; neque aliquid guſtaueris, donec Fratres fuerint iter ingreſſi. Poſtquàm autem tertia iam impleta eſſet hebdomada ex quo non comederat Paulus, Fratres eum rogabant:

& variis laboribus. Quâ de cauſsâ taces? Cumque ille non reſponderet, dicit ei Antonius: Quid taces, colloquere cum Fratribus. Ille verò eſt collocutus. Cùm aliquando ei fuiſſet allata vrna mellis, dixit ei Antonius: Frange vas, & mel effundatur. Sic autem fecit. Et ei rurſus dicit: Collige rurſus mel conchâ, ne ſordes aliquas inferas. Et rurſus iuſſit eum aquam haurire toto die. Et rurſus, cùm veſtem eius diſſoluiſſet, iuſſit conſuere. Tantam denique hic vir poſſedit obedientiam, vt ei etiam data ſit gratia diuinitus,

In omnibus abſque murmuratione obedit. nempe vt eiiceret dæmones. Poſtquàm ergo vidit ſenem Magnus Antonius promptè eum eſſe ad omnia ſecutum in vitæ exercendæ ratione, ei dicit: Vide, Frater, ſi ſic in dies potes, mane mecum. Dicit ei Paulus: An quid mihi poſſis ampliùs oſtendere, neſcio: nam ea quæ vidi à te fieri, ego quoque facio facilè, & citra laborem, Deo mihi opem ferente.

55 Tunc ei dicit Antonius alio die: In nomine Ieſu, ecce factus es monachus. Cùm autem ſatis ſuperque compertum haberet in omnibus Magnus & Beatus Antonius eſſe admodùm perfectam animam Chriſti ſeruum, vt qui eſſet admodùm ſimplex; poſt certos men- *Habitat in cellâ ab Antonio remotus.*
ſes, Dei gratiâ opem ferente B. Antonio, facit ei deinceps cellam ad tres, vel quatuor lapides à ſuâ cellâ. Et dicit ei: Ecce Chriſti virtute, opem ferente, tu factus es monachus: mane deinceps ſeorſum, vt etiam facias periculum dæmonum. Cùm ergo anno vno apud ſe habitaſſet Paulus Simpliciſſimus, & gratiâ dignatus eſt aduersùs dæmones, & aduersùs omne genus morbos, ſe perfectè gerens in virtute exercitationis.

56 Quodam ergo die adoleſcentulus, qui ſupra mo- *Miraculis claret.*
dum grauiter vexabatur à dæmone, allatus eſt ad B. Antonium, habens principalem ſæuiſſum dæmonem, qui etiam ipſum cælum maledictis & probris inſequebatur. Cùm igitur adoleſcentem obſeruaſſet Magnus Antonius, dicit iis qui eum ducebant: Non eſt hoc meum opus; nam contra hunc ordinem dæmonum, nempe principalem, nondum ſum donatus gratiâ: ſed hæc eſt Pauli gratia Simplicis. Abiens ergo Magnus Antonius *Energumenum ab Antonio adductum* ad probatiſſimum Paulum, ipſos quoque deduxit, & dicit ei: Abba Paule, eiice hunc dæmonem ab hoc homine, vt ſanus ad ſua redeat, & Dominum glorificet. Dicit ei Paulus: Tu verò quid? Dicit ei Antonius: Non eſt mihi otium, eſt aliud quod agam. Et relicto illic puero, reuerſus eſt Magnus Antonius in ſuam cellam. Cùm ergo ſurrexiſſet innocens ſenex, & efficacem effudiſſet orationem, dicit, prouocans dæmoniacum: Dixit Abbas Antonius, Egredere ab hoc homine. Dæmon autem cum probris ac maledictis exclamabat dicens: Non egrediar helluo, ſenex, nugator. Acceptâ itaque pelle ſuâ ouillâ, verberabat eum in tergo, dicens: Egredere, dixit Abbas Antonius. Dæmon autem maledictis inſequeba- *liberat.*
tur Paulum & Antonium: Helluones iſti in ſenectute, veternoſi, inſatiabiles, qui propriis numquàm ſunt contenti, quid eſt vobis commune nobiſcum? quid in nos exercetis tyrannidem? Tandem dicit ei Paulus: Aut exibis, aut abeo, vt id dicam Chriſto, iſque facier vt ſit tibi væ, *&c.*

57 c Cum Thaiſis tribus annis ita fuiſſet incluſa, con- c
doluit Abbas Paphnutius, & mox profectus eſt ad Abbatem Antonium, vt ab eo requireret ſi peccata eius remiſiſſet ei Dominus, an non. Cùm ergo peruenisſet, & *Indictâ ab Antonio oratione,* tantam illi cauſſam ſubtiliter narraſſet, conuocatis ſuis diſcipulis Abbas Antonius præcepit vt illâ nocte omnes vigilarent, & in oratione ſingillatim perſiſterent, quatenus alicui ex eis declararet Deus cauſſam, pro quâ Abbas Paphnutius venerat. Itaque cùm ſinguli ſeceſſiſſent, *oſtenditur Paulo locus Thaiſi parauus.* & inceſſanter orarent, Abbas Paulus maior diſcipulus S. Antonij vidit ſubitò in cælo lectum pretioſis veſtibus adornatum, quem tres Virgines clarâ facie fulgentes cuſtodiebant. Cùm ergo ipſe Paulus diceret: Non eſt largitio hæc alterius, niſi Patris mei Antonij; vox ad eum facta eſt: Non eſt Patris tui Antonij, ſed Thaiſis meretricis eſt.

a *Hæc plenius illuſtrabimus 7. Martij, quo die colitur S. Paulus Simplex: hic ne quid deſit ex Actis S. Antonij, quæ ad eum pertinent excerpimus. Scribunt ea Palladius lib. 8. cap. 28. & Ruffinus lib. 2. de Vit. PP. cap. 31. ſed contractiùs.*

b *Ruffinus:* per totam diem, & per totam noctem.

c *Acta S. Thaiſis, quæ 8. Octob. colitur, vbi de Paphnutio plura.*

DE TRANSLATIONE I. ET II. RELIQVIARVM S. ANTONII.

1 SAcrum B. Antonij corpus ſub Iuſtiniano Imperatore diuinâ reuelatione repertum, Alexandriam delatum, atque in ec- *Corpus S. Antonij diuinâ reuelatione inuentum, & Alexandriã tranſlatum,*
cleſiâ S. Ioannis Baptiſtæ humatum *fuiſſe commemorant XVII. Ianuarij Martyrologia, Romanum, Bedæ, Vſuardi, Adonis, Rabani, Notkeri, Bellini, aliaq; MSS. & excuſa. Idem tradunt Iſidorus Hiſpalenſis eius ætatis proximus in Chronico; Beda lib. de ſex mundi ætatibus; Freculphus tom. 2. Chron. lib. 5. cap. 22. aliiq;. Suſcepit Imperium Iuſtinianus Ma-*

uortio

tiortio Coſ.an.Ch. 527. ab obitu S. Antonij 172. tenuitq; annos 38. menſes 8. Non rectè igitur Sauſſaius in ſupplemento ad XVII. Martij, & Octauius Pancirolus Regione 2. Vrbis, Eccleſiâ 44. S. Antonij corpus centum *tantum* & ſexaginta annos *volunt latuiſſe. Propiùs abſunt à vero lectiones ex propriis Ordinis Antoniani officiis infrà, in quibus* in abdito eremi loco centum ſeptuaginta annis corpus permanſiſſe *traditur. Sed quoto Iuſtiniani anno inuentum fuerit, non conuenit inter auctores, adeoq; annotat Baronius ad Martyrol. cui potiſſimùm aſſentiendum ſit, haud liberum eſſe definire. Ado in Chronico annum Chriſti aſſignat 527. ſub imperij Iuſtiniani exordia. Aymarus Falco in hiſtoriâ Ordinis S. Antonij, de quo infrà, par. 2. cap. 4. ait* Eccleſiaſticorum ſcriptorum atque hiſtoricorum omnium conſenſu conſtare anno Iuſtiniani Imp. ſecundo corpus fuiſſe repertum. *VVeſtmonaſterienſis in Floribus hiſtoriarum, Sigebertus in Chron. & MS. Florarij Auctor XV. Febr. & XI. Iunij, contigiſſe inuentionem volunt an. Ch. 529. Iuſtiniani 3. His lectiones adſtipulantur & Pancirolus, fortè & Sauſſaius, quòd an. Ch. 359. obiiſſe exiſtiment: ad eum enim annum ſi CLXX. adieceris, (licet librarius oſcitanter, CLX. ſolùm expreſſerit) 529. efficies. Marianus Scotus in Chron. anno Ch. 531. Iuſtiniani 5. poſt Conſulatum Lampadij & Oreſtis, eam tranſlationem adnotat: cui aſſentiri mauult Baronius ad eum annum num. 27. Cuſpinianus differt in annum Ch. 541.*

ſub Iuſtiniano Imp.

Reuelatio celebratur 27. Iunij,

2 *Reuelationi porrò corporis alius, alius Inuentioni aſſignatur dies; illi quidem ab antiquis temporibus, teſte Falcone ſuprà, XXVII. Iunij, (Ita Martyrol. Colon. & Auctarium Carthuſiæ Colon. ad Vſuardum:* Ipſo die Reuelatio S. Antonij Abbatis & Confeſſoris.) *huic XI. Iunij. Eadem Martyrologia:* Eodem die Inuentio corporis B. Antonij Abbatis & Confeſſoris. *Fuſiùs eo die Martyrol. Germanicum. In Florario MS. reuelatio ſimul inuentioq; & tranſlatio ad vnum illum adſcripta diem:* Eodem die corpus B. Antonij Abbatis diuinâ reuelatione inuentum, Alexandriam eſt tranſlatum anno ſalutis 529. *Maurolycus XIII. Iunij inuentionem memorat, ſecundamq; tranſlationem, cùm Conſtantinopolim eſt deportatum. Sauſſaius etiam tertiam addit:* Eodem die inuentio corporis ſanctiſſimi Anachoretæ Antonij, cognomẽto Magni, quod ex Ægypto Conſtantinopolim; indeque in Gallias delatum, Viennæ in celebri toto orbe ſui nominis baſilicâ, quæ etiam religioſi ordinis caput eſt, repoſitum, còndecenti honore quieſcit. *Tranſlationi primæ XV. Februarij in MS. Florario ita dicatus eſt:* Tranſlatio S. Antonij Abbatis & monachi, anno ſalutis 529. *In Bedæ Kalendario* Antonij *memoria inſerta eſt V. Idus Aprilis.*

Inuentio 11. & 13. eiuſdem:

Tranſlatio prima 15. Februar.

3 *Alteram tranſlationem cùm diuinum illud pignus Alexandriâ eſt Conſtantinopolim deuectum, Galeſinius XII. Iunij conſignat:* Conſtantinopoli, Tranſlatio S. Antonij Abbatis. quæ, *vt in Notation. addit,* celebrata primùm eſt an. Ch. 670. *Perſtringit Galeſinium Ferrarius XIII. Iunij, tamquàm non Conſtantinopolim reliquiæ hæ fuerint, ſed ex Aegypto Viennam immediatè delatæ: at monumenta, quæ ipſe in contrarium citat, cœnobij S. Antonij Viennæ, Galeſinio liquidò ſuffragantur. In Lectionibus Antonianis dicuntur Conſtantinopolim tranſlatæ reliquiæ* poſt Ægyptiorum ab Imperio Conſtantinopolitano defectionem, Saracenis Arabiam occupantibus. *Theophanes lib. 18. cap. 64. 65. & 66. ſcribit Boſram aliaſq; Arabiæ ciuitates interceptas à Saracenis anno Heraclij Imperatoris 24. Chriſti 633. ſequenti captam Damaſcum, ſubactamq; Aegyptum. Priore anno Heraclius* Syriâ relictâ, in deſperationem ruens, ſublatis pretioſis lignis ab Hieroſolymâ Conſtantinopolim adiit. *Videntur Alexandrinorum quidam aut Imperatoris procuratores & præfecti, eius exemplo cum ſacro theſauro, in quo hæ S. Antonij reliquiæ erant, Conſtantinopolim etiam profugiſſe: an tamen ſuperſtite Heraclio, non omnino certum eſt. Perſuadent id verba lectionum, & quòd ſubſecutis ſub eodem Heraclio annis Palæſtina omnis, Syria, Meſopotamia, interceptis Hieroſolymâ, Antiochiâ, Edeſſâ, ceſſerint Saracenis. Mortuus eſt Heraclius 11. Martij an. 641. Succeſſit Conſtantinus è priore illi coniuge natus, quartumq; poſt menſem veneno ſublatus à nouercâ Martinâ, vt cum Heracleona filio ipſa regnaret: quibus ſexto mẽſe exactis, capeſſiuit gubernacula Conſtantini filius Conſtans. Huic an. Ch. 668. filius Conſtantinus*

Tranſlatio ſecunda 12. Iunij, corporis Conſtantinopolim deportati, Saracenis Ægyptum occupantibus,

ſub Heraclio,

aut poſteriùs,

Pogonatus, egregiè Catholicus ac pius, ſucceſſit; ſub quo tranſlatas has ſacras reliquias ſtatuit ſuprà Galeſinius, aut certè publico primùm cultu honoratas; ideoq; noua quaſi inuentio habita quibuſdam, & cum priore, qua Iuſtiniani ætate acciderat confuſa.

EX VARIIS. *fortaſſis Conſtantino Pogonato;*

4 *Gabriel à Podio-Herbaldi, ſiue, vt aliis ſcribitur, Putherbæus, vulgò Du-Pugherbault, in Hiſtoriâ Sanctorum Aloyſij Lipomani Gallicè versâ, addit ad Vitã S. Antonij* Corpus eius ab Imperatoris Cõſtantij ſatellitibus inuentũ fuiſſe, & Cõſtantinopolim deportatum, inde Viennam tranſlatũ, in monaſterium à filio S. Gui ielmi ædificatum, cuius feſtiuitas Idibus Iunij celebretur. *Quo die ita Maurolycus:* Item inuentio corporis B. Antonij Abbatis, quod ex Ægypto Conſtantinopolim tempore Conſtantini deuectum eſt. Inde à filio S. Guilielmi Comitis Iacobino Viennam in Galliam tranſlatum eſt. *At III. Id. Iunij Martyrologium Germanicum:* Item Inuentio corporis S. Antonij celeberrimi Abbatis, quod tempore Cõſtantini ex Ægypto Conſtantinopolim delatum eſt, factis in itinere multis miraculis, eiectoque ex filiâ Imperatoris Conſtantinopolitani dæmone. Quò deinde Comes quidam, cognomento Iacobinus, S. Guilielmi filius, è Galliâ venit, qui ſacrum hoc corpus, dono acceptum, Viennam in Galliam deportauit, eodem ipſo die, quo inuentum fuerat. Vbi idem vſque in hodiernum diem innumeris miraculis claret. *Extat hiſtoria huius Trãſlationis fusè deducta in MS. Vltraiectino Clericorum S. Hieronymi, excuſa etiam Belgico idiomate Suollæ an. Ch. 1490. Germanico Coloniæ eodem ferè tempore, inq; aliis antiquis Paſſionalibus ſeu Legendariis. Verùm, quamuis plurima in eâ haud dubiè veritati congruant, quæ* ſcriptorem ipſum aut à Græcis aut ab Ægyptiis, de reuelatione & inuentione, nec non reuelatione huiuſmodi accepiſſe vel audiſſe *arbitratur Falco cap. 4. illi tamen* rerumque & temporum non ſatis gnarus *videtur; &* vera falſis intermiſcendo corruptè explicuiſſe, & quæ veraciter narrando, vt par erat, aſſequi non potuerat, propriâ inuentione ſupplere conatus fuiſſe. *Iis ergo omiſſis, ita paucis ſecundam tranſlationem complectitur ipſe Falco cap. 8. qui & ſeriùs contigiſſe arbitratur:*

confuſa cum primâ inuentione:

5 Quùm poſt Romani imperij lapſum ac declinationem, Ægypti prouincia Conſtantinopolitanis Imperatoribus diu paruiſſet, tandem Ægyptij vel auaritiam vel ſuperbiam Græcorum pertæſi, vt hiſtorici tradunt, circa annum Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimum quartum, ab imperio Conſtantinopolitano ad Sarracenos defecerunt. Quod licet eâ lege & conditione factum eſſet, vt cuiuis ſine moleſtiâ in propriâ ſectâ viuere liceret, plures tamen Eccleſiaſtici viri, ſanctæque religionis cultores, principatum & dominationem infidelium perhorreſcentes, ſibique certò certiùs perſuadentes, Eccleſiam Dei ab ipſis Sarracenis grauia in poſterum eſſe paſſuram, ab Alexãdriâ ſoluentes, cum ſanctis, quas ſecum habebãt, reliquiis, ad Conſtantinopolitanum Imperatorem cuius ditioni anteà parere conſueuerant, transfretarunt. Quos idem Imperator benignè ſuſceptos humaniſſimè pertractauit, locumque manſionis illis aſſignauit. Magnam autem hac in re comperio ſcriptorum varietatem, quibuſdam referentibus ſanctas huiuſmodi reliquias, quæ ab Alexandriâ delatæ fuerant, in maiori, ſeu Patriarchali, eccleſiâ Conſtantinopolitanâ, id eſt, in S. Sophiæ templo, fuiſſe repoſitas: aliis contrà aſſerentibus, illas non intra vrbem, ſed in ſuburbano quodam loco eidem ciuitati propinquo, fuiſſe collatas. Mihi profectò propiùs vero eſſe videtur, religioſos illos viros ex Ægypto aduectos clericis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ nequaquàm fuiſſe aggregatos, minuſque etiam reliquias ab ipſis Ægyptiis delatas maiori Eccleſiæ traditas, ſed potiùs ab eiſdemmet Ægyptiis, in locò ſibi per Imperatorem aſſignato, peculiariter fuiſſe conſeruatas.

narrata ex Aimaro Falcone.

Ex variis.

DE TERTIA TRANSLATIONE.

Tertia Translationis historia,

6 *TErtia Translatio est, quâ Constantinopoli in Galliam pretiosum hoc cimelion adportatum est. Ea describitur ab auctore satis antiquo, qui ante ordinem Antonianum institutum, de quo mox, videtur vixisse, cùm eius non meminerit: ex relatione tamen aliorum quæ scribit se accepisse profitetur. Eam idem MS. Vltraiectinum repræsentauit. Subiungimus varia ex Historiâ Antonianâ Aymari Falconis.*

festiuitas 17. Martij.

7 *Huic Translationi sacrata est XVII. Martij dies in MS. Florario, Martyrolog. Colonienſi, Auctario Carthusiæ Colonienſ. ad Vsuardum, & Martyrolog. Germanico. Consentiunt Lectiones, quas infrà recitamus. quo die Saussaius in Supplemento ad Martyrol. Gallic.* In territorio Viennensi ad Furaniam fluuium, in archimonasterio Antoniani ordinis, susceptio corporis S. Antonij Magni Abbatis, quod primùm in ignoto Thedaidos loco sepultum, ibi centum & sexaginta annos latuit; sed tandem Dei prouidentiâ repertum, Alexandriam primùm, deinde Constantinopolim, posteà in Gallias translatum, in isto monasterio, quod in eiusdem sanctissimi Confessoris honorem erectum fuit ac dicatum, magno honore repositum est. *Estq;* Galliæ, *vt idem 17. Ianuarij scribit,* decus sempiternum & inexpugnabile præsidium. *Ferrarius XIII. Iunij:* Viennæ in Galliâ translatio corporis S. Antonij Abbatis. *Sed prior aliqua eo die celebratur.*

Sub Lothario Rege Franciæ reliquias detulit

8 *Facta dicitur in Lectionibus hæc Translatio* Lothario II. imperante. *Is Ludouico IV. Transmarino Franciæ Regi successit an. Ch. 954. obiit 986. Dicitur* secundus, *respectu Lotharij Imperatoris, Regis Italiæ, Austrasiæ, Prouinciæ, & Burgundiæ superioris; cuius filius* Lotharius *arctiùs intra solam Lotharingiam dominatus est, ideoq; hîc omissus in serie Dynastarum Regumue Burgundiæ, cuius pars tunc erat prouincia Viennensis, vt docet Andreas du Chesne in Historiâ Comitum Albonensium & Delphinorum Viennensium cap. 1. ideoq; Ioannes Gerson sermone habito de S. Antonio in Concilio Constantiensi tom. 1. operum exclamat:* O felicem dixerim Viennæ & Burgundiæ regionem, quæ venerandis corporis sacrosancti Antonij reliquiis decoratur!

Iocelinus,

9 *Reliquias eas* Iocelinus, *seu* Iacelinus, *qui Maurolyco & Martyrolog. Germanico* Iacobinus *est, Constantinopoli attulit: idq; apud omnes in confesso est. ut quis ille* Iocelinus *fuerit haud perinde liquet. In Lectionibus appellatur* Comes Viennensis. *Pancirolo* Magnus Baro prouinciæ Viennensis. *Miræo ex historiâ Antonianâ* Castri Albenciani & Motæ S. Desiderij Dominus. *Baronio* ex stirpe Comitum Pictauiensium oriundus. *Putherbæo, Maurolyco, & Martyrolog. Germanico suprà,* filius S. Guilielmi. *Antonio Vincentio Domenecco in historiâ Sanctor. Catalauniæ ad XXX. Augusti de Translatione S. Agnetis, de quâ 21. Ianuarij,* Guilielmus Guilielmi filius. *In historiâ Translationis dicitur* filius Comitis Guiliermi, qui vnus de pugnatoribus esse creditur, qui pro bono vitæ suæ merito, quam in monasterio suo duxisse fertur, S. Gvillermvs appellatur. *A Falcone infrà* Cornutus *agnominatur.*

filius Guilielmi Comitis.

An hic fortassis Guilielmus Capitis-stupei *quis hic.* *Pictauiæ Comes & Aquitaniæ Dux sextus, eius verò nominis tertius fuit? Is defunctâ vxore Agnete, atque Adomaldâ, monachus in cœnobio S. Cypriani in agro suburbano obiit decrepitâ senectute, circiter an. Ch. 1020. vt narrant Ioannes Bouchetus lib. 3. Annal. Aquitaniæ cap. 1. & Claudius Robertus in* Abbatiâ S. Cypriani. *De variis* Guilielmis *agemus X. Februarij.*

Eorum posteri:

10 *Similiter de Iocelini posteris hæredibusq; controuertitur. Aymaro infrà num. 12. dicitur* hæreditas illius sine liberis defuncti ad Huigonem Desiderium, nobilitate insignem virum, iure propinquitatis delata. Huigo *aliis* Guigo, *& Gigno, appellatur. Baronius tom. 11. an. Ch. 1089. num. 18. citato Aymaro,* Guigonem *hunc* Iocelini filium *vocat, melùs* pronepotem, *aut* abnepotem, *aut certè* hæredem *dixisset; cùm infrà in historiâ Translationis num. 5.* tam ipse Iocelinus, quàm posteri eius posteà per multa annorum curricula secum quocumque pergerent deferri *reliquias* facerent. *& num. 6.* Guigo, qui quasi iure hæreditario easdem reliquias vendicaret, exemplo patrum suorum, vbicumque pergeret, circumferret. *Quæ statutam antè delati corporis chronologiam confirmant requiruntq; centum facilè annorum spatium, quod à* Iocelino *&* Lothario Rege *ad* Guigonem *intercesit.*

ex iis Guigo, Motæ fundator.

11 *Hic autem* Guigo *is fortasse fuit, à quo genealogiam Comitum Albonensium, seu castri Albenciaci, & Delphinorum Viennensium, deducit Andreas du Chesne, qui deinde Cluniaci sub S. Hugone Abbate monachus fuit, de quo nos ad vitam eiusdem Sancti I. Maij, aut certè alius eiusdem stirpis, à quo* Guigo II. Crassus *fuerit prognatus: nisi ipse potiùs* Guigo Crassus *hic sit, qui* S. Hugonem Episcopum Gratianopolitanum *legitur, in huius vitâ I. Aprilis,* & deuotè tempore tranquillitatis *coluisse,* & inuictissimè pro iustitiâ resistenti molestias non paruas nec paucas intulisse, *quare* grande placitum inter eos habitum est in præsentiâ Viennensis Archiepiscopi, qui posteà Papa Calixtus effectus est, *&c. Idem Archiepiscopus, teste Aymaro infrà num. 16. templum Motæ à Guigone erectum consecrauit, sub quo & Ordo S. Antonij coaluit. De Guigonis maioribus varias opiniones profert du Chesne.*

Reliquiæ S. Antonij Brugis.

12 *At non integrum S. Antonij corpus Constantinopoli asportatum fuit à Iocelino in Galliam. Nam an. Ch. 1231. Lambertus Præpositus Ecclesiæ collegiatæ S. Mariæ Brugis, impetrauit partem brachij S. Antonij, aliorumq; Sanctorum varias reliquias, & Constantinopoli Brugas attulit, vt in monumentis eiusdem Ecclesiæ legitur. Iacobus Meyerus lib. 8. Annal. Flandriæ de solis S. Antonij reliquiis idem testatur ad an. Ch. 1231.* Lantbertus Antistes Ecclesiæ B. Mariæ Brugensis retulit domum ex Constantinopoli partem brachij D. Antonij.

Coloniæ, Tornaci, Antuerpiæ, Romæ:

13 *Eiusdem barba in æde parochiali S. Cuniberti asseruatur Coloniæ Agrippinæ, ac circumfertur annui sudoris prodigio ad statum vrbis locum celebris, vt dictum est XIII. Ianuarij ad vitam B. Godefridi num. 57. in Prolegomenis; testaturq; id* Erhardus VVinheim *in Sacrario Agrippinæ, Ecclesiâ 35. Ibidem in Ecclesiâ Ordinis Antoniani inter varias reliquias religiosè asseruatur notabilis pars manus S. Antonij in peculiari sacello eidem dicato, vt idem VVinheim Eccles. 17. Aliquas eiusdem reliquias habet Ecclesia Cathedralis Tornaci, vt narrat in historiâ Tornacensi Ioannes Cognatus lib. 3. cap. 36. Duas hîc Antuerpiæ in domo professâ Societatis Iesu eiusdem S. Antonij reliquiarum particulas asseruamus, vt patet in archiuo huius domus litteris FF, & EEE. Romæ S. Antonij templa aliqua sunt eiusdem reliquiis, teste Octauio Pancirolo, ornata, quorum præcipuum est Ordinis Antoniani regione 2. Eccl. 40.* cilicio S. Antonij *celebre. In aliis præter particulas ossium seruantur aliquot folia vestis è palmis contexta, quâ à morte S. Pauli Thebæi acceptâ Antonius diebus solemnioribus induebatur. Reliquum hoc vestimentum in cœnobio Antoniano seruatur, & ita describitur ab Aymaro cap. 7.*

vestis Viennæ.

14 Cernitur ad hanc vsque diem vnà cum sanctissimis dicti corporis reliquiis exesum quoddam, nimiaque vetustate detritum vestimentum, quod Pauli primi eremitæ fuisse nonnulli existimant, tametsi plerique non Pauli, sed Antonij potiùs fuisse opinentur. Materia quæ aut qualis sit, non facilè discerni potest. Color est fumoso persimilis, textura artificiosa, superficie exteriùs plana; interiùs verò prolixæ atque prominentes barbulæ hirsutam villosamque speciem reddunt. Posteriùs ad collum consutitiam habet scuti formam. clausum est vndique, nullâ fissurâ aut apertione patente, præterquàm ad caput immittendum. Ad hæc ora ipsius vestimenti per gyrum inferiùs complicata cernitur, ne texturâ sese attritu dissoluente fimbriaretur. Christianissimus Francorum Rex Franciscus eius nominis primus nuper viso eo ipso pallio iudicauit palmeum esse, cui plerique sunt assensi. Vetustas tamen eius rei certitudinem intuentibus adimit.

TRANS-

TRANSLATIONIS HISTORIA,

ex Officiis Ord. Antoniani editis Romæ 1592.

1 CVm B. Antonius quintum & centeſimum annum agens è vitâ migraſſet, duo diſcipuli, quibus ipſe mandauerat, corpus eius iuxta condictum Patris, ne Ægyptiorum more inhumatum reſeruaretur, in abdito eremi loco ſepelierunt; vbi centum ſeptuaginta annis ignotum permanſit. Deo autem, qui ſerui ſui memoriam in vniuerſo orbe celebrandam propoſuerat, aliter diſponente, ipſius corpus Iuſtiniano *a* iuniore imperante diuinitus inuentũ, Alexandriam tranſlatum eſt, atque ibi in eccleſiâ S. Ioannis Baptiſtæ reconditum, populi concurſu, & votis fidelium honorari cœpit. Deinde poſt Ægyptiorum ab Imperio Conſtantinopolitano defectionem, Saracenis Arabiam occupantibus, Chriſtiani incolæ diuerſas Sanctorum reliquias, ne in manus infidelium peruenirent, Alexandriâ aſportantes, B. Antonij corpus Conſtantinopolim detulerunt, & in vetuſto templo, non procul ab vrbe, benignè ab Imperatore ſuſcepti, condidêre. Et hæc quidem fuit ſancti corporis ſecunda tranſlatio.

Reliquiæ S. Antonij primò Alexandriã,

a

tum Conſtantinopolim,

2 Lapſu temporis Lothario ſecundo imperante, cùm dira ſacri ignis lues paſſim per occidentales regiones graſſaretur, nec arte medicâ, vlloue humano auxilio, extingui poſſet; ſuorum Dominus miſeratus languores, quem bonum olim medicum Ægypto dederat, eiuſdem ſanctiſſimi Patris reliquias, vt occiduis etiam partibus mederetur, ab orientalibus oris in Viennenſem prouinciam transferri voluit. Cùm enim eo tempore Comes Iocellinus Viennenſis, vir pietate & militiâ clarus, Hieroſolymam, perſoluendi voti cauſsâ, cum multis nobilibus & contribulibus adiiſſet; cumque voto peracto, regiones illas orientales peragraret, ſollicitè exquiſiuit, quo in loco reliquiæ B. Antonij extarent, ſiue diuinitus (vt fertur) admonitus, ſeu piâ deuotione erga ſanctum Patrem Antonium affectus, quòd paullò antè ipſius implorato auxilio, à lethali morbo conualuiſſet: intellexitque Conſtantinopolim iampridem tranſlatas ibidem aſſeruari. Igitur properandi auidus, tametſi propter hoſtium agmina aditus intercluderetur, diuinâ tamen gratiâ, ac B. Antonij patrocinio fretus, omnem itineris difficultatem ſuperauit, & Conſtantinopolim ſuo cum vniuerſo comitatu incolumis peruenit. Quos Imperator ob gentis nobilitatem honorificè ſuſcepit.

inde Viennam delata

à Comite Iocelino;

3 Certior intereà factus Iocellinus, B. Antonij reliquias, quarum gratiâ arduum hoc iter arripuerat, in quadam eccleſiâ penè deſolatâ, minùs decenter, ob miniſtrorum inopiam & paucitatem, aſſeruari; Imperatorem ſupplex adiit, & petiit, vt eas in Viennenſem Galliæ prouinciam comitantibus illius Eccleſiæ miniſtris, deferre ſibi liceret: quod facilè impetrauit, diuinâ ſibi tanti muneris obtinendi ſuffragante gratiâ. Lætus igitur, votique compos, ſacro donatus munere, proſperâ vſus nauigatione, in patriam remeauit. Dumque tanti theſauri deponendi locum & veneratione & maieſtate decorum perquireret, nullas intereà abſque ſacris reliquiis aggrediebatur expeditiones, quæ ſibi ſemper ob B. Antonij merita proſperè ſuccedebant. Pace verò cum finitimis & exteris tandem bello partâ, templi conſtruendi in tanti nominis honorem, & ſacrarum reliquiarum depoſitionem, curam adiecit. Locus autem idoneus viſus eſt ſibi oppidum tunc S. Deſiderij Mota vocitatum, vbi prima illius auguſti templi S. Antonij Viennenſis, quod hodie cernitur, iacta fuêre fundamentâ, cùm anteà eſſet tantùm ædicula B. Mariæ dicata. Ex quo & primarium illud templum, & oppidum S. Deſiderij Mota, mutato nomine S. Antonij ſortita ſunt vocabula. Vnde Antonianus Ordo ab iis cœptus primordiis, ad ſummam Dei Omnipotentis gloriam, pauperumque ſacro igne laborantium ..... per orbem vniuerſum fauſtâ propagatione emerſit.

Mota S. Deſiderij depoſita.

Ex VARIIS.

a *Videtur harum lectionum auctor* Iuſtino *ſeniori* Iuſtiniani *nomen tribuere: nam* Iuſtinianus II. *fuit* Rhinotmetus *Conſtantini Pogonati filius, qui minimùm* 150. *poſt illam S. Antonij tranſlationem annis vixit.*

EADEM HISTORIA,

ex veteri, MS. Vltraiectino.

PROLOGVS.

1 QVia, fauente Domino, B. Antonij vitam, à beatæ memoriæ Athanaſio Alexandrinæ Eccleſiæ Archiepiſcopo ad eruditionem fidelium luculento ſermone digeſtam ad Fratres eremi, legendam habemus, operæ pretium eſt, vt ſcripto nihilominùs inſeratur, quemadmodùm venerandum corpus ipſius de Thebaidæ finibus ad noſtras deuenerit oras, vel à quibus perſonis tantus theſaurus de tam longinquis prouinciis deferri potuerit. Impoſſibile forſitan quibuſdam videtur, vt id, quod infra præfatæ regionis eremum in ignoto loco à duobus tantùm diſcipulis humatum fuiſſe legitur, & cunctis aliis quamdiu vixerunt incognitum, poſtmodùm ſit effoſſum, & hinc miraculis delatum. Sed non eſt impoſſibile id Deo.

Corpus S. Antonij ignoto loco reconditum,

2 Ideò æſtimare debet, quia Dominus Ieſus Chriſtus, ſicut in textu beati viri legitur, ſuperato dæmonum cõflictu, viſibiliter ei apparuit, & quã ſanctus ſit oſtendit, iſtud promiſit quòd per totum mundum eum faceret nominari. Et reuerà pius Dominus, ſicut tunc paucis promiſit ei verbis, ita nunc multipliciter dignatur adimplere factis. Creſcentibus enim per ſingulos dies miraculis, creſcit & fama in populis. Sed hæc tua ſunt Domine dona Chriſte. Quia, ſicut ipſe dixiſti in Euangelio, non permittis vt lucerna ardens & lucens, beatus vir Antonius famulus tuus, recondatur in latibulo, ſed reponatur ſuper candelabrum quod in domo tuâ eſt, hoc eſt, in eminentiori loco, vt omnibus luceat.

diuinitus illuſtratum

Matth. 5. 15.

3 Ita enim, Domine, de die in diem eum mirificas, vt de remotiſſimis terris ac regionibus infirmãtes nonnullos tranſmittas, qui non priùs de gehennalis incendio ignis liberari poſſunt, niſi ante glebam ſanctam corporis eius recubuerint, & auxilium eius deuotâ mente popoſcerint. At poſtquàm te adorato, & ſubſidio eius ante reliquias eius ſacras implorato, ſeruos eius ſeſe fore in æuum deuouerint, mox vel vſque ad nonum diem liberati inde reuertuntur, vel quietâ pace ab hac laboriosâ vitâ migrantes in Domino moriuntur. Nam nonnullos quoque alios diuerſis infirmitatibus præpeditos multotiens viſus eſt ſanaſſe, & defunctis etiam quibuſdam vitam præſentem reſtituiſſe. E contrario nonnullos qui in poſſeſſionibus famulorum eius quippiam ſibi vendicare tentabant, aut votum aliquod, quod ſibi ſpopondiſſent, recondere moliebantur, præfato ardore gehennalis ignis vel ipſos vel pecora ipſorum plerumque viſus eſt incendiſſe: quia ſanctis eius meritis exigentibus vltio diuina iis infertur, quicumque fraudem vel iniuriam in iis, qui ad eum pertinent, inferre præſumpſerint. Quod quia totiens contingere videtur, vt non ſit noſtræ facultatis, potiùs ad ea, quæ de eo narrare propoſuimus, ſtylum vertamus. Seruatâ igitur veritate id quod audiuimus pro modulo noſtro proferamus.

plurimis miraculis.

NARRATIO.

4 COmes Guillermus, qui vnus de pugnatoribus eſſe creditur, qui pro bonæ vitæ ſuæ merito, quam in monaſterio ſuo diu duxiſſe refertur, S. Guillermus appellatur, filium quemdam, Iacelinum nomine, probita-

tis ſuæ non degenerem habuit: qui, cùm ad virilem ætatem peruenisſet, cauſsâ orationis Hieroſolymam petiit. Quâ fideliter peractâ peregrinatione, ad curiam Conſtantinopolitani Imperatoris diuertens, gratiam plurimam apud ipſum Imperatorem & omnes Milites eius inuenit. Cumque ibidem per dies multos demoratus fuisſet,& omnibus carus eſſet,tandem repatriare deſiderans, ſuoſque reuiſere,ad ipſum Imperatorem,licentiam poſtulaturus, acceſſit.Verùm ille adoleſcentis boni præſentiâ plurimùm delectatus, dare ei hanc,quam poſtulabat, licentiam differebat; ſed vt ſecum demoraretur amicabiliter obſecrabat. Sed cùm non ampliùs eum ſecum detinere valeret,de theſauris ſuis eum accipere præcepit quicquid placeret. Ceterùm non concupiſcens ille aurum vel argentum, nec aliquid huiuſmodi, capſellam tantummodò, in quâ B. Antonij corpus iacebat, expetiit & accepit, licet quodlibet ei munus Imperator aliud largiri mallet, eò quòd plurimam in B. Antonio fiduciam haberet, & plurimùm illum veneraretur & diligeret, ac multas ante eum preces funderet. Verumtamen denegare ei illud noluit, quia cuncta alia donatiua accipere recuſauit.

xx mss. Iacelinus Hieroſolymam & Conſtantinopolim adit.

ab Imperatore impetrat reliquias S. Antonij,

5 Illud ergo gratanter ſuſcipiens pro ſummo munere, valedicens omnibus, feſtinanter cum ſuo cuneo cœpit redire,confidens interim de ſacroſancti corporis munimine , quod ferebat, quòd nihil ſibi æſtimaret aduerſi vbique prorſus poſſe nocere. Et reuerà, ſicut Dominus dicit, quòd omnia poſſibilia ſunt credenti, nihil triſte,licet inter barbaras gentes tranſirent, in eodem eis contigit itinere, ſed ſani & alacres ad ſua rediêre. Ex quo nimirum factum eſt vt tam ipſe quàm poſteri eius poſteà per multa annorum curricula ſecum quocumque pergerent deferri facerent, & nuſquam poſt ſe relinquere vellent. Adeò enim de eius ducamine confidebant, vt nihil ſiniſtrum ſibi poſſe ſubrepere ſuſpicarentur, ſed proſperè cuncta quæ aggrederentur currere ſperabant, quamdiu videlicet illum haberent in viâ. Et ideò quocumque profecturi eſſent, vt dixi, coram ſe ſecum ſemper deferri faciebant, & coram illo etiam in expeditionibus ire volebant. Quod licet non ſit ambigendum quin ex deuotione facerent: indecens tamen & temerarium Dominus Papa,..... cùm ad eius notitiam peruenisſet, quòd huiuſmodi perſonæ tantas Confeſſoris ſacroſanctas reliquias circumferrent.

in Galliam proſperè defert:

Marci 9. 22.

eas ipſe poſteriq; in expeditionibus circumferũt:

6 Eapropter, cùm quidam illorum, qui Gigno Deſiderij vocabatur, quaſi iure hæreditario eaſdem reliquias vendicaret, & exemplo patrum ſuorum vbicumque pergeret circumferret, ſummus Pontifex mandare curauit, vt nequaquàm deinceps ſecum deferre præſumeret,ſed cuicumque vellet de Abbatiis religioſorum virorum Deum timentium eas ſeruandas traderet.Quo præcepto vir egregius audito obedire non diſtulit; ſed conuocato concilio cum amicis ſuis,viris qui bonæ conuerſationis & nominis habebantur, eas conſeruandas commiſit. Qui vt eos in ſuo territorio haberet, locum eis quemdam nemoroſum, qui ex naturali ſitu Mota vocabatur, ad excolendum & ad monaſterium cõſtruendum tradidit, vbi honorificè conſeruari poſſent. In quo eis tantam opem impendit, quouſque ad effectum res ipſa peruenit. Terras quoque alias cum ſeptem eccleſiis, decimiſque ad eas pertinentibus iure perpetuo tradidit, ex quibus eiuſdem monaſterij habitatores victum & veſtitum ſufficienter habere poſſent. Denique & locũ alium haud procul inde poſitum contulit, in quo domus eleemoſynarum, id eſt, hoſpitale conſtrueretur, infra quam pauperes Chriſti, & vniuerſi qui ex prædicto gehennali incendio perurerentur, ad implorandum ſuffragium B. Antonij deuenirent,gratuitò ſuſciperentur. Præterea ne quiſquam illorum, qui ſibi iure hæreditario ſucceſſuri forent, aliquid ſibi in ſupradictis donationibus vendicare vellent, aut aliquam calumniam mouere poſſent, liberècuncta obtinenda conceſſit.

Guigo Papa ſuadente,

monaſterium Mota extruit iis conſeruandis,

& hoſpitale,

7 Quàm deuotus erga B. Antonium & vniuerſos ſeruitores illius fuerit dum in hoc ſeculo vixit, nulla, vt arbitror,lingua humana enarrare poſſet. Nec immeritò. Ipſe enim vetè fuit Iſraëlita, qui dum adhuc adoleſcens eſſet tenerrimus, ex nobiliſſimâ ſtirpe oriundus, cunctas tamen huius mundi illecebras, cunctas diuitias & honores ac homines fugiendo ſpreuit, & pauperibus cuncta, quæ habere poterat, diſtribuit in hac terrâ morientium, vt bona Domini videre mereretur in terrâ viuentium. Qui primus poſt Paulum ſanctum Eremitam, quem ipſe ſepeliuit anachoreticam aggreſſus eſt ducere vitam, & cœnobitarum omnium propoſitum primus in Ægypto inſtituit & monachorum: qui ſæpiùs cum diabolo inſultando conflixit, ſed numquàm à diabolo eſt ſuperatus. Quid plura? Tantam denique gratiam in curandis lauguentium infirmitatibus vir Dei habebat , vt nemo ad eum malè habens veniret , quem non incolumem fusâ ad Dominum oratione reſtituerit.Felix igitur eſt locus hic, quem conſtat habere talem tantumque virum, cui tot ſunt tantaque fuêre culmina virtutum , & præconia laudum.

pius in S. Antoniũ, & quare.

8 Veneremur itaque eum, dilectiſſimi , vt pium Patronum , imitantes pro modulo noſtro vitæ eius exempla: quatenus ipſius ſanctis ſuffragantibus meritis , & gehennalis ignis incendia in præſenti , & in futuro euitare mereamur, & ad Chriſtum, quò ipſe peruenit, peruenientes, & beatitudinem inueniamus æternam, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Adhortatio ad cultum S. Antonij.

EADEM HISTORIA

ex hiſt. Antonianâ Aimari Falconis.

CAPVT I.

Occaſio profectionis Iocelini in Orientem.

1 a Vm diuinæ diſpoſitionis decreto futurum eſſet,vt beatiſſimi Antonij corpus à Conſtantinopolitanis partibus ad prouinciam Viennenſem pro mortalium ſubſidio transferretur; accidit, quemadmodùm ſcriptum legimus, vt Baro quidam nobiliſſimus & potens dictæ Viennenſis prouinciæ Guillielmus Cornutus nuncupatus, caſtri noui Albenciani Motæque S. Deſiderij, necnon plurium aliarum arcium & locorum Dominus, vir per omnem ætatem in armis exercitatiſſimus , poſt creberrima pericula, quibus ſe multoties bellicis in rebus expoſuerat, deuotione tandem permotus, votum emitteret, ſe Hieroſolymam ſacraque noſtræ redemptionis loca humiliter ſuppliciterque viſitaturum. Verùm grauiſſimâ quadam infirmitate præuentus, ſuum propoſitum minimè potuit adimplere. Quod cernens ipſe, ſolenni condito teſtamento, eâ lege filium, quem vnicum habebat, nomine Iocelinum, hæredem ſuum vniuerſalem inſtituit, vt quamprimùm poſt ipſius Guilielmi deceſſum ad dictæ Hieroſolymitanæ peregrinationis iter ſeſe accingeret,patremque emiſſo voto liberaret. Quod Iocelinus ipſe haud graue ſpopondit. Nec multis pòſt diebus idem Guillielmus ab humanis exceſſit.

a par.2.c.13.

Iocelinus ſe votum paternum adeundi Hieroſolymam ſoluturum ſpondet:

2 Iocelinus tametſi pietate inſignis haberetur, aliis tamen negotiis implicatus, ſponſionem, quam morienti patri fecerat, longo tempore diſtulit adimplere: nec tamen propterea ceſſabat Eccleſiaſticis ſuffragiis piiſque eleemoſynis iam dicti ſui patris animam Deo ſollicitè commendare. Verùm cùm ſubeuntibus annis ſuſceptæ peregrinationis,paternique voti exequendi memoriam, ſeu recordationem, omnino poſtergaſſe videretur, memorabili caſu de longioris moræ culpâ illum diuinitus redarguitum, deque exoluendâ promiſſione patri factâ mira-

Cap. 16.

id differt:

miratulosè admonitum fuiſſe legimus,hunc in modum. Erat, vt ferunt, Iocelinus ipſe in armis ſtrenuus, & hac in re paternæ gloriæ imitator clariſſimus: illumque veluti militiæ Ducem Viennenſis prouinciæ nobilitas armisque dedita iuuentus ſtudioſiſſimè ſequebatur. Itaque cùm per id tempus in Heluetiorum finibus non procul à monte Iurâ bellum gereretur, ipſeque Iocelinus illuc non modicâ iuuenum dictæ prouinciæ Viennenſis caterua comitatus perrexiſſet, cruento cum hoſtibus inito congreſſu, ad noctem vſque acriter hinc inde pugnatum eſt, multique ibidem occubuiſſe feruntur. Proinde Iocelinus virliter & ſtrenuè dimicans, tribus atrociſſimis vulneribus acceptis,equo deiectus eſt,proſtratuſque aliquamdiu iacuit in campo: tandem verò veluti cadauer exanime ſub noctem à ſuis elatus, in vetuſto quodam ſacello ibidem propinquo, quod B. Antonio dicatum erat, repoſitus eſt, ſociis peruigilem iuxta illum noctem cum mœrore & lacrymis ducentibus, tamque acerbum viri caſum miſerabiliter deplorantibus.

in prælio vulneratus,

defertur in ſacellum S. Antonij:

3 Luce autem appropinquante corpus ipſum, omnibus qui aderant obſtupeſcentibus, magna ſuſpiria cœpit emittere. Namque, vt poſteà eiuſdem Iocelini relatione cognitum eſt, eo tunc viſa illi eſt maxima dæmonum aſtare multitudo, ex quibus vnus eum iniecto laqueo ſuffocare nitebatur, reliquis ad eundem Iocelinum in gehennam pertrahendum ſeſe multifariè accingentibus. Itaque eâ maximè de cauſsâ, quòd dicerent prætenderentque illum promiſſionis, quam morienti patri fecerat, neglectorem ignominioſumque præuaricatorem extitiſſe. Iocelinus verò magno terrore concuſſus,quanto maximo poterat conatu Dei miſericordiam implorabat: nec ſegniùs ea dæmonũ turba perurgebat, vt quàm citiſſimè pertraheretur in barathrum. Tandem verò poſt multam malignorum ſpirituum impreſſionem, viſus eſt grandæuus ſenex barbatus, baculoque innixus illuc aduentare, cuius præſentiam multitudo dæmonum perhorreſcens cœpit aliquantulum retrocedere. Is igitur venerandus ſenex propiùs ad ægrotum accedens, dæmones acriter increpabat, eò quòd in ſuâ ipſius domo, ſibique dicato ſacello auſi eſſent hoſpiti ſuo vim facere, iniuriamque inferre. Itaque eodem loco protinus cedere,mœſtoſque abire coëgit. Tum deinde pulſis illis,idem beatus ſenex blandis ægrotum verbis affatus, talia ad illum verba facere videbatur: Noli timere, fili, ego ſum ſacelli huius ſeruator & cuſtos: tibique tamquàm hoſpiti meo auxiliabor, & te ab iniuriâ defenſabo: verùm caue ne vltrà differas promiſſam Hieroſolymitanam peregrinationem adimplere, ſed ſtatim ad illam pro voto patris accingere. Hanc autem pro impetratâ tibi ſalute, tu mihi rependes gratiam, vt corporis mei reliquias ab orientalibus partibus ad has occidentales oras, dum redibis,cures transferendas. In quibus quidem occiduis partibus Chriſtus Dominus me poſthac diſpoſuit præcelſiùs fore venerandum.

à dæmonibus oppugnatus,

defenditur à S. Antonio:

iubetur eius reliquias in Galliam deferre:

4 Quo dicto, viſio ipſa diſparuit, cœpitque ægrotus, cunctis qui aderant mirantibus,cum gemitibus & ſuſpiriis manus ad cælum tendere. Nec multò pòſt curatis vulneribus, incolumitateque receptâ, ſoſpes ad propria remeauit. Hoc autem verumne ſit, an commentitium, Deus ipſe nouit. *b* Fateor equidem id non in authenticis, ſed in priuatis quibuſdam ſcripturis proditum eſſe: quapropter eam ipſam narrationem pro cuiuſuis arbitrio probandam, vel improbandam relinquo.

ſanatur:

b

a *Sumpta hæc ſunt ex parte ſecundâ hiſtoriæ Antonianæ Aymari Falconis, ipſiuſmet verbis retentis, iis ſolùm prætermiſſis quæ ad inſtitutum noſtrum minùs neceſſaria videbantur; adnotatis ad marginem capitibus,è quibus ſingula tranſſcripta ſunt. Vſus ille fuit monumentis Antonianæ domus, ſed quam dedimus hiſtoriam tranſlationis videtur non habuiſſe, qui in tempore tranſlationis ab eâ longè diſcrepet.*

b *Hinc ſinceritatem diſce ſcriptoris. Fidem non meretur,quiſquis aſſeueratiùs geſta narrat, quàm acceperit. Fidelis hiſtorici partes remur, vnde didicerit, quæ commemorat, profiteri; niſi ipſe ea conſpexerit. Eâ cauſsâ ſtylum, ſæpè incultum ac rudem, veterum damus.*

CAPVT II.

Ex Aymaro Falcone.

Peregrinatio Iocelini. obtentæ reliquiæ.

5 REbus itaque domi pro tempore ordinatis, Iocelinus, non contemnendâ virorum nobilium caterua comitatus, maritimo itinere Hieroſolymam petiit, locaque ſacroſanctis noſtræ Redemptionis myſteriis cõſecrata deuotiſſimè viſitauit. Quo autem id geſtum ſit anno, quia ſcriptum ſeu ab aliquo proditum non reperi, nequaquàm poſſum ſaluâ hiſtoricâ fide pro certo aſſerere: ſed quantum coniecturâ aſſequi, ac ex ſubſequuto poſtmodùm rerum euentu veriſimiliter metiri valeo, idipſum arbitror *a* circa milleſimũ atque ſeptuageſimum Dominicæ Incarnationis annum contigiſſe. Sepulchro igitur Dominico & aliis venerabilibus locis pro Saluatoris memoriâ deuotiſſimè viſitatis,iam dictus Iocelinus ſollicitè percunctatus eſt quanam in parte B. Antonij corpus haberetur: intellexitque, famâ referente,ſanctas beatiſſimi illius corporis reliquias pridem ad Conſtantinopolitanam vrbem fuiſſe tranſlatas, ibidemque reconditas aſſeruari. Verumtamen eo tunc ad partes illas parùm tuta videbatur profectio,eoque atrociſſima ibidem bella geri, rerumque variæ fluctuationes vigere ferebatur. Sed nullo rerum diſcrimine territus Iocelinus, diuinam gratiam, & B. Antonij tutelam ſibi ſperans vbique affuturam, illuc protinus ſe conferre, atque omni morâ poſtpoſitâ Conſtantinopolim ſtatuit proficiſci. Cap. 17.

proficiſcitur Hieroſolymam;

a

6 Expletâ igitur ſanctorum locorum viſitatione in Cap. 19.
Iudæâ, Iocelinus Conſtantinopolim pergere decreuit, vbi beatiſſimi Antonij corpus intellexerat eſſe reconditum. Et quamquàm rebus ibidem tumultuantibus parùm tuta videretur profectio, attamen Diuinam clementiam, ſanctiſſimi quoque Antonij tutelam ſperans ſibi ſemper affuturam, illuc cum ſuis adnauigauit, applicituſque ibidem ſtatim Imperatorem ſalutauit, à quo perbenignè exceptus eſt. Erat enim ipſe Iocelinus formâ & morum nobilitate conſpicuus, bellique & pacis artibus inſtructiſſimus. Præterea exiſtimabat Imperator ad ſtabilienda ſui principatus fundamenta, rebus præſertim turbulentis exiſtentibus, perneceſſarium eſſe omnium etiam exterorum auxilia ſibi comparare & adiungere. Nec ignorabat Gallicam nobilitatem ſemper fuiſſe bellicis in rebus illuſtrem,& ad bella capeſſenda prõptiſſimam. Tum etiam fama erat, apparatus quoſdam maritimos per id tẽpus in *b* Baſiliâ atque Italiâ fieri. Magno itaque fauore Imperator dictum Iocelinum illiuſque comites excepit, humaniſſimeque pertractauit. Iocelinus verò comiteſque vt deſiderij ſui compotes efficerentur, delectati etiam Imperatoris humanitate ſingulari, aliquamdiu apud eumdem manſerunt. Nec otiosè quidem, ſed multis præclaris facinoribus domi ac militiæ geſtis, maximo in pretio habiti ſunt.

inde Conſtantinopolim;

b

gratus Imperatori.

7 Cùm autem Iocelinus ipſe ſuique comites deuotionis gratiâ ſæpiùs ad eccleſiam veterem pergerent, in quâ ſanctum B. Antonij corpus erat reconditum, locumque ipſum propter bellorum tumultus conſpexiſſent propemodùm derelictum, ſeu pacis tempore tantummodò Eccleſiaſticis viris, iiſque rerum omnium penuriâ laborantibus cuſtoditum,facilè eiſdem religioſis viris perſuaſerunt, vt in Galliam ad meliores,& tutiores ſedes cum ſanctis reliquiis ſe conferrent, vbi locus illis pulcherrimus atque commodiſſimus aſſignaretur, maioreque ipſi in pretio ac veneratione, quàm in Græciâ haberentur. Cumque huic rei ſolus deeſſet Imperatoris aſſenſus, Iocelinus Imperialem ardenter adiit maieſtatem, & ſupplex id pro ſummo munere poſtulauit: Diuinâque, vt veriſimile eſt, ſibi ad id obtinendum opitulante gratiâ, ipſiuſque B. Antonij pio ſuffragante fauore, quod cupiebat impetrauit.

impetrat reliquias S. Antonij

8 Lætus igitur, tanti theſauri munere Iocelinus, habitis eidem Imperatori gratiis, aſſumptiſque ſanctis reliquiis, Cap. 20.

Ex Aymaro Falcone. *eas defert in Galliam,*

liquiis,necnon viris aliquot Eccleſiaſticis,proſperâ nauigatione curſuque felici ad Prouinciam Viennenſem remeauit, vbi magnâ omnium lætitiâ, ac exultatione exceptus eſt. Scio quoſdam ſcripſiſſe Iocelinum non ab Imperatore, ſed ab ipſius Imperatoris filio, ſanctum hoc munus accepiſſe: quod mihi minimè probabile videtur. Verùm ſiue ab Imperatore ipſo, ſiue ab Imperatoris filio id obtinuerit, certiſſimâ fide conſtat dictum ſanctum corpus ab eodem Iocelino ad Viennenſem Prouinciam diuinâ diſpoſitione fuiſſe trãſlatum. Quod non ſolùm fide dignis ſcriptoribus referentibus, verùm etiam plurimorum olim Romanorum Pontificum, Imperatorum quoque, & Regum litteris diplomatibuſque repertur eſſe teſtatum, ac demum per ſanctam Sedem Apoſtolicam conſiſtorialiter declaratum.

a *Cur hanc eius coniecturam ſequi haud libuerit, ſuprà indicatum: ſinceritatem tamen laudamus.*

b *Scandinauiam aliaſq; Boreales prouincias intelligat Aymarus* Baſiliæ *nomine, an, propinquiorem Byzantio, Scythiæ vrbem regionémue, non diuinamus: vtraque notione* Baſiliæ *vſurpatum veteribus nomen reperire eſt.*

CAPVT III.

Eccleſia S. Antonij extructa.

Cap. 25. 9 POſtquàm vir illuſtris Iocelinus digniſſimo ſancti corporis theſauro locupletatus prouinciam Viennenſem diuinâ benignitate applicuit, non mediocri ſollicitudine curâque premebatur proſpiciendi vbinam hoc ipſum diuinum munus reponere poſſet honorificè conſeruandum, ſedemque illi opportunam ac idoneum locum ſtatuere. Sed interim quocumque pergebat ſancti corporis reliquias deferebat, adeò vt nec in præliis belliciſque tumultibus, ſine dicto ſancto corpore proficiſceretur. Eâ namque tempeſtate cruentiſſima bella in Galliâ gerebantur.

circumfert in expeditionibus bellicis.

10 Quiete verò à bellis partâ, Iocelinus vrgente (vt ferunt) Pontificis iuſſione, Eccleſiæ ad honorem Beatiſſimi Antonij conſtruendæ animum adiecit, in quâ poſtmodùm ſancti corporis reliquias reponeret. Huic igitur rei idoneus viſus eſt locus oppidum Mota, cuius ipſe temporalem ditionem atque iuriſdictionem obtinebat. Erat namque per id tempus locus ipſe incolis frequens, & multarum nobilium familiarum domiciliis honeſtatus: quamuis nonnulli errore ducti putent locum illum tunc temporis nemoroſum & incultum extitiſſe; quod minimè verum eſſe antiquiſſima documenta declarant. Sed nec id verum eſt, quod quidam exiſtimarunt, hunc ipſum locum olim fuiſſe Motam-Fangiaſij nuncupatum. Nam locus Motæ-Fangiaſij quatuor circiter ab hoc altero Motæ loco milliaribus vltra flumen Iſaram eſt ſitus, antiquiſſimiſque documentis locorum ipſorum diuerſitas haud dubiè comprobatur. Itaque oppidum iſtud non Mota-Fangiaſij, ſed Mota potiùs S. Deſiderij vocabatur. Erat autem per id tempus in eo, quo nunc maior Eccleſia S. Antonij ſita eſt, loco, vt antiquæ perhibent litteræ, parochialis Eccleſia B. Mariæ dicata, in quâ ius patronatus & præſentandi idoneum Rectorem, ad eumdem Iocelinum pertinebat. Hoc igitur auſpicato loco, quia eâ ipſa, quæ tunc ibidem conſtructa erat, parochialis Eccleſia perexigua videbatur, dictus Iocelinus, conuocatis permultis ſupramemoratæ prouinciæ proceribus, Archiepiſcopoque Viennenſi, eorumdem conſilio & auxilio, nec non vniuerſi populi ſuffragio fretus, primarii templi, ſeu maioris Eccleſiæ, fundamenta iecisſe creditur: ita ſcilicet vt ad æquinoctialem ferme ſolis exortum noua ipſa eccleſia vergeret, quum alia, quæ priùs ibi erat, ad Septemtrionem verſa eſſet: quo factum eſt vt altera in alterius tranſuerſum porrigeretur. Antiqua tamen illa parochialis Eccleſia minimè tunc diruta fuit, ſed ea adhuc intacta remanens intra ambitum nouæ, quæ capacior erat, concluſa remanebat; & hæc fuerunt primordia maioris templi,

Mota S. Deſiderij extruere templum S. Antonio incipit.

antequàm ibidem venerandum corpus Beati Antonij reponeretur.

11 Iocelinus, tametſi ab initio cœptum opus ſeruentiſſimè proſequeretur, diſtractus tamen ſubinde alienis curis, aut quia plurimarum Eccleſiarum precibus de reponendis apud eaſdem dictis ſanctis reliquiis interpellabatur, tepidè circa ipſum opus agere cœpit. Et quamquàm Eccleſiaſticæ auctoritatis decreto ſanctum corpus in profano loco prohibitus eſſet retinere, attamen parùm rem ipſam expediebat. Inter hæc autem graui morbo correptus, inopinatâ morte finem vitæ fecit. Cap. 26.

Guigo Deſiderius reliquias ad bella circumfert.

12 Eoque ſine liberis defuncto hæreditas illius ad Huigonem Deſiderium, nobilitate inſignem virum, iure propinquitatis delata eſt. Qui & ipſe, vt antiquæ ferunt litteræ, ſancti corporis potitus reliquiis, illas quocumque pergeret ſecum deferebat; nec pacis tantùm, ſed etiam belli præſidium in Sancti virtute reponens, eiuſdem beati corporis feretrum paſſim in caſtris & cruentis præliis ventilabat. Quod etſi non ſine deuotionis affectu fieret, quemadmodùm olim filios Iſraël arcam fœderis nonnumquàm in bello legimus detuliſſe, id tamen ad nutum & voluntatem viri ſecularis fieri, penitùs erat improbandum. Verùm quia tunc de patriæ tutelâ, ac, vt arbitror, de totius populi ſalute res agebatur, excuſabile forſan erat apud Deum id quod ſanctâ & piâ quadam fiduciâ, non temerariâ leuitate, gerebatur.

13 Eâ tempeſtate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ præerat Vrbanus eius nominis ſecundus, qui ſacri Dominici ſepulchri locorumq; ſanctorum profanationem, nec non Chriſtianorum in Orientis partibus conculcationem & ſeruitutem miſeratus, hortante maximè Petro Eremitâ, ad excitandos fidelium animos ſeſe in Galliam contulit, atque apud Clarum-montem generale concilium indixit. Is itaque Pontifex beatiſſimus cùm per Viennenſem prouinciam iter faceret, intellexit ſanctiſſimi Antonij venerandũ corpus in manibus ſecularium ac militarium virorum indecenter verſari, paſſimque vbilibet deferri. Quapropter cauſâ cognitâ, Huigoni Deſiderio, Apoſtolica auctoritate, ac ſub anathematis cenſurâ, inhibuit, ne talia deinceps præſumeret: ſed quamprimùm corpus illud ſanctiſſimum in religioſo aliquo loco condecenter atque honorificè reponeret. Cap. 27. *Papâ id vetante,*

14 Acceptâ igitur Apoſtolicâ iuſſione Huigo Deſiderius opus iam pridem à Iocelino apud Motam inchoatum, magno populi fauore cœpit inſtaurare. Verùm quia tam propere illud abſolui ſeu perfici non poterat, leui interim materiâ exiguum ſacellum ad primarij altaris ſedem extruit, ibidemque dicti ſancti corporis reliquias collocat, diſpoſitis cuſtodibus, qui oblationes piaſque fidelium erogationes pro ipſius Huigonis arbitrio in opus fabricæ ſuſciperent diſpenſandas. Proinde locus ipſe cum præfatis reliquiis ſemper eo modo in ſecularium poteſtate exiſtebat; quamuis idem locus ſupra memoratæ parochialì Eccleſiæ adiacens ad eandem Eccleſiam pertinere noſceretur. Sed tantæ ipſe Huigo potentiæ & auctoritatis erat, vt nullus ſuper hoc contendere, aut illi quouis modo aduerſari aut repugnare auderet. Quamobrem ſic per annos aliquot tranſacta res eſt: & ſacer ille locus à ſecularibus, præter iuris formam, vſurpatus atque detentus. Cap. 28. *templum S. Antonij inſtaurat, ibiq; eas deponit*

15 Exactis aliquot annis Huigo Deſiderius conſcientiæ ſcrupulo tactus, agnoſcenſque quàm indecens & incongruum eſſet, vt locus ille cum ſanctis reliquiis pro ſuo, non autem Eccleſiaſtico, diſponeretur vel adminiſtraretur arbitrio, accerſitis Benedictini Ordinis, monaſterii S. Petri Montis-maioris monachis, certâ propinqua beneficia & Prioratus obtinentibus, locum ipſum (cuſtodiâ ſibi ſuiſque in poſterum ſucceſſoribus reſeruatâ) tradidit & remiſit, certiſque conditionibus aſſignauit: & ab eo tempore Prioratus regularis Ordinis S. Benedicti eodem in loco eſſe cœpit, cùm anteà parochialis Eccleſia fuiſſet ſecularis. Cap. 29. *Prioratum iſtic Benedictinis cõſtituit,*

16 Cùm autem ſuprà memorata remiſſio, vtpote de re Eccle- Cap. 30.

re Eccleſiaſticâ per ſecularem factâ, parùm de iure efficax exiſtimaretur, niſi aut Diœceſani aut ſummi Pontificis conſenſus accederet, optimum factu viſum eſt ſi ab Eccleſiâ Viennenſi iam dictæ remiſſionis obtineretur confirmatio. Quæ cùm nullâ ratione, niſi purgato priùs vſurpationis pridem per ſeculares factæ vitio haberi poſſet, ita demum res compoſita eſt, vt ante omnia locus ipſe prædictæ Viennenſi Eccleſiæ reſtitueretur. Quo facto, Vicarius & capitulum ipſius Eccleſiæ Huigonis voto & voluntati annuentes, Eccleſiam S. Antonij quæ conſtruebatur, nec non veterem in ipsâ maiori, vt prædictum eſt, comprehenſam & incluſam, pariterque etiam S. Deſiderij in caſtro, Sanctique Marcellini & S. Hilarij eccleſias memoratis religioſis viris conceſſerunt. Extant ſuper hoc authenticæ [a] Huntardi Valentinenſis Epiſcopi, atque etiam Archiepiſcopali Sede vacante Vicarij Viennenſis, litteræ, quibus idem venerandus Antiſtes inter alia Chriſti fideles omnes volebat eſſe rogatos; inſuper & eâ quâ fungebatur auctoritate cunctis iniungebat, vt locus ipſe maximo honori & reuerentiæ pro reliquiis tanti Patroni haberetur. Idipſum autẽ ſubinde bonæ memoriæ Huido Archiepiſcopus Viennenſis ſuâ auctoritate confirmaſſe legitur, Vrbano ſecundo Romanam adhuc Eccleſiam regente, quemadmodùm authentica ſcripta declarant.

Id Eccleſiaſticâ auctoritate confirmatur:

a Gontardus *eſt Claudio Roberto, qui ſcribit, ab eo acceptum hoſpitio Vrbanum II. cùm ad concilium Claromontenſe proficiſceretur.*

CAPVT IV.

Eccleſia dedicata à Calliſto II.

Cap. 37. 17 VRbano II. rebus humanis exempto ſucceſſit Gelaſius, qui cùm Henrici Imperatoris perſecutionem fugiens in Gallias ſe contuliſſet, apud Cluniacenſe monaſterium vitâ exceſſit. Quo Eccleſiaſticæ tradito ſepulturæ, Cardinales, qui ibidem aderant, Guidonem Viennenſem Archiepiſcopum, ex Regum Franciæ, Angliæ & Germaniæ (vt hiſtorici tradunt) proſapiâ ortum, Burgundiæque Comitis fratrem, in Romanum Pontificem elegerunt; qui non priùs Pontificatum acceptare voluit, quàm Cardinalium Romæ exiſtentium ac populi Romani conſenſum habuiſſet. Hic igitur Pontifex beatiſſimus ſincerâ erga eumdem Sanctum deuotione motus, ſtatim poſt ſuam promotionem ad viſitandum eiuſdem almi Confeſſoris corpus acceſſit, & eccleſiam nonam, in quâ requieſcebat, officioſiſſimè conſecrauit, atque dedicauit, conceſsâ perpetuis temporibus plenariâ omnium commiſſorum indulgentiâ, nec non peccatorum remiſſione omnibus ipſam eccleſiam eadem die ſpe impetrandæ veniæ viſitantibus. Huiuſce autem dedicationis decretum in eiuſdem eccleſiæ archiuis legitur ſub hac formâ:

Calliſtus II. Papa

eccleſiam S. Antonij conſecrat.

18 Dominus noſter Ieſus Chriſtus ante ſecula permanens, vnus cum Patre & Spiritu ſancto Deus, in fine ſeculorum ex verâ matre verus homo factus, omnibus in ſe verâ fide & dignâ operatione credentibus cæleſtis vitæ aditũ, humanâ mediante naturâ, aperire eſt dignatus. Qui etiam ad magnæ indicium pietatis Apoſtolis ſuis eadem quâ & nos terrenâ materiâ creatis, nec vllius carnalis ſapientiæ vel dignitatis excellentiâ fultis, ligandorum & ſoluendorum peccatorum poteſtatem conceſſit, B. Petro Apoſtolo, in perſonam vniuerſalis Eccleſiæ, ita inquiens: Tibi do claues regni cælorum, & quæ ligaueris ligata erunt, & quæ ſolueris ſoluta erunt. Cuius vices nos, licet indigni agentes, eccleſiam beati Confeſſoris Antonij corpore venerabilem, ad laudem & nomen ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & honorem B. Mariæ ſemper Virginis, ſub patrocinio tanti Patroni XIII. Cal. Aprilis die conſecrauimus. Omnibus ergo ad eam ſpe impetrandæ miſericordiæ confugientibus, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem remiſſionemque peccatorum, ſi ex corde pœniteant, auctoritate BB. Petri & Pauli Apoſtolorum, exoptamus & concedimus. Inuaſores autem & violatores cœmiterij, ſiue rerum monachorum & clericorum in eâ Deo ſeruientium, ceterorumque hominum ad eam pertinentium, ab omni Chriſtianitate ſegregatos, ſub anathematis excommunicationem ponimus, donec ad ſatisfactionem veniant & malè peruaſa reſtituant. Affuit huic decreto laudator & confirmator Guigo Deſiderij cum filiis ſuis, qui manu ſuâ manui noſtræ ſuppoſita iure ſacramenti firmauit, quòd in rebus monachorum vel clericorum Eccleſiæ nullam inuaſionẽ aut violentiam in reliquum exerceret: & ſi fortè faceret, infra XIIII. dies admonitus emendaret: terminos cœmiterio præfixos à ſe ſuiſque inuiolatos teneret. Hoſtienſis Epiſcopus, Ioannes Cremenſis noſtrique Cardinales interfuêre. G. Prior. B. Capellanus. D. Canonicus Romonenſis &c. Soferde B. Presbyter. Nantelmus. Gago. P. Prouincialis. G. Raſchas. cum ceteris Clericis ſiue laicis. Anno Domini milleſimo centeſimo decimo nono ab Incarnatione.

Ex Aymaro Falconẽ. Indulgentius ornat: inuaſores excommunicat.

CAPVT V.

Eccleſia ditata. Reliquiæ tranſpoſitæ.

Cap. 41. 19 NOnnulli in priuatis quibuſdam commentariis ſcripſerunt Huigonem Deſiderium, temporalem Dominum locorum Motæ & Caſtri-noui, donaſſe monachis ſeptem eccleſias, ampliſſimoſque prouentus iiſdem aſſignaſſe: quod minimè verum eſt. Nam locum & ædificium dumtaxat nouæ eccleſiæ inchoatum imperfectumque eiſdem remiſit, vnà cum iure patronatus veteris eccleſiæ parochialis, quæ infrà ambitum noui ædificij, maioris ſcilicet eccleſiæ, concluſa & cõprehenſa remanebat, pariterque ius patronatus Eccleſiæ S. Deſiderij. Quibus per Guntardum Vicarium Viennenſem additæ ſunt eccleſiæ S. Marcellini, nec non & S. Hilarij, confirmatione Guidonis Archiepiſcopi poſtmodùm ſubſecutâ. Pòſt deinde eccleſiam B. Mariæ de Montaneâ cum decimis eiuſdem loci dedit & donauit nobilis Bernardus de Eſchanagnis, authorizante eodem Guidone Archiepiſcopo. Præterea vir quidam nobilis, nomine Conſtantinus, dedit capellam de Chapayſia. Nantelmus verò de Monte-Lucido, vnà cum Pontio Rufo, eccleſiam loci de Vinaiis, & quartam partem decimæ eiuſdem loci contulerunt. Inſuper Ardenchius de Vinaiis dedit eccleſiam S. Ioannis, qui dicitur frumentalis, & nonam partem decimæ. Poſtremò Petrus Sofreys partem quam habebat in eccleſiis de Vinaiis & de Monte-Lucido legitur contuliſſe. Hæ autem ipſæ donationes dicebantur fieri de eccleſiis, quamuis prædicti Nobiles in illis ius dumtaxat idoneum Rectorem præſentandi, vacatione illarum occurrente, obtinerent. Ipſarum verò Eccleſiarum donationem poſtmodùm [a] Lucius Papa tertius, & pariter [b] Innocentius tertius, additis Eccleſiis de Reybone & de Quinceuo, Apoſtolicâ auctoritate confirmarunt.

Varia poſſeſſiones donata Eccleſiæ S. Antonij à Guigone, *& aliis.*

a

b

20 Prænominatus quoque Guigo Deſiderius eum locum in quo nunc domus Abbatialis ſita eſt, nec non vineam adiacentem donaſſe legitur. Quædam præterea priuilegia eidem Eccleſiæ contulit. Franco verò & Mallenus eiuſdem Guigonis filij prædictæ Eccleſiæ certas decimas reperiuntur contuliſſe. Addidit præterea Mallenus ipſe quaſdam vineas. Sic enim ſuas ille (vt ſcribitur) rationes inſtituerat, vt annis ſingulis quidpiam de ſuis facultatibus eidem Eccleſiæ in feſto reuelationis B. Antonij largiretur. Erat ſiquidem illa dies tunc frequentibus miraculis facta clarior. Piâ quoque deuotione motus Guilielmus Viennenſis Eccleſiæ Archidiaconus, dicti Guigonis filius, Eccleſiæ B. Antonij locum de Condaminanes donaſſe legitur. Iiſdem pariter temporibus Franco, vir nobilitate inſignis, Hieroſolymam petens Dei miſericordiam imploraturus plura bona temporalia

ac Guigonis filius.

& Francone viro nobili.

Ex Aymaro Falconi.

poralia dictæ Eccleſiæ largitus eſt: tandemque ab eadem peregrinatione reuerſus, ſemetipſum in eadem Eccleſiâ ſub habitu regulari Chriſto dedicauit. Alij præterea viri nobiles quamplurimi, deuotionis feruore accenſi, non pauca eidem Eccleſiæ bona leguntur per ea tempora contuliſſe.

Cap. 42.

21 Cùm autem nobilis & potens Guigo Deſiderius, opera pietatis in pauperes ſacro igne mutilatos, magno deuotionis feruore, per Gaſtonem ſocioſque & confratres illius exerceri perſpexiſſet, attendens eoſdem non ſatis amplum idoneumque ad hoc locum habere, vo-

Domus Eleemoſynaria ædificata.

lenſque & ipſe particeps effici meritorum, domum, quæ exinde Eleemoſynaria dicta eſt, ſincerâ deuotione pioque affectu, ad tam ſanctũ opus largitus eſt. Quidã tamẽ referunt ab eodem non domum extructam, ſed locum dumtaxat, ſeu aream, in quâ poſtmodùm ipſa domus ædificata eſt, fuiſſe collatam. Quæ ſententia mihi probabilior videtur, cò maximè quòd in appendice veteris Martyrologij, nonnulliſque aliis locis legimus, hoſpitale maius à Stephano Sacerdote fuiſſe exædificatum. Qui quidem Stephanus eodem ferme, quo & ipſe Guigo Deſiderius, anno ab humanis legitur deceſſiſſe, milleſimo ſcilicet centeſimo atque trigeſimo. In quibuſdam tamen ſcriptis animaduerti, domum Eleemoſynarij appellari illam, in quâ Fratres reſidebant, non autem eam in quâ erant pauperes conſtituti. Erat autem domus reſidentiæ Fratrum propè eccleſiam B. Mariæ, quæ de Eleemoſynâ dicebatur à Septemtrionali parte ſita, vineiſque contigua; in quâ nunc horrea, torcular, locus concilij, & blibliotheca conſpiciuntur.

Cap. 38.

22 Gelziardo Priore Eccleſiæ S. Antonij exiſtente, prout antiquarum ſcripturarum teſtimonio comprobatur, auctoritate beatiſſimi Calixti Papæ II. quamplu-

Reliquiæ S. Antonij in nouam capſam tranſpoſitæ;

rimis magnæ auctoritatis & nobilitatis viris conuocatis, debitâ cum veneratione ac ſub publico conſpectu, arctiſſimâ cuſtodiâ adhibitâ, apertum fuit feretrum, ſeu arca, vel capſa antiqua, ex Conſtantinopoli aduecta, repertumque in eâ venerandum corpus ſanctiſſimi Antonij, vnà cum veſte quadam, quam Pauli primi eremitæ fuiſſe nonnulli exiſtimabant. Singillatim itaque ſingulis oſſibus corporis dinumeratis, ſuper mensâ altaris maioris, tranſpoſitum extitit ipſum ſanctum corpus in capſam nouam, quam vir ſummæ religionis & ſanctitatis Sofredus Prior Excubiarum ſub ordine Carthuſienſi deuotiſſimè ac religioſiſſimè viuens, propriâ manu, ſimplicique artificio fabricauerat ex cypreſſo. Maior autem & primaria domus Carthuſiæ tunc Prioratus Excubiarum vocabatur.

Par. 3.

23 Falcone Mathiohe Magiſtro Eleemoſynariæ domus S. Antonij, fabricata extitit argentea capſa, ſeu exterior theca: in quâ conditum eſt beatiſſimi Antonij

deinde in argẽteam.

corpus: fuitque opus ipſum conſummatum anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo octauo. Cui quidem operi faciendo Guilielmus Abbas Montis-maioris, nec non Raymundus eius nepos Eccleſiæque eiuſdem loci Prior, neceſſariam impenſam ſuppeditaſſe leguntur, vt inſcriptio docet.

24 Anno ducenteſimo trigeſimo ſeptimo ſupra milleſimum, Raymundo prioratũ Eccleſiæ S. Antonij obtinente, magnâ celebritate reſerata atque aperta extitit

Extractio poſteà brachium,

capſa, in quâ ſanctum corpus reconditum eſt: ex eâque per Reuerẽdum Patrem Dominum Ioannem Archiepiſcopum Viennenſem Sedis Apoſtolicæ Legatum, alterum ex brachiis extractum fuit, ſeparatimque repoſitum; vt illius inſpectione, piæ fidelium deuotioni ſatisfieret: idque ad hunc vſque diem extrà conſeruatur, affluentique populo venerandum & exoſculandum exhibetur. Adfuerunt huic extractioni Vticenſis Epiſcopus plureſque Eccleſiaſtici Prælati, Illuſtriſſima quoque Comitiſſa Viennenſis multis nobilibus comitata perſonis. Hoc autem brachium ſanctum poſteà, Illuſtriſſimorum

dein præclarè exornatum.

Mediolanenſium Ducum liberalitate atque deuotione, auro gemmiſque incluſum, magnificoque & ſumptuoſo opere exornatum fuit.

a Lucius III. *coronatus Pontifex III. Kal. Septemb.* 1181. *obiit VII. Kal. Decemb.* 1185.

b Innocentius III. *conſecratus* 15. *Februar.* 1198. *obiit XVI. Kal. Aug.* 1216.

MIRACVLA S. ANTONII.

§. I. *Ignis ſacer. Miracula ad reliquias S. Antonij.*

1 *Iam ſeculo integro reliquiæ* S. Antonij *in Gallià fuerant cùm præcipuè graſſari ſacer ignis cœpit, & S. Antonium eximium orbi medicum oſtendit. Sigebertus in Chronico ad an. Ch. 1089. eumq; ſecutus Vincentius lib. 25. ſpeculi hiſtorial. cap. 84. hunc morbum ita deſcribunt:* Annus peſtilens, maximè in Occidentali parte Lotharingiæ, vbi multi ſacro igne interiora conſumente computreſcentes, exeſis membris inſtar carbonum nigreſcentibus, aut miſerabiliter moriuntur, aut manibus & pedibus putrefactis truncati miſerabiliori vitæ reſeruantur; multi verò neruorum contractione diſtorti tormentantur. *Iacobus Meyerus lib. 3. Annal. Flandr. hunc ignem præuio cæleſti prodigio immiſſum ita refert:* Anno 1088. tertio Kalend. Septemb. viſus eſt igneus draco volare per medium cæli, & ex ore ſuo quaſi flammas euomere; ſtatimque ſubſecutus eſt peſtilens ille morbus, qui Ignis ſacer vocatur, quam tum Arſuram appellabant quidam. *Et* anno 1089. ſæuiit vehementer in Flandriâ ſacer ignis, quam igniariam vocabant peſtem. *Et* anno 1092. Tornaci religioſa inſtituta ſupplicatio ab Rabodone Epiſcopo, die Exaltationis ſanctæ Crucis, ob peſtem quam vocabant igniariam, hoc eſt, ſacrum ignem. Magnâ religione ſacris vbique operatum, ad procuranda quæ fiebant prodigia, placandamque Dei iram. Nam alij inſtar carbonum nigreſcentes, alij exeſis morbo viſceribus tabeſcentes, pars truncati miſerabiliter membris; incredibile eſt dictu, quàm multi mortales ſacro illo igne ſunt abſumpti. *Scilicet, vt Virgilius lib. 3. Georgicorum in fine de ſuo tempore cecinerat,*

Iam ſeculo integro reliquiæ S. Antonij in Gallià fuerant cùm præcipuè graſſari ſacer ignis cœpit, & S. Antonium eximium orbi medicum oſtendit. Sigebertus in Chronico ad an. Ch. 1089. eumq; ſecutus Vincentius lib. 25. ſpeculi hiſtorial. cap. 84. hunc morbum ita deſcribunt: Annus peſtilens, maximè in Occidentali parte Lotharingiæ, vbi multi ſacro igne interiora conſumente computreſcentes, exeſis membris inſtar carbonum nigreſcentibus, aut miſerabiliter moriuntur, aut manibus & pedibus putrefactis truncati miſerabiliori vitæ reſeruantur; multi verò neruorum contractione diſtorti tormentantur. *Iacobus Meyerus lib. 3. Annal. Flandr. hunc ignem præuio cæleſti prodigio immiſſum ita refert:* Anno 1088. tertio Kalend. Septemb. viſus eſt igneus draco volare per medium cæli, & ex ore ſuo quaſi flammas euomere; ſtatimque ſubſecutus eſt peſtilens ille morbus, qui Ignis ſacer vocatur, quam tum Arſuram appellabant quidam. *Et* anno 1089. ſæuiit vehementer in Flandriâ ſacer ignis, quam igniariam vocabant peſtem. *Et* anno 1092. Tornaci religioſa inſtituta ſupplicatio ab Rabodone Epiſcopo, die Exaltationis ſanctæ Crucis, ob peſtem quam vocabant igniariam, hoc eſt, ſacrum ignem. Magnâ religione ſacris vbique operatum, ad procuranda quæ fiebant prodigia, placandamque Dei iram. Nam alij inſtar carbonum nigreſcentes, alij exeſis morbo viſceribus tabeſcentes, pars truncati miſerabiliter membris; incredibile eſt dictu, quàm multi mortales ſacro illo igne ſunt abſumpti. *Scilicet, vt Virgilius lib. 3. Georgicorum in fine de ſuo tempore cecinerat,*

Ignis ſacer graſſatur circiter an. 1090.

Ignem cæleſti oſtento denuntiatus.

——— Nec longo deinde moranti
Tempore, contactos artus ſacer ignis edebat.

Quo loco in Notis num. 25. doctè de hoc igne diſſerit, & varias eius appellationes explicat Ioannes Ludouicus de la Cerda noſter. Eodem anno ſcribit Abbas Vrſpergenſis in Chronico, peſtilentiam magnam factam eſſe hominum atque pecudum. *In gregibus hæc lues* puſula *dicitur. Ita Columella cap. 5. lib. 7.* Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis quam puſulam vocant paſtores.

2 *Plura de igne ſacro tum graſſante Buzelinus noſter lib. 4. Annal. Gallo-Flandriæ, ad quem extinguendum recenſet tum alia remedia diuinitus conceſſa, tum beatiſſimam Virginem, SS. Martinum, Piatonem, Rictrudem, multis ſalutem opemiq; præſtitiſſe. Cùm verò ea lues iiſdem temporibus in aliis Galliæ partibus ſæuiret, &, teſte Hugone Farſeto apud Aymarum Falconem,* aduerſariæ poteſtati humanique generis inimico tunc conceſſum videretur percutere plagâ iſtâ diuerſæ ætatis & ſexus homines, ita vt ſimul ſuccenſa eorum corpora cum intolerabili cruciatu arderent, *iis, inquam, temporibus cultus S. Antonio maior haberi cœpit: quo factum vt maximus ægrorum concurſus ad Motenſem eius baſilicam ſit factus, ac plurimi omni eâ tabe illius meritis ſanati. Ea ita deſcribit Aymarus Falco par. 2. c. 31.* Inciderunt hæc circa ea tempora, quibus, vt Sigebertus & Vincentius hiſtorici ſuprà memorati referunt, dira lues, igneique morbi, ſeu ſacri ignis perſecutio, in Occiduis atque Septemtrionalibus partibus quamplurimos mortales abſumebat, multoſque membris crudeliter peruſtis mutilabat. Cui miſeriæ horrendæque calamitati præſentaneum atque efficaciſſimum remedium afferre perſpecta eſt deuota imploratio patrocinij atque interceſſionis beatiſſimi Antonij. Quapropter reliquiis ſancti corporis eiuſdem apud Motam honorificè repoſitis non facile dictu eſt quantus

Implorantur patrocinium variorum Sanctorũ.

præcipuè S. Antonij,

maximo concurſu,

quantus illuc populorum concurſus, quantaque mortalium frequentia, ex diuerſis regionibus conflueret. Quâ in re id quod dudum de Antonio viuente Athanaſius protulerat, etiam eo cæleſtibus ſedibus aggregato effectualiter adimpleri fieriq́ue cernebatur, ſcilicet dum ipſe Athanaſius ait: Totius orbis homines ad Antonium certatim confluebant, & bellicoſum contra dæmones virum conſpicere geſtiebant. Clareſcebant autem in dies varia & ſtupenda miracula, quæ Chriſtus in eodem loco per interceſſionem ſui glorioſi Confeſſoris iugiter operabatur. Reliquiis ſancti corporis apud locum qui priùs Mota dicebatur, vt prædictum eſt, repoſitis honorificeque collocatis, concurrentibus vndique populis, locus ipſe apud omnes clarior fieri, longeque illuſtrior haberi cœpit, vnde ſuppreſsâ veteri appellatione alteram ſenſim nuncupationem induit. Nam qui anteà Mota vocabatur, ſubinde ob ſuſceptam à Diuo illo Patre illuſtrationem S. Antonius vulgò cœpit nuncupari, quemadmodùm ex publicis locorum maximè vicinorum documentis patenter oſtenditur.

plurimis fecutis miraculis.

3 *Idem cap.* 33. Poſſem hoc loco penè incredibilia, quamquàm veraciſſima, referre; ſed in præſentiarum propoſiti noſtri non eſt in his enarrandis diutius immorari, quæ penè iuſtum volumen per ſe exigere viderentur. Nec arbitror quemquam ſcribendo aſſequi poſſe miraculorum numerum. *Et cap. 40. agens de magnâ peregrinorum turbâ, quæ die Dominicæ Aſcenſionis ad ſolennem proceſſionem confluere ſolet, ita pergit:* In huius autem proceſſionis deuotiſſimâ celebritate, quamquàm ab initio ſanctum corpus in capsâ repoſitum à loci Domino, nec non quibuſdam nobilibus illuſtribuſque perſonis prouinciæ Viennenſis deferri conſueuiſſet, attamen annis iam propemodùm ducentis Mediolani Duces id ſibi iuris vendicarunt, vt humiliter & deuotè huius ſubeundi muneris locum ſecundum per ſe vel deputatos exequantur, exoptatiſſimâque huiuſce muneris functione perfruantur.

Reliquiæ circumgeſtatæ ab illuſtrib. viris.

Vinum iis intinctis ſanctificatum,

4 Hoc quoque eadem celebri die ab antiquo ad noſtra vſque tempora extitit obſeruatum, vt dicti ſancti corporis reliquiæ vino perfundãtur, quod inde reſeruatum diuerſorũ languorum remediis vtiliſſimũ affluenti populo propinatur, atque exhibetur. Innumeris profectò experimentis probatũ eſt, eius ſanctificati vini virtutem aduersùs ſacri ignis incendia præſentaneam afferre medelam. Eoque ipſo, quo hæc ſcripſimus anno, plurimos nouimus irroratione & conſperſione vini illius ab eâ ſacri ignis lue, non ſine ſummâ diuinæ virtutis conteſtatione, fuiſſe curatos. Noſtrâque memoriâ Reges & Principes eo ſalutari remedio vſos fuiſſe perſpicuum eſt. Quapropter eiuſdem vini ſanctificationem Sedes Apoſtolica comprobauit, decreuitque nullis licere tale vinum conficere, præterquàm in ipſo, quo ſancti corporis reliquiæ quieſcunt, B. Antonij monaſterio. *Hæc Aymarus.*

ſalutare cõtra morbos.

Periuri aut in S. Antonium blaſphemi puniti.

5 Aucta eſt, *inquit Baronius an. Ch. 1089. num. 18. ex hiſtoriâ Antonianâ*, eò ampliùs erga Sanctum reuerentia, quòd, ſicut eo morbo ægrotantes ſanari conſueuerint, ita ſani in eumdem Sanctum peccantes, ſiue periurio, aliàue irrogatâ in eum blaſphemiâ vel contumeliâ, eumdem mox experiri ſolerent vltorem, eodemque confeſtim morbo ignis ſacri percuti: quod pauendum cunctis prodigium hactenus perſeuerat, adeò vt in prouerbium verſum ſit, In Antonium neminem impunè peccare. *Quod infrà recentioribus miraculis confirmabitur.*

Innumerabiles curationes.

6 *Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis ſermone habito in concilio Conſtantienſi tomo 1. operum, admiratur multiplices, quæ contigerunt, ignis ſacri curationes:* Quot miraculis, *inquit*, in vitâ, quot poſt mortem beneficiis & opitulationibus refulſit Antonius, præſertim in hac quadam ſpeciali prærogatiuâ, quòd ignem ſacrum fugat ex corporibus, in ſignum quòd ignem concupiſcentiæ libidinoſæ pernicioſiorem inuocatus refrigerat in cordibus! Exclamet ad ardorẽ ignis huius infernalis tentatus: O ſa-

cer Antoni adiuua me. *Eamdem rationem aſſignat to. 4. ſer. 3. de S. Antonio:* Facile eſt creditu, *inquit*, S. Antonium ſpecialem gratiam à Deo recepiſſe ſanandi ignem corporalem in infirmorum membris, eò quòd taliter vicerit ſpiritualem ignem iniquæ carnalitatis. *& ad multitudinem miraculorum reſpiciens ſermone primo habito coram Duce Burgundiæ, aſſerit* ſe miracula eius probatiſſima non recitare, *quòd* nihil noui dicturus eſſet, *cùm* ipſa in toto orbe ſint notiſſima. *Aimarus Falco:* Hoc ipſo, *inquit*, quo hæc ſcripſimus anno, *id eſt, Chriſti 1530.* plurimos Deo teſte ſciuimus eo diro morbo laborãtes, implorato eiuſdem Sancti patrocinio, locoque morbi diluto, ſeu conſperſo eo vino, quo ſacri corporis reliquiæ intinctæ fuerant, priſtinæ reſtitutos fuiſſe ſanitati. *Meminit eorum Sauſſaius XIII. Iunij:* Viennæ in celebri toto orbe ſui nominis baſilicâ, quæ etiam religioſi Ordinis caput eſt, repoſitũ (*corpus S. Antonij*) cõdecenti honore quieſcit, perpetuiſque nitet receptæ cęlitus opitulationis, in eis quorũ membra ſacer ignis depaſcitur, at gratioſis prodigiis.

Ex Valeriis.

§. II. *Miracula in Belgio, & Germaniâ.*

Sacellum S. Antonij iuxta Belliolum:

7 *Iuxta Belliolum Flandriæ oppidum celebris admodùm ad S. Antonium, igniariæ luis depellendæ gratiâ, fieri concurſus conſueuit, qui an. Ch. 1626. morbo circumcirca denuò graſſante, non ſine plurimorum ſolatio redintegratus, ſodalitio, ſeu Confraternitate S. Antonij ibidem erectâ, atque ab Vrbano VIII. Pontifice Max. eodem anno VI. Kalen. Iulij approbatâ, indulgentiaq; ampliſsimâ pœnitentiarum locupletatâ. Pertinet quod iſthic frequentatur ſacellum ad monachos Benedictinos cœnobij S. Ioannis, quod olim ad muros Morinenſes, ſiue vrbis Teroanæ fuit, inde Belliolum, pòſt Ipras translatum eſt. De eo recenſq; editis iſthic miraculis librum edidit Petrus Rainerus eiuſdem monaſterij Religioſus: in quo teſtatur S. Antonij ope ſanctos quadraginta, qui ſacro igne erant correpti; & quidem crure altero laborarant Ludouicus VVaſſenhoue Iprenſis, Ioannes Snellart Hogheleanus, Ioannes de Konninck Nordtbertkinius, Carolus Vander ſtraet Caſtrenſis, Simon Lanſſonius Leffingiâ è Franconatu oriundus, Hariagus Lanckriet, Franciſca vande VValle, & Ioanna Meſdach Tiletani, Franciſca Bubbe & Petronilla Svvinghedau Belliolanæ, Maria Liteyn Zillebecana ex agro Iprenſi, Maria Caproen & Lauina Vanden Steen Iprenſes. Tibiam vnam tetra vlcera tabeſq; multiplex depaſcebatur Valentino Philippo Arteſio, & Petro Brueys Belliolano; vtramque Mãthiæ Lalij Belliolano, Iudoco Kemele Bouekercano in agro Dixmudenſi, Ioanni Abundio Italo, Suſannæ de Raedt Nipkercanæ ad Liſam flumen: tibiam & brachium vtrumque Mariæ ancillæ Ioannis Rabaudt ciuis Casletani, brachium Petro Storm Meterenſi, Barbaræ de Sant: Religioſæ ord. S. Franciſci Neoporti, Petronillæ Svvyngedau Belliolanæ, his vnicum: aſt vtrumque Franciſcæ Gruſon Meterenſi; & brachium dextrum cum latere humeroq; Petro de VVinck Caſtrenſi: manum vnam Petro de Brune Adrikercano, Ioannæ Bubbe Belliolanæ, Mariæ Vroyelinck Casletanæ; vtrãque Mariæ VVerkin Iprenſi; manus ac pedes Catharinæ de Breyne Comenis ad Liſam natæ: pedem alterum Petronillæ de Koninck è Kemelâ pago oriundæ, & Michaëliæ Velle Belliolanæ: pedum digitos Mariæ Pont Neokercanæ: genu Iudocæ Borrevvals Iprenſi: coxendices ac genua Mariæ Banzel Belliolanæ, dexterum latus Mariæ le Mettre Peenenſi: corpus vniuerſum Audomaropolitano infanti Adriano Varelle. Eodem malo leuati, non expreſsâ parte corporis quæ tabem ſenſerit, Franciſcus Huyſman & Ioannes Vermote Tiletani. Aliis æquè periculoſis morbis ope S. Antonij liberati, diuturnis incognitiſq;, Cæcilia de Thielt Iprenſis; vlceroſis, inflãmatiſq; tibiis Guilielmus Ionckheere Iſeghemius ex agro Cortraceno, Liuinus van Damme, Ioannes van Ackere, & vxor Andreæ van Damme ex Flandriâ Orientali oriundi & Iſabella Formanoir Ordinis S. Claræ Ipris Religioſæ; incurabili in compertoq; brachij dolore Iprẽſis Religioſa monaſterij Nonneboſij Ordinis S. Benedicti Margareta Laben; lentâ denique quartanâ febri Ioannes van Ackere Belliolanus, & Ioannes Ryſport vir nobilis, ſæpiuſq; conſulatu Bellioli perfunctus, cuius filia Iudoca van Ryſport eiuſdem Diui ope à peſte ſanata. Hæc fusè Petrus Rainerus, citatis paſsim teſtibus,*

plurima ibi facta miracula.

EX VARIIS. *aut publicis etiam Notariis, qui ſcripto hæc excepêre: nos breuiſſimè nomina, morborumq; genera collegimus. Meminit huius libri Antonius Sanderus de claris Antoniis.*

Alibi in Belgio celebris S. Antonij cultus:

8 *Reliquis quoque Belgicæ vrbibus celebris S. Antonio, ob frequentia facta ab eo miracula, veneratio habetur; eiuſq; nomine egregia baliſtariorum Sodalitia inſignita ſunt. Atrebati eius honori iam olim ſacra Confraternitas, vt vocant, ſeu ſodalitas, adeò hodieq; effloreſcit, vt nemo ferè ciuium illi nomen non det, teſte Sandero ſuprà. In variis Arteſiæ parœciis ſub titulo S. Antonij Confraternitates eiuſmodi erectæ, vti & in pago Bouſbeck ad Liſam in agro Inſulenſi, ad quem ex vicinis locis, ſæuiente licet hyeme, magnâ pietate ſupplicatum itur. Celebris olim in Roubaix, quem locum Montmorenciaca familia Belgica titulo Principatus tenet, Confraternitas fuit, quæ nuper reſtituta. Colitur magno populi confluxu in Prioratu iuxta Montes, Hannoniæ metropolim, qui S. Antonij dicitur, & collegio Societatis Ieſu in eadem vrbe erecto, attributus eſt. Silemus ne nimij ſimus alia Brabantiæ, Gelriæ, & reliquarum prouinciarum loca, quorum infrà in miraculis nonnulla attingentur.*

& imago adibus præfixa.

9 *Certum & inſigne, eiuſdem Sancti beneficia eo graſſante morbo huc vſque perſeueraſſe, conſtitutum publicè indicium eſt, quòd huius ignis ſacri hiſtoria cum Sancti imagine plurimis in locis præ foribus ædium priuatarum adpicta cernatur. quod & Sanderus ſuprà ac Molanus lib. 3. de Hiſtoria ſacrar. imaginum cap. 5. obſeruauêre: quamquàm aliam etiam hic adpicti ignis ex D. Thomâ cauſſam aſſignat,* quia datum eſt illi patrocinari ad ignem infernalem, *qui ſuprà à Gerſone per* ignem concupiſcentiæ, *& in hiſtoriâ Translationis* per ignem ſacrum *denotatur. In antiquo Miſſali Eccleſiæ Leodienſis in hymno, quem Sequentiam dicunt, hæc leguntur:* Quiſquis igne cruciatur gehennali, liberatur ipſius ob meritum.

Colonia olim miracula facta.

10 Coloniæ *etiam* quondam morbido Antonij igne infecti homines, *inquit VVinheim in Sacrario Agrippinæ, Eccleſiâ 17.* magnum ad reliquias iſtius Sancti Patris (*quas in cœnobij Antoniani templo ſeruari ſuprà diximus*) concurſum habuerunt. In quem finem in vico eccleſiæ vicino etiamnum certas & ſeparatas habent ædes hoſpitales, prout etiam in eccleſiæ muro, ex oppoſito ſummi altaris, cancelli, per quos ex infirmariâ diuina audire, & ſacram hoſtiam videre poſſunt, indicant. *Alibi per Germaniâ pluri-*

Multa alibi loca Sancto dicata.

ma olim S. Antonio dicata altaria, capellæ, cellæ, hoſpitalia, eccleſiæ, multaque horum concurſu piorum hominum peregrè aduentantium frequentata. Cernitur paſſim eiuſdem Diui, etiam rurí, imago.

Imago alicubi ab hæreticis picta, aut tolerata.

11 *Illud ridiculum quòd nec ipſi Caluiniſtici rabulæ, ſoliti in Diuorum imagines, veluti dæmoniorum idola, debacchari voce vbique, alibi ferro aut igne, non omnino S. Antonij eliminare imaginem potuerunt. Teſtatus eſt nobis vir eruditus ac grauis Ioannes Grothuſius noſter (à quo nobis plurima ex hiſtoria Aymari deprompta, quam beneficio admodùm Reu. D. Rutgeri Velen Generalis Præceptoris Domus S. Antonij Coloniæ erat indeptus) teſtatus eſt is, ſe ante triennium Herenbergæ, quod oppidum eſt Sutſaniæ haud à Rhero procul & Embricâ Cluorum, in veterem Catholicorum, ſed inſeſſam à Caluinianis eccleſiam cum Prædicante ingreſſum, nihil ibi ſacrum, nullum antiquæ pietatis veſtigium conſpexiſſe, præter vnicam S. Antonij in vitreâ feneſtrâ effigiem, eamq; nuperrimè poſt ſacra orthodoxa repudiata depictam. Id verò miranti, reſpondiſſe Prædicantem, ita iuſſiſſe eum qui feneſtram donârat. Sic animis vetuſta erga Diuum religio inſedit, vt nec tota potuerit recentibus fanaticorum dogmatum præſtigiis oblitterari.*

§. III. *Imago, aliaq; promiſcui cultus analecta.*

Cur appingi ſoleat eccleſiæ, nolæ,

12 CEterùm *& hoc fortè attinet, quâ ratione pingi ſculpiúe ſoleat, explicare. Cur ſcipio inſertus manibus ſuprà ad vitæ epilogum inducatum. de igne hîc iam actum. Adpingi nolæ, & eccleſiæ cum campanili conſueuit: hæc ceu primæ domus Antoniana imago; quale Diuæ Aſpricollenſis ſymbolum, quercus; Lauretanæ, ædificula Nazarethana: illa, quia à Numiis Eleemoſynariæ domus Antonianis ad cogendam ſtipem concurſantibus deferri, in aduentus ſui ſignum, cum reliquis ſolita. Quin & porco, qui iis publico oppidorum ſumptu alebatur, appenſa ad collum nolula erat.*

porcus.

13 *De porco ad pedes S. Antonij locari ſolito ita ſcribit Aimarus par. 1. c. 48.* Ad pedes beatiſſimi viri ſus depicta, ſeu porcus effigiatus eſt, quia etiam in hoc animali per ſeruum ſuum Deus fecit miracula. *Imò* porcus appingitur, *vt vult Molanus lib. 3. de hiſtor. ſacrar. imaginum cap. 5.* vt plebeij doceãtur, animalia ſua eius interceſſione à malo præſeruari. Nam in huius beneficij implorationem ac proteſtationem porcus pleriſque locis alitur à communitate, quem nominant S. Antonij porcum. Fieri etiam poteſt, quòd maiores noſtri, dum primùm porcum ei potiùs quàm aliud animal appinxerunt, non huc reſpexerint, ſed ad dæmonum inſultus, quos perpeſſus eſt. Dæmones enim per porcos conuenienter ſignificantur. Hinc quando Arianorũ eccleſia Romæ Catholicâ cõſecratione dedicabatur, porcus ex eâ exiit, inuiſibilis quidem, ſed qui omnes, per quos tranſiit, in admirationem commouebat. Quod idcircò, ait Gregorius, diuina pietas oſtendit, vt cunctis pateſceret, quia de loco eodem immundus habitator exiret. *lib. 3. Dialog. cap. 30.*

Etiam Italis porcus nolaq; in vſu.

14 Porrò ſicut maiores noſtri memorias Sanctorum inuiſentes, libenter pro ſe conferebant paruam Sancti imaginem, ſic etiam pro pecoribus ſuis collo alligandam nolam ex memoriâ S. Antonij conferebant, proteſtantes hac ratione, quod meritis ſancti Confeſſoris petebant & confidebant, animalia ſua præſeruatum iri à peſte: quod indicant carmina Ambroſij Nouidii etiam à Romanis obſeruari. Agens enim de porco grunniente, qui Antonio appingitur, ſubdit:

——— Collo mea concutit æra,
Noſcere quæ poſſis, ne noceatur, ait.
Æſq́ue meum geſtat, baculo quod cernis in iſto,
Quodq́ue rogans æger, collaque multa gerunt.

S. Antonius Patronus contra peſtem.

15 *Demum huc ſpectant hymnus, reſponſorium, antiphona, Collecta ſiue Oratio, multarum Eccleſiarum, quæ ſubnectimus. Quinque præcipuè Cælitum inuocari patrocinium aduersùs peſtilentiam ſolet, è quibus S. Antonius eſt. Hinc vetus hymnus in Miſſali Tornacenſi:* Veneretur hic Patronus, quem cæleſtis habet thronus, qui dando beneficia, mundum replet lætitiâ. Hic diuinum dans odorem, peſtem pellit & languorem, velut roſæ vel lilia redolet in Eccleſiâ.

16 *Hymnus ex Breuiario antiquo Audomar.*

Vrbs beata Viennenſis, & beatus populus,
Vir decrepitus & ſenex, iuuenis & paruulus,
Apud quem non dubitatur eſſe Dei famulus.
Manum ægris imperantem ſeruo dedit Dominus,
Vt cùm iubet vi naturæ fiat morbo terminus,
Et tollatur infernalis herpes eſthiomenus.

a alioſq; morbos.

Hæc apparent per effectum hoc in loco clariùs,
Vbi mira per eumdem Sanctum fiunt ſæpiùs,
Et extingui ſacrum ignem conſtat mirabiliùs.
Nos infirmi, nos iacentes in peccatis hominum,
Tuis pater indigemus precibus ad Dominum,
Vt à malo liberemur & à nexu criminum.
O quot ad eius infirmi confluunt eccleſiam,
Implorantes per eumdem diuinam clementiam,
Et recipiunt ibidem ſanitatis gratiam!
Domos noſtras circumcinge muro prouidentiæ,
Nec remota leuitatis ſiue negligentiæ,
Per feneſtras ad nos intret mors concupiſcentiæ.
Præſta Pater, ad quem noſtra mens anhelat, aditũ,
Et qui vitæ reparaſti nos per Vnigenitum,
Dona nobis ab vtroque procedentẽ Spiritum, Amen.

17 *Reſponſorium ex Breuiariis antiquis, Tornacenſi, Hildesheimenſi, &c.*

Plaude Vienna manu, tanto dotata Patrono,
Quem dedit Ægyptus pignora cara tibi.
Percutit, & ſanat, extinguit, & excitat ignes,
Ardenteſque minas intonat Antonius.

Oratio de S. Antonio.

Oratio ex antiquo Miſſali Romano, & pleriſq; vetuſtis Breuiariis: Deus qui concedis obtentu B. Antonij Confeſſoris tui atque Abbatis morbidum ignem extingui, & membris ægris refrigeria præſtari, fac nos propitius ipſius meritis à gehennæ incendiis liberatos, integros mente & corpore

pore tibi feliciter in gloriâ præſentari.

2 Ἕρπης ἰὸς ἑλκώδης, *vlcus eſt à flaua bilis copiâ craſſiore & acriore. ab ἕρπειν, id eſt,* ſerpere, *ductũ nomen, &* ἐσθίειν comedere, vorare. *Etymologiam naturamq́; expreſſit Lucretius lib. 6. verſ. 660.*

Exiſtit ſacer ignis, & vrit corpora ſerpens,
Quamcumque arripuit partem, repitq́ue per artus.

§. IV. *Pœnæ in blaſphemos, alioſq́; impios.*

a Sacrilegus igne S. Antonij conſumptus,

18 *a* FLorentinæ hiſtoriæ ſcriptor, & poſt illum non contemnendi auctores referunt, Gregorij XI. Romani Pontificis temporibus, apud Cæſenam Italiæ vrbem hoc ſtupendum miraculum contigiſſe. Nam cùm ibidem Britonum copiæ adeſſent, & quidam ex Britonibus ipſis in eccleſiâ quadam ſuper altare paruulos aliquot in ipsâ direptione ciuitatis immaniter trucidaſſet, furoreq́ue ebrius gladio cruento imaginem B. Antonij in pariete depictam ictibus laceſſeret, mox ignis carnem eius corripiens ac deuorans, horrendo ſpectaculo, illum inuaſit. Dumq́ue immenſis doloribus vreretur, cucurrit ad mare, & in aquam ſe proiiciens, ibi ab igne conſumptus eſt totus cum oſſibus.

alius,

19 Nec diſſimile eſt, quod apud S. Dionyſij Burgum non procul à Placentiâ conſtat noſtrâ memoriâ contigiſſe. Illic ſiquidem Gallici exercitus miles quidam pari exemplo ſuæ temeritatis pœnas luit, igne ſacro miſerabiliter exuſtus, ſpectante hoc ipſum numeroſiſſimâ exercitus parte.

b alius periurus:

20 *b* Romæ in templo D. Antonij conſpicitur imago hominis ardentis depicta, cum hac inſcriptione: Marcus Brixianus miles admotâ aræ D. Antonij manu, periurus, vltore Numinis igne correptus, moritur Idibus Auguſti anno 1573.

21 *Clariſſimi Principis Ioannis Franciſci Pici Mirandulæ Domini & Concordiæ Comitis ad D. Antonium Heroici carminis fragmentum:*

——— tua nulli obnoxia morti
Fama, per exuſtam Libyen Aſiamq́ue potentem
Tranſit in Europam. viguit ſemperq́ue vigebit
Gloria, limitibus nullis concluſa, per omnes
Tethyos alternæ tractus, perq́ue vltima mundi,
Per cælum ſuperoſq́ue means felicibus alis:
Quoq́ue magis teritur longinqui dentibus æui,
Hoc magis egregio ſplendeſcit flore iuuentæ.
Ac memini, ſi quando illam temerare profani
Cœpêre, haud aliàs ipſos maiora tuliſſe
Supplicia vltoris fumi, flammæq́ue ſequacis.
Non ego Aloidas fictæ poſt prælia Phlegræ
Fulmine deiectos, Capanei aut impia dicam
Ingentis telo fumantia membra triſulco.
& blaſphemi; Vidimus ambuſtos artus, atque oſſa perenni
Exemplo ad poſtes ſacri pendentia templi.
Vidimus integrum conſumptum carne cadauer
Quo ſubitò exarſit, violato nomine Magni
Antonî, ſubitoq́ue imis incendia venis
Traxit, vt enormi prompſit conuicia linguâ.
Tanti te Superûm, cæli, terræq́ue creator
Fecit, & hæc ſpretæ tribuit ſtipendia famæ.

c d 22 *c* Anno MDLXXVI. XI. Iunij dum Dux Alenſonius, *d* frater Regis Franciæ, eſſet in vrbe Caſtillion, & excubiæ pedeſtrium copiarũ, in villâ, quæ dicitur Soulci, à dicta ciuitate vno plus minùs milliari diſtante, agerentur, tres milites malè feriati deprehenderunt præ foribus imaginem B. Antonij in petrâ erectam: ac poſt multa ſcandala, ludibria, & dicteria in eam congeſta, caput quidem imaginis galeâ, manus verò armarunt *e* hallebardiâ, talia cum exſecrandis blaſphemiis euomentes: Tu, ſi quid vales, ſi qua tibi poteſtas, in præſentiarum nunc eam demonſtra contra nos, ac te defende. Quo dicto ſuis armis imaginem impetunt multis ictibus. Quibus non contenti, vnus eorum bis aut ter diſplosâ bombardâ imaginem illam oppugnare aggreditur; ac eius faciem inter mentum & inferius labrum iaculatus globulo tormentario lacerat ſacrilegus. At non impunè:

alius miles Francus,

e

nam eodem momento ille impius, magno eiulatu exclamans, horridumq́ue eiulans: Totus, inquit, ardeo, totus comburor, ſtatimq́ue prolabitur mortuus in terram. In cuius facie eodem loco, vbi imaginem globo violârat, viee redditâ, ignis ſcelerum vindex, qui totum inde os replebat, velut viâ factâ erumpens perluxit, eum deuorans, etiam cùm iam miſeram exhalaſſet animam. Et VARIIS.

eiuſq́; ſoci ciues

23 Secundus autem non minùs ſentiens Dei omnipotentis manum, exclamat quoque, ignis vim ſe ferre non poſſe, volenſq́ue inteſtina tormenta per aquam effugere, in torrentem proximum præceps inſiliit: nec Dei tamen præſentiam effugit. Nam ſtatim aquis ſubmerſus & ſuffocatus interiit.

tertius febribus crematus,

24 Porrò tertius cernens ſuorum miſerabilem exitum, ſui impos ac totus exanimis humi affligitur, ac deportatus in proximam domum, totus feruentiſſimis febribus æſtuabat, adeoq́ue violentis, vt miſerum de ſe ſpectaculum omnibus exhiberet. Cuius miſeriâ permoti cognati, amici, maximè & commilitones Catholici, ad templum, velut ad aſylum, confugêre, Deo Patri (ſacerdote perquiſito) ſacrificium mediatoris, ſolenni cantu, coram imagine B. Antonij immolare, ac vnanimiter cateruatim proruentes tam milites, quàm dicti loci incolæ, Deum ſummâ animi deuotione pro miſeri fratris ſalute comprecari, poſtq́ue ſacrificium & multas preces afflictum intuiſere, præmiſſiſq́ue multis aliis orationibus aquam ei benedictam Sacerdos adſpergebat. E veſtigio ille miſer ſibi redditus, crimen agnoſcit, Dei miſericordiam inclamat, ac manus tendens in cælum, humilibus ac magnis precibus ſuum errorem profeſſus accuſans, omnium deprecationes ſupplex ambit, vt pro ipſo Deum clementiſſimum interpellent. Nec defuit diuina miſericordia: nam ſtatim priſtinæ valetudini ac

poſteà reditur ſanati.

menti reſtituitur, eâque etiamnum hodie fruitur. Hæc veraciter ſub oculis pluſquàm trium millium hominum palàm geſta, docent, quam reuerentiam venerandis Sanctorum imaginibus debeamus: nam etſi numen in illis nullum ſit, tamen eorum nobis refricant ſubinde memoriam quos repræſentant, ac ad glorioſa Dei in ſuis Sanctis opera collaudanda, eorumq́ue pia patrocinia imploranda pleroſque Chriſtianorum exſtimulant. Quin & contumelia illata ipſis, in Dei ſeruos, imò in communem Dominum, redundat: qui hîc aliquando etſi ſilere videatur, non tamen ſilebit ſemper.

f g

25 *f* Anno illo Goeſſiaco MDLXVI. *g* cùm per Belgium paſſim iconoclaſtæ in venerandas Sanctorum imagines deſæuirent,

h

h Buſciducis accidit quoſdam D. Antonij imaginem gladiis, aſciâ, & bipennibus in fruſta concidere, vt incendio viâ publicâ abolerent.

i

i Verùm quod accidit, non ſanè impunè tulêre impij: eueſtigiò namque illâ peſte, quam D. Antonij iam olim appellamus Chriſtiani, (quod illi depellendæ ſint eius apud Deum pij experti ſæpè patrocinium) corripiuntur, totoq́ue vtriuſque corpore inſtar granorum piperis peſtilens ille ignis ebullit: domum ſeſe recipiunt infelices, quorum plagâ ſocij deterriti, roguin deſerunt trepidi. Tam atroci atque voraci conſumebantur miſeri totum per corpus incendio, vt poſtridie impiam efflarint animam, & funeſta reliquerint cadauera, variorum colorum ſtigmatibus, cærulei, praſinis, atris inſignita. Iſtud tam eſt totâ viciniâ notum, vt plurimos huius rei non ſolùm audierimus concorditer hiſtoriam ad viuum depingentes, additis etiam tam ſacrilegorum, quàm familiarium nominibus; ſed publici etiam viderimus Notarij, fide non indigni neque obſcuri, teſtimonium.

Alij ſacrilegi & blaſphemi puniti Silua-ducis

k

26 *k* Publico multorum ſermone, editiſq́ue ſcriptis conſtat, atque etiamnum hodie ſuperſtites ſunt viri fide digniſſimi, qui nobis retulerunt, eo ipſo tempore, cùm Goeſij in Belgio tumultuarẽtur, &

l

l Guilhelmus Comes Montenſis, Aurangiæ Principis Guilhelmi ſororius, monaſterium Franciſcanorum prope Embricam, ab eiuſdem Comitis maioribus, vt fertur, quondam religiosè fundatum, demoliretur (cuius demolitionis, per men-

Ex variis.

ses aliquot succeſſiuè durantis, poſtremos actus ego ipſemet vidi) quemdam hominem nouis dogmatibus dementatum ſuperueniſſe, & omnibus iam ſtatuis, imaginibus, & altaribus vaſtatis & exturbatis, inueniſſe adhuc reſiduam ibi ſtatuam D. Antonij: quam iſte protinus proteruâ manu corripiens in terram colliſerit, pedibuſque conculcauerit, & quibuſcumque poterat modis exagitauerit. Euenit autem, vt fortè aſſiſteret mulier quæpiam Catholica, quæ hominem compellans, ait: Quid in te peccauit D. Antonius, quòd ſtatuam eius tam indignè exagitas? Ille protinus in proteruam hanc vocem prorupit: Quid tu mihi obſtrepis de S. Antonio? Si quam ille vim aut virtutem habet, eam declaret. Nec mora: eueſtigiò iſte in Sanctum blaſphemus, igne ſacro, quem vocant D. Antonij, corripitur, totoque corpore vſtulatur; & tandem ſacro igne totus, Deo vindicante, excarnificatus, animam exhalat. *m*

alius in Sutphaniâ.

m

a *Narrat hoc Aimarus Falco 1. par. cap. 47.*

b *Referunt Octauius Pancirolus regione 2. Vrbis, Eccleſiâ 44. & Tilmannus Bredenbachius S. Theologiæ Doctor, lib. 3. ſacrarum Collationum cap. 26.*

c *Libellus Gallicè ſcriptus, & Pariſiis anno 1576. quo contigerat, apud Guilielmum Merlinum excuſus, quem ipſi legimus. Guilielmus Lindanus lib. 2. de fugiendis idolis illam* hiſtoriam *edidit à ſe* ruditer Latinè, *vt prafatur,* transfuſam. *Ex quo eamdem referunt Thomas Boſius lib. 15. de ſigno Eccleſiæ cap. 12. Antonius Dauroutius noſter par. 2. Catechiſmi hiſtorialis Tit. 69. Exemplo 8. Bredenbachius ſuprà cap. 30. Auctor libelli, qui inſcribitur* Hiſtoria miraculorum illuſtrium *Duaci editi an. Ch. 1595. vnà cum Petri Venerabilis libris duobus de Miraculis. Iacobus Gualterius noſter in Tabulâ Chronographicâ ſeculo 16. an. Ch. 1576. qui addit ſe* per id tempus rem eamdem quaſi totâ Galliâ peruulgatam audiuiſſe.

d *Idem Dux Alenſonius Franciſcus, XVII. Ianuarij, ipſo die feſto S. Antonij anno 1583. Antuerpiam diripere conatus, à ciuibus, Catholicis præcipuè (cùm tamen ſacra orthodoxa in vrbe abdicata ab Arauſicano Dynaſtâ & Caluiniſtis eſſent; ſed patria caritas iniuria ſenſum vicit,) turpiter vrbe pulſus, Gallis mille quingentis quà caſis quà mœnium foſsâ, in quam deſilierant, merſis. Porta Kipdorpia, quâ fraudulenter intrarant, inſculptum Chronographicum:* aVXILIVM sVIs DeVs. *At nunc Antuerpiæ S. Antonius in pluribus templis ſolenni cultu celebratur.*

e *Gualterius* haſtâ; *fortè vt barbarum verbum deuitaret.*

f *Guilielmus Lindanus tom. 2. Apologetici ad Germanos cap. 11. & lib. 2. de fugiendis idolis cap. 1. & ex eo Boſius, Dauroutius exemplo 7. Bredenbachius cap. 29. Auctor hiſtoriæ miraculorum mirabilium, Gualterius ad an. 1566. libris ſinguli antè citatis, & Molanus lib. 3. de hiſtoriâ ſacrarum imaginum cap. 5.*

g *Hanc hæreticorum rabiem præclarè deſcribit Famianus Strada de Bello Belgico decade 1. lib. 5.* Geuſiorum *ſibi ipſi nomen ſumpſêre à Procerum quorumdam dicterio, hæretici Belgæ.*

h Buſcum-ducis, *ſeu* Siluaducis, *Belgis* Shertoghen-Boſch, *Gallis* Bois le Ducq & Bolduc, *Brabantiæ vrbs munitiſſima, ad fines Gelriæ & Hollandiæ. Diui iſthic ædes ad portam Hintemienſem, ac veneratio celebris, quamdiu ei vrbi auita obire ſacra licuit, quæ nuper inconſolabili optimorum ciuium luctu Mars Batauus eliminauit.*

i *Hæc impia ab iis prolata:* Antoniole exere ſi quas habes vires. *Ita adhuc ciues memorant.*

k *Bredenbachius cap. 27. atque ex eo Dauroutius exemplo 6.*

l *De eo legendus Strada lib. 5. & 7. Filij poſteà Regi Catholico reconciliati, è quibus Fredericus, eoq; natus Albertus, qui nunc viuit, Marchio Bergarum ad Somam, pagi S. Antonij Dynaſtæ, cultum eiuſdem ſedulò promouerunt, egregiè ambo Orthodoxi. Situs eſt hic pagus in Cuyckanâ prouinciâ, Pelam paludem inter & Moſam flumen, duabus à Grauiâ oppido leucis, ob celebrem S. Antonij cultum, peregrinorum concurſum, & miraculorum antiquam memoriam, ab innumerabili tempore* Fanum S. Antonij *appellatus.*

m *Petrus Rainerus in libello de ſacello S. Antonij Bellolano eiuſq; miraculis, hac quoque memorat, ſexq; alia his non abſimilia.*

ORDO S. ANTONII.

CAPVT I.

Ordinis origo, inſigne.

Ordinis Antoniani hiſtoria.

1  Rtus ac progreſſus Antoniani cœtus monaſtici, *vt loquitur Renatus Choppinus lib. 1. ſacræ Politiæ tit. 2. art. 8.* denarrat concinnè Frater Aymarus Falco Præceptor Barroducanæ domus D. Antonio ſanctæ, in Hiſtoriâ Antonianâ quatuor libris concinnatâ, ex armario Antoniani cœnobij maioris & ex variis ſparſim Eccleſiaſticis ſcriptoribus. Quam Falco hiſtoriam perſecutus ad annum vſque 1530. dicauit Antonio Langiaco cœnobiarchæ Viennenſi. *Eam qui plura volet adeat, hic paucula libaſſe ſat erit. Illuſtrium ac propè innumerabilium miraculorũ occaſione prima ordini data exordia, quæ ſic enarrat ipſe Aimarus par. 2. cap. 33. non certiſſima tamen ſibi fide comperta.*

2 Vir quidam nobiliſſimus Prouinciæ Viennenſis, Gaſto nuncupatus, pietate valdè inſignis, dum grauiſſimâ atque periculoſiſſimâ infirmitate laboraret, quâ omnium ferè ſuorum membrorum ſenſu atque officio deſtitutus erat, frequentiſſimis precibus votiſque ſuam almo Dei Confeſſori B. Antonio ſalutem quàm obnixè poterat commendauit: votique ſoluendi gratiâ, filium Girinum, ſeu Girondum, ad ipſius B. Antonij corpus & eccleſiam deſtinauit. Nec mora: exoptatam diuino beneficio aſſequutus eſt ſanitatem.

Gaſto graui morbo, ope S. Antonij, liberatur:

3 Nec ita multò pòſt Girondus ipſe morbum contraxit, quo diutiſſimè vexatus atque maceratus, ægritudineque in dies magis ac magis inualeſcente, vitâ propediem exceſſurus credebatur. Quod cernens Gaſto, ſibique perſuadens periclitanti filio nullâ medicorum arte ſubueniri poſſe, ſupplex ad diuinum Beatique Antonij ſuffragium deuotè confugit. Proinde humanam miſeriam vitæque huius calamitatem contemplatus, ipſe ægrotanti, ſeu potiùs in extremis laboranti, filio perſuaſit, vt ambo ipſi cum eorum ſubſtantiâ vniuersâ B. Antonio ſeſe perpetuò deuouerent, ſi ægrotus ipſe illius interceſſione priſtinæ incolumitati reſtitueretur. Quo ab eiſdem emiſſo voto, cœpit ægrotus aliquantùm meliùs ſe habere.

deinde eius filius,

facto ab ambobus voto ſeruiendi perpetuò S. Antonio:

4 Nocte igitur ipsâ, cùm ſe Gaſto ſopori dediſſet, per quietem beatiſſimum Antonium videre viſus eſt, talibus verbis ſe alloquentem: Quid eſt, Gaſto, quòd tu filiuſque; iſte tuus tam à Deo pro hac miſerâ vitâ, quæ innumeris fluctibus perpetuiſque procellis indeſinenter agitatur, ſolliciti eſtis? Cur non potiùs ſtabilem cæleſtis patriæ manſionem expetitis? proque eâ parandâ preces votaque facitis? ſed quoniam ita Diuinæ pietati viſum eſt, precè meâ interceſſione, filio tuo conceſſa eſt gratia ſanitatis, prout & tibi pridem per me Chriſtus deſideratam incolumitatem indulſit. Eſtote igitur poſt hac altiſſimo gratiarum largitori fideles: ſeruiteque illi in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de viâ iuſtâ. Ego autem votum à vobis emiſſum acceptum habens, vos in proprios filios ſuſcipio. De bonis verò mihi per vos oblatis, volo iubeoque hoc in loco miſeris, igneo morbo, ſacroque igne peruſtis & mutilatis, quos egeſtas premit, & morbi vis Diuino iudicio contabeſcere cogit, quique à nemine excepti cum horrore ſpectantium miſerabiliter iacent in plateis, piæ ſubuentionis & caritatis ſolatium perpetuò exhiberi: illos fidei veſtræ commendo. His etenim caritatis operibus via vobis in cælum proculdubio parabitur.

Sancto apparente patri,

& votum acceptante,

& iubente eos agris ſeruire:

5 Quibus auditis Gaſto ipſe, quibus meliùs poterat modis eidem diuo Patri gratias agere ſatagebat: receptâque ſubinde fiduciâ, ſe imperata facturum pollicebatur. Verùm dubitare ſe dicebat, cùm ingens illuc affluueret languentium multitudo, ne ſuæ facultates tanto oneri ſuccumberent, minimeque ad id ſuppetere poſſent. Tunc Diuus ipſe Pater, porrecto eidem Gaſtoni baculo, quem geſtare videbatur, quique ad potentiæ, ſeu litteræ vel ſigni Tau modum & figuram formatus apparebat, iuſſit illum humi defigere. Quod cùm Gaſto feciſſet, viſus eſt ſtatim baculus ille in arborem magnam ſuccreſcere & propagari, cuius rami vndequaque maiorem in modum ſparſi diffundebantur, miramque florum & fructuum vbertatem oſtentabant. Sub ipsâ vero arbore permulti pauperes languidi & mutilati conſpiciebãtur, qui arboris ipſius vmbrâ & fructu refocillabantur. Ad hæc ſubinde manus, ſeu dextra, ex cælo prodire viſa eſt, bene-

& Potentiæ, ſiue ſcipionis, efflorescentis ſigno animante.

benedictionem desuper effundens, cælestisque fauoris ex alto prætendens infusionem. Hanc igitur admirabilem visionem cùm attonitus Gasto spectaret, sic ad illum beatus senex ait: Ecce tu in pietatis stipite & radice caritatis meo fauore plantabis arborem, quæ longè lateque suos ramos diffundet: & de fructu eiusdem pauperes sustentabuntur. Vna est quam præcipuè coli atque obseruari volo, in pauperes Christi caritas: huic curæ & sollicitudini summoperè cupio vos esse intentos, nec non & eos qui posthac filiorum loco mihi futuri erunt. Quo dicto visio ipsa disparuit.

6 Subsequutà autem luce, is qui penè exanimis decumbebat, non sine summâ omnium admiratione præter spem apparuit pristinæ restitutus sanitati; posteràque die, quâ reuelationis B. Antonij celebritas agebatur, omnibus admirantibus pro gratiarum actionibus exhibendis ecclesiam ingressus est incolumis. Vnde ea ipsa dies apud locum prædictum habita exinde est celebrior. Præfati verò Gasto & Girondus, eo miraculo diuinâque admonitione permoti, statim se & sua pietatis operibus exercendis dedicarunt, & iuxta figuram exhibiti per D. Antonium baculi, signum, vt traditur, potentiæ suis in vestibus assumpserunt. Cui quidem sanctissimo proposito, haud multò pòst deuotione moti octo circiter viri Deum timentes sese adiunxerunt: proque eisdem sanctis operibus adimplendis, piissimam inter se societatem & fraternitatem concorditer inierunt. Quod his quoque versibus legitur adnotatum:

Iungunt se iis alij.

Gastonis voto sociatis Fratribus octo,
Ordo est hic cœptus ad pietatis opus.

7 *Hæc deinde ex figurâ antiqui sigilli sic confirmat*: Non leue certè argumentum memorandi huiusce religionis exortus nobis præstat typus seu character veteris sigilli, quo à primæuâ eiusdem religionis origine dicta sancta societas & fraternitas vsa fuisse comperitur. In eo namque viri cuiusdam secularis effigies apparet expressa, nudato seu detecto capite, breuique ad genua dumtaxat thorace amicti, quæ dexterâ manu protensâ signum Tau, velut ab aliquo sibi supernè porrectum, suscipere tenereque videtur; alterâ manu in sublime, quasi in admirantis vel stupentis similitudinem, eleuatâ. Tum deinde ibidem ex superiore parte veluti è cælo procedens cernitur figura manus benedictionem largientis. *Figuram sigilli huius in imagine exhibet Siluester Maurolycus lib. 1. Oceani Religionum vbi eadem hinc enarrat.*

Sigillum Ordinis.

8 *Pergit Aymarus, refertque opiniones originum signi Tau:* Existimant nonnulli verum huius religionis signum esse figuram Græcæ litteræ quæ Tau dicitur, idque signum diuinitus eidem religioni datum asserunt: quod apud Ezechielem Prophetam efficacissimum fuisse, & esse legitur. Sic enim ipse Ezechiel in visione effatus est: Transi, inquit, per mediam ciuitatem, in medio Ierusalem, & signa Thau supra frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. & dixit sex viris qui veniebant de viâ portæ quæ respicit ad Aquilonem: Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite: non parcat oculus vester, neque misereamini: senem & adolescentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interficite vsque ad internecionem. Omnem autem super quem videritis signum Thau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. O mirabilis visio atque terribilis, & huius signi Tau immensa inauditaque virtus! Verè itaque veneranda est religio, quæ eo signo veluti proprio schemate ab originis suæ primordio diuinitus extitit insignita.

Potentiæ mystica explicatio:

Ezech. 9. 4.

9 Non desunt tamen qui existiment, Gastonem & Girondum suprà memoratos, posteaquàm pietatis officio, pauperumque mutilatorum & impotentium sustentationi, sese addixissent, sponte sibi Potentiæ signum desumpsisse, vt eo ipso signo profiteri palamque testari viderentur, se velle esse baculum ac sustentaculum languidorum, sacroque igne mutilatorum, subleuandis quoque debilibus & mutilatis sese perpetuò deouisse ac feruidè applicasse. Est enim Potentia baculus, fulciendis mutilatis, seu debilibus & claudis accommodatus: eò quòd imporentes sustineat, vulgò ita dictus. Proinde hoc ipsum signum procul dubio nequaquàm eidem ordini videtur incongruum, qui ad languidorum sacroque igne mutilatorum sustentationem specialiter est institutus.

alia.

Tom. II.

EXTRA. RIIS.

Acta ea sunt sub annum Christi 1095. vt referunt Baronius, tom. 11. num. 54. Claudius Robertus in Galliâ Christianâ, Nicolaus Crusenius par. 2. monachismi S. Augustini, cap. 18. Antonius Sanderus lib. 1. de claris Antoniis, & Ioannes de Lieuure in Antiquitatibus Viennensibus cap. 40. cùm metropoli Viennensi Guido *præesset, qui dein Papa* Callistus II. *dictus.*

Quando inchoatus Ordo.

CAPVT II.

Generales Magistri. Abbates.

10 *FVit autem hæc societas principiò veluti confraternitas quædam secularis ad exercendas Christianæ caritatis actiones: at paullatim sublimiùs prouecta custodiam corporis S.* Antonij *adepta, S. Augustini regulâ vixit, à plurimis Romanis Pontificibus confirmata. Gastone vitâ functo, hospitalis siue domus Eleemosynariæ S. Antonij Magister seu Præceptor, Fratrum calculis lectus Stephanus Sacerdos pietate conspicuus. Inde apud Claud. Robertum ex Historiâ Antonianâ relati*, Nantolinus Sofredus, Guilielmus Rufus, Petrus Soffredus, Bruno, Falco, Stephanus, Falco Matthionis, Guilielmus Soffredus, Pontius Ruffus, Iocelinus de Turre, Guilielmus de Pernanco, Guilielmus de Bonis, Guilielmus Daniel seu Ruffus, Stephanus Aymo; *qui (Benedictinis in monasterium Montis-maioris, ad quod Prioratus S. Antonij adhuc pertinuerat, amotis) isthic Abbas à Bonifacio VIII. creatus est XV. Kalend. Iunij anno Pontificatus eius tertio, Ch. 1297.*

Magistri Domus S. Antonij.

11 *Constitutio Bonifacij, seu diploma extat tom. 1. Bullarij incipitque*: In dispositione ministrorum Ecclesiæ. *Eius partem à §. 3 hîc inferimus, quòd Translationem reliquiarũ S. Antonij & miracula confirmet*: Quia Prioratum eumdem, propter ipsius B. Antonij reuerentiam, cuius glorioſa merita per vniuersas Ecclesias in huius orbis latitudine constitutas manifestiùs innotescunt, cuiusque corpus, sicut fama celebris refert ad posteros, & innumera quæ per eumdem Sanctum ibidem Dominus miracula iugiter operatur patenter ostendunt, in Prioratu ipso quiescit, cõdignis efferri honoribus non tam dignum quàm debitum existimantes, Prioratum ipsum in Abbatiam ereximus, de prædictorum Fratrum consilio, & eiusdem plenitudine potestatis, certo Canonicorum, seu Fratrum inibi numero constituto. Ac vt dissensionis & æmulationis cuiuslibet occasio inde præcideretur, omnino prædictum hospitale, cum omnibus membris suis in quibuscumque mundi partibus constitutis, eorumque pertinentiis & iuribus, ipsi subiecimus & vniuimus Abbatiæ. Auctoritate Apostolicâ statuentes, vt locus ipse, qui Prioratus in anteà dicebatur, foret & appellaretur de cetero abbatia, & ij qui præessent eidem, nomen semper & dignitatem obtinerent Abbatis, & abbatiam ipsam ac dictum hospitale sibi vnitum simul perpetuis futuris temporibus, constitutione vel consuetudine quauis non obstante contrariâ, gubernarent; nec Magistri, vel Domini de cetero, sed Abbates monasterij S. Antonij tantummodò appellarentur. Quibus vniuersi Fratres hospitalis & membrorum eorumdem, quos Canonicos seu Fratres monasterij S. Antonij volumus de cetero nuncupari, parerent humiliter in omnibus & intenderent: quodque in eodem monasterio S. Antonij & hospitali ac membris eisdem B. Augustini regula seruaretur, & secundùm eam dicti Abbas & Canonici seu Fratres perpetuò viuere tenerentur. Habitum verò cum signo T. quod Potentiam vocant, in honorem ipsius B. Antonij tam Abbas quàm Canonici seu Fratres præfati, iuxta morem solitum ipsius Hospitalis, semper & vbique portarent. Ipsum quoque monasterium, cum hospitali prædicto & omnibus membris ac bonis suis existenti-

Ea Prioratui Motano vnitur,

fit abbatia,

Ex variis. *Papæ immediatè subiecta.*

bus vbicumque, & Abbatem, Canonicos ſeu Fratres eiuſdem nunc præſentes atque futuros, ab omni iuriſdictione, poteſtate, ſubiectione, ac dominio Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Ordinarij cuiuſcumque, omnino duximus eximenda; decernentes ea omnia immediatè ſoli dumtaxat Romano Pontifici ſubiacere.

Abbates eius loci.

12 *Poſt Aimonem Abbates ad noſtra vſque tempora fuerunt,* Pontius Aleracus, Guilielmus Mitte, Petrus Lobetus, Pontius Bernardus, Gerento de Caſtro-nouo, Hugo de Caſtro-nouo, Falco *ex nobili* Montecanutorum *familiâ in Delphinatu,* Arbaudus Grandiuallenſis, Ioannes de Polleyo, Humbertus ex Brione, Benedictus ex Monteferrando, Ioannes Iognetus, Antonius ex Brione, Antonius Rupemoranus, Petrus de Areâ, Theodorus de S. Chamundo, Antonius de Langiaco, Ludouicus de Langiaco, *eius frater,* Ludouicus de Langiaco *vtriuſque deceſſoris nepos,* Antonius Tholoſanus, Antonius Brunel de Grandmont. *Ex his* Theodorus de S. Chamundo *edidit epiſtolas S. Antonij, de quibus in Prolegomenis ad vitam §. 14. Lucet Mußiponti in Lotharingiâ in eccleſiâ quæ nunc eſt Societatis Ieſu, mortuus an. Ch. 1527.*

Eius Ordinis monaſteria alibi,

13 *Plurima eiuſdem inſtituti monaſteria erecta ſunt per Galliam Aquitanicam, Celticam, Belgicam, Italiam, Hiſpaniam, Germaniam, aliaſq; orbis Chriſtiani prouincias, quorum Præfecti proprio ac peculiari nomine* Præceptores *nuncupantur. In Belgio vnicum hoc tempore ſupereſt Traiecti ad Moſam. Roma,*

etiam Roma:

agente Aimone primo Viennenſi Abbate, Bonifacium VIII. baſilicam S. Andreæ Antonianis attribuiſſe tradit Falco atque ex eo Miræus. Verùm antè iam pridem hoſpitale S. Antonio dedicatum conſtat ex Vitâ S. Franciſci cap. 3. vbi dicitur à famulis Innocentij III. Pontificis inuẽtus iuxta Lateranũ in hoſpitali S. Antonij. *Pancirolus tamen eo tempore vult adhuc S. Andreæ appellatum, & S. Bonauenturam* hoſpitale S. Antonij *ſcripſiſſe, quod cùm Vitam S. Franciſci componeret huic iam eſſet conſecratum. Obiit S. Bonauentura 20. circiter annis antequàm Bonifacius VIII. ad Pontificatum fuit promotus. Ex hoc cœnobio (quocumque demum tempore cœperit)* vnus ſemper eſt ordinis beatiſſimi Patris Antonij, qui Romanam curiam ſequens, fragmenta à mensâ Papæ colligat in eleemoſynam pauperum, & Curatus proprius, & quaſi Parochialis omnium qui vulgari vocabulo Curtiſani nominantur exiſtat. *Ita Ioannes Gerſon ſerm. de S. Antonio in Cõcilio Conſtantienſi habito. De Antoniani ordinis priuilegiis Apoſtolicis non pauca tradita ſunt ab Oldrado Iuriſcon. in Reſponſ. 211. 293. & 321. Chaſſaneo parte 4. Catal. gloriæ mundi conſiderat. 65. & potißimùm à Renato Choppino in Politiâ ſacrâ, & Monaſticõn libris variis locis. De Ordinis huius religioſis præclarè pronuntiauit Ioannes Gerſon ſuprà:* O felices, qui religioſo & peculiari quodam tanti Patris obſequio dedicari meruerunt.

Potentiâ inſigniti Reges.

14 *Iacobum Hieroſolymorum & Siciliæ regem ſcribit Miræus Origin. monaſt. lib. 1. c. 5. ex Aimaro,* in ſignum adſumptæ protectionis atque adfectus in hunc ordinem, teſtaméti tabulis anno 1423. conditis, hæredibus ac ſucceſſoribus in perpetuum ſuis mandaſſe, vt Antoniani Ordinis ſymbolum collo appenſum, id eſt, Potentiam, ſiue notam T. ex auro puro, vnà cum campanulâ geſtarent.

CAPVT III.

Alter ordo S. Antonij in Aegypto, & Aethiopiâ.

15 DE *altero S. Antonij ordine, quem ipſemet inſtituit formauitq;, SS. Macarius, Amathas, alij, vt antè dictum, propagarunt, nihil admodùm ſuppetit quod addatur; monumentis omnibus antiquis vel barbaricâ clade abolitis, vel latentibus inter teſqua illa, olim ſacroſancta, nunc non ſitu magis ipſo horrida quàm Copticorum myſtarum obſtinatâ hæreſi Eutychianæ tuendæ peruicaciâ, cum ſummâ ignorantiâ coniunctâ. Metaphraſtes tamen in Vitâ S.* Ioannis Eleemoſynarij *XXIII. Ianuarij num. 6. meminit* Anaſtaſij Præfecti magni montis Antonij, *qui cum* Theodoro Epiſcopo Amathuntis *&* Gregorio Epiſcopo Rinocurorum, *miſſus eſt à* S. Ioanne *ad Perſas, vt interceptis à Coſroe Hieroſolymis in captiuitatem abductos redimeret Chriſtianos. Contigit id ſub annum Ch. 614. vt ibidem dicemus. Catholicam tunc inter Antonianos viguiſſe religionem veramq; pietatem ex hac* Anaſtaſij *cum* S. Ioanne *neceßitudine, obitaq; legatione colligi poteſt. Alioquin antèa erroribus fuiſſe irretitos patet ex vitâ* S. Fulgentij *I. Ianuar. cap. 12. num. 25. cui* iturum ſe ad vltimam Thebaidæ regionis eremum dicenti, *reſpondit Eulalius Epiſcopus Syracuſanus:* Terras, ad quas pergere concupiſcis à communione B. Petri perfida diſſenſio ſeparauit. Omnes illi monachi, quorum prædicatur mirabilis abſtinentia, non habebunt tecum altaris ſacramenta communia. *At reſtituti, ſub ſanctiſſimis Patriarchis Eulogio, Ioanne, aliiſq; rectæ fidei ſunt.*

Monachi S. Antonij in Ægypto,

aliquando hæretici,

conuerſi,

16 *Iidem (vt ferè in pleriſque orbis partibus Chriſti religio à monachis, non quærentibus quæ ſua ſunt ſed quæ Ieſu Chriſti, aut plantata primùm aut certè ſtabilita reſtitutáue) ab Apoſtolis ſuperiori Aethiopiæ, quam nunc Abbaßiam vocant, illatam, auoq; collabeſcentem firmaſſe creduntur, & varia in iiſdem oris monaſteria erexiſſe. Quando verò rurſum, ſint tum Aegyptij tum Abaßini in hæreſim relapſi, nequaquàm legimus. Nam quod Ludouicus de Vrretâ ſcribit in hiſtoriâ Aethiopicâ, numquàm Abaßinos fuiſſe vllâ hæreſi inſectos, numquàm ab Eccleſiâ Romanâ & à Romano Pontifice diiunctos, ſed Chriſtianam fidem, vt eam ab Apoſtolis ſuſceperant, ad hunc vſque diem perfectißimè cuſtodiſſe; monachos verò à Legibus & inſtitutis Magni Antonij numquàm deſciuiſſe, ſed omnibus ſinceræ religionis & Chriſtianarum virtutum operibus hactenus florere, id adeò ridiculum eſt & ineptum, vt ne refutari quidem mereatur; etſi id cumulatè tamen fecerit Nicolaus Godignus noſter, quòd ille etiam ſanctißimo viro Andreæ Ouiedo Patriarchæ, aliiſq; è noſtrâ Societate religioſiſſimis Sacerdotibus, inconſiderato ſuo ſcripto aliquam irrogaſſe contumeliam videretur: vt miremur quoſdam ita temerè Vrretam eſſe ſecutos.*

relapſi.

Ludouicus de Vrreta notatus.

Monachi Abaſſini hæretici.

17 *Imò ſintne qui modò in Abbaßiâ reperiuntur monachi, ex Antonianis orti, haud conſtat.* Duos enim, *vt Alphonſus Mendez Aethiopiæ Patriarcha in litteris anno 1626. datis ſcribit,* ſui inſtituti agnoſcunt auctores Abbatem Euſtachium & Theclam Haymanot, id eſt, plantam fidei, qui ad an. 1200. vixiſſe memorantur; quamquàm fama ſit multò antè nouem monachos Româ veniſſe, quorum quilibet ſui nominis cœnobium in Tigreâ prouinciâ ædificauit. *Vtut ſit, monachi illi Abaßini iam 80. per annos noſtrorum hominum conatibus præcipuè obſtiterunt, ne Aethiopia aut rediret cum Romanâ Eccleſiâ in gratiam, aut permaneret in adeptâ eius communione, quod idem teſtatur Patriarcha: licet haud pauci ex ipſiſmet monachis ab eo ſociiſq; ſaniora edocti ſint.*

DE

DE S. SABINO, SIVE SAVINO EPISCOPO PLACENTINO IN ITALIA.

EX VARIIS.

SVB FINEM IV. SECVLI XVII. IANVAR. *S. Sabini natalis:*

1 PLacentiæ, nobili Galliæ Cispadanæ vrbe, colitur S. Sauinus, *siue* Sabinus *XVII. Ianuarij, officio duplici cum octauâ, vt testis est Ferrarius in catalogo SS. Italiæ, & in generali catalogo SS. vbi ita scribit:* Placentiæ in Gallia Togatâ S. Sauini Episcopi eiusdem vrbis Patroni. *Fertur alioquin XI. Decembris obiisse; quo die Martyrol. Romanum:* Placentiæ S. Sabini Episcopi miraculis clari. *Meminerunt eiusdem eo die Molanus & Carthusiani Colonien. in addit. ad Vsuardum, Maurolycus, Felicius, Galesinius; sed hic iterum XIV. Februarij, siue XVI. Kal. Martij, (voluit fortè XVI. Kal. Februarij scribere) istæc habet:* Placentiæ S. Sabini Episcopi & Confessoris: qui Concilio Aquileiensi interfuit; rerumque mirabiliter ac diuinè gestarum gloriâ prælucens, quieuit in Domino. *Martyrologium Germanicum XI. Decembris:* Item S. Sabini Episcopi Placentini, qui diuinâ reuelatione corpus inuenit S. Antonini, de quo vltimo Septembris actum est. Vir erat fide plenus, & verbi diuini factor non minùs quàm prædicator, miraculis quoque illustris. De eo scribit S. Gregorius.

res gestæ:

2 *Dabimus quod lib. 3. Dial. cap. 10. narrat ab eo patratum miraculum S. Gregorius. tum quam vitæ illius epitomen Ferrarius contexuit,* ex Lectionibus, *vt ait,* Romæ approbatis, quæ Placentiæ in eius die festo leguntur. *Extant complures S. Ambrosij ad eum epistolæ: nam summâ inuicem obstricti erant caritate, vnde epistolam 8. lib. 1. & lib. 4. 30. ac 31. ita concludit:* Vale & nos dilige, quia nos te diligimus; *at 65. lib. 8.* Vale & nos dilige, vt facis; *Denique 63.* Vale frater, & dilige amantem tui, quia plurimùm te diligo. *Eâ verò 63. epistolâ significat Ambrosius, se lucubrationes suas ad eum mittere, eius corrigendas iudicio, monetq; eum vt* à liquido decernat, & scrutanter discutiat, quæ corrigat. *& illud præclarum subdit:* Nescio quo enim modo vnumquemque fallunt sua scripta, & aurem prætereunt, atque filij etiam deformes delectant, sic etiam scriptorem indecores sermones sui palpant.

familiaritas cum S. Ambrosio:

eruditio.

3 *Aliud* Sabini *eruditionis argumentum habemus in concilio Aquileiensi,* Siagrio & Eucherio Coss. *Christi anno 381. celebrato, vbi grauissima eius aduersùs Arianos sententiæ leguntur. Agit de eadem* Sabini *variè testatâ eruditione Baronius in Notis ad Martyrologium XI. Decembris, & in Annalib. to. 4. ad an. 381. num. 83.*

MIRACVLVM S. SABINI.

Ex S. Gregorij Dialogis l. 3. c. 10.

a HVius quoque venerabilis viri Venantij Episcopi a aliud miraculum relatione cognoui, quod in Placentinâ vrbe perhibet gestum: quod vir quoque Dei veracissimus Ioannes in hac modò Romanâ ciuitate locum b Præfectorum seruans, qui in eadem Placentinâ vrbe est ortus & nutritus, ita vt Episcopus memorat, quia gestum fuerit, attestatur. In eâ namque ciuitate Sabinum nomine fuisse asserunt miræ virtutis Episcopum. Cui dum die quodam suus Diaconus nuntiasset, quòd cursus sui Padus alueum egressus, Ecclesiæ agros occupasset, totaque illic loca nutriendis seminibus profutura, aqua eiusdem fluminis teneret; venerabilis vitæ Sabinus Episcopus respondit, dicens: Vade, & dic ei: Mandat tibi Episcopus, vt te compescas, & ad proprium alueum redeas. Quod Diaconus eius audiens, despexit & irrisit. Tunc vir Dei accersito Notario dictauit, dicens: Sabinus Domini Iesu Christi seruus commonitorium Pado: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi Domini nostri, vt de alueo tuo in locis istis vlteriùs non exeas: nec terras Ecclesiæ lædere præsumas. Atque eidem Notario subiungit, dicens: Vade, hoc scribe, & in aquam eiusdem fluminis proiice. Quo facto sancti viri præceptum suscipiens, statim se à terris Ecclesiæ fluminis aqua compescuit, atque ad proprium alueum reuersâ, exire vlteriùs in loca eadem non præsumpsit. Quâ in re, Petre, quid aliud quàm inobedientium hominum duritia confunditur, quando in virtute Iesu & elementum irrationabile sancti viri præceptis obediuit?

S. Sabinus Episcopus

Padum exundantem,

scripto & iniecto commonitorio,

compescit.

a Lunensis, *vt precedenti cap. dicitur.*

b *Zacharias Papa in singulari vertit:* τὸν τῆς Ἐπαρχίας τόπον κατέχων. *Præfecti Vicarium.*

VITA EX FERRARIO.

1 SAuinus, siue Sabinus, vti in Rom. Martyrologio, patria Romanus, factus Episcopus Placentiæ, virtutibus & miraculis coruscauit. Multa in Episcopatu præclarè gessit: corpus a S. Antonini Martyris eius vrbis tutelaris, quod diu obscuro loco latuerat, Dei monitu inuentum, in basilicam b S. Victoris Martyris, à S. Victore Episcopo dicatam, magnâ populi frequentiâ detulit. Interfuit Concilio c Nicæno, deinde vnà cum S. Ambrosio Mediolanensi Episcopo Cõcilio Aquileiensi. Tantâ fuit doctrinâ, vt S. Ambrosius sua scripta illi recognoscenda tradiderit.

a

S. Sauinus corpora SS. transfert:

b

c

doctrinâ floret,

2 Fuit etiam insignium miraculorum perpetrator. Nam inter alia, vt S. Gregorius Papa in Dialogis scribit, cùm Diaconus S. Sauini, Padum alueum suum egressum agros Ecclesiæ occupare nuntiasset, sanctusque Episcopus respondisset: Vade, dic ei: Sauinus Episcopus mandat tibi, vt ad proprium redeas alueum; Diaconus verò irridens, exequi mandatum contempsisset; accersito Notario præceptum huiusmodi dictauit: Sauinus seruus Domini nostri Iesu Christi Pado: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi Domini nostri, vt in locũ tuum rediens, deinceps in hæc loca non exeas, nec Ecclesiæ terras lædere præsumas. iussitque Notario, vt præceptum illud Pado fluuio deferret, & in aquas eius proiiceret. Quo facto, (mirabile dictu!) statim Padus in pristinum alueum se recepit, neque vnquam in ea loca Ecclesiæ reuersus est.

ac miracula:

3 Cùm S. Sauinus Ecclesiam Placentinam annos 45. sanctissimè rexisset, suum Deo reddidit spiritum III. Idus Decembris. Corpus eius in ecclesiâ tunc sanctis XII. Apostolis dicatâ, quæ posteà S. Sauini dicta est, conditum fuit à d S. Mauro Episcopo, eius successore XVI. Cal. Februar. Quâ die eius solennitas ab Ecclesiâ Placentinâ celebratur.

moritur.

d

a *Hic* 30. *Septembr. refertur in Martyrologio Romano. at Placentiæ celebratur eius natalis* 4. *Iulij, inuentio* 13. *Nouembru, testa Ferrario.*

b *Qua deinde* S. Antonini dicta est, *vt idem* 7. *Decembris in* S. Victoris Episcopi *virâ tradit Ferrarius.*

c *Habitum id fuit anno Christi* 325. *Ei si interfuit* Sauinus, *necdum tunc Episcopus fuit, qui Aquileiensi anno* 381. *interfuerit,* 56. *annis pòst, ac solùm* 45. *exegisse in episcopatu dicatur.*

d *Colitur* S. Maurus *Episcopus Placentinus* 13. *Septemb.*

EX VARIIS.

DE S. ACHILLEO CONFESSORE.

XVII. IANVAR. *S. Achillei natalis.*

1 *Menæa Græcorum & Maximus Cythereus hoc die:* S. Achilleus in pace quieſcit. *addunt Menæa hoc diſtichon:*

Armis Achilles terreſtres (τὰς κάτω, inferas) populatus vrbes:
Laboribus Achilles ſupernam ditat ciuitatem.

Raderus hunc eumdem exiſtimat eſſe Achillium, *ſiue* Achillea, *Metropolitam Lariſſæ, qui in iiſdem Menais & Menologio XV. Maij refertur. Nobis potiùs hic ille videtur eſſe qui ſæpiùs in Vitis Patrum laudatur* Achillas, *ſiue* Achilles, *aut* Achilleus *Abbas, nec vſpiam in vllo, quod viderimus, Martyrologio refertur. De eo igitur iſthæc narrat Ruffinus, ſeu quiſquis auctor eſt libri 3. de vitis Patrum, num. 9. & 107.*

2 Cùm veniſſet quidam de Patribus ad Abbatem Achillam, vidit eum ſanguinem exſpuentem, & requiſiuit quid hoc eſſet. At ille reſpondit: Sermo erat fratris qui me contriſtauerat, & repugnaui vt non illum dicerem, ſed petiui Dominum vt tolleret à me; & factus eſt ille ſermo ſanguis in ore meo, & poſtquàm exſpui, requieui; ſed & ipſam triſtitiam, & ſermonem iſtum oblitus ſum. *Idem refertur lib. 5. libell. 4. de continentiâ num. 9.*

Vindicta n generosè refranat.

3 Alter frater requiſiuit Abbatem Achillam, dicens: Cur ſedens in cellâ meâ patior acediam? cui ſenex ait: Quia necdum vidiſti requiem, fili, quam ſperamus, neque tormenta quæ timemus. Si enim ea diligenter inſpiceres, etiamſi vermibus plena eſſet cella tua vſque ad collum, tu tamen in ipſis iaceres permanens ſine acediâ. *Idem habetur ſub titulo* incerti *lib. 5. libell. 7. n. 28.*

Remedium contra acediam ſuggerit.

4 *Lib. 5. libell. 10. num. 14. inſignis eius diſcretio ita deſcribitur:* Venerunt aliquando tres ſenes ad Abbatem Achillem, & vnus ex iis habebat opinionem malam. Dicit autem ei vnus de ſenibus: Abba, fac mihi vnam ſagenam ad piſcandum. Et ille dixit: Non facio. Et alius dixit ei: Fac nobis, vt habeamus memoriam tui in monaſterio noſtro. Et ille reſpondit: Non mihi vacat. Dixit ei tertius ille, qui habebat malam opinionem: Mihi fac ſagenam, vt habeam de manibus tuis benedictionem, Abba. Et ille ſtatim reſpõdit ei: Ego tibi faciam. Dixerũt autẽ ei ſecretò duo priores, quibus nõ acquieuerat: Quomodò ſic, quia nobis rogãtibus noluiſti facere, & huic dixiſti: Ego tibi faciam? Reſpondit eis ſenex: Vobis ideò dixi: Non facio, quia non mihi vacat, & non contriſtabimini; huic autem ſi non fecero, dicturus eſt; quia de opinione meâ, quæ mala eſt, audiuit ſenex; & ideò noluit facere ſagenam; & ſtatim incidebamus funem ad ſedandum animum eius, ne triſtitiâ abſorberetur huiuſmodi.

Satagit Fratrem non contriſtare.

5 *Denique lib. 7. cap. 25. num. 4. egregium eius refertur apophthegma de dæmonum impugnatione:* Quidam frater requiſiuit Abbatem Achillem: Quemadmodùm aduersùm nos poſſunt dæmones? Reſpondit ſenex: Per voluntates noſtras. Et adiecit, dicens: Ligna Libani dixerunt: Quàm grandia ſumus & alta, & paruiſſimo ferramento incidimur: nihil ergo ei demus ex nobis, & non poterit incidere. Venerunt ergo homines, & fecerunt in ſecuri manubrium ex ipſis lignis, & ita inciderunt. Ligna ergo ſunt animæ; ſecuris, diabolus; manubrium, voluntas noſtra eſt. Per malas ergo voluntates noſtras incidimur.

Malæ voluntas, diaboli manubrium.

DE SANCTIS MONACHIS ROMANIS
ANTONIO, MERVLO, IOANNE.

SECVLO VI. XVII. IANVAR. *Monaſterium S. Gregorij Romæ.*

1 *Gregorius Magnus ſex ante Pontificatum monaſteria in Siciliâ edificarat, vt in eius vitâ, quam XII. Martij dabimus, ſcribit Ioannes Diaconus:* Septimum intra Romanæ vrbis mœnia, ſub honore S. Andreæ Apoſtoli, iuxta baſilicam SS. Ioannis & Pauli ad cliuum Scauri monaſterium in proprio domate fabricauit; *in quo & ipſe monachicum cepit indumẽtum. incolunt id nunc Camaldulenſes ſaceta, Octauio Pancirolo teſte, diciturq; SS. Gregorij & Andreæ.*

SS. 3. monachorum natalis,

2 *Hic tres cum eo vixêre ſanctiſſimi monachi*, Antonius, Merulus, Ioannes; *quorum feliciſſimum exitum ipſe in Dialogis deſcribit. Eorum inſcripta Martyrologio Romano nomina XVII. Ianuarij:* Romæ in monaſterio S. Andreæ beatorum monachorum Antonij, Meruli, & Ioannis, de quibus ſcribit S. Gregorius Papa. *Eoſdem commemorant Menardus, VVion, Dorganius, Ferrarius in catalogo SS. Italiæ;* Antonium *&* Merulum *Galeſinius, Trithemius lib. 3. de viris illuſtr. ord. S. Benedicti lib. 3. cap. 23. & 25. Petrus de Natal. lib. 11. cap. 116. & 117. vbi pro* Merulo, Merolum *ſcribit. Trithemius lib. citato cap. 21. non de hoc agit* Ioanne, *vt VVion exiſtimauit.*

reliquiæ.

3 *Molanus in primâ editione & Martyrologium Germanicum, XV. Martij* Antonium *&* Merulum *referunt. at MS. quoddam Kalendarium SS. Ord. Benedictini,* Merulum *habet XXI. Ianuarij,* Antonium *XXXI. Pancirolus tradit horum reliquias in eadem baſilicâ ſub maiore altari aſſeruari.*

VITA EX S. GREGORIO l. 4. dial. c. 47.

1 NOnnumquàm omnipotens Deus trepidantium mentes quibuſdam priùs reuelationibus roborat, vt in morte minimè pertimeſcant. *a* Nam quidam mecum in monaſterio Frater, Antonius nomine, viuebat, qui *b* multis quotidianis lacrymis ad gaudia patriæ cæleſtis anhelabat. Cumque ſtudioſiſſimè, & magno *c* feruoris deſiderio ſacra eloquia *d* meditaretur, non in eis verba ſcientiæ, ſed fletum compunctionis inquirebat; quatenus per hęc excitata mens eius inardeſceret, & ima deſerens ad regionem cæleſtis patriæ per contemplationem volaret. Huic per viſionem nocturnam dictum eſt: Paratus eſto, quia Dominus iuſſit migrare te. Cumque ille non habere ſe ſumptus ad migrandum diceret, reſpõſum protinus audiuit, dicens: Si de peccatis tuis agitur, dimiſſa ſunt. Quod cùm ſemel audiſſet, & magno adhuc metu trepidaret, nocte quoque aliâ eiſdem verbis eſt admonitus. Tunc poſt quinque dies febri correptus, cunctis Fratribus orantibus flentibuſque defunctus eſt.

a *b* *Antonij pietas.* *c* *d* *Mors ei caliturapredicta:*

2 Alius etiam Frater in eodem monaſterio Merulus dicebatur, vehementer lacrymis atque eleemoſynis *e* intentus. Pſalmodia verò ex ore illius penè nullo tempore ceſſare conſueuerat, excepto cùm aut alimentum corpori, aut membra dediſſet ſopori. Huic nocturnâ viſione apparuit, quòd ex albis floribus corona de cælo in caput illius deſcendebat. Qui mox moleſtiâ corporis occupatus, cum magnâ ſecuritate animi atque hilaritate defunctus eſt. Ad cuius ſepũlchrum dum Petrus, qui nunc monaſterio meo præeſt, ſibi ſepulturam facere *f* poſt annos quatuordecim voluiſſet, tanta, vt aſſerit, de eodem ſepulchro illius fragrantia ſuauitatis emanauit, ac ſi illic florum omnium fuiſſent odoramenta congregata. Quâ ex re manifeſtè patuit, quàm verum fuit quod per nocturnam viſionem vidit.

e *vti & Merulo:* *ex huius ſepulchro odor ſuauitatis.* *f* *Ioanni reſtituta inſperatò ſanitas;*

3 In eodem quoque monaſterio alius quidam Ioannes dictus eſt, magnæ indolis adoleſcens, qui ætatem ſuam *g* intellectu & humilitate, dulcedine & grauitate *h* tranſigebat. Huic ægrotanti atque ad extremum deducto

g *h*

ducto per nocturnam visionem *i* quidam senex apparuit, & hunc virgâ tetigit, eique dixit: Surge; ex hac enim molestiâ modò minimè morieris, sed paratus esto, quia longum tempus hîc facturus non eris. Qui dum iam esset à medicis desperatus, repentè sanatus est atque conualuit. Rem, quam viderat, narrauit; seque per biennium in Dei seruitio, sicut prædixi, vltra ætatis suæ annos exhibuit. Ante hoc autem triennium *k* cùm quidam frater fuisset mortuus, atque in eiusdem monasterij cœmiterio à nobis sepultus, cunctis nobis ab eodem cœmiterio exeuntibus, idem Ioannes, sicut postmodùm pallens & tremens indicauit, illic nobis discedentibus inuentus, ab eodem Fratre, qui mortuus fuerat, de sepulchro vocatus est. Quod etiam subsequens finis edocuit. Nam post dies decem *l* inuasus febribus, carne solutus est.

mors præuntiata.

a *Eadem narrat Ioannes Diaconus lib.* 1. *vitæ S. Gregorij cap.* 17. 19. 20. *ipsis ferè S. Gregorij verbis; & Antonius Yepes Chronic. Benedict. centuriâ* 1. *ad an.* 576. *cap.* 4.

b *Interiicit Ioannes:* tanti Patris (*Gregorij*) verbis exemplisque commonitus.

c *Idem:* feruore de fiderij.

d *Addit idem:* duce Gregorio.

e *Idem:* ex Gregorij viri venerabilis doctrinâ. *Yepes interpretatur hic,* Merulo *munus commissum fuisse eleemosynas, quas erogari Abbas iuberet, distribuendi pauperibus. Sanè cùm ita seuerè caueretur ne quis quid proprium possideret, officium aliquod gessisse ipsum oportet, quo ei faciendæ eleemosynæ potestas fieret.*

f *Id monachis olim vsitatum fuisse, vt sibi diu antè tumulum effoderent ad perpetuam mortis memoriam, tradit Yepes; allegatq; S.* Benedicti, *& Cluniacensium exemplum.*

g *Ioannes:* intellectus & humilitatis dulcedine.

h *Idem,* transcendebat. *fauet Græcus interpres.*

i *Ioannes:* sub habitu senis beatus Apostolus Andreas apparuit. *Idem scribit Yepes.*

k *Yepes perperàm, apparuisse ei ait quemdam iam à triennio defunctum.*

l *Idem Yepes ait statim febribus correptum, decimo die obiisse.*

DE S. SVLPITIO PIO

EPISCOPO BITVRICENSI IN GALLIA.

§ I. *SS. Sulpitij primus & secundus distincti.*

CIRCITER AN. DCXLVII. XVII. IA. NVAR. 1 *Vo Bituricensem Ecclesiam rexerunt* Sulpitij *Episcopi, prior cognomento* Seuerus *sub Gunthramno Rege, alter* Pius *sub Clotario II. & Dagoberto: vterque inter Sanctos relatus, hic XVII. ille XXIX. Ianuarij. Iis tertius longè antiquior, S. Martini discipulus* Sulpitius, *an rectè à quibusdam annumeretur, alibi discutiemus. De* Pio *istæc Vsuardus hoc die:* Biturigas ciuitate depositio S. Sulpitij Episcopi, cuius vita & mors pretiosa glorioſis miraculis commendatur. *Eadem habet Martyrologium Romanum, (nisi quòd addat* Pium *cognominatum) Bellinus, Maurolycus, Menardus, & MSS. plurima. Meminit illius Rabanus, Ado, Felicius, Canisius, MS. Florarium, Ghinius, Dorganius, Saussaius, & alij pòst citandi.*

S. Sulpitij Pij natalis.

2 *Multi, quòd eum* Sulpitium *qui XXIX. Ianu. colitur, existimarent S. Martini fuisse discipulum, alios duos fœdè confuderunt. Molanus certè in priori editione ista ad Vsuardum adiecit: depositio S. Sulpitij* Pij, cui Gregorius Tur. scripsit historiam 7. Dormientium in Maiori monasterio. Guibertus Gemblacensis in apologiâ Seueri. *In posteriori verò editione ista adnotauit:* Hic non est Seuerus, sed Pius, cui S. Gregorius Turonicus dedicauit historiam de septem Dormientibus in Maiori monasterio. *Galesinius:* Biturigis S. Sulpitij Pij Episcopi. is à puero sacris litteris eruditus, & in disciplinæ institutis exercitatus, etiam laicus homo cùm esset, omni virtute præluxit: deinde monachus factus, indeque Abbas, postremò Episcopus creatus, vitæ religione, & sanctitate, miraculisque clarus, quieuit in Domino. *In Notat. ita commentatur:* S. Sulpitij Pij, primi scilicet, qui in concilio Matisconensi II. præsens adfuit. Fuit enim Sulpitius Seuerus Archiepiscopus Biturigensis, cuius vita à Giselino perbellè contexta est initio eius operum. Illius autem primi vita est apud Surium tomo 1. *Ita ille. De Concilio Matisconensi pòst dicemus.* Sulpitius, *cuius vitam scripsit Victor Giselinus, est* Seuerus *S. Martini discipulus, qui altero ante concilium illud seculo vixit, vt si & verè is Episcopus fuisset, &* Pius *hic noster illi concilio subscripsisset, non posset* Primus *hic dici.*

Perperàm de eo scripta, à Molano.

Galesinio,

Baronio:

3 *Baronius in Notationibus ad Martyrologium hoc die:* Dictus hic est Sulpitius Pius, respectu alterius Sulpitij eiusdem ciuitatis Episcopi, cognomento Seueri. De Sulpitio Pio scribit Gregorius Turonen. in procemio histor. Dormientium, & Guibertus in apologiâ pro Seuero. Hic successit Remigio Episcopo tèporibus Gunthramni Regis Francorum, anno Domini quingentesimo octogesimo septimo, vt idem testatur Gregorius histor. Franc. lib. 6. cap. 39. licet in vitâ eius, quam descripsit Surius tom. 1. habeatur successisse Austregisilo temporibus Clotarij Regis. Sed in his plus tribuimus Gregorio Turonensi, cuius sententiam certissimam reddunt Acta Concilij secundi Matisconensis, quod celebratum est anno vigesimo quarto eiusdem Regis Gunthramni; cui quidem synodo Sulpitius interfuit atque subscripsit. Temporibus enim Clotarij Regis, non Sulpitius aut Austregisilus, sed Probatianus, Felix, Honoratus, & Arcadius Biturigensi Ecclesiæ præfuerunt, prout Concilia, quæ illius temporibus celebrata sunt, indicant. Eâdem censurâ castigandæ sunt tabulæ Episcoporum Biturigensium Democharis, in quibus & ille grauior error apparet, dum Sulpitius Seuerus putatur ille, qui interfuit Concilio secundo Matisconensi, sub Gunthramno Rege; cùm certum atque perspicuum habeatur, illum Seuerum vixisse temporibus Theodosij senioris, & eius filij Honorij Impp. Secundùm Acta S. Austregisili, quæ recitat Surius tomo 3. adhuc tertium eiusdem nominis ei Ecclesiæ præfuisse Episcopum dicere oportet. Sed satis de his. Sulpitius autem Pius, de quo agimus (vt scribit Aimoinus lib. 4. cap. 16. & alij) migrauit ex hac vitâ anno Domini quingentesimo nonagesimo quarto; ipse est annus decimus sextus Childeberti Regis, quo eum obiisse, auctor est Gregorius Turon. hist. Franc. lib. 10. cap. 26. Habuit successorem Eustasium.

4 *Hæc Baronius. qui etsi tom.* 5. *Annal. an.* 431. *num.* 198. Seuerum *S. Martini discipulum fateatur non videri Episcopum fuisse, censet tamen in tabulas Ecclesiæ Biturigensis errorem irrepsisse, dum* Sulpitius Seuerus *appellatur ille Gregorij Turonensis æqualis, quem ipse* Pium, *de quo hîc agimus, esse existimat. Deinde tomo* 8. *an.* 595. *num.* 90. *ex eodem Turonensi refert* S. Sulpitij *Episcopi obitum, eumq; ait XVI. Kal. Februar. ab Ecclesia cœli,* vt Latinorum, *inquit,* omnia Martyrologia indicant. *Seuerus illo anno obiit, de quo XXIX. non Pius. Sed singula ad examen breuiter reuocanda. De historiâ Dormientium* Sulpitiò *dicatâ, agemus IV. Nouembris, deq; Guiberti Gemblacensis apologiâ XXIX. Ianuarij.*

5 *Successit* S. Sulpitius Seuerus *Remigio, siue Remedio; refutata ipsi verò Eustachius, siue Eustasius.* Pius *verò successit S. Austregisilo, de quo 20. Maij agemus; ipsi VVlfeodus, siue VVlfolentus. Sitq; non repugnat Turonensi Surius. Matisconensi II. concilio an. Christi 585. Gunthramni Regis 24. Clotharij II. 2. Seuerus subscripsit: Pius Remensi sub Sonnatio Archiepiscopo an. 630. Quos alios, licet præposteroordine, recenset Biturigensis Ecclesiæ Præsules Baronius, ij regnante Clotario I. interfuêre conciliis,* Honoratus *Aurelianensi II. an. Christi 533. & Aruernensi I. an. 535.* Arcadius *Aurelianensi III. an. 538.* (Desideratum, *qui an. 549. Aurelianensi III. & Arueruensi II. subscripsit, omisit Baronius*) Probianus, *siue* Probatianus, *Parisiensi II. an. 555. & Parisiensi III. 557.* Felix *verò Parisiensi IV. an. 573. duodecimo à Clotarij morte anno, ante Clotarij iunioris ortum vndecimo.*

EX VARIIS.

vndecimo. Immeritò autem Demochares tabulas accusat; Baronius, cùm in iis non ille initio quinti seculi mortuus Seuerus, *sed posterior multò, sub Gunthrammo sedisse tradatur. Nec necesse erit tres Sulpitios Bituricenses agnoscere, si S. Martini discipulum expunxerimus; sed duos, quos ab omni memoriâ Ecclesia illa venerata est. Aimoinus lib. 4. cap. 16. non de seniore illo Sulpitio, sed Pio agit; nec obitum illius, sed restitutam eius precibus Clotario sanitatem commemorat.*

6 *Post tantos Heroas minùs mirum est VVionem falli, dum tres statuit Sulpitios; primum, S. Martini discipulum, qui XXIX. Ianuar. colatur; secundum, Pium Remigij successorem, qui hoc die, tertium, alterum Pium S. Austregisilo subrogatum, qui XVI. Ianuarij. Ast qui XVI. Ian. Sulpitium retulerit ante VVionem neminem legimus. Adonem citat, in quo eius nomen non reperimus XVI. Ian. sed XV. quo eius agitur translatio, vt infrà dicemus. Surium & Petrum de Natalibus arguit, quòd qui hoc die colitur,* Sulpitium Pium *dixerint, & S. Austregisili successorem: & rectè illi quidem; perperàm VVion, illũ qui Gunthramni ætate floruit, Sulpitium, ait priùs monachum fuisse & Abbatem S. Nicetij Lugduni, cùm S. Gregorius Turonensis lib. 6. cap. 39. dicat eum fuisse* de primis Senatoribus Galliarum: *& fatetur Menardus namquàm monachum fuisse. Sed de eo pluribus XXIX. Ianuarij. VVionem temerè secuti Dorganius & Ferrarius, retulerunt & ipsi XVI. Ian. posteriorem Sulpitium. XXVI. Ianuarij in quibusdam Adonis MSS. Beda vulgato, Notkero, aliisq; refertur* S. Sulpitius Bituricensis, *hicne, an Seuerus, non liquet. Nec illud omittendum,* Seueri *cognomen ab antiquis priori illi Sulpitio minimè tribui. inde fortè inoleuit, quòd existimarint quidam eum esse Sulpitium illum Seuerum S. Paulino familiarem.*

VVion variè emendatus.

§. II. *Vita S. Sulpitij Pij, siue secundi.*

7 *Eminam* S. Sulpitij Pij *vitam damus, vtramque ab eius æquali exaratã. Priorẽ ediderat Surius stylo mutato. Primigeniam phrasim restituimus ex MSS. S. Mariæ de Ripatorio, Rubeæ vallis, Corsendoncano. Auctor ætatem suam indicat cap. 1. num. 4.* Certè quantum eorum relatione cognouimus, qui ei à pueritiâ vsque in tempora nostra comites ministriue fuerunt. *& cap. 2. num. 12.* Et quoniam quæ à maioribus nostris coæuis beati viri didicimus, gestorum ordinem, eâ fide vt ad nos peruenit, stylo digessimus, nunc à nostro tempore, partim quæ inspeximus, partim verò quæ à condiscipulis nostris nobis sunt tradita, sumamus exordium, & ad posteritatis memoriam relinquamus. *cap. 3. num. 15. agens de Iudæis ab eo conuersis,* Nonnulli ex ipsis, *inquit,* sub nostræ fidei religione hodie degunt. *cap. 4. num. 17. de eo qui loquendi facultatem eius meritis obtinuerat:* Et variis sermonum responsionibus vsque hodie mirabiliter loquitur. *& num. 18. de puero ad vitam renocato:* A famis pernicie tutus hodie creditur superesse: etenim tempore multo apud nos commoratus est deinceps. *postremò, cap. 8. num. 34. de Ansulpho à dæmone malè mulctato, Sanctiq; precibus curato:* Hoc quidem ab ipso qui pertulit, & fidelium testimonio agnouimus confirmatum.

S. Sulpitij Pij vita, auctore coætaneo,

8 *Liceat fortassis suspicari auctorem hunc* Domionem *Abbatem fuisse, de quo in secundâ vitâ cap. 2. num. 10. aliquemúe ex eius monachis. Id tum quædam ex iam citatis videntur innuere, tum quòd quæ secundæ vitæ auctor de basilicâ ab eo ampliatâ scribit, ipse ita refert, vt à quo id factum sit, submissionis studio, consultò reticere videatur. Monasterium verò illud, cui* Domio *præerat, quod deinceps* S. Sulpitij *est appellatum, tradit Ioannes Chenu in Chronologiâ Archiepiscoporum Bituricensium; à Clotario II. conditum extra muros vrbis, in loco in quo erat sacellum* B. Mariæ de Naui *dictum. Plura ibidem de eodem cœnobio commemorat. Saussaius ab ipso* S. Sulpitio *scribit ædificata cœnobia duo, vnum virginum in ipsâ vrbe, alterum virorum extra muros. Hoc in vita S. Leopardini* Nauense *appellatur.*

monacho S. Sulpitij.

9 *Alteram breuiorem vitam ex vetustissimo codice D. Preudhomij Canonici Cameracensis descripserat olim Rosweydus: eam cum MSS. Corsendoncano, & S. Maximini contulimus. Auctor eodem tempore vixit. Patet ex prologo:* Vel pauca quæ ipse vidi, vel eorum relatione qui ei ab adolescentiâ vsque ad decrepitam senectutem ministrauerũt; vel quod plurimorum fidelium qui viderunt, innotuerunt, pauca perstringere curaui. *cap. 1. num. 4. de muto curato:* Et adhuc hodie supersit, & absolutè loquitur. *num. 5. de Iudæis conuersis:* hodieque sub Christianâ disciplinâ degere videntur. *cap. 2. num. 8. ostendit se sub VVlfolendo eius successore scripsisse:* Qui suscepto episcopatu huius vrbis adhuc hodie in Dei nomine regit Ecclesiam. *Scriptam autem esse hanc vitam epistolæ modo, patet num. 12.* Nec hoc patitur modus huius epistolæ. *Menda insunt haud pauca, etiam contra syntaxin, vel inscitiâ auctoris, vel incuriâ librariorum; nihil mutauimus.*

Vita breuior ab auctore alio, coætaneo.

10 S. Sulpitij *res gestas alij quoque commemorant: Vincentius Bellouacensis lib. 23. c. 27. & duobus sequentibus, ipsis ferè prioris vitæ verbis, sed contractè. ex eoq; S. Antoninus par. 2. tit. 13. cap. 6. §. 3. Petrus de Natal. lib. 2. cap. 94. Franciscus Haræus, qui expedire se quæstionem superiori §. agitatam de duobus* Sulpitiis *existimat, si vnicus quidem statuatur, sed qui* primùm in aulâ Theodorici Principis, scilicet fratris Clotarij primi, ac deinde sub ipso Clotario *vixerit*; ac posteà successerit S. Austregisilo (qui Remigius Austregisilus dictus sit) ac demum obierit circa annum Domini 594. *Sed, præterquàm quòd* Austregisilum *longè alium à* Remigio *fuisse constat; non sub* Theodorico I. *aut* Clotario I. *Clodouei filius, sed* Theodorico *Childeberti filio &* Clotario II. *Chilperici filio, Clotarij primi nepote, ac* Dagoberto *vixit. Agit de eo præterea Iacobus Doubletius. Zacharias Lippelous, qui eum quoque cum altero* Sulpitio *confundit. Trithemius de viris illustribus Ord. S. Benedicti lib. 3. cap. 81. & lib. 4. cap. 55. Antonius Yepes chronic. Benedict. centuriâ 2. an. 588. vbi hunc Remigij successorem vult esse; & tamen de eo narrat quæcumque Surius de altero. & modò sub* Clotario, *modò sub* Gunthramno *ait vixisse. Domeneccus quoque amborum gesta in vnius elogium conflat, quem ait sub* Gunthramno *vixisse.*

De eo scripta ab aliis.

11 *Meminit S. Sulpitij in vitâ* S. Amandi *Baudemundus 6. Februarij:* Post hæc verò, *inquit,* ab Abbate ipsius loci, & à Fratribus benedictione perceptâ, ciuitatem Bituricas ad Sanctum petiit Austregisilum, qui tunc in Dei rebus magnificus atque insignis habebatur. Cumque ab eo, & ab eius Archidiacono, sanctissimo videlicet Sulpitio, qui posteà Episcopus claruit, clementissimè fuisset susceptus, omni ei humanitate exhibitâ, *&c. Eadẽ ferè habet Notgerus in vitâ S. Landoaldi 19. Martij, & Harigerus Abbas c. 41. ast hic c. 48. de* S. Remaclo *agens:* duæ sunt Metropolitanæ: vna Burdegalẽsis magnorũ semper virorũ insignita titulis; altera Bituricum, habens hac tẽpestate Archiepiscopum S. Austregisilum, Archidiaconum verò B. Sulpitium, in breui pòst honore Pontificali donatũ. *Notgerus verò in eiusdem S. Remacli vitâ 3. Septembris:* Educatus est bonæ indolis puer Remaclus sub B. Sulpitio, in cuius honorem constat ab eodem sancto viro posteà permultas in nostrâ diœcesi (*Leodiensi*) ecclesias dicatas. *In vitâ* S. Dulcardi *25. Octobris:* Ex quo tempore sic animis D. Sulpitij Biturigum Præsulis insedit, vt ad eum, quantus erat Episcopus, accedere frequentissimè dignaretur, cum eo de cælesti gloriâ sermones habiturus.

Sancti Sulpitio familiares.

§. III. *S. Sulpitij ætas.*

12 *Refutata iam eorum opinio est, qui sub Gunthramno, ante S. Gregorium Turonensem, vitâ functum* S. Sulpitium Pium *volunt. Constantinus Ghinius circiter annum 600. decessisse tradit, mendosè: Florarium anno 629. Trithemius an. 640. floruisse: Ioannes Chenu ab anno 628. ad 640. sedisse: Aimoinus conuentui Clippiacensi an. 659. interfuisse, quòd pòst refutabitur.*

De ætate tradita ab aliis:

13 *Ex vitâ constat sub Theodorico Rege* Clericatus suscepisse onus, *&* Leuiticam sortem indeptum: in castris *Clotarij,* Abbatis officio potitum; *eoq; iubente* Episcopalis apicis emeruisse Sedem: *impetrasse à Dagoberto vt iniquum tributum abrogaretur, ipsumq;* Regem post breue spatium interiisse. *Obiit* Theodoricus *anno 613.* Clotarius *anno 614. mo-*

ab auctore vitæ.

614. monarchiam regni Francorum adeptus, deceſſit anno 628. Dagobertus *644. Flodoardus hiſtoriæ Remenſis lib. 2. cap. 5. ſcribit Sonnatium Remenſem Archiepiſcopum* ſynodum celebraſſe, *tempore Dagoberti Regis*, cum aliis quadraginta vel eo ampliùs Galliarum Epiſcopis, *inter quos* Sulpitium Bituricenſem *numerat. Eam ſynodum circiter annum Chr. 630. habitam oſtendit Sirmondus noſter.*

14 *Sed quo anno Epiſcopatum ſuſceperit, non liquet.* S. Auſtregiſilum *eius deceſſorem conſtat annis 12. ſedisse. Ioannes Chenu anno 615. creatum ſcribit: vnde ſequeretur obiisse 627. aut 628. ſicq; Sulpitium vltimis planè Clotarij temporibus Epiſcopum creatum. At ſub Theodorico Auſtregiſilum ſedisse, ex vitâ Sulpitij liquet. verùm aliter ipſe Regum Chronologiam ordinat, vti & Sigebertus, qui ad an. 627. ita ſcribit:* Florebant in Galliis Auſtregiſilus Bituricenſis, & ſub eo Sulpicius.

an vltimo anno Clotarij creatus Epiſcopus:

15 *Alij ipſum Sulpitium ſub Theodorico ſedisse volunt. Dabimus VII. Octob. geminam* S. Leopardini *Abbatis & Martyris vitam; in alterâ hæc habentur:* Audiens namque veridicæ relationis quotidianâ certitudine, quia tempore Theodorici Regis Bituriges præſidet in Archiepiſcopali Sede beatus magnuſque, totius religionis decus, Supplicius Pius laudis nomine, ad eum veniendi viam aſſumpſit. *plura deinde ſubiungit de mutuo congreſſu ac rebus poſteà geſtis. In vitâ quoque S. Auſtregiſili, dicitur,* cùm adhuc in humanis ageret B. Auſtregiſilus, ... ex palatio Theodorici Regis, ipſo Rege permittente, ad vrbem Bituricenſem acceſſiſſe Guarnerius homo ſæuiſſimus, ... ab eâ vrbe pecuniam Regis nomine, quam dare non conſueſſet, exacturus, *ſed à S. Auſtregiſilo etiam ingreſſu vrbis prohibitus.* Tum verò aeri irâ commotus, quòd inuito Epiſcopo non poſſet Regis & ſuam explere voluntatem, furibundus ad Regem abit; nuntiat illi, renitente Auſtregiſilo Epiſcopo, quod ipſe iuſſiſſet, ſe facere non potuiſſe. Intereà verò beato fine Auſtregiſilus quieuit in pace, eiuſque Diaconus Sulpitius illi ſucceſſit. Redit poſteà Guarnerius executurus ſub Sulpitio, quod ſub Auſtregiſilo non poterat. Sulpitius verò anxius ad Dominum confugit, ab illo conſilium rei benè gerendæ petens: erat enim vir mitis & lenis, hominiſque violentiæ vt reſiſtere poſſet non videbat. Deinde Guarnerium adit: orat vt qui ſub ipſius deceſſore ab eiuſmodi onere immunes fuiſſent, illos etiam ſuis temporibus pateretur ſolitâ gaudere libertate. At Guarnerius homo ferus viri Dei preces contempſit. Dixit itaque illi Sulpitius: Si quidē cōtra ius & fas tuâ eris potitus voluntate, non diu tamen impunè feres. *proſequitur deinde auctor apud Surium, quàm de blaſphemo & crudeli homine vltionem paullò pòſt ſumpſerit Deus.*

an ſub Theodorico.

Iniuria ei populoq; facta, celitus vindicatur.

16 *Obiicit quiſpiam, hæc ad vitam* S. Auſtregiſili *à poſteriori adiecta ſcriptore, qui geſta quoque Pipini æuo ſubtexat; eoq; tolerabiliorem videri lapſum centum quinquaginta pòſt annis. At priora certè, quæ conſtat ab æquali eſſe commendata litteris,* S. Sulpitij *vitæ repugnant: nam hæc tradit ſub Auſtregiſilo Antiſtite, eum* decisâ cæſarie, clericatus ſuſceptiſſe onus; *illa iam Diaconum fuiſſe cùm epiſcopatum capeßiuit Auſtregiſilus:* Cùm enim vrbis Bituricenſis primos fines eſſet ingreſſus, nocte illâ manſit in villâ, quæ Germiniacum dicitur: porrò diluculo vocauit ad ſe Sulpitium Diaconum, qui ei poſteà in epiſcopatu ſucceſſit, itemque Deſiderium Diaconum, eiſque dixit: *&c. Ideò fortaſſis ſcripſit in Martyrologio Sauſſatus, à S.* Apollinare Bituricenſi Archipræſule, per aſſuetos gradus ad Leuiticum ordinem euectum eſſe Sulpitium. *Nec mirum falli quempiam memoriâ, etiam viſa narrantem: potiùs tamen de ætate aſſentiendum ei videtur, qui dedita operâ ipſius* Sulpitij *res geſtas proſequitur. De S.* Apollinare *deceſſore S. Auſtregiſili agemus V. Octobris.*

Quando factus ſit Diaconus.

17 *Iam de obitu Sulpitij quærendum. VVion XVI. Ianuarij tradit, anno 647. obiiſſe; Chenu 640. Claudius Robertus 640. vel 641. In breuiori vitâ cap. 1. num. 7. dicitur, poſt abrogatum violentum populi cenſum, quam Dagoberti Regis auctoritate, Lullo parabat:* Nihilominùs tamen vltione diuinâ creditur & Regem & ſatellitem ſuum poſt breue ſpatium interiiſſe. *Cùm videatur autem ipſe poſt eam rem geſtam adhuc ſuperfuiſſe Sulpitius, haud abſimile vero eſt ad annum 647. quem (haud tamen ſcimus ex cuius fide auctoris) ſtatuit VVion, peruenisse. Concilio Cabilonenſi, ſub Clodoueo circa annum Chriſti 650. vt cenſet Sirmondus, habito, ſubſcripſit* Wlfoledus Epiſcopus Eccleſiæ Biturice; & Priuilegio libertatis monaſterio S. Dionyſij conceſſo à Landerico Epiſcopo Pariſiacenſi *an. 15. Clodouei II. Chriſti 658. Vnde manifeſtum eſt falli Aimoinum lib. 4. cap. 41. ſcribentem, Conuentui Clipiacenſi,* in quo Clodoueus Rex auctoritatis ſuæ præceptum de eadem monaſterij S. Dionyſij libertate conſcribi iuſſit, anno Chriſti 659. *interfuiſſe* B. Sulpitium. *nec ipſe VVlfolenus iſthic ſubſcriptus reperitur.*

Quando obierit.

Bx VA. RIIS.

18 *Extat tom. 1. Francicorum ſcriptorum Andreæ du Cheſne* S. Deſiderij *Epiſcopi Cadurcenſis, de quo 16. Nouemb. agemus, epiſtola* ſancto Patriarchæ Sulpitio *inſcripta, ipſiuſq;* Sulpitij Biturice vrbis Epiſcopi, *inſcripta,* Domno ſemper proprio atque Apoſtolicâ Sede colendo Deſiderio Cadurcæ vrbis Pontifici; *vltroq;* Domno ſemper ſuſpiciendo, & eum omni honore venerabiliter nominando Domno Deſiderio Papæ. *Alia eiuſdem* Sulpitii *ad* Verum *Rutenæ ciuitatis Epiſcopum.*

Eius epiſtola.

§. IV. *Reliquiæ. earum tranſlatio.*

19 *Vincentius Antonius Domeneccus libro de SS. Principatus Catalauniæ, ſcribit* S. Sulpitii *Bituricenſis Archiepiſcopi caput* Villam-Francam, *ditionis Confluentinæ ad Tethin flumen oppidum, eſſe æportatum, ibiq; in Parochiali eccleſiâ, magnâ veneratione aſſeruari. In Martyrologio quodam Carthuſiæ Bruxellenſis ad marginem hæc recenti manu adſcripta de S. Sulpitio ſunt:* Nunc quieſcit in Abreſouſe. *Quis ille ſit locus, nos latet.*

Reliquiæ Villa-Francæ, & alibi.

20 *Ad XV. Ianuarij iſta habet:* Apud Biturigas ciuitatem, Tranſlatio Sulpitij Epiſcopi & Confeſſoris, qui à pueritiâ ſacris litteris eruditus, & ſanctæ conuerſationis luce conſpicuus, etiam laicus virtutibus claruit. Pòſt etiam comâ depoſitâ, monachorum Patet extitit: atque inde ad Epiſcopalem prouectus cathedram, vitâ clarus, miraculis glorioſus quieuit. *Eadem habet Beda vulgatus. Meminerunt quoque huius Tranſlationis VVion, Menardus, Sauſſaius, Florarium, aliaq; MSS. Quo verò tempore, aut ad quem locum ea facta ſit, non produnt. Ioannes Chenu tradit in templo monaſterij S Sulpitij, eius olim* corpus quieuiſſe, à Religioſis magnâ diligentiâ conſeruatum.

Tranſlatio 15. Ianu.

21 *XXVI. Ianuarij, vt antè monuimus, in quibuſdam Martyrologiis conſignatum eſt* S. Sulpitij *Bituricenſis nomen: an huius, primiùs eo die vſpiam ági natalis conſueuerit; an alterutrius aliqua eo die facta ſit tranſlatio; an pro* Bituricenſi, Baiocenſis, *qui poſtridie colitur, reponendus, nos latet. At rurſum & XXVII. Auguſti, Carthuſiani Colon. in auctario ad Vſuardum, Bellinus de Paduâ edit. Pariſien. an. 1521. Martyrol. Germanicum, iſta habent:* Biturigas ciuitate Tranſlatio S. Sulpitij Epiſcopi & Confeſſoris. *Eiuſdem meminêre eo die quædam MSS. & Sauſſaius.*

27. Aug.

VITA

Auctore coætaneo anonymo,

ex tribus veteribus MSS.

PROLOGVS.

1 CLarâ radiante cōgerie, quâ dono Imperatoris æterni ob merita Præſulis almi, aula repletur Eccleſiæ, virtutum lampade coruſcante, etſi minùs idonei condignè poſſumus eloqui; tamen vel ſermone tenui deuotæ plebis auribus tentamus inferre: maximè cùm audientium ſit fructus, virorum geſta

Fructus Vitarū SS.

AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, Ex MSS.

geſta fidelium reuoluere calamo pro memoriâ populorum. Et licet nihil egeat mortali iuſtus in litterâ, cuius nomen cæleſti iam continetur in paginâ; tamen fidei ſuccreſcunt augmenta, dum Sanctorum recentia replicantur exempla, cùm & cohorti Chriſticolæ paſtor, clauſus paradiſo, terreſtri repræſentatur ſtylo, & grex exemplis accitus ad æthera tendit greſſum: quatenus iuxta Danielis oraculum, & doctus patroni magiſterio populus, vt ſplendor firmamenti rutilet, & doctor *a* vt ſidereâ ſibi luce cumulante coruſcet: præſertim cùm ob ſui declarationem meriti, in orbe vaſto Galliæ, inter virtutum crebram materiam, inſigni Chriſti munere, ad ſacrum illius corpus, aſſiduus fons olei redundet rore cæleſti, & ſic ignis iuge capiat pabulum, vt infuſione ſancti Spiritus continuatum liquor ſumat augmentum: cui ſcilicet prudenti viro etſi natura debitæ mortis extinxit corpuſculum, fulget tamen viuentium miraculorum *b* polyandro.

Dan. 12. 3.

a

Ad tumulum Sulpitij lampas oleo redundans.

b

a *MS. Ripat.* vt ſidera.

b Polyandrum, *& vſitatiùs* polyandrium, *propriè eſt vbi multi viri; & ferè ſumitur pro cœmiterio, aut ſepulchro: hic videtur generatim pro monumento, aut ſigno accipi.*

Polyandrum.

CAPVT I.

S. Sulpitij in ſeculari vitâ mores.

2 TEmpore illo B. Sulpitius, ortus à claris parentibus, *a* ciuium penè primoribus, caſtris regalibus altus, Biturícæ fuit vrbis egregius Paſtor, & nunc glorioſo exceſſu Patronus effectus. Qui in flore ætatis primæuæ Chriſti militiam, laqueis ſeculi ruptis, perſeuerantiæ definitione ſuſcepit: & in tantum capeſſendæ religionis propoſito adhuc puerulus vir beatus exarſerat, vt (ita dicam) ſi perſecutionis tempus non defuiſſet, periculis ſe ſponte, præceps ingereret. Hic iam lectionibus cœpit diuinorum voluminum mancipari, & in eruditionibus fidei ſemetipſum non ſegniter exercere.

a S. Sulpitius à puero pietati deditus:

3 Denique pro iuuenilibus reprimendis cupiditatibus, & ſapientiæ profectibus adipiſcendis, orationibus ſe & abſtinentiæ frænis conſtringebat. Et ita ei ab ipſis incunabulis, Eccleſiaſtica regula in obſeruantiâ honorabilis fuit, vt multorum iuuenum ac ſenum ad eum confluentium turbas fidei noſtræ religionem ſciſcitantes, non ſolùm ad fidem conuerteret, verùm etiam perfectæ vitæ inſtitutionibus informaret. Manifeſtè autem aderat ei diuina gratia, per quam innumerabiles ad imitationem ſui in fide Dei prouocabat. Ante omnia præcepta Euangelica, & vocem Saluatoris ſummo amore & ſtudio implenda eſſe cenſebat. Nam etſi iuuenis quidem & minùs perfecti ſenſus fortaſſe videretur, ſed perfectiſſimæ caſtitatis indicium continens, velut fundamentum quoddam primum in animâ continentiam collocauit; & ita demum reliquas ſuper hanc perrexit ædificare virtutes; & ſecundùm Euangeliorum ſcilicet fidem, quâ voce Saluatoris depromitur exhortatio, Quia ſunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt pro regno Dei, ſpretâ coniugij copulâ, propoſitum obtinuit caſtitatis.

orationi & abſtinentiâ cupiditates refranat:

alios inſtruit:

amans caſtitatis:

Matth. 19. 12.

4 Certè quantum eorum relatione cognouimus, qui ei à pueritiâ vſque in tempora noſtra comites miniſtriúe fuerunt, nihil aliud in ſeculari adhuc poſitus habitu viſus eſt agere, quàm monaſteria conſtruere, baſilicas extollere opere nouo, eccleſias reſtaurare dirutas, miſeris auxilium ferre, pauperibus egentibuſque è ſuis opibus neceſſaria miniſtrare, profligatos non ſolùm ſermone & cohortatione perfectæ & ſpiritualis doctrinæ *b*, verùm ſuis officiis ac miniſteriis multos è vinculorum pœnis & ſqualloribus liberare.

loca ſacra ornat:

egentibus ſubuenit:

b

5 Eccleſiâ erat quædam à parentum haud longè poſita domo *c*, vtpote ab hoſtibus penè diruta, vbi Clericorum & populi nulla erat frequentia. Ibi cùm beati viri crebra fierent orationum lucra, qui quidem, iactantiæ vitans attingere fomitem, ſilentia noctium profunda cùm fierent, clàm veſtimentis indutus, quibus moris eſt vti pœnitentibus, *d* inermis ſacris orationibus pernoctare pergebat; & labore ſancto ſomnis ſpretis inertibus, dulci meditatione tranſactâ, cùm roſeæ lucis ſplendor mundum irradiaret, rurſum ſæcularium tegminibus ornabatur, & ita ſanctum elaborabat propoſitum occultare.

c

d Eccleſiam nocte, habitu pœnitentium, frequentat:

6 *e* Hæc prima puerilia rudimenta: hic ludus eius infantiæ: talis in eo caluit erga Deum affectus. Nocte quadã in eccleſiâ, de quâ diximus, cũ duobus puerulis vigilanti atque in oratione proniùs incumbenti, cùm mentis in profundioribus tota dependeret delectatio, ſpiritus duo teterrimi & immanes, Æthiopum vultui ſimiles, apprehenſos ſinguli pueros ab eccleſiâ violenter trahere nitebantur. Tandem vir Dei poſt tergum magnis clamoribus eiulantes reperit ſuos; intuetur tetros, manum eleuat contra aduerſarios, iamque pueros vi abſtrahentes cùm foris egreſſum præriperent, Dei *f* ſacrum vexillum *g* deprimit Crucis. Illicò tetris cruentiſque elapſis, pueri ſoſpites remanſerunt.

e

dæmones, ſuis molestos, ſigno Crucis fugat:

f

g

7 Ex eo igitur tempore ille totius bonitatis æmulus, & veritatis inimicus, ſalutiſque humanæ hoſtis, omnia molimina contra Dei militem verſans, quem mente corrumpere non valuit, minis phantaſticis nititur deterrere. De quo ſi quis exploratiùs diſcere vult, breuiter poſt paullulum in ſuis oſtendemus locis. Clareſcere intereà ſignis, & virtutum cœpit miraculis adornari. Nam & dæmones in ſeculari poſitus habitu, verbo fugabat, & ægros oratione curabat; totis viribus Chriſti athleta deſudans, vt à ſancto propoſito quem ab humano fauore latere cupiebat, ne quid ſeculi huius aura fauoris eumperet, & aures ſuas arrogantiæ pollutione macularet.

aliis miraculis claret:

vanãgloriam fugit:

8 Igitur cùm hæc ab eodem gererentur, & per geſtorum bonitatem tacitâ quadam prædicatione Dei noſtri veritas noſceretur; cumque plerumque (vt aſſolet) alios piè credentes, ſplendor lucis accenderet, alios impiè derogantes perfidiæ nebuloſæ tetra caligo ſuffunderet, ita vt completum videretur quod ſcriptum eſt in Geneſi: Quia Ægyptiis erant tenebræ craſſæ & palpabites; filiis autem Iſraël erat lux in omnibus ſuis; pergit nihilominùs Deus noſter in Sancto ſuo magnificari, & cœptæ virtutis opus proſperioribus ſucceſſibus propagare.

Exod. 10. 20.

coruſcat virtutum ſplendore.

a *Chenu tradit* oppido Vatinenſi; (*Cl. Robertus*, Vaſtino,) *vulgò* Vatan, *in prouinciâ Bituricenſi natum: Felicius ex Vaſconiâ oriundum.*

b *Videtur deeſſe*, iuuare.

c *Yepes ſcribit, ipſum hanc eccleſiam ædificaſſe.*

d *MS. Corſendonc.* armatus. e *Idem*, Hîc.

f *MS. Corſ.* Sacerdos. g *MS. Rub. Val.* depromit.

CAPVT II.

Vita in ſacro habitu ante epiſcopatum.

9 CVmque repentè fama de eo lõgè lateque reſperſa, præcipuè in parte, quæ ſub axe ponitur Occidentis, peragrans euolaſſet, popoſcit Auſtregiſilus Biturícæ vrbis Epiſcopus Theodoricum Principem, vt ſibi licentia daretur participationem docendi ei in Eccleſiâ tradere, eò quòd ad ipſum doctrinæ gratiâ multitudines conuolarent. Nec mora: Regia defertur auctoritas, vt decisâ cæſarie, clericatus ſuſciperet onus; & ſuccedentibus gradibus, anno & eo ampliùs præponens eum ceteris, Leuiticam ſortem indeptus Eccleſiæ miniſtrauit.

Fit Diaconus:

10 Intereà magis magiſque ſignorum gratiâ cingebatur. Et cùm à fidelibus Clotario Principi fuiſſet ſuaſum; illicò Epiſcopum poſcit vti pro ſalute ſuâ ac exercitus ſui licentia daretur, vt vir beatus in ſuis caſtris *a* Abbatis officio potiretur. Denique cùm in ſuis ſuorumque omnium ſumptibus miniſtratio fieret triduana, ſuffícientiâ vnius diei ſeruatâ, reliqua indigentibus erogabat. Cumque ſui metu neceſſitatis muſſitarent: Oculum, inquit, mentis veſtræ, ô filij, in Domino figite Saluatore; regnum eius primùm quærite & iuſtitiam, &

inde Abbas in exercitu.

a

Annonam regiam ſibi erogatam in pauperes diſtribuit:

omnia

Pſal.33.11. omnia apponentur vobis. Recordamini illud propheticum: Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Nimirum tanta ei ſubitò à fidelibus ciborum opulentia mittebatur, vt non abſurdè illa centuplicato fœnore, quod ſuis diſcipulis Retributor fidelis promiſerat, abſque humanâ gloriâ ſe accepiſſe gauderet.

alia ſuppeditatur. Matth.19. 29.

b 11 Tandem euolutis diebus paucis, *b* Rex crudeli afficitur morbo, & virus diffuſum per artus præceps ad mortem feſtinat. Intereà *c* Regina repentino luctu perculſa monilia proiicit, veſtimenta diſrumpit, crines genaſque dilacerat, & iam quaſi amiſſum coniugem deflet. Turbatur domus, iunguntur planctibus dominæ lacrymæ famulorum. Ad beatiſſimum etenim virum concurrunt, genibus adhærent Sancti, lacrymis pedes rigant, vt regiâ pro ſalute pius Sacerdos orationem Domino funderet. Is autem, cuius ſpes in omnipotenti Deo conſiſtebat, irrigat fletibus vultum ac pectore tunſo ægra ſuſpiria protrahit; vigiliis ieiunioque continuat, iugiter fundit preces pro ægro. Peractis diebus quinque Rex magis magiſque procliuis ad mortem dilabitur: tum à conſodalibus Sacerdos rogatur, vt nimiam ob temperandam inediam ciborum capiat paruitatem. Non comedam, inquit, donec ſoſpitatem Principi obtinere queam à Chriſto Domino, cui ſeruio. Hi verò cùm ei Principem iam iamque ſpiritu deficientem & penè exanimem, longæuâ inediâ fruſtrà corpus inſontem clamitarent affligere; ille, cuius ſalus in Deo fortiter perdurabat, pollicetur, diebus ſeptẽ expletis Principem, priſtino recepto vigore, cum eodem ceteriſque ſodalibus cibum eſſe ſumpturum. Itaque dies adeſt votis omnibus *d* expectata: Sacerdotis promiſſa complentur: Principi velox medela tribuitur: omnium manibus glorioſo triumpho Sacerdos attollitur, & regali conuiuio magnis honoribus euocatur. Erat quippe per hoc carus omnibus & acceptus.

Pro Rege ægrotante orat, & ieiunat:

c

prædicit ſanandum.

d

12 Et quoniam quæ à maioribus noſtris coæuis, beati viri didicimus, geſtorum ordinẽ, eâ fide vt ad nos peruenit, ſtylo digeſſimus; nunc à noſtro tempore partim quæ inſpeximus, partim verò quæ à condiſcipulis noſtris nobis ſunt tradita, ſumamus exordium, & ad poſteritatis memoriam relinquamus.

Ætas & fides auctoris.

a *Sic* 13. *Ianu. in vitâ* S. Euticij *Abbatis, num* 3. & in tanto amore apud Regem habitus, vt intra palatium ſuum illi conſtrueret monaſterium. *VVillelmus Tyrius lib.* 9 *cap.* 9. *de Godefrido Bullonio ita ſcribit:* Adduxerat etiam prædictus vir Deo amabilis peregrinationem ingreſſurus, de clauſtris benè diſciplinatis monachos, viros religioſos, & ſanctâ conuerſatione inſignes, qui toto itinere horis diurnis & nocturnis, more Eccleſiaſtico, diuina illi miniſtrabant officia. *Sed hîc difficulter aſſentiri poſſumus Ioanni Chenu ſcribenti* S. Sulpitium *Abbatem eſſe factum in Nauienſi cœnobio; atque anteà quàm à S. Auſtregiſilo ei munus docendi committeretur, monachum fuiſſe, cùm contrarium aſſeri videatur num.* 9.

Monachi in caſtris.

b *Nempe de quo ſermo eſt,* Clotarius II. *non* Gunthramnus, *vt Yepes exiſtimauit.*

c *Prior Clotarij vxor* Beretrudis *fuit, mater Dagoberti, qua anno Clotarij* 36. *Chriſti* 620 *obiiſſe traditur, plurimùm laudata mulier. ſecunda* Sichildis. *Vtra hîc fuerit, incertum.*

d *MS. Rub. Val.* expetita.

CAPVT III.

In epiſcopatu vita Apoſtolica.

13 CVm igitur de eius virtutum floribus & gratiâ ſignorumque gẽmis aula Regis pulchro decore vernaret, & velut ſplendor quidam luminis mundo huic *a* obfulſiſſet, & odoris ſui fragrantiâ longè lateque compleſſet; factum eſt vt Epiſcopus ſacer; cuius paullò ſuperiùs fecimus mentionem, glorioſo exceſſu migraret ad Dominum. Et cùm viuerſus Eccleſiæ populus pro Epiſcopo eligendo conueniſſet in vnum, aque alius de alio, vt fieri ſolet in talibus, conclamarent, & pars quædam inſanioris vulgi clientis fauore in quibuſdam de Primoribus conſenſum præberent, & per mortalem proteruumque Præfectum, cum infinitis ponderibus auri argentique, relationes intuliſſent Regi conſenſum, vt ſecundùm illam ſacrilegam nefandi *b* Simonis ſectam, cæleſtem gratiam contra ius faſque prætiperent: noſtri verò, quos Saluator alloquitur, Noli timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum, ab immortali Chriſto Deoque perfecto, beatum virum ſibi poſcerent Sacerdotem fore; nihilominùs tenuem cum paucis verbis legationis formulam mittunt, & per vnum de quibus dicitur: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum, Regis auribus patefiunt. Cumque is, (vt ſolet plerumque) humanæ cupiditatis veneno infectus, ad copioſam illatam pecuniam animum haberet inflexum, vxor eius amore ſuccenſa diuino virum ſuum monebat, dignum iuſtumque clamitans fore, poſt talis tantique viri exceſſum, hunc ſuæ præmittere Sedi, qui par pro merito ac miraculorum ſignis & *c* virtutibus gratiæ eſſet decore ſimili fultus. Et illud mulier glorioſa ad viri memoriam reuocabat, quo labore, oratione ſuâ eum paullò antè de mortis traxerat præcipitio. Tandem cæleſti indulgentiâ Princeps altius traxit conſilium: cupiditatis repreſſo veneno, ſpretis malorum ſuaſionibus, ſine dilatione iuſſit impleri, quod diuinæ fuerat prouidentiæ. Et ita Domino procurãte Epiſcopalis apicis emeruit *d* primæ Aquitaniæ Sedem. Dei etenim adfuit voluntatis auxilium, vt diuerſantes inter ſe populi & *e* animo diſſidentes ad amorem Pontificis velox conuerſio reuocaret, & ſubitò in vno conſenſu fœderaret.

AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

b Luc.12. 32. Matth.5. 3.

Reginâ ſuadente,

c

ſubrogatur Sulpitius.

d

e

S. Auſtregiſilo mortuo,

multi Sedẽ Bituric. ſimoniacè ambiunt:

14 Decus igitur Pontificale nactus, oneri ſuccubuit non honori: factus eſt denique omnibus omnia, non quærens quæ ſibi vtilia eſſent, ſed quod multis, vt ſalui fierent: & ſubitò velut lampadem quamdam Sacerdotem ſuum Dominus accendere properat. Integrè etenim vir beatus tradidit ſemetipſum in abſtinentiâ plurimâ, in ieiuniis indeſinentibus, in vigiliis penè iugibus, ita vt ſi quando paruum aliquid ſomni neceſſitas naturalis exigeret, hunc non ſupra ſtrati molliciem, quâ numquàm vti conſueuerat, ſed ſupra ſolius *f* mattulæ ciliciique dependeret ſuperficiem.

Viuit in Epiſcopatu ſanctiſſimè.

f

15 Venerabilis vir & Deo dignus cùm eſſet in omnibus puritate vitæ & animæ virtutibus clarus, non magni pendebat ſermonis ornatum, ſcilicet quia in eo erat anima diuinis ornata virtutibus, ſimul & ſignorum gratiâ, quæ ei à Domino noſtro Ieſu Chriſto fuerat conceſſa; augens quotidie prædicationem verbi Dei, & ſalutaria ſemina regni cælorum per omnem terram latiùs ſerens. Mox quidem in tantum ad emendandum populum Iudæorum vetuſtis infectum venenis profecit, vt quaſi nouellam lucem veritatis ſibi aſpicere viderentur: & cùm religionis Doctor multa quidem verbis, plura tamen doceret exemplis, nec viderent ab eo diſcipulis imperari quod non priùs ipſe feciſſet: nullum *g* ſanè abſque baptiſmi gratiâ in vrbe ſibi cælitus traditâ Iudæum habitare permiſit. Nam cùm pro eorum conuerſione Dominum iugiter precaretur, ac doceret eos per baptiſmum habere peccatorum remiſſionem, & non aliter poſſe eos intrare in regnum Dei, quaſi veri ſolis in eorum corda reſplenduiſſent radij, obſtupeſcentes ac reuelatâ facie Dei gloriam intuentes, antiquos pœnitentes errores, fideli cum confeſſione venientes, ab ipſo Pontifice baptizati ſunt. Diuino igitur munere bellator egregius, prædam inimico abſtraxit, auctori reſtituit, de penetralibus cordium Chriſti amore infidelitatis maculam expulit. Nonnulli ex ipſis ſub noſtræ fidei religione hodie degunt.

Prædicationi inſiſtit.

Multos Iudæos conuertit.

g

16 Breue etenim poſt tempus tanta in eum virtutum gratia augebatur, vt non minùs per eum ſigna quàm dudum per Apoſtolos fierent. Nam cùm paullò ſuperiùs dixerimus, quòd dæmones verbo fugaret, & ægros oratione curaret, addidit Deus noſter magnificare Sanctum ſuum; ita vt in proceſſu temporis cæcis viſum, ſurdis auditum, locutionem redderet mutis, vitam mortuis, mancis dexteras, claudis reſtitueret greſſum, &

Apoſtolicis ſignis claret.

AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

alia quamplurima, quod longum eſt enarrare per ſingula: de quibus ſi Dei fauor adiuuerit, optamus perſtringere pauca. Eia age ſermo *h* quod ſpondes.

a *MS. Corſ.* effulſiſſet.

h Simonia. b *Identidem virulentum hoc germen pullulat, quibuſcumque reciſum machinis. Nam iam antè in ſuperioris* Sulpitij *electione, vt ſcribit S. Gregorius Turonen.* cùm multi munera offerrent, hæc Rex (*Gunthramnus*) epiſcopatum quærentibus reſpondiſſe fertur: Non eſt Principatus noſtri conſuetudo, ſacerdotium venumdare ſub pretio *&c. Pòſt quoque* SS. Eligio *&* Audoëno *contra eam peſtem laborandum fuit.*

c *MS. Corſ.* virtutum gratiâ.

Primas Bituric. d *MS. Rub. val.* primam. *nec malè: ſubſunt enim ei, vt Primati, Archiepiſcopi Auxitanus, Narbonenſis, Burdegalenſis, Toloſanus, vt ex catalogo Beneficiorum Gallia patet.*

e *MS. Corſ.* animos.

Matta. f Matta, *vel* mattula, *culcitra eſt, quæ ſtuppâ, fœno, ſtramine, lanâue craſſiore farta: vox Gallis quoque & Teutonibus vſitata.*

g *MS. Corſ.* ſine morâ. h *al.* quid ſpondes?

CAPVT IV.

Varia ab eo edita miracula.

a 17 *a* GVnthoaldus quidam filium ſuum, annorum circiter decem, cuius guttur ita adhæſerat linguæ, vt ſermo formatus numquàm de ore eius fuiſſet prolatus, ante pedes beati viri expoſuit: cauſſam innotuit omnem. At ille humano miſeratus affectu, cum gemitu & ſuſpiriis oculos ad cælum ſimul tetendit & palmas; Chriſtum, qui eſt ſuper omnia Deus, tòtâ fide fuſis lacrymis inuocauit, & oratione præmiſsâ linguam pueri contrectat & ſignum ei crucis impreſſit. Illicò lingua reſoluitur, & variis ſermonum reſponſionibus vſque hodie mirabiliter loquitur. Præclaris glorioſiſque ſignis ſtupenda ſuccedunt.

Muto ſigno Crucis loquelam impetrat.

18 Eo tempore quo mortifera fames vtpote omnes prouincias populata fuiſſet; puer quidam fame præmortuus, genibus Sancti *b* ſpiritu tenui voluitur, & vt ſui miſereatur exorat. Cui miſertus vir pietate plenus, reſpiciens ad eum qui præerat domui, Hunc, inquit, ſummo ſtudio ſub teſtimonio Chriſti tibi commendo. Tum ille, ſicut præcipiebat, adhibiturum ſe diligentiam pollicetur: & dum huc atque illuc variis occupationibus teneretur, paullò indiligentiùs habere inopem cœpit, qui frigore inediâque ſimul conſumptus in fornacem ſe balnearum iniecit. Et cùm ſpiritu tenui membra iam feſſa trahere nequiſſet, tandem exanimatus interiit. Percunctatis omnibus aliquando miniſter cuncta penetrans, & nuſquam indicia de puero reperiens, Antiſtes beatus à miniſtro repoſcit commendatum. At ille eius genibus obuolutus eum perdidiſſe fatetur. Protinus vir beatus ingreditur cellulam, proſternitur terræ, fundit vberes fletus, *c* geminat alta ſuſpiria, Dominum ſupplicat Ieſum, vt tandem ſuis obtutibus redderetur. Intantùm enim durè acceperat quod audierat, taleſque fletus cum vocibus emittebat, quaſi proprium facinus lugens, ac ſi ante tribunal æterni Iudicis anima defuncti de eius manibus requireretur. Interea cui officium erat, ad fornacem properat ſuccendendam, & reperto cadauere rigida membra trahere nititur, agnitoque exanimi, beato Pontifici nuntiat. Rurſum ille terræ proſtratus ingemuit, fundit preces, diu in ſuſpiriis remanet; eleuato videlicet capite, ſuper exanimis oſſa calidam iubet fundere aquam. Interea Dei Sacerdos ſine intermiſſione pro eodem tunſo pectore Dominum poſtulabat. Cœperũt defuncti membra moueri paullatim, & famulantia vſibus in officium priſtinum oſſa redire: & licet tenuis, in oratione durante Beato, poſt pedes eius euoluitur, & tacto veſtigio priſtinum collegit robur. A famis pernicie tutus hodie creditur ſupereſſe: etenim tempore multo apud nos commoratus eſt deinceps.

b *c* *Frigore & inediâ extinctum ad vitam reuocat.*

19 Nondum tempore multo emẽſo, memoratur etiam ab eo aliud diuinitus geſtum. Gurges quidam erat *d* in *d* Viriſionenſium ſitus agello, aquarum mole ita copioſus, vtpote dæmonibus conſecratus, vt ſi quis cauſsâ qualibet ingrederetur eumdem, repentè funibus dæmoniacis circumplexus amittebat crudeliter vitam. *e* Sed per Dei auxilium adfuit aliquando aduẽtus B. Sulpitij. Tum indigenæ loci genibus adhærent Sancti: exorant vt ſibi Sacerdos ſubueniat, quia multos propinquos famuloſque ibidem amiſiſſe plangebant. At ille (vt ſemper) ita toto affectu miſertus, chriſma cum oleo & aquâ commiſcere modicum iubet, & benedicens, diſcipulo tradit, præcipiens vt inſtar Eliſei Prophetæ diceret: Hæc dicit Dominus: Sanaui aquas has, & non erit in eis vltrà mors neque ſterilitas. Quod cùm factum fuiſſet, ſubitò peſſimus hoſtis ex eodem loco ita fugatus eſt, vt cum felicitate ex tunc vniuerſi tranſeant, & piſcium copia littore trahatur, & nemo periculum ſentiat. Reddita eſt ergo populo ſalus, & ablata eſt infirmitas aquæ.

e *Chriſmate ab aquis dæmonem profligat.* 4. Reg. 2. 21.

20 Non longum poſt tempus ſequitur longè clarior virtus. Cùm vnus ex ruſticis ob mitigandum æſtiuum feruorem *f* vltroneus ſe proieciſſet in flumen, illicò Sathanæ laqueis vinctus, vitam violenter abrupit. Hic locus non longè à baſilicæ ponitur domo, vbi Dei Sanctus *g* in cuiuſdam exedrę loco refectionis gratiâ cum Fratribus diſcumbebat. Intereà anus quædam, eminus quæ conſiſtebat, repentè innuit manu miniſtris, qui in conſpectu beati Antiſtitis aſſiſtebant. At illi per vnum ex conſeruis indicium rei percunctari nituntur. Et dum ventum eſt ad locum, indicat mulier quemdam in ima demerſum ſpiritu caruiſſe. Tunc ſocios euocat, Pontifici nuntiat, qui iubet abſtractum corpus ad Nonam vſque ſeruari. Et refectis omnibus locum orationis adiit: & quidem ſtatim vt popoſcerat, viuificationem exanimis elicuerat. Sed ideò à Sextâ, tribus credidit intercẽdere horis, vt nulli dubium eſſet verè fuiſſe defunctum. Tandem ab oratione ſurgit, & ſuo cõſpectui exanimem præcepit ſiſtere, eleuatâque manu Crucis impreſſit imaginem: reſumpto ſpiritu paſſim defuncti membra mouentur: ad vocem Antiſtitis velociter ſurgit incolumis; recepto vigore propriis remeat greſſibus.

f *g* *In flumine demerſum ſigno Crucis vitæ reſtituit.*

a *Sur.* Gothaldus. *MS. S. Max.* Gondoaldus.

b *MS. Corſ.* tenuis ſpiritus.

c *MS. Rub. val.* ingeminat.

d Viriſio *oppidum eſt in Biturigibus, alibi* Viriana *dictum, Gallicè vulgò* Vierſon; *ad quod* Auaricus *amnis, vulgò* Auuron, *in* Carum *influit.* *Viriſio oppidum.*

e *MS. Corſ.* Sed Dei auxilium adfuit aliquando aduentu B. Sulpitij.

f *MSS. Rip & Corſ.* vlteriùs

g *Yepes fuiſſe tunc* Sulpitium *ait in monaſterio quodam ad idem flumen ſito.*

CAPVT V.

Alia miracula ſigno Crucis patrata.

21 QVodam tempore quidam de Optimatibus, nomine Theodegiſilus, viſendi gratiâ ad beatum venit Antiſtitem: dilectionem adhibet, quam nouerat omnibus impartiri: & cùm eſſet hyems, nimia congeruntur pabula igni: Miniſtrorum mentes fortaſſe detentæ in aliud, de caſu ignis nemo ſollicitus adfuit. Tandem flamma voraciter deuorat tecta: iamque reſperſa cœperunt quati vniuerſa, & minante ruinâ validas reperiunt flammas: copioſus ignis *a* in pauorem reddiderat vniuerſos, ob difficultatem nimiam, cùm nemo auderet tectum aſcendere: præſidio deſperato fugam arripiunt vniuerſi. Cùm crucis vexillo manu Sacerdos reſiſtere nititur flammis. Et mirantibus omnibus, ita flammarum globi extemplò reſtincti ſunt, antequàm manum ſuam Dei Sacerdos retraheret, ac ſi aquarum magni fluminis impetu, vndique fuiſſent vallati.

a *Flammas extinguit.*

22 Referamus nempe huic ſimile geſtum. Infra mœnia vrbis quædam de illuſtribus feminis, ſpicis *b* ſegetum horreum repleuerat magnum: intempeſtâ nocte furtim ſceleſtus ingreditur igne coniecto: mox flammæ vndique circumdant. Nec latere quiuit, quod luctus omnium

b *Incendio terminum figit.*

omnium manifeſtat: tumultus increpuit, vbi vir beatus ſopore deprimitur inſueto. Tandem per diſcipulum cauſſam reperit geſti, curſu præpeti pergens, flammarum rogum cum canticis ſpiritualibus circuit, miris modis cum baculo terminum defigit, igneus collis quem non tranſgredi queat. Omni ex parte vicinas adhærenteſque domos dum tangerent, ad ſe reuerſæ reſtinguuntur flammæ in vnum, chaos fugiunt quod non tranſgredi audeant. Tripudians Pater ad eccleſiam remeat, matutinis horis debitas perſoluere laudes.

23 Addamus tertium miraculum ſimile geſtum. Monaſterium quoddam in eadem vrbe vir Dei ſummo conſtruxerat niſu, in quo virginum ac continentium feminarum incluſerat agmen, vbi ſtructuram lapidum grandæuis extulit ædibus. Caſu cuiuſdam *d* de incautis, cùm noctis ſilentia fierent, ab igne pariete prærepto paullatim creſcens extenditur; mox domo perruptâ vicinas attingere properat. Iamque moles flammarum in magnum excreuerat montem. Tandem Dei Sacerdos prece ouium ſuarum accitus, occurrit ad caulas; immenſæ altitudinis cum Crucis ſigno flammis reſiſtere parat. Illicò medio rogo auxilium apparet ſanctum, columbæ in ſpecie, in quâ ſuper Dominum Spiritus ſanctus deſcenderat baptizatum. Subitò flammæ reſtinctæ ceteras non audent contingere domos. Ereptas oues paſtor ſalutaribus inſtituit monitis, per cuius doctrinam inter eaſdem hodie caſtitatis propoſitum fulget; quæ dum ſapientiæ ſtudio ſemet veſtiunt, non ſolùm corpora, ſed & animas virginitati conſecrant, præparantes vaſa munda ad ſapientiam, ex quibus diuini verbi *e* concubitus ſanctos & immortales expetunt, ex quibus poſteritas relinquitur nequaquã corruptibili mortalitati obnoxia: abſtinentiæ verò ac ſobrietatis, & honeſtatis gratia quanta inter eaſdem pulchro decore refulgeat, vires edicere non ſuperant. Nunc ad narrationis noſtræ redeamus ſermonem.

Incendium denuò reſtinguit, columbâ cælitus interuolante.

d deuitantis.

e amplexus.

f g 24 *f* Procul ab vrbe, *g* Anatra loco qui dicitur, ſecuribus præcepit arborem ſuccidi immanem, quodque actu ſucciſa corruit velox, vnus ex pueris mente detentus in aliud attonitus ſiſtens, mortem non refugit demens. Protinus Sacerdos manum eleuat cum Crucis ſigno, arborem vertit mirabiliter in alteram partem, puerum abſtraxit ſoſpitem de mortis periculo.

Arborem cadentem Crucis ſigno in alteram vertit partem.

a *MS. Corſ.* in ſtuporem.

b *MS. Rub. val.* congeſtum. *Haud ſatis ex fide hæc reddidit Petrus de Natal.* Aliàs etiam cùm ignis domum aliam incenderet, & mulier quædam pro ſegete, quam ſibi iuxta repoſuerat, ſollicita eſſet; ſignum Crucis edidit contra flammas, *&c. aſt ipſum arſiſſe horreum videtur.*

c *MS. Corſ.* ignis contectò.

d *Idem*, deuitantis.

e *Idem MS.* amplexus.

f *Yepes ait, iuxta vrbem fuiſſe.*

g *MS. Rub. val.* Auatra.

CAPVT VI.

Iniquum tributum eo agente abrogatum.

25 ET cùm iam refulgentibus, quemadmodùm lux clariſſimorum ſiderum, infinitis ſignorum miraculis, vigente fide, quâ vbique cuncti pariter in Domino crediderant Saluatore; ille totius bonitatis æmulus, & humani generis deceptor antiquus, malignis quibuſdam viris interno bello, eccleſiam in pace quieſcentem cum omni plebe, nititur impugnare; & *a* Principem quemdam Galliarum prouinciarum cupiditatis ardore inflammat, & occultis perſuaſionibus vrget, vt Biturigam plebem cum Eccleſiæ Sacerdotibus nefando cenſu conſcribat. Et velut quamdam beſtiam bino ore ſibilantem, biniſque linguis diabolica venena vibrantem, ex ſuis fautoribus vnum, memoratam plebem quatere mittit. Sed quia diuina virtus & gratia in maximo præcipuoque certamine numquàm deſerit ſuos, multitudinem Chriſtianam permanẽtem à ſeculo liberam, nefandus miniſter ſub crudelitate regiâ coëgerat deſeruire.

a Iniuſto tributo vrbi impoſito,

AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

26 Vniuerſi afflictionem impiam non ferentes, tanta multitudo ad pium confluxit Paſtorem, tantuſque plangentium eleuatis vocibus increpuit fragor, vt putaretur audientibus terribile eſſe tonitruum. hoc ſolum voces omnium conclamabant: Pie Paſtor ſubueni gregi, quem vſque nunc paſtorali fouiſti affectu. Age ne pereat grex tibi commiſſus à Domino: defende à lupo quem rabido lacerat dente. Vnde ipſe nimiâ pietate permotus vniuerſis indicto ieiunio, Aſſeſſorem alloquitur blandè, vt impiam deſinat proſequi iuſſionem. Sed cùm mens dura faſtu non frangeretur, ac ſpretis affatibus Sacerdotis acrior magis magiſque ferueſceret; cellulam petit Beatus, terræ proſternitur, ſanctum tundit verbere pectus, petit à Domino quod à Præſide nequiuerat obtinere; & ſciens non minorem animi eſſe virtutem pro inimico exorare Dominum, quàm procumbere pro Domino, conuerſionem inimicorum petiit potiùs, quàm perniciem. Et quidem illicò ſi petiſſet, immoderati Principis & ſæuiſſimi Aſſeſſoris digna percellens adfuerat pœna. Sed erat vir beatus contra ſuos aduerſarios mitis ſemper & pius.

ieiunium indicit.

27 Vnum intereà mittit è ſuis ſolitarium quemdam, *b* Ebregiſilum nomine, qui renuntiatis omnibus, id eſt, ſeculo cum ſuis actibus, vitâ, & ſermone ad exemplum beati viri erat præſtantior ceteris, vt ſæuitiam Principis redargueret, qui niſi melioris vitæ emendationem mutaſſet, interitum repentinum ei imminere nuntiaret. Addebat etiam Beati ſequipeda, Principem de commiſſis etiam impietatibus ſcelerum monẽs, ſi fortè poſſet commiſſi pœnitudinem gerere, ſi poſſet flere pro ſcelere, & vltrices pœnarum flammas lacrymarum vbertate reſtinguere, quia non vult Deus tantùm mortem peccatoris, quantùm vt conuertatur & viuat. Rex quo audito nimio deterretur metu, & tanto pauore concutitur, vt ſtatim agnitâ culpâ luens delictum cum lacrymis, regali abſque faſtigio pœnitudinem gerens, libenter impleret quæ à tanto Sacerdote per diſcipulum fuerant intimata. Velociter inſuetus aboletur cenſus, deſcriptio reſcinditur impia, ſalus tribuitur populo, & velut poſt nimiam tempeſtatem ac ſi ſolis ſplendor redditus fuiſſet, pace Eccleſiis datâ, Sacerdotum gaudia cumulantur. Mirabiliter quoque Rex adiecit, vt generalis daretur auctoritas, ne in poſterum impia executio iteraretur in plebem. Aſſeſſorem verò atrocem, qui emendationi Regis aſſenſum non præbuit, diuina perculit vltio, & vitam, quâ fruebatur indignè, amiſit illicò cum dedecore. Nec enim poterat tanti piaculi miniſter impunitus euadere. O beatum per omnia virum, qui numquàm ſe de aduerſariorum furoribus manu defendebat aut telo, ſed ieiuniis continuiſque vigiliis ſub altare poſitus, per obſecrationẽ defenſorem ſibi atque Eccleſiæ ſuæ Deum parabat. Et quis eum vnquam ſuis machinis atque oppugnationibus quiuiſſet deterrere, qui auxiliatrice dexterâ Chriſti ſemper tutus inuictuſque manebat?

b

mittit qui moneat.

ab eo emendationem impetrat.

Aſſeſſore refractario diuinitus punito.

a Dagobertum *Regem fuiſſe, diſertè exprimit auctor breuioris vitæ; miſſumq; crudelis raptnæ adminiſtrum,* Lullonem.

b *In ſecundâ vitâ* Ebrigiſelus *appellatur.*

CAPVT VII.

Adſcitus coadiutor. exercitia virtutum.

28 PEr idem verò tempus per omnia vir Dei ſignis & omnibus virtutibus adornatus, & in verbo Dei ſimplicitatem Apoſtolicam obſeruans, nullo inferior, & omnibus perfectus verè ſacerdos & hoſtia Dei, cùm ſe vbique ſollicitum circa inopiam pauperum dudum ſuſceptum opus explere contenderet; & ætas iam perfecta ad ſenectutem decrepitam procliuis penderet, cùm ſe vidiſſet ad omnia non ſufficere, vel in profundioribus vacare diuinis, vel in ſanctis orationibus, ſicut iugiter optabat, permanere; vel in eorum qui quotidie

Decrepitus Coadiutorem ſibi adſciſcit.

AVCTOR COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

fidei reddebantur, inſtructionibus adimplendum, ex quibus omnibus nec reſpirare ei quidem vnius ſaltem horæ ſpatio liberum tempus dabatur, dum ſemper in alia ex aliis vocaretur, ita vt à primâ luce vſque in profundam veſperam numquàm ceſſaret in variis occupationibus detineri; cùm ſe tanto onere vidiſſet grauari, vtilius eſſe ratus eſt, vni ex fidelibus Chriſtianis primoribus regionis, plenè iam & optimè inſtructo viro [a] Vulfelento tradere participationem officij ſui ac laboris dumtaxat, & diuini verbi committere miniſterium, & ita conhibito Clero ſacerdotij inibi iura ſuſcepit.

[a]

Miniſtrorum & pauperum præſidijs intendit. Matth. 20. 26.

29 Enarrare quis valeat, quâ humilitate, quâue caritate circa ſuorum comitum & miniſtrorum præſidia, pauperumque deinceps ſe exhibere contentus eſt? qui ſemper Euangelicum illud ore mundiſſimo ruminabat, & totis viribus implere opere contendebat: Qui vult eſſe veſter primus, ſit veſter miniſter; & qui vult eſſe veſter Dominus, ſit veſter ſeruus. Et quia oculum mentis ſuæ totum habebat in Deo defixum, indeſinenter etenim conſiderabat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum propter nos hominem factum hoc nos docuiſſe, vt vſque ad mortem obluctemur aduersùs peccatum; ſiquidem & ipſe non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum vſque ad mortem: quem Sulpitius Dei ſeruus ſecutus, omnes profligationum labores & cruciatus carnis & mentis ſuſcepit, ne propoſitum fidei conſcientia macularet.

Humilitatem Chriſti æmulari ſtudet.

30 Quoniam quidem ſi volumus nunc B. Sulpitij Epiſcopi enarrare virtutes, & exponere robur conſtantiæ, nec nobis copia tanti ſermonis eſt, nec putamus aliis niſi iis ſolis, qui oculis ſuis intuebantur, videri credibilia. Nunc ad illa quæ priùs cœperat, ſermo percurrat, vt de miraculorum geſtis, quæ ſibi iuncto principe deinceps cælitus egerit pauca perplectere contendamus. Tempore quodam vnus de ſceleratis, & vtpote indigentibus, in promptuarium beati viri ſe noctu violentus iniecit; ſtatim diripere nititur quod atroci mente facinus furti conceperat: & abire feſtinans, nullus remeanti patet exitus, & munimine omni conſtructo quaſi carcere ſeptus, reus vndique ligatur. Noctis ergo totius itinere incaſſum conſumpto, facilis cui fuerat ingreſſus, nec tenuis patet regreſſus. Intereà lucis ſplendor mundum irradiat, & vir Dei vnum de cuſtodibus euocat, mittens ad ſocium mandat, vt quem errore laſſatum, & velut quibuſdam arctatum vinculis ita innexum in promptuario reperiſſet, attraheret.

Furem in promptuario oberrãtem diuinitùs noſcit:

31 Haud mora: miniſter ſocium properans adiit, quo vocato ſceleſtum reperiunt intro, & vt attraherent protinus comprehendunt. Inter quorum manus lubricus repentè elabitur, & cùm ſe crimine cerneret circumſeptum, & vndique à turbis vallatum, malens ſubire celerem mortem, quàm longos facinoris trahere cruciatus, in puteum [b] cubitorum ferè octoginta, eminus qui aderat, interiturum ſe præceps iniecit. Nihilominùs cùm eum vorax terra ſuſcepiſſet, Antiſtitis beati ſuffragia poſtulabat. Tum vir Dei occurſu veloci aduentans, poſt elapſum iubet quemdam de pueris deſcendere nexum, ſatis monens diligentiâ ſummâ ſceleſtum trahere circumplexum. Cumque omnes non poſſe iam viuere clamitarent, quem tantæ altitudinis terræ hiatus vorauerat, ſed potiùs ab omnibus iam interiiſſe crederetur; imperat puerum iuſſis obedire velociter. Ingreditur famulus, nec cunctatus ſignaculo viri Dei armatus, alacrem reperit, quem omnes credebant eſſe exanimem: connexum funibus captiuum ad patrium ſolum reuocat: conſtipantur mœnia agminibus populorum: ad ſpectaculum tantæ rei penè tota confluxerat ciuitas: complosis manibus voces omnium perſtrepebant: mirantur ſoſpitem quem tantæ altitudinis profundo merſum iam putabant eſſe defunctum. Hactenus criminoſus alto mentis ſtupore diſcuſſus, Sancti proſtratus veſtigiis poſtulat facinoris veniam. Illicò vir pietate plenus indulget, & vſibus tribuit neceſſaria, monens ſæpè vt potiùs petat, quàm rapiat; munere ſibi optet conferri victum, non rapinâ. Et quoniam in eo fuit perfecta humilitas, prompta miſericordia, ſancta ſimplicitas, quantæ verò patientiæ fuerit, & longanimitatis quis dicere valeat?

[b] *in altiſſimum puteum ſe præcipitat:*

extrahitur incolumis.

32 Dum vnus ex diſcipulis de ordine Leuitarum repedandi ad propria licentiam ſibi poſtularet, ille dilectionis affectu, ne aliquis caſus longæui itineris accideret, libertatem ei abeundi non tribuit. Hic verò ſpiritu armatus ſuperbiæ, vix curarum obliuionem quies prima laxârat, & ſtatim concito cum vehiculo fugam faciore ſtimulante arripuit: qui ita digno cæcitatis percutitur ſupplicio, vt huc atque illuc per totam noctem incertus, vacuo labore diſcurreret. Reddito die terris, curſu incaſſum conſumpto, in loco, de quo feſtinus iter arripuit, ſe conſiſtere cernit. A Sacerdote denique, quem nihil puto lateret, veniam facinoris petit, genibus adhæret Sancti, geſta per ordinem [c] fatetur: ignoſcit mens pietate promptiſſimâ, illicò tribuit veniam confitenti.

Diaconi inobedientia caſtigata.

[c]

a *Alii,* VVlfolentus, VVlfolendus, VVlfolenus, VVlfoledus, VVlfeodus, *dicitur.*

b *Petrus de Natal. hyperbolicè,* paſſuum.

c *MS. Ripat.* fatur.

CAPVT VIII.

Infeſtationes dæmonum eliſæ.

33 Etenim quantâ quibuſque contra eum peſſimus dæmon artibus cum vniuerſo exercitu ſuo intentione pugnauerit, atque ſuper omnes ceteros qui per id tempus pro Chriſti nomine colluctabantur, noua protulerit, atque aduersùs eum dæmonici furoris arma commouerit, agnoſcere cupientibus perſtringere pauca curauimus. Et quia de eius pernoctationibus crebris paullò antè iam diximus; cùm in profundo cuiuſdam noctis ſilentio pſalmorum canora in baptiſterio peregiſſet, perrexit cum paucis ad Martini beati baſilicam, vt reliquum noctis ſpatium vſque ad matutinos in diuinis laudibus inibi [a] epularetur. Cumque puerum cum lucernâ præeuntem, iamque fores baſilicæ contigiſſet, ingerens ſe funeſtus dæmon, formam validam, & ſpeciem auis teterrimæ & horribilis, primùm lumen quod præibat nititur ſuffocare. Deinde in faciem oculoſque ſancti viri cum magno impetu ſe iniecit, & huc atque illuc circumuolitans, ridiculoſis intentionibus iterum atque iterum violentum infeſtumque reddebat. Adhæc vir Dei praui geſta perpendens; Scio, inquit, quis ſis, antiqui ſerpentis miniſter, nec te latere permittis, cui perſecutorem nequiſſimum penè iugiter te oſtendis. Tandem manum eleuans cum Crucis ſigno, non ſolùm ſe vltrà iniicere non audebat, verùm iniectu Crucis impreſſæ ita euanuit.

[a]

Infeſtationes dæmonum ſigno Crucis pellit.

34 Vt erat impudens & deluſio miſerabilis, dein in iniuriâ ſancti viri ſtimulos ſeditioſus hoſtis accendit. Cùm itaque vnum ex pueris mente & conuerſatione ſimplicem, Anſulphum nomine, pro Fratrum & pauperum victu neceſſario exhibendo, locum ad quemdam ire præcepiſſet; haud mora, præceptis obedit, iuſſa implet, ad propria remeare contendit: cui ſæuiſſimus dæmon cum ſuis apparitoribus ſe obuiàm intulit: quem de vehiculo eiecit, eumque malè mulctatum flagris reliquit, ita vt ſemiuiuus à proximis deferretur ad domum. Et cùm ob iniuriam S. Sulpitij, quæ geſta fuerant, nemo referret ad eum; tandem diuinitus per Spiritum (gratiam enim acceperat prophetiæ) ſenſit miniſtrum cõtinuatis diebus decem mutum permanere & cæcum, omnia præmortua membra, & ita obſerato ore cum dentibus, vt ne aquæ guttam interiùs aliquis poſſet infundere. Intereà vir Dei eum quem ſpiritu ſenſerat, geſtorum ordinem Fratribus indicat, afflicto condolens ex affectu, lacrymaſque profundens ex pietate, pro ſe

Famulum à dæmone malè mulctatum diuinitus cognoſcit

pius

pius paſtor ouem acerbo dolore cruciari lugebat. Illicò tamen ſancta membra terræ proſternit, & poſt oratio-
oratione eum curat. nem ab humo cõſurgens, panis buccellam cum vino exanimi iubet deferri. Protinus in ore eius reſeratis ferro dentibus ſtillam vini, quod miſerat, proximi fuderunt: mox iam magnâ ex parte præmortuo redduntur ſenſus amiſſi, & in vigore priſtino famulantia redeunt membra. Hæc quidem ab ipſo qui pertulit, & fidelium teſtimonio agnouimus confirmatum.

35 Nec multò pòſt reddito terris occaſu diei in eccleſiâ cum paucis aggreditur pernoctare, & cùm alta quies adeſſet, tenui ſibilo ſerpentis aſtutia primùm demulcet in aurâ. Dein quies vbique cùm eſſet, in eccleſiæ ſepta valido impetu, arcus, aras, lucernas, ceteraque officia concutit, ita vt putarent diſcipuli eccleſiam omnem funditus euerti. Et cùm pauore nimio trementes pſallenteſque relictis canticis, ſpectantes interitum adhærent pauimento, beatus inuictuſque per omnia ita fortiter in diuinis canticis perſiſtebat, paruipendens quæ inuidus perpetrabat, vt in proſperis numquàm conſtantior fuiſſet nec clarior. Tandem inuidus anguis cum ſuo exercitu in vnâ ſe mole conglomerat, & putans grauio-
Conſtanter damonum terricula-menta ſpernit. ribus ictibus ſonituque intemeratam conſtantiam deterrere, immenſo tumultu perſtrepens, ante faciem beati viri pauimento percutiens ſe præcipitat, ita vt putarent diſcipuli in fruſta Magiſtrum fuiſſe contritum. Ipſi quidem diu attoniti permanſerunt: glorioſus verò Sacerdos diuinis iaculis aduerſarium vulnerans in ſpiritualibus canticis perſeuerat: ſanè diſcipulos arguit, cur relictis canticis, minis phantaſmaticis deterriti eſſent. Sed quid mirum ſi is humani generis hoſtis, tanti Sacerdotis necem expetiit, quippe qui dux & ſignifer erat in populo Dei, cùm etiam nefaria & impura flagitia ad ipſam quoque diuinitatis quondam tetendit iniuriam?

36 Et quia indeſinenter contra bonitatem malitia pugnat, & Sanctos Dei æmulatio inſequitur aduerſarij, quanta peſſimus hoſtis diuerſis illuſionibus ſe manifeſtans, ſtimulis furoris ſui aduersùs Chriſti cateruam, quam eius dextra per ſacerdotem ſuum protegebat, exaggeraſſe dicatur, non ſufficimus loqui. Tamen vnum de his, quæ crudeliter in quemdam de ſeruis Dei, ſub tantis teſtibus geſſerit, breui ſermone tradamus. Cùm vnus ex turmis, quorum officium eſt iugiter in eccleſiâ matre canere Deo, Leguntius nomine, curſu debito pernoctare ad eccleſiam pergeret, humani generis hoſtem offendit ſibimet bellatorem. Et irâ aduerſarius frendens
Quemdam ſemiui-uum eu-chariſtiâ in os inditâ ſanitati reſtituit. ab itinere boni operis cœpto, Dei ſeruum nititur reuocare, afflictumque cædibus multis, ſemiuiuum reliquit & penè exanimem. Et manè ſolo proſtrato reperto à pluribus, omnis ſenſus officij amiſerat famulatum. Tunc Sanctus Dei procul ab vrbe fortè diſceſſerat, & cùm poſt triduum fuiſſet regreſſus, reperit eum ſemiuiuum, & flagris malè mulctatum. Tunc iuxta membra Fratris ſe proſternens, ingemuit fortiter, viq́ue dentibus reſeratis, ſacrificium in ore eius propriis manibus, Dei Sacerdos infudit, & miro ſtupore ſpectantibus omnibus, ita repentè apprehensâ manu eius in faciem Sacerdotis ſurrexit incolumis, ac ſi nihil mali habuiſſe putaretur, & vbique ſaliens benedicebat Dominum.

a *al.* expleret.

CAPVT IX.

Præclara in varios beneficia.

37 NEc multum itaque poſt tempus vnus ex ruſticis arreptâ manu ſecuri nefario polluit opere Reſurrectionis Dominicæ diem. Illicò manus areſcit ſacrilega, cute ſiccatâ cum neruis, ſecuris adhærens recludi-
Laborantem die Dominico, & ideò punitum, tur. Repentè ad Dei properat Sanctum, veſtigiis obuoluitur Chriſti athletæ: ſacrilegij auctorem manus arida prodit. Lugentem ad eccleſiam monet potiùs reum peruenire Sacerdos, orationes continuat ſub altare, tandem vt poſſit à Chriſto facinoris quod commiſerat, veniam impetrare. Interea Dei Sanctus ad conſuetum decurrit præſidium, ingreditur cellulam conſperſo cinere, in oratione fuſis lacrymis pernoctat: & dum ad eccleſiam facto manè debitis laudibus exſoluendis Dei ſacer veniſſet, vulgi diuerſitate cum ſecuri hominem intuente, in oratione pronus vir Dei incumbit. Et ita repentè reus non ſuſtinens cruciatus, magnis clamoribus perſtrepebat, vt putaretur locus ipſe eſſe commotus ſubitò: nam & pauor immenſus arripuit vniuerſos. Interea ſacrilega manus officio ſubitò reſtituitur proprio, oſſa, cutis, & nerui ſuis replentur humoribus, ſecuris ex eadem in partes reſiliit mirabiliter: fundit criminoſus vberes fletus, peccatum fatetur & abſoluitur, domum remeat abſolutus. Itaque diuina prouidentia miſericordiâ præcellens, animæ morbos corporis afflictione componit, ſecundùm illud: Viſitabo in virgâ iniquitates eorum, mi- Pſal. 88.
ſericordiam autem meam non auferam ab eis. 33.

AVCTOR COÆTANEO ANONYMO EX MSS.

oratione ſanat.

38 Et quia dudum in terris poſitus Dominus & Saluator noſter diſcipulis dixerat: Si crediderit is in me, Ioan. 14.
opera quæ ego facio & vos facietis, & maiora horum 12.
facietis; in tantum, etenim poſtremò ad fidei amorem virum beatum ſpiritualis flamma ſuccenderat, vt ſi quiſpiam aquam diſtillantem è manibus ſuis, cùm lauarentur, occultè præriperet, & languentis cuiuſque corpus attingeret, pleriſque infirmitatibus illicò caruiſſet, ſed præcipuè à tertianis & quartanis paſſionibus vexati miro ſtupore reciperent priſtinam ſoſpitatem. Nam quanta aut quæ per eum Dominus ad vltimum egerit ſigna, ac virtutes nouis ſtupendiſque miraculis declarauerit, non aliis niſi his ſolis, qui oculis ſuis intuiti ſunt, putamus eſſe credibilia.

Quâ manus abluebat aquâ, morbi curantur.

39 Et quoniam conſortium vitæ & actuum, non cum ceteris mortalibus, ſed cum Angelis immortalibus habere credebatur; in tantum ſupremùm fallacias ac blandimenta reſpuit mundi, vt rectè cum Apoſtolo diceret: Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. Et illud: Philipp. 1.
Optabam diſſolui & eſſe cum Chriſto, niſi propter eos 21.
optarem viuere, pro quibus & mori. Tamquàm ſtercus Ibidem,
denique pompam reſpuit ſeculi, auruꝫ ſpreuit, argen- 23.
tum reſpuit vt lutum. Concilia celebrat, Epiſcopos per ſynodos euocat; monet crebrò, ne diuina prætermittantur mandata, prorſus replicans illud Saluatoris mandatum: Nolite poſſidere aurum neque argentum, &c. ſed Matth.
ſecundùm Apoſtolum, habentes, inquit, victum & ve- 10. 9.
ſtitum, his contenti ſimus, & ea quæ ſequuntur fugien- 1. Tim. 6.
da. Ipſe verò totis viribus elaborabat, caſtigans corpus 8.
ſuum & ſeruituti redigens, ne fortè cùm aliis prædicabat, ipſe reprobus efficeretur. Multo etenim tempore argentea vaſa neque habuit, neque vſus eſt, ſed omnia in ſuis vſibus erant lignea, fictilia, & marmorea. O intemerata conſtantia, quæ vitam, quâ pulſatur humana fragilitas, patientiæ virtute calcauit! Et quoniam ſecundùm Saluatoris vocem, ea docuit quæ ipſe priùs per Matth. 5.
omnia fecerat, nulli dubium quin eſſet magnus in regno 19.
cælorum. Iſte fuit Sacerdos Dei Pontificale a petalum 4
geſtans, qui in ſemet crucifigendo corpus, & perſequendo vitia adeptus eſt nouum, non morte, ſed carnis mortificatione, martyrium.

Mundum contemnit.

paupertatis & mortificationis amans.

40 Et cùm iam ſatis abundeque, eccleſias, monaſteria, cellaſque conſtruxerit, innumerabilium clericorum ac monachorũ Pater effectus eſt, renuntiantibus quamplurimis facultatibus ſuis, qui eiuſmodi philoſophiæ dediti, bonis ſuis quibuſque indigentibus erogatis, multaſque etiam vitæ ſollicitudines procul abiicientes, & extra vrbem in hortulis vel exiguis quibuſque agellis degentes: alij verò, ſicut in Actibus Apoſtolorum hi qui primitus crediderant, vitam duxiſſe memorantur, poſſeſſiones ſuas & prædia vendentes, & pretia ponentes ante pedes ceterorũ, cuiuſis vnicuique prout opus erat, vt Euangelico facilè fungerentur officio. Omnes quos optauerat in ſpiritualibus dogmatibus pleniſſimè inſtructos, & ita in ſtudiis philoſophiæ Chriſtianæ ad imi- Act. 4.

Multa condit loca ſacra.

AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS. *Discipulos ad sapientie pabulum docet anhelare.*

tationem beati magistri deditos, vt nonnulli etiam post triduum non tam desideratum quàm necessarium corpori indulgerent cibum; videlicet dum in profundiore intelligentiâ sacrorum voluminum plerique conuersantes, tamquàm copiosis dapibus inhiantes, expleri nequiuerint, & contuendo acriùs inflammarẽtur, & iugi certamine ita aduersùs carnem agonizarent, vt in nullo voluptati eius ac libidini concederent; animam verò alendam sapientiæ pasculis & scientiæ cibis in maius semper augentes. Exultans Pater de tali studio filiorum, tandem fœnus repositum properat ab æterno exigere Patre: & subitò adest Dominus consolari ac remunerari seruum fidelem.

a Πίταλον folium, bractea. *videtur hic intelligi lamina, quam olim in pectore gerebat Pontifex, & συνεκδοχικῶς quoduis insigne Pontificale.*

CAP. X.

Obitus. sepultura. miracula.

Feliciter moritur.

41 ET dum his virtutum floreret miraculis, beatæ consummationis glorioſum tempus aduenit. Sed cùm fracta iam æuo mẽbra deficerent, afflictum emortuumque corpus, onus abstinentiæ roborabat; & quod natura neglexerat, meritum confirmabat. Itaque plenus dierum, ætatis suæ tempore consummato, meritorum splendore coruscans, terrena terris membra commendat, spiritus cælestes inter Angelorum choros celsa cæli conscendit.

Magnus ad funus fit concursus.

42 Igitur ex omni latere vrbis innumerabilium populorum repentè vndique cáterua confluxit. Constipantur mœnia, atria, omnesque plateæ, in tantum denique vt nisi auxilium adfuisset beati Pontificis, pars maxima populi contrita sub pedibus, vi obruto spiritu, constipatione tantorum necarentur. Erat omnium planctus immensus, mœror intolerabilis, tantoque gemitu lugentes erumpebant in voce, vt lapidea etiam pectora immensos profunderent fletus. Nescio an fuisset inibi quis tam crudelis & demens, qui se à lacrymis reuocare potuisset. Tantus etenim vocum increpuit fragor, vt locus ille quasi à magno tonitruo concuti putaretur. Et cùm esset omnium infinitus animæ mœror, Clericorum prorsus interruptis singultibus acedioſa lamentatio spirituales hymnos canere vix sinebat; ea tantummodò inter singultuum verba, dolentium gemitus extorquebat. Heu grex desolate quid agis? En amisso Pastore dispergeris, & quis te à luporum rabidis dentibus quiuerit liberare? In morte denique tuâ, ô pastor bone, omnes nos interîsse quis ambigat?

A'b omnibus lugetur.

Sepelitur.

43 Intereà ventũ est ad basilicam, vbi nũc Dei Sacerdos glorioso triumpho resurrectionis tempus exspectãs, miro decore iacet humatus, quam quidem dudum ipse summo constructerat nisu. Corpus illatum sepulchro, plebs vniuersa Pastoris absentiam sustinere non valens, vltra humanum modum mugitum pauimento prostrati reddebant; ita dumtaxat vt nec ministris ecclesiæ permitteretur libertas officij persoluẽdi. Lugebant quidem quasi absentem, quem non amiserant, sed præmiserant; nescientes planè quâ legatione pro ipsis cælum penetrans diuinis obtutibus fungi properabat, vt ibi interpellaret, pro populo, quod hîc poscenti redderet ac fideli, ibi funderet vota, quod hîc responderet votis.

Illustratur miraculis.

44 Nec morâ à semet patitur esse absentem, quem in terris positus labore fouerat indesinente; sed illicò spiritu properat visitare quem corpore reliquerat, non affectu. Et ita repentè variis infirmitatibus salutem reddendo se prodidit esse præsentem, vt quasi cælitus lumen ostensum, aut radius quidam solis erumpens, totum orbem claritate superni luminis illustraret: ex quo per omnes ciuitates ac vicos, immensæ multitudinis velut messium tempore ad areas triticum, ita ad ecclesias populi congregantur. Et non solùm de diuersis miraculis sanitatum vicinas ciuitates, verùm vniuersa regna terrarum, tamquàm volatu pennigero flamma clarissima refulsisset. Et nisi basilica ipsa magnâ ex parte ampliata fuisset, capacitate suâ infirmantium multitudinem recipere nequiuisset. Et si Deum meruero Ducem, adhuc de his quæ nunc triumphator egregius gerit, brẽui sermone ostendere cupio. Dignè etiam planè ab antiquis prædecessoribus, vbi hæc geruntur, Nauis ob portum nauigij vocitatur, qui quasi præsagio futurorum quodam hoc olim indicat nomen, quod nunc affectu manifestat diuino: ea scilicet nauis est, in quâ, qui adhærent, huius seculi transeunt mare; & ad patriam longè positam, videlicet regni cælestis, perueniunt liberi. Ibi nempe ab imminentibus malorum procellis visibilium, & inuisibilium, confugij efficitur portus, ibi à seculi fluctibus ac turbinum tempestatibus euadendi tribuitur gratia. Illic quotidie infundunt sal scientiæ ac fidei, infirmis & ignaris. Ibi per intercessionem beati Patris nostri ab æterno, & inuisibili medico, gratis medela tribuitur infirmantium. Per eam prorsus naufragi atque exules pristinam reducuntur ad patriam.

Lãpas ante sepulchrũ eius suspẽsa iugi manat oleo. a

45 Prætermissis igitur ceteris, in quibus pŏst paullulũ, vt suprà pollicitus sum, operam dabo; nunc de lucernâ illâ, quæ ante sepulchrum Beati suspenditur, breuiter dicam. Fertur à ministris oleo semel fuisse impleta, & exundante sancto liquore, multitudine desuper iugi effundere a labe, ex quo multi peruncti variis pleriſque caruisse infirmitatibus. Et hoc non sine admiratione fatendum, quòd semel vespertino tempore Sacerdotalis cœtus dum diuinis canticis personaret, repentè ictu fulmineo cælestis flamma lucernæ fomentum percutiens, cunctis intuentibus, lumen præbuit mirabiliter, & nusquam deinceps fulgorem amiserit quamdiu ministerio vsque hodie instincto fouetur pabulum,

Epilogus.

46 His gestis clarissimi viri, etsi indignis quibus explicata sunt dictis, nunc tempore congruo terminum dare disponimus, ori manum imponimus, introrsus ad conscientiam redire festinamus, & quem imitari non possumus, patronum nobis fieri precibus postulamus, vt suis meritis adiuuemur, cuius natalitia celebramus, eo opitulante, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

a *Id est*, lapsu.

ALIA VITA BREVIOR

Auctore coætaneo anonymo,

ex tribus veteribus MSS.

a PROLOGVS. a

Omni ætate sunt aliqui Sancti.

1 AB initio vsque in finem per singula loca & generationes reor non defuisse viros à Deo electos, in quibus gratia sancti Spiritus refulgeret; & per quos signa miraculorum Dominus, & conformationem & prouocationem se quærentium manifestare videretur: sicuti moderno tempore per vnius Antistitis sui Sulpitij, vnde sermo mihi est, dignatus est merito vitæ eius multa & miracula ostendere. De quo opus imperantibus Fratribus, vt aliquid quod noueram, ad memoriam posteritatis profutura scribere deberem; quòd me huius iniuncti operis onus imparem esse scio; nec posse tantæ virtutes viri Dei adnotare, quas ab initio adolescentiæ suæ operatus est, congruis verbis vt dignum est, exprimere; sed tamen, vt nec contumaciter abnuere iniunctioni eorum; vel pauca quæ ipse vidi, vel eorum relatione qui ei ab adolescentiâ vsque ad decrepitam senectutem ministrauerunt; vel quod plurimorum fidelium, qui viderunt, innotuerunt, pauca perstringere curaui.

Auctor cum S. Sulpitio vixit.

a *Deest hic prologus MSS. Corsendonano & S. Maximini.*

CA-

CAPVT I.

S. Sulpitij præclaræ virtutes.

S. Sulpitius à puero pius:

2 IGitur B. Sulpitius Episcopus dum adhuc in seculari habitu in domo parentum consistere videretur, ita bonis operibus deditus fuit, vt nihil aliud magis videretur agere, quàm aut ecclesias ædificare, aut monasteria construere, aut in operibus misericordiæ circa pauperes se infatigabiliter exercere, & amore castitatis copulam matrimonij spreuisse visus est Et cùm Dominus iam suo voto & bono proposito satisfacere dignaretur; decisâ capitis sui cæsarie, suscepit clericatus coronam; & succedentes gradus Ecclesiasticæ dignitatis, vsque ad eum locum, vt electione populi, & Clericorum

fit Episcopus:

a conuentione Episcopatus dignitatem ascenderet. In quo officio nihil aliud magis insistebat iuxa Ecclesiæ regimen, quàm curam gereret pauperum, & summo nisu elaboraret illis semper alimenta, & quibus tegerentur.

omnibus benefacit.

Vir quoque communis huius vitæ necessaria. *b*

b

c

3 Nobilis vir nomine Theudoghisslus *c* Domesticus expetenti causâ ad memoratum Pontificem venit. Ille solitâ dilectione benignè eum recepit, & præparare conuiuium iussit. Cùm esset hyemis tempus, vt frigoris iniuriam ministri habere viderentur, copiosum ignem accenderent, & dum nemo sollicitus esset de incendio;

Incendium signo Crucis restinguit.

casu contigit contectionem domus illius concepisse ignem, & tunc cœpit maior flamma ipsius incendij dilatari & inualescere; ita vt coniuuantes & ceteri in pauorem conuersi nihil aliud cogitarent, quàm rapido cursu foras procedere. Et cùm illi qui in tectum ascendere debuerant, ob difficultatem ascensus ascendere non valerent, & flamma illa magis magisque inualesceret; eleuans idem B. Sulpitius Episcopus manum, Crucis vexillum opposuit: ipsumque incêdium mirâ virtute quieuit. Qui tunc viderunt, & hodie supersunt, cum tantâ celeritate quieuit flamma illa, & extincta est, vt antequàm manum suam ipse Pontifex ad se colligeret, tamquàm multa aqua desuper fusa fuisset, omne incendium illud fuisset sedatum.

Muto loquelam signo Crucis restituit.

4 Nec multò pòst, quantum Gunthoaldus homo aliquis referebat, filium suum adolescentulum circiter decem annorum elinguem, & à natiuitate suâ intelligibilem sermonem numquàm fuisse locutum; eum ante præfatum Antistitem adduxit, & innotuit causam. Ille manus oculosque extendens ad cælum, præmissâ oratione, tetigit labra ipsius pueruli, & signum Crucis impressit, & linguam manu suâ attrectans; adfuit Domini misericordia: confestim locutus est: & adhuc hodie supersest, & absolutè loquitur.

Iudæos omnes conuertit.

5 Nec hoc prætereundum putaui, quòd tẽpore vitæ suæ vir sanctus Biturigas in ciuitate nullum siuit nec hæreticum nec gentilem, aut Iudæum, sine baptismi gratiâ habitare. Nam cùm Iudæi illo tempore Biturices in ciuitate esse viderentur, & ille illis sæpius blanda loqueretur, & prædicaret eis verbum diuinum, quòd iuxta Euangelium nullus in regnum Dei posset intrare, nisi

Ioan. 3. 5.

qui ex aquâ & Spiritu sancto renasci videretur; & diebus ac noctibus pro eorũ conuersione Domini misericordiam deprecaretur; illi obtẽperantes ei, primũ pauci, deinde omnes ad baptismi sacramẽta in ecclesiam conuenerunt. Qui baptizati ab ipso Pontifice, hodieque sub Christianâ disciplinâ degere videntur.

d

Virtute alia præluceat.

6 Quis Clericorum ad comparationem beati viri possit sic perpetuis *d* noctibus vigilare, aut ad mensuram illius ieiunare? Cùm nocte in ecclesiam veniret, antequàm librum psalmorum psallendo finiret, de ecclesiâ non recedebat.

e

7 Eo tempore, faciente cupiditate, Dagobertus Rex præcepit fautori suo Lulloni homini feroci moribus, & sine vllo vestigio misericordiæ, *e* vt plebem Bituricam insueto censu imponeret; & sub pensione census viuerent, & Regis imperio deseruirent. Quâ afflictione vniuersus populus regionis illius congregati ad memoratum virum Dei, tanta multitudo plangentium conuenit, & eleuatâ lamentatione, & confusâ voce deprecantes Dei virum, vt sibi subuenire deberet. Ille motus pietate, non sustinens eorum eiulatum & lacrymas, cum Clericis, indicto ieiunio per triduum, Domini postulauit misericordiam; vt memorati populi sui releuaret afflictionem. Misit ergo quemdam de suis Clericis, nomine Ebrigiselũ, qui memoratum Regem pro hoc scelere redarguere deberet, & denuntiaret ei celerem interitum, nisi fuerit hoc celeriùs emẽdatum. Hoc facto Rex metu deterritus, confestim præcepit populum suum de ipso censu releuari, & descriptionẽ ipsam, quæ facta fuerat, reddi. Et populus ille ab ipsâ afflictione releuatus, hodieque in pristinam permanet libertatem. Nihilominùs fame vltione diuinâ creditur & Regem & satellitem suum post breue spatium interiisse.

AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

In afflictione populi triduanum ieiunium indicit:

abrogatio nem iniusti census à Dagoberto impetrat.

a *MS. Preudhomij*, cohibentiâ.
b *Mutilus sensus, vt alibi sapiùs in hac vitâ hiulcus.*
c Regis, *fortasse; nam in priore vitâ, nu.* 21. *hic* Theodegisilis, *siue* Theudoghisslus, *appellatur* quidam de Optimatibus.
d *MS. Preudh.* nocturnis.
e *MS. S. Max.* vt plebi ciuitatis eius insuetum censum.

CAPVT II.

Obitus. ad eius sepulchrum miracula.

Coadiutorem sibi assumit.

8 CVm se memoratus Pontifex tantũ onus inter Ecclesiarum sollicitudinẽ, & pauperum curam, vel vniuersæ plebis negotia, videret se grauiter prægrauari, petiit sibi à Rege socium huius oneris supportandi. Cui Rex præbuit assensum, & dedit, quem petierat, virum prudentissimum, cui vocabulum est Vulfolendo: qui suscepto Episcopatu huius vrbis adhuc hodie in Dei nomine regit Ecclesiam. Ille verò sub eâ humilitate, quâ priùs pauperum curam regebat, magis magisque deinceps præsidia pauperum subministrare videbatur. Non-

Subuenit pauperibus.

nulli verò ei detrahebant, cur Episcopatu relicto alteri tradidisset, & in quarumdam animarum multiplicatione delectaretur. Sed ille in incepto opere persistebat; & laudem humanam fugiens, & iactantiam vanitatis deuitans, semper persistebat, vt pauperes ab indigentiâ victus ac vestitus releuaret.

Moritur.

9 Et post hæc, consummatâ iam ætate sui temporis, plenus dierum in pace migrauit ad Dominum. Et cùm de ecclesiâ ad tumulum deferretur, tãta multitudo pauperum lugentium repleuit ecclesiam; plateæ vniuersæ constipatæ confusam vocem cælo tulerunt: tantus fragor habebatur, ac si tonitruo magno locus ille concuti videretur: & inter plangentium voces sermo alius non audiebatur, nisi omnes clamabant: Pastor bone, cur nos deseris? & cui nos derelinquis? Hodie in morte tuâ omnes nos constat mori. Peruenit ad basilicam, quam ipse sibi anteà construere præceperat. Illatus in sepulchrum, pauperes illi non sustinebant absentiam Pastoris, iacebant vt cadauera in ecclesiâ tanta multitudo, vt nec ministri ecclesiæ liberè possent officium suum implere.

Sepelitur, magno luctu, præsertim pauperum.

Claret miraculis,

10 Nec mora: paucis euolutis diebus quidã debilis, qui longo tẽpore arefactis membris neruorum cõtractione, propriis pedibus incedere non valebat, in loco illo orationi insistens ita recepit sanitatem, vt absque sustentatione baculi propriis gressibus in ciuitatem remeare videretur. Quid multa? Quantum venerabilis ille Abbas Domio, & sui monachi, qui die noctuque in memoratâ basilicâ Dei officio vacare videntur, & vigilias sedulas *a* excubare *b* feruntur, tanta languentum multitudo inibi Spiritus sancti gratiâ de diuersis infirmitatibus curata est, vt cæci visum, surdi auditum, claudi incessum, & qui maligni spiritus crudelitate inflictâ videbantur vexari atrocitate morborũ, intercessione suprascripti beati viri omnes sanitate receptâ, alacriter ad propria repedarunt. Ex quibus multi in ciuitate visi sunt, qui se dice-

a b

AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

bant longo tempore cæcitate percuſſos, clarè videntes: & multi de diuerſis infirmitatibus ſanati.

Magnus ad eius ſepulchrum concurſus.

11 Et tunc cùm iſta Dominus in illo dignatus eſt oſtendere miracula ſanitatum, non ſolùm hæc fama vicinas ciuitates, verùm etiam longa ſpatia regionum tamquàm pennigero volatu repleuit: ita vt innumerabilis multitudo plangentium in diuerſis vehiculis ad locum ſepulturæ præfati viri confluxerint; vt nec capacitas illius baſilicæ tantam multitudinem poſſit recipere, niſi prouidentia præfati Abbatis baſilicam illam magnâ ex parte ampliaſſet. De quâ multitudine infirmantium multi in loco ipſo ſanitate perceptâ, benedicentes Domini miſericordiam ad propria alacriter reuerterunt.

c Oleo lãpadis ad eius ſepulchrũ multi ſanantur.

12 Quid de illo *c* cicindilo dicam, qui eſt ante ſepulchrum eius, quem ferunt ſemel fuiſſe impletum, & exundante multitudine olei, qui deſuper labebatur in terram, multi peruncti, de infirmitate ſuâ exuti ſunt? Quia longum eſt per ſingula memorare quæ ibidem Dominus ſigna ſanitatum dignatus eſt demonſtrare, nec hoc patitur modus huius epiſtolæ, quòd adhuc magnæ referuntur in populo diuersâ infirmitate depreſſo fieri ſanitates, iſta breuiter comprehenſa ſufficiant.

Locus ſepultura eius.

13 Locus ille, vbi ipſa baſilica, vbi memoratus Dei vir ſepultus eſt, nominatur Nauis, eò quòd ibidem portus nauigij eſſe videretur: locus amœniſſimus inter duos amnes, nemoribus & vineis copioſus, & pratis, & fluminibus interfuſa immenſa planities, vt ibidem habitantes ſimilitudinem Paradiſi videantur poſſidere. In quo loco gratia Domini ad ſalutem generis humani perſeuerare dignetur, ipſo præſtante, qui in Trinitate perfectâ viuit & regnat vnus Deus æternus, & ſine fine incommutabilis permanens in ſecula ſeculorum, Amen.

a *MS. S. Max.* ſcopare. b *videtur legendum* ferunt.
c *Papias*: Cicendelia vitreas lampadas vocamus. Cicendele.

DE S. MILDWIDA, SIVE MILDGITHA,

VIRGINE IN ANGLIA.

S. Mildvvida patrui & amita illuſtres,

1 BEnda *Merciorum in Angliâ Rex impius ac crudelis, complures ex* Kineſtvvithâ *coniuge liberos ſuſcepit, nihil præſeferentes paternũ præter egregiam animi magnitudinem, quâ non, vt ille, ad cædes ac flagitia abuſi, ſed ad Chriſti ſtabiliendam in ſuis ditionibus religionem. Primus* VVeda, *ſiue* Peada, *Oſvvij ſoceri, Nordanimbrorum Regis, cliens fuit: hic quippe iniuſto bello à Pendâ laceſſitus, diuinâ potiùs ope quàm humanis viribus, eius validiſſimas copias profligârat; regni tamen partem eius filio, cui filiam antè ſuam iunxerat, conceſſit.* VVedâ *mortuo, iugum paullò pòſt excuſſêre Mercij atque* VVlfero *eius fratri ſceptrum detulerunt. Huic nupta* S. Ermenilda Ercomberto *Cantij Regè, ſanctáque* Sexburgâ *genita*, S. VVerburgam *peperit*, Kenredumque *religioſiſſimum Regem.* VVlfero *ſatis cedente, regnum* S. Ethelredus *frater capeſſiuit, ac 30. annis optimè adminiſtratum* Kenredo VVlferi *filio ceſſit; ac monaſticam vitam complexus, Sanctis pòſt adſcribi meruit. Horum ſorores fuêre* S. Kineſburga *Alfridi Nordanimbrorum Regis coniux, &* S. Kineſvvida *virgo.*

pater, ſorores;

2 *Alter Pendæ filius* Mervvaldus, *ſiue* Mervvala, in Occidentali Merciorum plagâ, *vt ſcribit VVeſtmonaſterienſis ad an. 676.* regnauit. *Hic tres filias* Milburgam, Mildredam, Milvvidam, *filiumq;* Mereuinum *ſuſcepit; omnes in Cælitum album relatos. Colitur* S. Ermenilda *13. Februar.* S. Sexburga *6. Iulij*, S. VVerburga *3. Febr.* S. Ethelredus *4. Maij*, S. Kinesburga *15. Septemb.* S. Kineſvvida *6. Martij*, S. Milburga *23. Febru.* S. Mildreda *20. Febr.* S. Mildvvida *17. Ianuarij. Atque huius is ſplendor paterni generis fuit.*

genus maternum:

3 *Maternæ ſtirpis haud paullò etiam illuſtrius decus. S. Ethelbertus primus Chriſtianus Cantij Rex ei tritauus fuit. Huic ex Bertha coniuge nati* Eadbaldus *regni hæres*, S. Edburga *virgo*, S. Ethelburga S. Edvvini *primi Nordanimbrorum Chriſtiani Regis vxor:* Eadbaldo Ercombertus, Ermenredus, S. Eanſvvita. *Ercombertus ex* S. Sexburgâ, SS. Ethelredæ *&* Ethelburgæ *ſorore*, S. Ercongotham *genuit, ſanctamq;* Ermenildam, *VVlfero, vt dictum eſt, nuptam. Ermenredo autem (quem Ranulphus Ceſtrenſis lib. 4. cap. 18.* Regem *quoque* Cantij *appellat) ſiue* Eormredo, *vt in S. VVerburgæ vitâ dicitur*, ex inclytâ coniuge Oſlauâ nati ſunt Ethelredus & Ethelbrichtus, quos innocenter iugulatos ſplendida lucis columna de cælo prodidit Chriſti Martyres. Quatuor quoque ſibi filiæ ſanctæ, Domneua, Ærmenberga, Ærmenburga, & Ærmengida, velut Paradiſiaci fontis quadrifida emicuêre flumina.

auunculi, matertera.

4 *Harum* Ermenredi *filiarum vna* Mervvaldo *Regi nupta fuit: at quæ, haud ſatis inter auctores conuenit. Malmesburienſis lib. 1. de Reg. Angl. cap. 4. Ermenburgam ait. Idem ſcribit VVeſtmonaſterienſis ad annum 676. Florentius VVigornienſis, Polydorus Virgilius lib. 4. hiſt. Angl. Hugo Menardus lib. 2. Obſeru. ad 14. Februar. Harpsfeldius ſeculo 7. cap. 10. Hic tamen cap. 23.* S. Milburgæ *matrem ſtatuit* Dompneuam *vti & Ioannes Capgrauius in vitâ S. Milburgæ; diſertè quoque citata S. VVerburgæ antiquiſſima vita*: At beata & regia Domneua regio VVlferi germano Mervvalæ coniugata ad ſummæ Trinitatis gratiam, triplicem virginitatis protulit lauream, ſanctiſſimas ſcilicet ſorores Mildburgam, Mildrydam, & Mildgydam, quæ diſtinctis monaſteriorum ſuorum lapidibus irradiant patriam.

mater.

Sancti conſanguinei.

5 *His ergo maioribus orta eſt* Milvvida, *ſiue* Mildvvida, *aliis* Mildgitha. *Materni generis, quos commemorauimus Sanctos, celebrantur in Martyrologiis*, S. Ethelbertus *24. Febru.* S. Edburga *13. Decemb.* S. Ethelburga *8. Septemb.* S. Edvvinus *eius coniux 4. Octob.* S. Eanſvvitha *12. Septemb.* S. Sexburga *6. Iul.* S. Etheldreda *23. Iunij*, SS. Ethelburga *&* Ercongotha *7. Iulij*, SS. Ethelredus *&* Ethelbrittus *17. Octob.* S. Ermenburga *19. Nouembris: ſororum huius trium non reperimus diem natalem.*

S. Mildvvidæ natalis.

6 *De* S. Milvvida *iſta habet Martyrologium Anglicanum hoc die*: Cautuariæ commemoratio S. Milvvydæ Virginis, filiæ Merualdi Regis Merciæ, & ſororis SS. Milburgæ & Mildredæ Virginum, quæ ſpretis mundanis voluptatibus & deliciis, religioſum inſtitutum complexa in monaſterio quod non procul Cantuariâ Cantij metropoli ſanctus Rex Ethelbertus conſtruxerat: vbi eximiâ vitæ ſanctitate, caritate erga Deum, piæ conuerſationis exemplis enituit, animamque cæleſti ſponſo reddidit circiter annum ſalutis 676. Habuit & fratrem nomine Mereſinum, virum magnæ ſanctimoniæ & caritatis, qui eodem tempore vixit; eiuſque ſæpiùs mentio fit in hiſtoricis Anglicanis. *Eodem die Ferrarius in generali catalogo SS.* Cantuariæ in Angliâ S. Milvvidæ.

7 *Aſt Hugo Menardus XXVI. Februarij*: In Angliâ S. Milgithæ Virginis. *Idem lib. 2. obſeruationum ſcribit, probabilius videri aliis*, eam fuiſſe ſanctimonialem cum ſororibus, vel VVenlochij cum S. Milburgâ, vel in inſulâ Tanelo cum S. Mildredâ. *qui iſti alij ſint qui ſic iudicant, non exprimit. Ex vitâ S. VVerburgæ citatâ videtur conſtare non in eodem cum ſororibus cœnobio habitaſſe, cùm dicat* diſtinctis monaſteriorum ſuorum lapidibus irradiaſſe patriam.

Mereuini ſanctitas.

8 *Quem Martyrol. Anglican.* virum *appellat* Mereſinum, *aliis* Merefinum, *&* Mereuinum *dictum*; *eum planè ætate adoleſcentem fuiſſe, ex aliis conſtat. Vita S. VVerburgæ*: Natus eſt ei (*Mervvalæ*) & Mereuin filius qui ad Sanctos Innocentes à baptiſmate raptus eſt paruulus. *Non tamen in infantiâ defunctus videtur; neque enim tales ab Eccleſiâ coluntur, (etſi conſtet hæreditatem adiiſſe eos regni cæleſtis) niſi ſi martyrij fortaſis laureola acceſſerit. De eo verò meminit Harpsfeldius ſec. 7.*

sec. 7. cap. 10. Ermenburga, *inquit*, mater fuit Milburgæ, Mildredæ, Milgitæ, & sancti pueri Merefini. *VVestmonasterienſis ad an. 676.* Peperit insuper ei (*Ermenburga Merwvaldo*) filium nomine Merefinum, eximiæ puerum sanctitatis. *Idem habet VVigornienſis ad an. 675. & Ranulphus Ceſtrenſis lib. 5. cap. 18. qui* Mereſyn *vocat. In indiculo Sanctorum qui in Martyrologio Anglicano celebrantur eſt* Mereſinus Confeſſor 17. Ianuarij. Ex VARIIS.

DE S. RICMIRO ABBATE

APVD CENOMANOS IN GALLIA.

CIRCA AN. DCC. XVII. IANVAR. *S. Ricmiri natalis.*

1 OBiit S. Ricmirus *Abbas & Presbyter XVI. Kal. Feb. vt ex vitâ patet, & fatetur Menardus lib. 2. Obſeruationum; licet XVI. Martij eum referat, vti & Sauſſaius. Eius hoc die nomen conſignatum à Roſvveydo noſtro in Faſtis vulgatis, & MS. Florario. Nihil de eo in aliis Martyrologiis reperimus, niſi* Rigomarus *ſit, aut* Rigomerus, *de quo XXIV. Auguſti Molanus, Bellinus edit. Pariſien. Caniſius, Ferrarius:* In pago Cenomannico S. Rigomari Confeſſoris. *Carthuſ. Colon. in auctario ad Vſuard. Martyrologium Colon. & Florarium :* Cenomannis S. Rigomeri Presbyteri & Confeſſoris. *Nec plura videntur Sauſſaio comperta, ſcribit enim:* Ipſo die in Cenomanenſi tractu transitus S. Rigomeri Confeſſoris, qui cùm diu ſtrenuè ſub Chriſti legibus militaſſet, vltimum præmium laborum ſuorum percepturus migrauit ad cælum. *At XIV. Februarij*: Cenomanis S. Ricmiri Abbatis, viri zelo diſciplinæ regularis accenſi, qui variis virtutibus reſplendens, æternitatis iter ſuis ouiculis præmonſtrauit, poſtque felicem vitæ cœnobiticæ curſum, ad æternæ gloriæ adiit præmium. In cuius funere cæco viſus eſt redintegratus, & claudo vſus tibiarum reſtitutus.

An idem ſit Rigomarus 24. Aug.

Eius nomen.

2 *Nec multùm ambo illa nomina diſcrepant* Rigomarus, Rigomerus, Ricmirus, *qui Claudio Roberto* Ricomirus, *aliis* Richmirus, Richimirus, Ricimirus *dicitur: licebitq; alibi obſeruare, paſim in nominibus propriis Teutonicæ originis* marus *voculam, in* mirus, *&* merus *verti, de cuius vario ſignificatu in ipſo Teutonico idiomate, variâque ſcriptione & pronuntiatione conſuli Cornelius Kilianus poteſt.*

vita à coæuo ſcripta.

3 *Vitam* S. Ricmiri *ex veteri codice Ripatorij nobis communicauit Petrus Franciſcus Chiffletius noſter, eamdemq; ex alio Normannico MS. Fredericus Flouetus noſter. Aliis ſe duobus vſum exemplaribus teſtatur Menardus, altero cœnobij S. Victoris ad muros Pariſienſes, altero monaſterij S. Cornelij Compendienſis. Auctor ætatem ſuam oſtendit, cùm cap. 3. nu. 18. de* Arrio *S. Ricmiri ſucceſſore ſcribit:* qui vſque in præſentem diem eamdem regulariter regit, ordinante Epiſcopo, atque ſub eius ditione degens, cellulam.

ætas.

4 *Vixit* S. Ricmirus *ſub* Theodorico *Rege, qui nempe* Clodouæi II. *& S. Batildis filius fuit, atque ab anno 667. ad annum circiter 690. regnauit. Patet id ex* Gilberti, *ſiue* Egilberti *aut* Aigliberti *Epiſcopi ætate. Nam licet eius in catalogo Cenomannenſium Antiſtitum apud Democharem & Ioannem Chenu deſideretur nomen; teſtatur tamen Claudius Robertus, in codice Thuani inter* S. Berarium *&* Herlemundum *poni* Aiglibertum. *Eorum cum hac vitâ ætas conſentit: nam* Hadoindus *traditur ſedisſe ſub* Clotario, Dagoberto, Clodouæo II. Berarius *verò vltimis eiuſdem* Clodouei *temporibus, & ſub* Clotario *ac* Theodorico *eius filiis.*

VITA

Auctore coætaneo anonymo, *ex duobus veteribus MSS.*

PROLOGVS.

SS. acta ſcribere, eſt Deum laudare.

1 REligioſorum vitas & actus narrare virorum, Deum indubitanter laudare eſt, qui dat Sanctis ſuis virtutem, & mirabilia facere; quem nos in Sanctis ſuis, & per eorum opera imitari, laudare, magnificare, prædicare, ac multipliciter omni tempore glorificare oportet: nam idem Dominus diues in omnibus, qui inuocant illum. Idcircò, Fratres, quæque ipſe per religioſos viros operatus eſt, ſilentio non ſunt premenda, vel occultanda, ſed poſteris ſcribenda, & omnibus prædicanda: ſunt etiam imitanda, non diſſimulando tranſeunda; quatenùs eorum exemplis, & meritis informemur, interceſſionibus muniamur, precibus adiuuemur, vt conſortes eis in cæleſtibus ſedibus effici mereamur.

CAPVT I.

S. Ricmiri vita monaſtica, ſacerdotium.

S. Ricmiri patria.

2 BEatus igitur Ricmirus, Turonici pagi indigena, non exiguis parentibus procreatus, ſed digni germinis digniſſima proles effulſit; decuſq; quod ſumpſit ex genere, felicis vitæ meritis ampliauit. Eâ verò tempeſtate, quando Theodoricus Rex Francis principabatur, & Gilbertus dignus Deo Epiſcopus Cenomannicam regebat Eccleſiam; auditâ famâ prædicti Epiſcopi de Turonico egreſſus eſt, ordinatiſq; Fraterculis, quos iam in ſuo proprio *a* Inconditâ ſuper fluuiolum ſub ſanctâ regulâ, congregauerat, licenter venit Cenomannicum: venienſq; ad iam dictum Domnum Gilbertum Epiſcopum, indicauit ei ordinem ſuæ rei, petiuitq; vt daret ei aliquem locum, vbi cellulam ſub ſanctâ regulâ ædificare poſſet, Fraſq; aliquos in eâ congregaret, & regulariter viuere doceret.

a *Venit Cenomanos.*

3 Quo præfatus Epiſcopus audito, lætatus eſt, atque gaudio magno repletus, Deo immenſas gratias referens, qui de tali viro eum conſolari dignatus eſt. Voluit namq; ei tunc memoratus Epiſcopus aliquem locum conſtituere locupletem ad hoc opus perficiendum. Quod ille renuens, ait: Non quæro locum locupletem, nec plurimis ædificiis ſublimatum; ſed pauperem, in quo ego pauper pauperem Chriſtum ſequi & imitari merear. At ille ordinauit eum Sacerdotem, & dedit ei licentiam ſuâ in diœceſi prędicare, & animas Chriſto lucrari; vtq; locum perquireret, in quo habitare delectaretur, & quo cellulam conſtruere ſecundùm ſuam electionem vellet: dedit etiam comites reliquos Sacerdotes, qui eum deducerent, atque cum eo pergerent, quò ipſe eligeret.

Fit Sacerdos.

4 Taliter autem ipſe circumiens, diuerſa, & pauperacula atque inculta loca, peruenit ad vltimum ſuper fluuium *b* Lid, in loco, qui dicitur modò Turris Dominica, qui tunc incultus erat locus, & denſiſſimis frutetis occupatus, ſed aptus aliunde propter conuenientiam atque piſcationem ad ſtirpandum, & cellulam inibi ædificandam. Mirabantur tamen illi, qui cum eo ibant, vt quid tam pauperculum, atque incultum locum, eligeret. Tum ipſi renuntiant hoc Domno Epiſcopo, qui feſtinus miſit ei ea, quæ tunc temporis neceſſaria erant, etiam ampliùs quàm ipſe ſuſcipere vellet.

b

Eligit locum exſtruendo monaſterio.

5 Stirpante autem eo in prædicto loco vnà cum ſuis monachulis & ſociis, & manibus propriis fodiente ac laborante, venit quædam femina, nomine Cata, quæ in circuitu eiuſdem loci magna habebat prædia, viſitans eum, quia vidua Deum timens erat, & ſeruos Dei oppidò diligebat, vinum verò nimis diligebat, & propterea pauper effecta erat. Quam cùm prædictus S. Ricmirus ex bonis, quæ ei Domnus Epiſcopus miſerat, refocillaret, & ipſa vino *c* æſtuare cœperat, ait ad eum: Faciamus

à Catâ vidua prædia obtinet.

c

AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

ciamus mutuum contraditum, id eſt, tu mihi da vinum, & ego tibi prædia, & mancipia, vnde hunc locum vnà cum conſilio & adiutorio Epiſcopi conſtruere & ditare queas. Ad quod condictum Sanctus Dei lætatus eſt, & & ſpoponderunt in inuicem ita ſeſe eſſe facturos. Taliter autem memoratus Sanctus eius res peragendo adquiſiuit maximè omnes.[d]

d

6 Demùm verò Dei nutu inuenit alterum locum, non tamen longè ab eodem loco, ſuper fluuiolum, qui vocatur[e] Gundridus, cuius fontem eius famulus, eo præcipiente Dominoque diſponente, nominauit Gundridus, vnde affluentior aqua, quàm ſolita eſſet, currere cœpit; & poſteà ipſe S. Ricmirus eum manibus propriis eurauit, vt abundantiorem aquam emitteret; quod ex nutu Dei eueniſſe nulli dubium eſt: ipſe enim tunc locus eremus erat, & numquàm olim ibi habitatio hominum fuerat, ſed ferarum & beſtiarum. Et vbi tunc erat habitatio ferarum & beſtiarum, modò eſt habitatio ſeruorum Dei, & ſanctorum Angelorum conuentus.

e

Fontem copioſiorem reddit.

7 Reperto autem & emundato præfato loco, mutauit ibi vnà cum conſilio, & auxilio prædicti Epiſcopi habitationem ſuam. Cui Domnus Epiſcopus operarios, & magiſtros omnis generis dedit qui fabricarent ibi eccleſiam in honore Apoſtolorum, & monaſterium cõſtruerent monachorum. Quod & Domino auxiliante, ac prædicto Epiſcopo opem ferente, citò perfectum eſt. Ad cuius monaſterioli conſecrationem ſupradictus Epiſcopus veniens, non tamen illud conſecrare voluit, antequàm omnia, quæ ipſe adquiſierat, & deinceps adquirere poterat, ſiue quicquid ad eumdem locum à bonis & Deum timentibus hominibus ab illo die traditum atque condonatum fuerit, totum ſibi & Eccleſiæ ſibi commiſſæ ſubiectum ac traditum ſolenni traditione fieret. Peractâ autem eâdem ſolenni traditione, dedicauit illud in honore S. Petri & omnium Apoſtolorum: cui etiam ex rebus ſuæ Sedis Eccleſiæ non modicum adiutorium fecit. Tradidit etiam prædictus S. Ricmirus vnà cum propinquis ſuis cellulam, quam in pago Turonico olim ædificauerat, cum omnibus rebus & appendiciis ſuis, vel quicquid in pago Turonico eodem die habere videbatur, vel deinceps acquirere potuiſſet. His igitur ritè peractis non minùs quàm quadraginta monachos, adminiculo ſæpedicti Epiſcopi fortè congregauit, eoſque regulariter viuere perdocuit.

Conſtruit monaſterium & eccleſiam.

Conſecrat eam Epiſcopus, priùs de ſubiectione ſtipulatus.

a *Al.* in condita.

b Ledus, *Gallicè* le Loir, *oritur circa* Iſleras *Belſiæ oppidulum, in* Meduanam *deinde influit.*

c *Hilariorem vult fuiſſe, non temulentam, cuius ſtipulationi ſanctus vir aſſenſerit; qui alioquin arguere potiùs eam, quam ſic donatas poſſeſſiones admittere debuiſſet.*

d *Fortè legendum,* homines. *aut certè aliquid deeſt.*

e *MS. Ripat.* Gundricus.

CAPVT II.

Varia miracula.

8 QVadam autem die, dum in eâdem eccleſiâ S. Ricmirus officium diuinum ageret, & Miſſam celebrare voluiſſet, quidam cæcus cœpit excelsâ voce miſericordiam deprecari. Cui vir Dei ait: Vade, & da vni Sacerdotum puriter confeſſionem tuam antè: & hoc peracto requieſce ſub ſanctâ meditatione, & piâ deprecatione, inter hoc Apoſtolorum altare, & Sanctorum reliquias. Cui, poſt peractum officium mox vt ſignum Crucis ſuper oculos eius intulit, lux effulſit, & ſic oculorum cæcitas tanti medici precibus & meritis funditus fugatur, & lumen datur, ita vt clarè videret omnia.

Cæcum, peccata priùs confeſſum, illuminat Ricmirus.

9 Nec hoc ſilendum eſt miraculum, quod ſequenti claruit in tempore. Dum verò paſtores eius pecora vigiliis cuſtodirent, vnus eorum vulneratur à viperâ. Qui ſemiuiuus cucurrit ad S. Ricmirum flens & eiulans, atque dicens: Succurre mihi Pater piiſſime, ne peream à veneno viperæ. Ipſe autem, vt pius pater, tangit de ſaliuâ ſuâ vulnus viperæ, & dedit ei aquam benedictam bibere, & ſanatur tanti viri medicamine.

Sanat laſum à viperâ.

10 Nec pigeat audire, quod Chriſtus ſuis præſtat fidelibus; quia hæc quæ ſalutem præſtant, & audientes informant, nemini oportet ſilere. Quadam autem die Dominicâ, dum ad ciuitatem Cenomannis properaret, & officium prædicti Epiſcopi audire, eiuſque benedictionem percipere deſideraret; contigit dum portam ciuitatis intraret, vt clauſi carcere clamarent, ne eos præteriret, ſed aliquid eis præſtaret. Ipſe verò, vt dictum eſt, feſtinans ad officium memorati Epiſcopi, ei iterum ſibi ſuccurri petunt. Tunc ſanctus vir Ricmirus recordans Domini ſententiæ, qui ait: In carcere fui, & non viſitaſtis me, ne inobediens præceptis Domini appareret, reuertitur ad eos, & clauſo & obſerato oſtio carceris introire nequiuit. Tunc filius de Domini miſericordiâ, quia magnis eiulatibus incluſi clamabant, fecit ſignum crucis ſuper oſtium, & mox oſtium aperitur, & rei exilientes aufugiunt. Quod verò ſignum S. Ricmirus abſcondere voluit, ſed nutu Dei diuulgatum eſt.

Signo Crucis carcerem aperit, & captiuos liberat.

Matth. 25. 43.

11 Ipſe auditâ Miſſâ, & perceptâ Epiſcopi benedictione pro quâ venerat, voluit ſilenter ac nemine ſciente cellulam ſuam repedare, ne Fratres ſui abſque eo diu eſſent. Quidam enim eum cognoſcẽs nuntiauit Epiſcopo: poſt quem ipſe mittens, nimis durè reuertitur; ſed ne inobediens fieret, venit ad Epiſcopum. Tunc ſæpè dictus Epiſcopus, accepto conſilio monaſteriolum, quod ipſe in honore S. Albini ad portam ciuitatis, vel ad oſtium ſuæ Sedis eccleſiæ fecerat, atque pro amore Dei à nouo fundauerat, in quo ſanctimoniales ſub regulâ pij Patris Benedicti viuentes poſuerat, & quod de rebus ſuæ Sedis Eccleſiæ ditauerat, ſub cuſtodiâ antedicti Sancti, eo tamen ipſam obedientiam inuito ſuſcipiente, eſſe conſtituit; vt ſanctimoniales inibi regulariter viuentes eius doctrinâ & conſilio vitam mercarentur æternam; quoniam eius ſimilem, licet multos Dei ſeruos haberet ſecum, inuenire minimè quiuit.

Præficitur cœnobio Virginum.

12 Cæterùm quid Dominus per ſeruum ſuum Ricmirum fieri voluit, non eſt ſilendum. Quædam autem ex prædictis ſanctimonialibus, puſtulam magnam cer-uicibus habens, nimiis cruciabatur doloribus, in tantum vt eius vitam nemo ſperaret. Quæ dum adducta eſt ad ſanctum virum, eius tactu ſaliuæ, & precibus communiter peractis, ſanata eſt.

Ægram ſanat

13 Denique cùm prædictus ſanctus vir ad propriam, quam memorauimus, cellulam, cum licentiâ & benedictione Epiſcopi reuerſus eſſet, quòd euenit, memorabimus, quia hoc quod claruit minùs non eſt prædicandum miraculum. Igitur quidam ex ſuis monachulis, nomine Dodo, conuerſus dudum à ſeculo, captus erat oculorum lumine: qui per annoſa tempora, dum quadam eſſet nocte luce oculorum priuatus, vt eius cognouit aduentum, petiit ſe ad eum adduci, vt eius medicamine lumen mereretur recipere. Qui dum adueniſſet, & S. Ricmirus eum interrogaſſet, qualiter hoc ei acciderit, ait: Quadam nocte poſt Completorium peractum hoc mihi neſcio quo modo accidit; ſed facto crepuſculo carui lumine. Tunc ſanctus vir præcepit Fratribus communem, vt ſolitus erat, facere deuotis mentibus orationem, & ipſum ante ſanctum altare proſtratum iacere. Finitâ verâ oratione, ad tactum ſacrati olei cæcus priſtinum Domino adminiculante viſum recepit.

Cæcum oleo ſacrato illuminat.

14 Deinde non multo procedente tempore magnum eius meritis oſtenditur miraculum. Quidam verò eius monachus, Siluanus nomine, quartanis nimiis vexabatur febribus, binis iam tranſactis annis. Sed dum ad vltimum eius iam deſperaretur à Fratribus vita, diuino tactus conſilio, petiit vt S. Ricmiri [a] eulogias percipere meruiſſet. Cumque hoc ſancto viro nuntiatum eſſet, & ille ei libenti animo præſtitiſſet, mox infirmus ſanatur, & priſtino ſtatui redditur. Quantos autem à febribus, vel reliquis variis infirmitatibus ſanaſſet, longum eſt enarrare.

Quemdam à quartanâ liberat.

a

Alios morbos curat.

a *Quid*

a *Quid* eulogiæ *ſint diximus 6. Ianu. ad vitam* S. Melanij *cap. 4. litterâ* g.

CAPVT III.

Virtutes, mors, miracula.

Victus auſteritas.

15 ILlud namque non eſt ſilendum, nec obliuioni tradendum, quod religioni proficit. Erat enim ei ſemper vilis cibus, & veſtitus; ſed maximè quadrageſimali tempore. Cùm ergo ſanctæ quadrageſimæ dies aduenirent, erat ei aridus cibus, panis tãtùm hordeaceus, quem etiam manu molebat, quia labore manuum ſuarum ſemper viuere deſiderabat, ne aliorum labores in ſuos conuerteret vſus; quoniam voluntas boni operis hoc exigebat. Et quantum in Dei ſeruitio laborabat, non illi ſufficiebat.

Alia omittit Auctor.

16 Cùm enim illius bona, & virtutes, quas Dominus per illum operatus eſt, per ſingula non valemus commemorare, relinquamus illa auctori noſtro, qui dat Sanctis & electis ſuis facere mirabilia ſolus; eique continuas agamus gratias, eum laudemus, eum prædicemus, glorificemus, atque magnificemus: poſteriſque & Magiſtri noſtri arbitrio quicquid de eo ampliùs inueſtigare voluerint, & dignum ſcribendo duxerint, relinquamus. Nobis ergo ſufficiat, vt ſciamus eum Sanctum eſſe, & virtutes prædictas; & alias virtutes feciſſe multas: cuius meritis nos pius Dominus in ſuo ſancto ſeruitio cuſtodiat, & ab omni prauitate defendat, & vitam ſempiternam habere concedat. AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

Moritur S. Ricmirus. Claret miraculis.

17 Obiit quippe memoratus S. Ricmirus XVI. Kal. Febru. & ſepultus eſt in præfatâ cellulâ ſuâ à ſanctis monachulis, & à reliquis Dei ſeruis. In cuius etiam funere ſuis condignis meritis binæ virtutes fiunt. Vnus quidem cæcus illuminatus eſt, & alius claudus greſſum recepit.

Succeſſor eius.

18 Poſt eius verò obitum, quidam ex diſcipulis eius, nomine Arrius, monachus ex eiuſdem cœnobio, à ſupradicto Epiſcopo ibi Abba inſtituitur, & ordinatur. Qui vſque in præſentem diem eamdem regulariter regit, ordinante Epiſcopo, atque ſub eius ditione degens, cellulam.

Miracula ad ſepulchrum S. Ricmiri.

19 Supraſcriptus quippe S. Ricmirus, licet ſit clauſus corpore tumulo, plurimis tamen virtutibus reddit fructum: quoniam ad eius ſepulchrum infirmi ſanantur, claudi curantur, leproſi mundantur, peccata minuuntur, delicta auferuntur, crimina delentur, medicinæ innumerabiles corporis & animæ à Domino eius meritis viſibiliter atque inuiſibiliter multipliciter præſtantur, ipſo auxiliante, qui viuit, & regnat Deus per immortalia ſecula ſeculorum, Amen.



XVIII. IANVARII.

SANCTI QVI XV. KAL. FEBR. COLVNTVR.

S. Petri Apostoli Cathedra Romana.
S. Prisca, Virgo & Martyr, Romæ.
S. Moseus, } Martyres in Ponto.
S. Ammonius, }
S. Paulus, }
S. Pansius, }
S. Dionysius, }
S. Thonius, }
S. Horpresius, }
S. Horus, }
S. Dionysius, }
S. Ammonius, }
S. Bessammonius, }
S. Agatho, }
S. Recumbus, } Martyres in Ægypto
S. Bastamus, }
S. Sarmata, }
S. Proteas, }
S. Orion, }
S. Collutus, }
S. Didymus, }
S. Plesius, }
S. Aratus, }
S. Theonas, }
S. Hippeas, }
S. Romanus, }
S. Saturninus, }
S. Pinutus, }
S. Serapion, }
S. Bastammonius, }
S. Papas, }
S. Pantherus, }
S. Papias, }
S. Dioscorus, }
S. Hero, }
S. Potamon, }
S. Pethecus, }
S. Oecomenus, }
S. Zoticus, }
S. Cyriacus, }
S. Ammonius, }
S. Athenogenes, Martyr.
S. Asterius, }
S. Fortunatus, }
S. Zeno, }
S. Zosimus, } Martyres.
S. Menelapus, }
S. Dædalus, }
S. Valens, }
S. Xene Martyr,
S. Successus, }
S. Valens, }
S. Telerianus, }
S. Paulus, }
S. Iulius, } Martyres, Abitinæ in Africâ.
S. Lucius, }
S. Victorinus, }
S. Honoratus, }
S. Saturnina, }
S. Florida, & alij XIII. }
S. Archelaa, } Virgines & Mârtyres, Salerni in Campaniâ.
S. Thecla, }
S. Susanna, }
S. Venerandus, Episcopus Aruernensis in Galliâ.
S. Volusianus, Episcopus Turonensis in Galliâ, Martyr.
S. Sulpitius, Episcopus Traiectensis in Belgio.
S. Liberata, } Virgines, Nouocomi in Italiâ.
S. Faustina, }
S. Leobardus, Reclusus, in Galliâ.
S. Deicolus, siue Deicola, Abbas Lutrensis in Burgundiâ.
S. Vlfridus, siue Wolfredus, Martyr in Succiâ.
B. Facius, Confessor, Cremonæ in Italiâ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Lucianus Presbyter Antiochenus, Martyr. *Felici. Acta dedimus suprà* VII. *Ianuarij.*

S. Priscilla Romæ viâ Salariâ. *MS. Martyrol. S. Hieronymi, & Dungal. De eâ egimus* XVI. *Ianuar.*

S. Speusippi, } Martyrum Inuentio, & Dedicatio. *MS. Florarium. Alij natalem in hunc diem reiiciunt, vt Galesinus & Ferrarius, qui* Peusepium & socios *eos vocant. Acta dedimus* XVII. *Ianuar.*
S. Eleusippi, }
S. Meleusippi, }

S. Osias Martyr in Angliâ. *Carth. Colon. MS. Florar. Ferrarius. Ignotus adhuc nobis vti & tres sequentes.*

S. Wirminus miles Martyr in Angliâ. *Carthus. Colon. MS. Florar. Ferrar.*

S. Bothanus Episcopus Dumblanensis in Scotiâ. *Dauid Camerarius. Ferrar.*

Beatrix Astestina, siue Estensis, *Azonis* IX. *filia, viro mortuo secundas nuptias aspernata, diuino se cultui deuouit in cœnobio S. Antonij Ferrariæ circa annum 1254. obiitq; 1262. &* Beata *à VVione, Menardo, Dorgano, Ferrario in generali Cat. SS. appellatur. Ioannes Baptista Pigna lib. 3. historiæ Atestinorum testatur,* propter eximiam vitæ sanctitatem post mortem diuinos honores illi habitos. *Alia siusdem familiæ, huius amita,* Beatrix Virgo *referetur à nobis* X. *Maij. De hac alia expectamus monumenta.*

Maria Brabantina, *Henrici Magnanimi Ducis Brabantiæ filia, Ludouico Seuero Duci Bauorum nupta, ab eo ex leui suspicione, præcipiti iracundiâ, innocens interfecta anno 1266.* XV. *Kal. Februarij*; Beata *appellatur to. 2. Bauariæ sanctæ. Eam omittimus, quia nullis fastis, quos adhuc viderimus, inscriptam. De aliâ Brabantinâ Heroinâ* Genouefâ *agemus* II. *Aprilis.*

Michaël de Montesiâ Martyr in Hispaniâ. *Chrysostomus Henriquez in Menol. Cisterc.*

Christinæ de Aquilâ Virginis, *ex ordine Eremitarum S. Augustini,*

guſtini, vitam edidit Cornelius Curtius eiuſdem ordinis Hiſtoriographus, in quâ ei Beatæ *titulum tribuit, qui cùm necdum illi Pontificis Maximi auctoritate decretus, nec antiquâ priorum ſeculorum pietate vendicatus ſit, quippe quæ anno 1543. obierit; eam hic prætermiſimus.*

S. Publius Epiſcopus Athenienſis. *Beda, Galeſin. Martyrolog. Germanic. Nos cum Romano Martyrol.* XXI. *Ianu.*

S. Thyrſus, S. Leucius, S. Callinicus, Martyres Apolloniæ. *Galeſin. Maurolyc. variaq; MSS. De iis agemus* XXVIII. *Ian.*

S. Athanaſij, S. Cyrilli, Patriarcharum Alexandrinorum commemoratio. *Ita Græcorum Menæa. De* Cyrillo *agemus* XXVIII. *Ianuar.*

De Athanaſio II. *Maij.*

Petrus Villarienſis Conuerſus. *Arnoldus Raiſſ. in Auctario ad Natales SS. Belgij. De eo agit Menologium Ciſtercienſe, Henriquez* XXXI. *Ianuar.*

S. Ignatij Epiſcopi & Martyris Antiochiam tranſlatio. *Galeſin. Eam referemus ad illius vitam.* I. *Febru.*

S. Theodule. *Menæa, quæ de eâ iterum pleniùs agunt* V. *Febr.*

S. Priſcus, S. Malchus, S. Alexander, Martyres Cæſareæ in Palæſtinâ. *Galeſin. Nos cum Mart. Romano* XXVIII. *Martij.*

S. Lucifer Epiſcopus Calaritanus. *Ferrar. Nos* XX. *Maij.*

Euerardus Taciturnus, Villarij Conuerſus. *Raißius. At Menologium Ciſtercienſe* V. *Iulij.*

S. Marcia, *aliis* Marciana, ſoror SS. Quiteriæ & Liberatæ, *aliarumq; ſex nouemgeminarum, Virgo & Martyr, à Carthuſian. Colon. ita refertur hoc die:* Conchas monaſterio Marciæ & Liberatæ Virginum. *Eam cum* S. Marcianâ *Mauritanâ confundi indicauimus* IX. *Ianuarij. De eâ agemus* XII. *Iulij.* Ex Vsuardo.

S. Liberata, *quæ aliis* Wilgefortis, *Virgo & Martyr, hoc die refertur à Carthuſianis Colon. in addit. ad Vſuardum, & Ferrario, Thomâ Trugillo to. 1. Theſauri Concionum aliiſq; Aſt Eccleſia Segontina, vbi eius traditur corpus quieſcere, eam colit officio duplici cum octauâ* XX. *Iulij.* Rubus.

Electio beatiſſimæ Virginis Mariæ *hoc die, in quibuſdam, non ita vetuſtis, Kalendariis adſcribitur. Vnde coniicere licet quarumdam fortaſſis Eccleſiarum aut congregationum, pietate celebrari ſolitam, hanc ab æterno factam magnæ Matris electionem. In MS. S. Hieronymi habetur:* Depoſitio S. Mariæ. *In MS. Dungal.* S. Mariæ Matris Domini. *MS. Rhinavv.* Et Ponto Mariæ. *Sed videtur librarius addere voluiſſe* Moyſeum & Ammonium *Ponticos Martyres. in vetuſto Kalendario Epternacenſi, præfixo Martyrologio S. Hieronymi:* Et adſumptio S. Mariæ. *De eâ agemus* XV. *Aug.*

S. Bernardi Canonizatio. *Kalendar. Ciſterc. Chryſoſtomus Henriquez in Menologio Ciſtercienſi. Nos* XX. *Aug.*

S. Mainulphi Archidiaconi inuentio. *MS. Florarium. Vitam dabimus* V. *Octob.*

S. Marcianus Confeſſor Cyri in Syriâ. *Menæa. At Roman. Martyrolog.* II. *Nouemb.*

S. Luciæ Virginis & Martyris corporis tranſlatio Conſtantinopoli Venetias, *in Martyrologiis Maurolyci, Galeſinij, aliorum, celebratur hoc die. Tranſlatio aliquarum eius reliquiarum in Gallias facta, refertur à Sauſſaio. De vtraque agemus ad eius vitam* XIII. *Decemb.*

S. Maximus Epiſcopus Alexandrinus. *Carth. Colonien. in addit. ad Vſuardum, Conſtantius, Felicius, Florarium, aliaq; MSS. Nos* XXVII. *Decemb.*

DE CATHEDRA S. PETRI ROMANA.

AN. CH. XLIII. XVIII. IANVAR.

Anniuerſaria dies aditi epiſcopatus

Conſueuêre Chriſtiani Antiſtites anniuerſarium ſuſcepti epiſcopatus diem, laudabili & iis quæ diuinitus Hebræis ſancita olim erant conſentaneo ritu, publicâ lætitiâ, & curatiore ſacrorum pompâ peragere. Id paſſim in Actis Diuorum licebit animaduertere, nec noſtri propoſiti eſt pluribus id hoc loco exequi. Sufficient (quorum pleraque tamen Baronius in Notationibus ad Martyrologium ſtrictim indicauit) grauiſſimorum Patrum aliquot exempla.

celebris apud Latinos,

2 *Nam S. Ambroſius epiſt. 60. quæ prima eſt lib. 8. ad S. Felicem Comenſem, de quo 8. Octobris agemus, ita ſcribit:* Simul quia celebrem vtrique noſtrum annuntiaſti diem adfore, quo ſuſcepiſti gubernacula ſummi ſacerdotij. *& paullò pòſt:* tum ego noſtris fabulis intexui diem natalis tui. *ac tandem:* Natalem tuum proſequemur orationibus, & tu noſtri in tuis votis non obliuiſcaris. *S. Auguſtinus ſer. 32. de verbis Domini ita Aurelij Hipponenſis Epiſcopi natalem celebrandum denuntiat:* Dies anniuerſarius ordinationis Domini ſenis Aurelij craſtinus illuceſcit: rogat & admonet, per humilitatem meam, caritatem veſtram, vt ad baſilicam Fauſti deuotiſſimè venire dignemini. *Idem in ſui epiſcopatus anniuerſario homilias 24. & 25. de tempore, habuit; atque in priore quidem ita ipſius diei meminit:* Verumtamen cùm dies anniuerſarius noſtræ ordinationis exoritur, tunc maximè honor huius officij tamquàm primùm imponatur attenditur. *ac deinde:* Die ergo iſto ſolenni epiſcopatus mei *&c. poſteriore autem:* Hodiernus dies iſte, fratres, admonet me, attètiùs cogitare ſarcinam meam. De cuius pondere etiamſi mihi die noctuque cogitandum ſit, neſcio quo tamen modo anniuerſarius iſte dies impungat eam ſenſibus meis. *&c.*

& Græcos:

3 *Eumdem morem viguiſſe apud Orientales, tum alia perſuadent, tum quòd etiam ad poſteros annua celebritas indicta eo die, quo primùm epiſcopatum illuſtriores quidam adepti Antiſtites fuêre. Ita in Menæis XV. Decembris S. Ioannis Chryſoſtomi conſecrationis agitur memoria, &* S. Baſilij ordinatio *XIV. Iunij celebratur à Latinis, quod indubiè ab antiquioribus quoque vſurpatum Græcis, licet moderni non meminerint. Plurium adſcripta apud Latinos ordinatio faſtis adſcripta, ſacriſq; cæremoniis honorata, S. Ambroſij VII. Decembris, S. Zenonis VIII. eiuſdem, &c.* *adſcripta faſtis,*

4 *Nec ipſa hunc morem reſpuit Eccleſia Romana, ceterarum parens ac magiſtra; in cuius Martyrologio ad III. Septembris iſta leguntur:* Romæ ordinatio incomparabilis viri S. Gregorij Magni in Summum Pontificem, qui onus illud ſubire coactus, è ſublimiori throno clarioribus ſanctitatis radiis in orbe reſulſit. *Nam ſuos ipſi natales, ſiue conſecrationis anniuerſaria feſta, Romani præcipuè celebrare Pontifices conſueuerunt, vt ex S. Leonis ſermonibus atque aliorum perſpicere eſt. Imò Romam tunc alij ex Italiâ vniuersâ Antiſtites plurimi conueniebant. Hilarus id Papa teſtatur epiſt. 2. ad Aſcanium & ceteros Epiſcopos prouinciæ Tarraconenſis:* Lectis ergo, *vbi coninquit,* in conuentu fratrum, quos Natalis mei feſtiuitas congregauerat, litteris veſtris *&c. atque ante Hilarum Sixtus III. epiſtolâ ad Cyrillum Alexandrinum:* Ad beatum Apoſtolum Petrum fraternitas vniuerſa conuenit: ecce auditorium congruens auditoribus, cõueniens audiendis. Habuerunt Coëpiſcopi noſtri illum gratulationis teſtem, quem habemus honoris exordium. Sanctæ namque & venerabili ſynodo, quam natalis mihi dies fauente Domino congregârat, quia ſic credendum eſt, ipſe præſedit. *Idem ad Ioannem Antiochenum:* Audiuit vniuerſa fraternitas, quæ ad natalis mei conuenerat diem, qualiter bono humani generis Apoſtolicæ Sedis me præſide gratulentur. *Et S. Paulinus ep. 16. ad* Delphinum, (*non ad* Seuerum, *vt Baronius eam citat*) *de Anaſtaſio Papâ loquens:* Poſteà quoque interpoſito tempore etiam ad natalem ſuum, quod conſacerdotibus ſuis tantùm deferre ſolet, inuitare dignatus eſt. *Plura Patrum teſtimonia citat Roſvveydus noſter in Notis ad eam epiſtolam, vbi ex Anaſtaſio Bibliothecario in vitâ Adriani I. quàm ea ſolennis eſſet celebritas, oſtendit:* Denique, *inquit Anaſtaſius,* eius beatitudo fecit & pharum maiorem in eadem B. Petri eccleſiâ in typum Crucis, qui pendet ante presbyterium, habentem candelas mille trecentas & ſeptuaginta. & conſtituit vt quatuor vicibus in anno ipſum pharum accenderent, id eſt, in *etiam Romæ celebrata,* *par maximis feſtis,*

Ex variis.

est, in Natiuitate Domini, in Pascha, in Natali Apostolorum, & in Natali Pontificis.

Hinc Cathedræ S. Petri festum,

5 *At præ ceteris Apostoli* Petri *natalis, siue cathedra, in cultu fuit, tum quæ* Antiochena *dicta, cùm primùm Anthiochiæ sedem fixit pontificatus; tum* Romana, *cùm isthuc, æterni fundaturus sacerdotij maiestatem, peruenit. De alterutrâ cathedrâ agit S. Augustinus ser. 15. de SS.* Institutio solennitatis hodiernæ à senioribus nostris Cathedræ nomen accepit, ideò quòd primus Apostolorum Petrus hodie Episcopatus cathedram suscepisse referatur. Rectè ergo Ecclesiæ natalem Sedis illius colunt, quam Apostolus pro Ecclesiarum salute suscepit. *Est autem Romana Cathedra omnibus inscripta Martyrologiis, Romano, Bedæ vulgato, Vsuardi, Adonis, Rabani, Notkeri, Bellini, & vetustissimo S. Hieronymi, aliisq; MSS. perantiquis.*

restitutum à Paulo IV.

6 *Exoleuerat (incertum, quibus causis) Romæ ea solennitas; sed restituta est à Paulo IV. Pontif. Max. cuius eâ de re Bullam subiiciemus. Non rectè ergo Maurolycus:* Cathedra S. Petri, quâ Romæ primùm sedit anno Claudij Imperatoris quarto, vbi Simonem Magum confutauit; quam Paulus IV. celebrem esse iussit. *Melius Galesinius:* Romæ Cathedra S. Petri Apostoli. Is decimo post Christi Domini mortem anno, qui annus in secundi anni finem incidit, quo Claudius Cæsar imperium obtinuit, annuâ prædicatione perfunctus, quam è vinculis liberatus peregrinando suscepit, in vrbem Romam primùm ingressus est hoc ipso die: qui propterea prisco Ecclesiæ instituto & consuetudine ad Romanæ B. Petri cathedræ celebritatem institutus, pòst aliquando intermissus, in vsum & veterem ritum Pauli IV. Pontificis Maximi decreto piè reuocatus est.

Quando ea Romæ constituta.

7 *De S. Petri Romam aduentu fusè agit Baronius in Annal. ad annum Christi 44. Quòd fanatici quidam homines in dubium reuocare conati sunt, fueritne aliquando Romæ Petrus, id ne refutari quidem meretur. Optatus Mileuitanus Parmenianum Donatistam ita compellat lib. 2. sub initium:* Igitur negare non potes scire te in vrbe Româ Petro primo Cathedram Episcopalem esse collatam; in quâ sederit omnium Apostolorum caput Petrus. *Cadit eius Sedis principium in annum æræ vulgaris 43.* Tib. Claudio Aug. III. & L. Vitellio II. Coss. *quo eiusdem Augusti secundus imperij annus Kalendis Februarij expirabat.*

Eius diei officium.

8 *Testatur Baronius in Notis ad Martyrol. reperiri in peruetustis Breuiariis de Romanæ Cathedræ celebritate officium Ecclesiasticum, hancq; in eo orationem:* Omnipotens sempiterne Deus, qui ineffabili sacramento Apostolo tuo Petro principatum Romanæ vrbis tribuisti, vnde sese Euangelica veritas per tota mundi regna diffunderet; præsta, quæsumus, vt quod in orbem terrarum eius prædicatione manauit, vniuersitas Christianæ deuotionis sequatur. *Officij verò festi huius ritus* Duplex *est à Paulo IV. constitutus. addidit Clemens VIII.* Duplex maius, *teste Gauanto Comment. in Rubric. Breuiar. sect. 7. cap. 3.*

Ipsa lignea Cathedra seruata.

9 *Asseruatur hactenus in basilicâ Vaticanâ ipsa lignea cathedra, in quâ olim Romæ Petrus sedisse perhibetur, &, vt scribit Baronius in Notis ad Martyrol.* quis super se federit, virtute miraculorum prædicat, in ligno arido viridem gratiam curationum consecuta, cùm per eam Deus diuinam opẽ implorãtibus beneficia præstare non desinat. *De S. Iacobi Apostoli, & S. Marci Euangelistæ cathedrâ alibi agemus. De huius verò diei celebritate egregius extat à Petro Ribadeneira nostro scriptus tractatus in Flore Sanctorum, aliisq; ab antiquis ac recentibus.*

cælestia pariter & terrena disponit sui recti censurâ iudicij, voluit vt B. Petrus Apostolorum Princeps, cui priùs à Saluatore nostro Domino Iesu Christo dictum fuerat: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; postquàm Antiochiæ aliquamdiu resederat, Romam veniens Cathedram in eâ constitueret Episcopalem, eamque viginti quinque annis regeret: & demum Simonis Magi detectis fallaciis, & elusis præstigiis ipsoque Simone Mago superato idem Petrus, & cum eo glorioſus Coapostolus suus, vas electionis, Romanam Ecclesiam plantarent, & suo sanguine consecrarent: & vbi caput superstitionis erat, illic caput existeret sanctitatis; & vbi gentilium Principes habitabant, Ecclesiarum Principes morarentur: & quæ priùs erat magistra erroris, fieret magistra veritatis; essetque ibi gens sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis & regia, & per sacram B. Petri Cathedram ipsa Vrbs caput orbis effecta latiùs præsideret religione diuinâ, quàm anteà præsedisset dominatione terrenâ. Matth. 6. 18.

Cathedra Romæ constituta, diuino nutu.

Festum eius antiquum,

2 Verùm licet Vrbs ipsa multò plus debeat eidem Petro, qui eam per Cathedram Episcopalem in eâ constitutam regnis cælestibus inferendam condidit, quàm illis quorum studio prima mœnium suorum fundamenta iacta fuerunt, ex quibus is qui illi nomen dedit fraternâ eam cæde fœdauit; festiuitatem tamen ipsius Cathedræ, quæ, iuxta antiquissimorum sanctorum Patrum nostrorum testimonium, quintodecimo Kalen. Februarij fuit, & in diuersis orbis Christiani, & præsertim Galliæ & Hispaniæ, partibus, dictâ die solenniter celebratur, minimè obseruet; celebretque solùm festiuitatem Cathedræ Antiochenæ, quæ octauo Kalen. Martij, iuxta eorumdem Patrum testimonium fuit, tamquàm idem Saluator noster, qui sæpiùs infirma elegit, vt fortia quæque confundat, non respiciens imbecillitatem nostram, festiuitatem Cathedræ, quâ ipse Petrus Apostolus Romæ primùm sedit, nostris temporibus celebrandam, seu potiùs antiquæ celebritati restituendam reseruauerit.

alibi semper obseruatum, non Romæ.

ibi restitutum.

3 Quamobrem considerantes, quòd si in hac Vrbe Cathedram Ecclesiæ Anthiochenæ piè & solenniter veneramur, iustum est etiam & conueniens vt festiuitatem Cathedræ, quâ præfatus Apostolus Romæ primùm sedit, eò solenniùs & magis piè celebremus, quò magis Vrbs ipsa illi tenetur & debet; non dedignantes etiam inferiores Ecclesias in hoc imitari, festiuitatem Cathedræ, quâ idem B. Petrus Romæ eadem die quintodecimo Kalendas Februarij, non solùm in hac almâ Vrbe, verùm etiam in vniuersis orbis Ecclesiis, etiam in quibus illa ad præsens celebratur, sub duplici officio annis singulis, perpetuis futuris temporibus, solenniter celebrari volumus, statuimus, & mandamus: Festiuitati alterius Cathedræ, quæ dictâ die octauo Kalendas Martij celebratur, nihil propter hoc detrahendo, sed illam iuxta laudabilem hactenus superinde consuetudinem celebrari debere decernendo.

4 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, statuti, mandati, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac BB. Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingẽtesimo quinquagesimo octauo, Idib. Ianuarij, Pontific. nostri anno tertio.

DE FESTO CATHEDRÆ S. PETRI.

Bulla PAVLI IV. *Pontif. Max.*

1. PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Ineffabilis Diuinæ prouidentiæ altitudo, quæ nullis inclusa limitibus,

DE

DE S. PRISCA
VIRGINE ET MARTYRE, ROMÆ.

§. I. S. Priſcæ natalis, acta, ætas.

SVB CLAVDIO IMP. XVIII. IANVAR.

1 *Nobiliſſimæ Virginis* Priſcę *natalem XVIII. Ianuarij celebrant vetera Martyrologia. Nam Beda vulgatus, Ado, Notkerus, Bellinus:* Eodem die natalis S. Priſcæ virginis & Martyris. *Paria Vſuardus, & plurima MSS. quorum alia* Virginem *tantùm, alia ſolùm* Martyrem *prædicant, vt vetus Romanum, & Rabanus quoque; ac VVandelbertus:*

S. Priſcæ natalis;

Quinta & dena ſimul Priſcâ pro Martyre gaudet.

At MS. Rhinavvienſe: Romæ S. Priſcæ. *Romanum:* Eodem die S. Priſcæ Virginis Martyris, quæ ſub Claudio Imperatore poſt multa tormenta martyrio coronata eſt. *Conſentiunt ferè Caniſius, Florarium, aliaq; MSS. Maurolycus quoque, & Felicius, qui ab aliis XVII. Februarij coli teſtatur.*

Acta,

2 *Acta eius ſcribit Galeſinius à S. R. E. Notariis commendata eſſe litteris. Ea an genuina extent, haud compertum eſt nobis. Quæ damus, exhibuit vetuſtus codex MS. monaſterij S. Maximini Treuiris, quibus congruunt quæ in nonâ Lectione hodierni officij recitat Eccleſia Romana, quæ Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, Antonius Gallonius libro de Virginibus Romanis, Siluanus Razzius tom. 1. de feminis ſanctitate illuſtribus, Ribadeneira noſter in Flore SS. Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 96. aliiq; tradiderunt. Ea compendio perſtrinxit Galeſinius in Martyrologio:* Romæ S. Priſcæ Virginis & Martyris. Hæc patre Conſulari nata, tertium & decimum annum agens, Chriſtianæ fidei accuſata, Claudij Imperatoris iuſſu ad idolorum cultum impellitur, cui obfirmato animo reſtitit: quamobrem colaphis cæſa, in carcerem coniicitur: poſtridie inde educta cùm in eadē fidei cōſtantiâ permaneret, verberibus excruciata, & feruenti adipe fœdè delibuta, rurſus in cuſtodiam detruditur: triduo pòſt leoni expoſita, nullo modo læſa, in ergaſtulum includitur; vbi inediâ tridui ferè ſpatio penè confecta in equuleo ſuſpenditur: tum vnguibus ferreis excarnificata, pòſt in ignem poſita, inde admirabiliter Dei ope ſeruatur incolumis. Poſtremò extra vrbem, præciſo capite, virginitatis palmam martyrij coronâ cumulauit.

ſimilia Actis SS. Martinæ & Tatianæ.

3 *Ceterùm omnino conſimilia ſunt hæc* SS. Martinæ & Tatianæ *actis, vti & 12. Ianuarij monuimus, niſi quòd illæ ſub* Alexandro, *Priſca ſub* Claudio *oppetiiſſe mortem ſcribatur. Alioquin paria illata ſupplicia, paribus portentis depulſa; par ſecutum tyranni exitium. Nec id quidem non alibi vſitatum, vt ſcelerum artifex diabolus eaſdem artes crudelitatis ſubminiſtrârit impiis, eadem doloris machinatus ſit inſtrumenta. Neque omnipotens benignitas Numinis non & eadem & diuerſa, vt libitum eſſet, potuit ſuis & ſolatia afferre, & victoriæ inſignia largiri.* Martinæ *quidem certè quæ retulimus, vbique memorantur, geſta; (nam* Tatianæ, *ſiue* Datianæ *minùs apud Latinos celebre nomen)* Priſcæ *Romanum, aliaq; Breuiaria, & ſcriptores reliqui, eodem ordine ſucceſſuq; certamina recenſent.*

Quando occiſa,

4 *Aetatis ei annos alij decem, alij vndecim, plerique tredecim tribuunt. Sub vtro coronata* Claudio *ſit, (primone qui quartus ab Auguſto imperauit, ab anno vulgari Chriſti 41. ad 54. an ſecundo, qui ab anno 268. ad 270.) minùs liquet. Sub ſecundo Gallonius & ceteri plerique malunt: multamq; ille Chriſtianorum cædem edidit, vt XIX. Ianuarij & alibi dicetur, Octauius Pancirolus ipſo anno quo Romam S. Petrus appulit bimulam luſtratam eſſe baptiſmo, interemptam vndecim pòſt annis, primam Latinarum Martyrum ſcribit.*

5 *Baronius in Notat. ad Martyrol. Roman. ſententiæ ambiguus hæret. Quòd enim* anno tertio Claudij *occiſa dicitur, ad ſecundum haud dubiè pertinet; neque enim anno altero poſt S. Petri in Vrbem aduentum, qui* Claudij I. *tertius fuit, veriſimile eſt edicta, cædes, conuerſiones tam mirabiles eſſe factas, &* Claudius *annos 14. imperauit, cùm hîc narretur paullò poſt* Priſcæ *necem & ipſe extinctus, qui eam conſciuit,* Claudius. *Secundus verò, etſi, vt Eutropius lib. 9. ſcribit, intra biennium imperij interierit, trium tamen annorum, ſi eos à Kalendis Ianuariis auſpicêre, ſpatia attigit; nam circiter 20. Martij videtur Imperator factus eſſe, dum* Aureolus *Mediolani ab exercitu obſidetur, idq; Romam IX. Kal. Apriles nuntiatum eſt, vt ex Trebellio Pollione conſtat: is erat annus Chriſti 268.* Ouinio Paterno II. & Mariniano Coſſ. *Idem deinde Trebellius:* Atticiano & Orphito Coſſ. auſpicia Claudiana fauor diuinus adiuuit. *Conſules fuêre* Flauius Antiochianus, *ſiue* Atticianus *& Furius Orfitus anno 270. quo* Claudius *periit. Eò facit, quod idem Trebellius recitat, oraculum:* Cùm in Apennino (*alij* Aponino *legunt, vel* Aponi fonte) de ſe conſuleret, reſponſum huiuſmodi accepit:

an anno 3. Claudij II.

Tertia dum Latio regnantem viderit æſtas.

6 *Deinde ſi ſub ſitem* Claudij I. Priſca *occubuit, quis ille Epiſcopus Vrbis Romæ, à quo eius conditum corpus, Petro Apoſtolo ſuperſtite, ſed exulante? Quæ tyranno inflicta dicitur cælitus mors, vlciſcente Numine eadem Virginis, ea quoque ſub Claudio II. illam certaſſe fidem facit, cuius feralem obitum ambiguè ethnici ſcriptores memorant, vt conſultò diſſimulari ab iis, vt ſæpè alibi, diuinam vindictam intelligas. Aurelius Victor ſolùm* vitam *ait* Reip. dono dediſſe; *Eutropius* morbo interiiſſe; *Trebellius* affectam morbo mortales reliquiſſe, & familiare virtutibus ſuis petiiſſe cælum; *Zoſimus,* quòd in Romanos quoque peſtis ſæuire cœpiſſet, cùm alios complures in exercitu mortuos eſſe, tum etiam Claudium viuendi finem feciſſe. *at rurſum Trebellius:* Et Dexippus quidem Claudium non dicit occiſum, ſed tantùm mortuum. Nec tamen addidit morbo, vt dubium ſentire videatur.

qui malè periit, anno Chr. 270.

7 *At complura eccleſiæ* S. Priſcæ *monumenta, vt teſtatur Baronius, memorant eam viuente Apoſtolo Petro* ſub Claudio ſeniore *paſſam eſſe.* Quod quidem, *inquit,* haud impoſſibile videri debet, (*modò pro tertio anno decimustertius reſtituatur*) quandoquidem ante primam, quæ ſub Nerone facta eſt, perſecutionem, ſæpè vexatos atque repreſſos Romæ fuiſſe Chriſtianos verba Taciti lib. 15. Annal. demonſtrare videntur, quibus ait: Repreſſaque in præſens exitialis ſuperſtitio rurſus erumpebat. Hæc ille, agens de perſecutione in eos à Nerone tunc excitatâ. Sic igitur haud adeò mirandum, ſi vltimis Claudij ſenioris temporibus S. Priſca martyrium paſſa dicatur. *Iſta Baronius. At Tacitus loco citato, ſolùm videtur per Pontium Pilatum repreſſam, Chriſti ſupplicio, religionem Chriſtianorum ſignificare: in quo tamen vehementer fallitur, nam cœpit tunc fides latiſſimè propagari. Vexatos tamen à* Claudio *Chriſtianos certum eſt, cùm quod Act. 18. 2. dicitur,* præcepiſſe Claudium diſcedere omnes Iudæos à Româ, *id præcipuè in Chriſtianos latum ſit, vt ex Suetonio colligitur in Claudio ita ſcribente cap. 25.* Iudæos impulſore Chreſto aſſiduè tumultuantes Româ expulit. *In alios quoque licet Romani generis ſæuiſſe facilè coniiciet, qui memincrit quod Aurelius Victor ſcribit, non modò* compreſſas *ab eo* famoſas per Galliam Druidarum ſuperſtitiones, *Romanorum videlicet ſacrorum ſtudio; ſed Meſſallinam coniugem permiſſâ à viro, vel arrogatâ immenſâ quadam licentiâ, adulteriis, cædibus, nuptarum virginumq; proſtitutionibus graſſatam; haud multò mitiorem fuiſſe Agrippinam; libertos verò poteſtatem nactos ſummam, ſtupris, exilio, cæde, proſcriptionibus, omnia fœdaſſe: vt non facilè Chriſtianæ ſanctitati & innocentiæ, præſertim illuſtri in domo, tranquillitas fuiſſe, ſuperſtitionibus dedito & flagitiis omnibus conniuente Principe, videatur.*

an ſub Claudio ſeniore,

infeſto Chriſtianis.

8 Neque *tamen, vt ſub ſeniore Claudio interfecta ſit, ea eſt* Priſca, *quam ep. ad Romanos ſalutari Paulus iubet cap. 16. his*

EX VARIIS. *Diuersa est à Priscâ, siue Priscillâ, Aquila vxore.*

verbis: Salutate Priscam & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu. *Nam & illa Nerone imperium iam administrante scripta est epistola, & secundâ ad Timotheum ex Vrbe, Neronis temporibus, datâ, cap. 4. iisdem in Asiam reuersis atque Ephesi commorantibus salutem impertitur; suntq; qui Act. 18. memorantur Româ extorres,* Aquila, *siue* Acylas *Iudæus, genere Ponticus, &* Priscilla, *siue* Prisca, *eius vxor; qui 8. Iulij coluntur.*

§. II. *S. Priscæ ecclesia, reliquiæ.*

S. Priscæ ecclesia Romæ:

9 *AQuilæ Pontico ac Priscæ ædes fuisse in Auentino scribit Octauius Pancirolus, easq; dedicatas in ecclesiam Christianorum. Et meminit S. Paulus* domesticæ eorum ecclesiæ *tam Romæ quàm Ephesi. In Romanam illam illatum est à S. Eutychiano Papa Priscæ Virginis corpus ex loco prioris sepulturæ ac martyrij, viâ Ostiensi; ipsaq; ædes* S. Priscæ *nomine deinceps est appellata: inhabitata postmodùm, vt idem Octauius auctor est, à monachis Græcis, quos ex Oriente fugarant Imperatores iconoclastæ.*

sæpius restaurata,

10 *Huius ecclesiæ meminit Anastasius Bibliothecarius in vitâ Adriani I.* Tectum denique tituli B. Priscæ, quod iam casurum erat, & in ruinis positum, nouiter fecit, vbi & vestem de stauracin fecit. *Tandem Paschalis II. Papa temporibus paullò post annum 1100.* oratorium S. Priscæ vetustate consumptum, dirutum est, *nouaq; condita ecclesia, vt infrà ex Eadmero Anglo dicemus. Posteà Callistus III. qui ab 8. April. an. 1455. ad 6. Aug. 1458. sedit,* restituit S. Priscæ in Auentino templum; *vt Platina & Bzouius scribunt. Tandem Benedictus Iustinianus eiusdem basilicæ frontem à solo restituit,*

super cum nouo ornatu.

altiusq; & in nitidiorem sustulit formam, areâ dilatatâ. Confessionem quoque instaurauit, & quod sub eâ est sacellum, cuius ara ea esse existimatur, quam S. Petrus Apostolus dedicauit, vbi & SS. Aquilæ & Priscillæ, *ac* Priscæ *Virginis condita fuêre corpora. Aurato deinde laqueari eamdem ornauit ædem. Ita Pancirolus reg. 9. eccles. 27. Testatur & Baronius isthic altare dici à S. Petro sacratum. Est verò inter antiquissimos Titulos, S. Priscæ Ecclesia.*

Reliquiæ Romæ.

11 *Corpus autem sanctissimæ Virginis testatur Pancirolus in eadem eius basilicâ asseruari, partes vestimentorum in Vaticanâ S. Petri ecclesiâ & S. Laurentij in Panisperna. At pridem in Galliam delatum esse os vnum eiusdem Heroidis tradit Eadmerus lib. 4. historiæ Nouorum:* In diebus illis, *inquit, (dum nimirum Lugduni in Galliâ exularet S. Anselmus, Henrico I. in Angliâ regnante, anno Chr. 1103.)* Gualo Episcopus Parisiacensis de Româ veniens ad nos, reliquias corporis beatæ Martyris Priscæ sibi Romæ datas attulit, & inde mihi in præsentiâ Patris Anselmi partem aliquantulam dedit. Quæ pars dum admodùm parua mihi visa fuisset, rogantem me vt donum Antistes augeret, Anselmus compescuit dicens sufficere quod habebam; Cùm enim, inquiens, os ipsum de corpore illius sit, donec eo caruerit, integritatem sui non habebit. Quapropter si illud dignè seruaueris, & Dominæ, cuius est, quâ potes deuotione in illo seruieris, tam gratanter officij tui munus accipiet, quàm si toti corpori eius deseruires. Adquieui dicto, & quod acceperam diligenti custodiâ seruo.

Os in Galliam delatum,

12 *Idem Eadmerus, siue Edmerus, fusiùs id narrat in vitâ S. Anselmi, quam 21. April. dabimus:* Inter hæc, *inquit,* venit ad nos Walo Episcopus Parisiensis, vir benè religiosus, & Ecclesiasticarum consuetudinum institutionibus ab ineunte ætate imbutus. Hic Romæ notus & Apostolicæ legationis ministerio functus, familiaritate Patris Anselmi potiebatur. Igitur iste à Româ ad nos veniens, quorumdam Sanctorum reliquias secum ferebat, quas, vt certò comperimus, sibi Romæ datas habebat. Itaque cum Anselmo me præsente loquens, innotuit ei quid reliquiarum à Româ secum detulerit. Ad quod cùm ille Deo gratias ageret, Episcopus vnum os, quod de capite sanctæ Martyris Dei Priscæ esse asserebat, è pyxide protulit, & id qualiter adeptus fuerit illicò subinferens, ait: Romæ eram, & oratorium nominatæ Martyris, in quo beatissimus Apostolorum Princeps Petrus altare sacra-

à Cardinale dati Episcopo Parisiensi,

uit, vetustate consumptum dirutum est, & corpus Martyris, in nouâ recondendum ecclesiâ, me adstante leuatum est. Igitur cùm loci ipsius Cardinalis reliquias in suo iure haberet, & ipse idem mihi familiaris existeret, os istud, quod videtis, de sacro corpore sumptum, mihi pro signo mutui amoris dedit.

huius particula Eadmero historico data.

13 Finierat Præsul in istis. Ast ego earumdem reliquiarum amore illectus, vt ex ipso esse mihi partem daret, deprecari Episcopum cœpi. Et ille, Accipe, inquit, & quantum inde primo conatu frangere poteris, tuum sit. Accepi, & en, extra quàm sperabam, in principio mei conatus vna mihi particula in dextrâ manu remansit. Cumque de paruitate ipsius mœrorem animi dissimulare nequirem, & vt semel adhuc frangere inde mihi liceret, magnoperè gestirem, rupit desiderium meum Anselmus, & ait: Noli, noli; quod habes sufficiat tibi. In veritate quippe dico tibi, quia pro toto auro, quod Constantinopoli & vltra citraue habetur, non omitteret Domina ipsa, cuius est, quin illud sibi vindicaret in die resurrectionis cunctorum. Quamobrem si debitam illi reuerentiam exhibueris, æquè sufficiet ac si toti corpori eius exhiberes. Quod ego audiens adquieui, & quàm decentiùs potui, ipsum ex hoc hucusque seruaui. De quo esse post plures dies Petrus quidam monachus Cluniacensis, vir suo tempore magnæ auctoritatis, qui Camerarius erat Domini Papæ Vrbani atque Paschalis, ad nos veniens, à me percunctatus est, quid sentiret. At ille, vbi me referente accepit, qualiter id adeptus fuerim, vera omnino esse confessus est quæ Episcopus inde dixerat, seque præsentem fuisse asseruit, quando idem os à corpore Martyris sublatum à Cardinali susceperat.

Aliquæ S. Priscæ reliquiæ Chimacum allatæ

14 *Pars quoque* S. Priscæ *reliquiarum Chimacum olim allata. Est Chimacum Belgij oppidum in Comitatu Hannoniæ, Principatus titulo nobile. Hic collegium est Canonicorum in basilicâ* S. Monegundi *sacrâ, de quâ 2. Iulij agemus: eius isthic reliquiæ in loculo argenteo inaurato, in altero* S. Priscæ *Virginis ac Martyris asseruari solent, & singulæ à binis Canonicis in solenni supplicatione circumferri. Vtraque anno 1552. Francis oppidum incendio vastantibus perierunt. In medio tamen chori hæc* *à Ioanne Comite:* *pòst deperdita.*

visitur etiamnum inscriptio verbis Gallicis, quæ Latinè sic sonat: Hîc iacet nobilis vir Ioannes Comes Suessionensis, Dominus Chimaci, qui corpus S. Priscæ Româ attulit & anno 1282. obiit. *Hæc ferè Miræus in Fastis Belgicis, & Molanus in Natalib. SS. Belgij ad 2. Iulij. Quæ & Saussaius 18. Ianuarij recitat.* Ioannes *ille tertius eius nominis Comes Suessionensis fuit, secundus Chimaci Dominus, quem titulum, viuo* Ioanne Bono *patre, vsurpauit. Mater illi* Maria *fuit,* Rogerio *Turrium & Chimaci Domino nata, eiusq; heres. Duxit Ioannes Margaritam Montfortiam, ex eâque Ioannem IV. & Radulphum suscepit. Totam eorum genealogiam deducit Andreas du Chesne lib. 4. historiæ Castillonææ cap. 3. vbi* Ioannem *ait circiter an. 1284. obiisse.*

ACTA

ex MS. monasterij S. Maximini.

CAPVT I.

S. Priscæ comprehensio. prima in eam quæstio.

à Claudio I. Imperatore Christianos persequente,

1 REgnante Claudio Cæsare, *a* incerto anno imperij eius, proposuit ipse præceptum nouum & pessimum in toto mundo, vt aut sacrificent Christiani, aut si non sacrificauerint morti tradantur. Direxit verò Præsides & Iudices imbutos diabolicâ seductione. Erat enim præceptum propositum per feruentem comminationem, quatenus dissiparetur Christianorum cultus, nouam propositionem sacrificiorum nequissimorum ac pollutorum deorum suorum demonstrans; quam præcepit Imperator fieri, & consentientes immolare honoris magni effici dignos;

con-

contemptores verò & nolentes immolare tormentis crudelibus affligi. Horũ verò omnium ac talia perficientium Claudius Imperator ſacrificia exhibebat in templo Apollinis, & iuſſit cum magno terrore comprehendi à militibus eos qui religionem Chriſtianam habere noſcuntur, viros ac mulieres, vt pœnis afflicti ſacrificarent diis.

& Apollini immolante,

2 Tunc erant maligni viri, qui directi ſunt ad diſſipandum cultum Chriſtianorum: venientes autem ad quamdam Eccleſiam, ibi inuenerunt B. Priſcam orantem. Erat autem genere nobilis, pater eius ter *b* Conſul, diues nimis. Hæc in vndecimo anno erat bonorum operum & gratiâ Dei moribus ornata. Miniſtri verò Imperatoris dicunt ad eam: Dominus noſter Claudius adamauit te, quatenus magno Deo Apollini ſacrificium ſponte offeras. Beata verò Priſca læto animo dixit ad eos: Priùs ingrediar ſanctam vniuerſalem Eccleſiam, vt commendem me Domino meo Ieſu Chriſto, & ſic cum pace proficiſcamur. Oportet enim pro Chriſto & confundere indignum imperio Claudium, & victricem Saluatori noſtro Ieſu Chriſto aſſiſtere. Et in templum ingreſſa compleuit petitionem ſuam.

comprehẽditur S. Priſca:

b

3 Expletâ verò oratione properauit cum eis ad Imperatorem. Ingreſſi verò miniſtri dixerunt Imperatori: Hæc imperij tui iuſſioni conſentiens eſt. Imperator audiens gauiſus eſt valdè, & iuſſit eam in Palatium duci. Ingreſsâ eâ in Palatium, Imperator ait: *c* Magnus es Deus Apollo, & ſuper omnes Deos glorioſus, qui hanc virginem genere præclaram, vultu decoram, mente ſerenam compoſuiſti. & hæc dicens ait ad B. Priſcam: Te etenim ad me venire diſpoſui, vt Imperij mei potentiæ faciam te Dominã demonſtrari. Ad hæc B. Priſca ait: Ego enim immolabo ſine ſanguine immaculato Deo & Domino meo Ieſu Chriſto.

deducitur ad Imperatorem.

c

4 Imperator autem audiens hæc, & non intelligens quæ dixerat, iuſſit eam in templum Apollinis ingredi vt immolaret ei. Sancta verò iuſſa introire, hilari vultu dixit Imperatori: Ingredere tu & ſacerdotes Apollinis, & videant quomodò omnipotens Dominus immaculata fidelium ſuorum ſacrificia placabiliter accipit. Imperator verò iuſſit omnes adſtantes propè proſpicere quæ ab eâ fiebant. Beata verò Priſca dixit: Gloria tibi Pater glorioſe; te inuoco, te deprecor, præcipita hoc immobile ſurdumq; idolum: lutum enim eſt & fœdat omnes ſapientes in ſe. ſed tu Deus exaudi me peccatricem vt cognoſcat Imperator iſte, quòd vanam ſpem habet in idolis ſuis, quia alium Deum non debemus adorare niſi te ſolum. Et hæc eâ orante, ſtatim terræ motus factus eſt magnus, ita vt ciuitas concuteretur; & corruit Apollo & comminutus eſt: ſimili modo quarta pars templi deſtructa eſt, & oppreſſit multitudinem paganorum cum ſacerdotibus idolorum. Etenim terræ motu mediante, pauefactus Imperator fugam arripuit. Ait ad eum B. Priſca: Imperator ſta & adiuua, quia confractus eſt Apollo, & congrega fragmenta eius, inſuper ſacerdotibus eius oppreſſis eiuſdem ruinâ, nunc veniat & adiuuet eos.

Ad ſuas preces collapſo idolo, & parte templi,

videt Imperatorem.

5 Et dæmon, qui in idolo habitabat, clamauit voce magnâ dicens: O Virgo Priſca, magni Dei qui in cælis eſt ancilla, quæ præcepta eius cuſtodis, & me denudaſti ab habitaculo meo! Habitaui enim in eo annis ſexaginta ſeptem, & ſub Claudio Cæſare annis *d* duodecim. Multi enim ſanctorum Martyrum proficiſcentes me minimè manifeſtauerunt; & habens ſub me ſpiritus nequiſſimos nonaginta tres, præcipiebam eis, & offerebat mihi vnuſquiſque eorum animas hominum quotidie quinquaginta. O Imperator attritor Chriſtianorum, inueniſti animam ſanctam, per quam imperium tuum cum turpitudine finiretur. & hæc cum magnâ voce & lamentatione dæmon per aëra clamans & ſtridens, quocumque proficiſcebatur, tenebræ videbantur: & omnes eum proſpicientes dubitatione repleti ſunt.

Eiulantem inde dæmonem fugat:

d

6 Imperator verò non intelligens quòd per diuinam gratiam idolum comminutum eſt, iuſſit alapis faciem eius cædi. Et dum diu cæderetur, carnifices defecerunt, & clamabant dicentes: Væ nobis peccatoribus! verè nos magis cruciamur quàm hæc; ipſa verò illæſa permanens nos cædit. Deprecamur ergo te, Imperator, iube eam à nobis tolli. Imperator autem valdè iratus contra eos, præcepit nimis cædere faciem B. Priſcæ. Sancta verò Priſca reſpiciens in cælum dixit: Benedictus es Domine Ieſu Chriſte, quia æternam gratiam das iis qui in te credunt. Et cùm hanc orationem dediſſet, circumdedit eam lumen ſplendidum, & venit vox de cælo dicens: Filia confide, & noli timere, ego enim ſum quem adoras & inuocas Deum: non te deſeram in perpetuum. His dictis Imperator amens effectus eſt valdè.

ex MSS. caditur alapis

voce cæleſti corroboratur.

a *Hoc librarius quiſpiam addidit, vel quia notas numerorum aſſequi non potuit, vel quia ſoluere obortam ſibi difficultatem Chronologicam non potuit. Si paſſa eſt S. Priſca ſub Claudio ſeniore, contigit id anno Chriſti 54. Claudij 13. exeunte: ſin ſub iuniore, 270. Chriſti, eius imperij 3. ita habet Petrus de Natal. lib. 2. cap. 96.*

b *An is fortaſſis* C. Vibius Priſcus, *qui anno Chriſti 44. iterum Conſul fuit cum* T. Statilio Tauro? *nomen congruit, tempus non Claudij ſenioris.*

c *Celebre Apollinis Palatini templum fuit, ab Auguſto dedicatum; cuius alia in Vrbe ades.*

d *Hic numerus non poteſt niſi ſeniori Claudio conuenire.*

CAPVT II.

Iteratæ quæſtiones. euerſa idola.

7 ALio verò die ſedens pro tribunali, dixit: Introducatur iniuſta Priſca & incantatrix, quatenus iterum videamus eius incantationem. Ingreſsâ autem, ei dixit Imperator: Conſenti mihi, & ſacrifica diis. At illa reſpondit: Ceſſa hominum ſceleratiſſime, & fili patris tui diaboli. Non erubeſcis à puellâ ſuperari, & mecum conculcari, cùm me minimè poteris inclinare ad ſacrificandum idolis? Tunc iratus Imperator iuſſit exſpoliari eam, & iterum *a* cædi. Sancta autem Priſca videbatur candida ſicut nix, cuius ſplendebat corpus in tantum, quòd nitor claritatis eius caligare faciebat reſpicientes in eam. Beata autem Priſca cùm cæderetur dicebat ad Dominum: Voce meâ ad Dominum clamaui, & exaudiuit me in certamine paſſionis meæ. Imperator audiens eam iſta dicentem valdè iratus dixit: Tuis maleficiis ſeduci me putas? B. Priſca dixit Imperatori: Pater tuus Sathanas princeps eſt omnium maleficiorum, fornicatores diligens, & maleficos amplectens. Imperator autem iuſſit eam ampliùs fuſtibus cædi. Sancta verò ſupplicia ſibi inferenti ſubridens dixit: O iniuſte & damnande, iudicio Dei inimice, & ſcrutator malorum, non ſentis beneficia quæ ab æterno conditore in me efficiuntur, quaſi inſipiens es?

Intrepidè tyranno reſpondens,

a

iterum cæditur,

etiam fuſtibus:

8 Limenius conſanguineus Imperatoris dixit ei: Hæc polluta non propter gloriam Chriſtianorum, & crucifixi hæc ſupplicia ſuſtinet; ſed illa ſicut radius ſolis fulgens, ſic omnia ſe putat obtinere. Tua nunc poteſtas hanc in craſtinum iubeat in carcerem retrudi, & pinguedine adipum feruidè diſſoluens lauari, & ſic coinquinamus eius claritatem. Iuſſit verò Imperator ſtatim eam mitti in carcerem vſque in craſtinum. Dum deducta in carcerem fuiſſet exclamauit coram populo voce magnâ, dicens: Gratias ago tibi Domine Ieſu Chriſte, & obſecro ſanctam tuam gratiam, cuſtodi me Domine à nequiſſimo & contaminato Claudio, quia tuam bonitatem pro nihilo reputat. Per totam autem noctem in carcere hymnos erat Sancta canens & glorificans Deum. Voces autem multorum virorum audiebantur glorificantium Deum cum ipsâ. Manè autem facto iuſſit ſuis eiicere eam de carcere, anteà autem adipibus & pinguedinibus eam perungi. Procedens autem de palatio Limenius odoratus eſt odorem ſuauitatis, & aromatum multorum repletus dixit comitibus ſuis: Odoratis & vos odorem nimium? At illi dixerunt: Odorem hunc dij fecerunt pro dilectâ Priſcâ. & omnes dicebant, quia dij propitij apparuerunt

pſallit in carcere:

viſitatur ab Angelis & Sanctis,

odorẽ ſummiſſimum ſpirante carcere;

Ex mss. tuerunt ei. Venientes verò ad carcerem inuenerunt B. Priſcam ſedentem in ſede imperiali; & multitudo Angelorum erat circa eam, quorum non erat conſiderare claritatem. Ipſa verò tenebat tabulam, & legebat hæc: Pſ.103.6. Quàm magnificata ſunt opera tua Domine! omnia in ſapientiâ feciſti. Et timens Limenius, egreſſus eſt inde,& ambulauit in palatium & annuntiauit Imperatori mirabilia Dei magna. Imperator iuſſit eam venire in templum & ſacrificare & viuere; aut, ſi non ſacrificaret, feris traderetur. Beata autem Priſca dicebat: Viam mandatorum tuorum cucurri, iuſtificationes tuas doce me; & diſcam mirabilia Deitatis tuæ. Libera me à ſuppliciis hominum, vt cuſtodiam mandata tua. Hæc autem eâ dicente,decreuerunt ſubuertere ſedem; viri autem ſtantes erga eam in albis nuſquam comparuerunt.

ſiſtitur iterum Imperatori, eiq; generosè reſpondet.

9 Imperator autem proſpiciens vultum eius alacriorem magis quàm priùs fuerat, dicit ad eam: Corripuiſti temetipſam, & conuertiſti te diis immolare benignis? Illa verò ad eum dixit: Imperator, mea conuerſio impleta eſt, quia me non ſuades in tuis controuerſiis adeſſe; liberata enim ſum à vanitatibus tuis & impietatibus vaniſſimarum ſeductionum huius ſeculi, præceptum accipiens à Domino Deo meo. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt,& ponere in Domino Deo ſpem meam, qui veritatem continet, & nihil mihi deerit, quia omnipotens eſt Deus meus. Seductio ſermonum tuorum iacula tenebroſa ſunt, dirigentia in viam tetram. Me autem lætificat mors Sanctorum, qui me circumdederunt & omnia continuerunt, & obligauerũt patrem veſtrum diabolum.

præſentiâ ſuâ terret dæmonem,

10 Imperator verò iratus dixit ad eam: Non moreris Priſca, ſed ingreſſa ſacrifica. Priſca dixit: Iubes me Imperator ingredi in templum? Ad hæc Imperator dixit: Ingredere, & ſacrifica, vt non à feris pereas. S. Priſca dixit: Dei mei gratiâ largiente certanti mihi humili, & te iubente ingrediar. Cognouit verò dæmon qui habitabat in idolo quia venit Sancta perdere eum, & clamauit voce magnâ, dicens: Væ mihi, quò fugiam à ſpiritu tuo, Deus cæli? Ignis me proſequitur à quatuor angulis templi. Ingreſſa eſt autem S. Priſca faciens crucem in Chriſti nomine, & reſpiciens ſtatuam idoli, dixit Imperatori: Vide ſeductionem Imperator, oculos non videntes, aures non audientes, manus non palpantes, pedes non ambulantes,vanâ ſpecie effigiem deornatam: vis ergo, Imperator,vt ſacrificem ei? Imperator verò lætus effectus dixit: Viuas diis,quia conſenſiſti mihi.& appropinquauit ad idolum B. Priſca, & dixit: Tibi dico qui habitas in hoc idolo ſurdo & muto, egredere. Hæc dicens ad idolum, orationem fudit ad Dominum, dicens: Rex æterne Deus, qui cælos ſtabiliſti, & terram fundaſti, qui aquas condidiſti, qui draconem contriuiſti; te deprecor, Domine, vt non me deſeras; ſed ſuſcipe deprecationem meam, & idolum hoc manu hominis factum deſtrue, & ſeductionem dæmonis & omnis malitiæ plenum Claudium in diuerſis ſuppliciis cognoſcere facias, quia tu es benedictus in ſæcula, Amen. Et mox tonitruum magnum factum eſt, & cecidit ignis de cælo,& combuſſit ſacerdotes de tẽplo,& multitudo populi mortua eſt,& Imperatoris partem dexteram purpuræ combuſſit, & idolum in fauillam redegit. Beata verò Priſca dixit: Gloria in excelſis Deo,& in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis.

precibus idolum confringit, multu calitus occiſis.

a Flagellis, *vt explicat Pet. de Natal.*

CAPVT III.

Spathæ, feræ, flammæ ſuperatæ.

11 ET iratus Imperator non conſiderans miraculum, neque virtutem inuiſibilis Dei, dixit ad Præfectum: Accipe hanc magam & de acutis vncinis ferreis totum eius corpus facias diſſipari, quatenus lucem citiùs ſæculi iſtius derelinquat. Ego enim valdè mœrore ſum plenus,& quid faciam neſcio. Præfectus autem ſuſcipiens eam, mox ambulauit in prætorium & ſedens pro tribunali præcepit introduci B. Priſcam, dicens: Ingrediatur deſtructrix templi, & videam quid velit. Beata autem Priſca ingreſſa eſt in prætorium ſubridens. Præfectus autem dixit: Irrides me iniuſta quia adhuc permiſſa es viuere? Per ſolem mundiſſimum, faciam interiora tua proiici canibus, ſi non ſacrificaueris diis, vt videam quale ſolamen adhibebit tibi Chriſtus tuus. B. Priſca dixit: O impie,nõ habeo irridere te de potẽtiâ Imperatoris tui, quia victus eſt à puellâ per Ieſum Chriſtũ, & iterũ me tibi tradidit? Præfectus dixit: Dominus eſt,& poteſtatem habens ideò tradidit te mihi, vt ſacrifices,aut pœnis intereas. B. Priſca dixit: Ego non ſacrifico; exerce pœnam, quantam vis. Tunc iuſſit Præfectus extendi eam,& cum ſpathis incidi membra eius. Cùm autem incideretur,clamauit dicens: Domine Ieſu adiuua me,quia ad te confugi.

Crucianda tradi-tur Præfecto:

ſpathis incidituꝛ:

12 Præfectus amens effectus, iuſſit eam in carcerem mitti. Ipſa autem conſtringens ſanctum ſuum corpus,& capillis capitis ſui muniens, citiùs ingreſſa eſt in carcerem. Præfectus autem in equo ſedens profectus eſt ad carcerem, & inuenit Sanctam iterum in ſede ſublimi ſedentem & ſplendidâ facie ſicut radium ſolis. Multùm verò afflictus egreſſus eſt, & clauſit carcerem & ſignauit annulo ſuo, & cuſtodes ferè quinquaginta dereliquit, & ambulauit ad Imperatorem. Erat autem B. Priſca pſallens & glorificãs Deum, & lumen magnum erat in habitaculo illo. Ingreſſo autem eo ad Imperatorem, inuenit eum in palatio. Quem Imperator videns admiratus dixit: Quid hucveniſti? Qui dixit: Sicut me iuſſit imperium tuum iniuſtã Priſcã peiùs affligere, ſpathis incidendã ac vngulis radẽdam atque perituram;& nec mortua eſt, nec ſacrificauit. Ecce quæ præcepta ſunt mihi, feci; tuum eſt verò cogitare quid iubeas de eâ. Imperator autem dixit ei: Patet fiducia ſecuritatis eius, quam habet per incantationes. Feris tradatur, vt diſcerpatur, & diſcerpta intereat. Præfectus tacuit.

pſallens in carcere,caleſti lumine recreatur:

13 Manè autem facto direxit carnifices ad eam. Ingreſsâ autem eâ, Præfectus dixit: Imperator iuſſit te ſacrificare; ſi verò non ſacrificaueris, feris te tradendam. Beata autem Priſca effulgens ſicut radius ſolis, dixit: Ego in nomine Domini Ieſu Chriſti, qui paſſus eſt pro nobis in eum credentibus in gloriâ permanens, credo vincere te. Hæc audiens Præfectus nimis iratus dixit Imperatori: Obſecro Dominum meum vt veniat mecũ in amphitheatrum. Imperator verò protinus ambulauit cum ipſo; & fecerunt eam vtrique inter feras iactari. Beata autem Priſca dixit: Videte & meum ſacrificium. Præfectus dixit: Vide Imperator iſtam magam, quæ deos noſtros comminuit: diſcerpatur à feris. Erat autem & alius leo immaniſſimus, qui cottidie comedebat a ſeptem oues. Hic non comederat per dies quatuor, vt deuoraret B. Priſcam. Sedens autem Imperator & triſtis exiſtens,præcepit eam introire. Ingreſsâ autem, ſonus magnus factus eſt de cælo,ita vt omnes pauerent. & dixit ei Imperator: Crede & conſenti mihi; per deos meos valdè te diligo, diſſoluens magnam iram quæ circumdedit te. Beata autem Priſca eleuans oculos in cælum dixit: Domine Ieſu Chriſte, qui cognitionem deitatis tuæ manifeſtaſti, & Sanctos tuos coronaſti, perfectam me in hoc certamine cuſtodi. Ad Imperatorem autem dixit: O miſer, cognoſce quia magis conſentio me à feris deuorari, vt æternam vitam, quæ apud Chriſtum eſt, merear, quàm tuæ ſeductioni conſentiens in laqueum incidam mortis æternæ. Imperator autem ferociſſimum leonem iuſſit abſolui, vt eam deuoraret. Et erat leo rugiens in cubili ſuo, vt omnes terreret. Ille qui eum nutriebat aperuit leoni, & egreſſus leo rugiit curſum arripiens, & ambulauit ad Sanctam, non terrorem oſtendens, ſed dilectionem; & inclinans ſe adorabat, oſculabatur pedes eius. Beata autem Priſca deprecans Deum dixit: Domine permittas cum eis communicare in

obiicitur leonibus, nec lædi-tur.

a *Sic.*

in pœnali agone me exiſtẽte, integram & ſoſpitem conſerues animam meam, in tuâ miſericordiâ Deus meus. & hæc dicens ait Imperatori: Vide Imperator, quam mihi intuliſti pœnarum & ferarum virtutem, quia Chriſtus, qui fecit cælum & terram & omnia quæ in eis ſunt, victorioſiſſimus eſt. ipſi enim ſubiiciuntur omnia, voluntate Patris. Imperator autem videns leonem manſuetum, & reuerentiam amoris erga Sanctam facientem, dixit ad eam: Humilia temetipſam, & confitere diis; ipſi enim ſunt qui te adiuuant. Beata verò Priſca dixit: Illi non poſſunt adiuuare ſeipſos, quomodò me adiuuant? In nomine Domini mei Ieſu Chriſti per agonem meum & martyrium ad nihilum redacti ſunt. Imperator iuſſit leonem ingredi in cubiculum ſuum. ſed antequàm ingrederetur impetum fecit in vnum conſanguineum Imperatoris, & interfecit eum. Tunc Imperator iratus iuſſit Sanctam in carcerem retrudi. Impulſa autem gratiâ Dei ambulauit dicens: Cuſtodi me Domine à laqueo, quem ſtatuerunt mihi, & à ſcandalis operantium iniquitatem.

conſanguineo tyranni à ferâ occiſo.

14 Poſt tres verò dies iuſſit Imperator ſacrificium facere in templum, & iuſſit adduci Sanctam, & venit B. Priſca ſplendida ſicut ſol. Dixitque ad eam Imperator: Crede & ſacrifica, & ſalua eris. Beata Virgo reſpondit: Ego ſacrifico, & credo in Domino meo Ieſu Chriſto. Tunc Imperator iratus præcepit eam ſuſpendi, & vngulis radi. Attracta verò dicebat: Lætificaſti me Domine in voluntate tuâ, & in opera manuum tuarum exultabo. Iudicia tua, Domine, lumen verum æternum; quia & ingreſſæ ſunt inciſiones vſque ad oſſa eius. Hæc autem eâ dicente, ſtatim indoluerunt brachia & oſſa eorum qui eam cruciabant; & dixerunt ad Imperatorem: Precamur te Imperator, libera nos de pœnis iſtis. Angeli enim Dei cruciant nos.

raditur vngulis,

cruciatu in lictores retorto:

15 Imperator verò præcepit eam igni tradi & conſumi. Miniſtri verò faciebant quæ iuſſa ſibi fuerant ab Imperatore, & incendebant ignem copioſum, & iactauerunt eam in medium. Beata verò Priſca voce magnâ dixit: Domine qui de cælo proſpexiſti, vt videas ſi eſt intelligens aut requirẽs Deum, adiuua me ancillam tuam. Imperator autem valdè triſtis erat, quia vincebatur à puellâ. & mox pluuia facta eſt magna, & ſonitus venti, & diſperſa eſt magna flamma, & incendit qui circumſtabant omnes.

coniicitur in ignem,

innoxia:

16 Et iratus Imperator præcepit comam capitis eius radi. Fecerunt miniſtri quæ eis præcepta ſunt, & raſerunt caput eius. Illa dixit: Scriptum eſt in Apoſtolo: Mulier ſi habuerit comam, gloria eius eſt. Tu autem comam capitis mei, quam dedit mihi Deus, amputaſti. Auferat Deus regnum tuum à te. Imperator verò iuſſit eam ambulare in templum, & clauſit ianuam templi, & annulo ſuo ſignauit, & ingreſſus eſt palatium ſuum. Sancta verò manſit glorificans Deum per totam noctem & diem. Imperator & ſacerdotes omni die ingrediebantur in templum; & minimè ingrediebantur ad illam, quia audiebantur voces Angelorum multorum. Imperator autem dicebat ad eos qui cum ipſo erant: Magnus eſt Deus noſter, quem colimus; omnes deos congregauit vt inſtruant & muniant Priſcam. Die autem tertia, fieri præcepit immolationem taurorum. Turbæ autem aperientes portam templi, viderunt B. Priſcam ſedentem in ſede, & cum eâ exiſtentem cœtum Angelorum, quorum pulchritudo enarrari non poteſt. viderunt autem Deum illorum in terram cecidiſſe & in puluerem redactum eſſe. Stupefactus autem Imperator dixit ad eam: Vbi eſt Deus noſter? S. Priſca dixit: Et non vides, quia in puluerem redactus eſt?

vaſâ comâ, 1. Cor. 11. 15.

includitur in templo:

viſitur ab Angelis,

idolo euerſo:

a *Pet. de Nat.* quem *vnicam habet.*

CAPVT IV. Ex MSS.

Cædes, ſepultura, tranſlatio.

17 IMperator ad hæc nimis iratus iuſſit duci eam foras ciuitatem, & gladio caput eius amputari. Sancta autem Priſca Martyr gaudens in exitu laborioſi huius ſeculi orauit, dicens: Domine Ieſu Chriſte liberator omnium, te laudo & adoro, te deprecor, & tibi ſupplico, qui liberaſti me de multis malis quæ mihi oſtenſa ſunt, ſalua me Domine Ieſu Chriſte, apud quem non eſt perſonarum acceptio, perfectam me in tui nominis confeſſione iube ſuſcipi in tuam gloriam, vt ſplendidè effugiam malum quo circumdata ſum. Redde verò maligno Claudio, ſicut operatus eſt in me ancillam tuam. & hæc dicens dixit carnificibus: In quo directi eſtis complete iuſſa vobis, & ita finiuit vitam B. Priſca per gladium, & vox de cælo facta eſt dicens: Quia certaſti pro nomine meo Priſca, ingredere in regnum cælorum cum omnibus Sanctis. Et factâ hac voce carnifices ceciderunt in facies ſuas & mortui ſunt.

plectitur capite,

voce cæleſti inuitata in cælum.

18 Tunc nuntiatum eſt a Epiſcopo vrbis Romæ per quemdam Chriſtianum, vbi ſedebat abſconſus, quomodò vel qualiter S. Priſcam foris Romam deportauerunt, viâ Oſtienſi miliario ab vrbe plus minùs decimo, & vbi eam decollauerunt, & ſic dimiſerunt eam. Tunc Epiſcopus hoc cùm audiuit ambulauit cum ipſo qui ei nuntiauerat, & ibi eam inuenerunt iacentem, & vnam quidem aquilam ſedentem ad caput eius & aliam ſedentem ad pedes cuſtodientem corpus eius, ne à feris tangeretur. Caput verò lucidum ſplendidâ facie riſit in ſpiritu ſancto. Epiſcopus ipſe, & qui cùm eo venerat foderunt ſepulchrum eius, & ibi eam ſepelierunt.

a

Dua aquila corpus cuſtodiunt

ſepelitur.

19 Hoc autem audiens Imperator, percuſſus eſt dolore cordis eadem die, & ſicut rabidus canis carnes ſuas comedebat, & gemens & tremens dicebat: Miſerere mei Deus Chriſtianorum. Scio quia tranſgreſſus ſum præcepta tua Chriſte, & blaſphemaui te, nomen tuum perſecutus ſum, & in tuam ancillã ingratus peccaui. Iuſtè à te crucior; tu ſicut feci retribuiſti mihi. Exſpirauit cum ſupplicio multùm diſceptus & dilaniatus, & vox de cælo facta eſt: Ingredere Imperator in clibanum gehennæ, vade in tenebras exteriores, tibi enim præparata ſunt tenebroſa pœnarum loca, ad quæ natus es. Factus eſt autem terræ motus magnus, & crediderũt in eadem die de ils, qui erant in vrbe Romã, pro voce quæ facta eſt de cælo, numero pluſquàm quinque millia, exceptis paruulis & mulieribus. Completum eſt autem martyrium S. Priſcæ menſe Ianuario die octauadecimâ.

Moritur tyrannus.

Conuertuntur plurimi.

20 Poſt non multum verò tempus, fabricauerunt ibi eccleſiam fideles Chriſti, & ibi ſeruierunt Domino die noctuque. Iacuit autem ibidem venerabile eius corpus vſque ad tempus b .... Imperatoris, & ſic per gratiam Chriſti reuelatum eſt ſanctiſſimo & reuerendiſſimo Præſuli Sedis Apoſtolicæ Vrbis Romæ Eutychiano, & fecit conuentum cum Clericis, & fidelibus laicis, & fecit præparari ſarcophagum miræ pulchritudinis; & ſic ipſe ambulauit cum omni clero Romano, & ibi vbi erat reuelata apparuit, & fodertunt, & ibi eam inuenerunt; & ſic diligentes cum magnâ deuotione, & veneratione leuauerunt beatiſſimum & ſanctiſſimum corpus B. Priſcæ Virginis & Martyris, & deduxerunt ipſam ad vrbem Romam cum hymnis & canticis ſpiritualibus, iuxta Arcum Romanum in eccleſiâ ſanctorum Martyrum Aquilæ & Priſcæ, ibique poſuerunt ſanctiſſimum corpus eius, laudantes & glorificantes omnipotentem Deum qui eſt in cælis, cui eſt honor & gloria cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti in ſecula ſeculorum, Amen.

b

S. Priſcæ corpus transfertur in Vrbem.

a *Vel quiſpiam à S. Petro Roma relictus, cùm ipſe in exilium pelleretur; vel ſi ſub Claudio iuniore contigit,* S. Felix.

b *MS. habebat,* Antonij. *an fortè vſque ad conſulatum* Aureliani Imp. III. & Auonij Marcellini? *eo anno* (*qui erat Chriſti* 275.) *factus dicitur Pontifex* S. Eutychianus, *quod examinabimus* 8. *Decemb.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS PONTICIS
MOSEO ET AMMONIO.

XVIII. IANVAR.

SS. horum natalis,

nomina,

1 *Sanctorum Martyrum* Mosei *&* Ammonij *videntur acta intercidisse; elogium hoc recitat Martyrol. Romanum:* In Ponto natalis sanctorum Martyrum Mosei & Ammonij, qui cùm essent milites, primò ad metalla damnati, nouissimè igni traditi sunt. *Eadem habent Beda, Vsuardus, Ado, Notkerus, Bellinus, Maurolycus.* Moseus, *Notkero* Moyseus *dicitur, Adoni* Mosæus; *Maurolyco & Felicio* Musæus: Ammonius *verò, Bellino & Maurolyco* Ammon. *MS. S. Hieronymi:* In Ponto ciuitate Assiæ Mosei, Ammoni.

2 *Ætatem eorum exprimit Galesinius, nec tamen quo eam auctore didicerit indicat:* In Ponto, *inquit,* sanctorum Martyrum Mosei & Ammonij, qui milites cùm essent, primùm ad metalla damnati, pòst inde erepti, variisque cruciamentis affecti, igni denique, Decio Imperatore, comburuntur ob Christi fidem. *Agit de iis Petrus de Natal. lib. 2. cap. 97.* *ætas.*

DE SS. XXXVII. MARTYRIB. ÆGYPTIIS,
PAVLO, PANSIO, DIONYSIO, THONIO, HORPRESIO, HORO, DIONYSIO, AMMONIO, BESSAMMONIO, AGATHONE, RECVMBO, BASTAMO, SARMATA, PROTEA, ORIONE, COLLVTO, DIDYMO, PLESIO, ARATO, THEONA, HIPPEA, ROMANO, SATVRNINO, PINVTO, SERAPIONE, BASTAMMONIO, PAPA, PANTHERO, PAPIA, DIOSCORO, HERONE, POTAMONE, PETHECO, OECOMENO, ZOTICO, CYRIACO, AMMONIO.

XVIII. IANVAR.

SS. horum Acta, natalis, nomina variantia.

1 *Illustrium horum pugilum Acta descripserat Rosweydus ex vetustissimo M. Velseri MS. codice, sed mutila. Pleniora suppeditauit nobis MS. antiquum monasterij S. Maximini Treuiris, paullùm verbis subinde discrepantia. Tempus martyrij eorum non exprimitur.*

2 *Natalem indicant MSS. Martyrol. monasterij S. Martini Tornaci, & Latiense, his verbis:* Ipso die in Ægypto XXXVII. militum, qui in quatuor partes diuisi, iussi sunt interfici: ita vt qui in parte Orientali segregati erant, igni traderentur; Septemtrionales verò capite plecterentur; Meridiani autem cremarentur; illi qui de Occidentali constiterant parte, passioni Dominicæ traderentur. *Militesne fuerint, vt hîc dicitur; an Presbyteri, Diaconi, alteriusue sacri ordinis; & fortassis simul instituti ad pietatem in quopiam, vt ea ferebant tempora, monasterio, vnde illa ad religionem propagandam summa consensio, meritò ambigas.*

3 *Quædam nomina diuersimodè, etiam in eodem codice, descripta erant: nam qui initio* Ammonius, Bassammonius, Agathus, Collutus, Aratus *dicuntur; iidem pòst* Ammon, Bastammon, *&* Ammon, Agatho, Collotus, Arato *appellantur.*

ACTA EX VETERIB. MSS.

1 Testimonium Pauli, Pansij, Dionysij, Thonij, Horpresij, Hori, Dionysij, Ammonij, Bessammonij, Agathi, Recumbi, Bastami, Sarmatæ, Proteæ, Orionis, Colluti, Didymi, Plesij, Arati, Theonæ, Hippeæ, Romani, Saturnini, *a* Pinuti, Serapionis, Papæ, Bastamoni, Pantheri, Papiæ, Dioscori, Heronis, Potamonis, Peteci, Oecomeni, Zotici, Cyriaci, & Ammonij.

a

2 Hi XXXVII. viri fortissimi & athletæ Christi, vnanimiter accesserunt ad martyrium. Ibant quidem ad Iudicem oblatorum multitudo, & tanta vt non solùm eum terreret, verùm etiam ad dementiam ferè perduceret. Virorum enim probabiliorum Ægypti martyrium fiebat, nec quisquam erat eorum ignobilis, aut fortunæ deterior: sed erant de principali quodam & honorando apud eos genere, quorum *b* ordinem quidem sub vno nomine retinere difficile fuit. Verùm vniuscuiusque passiones referendæ sunt, ita vt contigit eos venire ad refrigerium. *ss. se vltro martyrio offerunt.* *b omnes nobiles:*

3 Horum namque virorum huius etiam multitudinis atque pulcherrimi exercitus non vnum nec idipsum colloquium fuit, sed ac si ex Spiritu sancto quadrifariè omnem Ægyptum circumcinxerant, quidam ad matutinam Orientis, quidam ad Occasus vespertinam, & alij quidem ad Septemtrionalem plagam, alij verò ad Meridianam. Est ergo horum agmina narrare vel maximè necessarium. In numero enim sanctorum Doctorum ponens eos Dominus in circuitu misit eos vt erudirent indoctos. Sed illorum humanitatem insipientes & minùs eruditi ignorantes, tamquàm pernicioso & nefanda agentes eos comprehenderunt, & ligabant eos cædentes & cruciatibus afficiebant. Hæc autem omnia gratanter amplectebantur hi qui ad martyrium ducebantur, & quantùm ad eorum impedimentum proficiebant iniqui, tantùm ad beneuolentiam pietatis increscebant. *distribuerant ad prædicationem Ægyptum* *comprehenduntur*

4 Hoc itaque non ignorabat Ægypti *c* Princeps, propriâque malitiâ, atque amarissimâ vltra modum crudelitate incensus, accepto domestico consilio, iussit eos, ita vt erant quadripartito modo per Ægyptum plantati, sic & offerri sibi. Illi verò non mente, nec fide, nec voluntate *c sistuntur Præfecto*

tate dissonantes, sed diuinum agmen imitantes, ita cinxerant Ægyptum, docentes rectam & iustissimam viam: eratque huius agminis sacrosancti Paulus gerens principatum, non dissimilis illi gentium Doctori, qui veram errantibus ostendit viam. Huic consimilis erat B. Pansius: sequebaturque hunc tertius Dionysius sanctissimus, Thonij, & Horpresij & Hori coitinerarius: quos comitabantur Dionysius & Ammon, & cum iis Ammon & Agatho, in choro Orientalis partis verbum Domini prædicantes.

Qui ad Orientem prædicabant:

5 In Septemtrionali verò parte non infirmiores erant ab his qui hunc modum arripuerant, sed magis in suâ professione fulgebant, etiam si quædam contentio habebatur fidei in eis. Quæ etenim erat illorum Sanctorum contentio, vt dicam, nisi vt vnusquisque eorum magis ac magis probaretur Christo? Erant autem in eodem choro comitantes, sanctissimus Recumbus, vnà cum Bastamo, Sarmatâ, & Proteâ. Hos quoque non longè sequebatur Orion vir inter cæteros nitens, Collotus & Didymus; cum quibus Plesius, & Arato eumdem chorum replebant.

qui ad Septemtrionem;

qui ad Meridiem:

6 Erant autem ad Meridianam partem Theonas ad Dominum plantatus, cui & creditum fuerat fidei gubernaculum tenere & suadere adeuntes: qui non quidem singularis in hoc adminiculo segregatus habebatur, verùm eumdem numerum *d* Sindoniæ prioribus complebat vnà cum Hippeâ, Romano & Saturnino, Pinutio iis etiam adhærente, Serapione, & Bastammone, & Papâ, atque Panthero, fide cumulatâ comitante. Hic chorus ad Meridianum erat dispositus prophetare verbum Dei, & magisterium cæteris exhibere.

d

qui ad Occidentem.

7 In Occidentali autem parte constituit Dominus Doctores Papiam, Dioscorum, Eronem, & Potamonem; adhærentibus sibi in eodem choro indiuiduè Petheco, Oecomeno, Zotico, Cyriaco, & Ammonio.

Pia inter eos contentio.

8 Hi itaque omnes per omnem Ægyptum verbum Domini circumsepientes, in vno hoc habebant contentionem quis eorum Domino magis seruiret, vel quis paratiùs aduersarias susciperet passiones. Quapropter non incassum æstimauimus, Fratres, & hoc ipsum vobis manifestare. Ille enim caret ignorantiæ culpâ qui non sponte ignorauerit. Vnde accipite memoriam patrum carnalium nostrorum, & discite quomodò peccantes erra- Ex MSS.
uerunt à viâ rectâ, antequàm Filius Dei in carne appareret, cùm adhuc in sinu Patris moraretur. Idcircò nec Pater Deus sustinens continere Filium, dedit promissionem, nec Filius iterùm pigritatus est ad carnem, sed hac indutus prædicabat priùs Patrem Deum, deinde semetipsum Dei Filium docebat; ac postremùm iustitiæ verbum vocibus & doctrinis Prophetarum confirmauit, quem nec ipsi sine ipsius aspiratione vociferati fuerant: & priusquàm ad nos dignaretur venire, ipse erat qui per Prophetas legem dabat & prophetabat. Hanc itaque Ægyptum consimili circulo omnes prædicti Sancti circumdantes, docebant errantes, instruebant obedientes, & pro delictis patrum rationem verissimam exhibebant. Si ergo deliquerunt patres, nos illorum casum emendemus; si deuiauerunt per inconstantiam, nos per fidem stabiliti curramus. Erat siquidem contentio in prædictis Sanctis fidei non contraria, sed religiosa. Contendebant intra se quis prior eorum de errore hominem lucraretur; curritabant, quis maiorem populum Deo adunaret.

9 Hæc audiens impius Princeps Ægypti iussit eos sibi præsentari: præsentatosque cœpit blandis affari verbis, vt sacrificarent diis, adiiciens hæc: Liberate, inquit, vos de morte amarissimâ: vincite crudelem necessitatem, quia lex Imperatorum aut sacrificare, aut mori præcepit. Cui Beatus .... respondens ait: Nos scimus quia diis sacrificare pernicioſum est; tu verò occide, & ne parcas, nos enim dæmonibus non sacrificabimus. Audiens hæc Iudex & exasperatus dictis eius, iussit eos qui ad Orientalem partem erant sortiti, igni tradi; Septemtrionales verò capite plecti; eos verò qui erant ad partẽ Meridianã, igne cremari; & eos qui ad Occidentalem, passioni Dominicæ traci præcepit. Et vt veriùs dicam, hos nobis Sanctos Dominus Iesus Christus donauit; vt eorum quadripartitâ custodiâ tuti in hoc sæculo conuersaremur, ad laudem & gloriam nominis sui, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Vario mortis genere occidũtur.

a *MS. Vels.* Pitinij.
b *Idem*: in ordine quidem & sub vno nomina retinere.
c *Prafectus Augustalis nimirum, qui regiâ potestate Ægyptum administrabat.*
d *Haud quid hac vox sibi velit assequimur.*

DE S. ATHENOGENE MARTYRE.

XVIII. IANVAR.

1 *QVo tempore locoúe martyrium* S. Athenogenes *subierit non traditur. Eius meminit S. Basilius lib. de Spiritu sancto ad Amphilochum cap. 29.* Quòd si quis, *inquit*, nouit Athenogenis hymnum, quem tamquàm aliud aliquod valedictionis munus discipulis suis reliquit, festinans iam ad consummationem quæ fit per ignem, is nouit & Martyrum sententiam de Spiritu sancto. *Hæc Basilius.* Valedictionis munus, *vt notat Fronto Ducæus noster, Græcè est* ἐξιτήριον, *quod Erasmus vertit* aggressorium, (*rectiùs* egressorium *dixisset*;) *Billius* legatum. *Codex Regius, quo vsus est Fronto, habebat* ἀλεξητήριον, *id est,* amuletum.

S. Athenogenus cades,

valedictorius hymnus,

natalis,

2 *Adscriptum est* S. Athenogenis *nomen Martyrologio Romano XVIII. Ianuarij his verbis:* Ibidem (*in Ponto*) S. Athenogenis antiqui Theologi, qui per ignem consummaturus martyrium, hymnum lætus cecinit, quem & discipulis scriptum reliquit. *Vnde in Ponto occubuisse eum didicerit Baronius haud scimus: Basilius certè id non tradit, nisi quòd hymnum veluti vulgò notum citat. Eius meminit idem Baronius tom. 2. Annal. an. 196. nu. 7. vbi fatetur quâ tempestate decesserit incompertum haberi.*

patria.

3 *Idem in Notat. ad Martyrologium hæc de* Athenogene *commentatur*: Huius Athenogenis, de quo hîc agitur, esse commentarium illum pereruditum aduersùs Gentiles scriptum, quod fertur nomine Athenagoræ, aliquando sum opinatus: cùm de Athenagorâ nulla penes Græcos vel Latinos mentio habeatur; Athenogenes verò Græcis notissimus fuerit, tum doctrinâ tum martyrij coronâ celebris. Facilè potuit error irrepsisse, vt pro Athenogene, Athenagoræ nomine, librariorum vitio, ille commentarius sit inscriptus: quod tamen affirmare non auderem. *Multò nos etiam minùs; præsertim cùm Proclus philosophus à S. Epiphanio hæresi 64. nu. 21. relatus,* Athenagoræ *nomine eum commentarium citet, vt eum locum restituunt Halloix in vitâ S. Iustini cap. 26. Petauius in Animaduersionibus ad Epiphanium; Paulus Leopardus lib. 19. Emendat. cap. 9.*

An idem qui Athenagoras.

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS

ASTERIO, FORTVNATO, ZENONE, ZOSIMO, MENELAPO, DÆDALO, VALENTE.

CIRCITER AN. CCLXIX. XVIII. IANVAR. *SS. horum natalis,*

1 VEtus MS. *S. Hieronymi Martyrologium horum Martyrum nobis nomina suggessit:* In Micea, Asteri, Fortunati, Zenonis, Zosomi, Menelapi, Didali, Valentis. *MS. Dungalense:* Fortunati, Asteri, Priscillæ, Moysei, Ammoni, Micætæ, Senonis, Zerseni, Menelamperi Martyris, Dedali, Valentis. *Quid illud* In Micea *sibi velit, haud assequimur. an* Nicçæ, *an in* Mysiâ? *sed in altero MS. est nomen proprium* Micæta.

martyrium,

2 *Omnino existimamus hos esse Martyres, qui sub Claudio iuniore, Gelasio Præside, Ostiæ hoc die, aut iuxta Ostiam, interfecti memorantur in actis SS. Marij & Marthæ, quæ XIX. Ianu. dabimus. Erat* Asterius *vir primarius à S. Valentino Presbytero, qui filiæ eius adoptiuæ visum precatione restituerat, fidei doctrinâ eruditus, atque à Callisto Episcopo cum omni domo suâ baptizatus. Inde Ostiam ablegatus, à Gelasio Iudice equuleo tortus, ceteri fustibus cæsi sunt: feris deinde obiecti, iisq; illorum pedes mansuetè lambentibus, in flammas præcipitati; quibus cælitus quoque restinctis, alij lapidibus extra Ostiæ vrbis muros obruti,*

sepultura.

alij gladio percussi sunt. Tunc corpora eorum Christiani cum omni diligentiâ sepelierunt sub die XV. Kal. Februarij: in quo loco fabricata est ecclesia, & ibi florent beneficia Martyrum.

3 *Octauius Pancirolus in indice Romanarum reliquiarum:* S. Asterius cum filiâ, cuius nomen, ac natalem hactenus non reperimus: id solum constat martyrio coronatos fuisse, eorumque sacra pignora in ecclesiâ Montis-pietatis S. Martino dicatâ quiescere. *Idem regione Vrbis II. ecclesiâ 31. testatur refossas esse isthic anno 1598. multorum Martyrum reliquias, interne eas* S. Asterij *non exprimit. Verisimile est vxorem ac filiam cum eo quoque coronatas, licet solùm dicatur cum omni domo suâ interemptus. Et fortassis* Micæta *illa, siue* Micetia, Micea, Miceta, *alterutra fuit. Ambigimus num iidem Martyres, aut eorum quidam, XIX. Ianuar. denuò recenseantur. Nam Martyrol. S. Hieronymi recitatis Carthaginensium Martyrum nominibus, addit:* Et alibi Zosimi, Menilapi, Tubariani, Fortunati. *MS. Dungalense, cum aliis eos refert, indistinctè:* Zosimi, Menelampi, Tabartini, Fortunati.

reliquiæ.

Iidem an 19. Ian.

DE S. XENE MARTYRE.

XVIII. IANVAR.

S. Xene igne peremptæ.

Ignota hæc Fastis Latinis, celebratur in Græcorum Menæis igne occisa, hoc addito disticho:

Christus venit ignem mittere in terras olim,
Xene currens perfert ignem recenter.

In Græco annominatio est in voce ξένη, *quod proprium quidē est Martyris, sed appellatiuè* hospitam, peregrinam, nouam *significat;* & ξένως, *id est,* hospitaliter, peregrinè, nouè: *est q; oppositio inter* πάλαι & ξένως, *id est,* olim & recenter *aut* nuper. *Aliam* Xenen, *quæ &* Eusebia *dicta, dabimus XXIV. Ianuarij.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS

SVCCESSO, VALENTE, TELERIANO, PAVLO, IVLIO, LVCIO, VICTORINO, HONORATO, SATVRNINA, FLORIDA, & aliis XIII.

ABITINÆ IN AFRICA.

XVIII. IANVAR.

Abitinensis Africæ ciuitas fuit, cuius Episcopus Donatista Maximus interfuit collationi Carthaginensi anno 411. habeturq; cognitione 1. cap. 201. In eâ vrbe passi sunt, quos memoramus, Martyres. Ita Carthusiani Colonienſ. in addit. ad Vsuard. Ciuitate Abitinensi Saturnini & sociorum eius Martyrum. *Socios edit MS. Martyrol. S. Hieronymi:* In Africâ SS. Successi, Valentis, Teleriani, Pauli, Iuli, Luci, Victorini, Honorati, Saturninæ, Floridæ, & aliorum, Lurici, & Romæ viâ Salariâ Priscellæ. *de* Priscillâ *egimus XVI. Ianuarij. Eadem bis hoc die refertur in MS. Dungalensi:* Luricius *an Abitinensibus sociandus sit, ambiguum. Idem Dungalense MS.* Luricij & aliorum XIV. Successi, Florinæ, Valenti, Baulirinæ, Felariani, Priscillæ, Moluli, Luricij, Victorini, Floridæ, Honorati, Saturnini. *In hoc ergo MS. quædam nomina aliter efferuntur, & additur* Florina. Lucius *à Carthusianis Colon. iungitur aliis, quos diximus videri Ostiæ passos:* Fortunati, *inquiunt,* Seonis, Luci. *Nihil de iis alibi inuenimus.*

DE SANCTIS VIRGINIB. MARTYRIBVS.

ARCHELAA, THECLA, SVSANNA,

SALERNI IN ITALIA.

SVB DIOCLET. XVIII. IANVAR.

Salerni Picentinorum nunc metropoli, in S. Georgij æde corpora sanctarum Virginum ac Martyrum Archelaæ, Theclæ, Susannæ, *asseruari tradit Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, & generali Catalogo: quas ait circa Harum annum Christi 293. martyrio coronatas. Coluntur XVIII. Ianuarij, siue is martyrij, siue Translationis dies est. Accepimus festum,*

sanctarum reliquiæ,

MS.

officium. *MS. earum officium ab Antonio Beatillo noſtro; in quo hæc extat Oratio:* Concede, quæſumus, omnipotens Deus, ad ſanctarum Virginum & Martyrum tuarum Archelays, Theclæ, & Suſannæ, nos gaudia æterna pertingere, de quarum nos virtute venerandâ tribuiſti annuâ ſolẽnitate gaudere. Per Chriſtum *&c.*

Antiphona ad veſperas. 2 *Antiphona ad primas veſperas.* In feſtiuitate & tranſlatione ſanctarum Virginum, & Martyrum Archelays, Theclæ & Suſannæ; in quarum vigiliâ in Veſperis Antiphona: Gaudeat Eccleſia Virginũ facunda, cũ tot natalitiis faciant iocũda. *Pſ. Dixit. Ana.* Archelays nomine cum Theclâ beatâ, & Suſannâ Virgine eis ſociatâ. *Pſ. Lætatus ſum. Ana.* Hæ puellæ regiæ ſponſæ commenſales, Agni tympaniſtriæ, Angelis æquales. *Pſ. Niſi Dominus. Ana.* Mulieres ad ornatum mundum acceperunt, & ad verum & beatum finem intrauerunt. *Pſ. Lauda Hieruſalem. Ana.* Hæ ſunt flores venuſtatis, quas ſpirantis gratiæ ver, & æſtas caritatis produxerunt hodie. *Pſ. Laudate Dominum omnes gentes. Reſpon.* O felices Virgines malorum victrices, & vſque ad ſanguinem pugnam tenuiſtis, oleo non vacuæ, nec ſegnes, vt fatuæ, ad cæleſtes nuptias ſimul introiſtis. O beatæ vos repentè tunc clamore veniente, Domino paratæ oleo veſtro. *Hymnus.* Iocundare & lætare. *V.* Prudentes Virgines. *Ana. ad Magnificat.* O felix Eccleſia, quæ deuoto germine Virginum ornata! Beata militia pretioſo ſanguine Martyrum ditata! verè iuſtè tu lætaris, quæ theſauro ſuper aurum nobili lætaris.

Acta. 3 *Deinde acta ſequebantur, in duodecim lectiones diſtributa. Verùm quia hæc obſcura & vitioſè ſcripta ſunt; eadem à Paulo Regio Vicenſi Epiſcopo, Italicè dilucidiùs primâ parte de Sanctis regni Neapolitani narrata, ſubiungemus. Eadem breuiùs perſequitur Ferrarius. Quæ Regio ac Ferrario* Archelaa *eſt, ea in MS.* Archelays, *vel rectiùs* Archelais *dicitur.*

ACTA

Ex veteri MS. Legendario Salernitano.

LECT. I. 1 EMporibus Diocletiani & Maximiani Imperatorum, erat perſecutio Chriſtianorum apud Romanorum prouinciam, quicumque Chriſtiani Chriſtum colerent capite punirentur. Audientes perſecutionem per omnes prouincias, qui Chriſtum crederent capite plecterentur. Antiquis temporibus igitur audito ancilla Virgo Chriſti, nomine Archelays, Deo dicata Virgo, fugiens cum Theclâ & Suſannâ *a* apud Romam, & venit Nolanam ciuitatem, & habitauit ibi temporibus multis.

S. Archelais cum ſociabus Nolam venit.

a

2 Erat etiam Virgini Chriſti in Domini timore paſſio: cruciabatur in corpore ſuo, & ſtabat die nocteque in oratione, & preces fundebat ante Deum. Et omnes infirmi curabantur ante eam, & omnes deprecabantur eam, vt ſanitatem eis daret. Beata autem Archelays dixit ad eos: Fratres & ſorores Chriſti Domini noſtri, rogo vos per Chriſti caritatẽ, vt non dicatis de me, aut manifeſtetis iſtam vnctionẽ, quam mihi Dominus donauit, vndeque Dominus noſter Ieſus Chriſtus medicamento demonſtrauit; ſed mihi Dominus noſter complet deſiderium meum ancillæ ſuæ, hanc veſtem conſecratam cum Theclâ & Suſannâ.

Sanctitate & miraculis claret.

3 Et habitabant foras ciuitatem Orientis Nolanenſis ſtudio vno. Et omnes Chriſtiani ibidem currebant, & deprecabantur Deum, vt agnitionem mitteret eis per Angelum ſanctum ſuum. Erat enim beatiſſima Archelays vultu ſuo hilaris, & veſtimentum ſuum omnes qui videbant non fæmineo, ſed quaſi virum computabant. Erat opinio per totam prouinciam quòd Virgo Chriſti ſanaret omnes languentes. Accuſauerunt eam apud exercitus Imperatorem. Erat ibi Leontius iniquiſſimus, & regnat *b* Scorpion, & poſteà dominabatur Salerno. Et tradiderunt eam Diocletianus & Maximianus ad Leontium, vt interficeret eam.

Accuſatur apud Præſidem:

b

Ex MSS.

4 Tunc Leontius dixit ei: Audi me Archelays: pro quâ cauſsâ annuis omnibus hominibus bonis & malis, & vocas eos ad Ieſum Nazarenum, qui non potuit ſe adiuuare neque alios? Tu per tua maleficia vngere præſumpſiſti, & hoc in præcipitationes iſtas & in erroribus, vt omnes dicunt. Falſa femina ſi te non ſeparamus à nobis, omnes credunt in illum. Dixitque ei Virgo Chriſti: Ego per virtutem Chriſti facio abſcedere opera diabolica & iniqua. Et ſunt opera Chriſti qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt. Leontius Proconſul dixit: Omnis qui contendit contra iuſſionem Principum, malè pereat.

generosè ei reſpondet:

5 Beatiſſima Archelays reſpondit: Habemus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui contendit omnia, & facit omnia, & continet cælum & terram, & omnes qui habitant in eâ. Leontius Proconſul dixit: Deos noſtros continẽt omnia quæ dicis, & nomina eorum multa ſunt: in primis Saturnum, & Triſmegiſtum, Venerem, & Mercurium, *c* Elzon nempe, Iunonem, Mineruam. iſti ſunt virtutes Dei, & faciunt omnia. Virgo Chriſti reſpondit: Ipſi dij tui cæci ſunt, & omnes cæcitatem in ſe habent, & omnes qui credunt in eis. Leontius dixit: Deus veſter vnus eſt, vnde ſe adiuuare non potuit, & crucem ſubire ſe fecit, & ſpongiam accepit, & lanceâ perforatus eſt, & clauis affixus fuit, & ſpineam coronam in capite ſuo portauit.

c

deos ridet:

6 Beata Chriſti Archelays reſpondit ſic: Cùm Ieſus Chriſtus tormenta ſuſtinuit propter nos, & omnes qui credunt in eum non peribunt, ſed habebunt vitam æternam. ſed dij tui non vident, ſurdi & muti ſunt, qui ſe adiuuare non poſſunt, neque alios. Leontius irâ repletus, fecit venire leones, qui non comederant ſeptem diebus, vt comederent Virginem Chriſti. Priùs venientes leones ante omnia vt comprehenderent Sanctam, iactauerunt ſe leones ante pedes famulæ Chriſti, & lingebant pedes eius. Et B. Archelays dixit: Dominus meus es tu Pater & Filius & Spiritus ſanctus, qui cuſtodiſti corpus meum ab omnibus iniquitatibus carnalibus, & dediſti mihi victoriam tuam ſuper feroces leones, & iniquum Leontium filium diaboli, vt qui voluit me timore turpiſſimo concutere, & animam meam perdere. Tu es adiutor meus. Domine in manus tuas commendo ſpiritum meum.

Chriſtum prædicat:

obiecta leonibus, non laditur:

7 Leontius ferociſſimus percuſſit leones, & occidit eos, & dixit militibus ſuis: Ite comprehendite Archelays, & mittite in cuſtodiam carceris, dum ego alia tormẽta faciam; & per magicas ſuas artes leones non comedunt eam. Angelus autem Domini deſcendit de cælo in cuſtodiam carceris, dixitque ei: Archelays famula Dei, noli timere, quia corona parata eſt tibi in cælo, & orationes tuæ ante conſpectum Dei ſunt. Carceriales qui cuſtodiebant carcerem, timuerunt valdè, & dicebant intra ſe: Vnus eſt Deus, quem prædicat B. Archelays. & viderunt oculi eorum mirabilia, quæ miniſtrabat Angelus Domini ad famulam Chriſti.

ab Angelo confirmatur:

8 Alterâ verò die Leontius dixit ad carcerarios: Adducite mihi Archelays, quæ mihi facit iniuriam, & deos meos ad nihilum reuocauit: pro quâ cauſsâ non diſcedit ab eâ maleficentiâ & blaſphemiam meam facit? Sancta Dei Virgo Archelays reſpondit: Leonti Proconſul audi me: Ego non facio tibi iniuriam, neque maleficia. ô tyranne inique, opera tua quæ agis ipſa faciunt tibi iniurias & blaſphemias & ignem perpetuum, qui occidit animam & corpus. Sed ſi volueris tu audire me, & ſermones meos intendere, crede mihi quæ dico tibi, crede in Deum Patrem omnipotentem, & in Ieſum Chriſtum Filium eius, qui te creauit, & illuminauit abſcondita tenebrarum, & manifeſtauit ſe ad omnes gentes.

Præſidem inuitat ad fidem:

9 Dixit Proconſul: Si credis in deos meos, facio tibi honorem inter omnes nobiliores mulieres: & ſi non credis, facio tibi ſub turpitudine eſſe, & corpus tuum ad ignobilia reuocare. Beata Chriſti Archelays dixit: Ego habeo

eius minas contemnit:

Ex MSS. habeo adiutorem Dominum Ieſum Chriſtum, qui cuſtodit corpus meum ab omni turpitudine tuâ, & facit me gaudere cum Angelis ſuis, qui nimio zelo cuſtodit corpus meum ab omni iniquitate, & facit me requieſcere cum ſanctis Virginibus.

bullienti pice & oleo perfundi-tur: 10 Tunc iratus Leontius Proconſul fecit bullire ſartaginem, & ferre oleum cum pice & pectine ferreo tundente & libenter obtemperare, & pectines ferreos radere carnes eius; & *d* deſuper mittebat bullienti ipsâ pice. Beata famula Chriſti Archelays expandens manus ſuas ad cælum dixit: Reſpice Domine deſuper ſecundùm opera tua, & cogita de nobis. Extingue ignem ſuper me & refrigera corpus meum ab omni dolore, & plagam noſtram, crudelis quam exercuit. Tunc expletâ *d* *cæleſti voce animatur:* oratione lux de cælo venit ſuper famulam Chriſti: Martyr noli timere; parata eſt tibi corona in cælo. Noli timere, quia ego tecum ſum, & refrigerium tibi præſto & adiutorium.

à nouis cruciatibus liberatur. 11 Leontius Proconſul dixit: Ite, adducite mihi pondera grauiora, & ponite ſuper eam; quorum patiatur caput eius, & omnia oſſa eius confringantur. Milites cùm hæc fecerunt, poſuerunt pondera ſuper famulam Chriſti. Angelus autem Domini commouit lapidem & reuoluit in aliam partem ſuper illos qui poſuerunt ſuper Martyrem Chriſti, & occidit milites qui portauerunt ipſum lapidem: & Virgo Chriſti ſalua facta eſt, & magnificabat Deum dicens: Benedictus es Domine Deus Patrum noſtrorum qui es Saluator omnium ſperantium in te. Et omnes qui adſtabant dixerunt: Vnus eſt Deus Chriſtianorum, quem prædicat B. Archelays.

12 Videns talia Leontius, dixit militibus ſuis: Quid faciam de Archelay? omnia tormenta noſtra ad nihilum reuocauit. Comprehendite eam, & facite eam ſub turpitudine mori. Excutite foras ciuitatem Nolanenſem miliario vno, & percutite illam gladio, vt moriatur: & illæ mulieres, quæ cum eâ erant, gladio feriantur. Expletâ oratione B. Archelays dixit: Facite fratres quod volueritis de iuſſione Imperatoris. Illi dixerunt: Domina, quia vidimus Angelum Domini vobiſcum, nos talia præſumere facere in vos non audemus. Sanctæ Virgines dixerunt: Si non facitis ſicut iuſſit vobis Imperator, non habebitis partem nobiſcum. Milites cùm talia audiiſſent, exemerunt gladium, & percuſſerunt ſanctas Virgines, & ſunt in pace.

Plectuntur omnes capite; Angelo adſtante.

a *Ferrarius*: In memorato MS. has Virgines ex vrbe Româ, vel ex partibus Romandiolæ in Campaniam refugiſſe legitur. Quâ in re cenſurâ videntur egere. *Rationem non addit. Potuerunt ex Æmiliâ, ſiue* Romandiolâ *fugiſſe in Campaniam, tranſiſſe verò per confinia pomœrij Romani.*

b *Meræ tenebræ. Vrbis fortaſſis aut prouinciæ, quam antè adminiſtrarit Leontius, hic nomen fuit; quod librarij inſcitiâ vitiatum.*

c *Quod numinis hoc portentum eſt? Regius pro eo* Iouem *poſuit.*

d *Ferrarius in ſartaginem immiſſam eſſe Virginem ſcribit.*

TRANSLATIO, EX EODEM MS.

S. Archelaâ in sõnio monente, ... venit in ſomnis ad vnam Dei ancillarum, quæ cognominabatur Agneta, vbi erat collegium ſancti Martyris Georgij, audiente per ſomnium dicere: Beata ſoror noſtra Agneta, vade, & collige corpora noſtra cum Theclâ & Suſannâ, & reportate nos in hanc ciuitatem ſimul; & ibi erunt beneficia ſempiterna. Et illa ancilla Chriſtiana compleuit vt iuſſio ..... dixerat. Cùm tantùm Virginem Chriſti ſingulis noctibus ſomnium turbaret; & ibi die noctuque venerunt. Tum veniens Archelays apud Agnetam dixit ſororibus, quæ habitant in collegio B. Georgij, audientibus totidem ſororibus in Chriſto, audientes ſonitum expaueſcebant. B. Agneta dixit: Ipſe ſonitus ego dicam vobis quid eſt. Reuelationem ſacræ Virginis Archelays, quę eſt foras ciuitatis Nolæ ſtadio vno. audiuit ipſe Præpoſitus, qui cum ſacris Virginibus, & iuit ad Epiſcopum Ioannem, qui erat procul ſatis in his diebus. & exit cum magno exercitu de ciuitate iſtâ, & venit in ciuitatem Nolanam, & reperiunt corpora ſanctarum Virginum cum beatâ Virgine Agnetâ, & tulerunt cum glorià & honore, & multa mirabilia fecerunt in viâ, & collocauerunt in eccleſiâ S. Georgij Martyris, cuius eſt honor & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen.

transferuntur Salernum eius ac ſociarum corpora.

EARVMDEM ACTA

Italicè ſcripta à Paulo Regio Epiſc. Vic.

CAPVT I.

S. Archelaæ & ſociarum ſanctitas, miracula.

1 VIrginitas mundum ſuperat, carnales frenat appetitus, ab Euæ matris infelici ſorte & contubernio remota, cui illud diuinitus denuntiatum: In dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris; atque ſuæ fruens plenâ poſſeſſione libertatis, nullâ læditur iniuriâ temporis, ſed perpetuo florens vigore eximium adfert piæ & religioſæ vitæ ornamentum, cumque eâ coniuncta ad cæleſtem ſponſi ſui Chriſti thalamum ingreditur. Gen. 3. d 6. *Laus virginitatis.*

2 Hac nobili & diuinâ dote prædita Archelaa, iamque velo ſumpto conſecrata Chriſto ſponſa, caſtam & religioſam vitam ducebat in ſemoto quodam à turbis monaſterio, quale ea tempora extrui colique permittebant. Graſſante deinde Diocletiani perſecutione, vt impiorum furorem declinaret, Romandiolâ, cum duabus comitibus, ſuis in Chriſto ſororibus, Theclâ & Suſannâ profugit, & non procul ab vrbe Nolâ conſedit, loco humili & paupere: vbi diebus ac noctibus preces ad Deum fundebat, aliiſque ſanctis vacabat operibus. *S. Archelaa cum ſociabus religiosè viuit.* *venit in Campaniam:*

3 Quotquot ad eam ægri deferebantur, ſanitatẽ illicò eius meritis à Deo conſequebantur. Vultu erat hilari ac modeſto: veſte verò & ipſa & ſociæ vtebantur non muliebri, ſed propè virili, vnde & viri creditæ ſunt ab iis, qui ad eas auxilij gratiâ accedebant. Erant enim tunicâ è craſſo & aſpero panno ad pedes promiſsâ, ac chlamyde indutæ, comâ attonsâ, facie ieiunio ac pœnitentiis exeſa; denique ſpeciem quamdam Eremitarum præſeferebant. Sparsâ circumquaque earum famâ, frequentes ad eas concurrere mortales cœpêre, vt aut corporis aut animæ ſalutem reportarent. Erat enim cum illâ vitæ ſanctitate morbos immedicabiles ſanandi gratia, ac Chriſtianæ religionis prædicatio coniuncta. *miracula claret:*

4 Celebrabatur igitur omnium ſermonibus Archelaæ & ſociarum virtus. Cùm verò vbique ſatellites atque adminiſtri impietatis, quaſi certis ſtationibus diſpoſiti excubarent, motum omnem exploraturi Chriſtianorum; ad Leontium Campaniæ Præſidem tandem delatæ ſunt. Hic cùm Salerni iudicia exerceret, iuſſit eas comprehendi atque ad ſe pertrahi, vt niſi diis ſacrificia obtuliſſent, ſecundùm edicta Imperatorum Diocletiani ac Maximiani morte plecterentur. *Chriſtum prædicat:* *comprehenduntur:*

5 Perductæ igitur Salernum, Leontio ſiſtuntur. Hic verò quaſi de adipiſcendâ diuino munere martyrij gloriâ ſecuræ, cùm præſentiſcerent adeſſe curſus ſui mortalis metam, liberè profitentur ſe virgines eſſe Deo dicatas, obſtrictaſque ſeruãdæ voto caſtitatis, traditâ à Chriſto cæremoniâ ſpontaneæ deuotionis. Leontius mirificam quamdam in Archelaæ vultu alacritatem maieſtatemque contemplans, ad eam conuerſus: Audi Archelaa, inquit. Cur ad te homines conuocas, bonos iuxta ac malos; iiſque Ieſu Nazareni cultum perſuades, qui nec ſe tueri olim, nec aliis nunc eſſe præſidio põteſt? Cur auſa es magicis carminibus morbos curare, ſicque famam aucupari ſanctitatis, ad pelliciendos in fraudem mortales; fallaci hoc habitu tuam tegens improbitatem, ſexumque virilem mentita, cùm mulier ſis, adeoque nocentiſſima & impiiſſima venefica? Quin & has fortaſſe, ad eaſdem *ſiſtitur Leontio Iudicis*

generosè ei respondet:

ad eaſdem exercendas præſtigias, puellas induxiſti. Quare niſi de te ſupplicium ſumpſero, omnes in fraudem rudiores inducentur. Chriſti, inquit Archelaa, virtute opera opprimo diaboli, & mortales ratione præditos conuocans, veri illos imbuo Dei cognitione, qui cælum, terram, mare & quæ in iis ſunt creauit: porrò per Ieſum Chriſtum eiuſdem Dei omnipotentis vnigenitum, omnibus languentibus reſtituo ſanitatem. Neque ſub hoc habitu ſexum mentior, quæ ſubitò me Chriſti ancillam ſum confeſſa: & hæ mihi ſunt in Domino ſorores, mecum ab incunabulis in Chriſtianâ fide educatæ. Quicumque, ait Leontius, repugnat mandatis Principum diræ mortis eſt reus. Reſpondet Archelaa: Nos Dominum habemus Ieſum Chriſtum, propter quem mundum cum ſuis vanitatibus aſpernamur: ab hoc miſericordiam expectamus, qui cælum, terram, ceteraque omnia ſuâ prouidentiâ gubernat.

deos irridet, & Chriſti virtutem prædicat:

6 Tum Leontius: Dij noſtri omnia continent reguntque: atque eorum multa ſunt nomina, Saturnus, Triſmegiſtus, Venus, Mercurius, Iuno, Minerua, quique maior ceteris eſt Iupiter. Iſtæ ſunt Dei virtutes, aguntque & gubernant vniuerſa. Reſpondit Virgo: Dij illi tui cæci ſunt, & cæci qui adorant eos, aut credunt in eos. Veſter Deus, inquit Leontius, ſolus eſt, nec ſatis ſe tueri poteſt, quippe qui iam olim in crucem actus, aceto potatus, coronatus ſpinis, lanceâ transfixus. Hæc verò, inquit B. Archelaa, noſtrâ ille cauſâ ſuſtinuit, vt omnes qui in illum crederent, non perirent ſed haberent vitam æternam. Sed dij tui non vident, non audiunt, non loquuntur, neque ſe ipſos poſſunt aut alios iuuare.

obiicitur leonibus, qui ei non nocent:

7 His verbis irritatus Leontius, adduci in ſeptum iſthic præparatum leones iubet, ingenti ſtimulatos fame; iis quippe ſeptem dierum ſpatio nũquàm ſufficiens pabulum erat datum; iiſque violentè obiici à lictoribus Virginem iubet, à quibus continuò laniandam adſtantes credebant. Verùm contrà euenit: nam diuinâ virtute cicures ac mites effecti, atque ad ſanctæ Martyris abiecti pedes, quaſi profiteri videbantur, ei ſe aduersùs impiiſſimi tyranni furorem præſidio vnguibus ſuis eſſe velle. Hîc verò ita precari Deum cœpit Archelaa: Domine Deus Pater & Fili & Spiritus ſancte, qui hactenus corpus ab omni contagione tutatus es meum, hodie verò feciſti, vt ipſos ſuperarem leones & leonibus immaniorem Leontium, filium diaboli, qui ſeruili me timore exanimare, animamque opprimere meam voluit; tu hodie & ſemper eſto adiutor meus: in manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.

vincta in carcerem coniicitur.

8 Cùm hæc cerneret, audiretque ferociſſimus Leontius, nouâ rabie inflammatus, ipſos à ſatellitibus ſuis occidi leones iubet; atque Archelaæ & ſociabus arctè poſt terga religari manus, eaſque in teterrimum compingi carcerem, vt deinde aliis eas tormentis excruciaret. Atque ita ſanctæ Virgines, vitam in terris Angelicam degentes, à dæmoniorum cultoribus immaniter torquebantur pro Chriſti nomine, qui eas hac ratione ad cæleſtes triumphos euocabat.

CAPVT II.

Varij cruciatus, glorioſa mors.

9 NVlla res hominum vitæ triſtior eſt ac grauior, quàm cùm animi eorum terrenis deſideriis ac deliciis detinentur. Neque contrà res eſt magis ad veram quietem tranquillitatemque accommodata, quàm nihil omnino expetere, niſi vt Deo ſeruias, proque eius honore corpus omni cruciatui obiicias. Ideoque minùs mortem timet, qui minùs voluptates cognouit: aſt is mori timet, qui nullam à morte vitam ſperat. Nouerunt id ſerui Dei: quare mirum videri nemini debet ſi vitam illi mortalem parui pendant, cùm ſciant ſtatutum eſſe hominibus ſemel mori; iis verò qui cum virtute vitam egerint, aliam manere vitam beatam atque immorta-

lem. Documento eſt Archelaa ſacratiſſima virgo, quæ in obſcurum incluſa carcerem, omnem in Deo ſpem ſuam præſidiumque collocauit. Ecce verò cùm in maximas perducta anguſtias videretur, apparet illi Angelus Dei, eamque incredibili quadam luce perfundit, atque his ſolatur verbis: Archelaa Dei famula, ne metue, parata tibi iam in cælo corona eſt: tuæ ad Dei conſpectum peruenerunt preces.

AVCTORE PAVLO REGIO. *Cælitus confirmatur:*

10 Inſolitam lucem ipſi quoque carceris vidêre cuſtodes, atque ingenti timore perculſi conclamarunt: Vnus verus Deus, quem beata prædicat Archelaa. Poſtridie iubet Leontius ſibi Archelaam ſiſti: Pertrahite, inquit, huc Archelaam, quæ & me iniuriâ laceſſit, & deos meos ſuis maleficiis blaſphemiiſque euertit. Perducta ad tribunal Archelaa, Neque te, inquit, contumeliâ laceſſo, neque maleficij quidquam deſigno; ſed tua, impiiſſime tyranne, tua tibi iniuriam afferunt opera, tuæ te blaſphemiæ æternis parant flammis pabulum. At ſi me audis, meiſque habes ſermonibus fidem, crede in Deum Patrem omnipotentem, & in Ieſum Chriſtum filium eius, qui te creauit, ex cuius ac Patris mutuo amore ab æterno Amor procedit, omnes depellens tenebras. Hic vnus in Trinitate Deus, omnibus pridem gentibus innotuit.

Præſidem hortatur ad fidem ſuſcipiendam.

11 Hæc porrò veluti deliria quædam ridicula Præſes contemnens, Si & tu meis, inquit, credere diis volueris, diuitiis & honore ornata, locum inter Romanas matronas illuſtrem conſequeris: ſin verò, plenam ignominiæ tibi mortem conſciſcam, coruiſque ac lupis tuum deuorandum corpus exponam. Reſpondet Archelaa: Ego adiutorem habeo Dominum meum Ieſum Chriſtum, qui corpus ab omni, quam inferre meditaris, iniuriâ tutabitur, meque cum Angelis ſuis æternæ faciet lætitiæ conſortem, ſi, vt adhuc, mentem meam ab omni cuſtodiero iniquitate. In illo corpus meum vti ceterarum ſanctarum virginum feliciter queſcet.

cæditur, & oleo ac pice perungitur:

12 Accenſus irâ Leontius Proconſul, ſubiici luculentum ignem ſartagini iubet, eamque oleo impleri & pice. Dum verò ſuccenditur ſartago, Archelaam interim nudatâ iubet pectoribus ferreis laniari, ac deinde cædi, tum oleo ac pice accenſâ aſpergi. Hac ratione ad ipſa oſſa penitùs peruſta ac fœdè deturpata, ingentem incuſſit ipſis lictoribus admirationem: quippe quæ naturâ tenella atque imbecillis, adeò truculenta ſuſtinere ſupplicia potuiſſet. Ipſa verò directis in crucem brachiis, oculis in cælum conuerſis, Aſpice, aiebat, Domine de cælo, ſede ſanctâ tuâ, fidelem tuam ancillam: extingue rore gratiæ tuæ rogum ardentem, qui me vrit, refrigera corpus meum atque omni libera dolore & plagis, quas erudelis tyrannus inflixit. Vix illa protulerat Archelaa, cùm ſupra caput eius lux conſpecta eſt, voxque non ab mortali miſſa auctore, hæc denuntians: Ancilla Chriſti & Martyr ſancta, ne metue; parata tibi eſt in cælo corona: ne metue intentata à tyranno ſupplicia, quia ego tecum ſum, vt te adiutem inducamque in refrigerium.

voce cæleſti animatur:

13 Cùm cerneret Leontius nullo cruciatu excelſum Virginis animum infringi poſſe, lictoribus præcipit, vt ſub ingenti eam ſaxo collocent, eius mole penitùs opprimendam. At ſubitò Angelus Dei in alteram partem immane illud ſaxum reuoluit, quod magnitudine ſuâ ac pondere ipſos obruit carnifices, qui eo conterere Martyrem moliebantur. Et hoc quoque mortis genus euaſit Archelaa, nequidquàm frendente Leontio. Illa verò laudes Deo canebat, hæc ferè vſurpans verba: Benedictus Deus Patrum noſtrorum, qui ſaluas omnes ſperantes in te. Attoniti hoc prodigioſo ſucceſſu ſpectatores inclamant: Verus eſt Deus Chriſtianorum, quem prædicat B. Archelaa.

ſaxo ingenti ſuppoſita, diuinitus liberatur:

14 Quod vt audiit Leontius, ad ſuos conuerſus, Quid, inquit, iſtâ faciemus veneficâ, quæ omnia ſuperauit tormenta? Corripite eam, mortemque illi ignominioſam irrogate. Educite mille paſſus ab vrbe Nolâ, ibique eam cum binis comitibus ſuis perimite. Continuò tres illæ

EX VARIIS. virgines Archelaa, Thecla, Suſanna, ligatis poſt terga manibus ad ſtatutum perductæ ſunt martyrij locum. Tum Archelaa lictores monet iuſſa Imperatoris exequantur. *cum ſociabus plectitur capite.* Illi verò Angelicâ apparitione ſibi oblatâ perterriti, Nequaquàm, inquiunt, Domina, rem eiuſmodi aggrediemur. Reſpondent vnâ voce Virgines ſanctæ: Niſi quod Præſes imperauit egeritis, non habebitis partem nobiſcum. Eo audito, tandem gladios ſtringunt carnifices, treſque ſingulis ictibus ſingulas immolant Deo immaculatas victimas. Ita laudatiſſimam vitam glorioſo martyrio concluſerunt ſub annum Chriſti 293.

DE S. VENERANDO

EPISCOPO ARVERNENSI IN GALLIA.

INITIO V. I SECVLI XVIII. IANVAR.

S. Venerãdi feſtiuitas,

Laromonte Aruernorum XV. Kal. Februarij S. Venerandus, *illius ciuitatis Epiſcopus, olitur, vt Ioannes Sauaro teſtatur, licet alio ue, vt pòſt dicemus, obierit. De eo Molanus in Addit. ad Vſuardum:* Ciuitate Aruernis S. Venerandi Epiſcopi & Confeſſoris. *De eo agit quoque Sauſſaius, & hunc ordinationis eius eſſe diem ſcribit; agit & Ferrarius, qui rurſus* XXVIII. *Ianuarij eum refert, citatq; Tabulas & Breuiarium Eccleſiæ Claromontanæ. at Ioannes Sauaro certior teſtis, quippe qui Claromonte ſcripſit, præterquàm quòd & Martyrologij & Breuiarij Claromontani fide ſtabilit hodiernam eius feſtiuitatem.*

aliis diebus memoria, 2 *Idem Ferrarius* XXIV. *Septembris*: Aruernis S. Venerandi Epiſcopi. *citat in Notis Martyrologium Caniſij, in quo* Venerandi *huius nomen non extat. Sed de eo eiuſq; ſucceſſore* S. Ruſtico *agit eo die Surius ex S. Gregorio Turonenſi; eſtq; is* Ruſtici *natalis.*

electio, 3 *De* Venerando *iſta habet Gregorius lib. 2. hiſt. cap. 13.* Apud Aruernum verò pòſt tranſitum S. Artemij, Venerandus è Senatoribus Epiſcopus ordinatur. Qualis autem fuerit hic Pontifex, teſtatur Presbyter Paulinus, di- *ſanctitas,* cens: Si enim hos videas dignos Domino Sacerdotes, vel Exuperium Tholoſæ, vel Simplicium Viennæ, vel Amandum Burdegalæ, vel Diogenianum Albigæ, vel Dynamium Ecoliſmæ, vel Venerandum Aruernis, vel Alethium Cadurcis, vel nunc Pegaſium Petrocoriis, vtcumque ſe habent ſeculi mala, videbis profectò digniſſimos totius fidei religioniſque cuſtodes. Hic in ipsâ Dominici natalis vigiliâ tranſiſſe refertur. *ita Gregorius.* *obitus,* De S. Artemio *eius deceſſore agemus* XXIV. *Ianuarij, quo die obiiſſe eum ſcribit Sauaro, vt non ſit probabile* Venerandum XVIII. *die eiuſdem mẽſis eſſe conſecratum, vt vult Sauſſaius. Quis enim credat poſt* S. Artemij *mortem anno integro minùs ſex diebus Sedem vacaſſe, ſi ea expendat quæ de* S. Ruſtici *electione idem ſcribit Gregorius? Fragmentum, quod hic citatur, non habetur in S. Paulini Nolani operibus; & dubium eſt an eius ſit, cùm S. Gregorius ſolùm* Preſbyterum *vocet: alterius eſt fortaſſis Paulini Presbyteri, à quo vita S. Ambroſij ſcripta extat. Eorum porrò Epiſcoporum, quibus* Venerandum *annumerat Paulinus, complures in Cælitum tabulas relati;* S. Exuperius *28. Septemb.* S. Simplicius *11. Febr.* S. Amandus *18. Iun.*

eccleſia, 4 *De baſilicâ* S. Venerandi, *quæ* S. Illidij erat proxima, *multis agit idem S. Gregorius lib. de gloria Confeſſ. cap. 35. & 36. deq; repertis iſthic variorum Sanctorum corporibus; & de* *ſepulchrũ;* *ipſius* Venerandi *reliquiis ita ſcribit cap. 37.* Eſt ibi & ſepulchrum ipſius S. Venerandi Epiſcopi, à quo hæc ædes nomen accepit, ſub analogio compoſitum; ſuper quod caput per feneſtellam quicumque vult immittit, precans quæ neceſſitas cogit, obtinetque mox effectum, ſi iuſtè petierit. Ibi & S. Nepotianus Epiſcopus requieſcit, qui *miracula,* fuit in ſeculo ſummæ vir ſanctitatis, obtinens nunc cum Domini potentiâ, quæ ab eo fuerint implorata. Sæpè *præſertim in febrium curatione;* enim ſuper hæc ſepulchra frigoriticorum oratio fuſa deſideratam retinet medicinam. *De* S. Nepotiano *agemus 22. Octob.*

reliquiæ, 5 *Libro 1. de Sanctis, eccleſiis, & monaſteriis Claromontanis num. 10. iſta habentur:* In eccleſiâ S. Venerandi, altare S. Iuliani & S. Baſiliſſæ Antiochenæ, altare S. Quintini, & S. Dionyſij; altare S. Mariæ, vbi S. Venerandus, & S. Linguinus, & S. Nepotianus, & S. Auitus, & S. Clara, & alij ſex millia ducenti in corpore quieſcunt, quorum nomina Deus ſcit. *Ea verò eccleſia, vt iſthic annotat Sauaro, hodie intra hortos Illidiani cœnobij eſt.*

tranſlatio 6 *Reliquiæ verò ipſius Sancti an. 1311. XI. Kal. Ianuarij, cum reliquiis S. Illidij in eadem capſâ diſcretim concluſit Arbertus 22. Dec. Epiſcopus, rogatu Guidonis Scoti Abbatis Illidiani, vt teſtatur idem Sauaro ex veteri MS. è quo iſta addit:* Porrò nonnulla pars pulueris & oſſium corporis B. Venerandi dimiſſa ſunt in capellâ ſuâ, ſub ſuo altari, infra priſtinum eius ſepulchrum ſub analogio factum. *Citat idem veterem tabulam Illidianam, in quâ hæc leguntur:* Nam in B. Illidij monaſterio B. Venerandus Epiſcopus, S. Mariæ amore aliorumque Martyrum, requieſcit. *De* S. Illidio, *qui Gallis* S. Allyre *dicitur, agemus* XIV. *Decembris.*

7 *Celebratur* S. Venerandi *Tranſlatio XXII. Decembr. eodem Sauarone teſte. quo die eam in ſuo Martyrologio conſignauit Andreas Sauſſaius; iterumq;, eamdem tamen omnino, XXI. Nouembris. aſt hoc XVIII. Ianuarij die, in prolixiori elogio poſt alia ſic ſcribit, nec indicat quo auctore:* Porrò apud Aruernos *anne etiam ante ad proprij nominis eccleſiam.* adeò inſignia extiterunt illius merita ſanctitatis, vt cùm ſepultus fuiſſet in S. Illidij baſilicâ, poſteà radians miraculis, corpus eius venerandum in proximam ædem fuerit tranſlatum, quæ in eius honorem ædificata, nuncupationem ab eius nomine accepit, quo in hunc vſque diem claret conſpicua. Reliquiæ verò eius ſub analogio compoſitæ, ſubtus altare diu requieuerunt. Donec tandem Adebertus Epiſcopus, petitioni annuens Guidonis Scoti Abbatis Illidiani, cum reliquiis S. Illidij in eadem capsâ eaſdem diſcretim concluſit, & ſuo annulo obſignauit anno Domini 1311. XI. Kal. Ianuarij, quâ die eiuſdem tranſlatio ibidem recolitur, *&c. Prioris tranſlationis ex ade S. Illidij ad proprij nominis baſilicam, nullum apud S. Gregorium Turonenſem, aut Sauaronem, veſtigium.*

DE S. VOLVSIANO MARTYRE

EPISCOPO TVRONENSI IN GALLIA.

CIRCA AN. RD. XVIII. IANVAR. I

S Voluſiani natalis;

Vronis in Gallià *hoc die natalis agitur* S. Voluſiani Epiſcopi, qui à Gothis captus, in exilio ſpiritum Deo reddidit. *ita Martyrol. Rom. Meminit quoque illius Molanus in Addit. ad Vſuardum, & Ghinius in natalibus SS. Canonicor.* Martyrem *alij vocant, quòd etſi non titulo religionis occiſus, tamen eiuſdem odio religionis calumniam paſſus ab impiis, ſicq; relegatus, vel exilij ærumnis confectus ſit, vel gladio, vt pòſt dicetur, percuſſus. Galeſinius & Martyrologium Germanicum:* Turone S. Voluſiani Epiſcopi & Martyris. *Molanus quoque in priori editione additionum ad Vſuard.* Martyrem *vocat. Andreas Sauſſaius in Mar-*

Martyrol. Gallicano: Eodem die Turonis S. Voluſiani Epiſcopi eiuſdem Metropolis, & Martyris glorioſi, qui à Gothis Arianis captus, & in odium orthodoxæ, quam aſſerebat, veritatis, huc & illuc raptatus, varieque exagitatus, Deo beatum ſpiritum in exilio reddidit. *Idem in Supplemento, plexum capite ſcribit, vt mox dicemus.*

relegatio,

2 *De eo iſta ſcribit S. Gregorius Turonenſis lib. 2. hiſt. cap. 26.* Poſt hæc B. Perpetuus Turonicæ ciuitatis Epiſcopus, impletis 30. in epiſcopatu annis, in pace quieuit. In cuius loco Voluſianus vnus ex Senatoribus ſubrogatus eſt. Sed à Gothis ſuſpectus habitus, epiſcopatus ſui anno ſeptimo in Hiſpanias eſt quaſi captiuus abductus, ſed protinus vitam finiuit. In cuius loco Verus ſuccedens, ſeptimus poſt B. Martinum ordinatur Epiſcopus. *Mendum hic videtur irrepſiſſe: nam lib. 10. cap. 31. vbi omnes recenſet Turonenſes Epiſcopos, tertium* S. Martinum *ſtatuit, octauum* Verum, *medios* Briccium, Euſtochium, Perpetuum, Voluſianum; *vt* Verus *non niſi ſextus ſit à S. Martino.*

3 *Mirum eſt ipſum* Verum *non eſſe in Sanctorum quoque tabulas relatum, qui eadem, quâ* Voluſianus, *cauſsâ* in exilium deductus, vitam finiuit, *vt idem tradit S. Gregorius lib. 10. cap. 31. vbi de* Voluſiano *iſta ſcribit:* Septimus verò Voluſianus ordinatur Epiſcopus, ex genere Senatorio, vir ſanctus, & valdè diues, propinquus & ipſe Perpetui Epiſcopi deceſſoris ſui. Huius tempore iam Glodoueus regnabat in aliquibus vrbibus in Galliis. Et ob hãc cauſsam hic Pontifex ſuſpectus habitus à Gothis, quòd ſe Francorum ditionibus ſubdere vellet, apud vrbem Tholoſam exilio condemnatus, in eo obiit. Huius tempore vicus Mantolomaus ædificatus eſt, & baſilica S. Ioannis in Maiori-monaſterio. Sedit annos ſeptem, menſes duos.

huius cauſſa:

ætas.

4 Vixit *Voluſianus, inquit Baronius in Notis ad Martyrolog.* temporibus Childerici filij Clodouei Regis Francorum: *at quis iſte* Childericus Clodouei filius? *Vixit ſub ipſo* Clodoueo Childerici filio. *Error tamen videtur aliquis irrepſiſſe apud Gregorium in annis ſucceſſorum S. Martini. Hunc ipſe obiiſſe ſcribit* Cæſario & Attico Coſſ. *qui fuit annus Ch. 397. alij 400. vel 401.* Briccio *ſucceſſori tribuit annos 47.* Euſtochio *17.* Perpetuo *30.* Voluſiano *7. & menſes 2.* Vero *11. dies 8.* Licinio *12. menſes 2. dies 25. Aſt vt idem ſcribit,* Licinij *tempore,* Chlodoueus Rex victor de cæde Gothorum Turonis rediit. *Ea cædes anno 507. contigit. Sederunt deinde* Theodorus *&* Proculus *annos 2.* Diniſius *deinde* per electionem præfati Regis ad epiſcopatum acceſſit. *Obiit* Clodoueus *anno Chriſti 511. ab obitu S. Martini 112. at iuxta iam poſitum ex ipſo computum efficiuntur 112. vſque ad initium Licinij, vſque ad Diniſium 126. Quid, quòd ipſemet lib. 2. cap. 43. obiiſſe Clodoueum ſcribit anno vndecimo Licinij Epiſcopi? fortè lib. 10. legendum eſt,* per electionem præfatæ Reginæ, *ſcilicet* Chrodieldis, *de quâ priùs egerat, electum eſſe* Diſinium. *At iuxta priorem Gregorij calculum, ſi anno Licinij vndecimo obiit Chlodoueus, ſeditq;* Verus *annos 11. dies 8. ſequeretur* S. Voluſianum *circiter annum 490. pulſum, qui erat Chlodouei 9. Et videtur innuere S. Gregorius lib. 2. cap. 27. Chlodoueum adhuc gentilem fuiſſe cùm Epiſcopatum adeptus eſt* Verus: *baptizatus eſt autem Chlodoueus anno 496. Hæc de* S. Voluſiani *ætate.*

S. Gregorij Turonici calculus emendatus,

S. Voluſiani martyrium,

5 *De martyrio ita ſcribit Sauſſaius in ſupplemento Martyrologij:* Apud Fuxum inter Apameam & Vanillas in finibus Toloſanorum natalis S. Voluſiani Epiſcopi Metropolitani Turonenſis & Martyris, qui (vt in Martyrologio iſto prænotatum eſt) à Gothis Sede eiectus, & in has partes relegatus, poſt multas iactationes, demum obtruncatione capitis agonem glorioſum compleuit. Cùm autem ceruices præbere abſcindendas iuberetur, baculum humo infixiſſe ſuum, traditio eſt incolarum, qui in arborem incognitam excreuit, in hũc vſque diem manentem.

huius locus;

6 *Guilielmus Catellius lib. 3. rer. Occitan. ſcribit accolarum traditione conſtare, in Comitatu Fuxenſi inter* Caſtrum Apamiarum, *vrbem nunc Epiſcopalem, &* Caſtrum Barillas, *ſiue* Barellas, *ſeptem ab vrbe Toloſanâ miliaribus, interfectum:* EX VA-
RIIS. *extare eo loco arborem, ad quam ob ſancti Martyris memoriam concurſus populi fit. Bertrandum Eliam citat auctorem hiſtoriæ Fuxenſium Comitum, qui ſe eam ſæpius conſpexiſſe teſtatur, neque cuius ea generis eſſet cognoſcere potuiſſe; memorari autem è Sancti viatorio baculo enatam.* *arbor ex eius baculo*

In Chronicis Comitum Fuxenſium patriâ linguâ ſcriptis, quæ idem allegat, plura commemorantur de S. Voluſiano, *qui* Voulſia *iſthic appellatur: à Gothis inter Appamias Barellaſq; interfectum: corpus à tauris duobus ad currum iunctis, derectum ad edem S. Nazarij Fuxenſi caſtello proximam: plures à Comitibus Fuxenſibus poſſeſſiones S. Voluſiano dicatas ac traditas, quas ſigillatim enumerat.* *ſepultura:*

7 Mons-Gaudij, *vulgò* Montgauſi, *vel* Montgauci *locus eſt è regione oppidi Fuxenſis ſitus, in quo ſacellum Deiparæ Virgini ſacrum, frequentiſſimo populorum concurſu celebre. Huc* S. Voluſiani *à Rogerio Bernardi F. ſecundo Fuxenſi Comite anno 1107 tranſlatas, narrant eadem Chronica Fuxenſium Comitum, quia, vnaq;* S. Antonini *Appamienſis,* S. Antonij *Lezatenſis,* S. Ferreoli, *reliquias. Papirius Maſſonius lib. de Fluminibus Galliæ,* de Aurigerâ *fluuio agens, (qui è Pyrenæis ortus, Fuxum, Appamiaſq; alluit, & Garumnæ tandem duabus à Tholoſâ leucis miſcetur, vulgò* Auriege *dictus) ita de hac S. Voluſiani tranſlatione ſcribit:* Nec procul (*Fuxo*) viſitur ſacra Montis Gaudij baſilica à Carolo Magno, vt aiunt, inſtituta, multiſque donariis & redditibus ornata, quæ poſteà Voluſiani corpore in eam vrbem tranſlato, ſtudio & diligentiâ Rogerij ſecundi Fuxenſium Comitis, multùm inclaruit. *Petrus quoque Olhagarayus in Fuxenſium Comitum hiſtoriâ ſcribit Rogerium, paullò antè quàm è vitâ diſcederet, iuſſiſſe* S. Antonij *refodi corpus, & Lezatum tranſferri; ipſumq; nudis pedibus pompam religioſè eſſe proſecutum: tranſtuliſſe quoque* S. Voluſiani *corpus ad* Montem-Gaudij, *euocato ad eam ſolennitatem* Amelio *Tholoſano Antiſtite, &* Raymundo *Barbaſtrenſi.* *tranſlatæ eius reliquiæ,* *à quo,*

8 *Plenius de eâ tranſlatione Catellius ex Guilielmi Laperriere hiſtoriâ Fuxenſi, qui* Alarici *iuſſu plexum capite* S. Voluſianum *ſcribit; tranſlatum verò corpus anno 1111. ad Montem-Gaudij ſolenni ſupplicatione, cui præter* Rogerium *Comitem adfuêre* Amelius *Tholoſanus Epiſcopus, Clerus omnis qui in vicinis ad quatuor aut quinque leucas, oppidis, pagiſq; morabatur,* Raimundus *Barbaſtrenſis, aliiq; Antiſtites, ac propinqui Nobiles, & vis populi infinita.* *quâ ſolemnitate,*

9 *Idem Catellius lib. 4. eiuſdem tranſlationis meminit, vbi* Rogerij *Comitis prædicat pietatem, qui* S. Antonij *ad Lezatenſe cœnobium tranſlationi anno 1097. non ſolùm cum multis Præſulibus aliiſq; ſacris hominibus adfuerit, ſed ſuâ ipſemet inuoluta chlamyde, Sancti oſſa ad ipſum vſque cœnobium, nudo ſemper capite incedens deportârit: anno deinde inſequenti 1098.* S. Voluſiani *&* S. Ferreoli *reliquias ad ſacellum* Montis-Gaudij *tranſferri curârit.* *quo anno.*

10 *De anno huius tranſlationis non ſat inter auctores conuenit. Olhagarayus paullò ante Rogerij obitum tradit contigiſſe: at deceſſiſſe anno 1111. Rogerium ait Catellius, anno ſuſcepti regiminis 17. Annales Fuxenſes ab eo citati, anno 1107. factam tranſlationem volunt; Catellius 1098. & anteà ex Guilielmi Laperrierij fide, 1111.* Amelium *Tholoſanum Epiſcopum ſcribit lib. 5. vbi rurſus huius tranſlationis meminit, circiter annum 1098. videri* Iſarno *Epiſcopo ſucceſsiſſe; ſediſſe certè anno 1100. vt in pluribus Actis ſignatum legerit. Sed cùm dicatur* B. Raymundus *Barbaſtrenſis Epiſcopus interfuiſſe, neceſſe eſt non ante annum 1104. accidiſſe: nam cùm, vt in eius vitâ ſcribit Elias Canonicus Barbaſtrenſis, obierit anno Chriſti 1126. cùm ſediſſet annos 21. menſes 8. dies 21. ſequitur anno 1104. menſe Septembri aut circiter ad eam Cathedram euectum, ipſo nempe tempore, vt idem teſtatur auctor, quo* Petro I. *Aragoniæ Regi* Alphonſus I. Bellator *ſucceſsit. eam* B. Raimundi *vitam dabimus XXI. Maij.*

EXVA RIIS.

DE S. SVLPITIO

EPISCOPO TRAIECTENSI IN BELGIO.

CIRCA AN. D. XVIII. IANVAR.

1 *Entis* Tungrorum *in Germaniâ ſecundâ Epiſcopos poſt* S. Seruatium, *(qui à temporibus filiorum Conſtantini ad Theodoſium ſeniorem floruit) trecentos ferè & quadraginta per annos, Traiecti ad Moſam ſedìſſe, donec Leodium demigrarunt, XIII. Ianuarij in* Deſignato *indicatum eſt; ſolitosq; modò* Traiectenſes *Epiſcopos dici, modò* Tungrorum; *nam & ipſum in Tungris erat Traiectum, ab Atuatucâ tribus circiter diſtans leucis, locoq; opportuniore ſitum: ſed priorum decem, vſque ad* S. Domitianum *qui concilio Aurelianenſi V. anno Chriſti 549. ſubſcripſit, pro illorum temporum caligine obſcura remansêre acta; ſiue, quod quidam volunt, annis 114. Sedes poſt* S. Seruatij *mortem ad S. Remigij tempora, conuerſionemq; Clodouai vacârit; ſeu, quod veriſimilius eſt, ſub Francorum etſi gentilium dominatu, vtcumque ſe tueri modicus grex Chriſtianorum poterat, Patrem ſibi ac Epiſcopum conſtituit.*

Traiectenſes Epiſcopi.

S. Sulpitij natalis,

2 *Sextus ergo à* S. Seruatio *fuit* S. Sulpitius, *cuius XVIII. Ianuarij natalem conſignant Kalendarium SS. prouinciæ Leodienſis, Ferrarius, Sauſſaius, conſentiente Placentio. MS. Florarium XVII. Ianuarij eum refert: MS. quoddam Carthuſiæ Bruxellenſis IX. Februarij; in hoc quoque XV. Auguſti iſta habentur:* Tranſlatio S. Supplicij Epiſcopi Traiectenſis ſuperioris, qui ſuprà ponitur V. Id. Febr. *Alij quoque (vt Harigerus Abbas, Aegidius Aureæ-vallis, Sauſſaius in Supplemento Martyrologij hoc die)* Supplicium *appellant, vti & Bituricenſem, de quo XVII. Ian. egimus.* Traiectum ſuperius *vocari alibi monuimus hoc ad Moſam ſitum, quòd aliud ſit inferius vulgò* Vltraiectum *appellatum.*

tranſlatio,

3 *Id ſolùm de* Sulpitio *in Actis Epiſcoporum Leodienſium cap. 31. ad Harigerum Abbatem addidit Aegidius Aureæ-vallis monachus:* Quo (*Reſignato*) defuncto, quintuſdecimus extitit B. Supplicius Epiſcopus, vir pietate & miſericordiâ per omnia laudandus. *Ioannes Placentius Naſonis cuiuſdam filium facit, quem Acta Epiſcoporum Traiectenſium* Sanctum Naſonem *vocant: ſed & hæc Acta apocrypha ſunt, & Placentius quod ad res illas vetuſtiores attinet nullius fidei.*

acta obſcura.

4 *Obiiſſe* Sulpitium *anno 510. ſcribit Ferrarius, Claudius Robertus 519. MS. Florarium 532. Placentius ſcribit conſecratum anno 517. ſedìſſe annis 8.* ſub Apoſtolicis viris Hormiſdâ, Ioanne I. & Felice IV. imperantibus Anaſtaſio, Iuſtino ſene, & Iuſtiniano magno. *ſed hæc inuicem non cõgruunt. Nam ſi ſedit ab anno 517. annis 8. ergo 525. ad ſummum 526. mortuus eſt, qui erat* Ioannis *Papæ tertius,* Iuſtini ſenioris *octauus: ſicq; nec ad* Felicis *Pontificatum peruenit, nec ad* Iuſtiniani *imperium. De tempore Sedis horum primorum Epiſcoporum conſule Aegidij Bucherij noſtri Appendicem ad diſputationem hiſtoricam de primis Tungrorum Epiſcopis poſt tomum 2. Chapeauilli. Videtur circiter annum 500.* S. Sulpitius *floruiſſe. Placentius ſcribit in ede Seruatianâ ſepultum; cùm ea nempe poſtmodùm condita eſt.*

atas.

DE SANCTIS VIRGINIBVS

LIBERATA ET FAVSTINA,

NOVOCOMI IN ITALIA.

CIRCA ANN. DLXXX. XVIII. IANVAR.

1 NOuocomi *in Galliâ Ciſalpinâ* S. Liberatæ Virginis *agitur hoc die natalis, vt tradit Martyrologium Romanum. De quâ Bellinus quoque, Maurolycus, Molanus in Addit. ad Vſuardum:* Ipſo die S. Liberatæ Virginis. *Fauſtinam ſororem alij iungunt; Galeſinius:* Nouocomi ſanctarum Virginũ Liberatæ & Fauſtinæ. *conſentiunt VVion, Menardus, Dorganius. De* Fauſtinâ *peculariter Ferrarius in generali catalogo SS.* Nouocomi in Inſubriâ S. Fauſtinæ Virginis, & ſororis S. Liberatæ. *Citat Baronius in Notis ad Martyrologium Tabulas Eccleſiæ Comenſis; Galeſinius Breuiarium Aquileienſe & Comenſe; Ferrarius præterea Lectiones Eccleſiæ Placentinæ: traditq; hic Comi, Placentiæ, Veronæ ſimul has Virgines coli.*

Sanctarũ harum natalis 18. *Ian.*

2. *Auguſtinus Valerius lib. de Epiſcopis & Sanctis Veronenſibus, de iis iſta tradit:* S. Liberæ Virginis feſtum apud Eccleſiam Veronenſem ex conſuetudine antiquâ celebratur ſub officio ſimplici die 21. Aprilis, vt in omnibus antiquis Calendariis ciuitatis Veronæ, præſertim ex Calendario Martyrologij Eccleſiæ Cathedralis, vbi dicitur: XI. CAL. MAII S. LIBERÆ VIRG. Vnde colligitur S. Liberam non fuiſſe Martyrem, licet in quibuſdam Calendariis deſcripta ſit Virgo & Martyr. Idem confirmatur ex eius vitâ deſcriptâ in libro antiquo ex membranis, cooperto corio rubro, in folio paruo, chartarum 48. folio 39. apud monaſterium S. Euphemiæ Veronæ. In Breuiario etiam antiquo ex membranis Eccleſiæ S. Bartholomæi in monte legitur Virgo tantùm. Hinc etiam patet falſum eſſe S. Liberam fuiſſe matrem illius, quem ſuſcitauit S. Syrus Veronæ, dum Papiam pergeret, vt quidam ſcriptum reliquit, cùm S. Libera Virgo celebretur. Habet eccleſiam, quæ priùs eccleſia S. Syri appellata fuit. Hæc beata Virgo habuit ſororem S. Fauſtinam: quæ ambæ vitam monaſticam apud vrbem Comum duxerunt, vt in prædictâ hiſtoriâ.

alibi 21. *April.*

S. Liberata non martyr.

3 Hæc apud Comenſes, & Brixianos Liberata appellatur, qui eius feſtum ac etiam S. Fauſtinæ celebrant: ſed alij 18. Ianuarij, alij XI. Aprilis, iuxta eorum conſuetudinem. A Franciſco Cornâ in libro, de quo ſuprà Linguâ vernaculâ Liberata appellatur. Hinc factum eſt quòd cùm linguâ vulgari Veronenſi apud priſcos pro S. Liberata diceretur S. Libera, & pro S. Conſolatâ S. Conſola, Latinè pro S. Liberatâ dicta eſt S. Libera. Vſuardus impreſſus Louanij 1568. ſic habet die 18. Ianuarij: Ipſo die S. Liberatæ Virginis.

Libera *dicta.*

4 Super ianuam maiorem ipſius eccleſiæ ad Occidentem eſt imago vnius Epiſcopi in habitu Epiſcopali, quæ habetur imago S. Syri; à cuius latere dextro & ſiniſtro ſunt duæ imagines ſanctarum mulierum cum diademate in capite, depictæ anno Domini 1366. 20. Aprilis: quæ habentur imagines SS. Liberæ & Fauſtinæ ſororum. In tabulâ ex membranis in eccleſiâ S. Liberæ, vbi ſunt deſcriptæ antiquæ Indulgentiæ anno 1338. conceditur Indulgentia non ſolùm in feſto S. Liberæ ſed etiam S. Fauſtinæ: ex quo apertiſſimè colligitur S. Liberam fuiſſe S. Liberatam ſororem S. Fauſtinæ, quæ ambæ fuerunt Virgines tantùm. Imò ex traditione celebrantium eius feſtum in ipsâ eccleſiâ celebratur Virgo tantùm. Extant etiam duo verſus ad caput imaginis eius antiquæ in pariete ipſius eccleſiæ id atteſtantes:

Ambarum imagines.

Libera Virgo Dei precibus, pietate benigna
Tu memor eſto mei liberans à morte malignâ.

5 *Mantuæ XVI. Ianuarij, vt teſtatur Ferrarius, colitur* S. Libera *in propriâ eccleſiâ; quam Liberatam hanc Comenſem eſſe arbitratur. At 21. Aprilis idem Ferrarius in generali Catal. SS.* Veronæ S. Liberæ Virginis. *VVion:* Veronæ SS. Liberæ & Fauſtinæ ſororum & Virginum ſanctimonialium.

lium. *Vtrumque eodem die refert Dorganius. Et VVion quidem tranſlationem earum hoc die recoli exiſtimat, cùm natalis XVIII. Ianuarij agatur. Idem tamen VVion, atque ex eo Menardus, & Ferrarius in generali catal. XXI. Martij*: Veronæ, Tranſlatio SS. Liberatæ & Fauſtinæ ſororum & Virginum ſanctimonialium. *Auctor vitæ ſcribit geminam factam tranſlationem: prioris ignorari diem, alteram XIII. Maij contigiſſe. Ferrarius in generali catal. XIV. Maij*: Comi Tranſlatio ſanctorum Martyrum Proti & Hyacinthi, ac ſanctarum Virginum Liberatæ & Fauſtinæ.

vitæ. 6 *Vitam antiquam, à Valerio Auguſtino citatam, necdum nanciſci potuimus. Quam damus, ea à Franciſco Balarini parte 3. Annal. Comenſium, Italicè ſcripta eſt. Breuiorem aliquanto edidit Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, & Abrahamus Bzouius to. XIV. Annal. ad an. 1317. num. 8. vbi de earum agit tranſlatione. Breuiter* Liberatæ *meminit Siluanus Razzi to. 1. de feminis ſanctitate illuſtribus.*

VITA

Italicè ſcripta à Franciſco Balarini.

1 SAnctæ Virgines Liberata & Fauſtina patrem habuerunt *a* Ioannem virum nobiliſſimum, *b* dominum arcis & oppidi Geneſini, in *c* Cottiis Alpibus ſiti; cui ad Meridiem earumdem Alpium iuga imminent, circùm latè patentem agrum à Septemtrione Padus irrigat: quà iam tum commeare per viam *d* Claudiam è Galliâ in Italiam negotiatores ſolebant. At non illæ Alpes Cottiæ ſunt, quas in Galliâ Ciſalpinâ locat Strabo; verùm Apennini pars, in quâ & Bobium oppidum; vocanturque nunc Montes Placentini, vt Paulus Longobardus & Merula ſcribunt.

a *b* *c* *Sanctarũ Virginum patria, ac parens.* *d* l. 2. c. 18.

Occaſio conuerſionis. 2 Viderant piæ ſorores mulierem quamdam implacabiliter coniugis morte lacrymantem: eo ergo luctu commotæ ſtatuerunt à coniugio ipſæ abſtinere, & ſanctius vitæ inſtitutum arripere. Parente igitur huius conſilij ignaro, pretioſa ex auro argentoque monilia capiunt, ac Marcello religioſo Sacerdote comite, Comum, triduo diſtantem ciuitatem, petunt. Moleſtè id primùm parens tulit, non quòd à Dei cultu vitâque ſeueriore auocare eas vellet, ſed veritus ne ſubita illa ac clandeſtina fuga à iuuenili profecta leuitate eſſet; quæ nimirum boni ſpecie ſæpenumerò ad eiuſmodi res aggrediendas improuidam iuuentutem impellit, è quibus nihil aut perparùm, ſerâ pœnitudine, percipi emolumenti poſſit. Scriptis igitur cum inſigni paterni amoris ſignificatione litteris, eas admonet, caueant etiam atque etiam, ne hoc conſilium, diabolicâ fraude, ſiniſtro fine arreptum ſit. Reuerterentur potiùs domum, in matrimonium nobile & opulentum collocandæ. Sin ea penitùs inſita animis ſententia eſſet, vereque à diuino afflata Spiritu; tum verò vrgerent conſtanter benè cœpta, quodque vltro præcepiſſent ad cælum iter, indefeſſæ peragerent: nil ſibi accidere iucundius poſſe. Vt verò ex earum litteris certum habuit, hæc & diuinitus manaſſe primùm & altè impreſſa eſſe conſilia, vt erat prædiues, amplos iis reditus tribuit, vt commodum fabricari monaſterium, ſeque alere valerent.

Conſtantia à patre explorata.

Fuga.

Non reuocandi à religione liberi: 3 Diſcant parentes, non temerè à religionis conſilio reuocare liberos, cùm à Deo id illis iniectum perſpiciũt: nam & diuinam alioquin in ſeſe vltionem prouocant; & fas eſt filiis (adhortãte etiam S. Hieronymo) patrem matremque calcare, vt ad Dei obſequium euolent; & crebrò funeſti exitus filiis manent, cùm diuinæ repugnatur vocationi. Neque verò oportet, ſiue impellente auaritiâ, quæ idolorum eſt ſeruitus, ſeu quâ aliâ humanâ ratione, minis, verberibus, aliiſue modis cogere, timidas præſertim & ſimplices puellas, vt inuitæ religioſam vitam complectantur; (etſi ſtatus virginalis pudicitiæ longè præſtare coniugali videatur) vt quas ipſi genuêre, perpetuo

nec cogendi.

clauſtro, ne dicam carcere contineant, ſub ſeueriſſimâ diſciplinâ, nullâ habitâ ſcandali ratione, ac præſentis periculi, in quod illæ præcipitantur animæ, quæ mortalia cuncta longè pretio antecedunt. Eſtque ea res certè quidem hæreticorum, cui nunc Eccleſiam impugnant, maledictis obnoxia. Nec mihi illud Apoſtoli obiiciant: Qui matrimonio iungit virginem ſuam benè facit; & qui non iungit, meliùs facit. Scitum enim illud ſcholæ ſacrorum Doctorum, ita quidem ſe rem habere ſi libertas adſit agendi quæ velit, non verò ſi vi conſenſus extorquetur Virginis. Et profectò cùm cæleſtis ira prouocatur, tum Apoſtolica excommunicatio incurritur, à ſacro Concilio Tridentino intentata, cuius in terribili illo extremi diei iudicio exactam rationem Numen repoſcet. Atque in eam rem intendant quoque animum neceſſe eſt ij, ad quos eiuſmodi actionum cura & cenſura pertinet, ne pari cum ſceleratis illis hominibus & quauis ferâ immanioribus ſupplicio opprimantur.

AVCTORE FRANC. BALARINI. 1. Cor. 7. 38.

4 Vt ad inſtitutum redeamus; præerat eo tempore Eccleſiæ Comenſi S. *e* Agrippinus decimustertius Antiſtes, coram quo votum perpetuæ virginitatis ſanctæ ſorores nuncuparunt, habitumque & regulam recentis adhuc Benedictinæ familiæ ſuſceperunt: ac patre ſumptus præſtante oratorium Deiparæ Virginis Mariæ nomine ſtatuerunt, quod poſtmodùm S. Ambroſio dedicatum, ſitumque eſt ad ipſos vrbis muros.

e *Sanctæ Virgines monaſterium conſtruunt;*

5 Cùm verò plurimæ ad eas piæ ſodales aggregarentur, *f* in alium extra vrbem locum demigrarũt, vbi egregium conſtruxêre cœnobium, cuius eccleſia S. Ioanni Baptiſtæ conſecrata, hodie S. Margaritæ appellatur. Hîc cùm annis plurimis ſanctiſſimam ſeueriſſimamque vitam ſanctæ Virgines egiſſent, claræ etiam miraculis, optatum tandem adeptæ ſunt finem laborum: & Fauſtina quidem iunior natu XV. Ianuarij migrauit è vita, triduo pòſt Liberata, circiter annum 580. ambæ in eadem S. Margaritæ æde tumulatæ.

aliud notandum. *f* *Moriuntur.*

6 Verùm quâ tempeſtate Mediolanenſes inter ac Comenſes *g* bellum fuit, earum ſancta corpora in vrbem illata, inque S. Mariæ baſilicâ cathedrali recondita ſunt, Guidone eam Eccleſiam regente, ſub annum 1096. Dies conſignata non eſt, quòd nullâ publicâ celebritate ea facta ſit tranſlatio. Annis deinde *h* 221. elapſis, ſub maiore eiuſdem templi arâ ſolenniter collocatæ ſunt, cùm Epiſcopus eſſet *i* Leo Lambertengus anno 1317. 13. Maij. Feſtiuitatem earum peragit Eccleſia XVIII. Ianuarij.

g *Tranſferuntur earum reliquiæ;* *h* *iterum.* *i*

a Ioannatem *vocat Ferrarius, & Bzouius.*

b *Ferrar.* in Curiâ Geneſinâ inter Padum & Apennintum agri Placentini arcem, in quâ habitabat, dominantis *&c. In Notis ad general. Catal. SS. hoc die, ſcribit arcem* Geneſinam, *vulgò* la Rocca d'Alges *dici, ſitamq; ad radices Apennini, 20. millibus paſſuum Placentiâ diſtantem.*

c Cottiæ Alpes *alibi ſunt, vt hîc mox ſubiicitur; vbi nempe hunc* Mons Ceniſius. *Sed medij ævi ſcriptores cùm* Apenninum, Alpes Penninas *eſſe, & quidem ab Hannibale & Pœnorum tranſitu, quaſi* Pœninas *dictas exiſtimarent; nomina etiam Alpium confuderunt, & quæ* Maritimæ *erant,* Cottias *appellarunt. Ita præter hîc citatos à Balarini, Leander in Lombardiâ Ciſpadanâ, de* Bobio *oppido agens, de quo nos 21. Nouemb. ad S. Columbani vitam*: Quippe quoniam in Apennini iugo ſitum eſt, quod Alpibus Cottiis adhæret, imò pars illarum eſt.

d *Non ita propè à Placentiâ eſt via* Claudia, *quæ Româ Lucam ducit, perq; maritima Liguriæ in Galliam.*

e *Colitur* S. Agrippinus *Comenſis Ep. 17. Iunij.*

f *Ferrarius:* Sed ob populi frequentiam inde ſecedentes, ad Coxiam fluuiolum haud procul ab vrbe, eccleſiâ S. Ioanni Baptiſtæ dicatâ *&c. Idem habet Bzouius.*

g *Belli huius cauſſam ſcribit Balarini lib. 1. cap. 7. fuiſſe eadem* Landolfi Carcani *Mediolanenſis, quem Comenſibus Epiſcopum dederat Henricus IV. Imperator; cùm legitimè electus eſſet, & à Pontifice* Vrbano II. *confirmatus, Landolfo excommunicato,* Guido Grimoldus, *qui anno 1120. Sedis ſuæ 28. deceſſit.*

h *Librarij culpâ excuſum erat 321. quod ſequenti chronologiæ, ab aliis quoque aſſertæ, repugnabat.*

i *Hic ex Ordine Minorum aſſumptus anno 1296. ciuilibus bellis exagitatus, tandem anno 1327. obiit, teſte Balarini.*

EXVA RIIS.

DE S. LEOBARDO RECLVSO

IN MAIORI-MONASTERIO APVD TVRONES.

CIRCA AN. DL XXXIII. XVIII. IANVAR.

1 *Monaſterium S. Martini, quod vulgò* Maius-monaſterium *vocant, Gallicè* Marmouſtier, *duobus à Turonum vrbe diſtans paſſuum millibus, plures religioſâ virtute claros dedit aſcetas. In his* S. Leobardus *fuit, de quo Martyrologium Romanum XVIII. Ianuarij:* Ibidem (*Turonis*) S. Leobardi recluſi, qui mirâ abſtinentiâ & humilitate refulſit. *Eiuſdem meminêre Galeſinius, Sauſſaius, Molanus in Addit. ad Vſuardum, VVion, Menardus, Dorganius, Caniſius, aliiq;. Maurolycus & Martyrol. Colonien.* Leobaldum *vocant; Carthuſiani Colon. in auctario ad Vſuard.* Leopardum. *hinc Florarium:* Turonis Leopardi Confeſſoris. *& quibuſdam interiectis:* Monaſterio-maiori S. Leobaldi Confeſſoris. *Felicius* Leobardum *vel* Leobaldum *appellat: Ferrarius* Leonardum, *& XVII. Ianuarij refert.*

S. Leobardi natalis,

2 *Vitam* S. Leobardi *ſcripſit S. Gregorius Turonenſis lib. de Vitis Patrum, cap. vltimo. Quam anteà à Surio editam, cum MS. S. Mariæ de Ripatorio & aliquot excuſis exemplaribus contulimus. Eamdem ſed paullùm contractam, recitat Benedictus Gononus lib. 2. de vitis PP. Occidentis, Zacharias Lippelous, aliiq;. In vitâ S. Gregorij Turonenſis 17. Nouemb. hæc de Leobardo habentur:* Nec diſſimili virtute circa Beatum quoque Leobardum extitit ſollicitus: quem nequam ſpiritus ita ſiniſtris cogitationibus agitabat, vt propter quamdam verborum contumeliam, quâ ſe dudum recluſerat, migrare decreuiſſet. Sed nec iſte potuit incurrere caſum, qui Gregorium meruit habere ſubleuantem. Nam cùm ſolitò ad Maius-monaſterium, quaſi ſacra Martini veſtigia deoſculaturus, adiret, ſollicitus paſtor qualiter ouis amore Chriſti vinculata ſe gereret, ad eius tugurium diuertit. Cui mox ille ſecreta cordis, quæ diabolus quaſi rationabilia confinxerat, eidem reſerauit. Qui protinus, ſagaciſſimo vt erat ingenio, diaboli commenta deprehendit, & non minimo dolore ſuſpirans, increparè hominem cœpit, ac diabolicam calliditatem verbis competentibus denudauit: domumque reuerſus, libros ad propoſitum monachorum ei congruos piâ ſollicitudine tranſmiſit. Quibus relectis, non ſolùm ab illâ, quam patiebatur, incurſione curâtus eſt, ſed etiam in ſenſus acumine multùm prouectus. *Hinc porrò ætas* S. Leobardi *colligi poteſt, cùm anno 572. ad epiſcopatum euectus ſit Gregorius.*

vita.

ætas.

3 *Ioannes Sauaro in Originibus Claromontanis ſcribit* S. Leobardi Abbatis *reliquias in S. Pauli æde Aruernis aſſeruari, quod ex libello 2. de Sanctis, eccleſ. & monaſter. Claromont. accepit, vbi ita habetur num. 14.* In eccleſiâ S. Pauli, ibi requieſcit S. Leonardus. *ad quæ ita ipſe commentatur:* Aruernæ territorij indigena, S. Gregorij Turonenſis coætaneus, recluſus in cellulâ Maiori-monaſterio propinquâ, qui in ſummâ auſteritate benè acto vitæ curſu, in ſepulchro, quod ipſe ſarculo in cellulâ ſuâ ſculpſerat, depoſitus eſt. Gregor. Turon. de vitâ PP. cap. vlt. quem poſteà Aruerniam, vt ſuum vindicaſſe crediderim, & in hac S. Pauli eccleſiâ collocaſſe. *Ita ille. ſed tenue id argumentum, cùm* Leonardus *appelletur, cuius nominis plures in Galliâ Sancti vixêre.*

reliquiæ.

V I T A

AVCTORE S. GREGORIO EPISC. TVRON.

1 Eccleſia fidelis ædificatur, quotieſcumque Sanctorum geſta deuotiſſimè replicantur: & licet de his teneat maximum gaudium, qui ab initio ætatis religioſam vitam duxerunt, peruenire meruerunt ad perfectionis portum; tamen & de his, Domino iubente, lætatur, qui conuerſi à ſæculo, opus inchoatum valuerunt perducere, diuinâ opitulante miſericordiâ, ad effectum.

2 Igitur Beatiſſimus Leobardus Aruernici territorij indigena fuit, genere quidem non Senatorio, ingenuo tamen: qui ab initio Deum in pectore tenens, cùm non floreret natalibus glorioſis, tamen meritis præfulgebat. Hic tempore debito cum reliquis pueris ad ſcholam miſſus, quidpiam de pſalmis memoriæ commendauit, & neſciens ſe Clericum eſſe futurum, iam ad Dominicum parabatur innocens miniſterium. *S. Leobardus litteras diſcit.*

3 Sed cùm ad legitimam perueniſſet ætatem, cogentibus iuxta conſuetudinem humanam parentibus, arrham puellæ, quaſi vxorem accepturus, dare impellitur. Illo verò reſpuente, ait pater: Cur, dulciſſime fili, voluntatem paternam reſpuis, nec iungi vis connubio, vt ſemen excites noſtro de genere, ſæculis ſequentibus profuturum? Caſſo enim labore exercemur ad operandum, ſi poſſeſſor deerit ad fruendum. Quare implemus domum opibus, ſi de genere noſtro non proceſſerit, qui vtatur? Quid mancipia dato pretio noſtris ditionibus ſubiugamus, ſi rurſum alienis debent dominationibus ſubiacere? Obedire filios debere voci parentum ſcripturæ teſtantur diuinæ: & tu cùm inobediens eſſe parentibus probaris, vide ne te cæleſtibus eruere nequeas ab offenſis. Hæc patre eloquente, licet haberet alios filios, facilè tamen tali ætatulæ perſuaſit, voluntati ſuæ non contraire. Denique dato ſponſæ annulo, porrigit oſculum, præbet calcèamentum, celebrat ſponſalium diem feſtum. *contrahit cum puellâ ſponſalia.*

4 Intereà genitor genitrixque, mortis ſomno ſopiti, migrauerunt à ſæculo, vitæ præſentis curriculo iam peracto. Hic verò cum vno germano, tempore luctus expleto, oneratus donis nuptialibus alterius fratris pergit ad domum: quem in tantum reperit vino madidum, vt nec cognoſceret, nec recipere vellet propriâ in domo germanum. Ille verò ſuſpirans & lacrymans, ſeceſſit in partem, venitque ad tugurium, in quo fœnum fuerat aggregatum, atque ibi colligato præbens equo pabulum, decubuit ſuper fœnum ad quieſcendum. Expergefactus autem mediâ nocte, ſurgit de ſtratu ſuo, erectiſque ad cælum manibus, gratias agere cœpit omnipotenti Deo, quòd eſſet, quòd viueret, quòd aleretur donis eius, & alia multa huiuſmodi proſecutus. Cumque ſuſpiria longa protraheret, atque lacrymis crebris genas vbertim rigaret; Deus omnipotens, qui illos quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, compunxit cor eius, vt relicto ſeculo manciparetur ad cultum diuinum. Tunc ille quaſi iam Sacerdos cuſtoſque animæ ſuæ, prædicare ſibi ipſi exorſus eſt, dicens: Quid agis anima? quid in ambiguo ſuſpenſa teneris? Vanum eſt enim ſeculum, vanæ ſunt concupiſcentiæ eius, vana gloria mundi, & ea, quæ in illo ſunt, omnia vanitas. Melius eſt igitur relinquere eum, & ſequi Dominum, quàm ad eius opera præbere conſenſum. *deliberat de relinquendo ſeculo:*

5 Hæc effatus, cùm diem terris reddere lux diurna cœpiſſet, aſcenſo equo cœpit ad hoſpitium ſuum reuerti. Cumque per viam iam alacris pergeret, voluere intra ſe cœpit, quid ageret, quò abiret; dixitque: Expetam B. Martini tumulum, vnde procedit virtus alma ſuper infirmos; credo enim, quòd & mihi eius oratio iter referet ad Deum, qui deprecatus ipſum Dominum, mortuos reduxit à tartaro. Et ſic viam carpens, oratione comite, S. Martini baſilicam eſt ingreſſus: circa quam diebus paucis commoratus, tranſito amne, ad cellulam Maiori monaſterio propinquam, de quâ Alaricus quidam receſſerat, deuotus acceſſit: ibique ſe, propriis manibus membranam faciens, ad ſcribendum aptauit; ibi ſe, vt Scripturas ſanctas intelligeret, ac Dauidici carminis *adit Maius monaſterium.*

nis pſalmos, qui dudum exciderant, memoriâ retineret, exercuit. Sicque diuinarum Scripturarum lectionibus eruditus, cognouit verum eſſe quod ei Dominus priùs inſpirauit in corde. Sed ne hæc cuiquam fabuloſa videantur, quæ retulimus, teſtor Deum, qui ab ipſius benedicti hæc ore cognoui.

iſthic ſanctè viuit:

6 At verò interpoſito pauci temporis ſpatio, talem ſe tantumq; præbuit, vt honoraretur ab omnibus: acceptoque ſarculo, cellulam in quam ingreſſus fuerat, incidens lapidem, ampliauit: in quâ cellulâ delectabatur ieiuniis, oratione, *b* pſallentio, lectione: nec vnquam à diuinis officiis & oratione ceſſabat. Scribebat interdum, vt ſe à cogitationibus noxiis diſcuteret.

b

c tentatus, à S. Gregorio Turonenſi confirmatur:

7 Intereà verò vt ſe tentator manifeſtaret Dei ſeruis ſemper inimicum ac inuidum, cùm quidam de ſanctis monachis litem quamdam cum vicinis fratribus habuiſſet, immiſit ei cogitationem, vt relictâ cellulâ illâ, ad aliam tranſmigraret. Cumque ibi *c* ad orationem ſolitò deueniſſemus, dolum nobis veneni graſſantis aperuit. Ego verò ſuſpirans non minimo dolore, increpare hominem cœpi, aſſerens diaboli eſſe calliditatem, libroſque ei & vitas Patrum, ac inſtitutionem monachorum, vel quales, qui recluduntur, eſſe debeant, vel cum quali cautelâ monachos viuere oporteat, abſcedens ab eo, direxi. Quibus relictis, non ſolùm cogitationem prauam à ſe diſcuſſit, verùm etiam tanto ſenſum acumine erudiuit, vt miraremur facundiam locutionis eius. Erat enim dulcis eloquio, blandus hortatu, eratque ei ſollicitudo pro populis, inquiſitio pro Regibus, oratio aſſidua pro omnibus Eccleſiaſticis Deum timentibus. Verumtamen nec ſibi, vt quidam, demiſſis capillorum flagellis, aut barbæ demiſſione plaudebat; ſed certo tempore capillum tondebat, & barbam.

puſtulas & febres miraculosè ſanat:

8 In quâ cellulâ viginti & duos annos in hoc opere degens, tantâ Domini gratiâ confortatus eſt, vt puſtulis malis ſaliuâ oris ſui perunctis, vim veneni ſæuientis opprimeret. Frigoriticis verò per poculum vini, charactere Crucis beatæ ſanctificatum, frigus accedens, æſtumque reſtinxit; non immeritò diſcutiens incommodas febres ab aliis, qui in ſe extinxerat incentiua criminis noxialis.

9 Quodam autem tempore cæcus ad eum veniens, ærumnas doloris ſui humiliter complangens, implorabat atque depoſcebat, vt tactu dextræ ſuæ Sanctus lumina clauſa palparet. Quod ille diutiſſimè renuens, tandem fletibus hominis victus, miſericordiâ motus, cùm per triduum orationem pro eo fudiſſet ad Dominum, quartâ die imponens manum ſuper oculos eius, ait: Domine omnipotens, fili vnigenite Dei Patris, qui cum eo ac Spiritu ſancto regnas in ſecula, qui homini à natiuitate cæco reddidiſti lucem beati oris ſputo, tu redde & huic famulo tuo luminis viſum, vt cognoſcat, quia tu es Dominus omnipotens. Et hæc dicens, vt Crucem ſuper oculos cæci depinxit, mox pulſis tenebris, ad preces eius ei Dominus lucem reſtituit. Huius virtutis teſtimonio *d* Euſtachius Abbas adſtipulator aſſiſtit.

AVCTORE S. GREG. TVRON.

Cæco viſum reſtituit:

d

10 Denique hic de labore lapidis ſubmontani, quem aſſiduè cædebat, confractus, ieiunij auſteritate confectus, oratione indeſinenti debilitatus, cœpit paullatim corporis firmitate deſtitui. Quadam autem die, dum nimiùm feſſus haberetur, nos ad ſe vocari præcepit. Ad quem accedentes, poſtquàm funeris ſui neceſſitatem deſleuit, *e* Eulogias à nobis peccatoribus flagitauit. Quibus acceptis, hauſto mero, ait: Tempus meum iam impletur, vt me Dominus ab huius corporis vinculis iubeat relaxari: ſed adhuc paucis diebus erit ſpatium: verumtamen ante diem ſanctum Paſchæ vocandus ſum. O beatum virum, qui ſic ſeruiuit Creatori omnium, vt ſuum obitum reuelatione diuinâ cognoſceret! Erat enim menſis decimus, quando hæc eſt effatus.

obitum ſuum prædicit:

e

11 Duodecimo *f* autem menſe cœpit iterum grauiter ægrotare. Aduenit dies Dominica, vocat miniſtrum ſuum, & ait: Præpara quiddam cibi, quod accipiam, quia valdè defeſſum me ſentio. Illo autem reſpondente: Præſto eſt, Domine, ait ad eum: Egredere foras, & adſpice, ſi iam celebratis ſolēnibus populus de Miſſis egreditur. Hoc autem dicebat, non quòd cibum capere vellet, ſed vt tranſitus ſui nullus teſtis adeſſet. Ille igitur egreſſus, ac poſtmodùm reuertens, cùm ingreſſus fuiſſet cellulam, inuenit virum Dei extenſum corpore, clauſis oculis ſpiritum exhalaſſe. Vnde factum eſt manifeſtum, eum ab Angelis ſuſceptum, qui hominem adeſſe noluit ſuum ſacer Heros ad tranſitum. Hæc cernens miniſter ille, eleuauit vocem in fletu, ſicque concurrentibus reliquis Fratribus, ablutus, ac veſtimentis dignis indutus, in ſepulchro, quod ipſe ſibi in antedictâ cellulâ ſculpſerat, reconditus eſt. Quem in conſortio Sanctorum adſcitum, miraculis crebris prodentibus, nulli fidelium haberi reor incertum.

f

moritur:

claret miraculis.

a Ligeri, *vulgò* Loyre, *qui iuxta Turonum vrbem fluit.*

b *Sur. & MS. Rip.* ſilentio.

c *Illuſtrantur hæc ex iis quæ in præfat. num. 2. è vitâ S. Gregorij retulimus.*

d Euſtochius *dicitur Claudio Roberto in catalogo Abbatum Maioris-monaſterij.*

e *De* eulogiis *alibi dictum. Euchariſtiâ hîc intelligi poteſt, quæ ſignificatione etiam ea vox vſurpatur.*

f *Videtur qui primus* Leobardi *nomen inſcripſit Martyrologio, Decembrem intellexiſſe. at cùm mentio fiat Paſchatis, ante quod ſe moriturum prædixit, potiùs Februarius aut Martius accipi debet, ſiue vltimus anni in Paſchate finiendi. Si tamen alioquin XVIII. Ianuarij, die Dominico obiit; ergo an. 582. vel potiùs 588.*

DE S. DEICOLO, SIVE DEICOLA,

ABBATE LVTRENSI IN BVRGVNDIA.

INITIO VII. SECVLI. XVIII. IANVAR. *Lutra cœnobium.*

S. Deicoli natalis.

1 LVtra *nobile in Comitatu Burgundiæ cœnobium eſt, haud à Luxuuio procul, Gallicè vulgò* Lure. *Id* S. Deicolus *condidit, qui multis recentiorum* Deicola *eſt, ac perperàm* Britanniæ *tribuitur,* Sutrenſiſque (*quod nuſquam extat*) *monaſterio. Eius XV. Kal. Februarij agitur natalis. quo die Hugo Menardus in Martyrologio Benedictino:* In Burgundiâ S. Deicolæ Abbatis diſcipuli S. Columbani. *Carthuſiani Colonienſes in Additionibus ad Vſuardum:* Eodem die B. Deicolæ Abbatis, diſcipuli S. Columbani, de quo inter alia fidei & operum inſignia legitur, quòd aliquando fatigatus ex itinere, birrum ſuum in radiis ſolaribus quaſi in perticâ ſuſpenderit. *MS. Florarium:* Eodem die S. Deicoli Abbatis & Confeſſoris. hic pater ſpiritualis S. Columbani extitit; *iunioris ſcilicet, ſiue* Columbini. *Andreas Sauſſaius in Martyrol. Gallicano:* Eodem die in Veſontionenſi territorio, Lutrâ cœnobio, depoſitio S. Deicolæ diſcipuli S. Columbani, & primi illius monaſterij Abbatis, viri cæleſti ſpeculatione, virtutum multiplici gloriâ, ac miraculorum inſignium ſplendore præclari. Qui conſtitutâ ad Dei beneplacitum hac religionis palæſtrâ, regimen eius in B. Columbani curam depoſuit. Ipſe verò in ſemotiori cellâ ſe occluſit, ſoli rerum cæleſtium contemplationi vacaturus, vt Deo intentus extremum vitæ ſpiritum exhalaret: quem & orans feliciter in cælum tranſmiſit: poſtque finem beatum claruit receptæ apud Chriſtum gloriæ magnificis inſigniis.

2 *Martyrologium Roman.* In Britanniâ S. Deicolæ Abbatis, diſcipuli B. Columbani. *Eadem habet Galeſinius, &, qui rectè* Deicolum *vocant, Felicius ac Maurolycus. Molanus in Addit. ad Vſuardum, atque ex eo VVion:* Eodem die S. Deicolæ Abbatis Sutrenſis, diſcipuli B. Columbani. *MS. Kalendarium SS. Ord. S. Benedicti:* S. Deicolæ Abbatis Lutherij, diſcipuli S. Columbani in monaſterio Luxouienſi. *Memimit quoque illius hoc die Dorganius, Caniſius, Camera-*

Ex variis. *rius, Martyrologium Anglicanum.*

3 *In MS. Florario iterum refertur XV. Februarij his verbis:* In Franciâ S. Deicoli Abbatis discipuli S. Columbani. *Idem Florarium XXI. Nouembris:* Item Translatio SS. Ambrosij Mediolanensis Episcopi, Brendani & Deicoli Abbatum, ac Theonesti Episcopi.

Translatio,

4 *Vitam* S. Deicoli *scripsit anonymus quidam ante annos ferè 700. Aetatem ipse suam indicat, cùm Lutrense monasterium, Eberardo Comiti à VValdradâ Lotharij Lotharingiæ Regis, Lotharij Imp. filij, Ludouici Pij nepotis, pellice, commissum scribit; ab huius filio Hugone* B. Balthranno *traditum, confirmatum ab Ottone I. necdum Imperatore, cùm idem* Balthrannus *alibi 50. annis vitam eremiticam egisset: huic vitâ functo succesisse* Werdolfum *nepotem*, qui adhuc supereſt, *inquit*, & cælibem vitam ipse viuit, & omnibus rectè conuersari volentibus vt lampas emicat. *Ei vitam eamdem dedicat. se an monachum dicat, an amicum solùm & imitatorem monachorum, ex Prologo haud satis liquet.*

vita circiter an. Ch. 965. scripta,

5 *Hanc vitam ex Lutrensibus membranis descriptam,* Petrus Franciscus Chiffletius *noster è Luxouio suo nondum edito delibauit. Eamdem, sed passim contractam, legimus in collectaneis MSS. Nicolai Belfortij. Hugo Menardus lib. 1. Obseruationum reperisse se eiusdem vitæ exemplar testatur, sed mutilum, in cœnobio SS. Cornelij & Cypriani apud Compendium. Fusè de S.* Deicolo *agit Vincentius Bellouat. lib. 23. cap. 2. & tribus seqq. Petrus de Natalib. lib. 2. cap. 98. Trithemius lib. 3. de viris illustrib. Ord. S. Benedicti cap. 61. vbi* Luttensis *Abbas dicitur, vitio Librarij, pro* Lutrensi. *Mendosiùs in Martyrologio Anglicano* Sutrij in Tuscià *Abbas fuisse dicitur. Est quidem* Sutrium *oppidum haud longè Româ distans; sed nihil ad illud* Deicolus *spectat. Dauid Camerarius Bedam citat, qui illius meminerit lib. 3. cap. 19. Ast alius isthic memoratur* Dicullus, *S. Fursei discipulus, vt XVI. Ian. ad huius vitam diximus.*

vnde huc transsumpta.

Qui alij de eo scripsêre.

6 Claruisse S. Deicolum *scribit Trithemius* anno 600. *sub disciplinâ nempe tunc* S. Columbani *in Luxouiensi cœnobio. minùs proprie VVion* floruisse temporibus Clotarij II. Regis Galliæ circa annum 590. *nam etsi tum Rex erat* Clotarius, *puer 6. circiter annorum; non tamen nisi 23. pòst annis totius Galliæ Rex est factus. Longiùs abit Martyrol. Germanicum, signato ad marginem* anno 580. *ast Martyrologium Anglicanum omnium vitiosissimè, obiisse ait circa annum 591. Venit in Galliam adolescens cum Columbano, tempore Sigeberti Regis, ante annum 575. circa annum 610. pulso Columbano, Lutrense monasterium incepit: eius curam fortassis circa annum 620. Columbino imposuit; nec ipse multò pòst videtur superfuisse, qui abeunte Columbano dicatur iam* prouectioris *fuisse* ætatis.

Ætas S. Deicoli.

VITA AVCTORE ANONYMO,

è Lutrensibus membranis descripta

à Pet. Franc. Chiffletio Soc. IESV, *in Luxouio suo nondum edito.*

a PROLOGVS AVCTORIS.

a

1 QVi sanæ mentis aduortitur, mundumque floccipendere deliberatione comprobatur, Vranicæ crementum scholæ vicatim oportet felici satis commercio augmentare: quin insuper inextricabili prægustare dulcitudinis pignore, remotâ fluctiuæ funditus morulâ impeditionis; vtpote in carne non ambulans, sed in spiritu, in omnibus Spiritus fructibus impertæsus opellam dare. Quâ piâ, sed vtinam integrâ secundùm sese, suspicione percitus dinoscens immodicæ venerationis haud immeritò, Vardolphe, indefatigatis humeris, vigilum vallatus frequentiâ, per tot solis in Zodiaco reditus, inoffenso articulo cælibatum ferente, mandas, rogas, supplicas, quatenus obedientiam ergo, haud secus ac Monachorum qualiscumque, licet assecla, spiritale opus spiritali tentare debeam initiatione. Ad quod ego, Sine morâ, inquam, pareo; sed marcore incitiæ vix queo, vtputa qui nullo theolatriæ tenore hactenus gradum fixi. Sed è contrà, bona, inquies, voluntas tibi si non deerit, caritas, per quam omnia bona efficaciam inueniunt, pium cœptum sine dubio perducit ad effectum.

a *In MS. hic Prologus* prior *dicebatur*; posterior *verò omne id quod cap. 1. & 2. complexi sumus. Belfortius vtrumque omiserat, ista præfatus:* Erga stylum solito more nos habuimus; prologo obscuro, vixque penetrabili prorsus omisso: cuius tamen si genuinum sensum assequimur, hoc potissimùm dicit, se cælibatum ferentem, à venerabili Werdolfo rogatum, vt haud aliter quàm monachorum qualiscumque assecla obedientiam imitaretur.

CAPVT I.

Variarum vrbium Galliæ Patroni.

2 CVm omnium Sanctorum merita veneranda iure meritoque beata Mater Ecclesia per totum orbem longè lateque diffusa spiritali tripudio veneretur & exornet; specialiter tamen atque viritim gratulatur sese certis in locis singulos, & quasi proprios possidere patronos; vt foris domique protecta, protectione lætata, æternæ festiuitatis gaudia illesa mereatur expectare promissa. Quamquàm Europæ incolæ, veluti boni agricolæ vineam Domini pastinantes, ditissimâ se gaudeant fertilitate exuberare, ac penè præ omnibus operariis Euangelicæ sationis fruge diuinâ se sentiant affatim fœcundatos; præcipuè tamen Galliarum proceres, ac si paradisicolæ non inertes, lætabili aceruo rosarum atque liliorũ, id est, candidatorum Christi Martyrum, ac felicium in pace decedentium Abbatorum, diuinitati gratificant se esse non inopes. Neque enim solummodò gloriantur se sortiri Dominici gregis ductores in ciuitatibus muratis, & a archisterriis Episcopalibus, nec non castellis turribus præmunitis; verùm etiam in eremi vastissimæ cellulis, simul & tuguriolis paupertinis, centuplâ proportione locupletioribus aulis Imperialibus, glebas lucidissimas Sanctorum, huic mundo nequam crucifixorum, spe felici virides, & Spiritus sancti irrigatione connexiles superbâ deuotione se repagulatas habere tripudiant. Nec immeritò scriptum est enim, Quoniam diligentibus Dominum omnia cooperantur in bonum. Et alibi; Ego diligentes me diligo.

Sancti, qui variis locis coluntur in Galliâ:

a

Rom. 8. 28.

Prou. 8. 17.

3 Numquid sine maximæ cumulo lætitiæ commemorem totius Galliæ Apostolum, pretiosum b Dionysium, eiusque commanipulares, Rusticum & Eleutherium, qui primi pro veræ fidei fundamine, in sanguine Agni rubricati, proprio cruore Occidentales consecrauêre limites, Parisiacum posslidere cothurnum? Et vt plures Dominicarum ouium arietes dignitatis gratiâ præteream, quid non Turonum populositas gaudij, & exultationis in c Martino obtinet; cuius odor virtutis, imò & miraculorum præcellentia omnia orbis climata sine æquiparatione iamdudum præcelluisse dignoscitur? Quid quòd Pictauorum turrita sedes magnificum virum d Hilarium promeruit Episcopum? Non minori lætitiâ Lemouicenses plauditant ciues, qui sacratissimum Christi filium immuratum tenent, e Martialem Episcopum, & consanguineum beatissimi Principis Apostolorum. Numquidnam Bituricas Aquitanorum Metropolis iactitat, extollit, imò & se iniuriâ exaltat de præstantissimi Pontificis f Sulpitij beatâ præsentia? Non iniuriâ quidem. Enimuero Dominicæ Crucis speciale Capitolium, Aurelianis ciuitas Augustalis, de pignorum custodiâ beatorum Patrum g Aniani atque h Euurtij lepidum caput supra vicinas vrbes extollere visitur. Nunc lætiùs omnibus memoriæ occurrit; quod in parochiâ suprædictæ vrbis locus nobilissimus Floriacus, & situ ipso æquè venerandus, in ipso modò mundi vespere, est mirâ Omnipotentis dignatione inæstimabiliter fultus. Nuper namque

b *Parisii.*

Turonibus, c

d *Pictauis,*

Lemouicis, e

Biturica, f

Aurelia, g h

Floriaci,

namque iussu diuino, atque ammonitu Angelico, felix cælestem promeruit thesaurum, id est, beatissimum Patrem atque Monarcham *i* Benedictum, qui benedictus sit in cælo & in terrâ, simulque sororem eius sanctam *k* Scholasticam. Ibi quippe gymnasium inuenitur spirituale monachorum, atque inexpugnabile semper patens azylum miseris, atque post multa facinora mundo & cõcupiscentiis eius obrenuntiantibus, iugiter in palæstrâ paternæ disciplinæ sese ibidem exercitantes, & propter timores nocturnos semper armati incedentes, diabolicas acies viriliter cuneati infringunt: nec tamen, vt vulgò solet, post victoriam dimicare desistunt, verùm dum hodie est, incessanter pugnant, incessanter triumphant.

Lugduni. 4 Nonne & Lugdunensium editissima munitio, quæ vertice sidera tangit, exceptis millenis Martyribus, de *l* primo Patre atque Doctore suo *l* Irenæo non immeritò exultanter tripudiat? Sed iure. Lubet enim præterire memorando insignem Remorum excellentiam, qui silicernij excubitando fouêt exoptatissimam glebam S. *m* Remigij, signipotentiæ Episcopi, atque Francorum Apostoli: qui si aliis, non illius tamen Apostolus est, quia eius meritis ascribitur, quòd eorum Ecclesia quotidianâ sobole fecundatur. Et quid Suessionum vrbis amœnitas? Taceo (quod tamen eius maximum est) quia discophorum Domini *n* Sebastianum, penè inæquabilem Martyrem, habere potuit; necnon & egregios martyres, *o* Crispinum, & Crispinianum: ita est meritis atque *p* miraculorum sublimitate B. Medardi Episcopi insignita, quatenus nulli videatur esse secunda. Nunc verò Leucorum vrbem censeo obliuioso pede nequaquàm prætergredi, cui tantorum Patrum contigit eminentiâ nobilitari, videlicet *q* Mansueti primi sui Episcopi, atque B. Petri Apostoli dilecti discipuli; necnon & sacratissimi *r* Apri Episcopi; quorum vterque dignâ ibidem veneratione frequentatur. Iuxta ordinem situum Metensem opulentissimam vrbem video non mediocriter decusatam, cui intantùm Diuinitas consulere dignata est, vt omnium Apostolorum suorum vocabula, aureis ibi apicibus rutilent, Angelicâ sine dubio manu exaratis. Promeruit autem felix ipsa primores Patres istos, *s* Clementem, *t* Felicem, *v* Auctorem, *x* Cælestem, *y* Adelfum, *z* Arnulfum; exceptis quos Dominus solus nouit remunerandos.

Suessione. *Tulli.* *Metis.* *i* *k* *l* *m* *n* *o* *p* *q* *r* *s* *t v x y* *z*

Treuiris. 5 Congruo terrarum tenore Treuericam aspicio celsitudinem, quæ sicut fortissimam decuit matronam, ad diruendam erroris sui magnitudinem tres viros æquè fortissimos meruit sanæ doctrinæ magistros: quia sicut Lyricus canit; Paruum parua decent; ita in hac connibentiâ, sicut latè iam patet, magnam Treuerim, vtpote secundam Romam, magnos necesse fuit habere Doctores, *aa* Eucharium scilicet, *bb* Valerium, atque *cc* Martinum, qui à Romanâ dominatione ab ipso Apostolorum Principe Treuerim directi concionabulum diaboli fecerunt ecclesiam Christi. Quin insuper secũdùm prouectum temporum sortita est in electionem Patronorum, *dd* Maximinum incomparabilem virum, cuius monasteriũ specular habetur circũcircà monachorũ; *ee* Paulinum, *ff* Agricium, *gg* Nicetium, *hh* Luituinum atque alios perplures, quorum merita atque vocabula, & liber vitæ cælestis assignata tenet, & memoria in eadem ciuitate perpetualiter viget. Nec incuriosè prætereundum videtur *ii* cis-Vosagicas Alsatiæ partes, quarum caput atque decus omne, ciuitas Argentina dignoscitur, quæ vulgarico vocabulo Strazburch vocatur; quæ exceptis reliquiis principalibus, proprios se gaudet possidere Patronos, quos à Domino suscepit veræ fidei fundatores, & diuini verbi prodigos seminatores, id est, *kk* Amandum, *ll* Iustinum, *mm* Arbogastum, *nn* Florentium, & alios nonnullos, quorum nomina in beati ordinis albo superna illa regia sine fine tenet *oo* caraxata. Nunc verò, vt multos Patres necessarios, caussâ fastidij atque prolixitatis, præteream, ad Burgundiones submontanos venire delectat, & si qua scriptu & memoriâ digna, diuina in eis clementia operata sit, scalpello bicipiti rimari, & deuotis auribus publicare. Est namque ciuitas ibi antiquissima, & quondam Imperatoriæ specialitati satis decentissima, quæ ob fulgorem situs & irriguum opinatissimæ munitionis gyrum, *pp* Phrygio vocabulo Chrysopolis, per multas temporum reuolutiones nuncupabatur: cuius etymologiam nominis Romuleus sermo sonat, Auosam vrbem: quæ pòst *qq* casu quodam agente Bisuntia est vocata. Hæc videlicet, vtpote à Domino respecta, geminas promeruit oliuas lampade præpingui coruscãtes, *rr* Ferreolum scilicet, atque Ferrucium Christi cordatissimos testes, quos nunc se lætatur palmatos habere Patronos, & in sanguine Agni dealbatos fidissimos propugnatores.

aa bb cc *dd* *ee* *ff gg hh* *ii* *Argentina.* *kk* *ll mm nn* *oo*

pp *qq* *rr*

a *De voce* Archisterium *egimus ad cap.* 19. *vitæ* S. Antonij, 17. *Ianuarij.*

b *Coluntur memorati hîc Sancti,* Dionysius *& socij,* 9. *Octobr.*

c S. Martinus 11. *Nouemb.* d S. Hilarius 13. *Ianuar.*

e S. Martialis 30. *Iun.* f S. Sulpitius 17. *Ianuar.*

g S. Anianus *Aurelian.* 17. *Nouemb.* h S. Euurtius 7. *Sept.*

i S. Benedictus 21. *Mart.* k S. Scholastica 10. *Febru.*

l S. Irenæus 28. *Iun.*

m S. Remigius 1. *Oct. qui hîc* silicernius *dicitur, id est,* senex, *quasi qui solum, vel silicem sepulchri iam cernit, aut dignus est, cui breui* silicernium, *id est, cœna funebris paretur.*

n S. Sebastianus 20. *Ianu. qui ideò* discophorus Domini *dici videtur, quòd Sanctos, aut pauperes aluerit. Sic* S. *Hieronymus epist.* 120. *(quæ in Glossâ posita est pro prologo in Danielem, vt verè est, licet ipse Commentarius in Danielem, alium habeat prologum)* Habacuc *vocat,* de Iudæâ in Chaldæam raptum discophorum.

o SS. Crispinus & Crispinianus 25. *Octob.*

p S. Medardus 8. *Iun.* q S. Mansuetus *Tullensis Episcopus* 3. *Septemb.* r S. Aper 15. *Sept.* s S. Clemens *Metensis* 23. *Nou.*

t S. Felix 21. *Febru.* v S. Auctor 10. *Aug.*

x S. Cælestis, *siue* Cælestius 14. *Octob.*

y S. Adelphius 29. *Aug.* z S. Arnulphus 18. *Iul.*

aa S. Eucharius 8. *Decemb.* bb S. Valerius 29. *Ianuar.*

cc S. Maternus 14. *Sept.* dd S. Maximinus 29. *Maij.*

ee S. Paulinus 31. *Aug.* ff S. Agricius 13. *Ianuar.*

gg S. Nicetius 5. *Decemb.* hh S. Luituinus 29. *Septemb.*

ii Vosagi *mentio facta* 8. *Ianu. in vitâ* S. Etardi *auctore Paulo, cap.* 2. *hîc legendum videtur* trans Vosagicas; *nam Burgundiæ Lutraq; trans Vosagica est* Argentina, *siue* Argentoratum.

kk S. Amandus *Argentorati coli dicitur* 15. *Nouemb. Quæ tamen de eo commemorantur, eumdem esse ostendunt qui Traiecti Episcopus fuit, colituráq; in Belgio* 6. *Februarij.*

ll *Plures sunt huius nominis Calites: quis hîc sit, nondum nobis compertum.* mm *De* S. Arbogasto 21. *Iul.*

nn *De* S. Florentio 7. *Nouemb.*

oo *Id est,* scripta. *ita Papias, rectius* charaxata, *à χαράσσω,* signo.

pp Phrygium *pro* Græco *positum. De* Chrysopolis *nomine agit Ioan. Iacobus Chifletius Vesontionis suæ parte* 1. *cap.* 12.

qq *Quis ille casus? Primum ac præcipuum id vrbi nomen fuisse videtur: alterum honoris ergò inditum, nec constanter receptum.*

rr *Coluntur* SS. Ferreolus & Ferrutius 16. *Iunij.*

Avctore Anonymo, Ex Mss. Vesontione.

CAPVT II.

S. Columbanus Luxouio electus.

6 IAm verò tempus & ordo naturaliter exigunt vt qui hactenus Galliarum viridaria cursitando, rosas liliaque quæritando, ad obpandendum gazophylacium Domini, hac illacque similauimus; quorsum lineatim, vt fas est à dextrorsum perueniamus horsum? Est nẽpe in territorio antetactæ ciuitatis locus admodùm spiritalis, situs in ipso margine Vosagi saltus, cui ob experimentum plurimarum virtutum aptissimum est inditum vocabulum; appellatur quippe spiritaliter lux ouium: & quare, non renuo paucis explicare. *Luxouium monasterium.*

7 Ætate quippe *a* Sigiberti Regis Francorum, iam per totam penè Galliam, atque Germaniam diuinæ religionis feruor non solùm apud forenses in Clero, sed (quod est lamentabilius) in septis monachorum, vbi anteà secundùm Hieremiam stellæ dederunt lumen in custodiis suis, crescente negligentiâ torperet; & quantùm abundauit vbiubi iniquitas, multorum caritas refrigesceret, in tantum vt perrarus vanâ consuetudine præua- *a* Baruc. 3. 34.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

prævalescẽte feruens ſpiritu inueniri poſſet. Redemptor mundi Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, diu dolens Eccleſiam ſuam ob Sacerdotum ac Pontificum deſidiam, inſcitiamque neglectam, &, vt ita dicam, penè exſtinctam; ad repellendas multiformes ignauiæ tenebras de Occiduis *b* Hiberniæ partibus ſplendidiſſimum radium Gallicis metis emergi præcepit, Beatum videlicet Columbanum, egregium *c* Scottigenarum omnium patriotam. Qui acri ſtudio, veluti bonæ indolis Ephebus, ita cœpit liberalium artium acumina ſitibundo pectore haurire, vt quamuis illo in tempore quoquo locorum potiſſimùm florerent exercitia philoſophiæ, in omnibus tranſmarinis eruditoriis nulli pateret ſecundus. Et quia iam tunc in ipsâ exili pube veram diſquiſiuit ſapientiam, per mundanarum litterarum ſolertiam, non potuit lubrica ætatula facilè deflecti ad procliuia peccandi, cui tota fuit intentio ſine morâ diſcendi. Quid vlteriùs moror? Omnibus diſciplinis, vt diximus, apprimè imbutus, dignum iam vas electionis Domini, multis meritorum prærogatiuis effectus, armarium vtriuſque teſtamenti recondidit in archiuo mentalis ſecreti, ſecundùm operationem Spiritus ſancti.

b S. Columbani patria,

c

eruditio,

8 Cuius magiſterio multi nobilium eorumdem finium educati, & in virilis ingenij robur euaſi, gratiâ deſuper irrorante ſupernâ, intantùm eum omnes paterno affectu, atque inſolubili diuini amoris glutino amplecti cœperunt, quatenus per caritatem Spiritus ſancti, quæ illis exuberauit, vicatim ſanctâ conſpiratione ſecum deliberarent, vt quidquid diuina voluntas de Præceptore ſuo agere decerneret, ſecundùm cor vnum & animam vnam comites indiuidui effecti, domi foriſque, pace belloque, vnà agerent, nulliuſque rei abſque ſolius mortis euenire poſſe diſſidium. Quorum nomina aliquantorum, & liber de vitâ eius ſanctiſſimâ editus ſatis prodit, & loca, quæ illos meruêre prouiſores, diuinâ veneratione frequentant. Præcipuos tamen, & præ cæteris ſibi familiares nouimus iſtos, Columbanum *d* æquiuocum ſuum, & geminos vterinos fratres *e* Gallum, atque Deicolum.

discipuli,

d

e

9 Cumque vir Domini Columbanus regiâ munificentiâ in regno Burgundionum manendi conuerſandique optionem liberè indeptus fuiſſet, aliquãtiſper theoricam vitam gliſcens, eremi vaſtitate vnà cum paucis conuiatoribus incluſus; non poſt multum temporis nutu ammonitus diuino, ad inſtar primitiuæ Eccleſiæ cœnobialem maluit vitam eligere, quàm propriæ voluntati obedire. Et ad augendum gregem Domini plus cupidus, quàm ſuæ ſolius ſaluationi conſulere contentus, veluti non eneruis miles Chriſti, ad conſtruendum ouile Domini, in loco, qui Luxouium exin nomen ademit, ſuccinctus cucullâ, *f* non cucullo, omnimodis niſum dedit. Cumque Pater venerandus, totus in Dei voluntate ſuſpenſus, peractis diuinæ ſcholæ officinis, quotidie verbis de cælo pluuiam ſpiritalem cordibus fratrum infunderet, vtpote diuino imbre refertus, quippe cui nihil deerat de gratiâ ſpiritali, non minimam Dominicæ ſeminationis frugem horreis cæleſtibus normali cenſurâ coadunauit: adeoque aceruus ſpiritualium excreuit manipulorum, vt inter breue ſpatium trecenteni, & eo ampliùs monachi, fide loricati, ſpe galeati, caritate clypeati, apud præfatum monaſterium, diuinum agerent bellum; ac ſi quidam cuneus Angelicus aduersùs huius aëris nequiſſimos ſpiritus conglobatus.

monaſterium,

f

10 Huius autem Angelicæ conuerſationis nouitatem antiquus cetus non leniter ferens, qui ſemper per ſuos myſterium operatur iniquitatis, ſicut quondam Achab & Ieſabel contra Eliam, ita *g* Theodoricum Regem, & Brunichildem Reginam ad perſequendum omnipotentis Dei famulum inuidiæ intolerabilis face ſuccendit, & Burgundionum regnum (proh nefas!) elimitare fecit. Sed cùm vir tantus, cui totus mundus ſubſtratus eſt, inuidiæ locum dare decreuiſſet (nam cauſſam diſceſſionis eius libellus vitæ eius veraciter conteſtatur)

g profectio in Italiam.

b Euſtaſio viro probatiſſimo, paterni nominis ſimulque officij locum tradidit, & vicarium ſibi ad fouendum gregem Domini ſubſtituit: ipſe verò cum paucis, qui cum eo pro Chriſto peregrinationem acceperant, plenus ora lacrymis, præduce Chriſto, ad alia tetendit loca. *b*

11 Inter quos etiam venerandi Fratres Gallus atque Deicolus, quorum & ſuperiùs vocabula caraxauimus, Patris ſui veſtigia proſequentes, diſpendium propoſiti itineris vterque volens nolens diuino iudicio perpeſſus: quorum Gallus, vt *i* anaſtrophon locorum cauſsâ ſequentium faciam, inſtitutorem ſuum vſque ad Apennina iuga, quæ Italiam cingunt, curſu peragili ſequitans, ob multorum ſalutem, ſicut hæc dies probat, ſubitò febre inuaditur, languore nimio arctatur, adeò vt nec paſſum quidem in ante perficere valuiſſet: tunc quantulis niſibus potuit, plantis prouolutus paternis, humiliter officium excuſat peragendi. Vir autem Domini Columbanus, vt erat animi vigore perualido, zelo in diſcipulum ſeueriter ductus, graui ſatis illum inuectione percelluit, atque huiuſmodi obedientiâ innodauit: Subſiſte, inquit, recuba feſſus. Quare Patrem tuum (fili cariſſime) deſeris? hæccine eſt caritas illa, quâ te diligenti curâ ab ipſis cunabulis nutriui, & artium ſubtilitate liberalium ad purum inſtruxi, inſuper & Angelicæ conuerſationis perfectione cõpoſui? Nunc autem, quia triſtem me valdè tuo reddis abſceſſu, & pænè humano deſtitutum ſolatio relinquis, vide vt quamdiu ego Sole volubili fruar, tu ad ſacra myſteria celebranda accedere nequaquàm præſumas. Quo dicto in oſcula ruunt, lacrymis vtrimque vberrimè manant, ſicque inter gaudium & luctum, vale vltimum tandem ſibi viciſſim fecerunt; Magiſter pius nauiter Italiam petens; diſcipulus æger relictus, breui temporis interſtitio priſtinis eſt viribus reſtitutus. Nec caſu quoque fortuito credendum eſt, illam ipſam eueniſſe inualitudinem: ſed rerum diſpoſitrix Diuinitas, ex occaſione infirmitatis retinuit eum, ob medendis multorum ægritudinibus: & quia barbaricæ facundiæ notitiam habebat non minimam, Alamannorum Sueuorumque ceruicoſitati præpotens archiater à Domino eſt deſtinatus. Cuius ſi quem iuuat doctrinæ atque conuerſationis egregiæ, nec ne & miraculorum inſignium, quæ per illum Dominus ſatis ſuperque operatus eſt, efficientiam veſtigare, libellus de vitâ eius fulguranti lepore compoſitus in promptu habetur, in quo facillimè lucet in omnibus quæ Dei ſunt, nulli præcedentium minorem poſt Apoſtolos exiſtere Patrum. Et adde, quòd veritas ipſa teſtatur, quia quamdiu ſignifer voluitur, eius inclyta merita non ſolùm apud Alamannos, quibus à Deo delegatus eſt patronus, laudabiliter vigent; ſed (quod maius eſt) quia vbicumque Columbani meritum libratur, Galli quoque non minus habetur.

S. Galli ab eo diſceſſus,

i

Apoſtolatus apud Sueuos.

a Sigebertus *hic Clotarij I. filius fuit, Auſtraſia Rex anno regni* 14. *Chriſti* 575. *à ſicarijs interfectus, quos* Fredegundis *Chilperici fratris pellex immiſerat. Vidua eius* Brunechildis *(quod nomen* fuſcam Heroida *ſonat,* bruyne hilt) *miras deinde concitauit tragœdias per annos ferè* 40. *Sub* Sigeberto *in Gallias ex Hibernià venit* S. Columbanus *cum* 12. *ſocijs, natus annos* 20. *vt in eius vitâ* 21. *Nouemb. ſcribit Ionas Abbas.*

b *Ita Ionas:* Columbanus igitur, qui & Columba, ortus eſt in Hibernià inſulâ.

c *Ionas:* Hanc (*Hiberniam inſulam*) Scotorum gens incolit. *& poſt paullò:* Natus ergo hic inter primordia fidei gentis illius eſt.

d *Hic infrà* Columbinus *dicitur, referturq; in quibuſdam Martyrologiis* 21. *in aliis* 22. *Nouemb.*

e S. Galli *vitam dabimus* 16. *Octobr.*

f *Quid enim intereſt inter* cucullam & cucullum? *De formâ cuculli monachilis ac myſtico ſignificatu diximus* 5. *Ianu. cùm de* S. Simeonis Stylitæ *reliquiis ageremus, litterâ e.*

g Theodoricus & Theodebertus, *Childeberto patri, Auſtraſia & poſt* S. Gunthramni *mortem Burgundia Regi, anno* 596. *ſucceſsère, ſub Brunichildis auia tutelâ; quâ agente, & Clotarium Chilperici filium & ſe inuicem perpetuò armis infeſtauêre. Theodebertus prælio à fratre victus, à ſuis Colonia interemptus anno* 612. *ſequente anno mortuus eſt* Theodoricus.

h *Colitur* S. Euſtaſius 29. *Martij.*

i ἀναστροφὴ

i ἀναστροφὴ inuerſio *eſt, cùm quod poſterius eſt, priùs dicitur. Ita hîc* S. Deicolus *in Galliâ remanſit: at* S. Gallus *diu pòſt febri correptus in Rhætiâ, cùm inde in Italiam S. Columbanus tenderet; hoc tamen priùs Auctor narrat.*

CAPVT III.

S. Deicoli Lutram aduentus.

12 SEd quia huc vſque, honeſtate ſuadente, ad declaranda quæ nitimur, per multa vagati ſumus; nunc ordo rationis, ratioque ordinis examuſſim poſcit, vt & de B. Deicolo aliqua, quæ per illum Dominus egit, qualicumque ſtylo, (prout poſſe noſtrum poſtulat) Chriſto opitulante elucubrare debeamus. *a* Cùm beatiſſimus monarches, atque auriga Domini Columbanus *b* de cœnobio Luxouienſium fuiſſet exturbatus, peregrinationem quam Euangelicâ obedientiâ ſuſcepit, ad augendum opus diuinum, nihil metuens inimici verſutiam, Italiam properans augmentare curauit. Et quia ciuitas non poteſt abſcondi ſuper montem poſita, quatenus lucerna Domini omnibus ſanè per orbem Eccleſiis in propatulo luceret, eductis ſecum, quos perfectiores eſſe nouerat, quibuſdam diſcipulis ſuis, diuinâ clementiâ præeunte, comitante, ac ſubſequente, læti profecti ſunt.

a
b
S. Deicolus S. Columbani diſcipulus,

13 Cumque ad duo milliaria progreſſi fuiſſent, & veniſſent ad locũ, *c* qui Vepras dicitur, B. Deicolus sãcti Patris monachus iam prouectioris ętatis exiſtens, *d* pedibus vehemẽter debilitari cœpit: nec mora; prouolutus genibus Patris, licentiam remanendi deuotè ſupplicat. At ille mitiſſimo affectu cõdolens imbecillitati fratris, licẽtiam non negauit, atque diuinæ miſericordiæ illũ paternâ voce commendauit, dicens: Deus omnipotens, pro cuius amore patrium ſolum reliquiſti, & in omnibus mihi ſemper obediens fuiſti, faciat nos inſimul gaudere in præſentiâ maieſtatis ſuæ. Et cùm ſe diu præ caritatis magnitudine inuicem amplexarentur, & pias lacrymas copioſè funderent, tandem Pater pius benedictionem diſcipulo his verbis præoptauit dicens: Benedicat tibi Dominus ex Sion, vt videas quæ ſunt bona in Hieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ. His dictis Pater tantus viam ocyùs arripuit cœptam: diſcipulus autem, ſicut Diuinitas ante ſæcula diſpoſuit, ob multorum ſalutem apud Burgundiones remanſit.

c
d
eum ſequi præ imbecillitate non poteſt.

14 *e* Poſtquàm verò B. Deicolus ſe ſolum coram Deo ſolo relictum cognouit, omnigenæ deuotioni niſum, precibuſq; operam dedit, vt quidquid diuinæ voluntati de ſe complaceret, in proximo ſibi propalaret. Decurſis autem paſſim incertis ſiluarum diuerticulis, intentè quæritans atque veſtigans opportuna humanæ habitationi loca; tandem venit ad locum quemdam aridum, ſatis ſitis angore depreſſus. Cumque flexis poplitibus diu ibidem rerum inuentori ſupplicaſſet, *f* fulciatorio, quo vtebatur, terram paullatim egerens, ſubitò fideli famulo ſuo largam fonticuli vndam donauit: qui limpidiſſimo riuulo exinde loca vicina irrigat, & vſque dum humus teritur, ab vniuerſis incolis eiuſdem Patris nomine & vocitatur & amatur, & habilis colitur. Tanto autem, taliq́ue munere vir Domini conſolatus, Diuinitati gratias egit, & ipſe abundè refecit, & omnibus præ ſe ſeculis memoriæ ſuæ benedictionem euidenter reliquit. Et hoc eſt primum virtutis miraculum, quod Dominus fecit per B. Deicolum. Verè mirabilis Deus in Sanctis ſuis, & fidelis in omnibus verbis ſuis. Ipſe qui Euangelio ait: Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis, fecit quod promiſit; & fidem ſerui ſui claro honore ditauit. Et qui quondam Iſraelitico cothurno aquam de rupe produxit, ipſe ad precem famuli ſui, locum peraridum abundare iuſſit riuis aquarum.

e
Fontem miraculosè elicit.
f
Marc. 11. 24.

15 *g* Cumque vir ſanctus per eremum, quaſi erraticus viator, conuenientia manendi loca diſquæreret, (quippe cui Pater ſuus ſub obedientiæ titulo denuntiauit, ne Luxouienſe monaſterium vlteriùs intraret) inſperatò contigit, vt ſuillum gregem offenderet. *h* ſubulcus verò videns tam proceræ ſtaturæ virum, & anteà inuiſi habitus amictu circumdatum, ſtupore perculſus inquirere cœpit, quiſnam eſſet, aut vnde veniſſet, quidúe voti habuiſſet, quòd in tam vaſtâ eremo, ſine ductore vel conuiatore incedere voluiſſet. Cui vir Dei blando affamine reſpondit: Ne paueas frater; peregrinus ſum & monachicum propoſitum gero. Vellem autem, ſi tuo ſediſſet animo, quatenus prcpter caritatem oſtendere mihi debuiſſes ocyùs, ſi in vicinià aliquis locus humanæ ſit conuerſationi proficuus. Cui porcarius ait: Neſcio quidem in iſtâ parte locum habitabilem, niſi haud longè hinc quemdam, qui Luthra vocatur, paluſtrem, & fontibus ſatis creberrimis irriguum, ſitum in prædio cuiuſdam præpotentis vaſſalli *i*, nomine *k* Weifharij. Cui vir ſanctus; Poteſne, inquit, mi frater, ducatum præbere, quò poſſim locum ipſum videre? At ille reſpondit: Poſſem vtique aliquo modo, ſed gregem meum hîc abſque præuiſore dimittere non præſumo. Cui B. Deicolus, Noli, inquit, mi fili, tenaciter negare tantillum ſpatij. Veraciter ſcias, quia ſi mecum pergere diſponis, nec minimum porciculum interim perdes. Et ſi aliquid diſcredis, ego tibi fuſtem meum conſtituo cuſtodem vicarium, vt in redeundo cognoſcas, quantum fides mea valeat cum caritate tuâ. hoc dicto, fuſtem, quem manu gerebat, ſolo radicitus confixit, & præcedente ductore ad locum tetẽdit nominatum. Cumque poſt longum horæ ſpatium porcarius eadem repedaſſet viâ, gregem videre ſollicitus, inuenit ſecundùm ſancti viri pollicitationem gregem ſuum circa fuſtem gyratum, ſaturumque accubaſſe, & nec vnum quidem ex illo deeſſe. O verè beati viri meritum, cui & bruta animalia obediunt, dum ille rationabiliter Deum quærit! Ipſe namque ſupra homines fideles ſuos eleuat, qui cùm Deus eſſet ſuper omnia, homo fieri voluit inter omnia.

g
h
Subulco duce Lutheram venit:
i k
eius porcos fixo baculo cuſtodit.

Auctore ANONYMO, Ex MSS.

a *Hucuſque in MS. poſterior prologus extendebatur: hic verò caput, ſine Lectio I. cum titulo:* Vbi B. Deicolus de ſancto Patre Columbano diſceſſit.

b *Petrus de Natal. ſcribit, non rectè*, S. Columbano cum diſcipulis à Britanniis abſcedente, ipſum de licentiâ Patris, eò quòd debilis eſſet pedibus, ibidem remanſiſſe. *Debuit* de Galliis *ſcribere.*

c *Vincent.* Neptas.

d *Menard.* pedum & manuum morbo interceptus.

e *In MS. cap. II. tit.* Vbi diuinitus fontem promeruit.

f *Vincent.* fulcitorio.

g *In MS. cap. III. tit.* Vbi primùm Luthra venit.

h *Petrus de Natal.* bubulcum *facit, & quidem* oues paſcẽtem.

i Vaſallus, *vel* Vaſſallus, *cliens fiduciarius, qui fundum, prædium, pagum, in poſſeſſionem clientelarem à domino accipit. De etymologiâ conſule Martinium in Lexico.*

k *Belfort. & Vincent.* Werfarij. *Petr. de Nat.* Verſarij.

CAPVT IV.

Iniuria Deicolo illata, vindicata.

16 *a* VIr venerabilis Deicolus ad locum deſideratum perueniens, diuino ſemper operi indefeſſus inſiſtens, vtpote is qui crucifixus erat mundo, totumque ſemetipſum obtulit Deo, inuenit eccleſiolam in cliuo cuiuſdam montis ſitam, in honore S. Martini conſecratam; in quâ præſcriptus miles certis temporibus vnà cum ſuis diuini cultus gerebat officium. Iſdem verò locellus, in quo nũc eius ſacratiſſima gleba in pace quieſcit, necdum alicui intrandi aditum præbuit, ſed erat vndique præmunitus ſiluarum denſitate, ac fontium irriguitate. Vir autem Domini, euangelici non immemor præcepti, attendit, ne iuſtitiam ſuam faceret coram hominibus, ne videretur ab eis: ſed ſecretum horæ ſpatium expectauit, quando ſolus ſoli Deo ſubſternere ſe potuiſſet. Mirum dictu, & humano inueſtigabile ingenio! quotiens eccleſiæ eiuſdem ianuas ad implendam diuinę ſynaxis horam ſolus adiit, abſque morâ diuinitus nullo reſerante, largum illi præbuêre ingreſſum.

a
Fores ſacelli vltrò aperiuntur Deicolo.

17 Quæ res à Presbytero agnita, his verbis conqueri in pu-

AVCTORE ANONYMO. EX MSS.

in publico cœpit: Hei mihi! propter vnum peregrinum monachum, iam hîc viuere non poſſum. Cumque populatio non modica, quæ ad eccleſiam conuenerat, percontaretur, quid ſibi talia vellent, Presbyter adiecit: Latitat quidem in iſtâ ſiluulâ monachus quidam peregrinus, qui neſcio quibus incantationibus vtitur, & mediis noctibus orationis gratiâ huc frequenter venire ſolitus, ianuas diligenter obfirmatas dicto citiùs reſerat, & intus orationibus vacat. Teſtor Deum cæli & terræ, quia ſi poſthac illum in eccleſiâ noſtrâ inuenero, dignis verberibus affectum, reiiciam iniuriatum. Cui aſtantes conſultè dixerunt: Patientiam interim habe, quoad dominus noſter veniat, & per ſe veritatem diſcutiat. Et ſi ex Deo eſt talis virtus, non poſſumus prohibere eum; ſin autem aliter, vt vnum decet impoſtorem, de finibus noſtris eliminemus eum. Ecce, qui omnipotenti Deo deuotè adhærent, quomodò elementis imperant, nec reſiſtunt. Ille qui poſt reſurrectionem ſuam clauſis ianuis ad diſcipulos intrauit, ipſe famulo ſuo Deicolo clauſa oſtia aperiri fecit.

Malum ei minatur Sacerdos.

Maleuoli eas ſpinis obſtruunt:

b 18 *b* Beatus verò Deicolus die noctuque diuinæ præſentiæ ſtrenuè ſupplicans, minas hominum minimè verens, (quippe qui cuſtodiâ ſemper erat ſeptus Angelicâ) more ſolito eccleſiam intrabat: quoadvſque Presbyter cum officialibus acriter illum inſequeretur. Sed cùm Deus omnipotens ſeruum ſuum à manibus impiorum ſeruaret innocuum; fraudulenti malitiâ iterum adducti, *c* feneſtras eccleſiæ aperuerunt; ianuas autem patefactas, maximâ congerie veprium, ſpinarum, ac tribulorum, poſtes, ac liminaria vſque ad ſummum obſtruxerunt, dicentes: Fortaſſis ſi monachus ille modò conatur ingredi, abſque ſigno non euadet infortunij. Sed quia nec ſapiẽtia, nec prudentia, nec conſilium poteſt eſſe contra Deum, maleuolentia illa virum Dei nihil nocuit: verùm quotiens ille commodum duxit, potenter intrauit.

c fruſtrà.

19 Quâ de re viri ſtolidiſſimi vltra modum ſtomachati, legationem quæſtuoſam domino ſuo, qui tum temporis in *d* alodo ſuâ manebat, in loco, qui dicitur Villa Callonis, trãſmiſerunt, dicentes: Placet tibi domine, vt monachus quidam capellolam tuam ſibi vendicet in oratorium, nec vllus eum eiicere poſſit? his auditis Vueifharius, furore præcipiti arreptus, crudelem nimis ſententiam in virum Dei ſanxit, dicens: Ite cum feſtinatione, & ſi quis illum fidelium meorum capere poſſit, ſine audientiâ caſtretur. Vix ille mandatum dedit, vnâ eademque horâ laqueum, quem ſeruo Dei iniuſtè parauit, iuſto Dei iudicio miſer ille miſerabiliter incidit. Nam idem membrum, quod famulo Dei præcidi iuſſit, mox illi in tumorem verſum eſt, ita vt omnia viſcera eius in eumdem locũ violenter inſiderent, mortemque vicinam pararent. Cumque vehementi dolore vexari videretur, vxor eius Bertildis nomine, memor ſententiæ, quam viro Dei temerè impoſuit, cum luctu graui illum ammonuit, dicens: Certè credo, quia propter illum peregrinum, quem ſine cauſâ caſtrari iuſſiſti, dolor ipſe retorſus eſt in te. Mittam ego velociùs, & accerſiam illum, ſi fortè per orationes eius dolor tantus effugetur à te. Sed quia nihil fit in terrâ ſine cauſâ, antequàm nuntij ad virum Dei peruenirent, iſdem Vueifharius morti ſubactus finem viuendi fecit.

d

VVaifarius eum caſtrari mandat.

ealitus punitur.

e 20 *e* Quibus auditis B. Deicolus, non iniuriam inreligioſi Militis, ſed fidem deuotæ mulieris inſpiciens, pedetentim iter arripuit. Cumque ad locum veniſſet, religioſa femina iam vidua effecta, maximo cum honore ſicut tantum Patrem decuit ſuſcepit. Ipſe verò vtpote de *f* itinere laſſus, antequàm ſeſſum pergeret, *f* birrum ſuum, *g* quem Græci *g* amphiballum vocant, deponere voluit refrigerandi gratia. Quod ſeruitores quamplurimi, qui aderant, videntes, vndique accurrerunt, vt viri Dei veſtimentum diligenter mitterent in ſaluum. Quibus ille: Non ita erit, inquit, filioli; nam ego ſeruitorem inuenio, qui veſtimentum mihi fideliter ſeruet. Peregrinus ſum pro Chriſto; quidquid de ſeruo ſuo illi placeat, faciat. Mira res atque ſtupenda! vir venerandus aſpiciens *h* radium ſolis per feneſtrã domus, ad iñſtar trabis clarè ingredientem (quod nihil aliud eſt, iuxta definitionem Philoſophorum, niſi craſſitudo aëris, & illuſtratio ſolis) acceſſit, & veſtimentum ſuperpoſuit. Ibi quippe fermè duarum aut trium horarum ſpatium abſque terreno ſuſtentaculo pependit, & virum Dei expectauit, quando ſe reinduere vellet. Ad hoc miraculum ſtupefacti qui aderant, gloriam Deo dederunt, qui ſic famulum ſuum inaudito more dignatus eſt honorificare.

Deicolus veſtem in radio Solis ſuſpendit.

f

g

h

a *In MS. quoque incipiebat hîc caput 4. tit.* Vbi ianuæ eccleſiæ vltro beato viro patuerunt.

b *In MS. cap. 5. tit.* Vbi à VVeifhario dehoneſtari iubetur.

c *Petrus de Natal. hanc narrationem mutat & confundit:* Et dum hæc crebrò fierent, *inquit*, Presbyter eccleſiæ illius inuidiâ motus, hæc patrono, nomine Verſario, nuntiauit: de cuius licentiâ cum ſuis ordinauit, vt dum monachus ille per noctem eccleſiam introiſſet, ipſe eum inſecutus cum illis occideret. Dum igitur horam obſeruaſſet, & ad Sancti interitum feſtinaret, veniens ad eccleſiam, ianuas & feneſtras ſpinis & rubis obſtructas inuenit; & ſic intrare non valens, virum Dei dimiſit. Quod audiens Verſarius, & hoc magicis artibus attribuens, mandauit ſuis vt vbicumque monachus reperiretur, ſibi genitalia præciderentur.

d *Vinc. & Belfort.* in allodio ſuo. *Eſt* allodium *prædium, ſeu quauis poſſeſſio libera iuriſq; proprij, & non in feudum clientelari onere accepta. Pro* Villâ Callonis, *apud Menardum eſt* Villa Caldius.

e *In MS. cap. 6. tit.* Vbi birrum ſuum ſuper ſolis radium ſuſpendit, & inſigne miraculum fecit.

f Birrus *genus eſt veſtis. quidam* chlamydem; lacernam *vertunt alij; Petrus de Nat.* cappam. *De* birro, *ſiue* byrrho, *fusè agit Roſuveydus noſter in Onomaſtico ad Vitas PP. Laurentius Landtmeter de vetere Clerico lib. 1. cap. 12. Salmaſius in Carinum Vopiſci.*

g *Alibi* amphibalum *pro veſte ſacerdotali accipitur. ab* ἀμφιβάλλω circumpono, induo, circumplector.

h *Ita veſtes de radiis ſolaribus ſuſpenderunt S. Goar Presbyter 6. Iulij, S. Florentius Epiſcopus Argentinenſis 7. Nouemb. S. Amabilis Presbyter 19. Octob. alij.*

CAPVT V.

Lutrenſe monaſterium ædificatum, dotatum.

21 VIdens autem venerabilis femina tam euidens miraculum per ſeruum Dei fieri, pedibus eius prouoluta, cœpit luctum geminare, & magnis vocibus virum Dei appellare, dicens: Serue Dei ſummi, miſerere famuli tui ſenioris mei, quia in te ignoranter peccauit, & ſic eum vltio diuina viuere ampliùs non permiſit. Nunc autem plus doleo ſuper peccatum eius, ne apud inferos crucietur, quàm de morte eius temporali, quâ infeliciter ſum orbata. Quapropter Pater & domine mi, pietati tuæ terrâ tenus ſupplico, quatenus apud Deũ omnipotentem, cuius verus ſeruus eſſe comprobaris, pio voto pro illius animæ abſolutione intercedere digneris, *a* ne vitæ æternæ expers efficiatur. Et qualecumque ſit prædium noſtrum apud Viuarium, & ipſum locum, in quo S. Martini eccleſia eſt conſtructa, cum omnibus appendiciis ſuis, inſuper & iſtam villam cum omnibus ad ſe pertinentibus, paternitati tuæ libens trado, iure perpetuo poſſidendum. Cui ille reſpondit: Noli timere; credo Deo meo, quia propter fidem tuam non ſolùm *b* liberabitur anima eius de manu inferi, ſed etiam in proximo potietur gaudio Paradiſi, quia in te video Apoſtoli ſententiam veraciter impletam, quâ dicit: Sanabitur vir infidelis per mulierem fidelem. Sicque vir Deo plenus, per inſigne miraculum, quod patrauit, multorum animos ad amorem religionis conuertit.

a Luthram à Bertilde accipit:

b

1. Cor. 7. 14.

22 *c* Cumque vir ſanctus futura per ſpiritum præuidens, nominata prædia manu poteſtatiuâ in multorum præſentiâ ſuſciperet, cum maximâ fidelium turmâ re-*eam ingreditur* Luthra: cumque diutiſſimè ſolus locum ipſum *ſtrat.* luſtraret, tãdem intrauit quo nunc requieſcit. Ibi quippe ſe in orationem dedit, atque donorum largitori gratias egit; & poſt hæc ait: Hæc requies mea in ſæculum ſæculi; hîc habitabo, quoniam elegi eam. Quod audientes circumcirca fideles, viſitandi gratiâ ſeruum Dei adierunt,

c

Templum ædificat.

ierunt, & copioſis donariis illum ditauerunt. Ipſe verò maximo ſtudio niſum dedit, qualiter eumdem locum ad ſacræ religionis vſum efficeret aptum. Tantam autem proſperitatem diuina illi largitas præſtitit, quatenùs ibidem paruâ intercapedine duo oratoria formoſo opere perageret; vnum in honore beatiſſimi Principis Apoſtolorum, aliud verò in honore Doctoris gentium.

Monachos congregat.

23 Quibus patratis, cœperunt vndique religioſi viri ad tanti Patris magiſterium confluere, & colla ſua ſuaui iugo Domini deuotè ſummittere: & factus eſt locus ille, ſecundùm voluntatem Domini, paradiſus monachorum, qui hactenus patuit latibulis ferarum. Et

Iſa. 35. 7.

vt totum dicam, videres ibi euidenter Iſaiæ impleri prophetiam, quæ dicit: In cubilibus, in quibus priùs dracones habitabant, orietur viror calami, & iunci. Sed quia Propheta metonomicos loquebatur, calamum ponens pro eo quod per calamum fit, id eſt, ſcriptura: per calamum ſcriptura ſacra intelligitur; per iuncum autem ſpes, & lætitia auditorum deſignatur. Quid vir ſanctus vnà cum fratribus & diſcipulis ſuis ageret, niſi vt ſacra eloquia meditando, legendo, prædicando impleret? Ergo ſecundùm perfectionem diſciplinæ Domini, quâ ille beatus ad liquidum vſque euaſit, conſtituta eſt ibi diui-

Act. 4. 32.

ni ſchola ſeruitij: vt ſecundùm Actus Apoſtolorum, omnibus eſſet cor vnum, & anima vna; nec quiſquam illorum proprium aliquid habebat, ſed erant illis omnia communia.

d

24 *d* Quadàm die dum beatus vir vigilanti ſtudio operi diuino cum Fratribus inſiſteret, contigit vt inclytys Rex *e* Clotarius (qui ſecundùm quod ei Pater Columbanus, prophetiæ ſpiritu plenus prædixit, iam erat trium regnorum ſoliditate roboratus:) in viciniam eiuſdem monaſterij, gratiâ aduenìſſet venandi: habuit namque curtem, fiſcumque regalem prope monaſterium, qui

e

Per ad eum confugit manſuetus.

adhuc ad virum Dei nihil pertinebat. Quadam vice cùm multi optimatum venatu nobili ſingularem maximum inſequerentur, extemplò fera ferales fugiens homines ſpiritualium virorum confugit ad ædes, mitiſque viri Dei cellam ingreditur. Vir autem ſanctus, qui ſemper erat totus in Deo ſuſpenſus, videns ferocitatem beſtiæ in manſuetudinem conuerſam, manum miſericorditer illi præbuit, & ait: Crede mihi, quia ad caritatem Fratrum confugiſti, hodie vitâ non priuaberis.

Clotarius Rex multa ei donat.

25 Cùm ecce vndique venatores beſtiæ veſtigia inſectantes, ad viri Dei cellam vſque peruenerunt: illi autem, qui perfectioris ſenſus erant, cùm oratorium viri Dei fuiſſent ingreſſi, & beſtiam inueniſſent ferocitate poſtpoſitâ ante altare accubare, penè ſpiritum præ ſtupore non habebant: & cum celeritate maximâ legatos direxerunt, qui magnificum Regem ad tantæ virtutis ſpectaculum vocarent. Qui cùm regaliter veniſſet, oratione factâ, maximâ humilitate virum Dei interrogare ſtuduit, vnde eſſet, vel quid ſtudij ibi habuiſſet. Cui cùm vir ſanctus ſecundùm quod veritas habuit narraſſet; Rex ſubiunxit: Et vnde, Pater venerande, viuis, vel ij qui tecum ſunt? Vir Domini reſpondit: Scriptum eſt, quia timentibus Deum, nihil deeſt. hoc autem te non lateat, quia pauperem vitam gerimus, ſed ſufficit nobis ſi timuerimus Deum. Et cùm Rex agnouiſſet, quia B. Columbani eſſet diſcipulus, ait: Certè, Pater mi, tantùm ſta nobiſcum, & ne derelinquas nos; ego ſatis penſabo qualiter locus iſte propter paternitatem tuam in poſterum abſque penuriâ ſtabiliatur. omnia quæ huc vſque ad mei arbitrium in iſtâ viciniâ pertinebant, ſiue in ſiluis, vel piſcationibus regalibus, pratis quoque, vel paſcuis, ab hodiernâ die, & deinceps tradens tibi trado, & huic ſacro loco perpetualiter poſſidẽdum. Quin inſuper apud villam quæ Bredanas vocatur, cum eccleſiâ, & omnibus, quæ ibi habentur, firmiter delego. Et quia hîc vineta deſunt, omnia quæ apud S. Antonium iuris mei dicuntur, liberâ traditione, vt Patri digniſſimo, liberaliter trado. His ita firmatis, vidente Rege & omnibus qui aderant, viri Dei iuſſione aper abſque vllius læſione

conſueta cum impetu petiit luſtra. Sicque deuotus Rex benedictione Patris deuotè perceptâ, cum gaudio remeauit ad propria.

AVCTORE ANONYMO, Ex MSS.

a *Petrus ait* Verſarium *Deicoli precibus ſuſcitatum, ſuas omnes poſſeſſiones ei donaſſe.*

b *Non ex carcere damnatorum, vbi nulla redemptio, ſed ex purgatorio igne, liberandam ait VVeifharij animam, ſubueniente ei coniugis pietate. Planè enim cùm S. Deicolum accerſiuit, deteſtatus videtur ſuum crimen eo dolere, qui ad culpam delendam ſufficeret.*

c *In MS. cap. 7. tit.* Vbi Luthram in proprium accepit, & monaſticè conſtruxit.

d *In MS. cap. 8.* Vbi aper viri Dei cellam intrauit, & de aduentu Clotarij Regis.

e Clotarius *Chilperici filius, Clotarij I. nepos, patri anno 584. ſucceſſit, menſe quarto ætatis; Gallia monarchiam adeptus an. 613. quod triennio antè prædixerat* S. Columbanus.

CAPVT VI.

Deicoli obitus. Lutræ vaſtatio.

4

264 *a* His ſanè peractis cœpit vir Domini anxiè apud ſemetipſum meditari, qualiter locum, quem illi Deus omnipotens in peregrinatione ſuâ dõnare dignum duxit, ſub defenſione Principali muniret; vt nequaquàm poſt eius felicem obitum, patuiſſet infandis raptoribus, paciſque ſemper inimicis. Tandem inſpira-

S. Deicolus it Romam.

tione ſupernâ ſapienti vſus conſilio, collecto cœtu Fratrum ac ſeruitorum Romanam petiit celſitudinem. Cumque à Romano Pontifice ſatis honorificè ſuſceptus fuiſſet, poſtquàm limina Apoſtolorum viſitauit, orationemque compleuit, ſubtili inquiſitione Papa requirit, quænam cauſſa ſit tanto Patri tam grandem itineris laborem ſuſcepiſſe. Cui vir Domini, Scottigena, inquit, Frater ſum & peregrinus pro Chriſto. Contigit autẽ me ſubſiſtere, iuxta voluntatem Domini, in Galliarum partibus apud Burgundiones in loco qui Luthra vocatur; iam vbi diuino amminiculo Principibus Apoſtolorũ, qui hanc Romanam poſſidẽt arcem, duo oratoria pro poſſe ſtruxi. Et nunc ditauit Dominus locum illum per Principes terræ illius, prædiis quàm optimis, & fiſcis regalibus, & pænè in omnibus, quæ ad vſum Fratrum noſtrorum ſufficere poſſunt. Eſt autem gens illa effera, & rapacitati ſupra modum dedita. Quapropter Præſul capitalis, placet mihi, locum ipſum, & omnia quæ ſubiacent illi, Apoſtolorum Principi firmâ traditione delegare, ſub teſtificatione perpetuæ memoriæ. Eo videlicet tenore,

ſuum monaſterium Papæ ſubiicit:

vt omnes ſucceſſores mei, qui amodò & deinceps ipſum diſciplinabiliter gubernaturi ſunt locum, annis ſingulis huc præſentiæ Apoſtolicæ pro cenſu deferant decem ſolidos argenti. Patratiſque omnibus, pro quibus perrexerat, iuxta firmæ petitionis rationem, accepit

obtinet Priuilegia.

chartam Apoſtolicâ auctoritate ſigillatam; vt quamdiu mundus ſteterit, eiuſdem loci Abbas, qui ſecũdùm electionem Fratrum ibi commorantium ordinatus fuerit, in omnibus habeat liberum arbitrium diſponendi quæ Dei ſunt, abſque vllius contradictione. Quin inſuper manu clauiferâ ſub anathematis vinculo præceptum dedit, vt nulli Regum, vel optimatum vnquam liceat loco præfato moleſtiam inferre, vel vi, vel poteſtate, niſi qui Romanum Imperium miniſtrat, & aduocationem Apoſtolicæ Sedis ſortitur, ſemper eumdem locum defenſione ſuâ fideliter tueatur. Beatus verò Deicolus Apoſtolicâ donatione valdè lætificatus, Romanis mœnibus dorſum dans, curſu retrogrado Galliam celer repedat, cæleſtibus oneratus muneribus, id eſt, pretioſis Martyrum pignoribus, & ornamentis Eccleſiaſticis, ſimul cum priuilegio ſuo, Apoſtolico obfirmato ſigillo.

& Reliquias SS.

27 Poſtquàm ſe læto peracto labore domi recepit & omnia quæ ad Deum pertinent, religioſiſſimè in monaſterio ordinauit; quemdam diſcipulum ſuum, nomine Columbinum, quem & de ſacro fonte leuauit, & per ſemetipſum inſtituit, de cuius vitâ, & moribus valdè erat ſecurus, cum electione Fratrum, in locum ſuum Abbatem conſtituit, atque regimen animarum commiſit. Quo ordinato, ipſe ad ſecretiorem atque arctiorem

Columbinum Abbatem conſtituit.

AVCTORE ANONYMO, Ex MSS.

vitam anhelans, seorsum sibi oratoriolum paruum construxit, & in nomine summæ Trinitatis consecrari fecit: & qui hactenus cum Marthâ satagebat circa frequens Domini ministerium, iam posthac cum Mariâ secus pedes Domini sedere, & verbum eius intentè audire decreuit. Sicque vir sanctus quia in practicâ, id est, actiuâ vitâ, pro Domino fideliter desudauit, graduali ordine ad theoricam, id est, contemplatiuam vitam dignè conscendit: non iam sicut priùs de multis sollicitus, sed vnum, quod necessarium est, cum Psalmistâ quærens, & dicens: Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: & quia sibi optimam partem elegit, non auferetur ab eo in æternum.

Psal. 26. 4.

28 Postquàm autem vir venerandus, iam ætate prouectus, multimodis meritis plenus, cælibatum finiuit in terris, de ergastulo carnis lætus egrediens, ciuium supernorum frequentiis circumseptus, in cælestibus est collocatus mãsionibus. Obiit autem egregius Pater die quinto decimo Kalendarum Februariarũ, in quo solet Phœbus tropicum Capricorni exire, & primam partem Aquarij per Zodiacum circulum præterire. Sed horâ illâ, quâ eius felix appropinquauit decessus, Columbinum Abbatem cum Fratribus accersiuit: & commonens de omnibus quæ Dei sunt, & vt pacem & caritatem in inuicem seruarent. Cumque nostræ redemptionis viaticum percepisset, osculum dedit Fratribus; & vale dicens omnibus, inter ipsa verba orationis & laudis, lætissimam animam reddidit cælis. Sepultus verò est in oratorio, quod ipse sibi construxit, & in quo annis multis Angelicâ vitâ vixit. Ibi quippe eius sacra lipsana in pace tumulata sunt, gloriamque resurrectionis ibi expectant, quousque Dominus reuertatur à nuptiis, & mors absorbeatur in victoriâ; vt in conuentu omnium electorum cum Christo appareat in gloriâ.

Eucharistiâ sumptâ piè moritur.

29 *c* Postquàm venerabilis Pater Deicolus orbe decessit, & vitæ æternæ pascua feliciter intrauit; B. Colũbinus in omnibus operam dedit, qualiter vnà cum Fratribus suis paterna vestigia inerratò sequi potuisset. Dedit autem Dominus per merita serui sui Deicoli eidem loco talem profectum, vt multi nobilium atque potentum, relicto vertiginis spiritu sæcularis, cum omnibus quæ habere poterant, monachicam disciplinam eligerent, & monasterium satis ditarent; ipsi quoque sacræ subiacerent *d* rubricæ.

c *Floret Luthrense cœnobium.*

d

30 Cumque ibidem spiritualis schola vigeret per multa annorum curricula, subitò orta est tempestas lacrymabilis, cuius immanitatem penè sensit totus orbis. Gens quippe *e* Hũgrorum ferocissima, cuius rabiem per sæculum clamant vrbium mœnia diruta, ecclesiarum ædificia consumpta, vltione diuinâ ad afficiendam Ecclesiam, quæ falsis Christianis exuberauit, ideoque Dominum in multis exacerbauit, numerosis pugnatorum copiis erupit: & veluti aterrimâ bellua, quæcumque inuasit, dẽtibus suis comminuit, cetera verò pedibus conculcauit. Cumque Burgundionum regnum exercitus inuaderet copiosus, omnesque indigenæ à minimo vsque ad maximum per iuga montium, per anfractus vallium, per præ rupta scopulorum, viuendi cupiditate latitassent, contigit, vt viri diabolici monasterium intrarent B. Deicoli: quod cùm diligenter fuissent perscrutati, & neminem reperirent, omnia secundùm solitam dementiam igni tradere decernentes, absque duobus Apostolorum oratoriis, diuina clementia, eorum profana adnihilauit molimina. Ad sepulchrum verò S. Deicoli dum furibũdi accedere conarẽtur, ita sunt diuino timore perculsi, vt æstimarent se sub celeritate periclitari. Tandem egredientes, concremare tanti Patris pausatorium studentes, supernâ eis repugnante potentiâ, ne vnam quidem tegulam præurere valuerunt. Tunc insaniæ naturali furorem adiicientes, oratorium stramine ad summum vsque repleuerunt, & focum perualidum supposuerunt, vt voluntatem suam malignam satiarent. Mira

e *Hungari Gallias incursant:*

sepulchrũ S. Deicoli comburere nequeunt:

virtus! Quantò magis conati sunt, tantò stramina focum magis spreuerunt. Quod videntes homines iniqui, pauefacti foras fugerunt, & ad alia loca deuastãda tetenderunt. Ecce quomodò Domini clementia contra insensatos pugnauit, & famuli sui tumbam intemeratam seruauit. Tunc liquidò patuit, qualis vir esset, qui locum illum in hæreditatem à Domino promeruisset.

a *In MS. cap.* 9. Vbi Romam adiit, & locum suum S. Petro delegauit.

b *In MS. cap.* 10. *tit.* Vbi Columbinum Abbatem constituit. & de eius obitu.

c *In MS. cap.* 11. Vbi Hungari locum eius inuaserunt, nec eius oratorium incendere valuerunt.

d Rubrica *propriè est terra rubra. hic pro* regulâ *sumitur; nam & fabri lignarij rubrica aut creta amussim affricant, eaq; signum imprimunt, ad dirigendam deinde sectionem.*

e *Parachronismus hic est: nam quæ pòst narrantur de* Waldradâ *Lotarij II. pellice, ea priùs acciderunt, cùm* Lotharius *anno* 869. *obierit; Hungari sub Ludouico Arnulphi filio Germaniæ Rege, qui anno* 911. *decessit, Germaniam primùm incursarint; ac demum anno Christi* 919. Italiam, partemque Franciæ, regnum scilicet Lotharij, deprædati sint, (*vt scribit Flodoardus in Chronico*) *& aliquoties postea.*

CAPVT VII.

Bonorum Ecclesiæ inuasores puniti.

31 *a* CVmque viri barbarici omni ferâ crudeliores, totam penè Galliam atque Germaniam partim ferro, partim incendio consumpsissent; nullusque Christianus existeret, qui illis occurreret, contumque minaretur, infelices impunitate sui lætati in sua sunt reuersi, multis opibus onerati. Lamentabile dictu! Videres in locis sanctis, vbi antehac monachorum floruit religio, Clericorum militauit deuotio, vrticas, sentes, atque omnigena arbusta, ac si in solitudine, succrescere; & quia pauci habitatores remanserunt, in solitudinem agri vbique redacti sunt. Cumque & locus B. Deicoli, tanti persensisset infortunium dispendij, & iam nec monachus ibi, nec Clericus haberetur, Comes quidam bellipotens, de Alsatiæ partibus, nomine Eberhardus, qui regnum Burgundionum frequẽtare erat solitus, potenter locum illum inuasit, & hæreditatem sibi nefariò vendicauit. Et quia non inuentus est illi qui obstitisset, omni tempore, quo pòst aduixit, manu tyrannicâ contra fas retinuit. Heu, proh dolor! beatus Domini Confessor Deicolus numquàm cogitauit Comites habere loci sui hæredes, sed monachos Deo amabiles: nec vnquam studuit caballos, aut canes venaticos pascere, sed pauperes & peregrinos colligere. O mira Dei patientia! Esto: numquid tacens semper tacebo? dicit Dominus. Nequaquàm.

a *Luthrense monasterium desolatum, inuadit Eberhardus:*

32 Eodem verò Comite in tantâ mentis obstinantiâ vitâ decedente, filiùs eius, Hugo nomine, qui & ipse iam Comes effectus fuit, omnia quæ patris sui esse videbantur, siue iure, siue iniuriâ, potestatiuè inuasit, tenaciterque sibi aduncauit: interque omnia, & locum sancti Patris Deicoli. Qui cùm masculæ prolis fortitudine in omnibus propemodùm regnis famosus haberetur, & in multis negotiis, ac si miles castrensis, inuictus existeret; aliquamdiu impunè potitus est prædio S. Deicoli. Cumque sacer locus diatim sæcularibus esset occupatus sordibus, quadam vice dum tres filij eius fessi, ac vespertini in eumdem deuenissent locum, peractis omnibus quæ ad manum necessaria erant, sani atque incolumes incautè se prope beati Patris sepulchrum collocauerũt. Et quia gloriam Deo, nec Sancto suo Deicolo honorem dederunt, impunè eis (Deo gratias) non cessit. Cuinam ampliùs parcam? Sed quia veritas odium parit; mei autem propositi est, personam non respicere, qui gratum, ducat gratum; qui ingratum, ingratum: ego verò viam regiam tenens, nec fauorem populi spectans, nec mercedulam alicuius reculæ sperans, à dextris, & à sinistris secundùm Apostolum tendens, veritatem non silere

deinde Hugo eius filius.

huius tres filij neruorum contractione puniuntur.

2. Cor. 6. 7.

ſilere optimum iudico. Nonne omnes qui Martyrum nomine cenſentur pro veritate ſunt proſtrati in morte? Quoniam autem veritas Chriſtus eſt, ipſum teſtor, omneſque ſequaces eius. Eâdem nocte tres filij eius, quorum primogenitus Eberhardus erat, ſecundus Hugo, tertius Guntramnus habebatur, cùm poſt dulcitudinem ſomni euigilaſſent ad exercitium venandi, ſemetipſos inuenerunt diſſimiles ſibi. Videres certè viros Conſulares, adeò contractos & imbecilles, vt putares eos genuino more omnium membrorum impotes, & totius valitudinis enerues: & vt ferè totum dicam ad laudem Ieſu Chriſti & Sancti ſui, niſi lingulæ ſolæ pœnitentiam & reatus confeſſionem palpitabant, membra cetera omnimodis erant inutilia: manus non, pedes verò nihil; de ceteris non dubitatur.

33 Cumque egregij milites diu captiui tenerentur in vinculis piaculi, pater iam maturæ ætatis ad ſuæ damnationis ſpectaculum non ſegnis venit accerſitus, lacrymis plenus, variis vicatim obiicientibus culpis pro talibus incommodis ſe reos eſſe, ſe in multis peccaſſe teſtantes. *Hugo ſuũ patris & crimen agnoſcit:* Tandem pater ſenex, filiorum dolore intolerabili compulſus, his verbis in veritatem prorupit: Audite me, inquit, filij, intendite verba patris veſtri. Scitote pro certo, quia non caſu aliquo iſtud vobis euenit infortunium, ſed iuſto Dei iudicio, atque vltione Dominicâ. Nam pater meus multotiens mihi narrare ſolitus fuit, qualiter locũ poſſideret, & quia locus iſte ſanctus Sãcti Domini fuiſſet Deicoli. Sed (vt video) iniquitas illa modò venit ſuper capita veſtra, quia omnipotens Deus inultam non ſinit abire iniuriam electorum ſuorum; ſed reddet filiis iniquitatem patrum, in quartam & quintam generationem. Credo tamen quia miſericordia eius more paterno caſtigat nos, ne morti in perpetuum tradat, quia neminem vult perire, ſed omnes ſaluos facere. Quapropter purâ confeſſione, & dignis pœnitentiæ lamentis confugiamus ad Dominum, & Sanctum ſuum, in quem peccauimus: & fortaſſis non modò reſtituemini vos priſtinis formis, verùm etiam, quod maius eſt, animarum noſtrarum remedium perfectè promerebimur. Ad hæc filij, vnanimes dixerunt: Optimum conſilium inueniſti, pater; parati ſumus corde perfecto noſmetipſos in ſeruos tradere S. Deicolo. Pœniteat igitur factorum: ſi pœnitet, haud nocet error. Conemur omnimodis, vt carnis generoſitatem mutemus in mentis nobilitatem. Abrenuntiemus mundo, qui in maligno poſitus eſt; demus operam, qualiter poſthac ſoli Deo vacare valeamus. Monachicam profeſſionem aggrediamur. Voueamus Deo, & reddamus. Ambulemus dum lucem huius vitæ habemus, ne nos æternæ mortis tenebræ comprehendant.

34 Quibus dictis, ſatellites perciti accurrerunt triſtem eiulatum agentes, funebrique more bacchantes. Flebile dictu! Cerneres Præfectorios Barones, paullò antè aquilis velociores, leonibus fortiores, alienis vti ſolatiis; & quaſi ferro vinctos ante beati Patris ſepulchrum deportari. *Statuit cũ filiis, ope S. Deicoli ſanatis, monachus fieri.* Cumque ibidem diutiſſimè diuinæ ſupplicarent clementiæ, ſe erraſſe, ſe meritò in hanc miſeriam deueniſſe, lacrymabiliter acclamantes; tandem interuentu ſancti Patris cælitus ſunt reſpecti, ac priſtinæ integritati redditi. Quid ampliùs agerent? pater cum filiis ſurgens, communi voto, communique conſenſu tradiderunt ſe Deo, Sanctoque ſuo Deicolo non ad ſeruitium militare, ſed ad ſeruitium monachile. Quo facto, ſacramento iuſiurandi ſuper tanti Patris ſepulchrum ſe vnanimiter tricauerunt, quatenus eorum nullus ſe ſubtraheret, quin in proximo, ſæculo funditus abrenuntiaret, ac beatiſſimi Patris Benedicti regulæ, tonſurâ, habitu, profeſſione, obedientialiter ſe ſubderet, & eiuſdem loci ſtabilitatem ſine tenus cuſtodiret. Quâ pactione peractâ, iterum iterumque iuramento terribili firmitudinem ſuper ſanctum Patrem fecerunt, ne ab illâ die & vſquequò cælum voluitur, locum ipſum & omnia quæ ſubiacent illi, vel ipſi pro hæreditate cuperent poſſidere, vel quiſpiam vnquam de parentelæ eorum ſucceſſione habiturus eſſet, vel quantum eſt pedis ſpatium, iure hæreditario poſſidendum. Et factâ ſtipulatione coram multis, regreſſi ſunt in ſua cum lætitiâ non modicâ.

a *In MS. cap.* 12. Vbi Eberardus locum ſibi vſurpauit, & de filiis Hugonis.

a CAPVT VIII. a

Lutra regiæ pellici addicta: ab hac aliis.

35 SEd quia adhuc ſuperſunt nonnulli, qui mirantur, & ſcire geſtiunt qualiter locus ſancti Patris deuenerit in iniquam manum Eberhardi Comitis, & filij eius; non piget qualitercumq; veraci ſtylo prodere. Sed dum hoc nitor, videor temporibus præpoſterum ordinem imponere, quem Græci Anaſtrophen vocant, rationi autem, & paginæ, quæ ſubiacet rationi, præſumptionem vel præoccupationem, quam Græci prolepſin nominant. Poſtquàm verò B. Columbinus peracto laboris ſui curſu cæleſtia regna petiuit, in locum eius venerabilis Abbas Icho ſucceſſit, *b* qui cùm annis multis ſtrenuè eundem locum gubernaret, & magnâ vigilantiâ gregem ſibi commiſſum præuideret, cerneres ſubitò, propter nouæ Herodiadis fraudulentiam, Abbatem cum monachis expelli, & omnia diuinæ ſcholæ arma (heu) peritum iri. Hæc autem extitit cauſſa: Eo tempore, quo Lotharius Rex in Alſatiâ prouinciâ morabatur, in fiſco ſuo nobili, qui Marelogia vocatur, (cuius adhuc dignitatem, miri operis mœnia excelſa teſtantur) repentè antiqui hoſtis cauterio inuſtus eſt, & in tantam præcipitatæ mentis inſaniam perductus, vt vxorem ſuam religioſam Reginam *c* Beriſindem dimitteret, & lupam quamdam, nomine Vualderadam, duceret. Quæ quia præſtigiatrix erat opinatiſſima, ita maleficiis multigenis Regis animum faſcinauit, vt omnia quæ ab illo peteret, facilè impetraret. Cumque nefas tale creſceret, & nemo eſſet qui *d* facillaret, quaſi licenter miſerum caput tanto vtebatur inceſtu. Tamen verecundiâ agente, quia in palatio verſari cum illo nequiuit, Abbatiam S. Deicoli illi tradidit, atque infernali dote ditauit. Tunc meretrix lætiſſima effecta ſacrum locum ſibi vſurpauit, & in loco qui dicitur S. Quintini conſedit, ibique omnia quæ ſancti Patris erant, funeſto more depopulauit; Abbatem iniuriauit, monachos omnes pepulit: ideò proculdubio in amaritudine erit anima eius in æternum.

Icho Abbas. *b*

Lutra Vualderadæ Lotharij pellici data. *c* *d*

36 *e* Venerabilis autem Regina poſtquàm diuortium ſenſit, ſcortumque Regis deprehendit, noluit eum propalàm traducere, ſed ſalubri correctione corrigere; initoque cum familiaribus conſilio, reclamationis gratiâ Romam quantocyùs adiit. Quæ cùm immodicâ veneratione ab omni cœtu Romano ſuſcepta fuiſſet, ſecretò Apoſtolicum Pontificem conuenit, ſui ſenioriſque diſſidium plena lacrymis aperuit. Quod cùm Paſtor Eccleſiæ comperiſſet, Apoſtolicis litteris Regem accerſiuit ocyùs, quatenus tanto ſceleri finem imponeret, & de cetero emendaret. Cumque Rex accerſitus veniret, vti Regem decuit, honorificè receptus eſt. Peractâ oratione, in conſiſtorio Lateranenſi Papa cum Rege colloquium habuit, atque dignâ cauſatione caſtigauit. Tunc Rex corde compunctus, terræ proſtratus, veniam petiit, & ſe culpabilem reddidit; acceptâque pœnitentiâ Papa Reginam in præſentiam Regis vocauit, & in Chriſto reconciliauit, & Reginæ dexteram, Regis dextræ reddidit, atque terribili anathemate illum obſtrinxit, vt ſecundùm Apoſtolum ſicut Chriſtus Eccleſiam, ita & ipſe diligeret amodò vxorem ſuam.

e *Reconciliatur legitimæ cõiugi Lotharius.* Epheſ. 5. 25.

37 Quo peracto Rex Galliam regreditur: Regina autem, ſicuti femineum iter exigit, protractiùs viam carpit; adeò vt illam Rex nunc duobus, nunc vno die præcederet. At præfata maga audiens, quia Rex Eccleſiaſtico tenore reconciliatus eſſet Reginæ, colubrino ſibilo Regem

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

lo Regem abſens aggreditur denuò. Cumque iam ſuperato monte Pardorum, quadam nocte Rex hoſpitaretur apud *f* Caſtrum S. Domnini: præfatæ lupæ Miſſatici, Noto agiliores ſuperuenêre, veſtimenta eius proſtibularia Regis oculis inferentes. Quibus inſpectis, ita furoris & inuidiæ ignibus in Reginam confeſtim exarſit, vt inreuocabili cenſurâ ſecum deliberaret, non antè repatriare, quàm illam videret decapitari. Sed præuenit eius voluntatem diuina ſeueritas, atque diſpoſitionis eius iuſtiſſima æquitas: nam cùm in craſtinum hoſpitio moueret incolumis, priuſquàm cibi aliquid attingeret, ita cum ſuis omnibus ſubitâ aurâ contagiatus atque plagatus eſt, vt de tantâ multitudine nec inuentus ſit vnus, cui remaneret curis aut pilus. Tandem reatum cognoſcentes, Placentinam vrbem moribundi ſubintrant. Ibi quippe miſerabilis Rex, cum ſuis omnibus ſine redemptionis viatico vitam finiuit; exceptis, quodam Clerico, & ſeruitore morbido, qui veritatem rei vix nuntiarent euaſi. Quis apud ſemetipſum conſtitutus, non videat hanc euidentem vltionem per merita S. Deicoli fuiſſe exertam? Cumque deuota Regina ad memoratam vrbem perueniret, & tantam ſtragem mortuorum lacrymolenta videret, Chriſtum Domini, ſeniorem ſuum, tumulari fecit; ceteros verò (prout facultas dedit) ſubterrari iuſſit; & poſthæc in pace repatriauit.

f Vulgò Burgum S. Domnini *dicitur, olim* Iulia Fidentia, *vt ad vitam* S. Domnini 9. *Octobr. dicemus. ſita eſt inter Parmam & Placentiam, eſtq; nunc vrbs Epiſcopalis.*

ad vomitum reuerſus, diuinitus punitur.

38 Audiens autem Vualderata, femina nequiſſima, omnia quæ acciderant in via Romanâ, timore venerabilis Reginæ plùs territa, quàm proprij ſceleris reatu compuncta, (quippe quæ de Chriſtianitate quicquam præter ſolum vocabulum habuit) fugâ potiùs, quàm voluntate lapſa, Deum quærere ſimulauit; monaſteriumque *g* S. Romarici hypocrita intrauit. Cumque ibi aliquamdiu velo potiùs, quàm corde conuerſaretur, poſt tergum reſpiciens, doluit, locum S. Deicoli ſibi penitùs auferri, & quaſi ſe exhæredatam more femineo cœpit conqueri; accitoque Eberhardo Comite, conſanguinitatis occaſione, ſcelus adhuc immane præſumpſit; eique locum ſanctum ſub aduocationis tuitione commiſit. Ille autem, vt erat cupidus, & ſacrorum inuaſor locorum, occaſione tali locum inuaſit S. Deicoli; & poſt infandæ mulieris deceſſum, vncâ manu ſibi in hæreditatem adſciuit. Et feciſſet: nam nec ipſi impunè ceſſit: nempe ſecundùm Prophetam ſanguinem admiſcuit ſanguini, id eſt, ſcelus ſceleri addidit. Adallindem verò legitimam vxorem ſuam dimiſit, repudij libellum dedit; ſemetipſum autem lupanaribus immiſcuit. Nam quamdam Nonnam apud monaſterium *h* Ereſtein ſibi applicauit, & iniquitatem illam ad mortem vſque protraxit. Adallindis autem poſt hæc quid fecerit, paginæ inſerendum honeſtas non ſinit. Comes verò ipſe quali morte vitam finierit, propalare exempli cauſsâ non piget. Audenter dico, quæ perſonis fidelibus aſſerentibus noſſe me luce clariùs contigit: crederes videlicet ipſum penè triennio Herodianâ peſte percuſſum, qui ſecundùm Actus Apoſtolorum, percuſſus ab Angelo, ſcatens vermibus expirauit. Vermes quippe ita ſibi à vertice vſque ad talos ebulliebant, vt frequentanei eius maximum inde putorem tolerarent: ſicque miſerabiliter cum Herode miſerabilem vitam finiuit. Nec dubitâdum, quin in tormentis æqualem ſortiatur pœnam, cuius in omni ſcelere imitatus eſt vitam: & quia B. Deicolo præiudicialiter hæreditatem ſuam tulit in terris, ipſe ſe quodammodò æternâ hæreditate priuauit in cælis.

Eberhardus Lutrã ſibi vendicat:

g

h repudiatâ vxore, monacham ducit:

Oſex 4.2.

Act. 12. 23.

malè perit.

a *In MS. Belfortij ſequens caput de temeritate Hildegardis huic præponebatur. huius verò, quod 13. is erat in Chiffletij MS. titulus:* De ſtupro Regis Lotharij, & morte eius, & Eberhardi.

b *Nullo modo exiſtimandum eſt* Ichonem *hunc, qui Belfortio* Benicha *dicitur, vſque ad tempora Lotharij Regis, qui anno 855. Lotharingiam à Lothario patre accepit, peruenisſe; ſi immediatè ſucceſſit* S Columbino, *qui ex Hiberniâ cum S. Columbano ante annum 575. in Gallias venit. Mendum ſuſpicamur apud Menardum, vbi dicuntur Hunni viuente* S. Columbino *Luthram vaſtaſſe: quamquàm ante illas Hungarorum incurſiones, in Sanctorum Actis mentio ſit quandoque Hunnorum, quòd fortaſſis à quopiam viro principe conducti barbari, atque immaniter graſſati, Hunni appellati ſint, ex quacumque fuerint gente.*

c *Alij* Thiethbergam, Theutbergam, Theobergam *vocant; Belfortius* Bertſindam.

d *Id dictum videtur, quaſi fauces aperire. aliàs* facillare, ſtrangulare, *ſiue* fauces opprimere *eſt.*

e *Funeſta hac tragœdia, annis pluribus agitata, inſigni etiam Epiſcoporum aliquot prauaricatione; fortiſſimè libidini regiæ repugnante* Nicolao I. *Papa: ſub* Adriano II. *tandem luctuoſâ cataſtrophe terminata. Pluribus de eâ agit Baronius tom.* 10.

CAPVT IX.

SS. Deicoli & Columbini reliquiæ.

Comitiſſa portento arcetur à rapiendis Sancti reliquiis:

39 SEd quia iam in ſuperiori capitulo ſatis memoraſuimus, qualiter Hugo Comes iniquus, S. Deicoli hæres ſit effectus; nunc reſtat, vt & aliqua mira ſancti Patris opera propenſiùs calamo pandamus. Hildegardis namque Comitiſſa eiuſdem Hugonis coniux, vice quadam curioſitatis cauſsâ illecta ſancti Patris oratorium cum Presbyteris & ceterâ fidelium turmulâ temerè intrauit, vt aliquid de tanti Patris glebâ ſecum maximo pro munere Alſatiam aſportaret. Cumque multo conamine ſacri cooperculum ſarcophagi leuare ſudarent, tantus terræ motus ſubitò omnia ædificia concuſſit, ſequentibus tonitruis quàm maximis, & fulminum terroribus, vt omnes amentes effecti cæcitate denſiſſimâ quaterentur; adeò vt nemo ferè duabus horis proximum ſuum videre valuiſſet. Tunc Comitiſſa corde compuncta, experta eſt in breui quantum valeant apud Deum glorioſa merita dilecti ſui Deicoli.

rapit dentem S. Columbini, nec ſat dignè veneratur:

40 Sed quia nequicquam ad tumulum ſancti Patris laborare comprobata eſt, ad ſepulchrum B. Columbini audacter ſcrutatura acceſſit, vt vel diſcipuli aliquid carperet, cui diuinitus magiſter fuit negatus. O mira Dei iudicia! cum paucis acceſſit, facilè tumbam aperuit, vnumque tantummodò dentem magnâ cum feſtinantiâ ſibi arripuit; iterumque tumulum clauſit. At poſtquàm dentem diſpexit, more femineo dubitare cœpit, an pro reliquiis venerari debuiſſet, quod tam facilè & ſine reſiſtentiâ promeruiſſet: & vt fidem illi aliqua virtus oſtenſa daret, prunas ardentes in oratorio cumulari iuſſit, dentemque in medium proiecit. Quid plura? dictu citiùs dens crepitum maximum dedit; ſaltum quouſque materia obſtitiſſet, victor & innocens fecit. Tandem credula effecta, pretioſum pignus recolligere ſtuduit, magnâque diligentiâ ſecum collocauit. Ex illâ horâ, & quamdiu ſuperis conuixit, dolor dentium ab eâ vel ad horam non receſſit. Tunc ſerâ pœnitentiâ ducta, dentem tumulo reſtituit; dolor tamen immobilis illi remanſit. Et quare Sanctus Domini, tumulum ſuum permitteret aperiri, nollet tamen aſportari, dicat, qui velit: mihi verò non lucet. Vnum tantùm patet, vt quia monachi feminarum conſortia declinare ſolent, quod perfectus Pater in vitâ ſuâ cuſtodire ſtuduit, hoc & poſt mortem violari noluit. Tunc apertè omnibus innotuit, quantum valeant merita Magiſtri, ſi tantùm diſcipuli.

punitur dolore oculorum.

a *Hoc caput in MS. 14 eſt, tit.* Vbi Hildigardis de ſepulchro eius territa rediit, & de dolore dentium eius.

CAPVT X.

Lutra à B. Balthranno reſtaurata.

41 SIlere integrum paginam non cenſeo, quod penè omnes Europæ incolæ neceſſariò perſentiſcere cõtigit. Poſtquàm Hugo Comes, & filij eius, quos ſuprà titula-

titulauimus, vellent nollent, ficut vouerunt Deo, & S. Deicolo locum ſanctum liberum reddiderunt; curioſè quærere cœperunt per monaſteria perque multas eremi cellulas, ſi vſquam inuenire poſſent amicum Chriſti aliquem, & veræ conuerſationis inſtitutorem, qui & locum paterno more, & monaſtico ordine fulciret, & ipſi ſub eius imperio vexillum ſacræ ferrent obedientiæ. Extitit autem tunc temporis quidam omnipotentis Dei amicus familiaris, nomine *b* Balthrannus, vitæ per omnia laudabilis, qui iam tunc per decem quinquennia vitam eremiticam inreprehenſibiliter ab omnibus duxiſſe fatebatur; tantaſque iam virtutes per illum Dominus omnipotens operatus eſt, vt nec Adriaticus ſinus nomen eius recludere poſſet, ſed etiam apud Danaos præconium eius celebre haberetur; nempe pro cælibatus eius magnitudine. Taceo de Regibus terræ, & optimatibus. Ipſe famoſiſſimus Princeps Otto, qui tunc agebat in ſceptro, frequentare illum ſolitus erat, & maximis donariis locum eius abundanter extulit: adeò vt ipſe venerabilis Pater ob frequentiam hoſpitum, ſecretum ſibi tuguriolum, in quo ſecum verſari poſſet, conſtrueret: locum autem, quem primitus probauit, monaſticæ diſciplinæ collectâ non minimâ monachorum cateruâ, deuotè aptaret.

b B. Balthranni eremitæ ſanctitas.

42 Cumque ſanctus vir lucrandis animabus aliquot annos inuigilaret, antiquus hoſtis per ſatellites ſuos multis iniuriis exturbare illum cœpit, dolens ſibi quotidie detrimentum fieri de animabus, quas vir Domini eius dentibus eripuit, & Deo reddere ſtuduit. Occaſione verò acceptâ, duo Epiſcopi, auaritiæ peſte ſtimulati, hianti fauce eumdem locum cœperunt inuadere; non vt illis curæ eſſet de loco, ſed vt res, quas fidelium largitas ad ſtabiliendum diuinæ ſcholæ ſeruitium loco conceſſit, de eius ſacro obitu interim ſuſpenſi, ſtudio rapaci penitùs ſibi autumnarent: quorum alter Metenſis erat Eccleſiæ prouiſor, alter verò Argentinenſis extitit Oeconomos ouilis. Cumque tales Eccleſiarum arietes, erga beati pauperis Chriſti res cælitus coaceruatas, diu altercarentur (nam vnus illorum, parochiæ occaſione; alter verò, loci ſubiectione, ſuo iuri cedere contendit) vice quadam omnipotentis Dei famulus maximâ inualitudine captatus eſt, atque fini propinquus effectus. Cuius opinio infirmitatis dum vicinas peruolaret prouincias, vtriuſque Epiſcopi vultures, roſtro famelico viri Dei cellam inuadunt, eiuſque felicem tranſitum præſtolantur ſuſpecti. Quod cùm ille comperiſſet, ſubitò ſupernâ medicante clementiâ confortari cœpit ac meliorari: & conuocans iniquorum hominum aliquos perſonales ad ſe, diligenter inquiſiuit cauſſam opperiendi eorum. Cumque illi ſecundùm quod ſe res habuit narraſſent, vir Domini reſpondit: Sed & ego non ignoro voluntatis veſtræ niſum, & inimici humani generis machinamentum. Recedite quantocyùs; nam non morior modò: & credite mihi, quia non continget vobis quod cupitis, vt oblationes fidelium, quas me contigit habere, vos debeatis poſt obitum meum exſtirpare. Tali concrepitu omnis ille conuentus valdè receſſit inde confuſus.

Eius rebus duo Epiſcopi inhiant.

Id diuinitus intelligit, ſed à morbo conualiturū.

43 Vir autem Domini plus cupiens rerum ſuarum ipſum qui dedit Dominum habere hæredem, quàm ſæculum, largâ manu cœpit omnia quæ habuit, pauperibus, & Clericis prodigè expendere, volens ſemetipſum funditus expedire, & iam ſenex peregrinationem pro Chriſto accipere, & dies ſibi cõceſſos apud beatiſſimum Apoſtolorum Principem, Romæ clauſarius & priuatus ſacro inſiſtere otio. Quod cùm denundinatum percrebuiſſet apud Hugonem ac filios eius, lacrymabili precatu virum Domini non ſegnes petierunt, ne illos deſereret quaſi orphanos, & orbatos. Quibus beatus vir reſpondit, nullo modo ſe ampliùs ibi durare, ſed inuidiæ locum dare velle, atque ita ſibi à Domino deſtinatum fuiſſe. Illi autem luminibus perudis ampliùs virum Dei peturgere cœperunt, dicentes: O amice Chriſti ſpecia-

Ab Hugone & filiis inuitatur Luthram.

lis, & columna ſanctæ Eccleſiæ inconcuſſibilis, audi ſeruos tuos, & ne derelinquas nos deſolatos. Sciat paternitas tua, nos monachilis vitâ moribuſque voti diu exiſtere; ſed ducem ac Patrem non poſſe hactenus inuenire. Quâ de re, Pater ſancte, complaceat tibi nobiſcum pergere hùc prope, ad locum quemdam ſanctum, & monaſticæ conuerſationi conuenientiſſimum, qui Luthra vocatur. Quibus vir Domini reſpondit: Quid vobis locus ille contingit? Aiunt illi: Nihil quippe ad nos pertinet; ſed vir quidam beatiſſimus, nomine Deicolus, qui & Sancti Columbani fuit diſcipulus, à Domino promeruit in hæreditatem. Ipſe quippe ſibi locum conſtruxit, & monaſticæ diſciplinæ ſubegit, & ſuâ ſanctâ præſentiâ quotidie ibi miraculis coruſcat. Accidit autem occaſione quadam, vt parentes noſtri locum ipſum non ante plures annos inuaderent, & quaſi proprium poſſiderent. Nunc autem ibi adeò ſumus diuinitus perterriti, vt in præſentiâ tanti Patris, ſacramentis horrificis nuperrimè nos obligatos habeamus, in proximo monachicam profeſſionem arripere, & perpetuò ibi ſtabilitatem cuſtodire.

AVCTORE ANONYMO, Ex MSS. c

44 Ad hæc vir pius reſpondit: Scriptum eſt, Omnia quæ facis, fac cum conſilio, & poſt factum non pœnitebit. Si diuinæ prouidentiæ placet, vt moueam de loco iſto, & veſtro cedam hortamento, talem facite credentiam mihi, in conſpectu Fratrum noſtrorum, ceterorumque fidelium, vt omnia diuini officij ornamenta, quæ penes me habeo, ſalua atque intacta illuc deferatis, & ibi mihi incorruptâ reconſignetis; eâ dumtaxat conditione, vt priùs illuc dirigam aliquem de Fratribus noſtris fidelem virum, qui diligenter locum probet, in ſiluis, in agris, in pratis, in piſcationibus, & in omnibus quæ monachorum vtilitas exigit; quia ſolus non veniam, ſed Fratres meos & ſeruitores mecum ducam. Ad hæc illi; Fiat, inquiunt, iuxta voluntatem tuam Pater, & ſacramento facto in conuentu multorum, ſicut ſancto viro placuit, direxit cum illis nepotem ſuum, nomine Vuerdolphum, quem per ſe inſtituit, & in quo tota ſpes ſua poſt Deum extitit. Qui cùm omni diligentiâ veritatem rei probaret, ad virum Dei reuerſus, lętum nuntium retulit; & poſtquàm illi locum ſecretò prodidit, addidit, Cauendum eſt, inquiens, ne hominibus iſtis facilem fidem præbeamus. Locus verò ipſe, vt omnes fatentur indigenæ, Romanæ ſubiectus eſt dominationi, & ſubſcripto cenſu ſummo ſubiacet Pontifici. Quapropter ſi in præſentiâ Principis Ottonis, locum redhibere voluerint, & priſtinæ libertati reddere, ab ipsâ Imperatoriâ manu recipiamus illum; tali videlicet certitudine, vt vſque in perpetuum nemini liceat violare, quod ſceptrigera maieſtas diffinit i libatum permanere.

Mittit qui locum priùs exploret.

Eccli. 32. 24.

45 Vir Domini ad hæc; Acceptabile, inquit, ſit Deo omnipotenti conſilium tuum. Nunc ergo accingere, viam obedientiæ arripe, & hæc omnia ex parte meâ innoteſcere Imperatori accelera. Qui illicò Patris præcepto parere ſtudens, aſcenſis caballis proſpero itinere Imperatorem adiit, & de quo agebatur, innotuit. Quòd ſi quis mihi liuenti obiiciat oculo, eumdem Principem tunc temporis Imperatorem non extitiſſe; facilè per ſtrophatum illum reuincam ſyllogiſmum, accidens eſſe honorem ſuperadditum; eſſentiam verò in identitate perſiſtere: & quia effici potuit, quod effectus eſt, poteſtas illi ſemper affuit, actus autem ad horam ſucceſſit. Sed hæc per exceſſum; nam cœpta proſequamur. Cumque piiſſimus Princeps hæc omnia competiſſet, rerum repertori grates egit, & poſthæc ait: Audite omnes conſiliarij æquitatis, & amici fideles: Cogitaui multoties illũ Patrem noſtrum, beatum virum Balthrannum, quia præcordialiter illum diligo, ſi mihi vellet conſentire, Pontificali honore ſublimare; nunc autem, vt video, magis eligit pauper Chriſti perſiſtere in agone certaminis ſacri, quàm huius mundi phaleramentis proſperari. Et ecce nuntius eius certiſſimus, per quem mihi fideliter mandat, in peregrinatione ſe mori velle pro Chriſto, &

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

locum, quem hactenus incoluit, inuidiæ relinquer . Est autem locus in Burgundiæ partibus, sacræ conuersationi satis aptus, quem hucvsque Hugo Comes & filij eius vsurpatiuè possederunt; quem sanctus vir à dominatione nostri sibi rogitat liberaliter delegari; & omnia, quæ Deus omnipotens illi ad seruitium suum stabiliendum concessit, imperij nostri auctoritate, eidem loco perpetualiter succlinari. Nam locus ipse sub aduocatione imperij nostri, Romanæ atque Apostolicæ subiacet Sedi. *Ottonis Imp. auctoritate, Lutra possessionem accipit:* Responderunt aulici, atque consiliarij Imperatoris: Si placet maiestati tuæ, Princeps omnis terræ, accersiantur ante conspectum tuum viri illi, qui hucusque contra fas & ius locum sibi vendicauerunt, & lege publicâ coram reddant, & sacramento firmissimo credentiam talem faciant, cunctis militantibus atque priuatis fidelibus tuis; quatenus ex hoc nunc & vsque in sæculum nec ipsi, nec aliquis successionis illorum, iniquitatatem illam præsumat renouare, aut locum ipsum vi aut potestate audeat inquietare; sed firmiter atque inconuulsè, (sicut ab initio constructionis loci fuit) penes fratres Deo ibidem & S. Deicolo famulantes, liberum maneat arbitrium eligendi Abbatem secundùm Deum, qui loco potentialiter præsit, absque contradictione aliquâ. Quin insuper Imperialis celsitudo intimare curet Apostolico Episcopo, quatenus cælestium auctoritate clauium, priuilegij præceptum componat, clausurâ anathematis insolubile faciat, sigillo Apostolici nominis obfirmet. Quid tantum morari in singulis necesse est? Omnia, secundùm quod Diuinitati placuit, Imperator deuotus fidelium consultum impleuit: sacri inuasores loci, iniquos vocauit: iure vniuersâli locum recepit, atque mille sub testibus beato viro (secundùm quod superiùs dictum est) potestatiuè contradidit: ipsum quoque Rodolpho Duci, atque præfatis Comitibus ad custodiendum sub fidelitatis suæ conditione commisit, atque res sancto viro cælitus collatas.

eam restaurat.

46 Tali igitur tenore vir Domini in locum destructum B. Deicoli inthronizatus est, cum monachis suis, atque seruitoribus, & omnibus, quæ diuina largitas illi concessit. Et valdè necesse fuit, vt secum subsidium sumptuum deferret, quia omnibus humanæ vitæ rebus locum destitutum lamentabiliter inuenit. Tunc omnimodis nisum dedit, qualiter locum renouare spiritualiter posset. Monasterium semper Virginis Mariæ, quod ibi antè permodicum fuit, honorificè ampliauit, exaltauit, & ad perfectum vsque perduxit. Officinas pro posse in breui construxit, vt monastica disciplina, quæ semper apud illum viguit, à monachis custodiri inuiolatè posset. *Mortuus miraculis claret.* Intrauit autem Pater venerandus locum eumdem in vigiliis Apostolorum Simonis & Iudæ; atque eodem anno, in Assumptionis die perpetuæ Virginis Mariæ, sicut illi ante plures annos diuinitus præsignatum fuit, plenus Spiritu sancto obiit; ac sepultus est in dextris altaris monasterij, quod ipse in melius renouauit. Ibi quippe frequentiùs, cùm fides petentium exigit, miraculis coruscat, ipso verò cælestia regna petente, in regimine monasterij nepos eius Vuerdolphus illi successit, qui adhuc superest, & cælibem vitam ipse viuit, & omnibus rectè conuersari volentibus, vt lampas emicat. *Succedit VVerdolphus.*

a *In MS.* 15. Vbi B. Balthrannus locum intrauit S. Deicoli.
b *Menardo* Valtranus *dicitur.*
c *Belf.* Illi ampliùs perudis oculis vrgere cœperunt, ne relinqueret desolatos, se quoque ipsos dudum monachos existere.

DE S. VLFRIDO, SIVE WOLFREDO,

MARTYRE IN SVECIA.

ANN. MXXVIII. XVIII. IANVAR. *S. Vlfridi natalis,*

1 INter *Suecorum Apostolos* Vlfridus, *siue* Wolfredus, *censetur; cuius diem natalem XVIII. Ianuarij statuit Martyrologium Anglicanum, atque ex eo Ferrarius. Eius martyrium ita narrat Adamus Bremensis historiæ Ecclesiasticæ lib. 2. cap. 44.* Per idem tempus, quidam ab Angliâ VVolfredus nomine, instinctu diuini amoris Suediam ingressus, Paganis verbum Dei cum magnâ fiduciâ prædicauit. *zelus,* Qui dum multos prædicatione suâ ad fidem Christianam conuertisset, idolum gentis, nomine Torstan, in concilio Paganorum cœpit anathematizare; simulque arreptâ bipenni in frusta concidit. Qui pro talibus ausis statim mille confossus vulneribus, animam martyrij laureâ dignam transmisit in cælum. *martyrium.* Cuius corpus Barbari laniatum post multa ludibria merserunt in paludem. Hæc veraciter comperta memoriæ tradidi: quamuis sint & alia, quæ adhuc scribi digna sint. *Hæc ille, qui 49. post* VVolfredi *eadem annis Canonicus Bremensis factus est.*

2 *Idem ex illo referunt, Albertus Abbas Stadensis in Chronico ad an. 1028. Albertus Crantzius lib. 4. Metrop. cap. 8. Baronius tom. 11. an. 1028. nu. 10. Ioannes Vastouius in Vite Aquilonia, qui* Thorstan, *Iouis statuam interpretatur, quasi* Thore steen, *à* Thoro, *vel* Thorone, *Sueonum Deo. Et* Thorum *sanè Ioui similem, aëris, tonitruum, fulgurum, nubium, tempestatum præsidem, fertilitatis largitorem, ceterorum deorum Principem, ab iis gentibus habitum scribit Ioannes Magnus historiæ Sueonum lib. 2. cap. 9. eiq; diem Iouis, & Ianuarium mensem dicatum fuisse. Crantzius scribit Vlfridum in concione proclamasse:* Si potens est vester Deus Torstan, se vindicet. *Thorus Deus Sueorum.*

DE B. FACIO CONFESSORE

CREMONÆ IN ITALIA.

AN. MCC LXXII. XVIII. IANVAR. *B. Facij natalis,*

1 *Cremonæ in Galliâ Cisalpinâ XVIII. Ianuarij natalis agitur* B. Facij *Confessoris; qui etsi inter Sanctos solenniter relatus non est, concessum tamen scribit Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, Ecclesiæ Cremonensi & Veronensi ab Apostolicâ Sede, vt de eo officium Ecclesiasticum isthic recitetur. De eo idem Ferrarius in generali Catal. SS.* Cremonæ in Galliâ Cisalpinâ S. Facij Confessoris.

vita,

2 *Vitam eius idem scribit Cremonæ editam anno 1604. Ea est fortasis quam Peregrinus Merula tradit à Leonardo Gregorio Magistro Cæremoniarum Cathedralis Ecclesiæ Cremonensis, Italico sermone vulgatam. Eam necdum nacti sumus. Damus quam Ferrarius ex eâ concinnauit. Breuem Italicè edidit Merula in Sanctuario Cremonensi; qui tradit in eius sepulchro istâ legi:* B. Facij V. B. F. ac pietatis, quem Verona suum iactat, quòd genuit; suum Cremona, quòd viuentem sibi ciuem adsciuit, morientemque excepit. Ossa huc referenda Præfecti ædis curauerunt anno Domini 1540. *Erat tunc Cremonæ Episcopus Benedictus de Acoltis.* *epitaphium,*

3 *Sacellum extat Cremonæ, quod ab ipso ædificatum Facio quidam existimant, &* S. Priscæ *dicatum, nam huius visitur in choro imago. Id* B. Facij, *haud diu post eius obitum, dici cœpit. Curatores maioris xenodochij illud æuo iam fatiscens restaurarunt, additâ supra fores ad memoriam epigraphe:* Hanc sacram B. Facij ædem vetustate indecoram, præfecti hospitali magno ad insignem eorum pietatem ac ad publicum decus exornarunt anno 1600. *Procurantq; iidem quotannis* *sacellum,* *restaurarum,*

quotannis vt B. Facij *res geſtæ, ipſius feſto die, in baſilicâ cathedrali, pro concione explicentur.*

tranſlatum corpus,

4 *Anno deinde 1614. 8. Iunij,* B. Facij *aliorumq; Sanctorum corpora ſolenniter tranſlata ſunt. arcæ inſcriptum*: Anno à natiuitate Chriſti 1614. die ſeptimâ Iunij corpus B. Facij Confeſſoris & ciuis Cremonenſis, lauto ciuitatis cultu, huic arculæ creditum eſt per Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum D. Ioannem Baptiſtam Briuium Cremonæ Epiſcopum. *Capſa cypreſſinæ incluſum eſt ſacrum hoc corpus, cooperta albâ byſſinâ telâ operis Damaſcem fimbriis aureis adornatâ; ſuprà verò depicta eſt eiuſdem Beati imago, quæ*

eum ſolenni ſupplicatione,

expenſis Præfectorum xenodochij curata. In publicâ ſupplicatione à quatuor Sacerdotibus circumlata eſt capſa hæc, ſub vmbellâ elegantiſſimâ ex albo Damaſceno byſſino panno, quam ſex ſuſtinebant ſacerdotes, albis tunicellis, quas vocant, induti.

arcu & emblematis.

5 *Viâ quæ à S. Helenæ æde ad S. Nicolai ducit, arcus erat triumphalis erectus, cuius hæc inſcriptio:* Cremonenſes Diuis Homobono olim ſuo, nunc ætheris ciui, Himerio Ameriæ Antiſtiti, quorum patrocinium iam dudum implorant; Beatoque Facio, qui virtutum omnium facibus in cælo coruſcat, piis caſtiſque beneficiis, in ſacrorum oſſium triumpho, grati animi ergò PP. *Inter ipſas arcus columnas ſtatua viſebatur* B. Facij, *adduto emblemate ianuæ operis Dorici, duorumq; in baſi leonum, cum lemmate*: Vigilant, qui cuſtodiunt. *Supra eiuſdem arcus coronas, aliud poſitum erat emblema, rota minimum ſiue molula gemmarij, cum epigraphe:* Tollens addit.

6 *Hæc ferè Merula. De* S. Homobono, *cuius hîc mentio fit, agemus XIII. Nouemb. de* S. Himerio *XIX. Octobris.*

VITA EX PHILIP. FERRARIO.

a B. Facius aurifaber,

1 FAcius Veronæ natus, poſt perſecutiones, quas in patriâ *a* 30. annorum ſpatio ſuſtinuit, inde abiens Cremonam circa annum ſalutis *b* 1226. venit, vbi aurificis artem exercens quidquid lucrabatur *c* in Eccleſias & pauperes erogabat. Quâ eius cognitâ bonitate, à ciuibus eleemoſynis, ab vrbe pauperibus & ægrotis fieri conſuetis, præficitur.

b

c

d Verona in carcerem coniicitur.

2 In patriam, vt inimicis reconciliaretur, reuerſus, ab iis, *d* Scaligeris, qui Veronæ dominio potiebantur, per calumniam delatus, carceri mancipatur. Vbi cùm multos ægrotos, qui cognitâ viri ſanctitate ad eum deferebantur (in quibus infans nobilis feminæ, qui dies octo cùm ſine lacte & cibo fuiſſet, animam agebat, & mulier 18. annos à dæmone obſeſſa, fuêre) liberaſſet, liber vnà cùm aliis captiuis, intercedentibus Cremonenſibus,

miraculis factis, liberatur.

e qui auxilio Veronenſibus in bello venerant, dimiſſus, Cremonam rediit: vbi oratorio extructo, ſocietatem virorum, qui infirmos & carceratos viſitarent,

Ordinem ſancti Spiritus inſtituit.

nudos veſtirent, famelicos paſcerent, & alia pietatis opera exercerent, inſtituit, qui Ordo Spiritus ſancti fuit appellatus.

Ex vatinis.

Gratis operatur.

3 Quòd ſi aliquando artem exercere vacabat, res tantùm ſacras, & eas ſine mercede operabatur. Multus erat in oratione *f*, frequens eccleſias viſitabat: multas ſuſcepit peregrinationes, *g* Romam, & in Hiſpanias ad D. Iacobi Apoſtoli corpus viſendum peregrinatus. Opera quædam *h* ex argento, quæ adhuc monſtrantur, eccleſiæ Cathedrali dono dedit, in quibus calix eſt, qui rebus pretioſioribus ab igne in ſacrario accenſo cõſumptis, diuinitus ſeruatus eſt, & quod magis mirandum, in eccleſiâ ad altare B. Mariæ Virginis repertus fuit incolumis.

f

g

h

Miraculosè ſeruata quæ fecerat.

4 Vocatus ad nobilem quemdam, qui à medicis deſperatâ ſalute relictus, iamque ſumptis Sacramentis, animam redditurus erat, illi ſanitatem, ſi ad S. Iacobum voueret ſe iturum, prædixit: qui facto voto ſtatim è lectulo omnibus ſtupentibus ſurrexit: quem etiam ad ſoluendum votum comitatus, in patriam multis terrâ & mari periculis ſuperatis reduxit.

Sanitatem agro prædicit.

Conſtituitur Viſitator monaſteriorum.

5 Illum Epiſcopus Cremonenſis tot ſignis & virtutibus adductus monaſteriorum mulierum virorumque Viſitatorem inſtituit Generalem. Qui tandem tot laboribus perfunctus, febri correptus, ſacriſque munitus, animam Deo reddidit *i* an. ſal. MCCLXXII. Corpus quod multis miraculis claruit, ab vniuerſo Clero *k* & populo honorificè ſepultum eſt.

i

k

Miraculis poſt mortem claret.

a *Haud ſatis id credibile, niſi dicas à primâ ætate cœptum exagitari, fuiſſeq; 30. & aliquot annorum, cùm venit Cremonam, vbi alios 46. annos exegit.*

b *Erat tum Cremonæ Antiſtes* Homobonus de Madalbertis.

c *Sæpè non pretium ſolùm, ſed & opus ipſum Eccleſiis donabat, vt ſcribit Merula.*

d *Imò* Actiolinus Romaninus *tyrannidem tunc Veronæ exercebat; quo, principatus ſui anno 33. Chriſti 1259. mortuo ex vulnere, Prator creatus eſt* Maſtinus Scaliger, *idemq; dein Dictator perpetuus: & tenuêre deinceps dominatum 127. annis Scaligeri, donec anno 1387.* Antonius, Caris Seniorij *fratricida filius nothus, & ipſe fratricida, à* Ioanne Galeatio Vicecomite *Mediolani Duce Veronâ pulſus eſt. Ita ex variis ſcriptoribus Leander Albertus in Marchia Taruiſina deſcriptione, & Torellius Sarayna Veronenſis lib. 4. Originis Ciuitatis Veronæ, & alij.*

e *Id Ludouicus Cauitellius in Annal. Cremon. anno 1233. factum ſcribit, cùm, Pratore* Guilielmo de Foliano, *auxilio Veronenſibus contra Mantuanos venerunt, horumq; agros pernaſtarunt.* Et Veronenſes, *inquit,* ob id in eorum gratiam dimiſerunt B. Facium, quem in carcere tenebant, qui cum Cremonenſibus rediit Cremonam.

f *Ad quam etiam alios exhortabatur, vt ſcribit Merula, illud identidem inculcans:* Laudate Deum, laudate Deum.

g *Idem ſcribit, ſapiùs ad ea loca peregrinatum eſſe* B. Facium, *itemq; ad* S. Mariam de finibus terræ, *& ad* S. Saluatorem in Auſtriam.

h *Idem præter hunc calicem, enumerat coronam, crucemq; argenteam, & alia ab eo illi Eccleſiæ donata.*

i *Eo anno Cauitellius:* Beatus Facius Veronenſis aurifex die decimâ octauâ Ianuarij obiit Cremonæ, omnibus ſuis bonis ibi Hoſpitali ſancti Spiritus relictis.

k *Merula dicit in æde cathedrali ſepultum ab ipſo Epiſcopo, qui erat* Cazziacomes de Summo.

XIX. IANVARII.

SANCTI QVI XIV. KAL. FEBR. COLVNTVR.

S. Germanicus, Martyr Smyrnæ in Asiâ.

S. MARIVS,
S. MARTHA,
S. AVDIFAX,
S. ABACHVM,
} Martyres Romæ.

S. Paulus,
S. Quinctus,
S. Gerontius,
S. Ianuarius,
S. Saturninus,
S. Succeſſus,
S. Germana,
S. Tertulus, vel Zertulus,
S. Tiberitanus,
S. Maiolus,
S. Victorianus,
S. Honoratus,
S. Fortunatus,
S. Iulius,
S. Lucius,
S. Marcuſus, ſiue Marciſſus,
S. Publius,
S. Felix,
S. Caia,
S. Vitalis,
S. Caſſianus,
S. Secundus,
S. Victor,
S. Primus,
S. Spanus, ſiue Hiſpanus,
S. Cacinanus, vel Cæcimarus,
S. Lucius alter,
} Martyres in Africâ.

S. Saturnina,
S. Florida,
S. Calliſta,
S. Melondion, vel Molendion,
& alij ferè DC,

S. Pia,
S. Picaria,
& alij XXXVIII.
} Martyres Carthagine in Africâ.

S. Lucianus,
S. Paula,
S. Claudius,
S. Hypatius,
S. Paulus,
S. Dionyſius,
pueri,
} Martyres.

S. Euphraſia, Virgo Martyr Nicomediæ in Bithyniâ.

S. Baſſianus, Epiſcopus Laudenſis in Italiâ.

S. Ammonius, Epiſcopus Dertonẽſis in Italiâ.

S. Contextus, ſiue Conteſtius, Epiſcopus Baiocenſis in Galliâ.

S. Arſenius, Epiſcopus Corcyranus.

S. Catellus, Epiſcopus Stabienſis in Italiâ.

S. Launomarus, Preſbyter, Abbas Curbionenſis in Galliâ.

S. Malardus, ſiue Malehardus, Epiſcopus Carnotenſis in Galliâ.

S. Remigius, Epiſcopus Rotomagenſis in Galliâ.

S. Blaithmacus Preſbyter, & alij monachi,
} Martyres, in Ionâ inſulâ.

S. VVulſtanus, Epiſcopus Wigormenſis in Angliâ.

S. Henricus, Epiſcopus Vpſalenſis in Sueciâ, Martyr.

PRÆTERMISSI, VEL IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Macarius Ægyptius,
S. Macarius Alexandrinus,
} Abbates in Ægypto, *celebrantur à Græcis hoc die, vt ex Menæis patet & Menologio, Maximoq; Cytherco. Prolixè actum de hoc* II.
de illo XV.
} *Ianuarij.*

S. Rigoberti Archiepiſcopi Remenſis *quædam hoc die facta tranſlatio, vt dictum poſt eius vitam, cap. 5. de Tranſlatione, num. 14.* IV. *Ianu.*

S. Teleſphorus Papa & Martyr, *cultus aliquando hoc die fuit officio 3. Lectionum, vt patet ex Breuiario Cardinalis Quignonij, anno 1536. edito. De eo egimus* V. *Ianu.*

S. Eduardus Confeſſor. *MS. Florarium. Vitam dedimus* V. *Ianu.*

S. Senator Epiſcopus Veronenſis *hoc die Verona colitur, vt teſtis eſt Ferrarius. Deceſſit* VII. *Ianu.*

S. Iulianus Martyr *colitur ab Eccleſiâ Cathedrali Audomarenſi hoc die officio duplici, cum commemoratione* S. Baſiliſſæ, *deinde* SS. Marij *& ſociorum, vt indicat* Ordinarium *Audomarenſe cuſum anno 1610. Vitam dedimus* IX. *Ianu.*

S. Paulus Thebæus, primus Eremita, *colitur hoc die ab Eccleſiâ Tornacenſi in Belgio officio duplici, cum commemoratione SS. Marij & ſociorum: alibi XV. huius. Vitam dedimus* X. *Ianu.*

S. Guilielmus Epiſcopus Bituricenſis *in veteri Audomarenſi Breuiario celebratur hoc die officio 3. Lectionum. Vitam dedimus* X. *Ianu.*

S. Arcadius Martyr, *Hiſpali officij duplicis celebritatem obtinet. Acta dedimus* XII. *Ianu.*

S. Victorianus Abbas in Hiſpaniâ. *Ferrar. Is eſt de quo ſuprà* XII. *Ianu.*

S. Hilarius Epiſcopus Pictauienſis *colitur à quibuſdam Eccleſiis, vt Nannetenſi in Britanniâ Armoricâ, in hunc diem reiectâ ſolennitate à* XIII. *Ianu.*

S. Gumeſindus,
S. Seruus-Dei,
} Martyres Cordubæ. *Ferrarius. De iis egimus* XIII. *Ianu.*

S. Pontiani Martyris Spoletini Tranſlatio *hoc die facta, de quâ diximus ad illius Acta* XIV. *Ianu.*

S. Felix Nolanus. *Martyrol. Prædicator. Nos* XIV. *Ianu.*

S. Fulgentius Epiſcopus Aſtigitanus, *ab Eccleſiâ Placentinâ in Hiſpaniâ colitur officio duplici primæ claſſis cum octauâ hoc*

hoc die, vt diximus XIV. *Ianu.*

S. Edaldus Epiſcopus Viennenſis in Galliâ. *Ferrar. De eo egimus* XIV. *Ianu.*

S. Furſæus Abbas *colitur hoc die officio duplici ab Eccleſiâ Atrebatenſi. Vitam eius dedimus* XVI. *Ianu.*

Sancti Gemini, Elvvangæ. *Ferrarius ex Caniſio. Tergemini ſunt, quorum corpora Elvvangam tranſlata, ibiq; coluntur, non hoc die, ſed* XVII. *Ianu.*

S. Zoſimus, S. Menilapus, S. Tubarianus, S. Fortunatus, } Martyres, *referuntur in MSS. Martyrologiis S. Hieronymi & Dungalenſi. At fortè iidem ſunt, de quibus egimus* XVIII. *Ianu.*

S. Leucium Martyrem *Tuderti in Vmbriâ coli hoc die in eccleſiâ S. Mariæ quæ eſt Ordinis Prædicatorum, tradit Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ. aſt in nouo catalogo eius non meminit. vti nec Ioannes Baptiſta Poſſeuinus in lib. de SS. Tudertinis.*

S. Maria Virgo Alexandrina. *Kalendar. Copticum. Nobis ignota.*

Honorati Epiſcopi Bituricenſes *duo recenſentur, amboq; Sancti appellantur à Ioanne Chenu; prior tantùm à Cl. Roberto & Demochare: neuter colitur. MS. Florarium hoc die ita habet:* Honorati Bituricenſis Epiſcopi & Confeſſoris. *Neutrum in ſuo Martyrologio memorat Sauſſaius.*

Dagobertus I. Galliæ Rex, *in multis MSS.* Sanctus & Beatus *appellatur: à Sauſſaio inter Pios numeratur. Eius certè animam in cælum deuehi vidit ſanctus quidam Eremita. At non arbitramur vſquam coli. De* S. Dagoberto *Martyre agemus alibi.*

Henricus Contractus, S. Bernardi in Claravalle diſcipulus, *refertur hoc die in Kalendario Ciſtercienſi, & à Sauſſaio inter Pios, atque ab vtroque prophetiæ dono conſpicuus fuiſſe prædicatur; à Chryſoſtomo Henriquez* Beatus *appellatur.*

Beatrix fundatrix monaſterij Spinoſi-loci iuxta Montes in Hannoniâ, *refertur à Chryſoſtomo Henriquez in Menologio Ciſtercienſi cum titulo* Beatæ. *Verùm licet religioſiſſimè vixerit, non tamen colitur; imò quotannis adhuc pro eâ agitur anniuerſarium. meliùs à Sauſſaio Piis annumeratur.*

Inuentio miraculoſæ imaginis D. Virginis Mariæ à Cauâ, Lilybæi, *ab Octauio Caietano noſtro adnotatur hoc die in Idâ operis de SS. Siciliæ, ex monumentis Lilybetanis.*

S. Iulianæ Virginis reliquiarum ſuſceptio Duaci. *Sauſſaius. Plures ſunt huius nominis ſanctæ Virgines: quæ hæc ſit, nondum comperimus.*

S. Valerius Epiſcopus & Martyr. *MS. Florar. Cæſarauguſtanus eſt, de quo* XXVIII. *Ianu.*

S. Modeſtini Epiſcopi paſſio. *Kalendarium monaſterij S. Ioannis Capuæ, relatum à Michaële Monacho. Vitam* S. Modeſtini *dabimus* XIV. *Febr.*

S. Thomæ Aquinatis *recoli aliquam hoc die* Tranſlationem *ab Eccleſiâ Neapolitanâ ſcribit Ferrarius: de quâ dicemus ad eius vitam* VII. *Martij.*

S. Apollonius, S. Leontius, } *MS. Florarium. coluntur* XIX. *Martij.*

S. Nicetius Epiſcopus Lugdunenſis. *VVandalbert. Galeſin. Caniſius, Sauſſaius, qui Ordinationem hic eius recoli ſcribit. natalis agitur* II. *April.*

S. Hugo Archiepiſcopus. *Carthuſiani Colonien. in Addit. ad Vſuardum. Rotomagenſis eſt, cuius vitam & Tranſlationem dabimus* IX. *April.*

S. Theodotus Epiſcopus in Cypro. *Menolog. Græcorum, & Martyrol. Gallobelgicum. at Romanum* VI. *Maij.*

S. Gregorij Nazianzeni reliquiarum receptio, *Conſtantinopoli* in eccleſiâ Sanctorum Apoſtolorum. *Menæa & Maximus Cytheræus. De eâ agemus ad illius vitam* IX. *Maij.*

SS. Antoninæ & ſex aliarum Virginum & Martyrum, ſodalium S. Vrſulæ, *recolitur hoc die* Tranſlatio *Coloniæ in eccleſia Parochiali S. Ioannis Baptiſtæ; quæ & Martyrologiis Colonienſi & Germanico aliiſq; adſcripta reperitur: at ſolennißimè celebratur feriâ 2. Pentecoſtes, ſupplicatione publicâ, & proprio officio, cum commemoratione feriæ. Quare & nos de eâ agemus* XI. *Maij. atque in hiſtoriâ Vrſulanâ* XXI. *Octob.*

S. Deſiderij Epiſcopi Viennenſis & Martyris *corpus hoc die inuentum, ſub annum 1314. vt tradit Claudius Robertus, & meminit Sauſſaius in Martyrologio. pleniùs de eo agemus* XXIII. *Maij.*

S. Peregrini, S. Siluani, S. Felicis, S. Afræ, } Martyrum, *iuuenta hoc die corpora anno 1529. vt ſcribunt Galeſinius & Ferrarius. De iis agemus ad* S. Afræ *natalem* XXIV. *Maij.*

S. Blandina, S. Attalus, S. Maturus, S. Ponticus, } Martyres in Galliâ. *Galeſinius & Martyrologium Germanicum. at Romanum* II. *Iun.*

S. Baſilij Magni *agi ab Eccleſiâ Eborenſi natalis hoc die conſueuit, vt ex Breuiario an. 1548. excuſo patet. Græci miraculum hoc die recolunt apertarum Nicææ forium eccleſiæ, quam Catholicis reſtitui curauit. ita Menæa & Maximus Cytheræus. Nos de eo pleniùs* XIV. *Iun.*

B. Michaëlina, ſiue Michelina, matrona Piſaurenſis, *refertur hoc die à Ferrario in generali Catalogo SS. iterumq; XIX. Iunij, quo obiit, feſto ſanctiſſimæ Trinitatis, non Pentecoſtes, vt vult VVadingus in Chronico Minorum ad an. 1356. nam feſtum Pentecoſtes in eum diem incidere non poteſt. Eius vita extare dicitur. De eâ* XIX. *Iun.*

S. Ervvaldus, monachus & Martyr, in Franconiâ. *Ad vitam S. Killiani, cuius diſcipulus fuiſſe traditur, de eo agemus* VIII. *Iulij.*

S. Maria, S. Martha, } ſorores Lazari, Hieroſolymis. *Martyrolog. S. Hieronymi, Raban. Notker. MSS. varia. De illâ agemus* XXII. *Iulij. de hac* XXIX. *Iulij.*

S. Goſlini Abbatis reliquiarum ſuſceptio, Duaci. *Sauſſaius. Hauddum nobis hic notus; niſi* B. Goſvvinus *Aquicinctenſis eſt, cuius vitam dabimus* IX. *Octob.*

S. Ioannes Brangnalator Eremita in Angliâ. *Carthuſiani Colonienſes in Addit. ad Vſuard. & Caniſius. an* Bridlyngtonenſis *eſt? Huius vitam dabimus* X. *Octob.*

S. Dionyſius Papa *hoc die colitur à Carmelitis. Natalis eius incidit in* XXVI. *Decemb.*

S. Abundantia Virgo *colitur hoc die Spoleti in Vmbriâ, vt teſtis eſt* Ferrarius, *celebritate ob feſtum S. Stephani huc reiectâ; aitq; vitam extare, quam necdum vidimus. Agemus de eâ cum pluribus Martyrologiis* XXVI. *Decemb.*

DE S. GERMANICO MARTYRE,

SMYRNÆ IN ASIA.

AN. CH. CLXVIII. XIX. IANVAR.

S. Germanici natalis,

INſcriptum eſt Romanis faſtis S. Germanici *Martyris nomen XIV. Kal. Febr. cum hoc elogio:* Smyrnæ natalis S. Germanici Martyris, qui cùm primæuæ ætatis venuſtate floreret, ſub M. Antonino & L. Aurelio, per gratiam virtutis Dei, metum corporeæ fragilitatis excludens, ſponte præparatam ſibi beſtiam, damnatus à Iudice, prouocauit: cuius dentibus comminutus, vero pani Domino Ieſu Chriſto, pro ipſo moriens, meruit incorporari. *Eadem propè de eo prædicant Vſuardus, Ado, Bellinus, Maurolycus, Galeſinius, Beda vulgatus, hicq; iterum XXVI. Ianuarij de S. Polycarpo agens,* Tunc etiam, *inquit*, Germanicus athleta Chriſti inſignis, glorioſo martyrij agone tranſlatus eſt. Nam cùm à Iudice damnatus fuiſſet ad beſtias, vltro ſibi præparatam beſtiam prouocauit, deſpiciens temporalem

EX VARIIS. ralem mortem, & coronam vitæ æternæ veloci fine adipiſci deſiderans. *Eadem ferè ibidem Notkerus, à quo & hoc die memoratur, vti & veteri Romano Martyrologio ceteriſq; editis ac MSS. At Galeſinius & Caniſius rurſus XVIII. Februarij illius memoriam celebrant.*

geſta à quibus ſcripta. 2 *Præclarum eius certamen narratur in rebus geſtis S. Polycarpi XXVI. Ianuarij, ab Euſebio lib. 4. cap. 14. Nicephoro lib. 3. cap. 34. Petro de Natalib. lib. 2. cap. 103. Petro Halloix noſtro tom. 1. vitar. SS. ſcriptorum, vitæ S. Polycarpi cap. 12. Ioanne Baſilio Sanctorio, & aliis. Euſebius ex epiſtolâ Smyrnenſis Eccleſiæ ad Eccleſias Ponti, ita ſcribit:*

3 Priuſquàm Polycarpi martyrium deſcribere aggrediantur, quæ ad reliquos ſpectant Martyres, exponunt, & quale animi robur ad perferendos cruciatus oſtenderint, proſequuntur: obſtupuiſſe nimirum qui circumſiſtebant, tantæ fortitudinis admiratione defixos, ſcribunt, cùm eos intuerentur nunc quidem ita flagris ad intimas vſque venas & arterias dilaceratos, vt iam quæ in penitis receſſibus corporis abdita ſunt viſcera & membra paterent oculis; nunc ſubſtrata iis marina buccina acutoſque murices & verucula; denique omni eos tormentorum & ſuppliciorum genere excruciatos, poſtremò feris, vt ab iis dilaniarētur, obiectos. *fortitudo in tormentis,* Maximè verò excelluiſſe aiunt generoſiſſimum Germanicum, qui diuinâ gratiâ inſitam à naturâ imbecillitatem, quâ mortem corporis reformidamus, erexit ac roborauit: cumque Proconſul ei perſuadere vellet, ætatem illi proponens, vehementerque obteſtans, vt cùm iuuenis eſſet, & vegetus, ſui miſereretur, omnino hæc Martyr contempſit: atque alacriter belluam in ſe attraxit, tantùm non vi adhibitâ irritans, vt celeriùs ab iniuſtâ hac & impiâ viâ liberaretur.

4 *Hæc Euſebius. Geſta hæc ſunt, vt ex eiuſdem Chronico discimus XXVI. Ianuarij, anno ſeptimo* M. Aurelij & L. Veri, *mortis tempus.* *qui erat Chriſti 168. Mirum eſt Germanici non extare nomen in Græcorum faſtis; qui alioquin* S. Polycarpum *venerantur XXIII. Februarij.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS

MARIO, MARTHA, AVDIFAX, ABACHVM.

§. I. *S. Marij & ſociorum Acta, reliquiæ Romæ.*

ANN. CH. CCLXX. XIX. IANVAR. *Sanctorum horum natalis,* 1 ILluſtres athletas Marium, Martham, Audifax, Abachum, *colit hoc die Eccleſia Romana; etſi multa Martyrologia ſequenti die eos referant, quâ martyrio coronatos conſtat.* Sed horum celebritas, *inquit Molanus,* vno die præuenitur, quia dies paſſionis eorum, martyrio SS. Fabiani & Sebaſtiani ſolummodò deputatur. *Et hac die quidem iſta legimus in tabulis Romanis:* Romæ viâ Corneliâ ſanctorum Martyrum Marij & Marthæ coniugum, & filiorum Audifacis & Abachum, nobilium Perſarum: qui Romam temporibus Claudij Principis ad orationem venerant: è quibus poſt toleratos fuſtes, equuleum, ignes, vngues ferreos, manuumque præciſionem, Martha in Nymphâ necata eſt; *ceteri ſunt decollati, & corpora eorum incenſa. Eadem habet Molanus in Addit. ad Vſuardum, variaq; MSS. & excuſa Martyrologia. eadem ferè Beda, Bellinus, Maurolycus, & alij; fuſiùs Galeſinius. at breuiſſimè antiqua quædam MSS. Martyrologia:* Marij & Marthæ, & filiorum eorum Audifax, Abbacuc, nobilium de Perſidâ. *Denique eorum hoc die meminêre VVandelbertus, MS. Florarium, & plerique recentiores. Poſtridie Martyrol. S. Hieronymi, vetus Romanum, Vſuardus, Ado, Rabanus, Notkerus, & MSS. plurima.* S. Martha *XI. Ianuarij à Siluano Razzi, & XVI. in MS. Rhinavv. collocatur.*

nomina, 2 Marius *mendosè apud Maurolycum & in MSS. quibuſdam* Marcus; *apud Notkerum* Marinus *ſcribitur.* Maras, *vel* Maris, *Perſicè vocatum, cenſet Baronius ad annum Chriſti 270. num. 2.* Martham *verò,* Marthas. Abachum *promiſcuè* Abacuc, Abbacuc, Abachuch, *Notkero* Ambacuc, *Rabano & aliis* Ambacum, *Iacobo Caniſio noſtro* Nabachum, *in MS. Epternacenſi* Ambacu, *Octauio Pancirolo* Abacon, *appellatur.*

Acta; 3 *Horum Acta compendio tradita à Surio XIV. Februarij in Actis* S. Valentini, *integra nobis repræſentarunt antiqua MSS. monaſteriorum S. Maximini & Martini Treuiris, S. Mariæ de Ripatorio, S. Audomari, Claudij Puteani, & Boninus Mombritius. Baronio ad an. Chriſti 270. num. 8.* minùs legitima in pluribus viſa ſunt quæ prolixiora habentur typis excuſa, horum Martyrum Acta: multa enim addita videntur ab aliquo qui ex prolixitate dignitatem hiſtoriæ, & non ex ſincerâ veritate penſauit. *At quæ hic damus, nos ſanè fide digniſſima ducimus, nec quid in iis reprehenſioni obnoxium perſpexerit Baronius, ſcimus. Congruunt certè iis quæ Ioannes Baſilius Sanctorius, aliiq; tradunt.*

4 *Reliquiarum* S. Marthæ *meminit S. Gregorius lib. 3. Dial. cap. 30.* Arianorum, *inquit,* eccleſia in regione Vrbis, quæ Suburra dicitur, cùm clauſa vſque ante bienium remanſiſſet; placuit vt in fide Catholicâ introductis illic B. Stephani & S. Marthæ Martyrum reliquiis dedicari debuiſſet: quod factum eſt. *Deinde narrat quæ tum iſthic prodigia euenêre. Sed Ioannes Diaconus vitæ S. Gregorij lib. 2. cap. 31. & S. Zacharias Papa in Græcâ verſione Dialogorum, SS. Sebaſtiani & Agathæ reliquias hìc poſitas habent, vt 20. Ian. dicemus.* *Reliquiæ S. Marthæ,*

5 *Octauius Pancirolus libro qui inſcribitur* Theſauri abſconditi almæ Vrbis, *regione 1. eccleſiâ 15. ſcribit horum omnium reliquias è prioris ſepulturæ loco in Vrbem à* Paſchale I. *Papa (qui ducentis poſt S. Gregorium, & quod excurrit, annis vixit) deportatas, parteſq; variis impertitas Eccleſiis, nimirum S. Adriani, S. Ioannis Calybitæ, S. Praxedis. Et quidem in S. Adriani eccleſiâ, cùm ea à Sixto V. tradita eſſet religioſis viris ordinis S. Mariæ de Mercede, volente Auguſtino Cuſano eiuſdem tituli Diacono Cardinale maius altare cum Confeſſione innouare, horum aliorumq; Sanctorum reperta iſthic ſunt corpora.* *& aliorũ, tranſlatæ,*

6 *De eadem inuentione iſta ſcribit Baronius to. 2. an. 270. num. 9.* Corpora verò dictorum ſanctorum Martyrum Marij & Marthæ Romam poſteà tranſlata, in nobiliſſimâ Diaconiâ S. Hadriani, vnà cum aliis præclaris ſanctis Martyribus, condita ſunt. Et hoc ipſo anno, quo hæc noſtra cudimus, inuenta vnà cum S. Hadriano, Flauiâ Domitillâ, Nereo & Achilleo, tribus pueris, Papiâ & Mauro Martyribus, (quorum omnium plumbeæ & lapideæ tabulæ ſcriptæ indices erant) ab Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo D. Auguſtino Cuſano, eius Eccleſiæ Diacono Cardinali, ſpectatæ pietatis ac honeſtiſſimæ vitæ viro, in Confeſſione egregiè reſtitutâ, more maiorum ſunt honorificentiſſimè collocata: quæ frequenti populi Romani concurſu viſuntur, atque religioſè coluntur. *inuen. an. in S. Adriani Diaconiâ.*

7 His autem admonemur, vt corrigamus, ſeu potiùs declaremus, quæ in noſtris Notationibus ad Romanum Martyrologium in primis diximus, corpora ſanctorum Martyrum Marij & Marthæ condita eſſe in inſulâ Tiberinâ in eccleſiâ S. Ioannis Calybitæ, prout præſefert inſcriptio ſuper Confeſſionem affixa, quâ tum eorum, tum etiam filiorum ibi ineſſe corpora ſignificatur. Equidem factum eſſe videtur, vt, quòd dictorum Martyrum filiorum ibi ſita ſint corpora, parentum pariter ineſſe *aliqua in S. Ioannis Calybitæ eccleſiâ.*

ineſſe fuerit exiſtimatum, cùm tamen & horum etiam reliquiarum partem aliquam ſitam ibi eſſe nemo iure negârit. Id quidem ſic ſe habere, manifeſtè ſanè poteſt intelligi ex iis quæ apertè teſtatur publica ac fidelis inſcriptio marmoreæ inſculpta tabulæ, in eiuſdem Diaconiæ S. Hadriani apſide poſita; quâ declaratur an. Dom. MCCXXVIII. Gregorij Papæ noni Pontificatus anno primo, inuenta eſſe in eiuſdem eccleſiæ Confeſſione, inter alia ſuperiùs recenſita, etiam corpora ſanctorum Martyrum Marij & Marthæ, eorumdemque maiori parte ibi relictâ, reliquam ab ipſo Gregorio Papâ in eadem eccleſiâ paullò pòſt à ſe dedicatâ ſub primario altari repoſitam. *Hæc Baronius, ac deinceps Tranſlationem SS. Papiæ & Mauri eodem anno MDXC. factam exequitur, quam XXIX. Ian. dabimus. De SS. Flauiâ Domitillâ, Nereo, Achilleo, VII. & XII. Maij; Adriano VIII. Septemb. tribus pueris Anania, Azaria, Miſaële XVI. Decemb. agemus.*

illa olim, 8 *Pancirolus non* Gregorij IX. *ſed* Innocentij III. *tempore, anno 1212. ſub maiori arâ Diaconiæ S. Adriani, eiuſdem ſancti Martyris, Sanctorumq;* Marij, Marthæ, Audifacis, Abachum, *triumq; puerorum repertas eſſe reliquias ſcribit: eamdem verò eccleſiam S. Adriani an. 1228. 19. Mart. à Gregorio IX. dedicatã, cùm recens eſſet à Stephano Cardinale reſtaurata.*

hæ recens inuentæ. 9 *Idem Auctor regione 9. eccl. 2. tradit circiter annum 1600. cùm eccleſia S. Ioannis Calybitæ inſtauraretur, repertam eſſe inter alia arcam marmoream, cui nomina* SS. Marij, Marthæ, Audifacis, Abachum *erant inciſa; quòd in eâ quædam ipſorum reliquiæ continerentur.*

§. II. *Reliquiæ in Germaniam, Galliamq; Belgicam tranſlatæ.*

Aliquæ ex his miſſa olim Eginarto: 10 *Pars tamen earumdem reliquiarum à multis retro ſæculis in Galliam, Germaniam, Belgiumq; allata. Nam Eginartus in hiſtoriâ Tranſlationis SS. Marcellini & Petri, quam II. Iunij dabimus, lib. 1. ita ſcribit:* Poſt hæc Ratleicus (*Eginarti Notarius*) cum hoſpite ſuo locutus, rogat vt ſibi ſacros B. Marcellini cineres, quos ei ad ſeruandum commendauerat, reddat; ſeque in patriam redire volentem nullâ non neceſſariâ dilatione detineat. Cui ille non ſolùm quod repetebat ſine morâ reſtituit, verùm etiam de Sanctorum reliquiis in vnâ ligaturâ collectis, haud paruam portionem mihi deferendam obtulit: & requiſitus de nominibus eorum, mihi ſe illa dicturum, quando ad me veniſſet, reſpondit. Monuit tamen, vt eadem veneratione, quâ ceteræ ſanctorum Martyrum reliquiæ, colerentur, eò quòd non minoris apud Deum eſſent meriti, quàm B. Marcellinus & Petrus: & hoc me eſſe crediturum, cùm primùm ad me nominum illorum notitia peruenisſet. Suſcepit ille munus oblatum, atque id, vt ſibi perſuaſum erat, ſanctorum Martyrum corporibus ſociauit. Initoque conſilio cum hoſpite ſuo, ſacrum illum ac deſiderabilem theſaurum in ſcriniis reconditum atque ſignatum, per Lunizonem fratrem eius, cuius ſuperiùs fecimus mentionem, nec non & Presbyterum Hildoini, qui ſecum venerat, Papiam vſque deportari fecit.

11 *Poſtquàm in conſtructo à ſe Selighenſtadienſi cœnobio eas omnes collocatas, ibiq; miraculis cœpiſſe clareſcere commemorauit, lib. 3. iſta ſubdit idem Eginartus:* Igitur inde digreſſus, ſicut ſuperiùs dixi, ad Comitatum perrexi. Nam Imperator Ludouicus eo tempore Aquiſgrani palatio conſiſtens, conuentum Procerum ibi fieri mediâ ferè hyeme præceperat: vbi & ego inter ceteros adeſſe iuſſus, quia de vicinîâ beatorum Martyrum abeſſe cogebar, parum iucundas in palatio moras faciebam. Ideoque poſt vnum, ex quo illò veneram, menſem exactum, miſi quemdam ex noſtris, nomine Ellenhardum, præcipiens ei vt ad limina beatorum Martyrum, quantâ poſſet celeritate, feſtinaret, viſitatiſque Fratribus noſtris, quos inde digrediens ad diuinum ſeruitium faciendum ibi dimiſeram, atque omnibus, quæ ibidem agerentur, diligenter exploratis, ad nos citò recurreret. Qui cùm illuc veniſſet tribus ibi manſit diebus. Quarto verò cùm iam ad nos reuerti diſponeret, cæcus ille, nomine Albricus, cuius in ſuperioribus fecimus mentionem, detinuit abire parantem, affirmans eum non priùs iter ſuum ingreſſurum, quàm tale ſignum fieri vidiſſet, cuius relatione me lætum atque oppidò gaudentem efficeret. Addidit etiam, beatiſſimos Martyres præteritâ nocte ſibi in ſomnis apparuiſſe, atque hoc in mandatis dediſſe, vt perquireret quemdam pauperem, nomine Giſalbertum, immani gibbo depreſſum, ac proinde curuum, & breuibus baculis innitentem; atque inuentum, in cœnaculo, quod ſupra porticum baſilicæ eſt, tempore matutini officij, iuxta reliquias, quæ ibi erant, collocaret, eò quòd ibi per merita & virtutem Sanctorum, quorum illæ reliquiæ eſſent, de illâ gibbi deformitate, atque curuitatis incommodo liberari deberet. Paruit ille ſuadenti, atque iter, quod aggredi parauerat, diſtulit in craſtinum. At cæcus ille iuſſum pauperem perquirens inuenit, &, vt ſibi præceptum erat, in ſuperioribus eccleſiæ partibus iuxta prædictas reliquias officij matutini tempore collocauit. Erant autem illæ reliquiæ, quod nondum noueramus, B. Marij Martyris, & vxoris ac filiorum eius, Marthæ videlicet, Audifacis, & Habacuc, quæ vtique ſimul cum SS. Marcellini & Petri corporibus, & in eodem loculo ad nos perlatæ ſunt: ſed is qui eas detulit, cuius eſſent reliquiæ neſciuit. Nam ille, qui eas mihi miſerat, promiſit ſe ad me eſſe venturum, ac nomina Sanctorum, quorum hæ reliquiæ forent, per ſemetipſum mihi indicaturum, quod poſteà factum eſt.

inſperatò ſanatur. 12 Pauper verò, qui iuxta illas à memorato cæco fuerat collocatus, cùm ſecunda lectio ad nocturnum officium ex more legeretur, edito ingenti clamore, non modicum pauorem audientibus incuſſit. Ad quem cùm nonnulli clericorum, vnà cum illo qui hoc ibi opperiri iuſſus fuerat, accurriſſent, inuenerunt eum pronum atque extenſum propè altare iacentem, pauimentumque quod ori eius ſubiectum erat, plurimo ſanguine madens. Quem leuantes, & allatâ aquâ refocillantes, ſanum & rectum, neque vlla camelinæ illius tortitudinis ſigna retinentem, in inferiores eccleſiæ partes gratulabundi deduxerunt. Quo miraculo in hunc modum peracto, is quem illuc miſerâ ad me cum ſummâ feſtinatione regreſſus, cùm ea quæ viderat retuliſſet, magno nos gaudio atque exultatione repleuit. Nec multò pòſt Ratleicus, qui ſacros Martyrum cineres, ſicut in ſuperioribus demonſtrauimus, Româ detulit, vt ipſe aſſerebat, iuſſus venit, deferens libellum complura capitula continentem; cuius rationem talem eſſe retulit, dicens ſibi cæcum illum, cuius modò fecimus mentionem, ex auctoritate Martyrum præcepiſſe, vt ea capitula deſcriberet, mihique deferret, ac diceret, vt ea ſuſciperem, atque Imperatori legenda offerrem.

Ipſorum SS. monita.

Aliquæ Sueſſionem allatæ reliquiæ: 13 *Eorumdem Sanctorum reliquiæ eodem tempore Sueſſionem ad monaſterium S. Medardi allatæ ſunt; an ex eâ ligaturâ, quam hoſpes Romanus Rathleico dederat, clàm illas Hilduini Presbyter ſubtraxerit, uti & quaſdam SS. Marcellini & Petri, quas Eginarto reſtituit Hilduinus; an potiùs ex Martyrum ſepulchro ipſe eas cum ſociis Romæ ſublegerit; haud nobis exploratum eſt. Poſterius tradit Odilo monachus in epiſtolâ* de aduentu & ſuſceptione corporum SS. Tiburtij, Marcellini & Petri, Marcelliani & Marci *&c. ad Ingrannum ita ſcribens:* Inter tanta Diuinæ diſpenſationis officia, & religioſi cultus obſequia, contigit vt, dum ſanctorum Martyrum Marij, Marthæ, Audifax, & Abacuc, noctu cauſsâ orationis cum præfato Archidiacono circuirent cœmiteria, Diuinæ commonitionis perciperent oracula; quorum conſolationibus & indiciis euidenter inſtructi, eorum pariter quatuor tollerentur corpora, & præfatorum celeriùs admiſcerentur loculis Sanctorum. Quod mox ſine vllâ difficultatis morâ, cum ſummâ perpetratum eſt reuerentiâ. Sic illa tota ſanctorum corporum maſſa illuſtris Archidiaconi deliberatur induſtriâ, & à Legatariis Domini Hilduini Abbatis geminato gaudio defertur

ad eas giboſus (Sanctis in ſõno monentibus) depoſitus,

Ex Variis.

fertur ſuſcepta, ceterorumque Martyrum reliquiis admixta, Papiam vſque deferendo, exultantibus animis pariter deueniunt eundo. *Hæc ignaro fortè Rathleico facta fuêre, indeq; huius hoſpes ſurripuit, quæ ei poſteà dedit earum reliquiarum fragmenta.*

aliqua Gemblacum:

14 *Non ſunt tamen integra Sanctorum illorum corpora tunc Româ aſportata: nam & pars iſthic etiamnum eorum reliqua eſt, &* Gemblacum *quoque alia pòſt delata. Eſt* Gemblacum *illuſtre ordinis Benedictini in Brabantiâ monaſterium, & oppidum, de quo ad vitam* S. Guiberti *fundatoris XXIII. Maij pluribus agetur. Eius nonus Abbas fuit* Arnulphus ex monacho S. Nicaſij Remis, *factus anno 1137. vt habet Auctarium Gemblacenſe ad Sigeberti monachi & Anſelmi Abbatis Chronica. Is ab ipſo* Innocentio II. *Papa (qui à Kal. Martij 1130. ad 24. Sept. 1143. ſedit) conſecratus Romæ, inde* S. Marij & S. Fortunati, *atque aliorum Diuorum reliquias attulit, vt ſcribunt Miræus in Faſtis & Molanus in Natalib. habetq;, vt hic teſtatur, feſtum ſancti Martyris Gemblaci duodecim lectiones. Meminit huius celebritatis hoc die Martyrologium Gallobelgicum.*

viſitata nuper:

15 *Teſtatur Arnoldus Raißius anno 1623. die 23. Iulij viſitatas eſſe has ſanctorum Martyrum reliquias, atque caput vnum ſeparatum, medietatem oßis, & coxendicis ac brachiorum minuta oſſa, capillos, duaſq; lagunculas vacuas, in quibus infuiſſe cruor videbatur, eſſe repertas.*

non ha Sueſſionem delata; ſed alia,

16 *Hinc corrigas, quod in Martyrologio Gallicano ſcribit Sauſſaius Gemblaco Sueßionem eſſe eas deportatas reliquias, cùm trecentis, eoq; amplius, annis priùs Sueßione fuerint, quàm Gemblaci.* Natalis S. Marij Martyris, *inquit,* qui Romæ hodie viâ Corneliâ, cum coniuge Marthâ, filiiſque Audiface & Abacuc, ſub Claudio Principe, diris excruciatus variiſque ſuppliciis, glorioſum peregit martyrium. Eius corpus cum reliquiis B. Fortunati & aliorum Sanctorum in Galliam Belgicam ab Arnulpho IX. Abbate Gemblacenſi, dono Innocentij II. Papæ, allatum, prælibato in cœnobio aliquamdiu requieuit: at inde Sueſſionem deportatum ad monaſterium S. Medardi, commune plurimorum Sanctorum domicilium, illic magno honore ſeruatum eſt: quoadvſque ab hæreticis Caluiniſtis, qui nobile hoc cœnobium impiè deuaſtãdo diruerunt, cum plurimis aliorum Cœlitum ibidem quieſcentium ſacratiſſimis cadaueribus, è Sanctuario deiectum atque argenteo loculo exutum, flammis exuſtum fuit, non ſine diuinæ gloriæ & iuſtitiæ in impios graſſatores ſæuientis teſtificatione.

eaq; diſſipata.

Aliqua Cortraci in Flandriâ:

17 *Sunt Cortraci quoque in Flandriâ aliqua* SS. Marij & Marthæ *reliquiæ, quas* Ioanni Vẽdeuillio *Epiſcopo Tornacenſi 20. Martij an. 1590. donauit* Auguſtinus *Cardinalis* Cuſanus; Vendeuillij *teſtamenti executores 12. Ian. 1593. Collegio Societatis Ieſu Cortraci; quod oppidum in Tornacenſi diœceſi ſitum.*

aliqua Cremonæ;

18 *Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonenſi tradit Antonium Campum ſcriptum reliquiſſe, corpora ſanctorum Martyrum* Marij *& ſociorum (ſiue potiùs, vt ipſemet interpretatur Merula, aliquas eorum reliquias) tranſtuliſſe Cremonam atque in S. Laurentij æde, quæ monachorum eſt Ordinis Benedictini, Lambertum Abbatem. At Ludouicus Cauitellus in Annal. Cremonen. anno 1130. id factum ſcribit:* Lambertus, *inquit,* Abbas S. Laurentij procurauit ex Vrbe aſportari Cremonam corpora DD. Marij, Marthæ, Audifacis & Abacuh parentum & filiorum, martyrio affectorum an. Domini 306. Romæ vnà cum reliquiis DD. Vrbani ſummi Pontificis, ac Quirini etiam Martyrum, & reponi in eccleſiâ S. Laurentij. *Fallitur in anno martyrij. Idem ad annum 1462.* Antonius Melius Cremonenſis Abbas monachorum eccleſiæ S. Laurentij, ordinis D. Benedicti Cremonæ, ex eius ordine & ſumptu erectâ arcâ marmoreâ valdè elegante in ipsâ eccleſiâ in eâ poni fecit oſſa DD. Marij & Martæ, Audifacis & Abachuc, matris & filiorum, cum reliquiis DD. Vrbani ſummi Pontificis & Quirini Martyrum, Cremonam conducta ex Vrbe anno 1131. Lamberto tunc Abbate eiuſdem abbatiæ procurante.

quando eò allata;

tranſpoſita.

ACTA

Ex pluribus veteribus MSS.

CAPVT I.

Marij & ſociorum ſancta opera.

a S. Marius & ſocij Romam veniunt:

1 Emporibus *a* Claudij venit quidam vir de Perſidæ partibus, nomine Marius cum vxore ſuâ Martha, & filiis ſuis Audifax & Abbacuc, Chriſtianiſſimi viri, ad orationem Apoſtolorum.

corpora SS. perquirũt:

Venientes autem Romam, cœperunt corpora Sanctorum per carceres & ſepulturas conquirere. Et dum frequenter ſollicitè & curiosè quærerent, venientes in *b* Caſtra trans Tiberim, in carcere inuenerunt homine venerabilem, *c* Cyrinum nomine, qui iam multa verba pro nomine Chriſti perpeſſus fuerat, & omni penitùs facultate ſuâ nudatus. Ad quem venientes miſerunt ſe ad pedes eius Marius & Martha vxor eius, cum duobus filiis ſuis Audifax & Abacuc, vt oraret pro eis: & ibi manſerunt diebus octo. Et cœperunt de facultatibus ſuis miniſtrare B. Cyrino, & lauare pedes eius, & eorum qui in vinculis erant conſtricti, & ſuper capita ſua & filiorum ſuorum ipſam aquam effundere.

b

c

Sanctis captiuis miniſtrat.

2 Eodem quoque tempore iuſſit Claudius, vt ſi qui Chriſtiani inuenti fuiſſent, aut in vulgo, aut in cuſtodiâ, ſine interrogatione punirentur. Ipſe igitur præcepto diuulgato tenuit *d* ducentos ſexaginta Chriſtianos viâ *e* Salariâ, qui arenam fodientes damnati fuerant pro nomine Chriſti, quos *f* in figlinâ foras muros portæ Salariæ fecit includi, & in ciuitatis amphitheatro ſagittis iuſſit interfici.

Multos à Claudio occiſos

d

e

f

3 Hoc cùm factum fuiſſet, contriſtati nimis Marius & Martha vxor eius, cum filiis ſuis Audifax & Abbacuc, venerunt ad locum, vbi corpora Sanctorum interfecta fuerant, vnà cum *g* B. Ioanne Preſbytero, & inuenerunt ſuper corpora ſancta ignem ſuperpoſitum; & ſumentes cœperunt ab igne corpora Sanctorum ſubtrahere, & ſepelire cum linteaminibus ex facultatibus ſuis; diuites enim nimis & locupletes erant: & quotquot potuerunt ſepelierũt in cryptâ, viâ Salariâ, *h* iuxta Cliuum Cucumeris. Tunc ſepelierunt cum eis quemdam etiam Tribunum Claudij, nomine Blaſtum: & in eodem loco vigilias & ieiunia cum orationibus multis diebus cum B. Ioanne celebrauerunt *i*.

g

ſepeliunt;

h

i

4 Audiens hæc Claudius, cœpit curiosè quærere Marium & Martham vxorem eius, & non inuenit eos, quia occultè hoc faciebant. Venientes verò Romam, venerunt ad Caſtrum requirentes B. Cyrinum. Quem non inuenientes, nimiùm contriſtati ſunt. Inuenerunt tamen quemdam Preſbyterum, nomine *k* Paſtorem, qui & illis narrauit omnia, quæ facta fuerant, & quomodò noctu interfectus fuerat *l* gladio B. Cyrinus, & iactatus fuerat in Tiberim, cuius corpus remanſit in *m* inſulâ Lycaoniæ. Pergentes igitur noctu cum familiâ ſuâ & B. Paſtore, collegerunt corpus eius, & ſepelierunt eum in cœmeterio Pontiani in cryptâ, *n* VIII. Kalendas Aprilis.

k

l

m

& S. Cyrinum Preſbyterum.

n

5 Venientes poſt hæc BB. Marius & Martha cum filiis ſuis, noctu audierunt in loco trans Tiberim in quodam cœnaculo multitudinem Chriſtianorum pſallentium. Pergentes itaque ad locum cum gaudio, pulſauerunt ianuam cœnaculi. Illi autem timentes noluerunt aperire eis. In eodem autem loco erat Epiſcopus, nomine *o* Calliſtus. Qui cùm audiſſet pulſantes, dixit ad Sanctos Chriſti: Confortamini, nolite timere. Chriſtus pulſat oſtium noſtrum: aperiamus os noſtrum, & plus confortantes noſmetipſos collaudemus Dominum, quia ipſe nos vocat. Et confeſtim perrexit ipſe ad ianuam, & aperuit oſtium. Quem videntes Marius & Martha vxor eius, vnà cum filiis ſuis Audifax & Abbacuc iuuenibus,

o

Adeunt Chriſtianorum cõgregationem.

nibus, miſerunt ſe ad pedes B. Calliſti Epiſcopi. Quos vt viderunt omnes Chriſtiani, gauiſi ſunt, & oſculati ſunt ſe inuicem. Dedit autem B. Calliſtus orationem in ipsâ horâ dicens: Deus pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui diſperſa congregas & congregata conſeruas, auge fidem & fiduciam ſeruis tuis per Chriſtum Dominum noſtrum, qui viuit cum Deo Patre omnipotente & Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Et reſpondit omnis populus, Amen. Et fuerunt in eodem loco menſibus duobus in abſcondito.

a *Imperauit* Claudius II. *à 21. circiter Martij, Ch.* 268. *Coſſ.* Ouinio Paterno II. *&* Mariniano, *duobus ferè annis.*

b *Al.* caſtrum. *Fuêre in regione XIV. quæ* Tranſtiberim *dicta*, caſtra vetera, *&* caſtra lecticariorum.

c *Colitur* S. Cyrinus *ſiue* Quirinus, *XXV. Martij.*

d *Conſentit Martyrologium, cui adſcripti* 1. *Martij. alia MSS. habent* ducentos ſeptuaginta duos.

e *De* viâ Salariâ *diximus* 16. *Ian. in* Priſcillâ.

f *Addunt quædam MSS.* & alios.

g *De* S. Ioanne *&* Criſpo *Presbyteris agemus* 18. *Aug.*

h *Alia MSS.* in Cliuo Cucumeris.

i *Addunt quædam MSS.* XV. Kal. Iulij. *eo certè die coluntur* S. Blaſtus *& ſocij. pro* Blaſto *habent quædam MSS.* Plauſtum, *alia* Blauſtum.

k *Alius* Paſtor *Presbyter, hoc longè antiquior, colitur* 26. *Iul.*

l *MS. Aud.* à gladiatoribus.

m *Eadem* Inſula Tiberina, *vulgò nunc* Inſula *dicitur. Ea vt primùm coaluerit, coniectâ in Tiberim farris ſegete, limoq; illitâ, narrat Liuius dec.* 1. *lib.* 2.

n *MS. S. Max.* IX. Kal. Apr. *quo die in nonnullis Martyrologiis refertur.*

o *Erat in quibuſdam Roſuveydi ſchedis annotatum, in his Actis pro* Calliſto *reponendum* Dionyſium; *quod num in veteri quopiam MS. repererit, num ſolâ coniecturâ definierit, haud liquet: ſedebat tum quidem certè* S. Dionyſius *Papa. Exiſtimat Baronius an.* 270. *num.* 14. alium à Romano quempiam intelligendum eſſe Antiſtitem, & fortaſſis proximum Portuenſem, ſub cuius diœceſi Tranſtiberina regio cenſeretur. *MS. S. Max.* Capraſium Epiſcopum *habebat, hîc, & inferius.*

CAPVT II.

S. Valentini Presbyteri confeſſio, miracula.

a S. Valentinus, liberè fidem profitetur:

6 TVnc tenuit Claudius quemdam venerabilem virum, *a* Valentinum nomine, Presbyterum, & incluſit in carcerem, compedibus & catenis ligatum: quem poſt biduum iuſſit ſibi præſentari in palatio ſuo iuxta amphitheatrum. Qui dum præſentatus fuiſſet aſpectibus eius, dixit ad eum: Quare non amicitiâ noſtrâ frueris, & viuis cum cœtu Reipublicæ noſtræ? Satis mirandam ſapientiam de vobis audio, & cùm ſis ſapiens, offendis in ſuperſtitione vanitatis. Reſpondens Valentinus Presbyter dixit: Si ſcires donum Dei gauderes & tu, & Reſpublica tua, & *b* refutares dæmones & idola manufacta, & cõfitereris vnum Deum Patrem omnipotẽtem, & Ieſum Chriſtum filium eius, creatorem omnium rerum, qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt. Reſpondit quidam *c* Legiſconſultor, qui adſtabat Claudio, dicens voce clarâ ad B. Valentinum Preſbyterum: Et quid diſputas de Deo Ioue, vel Mercurio? Reſpondens Valentinus Presbyter dixit: Ego nihil aliud de iis diſputo, niſi quòd homines miſeros eos & turpes ſcio, qui tempore vitæ ſuæ ſemper in immunditiis & delectationibus ac contumeliis corporum ſuorum malè vixerunt. Sed & tu ſi oſtenderis mihi genealogiam eorum, videbis quàm turpes fuerint. Reſpondit Legiſconſultor voce clarâ exclamans: Blaſphemauit deos, & gubernatores Reipublicæ.

b

c

7 Eodem die Claudius magis patienter audiebat, & reſpondens Valentino dixit: Si Chriſtus Deus eſt, quare mihi non diuulgas quod verum eſt? Reſpondit Valentinus Presbyter, & dixit: Audiat pietas veſtra; tu verò audi me Rex, & ſalua erit anima tua, & Reſpublica tua augebitur, & inimici tui extinguentur, & tu in omnibus victor eris, & hîc regno fruêris & in ſeculo futuro. Hoc tantùm moneo vt *d* pœnitearis de ſanguine Sanctorum, quem effudiſti, & credas Chriſtum, & ita baptizeris; & ſaluus eris. Tunc Claudius aſtantibus ſibi dixit: Audite ciues Romani & cœtus Reipublicæ, quàm ſana doctrina diuulgatur ab homine iſto. Reſpondens Calpurnius Præfectus dixit voce clarâ: Seductus es, ô Princeps, in doctrinâ falsâ: & ſi iuſtum eſt vt derelinquamus quod à cunabulis noſtris coluimus & adorauimus, vos iudicate.

d

Ex MSS. *Claudium conciliaſſet fidei, niſi Calpurnius Præfectus obſtitiſſet.*

8 Eadem horâ mutatum eſt cor Claudij & cum triſtitiâ tradidit eum Calpurnio Præfecto, dicens: Patienter audi eum, & ſi ſanum conſilium non eſt quod declarat, fac in eum quod in ſacrilegum leges prædixerunt; ſin verò, audiatur iuſta poſtulatio eius. Tunc Calpurnius Præfectus ſuſcipiens Valentinum Preſbyterum, dedit eum cuidam Aſterio Principi ſuo, dicens: Si potueris eum mollibus ſermonibus humiliare, intimabo doctrinam tuam Claudio, & eris amicus eius, & multiplicaberis diuitiis, & facultatibus. Accipiens autem eum Aſterius duxit eum in domum ſuam. Qui dum introiſſet in domũ Aſterij Valentinus Preſbyter genibus poſitis orauit, dicens: Deus omnium rerũ viſibilium & inuiſibilium factor, & creator generis humani, qui miſiſti Filium tuum Dominũ Ieſum Chriſtum, vt nos de præſenti ſeculo liberares, & de tenebris ad verã lucẽ perduceres, qui nobis præcipiens, dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos; tu conuerte domum hanc, & dona ei lumen poſt tenebras, vt cognoſcat te Deum & Chriſtum in vnitate Spiritus ſancti in ſecula ſeculorum, Amen.

Traditur Aſterio, peruertendus:

Matth. 11. 28.

9 Audiens hoc Aſterius Princeps dixit ad Valentinum Presbyterum: Miror prudentiam tuam, vt dicas quia Chriſtus veſter lumen eſt. Reſpondens Valentinus voce clarâ dixit: Et verè, quia Dominus Ieſus Chriſtus, qui natus eſt de Spiritu ſancto & de Mariâ Virgine, lumẽ verum eſt, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Reſpondit Aſterius dicens: Si illuminat omnem hominem, modò probabo ſi Deus eſt; ſin autem, fallâciam tuam extinguam. Habeo filiam adoptiuam, quam dilexi à cunabulis, & ſubitò ante ferè annos duos *e* hypochymatis obſcurata & *f* fœdata eſt: ipsâ ergo adducam ad te; & cùm curata fuerit, omnia quæcumque præceperis mihi, faciam. Dixit igitur Valentinus Presbyter: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti adduc eam ad me. Currens verò Aſterius anxiando adduxit puellam cæcam ad B. Valentinum Presbyterum. Eleuans autem Valẽtinus manus in cælum, oculis fluentibus lacrymis, dixit: Domine Deus omnipotens pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, qui miſiſti filium tuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ad terras, vt nos de tenebris ad lucem veram perduceres, te inuoco ego peccator indignus. Sed quia omnem animam ſaluas, & neminem vis perire; ideò precor miſericordiam tuam, vt cognoſcant omnes, quia tu es Deus, & pater omnium & creator, qui cæco nato oculos aperuiſti, & iam fœtentem Lazarum de monumento reſuſcitaſti: te inuoco qui lumen es verum, & Dominus omnium Principum & Poteſtatum; non mea voluntas ſed tua fiat ſuper hanc famulam tuam, vt digneris eam illuminare lumine intelligentiæ tuæ. Et poſuit manum ſuam ſuper oculos eius, dicens: Domine Ieſu Chriſte illumina famulam tuam, quia tu es lumen verum. Et cùm hoc dixiſſet, aperti ſunt oculi eius.

ei myſteria fidei exponit,

e *ὑπόχυμα* ſuffuſio *eſt, qua & ὑπόχυσις. vitiosè MSS.* epochymatis, *vel* hypocematis.

f *Alia MSS.* cæcata.

eiuſdẽ filiæ viſum reſtituit.

a *Colitur* S. Valentinus *Presbyter & Martyr* 14. *Febru.*

b *MS. S. Max.* refugeres. c *Idem MS.* Legiſconſultus.

d *Mombr.* pœniteat te ſanguinis, *& rectius: ſed plures ſequimur.*

Ex MSS.

CAPVT III.

S. Asterij & domesticorum conuersio & martyrium.

10 HOc cùm vidisset Asterius, cecidit cum vxore suâ ad pedes B. Valentini, & ita aiebant dicentes: Per Christum, per quem lumen agnouimus, precamur, vt quod scis facias, vt saluentur animæ nostræ. Respondit Valentinus & dixit: Ergo facite quod dico, & si ex toto corde creditis, confringite omnia idola, & ieiunate, & relaxate culpas omnibus, & baptizetur vnusquisque in confessione suâ, & saluus erit. Tum indixit eis triduo ieiunium. Et quia multos habebat Asterius in custodiâ de Christianis, relaxauit omnes. Tribus igitur ieiunij consummatis diebus, die sancto Dominico veniente, baptizauit Asterium cum omni domo suâ. Et vocauit ad se S. Callistum Episcopum, qui veniens consignauit Asterium cum omni domo suâ, animas ferè promiscui sexus numero quadraginta sex.

Asterius captiuos Christianos dimittit:

baptizatur cum suis, post tridui ieiunium:

11 Hoc factum vt audiuit Marius & Martha vxor eius cum filiis suis Audifax & Abbacuc, quia cæca illuminata est à B. Valentino, & per illuminationem eius omnis domus Asterij credidit, venerunt cum gaudio magno ad domum Asterij gratias agentes Deo, & fuerunt ibi dies [a] triginta duos. Post hos dies requisiuit Claudius Asterium Principem. Et nuntiatum est illi, quia illuminata fuisset puella in domo eius, & per hoc signum baptizatus esset in nomine Christi cum omni domo suâ per Valentinum Presbyterum. Qui iratus misit milites, & tenuit omnes quos inuenit in domo eius. Qui cùm adducti fuissent vincti, inter quos erant Marius & Martha, Audifax & Abbacuc nobilissimi ex Persidâ, qui venerant ad orationem sanctorum Apostolorum; iussit eos separari à congregatione iustorum, præcipiens Asterium cum omni domo suâ duci vinctum in ciuitatem Ostiam, & ibi eum sub pœnarum examinatione [b] iudicium sumere.

visitatur à SS. Mario & socijs:

a

cum iis capitur:

b

12 [c] Et cùm peruenissent ad locum, tradiderunt eos cuidam Iudici, nomine Gelasio. Tunc suscipiens eos Gelasius, iussit mitti omnes in carcerem. Post dies autem viginti, iussit eos Gelasius suo conspectui præsentari. Qui dum præsentati fuissent, dixit ad eos: Audistis quid iusserunt victores Reipublicæ? Dixerunt: Nescimus. Dixit eis: Omnis quicumque diis immolauerit, viuat, & libertas ei concessa maneat, & facultatibus honoretur. Qui verò noluerit se humiliare diis, diuersis pœnis interficiatur. B. Asterius dixit: Sacrificent eis, & cum eis pereant, qui eorum similes sunt. Nam hoc scias, quia nosmetipsos sacrificium offerimus Deo omnipotenti & Domino Iesu Christo filio eius. Tunc Gelasius Iudex iratus iussit B. Asterium in eculeo leuari & torqueri; & omnes alios iussit fustibus cædi. Illi autem dicebant: Domine Iesu Christe, qui tribus pueris in camino æstuantes flammas ignium extinxisti, tu extingue minas istius tyranni, vt non glorietur super seruos tuos, & ne separes nos à domino nostro Asterio.

c

ducitur Ostiam:

equuleo torquetur: socij fustibus cadunt.

13 Statimque iussit eum deponi de eculeo, & iterum custodiæ mancipari, dicens: Istis grauiora sunt præparanda tormenta. Et iussit vt omnis populus diluculo ad spectaculum conuenirent. Tunc iussit sibi editionem in amphitheatro parari, & B. Asterium sibi & omnes Sanctos præsentari. Cui ita dixit: Desere amentiam vanitatis tuæ, & te diis libaturum promitte, vt non in tormentis deficias, & isti omnes simul intereant. Respondit B. Asterius, & dixit: Nos omnes hoc desideramus, sicut Dominus noster Iesus Christus pro peccatoribus passus est, ita & nos immeriti peccatores pro nomine eius sustineamus tormenta; vt purgati ab inquinamentis seculi huius, securi ad desiderata regna cælorum pertingere mereamur. Hoc audiens Gelasius Iudex, irâ commotus iussit eos feris tradi. Et subitò comprehenderunt eos ministri, & duxerunt ad locum qui appellatur Vrsarius, iuxta fanum aureum, quia ibi feræ nutriebãtur. Et dum introissent omnes Sancti in lacum, subitò dimissæ sunt feræ vt eos interficerent. Tunc B. Asterius facto signaculo Christi, voce clarâ dixit: Domine Deus omnipotens, qui misertus es famulo tuo Danieli in lacu leonum, & per Abacuc Prophetam eum confortasti, ita & seruos tuos visita per Angelum tuum sanctum. Et currentes feræ cœperunt pedes B. Asterij adorare, simul & omnium Sanctorum.

Omnes obiiciuntur feris,

innoxiè:

14 Et cùm vidisset Gelasius, dixit ad populum: Vidistis quomodò magicis artibus feras mansuetas fecerunt? Multi autem dicebant, Quia Deus eorum liberauit eos. Tunc iussit Sanctos eiici de lacu, & flammis exuri. Tunc B. Asterius exclamans dixit ad Sanctos: Confortamini & nolite timere, quia ille quartus, qui inter tres pueros Hebræos in camino ignis affuit, ecce nobiscum adest. Et confestim extinctæ sunt flammæ, ita vt nullum de membris eorum contaminaretur. Tunc videns Gelasius quia in omnibus victus erat, iussit eos foras muros Ostiæ ciuitatis eiici, & ibi eos capitalem subire sententiam, alios verò lapidibus obrui. Tunc corpora eorum Christiani cum omni diligentiâ sepelierunt sub die [d] XV. Kal. Febr. In quo loco fabricata est ecclesia, & ibi florent beneficia Martyrum vsque in præsentem diem.

in ignem coniiciuntur, illæsi:

occiduntur.

d

a *MS. S. Max.* viginti duos.

b *Alia MSS.* exulare; *alia,* exhalare spiritum.

c *Quæ sequuntur vsque ad cap. 4. in solo MS. Ripatorij reperimus.*

d *Eo die de S.* Asterio *& sociis egimus.*

CAPVT IV.

SS. Valentini, Marij, & sociorum cædes.

15 MArium autem & Martham, Audifax & Abbacuc iussit sibi reseruari Imperator, vt eos per semet audiret; Valentinum verò Presbyterum fustibus cædi, & subire sententiam vt capite truncaretur. Qui decollatus est [a] viâ Flaminiâ sub die sexto decimo Calẽdarum Martiarum. Cuius corpus collegit quædam matrona Sauinilla & sepeliuit in eodem loco, vbi decollatus est, vbi multa miracula operatur Dominus ad laudem & gloriam nominis sui.

S. Valentinus plectitur capite:

a

sepelitur.

16 Iussit itaque Claudius præsentari aspectibus suis Marium, Martham, Audifax & Abbacuc. Qui cùm præsentati fuissẽt, æstimãs Claudius quòd pecuniis cumulati essent, sic aggreditur eos, dicens: Vnde estis? Respondit Audifax filius eorũ maior, dicens: de Persidâ. Claudius dixit: Quã generositatem inter vos confertis? Respondit Audifax: Ego & Abbacuc, quantùm ad carnem filij eorũ sumus. Claudius dixit: Ob quã causãm ad patriam superiorem deuoluti estis? Respõdit Audifax: Desiderio desiderauimus ad pedes Apostolorum ad orationẽ occurrere. Claudius dixit: Et quæ facultas in vobis fuit, vt tantum in itinere expẽderetis? vel qui natales vestri sunt, indicate. Responderunt Marius & Martha, & dixerunt: Dominus omnipotens nouit, quia nobiles nati sumus ex omni generatione. Nam vt scias nos nobiles esse, ego filius sum Imperatoris [b] Maromeni, & hæc filia est [c] Cusinitis subreguli. Claudius dixit: Et quare iudicium parentum vestrorum non sequimini, vt deseratis deos, quos parentes vestri coluerunt, & [d] homines mortuos quæratis? Marius respondit: Nos famuli Christi, seruos & Apostolos eius venimus exorare, vt ipsi interuenire dignentur pro nobis. Claudius dixit: Facultas vestra præstò est? Marius dixit: Facultatem nostrã dedimus ei, qui hanc nobis ad tempus paucum dederat Domino Iesu Christo. Claudius audiens hunc sermonem, iratus valdè tradidit eos Vicario [e] Musciano, dicens: Si non sacrificauerint, & dereliquerint superstitionem hanc, diuersa in eos tormenta exerce.

Marius & socij examinãtur à Claudio:

regium genus suum profitẽtur,

b c

& fidem.

d

Musciano Vicario traduntur:

e

17 Eadem die iussit sibi in [f] Tellude [g] gremium præparari, & omnia genera tormentorum deferri. Qui cùm adducti fuissent in conspectu eius, furore repletus dixit:

f g

Intima-

Intimatum vobis est quid præceperunt Principes nostri & gubernatores Reipublicæ? Respondit Audifax dicens: Nescimus. Muscianus Vicarius dixit: Ergo vultis cognoscere decretum? Respõderunt Marius & Martha: Desideramus audire, quid iussum est tibi. Muscianus Vicarius dixit: Deferantur tormenta. At vbi allata sunt, dixit: Omnia genera tormentorum in vobis expendentur, si decretum Imperatorum non feceritis. Si verò audieritis præceptum Principum, & natales vestri renouabuntur, & dignitate fulgebitis præcelsâ. Hoc iusserunt victores Reipublicæ, vt sacrificetis diis sine morâ, & sitis amici Principum. Respondit Audifax filius maior, dicens: Stultam rem locutus es. Dicit Muscianus ad Marium, Martham, & Abbacuc: Vos quid dicitis? Responderunt: Omnes quasi vno ore locuti sumus.

minis eius & promissis spretis,

eaduntur fustibus:

18 Iussit igitur Muscianus Vicarius expoliari eos & fustibus cædi, Martham verò stare ante eos. Qui dum cæderentur, sub voce præconiâ dicentibus quæstionariis, Præcepta Principum nolite contemnere; Martha gaudens dicebat: Filij mei constantes estote. Marius autem laudabat Dominum, dicens: Gloria tibi Domine Iesu Christe. Muscianus Vicarius iussit eos leuari à terrâ & suspendi in equuleo. Qui dum attraherentur cannabinis funibus, voce clarâ clamabat Audifax filius maior: Gloria tibi Domine Iesu Christe, qui dignatus es dinumerare nos cum seruis tuis. Iratus Muscianus iussit ignẽ ad latera eorum poni, & *b* vngulis ferreis corpora eorum radi. Illi autem vultu alacri læti clamabant: Gratias tibi agimus Domine. Muscianus iussit eos deponi de equuleo in conspectu Marthæ, & manus eis præcidit. Cumque præcisæ fuissent manus eorum, cœpit sanguis emanare. Martha autem colligens sanguinem mariti & filiorum suorum, caput suum *i* linebat cum gaudio. Tunc iussit Muscianus vt manibus ad collum ligatis sic per ciuitatem circuirent, sub voce præconis dicentes: Deos blasphemare nolite. Clamabat autem Marius, Audifax & Abbacuc: Non sunt dij, sed dæmones, qui vos perdere habent & Principes vestros.

torquentur equuleo,

igne, vncinis:

b

truncantur manibus,

Marthâ plaudente:

i

19 Eodem die dedit sententiam *k*, vt decollarentur. Qui ducti viâ *l* Corneliâ, miliario *m* tertio decimo ad *n* Nymphas Catabassi, ibi in eodem loco decollati sunt sub arenario, Marius, Audifax & Abbacuc; Martha verò in Nymphâ necata est. Quorum corpora iterum iussit Muscianus incendi ne sepulturam haberent. Matrona verò quædam, nomine Felicitas, rapuit corpora eorum semiusta, & in prædio suo sepeliuit. Martham verò leuauit de puteo, & iunxit corporibus sanctis, sub die *o* tertio decimo Kalendarum Februariarum: vbi præstantur beneficia Domini nostri Iesu Christi vsque in hodiernum diem, regnante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat cum Patre & Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Ex Mss. *k l m n occiduntur. Corpora eorum semiusta sepeliuntur. o*

a *Extra portam* Fluméntanam, *quæ &* Flaminia *pòst dicta quòd ab eâ viam Ariminum vsque C. Flaminius duxit: nunc* Porta populi *dicitur. Extra eam cœmiterium fuit quod* S. Valentini *dictum, pòst* Iulij, *à Iulio Papa restauratum. Cernuntur isthic ruinæ ecclesiæ* S. Valentini. *ita Panciroius.*

b *Mombr.* Marome.. *MS. S. Max.* Matromenij. *Alij illustres Persæ eâ ætatè Christi fuscepérant religionem, è quibus* Abdon & Sennen *Reguli, de quibus* 30. *Iul.*

c *Momb.* Culsuntis. d *al.* hominem mortuum.

e *Iac. Canisius,* Mutianum *vocat, quadam MSS.* Musianum, *al.* Muscium.

f *Ideſt,* æde Tellur.s, *vt alibi dictum.*

g *Hìc* gremium *pro tribunali dictum videtur.*

h *Al.* virgis ferreis.

i *MS. Martyrol. S. Laur. Leodij addit,* & faciem.

k *Addunt Sur. & Baron.* ex tabellâ.

l *Alij* Aureliâ *legunt, vt monet Baronius. Et sanè rarâ* viæ Corneliæ *mentio, vt scribit Onuphrius, qui inter* Triumphalem & Aureliam *locat: & forsan in* Aureliam *vspiam incurrebat.*

m *Baronius & MS. S. Max.* duodecimo.

n *Locus hic, vt scribit Baron. an.* 270. *nu.* 14. inter viam Corneliam & Portuensem situs est, qui corrupto nomine vulgò hodie dicitur Sancta Nympha, vbi adhuc antiquæ ecclesiæ inuisuntur vestigia; insunt & nobilissimi subterranei aquæductus, vt coniici possit ex aquarum abundantiâ consecutum esse nomen locum illum, vt diceretur Ad Nymphas: quem nos vidimus. *ita ille.*

o *Sur.* decimoquarto, *mendosè.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRIS

PAVLO, QVINCTO, GERONTIO, IANVARIO, SATVRNINO, SVCCESSO, GERMANA, TERTVLO, siue ZERTVLO, TIBERITANO, MAIOLO, VICTORIANO, HONORATO, FORTVNATO, IVLIO, LVCIO, MARCVSO, siue MARCISSO, PVBLIO, FELICE, CAIA, VITALE, CASSIANO, SECVNDO, VICTORE, PRIMO, SPANO, siue HISPANO, CACINANO, siue CÆCVMARO, alio LVCIO, SATVRNINA, FLORIDA, CALLISTA, MELONDIONE, siue MOLENDIONE, & aliis ferè sexcentis.

XIX. IANVAR.

Horum SS. nomina à Baronio inscripta Martyrologio Rom.

Simul hi an diuersis locis ac temporibus, in eadem tamen Africâ, interfecti sint, haud liquet, Actis vel abolitis vel in abdito latẽtibus. Verba Martyrologiorũ dabimus, dum certiora quis eruat. Romanũ: In Africâ sanctorum Martyrum Pauli, Gerontij, Ianuarij, Saturnini, Successi, Piæ, Germanæ, Iulij, & Cati. *quæ fatetur Baronius se ex vetusto codice S. Cyriaci in Thermis adiecisse Martyrologio. Eadem Galesinius ex Bedâ, vt ait; deprompsit: ast in Bedâ vulgato non habentur. Bedam quoque Carthusiani Colonienses citant & Canisius:* In Africâ, secundùm Bedam, SS. Pauli, Quinc*ti*, Geronti, Ianuarij, Saturnini, Successi, Piæ, Germanæ, Iulij, Gagi. *Notkerus:* In Africâ Pauli, Quincti, & plurimorum Martyrum. *MS. vetus monasterij Rhinavv.* In Africâ Pauli, Quincti, Ianuarij, Germani. *MSS. monasteriorum S. Martini Tornaci, & Latiensis:* In Africâ natalis SS. Pauli,

pridem aliis.

Ex variis. Pauli, Hermetis, Quincti, Gerontij, Ianuarij, Succeſſi, Valentis, Publij, Gagij, cum aliis ſexcentis.

2 *Aliquos ex his ſexcentis enumerare S. Hieronymi Martyrologium à Laurentio Epternacenſi exaratum videtur*: In Africâ, Pauli, Quinti, Geronti, Ianuari, Saturnini, Succeſſi, Germanæ, Zertuli, & aliorum multorum. Tiberitani, Maioli, Victoriani, Honorati, Furtunati, Iuli, Luci, Marcuſi, Pupli, Felicis, Gaiæ, Vitalis, Caſſiani, Secundi, Victoris, Primi, Spani, Cacinani, item Luci, Saturninæ, Floridæ, Caliſtæ, Melondionis. *Eoſdem ferè enumerat vetus MS. Hibernicum Conuētus Dungalenſis*: Pauli, Quinti, Gerontij, Ianuarij, Saturnini, Succeſſi, ... Gagiæ, Saturninæ, Floridæ, Calizæ, Piæ, Priſcari, Tertuli, Tiberi, Tanmaioli, Victoriani, Honorati, Fortunati, Iulij, Lucij, natiuitas S. Germanis, Marciſſi, ... Pupli, Felicis, Vitalis, Caſſiani, Secundi, Victoris, Primi, Hiſpani, Luci, Cæcumari, Molendionis. *Omiſimus quæ haud aptè interiecta*: Marii & Marthæ ſororis Lazari, & Pauli ſenis.

in quibuſdam plurima alia,

3 *In quibuſdam ergo nominibus diſcrepantia eſt.* Pia *à Caniſio, Carthuſianis, Baronio, Galeſinio relata, aliò videtur pertinere, vt infrà dicetur.* Gerantium *ſcribunt Galeſinius & Caniſius, qui* Gerontius *eſt.* Tertulus *dicendus videtur cum MS. Hibernico, qui Laurentio Epternacenſi* Zertulus. *at qui huic* Tiberitanus, *rectè, vt opinamur, mendâ librarij in altero MS.* Tiberius *eſt,* Tan *ſyllabâ ad* Maioli *nomen perperàm adnexâ. Huic* Marciſſus, *illi* Marcuſus *eſt: diſputare vtram præferas lectionem, vix dignum operâ.* Caiam *malumus, niſi* Caium *potiùs dixeris, quam alterum MS.* Gagiam, *Carthuſiani* Gagum; *MSS. Tornacenſe, & Latien.* Gagium; *Baronius, Galeſinius, Caniſius,* Catum. Spanus *&* Hiſpanus *eadē ſunt; quippe* Spania *dicta etiam veteribus quæ* Hiſpania, *& noſtratibus* Spanien. *quamquàm & σπανὸς* rarus, pretioſus. *Pro* Cacinano *&* Cæcumaro, *an non* Cæcinianum *augurêre legendum?* Molendion *ſit, an* Melondion *vix intereſt;* Melandion, *aut* Melandryon, *alius coniectetur legendum.* Calliſta *in vno MS.* Caliſta, *in alio* Caliza *appellatur.*

eaq; variè ſcripta.

4 *In poſtremâ editione Martyrologij adſcriptum eſt in margine, hos anno 302. videri ſubiiſſe martyrium. At Franciſcus Biuarius ad Fl. Dextri chronicon an. 138. nu. 5.* Germanam, *quæ hîc recenſetur, vnam eſſe exiſtimat ex nouemgeminis* Catellij, *ſiue* C. Attilij, *Reguli filiabus,* S. Quiteriæ (*de quâ XXII. Maij agemus*) *ſororem; ſed* quando à ſeſe inuicem ſorores nutu Angeli diſceſſerunt, mari tranſacto in Africam migraſſe, ibique pro Chriſti fide tuendâ cum aliis octo ſociis vitam poſuiſſe; *bosq; octo ſocios eſſe, quos Baronius Martyrologio Romano reſtituit. Citat Iuliani chronicon, necdum nobis viſum, in quo hæc haberi ait:* S. Germana ſoror harum, Carthagine in Africâ patitur, *Incerta hæc nec ſequi nec refutare animus eſt. Secutus eſt Antonius Vaſconcellius noſter in Deſcriptione regni Luſitaniæ, ſcribens alias ſorores alibi* mortem pro Chriſto obiiſſe, Germanam Carthagine in Africâ. *Aſt hos Martyres Carthagine iniuiſſe certamen, aliorum nemo aſſerit, ſed in Africâ dumtaxat.*

Quando occiſi ſint.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
PIA, PICARIA, ET ALIIS XXXVIII.
CARTHAGINE IN AFRICA.

XIX. Ianvar. PIam *cum aliis Africanis Martyribus iunxêre Baronius, Caniſius, Galeſinius, Carthuſiani, MS. Dungalenſe. & frequens eſt in veteribus Martyrologiis, vt vel nullo expreſſo loco, vel eo etiam indicato, alij addantur Sancti, qui eò non ſpectant; præſertim cùm ſola nomina, abſque omni actorum mentione, recenſentur. Diſtinxêre Notkerus & Martyrologium S. Hieronymi:* Karthagine, Picariæ, Piæ, & alior*ũ* xxxviii. *Pro* Picariâ, Priſcari *nomen eſt in Dungalenſi codice. fortè* Priſcariæ *ſcriptum fuit. In eodem Martyrum XXXVIII ſeparatim mentio fit:* Niceti, (*Epiſcopi, quem ſuprà in 2. Aprilis reiecimus*) & aliorum xxxviii. Martyrum.

DE SANCTIS MARTYRIBVS
LVCIANO, PAVLA, CLAVDIO, HYPATIO, PAVLO, DIONYSIO.

XIX. Ianvar. MEmorantur hi *in Menæis Græcorum, atque à Maximo Cythereo, his verbis:* Memoria ſanctorum Martyrum Luciani, Paulæ, & infantium cum ipſis Claudij, Hypatij, Pauli, & Dionyſij, quorum celebritas peragitur in æde Anaſtaſij Patriarchæ *in* Ὀξείᾳ. *Coniectatur non improbabiliter Raderus noſter* Lucianũ *&* Paulam *parentes, ceteros eorum liberos fuiſſe. Nihil de his Latini.*

DE S. EVPHRASIA VIRG. ET MART.
NICOMEDIÆ IN BITHYNIA.

sub Diocl. XIX. Ianvar. IGnota *eſt Faſtis Latinis* Euphraſia, *in quibus tres eiuſdem nominis Heroides celebrantur. Hæc Nicomediæ coronata, cùm in viuis adhuc ageret S. Anthimus eius ciuitatis Epiſcopus, ſub Diocletiano & Maximiniano, vt ad vitam S. Anthimi 27. Aprilis dicetur.* Euphraſiæ *certamen deſcripſit Nicephorus Calliſtus lib. 7. cap. 13. atque ex eo Baronius tom. 3. an. 309. nu. 35. & Menæa Græcorum hoc die, ac Maximus Cythereus. Extat de eâ elegans Vincentij Guiniſij noſtri poëma.*

Oriunda hæc erat ex vrbe Nicomediâ, imperante Maximiano, genere illuſtris, vitâ continens & proba. Cùm verò induci non poſſet vt dæmonibus immolaret, dirè verberata eſt: cumque perſiſteret in ſententiâ, barbaro cuidam ad contumeliam addicta eſt: à quo caput illi reſectum eſt, decepto ab ipsâ pollicente ei, ſi à contumeliâ abſtineret, ſe illi remedium exhibituram, quo vſus in bello neque gladiis neque iaculis lædi poſſet, ſed prorſus inuiolabilis eſſet; eiuſque rei in ſuo corpore experimentum præbitura, caput illi feriendum porrexit. Ille ratus illam ex animo hæc dicere, magnâ vi ceruici ferrum incuſſit, & caput ei amputauit.

Euphraſia ſanctus doloſis, pro ſeruandâ virginitate.

ACTA EX MENÆIS.

DOlo ſapiente effugiens carnis iniuriam
Muneraris verè à gladio Euphraſia.

EADEM

EADEM ACTA EX NICEPHORO.

1 ALia quædam puella, perpulchrum & inuiolatum teſtimonio omnium virginitatis ornamẽtum, quia comprehenſa deorum cultum vt ſummum malum auerſata fuerat, impotentibus & impudicis viris ad ludibrium & turpem libidinem tradita eſt. Et illa iam ita abducebatur, cùm ei caſu quodam inter eundum Antiſtes Eccleſiæ Nicomedienſis Anthimus obuius fit. Ibiq́ue ab illâ interrogatus, vtrum ſibi è duobus æqualibus magis eligendum videretur? reſpondens ille, Filia, inquit, Euphraſia, pulcherrimum quidem eſt virginitatis donum, ſed præſtantius multò fidei præceptum. Quandoquidem enim, ſi caſus aliquis aut neceſſitas ita ferret, multò magis pallam ipſam præſtaret quàm corpus diripientibus dare; in præſentibus quoque malis & tentationibus eodem modo rem diſpicere conuenit. Et ſi permiſſum non eſt vt vtrumque retineas, vt ſaltem animam incontaminatam conſerues faciendum tibi eſſe duco; vt ſcilicet mente ipſa per fidem confirmata, carnem iniuriis & contumeliis improborum permittas.

S. Euphraſia impudicus tradita,

ab Epiſcopo monetur fidem præ virginitate retinendam:

2 Conſilio viri eius cognito, animo etiamnum in vtramque partem fluctuante, tandemq́ue ſe, vt vtrumque ſaluum retineret confirmante, quò adducebatur ſequitur. Atque vbi iam in eodem eſt conclaui cum improbo iuuene clauſa, techná quadam illum circumuenit: veneficam enim ſe eſſe profitetur, mercedemq́ue ingente conſumptâ, corpus Sancti numquàm inde potuit amoueri: quin imò omnes accedentes ad locum, vt mortui ſternebantur: ſicq́ue ibidem diuulſum eſt. Quâ ciuitate poſtmodùm in loco vbi nunc eſt reconſtructâ, per Imperatorem Federicum, corpus ſancti Confeſſoris eôdem delatum eſt, vbi & quieſcit miraculis ſplendens.

Ex variis.

militi vnguentum cõtra vulnera offert:

eo inuncta ipſa interficitur.

a

a *Caue hîc homicidij crimen ſuſpicêre. Moriendum ei erat, vel violatæ, ſi in fide conſtaret: dolo necem præoccupauit, caſtitate retentâ. Atque vt viuere illuſa licuiſſet, auctor illi ſtratagematis huius Diuinus ſpiritus, à noxa ſuſpicione omni abſoluit non eam tantùm, ſed & alias complures parias auſas.*

DE S. BASSIANO

EPISCOPO LAVDENSI IN ITALIA.

CIRCA ANN. CH. CCCCIX. XIX. IAN.

1 IAus Pompeia *Inſubriæ oppidum fuit, Boiorum opus, ſed à* Cn. *Pompeio Strabone, Magni patre, vel reſtauratum vel auctum, vnde & nomen: ſeculo Chriſtiano duodecimo à Mediolanenſibus euerſum, diſperſis quoque, ne rurſus coaleſcerent, incolis. Sed Fredericus Ænobarbus Imperator tutiori loco ad* Adduam *flumen readificauit, priori nomine,* Laudis, *ſiue* Laudæ, *vulgò* Lodi. *Tribus inde millibus paſſuum vicus* Lodeué, *(quaſi* Laudem veterem *dicas) in prioris oppidi ruinis cernitur.*

Laudis Pompeia.

Patroni S. Baſſiani natalis,

2 *Eius vrbis tutelaris eſt* S. Baſſianus *Epiſcopus, colituq́; XIX. Ianuarij ſolenni ad octauum diem religione. Eo die Martyrologium Romanum:* Laude, S. Baſſiani Epiſcopi & Confeſſoris, qui aduersùs hæreticos vnà cum S. Ambroſio ſtrenuè decertauit. *Eiuſdem meminêre Molanus & Carthuſiani Colon. in addit. ad Vſuard. Bellinus, Maurolycus, Felicius, Ghinius, Caniſius, Galeſinius, Octauius Caietanus noſter in Ideâ operis de SS. Siciliæ.*

vita,

3 Illius vitam ac res mirabiliter geſtas, *inquit Galeſinius,* nuper litteris mandauit Hieronymus Rubeus in volumine hiſtoriarum, quod de vrbe Rauennâ ornatè confecit: vt multò antè Mombritius, qui è libro excepit, ab illius Sancti diſcipulis olim conſcripto. *Hanc è Mombritio damus. cuius compendium extat in lectionibus Breuiarij Mediolanenſis hoc die, in eiuſdem Galeſinij Martyrologio, Petro de Natalib. lib. 2. cap. 101. Ferrarij catalogo SS. Italiæ. Subiiciemus Lectiones, quæ in Eccleſiâ Laudenſi & totâ diœceſi recitantur, à Cardinale Mellino, ſacræ Rituum congregationis mandato, reuiſæ & recognitæ, atque ab eadem Congregatione approbatæ, die XII. Iul. MDCXXVIII. eas* Ioannis Petri Puricelli, *Præpoſiti S. Laurentij maioris Mediolani, V. CL. beneuolentiâ conſecuti ſumus.*

alibi memoria,

4 *Meminit* Baſſiani *S. Ambroſius epiſt. 60. quâ* S. Felicem *Comenſem (de quo XIV. Iulij agemus) inuitat ad baſilicæ, quam idem condiderat* Baſſianus, *dedicationem. Idem Concilio Aquileienſi,* Syagrio & Eucherio Coſſ. Nonis Septembribus, *anno Chriſti 381. habito, ſubſcripſit; & S. Ambroſij ad Siricium Papam epiſtolæ Synodicæ aduersùs Iouinianum eiuſq́; ſectatores. Porrò tomo 1. Conciliorum* Baſilianus *ſcribitur, in operibus S. Ambroſij modò* Baſianus, *modò* Baſſianus, Baſſanus *à Felicio & Maurolyco;* ſed Baſſianum verè nominari, *inquit Galeſinius,* oſtendunt omnia antiquitatis impreſſa veſtigia. *De eo agunt Paulinus & Baronius in vitâ S. Ambroſij; idemq́; Baronius to. 4. an. 381. nu. 83. & to. 5. an. 397. nu. 31.*

nomen;

5 *Tranſlationem* S. Baſſiani *è Laude veteri ad Nouam variis commemorant rerum Inſubricarum ſcriptores. Nam euersâ ſub annum 1158. à Mediolanenſibus Laude, Mediolanum ſe, ipſam quoque propinquam excidio vrbem, deportari vetuit. Ita Petrus de Natal. lib. 2. cap. 101.* Temporis proceſſu deſolatâ ciuitate Laudenſi per ciues Mediolanenſes, & totaliter igne conſumptâ, corpus Sancti numquàm inde potuit amoueri: quin imò omnes accedentes ad locum, vt mortui ſternebantur: ſicq́ue ibidem diuulſum eſt. Quâ ciuitate poſtmodùm in loco vbi nunc eſt reconſtructâ, per Imperatorem Federicum, corpus ſancti Confeſſoris eôdem delatum eſt, vbi & quieſcit miraculis ſplendens.

corpus tranferri Mediolanum non poteſt;

6 *Vt ergo Frederici auſpiciis inſtaurata loco opportuniori eſt Lauda, eò veteris Patronum transferri placuit: factum id ſplendidiùs quàm religioſiùs: adfuit quippe Victor Antipapa; ſed ipſe humeros Cæſar ſuppoſuit venerabili ſarcinæ. Geſtũ id anno 1163. quarto die Nouembris. Eo enim anno* Fredericus Imperator, *vt ſcribit Otto de S. Blaſio in Apppendice ad Ottonis Friſingenſis Chronicon cap. 17.* tertiâ vice, ſed ſine inſtructu bellico, Italiam ingreditur; ibiq́ue ſicut & in Germaniâ, diuerſis placitis cum Italicis Baronibus per loca habitis, negotia Imperij inducialiter exercuit, ac per aliquod tempus cum eis quietus permanſit.

transfertur Laudem nouã,

7 *Triſtanus Calchus Mediolanenſis, hiſtoriæ patriæ lib. 11.* Dum ſic Itali populi lapidantur, Fridericus tertiò ex Germaniâ reuerſus cum Beatrice coniuge per Octobrem eiuſdem anni menſem Laudem ſe contulit, nouumq́ue inter Proceres adduxit Moguntinum Archiepiſcopum Conradum Othonis Palatini Comitis fratrem. Eodem mox acceſsêre Victor Pontifex, Aquileienſis Patriarcha, & Abbas Cluniacenſis. Iam commodum incrementum tam publicis quàm priuatis in ædificiis ea ciuitas acceperat; viſaq́ue idonea ædes, in quam ex veteri vrbe oſſa D. Baſſiani transferrentur; ſuppoſuereq́ue humeros ſacro oneri Pontifex, Cæſar, & cuncti Heroës, donauitq́ue in fabricam Ænobarbus triginta libras denariorum, & Auguſta quinque. *Breuiùs idem in Epitome:* Sed veritus ne Longobardum, in primis verò Mediolanenſem, ſeruitutis pigeret puderetq́ue, & recentis adhuc memoriæ libertatem ſe abſente repeteret, in Italiam propediem reuoluitur. Laudem appulſus, dum S. Baſſiani lipſana in nouam vrbem ex vetere deferuntur, humerum ipſe piæ ſarcinæ ſupponit.

à Frederico I. Imp. magnificè,

8 *Bernardinus Coriu: eadem narrat, & certâ temporum notâ ſignat; veniſſe nimirum iſthuc Imperatorem 28. Octobris, feriâ ſecundâ, cum Beatrice Auguſtâ, Antiſtite Colonienſi, Erimano*

anno 1163.

EX VARIIS.

mano Verdenſi, aliiſq; Proceribus: adfuiſſe ſabbato inſequente Victorem cum pluribus ſuæ factionis Cardinalibus: die Lunæ S. Baſſiani Confeſſoris, Laudenſium Patroni, ſummo honore elatum è maiori baſilicâ Laudis veteris, ipſius Victoris, Auguſti, Aquileienſis Patriarcha, aliorumq; Antiſtitum humeris, Laudem nouam eſſe deportatum: abiiſſe inde Ticinum cum coniuge Cæſarem 16. Nouembris, ſabbathi die.

4. Nouēb. 9 *Eſt ea Tranſlatio apud Ferrarium pridie Nonas Nouembris ſacris Faſtis inſcripta; quo die & Caietanus noſter:* Laude, Tranſlatio S. Baſſiani Syracuſani, & Laudenſis Epiſcopi.

Eccleſia S. Baſſiani Cremonæ.

10 *Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonenſi teſtatur Cremonæ extare* S. Baſſiani *parochialem eccleſiam, in eaq; altare magnificum à Duce quopiam Mediolanenſi erectum. In eâ eccleſiâ primo ſacrarum Rogationum die Stationem peragi: aſſeruari ibidem aliqua SS. Geruaſij & Protaſij oſſa.*

VITA AVCTORE ANONYMO,

Ex Bonino Mombritio.

CAPVT I.

S. Baſſiani inſtitutio, conuerſio.

1 SAnctorum virtutes, quibus Deo opitulante contra carnis illecebras conſtanter dimicauêre, temporaliter retexere, futurorum quoque memoriæ commendare, duobus modis mortalibus operæpretium eſſe credimus. *Vtile eſt SS. geſta ſcribere.* Cùm enim inuictam eorum conſtantiam in præſenti fideliter recolimus, eos apud Deum noſtri memores eſſe non diffidimus, formamque, cui imprimi debeant, viuentibus exhibemus. Igitur B. Baſſiani Laudenſis Antiſtitis & Confeſſoris conuerſationem ſacram ac mores, quibus regni cæleſtis particeps fieri meruit, breuiter, prout ipſe præſtiterit, perſtringere ſatagimus.

S. Baſſianus Romã ad ſtudia mittitur: a

2 Baſſianus vir venerabilis vitæ, pueritiæ ſuæ tempore ſenectutem, nec diuturnã neque numero annorum computatam, moribus prætendens, à patre Sergio [a] Syracuſanorum prouinciæ Præfecto Romam, cùm eſſet annorum duodecim, ob liberale litterarum ſtudium directus eſt, vt ad plenum liberalibus imbutus documentis, patre obeunte pro eo præfecturam prudenter diſponere noſſet. Qui cùm diſciplinam, cui incumbebat, vltra ætatis ſuæ modum mirabiliter perciperet, audito Chriſtianę religionis nomine, ad diuinam philoſophiam incredibili deſiderio ſe conabatur transferre: & clam famulantibus ſibi, quibus pater tamquàm vnanimum cuſtodiendum tradiderat, aſſiduè inueſtigabat, cui pectoris ſui arcanum ſecuriùs intimaret.

b à Gordiano Presbytero diuinitus monito, quæritur,

3 Sed Dominus futurum militem ſuum nolens diutiùs ſalutiferæ militiæ ſuæ expertem, atque ignarum exiſtere, [b] Gordiano Preſbytero magnæ ſanctitatis viro, appetitum atque ſollicitudinem adoleſcentis Baſſiani aperire tertiò in ſomnis dignatus eſt: qui maturiùs ſolito cubile proprium deſerens, cœpit publica Vrbis exercitia quærere, ſi fortè valeat iuuenem conuenire, cuius mentionem ſibi voluit Dominus antè paullulùm facere. Quem cùm, rogando feſſus, tandem ſuperna pietate fauente inuenire meretur, diligenter ab eo percunctatur, vnde oriundus, quibuſque parentibus genitus, cuiuſue gratiâ Vrbem incoleret. *reperitur,* Cui magnificæ indolis Baſſianus cuncta per ordinem prudenter referens, ſeniori ſtuporem vehementer iniicit ſuper elegantiâ ſermonis. Tunc verò ſenior honeſtis amplexibus eius aliquantiſper immoratus, domum ſuam hortando ſecum inuiſere eum cõpulit, vbi inſinuare non diſtulit, quid ſibi per viſum de eo tertiò maieſtas immenſa reuelauerit, & vt quærendo inſiſteret non mediocriter admonuerit. Quibus relatis vterque Deo gratias laudeſque debitas ſuppliciter egêre, qui in quoquam pietatis affectum non ſinit peſire, & in veritate accedentibus ad ſe, rectitudinis viam conſueuit miſericorditer referare.

in fide inuenerandi ſenis veſtigia, ſtruitur.

4 Athleta autem à Deo electus, mox prouolutus ad eo in Chriſto catechizari, nec tanto myſterio tam multò antè optato ſe vlteriùs priuari pateretur. Cuius ſaluberrimis obſecrationibus præfatus ſenior, vtpote diſpoſitionis Diuinæ iam procul dubio conſcius, deuotiſſimè acquieuit. Qui inſtructus vſque ad plenum, catechizatus in Chriſto, ita ſe ſacris obſeruationibus mancipare ſatagebat; primò frugalitatem colendo, vt ſoliti ſtipendij tertiâ portione degeret, reliquis verò duabus indigentes alere ſummo opere gaudebat: adeoque virtutum gradibus proficere meruit, vt religioſum ſacricolam, quem pridem vt didaſcalum præceptoremque coluerat, poſtmodùm diſcipulum & æmulatorem haberet. Deinde anni vnius exacto curriculo, tamquam miles acrioris pugnæ donatiuum intrepidus ſuſcipiens, baptiſmatis gratiam à ſæpedicto ſeniore percepit.

baptizatur, Angeli aſpectu recreatur.

5 Qui ſacro baptiſmatis fonte regeneratus, iuuenem formoſiſſimum ſolis ſphæræ in modum renitẽtem conſpexit aſſiſtere; ſibi quoque veſtem candidam, quâ operiretur adminiſtrare: quem cùm vir Domini Baſſianus reuerenter perquireret quis eſſet, ob quam gratiam ſedem illam adierit; reſpondit ſe iam pridem cælitus eſſe miſſum, vt ſacrum eius propoſitum proſperè diſponat, & quæque ſibi noxia procul ab eo abigat. His expletis confeſtim ab eorum oculis elapſus eſt, tantâ ſuauitatis fragrantiâ per mediam ferè horam ibi præſentes reficiens, vt carnis mole depoſitâ ſibi viderentur in cæleſtibus conuerſari.

Futuræ eius ſanctitatis prognoſtica:

6 Interea beati viri comites, quos eatenùs tantum latuerat myſterium, præter vnum maiorem natu, quem idem Domini famulus intimorum ſuorum ſocium adſciuerat, viciſſim ſollicitè ſciſcitabantur, quia dominus ſuus inauditâ parcitate, pernoctationibuſque inſolitis inceſſanter attenuaretur. Quibus maior natu eiuſque fideliſſimus ſymmyſtes iſta retulit: Liberalis diſciplina ſibi ſtudioſè adhærentibus præſtare conſueuit, vt ſuperfluis voluptatibus ſepoſitis, naturæ donis contentos efficiat. Identidem in domino noſtro, cùm ſe ad altiorem philoſophiam confert, noueritis fieri. Illi verò recolentes, quia cùm adhuc cunabulis foueretur, cruces, quas numquàm viderat, digito pulueri imprimebat, ſegetis quoque culmos ad earum inſtar diuinitus componebat, & à nutrice crebrò obiurgabatur; curioſiùs inueſtigare non deſinunt, donec in veritate comperiunt regenerationis lauacrum ſuſcepiſſe. Quadam enim die, cùm nocturnis excubiis nimiùm fatigatus ſe ſopori dediſſet, audiunt eum in eodem ſopore ſanctæ Trinitatis inuocare nomen, vt ad gloriam diligentibus ſe repromiſſam dignaretur ſe quoque dirigere. Cui vox ſuperna ſubiecit: Gaude & lætare fideliſſime ſatelles Chriſti Baſſiane, quoniam deprecatio tua admiſſa eſt coram Domino, & ſedes gratiſſima in cælo tibi parata.

teſtimonium cæleſte in ſomnis.

a *Hinc corrigas Leandrum ita ſcribentem:* Viros nobiles Lauda multos edidit, inter quos D. Baſſianus eius vrbis Epiſcopus & Patronus, qui circa cccccxv. à Chriſti natiuitate annum floruit.

b *Mendosè ergo Ferrarius:* litteris operam dedit Gordiano Presbytero inſtitutore.

CAPVT II.

Fuga Rauennam. miracula.

Monitus à S. Ioanne Euangeliſtâ, 7 HIs auditis, clam beato viro miniſtri eius Vrbe prodeunt, vno dumtaxat fideli ſecum relicto, patriq́ue legationem moleſtiſſimam celeriter perferunt. Cumque pater anxius apparatum inſtrueret, quo filium ab incepto, etſi non blandè, [a] vel violenter reuocare poſſet; contigit vt Domini Confeſſor beati Apoſtoli Ioannis baſilicam primo gallorum cantu ingrederetur; vbi obſecrationibus iuxta morem inſeruiens, aſpicit canitie [a]

nitie venerandâ patronum decoratum ſe monere: Noueris fideliſſime Confeſſor Domini hanc ſedem quàm
b citiùs tibi mutandam, atque *b* Rauennam cum fido comite adeundam. Tuæ perpetuæ ſaluti genitor tuus inſidias moliri non deſiſtit, vt à rectitudinis calle te vel inuitum auertere poſſit: idcircò Diuinæ bonitatis clementia, famulantium ſibi curam non deſerens, me Apoſtolum ad te venire deſtinauit, ne præuento callidi hoſtis fraudibus euadendi aditus negaretur tibi. Quibus relatis valedicens ſancto viro diſceſſit.

8 Tunc verò ſæpiſſimè genuflectens obnixiùs Domino fundere preces non omiſit, cuius ope & gratiâ imminens periculum ſe declinare cognouerat: cumque orandi interuallum paullulùm faceret, accerſito miniſtro fideliſſimo iuſſionis Apoſtolicæ ſeriem inſinuare non diſtulit; ſuæ quoque facultatis quicquid reliquum fuerat, egeſtate laborantibus erogari præcepit, vt caducorum abiectâ ſarcinâ, brauium benè currentium expeditiùs perciperet. Poſterâ autem die ab Vrbe procedes, prout ei iuſſum fuerat, Rauennam ire perrexit.

ſua pauperibus largitus,

Rauennã fugit:

c 9 Qui cùm vrbe, ad quam intenderat, *c* trium dierum procul haberetur, intuitus ceruam cum duobus hinnulis, quam venantium inſidiæ adeò afflixerant, vt omnem liberationis reſpectum prorſus eriperent, mouit pietatis affectum in eam, eiuſq; ac filiorum periculo condeſcendere benignè deliberans, præcepit ei in nomine Domini, vt ad ſe intrepida accederet: quæ mox omni exutâ ferocitate virum ſanctum adiit: quam dum manu propriâ velut multò antè ſuetam leniret, ipſa illius pedes congratulans auidè lingere cœpit, tamquàm ſalutis ſuæ viam per eum ſe habituram noſſet. Hanc interim venatores, laboris ſui pretium ſperantes, propè circumſtant, paulliſper hæſitantes quid ſignificaret, ceruam modò ſibi immitem, vni viatori repentè mitiſſimam extitiſſe. Tunc verò vnus, ceteris impudentior ait: O ſtolidiſſimi, quæ mentis veſtræ ſtatum veſania peruertit, vt prædam vobis oblatam ſuſcipere moremini? Et hæc dicens de manibus hominis Dei conatur eamdem violenter auferre; ad quem Pater venerabilis: Non ego, inquit, ſed numen cæleſte tibi imperat, ne hanc pecudem aut aliuſmodi fœtus lædere aut fatigare audeas. At ille, furore inſano arreptus, hominem pium & miſericordem arroganter impulit. Sed punire vltio ſuperna eiuſdem arrogantiam continuò cenſuit: peruaſus namque à dæmonio, diuque vexatus, vtroque lumine adempto, vitalem ſuis adſtantibus ſpiritum penè reddidit. Quo metu reliqui ſanctiſſimis pedibus proſtrati, lacrymis manantibus veniam poſtulant, ne pro ſuis illicitis ſimilia luant. Tunc iubet eos hinc procul remoueri, ipſe verò ad locum vbi moribundus humi proſtratus voluebatur, cum ſuo dumtaxat comite accedens, totumque pronus vigorem ad Deum dirigens, huiuſmodi ſumit exordium: Deus vniuerſitatis mirabilis conditor, Deus humanæ ruinæ piiſſime reparator, qui non perditione morientium, ſed præcipuè ſalute lætaris viuentium, indulge iacenti miſero, quæ ignorans aduerſùs nomen tuum ſanctum temerè commiſit. Apprehensâque iacentis dexterâ, inquit: dæmon, qui te de cæleſti ſede ſuperbientem ad ima ruere compulit, ipſe tibi imperat, quatenus ſimilitudinis ſuæ formâ relictâ, ſedem tartaream celeriter adeas, vbi te perpetuò puniendum non ignoras. Orationis quidem ordinem necdum tranſegerat, cùm humanæ felicitatis inimicus hominem breui poſſeſſum, ſed morte tenus concuſſum, triſtis ac confuſus deſerit. Corpus verò, vti exanime, oculis etiam tunc cæcitate damnatis, immobile videbatur: ſed ſanctæ crucis ſignaculo à ſancto viro cæcitate fugatâ, tamquàm vinculis ſolutus, ſancto iubente ſoſpes exſiliit, reuocatisque ſociis incolumis reſtituitur: qui pariter tantæ virtutis ſtupore perterriti, Deo qui in Sancto ſuo mirabilis videri voluit, almoque Confeſſori gratias agentes, ad propria remeant, vbi ad honorem Dei & Confeſſoris ſui vniuerſis narrare gaudent quæ viderant. Intereà cerua quid Sanctus ei mandaret adhuc ſuſtinens, ac ipſius nutum luſtra, quibus metus expulerat, cum fœtibus repetit. Ille autem viæ non immemor gradum quò tetenderat ipſe dirigit, vbi vicinam B. Apollinaris baſilicæ ſedem maluit ponere, quatenùs remotâ ciuium frequentiâ Deo liberiùs valeat obtemperare.

ceruam aduocat,

ſeruat ne capiatur:

venatorem impudentem à dæmone arreptum

ſuis precibus liberat,

recipit.

AVCTORE ANONYMO, EX MOMBRITIO.

d

a *Rubeus*: Legatos miſit, qui aut captum ad ſe adducerent; aut, ſi aliter fieri non poſſet, interficerent.

b *Ibi tunc* Vrſum *Archiepiſcopum fuiſſe*, Baſſiani *affinem, gente Siculum, ſcribit Rubeus lib. 2 quem ait Liberio III. ſucceſſiſſe circiter annum 378. At ſi 35. annis ipſe ſedit Laude* Baſſianus, *atque nonagenarius anno Chriſti 411. vel 413. obiit, nondum ad epiſcopatum euectus erat* Vrſus, *cùm eò profugit* Baſſianus *etiamtum iuuenis, quem oportet anno Chriſti 378. minimùm 55. annos natum fuiſſe.*

c *Rubeus:* Cùm iam Rauennâ quindecim paſſuum milliaria abeſſet, quo loco eſt Phycocle vrbs vetuſta, *&c. ac narrato, quod hic refertur, miraculo, addit*: Ob hoc miraculum vrbem Phycoclen, appellatam deinde Ceruiam ferunt; *quod tamen mox in dubium reuocat Leander in Romanulâ:* In littore poſt Cæſenaticum portum, ciuitas eſt infrequens, loco paluſtri, cæloque graui, *ſiue* Cer-Ceruia, noui nominis, vti etiam Volaterranus ait, quondam dicta Phylocolis, vti priuilegia Rauennatis Eccleſiæ docere, cuius Archiepiſcopo Ceruiæ Antiſtes ſubiacet, mihi retulit Ioannes Petrus Ferrettus Rauennas Milenſis Epiſcopus, & Græcarum litterarum & iuris ciuilis Pontificiique doctiſſimus, qui Vicarium Archiepiſcopi Rauennatis diu egit. *Plura de eâ vrbe ſubiicit.* Phycocle *antiquis videtur ignota, adeoque non vetuſta vrbs. an anti-Anaſtaſius in vitâ Theodori Papæ, qui 25. Nouemb. 641. Pontifex quasi factus*: Qui deducentes eos, *inquit*, peruenerunt iuxta ciuitatem Rauennatem, in locum qui dicitur Ficuclas duodecimo milliario à ciuitate *&c. alij* Ficudas *legerunt*, Ficoclas *alij. Sed nec eo loco patratum hoc miraculum videtur, cùm vita hac habeat locum eum tridui ſpatio abfuiſſe Rauennâ. quis 15. millia paſſuum tridui iter vocet, præſertim à validis iuuenibus conficiendum?*

Ficocle, *ciuia vrbs,*

d *Petrus de Natal.* apud eccleſiam S. Apollinaris extra ciuitatem. *Rubeus*: Vrſus benignè atque amanter Baſſianum complexus, eo ſic, vt delitesceret, obſecrante, in templo ſatis exiguo & ignobili D. Apollinaris in Claſſe illum conſtituit. *Fuit* Claſſis *portus nouus Rauennatium, ab Auguſto conſtructus, vbi claſſis Romana collocata ad maris Adriatici Ioniiq; tutelam, vti alia Miſeni in Campania ſtabat, Tyrrheni maris ac circumſitarum prouinciarum præſidio.* Claſſis *confluxu hominum qui claſſiariis neceſſaria venderent, vt fit, frequentatibus ædificiis habitari cœpit, murisq; munita in oppidi modum: ſed à Luitprando id euerſum, ſolum nomen ruderaq; oſtentat, & ſumptuoſiſſimum* S. Apollinaris *templum, quod circa Iuſtiniani ætatem conſtructum videtur; de quo plura, deq; propinquo cœnobio, ad* S. Apollinaris *vitam 23. Iulij.*

Claſſis oppidum.

CAPVT III.

Alia miracula. epiſcopatus.

10 PEr idem tempus imperante *a* Valeriano, cùm iam Sancti opinio celebris haberetur, epiſtola Rauennatium Præſidi ciuibuſque vniuerſis ab eodem Imperatore dirigitur; quæ *b* Bithynium eiuſdem ciuitatis Iudicem, qui maieſtatis reus dicebatur, iubebat capitalem ſubire ſententiam; cui cùm ibi, in quo puniendus credebatur, vinctus teneretur, precem hanc fundere deliberauit: Famule Domini Baſſiane per gratiam, quam apud Deum obtinuiſti, mihi præſens eſto refugium. Mox dum ſpiculator ſummo conamine ictum intenderet, de manibus eius bipennis longè reſiliuit. Quod Præſes ratus dolis ſpiculatoris fieri, alterum pro eo ſubſtituit, cui ſemel atque iterum viriliter tentanti identidem contigit.
c Quo ſigno Præſes perterritus, præcepit eum fauente populo ſolui, & cuſtodiæ mancipari, donec relatio ad Imperatorem de eodem fieret. Cumque ad Imperatoris aures quod geſtum fuerat non poſt multum pertingeret, iubet eum Valerianus de cuſtodiâ produci, & noxæ, quâ reus tenebatur, immunem exinde haberi. Qui facultatibus propriis reſtitutus, mundanis negotiis renuntians, totum ſe Dei eiuſque fideli Baſſiano pleniſſimè deuouit.

a Iudici, eum inuocanti, abſens ſubuenit:

b

c

11 Per idem tempus cogente Clero ac populo per ſingulos Eccleſiaſticos gradus, ad ſacerdotij dignitatem promouetur. Paullò poſt autem miniſter eius curſu vitæ religioſæ expleto benè currentis palmam adeptus eſt; cuius die ſeptimo depoſitionis, cùm Sanctus deuotiſſimè ſacrificij munus, aſſiſtente Bithynio pro eo offerret,

Fit ſacerdos.

AVCTORE ANONYMO, EX MOMBRITIO.

vox cælitus prolata; Is, inquit, iuſtorum amœnitate iam fruitur, pro quo ſollicitus oras, quia quod fide percepit, opere exercere non recuſauit. Quod vir Domini redemptionis noſtræ hoſtiâ oblatâ, lætabundus Bithynio intimauit: ille quoque ſe audiſſe aſſerens ei cœpit congratulari.

miniſtrum ſaluatum diuinitus cognoſcit.

12 Per idem tempus Laudenſis populus Paſtore proprio deſtitutus rogationes publicas triduo indixerat, quatenus Præſulem futurum Eccleſiæ ſuæ idoneum præſidere Diuina pietas innoteſceret. Quorum deuotioni auditu benignè inclinato, Clementi eiuſdem Eccleſiæ venerabili Preſbytero, dum quieti artus committeret, poſtulata his verbis nuntiat: Baſſianum gemmis cæleſtibus inſignitum, vobis diuinitus præponendum ſcitote, qui ſuorum iam ſecurus, pro aliorum exceſſibus rogare non deſinit, multoſque Rauennatium, apud quos Deo militat, honeſtis moribus informare ſatagit.

Epiſcopus Laudenſis cælitus deſignatur.

13 Tunc Clemens reuelatione gauiſus, acsitis de Clero & populo religioſis, audita refert. Protinus duos facundiâ & conuerſatione pollentes eligunt, per quos ad virum Domini legationem ſacram confidenter referunt. Ipsâ autem nocte, cuius die ſequenti Sanctum conueniunt, nuntiatur Patri per ſpiritum, à Liguriæ partibus geminos viros Domino ſuggerente ſibi in craſtinum aduentare, quibus benignè ſuſceptis eorum ſermonibus adquieſcere non recuſaret. Cumque ad eum percunctandum manè perueniunt, loquendi copiâ ab eo poſtulatâ, legationis ſummam ſolenniter referunt. Quibus Domini famulus adhæc inquit: Deus hominem immortalem condidit, vt mandatis eius curaret diligenter obſequi; poſtquàm verò eorum negligens extitit, ſibi cunctiſque poſteris necem parauit: inconſequens ergo videtur, quòd humana temeritas Dei audeat reniti voluntati, cùm Apoſtolus dicat: Non quod ego volo ago, ſed quod nolo facio. Nos itaque recuſantes ambitum honoris, quamquàm volentes pondus pro fratribus ſubeamus laboris. Poſtmodùm in hoſpitium introducens, hortatur eos itinere nimiùm feſſos otioſè recreari: illi autem deſiderij ſui compotes, longiori quieti negantes indulgere, cum theſauro optato intempeſtæ horâ noctis ad propria gaudent remeare.

Deducitur Laudem.

Rom. 7. 19.

Paralyticum ſanat.

14 Factum eſt autem cùm à populo Laudenſi deuotiſſimè ſuſciperetur, vt quidam clarus genere, morbo paralytico iam dudum ſermone priuatus, ad eum oſculandum accederet; cui poſt oſculum ita ſermo integer reſtituitur, vt à cunctis poſtmodùm, quàm ante perditum ſermonem, expeditiùs loqui videretur. *d*

a *Videtur* Valentiniano *legendum. Annis circiter* 70 *antè* Valerianus *à Perſis trucidatus eſt, quàm* Baſſianus *naſceretur.*

b *Rubeus* Bythimnium *vocat.*

c *Petrus de Nat.* & ſic innocens apparuit.

d *Addit Petrus & Lectiones,* multos ab eo leproſos mundatos.

CAPVT IV.

Dedicata baſilica. mortuus ſuſcitatus.

Epiſcopus factus abſtinentiâ, eleemoſynis, &c. claret.

15 POſt non multum verò temporis conprouincialibus Epiſcopis conuocatis, cum laude & honore Dei ad Sedem Pontificalem *a* prouehitur; eò deinceps conſpectus humilior, quò gradus, quem ſuſceperat, inerat celſior. Menſa verò eius peregrinis & egenis præcipuè refectionem præſtabat, quibus ſemper adhibitis cibos lautiores ipſe miniſtrare conſueuerat. Parſimoniæ quotidianæ, vt carnis delectationes ſuperfluas deprimeret, vſque adeò inhærebat, vt naturæ quoque conditionem tranſcendere crederetur. Vinum etiam aut alicuius ſaporem quo inebriari poſſet, niſi Dominicæ reſurrectionis die, vel præcipuis Sanctorum ſolennitatibus, numquàm attingebat. Lectionibus ſacris aut deuotis obſecrationibus ſine ceſſatione incumbebat.

a

Baſilicam SS. Apoſtolus dicat.

16 Quodam autem tempore dum animo reuolueret quod Domino acceptabile munus præter ſolitum offerret; placuit ei in ſuburbio orientali, ad honorem & reuerentiam Apoſtolorum, oratorium condere; datiſque ſumptibus ad fabricam perficiendam, opus quod cœperat, non multùm diſtulit conſummare. Ad cuius dedicationem Beatiſſimum Ambroſium Mediolanenſem, & Felicem Comanum Pontificem venire perſuaſit: cuius dedicationis idem B. Ambroſius in libro Epiſtolarum ſuarum meminiſſe non præteriit. Factumque eſt vt inter conſecrandum dæmonis vox per os puellæ huiuſmodi audiretur: Quid viri Dei tam iniquum luctamen aduersùs me ſuſcepiſtis, vt tres contra me ſolum arma intoleranda pugnando præparetis? Numquid parum vobis eſt, quia nobis nocendi ademiſtis vires, niſi etiam ab illis quos poſſidemus arcere conemini? Quòd ſi hinc me exire compellitis, adhibitis mecum duobus vel pluribus aliam occupabo ſedem, ad quam non dabitur vobis facultas adſpirare. Tunc verò Sancti pariter proſtrati ſummæ pietatis opem certatim implorant, vt dæmone fugato præſentibus innoteſceret magnitudinis ſuæ potentia. At vbi conditionis humanæ aduerſarius virtutem inſuperabilem ſenſit adeſſe, diu diſcerpens atque contorquens puellam, tandem confuſus ab eâ compellitur exire. Protinus Sancti ab oratione ſurgentes, puellam parentibus incolumem committunt, hortanturque vt Domino ſalutis ſuæ auctori gratias indeſinèter agant. Conſecrationis igitur myſterio ritè expleto, cum gratiarum actione vnanimiter menſam adeunt, vbi non modò eſcis corporis refici, verùm etiam ſententias conferre multò magis appetunt ſacri eloquij. Die autem ſequenti cùm reditus ſui licentiam peterent, obtinuit vir Domini Baſſianus, vt interim pariter ieiunia ſoluerent: inde viciſſim vale dicentes ſedes adeunt proprias.

Ep. 60.

Puellam energumenam liberat.

17 Meſſis præterea tempore, dum quidam puerulus inter metentium manipulos deambularet, ſerpentis vulnere interiit. Qui cùm in eccleſiam Apoſtolorum, quam Præſul Domini fundauerat, deportaretur, factum eſt vt in eadem, ſicut crebrò ſolebat, ipſe Omnipotenti laudes perſolueret, ſed pſallendi conſtantiam mentiſque deuotionem parentum plangor miſerandus omnimodò permutabat. Quos Pater ſanctus, cum ceteris eccleſiam exirè præcipiens, ſolus iuxta defuncti corpuſculum ad orationem proſternitur; cumque in oratione aliquamdiu perſiſteret, lacrymis pauimentum rigans, exanimati membra tertiò viſa ſunt concuti, deinde totum corpuſculum moueri. Surgente verò Domini Sacerdote à loco in quo Omnipotentis virtutem pro puero deuotè poſtulauerat, puer rediuiuus cum eodem pariter ſurgens, primo ſermone tamquàm nihil paſſus matrem vocare cœpit. Quo audito parentes ceterique qui pro foribus manebant, inopinatæ lætitiæ moram non ſuſtinentes, eccleſiam irruunt, virtutemque Dei, quam per Sacerdotem ſuum declarare voluit, admirari non ſufficiunt. Tunc vir Domini ſalutaria monita auribus populi, qui multus conuenerat, benignè inſerens hortatur, quatenus illius & omnium virtutum auctori certent famulari, ad cuius nutum & imperium puer meruit viuificari. His itaque aliiſque pluribus populus animatus in Chriſto, Deum inceſſanter magnificans, cum puero vitæ reſtituto exultanter recedit, atque Præſulem ſanctum, quem tanti miraculi efficacem cognouerat, prædicare non ceſſat.

Puerum à ſerpente ictum reſuſcitat.

a *Infrà in Lectionibus dicitur* 1. *Ianuarij conſecratus. Rubeus ſcribit ab* Vrſo *eiuſdé ſucceſſore* Exuperantio *conſecratum: prima tamen in eâ repartes Ambroſij haud dubiè fuerunt.*

CAP. V.

S. Ambroſij, ipſiuſq; obitus.

S. Ambroſij obitum prædicit, a

18 PEr idem tempus B. Ambroſius longo corporis languore detentus, *a* S. Baſſiano cum eodem orante, vidit Deum arridentem accedere ſibi, quod fratri fideliſſimo Baſſiano imputandum protinùs intimare non diſtulit. Vir autem Domini Baſſianus mente reuoluens quod ab eo didicerat, manantibus lacrymis hominis Domini

b Domini b tranſitum imminere ſibi fideliter famulantibus prædixit: quod paullò pòſt, ſicut Spiritu diuino prædixerat, Mediolanenſis populus cum eodem dolendo contigiſſe probauit. Ipſe verò beati funeris exequiis honeſtiſſimè diſpoſitis ſarcophago membra ſanctiſſima componens, Laudenſem repetit cathedram: vbi ſedulus Sancti virtutes & conuerſationem commendans, celebrare ſummoperè gaudebat: ſemper namque in ore, ſemper in corde ſanctum virum geſtabat, memoria eius vel dormiendo ab eo numquàm recedebat. Frequenter enim dum aut lectione aut oratione feſſum ſe ſopori dediſſet, audiebatur ſecum velut præſentem ſermonem habere, & tam iucundæ viſioni pleniſſimè congratulari.

funus curas.

In lance doloſi diabolum formâ Æthiopis, conſpicit;

19 Sequenti etiam tempore dum Mediolanum proficiſcens quatenus almi Confeſſoris eiuſdem ſuffragia appetenda poſtularet, factum eſt vt vrbem ingreſſus quemdam dolosè librantem ſtateram, Æthiopemque paruulum in lance vnâ conſpiceret. Qui cùm ab eis qui ſecum aderãt percunctaretur ſi idem eis patefieret, aiunt ſe nihil eiuſmodi vidiſſe, quod Sanctus videre meruerat. Tunc Domini Confeſſor eos benignè hortatur, vt diuinæ bonitatis clementiam ſecum corde ſincero ſtudeant implorare, quemadmodùm viſionis eiuſdem teſtes fideles dignaretur addere, qui magnificentiam eius vnanimiter non deſinant prædicare. Precibus itaque Deo oblatis, conceſſit cæleſtis pietas Clementi Preſbytero atque Elbonio Diacono idipſum, quod Patri ſancto videre conceſſerat: accerſitumque libripendem diligenter interrogat quod pondus doloſum in ſtaterâ emptorem illuderet? illo autem inſtanter aſſerente, nihil eiuſmodi fuiſſe, narrat ei Pater ſanctus, quid ad correctionem & ſalutem eius Altiſſimus ſibi ſuiſque dignatus fuerit pandere. Confeſtim venditor genibus eius prouolutus, noxam, quâ puniendum eum Sanctus prædixerat, gemendo confitetur: cui Confeſſor, qui vt medelæ ſpiritalis peritus, ſalutiferum obtulit antidotum, præcipiens vt quicquid congeſtæ pecuniæ vltra quod debitus vſus exigebat accumulauerat, indigentiam patientibus largiri feſtinaret: qui admonitione ſanctâ ad Deum conuerſus multis ſalutis ſuæ modum prædicare non deſtitit, eos conuerſatione atque exemplo à prauitatibus prudenter reuocando, vt in quibus abundabat peccatum, ſuperabundaret & gratia; & qui hactenus vt arbores infructuoſæ igni traditi fuerant, poſtmodùm fructus acceptabiles conditori ſuo referre digni haberentur.

hominem monitum conuertit.

20 Multiplex de ſancti viri actibus almificis copia ad dicendum ſuppetit: ſed ne relatio productior legentibus tædium generaret, vel audientium fidem quodammodò infirmaret, maluimus de eodem ſuccinctum habere ſermonem. Minùs enim enarrationis ſermo audientem onerat, qui prolixitatem vitans, rei geſtæ veritatem ad plenum notificat, quàm ſi per ambages eam producendo quaſi faſtiditam ediſſerat. Quocircà de beato Sacerdote ſtrictim quæ reſtant ſubdere opportunum ſperauimus, à quo vires benè dicendi, ſi quid boni manauerit, tribui non diffidimus. Qui cùm vitæ ſuæ curſum ſpeciali præſagio conſummari didiciſſet, religioſis aſtantibus de Clero c nuntiat diſſolutionis ſuæ diem imminere: die verò ſeptimo, quo hæc prædixerat, languore nimio correptus, ſuis pro tanti Paſtoris deſolatione miſerabiliter lugentibus talia monita dedit: Nolite filioli de meo turbari tranſitu, quoniam fideli militaui Principi, à quo militiæ præmium me ſuſcepturum certiſſimè noui: Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei, ipſe reſtituet hæreditatem meam mihi. Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear: neque vos præſenti conſolatione priùs priuabit, quàm vos cuſtodiendos ſuſcepi. Hoc enim à Domino impetraui vt ipſe vos cuſtodiat, ne blandimentis ſuis mundus cum amatoribus ſuis incautos corrumpat: cumque carnis ſarcinam depoſuero in baſilicâ Apoſtolorum, quam ipſe fundaui, membra corruptibilia principio ſuo, ſicut mortalis conditio exigit, reſtituite: quoniam pios interceſſores eos optaui, ac credidi me ſemper habere.

Mortem ſuam prædicit:

c

ſuos ſolatur:

21 Factum eſt autem vt vndecimo die, ex quo hoc prædixerat, ſancta anima artus funeri relinquens, ad cælum exultantibus Angelis deportaretur. Sanctum verò corpus eius, ſicut ipſe præceperat in eccleſiâ d Apoſtolorum, cum digno exequiarum honore reconditum eſt: vbi interuentione ipſius multa beneficia præſtantur, membraque languoribus diuerſis debilia priſtinis viſibus reparantur, ad gloriam & honorem Ieſu Chriſti Domini noſtri, cui eſt æquus honor, laus & imperium, cum Patre & Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

AVCTORE ANONYMO, EX MOMBRITIO.

moritur. d

a *Paulinus in vitâ S. Ambroſij:* In eodem tamen loco, in quo iacebat, (ſicut referente S. Baſſiano Epiſcopo Laudenſis Eccleſiæ, qui ab eodem audierat, didicimus) cùm oraret vnà cum ſupradicto Sacerdote, videbat Dominum Ieſum aduenisſe ad ſe, & arridentem ſibi. *Baronius in vitâ S. Ambroſij paullò aliter:* Aſſidebat aliquando ægrotanti Ambroſio S. Baſſianus Laudenſis Epiſcopus; cumque vnà cum eo oraret, vidit venientem ad eum Dominum Ieſum Chriſtum, eique arridentem, idque ante obitum paucis diebus.

b *Galeſinius:* diem certum, quo ille ex hac vitâ migraret, præſignificauit. *Idem ſcribit Rubeus.*

c *Petrus:* obitum ſuum annis pluribus prænuntiauit.

d *Hæc* ab eius poſteà nomine nuncupata, *vt infrà in Lectionibus dicitur.*

CAPVT VI.

Eius opportunum pauperi patrocinium.

22 PRætereà fidelium auribus nequaquàm oneroſum videri arbitramur, ſi vnam ex pluribus virtutem, quas, eiuſdem Sancti obtinentibus meritis, poſt tranſitum ipſius ſuperna maieſtas patere diſpoſuit, memoratis inſerere curemus. Nam per ea quæ inter mortales ſtupenda diuinitus geri contemplamur, incontemplabilem omnipotentiam colimus, & indubitanter veneramur, eiuſque iugo leui libentiùs ſupponi properantes, de promiſſionum ſuarum efficientiâ nullo vmquam tempore titubamus. Factum eſt ergo non multùm poſt exceſſum beati Sacerdotis, vt quidam tauros habens geminos, quorum ſolo poſt Deum adiumento ſuam ſuorumque vitam continuare diſpoſuerat, eoſque in eiuſdem Sancti annuâ ſolennitate paſcentes deſerens, oratorium, in quo ſanctiſſimum venerabatur corpus, deuotiſſimè petiit. Intereà fur aduerſam gerens ſollicitudinem, vbi tauros abſque paſtore errantes conſpicit, totius boni ſuggerente inimico, eos confidenter aggreſſus eſt abducere; viri quoque, cuius fuerant, benignam deuotionem ob damnum irrogatum ſibi grauiter lædere. Cumque ſinceræ orationis ordine humiliter expleto tauros, quos reliquerat, inuiſere præfatus agricola ſatageret, neque eos quouis indicio reperire valeret, peragratis paſcuis, in quibus ſpatiare conſueuerant, eorumque locis contiguis; feſtinus ad Sancti remeat tumulum, vbi genibus flexis noctem illam peruigilem tranſiens, velut commendatos opportunè ab eo exigebat: dumque voce indeficienti eos ſibi reſtitui poſtulat, furti miniſter ſperans ſe rapinæ periculum iam declinaſſe, vtpote laborioſi itineris ſupplicio, diutiſſimo quoque errore cælitus vexatus, ad fores eccleſiæ laborioſi almi Confeſſoris intrepidus ſceleriſque ſecurus peruenit: diuertẽs verò ad domum quam ei proximam conſpexerat, rapinam, quam ſe impunè adeptum credebat, in eâ locauit, referens ſe in foro venalium eam pretio comparaſſe: deinde artus nimiùm feſſos ſopore paullulùm recreans, ad eamdem eccleſiam ſub prætextu honeſtatis tendere deliberauit. Verùm dum baſilicam, quâ ſe indignum exhibuerat, ſummo conamine ingredi tentaret, præcelſo examine à liminibus repulſus, volui præ foribus velut amens terribiliter cœpit, neque quieſcendi licentiam meruit, donec diu voluendo Sancto palàm aſſiſtentibus crebrò exclamaret; En tamen in domo proximâ, en adſunt tauri. Cumque præſentes viciſſim mirarentur, quid huiuſmodi vox ſignifi-

Agricolæ ad eius corpus oranti

tauri furto abducti.

furem puniter reſtituti;

mirabili-

AVCTORE ANONYMO. EX MOMBRITIO.

significaret; hic, cuius fuerant, inter ceteros admirans, quod ante fores cælitus fieri videbat, ad vocem furis, preces, quas fideliter fuderat, ad effectum venisse cognouit, & à Domini Confessore impetrasse quod postulauerat: inde ad segetem, in quâ tauros absconditos esse dicerat, impiger cucurrit, eosque inuentos intra septa propria reducere gaudet: postmodùm ecclesiam repetens, his quos stupẽtes reliquerat, magnalia Dei quæ per B. Bassianum patrare dignatus est, per ordinem narrat. Præsens verò populus animaduersis quæ ab eo dicebantur, omnium virtutum auctori, necnon eius præclaro Confessori laudes properat celebrare, qui gloriam quam suis in cælestibus contulit, per signa ingentia mortalibus destinat declarare. Latro quoque patrati criminis totâ animi intentione pœnitens, vt veniam mereretur certatim insistebat, de cuius spe atque respectu confusus, ecclesiæ aditum priùs sibi *a* ob noxam prohibitum, facilem consecutus est: in quâ se reliquo vitæ suæ tempore Deo, eius etiam fideli Bassiano famulari deuouit; pristinisque prauitatibus, quibus se implicuerat, supernâ opitulante clementiâ, abrenuntiare non distulit: quin etiam post conuersionem suam non sine suspiriis testari solebat, quoniam in ipsâ nocte, quâ tauros subripuerat, aues teterrimas erroris sui præuias volitare viderit, quas oculorum suorum aciem certatim turbasse asserebat; neque etiam à se discessisse, quousque ante aras Virginis turrificæ inire cursum compelleret. In quâ re superna dispensatio cautissimè consideranda est, qui eosdem delinquenti tortores sæuissimos adhibet, quos nequitiæ suæ suasores habere studet: quibus verò amœnitatẽ ętheream præstat, ipsa eosdem vt eam mereantur diuinitus informat: quod nobis eo, cuius gesta retulimus, interueniente concedere dignetur, qui immutabilis manens, mutabilia disponit in secula seculorum, Amen.

a *fur emendatus.*

23 Rexit Laudensem Ecclesiam triginta quinque annos & viginti dies. Nonagesimo verò vitæ suæ anno humo quod suum fuerat *b*, polumque gaudens adiit Honorij *c* octauo ac Theodosij.

b

c

a *Ita legendum videtur. Mombritius habet,* obnoxium prohibitum.

b *Videtur desiderari,* reliquit, *vel quid simile.*

c *Lectiones habent obiisse anno* 413. *qui erat* P. C. Honorij IX. & Theodosij V. *siue* Lucio V.CL. solo Cos. *si hic in numero addito* Honorij *nomini error non est, oportebit consulatum eius octauum accipere, quem gessit anno Christi* 409. *& fatendum est omissum numerum III. qui Theodosio Iuniori Aug. addendus erat. Sicq; natum dicemus anno* 319. *Episcopum factum an.* 374. *sin alterum calculum amplectamur,* 378. *aut* 380.

VITÆ EPITOME

Ex Officio Ecclesiæ Laudensis.

Bassiani sanctitatis prognostica,

1 BAssianus Sergio patre Syracusis nobili genere natus, à primæuâ ætate futuræ sanctitatis specimen dedit: nam infans digito Crucem imprimebat pulueri, iunctis item stipulis Crucis efformabat imaginem, & eo salutari signo sibi frontem muniebat sæpiùs, neglectâ prorsus improbæ nutricis reprehensione.

conuersio,

2 Romam missus studiorum causâ duodecimum annum agens, à Gordiano magnæ sanctitatis viro, quem Dominus de Bassiano docuerat, Christiano ritu baptizatur. Quod cùm ferret iniquiùs pater, fugit ille Rauennam, monitu S. Ioannis Euangelistæ, in cuius æde orauerat. Quo in itinere confugientem ad se ceruam cum duobus hinnulis à venatoribus defendit, diuexante diabolo vnum ex iis, quem & Bassianus liberauit.

fuga.

3 Orationi vacabat assiduus, tenuissimo victu contentus, cuius duas partes ex tribus in pauperes erogabat, caritate, humilitate præclarus, non modò apud finitimos, verùm etiam apud exteros populos sibi gratiam conciliabat.

virtutes.

4 Vacabat Ecclesiæ Laudensis Episcopalis Sedes, & precibus à populo per triduum effusis, Clementi Presbytero reuelatur, Bassianum Rauennæ tunc degentem à Deo Episcopum designatum esse. Mittuntur ad eum legati: quibuscum veniens, in suburbiis Laudæ paralyticum, eumque mutum sanat, leprosos innumeros mundat, & animarum saluti quàm maximè inuigilat. Erat is annus salutis nostræ trecentesimus septuagesimus octauus, cuius primo Ianuarij die ordinatus Episcopus fuit.

episcopatus.

5 In episcopatu humanior nemo, nemo temperantior: vino ferè semper abstinuit, in egentes & inopes liberalior. Basilicam in honorem duodecim Apostolorum ædificauit, quam vnà cum Ambrosio Mediolanensi & Felice Comensi Deo dicauit. Cum eodem Ambrosio aduersùs hæreticos strenuè decertauit, miraculisque claruit. Rauennæ cùm esset, Bithinium Iudicem læsæ maiestatis crimine reum, capite damnatum, dum feriretur, prosiliente securi tertiò de manibus carnificis ad inuocationem sui nominis, absoluit: extinctum morsu serpentis adolescentulum vitæ restituit: puellam à dæmone obsessam liberauit.

in eo præclarè gesta.

miracula.

6 Ambrosio morienti affuit, eiusque diem mortis domesticis prædicens, pio funeri operam dedit: imò verò post aliquos dies sanctissimi Doctoris sepulchrum piè veneraturus Mediolanum rediit. Præsagiuit & diem suum: quo instante suos consolatus de certâ suâ requie, annum agens vitæ nonagesimum, curæ verò pastoralis trigesimum quintum & dies viginti, magnâ cum laude Laudensi Ecclesiâ administratâ, migrauit ad Dominum anno post Christum natum quadringentesimo decimo tertio, decimo quarto Cal. Februarij, *a* Innocentio primo Pontifice, & *b* Honorio Imperatore. Sepultus est in basilicâ Apostolorum ab eius posteà nomine nuncupatâ.

vaticinium.

mors.

a

b

7 Sed Laudâ veteri deinde dirutâ eius corpus in vrbem nouam translatum, summis Prælatis & Federico Imperatore piam sarcinam vectantibus, in ætle maximâ collocatum est, anno salutis millesimo centesimo sexagesimo tertio, pridie Nonas Nouembris: vbi maximâ veneratione colitur. Eius altare visitantibus in die festo eiusdem *c* Ioannes Romanus Pontifex vnà cum Imperatore Sigismundo piè cùm visisset, indulgentiam peccatorum omnium plenariam perpetuò est elargitus.

translatio.

c

indulgentia eius festo.

a Innocentius I. *sedit ab anno* 402. *vsque ad* 28. *Iul.* 417.

b 413. *Christi annus erat* Honorij 19. *duobus diebus inchoatus.*

c Ioannes *hic est XXIII. alias XXII. & XXIV. cui in concilio Constantiensi, abrogatus est Pontificatus. Hic sub annum* 1412. Româ profectus, *vt scribit Sabellicus Enne.* 9. *lib.* 9. per Florentiam & Bononiam Mantuam petiit. Hinc cum Gonziaco Principe, à quo honorificentissimè est acceptus, Laudem Pompeij petiit, vbi ex composito Pannoniæ Rex *(Sigismundus anno superiore creatus Imperator)* cum eo in colloquium venit. *De hoc eodem Ioannis, Sigismundi, Ioannis Francisci Gonzaga congressu agit Nauclerus vol.* 3. *generat.* 48.

DE S. AMMONIO EPISC. *a* DERTONENSI,

Ex Phil. Ferrarij Catal. SS. Ital.

XIX. IANVAR.

AMMONIVS Ecclesiæ Dertonensi præfuit, eamque eâ sanctitatis laude administrauit, vt defunctus in numero Sanctorum habitus fuerit. Acta illius non *b* extant, neque quotus Episcopus fuerit certò scitur. Eius tamen memoria duplici ritu ab Ecclesiâ Dertonensi celebratur. Ac eius reliquiæ, quæ in *c* Cathedrali ecclesiâ asseruantur, in eius die festo populo Dertonensi, qui illas veneratur, exponuntur.

b

S. Ammonij natalis.

c reliquiæ.

a Derto-

a Dertona, *siue* Terdona, *vrbs est Liguriæ, ad viam Posthumiam, medio ferè inter Genuam ac Mediolanum interuallo, vulgò* Tortona.

b *Vrbe à Frederico Ænobarbo euersâ, aliasq; saepius bellis Insubricus direptâ.*

c S. Apolloniæ *sacrâ, vt testis est Leander.*

Ex variis.

DE S. CONTEXTO, siue CONTESTIO,

EPISCOPO BAIOCENSI IN GALLIA.

XIX. IAN. BAiocassium in prouinciâ Lugdunensi secundâ, *quæ nunc* Normannia, *Episcopus fuit* S. Contextus; *in Cl. Roberti & Ioannis Chenu catalogis, sed vitiosis, sextus. Eius natalem consignat Molanus in Addit. ad Vsuardum, XIV. Kal. Februarij:* Eodem die, *inquit,* Baiocas, B. Contexti Episcopi & Confessoris. *Memorant eum quoque Carthusiani Colonienses, Ferrarius, Martyrologium Germanicum, Saussaius qui* S. Manneo *ait successisse,* & Contestium *vocat: alij* Concessum, & Contestum. *Haud plura de eo comperimus.*

S. Contexti natalis,

nomen.

DE S. ARSENIO EPISC. CORCYRÆ.

XIX. IANVAR. COrcyra *insula est Ionij maris, sub Reip. Venetæ ditione, vulgò* Corfu; *in qua eâ vrbs eiusdem nominis, Archiepiscopali dignitate illustris, olim Patriarchæ Constantinopolitano subiecta. Huic primum Archiepiscopum præfuisse* S. Arsenium *scribit Ferrarius in generali Catalogo SS. colitq; isthic magnâ veneratione, præsertim à Græcis, XIX. Ianuarij, & corpus eius in ecclesiâ Metropolitanâ asseruari. Ætatem eius actaq; ignoramus. In Menæis Græcorum nulla eius mentio.*

DE S. CATELLO

EPISCOPO STABIENSI IN ITALIA.

VITA

ex monumentis Ecclesiæ Stabien.

ANNO DCXVII. XIX. IANVAR. Stabiæ *vrbs,*

1 IN Campano agro Stabiæ oppidum fuêre, vsque ad Cn. Pompeium & L. Catonem Coss. pridie Kal. Maij; quo die L. Sylla Legatus bello sociali id deleuit. quod nunc in villas abiit. *Ita Plinius lib. 3. cap. 5. Iustiniani euo oppidum fuit, aut vicus. historia Miscella lib. 16. cap. 15.* Necnon Nolanos & Surrentinos, & de villâ quæ Stabij dicitur. *ea* villæ *notio mediæ ætatis scriptoribus. Sita erant* Stabiæ *ad mare in intimo sinu inter Surrentum ac Neapolim, Surrento propiores. Eo loco, aut sanè vicino, millibus duobus passuum, vt scribit Leander, à Sarni ostiis, ciuitas Episcopalis sita, quæ vulgò* Castel à Mar di Stabia *dicitur; Guilielmus Kyriander Leandri interpres* Castellum Almarinum *vocat,* Stabiense cognominatum, *ad discrimen alterius* Castelli Almarini Vulturnensium.

nunc Castellum ad mare,

2 *Leander* iacere in angulo Gauri montis *scribit,* vbi in occasum ille vergere incipit, Mineruæ promontorium efficiens. *Latus quidem vrbis quod Surrentum vergit, collis est magnus & longus, at non* Gaurus, *licet aliis quoque recentioribus eo appellatus nomine sit. Verùm* Gaurus, *vt claris veterum testimoniis probat Cluuerius, cis Neapolim erat, Auerno Lucrinoq; & Puteolis vicinus, qui nunc* Mons barbarus, *sterilis omnino, quasi veteri exhaustâ fecunditate. At cui* Stabiæ *adiacent,* Lactarius mons *Cassiodoro nuncupatus Variar. lib. 11. ep. 10.* τὸ Γάλαξος ὄρος *Procopio, pleniùs infrà describitur: estq;* pars altioris maiorisque montium iugi, quod ab oppido Cauâ in occasum brumalem ad Mineruæ procurrit promontorium, *vt Cluuerius scribit, qui accuratè lustrauit.*

ad Lactarium mõtem.

Eius Episcopi S. Catelli natalis,

3 *Porrò* Castelli ad mare *Episcopus,* Stabiensis *etiamnum in Notitiâ episcopatuum appellatur. Tutelarem Diuum ea vrbs* Catellum *colit, suum olim Antistitem, XIV. Cal. Februarij, vt Philippus Ferrarius in catalogo generali, & SS. Italiæ testis est. Vitam eius ex illius Ecclesiæ monumentis à nostræ Societatis Patribus compositam, accepimus Neapoli ab Antonio Beatillo nostro, Latinamq; fecimus. Aliam illius gestorum narrationem subiungemus, è S. Antonini Abbatis vitâ, quam, è MSS. Ecclesiæ Surrentinæ ab eodem eruditissimo curiosissimoq; Beatillo erutam, XIV. Februarij integram dabimus. Intexuit quoque S. Catelli præclarè facta historiæ S. Antonini Dauid Romæus lib. de quinque Diuis Præsidibus vrbis Surrenti, & Paulus Regius Vicensis Episcopus: breuiùs aliquantò ea perstrinxit Ferrarius in Catal. SS. Italiæ.*

vita.



1 ACatelli ad mare (quæ vrbs è veterum Stabiarum enata ruderibus) Episcopus fuit S. Catellus, ibidem seculo Christiano sexto, honoratis natus parentibus, quos vulgò aiunt Coppulæ gentis fuisse. Religionibus sacris sese à primâ ætate deuouit, variasque diuinorum munerum functiones obiuit. Vitabat adolescens eos quorum solutior erat vitæ ratio, ipse secessus amans ac solitudinis. Vt maturiorem attigit ætatem, sacerdotio est initiatus: ac dein illius vrbis decedente Antistite, inuitus licet, summo populi consensu suffectus ei est. Romanam eo tempore Ecclesiam regebat a Pelagius II. Curam mox Ecclesiæ suæ inflammato studio complexus Catellus, præcipuè in egentium leuamen, aliasque Christianæ pietatis actiones incubuit.

Catellus Stabiensis, à pueritiâ sanctus, fit Episcopus: a

2 Iisdem fortè diebus, b euerso quod S. Benedictus in monte Cassino ædificauerat, cœnobio, ad Catellum sanctissimus c Abbas Antoninus profugit, is qui deinde Surrenti monachorum rexit cœtum. Eum summâ beneuolentiâ Catellus excepit, rogauitque vt in suâ commoraretur diœcesi, quò & ipse ex illius congressu solatium, & subortis in administrandâ Ecclesiâ controuersiis, consilium peteret. Degit ergo isthic annos plures Antoninus; popposcit deinde ab Antistite, vixque multis precibus extorsit facultatem in montem d Gaurum, qui nunc Aureus dicitur, sex millibus distantem Stabiis, demigrandi, vbi solitarius vitam religiosiùs quietiusque exigeret.

b S. Antonium è Cassino profitgum, c benignè excipit: d

3 e Nec diu ferre illius absentiam Catellus potuit: literis igitur eum obsecrat, vt in prius hospitium ad se diuertat. Ipse potiùs illi auctor Antoninus fuit, vt in solitudinem sese quoque reciperet. Hinc iniectum Catello abdicandi episcoparus consilium: quod cùm non probasset Antonino, constituit tamen sanctum sodalem in eum montem sequi, indeque tractare Ecclesiæ gubernacula, identidem in vrbem ad Episcopalia munia obeunda, decidendasque controuersias commeando. Inde quoque ipsemet sacrorum, quoties ea peragere cupiebat, petere apparatum consueuerat: recusante Clerico f, quem id rogârat, eum ipsi procurare.

e cum eo ad montem secedit, vrbem identidem reuisens. f

4 Isthic

Ex Italico MS. *S. Michaëli Ecclesiam construunt: fontem eliciunt:*

4 Isthic die quadam vacantibus precationi Episcopo atque Abbati, spectandum se Michaël Archangelus obtulit, sibique eo loco ecclesiam fabricari iussit. Paruêre Sancti: neu mora foret, ligneam posuerunt: deinceps alia è saxo ædificata, stat etiamnum. Eam verò ædificantes aqua defecit: Sancti fontem precibus elicuêre, qui perenni scaturigine in hodiernum diem manat, dicturque Aqua sancta, aduersùs morbos salutaris.

SS. concentu recreantur.

5 Colloquebantur ad maris prospectum de cælestibus rebus, cùm ingens Sanctorum Sanctarumque iis turba apparet, suauissimo vocum instrumentorumque concentu eorum permulcens animos, & in iis ingens quoddam accendens cæli deliciis quamprimùm fruendi desiderium.

Catellus cælitus monitus,

6 In hac sanctâ & iucundâ quiete, Archangeli Michaëlis monitu, tristem sibi procellam imminere didicit Antistes, sesèque vinctum Romam pertrahendum, carceri isthic mancipandum, sed tandem cum magno honore reuersurum ad suos. Auctor concitandi aduersùs eum tumultus inurbanus ille atque effrons Clericus *erroris accusatur,* fuit, qui roganti Antistiti afferre in montem necessaria ad peragendum sacrificium recusârat. Is ergo spargit in vulgus peruersas de religione opiniones & hausisse animo Episcopum & docere, adeoque & idola gentilium ritu venerari.

etiam apud Papam: 7 Irritata plebs, Primicerium Ecclesiæ Tiberium Romam ablegat, vt Catelli Pontifici Maximo deferat nomen: sedisse tunc *g* Sabinianum, aut *h* Bonifacium *g h* tertium volunt. Ita caussam peregit Tiberius, vt iussus sit, quem accusârat, Antistitem suum vinctum Romam pertrahere. Aduolat ergo in montem Gaurum cum armatis lictoribus. Cumque pararent viro sancto manus *duplici miraculo coreptis lictoribus, Romam pertrahitur:* iniicere, vi diuinâ constitêre immoti satellites, Tiberius paralysi correptus, quæ ad obitum vsque tenuit. At lictores implorare Catelli preces: quibus cælo missis, illicò sibi restituti, incredibili & plusquàm humanâ ingratitudine, vinctum eum Romam raptarunt.

visitur in carcere à Papa Cubiculario, i

8 Vt in Vrbem venêre, datus in custodiam Episcopus, cuidam Pontificis Maximi Cubiculario, cui Bonifacio nomen. Huic in somnis monachus Benedictino habitu (*i* Antoninum Abbatem fuisse creditum est) adstare visus & monere, vt innocentem Iosephum, nullius noxæ reum, mancipatum carceri, inuiseret. Idem illi itidem in somnis *k* alius alio indutus cultu præcepit. Experrectus continuò adit ad Catellum, quâque caussâ traditus in custodiam sit quærit. Catellus tum quod sibi ab aduersariis intentatũ crimen esset, breuiter exposuit, tum *k* sermone ad plures horas protracto, spiritualibus præ*ei Pontificatum prædicit:* ceptionibus instituit Bonifacium, abeuntemque rogauit vt sui meminisset, vbi intra dies pauculos *l* ad summum Pontificatum esset euectus. Idem ei in somnis *l* adolescens quidam admirabili formâ conspicuus prædixit, quem Archangelum Michaëlem fuisse, id sibi narranti Bonifacio, interpretatus est Catellus.

9 Neque augurium fefellit euentus. Decessit haud ita diu pòst Bonifacius III. Pontifex, eique *m* Bonifacius *m* IV. eius Cubicularius in summum sacerdotium subrogatus est. Neque illum siue curæ ingentes, quibus toto orbe diffusam Ecclesiam erat complexus, seu quæ prouidentia magni Numinis intra menses aliquot fuit fui *ab eo, cælitus admonito,* vatis meminisse. Rursus eum in somnis monachus Benedictinus (idem Antoninus) monuit, insontem attineri in vinculis Episcopum. Somno discusso Catelli recordatur, ex eo discit quis ille vir sit, cuius iam iterum sibi *absoluitur:* obiecta species erat, cognitâque legitimè caussâ eum absoluit, ac meritis laudibus & pretiosis *n* muneribus ornatum ad suos remittit. *n*

redit ad suos.

10 Nihil horum non gnarum cælitus Antonino Abbati, qui obuiàm *o* ad Turrim quæ Annuntiata dicitur, *o* progressus, Stabias perduxit, vbi ingenti populi lætitiâ *Aduersarij eius diræ mors.* exceptus est. Iacebat affixus lecto Tiberius, qui publico vrbis plausu & caussâ intellectâ, nouo furore correptus, caput ita parieti allisit, vt infelicem extunderet animam.

11 Redux Stabias Catellus, Ecclesiæ sibi creditæ curam resumpsit: mox quoque ad ædem S. Michaëlis in *S. Catelli* montem Gaurum secessit; sed huc certatim confluere ad *obitus,* eum populi cœpêre. Cælesti oraculo admonitus breui sibi migrandum è vitâ, Antoninum ad se accersit Surrento, quò *p* se absente commigrarat. Præstò is morienti *p* Catello fuit, sub annum, vt vulgò existimant, 617.

12 In suâ ecclesiâ tumulatus, fertur deinde Surrentum ab Antonino translatus; id tamen haud certò & indubitatè constat. Pars cranij eius Stabiis, siue Castelli ad mare, in collegio Societatis Iesu honorificè asseruatur, *reliquiæ,* auratæ statuæ affabrè factæ inclusa, proponiturque palàm publicæ veneration XIX. Ianuarij, insigni celebri*festiuitas.* tate in octauum diem prorogatâ, egregio adhibito musicorum concentu aliisque pietatis incitamentis.

a Pelagius II. *anno* 577. Benedicto *Papa successit: ipsi* S. Gregorius Magnus *an* 590.

b *Petrus Diaconus libro* de ortu & vitâ iustorum sacri cœnobij Cassinensis, *illud anno Christi* 568. *destructum scribit fuisse. ast eo primùm anno,* indictione primâ, in ipsis Kalendis Aprilis, egressi sunt de Pannoniâ *Longobardi, vt habet histor. Miscella lib.* 16. *cap.* 35. & secundâ indictione cœpêre prædari in Italiâ, tertiâ verò indictione dominari cœperunt in Italiâ. *Sigonius lib.* 1. *de regno Italiæ circa annum* 589. *hanc Cassinensis cœnobij euersionem refert. Agit de eâ Paulus Diaconus de gestis Longob. lib.* 4. *cap.* 18.

c *Romanus quoque:* Hic noster Antoninus per ea tempora Antistes. *At Paulus Petrusq; Diaconi & Leo Ostiensis lib.* 1. *Chronici Cassin. cap.* 2. *scribunt* Bonitum *tunc Cassinensi monasterio præfuisse Abbatem quintum à S. Benedicto. Profugêre Romam plerique monachi, vt iidem Leo & Petrus tradunt,* atque ex concessione Romani Pontificis Pelagij, qui tunc Apostolicæ Sedi præerat, iux- *Cassinense monasterium euersum.* ta Lateranense patriarchium monasterium construxerunt. *Pelagius is non* quartus *fuit, vt habet MS. exemplar nostrum Petri Diaconi: nec* primus, *quippe qui anno* 559. *obierit, ante Longobardorum irruptionem: sed secundus.* Quatuor *autem,* vel quinque Fratres in Cassino ob B. Benedicti corpus custodiendum *reliqui, vt Petrus auctor est.*

d *Antè monuimus alibi* Gaurum *fuisse, hìc* Lactarium.

e *In vitâ S. Antonini dicitur* Catellus *ipse, Pontificali onere in Antonini humeros reiecto, abiisse in solitudinem.*

f *Romano constructâ S. Michaëlis adiculâ rediisse Catellum Stabias, &* cuidam iuueni Sacerdotum ministro nominatim mandasse, vt singulis diebus vestes, ceteraque ad sacrificium faciendum res necessarias clàm ad se portaret. *at cùm ille* bis terve montem ascendisset, pergere noluit. *&* apertè palamque dixit vbi Catellus & Antoninus inclusi atque abditi in occulto latebant. *Igitur* Antoninus, *subdit idem,* vt iunior, quinto quoque die descendebat.

g *Sedit* Sabinianus *à Kalendis Septemb.* 604. *ad* XI. *Kalend. Martij* 605.

h Bonifacius III. *postquàm Sedes vacasset menses* 11, *dies* 26, Sabiniano *subrogatus est XV. Kal. Martij* 606. *obiit* 12. *Novemb. eiusdem anni.*

i *Romanus, sapiùs eo tempore oranti Antonino apparuisse S. Michaëlem scribit, & significasse tandem absolutum iri Catellum.*

k *Ipsummet Catellum fuisse, tradit Romanus.*

l *Regius scribit, Catellum, cùm prædixisset Bonifacio Pontificatum, illeq; fidem non adhiberet, arctiùs vinctum fuisse. tum apparuisse Bonifacio S. Michaëlem in somnis, & ab Episcopo prædicta confirmasse.*

m *Anastasius Bibliothecarius scribit post* Bonifacij III. *mortem vacâsse Sedem menses* 10. *dies* 6. *successit ergo* Bonifacius IV. *anno sequenti, mense Septembri.*

n *Regius scribit multa vasa sacra & vestes ad ornamentum ædis S. Michaëlis, ei à Pontifice donatas.*

o *Romanus ait nauì aduectum Stabias, eoq; venisse Antoninum. Regius hunc ait scaphâ vectum aduentanti occurrisse.* Turris Annuntiata, *siue* Nuntiata, *circa Sarni amnis ostia, quo loco* Opulentos, *siue* Oplontos, *fuisse probabile est, qui in tabulâ itinerariâ expressi* Herclanium *inter &* Stabios.

p *At vita Antonini, Romanus, Regiusq;, posteà Surrentum concessisse volunt.*

ALIA VITA

ex vitâ MS. S. Antonini Abb.

1 QVo tempore Longobardorum ferina immanitas Campaniæ prouinciam hostili gladio & incendio vastauit, S. Antoninus in has partes aduenisse, & Episcopo Stabiensis Ecclesiæ dicitur adhæsisse.

S. Catellus Epiſc. Stabienſis.

adhæſiſſe. Cuius cùm idem Epiſcopus & vitæ puritatem & honeſtam morum conuerſationem actuumque didiciſſet, ſuo eum conſortio familiariùs aſſociauit: quo ſine cùm deinceps nihil ageret, omnibus deinde conſiliis conſors adſtitit, cunctarum curarum ſuarum erat particeps: adæquauit fidelis amici & ſtrenui miniſtri officium obſeruauit. Denique morum ſenſim conſurgente paritate tam tenaciter coaluerunt, vt vnum cor & animam vnam in duobus veluti gemellis eſſe dixiſſes: quippe in quibus nec velle nec nolle aliud inueniſſes.

S. Antonino Abbati committit epiſcopatum,

2 De huius talis hoſpitis, imò proprij iam filij, ſeu vnici amici, prudentiâ & fide ſecurus Catellus, paſtoralis curæ regimen ex toto illi commiſit. *a* Ipſe verò ſecularis pelagi fluctus declinans, vaſtas ſiluarum ſolitudines inter nubigera montium cacumina eremitis conuenientia petiit. Mons ipſe, cui Michaël Archangelus, propter cauſſam paullò pòſt demonſtrandam, nomen dedit, per tranſuerſum extentus, vtrâque extremitate marinis fluctibus alluitur; laterali verò longitudine terram Surrentinorũ quaſi linguam terræ in mare porrectam à mundo patente deſtinat, & per præcipites ſcopulos anguſtas viantibus ſemitas præbens, ab hoſtili omni tumultu ſecuram reddit. In ſummitate autem, dorſo ipſius iam finito, continuatum caput mare versùs audaciùs erigit, ita vt latera ſæpius nubiloſis inuolucris, nubeſque imbreſque ſerenus deſpiciat. Quo de loco totus Campaniæ ſitus, ciuitates, oppida & caſtella, item & marium planities, quantum oculus penetrare poteſt, videri & demonſtrari ſolet. Illum tunc verticem prædictus Dei famulus ad aſſumpta certamina aptum iudicans occupauit, ibique Deum purâ mente contemplando diuinis officiis vacauit.

a

ipſe in mõtem ſecedit.

Venit eodẽ Antoninus.

3 Nec ſocij vnanimis ſeparationem diutius ferens Antoninus, concito greſſu ad eum properauit, & ſicut in mundanâ occupatione ita in diuinâ ſeruitute ſibi inſeparabiliter adhæſit. Quorum vnanimitatem & parem conuerſationem taliter demonſtrata viſio Angelica probauit. Nocte enim intempeſtâ vnus & idem vtrique inparens, Volo, inquit, vt in quo loco vos orationibus inſiſtere ſoletis, & vbi cereum ardentem *b* nuper vidiſtis, oratorium ſub meo nomine conſtruatis. Qui cùm de nomine interrogatus, Archangelus Michaël, reſpondiſſet, diſparuit. Qui confeſtim *c* expergefacti, cùm alter alterius eamdem viſionem audiſſet & retuliſſet, mutui teſtimonij auctoritate confirmati, Angelico præcepto aſſentire parant. Accinguntur deinde ſtrenui diuinæ fabricæ opifices, & *d* ligneis compaginibus paruum quidem, ſed Archangelo monitori gratum habitaculum proſpero ſucceſſu ædificarunt.

Apparet iis S. Michaël,

b

c

d

Ei oratorium conſtruunt,

4 O mira iuſtorum potentia! ô ſaluberrima Sanctorum fortitudo! ô ineffabilis mundarum precum virtus! ô inæſtimabilis puræ mentis efficacia! Ecce meritis iſtorum Sanctorum operantibus, & orationibus eorum quodammodò fundamenta ponentibus, in luſtris *e* ferarum conſtruitur oratorium, in cubilibus beſtiarum ædificatur Angelicum habitaculum, in terrâ vacuâ, vaſtâ, & incultâ fabricatur domus ſancta, celebris, & humanæ ſaluti apta. Ibidem enim bonorum omnium auctori Domino & B. Michaëli Archangelo habitatori laus quotidie offertur: cuius beneficiis præſtantibus nullus non impetrat quæ dignè poſtular. de vicinis & longinquis partibus concurrunt, & vota pro quibuſlibet tribulationibus promiſſa ſoluentes, acceptâ conſolatione alacres redeunt ad propria. Ex MSS.

e

miratulis deinde celebre.

5 Cuiuſmodi beneficia hominibus ægris illic concedenda, & fidelium gaudia multiplicanda iam tunc præuidens humanæ ſalutis inimicus, iuxta ſolitam inuidiam fruſtrà (gratias Deo) ſubuertere nitebatur, quod ad laudem Dei & ad prouectum hominum condebatur. Concitabat ergo ſuos familiares detractores, qui querimoniâ ſuperuacuâ murmurarent, Catellum Epiſcopum Sedem & plebem ſuam deſeruiſſe, &, quod peius eſſet, omnia Chriſtianarum Miſſarum ſolemnia per horrida ferarum cubilia & inuia montium cacumina celebrare, hæreſim denique periculoſiſſimam ſeminare.

Catellus ab inuidis accuſatur:

6 Quid plura? Catellus *f* comprehenſus Sedis Apoſtolicæ Rectori ſtatuitur. Quo reſpondente, in omni loco dominationem Dei eſſe, & mundi cordis arcanum Chriſto eſſe gratum habitaculum; illo, inquam, inconſideratè rem examinante & *g* inconſultè iudicante, Catellus in carcerem retruditur: & (Diuino, vt dignum eſt credere, nutu, vt ſequens rei euentus comprobauit) quidam ex Clericis Papæ cuſtos ſibi adhibetur. cui paullò pòſt Catellus prophetiæ afflatus ſpiritu, Memento, inquit, mei dum benè tibi fuerit, vt educas me de iſto carcere, quia violenter ſublatus ſum. Citò enim, Papâ defuncto, in Sedem Apoſtolicam ſuccedes.

f

coniicitur in carcerẽ;

g

prædicit futura:

7 Iuxta verbum vaticinantis in ſummum Pontificem elevatus, & proſperitatis abundantiâ circumfluus, ſuæ dignitatis ſignificatorem obliuioni tranſmiſit. Quem tamen paullò pòſt eductum tanto honoris cumulo donauit, vt quicquid peteret ſe procul dubio daturum promiſiſſet. Quem cùm omnes aliquid magni rogaturum putarent, ille tantùm Chriſto & monitori ſuo Michaëli Archangelo deditus, Rogo, inquit, vt quantum *h* plumbi petam mihi concedas. Quo acto, proſpero ille nauigio in ſua reuerſus, oratorium ligneâ materiâ conſtructum petris à fundamento *i* reædificauit, & plumbo quod apportauit cooperuit. Antoninus autem ſub exulantis amici tempore haud ſegniùs ſolito in loco eodem Domino ſeruiebat; non enim ſibi ſoli ſed vtrique orabat, in commune preces & libamina Domino offerebat.

absolutus, redit ad ſuos.

h

i

a *Non probatur id Regio & Romeo: ſcribunt, ambo Antoninum priorem abiiſſe in ſolitudinem.*

b *Romæus*: Cùm vterque ſeparatim nocte contemplaretur & precaretur, hic ad dextram, ille ad ſiniſtram, viſus eſt videre accenſam facem nocturno tempore in ſummo monte ..... poſterâ nocte non modò eadem fax ardens viſa eſt, ſed etiam iuuenis &c.

c *Ergo non orantibus portentum illud viſum, vt habet altera vita, Romæus, Regius.*

d *Romæus ſcribit Catellum ad celeritatem è lignis; Antoninum, poſteritati conſulentem, ex lapidibus fieri voluiſſe: ſed hunc illi, vt par erat, ceſſiſſe.*

e *Dum oratorium illud ædificarent, conueniſſe iſtuc ſæpe magnam ferarum multitudinem, veluti ſanctus illis fabris gratulantem, ſcribit Romæus.*

f *Regius primò ſpoliatum epiſcopatu ſcribit.*

g *At non alibi ſanctiora iudicia famuli ſui probare vel ſic patientiam Deus voluit.*

h *Romæus*: Catellus vt ſibi tantum daretur, quantum ad ſacellum ſat eſſe Diuo Michaëli ex lapidibus, & tegulas ex plumbo faciendas optauit.

i *Id vetuſtate dein deſtructum, à vicinis reſtauratum eſt eâ formâ qua etiamnum cernitur, &* S. Michaëlis ad fagos *appellatur; vulgò* S. Michele à faito, *vel* Sant Angelo del monte. *prius nomen à fagis, qua plurima in eo monte. Confluit præcipuè ad eam ædem populus 8. Maij.*

DE S. LAVNOMARO PRESBYTERO ABBATE CVRBIONENSI IN GALLIA.

SECVLO VII. XIX. IANVAR. *Pagus Dorcaſſinus,*

I DVrocaſſes *Galliæ Celticæ populi fuêre, Sequanam ac Ligerim inter mediâ regione, quæ nunc* Belſia *dicitur; finitimi Carnutibus, eorumq; fortaßis, cùm Galliæ ante Iulij arma maneret libertas, clientes; memorati ſæpius Antonino in Itinerario. Anguſto nunc limite in ditione Carnutum continentur, Comitatus titulo: gentis caput* Drocæ *nunc, vulgo* Dreux, *ad* Bleſiam *amnem, vetuſtorum Druydum, vt creditur, ſedes, ipſaq; Antonini fortaßis* Durocaſis, *ceu* Durocaſes *aut* oppidum Durocaſſium. *cetera* ſaltus Particus, *quæ nunc* Perchenſis *ditio, vulgò* Le Perche, *in ſuperiorem inferioremq;*

Ex vita. in eo Corbionenſe cœnobium:

rioremq; partita, includit. Hic Corbionenſe, ſiue Curbionenſe, aliis Carbonis, & vitiosè Turbionis dictum, à S. Launomaro ædificatum ſeculo ſexto, regnante Chilperico, Chlotarij F. Chlodouei Magni N. cœnobium eſt; cuius & Claudius Robertus meminit in Galliâ Chriſtianâ. Situm id aſſerunt Martyrologia in in pago Dorcaſino, alia Dorcaſſino, alia mendosè Dorcaffino, Dorecalino, Trecaſſino; alia Cornotino; Ferrarius Drocenſi.

S. Launomari, eius fundatoris, natalis;

2 Agitur natalis S. Launomari, (quem Galli vulgò Lomer, vel Laumer, appellant) XIX. Ianuarij, quo die Vſuardus: In pago Dorcaſino S. Launomari Preſbyteri. idem habet Bellinus edit. Pariſienſis anni 1521. & multa MSS. Martyrologia. Molanus in Addit. ad Vſuard. & quædam antiquiora MSS. Monaſterio Corbionis in pago Dorcaſino, S. Launomari Preſbyteri, cuius præclara geſta habentur. Eadem ferè Galeſinius & Maurolycus. Benedictus Dorganius: S. Launomari Abbatis, qui ſpiritu prophetiæ plenus denarios iniuſtè per vſuram acquiſitos ab aliis diſcernebat. Idem ferè Hugo Menardus, & VVion. Carthuſ. Colon. in addit. ad Vſuardum ac Martyrologium Germanicum: In pago Carnotino S. Launomari Preſbyteri. Iſte Launomarus puerulus parentum ſuorum gregem paſcens, victum ſuum egenis & peregrinis diſtribuebat, ipſe vſque ad ſolis occaſum ieiunium frequenter protrahens. Liberalibus deinde traditus litterarum ſtudiis, Sacerdoſque effectus, eremum adiit. Vbi inter alia virtutum prodigia claudum curauit, ignis impetum ſigno crucis oppoſito extinxit, & annoſam quercum eiuſdem crucis virtute in loco quo voluit tranſpoſuit. Agit de eo quoque Sauſſaius fusè. Eius porrò nomen in variis exemplaribus mirificè variatum dicemus an vitiatum? Nam Launomarus appellatur Launoniarus, Launomarcus, Lamouiarus, Launomarius, Launomacus, Launoniaricus, Lauriomarus, Lounomarus, Landomorus.

nomen,

3 Vitam eius antiquus, & (vt coniicere licet, cenſuitq; Surius) propè coæuus, Auctor compoſuit, monachus Corbionenſis. Innuit hoc ipſe in Prologo: cuius exemplis ædificati ſumus, & exitu conuerſationis iucũdati. Et clariùs c. 4. n. 17. Sicut plenè in ſcriniis ſancti huius cœnobij, qui cognoſcere cupit, reperire poterit. Et cap. 5. nu. 25. Illinc nos patrociniis adiuua continuis, vt in hoc ouili, quod exemplis illuſtraſti & virtutibus decoraſti, ſit pax continua, &c.

vita, à quo

quando ſcripta,

Quod verò non niſi Ragnoberti, ſiue Regnoberti Abbatis, (qui in vitâ S. Batildis Reginæ Legobertus dicitur, Surio Lagobertus) meminerit, ſub eo vitam hanc ſcripſiſſe probabile fit. Vitam hanc ediderat Surius, at politiore ſtylo: nos genuinum reddimus ex vetuſto codice S. Mariæ de Ripatorio alioq; fide digno.

vnde edita;

4 Aetas S. Launomari elucidanda. Ad Sigeberti Chronicon anno 495. adiecta hæc ſunt in editione Laurentij de la Barre, quæ tamen Miræus notauit Sigeberti non eſſe: Florebant hoc tempore Launomarus Carnotenſis, fundator cœnobij Curbionenſis, & Maximus Aurelianenſis fundator cœnobij Miciacenſis; cuius diſcipuli fuerunt Carilefus & Auitus Abbates. Aſt vitæ Auctor ſub Chlotario I. natum tradit, monaſterium Corbionenſe inchoaſſe anno ſecundo Chilperici, obiiſſe paullò ante S. Malardum Epiſcopum. Chlotarius anno 511. in quartam regni partem cum fratribus ſucceſſit, atque illis tandem eorumq; liberis ſuperſtes monarchiam adeptus, eam quadrifariàm in filios partitus obiit anno 562. Chilperico Sueſſionenſe regnum obtigit, & poſt Chariberti fratris mortem anno 570. pars regni Pariſienſis; trucidatuſq; eſt anno 584. Chlotario filio quadrimeſtri relicto. Annus igitur Chilperici ſecundus fuit aut 564. ſi à morte patris numeres, aut 572. ſi à Chariberti. Fuiſſe tunc Launomarum oportet non multò tricenario minorem, qui pridem ſacerdotio initiatus ſummâ cum laude, haud exiguo ſpatio, œconomicam rem procuraſſet, ſiue monaſterij, ſiue, vt Yepes cenſet, Clericorum collegij; (neque enim liquidò id diſcernitur: & Marchantius teſtatur apud Carnutes iſtud tradi velut acceptum à maioribus, eum domui Aedilium principis baſilicæ præfuiſſe, communiq; Cleri ærario;) in ipsâ dein eremo inſtituiſſet cœnobium, ab coq; nominis peroſus celebritatem, profugiſſet. Ergo dudum ante annum Chriſti 550. editus fuerat in lucem.

tempus eius natiuitatis,

5 At vixit ad S. Malardi Epiſcopi Carnotenſis tempora, eaq;, ni fallimur, extrema. Sebaſtianus Rouillardus Malardum ſcribit anno Chriſti 615. deceſſiſſe, cùm ſediſſet annos quatuordecim. Nec diffitetur concilio Cabilonenſi interfuiſſe; quod tamen VIII. Kal. Nouemb. anno Chlodouei II. 6. Chriſti 650. celebratum. Subſcripſit deinde idem Malardus, ſiue Malehardus, Priuilegio libertatis, quod monaſterio S. Dionyſij conceſſit Landericus Epiſcopus Pariſiacenſis, anno Chriſti 658. & Præcepto Chlodouei Regis de eadem libertate anno 659. Eius verò deceſſor Bertegiſus Remenſi ſynodo interfuit anno 630. Sed plura peccat in chronologiâ Carnotenſium Antiſtitum Rouillardus, eorumq; perturbat ordinem; ait enim ſextum à Malardo ſediſſe Papulum ab anno Chriſti 657. ad 664. aſt is concilio Matiſconenſi ſecundo interfuit quod anno 585. habitum conſtat, & Pariſienſi quarto, anno 573. Patet nunc quantum aberrarint, qui floruiſſe circa annum Chriſti 495. Launomarum ſcripſere, qui haud longè ab anno 650. Chriſti, centenario maior videtur vitâ conceſſiſſe; niſi duos Malardos quis ſtatuat, fortè non improbabiliter.

mortis

6 Agit de eo quoque Baronius tom. 7. an. 567. num. 22. & ſeqq. Vincentius Bellouacenſis lib. 21. cap. 83. & 84. Petrus de Natal. lib. 2. cap. 104. Trithemius lib. 3. de viris illuſt. ord. S. Benedicti cap. 251. quamquàm fortaſſis addubitare quis poſſit, num, principio ſaltem, in Benedictina ſtatuta conceſſerit, iiſq; ſe ac ſuos obligârit. Marchantius ſcribit VVlfradam & Crenulfum voluiſſe Ebritnogili collocari monachos ordinis S. Launomari. Et vixdum innotuerat, necdum certè propagatus latè erat Ordo S. Benedicti, cùm monachicam ille aggreſſus eſt vitam: vigebant alia in Galliis inſtituta aſcetarum. Potuit tamen deinceps S. Benedicti regulam, diſcretione præcipuam, amplecti, eamq; ſuis præſcribere. Antonius Yepes in Chronic. Benedictinis centur. 1. ad an. 567. illius res geſtas narrat, nec qui alumnus ordinis fuerit docet. Blæſis ad Ligerim cœnobium eſt S. Launomari Benedictinum, nobile & opulentum.

eo ſcripſe-re.

VITA

Auctore monacho Curbionenſi anonymo,

ex duobus veteribus MSS.

PROLOGVS AVCTORIS.

Laudandus Deus in ſanctis ſuis:

1 DAuid Propheta cùm ad laudem Creatoris & gubernatoris ſui omnes creaturas incitaſſet, in exordio centeſimi quinquageſimi pſalmi, ſic ait: Laudate Dominum in Sanctis eius: in eis vtique quos glorificauit, & magno munere gratiæ ſuæ diuerſis donis exuberare fecit. Ac per hoc operę pretiũ eſſe puto, ſi à fidelibus narratoribus illa pertractentur, quæ milites Chriſti in ſuis quique viritim tuguriis operati ſunt: imò ipſe auctor omnium mirabilium in eis & per eos operatus eſt, à quo totius ſanctitatis & fidei ſumma procedit. Ipſe namque ait: Sine me nihil poteſtis facere. Ioan. 15. 5. Quod & ita confitentur fideles ſerui & miniſtri gratiæ Dei, & ſathanæ deiectionem, quem Dominus velut fulgur de cælo cadentem videbat, ſemper præ oculis habentes, illi retribuunt quicquid boni agunt, à quo velle & poſſe habent: nec ad momentum de viribus ſuis præſumunt, ne fortè dum campo malæ libertatis potiuntur, foueam improuiſæ damnationis incurrant. Laudamus ergo Dominum ſponſorem & redditorem præmiorum in Sanctis eius, dum ad notitiam plurimorum deducimus, quæ per ſuos famulos glorioſè miniſtrauit, qualiter & interiùs virtute continentiæ apud ſe ipſos vixerint, & exteriùs lampade boni operis alios illuminarint. Poſt glorioſos igitur agones Martyrum, præclara recolimus Confeſſorum merita. Nam & ipſi victoriam de antiquo hoſte reportantes, quia eis ſemper viuere Chriſtus fuit & mori lucrum,

ei omnia bona adſcribenda.

crum, ſupernæ Hieruſalem heredes facti ſunt. Ecce autem vndique reſplendent caſtra militum Chriſti: vbique Rex ille ſingularis titulos Martyrum & Confeſſorum ſuorum defixit, per quorum etiam exanimatos cineres de hoſte humani generis triumphat. Denique inter numeroſa agmina athletarum aſſumpſimus eum, cuius exemplis ædificati ſumus & exitu conuerſationis iucundati, Beatum ſcilicet Launomarum, vt de eius ſanctâ conuerſatione & geſtis mirabilibus aliquid in memoriam poſteris vtile traderemus; vt & ſtudioſis ſit quod æmulentur, & negligentibus, vnde inſpiratione diuinâ ad feruorem bonæ actionis cohortentur.

CAPVT I.

S. Launomari adoleſcentia. ſacerdotium.

S. Launomarus quando natus,

2 POſtquàm gens Francorum Gallias occupauit, & regnum, & ciuitates, & fines eorum vndique in ditionem ſuam redegit; iamque ab immunditiis idololatriæ ad cultum Chriſtianæ religionis tranſiſſet; eâ tempeſtate quando regnum Francorum adminiſtrabat Clotharius filius Clodouæi ſenioris, qui primus in Regibus eiuſdem gentis, à B. *a* Remigio Remorum Epiſcopo baptiſma conſecutus eſt; intra Galliam Lugdunenſem Launomarus *b* Carnotenſium partium *c* ciuis, parentibus Chriſtianiſſimis natus eſt.

a cuius:

b c

patris gregem paſcit, liberalis in egenos,

3 Hic cùm adhuc in domo patris puerulus nutriretur, gregem patris in paſcendo obſeruare cœpit, velut alter Iacob, aut alius aliquis Patriarcharum. Agebat inter hæc puer ille Deo carus bonæ ſpei principia: quia quæ victui quotidiano neceſſaria ſibi ſollicitudo parentum miniſtrabat, hæc ipſe aut egenis & peregrinis occurſantibus, aut coæuis ſuis opilionum officia exequentibus, diuidebat. Cumque necdum præceptorum diuinorum ſcientiam haberet, diuina tamen in eo gratia refulgens in corpore puerili cor ſenile radicauerat. Nam dum huiuſcemodi dilectione erga indigentes ſocios & pauperes arderet, in ipsâ pueritiâ iam parſimoniæ ſtudiis inſeruiebat. Caritatis quoque viſceribus affluens pro pauperibus ſollicitus erat, & ipſe adhuc puerulus nimiis ieiuniis affligebat corpus. Non erat ſociis intractabilis aut durus; ſed affabilis eloquio, moribus ſuauis, vultu alacer, & caritate ſecundùm modum ſuum præſtantiſſimus. Euangelium nondum nouerat, ſed crucis mortificationem ferre gaudebat, vſque ad ſolis occaſum ſæpè ieiunium extendens.

benignus, ieiuniis deditus:

4 Hunc vbi parentes in primæuo flore iuuentutis curam corpuſculi viderunt negligere, luxus & illecebras voluptatum rigore abſtinentiæ frangere; attoniti mirari cœperunt, vnde in puero tanta morum grauitas ſubitò excreuiſſet. Sed latenter ac paullatim tentantes pueri conuerſationem, quia ipſe à ſeculi colluuione mente ſublatum ſe indicabat, curauerunt & illi habitum induinſtituitur litteris, & virtute:

cere congruentem. Itaque ſub annis pueritiæ litteralibus ſtudiis à parentibus traditur, & cuidam Sacerdoti vitæ venerabilis, nomine Cherimiro, committitur, qui intra oppidum Carnotenſe Domino militans religionis famâ celebris habebatur. Qui ſuſceptum paruulum tenerè fouebat, & pedetentim ad litterarum cognitionem & ſanctitatis normam cohortabatur. Sed diuina gratia, quæ de puerilibus membris ſenectutem animi produxerat, annoſam diſcendi induſtriam videbatur in adoleſcentulo fundaſſe. Præfatus autem Sacerdos, conſiderans in eo cum ætatis proceſſu pariter religionis

d *d* coaleſcere deſiderium, & mentis ſinum capaciorem fieri doctrinæ, ſecum gratulabatur, indiciis bonæ ſpei prouocatus, quia credebat per eum ſequenti æuo aliorum procurari poſſe ſalutem. Quod non poſt multum tempus rei veritas comprobauit.

e omnibus ſe abdicat:

5 Sanè mox *e* vt ad intelligibiles annos exoleuit, vocem Saluatoris aure corporis & cordis vir beatiſſimus audiens, quod inſciâ ſollicitudine parentum vis diuina

adſpirauerat, ipſe ſuis omnibus renuntiauit, vt in terrâ viuentium portionem nullo fine obnoxiam mereretur. Nec ad mundanos ſtrepitus redire voluit, quia ſicut Dominus ait: Nemo mittens manum ſuam in aratrum & aſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei. Intereà Dei famulus doctrinæ verbique cæleſtis pabula ſitienter hauriens, adoleſcentiam ſuam eius iugi meditatione caſtis moribus adornabat. Iam tunc flammis accenſus diuini amoris, ſecretum eremi deſiderare cœperat. Ad tempus igitur celans animi propoſitum, dum adhuc in eadem vrbe moraretur, ſacerdotalem infulam diuinâ ſe comitante gratiâ indeptus eſt. Non longè pòſt ibidem à fratribus, cum quibus ad cæleſtia anhelabat, miniſter rei familiaris inſtitutus, ſubſtantiam cunctamque *f* penum ſollicitus prouidebat; ſummâque diſcretione, paterno affectu carnis cunctis fratribus neceſſaria miniſtrabat, adeò vt nulli debitam annonam nec in paruo ſubtraheret, neque alicui prodigè effunderet. Longâ quippe exercitij ſpiritualis eruditione fundatus, vir iſte in ſacerdotio ſuo dignè Deo militauit. Exemplo quoque doctus Apoſtolorum, formam primitiuæ Eccleſiæ imitari nitebatur, de quâ ſcriptum eſt, quia diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat.

AVCTORE ANONYMO, Ex MSS. Luc. 9. 62.

fit Sacerdos, & Fratrum Oeconomus:

f

Act. 4. 35.

a S. Remigij *vitam dabimus* 1. Oct.

b *Erat enim tum Carnutum ciuitas in* prouinciâ Lugdunenſi Senoniâ.

c *Yepes in ipsâ Carnotenſi vrbe natum ſcribit, quod quidem Auctoris verba non ſignificant. addit parentes omnino pauperes fuiſſe; nec hoc conuincit ex eo quòd gregem patris pauerit; niſi inopes omnino fuiſſe teſſe, Iacob, alioſq; velit, quorum greges ipſorum pauêre filij. Sauſſaius* ex honeſtâ proſapiâ procreatum *ait. tenuiores facultates ita fuiſſe, indicat* ſollicitudo miniſtrans neceſſaria victui quotidiano.

d *MS. Rip.* caleſcere. e *Sauſſ.* poſt parentum obitum.

f *MS. Rip.* penuriam *Præfectum domui Ædilium Eccleſiæ Carnotenſis fuiſſe ſcribit Marchantius, eamq; eſſe eius Eccleſiæ traditionem; Sauſſaius* monaſterij œconomum.

CAPVT II.

Vita ſolitaria. cœnobij inſtitutio.

6 ELapſis autem aliquot annis à tempore ordinationis ſuæ, quod diu celauerat & corde conceperat deſiderij votum, Domino auctore & cooperatore compleuit. Tandemque intempeſtâ nocte, omnibus alto ſopore depreſſis, baculum ſumpſit in manibus, officiumque diſponendæ terrenæ facultatis abiiciens, concupitam conuolauit ad eremum. Cumque eſſet vbi eius animus oblectari poſſet, & quaſi quemdam tranſitoriæ quietis pedem figere, æſtu impatientis zeli mundum cum ſuis ſpreuit luxibus. Atque calcato ſeculi fluctu ab hominum frequentiâ ſe ſubducens, Angelorum conſortia per contemplationis alta quærere propoſuit. Sicut quondam Elias Propheta in ſpeluncâ ſolitudinis habitans, poſtquàm Dominum tranſeuntem vidit, & commotionem agitantem montes & petras igne liquefacientem, nec tamen in his Dominum eſſe teſtatus eſt; in ſibilo auræ tenuis, id eſt, contemplationis ſubtilitate ſuper ſe eleuatus, hunc raptum ſentire potuit.

eremum petit:

3. Reg. 19.

7 Procul namque ab vrbe receſſit, & in abditiſſimam ſolitudinem ſiluæ, quæ *a* Particus dicitur, ſeſe reclúſit, ibique ſe totâ cordis intentione & omnium cogitationũ medullâ familiariùs Domino commendabat. Vbi tugurio frondibus contexto, dum quadam nocte inter cæca ſilentia, hymnos Deo deuotæ meditationis redderet, infeſtam latronum rabiem perſenſit, qui vt ad eius mortem peruenirent, longos viæ errores nocte illâ paſſi ſunt. Putabant enim eum aliquam pecuniam in deſerto ſeruare. Diluculo autem facto vident ſe repentè in conſpectu illius, quem tantoperè quæſierant: & ad viſionem illius diuino timore correpti, ad pedes eius corruerunt, clamantes: Parce nobis vir Dei, parce; reatum noſtrum cognoſcimus, ideò veniam petimus. At vir Dei in his

a

à latronibus diu quæſitus,

eos diuinitus perculſos hortatur ad pœnitentiam:

AVCTORI ANONYMO, Ex MSS.

attonitus, ait: Quid, fratres, quid eſt, quod à me petitis? aut quæ cauſſa vſque ad nos impulit? At illi quid tractaſſent, quidúe contra eum deliberaſſent, confeſſi ſunt. Tunc ait illis homo Dei: Et ego dolos veſtros non ignorabam, filij. Miſereatur veſtri Dominus. Redite in pace, & iam peccare deſiſtite. Ceſſate à latrociniis, & à rapinis contrahite manum, vt miſericordiam Domini inuenire mereamini. Nam mihi nulla eſt pecunia in terris. Pecunia verò noſtra Chriſtus eſt. Qui verbis eius ædificati ad propria vix poſt triduum ſunt reuerſi.

b diſcipulos inſtruit;

8 *b* Exhinc celebre factum eſt nomen beati viri: & cœperunt ad eum confluere multi, eius exemplis & doctrinâ renouari cupientes in nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt. Nec multum tempus fluxerat, & ecce in figuram *c* monaſterij habitacula locauerũt in medio vaſtæ eremi atque condenſæ: vbi per famulum ſuum omnipotens Deus plurima geſſit miracula. Multi nempe orationibus eius & interceſſionis ope ab infirmitatis corporeæ moleſtiâ releuati ſunt; multi ad interioris hominis ſanitatem reuocati, didicerunt intra caſtra Dei contra antiqui hoſtis iacula ignita fortiter repugnare.

c cœnobium ædificat:

claret miraculis:

claudum ſanat:

9 Quadam namque die homo quidam è vicino filium ſuum claudum in foribus monaſterij Sancto curandum obtulit, & ipſe genibus eius aduolutus cum lacrymis aiebat: Homo Dei miſerere mei, & huic puero orationibus tuis redde priſtinam ſanitatem; aut certè dum viuit, tuis ſtipendiis hîc propter miſericordiæ opus paſcatur. Tunc vir Dei ait ad eum: Vnde mihi homo, vt filio tuo ſalutem reſtituam? Creatoris hoc opus eſt, non creaturæ. Potens eſt tamen Deus fidei tuæ præſtare quod petis. Subſiſte paullulùm, & ſimul cum paruulo accipe benedictionem; poſteà reuertimini pariter viâ quâ veniſtis. Sacerdos autem Domini cùm inter ſacra Miſſarum libamina pro ſanitate pueri obſecraſſet, ſolemni prece peractâ fragmento *d* panis benedicti, & patrem refecit, & filium à debilitate curauit, & eos ad propria remiſit.

d

fores templi precibus aperit;

10 Quodam item tempore cum monachis ſuis ſiluam ſuccidere venerabilis Pater certabat, vt planitiem parare aliquam poſſet aptam iaciendis ſeminibus: caſu verò accidit, vt ianitor domus Domini clauem oratorij perderet. Cumque famulus Dei à Fratribus ſecedens orandi gratiâ, miniſtro ſuo ſe comitante oratorium peteret, & clauem non inueniſſet, ante fores proſtratus humi aliquantiſper orauit. Moxque ei vltro patefacta eſt ianua. Ingreſſuſque oratorium, preces ſuas ad finem vſque perduxit. Et cùm ſurrexiſſet ab oratione, miniſtro ſuo denuntiauit ne in vitâ ſuâ quod viderat alicui manifeſtaret; exemplum vtique Domini Dei ſui ſequens, qui ſuâ virtute ſanatis prohibebat ne cui dicerent.

idq; fieri iubet:

a *Surius*, Pacticus, *mendosè. De* Partico, *ſiue* Pertico *diximus in Præf. num.* 1.

b *Sauſſaius ait ab ipſis latronibus* viri Dei ſanctitatem diuulgatam.

c *Marchantius extare iſthic monaſterium Virginum inſtituti Fontis-Ebraldi teſtatur, dictum* Bellomer.

d *Euchariſtiáne fuerit, an potiùs alia eulogia panis, haud definimus.*

CAPVT III.

Varia eius miracula.

incendium ſigno Crucis reſtinguit:

11 PEr idem tempus in monaſterio viri Dei aliquid ſimile per negligentiam contigit. Nam dum poſt meſſionem, manipuli nouarum frugum in horrea reponendi eſſent, imperante neceſſitate monachi de viminibus factâ machinâ ſuperpoſuerunt quod meſſuerant, & adhibuerunt ignem; qui paullatim vires capiens, cùm omnes alia curarent, & nullus ſuper hoc ſollicitus eſſet, ſubitò & fruges & domum inuaſit incendium. Quod vbi vir Domini comperit, totum ſe & animo & corpore contra violentiam ignis oppoſuit. Sic vir Domini Launomarus præualuit contra incendium, & obuiàm ſignũ Crucis faciens, ignis impetum orationibus ſuperauit. Quid dicam? Statim enim ignem crepitantem tamquàm imbre vehementi reſtinxit.

12 Inſecutâ deinde nocte cùm in maturitate ſurrexiſſet ad orationem, inter ſacras vigilias inuidia diaboli inquietare eum tentauit, nam qui à luce cæleſti cecidit, ter lampadis lumen inimicus extinxit. Sed ſenſit militem Chriſti ſibi præualuiſſe. Quotiens enim humani generis hoſtis lucem ab habitaculo illo ſubduxit, non deſtitit ſeruus Domini ab officio ſuo, quin potiùs precem coram Domino effundens, per verum æternumque lumen Chriſtum lucernæ radios reparauit. Planè magnæ fidei Confeſſorem, cuius natalem deuotis mentibus excepimus, cui præſtitum ſit, vt, ſicut ceteri Sancti fide deuicêre regna, ita & hic per fidei firmitatem creaturis imperaret. Sic quippe Dominus virtutum Sanctos ſuos glorificat, qui ei toto corde deſeruiunt, vt per eum triumphare valeant de illo, qui olim inter choros cæleſtium dignitatum principatum tenebat, & creatura ad votum eis famuletur. Etenim vir venerabilis in vno noxios flammarum globos extinxit, & in alio ignem reaccendit: ac ſic in vtroque auctor tenebrarum confuſus eſt, & is qui in conuerſatione præcipuus erat, oſtenſus eſt etiam potentiâ ſignorum venerandus. Quod vt euidentiùs appareat, referam adhuc aliud quod ſubſequenti tempore geſſit.

lucernam à damone extinctam ter precibus reaccendit:

Hebr. 11. 33.

13 Vir quidam, nomine *a* Sicaptus, nobilibus ortus natalibus, & prædiorum amplâ poſſeſſione ditiſſimus, atro dæmonis impulſu vexabatur, vtputa *b* perſuaſus à diabolo intantùm, vt ſi aliquod iaculum aut fuſtes manu contingere poſſet, continuò impetum faceret aut in ſe, aut in alios, quoſcumque obuios habuiſſet. Qui cùm diu tantâ amentiâ debaccharetur, & furiis ſatanæ atrociſſimè quateretur; à ſeruulis ſuis compeditus, & cerui-cem manuſque catenis oneratus, vſque ad viri Dei præſentiam non ſine grandi fremitu & clamore pertrahitur: ſtatimque in conſpectu ſanctiſſimi Patris, cœpit furere & fremere dentibus, & ora palloribus permutare. At vbi reſpexit in eum homo Dei, dolos antiqui ſerpentis recognoſcens, ingemuit, & illicò ad familiaria orationis arma recurrit: & completâ oratione, ſacrâ miſerum olei vnctione conſignans, toto corpore perfudit. Cumque illi vir Dei manus ſuperponeret, eum à ſpiritu immundo vacuauit, & ait ad turbam ſociorum, quæ eum comitabatur: Auferte ab eo pondus catenarum, & illæſum abire permittite. Potens eſt Deus, cuius hoc plaſma eſt, fugare dæmonium, & animam miſeram de poteſtate diri prædonis eruere, vt vos à tanto labore requieſcatis. In ipsâ horâ ſanus factus eſt homo, & ſanâ mẽte horrorem vultus & ſtridorem dentium in manſuetudinem conuertit; & quaſi de ſomno mortis euigilans ait ad ſuos: Quid vexatis me vinculis iſtis? Soluite me, & reuertimini in domos veſtras: ego enim aliquantum tempus faciam cum viro Dei, qui me curauit. Illi autem ſoluentes eum ad ſua ſinguli redierunt. Porrò B. Launomarus retinuit hominem, & exhortabatur eum ieiuniis & orationibus inſiſtere. Qui præcepto Patris obediens, poſt aliquot dies cum ſalute domum ſuam repetiuit.

a damoniacum ſacro oleo perfuſum ſanat,

b

atque ad ieiunium & orationem hortatur:

14 Hoc quoque pietatis opus non ſolùm circa homines vir ſanctus exercuit, ſed etiam circa feras brutaque animalia. Aliquando namque cùm iuxta monaſterium ſuum in ſolitudine deambularet, & ſecum neſcio quid de Scripturis tractaret, obuiam habet ceruam ab infeſtatione luporum fugientem. Quos cùm vidiſſet, tamquàm compatiens beſtiæ vir Domini exclamauit: Heus ſæuiſſimæ feræ, ſemper rapaces, deſiſtite perſequi hanc beſtiolam: & ite ad loca ſolitudinis veſtræ: & alludens ad ſignificationem, Ecce, inquit, peſſimum & infeſtum genus beſtiarum. Nam ſicut iſti numquàm ceſſant à rapinis, ſed ſemper alienas carnes morſibus deuorant; ita & diabolus, lupus videlicet ferociſſimus, circuiens quotidie quærit de Eccleſiâ Chriſti quos perdat ac ſtrangulet. Ad hanc vocem viri Dei, ſtatim greſſum deflexe-

lupos verbo abigit, cerua ſic ereptâ, dein dimiſſâ

deflexerunt ab inſequendo, & non incognitam ſiluæ latebram ingreſſi ſunt. Cerua verò viâ quâ venerat regredi metuens, ereptorem ſuum comitata eſt, & ante ipſum oratorium introiuit. Quam palpans homo Dei manu ſuâ poſt duas ferè horas remiſit eam ad loca ſolitudinis ſuæ. O Domine Ieſu & hîc in ſpiritu manſuetudinis ſuæ Sanctum tuum ita glorificaſti, vt ei & beſtiarum ferocitas, terrore tui nominis, obediret.

15 Alio quoque tempore quidam homo nobili ſtirpe editus, *c* Leudocramnus nomine, cùm grauiſſimâ paralyſi moleſtaretur, vt omnia membra officium & vigoris ſui motum denegarent; famulorum manibus equorum vehiculo ſuperpoſitus, in lecticâ ad virum Dei perductus eſt. Quid dicam? omni ex parte penè exanimatus iacebat, niſi quòd in ſolo pectore anhelitum reſumere videbatur. Sed vbi Pater ſanctus vexillo ſanctæ Crucis eum ſignauit, & ſacro oleo liniuit, à tactu manus eius ſubitò, ſicut vir ipſe ſub teſtificatione referre erat ſolitus, tantâ algoris nimietate reſperſus eſt, à vertice capitis vſque ad plantam pedis, vt miraretur ipſe intra ſe, quid ſibi contigiſſet. Nam horrore ſubito totus contremuit, & nihil aliud niſi mortem vicinam attendebat, cùm nec minimam penè portiunculam vitalis caloris viſcera miniſtrarent. Deinde ſenſim recaleſcentibus membris, illicò paralyticus priſtinam ſanitatem recepit, pluresque poſteà vixit annos. Ipſe denique rexit cellulam, cui vocabulum eſt Carbonaria, & ab ipſo hoc vulgatum eſt miraculum.

c paralyticũ ſigno Crucis & ſacro oleo ſanat.

a *Marchantius*, Siraptus. b *fortè* peruaſus.
c *Sur.* Laudocramnus. *aliud MS.* Leudocrannus. *March.* Lucecramirus. *Yepes* Ladocramus.

CAPVT IV.

Corbionenſe cœnobium. facta ibi miracula.

16 FActum eſt autem poſt aliquantos annos, cùm fama virtutis eius longè lateque percrebuiſſet; vir ſanctus humanos fauores ſemper fugiens, & occultus eſſe deſiderans incognituſque mortalibus, relictâ cellulâ ſeceſſit in locum alterum cum commilitonibus ſuis, quem olim priſcorum habitatorum manus extruxerat, ſed iam vaſtitas ſuccreſcentium frondium & veprium totum obduxerat.

aliò ſeceſſit:

17 Per idem tempus erat in eadem prouinciâ vir illuſter, ſatis locuples & latiſſimorum fundorum poſſeſſor, nomine *a* Ragnoſointhus. Qui cùm Dei militem in memorati loci aſperitate aliquid adoriri velle conſpexiſſet, quod per futura tempora poſteris profuturum eſſet, exploratâ ſanctitatis eius opinione, & indefeſſo in diuinis rebus famulatu, virum Dei venerari cœpit, & toto deſiderio amplecti. Exinde tactus amoris eius igne, quẽ in Dei homine arctiùs venerans attendebat, tradidit ei ipſum locum, de quo loquimur, in quem ſcilicet vir ſanctus ingreſſus fuerat, & de iure ſuo in eius dominatione perpetuò transfudit ipſi & poſteris eius. Quem etiam propriis finibus optimè vndique determinauit, ſicut plenè in ſcriniis huius ſancti cœnobij, qui cognoſcere cupit, reperire poterit. Vbi vir Domini laborare cœpit, & adiutus Diuinæ Maieſtatis præſidio locum permundare niſus eſt, vocabulo tamen Curbionis priſtino permanente, atque oratorium ibidem ſtatuit, & cœnobij ſimilitudinem caſulis habitando cum ſuis depinxit. Illis diebus *b* Chilpericus filius ſupradicti Clotharij ſecundum annum in regno agebat.

a

ædificat Curbionẽſe monaſterium:

b

18 Quadam igitur die ad conſtruendum oratorium, annoſam quercum monachi venerandi Patris crebris ictibus deiecerunt. At vbi hora regularis admonuit vt corpora refecturi diſcederent, vir Domini eos dimiſit, ipſe autem retento ſecum miniſtro ſuo in labore perſtitit. Arbor verò ipſa non in apto loco erat, vbi à Fratribus dolari vel deſecari poſſet. Sed famulus Domini ad conſuetum ſecretarium recurrens, fretus adiutorio diuino, arborem immenſæ molis in virtute Crucis quò voluit transpoſuit: nempe vbi humanum pòſſe non affuit, diuinum habere meruit ſuffragium. Nam tanti ponderis arbor eadem fuiſſe ferebatur vt vix à quadraginta viris portaretur. Tunc miniſtro imperauit, vt venientibus Fratribus diceret à prætereuntibus datum fuiſſe ſolatium. In omnibus enim operibus ſuis aſpectus hominum fugiebat & iactantiæ tumorem, ſolumque Deum laudari monebat, cuius eſſet totum quidquid boni agere meruiſſet. Et ideò meritò dediſti Domine famulo tuo requiem paratam, qui in virtute ſignorum nihil ſibi aſſignauit, ſed ſemper te admirabilem & omnis gratiæ auctorem prædicauit.

immanem quercum precibus transfert:

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

dextrè diſſimulat miraculũ:

19 Erat poſthæc vir nobilis, *c* Ermoaldus nomine, qui extremum vitæ tempus ſortitus, anguſtiâ mortis periclitabatur. Hic miſit ad virum Dei ſolidos quadraginta, obnixè petens vt ſibi iam penè morienti ſuccurreret, vt interceſſionis eius meritis ſpes ei ſalutis ab omnipotente præſtaretur. Sed deuotus miles Domini accipere recuſabat. Tandem latore perurgente ſuſcepit pecuniam: ingreſſuſque oratorium, orationem fudit, vt acceptabilis fieret in conſpectu Domini oblatio hominis, & ſuper altare pecuniam depoſuit: grandique ſtudio vnumquemque nummum appendens manu reuoluebat, & genu ſæpius flectens orabat. Poſt multa vnum ſolidum, quem in ſpiritu mundum & non ex rapinâ adquiſitum cognouit, ſuis vſibus retinuit. Reliquos tradidit gerulo, & ait: Pecunia iſta, *d* ô homo, iniqua eſt, Diuinam non poteſt mutare ſententiam, neque vitæ ſpatium ampliare, ſed nec peccatorum remiſſionem impetrare. Scriptum eſt enim: Victimæ impiorum abominabiles Domino, vota iuſtorum placabilia. Hinc Propheta exprobrans dicit: Immolate de fermẽtato laudem. De fermentato quippe laudem immolat, qui Deo ſacrificium de rapinâ parat. Tu ergo frater feſtinatò nuntia domino tuo, vt pro ſe laboret, & iniuſtè ſublata reſtituat. Hoc ipſo quippe languore vitam iſtam temporalem finiet. Nos Chriſto propitio bonis omnibus abundamus, & ſi fide non infirmamur, nihil nobis deerit. Et poſt hæc ait: Dominus tecũ, fili mi, vade in pace. Qui accepto mandato, reuerſus ad dominum ſuum, adhuc eum viuentem reperit; ſed ipſius ægritudinis morbo inualeſcente, de hac luce ſubtractus eſt.

c pecuniam iniuſtè acquiſitam dignoſcit, & reſpuit:

d donatoris mortem prædicit: Prou. 15. 8. Amos 4. 5.

20 Venerunt aliquando fures ad eiuſdem Patris cellam, & ingreſſi per noctem, quæ ſemper eis amica eſt, bouem à præſepio ſoluentes, abduxerunt. Quod cùm monachi maturè cognouiſſent, ad ſanctiſſimum Patrem cauſſam conquerentes detulerunt. Quibus ille metuens ne propter aliquod incommodum temporale, ſtatus animi eorum concuteretur, & vſque ad impatientiam erumperent, ait illis: Patientiam conſeruate fratres, & pro re peritura nolite illud corrumpere quod Deus ad ſimilitudinem ſuam cõdidit. Nam & B. Iob cùm omnem exteriorem ſubſtantiam amiſiſſet, & poſt filiorum exſtinctionem nouiſſimè ipſe quoque crudeliſſimo vulnere percuſſus eſſet, ſicut legitur, In omnibus his non peccauit Iob labiis ſuis, neque ſtultum aliquid contra Deum intulit, ſed dixit: Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum. Verùm nec proſperitas, ſi exterior cenſus affuit, eleuare nos debet; nec terrenum diſpẽdium deiicere, vt ſimus illi ſimiles de quo Pſalmiſta ait: Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Latrunculi autem totâ nocte illâ & die ſequenti perſeuerauerunt in labore errantes, & nuſquam aditum inuenientes quo ſe de ſolitudine inuiâ foras extrahere poſſent. Alterâ verò nocte nimio errore corporis & cordis fatigati, cognoſcunt ſe illuc delatos, vbi furti crimen admiſerant, & ad vocem pſallentium monachorũ in ſtuporem mentis verſi muſſitabant ad inuicem, dicentes: Quidnam eſt quod accidit nobis? Ecce ſumus in ipſo loco vnde animal iſtud amouimus. Qui videntes ſpem ſuam eſſe fruſtratam, & non proſperè ſibi cedere quod tentauerant, vnum elegerunt, vt reſtituerent bouem dominis ſuis. Hymnis itaque

Iob 1. 21.

Pſal. 138. 12.

furibus poſt bouum errorem reuerſis cũ abducta boue

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

itaque matutinis à Fratribus decurſis, exiit homo Dei ſecundùm conſuetudinem luſtrare in circuitu cellulam. Cui obuiàm occurrerunt homines illi, & cauſſam ſceleris & verbis prodiderunt & manibus oſtenderunt. Vir autem Domini indulgentiam, quam petebant, præſtitit, & ait illis: Benè feciſtis filij, quòd licet poſt grauem laborem ad cognitionem reatus veſtri acceſſiſtis. Deinceps ab his parcite; & quia laboraſtis, reficite corpora, & ſic ad propria citiùs repedate. Cauete autem ne paſtoribus aut monachis vos oſtendatis. Poſtquàm autem abſceſſerunt, illum ipſum bouem Fratribus; quem ſollicitè quæſierant conſignauit: diſſimulanſque, veritatem rei non aperuit eis, ſed quaſi negligentiâ paſtorum oberraſſet in ſiluâ, prætexebat ſe eum vagantem & errabũdum præ foribus inueniſſe. Quod tamen à miniſtro eius palàm factum eſt poſt eius felicem obitum, cui ſe in multis familiariter credebat.

cibum præbet:

diſſimulat apud ſuos miraculum.

21 Erat item quædam materfamilias nobilitatis titulo præclara, nomine Vulfrada, quæ infra annos adoleſcentiæ grauiſſimâ infirmitate & membrorum omnium deſtitutione tabeſcebat, ita vt vitalis calor ſpiritus in ſolo pectuſculo palpitare videretur; &, ſicut ipſa referebat, ſuper pedes erigi non poterat iam penè exanimis, longâ vtique corporis moleſtiâ confracta. Famulorum itaque vlnis leuata, ad hominem Dei medendi gratiâ defertur. Cumque eam chriſmatis benedictione liniſſet, vexillo ſanctæ Crucis impreſſo, in antiquum vigorem reformauit. Quæ poſteà, Domino miſerante, in longum dies ſuos in pace protraxit, atque poſt venerãdi Patris tranſitum, eius cellulam pro munere rebus ſuis nobiliter ampliauit. Dedit itaque cum conſenſu viri ſui *e* Chramnulphi ei de prædio ſuo *f* Lontuei villam, & *g* Brituogilum, voto huiuſcemodi, vt ibi monachorum & ſeruorum Dei norma conſtitueretur, & in laudibus diuinis celebris locus haberetur. Quod & ita factum eſt. Nam in regimine ouium Chriſti Pater memorabilis Launomarus ſucceſſorem habuit virum modeſtiſſimum, nomine *h* Ragnobertum, qui de eiuſdem congregationis cœtu miſit Fratres ad hoc opus benè idoneos, & deſiderium præfatorum præcurrente Dei gratiâ ad effectum perduxit. Superadiecit etiam deuotio eorum ob amorem ſanctiſſimi Patris villam trans Ligerim fluuium ſitam, quæ nuncupatur *i* Fagia, vt B. Launomaro interueniente ſit eis perpetuum animæ remedium, & ſecundùm ſpem ſuam peccatorum plena remiſſio.

Cruce & chriſmate curat paralyticam;

e

f g

à quâ varia donantur cœnobio illi, & alteri ædificando:

h

i

a *March.* Ragnoſintus. *alij* Ragnoſoindus.
b *De* Chilperico *in Proleg. num.* 4.
c *Petr. de Nat.* Hermoaldus.
d *al.* omnino. e *March* Crennulphi. f *al.* Volontuei.
g *March.* Ebrituogilum. *MSS.* Britnogilum.
h *al.* Regnobertus, *& in vitâ S. Batildis* Legobertus: *nã eumdẽ eſſe, nominis affinitas perſuadet. Vbi de eo iſthac auctor eius tẽporis:* Quantaque verò Domno Legoberto ad Curbionis monaſterium, & villam magnam nomine Nugaretum, & talenta multa argenti vel auri; etiam ipſum regale, quod ipſa cingebatur, cingulum, de ſupra ſacris lumbis ſuis deuotè abſtulit, & Fratribus in eleemoſynam ipſum direxit.
i *Ita MSS. & Marchant. at Surius mendosè,* Togia.

CAP. V.

Eius & S. Malardi obitus.

ſuos ad perfectionem hortatur:

22 INterea plenus his virtutum & gratiæ odoramentis vir venerabilis, gregem monachorum in longâ pace regebat, quem verbis & virtutibus Domino adquiſiuit. Sed ad alia mente feſtinans, & de ſuâ vocatione ſollicitus, exhortabatur eos quotidie ad diuina mandata promptiores magis ac magis eſſe, nec dormitare, neque ignauiæ remiſſione à curſu cœpto tardare, verùm omni horâ vigilantes eſſe, vt digni haberentur fugere iram extremæ damnationis, & ſtare ante filium hominis. Iſtiuſmodi ſanctæ & inuictæ cohortationis monitionibus oues ſibi creditas aduersùs inſidias luporum tuebatur.

23 Eo autem tempore Carnotenſis Eccleſiæ Præſul erat *a* Malardus. Qui compertâ famâ viri Dei, & fidei eius meritis congaudens, cupiebat illius frequenti collocutionis dulcedine recreari. Hac pro re ab eo accerſitus vir venerabilis, cùm & ſciret finem dierum ſuorum adpropinquare, iam ſenior ad vrbem viſitandi gratiâ properauit. Vbi aliquot dies demoratus, agitatione febrium afflictus ægrotare cœpit. Cumque loci eius Pontifex reſciſſet quòd grauiter ægrotaret, ſurgens feſtinus venit ad virum Dei, doloremque cordis ſui lacrymis proſequitur, dicens: Heu! heu venerande Pater, & germaniſſimo affectu recolende, cur amicum & in fide Chriſti ſocium deſeris inter naufragia ſeculi ſolum? Magna mihi certè conſolatio tua, magnus tui amoris affectus, à quo releuari gaudebam inter pulſantes curarum ſecularium fluctus, cuius iucundo & blando affamine mentem ad cæleſtia reparabam. Tunc ſenior ad Epiſcopum ſic locutus eſt: Deſine Pater beatiſſime, & ceſſa à fletu: talis eſt humana conditio & terminus qui præteriri non poterit. Ego quidem gaudenter & exultanti mente ad ineffarrabilem miſericordiam Dei mei aſpicio, vt dignetur mihi ianuam pietatis ſuæ aperire, atque ſpei meæ promiſſionis ſuæ certam remunerationem recompenſare, quam repromiſit omnibus qui diligunt aduentum eius. Quàm dilecta ſunt enim tabernacula tua Domine virtutum, Rex meus & Deus meus! Concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini: quia melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia. Idcircò ſitiuit tibi anima mea Deus meus: quando veniam & apparebo ante faciem tuam, Domine ſpes & fortitudo mea, vita & ſalus mea?

a accerſitur à S. Malardo Carnotum:

ager ab eo viſitatus

eum ſolatur:

24 Verùm & ſi optio hîc adhuc remorandi præbenda ſit, ſcito mi venerande Papa, quia amarum eſt hîc viuere & exterminium regionis huius videre, morteſque & ſupplicia ciuium intueri, loca quoque Sanctorum ab aduerſariis nationibus profanari. Hæc nempe omnia ventura ſunt ſuper locum iſtum, & hoſtilis vaſtitas intellectum hominibus dabit, quia grauia peccauerunt ei; quo permittente duriſſimos dominos patientur. Feliciùs itaque nunc morimur quàm videmus excidium prouinciæ noſtræ iam vicinum. Mors enim verè dulcis, per quam immortalitatis gloriam conſequi ſperamus. Tu autem ô homo Dei ne exhorreſcas: non videbis malum quod Dominus ſuper inhabitantes terram hanc ſtillabit, quoniam ante dies obſidionis vitam in bonâ militiâ cõſummabis, & ad Patres tuos adiungeris. Qui autem remanſuri ſunt, hanc vrbem totam & cunctam in circuitu regionem vaſtari videbunt. Ecce verè Confeſſor Chriſti quem gratia Dei tanta repleuerat, vt in eo ſpiritu, quo homini offerenti argentum mortem & rapinam prænuntiauit, ex quâ pecuniâ adquiſita fuerat, ipſe etiam hoſtilem impetum longè pòſt ſecuturum cognoſceret, & cognoſcendo prædiceret. Spiritus namque ſanctus ſicut ex præterito notitiam rerum abſentium infudit, ita ex futuro mentem eius tetigit, vt aduerſas clades à longè oculo mentis venientes cerneret.

prædicit futuras clades,

& S. Malardi obitum.

25 Finitiſque mutuæ familiaritatis obſequiis, venerabilis Pater diem vocationis ſuæ, de miſericordiâ Dei præſumens, intrepidus expectabat. Cumque de die in diem febrium vis corpus debilitaret, in eadem ciuitate ſenex & plenus dierum obiit. Cuius anima introiuit in tabernaculum Dei ſui, aſſumpta eſt cum Angelis, vocata ad cœnam nuptiarum Agni, accumbit cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cælorum. Certamen enim bonum, ô athleta Chriſti, certaſti, Chriſtum ſemper in pectore baiulaſti, cuius gloriam ideò feliciter ingreſſus es. O quàm beatus es pie Confeſſor! chorus namque Angelorum lætus occurrit reuertenti ad patriam. Et quia Dominus tecum erat, ſecurus habitationem iſtam reliquiſti, & vſque ad ſolium viſionis æternæ penetraſti. Illinc nos patrociniis adiuua continuis, vt in hoc ouili, quod exemplis illuſtraſti, & virtutibus decoraſti, ſit pax continua, peccatorum exoptata remiſſio, & Chriſtianæ religionis iugis exercitatio, opitulante Domino noſtro

piè moritur.

Ieſu

Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus per infinita secula seculorum, Amen.

Moritur S. Malardus.

26 Post dies illos & ipsius oppidi Antistes viam vniuersæ carnis ingressus est. Deinde secundùm sermonem viri Dei, prædicta regionis desolatio aduenit, & cùm *b* obsideret vrbem eamdem barbarica manus, aquam, quâ per absconditos cuniculos ciues sustentabantur, à suo ductu traduxit. Sicque factum est, vt castrenses sitis penuriâ victi, vltro portas hostibus aperirent, & prædam seipsos hostili gladio traderent.

b Capitur vrbs Carnotensis.

Sepultura S. Launomari.

27 Requieuit autem senior Dei famulus die XIV. Kalendarum Februariarum; & sepultus est in *c* basilicâ S. Martini, vbi etiam *d* B. Leobinus eiusdem ciuitatis Pontifex humatus est.

d

a *Tepes*, Labinus, *deceptus, quòd infrà de* Leobino *agitur. de* S. Malardo *in proleg. & hic separatim.*

b *Rouillardus hanc Carnotensis vrbis obsidionem esse existimat quæ in* S. Betharij *vitâ memoratur; cùm Theodericus Childeberti filius Rex Burgundiæ, Chlotarium II. acie victum parte regni exuit. Dira quidem passi tunc sunt Carnutes, eratq; in exercitu Theodoriti* barbarica manus: *at cùm* S. Caletricum *Carnotensem Episcopum constet anno 567. Turonensi concilio secundo interfuisse,* Pappolum *Matisconensi secundo anno 573. cumq; Pappolo immediatè* Betharius *successerit, cuius anno 6. Christi 600. capta est Carnotus; oportet duos* Malardos *statuere, quorum prior exiguo omnino tempore inter* Caletricum *&* Pappolum *sederit; vocq; spatio temporis S. Launomarum mortuum asserere; absque vllo vetusti scriptoris testimonio. Potest vastitas illa prouinciæ Carnotinæ post Chlodouei II. tempora contigisse, sub cuius filiis & nepotibus sat multis tumultibus bellicis agitata est Gallia.*

c S. Martini in valle, *in suburbiis Carnotensibus, olim abbatia, nunc prioratus à Maiori-monasterio dependens. Saussaius:* in cryptâ ædiculæ S. Martini de valle sepultus est. Cuius corpus cùm inde à quibusdam militibus, propter clara patrocinij potentis indicia, subreptum fuisset; B. Malardus prædictus Antistes Carnotensis, qui amicum Dei viuum & mortuum magnâ in veneratione habuerat, recuperans, proprium ad tumulum magno cum triumpho reuexit: apud quem non diu pòst & ipse depositâ mortalitatis mole, sicut edixerat, inhumatus, potiri communis sepulchri iure promeruit. *Marchantius scribit, haud diu pòst* S. Launomari *reliquias inde ad suum monasterium, in Pertico saltu situm, esse translatas. Rouillardus ait quosdam id diuinâ virtute factum existimare.*

d *De* S. Leobino *agemus 15. Septemb.*

Ex VARIIS.

DE S. MALARDO, siue MALEHARDO,

EPISCOPO CARNOTENSI IN GALLIA.

CIRCA AN. DCLX. XIX. IANVAR.

VSitatum nomen Malardi *Francis ac Belgis: origo vocis Teutonica est,* Mallaerd, *aut* Mael-aert; *variâ significatione: nam illud* petulantem, luxuiósque dictum; *hoc* moderatum, *aut* conuiuandi appetentem *sonat. Audiuimus quandoque scisciantes viros grauissimos, essetne quem sibi tutelarem adoptarent, huius nominis Sanctus aliquis. Est sanè; Carnotensis nimirum in Galliâ Episcopus, de quo pleniùs in S. Launomari gestis actum; qui concilio Cabilonensi anno 650; Priuilegio, quo Landericus Episcopus Parisiensis monasterio S. Dionysij libertatem concessit, an. 658; & Præcepto Chlodouei II. de eadem libertate anno 659. subscripsit: videturq; paullò pòst obiisse: nisi tamen hic secundus eius nominis fuerit, Sancto multò recentior.*

S. Malardi nomen,

ætas,

publicus cultus,

2 *Sebastianus Rouillardus histor. Carnot. par. 2. cap. 1. scribit corpus eius in monasterio S. Martini in valle asseruari, eiusq; quotannis ab illâ Ecclesiâ memoriam celebrari, institutâ ad eam ædē solenni supplicatione, hymnisq; & antiphonis quæ in eius, ceu Sancti, laudem compositæ sunt, cantatis. Diem non exprimit. Galesinius, Ferrarius, Saussaius, XIX. Ianuarij eum Sanctorum albo* natalis, *inscribunt; citatq; Galesinius Martyrologium MS. & Kalendarium Ecclesiæ Carnotensis.*

natalis,

3 *Quâ vixerit ætate ad S. Launomari vitam disputatum. Memoratur* Ioanni Chenu, Claudio Roberto, Democharis *in catalogis Episcoporum Galliæ, semperq;* Malardus, *vti & in Cabilonensi concilio scriptus legitur; in Dionysianis illis Priuilegiis* Malehardus. *Sublatum, vt suprà scriptum, S. Launomari è Martiniano cœnobio corpus, sacrilegis eripuit, conuocatis, vt tradit Rouillardus, ad arma ciuibus. Cetera eius acta latent, præterquàm quæ ex S. Launomari actis nota.*

acta.

DE S. REMIGIO, siue REMEDIO,

ARCHIEPISCOPO ROTOMAGENSI.

CIRCITER ANN. DCCLXXI.

VIcesimum nonum Rotomagensis Ecclesiæ Antistitem recensent *Claudius Robertus, Ioannes Chenu, Antonius Democharis* Remigium, *siue* Remedium. *Is Caroli Martelli ex Suanichilde Boicâ, aliâve seu coniuge seu concubinâ, (nam varia Auctores sentiunt) filius fuit, Pipini Regis frater. Celebratur eius natalis XIX. Ianuarij in monasterio S. Audoëni Rotomagi, vt ex Frederico Floueto nostro didicimus. Miramur eius à Saussaio prætermissum nomen in Martyrologio Gallicano. In MS. Florario XI. Maij istæc habentur:* Apud Rotomagum depositio sanctorum Episcoporum Roberti & Remigij fratris Pipini Regis Francorum. *Nusquam alibi* Roberti, *siue* Ratberti, *nomen in Sanctorum albo reperimus.*

S. Remigij genus,

natalis,

acta,

2 Remigij *Acta non extant. Paucula de eo ex variis scriptoribus colligemus. Ioannes Dadræus cum* Carolomanno *fratre eum confundit, dum ait repudiatâ, quæ ei obtigerat moderanda, regni parte, in monte Soracte monachum factum, templum isthic S. Siluestro statuisse; inde migrasse in Casinum, tandem Archiepiscopum renuntiatum. Electionis eius meminêre Annales Francici incerti Auctoris ab Andrea du Chesne, ex MSS. Tilij & Petauij, editi, ad an. 755.* In hoc anno Dominus Remedius adeptus est Sedem Ecclesiæ Rotomagensis. *Chronicon Fontanellense:* Prænominatus autem Raginfridus pro insolentiâ morum ac prauitatibus suis, etiam à Clericis Rotomagensibus apud Pipinum Regem accusatur; anno videlicet decimotertio postquàm regimen istius cœnobij Fontanellensis amiserat. Quo electo de episcopatu eiusdem Ecclesiæ, datus est Remigio fratri eiusdem glorioso Regis Pipini hoc anno, qui est ab Incarnatione Domini septingentesimus quinquagesimus quintus. Cui tamen Ragenfrido causâ misericordiæ aliquæ villæ de eodem Rotomagensi episcopio attributæ fuerunt.

promotio ad episcopatum.

3 *Quid ante episcopatum egerit* Remigius, *non comperimus. Missus est posteà à Pipino, vt S. Benedicti reliquias Floriaco Casinum reuehi curaret, vt tradit Adrevaldus lib. 1. de miraculis S. Benedicti cap. 16. Verùm conuersis ad preces & lacrymas cum Medone Abbate monachis,* Maiestati omnipotentissimæ, *vt idem cap. 17. scribit,* tantam discriminis litem solitâ miseratione dirimere placuit. Siquidem Remigius Episcopus, cum suis templum ingressus, dum ad sacrum propinquasset sepulchrum, repentinâ luminum cæcitate adeò percelluntur, vt nec mutuos cernere quirent vultus, nec quamlibet in partem, saltem palpatu, quò progredi vellent, agnoscere. Perinde terrore valido adoperti, nil aliud quàm vitæ dispendia opperiebantur. Alij denique solo sternuntur, misericordiam Domini præstolaturi; alij fugæ solatio salutem meditantes, huc illucque discurrunt, vociferanteque auxilium affore precantur. His nimiâ confusione tumultuantibus, euocatus cum Fratribus accurrit Abbas: datâque manu, ab ecclesiâ violatores sacri templi extrahit, diuinam satis abundeque

Volens reliquias Floriaco auferre, diuinitus impeditur.

Ex variis. sentientes vltionem. Humi deinde proſtratis veniamque petentibus clementer indulſit: atque ex eiuſdem pretioſiſſimi Chriſti Confeſſoris corpore reliquias benigniſſimè contulit. Refectis autem, ac cunctis neceſſariis itineri dapſiliter attributis, ad ſua remittit. At illi palatium repetentes virtutem quàm plurimam Dei, hoc in loco meritis ſanctæ Dei genitricis perpetuæque Virginis Mariæ, ac B. Petri Apoſtolorum Principis, necnon & egregij Patris Benedicti interceſſione vigentem, Regi præſtantiſſimo Pipino patefaciunt, eumque liberalem huic ſacro cœnobio ſuis adhortationibus ſedulè efficiunt. *Eadem hæc ex Adrevaldo commemorat Carolus Sauſſeyus Annal. Eccleſ. Aurelianen. lib. 4. num. 33. & breuiùs lib. 5. num. 38. Vincentius Bellouac. lib. 23. cap. 155. Petrus de Natal. lib. 6. cap. 81. Sigebertus an. 753. qui id Karlomanno* Remigij *fratri tribuit. At Matthæus VVeſtmonaſterienſis ad an. 748. obtinuiſſe Caſinenſes monachos litteras tradit à Zachariâ Papâ ad Pipinum; ab hoc miſſum* Remigium. *Sed deceſſerat triennio antequàm Remigius Epiſcopus fieret, Zacharias.*

aliquas obtinet.

Curat ablata Eccleſia Romana reſtitui.

4 *Ad Deſiderium Regem Longobardorum legatus deinde eſt à fratre Rege Remigius, cum Autchario Duce: qui eum impulerũt vt patrimonia Eccleſiæ Romanæ reſtitueret: de quo gratias agit Pipino Paulus I. Pontifex epiſtolâ tertiâ, an. 760. datâ, in quâ appellatur,* Deo amabilis Remedius.

Cantum Romanum introducit in Gallias,

5 *De hoc eodem* S. Remigio *ita ſcribit Sigebertus, eiuſque ampliator, anno 751.* Remigius eiuſdem Pipini Regis frater Rodomagenſis (*ita MS. vetus Lobienſe, quo ſumus vſi, editio Mirai* Rodomenſis) Archiepiſcopus in Galliâ claret. Pipinus Rex Galliarum Eccleſias cantibus Romanæ auctoritatis ſuo ſtudio meliorauit. *Extat Pauli I. Papæ epiſtola ad Pipinum Regem data an. 767. in quâ iſta leguntur, quæ* S. Remigij *egregium zelum indicant:* Vnde ſuſceptis in

miſſis Romam monachis,

præſenti à Deo protectæ Excellentiæ veſtræ ſyllabis, nempe relictis, protinus cuncta quæ ferebantur in illis libenter adimpleuimus. In eis ſiquidem comperimus exaratum, quòd præſentes Deo amabilis Remedij germani veſtri monachos Simeoni ſcholæ cantorum Priori contradere deberemus, ad inſtruendum eos in pſalmodiæ modulatione, quam ab eo adprehendere, tempore quo illic in veſtris regionibus extitit, nequiuerant, pro quo valdè ipſum veſtrum aſſeritis germanum triſtem effectum, in eo quòd non eius perfectè inſtruxiſſet monachos. Et quidem benigniſſime Rex ſatisfacimus Chriſtianitati tuæ; quòd niſi Georgius, qui eidem ſcholæ præfuit, de hac migraſſet luce, nequaquàm eumdem Simeonem à veſtri germani ſeruitio abſtrahere niteremur. Sed defuncto præfato Georgio, & in eius idem Simeon, vtpote ſequens illius, accedens locum, ideò pro doctrinâ ſcholæ eum ad nos accerſiuimus. Nam abſit à nobis, vt quippiam, quod vobis veſtriſque fidelibus oneroſum exiſtit, peragamus quoquo modo. Potiùs autem, vt præfatum eſt, in veſtræ caritatis dilectione firmi permanentes, libentiſſimè, in quantum virtus ſuppetit, voluntati veſtræ obtemperandum decertamus. Propter quod & præfatos veſtri germani monachos ſæpedicto contradidimus Simeoni, eoſque optimè collocantes, ſolerti induſtriâ eamdem pſalmodiæ modulationem inſtrui præcepimus, & crebrò in eadem, donec perfectè eruditi efficiantur, pro ampliſſimâ veſtræ Excellentiæ, atque nobiliſſimi germani veſtri dilectione, Eccleſiaſticæ doctrinæ cantilenâ diſpoſuimus efficaci curâ permanere; optantes de reliquo Excellentiam veſtram æuis ac proſperis temporibus in Domino valere, & regni perfrui ſceptro atque triumphales de hoſtibus, intercedente B. Petro, conſequi victorias. Incolumem Excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

& iuſſu Pauli I. Papæ inſtitutu.

Ritus Romanos introducit.

6 *Huius rei meminit & Renatus Choppinus Monaſticon lib. 2. tit. 3. num. 25.* Pipinus Rex, *inquit,* primus inuexit Eccleſiaſticos Romanorum ritus ac cæremonias, curante rem Ægidio Rothomagenſi Archiepiſcopo, circa ann. 755. Ægidium *quoque appellat Paulus Æmilius.*

Moritur.

7 *Anno 769. Paſcha Rothomagi celebrauit Carolus Magnus, vt habent Annales Francorum, & vetus Caroli vita. Ibi tandem anno 771. vel 772. deceſſit* S. Remigius *eius patruus. Eius verò ac S. Gildardi corpora, vnà cum capite S. Romani quondam è ciuitate Rothomagenſi Sueſſionem ad monaſterium S. Medardi tranſlata ſunt. Huc facit locus illè apud Nithardum lib. 3. quem Pithoeus corruptum arbitrabatur:* Cùm Sueſſionicam peteret vrbem (*Carolus Caluus*) monachi de S. Medardo occurrerunt illi, deprecantes vt corpora Sanctorum Medardi, Sebaſtiani, Tiburtij, Petri & Marcellini, Marij, Marthæ, Audifax & Abacuc, Oneſimi, Mereſinæ & Leocadiæ, Mariani, Pelagij, & Mauri, Floriani cum ſex fratribus ſuis, Gildardi, Sereni, & Domni Remigij Rotomagorum Archiepiſcopi in baſilicam, vbi nunc quieſcunt, & iam tunc maximâ ex parte ædificata erat, transferret. Quibus acquieſcens inibi remanſit, &, vt poſtulauerant, Beatorum corpora propriis humeris cum omni veneratione tranſtulit. Inſuper & villam, quæ Bernacha dicitur, rebus eiuſdem Eccleſiæ addidit.

Reliquiæ eius Sueſſionem tranſlatæ:

honoriſicentiùs eũ aliis reconditæ:

Rothomagum reuectæ,

8 *Relatæ ſunt deinde* S. Remigij *reliquiæ ex prædicto Sueſſionenſi monaſterio Rothomagum anno 1090. vt conſtat ex veteri codice S. Audoëni, ſed eâ ipsâ parte, quod dolendum, lacero. Conſignata eſt hæc Tranſlatio XV. Maij in MS. Florario his verbis:* Rothomagi tranſlatio B. Remigij eiuſdem vrbis Epiſcopi & Confeſſoris.

15. Maij.

Primò in baſilicâ S. Mariæ Rotomagi ſepultus fuit.

9 *Prodiit anno 1520. liber Germanicè ſcriptus à Doctore Iacobo Mennelio, iuſſu Maximiliani I. excuſuſq; Friburgi Briſgoiæ typis Ioannis VVoerlini; in quo poſtquàm Auguſtæ domus Auſtriacæ maiores, atque vbi ſinguli ſepulti ſint, Auctor commemorauit, etiam Sanctos adiungit illi ſanguine iunctos. Hos inter numerat* S. Remigium *Rotomagenſem Archiepiſcopum, quem ait multis virtutibus illuſtrem deceſſiſſe anno 771. ac Rotomagi in baſilicâ B. Mariæ Virginis honorificè ſepultum; poſteà Sueſſionem ad eadem S. Medardi tranſlatum, ibiq; ſingulari coli pietate. Latuit ipſum, ſancti Præſulis reliquias iterum eſſe Rotomagum relatas. Hæc ex eo libro nobis R. P. Theodorus Roſmerus noſter communicauit.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS
BLAITHMACO PRESBYTERO,
ALIISQVE HYENSIBVS MONACHIS.

SECVLO VIII. XIX. IANVAR.

S. Blaithmaci genus,

IOna *inſula*, Hy *Bedæ &* Hu *appellata, Scotis monachis à Pictorum Regibus donata, plurimos cælo, diu in religioſâ palæſtrâ exercitos, aſcetas miſit, quoſdã etiam martyrij laureâ inſignitos. Eſt in his* Blaithmacus *Hibernus, qui non fortiùs terreſtre regnum abdicauit, quàm cæleſte rapuit glorioſiùs. Geſta eius hexametris verſibus celebrauit, principio noni à Chriſto ſeculi, VValafridus Strabo Fuldenſis monachus, ortu quidem ipſe Germanus, ſed ſtudiorum Scoticorum linguæq;, vt hinc colligere eſt, non ignarus. Natalem* Blaithmaci *hoc die conſignauit Hugo Menardus, ſiue id, quod non indicat, traditum à quoquam reperit, ſeu potiùs, ne nuſquam in Diuorum faſtis recentibus legeretur, qui olim & cæleſtibus oſtentis, & ſanctorum Patrum ſcriptis clarus eſſet celebratus. Dauid Camerarius VI. Decembris retulit. Circa annum 793. occiſum coniectat Menardus.*

Acta,

ACTA EX a WALAFRIDO. a

natalis,

1 SI tantam meruêre ſuo pro carmine famam
Qui ſceleroſorum mores & facta tulerunt
Laudibus in cælum, perfuſi dæmonis arte,
Friuola

Auctore Walafrido Strabo

Friuola nectentes hominum monimenta malorum;
Cur non liberiùs Sanctorum facta canamus,
Quos placuiſſe Deo nobis miracula produnt,
Quæ fidei virtute gerunt, per munera Chriſti?
Pſal. 80. 11. Nam Scriptura canit, Domino ſpondente puſillis:
Os aperire tuum ſtudeas, ego verba miniſtro.
Felicis hortatu hæc Acta deſcripta. Quapropter, venerande Pater, cariſſime Felix,
Præceptis parere tuis ex corde paratus
Strabus ego, miſit quem terra Alamanica natu,
Scribere diſpoſui de vitâ & fine Beati
b Blaithmaici, genuit quem *b* diues Hibernia mundo,
Martyrijque ſequens miſit perfectio cælo,
Ipſius vt meritis veniam per ſecla capeſſam.
2 Regali de ſtirpe ſatus, ſummumque decorem
Nobilitatis habens, florebat regius hæres
Iſte Dei Sanctus, vitam ducendo pudicam:
S. Blaithmaci patria, regium genus, mores integri, Quodque ſolet rarò factum & non ſæpe videri,
Quantò maior erat, tantò deiectior ibat,
Spes patriæ, fortuna patris, Rex ille futurus.
Iudicio iuſtus, prudens, & corpore caſtus,
Sobrius, ornatus, iocundus, cautus, honeſtus,
Nobilis in genere egregio, generoſior actu,
Obſequio locuples, meliùs virtutibus auctus,
Tractabat laicus, quod Clericus efficiebat.
Cuius honorandum nomen ſermone Latino
c *c* Pulcher natus adeſt: meritoque probabilis illo
Nomine dignus erat, Patrem qui cunctipotentem
Elegit, pulchroque Deum quæſiuit amore.
fuga ad monaſterium. Sordebant terrena animo, diuina petenti,
Secretumque latens in ſolo pectore manſit,
Donec ad effectum proceſſit ſancta voluntas.
Cœnobium furtim quoddam ſine teſte petebat,
d Quique fuit pridem patriæ per *d* regmina Princeps,
Nomine pro Chriſti eſt factus tunc verna minoris:
Faſcibus in mediis qui quondam terruit omnes,
Omnibus admiſſis ſibimet ſine milite ſeruit.
3 Fama vt fortè volans patris peruenit ad aures,
Hinc ſtupor atque dolor mentem cinxêre parentis:
Subtractum dolet heredem, mittitque Senatum,
Patris Procerumq; illecebra diſcuſſa. Agmina, Prætores, populum, præcepta, maniplos:
Duxque Comeſque ibant, properâter Epiſcopus aſtat,
Abbatumque cohors, vicini, carne propinqui;
Hoc ſolum nitente manu, ſi qualibet arte
Efficerent reducem vitata pericula mentem
Corde ſubire alio. O talis quàm cæca voluntas!
Ille procellarum ſe vix de gurgite dempſit;
Quæſitoque diu titubans ſtetit anchora portu:
Nondum curarum potuit laxaſſe rudentes,
Nec terrâ fixiſſe pedem; cùm concita ventis
Aura pharetratis impegit ab æquore puppim;
Vique ſuâ tremulam diſſolueret vnda carinam,
Nî regeret proram, qui ſecula cuncta gubernat.
Religioſæ virtutes: 4 Mox miro à cunctis ſemper complexus amore,
Cunctorum ſtuduit fieri dicique miniſter;
Mente humilis, linguæ cuſtos, & norma bonorum,
Verba Dei capiens ſitienti corde libenter,
ſtudia ſacræ ſcripturæ. Diſcendi ſtudioſa gerens præcordia libris,
Perdidicit diuina animo documenta ſagaci.
Sicque vigens doctrinarum morumque nitore,
Agmina multorum rexit veneranda virorum,
Monaſterij præfectura. Exemplis ſua dicta probans, vanoſque fauores
Pro nihilo ducens, cui laus & gloria ſolùm
Chriſtus erat, Chriſtus ſermo, Chriſtus documentũ;
Pax clypeus, lorica preces, patientia bellum,
Mucro Dei verbum, ſpes & dilectio totum.
Nulli detraxit, nulli conuicia ſtruxit.
Singula quid fari per ſingula verba neceſſe eſt?
Cùm quidquid legitur virtutum ritè teneret,
Et quidquid vitij monſtrat Scriptura caueret,
Omnibus exiſtens feliciter omnia factus,
Vt cunctos faceret Chriſto ſua lucra referre;
Vtilis & prudens ſeruus per ouilia Chriſti,
Tempore qui certo menſuram farris opimi
Conſeruis tribuens radiauit vbique fidelis.
5 Vtque nihil meriti, nihil & probitatis abeſſet,
Martyrij palmam quæſiuit mente benignâ,
Sæpius hac cauſsâ peregrinas viſere terras
Niſus, ab incepto populo retrahente quieuit.
Martyrij deſiderium. Vnde animo ſedit fugituo calle parumper
Optatam tentare viam, cum diſcipulorum
Agmine non multo, pretioſa monilia ſecum
Virtutum ſub mole gerens: ruptiſque tenebris
Nocte fugam capiens properanter abire parabat.
Donum prophetiæ. Ecce ſuperueniens fugitiuis turba ſequentûm,
Ad caulas capto retrahit paſtore bidentes.
Hoc quoque non taceam, ſanctus quòd Spiritus illi,
More Prophetarum, rerum ſecreta ferebat.
Nam dum fama patrem longè lateque Beati
Ipſius ad Superos vitâ fugiente volaſſe
Proderet, expoſui: non eſſe, ſed eſſe futurum
Poſt modicum tempus, ſancto ſpiramine doctus.
6 Inſula Pictorum quædam monſtratur in oris
Fluctiuago ſuſpenſa ſalo, cognominis Eo,
Quâ Sanctus Domini requieſcit carne *e* Columba.
e *Abit in H inſulam Danorum incurſibus infeſtam.* Hanc petiit voto patiendi ſtigmata Chriſti:
Illic namque frequens pagana caterua *f* Danorum
Aduentare ſolet, furiis armata malignis.
Sed Sanctus Domini tales tentare leones
Diſponens animo, vanâ formidine mentem
f Exuit, & clypeo fidei, galeâque ſalutis
Munitus, hominum non horruit arma malorum.
Qui cum doctiloquo potuit ceciniſſe Prophetâ:
Eſt Deus adiutor inihimet, timor improbus abſit. Pſal. 117. 6.
Iam quoque doctus erat per publica bella miniſtros
Temnere dæmonicos, ipſum qui ritè tyrannum
Strauerat, & cunctis ſolus ſuperauit in armis.
7 Tempus erat, quo magna Dei clementia ſeruum
Conſociare ſuum nitidis ſuper aſtra maniplis
Diſpoſuit, certamque bono conferre coronam
Victori: cùm ſancta viri mens præſcia rerum
Venturos properare lupos, vt membra piarum
Diuiderent ouium, ſenſu prænoſceret alto,
Vos, ait, ô ſocij, vobiſcum mente ſagaci
Prædicit ſuis eorum aduentum. Quærite, ſi pœnas Chriſti pro nomine vobis
Sit tolerare animus. Mecum quicumque poteſtis
Exſpectare, precor ſenſus armare viriles:
At quibus infirmi pauitant penetralia cordis,
Ecce fugam celerent, vt parta pericula vitent,
Ad meliora ſuos armantes vota lacertos.
Proxima ſtat nobis certæ tentatio mortis.
Firma fides vigilet, rebus ſuſpenſa futuris,
Cauta minùs fortes ſeruet tutela fugarum.
His dictis compuncta cohors, quod poſſe videbat,
Hoc animo ſtatuit: quidam ſub pectore firmo
Sacrilegas ſpectare manus, gladioque furenti
Suppoſuiſſe caput gaudebant mente ſerenâ:
Aſt alij quibus hoc nondum fiducia mentis
Perſuaſit, per nota fugam loca calle capeſſunt.
Miſſam celebrat. 8 Aurea diſcutiens tenebras Aurora madentes
Claruit, & nitidus pulchro Sol orbe refulſit:
Cùm ſacer hic Doctor Miſſarum ſancta celebrans
Officia, ante ſacram vitulus ſtetit integer aram,
Hoſtia grata Deo mucrone litanda minaci,
Cetera turba iacet, lacrymis precibuſque Tonanti
Commendans animas de pondere carnis ituras.
Ecce furens maledicta cohors per aperta ruebat
Tecta, viris minitando pericula ſæua beatis.
Sociis occiſis. Et reliquis rabidâ ſociis feritate peremptis,
Ad ſanctum venêre Patrem, pretioſa metalla
Reddere cogentes, queis Sancti ſancta *g* Columbæ
g *iubetur thecam reliquiarum S. Columbæ prodere;* Oſſa iacent, quam quippe ſuis de ſedibus arcam
Tollentes tumulo terrâ poſuêre cauato,
Ceſpite ſub denſo, gnari iam peſtis iniquæ.
Hanc prædam cupiêre Dani: ſed Sanctus inermi
Reſtitit .... manu firmo conamine mentis
Contra ſtare aciem, pugnamque laceſſere doctus,

Cedere

Ex variis.

Cedere diſſuetus, tibi talia barbare dicta
Ingerit: Ignoro penitùs, quod quæritis, aurum
Quo ſit humi poſitum, tectum quibus atque latebris.
Quod ſi ſcire mihi, Chriſto admittente, liceret,
Numquàm noſtra tuis hoc auribus ora referrent.

id rennens, occiditur.

Barbare duc gladios, capulum cape, iamque trucida:
Auxilio Deus alme humilem commendo tuo me.
Hinc pia truncatis diſcerpitur hoſtia membris.
Quodque ferox miles cenſu penſare nequibat,
Rimari in gelidis cœpit per vulnera fibris.
Nec mirum, nam ſemper erant, ſemperque reſurgũt,
Quos furor in famulos Domini malus excitet omnes,
Vt quod pro cunctis Chriſti cenſura peregit,
Cuncti hoc pro Chriſto faciant, licet impare facto.

Claret miraculis.

9 Ille igitur Chriſti factus pro nomine Martyr,
Teſtis, fert vt fama, loco requieſcit eodem,
Multa vbi pro meritis dantur miracula ſanctis,
Quo colitur Dominus digno venerantor honore,
Cum Sanctis, quorum meritis mea crimina ſolui
Credo, quibus laudum ſupplex donaria miſi.
Nil negat his Chriſtus, cui maxima lucra tulerunt,
Qui cum Patre pio, ſanctoque in ſecula Flatu,
Regnat, & æterno pollet ſine fine decore.

a *Hoc VValafridi Strabonis, ſiue Strabi, carmen, primus edidit Henricus Caniſius tom. 6. Antiquæ Lectionis.*

b *Multa de Hibernia ſalubritate & vbertate (vnde opulentia) ſcribit Beda hiſt. Angl. lib. 1. cap. 1.*

c *Hibernia nunc* brah, *ſiue* braa *pulchrum ſonat*; mac *filium.*

d Regmen, *pro* regimen; *vt* tegmen.

e *Vitam* S. Columbæ *Abbatis dabimus 9. Iunij, vbi plura de* Ionâ *inſulâ, qua ab eo* Columbkill *dicitur.*

f *Dani Norvvegiq; piratæ quàm crudeliter Gallicas Britannicaſq; oras euaſtarint, ſeculo octauo, nono, decimo, paſſim Scriptores tradunt.*

g Dunum, *Hibernia vrbem, poſteà tranſlatum S. Columba corpus memoratur. extat rhythmicum diſtichon:*

Hi tres in Duno tumulo tumulantur in vno,
Brigida, Patricius, atque Columba pius.

DE S. WVLSTANO

EPISCOPO WIGORNIENSI IN ANGLIA.

ANN. MXCV. XIX. IANVAR.

QVam antiquitus Cornauij *coluerant Britanniæ prouinciam, eius partem Bedæ ætate* Wiccij *tenuêre; nunc* Wigornienſis Comitatus *dicitur: cuius flumina oppidaq; aliquot XI. Ianu. in* S. Egwini *vitâ retulimus.*

VVigornia.

Caput gentis Wigornia *eſt, vrbs vetuſta, Antonino* Branonium, *ſiue* Branouium, *aut, vt quidam ſcribunt,* Brauonium, *Ptolemæo* Branogenium *dicta, Britannis etiamnum* Caer Wrangon, *& antiquioribus ſcriptoribus* Caer Guorangon, *&* Caer Guorcon; *Saxonibus* Weogare-ceaſter, Wegeorna-ceaſter, *&* Wire-ceaſter, *fortaſſis à* Wire *nemoroſo ſaltu adiuncto, vulgò nunc* Worceſter. *Hîc Epiſcopus fuit* S. Wulſtanus, *qui aliis* Wolſtanus, Vlſtanus, Vlnothus, Wlnodus, *à S. Egvvino viceſimus tertius; ab inſtitutâ Sede viceſimus quintus; non tertius, vt ſcribit Galeſinius.*

Eius Epiſcopus S. VVulſtanus.

2 *Eius natalis conſignatur XIV. Kal. Febru. à Molano & Carthuſianis Colon. in Addit. ad Vſuardum, Galeſinio, VVione, Menardo, Dorganio, Ferrario, Martyrologio Anglicano & Germanico, Breuiario Sarisberienſi, in quo 9. Lectionum officio celebratur, denique à Conſtantio Felicio, qui tamen hallucinatur, dum* Warwicenſem *Epiſcopum ſtatuit, mortuumq; anno 1067.*

huius natalis,

3 *Vitam S. VVolſtani à Senato Brauonio, VVigornienſi Archimandritâ ſcriptam tradunt Balæus, Pitſeus, Voſſius, alij. Illius vitæ epitome videtur ea, quæ à Capgrauio edita, & Surio. Priùs ea dabimus quæ de eo ſcripſit Florentius VVigornienſis eius æqualis, qui anno 1118. deceßit: tum quæ VVilielmus Malmesburienſis: ac demum quæ apud Surium extat vita, centum annis à morte VVulſtani ſcripta aut contracta, vt ex cap. 4. num. 24. patet.*

vita:

4 *Agunt de rebus ab eo præclarè geſtis ceteri quoque rerum Anglicarum ſcriptores: Eadmerus monachus in hiſtoriâ nouorum, Henricus Hundintonienſis, Matthæus VVeſtmonaſterienſis, Matthæus Paris, Rogerius Houedenus, Ingulphus Croylandenſis, Ranulphus Ceſtrenſis, Polydorus Virgilius, Nicolaus Harpsfeldius, Franciſcus Godvvinus in catalogo Epiſcoporum Angliæ. Vitam eius ex Surio breuiauêre Franc. Hareus, Zacharias Lippelous.*

alia de eo ſcripta.

5 Fuit S. Wolſtanus *Lanfranco Cantuarienſi Archiepiſcopo, poſt eam controuerſiam, quâ ab Rege VVillelmo I. eiuſue aſſeclis motâ, iniquè illum epiſcopatu abdicare tentarat; ac deinde S. Anſelmo amiciſſimus. Extat Lanfranci ad eum epiſtola, à Ioanne Seldeno in Spicilegio & notis ad Eadmerum edita, quâ eum & Ceſtrenſem Epiſcopum Petrum iubet Eboracum ire & Thomæ Archiepiſcopo aßiſtere in Radulpho Orcadum Epiſcopo conſecrando, quod ex antiquo more fieri ab Eboracenſi debebat.*

Aſſiſtit conſecrationi Epiſcopi Orcadum.

6 *S. Anſelmus, vt teſtis eſt qui aderat Eadmerus lib. 1. nouor. cùm in villâ ſuâ* Hergâ *dictâ* eccleſiam, quam Lanfrancus quidem fabricauerat, ſed morte præuentus ſacrare nequiuerat, *fruſtrà obnitente Epiſcopo Lundonienſi quòd is locus in ſuâ eſſet diœceſi, dedicaſſet;* (ſiquidem mos & conſuetudo Archiepiſcoporum Cantuarienſium ab antiquo fuit & eſt, *inquit Eadmerus,* vt in terris ſuis vbicumque per Angliam ſint, nullus Epiſcoporum præter ſe ius aliquod habeat, ſed humana ſimul & diuina omnia velut in propriâ diœceſi in ſuâ diſpoſitione conſiſtant. Anſelmus tamen nulli quicquam iniuriarum, quaſi liberâ vtens poteſtate, facere volens, diligenti poſtmodùm inquiſitione conſuetudinis huius certitudinem ſtuduit inueſtigare; quatenus ſi eam ratam non fuiſſe conſtaret, amodò ab eâ temperaret. Supererat adhuc beatæ memoriæ Wolſtanus Epiſcopus, vnus & ſolus de antiquis Anglorum Patribus, vir in omni religione conſpicuus, & antiquarum Angliæ conſuetudinum ſcientiâ apprimè eruditus. Hunc Anſelmus de negotio conſuluit, & quò ſimplicem ſibi veritatem innoteſceret, poſtulauit. Quo ille ſuſcepto ſcripſit illi hæc:

Conſulitur à S. Anſelmo.

7 Reuerendiſſimo, ac Beatiſſimo vitæ ſanctitate & ſummæ Sedis dignitate Prelato Anſelmo Archiepiſcopo Wolſtanus ſeruorum Dei minimus Wigornienſis Eccleſiæ Epiſcopus, merito indignus, orationum obſequia fideliaque ex caritate ſeruitia. Nouit prudentia veſtra quotidianos labores & oppreſſiones ſanctæ Eccleſiæ, malignis eam opprimentibus, & ipſis, quos oportuerat eam tueri, auctoribus exiſtentibus. Ad hos repellendos, & contra tales ſanctam Eccleſiam defendere, Sanctitas veſtra locata eſt in ſummâ arce. Ne igitur dubitet; non eam ſecularis potentiæ timor humiliet, non fauor inclinet, ſed fortiter incipiat, incepta cum Dei adiutorio perficiat, inſurgentibus obſiſtat, opprimentes reprimat, ſanctamque Matrem noſtram contra tales defendat. De his autem vnde nobis dignitas veſtra ſcribere & noſtræ paruitatis conſilium eſt dignata quærere, quantum recordari poſſumus, dicere non omittimus. Hanc denique vnde conſuluit cauſſam ventilari numquàm audiuimus, quia nullus aliquando extitit qui hanc Cantuarienſi Archiepiſcopo poteſtatem adimere vellet, & ne dedicationem propriarum dumtaxat Eccleſiarum publicè faceret, defenderet. Extant quippe & in noſtrâ diœceſi altaria, & quædam etiam eccleſiæ, in iis ſcilicet villis, quas Stigandus veſtræ Excellentiæ prædeceſſor, haud tamen iure Eccleſiaſticæ hæreditatis, ſed ex dono poſſederat ſecularis poteſtatis, ab ipſo dedicata noſtris & anteceſſoris noſtri temporibus, Nobis inconſultis, nec anteà nec poſteà inde calumniantibus, vtpote hanc ſpiritualem poteſtatem eiuſdem Metropolitani Epiſcopi eſſe ſcientibus. Iudicium tamen hinc agitatum, aut hoc ex iure ſibi iudicatum aliquando minimè audiuimus, ſed quod in noſtrâ

Eius ad S. Anſelmũ epiſtola.

in noſtrâ diœceſi eum feciſſe liberè agnouimus, in aliorum etiam facere poſſe credimus. Ecce quantum inde reminiſci aut ſcire potuimus prudentiæ veſtræ intimauimus; iam quid faciendum ſit ipſa conſideret. Valeat paternitas veſtra & oret pro nobis.

Conſilio eius acquieſcit S. Anſelmus.

8 Roboratus igitur Anſelmus ex iſtis, atque ex multis aliorum, quos longum eſt enumerare teſtimoniis, ſecurè deinceps ſuorum morem anteceſſorum æmulabatur, non ſolùm eccleſias, inconſultis Epiſcopis, ſacrans, ſed & quæque diuina officia in cunctis terris ſuis per ſe ſuoſue diſpenſans.

9 *Tranſlatum eſt* S. Wolſtani *corpus anno ab eius obitu centeſimo vigeſimo tertio, Chriſti 1218. feriâ 5. poſt Pentecoſten. Eius occaſionem frequentia miracula, nouæq; eccleſiæ dedicatio, præbuêre. De illis meminit VVeſtmonaſterienſis ad an. 1201.* Iſto quoque anno, *inquit*, S. Vlſtanus, & S. Modwenna crebris miraculis claruerunt. *De S. Modvvennâ agemus 5. Iulij. Tranſlatio* S. Wolſtani *inſcripta eſt Martyrologio Anglicano, VVionis, Menardi, Dorganij, Ferrarij, 7. Iunij. Eam ita narrat VVeſtmonaſterienſis ad an. 1218.* Eodem anno dedicata eſt eccleſia S. Mariæ VVigornienſis, & corpus glorioſi Epiſcopi & Confeſſoris Vlſtani, præſentibus Magnatibus regni tam militum quàm Prælatorum, tranſlatum eſt vno eodemque die VII. Idus Iunij, litterâ Dominicali G. videlicet die Iouis in ſeptimanâ Pentecoſtes, præſidente Eccleſiæ Silueſtro Epiſcopo, aliquando eiuſdem Eccleſiæ monacho & Priore, magnificè hæc omnia procurante & conſummante. Et cùm Sanctus ille celebriùs honoraretur, locis plurimis diuiſæ ſunt & Prælatis collatæ plures eiuſdem reliquiæ; de quibus vna coſta data fuit Abbati Gulihelmo S. Albani, quæ gaudenter ſuſcepta à conuentu cum proceſſione ſolenni in cappis choralibus feſtiuis, citò pòſt in auro collocata eſt artificiosè; & conſtitutum eſt vtrumque feſtum eius, ſcilicet depoſitionis, & tranſlationis, ſolenniter celebrandùm. *Ac paucis interiectis*: Ipſis quoque diebus obiit piæ memoriæ Silueſter Epiſcopus VVigornienſis, apud Rameſeiam, poſtquàm omnia de patrono ſuo S. Vlſtano ſolenniter, præter feretrum, ſecundùm deſiderium ſuum diu præconceptum, conſummauerat.

S. VVolſtani miracula,

Tranſlatio,

reliquiæ variis donatæ.

VITA

ex Florentio Wigornienſi.

CAPVT I.

S. VVulſtani vita monaſtica, epiſcopatus.

1 ANno 1062. VVlſtanus, vir venerandus, Pontifex VVigornienſi Eccleſiæ præficitur. Hic Deo amabilis, regione *a* Merciorum, in prouinciâ *b* VVarevvicenſi, parentibus religioſis oriundus, patre videlicet *c* Eaſtano, matre verò *d* VVulgeoua nomine. In nobili autem monaſterio, quod *e* Burh nominatur, litteris & Eccleſiaſticis officiis, optimè extitit imbutus. Qui ambo ſcilicet parentes eius in tantum religioni ſtudebant, vt longè ante finem vitæ caſtitatem profeſſi ſe ab inuicem ſeparantes, ſub ſanctæ conuerſationis habitu vitam conſummare gauderent. Quorum exemplo ipſe adoleſcens incitatus, matre id maximè perſuadente, ſeculum reliquit, atque in eodem VVigornẽſi monaſterio, quo & antè pater ſuus Deo ſeruierat, *f* monachicũ habitũ & ordinem à venerabili *g* Brichtheago eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopo ſuſcepit, à quo etiam in gradum tam diaconatus quàm *h* preſbyteratus ordinatus eſt.

a b S. VVulſtanus cuias fuerit,

c d e litteris inſtituitur:

fit monachus: *f* *g* *h*

2 Statimque in ipſo initio arduam, & omni religioſitate plenam vitam arripiens, in vigiliis, ieiuniis, orationibus, omnique virtutum genere, ſubitò admirandus apparuit. Hinc ob morum diſciplinam, primò magiſter & cuſtos *i* infantium aliquamdiu conſtituitur, deinde ob ſolertiam Eccleſiaſtici officij Cantor ſimul, & Theſaurarius Eccleſiæ, ex præcepto ſeniorum efficitur. Nactus verò occaſionem liberiùs Deo ſeruiendi ex cõmiſsâ ſibi cuſtodiâ eccleſiæ, totum ſe contemplatiuæ vitæ dedit; die noctuque in eâ aut orationi aut diuinæ lectioni inſiſtens; bidui triduique ieiunio aſſiduè corpus macerans; ſacris vigiliis intantùm deditus, vt non modò noctem, ſed etiam perſæpe diem cum nocte, aliquando, (quod à nobis vix crederetur, ſi non ab ipſius ore hoc audiuiſſemus) quatuor dies cum noctibus abſque ſomno tranſigens, ferè exſiccato cerebro periculum incurreret, niſi ſopore prælibato naturæ ſatisfacere maturaret. Denique & cùm vi naturæ dormire compelleretur, non lecto aut lectiſterniis membra ad ſoporem fouebat, ſed ſuper aliquod ſcamnum eccleſiæ, libro, in quo orabat ſiue legebat, caput ſuſtentans, paullùſper ſe reclinabat.

varia adminiſtrat officia:

i

Ex Flor. VVigorn.

ſanctè vixit:

vigiliis deditus,

dormit in ſcamno:

3 Poſt aliquod autem tempus, defuncto Agelvvino Priore monaſterij, ipſe vir venerandus Prior & Pater congregationis ab Aldredo Epiſcopo ponitur. Quod officium valdè laudabiliter adimplens, prioris conuerſationis auſteritatem minimè reliquit, imò vt ceteris exemplum benè viuendi daret multipliciter adauxit.

fit Prior monaſterij:

4 Deinde *k* poſt aliquot annorum curricula, electo ad Archiepiſcoparum Eboracenſis Eccleſiæ ipſo *l* Aldredo VVigornenſis Eccleſiæ Epiſcopo fit vnanimis conſenſus tam Cleri, quàm etiam totius plebis in eius electione, *m* Rege videlicet annuente, vt quem ſibi vellent Præſulem eligerent. Contigit eo namque tempore & Legatos Apoſtolicæ Sedis eius electioni intereſſe, Armenfredum ſcilicet Sedunenſem Epiſcopum, & alium, qui à Domino Papâ *n* Alexandro pro reſponſis Eccleſiaſticis ad Regem Anglorum Eadvvardum miſſi, regio præcepto VVigorniæ per totam ferè Quadrageſimam degebant, expectantes reſponſum ſuæ legationis vſque ad curiam regalem proximi Paſchatis. Hi videntes, dum ibi degebant, eius laudabilem conuerſationem, in eius electionem non tantùm conſentiebant, imò tum Clerum tum plebem maximè ad hoc inſtigabant, ſuâq; auctoritate eius electionem firmabant.

k *l*

eligitur Epiſcopus, *m*

fauentibus Legatis Papæ: *n*

5 Illo verò obſtinatiſſimè renuente, ſeque indignum acclamante, & cum ſacramento etiam affirmante ſe multò libentiùs decollationi, quàm tam altæ ordinationi, ſuccumbere velle; cùm ſæpè & frequenter à pluribus viris religioſis & venerabilibus perſonis ſuper his circumuentus, ad conſentiendum minimè perſuaderi poſſet, tandem à viro Dei *o* VVulſio incluſo, qui tunc plus 40. annis ſolitariam vitam egiſſe noſcebatur, acriter pro inobedientiâ & obſtinatiâ correptus, diuino etiam oraculo territus, conſentire cum maximo cordis dolore compulſus eſt: atque die decollationis S. Ioannis Baptiſtæ electione Canonicè confirmatâ, & epiſcopatu ſuſcepto, *p* Dominico die, quo natiuitas S. Mariæ ab Eccleſiâ celebratur, conſecratus, vitâ & virtutibus clarus, VVigornenſis Eccleſiæ Præſul effulſit. Conſecratus eſt igitur Epiſcopus à venerando Aldredo Eboracenſi Archiepiſcopo, eò quòd *q* Stigando Doroberniæ Archiepiſcopo officium Epiſcopale tunc à Domino Apoſtolico interdictum erat, quia Rotberto Archiepiſcopo viuente Archiepiſcopatum ſuſcipere præſumpſit: canonicâ tamen profeſſione, præfato Dorobernenſi Archiepiſcopo Stigando, non ſuo ordinatori Aldredo factâ. Inſuper & ipſe Eboracenſis Archiepiſcopus eius ordinator coram Rege & regni optimatibus, ipſo Stigando factitante, propter ſubſequentium calumnias, profiteri iuſſus eſt, ſe nullum ius Eccleſiaſticæ ſeu ſecularis ſubiectionis ſuper eum deinceps velle clamare, nec propter quod ab eo conſecratus eſt nec quia ante conſecrationem eius monachus factus eſt. Facta eſt autem hæc illius ordinatio, anno ætatis ſuæ plus 50. regni verò Regis Eadvvardi *r* anno 20. Indictione 15.

cogitur aſſentiri electioni. *o*

p

q

r

a Mercia, *vigente Saxonum heptarchiâ, longè ampliſſimum in mediterraneo ferè Auſtralis Britanniæ, regnum, à limite dictum, quod*

Mercæ,

Ex FLORENT. VVIGORN.

Meare, *ſiue* mare, *Saxonica vox ſonat: nam reliquis regnis collimitatum.*

Auona fl.

b VVaricenſi *excuſum fuit, mendosè. Comitatus eſt ad Orientem* VVigorniæ *ſitus, Auona fluuio irriguus, qui in Sabrinam influit, ad Cloceſtria fines, iuxta Theoci-curiam, ſiue* Tevvkesburg, *oppidum.* Antona *ſcribitur Tacito lib.* 11. *Annalium, niſi librarius vitiauit:* cinctoſque caſtris Antonam & Sabrinam fluuios. *ſcriptum videtur* Autonam, *vel* Auonam. *Lipſius* Antonam ciuitatem *diuinat; ſed fatetur ſe nil* quidquam peruidiſſe. *Fran. Godvvinus ſcribit* VVulſtanum *Hicheritonæ in VVarvvicenſi Comitatu natum.*

c *Ita & Houedenus. Harpsfeldius & Paris* Vlſtanum *vocant; Godvvinus* Eatſtanum.

d *Houed.* VVlgeoua. *Harpsfeld. & Paris* Vlgena; *alij* VVolgeoua, *Godvvinus* VVulgeona.

e *Celeberrimum S. Petri in Northantonenſi Comitatu monaſterium, à Peadâ Merciorum Rege inchoatum, à VVolphero eius fratre, poſt SS. VVolphadi & Ruffini necem, perfectum; priùs* Medeshamſtede, *inde* Petri-burgus, *vulgò* Peterborovv, *&* Burgh *appellatum; ſæpiùs in Sanctorum hiſtorijs memorabitur, nominatim ad SS. VVolphadi, & Ruffini natalem,* 1. *Iunij. Inconſideratè VVion:* Fuit autem VVolſtanus monachus in monaſterio Burgi VVigornienſis ciuitatis.

Petri-burgus.

f *In* 2. *ac* 3. *vitâ dicitur iam maturiori ætate, ac ſacerdotio initiatus monaſticam vitam amplexus.*

g *Houedeno* Brichtegus *dicitur. Obiit, vt Florentius ſcribit, an.* 1038. *XIII. Kal. Iunu. feriâ* 4. *Ergo* VVulſtanus, *qui ab eo in cœnobium admiſſus eſt, ampliùs* 24. *annis monachus vixit. Erat Brichteagus ex Perſorenſi Abbate, ſub finem anni* 1033, *ad epiſcopatum euectus.*

h *Malmesburienſis & 3. vitæ auctor ſcribunt, cùm in ſæculo ageret, Sacerdotem factum eſſe. Ingulphus Burgi monachum anteà fuiſſe ſcribit. Paris VVigorniæ adoleſcentem monachum factum, ac* poſteà in gradum diaconatus & presbyteratus promotum.

i *Qui nempe in cœnobio, aut ſub curâ monachorum, educabantur, inſtituebanturq; litteris & pietate, vt* 13. *Ianu in vitâ S. Bernonis dictum, & ipſe in Burgenſi cœnobio inſtitutus erat VVulſtanus. Sæpiùs alibi eius moris occurrerent documenta.*

k *Fallitur ergo Harpsfeldius, qui anno* 1062. *Priorem renuntiatum ſcribit. cùm eo anno factus Epiſcopus ſit. Imò & Abbas Cloceſtriæ fuit ante epiſcopatum. Ita Florentius anno* 1058: Aldredus VVigornienſis Epiſcopus eccleſiam, quam in ciuitate Glavvornâ à fundamentis conſtruxerat, in honorem Principis Apoſtolorum Petri honorificè dedicauit, & poſteà Regis licentiâ VVulſtanum VVigornenſem monachum à ſe ordinatum Abbatem conſtituit ibidem. *Ea eccleſia nunc præcipua eſt illius vrbis, vt ſcribit Cambdenus. Ingulfus Croyland:* Anno Domini 1062. S. VVulſtanus, quondam monachus Burgi, poſteà Prior VVigorniæ, deinde Abbas Glavorniæ, tandem Epiſcopus VVigorniæ eſt effectus.

S. VVulſtanus Cloceſtriæ Abbas fuit.

l Brichteago *ſucceſſit* Liuingus, *anteà Critiatunenſis in Deuoniâ Antiſtes, an.* 1038. *obiitq; an.* 1046. *X. Kal. Aprilis, die Dominicâ. Succeſſit* Aldredus, *ſiue* Ældredus, *qui priùs monachus VVintoxienſis, deinde Abbas Tauiſtokenſis fuerat: tandem anno* 1060. *in Natiuitate Domini electus eſt Eboracenſis Epiſcopus: ſequenti anno Romam profectus, à Nicolao Papâ pallium accepit. Obiit an.* 1069. *III. ID. Sept. feriâ* 6.

m S. Eduardo *nimirum, vltimo ex Anglis Rege, cuius vitam dedimus* 5. *Ianu.*

n Alexander II. Nicolao *Papa, an.* 1061. *VI. Kal. Aug. mortuo, ſucceſſit, obiitq; anno* 1073. *X. Kal. Maij. De* Armenfredo, *ſiue* Ermenfredo, *iterum inferiùs agetur.*

o *Houedeno* VVlſius *dicitur, alijs* VVolſinus. *De hoc ſcribit Ingulphus:* Brithmeri Abbatis an. 4. *(qui Cnuti Regis an.* 2. *Chriſti* 1018. *Godrico ſucceſſerat)* veniens quidam deuotiſſimus adoleſcens, ac valdè generoſus, de cognatione videlicet Leofrici Comitis Leiceſtriæ, nomine VVulfius, amore vitæ ſolitariæ apud nos recluſus eſt. & multis annis ſanctiſſimè conuerſatus. *Poſt Cnuti mortem, cùm motu belli exardeſcentu inter Haraldum & Harde-knutum, plurimi hominesCroilandiam confugiſſent, erant iſthic monachis permoleſti, vt idem ſcribit Ingulphus,* maximè verò VVulfium anachoritam incluſum apud Clericos Pegelandenſes angariabant & perangariabant, quem diu noctuque de diuerſis negotiis conſulentes, multis clamoribus & inuocationibus eum tædere vitæ ſuæ compellebant. Ideò tandem, faſciâ ligatis oculis eius, Eueshamiam petiit, & ibidem iuxta quamdam capellam in cellâ recluſus huc vſque reſedit. *Scripſit Ingulphus ſub VVilielmo Rufo, obiitq; anno* 1109. *ſub Henrico I.*

VVulſius ſanctus vir.

p *Congruit littera Dominicalis F. 60 anno, Indict.* 15.

q *De* Stigando *egimus* 5. *Ianu. cap.* 10. *vitæ S. Eduardi, & hic vrsùs agemus infrà.*

r S. Eduardus *regnum ſuſcepit an.* 1043. 3. *Apr. die Paſchæ.*

CAPVT II.

Iura Eccleſiæ defenſa.

6 a *OCciſo Haraldo, qui regnum Angliæ poſt mortem S. Eduardi ſororij ſui inuaſerat; Eadgaro verò Edmundi Ferrei-lateris nepote, legitimo regni hærede, à ſuis deſerto; Normanniæ* Comes Gulielmus Suthſaxoniam, Cantiam, Suthamtunenſem prouinciam, Suthregiam, Middelſaxoniam, Herefordenſem prouinciam deuaſtabat, & villas cremare hominesque interficere non ceſſabat; donec ad villam quæ Beorcham nominatur, veniret: vbi Aldredus Archiepiſcopus, Wulſtanus Wigornenſis Epiſcopus, *b* Clito *c* Eadgarus, Comites Eadvvinus & Morcarus, & de Lundoniâ quique nobiliores cum multis aliis, ad eum venerunt, & datis obſidibus illi deditionem fecerunt, fidelitatemque iurauerunt. Cum quibus & ipſe fœdus pepigit, & nihilominùs exercitui ſuo villas cremare, & *d* rapinas agere permiſit. *a* *Cum aliis Proceribus Gulielmus Regem recipit.* *b* *c* *d*

7 Anno 1070. Concilium magnum in Octauis Paſchæ Wintoniæ celebratum eſt, iubente & præſente Rege Gulielmo, Domino Alexandro Papâ conſentiente, & per ſuos Legatos Earmenfredum Sedunenſem Epiſcopum, & Presbyteros Iohannem & Petrum Cardinales Sedis Apoſtolicæ, ſuam auctoritatem exhibente. In quo Concilio Stigandus Doroberniæ Archiepiſcopus degradatur, tribus de cauſſis: ſcilicet, quia Epiſcopatum Wintoniæ cum Archiepiſcopatu iniuſtè poſſidebat: & quia viuente Archiepiſcopo Roberto non ſolùm Archiepiſcopatū ſumpſit; ſed etiam eius pallio, quod Cantuariæ remanſit dum vi iniuſtè ab Angliâ pulſus eſt, in Miſſārum celebratione, aliquamdiu vſus eſt: & pòſt à *e* Benedicto, quem ſancta Romana Eccleſia excommunicauit, eò quòd pecuniis Sedem Apoſtolicam inuaſit, pallium accepit. Eius quoque frater *f* Agelmarus Eaſtanglorum Epiſcopus eſt degradatus. Abbates etiam aliqui ibi degradati ſunt, operam dante Rege, vt quamplures ex Anglis ſuo honore priuarentur, in quorum locum ſuę gentis perſonas ſubrogauit, ob confirmationem ſui, quod nouiter acquiſierat, regni. Hic & nonnullos tam Epiſcopos quàm Abbates, quos nullâ euidenti cauſſâ nec Concilia nec leges ſeculi damnabant, ſuis honoribus priuauit, & vſque ad finem vitæ cuſtodiæ mancipatos detinuit, ſuſpicione, vt diximus, tantùm inductus noui regni. In hoc itaque concilio, dum ceteri trepidi, vtpote Regis agnoſcentes animum, ne ſuis honoribus priuarentur timerent, venerandus vir VVulſtanus VVigornenſis Epiſcopus quamplures poſſeſſiones ſui Epiſcopatus ab Aldredo Archiepiſcopo, dum à VVigornenſi Eccleſiâ ad Eboracenſem transferretur, ſuâ potentiâ retentas, quæ eo tunc defuncto in regiam poteſtatem deuenerant, conſtanter proclamabat, expetebat, iuſtitiamque inde fieri tam ab ipſis qui Concilio præerant, quàm à Rege flagitabat. At quia Eboracenſis Eccleſia, non habens Paſtorem qui pro eâ loqueretur, muta erat, iudicatum eſt vt ipſa querela ſic remaneret; quouſque, Archiepiſcopo ibi conſtituto qui Eccleſiam defenderet, dum eſſet qui eius querelæ reſponderet, ex obiectis & reſponſis poſſet euidentius ac iuſtius iudicium fieri. Sicque tunc ea querela ad tempus remanſit. *In publica concilio.* *In quo reuocatus in ordinem Stigandus Pſeudo-archiepiſcopus,* *e* *f* *aliisq; Antiſtites,* *bona ſuo epiſcopatui ablata repetit;*

8 Die autem Pentecoſtes Rex apud VVindeſoram venerando Baiocenſi Canonico Thomæ Eboracenſis Eccleſiæ Archiepiſcopatum, & VValcelino ſuo Capellano VVintonienſis Eccleſiæ dedit Præſulatū. .... Poſthæc Rex accito de Normanniâ Lanfranco Cadomenſi Abbate, genere Longobardo, viro vndecumque doctiſſimo, omnium liberalium artium, diuinarumque ſimul ac ſecularium ſcientiâ litterarum peritiſſimo, conſiliis quoque ac gubernatione rerum mundialium æquè prudentiſſimo, die Aſſumptionis S. Mariæ Archiepiſcopum conſtituit Cantuarienſis Eccleſiæ, & in feſtiuitate *g* S. Ioannis *g* *Lanfranco Cantuariæ Archiepiſcopo creato,*

Ioannis Baptiſtæ die Dominicâ Archiepiſcopum conſecrari fecit Cantuariæ. Conſecratus eſt autem ab Epiſcopis *h* Giſone VVellenſi, & *i* VValtero Herefordenſi, qui ambo Romæ à Nicolao Papâ ordinati ſunt, quando Aldredus Eboracenſium Archiepiſcopus pallium ſuſcepit: vitabant enim à Stigando, qui tunc Archiepiſcopatui Doroberniæ præſidebat, ordinari, quia nouerant illum non canonicè pallium ſuſcepiſſe. *k* Heremannus etiam Searesbirienſis Epiſcopus cum quibuſdam aliis eius interfuit conſecrationi. Deinde Lanfrancus Thomam Eboracenſem conſecrauit Archiepiſcopum.

h i — *k & Thoma Eboraci,*

9 His geſtis Reuerendi VVulſtani VVigornenſis Epiſcopi mota eſt iterum querela, Archiepiſcopo iam conſecrato Thomâ, qui pro Eboracenſi loqueretur Eccleſiâ, & in concilio in loco qui vocatur Pedreda celebrato, coram Rege ac Doroberniæ Archiepiſcopo Lanfranco, & Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus & Primatibus totius Angliæ, Dei gratiâ adminiculante eſt terminata. Cunctis ſiquidem machinamentis non veritate ſtipatis, quibus Thomas eiuſque fautores VVigornenſem Eccleſiam deprimere, & Eboracenſi Eccleſiæ ſubiicere, ancillamque facere modis omnibus ſatagebant, iuſto Dei iudicio ac ſcriptis euidentiſſimis detritis & penitùs annihilatis, non ſolùm vir Dei VVulſtanus proclamatas & expetitas poſſeſſiones recepit, ſed & ſuam Eccleſiam (Deo clamante ac Rege concedente) eâ libertate liberam ſuſcepit, quâ primi fundatores eius ſanctus Rex Æthelredus, Osherus VVicciorum ſubregulus, ceterique Merciorum Reges, Kenredus, Æthelbaldus, Offa, Kenulfus, eorumque ſucceſſores *l* Eadvvardus ſenior, Æthelſtanus, Eadmundus, Ædredus, & Eadgarus, ipſam liberauerant.

Iterum eadem repetit & obtinet.

a *Hæc fuſiùs narrat VVigornienſis, aliiq́, & ſuprà vitâ S. Eduardi auctor. Geſta ſunt an.* 1066.

b *Iungit Houedenus his* VValterum *Herefordenſem Epiſcopum.*

c *Hic Eduardo, Edmundi Ferrei-lateris, fratris S. Eduardi, filio, & Agathâ Hungaricâ natus, S. Margaretæ Regina Scotiæ frater, cognomento* Athelingus, *ſiue* Ethelingus, *id eſt, Nobilis appellatus eſt.*

d *Tunc ſolari ſuos VVulſtanus pius Paſtor non deſtitit, de quo Ranulphus*: Solebat etiam dicere Anglis ſuas oppreſſiones plangentibus: Flagellum eſt Dei, quod patimini. Allegantibus autem Anglis, quòd nuſquam deteriores fuiſſent Angli, quàm modò ſunt Normanni, iterum reſpondit: Malis illorum benè in vos vtitur Deus, & per indignos exercet vltionem in meritos. Sic & malâ voluntate ſuâ, cum bonâ Dei, punit diabolus peruerſos in gehennâ, cum eiſdem pariter in eadem inuoluendus ærumnâ. Exemplum eſt, ſi aliquem baculo iratus impegeris, non multùm de fracturâ baculi ſuſpirabis.

Anglos afflictos ſolatur VVulſtanus.

e *Ioannes Mincius Velitrenſis Epiſcopus, à factioſis quibuſdam illegitimè intruſus in S. Petri cathedram poſt mortem Stephani IX, qui aliis X, an.* 1058, *dictuſq́* Benedictus X. *Sed paullò pòſt legitimè electus eſt Pontifex* Nicolaus II. *Fallitur Harpfeldius, qui ſec.* 11. *cap.* 11. *ſcribit à Cadaloo donatum pallio Stigandum, etſi veriſimile ſit Cadaloo (qui an.* 1061. *contra Alexandrum II. electus ab aulicis Henrici III. adhuc pueri Germaniæ Regis Antipapa, dictuſq́* Honorius II.) *eum quoque adhæſiſſe.*

Benedictus X. & Honorius II. Antipapa.

f *Aliis* Egelmarus, *VVeſtmonar.* Ailmarus. *Stigando VVintoniam tranſlato, ſucceſſerat an.* 1047. *in epiſcopatum Thetfordiæ in Nortfolciâ, ad Sutfolciæ fines; quæ vrbs meditullio ferè Orientalium Anglorum regni, tempore heptarchiæ, vbi* Situs, *ſiue* Thetus, *amnis Vſæ minori admiſcetur, olim* Sitomagus *dicta. Epiſcopatus poſteà ab Hereberto Loſinga Nortvvicum ad Garienis VVentſiq́ confluentes, tertio lapide à ruinis Venta Icenorum, tranſlatus.*

Thetfordiæ epiſcopatus.

g *Is eſt* Decollationis S. Ioannis, *qui eo anno litterâ Dominicali* C in Dominicâ *celebrabatur. Eadmerus*: Sacratus eſt in ipſâ metropoli Sede, IV. Kal. Septemb. à cunctis ferme Epiſcopis Angliæ, *præſentibus nempe; ſed his tribus cæremonias ſacras adhibentibus.*

h Giſo *antè* Giſa *dicitur ab hoc Auctore ad an.* 1060. *Godvvinus ſcribit Trudonopoli oppido Hasbaniæ in Belgio natum. à VVellis, oppido non procul Glaſconiâ ſito in Somerſetenſi prouinciâ, Giſonis ſucceſſor Ioannes de Villulâ epiſcopatum tranſtulit Bathoniam, vrbem calidis fontibus nobilem. Auona fluuio (diuerſo ab eo qui VVaervvicenſem ditionem permeat & Sabrinæ miſcetur) adſitam, quæ Ptolemæo ὕδατα θερμὰ,* Aquæ calidæ; *Antonino* Aquæ Solis, *Anglis nunc* Bathe *dicitur. Retinet tamen nunc Epiſcopus vtrumque titulum vt Bathonienſis & VVellenſis dicatur.*

Epiſcopatus VVellenſis. Bathonienſis.

i Herefordia, *vulgò Anglis* Hariford, *Comitatui amplo ad occiduum VVigornienſis prouincia latus nomen dedit. quo tractu* Ariconium *Antonini fuiſſe traditur, vbi fortaſſis nunc vicus* Kenche-

Herefordenſis.

ſter. *VValtherus an.* 1060. *Epiſcopus iſthic deſignatus. ei an.* 1079. *ſucceſſit Robertus, de quo infrà.* Ex FLORENT.

k *Hic Sedem epiſcopalem Schirburnâ* Saresberiam *tranſtulit,* VVIGORN. *qua vetus* Sorbiodunum *eſt. Erat Hermannus Flander genere, fuerat q́ aliquamdiu monachus in cœnobio S. Bertini.* *Sarisberienſis.*

l *Hi non ſolùm Merciorum, ſed totius Anglia Reges fuerunt.*

CAPVT III.

Perduellium arma compreſſa.

10 ANno 1074. Herefordenſis Comes Rogerus, filius Gulielmi eiuſdem pagi Comitis, Eaſtanglorum Comiti Radulpho, *a* contra præceptum Regis Gulielmi, ſororem ſuam coniugem tradidit, nuptiaſque permagnificas cum plurimâ multitudine optimatum in *b* Grantebrigenſi prouinciâ, in loco qui Ixninga dicitur, celebrantes; magnam coniurationem, *c* plurimis aſſentientibus, contra Regem Gulielmum ibi fecerunt, Comitemque *d* VValtheouum ſuis inſidiis præuentum, ſecum coniurare compulerunt. Qui mox, vt potuit, Lanfrancum Dorobernenſem Archiepiſcopum adiit, pœnitentiamque ab eo pro facto, licet non ſponte, ſacramento accepit, eiuſque conſilio Regem Gulielmum in Normanniâ degentem petiit, eique rem ex ordine geſtam pandens, illius miſericordiæ vltro ſe dedit. Verùm illi ſuprà memorati coniurationis principes cœptis operam daturi, ſua caſtella repetière, rebellionemque adoriri omni conatu cum ſuis fautoribus cœpêre. Sed Herefordenſi Comiti, ne, Sabrinâ tranſuadato, Radulpho Comiti ad locum deſtinatum cum ſuo exercitu occurreret, reſtitit VVulſtanus VVigornenſis Epiſcopus cum magnâ militari manu, & *e* Agelwius Abbas Eoueshamnenſis cum ſuis, aſcitis ſibi in adiutorium *f* Vrſone Vicecomite VVigornæ, & *g* VValtero de Laceio cum copiis ſuis & ceterâ multitudine plebis.

a — *Rebellantibus aduersùs Regẽ Principibus* — *obſiſtit cum ſuis.* — *e* — *f* — *g*

11 Anno 1088. inter primates Angliæ magna orta eſt diſcordia: pars etenim nobiliorum Normannorum fauebat Regi *h* Gulielmo, ſed minima; pars verò altera fauebat Roberto Comiti Normannorum, & maxima, cupiens hunc ſibi aſciſcere in regnum, fratrem verò aut fratri tradere viuum, aut regno priuare peremptum. Huius execrandæ rei principes extitêre Odo Baiocenſis Epiſcopus, qui etiam erat Comes Cantuarienſis, Robertus etiam frater eius Comes Moritunenſis, & hic vterque frater fuerat Gulielmi Regis ſenioris, ſed tantùm de matre.

h — *Rebellant iterum alij contra Guilielmum II.*

12 *i Gulielmus Ruſus Rex illicò armis aggreditur perduelles, priuſquàm è Normanniâ cum maiori exercitu aduenirent Robertus. Sæuitum vtrimque cædibus, rapinis, incendiis.* Dum autem hæc interim circumquaque perpetrantur mala, Beornardus de Nouomercato, Rogerus de Laceio, qui iam ſuper Regem inuaſerat Herefordam, Raulfus de Mortuomari, coniurationis ſocij cum hominibus Comitis Rogeri *k* de Scrobbesbiriâ, congregato magno Anglorum, Normannorum, & VValenſium exercitu, VVigornenſem irrumpunt in prouinciam, affirmantes ſe igne crematuros ipſam ciuitatem *l* VVigreceaſtram, ſpoliaturos Dei & S. Mariæ eccleſiam; grandem de Regis incolis fidelibus ſumpturos vindictam.

i — *cogitant q́ VVigorniã inuadere:* — *k* — *l*

13 His auditis, vir magnæ pietatis, & columbinæ ſimplicitatis, Deo populoque, quem regebat, in omnibus amabilis, Regi vt terreno Domino per omnia fidelis, Pater reuerendus VVulſtanus VVigornenſis Epiſcopus, magnâ turbatur moleſtiâ; ſed Dei miſericordiâ reſpirans, iam quodam modo alter Moyſes parat ſe viriliter ſtaturum pro populo & ciuitate ſuâ. Hoſtes ad rebellandum parant arma: ipſe pro imminenti periculo fundit precamina, exhortans ſubditos ne deſperent de Deo, qui non pugnat gladio neque haſtâ. Normanni interim ineuntes conſilium, rogant ipſum Epiſcopum, vt ab eccleſiâ tranſiret in caſtellum; tutiores ſe affirmantes de eius præſentiâ, ſi maius incumberet periculum, diligebant enim valdè eum. Ipſe autem (vt erat

S. VVolſtanus recipit ſe in arcẽ.

EX FLORENT. VVIGORN.

miræ manſuetudinis) & pro Regis fidelitate, & pro eorum dilectione, petitioni eorum acquieuit.

14 Interea audenter in arma ſe parat Epiſcopalis familia: conueniunt caſtellani, & omnis ciuium turma, occurrere ſe affirmant hoſtibus ex alterâ parte Sabrinæ fluminis, ſi hoc eis annueret Pontificis licentia. *ſuis benedicit & prædicit victoriam;* Parati igitur & armis inſtructi, ipſum ad caſtellum euntem habent obuiàm, quam optabant requirunt licentiam. Quibus libenter annuens; Ite, inquit, filij, ite in pace; ite ſecuri cum Dei & noſtrâ benedictione. Confidens ergo in Domino, ſpondeo vobis, non hodie nocebit vobis gladius, nec quicquam infortunij, nec quiſquam aduerſarius. State in Regis fidelitate viriliter agentes pro populi vrbiſque ſalute.

15 His dictis alacres pontem reparatum tranſeunt, hoſtes de longinquo accelerantes conſpiciunt; inter quos magna belli iam feruebat inſania: contumaciter enim Epiſcopi contemnentes mandata, in terram ipſius poſuerunt incendia. Quo audito Epiſcopus, ingenti *hoſtes excommunicat,* concutitur dolore, videns debilitari res Eccleſiæ: acceptoque inde conſilio, grauı eos (ab omnibus qui circùm aderant coactus) percuſſit anathemate. Res miranda, & Dei virtus, & viri bonitas nimis in hoc prædicanda! Nam ſtatim hoſtes, vt ſparſi vagabantur per agros, tantâ membrorum percutiuntur debilitate, tantâ exteriori oculorum attenuantur cæcitate, vt vix arma valerent ferre; nec ſocios agnoſcere, nec eos diſcernere qui eis *qui miraculosè vincuntur.* oberant ex aduerſâ parte. Illos fallebat cæcitatis ignorantia, noſtros confortabat Dei & Epiſcopalis benedictionis confidentia. Sic illi inſenſati, nec ſciebant capere fugam, nec alicuius defenſionis quærebant viam, ſed Dei nutu dati in reprobum ſenſum, facilè cedebant manibus inimicorum. *m* Cæduntur pedites: capiuntur milites, cum Normannis, tam Angli quàm VValenſes. Ceteris verò vix debili elapſis fugâ, Regis fideles cum Pontificis familiâ exultantes in gaudio, ſine vllâ diminutione ſuorum redeunt ad propria: gratias Deo referunt, de rerum Eccleſiæ incolumitate; gratias Epiſcopo referunt, de conſilij eius ſalubritate.

a *Diſſentit VVeſtmonaſterienſis, qui & an.* 1075. *hæc geſta tradit:* Eodem anno, *inquit,* Rex Gulielmus Radulpho Conſuli filiam Gulielmi, filij Osberti, nuptui tradidit, & conſulatum de Northfolck & Suthfolck. Iſte Radulphus de genere Britonum ex parte matris, & pater ſuus Anglicus fuit: natus fuit in Northfolck, ibique habuit nuptias ſuas, quæ multis hominibus damno fuerunt.

b Cantabrigia, *veterum* Camboritum, (*à* Camo *fluuio, quem alij* Grantam *appellant; &* rith, *quod Britannis* vadum *ſignificat,*) *prouincia* Grantebrigenſi, *ſiue* Cantabrigienſi, *vulgò* Cambridgeſchire, *nomen fecit. Northfolcia & Suthfolcia obiacet, olim in Orientalium Anglorum regno comprehenſa.* *Cantabrigia.*

c *Comitibus, Epiſcopis, Abbatibus, vt ſcribit VVeſtmonaſt.*

d *Ingulpho* Waldenus *dicitur, Malmesburienſi* VVeldeofus, *Huntindonienſi* VValthef, *VVeſtmonaſterienſi* VValtheofus. *Auus hic fuit* S. VValleni *Abbatis, de quo agemus* 5. *Aug. Comes Northamtoniæ & Huntingdoniæ. Vxorem duxerat Iuditham Regis VVilhelmi neptem, cuius præcipuè ſcelere occiſus, vt Ingulphus ſcribit, qui Martyrem vocat, traditq; miraculis pluribus à morte illuſtratum. Occiſum an.* 1074. *auctor eſt VVeſtmonaſterienſis, VVigornienſis* 1075. *VValtheouus pius Comes.*

e Agelvvinum *vocat Houedenus. De Eueshamenſi monaſterio egimus* 11. *Ianu. ad vitam* S. Egvvini, *qui illud condidit.*

f *Hic* Vrſus, *ſiue* Vrſo, *cognomento* d'Abtot, *Vicecomes VVigorniæ creatus à Guilielmo I. ſed filius eius Rogerus ab Henrico I. pulſus eſt.* Emelina *Vrſonis filia nupſit VValtero de Bellocampo, in cuius familiam Vicecomitatus dignitatem tranſtulit, vt tradit Cambdenus ex continuatore Florentij.*

g *Hic à Roberto monacho in hiſtoriâ Elienſi vocatur* Regis Guilielmi ſcutifer. *ab eo* Lacij, *inter Hibernia expugnatores celebrati, profluxerunt.*

h *Coronatus eſt Londoniis Rex Guilielmus Ruſus anno* 1087. *adfuitq; cum aliis Epiſcopis* VVulſtanus *VVigornienſis, vt teſtatur VVeſtmonaſt. qui* Vlnothum *hic vocat, Huntindonienſis* Wlnod. *at Ranulphus:* Tota nobilitas Angliæ eligere voluerat Robertum, excepto Lanfranco Archiepiſcopo & VVlſtano.

i *Hæc prolixiùs hic Auctor, aliiq;, commemorant.*

k De Monte-gomerico, *qui Comitatum Salopienſem tenebat; cuius Comitatus vrbs præcipua* Schrevvsburg, *&* Schrovvsburg, *olim* Scrobberbyrig, *non procul ab eo loco vbi olim* Vriconium *oppidum fuit.*

l *Ideſt,* VVigorniam.

m *Houedenus ſcribit* 500. *occiſos, reliquos in fugam actos. Huntindonienſis* 5000. *occiſos aut captos à paucis, ceteros mirabiliter fugatos.*

CAPVT IV.

Obitus, miracula.

16 VIr venerabilis & valdè admirabilis vitæ VVulſtanus Epiſcopus ſanctæ VVigornenſis Eccleſiæ, ab adoleſcentiâ diuinis mancipatus ſeruitiis, poſt multos ſancti ſudoris agones, quibus pro gloriâ regni cæleſtis adipiſcendâ, magnâ mentis deuotione & humilitate ſedulus Deo ſeruiuit intentiſſimè, die menſis Ianuarij *a* 18. noctis ſeptimi Sabbati horâ mediante ſeptimâ migrauit è ſeculo, *b* anno à primo ſeculi die, certâ Scripturæ diuinæ ratione, 5299. Noni magni anni 529. Noni verò magni anni ab initio ſeculi 476. A paſſione Domini ſecundùm Euangelium 1084. iuxta Chronicum Bedæ 1066. ſecundùm Dionyſium 1061. ab aduentu Anglorum in Brittanniam 745. ab aduentu S. Auguſtini 498. à tranſitu S. Oſvvaldi Archipræſulis 103. vndecimi magni Paſchalis Cycli 32. Decimi verò à capite mundi 510. Secundi ſolaris Cycli 4. Biſſextilis Cycli tertio. Secundi decennouenalis Cycli 13. Secũdi lunaris Cycli 10. Endecadis quinto. Indictionalis Cycli tertio; luſtro ſuæ ætatis *c* 18. ſui vero pontificatus ſeptimi luſtri anno tertio. *S. VVulſtanus moritur:* *a* *b* *c*

17 Miroque modo ipſâ ſui tranſitus horâ, ſuo, quem ſpecialiter dilexerat, amico *d* Roberto Herefordenſi Epiſcopo, in oppido quod Crickelad vocatur, in viſione *e* apparuit, illique ad ſe tumulandum Wigornam properare mandauit. Annulum etiam, cum quo Pontificalem ſuſceperat benedictionem, neminem Deus paſſus eſt digito extrahere; ne poſt mortem vir ſanctus ſuos videretur fallere, quibus prædixerat ſæpiſſimè, nec illum vitâ comite ſe velle perdere, nec etiam ſepulturæ ſuæ die. *d* *apparet Roberto Epiſc.* *e* *cum annulo ſepelitur.*

18. Vir magnæ religionis Herefordenſis Epiſcopus Robertus, ſexto Kal. Iulij, *f* feriâ quartâ obiit. Huic prædictus VVigornenſis Epiſcopus VVulſtanus 30. die poſtquàm de hoc ſeculo migrauit, denuò in viſione apparuit, eumque pro ſui negligentiâ & *g* ignauiâ acriter corripuit, admonuitque vt tam de ſuæ vitæ, quàm ſibi ſubiectorum emendatione quàm vigilantiſſimè poſſet, ſtuderet. Quod ſi faceret, dicebat eum omnium peccaminum à Deo poſſe veniam citò promereri: adiunxitque quòd non diu in cathedrâ, quâ tunc ſedebat, ſedem haberet; ſed ſecum, ſi vigilantior eſſe vellet, coram Deo conuiuari deberet. Fuerant enim hi ambo Patres nimiâ caritate in Dei dilectione & ad ſe inuicem coniuncti: ideoque credi fas eſt, ipſum, qui priùs de hoc ſeculo ad Deum migrauit, ſollicitudinem egiſſe ſui dilectiſſimi, quem in hoc ſeculo reliquit; & vt quàm citiùs ſimul ante Deum gauderent operam dediſſe. *f* *g* *iterum Roberto apparet, monetq; de culpis, & breui moriturũ prædicit.*

a *Hæc non congruunt. Erat anno* 1095. *littera Dominicalis G, atque ita* 18. *Ianuarij in diem Iouis incidebat: ſed videtur legendum* 19. Ianuarij, *ad cuius veſperam incipiebat Sabbatum, ſiue dies ſeptima Sabbati, id eſt, hebdomada Chriſtiana. VVeſtmonaſterienſis ſcribit* VIII. Kal. Aprilis *obiiſſe.*

b *Has eaſdem epochas Houedenus attexit.*

c *Non ergo mirum, quòd* 13. *menſibus antè, anno nimirum* 1093. *pridie Kal. Decemb.* infirmitate detentus conſecrationi S. *Anſelmi* intereſſe *non valuerit, vt ſcribit lib.* 1. *Nouor. Eadmerus;* ſed nuntiis apicibuſque directis abſentiam ſuam Coëpiſcoporum ſuorum præſentiæ hac in cauſſâ præſentem & conſentaneam fore denuntiauit.

d *Hic à VVulſtano* gradum presbyteratus ſuſcepit, *à Lanfranco IV. Kal. Ianu. die Dominicâ Epiſcopus conſecratus Cantuariæ an.* 1079.

e *Plura de hac apparitione in* 2. *vitâ ex Malmesburienſi.*

f *Mendum in numeris: VI. Kal. Iul.* 1095. *incidit in feriam* 3.

g *Meritò ſanè: quippe qui, vti & ceteri Epiſcopi, eodem anno Regi multa contra Eccleſiæ libertatem molienti non reſtiterat. Quare* Anſelmum à Curiâ diſcedentem, *vt ſcribit Eadmerus lib.* 2. *Nouor.* ſecuti ſunt Epiſcopi duo Robertus Herefordenſis & Oſmundus Serberienſis, pœnitentiam apud illum agentes pro culpâ ſuæ abnegationis, quam cum aliis Coëpiſcopis ſuis fecerant

apud

apud Rochinghetham. Qui miſertus eorum, abſoluit eos in quadam eccleſiolâ, quæ ſe nobis obtulit ambulantibus propoſitâ viâ. *At de iis turbis agetur plenius in vitâ S. Anſelmi 21. Aprilis. Vitam S. Oſmundi dabimus 3. Decemb.*

ALIA VITA
ex Willielmo Malmesburienſi.

CAPVT I.

Vita ante epiſcopatum.

a 1 WLſtanus in ſanctitate noſtro *a* ſeculo nominatiſſimus, (de quo ſi ſe amplior porrexerit ſermo, nullum, quæſo, tædeat) Wlſtanus à puero educatus honeſtè, inter diſciplinatos viros & litterarum curam, quanta tunc in Angliâ erat, adoleuit. Cùm verò id ætatis eſſet, preſbyteratum accepit, nec à gradu morum vitiis degenerauit. Non enim, vt tunc & nunc quidam, Miſsâ curſim manè cantatâ, totâ die poſt hoc gulæ vel quæſtibus inhiabat; ſed moroſiore curâ debitum conſummans officium, orationes quotidianas & diuturnas adiiciebat: oblationibus fidelium contentus, his vitam tolerabat: Pudoris ſingularis ſaluum ſignaculum poſt virginitatis vitam cælo exhibuit. Ita adhuc conſtitutus in ſeculo, maior quolibet æſtimabatur monacho.

S. VVulſtanus ſacerdos lentè Miſſam celebrat:

ſanctè viuit:

2 Superflui potus expers, eſui carnium indulgebat: quas tamen, ſtatim vt potuit, occaſionem rapiens, ſpreuit. Cauſſa fuerat, quia cùm die certâ ad quoddam *b* placitum exire deberet, neceſſitas rei omni excuſationi repudium indixerat. Viſum eſt tamen, vt ante Miſſam cantatam inediæ conſuleret. Acceleratur à clientibus, ne impranſus abiret dominus: apponitur *c* auca igni. Aſtitit altari Preſbyter, & deuotione, quâ ſolet, agit: cùm inter ſecreta Miſſæ, quia erat eccleſia domûi vicina, nidor aduſtæ carnis nares eius oppleuit; odor mentem aduocauit, vt & voluptatis illecebrâ caperetur: continuoque reducto animo culpam agnoſcens, luctabatur validè vt cogitationem aliàs auerteret. Sed cùm id fruſtrà eſſet, iratus ſibi iuramentum ad Sacramenta, quæ tangebat, fecit, nullo ſe ampliùs pacto id genus cibi comeſturum. Cantatâ ergo Miſsâ, cibo vacuus ad negotium diſceſſit, quòd iam tardior hora vrgeret cauſſatus. Occaſio illa effecit, vt arduum penitùs ſecutus exemplum, omni in perpetuum carne & etiam vnctiori cibo temperaret: non tamen comedentes rigido ſuſpendens ſupercilio, nullo ſe affirmabat eorum ciborum teneri deſiderio; ſi qua tamen eſſet caro delectabilis, opinari ſe, quòd alaudæ maiorem veſcentibus darent voluptatem.

b

c nidore auis toſtæ diſtractus

vouet carnibus deinceps abſtinere:

fit monachus:

3 Creſcente autem deuotione propoſiti, apud Wigorniam monachus factus per omnia officia ad Prioratum aſcendit. In quo, dum ſublimi laude virtutum refulget, tentationem diaboli bonis eius, credo, inuidentis expertus eſt: qui eum quadam nocte ante altare orantem vt luctaretur ſecum eſt aggreſſus. Fortior ille metu prouocantem adorſus diris brachiorum nodis eliſit. Idem ſecundò, & tertiò fecit; niſi quòd tertiâ vice ſuſpirioſus, extis incaleſcentibus illo impulſu ſe defeciſſe penè ſignificauit. Sed affuit clemens diuinitas, quæ monſtrum inſaniens abegit. Quo in auras euaneſcente, intellexit Wlſtanus diabolum eſſe, cùm antè putaſſet ſeruientem quemdam fuiſſe, cuius ille formam induerat. Cuius rei non fallax dabatur indicium, quòd quocumque euentu ſeruientem illum videret, ſtatim tremore membra pererrante totus expalleſceret: cetera omni timore vacuus, vt affirmaret ſe neſcire quid eſſet terror, qui numquàm pro fracturâ pontis equo deſcenderit, qui in ſummitate fabricarum per anguſtiſſimos *d* axes ſecurus inceſſerit, vt de ipſo meritò dicatur, Iuſtus vt leo confidit.

luctatur tertiò cum diabolo;

naturâ intrepidus:

d

a *Vixit Malmesburienſis anno* 1142. *ad quem Hiſtoriam ſuam nouellam perduxit, qui erat annus à morte S. VVulſtani* 47. Ex VVILLELMO MALMESBVR.

b Placitum *ſæpè in medij aui ſcriptoribus vſurpatur pro conuentu forenſi, aut loco, & tempore eiuſdem congreſſus. vnde Gallicum* plaid, *quod* litem *ſignificat.* *Placitum.*

c Aucam *Martinius ex veteri Gloſſario* anſerem *interpretatur, qui Italis* oca *dicitur. In MS. Gloſſar. Camberon.* auca, anſer ſilueſtris. *Papins* aucilla, ortygometra. *Auca.*

d Axes, tabulæ. *Papias. Ab* axis, *fit* aſſis, *inde* aſſer, *ſectilis tabula.* *Axis.*

CAPVT II.

Variæ in epiſcopatu virtutes.

4 INtereà, quam ſuperiùs dixi, cauſſa exorta eſt, quâ Româ veniens Aldredus Archiepiſcopus, conſecutis è veſtigio Cardinalibus, Wigornienſi ciuitati Epiſcopum vrgeretur conſecrare. Ille conſilio deducto in medium, *Fit Epiſcopus VVigornienſis:* cauenſque rebus ſuis in poſterum, Wlſtanum elegit, inefficacem ſcilicet ratus, cuius ſimplicitate & ſanctimoniâ rapinas vmbraret ſuas, rapturus dè rebus epiſcopatus, quod liberet. Cardinalium ergo fauore Wlſtanus approbatus, & examinatus ſeueritate, diuinum munus ſuſcepit, pulcroque & venerabili præſagio prognoſticon obuenit: Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non eſt. Nihil prorſus verius. nec enim bonum in eo ſimulatæ ſanctitatis, nec ſi ſecus quid callidæ fraudulentiæ fuit.

5 Sed nec Aldredus ita ſegnem, vt putabat, perſenſit. *res Eccleſiæ ſuæ ablatas recipit:* Siquidem maiorem partem rerum, quas indebitè detinebat, blanditiis ab eo ſurripuit, tenuitatem ſuam illi ex tempore allegans. Ita officium iniunctum magis inſito virtutum amore quàm litteraturâ fretus exercebat. Quamquàm non ita hebes in litteris (vt putabatur) fuerit, qui cetera negotia ſciret, præter fabulas poëtarum & tortiles ſyllogiſmos dialecticorum, quæ nec noſſet, nec noſſe dignaretur. Cererùm probè doctus poſſe ſermonem quamlibet elegantem extemporaliter facere, auditorum lacrymas, gaudia cæli & pœnas inferni proponendo, artifex mouere, perſuadere dictionem quam vellet, dum quadraret vita doctrinæ, nec aliter viueret, quàm viuendum doceret. Ideoque ſuggerebat ei Deus eloquium, quod eſſet & laudum eius incremento & auditoribus proficuum. Cibi & potus (vt antè dixi) erat abſtinens, quamuis in aulâ eius pro more Anglorum, totis poſt prandium biberetur horis, cum quibus ipſe aſſidens pſalmos ruminabat, ordine tamen ſuo ſe bibere ſimulabat: hauriebant alij ſpumantes pateras, ipſe vaſculum minutiſſimum tenens eos ad hilaritatem inuitabat, magis conſuetudini patriæ, quàm iudicio ſatisfaciens animi. Nam & conſuetudines Normanorum non omittebat, pompam militum ſecum ducens, qui ſtipendiis annuis quotidianiſque cibis immane quantum populabantur.

efficax in concionibus,

potionis parcus,

6 Circa religiones talem accepimus. Quotidie Miſſam cantans, addebat pſalterium, omniumque Sanctorum memorias, quorum toto anno ſingula ſolemnia ſuccedunt, ſingulas in ſeptem diuiſas, per ſeptem non omittebat horas. Quotieſcumque Wigorniæ eſſet, Miſſam maiorem impiger cantabat, dicens id ſe rependere ſeptimanarij officio, quo ipſe pro epiſcopatu abſolui nollet. Collationem quoque frequenter interebat, ienſque cum ceteris in eccleſiam factâ confeſſione, redditâque benedictione, in triclinium ſe recipiebat. Equo quocumque vadens pſalterium frequentabat, orationales verſus, qui occurrebant, ad faſtidium concantantis crebrò repetens. Nullius vnquam perſonæ contuitu, nec etiam in curiâ Regis poſitus, & ad menſam eius aſſidens, benedictiones, quas Angli ſuper potum faciebant, omiſit. Si quando eum neceſſitas ad Comitatum vrgebat, omnium primò maledictionem prauis, benedictionem rectis imprecabatur arbitris. Tum confidens ſi diuinum quid euentilaretur, vigilanter intendebat mentis aciem; ſi ſeculare, quod crebrius erat, faſtidio ſegnis obdormiſcebat;

multæ orationis,

in itinere etiam equitans pſallit:

ſemper potum benedicit:

vanis non attendit:

Ex VVILELMO MALMESBVR.

miſcebat; licet ſi quis contra eum dicendum putaſſet, non eum obtuſæ ſcientiæ eſſe in reſpondendo intelligeret.

piorum conſortio proficit:

7 Venerat ad eum famâ religionis accitus Preſbyter, vocabulo Egelricus, cuius exemplo ſcintillante multum in ſe ſanctitatis fomitem rapuerat. Erat enim ille orationibus continuis, etiam inter turbas, ad miraculum videntium deditus, vt qui quotidie pſalterium cum orationibus non minoris numeri euolueret poſt Miſſam; adeò in corripiendo acer, vt etiam Epiſcopum ipſum, ſi quando (vt fit) in loquendo eſſet remiſſior, ſtatim vel argueret verbis, vel reuerberaret oculis. Nam Antiſtes ſuorum à recto tranſgreſſiones alumnorum corripiebat, ſed ſæpius, quatenus honeſtas ſineret, tolerabat; in diuino ſegnitiem obſequio nullo modo patiens: ſi quis miniſtrorum vel temulentiâ, vel ſomnolentiâ victus, matutinis non affuiſſet, acri ferulæ ictu in illum vlciſci. Poſtremò perſonas honeſtiores per ſe excitando ipſe matutinas eis cantare.

negligentiam ſuorũ in diuinis caſtigat:

ornatum veſtium negligit:

8 Indifferenter vilioribus vtebatur veſtibus, magis agninis quàm alterius generis pellibus frigus depellens. Si verò ei diceretur, vt ſaltem cattinas pelles amiciret, iocosâ comitate reſpondebat: Crede mihi (nam hic mos iurandi Epiſcopo inoleuerat) numquàm audiui cantari Cattus Dei, ſed Agnus Dei; ideóque non catto, ſed agno volo calefieri: ita Dei timor mentem eius inſederat, vt quod alij torquebant in pompam, ipſe in compunctionis transferret materiam.

9 Cùm eccleſiæ maioris opus, quod ipſe à fundamentis inceperat, ad hoc incrementi proceſſiſſet, vt iam monachi migrarent in illam, iuſſum eſt veterem eccleſiam, quam & B. [a] Oſwaldus fecerat, detegi & ſubrui. Ad hoc ſpectaculum ſtans ſub diuo Wlſtanus, lacrymas tenere nequiuit. Super quo modeſtè à familiaribus redargutus, qui gaudere potiùs deberet, quòd ſe ſuperſtite tantus Eccleſiæ honor acceſſit, vt ampliatus [b] monachorum numerus ampliora exigeret habitacula, reſpondit: Ego longè aliter intelligo, quòd nos miſeri Sanctorum opera deſtruimus, vt nobis laudem comparemus. Non nouerat illa felicium virorum ætas pōpaticas ædes conſtruere, ſed ſub qualicumque tecto ſeipſos Deo immolare, ſubiectoſque ad exemplum attrahere; nos è contrà nitimur vt animarum negligentes curam, accumulemus lapides. Dixit plura in hunc modum, allegationibus ſuis occurrentes ſententias infirmans.

a basilicam maiorem conſtruit, arreptâ inde materiâ humilitatis:

b

10 Nunc quòd miraculorum expers non fuerit, ſermo ſubiiciet: nam de moribus eius dicta hunc modum tenebunt. In cuiuſdam eccleſiæ dedicatione ſermonem fecerat ad populum, in quo multa de ceteris, plura de pace dixerat; quo commoti nonnulli, qui digladiabili diffidebant odio, offenſas vtrimque donauêre. Vnus erat, qui nullis admonitionibus, nullis ſuadelis adduci potuit, vt fratris necem indulgeret inimico: huic adducto in medium, & poſt multum ſermonem pertinaciſſimè recuſanti, eadem quæ referam, verba dixit Epiſcopus: Dominus dixit in Euangelio: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Conſtat ergo quòd ſi pacifici ſunt beati & filij Dei, diſcordantes ſunt miſeri & filij diaboli. Illi igitur, cuius filius es, te commendo, & trado te Satanæ ad interitum carnis, iuxta præceptum Apoſtoli, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini. Vix ſanctus ſermonem expleuerat, cùm miſer ille mancipium hoſtile factus, coram omni plebe dentibus ſtridere, ſpumas iacere, crinem rotare occepit: poſtremò in terram eliſus volutabatur furens. Exoratus Wlſtanus vt miſereretur, diſtulit: ſed preſſus tandem & victus lacrymis, iubet inimico vt abeat: ille diſcedit eadem facilitate, quâ venerat. Reductus in mentem homo, conuentuſque vt delicti gratiam cederet, mirâ pacem negauit imprudentiâ: iterum ergo vexâri, iterumque ſanari iuſſus, inficiari perſtitit. Tertiò iam cùm totus membris labefactatus ex concuſſione dæmonis penè ſingultiret animam, pacem iniit, perpetuò poſt hoc vſque ad mortem integer & incolumis.

obſtinatũ non parere inimico, ideoq; ter à dæmone arreptum, ter precibus ſanat.

Matth. 5. 9.

1. Cor. 5. 5.

a *De* S. Oſvvaldo *Epiſcopo* VVigornienſi, *ac deinde Archiepiſcopo Eboracenſi, agemus* 28. *Februarij. Obiit anno* 992. *feriâ ſecundâ, Indict.* 5. & VVigorniæ, *inquit Florentius,* in eccleſiâ S. Mariæ quam ipſe à fundamentis conſtruxit, requieſcit.

b *Cambdenus in* Cornauiis *ſcribit, cùm vix duodecim monachos reperiſſet* VVolſtanus, *ad* 50. *adauxiſſe, & hanc nouam eccleſiam ædificaſſe circa annum* 1090.

CAPVT III.

Aduerſarij cælitus ſuperati. vaticinia complura.

a Citatur ad Synodum:

11 [a] SVb ſeniore VVillielmo inclamatum eſt in VVlſtanum à Lanfranco de litterarum inſcitiâ; à Thoma Eboracenſi Archiepiſcopo, quòd ſubiici deberet ei ex antiquo iure. Vtriſque obiectionibus cùm in concilio reſpondere iuberetur, egreſſus eſt vt ſtrictiore conſilio reſponſum comeret ſuum. Tum monachorum, qui cum eo erant, animis ad ſummum negotium attonitis, ille ſubintulit: Crede mihi, adhuc non cantauimus Nonam: cantemus ergo. Sociis referentibus, vt priùs propter quæ venerant expedirent, quòd ſatis ſuperque ſufficeret cantibus tempus; Regem & Proceres, ſi hoc audierint, riſui ſe haberi non immeritò credituros. Priùs, crede mihi, inquit, faciemus Dei ſeruitium, & pòſt agitabimus hominum litigium. Horâ igitur cantatâ, nullâ excogitatâ falſi tergiuerſatione, nullo commentato veri ſplendore, aulam concilij pergebat ingredi: ſuis eum retinere tentantibus, perſuaderi non potuit. Quin potiùs timentibus cauſſæ, Pro certo, ait, noueritis viſibiliter me hîc videre beatos Archiepiſcopos [b] Dunſtanum & Oſvvaldum, qui hodie me ſuis precibus tuentes falſiloquorum acumen hebetabunt. Ita datâ benedictione monacho minimæ facundiæ viro, ſed Normannicæ linguæ ſciolo rem obtinuit, vt qui diœceſis antè putabatur indignus regimine, ab Archiepiſcopo Eboraci ſupplicite rogaretur, vt ſuas dignaretur luſtrare, quò ipſe pro timore hoſtium vel ſermonis ignorantiâ cauebat accedere. Nec ſolùm hoc, ſed & villas reliquas epiſcopatus, quas Aldredus Archiepiſcopus retinuerat, recuperauit ad vnam, cùm Lanfrancus Archiepiſcopus conſtanter aſſiſteret cauſſæ, vrgens videlicet æmulum primatus & potentiæ.

negligit parare ſe ad reſpondendum:

b à SS. Dunſtano & Oſvvaldo iuuatur.

cauſſamq; obtinet.

c

Rebelles excommunicat.

12 [c] Sub VVillielmo iuniore Rogerius Comes de Monte Gomerico perfidiam contra Principem meditatus, cum eiuſdem factionis complicibus arma mouebat infeſtus: iamque à Scrobesberiâ vſque ad VVigornienſem coloniam omnibus vaſtatis, vrbem ipſam appropinquabat: cùm milites regij, qui prætendebant, periculum exponunt Epiſcopo: is maledictionis fulmen iaculatus in perfidos, qui Domino ſuo fidem non ſeruarent, iubet milites properare, Dei & Eccleſiæ iniurias vlturos. Mirum quis dixerit, quod ſubiiciam, ſed auctoritati veracium narratorum credendum. Quidam enim aduerſariorum regiis conſpectis, timore inerti perculſi, quidam & cæcati, victoriam plenam & qualem ſperare nequibant, oppidanis ceſſêre. Multi enim à paucis fugati, pars cæſi, pars ſaucij abducti.

qui mox à paucis vincuntur:

prophetiæ dono claret:

d

13 Quid quòd prophetiâ non caruit? Aldvvinus erat quidam ab eo factus monachus, ſicque in vaſtiſſimo illo ſaltu, quod [d] Maluernum vocatur, eremiticam vitam cum Guidone ſocio exercebat. Guidoni poſt longos agones compendioſiùs ad gloriam viſum, vt Hieroſolymam iret, vbi labore itinerario vel Domini ſepulchrum videret, vel feliciter manu Sarracenorum mortem anticiparet. Aldwinus eidem ſententiæ inductus, conſilium tamen cum Patre VVlſtano quæſiuit. Diſſuaſit Pontifex, & ardentem refrigerauit, dicens: Noli ſodes, Aldvvine quoquam ire, ſed in loco mane. Crede mihi, mirareris

prædicit cœnobij Malmeſbur. inſtitutionem;

mirateris si scires quod scio, quantum in illo loco per te Deus operaturus est. Discessit hoc audito monachus, firmoque iam durabat in proposito, leuiabatque spe prophetiæ omne genus ærumnæ. Nec multò pòst vaticinium properauit impleri: veniebantque ad Aldvvinum alter post vnum, tertius post alterum, & ita vsque ad tricenarium numerum; *e* affluebatque eis in primis victualium copia, vicinis beatos se iudicantibus, qui aliquid Dei famulis impertirentur; quod verò eis deerat, fide supplebant, dum parui facerent, si carerent carnali cibo, qui spirituali pinguescebant gaudio.

c

14 Sevvlfus quidam negotiator ad eum quotannis venire consueuerat, vt eius consilio morbis mederetur animæ: cui semel post absolutionem factam dixit: Sæpe peccata, quæ confessus es, reiteras; quia, vt dicitur, opportunitas latronem facit. Quare consulo vt monachus fias: quod si feceris, horum peccatorum opportunitate carebis. Cùm retulisset ille, non se monachum pro rigore proposiri fieri posse, substomachatus Episcopus, Vade, inquit, monachus fies velis nolis, sed cùm vitiorum vtensilia in te senuerint. Quod nos posteà vidimus, quia in nostro monasterio iam senectute fractus morbo admonente conuersus est. Sed licet multoties pœnituerit, quotiescumque tamen dictum Episcopi aliquis præsentasset ei, reuocabat impetum, remolliebat animum.

cuidam, eũ tãdem monachum futurum;

15 Nicolaus specialis eius alumnus, qui posteà VVigornienſis Ecclesiæ Prior fuit, pedibus eius assidebat. Episcopus interim effusus in lætitiam blandâ manu caput iuuenis palpauit, crinibus defluentibus improperio caluitij vicinum; &, Puto, inquit, caluus fies. At ephebus, qui iam adolescentiâ se illâ parte senescere doleret, questus fata capillorum cadentium, Quare, inquit, non eos tenes? contrà Episcopus renidens, Crede mihi, ait, numquàm quantum vixero, qui residui sunt, deficient. Factum est quod dixerat. Sed eadem hebdomadâ, quâ vitæ huic renuntiauit, ita omnes, quò nescio, euanuêre, vt nudam cutim relinquerent.

alteri caluitium, quod ad tempus suis precibus impedit.

a *Eadem, quæ hîc, refert idem Malmesburiensis lib. 3. de gestis Reg. Angl. sub finem, sed* Sextam *ab eo cantatam scribit, cùm è Concilij loco exisset.*

b *Fuerat Sanctus quoque* Dunstanus, *vt &* Osvvaldus, *Episcopus VVigornienſis, vt* 19. *Maij ad eius vitam dicemus.*

c *Hoc fusiùs narratum est superiùs à Florentio, & quod simile sub VVilelmo seniore gessit.*

d *Montes, siue colles,* Maluernehils *dicti,* per septem plus minùs millia passuum, vt gradus, subinde consurgunt, agrumque *VVigornienſem* ab Herefordensibus dirimunt, *vt scribit Cambdenus.*

e *Continuator Florentij an.* 1125. *memorat* Priorem Maluernensem Dn. VValterium interfuisse *cum aliis,* IX. Kal. Iunij, consecrationi Benedicti *Abbatis VVigornienſis,* qui à puero nutritus in monachico habitu in cœnobio Theodekesbirienſi, & processu temporis concessu Dn. VVulstani Præsulis, à quo omnes Ecclesiasticos ordines iam dudum susceperat, in pace & dilectione vnus de cœnobitis VVigornienſibus effectus; *anno* 1124. *ex Priore* Abbas Theodekesbirienſis electus erat, Dei seruus, & in totâ domo suâ fidelis amicus.

CAPVT IV.

Ægritudo. obitus. miracula.

Prædicit suam mortem:

16 SVam mortem non occultis indiciis manifestauit, sæpe quidem, sed hîc apertiùs. Allato sibi nuntio de sororis excessu, quam vnicam habebat, respondit: Modò aratrũ ad meum peruenit sulcũ, sequeturq; frater sororem, non multis pòst diebus. Decubuit ergo febribus iam dimidium annum obitus, exercebaturque ad cælestis vitæ introitum. Magnanimiter ille ferebat incommodum, & suos ante se lacrymantes, & tyrannidem futuri Pontificis metuentes consolabatur, dicens: Cessent gemitus, vacent fletus; non est enim ista vitæ amissio, sed vitæ commutatio; neque vnquam vobis dero, sed quantò luteâ compage solutâ Deo fuero præsentior, tantò ero in auxiliando celerior: me impetrante, accedet vobis prosperitas; me propulsante, discedet aduersitas. Felix lingua, quæ de abundanti penu conscientiæ tam secura verba in hominum aures auderet effundere. Alij suspiriis & singultibus agunt, vt pro se oretur, ille pro aliis se oraturum pollicebatur. Quid istud est miraculi? An nullius peccati conscius erat? Imò loquebatur sancta simplicitas, simplicitas nescia de Dei diffidere misericordiâ.

laborat febribus, medio anno:

suos solatur:

EXVV. LIELM. MALMES. VR.

17 Sublatus ergo præsentibus magno laicorum & monachorum eiulatu, delatus in ecclesiam, triduo super terram detentus est. Nam ipsa species & forma exanimis corporis vicebatur gratiam viuentis Pontificis prætendere, mulcebatque oculos leniebatque dolorem. Iacebatque in Libitinâ corpus ante altare, Pontificalibus insignibus ornatum, carens operimento; populique vndique confluentes, datis oblationibus, & adorato corpore recedebant cum mœrore.

sanctè mo- ritur:

18 Quarto die terræ delatum à Roberto Herefordensi Episcopo, sanctâ illi iam pridem familiaritate coniuncto. Iacet inter duas pyramides, arcu lapideo pulchrè superuoluto; lignum in superiore prominet, quod cassis ferreos, quos vocant Araneas, infixos habet. Hæc eò dixerim, quia miraculo subiiciendo materia cohæret. Post non paucos annos *a* eius decessus, ignis ab vrbe per incuriam veniens, ecclesiæ tectum omnino consumpsit: plumbo liquefacto, asseres regnante incendio in carbonem mutat; trabes perinde grandes vt integræ arbores ambustæ deciderunt ad solum. Quod ignem intra ecclesiam effugere potuit, tantæ molis ruinâ dissiluit & crepuit. Sepulchrum inter hoc Sancti non solùm à furore flammæ immune, sed nec fuligine tinctum, nec fauillâ opertum fuit. Et vt augeretur miraculum, *b* natta, quâ accubitare solebant orantes ante mausoleum, incolumis reperta. Lignum & quod supernè prominere dixi, quantum extra lapides extabat, inuentum integrum, quod petra incluserat, ipsâ corruptâ in cineres resolutum.

sepelitur.

a Sepulchrũ eius ardente ecclesiâ intactum.

b

19 Et hoc miraculum non primum, sed aliis celebratius, quia publicum. Quis enim illa quotidiana enumeret, quæ in domesticis necessitatibus homines sentiunt, dum nullus cum fide affusus ad tumulum, exors redeat votorum. Superant illa cuiuscumque facundissimi facultatem eloquij, quæ nec colligi numero, nec queunt excipi scripto. Et profectò, si facilitas antiquorum hominum adiuuaret, iamdudùm elatus in altum Sanctus prædicaretur. Sed nostrorum incredulitas, quæ se cautelæ vmbraculo exornat, non vult miraculis fidem adhibere, etsi conspicia: oculo, etsi palpet digito. Ego me reum silentij timui fore, si certis auctoribus cognita tacurnitati addicerem, & notitiam studiosorum fraudarem. quî enim mihi assumam, vt inertes quique legant vel pro amore Sancti vel nostra, qui sancta fastidiunt Euangelia?

Multa alia isthic facta miracula.

a Anno 1113. ciuitas VVigornia cum principali ecclesiâ & omnibus aliis & castello, XIII. Kal. Iulij, feria 5. igne cremata est; *vt scribit VVigornienſis: qui tamen miraculi huius non meminit, vel quia id omissum à librario est, vel quòd alia fuerit fortassis conflagratio quâ id contigit. Et certè Florentij continuator an.* 1139. *magnam partem vrbis VVigornienſis combustam narrat à Gloccestrienſibus, quo tempore* BB. Osvvaldi & VVulstani *Præsulum imploratum patrocinium testatur. Cæterùm si an.* 1113. *conflagrauit ecclesia principalis, vt scribit Florentius, qui verum est, quod ait Godvvinus, ecclesiam à* S. VVulstano *ædificatam, eamdem esse quæ hodie extat, ita splendida & ampla, vt inter pulcherrimas augustissimasq; totius Angliæ censeatur? nisi si tectum fortassis solùm arsit, aut ornamenta quapiam, quæ deinde restaurata sint.*

b Natta *à Teutonicâ voce* natte, *id est,* matta, *aut* storea. *aliter Ranulphus:* Imò matta illa seruabatur illæsa, super quam orans solebat cubitare.

CAPVT V.

Post mortem gesta.

a S. VVulstani successor.

20 WLstano succesſit *a* Samson Canonicus Baiocensis, non paruæ litteraturæ vir, nec contemnendæ facundiæ, antiquorũ homo morum: ipse liberaliter

Ex VVILLELM. MALMESBVR.

raliter veſci, & aliis dapſiliter largiri: innoxius ad monachos, niſi quòd eis VVeſtberiam abſtulit, vbi VVlſtanus monachos poſuerat, & priuilegio ſanctitatis ſuæ muniuerat. Illud Sampſon dirupit, nec multis pòſt annis in eadem villâ, quâ culpam commiſerat, *b* exceſſit.

b

c 21 *c* Robertus Herefordenſis Epiſcopus, præ ceteris contemporaneis Epiſcopis ſanctiſſimi VVlſtani familiaritati deditus erat, quem & vicinitate præſulatus attingebat. Remotis ergo ſæpiſſimè forenſibus negotiis domeſticum illi contubernium præſtabat, delectatus vitæ illius puritate & innocentiâ; quem quamuis ante ſe extulerit, non tamen ſocialis amoris vinculum mors illius prolongata corrupit. *d* Decumbebat VVlſtanus VVigorniæ beato iam proximus fini; Robertus in curiâ inuitus dumtaxat regalia placita tranſigens. Aſtitit ipſi in viſu dicens omnino intelligibiliter: Si me vis videre viuum, feſtina venire VVigorniam, antequàm obeam. Quo viſo, petitâ à Rege licentiâ, venire feſtinabat concitus, nulli quieti ſiue die vel nocte indulgens. Metus enim pius præſagium, quod res firmauit, infuderat, ne non ſuperſtitem inueniret: longiuſculè enim fuerat curia.

S. VVulſtanus æger apparet Roberto Epiſcopo,

d

iterum poſt mortem, & euentura denuntiat.

22 Et iam in manſione proximâ VVigorniæ ſomno deditus, iteratò videt VVlſtanum dicentem: Nihil minus quàm pius amor poſcit feciſti: ſed fruſtratus es deſiderio tuo: iam enim migraui. tu modò, amice ſodalis, vitæ tuæ conſule, prouide ſaluti, quia non longas moras poſt me facies in hac luce. Et ne phantaſticâ viſione te credas illudi, ſignum accipe: Poſtquàm cras corpus, quod iam triduo tuum ſuſtinet aduentum, terræ mandaueris, dabitur tibi xenium ex parte meâ, quod meum eſſe cognoſces. Ita Pontifex expergefactus, viam peregit, VVigorniam venit, officium ſepulturæ impleuit, re omnibus relatâ.

Roberto cappa eius donatur.

23 Iamque vale dicto monachis, meditabatur diſcedere, calcitatumq; calcaribus equus opperiebatur, cùm Prior loci genibus eius reuerenter affuſus prætendit xenium dicens: Accipite Domine, ſi vobis placet, amatoris veſtri cappam agninis pellibus infultam, quâ indutus equitare ſolebat; quæ & longum veſtrum teſtetur amorem, & ſanctitatis Domini noſtri mereatur protectionem. Hoc ille audito, & munere recognito, impalluit, geliduſque cucurrit per oſſa tremor: ſtatimque dilatâ profectione, concionem monachorum acciuit in Capitulum, lacrymis & ſuſpiriis, quantum res exigebat, referens, quantâ veritate ſomnium & factum quadraſſent. Itaque omnibus ſuâ morte commendatâ, diſceſſit, de admonitione quidem lætus, ſed ſemper ſancto timore ſollicitus. Ianuario mediante VVlſtanus tranſiit, nec Robertus Iunium tranſcendit.

a *Hic à* S. Anſelmo, *anno* 3. *epiſcopatus eius, conſecratus eſt Londini, XVII. Kal. Iulij Dominicâ, an.* 1096. *vt ſcribit VVigornienſis, vnde refutes Godvvinum, qui an.* 1097. *id eo die ſcribit contigiſſe, cùm XVII. Kal. Iulij hoc anno non inciderit in Dominicam: at Dominicâ poſt ieiunium quarti menſis conſecratum conſtat ex Eadmero, qui aderat.*

b *Obiit Sampſon III. Nonas Maij, die Dominicâ, ann.* 1112. *ita Florentius.*

c *Sequentia ſunt ex cap. ſequ. de Epiſcopis Herefordenſibus.*

d *Eadem narrat Harpfeldius ſec.* 11. *cap.* 25.

ALIA VITA

Auctore anonymo,

edita à Io. Capgrauio, & Surio.

CAP. I.

Vita ante epiſcopatum.

VVolſtanus pius,

1 AMabilis Deo Wolſtanus in prouinciâ Wareuicenſi oriundus, & in monaſterio de Burgo litteris & officiis Eccleſiaſticis inſtructus, Miſſam morosè cantabat, aliaſque orationes adiiciens, ſolis fidelium oblationibus contentus erat. Hic virgo exiſtens, ſuperflui potus ſemper expers, eſui carnium indulſit: quibus tamen ſpernendis occaſio talis fuit: Die quadam cùm ad placitum quoddam exiturus, Miſſâ celebratâ cibum ſumere ſtatuit, appoſitâ igni aucâ, nidor aduſtæ carnis nares celebrantis oppleuit, odor mentem auocauit. Sed cùm diu reluctans, cogitationem auertere non poſſet, iuramentum ad Sacramenta quæ tractabat fecit, nullo ſe ampliùs pacto id genus cibi comeſturum. Completâ verò Miſſâ, impaſtus ad negotium diſceſſit.

caſtus,

eſu carnis abſtinet:

fit monachus:

a

auſterè viuit:

2 Seculo tandem relicto, in monaſterio Wigornienſi, in quo pater ſuus ſeruierat *a*, monachus effectus, per omnia penè loci officia gradiens, ad Prioratum aſcendit. Ieiuniis, vigiliis & orationibus iugiter indulſit: ſuper ſcamnum in eccleſiâ, libro, in quo orabat, capiti ſuppoſito, dormire conſueuit. Nocte autem quadam ante altare in eccleſiâ orans, dæmonem ad luctam eum importunè prouocantem, quamuis paſſione fatigatus, illum ter complectens proſtrauit. Apparuit autem illi in formâ ſeruientis cuiuſdam de curiâ, quem poſtmodùm quoties Wolſtanus videret expalluit, ad cetera ſemper timore vacuus. Affirmabat enim ſe neſcire, quid eſſet timor, qui pro fracturâ pontis equum numquàm deſcenderit; quin etiam in ſummitate fabricarum anguſtarum ſecurus incederet.

luctatur cum dæmone:

animo intrepidus:

3 Cùm matrona quædam pulcherrima, nobilis ac diues, in concupiſcentiam eius, inſano amore ac illicito decepta, in tantum vexaretur, vt tentationi reſiſtere non valeret, deſiderium ſuum ei aperit, ſuſpirando rogat & orat vt cubile ſuum, paullulùm *b* rigore poſtpoſito, ingredi dignaretur. Ille verò vocem funeſtam vlteriùs non ferens, ſed ſermone loquentis interrupto, & facto fronti crucis ſignaculo, dixit: Fuge fomes laſciuiæ, mortis filia, vas ſatanæ: alapamque mulierculæ tanto niſu impegit, quòd crepitus illiſæ palmæ circumquaque auditus fuit. Sicque alter Ioſeph muliebrem laſciuiam animo reſpuens, manu compeſcebat.

laſciuam feminam repellit:

b

4 Solebat autem ſedulâ deuotione omni Dominicâ populo verbum Dei prædicare: quem Frater quidam increpans, ſolius aſſeruit eſſe Pontificis prædicare, monacho ſilentium & clauſtrum competere. Cui Sanctus reſpondit: Verbum Dei non eſt alligatum, nihilque Deo gratius, quàm Chriſtum annuntiare, populumque ab errore viæ ſuæ reuocare; ideoque ſe non omiſſurum. Nocte ſequente Frater ille ad tribunal ignoti Iudicis in viſione ductus, & cur ſeruum ſuum obiurgaſſet, redargutus, in pauimentum iuſſus eſt ſterni & cædi. Lacrymæ verò in maxillis, & liuores euidenter in ſcapulis euigilantis apparuerunt. Cuius calamitate motus vir Dei, benedictionem ei dedit, & ſtatim ſanitas ei rediit, omneque doloris veſtigium conquieuit.

prædicat:

id reprehendêtem, celitus punitum ſanat:

5 Cùm quidam de campanili præceps rueret, Wolſtanus eminùs ſtans & intuens condoluit, & ſignum crucis oppoſuit: caſusque ruentis corpus non ſolùm non attriuit,

Crucis ſigno labentem ſeruat:

attriuit, ſed nec animum frigente ſanguine, vt ſolet, hebetauit. Surrexit incolumis, ſuæ temeritati imputans quòd cecidit, & VVolſtani ſanctitati quòd euaſit. Tribus in hebdomadâ diebus omnis cibi abſtinens, perpetuo linguam cohibuit ſilentio: reliquis tribus porros vel caules elixos & panem hordeaceum comedebat.

abſtinentiæ deditus.

a Deo *nempe, vt in primâ vitâ dictum.*

b *Capg.* rigore propoſito inflexo.

CAPVT II.

Epiſcopatus miraculo aſſertus.

a Fit Epiſcopus.

a 6..... Cumque electioni de ſe factæ ad conſentiendum minimè flecti poſſet, à viro Dei Wlſino, per quadraginta annos incluſo, acriter pro obſtinatiâ correptus, diuinóque oraculo perterritus, electioni conſentit.

b

7 b Cùm enim Wilhelmus Rex litteraturæ inſufficientiam & Gallici ſermonis imperitiam prætendens, Wolſtanum officio priuare niteretur, conuocato concilio, iubet Lanfrancus Archiepiſcopus venerabilem virum baculum reſignare cum annulo. Vir autem Dei nec vultu mutatus nec animo, erexit ſe, & virgam paſtoralem manu tenens, dixit: Verè, Domine Archiepiſcope, verè ſcio, quia nec hoc honore dignus ſum, nec huic aptus oneri, nec ſufficiens labori. Sciebam enim hoc, cùm me Clerus eligeret, cùm Epiſcopi cogerent, cùm me Dominus meus ad hoc officium inuitaret. Ipſe auctoritate Sedis Apoſtolicæ in meos humeros hoc onus refudit, & per hunc baculum, me Epiſcopali gradu inueſtiri præcepit. Nunc tu paſtoralem virgam exigis, quã non tradidiſti: officium adimis, quod non contuliſti. Et ego quidem inſufficientiam meam non ignorans, & huic ſanctæ Synodi ſententiæ cedens, reſignabo quidem baculum, ſed non tibi; ſed potiùs ei, cuius eum auctoritate ſuſcepi. His dictis, accedens ad tumulum S. Eduardi, & ſtans ante ſepulchrum, dixit: Tu ſcis, Domine mi,

In Synodo iubetur cedere Epiſcopatui:

c

quàm inuitus hoc c opus ſuſceperim, quoties ſubterfugerim, quoties me, cùm quærerer, abſentauerim. Fateor, inſipiens factus ſum: ſed tu me coëgiſti. Nam licet non deeſſet Fratrum electio, plebis petitio, Epiſcoporum voluntas, gratia Procerum; his tamen omnibus præponderabat tua auctoritas, tua magis vrgebat voluntas. Et ecce nouus Rex, noua lex, nouus Pontifex, noua iura condunt, nouas ſententias promulgant. Te erroris arguunt, qui iuſſiſti; me præſumptionis, qui conſenſi. Et tunc quidem falli potuiſti, vt homo; ſed numquid modò, coniunctus Deo? Non igitur illis, qui exigunt, quod non dederunt; qui cùm ſint homines, fallere poſſunt & falli; ſed tibi, qui dediſti, & iam deductus in ipſam veritatem, ignorantiæ vel erroris tenebras euaſiſti, tibi reſigno baculum: tibi curam eorum, quos mihi commendaſti, dimitto: tibi ſecurè eos committo, cuius ego merita non ignoro. Hæc cùm dixiſſet, eleuatâ paullulùm manu, in lapidem, quo ſanctum corpus tegebatur, baculum infixit, dicens: Accipe Domine mi Rex, & cui libuerit, trade illum. Et exutus Pontificalibus, inter monachos ipſe iam monachus ſimplex reſedit.

pedum paſtorale infigit lapidi ſepulchri S. Eduardi.

8 Admirabantur omnes, cernentes virgam lapidi immerſam, & quaſi radicibus vteretur, non moueri. Cumque baculum tentantes, nullâ ratione euellere poſſent, res defertur in Synodum, & d Gundulfus Roffenſis Epiſcopus à Lanfranco miſſus ad ſepulchrum accedens, cùm baculum nullatenus mouere valeret, Lanfrancus nouitate miraculi ſtupefactus, vnà cum Epiſcopis & Rege ad tumulum properans, factâ oratione, manum in vanum ad eruendum baculum appoſuit. Exclamat Rex, orat Pontifex, & ad Sanctum ait: Verè iuſtus Dominus, & cum ſimplicibus graditur, & cum humilibus ſermo eius. Deriſa eſt à nobis, frater, tua ſancta ſimplicitas: ſed eduxit quaſi lumen iuſtitiam tuam. Errauit in te iudicium noſtrum, & ſimplicitatem tuam Deo gratã omnibus propalauit. Auctoritate proinde, quâ fungimur, imò Diuino iudicio, quo conuincimur, curam, qua te inconſultiùs exuimus, iterùm tibi committimus, & imponimus. Ille autem impoſſibilitatem ſuam, & onus ſupra vires prætendens, aſſerit in loco ſancto miniſtrum ſanctum ſtatuendum. Victus tandem precum inſtantiâ, coram omnibus ad ſepulchrum acceſſit, e virgam manu tetigit, & mox manum eius ſecuta, ac ſi molli luto fuiſſet impreſſa, deſiliit. Lanfrancus ergo ad f pedes eius prouolutus, fatetur delictum, veniam implorat, dicens ſimplicitatem eius Deo acceptam & beneplacitam, qui ſapientiam huius mundi ſtultam facit, vt fortia confundat, & gratiam infundat humilibus. g

ex Capgravio.

ipſe id deinde reſumit.

e

f

g

dubium manet.

a *Patet hîc aliquid deeſſe. Surius ex Rogero Houedeno ſuppleuit.*

b *Mirum eſt hæc omiſſa à Florentio VVigornienſi; vix leuiter perſtricta à Malmesburienſi. Hoc Concilium poſt duo illa, quorum is meminit in VVindeſoram & Pedreda, habitum, & quidem in VVeſtmonaſterienſi cœnobio, vbi ſepulchrum erat S. Edvvardi Confeſſoris. Irritatus fortaſſis erat Thomas, quòd in priori concilio cauſsâ cecidiſſet. Harpfeldius in eodem concilio id geſtum ſcribit, in quo Stigandus redactus in ordinem eſt. At VVeſtmonaſterienſis an. 1074. id factum ſcribit:* B. VVlſtanus, *inquit,* per Lanfrancum Archiepiſcopum iniuſtè depoſitus, miraculosè reſtituitur *&c. Matthæus Paris an. 1075. Polydorus Virgilius 1078. Ranulphus:* Ferunt de iſto VVlſtano, quòd cùm ſeme VVillelmus Conquæſtor, litteraturæ inſufficientiam, & Gallici ſermonis carentiam prætendens, eum priuare intenderet, vt ſic aliquem Normannicum loco eius ſubrogaret; ille arrepto baculo paſtorali ad pedes S. Edvvardi Regis nuper defuncti acceſſit: in ſolidâ petrâ ita defixit baculum, vt à nemine auelli poſſet, donec ille ad Regis rogatum baculum reſumeret. Dixerat autem Regi dum baculum figeret: Melior te hunc mihi dedit, cui & retrado, auelle ſi potes.

c *Surius* onus *legendum monet.*

d *Hic monachus Beccenſis laudatiſſimus an.* 1070. Arnoſto, *ſiue* Erneſto, *mortuo, ſubrogatus eſt à Lanfranco, vt habet VVigorn. & Eadmerus. obiit* 7. *Martij* 1108. *ab ipſo S. Anſelmo ſepultus.*

e *Paris ſcribit VVlſtanum acceſſiſſe ad tumbam & dixiſſe:* Iam Domine mi Rex, cuius me commiſi iudicio, & cui baculum, quem commiſeras, reſignaui, quid nunc tibi placet oſtende. Seruaſti dignitatem tuam, purgaſti innocentiam meam: & ſi adhuc de me tua ſtat antica ſententia, redde baculum; vel ſi mutata eſt, cui tradatur oſtende.

f *Paris & Harpfeldius ſcribunt, Regem quoque veniam precatum.*

g *Addit Paris:* Tunc Rex VVillielmus amore cognati ſui S. Edvvardi inflammatus, ſanctiſſimum eius ſepulchrum auro & argento fabrefactum miro ſtudio decorauit.

CAPVT III.

Virtutes & miracula.

ſanat enervatum,

9 MVlierem quãdam à dæmonio vexatam, per camporum deuia ſpiritus impetu vagantem, ſuâ benedictione valetudini priſtinæ reſtituit, ac præcepit, vt non Wolſtanum, ſed Deum benediceret, virtutes amaret, pudicitiam non perderet, ne deterius ei aliquid contingeret. Mulier eius monita ſequens, in ſanctimoniali habitu placentem Deo vitam egit.

gumenam,

alium;

10 Dæmoniacus quidam, ferreis catenis poſti alligatus, tantâ vocum variarum confuſione locutus eſt, vt ex vno ore quaſi exercitum loqui crederes. Viſo autem Pontifice, totis intremiſcens membris, ſtridebat dentibus; patulo rictu ſputa euomens, magno hiatu obſtrepere cœpit. Tanto incommodo Sacerdos impalluit, & expanſis in cælum manibus orauit, & infirmus ſtatim conualuit.

leproſum;

11 Leproſus quidam viſu horridus, carne maculoſus, aquâ lotionis manuum ſancti viri in balneo poſitâ ſe lauit, & puſtularum continuò tumor reſedit, lethiferum virus effluxit, omniſque caro in puerilem puritatem breui refloruit; & impetigine & ſcabie capitis abolitâ, cæſaries capillis ſuccreſcentibus reformatur.

cæcutiem.

12 Gunnildis ſanctimonialis, Regis Haraldi filiæ, tumor infeſtus oculos inuaſit, & moles palpebrarum viſum obducens, maſsâ carneâ oppleuit: ſuſceptâ verò Epiſcopi ſancti benedictione, deiectis & erectis palpebris, lucem ſerenam Virgo conſequitur.

13 Elſinus Regis Eduardi quondam miniſter, ad

Ex Cap. GRAVIO. consecrandam ecclesiam Episcopum precibus aduocauit. Erat autem in cœmiterio arbor nucea, patulis frondibus vmbrosa, quæ luxuriante ramorum amplitudine luminibus officiebat ecclesiæ. Solebat autem vir ille aleis & epulis sub eadem arbore vacare: & cùm iussisset eam Episcopus abscindi, maluit ecclesiam nō dedicari, quàm arborem inde penitùs deponi. Vir ergo sanctus maledictionis iaculum in arborem offensus intorsit,& illa quasi vulnerata, paullatim sterilescens, radicitus exaruit, & fructu caruit. Exacerbatus inde dominus, eam abscindi iussit, & dixit: Nihil VVolstani maledictione amarius, nihil eius benedictione dulcius poterit inueniri.

Arborem maledictione exsiccat.

Quosdam à naufragij periculo liberat absens.

14 Cum quidam de Angliâ versùs Hiberniam nauigarent, mutatâ cæli clementiâ,flauit spiritus procellæ, inhorruit fragor ventorum, factaque est tempestas valida. Diruptis rudentibus & malo effracto, inuocato S. VVulstani suffragio, quidam in eius effigie apparens armamenta consolidat, rudentes coaptat, & vt animos reuocarent exhortans, erigerent antennas, quia tranquillitatem daturus esset Dominus. Et confestim serenitate redditâ, mare tranquillum efficitur.

Ornatum vestium respuit:

15 Vilioribus indifferenter vtebatur pellibus, magis tamen agninis frigus depellens. Vnde & cuidam suggerenti, vt pelles saltem catinas admitteret, ait: Crede mihi, cantari non audiui, Catus Dei, sed Agnus Dei: ideò agno volo calefieri. Legebantur ad mensam eius ædificationum libri, cunctis interim summum præstantibus silentium. Quiete verò epulis datâ, vt cælestem impartiret alimoniam, quibus ministrauerat corporalem, lectionem patriâ linguâ exponebat.Cùm verò post prandium secundùm morem potus porrigeretur,ipse aquam puram, solo ministro conscio, sumere consueuit. Primis quidem annis meram hauriebat aquam; confectus senio, vino vel cereuisiâ mixtâ.

parcus potionis:

familiæ curam gerit:

16 Disciplinam domus suæ tam in laicis quàm in clericis seuerissimè exercens, legem statuit, vt omnes tam Missæ quàm omnibus Horis interessent. Custodes ad hoc constituit, vt nullum impunè ridere sinerent: alioqui aut potu eo die caruit, aut palmâ ictum ferulæ excepit. Laicum nullum de suis quoquam misit, cui non preces septies in die dicendas iniungeret, hoc asserens, vt sicut clerici septem Horas, ita laici septem orationes Deo libarent.Si quis ante eum iuraret,statim ferulæ vindicta sequebatur. Indignè ferebat,si quis coram eo aliorum vitam roderet, vel carperet mores; quoniam hoc summæ malitiæ deputabat.

noctu orat,

17 Noctibus autem post modicum somnum surgens, psalterium dicebat; nonnumquàm solus, ne aliorum quietem impediret; quandoque cum socio, quem ceteris vigilantiorem deprehendit. Et cùm somnolentiam cuiusdam Fratris nutu nocte quadam argueret, & ille oscitabundus & inuitus resideret, cùm corpus quieti daret, magnâ vi per visum concussus,flagris cæsus, inconsultæ temeritatis pœnas pertulit. Dat postremò fidem, quòd numquàm vlteriùs virum Dei à bono opere impedire præsumeret.

& in itinere,

18 Missas duas ad minus quotidie audire, & ipse tertiam cantare solebat. Ascensò equo, psalterium incipere, nec pausam nisi ad finem facere consueuit. Eius cubicularius præstò eleëmosynam deferebat, nulli egenti denegatam. Vbicumque iaceret, staret vel ambularet, semper in ore psalmus, semper in corde Christus.In singulis villis suis habebat ædiculas, in quibus se à manè post Missam inclusit, donec Clericus pulsatione ostij, tempus prandij vel Horarum nuntiaret. Quando erat VVigorniæ, Missam maiorem loco hebdomadarij quotidie ferè cantabat, à quo, *a* vt dixi, officio pro episcopatu resignando noluit absolui.Collationi monachorum interfuit, & confessione dictâ, & benedictione datâ, ad sua rediit.

semper pietati intentus.

a

Ecclesiam nouam construit.

19 Dum semel monachi sui ad maiorem ecclesiam migrarent, quam ipse construxerat,& videret ecclesiam antiquam destrui, quam S. Osvvaldus construxerat, lacrymas fudit. Super quo modestè redargutus, quòd potiùs gaudere deberet, quòd se superstite tantus honor Ecclesiæ suæ accidisset, quòd multiplicatis monachis ædificia augerentur,dixit:Ego longè aliter intelligo,quòd nos peccatores & miseri opera Sanctorum destruimus, vt nobis laudem comparemus. Non nouerat illa ætas pompatica construere, sed sub qualicumque tecto seipsos Deo immolare, subiectosque ad exemplum attrahere. Nos è contrà nitimur, vt curam animarum negligentes cumulemus lapides.

Nolentem inimico ignoscere; tertiò à diabolo arreptũ, tertiò sanat.

20 Dum semel S. VVolstanus sermonem de pace faceret, & multi ad concordiam redirent, vnus inter eos nullo suasu, nec etiam Episcopi rogatu, pro fratris nece homicidæ veniam petenti indulgere voluit.Huic in medium adducto, dixit Episcopus: Beati pacifici,quoniam filij Dei vocabuntur. Constat enim, quòd pacifici, sunt filij Dei & beati; discordantes, sunt miseri & filij diaboli. Illi igitur, cuius es, te committo, & trado carnem tuam satanæ. Statim ille mancipium hostile effectus, dentibus stridere, spumas iacere, caput rotare cœpit. A VVolstano demum sanatus, cùm pacem adhuc repudiaret, iterum & tertiò arreptus est, quousque ex corde iniuriam & offensam remitteret.

a *Hinc videtur coniici posse hanc vitam ex aliâ prolixiore contractam.*

CAPVT III.

Vaticinia. mors. miracula.

Prædicit cuidã futura;

21 Ailvvinus quidam apud saltum Maluerniæ anachoreticè degens,desiderio Hierosolymitani itineris sæpius afflatus erat. Quod cùm VVulstano panderet, dissuaduens Episcopus, dixit: Desiste, sodes, Ailvvine: crede mihi,mirareris, si scires quæ per te Deus facturus sit. Acquiescens ille,in loco illo ad numerum tricenarium monachos congregauit, & Maluerniæ monasterium fundauit.

alteri eum futurum monachũ;

22 Quidam nomine Fevvlfus, dum sæpius eadem peccata Episcopo panderet, ait Episcopus: Opportunitas, vt video, latronem facit; ideò consulo vt monachus fias: & sic vitiorum importunitate carebis. Cùm verò ille pro rigore ordinis hoc renueret, Vade, inquit, monachus fies, velis nolis. Tandem ille senescens, & apud Malmesbiri tonsuratus,quoties dictum VVolstani menti ingessit, mitiùs se habuit.

a puero caluitium, quod ad tempus impedit.

23 Dum alumni sui Nicolai caput palparet, qui iam iuuenis *a* caluescere cœpit, ait ad eum: Puto, fili, quòd citò caluus eris. Et ille: Quare Pater non tenes crines meos? Cui Episcopus: Crede fili, quamdiu vixero, resides non deficient. Et factum est ita. Hebdomadâ namque illâ quâ Episcopus obiit, omnes capilli eius ita euanuerunt, vt quasi nudam cutem relinquerent.

b Moritur.

24 Anno autē Domni *b* millesimo sexagesimo septimo, Episcopatus sui tricesimo quarto, ætatis suæ octogesimo septimo, quarto decimo Kalend. Februarij defunctus seculo, viuere cœpit in Christo. Annulus autem, quem in consecratione acceperat, multis annis digito eius hærere non potuit, & crebrò lapsus, numquàm amissus fuit. Quippe caro digitorum ita exinanita fuerat, vt vix pellicula ossibus inhæreret. Fertur enim sæpius ipsum dixisse: Annulum, quem sine ambitu susscepi, inseparabilem mihi in humum portabo. Post obitum eius quidam annulum digito subtrahere in vanum tentauerunt: ita enim pellis plena, protuberantes articuli, neruorum integritas restituta videbantur mortuo, quæ præ abstinentiâ exinanita fuerant viuo. Elapsis autem post obitum eius annis *c* centum,dum transferretur corpus eius, & in scrinio pretioso collocaretur, repertum est vnà cum vestimentis Pontificalibus integrum & incorruptum.

Annulus mortuo auelli nequit.

c Corpus post 100. annos incorruptum.

25 Inter multa verò miracula pro famulo suo à Deo patrata, mulierem quinque annis incuruatam ac inclinatam,

Miracula:

natam, humiq́ue accliuem, curauit, linguam pueri à nouercâ abſciſſàm reparauit: cæcos quinque illuminauit; dæmoniacos quinque ſanauit: mutis quatuor loquelam reddidit: mortuos tres reſuſcitauit: leproſos duos mundauit: & hydropicis duobus ſanitatem contulit. Infra triduum vice quadam triginta quinque variis morbis oppreſſi, ſalute conſecutâ, gratias Deo & Sancto eius referebant.

Item alia.

26 Oculos iuuenis cuiuſdam, ab æmulis effoſſos, & in campum proiectos ſanauit. Non autem illi proprios reſtituit, ſed nouas & modicas in foſſarum profunditate pupillas tamquàm duas poſuit prunulas, & quas varias habuit à naturâ, nigras recepit ex gratiâ. De die autem in diem vſque ad quantitatem competentem creuerunt. Teſticuli eiuſdem iuuenis ab eiſdem æmulis à follibus ſuis eruti & præciſi, longiuſque proiecti, eidem ſunt reſtituti; vulneraq́ue omnia, diuerſis corporis locis recepta, in momento ſunt curata. Iuuenis iſte, Thomas nomine, cùm pecuniam multam congregaſſet, quædam domina mutuò pecuniam ab eo recepit, & tandem ad fornicandum cum ipsâ allexit. Qui tandem compunctus, cùm dignè pro commiſſo ſatisfeciſſet, illa contemptam ſe dolens, & repulſam erubeſcens, quemdam iniquum & malefactorem in maritum aſſumpſit, & ad ſupradictum opus nefarium eum ſuâ inſtigatione allexit. Ex VARIIS.

a *Ranulphus* caneſcere: *mendosè vt ex ſequentibus patet.*

b *Fœdus error: Lege* 1095. *nec aliter auctor ſcripſit; ſecum alioquin ipſe pugnaret, non modò cum Florentio qui pleriſque VVulſtani rebus interfuit. Nam quî poteſt à Lanfranco de eo in ordinem redigendo mota eſſe quæſtio, vt cap.* 2. *dicitur, ſi anno* 1067. *obiit, quarto anno antequàm ipſe Lanfrancus Archiepiſcopus fieret. Quod mirum eſt non animaduerſum à Gerardo Ioanne Voſſio.*

c *Ergo hic auctor multò Florentio eiuſq́; continuatore & Malmesburienſi iunior eſt. Facta eſt Tranſlatio, vt ſuprà diximus,* 123. *annis à morte, anno* 1218.

DE S. HENRICO MARTYRE

EPISCOPO VPSALENSI IN SVECIA.

CIRCA AN. MCL. XIX. IANVAR.

S. Henrici Vpſalenſis Epiſcopi natalis.

1 Diuus Henricus ſeptimus Eccleſiæ Vpſalenſis Epiſcopus fuit, totiuſque Finlandiæ Apoſtolus & Patronus; cuius eximia pietas publico cultu conſecrata. *ita Ioannes Magnus Gothus lib. 1. de vitis Pontif. Vpſal. cuius & ipſe Sedis Epiſcopus erat. Eſt* Vpſala *Sueonum metropolis, Regum quondam Sedes, qui nunc* Stocholmiæ, *haud inde procul, degunt. At* Finlandia, *aliis ipſiq́; Plinio* Finningia *dicta, (etſi pleraq; exemplaria* Einingia *habent) peninſula eſt vaſtiſſima,* Codano ſinu *quà versùs medium diem Liuoniam, quaq́; ad Occaſum Sueciam reſpicit, præcincta;* Finnis, *ſiue* Fennis, *bellicoſis hominibus habitata.*

2 *Colitur* S. Henricus *officio duplici XIX. Ianuarij, vt patet ex veteri Miſſali Suedico, quod penes nos eſt, in quo Miſſa propria extat, inq́; eâ ante Euangelium hymnus de illo rhythmicus, quem* ſequentiam *vocant. De eo Molanus in Addit. ad Vſuardum:* In Sueciâ B. Henrici Archiepiſcopi Vpſalenſis & Martyris anno 1151. qui conuertit Finlandos. *Eum quoque memorant Carthuſiani Colonienſes in Addit. ad Vſuard. Martyrologium Anglicanum, Caniſius, Ferrarius, Galeſinius; ſed enorme in hoc mendum corrigas oportet:* Vpſali in Suetiâ, *inquit,* S. Henrici Epiſcopi & Martyris. Is Anglus, Vpſalenſis Eccleſiæ Epiſcopus factus, vnà cum Henrico Suetiæ Rege, viro ſanctiſſimo, in Belgas fidei propagãdæ cauſsâ profectus, eius rei nomine à nefario quodam homine contrucidatus eſt. *Quæ alia regio Europæ florentior tunc erat Chriſtianæ pietatis laude, quàm Belgica noſtra, cuius varij Dynaſtæ victricia per Syriam aliaſq; Orientis prouincias arma circumferebant?* Finnos *ſcribere voluit Galeſinius, &* S. Ericum *Regem, non* Henricum.

Galeſinius correctus.

3 *MS. Florarium XX. Ianuarij S. Henrici natalem ſignat:* Natale S. Henrici Vpſalenſis Archiepiſcopi & Martyris. *rurſumq́; XIII. Decemb.* In Suetiâ depoſitio S. Henrici Epiſcopi. *Aſt XVIII. Iunij in antè ſcripto Miſſali Suedico agitur eius Tranſlatio officio duplici.* Sepultus eſt, *inquit Ioannes Vaſtonius in Vite Aquilonià,* in loco Finlandiæ, qui Nouſis dicitur, cuius cenotaphium plurimùm illuſtrauerat Epiſcopus Abogenſis Ioannes Petri ſub anno Domini 1370. Caput tamen & brachia Abogiæ viſuntur, nunc ferro, olim etiam argento incluſa per Epiſcopum Abogenſem Olaum Tunaſam. Relatus eſt in numerum Sanctorum ab Adriano IV. anno 1158. quo tempore facta eſt Sedes Epiſcopalis ab eodem Pontifice, cùm anteà fuiſſet Eccleſia Reuelamicenſis primaria. *Eſt* Aboga, *ſiue* Aboa, *vulgò* Abo, *Finlandiæ Epiſcopalis ciuitas in Meridionali eius plagâ, quà ad Occidentem vergit.* Nouſis *in Occidentali eodem latere, ſed Borealior.*

S. Henrici Tranſlatio;

reliquiæ;

4 *Queritur Ioannes Magnus, libro antè ſcripto de Epiſcopis Vpſalenſibus,* S. Henrici tumbam, in quâ ſacroſanctæ eius reliquiæ conditæ erant, ablatam & profanatam *ſuo tempore,* abiectis quàm indecenter ſanctiſſimi Martyris cineribus, in quibus habitare dignatus eſt Spiritus ſanctus; à quibus *in eam prouinciam* fluxerant diuina eloquia; à quibus tot virtutes & miracula facta. *Pluribus in eam Finnorum ingratitudinem & impietatem inuehitur.*

ab hæreticis violata;

5 *Vitam S. Henrici deſcripſerat Roſvveydus noſter ex MS. monaſterij S. Pauli in Soniâ ſiluâ, ſiue Rubeæ-vallis, Canonicorum regularium; vnde eamdem acceperat vulgaratq́; in Vite Aquilonià Ioannes Vaſtonius. Auctor Henrici æqualis non fuit, qui num. 10. ordinis Minorum meminerit. Agit de* S. Henrico Baronius *tom. 12. an. 1148. Thomas Boſius de ſignis Eccleſiæ lib. 4. cap. 1. Olaus Magnus lib. 4. cap. 18. Ioannes Magnus hiſtoriæ Gothorum lib. 19. cap. 3.* Vitæ.

VITA

Ex MS. monaſterij Rubeæ-vallis.

1 Regnante illuſtriſſimo Rege *a* S. Erico in Suetiâ, venerabilis *b* Pontifex B. Henricus de Angliâ oriundus, vitę ſanctitate conſpicuus, & neruorum honeſtate præclarus, Vpſalenſem regebat Eccleſiam. Quibus quaſi duobus magnis luminaribus populus terræ illius ad veram Dei notitiam & cultum magis magiſque illuminabatur iugiter & informabatur. Sanctus autem Rex inſignem Pontificem vitâ & moribus, Eccleſiaſticæ dignitatis culmine præpollentem, veri amoris complectebatur affectu, & ſpeciali familiaritatis gratiâ plurimùm honorabat.

a

b

S. Henricus Vpſalenſis Epiſcopus,

S. Erico carus,

2 Felix patria, quam diuina maieſtas conceſſerat talium ac tantorum rectorum, eo tempore, moderamine gubernari. Non erat tunc timendum, quòd regnum in ſe diuiſum diſſecatione ſuâ deſolaretur; dum ad gloriam Dei, & iuſtum tranquillumq́ue regnum ſubditorum, capita populorum tam concorditer conuenirent. Ædificabatur illo in tempore Eccleſia creſcens in templum Dei: rectificabantur *c* leges, quas ſimplex antiquitas vel minùs rectè cõdiderat, vel peruerſitas malignorum obliquauerat: ſtudebatur paci & iuſtitiæ ſubditorum: lupi rapaces dentes venenatos in inſontes acuere non audebant, cùm Rex ſedens in ſolio ſuo intuitu ſuo omne malum diſſiparet, & bonus paſtor viriliter ſuper cuſtodiam gregis ſui vigilaret.

regno vitæ lus;

c

3 Cùm verò plebs Finlandiæ, tunc cæca & crudelis gentilitas, habitantibus in Suetiâ grauia damna inferret; ſanctus Rex Ericus aſſumpto ſecum ex Eccleſiâ Vpſalenſi *d* B. Henrico Præſule, collecto exercitu contra nominis

Finnis à S. Erico victis prædicat:

d

Ex mss. minis Christi inimicos expeditionem dirigit. Quibus potenter fidei & suo dominio subiugatis, baptizatisque plurimis, & fundatis in partibus illis Ecclesiis, ad Sueciam cum gloriosâ victoriâ remeauit. Beatus autem Henricus vineæ Domini cultorem & custodem se diuinitus constitutum considerans, ad irrigandum imbre cælestis doctrinæ nouellas neophytorum plantulas, ad corroborandum Dei cultum in partibus illis audacter remansit; non intuens sese quibuslibet aduersitatibus exponere, vt posset gloriam Dei dilatare. O quantus fidei feruor, quantus diuini amoris ardor altare aureum deuotissimi Pontificis accenderat; qui postpositis opulentiis rerum, & amicorum solatiis, ac Vpsalensis Archipræsulatus sede sublimi, pro paucorum & pauperum ouium saluatione multis se mortis periculis exponebat; illum nimirum imitatus pastorem, qui relictis nonaginta nouem ouibus in deserto vnicam errantem sollicitè requisiuit, & inuentam ad ouile propriis impositam humeris reportauit.

Occiditur ob censuram Ecclesiasticam homicidæ intentatã.

4 Cùm verò ædificationi & confirmationi Ecclesiæ Finlandensis prudenter & fideliter insudaret, accidit vt homicidam quemdam ob ipsius facinoris enormitatem vellet corrigere disciplinâ Ecclesiasticâ; ne facilitas nimia veniæ incentiuum delinquendi præberet. Quod salutis remedium vir ille sanguinum contempsit, & in suæ damnationis augmentum conuertit, odio habens eum salubriter arguentem. In ministrum itaque iustitiæ ac suæ salutis zelatorem funestus insiliit, ipsumque crudeliter trucidauit. Sicque Sacerdos Domini acceptabilis hostia diuinis oblata conspectibus, pro iustitiâ occumbens, templum supernæ Ierusalem cum gloriosâ palmâ triumphi feliciter coronatus introiuit.

e Mors eius celitus vindicata:

5 Postmodùm ille sceleſtus viri Dei occisor tollens de capite sancti Pontificis *e* birretum, quod gestare consueuerat, imposuit capiti suo: & regressus domum, ac de commisso flagitio se iactitans præsumptuosè quòd vrsum prostrauisset, per hoc significans occisionem beati viri, lætabatur quòd malè fecisset, & exultabat in rebus pessimis. Dum autem birretum, quod in suo capite posuerat, amouere tentaret, cutis & caro birreto adhæserunt, & illa insimul à testâ capitis amouebat. Congrua profectò diuinæ vltionis vindicta; vt tali pœnâ miserabiliter torqueretur, qui non est veritus Christum Domini truculenter impetere, & occisum spoliare.

Reliquiæ repertæ.

6 Defuerat corpori sancto digitus annularis, per sicarium illum nefariè, dum promiscua vulnera infligeret, amputatus: nec facilè propter niuium copiam, (brumali enim tempore scelus commiserat) etiam adhibito studio reperiri poterat. Verùm ineunte vere, niue circumquaque & glacie resolutâ, indicio corui crocitantis, volucris alioquin cadaueris nimiùm appetentissimæ, vt huius miraculi vis maior effulgeret, proditus ac religiosè de terrâ sublatus & asseruatus est.

Eius meritis suscitatus mortuus,

7 In villâ Kaysalum pater & mater, cùm filium mortuum parturiret, & præpararent ad inuoluendum, B. Henrici patrocinium inuocabant. Cumque Sancto pro eo fecissent votum; qui iacebat mortuus mox reuixit.

item alia.

8 Filia Anthonis de Banio, Lucia nomine, cùm defuncta à parentibus plangeretur, ad inuocationem B. Henrici subitò restituta est vitæ pariter & saluti.

depulsa ægritudo,

9 Mulier quædam per trienniũm languore graui detenta, S. Henricum inuocauit: & sine morâ plenè conualuit.

dolor capitis:

10 Frater quidam Ordinis Minorum, Sacerdos & prædicator officio, per sex annos passus est dolorem capitis vehementer. Qui in profesto B. Henrici votum fecit, quòd si à passione illâ liberaretur, ante corpus Sancti in signum gratiæ sibi factæ caput de cerâ factum suspenderet, ac Martyrem deinceps in reuerentiâ maiori semper haberet: qui à longo languore fuit protinus liberatus.

contracta sanata:

11 Quædam mulier habens vnum pedem grauiter contractum, vouit peditando visitare reliquias B. Henrici, si tamen meritis eius curationis beneficium obtineret. Quæ mox ab illâ contractione fuit misericorditer sanata.

cæca illuminata.

12 Quædam mulier grauem cæcitatem passa per annum, peregrinationem vouit: & inuocans S. Henricum, visum recepit.

Mortua suscitata.

13 Cùm filia primogenita seruitoris cuiusdam Ecclesiæ letali infirmitate laboraret; pater dolens diuersis Sanctis pro curatione filiæ suæ votum fecit: nec affuit remedium. Cùm autem filiam ad terram deposuisset mortuam, præ fatigatione ac mœrore velut obdormienti, quædam persona spectabilis ei in visione dixit: Quare non inuocas S. Henricum? Cui euigilanti quædam mulier prouectæ ætatis, quæ assistebat, dixit: Fac votum S. Henrico, ipse enim vult habere votum tuum. Vouit ille, quòd filia sua annis singulis semper vigiliam ipsius Martyris ieiunaret, & corpus S. Henrici cum oblationibus visitaret; & ipse ac mater puellæ vsque ad annos discretionis ipsius puellæ pro eâ votum compleret. Quo voto facto surrexit puella, sanitati plenæ restituta.

f mare sedatum.

14 Quidam homines in capturâ *f* phocarum in medio maris existentes, quassati nimiâ tempestate, personarum perditionem, & amissionem rerum timentes, S. Henricum inuocauerunt. Et continuò tranquillitas facta est in mari, & ipsi mortis periculum euaserunt.

punitus blasphemus, deinde sanatus, g

15 Gudmundus famulus Domini Alnensis cùm venisset in *g* Westgotiam ad Sacerdotem quemdam, & serò post cœnam bibisset memoriam S. Henrici, Sacerdos hoc audiens derisit, & dixit: Si ille est Sanctus, irascatur mihi, si potest. Sequenti verò nocte iacens in lectulo, nimio cœpit cruciari tumore corporis & dolore: & intelligens ob derisiones quam optauerat aduenisse iram, prædictum Gudmundum vocauit: & votum fecit, quòd vigiliam eius celebraret omnibus diebus vitæ suæ. Qui continuò fuit meritis S. Henrici viri Dei liberatus.

16 His & aliis quamplurimis signis & prodigiis mirificauit Dominus Sanctum suum, & colendum ac venerandum exhibuit vniuersis.

a S. Erici *Regis & Martyris acta dabimus* 18. *Martij.*

b *A* Nicolao Anglico, *qui pòst* Adrianus IV. *Pontifex fuit, tunc* Eugenij III. *Legato consecratus est* S. Henricus *anno* 1148. *vt Ioannes Magnus lib.* 18. *cap.* 18. *atque ex eo Baronius ad eum annum num.* 40. *Ex Angliâ in Suetiam venisse eum* pro lucrandis Christo animabus *scribit idem Magnus lib. de Pontif. Vpsal. & in histor. Goth.* summæ eruditionis Pontificem *vocat.*

c *Leges* S. Erici *laudat Io. Magnus*, ad quas, *inquit*, etiam nostris temporibus iniustè oppressi, perinde atque vnicum innocentiæ suæ præsidium confugiunt: tametsi nimis frustrà ab illis Leges aliquas implorant, qui præter violentiam & rapinas nihil aut parum didicerunt: qui tamen non rarò suam tyrannidem Diui Erici legibus perperàm adductis confirmare non erubescunt. *Leges S. Erici,*

d Ad cuius, *inquit Magnus*, consilia & pias exhortationes pius Rex omnem vitæ suæ cursum ordinauit. *& paullò pòst:* Inter cetera autem piæ exhortationis consilia Henricus animum optimi Regis ad illam magnam & memorabilem militiam in Finlandos idololatras, pro dilatandâ fide Christianâ induxit.

e *id est*, pileolum.

f *id est*, vitulorum marinorum.

g *id est*, occidentalem Gothiam, *vbi* Scara *vrbs Episcopalis.*

XX. IANVARII.

SANCTI QVI XIII. KAL. FEBR. COLVNTVR.

S. Clemens Presbyter, Lugduni in Galliâ.
S. FABIANVS Papa, Martyr Romæ.
S. Baſſus, S. Euſebius, S. Eutychius, S. Baſilides, } Martyres.
S. SEBASTIANVS, Defenſor Eccleſiæ Romanæ, Martyr.
S. Neophytus Martyr, Nicææ in Bithyniâ.
S. Innas, S. Pinnas, S. Rimmas, } Martyres.
S. Leontius, S. Cyriacus, S. Vitus,
S. Cendeus, S. Vrſus, S. Florus, S. Felix, S. Marcia, S. Chelidonia, } Martyres, Nicomediæ.
S. Cyriacus Martyr, Niuiduni.
S. Euthymius Magnus, Abbas prope Hieroſolymam.
S. Petrus Telonarius, Conſtantinopoli.
S. Fechinus Abbas, Fourrij in Hiberniâ.
S. Maurus, Epiſcopus Cæſenæ in Italiâ.
B. Benedictus Eremita Ord. Vallis-vmbroſæ, in Etruriâ.

PRÆTERMISSI VEL IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Honorati Epiſcopi Arelatenſis Tranſlatio *hoc die facta traditur, & refertur à Sauſſaio in Martyrologio. De eâ egimus poſt eius vitam* XVI. *Ianu.*

S. Marius, S. Martha, S. Audifax, S. Abachum, Martyres Romæ. *Vſuardus, Ado, Rabanus, Notkerus, & alij. Eorum ſolennitas ob SS. Fabiani & Sebaſtiani feſtiuitatem præoccupata, agitur* XIX. *Ianu.*

S. Henricus Epiſcopus Vpſalenſis in Sueciâ, Martyr. *MS. Florar. De eo egimus* XIX. *Ianu.*

S. Polychronius Martyr. *Carthuſiani Col. in auctario ad Vſuardum. Celebratur* S. Polychronius Epiſcopus & Martyr in Perſide, XVII. *Febru. alius* Preſbyter & Martyr VI. *Decembris. an alteruter horum ſit, haud nobis liquet.*

S. Irenes eccleſiæ Conſtantinopoli Encænia *celebrata hoc die, vt ex S. Marciani magni Oeconomi vitâ patet* X. *Ianu. cap. 5. num. 21.*

S. Theophorum Confeſſorem in Palæſtinâ *habet Ferrarius, citatq; Menologium Græcorum; ſed perperàm illud intellexit: eſt enim* S. Euthymius Magnus, Theophorus, *ſiue* Deifer, *appellatus.*

Dagobertus I. Rex *pijſſimus, refertur hoc die à Molano, ſed ſine* Sancti *titulo; neque is ab Eccleſiâ hactenus illi attributus, vt* XIX. *Ianu. diximus.*

Lucidus Ficoclenſis Epiſcopus *refertur hoc die à Menardo, ſed titulo tantùm* Venerabilis; *licet lib. 2. Obſeruat. diſertè* Beatum *appellet. & fuit verè illius felix obitus, quem Ioannes Diaconus narrat lib. 4. Vitæ S. Gregorij cap. 50. & 91.*

Chriſtianus ſecũdus Abbas monaſterij Scotorum Herbipoli, *à Dauide Camerario etiam* Sanctus *appellatur, referturq; hoc die. ab aliis laudatur, ſed à nemine, quem quidem legerimus, in albo Sanctorum conſcribitur.*

Daniel tertius Abbas Camberonenſis in Hannoniâ, *refertur hoc die ab Arnoldo Raiſsio in Auctario ad Natales Molani, & Chryſoſtomo Henriquez in Menologio, & ab hoc* Beatus *appellatur. Sauſſaius* Pius *accenſet.*

Deſiderius Morinorum in Belgio Epiſcopus, *ab eodem Raiſsio* Beatus *nuncupatur. Nobis id non conſtat. Quandoque tamen ad eius &* Danielis Abbatis *ſepulchrum candelæ à quibuſdam, quaſi ad publicam venerationem, accenſæ ſunt, in monaſterij Camberonenſis eccleſiâ, vbi ambo iacent.*

Galterius Abbas Ciſtercij XIX. *refertur hoc die in Kalendario SS. & BB. Ord. Ciſterc. & in Menologio Chryſoſtomi Henriquez, atque vtrobique* Beatus *appellatur. Sauſſaius inter* Pios *tenſet.*

Caducanus Epiſcopus Benchorenſis in Walliâ, *hoc die commemoratur* Beatuſque *ſcribitur à Ferrario; à Chryſoſtomo Henriquez* XVII. *Iunij* Beatus, *à Dauide Camerario* XX. *Iunij* Sanctus. *Vir fuiſſe traditur eruditus & pius, & Gregorij IX. Pont. Max. permiſſu abdicaſſe epiſcopatum, ac monaſticam vitam egiſſe in cœnobio Durenſi, ſiue Dorenſi, vulgò Dovvre, in Hereſordienſi Comitatu ad Dorum flumen, at nemo tradit, antiquitus Sanctis adnumeratum.*

Smaragda, *ſiue* Euſtochium, Meſſanenſis virgo ſanctiſſima, *hoc die obiit anno 1491. feriâ quintâ, vt teſtatur Marcus Vlyßipponenſis Chronic. Ord. Minor. par. 3. lib. 7. cap. 7. & Cæſar Lanza Eques Meſſanenſis in eius vitâ, quam Italicè edidit anno 1605. ac* Beatam *vterque appellat, vti & Bzouius in Annalib. Sylueſter Maurolycus in Oceano Relig. Octauius Caietanus noſter, Ferrarius in generali Cat. hi duo 22. Ianu. eam referunt, Arturus Monſtierius in Martyrol. Franciſc. 13. Decemb. Nobis necdum compertum eſt an Caluum honores ei ab Eccleſiâ decreti ſint, etſi plurima illius narrentur miracula. Vitam Latinè ſcripſiſſe traditur Franciſcus Maurolycus, quam necdum vidimus.*

S. Eugenius, S. Candidus, S. Valerianus, S. Acylas, *ſiue* Aquila, Martyres. *Menæa. in quibus, ni fallimur, iidem omnino, eademq; paſſi memorantur, vti & in Molani ad Vſuardum auctario* XXI. *Ian.*

S. Meinradus anachoreta Augienſis. *MS. Kalendarium SS. Ord. S. Benedicti. De eo agemus* XXI. *Ianu.*

S. Vincentius in Hiſpaniis. *MS. Martyrol. S. Hieronymi. Eſt is fortaſsis celeberrimus ille, de quo* XXII. *Ian.*

S. Ioannis Chryſoſtomi ſecundum exilium. *MS. Florarium. an id hac die illi irrogatum ſit, diſquiremus ad eius vitam* XXVII. *Ian.*

S. Tarſius, S. Leucius, S. Gallinicus, *MS. S. Hieronymi. Infrà, cùm de* S. Cyriaco *Neapolitano eſt ſermo, coniectamus hos eſſe* Thyrſum, Leucium, Callinicum, *de quibus* XXVIII. *Ianu.*

S. Marcia, mater SS. Marcelliani & Marci *refertur hoc die à Siluano Razzio tom. 1. de ſanctis mulieribus. De eâ agitur in Vitâ S. Sebaſtiani. Colitur* II. *Iulij.*

Crucis viuificæ pars hoc die Gandauum allata *anno 1187. atque in S. Michaëlis æde collocata. Mentionem eius faciemus, cùm de Exaltatione eiuſdem ſanctæ Crucis agemus*

Ex variis. *mus* XIV. *Septemb.* S. Elfleda Virgo, Rumſeienſis in Angliâ Abbatiſſa, *refertur hoc die in Martyrologio Anglicano & Ferrario. Obiit, quo die eam quoque Menardus conſignauit* XXIX. *Octob.* S. Solutor, S. Aduentor, S. Octauius, } Martyres è Legione Thebæâ *commemorantur hodie à Molano, Bellino, Ferrario, Galeſinio, Maurolyco, Felicio. De iis agemus cum Martyrol. Rom.* XX. *Nouemb.*

DE S. CLEMENTE PRESBYTERO,

LVGDVNI IN GALLIA.

Secvlo III. XX. Ian. *S. Clementis natalis,*

ILluſtris Galliarum Doctor, Lugdunenſis Eccleſiæ Antiſtes S. Irenæus, *cuius natalis agitur XXVIII. Iunij, præclaros habuiſſe diſcipulos complures traditur, interq; eos* Clementem *Presbyterum, de quo vetuſtiſſimum S. Hieronymi Martyrologium XIII. Kal. Februarij:* Lugduni Clementis Presbyteri. *Galeſinius:* Lugduni S. Clementis Presbyteri & Confeſſoris. *Meminerunt illius quoque Molanus, Caniſius, Ferrarius.*

2 *Fleniùs Sauſſaius:* Ipſo die Lugduni S. Clementis Presbyteri, qui B. Irenæi Epiſcopi & Martyris diſcipulus, ab eo ob inſignia ſcientiæ & pietatis merita preſbyterij honore exornatus, ſacerdotalis officij munia ſub eo, pleno ſpiritus Apoſtolici vigore, obiit. Illo autem ſub Seuero diro Cæſare ob pietatis aſſertionem & gregis tutelam obtruncato; Zachariæ ſymmyſtæ ſuo, cùm in ipſius Irenæi Antiſtitis ſociorumque Martyrum colligendis ſepeliendiſque corporibus, tum confirmandis perterritis eâ ex procellâ fidelibus ſedulam operam adhibuit. Denique poſtquàm Chriſti gloriam inſigni zelo & fortitudine propugnaſſet, Martyr potiùs merito quàm titulo, æternos ad triumphos euolauit. *res geſtæ.*

3 *Cùm porrò Seueri perſecutione, anno imperij eius 10, vt in Chronico ſcribit Euſebius, Chriſti nimirum 202. concitatâ, interfectus ſit* S. Irenæus; S. Clementem *oportet ſub ſequentibus Imperatoribus Caracallâ, Macrino, Heliogabalo, floruiſſe. De* S. Zachariâ *Presbytero agemus 28. Iunij.*

DE S. FABIANO

PAPA MARTYRE, ROMÆ.

§. I. *S. Fabiani electio; tempus Sedis.*

An. Ch. CCL. XX. Ian. *S. Fabianus Romanus*

ANtero III. *Nonas Ianuarij trucidato, electus dein ad pontificatum* Fabianus *eſt*, natione Romanus, ex patre Fabio, *vt habet liber de Romanis Pontificibus;* de regione Cælij montis, *vt Petrus de Natal. Is Georgio Cedreno, Chronico Alexandrino, & quibuſdam Græcorũ* Flauianus *dicitur*; *Maximo Cythereo & Menæis* Fabius; *Onuphrio Panuinio* Fabius Fabianus, *haud ſatis ex vſu Quiritium, qui* Fabium *Fabio patre natum, ſed in aliam familiam adoptatum, non iam* Fabium, *ſed* Fabianum; *vt* Æmilianos, Octauianum, *alioſq; appellare conſuerunt.*

Martyres ſepelit, 2 Fabianus Presbyter cùm eſſet, in beatorum Martyrum corporibus humandis, *vt Galeſinius ſcribit*, piè occupatus, Pontiani Pontificis & Martyris, qui fidei cauſſâ in exilium miſſus obiit, corpus à ſe Romam delatum, in cœmiterio Calliſti, & Anterum Pontificem ac Martyrem etiam, in cuius locum is proximè ſucceſſit, in viâ Appiâ ſepeliuit. *De Pontiano teſtatur liber de Rom. Pontific.* In eadem inſulâ (*Sardiniâ*) defunctus eſt III. Kal. Nouemb. (*Baronius*, 19. Nouembris; *Catalogus Pontificum à Bucherio ex MS. noſtro editus*, IV. Kal. Octob.).... quem B. Fabianus adduxit cum Clero, & ſepeliuit in cœmiterio Calliſti, viâ Appiâ. *At de Pontiano agemus XIX. Nouembris. Viguit iſtud olim ſanctum Romanorum Presbyterorum ſtudium, vt Sanctorum corpora decenter ſepelirent, quod alibi de* SS. Ioanne, Criſpo, Marcello, *qui dein Pontifex fuit, aliiſq; dictum. Nec ipſi id ſe indignum rati Pontifices.* Eutychianus *certè, vt citatus de Pontificib. liber habet*, temporibus ſuis per diuerſa loca 342. Martyres ſuâ manu ſepeliuit. *in his Pontianum, ſancto more:*

3 *His artibus dignum ſe ſummo ſacerdotio ſuffragatoribus Diuis Fabianus probauit. Vt illud adeptus ſit, Euſebius narrat lib. 6. cap. 22.* Poſt Anterotis mortem aiunt Fabianum vnà cum aliis ex agro Romam veniſſe, ibique fixiſſe domicilium: vbi mirabiliter, diuinâ & cæleſti gratiâ largiente, ſummum ſacerdotium ſortitus eſt. Nam cùm fratres omnes, cauſsâ deligendi eius qui epiſcopatum eſſet geſturus, conueniſſent in eccleſiam, & multi de plurimis illuſtribus & præclaris viris ad illud munus idoneis cogitarent; Fabianus, qui aderat, nemini venerat in mentem: cùm ſubitò è ſublimi deuolantem columbam, eius capiti inſediſſe narrant, quæ ſimilitudinem exhiberet Spiritus ſancti ſpecie colũbæ ſuper Saluatorem noſtrum deſcendentis: inde populum vniuerſum vno pariter ſacrati Spiritus inſtinctu commotum, magnâ cum alacritate, vno animorum conſenſu, illum eo gradu dignum acclamaſſe, & abſque cunctatione arreptum in throno pontificali collocaſſe. *deſignatur Pontifex miraculo columbæ;*

4 *Eadem narrat Nicephorus Calliſtus lib. 5. cap. 26. qui comitiis interfuiſſe ait* Epiſcopos qui Romæ erant & fratres omnes, *cœptaq; fuiſſe ferri, ſed variantia, ſuffragia, priuſquàm illo columbæ portento cælitus deligeretur Fabianus. Ruffinus lib. 6. cap. 21.* adſtitiſſe ipſum *ait* inter ceteros, ſcire cupientem qui rei exitus foret. *at videtur ipſe vnus fuiſſe ex eorum numero, penes quos ſuffragij ius erat. Id miraculum, vt idem tradit Ruffinus*, alij ſuper huius, alij ſuper Zephyrini nomine geſtum tradunt. *De* S. Zephyrino *agemus 26. Aug. Petrus de Nat. lib. 2. cap. 105. hoc prodigium ita retulit:* Et ecce columba candida ſuper caput eius de cælo deſcendit, dicens: Romæ Epiſcopus coronaberis. *Nempe cùm Euſebius μίμημα* imitamentum, *id fuiſſe deſcenſus Spiritus ſancti ſupra Saluatorem noſtrũ dixiſſet, noluit Natalitius vocem cæleſtem hîc deſiderari. Sed cùm vetuſto auctore, ſimul & fide caret, in veterum geſtis.* *quod variè narratum aliis.*

5 *Geſta porrò hæc ſunt* Maximino Imperat. & C. Iulio Africano Coſſ. *anno Chriſti 236. imperij eiuſdem Maximini primo nondum euoluto. ita liber de Rom. Pontif.* Fuit autem temporibus Maximini & Africani vſque ad Decium II. & Quadratum, & paſſus eſt IV. Kal. Februarias. *Melùs alter Pontificum indiculus:* Fuit temporibus Maximini & Gordiani & Philippi, à conſulatu Maximini & Africani, vſque Decio II. & Grato. Paſſus XII. Kalendas Februarij. *Si porrò, vt prior liber habet, poſt S. Anteri mortem vacauit Epiſcopatus dies* XIII. *ergo* XVI. *Ianuarij, aut potiùs* XVII. *quæ erat Dominica, ſubrogatus eſt Fabianus, &* ſedit annos XIV. menſes X. dies XI. *aſt ea non congruunt: nam ſi eo die creatus eſt, & tamdiu ſedit, ergo deceſſit 27. vel 28. Nouembris, an. 250. Decio & Grato Coſſ. Alter indiculus habet ſediſſe* annos XIV. menſem vnum, dies decem; *quanto tempore poſt Anteri necem vacauerit Sedes, non exprimit: ſi 13. diebus, ergo obiit 15. vel 16. Februarij. Baronius corrigit, ſediſſe* annos 15. dies 4. *fatetur tamen* Maximino & Africano Coſſ. *quem ille annum* *Quando electus.* *quamdiù ſederit.*

num Christi vult ducenteſimum trigeſimum octauum eſſe, creatum; interfectum Decio & Grato Coſſ. anno Chriſti, iuxta illius calculum, 252. 20. Ianuarij. atqui à 16. Ianuarij, an. 238. ad 20. eiuſdem menſis 252. non conficiet niſi annos 14. dies 4. *Certum eſt perturbatos eſſe numeros; & verò nihil æquè confuſioni obnoxium ac numerales notæ. Beda vulgatus, & Ado, ei Sedis tribuunt* annos 14, menſes 11. dies 12. *Galeſinius* a. 14. m. 11. d. 15. *Abbo Floriac.* a. 14. m. 11. d. 10. *Platina vnum amplius diem. Rabanus, Notkerus, & varia MSS.* annos 25. *Euſebius in Chronico & Vſuardus in Martyrologio,* annos 13. *Auctor de Rom. Pontif. qui Luithprandus appellatur,* annos 13. menſem vnum, dies 11. *Quia quo die electus ſit non conſtat, id ſolùm poßumus pronuntiare, à cæde S. Anteri ad ipſius S. Fabiani necem interceſſiſſe* annos 14. dies 17.

§. II. Geſta in pontificatu. epiſtolæ.

Eius ſtatuta,

6 *Fabiani res geſtas breuiter perſtringit liber de Romanis Pontificibus :* Hic regiones diuiſit Diaconibus, & fecit ſeptem Subdiaconos, qui ſeptem Notariis imminerent, vt geſta Martyrum in integro colligerent; & multas fabricas per cœmiteria fieri præcepit. ..... Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembris, Preſbyteros 22. Diaconos 7. Epiſcopos per diuerſa loca numero 11. qui etiam ſepultus eſt in cœmiterio Calliſti viâ Appiâ XIV. Kal. Februarij.

ædificia,

conſecrationes.

Diaconi regionarij.

7 *Erant autem regiones Vrbis quatuordecim ; Diaconi verò ſeptem: quare ſinguli binis regionibus præerant. Primus* Archidiaconus *dicebatur, ceteri* Diaconi Cardinales *huius aut illius regionis. Citat Galeſinius antiquam ſubſcriptionem litterarum Gelaſij I. Papæ, quæ ſic habet :* Cyprianus S. R. E. Archidiaconus, & in regione tertiâ Diaconus Cardinalis & decimâ. Anaſtaſius Diaconus Cardinalis in regione quartâ & vndecimâ *&c. pòſt ſingulis regionibus præfecti Diaconi : alij dein additi. de quibus eruditè diſputat Galeſinius in Notat. ad Martyrol.*

Notarij;

eorum munus tunc,

ac deinde;

8 *De* Notariis *iſta idem commentatur Galeſinius :* Qui primùm à Beatiſſimo Clemente Pontifice & Martyre ad res Martyrum conſcribendas inſtituti, ac per regiones diuiſi, antiquitus Notarij regionarij nominabantur. Vtque munus ſuum rectè explerent, totidem regionarios Subdiaconos, quorum munus eſſet Martyrum Acta conquirere, ad illos in eo munere ſubleuandos, S. Fabianus adiunxit. Reſtinctis autem perſecutionum facibus, ne iis deeſſet ſcribendi argumentum, cùm de Martyribus, pace Eccleſiæ datâ, ſcriptio nulla reliqua eſſet; Iulius I. Pontifex id in illorum munere poſitum eſſe voluit, vt notitia omnium Eccleſiaſticorum monumentorum, quæ fidem facerent, per eos colligeretur, confectioque ab iiſdem extaret cautionum, donationum, teſtamentorum, commutationum, omniumque in Eccleſiâ actorum; idque præcipuè munus eſſet illius, qui eorum primus PRIMICERIVS NOTARIORVM dicebatur. Atque horum quidem regionalis diuiſio vſque ad Paſchalis II. & Vrbani III. Pontif. tempora Romæ permanſit. Hic enim vltimus certam mercedem iis in regiones diſtributis conſtituit. Extant monimenta Actorum, quæ litteris per hos conſignata, in S. R. E. codicibus antiquis manu exaratis, leguntur : cuiuſmodi acta ſunt beatiſſimorum Martyrum Fabiani, Sebaſtiani, Marcelli, & innumerabilium : quorum res geſtas Ado præſertim ab horum Notariorum induſtriâ accepit. Fuit prætereà eorumdem officium populo denuntiare, quando & vbi Pontifex vel Litanias agere, vel Miſſarum ſolennia, vel Stationes indicere ſtatuiſſet. Verùm multiplicato deinceps Notariorum numero, qui ex illis ſeptem

dignitas.

fuerunt, ij Protonotarij appellati ſunt : quorum non officij ſolùm, ſed dignitatis gradus eiuſmodi eſſe cœpit, vt lineæ tunicæ candidæ vſus, qui proprius Epiſcoporum eſt, tanquàm inſigne dignitatis, iis quoque tributus ſit; ac demum vſque eò dignitate, neſcio quo modo, iſti proceſſerunt, vt Epiſcopis in omni ferè actione publicâ præirent : id quod Pius II. in Concilio Mantuano optimo iure vetuit.

9 *Hæc principio pontificatus ſtatuta à Fabiano ; & res poſcebat : quod ſequitur de fabricis per cœmiteria factis, id poſteà videtur contigiſſe, Gordiani aut potiùs Philipporum temporibus, cùm, Chriſtianis Imperatoribus, nemo quidquam faceßere negotij Eccleſiæ auderet. De cœmiteriis eorumq; ſubſtructionibus præclarè diſſerit Galeſinius, & Romana quadraginta tria enumerat.*

EX VARIIS. *Quando ſingula geſta à Fabiano.*

10 *Idem, incertum quo anno,* Priuatum *hæreticum ſeueriſſimè notatum Eccleſiaſticâ communione priuauit. De eo S. Cyprianus epiſt. 55. ad Cornelium, paullò ante medium :* Per Felicianum autem ſignificaui tibi, frater, veniſſe Carthaginem Priuatum veterem hæreticum, in Lambeſitanâ coloniâ ante multos ferè annos ob multa & grauia delicta, nonaginta Epiſcoporum ſententiâ condemnatum; anteceſſorum etiam noſtrorum, quod & veſtram conſcientiam non latet, Fabiani & Donati litteris ſeueriſſimè notatum *&c.*

Priuatum hæreticum damnat.

11 *De tribus, quæ extant* Fabiani *nomine, epiſtolis, aliorum eſto iudicium. Prima certè partem quæ de Nouato agit, nequaquàm ad Fabiani ætatem, nedum Sedis primordia, conſulatum* nempe Maximini & Africani, *pertinere, ſed ad Cornelium contendit Baronius ; & nos ad Cornelij vitam 14. Septembr. diximus; colligiturq; ex libro de Romanis Pontificibus, vbi iſta habentur :* Et poſt paſſionem eius (*Fabiani*) Moyſes & Maximus Preſbyteri, & Nicoſtratus Diaconus comprehenſi ſunt, & in carcerem miſſi ſunt. Eodem tempore ſuperuenit Nouatus ex Africâ, & ſeparauit de Eccleſiâ Nouatianum, & quoſdam Confeſſores, poſtquàm Moyſes Preſbyter in carcere defunctus eſt, qui fuit ibi menſes 11. ſicut & multi fuerunt. *De S. Moyſe Presbytero agemus 25. Nouembris. Manifeſtum eſt, ſi primùm poſt Fabiani mortem Romam venit Nouatus, non potuiſſe eum à Fabiano pontificatus ſui anno primo damnari. Secundam quoque Fabiani epiſtolam aliqui apocryphan iudicant, vt teſtantur Poſſeuinus in Apparatu, & Bellarminus de Confirmatione lib. 2. cap. 8. Tertia data dicitur* XVII. Kal. Nouemb. Africano & Decio Viris Clariſſ. Coſſ. *at nuſquam cum* Africano *geßiſſe conſulatum* Decius *reperitur ; niſi fortè vterque ſuffectus fuerit: annus certè ſecundus imperij Decij, Chriſti 250. in fragmento tabularum conſularium à Bucherio edito, ſignatur* Decio II. & Grato, *cùm nuſquam Decij primus conſulatus expreſſus ſit.*

Epiſtolæ eius authenticæ primat ſecundat tertiat

§. III. Philippus Auguſtus cum filio baptizatus.

12 *INſperata Fabiano Pontifici oblata diuinitus felicitas eſt, vt primos Chriſtianos Imperatores ipſe baptizaret, inſtrueretq; myſteriis noſtræ religionis. Philippi hi fuêre, pater ac filius. Ac pater quidem Boſtris in Arabiâ natus, cùm Gordianus iunior eius* fraude, *vt Eutropius ſcribit, aut, vt Sex. Aurelius Victor in Epitome,* accenſis *ab eo* in ſeditionem militibus, *occiſus eſſet, imperium inuaſit, ſumpto in conſortium filio admodùm adoleſcente. Cædem quidem illam Gordiani Philippo omnes imputant Ethnici ſcriptores, diſertißimè Iulius Capitolinus, fortaßis vt Chriſtiano nomini conflaretur inuidia ; licet eam noſtrorum quidam, vt Euſebius aliiq;, haudquaquàm inficientur : neque Chriſtianus tunc erat, & par in plurimis Gentilium ambitio, quæ nec ab agnatis cohiberet manus. Id tamen ſcelus ſi perpetrauit, multis præclarè factis expiauit Philippus. Oroſius lib. 7. cap. 19. (an diſſimulandi gratiâ ?) in ambiguo reliquit:* Igitur Gordianus, *inquit,* ingentibus præliis aduersùm Parthos proſperè geſtis, ſeructum fraude, haud longè à Circeſſo ſuper Euphratem interfectus eſt.

Philippus Imperator interfecto Gordiano.

13 *Vt vt ea res ſe habuerit,* Philippus, *vt narrat Zoſimus,* ſacramentis interuenientibus amicitiâ cum Sapore conſtitutâ, belloque ſopito, Romam proficiſcitur, militum animos amplis largitionibus demulcens ; Romamque nuntios mittens, qui Gordianum morbo exſtinctum dicerent. Vbi Romam veniſſet, ordinis Senatorij viris oratione benignâ ſibi conciliatis, magiſtratus ampliſſimos hominibus ſibi coniunctiſſimis tradendos curauit. *Contracta ei tum neceſſitudo eſt cum* Pontio *viro nobiliſſimo, à quo Chriſtianæ religionis myſteria didicit, donec iiſdem à Fabiano Papa initiatus eſt. Quod ex Actis S. Pontij quæ 14. Maij dabimus, hic delibandum.*

Romanos ſibi conciliat.

Ex VARIIS

14 Deinde Fabianus in pontificatum ſuccedens, ita B. Pontium, vt verus pater verum filium, diligebat. Sanctus autem Pontius iam perfectus in Domino, omnes facultates ſuas accipiens B. Fabiano Epiſcopo tradidit, & eas pauperibus diſtribuit, maximè domeſticis fidei. Nunc autem qualiter primus omnium Imperatores Chriſtianos fecerit, aut quomodò cum diabolo certauerit victor exiſtens, vel palmam martyrij ſumpſerit, non tacebo. Temporibus Philippi Imperatoris, qui cum filio ſuo Philippo Romanum regebat imperium, fuit his duobus Philippis amicus B. Pontius Chriſtianiſſimus & omnium diuinarum litterarum doctiſſimus. Cumque gratia indiuidua in eis eſſet, tertio imperij eorum anno, (ipſe eſt milleſimus annus à conditione Romæ) cùm ad Diis ſuis ſacrificandum pergere vellent, dicunt B. Pontio: Eamus & repropitiemus nobis Deos magnos, qui nos in iſtius milleſimi anni circulum natalis Romæ perduxerunt. Quos B. Pontius diuerſis excuſationibus declinare nitebatur.

S. Pontius facultatibus erogatis in pauperes,

amicus Imperatoribus,

inuitatus ab iis ad ſacrificia

15 Imperatores verò velut amicum ad ſacrificandum cogebant. Beatus autem Pontius cognoſcens à Domino datam ſibi occaſionem, ait: O piiſſimi Imperatores, cùm ſitis à Deo Principes ordinati hominum, cur non ei qui vobis hunc honorem præſtitit ceruices flectitis, & ipſi ſoli ſacrificium laudis offertis? Philippus Imperator dixit: Propterea & ego magno Deo Ioui ſacrificium offerre deſidero, qui mihi hanc tribuit poteſtatem. B. Pontius ſubridens reſpondit: Ne erres Imperator; eſt Deus in cælis, qui cuncta vnico verbo ſuo conſtituit, & Spiritus ſancti gratiâ animauit. Philippus Philippi Imperatoris filius vnà cum patre dixit: Quâ animi intentione iſta referas, ignoramus. B. Pontius dixit: Numquid ab initio Iouis fuit? Imperator dixit: Non, quia Saturnus pater eius antiquior illo eſt, qui populos Italiæ tranquillâ moderatione gubernauit. B. Pontius dixit: Et quando Saturnus Cretæ regnabat, antequàm à Ioue filio de regno pelleretur, numquid Italia populos non habebat? nonne ſtatim vt expulſus eſt, ſicut litteræ veſtræ declarant, hoſpitio eſt receptus?

filem iis fundet,

confutatâ vanitate Deorum;

16 Rurſumque addit: Piiſſimi Imperatores, ne ſeducamini in vanis poëtarum figmentis; vnus eſt Deus in cælis, pater omnium, qui cum Filio ſuo & Spiritu ſancto, omnia quæ fecit ſuâ poteſtate continet. Imperator dixit: Si vnus eſt Deus, quem in cælis eſſe aſſeris, cur & filium eum habuiſſe commemoras? Beatiſſimus Pontius dixit: Vnus eſt Deus, quem ſæpè teſtatus ſum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. Poſtremò fecit hominem immortalem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, & cuncta quæ in terrâ & quæ ſuper terram vel deorſum morantur in aquis, poteſtati hominis ſubiecit. diabolus autem è cælo proiectus videns in tanto honore hominem poſitum, inuidiâ ductus, homini perſuaſit, vt ingratus vel inobediens ei qui omnia illi ſubdidit, exiſteret. Quo facto immortalitate quâ indutus fuerat exſpoliatus, mortem per inobedientiam cum ſuâ omni prole ſibimet ipſi inflixit. Nam & diabolo vt ſemel hominem elideret paruum viſum eſt, ſed idola, quæ nunc Deos dicitis, ipſe adinuenit, vt genus humanum in toto à creatore ſuo ſepararet. Sed pius Dominus nolens fabricam imaginis ſuæ perire, vnicum Verbum ſuum, per quem omnia quæ in cælis & quæ in terrâ habentur creata ſunt, ad terram è cæleſtibus thronis mittere dignatus eſt; qui carnem immaculatam pro noſtrâ ſalute ex virgine ſumens, venit homo, vt lapſum hominem reformaret, & diabolum cum ſuis miniſtris igni perpetuo deputaret. Nam cùm multa mirabilia in terris oſtenderet, quæ numquàm talia viſa ſunt, ſcilicet vt cæcos à natiuitate ſuâ illuminaret; paralyticos, qui per multorum temporum ſpatia arentibus membris corporali virtute deſtituti erant, priſtinæ reſtitueret ſanitati; leproſis, putridiſſimis comeſtiſque atque fœtentibus carnibus, nitorem cutis mirabiliter reſtauraret; mortuos, & quatriduanum Lazarum de monumento aſpiciente populo ſuſcitaret; & alia multa mirabilia, quorum numerus non eſt, faceret; (quippe quid non reformaret qui omnia formauerat?) Iudæi, non credentes, ſed potiùs inuidentes, tradiderunt Pontio Pilato Præſidi, & eum qui pro ſalute eorum venerat cruci affixerunt: quem Deus ſuſcitauit tertiâ die à mortuis, & per dies multos poſt reſurrectionem ſuam cum hominibus conuerſatus eſt. Mortem verò, quam diabolus hominibus intulit, moriendo occidit, & vitam ſuâ reſurrectione nobis donauit; vt quemadmodùm ipſe poſt iſtam mortem reſurgens iam non moritur, ita & nos poſt hanc vitam paruam & miſerabilem reſurgentes, in æternum cum illo viuamus. Nam aſcendens in cælum iter vitæ cæleſtis monſtrauit. Vnde ſi quis hanc ſalutem neglexerit, cum diabolo in æternum damnabitur; ſi quis autem crediderit, cum Chriſto in cæleſtibus regnis permanebit.

miraculu,

morte.

17 Cumque his & aliis multis pro ſalute eorum diſputaret verbis, Dei voluntate Imperatores crediderunt, & eum deprecabantur, vt myſterium huius ſalutis ſuperueniente die eis pleniùs aperiret; qualiter ab igne perpetuo euadere & immortalitate cum Sanctis ſine fine perfrui potuiſſent; & quidem ex die illâ & deinceps ſacrificia idolorum declinantes, ſpectacula tantùm pro concluſione milleſimi anni, quo natalem Vrbis celebrabant, fieri imperauerunt. Tunc beatiſſimus Pontius ad Epiſcopum vrbis Romæ nomine Fabianum, qui Eccleſiæ Dei præerat, conuolauit, & omnia ei ex ordine pandit. Tunc ſanctus Papa Fabianus cadens cum eo in orationem, dixit: Domine Ieſu Chriſte, gratias ago nomini tuo, qui per famulum tuum Pontium Imperatores populi Romani ad tuam notitiam perducere dignatus es. Alia verò die cùm ſimul ad Principes veniſſent, & ſacramenta eis diuina demonſtraſſent, baptiſmi gratiam conſecuti ſunt.

Credentes ſacrificiis abſtinent.

S. Fabianus eos baptizat.

18 Quæ tunc illi ciuitati lætitia fuerit, quæue exultatio repentina ſuperuenerit, quis poterit enarrare? In initio autem templum, quod magnum vocabant, ex iuſſione Imperatorum arripientes S. Fabianus & Beatiſſimus Pontius, ac confringentes omnia eius ſculptilia, ſimul cum templo funditus ſubuerterunt: ita vt omnis populus ad notitiam Domini noſtri Ieſu Chriſti cum alacritate & gaudio concurreret, & baptiſmatis vndâ perfuſus Domino benediceret. Nam vbi dæmonum templa deſtruebantur, ibi illicò eccleſiæ conſurgebant. Ecce quanta contulit Dominus Pontio famulo ſuo, vt ante omnes homines Principes totius orbis Chriſto adquireret, & ipſe qui ſecundùm ſeculi dignitatem Conſul ad ſuffragia populi expectabatur humanis ſpiritaliter conſulens, lucem eis veritatis demonſtraret. Hoc autem factum eſt per annos quatuor, quibus Philippi Chriſtiani Imperatores Romanum populum continebant.

Multi conuerſi.

19 *Quæ de templis dirutis à Philippo Imper. atque Fabiano Papâ, narrantur, ea ab alio addita cenſet Baronius ad an. 246. nu. 9. At minimè nobis dubium videtur, quin, etſi pleraq; Gentilium delubra intacta permanſerint, ea tamen idola eorumq; ſacella quæ in poteſtate erant Auguſtorum, atque alia etiam fortaſſis, euerſa ſint. Ceterùm Philippum Chriſtianum fuiſſe Euſebius in Chronico tradit:* Philippus Philippum filium ſuum conſortem regni facit, primuſque omnium ex Romanis Imperatoribus Chriſtianus fuit. *Vincentius Lirinenſis aduersùs hæreſes cap. 23.* Eiuſdem (*Origenis*) epiſtolæ teſtimonium perhibent, quas ad Philippum Imperatorem, qui primus Romanorum Chriſtianus fuit, Chriſtiani magiſterij auctoritate conſcripſit.

Idola & templa euerſa.

§. IV. *Annus vrbis Romæ milleſimus.*

20 *Incredibili quadam inuidentiâ pleraque Philippi decora Gentiles hiſtorici ſuppreſſêre, haudquaquàm diſſimulaturi ſi quæ extitiſſent flagitia, qui adeptum paricidio Imperium paſſim inculcant. Non dubium quin vir acer ac prudens, multa domi militiæq; præclara geſſerit: certè Carporum gentem ab eo debellatam fatetur, vel inuitus, Zoſimus. Duo ab eo ſtatuta commemorat*

memorat Baronius, quæ Chriſtianam magnoperè redolent pietatem: primum, quòd ſentinam illam deteſtabilium turpitudinum Romæ inolitam & immobiliter hæreſcentem hauſit ac penitùs ſuſtulit, nempe exoletorum claſſes. *Teſtis Lampridius in Alexandro:* habuit in animo vt exoletos vetaret; quod poſteà Philippus fecit. *Id gemino, ſed inepto commento obſcurare velle Aurelius Victor videtur; prius ab aruſpicinâ petitum, quam certum eſt execratum eſſe Philippum: alterum* quia fortè præteriens, filij ſimilem pro merito ephebum conſpexerat, *ideò eam labem deinceps vetuiſſe. Alterum laudabile illius decretum fuit, quo poëtarum coërcuit licentiam, paſſim honeſtiſſimorum virorum carpentem mores, & iuuenum animos turpitudine imbuentem; eoſq; ex albo profeſſorum bonarum artium expunxit. Extat id* L. Poëta. C. *de profeſſor. lib. 10. Harum porrò aliarumq; eiuſmodi legum ſanciendarum illi auctorem fuiſſe* Fabianum *ambigi non poteſt. Omittimus ædificia publica, lacum Traiſtiberinum, aliaq;.*

Philippus vinados prohibet:

priuilegia poëtis adimit:

21 *Illud demum vtrique, Auguſto ac Pontifici, glorioſum, quòd eorum tempore annus Vrbis milleſimus ſummâ celebritate peractus eſt: Aurelius Victor de Cæſaribus:* annum Vrbis milleſimum ludis omnium generũ celebrant. *Eutropius lib. 9.* His imperãtibus (*Philippis*) milleſimus annus Romæ vrbis ingenti ludorũ apparatu ſpectaculorumque celebratus eſt. *Clariùs ad rem noſtram Paulus Oroſius lib. 7. c. 20.* Hic primus Imperatorum omnium Chriſtianus fuit, ac poſt tertium Imperij eius annum milleſimus à conditione Romæ annus impletus eſt. Ita ludis magnificis auguſtiſſimus omnium præteritorum hic natalis annus à Chriſtiano Imperatore celebratus eſt. Nec dubium quin Philippus huius tantæ deuotionis gratiam & honorem ad Chriſtum & Eccleſiam reportârit, quando vel aſcenſum fuiſſe in Capitolium, immolataſque ex more hoſtias, nullus auctor oſtendit. *Idem ſuprà ex S. Pontij Actis firmatum.*

milleſimum Vrbis annum celebrat,

non ſacrificiu,

22 *Neque populus magnoperè ſacrificia deſiderauit, ludorum varietate & magnificentiâ captus. Quâ de re Euſebius in Chronico:* Regnantibus Philippis milleſimus annus Romanæ vrbis expletus eſt, ob quam ſolennitatem innumerabiles beſtiæ in Circo magno interfectæ; ludique in Campo Martio theatrales tribus diebus ac noctibus populo peruigilante celebrati. .... Quadrageſimus miſſus natali Romanæ vrbis cucurrit, & agon mille annorum actus. *Iulius Capitolinus in Gordiano tertio:* Fuerunt ſub Gordiano Romæ elephanti triginta & duo, quorum ipſe duodecim miſerat, Alexander decem; alces decem, tigres decem, leones manſueti ſexaginta; leopardi manſueti triginta; belbi, id eſt, hyænæ, decem; gladiatorum fiſcalium paria mille; hippopotamus & rhinoceros vnus; archoleontes decem; camelopardali decem; onagri viginti; equi feri quadraginta; & cetera huiuſmodi animalia, innumera & diuerſa: quæ omnia Philippus ludis ſecularibus vel dedit vel occidit. Has autem omnes feras mãſuetas, & præterea efferas, parabat ad triumphum Perſicum: ſed votum publicum nihil valuit. Nam omnia hæc Philippus exhibuit ſecularibus ludis & muneribus atque Circenſibus, quum milleſimum ab Vrbe conditâ annum in conſulatu ſuo & filij ſui celebrauit.

ſed ludis,

beſtiarum exhibitionibus,

23 *Inchoata eſt ea ſolennitas anno Chriſti 247. ipſis Palilibus, XI. Kal. Maij, Coſſ. Philippis patre II. filio primùm; abſoluta, iiſdem Coſſ. patre III. filio II. & hic poſtremus annus ferè ſecularibus nummis inditus, fortè quòd miſilia eiuſmodi numiſmata vel Kalendis Ianuariis, vel ipſo Philippi natali, menſe Martio, erogata ſint. Repræſentat eiuſmodi numiſmata Baronius bina; quorum prius effigiem patris Philippi exhibet cum inſcriptione:* Imp. M. Iul. Philippus Aug. *pars aduerſa columnam miliariam, eiq; inſcriptum:* Coſ. III. *circùm:* Sæculares ludi. *alterum filij imaginem:* Imp. Cæſ. M. Iulius. Philippus. Aug. *alterâ parte miliariam columnam, cum inſcriptione* Coſ. II. *adſtantemq; Philippum iuniorem virgâ templi aditum demonſtrantem, quaſi nouo ſeculo nouam religionem ſeruandam proponat. Alia numiſmata à Iacobo Biæo ſculpta editaq; exhibent effigiem ſenioris Philippi, in alterâ parte quædam leonem, alia alcen, alia lupam cum Romulo & Remo, alia leopardalim;*

numinorum erogationibus;

horum ſymbola,

ſingulis circùm adſcriptum, ſeculares Augg. *aliud elephantem cum ſeſſore Mauro ſpicula vibrante:* Æternitas Augg. *Aliud, templum, vel columnas ſex:* Sæculum nouum. *Eſt & Marciæ Otacillæ Seueræ Auguſtæ effigies, inq; aduerſâ parte hippopotamus, cum inſcriptione:* Seculares Aug. *in alio matronâ conſidens, læuâ haſtam tenens, dextrâ admouens capiti velum:* Pudicitia Aug. *Denique Philippi iunioris imagine cuius nummus, in alterâ parte binos exhibet militari habitu iuuenes, dextris haſtilia vibrantes, priorem læuâ globum ſuſtinentem; quos vulgò duos Philippos interpretantur. adſcriptum:* Principi Iuuent. *alius ceruam, alcenue.* Seculares Augg. *alius ſertum è floribus ac frondibus; medio inſcriptum,* Æternitati Impp. *Alia id genus complura miſſa facimus: quæ tamen omnia vix vllam gentilitiæ ſuperſtitionis imaginem referunt. Mirantur in nummis magni Conſtantini quidam viri graues, pauca extare veſtigia Chriſtianæ religionis: at qui iſtis rebus, A. A. A. F. F. F. præfecti erant, fortaſſis à noſtris ſacris abhorrebant; & diſſimulabat Imperator, quo etiam inſcio multi eorum cudebantur. Sub Philippo autem videtur eæ res à quibuſpiam Chriſtianis curata, aut certè ab eo prohibitum, ne quæ deorum in nummis effigies eſſet. Eſt penes nos argenteus nummus, in cuius vnâ parte imago eſt Philippi, coronâ radiis diſtinctâ redimiti, cum inſcriptione:* Imp. M. Iul. Philippus Aug. *in alterâ,* P. M. TR. P. III. Coſ. P. P. *medio Felicitas, formâ muliebri, dextrâ haſtile tenens, cuius pars ſuperior, caduceo inſtar, ſerpentibus implexis & obuerſis inſignita; læuâ cornu copiæ.* Ex vA. xiii.

nil idololatrica ſuperſtitionis repræſentantia.

§. V. *Philippi vtriuſque virtutes Chriſtianæ.*

24 *Illa publicæ lætitiæ data, auſpicandæq; nouorum ſacrorum ſecuritati. Inter quæ alia ab Auguſtis edita ſpecimina virtutum Chriſtianarum. Nam filius quidem,* patrem ludis ſecularibus petulantiùs cachinnantem, quamquàm adhuc tener, vultu notauit auerſato, *vt ſcribit Aurelius Victor, qui ſolitâ inuidiâ pulcherrimam modeſtiæ in puero verecundiæq; laudem, ad animi ſeueritatem ac naturalem mœſtitiam tranſtulit: ne videlicet Chriſtianus puer illa turpitudinum monſtra Heliogabalos, Commodos, Neronesque exprobrare Gentilibus videretur.*

Philippi iunioris grauitas.

25 *At parens illuſtrius etiam, acceptumq; cælitibus & Chriſto Saluatori, ſpectaculum edidit, humilitatis. Id Euſebius memorat lib. 6. cap. 27.* Fama eſt iſtum, (*Philippum*) Chriſtianus cùm eſſet, die poſtremæ vigiliæ Paſchatis, Eccleſiaſticarum precum cum multitudine participem fieri voluiſſe, at non priùs ab Epiſcopo qui tunc Eccleſiæ præerat permiſſum eſſe ingredi, quàm eſſet confeſſus, atque iis qui peccatorum vinculis adſtricti, pœnitentiæ locum habebant, ſe adiunxiſſet; nullâ alioquin ratione, ni id faceret, propter multa quæ deliquiſſe ferebatur, ab ipſo ſuſceptum iri. Fertur autem Imperator prompto & alacri animo morem geſſiſſe, & ingenuam modeſtiam ac religioſam piamque affectionem, Dei timore incitatam, re ipſâ declaraſſe. *Hæc Euſebius; quæ ne quis de pœnitentiâ præmitti baptiſmo ſolitâ accipiat; quæ tamen nullam requirebat peccatorum confeſſionem, Ruffinus lib. 6. cap. 25. clariùs de myſteriorum, ſiue Euchariſtiæ, communione exponit:* De hoc traditum nobis eſt, *inquit,* quòd Chriſtianus fuerit, & in die Paſchæ, id eſt, in ipſis vigiliis cùm intereſſe voluiſſet & communicare myſteriis, ab Epiſcopo loci non priùs eſſe permiſſum, niſi confiteretur peccata ſua, & inter pœnitentes ſtaret: nec vllo modo copiam ſibi myſteriorum futuram, niſi priùs per pœnitentiam culpas, quæ de eo ferebantur plurimæ, diluiſſet. Ferunt igitur libenter eum quod à Sacerdote imperatum fuerat ſuſcepiſſe, diuinum ſibi ineſſe metum & fidem religionis pleniſſimam rebus atque operibus comprobando.

Senior ſine confeſſione communicare prohibetur à Fabiano;

humiliter obtemperat.

26 *Epiſcopum hunc Fabianum fuiſſe rectè coniicit Baronius, cuius vel eo magnitudo animi cernitur, qui Imperatorem, natione barbarum, recens Chriſto addictum, militari ingenio proindeq; minùs tractabili, ita publicè eo tempore monere auſus ſit. Confuſa hæc & intricata in Chronico Alexandrino:* Decius hic

S. Babylam non ſolùm ob Chriſti religionem interfecit, ſed quòd auſus eſſet Philippi Imperatoris coniugem, & ipſum Philippũ, cùm Chriſtiani eſſent, quòd peccaſſet Philippus, aditu eccleſiæ prohibere. *Aſt S. Babylæ cædis cauſſa fuit, non quòd Philippum cæde Gordiani pollutum, ſed tyrannum Gentilem, vim ſceluſq; anhelantem, & ſanguine regij adoleſcentis, qui obſes Romanis erat datus, madentem, ab ingreſſu eccleſiæ arcuiſſet, vt 24. Ianuarij dicemus.*

Id alibi mendosè narratum.

§. VI. *Philipporum cædes, ac S. Fabiani.*

27 *Ta ſpes non tam familiæ ſuæ, quàm Catholicæ Eccleſiæ, collocare in tuto Philippus nitebatur, ſapientiſſimis Fabiani Papæ adiutus conſiliis. Eâq; fortaſsis cauſſâ accerſiuerat Romã ab AEgypto Origenem. Romæ certè Philippo imperante is fuit; cùm priùs Fabiano Papæ ſcripſiſſet de rectâ ſuâ & ſanâ fidei doctrinâ, vt narrat Euſebius lib. 6. cap. 29. vbi & iſta habet:* Exſtat etiam illius epiſtola ad ipſum Imperatorem ſcripta, & alia ad eius vxorem Seueram. *Addit Ruffinus, has epiſtolas* abſque vllo adulationis fuco ſcriptas. *Ab hiſce euocatus ſit in Vrbem, an ſponte venerit vel Pontifici rationem fidei ſuæ redditurus, vel ſi ipſe atque Imperatores annuiſſent, explicaturus fortaſsis Romæ ſacras litteras, quò iam veniſſe Plotinum Platonicum audierat; an citatus ad cauſſam dicendam à Fabiano, incertum eſt. Iſthic cùm eſſet, &* aliquando veniſſet in ſcholas, Plotinus ſtatim genas rubore ſuffuſus, *vt ex Porphyrio ſcribit Baronius,* aſſurgere voluit. Sermones verò ab Origene continuare rogatus, reſpondit, Studium loquendi ceſſare, quando qui loquitur, animaduertit ſe ad illos, qui idem ipſi nouerint, verba facturum. Atque ita cùm pauca quædam diſſeruiſſet, inde ſurrexit. *Sed de Origene alij viderint.*

Scribit ad Philippum & Fabianum Origenes, ac Romam venit.

28 *Tandem anno Chriſti 249. Philippus* filio Vrbi relicto, *vt auctor eſt Aurelius Victor in libello de Cæſaribus,* ipſe quamquàm debili per ætatem corpore, aduersùm Decium profectus, Veronæ cadit, pulſo amiſſoque exercitu. Quis Romæ compertis, apud Caſtra Prætoria filius interficitur. Annos potentiæ quinque egêre. *Agebat filius, vt idem in Epitome narrat, vitæ annum duodecimum. Zoſimus ſuo more Chriſtianis infenſus, cùm immodicè Decium laudat, tum Philippo* inertem in omnibus ſecordiam *obiicit, quem tamen fatetur pugnantem occubuiſſe. Cauſſam belli non ſolùm ambitionem, ſatis alioquin validum telum, ſed Chriſtianæ religionis odium Decio fuiſſe, alij iudicant. Georgius Cedrenus:* Interfectus eſt Philippus, vnà cum filio, pro Chriſtianis contra Decium pugnans. *Paulus Oroſius lib. 7. cap. 21.* Anno ab Vrbe condita milleſimo quarto (*innò, milleſimo ſecundo*) Decius ciuilis belli incentor & repreſſor, occiſis Philippis, XXV. ab Auguſto, inuaſit Imperium, tenuitque annis tribus. Idem continuò (in quo ſe etiam ob hoc Philippos interfeciſſe docuit) ad perſequendos interficiendoſque Chriſtianos ſeptimus poſt Neronem feralia diſperſit edicta, plurimoſque Sanctorum ad coronas Chriſti de ſuis crucibus miſit.

Occiduntur ambo Philippi à Decio,

o.lio religionis:

29 *Id ſi ita eſt, mirum profectò, non eſſe relatum in numerum ſanctorum Martyrum ſaltem M. Iulium Philippum iuniorem, qui Romæ ſanctiſſimis præditus moribus, innocenti adhuc ætate, religionis præcipuè cauſſâ interfectus ſit. Niſi fortè relatus eſt, ſed oblitterata memoria, eò præſertim, quòd, vt Eutropius auctor eſt, ab Ethnicis* inter Diuos relati *ambo eſſent. Petrus de Natal. lib. 11. caput 92. ita inſcribit:* de SS. Philippo & Philippo Imperatoribus Martyribus; *ſed ſeniorem ait à Decio in ſtrato quieſcentem Veronæ interfectum, alienatis ab eo militum animis prætextu Chriſtianitatis.*

an Martyres? ſaltem inior?

30 *Vt vt ſit,* Decius, *vt ſcribit in Chronico Euſebius,* cùm Philippos patrem & filium interfeciſſet, ob odium eorum in Chriſtianos perſecutionem mouet. *Chronicon Alexandrinum:* Decius imperium à Chriſtianorum cæde exorſus, Flauianum Pontificem Romanum religionis cauſſâ occidit. *Capite truncatum eſſe Fabianum tradit Petrus de Natal. lib. 2. cap. 105. & Martyrologium Germanicum, ac Maximus Cythereus cum Menæis. Contigit id anno 250. ineunte, Decio & Grato Coſſ. Sepultus eſt autem Fabianus in cœmiterio Calliſti, viâ Appiâ, ſupra quod cœmiterium S. Sebaſtiani conſtructa eccleſia, de quâ infrà ad eius Acta.*

3 Fabianus occiſus,

31 *Significauit ſanctiſſimi Pontificis obitum Cypriano Carthaginienſi Clerus Romanus; ſed intercidit ea epiſtola. Reſpondet Cyprianus epiſtolâ quæ in Pamelij editione quarta eſt, his verbis:* Cùm de exceſſu boni viri collegæ mei rumor apud nos incertus eſſet, fratres cariſſimi, & opinio dubia nutaret; accepi à vobis litteras ad me miſſas per Clementium hypodiaconũ, quibus pleniſſimè de glorioſo eius exitu inſtruerer, & exultaui ſatis, quòd pro integritate adminiſtrationis eius, cõſummatio quoq; honeſta proceſſerit. In quo vobis quoque plurimũ gratulor, quòd eius memoriam tam celebri & illuſtri teſtimonio proſequamini: vt per vos innoteſceret nobis, quod & vobis eſſet circa Præpoſiti memoriam glorioſum, & nobis quoque fidei ac virtutis præberet exemplum. Nam quantùm pernicioſa res eſt ad ſequentium lapſum ruina Præpoſiti, intantùm contrà vtile eſt & ſalutare, cùm ſe Epiſcopus per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum.

Gratulatur eius triumphalem agonem Romanis S. Cyprianus.

32 *Iidem* Preſbyteri & Diaconi Romæ conſiſtentes *ad eumdem Cyprianum, epiſtolâ 31. ita ſcribunt:* Quamquàm nobis differendæ huius rei neceſſitas maior incumbat, quibus poſt exceſſum nobiliſſimæ memoriæ viri Fabiani, nondum eſt Epiſcopus, propter rerum & temporum difficultates conſtitutus, qui omnia iſta moderetur, & eorum qui lapſi ſunt poſſit cum auctoritate & conſilio habere rationem.

Sedes aliquamdiu vacat.

33 *Meminit necis* S. Fabiani *S. Hieronymus lib. de Eccl. Scriptor. cap. 54. ita ſcribens:* De crudelitate autem perſecutionis quæ aduersùs Chriſtianos ſub Decio conſurrexit, eò quòd in religionem Philippi deſæuiret, quem & interfecit, ſuperfluum eſt dicere; cùm etiam Fabianus Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus in ipſâ occubuerit *&c. Euſebius quoque lib. 6. cap. 32. Ruffinus lib. 6. cap. 29. & alij. Quos in Galliam miſſos Decio & Grato Coſſ. viros Apoſtolicos refert S. Gregorius Turonenſis lib. 1. hiſtor. Franc. cap. 28. ij vix eſt vt à Fabiano mitti potuerint, (licet id Andreas du Cheſne in vitis Pontificum ſcripſerit) cùm ipſe principio anni interfectus ſit. Sed fortaſsis ab eo antè deſtinata eorum miſsio, poſt eius mortem Cleri Romani auctoritate perfecta eſt. Gregorius Turonenſ.* Sixto (*qui tunc vnus è primoribus Cleri*) *videtur tribuere: quidam fortaſsis multò antè miſsi erant, quod de ſingulis alibi diſquiremus.*

An à Fabiano miſſi in Galliam Apoſtoli.

34 *Conſecrata mox* S. Fabiani *memoria, vt ex antiquiſſimis Martyrologiis patet, S. Hieronymi, veteri Romano, Bedæ, Vſuardi, Rabani, Adonis, VVandelberti, Notkeri, aliorumq; celebraturq; XX. Ianuarij, vnaq; S. Sebaſtiani, feſto duplici. MS. Martyrologium monaſterij S. Martini Tornaci XX. Martij eum locat:* Romæ viâ Appiâ natalis Fabiani Epiſcopi & Martyris. *Græci V. Auguſti, ſed* Fabium *vocant. Menæa:* Eodem die S. Fabius Archiepiſcopus Romæ, gladio vitam finit.

Iacet Fabius mortuus Chriſti ſacerdos,
Chriſto immolatus hoſtia noua gladio.

Eius natalis 20. Ianu. commemoratio 20. Martij, & 5. Aug.

35 *Reliquiæ* S. Fabiani *aliquæ aſſeruantur in eccleſiâ S. Martini in Montibus, vt regione 2. Vrbis, eccl. 41. ſcribit Pancirolus: aliquæ in S. Praxedis, eadem regione, eccl. 42. Caput ac brachium vnum in S. Sebaſtiani baſilicâ, ad Catacumbas, ſiue cœmiterium Calliſti, vbi primùm conditus fuit. Priores illæ ad eadem S. Martini à Sergio II. Papâ, qui à 10. Febr. 844. ad 12. April. 847. ſedit, tranſlatæ ſunt. Teſtatur Anaſtaſius in eius vitâ:* Et ad honorem omnipotentis Dei, eiuſdemque Beatiſſimi Silueſtri Præſulis corpus cum Beatiſſimo Fabiano atque Stephano & Sotere Martyribus ..... collocauit. *Narrat idem ex Anaſtaſio Baronius to. 10. an. 847. nu. 3. recitatq; nu. 4. inſcriptionem eo ipſo tempore in marmoreâ tabulâ poſitam:* Temporibus Domni Sergij iunioris Papæ recondita ſunt in hoc ſacro altari B. Siluestri Præſulis corpora & B. Martini. Item corpora Beatiſſimorum Fabiani atque Stephani cum Sotere Mart. ac Pont. *&c. Sed quod in fine dicitur,* Hæc Sanctorum corpora tranſlata ſunt de cœmiterio Priſcillæ viâ Salariâ, *non de omnibus accipi debet, cùm conſtet* S. Fabianum *viâ Appiâ, quæ Salariæ oppoſita, eſſe conditum.*

Eius reliquiæ aliquæ Romam trãſlatæ.

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS

[a]BASSO, EVSEBIO, EVTYCHIO, BASILIDE.

Ex Menæis Græcorum.

SVB DIOCLET. XX. IANVAR.

MAnus Baſſo amputant carnificum manus,
Manus profanæ ſacratas manus.
Sectus ſecuribus Euſebius omnia membra,
In orthodoxâ fide inuiolabilis permanet.
Eutychium in partes diſtraxêre tres,
Diuinas perſonas honorantem tres.
Excludi dum recuſat Baſilides
Sorte pugilum, venter ei diſrumpitur.

1 2 [b] Vixerunt hi Diocletiano Imperium gerente, opibus ac Senatoriâ dignitate conſpicui. Chriſto verò conciliati, eiuſque initiati baptiſmate, cùm è Theopemptum Epiſcopum vidiſſent diros ſuperare cruciatus, mirandaque prodigia Chriſti virtute edere. Siſtuntur ergo propterea Imperatori, & primùm cingulis militaribus ſpoliantur, atque inde varios ſortiuntur vitæ exitus. Ac S. Baſſo quidem in ſcrobem femorum tenus inſerto præſectæ manus, corpus omne conciſum; ſicque ſpiritum exhalauit. S. Euſebius capite ſuſpenſus, particulatim ſecuribus diſcinditur. S. Eutychius quatuor palis violentè extentus trifariam diſcerptus eſt. S. Baſilidi verò diſſectus machærâ venter eſt. Atque ita martyrij coronam adepti ſunt. *certamen.*

b Sanctorum conditio,

c conuerſio.

a *Plures ſingulis horum cognomines alibi: nuſquam ſimul.*

b *Maximus Cythereus eadem narrat.*

c S. Theopempti *Acta ex iiſdem Menæis dedimus* 3. *Ianuar. in quibus dicitur ſub initium perſecutionis Diocletiani ſubiiſſe martyrium.*

DE S. SEBASTIANO MARTYRE,

ROMANÆ ECCLESIÆ DEFENSORE.

§. I. *S. Sebaſtiani natalis.*

CIRCITER AN. CCLXXXVII. XX. IANVAR.

1 DEfenſoris Eccleſiæ *illuſtre quondam Romæ munus, vt ex S. Gregorij Magni epiſtolis liquet: Regibus etiam quãdoq; honoris gratiâ, delatum à Pontificibus; quamquàm nonnulli ambitioſiùs adipiſci eiuſmodi vocabulorum decora, quàm exequi meritis nituntur. Quæ eius dignitatis partes fuerint, Baronius to. 6. ann. 598. nu. 16. & Gretſerus noſter Obſeruationum ad Georgium Codinum lib. 1. cap. 5. ediſſerunt. Primus id nomenclaturæ honeſtamentum tulit* S. Sebaſtianus; *nec inane, quippe virtute commeritum, ornatum deinde conſtantiæ ac martyrij gloriâ.*

S. Sebaſtianus Eccleſiæ defenſor,

interfectus

2 *Is in antiquiſſimis Diuorum Faſtis, S. Hieronymi, Romanis, aliis, celebratur XIII. Kalendas Februarij. Vſuardus:* Eodem die ad Catacumbas S. Sebaſtiani Martyris, qui cùm haberet principatum primæ cohortis, iuſſus eſt, ſub titulo Chriſtianitatis, à Diocletiano Imperatore ligari in medio campo, & ſagittari à militibus, atque ad vltimum fuſtigari donec deficeret. *Eadem Bellinus, modernumq; Martyrologium Romanum prædicat. Eum verò* Chriſtianitatis titulum *explanat Baronius ex Euſebij lib. 5. cap. 1. vbi iſthæc habentur:* Cùm per Amphitheatrum circumduceretur tabulâ, in quâ Latinis litteris hæc erat inſcriptio, HIC EST ATTALVS CHRISTIANVS, eum præcedente; *&c. Eò adducit truculentum Caligulæ factum, ſimul Romani moris, ſimul belluinæ immanitatis, ſed & in noſtros ſæpenumerò ab impiis exercitæ, argumentum; quod Suetonius cap. 32. narrat:* Romæ publico epulo ſeruum, ob detractam lectis argenteam laminam, carnifici confeſtim tradidit, vt manibus abſciſſis, atque ante pectus à collo pendentibus, præcedente titulo qui cauſſam pœnæ indicaret, per cœtus epulantium circumduceretur. *Nec omiſſum illum in S. Sebaſtiani cæde præferendi tituli ritum arbitramur, non tam vt populo ſeuitiam ſuam excuſarent tyranni, quàm ne militum irritarent animos, quorum fauorem Martyri ſua virtus conciliârat.*

titulo Chriſtianitatis:

colitur à Latinis 20. *Ianu.*

3 *Prolixiori elogio illius natalem cõdecorant Beda vulgatus, Ado, Rabanus, Notkerus, & plurimi MSS.* Eodem die S. Sebaſtiani Martyris, qui intantùm carus erat Imperatoribus Diocletiano & Maximiano, vt principatum ei primæ cohortis traderent. Quem Diocletianus vbi Chriſtianum cognouit, nec à fide poſſe reuocari, iuſſit ligari in medio campo quaſi ſignum ad ſagittam, & ſagittari à militibus. Qui cùm ſagittis plenus quaſi hericius ſtaret; putantes eum mortuum, abierunt. Nocte autem veniens quædam mulier, nomine Irene, tollere corpus, inuenit eum viuum, & adduxit eum in domum ſuam, & curam eius egit. Qui vbi conualuit, multos in fide confortauit. Nec mora: ipſis Imperatoribus apparens, hos prout digni erant corripuit. Tunc iuſſit eum Diocletianus in hippodromium palatij duci, & fuſtigari donec deficeret; quem mortuum in cloacam maximam miſerunt. Sed ille apparuit in ſomnis ſanctæ matronæ Lucinæ, dicens: Iuxta Circum inuenies corpus meum pendens in vnco; hoc ſordes non tetigerunt: & dum leuaueris, perduces ad Catacumbas, & ſepelies me in cryptâ iuxta veſtigia Apoſtolorum. Quæ ipſâ nocte veniens cum ſeruis, totum ita complenit.

4 *Celebrant eum quoque hoc die Maurolycus, Galeſinius, Felicius, VVandelbertus, cæteriq; Latini. At Græci XVIII. Decembris eum ac pleroſq; in eius Actis memoratos, ſingulos diuerſis diebus Romani Martyrologij tabulis adſcriptos, ſimul venerantur; vt ex Menologio, Menæis, Maximo Cythereo, atque Anthologio, liquet. Colitur verò in plurimis Latinis Eccleſiis ſolenni à profanis operibus iudicijſq; feriatione, vel ad depulſæ aliquando illius patrocinio peſtilentiæ conſecrandam memoriam, vel ad perennis aduersùs eam præſidij ſpem firmandam.* *à Græcis 18. Decẽb.*

§. II. *Acta S. Sebaſtiani.*

5 ILlius *ac ſociorum Acta cenſet Baronius an. 286. num. 2.* eſſe legitima, ac digna quæ Annalibus attexantur. *Ioannes Heſſels à Louanio, Molani Magiſter, in cenſurâ de quibuſdam Sanctorum hiſtoriis, ſatis alioquin, vt alibi à nobis indicatum eſt, ſeuerâ, iſta ſcribit*: S. Sebaſtiani tota paſſio omnibus modis placet, in quâ multorum aliorum paſſio continetur. *Acta illius digna fide.*

6 *Ea Acta, inquit Galeſinius,* à ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Notariis conſcripta putantur. *Id quidem nobis minimè dubium eſt; at non ſortaſſis, vt nunc in manibus ſunt. Nam ho-* *à Notariis S. R. E. ſcri-ſtra?*

EX VARIIS. an à S. Ambroſio?

rum auctor S. Ambroſius ante annos 800 habitus. Ita monachus anonymus, non ineruditus, qui tranſlationem Reliquiarum S. Sebaſtiani in Galliam, de quâ mox, deſcripſit, cap. 6. num. 22. Alacres ſimul vadunt ad locum non iam ignotum; ſiquidem ex ſerie paſſionis eius à S. Ambroſio luculenter editæ didicerant, miliario tertio ab Vrbe, loco qui ob ſtationem nauium Catacumbas dicebatur, præcepiſſe per viſum eumdem beatiſſimum Martyrem Lucinæ cuidam matronæ, ſepeliri ſe ad veſtigia Apoſtolorum Petri & Pauli. *Et in Epilogo, nu. 100.* Quiſquis ſanè faſtidioſus, lautiori edulio appetis ſatiari, hunc noſtrum furfurem poſtponens, ſanctiſſimi Patris Ambroſij opus, quod de huius triumpho Cælitis edidit, inquirens, in eo reperies ferculum ditiſſimè refertum; cuius delicioſo admodùm ſiligine palato mentis deguſtato, delectabiliter poteris ſaginari.

hoc probabile.

7 *Neque mirum, vt aliorum Sanctorum, ita Sebaſtiani, Mediolano oriundi, ad Mediolanenſium inflammandos pari virtutis ardore animos, præclara certamina, aut tradidiſſe ipſum litteris primum, ex maiorum vel ſermone vel commentariis, aut ab aliis tradita interpolaſſe. Neque ſtylus ab Ambroſij elegantiâ & grauitate multùm recedit.*

Vnde hic edita:

8 *Ea Acta à Roſvveydo noſtro ex MSS. Rebdorffenſi prope Eyſtadium, Eyſtadiano PP. Prædicatorum, M. Velſeri, S. Martini Treuiris, deſcripta; contulimus cum MSS. S. Giſleni, S. Audomari, S. Maximini, Ripatorij, aliiſq;, & Bonini Mombritij editione. Quæ Liuinus Brechtus Antuerpienſis, Minorita, ex MS. Mechlinienſi* (mutato tamen nonnihil ſtylo, *vt teſtatur Molanus, & patet legenti*) *Louanij edidit, dicauitq; Viglio Zuichemo concilij Cæſarei Præſidi, hoc præfixo titulo:* Memorabilis hiſtoria complectens conuerſionem & agones illuſtrium aliquot Martyrum, vnà cum aureâ exhortatione ad vitæ præſentis contemptum, & æternæ deſiderium, opuſculum incerti quidem auctoris; ſed à F. Liuino Brechto recens recognitum & expurgatum. *In epiſtolâ nuncupatoriâ iſta habet:* Nos illuſtres Martyrum agones, ante mille (ni fallor) & ducentos annos diligentiſſimè conſcriptos, Chriſtiano lectori communicandos duximus.

eadem olim expolita à Liuino Brechto:

ab aliis variè deſcripta.

9 *Eadem Acta è Græco Simeonis Metaphraſtæ Latinè vertit Gentianus Heruetus, edidit Aloyſius Lipomanus, atque ex eo Surius. Ea conſcripsêre quoque Iacobus de Voragine, Franciſcus Hareus, Zacharias Lippelous, Ferrarius in Catal. SS. Italiæ, Baronius to. 2. Annal. M. Antonius Georgius, Ioannes Baſilius Sanctorius, Ribadeneira & Roſvveydus noſtri, Petrus de Natal. lib. 2. cap. 106. Gabriel Flamma, & alij innumeri. Sermo S. Auguſtini de diuerſis centeſimus, in eius Sanctiq; Fabiani natali habitus eſt; S. Gregorij homilia 37. in baſilicâ S. Sebaſtiani. Aliorum multorum extant de eo ſermones. Legimus idem illius martyrium in MS. Nicolai Belfortij, Canonici regularis Sueſſionenſis, carmine deſcriptum ab Oliuerio Conrado Minoritâ.*

§. III. *Baſilicæ Romanæ S. Sebaſtiani.*

Templum S. Sebaſtiani ad Vrbem.

10 *VIſitur viâ Appiâ, ad cœmiterium Calliſti, S. Sebaſtiani baſilica, vna ex ſeptem Eccleſiis,* non tantùm Vrbi, *vt inquit Baronius,* ſed & orbi Chriſtiano notiſſima. *Quæ ad illam euntes emittit* porta Capena, *ea nunc* S. Sebaſtiani *dicitur. Porrò eccleſiam illam vel ædificauit vel reſtauravit S. Damaſus Papa tempore Valentiniani. Ita liber de Romanis Pontificibus:* Hic fecit baſilicas duas, vnam iuxta Theatrum S. Laurentio, & aliam in Catacumbis, vbi iacuerunt corpora ſancta Apoſtolorum Petri & Pauli; in quo loco platoniam ipſam, vbi iacuerunt corpora ſancta, verſibus exornauit. *Baronius tom. 4. ann. 384. num. 17.* platonias *interpretatur marmoreas tabulas ad ornatum comparatas; & quia alij codices, non, vt Bertinianus quo vſi ſumus,* exornaſſe *Damaſum* platoniam *habent, ſed* ædificaſſe, *id ipſe interpretatur,* parietes marmoreis tabulis incruſtaſſe. *Sic quod in eodem libro vulgò legitur,* Hic Liberius ornauit de platinis marmoreis petris ſepulchrum S. Agnetiſ martyris; *ipſe legit:* Hic de platoniis marmoreis ornauit ſepulchrum S. Agnetis. *Conſentit Bertinianus codex, niſi quod*

Platonia *quid.*

pro platoniis, *habet* platomis; *& in Damaſo* platomam. *Fatetur Baronius in ſuo MS. eſſe* placoton, *per quod putat intelligi* eccleſiæ pauimentum tabellis marmoreis variis figuris decorè ſtratum. *Nobis vox, quæcumq; genuina ſit, à latitudine ducta videtur, quòd πλατεῖα πίναξ, lata ac plana tabella fuerit. Aut ſi* placoton *Baronij quis prætulerit; ἀπὸ τῆς πλακὸς, quod cruſtam, tabulamue lapideam, latam, ſignificat, deflexum.*

11 *Teſtantur Octauius Pancirolus & Onuphrius Panvinius lib. de Vrbis eccleſiis, extare marmoream Tabulam, cuius inſcriptio fidem facit, tempore Innocentij I. Papæ, qui principio quinti ſeculi vixit, à Proclino & Vrſo Presbyteris ex voto dedicatam eſſe hanc S. Sebaſtiano Martyri baſilicam. Eam ſub finem octaui ſeculi Adrianus Papa reſtaurauit. Ita Anaſtaſius in eius vitâ:* Verùm etiam & eccleſiam Apoſtolorum foris portam Appiam miliario tertio, in loco qui appellatur Catacumbas, vbi corpus B. Sebaſtiani Martyris cum aliis quieſcit, in ruinis præuentam à nouo reſtauravit. *reſtauratum;*

12 *Eam eccleſiam deinde ab Alexandro III. ſub annum 1259. traditam Canonicis regularibus Lateranenſibus, nouem pòſt annis ceſſiſſe Ciſtercienſibus; anno 1431. ab Eugenio IV. reſtauratam, ſcribit idem Pancirolus: tandem verò cùm poſſeſſionibus careret ac ruinam minaretur, diſcedentibus inde monachis anno 1584. Beneficium ſimplex eſſe factam. Sed cùm anno 1612. Scipioni Burgheſio obtigiſſet, Pauli V. Pontificis Maximi nepoti, is illam à fundamentis reparare cœpit, multoq; elegantiùs & concinniùs quàm priùs, pauimento viæ publicæ æquato, præclaro laqueari, gemino vetuſti cœmiterij aditu, aliiſq; ad aditus ipſius atque altarium ornatum, aptè conſtructis.* *ornatum,*

13 *Acceptam ſancto Martyri pietatem fuiſſe, teſtatum cæleſti prodigio eſt. Intra ingentem arcam marmoream, quæ pro altari eſſet, condiderat ſacrum corpus Honorius III. ſub annum 1218. eamq; iuxta ipſius baſilicæ ingreſſum ad lævum latus collocârat, loco depreſſo & humili, obiectam portæ, quæ ad cœmiterium aditum pandebat. Reſtauratâ iam vniuerſâ baſilicâ, viſum eſt Cardinali, eam arcam non mouere quidem loco, ſed attollere aliquantùm, vt baſis pauimento baſilicæ æquaretur, eamq; ſacello includere. At ſimul moueri arca machinis cœpit, atque à terrâ attolli, tremore concuti vniuerſa ædes viſa. Operis ergo in fugam conuerſis Laurentius de Paulis Societatis Ieſu Sacerdos, quem Cardinalis præeſſe iſti rei voluerat, artifices hortatur, vt priùs ante venerandam Euchariſtiam preces fundant: tum promouere opus iubet, haud dubiè Superis placiturum, quippe ab ipſo Chriſti Vicario imperatum. Reuerſi ergo, molem eam haud magno negotio altiùs ſuſtulêre, ſacelliq; ſepto cinxêre. Tale auſpicium operis poſtulaſſe viſus eſt Martyr. Tradita deinde, eodem agente Burgheſio, ea eccleſia eſt Folienſibus Ciſtercienſis inſtituti monachis, à quibus inſigni munditiâ curatur. Quinque in eâ altaria ſunt, ingentibus ornata indulgentiis.* *non ſine miraculi ſpecie.*

14 *Alia in Vrbe SS. Martino &* Sebaſtiano *dicata ædes, Pij V. auctoritate erecta. Alia fuit* S. Sebaſtiano *poſita ædicula ad Cloacam maximam: ſed Conſtantiæ Picolominiæ Ducis Amalphitanæ palatio in Vrbe, loco qui* Piazza di Siena *dicitur reg. 13. Theatinis Patribus tradito, ibiq; eccleſiâ S. Andreæ, eiuſdem Conſtantiæ voluntate, dedicatâ; pro priori ædiculâ ſacellum S. Sebaſtiani nomine decretum eſſe, idq; perelegans, ſcribit Pancirolus: imò in ſacello Aſſumptæ Virginis ab Vrbano VIII. ædificato monumentum eius honori ab eodem iuſſum erigi. De quo Abrahamus Bzouius lib. qui Pontifex Romanus inſcribitur, hæc tradit:* Sacello adiungitur cella D. Sebaſtiano ſacra cuius imago refert illius ex cloacâ, in quam iuſſu Diocletiani proiectus fuit aſportationem, & in atro, ſeu Luculleo, ibidem locato lapide legitur elogium, quod, ne prolixior ſim, ſatis ſit adſcribere: Sanctus Sebaſtianus miles Chriſti fortiſſimus ſagittis Diocletiani iuſſu configitur, virgis cæditur, in cloacam deiicitur, inde à Lucinâ matronâ Romanâ eximitur, & in Calliſti cœmeterio conditur. Facti indicem plebs olim venerabunda ædiculam excitauit: cuius hîc nuper altare maius cum apſide ſtetit. Hanc Sixtus V. P. M. eâ lege æquari ſolo permiſit, vt illius pars nouæ ædis ambitu includeretur. Ad retinendam loci religionem, reiq; memoriam Mapharus S. R. E. Presbyter Cardinalis Barberinus *Alia eius ſacella in Vrbe.*

rinus hoc voluit extare monumentum, anno ſalutis MDCXVI.

§. IV. *Reliquiæ S. Sebaſtiani Romæ.*

15 *ETſi ad Catacumbas conditum S. Sebaſtiani corpus, vbi in eâ, quam diximus, arcâ marmoreâ illius etiamnum reliquiæ extant; vtq; populi Romani opinio eſt, & Pancirolus ſcribit, corpus ipſum Martyris, aut præcipuæ eius partes; aliquæ tamen tum ad alia Vrbis templa, tum ad exteras quoque gentes miſſæ, auguſta planè munera. Sagittam quoque vnam earum quibus confixus eſt, & columnam, cui fuit alligatus dum ſagittis peteretur, iſthic aſſeruari ſcribit Pancirolus.*

Reliquiæ in eius baſilicâ.

Aliquæ in Tuſciam delatæ:

16 *S. Gregorij ætate in Tuſciâ dicatum S. Sebaſtiani oratorium, eoq; illius allatas reliquias, ipſe teſtatur Gregorius lib. 1. Dial. cap. 10. ita ſcribens:* Matrona quædam nobilis in vicinis partibus Tuſciæ, nurum habebat, quæ intra breue tempus, quo filium eius acceperat, cum eadem ſocru ſuâ ad dedicationem oratorij B. Sebaſtiani Martyris fuerat inuitata. Nocte verò eadem, quâ ſubſequente die ad dedicationem prædicti oratorij fuerat proceſſura, voluptate carnis deuicta, à viro ſuo ſeſe abſtinere non potuit. Cumque manè facto conſcientiam deterreret perpetrata carnis delectatio, proceſſionem verò imperaret verecundia; plus erubeſcens vultum hominum, quàm Dei iudicium metuens, cum ſocru ſuâ ad dedicationem oratorij proceſſit. Mox verò vt reliquiæ B. Sebaſtiani Martyris oratorium ingreſſæ ſunt, eamdem prædictæ matronæ nurum malignus ſpiritus arripuit, & coram omni populo vexare cœpit. Eiuſdem verò oratorij Presbyter dum eam vehementiſſimè vexari conſpiceret, ex altari protinus ſyndonem tulit, eamque operuit: ſed & hunc ſimul repentè diabolus inuaſit. Et quia vltra vires voluit quicquam præſumere, compulſus eſt & ipſe cognoſcere in ſuâ vexatione quid eſſet.

cui ſolennitati irreuerenter aſſiſtens, arrepta à dæmone,

inde magicis præſtigijs grauiùs cruciata,

17 Hi verò qui aderant puellam in manibus ex oratorio ſublatam, ad domum propriam reportauerunt. Cumque hanc antiquus hoſtis vexatione continuâ vehementer attereret, propinqui ſui eam carnaliter amantes & amando perſequentes, ad obtinendum ſalutis remedium maleficis tradiderunt: vt eius animam funditus extinguerent, cuius carni magicis artibus ad tempus prodeſſe conarentur. Ducta eſt itaque ad fluuium atque in aquam merſa: ibique diutius incantationibus agere malefici moliebantur, vt is qui eam inuaſerat diabolus exiret. Sed miro omnipotentis Dei iudicio, dum arte peruersâ vnus ab eâ repellitur, in eam ſubitò legio intrauit. Cœpit ex horâ illâ tot motibus agitari, tot vocibus clamoribuſque perſtrepere, quot ſpiritibus tenebatur. Tunc inito conſilio parentes eius, ſuæ perfidiæ culpam

curatur à S. Fortunato Epiſcopo.

fatentes, hanc ad venerabilem virum Fortunatum Epiſcopum duxerunt eique reliquerunt. Quâ ille ſuſceptâ, multis ſe diebus ac noctibus in orationem dedit; tantoque anniſu precibus incubuit, quantò & in vno corpore contra ſe aſſiſtere legionis aciem inuenit. Quam poſt non multos dies ita ſanam atque incolumem reddidit, ac ſi in eam ius proprium diabolus numquàm habuiſſet.

18 *Hæc S. Gregorius; quæ ex eo Iacobus de Voragine aliiq; retulêre. Ne quis autem reuocet in dubium, eane fuerint S. Sebaſtiani reliquiæ, an cuiuſpiam alterius Sancti, ſed ad S. Sebaſtiani ſacrandam ædiculam iſthic locatæ; Zacharias Papa ita vertit:* ηὑρέθη δὲ τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Σεβαστιανοῦ ἐν τῷ εὐκτηρίῳ εἰσῆλθον. *Mox vt reliquiæ ſancti Martyris Sebaſtiani in illud oratorium ingreſſæ ſunt. De S. Fortunato Epiſcopo Tudertino, cuius precibus effugata ab hac matronâ dæmonum legio eſt, agemus 14. Octobris.*

Ea reliquiæ verè S. Sebaſtiani erãt.

19 *Quod idem S. Gregorius lib. 3. Dial. cap. 30. eccleſiam in regione Suburræ, quæ Arianorum fuerat, expurgatam biennio antè quàm Dialogos ſcriberet, & introductis B. Stephani & S. Marthæ Martyrum reliquiis dedicatam ſcribit, vt & nos XIX. Ianuarij ad vitam S. Marthæ indicauimus; idem S. Zacharias Papa habet* S. Sebaſtiani & ſanctæ Martyris Agathæ. *Itaq; legit Ioannes Diaconus, qui in vitâ S. Gregorij lib. 2. cap. 31. ita ſcribit:* Præterea cum Arianorum baſilica in regione vrbis huius, quæ Suburra dicitur, clauſa vſque ad Gregorij pontificatus tempora remanſiſſet, placuit ei vt in fide Catholicâ introductis illuc B. Sebaſtiani & S. Agathæ Martyrum reliquiis, dedicari debuiſſet, quod factum eſt. Nam cum magnâ populi multitudine Gregorius laudes canendo perueniens, baſilicam præfatam ingreſſus eſt. Cumque venerabilis Pontifex iam Miſſàrum ſolennia celebraret, ac propter eiuſdem loci angustias populi ſe turba comprimeret, quidam ex his qui extra ſacrarium ſtabant, porcum ſubitò inter ſuos pedes huc & illuc diſcurrere ſenſerunt. Quem dum vnuſquiſque ſentiret, & iuxta ſe ſtantibus indicaret, idem porcus eccleſiæ ianuas petiit, per quos tranſiit in admirationem conuertit: ſed videri nil potuit, quamuis ſentiri potuiſſet. Quod idcircò Diuina pietas oſtendit, vt cunctis pateſceret, quia veniente cum reliquiis Sanctorum Gregorio, de loco eodem immundus habitator exiret.

EXVARIIS.

ad eccleſiã, quæ olim Arianorum, dicandam;

20 *SS. Sebaſtiani & Agathæ poſitas iſthic reliquias habet quoque Gratianus de conſecr. diſt. 1. cap. 22. & S. Antoninus 2. par. tit. 12. cap. 3. §. 9. & ipſe S. Gregorius indicat Regiſt. lib. 3. epiſt. 19.* Quia ergo, *inquit*, eccleſia S. Agathæ ſita in Suburrâ, quæ ſpelunca fuit aliquando prauitatis hæreticæ, ad Catholicæ fidei culturam, Deo propitiante, reducta eſt *&c.*

quæ nunc S. Agathæ.

Aliæ ad alias Vrbis eccleſias deportatæ.

21 *Sunt aliæ præterea Vrbis baſilicæ* S. Sebaſtiani *pignoribus locupletatæ, ſiue Eugenij II. temporibus, cùm aliquæ in Galliam aſportatæ ſunt, ſiue, vt Pancirolus exiſtimat, Honorij III. ætate, cùm quæ ad Catacumbas relictæ erant, in marmoreâ tumbâ conditæ ſunt; ſeu quâ aliâ occaſione. Nam caput eius in Vaticanâ S. Petri eccleſiâ aſſeruari teſtatur Pancirolus in Indice Reliquiarum Vrbis: brachium ac ſagittam vnam in S. Mariæ de Equirio; alterum brachium in S. Praxedis, os ſcapulæ in S. Martini, vtráque in Montibus ſitâ æde: alias in Sanctorum quatuor Coronatorum, & alibi. de Eccleſiâ S. Petri ad vincula dicemus ſequenti §. De reliquiis eius ad Vaticanam S. Petri baſilicam tranſlatis ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius in Gregorio IV. qui à 24. Septemb. 827. ad finem anni 843. ſedit: In oratorio S. Gregorij,* infra Eccleſiam B. Petri Apoſtoli, corpora beatorum Martyrum Sebaſtiani, Gorgonij, ac Tiburtij ex cimiteriis in quibus antè iacebant, perduxit: & vnumquodque eorum ſeparatis altaribus collocauit. *quod de parte corporis vniuſcuiuſque intelligi debere, alibi manifeſtum fiet.*

§. V. *S. Sebaſtiani contra peſtem ſalutare patrocinium.*

Patronus contra peſtem S. Sebaſtianus,

22 *PHilibertus Marchinus Nouarienſis in Philoſophicis Problematis de peſtilentiâ, Problemate 8.* Cur pro peſte auertendâ D. Sebaſtiani patrocinium vbique imploretur, *ita ſcribit:* Coniectura fortè illa eſſe poteſt, quam retulit Pierius Valerianus lib. 42. Cùm enim apud veteres peſtis hieroglyphicum fuerint Apollinis ſagittæ in Græcos emiſſæ; nec non apud ſacras litteras idem morbus Numinis infenſi telum ſit: Niſi conuerſi fueritis, arcum ſuum vibrauit, & parauit illum, & in eo parauit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit: vbi contagia tum vaſa mortis, tum ardentiſſimæ diuinæ iræ ſagittæ nuncupantur; ideò Chriſtiana pietas è Diuorum numero Sebaſtianum, ſagittis impetitum, aduersùs peſtiferum morbum ſibi tutelarem elegit, cuius patrocinium cùm ſæpè multæ vrbes, præſertim Mediolanenſis anno Chriſti MDLXXVI. re ipsâ probauerint. Idcircò communi Chriſtianorum voto pro hoc morbo depellendo Sebaſtianus inuocatur, nullis aliis extantibus in eiuſdem geſtis huius rei veſtigiis.

Pſ. 7. 13. & 14.

non quia ſagittis confixus;

23 *Extant verò, ſi non in eius geſtis, aſt alibi, eaq; illuſtria, veſtigia pij huius moris. Nam Paulus Diaconus de geſtis Longobardorum lib. 6. cap. 5.* His temporibus per Indict. VIII. luna eclipſin paſſa eſt. Solis quoque eclipſis eodem pænè tempore, horâ diei quaſi decimâ, V. Non. Maias effecta eſt: moxque ſubſecuta eſt grauiſſima peſtis tribus menſibus,

ſed quia dira peſtis in Italiâ

Aliæ Romam allatæ.

Ex VARIIS.

sibus, hoc est, Iulio, Augusto, & Septembrio: tantaque fuit multitudo morientium, vt etiam parentes cum filiis, atque fratres cum sororibus, bini per feretra positi, apud vrbem Romam ad sepulchra deducerentur. Pari etiam modo hæc pestilentia Ticinum quoque depopulata est; ita vt cunctis ciuibus per iuga montium, seu per diuersa loca, fugientibus, in foro & per plateas ciuitatis herbæ & fruteta nascerentur. Tumque visibiliter multis apparuit, quia bonus & malus angelus noctu per ciuitatem

à demone accensa,

pergerent; & ex iussu boni Angeli, malus angelus, qui videbatur venabulum manu ferre, quotiens de venabulo ostium cuiuscumque domus percussisset, tot de eadem domo die sequenti homines interirent. Tunc per reuelationem cuidam dictum est, quòd pestis ipsa priùs non quiesceret, quàm in basilicâ B. Petri quæ ad vincula dicitur, S. Sebastiani Martyris altarium poneretur. Factumque est, & delatis ab vrbe Româ B. Sebastiani Martyris reliquiis, mox vt in iam dictâ basilicâ altarium constitutum est, pestis ipsa quicuit.

ope S. Sebastiani restincta;

24 *Eadem ex Paulo recitat Baronius tom. 8. ad an. 680. Carolus Stengelius in* Ἀλεξητηρίῳ *cap. 6. De eadem peste actum est 10. Ianu. in vitâ S. Agathonis Papæ, vbi cœpisse dicitur post lunæ deliquium, quod diem Iunij decimumseptimum secutâ nocte contigit an. 680. Indict. 8. Quod Paulus habet,* delatis ab vrbe Româ B. Sebastiani Martyris reliquiis; *scriptum videtur,* delatis in vrbem Romam B. Sebastiani Martyris reliquiis, *à Catacumbis scilicet: atque ita scribit Sigonius lib. 2. de regno Italiæ: & subdit:* Ab eo tempore obseruatum, vt qui inciderent, Martyrem ipsum in vota vocarent.

reliquiis eius in Vrbem adductis,

25 *Situm est templum illud* S. Petri ad vincula *in Esquiliis, dicturq; alio nomine* Titulus Eudoxiæ, *ab Eudoxiâ Augustâ Valentiniani III. coniuge, vt 1. Augusti dicemus, cùm de S. Petri vinculis agemus. In eâ basilicâ, vt Baronius scribit,* egregium sancti Martyris monumentum, veneranda eius imago opere musiuo expressâ, atque hactenus integra extat, senili aspectu & barbâ: quod pictores admoneat qui iuuenem eum palo alligatum perperàm pingunt. *At pictores (licet quidlibet audendi potestas ab omni retro memoriâ concessa iis esse videatur, quam miramur nusquam censurâ aliquâ coërceri, non vt artis inuentio fastidiosè restringatur, sed vt quæ Sanctis tribuuntur expendantur, consulaturq; honestati) sic tamen fortasis robur inuictum Sebastiani exprimere voluerunt, iuuenili & vegetâ corporis formâ.*

ad Titulum Eudoxiæ;

vbi eius imago.

26 *Alibi sæpè eiusdem Diui aduersùs pestilentem contagionem imploratum non vanâ prece patrocinium est, vt ex iis quæ de Bauaro Duce, Cardinale Dietrichstenio, VVesaliâ oppido, inferiùs dicentur, fiet manifestum. In antiquissimo & celeberrimo S. Victoris cœnobio Massiliæ, cui olim Ioannes Cassianus præfuit, in diuino officio post sanctorum Apostolorum commemorationem ad Laudes & Vesperas, quoties illas recitari Ecclesiæ ritus sinunt, subiicitur S. Victoris Martyris commemoratio, de quâ 21. Iulij ad eiusdem Diui Acta; tum SS. Rochi & Sebastiani ista:* Sancti Sebastiane & Roche pretiosi, seruorum preces suscipite clementer, vt qui vos elegit ad claritatem visionis æternæ, à peste epidimiæ nos liberet celebrantes vestram sanctam commemorationem: gaudium sit in cælo, & in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis. *V.* Orate pro nobis Sancti Sebastiane & Roche. *R.* Vt mereamur præseruari à peste. *Oratio.* Deus qui B. Sebastianum Martyrem tuum virtute constantiæ in passione roborasti; & B. Rochum Confessorem tuum in languore pestis & epidimiæ, quam in suo corpore pro tui nominis gloria passus est, iuuisti; præsta, quæsumus, vt qui eorum memoriam agimus, meritis ipsorum à mortiferâ peste corporis & animæ liberemur. *sequitur pro pace.*

Alibi pellenda pestis gratiâ cultus,

etiam quotidianâ commemoratione.

§. VI. Solennis eius veneratio Capuæ & Mediolani, ob pestem propulsatam.

27 *Neque sacrarum reliquiarum quem extremæ Galliæ Roma thesaurum recluserit, non de eo etiam aliquid aliis Italiæ vrbibus suppeditauit. Duas comperimus eius parte locuple-*

Aliquæ eius reliquiæ Capuæ in tribus templis:

tatas, & singulare inde expertas præsidium, Capuam & Mediolanum. De illâ Michaël Monachus Sanctuarij Capuani parte 4. Ceterùm in hac vrbe nostrâ, *inquit,* habentur reliquiæ S. Sebastiani, olim inuentæ in ecclesiâ S. Ioannis ad Curtim, & in Thesauro repositæ. Memoriæ proditum est nullum parochianum S. Ioannis ad Curtim à grassante peste læsum fuisse. Sunt quoque reliquiæ in monasterio S. Ioannis, vbi benedicitur aqua tactu vasculi sanctæ reliquiæ, & conseruatur pro infirmis; quæ tam frequenter peti solet, vt inter annum necesse sit aliquando iterum benedici.

aqua iis intinctis sacrata salutis caussâ.

28 Et in ecclesiâ S. Eligij reliquiæ sunt insignes, necnon pulcherrima statua lignea, quam hoc ipso die Presbyteri sanctissimæ Annuntiatæ ad cathedralem adducunt; & inde à Capitulo & à Clero per Vrbem circumfertur. Introductam esse consuetudinem tradunt tempore pestis, quæ intercessione S. Sebastiani, inuentis reliquiis, cessauit. Quonam anno hoc acciderit, mihi non constat: quia verò in Breuiario hoc festum colitur officio semiduplici, mihi persuadeo tempore quo Breuiarium impressum est, id est, anno 1489. huiusmodi consuetudinem non extitisse, vt solennis esset S. Sebastiani festiuitas. Cùm ergo recens sit solennitas; quod de peste traditur, non est intelligendum de illâ peste, quæ per multos & multos annos perdurauit, vt ex scripturis S. Ioannis & S. Eligij colligere potui, nempe ante annum 1383. & circa 1400: sed intelligendum de peste, quæ fuit circa annum 1500. quâ peste infecti (vt aui nostri narrabant) amandabantur prope Montem sancti Angeli supra antiquâ cryptoporticu quadrâ, constructâ iuxta Fontem à Pesciariello: at fuisse domum illam pro infectis constructam à tempore illius prioris & tam longæ pestis, ruinæ persuadent.

solennis ob pulsam pestem ibidē religio.

29 *Hæc ille; qui alibi scribit, ecclesiam* S. Ioannis ad Curtim, *parochialem esse, sic dictam quia erat capella Principum, & proinde prope* Curtim, *id est, palatium Principis: sacram verò esse S. Ioanni Baptistæ. At* nobile monasterium S. Ioannis monialium, ab Aligerno Abbate Cassinensi constructum anno 967. post annos centum & quinquaginta circiter à primâ fundatione, titulo S. Ioannis Baptistæ addidit titulum Euangelistæ. *Ecclesia verò S. Eligij, Francorum opus, anno 1574. concessa est venerabilibus Clericis regularibus Theatinis; cùm in eâ antiquitus esse solerent conducti Presbyteri seculares.*

Quæ tria illa templa.

30 *Mediolani quoque S. Sebastiani celebres reliquiæ, salutare præsidium aduersùs pestiferam luem, quæ anno 1575. & deinceps grassata. Quâ de re Carolus à Basilicâ-Petri Episcopus Nouariensis in Vitâ S. Caroli Borromæi lib. 4. cap. 5. ita scribit:* Dicam verò priùs quæ Mediolanensis ciuitatis Concilium, reliquis etiam, qui in vrbe erant, consentientibus, Deo eiusque Martyri Sebastiano vouit: quem & propter similia beneficia per eum quâdoque impetrata, & quòd matre Mediolanensi natus, Mediolani quoque eruditus esset, sibi deprecatorem aduocarunt. Vouerunt igitur nouam Martyri ecclesiam, vetere dirutâ, ædificare; conferre, vnde Sacrum in eâ fieri quotidie posset; diem Martyris festũ, etiam cum diei antecedentis ieiunio colere; ecclesiam ipsam cum solennibus donis, quotannis in die voti, hoc est, Idib. Octobris, & festo item Martyris, adire, vas pretiosum offerre, quod eiusdem Martyris ossis decorum esset receptaculum. Alia addiderunt quæ hîc explicare necesse non est. Carolus verò vt voto ritè decoreque soluendo quàm maximè faueret, quibus diebus populo conueniendum fuit, vnà cum Clero ecclesiâ aditâ, sacrisque apparatè peractis, religiosissimam effecit celebritatem; atque anno pòst cùm ciuitas ex diuturnâ afflictione recreata esset, ædificij formâ probatâ, primum ex Ecclesiæ statu ritu lapidem posuit. *Plura à S. Carolo eo tempore præclarè gesta eo libro commemorat.*

Mediolanenses ei templum vouent, atque

31 *Iosephus quoque Ripamontius historiarum Ecclesiæ Mediolanensis parte 4. lib. 4.* Ceterùm supplicatione absolutâ, veluti cælestes induciæ exissent, strages & acerui morientium & vbique funera facies que vrbis inuisæ Deo.

Et pia-

S. Carolo Borromeo ſuadente,

Et piacula omnia auertendæ peſti ſollicitè adhuc vndique Carolus conquirebat. Tunc ſubiit eius animum recordatio Martyris Sebaſtiani, cuius apud Deum gratiâ & commendatione liberatas olim ſimili clade vrbes memoria extat. Hunc ab maternâ origine reputans eſſe vrbis huius ciuem, ſperabat in tanto publico malo velut alteri patriæ non defuturum, ſi piè pureque inuocaretur. Itaque & ſupplicationibus iam ad præcipua templa habitis, & procurato myſteriis populo, concionatus ad multitudinem attonitam de inuocandâ Martyris ope, hortari inſtitit, vt votum ei publicè nuncuparent. Affirmabat ante Cal. Ianuarias depulſam fore peſtilentiam: crederent tantummodò abſtinerentque à peccatis, & innoxiè agerent, cetera Numini tutelarique ſuo permittentes. Vaticinium hoc fuiſſe diuinitus præſagientis animi poſt euentum credidit ciuitas, ac ritè nuncupatis votis, etſi nequaquàm ſalubria ſtatim corpora eſſe cœperunt, ſtrages tamen & acerui mortuorum aliquantò quotidie minores fiebant. Ad eam diem, quæ finem allatura malo prædicta fuerat, abiit peſtilentia ex vrbe, Martyrique liberatori templum poſuêre ciues in iiſdem veſtigiis, vbi poſita vetus ædicula Martyris eiuſdem fuit, donaque illuc portauêre; & feſtus D. Sebaſtiano dies quotannis inde vrbi agitur.

& remedium peſti pollicente;

vti contigit.

Feſti eius deinceps ſolennitas.

32 *Solennis eius diei celebritas eſt; officium de S. Sebaſtiano, cum commemoratione SS. Solutoris & ſociorum Martyrum; S. Fabiani nullâ mentione. Orationes quatuor; tres ſalubritatis, aliorumque commodorum obtentorum aut ſperatorum, indices. prima*: Multiplica, quæſumus, Domine benedictionem tuam ſuper populum tuum: & quos ſancti Martyris tui Sebaſtiani frequentibus conſolaris officiis, beneficiorum largitate proſequere, vt & donis cæleſtibus erudiri, & competentibus ſe gaudeant ſubſidiis adiuuari. per Dominum. *ſecunda:* Concede quæſumus, Domine Deus noſter, vt inter aduerſa quæ pro delictorum debito ſuſtinemus, quod fiducia noſtra non obtinet, beati Martyris tui Sebaſtiani interceſſione conſequatur. per Dominum *&c. tertia:* Præſta, quæſumus, omnipotens Deus, vt eius ſine ceſſatione fruamur auxilio, cuius patrocinia, te largiente, adepti ſumus. Per Dominum. *quarta de communi:* Deus, qui beatum Martyrem tuum Sebaſtianum virtute conſtantiæ in paſſione *&c.*

§. VII. Reliquiæ Sueſſionem allatæ.

Allatæ Sueſſionē,

33 *TAndem in Gallias quoque aduecta glorioſi Martyris pignora ſunt, atque Auguſtæ Sueſſionum in S. Medardi æde recondita, innumeris fulsêre miraculis. De his Eginhardus in Annalibus, ab Andrea du Cheſne poſt alios accuratiſsimè editis tom. 2. ſcriptorum Francicorum, ad annum Chriſti 826.* Dum hæc aguntur, Hilduinus Abbas S. Dionyſij Martyris Romam mittens, annuente precibus eius Eugenio ſanctæ Sedis Apoſtolicæ tunc Præſule, oſſa beatiſſimi Martyris Chriſti Sebaſtiani accepit, & ea apud Sueſſionem ciuitatem in baſilicâ S. Medardi collocauit; vbi dum adhuc inhumata in loculo, in quo allata fuerunt, iuxta tumulum S. Medardi iacerent, tanta ſignorum ac prodigiorum multitudo claruit, tanta virtutum vis in omni genere ſanitatum per diuinam gratiam in nomine eiuſdem beatiſſimi Martyris emicuit, vt à nullo mortalium eorumdem miraculorum aut numerus comprehendi, aut varietas verbis valeat enuntiari. Quorum quædam tanti ſtuporis eſſe narrantur, vt humanæ imbecillitatis fidem excederent; niſi certum eſſet Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, pro quo idem paſſus eſt, omnia quæ vult per diuinam potentiam facere poſſe, in quâ illi omnis creatura in cælo & in terrâ ſubiecta eſt. *Quæ iiſdem ferè verbis, ſed aliquantò contractiùs, Sigebertus Gemblacenſis reddidit ad an. 825.*

(vbi multa facta miracula)

34 *Scriptor vitæ Ludouici Pij ab eodem du Cheſne V. Cl. editæ, ipſi Ludouico atque Eginharto coæuus, ad eumdem annum*: Per idem tempus Hilduinus Abbas monaſterij B. Dionyſij, Romam monachos petitionis ſuæ baiulos ad Eugenium ſanctæ Romanæ Sedis Præſulem miſit, flagitans oſſa B. Sebaſtiani Martyris ſibi tranſmitti. Huius deſiderio Dominus Apoſtolicus ſatisfaciens, per prædictos Miſſos ſacratiſſimi militis Chriſti exuuias miſit. Quę religioſiſſimè à prædicto viro ſuſceptæ, atque interim cum loculo vectatorio, vt allatæ ſunt, iuxta corpus B. Medardi poſitæ. Quibus ibi conſiſtentibus, tantam Deus per præſentiam aduentus eorum mortalibus attribuit virtutum copiam vt multitudo numeros excedat, porrò qualitas fidem ſuperet; niſi eis auribus credatur, quibus perſuaſum eſt nihil repugnare Diuinæ iuſſioni, ſed & omnia poſſibilia eſſe credenti. *Marianus Scotus ad an. 828. & Lambertus Schaſnaburgenſis ad 826.* Hiltuinus oſſa S. Sebaſtiani Martyris tranſtulit in Galliam.

EX VARIIS.

pars corporis, non totum integrum.

35 *Oſſa dumtaxat aliqua, non etiam totum corpus Martyris tranſlatum, cùm etiamnum plures eius reliquiarum partes Romæ extent. Fidem Ado Viennenſis facit qui eadem vixit ætate. Is ergo in Chronico ita ſcribit:* Huius Imperatoris tempore pars corporis B. Sebaſtiani Martyris ad Sueſſionicam vrbem delata: vbi multa mira in laudem Dei omnipotentis varia genera ſanitatum infirmis collata.

Tranſlationis anniuerſaria memoria in Martyrologiis.

36 *Extat huius tranſlationis in Martyrologiis conſignata memoria, tum hoc die, tam nono Decembris, quo contigit anno 826. quo littera Dominicalis G.* Ea tum Dominica dies fuit, *vt in Hiſtoriâ tranſlationis nu. 44. dicitur, eaq; ſecunda Aduentus, quâ nimirum ad Introitum, vt vocant, Miſſæ, canitur:* Populus Sion, ecce Dominus veniet ad ſaluandas gentes. *Eo igitur die, quinto Idus Decembris, VVandelbertus:*

Sebaſtianum quinis celebramus, ab Vrbe
Tranſlatum, proprio quo Gallica rura Patrono
Exultant; ingens templum cui ſurgit, & ara,
Antiquoſque nitent æquantia culmina faſtus.

Idem XIII. Kal. Februarij:

Tertia poſt decimam Fabiano Præſule floret:
Cui parili Sebaſtianus virtute cohæret,
Româ quem vectum iam Sueſſio læta frequentat.

Eodem 9. die Decemb. MS. Martyrologium S. Mariæ Vltraiecti: Tranſlatio S. Sebaſtiani Martyris. *Sauſſaius in Martyrologio Gallicano, eodem die:* Auguſtæ Sueſſionum ſuſceptio reliquiarum S. Sebaſtiani Martyris, patriâ Narbonenſis. Cuius venerabile corpus, petente Ludouico Pio Imperatore, Hilduini Abbatis S. Medardi precibus, nec non ſignis Diuinæ inſpirationis, inducto; Româ è baſilicâ ſui nominis conceſſu Eugenij II. Pontificis, Sueſſionem in Galliâ multâ cum Diuinæ gloriæ magnificentiâ delatum eſt, per Rodomum (*imò*, Rodoinum) præfati monaſterij Præpoſitum: ſuſcipiente ſacram ſarcinam, omni cum pietatis ſignificatione, & ritus celebritate, Rotardo Sueſſionenſe Epiſcopo; qui præmiſſis, quas Clero & populo indixerat, octo dierum ac noctium vigiliis, pretioſam ſancti Martyris glebam in ſacrario S. Medardi eccleſiæ, perpetuâ colendam veneratione collocauit, fulgentibus ipſo tempore miraculis, quibus claudi erecti, frenetici ſanati, dæmones expulſi ſunt. Ad quorum mirabilium ſplendorem intuendum, Ludouicus ipſe Auguſtus Sueſſionem, ductus religione, venit; menteque expiatâ, cultu regio depoſito, nudis pedibus, baſilicam in quâ glorioſus Chriſti Martyr coruſcabat ingreſſus, exceptuſque ab Hilduino Abbate ſacris adoratis pignoribus, octodecim languidorū ſanationē conſpexit: & hinc deuotione incenſus, collatis in beati hoſpitis cultum muneribus regiis, magnalia Dei, quorum teſtis fuerat, demiratus, ſancti Martyris ſeſe clientelæ cum liberis & regno commendauit. *Hæc ille, vbi rectè ab* Eugenio II. *donatas eſſe reliquias illas tradit, non, vt XX. Ianuarij ſcripſerat, ab* Eugenio I. *qui S. Martino ſuffectus, obiit anno 656. 2. Iunij.*

Hiſtoria à monacho coæuo ſcripta.

37 *Hiſtoriam huius Tranſlationis litteris commendauit, qui tum aderat, monachus in cœnobio S. Medardi, vti Andreas du Cheſne to. 1. Scriptorum Francicorum monuit; & patet ex iis quæ ipſe Auctor ſcribit, nu. 29.* Certè qui hîc ſuis nos exequiis, licet indignos, ſic admittere cenſuit *&c. & nu. 61.* ſequenti nocte opportunum tempus ſynaxis matutinalis

Ex variis. lis aduenerat: cùm ecce inter legendum residentibus nobis adducitur vir quispiam. *nu. 83.* Sint ergo & nobis & illis optamus eius proficua patrocinia, qui nostrorum dapsilitate Patrum illius tanti pignoris meruimus effici participes, *& nu. 84.* Quam rem (*de terriculamentis noctu Sueßione auditis ante aduentum Reliquiarum*) à multis, qui nostris superfuêre temporibus, sine suspicione falsi consono relatu audiui; *&c.*

vnde hic edita. 38 *Hunc eius commentarium nobis communicauit Petrus Franciscus Chiffletius noster, ex vetusto codice Ecclesiæ Vesontionensis, in quo sequebatur epistola Odilonis ad Ingrannum de trãslatione SS. Tiburtij, Marcellini, Petri, & aliorum, de quâ alibi. Eamdem historiam descripserat Nicolaus Belfortius in monasterio S. Ioannis de Vineâ Sueßione Canonicus regularis, ex tabulario cœnobij S. Medardi, sed paullùm subinde contraxerat: cum eius autographo exemplar Chiffletianum contulimus. Subiunxerat Rothardi Episcopi Priuilegium monasterio S. Medardi datum; litterasq; Ludouici Pij de Cauciaci donatione, cuius mentio fit c. 19. n. 88. ac Caroli Calui diploma. Sed hæc, quippe non omnino ad rem nostram necessaria, omisimus: & sunt eiusmodi, vt cui argutari lubuerit, possit fortassis sublestam fidem suspectare: & Belfortius, seruato tamen sensu, atque etiam phrasi, redundantia quædam expunxisse se fatetur; gratiam indubiè maiorem ab antiquitatis studioso lectore initurus, si integra, quantumuis prolixa & fortè impolita, dedisset. Ab eo exscripsimus breuem commentarium Alexandri Salnouei de iisdem reliquiis à Caluinistarum hæreticorum furore ereptis, Latinè versum à Nicolao Bezançonio.*

Extat alibi eius prologus. 39 *Quædam ex eadem Translationis historiâ recitat Andreas du Chesne tom. 2. Scriptorum Francicorum, ex MS. Michaëlis Subleti Abbatis Vendocinensis. Testatur verò in eo codice Præfationem extare ad Ingrannum S. Medardi Sueßionensis Abbatem, è quâ istâ profert:* Agenardus, (*quem nempe alij* Eginhartum *appellant*) cognomine Sapiens, eâ qui tempestate habebatur insignis, huius reuerentissimi Cælicoli mentionem in gestis Cæsarum Caroli Magni & filij ipsius Hludouici faciens, inter alia quæ annotino cursu dictabat, non inoperosum duxit mortalia acta immortali astipulatione roborare, ita dicens: Dum hæc aguntur, Hilduinus Abba monasterij S. Dionysij *&c. Porrò idem ille est Ingrannus Abbas, cui suam hic Auctor, & suam Odilo narrationem Translationis SS. Tiburtij & aliorum dedicauit: anne idem quoque Auctor, nimirum Odilo? Nil firmare possumus.*

§. VIII. *Variis locis in Galliâ, Belgio, Hispaniâ, S. Sebastiani reliquiæ.*

Aliquæ reliquiæ eius Magni-loci: 40 *Plures exinde Gallicanæ Ecclesiæ parte earumdem reliquiarum, aut re quapiam earum attactu sacratâ ornatæ sunt. Nam primùm Magni-loci apud Aruernos cœnobium lintei, quo eæ inuolutæ fuerant, parte donatum, atque innumeris inde miraculis illustratum, quarum hic mentio fit nu. 83.*

Tolosæ: 41 *Alias Tolosæ in cœnobio S. Mariæ Deauratæ dicto, monachorum Ordinis S. Benedicti, extare auctor est Saussaius in Supplemento ad 20. Ianuarij ita scribens:* Tolosæ veneratio reliquiarum S. Sebastiani Martyris illustrissimi, patriâ Narbonensis, quæ ingenti capsæ argenteæ inclusæ apud S. Mariæ Deauratæ ascetas magnâ religione asseruantur, & deuoto populo ad venerationem hodie potissimùm exhibentur.

alibi passim per Gallias: 42 *Idem Saussaius de aliis Ecclesiis hæc tradit:* Ceterùm ex tam locuplete gazophylacio decerpta pretiosa aliquot pignora, plurimas regni Christianissimi Ecclesias nobilitarunt: quæ inclyti huius Martyris reliquiis decoratæ magis quàm exquisitâ qualibet monilium congerie, aut structuræ magnificentiâ meritò gloriantur. In quibus post Parisiensem omnium clarissimam, Treuirensis quoque hoc ex decore præcipuè commendatur: deinde Senonensis, Trecensis, Bruxellana, aliæque Cathedraticę, præter abbatiales & ceteras innumeras.

43 *At non recitè Bruxellensem Ecclesiam Cathedralibus annumerat. Est quidem, tum S. Gudilæ augustæ basilica, illustri aucta Canonicorum collegio, tum amplissima vrbs, eo honore non indigna, sed propter vicinam Mechliniam, cuius Archiepiscopo, Belgicæ Primati subest, nondum eum adepta. Neque in ipsâ S. Gudilæ æde ea asseruantur reliquiæ, (etsi illi ferebantur vltimâ gloriosæ Principis nostræ Isabellæ Claræ Eugeniæ voluntate relictæ) sed in aulico Principum oratorio. De his reliquiis ista scribit Autbertus Miræus V. CL. in Fastis Belgicis ad 20. Ianuarij:* Huius toto orbe celeberrimi ac fortissimi Martyris integra manus per Lotharium Treuirensem Archiepiscopum dono missa est Alberto Austriacó Belgarum Principi; qui illam adamantibus, gemmis, aureoque tabernaculo decorauit: adseruaturque Bruxellæ in palatio magnâ veneratione. *Hæc Miræus. Est præterea inter Aulæ reliquias os eiusdem Sancti, ac sagittæ vnius, quâ confixus, cuspidis ferreæ pars, & quædam aliæ exiles eius reliquiæ.* *in Belgio, Bruxellæ;*

Antuerpiæ; 44 *Neque exors tanti præsidij Antuerpia. Nam Domus hæc Societatis Iesu os oblongum, aliudq; ossiculum eiusdem fortissimi athletæ possidet. Atque illud quidem, cum SS. VVillebrordi, Ioannis Baptistæ, aliorumq; reliquiis ab Euerardo Bottero donatum Ioanni VValterio Viringo Societatis nostræ sacerdoti, ab hoc Rectori collegij nondum in domum professam erecti Carolo Scribanio* XI. *Augusti 1611. Acceperat Botterus à religiosâ Priorissâ monasterij S. Agnetis, Ordinis S. Augustini, Vltraiecti; vbi olim in magnâ haberi veneratione consueuerat, & ab Antistitibus religiosè visitari. Constant hæc authenticis testimoniis, quæ in archiuo nostro asseruantur.*

Aroasiæ; 45 *Aroasiam quoque, in Belgicâ situm cœnobium, vt suprà* XIII. *Ianuarij ad vitam B. Heldemari illius fundatoris cap. 9. num. 17. dictum, à Cenone Prænestino Cardinale tum aliæ allatæ reliquiæ recensentur, tum quædam etiam S. Sebastiani.*

Tornaci; 46 *Aliquas quoque Tornaci extare in cathedrali ecclesiâ, auctor est Ioannes Cognatus historiæ Tornacen. lib. 3. cap. 36. De vestimento eius aliquid asseruari in cathedrali Atrebatensi ecclesiâ tradit Arnoldus Raißius in Hierogazophylacio Belgico.* *Atrebati:*

in Hispaniâ, 47 *Galliis Hispanias iungamus, quibus præsidio ornamentoq; eiusdem Diui Herois pignora sunt. Haud dubium quin pluribus toto regno partita Ecclesiis: de tribus comperimus, Compostellanâ, Hispalensi, Malacensi. Et Hispali quidem totâque diœcesi solennitatem obtinet quam Duplicem vocant secundæ classis; propterea quòd os brachij eius isthic argenteæ thecæ ad formã brachij humani fabrefactæ inclusũ asseruetur. Bina Canonicorũ collegia eo die, (aut, si hiberna aquarum eluuio obstiterit, quo primùm opportunum fuerit) ad S. Sebastiani basilicam extra vrbis muros sitam, supplicatum solenni ritu conueniunt. Eiusdem quoque Sancti brachium, siue os quodpiam aliud, in Malacensi Societatis Iesu collegio extat. Tradit hæc Antonius Quintanadueñas noster libro de SS. Hispalensibus. Malacæ verò S. Sebastiani Martyris templum Societati Iesu traditum, quod è vetustissimis est illius oppidi, idq; adire à S. Mariæ maiori basilicâ prisco decreto publicè supplicantium agmen, indeq; S. Ioannis ædem solet, vt scribit Martinus de Roa noster lib. Antiquitatum Malacensium. Compostellæ in metropolitanâ S. Iacobi æde sanguinem asseruari S. Sebastiani testatur Licentiatus Molinâ in Descriptione Galliciæ parte 1. fol. 5. Ab Irene, aut Lucinâ detersus reconditusq; haud dubiè fuit in vas aliquod, (vt fieri tum solebat) cùm illa saucium curauit, hæc occisum lauit ac sepeliuit.* *Hispali;* *Malacæ;* *Compostellæ.*

§. IX. *Eberspergensis in Bauariâ cœnobij origo. S. Sebastiani isthic reliquiæ.*

Eberspergæ in Bauariâ. 48 HAbent & *apud Boios* Diui sua nobilissima templorum domicilia, vbi supplicantibus succurrunt, & mille morborum genera pellunt, mille corporum vitia emendant; D. Sebastianus Eberspergæ *&c. Ita Matthæus Raderus noster præfat. ad Bauariæ sanctæ to. 1. Est* Eberspberga *vetus Bauariæ monasterium inter Oenum atque Isaram amnes. Illius origines quia variè ab Auentino, VViguleo Hundio, Christophoro Gevvoldo aliisq; exponuntur, succinctè & dilucidè ab Andreâ Brunnero nostro to. 2. lib. 8. Annalium Boicorum explicatas, hic dabimus, vt* S. Sebastiani *vetusta isthic veneratio constet. Ita ergo scribit ad annum 974.*

49 Fra-

49 Frater ſancti Antiſtitis (*Cõrardi Conſtãtienſis eo anno vitâ functi*) Rudolphus Richardis pater in Annalibus Weingartenſibus dicitur, quæ vni de maioribus Boiariæ Comitibus nupta, cùm improlis eſſet, tria cœnobia cum marito fundârit; Eberſpergenſe viris, Rhuobachenſe & Geiſenfeldenſe, vtrumque Virginibus contributum. Richardem Eberſpergæ tumulatam iiſdem annalibus proditum eſt: quibus domeſtici ſcriptores parùm conſentanea tradiderunt; quæ vtcumque ſe habeant, quia Comitum Semptanorum familiæ, apud Boios inter paucas clariſſimæ, origines ſucceſſioneſque continent, hîc non alieno, vt exiſtimo, loco inſerentur. Semptani Comites, quos Auentinus affectatâ pronuntiationis nitelâ Senones appellauit, nomen ſuum Semptę fluuio eorum agrum intermeanti, originem Sighardo debẽt; qui Cærolomanni Boiariæ Regis nepos aut pronepos vulgò creditus, à miræ magnitudinis apro, de quo haud pauciora quàm de ſue Erymanthio poëticis decora fabulis hodie iactantur, Eberſpergenſi caſtro temploque non ſine oraculis condito nomen dederit, nouamque ad poſteros appellationem tranſmiſerit, vt Semptæ & Eberſpergæ Comites dicerentur.

Eius loci origo & nomen.

50 Mortem hic anno ſexto ſupra nongenteſimum oppetiit, Ratholdo filio relicto, qui templo Religioſos Myſtas è D. Auguſtini ſodalitio adiecerit, Hunfrido celeberrimæ famæ viro iis iura dare iuſſo. Eumdem Ratholdum ob res contra Vngaros fortiter feliciterque geſtas Conradus Rex Carantano limiti tuendo præfeciſſe, & in amicorum numero habuiſſe, tabulis Eberſpergenſibus, quas bonâ fide ſequor, traditur. Eo rebus humanis, anno illius ſeculi decimo nono, erepto; Eberhardus paternas poſſeſſiones adiit, familiari cum Superis commercio clarus, vt diuinis oſtentis futura diſcere crederetur; qui monitoribus Diuis, templum auguſtius, anno vigeſimo octauo ſupra nongenteſimum molitus, etiam domicilium Religioſis ſanctiùs locandis, Adalberone fratre & Willibirgâ ſorore in partem iuuantibus, erexit. Templo Diuûm oſſa complura, magni præſertim Martyris Sebaſtiani caluam, inæſtimabiles opes, & toti deinceps Boicæ ſacroſanctas, intulit.

Templum ædificatum & ornatũ reliquiis S. Sebaſtiani:

51 Atque hic eſt Eberhardus ille, qui in vltimâ Boicæ deſperatione, Vngarorum vim in Eberſpergenſi caſtro, Deo fretus, non ſuſtinuit modò, ſed ſubeuntes cum clade ab oppugnatione reiecit; eoſdemque Henrici Boiorum Ducis legatus in Lycatibus campis memorabili prælio, quod omnis ætas loquetur, fudit fugauitque, & gentis Regulos Reginoburgi in crucem egit. Vixit ſine curâ poſteritatis cælebs, hærede Deo Diuoque Sebaſtiano contentus; cui cùm Ahaimenſe prædium moriturus tranſcribere optaret, fratrem Adalberonem, quo inuito id agi nefas erat, adducere in ſententiam non potuit. Quarum ſordium ille graues mox pœnas pependit, domo continuis funeribus exhauſtâ, & Vdalrico amantiſſimo filiorum imaginem mortis in tabido corpore circumferente: donec placatis Superis, obligatum perenni voto, à D. Sebaſtiani arâ incolumem recepit, & in priſtinam elegantiam refloreſcentem.

cui ſua Eberhardus ſanctus & victorioſus Comes legauit;

fratre cælitus coacto aſſentiri.

52 Hic parentibus ſub annum ſexageſimum nonum fato functis, totius iam familiæ caput, ex Richarde, quæ Marquardi Carantani Limitis Præfecti filia fuiſſe dicitur, ſex liberos ſuſtulit, & Othonianas partes contra Henricum Boium eique confœderatos, conſtantiſſimè tutatus, templi ab Eberhardo ante quadraginta ſex annos extructi, per Fridericum Saliſburgenſem Antiſtitem feſtâ cæremoniâ dedicandi auctor fuit; annoque nongenteſimo nonageſimo, D. Auguſtini familiâ ſtationem deſerente, nouam è D. Benedicti aſſeclis coloniam Eberſpergam deduxit, Reginbaldo ad ſacram præfecturam è cœnobio Auguſtano aduocato. Deceſſit non ſine ſanctitatis opinione anno vigeſimo nono ſupra milleſimum, V. Idus Mart. decimo ſexto poſt coniugem Richardem, quæ ſupra communem hominum ſortem felix, Dei parentis recreata aſpectu, guſtum aliquem immortalitatis adhuc viua cepiſſe dicitur. Vtriuſque mauſoleum nobile è marmore cælato in vmbilico templi viſitur.

Vdalrici frater Adalbero Khubacenſi vico Barræ amni adſito, anno MXI. parthenonem condidit, vt Henrici, qui eo tempore imperauit, litteræ teſtantur: ſuſceptâ deinde in Palæſtinam peregrinatione, in itinere deceſſit. Alberadis coniux illætabili afflicta nuntio, marito ſupereſſe noluit, & mœrore animi, vnà cum fœtu, quem vtero gerebat, extabuit. Willibirgis ſuperſtes filia elugendis tot funeribus impar etiam ipſa, quà licuit, terras deſeruit, & paterno cœnobio, quod nuper arſerat, & ab Vdalſcalco patruo inſtauratum fuerat, ſe ſponte incluſit, eumdemque cum matre tumulum optauit.

Vdalrici fratris nepotis pietas

54 *Iam Vdalrici demum filio, qui itidem Adalbero dictus eſt, vxorem Rudolphi Altorfenſis filiam copulant Eberſpergenſes Annales, neque Richardem eam, ſed Richlindem, ſeu Richildem, nominant, quæ non ante nonageſimum quintum illius ſeculi cum marito in manum conuenerit; in illo conſentiunt, ſterile id connubium fuiſſe; eoque in ſpem tantarum opum Conradum raræ indolis adoleſcentem, eâque fortunâ dignum, adoptatum eſſe: qui tamen breuis æui parentum vota ante tempus deſtituerit. Nihilo felicior Eberhardus alter Vdalrici filius, Mouracenſis Comes, maſculâ prole immaturo fato functâ, ad Ilmum fluuium religioſum ſacratis Virginibus domicilium ſtruxit, iiſque Gerbirgam neptem ſuam præfecit: cuius exemplum Willibirgis mater eius, Eberhardi filia æmulata cùm ſenium ſuum eodem in loco Deo virtutique mancipaſſet, pulcherrimam vitæ clauſulam impoſuit.*

ac filiorũ

55 *Porrò Adalbero, ne quid fratri in virtutis ſtudio concederet, Eberſpergenſis monaſterij anguſtiis offenſus, illud ſolo æquatum multò magnificentiùs inſtauravit, anno trigeſimo ſeptimo ſupra milleſimum, & magnâ bonorum acceſſione locupletauit; creſcenteque in dies liberalitate, D. Sebaſtianum tandem hæredem ex aſſe ſcripſit, vt eo pacto etiam ipſe fundati cœnobij titulum cum vxore ferre potuerit; primam enim illius facinoris gloriam iam maiores anteceperant. Hæc Brunnerus.*

Eberſperga reſtaurata

56 *Quando autem & vnde Eberſpergam allatæ ſint S. Sebaſtiani reliquiæ, nos litteris ſuis 20. Febr. an. 1634. Monachio datis edocuit Georgius Stengelius noſter, teſtatus in Chronico, ſiue hiſtoriâ Eberſpergenſi lib. 1. cap. 9. iſta legi:* Dubium nemini eſſe puto, quin Comes Euerardus atque Hunefridus Præpoſitus, interim dum monaſterium perficeretur, tempore illius ſexennij, varios variò deſtinarint miſerintque cùm Religioſos tum aulicos dominoſque ſecu-lares, Romam præſertim & ad alia id genus loca pia, petitum aliquas Chriſti ac Mariæ, aliorumque Sanctorum reliquias, pro futurâ noui templi altariumque conſecratione ſummè neceſſarias. Neque verò fuit difficile à pleriſque reliquias aliquas pro re tam piâ impetrare, præſertim ab iis, qui de euehendo ad veri Dei cultum atque ſeruitium hoc loco, illam ſacrorum vatum, Conradi ab Hewa, & Gerhardi Argentoratenſis vaticinationem, ſomnium inſuper Euerardi mirabile, eiuſque lucubrationem ab Hunefrido, de extruendo hîc loci templo atque monaſterio, ex horum legatis ad ſe miſſis intellexerãt. Inter alias autem plures, Româ acceperunt iſtas, puto in primis; maximam, totam ſcilicet ſuperiorem, partem cranij S. Sebaſtiani Martyris, cum aliis pluribus ſacrorum ipſius oſſium particulis, theſaurum ſanè maximum; deinde ex oſſibus S. Stephani Protomartyris & Materni Epiſcopi aliquid, vt ex ſequentibus planum fiet. Has autem dono datas, & huc Româ tranſmiſſas crediderim à ſummo Pontifice Stephano VII. qui intra annum XXIX. & XXXIV. in Pontificatu fuiſſe ſcribitur. *Hæc ibi.*

Quando iſthuc & vnde allatum S. Sebaſtiani cranium:

57 *Harum reliquiarum meminit Raderus in Annotat. ad Menæa Græcorum, 18. Decembris:* S. Sebaſtiani, *inquit*, ſacer

Vdalricus fratris filius, & Richardis, ſancti coniuges, Benedictinis locum donant.

EX VARIIS.

cer vertex, ſeu cranium, Eberſbergæ Boiorum cum ingenti religione à totâ Germaniâ colitur, certum aduersùs peſtilitatem amuletum. *Nequaquàm tamen totum Martyris cranium Ebersbergæ eſt, ſed ſumma dumtaxat teſta; (inferiorem ac poſteriorem capitis partem, æde Vaticanâ, vt antè ſcriptum, retinente) illa verò ita argento incluſa, vt ex eâ etiam bibatur, atque argenteo capiti ſtatuæ S. Sebaſtiani imponatur. Sagittæ quoque in eâ conſecrantur, contra peſtem ſalutares. Innumera iſthic viſuntur omnis conditionis, ſexus, nationis anathemata, adepta incolumitatis monumenta.*

non tamen illud integrum.

§. X. *Aliæ S. Sebaſtiani reliquiæ in Bauariâ.*

58 *ALiud magni Martyris pignus Monachium vrbs aſſeruat, Boicæ caput, ac Ducum ſedes. Auguſtam Diuo ædem, haud à palatio ſuo longè, locauit anno 1588.* Ferdinandus I. Bauarus, Alberto V. Duce & Annâ Auſtriacâ Ferdinandi I. Imperatoris filiâ, anno 1550. ipſis S. Sebaſtiani feriis, natus: *vnde illi erga Sanctum ab ipſo ortu ingenerata religio, quâ eum omni vitâ Patronum ac tutelarem eſt veneratus. Neque illud vanum obſeruatione, quòd illi viceſimus ſeptimus Ianuarij dies, ab anniuerſariâ Diui celebritate octauus, vitæ mortalis vltimus fuit anno 1608.*

Templum eiuſdem Diui, Monachij.

59 *Cùm ea conſueto Eccleſiæ ritu dedicaretur baſilica, Guilielmus V. Bauariæ Dux,* Ferdinandi *frater, ſolennis ſacrificij tempore, illuſtri pompâ, inferiorem S. Sebaſtiani mandibulam, cui nouem adhuc immoti inhærebant dentes, obtulit, publicis tabulis teſtatus, ſe eam Româ olim accepiſſe à Pontifice Maximo, pium munus.*

Alia iſthic eius reliquiæ:

60 *Multis pòſt annis Maximiliano, Guilielmi* F. *Alberti* N. Boiorum Duci, *aduersùs VVolfgangum Theodoricum Raittenauium Salisburgenſem Archiepiſcopum bellum fuit. Priuſquàm conſererentur manus, lues totis caſtris vulgata ſollicitudinem religioſo Duci iniecit, & ad petenda à Cœlitibus auxilia, illius auertit animum. Eas Martyris Sebaſtiani reliquias rogauit ad ſe, vbi ſtatiua habebat, deportari. Neque vel ingrata Superis religio fuit, vel inanis optimi Principis fiducia. Ipſe incolumis, Aulaq; eius vniuerſa à contagione immunis, hoc ſalutari præſidio ſeruati ſunt.*

contra peſtem delata ad caſtra:

61 *Exarſit beneficio pietas Ducis. Ergo vt victor Monachium reuertit, Mariam* Ferdinandi *patrui viduam rogat, vt ſacrum illum theſaurum, ſoſpitatoris ſui Sebaſtiani reliquias, ſibi donet. Rogantis auctoritas pietaſq; perpulêre inuitam. Acceſſit tamen (vt ius faſq;)* Stephani Friſingenſis Epiſcopi *aſſenſus. Tranſlatæ deinde ad palatij ducalis ſacellum, in quâ aliæ illuſtres ac propè innumeræ Diuorum reliquiæ aſſeruantur.*

ſacello aulico donatæ,

62 *Sed ne nullum erectæ à* Ferdinando *baſilicæ patroni ſui pignus relictum videretur, brachij eiuſdem ſancti Martyris non exiguam partem, Dux tradidit, quâ ſe olim à Pontifice Maximo cùm Romæ eſſet, donatum teſtatus eſt. In hac æde monumentum* Ferdinando *poſteriſq; VVartenbergicis Comitibus poſitum, in quo & cor* Ferdinandi *& Mariæ coniugis corpus, condita.* Ferdinandus Guilielmus, Ferdinandi filius, Epiſcopus Oſnaburgenſis, *cùm multas alias ex inferiore Saxoniâ reliquias ad eamdem ornandam baſilicam, tum non exiguam capitis S. Sebaſtiani partem, Monachium miſit anno 1626. publicumq; eius rei teſtimonium. Ea nos à Maximiliano, eiuſdem Franciſci Guilielmi germano, Societatis noſtræ Sacerdote, accepimus.*

aliis priori templo attributis;

aliiſq; aliunde miſſis.

§. XI. *Alibi S. Sebaſtiani reliquiæ ac cultus.*

63 *QVæ alibi eiuſdem Martyris extare feruntur reliquiæ, colligere animus non eſt; & ſunt fortaſſis quædam alterius Sebaſtiani è legione Thebæâ, de quo 2. Ianuarij, aliorumue eius nominis Cælitum. ternas quæ occurrêre indicabimus. Prænæ Brunſvvici fuêre. Ita Compilatio chronologica à Ioanne Piſtorio edita, ex bibliothecâ Henrici Petreij, ad annum 1473.* Eo lem anno viguit peſtilentia in Bruneſwig totâ æſtate; ſed heu grauis erat huic monaſterio. Obierunt enim de noſtris Fratribus fortiores & adoleſcentiores Sacerdotes, ſeptem numero. Inde vix anno elapſo obiit ſenex noſter cum duobus aliis Sacerdotibus monaſterij noſtri. Eodem anno introductæ ſunt ſolenni cum proceſſione totius Cleri & populi reliquiæ S. Sebaſtiani Martyris, per Fratres Præmonſtratenſis Ordinis in ciuitatem præſentem, promouente hoc Sereniſſimo Principe ac Duce Heinrico. Prima ſtatio cum Miſsâ ad honorem Martyris factæ ſunt in hoc monaſterio alterâ die Trinitatis: pòſt ad S. Blaſium: inde ad S. Catharinam: exinde ad S. Martinum.

Quædam olim Brũſvvici fuêre.

64 *VVeſalia oppidum eſt Cliuiæ diues ac ſplendidum, ad Lupiæ oſtium. Hic anno 1332. Eremitarum inſtituti Auguſtiniani dedicata S. Sebaſtiano eccleſia eſt à Volckardo Suffraganeo Monaſterienſi. Graſſata iſthic non multò antè lues horrendum in modum, adeò vt plurimi quotidie efferrentur, ſimul ac votum S. Sebaſtiano publicè erat nuncupatum, conquieuerat. Ea ſacrandæ illi ædis occaſio. Meminit voti Nicolaus Cruſenius Monaſtici Auguſtiniani parte 3. cap. 13. ita ſcribens:* Cliuo-Weſaliæ oppido Diœceſis Monaſterienſis graſſante morbo contagioſo, pro diuinâ irâ ſedandâ, ex voto ciuium ac Magiſtratus, illorumque expenſis, erigitur monaſterium Eremitarum S. Auguſtini cum eccleſiâ in honorem S. Sebaſtiani, Religioſis ex vicino Mariævallenſi loco euocatis, quorum operam in hoc Dei flagello frequenter ciues inuocarant, quando emortuis ferè totius oppidi Sacerdotibus, ſoli PP. Auguſtiniani ex Clero ſuperuixerunt incolumes.

VVeſaliæ templum ſancto dicatum, ex voto.

65 *Nuper Franciſcus à Dietrichſtain Cardinalis, Olomucenſis in Morauiâ Epiſcopus, S. Sebaſtiano in edito colle iuxta Niclasburgum oppidum inſignem S. Sebaſtiano ædem ſtatuit, atque eum deinde ad auertendam luem Tutelarem ſibi ac patriæ adoptauit, ac publicis comitiis, concordi Procerum omnium aſſenſu, feſtum eius ſolenne vt eſſet, ſilente etiam fori ſtrepitu, ſanxit.*

Sacellum magnificum in Morauiâ.

66 *Binas Coloniæ extare eiuſdem Diui reliquias auctor eſt in Sacrario Agrippinæ* Erhardus VVinheimius: *in Parochiali quidem S. Laurentij eccleſiâ Partem caluariæ ſancti Martyris; in templo verò Eremitarum Auguſtinianorum Mandibulam inferiorem. Pars ſit eius quæ Monachij, an Diui alterius, ſed cognominis, alij diſputent.* Tertia, *inquit,* apud Auguſtinianos confraternitas ſub honore S. Sebaſtiani à Chriſti fidelibus inſtituta, numero & dignitate perſonarum inter ceteras facilè princeps, initium ſumpſit ex donatione inferioris S. Sebaſtiani mandibulæ, quam huic baſilicæ Illuſtris & auratus Eques D. Theodorus van Hirtz anno 1269. aſſignauit, vti ex monumentis familiæ ipſius conſtat. *Hic* Theodorus van Hirtz à Landtskroonen *cum coniuge ſuâ* Gudilâ *in choro templi PP. Auguſtinianorum Coloniæ ſepultus eſt. Aegidius Gelenius in libello qui* Colonia ſupplex *inſcribitur, teſtatur hanc mandibulam Româ allatam à Theodorico,* & ingenti hierothecæ, ſeu monſtrantiæ incluſam *ſpectari.*

Alia Sancti reliquiæ Coloniæ;

67 *Idem binas alias commemorat iſthic cuſtoditas reliquias eiuſdem ſancti Martyris, in S. Petri metropolitanâ baſilicâ* Brachium; *in cœnobio Prædicatorum* Telum quo transfixus. *Teſtaturq; Colonienſes eiuſdem Diui ſæpius expertos certam opem aduersùs peſtilentiam.*

item aliæ ibidem.

ACTA

AVCTORE S. AMBROSIO EPISC.

ex pluribus veteribus MSS.

CAPVT I.

S. Sebastianus Martyres animat.

S. Sebastianus 1 SEBASTIANVS vir Christianissimus Mediolanensium [a] partibus eruditus, ciuis verò Narbonensis, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus ita carus erat, vt principatum ei primæ cohortis traderent, & suo eum conspectui iuberent semper astare. Erat enim vir totius prudentiæ, in sermone verax, in iudicio iustus, in consilio prouidus, in commisso fidelis, in interuentu strenuus, in bonitate conspicuus, in vniuersâ morum honestate præclarus. Hunc milites ac si patrem venerabantur: hunc vniuersi, qui præerant palatio, carissimo venerabantur affectu. Erat enim verus Dei cultor, & necesse erat vt, quem Dei perfuderat gratia, ab omnibus amaretur.

a

primæ cohortis primipilus,

omni virtute præditus:

occultè Christianus,

2 Christo igitur quotidie sedulum exhibebat officium, sed agebat quatenus hoc sacrilegis Regibus esset occultum, non passionis timore perterritus, nec patrimonij sui amore constrictus, sed ad hoc tantùm sub chlamyde terreni imperij Christi [b] militem agebat absconditum, vt Christianorum animos, quos inter tormenta videbat deficere, confortaret, & Deo redderet animas quas diabolus conabatur auferre.

b

Martyres corroborat:

3 Denique postquàm multas Martyrum mentes à timore passionis eripuit, & ad coronam perpetuæ gloriæ incitauit; ipse quis esset apparuit, quia lumen in tenebris latere non potuit. Clarissimis igitur viris Marcelliano & Marco duobus geminis fratribus pro Christi nomine in vinculis constitutis, quotidie solatium exhibebat; & tam ipsis quàm etiam seruis eorum, cum quibus tenti fuerant, salutaria fidei consilia ministrabat: quibus fugitiua seculi blandimenta respuerent, & momentanea tormentorum genera non timerent.

a

Marcellianum & Marcũ, cũ seruis captiuos solatur:

a *Ita plerique codices; quidam*, partium ciuis. *S. Ambrosius in Psal.* 118. *octonar.* 20. Vtamur exemplo Sebastiani Martyris, cuius hodie natalis est. Hic Mediolanensis oriundus est. Fortassis aut iam discesserat persecutor, aut adhuc non venerat in hæc partium, aut mitior erat. Aduertit hìc aut nullum esse, aut tepere certamen. Romam profectus est, vbi propter fidei studium persecutiones acerbæ feruebant. Ibi passus est, hoc est, ibi coronatus. Itaque illic quò hospes aduenit, domicilium immortalitatis perpetuæ collocauit. *At Baronius tom.* 2. *an.* 284. *num.* 12. *scribit* S. Ambrosium & alios tradere patre Narbonensi, matre Mediolanensi, natum Mediolani. *tradit Metaphrastes* ortum Mediolani; *quibus parentibus, silet. Saussaius*, patre Gallo, matre Mediolanensi, Narbone in Viennensi Galliâ natum. *Nec refragantur Tristanus Calchus, aut Iosephus Ripamontius; hic addit matrem* properâ mariti morte viduam relictam, *Mediolanum cum filio vnico reuertisse. Rabanus, variaq; MSS.* Eodem die S. Sebastiani de Mediolano, qui intantùm *&c. Metaphrastes* genere clarum *ait fuisse. Menæa:* ἐις τῆς συγκλήτου βουλῆς ὑπῆρχεν, vnus è Senatorio ordine fuit. *Guilielmus Catellius histor. Occitan. lib.* 2. *testatur commonstrari etiamnum Narbonæ domum S. Sebastiani, vbi ecclesia pòst erecta quæ* S. Sebastiani nati *dicitur.*

S. Sebastiani patria:

b *Quidam codices*, militiam absconditam.

vltro quæsita martyrij occasio.

CAPVT II.

Marcelliani & Marci grauiter oppugnata constantia.

4 QVi cùm beatissimis consolationibus acquiescerent, & verba carnificum animo perseueranti transirent, capitalem iussi sunt subire sententiam: eâ videlicet ratione, vt si eodem momento quo decollandi

Quibus mortis adiudicatis,

erant sacrificiis consensissent, & parentibus suis & coniugibus & filiis & facultatibus redderentur. Erant enim non solùm, vt diximus, genere clarissimi viri, sed & facultatibus [a] dilatati: quorum erat pater Tranquillinus nomine, & mater Marcia vocabatur; qui illos sequebantur cum vxoribus eorum & filiis; nimio enim in suis nepotibus ducebantur affectu. Vnde factum est, vt ab [b] Agrestio Chromatio Vrbis Romæ Præfecto triginta dierum inducias impetrarent, in quorum spatio ageretur cum eis, quatenus ad thurificandum idolis consentirent.

a

parentes

30. dierum inducias impetrant:

b

5 Accedentes itaque amici eorum ad eos, cœperunt dicere: Vnde vobis tam dura mens, tamque ferreum pectus quòd canitiem [c] patimini patris abiicere, & matri iam decrepitæ nouos dolores partus afferre? Nam illa partus sui dolores consolationibus superabat, dum in vno dolore duos filios pareret, & geminum patri funderet filiorum affectum: nunc verò insanabilis dolor, inconsolabilis pœna, irremediabilis cruciatus, incomparabilis [d] partus est, quo spes & gaudium tollitur, vita contemnitur, respuitur gloria, & contemptis omnibus pietatis affectibus mortis atrocitas appetitur [e] potiùs, quàm timetur. Obsecramus vos, ô amici carissimi, tandem his date cladibus finem, & vos patres esse dulcium filiorum vel admoniti mementote.

amici eos peruertere conantur;

c

d

e

6 Hæc & his similia amicis dicentibus, miseram se clamitans mater aduenit, & soluto capite canos suæ senectutis ostentans, in conspectu eorum vestem quâ pectus tegebatur scidit: & cunctis flentibus ostendebat eis laxis pellibus quas suxerant mammas, & blandimenta, quæ infantiæ eorum exhibuerat, eiulando lacrymans memorabat. Aiebat ergo ad ambos: Tu mihi semper plus blanditus es fili; & tu amplìus verecundatus es: in isto imaginem meam peperi; in te paternos vultus effudi: tu patri vtilior, iste similior. Heu me miseram! circumuallant me ex omni parte incomparabiles luctus, inaudita miseria & gemina orbitas, nullis penitùs tribulationibus comparanda. Omitto filios ad mortem vltro properantes, quos si mihi hostes auferrent *f* per medias sequerer acies bellatorum; si iudicia violenta concluderẽt, carcerem simul irrumperem moritura. Nouum hoc genus est pereundi, in quo carnifex rogatur vt feriat, vita optatur vt pereat, mors inuitatur vt veniat. Nouus hic luctus est, noua miseria, in quâ natorum iuuentus sponte amittitur, & parentum miseranda cogitur senectus vt viuat.

mater variis blanditiis impugnat,

f

7 Ista & his similia matre prosequente, infirmus pater, & grauis iam senio, manibus adducitur seruulorum, & cygnæo capiti terræ puluerem spargens, huiusmodi dabat voces ad cælum: Ad mortem vltro proficiscentibus filiis valedicturus aduenio, vt vniuersa, quæ à filiis sepulturæ meæ exhibenda paraueram, ego infelix filios sepulturus expendam. O filij meæ baculus senectutis, & geminum meorum viscerum lumen, nati feliciter, & prosperè educati, excellentissimæ memoriæ, & ingenij singularis, omnium liberalium peritiâ litterarum imbuti, quæ ista repentè insania vestrâ voluntate progenita mortis vos fecit esse amatores? Numquàm ista viuentibus placuit: numquàm morituris suum amorem induxit: ad quoscumque autem peruenire potuit, violenter admissa est, & non est voluntate ab vllo viuente susceptа. Si hanc nudus debitor sub auaro fœneratore patitur, nullâ potest ratione diligere: nec solùm non diligere cognoscitur, sed timere. Quâ ratione eam appetit, qui & bonis exuberat omnibus, & penitùs vlli nihil debet? Venite huc senes, & mecum super filios plangite, qui vos viscera paterna habere sentitis. Venite huc iuuenes, & flete super iuuenes sponte pereuntes. Huc accedite patres, & prohibete talia, ne talia patiamini. Deficite plorando oculi mei, & caliginem obducite fundentes flumina lacrymarum; ne videam cædi gladio, quos dum virga leuis tangeret, tremui; dum tristantes leuiter viderem, expaui.

pater queritur,

coniuges lamentis.

8 Igitur dum hæc & alia ſenior proſequeretur, ecce amborum coniuges cum natis propriis veniunt,& aſpectibus eorum proprios infantulos offerentes, has eiulando voces effundunt: Quibus nos ſeruituras relinquitis? quibus coniugij noſtri traditis caritatem? qui putatis erunt horum infantium domini, & domorum veſtrarum auidiſſimi peruaſores? Qui erunt veſtræ occupatores familiæ? vel qui ſibi diuiſuri ſunt vernaculos, quos nutriſtis? Heu quàm ferreo, heu quàm impiæ crudelitatis genere parentes deſpicitis, amicos reſpuitis, vxores abiicitis, filios abdicatis, & vos ipſos carnifici vltroneos exhibetis!

a *Alij codices,* ditati; *alij,* ornati.

b *Alij,* Agreſtino. *In catalogo Præfectorum Vrbis, legitur* Caro & Carino Coſſ. *Præfectus fuiſſe* Titutius Roburrus; Carino II. & Numeriano, Ceionius Varus, *qui & ſequenti anno* Diocletiano & Ariſtobulo Coſſ. *præfecturam geſſit. Et videtur* Chromatij *expunctum è tabulis nomen, religionis odio. Eumne, an* Roburrum, *an* Ceionium *perſtringat Vopiſcus ambiguum eſt, dum in Carino ſcribit:* Præfectum Vrbi vnum ex Cancellariis ſuis fecit. *Erant* Cancellarij, *qui ad cancellos ſiue Domus auguſtæ, ſiue tribunalium excubabant.*

c *alij,* patitur. d *al.* luctus.

e *Tres ſequentes voces deſunt MS. Audomar.*

f *alij,* per media ſequerer bella raptores.

CAPVT III.

S. Sebaſtianus nutantes confirmat.

Sebaſtianus eos nutantes confirmat,

propoſitis cruciatibus iam toleratis;

9 INtereà dum illa dicuntur, & iſta referuntur, inter vxorum lacrymas,& ſuſpiria filiorum,cœperunt milites Chriſti molleſcere, & animos ſuos flectere ad dolorem. Huic ſpectaculo, vt ſuprà diximus, intererat S. Sebaſtianus vir per omnia Chriſtianiſſimus, quem occultabat militaris habitus, & chlamydis obumbrabat aſpectus. At vbi vidit athletas Dei immenſo certaminis pondere fatigari, in medio eorum ſe obiiciens, dixit: O fortiſſimi milites Chriſti, ô inſtructiſſimi diuini prælij bellatores, per nimiam virtutem animi fortiter peruenistis ad palmam, & nunc per miſera blandimenta coronam deponitis ſempiternam? Diſcat nunc per vos Chriſti militum fortitudo, fide potiùs armari quàm ferro.Nolite victoriarum veſtrarum inſignia per mulierum blandimenta abiicere,& ſubiectas pedibus veſtris hoſtis deuicti ceruices ad victricia & rediuiua iterum bella laxare, cuius quamuis ſæua contra vos extiterit & perinia qua *a* inſtantia, ſæuior tamen efficitur ira repetita. Erigite igitur à *b* terrenis affectibus tropæũ veſtri certaminis *c* glorioſum, & nolite illud omittere fletibus paruulorum.

a

b

c

vitâ æternâ;

10 Iſti, quos plorantes attenditis, gauderent hodie ſi poſſent ſcire quæ noſtis; putant enim quòd iſta vita ſit ſola, quæ ſi finem acceperit,nulla vitalis animæ, corpore deficiente, valeat portio remanere. Si enim ſcirent eſſe alteram vitam ignaram mortis, triſtitiæ neſciam, in quâ immortalitas regnat, & perpetua gaudia commorantur; profectò vobiſcum ad illam feſtinarent pertingere, & vitam iſtam pro nihilo computantes, illam appeterent, quæ & in exultatione permanet & penitùs finiri non nouit. Iſta enim vita fugitiua eſt & tam infidelis, vt nec amatoribus ſuis fidem potuerit cuſtodire. Ab origine enim mundi in ſe credentes fefellit, omnes ſe exſpectantes decepit, cunctos de ſe præſumentes irriſit, & ita nullũ omnino certũ reddidit, vt omnibus probetur fuiſſe mentita. Atque vtinã ſolius mẽdacij culpæ eſſet obnoxia,& per omnia crimina currere ſuos nõ cogeret amatores. Ipſa dat edacitatem *d* glutonibus, ipſa ebrietatem ingerit temulentis, ipſa naufragium pudoris adulteris, ipſa execrabilem tradit peruerſitatem inceſtis; ipſa admonet furem, vt rapiat; iracundum, vt ſæuiat; mendacem, vt fallat. Ipſa inter coniuges diuortia ſeminat, inter amicos diſcordias, inter pacificos lites, inter iuſtos iniuſtitiam, inter fratres ſcandala. Ipſa tollit iudicibus iuſtitiam, caſtis pudicitiã, *e* artificibus peritiam,ipſa aufert moribus diſciplinam. Et vt altiora quæ amatoribus ſuis ingerit crimina memoremus; ſi fratrem aliquando frater germanus occidit,ſi filius necauit patrem, ſi interemptus eſt ab amico amicus; cuius hæc inſtinctu facta ſunt ſcelera, cuius intuitu, cuius ſpe, cuius fiduciâ iſta ſunt nefanda commiſſa? numquid non præſentis vitę amore ſeducti,iſta committunt;& dũ illam pluſquàm iuſtum eſt diligunt, iniquo odio homines proſequuntur? Vt quid enim pirata nauigantem iugulat, vt quid latro perimit viatorem, diues opprimit pauperem,ſuperbus humilem, & omnis nocens quemcumque potuerit aggrauat innocentem? Hæc autem faciunt mala, quia iſti vitæ ſeruire deſiderant, & ſe exiſtimant in amore eius per tempora prolixiora durare. Non ergo alterius cauſsâ fiunt ſcelera niſi vt infeliciſſimæ iſti carnali vitæ à carnalibus ſeruiatur.

& præſenti, fugace,

omnia ſcelera ſuadente,

d

e

11 Ipſa eſt denique quæ eis crimina imperat,iubet facinora, ſuadet iniuſta; & poſteaquàm omni crudelitate, *mortem* omnique fuerit ſpurcitiâ ſaginata, ſeruientes ſibi tradit *generante.* filiæ ſuæ, id eſt, morti perpetuæ. Ex ipsâ enim, & ex eius vtero mors æterna eſt nata, tẽpore quo gulæ ſuæ & libidini & delectationibus oculorum primi homines ſeruierũt;atque ideò qui ad æternã vitam facti fuerant,huc in iſtam ſunt regionem mortis iactati: hinc iterum ſunt ad inferos deuoluti, nihil ſecum præter peccata portantes. Hæc ergo vita eſt quæ vos fallit, ô amici cariſſimi, vt amicos veſtros ad vitam euntes perpetuam iniuſto conſilio reuocetis.

a *MS. Rip.* conſtantia.

b *al.* plenis affectibus; *al.* terrenis aſpectibus. c *al.* glorioſi.

d *Papias*: Gluto, à gulâ dictus, ganeo, prodigus.

e *Quidam codices,* artibus.

CAPVT IV.

Inferni pœnæ, cælique gaudia, Martyrum amicis inculcata.

a Coniuges eorum & amicos inuitat ad fidem.

12 HÆc vos inſtigat, ô parentes ſanctiſſimi, vt filios veſtros proficiſcentes ad *a* Comitatum cæli, ad honorem incorruptibilem, ad amicitias Imperatoris æterni, ſtultiſſimis lamentationibus reuocetis. Iſta eſt quæ vos, ô caſtiſſimæ coniuges Beatorum, per pietatis colorem impietatem Martyrum mentibus fecit tradere, & necem pro liberatione afferre. Si enim conſenſiſſent reuocationi veſtræ, pauco quidem tempore vobiſcum eſſe poterant; poſteà verò ſeparari, & ita habuerant ſeparari à vobis, vt numquàm vos niſi inter tormenta perpetua videretis; vbi edax flamma incredulorum animas deuorat, vbi dracones blaſphemantium labia comedunt, vbi *commemoratio inferni tormentis;* ſerpentes morſibus ſuis incredulorum pectora depaſcuntur.Illic vlulatus & gemitus ſonat,& clamor confuſus, quem vis tormentorum exagitat, & incendij arſura extorquet. Hæc ipſa autem tribulatio, quæ illic excipiet infideles, nullo termino definitur, nullo fine concluditur,ſed nec poſt flammarum atrocium aduſtionem conſumitur, ſed ad rediuiua incendia iterum qui aduſtus fuerit reparatur.

cæli voluptatibus & gaudiis:

13 Hanc ergo pœnam & iſtos permittite euadere, & voſmetipſos eripere cogitate. Permittite interim iſtos ad coronam pertingere deſtinatam. Nolite timere; non enim ſeparabũtur à vobis,ſed vadent prẽparare vobis in cælo ſidereas mãſiones, in quibus vnà vobiſcum & cum filiis veſtris in perpetuo gaudio maneatis. Quòd ſi vos domus veſtræ ex lapidibus factæ delectant; quantò magis illarum vos debet pulchritudo inuitare domorum, vbi ſunt triclinia auro puro radiantia, quæ ex gemmis & margaritis habent *b* zetas inſtructas? Illic flos purpureus roſarum numquàm marceſcit: illic florida nemora perpetuâ viriditate vernant: illic prata *c* recentia ſemper melleis fluunt riuis: illic croceis gramina floribus redolẽt, & *d* halantes campi iucundis admodùm odoribus pollent. Auræ ibi vitam æternam habentes naribus nectareum

b

c

d

nectareum odorem aſpirant. Lumen ibi ſine Solis radio fulgens, ſerenitas abſque nubilo; & abſque tenebris nocturnis die oculi perfruuntur. Nullâ illic impediuntur
e occupatione deliciæ, nullâ penitùs ſollicitudine ibi ſecuritas conturbatur. mugitus, vlulatus, gemitus, lamentum & luctus numquàm illic audita nec nominata ſunt: fœdum & deforme, tetrum, nigrum, horrendum aliquid, aut ſordidum numquàm ibi penitùs viderunt oculi habitantium: pulchritudine verò in amœnitate nemorum, ſplendore in aëre iocundo & formoſitate atque omni elegantiâ ſine intermiſſione oculi patentes perfruuntur: & nihil omnino quod conturbet mentem auribus datur. Sonant enim ibi iugiter organa hymnorum, quæ ad laudem Regis ab Angelis & Archangelis decantantur. Amaritudo & fellis aſperitas ibi locum non habent: tonitrua ibi numquàm audita ſunt, fulgura & coruſcationes numquàm paruerũt. Cinnamomum illic virgulta gignunt, & balſamum arbuſta prorumpunt. Odor aëris delectationem per omnia membra diffundit, & eſca ibi nulla ſtercora conficit. Sicut enim bono nuntio aures, & bono odore nares, & bono aſpectu oculi ſaginantur, & iſta refectio non poteſt in digeſtionem prorumpere; ita illic refectio, quam os ſuſceperit, melliflua in guſtu hoc vnicuique ſapit, quo fuerit delectatus. Statim denique quod concupierit anima, deſiderio eius vniuerſa famulantur, & omnibus delectationibus eius paratiſſimus ſeruit effectus.

14 Nam qui in iſtâ mortali vitâ, contra concupiſcentias ſuas & contra delectationes pugnauerit, quiſquis eas hîc non expenderit, illic eas integras à ſuo Creatore conſequitur. Ipſe enim ita creauit hominem vt vineret: & mortem iuxta introitum delectationis poſuit, vt hi queis libet à mortis timore euadere, vitam æternam quærant; & dum præter iſtam vitam alteram eſſe didicerint, inquirant vtrùm & ipſa poſſit ſenectute intercidi aut morte concludi: quam dum immortalem agnouerint, inquirant vtrum poſſit iterum ipſa æternitas vel honorem tradere iuſtis vel iniuſtis pœnam inferre.

quomodò ea inquirenda.

Comitatus. a Comitatus *ſæpè comites Imperatoris; aliàs Comitis officium; vulgò nunc locum, ſiue diſtrictum eius iuriſdictioni ſubiectum; hic Aulam ſignificat. ſic Poſſidius in vitâ S. Auguſtini:* vbi tunc temporis Valentiniani minoris Comitatus fuerat conſtitutus. *& S. Ambroſ. de obitu Valentiniani:* iuſſit eam ad Comitatum venire.

Zetæ. b *Papias:* Zetæ, domus quæ ſubtus pedes aquas habent. *Vnde ea vis vocis? Turnebus aduerſ. lib. 24. cap. 4.* zetam, diætam *interpretatur; & Caſaubonus in Lamprid. qui ideò* zætam *vocat; at Salmaſius* dietam, zetamque *ſcribit. Sic* zabolum, *pro* diabolum, Zabolenum *pro* diabolenum, Zarritum *pro* diarritum, *dicta obſeruant, cumq; iis Martinius. At Paſſeratius à ζέειν feruere, deflectit, quòd pluribus partibus ſolem accipiat, vel à ζῆν viuere. Canaculi genus hic & alibi ſignificat. Infrà* Zetarius, *zetarum, ſiue tricliniorum curator.*

c *MS. Audom.* virentia. d *al.* albeſcentes. e *al.* occaſione.

CAPVT V.

Opum deliciarumque vſus.

15 CVmque ſpecialiter ita eſſe probauerint, reſtat, vt interrogent, cur à Creatore diuitiæ factæ ſint, ſi eius lege contemnendæ ſunt, vel quare quadrupedum & volucrum atque repentium varietas à Creatore facta ſit, ſi *a* ſingulis renuntiandum eſt: cur autem ab ipſo
a *b* Creatore medullitus genuina delectatio ad *b* incitamentum eſt libidinis fundata corporibus, ſi vſus eius auctori non ſolùm eum faciat reum, ſed etiam perpetuis tradat incendiis. *c* Interrogatur ergo: Cur à Creatore diuitiæ datæ ſunt, ſi contemnendæ ſunt? Reſpondemus: Iſtæ diuitiæ à Creatore factæ, alloquuntur quodammodò amatores ſuos, dicentes: Sic nos amate, vt à vobis numquàm ſeparemur. Sequi vos morientes non poſſumus; antecedere autem vos viuentes poſſumus: ſed ſi ipſi iubeatis. Cupidus fœnerator & auarus agricola, vnus aurum tradit homini quod duplicatum reci-

c

Cur diuitiæ creatæ ſi contemnendæ.

piat, alius diuerſa ſemina terræ committit, vt ſi poſſit fieri quod ſimplum tradit centuplum *d* quærat recipere: & debitor aurum creditori reddit duplicatum, & terra ſemen reddit centuplicatum. Prô nefas! fœnus debitor fœneratori reddere præualet; & terra agricolæ ſuo reſtituere centuplicata ſemina poteſt; Deus diuitias ſuas ſi à te acceperit, eas tibi amplificatas reddere non poteſt? *ex MSS.* *d* *Danda Deo, vt cum fœnore recipiãtur,*

16 Inquiris nunc cur diuitias mihi dedit, ſi à me ipſi reddendæ ſunt? Tradidit eas tibi, vt ſcias quanta ſit in eis requies, quanta voluptas, quantus luxus, quantæque poſſunt eſſe deliciæ; vt per hæc habens caritatem cum diuitiis tuis, ipſe eas tradas cuſtodiendas Domino noſtro Ieſu Chriſto. Quas ſi ipſi nolueris credere, aut edacitas gulæ eas inuadet, aut luxuria libidinum mater tibi eas eripiet, aut ſine dubio, quod noſti optimè, mors ex improuiſo aggrediens ita tibi illas extorquet, vt tu illas vlteriùs in toto nec habere præualeas, nec videre. Numquid ſi tranſires per medias acies barbarorum, & inuenires fortem virum qui te ſemper dilexit, qui tibi etiam ſacculum pecuniis donauerat plenum, dicentem tibi: Da mihi cuſtodiendas pecunias quas dedi tibi; quia iſti barbari inſidiantur vt eas tibi auferant, quas dum tibi abſtulerint ſuis te gladiis laniabunt; nũquid non pedibus eius aduolutus rogares eum, vt eas ipſe ſuſciperet, de quo certus eſſes quòd & ampliora quàm acceperat redderet, & te ipſum ab hoſtibus liberaret? Reſtat nunc vt diuitiis veſtris tutorem poſſitis habere Chriſtum. *& nobis illæſis ſecurè ſeruentur.*

17 Ad delicias veniamus. Qui habet aures audiendi, audiet eas dicentes ſibi: Si verè amatores noſtri eſtis, illi nos commendate, qui nos vobis integras illibataſque in illâ regione reſtituat, in quâ vobiſcum iugiter manere poſſimus: in iſtâ enim vitâ ſi vobis noſtrum volueri-
Matth. 24. 22. *e* mus occupare ſeruitium, quaſi hîc expertæ ibi vobis omnino negabimus noſtræ ſeruitutis officium. Dimittite nos interim ſeruire morituris, quia idcircò breuiati ſunt dies mortalibus, vt immortalibus iugiter famulemur. Sic enim ſcriptum eſt: Propter electos breuiabuntur dies, vt ſeruitus noſtra non ſit longa. Iniuſtis quidem ſeruimus, feſtino *e* curſu: impiis, ſceleratis, & turpibus ſeruimus, non ſponte, ſed propter eum qui nos ſubdidit. Liberabimur tamen à ſeruitute corruptionis, & reuocabimur ad libertatem gloriæ filiorum Dei. Omnis itaque delectatio, futuræ vitæ ſeruata, non perditur; neque enim repoſiti theſauri exiſtimantur ab eo qui eos abſconderat in terris, interiſſe; ſed magis tantò ſecuriùs ſe eos habere confidit, quantò eos occultiùs & tutiùs collocauerit. *Delicia quoque reſeruanda in aliam vitam.* *qua malis ſeruiunt inuita:*

18 Sint ergo repoſitæ omnium deliciarum affluentiæ, vt non contingantur in iſtâ vitâ, quæ præterit: quia ſi hîc in vſu fuerint, in illâ vitâ, quæ numquàm præterit, amittentur. Eſto, quòd iſta vita centum tendatur annorum ſpatiis, numquid excluſâ die vltimâ non ſtatim videbitur quaſi non fuiſſe, & ac memoria hoſpitis vno die apud nos manentis veſtigia reliquiſſe? Illa autem vita manet iugiter, & perſeuerat inſtanter, annis quoque labentibus iuueneſcit & pollet, & inde renouationis ſumit initium vnde finis accipitur. O verè illum degenerem & omnium bonorum expertem, qui huius tam formoſæ vitæ amore non capitur! qui timet iſtam vitam tradere perituram, & illam accipere quæ penitùs perire non nouit, in quâ deliciæ & delectationes, & diuitiæ & gaudia ſic inchoant, vt terminum neſciant; ſic principium capiunt, vt penitùs finiri non poſſint. *hic breues, in cælo æterna.*

19 Nam qui huius tam præclaræ vitæ amator eſſe noluerit, non ſolùm iſtam perdit, & ad illam non peruenit, verùm etiam vt iam dixi à perpetuâ morte capitur & tenetur, in quâ eſt iugis flamma, perſeuerans tribulatio, & pœna perpetua; in quâ atroces angeli commorantur, quorum brachia capita draconum ſunt, quorum oculi ex ſe igneas ſagittas iaculantur; quorum dentes ſicut elephantis prominent, & ſtimulant ad tormentum veluti caudæ ſcorpionum, quorum voces veluti leonum fremitus ſonant, quorum aſpectus tremorem incutit *Damonum deſcriptio metaphorica.*

Ex MSS. incutit pariter & dolorem & mortem. Atque vtinam mors posset in his angustiis constitutis occurrere! Sed, quod est acerbius, ad hoc viuitur, vt cruciatibus gubernetur; ad hoc redintegrantur, vt exesa serpentium morsibus membra iteratis subinde & iterum repetitis morsibus attrectentur.

a *Alij codices*, gulæ. b *al.* inquinamentum.
c *al.* Interrogat ergo quis: Cur *&c.*
d *al.* queat. e *al.* incursu.

CAPVT VI.

Martyrum felicitas & gloria.

Auditores hortatur Sanctus.

20 HÆc est omnis causa certaminis, quæ pœnas martyrij docet tolerabiliter debere sufferri. Nolite ergo, ô amici, nolite ô parentes, nolite ô cõiuges venerãde Sanctorum, nolite à vitâ ad mortem, quos diligitis reuocare, à gaudio ad luctum ducere, à lumine ad tenebras trahere, & ab æternâ requie ad pœnas sempiternas accersire. Hoc est cum diabolo quasi piscibus hamum tendere, & inuitare ad modicam suauitatẽ, in quâ intus lateat cruciatus viscerum, & mors interiorum tormentis extorta. Numquid non hoc est ad compensationem æternarum deliciarum fugitiua gaudia anteponere; & vt perparum rideant, æternis fletibus mancipare? Hoc in gladiatoribus, qui vltro se offerunt, vniuersi damnamus, qui considerant vnius anni delicias, & non considerant, qui fructus ex ipsis deliciis oriatur. Et illi cruciantur ictibus gladiorum, vel alternâ cæde interna viscerum scisso ventris tegmine in conspectu proferunt populorum, vt pinguedo, quam inconsulta sagina contulerat, offeratur diabolo deuoranda. Isto consilio inimici, quo isti hæc faciunt, ipso consilio ad vitam æternam euntes Dei Martyres reuocantur, qui vt vitam paucorum dierum viuant *a* exorantur perpetuos cruciatus incurrere, & mortem perpetuam, quæ specialiter metuenda est, non timere. *a*

b Cur Christiani tormenta non timeant.

21 Huic loco fortè illud opponitis: Quare Christianus tormenta non metuit, & præsentis non terretur *b* pœnâ tortoris? Ideò non frangitur metu, ideò dolore non ducitur, quia scit se vnius doloris pretio perpetuæ sanitatis gaudium emere; & per momentaneam tribulationem ad perpetuam felicitatẽ & sempiternam lætitiam peruenire. Sed si iste timendus sit dolor, timendus sit carnifex, timenda quoque sit noua & exquisita tortoris crudelitas; quæ magis timenda, quæ horrenda, quæ magis fugienda est, & cauenda, ista quæ hodie efferuescit, & cras euanescit? ista quæ hodie exardescit, & cras refrigescit? ista quæ sub horâ inducitur, & sub horâ excluditur? an illa quæ nullo fine concluditur, nullo tempore extinguitur, nullâ prorsus consumitur vetustate? Nam iste dolor aut leuis est, & potest tolerabiliter sustineri; aut grauis est, & glorioso certamine citatum offert finem: ille autem pœnarum dolor & cruciatus incendij, qui huius vitæ amatoribus datur, cùm sit vehementior vniuerso tormentorum genere, numquàm finiendus aggreditur, & acriùs subinde quàm inchoauerit sæuit: & nullus sæuiendi terminus, nullus omnino finis occurrit, sed habens secum vniuersa suppliciorum genera subinde renouatur vt sæuiat, augmentatur vt excruciet, inflammatur vt acriùs vrat.

Animandi Martyres, iisq; cogratulandum.

22 Hinc ergo ab hoc interitu, quos amamus, horremur euadere; & nos ipsos ad euadendum fortiter præparemus: nec timeamus vnâ horâ ferre dolorem in corpore, qui optamus perpetuò gaudere cum Christo, permittamus animam nostram cum palmâ martyrij ex hoc egredi corpore, vt possimus pœnas æternas euadere, & ad possessiones sidereas plenas delectationibus peruenire. Lacrymas nostras conuertamus in gaudium: quia non debemus quasi morituros plangere, quos cum Christo credimus regnaturos. Congratulemur victoribus hostium, conculcatâ eorum ceruice: congaudeamus martyrij prætextâ indutis, & cæli factos consules gloriemur. En dies in quo vincere se tyrannus existimabat, qui dum capit, captus est; dum tenet, victus est; dum torquet tortus est, dum insultat irrisus est: dum iugulat, occisus est. Nunc ergo in amore martyrij etiam nostros suscitemus affectus: vt illum qui de nostrâ captiuitate voluit victoriam capere, fortiter capiamus, & quasi à graui somno expergefacti aperiamus oculos animorum, vt videntes foueas quas in nostri perniciem inimicus aptauerat, nos quidem auxiliante Deo euadamus, & ipso diabolo cum satellitibus suis in ipsam quam parauerat foueam incidente, nos cum Prophetâ dicamus: Foderunt ante faciem meam foueam, & ipsi inciderunt in eam. Psal. 56. 7.

a *al.* docentur. b *MS. Rip.* pœnæ tormentis.

CAPVT VII.

Sebastiani oratione & miraculis, conuersi Zoë & Nicostratus.

S. Sebastianus cœlesti lumine illustratur, & diuinitus animatur.

23 IGitur cùm hæc Beatissimus Sebastianus, indutus chlamyde, succinctus baltheo, ex suo ore proferret, subitò per vnam ferè horam splendore nimio de cælo veniente illuminatus est, & sub ipso splendore, candidissimo pallio amictus est ab Angelis septem clarissimis, & iuuenis apparuit iuxta eum dans ei pacem, & dicens: Tu semper mecum eris.

a b Zoë Nicostrati vxor muta conuertitur.

24 Hæc autem gerebantur *a* intra domum *b* Primiscrinij, nomine Nicostrati, apud quem custodiebantur Marcellianus & Marcus. Qui Nicostratus habebat vxorem, nomine Zoën: hæc ante sex annos ægritudinis nimietate facta est muta, prudentiam tamen audiendi & intelligendi non solũ non amiserat, verùm etiam meliùs quàm priùs habuerat, aurium officium obtinebat. Hæc itaque cùm intellexisset omnia, quæ B. Sebastianus dixerat, & tantum lumen circa eum vidisset; cumque omnes tremefacti miraculi stupore tenerentur, innuebat manu omnibus, vt quasi exprobrandi essent, qui tam euidenti assertioni non crederent, & genibus eius aduoluta rogare eum manuum indiciis cœpit. Sed S. Sebastianus cùm videret eam cordis secreta linguæ expressione declarare non posse, causas huius silentij percunctatus, didicit sermonis illi copiam nimiâ vi infirmitatis ablatam. Tunc B. Sebastianus dixit: Si ego verus Christi seruus sum, & si vera sunt omnia, quæ ex ore meo hæc mulier audiuit & credidit, iubeat Dominus meus Iesus Christus, vt redeat ad eam officium linguæ, & aperiat os eius qui aperuit os Zachariæ Prophetæ sui; & fecit crucẽ in os eius. Atque ad hãc vocem S. Sebastiani, exclamauit mulier voce magnâ, dicens: Beatus es tu, & benedictus sermo oris tui: & beati qui credunt per te Christum filium Dei viui. Ego enim vidi oculis meis Angelum ad te venientem de cælo, & librum ante oculos tuos tenentem, ex cuius lectione vniuersa sermonis tui oratio decurrebat. Benedicti qui in omnibus quæ locutus es credunt, & maledicti qui dubitauerint vel in vno verbo ex his omnibus quæ audierunt: quoniam sicut aurora superueniens vniuersas tenebras noctis excludit, & omnium oculis lumen, quod nox cæca negauerat reddit; ita lux sermonum tuorum omnem caliginem omnemque ignorantiæ cæcitatem exterfit, & oculis rectè credentium serenum post noctis tenebras diem reddidit: à me autem non solùm incredulitatis tenebras exclusit, verùm etiam sermonis mei ostium, quod per sex annos clausum erat, patefecit.

loquelam recipit.

Videt Angelum S. Sebastiano assistẽtem.

25 Videns autem Nicostratus vir eius, quòd esset tanta virtus Christi in suâ vxore celebrata, cœpit pedibus eius aduolui, & indulgentiam petere, pro hoc quòd Imperiali & Præfectorio iussu Sanctos Dei habuisset in vinculis: & auferens ex manibus eorum ferreos nexus genua eorum amplexus, cœpit rogare vt dignarentur abscedere, dicens: O quàm beatus essem, si pro vestrâ mereri

Nicostratus Martyres finit abscedere.

mereri poſſem ſalute conſtringi! Forſitan ſanguinis mei effuſione abluerer, vt mortem illam pœnarum æternarum euaderem, & ad illam vitam pertingerem, quam nobis Deus per os domini mei Sebaſtiani manifeſtare dignatus eſt.

optatq; pro iuſpati.

a *Quidam codices*, iuxta. *non probatur*.
b Sub diſpoſitione viri illuſtris Præfecti Vrbis *inter alias* adminiſtrationes, *eſt* Primiſcrinius, ſiue Numerarius; *de cuius officio multa alij*.

CAPVT VIII.

Marcelliani & Marci conſtantia, oratio ad Neophytos.

26 CVmque rogaret Marcellianum & Marcum vt abſcederent, dixerunt ei: Si tu fidei gloriam, quam numquàm habueras, accepiſti; quomodò nos quam fidem ſemper ab infantiâ habuimus relinquentes, tibi paſſionis noſtræ calicem damus, quem nos tibi propinare poſſumus, non donare? Diues eſt enim in omnibus Chriſtus, & largâ vbertatis ſuæ affluentiâ omnibus venientibus meliora exhibet quàm rogatur. Si enim cùm eſſetis increduli, donatum eſt vobis lumen veritatis agnoſcere; quantò magis credentibus vobis omnia quæcumque iam poſcitis donabũtur? Diuina enim clementia ſemper parata eſt vobis omnibus gratis præſtare: & eo vnumquemque gratiæ ſuæ dono multiplicat, quo mens eius altioris fidei ſuſceperit normam. Fides igitur veſtra à magiſterio ſumpſit exordium, & omnia quæ eruditio annoſa vix confert, ſpatio vnius horæ cepiſtis. Nulla vos memoria patentum impedit credere. Nullus teneræ ætatis in filios & veſtros reuocat nutritus affectus. Conteminitis ſubitò quod ſemper amaſtis, & quæritis quod numquàm ſciſtis. Per ignaras ingreſſi vias ſubitò perueniſtis ad Chriſtum, & animo iam intraſtis cælum, quia in terrâ nullum ſolatium requiſiſtis. O incomparabile facti præconium! ô quàm imitabile virtutis exemplum! Nondum vos ad Chriſtum ſacri baptiſmatis vnda perduxit, nondum per tirocinij initia militaria ſaltem ſigna ſumpſiſtis; & iam pro vero Rege arma arripitis, & eius milites à vinculo ferri ſoluentes, vos ipſos intrepidos optatis pro occidendis occidi.

Marcellianus & Marcus nolunt abſcedere; Neophytos animant.

27 Cùm hæc audientes omnes pariter fletibus pœnitentiam præteritæ perſuaſionis oſtenderent, Marcus ait: Diſcite parentes cariſſimi, & veſter, ô coniuges, diſcat iugalis affectus, aduersùs pugnam diabolí, & contra omnes ſagittas affectuum carnalis deſiderij clypeum virtutum opponere, atque inter acies tyrannici exercitus hoſti non cedere, dimicare acriùs, *a* gradum tenere, & ad Regem fortiter peruenire. Inſurgant quantùm volunt, & ſæuiant ſatellites dæmonum, & quibus volunt pœnis corpora dilanient noſtra; corpus occidere poſſunt, ſed animam vincere non poſſunt pro fidei pugnantem veritate. Glorioſiores faciunt milites vulnera pro Imperatore ſuſcepta: in hoc enim diabolus tyrannidis ſuæ furore nunc ſæuit, in quo præuidet perſeuerantiæ veſtræ tropæo ſe poſſe torqueri: & ideò tormenta infert, ne ſpes eius pereat: mortem minatur, vt terreat: vitam promittit, vt eripiat: ſecuritatẽ pollicetur, vt tollat. Hæc tota belli callíditas, hoc fraudis conſilium, à ſuppliciis eripere corpus, & vitiis animam ſubiugare. Nos è contra contendamus hoſti non cedere, corpus contemnere, animæ ſubuenire. Cur enim fortiſſimi *b* duces militibus miſerrimis terga conuertant, & in eo bello deficiant, in quo poſſunt eſſe victores? Vel quâ ratione mori timeant, qui ſciunt hanc hominis naturam eſſe, non pœnam? Cur, inquam, mori timeant, qui credunt iſtam vitam falſam eſſe, & veram vitam inueniri non poſſe, niſi qui ab animo ſuo falſam iſtam abiecerit, & caducam, quæ non aliud amatoribus ſuis, niſi peccata imperat, ſuadet facinora, ingerit crimínoſa; nihilque aliud à ſuis amatoribus exigit, niſi vt penitùs de perenni vitâ non cogitent, & regnum Dei futurum eſſe deſperent?

a
b

ex mss.

28 Nunc videamus quibus caſibus ſubiacet, quibuſue periculis ſeruit ancilla, vt cùm eam probauerimus nec ſeipſam poſſe regere, ſeruitia noſtra ab eius dominatione tollentes, alteram cui meritò ſeruiendum ſit, requiramus. Quantos enim amatores eius ruina ſubitò grauis oppreſſit, fragor cæli percuſſit, *c* fulmen incendit, naufragia perdiderũt, texit chaos, Charybdis ebibit, gladius iugulauit! & iſtam miſeri cum doloribus amittentes vitã, illam penitùs inuenire non poſſunt! Ad illam etenim vitam non ducit tortura, ſed cauſſa. Vno denique eodemque pœnarum genere & innocentibus ſalus æterna confertur, & pœna delinquentibus irrogatur.

Vendit etiam malus aduerſa euenire.

a *Alij*, ad gaudium tendere; *alij*, gladium tendere; *alij* gradum tendere.
b *al.* Ducis milites. c *al.* flamma incendiis vorauit.

CAPVT IX.

Ceteri à Sebaſtiano, vnà cum captiuis, conuerſi.

29 IGitur cùm hæc & his ſimilia Marcus proſequeretur, cœperunt omnes qui aderant Deo gratias agere, atque vniuerſi flentes pœnitudinem gerebant, quòd caritati Dei prættulerant amorem carnis; & quia ab agone martyrij auſi fuiſſent animos reuocare Sanctorum. Cumque omnes, qui ad decipiendos Sanctos venerant, vnanimiter crederent Chriſto, Nicoſtratus cum coniuge ſuâ vrgebat ſe dicens: Non cibum capiam, neque potum, niſi *a* myſterium mihi Chriſtianæ religionis fuerit traditum. Cui S. Sebaſtianus dixit: Muta dignitatem tuam, & eſſe incipe magis Chriſti Primiſcrinius, quàm Præfecti. Audi itaque conſilium meum, & omnes quos carcer incluſit, quos vincula tenent, quos ergaſtula conficiunt, in vnum redige. Quod cùm feceris, Antiſtitem ſacroſanctæ legis adhibebo, vt cum omnibus qui credere voluerint myſterij ſuſcipias ſacramentum. Si enim diabolus Chriſto Sanctos ſuos auferre conatus eſt, & conatur; quantò magis nos pietatis argumento hos, quos diabolus iniuſtè lucratus eſt, curare debemus, & ſuo reſtituere Creatori? Et Nicoſtratus ad hæc reſpondit, dicens: Quomodò iniquis & criminoſis poſſunt ſancta committi? S. Sebaſtianus dixit: Saluator noſter pro peccatoribus ſuam nobis exhibere dignatus eſt præſentiam, & oſtendit myſterium, per quod omnia peccata & crimina homini auferantur, & omnes virtutes Domini conferantur. Inter initia igitur cõuerſionis tuæ hoc munus primum ſi tu conferas Chriſto, præſtò erit remunerationis eius præmium ſuper te, corona martyrij, habens ſecum virtutum omnium flores immarceſcibiles, æternæ vitæ gaudiis *b* profuturos. Audiens hæc Nicoſtratus Primiſcrinius, abiit ad Claudium Commentarienſem, & iuſſit vniuerſas perſonas ad domum eius adducere, dicens: Quoniam proximâ ſeſſione omnes diſcutiendi ſunt, volo vt cum illis Chriſtianis, qui apud me ſunt, præſtò ſint, ne aliqua *c* Præfectoriæ diſcuſſioni deeſſe poſſit perſona.

Omnes præſentes conuertuntur.

a
b
Ceteros captiuos eò adductos, c

30 Igitur cùm omnes ad domum Primiſcrinij perducti ſtarent, catenarum nexibus vincti, hoc modo eos vir Dei Sebaſtianus alloquitur: Crimina diabolica ſi diuinis virtutibus cedant, reatus veſter à morte excluditur, & *d* à gaudiis fugitiuis reuocatur. Egerat enim per ſuos ſatellites hoſtis iniuſtus, vt animos militum Chriſti *e* ad virtutum culmen erectos euerteret, & in ipſo perfectionis faſtigio poſitos, ad cœnum conaretur mergere inferorum. Hac de cauſsâ incaluit animus hoſtium dimicatione prouocatus, vt vos, quos iam lucratus fuerat inimicus, de eius captiuitate tollentes, veſtro vos Creatori reddamus. Diabolus enim nec dominus veſter, nec creator, nec pater eſſe dignoſcitur: Deus autem & pater

d
e
inſtruit S. Sebaſtianus;

Ex MSS. pater & Dominus & Conditor comprobatur. Et ſi hunc derelinquentes ad illum abiſtis, qui in tantum veſtri exſtitit inimicus, vt vos ad pœnas perpetuæ mortis adduceret, & ad iſtum letalem faceret exitum deuenire; quantò magis ad eum redeundum eſt, qui vnicum filium ſuum paſſioni & morti tradidit, vt nos à paſſionibus æternis, & à morte perpetuâ liberaret? Cùm hæc & his ſimilia proſequeretur S. Sebaſtianus, proſtrauerunt ſe cum lacrymis vniuerſi, & flexis genibus cœperunt cordis gemitum reddere, & ſe peccaſſe & impiè egiſſe, pœnitentiæ vocibus exclamare. Fundebant ergo amaras lacrymas & ſe velle Chriſto credere, vnanimis vocibus reſonabant. Tunc B. Sebaſtianus iubet eos omnes à vinculis catenarum exſolui.

& credentes, ſolui vinculis iubet:

a *Quidam codices*, martyrium. b *MS. Rip.* redolentes.
c *al.* Præfecto; *al.* Prætori; *al.* Præf. Prætorij; *al.* Prætorij diſcuſſioni.
d *al* ad gaudia votiua. e *al.* à virtutum culmine recto.

CAPVT X.

Omnes à Polycarpo ad baptiſmum præparati.

a aduocat S. Polycarpum Prebyterum:

31 POſthæc S. Sebaſtianus abiit ad *a* Polycarpum Preſbyterum, vbi erat cauſsâ perſecutionis occultus, & narrauit ei omnia quæ geſta ſunt. Quibus auditis S. Polycarpus gratias egit Deo, & vnà cum eo venit ad domum Nicoſtrati Primiſcrinij, & videns turbas credentium, ſalutans eos cum omni gaudio dixit: Beati omnes vos, qui audiſtis vocem Domini noſtri Ieſu Chriſti dicentis: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos requieſcere faciam. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Vos itaque fratres noſtri, quos *b* nondum baptiſmatis vnda diluit, & conſecrando Deo omnipotenti cariſſimos filios eſtis beatiſſimos milites Chriſti, opus vobis erat pœnitentiâ, vt per ipſam ad indulgentiam veniretis. Nunc autem quia ad tantam gloriam acceſſiſtis, vt etiam ad paſſionẽ à quâ dolenter alios reuocare voluiſtis, ad ipſam deſideretis gratanter velle currere & libenter amplecti, ſciatis vos & ad indulgentiam peruenisſe, & ad palmam attingere. Vetus hoc eſt artificium Chriſti. Nam ipſum quem vas electionis ſuæ dignatus eſt, & voluit magiſtrũ gentibus dare, qui non ſolùm fidelium animos à pietatis propoſito reuocabat, ſed etiam nolentes à Chriſto diſcedere lapidibus obruebat; hunc nobis ipſe Dominus Apoſtolum condonauit, tribuitque nobis ex Saulo Paulum, ex apoſtatâ fecit Apoſtolum, & dedit Eccleſiæ ſuæ ex perſecutore doctorem. Amator paſſionis factus eſt is, qui perſecutionis auctor extiterat: & qui in alienis afflictionibus priùs gratulabatur, in ſuis poſtmodùm perſecutionibus lætabatur. Ipſe ergo qui tunc in Apoſtolo ſuo virtutem iſtam exercuit, ipſe & nunc de ipſo inferorum conclaui, & ex ipſis draconum faucibus animarum veſtrarum captiuitatem eripuit, & vobis nunc à tenebris ad lucem remeantibus æternæ vitæ ianuas patefecit. Quia ergo omnes dæmones, qui ſunt tenebrarum filij, contriſtantur, vnde & omnes ſancti Angeli, qui ſunt filij lucis, gratulantur; accedat vnuſquiſque veſtrûm, & det nomen ſuum, vt hodierno die vſque ad veſperam percurrente ieiunio, feſtiuum baptiſmatis ſacramentum opportunum tempus inueniat. Iuſtum eſt enim, vt lux à mortali mundo abſcedens ad noſtras mentes immortales accedat, vt qui in iſto ſeculo volutati in luto tenebrarum ſumus, aquâ ſanctificationis abluti ac mundati, & ſinceritate induti alacres pergamus ad Chriſtum. Hæc & his ſimilia proſequente S. Polycarpo vniuerſi gauiſi ſunt, & vnuſquiſque nomen ſuum feſtinabat priuſquàm interrogaretur offerre.

qui illis gratulatus, Matth. 11. 28.

b ceteros ad pœnitentiam hortatus,

indicit omnibus ieiunium vſque ad veſperam.

a S. Polycarpi *Presbyteri natalis agitur* 23. *Febr.*
b *Multi codices vocem* nondum *omittunt, quaſi ad lapſos ſit oratio.*

CAPVT XI.

Baptizati catechumeni, vnàque Claudius cum filiis.

32 CVmque hæc agerentur, venit Claudius Commentarienſis ad Primiſcrinij Nicoſtrati domũ, vbi iſta agebantur; & dicit Nicoſtrato: Vehementer præfectura commota eſt, quòd perſonas reorum tuæ domus cuſtodiæ tradi iuſſiſti. Hac de cauſsâ ſuis te iuſſit Præfectus aſpectibus præſentari. Vide quale debeas interrogatus dare reſponſum. Ingreſſus itaque ad Præfectum Nicoſtratus cùm interrogatus fuiſſet, cur eas perſonas, quas carceris clauſtra retinebant, ſuæ voluerit domus mancipari cuſtodiæ, reſpondit: Amplitudinis Veſtræ iuſſu Chriſtianas intra domum meam cuſtodiendas ſuſcepi perſonas, quibus vt terrorem paſſionis incuterem, reorũ illos feci ſociari perſonis, vt iuſſioni veſtræ & perſuaſioni noſtræ ſi non conſenſu ſuo, ſaltem alieno experimento conſentiant, & metuant ne ſimilis eos pœna concludat. Libentiſſimè igitur hæc audiens Præfectus dimiſit eum dicens: Magno te cenſu à parentibus eorum remunerari faciam, cùm per te illis fuerint incolumes filij reſtituti.

Nicoſtratus citatur ad Præfectum Vrbis.

33 Reuertens itaque ad domum ſuam Nicoſtratus Primiſcrinius cum Claudio Commentarienſi, cœpit vniuerſa referre, & qualiter S. Sebaſtianus cũ ſit amicus Imperatorum Chriſtianiſſimus ſit, & in eruditione diuinâ perfectus, & qualiter animas Chriſtianorum ſuâ exhortatione reuocaſſet, & quòd ſatis idoneâ ratione docuiſſet iſtam vitam fugitiuam & imaginariam eſſe, & ſic dum teneri putatur, auferri. Narrabat etiam, quomodò veniens repentè lux de cælo perluſtraſſet eum, & quomodò vxorem eius, quæ per ſex annos muta fuerat, fecit loqui.

Conuerſionem ſuam & ſuorum narrat Claudio:

34 Cùm hæc narraſſet Nicoſtratus Claudio, corruit ad pedes Nicoſtrati Claudius, dicens: Ex amiſsâ coniuge duos filios habeo, ex quibus vnus hydropis morbo fatigatur, alius diuerſis vulneribus opprimitur: rogo vt iubeas eos viſitari. Non enim dubito quòd ille, qui potuit facere vt poſt ſex annos loqueretur vxor tua, faciat, ſi voluerit, vt ad filios meos ſanitas redeat. Et hæc dicens proripuit ſe ad domum ſuam, & fecit inter manus adduci duos filios ſuos, & introducens eos intra domum, vbi erant Sancti Dei, proiecit eos ante pedes eorum, dicens: Nulla penitùs dubietatis ſigna in corde meo remanſerunt: ſed ex toto corde credens quòd Chriſtus, quem colitis, ipſe ſit verus Deus, detuli huc vobis duo incrementa mea, credens quòd poſſint per vos à mortis periculo liberari. Dicunt ei omnes ſimul Sancti Dei: Omnes quos hîc hodie infirmitas aliqua tenet, mox vt Chriſtiani facti fuerint, ſanabuntur.

Is filios ſuos iſthuc adducit, à morbis ſanandos, & baptiſmum petit.

35 Cumque clamaret Claudius credere ſe, & deſiderare fieri Chriſtianum, iuſſit S. Polycarpus vt darent ſinguli nomina ſua. Primus itaque omnium dedit nomen ſuum Tranquillinus pater Marcelliani & Marci. Poſt hunc ſex amici eorum, id eſt, Ariſton, Creſcentianus, Eutychianus, Vrbanus, Vitalis & Iuſtus; poſt hos Nicoſtratus Primiſcrinius, & Caſtorius frater eius, & Claudius Commentarienſis. Poſt hos filij Claudij, Feliciſſimus & Felix. Poſt hos Marcia mater Marcelliani & Marci cum vxoribus eorum, & filiis: ſimul autem & Symphoroſa vxor Claudij, & Zoë vxor Nicoſtrati. Poſt hos omnis familia quæ erat in domo Nicoſtrati, animæ triginta & tres promiſcui ſexus & ætatis. dehinc omnes, qui vincti fuerant, ac de carceris ſqualore adducti, animæ ſedecim.

Dant nomina baptizandi:

36 Igitur omnes iſti LXVIII. à S. Polycarpo Preſbytero baptizati, & à S. Sebaſtiano ſuſcepti ſunt: feminarum

baptizantur:

a b rum autem matres factæ sunt a Beatrix & b Lucina. Primùm itaque Claudij filios, hydropicum vnum & alterum vulneribus plenũ, mox vbi in nomine sanctæ Trinitatis intinxit, ita de fonte sani eleuati sunt, vt nec signum in eis alicuius morbi præteriti remansisset. Post hos autem infantulos Tranquillinus pater SS. Marcelliani & Marci, qui ità podagrico & chiragrico fuerat dolore c constrictus, vt sicut suprà dictum est, vix in manibus portaretur. Hunc dùm exuerent indumentis, & ille intolerabili se diceret dolore torqueri, interrogat eum Polycarpus Presbyter dicens: Tranquilline, si ex toto corde credis vnigenitum filium Dei Dominum Iesum Christum tibi salutem posse conferre, & omnibus peccatis tuis indulgentiam condonare, proprio ore edicito. Tranquillinus respondit: Ego indulgentiam solam peccatis meis dari & desidero & credo. Ceterùm etsi post baptismatis huius sanctificationem in doloribus fuero, non potero de fide Christi vlteriùs dubitare. Probaui enim & ex toto corde credens, in meâ mente consensi, quòd filius Dei sit Dominus Iesus Christus, qui potest & animabus & corporibus salutem tribuere, & à morte æternâ ad vitam perpetuam reuocare. Hæc cùm dixisset voce magnâ, omnes Sancti præ gaudio lacrymas effundebant, & rogabant Dominum vt fidei eius fructus ostenderetur. Sanctus igitur Polycarpus Confessor d & Presbyter mox vt eum d chrismatis liniuit vnguento, interrogauit eum iterum, si crederet in Patrem & Filium & Spiritum sanctum; statim vt respondit, Credo, resolutæ sunt manus eius quæ erant nodosæ, & genua simul & plantæ pedum eius ita sunt incolumes redditæ, vt ac si puerulus renouatis pedibus suis in fontem descenderet clamans & dicens: Tu es Deus vnus & verus, quem miser iste mundus ignorat.

Hydropicus, & vlceroſus baptiſmo ſanantur,

c & podagricus,

etſi id non poſtulans, ſed generosè fidem profeſſus.

d

37 Hoc itaque ordine suo baptizato, vniuersi, prout e competebat, baptizati sunt, & per dies decem e qui supererant dilationi, quam meruerant, in Dei laudibus perdurantes ducebant dies & noctes in hymnis & canticis, & quasi fideles milites parabant animos suos ad dimicandum pro Christi nomine in martyrio bellaturi, ita vt & in mulieribus & infantulis amor ferueret martyrij, & inuicem se ad confessionem sancti nominis contra diabolicas acies præparárent.

Omnes ad martyrium ſe parant.

e

a *Colitur* S. Beatrix 29. *Iul.*
b *De hac* Lucinâ *actum* 16. *Ianu. in vitâ S. Marcelli. colitur* 30. *Iunij.*
c *al.* contractus. d *al.* olei.
e *addunt quidam codices,* & sex.

CAPVT XII.

Errores Gentilium coram Chromatio Vrbis Præfecto confutati à Tranquillino.

a 38 a Diebus igitur acceptæ dilationis expletis Agrestius Chromatius Vrbis Romæ Præfectus ad se Tranquillinũ patrem Marcelliani & Marci venire iubet. Quem cùm de suorum perquireret arbitrio filiorum, Tranquillinus respondit: Ad referendas beneficiis vestris gratias nullus mihi oris sufficit sermo. Nisi enim currentes sententias vestri frena moderaminis tenuissent, & ego filios amisissem, & me patrem filij non haberent. Congratulantur mihi omnes, quos tenet paternus affectus, & pungit caritatis stimulus; etiam vestra, credo, quòd mihi congaudeat celsitudo, quando morituris vita collata, & anxiis lætitia reddita, sollicitis securitas b restituta.

Tranquillinus Chromatio Præf. Vrbis gratias agit:

b

39 Tunc Præfectus æstimans filios eius suas velle idolis c inclinare ceruices, ait: c Venienti ergo die debita numinibus à filiis tuis thura reddantur: per quæ & tu filiis perseueres incolumis, & tibi filij condonentur. Audiens hæc Tranquillinus dixit: Illustrissime virorum, examinis vestri libram si velitis erga me & filios meos æquâ lance pensare, agnoscere poteritis hoc Christianum vocabulum magnæ esse virtutis. Præfectus dixit: Insanis Tranquilline. Tranquillinus respondit: Insaniam passus sum, & animæ & corporis; sed statim vt credidi Christo, & animæ meæ recepi & corporis sanitatem.

c

Ex MSS. *aperit ſe Chriſtianum eſſe factum:*

40 Præfectus dixit: Ego vt video ad hoc inducias sceleratis filiis tuis dedisse cognoscor, vt non solùm tu illos ab errore non tolleres, sed illi te suis erroribus irretirent. Tranquillinus dixit: Per gloriam vestram, nomen ipsum erroris discutite, & videte quæ opera erroris nomine nuncupentur. Præfectus dixit: Tu dic quæ opera erroris nomen accipiant. Tranquillinus dixit: Primus error est viam vitæ relinquere, & per viam mortis grauiter incedere. Præfectus dixit: Et quæ est via mortis? Tranquillinus dixit: Non tibi videtur via mortis esse, mortuis hominibus Deitatis nomen imponere, & figuras eorum per ligna & lapides adorare?

nec errare Chriſtianos, ſed gẽtiles,

41 Præfectus dixit: Ergo non sunt dij quos colimus? Tranquillinus dixit: Intantùm non sunt dij vt legatur in codicibus d publicis, & quàm malè sint nati, & quàm iniquos & crudeles & sceleratos parentes habuerint; & quàm iniquè & dolosè & fraudulenter vixerint; & quam miserabiliter mortui sint. Numquid antequàm Saturnus Cretensibus imperaret, & filiorum suorum carnes comederet, Deus in cælis non erat, aut Creta insula habebat Regem, & cæli Deum non habebant? Valdè errat qui putat Iouem filium eius, imperare fulminibus, homuncionem in quo malitia & libido regnabat. Quem non persecutus est, qui patri non pepercit? Aut quam sordem non exercuit, qui suam germanam accepit vxorem? In foro, in plateis, in domibus, atque in omni loco quotidie legimus, quia sordidissima Iuno quòd & soror & coniunx fuerit gloriatur: & rapti Ganymedis honor turpissimus atque incestissimus ab ipsis, à quibus Iouis colitur, non negatur. Non ergo erras, Vir sublimissime, qui tales colis, quales Romanæ iubent leges pro sui facti qualitate damnari, & relicto Deo omnipotente qui in cælis regnat, lapidi dicis, Deus meus es tu: & ligno dicis, Aditua me?

d

quorum deos oſtendit deos non eſſe:

Iouẽ Iunonisq; ſcelera.

42 Præfectus dixit: Ex quo cœpistis blasphemare deos, & à culturâ eorum recedere, ex eo e diuersis cladibus Romanus orbis opprimitur. Tranquillinus respondit: Non est verum. Nam si recenseas decadas stylo f Liuij digestas, illic inuenies Ioui thura ponentes, vnâ die viginti tria millia Romani exercitus iuuenes cecidisse. Sed & illud non es immemor, quòd Senonenses Galli etiam Capitolium g occupauerunt, & omnem Romanam manum suis ludibriis subiugarunt. Diuersas fames, & inenarrabiles pestes, diuersas captiuitates, diuersas effusiones sanguinis Romanus orbis passus est, antequàm vnum colerent homines Deum. Nunc verò ex quo inuisibilis & verus Deus cœpit à credentibus coli, h auctâ pace exultat Romanum Imperium. Sed quod peius est, Deus, qui hoc præstat, non cognoscitur; sed creaturæ eius adscribitur, quidquid à Creatore præstatur.

e

Chriſtianos non eſſe cauſſam cladium Imperij.

f

g

h

43 Præfectus dixit: Si ille colendus est, qui humanis commodis aliquid præstat, nullus nisi sol habebitur Deus, qui aspectu suo terræ viscera vegetat, vt semina suscepta parturiat, & genuinæ sobolis grana in culmo restituat, atque vniuersis salutis nostræ vtilitatibus, & lumen & restaurationem pariter tribuat & vigorem. Tranquillinus respondit: Et in hoc error est infinitus. Nam si hodie per seruum suum quispiam clientibus suis tribuat quod rogatur, infinita stultitia est, si neglectus ille qui præstitit, seruus per quem præstiterit honoretur. Et vt aliquam huius dicti comparationem exhibeam; numquid cùm naues Romanis alimenta deferunt, nauibus potiùs quàm Regibus gratiæ referuntur? Si ergo non nauigantibus, sed imperantibus, homines quòd annonantur adscribunt, quantò magis soli Deo agendæ sunt gratiæ, cuius nutu & hæc omnibus vsibus nostris elementa deseruiunt, & sol ipse quotidie terræ mariq́ue

Solem non eſſe Deum.

Ex MSS. pariter & clauditur in fine diei, & in diei iterum renouatione aperitur?

a *Scriptum erat in Roſuveydi autographo:* Liber II. *eam diuiſionem, in nullo exemplari repertam, omiſimus.*
b *al.* conſtituta. c *MS. S. Giſl.* veni ergo hodie, & debita.
d *al.* veſtris.
e *Viſitata in Chriſtianos calumnia, à variis PP. confutata, præſertim Paulo Oroſio, & S. Auguſtino.*
f *al.* libri, *mendosè. Scriptum in quibuſdam erat* LIBII.
g *Ita MSS. omnes. Legendum potiùs,* oppugnauerunt. *Nam inde pretio deducti, mox & pulſi à Camillo.*
h *al.* altâ. i *al.* apparet; *al.* paritur.

CAPVT XIII.

Verbi Incarnatio Gentili expoſita.

Chriſti diuinitatem defendit,

44 PRæfectus dixit: Si ergo vnus & inuiſibilis eſt quem colitis, Chriſtum, quem Iudæi crucifixerunt, non colitis? Tranquillinus dixit: Rectè hæc inquireres, ſi credere deſtinares. Incredulis enim omne quod nolunt vanum videtur. Semel enim in præceps voluntas mortalium [a] declinans, omne quod vituperat vituperari deſiderat; & vult vt laudetur ab omnibus omne quod laudat. Sed ſapiens pro merito ſuo cuicumque rei, aut vituperationem ſuam [b] impendere nititur aut laudem. Præfectus dixit: Ego te de Chriſto veſtro interrogo. Si enim à vobis hoc colitur quod iſtis oculis non videtur, Chriſtum non colitis qui & viſus eſt, & auditus, & interrogatus, & omnia quæ humanæ fragilitati competunt in eius leguntur paſſione completa? Tranquillinus dixit: Audi ſimilitudinem & intellige veritatem: Verbi gratiâ, ſi hodie annulum tuum habentem gẽmam pretioſam videas in cloacâ, aut in ſterquilinio volutantem, & ad hunc eruendum mittas ſeruos tuos; illi autem nec illum potuerint liberare, ſed & ſeipſos in aliquo dum illum conantur eripere, polluerint; poſteà verò tu ipſe, deponens has ſericas quas indutus es veſtes, induas te ſeruilem tunicam & deſcendens in cloacam mittas manus tuas in ſtercoribus, & annulum aureum ſimul tuis manibus repræſentes & gemmam, præ gaudio omnes amicos tuos inuitas ad epulas & lætaris ſuper annulum & gemmam, quòd ſint de nimiis ſqualloribus liberata. Præfectus dixit: Hanc propoſitionem ad cuius ſimilitudinem attuliſti? Tranquillinus reſpondit: Vt oſtenderem tibi vnum inuiſibilem Deum nos colere. Præfectus dixit: Et quod eſt aurum? aut quæ eſt gemma, quæ in ſterquilinio volutabatur? Tranquillinus reſpondit: Aurum, corpus humanum eſt, gemma verò anima eſt, quæ in ipſo corpore incluſa eſt. Corpus verò & anima vnum hominem faciunt, quomodò aurum & gemma vnum annulum facere comprobantur. Sed quantumuis pretioſus tibi ſit annulus, longè ſatis homo pretioſior eſt centuplùm & carus Chriſto. Tu miſiſti ſeruos tuos, vt annulum de ſordibus eriperent, & nullâ ratione eum eruere potuerunt. Miſit & Prophetas ſuos Deus de cælo loquens ad eos, vt humanum genus à ſordibus huius mundi [c] eriperet: & nullâ ratione omnino hoc facere vel inſtãtiâ potuerunt. Tu depoſuiſti aureas veſtes, & ſeruili indumento indutus deſcendiſti in cloacam, & manus tuas miſiſti in ſordibus, vt annulum de ſordibus liberares: Exuit & ſe maieſtas Diuinitatis ſuæ ſplendore, non tamen ſuperna relinquens; & induit ſe ſeruili noſtri corporis indumento, & huc in cloacam huius mundi cælo deſcendens miſit manus ſuas in ſordibus paſſionum noſtrarum; & paſſionem, quæ meritis noſtris debebatur, in ſemetipſo ſuſcipiens, gloriæ nos ſuorum reddidit digitorum. Nam qui per incredulitatem volutabamur in ſqualloribus mundi, per fidem abluti à ſordibus, diuinis ſumus manibus, vt ille tuus annulus, reſtituti. Numquid ſerui tui, qui te negauerunt dominum ſuum, dum te in habitu ſeruili reſpicerent, non potuerunt vt rebelles occidi? Ita & qui negant Chriſtum Dominum ſuum pro hoc quòd ſemetipſum à maieſtate exinaniuit, & formam ſerui ſuſcepit, nullatenus poterunt æterni ignis pœnas euadere. Ideò denique nobis, qui in eum credimus, æterni fontis vnda ſubuenit, vt æternus ignis ab æterno fonte vincatur, & infidelitas à fidelitate ſuperetur.

a
b
qua iuncta humanæ naturæ,
c
vt corpus noſtrum, ceu aureũ annulum, & animam velut gemmam, perdita quæreret.

45 Præfectus dixit: Vt video, non vt filios tuos ab hac intentione tolleres popoſciſſe probaris inducias, ſed vt has aniles fabulas ad noſtra tribunalia [d] meditatus aſferres. Tranquillinus dixit: Non meditantur diſcipuli Chriſti quid in conſpectu Iudicum proſequantur. Sic enim præmonuit dicens: Quando poteſtatibus huius mundi vos cauſâ mei nominis tradent, nolite cogitare quomodò aut quid loquamini, dabitur enim vobis diuinitus in illâ horâ quid loquamini. Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Dei, qui loquitur in vobis. Non ergo meditando ego, ſed credendo inueni creatorem meum, & qui eram podagrico & chiragrico dolore contractus & [e] quaſſatus, ſtatim vt Chriſto credidi, ac ſi paruulus omnium membrorum meorum recepi ſanitatem. Conſtat ergo apud animum meum, ipſum me creaſſe qui me renouare dignatus eſt, & ſicut dedit reſtaurationem corpori, ita quoque animæ poſt iſtam vitam dare promiſit, ſi tamen non dubius nec timidus hominum terroribus frangar; ſed in eius nominis confeſſione perdurans fidem integram, quam me Deus fecit inuenire, conſeruem.

Non præmeditatus dicenda Tranquillinus, *d* Matth. 10. 19.
fidem profitetur, & receptam ſanitatem: *e*

46 Præfectus dixit: Ignoras Tranquilline, quanta inuictiſſimorum Principum erga Chriſtianos ira deſæuiat, & ideò quaſi ſecurus quod tibi videtur ſine timore proſequeris. Tranquillinus dixit: Stultus timet eſt, quo plus timetur humana indignatio, quàm Diuina. Numquid ſi in medio canum latrantium venerimus, & vano furore nos cœperint ſuis morſibus attrectare, poſſunt nobis de animo tollere hoc quod nos homines ſumus *f* rationabiles, cùm ſint illi canes, & irrationabiles & inſani? Ita qui nobis rectè credentibus iraſcuntur, ſæuire quidem poſſunt, & inferre iniqua ſupplicia; numquàm tamen de corde noſtro hoc auferre poterunt, quòd Dominum Ieſum Chriſtum & creatorem eſſe credimus, & redemptorem noſtrum ac reſtauratorem eſſe gaudemus. Tunc Præfectus iuſſit eum recipi à Commentariis, dicens: Proximâ te audiam ſeſſione.

minas tyrannorum contemnit.
f

a *al.* lapſa. b *al.* expendere. c *al.* eriperent.
d *al.* meditatas. e *al.* quaſſus. f *Quidam,* rationales.

CAPVT XIV.

Chromatius V. Præf. catechizatur.

Iterum ad Chromatium noctu euocatur:

47 POſt hæc mittit & adduci eum ad ſe præcepit per noctem occultè, & offerens ei infinitum pondus auri dicebat: Oſtende mihi medicamentum ex quo recuperaſti ſalutem. Cui Tranquillinus ait: Scias grandem iram & furorem Dei paſſuros eſſe, qui gratiam eius vel venumdandam exiſtimant vel emendam. Vnde ſi vis à podagrico dolore liberari, crede Chriſtum filium Dei, & liberaberis, & ſicut hodie me vides ita ſaluus eris. Nempe vix manibus deferebar, & vndecim annos per omnes iuncturas neruorum in corpore meo dolorum nodis aſtrictus, vix ori meo panis alienis manibus tradebatur: illicò vt Chriſtum verum Deum eſſe credidi, ſalutis meæ gaudia recepi, & ſum incolumis, quia verum Deum Saluatorem meum agnoui.

fuerat 11. *annis podagricus:*

48 Tunc Præfectus dimiſit eum dicens: Adduc ad me qui te Chriſtianum fecit, vt ſi mihi promiſerit ſanitatem, poſſim & ego fieri Chriſtianus. Statim autem Tranquillinus veniens ad S. Polycarpum Preſbyterum, narrauit ei omnia quæ geſta vel dicta ſunt; & ducens eum intra domum occultè, Præfecti eum aſpectibus præſentauit. Cui Præfectus ait: Licet grauis animaduerſio Principum Chriſtianis infeſta ſit, tamen ſpe recuperandæ ſalutis offeram vobis quidquid illud eſt vſque ad dimidium bonorum patrimonij mei, ſi ab hac nodoſitate

adducit ad eum, S. Polycarpum,

a qui eius dona pro recuperandâ ſanitate reſpuens, b

ſitate a condylomatum mei fuerint membra corporis reſoluta. Tunc S. Polycarpus ſubridens ait: Potens eſt Dominus Ieſus Chriſtus vt ignorantiæ tuæ b ianuas aperiat, & oſtendat tibi quòd ipſe ſit corporis tui reſtaurator. Nam pecuniam ſiue qui offerunt, ſiue qui oblatam accipiunt, non ſolùm nullam dolentibus conferunt medicinam, ſed etiam ipſi ſibi inſanabilem morbum aſſumunt. Dicit ei Præfectus: Dic ergo mihi quid faciam, vt conſequi valeam quod ſpero. Dicit ei Polycarpus: Si crediderís ex toto corde tuo, ſicut credidit Tranquillinus, ſaluus eris. Dicit ei Præfectus: Quo ordine credere debeam intimato. Tunc S. Polycarpus catechizauit eum, & indixit ei vt per triduum ieiunaret. Et conuocans ad ſe S. Sebaſtianum tribus diebus & tribus noctibus ieiunauit cum eo: & cum lacrymis pariter orabant, vt fidem nominis ſui in ſalutem volentis credere Dominus declararet.

ſuadet vt credat, eumq; catechizat,

indicto tridui ieiunio:

Condyloma. a Κονδύλωμα, *eſt in condylis, ſiue articulis digitorum, tuber, ſiue inflammatio. MSS. habebant* condologmatum; *quidam,* doloris. b *al.* valuas.

CAPVT XV.

Chromatij confracta idola.

49 IGitur cùm dies tertia, quæ conſtituta fuerat, aduenisſet, ad domum ſuſtinentis Præfecti veniunt pariter properantes. Qui ingreſſi dixerunt: Pax fidei tuæ. At ille reſalutauit eos officioſiſſimè; & hortatur eos ſedere iuxta ſe, & dixit: Ex ore Tranquillini ratio egreſſa oculorum meorum aſſertione declaratur. Video enim hunc ſaniſſimum quem podagrico & chiragrico videram dolore contractum. A quo genus medicamenti vnde fuiſſet ſaluatus inquirens, tale ab eo recepi reſponſum: Dum fidem meam in idolis ponerem, debilis & nimiâ ſum infirmitate contractus; at vbi vnum Deum in cælis didici oſtenſione Chriſtianorum, abnegaui vniuerſa quæ ſine cauſsâ colueram, & tradidi a fidem animi mei Chriſto. Mox autem vt vnum & verum Deum in cælis regnare confeſſus ſum, ſtatim omnis, quam per vndecim annos amiſeram, ad me reuerſa eſt ſanitas, & omnis à me eſt protinùs infirmitas ſeparata. Hæc audiui auribus, probaui oculis, corde credidi; ſupereſt vt quod feciſtis Tranquillino & mihi faciatis, vt poſſim mei corporis recipere ſanitatem.

a

petenti vt ſibi conferat ſanitatem,

50 Polycarpus Preſbyter dixit: Si tranſeuntes dolores anima hominis non ſuffert, quid de illis doloribus actura eſt, quibus nullus vnquam euenit finis, nulla datur omnino ſucceſſio? Nam iſti dolores illorum dolorum imaginem portant, & quantum diſtat inter ignem viuum & picturam eius, tantum diſtat inter dolores quos nunc patitur corpus, & illos quos anima paſſura eſt, ſi ignara b Creatoris ſui præſentis vitæ impleuerit munus. Age ergo nobiſcum priùs de doloribus illis, & eſto de illâ pœnâ ſollicitus, quæ habet ignem ſemper ardentem, & vermem ſemper edentem.

explicat æterna tormenta.

b

51 Tunc Chromatius Vrbis Romæ Præfectus, cum vnico filio ſuo Tiburtio, dedit nomen ſuum, dicens: In hoc de fide meâ certos vos eſſe conuenit, in quâ etiam filium meum Chriſtianum fieri mecum exopto. S. Sebaſtianus dixit: Vide ne ſolâ recuperatione tui corporis ductus te Chriſtianum fieri ſperes, ſed magis ſpe vitæ æternæ facias mentem tuam puram ad videndam rationẽ veritatis. Niſi enim agnoueris quis ſit Creator tuus, non poteris inuenire ſalutem quam quæris. Chromatius dixit: Ergo & ruſticos & ſimpliciſſimos homines nõ videmus eſſe Chriſtianos, ita vt inter mille viros vix inuenias vnum qui poſſit vel ſermonum diſciplinam adipiſci? Numquid hi omnes ad iſtam inquiſitionem attingere potuerunt dum fierent Chriſtiani? S. Sebaſtianus ait: Hoc reſponſum tuum noſtræ partis c firmat aſſertionem. Nam ab origine mundi cum ruricolis & paſtoribus ouium Deus habuit rationem, & iuxta finem mundi veniens non elegit Grammaticos & Oratores, ſed piſcatores & ſimplices, & ipſis tradidit notitiam ſuam.

Spondenti Chromatio ſe cum Tiburtio filio Chriſtianũ futurum,

c

Ex mss.

52 Chromatius dixit: Cur ergo me dicis priùs debere agnoſcere quis ſit creator meus, quem niſi agnouerim ſalutem inuenire non poſſim? S. Sebaſtianus dixit: Quia multos deos, & multas deas coluiſti. Niſi ergo hos à corde tuo excluſeris, & imagines eorum confregeris, & cognoueris vnum & verum Deum, vitam & ſalutem inuenire non poteris. Chromatius dixit: Indica ergo mihi quis ſit vnus & verus Deus. S. Sebaſtianus reſpondit: Si ſeruum tuum ad hauriendam aquam miſeris, dum ad fontem venerit, aſpicit priùs ne ſordes aliquæ intus lateant in lagenâ, & non eſt auſus aquam in vas mittere, niſi mundatum à ſordibus viderit; nos tibi quomodò poterimus tradere fontem veritatis, niſi priùs te ab omnibus idolorum ſordibus & ſqualloribus feceris alienum? Chromatius dixit: Et quo ordine alienus effici potero ab his? S. Sebaſtianus dixit: Da nobis poteſtatem vt omnia idola, quæ in domo tuâ inuenerimus, lapidea confringamus, lignea incendamus, aurea & argentea vel ærea conflemus, & pretia eorum egentibus diuidamus. Chromatius dixit: Et cùm hæc feceritis, mihi quid fructus accedet? S. Sebaſtianus dixit: Omnium d neruorum tuorum, quorum nodoſitate conſtringeris, ſtatim conſequêris ſanitatem; & quaſi qui numquàm dolueris, ita pedibus tuis currere incipies; & agnoſcere quòd inimicos tuæ ſalutis e deos dilexeris; tuum verò parentem hunc eſſe, qui te ſtatim vt eius notitiam atque culturam inueneris, reſtaurat & ſaluat.

ſpondet tum ſanitatem.

d

e

53 Chromatius dixit: Nolite voſmetipſos ad hanc iniuriam deponere: ſed ſeruis meis præcipiam; & ipſi vniuerſa confringent. S. Sebaſtianus dixit: Dubij & timidi & infideles ſi ea confregerint, inueniet diabolus per quamcumque negligentiam eorum occaſionem lædendi eos, & ſtatim vt læſi fuerint dicent infideles, propterea eos læſos eſſe quia idola confregerunt. Niſi enim loricam habens non eripitur ictibus ſagittarum. Galeâ enim & ſcuto & haſtâ vtitur docta manus in prælio, vt ex munimine armorum & impetu feriendi aſſumat audaciam, & terga non vertat. Similiter & milites Dei, qui ſcuto fidei muniuntur, & loricâ tegminis Chriſti proteguntur, habentes galeam fidei & ſalutis, ipſis eſt tutum inire certamen. Pugnant enim acerrimè & fortiter vincunt, quia contra inuiſibilem hoſtem die noctuque infatigabiliter præliantur; & ſunt tecti in omnibus membris, fide potiùs armati quàm ferro. Chromatius dixit: Fiat voluntas Dei & veſtra. Tunc S. Polycarpus Preſbyter, & B. Sebaſtianus præcingentes ſe orauerunt: & poſt orationem ampliùs quàm ducenta idolorum ſigna confringentes, cœperunt gratias agere Deo ſuo.

non vult id per famulos fieri, & quare.

Ipſe ea confringit cum Polycarpo.

a *al.* animam meam ex fide Chriſto.
b *al.* Creatoris ſui ſpreuerit munus.
c *al.* affirmat. d *al.* membrorum.
e *al.* colendos duxeris.

CAPVT XVI.

Inſtrumentis aſtrologiæ iudiciariæ confractis, ſanatur Chromatius.

54 POſt hæc acceſſerunt ad Chromatium dicentes ei: Confringentibus nobis idola tu debuiſti ſanitatẽ recipere, niſi fortè aliqua tibi in animo ſigna infidelitatis derelinquuntur. Hoc enim apud nos certum gerimus, quòd aut eſt aliquid, quod nondum eſt fractum; aut ſi omnia fracta ſunt, quid in animo geras nobis euidentiùs manifeſta. Tunc ille: Habeo, inquit, cubiculum holouitreum, in quo omnis diſciplina ſtellarum ac matheſis a mechanicâ eſt arte conſtructa, in cuius fabricâ pater meus Tarquinius ampliùs quàm ducenta b pondo auri dignoſcitur expendiſſe. Cui S. Sebaſtianus dixit: Si hoc tu integrum habere volueris, te ipſum frangis.

Cælum vitreum ad vſus aſtrologiæ iudiciariæ factum.

a

b

Chromatius

Ex mss. Chromatius dixit: Quid enim? Matheſis aut *c* epheme-
c ris aliquo ſacrificiorum vſu coluntur, cùm tantùm eis
d menſium & annorum curſus certo *d* numero per hora-
monet confringendum: rum ſpatia diſtinguuntur? & lunaris globi plenitudo vel diminutio, digitorum motu, rationis magiſterio, & calculi computatione præuidetur? S. Polycarpus Preſbyter dixit: Illic ſigna Leonis & Capricorni & Sagittarij, & Scorpionis, & Tauri ſunt; illic in ariete Luna, in Cancro hora, in Ioue ſtella, in Mercurio tropica, in Venere Mars, & in omnibus iſtis monſtruoſis dæmonibus ars Deo inimica cognoſcitur. Iſta Chriſtiani ita recuſant, vt non ſolùm ipſi non habeant, non colant, non credant, non teneant; verùm etiam nec amicos illos habeant, qui huiuſcemodi nugis ſuum occupant pectus? Omnia enim iſta falſa deceptioniſque miniſtra ſunt: ſimilitudo in eis veritatis eſt, non ipſa veritas.

55 Dicit ei Chromatius: Quid? quòd nonnumquàm futura prænuntiant? S. Sebaſtianus dixit: Iſta omnia vaniſſima eſſe & falſiſſima, Chriſto reuelante cognouimus; quæ tibi nunc manifeſtiùs aperiemus. Præcipe hodie ad te matheſis venire doctorem, cui dicas, illo tempore te aſperis caſibus laboraſſe, & inquire per quas ſtellas hoc tibi euenerit mali; reſponſa eius erunt procul dubio talia, quòd tempus tuum à malitioſo Marte ſuſceptum eſt, aut Saturnus *e* apocataſticus fuit, aut annus
e tuus ex diametro ſuſceptus eſt, aut *f* climacterica tibi in
f centro ſunt nata, aut *g* ſyndetus fuit cum malo, aut inui-
g ſibilis aut in *h* ſchemate, aut immobilis circa te extitit
h curſus in ſtellis. Hæc & his ſimilia cùm dixerit, rationis tibi veriſimile aſſignare nititur aliquid & probare. Age nunc, interroga alterum mathematicum, cui ipſas horas ipſumque tempus in bonis tibi exuberaſſe caſibus dicas, illicò videbis eum tibi rationabilia ſchemata infinita afferre, quibus approbet, quia in ipſis tibi temporibus euenire debuerint bona. Circulum etenim tenet ex omni parte collectum, in quo diuerſas & varias cauſſas accipit, ex quibus occaſionem capiat dicendi quod voluerit.

fallaciam aſtrologorũ oſtendit,

56 Nam futura dum penitùs prę uidere non poſſunt, climactericas dicunt, id eſt, naturæ rei incerta profugia. Nam diuerſis temporibus nati vno naufragio perierunt, & vnâ horâ diei vel noctis exorti, alter ad mendicitatem deponitur, aſcendit alter ad regnum: & in vno prælio innumerabilis multitudo proſternitur, & vno die, imò vno *i* puncto, in vnâ domo, duæ feminæ, pudiciſſima altera, altera efficitur impudica: vtriuſque ſtellæ ſi meritum contulerint, nec meretrix vituperanda eſt, nec caſta laudanda. Certè legum latores & Principes ſacra ſua præuaricata puniunt, & ideò forum, ideò iudex, ideò iura, vt iuſti laudentur rectè, & iniuſti meritò puniantur. Et hoc nolo vt otioſum exiſtimes, quòd te ipſum nondum ſaluatum attendis. Nam ſi ex integro à te inimici generis humani cæremonias abiiceres, in temetipſo quod verum eſt didiciſſes.

vanitatem eius artis videt.

i

57 Audiens hæc Chromatius dixit: Verus ille Deus eſt, qui vos tales probatur habere cultores. Nam omnis ſermo veſter ita rationibus affluit, vt & pecudum ad rationem veram mentes inclinet. Vnde etiam hoc ipſum quod ad ornatum domus viſus ſum excepiſſe, ne impediat ſaluti meæ eius incolumitas, diſſipetur. Credo enim, & hæc fides mea eſt, quòd his omnibus quæ Chriſtianitatis lex abominatur & prohibet, ſi à me ex integro ſeparauero, & præſentem merear ſalutem conſequi & futuram.

Chromatio permittente vt confringatur,

58 Audiens hæc filius eius Tiburtius dixit: Nullâ patior ratione hoc opus pretioſum & præcipuum & incomparabile deiici. Sed ne paternæ ſaluti videar venire contrarius, deferantur duo clibani & accenſi ante ianuam cubiculi præparentur, vt dum deſtructum ab eis fuerit, & pater meus non receperit ſanitatem, ambo in ſingulis clibanis ardentibus demergantur. Audiens hæc pater eius, prohibebat fieri. Sancti verò non ſolùm non metuebant promiſſum exitium, verùm etiam conſtanter præparari clibanos hortabantur.

Tiburtius mortem minatur ſi deinde patrem non ſanent.

59 Tunc acceſſerunt ad vniuerſa idola cryſtallina & holouitrea, & omne opus illud mechanicum; & ſubitò: dum ſanctorum manibus frangerentur, apparuit ante oculos Chromatij iuuenis, cuius facies flammeo radiabat aſpectu & dixit ei: Miſit me Dominus meus Ieſus Chriſtus, cui credidiſti, vt omnium membrorum tuorum recipias ſanitatem. Ad hanc vocem ſaniſſimus redditus cœpit currere poſt iuuenem, vt pedes eius oſcularetur. At ille dixit ei: Vide ne contingas me, quia nondum baptiſmatis ſanctificatio te à ſqualloribus abluit idolorum. Videns hæc Tiburtius filius eius, aduoluitur ad pedes S. Polycarpi. Ipſe autem Chromatius Præfectus aſtringebat plantas B. Sebaſtiani, & ambo vnâ voce clamabant: Verus Deus eſt Chriſtus, verus & omnipotens vnigenitus filius Dei, quem prædicatis boni miniſtri eius.

apparente Angelo ſanatur Chromatius,

vetatur eum nondum baptizatus tangere: petit cum filio baptiſmum.

a *al.* mechanicè ſtare videtur conſtructa.

b *MS. Rip.* talenta.

c Ἐφημερὶς *proprie* diarium *eſt, ſiue res actione ſeq; per dies deſcripta.*

d *MS. Rebd.* pondere penſentur & tendantur.

e *Ita MSS.* plerique. Tempus quo ſol *(aliuſue planeta)* in eamdem partem ſigniferi per eoſdem numeros redit, per quos curſus ſui principium cœperat, ἀποκατάστασιν vocant ſtudioſi rerum cæleſtium. *Columella. Poteſt ergo & reuolutio Saturni planetæ ad primum ſitum intelligi, aut turbatio rerum & κατάστασις maligno eius ſidere concitata. At MS. Kip. habet* apocaſticus. *Brechtus* apoſtaticus, id eſt, retrogradus: *aut potiùs* contrarius, maleficus.

Apocataſtaſis *planetarum.*

f Κλιμακτῆρες *dicuntur anni ſcanſiles, à* κλίμαξ, *quod eſt* gradus. *Vaniſſimas iſtas obſeruationes ipſe Plinius videt lib. 7. cap. 49.* Rurſus Æſculapij ſecta, *inquit,* quæ ſtata vitæ ſpatia à ſtellis accipi dicit, ſed quantum plurimum tribuat, incertum eſt. Rara autem eſſe dicunt longiora tempora, quandoquidem momentis horarum inſignibus lunæ dierumúe ſeptem atque nouem (quæ nocte ac die obſeruantur) ingens turba naſcatur, ſcanſili annorum lege occidua, quam climacteras appellant, non ferè ita genitis LIV. annum excedentibus. Primùm ergo artis ipſius inconſtantia declarat, quàm incerta res ſit. Accedunt experimenta & exempla recentiſſimi cenſus, quem intra quadriennium Imperatores Cæſares Veſpaſiani, pater filiuſque, Cenſores egerunt. *Et quibuſdam interiectis exemplis, ſubdit:* Alia mortalitatis inconſtantia: Homerus eadem nocte natos Hectorem & Polydamanta tradit, tam diuerſæ ſortis viros. C. Mario, Cn. Carbone III. Coſſ. ad quintum Kalend. Iunias, M. Cæcilius Ruffus & C. Licinius Caluus eadem die geniti ſunt, oratores quidem ambo, ſed tam diſpari euentu. Hoc etiam iiſdem horis naſcentibus in toto mundo quotidie euenit, pariterque domini ac ſerui gignuntur, Reges & inopes.

Climacteres.

Horoſcoporum vana obſeruatio.

g *Brechtus & quidam codices,* reditus; *al.* ſynedethos; *al.* ſi inditus; *alij rectè,* ſyndetos & ſyndetus, *id eſt, colligatus, conitunctus; fortè* ſyndeſmos, *coniunctio.*

h *Quidam codices* ſtigmate. *Brechtus hoc omiſit.*

i *al.* puncti atomo.

CAPVT XVII.

Chromatij & Tiburtij baptiſmus.

60 TVnc B. Sebaſtianus dixit Chromatio: Sicut ipſe noſti, principatum primæ cohortis ago, ſed vtrùm ſit *a* militia hominis, neſcire olim decreui, nec vellem. Ad hoc tantùm ſub chlamyde latere volui, vt nutantium animos inſtruerem, & dubitantes conſtantes efficerem, ne paſſionum doloribus cederent, quos fides fecerat bellatores. Tu autem ampliſſimæ poteſtatis apicem gerens, non potes temetipſum nec à ſpectaculis tollere, neque iudicandis negotiis abſentare. Simulans igitur ægritudinem, tibi ipſi poſtula ſucceſſorem, vt poſſis liber ab occupationibus mundi, futuræ vitæ rudimenta ſuſcipere, vt ſecundâ natiuitate iterum natus æternis efficiaris parentibus proles. Eodem itaque die mittit ad amicos ſuos in palatio poſitos, per quos teſtimonialia ſcripta ſuſcipiens, tirocinium diuinæ militiæ antequam baptizaretur accepit.

a

Suadente S. Sebaſtiano petit Vrbis præfecturâ liberari.

61 Quid memorem, quàm pleniſſimæ fidei fuerit, quamque acris ingenij contra infidelium aſſerta conſtiterit: ſequens lectio manifeſtat. Nam in initio qualiter ſit ſacroſancti fontis vndâ perfuſus, mentis eius fides euidenter enituit. Interrogatus ſi crederet, dixit: Credo. Iterum interrogatus, vtrùm abrenuntiaret omnibus idolis,

idolis, reſpondit: Abrenuntio. Proſecuta eſt interrogatio Sacerdotis, vtrùm renuntiaret omnibus peccatis: At ille ait: Iſta priùs debuiſti inquirere antequàm has aulas *b* regis cælorũ intrarem. Nunc autem reinduam me non baptizatus, vt omnibus priùs, quibus ſum iratus, indulgeam; omnibus debitoribus meis chirographa reſtituam; ſi cui aliquid violenter abſtuli, integrum reddi præcipiam: duæ mihi poſt vxori obitum concubinæ ſunt, & iſtis dotem & maritis tradam, ab omni nexu ſeruili, ingenuo, priuato, vel publico actuum meorum nodos exſoluam: & ita demum promittam renuntiaturum me omnibus peccatis diabolicis & voluptatibus mundi. Dicit ei Polycarpus Preſbyter: Beatiorem te cæleſtis vnda perfundet, cùm ea, quæ arbitrio tuo dicis te eſſe facturum, totâ feſtinatione compleueris: nam & quadrageſimæ tempus ideò baptizandis iniungitur, vt *c* tot diebus ipſi diſcant renuntiaturos ſe eſſe omnibus artibus inimici & mundi commerciis, ſi qui veriſſimè effici volunt Chriſtiani.

generoſo animo, ante baptiſmum, peccatis renuntiat,

b

ablata reſtituit,

concubinas dotatas collocat.

c

62 Tunc Tiburtius iuuenis ſapientiſſimus dixit: Pater, ſi tibi pro renuntiandis negotiis tempus flagitas, ego qui adhuc ſuſcepturus eram negotia fori, ſoli ſuſceptionis voluntati renuntio: & qui futurus eram aduocatus ad agendas cauſſas mortalium, ſuſcipiam Chriſtianitatem, ad agendas actiones Angelicas, cùm vnus eſſe cœpero ex eorum numero, qui æternam vitam accipiunt, & efficiuntur cauſſidici ſanctitatis. Tunc amplexatus eſt eum B. Sebaſtianus: quem cùm baptizaſſet S. Polycarpus, ipſe pater ſuſceptionis eius eſt factus.

Tiburtius baptizatur,

ſuſcipiente eum S. Sebaſtiano.

63 Igitur dum pauci admodùm tranſacti fuiſſent dies, omnibus ritè abrenuntiatis à Chromatio mundi negotiis, ſuſcepit Chromatius ſacri baptiſmatis nouitatem; & cum eodem ex familiâ eius promiſcui ſexus mille quadringentæ animæ, quos omnes priùs manumiſſionis gratiâ à ſeruitutis nodo exſoluit, & donis optimis inſtruxit, dicens hoc: Illi qui Deum incipiunt habere patrem, ſerui hominis non debent eſſe.

Chromatius baptizatur cum 1400. *ex ſuis:*

omnes ſeruos manumittit.

a *MS. Rebdorf.* malitia. b *al.* regni. c *al.* totis diebus.

CAPVT XVIII.

Chromatius, præfecturâ Vrbis abdicatâ, perſecutionis tempore Chriſtianos alit.

64 ERat autem Papa Vrbis Romæ nomine *a* Caius, vir magnæ prudentiæ magnæque virtutis, imperantibus *b* Carino, Diocletiano & Maximiano. Sed Diocletianus in Vrbe erat cum Maximiano: Carinus autem erat cum omni exercitu in partibus Galliarum poſitus: & eius intuitu lenta perſecutio Diocletiani circa Chriſtianos eſſe cœperat; *c* quia Carinus habebat aliquos amicos, quos huius tituli profeſſio decorabat.

a

b

Perſecutio mitior, Carino Chriſtianis fauente;

c

65 Igitur occiſo Carino in ciuitate *d* Maguntiaco *e* Maximiano & Aquilino Conſulibus, facta eſt perſecutio talis, vt nullus emeret vel venũdaret aliquid niſi qui *f* ſtatunculis poſitis in eo loco, vbi emendi gratiâ ventum fuiſſet, thuris exhibuiſſet incenſum. Circa *g* inſulas, circa vicos, circa *h* nymphæa quoque erant poſiti compulſores, qui neque emendi copiam darent, aut hauriendi aquam ipſam facultatem tribuerent, niſi qui idolis delibaſſent.

d

e

f

acerba, eo occiſo.

g

h

66 Tunc S. Caij Epiſcopi conſilio habito, Chromatius illuſtris vir omnes Chriſtianos in domo ſuâ ſuſcepit, & vniuerſos ita fouebat, vt nullus omnino ſacrificandi neceſſitati ſuccumberet. Verùm quia tanta vis perſecutionis extiterat, vt opinio ipſa Chriſtianitatis eius celari non poſſet, meruit ex ſacro reſcripto Chromatius vt medendi gratiâ in Campano littore moraretur, *i* in quo erat lati ceſpitis dominus, tribuitque copiam omni Chriſtiano ire volenti cum eodem ad perſecutoris rabiem declinandam. Tunc orta eſt contentio inter S. Polycarpum, & B. Sebaſtianum, quis horum duorum in Vrbe remaneret, & quis iret cum Chromatio, qui tantum populum ſuſceperat Chriſtianum. Quibus altercantibus venerabilis Papa Caius dixit: Dum ambo paſſionis coronam quæritis, acquiſitum Domino populum deſolatis. Vnde mihi videtur, vt tu, frater Polycarpe, quia & ſacerdotij rectum tramitem tenes, & ſcientiâ Dei repletus es, pergas ſimul ad confortandas credentium mentes & animos dubios *k* ædificandos. At ille his auditis quieuit, & blandum Papæ imperium æquanimiter tulit. Venit itaque dies Dominica, in quâ Caius Epiſcopus agens quæ Dei ſunt intra domum Chromatij, hac omnes alloquitur voce: Dominus noſter Ieſus Chriſtus præſcius fragilitatis humanæ duos in ſe credentibus conſtituit gradus, confeſſionis ſcilicet & martyrij, vt hi qui martyrij pondus ſe poſſe perferre deſperant, confeſſionis gratiam teneant, & dantes *l* latus bellantibus, Chriſti militum, qui pro eius ſunt nomine pugnaturi, ſollicitudinem gerant. Pergant itaque qui volunt vnà cum filiis noſtris Chromatio & Tiburtio, & mecum in hac vrbe qui voluerint maneant. Non enim nos terrarum ſpatia diuident, quos Chriſti caritas nectit, nec abſentiam veſtram ſentiunt oculi noſtri, quia de interioris hominis vos intuemur aſpectu.

Chromatius Chriſtianos alit:

præfecturâ ſolutus rus ſecedit cũ multis,

i

Ex MSS. & S. Polycarpo Presbytero.

k

S. Caio Papâ ſuadente:

l

remanentibus in Vrbe SS. Tiburtio, & aliis;

67 Hæc & his ſimilia dicente Papâ Caio, exclamauit Tiburtius vir clariſſimus dicẽs: Obſecro te, Pater & Epiſcoporum Epiſcope, ne me patiaris terga perſequentibus dare. Mihi enim valdè iucundum eſt & optabile, ſi poſſem millies pro vero Deo occidi, tantùm vt illius vitæ dignitatem inueniam, quam nullus mihi ſucceſſor eripiat, cui nulla tempora finem imponant. Tunc S. Caius congaudens fidei eius lacrymas effundebat, orans vt omnes qui remanſerant certamine victores exiſterent, triumphum martyrij capientes.

a *Colitur* S. Caius *Papa* 22. *April. ſedit à conſulatu* Cari II. & Carini, *an. Chr.* 283. *uſque ad conſulatum* Diocletiani VI. & Conſtantij II. *an. Chr.* 296.

b *Carinus ſub finem anni* 282. *Cæſar creatus, Caro patre in expeditione Perſicâ ictu fulminis, Numeriano fratre Apri ſoceri fraude extinctus, ipſe quoque anno* 285. *Diocletiani* 2. *ab hoc victus interemptuſque eſt.* *Carinus Imp.*

c *Huc fortaſſe reſpexit Vopiſcus de eo ſcribens, odio noſtræ religionis:* Amicos optimos quoſque relegauit: peſſimum quemque elegit aut tenuit. *& infrà*: hominibus improbis plurimum de- *fauet* tulit. *tales etiam Chriſtiani habiti. quamquàm alioquin* flagitiosè *Chriſtia-* vixiſſe Carinum *Oroſius quoque teſtatur. Sed aucta inuidia, quòd nis:* *in Comitatu Chriſtianos haberet, etiam ſanguine iunctos, vt ex vitâ S. Iuliani* 9. *Ianu cap.* 8. *nu.* 35. *patet.*

d *Ita plerique codices, quidam* Maguntiacâ, *vnus* Moguntiaco; *Mombritius* Montiacho. *Brechtus* ad Margum, *rectè. Ita Vopiſcus:* Nam contra Diocletianum multis præliis conflixit. Sed vltimâ pugnâ apud Margum commiſsâ occubuit. *alia exemplaria habent* apud Murtium. *Eutropius lib.* 9. Poſteà Carinum omni odio & deteſtatione viuentẽ, apud Murgum ingenti prælio vicit, proditum ab exercitu ſuo, quem fortiorem habebat, certè deſertum, inter Viminatium atque Aureum-montem. *Aurelius Victor de Cæſaribus*: At Carinus vbi Mœſiam contigit, illicò Murgum iuxta Diocletiano congreſſus, dum victos auidè premeret, ſuorum ictu interiit. *Margus vrbs erat Mœſiæ, & flumen, vt in tabulâ itinerariâ videre eſt.* *vbi occiſus.*

e *Ita codices omnes. Legendum fortè*, Maximo & Aquilino, *niſi* Maximianus Herculeus *alii ſubrogatus, qui anno ſequenti, Chriſti* 287. *ſecundum conſulatum geſſiſſe legitur. Iis ergo Coſſ. cùm ſuperiore anno occiſus eſſet* Carinus, *vehemens commota perſecutio in Occidente.*

f *Ita S. Gregorius Turonen. lib.* 1. *hiſt. Franc. cap.* 5. Hic *(Chus)* Statuncu- primus ſtatunculam adorandam diaboli inſtigatione conſti- lus. tuit. *alij* ſtatunculum *legunt, &* ſtaticulum, *vti & hic, eſtq;* ſtaticuli *nomen etiam Tertulliano vſurpatum. Brechtus*: ſtatiunculis, hoc eſt, paruis idolorum ſtatuis.

g *Inſula in vrbibus ſunt domus vndique vicis clauſæ, atque ab aliis ſeparatæ, vti marinæ inſulæ vndique aquis ambiuntur. Sueto-* *Inſulæ in* *nius in Nerone cap.* 16. & vt ante inſulas ac domos porticus eſ- *Vrbibus.* ſent, de quarum ſolariis incendia arcerentur. *& in Iulio cap.* 41. Recenſum populi nec more nec loco ſolito, ſed vicatim per dominos inſularum egit. *In veteri deſcriptione Vrbis ad ſingulas regiones, numerus exprimitur inſularum.*

h *al.* nymphas. *In eadem deſcriptione Vrbis præter* balnea, lacuſque *aliquot recenſentur* nymphæa.

i *al.* quod latex ſubterfluit, in quo erat latice piſcis *&c. ineptè corrupta lectio.*

k *MS. Rip.* recreandos. *al.* confirmandos. l *al.* locum.

CAP.

EX MSS.

CAP. XIX.

SS. Sebaſtiani, Tiburtij, & aliorum præclara facta in Vrbe.

68 REmanſerant autem cum venerabili Caio Papa hi, Marcellianus & Marcus, ſimul quoque & pater eorũ vir clariſſimus Tranquillinus; item B. Sebaſtianus, & pulcherrimus iuuenis, ſed & mẽte pulchrior, S. Tiburtius, & Nicoſtratus ex Primiſcrinio cum fratre ſuo Caſtorio, & cum coniuge ſuâ, Zoë nomine; item Claudius cum Victorino fratre ſuo & cum filio ſuo Symphoriano qui fuerat à morbo hydropis liberatus. Hi tantùm, vniuerſis cum Chromatio proficiſcentibus, cum Caio Epiſcopo remanſerunt; Marcum & Marcellianum diaconij honore ſanctificauit, Tranquillinum verò patrem eorum, fecit Preſbyterum. S. Sebaſtianum autem, qui ad multorum profectum ſub ſpecie militiæ latebat, Defenſorem Eccleſiæ inſtituit, ceteros verò Subdiaconos fecit.

a qui ſacris ordinibus initiantur.

S. Sebaſtiano conſtituto Eccleſiæ Defenſore.

69 Sed quia tutus nullus inueniri poterat locus ad latebram *b* confouendam, morabantur omnes apud Caſtulum quemdam Chriſtianum *c* Zetarium palatij: qui Caſtulus ibidem in palatio, in ſuperiori loco & valdè altiſſimo commanebat. Ideò autem hæc apta manſio probabatur, quia & ipſe Caſtulus cum ſuis omnibus Chriſtianiſſimus erat; & lex data de ſacrificiis cùm vbique ſui feruore deſæuiret, in illis qui palatio adhærebant, quia nec ſuſpicio de eis eſſe poterat, celabatur. Erant ergo, vt diximus, omnes hi morantes cum ſancto Papâ Caio apud Caſtulum Zetarium, in ipſis ſuperioribus palatij, & die noctuque gemitibus ac fletibus, & ieiuniis atque orationibus occupati, exorabãt Dominum, vt digni haberentur tolerantiâ confeſſionis eius, in numero ſanctorum Martyrum ſociari.

b

c

Commorantur omnes apud Caſtulum Zetarium Palatij, iſthic tuti:

multa faciunt miracula.

70 Aſcendebant autem ad eos occultè religioſi viri & religioſæ feminæ, & à Sanctis diuerſas ſibi ſanitatum gratias impetrabant. Corroboratos namque veræ fidei firmitate & ſolidato fundamento virtutum, ſanitatum gratia proſequebatur. Nam & cæcorum oculi illuminabantur eorum precibus, & ſanabantur infirmi, & ex obſeſſis corporibus dæmones pellebantur.

Tiburtius quemdam è lapſu exanimem, oratione Dominicâ & Symbolo recitato, ſanat;

d

71 Intereà dum hæc aguntur, tranſiens B. Tiburtius occurrit homini qui de alto lapſus, & caput & omnia membra quaſſauerat, ita vt de ſolâ ſepulturâ eius ageret hi, quorum filius eſſe dignoſcebatur. Tunc dicit eis flentibus: Permittite me *d* præcantare ei, forſitan recuperabit ſanitatem. Cumque omnes dediſſent ſpatium, acceſſit iuxta eum, & dicens ſupra vulnera eius lentè orationem Dominicam & ſymbolum, ita ſolidata ſunt oſſa eius, & caput & omnia viſcera, vt quaſi nihil ei eueniſſet, ita factus ſit incolumis.

eum & parentes eius conuertit,

72 Hæc itaque cùm feciſſet cœpit ire. Tenebant autem illum parentes eius dicentes: Veni & habe eum ſeruum & omnia bona noſtra tibi tradimus cum eo, quia ipſum vnicum, quem habebamus, nobis iam mortuum reddidiſti viuum. Dicit eis: Si ea quæ vobis dixero feceritis, magni pendam mercedem ſanitatis huius. Dicunt ei parentes eius: Noſmetipſos ſi ſeruos habere digneris, contraire non poſſumus: quinimò & optamus, ſi ipſe iudicaueris dignum. Tunc apprehendens manus eorum, ſegregauit eos à turbis, & indicauit eis virtutem nominis Chriſti. Et videns animum eorum fixum fortiter in timore Domini, perduxit eos ad Papam Caium, & dixit: Venerabilis Papa ac diuinæ legis Antiſtes, ecce quos per me hodie lucratus eſt Chriſtus, in quibus fides mea velut arbuſcula nouella, primum prorupit in fructum. Tunc S. Caius Epiſcopus baptizauit eos, hoc eſt, iuuenem cum parentibus ſuis, Deo gratias referentes.

& ad S. Caium deducit baptizandos.

a *Is ſuprà* Feliciſſimus *appellari videtur. At MSS. omnes, præterquàm Ripatorij,* Symphorianum *hîc habent, quem alij* Symphronianum, *alij* Sympronianum *vocant. Inſcriptus eſt Martyrologio 7. Iulij, at* Feliciſſimus & Felix 2. *eiuſdem.*

b *MS. Rip.* contuendam.

c *Quid* zetæ *ſint, aut* zętæ, *quibus* Zetarius *præerat, ſuprà dictum ad cap. 3. b.*

d *al.* incantare. *al.* decantare.

CAPVT XX.

SS. Zoës, Tranquillini, & aliorum, cædes.

73 VErùm quia multum eſt ſi velimus ea proſequi quæ & quanta per eos fecerit Chriſtus, qualiter vnuſquiſque ad palmam martyrij venerit tantummodò explicemus. Beatiſſima Zoë in Apoſtolorum natale dum ad *a* Confeſſionem Petri Apoſtoli oraret, ab inſidiantibus paganis arctatur, ducturque ad Patronum regionis *b* Naumachiæ, & compellitur Martis *c* ſtatunculo, quod illic ſtabat, thuris guttas incendere. Tum illa reſpondit: Mulierem Marti ſacrificare compellitis, vt oſtendatis Martem veſtrum muliebribus delectari. Sed ille impudiciſſimæ Veneri potuit pudorem eripere, mihi verò tropæum fidei in fronte portanti non poterit præualere. Non enim ego meis contra eum viribus luctor; ſed in Domini mei Ieſu Chriſti virtute confidens, & vos & illũ pariter ridendo contemno. Tunc Patronus regionis miſit eam in cuſtodiam obſcuriſſimam, & per quinque dies fecit eam nec lumen videre, nec cibum nec potum accipere. Solùm vox eius qui eam illic incluſerat audiebatur dicentis: Ibi morieris fame, & ſiti, & cæcitate, niſi te libaturam repromiſeris Diis.

a

S. Zoë nolens Marti ſacrificare,

b c

fame diu cruciatur.

74 Sed cùm pertranſiſſent ſex dies ſuggeſſerunt de eâ Præfecto ſæuienti: qui iuſſit eam à collo & capillis in arborem excelſam ſuſpendi & ſubter fumum ex ſterquilinio adhiberi. Statim autem vt ſuſpenſa eſt, in confeſſione Domini emiſit *d* ſpiritum. Illi autem auferentes corpus eius ſaxo ligauerunt & Tiberis alueo immerſerunt, dicentes, Ne Chriſtiani corpus eius tollant, & faciant ſibi illam deam.

ſuſpenſa fœtido fumo enecatur:

d

abiicitur in Tiberim:

75 Igitur celebrato martyrio eius, venit in ſomnis B. Sebaſtiano, & narrauit ei qualiter martyriũ Domini ſuſcepiſſet. Quod cùm narraſſet S. Sebaſtianus, proripuit ſe S. Tranquillinus, dicens: Feminæ nos ad coronã præcedunt, vt quid viuimus? Ipſe quoque deſcendens Apoſtolorum natalitij octauo die, ad B. Pauli Confeſſionem acceſſit: nihilominùs & ipſe perpeſſus inſidias tentus eſt, & à populo lapidatus *e* mortuus eſt, & corpus eius Tiberino gurgiti mancipatum eſt.

apparet S. Sebaſtiano.

Tranquillinus lapidatur.

e

76 Item Nicoſtratus & Claudius vnà cum Caſtorio & Victorino & Symphoriano, dum corpora Sanctorum per ora Tiberina requirerent, à perſecutoribus tenti ſunt, & ad Vrbis Præfectum perducti. Erat Iudex Fabianus, qui eos hortabatur ad ſacrificandum, & per decem dies minis eos & blanditiis agens in nullo penitùs potuit commouere. Tunc fecit de iis ſuggeſtionem Imperatoribus, qui iuſſerũt eos vſque tertiò torqueri. Cumq; nullâ ratione tormentis cõpulſi cederẽt, iuſſit eos in medio mari præcipites dari. Immenſis igitur arctati ponderibus, pelagi fluctibus dati ſunt, & in loco mundo inter aquas *f* coronam martyrij celebrarunt. Inſidiabantur itaque infideles fidelibus, & iniquo furore vexati Chriſtianum non poterant nec nomen audire.

Nicoſtratus, aliiq; ter torti, proiiciuntur in mare.

f

a Confeſſio *eſt pars eccleſiæ, vbi Sanctorum corpora quieſcunt, ac ferè ſub maiori altari.*

b *Plures fuerunt in Vrbe Naumachiæ; Domitiani regione 9. aliæ 13. duæ 14. Tranſtiberim. Et Baronius an. 286. nu. 13. hoc trans Tiberim geſtum cenſet, &* noua munera tunc certis locis, certis hominibus ad inquirendos Chriſtianos diſtincta: ſicque vt vni Vrbis regioni plures eſſet præfecti Patroni, qui ſinguli in parte ſibi concreditâ Chriſtianos inquirerent.

c *al.* ſtaticulo, *vt ſuprà.* d *Colitur 5. Iul.*

e *6. Iul.* f *7. Iul.*

CAP.

CAPVT XXI.

S. Tiburtij martyrium.

77 INterea dum S. Caio Epiſcopo quidam ſe ſimulatâ fide ſociaſſet, dicens ſe eſſe Chriſtianum; porrò hic apoſtata exſtiterat & erat fraudulentus in omni ſermone, & callidus in omni commiſſo. Quid multa? dum à B. Tiburtio viro ſcholaſticiſſimo & nobili & ſancto frequenter argueretur, quòd capillos ſuper apicem frontis tonſoris arte componeret, & quòd aſſiduè *a* paſceretur & ludendo pranderet, & quòd licentiùs feminarum ſe aſpectibus daret, & quòd à ieiuniis ſe & orationibus tolleret, quòd ſomno deditus non intereſſet *b* peruigil in hymnis Dei ducentibus noctes; dum pro his, vt diximus, à B. Tiburtio acriùs argueretur, ſimulat ſe æquanimiter monentem accipere: & egit arte quatenus orantem S. Tiburtium comprehenderent infideles. In quâ comprehenſione ſeipſum teneri fecit, & ſimul ad ſecretarium perduci Iudicis ſæuientis. At vbi introducti ſunt, Fabianus Præfectus dixit ad eum, qui ſe arte tradiderat: Quis diceris? At ille reſpondit: *c* Torquatus. Fabianus dixit: Quid profiteris? Torquatus dixit: Chriſtianus ſum. Fabianus dixit: Ignoras quòd iuſſerunt inuictiſſimi Principes, vt qui ſacrificare diis noluerint diuerſis ſuppliciis macerentur? Torquatus dixit: Hic magiſter meus eſt, & ipſe me ſemper docuit: quod hunc videro facere, neceſſe eſt vt faciam.

Tiburtius Torquatum ob leuiculos mores reprehendit:

ab eo proditus capitur:

78 Fabianus conuerſus ad S. Tiburtium dixit: Audiſti quid Torquatus aſſerat? quid ad iſta reſpondes? S. Tiburtius dixit: Torquatus diu eſt quòd ſe Chriſtianum eſſe mentitur. Virtus enim nominis ipſius ſancti grauiter fert & moleſtè, ſuum nomen non à ſuis *d* amatoribus vſurpari. Reuerà enim, Vir illuſtriſſime, hoc Chriſtianũ vocabulum diuinæ virtutis eſt, ſectatorum videlicet Chriſti, qui verè philoſophati ſunt, qui verè Chriſtiani dicti ſunt, qui ad obterendas libidines fortiter dimicarunt. Crediſne, Vir illuſtriſſime, hunc eſſe Chriſtianum, qui in lenocinio ſui *e* moliendo capitis *f* fimbrias committit, qui tonſorem diligit, qui ſcapulas molliter geſtit, qui *g* fluxum greſſum improbo niſu diſtendit, qui viros negligenter agit, feminas diligentiùs intuetur. Numquàm tales Chriſtus habere dignatus eſt ſeruos. Verùm quoniam me hic ſe imitaturum aſſeruit, hîc in tuo conſpectu probabis eum eſſe mentitum. Hîc enim qualis ſemper fuerit nunc euidenter oſtendet.

conuincit eum ficta fidei.

79 Fabianus dixit: Conſultiùs facies, ſi ſaluti tuæ conſulas, & Principum decreta non contemnas. S. Tiburtius dixit: Ego ſaluti meæ meliùs non conſulo, quàm vt deos deaſque contemnens, vnum Dominum Ieſum Chriſtum Deum meum eſſe confitear. Torquatus dixit: Non ſolùm ipſe Chriſtianus crudelis eſt, verùm etiam multos perſuadet, & decipit, ac docet omnes deos dæmones eſſe; ipſe autem cum ſociis ſuis, cum quibus magicas *h* artes exercet die noctuque incantationibus occupatur. S. Tiburtius dixit: Falſus teſtis non erit impunitus. Et ait Iudici: Iſte, quem vides, Illuſtriſſime vir, malitiæ ſuæ curis exæſtuans ad nihil aliud Chriſtianis eſt iunctus, niſi vt cogitaret quomodò ſe nobis quaſi Chriſtianum oſtenderet, quomodò aliis ſe fideliſſimum mentiretur. *i* Reprehendebam tamen in eo Cyclopeam edacitatem, *k* & merſum vino pudorem, & ſepultam diuini nominis ſanctitatem. Ebrius patiebatur ſitim, & eſuriem vomens: nec vt Chriſtianus, ſed vt Antonianus quõdam ille conuiua manducabat, bibebat, vomebat, & nunc Chriſtianos arguit, Chriſtianos accuſat, in nos mitem Iudicem incitat, gladium nolenti Iudici porrigit, & vt dæmoniis ceruices noſtras inclinemus hortatur. Videmus votum tuum, videmus cruenta conſilia; & ſceleratâ arte verborum venena tui pectoris intuemur. Accingere nunc *l* crudeliſſime: vtere carnificis officio: vendica tibi & ipſius Iudicis vocem: applica eculeos, ſuſpende

intemperantes eius mores arguit:

Ex mss.

Chriſtianos, damna, percute, incende, vniuerſa tormenta adhibe, benè nos accepiſti. Si exilium minaris; hoc philoſophantibus totus eſt mundus: ſi ſupplicium; euadimus mundi carcerem: ſi ignes; maiora horum in cupiditatibus vincimus. Decerne quidquid libet, omnis nobis vilis eſt pœna, vbi pura comes eſt conſcientia.

Præfecti blanditias contemnit,

80 Fabianus Præfectus dixit: Reſtitue te generi tuo, & hoc eſto quòd te natura dictauit. Nobilis enim natus ad tantam deuolutus es fæcem, vt *m* velis & ſupplicium ſimul & infamiam ſubire & mortem. S. Tiburtius dixit: O prudentiſſimum virorum, & Romanis Iudicem conſtitutum! quia meretricem Venerem, & inceſtum Iouem, & Mercurium fallacem, & Saturnum filiorum occiſorẽ colere nolo, infamiam *n* generoſitatis incurro: & quia vnum & verum Deum, qui in cælis regnat, adoro & veneror, ſuppliciis me macerandum eſſe minaris. *o* Non annuimus tuæ perſuaſioni: non negamus: Chriſtum filium Dei ad hoc de cælo deſcendiſſe ad terras, vt à terris homo ad cælum poſſet aſcendere; ideò iſtas omnes vanas effigies, quas colitis ſine cauſsâ, proculcans pedibus meis, Deo me omnipotenti ſubieci.

m

Deos videt:

n

o

ardentes carbones nudis pedibus calcat, illæſus:

81 Tunc Fabianus iuſſit ante pedes eius carbones ardentes effundi; & ait ad eum: Elige tibi vnum è duobus, aut thura in iſtis carbonibus adiice, aut pedibus ſuper eos nudis incede. Tunc B. Tiburtius faciens ſignum Crucis, conſtanter nudâ ſuper eos ingreſſus eſt planta, & cœpit Præfecto dicere: Depone infidelitatem, & diſce quia hîc ſolus eſt Deus, quem confitemur creaturis omnibus dominari. Mitte tu, ſi potes, in nomine Iouis Dei tui manus in calidam aquam; & ſi poteſt Iouis tuus faciat te non ſentire feruorem ardoris. Nam mihi in nomine Domini mei Ieſu Chriſti videtur, quòd ſuper roſeos flores gradior, quia creatura Creatoris ſui famulatur imperio.

perſtringit blaſphemum ludicem:

82 Fabianus dixit: Quis ignorat magicam vos docuiſſe Chriſtum veſtrum? S. Tiburtius dixit: Obmuteſce infelix, & noli auribus meis hanc iniuriam facere, vt audiam te rabido ore latrantem, mellifluum nomen eius ſanctum nominare. Tunc iratus Fabianus dictauit ſententiam dicens: Blaſphemator deorum, & reus atrocium iniuriarum, gladio animaduertatur. Ductus eſt autem viâ Lauicanâ tertio milliario ab Vrbe, & effundens orationem ad Dominum vno ictu gladij verbetatus *p* abſceſſit. Et in eodem loco apparente quodam Chriſtiano ſepultus eſt: in quo loco multa beneficia ſemper præſtitit Chriſtus ad laudem nominis ſui vſque in præſentem diem.

plectitur capite.

p

a *MS. Rip.* potaret. b *al.* peruigiles.
c *Metaphraſt.* Curtuatus. *ni fortè legendum*, Turcuatus.
d *al.* moribus. e *al.* molliendo.
f *al.* fibras omittit; *al.* fibras amittit.
g *al.* flexum. h *al.* clades. i *al* reprehendebant.
k *al.* immenſum vini pudorem; *Brechtus*, emerſum vino putorem.
l *al.* Chriſtianiſſime. m *al.* poſſis.
n *al* & ingenerositatem.
o *al.* Non abnuimus, non renitimur, non negamus.
p *Colitur* S. Tiburtius 11. *Aug. quo die &* S. Chromatij *parentis eius memoria agitur.*

CAPVT XXII.

SS. Caſtuli, Marcelliani, Marci, cædes.

Caſtulus arenâ obruitur.

83 POſt hæc autem Torquatus egit, vt Caſtulus Zetarius palatij, hoſpes Sanctorum comprehenderetur: qui cùm fuiſſet arctatus, & hîc tertiò appenſus, tertiò auditus, in confeſſione Domini perſeuerans, miſſus eſt in foueam & dimiſſa eſt ſuper eum maſſa arenaria, & ipſe cum palmâ martyrij *a* migrauit ad Dominum.

a Marcellianus & Marcus, transfixis pedibus,

84 Tenentur poſt hæc Marcellianus & Marcus; & ambo ligati ad ſtipitem clauos in pedibus acutos acceperunt; quibus dicebat inſaniſſimus Fabianus: Tamdiu fixis ſtabitis plantis, quouſque diis debitum redhibeatis officium. Tunc ambo fratres in vno ligno confixi pſalle-

Ex MSS. bant dicentes: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Dicit eis Fabianus: Infelices & miseri deponite amentiam vestram, & liberate vosmetipsos à cruciatibus imminentibus super vos. Cui respondentes ambo dixerunt: Numquàm tam benè epulati sumus: modò cœpimus esse fixi in amore Christi. Vtinam nos sic esse sicut sumus tamdiu permittas, quamdiu huius tegimur corporis indumento. Cumque transisset vna dies & vna nox, & illi in psalmis & hymnis perseuerarent, iussit eos ambos vbi stabant lanceis per latera verberari: & ita per martyrij gloriam [b] ad siderea regna migrauerunt. Item sepulti sunt & ipsi in viâ Appiâ, miliario secundo ab Vrbe, in loco qui vocatur Ad arenas, quia cryptæ arenarum illic erant, ex quibus Vrbis mœnia [c] struebantur.

exultant in cruciatu:

lanceis confodiuntur.

b

c

a 26. *Martij.* b 18. *Iun.* c *al.* instruebantur.

CAPVT XXIII.

S. Sebastiani glorioſum certamen.

S. Sebastianus comprehenditur:

85 His ita gestis B. Sebastianus ab insidiantibus conuentus est: & quia, vt diximus, videbatur sub chlamyde latere, cùm miles esset dignissimus Christi, suggessit de eo Præfectus Diocletiano Imperatori. Quem Diocletianus ad se conuocans, ait: Ego te inter primos palatij mei semper habui. Et tu contra salutem meam in iniuriam Deorum hactenus latuisti. S. Sebastianus dixit: Pro salute tuâ semper Christum colui, & pro statu Romani orbis illum, qui in cælis est, semper adoraui, considerans à lapidibus auxilium petere insani capitis esse & vani. Tunc iratus Diocletianus iussit eum duci in medium campum, & ligari quasi signum ad sagittam, & iussit vt sagittarij eum [a] figerent. Tunc posuerunt eum milites in medio campo, & hinc inde eum ita sagittis repleuerunt, vt quasi hericius ita esset [b] hirsutus ictu bus sagittarum.

iussu Diocletiani, sagittis configitur:

a

b

86 Æstimantes autem illum esse mortuum abierunt. Tunc relicta Martyris Castuli Zetarij, nomine [c] Irene, abiit nocte, vt corpus eius tolleret & sepeliret. Et inueniens eum viuentem adduxit ad domum suam in [d] scalâ excelsâ vbi manebat ad palatium, & ibi intra paucos dies salutem integerrimam recuperauit in omnibus membris.

c

d

à viduâ S. Castuli curatur:

87 Cumque omnes Christiani ad eum conuenirent hortabantur eum abscedere. Ille autem oratione factâ descendit, & stans super gradus [e] Heliogabali, venientibus Imperatoribus dixit: Iniquis subreptionibus animos Imperij vestri templorum Pontifices obsident, suggerentes de Christianis falsa commenta, dicentes eos Reipub. esse aduersarios; quorum orationibus ipsa Respublica melioratur, & crescit; qui pro Imperio vestro & pro salute Romani exercitus orare non cessant. Cùm hæc & talia diceret, Diocletianus ait: Tune es Sebastianus, quem nos dudum sagittis iusseramus interfici? S. Sebastianus dixit: Ad hoc me Dominus meus Iesus Christus resuscitare dignatus est, vt conueniam & contester vos coram omni populo, iniusto iudicio persecutionem vestram in Christi famulos ebullisse.

e

curatus reprehendit Imperatores:

88 Tunc iussit eum in [f] hippodromo palatij duci, & tam diu [g] fustigari, quamdiu spiritum exhalaret. Tunc tulerunt corpus eius nocte, & in [h] cloacam Maximam miserunt dicentes, ne fortè Christiani eum sibi Martyrem faciant. Tunc B. Sebastianus apparuit in somnis S. Lucinæ cuidam matronæ religiosissimæ dicens: In cloacâ illâ, quæ est iuxta Circum, inuenies corpus meum pendens in [i] gompho. Hoc tu dum leuaueris perduces ad [k] catacumbas & sepelies in initio cryptæ iuxta vestigia Apostolorum.

f

g

h

fustibus occiditur: in cloacam abiicitur: apparet S. Lucinæ:

i

k

ab eâ sepelitur.

89 Tunc B. Lucina ipsa per se cum seruis suis medio noctis abiit, & leuans eum posuit in [l] pauone suo, & perduxit ad locum, vbi ipse imperauerat, & cum omni diligentiâ sepeliuit. Ipsa autem sancta Lucina per XXX. dies à loco sancto ipso non discessit.

l

90 Post aliquantos autem annos pax Ecclesiæ est reddita: quæ statim vt Ecclesia gloriam pacis accepit, domum suam [m] fecit ecclesiam. Cui omnes suas opes ad Christianorum requiem relinquens, fecit ipsam ecclesiam hæredem in Christo, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto æqualis viuit & regnat in vnitate virtutis in secula seculorum, Amen.

Lucina domum suam in ecclesiam conuertit:

m

omnia sua bona dat Ecclesiæ.

a *al.* sumerent; *al.* suerent; *al.* exsuerent; *al.* in eum iacerent.

b *al.* insutus; *al.* insitus.

c *Plurimi codices* Hirene; *Raban.* Herene; *al.* Herena; *al.* Ærena.

d *al.* insulam excelsam.

e *Vbi hi fuerint* Gradus Heliogabali, *siue* Elagabali, *colligi ex Lampridio potest, qui in Antonino Heliogabo ita scribit:* Heliogabalum in Palatino monte iuxta ædes Imperatorias consecrauit, eique templum fecit.... id agens ne quis Romæ Deus nisi Heliogabalus coleretur. *Huius nimirum Dei sacerdos fuerat Antoninus ille.*

Gradus Heliogabali.

f *Aliqui codices* epidromio; *quidam* hypodromio; *alij, rectè,* hippodromio.

g *Rabanus & alij* fatigari. *al.* fustibus cædi.

h *De cloacis Vrbis planè admirandis consule Baronium in Notat. ad Martyrol. 26. Aug. b. Andream Fulvium Antiquitat. Roman. lib. 3. cap. 30. Plinium lib. 36. cap. 15.*

i *Brechtus & plerique codices* in vnco. *Vncum hunc esse vult Baronius, quo ad cloacam pertractum erat Martyris corpus, vt fieri solitum pluribus veterum testimoniis probat. Lampridius in Commodo:* Carnifex vnco trahatur, carnifex Senatus more maiorum vnco trahatur. *Et in Heliogabalo:* Per plateas tractus est sordidissimè, per cloacas ductus, & in Tiberim submissus est. *At cùm impactus esset corpori vncus, qui ex vnco pendebat? an vncus multiplex in vno, veluti quo è puteis profundioribus quæ inciderint extrahere mos est; sicq; muro fortassis dens vnus infixus? Veriorem, ni fallimur, lectionem quidam codices commonstrant, in quibus* gumpho & gonpho *scriptum. Legendum* in gompho. *Est γόμφος* clauus, *vel* iunctura. *Ita Statius 4. Silu. de viâ Domitianâ:*

Vnco tracti cadauera.

Tunc vmbonibus hinc & hinc coactis,
Et crebris iter alligare gomphis,

Gomphus

connexis nimirum, ne distorqueantur & ab inuicem diuellantur, lapidibus. Tertullianus in Apolog. Ceruices ponimus ante plumbum, & glutinum, & gomphos. *Franciscus Zephyrus Paraphrastes* maiores clauos *reddit. Eadem vox infrà in S. Thyrsi martyrio. Hic ergo eminens vspiam è muro clauus, aliudue ferramentum firmandis lapidibus adhibitum videtur debere intelligi.*

k *De catacumbis vel catatumbis legi potest Baronius in Notis ad Martyrol 3. Ianu. e. & 20. Ianu. b.*

l *al.* papilione; *al.* pagone; *Sur.* pilento. *sicq; legendum contendit Monachus. De* pauone, *siue* pabone, *egimus 16. Ianu. ad vitam S. Marcelli cap. 5. litt. a.*

m *De hac re agitur in eadem* S. Marcelli *vitâ.*

TRANSLATIO
S. SEBASTIANI

Auctore Sueſſionenſi monacho anonymo,

ex veteri MS. Veſontionenſi eruta

A PETRO FRANC. CHIFFLETIO Soc. IESV.

CAPVT I.

Hilduini in Vrbem legatio.

Hilduinus Ludouici Pij Archicapellanus & consiliarius,

1 ANno incarnati verbi octingenteſimo quarto decimo, diuæ memoriæ Hludouuicus Cæsar Imperator Augustus, Karoli Magni filius, post lacrymanda seculis omnibus patris fata suprema, totius monarchiæ principatum, Francorum præiudicio, adeptus; nullo aduersùm se opposito, compacti regni sceptris fruitus, ac stemmate donatus, vniuersis quaquaversùm applaudentibus, paterno est solio collocatus. Qui cùm per immensæ dignitatis gloriam fascibus Imperialibus

perialibus præpolleret, beatarum virtutum, quibus numquàm exui prævaleret immortalibus infulis magnificentiùs exornare procurauit; præcipuè memoriam ac patientiam in omni actione suâ circumplexus; sed & futurorum nonnumquam præscius. Hic inter cunctos Imperij sui primates, quos consilio suo asciuerat, Hilduinum Abbatem reuerentissimum, virum quoque omni probitatis genere permodestum, omniq́ue sagacitate & industriâ præditum, iustitiâ conspicuum, sanctitate præclarum, intantùm amauit & *a* extulit, vt ei specialiùs quidquid secretius tractandum esset committeret, eumque *b* Archicapellanum in omni Imperio suo constitueret.

a

b

2 Hic itaque venerabilis Abbas inter plurima quæ ei Augustali benignitate commissa fuerant monasteria, habebat in prospectu vrbis Suessorum *c* cœnobiũ nobile; quod Chlotarius quondam Rex Francorum, filiusque eius Sigebertus, in honore Beatissimi Medardi Confessoris Christi, magnis construxerant sumptibus: in quo & eius sacratissima tumulauerant membra. Huius ergo loci Fratres prædictus Pater Hilduinus videns monasticâ religione pollere, & Ecclesiasticis eruditionibus assuescere; congratulans eorum plurimùm delectabatur prouectibus: & vt magis magisque ad perfectionis culmen tenderent, monitis salutaribus sedulò hortabatur. Denique tanto amore ac diligentiâ locum ipsum excoluit, extulit, opibusque ditauit, vt nulli intra Gallias, religione, scientiâ, opumque copiâ haberetur secundus.

c

Abbas Suessione, & alibi;

3 Huius tunc sanctæ congregationis Præpositus Rodoinus habebatur, vir sagax, cuius astutiæ & ingenio neminem nostri temporis æquandum puto. Hic ob meritum suæ fidelitatis, collataeque sibi diuinitus industriæ, tantam familiaritatis gratiam, ab eodem Patre sanctissimo Hilduino est consecutus; vt eum omnibus monasteriorum Præpositis qui suæ ditioni subiacebant præferret. Hinc famâ vulgante celebre nomen eius in aulâ Regis habebatur. Itaque Deo amabilis Imperator compertâ viri istius industriâ, priuatim publiceque eum honorare cœpit; liberam ei concedens facultatem, vt quidquid sibi aut loco cui præerat vtilitatis aut commodi reperisset, absque vllius consultu ad eius tribunalia deferens, extemplò consecuturus esset. Nec multò pòst per diuinam clementiam tantam ab eodem adeptus est gratiam, vt eum tam pro amore pij Patris Hilduini, in cuius obsequio Aulam regiam frequentabat, quàm & pro sagaci industriâ, quâ singulariter præminebat, si quando de regni vtilitatibus tractandum esset, inter eos qui à secretis erant libenter admitteret.

(sub quo Rodoinus Præpositus,

Ludouico gratus)

4 Eâ tempestate prædictus Pater Hilduinus apicem, sicut iam diximus, in omni Augusti monarchia super omnes sui habitus retinebat. Quod quidem officium suæ excellentiæ dignitati congruum, acris vt erat ingenij, decenti satis exercitio administrauit. Qui à piissimo Cæsare, ad quorumdam improbitatem compescendam, *d* qui aduersùs summum Antistitem Eugenium intumuerant Romæ, delegatus, sic iudicium omne prudenti examinatione exercuit, vt & Cæsaris iussum expleret, & Pontifici satisfaceret, & eos qui cõtra hunc superbè intumuerant, sedatâ eorum contumaciâ, pacatos redderet, & quietos. His ritè patratis clamor Vrbis in fauorem tanti Patris attollitur, Imperialia iudicia approbantur, clementia per virum operata laudatur, Pontificis amor ac deuotio erga venerabilem vbertim succrescit Patrem, & vt in huius dignitatis honore longo viuat tempore, Senatus omnis Ecclesiæ, summâ implorat deuotione. Iunguntur precibus multigena munera, quæ tanta ac talia à quibusdam percepisse narratur, vt pretium excedere viderentur. Benedictione itaque petitâ & obtentâ, Apostolorum Principem sibi affuturum orantes, consecutâ repedandi licentiâ, iter arripuêre, Deo fauente, ad propria.

d

Romanorum tumultus sedat.

a *Ita tradit Theganus nu. 36.* ibique venit ei obuiàm Pippinus filius eius cum magnatibus primis patris sui, Hilduino Archicapellano, *&c. Et Lupus Abbas Ferrarienſis epiſt. 97. ad ipſum Hilduinum:* Omnibus, vt pluribus videtur, vestri propositi in largiendis opibus omnipotens vos Deus prætulit. *At parum erga Ludouicum gratus fuit, qui aduersùs eum conspirârit, vt idem Theganus auctor est, & iuratam filio eius Carolo Caluo fidem fefellerit, vt Nithardus lib 2. scribit.*

AVCTORE MONACHO SVESS. ANONYMO, EX MSS. *Hilduini Abb. potentia. Archicapellanus Aulæ.*

b *Quæ* Archicapellani *partes fuerint, disce ex Hincmari epistolâ de ordine & officiis Palatij, §. 16.* Apocrisiarius autem, *inquit,* quem nostrates Capellanum, vel Palatij Custodem appellant, omnẽ Clerum Palatij sub curâ & dispositione suâ regebat. Cui sociabatur summus Cancellarius, qui à secretis olim appellabatur, *&c.*

c *De nobilissimo hoc cœnobio (quod ad sepulchrum S. Medardi Noviomensis & Tornacensis Episcopi, anno 561. 8. Iunij mortui, apud Suessionem extruere Chlotarius I. Chlodouæi I. filius parabat: perfecit verò, patre sub eiusdem anni finem mortuo, Sigebertus eius filius Austrasiæ Rex) de eo, inquam, plenius agetur in eiusdem S. Medardi vitâ.*

d *Paschali Papæ, 14. Maij an. 824. mortuo; post 4. dies, in eius locum,* cum duo per contentionem populi fuissent electi, *vt scribit Eginhardus in Annal.* Eugenius tum Archipresbyter tit. S. Sabinæ, vincente Nobilium parte, subrogatus atque ordinatus est. *Opus tamen fuit, vt idem deinde, atque ex eo Baronius ad ann. Eugenius II. Papa. 824. nu. 11. & seqq. narrat, ad reprimendos aduersæ factionis conatus, eò mitti Lotharium Imperatoris filium, & cum illo, vt hinc patet, Hilduinum. Profecti autem sunt in Ituliam post medium Augustum, vt idem tradit Eginhardus. Obiit* Eugenius II. 11. *Aug.* 827.

CAPVT II.

Rodoini consilium de petendis Româ reliquiis.

5 INtereà ij, qui eum familiariùs vnico diligebant amore, ægrè ferebant eius absentiam, videntes extra placitum, quo eum sperabant, tardiùs regredi: spe incertâ dubij, derepente audiunt non sine magno gaudio partes eum iam Galliarum adisse. Roduinus intereà & sui, Patri vt erat fidelissimus, quia res ei singulariter incumbebat vniuersa, cum apparatu honorificentissimo in obuiàm sui desiderabilis proficiscitur patroni. Tandemque reperto & reuiso, mœrore quo afficiebantur abiecto, paternis ab eodem amplexibus excepti, ingenti admodùm exultatione recreati, diu optatis perfruuntur gaudiis.

Reuersus in Gallias,

6 Post paternos amplexus, & oscula prædulcia, de his quæ sibi accidissent auidè percunctantibus, prolixum habuit narrationis sermonem, qualiter, quoue honore à Domno Apostolico, & à Senatu sanctæ Romanæ Ecclesiæ fuerit exceptus, quâ auctoritate & censurâ, quorumdam garrulitate repressâ, quâ aduersùs sacrum Antistitem contumaces extiterant, & ius Imperiale seruauerit, & Apostolicis sanctionibus paruerit, & vtriusque partis censor æquissimus fuerit, quamque ab omnibus Romanorum Primoribus benè vsus sit, & amicabiliter obligatus. Denique & hoc quod & sibi præcipuum & suis erat gratissimum, quia cum gratiâ eiusdem Domini Pontificis etiam speciali contubernio eius amicitiæ copulam habere meruerint. Denique quicquid illud est, quod aut prosperè cessit, aut euentu fortuito molestè accidit, Dei ineffabilia in omnibus sibi asseuerauit affuisse præsidia.

narrat quæ Romæ viderit, gesserit q́.

7 Sufficienter itaque Hilduino itineris ac legationis suæ carissimis filiis referente discrimina; Roduinus ait: Gratias quidem omnipotenti Domino, Pater inclyte, habemus & agimus, quòd vniuersis ab eo satis prospere concessis saluum te & incolumem videre meruimus: nempe & hoc noctu dieque, si nos exaudire dignatus sit, sine interpolatione expostulauimus. Et si non nostro merito, quod nullum esse decernimus, tuæ tamen fidei bono tuisque sacris meritis, Deo amabilis Pater, hoc nobis concessum cælitus iocundamur. Etenim quò in rememoratione tuâ longæuior fuit molestia, eò quia prosper fuit successus, in reexhibitione hilarior extat lætitia; quâ vtinam te valente patrono nos contingat perfrui, quousque vitalis flatus hos rexerit artus. His pius Pater Hilduinus alloquiis illectus, ac plurimùm iocundatus, cœpit serere sermonem de dignitate Apostolicâ,

gratulantibus suis:

AVCTORE MONACHO SVESS. ANONYMO, EX MSS. *refert de SS. cultu, reliquiis, actis;*

licâ, ac religione Eccleſiaſticâ, & de cultu Sanctorum, quorum infinitâ multitudine vrbs Romana pollebat; recenſens quorumdam ipſorum agones, merita quoque & nomina. His ergo iocundis recordationibus ſibi blandiens venerabilis Abbas in longum duxit ſermonem.

8 Intereà Roduinus, ſagacis quia erat animi, vt reor, cælitus animatus, oculatâ cupidine loco cui præerat in futurum proſpiciens, ait: Paullò antè, mi Pater & Domine, ſermocinante te, dixiſſe præripui, quicquid tibi conducibile aliquotiens eſſet aut placidum, à ſummo Papâ ſedis Apoſtolicæ, inuiolabili aſtipulatione perpetim eſſe conceſſum. Experiendum nobis eſt vtrumnam habeat effectiuam eius pollicitatio clauſulam. Certè, vt reor, euenire poterit vt aliquem eximij meriti ex his, de quibus modò ſermo habitus eſt, cœlicolam vobis conferre non abnuat. Quod ſi contigerit, quale vobis ſalubrius munus impartiri valebit; quàm opportunum etiam exiſteret, vt veſtro in omnibus protectori, Sancto ſcilicet Medardo collega veſtrâ procuratione daretur? ipſo enim vno dumtaxat patrono fruimur. Erit autem hoc veſtræ ſaluti idoneum, ac memoriale ſine fine manſurum, totiuſque patriæ perenniter profectiuum. Summæ reuerentiæ Hilduinus Abbas gratulabundus Rodoino ait: Tuæ religionis locum, quantum datur intelligi, nos ſubrigere & extollere plurimùm perſuadere conaris. Nec improbo votum tuum, neque tuæ petitioni diſſentio. Imò totum ingenium, inquantùm Deus annuerit, ſpondeo, teque huius negotij executorem eſſe decerno. Iudicium tamen nobis ex hoc Imperiale expetendum eſt. Cui ſi fuerit laudabile, tunc conſequenter erit immutabile. Cui Rodoinus; Optimum, inquit, Pater, tuæ ſanctitatis decretum.

ſuadente Rodoino vt aliquas reliquias petat.

9 Directis denuò procul à Cæſare glorioſiſſimo ad deducendum venerabilem Abbatem comitibus, iter accelerari ſuadent, aſſerentes magno Imperatorem viſendi eum deſiderio affici. Hinc gratanter iter carpentes, ad Aquas vſque Grani peruenêre palatij. Tunc cateruatim hinc inde vniuerſi eum conſtipantes atque ſupra modum exultantes, ad penetralia induxêre Auguſtorum: à quo, vt ſolito, gratioſè ſuſceptus, omnem perfunctæ legationis ſeriem pandit. Quâ abſolutâ gratulatur admodùm pro benè geſtis Auguſtus, refert gratias, largitur & munera. Depoſito Imperij ſupercilio, [a] Auguſta Iudith celebris & famoſa procedit ex triclinio; ſolitoque affectuoſiùs venerabilem excipiens Abbatem, de eius plurimùm exhilarata proſpero iocundatur reditu. Cohors quoque omnis in eius, quaſi in patris proprij, lætatur regreſſum.

Aquiſgrani ab Imperatore & Auguſtâ benignè excipitur.

a

Iudith Imperatrix.

a *De hac Eginhardus in Annal. ad annum* 819. Imperator inſpectis pleriſque Nobilium filiabus, Welpi Comitis filiam, nomine Iudith, duxit vxorem. *Theganus* §. 25. Inde *(ex Britanniâ)* regrediens inuenit Irmingardam Reginam febricitantem, quæ non poſt multos dies obiit in pace. Sequenti verò anno accepit filiam Welfi Ducis, qui erat de nobiliſſimâ ſtirpe Bauarorum; & nomen Virginis Iudith, quæ erat ex parte matris nobiliſſimi generis Saxonici, eamque Reginam conſtituit: erat enim pulchra valdè.

CAPVT III.

Occaſio petitarum S. Sebaſtiani reliquiarum. Rodoini legatio.

Suggerente Hilduino,

10 POſtquàm affatim gaudio ſunt exhilarati, non immemor bonæ memoriæ Hilduinus (hoc enim ei epitheton inerat) quod à ſuo fideli Rodoino ei ſuggeſtum fuerat, captatâ opportunitate hoc ipſum Auguſti auribus intimare curauit. Cui benigniſſimus vt erat Imperator: Non tibi improbabile eſſe debet quod à tuo meoque fideli prôptâ deuotione ſuggeritur. Erit enim hoc, ſi res effectum habuerit, non nobis ſolùm, ſed totius regni gubernaculis profuturum. Quem ergo delegiſti nobis congruentiùs expetendum? Euocatur Rodoinus, Regiſque exhibitus præſentiæ, de hoc ipſo ab eodem conuentus Imperatore, ratam citamque reddidit ſententiam, dicens; [a] Silueſtrum quondam ſacroſanctum Antiſtitem, ſi veſtræ ſublimiſſimæ libet maieſtati, arbitror expetendum. Acceptò fert Auguſtus eius diffinitiuum ſermonem: Itáne omnibus complaceat aſſiſtentibus, ſciſcitatur. Fit vnus omnium in hac re conſenſus, & vt felicem obtineat exitum, votis imprecantur vnanimis. Annuit Imperator libens, & ad hoc exequendum, quantum diuina fauerit gratia, plenum ſpondet obſequium. Dehinc dilectum ſibi Abbatem cum Rodoino de expeditione tãti itineris hortatur ac commonet. Rodoino arripiendi itineris certa præfigit ſpatia, quibus excurſis, vt ad eius redeat præſentiam imperat.

a

deſtinatur Romam Rodoinus, petiturus corpus S. Silueſtri;

11 Ille patriam locumque repetit alumnum, non ſegniter interceſſæ dilationis tempore vtens. Denique in procurandis tanto itineri neceſſariis, quidquid illud eſt quod Galliarum fertilis humus proferre amabilius conſueuit, ſatis abundeque apparatum ſuum inſtruere ſatagens, maximam pecuniæ ſummam aggregare ſtuduit. Poſthæc diebus indultæ dilationis expletis: ad Auguſti præſentiam redit. Quo mox benigniſſimè recepto, epiſtolas nomine & annuli ſui impreſſione ſignatas de adipiſcendis iam dictis Sanctorum pignoribus omnifariâ prece refertas, quibus beatiſſimum Papam Eugenium rogabat, Rodoino cum ſuis Romæ deferendas contradidit; & vt pro virium capacitate, laborum & ingenij ſtudium ad hoc exequendum impenderent, attentiùs commendauit.

inſtructus litteris commendatitiis Imperatoris.

12 A Cæſare his ita eleganter informati, & vltrà quàm de tantâ dignitate æſtimare poterat, prædulcibus oſculis & ſacris amplexibus viritim amplexati brachiis, gratioſè dimiſſi, iter fruſtrà arripiunt inſcij. Lingonenſem vſque ad vrbem denique pertendunt: in quâ aliquantiſper recreandi vires, aptiſſimum locauêre tentorium. Hîc ante fores matris Eccleſiæ quidam præualidâ ægritudine grauiter præreptus decubabat inualidus. Eadem ipſâ nocte, quâ ibidem applicuerunt, poſt longa diurni doloris ſuſpiria, cùm feſſa membra inepto nimis ſopore reſoluiſſet; ſe coram inenarrabilis ſplendoris atque fulgoris nimij perſonam aſtare conſpicit: aſpectumque eius non ferens, caput circumagens, nec mortali lumine, reuerberatâ oculorum acie, præſentem intendere valens, ab eâdem blandis nimiùm affatibus, quidnam ibi ageret, quo euentu moleſtiam ipſam incurriſſet percunctatur. Cauſſam reddit, incommodi tempus exprimit. Ille rurſum, an priſtinæ ſanitati vellet reſtitui perquirit. Qui & ſibi ſuper hoc ingens eſſe deſiderium, ſi aliquo modo id ſperare poſſet, reſpondit. Cui ille virgâ, quam manu geſtabat, aureâ plagam locumque hoſpitij deſignans; Vade, inquit, in ſuburbium iſtud, & huiuſmodi quæſitos reperies viros, Romam pergere diſponentes. Cauſſam quam moliuntur diuinæ non eſſe prædeſtinationis, meâ ex parte innoteſces. Ad quem ille tremebundus & anxius; Domine, quo te iubes nomine monſtrari? Et ille; Ego ſum, inquit, Sebaſtianus Martyr, qui Romæ pro Chriſti Dei confeſſione fuſtibus cæſus occubui; quâ & corpore hactenus ſepultus iacui. Mea illis humana à Domino eſſe conceſſa, non eius pro quo vadunt, nouerint. Ad hæc ille; Præceptioni, inquit, tuæ ſerenitudinis parere non renuens, quàm libenter ad eos, quæ à te mihi iuſſa ſunt proferre ſatagam. Illi forſitan me velle eos deludere ſuſpicatâ fraude calumniabuntur. Experimentum huius rei ſi à me exigere cœperint, quale iubes dare reſponſum? Neque enim, vt reor, aliter eis perſuaderi poterit. Tunc beatiſſimus martyr exerto contra eum brachio, manu potenti ſtatim vt eum attigit ſanitati reparauit: atque ita proſecutus, Sanus eſto, inquit, hocque tibi ſit ſignum à me collatum, quod nulla prorsùs ambiguitate erit reiectibile.

Æger, diuinitus ſanatus ope S. Sebaſtiani, ad eum mittitur;

13 Somno lætitiâ metuque fugato, ſoſpitate integerrimâ, veriſſima eſſe omnia quæ audierat approbauit. Ita namque apparebat ſaniſſimus, ac ſi nullius aliquando infirmitatis

infirmitatis æstu fuisset infectus. Tunc ille ouanter vniuersam perlustrans vrbem, & suburbana, iussos cœpit quærere viros; atque in sese deifica per sacratissimum Martyrem operata publicare remedia. Hi qui eum ab heri & nudiustertius ad limina prædictæ basilicæ seminecem iacere viderant, hinc inde, famâ factâ, concurrentes, stupore ignotæ restaurationis attoniti, Deo latè vulgaribus concentibus gratias personabant. Tandem ipse diligenter perquisitos reperit viros, quos statim designatis recognoscit indiciis, & quæ sibi imperata fuerant intrepidus enarrat: seque in astipulationem dictorum antesignanum palàm præbet. At hi cum summâ reuerentiâ susceptis, quæ à beatissimo Martyre dabantur mandatis, immensùm exhilarati, vota gratiarum omnipotenti Deo persoluere, & Sanctum pro beneficio sibi præstito consertâ laude magnificare non cessant.

monetq; vt illius reliquias petat.

14 Exinde retrogradis passibus itinera conuertentes, paullatim reflectere conantur ad propria: auctoremque huius negotij venerabilem Patrem Hilduinum expetentes, rem diuinitus gestam per ordinem pandunt; & vt per seipsum ad Augusti notitiam idipsum perferre dignaretur, anxiè precantur. Diplomata quoque, quæ Magni Siluestri Præsulis rogabant pignora, demutari in expetitionem inclyti Martyris Sebastiani obnixè deposcunt. Et ne quod cœpti itineris infortunium incurrant, maturatò caussam quantocyùs, quâ audent importunitate insistunt. Perfert vir spectabilis Hilduinus ad notitiam pij Principis diuinæ legationis arcanum: pandit salubrem de adipiscendis tanti Martyris pignoribus reuelationem: iubet Augustus litterarum schemata sub obtentu emeriti militis multiplici referta prece instaurare: dehic, vt priùs, nomine & annuli sui impressione signatas, Rodoino cum suis reconsignat epistolas. Illi per diuinam reuelationem salubriùs aurâ spirante, gratanter viam relegentes, nihilque de expletione negotij vlteriùs hæsitantes, auream certatim expetunt Romam.

Nouas ab Imp. litteras obtinet.

Romam appellit:

a *De* S. Siluestri *Papa vitâ & reliquiis agemus* 31. *Dec.*

CAPVT IV.

Amici salutati. exposita Pontifici legatio.

15 ANno humanati Verbi DCCCXXVI. Imperij verò Hludouici Cæsaris XIII. Rodoinus cum ingenti frequentiâ & copioso apparatu Romam intrat: impositæ sibi legationis sacramentum artifici industriâ informatum prudenter exsoluit: elegantissimi Martyris Sebastiani, magnarum virtutum & sanitatum viuificos cineres implorat & impetrat. Sed antequàm Maiestatem Apostolicam adeat, quosdam Episcoporum & Abbatum, seu Reipublicæ primores, quos illic venerabilis Pater Hilduinus fidissimos se habere monstrauerat, exquirit & reperit. Erant præ omnibus ex his promptiores, & dignitati Apostolicæ sedulò assistentes, [a] Quirinus Superista, Theophylactus Nomenclator, & Ingoaldus Abba reuerentissimus, qui tum fortuitu aberat. Siquidem ex præcepto Imperatoris iter ad Beneuentanos arripuerat, episcopium Albocuriæ descripturus. Sed concito insecutus veredario, amicâ euocatione interceptus reflexit ad Vrbem, Legatos hilari aspectu excepit, humanè egit, & si secundis valeret successibus iam dictus Pater Hilduinus, ante omnia scisitatur. Prosperâ denique valitudine hunc haberi percipiens, Deo pro hoc gratias egit, & vt prouectioribus per multa tempora incrementis sibi hoc vel quia videre nequibat, audiri daretur, imprecatur ex animo. Dehinc quòd tam imprægnitè & insuspectè deuenissent, percunctatur. Illi ad aurem familiariùs admoti, secretum vniuersæ rei fiducialiter pandunt. Quod æquanimiter accepit, & eos in agendum desperatione ablatâ benignissimè confortatus est. Denique quod pollicitus est ore, indefessâ expleuit intentione. Nam per illum via atque omnis ante Domnum Apostolicum illis patuit aditus.

Hilduini amicos cõuenit,

a

in primis Ingoaldum Abbatem,

16 Tum demum viros illustrissimos Quirinum & Theophylactum expetentes, missas tradunt epistolas, atque pro his quæ habebantur inserta, geminabant preces & munera. Itaque illi nomine Martyris percepto, perculsi animo, vultuque pallore suffuso, Apostolorum Petri & Pauli, tertius si daretur patronus, quomodò expelli sine tumultuali præiudicio posset, humani hoc ingenij protestabantur non esse, cùm & Imperatoris iussum, & amici petitionem quàm libentissimè vellent stabilire. Econtrariò Rodoinus & sui, nequaquàm hoc obstaculo repulsi, importuniùs insistebant, Imperatoris ineuitabile votum, & Patris, à quo destinati fuerant, fiduciam, quam in eorum celsitudine collocauerat, replicantes. Talibus illecti si permissio voluntatis Dei ac Martyris foret, fauere se ex animo indicant, & qualiter congruentiùs ordiretur, prudenter insinuant.

AVCTORE MONACHO SVESS. ANONYMO, EX MSS. *tum a ios Antistites*

17 Denique in Patriarchium ante Domnum Apostolicum deducti veniunt, solotenus genua curuati prona sacris hærent vestigiis oscula. Inde proferuntur diplomata, dantur & transmissa: verborum copiis pium Patris demulcent animum, quatenus sic sibi fortè inclinarent ad votum. Augusti pandunt auctoritatem: nominati & conscripti Patris explicant fidelitatem. Si quid minùs litteralia schemata protendissent, pro captu ingenij elaborabant. Hac collocutione nemo priuatorum intererat, præter Quirinum & Theophylactum. Grauiter enim tunc infirmabatur, ita vt semiuiuus appareret, nec aliter, quàm lecto accumbens eorum legationem audire poterat. Cùm ergo legerentur epistolæ, & ille vocabulum Martyris audisset,

admittitur ad Pontificem decumbentem,

Obstupuit, vocis confudit & organa tristis
Mens, Sancti non ferre valens discrimina tanti;

quippe quem post Apostolos quasi tertium magnificis Romana plebs frequentabat muneribus ac laudibus. Quid animus voluerit, pallentis facies prætendebat. Eo diu silente, suspensis animis stabant: & cùm tandem resumpto spiritu responsionem dedisset, in eâ spem omnem ademit, & supra se negotium esse asseruit. Verùm illi quantâ audebant supplicatione, importunè insistebant, genuaque eius ac plantas profusis lacrymis exosculabantur. Vnde spatium quo hæc meditaretur, & cõsilium cum prudenti Romano Senatu exquireret, sine cuius consultu talia moliri non esse bonum aiebat, præstolari iussit.

qui difficilem se prabet:

18 Rem sollicitiùs Rodoinus considerans præ suis, quem cura instigabat ampliùs, non illicò abscessit, sed angulo domatis memoratos viros Quirinum & Theophylactum segregauit, & eos in sententia manere obnixè precabatur, dicens: Nostri misereri dignamini, qui spem totam vestræ commisimus celsitudini, & amicitiæ illius vestri recordamini, quâ & in præsenti optimarum deliciarum quæstus adipisci, & gratiæ Dei in cælestibus cum Sancto valeatis participari. Si enim verum est quòd vultus indicat mentem, patenter nobis cognoscere datum est, quia Domnus Papa æquanimiter nostra non fert missatica. Quapropter quidquid illud est, quod certi inuestigare potestis, precamur vt vestris fidelibus absque dissimulatione, priùs quàm abscedamus, manifestetis, & insuspectos reddatis. At illi vt priùs fidem dant in ope, si tamen Dei & Martyris esse posset voluntas. Patriarchio educti, hospitio sese recolligunt.

ipse rem amicis cõmendat.

a *Iidem* Quirinus & Theophylactus *Legati à Gregorio IV. ad Ludouicum missi anno* 828. *Ita Eginhardus:* Legatos etiam Romani Pontificis Quirinum Primicerium & Theophylactum Nomenclatorem, qui ad eum illò venerant, audita eorum legatione dimisisset. *Idem narratur in Vitâ Ludouici. Idem videtur* Quirinus Subdiaconus *esse, qui sub Paschali Papâ apud eumdem Ludouicum legatione functus in iisdem Eginhardi Annalib. ann.* 824. *memoratur.*

AVCTORE MONACHO SVESS. ANONYMO, EX MSS.

CAPVT V.

Conſultatio Cardinalium.

19 SEd quia biceps cura ſacrum excruciabat Antiſtitem, Sancti quidem abſentia, & præcellentiſſimi Abbatis amicitia, cui aliquando quæque ſui iuris eſſent conceſſa fuerant; indicto conuentu priuato Sacerdotum, & eorum qui à ſecretis erant, legationem expoſuit; cuius abſolutionem vt ſano pectore diffinirent, præcepit. Tunc illi pariter turbati, & vltra quàm credi poteſt mirati, talem petitionem aut furentis, aut Sancti meritum neſcientis eſſe reddiderunt; vtque res in proſperum non cederet, feliciorem imprecabantur fortunam. Nec verebantur propter Papæ præſentiam, ſi illis ſanctum corpus daretur, dicere eum præcedentium Patrum actibus, qui ſacramentis Eccleſiaſticis Romanam auxerant dignitatem, longiùs diſtare imparem. Quid amplius? Nec hoc fieri debere, neque iuſtè fieri poſſe proteſtabantur. E contrà illuſtres viri Quirinus ac Theophylactus, fieri debere, & poſſe dicebant. Et cùm illi propter indiſcretam & tædioſam ſonitus confuſionem, quæ ſacrum videbatur fatigare Antiſtitem ſecederent, & qui à ſecretioribus erant remanerent; congruam cum illis ſermocinationem de eadem re cœpit ſerere, & melioris ſententiæ conſiliis, Deo, vt credimus, inſpirante, ſuperintendere, & voluntatem ſuam promptiorem manifeſtè demonſtare.

Cardinales donationem reliquiarum diſſuadent,

aliis ſuadentibus:

20 Illi autem qui ob garrulitatis ſuæ nauſeam foras ſeceſſerant, inuidâ ſollicitudine explorare non verecundabantur, quid Domnus Apoſtolicus cum Quirino & Theophylacto, de hoc ipſo retractaret. Et quia eos in gratiam ſui Domini ſe ſupergredi ſæpiſſimâ experientiâ didicerant, quandoquidem erant arbitres diffinitionis vniuerſæ, nec ob hoc ſine ſuo conſilio illorum conſultu res in proſperum cederet, ipſíque quaſi deſpicabiles haberentur; non vocati Curiam repetunt, de his quibus interrogati fuerant, aditum repoſcentes, rem gratam pronuntiant. Reminiſcimur, inquiunt, optime Paſtor & Domine, venerabilis Hildutini veſtri filij erga Maieſtatem Sedis Apoſtolicæ vberrimam affectionem; ſed nec ſumus ignari ſupplicationis auguſtæ, in hoc ipſo nobis manifeſtato negotio. Vtrumque enim per diuinam prouidentiam prudentiæ veſtræ incomparabilis beatitudo ita diſponet, vt nec ille voſmet inhumanum, nec nos vos crudelem cauſemur.

inculcant id Sancto non placiturum;

a 21 Summus olim Pontifex Domnus a Adrianus, quo neſcimus intentu, huius Martyris aggreſſus tumulum aut illum intra Vrbis mœnia transferre, aut quibuſque ex eius corpore reliquias expetentibus volens tribuere, in primo conamine terribili horrore correptus atque repulſus, imperfectum reliquit. Denique quòd ſanus euaſit, clementiæ ſibi parcentis Sancti reſignauit. Præſidente quoque beatæ memoriæ Papâ b Leone, hoc ipſum ex eius præceptione attentatum fuiſſe audiuimus, vbi cum repentinâ coruſcatione tẽpeſtas exorta templum omne fundo tenus ſubmouit, ita vt ſuperficiem ſuper ſe cadere, Clerus pauens, melodiarum oblitus, acclamaret, vnde nemo ſe viuum abſcedere poſſe putauit. Narratur & ſub Domno c Paſchali idem opus iam pridẽ initiatũ, ſed ſimili perturbatione direptũ. Cõſtat ergo totiens demonſtrato ſacraméto, nullatenus illum hinc migrare voluiſſe: hinc & nos fiduciã captamus tribuendi, nec amittẽdi. Quod ſi ita annuente Deo euenerit, à neutro veſtra celſitudo iacturã videbit. Illis plena ſatisfactio, nobis ablata queruloſa derogatio. Hi quam erga veſtram celſitudinem ſe habere dicunt, ſeruabunt deuotionem, nos pactæ fidei tenorem. Eſt & aliud quod nouimus certiſſimum, nullum inueniri Romanum, qui in eius tumulum, quantumuis coactus, audeat mittere manum. Vtrumque erit; & dari poterit & haberi. Hæc Domnus Apoſtolicus audiens tranquillo pectore fauit, & accerſiri d Ioannem venerabilem Epiſcopum iuſſit. Qui vt aduenit, ſecretiùs cum eo rei competentiorem exitum quæſiuit, & quod Dei inſtinctu futurum ſanius erat, liberâ auctoritate ſanxit. Sed illud non tunc pluribus patuit. d

b variis allatis exemplis,

c

& ſenſis populi.

a Adrianus I. *Papa ſedit à 9. Feb. 772. ad 26. Dec. 795.*
b *Adriano ſucceſſit* Leo III. *eodem die: obiit 12. Iunij 816.*
c Paſchalis I. *ſedit à 27. Ianu. 817. ad 14. Maij 824.*
d *Hic videtur* Ioannes Siluæ candidæ Epiſcopus *eſſe, ſæpius legatione ad Ludouicum functus, vt an. 823. teſtatur Eginhardus.*

CAPVT VI.

Recluſum S. Sebaſtiani ſepulchrum.

a 22 DVm hæc voluerentur, vir illuſtris a Ingobertus Comes ſuperuenit, quem ſibi ſiniſtrum fore noſtri autumabant, quòd inſcio eo cauſſam eotenus produxerant. Etenim erat præpotens, & in omnibus apud ſummum Antiſtitem valens: iſque venerabili Hilduino Abbati amiciſſimus exiſtens, propter quod eum indignari ſuſpicabãtur, quia de his notionem facere ei neglexiſſent. Vnde concito greſſu ad eum venerunt, & ex nomine ac iuſſione illius hæc ei intimauerunt, aſſerentes ſe pro quo miſſi erant, illi ſingulariter eſſe commiſſum, ille quoque antiquæ non immemor amicitiæ, omni ingenio ac ſtudio ſagacitatis in hoc ſe tantùm hilarem exhibuit, quantùm Deus vires conceſſit, & in agendum quæ fuêre neceſſaria ex propriis ſumptibus miniſtrauit. Inſuper cum Domno locutus eſt Apoſtolico, quatenus eorum petitio ad effectum abſqu eæmulâ impeditione perduceretur.

Ingoberto Comite vrgente,

annuit poſtulatis Papa.

23 Hoc ita compoſito, rurſum reuocantur, atque ante Domnum Apoſtolicum reducuntur. Et cùm à circumſtantibus pro petitionis eorum obtentu deprecaretur, illiſque procul vultibus in terram demiſſis procumberent; tandem miſericordiâ flexus, licet pauens ac trepidus, Sancti annuit donari corpus. Miniſter huius largitionis aptiſſimus, Iohannes condicitur Epiſcopus. Nam quia, vt præmiſimus, languore afficiebatur nimio, hoc per ſe explere nequibat, cùm velle plurimùm non negaret. Quod vt poſteà patuit, Dei diſpenſatione ſatis profecit. Aſſumpto itaque Iohanne, quem eis ordinarium præfecerat beneuolum Papa venerabilis, alacres ſimul vadunt ad locum non iam ignotum; ſiquidem ex ſerie paſſionis eius à b S. Ambroſio luculenter editæ didicerant, miliario tertio ab Vrbe, loco qui c ob ſtationem nauium Catacumbas dicebatur, præcepiſſe per viſum eumdem beatiſſimum Martyrem Lucinæ cuidam matronæ ſepeliri ſe ad veſtigia Apoſtolorum Petri & Pauli. Quem conditum aromatibus, promptâ, quod iuſſa fuerat, exſecuta eſt deuotione.

Aditus ſepultura locus.

b

c

Præmiſſo ieiunio & precibus,

24 Perendie iniunctum deuotâ mente frequentant ieiunium cum Preſbyteris & Diaconibus, ceteroque Clero; inter quos & Ingoaldus Archimandrites cum ſuis pro viribus adiutor fideliſſimus. Ieiunij obſeruatione ſolenniter conſummatâ, ruente noctis crepuſculo, vigilias celebraturi Martyris in euocatione ad eius nobilem tumulum accedunt, omniſque officio & obſequio in opus ſuorum inſtaurant manum. Vbi cum hymnorum cantibus, & pſalmorum melodiis, cum iugibus thymiamatum odoribus atque nebuloſis diuerſorum aromatum odoribus pernoctantes, Dominum rogabant vt tractandi pignoris ſalutaris digni haberentur, nec ſui contagione peccati ab hoc reiiceret, quod deſiderium fidele & amor impatiens maximo labore per multa pericula illuc vſque contraxerat.

quibuſdam obſtrepentibus,

25 Itaque in laudibus ſpiritualibus continuatim omnem ducẽtes noctem, pallidâ diem reparante Aurorâ garrulos ab Eccleſiâ ſecedere Romanos, & familiare ſibi ſecretum indulgeri petunt. Enimuerò cùm hi in chorum ſecederent, Letaniam acturi deprehenduntur à noſtris liuidâ aduersùs negotium impugnatione inſurrexiſſe,

rexiſſe, & quos putauêre interceſſores, animaduertunt eſſe inſulſo murmure derogatores. Inſuper & in ſummum Antiſtitem maledicta iaculabantur, in quibus prædeceſſoribus omnibus crudeliorem conuiciabatur, qui talem ac tantum Patronum fines extra ſuos pecuniâ cæcatus eiicere non timeret. Sanctum præterea Martyrem amariſſimis ſingultibus rogabant ne ſe ab ignobilibus Gallis abduci ab almâ patriâ ſineret, quâ perennitatis palmam & ſuo dictatu dormitionis locum habere delegit. Illis itaque ſuſurronibus foras impectis, noſtrates tantùm cùm Iohanne Epiſcopo & Ingoaldo Abbate, intra penita ſemet receperunt, & obſeratis ianuis ad buſtum conſtanter acceſſerunt.

26 Inter hæc Iohannes præteriti maceratione ieiunij & vigiliarum continuatione feſſus, vt cliothetro ſedebat, violentiâ ſomni ſubitò deprimitur, & imperfectè reſoluitur. Moxque vt oculorum palpebras leuiter in quietem laxauit, ante ſe perſplendidi habitus virum conſiſtere vidit; qui eum ſic mitiſſimis allocutus eſt verbis:

Iohannes Epiſcopus cæleſti viſione confirmatus.

O Iohannes, corpus huius Martyris Sebaſtiani non vltrà donare formides iſtis qui pro eo venerunt viris. Scias hoc prædeſtinationis ſupernæ, & voluntatis ipſius eſſe. Accede ergo, & manum ad ſepulchrum applica, ad deducendum illud in locum deſtinatum. Cumque quod præcipiebatur perficere conaretur, comminùs ad veſtigia ſua lapides ignitos, intolerabilem in ſe calorem vomentes, inſpicit iacere, & progreſſum inhibere, iamque quaſi mediâ viâ poſitus, eùm ſibi ex nullâ parte tranſeundi aditum, æſtu eorumdem lapidum ignitorum circumdatus, patere videret, & pauitans quid ageret ignoraret, à perſonâ confortatus, ipſos ſubitò & abſque læſione tranſiliſſe eſt miratus. Itemque interiectam furentium prunarum congeriem vidit, à quâ ingreſſum retinere coactus ſubſtitit. Sed ipſius perſonæ nutu fretus, in anteà ſe traiectum eſſe proſpexit. Hinc cœptam ambulare viam voluit. Et ecce per tranſuerſum itineris flamma vorax immaniſſimos globos ſparſerat: quam facer Antiſtes vehementer metuebat, propter hoc maximè, quia declinandi locus non erat. Denique eadem ipsâ perſonâ ſibi dante dexteram, illæſus abducitur vltrà.

27 Tunc ad accerſiendum eum frater, nomine Wilharius, eſt directus. Quem cùm adhuc horrore viſionis terribilis pauitãtem blando attactu euigilaſſet, intimauit ex parte ſuorum tempus operandi myſterij, nec vllo modo vtile procraſtinandum, eoſque iamdudum paratos demorari ad Martyris tumulum. Qui ſtatim ſurrexit,

Oblationario id recuſante,

atque Sacerdotalibus redimitus infulis, ſummâ cum reuerentiâ ad locum feſtinus perrexit. Moram patefactâ reuelatione excuſauit, & vt ſecurâ ſpe percipiendi ſacramenti, cui tantotiens ſuſpirauerant, exiſterent, dubietate poſthabitâ, exhortatus eſt. Oblationario itaque vocato, cuius erat ſortis ex Romanâ cõſuetudine aperire ſepulchrum, cùm ille diu multumq; reniteretur, & hoc iniquiſſimum eſſe cauſſaretur; nec viro Romano inremiſſibile facinus præſumendum, quo per poſteras ſucceſſiones ſacrilegij noxâ denotaretur, iſdem Iohannes, monitis firmatus diuinis, ferramentum arripiens, prout virium fuit, ſarcophagum frequenti ictu vſquequò laſſeſceret, contudit, ac contundendo perterebrauit. Quem

ſepulchrũ aperit:

cùm citato fatigio noſtri deficere viderent, ipſo innuente, acrioribus animis atque valentioribus lacertis immergentes, licet cum magno labore monumento interrupto, quippe quod molis erat ingentis, & bituminis indiſſolubilis, tandem ſacratiſſimum corpus receperunt Martyris.

28 Inter hæc vniuerſi qui adſtabant, aromaticum à

vnde ſuauis odor expirat.

præterito mortalibus inſuetum & incognitum hauſerũt odorem, quem tantæ ſuauitatis & delectationis fuiſſe retulerunt, vt nullus eo, cùm abundanter frueretur, ſatiari valeret. Ex quo liquidò approbamus, non humanæ eum fuiſſe compoſitionis, ſed cæleſtis gratiæ, quæ ſemper in beatiſſimo Martyre fragrauerat, gratiſſimam diffuſionem. Hoc ergo de ſancto diutius loco ſpirante vapore, tota oblectabiliter illa reſperſa eſt domus, quæ in introitu ſui cuiuſdam cadauer propè inhumatum ante decem dies ſeruabat, ex cuius ſcaturiente ſanie fœtor exſecrabilis ebulliens introeuntes inficiebat. Sed illo ſuperabundante noxius in nihilum vacuatus, donec omnia de Sancto feſtiuâ celebritate conſummarentur, ſubſidit.

AVCTORA MONACHO SVESS. ANONYMO, EX MSS.

a *Illuſtris huius viri ſæpius mentio fit in geſtis Ludouici & Caroli Magni.*

b *Secuti huius ſcriptoris auctoritatem ſumus.*

c *Ἀ κύμβη*, cymba, *videtur deflectere* Catacumbarum *nomen: at qua ibi ſtatio nauium?*

CAPVT VII.

Reliquiæ Româ auectæ.

29 APparuerat iampridem beatiſſimus Martyr in reuelationis arcano cuidam Archipreſbytero, manifeſtans ſe ab illo velle migrare templo, vt reor, illius corruptibilis cadaueris putorem ferre non valens. Videbatur enim ei ab abſidâ vultu auerſo procedere, & foras veluti indignans abire. Illoque abeunte veſtigia eius puerulus proſequebatur, ſcopam manibus gerens, ſordeſque poſt terga verrens, quouſque inde diſceſſum eſt. Æſtimabatur autem ipſa baſilica quantitate ſui baſilicæ S. Dionyſij æqualis; in quâ olim beatiſſimi Apoſtoli Petrus & Paulus tumulati fuerant, vbi & penes eorum veſtigia idem Martyr venerandus, ſe ſepeliri iuſſerat. Vnde conſtat digniſſimis meritis Sancti eam fuiſſe indignam, & requietioni ipſius incongruam. Igitur Miniſtri & Officionarij eius, quibus exempli gratiâ iſta reddidimus, agite, vt nitidis obſequiis ei iugiter famulemini. Quanta per eum in tempore conſequuti eſtis perpendite: quanta ſine fine temporis ſperare poſſitis recolite. Certè qui hîc ſuis nos exequiis, licet indignos, ſic admittere cenſuit, ipſe, ſi dignè contendimus, audeo dicere, quia quos hic famulos, illic ſuæ interuentionis adiutorio perpetuos habiturus eſt ſocios. Neminem noſtrûm pigeat laborioſæ ſeruitutis in modico finitiui temporis, quem nulla dubietas frangere debet, de præmio æternæ retributionis.

Præſtenſa erat Sancti migratio.

30 Immenſo itaque gaudio & honore, cùm inuentum corpus diuini odoris plenum, byſſo primùm ac demum operoſis palliis componerent; Clericum quemdam æſtu febrium letaliter decubantem, mirâ velocitate curauit. Inuento itaque ſacratiſſimi Martyris corpore, cæleſti odore affatim, vt diximus, fragranti, illicò ad Quirinum & Theophylactum miſſum eſt, quatenus peropportunè hoc Domno Apoſtolico condicerent: quod & factum. Cùm propter incommoditatem ſui illuc venire non poſſet, venerabili Epiſcopo Iohanni mandauit, vt ipſe eis illud contraderet. Quod totâ alacritate & veneratione excipientes, cum ipſo Ioanne Epiſcopo & Ingoaldo Archimandritâ, aliiſque plurimis Romanæ Eccleſiæ Clericis atque plebeiis, abibant. Pſallens verenter chorus, dulcium melodiarum ſonitum longiùs præeundo reſpergebat. Hi lætitiæ cantus, alij profunda ſuſpiria, & amaras querimonias dabant. Taliter ad præſentiam vſque Domni Apoſtolici illud deportauêre, eius vt annulo conſignaretur ex more. Quod diligenter poſtquàm ab illo perfectum eſt, in eccleſiam B. Petri perlatum, atque ibidem die eodem depoſitum eſt. Vnde plurimi Romanorum, malitiâ & inuidiâ concitati, Domnum Apoſtolicum impetebant, crudeliorem eum omnibus prædeceſſoribus inclamare non veriti, qui talem ac tantum patronum ſuis è finibus expelli permitteret, quod numquàm alius conceſſit. Vnde ſuadebant, vt ſolum brachium eis daretur & reliquum decenter inibi loco reconderetur condigno. Hæc fraus Ingoaldum Archimandriten latere non potuit. Qui ſtatim noſtris idipſum detexit, cautiuſque ſimul rem exercentes, conſilio habito die illâ ſiluerunt.

Reliquiæ annulo Papa ſignatæ, de more,

iterum murmurantibus quibuſdam.

31 Præterea Rodoinus, quem vis amoris & deſide-

AVCTORE MONACHO SVESS. ANONYMO, EX MSS.

rium impatiens pro adipiſcendis Sanctorum pignoribus affectu piæ deuotionis animârat, obæratis affatim ædituis, quorum tunc erat officij S. Petri ſeruare baſilicam, ſub nocte eadem Beatiſſimi a Gregorij Papæ ſacratiſſimum tumulum, quod ante ſecretarium erat, audacter aggreſſus, corpus eius cum ſummâ reuerentiâ ſublatum, ac decenter compoſitum, ſuper altare B. Petri perlatum, iuxta iam dicti Martyris venerabile corpus depoſitum eſt. Dehinc fidei pactum Rodoinus cum ſuis rogatus gratanter tulit, ſuperque coſdem Martyris atque Pontificis ſacratiſſimos artus iuriſiurandi ſacramentum libenter exſoluit; ſcilicet vt nulli vnquam mortalium quod geſtum erat proderent aut publicarent; ſed perenni ſilentio ſepultum haberent. Hinc noſtrates piâ fraude laudabilés, duplicato gaudio, tacito ſub pectore magnanimes, ſanctis inde ſublatis corporibus, nullo præpediti obſtaculo, ad monaſterium Ingoaldi tranſtulerunt.

Aliæ cuſtodibus corruptis ſublata clàm reliquiæ.

a

32 In craſtinum verò Domnus Apoſtolicus iuſſit eos ſibi reexhiberi; neque enim adhuc licentiam redeundi conſecuti fuerant, ſed tantùm in ſua Sanctum iam receperant. Quos mox interrogat quonam Sanctum haberent. Illi ſe neſcire profitentur, niſi tantùm quòd iam eum ſuas in partes direxiſſent. Quicquid illud eſt, inquit, vtrùm neſciatis an non, præſentialiter eum huc referre curate. Neque enim hæc immutari ſententia poterit, vt hinc vobis facultas redeundi aliter tribuatur. Illi plurimùm timidi ac mœſti iureiurando firmant quòd ita ſe res haberet, vt dixerant, & impoſſibilé omnino eſſe hoc quod iuberet. Quod vix ei perſuaderi potuit, ſed annuente Dei clementiâ, ſicut cœperat, ita permanſit. Ab illis namque, qui priùs his fauerant, taliter immutatum eſt. Cùm eius perturbatum ſenſiſſent animum, proximiùs ad aurem accedentes, dixerunt oportere eos, quia flecti & conuerti nequibant, meliuſculè tractari, nec tam ſuccensè obiurgari, ne vt ingrati fortè abſcederent, & munus maximum inlaudabile referrent. Hoc modo tametſi difficillimè abſoluti, & benedictione donati, ſuis haud procul ab Vrbe iuncti, magnis de magno theſauro excreſcentibus gaudiis, gratiâ comitante diuinâ, per proſpera itinera reuertuntur ad propria.

Nouum obſtaculũ; mox dimotum.

a *Idem ſcribit Odilo in epiſtolâ ad Ingrannum Abbatem de aduentu & ſuſceptione corporum SS. Tiburtij, Marcellini &c.* Cuius ingenij ſolertiâ, *inquit*, beatiſſimi & omnifariâ laude digniſſimi Sebaſtiani Martyris corporalis gleba, ſimul & beatæ memoriæ Gregorij Papæ ſanctiſſima membra penes Sueſſorum mœnia in baſilicâ ſummi Confeſſoris Chriſti Medardi deportata pariter & conlata videntur & habita *&c. Diſquiremus id plenius ad S. Gregorij vitam* 12. *Martij.*

S. Gregorij reliquiæ aliquæ Sueſſione.

CAPVT VIII.

Varia in itinere miracula.

Dæmoniacus ad reliquias liberatus Placentiæ:

33 DEhinc ad vrbem vſque Placentiam perueniunt: in quâ cùm beatiſſimi Martyris corpus inferretur, ad ingreſſum eius dæmoniacus fortiter loris vinctus adducitur. Turbatus illicò, atque perterritus infeliciſſimus ſpiritus, miſerum, quem miſerabiliter peruaſerat, quia deſerere cogeretur indignans, eum fœuiſſimè vexare cœpit. Et cùm multorum teneri manibus vix poſſet, proſiliens, ac vincula quibus ligatus fuerat diſrumpens, motibus incompoſitis inter medias turbas, nunc ſeſe ſurſum efferens, nunc præceps ſolo ruens, quoſque in fugam cogebat. Sed ante Sanctum vt venit, ſubitò tremens corruit, & veluti exanimis proſtratus diu iacuit. Tunc valido brachio iniquiſſimus ſuperatus diabolus, Martyris non ſuſtinens præſentiam, deſeruit hominem: & potenter eiectus tetram, quam merebatur, fugit victus in vmbram. Senſum captiuus quem amiſerat penitùs recepit, & ſuâ domo rore ſupernæ virtutis emundatâ, ad Sancti exequias multos excitauit, & in laudem omnipotentis Dei, cuius erat doni quod per Martyrem factum fuerat, quaquauersùm accendit. In eodem itinere, quod ab Vrbe interiacet, multi febricitantes, multi lunatici, varſiſque languoribus afflicti Sancto obuij, per eius venerabilia merita ab incentiuis paſſionibus eruti, plenariè ſanitatis ſunt vigore donati.

plures alij ægri ſanati:

34 Ad a Montem Iouis, celebris fama virtutibus præclara peruenerat Martyris: hic Clericus, nomine Benedictus, ipſius loci ædituus, per triginta continuatim dies letali tabeſcens incommodo, dicto audit eum illuc, quia recta ducebat ſemita, declinari. Et cùm diſſipatâ greſſuum compage ei obuiàm ire, vt deſiderabat, nullo modo valeret, aliorum ſe manibus geſtari fecit. In peruio publico non longè ab ipſo loco ſic emortuus ad Sanctum deportatus atque ante illum eſt depoſitus, quibus poterat niſibus ſe eum ferre velle dicebat, & vt ſineretur humiliter precabatur. Quem fide, non temeritate hinc inde ſuſtentatus, vlnis propriis excipiens, priſtinæ ſanitatis mox b agmentum meruit, & ita eum vſque Octodorum ſoſpes & lætus inuexus. Ibi gratuitas laudum hoſtias pro ſui reſtauratione Saluatori omnium perſoluens, & Martyris c capulũ oſculans, ad ſua cum ſuis regreditur incolumis. Deo Sanctum ſuum per talia opera clarificante, vndecumque turba non modica confluebat.

a *eger eas gestans: natur:*

b

c

35 Denique in locum cui Granant vocabulum eſt, placido calle peruentum eſt: vbi puerulus paruulus oculis captus à parentibus delatus, atque ante aram eccleſiæ eſt depoſitus, quo fuerat beatiſſimus Martyr iam locatus. Noctem illam ibidem, ſicut ante Sanctum fuerat iectus, duxit inſomnem. Manè verò inluceſcente, poſt Miſſarum conſummationem, cùm Sacerdotum manu & officio ageretur in viam; ille egredientium tumultum audiens, cognouit Sanctum inde leuari. Illicò in incertum protendens brachium feretro iniecit. Tactu ipſo lumen recepit, & illuminatorem ſuum, quomodò transferebatur, perſpicuis luminibus aſpexit, & eiuſdem palmæ ſuæ formam primùm agnouit. Sancti nomen inclamitans, gratiarum debita reddebat, & in ſeſe vnde alij in hoc ipſum prouocarentur oſtentabat, lumen, quod numquàm expertus fuerat, gratulabundus contueri ſe aiebat; benedictum in æternum ab omni homine eum pronuntians, qui videndi effectum, quem ipſa ſibi natura negauerat, ineffabili infuſione in d monumento ſibi reddidiſſet. Hoc tuâ, Domine Deus, ſecretiſſimâ diſpenſatione operatus iſte tuus athleta emeritus, quòd in te ſempiterno fulgore ſplendeat, quòd te æterno & inacceſſibili lumine perfruatur, quòd te ipſo, qui omnem rationalem creaturam illuminas, magis magiſque inflammetur atque inflammando beatificetur, tuis ſcire fidelibus facit. Per quem tibi nos modici ſeruuli, vt de noſtrorum tenebris peccatorum erui; & luce tuæ claritatis mereamur perfundi, fide firmâ & virtute totâ, noſtræ deuotionis vota, & caſtæ laudis ſacrificia mittere geſtimus, quò eo mediante tibi grata, nobiſque ſalubria fiant oramus.

cæcus viſum impetrat:

d

36 Perlatus cum honorifico agmine egregius Martyr Domini in cellam e S. Sereni; mulier quædam f clinica, terram ſemper proſpiciens, nec aliquando ſe ſurſum erigere valens, in occurſum illius ad eccleſiam ſe pertrahi fecit. Quæ ſtatim vt aduenit, in directum ſeſe extulit, & quaſi nihil vnquam gibbi perpeſſa fuiſſet, omnibus qui aderant ſuffragio Martyris erecta, apparuit ſana. Fit admiratio & ſtupor his potiſſimùm, qui eam nouerant ante heſternum. Quæ ita mirâ virtute abſoluta, Deo Sanctoque gratias agens, receſſit in propria.

gibboſa ſanatur;

e f

37 Inter frequentes ad Sanctum concurrentes cuneos, quidam plebeius, ſurdus, mutus, mancus, & claudus, Martyri inibi eſt exhibitus: qui tres ante viuificum ipſius corpus ita expleuit dies. Quarto ſuccedente die, dum in precibus votiuis perſeueraret, repropitiari ſibi experitur per Sancti obtentum. Nam & ſurdus auditum meruit, & mutus promptam loquelam edidit, ariditatem etiam mancus in viriditatem demutauit, & lubricum claudus greſſum in ſolidum extendit. Hic in teſtimonium ſuæ reformationis, integram aſſecutus valetudinem.

alius ſurdus, mutus, mancus, claudus;

nem, ſuis humeris Dei Martyrem beatiſſimum ad g Calno-munde portauit vicum. In quo dum introiret, duobus cæcis ablatum lumen videndi inclytus Martyr reddidit, & eiuſdem numeri claudis cõtorta veſtigia redintegrauit, & inuisâ celeritate in ambulandum vt ſui ſtatim itineris comites eſſent, in omnium oculis miſeratus effecit. Præibant itaque cæci nullo indigentes ductore, & densâ caligine proſciſsâ, mirantibus vniuerſis, noua cælitus infuſa lumina demonſtrabant. Aridis diuino medicamine emollitis neruis, conſolidatiſque baſibus & plantis, claudi reſumptis viribus ſalutaria ſe ferre onera gratulabantur.

g item duo caci, & duo claudi.

38 Hæc opinio ſignorum, quibus ſuperna maieſtas Sanctum ſuum mirificabat, vndique religioſam cateruam cum ambitione donariorum ad eum perduxerat. Nam de totâ ipsâ prouinciâ quique viri nobiles & potentes, matronæ quoque illuſtres, cum promiſcuis plebibus exſilientes accurrebant: opera Domini magnifica, qualia numquàm viderant, vtque amplius dicam, nec prorſus alicubi audierant, quotidie iocundanter contuebantur, & contuendo ſalutariter paſcebantur.

Magni ad eas concurſus.

a Mons Iouis, *qui & S. Bernardi maior, (à S. Bernardo qui iſthic cœnobium condidit, vt 16. Maij ad eius vitam dicemus) in* Alpibus Penninis *eſt, non procul Auguſtâ Prætoriâ.*

Mons Iouis.

b *Ita MS. an* augmentum?

c *Id eſt, feretrum, à* capiendo; *vel, vt Papias,* quòd ſuper capita hominum feratur.

Capulus.

d Momento *legendum; ni feretrum Auctor expreſſum velit, cuius attactu lumen hauſerat.*

e *De* S. Sereno *agemus 2. Octobris. Eſt eius cella in Tricaſſinâ ditione.*

f Clinici *ſunt qui ægris decumbentibus medentur, ipſiſq; ægri lecto affixi; nam κλίνη lectum ſignificat. at Papias,* Clinicus, *inquit,* paralyticus. *hîc pro curuo ac gibboſo homine poſitum.*

Clinicus.

g *Belfort.* Caluomium vel Caluonium.

CAP. IX.

Pompa tranſlationis ad cœnobium S. Medardi.

39 SIc gratanter viam legentes ad diu præoptati ruris fines perueniunt, ſexto ab vrbe miliario ſtationem collocantes, donec in obuiàm cæleſtis militis legio ſe præpararet omnis, glorioſiſſimo victori obſecutura, per quem & ipſa virtutum loricis obtecta diſceret contra hoſtem ſæuiſſimum inexpugnabilia ſumere certamina, & eius ſancta dignè excolendo vulnera, adquireret lauream & trophæa perennia.

In fines Sueſſionũ apportantur:

40 Antiſtes venerabilis a Rothadus antiquior, tunc Sueſſorum regebat Eccleſiam. Hic Eccleſiaſticâ commonitione promotam totius ordinis Clericorum ac vulgi manum, explorato repauſationis loco, obuiàm fit Sancto omnigenis ſacrorum officiorum cantibus & obſequiis virtutiferum ambiens corpus, totis amplectitur viribus, percolit, veneratur. Indeque ſolemniter effert, & ingenti frequentiâ ac feſtiuo tripudio in vrbem ouanter transfert. Omnis ſexus & ætas admirabili ſpectaculo extra mœnia occurrens, turmis Sanctum ſtipantibus læta ſemet interſerit, votiua munuſcula mittit, agmen ſplendens in immenſum conficit. Profanum quiſque deputauit, qui huic tam glorioſo receptui intereſſe non potuit. Pſallentibus placido modulamine choris, plaudentibus populorum concurſibus, in baſilicam maiorem b beatorum Martyrum Geruaſij & Protaſij pompatico triumpho inuehitur.

a

inde in vrbem ſolenniter.

b

41 Hîc claudus, facie & debilitate vniuerſis notus, medias inter cateruas conſtitit, qui multis in eâdem ciuitate annis incola hoſpitabatur, & Sancti opinione auditâ, tunc fortè ſubintrauerat, neſcius quòd prima virtutum ſuarum inſignia Martyr Domini in eo inibi manifeſtare voluiſſet. Cùm ergo inter medias irrumpentium cateruas conſiſteret, ſubitò concuſſus virtute inuiſibili totus intremuit, crurum informitatem mutauit, tardam & præmortuam imbecillitatem reiecit, celeriſque relaxatione inertes geniculorum flexus protendit. Nullâ intercedente morâ, meandi vigor inualuit: coram omnibus impiger ſurrexit, ante Sanctum ambulauit, incolumis, & gaudens abſceſſit.

claudo in turbâ ſanato.

42 Exhinc ad ſanctæ Virginis Mariæ monaſterium deportatur, magnificè c excipitur. Quò tanta multitudo popularis excreuit, vt vix ſe in partem aliquis declinare, aut etiam mouere poſſet. Inde leuatus ad flumen vſque d Axonam euectus eſt. e

AVCTORE MONACHO SVESS. ANONYMO, EX MSS.

c

d e

43 Occuparat iam glorioſior apparatus citeriores ripas fluminis, vt vis amoris & deuotio deſiderij ineffabilis exigebat. Religioſa monachorũ concio, Eccleſiaſticis infulis redimita, ſtabat proſpectans vnanimi deuotione, vniuerſalibus officiis animata, vt protectori ac patrono perenniter habituro cõgrua ſuſcipiendi ferret obſequia. Quem protinus vt impulſu remigum ſe versùs appropiare videt, tellure ruit, laudibus demum canoris aſſurgens excepit. Ambiunt eum vndique chori pſallentium, in hymnis organiſque dulciſonis, cum iugibus thymiamatum diuerſorumque aromatum vaporibus, quibuſdam vexilla micantia geſtantibus, aliis crucis ſtigmata auro fuluo radiantia, gemmarumque diuerſo colore perlucida ferentibus, his thymiamateria ac thurifera, illis f ceroferalia deportantibus, atque coruſco lumine diem augentibus.

Excipiuntur à monachis.

f

44 Tali trophæo perproperè deuectus, in locum diuinâ ſibi prouiſione, diuiniſque muneribus præparatum deponitur, iuxta glorioſi Confeſſoris Chriſti Medardi tumulum, exultantibus animis, parique concentu iſta cunctis canore modulantibus: Inſignes præconiis almæ tuæ nobilitati cõſonant voces conlaudantes. Verbo ſupplici proſequamur: Aue inclyte Martyr, Angelorum ſocius, Prophetarũ conciuis, & Martyrum cohæres, Sancte Sebaſtiane intercede pro noſtrâ omnium ſalute. Ea tum Dominica dies fuit congruoque modulamine Antiphona ad introitum prætitulatur: Populus Sion, ecce Dominus veniet ad ſaluandas gentes. Cuius congruâ modulatione ſalus illa ſingularis Incarnationis Dominicæ, quæ cunctis ventura gentibus, hoc in capitulo prænuntiata eſt, ſalutem ac lætitiam cunctis Galliarum populis ex aduentu huius præclari Martyris refudit: & ſi cum fide petitur, eius obtentu temporalia dona & præmia largitur æterna. O diem tantis vberem laudibus, tantis grauidam gaudiis, in quâ Athleta Imperialis Sueſſionenſem vrbem inuectus eſt; quâ nec orbi iocundior, nec mundo efflauit hilarior.

Ea tranſlatio facta die Dominicâ, 9. Decemb. 826.

a *Duo fuêre* Rothadi, *ſiue* Rothadi, *Sueſſionenſes Epiſcopi. Hinc refellas Claudium Robertum, qui Rothardo iuniore ſedente reliquias S. Sebaſtiani allatas Sueſſionem ſcribit. De vtroque in conciliis Gallicanis agitur.*

b *Illis ſanctis Martyribus etiamnum ſacram eſſe baſilicam maiorem Auguſtæ Sueſſionum auctor eſt Robertus. Eorum Inuentionem Sueſſione agi ſcribit Sauſſaius 27. Aprilis, Eccleſia verò ipſorum Dedicationem Dominicâ 2 poſt Paſcha.*

c *Addit Belfortius:* ab illo ſanctimonialium conuentu. *Monaſterium eſt Ordinis S. Benedicti, Roberto teſte.*

d Axona, *vulgò* Aysne, *in vltimis Remorum finibus ortus, Sueſſionum vrbem alluit, atque apud Compendium in* Aiſiam, *qui aliis* Iſara, *labitur.*

Axona *fl.*

e *Addit Belfortius:* Et quia per amnem nullus erat diebus illis, niſi tantùm nauigio, tranſitus, illum remigando traduxerunt; qui poſteà abſque periculo redderet fluuium meabilem, in quo maligni ſpiritus crebrò tranſeuntibus artium ſuarum apodixin intenderant.

f *Papias*: Ceroferarius à ferendo cereum dictus, Acolythus Cerofera. Græcè. *Ceroferalia, vel potiùs ceroferaria, pro candelabris poſita hîc videntur.*

CAPVT X.

Variæ curatæ ægritudines.

45 GLoriosè & condignâ reuerentiâ eo depoſito, puella quædam ab ipſis crepundiis vtroque pede claudula, omnibus penè notiſſima, ſuis illuc vſque à parentibus eſt pertracta, & Sancto oblata. Hæc tantâ velo-

Claudæ greſſum recipit;

AVCTORE MONACHO SVESS. ANONYMO, EX MSS.

velocitate reparationem eſt conſecuta, vt nil vacillante greſſu ſolida ſe ſuper extulerit veſtigia; & in conſpectu omnium ante Sanctum abierit atque ad ſuos hilaris & ſana redierit.

item alius.

46 Permodico exacto interuallo dum ſacratum Miſſarum ſolemniis Epiſcopus cum Clero inſiſteret, quidam debilis emarcidis poplitibus per denſas phalangas ante Sanctum adductus, tibiarum depreſſis ſuperſedebat ſuris: hoc familiare ſibi ſedile erat. Sed & hunc Martyr clementiſſimus ſolitâ pietate miſeratus, arentium neruorum rigore reſoluto, mirabiliter refecit, & perfectâ ſoſpitate, populis qui hæc cernebant magnificantibus, donauit. Qui tot ſuæ longæuæ debilitatis teſtes habuit, quot ex eadem vrbe ciuiles ad illud potuêre ſpectaculum irrumpere.

alia ſenſum & linguam:

47 Nec mora: cùm ecce miſera nimiumque miſerabilis femina, mente, linguæ officio deſtituta, funibus adtrahitur colligata: quæ ferino pectore tota interiùs deſerta, nil quid ageret extrà curare ſciebat; vagabundis ſe huc illucque agens excurſibus, laſciuos in turbas dabat ſaltus. Nec catenâ ab intentione arceri, nec minis poterat cohiberi. Talem ſuorum labor impatientiſſimus Sancti præſentauit obtutibus. Quam non dedignatus vir Domini piiſſimus ſibi adductam reſpexit, reſpiciendo eiulantium propinquorum lacrymoſis precibus fauit: loquendi ablatum penitùs vſum palato refudit: ſenſum non ſolùm reformauit, verùm etiam largiter auxit. Fit lætitia timori commixta, omnium promptiſſimus erga eius cultum multiplicatur affectus. Denique præſentem inibi Dei maieſtatem ſummiſsè honorant & excolunt, benedicunt & laudant. Dehinc alacres ad propria remeant.

claudus ſanatur:

48 Poſt ſacrorum expletionem denſa quæ aſſiſtebat collecta vndecumque multitudo, intrantem vidit quemdam vſque caſum claudicantem. Sed hunc ſancti Martyris abſolutione protinus regredi ſanâ plantâ obſtupuit.

item mulier ſanguinis fluxum 8. annos paſſa;

49 Sanctis, qui pro amore ſui conditoris propria corpora immaniſſimis paſſionum tradiderunt ſuppliciis, nulla infirmitatum curatio difficilis eſt: quia quò acerbitas tormentorum aduersùm eos acriùs inſæuiit, eò in eis ſpiritualium donorum gratia maior emicuit, vt ſecundùm Domini Chriſti veridicam pollicitationem centuplum vnuſquiſque quod dederat reciperet, & ſtella ab ſtellâ pro lucis ſuæ qualitate diſtaret. Quod ita in ſupernis habitaculis mirâ Dei diſpenſatione agi hinc liquidò animaduertitur, quia his quoque mediis ſedibus, quibus eorum mortalia ſeruantur, diſcretâ meritorum retributione, ſignorũ illuſtratione glorificãtur. Inter quos hîc belliger victorioſiſſimus, ac contubernio Martyrum certaminis ſui nobiliſſimis trophæis præſtantior, poſt ſui quoque delibationem virtutum vbertate magnificentior, tantam per diuinam gratiam adeptus eſt perfectionem, vt cunctarum eum meruiſſe clareat genera ſanitatum. Quæ cùm omnia mirifica ſint, illa præcipuè ſunt admiratione digniſſima, quæ & inuſitata magis & non conceſſa multis. Itaque de eiuſmodi vnum è pluribus referam. Matrona quædam fluxu ſanguinis laborans ipſo die ſuſceptionis eius veniens ſtetit in limine baſilicæ, conſcia indeficienti ſordidationi indignam ſe introgreſſione præiudicans, inceſſabili profluuio ſanguine vacuata, octo iam annorum orbita exceſſerat in infirmitate, ſine interpolatione, ſine reſumptione, ſine requie. Denique quid ageret, ad quem ſe verteret ignorabat. Crebris anhela ſuſpiriis, humore ſanguinis ſuperexhauſta anxietates validas defeſſis vix tolerabat membris. Mirum valdè & plurimùm mirabile, per tot temporum ſpatia mulierem ſauciam ſub articulo vnius horæ per ſanctum Martyrem diuino medicamine curatam. Nam illicò vt ſpe totâ, ſicut ante fores conſtiterat, ad eum ſeſe contulit, corrupti cruoris vnda iugiter fluens ſubſtitit: fœda ventris vomica in antiquæ naturæ ſtatum conceſſit. Nulla fuit mora ſalutis, vbi manum imponere dignatus eſt medicus cæleſtis: cicatricis nec demum ex infirmitate ſignum paruit: horrendum dolens, ſeu noxium quicquid fuit, euanuit. Roſeus ſubitò color refuſus cæruleas genas præoccupauit, plenariæ ſanitatis indita gaudia innotuit.

50 Eſto quo hæc mulier ab aliquo ſacramentorum imperito audierat, obſeruandum eſſe, vt ab ingreſſu templi Euchariſtiæque perceptione tamdiu abſtineret, quamdiu in huius infirmitatis immunditiâ manſiſſet: ſed ſciendum corruptæ naturæ paſſionem culpam non eſſe, nec vno verbere cenſuræ Eccleſiaſticæ plecti voluntariam pollutionem & tædioſam ineuitabilemque naturalis incommodi neceſſitatem. Illam enim ſpontaneo conſenſu animus illectus patitur; hanc deprauatæ naturæ pœna multauit. Sed quoniam quid de hac re Canonum decreta ſanciant, ignoratur à multis; non ab re cenſui huic loco decretum de eadem re venerabilis Papæ Gregorij innectendum, ait enim *a*: Numquàm mulier dum conſuetudinem menſtruam patitur, prohiberi debet eccleſiã intrare, quia ei naturæ ſuperfluitas in culpam non valet reputari, & per hoc quod inuita patitur, iuſtum non eſt vt eccleſiæ ingreſſu priuetur. Nouimus namque quòd mulier quæ fluxum patiebatur ſanguinis, poſt tergum Domini humiliter veniens, veſtimenti eius fimbriam tetigit, atque ab eâ ſtatim ſua infirmitas receſſit. Si ergo in fluxu ſanguinis poſita laudabiliter potuit Domini veſtimenta tangere, cur quæ menſtruum ſanguinem patitur, non liceat Domini eccleſiam intrare? Sed dicis, illam infirmitas compulit medicamentum quidem contra ægritudinem explorare. Feminæ itaque & menſtruus ſui ſanguinis fluxus, ægritudo eſt. Si illi ſanguinariæ conceditur ſanitas, cur non concedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ ſuæ vitio infirmantur? ſanctæ communionis myſterium, in eiſdem diebus percipere non debet prohiberi.

a non ideò, eccleſia ingreſſu, aut vſu ſacramentorum, arcenda;

miraculum publicè deinde profeſſa.

51 Poſtquàm plenariam valentiam conſecuta eſt, abiecto verecundiæ typho, eccleſiæ primò patefecit cuſtodibus; deinde Fratribus hoc idem profiteri non erubuit omnibus. Fortè enim didicerat illud diuini dogmatis, quia opera Dei reuelare & confiteri honorificum eſt. Tobiæ 12. 7. Fit plauſus populorum, vnanimi deuotione, eademque mente gratiarum, ac laudum munia Deo offerentium: qui in Sancto ſuo mirabiliter triumphans, tam magna & miranda per eum dignabatur exercere virtutum magnalia. Sic matrona de rediuiuâ, quam aſſecuta fuerat, tripudians ſoſpitate, triſtem quam reliquerat repetens domum gaudio replet, lætitiam ſuis, admirationem tribuens vniuerſis.

Berta Imperatoris ſoror ſolennitati interfuit. *b*

52 Salubri iocunditate & ſincerâ lætitiâ hanc diem, ex reſtauratione plurimorum, opulentiſſimè refertam, omnibus feſtiuo triumpho ducentibus, non defuêre quoque regiæ auctoritatis nuſquam reiicienda teſtimonia. Præcellentiſſima namque Chludouuici Auguſti ſoror *b* Berta huic interfuit ſpectaculo, ſpectabilis & ipſa, mirari & magnificare nõ deſinens vniuerſa. Quę iubente Antiſtite cominùs ad aram proceſſit & ante Sanctum diu conſtitit, certoſque apud ſe fingens numeros ſaluatorum, diſcernebat cauſſas ſingulorum, vt ea fratri Auguſto, ſuique palatij optimatibus congruo tempore referre valeret.

Caca viſum recipit,

53 Alterâ die ſtationis perſplendidæ, dum inter ſacra officia ambonem Domnus Epiſcopus conſcendens, diuini verbi prædicamenta in populos, qui conuenerant, funderet, & lumen verum Sanctorum amare & appetere perdoceret; ecce quædam mulier cæca his intenta erat: quæ tam illuminationem cordis per miniſterium Sacerdotis, quàm etiam clementiâ Martyris lumen perditum ſtatim promeruit corporis. Videt, lætatur, Sanctum inuocat, adorat, beatificat. Ductore poſtmodùm non indiga, ad eius præclara properat pignera: vt videns corpore, videre compelleret, ſi qui adeſſent cæcati mente; ſimulque præmeditari in ſe faceret, quàm poſſibile ei ſubeſſet

ſubeſſet ſpiritualia interiùs accendere lumina qui ea exteriùs tam facilè recrearet,& inuiſibiliter inuiſibilia medicamenta in quibus vellet operando demonſtraret.

a *In reſponſis ad S. Auguſtinum, de quibus 26. Maij ad huius vitam.*

Berta filia Caroli Magni.

b Berta *Caroli Magni & Hildegardis filia, coniux S. Angilberti, vt ad huius vitam dicemus 18. Febru. Nithardi hiſtorici mater fuit. Quo tempore allata Sueſſionem reliquiæ ſunt, ſacro velamine iam à 30. & quod excurrit, annis conſecrata, loco congruenti intra Centulenſe S. Richarij cœnobium à viro olim collocata, vigiliis & ieiuniis vacabat.*

cubabat tumulum, & quæ ſibi contigerint ob ignauiam, coram Fratribus replicat omnibus. Dehinc poſt gratiarum & laudis hoſtias, Deo pro ſui reſtauratione per ſacratiſſimum Agonothetam præcordialiter delibatas, verbere iam eruditus diuino, gaudium ſecum circumferens, familiare tugurium repetit, euangelizans omnibus quaquaversùm ad Sancti exequias ebullientibus, nemini impunè cedendum, qui eius ſolemnem neglexerit feriare natalem.

AVCTORE MONACHO SVESS. ANONYMO, ET MSS.

a Glomus, *glomeris, & glomi, è filis conuolutis globus eſt.*

CAPVT XI.

Inflicta impio pœna; impenſum auxilium.

54 QVinto ab ipſo cœnobio lapide, eſt fundus, cui vetuſta antiquitas Caprea vocabulum indidit, in quo erat colonus quidam Gyſlenteus nomine, qui graui ſarcinâ gibbi preſſus, cernuo adclinis greſſu ſemper incedens, cælum minimè contueri poterat. Hic humanæ neceſſitudinis ſtipem agriculturæ mercabatur inſtantiâ. Itaque iam dicto die ſtationis indictæ, celebrem feſtiuis gaudiis omnibus circumquaque ducentibus diem, iſte ſolus ſolita cupiens explere exercitia, iunctis bobus properat ad agrum, exequi cupiēs dietarium. Cui vicinus quidam obuians, indictum ab Epiſcopo feriandum replicat diem, hortaturque ac commonet domum redire, & feſtiuo cultu cum reliquis diem agere, Sanctumque ſupplici interuentu, vt ſibi eſſet in adiutorium, exorare. Ille nihili pendens à ſodali ſalubria ſibi data monita, renuit, taliaque hebes ac ſtolidus reſponſa reddit: Hactenus talia exercendo, ſtipem, quâ vteumque ſuſtentarer, pœnaliter adquiſiui; iſtum pro cuius obſequiis me ſollicitè commones, nec audiui commemorari Sanctum, nec eius quicquam debitor ſum referre beneficiis, quia ab eo bona malaúe minimè recepi. Ideò te mihi ſuper hoc ſuadente non audiam, nec ab opere cœpto deſiſtam. Recedente die noctis quies oboritur: cùm ecce miſer ille, miſerabiliter arentibus neruorum compaginibus merito ſuæ procacitatis totus in modum ſphæræ contrahitur, ita vt crura femoribus adhærerent. Nocte quoque inſequenti, os, quo contumaciter locutus fuerat, in effigiem X litteræ, maxillis hinc inde altrinſecus auerſis, diſtortum efficitur. Hoc miſerabile monſtrum die ſecundâ illuceſcente plurimis ſpectaculum fuit.

Feſtum Sancti violans & blaſphemans, punitur;

55 Nocte iam tertiâ cùm intolerabili cruciatu perniciter afficeretur, & quâ poterat voce eiularet; ſe coram videt ſplendidiſſimi vultus atque præclari habitus perſonam aſſiſtere, à quâ percunctatus quid pateretur, reddit cauſſam tanti diſcriminis, & quæ patiebatur ſupplicia pro contemptu Sancti ſe recepiſſe profitetur. Sciſcitatur vtrumnam ſe deinceps corrigere vellet. Tunc ille ſacramento ſe obligat, aſſeuerans nequaquàm ſe abhinc incorrigibilem fore, nec vllum in omni vitæ ſuæ tempore opus in feſtiuitate præfati Martyris exercere. Dicto citiùs, qui erat, vt dixi, in modum *a* glomuli contractus, & quaſi contuſus, protenſis in directum cruribus, vigorem meandi reſumit. Die illâ aliquantulùm valentior, noctis quartæ vigiliis à perſonâ, quâ & antè, ſi meliuſculè ſe haberet ſuggeſtus, ait, hoc fas eſſe cuilibet cernere. Cui ille; Reſume, inquit, ſanitatem, & ſurgens propera ad locum, quo Sebaſtiani Martyris feſtiuis gaudiis celebratur ſolemnitas: & quâ pro contemptu ipſius cenſurâ & ſeueritate multatus ſis, quáue miſerantis clementiâ mirabiliter abſolutus, omnibus innoteſce; vt exemplo tui, nouerint hanc diem ſuccedentibus annorum recurſibus ſolemni ritu perenniter feriare. Protinus dicentis imperio pediſſequa eſt ſanitas proſecuta, & os, quod diſtortum habuit, in proprium conceſſit ſtatum: tamen vſque vitæ finem gibbo non caruit. Nec mora: obſecundati mperanti, feſtinè properat ad locum, quo promiſcua populorum caterua tripudians ante ſancti Martyris ex-

ſanatur, emendationem pollicitus.

a

CAPVT XII.

Alia miracula. donariorum copia.

56 TAbellarius quidam Rotfridi Comitis, cuius quidem nomen memoriâ exceſſit, vtroque pede claudicans gradiend: amiſerat libertatem: vnius quoque manus ariditate mulctatus, ſcribendi perdiderat facultatem. Taliter inualidus propinquorum manibus ante Sanctum eſt votiuè expoſitus. Nullâ interueniente morâ, reuireſcente manu fraudati ſenſus vſum recepit: ſolidatiſque baſibus in ſtatu ſuo protinus erectus conſtitit, ac gradiendi virtute conualuit. O quàm ineffabilis ac admiranda eſt diuinæ operationis efficacia! Nulla fuit dilatio ſanitatis, vbi expetita ſunt ſuffragia Martyris. Vnum enim idemque illi fuit, & veniſſe, & ſalutem præripuiſſe. Itaque totius corporis potitus valitudine, laudibus Deum glorificat, athletam Domini magnificat, propriiſque remeat pedibus, qui aliorum euectus fuerat manibus.

Claudus & manca ſanatur:

57 Nec dum ipſe atrio exceſſerat, ecce muliercula quædam ſuccedit, manum aridam, omnique humore exhauſtam, cute tantùm oſſibus ſuperductâ, cunctis oſtentans; pedem quoque ſimili macie ac ſiccitate ſqualentem habens. Quæ vt aduenit, extemplò conualuit, citam Martyris experta virtutem. Nam & manus nendi recuperauit officium & pes gradiendi vſum.

alia manu & pede arido:

58 Illâ pro adeptâ valentiâ ouanter egrediente; vir quidam claudicans intromiſſus eſt. Hic triduo ſolo tenus ante Sanctum excubans, ſanari meruit, accepto Martyris ſuffragio.

alius claudus:

59 Giſlebertus *a* Sueſſorum Comes inter virtutum inſignia, quibus probis pollebat moribus, eleemoſynarum quoque compendia Chriſto ſedulè cōmittens, cælorum gazis tutiùs ſeruāda locabat; erat namque ei inter prandendū familiare inopū debiliumque, quos menſæ ſuæ dietarios delegerat, curam agere: eoſque ex his quæ ſibi ex induſtriâ ſubtrahebat, piè refouere. Denique vnus ex his per tria luſtra debilis, Walherus nomine, cùm ante viuificum Martyris corpus ſtratus procumberet, in ipſo orationis conamine illicò ſanus, in pedes conſtitit, repropitiante ſibi diuinâ clementiâ per inclyti Martyris ſuffragia. Pluresque fuêre ex eius admirabili recuperatione Dei laudatores, quàm fuerant eius debilitatis anteà cognitores.

a

item debilis:

60 Tunc è veſtigio proſecutus homo quiſpiam, Eurulfus nomine, damnatis quinquennio luminibus, illicò vt ante ſancta ſanctorum *b* manipulâ regente peruenit, amiſſum luſtro iam lumen diuinitus illuſtratus perfectè reſumit, & varios mundialium rerum colores intentâ oculorum acie contuetur.

cæcus;

61 Sequenti nocte opportunum tempus ſynaxis matutinalis aduenerat: cùm ecce inter legendum reſidentibus nobis adducitur vir quiſpiam, Baldegerus nomine, qui nouennali circulo fraudatis lumine pupillis cæcâ tenebatur nocte. Hunc more ſolito Martyr inclytus Domini miſeratus, nulla interueniente morulâ, antiquum videndi vſum fugatis tenebris reſeratiſque refudit luminibus: & iubar ſolis, quod diutina negauerat cæcitas, inreuerberatis præſtitit contueri luminibus.

item alius:

62 Interea dum his intenti miraculis ſtupore tenerentur qui aderant populi, puerulus quidam, Tedelgyſus

claudus:

voca-

AVCTORE MONACHO SVESS. ANONYMO, EX MSS.

vocabulo, à primis vagitibus claudulus, quem iam dictus venerabilis Rothadus Antiſtes inter prandendum refouere conſueuerat, ante tumulum Sancti à parentibus allatus eſt & expoſitus. Hic vniuerſis vrbicis, atque in ſuburbio poſitis, tam facie notus erat, quàm debilitate. Qui dum ſecus Sancti memoriam procumberet, extemplò in directum ſubrigitur, & quam numquàm expertus fuerat, integerrimam adeptus eſt valetudinem. Quodque ei obtinere non eſt conceſſum per naturam, adipiſci meruit, ſuffragantibus egregij Martyris meritorum prærogatiuis, per diuinitatis potentiam.

63 Longum valdè ac ſpermologo difficillimum eſt, viritim ac perſonaliter ea proſequi, quæ per eius venerabilia merita vis diuina exercere dignabatur, vniuerſalium paſſionum morborumque generibus, quæ humanâ conditione aut originaliter naturali paſſibilitate accidunt, aut fortùitu proueniunt. Cùm enim ex diuersâ orbis latitudine, famâ virtutum eius excita, innumerabilis hominum concurreret multitudo, ex omnibus tamen Galliarum Germaniæque finibus, tranſmarinis quoque prouinciis, tanta populorum immenſitas confluebat, vt omnem loci ipſius ſitum, qui amplâ ſatis latitudine dilatatur, locuſtarum inſtar præoccuparet. Inter quos tanta erat numeroſitas cæcorum, claudorum, aridorum, leproſorumque, & energumenorum, lunaticorum quoque omnigenarumque debilitatum incommoditatibus præpedita frequentia, vt numeri ſummam videretur excedere. In his omnibus tam frequens erat nutu diuinitatis per beatiſſimum Martyrem ſanitatum exhibitio, quantò & eorum qui medelâ indigebant numeroſior erat concurſio. Sanabantur denique non tantùm viritim aut perſonaliter, verùm etiam deni vigenique, & vt ita dicam gregatim: adeò vt in die vigiliarum ſancti ac venerabilis Confeſſoris Chriſti Benedicti Abbatis, ſeptuaginta & duo promiſcui ſexus & ætatis, promiſcuæ quoque & debilitatis, ipſo virtutifero Martyre ſuffragante redderentur incolumes. Lumen cæci quod numquàm experti fuerant, percipiebant; claudi greſſum, quem non nouerant, conſequebantur.

innumeri alij 72 vno die.

64 Erat in his qui deuotionis obtentu ad eius experienda confluebant beneficia, timor immodicus, cultui reuerentiæ mixtus. Plerique enim crimina ſua palàm profitebantur, plurimi quoque igne inuiſibili viſibiliter vrebantur. Sed quibus erat mens ſanior, circumſpectiùs ſatagebant, non antè templi aditum introire, quàm & mentes nitro confeſſionis ac pœnitentiæ, corpora quoque aquis diluerent. Erat denique in diuerſis ſpeciebus, quæ votiuis donariis ad confeſſionem huius præcellentiſſimi Martyris ex diuerſis prouinciis & regionibus, piâ fidelium offerebantur deuotione, tam ingens copia, vt ponderis numerique ſummam penè viderentur excedere; adeò vt octoginta quinque modiorum diuerſorum numiſmatum argenti cumulus excreſceret, præter monilia virorum ac mulierũ, miſſoria quoque diuerſi ponderis aliaque vaſa; auri quoque nongentarum librarum ſumma fieret.

Incredibilis donariorum copia.

a *Ergo non* primus Sueſſionum Comes, cuius extet memoria, fuit Guido, Lotharij & Hugonis Capeti Regum temporibus, *vt ſcribit Andreas du Cheſne hiſtoriæ Caſtillionæa lib. 4. cap. 3. In Priuilegio Rothaldi Epiſcopi apud Belfortium, memoratur* Gerardus Sueſſorum Comes & Giſlebertus Vicecomes.

b *Pro* ſcipione *vſurpatum videtur.*

CAPVT XIII.

Æmulorum obtrectatio repreſſa.

Inuident alij monachi S. Medardi.

65 SEd quia omne bonum ſemper è vicino inuidia comitatur; cœperunt plurimi Sacerdotum zeli rubigine vri, prohibentes plebes ſibi commiſſas, ad eius toto orbe crebriùs experta patrocinia properare, ſuaque ad eius præclara pignera vota proferre. Aiebant namque rectius fore vt eccleſiæ, in quibus baptiſmi fideique munus perceperant, ex his ditarentur ſtipendiis, & earum alerentur viduæ, ac pupilli; nec eſſe bonum ſe egere, & alios diteſcere; ſe expoliare, & alios induere. Huius liuoris rubigo adeò excreuit, vt etiam quorumdam Epiſcoporum corda inficeret. Ex quibus a Oſtroldus, qui eâ tempeſtate Lugduni præſidebat, dum ſermonem de hac re habiturus ad populum pulpitum conſcendiſſet, poſtquàm diutino tractatu ad populum concionatus eſt, ita infit: Quid, inquiens, Sueſſionis peruagando quæritis, quaſi Sebaſtianum Martyrem illic reperturi? Noueritis ſanè, quia Romæ dudum poſt ſui delibationem ſepultus, hactenus ibi iacet à nemine motus. Habetis hîc venerabile Dei genitricis templum, hoc frequentate: in eo vota veſtra vouete, & reddite. Non opus eſt vobis aliorſum vagari, & externa auxilia expetere. Per eam, quæ fideliter poſcitis, omnia donabuntur à Domino. Poſtquàm affatim populum allocutus eſt, redierunt quique in ſua: ipſe diei ducens gaudia vicinâ mœſtitiâ præproperè deturbanda.

a

Oſtroldus Epiſc. peregrinationem ad S. Sebaſtianũ diſſuadet.

66 Diem illam fine tenus nox ſuperueniens clauſit: Epiſcopus pranſus cubitum pergit: membra ſopore reſoluta: cùm iam conticinij tempus incumberet; ecce vir quidam ephebus, b eurythmiam Domni Sebaſtiani prætendens, ante ſtratum eius conſtitit, duobus ſecum dextrâ læuaque aſſiſtentibus, ſimilique fulgore rutilantibus, infulis tamen Pontificalibus redimitis: ipſe verò militari chlamyde amiciebatur, virgam auream manu ferens. Quâ pulſato Epiſcopo, vocatoque ex nomine, his eum verbis increpando affatur; Ego, inquit, ſum Sebaſtianus Defenſor Eccleſiæ, qui Romæ olim pro amore Chriſti oppetij, quâ & corpore hactenus ſepultus iacui; nunc verò, Dei prædeſtinatione, ob amorem Medardi Noiomagenſis Epiſcopi, quem ad læuam ſtare vides, Ego & hic dexterior Gregorius Romanæ vrbis Papa, Sueſſionis miſſi ſumus, vt locum illum, & eius incolas noſtro patrocinio cuſtodiamus, & cuſtodiendo foueamus. Tu verò liuore ductus procaciter egiſti heſterno aduersùm me, auertens plebem tibi commiſſam, ne ad confeſſionem nominis mei euntes, vota ſua in obſequium mei deferrẽt. Inſuper falsò perhibuiſti mea humana illic penitùs non haberi. Vt autem omnis ſcrupuloſitas ex hoc ab animo tuo pellatur, his verberibus diſce me illic, ſicut nunc cernis, abſque vllâ corporis diminutione olim depoſitum iuxta Confeſſoris Chriſti Medardi quieſcere tumulum. Hæc fatus, virgâ, quam manu geſtabat, cecîdit eum verberibus plurimis, præcipiens ita: Vade Sueſſionis, pedibus nudis incedens, & ſtigmata verberum, quæ tibi irrogaui, palàm cunctis oſtenta, vt norint omnes me illic fore præſentiâ corporali; virtute quoque ſpirituali præeſſe & prodeſſe, non ſolùm loci illius incolis; ſed & omnibus Galliarum populis, regi meo & Domino meo fideliter adhærentibus: mihi quoque meiſque conſortibus, illius videlicet loci patronis, dignis obſequiis famulatum impendentibus. His dictis cæleſtia repoſcit cum ſuis conſortibus gaudia.

b

à S. Sebaſtiano increpatur & percutitur.

67 Epiſcopus dolore verberum & confuſione inſomnis, vt feſtinato curſu lux diurna redeat, anhelus exſpectat. Quâ mortalibus redditâ, aſcitis conſecretalibus & neceſſariis amicis viſionem pandit, ictus verberum tumentes ac liuidos detegit. Illi verò anxij, plurimumque turbati, operis executione quod imperatum diuinitus fuerat, maturandum quantocyùs commonent. Denique inſtruitur iter, parantur & munera inclyto Martyri deferenda. Pedeſtrem ducem hymnis canora turma lentè ſubſequitur, quouſque ventum eſt ad locum, in quo ingens frequentia populorum excubabat ante Martyris tumulum. Omni depoſito ſupercilio, deiectiſque in terram profundo pudore luminibus, ruit proſtratus in faciem tantâ humilitate, quantâ & diuinâ correptus fuerat ſeueritate. Oratio in longum protenditur. Gemitus & ſuſpiria ex profundo pectoris proferuntur. Explicitâ oratione, capitulo competenti à loci ipſius primatibus eius commendatur ſupplicatio, dehinc placabilia

it pedes Sueſſionẽ: viſione relatâ Sanctum veneratur.

dona

dona proferuntur: exinde nobilis Fratrum concio aduocatur: fit delicti confessio, ostenditur diuinæ censuræ subsecuta correptio; spondetur per omne vitæ suæ tempus, feruentior erga beatissimum Martyrem permansura deuotio. Itaque vir Dei verbere diuino iam eruditior factus, mente sincerior, corpore vegetior, Lugdunensis cathedræ sublimia gratanter repetit fastigia. Huius rei exitus tantò tunc notior omnibus extitit, quantò & perſonæ dignitas famosior fuit, & *c* situ loci in edito posito, res in sole gesta occuli sub modio minimè potuit. Venerabilis ergo vir iam dictus Ostroldus Episcopus ab optimo disdascalo doctè docilis factus, cœpit liberè priuatim publicèque docere, nequaquàm fore quempiam à diuinis verberibus immunem, neque cuiquam impunè, qui Sebastiani Martyris contemptui duxerit memoriam excolere. Sic cessit plurimorum inuidia, Martyris virtutibus victa, & per vnius corporis cutem à multorum cordibus inuidiæ virus tali est extusum *d* malagmate.

c

d

a Ostroldus *hic vicesimus tertius* Lauduni, *siue* Lugduni-Clauati, *Episcopus est Claudio Roberto. Legitur interfuisse concilio Nouiomensi, anno Ludouici Pij primo, Christi* 814. Ostualdus *appellatur in Priuilegio Rothaldi, nisi mendum sit.*

b Εὐρυθμία, concinnitas, corporis decens & aptus motus.

c *Nam Laudunum monti impositum.*

Malagma. d μάλαγμα, ἀπὸ τοῦ μαλάττειν, mollire, *medicamentum est quo concreta durities emollitur ac subigitur.*

CAPVT XIV.

Magnilocensis cœnobij origo.

68 IN prouinciâ Aquitaniæ, in pago Aluernico, vico Tudurninse, est cœnobium meritis huius præcellentissimi Martyris ac nomine consecratum. Cuius primariæ constructionis ratio, huiusce modi veridicâ fertur relatione fuisse. Fuit in eadem regione Sacerdos quispiam, morum probitate notabilis, actu ac nomine Magnus; qui & ex euentu, quod ei non fortuitu, sed nutu deifico, prouenit, loco illi nomen indidit, vt ab ipso *a* Magnus-locus diceretur & esset. Siquidem inter cuncta eiusdem prouinciæ monasteria famosissimum hodietenus habetur ac nobile. Hic itaque dum fidei ardore ferueret, virtutumque pio amore mentisque alacritate succresceret, diuinæ dispensationis moderamine, quo flagellatur quisquis à Deo diligitur, validâ febre corripitur. Cuius diutino incommodo ingraue scente, viribus fractus, omnique salutis spe destitutus, monetur per visum, celerem gressum prætendere, Romam ire, Martyris Sebastiani pretiosissimum mausoleum fidenter experere: illo se liberaliter saluandum, visu discit veridico.

a

Magnus ager, ope S. Sebastiani conualiturus,

69 Illicò aliquantisper vegetior redditus, nil de visionis effectu cunctatus, facultatulam suam disponit, ob longioris viæ difficultatem, quæ erant necessaria opportunè sumit, arduum tanti itineris laborem anhelantibus piâ deuotione præcordiis humilis ac summissus arripit. *b* Hodœporico licet difficulter expleto, mûdi dominam optato tandem voto ingreditur Romam: scandensque templum toto orbe sanctius atque famosius, excessus suos plurimâ precum confessione Deo per summos cælestis curiæ Consules præcordialiter committit. Dehinc lustratis Christi Martyrum sepulchris, quorum numerositate atque victoriis vrbs Romana singulari tripudiat priuilegio, peruenit ad catacumbas tertio ab vrbe milliario: ingressusque ecclesiam, in quâ quondam BB. Petrus & Paulus Apostoli conditi fuerant, ad quorum vestigia belliger iste victoriosissimus, de quo sermo texitur, se delegauerat sepeliri, votiuâ prece diu incubuit. Hinc ab oratione se subrigens perfectissimam effert incolumitatem, tam robustæ redditus valetudini, ac si nullâ vnquam febrium accensione aut alicuius incommodi vexatione fuisset infectus.

it Romã:

b

visitat eius basilicam:

70 Dehinc, vt reor, instinctu illustratus diuino puluerem, qui circa sepulchrum eius erat, detergens, cum summa fidei deuotione collegit, eumque pro magno in

puluerem sepulchri eius secum defert:

patriam perferendum secum reponit thesauro. Resalutatisque beatis Apostolis Sanctisque omnibus, Romanam vrbem suis meritis ac præsentiâ illustrantibus, genuinum Aquitaniæ plenus gaudio repetit solum. Quam ingressus, antequàm familiarem reuiseret domum, deuenit in locum quemdam aquarum decursu, nemorum quoque amœnitate iocundissimum: cumque & locus oculis blandiretur, & hora tardior succrescens, pigra itinere corpora suaderet recreanda, depositis sarcinulis prandio indulgent. Inter hæc sole ruente noctis quies blandis operis amica subintrat. Presbyter sacrum, quem secum detulerat, puluerem collo subducens, ramusculo arboris, sub cuius vmbraculo discubuerat, appendit. Dehinc *c* temperiùs cubitum se collocat, quasi die crastinâ maturiùs profecturus. Subsequentis diei primo diluculo instructis sarcinulis, viæ se reddere cupiens, apponit manus ad arboris ramum, quo virtutifer dependebat puluis. Protensisque toto adnisu vlnis, minimè hunc non solùm capere, sed nec contingere valuit. Iterum iteratò se ad soluendum eum extendens, pedibusque quicquid manibus occurrere potuit subiiciens, frustrato conamine substitit. Vicibus succedentibus comites eius arbusculo inhærentes, casso sudant labore.

AVCTORE MONACHO SVESS. ANONYMO, EX MSS.

c

eum ab arbore cui appendebat, auferre non valet.

71 Volans fama ad tam grande spectaculum, villanos contiguos aduocat. Hinc inde vulgus promiscuum confluit. Et hoc ipsum mutatis vicibus adtentâtes, quod rumore didicerant, experiendo probant. Depositis sarcinulis die illo inter velle & nolle pausam capiunt. Recentiores, qui aduenerant, alternatim se ingerentes, lacertis stupentibus varè desipiunt. Vndecumque variis possessi languoribus concurrunt. Operatur vis deifica per meritum sui Martyris omnigena miraculorũ signa, cæcis visum, claudis gressum tribuens, alios truculento possessos dæmone purgãs, quibusdam audiendi loquendique naturalem effectum noxio euacuato largiens. Intereà dominus fundi, quo hæc gerebantur, cernens tam mira ac stupenda in suâ actitari ditione deifica sacramenta, ascito de officio Reipublicæ tabellario, factâ legaliter traditione, delegauit eam Sancto, iure perpetuo possidendam. Sic per incrementa dierum, & cultus religionis, & loci situs quorumcumque dapsilitate fidelium capiebat augmentum. Primoque in eodem loco oratoria cella construitur. Postremò crescente deuotione fidelium, monasterium inibi constituitur, & honore ac nomine pretiosissimi Martyris Christi Sebastiani Episcopali benedictione consecratur. Monasticæ quoque religionis ordo sub Abbatis regimine substituitur.

Facta ibi miracula:

monasterium ædificatum.

a *Vulgò* Manlieu, *vt est apud Sauaronem in Originib. Clarom.*

b Ὁδοιπορικὸν, itinerarium, *siue itineris descriptio; hic pro itinere positum.*

c *Id est, temporiùs, citiùs.*

CAPVT XV.

Improbi Reliquiarum nundinatores, nefariè delusi.

72 PRouectiore iam tempore cùm rigore monasticæ disciplinæ locus idem succresceret, fuêre duo sub ouino vellere in eodem cœnobio pseudo-monachi, qui caulis gregis Dominici, quibus inoleuerãt, obscœnâ qualitate dissidentes, sæpenumerò ab Abbate seu Præposito redarguti, commoniti, atque correpti, cùm procaci inquietudine cordis aurem subducerent, & salutaribus monitis nullatenus cederent, iuxta sacræ legis instituta, ne omnem gregem adtaminarent oues morbidæ, dissidium eis seuerâ inuectione à sacræ legionis comminatur corpore. Quod illi comperto, noctis intempesto, quæque rapere potuêre clanculum è monasterio auferentes, fugâ elapsi, vtriusque propositi sui scilicet, & per hoc animarum exitij immemores; quâ propria illiciebat voluntas vagabantur incerti. Denique Italiam talium receptricem congruam sibi latebram prospicientes, ab-

Duo monachi inde fugiunt, multa furati:

AVCTORE MONACHO SVESS. ANONYMO, EX MSS.

iecto ne à quolibet recognoſcerentur habitu, adire contendunt.

73 Quâ cùm morigerum peregrinationis ſuæ locum reperiſſent, poſtquàm ſuæ veſaniæ ſatisfecêre, votiuæ tranquillitatis ac intimæ in monaſterio ſecuritatis reminiſcentes, tædio & labore prædiri exulatus diſſoluti, ſpes ſi receptus ſui ſperari poſſet, reuerſionem quàm maximè moliebantur. Et hoc ſibi lucri fieri inuicem ſermocinabantur. Ad hæc rubor confuſionis pro ſui qualitate piaculi progreſſum omnimodis inhibebat. Inter ſpem metumque ſuſpenſis viſus eſt eis ſermo conducibilis, quo ſubpreſſo crimine, cum honoris augmento, loco reſtituerentur proprio: ſcilicet vt viæ ſeſe laboribus adhuc extenderent, Romam irent, & Sanctorum aliquem emerent; cuius euectione indulgentiam apud ſuos mererentur & gratiam. Hoc animati commento, cælitus, vt rebantur, ſibi immiſſo, nefandâ fruſtrandi fiduciâ, vagi Aquitanici cum callidis fabulaturi Romulidis perueniunt: Reuerendum Antiſtitem & togatos diuertunt Senatores; iuxtaque Salomoniacam ſententiam ſui ſollicitè perquirunt ſimiles. Agglutinantur ocyùs mali cum pcioribus, deteriores cum deterioribus, & inter alterna inſulſaque colloquia, genus patriamque interrogati produnt. Sciſcitantur iterum quid cauſſæ extiterit, pro quâ à remotis procul finibus inibi deuenire placuerit, & talia ac tanta diſcrimina ſubierint, & veluti eis compaterentur argumentosè cuncta perquirunt. Illi votum pandunt, in agendum dari ſibi dexteram ſuppliciter exorant. Monaſterium in ſuâ regione conſtruxiſſe aſſerunt, quo Sanctorum indigere per omnia pigneribus profitentur. Verſuti Romulidæ perplura ſub ſuâ obſeruatione ab ipſo Pontificum ſummo commiſſa ineſſe, & quibuſcumque vellent pro libitu præcipua conferre poſſe iactitant. Hi pecuniâ apud eos impetrare velle, ſi res haberet effectum, aſſerunt. Tunc illi ſecuritatem obtinendi quæ cuperent, ſi tamen dictis adhiberent, promittentes, vocabulum Sancti, quem potiſſimùm vellent, exquirunt. Sebaſtianum Martyrem pronuntiant, ſua pro eo omnia quæ in præſens habere poterant, multoque poſtmodùm pluriora atque pretioſiora iureiurando ſpondent aduectura ſine morâ de patriâ. His Romulidæ ſponſionum illecti blanditiis, temporis opportunitatem, ne denotarentur, explorare debere neceſſariò confingunt. Quo reperto & indito in eodem ſe reexhibituros loco caligoſæ noctis articulo pollicentur, vbi & ipſos adeſſe oportere ſtatuunt.

Romæ mercari S. Sebaſtiani reliquias volentes,

74 Intereà dum quid eis in hoc interſtitio ſubdoli placiti faciendum ſit, verſutâ mente machinantur; comminiſcuntur proximo foro cuiuſdam Cæſaris ſarcophagum multâ aromatum delibutione refertum. Denique ad condictam venitur horam: ante maturum illi quos voti ardor impatiens exæſtuabat accurrentes, Romulidæ lucrum inhiantes obuios habuêre: ſilentium ceu tremuli innuunt: ad illius homuncionis Chriſtianæ regenerationis expertis tumbam pedetentim perueniunt: ſi Martyrem expetitum videre & conſequi vellent, promiſſam expromere & appendere pecuniam iubent. Reuulſoque ſarcophagi operculo, mirificæ virtutis [a] ambare ſuauiter redolentis viri faciem demonſtrant. Quod iſti contuentes, genua celerrimè procuruant, ac ſuimet in adiutorium flebiliter inuocant. Omnis ſuſpicionis controuerſiâ cordetenus eliminatâ, illis omnino, vtpote ſacrorum cuſtodibus, ex toto creduli, quidquid in ſupellectili ſuâ habuêre promptiſſimâ delibatione, tali techná deluſi, condonauêre. Tum denique quantâ norunt vel ſufficiunt officioſitate non hunc, quem cæleſti munere optimum defenſorẽ & inexpugnabilem protectorem Francia promeruiſſe gloriatur, quinimò eum, qui nec ſolo dignus vocabulo Martyris omnino fuerit, proprio merito excipientes tyrannum, inani ſpe totis præcordiorum fibris exultantes, pernici greſſu, futuræ ruinæ improuidi, patriam repetunt. Dumque ſibi fingunt optima præmia, peſſimè cæcati nequeunt intueri ſupplicia, ilicet affutura.

decipiuntur.

Ethnici Cæſaris accepto corpore:

[a] Ambar, *aliis* ambarum, *vulgò* ambra gryſea, *notum odoramenti genus.*

CAPVT XVI.

Reliquiarum temerè ſuſceptarum fraus detecta.

75 FInes ægrè diuque deſiderati ruris priuſquàm attingerent, graui vſi conſilio præ ſe nuntios mittũt, qui amabilis & iugiter honorabilis S. Sebaſtiani Martyris aduentum detegerent, & ſublimes quoſque in ſuſceptionis eius officia animarent. Locum tanti ſpectaculi deligunt, & diem quo ſibi properè occurrere debeant, liberaliter innoteſcunt. Abba prædicti venerabilis loci, & Fratrum pallida concio, eorumdem quondam fratrum ſuorum oblita ſcelerum, congratulantur per eos ab illo ſupremo bono tantum potuiſſe perfici bonum, eoſque poſt caſum beatiores prædicant, eminentiores ſuo in collegio vnanimi fauore præiudicant, vexilla velificant, crucis trophæa, & ſplendida expromunt phylacteria; (heu! pro dolor!) peſſima pro his commercia protinus recepturi. Populoſa vſquequaque turba hoc dulciſonorum ore euocata, plebeij cum nobilibus, & penè totius nationis potentes, religionis feruore ſuccenſi, obuiàm vota ſecum parta ferentes vadunt alacres. Quid plura? Excipiunt tandem non Chriſti Martyrem glorioſum, ſed anti-Chriſti ſatellitem truculentum; non illum famoſiſſimum Romuleæ quondam primæ legionis ſigniferum, ſed Satanæ [a] dulciſſimum glareis Cocyti miniſtrum: atque cum magnâ hymnorum gloriâ ad ſacroſancta vſque (pro nefas!) inuehunt altaria: feſtiua celebrant gaudia, luctuoſis mox queſtibus deturpanda; eaque quotannis ſolemniter recenſenda conſignant, finetenus ilicet deſitura.

id honorificè recipiunt, Magni-loci,

[a] *& in altari collocatur:*

76 Poſt multiplicia Miſſarum hymnorumque officia epulis lautioribus feſſa Fratrum caterua refectorij penetralibus conuiuatura ſuccedit. Inter prandendum humanitas omnis exhibita, lætitiam vbertim multiplicat: quam nimis vicina & valdè impia confuſio deturbat. Nam dum licentiùs edulio & mero indulgent, & ex præcepto Abbatis ſui illi duo, qui reliquium illud ſacrilegum Româ exportauerant, ad cuſtodiendum templum, ne vel ad modicum lucernæ deciderent, cum aliis reſiderent, nutu diuino, cuius dilectiſſimi militis cultum miſer immeritus vſurpauerat, fragore horribili & turbine proturbatus diuino, ſancto altari detruſus, pauimento elapſus, iterumque relapſus corruit, concidit, nunc hac, nunc illac, parietibus ſeſe collidens, iterumque ſe modò [b] ioſum nunc ſurſum efferens contunditur, conteritur, & in fruſta diſpergitur; Martyris nomen & officia, quæ inaniter præſumpſerat, cum ludibrio & dedecore pollinctorum ſpurciſſimorum, qui eum illinc aduexerant, his mortalium auris perditus amittens.

vi diuinâ confringitur, & diſſipatur,

[b]

77 Flagitij auctores, vnus truculento ſpiritui traditur, alter ſenſu inanis efficitur: ambo tamen quod egerant, geſtu corporum oſtentabant. Reliqui omnes qui aderant, & Martyris ſuffragia, virtutumque pragmata expetebant, inſperato & numquàm experto terrore perculſi, femineces fugam maturauêre raptim. Prandentium aulam peruolant, ſibi ſubueniri & auxiliari inſanis vocibus proclamant: Heu Domini Patres, inquiunt, ſurgite, properate, ſuccurrite: à ſeculo nuſquam conſimile piaculum videte. Proh pudor! Improperium perpes, & rubor confuſionis numquàm abolendus! Ipſe diabolus hodie hîc eſt, in tyranno allatus. Quicquid præ manibus erat prandentium abiecto, cum valido ſtrepitu, menſis exilientes, ſignaculo & virtute ſanctæ crucis certatim communiti templum penetrant. Finitimi quoque, qui caritatis affectione retenti fuerant, vndecumque decurrentes conueniunt. Quid memorem? Tam repentinum & inſperatum gaudium ſubitaneus & numquàm ſuſpectus præoccupat luctus. Contuentur comminùs pauimento

punitis cælitus ſacrilegis.

deuehunt id in Gallias:

mento prolapſum illius nefandiſſimi & miſerrimi hominis particulatim cadauer diuulſum: dolentque ſe in articulo modici temporis amiſiſſe gaudium, quod gratulabantur ſine fine manſurum. Fit clamor confuſus, omnium ſtupor attonitus: aduersùm flagitij auctores plurima vulgi concurrens manus infremiſcit: alij lapidandos ſacrilegos, alij patibulo appendendos, quidam igni comburendos, aut letho quocumque atrociore puniri debere maledicis eloquiis laceſſentes acclamabant. Verùm quibus erat cor docile ac mens ſincerior, nequaquàm eos humano poſſe damnari præiudicio aſtruunt, quos diuinæ ſeueritatis cenſurâ iam plexos fore liquidò contuebantur. Intereà collectâ particulatim putredine, dirempti illius infelicis cadaueris, in ſterquilinium vulgi ſtercus ſpurciſſimum proiicitur, obruitur, & proculcatur, vltimumque ei vale, anathema perpetuum imprecatur, raſtris pauimenta eraduntur, aquis diluuntur, & ſacræ reſperſionis vndâ purificantur.

Fruſta illius in ſterquilinium abiiciuntur.

78 Iuuat conferri huic facto antiquum illius rei geſtæ euentum, quod contigit in populo [e] Acharonitarum, quorum Deus erat Aſtaroth, vt Regum promit hiſtoria: qui templi ſui aditibus arcam Dei repoſitam ſecum habitare domo vnâ non ſuſtinens, præpotenti quodam numine concuſſus in terram ruit, eiuſque caluaria in ipſius idoli limine, manuſque preciſæ, truncus iners, ſuo, vt erat, transfixus loco remanens, opprobrium ſuis cultoribus perenne reliquit. Verùm longè aliter his quibus ſincera in Deo fides, & promptiſſimus erat, tametſi minùs doctus, & ideò malè illuſus, famulatus, quàm Allophylis ritè contigiſſe perpenditur. Illis enim in vltionem & pœnam; iſtis autem & huiuſce religionis, ad fidei robur & conſtantiam, ne perfacilè incertis aſſenſum tribuant, neue antequàm approbent, ſanctum dicere aliquem mortalium audeant; iuxtaque Dominicæ eruditionis inſtituta, cùm dixerint: Ecce Deus hìc, aut ecce illìc, credere refugiant, ne per hoc fortè diabolicæ fraudis occaſione admiſsâ, poſthabitâ ſui conditoris latriâ quodammodò offendant in idololatriâ.

Diligenter examinanda Reliquia.

Luc. 17. 21.

e

a *Locus ex Iobi* 21. *v.* 33. *adumbratus, vbi:* Dulcis fuit glareis Cocyti.

Iuſum, ſuſum.

b *Alibi* iuſum, *pro* deorſum. *S. Aug. tract.* 8. *in epiſt.* 1. *S. Ioannis:* Quod ſuſum, facias iuſum: quod deorſum, facias ſurſum. Iuſum vis facere Deum, & te ſuſum. *Et tract.* 10. Suſum me honoras, iuſum me calcas.

c *Imò* Azoti *hæc facta, idolo Dagon, vt narratur lib.* 1. *Reg. cap.* 5.

CAPVT XVII.

Linteo, quo obuolutæ reliquiæ, miracula patrata.

Magnilocenſes Sueſſionem veniunt:

79 IGitur necdum longeuo permenſo ſpatio, beatiſſimo & omnifariâ laude digniſſimo Martyre Sebaſtiano penes Sueſſorum vrbem honorificè inlato, ac cum magno tripudio excepto; cùm eius, vt præmiſimus, prodigiorum atque ſignorum fama crebreſceret, de ipſis quoque vltimæ [a] Tilæ finibus ad eius fragrãtia pignera confluerent; Abbas prædicti monaſterij, de quo ſermo habitus eſt, audiens hoc gaudio repletus, commonet ſuos, hortaturque celerrimum illuc protendere greſſum, ſe ducem & præuium itineris exhibens, vt quod non poterant in toto, partem ſaltem vel modicam mererentur ex toto. Quò cùm peruenìſſent, & à Rodoino Præpoſito, Fratribuſque ex more ſuſcepti humaniùs agerentur; cauſam ſui itineris, pro quâ tantum onus ſubierint lacrymabiliter fundunt, immeritos quidem ſe muneris, quod expetebant, adipiſcendi profitentes; ſed quia eiuſdem erant ordinis, fraternæ erga ſeſe caritatis, quâ ſingulariter beatificabantur, reminiſci, & ſpei, cuius deuenerant, ſuæque deuotioni conſulendum precabantur attenti.

a

80 Olim, inquiunt, Patres conſcripti, duo ex nobis quidam exeuntes Romam perrexêre, pro hoc, quo Deo fauente præſenti fruiinini patrono. Quid multa? furtiuum dantes pretium, quemdam, cuius ignoramus vocabulum, mercati ſunt tyrannum. Hunc ad nos miſerum, & in ipſo pariter deduxêre diabolum. Qui ſuſceptus à nobis quidem eſt ſolemniter; ſed Deo, ſi dicere fas ſit, indignante detruſus mirabiliter. Nam cùm neſcij ſacræ Virginis Mariæ illum ſuper aram impoſuiſſemus, ac feſtiuè compoſuiſſemus, pranſurique cum pluribus qui conuenerant reſediſſemus, de ſubito ab altari in aëre leuatus, in terram eliſus, cum ingenti ſtridore decidit: & ſibi obſequentibus, qui in baſilicâ remanſerant, horripilationem nimiam iniecit, exterritoſq; ab eccleſiâ proturbauit. Qui cùm ad nos vſque pallentes, & penè exanimes intraſſent, quæ ſibi accidiſſent in conſpectu conuentus vniuerſalis teterrimis vocibus, inſanientibus ſimiles, publicare cœperunt. Silentium vtpote rei geſtæ ignari innuentes, nullatenus ceſſerunt imperantibus, quin ſicut cœperant inreuerenter publicum ignominiæ malum clamoſis exſequerentur vocibus. Nos concito greſſu eccleſiam ingreſſi, in fruſta quaſſatum membra, diſiectumque illum qualis quantuſue erat, noſtris congruentem actibus Sanctum inſpeximus. Hoc rumore paſſim denotamur, & importabili improperio iaculamur atque confundimur. Vt hoc ergo pudore tandem aliquando carere queamus, ad veſtram venerabilem paternitatem confugium facimus. Superest vt deſtitutioni noſtræ compati & ſubuenire beatitudo veſtra non dedignetur. Credimus etenim tædij noſtri nos onus expoſituros, ſi à caritate veſtrâ quantulumcumque reliquiarum eius conſecuti fuerimus.

Avctore monacho Svess. Anonymo, ex mss. *narratâ impoſturâ, quâ fuerant circumuenti,*

aliquas S. Sebaſtiani Reliquias petunt.

81 His acceptis Rodoinus fraterno affectu compaſſus condoluit: & cum voluntate Patris Hilduini, & Fratrum conſenſu, auxilium in agendum ſpopondit. Relatâque priùs coram fratribus cauſsâ, non abnuêre votum: inſuper vt Sancti creſceret cultus, & memoriale, hoc ſe plurimùm dixerunt amare. Illud denuò Domino Abbati cùm innotuiſſet, & ille Fratrum ſuper hoc poſtulationem ab eo quoque percepiſſet, linteum eis per collationem venerabilis Rothadi Antiſtitis, quo viuifica membra Martyris inuoluta fuerant, conferri præcepit. Qui dum ad opus aſſiſterent & linteum de thecâ petentibus tribuendum proferrent; illi iracundia ſuccenſi, reliquias Sancti, non linteos, quibus in ſuâ regione abundarent, ſe expetiſſe dixerunt. Quibus cùm à circumſtantibus Fratribus non alter, ſed is eſſe firmaretur, quo à Româ illuc vſque eius ſanctiſſimum corpus ad os intrinſecus fuiſſet obductum; nullâ ratione eis ſatisfactum eſt, vt illud reciperent. Audiſtis, inquiunt, Domni Patres, iam toto orbi notiſſimam confuſionem noſtram, quam veſtro beneficio æſtimauimus diluendam. Cur inhoneſta noſtra innouare conamini? Liceat nos veſtrà cum gratiâ patriam non ingeminato ludibrio, ita vt venimus, expeditos redire. Rodoinus concitatos illorum contrà ſe animos videns, nec ſatisfactionem agere ſatis curans, linteum diligentiùs replicans ciſtulâ recolligit; non ita ſe Domini ſui vilipendere tegmina dicens; ſimulque adiiciens quoniam aliis quibus in pectore robuſtior fides valeret, ſatiùs his communicari deberent.

linteum, quo Reliquiæ fuerant inuolutæ, oblatis reſpuunt:

82 Illi verò eo ibidem die commorati, cernentes nil ſe in hoc facto profeciſſe, pœnitudine acti, ſenioribus accitis ſupplices obſecrauêre, quatenùs pro eis paterna pietate apud virum interceſſores exiſterẽt, ne tam triſtes & vacui in ſua à ſancto illo loco regredi paterentur. At Rodoinus ſuorum precibus flexus, non totum vt priùs, ſed partem Sacerdotum manibus ſectam, largiri iuſſit. Quam illi, multò gratioſiùs quàm antè, deuotis fidei myſteriis excipientes, & honorificè præparato ſaccello reponentes, Miſſarum ſolemniis nomine Martyris ritè celebratis, religioſâ ſecum cum hymnorum melodiis Fratrum comitante caterua, ſic feruntur ad propria.

poſt id ponitentes, partem ſolùm accipiunt:

83 Quò cùm peruenìſſent multarum virtutum & ſanitatum gratiâ clarificata pignera, ipſius meritis & nomine præminentis faſtigiis contradiderunt in aulâ. Vbi

AVCTORE MONACHO SVESS. ANONYMO, EX MSS.

vsque in hodiernum diem eius merita vigent glorioſa, palmaque virtutum eius multipliciter floret frequentiùs atque magnificentiùs quàm eo loco, quo virtutiferum eius corpus debitâ fidelium populorum frequentatur deuotione. Sint ergo & nobis & illis optamus eius proficua patrocinia; qui noſtrorum dapſilitate Patrum illius tanti pigneris meruimus effici participes.

ad eam innumera ſa Salmiracula.

a Thule *veterum qua nunc ſit, Geographi certant.*

CAPVT XVIII.

Publicæ calamitates, per Reliquias depulſæ.

a 84 a VIdimus quoſdam nec ſpernendæ probitatis viros, qui Sueſſæ ciuitatis venturam, quam formidamus, ruinam ab his qui audiêre ſe proteſtantur percepiſſe. Turricula erat in eadem vrbe Orientis occiduas ſpectans plagas: ſuper quam ſpiritus ambiguus cùm iam noctis tetras aurora cœpiſſet vmbras ſpargere, terribilis ſententiæ ter ingeminatam profudit vocem, dicens: Væ, væ, væ, tibi Sueſſio, Sodoma vt olim & Gomorra, validis ignium flammis concremanda, & in vacuos fauillarum cineres redigenda. Inuiſa nec à quoquam cognita perſona ſui officij myſterio functa celeri tenues ſeſe per abdidit auras. Hanc letiferam vocem, qui tunc antequàm dieſceret, ſicut præmiſimus, vigilare poterant, horribiliter intonantem non ſolùm in ipsâ vrbe ciuiles, verùm ſuburbani quaquauersùm degentes audiêre. Cuius fama de regione in regionem peruolans, omnibus celeberrima facta eſt. Quam rem à multis, qui noſtris ſuperfuêre temporibus ſine ſuſpicione falſi conſono relatu audiui, eamque huic operi annectendum ratum duxi, ad correctionem omnium eamdem vrbem inhabitantium, maximè illorum qui ſe turpiſſimo & naturæ improbo crimine fœdare non verentur.

Denũtiata Sueſſionis euerſio,

per S. Sebaſtiani reliquias propulſata;

85 Et hoc idem ipſi patres & prædeceſſores noſtri, qui nobis iſta narrabant, meritis & interuentu huius noſtri piiſſimi protectoris deputabant, quòd nequaquàm hoc ſuâ tempeſtate impletum videbant. Adiiciebant prætereà priuſquàm ille Româ deueheretur horrendas ſæpiùs ibi reproborum ſpirituum per plateas perque ædes illuſiones importunè ciuibus machinatas: ſed eo veniente vapor veluti fumi euanuêre vniuerſa, quietâ ſerenitudine beneficio eius vulgò diſpoſitâ, & humanis commodis placido famulatu præſtitâ.

lemures depulſi.

a *Hoc caput in MS Belfortij prolixiùs ita expreſſum:* Priùs quippe quàm ille Sueſſionicum territorium attigiſſet & loco prædicto requiem accepiſſet, ipſius ciuitatis indigenæ, crebrâ dæmonum vexabantur infeſtatione, qui cis citraque Axonam fluuium reſidentes, horribili præcipitio tranſmeantes ſæpius demergere ſolebant. At vbi vir ſanctus per eumdem portum tranſiuit, continuò eliminata omnis illa ſpiritalis nequitia abſceſſit: & inuiſibiles hoſtes ibi vlterius caſſes ſuos extendere horruerunt, vbi eum ſanctificationis ſuæ impreſſiſſe veſtigia ſenſerunt. In cuius beneficij memoriam, à Brodoino Præfecto locique primoribus geminas columnas lapideas in eodem promontorio vtrinque erectas & affixas nouimus. Et columnæ quidem quæ vrbi imminebat, titulus iſte inſcriptus patebat: ADIVVA NOS DEVS SALVTARIS NOSTER ET PROPITIVS ESTO PECCATIS NOSTRIS PROPTER NOMEN TVVM. Altera verò, quæ contigua monaſterio erat, hoc epigrãmate videbatur inſignita: ERIPE ME DOMINE, ET LIBERA ME, QVIA PECCAVI TIBI. Quæ verba cùm nauigator, cui iſta per ſoporem intimabantur animaduertere nequiret, ſuamque confeſſus * cõſcientiam, nequaquàm ſe noſſe literas aſſeueraret, tantâ ſubtilitate illius animo beatiſſimus Martyr indidit, vt quamuis ruſticus & imperitus, numquàm tamen eorum obliuiſci potuerit. Sic enim hæc eadem animo ſemper tenuit impreſſa, ac ſi plenam pſalmorum ſcientiam ab ipſis crepundiis didiciſſet; & res poſtmodùm eo narrante innotuit, quæ (erectis ex præcepto ſancti viri columnis cum titulis adhibitis) ſalutem ereptionemque totius regionis plano ſermone figurauit. Beatiſſimus ſiquidem Martyr aliquando eidem ruſtico dormienti per viſum apparuerat omnemque huius hiſtoriæ textum intimauerat, & ſicut ille Fratribus retulit, ita diligens eorum ſollicitudo efficaciter compleuit.

Dæmones vrbem & fluuium infeſtantes fugati.

Dua columna in rei memoriam erecta:

* *Fortè* inſcitiam.

Inſcriptiones earum, rudi nauta ſuggeſta.

Nunc igitur conſiderent Sueſſionenſes, quot incommodis ante aduentum emeriti Chriſti teſtis ſuccubuerint, & exinde quantâ bonorum omnium affluentiâ exuberarint: & intelligere valebunt, quantum illi debitores exiſtant. Quamobrem ad eius feſta debitis cum obſequiis conueniant, & celebrem corporis eius exceptionem cum gaudio peragant, vt quos à diuinæ iam animaduerſionis gladio ſubduxit, à ſecundâ itidem indignatione, quam maximè formidare debent, eximere poſſit. Iam dudum namque per totam ipſam ciuitatem vox tertio VÆ ingeminans inſonuit, eamque Sodomæ & Gomorrhæ exemplo igne & ſulphure perituram prædixit Cuius rei effectus, quia adhuc in futurum dilatus ſuſpenditur, eius precibus obtinetur.

Voces terrifica anteà audita.

Denique ſcribitur fuiſſe poſteà in eadem vrbe quemdam ſurdum, mancum & claudum, cui diuinitus reuelatum eſt, vt ad confeſſionem tanti Martyris properaret, ibi enim optatæ ſanitatis gaudia recepturum eſſe. Qui cùm ideò Axonam fluuium tranſmeare vellet, ſed volenti tranſitus non pateret; illi nauiculam beatiſſimus Martyr præparauit: Sicque ad memoriam Martyris veniens, & vigilias cum reliquis aliquamdiu continuans, plenariam debilium membrorum promeruit incolumitatem. Propter quòd continuis eius laudibus deuotè inſiſtamus, quatenus vitiorum caligine fuſcatis, opem adhibeat ſuæ interceſſionis, ſedentibuſque in tenebris, lumen impetret claritatis, operante Redemptoris noſtri gratiâ, qui viuit & regnat in ſeculorum ſecula, Amen.

Surdo, manco, claudo

nauicula à S. Sebaſtiano cuſtodita, valetudo reddita.

CAPVT XIX.

Ludouici Pij & coniugis erga S. Sebaſtianum pietas.

86 a PRætereà memorandi Cæſaris Chludouuici qualis quantaque circa Sanctum deuotio fuerit, largiſſima operis patefecit executio. Comperto namque diuini numinis præſentiâ per Martyrem Chriſti incumſcripta inibi patrari miracula, regali exutus purpurâ, calceamentiſque tertio ferme lapide reiectis, cum coniuge nudis ad monaſterium, quo iam locatus fuerat, proceſſit plantis. Et quia aliquos flagitioſos audierat Imperatrix Iudith, vi quadam impræfocabili, in conuentu publico crimina ſua detexiſſe; & odij liuore interiùs peruſtos, palàm exteriùs metuendo nimis examine ignibus atrocibus concremari, pro eo quòd priuſquàm loco deuenirent, ſuorum criminum appetitus, dignis confeſſionum ac pœnitentiæ remediis coërcere neglexiſſent; anxietatis nimiæ procellis eliſa, cùm præcognouiſſet illuc Cæſarem iter diſponere, nec ſe ab eo abſque ſui rubore dirimi poſſe, totam ſe ad propitiam Redemptoris contulit omnipotentiam: agenſque cum venerabilibus Sacerdotibus culparum ſuarum ſecreti myſterij munus, cum Pſalmiſtâ orabat, vt ab occultis ſuis mundari & ab alienis mereretur abſolui. Eleemoſynarum intereà impendiis, cererorumque bonorum operum exhibitionibus, per ſpatium interiecti temporis quod præſcierat, incunctanter operam dedit. Sicque demum religioſæ Maieſtati votiua comes effecta, ad ſancti Martyris limina præclaris meritis præcipua b properauit.

Ludouicus Imp. nudis pedibus it Sueſſionẽ;

cum Auguſtâ antè confeſſa, & piè præparatâ:

87 Cumque Abbas Reuerentiſſimus Hilduinus & Fratrum ornata cohors tantæ celſitudini aſſurgens, feſtiuo apparatu vtriuſque eorum præ foribus ſeruans aduentum veniret, & tandem ſuſceptos ad tumbam Martyris canoris vocibus concrepando deduceret, in humili, quo erant habitu ſolotenus cum multâ nobilium phalange ſubſtratis comminùs ſibi palliis, antequàm margines adtingerent altaris, extemplò in faciem ruentes, gemebundas ac lacrymarum rore madidas preces, militis ipſius merita recolentes, piumque interceſſorem inuocantes, vniuerſali Domino protractis ſuſpiriis effudêre. Inde ab oratione ſurgentes, verſu congruo, omnium aſſiſtentium voto eorum commendatur oratio.

venerãtur S. Sebaſtiani reliquias:

88 Igitur aulam tantę ſublimitati prouiſam intrograſſi, imperialia & ea quę tunc cultiora fuêre ornamenta reinduti, & diademate compti, Miſſarũ ſollemnia Cæſar, cõſiſtoriũ ſcãdens, in honore Martyris fecit decantari. Qui cùm ad Euangelium ventum eſt, calicem aureum cum patenâ patris ſui Magni Caroli c monogrammate inſignita, manibus propriis, inter legendum, ponderis ingentis tenuit, & cum oblatione ſacranda eidem dicauit. Poſt expletionem quoque celebrem, ad veſtigia eius cum coniuge acceſſit. Vbi cùm ſeſe prolixâ oratione Deo per

omnia ornamenta & veſtes, aliaq; multa ei offerunt,

per Sanctum commendauiſſent complexiuâ & omni ævo reminiſcendâ deuotione, ſingillatim à ſtemmate vſque ſubuculam cultu regali exuti vterque Martyri inibi repoſuêre. Textum deinceps ſacrorum Euangeliorum aureis characteribus exaratum, laminiſque metalli eiuſdem abſque admixtione cuiuſque materiei incluſum, thymiamaterium que quadraginta & octo ſiclorum eiuſdem ſpeciei, & vaſtam olei amphoram ad luminaria concinnanda, mente promptiſſimâ obtulit. Monetam etiam publicam cum incudibus & *d* trapezetam perpetuo famulatu ſacris ipſius deſeruitura ſubdidit. Abbatiam quoque protomartyris Stephani Cauciacum, quæ ſeptingentarum familiarum eſſe perhibetur, ad templi fabricam ſpatiandam dedit, & præcepto regiæ auctoritatis, ne à quolibet *e* temerario abriperetur, cum obteſtatione, & anathematis innodatione, annuli ſui impreſſione ſignato roborauit. Quod cùm ſæpius monaſterium inuiſeret tanta deuotioni priſtinæ poſtmodùm incrementa adiecit, vt cùm quâdam die ad S. Sophiæ capellam, quæ Palatio inhærebat, oraturus procederet, ad limen ſubſtiterit, eamque aforis intuitus, optatiuum illud Dauid, quo in conſtruendo Domini tabernaculo anhelabat, baculo flauentis auri innixus, decantauerit, dicens: Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hîc habitabo, quoniam elegi eam. Pſal. 131. 14.

89 Mirum dictu: veluti aſſiſtentis Martyris hæc eſſent auribus data, ipſius eiuſdem ſolis veſperi, prodière magnifica triumphatoris egregij ſignorum tropæa. Nam decem & octo ſexus vtriuſque ſanitatum curationes, præſens ſub eadem nocte priuſquàm cubitum pergere diſpoſuerit, cernere promeruit. Contuebatur itaque iſtorum *f* glaucomina, fugatis tenebris, iubare rutilantis luminis ſplendentia; aliorum vncas manus, & arentia brachia laxa; ſuras enerues & veſtigia retorta, vigore magis dato quàm reddito, directiùs protenſa: quorumdam aures ſanguine fluentes, quas ſurditas diutina damnauerat, nunc lenis & tenuis ſonus approbabat valdè perſpicuas; peſſimum in quodam, ſed deuictum & excluſum potenter, ſiniſtrum ſpiritum; lepræ maculas abolitas; furentium inſipientes ritè demutatas mentes. *18. curationes præſente Imp. factæ.*

90 His ad votum fruitus Cæſar, nullo incredulitatis errore eius pectore mouente, amoris ſupremi & incomparabilis affectum erga Martyrem ſanctum ſollicitè in poſterum ſe deuouet conſeruaturum; inenarrabiles gemitus, & ſuſpiria fletuum nimbis reſperſa multiplicans, eum veluti carne præſentem cerneret, excolebat, venerabatur, & deprecabatur. Et quia ſine hæſitatione, quod expoſtulabat, donari ab eo ſibi poſſe credidit, voti compos effectus, id ipſum adeptus eſt ſalubriter. Quid autem fuerit quod ita eum rogaſſe præmiſimus, ſeries ſubſequens, imò idem in ſerie ſecretiſſimum ſuum *g* enarret ſacramentum. *Magna eius erga Sanctum pietas.*

a *Sequentia vſque ad Epilogum cum editione Du Cheſne contulimus. Huic capiti præfigit titulum*: Deuotio & munificentia, quam Ludouicus Pius erga S. Sebaſtianum Martyrem exhibuit, cùm in monaſterio S. Medardi Sueſſionenſis à Lothario filio ſuo detineretur. *Aſſt ante captiuitatem hac eſſe geſta, ex ſequentibus patet.*

b *Du Cheſne*, præparauit.

c *Μονόχαλκον pictura eſt ſolis lineis ducta abſq; vllis coloribus. Hic videtur vel effigies aut ſigillum Caroli Magni intelligi, calici & patenæ inſculptum.*

d *Τραπεζείτης numnularius, & monetarius. Du Cheſne hic habet trapezeta.*

e *Du Cheſne*, temerariè.

f *Γλαύκωμα vitium eſt oculorum. Inde vocem hanc Auctor deflexit.*

g *Du Cheſne*, enarrat.

CAPVT XX.

Ludouici Pij a *abdicatio, captiuitas.*

91 FRactus robuſti olim brachij vires, ego Chiludouicus Cæſar Imperator Auguſtus, Dei diſpenſante gratiâ, orbi Romano imperans, cùm latè in populos iuris habenas immoderatiùs relaxauiſſem, indulgentia nonnullorum quidam diſſoluti impugnando pietatem in *b* inſidelitatis prorupêre crudelitatem. Quod malum eò vſque incanduit, vt ipſos quoque prædulces natos meos, in me ſæuire compulerint, & ſecum de nece ſui genitoris tractare fecerint. Ad locum ſic fortè venitur, qui ex euentu ruptæ fidei, pacis, & ſacramentorum, *c* Mentitus campus ex tunc appellatur. Hîc me omnis penè meorum militum manus deſerens, eo, vt retuli, perduellio filios meos horrendum facinus inuoluit, & præfices ſceleris eſſe delegit, inſonti mihi multa morti obnoxia imputantes. à numquàm læſis multipliciter læſus & deluſus, nefandorum actuum meorum non immemor, æquiſſimo Dei iudicio hæc me dignè perpeti comminiſcens, caſus æquanimiter ferebam. AVCTORE MONACHO SVESS. ANONYMO, EX MSS. *Ludouicus à filiis & aliis captus.*

92 Sueſſionis ciuitatem deinde inimicâ cohorte vallatus, ad ſanctorum Dominorum meorum Medardi & Sebaſtiani cœnobium perductus ſum. Et quia ſciebant me illum locum diligere plurimùm, conſiliabantur *d* inibi me fortuitu poſt deſperationem ſponte arma poſituruum. Quò cùm me publicâ cuſtodiâ arctauiſſent, quatenus quod callidè tractauerant opere conſummarent, quoſdam ſubmiſerunt, qui *e* vxorem meam in monaſterio virginum ſanctimonialem factam, vel quod verius audiſſent, mortuam mihi nuntiarent. Filium quoque meum paruulum & innocentem Karolum, bonæ indolis puerulum, quem nouerant præ omnibus mihi amantiſſimum, adtonſum & monachorum firmarent cœtui *f* adnexum. Quod ego audiens & me continere non valens, quippe qui regni decore ſpoliatus, coniuge priuatus, filioque eſſem orbatus, diebus non paucis eiulans, nullo conſolatore fruitus, languoris violentiſſimi paullatim me perſentiebam ex triſtitiæ magnitudine æſtibus aduri. *d in monaſterio S. Medardi arctè detinetur.* *e* *f*

93 Et quia præter Deum conſolatorem neminem habere poteram, quoniam quidem aditus & colloquium negabatur omnibus, ad eccleſiam tantùm & ad Fratres rarò via, & ipſa cum ſummâ proſpectione cuſtodum, patebat; inſedit animo illuc ire. Quò cùm deueniſſem, omnium veſtigiis prouolutus, morbi, quo afficiebar, plagam medicis ſapientibus retuli. Quibus vt aliquantum leuaminis apud propitios Dominos obtinerent ſupplicaui, & vt pro requie coniugis, quam exemptam vita arbitrabar, Miſſas celebrarent & attentiùs orarent, venerabilem religioſitatem eorum obnixè efflagitaui. Qui afflictionibus & miſeriis meis prudenter compaſſi, per merita & interuentum Sanctorum quibus deſeruiebãt, veluti futurorum præſcij, proximam pollicitati ſunt ab Omnipotente mihi affuturam medelam, ſi tamen fidei Sacramentis animum accommodarem. *Solatium aliquod percipit ex colloquio monachorum:*

94 Sic ab eis benè confortatus, poſt orationem ab illis deductus, notis ergaſtuli antris ita demum ſum reſtitutus. Sequente noctis vmbrâ cogitatu ſedulo lucicomum deſiderabam cernere ſidus. Ingreſſuſque Sanctæ Trinitatis vicinum carceris oratorium, poſt matutinalem expletionem, ſolus inibi pernoctans, cùm per feneſtram extrà intuitum dirigerem, quemdam cuſtodum vitabundum vires, immeritò tamen, mihi infeſtum, ſub imbrice comminùs video iacentem, & ne vel per modicum maceriei foramen elaberer, ipſo ſtatu ſeruare cupientem. Quem ſomno & mero ſopitum deprehendens, inter alta cordis ſuſpiria ridiculum mihi omen meliùs aſpectãs oboritur. Enimverò cùm ita diffuſum ſolotenus, & eius enſem frequenti ceruicalis, quo ſuper fuerat expoſitus, repulſu viderem penes fundamina baſilicæ impexum, ſcalam concitè, quæ ad accendendas faros angulo fuerat repoſita, ſubiens, funiculum otio torpentem ſuper à laquearibus ſolui. Comminuſque haſtas quibus vexilla tempore Letaniarum ferenda aptantur, conſpiciens, vni earum funiculum cum laqueo ſubnexui, perque eamdem feneſtram ieci. Hac comprehenſum arte mucronem ſuſtuli, inque altas & ſqualentes feci iactari latrinas. Vocatoque *inhumano custodi gladium subducit,*

AVCTORE MONACHO SVESS. ANONYMO, EX MSS.

toque eius nomine, aio ad eum: O custos peruigil, tuorum spes fidissima, vigilásne? Ad hæc ille: Vigilo & benè vigilo. Cui iterum ego: Et quid struis? Et ille: Quid de his, inquit, tibi? Rursus ego: Si tibi fortè repentina necessitas g occurreret, forsitan gladius manu abesset. Illo ad caput brachia conuertente, & eum huc illucque quæritante, Si me, dixi, sic custodisses, hodie me nequaquàm hîc habuisses. Quicquid, inquit, illud est, quod de mucrone actum est, satis superque te, vt iussum, seruaui, & seruare curabo. Et ego: Vade ergo; & in munere fidelitatis huius, & vigiliarum tuarum, illo in loco, competenti armamentario, quem turpiter amisisti recollige mucronem.

mox reddit:

g

95 Eadem ipsâ die quidam Fratrum explorantes totius caussæ meæ veritatis tenorem, per *h* Hardinum, qui quotidiano ministerio ante me Missas psallere consueuerat, scripto miserunt. Cumque de more ei oblationes Deo mactandas, maximè pro coniugis meæ absolutione, quam humanis exemptam rebus credebam, offerrem; ille meam cautiùs stringens manum, Secùs altare est, dixit. Post consummatam hostiam, omnes cùm foras egressi fuissent, substiti solus, & sacello proiectam colligens rotulam, viuere vxorem, & nil in filium meum siniştri operatum cognoui, & per plures iamque pœniteri, quòd taliter fidem ruperint, & à me discesserint, ferocibusque animis certatim restitutionem regni moliri. Quod Deo fauente resque in melius per obtentum Sanctorum suorum transfundente ad perfectum deduxêre. Verùm quamquàm augustiùs regni recuperato fastigio pristinæ dignitatis perfruerer gloriâ, meorum attamen non immemor votorum ac precationum, quibus excellentissimum Martyrem Sebastianum rogaueram, & me incunctanter accepturum credebam.

h

intelligit spem esse recuperandi Imperij;

id recuperat:

a *Sequentibus titulus hic est apud Du Chesne ex autographo, quod extat in biblioth. D. Alexand. Petauij*: Conquestio Domni Chludouici Imperatoris & Augusti piissimi, de crudelitate & defectione & fidei ruptione militum suorum, & horrendo scelere filiorum suorum in sui deiectione & depositione patrato. *Extant nefaria illius exauctorationis Acta apud eumdem Du Chesne to. 2. scriptorum Francic. Gesta illa sunt anno 833. quæ fusè in vitâ Ludouici per anonymum coæuum narrantur.*

Depositio Ludouici Pij.

b *Du Chesne*, infidelitatum.

c *Auctor Vita Ludouici:* Tandem ergo conuentum est festiuitate sancti præcursoris Christi Ioannis in locum, qui ab eo quod ibi gestum est, perpetuâ nominis ignominiâ notatus est, vt vocetur Campus-mentitus. Quia enim ij qui fidem Imperatori promittebant, mentiti sunt, locus in quo id contigit testis nequitiæ in suo nomine remansit.

Campus-mentitus.

d *Du Chesne*, mihi.

e *Ea* exilio deportata *tunc est, vt habet Vita Ludouici*, in ciuitatem Italiæ Tartonam.

f *Du Chesne* addictum. Prumiæ commẽdatus *est Carolus Caluus*, nec tamen attonsus, *vt habet eadem Vita.*

g *MS. Chiffl.* cogeret. h *Du Chesne*, Harduinus.

CAPVT XXI.

Ludouici ob votum Religionis dilatum anxietas, obitus.

96 INsurgente rursus perduellio, cùm passim regni quietudo propugnaretur, & pacis tranquillitas confunderetur, pro his Sanctum supplicaturus, ad prædictum accessi locum. Et quia sæpenumerò in huiusce modi priuatis, seu publicis, eius præpotens auxilium fueram expertus, super his quoque solitum quò impertiri dignaretur precabar enixiùs. Proximâ ruente nocte, illud quod ante dies rogaueram, nocturno visu accipio, euidentissimis indiciis ab eo cælitus, vt reor, mihi condonatum. Et cùm ingruentium cladium ruina, nullâ pateretur ratione optatas inibi duplicare moras; hinc digressus, discrimini me pro commissis à Deo populis tentabam impendere, & certamini, si res exegisset, viriliter exhibere. Hinc me proficiscentem Præpositus huius almi collegij, Teuterus nomine, prosecutus, nostri comes efficiebatur itineris. Cumque penes me equitaret, & procul à sancto loco diuelleremur; caput retorquens, & in eumdem (proh dolor) vltimum aspectum conuertens, *a* intimi cordis mœrore turbatus, superexcrescentes profundæ mœstitiæ fluctus inhibere vltrà non valui. Tristis & mœrens amaras fundebam lacrymas, letaliter conclusus, quid agendum mihi potiùs foret, valdè suspensus. Votum Sancto deuoueram, cuius operandi diem præfixum videbam: vitæ ab eo finem percepe-ram, cuius me transgredi non licere metas sciebam. Denique commissum mihi regendi Christianum à Deo Imperium haud ignorabam; cuius vsque adeò cùm omnem labefactari orbem considerarem, & vicinam desolationem, quam præscieram, formidarem, reum me super hoc inueniri, proque hoc æternis suppliciis damnari ab illo metuebam, qui vniuersorum auctor extaret, & Dominus, Iudexque venturus vnicuique secundùm opera esset redditurus.

a discedit mœstus;

de obitu diuinitus præmonitus:

97 Ille taliter me tristari conspiciens, diutius quidem consultum tenuit. Erat enim vir in omnibus fidelissimus. Et cùm iam vberrimum meorum fletuum imbrem ferre nequiret; ipse quoque ex hoc permotus in lacrymas ruit. Quid, inquit, optime Cæsar, tibi & tuis grauiter destitutis hæc prodesse poterunt? per te consolabantur vniuersi. Hilaritas tua si mœstis parebat, dolorem omnem euacuabat. Noli, Domine, & glorioşissime Imperator, noli hoc seruis tuis letalis tristitiæ vulnus in te, cui summa semper iocunditas, vultus sereniissimi obnubilatione palàm ostentare. Hoc tuorum militum corda brachiaque dissoluentur: hostium vires robora concipient. Singulare id dumtaxat tuis esse debet secretum, quod ita tui pectoris turbare potuit lætissimum semperque quietissimum statum. His fortasse, si fideliter tibi compassi fuerint, dabitur, vt consolationis remedia valeant reperire. Et si secus fieri nequibit, leuiùs deinceps cùm huius rei plures cœperint effici participes, feres.

Præposito se consolãti

98 Tum ego, quæ fideli noueram persuasione edita, consolatoris mei verba susçipiens, ei caussam reddidi, & quid lateret corde, detexi protinus ore. Sanctum illum locum me amauisse plurimùm dixi: quem non vltrà me videre sancti Martyris agnoueram reuelatione: votum insuper vouisse, cuius effectum prohibuisset fluctuatio conlati Imperij. Et nisi formidini ab hostibus imputaretur, aut eius, quod supra modum pertimescendum erat, ab omnipotente ruina exigeretur, arma, purpuram, & stemmata quamlibentissimè ibidem me deponere voluisse. Inde ab eo cùm salubrius consilium dari expetij, tale percepi: Bonum, inquit, votum tuum glorioşissime Cæsar, sed sicut Beatus docet Gregorius, nihil Deo bonâ voluntate ditius. Magnum quidem est, quod optas renuntiare seculo, & omnibus quæ possides, siquidem per hoc Christi imitator esse posses. Verùm multorum salus à quibus perficitur, multiplicia in singulis præmia pollicetur. Illud tibi, istud omnibus consulit. Magnum illud, sed maximum est istud. Hoc si non potest operari voluntas, in isto poterit remunerari. Denique in Deo id fuit mirabile magis, quòd dignatus est mori pro seruis. Caritatis augmentum maius idem ipse commendauit esse, si quis pro fratre non dubitasset animam ponere. Fecit quod docuit; pro nobis animam posuit. Pertulit Dominus mortem, vt seruus reciperet dignitatem; non necessitati succumbens, sed plasmati suo ineffabiliter subueniens. Quod sequamur exemplum, in sese ostendit, & danti operam, palmam victoriæ promisit, & permanens præmium reposuit. Quia ergo gregem suum regimini vestro commisit, pro eo, si necesse sit, vsque ad mortem decertandum vobis insigne erit atque laudabile. His luculenter à prædicto viro instructus, & fortiter in agendum animatus, me iterum iterumque sanctitati illius & Fratrum attentiùs commendans, tametsi non, vt antè, tristis, non tamen adeò discedere hinc prævalui lætus; quippe qui quos dilexeram vnicè, supremum me sciebam transmittere vale.

indicat votum suum de relinquendo seculo:

ab eo monetur vt potiùs Imperij tumultus sedet:

99 Igitur cùm hæc Fratribus ætatis & religionis meri-

venit iterum Suessionem:

rito primoribus relata fuiſſent, Martyrem ſanctum vnanimiter exorandum conſtituerunt, quatenus eius oracula, ſi quoquo modo fieri poſſet, eorum in ſalutem verterentur in alia. Quod cùm ſollicitè peractum ſit, digni attamen nullatenus ſuper hoc audiri fuêre; quoniam quidem hoc prædeſtinationis numquàm immutandæ conſtitit Dei. Nam eodem itinere contrà [b] filium legitimum & homonymum ducens exercitum, in quadam inſulâ [c] Rheni vitâ corporali [d] functus, perennem, vt remur, cum Sancto, quem incomparabili fuerat amore complexus, eius meritorum obtentu eſt adeptus. Cuius exuuiæ Mettis, in baſilicâ S. Arnulfi, à quo genus duxerat, celebratæ, tam opum pretioſarum, quamque fiſcorum regalium ditatione ſunt inſigniter [e] commendatæ: Et quoniam, vt eo manifeſtante cognouimus, votum explere renuit; nec totiens præoptatum ſepulturæ locum in fundo Martyris habere promeruit.

b moritur: c d

ſepelitur.

e

a *Du Cheſne*, In timidi.
b *Ludouicus hic fuit Germaniæ Rex poſt patris mortem.*
c Contiguâ Moguntiacæ ciuitati, *vt vitæ auctor habet.*
d *XII. Kal. Iul. an.* 840. *ætatis* 64.
e *à* Drogone *Epiſcopo Metenſi, eius fratre, qui morienti adfuerat.*

EPILOGVS.

100 TOtius orbis Romani Principe vitâ exempto, epilogus tandem quoque thematis huius ſtyli verecundiâ impellente ponendus eſt. Siquidem quantum ad meritum tanti Martyris, & ad materiæ ſpectat dignitatem, mutum eſt [a] omen quod de eo quantumuis humana facundia fari poteſt; quoniam quidem omnis ſermo humanus, inferior eſt laude cæleſti. Pauca quidem ſunt quæ de eo oratione incultâ proſecutus ſum, pluriora & penè innumerabilia faſtidioſis lectoribus ignoſcēs omiſi. Enimuerò ſupereſt hodie tenus in Charthophylacio noſtro ſchedula Rodoini ad memorabilem Hilduinum Abbatem tranſmiſſa. In quâ numeroſâ plurimùm capitulatione, virtutum eius inſignia breuiata perſonaliter habentur inſerta: quorum ſumma in conum redacta, ſurgit in millibus quatuor, centum ſeptuaginta. Itaque tam ingenti materiâ victus manum ori opponens; eruditioribuſque quibuſque atque doctoribus, & qui necdum in hanc lucem prodiêre, ſuccedentibus vſque in finem ſeculi temporibus, hæc omnia tractanda relinquo. Quiſquis ſanè faſtidioſus, lautiori edulio appetis ſatiari, hunc noſtrum furfurem poſtponens, ſanctiſſimi Patris Ambroſij opus, quod de huius triumpho [b] cælibis edidit, inquirens, in eo reperies ferculum ditiſſimè refertum; cuius delicioſo admodùm ſiligine, palato mentis deguſtato, delectabiliter poteris ſaginari.

Miracula innumera ad S. Sebaſtiani reliquias facta

a

b

c Explicuit epitomen miraculorum [c] Sebaſtiani agoniſtæ inſigniſſimi, cuius nomen ex Argiuo in Latinum VIR IMPERIALIS, ſiue IMPERATORIVS, ſonans, aureo illius immaculati Agni volumine characteribus ſpecioſiſſimis habetur inſertum: Et ideò laudis eius plena eſt terra, & memoriale eius non derelinquetur in ſecula; quoniam regnat cum Chriſto feliciter in æternâ gloriâ, Amen.

a *Ita MS. videtur* omne *ſcribendum.* b *Rectiùs* Cælitis.
c Σεβαστὸς Auguſtus, venerabilis.

DE IISDEM RELIQVIIS *S. Sebaſtiani, itemq; SS. Gregorij & Medardi,* à Caluiniſtarum furore ſeruatis.

AVCTORE ALEX. SALNOVEO.

COMMENTARIVS ALEXANDRI SALNOVEI, *à Nicolao Bezançonio Latinè redditus.*

ex MS. Nicolai Belfortij.

1 EGo Frater Alexander Salnoucus, ex Fronet parochiæ Merienſis ſuper Maternam fluuium, diœceſis verò Meldenſis, oriundus, humilis & indignus Sacerdos, ac ſenior iam Religioſus & Eleemoſynarius S. Medardi Sueſſionenſis, ad perpetuam memoriam recuperationis ſacrorum corporum SS. Sebaſtiani, Gregorij, & Medardi, & ne pſeudochriſtianorum improbitas periiſſe illa obganniat; volui antequàm è vitâ migrarem, poſteritati notum facere, quòd anno Domini 1564. ego duodecim circiter annos natus, receptus fui in Nouitium in dicto cœnobio, à nobili & religioſo viro, Fratre Emerico Roguel Priore clauſtrali, aſſiſtentibus religioſis viris, Fratribus Philippo de Ligueres Suppriore, Ludouico de Billy Granatario, Gerardo Datye, Ioanne de la Boiſſiere Cantore, Franciſco Monoys, Nicolao de Lye Nouitiorum magiſtro, Nicolao Flameng Theſaurario, Nicolao de Fourmanoir, Ioanne Iudas Procuratore, Bartholomæo Boulart, Antonio de Vergeolin, Euſtachio de Verchin, & aliis Religioſis profeſſis.

Scriptoris ſcopus & fides.

2 Quo item receptionis meæ anno prædicto 1564. die Sabbathi 27. Septemb. circa tertiam aut quartam horam matutinam, occultâ factione quorūdam Scauinorum, & quorumdam ciuium dictæ vrbis Sueſſionenſis, Hugnoti, ſeu Caluiniſtæ, ducti per Dominos de Ienly & Vendy, cum adulterinis clauibus, per poſticum macello vicinum, vrbem ingreſſi ſunt, & eas fecerunt eccleſiarum deuaſtationes quarum nunc adhuc poſt triginta iam elapſos annos veſtigia cernuntur, in ipſis eccleſiis nondum reparatis.

Sueſſio prædita à Caluiniſtis.

templa direpta,

3 Quantum verò ad noſtram attinet S. Medardi eccleſiam prope ſuburbium ſitam; Hugnoti prædicti in eam turmatim, ſeu cum multitudine, ingreſſi ſunt, niſi tantùm die Martis ſequenti, qui erat dicti menſis vltimus: ipſo verò Martis die venientes, nemine repugnante intrauerunt, quoniam Religioſi audientes de vrbe captâ aufugerant. Cœperunt ergo illi deſtruere & comminuere altaria, imagines Sanctorum, clauſtrum, refectorium, & dormitorium; quæ quidem ædificia adeò excellenter fuerant conſtructa per Carolum Magnum & Ludouicum Pium eius filium, vt in toto regno paria vix eſſent, ſicut adhuc ſuperſtites muri ſtatim aſpectu primo teſtantur. Poſthæc fodiendo perquirentes in deſerto quodam cubiculo ſub infirmariâ, quod lignarij loco ſeruiebat, latibulum quoddam detexerunt, in quo Religioſi pretioſa quæque, capſas videlicet, reliquias, tapetes & ornamenta Eccleſiæ multa condiderant: quæ illi protinus extracta fregerunt, combuſſerunt, & ſolitâ feritate tractauerunt.

monaſterium S. Medardi vaſtatum,

reliquiæ & ornamenta ſædè violata.

4 Factum eſt autem vt dicti Hugnoti non inuenirent ibi capſas SS. Sebaſtiani, Gregorij, & Medardi, tres cruces lapillis auro & argento pretioſiſſimè ornatas, vrceum argenteum, & candelabra argentea pretioſiſſima; quoniam per interuallum illud temporis à ſabbatho ad diem Martis prædictum, quidam Nobiles ex copiis eorumdem Hugnotorum diligentiores venerant, & ex dicto latibulo rapuerant ſibi capſas SS. Sebaſtiani, Gregorij, &

AVCTORE ALEX. SALNOVEO.

rij, & Medardi, tres cruces, vrceum & candelabra ſupradicta, & expilatis diuitiis incluſas reliquias huc iſthuc diſiecerant. At verò per Dei gratiam reperta poſtmodùm fuêre. Maior pars ſcilicet viſa eſt natare ſeu fluitare ſuper aquas foſſatorum, videlicet inter clauſuram conuentus, à parte horti Religioſorum, & clauſum eleemoſynariæ: ita vt molli aurâ impellente leuiter dictæ reliquiæ venirent & accederent è regione domus cuiuſdam, nomine Antonij Barre, Religioſorum ſartoris, viri deuoti ac pij. Qui quidem Barre ipſas collegit, vt qui eas facilè recognoſceret, & multoties ante illud bellum, proceſſionum & aliarum ſolemnitatum diebus, vidiſſet.

Aliqua abiecta in foſſas monaſterij; inde extracta,

5 Sed enim permittente Deo ſub id temporis iſtuc venit ad eum vidua quædam paupercula, nomine Ioanna Hurillon, quæ auxilium extrahendis ſacris oſſibus libenter tulit: moxque decretum inter eos fuit, vt ſacras illas reliquias ad Dominam Catharinam de Bourbon Diuæ Mariæ Sueſſionenſis Abbatiſſam Ioanna prædicta adportaret. Erat nempe ſoror Principis Condæi, & in eius gratiam monaſterium illud B. Mariæ ab omni nocumento ſeruatum eſt: ſicque ad eamdem Abbatiſſam ſacra oſſa dictorum Sanctorum cum aliis Sanctorum reliquiis Ioanna detulit, vt quæ abbatiam frequentaret, & ipſorum Hugnotorum linteaminibus abluendis famularetur: quo prætextu multas interim reliquias tam ab igne quàm aliunde ſeruauit, curioſeque ac diligenter in veſtium ſuarum ſinibus & occultauit, & adportauit.

tradita ſorori Principis Condæi.

6 Item aliquantò pòſt, quidam viticola, nomine Philippus Doden, vir boni etiam nominis ſecundùm ſtatus ſui qualitatem, reperit & alias quaſdam, in vineâ, quam ſub annuâ penſione à Religioſis ipſis poſſidebat ſitam iuxta & vltra portam quæ dicitur Belueder, ad partem dextram, quà itur à dicto cœnobio ad vicum Crouy, in quo dictus Philippus degebat. In hac igitur tum quidem vineâ, ſed nunc terrâ arabili, dum vitem excoleret, reperit ſacculum, ex damaſceno violaceo, ſegmentis aureis decorato, longitudine pollicum circiter quindecim, & latitudine octo: in quo erant cineres partis alicuius corporis S. Gregorij à Romanis in cinerem redacti. Altera pars dictorum ſacrorum oſſium inuenta fuit tam in dictis foſſatis & vineâ memoratâ, quàm etiam in nemore horto abbatiali proximo. Ceterùm idem Philippus, ſacculum & contenta in eo ſacra poſtmodùm dedit dicto Domino Priori Roguel, coram Philippo de Liguieres, & Ludouico de Billy ſupradictis, me etiam præſente quamuis tunc Nouitio: & poſita quidem fuerunt in capellâ eleemoſynariæ, dum interim fieret legitima eorum verificatio, tum eorum pariter, quæ in manibus dictæ Abbatiſſæ erant; ſicuti poſteà factum fuiſſe dicemus.

alia alibi reperta.

7 Priùs verò quàm verba de hoc faciamus, illud omittendum non eſt, quemdam, nomine Martinum Buzot, de vico ſuper Axonam oriundum, fuiſſe ex eorum numero, qui alias pleraſque noſtras Sanctorum reliquias flammis dederunt. Sed dum id ageret, ſubitâ rabie correptus fuit, & eum ſuffocari neceſſitas coëgit, ſicuti ego certior factus ſum ab antedictâ Hurillion, quæ mihi renuntiauit ſe vidiſſe illum ſuffocari & mori dum auxilij cauſsâ præſtò eſſet, agitante illum morbo.[a] Et hoc quidem nunc tritum & vulgare eſt in totâ vrbe Sueſſionenſi.

Sacrilegi funeſta mors.

8 Igitur reuerſi tandem in ſuum monaſterium Fratres, reliquiis ſanctis quædam loca aptari iuſſerunt. Nec multò pòſt ad Reuerendum Dominum Epiſcopum [b] Carolum de Rouſſy venerunt, libellum ſupplicem deferentes, vt ei placeret dictæ verificationi certos dies præfinire, ac teſtes citari decernere. Qui deliberatione præhabitâ, iuramentis teſtium à ſe recipiendis aſſignauit horam primam pomeridianam diei Veneris 17. Ianuarij 1578. Quapropter ad relationem Magiſtri Damiani Willefroy Notarij & Curiæ Epiſcopalis Audientiarij, citati fuerunt Dominus Ioannes Maſſon, Parochus de Roſeriis, Frater Ioannes Monnart, Frater conuerſus cœnobij S. Medardi ſenior, Antonius de Villars, Bartholomæus Soret, Ludouicus Pourneu, Ioannes Maquefer, Simon le Maiſtre, Ioannes Rullin, Claudius Roger, Iacobus Crepeau, Petrus Charpentier, Creſpinus Tornemolle, & Ioanna Hurillon ſupradicta. Qui omnes burgum Axonicum dictæ Abbatiæ S. Medardi inhabitantes, comparuerunt ante maiorem portam Dominæ noſtræ, & ſolemniter iurarunt, quòd veritatem dicerent ſuper recognitione ſanctarum reliquiarum abſque vllâ fraude & diſſimulatione.

Ad reliquiarum veritatem iuridicè examinandam citati teſtes:

9 His peractis, aſſiſtentibuſque honorabilibus perſonis, ſcilicet dictâ Dominâ Catharinâ de Bourbon, Abbatiſsâ, Do. Nicolao Dauy Archidiacono, Georgio de la Fontaine Abbate S. Leodegarij, Claudio de Noualery B. Mariæ Vermandenſis Abbate, Magiſtro Claudio Merlet Præpoſito Eccleſiæ Cathedralis, Venerabili ac religioſâ valdè perſonâ Simeone Regnoult Priore Carthuſianorum apud Dominam noſtram de Burgifonte, Magiſtro Criſpino Ioly Decano Dominæ noſtræ à Vineis, Ioanne Faſſier nobili Domino de Roucour ac Protectore ciuitatis regio, Magiſtro Marino Pinon Iuris Licentiato, Ioanne Boucher, Ioanne Herpon Iudice, Conſule mercatorum Sueſſionenſium, Antonio Lore mercatore, Carolo Leſpicier pharmacopola, multiſque aliis notabilibus ciuibus Sueſſionenſibus. In quorum præſentiâ, ſuper menſam linteo albo & mundo coopertam allata fuit arca mediocris, querna, claue clauſa, ſacras reliquias continens: quam Abbatiſſa ſacello ſuo repoſitam honorificè aſſeruabat, ſciens nimirum eadem eſſe Sanctorum corpora memorata, quoniam multoties ea vidiſſet, & oſculata fuiſſet ante cœnobij deuaſtationem. Quapropter dixit & aſſeuerauit, quòd in ſuâ ſemper protectione fuiſſent, à tempore deprehenſæ per hæreticos dictæ ciuitatis. Tum ex arcâ eductæ fuerunt Sanctorum reliquiæ, & in menſâ poſitæ, ſeparatimque omnibus teſtibus exhibitæ & repræſentatæ: ac vnuſquiſque eorumdem teſtium præſtito in manibus Epiſcopi iuramento, dixit & aſſeuerauit, illa oſſa eſſe veras ſacras SS. Sebaſtiani, Gregorij, & Medardi reliquias, quæ anteà apud S. Medardum in capſis argenteis & eburneis aſſeruari ſolebant; & quòd multoties ante bellum eaſdem apertè de capſulis eductas (c vt deuotis peregrinis exhiberentur, maximè proceſſionum diebus) vidiſſent tetigiſſentque.

facta diſquiſitio.

c

10 His ita geſtis, Dominus Epiſcopus præcepit eas tribus diuerſis capſis reponi: & vnicuique capſulæ charta membranea Latinè ſcripta affixa fuit, ſupraſcriptam verificationem exponens, & ſubſignata quælibet per Baptiſtam Petit, ſcribam dicti Domini Epiſcopi: qui etiam Petit, ſtructuram & proceſſum verbalem dictæ atteſtationis confecit, ſignatum infrà, CAROLVS DE ROVSSY EPISCOPVS SVESSIONENSIS. & ſubſignatum, BAPTISTA PETIT, SCRIBA.

Legitimè recondita.

a *Teſtatur Belfortius ſe quoque Sueſſione triſte hoc impij hominis funus audiſſe populi famâ celebrari.*

b *Adnotat iſta Belf.* Hic Epiſcopus ſacro concilio Tridentino interfuit; & me præſente dæmonem è corpore pueri, nomine Laurentij, expulit, vt acta etiam impreſſa teſtantur.

c *Addit Belfortius:* Iam ita non fit. *meritò.*

DE S. NEOPHYTO MARTYRE

Ex Menæis.

NICÆÆ IN BITHYNIA.

Sub Diocl. XX. Ianvar.

S. Neophyti natalis 20. Ianu.

Nicææ in Bithyniâ *agitur XX. Ianu. natalis* S. Neophyti Martyris, qui quintumdecimum annum ætatis agens, flagris cæsus, in fornacem immissus, feris obiectus, cùm permaneret illæsus, & Christi fidem constanter profiteretur, gladio tandem occisus est. *Ita Martyrologium Romanum. eodem quoque die Menologium:* Natalis sancti Martyris Neophyti, qui fuit ex Nicæâ Bithyniæ, piis ortus parentibus Theodoro & Florentiâ, Imperatore Diocletiano. Hic cùm quintumdecimum ageret ætatis suæ annum, Decio Præsidi repentè adstitit, & liberè Christi fidem prædicans, flagris primùm cæditur, posteà in ardentem fornacem coniicitur, ferarum morsibus traditur: cumque ex his omnibus illæsus permansisset, postremò irruente in illum barbaro quodam homine, securi percutitur.

aliis 21. 2 *Molanus in auctario ad Vsuardum, XXI. Ianuarij eius natalem consignat, vti & Maximus Cytheræus & Menæa, quæ fusiùs illius acta narrant. Celebratur VII. Decemb.* S. Neophytus *Martyr in iisdem Menæis; ast alius, quippe aquis mersus.*

ACTA EX MENÆIS.

a Neophytum euellit è solo hasta,
b Neophytum pulcherrimum, instar surculi.

patria, parentes, *b* Oriundus hic Niceâ Bithyniæ erat, Christianis piisq; natus parẽtibus Theodoro ac Florentiâ, quo tempore rerum potiebatur Diocletianus. Celeriter verò in ipsis vitæ exordiis diuinâ repletus gratiâ est. Nam nouem natus annos cum aliis puerulis, qui vnà litterarum disciplinis instituebantur, precatus, eos mirabiliter enutriit. Et aduolans columba lectulum eius ambiuit, *c* humanum in morem locuta: quo portento exanimata est sancti pueri mater; ast eam ipse precibus suscitauit. Inde in montem *d* Olympum secessit, inque speluncam duce columbâ ingressus, belluam, quæ illic stabulabatur, effugauit; & domicilium isthic fixit, ab Angelo enutritus. Vndecimo autem anno ætatis, diuino monitu, descendit è monte, parentesque inuisit, atque ex eorum facultatibus pauperum recreauit inopiam, dein ad montem reuertit. Quintodecimo tandem anno ætatis, Angelorum præsidio viam ingressus, Decio Præsidi se stitit. Vbi incredibili libertate Edem professus, primùm flagris cæsus, inde in ardentem fornacem immissus, saluus Christi gratiâ egressus, feris obiicitur: sed cùm omnia superasset illæsus, irruente in eum barbaro, gladio trucidatus est.

sanctitas, *c miracula,* *d vita solitaria,* *tormenta,* *cædes.*

a *Alluſum ad etymologiam; nam νεόφυτον nouellam plantam ſignificat. Græcè eſt:*

Τὸν Νεόφυτον σκληρὸν γῆθεν δόρυ,
Νεόφυτόν κάλλιστον οἷά περ θάλλον.

b *Eadem omnia refert Maximus Cytheræus.*

c *ἄπιστον hoc cenſet Eaderus. Cur magis, quàm locutam humano more aſinam Balaam, præſertim cùm vera beſtia fuerit, hîc columbæ ſpecie Angelus?*

d *De hoc monte actum 9. Ianu. ad vitam S. Euſtratij litt. c.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS

a *a* INNA, PINNA, RIMMA,

ex Menæis Græcorum.

XX. Ian. FOmentum suscipiat athletas *b* frigoris,
b Innan, Pinnan, Rimman crystallinos.
c *c* Fuerunt hi in Septemtrionali quadam prouinciâ, à barbaris idolorum cultoribus comprehensi, & ad *d* Præsidem adducti: qui Christum confessos iussit frigore interire. Rectis igitur ac rigidis lignis, amnis medio defixis, alligati, cùm is brumali tempore frigidissimus esset,

SS. frigore enecti. atque aquæ lubricum gelu duratum constitisset, nec quidquam ab immobilibus differret, isthic vitæ terminum assecuti sunt, beatis suis in Dei manus traditis animabus.

a *Nusquam alibi lecta nobis isthæc Diuorum nomina: si non in* as *desinunt, vt Menæa habent, vt Græca esset terminatio; sed in* a, *affinia sunt ius, quibus Frisij in nostrâ inferiore Germaniâ vtuntur. propriis hominum vocabulis, ferè in* a *vocalem exeuntibus: quibus &* Hinnæ *nomen vsitatum, &* Diua Hinna, *nobis ignota.*

b *Qui cum frigore luctati. Græcè est,*

Θάλψις δεχέσθω τοὺς ἀθλητὰς τοῦ κρύους.

c *Eadem memorat Maximus Cytheræus.*

d *Romanúmne? an barbarum seu Præsidem seu Regem,* inquantùm barbari regnant? *vt in simili de* Verrito *&* Malorige *Frisiorum Ducibus lib. 13. Annal. scribit Tacitus. Græcè est:* τῷ τῆς χώρας ἀρχίσκοπον ἄρχοντι.

DE SS. MARTYRIB. NICOMEDIENSIB.

LEONTIO, CYRIACO, VITO, CENDEO, VRSO, FLORO, FELICE, MARCIA, CHELIDONIA.

XX. Ian. ENumerantur hi in vetusto Martyrologio *S. Hieronymi:* In Nicom. Leonti Ciriaci Biticendi Vrsi Flori Felicis Celedoniæ Marciæ. *In MS. Rhinavv.* Nicomediâ, Leonti, Cyriaci, Cendei. *Iidem recensentur in MS. Dungalensi, sed nec loco expresso, & confuso ordine, additisq; nonnullis.* De Leontio, Vrso, Felice; Chelidoniâ, Marciâ, *satis congruunt. Pro* Cyriaco, Ciracium *habet MS. Dungalense. Refertur* Cyriacus *cum aliis decem Nicomediæ passus, in Martyrologio Romano aliisq;, VII. Aprilis; verisimile est ab hoc diuersum, cùm nulli isthic socij nominentur.* Florum, *Dungal. MS.* Floram *appellat. Pro eo quod MS. nostrum habet* Biticendi, *in illo legitur,* Biti, *& quibusdam interiectis* Viti, Candei. *At Rhinavv. MS. aliserte* Cendeum *vocat. Est in Rom. Martyrol.* S. Cyndeus *Presbyter & Martyr 11. Iulij. Addit denique MS. Dungal.* Calestum, Adaflexum, Martialem; *qui his iungendi an aliis, nobis non constat. XXI. Ianuarij in MS. S. Hieronymi & Dungalensi referuntur* Felix, Cendeus, Vitus, Florus, Leontius, Cyriacus; *quos eosdem remur.*

DE

Ex Va-rijs.

DE S. CYRIACO MARTYRE

NEVEDVNI.

XX. Ianvar. PLures *in Galliâ & alibi* Niuiduni, *siue* Neueduni, *nomine appellatæ vrbes leguntur: quæ hæc sit, haud coniectamus, Actorum luce destituti. Nec sat exploratum nobis, an quod hîc suspicamur mendum sit, quiq;* Cyriaco *iunguntur* Tarsus, Leucius, Gallinicus, *idem sint qui in plerisque Martyrologiis XXVIII. Ianuarij recensentur. MS. vetustissimum S. Hieronymi ita habet:* Neueduno Tarsi, Leuci, Gallinici, Kiriaci. *In MS. Dungal. refertur* Cyriacus, *& pro* Leucio Leontius; Gallinicus *quoque, at non* Thyrsus, *siue* Tharsus.

DE S. EVTHYMIO MAGNO,

HEGVMENO IN EREMO SANCTÆ CIVITATIS.

§. I. *Lauræ & cœnobij differentia. S. Euthymij aliaque circa Hierosolymam monasteria, & prima exercitatio.*

An. CD LXXIII. XX. Ianvar. *Institutio prima monastica in Palæstinâ.*

1 PRimum ordinis monastici institutorem agnoscit *Palæstina S. Hilarionem, Magni Antonij discipulum.* Necdum enim, *inquit S. Hieronymus in illius vitâ,* tunc monasteria erant in Palæstinâ: nec quisquam monachos ante S. Hilarionem in Syriâ nouerat: ille fundator & eruditor huius conuersationis & studij in hac prouinciâ fuit. *Et mox:* Itaque eius exemplo cœperunt ibi esse innumerabilia monasteria, *in quibus* monachorum admiratus est *S. Basilius Epist. 79. ad Eustathium Episcopum Sebastiæ,* tum in seruandâ dietâ temperantiam, tum in obseruandis laboribus tolerantiam; ad quorum obstupuit precandi vigorem, cùm obseruaret quo pacto nec somno victi, nec aliâ naturæ necessitate deflexi, sublimem semper & inuictum animi sensum in fame & siti, in frigore & nuditate seruarent *&c. His consentanea scribit Sozomenus lib. 6. histor. Eccl. cap. 32. & monachorum complures sanctitate celebres nominatim recensет; de quibus nos alibi, & potissimùm 28. Septemb. de S. Charitone, qui S. Hilarioni coæuus, prima monasteria in eremo sanctæ ciuitatis, de quibus mox, extruxit: & 28. Maij, quo die sancti monachi ibidem à Saracenis occisi coluntur. Hos memorat Cassianus collat. 6. cap. 1.* summæ vitæ ac sanctitate monachos diutissimè commoratos iuxta Thecue vicum, *sex millibus passuum à Bethlehemo,* in solitudine vastissimâ, quæ ducit versùs Arabiam & mare mortuum. *De horum spontaneo ministerio, quo* per extenta auia discurrentes, & eremum, quæ versùs mare mortuum tenditur, obeuntes, festucas tenues & spinulas *lignorum ad cibos coquendos* colligebant, *agit idem Cassianus lib. 4. Institut. cap. 21. adeoq; de* regulâ *horum* monasteriorum in solennitate Tertiæ, Sextæ, Nonæque *disserit ibid. lib. 3. cap. 1. & 3. Quæ de monachis, qui in hisce partibus aut S. Euthymium præcesserunt, aut ei nondum conditâ Laurâ conuixerunt, verisimile est à Cassiano narrari.*

& locis circa Hierosolymã.

Prima istic monasteria, à S. Charitone,

2 *Celebris tũ erat* Laura Pharan, *itemq;* Succæ veteris: *ambæ cum tertiâ ad Iordanem à S. Charitone extructæ: illa* sex milliaribus versùs Orientem viâ Hierichuntinâ distabat Hierosolymis, à vico decem inde stadiis ad solem orientem sito appellata. *Hæc erat in antè dictâ vltra* Thecue *solitudine, circa quam* Theocorum *monasterium fuit, siue* Thecoum, *de quo num. 86. & 124. atque ex eius ruinis* Laura noua, *in quâ* Cyrillus *vitam* S. Euthymij *conscripsit, paullò post annum Ch. 500. exstructa est. Haud ab eâ longè ad spelunc.m Saulis, in eremo olim Engaddi, tum Ziphon dictâ, monasterium* S. Euthymius *constr.ixit. At non diu istic moratus est. Ad viam Hierichuntinam potissimam vitæ partem exegit; primò in cellâ extra* Lauram Pharan, *pòst in cœnobio inferiore, cui* S. Theoctistum *præfecerat, decem millibus passuum à sanct.i ciuit.ate; denique in* Laurâ, *quæ* S. Euthymij *dicta est, atque ab inferiore* S. Theoctisti *cœnobio tribus millibus passuum versùs Meridiem distabat ad dexteram viæ Hierichuntinæ. Hinc triginta stadiis aberat* Turris *ab* Eudociâ Imperatrice *infrà num. 84. erecta, vbi monasterium* Scholarij *dein extruxit* S. Sabas, *qui in subiectâ circumquaque valle duo alia monasteria, & potissimùm* Angelico ductu *ad* Torrentem *primariam suam* Lauram *condidit: à quâ* triginta quinque stadiis *distabat, Hierosolymæ propinquius,* cœnobium S. Theodosij; *at* nonaginta *versùs interiorem solitudinem* Susacim S. Quiriaci, *iuxta quod* fluuij Sucæ & nouæ Lauræ ambo conueniunt, qui illi feruntur de quibus Christo dictum à Da- Psal. 77. uide: Tu siccasti fluuios Ethan. *vt ad vitam* S. Theodosij 15. *dictum est 11. Ianuarij, num. 18. & 19. in Prolegom. Hæc aliaq; plurima harum regionum monasteria dicuntur in Concilio Constantinopolitano sub Agapeto Papâ & Mennâ Patriarchâ ann. Ch. 536. habito, itemq; à Ioanne Moscho, aliisq; Scriptoribus,* dicta monasteriâ eremi sanctæ ciuitatis. *Hinc corrigendus Franciscus Quaresmius tom. 2. Elucidationis Terræ sanctæ lib. 6. peregrinat. 3. cap. 9. vbi asserit* in Laurâ S. Sabæ ostendi cellam S. Euthymij aliorumque *qui in eâ* doctrinâ & vitæ sanctitate floruerint; *cùm procùl inde in propriâ Laurâ obierit, diu ante Lauram S. Sabæ extructam, vt mox §. 4. patebit.*

& SS. Euthymio, Sabâ, Theodosio extructa;

3 *Disputat ibidem Quaresmius de monasterij & Laura distinctione; asseritq;* illa dumtaxat cœnobia, quæ ampliùs mille monachos continebant, Lauram appellari: *ita se à Græcis accepisse. Sed modernis, nec fidei bonæ, & omnis antiquitatis ignaris. Certè cùm Laura S. Euthymij non cederet Lauræ Pharan, vt liquet ex huius vitâ num. 41. imò* prospera & felix esset, *&* eius amplificaretur multitudo *num. 45.* deductus est Fratrum numerus ad quinquaginta. *Et sub* S. Sabâ in tantum congregatio creuit, *vt in Laurâ eius primò* septuaginta Christo seruientes cõgregarentur: *quo numero duplicato deinde fucrunt* centum quinquaginta. *Auctus etiam vltrà numerus est: haud eò tamen vt hecatontadas aliquot expleret. Sanctus quoque* Gerasimus *infrà num. 89.* maximam in Iordanis solitudine Lauram, quę non pauciores quàm septuaginta Anachoretas habebat, cõstruxit. *Contrà* cœnobium S. Theodosij *amplissimum erat, in quo quatuor distinctæ erant ecclesiæ. Ex vniuersa eremi plurimis monasteriis ad decem millia monachorum an. Chr. 516. Hierosolymam conuenerunt; quibus præerant SS. Theodosius & Sabas, vniuersales à Salustio Patriarchâ inspectores designati. Ex quibus iterum Quaresmius corrigendus, dum vult 10. millia monachorum hinc inde per cellas ac speluncas sparsa solitariam egisse vitam, alia quatuor in monasterio, quorum omnium Abbas fuerit S. Sabas. Septem ipse, Euthymius tria, plura ipsorum discipuli, maiores, & coæui ædificarant seu monasteria seu Lauras; quæ differebant, quòd in* cœnobiis *illi viuerent* qui vitam exercebant communem; *in* Lauris *verò,* qui à congressione separatam & quietam. *Ita Cyrillus in vitâ S. Sabæ. Atque infrà num. 45. & 98. in Laurâ S. Euthymij* vnicuique fuit ædificata cella; *&* cellæ Fratrum erant à se inuicem in mediâ solitudine seiunctæ. *Et* S. Gerasimus in medio Lauræ cœnobium collocauit, *in quo monachi primò* exercebantur, *quos, cùm* ad perfectionis mensuras peruenerant, *in* cellis Lauræ collocabat; *eosq;* anachoretas *appellabant: in quorum sortem non paucorũ & cooptabantur iuuenes aut imberbes, ideoq; à S. Euthymio missus est*

Laura à monasterio differt non ob monachorũ multitudinem;

& sed ob exercitationem in cellis seiunctis,

perfectorũ,

eſt S. Sabæ ad monaſterium S. Theoctiſti, & S. Quiriacus ad monaſterium S. Geraſimi, & S. Sabas S. Euthymij exemplo imberbes ablegabat ad cœnobium S. Theodoſij. De Laurâ *ita Suidas:* Καὶ Λαύρᾳ, σύνη κατοικία τῶν μοναχῶν. Laura etiam anguſta monachorum domus.

ſimiles iis anachoretæ Nitrienſes in Ægypto.

4 *Eadem ratio viuendi anachoretis in hiſce Lauris, quæ Nitrienſibus anachoretis in Aegypto, deſcripta à Palladio in Hiſtoriâ Lauſiacâ cap. 69. & Ruffino lib. 2. de Vitis Patrum cap. 21.* Habitant, *inquit Palladius*, locum deſertum & habent cellas magno inter ſe interuallo diſiunctas, vt nullus poſſit procul agnoſci ab altero, neque citò videri, nec vox audiri; ſed degunt in multâ quietè, vnuſquiſque per ſe incluſus. Solùm autem ſabbatho & Dominico congregantur in eccleſiis, & ſe inuicem excipiunt. *Conformia his referuntur infrà num. 89. & in Vitâ S. Sabæ. Nec mirum, cùm eadem hic viguerit diſciplina, quæ apud Aegyptios. Hinc feſtus dies S. Antonij, tamquàm communis Patroni, ſolenni vigiliâ ab hiſce peragebatur, vt infrà num. 106. & in Vitâ S. Sabæ indicatur. S. Euthymius virtutes S. Arſenij tum in Aegypto viuentis imitabatur, aut etiam in aliquibus ſuperabat, num. 59. Suos exemplo monachorum Aegyptiorum à vitiis abſterrebat, atque ad virtutem incitabat num. 51. & 64. Denique Nitrienſes monachos Martyrium & Eliam, qui deinde Patriarchæ Hieroſolymorum fuerunt, ad ſe confugientes, perſecutionem mouente Timotheo Aeluro, benignè excepit & fouit, num. 94.*

Vtrorumq; inter ſe cõmunicatio.

§. II. *Euthymij ſanctitas, dies natalis.*

S. Euthymius, alter poſt S. Antonium monachorum Pater,

5 *Exercitationis monaſticæ diſciplina omnis per vniuerſas Orientis, orbiſq; adeò reliqui prouincias, Antonij Magni eſt inſtitutione fundata: proprium tamen ac peculiarem, qui in eremo ſanctæ Ciuitatis degebant, ſi non auctorem ac parentem, aſcetici certè curriculi exercitatorem morumq; ad cæleſtia ſtudia formandorum magiſtrum* Magnum Euthymium *agnoſcebant, vitamq; eius velut abſolutum religioſæ virtutis exemplar ſequebantur. Quare* cùm ſoleret, *teſte Cyrillo in Vitâ S. Sabæ,* Euthymius quarto decimo Ianuarij ſemper proficiſci in vaſtam ſolitudinem, & illic verſari in diuinis diebus ieiuniorum, nulli ſe videndum præbens, & neminem alloquens; hoc quoque ſolebat B. Sabas facere conſequenter, tempore ſolùm parum mutato, quandoquidem ille quartodecimo, ſicut diximus, hic autem viceſimo die menſis ſecedebat. Nam poſt diuini Antonij memoriam, Magni Euthymij diem feſtum viceſimo die menſis celebrans Sabas, ſic ſe conferebat ad ſolitudinem, & illic morabatur vſque ad feſtum Palmarum, non ſecus atque ille. *Viguit, inquit Nicephorus lib. 14. cap. 30.* in aſceticâ palæſtrâ præcipuus & vitâ monaſticâ illuſtris Magnus Euthymius, qui ſolitudinem in vrbis formam redegit, *imò* canon *fuit* & formula inſtituti monaſtici *vt §. ſequenti dicetur. Corporis eius exuuias, haud diu poſtquàm vitâ functus eſt, in ſacram ædem honorificè tranſtulit Anaſtaſius Patriarcha, infrà num. 112. ad quas illius ſucceſſor Martyrius præclaram egit ſynaxim & vigiliam, cum multis lampadibus & ſuffitibus, num. 122. imò feſtiuitas miraculi ad eas facti quotannis celebrabatur, num. 153.*

colitur in Palæſtinâ,

factâ etiam corporis tranſlatione.

Natalis apud Græcos

6 *Syros imitati Græci, apud quos feſtiuitate admodùm ſolenni celebratur in ſanctiſſimâ magnâ Eccleſiâ Conſtantinopolitanâ, vt docent eorum Menæa, & Anthologion auctoritate Clementis VIII. editum, ac Maximus Cythereus; in quibus hoc Vitæ eius compendium extat:* Sanctus hic & Magnus Pater noſter Euthymius viuebat imperante * Traiano, Melitinæ Armeniæ metropoli ex nobilibus ortus parentibus Paulo ac Dionyſiâ; & quemadmodũ magnus ille Ioannes, ex ſterili & infecundo vtero editus: vnde & nomen per promiſſionem accepit. Cùm enim parentes prolem ſibi dari precarentur, vox cælitus miſſa eſt, quæ eos εὐθυμεῖν, id eſt, læto & alacri animo eſſe iuberet. Patre mortuo, à matre ad Otreium magnum Melitinæ Epiſcopum adducitur, atque ab eo ordini Clericorum adſcribitur. Cùm deinde ad ſacras diſciplinas adhibitus, æquales omnes & vitæ religioſæ exercitatione & virtutum profectu antecelleret, quamuis inuitus ſacerdotio ini-

**lege* Marciano.

tiatur, & ſacrorum monaſteriorum curam ſuſcipit. Anno deinde ætatis nono & viceſimo Hieroſolymam proficiſcitur, & cum S. Theoctiſto in quadam montis ſpeluncâ degit, vbi graues à multis morbos depulit. Dicitur hic in nomine Domini paucis & exiguis panibus, quadringentos, qui ad monaſterium de viâ diuerterant, paſciſſe. Non ſolùm verò ipſe diuinâ virtute parentum ſuorum ſolutâ ſterilitate natus eſt; ſed alias complures matronas prole carentes, ſuis precibus fecundas reddidit. Ipſe quoque, vt olim magnus Elias, cæli ianuas aperuit, & terræ ſterilitate & ſitu laboranti ſubuenit. Prodidit etiam eius internam claritatem columna ignis, quam eo incruentam hoſtiam offerente vidêre qui circumſtabant è cælo deſcendentem, & Sancto adſtantem toto ſacrificij tempore. Eius porrò ſanctiſſimæ & puriſſimæ mentis id eſt argumentum, quòd eorum qui ad diuinæ communionis participationem accedebant ſtatum peruidebat, & quis eorum purâ, quis malâ conſcientiâ eſſet. Hic cùm nonaginta ſeptem eſſet annorum, migrauit ad Dominum, Leone Magno imperante. Formâ erat eximiâ, ſinceris moribus, colore candido, ſenectute decorâ & venerabili, canâ cæſarie, barbâ vſque ad femora promiſsâ. Fertur de ipſo, quòd cùm monachus quidam morti proximus eſſet, qui temperans ac continens vulgò credebatur, re verâ autem non erat, ſed contrà laſciuus, vidit Beatus Angelum tridente animam eius euellere, vocemque vnà audiit, occultam turpitudinem illius monachi prodentem. Celebratur eius feſtum in ſanctiſſimâ magnâ eccleſiâ. *Hæc Menæa. Quæ hîc de laſciuo monacho narrantur, deerant in Gentiani verſione, ſuppleta ex MS. Græco, in quo Euthymius hæc narrat ſe ab Ægyptiis accepiſſe, vt num. 65. patet.*

Græcorum & Latinos.

7 *Præter* Magni *cognomen, quod ei ab omnibus tribuitur, etiam* Theophorus *appellatur à quibuſdam. In Horologio Græcorum:* Τῇ ὁσίᾳ καὶ θεοφόρῳ Πατρὸς ἡμῶν Εὐθυμίου τοῦ μεγάλου. *Menologium à Caniſio editum:* Sancti & Deiferi Patris noſtri Euthymij Magni. *Referunt eumdem, Menologium Chriſtophori Proconſulis Mitylenæi, & Kalendarium à Genebrardo vulgatum. E Latinis ita Molanus in addit. ad Vſuardum:* Die viceſimâ ſancti & Theophori Patris Euthymij Magni. *Hinc occaſio Ferrario in Catalogo generali Sanctorum hallucinandi, Sanctumq; aliquem* Theophorum *ab Euthymio diuerſum ſtatuendi.* In Palæſtinâ, *inquit*, hoc die S. Theophori Confeſſoris, *citatq; Menologium Græcorum. De Euthymio ita tabulæ Romanæ:* In Palæſtinâ natalis S. Euthymij Abbatis, qui zelo Catholicæ diſciplinæ & virtute miraculorum, tempore Marciani Imperatoris, in Eccleſiâ floruit.

§. III. *Vita S. Euthymij.*

Vitam eius ſcripſit Cyrillus,

8 *Vitam* S. Euthymij *ſcripſit* Cyrillus. *Nomen ipſe ſuum in epilogo num. 163. prodit. Baronio an. Ch. 475. nu. 43. prædicatur* diligens & veritatis cultor, & illorum temporum florens hiſtoricus. *De quo & anteà ad an. 391. num. 15. pronuntiarat:* Liceat abſque inuidiâ dicere, me neminem reperiſſe poſt SS. Athanaſium atque Hieronymum, qui maiori fide ſcripſerit ſanctiſſimorum virorum res geſtas, digerens eas atque diſtinguens accuratè per tempora, ac ipſe Cyrillus: dum, quæ ipſe vidit, vel Sanctorum omni probitate præſtantium virorum relatione didicit, abſque ieiu ſuſpicione mendacij, ſinceram veritatem veluti ſacroſanctum depoſitum poſteris tradidit, nempe Acta Euthymij, itemque Sabæ & Ioannis Silentiarij. *In S. Euthymij Actis, quæ à num. 135. narrat miracula, ipſe coràm facta conſpexit, reliqua à variis Patribus accepiſſe ſe teſtatur. Non enim* diſcipulus *fuit S. Euthymij, vt Baronius citato num. 43. opinatur, aut* ſeculo quinto vixit, *vt idem an. Chr. 420. num. 31. ſcribit: ſed ſeculo ſexto an. Ch. 530. aut ſequenti puer ad S. Sabam à parentibus Scythopoli, vnde oriundus erat, adductus, monachus ab eo in diſcipulum meruit cooptari, & à Metropolitâ tonſus in Eccleſiaſtico gradu conſtitui. Ad S. Euthymij monaſterium, in quod Laura commutata erat, venit an. 543. vt infrà num. 135.*

fidelisſimus auctor,

monaſterij S. Euthymij,

& in

EX VARIIS. *& in Actis SS. Sabæ & Ioannis Silentiarij ipſemet de ſe narrat.*

edoctus à SS. Euthymio & Sabâ ſibi apparentibus,

& ſuperſtitibus S. Ioanne Silentiario,

& S. Quiriaco.

9 *Ab hoc tempore quæ* de S. Euthymio Patres & ſeniores *illi* narrarunt, *vt ait num. 18. 135. & 161.* conſcripſit accuratiſſimè, confusè tamen & inordinatè: *at poſt* quintam Synodum Conſtantinopoli *an. Chr. 553. habitam, in Laurâ nouâ duos annos continuos cœptum opus eſt proſecutus, cùm SS. Euthymij & Sabæ ſibi apparentium beneficio diuinitus conſecutus eſſet gratiam geſta eorum aptè conſcribendi. Patres verò, qui ei pleraq; de S. Euthymij virtutibus cõmemorarunt, fuêre* S. Quiriacus, *ſeu* Cyriacus, S. Ioannes Silentiarius, *huiuſq; ſocius* Thalelæus, *de quo nu. 71. plura. Cum* S. Ioanne *eiuſq;* diſcipulis *habebat iuuenis notitiam, quòd hi Scythopoli ad ædes parentum eius* diuerterent, tamquàm ad proprium xenodochium, & annuam benedictionem, *ſiue eleemoſynam,* acciperẽt *ab eius parẽtibus* pro cœnobio & partibus Lauræ; ex quo Sabas cum iis, *vt diximus,* egerat. *Deinde huius cõſilio ad monaſterium S. Euthymij venit, vt narrat ipſe de ſe Cyrillus infrà num. 136. & in Vitâ S. Ioannis, ad quem deinde è monaſterio* S. Euthymij *diſceſſit* ad S. Sabæ Lauram, *&* factus eſt ei miniſter litterarum ad S. Quiriacum. *Hunc autem conuenit in* Laurâ Sucæ veteris; *qui* vbi intellexit Cyrillum eſſe monaſterij magni Euthymij, cum magno protinus gaudio: Ecce, inquit, ô Frater, tu es eiuſdem, cuius ego cœnobij; (*nam* è manibus S. Euthymij monaſtico indutus fuerat habitu.) & cœpit oratione perſequi res geſtas SS. Euthymij & Sabæ. Ille autem cùm eas apertè didiciſſet ab hoc B. Quiriaco, conſcripſit ſingula in iis, quos de ipſis ſcripſit libros, vt illinc quilibet diſcere poteſt, ſi non leuiter & aliud agens, ſed accuratè ea legat (*potiſſimùm num. 48. 49. 58. 60. & 76. quibus locis producuntur teſtes, à quibus ipſe plurima Quiriacus didicerat.*) Atque ſic quidem diuinus Quiriacus. Cùm hoc autem ſermone, & his narrationibus ſuum impleuiſſet animum Cyrillus, diſceſſit in pace. *Sed cùm iterum* inceſſiſſet *Cyrillum* quoddam deſiderium, conueniendi Quiriacum; adiuit eum in Suſacim anno ætatis eius 99. *Chriſti 546. Demum quo tempore Cyrillo in nouâ Laurâ hæ vitæ biennio integro erant ſub manibus,* continenter accedebat S. Quiriacum in antro Magni Charitonis, & magnum ab hoc Sancto percipiebat emolumentum & vtilitatem, *cùm hic tunc centum & ſeptem vitæ annos numeraret. Hæc in huius Quiriaci Vitâ XXX. Septemb. cuius auctorem opinatur Baronius Cyrillum, quod nobis adhuc dubium nunc eſt, iſtic pleniùs diſcutiendum. Eumdem exiſtimabat ſcripſiſſe Vitam S. Theodoſij, quod* XI. *Ianuarij nobis haud probari diximus.*

Vita vnde hic edatur.

10 *Vitam hanc à Cyrillo conſcriptam, intexuit ſuis Sanctorum Vitis Metaphraſtes XX. Ianuarij, quam Latio à Gentiano Herueto donatam vulgauit Aloyſius Lipomanus tom. 5. & ex eo Laurentius Surius; & in compendium redactam, Zacharias Lippelous, & Franciſcus Haræus, eamq; variis locis inſeruit hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Baronius. Nos eam damus collatam cum MS. Græco, ſed (pro dolor!) mutilo; nam pauca principio deerant, plura ſub finem, à nu. 97. Ex hoc ea ſuppleta, quæ num. 64. 65. & 66. referuntur, à Gentiano omiſſa, quorum tamen mentio eſt in Menæis & apud Nicephorum, de quo mox. Prologum præfigimus, qui Vitæ MS. S. Sabæ adnexus erat, & huc potiùs pertinet. Expunxerat eum Metaphraſtes, alio ſubſtituto, quod ei ferè ſolenne, vt paſſim cernere eſt toto hoc opere, & iam proximis diebus XXII. Ianuar. in Actis S. Anaſtaſij Perſæ, & XXIII. in Actis S. Ioannis Eleemoſynarij. Cetera poſt prologum genuinus Cyrilli fœtus ſunt, & ſat ſuâ ſe conformitate vindicant. Nec vſquam à vitâ diſcrepant S. Sabæ, quam pleniorem dabimus V. Decemb. olim plurimis ante ætatem Metaphraſtæ annis Latinè redditam, è quâ prologum hîc reſtituimus, vtpote priori libro præfixum ab Auctore. Nam* ſecundum librum orationemúe *ipſe* Cyrillus Vitam S. Sabæ *indigitat in ipſius Sabæ, & S. Ioannis Silentiarij Actis, hæcq; tertium locum occupant.*

Vitæ compendium ex Nicephoro.

11 *Euthymij meminit Nicephorus Calliſtus lib. 14. variis locis; nominatim iſthæc ſcribit lib. 14. cap. 52.* Sub eodem Marciani imperio magnus etiam ille & inclytus Euthymius in Palæſtinâ excelluit. Qui ſub Valente quidem ex promiſſione natus, à magno autem Otreio & Acacio Melitinenſis Eccleſiæ Epiſcopis ritè doctus atque eductus: deinde in Preſbyterorum ordinem allectus, ſacrarum tantùm rerum curam geſſit. Poſteà in Palæſtinâ vnà cum admirando Theoctiſto in antro quodam virtutis ſtatuit officinam, multiſque & variis cellis, ſanctioris philoſophiæ mellis ſtipandi gratiâ conſtructis, ingens condidit monaſterium. In tantum autem virtute enituit, vt cùm canon eſſet & formula inſtituti monaſtici, tum miraculis etiam edendis præclarum obtineret nomen. Nam Perſarum cuiuſdam Tribuni filium morbo liberatum ad incolumitatem reduxit, & cæli ianuas aperuit, atque ſterili terræ fertilitatem orationibus conciliauit. Effecit etiam, vt ex pauciſſimis plurimi panes fierent, quibus quadringenti viri refecti ſunt. Mulieres ſteriles fœcundas reddidit. Cùm ſacris myſticis operaretur, lux cælitus perinde atque columna affulgens eum circumdedit, veluti voce emiſsâ quantâ vitæ puritate vir is eſſet indicans. Et quo quiſque eorum animo eſſet, qui ad ſacram communionem percipiendam accedebant, per arcanam reuelationem perſpiciebat; quod clariſſimum prorſus ſanctimoniæ eius ſummæ indicium fuit. Migrauit autem vir beatus ad Dominum cùm nonaginta & ſeptem annos exegiſſet, Leone Magno imperante. Vitâ moderatus, & moribus perquàm ſimplex fuit; colore candidus, & ad femora vſque promiſſam, eamque denſam, habens barbam. De quo illud hiſtoriæ memorant: Cùm monachus quidam moreretur, qui egregiam virtutis & caſtitatis famam obtineret, impudicus autem prorſus eſſet, ſanctum hunc virum Angelum horrendâ ſpecie tridente graui animam illius, crudelem in modum è corpore extrahentem vidiſſe: & vocem ſimul cælitus, occulta turpitudinis facinora apertè reuelantem, audiſſe. Alium quoque pauperem quemdam nudum in ſolo iacentem ab eo conſpectum eſſe, lacerum prorſus & pannis vilibus obſitum: cuius animam qui multi ei præſtò aderant, Angeli reuerenter euocarint; cui Dauid quoque cum ſummi concentus citharâ ſuâ affuerit, carminibus illam veluti demulcens atque producens.

§. IV. *Ætas S. Euthymij, diſcipulorum, ſucceſſorum, & ſex Patriarcharum Hieroſolymitanorum.*

Series rerum viuo S. Euthymio geſtarum.

12 *Hiſtoriam* S. Euthymij, *eiuſq; ſucceſſorum, deducit* Cyrillus *ad ſua tempora, quibus Acta eius,* S. Sabæ, *&* S. Ioannis Silentiarij *ſcripſit. Idem præſtitum in Actis* S. Quiriaci, *ſiuè à* Cyrillo, *ſeu quo alio illius æquali & ſocio. Accurata locorum, ac potiſsimùm temporum & perſonarum, ratio habita. Indictiones, conſulatus, anni Imperatorum, & Patriarcharum Hieroſolymitanorum diligenter expreſsi. Quare operæ pretium duximus eos breuiter veluti in tabellâ ob oculos ponere. Naſcitur* S. Euthymius quarto Conſulatu Gratiani *an. Ch. 377. Indictione V. fortè Iunio menſe, vt ad vitam num. 3. Patre mortuo offertur* Otreio Epiſcopo tertio pòſt anno *ſub initium* Theodoſij Imperatoris: *educatur in ſtudiis: adultus initiatur ſacerdotio: abit* Hieroſolymam anno ætatis 29. *Chriſti 406. habitat iuxta* Lauram Pharan. Quinque *in Pharan tranſactis* annis, ſecedit ad ſpeluncam *an. Ch. 411. Extruit inferius monaſterium* S. Theoctiſti. *Prouectior caniſq; conſperſus ædificat aliud monaſterium in ſolitudine Engaddi:* Lauram, *à ſuo dein nomine cognominatam, condit.* Templum Lauræ *à* Iuuenale Epiſcopo Hieroſolymitano *dedicatur, cùm* annos natus *eſſet 52. à Chriſti natiuitate 429. volueretur.* Epheſi Synodus Occumenica *congregatur ann. Ch. 431. 22. Iunij,* ætatis S. Euthymij 54. *Naſcitur* S. Sabas Imp. Theodoſio XVII. *Conſule, menſe Ianuario an. Ch. 439. Moritur Theodoſius Iunior an. Ch. 450.* ſub *cuius* finem naſcitur S. Quiriacus *circiter an. Ch. 448. vt qui anno Leonis 9. decimum octauum ætatis agebat, & an. Ch. 475. Martio menſe, vigeſimum ſextum, vt ex eius & S. Euthymij vitâ conſtat.* Chalcedone Synodus *itidem* Oecumenica *celebratur menſe Octobri,* anno ætatis S. Euthymij 75. *Chriſti 451.* Anno Marciani 4. *Chriſti 454.* Indictione VII. *naſcitur* Ioannes Silentia-

Silentiarius. Leo Imperator *ſuccedit* Marciano *an. Chr 457. Sequenti anno* Iuuenalis *excedit è vitâ, & Patriarcha eius loco ordinatur* Anaſtaſius, *an. Ch. 458.* S. Sabas anno ætatis 18. *Ch. 457. venit* Hieroſolymam; *degit in monaſterio* S. Paſſarionis: *adit* S. Euthymium, anno ætatis huius 82. *Chriſti 458. mittitur ad monaſterium* S. Theoctiſti. *Hic moritur ætatis* S. Euthymij 90. *Chriſti 467. cùm decimum iam annum illi* Sabas *cohabitaret.* Theoctiſto *ſuccedit* Maris; *huic poſt biennium an. Ch. 469.* Longinus. *Intereà venit Hieroſolymam* S. Quiriacus annos natus 18. Leonis Imperatoris *anno 9.* Anaſtaſij Patriarchæ 8. *Chriſti 465. hyeme apud* Euſtorgium *Hieroſolymis peractâ, adit* S. Euthymium, *ab eo monaſtico habitu indutus, mortuo iam* Theoctiſto *mittitur ad* S. Geraſimum.

quando obierit.

13 *Tandem meritis plenus, electo ſucceſſore* Eliâ, *moritur S. Euthymius* XX. Ianuarij die ſabbati, noctu, anno 16. imperij Leonis, *qui*, cùm vnus iàm præteriiſſet annus poſt mortem magni Euthymij, *etiam* excedit è vitâ; *ita infrà num. 105. 109. & 113. Additur in Vitâ S. Sabæ MS.* requieuiſſe anno 15. præſulatus Anaſtaſij. *Quæ ſingula incidunt in annum Ch. 473. litterâ Dominicali G. non annum præcedentem 472. quo eum obiiſſe ſcribit Baronius num. 8. quo dies XX. Ianuarij incidit in diem Iouis, eratq; Leonis ſaltem Ianuario menſe ſolùm decimus quintus annus. Aloyſius Lipomanus annotârat eum obiiſſe an. Ch. 475. alij alia tradunt: quorum coniectura ex dictis corruit. Alia eſt difficultas, quòd dicatur num. 109.* veniſſe in ſolitudinem circa annos viginti & nouem vitæ, *ac* ſexaginta & octo annos *in eâ* tranſegiſſe, *&* exceſſiſſe è vitâ nonageſimo & nono anno ætatis; *cùm* nonageſimus & ſeptimus, *ex duobus ſuprà citatis numeris colligatur, quo modo hunc locum Nicephorus lib. 14. cap. 52 expreſſit,* Ἐξεδήμει δὲ, *inquit,* πρὸς Κύριον ὁ μακάριος, ἑκατὸν ἐτῶν γεγονὼς, δεόντων μόνων τριῶν. Migrauit ad Dominum B. Euthymius centum annos natus, minùs tribus. *Menæa, Anthologion, & Cythereus, etiam anno ætatis 97. mortuum tradunt. At qui natus eſt anno Ch. 377. atque obiit an. Ch. 473. 20. Ianuarij, vt probatum eſt, non omnino integros nonaginta ſex vixit. Verùm quia* Cyrillus *tam hîc quàm in Vitâ S. Sabæ, quæ ad ſequentem Indictionem ſpectant, ad alium etiam annum ætatis, ſiue* Euthymij, *ſeu* Sabæ, *ſolet referre; anni primus & vltimus incompleti ſunt annumerandi, atque ita exiſtent anni 97. Quòd verò annus mortis ibidem num. 109. dicatur Chriſti 465. à more quorumdam Orientalium eſt, qui æram ſuam à Chriſti natiuitate octo annis, quam nos ſeriùs ordiebantur, de quâ re legendus Hervvartus in Chronologiâ cap. 237. Idem animaduertere eſt in Vitâ S. Sabæ ab eodem ſcriptâ Cyrillo.*

Series rerũ ob obitu S. Euthymij geſtarum,

ſub Hegumenis

Eliâ,

14 *Poſt obitum* S. Euthymij S. Sabas anno ætatis 35. *Ch. 473. diſcedit ex inferiori monaſterio ad S. Geraſimum. Anno ab obitu* S. Euthymij *moritur* Leo Imperator, *an. Ch. 474. Succedit* Leo *nepos; huic, cùm haud diu vixiſſet, pater* Zeno *eodem anno. Moritur* S. Geraſimus (*num. 95.*) 5. Martij, Indictione 13. Conſulatu Zenonis Auguſti ſecundo, *an. Ch. 475.* S. Cyriacus anno ætatis 27. *redit ad* Lauram S. Euthymij, *ibiq; longo tempore, ſiue* decem annus, *moratur, num. 49. & in eius Vitâ.* Baſiliſcus *ex inſidiis inuadit imperium an. Ch. 476. Moritur* Anaſtaſius Patriarcha, anno quinto poſt mortem Euthymij *exſpirante, incipiente menſe Ianuario an. Ch. 477. peractis in Præſulatu 19. annis. Eodem anno* Zeno *recuperat Imperium, &* Martyrius *creatur Patriarcha, vt num. 113. indicatur, & in Notis ad caput 20. Eadem repetuntur in Vitâ* S. Sabæ; *qui dicitur* initâ antè per quemdam Anthum, *ſeu* Florum, amicitiâ cum S. Theodoſio Cœnobiarchâ, *migraſſe in ſpeluncam, vbi anno ætatis 40. cœpit diſcipulos congregare, &* Lauram *condere.* S. Ioannes Silentiarius *ſit* Epiſcopus *in Armeniâ* anno ætatis 28. *Chriſti 481. Intereà* Laura S. Euthymij *mutatur in monaſterium: dedicationem celebrat* Martyrius Patriarcha 7. Maij anno ab obitu S. Euthymij 12. *poſt Chriſtum natum 484. Diſcedit* S. Cyriacus *è monaſterio* S. Euthymij *an. 485. ad Lauram veteris Sucæ, ibiq; & vicinis locis ſeptuaginta ferè annis ſuperuixit, num. 48. & in eius Vitâ.* Martyrius Patriarcha moritur 13. Aprilis, Indictione IX. *an. Ch. 486. qui* ætatis S. Sabæ *erat 48.* Martyrio *ſuccedit* Saluſtius. Zenonis Imperatoris *defuncti imperium obtinet* Anaſtaſius Indictione XIV. *quâ eadem Indictione,* 13. Decemb. *dedicata eſt baſilica* Lauræ S. Sabæ, anno ætatis eius 53. *Chriſti 491. quo eodem* Ioannes Silentiarius *relicto epiſcopatu, 10. annis adminiſtrato, venit ad* Lauram Sabæ anno ætatis ſuæ 38. *Vita vtriuſque.* SS. Sabas & Theodoſius Cœnobiarcha *præficiuntur reliquis monaſteriis à* Saluſtio *moribundo, qui expletis Patriarchatus* annis 7. *ac* 3. menſibus, *obiit* 23. Iulij, *ſucceſſorem relinquens* S. Eliam, *cui eam dignitatem prædixerat* S. Euthymius *num. 95. Annus hic erat Chriſti 493.* ætatis S. Sabæ 56. *Hic* Elias *nouam eccleſiam Deiparæ Virginis* à Sabâ *extructam dedicat* 1. Iulij, Indictione IX. *an. Ch. 501. ætatis S. Sabæ 63.* S. Ioannes Silentiarius *diſcedit in Ruban* Indict. XI. anno ætatis ſuæ 50. *Chriſti 503. redit ad* Lauram S. Sabæ Indict. 11. *anno ætatis 56. Chriſti 509.*

15 Elias *primus monaſterij* S. Euthymij Hegumenus, *cùm 38. annos eam præfecturam adminiſtraſſet, moritur an. Ch. 511. Ei ſuccedit* Simeon Apameenſis; *illi triennio pòſt defuncto* Stephanus Arabs *an. Ch. 514. Migrauit è vitâ teſte Cyrillo in Vitâ* S. Sabæ *an. Ch. 518.* Anaſtaſius Imperator 1. Iulij, & S. Elias Patriarcha Hieroſolymorum XI. Iulij. Anaſtaſio *ſucceſſit* Iuſtinus ſenior, Eliæ Ioannes, *qui ſeptimo pòſt anno obiit* 22. Aprilis Indict. II. *an. Ch. 524. ſucceſſorem relinquens* Petrum. Iuſtino *quoque, poſt 9. Imperij annos, 2. Auguſti defuncto, an. Chr. 527. ſucceſſit* Iuſtinianus, *iam antè* menſe Aprili, feriâ V. in Cœnâ Domini, *ad imperium promotus. Anno 529. viuere deſiit* S. Theodoſius *Cœnobiarchâ,* Indict. VII. XI. Ianuar. *Conſtantinopolim* menſe Aprili, Indictione 6. *an. 528. proficiſcitur* S. Sabas, *redit* Septembri menſe Indict. IX. *an Ch. 530. mox Cæſaream, inde Scythopolim tendit:* Cyrillum *harum vitarum Scriptorem in diſcipulum admittit, & non diu pòſt* moritur Indict. X. 5. Decembris, anno ætatis 94. *Chriſti 531.* S. Sabæ *ſuccedit Melita, & in monaſterio* S. Euthymij Stephano Arabi *an. Chr. 534. defuncto* Thomas Apameenſis; *huic 25. Martij an. Ch. 542.* poſt obitum Euthymij 70. Leontius *ad quem à* S. Ioanne Silentiario *miſſus* Cyrillus *inter Euthymianos monachos admiſſus eſt,* Indictione 6. menſe Iulio, *an. 543. qui poſt V. Synodum Conſtantinopoli habitam diſceſſit ad Lauram nouam an. Ch. 553. biennium inſumpſit in conſcribendis Vitis* SS. Euthymij & Sabæ: *circa quod tempus obiit* S. Cyriacus; *ſupererat autem* S. Ioannes Silentiarius, ann. ætatis ſuæ 104. *Chriſti 557. cùm eius Vitam publicaret* Cyrillus. *Intereà* Leontio *in præfecturâ monaſterij* S. Euthymij, *ſucceſſit* Gerontius Medabenſis, *de quo ſibi optimè noto, eiuſq; patre & auo agit* Cyrillus *in Vitâ* S. Sabæ. *At quæ hic* Gerontius *narrauit* Ioanni Moſcho & Sophronio Sophiſtæ *referuntur ab iis in Prato ſpirituali cap. 21. Superfuerunt hi duo ſeculo ſequenti, &* S. Ioannis Eleemoſynarij *Patriarchæ Alexandrini Conſiliarij fuerunt, de quibus plura ad eius Vitam.*

Simeone,

Stephano,

Thomæ,

Leontio,

Gerontio.

PROLOGVS CYRILLI,

Ex veteri Latino MS.

1 VEnerabili atque magnifico viro Patri meo ſpirituali, Georgio videlicet Presbytero, necnon & [a] Hegumeno Cyrillus indignus Presbyter & monachus, in Domino ſalutem. a

QVia mihi, venerande Pater, tuâ præceptione de magnorum virorum actibus, hoc eſt, Euthymij ac beatiſſimi Sabæ, aliquid differere iuſſiſti, ob monimentum videlicet futurorum, me minùs idoneum ad hoc faciendum fore perpendens, tuum acclinis flagitare decreui ſolatium, quo videlicet adiutus pleniùs exequar iniunctum officium. Volo quippe implores eius auxilium qui per Pſalmographum dixit: Aperi os tuum, & Pſal. 80. 11.

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

ego adimplebo illud. Quamuis autem me imbecillem eſſe conſiderem, ac Dei dono valdè indignum, tamen tuis iuſſionibus coarctatus, vltra meas vires præſumpſi progredi, inobedientiæ malum horreſcens, imò Dominicam expaueſcens ſententiam, quâ inobedienti ac pigro ſeruo dicitur: Serue male & piger, oportuit te dare pecuniam meam ad menſam, &c. Itaque, Deo fauente, aggrediar de prædictorum Sanctorum conuerſatione hiſtoriam texere, loca videlicet temporaque ac perſonas oſtendens, ſicuti ea diligenter didici à fidelibus & veridicis viris. Rogo verò omnes qui hæc lecturi ſunt, ſiue lecta audierint, vt fidem lectis ſiue auditis adhibeant, Deum totis præcordiorum viſceribus exorantes, vt ipſorum me participem faciat, quorum geſta multis profutura vili valdè ſtylo percurro *b*.

Luc. 19. 23.

b

a *Laura noua. Præerant tum Laura S. Saba Conon, monaſterio S. Euthymij Gerontius.* Ἡγούμενοι *dicebantur, quod Gentianus infrà vertit* Præfectos, *ab* ἡγοῦμαι, duco, præſum, primus ſum.

b *Aliud exordium compoſuit, præfixitq; Metaphraſtes, quod operæ pretium videatur hîc attexere, cùm in Surio exiet ac Lipomano, veluti ipſius Cyrilli, continenti ſerie coharens cum reliquâ narratione:* Cuiuſlibet quidem rei exercitatio ægrè abſque exemplo & difficiliter rectè geri poteſt; multò magis autem virtutis operatio, quò eſt difficilior & laborioſior, & perpetuo labore & tolerantiâ indiget. Idcircò quidem multis exemplis, multâ autem eorum, quæ ab aliis in vitâ geſta ſunt, hiſtoriâ opus eſt iis, qui hanc vitam aſperam ingredi conſtituerunt: quæ quidem & viam faciunt planiorem, nec ſinunt eos defatigari, qui quàm ea ſit aſpera & ardua reſpiciunt. In iis enim inuenies, quibuſnam modis, monitis, & præceptis, & quanam denique ratione, res eis rectè ſucceſſerit: quin etiam quaſnam ipſi rurſus conſecuti ſint & conſequentur remunerationes: etiamſi eius hebes ſit & obtuſus animus, etiamſi ignauus & ſupinus, volet tamen aliquando excitari & ad parem accendi æmulationem, & aggredi ad imitationem. Qualis quidem mihi videtur eſſe Vita magni Patris Euthymij, ſimul & iucundiſſima & laborioſiſſima, & aptiſſima ad lætificandos & demulcendos eos qui eam legerint, & ad rerum ſimilium ſtudium excitandos: adeò vt ſi quis eum voluerit imitari, is & viuus & mortuus fuerit clariſſimus. De eius itaque rebus incipiendum eſt mihi ab alto dicere, & eæ narrandæ ſunt auribus, quàm fieri poteſt, maximè piis.

Prologus Metaphraſtæ.

VITA
AVCTORE CYRILLO MONACHO,
INTERPRETE GENTIANO HERVETO,
cum veteri MS. Græco collata.

CAPVT I.

S. Euthymij ortus & educatio.

a 2 CVm impius paullò antè *a* Iulianus miſerè cum imperio vitam quoque amiſiſſet, & deinde *b* paullò pòſt imperium delatum fuiſſet ad Valentem; bella difficilia propter acerbam Arij cõmunionem circumſiſtebant omni ex parte Eccleſias: & cũ ceſſaſſet paganiſmus, Arianiſmus admodùm inualeſcebat, & apertè laborabant Eccleſiæ. Erat autem Melitenæ, quæ eſt vrbs Armeniæ ad Euphratem, quidam nomine Paulus, cui vitæ conſors erat coniunx, nomine Dionyſia, ambo clari & virtute & genere. Cùm eſſet verò ſterilis & careret liberis, id ducebat non moderatum eſſe infortunium, neque paruâ dignum ſollicitudine; ſed grauibus curis agitabatur, & doloribus lacerabatur; eiuſque cor & viſcera propter liberorum egeſtatem, igne quodammodò accendebantur, vt quæ fructus ventris deſideraret: quæ quidem res eſt pluribus mulieribus vel maximè optanda, & quæ ſit oculis iucundiſſima; & quæ poteſt eis afferre gloriam, & efficere, vt non ſit humilis & abiectus earum obtutus, neque fiducià & libertate priuentur in maritorum oculis. Cùm ſic ergo ſe haberet, & tali premeretur calamitate, ad propinquum diuini *c* Polyeucti Martyris templum veniens cum coniuge, (eum enim accepit voti quoque ſocium, quem neceſſariò habuerat anteà triſtitiæ) in eo perſeuerarunt multis diebus in oratione. Petebant autem, vt ſibi ſoluerentur vincula ſterilitatis; & rogabant, vt fructum ex ſe natum viderent. Noctu autem eis aliquando ſeorſum orantibus, diuina quædam apparet viſio, dicens: Eſtote, eſtote bono animo. Dat enim vobis Deus filium, qui à bono & tranquillo animo, nempe εὐθυμίᾳ, nomen accipiet, & eo dignos mores eſt habiturus. In illius autem ortu animi quoque tranquillitatem dat Deus ſuis Eccleſiis.

b
Valente Eccleſiam perſequente,

parentibus ſterilibus promittitur calitus filius Euthymius:

c

3 Atque illi quidem, cùm tempus ſignaſſent viſionis, propterea quòd eſſet admirabile ſpectaculum, domum redierunt; & ſe, quod natum fuerit, Deo eſſe dedicaturos profeſſi ſunt. Paullò pòſt autem vteri quoque tumor conceptum confirmabat, & Dionyſiæ animus implebatur lætitiâ. Deinde cùm eis natus eſſet puer *d* quarto conſulatu Gratiani, eum quidem congruenter viſioni nominant Euthymium. Viſionem autem res quoque eſt conſecuta, & componi cœpit bellum aduersùs Orthodoxos, & à difficili tempeſtate iam reſpirabant Eccleſiæ & ver illuceſcebat pietatis; & ad tranquillitatem res triſtes eis conuertebantur. Nam cùm tempore Conſtantij Eccleſias vexaſſet perſecutio, & tempore Iuliani Tyranni, vt iam diximus, & Valentis, qui fuit Imperator Orientis; non minùs quàm *e* quadraginta annos Ariani ingentes efflaſſent ſpiritus aduersùs pietatem; Euthymio iam nato, cui à tranquillitate meritò nomen eſt impoſitum, compoſitæ & ſedatæ fuerunt res omnes triſtes Eccleſiarum. Valens enim, cùm nondùm aduenifſet *f* quintus menſis poſt ortum Euthymij, exercitum ducens aduersùs barbaros, qui ſecurè vexabant & populabantur Thraciam, cæſis eius copiis, ipſe quoque eas poſteà luit pœnas, quas eius merebatur impietas. Ad quemdam enim vicum fugientem, qui erat circa Adrianopolim, incurſiones facientes Barbari, eum turpiter capiunt, & vnà cum vico incendunt, *g* hîc ignem, qui eſt ad tempus, accipientem, veluti procœmium ignis, qui eſt illic futurus.

d *naſcitur,*

e

f *Valente mortuo.*

g

4 Tertio autem pòſt anno, Paulus quidem Euthymij pater è vitâ excedit; ſola verò cum filio mater viduaque relicta, filium adducens, accedit ad fratrem Eudoxium, quem quidem *h* Otreïus, qui Melitenenſi præerat Eccleſiæ, ſuum fecerat *i* confeſſorem; & cùm ante eius genua poſuiſſet puerum, vehementer orabat, lacrymas emittens ex oculis, & eas eſſe credens validum medicamentum perſuaſionis: rogabat autem, vt & infantis & ſui miſereretur, & ad Otreïum puerum adduceret, & ei pro patre offerret. Atque mater quidem vidit ſuam petitionem ſibi ſucceſſiſſe ex ſententiâ: & puer fuit oblatus Otreïo, & per eum Deo, ſicut diu antè ab Annâ Samuel.

h
i
Otreïo Epiſcopo offertur.

5 Cùm autem eum vidiſſet Otreïus, non ſolùm adſpexit, ſed etiam animi profundum ſimul ſubiit, quaſdam etiam eius paullò ſecretiores motiones, quoad eius fieri potuit, acutiſſimè coniectans. Cùm verò de matris ſterilitate audiuiſſet, & de diuinâ apparitione, & quem admodùm opus precationis fuerat eius conceptio; & quòd antequàm naſceretur, parentes eum Deo dedicauerant, fuit futuri verus Propheta, Et re verâ, inquit, requieſcet Spiritus Dei ſuper hunc puerum: Deinde cùm eum baptizaſſet, & pilos, qui ex lege tondentur pueris, totondiſſet, in gradum Lectorum eum cooptat. Atque matrem quidem Dionyſiam, vt quæ diuinis vacaret aſſiduè, Diaconiſſam ordinat ſuæ Eccleſiæ. Cùm autem puerum adoptaſſet, non ſolùm ei fuit nutritor & pædagogus, ſed etiam pater & mater, quod attinet ad affectionem; non eo nomine magis puero quàm ſibi gratificans, & talis pueri curam gerere cupiens. *k* Cùm itaque Euthymius ſic ab ineunte ætate Deo fuiſſet conſecratus, & in Eccleſiaſticum ſacrum catalogum coptatus; ſtatim conſequenter Theodoſius ille Magnus potitur imperio, & ſic vno & eodem tempore Deus admirabiliter & præter opinionem, tam ciuilibus rebus quàm Eccleſiæ pacem conciliat; illis quidem præbens Theodoſium,

Fit Lector, mater diaconiſſa,

k
Theodoſio Imperatore.

dosium, his verò largiens Euthymium; adeò vt in eis consequenter res quoque conuenirent nominibus.

a *Iunij 26. anno Christi 363.*

b *Cùm octo ferè mensibus Iouianus regnasset; ab huius successore Valentiniano Valens frater ad Imperium assumptus est 29. Martij an. 364.*

c *Eius sub Decio peractum Melitenæ martyrium dabimus 13. Februarij. De ipsâ Melitene vrbe plura reperies 10. Ianu. ad S. Dometiani Episcopi vitam.*

d *Anno 377. Coss. erant* Gratianus Aug. IV. & Fl. Merobaudes.

e *Obiit Constantinus Magnus an. 337. ipso die Pentecostes; cui Constantius in Oriente succedens, mox se hæresis Arianæ fautorem professus est.*

f *Fortè* decimus quintus *legendum; sicq; Iunio mense natum dicemus. Interiit Valens V. Idus Augusti, an 378. cùm eo anno ipse sextùm Consul esset, Valentinianus secundùm, vt scribunt Idatius in Fastis, Socrates lib. 4. cap. vlt. Ammianus lib. 31. aliiq; ast anno præcedenti S. Euthymium natum fuisse manifestum est, & quidem Indictione V. cuius residui erant menses aliquot, ad Septembrem vsque, quo & VI. Indictio & annus apud Orientales inchoabatur. Hinc quæ post Septembrem inchoatum facta, ad sequentem annum Euthymij referuntur.*

g *Breuiùs reliqua Græcè:* Προοίμιον ὥσπερ ϖῦρ ἐκεῖθεν πυρός. Veluti proœmium ignis futuri.

h *Interfuit Otreius Synodo Constantinopolitanæ Oecumenicæ II. & Macedonianam hæresim cum aliis Episcopis condemnauit ann. Chr. 381.*

i *Græcè* σύνεδρον. *Perperàm in Surio excusum Confessorem.* Consessorem *vertit Heruetus; rectè.*

k *Infrà num. 109. hæc sic efferuntur:* Tres autem annos natus, Deo fuit consecratus, in principio scilicet magni Theodosij. *Est hic assumptus à Gratiano in communionem Imperij 14. Febru. anno 379. Indictione VII. ideoq; is tertius annus Euthymij censebatur.*

CAPVT II.

Studia. Sacerdotium. Vita Anachoretica.

6 PRocedente autem tempore, cùm iam excessisset ex infantiâ, litterarum magistris eum tradit Episcopus. Illi autem erant *a* Acacius, & *b* Synodius, qui propter nobilitatem & prudentiam & moderationem clari erãt in choro Lectorum, & in diuinis scripturis rectè exercitati, & neque externam neglexerant eruditionem: qui post multa propter Christum suscepta certamina, Melitenensis Ecclesiæ administrationi seorsum & suo tempore ambo præficiuntur: quorum multarum rerum gestarum præclaris narrationibus in hodiernũ vsque diem iucundissimè recreatur ciuitas Melitenensis, vt quæ & Ecclesiæ præfecturæ, & animarum curæ verè conueniant. Puer itaque his traditus, cùm vberem doctrinæ sementem in animi sinus accepisset, breui fructus plurimum & supra ætatem produxit. Nam in diuinis quidem versãbatur scripturis, studioseque ac diligenter eis dabat operam. Quando autem alicuius ex viris antiquis & diuinis, eas inueniebat facere ad virtutem mentionem, eum venabatur Euthymius studiosissimè & diligentissimè, ipsumque eius viri statim tenebat desiderium, & ad illius similem accendebatur æmulationem. Talis est bona anima & honesti studiosa, si vel virtutis modicam acceperit occasionem; nempe id quod nouacula ad cotem, torris ad ignem, equus in campo, vt vulgò dicitur: adeò, vt omni tempore Euthymio opus adesset, cuius magno studio tenebatur: nempe vt perlegeret libros diuinarum scripturarum, & vim eorum, quæ eis insunt, mandaret memoriæ.

a b *Studet literis,* *& sacra Scripturæ:*

7 Porrò autem fuit etiam æmulator morum Acacij præceptoris, & eos imitabatur pro viribus; vt non solùm eius doctrinæ, sed etiam factorum se esse ostenderet discipulum; & quomodò sermocinanti aures, ita etiam facienti pulchrè ac studiosè oculos accommodaret: cibo quidem vtens, non vario & composito & superuacaneo, sed minimè curioso, & necessario & simplici: lautas autem & magnificas delicias animæ apponebat in eloquiis spiritus. Et diuinum quidem Ecclesiasticæ regulæ officium, attentâ mente & cum cordis contritione, præfinitis peragebat temporibus; non risui & susurris, sicut multi, animum adhibens, sed vt qui adstaret ante oculos communis Domini & Regis omnium, & coràm cum eo loqueretur.

Magistri mores imitatur, *pius in precibus,*

8 Eo autem tẽpore quod intercedebat, domi otium agens, non otioso alicui sermoni & inanium rerum meditationi erat intentus; sed Dei legem diu noctuque meditabatur, & fructum suo tempore afferebat, sicut arbores, quæ sunt plantatæ iuxta aquas, vt habetur in Psalmis. Erat itaque tempus iræ & excandescentiæ: ille autem mansuetudinem producebat & caritatem. Aderat rursus tempus gelæ & deliciarum: illi autem fructus egregius erat continentia. Et inanis quidem gloriæ cogitationes, animi moderatione; multarum autem rerum cupiditatem, voluntariâ paupertate vincebat: & sic vnaquaque virtute contraria fundebat & profligabat vitia.

Strenuus in exercitatione virtutum. Psal. 1. 3.

9 Cùm sic autem fuisset educatus & institutus, & processisset per omnem graduum consequentiam, ab eo qui tunc erat Episcopus Melitenes, inuitus, eum tradente virtute, Sacerdos ordinatur, & eius fidei committitur cura monasteriorum, & ascetericrum, quæ erant in ciuitate. Sed quoniam quietis & silentij eum ab ineunte ætate magnum tenebat desiderium, veniebat assiduè ad diuini Martyris Polyeucti *c* ædem, atque ad *d* Triginta-trium sanctorum Martyrum, & longissimo tempore in iis versabatur. Porrò autem ab ipsâ quoque ciuitate omnino secedebat *e* post magnam luminum festiuitatem; & honorato dies ieiuniorum in monte propinquo transigebat, qui tunc quidem erat solitudo, & mons Assumptionis vocatus fuerat ab accolis; nunc autem est monasterium non indignum admiratione, quod est ædificatum proximè ciuitatem.

Fit Sacerdos: *præficitur monasteriis:* *c d* *in solitudinem secedit:* *e*

10 Cùm hæc ita se haberent, & ita diu antè esset quietis amator Euthymius, quod eius intus compositum & tranquillum indicabat animum; ratus curam monasteriorum sibi ad virtutem afferre impedimentum, fugæ ita vt erat se mandat, & clàm ex vrbe egressus ætatis suæ anno vicesimonono, ad adoranda sacra & veneranda loca prõpto & alacri animo vadit Hierosolymam. Cùm autem conuenissent Patres qui erant in solitudine, & didicisset institutum vitæ vniuscuiusque, euadit eius impetus acrior, & quocammodò pennis in altum tollitur; & similis vitæ degendæ vehementiori punctus stimulo, illinc peruenit ad *f* Pharam Lauram, quæ sex milliaribus distat *g* Hierosolymis. Et cùm extra Lauram inuenisset quamdam cellam, quæ erat valdè apposita ad quietem & silentium, illic de cetero versãbatur, palmarum quidem ramos in eâ texens, sibi & egentibus suos labores communes efficiens: vt non solùm neminem grauaret, ad aliorum manus non respiciens; sed etiam Deum coleret, & cùm ipse esset potiùs manus aliis, ab omni autem curâ rerum terrestrium animum liberasset, se ita comparat, vt omnino dependeat à spe futurorum bonorum.

clàm abit Hierosolymam: *f* *g* *habitat iuxta Lauram Pharan:*

11 Erat autem quidã ex eius vicinis, nomine *h* Theoctistus, qui eamdem vitam quam ille exercebat, & idem sibi vendicabat institutum. Amor verò rerum similium, & laborum societas, ita eos colligauit vinculo caritatis, & vsque adeò sunt inter se contemperati dilectione spiritus, vt vterque eorum esset positus in animâ alterius, & quæ alter eorum sentiret, ea etiam cordi essent alteri. Cùm ergo esset tam fraternus inter eos consensus, in *i* Cutilæ solitudinem quotannis abibant, octauo die post festum luminum; separati quidem ab omni humanâ consuetudine, cum Deo autem solo versantes per precationem, & totum tempus, quod intercedebat, transigentes in solitudine, donec aduenisset dies festus Palmarum. Tunc enim vterque reuertebatur in cellam, magnas virtutis afferentes diuitias, quas erant oblaturi Christo resurgenti, auro longè pretiosiores, quod ei nato Magi obtulerunt. Morum autem benignitate & simplicitate & insigni humilitate magnus excellebat Euthymius: & ideò indies ei crescebat ad Deum fiducia, & abundantiorem gratiam euocabat Spiritus.

h *cum S. Theoctisto in eremum quotannis secedit.* *i*

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

a Acacius *Epiſcopus Melitenæ, interfuit Synodo Epheſinæ Oecumenicæ III. contra Neſtorium an. Chr.* 431. *de cuius zelo infrà num.* 54. *Alius eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus* Acacius, *ſed annis centum prior, colitur à Græcis* 31. *Martij.*

b Synodius *ſucceſſerit* Acacio *in Epiſcopatu Melitenenſi; Illi* Conſtantinus, *qui ſubſcripſit Synodo Chalcedonenſi Oecumenicæ IV. an. Chr,* 451. Synodij *mentio fit infrà nu.* 41. & 54.

c *Græcè eſt σημεῖον, quod locum ſacrum ſignificat. Heruetus* monaſterium *vertit.*

d *De his agemus* 7. *Nouemb. Dux eorum* S Hieron *fuit. Templum iu ibidem erexiſſe Chryſaphius dicitur, in eorum Actu. Diuerſum id à* S. Polyeucti. *Heruetus vnum fecerat, ita hic ſcribens:* & longiſſimo tempore in eo verſabatur. *Græcè eſt: καὶ τὸν πλεῖστον αὐ αὐλοῖς διέτριβε χρόνον.*

e *Infrà num.* 11. & 105. Octauo die poſt feſtum Luminum abit in ſolitudinem. & *num.* 68. & 103. *poſt* diem octauam ſanctorum Theophaniorum. *Hanc Euthymij piam ſecedendi quotannis in loca deſerta conſuetudinem ſunt imitati SS. Sabæ, Geraſimus, Quiriacus, Zoſimas, de quo* 4. *Aprilis, aliiq; eius collega.*

f *Meminit huius Laura iterum Cyrillus num.* 12. 41. 119. & 154. *Ioannes Moſchus in Prato ſpirituali cap.* 40. 41. 42. & 139. *nonnullorum huius Laura monachorum virtutes deſcribit. In eâ ipſe decem annis vixit.*

g *Versùs orientem, viâ Hierichuntinâ.*

h *De* S Theoctiſto *agemus* 3. *Septembris. Obitus eius deſcribitur infrà cap.* 17.

i *Græcè* Κωπλά. *Lipomanus, & Surius* Catilæ, *infrà tamen nu.* 94. *etiam* Cutilam *vocant. Ioannes Moſchus cap.* 53. Κοθυλᾶν, *vbi vertitur* Tuthelam, *quò* circa mare mortuum ſenex è monaſterio S. Sabæ deſcendiſſe *dicitur. In Vitâ S. Theodoſij Cœnobiarchæ* 11. *Ianuarij num.* 26. Κωπλᾶ Gutilla *vertitur; vnde ad* ripas lacus Aſphaltidis, *ſeu maris mortui, peruaſit. Inſ*[illegible] *num.* 94. *ſolitudini* Ruban *coniungitur, de qua cap.* 5.

CAPVT III.

Receſſus in ſpeluncam. Cœnobium S. Theoctiſti extructum.

a Cum eo habitat in ſpeluncâ:

12 CVm autem quinque annos tranſegiſſet in Pharan, illinc *a* recedit cum Theoctiſto, conſueto eis tempore receſſus: & accedentes per ſolitudinem, ad præcipitem quemdam & profundum torrentem, offendunt magnam quamdam ſpeluncam ad Boreale torrentis præcipitium, veluti tracti à quadam manu deducente. Eâ ergo de cauſâ lætati animis, & rati non hoc eis oſtendi ſine Dei numine, illic ſuam faciunt habitationem: quod quidem cùm eſſet priùs ferarum refugium, ſacrum templum poſteà factum eſt & *b* Sanctorum habitaculum. Atque diu quidem latuerunt in ſpeluncâ: nec vllus ad eos accedebat, nec aliquid eis impertiebat, quod eſſet ad vſum neceſſarium, ſed ſolis, quæ propè natæ erant, herbis, vt licebat, alebantur. Cùm autem celari illorum virtutem Deus non ampliùs ſuſtinuiſſet, (quomodò enim, cùm nec horti clauſi, nec fontis ſignati ad multos redeat vtilitas?) ſed vellet potiùs eos aliis quoque eſſe cauſſam ſalutis, & copioſum aliquod bonum & in commune vtile, hoc in eos vtitur conſilio & prouidentiâ.

b herbis vi-ctitat:

c deprehenditur à paſtoribus:

13 Quidam ex *c* Lazarij paſtoribus adducunt aliquãdo oues ad torrentem, & cùm obtutum in ſpeluncam immiſiſſent, vident eos imminentes capiti. Repentino autem & non ſolito territi ſpectaculo, ij quidem ſe protinus in pedes coniicientes, fugiebant; illi verò eis timorem dementes appoſitiſſimè, voce quàm potuerunt benigniſſimâ & leniſſimâ, Ne timeatis, ô fratres, dicebant, ne timeatis. Nam nos quoque ipſi ſumus homines, etiamſi propter peccata noſtra præſentem locum habitare conſtituimus. Tunc autem paſtores auſi ad eos aſcendere: & ingreſſi ſpeluncam, quam ipſi habitabant, cùm nihil inueniſſent eorum, quæ ſunt vtilia corpori, reuerſi ſunt valdè admirantes, & ſuis ſingula aperuerunt. Deinde verò non ceſſarunt de cetero incolæ Lazarij eis miniſtrare, quæ ſunt neceſſaria, Deo ſic ſapienter & benignè diſpenſante, vt ipſi quoque ea haberent, quibus opus habebant ad vſum corporis, & iis qui ea impertiebant, darent id quod eſt longè melius, nempe ſalutem animæ.

c Lazarii victui neceſſaria accipit:

14 Cùm autem de iis quoque quæſiiſſent Pharan habitatores, & didiciſſent vbinam habitarent, aſſiduè ad eos ventitabant. Et primùm quidem duo ex Fratribus ad eos accedentes, Marinus & Lucas, non ſunt ampliùs reuerſi: ſed à verbis eorum & virtute capti, tamquam ab aliquibus, ſed minimè fallacibus, ſirenibus, ſe ipſis tradunt tamquàm patribus, & animarum curatoribus. Quos cùm ſupinis manibus magnus excepiſſet Euthymius, exercitationis monaſticæ inſtitutum eos tam pulchrè docet, vt iidem quoque tempore, quod eſt conſecutum, in locis quæ ſunt circa vicum *d* Metopa, clari extiterint, & monaſteria conſtruxerint; & magnum illum *e* Theodoſium, qui fuit princeps & auctor cœnobiorum quæ ſunt in ſolitudine, ad monaſticam perduxerint perfectionem. Cùm talis fama Euthymij breui tempore in omnem partem peruaderet, multi ad ipſum, tamquàm ab aliquo commoti vnguenti odore, quotidie confluebant: & rogabat vnuſquiſque eorum, vt cum ipſo habitare ſibi liceret, & ſub eo duce viuere, & animam componere, vtque doceretur ea quæ ſunt ſpiritalia. Sed ille volens habere purum & immixtum bonum quietis ac ſilentij, omnem eorum, qui adueniebant, curam Beato commiſit Theoctiſto. Ille autem, qui ei numquàm recuſabat parere, protinus quidem mandatum accipit; omnia verò adminiſtrabat ex ſententiâ Euthymij.

d

e

iis Theoctiſtum præfecit:

ædificat cœnobium:

15 Deinde autem in loco quoque ad habitandum conſtruendo occupabantur, & in animo habebant in ſpeluncâ conſtituere Lauram, ad figuram Pharan: ſed quæ loco inerat aſperitas, & quòd is eſſet propemodùm inuius, non ſinebat in eo aliquam conſtituere Lauram: ſed in ipſo aditu præcipitij cœnobium ædificant Fratribus, & ſibi ſpeluncam tranſmutant in eccleſiam: in quâ in quiete & ſilentio magnus aſſidens Euthymius, erat curator animarum, & earum quas à vitiis accipiunt, plagarum & vulnerum, à quibus ſæpe malè afficiuntur, medicus peritiſſimus. Quotidie enim ad eum accedentibus Fratribus, & ei cogitationes aperire non verentibus, *animos ſuorum curat:* dabat vnicuique conueniens malo medicamentum: quę quidem experientiâ & prudentiâ & egregiâ diſcernendi ſcientiâ apud ſe collegerat, adeò vt in eo propemodùm impleretur illud diuini Hieremiæ: Probatorem te dedi populi mei: & dum tu probas, cognoſces viam eorum. Ierem. 6. 27.

16 Certè ſæpè etiam admonebat paternè, & communiter cum eis diſſerebat, dicens oportere quidem eos, *inſtruit:* qui mundo renuntiant & iis quæ ad mundum pertinent, vbique curam gerere obedientiæ & humilitatis, & propriam non ſequi voluntatẽ, & in votis ſemper habere mortem, & ſupplicium quidem perhorreſcere, regnum autem cælorum deſiderare; & ſe omni tempore dedere laboribus, manuumque artificio & operationi, & maximè quidem, ſi is eſt iuuenis, & cuius appetitio & impetus moueatur ab ætate. Tunc enim oportet præter aliam eius cuſtodiam, corpus quoque exercere multâ afflictione, vt pareat rationi, & feruor flacceſcat iuuentutis: & vt Pauli imitatores, & diuinarum eius legum ſimus adimpletores, non otij crimen ſolummodò vitantes; ſiquidem ne alimento quidem eum dignum iudicat, qui eſt adeò hebes & negligens: Ocioſus enim, inquit, ne comedat quidem; ſed eaſdem quoſque quas ille, manus habentes. Manus enim, inquit, hæ mihi ſuppeditarunt, & iis qui erant mecum. Eſt enim abſurdum, homines quidem, qui in mundo verſantur, vxorem & filios & totam familiam alere labore ſuarum manuum, & annuum ab eis ſolui tributum: quin etiam ſuorum quoque laborum eos Deo dare primitias, & benefacere pro viribus; nos autem ne alios quidem impertiri fructu noſtrarum manuum.

eos monitis

docet otium vitandũ, 2. Theſſ. 3. 10. Act. 20. 34.

17 Porrò autem hæc quoque ex illius præceptis digna ſeruanda ſunt, quæ mandentur memoriæ. Suadebat enim honeſtum amplecti ſilentium in templo Domini, & in ſynaxi Fratrum nihil omnino loqui, cùm ſacra peraguntur myſteria: ſed nec in cœnaculo ad cœnam collectis Fratribus linguam laxare, ſed in vtriſque manere in eodem ſilentio.

ſeruandum ſilentium in templo & triclinio.

tio. Ei autem displicebat, quòd nonnulli ex Fratribus,& maximè iuuenes, reliquis maius & publicum ostenderent ieiunium, & communem soluerent Fratrum regulam, suam sequendo voluntatem & legem. Neque enim ille bonum tubâ cani, neque apertum esse ac publicum, sed quàm maximè fieri poterat, latere volebat. Et ideò dicebat eam esse optimam abstinentiam, quæ præuenit satietatem, & indigentibus adhuc nobis reprimit alimentum: quod quidem est propemodùm minus alimenti sumere, quàm sit opus; clàm autem resistere carnis affectionibus, esse verò armis monachorum omni ex parte securè communitum: ea autem sunt, humanitas, moderatio, meditatio, discretio, & quæ est ex Deo obedientia, & re verâ virtus quæ Deum imitatur. Atque tali quidem à suauissimâ illâ linguâ Fratres quotidie fruebantur doctrinâ.

Quæ optima abstinentia.

a *an. Chr.* 411.

b *Græcè* Ἀγγέλων κατοικητήριον.

c *Meminit huius Lazarij Palladius in Historiâ Lausiacâ cap.* 103. Lazariotæ *incolæ eius dicuntur infrà num.* 132.

d *Ortelius coniicit circa Arabiam fortè alicubi esse. quò frustrà confugit cùm in eremo Ciuitatis sanctæ manserint, & Iordanem non transierint.*

e *Egimus de eo* 11. *Ianuar.*

CAPVT IV.

Conuersio Aspebeti Ducis filij Terebonis, eiusque familiæ.

18 NObis autem iam deinceps incipit pergere oratio ad res veteris Terebonis: quæ omnes quidem, qui sunt seniores,concordi voce mihi narrarunt; accuratiùs autem ille *a* Terebon, qui fuit nepos huius veteris *b* Terebonis, & præfuit tribui apud Saracenos, & in eis maximum nomen reliquit ad claritatem. Oportet autem ab alto ordiri principium narrationis, vt sic faciliùs possit à nobis perspici oratio. Erat apud Persas quidam Græcus, nomine *c* Aspebetus, qui fuerat Dux tribus Saracenorum. Cùm autem *d* circa finem Regis Isdegerdis mota esset à *e* Magis persecutio aduersùs Christianos;illi ducentes hoc sibi esse magno studio contendendum, vt omnes venarentur Christianos, omnes,quotquot erant, tribuum apud se Præfectos, quin etiam ipsum quoque Aspebetum, vt omnes vias diligenter custodirent, constituunt: vt nullus Christianus posset clanculum confugere ad Imperium Romanorum. Is itaque Aspebetus, videns tantam in Christianos incursionem & insaniam, & motus misericordiâ eorum calamitatis, non solùm non prohibuit quò minùs fugerent, sed eis quoque manum præbuit adiutricem. Quâ de caussâ accusatus apud Regem Isdegerdem, & illius veritus crudelitatem, acceptis protinus suis facultatibus, cognationeque,& puero Terebone, transfugit ad Romanos. Quos cùm accepisset *f* Anatolius, (is enim tunc erat vnus ex Præfectis Orientis) eum collocat in Arabiâ, & quæ illic Romanis suberat, Saracenorum Præfecturam tradit in manus Aspebeto;sic apertè ostendens synceram & omnis doli expertem fuisse eius acceptionem.

Isdegerdes persequitur Christianos:

Aspebetus iis fauet,

fugit ad Romanos:

f præficitur tribui Saracenorũ:

19 Cùm is ergo sic ad Romanos accessisset,eius quidem filius Terebon, cùm esset adhuc impubes, atque adeò verè puer, percussus erat flagello dæmonis, vt qui dexteram partem corporis ex dimidio haberet siccam mortuæque similem, & quæ minimè operari poterat. Hoc autem ei ita se habebat à capite vsque ad pedes,adeò vt cùm pater magnam partem facultatum consumpsisset in medicos, Terebon ex arte illorum nullum acceperit adiumentum. Postquàm verò migrarunt in Arabiam, videt puer in somnis aliquid; & ad visionem expergefactus, eam patri narrat. Ille autem cùm statim puerum accepisset, & multos ex iis,qui eius imperio parebant, barbaris, venit ad speluncam huius Euthymij & Theoctisti. Nam vt eò veniret præcipiebat quæ ei apparuerat visio. Atque Fratres quidem,cùm tantam vidissent multitudinem, inuasit animi angor & metus; neque sciebant, quidnam sefieret. Sed B. Theoctistus cùm illum timorem eiecisset ex animo, audenti animo accedit ad barbaros, & rogat, cuiusnam rei opus eos huc adduxisset. Illi autem, Venimus, dixerunt, ad videndum Euthymium. Beatus verò *g* Theoctistus, At ille, inquit, nunc quiescit & silet, & neque vsque ad Sabbatum venit in alicuius cònspectum, neque ad colloquium cum aliquo. Tunc Aspebetus Theoctisti manus accipiens, ostendit ei filium, qui erat semiaridus,& cuius pars dextera erat veluti mortua. Deinde etiam filio annuit supercilliis. Ille autem incipiens, rem omnem narrat ordine.

Terebonem filium semiaridum ad Euthymium adducit:

Auctore Cyrillo monacho.

g

20 Cùm ego, inquit, in Persidehanc plagam accepissem, multis & medicinæ & magicæ artibus contritus, nihil amplius ex iis fructus percepi, nisi quòd eas solùm damnaui, & in illis nequaquàm possim magnam habere fiduciam. Deinde postquàm in hanc Arabum venimus regionem, hîc quoque rursus cum priori luctabar calamitate, & malis vexabar similibus. Noctu autem apud me aliquando cogitans, & considerans an vsquam ab hoc morbo aliquam inuenirem liberationem; quoniam ab iis,qui erant apud nos, nullam videbam mali curationem, ipse sic mecum colloquebar: O Terebon,vbi nunc sunt, quæ apud Græcos & Persas feruntur medicinæ artes & magicæ, & quæ sunt in his nugæ, & quæ earum vulgò iactatur vtilitas? Vbi sunt autem præstigiæ astrologorum & fabulæ nostrarum superstitionum, & inutiles inuocationes? Sunt omnia re verâ fraudes & risus manifestus: quæ nihil, inquam, possunt efficere absque vniuersorum opifice & Domino. Cùm hæc ergo apud me dixissem,& differuissem, Deum rogaui vehementissimè, & ab eo petij à morbo liberationem, & me ei vicissim esse relaturum vitæ mutationem, & me Christianum futurum sum pollicitus.

cui antè superstitionum & præstigiarum magicarum vanitatem damnanti,

pollicitus medicinã s

21 Intereà autem dum hæc fierent, & Deo hoc modo essem supplex, paullatim in somnum deductus, mihi videbar videre quemdam monachum, cui barba prominebat hispida, qui que iam senescebat, & canis erat conspersus, me roganrem, quisnam esset morbus, & scisciantem quidnam mali nobis incubuisset. Cùm ego autem ei morbum ostendissem, ille, Implebísne, inquit, quæcumque Deo es pollicitus? Deinde cùm ego rursus promisissem,me prompto & alacri animo omnia impleturum; Ego sum, inquit, Euthymius, qui ad Orientalem solitudinem habito in torrente, qui est prope viam, quæ tendit versùs Hiericho, decem millibus distans Hierosolymis. Si vis ergo inuenire mali solutionem, veni ad me, & te Deus per nos sanabit. Hæc cùm in somnis vidissem, & essem excitatus, patri statim narraui, & ecce omnibus postpositis, vt iussit visio, huc nunc venimus: teque valdè & enixè rogamus, vt nobis ostendas eum, qui per visionem nobis fuit indicatus, verè diuinum & admirabilem medicum.

apparuit Euthymius,

22 Hæc cùm Beatus audiisset Theoctistus, & visionem vt apertum Dei gratiæ indicium esset admiratus, Euthymio interrumpit quietem ac silentium,& ei omnia recensetordine, pueri morbum, medici carentiam, promissã communi Domino ab eo facta,somnum illum, visionem ostensam; &, vt semel dicam, narrat singula. Ipse autem cùm sibi quoque persuasisset eam rem diuino quodam geri consilio, statim descendit ad Barbaros: cumque vehementer orasset pro puero, & ei figuram Crucis imposuisset, non aliquo opus habuit tempore, neque vt in oratione diutius perseueraret; sed eum valentem & omnino sanum statim efficit.

quam confert oratione & signo Crucis,

23 Stupent barbari id quod factum fuerat, & citiùs quàm eius qui laborabat, corpus,eorum quoque curantur animæ; vel potiùs animæ sanitatem communiter accipiunt, & fiunt statim fideles. Quocircà proni humi cadentes, rogant illam sanctam animam, vt Christi obsignentur signaculo, & partem Christianorum consequantur & nomen.

& comites conuertit ad fidem,

24 Non erat omnino viri pij & Deum amantis, cun-

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

ctari in rebus huiuſmodi. Neque ergo fuit Euthymio in his rebus vlla cunctatio. Sed cùm vidiſſet eos corde potiùs quàm ore ſacrum baptiſma poſtulantes, iubet paruam piſcinam fieri in quodam angulo ſpeluncæ: quæ quidem conſiſtit vſque in hodiernum diem. Cumque dixiſſet preces, quæ dici conſueuerunt, & quæ lex in his poſtulat, feciſſet omnia, primùm quidem baptizat Aſpebetum, eum Petrum nominans, deinceps autem Marin, fratrem vxoris Aſpebeti, ambos claros genere, & ingnes diuitiis, vel diuitias potiùs ornantes prudentia & virtute, vel potiùs ipſis diuitiis vtentes pro cauſsâ & inſtrumento exercendæ virtutis; deinde autem Terebonem, & poſt ipſum reliquos. Quos cùm quadraginta dies apud ſe detinuiſſet, & monuiſſet, pietatemque ac religionem accuratè docuiſſet, & omnibus modis ea firma ac ſtabilia reddidiſſet, quæ pertinent ad ſalutem, eos dimittit in pace: ſed non ampliùs Agarenos, nec Iſmaëlitas; ſed à Sarâ oriundos, & certos heredes promiſſionis per diuinum baptiſmum.

baptizat;

in iis Marin eius auunculũ, qui mox monachus

25 Maris autem, qui fuit Terebonis auunculus, non ampliùs voluit retro adſpicere, neque ampliùs omnino ſuſtinuit diſcedere à monaſterio. Sed cùm ei omnes conſecraſſet facultates, & parui feciſſet quæcumque ſunt in mundo, nec generoſo & excelſo animo dignum eſſe duxiſſet deſiderium, quod in ea confertur, ſoli Deo adhæret, & per totam vitam ſub eo viuere ſtatuit, magno duce & præceptore vtens.

a *Huius natiuitas indicatur infrà num.* 62. *fuit Hegumenus inferioris monaſterij S. Theoctiſti.*

b *Prater ea, quæ de eo hoc capite referuntur, iterum de eo agitur num.* 62. 78. *&* 97.

c *Hic mox in baptiſmate* Petrus *appellatus, & deinde pleniſſimè Chriſtiana fidei dogmatibus eruditus Epiſcopus Saracenorum factus eſt num.* 39. *& Synodo Epheſina interfuit, num.* 55.

d *Marcellinus in Chronico, Theodoſio IX. & Conſtantio III. Coſſ.* In Perſide in Chriſtianos perſecutio deſæuit. *Is erat an. Ch.* 420. *Theodoretus lib.* 5. *cap.* 38. *ait:* Per idem tempus *(quo Theodotus Patriarcha Alexandro Antiochiæ ſucceſſit, quod VIII. Ianuarij in Vitâ S. Attici diximus factum an. Ch.* 420. *& hinc confirmatur)* per idem *ergo* tempus Iſdigerdes Rex Perſarum perſecutionem contra Eccleſias concitauit; *aut potiùs eo ſenio morbiſque languente Magi illam concitarunt. Ea ab Iſdigerdis filio Varadane atrociter propagata; quem ideò perſecutionis auctorem ſcribunt Socrates lib.* 7. *cap.* 18. *& Nicephorus lib.* 14. *cap.* 19.

e Magi *hi elementa, & maximè Ignem, inter Deos cenſebant. Hanc autem perſecutionem excitarunt acti in furorem propterea quòd* S. Audas *πυρεῖον, ſiue templum Ignis, diruiſſet, vt* 16. *Maij diximus, & narrant Theodoretus & Nicephorus.*

f *Hic Anatolius* Dux Orientis *Procopio lib.* 1. *belli Perſici, at* Prætor Orientis *Theophani lib.* 14. *cap.* 8. Legatus à Theodoſio miſſus eſt ad Varadanem Regem Perſarum, *cùm bellum Romano Imperio intuliſſet.*

g *Hic S. Theoctiſto defuncto huius cœnobij Hegumenus fuit, vt infrà num.* 102.

CAPVT V.

Fuga in ſolitudinem Ruban, tum in Ziphon. Aliud monaſterium conſtructum.

Euthymius agros plures ſanat:

26 CVm autem miraculũ eſſet diſperſum per multas partes ſolitudinis, multi, qui morbis laborabant & ægritudinibus, ad diuinum Euthymium vndequaque confluebant: & ſic ſine mercede, promptamque ac facilem colligẽtes curationem, læti reuertebantur. Quamobrem ſic breui per totam clarus euaſit ſolitudinem, vt nec eius quidem nomen tota caperet Palæſtina; ſed tranſiret etiam ad eas, quæ erant circumcircà, Præfecturas, & in eis valdè celebraretur. Quod alij quidẽ fortaſſe fuiſſet voluptati, Euthymio autem valdè veniebat in mentem ſuccenſere & ægrè ferre: non ſolùm quòd humanam auerſaretur gloriam, ſed etiam quòd prioris meminiſſet quietis & ſilentij, & quemadmodùm in eo eſſet indiuulſus & ab omni tumultu alienus. Et ideò ſtatuit ad Ruban ſecedere clanculùm.

aliò fugam adornat:

eam diſſuadente Theoctiſto differt.

27 Sed diuinus Theoctiſtus cùm eius rei, quam cogitabat, ſenſum neſcio quo modo accepiſſet, & hoc Fratribus ſignificaſſet; & omnes congregat, & preces adhibet communes & vehementes, vt miſereatur eorum orbitatis; & non ſic deſpiciat gregem, quem ipſe conſtituit, qui poſt eius receſſum erat miſerè dilacerandus à communi hoſte omnium. Hæc dixit, & perſuaſit, ne in præſentiâ diſcederet, nec eos relinqueret.

Abit in ſolitudinem Ruban:

28 Sed cùm poſteà eum vehementiùs inuaſiſſet amor quietis & ſilentij, nec ſciret quid ageret, quodam ſecum aſſumpto, cui nomen quidem erat [a] Domitianus, qui erat quidem genere Melitenus, virtutis autem amator non negligens, vnà cum eo egreditur, cùm id nemo ſenſiſſet, & in ſolitudinem [b] Ruban, quæ vergit ad Auſtrum, venit, iuxta mare mortuum: & deinde in altum quemdam mõtem & remotum ab aliis montibus aſcendit, qui appellatur [c] Marda, tranſmigrans in montes ſicut paſſer, vt ait diuinus Dauid, & arcus fugiens peccatorum. Quo quidem in monte cùm inueniſſet puteum, & humi iacta ædificia, templumque excitaſſet, & erexiſſet altare, quæ quidem adhuc ſtant in [d] hodiernum diem, in eo quidem verſatur aliquo tempore, ea quæ ſunt corpori neceſſaria, ex iis, quæ ſunt illic, [e] herbis comparans, & tamquàm mensâ ſplendidâ eis vtens.

a

b

c Pſal. 10. 2.

d *in monte templum excitat:*

e 1. Reg. 24. 1.

29 Deinde cùm eum quædam ſubiiſſet cogitatio ingrediendi in [f] ſolitudinem Ziphon, quæ eſt propè vicum Ariſtobuliadem (ad videndum, inquam, illas [g] ſpeluncas, quæ olim Dauid acceperunt, cùm eum perſequeretur Saul) ei paret. Cumque veniſſet, & locus ei placuiſſet, illic conſtruxit monaſterium. Cauſam autem prætermittere, quæ fuit conſtruendi eius monaſterij, damnum fuerit piis.

f

g *ſecedit in ſolitudinẽ Ziphon:*

energumenum, eius nomen inclamantem,

30 Cuiuſdam in vico Ariſtobuliade grauiter laborabat filius, & à malo vexabatur ſpiritu. Cùm ſic autem laboraret, & ab immani vexaretur dæmone, Euthymij nomen clarâ voce clamabat: clamabat verò per ſe, non ſuâ ſponte, ſed is qui tyrannidem in eum exercebat, apertè cogebatur. Videntes ergo parentes, & qui ad eum genere attinebant, eum ſic ſemper in linguâ habere nomen Euthymij, & maximè quando ille execrandus eum inuadĕret vehementiùs, quiſnam eſſet hic Euthymius, obeuntes interrogabant, & quemadmodùm de eo aliquid ſcirent, maximè erant ſolliciti. Cùm in illo autem inquirendo non multum laboraſſent, (illius enim famâ & nomine iam plenus erat orbis terrarum) audiunt eſſe inter [h] Parabarichos & Ariſtobuliadem. Accipientes itaque puerum, ad eum ſtatim iuerunt. Vbi autem procul adhuc procedentibus ille adoleſcenti euadit manifeſtus, cùm veluti præſenſiſſet is, qui in eo habitabat ſpiritus, boni Spiritus operationem qui inhabitabat in Euthymio, fugam ſpectauit: non ſecùs atque timidi & puſilli animi hoſtes, qui nec adhuc quidem ad eos accedentes armatos expectant milites, ſed excedunt antequàm manus conſerant. Adoleſcentem itaque cùm repentè torſiſſet & diſcerpſiſſet, euanuit. Oportebat enim malum malè facere, & furioſum & conturbatum ſuum diſceſſum oſtendere. Poſtquàm autem ille receſſiſſet, cernebatur homo modeſtus & ſanæ mentis; alterius, non illius, eſſe ſignificans eam, quæ præceſſerat, tempeſtatem & graues fluctus.

h

eminùs liberat.

Conditur ei monaſterium.

31 Cùm breui autem miraculum totam peruaſiſſet ſolitudinem, ex ipsâ Ariſtobuliade, & iis qui circumcircà erant vicis, ad eum frequentes cõcurrunt, & ei [i] monaſterium conſtruunt: in quo etiam multi pij ac religioſi ſtatuerunt permanere, Deo deſuper eis ſuppeditante ea, quæ erant ad corporis vſum neceſſaria.

i

Cum feris degit illius:

32 Non ſolùm autem eæ feræ, quæ percipiuntur intelligentiâ, ſpiritus, inquam, maligni, ita erant ei ſubiecti; ſed etiam cum his ſenſilibus, tam quæ ſunt carniuora, quàm quæ venenata, in ſolitudinibus conuerſans, & cum eis habens conſuetudinem, nullas vnquam ab illis ſenſit inſidias, neque damnum vllum accepit. Neque verò his non eſſe credendum exiſtimet aliquis, qui ſciuerit quàm ſit res inexpugnabilis virtus boni ſpiritus, & quæ poſſit omnia facilè facere miracula. Ei quod dico, fert teſtimo-

teſtimonium mare, quod virgâ ſcinditur, & ſol qui ſolo iuſſu ſiſtitur & ne vlteriùs progrediatur arcetur, ignis qui in rorem conuertitur,& quęcumque alia præter opinionem facta ſunt miracula.

33 Fit autem aliud quoque in eâ Ziphon ſolitudine, dignum & mente eius qui fecit, Euthymij, & perfectâ pietate. Nam cùm inueniſſet quoſdam, qui Manetis laquoſdam Manichæos conuertit. borabant inſaniâ,& ſui morbi ſemper aliquam faciebant acceſſionem, quòd nullus accederet, qui eſſet ad morbum curandum idoneus; cùm ſe dediſſet viſitationi eorum, qui tam malè laborabant, & ſe eis aptiſſimum præbuiſſet medicum, tanto eos aggreſſus eſt artificio, & vt à morbo diſcederent (idem eſt autem dicere, hæreſi) veriſſimè effecit, vt illius quoque patrem Manetem apertè abdicarent, & claro ſubiicerent anathemati, & fierent ipſi pars Apoſtolicæ & orthodoxæ fidei.

a *Hic deinceps indiuiduus eius ſocius fuit, pluſquàm quinquaginta per annos; & ſeptimo poſt eius obitum die è vitâ & ipſe exceſſit, vt ex ſequentibus, & maximè cap.* 18. *&* 19. *conſtabit.*

b *In hanc ſolitudinem* Ruban *ſapiùs iuit S. Euthymius infrà num.* 77. 84. 95. *vbi* Cutilæ *ſolitudini coniungitur. In hanc etiam ſolitudinem* Ruban *ſeceſſerunt SS. Ioannes Silentiarius, Sabas, Geraſimus, & Quiriacus, vt Acta eorum indicant. Meminit huius ſolitudinis Ioannes Moſchus in Prato ſpirituali cap.* 167. *Ex* Ruban *ad fluuium Iordanem proximè tranſiit S. Sabas. Quapropter prorſus ſolitudinem Ruban ſuſpicamur deſertum, in quo Chriſtus ieiunauit* 40. *diebus & noctibus, quod à recentioribus Deſertum Quarantana dicitur. Conſuli poſſunt Adrichomius in tribu Beniamin cap.* 97. *& Quareſmius lib.* 6. *peregrin.* 6. *cap.* 12. *qui tradit ex variis, monachos ad exemplum Chriſti olim ſolitos hic pœnitentiam agere.*

c Mons eſt circa mare mortuum, qui Mardes vocatur, excelſus valdè, *inquit Moſchus cap.*158. Mons Quarantanæ *videtur dici, in quem Chriſtus à diabolo tentante delatus fuit. De eo Quareſmius ſuprà.*

d *Moſchus Cyrillo coæuus teſtatur ſuo tempore ab anachoretis fuiſſe inhabitatum. Et Bonifacius oculatus teſtis refert apud Quareſmium, innumera ibi ſanctorum anachoretarum corpora reperiri, adeò integra, vt nec capillus in capite deſit.*

e *Idem Moſchus* hortum *anachoretarum fuiſſe ſcribit* ad radicem montis, circa maris labium.

f *Ea ſolitudo* Engaddi *dicitur* 1. *Regum* 24. *in cuius ſpeluncâ* Dauid præcidit oram chlamydis Saulis Regis. *Eſt in tribu Iuda, diſtatq; à Bethlehem ſex, à mari mortuo ſeptem circiter milliaria, vt obſeruat Quareſmius lib.* 6. *peregrinat.* 3. *cap.* 10. *Et Adrichomius ſuprà refert* Quarantanæ deſertum extendi vſque ad deſertum Thecuæ & Engaddi.

g *Duas adhuc extare teſtatur Quareſmius, latas palmos* 24. *longas circiter* 50. *in alterâ ſeſe peculiare cauum ait obſeruaſſe, in quo putat latuiſſe Dauidem.*

h *Græcè* Μεταξὺ Βαεληὼν τε καὶ Αελσαβελιάδ.

i *Quareſmius teſtatur, prope ſpeluncas ædificij fundamenta adhuc extare & ciſternam.*

CAPVT VI.

Seceſſus in nouam ſpeluncam. Laura conſtructa.

34 POſtquàm autem hîc quoque rurſus multos vidit confluentes, (ipſa enim ſolitudo erat circumcircà ſepta vicis, & qui erat apud ipſum theſaurus, vocabat amatores harum ſpiritalium & cęleſtium diuitiarum) rurſus accipiens ſuum diſcipulum Domitianum, reuertitur ad Fratres & B. Theoctiſtum: quod quidem non minùs eorum deſiderabatur oculis, quàm aqua æſtate iis qui magnâ ſiti laborant. Cùm autem fuiſſet in quodam loco, qui eſt ad tertium lapidem remotus à cœnobio, & inueniſſet eum rectè ſe habere, ſiue loci ſpectetur natura & poſitura, ſiue temperies, vt qui iucundiſſimo & ſereniſſimo aëre perſpiretur, & ſit omni ex parte quietus & tranquillus; cum diſcipulo illic paruam ingreſſus eſt ſpeluncam, & in eâ eſt verſatus.

Rediturus ad priùs cœnobium,

manet in vicinâ ſpeluncâ.

35 Cùm diuinus autem Theoctiſtus illius didiciſſet aduentum, non ſe ampliùs continere potuit; ſed ad eum proficiſcitur, à vehementi motus deſiderio. Cùm verò lubenter & vidiſſet & viſus eſſet, & ſpiritaliter eum eſſet complexus, nolebat ab eo diſiungi, amoris ineuitabilibus alligatus vinculis, & à non fallacibus Euthymij ſirenibus adſtrictus. Rogabat ergo, vt ad cœnobiu n & Fratres deſcenderet,& communé cum eis vitam ageret, & communiter ſe exerceret. Ille autem cùm quietis & ſilentij magno amore teneretur,in hoc quidem non annuit Theoctiſto; ſed pollicitus eſt ſe ſingulis Dominicis ad eum acceſſurum, & ſe quoque ſynaxi adfuturum.

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

Dominicis diebus venit ad ſynaxin.

36 Cùm autem eius aduentus neſcio quo modo fuiſſet ſignificatus Aſpebeto, qui fuit poſteà cognominatus Petrus, licebat ſtatim videre congregatam Agarenorum multitudinem. Nam cùm ille multos eorum ex omni genere & omni ætate congregaſſet, vt qui ipſe primus bonum guſtaſſet, & ſtuderet vt illi quoque eſſent participes dulcedinis, accedit ad Euthymium. Ille autem,quòd eos adduxiſſet valdè lætatus, cùm & hilaribus eos vidiſſet oculis, & eis de more benè eſſet precatus, adducit ad Fratres & monaſterium. Deinde cùm eos illic baptizaſſet & inſtituiſſet, & ex illo tempore ſeptem dies cum eis eſſet verſatus, cum multis habitare non ſibi ampliùs ducebat tolerabile: ſed quietis & ſilentij, ſicut diximus, magno captus deſiderio, ad conſuetam rurſus redit ſolitudinem.

Baptizat multos Saracenos cũ uerſos à Duce Petro,

37 Cùm ergo Petrus eum vidiſſet & domo carentem,& inopem ſedentem in ſolitudine, pro maximis beneficiis, baptiſmo, inquam, & ſalute, mediocrem vtique referens gratiam, ædificatoribus magnâ mercede acceſſitis, magnam ciſternam duo habentem oſtia fodit in horto, quæ in hodiernum vſque diem foſſa remanet: & panis faciendi officinam apud ciſternam ædificat,& tres cellas conſtruit Euthymio. Inter eas autem excitat etiam oratorium, adeò vt nullius eorum,quę ad vſum pertinebant, egeret Euthymius.

cuius ſumptu ciſterna, cella, templum, ei fiunt:

38 Agarenorum verò multitudo, quæ, vt priùs dixi, fuit ab ipſo baptizata, ſuauiſſimum fluentum ſemper bibere deſiderans,quod quidem apertè erat lingua Euthymij, non ampliùs ne minimùm quidem ab eo diſcedere ſuſtinebat: ſed vehementer cõtendebat vt apud ipſum maneret, & delicias & aquam vitæ,nempe eius percipere orationes. Ille autem ſibi conſeruans indiuiſum bonum quietis & ſilentij, eos quidem non ſinit hîc verſari; ſed cùm eos aliò duxiſſet,& eis templum & tabernacula circumſcripſiſſet,(eſt autem locus inter duo monaſteria) iubet vt ea extruant, prout ſe habet deſcriptionis figura & magnitudo, & in eis habitent. Quo quidem in loco cùm ſibi & domos ædificaſſent, & in eis deinceps perſeueraſſent, aſſiduè magnus ventitabat Euthymius, & quemadmodùm ſe haberent ſemper viſebat. Sciebat enim, quantum ex eo lucri faceret:nec priùs deſtitit hoc facere,donec illorum animas purgauit & exercuit,& effecit vt Preſbytero ſubeſſent & Diaconis. Quamobrem illic lubenter manſerunt non ij ſoli qui fuerunt priores baptizati; ſed etiam multi alij ex iis, qui quotidie ad eum veniebant & baptizabantur.

Agarenis conuerſis oppidum præfixit,

conſtituit Presbyterum,

39 Cùm ergo vſque adeò multiplicarentur filij Agar, & ad veram traducerentur nobilitatem, & in diuerſas excreſcerent copias, mittit diuinus Euthymius ad *a* Iuuenalem Patriarcham Hieroſolymitanum, poſtulans vt eis ordinaretur Epiſcopus. Ille verò mittit ad eum Petrum patrem Terebonis, vt qui eſſet idoneus præeſſe animabus, & deducere ad ſalutem. Petrus ergo ſic quidem primus ordinatur Epiſcopus *b* copiarum,quæ erant in Palæſtinâ. Saracenorum autem multitudo, non ſecùs ac fluuiorum fluenta,affluebat perpetuò: & qui nunc accedebant, adiiciebantur prioribus: & ij omnes ſignati baptiſmi ſignaculo,connumerabantur cum grege Chriſtianorum. Sed de his quidem ea quæ dicta ſunt, ſufficiunt. Nobis autem deinceps eò conferenda eſt oratio, vnde ad hæc dicenda digreſſi ſumus.

a

b

Petrum procurat dari Epiſcopum.

40 Non habebat magnus Euthymius in animo, nec cœnobium, nec omnino Lauram in illo loco conſtruere. Propterea quando aliqui ad eum venerant, ſiue mundo renuntiantes,ſiue aliqua afferentes quæ ad vſum corporis eſſent neceſſaria, ab eo rurſus tranſmittebantur ad B. Theoctiſtum. Cùm autem iam ſupernè diuina ſapien-

3. *Fratres ad ſe venientes,*

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

ter ſtatueret prouidentia, vt hæc habitaretur ſolitudo, vt quæ pulchrè ſciret id quod erat futurum, nempe quòd ea res eſſet futura multis cauſa ſalutis; ad eum accedunt quidam numero [c] tres, fratres ſecundùm carnem: qui germina quidem erant Cappadociæ, educati autem in Syriâ,& in virtute & doctrina ſe illic exercuerant,[d] Coſmas, [e] Chryſippus, & [f] Gabrielius. Is autem faciens vt conſueuerat, nec eos etiam admiſit, & ætatem apertè cauſſans iuuenilem, & mutuum naturæ deſiderium, quod etiam nouit vt plurimùm labefactare conſtantiam exercitationis, & maximè quòd adhuc eſſet Gabrielius adoleſcens & imberbis. Eos ergo his de cauſis nolebat omnino admittere. Eâ autem nocte venit ad eum in ſomnis aliquis, mandans vt & fratres exciperet: Sunt enim, inquit, ab ipſo Deo miſſi; & vt deinceps eſſet paratus accipere quemlibet accedentem & volentem. Manè ergo cùm pulchram illam accepiſſet fraternitatem & cognationem, vt ei iuſſerat viſio, dicit Coſmæ: (is enim erat primus ætate inter fratres) Sic ego quidem feci, vt mihi à Deo iuſſum fuerat, & vos huc introduxi. Nunc autem par eſt, vt tu iuniorem ex fratribus Gabrielium intra cellam contineas, & nequaquàm ei exire permittas. Eſt enim res valdè periculoſa & inſidioſa aliorum oculis muliebris adſpectus, qui eſt adeò læuis & politus. Deindè nonnulla quoque ei aperuit ex iis quæ erant euentura; Non arbitror, dicens, te longo tempore hîc vitam actu-rum: ſed tibi propediem committetur præfectura Eccleſiæ, quæ eſt Scythopoli. Sed hæc quidem facta ſunt propter eorum ſuſceptionem.

[c] *d* *e* *f*

calitus iubetur admittere:

iuniorem ſpecioſum, non permittit è cellâ egredi:

predicit futura.

41 Poſt eos autem ſeipſum permiſit omnibus ingredi volentibus, & erat ad excipiendum deinceps paratiſſimus. Nam excipit quidem quemdam [g] Domnum, ex Antiochenâ quidem ciuitate profectum, patruelem verò Ioannis, qui illi præerat Eccleſiæ. Suſcipit autem tres quoque alios, fratres genere, patriâ Melitenos, conſobrinos illius Synodij, qui cum Acacio nutrierat Euthymium. Erant autem eis nomina, [h] Stephanus, [i] Andreas, & [k] Gaianus. Poſt eos verò [l] Ioannem quoque ex Raitho Preſbyterum, & [m] Anatolium, & [n] Thalaſſium. Deinceps autem Cyrionem quoque quemdam ex Tiberiade, qui ipſe quoque erat Preſbyter templi, quod [o] Scythopoli Martyri poſitum eſt Baſilio. Cùm eos ergo ſuſcepiſſet, Petrum adhortatur Epiſcopum, vt eis paruas quaſdam cellas conſtruat, & eis templum ſcitè adornet: & ſic breui illic Lauram conſtituit, quæ eâ, quæ eſt in Pharan, nihilo erat inferior.

[g] [h] *i* [k] [l] [m] [n] [o]

Flures alios admittit.

Lauram condit,

42 Deinde verò ipſe quoque Iuuenalis Patriarcha cùm [p] S. Paſſarionem, qui tunc erat Chorepiſcopus, & [q] Heſychium accepiſſet Preſbyterum, accedit ad Lauram, & templum, quod eſt illic [r] dedicat, cùm natus eſſet Euthymius duos & quinquaginta annos. Diaconos quoque ordinat Domitianum & Domnum, cùm in Preſbyterorum ſortem relati veniſſent Ioannes & Cyrion. Propter hæc magnus gaudebat Euthymius, & animi tranquillitate plenam habebat animam: & maximè quòd Paſſarionem cum Patriarchâ, & diuinum Heſychium, qui in reliquo eorum, qui ſe exercebant, choro erant inſignes, in Laurâ degentes cerneret. Sed Sanctus quidem Paſſarion, cùm nondum ſeptimum menſem ab illo tempore tranſegiſſet, è viuis excedit in profundâ ſenectute.

[p] [q] [r]

cuius templum dedicatur à Iuuenale Hieroſolymitano.

a *De obitu eius & tempore Patriarchatus, infrà num. 96.*

b *Græcè* Επίσκοπ& τῶν παρεμβολῶν. *quo modo ſubſcripſit Synodo Epheſinæ an. Ch.* 431. Πέτρ& παρεμβολῆς *Epiſcopus* copiarum, caſtrametationũ, *aut* tentoriorũ. *Vide qua de Saracenorum moribus* 14. *Ianuar. à S. Nilo dicuntur in hiſtoriâ cadis Patrum Sinaitarum.*

c *Horum acta, virtutes, & obitum huic hiſtoriæ inſeruit Cyrillus, potiſſimùm num.*103.

d *Infrà num.*57. *Presbyter & cuſtos ſanctæ Crucis Hieroſolymis factus traditur; & num.*103. *Epiſcopus Scythopolis.*

e *Infrà num.* 60. *Lauræ Oeconomus, cuſtos ſanctæ Crucis, primò in Laurâ num.* 87. *tum Hieroſolymis num.*103. *ſcriptis libris clarus.*

f *Presbyter, fundator noui monaſterij, miraculis inſignis nu.*103. *& alibi.*

g *Hic auunculo ſuo Ioanni ſucceſſit in patriarchatu Antiocheno. De vtroque infrà cap.*9.

h *Infrà num.* 57. *factus Epiſcopus Iamniæ, interfuit Synodo Chalcedonenſi an. Ch.* 451.

i *Fuit Hegumenus monaſterij S. Menna, vt dicitur num.*87.

k *Infrà num.*97. *conſtituitur Epiſcopus Medaborum.*

l *Epiſcopus Saracenorum dicitur infrà num.* 72. *interfuit Synodo Chalcedonenſi. de Raitho dictum* 14. *Ianu.*

m *Anatolius Presbyter hoſpitio excepit S. Quiriacum an. Ch.* 465.

n *Alius ab hoc Thalaſſius colitur* 22. *Februarij, Pater ſpiritualis S. Limnæi. Lege c.*22. *Theodoreti in Philotheo.*

o Scythopolis, *olim* Betzan, *in Iudæa & Galilæa cõfinibus, apud Iordanis fluuij ex lacu Geneſareth exitũ, à Tiberiade paruũ in Auſtrũ recedens. Eius infrà ſæpè fit mentio. Cui* Baſilio *Martyri hîc templum fuerit conſecratum, necdum legimus, plures alioquin Baſilios hoc opere daturi. De templo S. Procopij Martyris, & baſilicâ S. Thomæ Apoſtoli in eadem vrbe Scythopolitanâ agit in Vitâ S. Sabæ Cyrillus, ex eâ oriundus,* Scythopolis vrbs.

p S. Paſſarionis *iterum mentio fit nu.*60. *&* 74. *& S. Sabas in monaſterio S. Paſſarionis hoſpitio Hieroſolymis exceptus dicitur. quo tamen die colatur, necdum nos legere meminimus.* S. Paſſarion.

q Heſychij Presbyteri Hieroſolomytani encomion in B. Thomam *citat Photius in bibliothecâ Tmemate* 269. *Eiusdem Tmem.* 275. *ſcribit ſe* legiſſe in Iacobum fratrem Domini & Dauidem τὸν θεοπάτορα. Heſychij *quoque* Presbyteri Hieroſolymitani oratio demonſtratiua in S. Andream Apoſtolum, *Carolo Fabiano interprete, edita eſt Lugduni apud Thomam Gallatum, atque inde in Bibliothecâ Patrum Colonia tom.*15. *ſiue in Auctario. &* Heſychij Presbyteri Hieroſolymitani ſermones duo de B. Virgine, *extant in Bibliothecâ Patrum editionũ Pariſienſis triplicis, & Colonienſis. Demum Rabanus Maurus in prologo in Leuiticũ ad Frelophum Epiſcopum Lexouienſem ita ſcribit:* Reperi hunc *librum* à venerabili Presbytero Hieroſolymorũ Eſychio ſatis plenè expoſitum: *ex quo ipſe* Rabanus multa colligit, *vt Gloſſa ordinaria in Leuiticum præfatur. extat Pariſiis excuſus, & tomo ſeu ſeculo* 7. *Bibliotheca Patrum ex edit. Colon.* Scripſit etiam in Ezechielem commentarios, quorum in præfatione in Leuiticum mentionem facit; item in epiſtolam ad Hebræos. *vt monet Sixtus Senenſis bibliotheca ſancta lib.* 4. *à quo dicitur* B. Gregorij Nazianzeni Epiſcopi auditor & diſcipulus, claruiſſe ſub Honorio Auguſto an. Dom. 400. *Quæ prorſus huic* Heſychio *iudicamus conuenire: quem proinde Euthymius in Paſſarionis aliorumq; præclarorum virorum comitatu in Laurâ cernens, meritò gauiſus eſt. Alius eſt Moſcho cap.* 46. B. Iſychius Presbyter Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, *qui deinde Patriarcha Hieroſolymitanus ſucceſſit Amos an. Ch.* 601. *ſecundùm calculum Baronij num.*14. *obiit an. Ch.* 609. *eiq; ſucceſſit S. Zacharias, vt ibidem Baronius nu.*5. *Extat S. Gregorij Papæ ad ſcopus. eum epiſtola* 40. *libri* 9. *ex Regiſtro, vbi in editionibus omnibus, Gallotij, Pamelij, & Sixti V.* Iſychius *appellatur; Nicephoro in Chronico* Iſaacius. *Huic Gloſſa ordinaria, quòd alius Heſychius ignoraretur, attribuit commentarios in Leuiticum, ſecuti deinde Poſſeuinus, Bellarminus, Miræus, aliiq;: licet nuſquam* Episcopum, *aut* Patriarcham, *ſed* Presbyterum *ſæpiùs ſemet appellet, cui Photius & Rabanus & operum tituli, ſiue inſcriptiones, conſentiunt.* non Epiſcopus.

r *an. Ch.* 429.

CAPVT VII.

Annonæ diuinitus multiplicatæ. Inobediens punitus.

43 CVm hic autem magnus & admirabilis Euthymius, & qui cum eo erant Fratres, in nouâ illâ Laurâ premerentur magnâ rerum neceſſariarum inopiâ, Dei prouidentia non abiecit curam ſuorum: & manus, quæ aperitur & implet omne animal benedictione, admirabili curâ tunc quoque aperta eſt. Accidit enim, vt multitudo Armeniorum, quę non erat pauciorum quàm quadringentorum numero, ad Iordanem à ſanctâ Ciuitate deſcendens, dexterà de viâ declinaret, perinde ac aliquo eis iter præeunte, & ad Lauram illam accederet; hoc, vt arbitror, ſapienter diſpenſante & adminiſtrante prouidentiâ, vt magna illius Patris virtus adhuc clarior euaderet. Quos cùm magnus ille illuc vidiſſet diuertiſſe, vt ſe à labore itineris aliquantiſper recrearent, vocat Domitianum, cui ab eo fuerat credita illius Lauræ diſpenſatio, & iubet vt eis menſam apponat. Cùm is autem proferret egeſtatem, & reſpondiſſet ſe ne vnius quidem diei Fratrum habere alimentum, ille eo fretus qui viduæ copioſum ſuppeditauit nutrimentum propter abundantiam bonæ eius voluntatis, iubet Domitianum ire ad arcam panariam; Scies enim, inquit, quid ſibi quidem

Benignè hoſpites excipit.

quidem velint humanæ cogitationes, quid autem diuina poſſit gratia diſpenſare ac prouidere præter opinionem.

44 Ille verò cùm ſtatim ceſſiſſet & acceſſiſſet, (ô inexplicabilia tua Chriſte miracula!) inuenit diuinâ quadam & ſapiente prouidentiâ domum pane adeò plenam, vt ne facile quidem eſſet parum aperire oſtium, vt quod prohiberetur propter eam, quæ intus erat, multitudinem. Cùm ergo alios quoque Fratres vocaſſet, & vnà cum eis oſtium euertiſſet, videt ea quæ erant intus, nempe quamdam, quæ narrari non poteſt, panum multitudinem, & magnã quoque vini & olei copiam, & omnino conuenientem Euthymij egregiæ in dando beneficẽtiæ.

panibus diuinitus multiplicatis. aliàs annonâ,

45 Hæc cùm vidiſſet Domitianus, & conieciſſet id eſſe diuinæ gratiæ operationem, procidit ad pedes magni Euthymij, petens ab eo veniam, ſordeſque & parcitatem vehementi rependens pœnitentiâ. Ille autem cùm Domitiano beneuolam & mentem & manum porrexiſſet ipſumque eleuaſſet, O fili, inquit, qui ſeminat in benedictionibus, in benedictionibus quoque metet. Qui itaque accedentibus commune tectum præbent & ſalem, imprudentes ſibi potiùs comparant copioſam ſuppeditationem: vt qui non tantum dent, quantum accipiunt. Quod quidem à vobis quoque eſt ſeruandum, ô Fratres, ſi Deo eſtis gratificaturi, & rerum neceſſariarum vobis benignè ſuppeditatam copiam conſecuturi. Hinc bonorum cumulus eius conſtitit verbis: cœpitque proſpera & felix eſſe Laura, & eius amplificari multitudo: & deductus eſt Fratrum numerus ad quinquaginta, & vnicuique eorum fuit ædificata cella, & quotidie ſacra peragebantur myſteria.

oſtendit mercedem eleemoſynæ eſſe bonorum amplificationem.

46 Cùm autem animo agitaret is cui credita fuerat diſpenſatio, tantæ Fratrum multitudini magno quoque opus fore miniſterio, Lauræ quoque mulos parauit. Erat autem quidam in eâ, genere Aſianus, nomine Auxentius, qui erat aptus ad ſeruiendum mulis. Is cùm ab hoc Oeconomo rogaretur, vt hoc ſubiret miniſterium, differebat, & non obediebat. Cùm res verò eſſet neceſſaria & vtilis, Ioannem quoque ſecum accipiens & Cyrionem Preſbyteros Oeconomus, rurſus rogabat cum eis Auxentium. Cùm autem ſic quoque minimè audiret, & iam adueniſſet Sabbatum, quo tẽpore licebat magnum conuenire Euthymium, omnia de Auxentio ei refert Oeconomus. Et ille quidem Fratrem ſtatim accerſit: ſuadet autem vt obediat, & ne ſit vſque adeò contumax & inobediens, & propriam ſequens voluntatem, & quod eſt communiter Fratribus vtile recuſans miniſterium. Cùm is autem nec adhortationem, nec vel talem eius adſpectum eſſet reueritus, ſed ſic quoque apertè recuſaret, & quem non prætextum afferret, vt ſolam voluntatem in ſuâ eſſe poteſtate oſtenderet; & nunc quidem cauſſaretur ſe eſſe alienigenam, nec peritum ſermonis illius regionis; nunc autem carnis inſidias & varias maligni artes; Ne ſi fortè, inquit, me à veſtris oculis remotum inuenerit, ſupplantet, & exerceat ſuæ opus malitiæ: & prætereà, ne aſſuefactus curis & tumultibus, permaneam de cetero diſcrepans & alienus à quiete & animi tranquillitate.

Auxentium monachum, dum recuſat impoſitam curã mulorum,

47 Cùm hæc diceret, & animæ damnum, vt quod ad mouendum ſatis eſſet, proferret; magnus rurſus Euthymius, Sed Deum, inquit, rogabimus, ô fili, vt propter tuam obedientiam à nullo ex iis, quæ lædunt, capi poſſis. Eius enim vox eſt: Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare: &, Non facio voluntatem meam, ſed eius, qui miſit me, Patris. Cùm ex his autem adhuc magis irritaretur Auxentius & nequaquàm cederet, grauiùs in eum inuehens diuinus Euthymius, Nos quidem, ô fili, inquit, quod tibi ipſi quoque eſſe conducibile videbatur, conſuluimus: tu autem in eadem manens inobedientiâ, mox ſcies, quiſnam ſit fructus inobedientiæ. Eorum, quæ dicta ſunt, nondum finem fecerat, & agitationem motumque corporis neſcio vndenam paſſus Auxentius, miſer in terram decidit, ſolis dignus lacrymis propter calamitatem. Qui verò aderant ex Fratribus, miſericordiâ

Matth. 20. 28. Ioan. 5. 30.

graui morbo ſubitò punitum.

erga eum moti, quòd tam miſerè eſſet affectus, rogabant Euthymium, ſupplicabant, obſecrabant, vt iacenti opem ferret, & qui ſatis graues pœnas luerat inobedientiæ. Is autem, vt erga adeò contumacem & inobedientem eis obediret, præſtò fuit: & cùm ſuis accepiſſet manibus, adhuc tremebundum facit ſurgere Auxentium, & pendentem pœnas per omnia ferè membra corporis. Deinde cùm etiam veluti quoddam medicamentum Crucis ſignum ei immiſiſſet, ſoluit hominem ab ea affectione, & eum reddit ſanum protinus.

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

Crucis ſigno ſanat,

48 Cùm itaque ad ſe rediſſet Auxentius, & ei in mentem veniſſet inobedientia, & affectionem quoque intellexiſſet, quæ ei incubuerat, & non ignoraſſet id eſſe opus ſolius inobedientiæ, maiores luebat pœnas à conſcientiâ, & eum vehemens quædam ſubiit pœnitentia: certè ad pedes quoque procidit Euthymij, partim quidem petens veniam eorum quæ fecerat, partim autem in futurum ſecuritatem. Cùm is verò ei ſtatim ignouiſſet (nam qui vix tandem ad iram conuerſus fuerat animus, quemadmodùm non erat promptè curſurus ad commiſerationem) & ei in futurum cauiſſet per orationem, ille lubenter promptoque & alacri animo ſuſcipit mulorum miniſterium. Ita diſciplina Domini, vt dicam cum diuinâ Scripturâ, & aures aperit & planè adiicit intelligentiam: & qui deliquerat, priuſquàm deprimeretur humiliſque redderetur, inobedientiâ, poſt humilitatem & diſciplinam acceptam, cognitus fuit promptus ac paratus ad obedientiam. Hæc mihi narrauit *a* Cyriacus Anachoreta: ille, inquam, Cyriacus, qui ab ineunte quidem ætate tonſus fuerat *b* in cœnobio Euthymij: poſtquàm autem *c* cum eius ſucceſſoribus ſatis longo tempore eſſet verſatus, & ab eis omnem eius exercitationem & vniuerſum eius vitæ inſtitutum accuratè didiciſſet, poſteà in Laurâ *d* veteris Sucæ *e* ſeptuaginta ferè totis annis ſe exercuit, omni virtute & honeſtæ vitæ rectè factis illuſtris.

& obedientem reddit.

Iſa. 28. 19.

a

b

c

d e

a *De* S. Cyriaco, *ſiue* Quiriaco, *actum eſt in prolegom. num.* 9. *De eius ætate num.* 12. *& ſeqq. Vitam dabimus* 29. *Septemb.*

b *ab ipſo* S. *Euthymio*; cuius beatæ manus ſacrum eius caput tetigerunt, ſimul quidem eum monaſtico induentes habitu, & in eum vocantes vberiorem Spiritus operationem. *Acta eius. Id factum anno Ch.* 465.

c *A* S. *Euthymio, quòd imberbis eſſet, miſſus fuit ad* S. *Geraſimum: à cuius obitu rediit ad Lauram* S. *Euthymij anno* 475. *manſitq; iſtic annis* 10. *vt in eius Actis legitur.*

d *De eâ actum nuna.* 2. *in proleg. additur* veteris *ob* Lauram nouam, *non procul inde extructam.*

e *Hi ſeptuaginta anni cenſentur à diſceſſu è monaſterio* S. *Euthymij: è quibus* miniſtrauit 39. annos in Laurâ Sucæ; 10. *tranſegit in* ſolitudinibus *partim* Natupha, *partim* Ruba; 7. mãſit in Suſacim; 5. in ſpeluncâ S. Charitonis; *& rurſus* 8. in Suſacim; ac tandem 2. annis *tranſactis* in antro S. Charitonis, *obiit. ita eius Acta.*

CAPVT VIII.

Maronis & Clematij inconſtantia emendata.

49 ILlud autem ipſe quoque mihi narrauit, quòd duo quidam ex Fratribus, Maro & Clematius, aſperam illam & difficilem in Laurâ agendo vitam defeſſi, inter ſe conuenerunt, vt illinc clanculum effugerent, & ſe noctu furtim ſubriperent. Hæc illi quidem inter ſe loquebantur, & apud ſe cogitabant. Sed qui ſecreta aperit, Iſa. 60. 19. & iis, qui ſunt ſibi dedicati, dicit per Eſaiam: Non erit tibi ampliùs ſol in lucem diei, neque ortus lunæ illuminabit tibi noctem; ſed erit tibi Dominus lux æterna; ipſe hoc quoque ſuo aperit famulo. Sic autem facit: ſilenti enim ac quieſcenti aliquando huic magno & admirabili Euthymio, viſus eſt malignus, Maroni & Clematio, tamquàm Sancti oculis ſubiectis, frenum iniicere, & eos in laqueum trahere grauiſſimum.

Aliorum tentationes diuinitus intelligit;

50 Is verò cùm ſtatim conieciſſet inſidias, accerſit Fratres Maronem & Clematium, eis ſuadens, admonens, rogans, docens, diſſerens, prolixam orationem habens

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

habens de tolerantiâ, & quòd vbique opus ſit diligenti cuſtodiâ & cautione. Deinde eis etiam Adæ & Iobi exemplum adducens; ex quibus alter quidem in paradiſo præceptum non ſeruauit, alter verò omne genus virtutis oſtendit in ſterquilinio. Neque hæc prętermittens,quòd oportet monachum non admittere cogitationes, quæ à maligno ſuggeruntur; ſiue ille triſtitiam, ſiue odium,ſiue iniuſtitiam, ſiue in alium locum migrationem ſubiiciat: & nec ab initio ei omnino animum adhibere, ſed ea totâ manu repellere & reiicere, ne fortè nos imprudentes per inſidias ſupplantet, & in caſum præcipitet lacrymabilem. Si quis autem hîc fortè non poſſit virtutem exercere, ne exiſtimet, ſi aliò tranſiuerit, id cuius ſtudio tenetur, alibi poſſe faciliùs & rectiùs gerere.Non enim ex loci naturâ, ſed ex libero noſtri animi inſtituto boni fit operatio. Contrà autem hoc eſt & periculoſum monachis, & quod eos poteſt reddere imbecillos & virtutum carentes fructibus. Nam nec planta quidem poteſt ferre fructus, quæ aſſiduè tranſplantatur.

eos ad conſtantiam adhortatur.

51 Ad maiorem verò fidem eorum, quæ dixerat, eis quoque narrabat de quibuſdam ſenibus Ægyptiis.Dicebat ergo, *a* fuiſſe quemdam Fratrem in Ægypto, qui in quodam reſidebat cœnobio: is cùm ad iram aſſiduè moueretur, efferebatur & conturbabatur, acerbitateque & indignatione os eius implebatur. Cùm eum autem quędam ſubiiſſet pœnitentia,quòd propter hanc iram & facilitatem ad perturbationem ſecum bellum gereret; & ſi quid boni iam antè acquiſiiſſet, id quoque perderet; ei perſuadet,vt recederet à cœnobio,& ſolus per ſe quietè viueret, vtpote quòd ſolitudo ei multùm conduceret ad tranquillitatem, & ad vacuitatem perturbationis. Exiſtimabat enim, quòd ſi nullus eſſet cui iraſceretur,& in quem vti poſſet indignatione, omnino ſenſim extingueretur vehemens ille & qui citiſſimè accenditur ignis iracundiæ: futuruſque eſſet deinceps mitis & manſuetus, & tranquillitate omni plenus & quiete. Cùm ille autem hæc apud ſe eſſet ratiocinatus, diſceſſit deinceps à cœnobio, & ſolus vitam egit in quiete & ſilentio: & cùm aliquando propter vſum aliquem aquâ impleſſet *b* poculum, & id humi aliquantiſper voluiſſet deponere, arte quadam maligni id eſt euerſum. Quod quidem cùm non ſemel, ſed bis & ter deinceps factum eſſet, & iratus eſt Frater, & cùm ab iræ impetu victus eſſet, ſtatim ita vt habebat, humi deiecit poculum, & confregit: & ſic ab inimico maiori & vehementiori habitus eſt ludibrio.

a

exemplo monachi Ægyptij temerè locum mutantis.

b

ridentem ſana monita, reprehendit;

52 Ad hæc ridet quidem Clematius, vt cuius delectatus eſſet animus lepidâ narratione. Cùm id autem diuinus animaduertiſſet Euthymius, Numquid, ait, tu quoque, Frater, motus es à malo aliquo dæmone, quòd tam inuerecundè rides & tam impudenter, cùm oporteret, potiùs deflere eum, qui illius admittit ſuaſionem, ſi verum dicit, qui tunc noſter eſt iudex futurus, Beatos quidem appellans qui lugent, quoniam ipſi quoque, inquit, accipient conſolationem: miſeros autem eos qui rident, & ſibi non adhibent animum? Et alioqui apertæ eſt inſcitiæ, & quòd diſciplinæ ſit ignarus, argumẽtum, ſi monachus loquatur ſupra modum, aut ad quodlibet moueatur, aut etiam in loquendo nimis profuſâ vtatur licentiâ. Patres etiam vocant licentiam planè matrem omnium vitiorum.

Matth. 5. 5. Lucæ 6. 25.

diuinitus punitum.

53 Cùm ille ſic quidem increpaſſet Clematium, ingreſſus eſt in interiorem cellam: eum verò è veſtigio perſecuta eſt vltio,pronuſque in terram cadens,agitabatur tremore & horrore. Domitianus autem cùm ſic iacentem vidiſſet Clematium, & ſimul quidem Euthymij manſuetudinem & auſteritatem eſſet admiratus, quòd ſcilicet in eo optimè eſſent contemperatæ; & ſimul etiam miſericordiâ eſſet ductus eius quod Fratri accidera t, congregat aliquos ex Patribus, qui pro eo eſſent interceſſuri, & eos vnà cum Marone introducit ad Euthymium. Ille autem cùm & ſuapte naturâ eſſet propenſus ad miſericordiam, & illorum interceſſionem minimè deſpiceret, vnà cum eis accedit ad iacẽtem Clematium, eiuſque horrorem extinguit ſigno Crucis, & ſtatim ſiſtit tremorem, & præbet perfectam ab illâ affectione liberationem; Attende tibi ipſi,dictitans, & noli contemnere Patrum doctrinam & admonitionem: ſed efficere totus oculus, ſicut de Cherubim audiuimus, teipſum omni ex parte circumſpiciens, vt qui ſemper tranſeas in medio laqueorum. Hæc cùm ſuaſiſſet & ſuggeſſiſſet Clematio, & eius exemplo alios feciſſet cautiores, eum dimittit in pace. Sed hoc quidem eſt eiuſmodi: non minus eſt autem id quoque,quod deinceps ſequitur,ſi non ſit multò etiam maius ac præclarius.

ſigno Crucis ſanat.

a *Narrant id in Vitis Patrum Ruffinus aut quiſquis eius libri auctor eſt, lib. 3. num. 98. & Pelagius lib. 5. libel. 15. num. 225.*

b *Pelagius* ſuriſculam. *Ruffinus* vas.

CAP. IX.

Zelus fidei contra Neſtorium. Aliæ virtutes.

54 CVm magna & œcumenica *a* Synodus Epheſi tũc primùm congregaretur, Synodius, qui cum Acacio fuerat magiſter huius magni Euthymij cùm eſſet adhuc puer,poſtquàm veniſſet in Palæſtinam ad adoranda loca venerabilia, accedit etiam ad Lauram quinquageſimo & quarto anno ætatis magni Euthymij: partim quidem illum ipſum viſurus Euthymium, partim autem ſuos quoque conſobrinos Stephanum,Andream, & Gaianum ſalutaturus. Cùm autem vidiſſet Euthymium, ei quidem narrauit de valdè impiâ hæreſi Neſtorij, qui impiè (ô iuſtitia & pudor Sacerdotum!) *b* paruo tempore præſedit Conſtantinopoli, & profanis ſuis & corruptis dogmatibus totum ferè orbem terræ conturbauit. Expoſuit verò ei quoque de *c* Cyrillo Alexandrino,& *d* Acacio Melitenẽo,quemadmodùm acrem & vehementem zelum oſtenderent pro fide orthodoxâ: & quòd œcumenica Synodus eſſet mox Epheſi congregãda aduersùs illum impium. His ergo ſic dictis à Synodio, animo lætatus eſt Euthymius, cùm talia audiuiſſet de Acacio, ad quem ventitabat cùm eſſet puer, & à quo fuit inſtitutus in litteris. Deinde verò cùm ei valedixiſſet Synodius, diſcedit è Laurâ, aſſumens Stephanum conſobrinum, & abit in ſanctam ciuitatem, & perſuadet *e* ei, cui commiſſa fuerat Eccleſiæ adminiſtratio, vt Stephanum quoque cooptaret in numerum ſuorum Diaconorum. Ille autem vnà cum eo ordinat etiam Coſmam Cappadocem,& vtrumque refert in chorum Diaconorum.

a

E Synodio intelligit Neſtorij hæreſin.

b

c

d

Cyrilli Alexandrini & Acacij Melitenæ zelum.

e

55 Cum autem iam vndique congregarentur Epiſcopi ad Synodum, & illuc quoque mox conuenturi eſſent *f* Epiſcopi Palæſtinæ, iubet magnus Euthymius *g* Petro Epiſcopo Saracenorum, vt accederet *h* Cyrillo Alexandriæ & Acacio Miletenes Epiſcopis, & quæ eis viderentur, ſe quoque illis aſſentiri profiteretur. Ille verò peractâ Synodo reuerſus ad Euthymium ei omnia ſingulatim exponit, quæ in eâ euenerunt, & quonam proceſſerint. Is autem cùm & alia didiciſſet ex iis, quæ facta fuerant ab Epiſcopis Orientis, & quòd *i* Ioannes, qui præerat Antiochiæ, cùm eſſet Orthodoxus, inductus eſſet, vt eadem ſentiret quæ Neſtorius, fuit graui triſtitiâ cor eius ſauciatum.

his aſſentiri iubet Petrum Epiſc. Saracenorum in ſynodo.

f

g

h

i

56 Eodem modo affectus fuit etiam Domnus, illius conſobrinus. Rogauit itaque Euthymium, vt ei permitteretur ire Antiochiam, vt auunculum ſuum, qui ſupplantatus fuerat, reſtitueret, & iam veluti iacentem erigeret. Ille autem cùm præuidiſſet non futurum illuc tutum aduentum, ſed ei potiùs inutilem & minimè conducibilem, Nequaquàm, inquit, ô fili: non oportet te à Laurâ recedere. Neque enim ille tuâ opus habet præſentiâ. Sed etſi paullulùm à rectâ fide declinauit, Deus tamen, qui nouit cor illius rectè ſe habere, ipſe ipſum cõuertet, & reducet ad id, quod benè erit. Et tu quoque ô fili, ſi quidem in quo vocatus es loco, in eo perpetuò manſeris,

Prædicit Ioannis Antiocheni reſipiſcentiam,

& Domno euentura,

manseris, proficies & gloriam adipiscēris, veram, inquā, gloriam, & quæ ex Deo est, & quæ numquàm excidit. Sin autem his neglectis, & tolerantiæ contemptis cogitationibus, à Laurâ tentabis discedere, obtinebis quidem administrationem, quam tuus *l* habet auunculus; *m* sed eam rursus tibi auferent *m* mali homines & præstigiatores, cùm ab illis priùs seductus fueris ignoratione. Et hæc quidem, qui est in Sanctis, Euthymius.

57 Domnus autem cùm hæc mandata non multùm curasset, proficiscitur Antiochiam, & nec vale quidem dixit Sancto, & nec ei vllo modo suum significauit recessum. Cùm illic verò fuisset, omnia quæ ei prædicta fuerant, effectum sunt sortita: illeque posteà magnâ ductus pœnitentiâ, quòd non obediisset, ad ipsum reuertitur, graui dolore viscēribus cruciatus & acerbè deplorans. Iuuenalis autem Stephanum quidem Melitenæum *n* ordinat *n* Iamniæ Episcopum: Cosmam verò Cappadocem refert in ordinem Presbyterorū, & ei cruces tradit custodiendas.

58 Hæc autem de eo relata sunt monacho Cyriaco à familiaribus eius & successoribus. Nobis autem Cyriacus omnia aperuit, quòd nemo eum vnquam viderit comedentem, nisi sabbatho aut die Dominico; non cum aliquibus colloquentem, & nullo modo quempiam cōuenientem, nisi fortè vsus aliquis postularet, vt eum conueniret; numquàm super latus cubantem, sed nunc quidem sedentem, & parum oculis conniuentem, nunc autem funem, qui ab aliquo angulo tecti cellæ dependebat, ambabus tenentem manibus, & sic somnum aliquem moderatè gustantem, illud fortè magni *o* Arsenij sibi dicentem: Adesdum serue nequam. Affirmabant enim eum quoque fuisse æmulatorem Arsenij; Arsenij, inquam, qui in patris quibusdam moribus educauit & instituit Arcadium & Honorium Imperatores: & ideò Patris appellatione à sanctis scilicet Patribus est appellatus; posteà autem in solitudine Ægypti fuit insignis virtutibus.

59 Hunc ergo diligenter admodùm imitabatur Euthymius, & iis, qui ex Ægypto veniebant, monachis, & de illius vitæ instituto aliquid referebant, animum libenter adhibebat, & suæ animæ quibusdam veluti tabulis bona illius curabat inscribere, illiusque quietem & humilitatem & eius imitabatur silentium: præterea autem vestitus quoque humilitatem, & ventris abstinentiam, vigilantemque & attentum eius animum & sobrium, & illud, quod ab eo dicebatur, Arseni, cur egressus es? Cōpunctionem autem quomodò? Lacrymas, nocturnasque vigilias, illumque amorem solitudinis, & cum nullo conuersationem & præterea commiserationem, discernendi potestatem, in precatione alacritatem & constantiam, & eius in omnibus insignem fortitudinem? Num autem, cùm sic illius vitæ imitaretur institutum, non etiam fuit dignus illius charismatibus? Aut fuit quidem, sed non paribus? Nequaquàm: sed etiam illum re verâ superauit in aliquibus. Verumenimuerò aliis interim omissis, quemadmodùm futura cognouit & prædixit, veridicè ostendemus.

qua contigerunt.

Eximius in abstinentiâ, taciturnitate vigilantiâ Euthymius,

S. Arsenij imitator.

a *Habita synodus Ephesina à 22. Iunij an.* 431.

b *Consecratus est, testibus Marcellino in Chronico, Socrate lib.* 7. *cap.* 29. *aliisq;*, Felice & Tauro Cos. *an. Ch.* 428. IV. Id April.

c *De* S. Cyrillo *agemus* 28. *Ianua. vbi plura de Nestorianâ hæresi.*

Acacius Episcopus Melitenaus.

d Sanctus *hic appellatur à Baronio in Annalib. In nullis tamen Martyrologiis eius nomen huc vsque reperimus. Eius zelus in synodo egregiè eluxit, maximè concione spiritu plenâ coram Patribus habitâ, in quâ breui affore pacem vaticinatus, omnes reuiuiscere, sumere animos, erigere q; languentes vires, est hortatus. Consule Acta Ephesina à Peltano nostro edita tom.* 6. *cap.* 11.

e *Iuuenali.*

f *Nicephorus lib.* 14. *cap.* 34. Quintâ post Pentecosten die Iuuenalis cum Palæstinis Episcopis venit. Quibus ita cōuenientibus, celebris & magnus ille Euthymius Petro Saracenorum Episcopo abeunti præcepit, vt Cyrilli Alexandrini & Acacij Melitenensis omnino sententiam sequeretur,, columnas & fastigia rectæ fidei eos esse testatus.

g *Hic cum tribus alijs Episcopis à Synodo missus fuerat ad Nestorium, vt eum ne à Synodi consessu abesse vellet, moneret, vt legitur par.* 1. *act.* 1.

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

h *Quàm tenax eius moniti fuerit, hæc verba eius in synodo prolata indicant*: Ego inquit huic sententiæ, *(quâ Synodus Nicana probabatur)* me socium adscribo, epistolamque Cyrilli sanctissimi sacratissimique, vt quæ rectam piamque doctrinam contineat, laudo & probo. *par.* 2. *act.* 1.

i *Schisma conflauit, conciliabulo* 43. *Episcoporum contrà Synodum congregato. Acta huius simul cum Synodo Ephesinâ extant.*

k *Eodem anno congregatâ iterum Synodo damnauit hæresim Nestorianam, missis litteris Synodicis ad Rom. Pontificem Sixtum III. & Cyrillum Alexandrinum.*

l *Successit Ioanni auunculo defuncto* Domnus. *Interfuit Synodo Ephesina reprobatæ, ann. Ch.* 449. *mense Augusto. Annos illi* 8. *assignat Nicephorus in Chronico.*

m *Damnatus fuit in dictâ Synodo, & patriarchatum cessit Maximo, quòd facti pœnitens suum repetiisset deleri chirographum, quo Flauiani & Eusebij damnationem antè probârat.*

n *Lipomanus & Surius* Ismeniæ, *perperam. melius posteà sæpius* Iamnea, *seu* Iamnia, *ab eis expressa. Ita hic MS. Græcum. atque sic* Stephanus Episcopus Iamniæ *sæpius legitur in Actis Synodi Chalcedonensis, cui interfuit. Est* Iamnia *ciuitas Episcopalis sub metropoli vrbs Episcopalis. Cæsareâ Palæstina, ad mare mediterraneum, prope Ioppen, in tribu Dan. Consule ibidem Adrichomium num* 33. *Hinc liquet non posterioribus tantùm temporibus, quod ille existimauit, fuisse in eâ vrbe Episcopum.*

Iamnia

o *De S. Arsenio pluribus agemus* 19. *Iulij.*

CAPVT X.

Prædictiones. Curationes.

60 EVm videre valdè desiderabat Anastasius, cuius fidei credita erat custodia sacrorum vasorum sanctæ Resurrectionis, eratque Chorepiscopus, fuitque simul discipulus & imitator S. Passarionis. Cùm ergo teneretur tanto eius videndi desiderio, *a* Phido *b* Ioppes Episcopo, & Cosmæ, cuius munus erat custodire cruces, illam pulchram communicat cupiditatem. Cumque eos assumpsisset, quin etiam alium quoque *c* Phidum, Phidi Episcopi nepotem, (erat autem is adhuc ætate iuuenis, & in chorum Lectorum cooptatus, qui etiam Cyriaco monacho hæc tradidit & narrauit) cum eis proficiscitur ad magnum Euthymium. Postquàm autem fuerunt iam prope Lauram, ab aliis quidem, cùm nondum peruenissent, ignorabantur, Euthymio verò arcano quodam modo eos aperuit Spiritus. Cùm ergo statim vocasset Lauræ Oeconomum Chrysippum, Sint, inquit, tibi parata, quæ sunt ad accipiendos hospites necessaria. Ecce enim simul cum fratre tuo ad nos venit etiam Patriarcha.

Anastasium hospitio excipi curat, *a b* *c*

61 Cùm autem ipsi iam aduenissent, diuiniore quadam contemplatione magnus correptus Euthymius, colloquebatur, & differebat cum Anastasio, tamquàm cum Patriarchâ Hierosolymorum. Atque qui aderant quidem omnes admirabantur; Chrysippus verò ipse quoque obstupefactus, & ad aurem se inclinans Euthymij, Sed non est apud nos, inquit, Patriarcha, ô venerande Pater; hic autem est sacrorum vasorum custos Anastasius. Vides quisnam sit eius vestitus? ostendens eius vestes, eæ autem erant splendidæ & sericeæ: quas quidem, inquit, non est fas Hierosolymorum Patriarcham induere. Dum aliquo autem tempore se repressisset senex, & veluti ad se rediisset, Sed mihi crede, fili, inquit; hunc vidi candidâ veste indutum, & quali decet indui Patriarcham, & existimo me non esse deceptum. Sed quod Deus præsciuit, id ad finem quoque deducet. Sunt enim eius dona sine pœnitentiâ. Ille ergo hæc quidem dixit multis audientibus, & consecutus fuit rerum euentus.

quem Spiritu prophetico præuidet futurum Patriarcham Hierosolymorum.

62 Terebon ille, qui erat genere Saracenus, cum vxore habitans sterili, non gignebat liberos, quod quidem planè efficiebat vitam ei minimè vitalem, eratque caussa doloris minimè tolerabilis. Accedit itaque aliquando cum vxore ad admirabilem Euthymium, rogans, supplicans, quid non faciens ex iis quæ possunt mouere ad misericordiam, vt is ex naturâ solueretur defectus, & ei aperiretur matrix ad pariendum. Ille autem cùm ter eis iniecisset signum Crucis, & deinde lapideum illum ventrem

Sterilitatem signo Crucis dissoluit.

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

ventrem tetigisset, Abite, inquit, læti in Domino. Is enim vobis concedit, vt cernamini patres trium filiorum. Illi verò in sermone, tamquàm in re ipsâ collocantes fiduciam, recesserunt pleni gaudio. Iam autem partus quoque tempus aduenerat, & primùm quidem parit Petrum quemdam, patrem Terebonis, qui Euthymij familiaribus hæc verè & apertè narrauit. Cùm verò post hæc multum interceſſisset temporis, veridicum Euthymij promissum alios quoque duos fratres præbuit Tereboni.

Æmilianũ infestatum à fornicationis spiritu, è tetro odore cognoscit,

63 Frater erat in Laurâ, Romanus genere, nomine Æmilianus, qui bonam vitam exercebat, modestiamque ac moderationem vel maximè ex ipsâ amplectebatur adolescentiâ. Ei noctu aliquando, cùm esset dies Dominicus, inimicus ex carne bellum graue commouit. Cui cùm desperasset se posse perpetuò resistere, cessit & succubuit cogitationibus. Cùm ita se haberet, & ab eâ perturbatione animi obsideretur, manè fit obuius Sancto, venienti ad synaxim. Ex eo autem quidam teter odor exibat, qui grauem illam animi perturbationem illi Magno significabat. Cùm eum ergo diuinus esset odoratus Euthymius, & cognouisset insidias, increpat malum dæmonem, qui ei exhibebat molestiam. Et statim Frater quidem humi iacebat, seipsum conuellens, lacerans & agitans, & spumam ore expuens.

64 Ad eum autem multi quoque conuenerunt monachi. Cùm itaque lumen Magnus iussisset afferri Euthymius, propterea quòd esset locus obscurus & tenebrosus, [d] Videte Fratrem, ô Patres, inquit eis, videte eum qui à puero vitam cum virtute instituit, & temperantiæ curam habuit: quòd paullùm succubuerit carnalibus cogitationibus, iacet nunc omnibus nobis lacrymabile spectaculum. Quare omni custodiâ vnumquemque proprium custodire cor oportet, ne nos fallat per phãtasiam aliquam obrepens inimicus, & in perditionis barathrum præcipitet. Si enim aliqua excitata in nobis absurda cogitatio fuerit, quæ nos ad turpem cupiditatem instiget; neque continuò debellare eam contendamus, sed solùm propensè in animum admittamus; non erimus à peccato immunes: verùm licet corpore minimè fornicemur, tamen vt iam animo mœchati iudicabimur.

d

monet suos, vt caueant à turpibus cogitationibus,

exemplo hypocritæ cuiusdam lasciui miserabiliter pereuntis;

65 Narrat deinde iis tale quid, quod sibi ab Ægyptiis quibusdam senibus relatum dicebat. Erat quidam in ciuitate, vitæ quidem apud omnes admirandæ habitus, qui & magnam sibi comparasse cum Deo familiaritatem credebatur: re verâ autem frequenter se ipsum exulcerans occulto cordis motu, prauis cogitationibus assensum præbendo, vt quamquàm non opere ipso, at cogitatione facilè peccaret. Graui tandem morbo corripitur, iamque ad vltimum redactus spiritum, animam agebat. Ingens totâ vrbe exoritur comploratio: plangit omnis ætas: cuncti pro eo si fieri possit, emori exoptant, satius rati id subire, quàm viri celeberrimi excessum spectare. Interea contemplatiuus quidam vrbem ingreditur, grauem illum ac publicum luctum animaduertit, audit populum cum vlulatu eum ita inclamantem: O Sanctus! ô Pater! ô Saluator noster, cuius ad Deum deprecatione saluandi eramus! Quæ nobis reliqua spes erit salutis? Quæ post eum securitas? Hæc ille audiens & spectans, ad eum & ipse sedulò properat, impulsus precationis aut benedictionis alicuius ab eo consequendæ desiderio. Vt verò propiùs accessit, cernit quidem primores ciuium, sacrum Clerum, ipsum quoque Episcopum, omnes facem manibus gestantes, ac corporis pompam præstolantes. Vt verò turbam nonnihil submouit, & ad iacentem est ingressus, reperit eum paullùm adhuc spirantem, cernit verò internis oculis spectaculum & visu horridum, & auditu luctuosum. Videbatur enim sibi videre ignitum quemdam tridentem ad illius cor penetrare, atque inde animam (heu) violentè & crudeliter euellere, deinde & vocem cælitus audire: Quemadmodùm anima illa ne diem quidem vnum me siuit quiescere, ita nec tu cessabis eam dilaniare, crudeliter discerpere, excruciare.

66 Cùm hæc præsentibus Fratribus retulisset Euthymius, monere deinde eos cœpit, suadens vt attenti essent & semper ad animæ excessum parati. Æmilianus nobis, inquit, hic exemplo sit: quem ideò Deus permisit ita fœdè & miserabiliter in omnium oculis ab turpitudinis sæuo dæmone opprimi, vt vos meliores efficiamini, & ex eius supplicio lucrum reportetis. Ceterùm Deum, inquit, rogemus, vt is à talibus liberetur insidiis. Et ille quidem statim pro Fratre est precatus. Locus autem fuit statim totus tetro odore plenus, veluti ardentis cuiusdam sulphuris: & tetrum illum odorem vox est consecuta, Ego sum, dicens, spiritus fornicationis, & deinde surrexit Frater temperans & sanæ mentis, vt qui ex ipso tempore sit ipse factus, sicut diuinus Apostolus, vas electionis.

Æmilianũ precibus sanat.

a *Hic* Phidus *subscripsit Concilio Ephesino an. Ch.* 431.

b *De portu hoc Palæstinæ etiamnum celebri, agit pluribus Quaresmius lib.* 4. *peregrinat.* 1. *cap.* 1.

c *De hoc infrà sapius, potissimùm cap.* 20. *Factus est tandem vrbis* Doron *Episcopus, num.* 122.

d *Sequentia desunt in Lipomano & Surio. Ex Græco MS. à nobis inserta.*

e *Hæc non in Ægypto sed apud* S. Euthymium *peracta asserunt Menæa & Nicephorus supra prolog. num.* 6. *&* 11.

CAPVT XI.

Pluuia cælitus impetrata.

67 CIrca illud autem tempus cùm terra laboraret siccitate, propterea quòd non plueret, adeò vt esset quidem cælum super caput, prout dictum est, æneum, terra autem subtus ferrea; & quæ erant in Laurâ cisternæ, essent intus aridæ & plenæ puluere; valdè afflictabantur Fratres, & cum magno accedentes Theoctisto, magnum rogabant Euthymium, (sciebant enim, quanta eius esset apud Deum fiducia) vt cælum per preces aperiret, & illinc aquam ad eos deportaret, qui siccitate mirandum in modum laborabant. Ille autem id non in animum inducebat, eam rem vocans Dei disciplinam & inflammationem inuectam propter peccata. Viæ enim tuæ, inquit diuinus Hieremias, & tua studia hæc tibi fecerunt, & propterea fortè ne me quidem exaudiet rogantem eius benignitatem. Ne ores enim, inquit rursus idem Propheta, pro hoc populo, & ne roges pro eis, quoniam te non exaudiam. Et hæc quidem diuinus Euthymius, differens de eo Deum rogare, propter suam insignem modestiam.

Deuter. 28. 23.

Recusat pro pluuiâ impetrandâ orare.

Ierem. 4. 18.

Ierem. 7. 16.

68 Cùm autem intenderetur flagellum, siccitasque & pluuiæ inualescerent defectus; & deinde etiam vici, qui erant circumcircà, grauiori premerentur necessitate; quoniam erat dies octauus sanctorum Theophaniorum, & iam aduenerat dies præfinitus, quo is exibat in vastam solitudinem, innumerabilis quidem ad eum confluit multitudo, cruces habens in manibus, & [a] Kyrie eleyson, id est, Domine miserere, de more, non ore solùm, sed labris quoque cordis inuocans. Ille autem illorum flexus precibus, ad eos egreditur, Mihi quidem, dicens, ô filij, nulla est ad Deum fiducia, & eum liberè alloquendi audacia, vt qui sim peccator, & plus quàm vllus alius eius opus habeam clementiâ; & maximè tali eius in nos iræ tempore, nimiæ fuerit meæ audaciæ, Deo preces offerre, qui, vt ait diuinus Esaias, dat panem afflictionis & aquam angustiæ: qui aperiet, & non erit qui occludat: & claudet, & non erit qui aperiat. Peccata enim nostra inter ipsum & nos separant. Inquinauimus eius imaginem, templum polluimus, seruimus libidinibus & variis voluptatibus, inuidiæ & auaritiæ hæremus, ei exosi euasimus, dum alter alterum odimus. Verumenimuerò quoniam benignus & clemens est nobis Dominus, qui solâ indiget occasione, & abundè protinus omnem effundit misericordiam, supplices ei procidamus, & eum vehementer oremus: & scio fore, vt nobis ignoscat, & quod suum est faciat, & nobis decernat irrigationem,

a concursu multitudinis coactus.

Isa. 30. 20.

Isa. 22. 22.

preces funditi,

rigationem, & noſtri paternam curam gerat. Eſt enim
Pſal. 144. 18. propè Dominus omnibus inuocantibus eum, inquit diuinus Dauid, in veritate. Eo autem adhuc loquente, illi veluti vnâ linguâ & voce reſpondentes, Ipſe, dixerunt, ora pro nobis, ô Pater venerande. Voluntatem enim eorum, qui ipſum timent, facere nouit omnino Dominus.

atque vberem pluuiam impetrat:

69 Cùm hæc & quæ ſunt eiuſmodi, non poſſet diuinus deſpicere Euthymius, & populo quidem præcepiſſet, vt intensè orarent, ipſe autem aſſumpſiſſet ex monachis eos qui erant præſentes, ingreditur cum ipſis oratorium: cumque ſeipſum humi proiecisſet, Deum orabat cum lacrymis. Deus verò exaudiit orationem, ſtatimque audiebatur quidam ſonus vehementis ſpiritus, & aër implebatur nubibus, & erumpebant tonitrua, vehemenſque magno impetu cadebat pluuia, & affluentibus aquis terra inebriabatur.

prædicit fertilitatem.

70 Cùm ille ergo humo ſurrexiſſet, & ſe turbis oſtendiſſet, Ecce, inquit, Dominus veſtris precibus exauditis, viſitauit terram ſuâ viſitatione, & eius ſulcos inebriauit,
Pſalm. 64. 12. & 13. & vt eam ditaret, multiplicauit. Benedicet autem coronam anni huius ſupra alios, & implebuntur quidem campi pinguetudine; pingueſcent verò ſpecioſa deſerti, & valles multiplicabunt frumentum, & accingentur colles exultatione. Ille autem cùm hæc dixiſſet, dimittit multitudinem, mox verò ſecutus quoque eſt euentus prædictionis, & terra lætata eſt, in ſuis viſceribus germinans. Illa certè vehemens pluuia vſque adeò deorſum cecidit, vt eum diu prohibuerit, quò minùs ſecederet in ſolitudinem. Quid ergo? Hæcne ſufficiunt ex bonis Euthymij? an piis damnum animis afferemus, ſi bonorum illius factorum reliqua prætermiſerimus? Sunt ergo illa
b quoque narranda, quæ mihi *b* Ioannes, Silentiarius, in-
c quam, & Epiſcopus, & *c* Thalelæus Preſbyter (ij au-
d tem *d* adhuc in Laurâ B. Sabæ ſe exercentes adſunt) tradiderunt.

a *Vſum antiquum Litaniarum defendit Nicolaus Serarius noſter duobus libellis Litaneuticis.* Kyrie eleyſon *eâdem ratione in Actis S. Simeonis Stylitæ ſuprà 5. Ianuarij vſurpatur.*

b *Vitam* S. Ioannis Silentiarij *dabimus 13. Maij. de Cyrilli eum eo familiaritate actum in proleg. num. 9. de ætate num. 12. & ſeqq.*

c *Eſt hic* Thalelæus Cilix, *qui* ſexaginta annos tranſegit in vitâ monaſticâ, numquàm flere deſiſtens, dicenſque iugiter: Tempus hoc nobis ad pœnitentiam indultum eſt, & valdè requiretur à nobis, ſi illud neglexerimus. *Ita Moſchus cap. 59. Alius ab hoc eſt* Thalelæus Cilix, *qui integro ſeculo antiquior prope Gabalam in Syriâ vitam monaſticam decennio exegit, quem celebrant Menæa 27. Februar. & Theodoretus, qui eum inuiſit, in Philotheo cap. 28. ad quem locum Roſweydus num. 81. vtrumque confudit. Alius denique* Thalelæus *Martyr eſt in Menæis 20. Maij, cuius martyrio relato lib. 1. Viridarij ſacri ex tribus hiſce* Thalelæis *vnum facit Raderus. Verùm hic Martyr vixit ſub Numeriano, ab aliis omnino diſtinctus.*

Tres Thalelæi, viri ſancti.

d *Circa an. Ch. 554. imò S. Ioannis Vitam adhuc viuentis ſcripſit an. Ch. 557. Vide proleg. num. 15.*

CAPVT XII.

Defenſio fidei & Synodi Chalcedonenſis.

Hæreticos auerſatur.

71 DIcebant enim, quòd & multis aliis & ipſi quoque diuino Patri Sabæ hic vir admirabilis fuit admirationi: quòd ſcilicet, cùm tanta eſſet eius moderatio & lenitas, pro rectis Eccleſiæ dogmatibus tantum zelum attulerit, vt idem re verâ eſſet mitis & pugnator: & vt ſemel dicam, aduersùs omnes quidem, qui non rectè ſentiunt, magno erat & ardenti zelo; maximè autem Manichæos, & eos qui nugas tuentur Origenis. Qui cùm multi tunc eſſent in locis, quæ ſunt circa Cæſaream, & ad ipſum etiam venirent pietatis prætextu, erat tamquàm leo aduersùs vulpes, ſermone inexpugnabilis, & qui ſuſtineri non poterat; quæ ex diuinis ſcripturis ſumebantur, demonſtrationibus eos validè comprimens & ſuffocans; &, vt ait Hieremias, vt ipſi ex gloriatione afficerentur pudore efficiens, quæ apud eos fabulis iactatur,

præexiſtentiam & reſtitutionem omnibus viribus euertens & deprimens. Quinetiam aduersùs eos, qui Arij & Sabellij laborabant inſaniâ, ingentis erat ſpiritus, & eos, vt ait Propheta, perfecto perſequebatur odio. AVCTORE CYRILLO MONACHO. Pſal. 138. 22.

72 Septuageſimo autem & *a* quinto anno ætatis magni Euthymij, congregata fuit Synodus Chalcedone, in quam omnes ferè totius orbis terrarum vndique conuenerunt *b* Pontifices. Eos enim ad conueniendum vocabant, quæ Epheſi ſcilicet innouata fuerant, à Dioſcoro, inquam, Alexandrino, quem ſimul cum iis, qui illius tuebantur dogmata, è ſacris eiiciunt catalogis, & accuratum fidei decretum expoſuerunt. Ei autem ſynodo inſignis quoque Euthymij diſcipuli intererant, *c* Stephanus Iamniæ, & Ioannes Epiſcopus Saracenorum, cùm Petrus quidem iam è vitâ exceſſiſſet, qui eum autem ſecutus eſt *d* Auxolaus, Dioſcoro acceſſiſſet, & ideò magno (proh dolor!) Euthymio inuiſus vitam finiiſſet. Ij ergo, Stephanus ſcilicet & Ioannes, cùm Synodo intereſſent, poſtquàm fidei decretum iam erat mandatum litteris, iter ſtatim arripientes, quàm potuerunt celerrimè accedunt ad Euthymium. Quanam de cauſsâ? Volentes ſcire, an ipſe quoque conſentiret iis, quæ ſcripta fuerant. Non mediocriter enim eos terrebat id, quod Auxolao acciderat: neque ſciebant an aſſentirentur, an differrent, priuſquàm ſcirent illius ſententiam. Poſtquàm autem ille legiſſet, & quæ ſcripta erant, rectè ſe habere inueniſſet, & concinere rectæ regulæ veritatis, peruaſit repentè fama totam ſolitudinem, quòd magnus quoque Euthymius ſequatur Synodum Chalcedonenſem.

a
b
c
d
Synodi Chalcedonenſis decreta probat:

73 Hoc autem omnes propemodùm monachos ad eam attraxiſſet, niſi quidam *e* Theodoſius, habitu quidem monachus; *f* moribus verò præſtigiator importuniſſimus, & mente corruptiſſimus, veniens in Palæſtinam, cùm de dictâ Synodo quædam improbè confinxiſſet, quòd euerteret quidem dogma rectæ fidei, introduceret autem vel potiùs reuocaret dogmata Neſtorij, cepiſſet *g* Eudociam, quæ tunc verſabatur in *h* Palæſtinâ. Per ipſam autem induxit omnes monachos: & deinde etiam Sedem Hieroſolymitanam inuerecundè, (ô iuſtitia) & impudenter *i* inuadit, & cùm ex poteſtate accepiſſet facultatem, bellum gerit aduersùs diuinos canones & leges: hincque factum eſt, vt homines probi & moderati, à Sedibus & ſacris expellerentur, & *k* nonnulli etiam ab eo interimerentur, & manus ſceleratas *l* Pontificum ſanguine (proh dolor!) pollueret: malefici autem & præſtigiatores, & peſtes, & carceribus potiùs digni quàm Sedibus, ſacrorum interpretes crearentur & Sacerdotes, & apud hunc ſceleratum & exitioſum hominem magnam aſſecuerentur potentiam.

e
Theodoſius Pſeudoepiſcopus Hieroſolymitanus Eutychianum
f
g h
i
k
l

74 Cùm verò ipſe ſic haberet omnes monachos à ſe pendentes, & eos duceret quò vellet; ij ſoli, qui erant magni ſectatores Euthymij, fugiebant eius communionem, tamquàm alicuod ſcelus & piaculum. Quoniam autem eum quoque tentabat impius Theodoſius & ad ſe accerſebat, illo ne ipſius quidem ſermonem audire ſuſtinente, rurſus ad eum mittit legationem, *m* Elpidium & *n* Gerontium: quorum vnus quidem magni Paſſarionis, alter autem B. *o* Melanes erat ſucceſſor, rogantes vt ſi ad ipſum nollet venire, conuenirent tamen vterque in locum aliquem, & de iis, quæ vterque haberet, inter ſe differerent. Ille verò ad hæc grauiter exclamans, Abſit, inquit, vt aut iniuſtè fuſo ſanguini Sacerdotum, aut hæreſi communicem cum Theodoſio. Illi autem, Sed neceſſe eſt, inquiunt, vt tu communices Neſtorio, quoniam & is duas tuetur naturas: quod quidem ne in hodiernum quidem diem ab aliquo accepimus, & eum ſecuta eſt Chalcedonenſis Synodus.

m
n
o
auerſatur,

75 Magnus autem reſpondens Euthymius, Quæ ab eâ quidem Synodo ſunt ſtatuta, nondum, inquit, ſingulatim conſideraui omnia: ſed quod attinet ad decretum ab eis expoſitum, non poſſum ea, quæ illi viſa ſunt, reprehendere. Statuit enim ipſa quoque ſequi ſententiam trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum, qui Nicææ

& calumnias contra Synodum Chalcedonenſem;

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

Niceæ conuenerunt: & ſuadet amplecti Synodum centum & quinquaginta Patrum, qui congregati fuerunt Conſtantinopoli: & iubet eos ſequi, qui Epheſi conuenerunt aduersùs impium Neſtorium: Cyrillum autem Alexandriæ Epiſcopum ſibi adiungit, tamquàm qui ſit eiuſdem ſententiæ, & rectæ ſententiæ fatetur eſſe Magiſtrum: Deiparam ſanctam Virginem liberâ linguâ nominat, & vnigenitum Dei filium ex eâ natum eſſe aſſerit; ſine tempore quidem & ſine corpore ex Patre, in tempore autem & ſecundùm carnem ex matre, vnum Chriſtum, qui à nobis inconfusè, immutabiliter, citra diuiſionem in duabus naturis cognoſcitur; & propter eos, qui audent quamdam inducere diuiſionem in inexplicabili & arcanâ vnione, quæ in hypoſtaſi ſeu perſonâ facta eſt in vtero; & eos, qui per conuerſionem dicunt carnem factam eſſe Dei Verbum, & vnigeniti carnem aſſerunt eſſe eiuſdem eſſentiæ cum diuinitate; & alioqui propter eos, qui non confitentur verbi factam eſſe carni vnionem in hypoſtaſi, ſed per confuſionē & coaleſcentiam, & deinde etiam σωμασίωσιν, hoc eſt, ſimul iunctam eſſentiam, impiè & prodigiosè affirmant, qui quidem diuinitatis & carnis dicunt vnam fuiſſe naturam; adeò vt ſi ea ſpectentur, quæ ab illis dicta ſunt præter rationem, non poſſit ſeruari id, quod eſt Chriſti patibile, propter diuinitatis impatibilitatem; neque id quod eſt impatibile, propter patibilitatem ipſius humanitatis. Conuenienter ergo inſtituto huius rectæ ſententiæ, illud, In duabus naturis, decreto additum eſt à Synodo: non tamquàm ſeorſum & per partes Chriſtum diuidens, ſed eumdem in vtroque confitens, & vtrumque in eodem.

profert cōfeſſionem Chalcedonenſis Synodi.

Impij Theodoſij conatus eſuitat,

76 Hæc perſequente Euthymio, laudabat quidem Elpidius, & fatebatur rectè habere, quæ dicta fuerant, etiamſi non receſſerit à communione Theodoſij, & ſtatim oſtendit mutationem. Gerontius autem manebat in eadem ſententiâ: & ſic reuerſi, minimè inter ſe conſentientes, Theodoſio reſponſa annuntiant. Cùm ille verò hæc audiiſſet, quoniam in Palæſtinâ iam omnia obtinebat, maius ſtudium adhibebat, vt eum in ſuam naſſam traheret: magnoque Euthymio aſſiduè tēdebat laqueos, & eum ineſcabat, & quotidie aliquos ad eum mittebat, qui bona ſcilicet ſuaderent & vtilia, nempe vt diſcederet ab iis, quæ rectè & piè ſibi viſa fuerant; Theodoſio autem aſſentiretur, & amplecteretur illius communionem. Ille verò, quòd ij quotidie venirent, ægrè ferens, quid facit? Cùm qui ſub ipſo erant, omnes Fratres conuocaſſet, & eis præcepiſſet, vt diligenter cauerent, vt nullo modo cederent, nec aſſentirentur malæ Theodoſij ſententiæ; ſed potiùs ora obſtruerēt eorum qui ſic ſentiunt, & pro viribus deducerent ad veritatem; nunc quoque recedit in vaſtam ſolitudinem, cùm effeciſſet, vt multi quoque alij imitarentur ſeceſſum.

diſcedit in ſolitudinem.

Ad ſanam doctrinam reducit Geraſimus, Pbiloſoph.

77 Erat autem illic quidam magnus Anachoreta, qui nuper quidem venerat è Lyciâ, vocabatur verò *p* Geraſimus: qui cùm omne vitæ inſtitutum, quòd monachos decet, in patriâ oſtendiſſet, multos quoque paſſus erat ſudores aduersùs ſpiritus nequitiæ. Is ergo cùm pulchrè exerceretur in eâ, quæ eſt ad Iordanem, ſolitudine, & ſæpè dæmones percuteret, pulſatur ipſe quoque, vel potiùs ſupplantatur ab eorum improbitate, & abducitur ab hæreticis. Cùm autem ab omnibus ferè anachoretis audiret de Euthymio, iiſque, quæ de eo ſermone celebrabantur, aures haberet oppletas, aliquando ad eum venit in Ruban: cumque cum eo diu eſſet verſatus, & illius linguæ bibiſſet fluentum ſuauiſſimū, veluti quemdam morbum euomit hæreſim, & ad ſanam fidem reuertitur, quòd deceptus eſſet, magnâ ductus pœnitentiâ; & cor vanis corruptum ſermonibus, doloris ſtimulo caſtigans & puniens. Hunc autem ipſum alij quoque conſecuti ſunt anachoretæ, *q* Petrus cognomine Gournitis, & Marcus, & Iulon, & Siluanus: & ipſi quoque Theodoſij noxiam ſectabantur communionem.

p

a *An. Ch.* 451. *cœpta eſt* 8. *Octobr. & poſt* 13. *ſeſſiones abſoluta* 1. *Nouemb. Dicitur annus Euthymij* 75. *cum reuerà tantùm eſſet* 74. *quòd à Septembri annum inchoarent Orientales, iſq; principium continueret anni illius* 75.

b *Sexcenti & triginta.*

c *Vterque ſubſcripſiſſe legitur Actioni* 1. 2. *& 6. vbi Ioannes dicitur Epiſcopus ibius* Σαββαιτῶν.

d Auxolaus *hic interfuit ſynodo Epheſinæ II. reprobatæ, & aduersùs* S. Flauianum, *vnà cum Dioſcoro, ſubſcripſit. Hæc produnt Acta Epheſina, quæ intexta ſunt ſynodo Chalcedonenſi ſub finem Actionis primæ.*

e *De Theodoſio hoc agit Euagrius lib.* 2. *cap.* 5. *Nicephorus lib.* 15. *cap.* 9.

f *Hic* à ſuo proprio Epiſcopo in maleficiis deprehenſus, expulſus fuit monaſterio; & quòd, dum fortè Alexandriæ verſabatur, adhæſerat Dioſcoro, & multis, vtpote ſeditioſus, verberibus dilaceratus, cameloque maleficorum more impoſitus, circùm vrbem ductus fuerat. *Ita Euagrius eumq; ſecutus Nicephorus.*

g *Viduam Theodoſij Iunioris Imperatoris, de cuius conuerſione, doctrinâ, coniugio actum eſt* 8. *Ianuarij in Vitâ S. Attici num.* 40.

h *Vt vitam à ſtrepitu qui eam tranquillamq; duceret, cuius contrarium experta eſt, in Euthychianam hæreſim ſeducta.*

i *Intruſus in Cathedram ipſo feſto Reſurrectionis anno Ch.* 452. *cùm* Iuuenalis *Conſtantinopolim petiiſſet.*

k *Inter hos fuit* S. Athanaſius *Diaconus, de quo agit Martyrol. Roman.* 5. *Iulij.*

l *Ex his* S. Seuerianus *Epiſcopus Scythopolis, qui colitur* 21. *Februar.*

m Elpidius *præerat monaſterio S. Paſſarionis, cùm S. Sabas Hieroſolymam veniret, ab eoq; eſt miſſus ad* S. *Euthymium. Ita Cyrillus in Vitâ S. Sabæ.*

n *Hic* Gerontius *admodùm pertinax permanſit in hæreſi, duxq; ceterorum fuit.*

o *Eſt hæc* Melane, *alijs* Melana, & Melania *iunior, cuius vitam dabimus* 31. *Decemb. vbi plura de monaſterijs, etiam virorum, ab eâ Hieroſolymis extructis.*

p *De* S. Geraſimo *agemus* 5. *Martij. Eius virtutes deſcribuntur infrà cap.* 15. *apud Moſchum in Prato Spirituali cap.* 107. & 141. & *in Vitâ S. Sabæ & S. Quiriaci.*

q *Monaſterij Abbatis Petri iuxta Iordanem meminit Moſchus cap.* 16. 17. & 18. *ſed an huius, non definimus.*

CAPVT XIII.

Miſſæ ſacrificium. Communio.

78 CVm autem *a* ſecundus poſt hæc annus interceſſiſſet, clam hominibus quidem diſcedit Theodoſius; à Ruban verò ad Lauram redit magnus Euthymius, & aliquando quidem vno ſabbathorum, ille quidem Deo miniſtrabat, & ei ineruentum obtulit ſacrificium; Domitianus autem adſtabat ad dexteram cum myſtico illo ventilabro. cùm verò iam eſſet concinendum Triſagium, Terebonque Saracenus, & Chryſippi frater Gabrielius, alter quidem propè, alter verò ſtans inter aram, (ô magnam Chriſte tuam in Euthymium gratiam!) vident ignem, veluti in quodam diffuſum linteo, deſuper deſcendentem, quin etiam ipſum magnum Euthymium, & cum eo Domitianum intus cōplexum, ſic circa ipſos permāſiſſe ab initio triſagij vſque ad completum ſacrum miniſterium. Terebonem autem ait metu correptum & exterritum ab arâ receſſiſſe, & non ampliùs *b* audacter temerè eſſe ingreſſum adyta; ſed in templi conſtituſſe veſtibulo cum magnâ in ſynaxi reuerentiâ, vt mihi poſteà narrauit Cyriacus Anachoreta, qui hæc audierat à Terebone & Gabrielio, qui viderant.

a Tempore incrementi ſacrificij cæleſti igne circumdaturi

b

79 Non hoc autem ſolùm, ſed hæc quoque mihi retulit de Gabrielio, quòd eſſet quidem naturâ eunuchus, poſt viginti verò & quinque annos accedebat tunc primùm ad ſynaxim Fratrum. Præterea hoc quoque renuntiatum eſt à Patribus, à Deo datum eſſe Euthymio, vt internos animi motus ex externo adſpectu veluti per quoddam ſpeculum intelligeret, & accuratè cognoſceret, & cum quibuſnam quiſque decertaret cogitationibus, & quaſnam quidem ſuperaret, à quibuſnam autem maligni inſtinctu ſuperaretur.

videt ſacreta mentium.

80 Aiunt verò eum quoque aliquando dixiſſe quibuſdam Fratribus, qui cum eo ſeorſum verſabantur, quòd ſæpè videret terribilem Angelorum viſionem vnà ſecum Deo miniſtrantem & ſacra contrectantem, & quòd

Videt Angelos ſacra peragentes.

Euchariſtiæ ſùptione quoſdã illuminari, alios obſcurari. 1. Cor. 11. 28.

quòd in Dominici corporis ſumptione aliquos quidem ex iis qui accedebant videret ab ipsâ illuminari, aliquos autem veluti obſcurari & morte affici, quicumque ſcilicet erant indigni eâ luce & ſplendore. Quamobrem non ceſſabat teſtificari Fratribus, & illud Apoſtoli optimè admonere, vt vnuſquiſque attendat & ſeipſum probet, & ſic cum tremore ſumat panem & calicem: cùm benè ſciat is, qui accedit, quòd iudicium ſibi comedit & bibit, qui ea indignè ſumit. Propterea enim ſtatim quoque, cùm hoc primùm offert Sacerdos ſacrificium, multitudinem veluti præmunit & iubet vt caueat, Surſum habeamus corda, eis acclamans: & cùm ab illis promiſſum acceperit, ſic audet deinceps offerre oblationem.

Ante communionem eluenda peccata.

81 Quâ etiam perfectâ, ille etiam rurſus manus in cælum tollens, & quaſi iis oſtendens eſſe diſpenſatum pro noſtrâ ſalute myſterium, clarâ voce ſic dicit: Sancta ſanctis, perinde ac ſi dixerit quiſpiam: Quandoquidem ego ſum homo, æquè ac vos, patibilis, ignorans quemadmodùm vnuſquiſque vixerit; propterea hoc antè apertè teſtificor, & hanc communem probationem veſtræ ſuggero conſcientiæ: Si quis captus fuit ab odio, & iniuriæ acceptæ recordatione; ſi quis ab inuidiâ, aut irâ, aut ſuperbiâ; ſi quis à maledicto, aut à turpi ſermone, aut ab improbâ cupiditate, aut ab aliquo alio vitio fuit comprehenſus; ne priùs accedat, quàm per pœnitentiam à ſcelere fuerit expiatus. Hæc enim ſancta, inquit, non profanis, ſed ſanctis exhibentur. Quicumque ergo veſtræ confiditis conſcientiæ, ad eum accedite, & illuminemini, & veſtri vultus nequaquàm pudore afficiantur. Sed neſcio, quo modo dulcedo doctrinæ Euthymij me vel nolentem aſſumens, præcedentium abrupit conſequentiam, & vt induceretur perturbatio, propemodùm effecit. Neceſſe eſt ergo, vt vos narrationem reuocetis rurſus in memoriam.

a Menſes 20. ſeditioſus Theodoſius tyrãnidem in Sede Hieroſolymitanâ exercuit, & ad montem Synæum profugit. *Nicephorus.*

b *Quia vir ipſe coniugatus erat.*

CAPVT XIV.

Eudociæ Imperatricis ab hæreſi ad orthodoxam fidem reductio.

Eudocia à Theodoſio decepta, Eutychianus adhæret,

82 CApta ergo fuit, vt iam antè oſtendimus, improbi Theodoſij laqueis Beata Eudocia, & à Catholicâ communione ſeiuncta, & de cetero toto ſtudio contendebat aduersùs Orthodoxos. Induxit autem omnes quoque monachos, qui habitabant in ſolitudine & in ſanctâ ciuitate, & perſuaſit vt eadem, quæ illa, tuerentur & probarent. Poſtquàm verò iuſtitia aggreſſa eſt Theodoſium, & ille quidem procul abeſt, Iuuenalis autem ſuam Sedem recipit, & ea diſſoluuntur quæ Eccleſiis afferebant moleſtiam, *a* Valerij fratris & *b* Olybrij generi ſæpe mittuntur litteræ ad Imperatricem Eudociam hac de cauſsâ, vt Eutychianiſtarum relictâ communione, ſequatur ea quæ decreta fuerunt ab Eccleſiâ Catholicâ. Illa autem primùm quidem cunctabatur, & differebat mutationem; neque ſciebat quemadmodùm dimitteret ea quæ ſibi viſa fuerant.

a b

c d e

ſuorum cladibus emendata,

83 Poſtquàm verò *c* in Thraciâ intellexiſſet ſuum *d* generum fuiſſe interemptum, *e* filiamque & eius filias eſſe in poteſtate hoſtium, & captiuas abduci Carthaginem; corde valdè ſauciata, & rerum cariſſimarum amiſſione ea eſſe repenſa arbitrata; inuenit calamitatem magiſtram eius quod rectè habet. Ipſa enim, inquit, tua diſciplina me docebit: & ad rectam & veram fidem per illam deducta, ſtatuit deinceps viris diuinis vacare, ab eis inſtructa, & vtens ducibus ad ſalutem. Et ideò Anaſtaſium *f* Chorepiſcopum cum quibuſdam aliis, qui ei inſeruiebant, mittit Antiochiam ad *g* Simeonem Κιονίτην, id eſt, in columnâ habitantem, qui erat multò altiùs ſublatus virtute, quàm columnâ, & verè totius orbis

f

g

mittit ad Simeonem Stylitam:

miraculum; ei ſcopum cordis per litteras ſignificans, roganſque vt ab illo rurſus acciperet, quænam ſua eſſet ſententia. Quidnam autem reſpondit? Scias, inquit, quòd malignus videns opes tuarum virtutum, expetiuit te vt cribraret ſicut triticum, & per peſtiferum illum Theodoſium piam ac religioſam tuam corrupit animam. Sed eſto bono animo. Non enim defecit fides tua. Mihi autem ſuccurrit hoc valdè admirari, quòd cùm ſit tibi fons propinquus, ipſum quidem deſpicis, procul verò quæris eamdem aquam haurire. Habes autem diuinum Euthymium, cuius ſequens doctrinam, non aberrabis à ſalute.

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

remittitur ad S. Euthymium:

84 His auditis, non fuit negligẽs Eudocia, neque ſupina in boni inquiſitione. Sed cùm ſtatim de viro inquiſiſſet, & intellexiſſet ei eſſe conſtitutum non ad ciuitatem aliquam accedere; turrem in ſolitudine, quæ vergit ad Orientem, in altiſſimo ædificat promontorio, quod non plus quàm triginta ſtadia diſtat à Laurâ. Et illa quidem in eam aſcendit, vt, nullo prohibente, *h* frueretur ad ſatietatem doctrinâ Euthymij. Statim autem mittit ad eum quærendum Coſmam Crucis cuſtodem, & qui à me ſuperiùs dictus eſt, Anaſtaſium Chorepiſcopum. Illi autem cùm ardenti mandato æquè vehemens ad parendum ſtudium attuliſſent, in Lauram quidem protinus perueniunt. Cùm verò accepiſſent eum non adeſſe, ſed iam diu antè tranſiiſſe ad Ruban, ne ſic quidem à cœpto deſtiterũt: ſed cùm ſimul Beatum accepiſſent Thecticſtum, ad eum abeunt, & eum vehementer ſimul orãt & obſecrant & tandem perſuadent, vt ad Turrim veniat, vbi nunc eſt ædificatum *i* Scholarij monaſterium.

eum ad ſe accerſit,

h

i

85 Cùm eum autem vidiſſet Imperatrix Eudocia, non leuiter adſpexit, ſed vt qui æſtate aquam ſitit. & ad illius pedes præ gaudio procidẽs, Nunc cognoui, inquit, quòd Deus me viſitauit. Ille autem cùm eam ſolitâ impertiiſſet benedictione, Sed oportet, inquit, ô filia, te tibi deinceps attendere, & in futurum diligenter cauere. Nam quoniam vel parum abducta fuiſti vnà cum Theodoſio, propterea tibi moleſta euenerunt in rebus cariſſimis. Sed vt per totam vitam abſtineas ab hac à ratione alienâ contentione, oportet te præter tres ſanctas & œcumenicas Synodes, nempe Nicænam, quæ conuenit aduersùs Arium, & Conſtantinopolitanam, quæ ipſa quoque congregata fuit aduersùs Macedonium, & Epheſinam priùs aduersùs Neſtorium, accipere etiam decretum, quod fuit editum ab eâ, quæ nunc fuit congregata Chalcedone: & cùm te ſepararis à communione Dioſcori, Iuuenali Hieroſolymitano Archiepiſcopo omnino communicare, & cum eo omnino conſentire.

proſternitur ad eius pedes:

monitis eius acquieſcit:

86 Cùm hæc quidem dixiſſet, & precatus eſſet pro Imperatrice, & deinde ei vale dixiſſet, recedit. Illa autem ſtatim re ipsâ eſt executa ea quæ mandata fuerant: ſanctamque ingreſſa ciuitatem, Iuuenali & Catholicæ communicat Eccleſiæ, magnamque & frequentem inducit multitudinem monachorum & laicorum, vt quæ ſicut diſſenſionis, ita etiam communionis optimum fuit exemplum. Quorum fuit etiam vnus Archimandrita Elpidius. Nam Gerontius cùm in malo maluiſſet conſenescere, non ſibi ſolùm, ſed multis quoque aliis fuit cauſſa interitus. Cui viam ſimilem & ſimiliter ducentem ad exitium duo quidam ingreſſi ſunt Elpidij conuentus *k* Marcianus & *l* Romanus: & conſtruxit vterque monaſteria; vnus quidem circà ſanctam Bethleem, alter verò in vico *m* Theocorum.

multos ſecum ad Catholicã Eccleſiam reducit.

k l

m

87 Et beata quidem Eudocia accerſit è Laurâ Fratres cuſtodis Crucis, nempe Chryſippum & Gabrielium, & efficit vt ordinentur Preſbyteri. Et Chryſippus quidem cùm fuiſſet in preſbyteratu inſignis, reliquit ſcripta digna quæ mandentur memoriæ. Gabrielio autem committit præfecturam monaſterij *n* Stephani Protomartyris. *o* Baſſa autem pia & Dei amans, cùm Andream fratrem Stephani Iamniæ Epiſcopi è Laurâ accerſiuiſſet, eum paſtorem efficit & præfectum monaſterij, quod ab eâ fuerat ædificatum; ædificatum autem fuerat in nomine *p* Menæ Martyris.

n

o

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

a *Græcè* Ἀλκίσ. *Eius meminit Nicephorus lib.*15. *cap.*12. *per quem & Olybrium, ambos Patricios, Eudocia reconciliata eſt S. Pulcheriæ Imperatrici, de quâ agemus* 10. *Sept.*

b Olybrius *populi Romani Princeps, ex vrbe Româ à Genſerico Rege VVandalorum captâ Conſtantinopolim profugus, erat apud Marcianum Imperatorem. Huic deſponſata tum erat Placidia, neptis Eudocia, filia Valentiniani Imperatoris ex Eudoxiâ Eudociæ filiâ. Euagrius lib.*2. *cap.*7. *Nicephorus lib.*15. *cap.*11. Olybrius *dein* Marciano & Feſto Coſſ. Indictione X. *an.* 472. Anthemio *in Imperio Occidentali* ſubſtitutus, ſeptimo menſe imperij ſui vitâ defunctus eſt. *Marcellinus in Chron.*

Olybrius Imperator.

c *Græcè* ἐν θρᾴκῃ, *mendum. reponimus* ἐκ θρᾴκης, ex Thraciâ, *ſcilicet* intellexiſſet.

d Valentinianus *Imperator, dolo Maximi in Campo Martio confoſſus eſt XVI. Calend. Aprilis an. Ch.* 455.

e *Eudoxia in necem Maximi Genſericum in Italiam euocârat, à quo Vrbe captâ ipſa etiâ captiua in Africam abducta eſt cum duabus filiabus, quarum altera deſponſata Olybrio, cum matre Conſtantinopolim remiſſa eſt an. Ch.* 462. *Altera Eudocia nupta Hunerico Genſerici filio, ei Hildericum peperit. Tandem clàm dilapſa, in loca ſancta profugit an* 472. *& ſepulcrum auia Eudocia longè pòſt exoſculata eſt.*

Roma à Genſerico capta.

f *Abſolutè* Epiſcopus *dicitur à Nicephoro lib.*15. *cap.* 13. *vbi eadem hinc narrat.*

g *De S. Simeone Stylitâ actum* 5. *Ianuarij.*

h S. Sabas venit ad quemdam montem, vbi quondam B. Eudocia commanens virtutes magni Euthymij imitabatur. *Ita Cyrillus in Vitâ S. Sabæ ex interpretatione antiquâ MS. cui conſentit MS. Græcum, licet perperàm apud Lipomanum & Surium in tribus editionibus legatur* celeberrimi Theodoſij doctrinæ fructum percepiſſe: *quorum malâ lectione ſeducti, id ſuprà* 11. *Ianuar. ad vitam S. Theodoſij num.*20. *in prolegomen annotaueramus.*

i *Extructum id à S. Sabâ. Eius meminit Moſchus cap.* 178.

k Marcianus *hic infrà num.* 123. *ſuſtulit ſchiſma.*

l *Romani & Gerontij in pertinaciâ exitus infrà narratur num.* 123. *&* 124.

m *MS. Græcum* θικώων, *infrà num.* 124. Thecorum. *In vitâ S. Sabæ* Thecoum. *ex cuius ruinis* Laura noua *deinde fuit extructa.*

n *De his infrà num.* 103.

o *Infrà num.*99. *templum S. Stephani curat dedicari. Diſtabat ab vrbe Hieroſolymâ* non ſtadio integro *teſte Euagrio lib* 1. *cap.* 22. *quo in loco* ſaxis obrutus putatur. *Nicephorus lib.*14. *cap.*50.

p B. Baſſa ſemper Eudociæ, vt eadem ſecum in religione ſentiret, moleſta erat. *Ita Nicephorus lib.*15. *cap.*13. *Erat* Baſſa *Abbatiſſa monaſterij Hieroſolymis, ad quam Pulcheria ſcripſit, monuitq; fallacias Theodoſij Pſeudoepiſcopi euitãdas. Extat ea epiſtola è Græcis Latinè reddita à Baronio tomo* 6. *an. Ch.* 453. *num.* 17. *& ſeqq.*

B. Baſſa Abbatiſſa.

q *De S. Mennâ Martyre agemus* 11. *Nouemb.*

CAPVT XV.

S. Sabæ tirocinium. S. Geraſimi virtus.

88 a OCtogeſimo verò & ſecundo anno ætatis Euthymij, b accedit B. Sabas, cùm adhuc eſſet iuuenis, & nec barbæ quidem primam haberet lanuginem, quæ genas contegeret, rogatque vt ſub eo maneret, & ſub eo ſe in virtute exerceret. Ille autem primùm quidem accipit, Domitiano verò tradit diſcipulo. Deinde cùm eum accerſiſſet, Non oportet, ô fili, inquit, te, cùm ſis adeò iuuenis & imberbis, in Laura verſari. Magis enim expedit, vt qui tales ſunt, vitam degant in cœnobio. Cùm hæc dixiſſet, per quemdam ex Fratribus eum tranſmittit ad B. Theoctiſtum, dicens: Accipe adoleſcentem, & diligenter ſub te ſimul exerceatur & educetur. Nam vt mihi videtur, in exercitationis inſtituto, & in rectè factis erit inſignis. Atque ille quidem hæc de Sabâ prædixit, prædictionem autem congruens quoque conſecutus eſt exitus. Non eſt enim nunc, non eſt, non vrbs, non regio, non ſolitudo, in quâ illius diuini viri res non celebrentur, & ſimul ei qui dicit, & iis qui audiunt, voluptatem afferant. Quorum quidem non par eſt in tranſitu meminiſſe inter res geſtas Euthymij: ſed ſi Deo placuerit, de iis opus integrum conſcribemus; quandoquidem neque pium eſt, neque ſanctum, gentilium quidem vitam apud externos columnis honorari & ſcriptis; nos autem tam præclara facta virtutis digna iudicare ſilentio, & æternâ damnare obliuione.

a
b
S. Sabas fit monachus ſub Euthymio:

eius ſanctitas prædicta.

89 Oportet autem etiam de magno tractare Geraſimo, & quales ipſe dederit regulas & formas iis qui ſub ipſo exercebantur, & veluti condimentum attexere narrationem, quæ magnam vtique habet vtilitatem. Hic ergo magnus Geraſimus, qui c Iordanis ſolitudinis ciuis fuit ſimul & patronus, cùm maximam illic Lauram, quę non pauciores, quàm ſeptuaginta anachoretas habebat, conſtruxiſſet, & præterea cœnobium in medio eius optimè collocaſſet; curabat vt, qui introducebantur quidem monachi, manerent in cœnobio, & vitam monaſticam exercerent; qui autem crebris & longis ſe laboribus exercuerant, & ad perfectionis menſuras iam peruenerant, eos in iis, quæ vocantur, cellis collocans, ſub hac iubebat viuere regulâ, vt quinque dies hebdomadæ vnuſquiſque in ſuâ cellâ ſileret, nihil guſtans quod eſſet eſculentum, niſi panem & aquam & dactylos; ſabbatho autem & Dominicâ venientes in eccleſiam, cùm participarint ſanctificata, cocto vterentur in cœnobio, & ſumerent parum vini. In cellâ verò nulli permittebatur aut ignem accendere, aut coctum guſtare. Paupertas autem tantæ erat eis curæ, quantæ nihil aliud: & humilitate maximè ornabantur.

c S. Geraſimi Laura & cœnobium.

Anachoretarum victus & diſciplina ratio.

90 Vnuſquiſque verò laborem ſuarum manuum, qui per hebdomadam ab eis factus fuerat, ſabbatho ferens in cœnobium, circà veſperam Dominicæ, hebdomadæ ſumptus rurſus accipiens, panes, inquam, & dactylos & aquam in vaſo aliquo & palmas, rurſus redibat in cellam. Erant autem adeò remoti ab omni ſollicitudine, & à negotiis humanis ita diſiuncti, vt nihil haberent præter ea, quibus induebantur, adeò vt non eſſet ſecundus amictus. Stratum autem quid erat aliud, quàm ſtorea, & quę ſolent appellare *d* centonium & *e* embrymium, & vas fictile ad aquam, quod quidem ſimul ſufficiebat ad potum & ad palmas irrigandas?

labor manuum.

amictus, ſtratum.

d e

91 Hæc lex autem eis eſt optimè tradita à Geraſimo, vt exeuntes cellas dimitterent apertas, vt liceret ei qui vellet, ingredi, & quod vellet, accipere ex illis vilibus & ad vſum neceſſariis, nemine prohibente: quinetiam ipſi quoque cernerentur viuentes Apoſtolicè, & eſſet eorum quoque, qui habitabant in ſolitudine, eis conſimiliter cor & anima vna: quandoquidem nemo ex iis quæ habebat iudicabat eſſe aliquid proprium, ſed omnia eis ex æquo eſſe communia. Porrò autem hoc quoque dicitur de anachoretis; cùm quidam ad eum accedeſſiſſent, & peterent vt ſibi liceret aquam calefacere, & coctum ſumere & ad lucernam legere, magnum reſpondentem Geraſimũ dixiſſe: Si ſic vultis viuere, multò magis expedit vt vos viuatis in cœnobio. Ego enim nequaquã permittam toto meæ vitæ tempore hoc fieri apud anachoretas.

cella apertæ,

Act. 4. 32.

regulæ obſeruantia:

92 Cùm Hierichuntini audirent eorum, qui erant apud Geraſimum, eſſe adeò arctum & omnis ſolatij expers vitæ inſtitutum, eſſeque admodùm aſperum & violentum, hanc ſibi legem tulerunt, vt ſabbatho & die Dominico ad eos abirent, & eis non modicam afferrent conſolationem. Sed hoc quidem eſt laus Hierichuntinorum, & euidens argumentum animarum virtutis amantium. Cùm autem multi ex iis, qui ſub hoc magno Geraſimo erant, decertatoribus, viderent multos mundanos cum hoc propoſito & ſcopo ad ſe venientes, tantum abeſt, vt eis gratus & iucundus eſſet eorum aduentus; vt nec eos quidem in regione omnino videre aut tolerare poſſent; ſed potiùs vt valdè læſuros eos fugerent & declinarent. Illi enim pulchrè ſciebant, perfectæ temperantiæ matrem eſſe abſtinentiam, vt quæ poſſit & turpes expellere cogitationes, & ſomni leuare grauitatem; vt qui non ſolùm verbis, ſed etiam factis hoc à Patre optimè didiciſſent.

ab Hierichuntinis miſſi cibi

recuſantur.

93 Hi enim illum dicebant tanti feciſſe abſtinentiam, vt quadraginta ieiunij dies ieiunus tranſigeret, contentus ſolâ Sacramentorum participatione. Cùm ſic vixiſſet Geraſimus, & iis qui ſub eo erant fuiſſet exemplar virtutis & occaſio ſalutis, coimmunis aduenit finis *f* quinto menſis Martij, indictione *g* tertiâ decimâ, in conſulatu Zenonis Auguſti ſecundo. Nobis autem rurſus redeundum eſt, vnde digreſſi ſumus.

S. Geraſimi mira abſtinentia,

f

g

& mors.

a *an. Ch.* 458.

b *Hæc plenius ab eodem Cyrillo in Vitâ S. Sabæ describuntur.*

c Vno ferè milliari distare monasterium Gerasimi à Iordane *docet Moschus cap.*107.

d Cento *vestis est è variis panniculis consarcinata, idemq; vt videtur hic* centonium *significat.*

Embrimium quid,

e *Quid* embrimium *sit, exponit Cassianus collat.* 1. *cap.*23. His itaque B. Moyses collationi nostræ dans finẽ, adhuc nos auidos ac de suo ore pendentes, degustare somnum paullisper hortatus est, iisdem ipsis, quibus insidebamus, psiathiis admonens incubare; embrimiis pariter capiti nostro ceruicalium vice suppositis, grossioribus papyris in longos gracilesque fasciculos coaptatis. Quæ pedali interuallo pariter colligata, nunc quidem humillimum sedile ad scabelli vicem Fratribus in synaxi considentibus præstant, nunc verò subiecta ceruicibus dormientium præbent, capiti non nimiè durum, sed tractabile aptumq; fulcimentum. Ad quos monachorum vsus hæc idcircò vel maximè opportuna habentur & congrua, quòd non solùm sint aliquatenus mollia paruoque & opere præparentur & pretio, vtpote passim papyro emergente per Nili fluminis ripas, quam cuique volenti in vsum assumere nemo prohibeat desecare; sed etiam quòd ad remouendum, seu cùm necesse fuerit ad mouendum habilis materiæ leuisque naturæ sint. *De voce disputant recentiores quidam Grammatici Scaliger, Casaubonus, Martinius: & hic quidem dubitat num fortè Celtica sit aut Germanica, à* brem, *id est, genistâ, sparto, quo farta erant embrimia, loco plumarum & tomenti. Sed vsum embrimiorum præcipuè à Celtis cœpisse oporteret aut Germanis, vt cum re nomen etiam ad Syros Ægyptiosq; perlatum esset.*

vnde dictum.

f *Consentit vita S. Quiriaci* 30. *Septemb. & Martyrol. Rom. licet Græcis eum* 4. *Martij colant.*

g *an. Ch.* 475. *Aberrant Menæa Græcorum, qui eum statuunt vixisse* in interiore Thebaidos solitudine, imperante Constantino Pogonato, Heraclij nepote, *duobus post hæc temporibus seculis.*

CAPVT XVI.

Varia misericordiæ opera. Mors Eudociæ Augustæ.

a b Monachos Nitrienses exules hospitio excipit Euthymius:

94 CVm iam tunc Leo pius & Christi amans, Marciani a successisset imperio, b Timotheus quidam cognomine Ælurus, totam concutiebat & conturbabat Alexandriam. Deinde autem cùm ipsum quoque c Patriarcham ciuitatis (ô iniquas & impias manus!) in diuini baptismatis piscinâ interfecisset, Sedem audacter & impudenter inuadit. Cùm ergo in Ægypto omnia essent plena turbâ & tumultu, duo quidam anachoretæ, quibus nomen erat Martyrius & d Elias, vnus quidem Cappadox, alter verò Arabs, profecti ex monte Nitriæ, ad magnum illum veniunt Euthymium, & vnusquisque eorum in cellâ separatâ apud ipsum longo tempore sunt versati: quos quidem hic vir diuinus amplectebatur lege amicitiæ, & assiduè inuitabat ad collocutionem, & ad Cutilam & Rubam secessus & descensus eos quoque similiter faciebat participes. Cum quibus, & vnà cum Gerasimo & aliis deinceps anachoretis, sanctæ illæ manus vnaquaque Dominicâ intemerata sumebant e sacramenta.

c

d

e

iis prædicit Patriarchatum Hierosolymitanum:

95 Præuidit autem magnus Euthymius perspicaci oculo animæ ea quæ erant euentura Martyrio & Eliæ, nempe fore, vt f Iacobi, qui clarus erat in choro Discipulorum, vnusquisque eorum Sedis sit successor futurus. Post hæc verò g Elias quidem cùm descendisset in Hiericho, ædificat sibi cellam ante ciuitatem, quæ accessionibus ab eo factis paullatim dilatata, transmutata est in ea, quæ nunc cernuntur, monasteria. Martyrius autem speluncam quamdam ad Occidentem, quæ quindecim stadiis distat à Laurâ, ingreditur: & cùm satis temporis in eâ permansisset, magnum quoddam & insigne is illic quoque construit h monasterium.

f

g

h

i

k

96 i Sequenti autem anno Iuuenalis quidem Patriarcha k quarto & quadragesimo anno eius patriarchatus ex hac vitâ excedit. Anastasius verò communi omnium suffragio ad Sedem illius promouetur, de quo Euthymij fuerant prædictiones, & de eo veræ promissiones. Quarum is statim recordatus Pheidum, qui in Lauram cum ipso accesserat, & illas audiuerat prædictiones,

ordinat Diaconum, & rursus ad magnum illum mittit Euthymium vnà cum custode Crucis, & prophetiæ significans euentum, & rogans vt sibi permitteretur ad eum descendere. Is autem dat hæc responsa: Ego quidem semper desidero vestram videre perfectionem, & sic lucrum consequi spiritale. Sed prior quidem vester aduentus erat ab omni turbâ remotus, & separatus ab omnibus negotiis. Nunc autem vestri magistratus magnitudo dat vobis alium locum & ordinem, Deo ita volente. Quamobrem longè meam superat imbecillitatem vestra scilicet præsentia. Rogo ergo te ne ampliùs vexeris huc iter suscipiendo. Sin minùs, ego quidem te venientem prompto & alacri animi studio accipiam, & deinde necesse erit, vt non possim alios ampliùs repellere, nec potero deinceps ampliùs hìc versari, vt qui ab eorum qui accedunt, sim opprimendus multitudine. Sed quæ ad magnum quidem spectant Patriarcham, sic habent. Vult autem nunc oratio, vt reuertamur ad Terebonem.

AVCTORE CYRILLO MONACHO. *Ab Anastasio Patriarchâ Hierosolymotum nõ vult inuisi.*

97 Hic ergo Terebon Præfectus Saracenorum, cùm aliquâ de causâ venisset l Bostras, & à quodam suo collegâ per calumniam esset accusatus, ab eo, cui commissa fuerat regionis administratio, comprehensus fuit & coniectus in carcerem; in quo habitare fuit longo, quod intercessit, tempore condemnatus. Cùm autem sycophantiæ actum magnus cognouisset Euthymius, scribit ad m Antipatrum, qui tunc regebat Ecclesiam Bostrenorum, vnà cum litteris mittens Gaianum fratrem Stephani Episcopi Iamneæ, vt omnem adhiberent diligentiam, vt Terebon liberaretur à vinculis. Ille verò cùm accepisset litteras, & excepisset Gaianum, & liberasset quidem Terebonem ab omni accusatione, & sumptum quo erat ei opus ad iter conficiendum, ei suppeditasset, ad magnum mittit Euthymium: Gaianum autem, veluti quasdam scintillas virtutis Euthymij, statuit retinere, eumque n Medaborum ordinat Episcopum.

l Terebonẽ iniustè cõprehensum liberari procurat:

m

n

98 Beata autem Eudocia, cùm quàm plurima templa Deo ædificasset, gerontocomiaque & ptochotrophia, & monasteria, quæ ne facilè quidem possunt numerari, piè construxisset; iussit in quodam ex iis templis, quæ erant ab eâ ædificata, quod est sacrum Petro Principi Apostolorum, situm autem est è regione Lauræ Euthymij, non distans minùs quàm viginti stadia, cisternam valdè profundam simul & latam fodere gratiâ alicuius vsus necessarij. Cùm autem aliquando venisset ad eam spectandam, videt Lauram Euthymij positam in mediâ solitudine, & quemadmodùm cellæ Fratrum erant à se inuicem seiunctæ, & cùm illud Scripturæ apud se cogitasset, Quàm pulchri sunt pedes Iacob, tabernacula Israël! & ex eo animo esset valdè compuncta, ad eum statim mittit Gabrielium, rogans vt sibi permitteretur ad eum accedere, & frui illius sermone & doctrinâ, & simul etiam Lauræ, eique dare reditus habebat in animo. Causa autem erat, vt Fratribus daretur de cetero sufficiens necessariarum rerum suppeditatio.

Eudocia multa pia loca & monasteria extruit:

Num. 24. 5.

99 Ille verò eam sic priùs compellat: Cùm tuus decessus sit in foribus, cur sollicita es, ô filia, & distraheris circa plurima? Illa sint tibi solùm parata, quæ pertinent ad excessum ex hac vitâ. Nostri autem ne memineris, quantum ad reditus & pecunias: sed communis Domini memineris, apud quem rogamus vt tu nostri potiùs recorderis. His illa auditis, his duabus affectionibus bifariàm diuisum habuit animum, admiratione & animi ægritudine: illud quidem magni Euthymij tribuens præscientiæ, & quemadmodùm quod ipsa de ipso animo agitabat, ille longo antè spatio intelligat; hoc autem propterea, quòd ipsa à suâ spe excidisset. Volebat enim ei pecunias relinquere & reditus, vt diximus. Hinc verò venit ad sanctam ciuitatem, & cùm Anastasium accersiuisset Patriarcham, & ei exposuisset, quæ à diuino audiisset Euthymio, ea fecit, quæ illi ptiori cogitationi respondebant, & erant planè fraterna. Et primùm quidem Stephani Protomartyris Christi templum, quod nondum erat plenè o constructum, dedicat quintodecimo

instantem obitum ab Euthymio intelligit.

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

menſis Ianuarij. Deinde cùm ei etiam multum tribuiſſet reditum, & eius curam dediſſet Gabrielio, neque alias quoque neglexit eccleſias, quæ ab eâ ædificatæ fuerant; ſed eas quoque valdè diligenter obibat, & dedicans, & ſufficientem reditum vnicuique attribuens. Cùm quatuor autem menſes iam præteriiſſent poſt dedicationem, ipſa quoque, humanâ vitâ relictâ, *p* excedit ad Dominum.

a *an. Ch.* 457.

b *Agunt de* Æluro *Euagrius lib.* 2. *cap.* 8. *Theodorus Lector lib.* 1. *Collect. Liberatus in Breuiario cap.* 15. *& potiſſimùm Clerus Alexandrinus & Ægypti Epiſcopi orthodoxi in epiſtolâ ad Leonem Imperatorem, quæ extat inter epiſtolas datas à diuerſis pro Conc. Chalcedonenſi par* 3. *epiſt.* 22.

c S. Proterium, *qui colitur* 28 *Februarij.*

d *à S. Cyrillo edocti fuerunt, vt de S. Eliâ dixit Anaſtaſio Imperatori S. Sabas. colitur Elias* 4. *Iulij. Martyrij nomen necdum in Faſtis ſacris legimus, licet* Sanctus *&* Beatus *paſſim appelletur, niſi fortè is eſt, qui cum Rubentio memoratur* 17. *Ianu. in Oriente.*

e S. Euthymius eos diuinis impertiebatur ſacramentis in ſolitudine Rubâ ſingulis Dominicis, donec veniſſet dies Palmarum. *Vita S. Quiriaci.*

f S. Iacobum *Apoſtolum intelligit, fratrem Domini, primum Hieroſolymorum Epiſcopum, de quo* 1. *Maij*

g Sicut S. Elias hìc monachus vinum non bibit, ita nec Patriarcha factus bibebat, ſed eamdem ſeruauit regulam. *Moſchus cap.* 35.

h *De hoc monaſteriò agetur infrà num.* 119. 125. 131. *&* 138. *Eius mētio fit in Cōcilio Conſtātinopolitano ſub Mennâ an. Ch.* 536.

i *Anno Leonis Imp.* 2. *Chriſti* 458. *Baronius obitum refert in annum precedentem* 457. *propter hæc verba Vitæ Sabæ excuſa:* Cùm Saba annum ætatis ageret decimum octauum, quo Marcianus & Iuuenalis ambo pij & religioſi, ille ab imperio, hic à pontificatu morte deſiſtunt *&c. Verùm locus ille ſic legitur in antiquâ Vitâ per Cyrillum:* Eo in tempore regni apicem Marcianus obtinebat, Hieroſolymis autem Iuuenalis præſidebat. *Confirmatur obitus S. Iuuenalis ratio ex ſucceſſione Anaſtaſij, cuius annus octauus cum Leonis Imper. nono concurrit; & anno eius* 15. *obit S. Euthymius. Vide prolegomena num.* 12. *&* 13.

Iuuenalis Epiſc. quo anno obierit.

k *Locus hic mendus ſcatet: ex Heruetj verſione* 14. anno Patriarchatus moritur. *Verùm anno Ch.* 431. *interfuit ſynodo Epheſinæ. MS. Græcum noſtrum* Ιουνάλιος μὲν ὁ πατριάρχης τῷ πεμπτῳ καὶ πεντηκοστῷ τῆς ἀρχῆς ἐνιαυτῷ κατελύσε τὸν βίον. Iuuenalis quidem Patriarcha quarto & quadrageſimo patriarchatus anno ex hac vitâ diſcedit. *Sed ſic oporteret conſecratum aſſerere an Ch.* 415. *Verùm eo anno Ioannes Epiſcopus menſe Decembri reliquias S. Stephani tranſtulit, cui ſucceſſit Praylius deceſſor S. Iuuenalis. In Chronico Nicephori aſſignantur Praylio, quem Paulinum vocat, anni* 20. *Iuuenali* 38. *ſed in vtroque mendum eſt. Quare opinamur legendum τῷ πεμπτῳ καὶ τριακοστῷ. quarto & trigeſimo. ex quo facilius Heruetus legit πεμπτῳ καὶ δεκάτῳ, alius πεμπτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ, adeoque Epiſcopus fuiſſet ordinatus an. Ch.* 424. *aut ſequenti. Fauet huic coniecturæ Nicephorus Calliſtus lib.* 14. *cap.* 30.

quamdiu ſederit.

l *Vrbs erat munitiſſima & antiquiſſima in Arabiâ deſertâ, tribui Manaſſe trans Iordanem aſſignatâ. Vide Adrichomium cap.* 27.

m *Huius deceſſor ſubſcripſit Concilio Chalcedonenſi* Conſtantinus Boſtrenæ ciuitatis metropolis Arabiæ.

n Medaba ciuitas trans Iordanem, Arabiæ ſubiacens. *Vita S. Sabæ; quondam primaria Ammonitarum, poſteà Amorrhæorum ad torrentem Arnon; patria Gerontij, qui Hegumenus erat monaſterij S. Euthymij, cùm Vita hæc à Cyrillo ſcriberetur. Vide Adrichomium in tribu Ruben cap.* 47.

o *Amplum adeò, vt decem millia monachorum ex omni eremo in eo conuenerint. Vita S. Sabæ.*

p *Anno* 4. *Imperij Leonis, Chriſti* 460. *menſe Maio. Sepelitur in templo S. Stephani. Nicephorus & Euagrius.*

CAPVT XVII.

Acta & obitus S. Theoctiſti: & aliorum Euthymij diſcipulorum.

Moritur S. Theoctiſtus,

100 LOngo autem pòſt tempore, cùm eſſet Euthymius iam nonaginta annos natus, in grauem morbum incidit Sanctus quoque Theoctiſtus; qui erat adeò morti vicinus, vt ipſe quoque ſe mox eſſe deceſſurum ſignificârit, vt cuius iam eſſet ſenectus profundiſſima, & humanorum eſſet plenus dierum. Cùm ergo ad eum viſendum magnus veniſſet Euthymius, & adſpexiſſet eum verſari in magno periculo, ſtatuit paucos aliquot dies cum eo manere, vt, cùm iam eius ſancta ad Dominum excederet anima, ipſe iuſta corpori faceret, & ea omnia, quæ mos eſt, in eo impleret. Cum autem cognouiſſet Patriarcha apud Theoctiſtum aſſidere Euthymium, & id exiſtimaſſet ſatis opportunam ad eum veniendi occaſionem, cùm B. Theoctiſtus iam ad Deum exceſſiſſet *a* tertio die Septembris, ad eum accedit, & *b* communiter ab eis facta reliquiarum ſepultura.

ſepelitur à Patriarchâ & Euthymio:

101 Deinde quæ erga Euthymium vehemens iubebat deſiderium, fecit Patriarcha, & cùm ſacras illas manus ſuauiter prehendiſſet, & eis eſſet circumfuſus, & vehementer eſt amplexus, & inter amplexus dixit verba teſtantia deſiderium: Iam diu ab hinc ego ſanctas has manus deſiderabam, & ecce Deus mihi impleuit deſiderium. Sed rogo te, venerande Pater, & valdè rogo, primùm quidem, vt Deum preceris, vt tuæ in me perpetuò conſeruentur prædictiones. Deinde, vt ad me etiam aſſiduè ſcribas de iis, quæ videntur, quæcumque lex præcipit filio. Hæc cum Euthymio benignè admodum colloquebatur, & quæcumque alia tempus poſtulabat, & poſt longum tempus cum eo congreſſio reuocabat in memoriam. Is verò eum ſolitâ illâ ſuâ moderatione, Hoc ego, reſpondit, potiùs peto à tuâ beatitudine, vt in tuis ad Deum interceſſionibus & ſupplicationibus noſtri quoque recorderis. Ille verò reſpondens: Nequaquàm, inquit, ô Pater, hanc tibi concedam petitionem. Hoc enim, inquit, rogo, vt à te primus accipiam. Pulchrè enim iam ſum expertus diuinorum chariſmatum, quæ in te eſt, operationem & virtutem. Ille autem placidè admodùm & leniter, Concede, inquit, venerande Pater, & exorare, vt præſentis monaſterij, meâ & tuâ cauſsâ, & ipſorum etiam Fratrum curam geras, eique vt par eſt, prouideas. Ad hæc Patriarcha, Cùm, inquit, adhuc Sanctus eſſet ſuperſtes Theoctiſtus, tu huic præfuiſti ſolitudini, eamque effeciſti ciuitatem inſignem multitudine & virtute eorum, qui inhabitant, & reddidiſti veluti quamdam aliam Chriſto Hieruſalem, & nunc rurſus cùm ille è vitâ migrauit, ſua tibi relinquit. Ille ergo cùm hæc dixiſſet, & Sancto vale feciſſet, reuerſus eſt ad ſuam habitationem.

mutuum vtriuſque obſequium.

S. Theoctiſti ſucceſſores.

102 Magnus autem Euthymius, cùm Marin patruum Terebonis, *c* ex virtute viuentem, & iam ætate proiectum, monaſterij Præfectum conſtituiſſet, reuertitur ipſe quoque in ſuam Lauram. Cùm ipſe autem in monaſterij præfecturâ duos annos vixiſſet, & deinde è vitâ *d* migraſſet; deſcendens rurſus magnus Euthymius, ſacrum quidem eius corpus in Theoctiſti magnâ thecâ piè deponit; cuidam autem *e* Longino, propter vitam laude digno, committit curam monaſterij.

Coſmas, Chryſippi, Gabrielij fratrum acta, virtutes, ſcripta, obitus.

103 Statim autem poſt magni Theoctiſti deceſſum, cùm Olympius Scythopolis Epiſcopus vitam reliquiſſet, Coſmas quidem cuſtos Crucis pro illo ordinatur Epiſcopus; Chryſippo autem cuſtodis Crucis committitur miniſterium, & nec in eo excidit prædictio Euthymij. Sed Beatus quidem Coſmas cùm totos triginta annos manſiſſet in eo munere, in *f* ſecundâ Palæſtinæ prouinciâ magnis claruit pulchriſque rebus ex virtute geſtis. Chryſippus autem, qui erat illius quoque frater, cùm duodecim annos obiiſſet munus cuſtodiendæ Crucis, *g* ſcriptis relictis & numero multis, & propter ea quæ tractant laude dignis, vitâ excedit. Horum verò frater Gabrielius, cùm fuiſſet, vt priùs diximus, Preſbyter & Præfectus viginti quatuor annos, ædificauit ſibi breue quoddam monaſterium in valle venerabilis templi ad Orientem, quod nominatum fuerat *h* ſanctæ Aſſumptionis. In quod quidem, ad imitationē B. Euthymij, poſt diuinorū Theophaniorum octauum diem ſecedēs, in eo morabatur vſque ad feſtum Palmarum. Cùm autem eſſet ſtudioſus, habuit ingenium quoque ei opem ferens. Quo factū eſt, vt linguam exerceret & ad Græcorum ſermonem & Romanorum & etiam Syrorum. Moritur verò octogeſimo ætatis anno in monaſterio, & fit illic viro ſepulchrum, *i* qui ſignis maximis eſt inſignis. Atque quæ ad Euthymij quidem pertinent diſcipulos, ea ſunt huiuſmodi, & fuit talis vniuſcuiuſque deceſſus.

an. Ch.

a *an. Ch. 467. ad illum diem de eo agemus.*

b Euthymius cum magnâ honorificentiâ ſepeliuit corpus eius. *Cyrillus in Vitâ S. Sabæ.*

c Marium dignum & mirabilem. *in Vitâ eadem.*

d *an Ch. 469.*

e *Eius mentio fit etiam in Vitâ SS. Sabæ & Quiriaci. huic* Paulus, *illi ſuffectus iunior* Terebon.

f *Scythopolis ſecundæ Palæſtinæ Metropolitanæ ſedes, primæ Cæſareæ, vtraq; ſub Patriarchatu Hieroſolymitano.*

Chryſippus ſcriptor Eccleſiaſticus.

g *Paucâ ex his ſuperſunt. ac primò huius eſt ſermo de ſanctiſſimâ Mariâ Deiparâ, à Ioanne Pico Pariſienſi, vnà cum aliis editus, & inſertus Bibliothecæ SS. PP. tribus editionibus Pariſienſibus, & Colonienſi; ſed ſeculi 6. par. 2. quòd ætas neſciretur. Secundò huius eſt Encomion conſcriptum de S. Theodoro Martyre, in quo mentio eſt Luciani Presbyteri, cui Gamaliel, quo in loco latèrent corpora SS. Stephani, Nicodemi, ipſius Gamalielis & Abibi filij, reuelauit an. 415: Imò horum martyrium ab eo conſcriptum. Conſule in Photij bibliothecâ tmema 171.*

h *Palladius in hiſtor. Lauſiacâ cap. 104. meminit* oratoriorum in Oliueto in colle Aſſumptionis, vnde adſcendit Ieſus. *Eſt autem* ad Orientem *ſancta ciuitatis.*

i *De eo agemus 26. Ianuarij.*

CAPVT XVIII.

Dies obitus ſui à S. Euthymio, & Domitiani prædicta.

104 EGo autem ad ea, quæ conſequuntur, eius rectè facta reuertor. Nam hæc quoque mihi cum aliis Ioannes Silentiarius & Epiſcopus, & Thalelæus Preſbyter narrauerunt. Dicebant enim, quòd verſantibus aliquando ipſis in ſolitudine, in eos incidens B. Saba colloquebatur, dicens, quòd cùm adhuc eſſet in cœnobio, aſcendiſſet poſt mortem Theoctiſti ſimul cum Longino Præfecto ad magnum Euthymium. Cùm autem aliquot dies morati eſſent circa Rubam eum Martyrio & Eliâ, & vnà cum eis adeſſet S. Geraſimus; Quoniam, inquit, prompto & alacri animo videt magnus Euthymius me & Domitianum, vtroque aſſumpto, *a* tranſibat per interiorem ſolitudinem. Cibus autem nobis erant radices melagriorum. Deinde peruenimus ad quamdam terram admodùm incultam, ſiccamque & omnino aquę expertem. Ego autem, qui planè eram rudis & imperitus conuerſationum, quæ fiunt in ſolitudine, vehementiſſimâ ſiti oppreſſus deficiebam animo, & nec pedes quidem habebam qui poſſent itineri conficiendo ſufficere. Conuerſus verò, inquit, magnus Euthymius, cùm me ſic iam deficientem & defeſſum adſpexiſſet, meâ cauſsâ eſt animo commotus: & cùm ſe paululùm à nobis ſeiunxiſſet, & ad terram proſtrauiſſet, orabat, dicens: Domine, da aquam in terrâ ſitienti, Fratris ſitim conſolans: & poſt preces ſurgens, apprehendit ligonem, quo herbarum exſcindentes radices, alimentum nobis comparabamus, & ſolum parũ ſcindit, & ſtatim aqua è terrâ ſcaturit, & bibere permittit. Cùm ergo bibiſſet, & ſitim, quæ eum premebat, depuliſſet, Deo egit gratias, qui præter opinionem per ſuos ſeruos talia facit miracula.

a S. Euthymius precibus fontem elicit:

105 Cùm ergo apud Deum tantam haberet Euthymius fiduciam, & tantam ſpiritus gratiam è ſuperis attraxiſſet, ne communis quidem mortis ei tempus eſt celatum, nec quæcumque euentura erant in eius Laurâ, ſicut diuini Patres de iis mihi narrarunt. Dicunt enim, quòd *b* octauo quidem die poſt feſtum luminum, quo ſolebat ad interiorem proficiſci ſolitudinem, conuenerunt quidem ij qui erant ipſum deducturi, & quicumque eius peregrinationis omnino volebant eſſe ſocij; inter quos erat etiam Martyrius & Elias. Cùm autem nihil parati inueniſſent, neque quod eſſet receſſui conueniens, quin etiam eum omnino offendiſſent imparatum, rogarunt an non eſſet cras profecturus. Ille verò, Totâ, inquit, hebdomadâ ero vobiſcum in Laurâ, & ſabbathi mediâ nocte à vobis ſeparabor. Hoc autem, dixit, priùs ſignificans ſe tunc eſſe moriturum.

prædicit diem mortis ſuæ:

b

feſto S. Antonij Abbatis ſuos vltimò alloquitur,

106 Tertio itaque die, qui eſt poſteà conſecutus, cùm aduenisſet dies feſtus diuini Antonij, præcepit vt vigilent in templo per totam noctem: & nocturnis illis hymnis ab eo peractis, cùm aſſumpſiſſet Preſbyteros in eo, quod Diaconicum appellatur, Nullas, inquit, ô Fratres vobiſcum ampliùs peragam vigilias. Me enim iam vocat Deus à vitâ præſenti. Sed nunc quidem exite, & accerſite mihi Domitianum: manè autem Patrum veluti quidam cœtus conueniat. Manè ergo magno ſtudio omnes ad eum conuenerunt; & cùm ſe parum retinuiſſet, ita eos cœpit alloqui.

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

107 Patres mei & Fratres dilecti in Domino, & filij, ego quidem iam poſtremam viam meorum Patrum ingredior. Vos autem oportet veſtrum in me amorem in cuſtodiendis præceptis oſtendere: ex quibus præcipuè eſt caritas, quæ eſt vinculum virtutum perfectionis. Quod enim ſal pani, hoc eſt caritas virtutibus. Nec ſine eâ fieri poteſt, vt ſe virtus rectè gerat: quandoquidem vniuerſa virtus per caritatem & humilitatem firma & ſtabilis cognoſcitur. Nam humilitas quidem nouit eum, qui eâ vtitur, ad ſummum rectè factorum extollere: caritas verò & firmiter continet, nec ſinit vt cadat ab illâ altitudine. Eſt autem caritas maior humilitate: quod quidem manifeſtum eſt ex ipſo exemplo Domini & opificis. Nam propter ſuam in nos caritatem ſeipſum ſuâ ſponte humiliauit, & factus eſt ſicut nos. Oportet ergo ei perpetuò confiteri & hymnos offerre. Nam hæc quidem omnes, vt ſemel dicam, homines honeſtum eſt exercere. Nos autem præ cæteris, & propter pacta conuenta cum eo inita, & quòd ab omni perturbatione liberi, & à negotiis, quæ ad victum comparandum pertinent, minimè diuulſam & diſtractam vitam noſtram agamus, & ſoli nobis ipſis ſeorſum attendamus. Et corpora & animas, ô Fratres, ſemper caſtas cõſeruare oportet, & conſueta in ſynaxi glorificatio, & quæ nobis deſuper tradita eſt, regula conſeruanda eſt à vobis omni diligentiâ. Eorum, qui affliguntur, cura eſt gerenda pro viribus. Qui ex Fratribus colluctatur cum improbis cogitationibus, is ſemper à vobis confirmetur, & perpetuâ fruatur admonitione & doctrinâ & præceptione, ne imprudens paullatim ſupplantetur, & caſu graui à diabolo proſternatur. Porrò autem hoc quoque vobis vltimum adiicio mandatum: Numquam iis, qui adſunt, occludatur ianua: ſed ſit ſemper aperta cuiuis viatori, & ad excipiendum veluti paratiſſima. Quinetiam ipſum tectum ſit vobis commune hoſpitibus atque tranſeuntibus, & ea quæ habetis, egentibus proponantur communia. Sic enim copioſam ſuppeditationem à Superis conſequemini.

commendat caritatem,

caſtitatem,

curam tentationum,

hoſpitalitatem.

108 Hæc cùm eis mandaſſet, deinde etiam eos interrogauit, quemnam eis vellent imperare & præeſſe. Illi autem vno veluti conſenſu reſponderunt omnes, Domitianum. Ille verò, At hoc, inquit, nequit fieri. Domitianus enim non hîc longo tempore poſt me manebit: ſed cùm ſeptimum ſolùm diem tranſegerit, ſequenti me conſequetur. Hoc omnes qui aderant, obſtupefecit, cùm tam apertè & tam libere dictum eſſet. Cùm de Domitiano itaque ſpem perdidiſſent, petunt quemdam Eliam, Oeconomum inferioris monaſterij, genere Hierichuntinum. Ad eum ergo protinus conuerſus magnus Euthymius: Ecce, inquit, omnes Patres te ſibi paſtorem & præfectum eligunt. Tu autem vide, vt tibiipſi attendas & toti gregi. Oportet verò te hoc quoque ſcire ante alia, quòd Deo viſum ſit, haud ita diu abhinc hanc Lauram fieri cœnobium. Deinceps autem & vbinam ædificari cœnobium, & quemadmodùm conſtrui oportet, & de hoſpitum exceptione, pſalmodiâque & ſtudio in regulâ adhibendo præcepit Eliæ, & de non negligendis Fratribus, & maximè iis, qui improbis grauantur cogitationibus. Deinde verò hoc poſtremò dixit omnibus: Si inuenerim aliquam ad Deum fiduciam, hanc primam petam à Deo gratiam, vt vobiſcum & cum veſtris poſteris ſit ſemper ſimul ſpiritu in ſeculum.

Prædicit mortem Domitiani.

Conſtituit ſucceſſorem Eliam, à Fratribus electum:

ei monita tradit.

a *Sequentia narrantur etiam in Vitâ S. Sabæ.*

b *Octauam Theophaniorum à Græcis celebrari 14. Ianuarij, diximus*

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

ximus suprà; quam consuetudinem à Syris etiam fuisse obseruatam hinc colligimus, quòd tertio ab hoc die fuerit festiuitas S. Antonij.

CAPVT XIX.

Obitus Euthymij ac Domitiani. Sepultura.

109 HÆc cùm dixisset, dimisit quidem omnes præter Domitianũ: & cùm tres posteà dies mansisset in diaconico, sabbatho noctu [a] dormit in pace, & ad eã, quę illic est, transit beatitudinem, re verâ senex & plenus dierum, vicesimo die mensis Ianuarij, in anno quidem à mundi creatione, conuenienter temporibus scriptis ab [b] Hippolyto, qui fuit antiquus & ipsis notus Apostolis, & ab [c] Epiphanio Cyprio, & ab [d] Herone philosopho & Confessore, quinquies millesimo quingentesimo & sexagesimo, Domini autẽ nostri Iesu Christi in carne aduentus [e] quadringentesimo & sexagesimoquinto. Sciantur autem hæc quoque de Euthymio, quòd habitu quidem erat minimè fictus & mitissimus; adspectu autem teres & albus, valdeque lætus & iucundus ad videndum, omnino canus propter ætatem, paullò breuior, densâ barbâ & vsque ad zonam promissâ, membris sanus & integer, vt cui non digitus, non vnguis, non dens, non parua nec magna pars abesset corporis. Atque natus fuit quidem, vt superiùs dictum est, ex reuelatione. Tres autem annos natus, Deo fuit consecratus, in principio scilicet magni Theodosij. Cùm verò transiissent per omnes Ecclesiasticos ordines, venit Hierusalem circa viginti & nouem annos vitæ propriæ. Cùm verò sexaginta & octo annos transegissent in solitudine, nonagesimo quidem & [f] nono anno suæ ætatis, decimo autem sexto Imperij Leonis, excedit è vitâ.

a *moritur:* *b* *c* *d* *e* *quâ fuerit staturâ,* *corpore ad finem omnino integro,* *f*

110 Cùm autem fama celeriter per omnem sparsa esset regionem, monachorum & laicorum congregata est multitudo, quæ non poterat facilè numerari. Quin etiam Anastasius Patriarcha Hierosolymitanus, cùm simul assumpsisset examen Clericorum & militum, accessit. Cum eo autem aderat Chrysippus & Gabrielius, & Diaconus quoque Pheidus. Anachoretæ quoque, qui erant in solitudinibus, vndique conuenerunt, quorum erat vnus quoque [g] Gerasimus. Omnes autem in stuporem adducebat continuatio miraculorum. Cùm ergo conuenissent multitudo propè innumerabilis, prohibebatur sacrum illud corpus à sepulturâ, cùm iam esset hora nona, donec milites, vt eis iussum fuerat à Patriarchâ, repellunt multitudinem: & sic vix tandem datur aditus diuinis Patribus, vt corpori illi, quod tam strenuè decertauerat, & multa passum fuerat, iusta peragerent, & cum iis, quos decet, hymnis in locupleti loculo deponerent. Atque dolor quidem Euthymij priuationis, multis erat caussa lacrymarum: Martyrium autem & Eliam longè tangebat vehementiùs, & ij valdè lacrymabantur. Sed cùm illos quidem consolatus esset Patriarcha per Chrysippum Crucis custodem, & cùm iis, quibus opus erat, vsus esset admonitionibus, hortatus est vt frequentiùs ad eum accederent. Cùm autem reliquisset Pheidum in Laurâ Diaconum, ei ædificandi committit negotium: & cùm esset in sanctam reuersus ciuitatem, mittit opifices ad opus, & materiam, vt beatæ illæ Euthymij reliquiæ in apto & conuenienti loco deponerentur.

magno hominum confluxu, *g* *præsente Patriarchâ,* *sepelitur.*

111 Domitianus verò, qui Magni erat verè magnus & germanus discipulus, vt qui esset eius vitæ imitator accuratissimus, cùm plusquàm quinquaginta annos Sancto inseruiisset, à loco non recessit: sed permansit deinceps ad sextum vsque diem ab illo tempore, vt qui statuisset non esse sibi viuendum de cetero, nec ferendum esse, vt hanc lucem omnino adspiceret. Cùm septimus autem iam dies aduenisset, ei lætus noctu apparet Euthymius, Veni huc, dicens, tibi paratam gloriam consecuturus. Ecce enim, inquit, Deus tibi concessit, vt nos quoque hîc degamus communiter. Hæc Domitianus annuntiat Fratribus, cùm venisset ad synaxim. Sicque ipse in gaudio & spe bonorum futurorum è vitâ excedit.

Domitianus ab eo euocatus moritur.

112 Diaconus autem Pheidus, multis collectis operis, & magno adhibito studio, speluncam, quæ in principio tenuit silentem diuinum Euthymium, pulcherrimam & maximam ædem efficit: cuius cùm medium attribuisset thecæ magni illius Patris, ex vtrâque parte elaborat thecas Presbyterorum, Præfectorum, & reliquorum sanctorum virorum. Postquàm autem perfecta iam fuissent omnia, tabulam, quæ erat sepulchro imponenda, & argenteum vrceum, & cancellos Patriarcha statim mittit Hierosolymis. Deinde ille ipse quoque descendit ad Lauram, cumque sanctum illud beati viri corpus cum lampadibus & hymnis propriis credidisset manibus, transfert ad eam ædem, quam ipse recenter fuerat fabricatus, & in sacro suo deponit loculo, vt numquàm posset ampliùs aperiri, & nec vel vllæ paruæ possent illinc eius auferri reliquiæ. Cùm tabulam autem imposuisset, vrceum desuper quasi circa pectus defigit. Illa verò ab eo tempore in hodiernum vsque diem omne genus gratiæ dat iis, qui ad eum accedunt fideliter. Atque cùm sic quidem præclarè feciisset reliquiarum translationem VII. die Maij, adsumpto secum Martyrio & Eliâ, rursus reuertitur in sanctam ciuitatem, & eos ordinat Presbyteros, & refert in catalogum cleri sanctæ Resurrectionis. Et hæc quidem sic habent.

Speluncæ Euthymij mutatur in templũ. *Transfertur eius corpus.*

a *an. Ch. 473. vide prolegomena num. 13.*

b *Eusebius lib. 6. hist. Eccl. cap. 16.* Hippolytus præter alios plerosque commentarios quos componebat, opus de Paschate conscripsit, in quo & temporum seriem explanat *&c. De Canone eius Paschali pluribus agit Ægidius Bucherius noster. Colitur 22 Augusti.*

c *De eo agemus 12. Maij. in libris contra hæreses pluribus de tempore disputat, maximè hæresi 51.* Alogorum *dictâ, quæ prolixu & eruditu diatribis discutit Dionysius Petauius noster.*

d *Huius Sixtus Senensis, Possevinus, Bellarminus, Miraus, aliiq; nondum meminerunt; & varij eius nominis Sancti sunt; at quis hic Confessor, adhuc nos latet.*

e *Æram hanc Orientalium attigimus in Prolegom. num. 13.*

f Septimo *legendum esse, ostensum est ibidem.*

g *In Vitâ S. Cyriaci:* Abit pulchro illo ad Deum itinere Magnus Euthymius. Videt autem sacram illius animam Gerasimus deduci ab Angelis, & præclarè ad cælos adscendere, vnde fuerat vocatus. Cùm ergo statim assumpsisset Quiriacum, adscendit in eius Lauram, & sanctum eius corpus gratis manibus sepelit, cum eâ quâ par est reuerentiâ, & cùm omnia feciisset quæ de more fiebant, reuersus est.

Animæ S. Euthymij ab Angelis in cælum deducitur.

CAP. XX.

Occasio commutandæ Lauræ S. Euthymij in cœnobium.

113 REstat autem nunc, vt persequamur quanam de caussâ, & quemadmodùm Euthymij Laura transmutata sit in cœnobium. Necesse verò est orationem paullò altiùs repetere, vt sic apertam & dilucidam faciamus narrationem. Cùm vnus iam præteriisset annus post mortem magni Euthymij, Leo ille magnus & Christi amans Imperator [a] excedit è vitâ, relicto Leone suo [b] nepote planè infante successore imperij. Et autem, cùm [c] parùm in imperio vixisset, succedit pater Zeno, sed ille quidem, cùm ex insidiis Basiliscus quidam inuasisset imperium, [d] fugit in Isauriam. Cùm verò Basiliscus occupasset imperium, facit conciliabulum aduersùs diuinam Synodum Chalcedonensem: quò quidem nitens pars eorum, qui erant schismatici in sanctâ ciuitate, cùm sibi Gerontium quemdam [e] præfecisset Archimandritam, multa innouat aduersùs Ecclesiam: nec minora iis, quæ priùs ausus fuerat Theodosius. Quinto autem anno [f] posteà moritur quidem Anastasius Patriarcha, iam incipiente mense Ianuario: Zeno verò reuersus ab exilio, vincit quidem Basiliscum, qui adhuc tenebat imperium, rursus autem [g] recuperat imperium, quod amiserat. Et Sedi quidem Hierosolymitanæ succedit Martyrius, de quo mihi superiùs sæpè facta est mentio, qui ad ipsum Impera-

Ad Zenonem Imperatorem & Acacium Patriarcham Constantinopolitanum, *a* *b* *c* *d* *e* *à Martyrio Patriarchâ Hierosolymorũ,* *f* *g*

mittitur Phidus Diaconus:

Imperatorem Zenonem & Acacium Episcopum Constantinopolitanum scribit de schismaticis & illorum blasphemiâ & vitandâ hæresi: & cùm Pheido Diacono dedisset litteras, mandat ei quoque non pauca ore dicenda.

h eripitur naufragio à S. Euthymio,

114 Ille autem cùm Ioppen peruenisset, & quoddam ascendisset nauigium, quod proficiscebatur in *h* Corycium, vbi fuit in ipso mari *i* Parathenico, in magnam incidens procellam & tempestatem, mediâ nocte patitur naufragium. Cùm verò iam demergeretur, nec se supra fluctus posset omnino tollere, sed propterea quòd in medio mari esset, & quòd nox esset obscura & incerta, periret, in quoddam lignum ex inopinato, vel potiùs quòd Deus id dedisset, incidit: & cùm in quemdam locum enatasset, & à tantâ calamitate se paullulùm recreasset, venit ei in mentem admirabilis Euthymius, & statim illius implorabat auxilium aduersùs periculum, & ambas ei manus tendebat, & illius nomen sæpe inuocabat. Cùm sic ergo laboraret, ei alicunde magnus apparet Euthymius, per mare transiens, & securè in ipsis fluctibus inambulans. Quem cùm repentè vidisset Pheidus, adductus est in admirationem. Eum autem ab animi angore & timore volens rursus statim liberare, eâ quâ priùs quoque solebat allocutione, Noli, inquit, timere. Ego sum Euthymius, Dei seruus. Scias non esse bonum hoc iter in conspectu Dei. Neque enim afferet vtilitatem aliquam matri Ecclesiarum. Et ideò oportet te reuerti ad eum, qui te misit, & ei meo nomine iubere, ne sit sollicitus de disiunctione schismaticorum: haud enim ita diu abhinc, sed illo Pontificatum obtinente, futuram vnionem, & omnes, qui sunt Hierosolymis, futuros vnum gregem & sub vno pastore. Te autem oportet venire ad meam Lauram, & Fratrum quidem cellas diruere ab ipsis fundamentis, cœnobium verò ædificare illic, vbi meum ædificasti cœmiterium. Non enim Lauram, sed cœnobium potiùs esse locum Deo placet.

i

iubetur & Lauram in cœnobiũ mutare:

transfertur in Hierusalem pallio eius tectus, mox disparet.

115 Hæc ille quidem mandat Pheido, & suo eum pallio induit. Ille autem reipsâ, & non in somnis protinus raptus, non dissimili fortè modo ei, quo Abacuc, ita facilè & momento temporis statuitur in litore, & perinde ac si è somno surrexisset, (ô diuinam prouidentiam) in sanctâ inuenitur ciuitate. Sic autem præter opinionem in domo conseruatus, deponit quidem illud diuinum Euthymij pallium, quod tantum pelagus transuolare pennâ citiùs effecit & tutiùs, consueto autem induitur vestimento: illud verò (sed est attendendum; miraculo enim cognatum & consimile sequitur miraculum) à quadam veluti manu abreptum, euanescit & tollitur de medio. Cùm ad se ergo rediisset Pheidus, & quænam eum mala oppressissent considerasset, vndæ, fluctus, nox, desperatio, & quæcumque sunt mala tempestatis; deinde verò animo agitasset repentinam huius inexpugnabilis calamitatis solutionem, magnumque Euthymium, & quemadmodùm cùm iam esset defessus, & grauiter suffocaretur, ei apparet pedibus ingrediens in fluctibus, & veluti manum illam porrigens hilarem, vultumque vnà & vocem, & mandans ea, quæ dicta sunt, & tandem imponens pallium, & tantum mare veluti alatum per aërem transmittens, & domi suæ reddens insensibiliter; hęc cùm apud se considerasset Pheidus, emisit illas voces cum magnâ admiratione: Nunc scio verum esse & germanum Dei seruum magnum Euthymium, ab eoque missum, me liberasse à calamitate.

narrat S. Euthymij monitum matri suæ & Patriarchæ.

116 Deinceps autem hæc quoque matri narrauit. Illa verò eis aures lubenter accommodans, (amabat enim non solùm filium, sed etiam Deum) & propterea tam eius qui seruat, quàm eius qui seruatur, delectata narratione, & etiam lacrymas profundens ex oculis, consuluit filio omnia impleret. Deinde autem ad Patriarcham quoque transiens, ei Pheidus renuntiauit omnia. Ille verò admiratus narrationem, quæ omnem rationem superat & opinionẽ, Reuerà, inquit, Dei Propheta est magnus Euthymius, magnaque est & quæ dici non potest apud illum fiducia. De iis enim, quæ Lauræ euentura essent, cùm nos omnes essemus testes, prædixit iam in Christo consummandus. Hæc cùm dixisset, ipse quoque Pheido permittit, vt ædificet cœnobium, & concedit, vt ad id proficiscatur, simul professus, se quoque omnibus viribus opus vnà esse aggressurum.

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

a *an. Ch.* 474. *mense Ianuario.*

b *ex filiâ Ariadnâ, nuptâ Zenoni.*

c *Mensibus* 10.

d *an. Ch.* 476. Basilio & Armato Cos. *vt ex Simplicij Papæ epistolâ colligitur, hu datâ Coss.* 4. *Id Ianuar. quâ Zenonem vt pro Imperatore quadam ageret, hortatur: nec diu pòst isthic substitit, vt ex reditu patebit.*

e *Pseudoepiscopum contra Anastasium, vt benè aduertit Baronius an.* 476. *num.* 41.

f *Post mortem S. Euthymij an. Ch.* 477. *cùm præfuisset* 18. *annos, vt dicitur in Chronico Nicephori, & aliquot menses.*

g *Post* 20. *menses, quàm eiectus erat, vt tradunt Cyrillus in Vitâ S. Sabæ, & Victor Tunnunensis. Simplicius Papa de Imperio recuperato congratulatur Zenoni VII. Idus Octob. post Consulatum Basilisci & Armati an. Ch.* 477.

h Corycus *Ptolemæo, Plinio, Straboni, & Calabro, Ciliciæ oppidum;* Corycium *promontorium, & in eo antrum* Corycium, *in quo optimus crocus nascitur.*

i *Imò* Parthenicum, *seu* Parthenium *mare Macrobio* 7. *Saturn. est pars maris mediterranei, quod Asiam Africamq; interluit.*

CAPVT XXI.

Cœnobij ædificatio.

Cœnobium ædificatur.

117 CVm autem Pheidus magnam manum accepisset ministrorum & domus ædificatorum, & vnum ex mechanicis, descendit in Lauram, & cùm ædificasset cœnobium, sepiq́ue & fossâ esset complexus, vetus quidem templum attribuit Fratribus ad cœnaculum, alterum autem templum superius ædificat. Intra cœnobium verò excitat turrim, quæ esset apertè veluti propugnaculum totius solitudinis, & eam collocat in medio cœmeterio. Loci verò posituram, in quâ hoc sacrum collocatum est cœnobium, & esse pulchram propter æqualitatem, & monachis esse aptam ad exercitationem propter aëris maximè temperationem, oratione describam & ostendam, quantùm potero.

quo situ

118 Est quidam collis admodùm breuis inter duas valles, quæ ex Oriente & Occidente simul paullatim coëunt, & ad Austrum inter se commiscentur. Ad Boream autem patet pulcherrima campi planities circiter tria stadia, quàm fieri potest optimè excogitata ad voluptatem & delectationem. Per eam autem mediam torrens perfluit, qui ex alto descendit ex colle, qui est ad Orientem, fitq́ue loco veluti quædam zona. In ipsâ verò collis in planitiem inclinatione, & eorum eleganti mixtione & coniunctione, exurgit turris veluti quidam vertex & arx quædam: & turrim deinceps consequitur porta, quæ est versùs planitiem, quæ cum voluptate transmittit eos qui exeunt, veluti à quadam speculâ despicientes pulchra illa planitiei spectacula. Sed quid loci naturam recenseat aliquis, quemadmodùm est quidem mitis & fertilis; quali autem super caput est aëre contemperatus, & neque maiore quàm opus sit calore, neque frigore vtatur; sed cùm ex ambobus fugerit ea, quę molestiam afferunt, vniuscuiusque præclarè tenet medium; & est frigidioribus quidem calidior; calidioribus autem rursus sensim frigidior, & consequenter valdè humidis siccior, & immoderatè siccis humidior, cùm eâ, quæ vnicuique congruit, commoderatione?

absoluitur triennio.

119 Cùm ergo totum eiusmodi cœnobij ædificium simul & ornatus, non opus habuerit plus quàm tribus annis propter multas manus, vehementq́ue & intensum ministerium; volebant quidem diuini Patres illud cum alio ornatu & artificio Ecclesiæ reddere & dedicare, eos autem arcebat rursus aquæ penuria. Nam in illâ quidem solitudine pluit solâ hyeme. Cùm ea autem fuisset magnâ ex parte sicca & aquæ expers, eis aqua defecerat, maximè circa vernam conuersionem: nisi fortè in aliquibus

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

bus concauis ciſternarum conſiſterent aliquæ breues aquæ reliquiæ. Quod quidem eos valdè reddebat animi dubios & perplexos, vt qui premerentur inexorabilibus naturæ neceſſitatibus. Significant certè Præfectus Elias & Diaconus Pheidus Longino præfecto inferioris [a] monaſterij, & Paulo præfecto monaſterio [b] Martyrij, vt ſuis iumentis aquam curent ad eos transferendam ex Pharis.

aqua penuriâ laborantibus,

a b

120 Sequenti autem nocte eis paratis ad iter, cùm iam congregata eſſent iumenta, illâ nocte apparet B. Eliæ magnus ille Euthymius, Quid hoc ſibi vult, rogans, quòd hodie iumenta congregetis? Cùm is verò reſpondiſſet, Vt aquam afferamus ex Pharis, propterea quòd ea nunc nobis omnino defecerit; increpauit illum dicens: O vos modicæ fidei, quanam de causâ Deum non rogauiſtis? Num is, qui ex præruptâ petrâ inobedientem potauit populum, & aquam ex aſini maxillâ Samſoni aliquando fecit ſcaturire, non poterit vobis quoque ad vſum ſuppeditare, ſi ſolùm cum fide offeratis petitionem? Deinde eis etiam prohibuit iter ad Pharas, vt minimè neceſſarium. Aquâ enim vobis implebũtur vel maximæ ciſternæ, ſi ne tres quidem horas expectaueritis.

à S. Euthymio in ſomnis promittitur,

121 Cùm ad hanc viſionem è ſomno excitatus fuiſſet B. Elias, & ſtatim eam Pheido & reliquis annuntiaſſet, iumenta quidem à propoſito ſoluit miniſterio: cùm nox autem iam tranſiiſſet, & ſol quantam videt terram ſuis illuſtraret radiis, nubes neſcio vnde aërem, qui erat ſuper cœnobium, repentè complexa, protinus erupit in pluuiam. Et omnia quidem circumcircà ſimile adhuc puniebat flagellum ſiccitatis: ij autem ſoli qui erant in cœnobio, præter opinionem aquam erant adepti, perinde ac ſi aliquis pluuiam circumſcripſiſſet, & rurſus vlteriùs non ſineret progredi. Poſtquàm autem & ciſternæ fuerunt aquâ plenæ, & non erat ampliùs opus imbribus qui è cælo deſcendunt; diſſipata eſt ſtatim nubes, & vehemens imbrium procella rurſus reducta fuit ad ſerenitatem.

datur à diuinitus.

122 Cùm verò miraculum breui totam peruaſiſſet ſolitudinem, & perueniſſet iam etiam ad ipſum Archiepiſcopum Martyrium, deſcendens ille multis copiis ad cœnobium, præclaram quidem egit ſynaxim & vigiliam cum multis lampadibus & ſuffitibus. Splendidam autem & magnificam facit dedicationem, deponens ſub arâ quaſdam partes reliquiarum Martyrum [c] Taraci, Probi & Andronici, VII. menſis Maij. Erat verò iam [d] duodecimus annus poſt deceſſum Euthymij. Cùm aliquod autem tempus tranſiiſſet, Diaconus quoque Pheidus ſuſcipit Epiſcopatum ciuitatis [e] Doron quæ vocatur.

Dedicatur templum.

c

d

e

a *S. Theoctiſti.*

b *Patriarcha, cui hic Paulus ſucceſſit, quem ſibi ſecundum, ſeu coadiutorem, habebat S. Theodoſius Cœnobiarcha in regimine reliquorum cœnobiorum, à Saluſtio Patriarchâ moribundo an. Ch. 493. impoſito. Cyrillus in Vitâ S. Sabæ.*

c *Paſſi ſunt ſub Diocletiano Tarſi in Ciliciâ. De eis agit Martyrol. Roman. XI. Octob.*

d *an. Ch. 484.*

e Doron, Dora, Dor, Ador, *&c. ciuitas maritima, vndecimo, aut, vt alij volunt, nono milliario à Cæſareâ Paleſtinæ, pergentibus Ptolemaidem. Legendus Adrichomius in tribu Manaſſes citra Iordanem cap. 26.*

CAPVT XXII.

Tres primi ſucceſſores S. Euthymij. Pax Eccleſiarum. Oleum S. Euthymij.

123 SEd cùm ego in hunc locum venerim, mihi venit in mentem, vt de ſchiſmaticis illud addam, quod mihi etiam dignum videtur de quo dicatur; vt quæ in mari fuit diuini Euthymij prophetia, euidentiùs hinc oſtendatur. Nam cùm iam quidem Patriarcha Martyrius, fidem tribuens Pheidi viſioni admirabili, & iis quæ in mari prædixit ille Magnus, de his quidem ſchiſmaticis ceſſauit cogitare. Non multum autem temporis interceſſit, & veluti ex diuiniore quadam viſitatione Marcianus ſchicianus, cuius paullò antè memini, omnes ipſo conuocat in cœnobio, quod ab ipſo conſtructum fuerat in ſanctâ Bethleem, &, Quouſque tandem, inquit, ô Fratres & Patres, contendimus corpus Eccleſiæ diuidere in partes, idque cùm nec nobis quidem conſtet, quæ ſit Dei voluntas, ſed rem ſic credamus propriis cogitationibus? Eſt ergo nobis conſiderandum, ne fortè exiſtimantibus rectâ viâ ingredi in auia contingat incidere. Sunt enim incertæ hominum cogitationes, ſacra aiunt eloquia, & ſi videtur, ſequentes illud Apoſtolicum, & veluti exemplo vtentes, iaciamus ſortes in conſpectu Epiſcoporum & monachorum: & ſi ſors quidem venerit ad monachos, oportet omnino perſeuerare in iis, in quibus nunc manemus & quæ nobis placent: ſin autem ad Epiſcopos, cum ipſis communicare. Cùm hanc attuliſſet ſententiam [a] Marcianus, nullus erat ex iis, qui aderant, qui non laudaret. Iactam itaque ſortem monachi quidem eam habuerunt, omnes autem ei ſtatim communicabãt, tamquàm ex Deo eſſe cognitam arbitrati, præter Gerontium ſolum & Romanum. & omnes ſeipſos præbent [b] ferentes vnioni Eccleſiæ, eique de cetero germanam ac ſynceram faciunt communionem.

Marcianus ſchicima inter Epiſcopos & monachos ortum iactâ ſorte tollit.

Sap. 9. 14.

Act. 1.

a

b

124 Cùm eos autem Patriarcha pulchrè non ſolum ſupinis, vt quis dixerit, manibus, ſed etiam cordis ſinibus excepiſſet, præclarum & celebre feſtum agit. Admodùm enim pulchrè ciuitati exortum eſt bonum pacis, & lætatæ ſunt plateæ Hieruſalem, & per omnia Deus glorificabatur. Gerontius autem & Romanus, alter quidem cùm quadraginta quinque annos præfuiſſet B. Melanæ monaſteriis, alter verò in Thecorum, vt ſuprà diximus, regione monaſterium conſtruxiſſet, & deinde ex ipſis quoque turpiter fuiſſent expulſi propter eorum, quæ ipſis viſa fuerant, impietatem, mali malè huc & illuc obeuntes receſſerunt. Sed hæc quidem facta ſunt temporibus Zenonis.

feſtiuitas pacis celebratur Hieroſolymis.

125 Sequentibus verò annis, cùm [c] Anaſtaſius poſt ipſum accepiſſet imperium, incurſionem autem feciſſent [d] barbari, & magnam partem ſolitudinis vaſtaſſent & depopulati eſſent, euerterunt ipſa quoque Agarenorum tabernacula, quæ eis nuper magnus fixerat Euthymius. Deinde qui ex his quidem erant inſigniores, alia ſibi excitant in Martyrij monachi monaſterio, & templa erigunt. Barbari autem cùm rurſus eos eſſent aggreſſi, alios quidem interimunt, alios verò captiuos abducunt, aliquos autem in alios vicos compellunt, nempe eos, qui ex inopinato hoc periculo euasêre ſuperiores, cùm magna & grauiſſima fuiſſet hæc illic barbarorum incurſio.

c

d

Irruptiones Barbarorum.

126 Beatus autem Elias, qui Euthymij rectè præerat ouibus, cùm triginta & octo totis annis adminiſtraſſet præfecturam, multaque præclara & egregia in eâ feciſſet opera, & magnum ſui amorem reliquiſſet Fratribus, qui in eis viget vſque in hodiernum diem, ipſe quoque feliciter [e] excedit ad Dominum. Cùm quidam autem Simeon Apameenſis poſt illum accepiſſet adminiſtrationem, & in eâ tres tantùm annos vixiſſet, Stephanus Arabs genere ei [f] ſuccedit: qui cùm mortuus eſſet, [g] ei frater Procopius ſexcentos aureos ex bonis paternis tribuit monaſterio.

Succeſſores Euthymij 1. Elias, 2. Simeon, 3. Stephanus.

e

f

g

127 Sub eadem autem tempora Cæſarius quoque quidam Antiochenus, qui in ciuilibus magiſtratibus ſæpè bonam erat aſſecutus exiſtimationem, cùm ad ſanctam veniſſet ciuitatem, & ſatis longum eſſet illic tempus moratus, incidit in quamdam corpoream valdè grauem affectionem. Quoniam verò deerat manus, quæ eum curaret, & omnem ſuperabat tolerantiam & amicorum conſolationem, cùm non haberet quidnam deinceps faceret, confugit ad ſepulcrum admirabilis Euthymij, & quod ex illo fluebat oleum, ſit ſtatim ad liberandum hominem remedium, cùm ſolùm morbus fuit inunctus.

Cæſarius oleo è ſepulchro S. Euthymij fluente ſanatur.

unctus. Is autem referens gratias pro beneficio, pecunias Sancti monaſterio alias quidam iam præbuit ſplendidè ac magnificè, alias autem etiam quotannis præbiturum eſſe promiſit.

b 128 Domum verò reuertens, cùm ad *b* Tripolitanum Epiſcopum acceſſiſſet, quomodò ſolet animus in rebus huiuſmodi lubenter rerum meminiſſe grauium, quæ iam præterierunt, narrauit ei ſingula, quemadmodùm malum quidem eum inuaſiſſet, & manus medicorum & præſentia familiarium, illæ quidem ad curationem, hæ verò ad conſolationem nihil valebant; & quemadmodùm omnibus deſperatis, venerit ad ſepulchrum Euthymij, & quemadmodùm illic ſolùm vnctus oleo, protinus, & citiùs quàm quis ſperare atque adeò optare auſus fuerit, inuenit curationem.

Id narrat Epiſc. Tripolitano:

huius conſobrinus ideò fit monachus,

129 Hæc ille quidem ſingulatim narrabat Epiſcopo. Quidam autem Leontius, illius conſobrinus, cùm eſſet ætate valdè iuuenis, contigiſſet verò eum intereſſe narrationi, animo protinus, vt audiuit, incitatus, & maius aliquid animo agitans quàm pro ætate, cùm quæcumque ſunt mundana condemnaſſet, à quibus vt plurimùm facilè decipi & capi poteſt iuuentus, rectà venit in magni Euthymij monaſterium, & vitam ſuſcipit monaſticam. Quem vtique, cùm virtute euaſiſſet inſignis, accerſens Stephanus Epiſcopus, ei tradit curam monaſterij, quod conditum fuit in honorem magni Martyris *i* Leontij. Paullò pòſt verò cùm Sedis etiam reliquiſſet ſucceſſorem, excedit è vitâ viceſimo ſecundo menſis Ianuarij, cùm annos viginti & vnum integros præfuiſſet cœnobio. Porrò autem Leontius quoque, huius conſobrinus, Nilum quemdam cœnobij Preſbyterum euntem Antiochiam, & ab eo hoſpitio exceptum, cùm ex iis quæ aderant, ſatis accepiſſet, *k* Oreſtiadis ordinat Epiſcopum. Et hæc quidem ita ſe habent.

i

Epiſcopus Tripolitanus.

k

a *Summus vir poſteà Marcianus fuit, in cuius horreo frumentũ ex vnico grano diuinitus vnâ nocte admodùm duplicatum fuiſſe, dictum eſt in Vitâ S. Theodoſij XI. Ianuarij num. 61. & 62. In Vitâ S. Saba dicitur* ſanctus Abbas & vir longè optimus; *qui viſione cæleſti monitus fuerat, vt S. Saba de neceſſariis prouideret. Obiit vniuerſalis Archimandrita omnium monaſteriorum à Saluſtio Patriarchâ conſtitutus, cui ſuffecti SS. Sabas & Theodoſius.*

Marcianus Abbas ſanctus.

b *Fortè* feruentes; *vt annotatur apud Surium & Baronium an. 477. num. 29. vbi hæc refert, licet diu pòſt contigerint, vt ordo narrationis exigit.*

c *Olybrio ſolo conſule an. 491. Indictione XIV. in Vitâ S. Sabæ.*

d *Theophanes lib. 15. cap. 10. refert anno Anaſtaſij* 11. Saracenorum incurſum in Phœnicen & Syriam rurſus (*ſeu ſecundâ vice*) effectum eſſe. *Prior hæc irruptio ante mortem Eliæ Hegumeni videtur contigiſſe.*

e *an. Ch.* 511. f *an.* 514.

g *Surius monet videri legendum* eius. *à nu. 96. deficit nos MS. Græcum.*

h *Opulenta Phœnicia ac celebris vrbs Tripolis, deſcribitur ab Adrichomio inter loca extera cap. 30.*

i S. Leontius *Tripoli paſſus colitur* 18. *Iunij.*

k Orthoſiadis *legendum ſuſpicamur. Eſt.* Orthoſias *prope Tripolim, è regione Cypri, etiam vrbs Epiſcopalis, cum Tripoli, ſub Metropolitâ Tyrio. deſcribitur ab Adrichomio inter extera loca cap. 29.*

CAPVT XXIII.

Succeſſores S. Euthymij. Sacrilegus punitus. Cyrilli ſcriptoris ætas.

a Quartus ſucceſſor Thomas

130 REuertẽdum eſt autem ad Magni Euthymij monaſterium, & quæ deinceps conſequuntur, ea ſunt addenda narrationi. Poſt Stephani *a* Præfecti conſummationem, Thomas, qui genus trahebat ex Apameâ, cùm id felix & florens accepiſſet, minuit & circumcidit. Quo autem tempore is adminiſtrationem tenebat monaſterij, ad eum rurſus venit Antiochenus Cæſarius & ab illo humanè & benignè acceptus, cùm in eodem cum eo accubuiſſet conuiuio, deinde vt ſolet inter eos agitati eſſent ſermones, & audiiſſet quòd in Diaconico eſſent illius ligni partes, in quo Dominus illo ſuo admirabili conſilio fuit crucifixus; petit ab eo, vt liceat ſancta illa ligna adorare, & eorum exiguam aliquam partem accipere. Cùm ergo annuiſſet is qui præerat monaſterio, eadem quidam horâ ei aperit ambas fores Diaconici, referat autem thecas rerum pretioſarum, aliquid ardentius faciens & amantius: & ingreſſus eſt Cæſarius cum iis, qui erant circa ipſum. Cùm autem adoraſſent & complexi fuiſſent, aliquam quoque partem accipiunt illius ſalutaris & venerandi ligni. Deinde etiam ingreſſi interiorem cellam Diaconici, rurſus conuertuntur ad ſe reficiendos.

Particulã ſanctæ Crucis dat Cæſario.

Auctore Cyrillo monacho.

131 Theodorus autem Galata quidam, qui eis miniſtrabat, frequenter exiens per Diaconicum, & ad eos ingrediens, ſacris illis thecis apertis, ſexcentos illos ſurripit aureos, de quibus antè diximus, qui poſiti erant in tribus crumenis. Et Præfectus quidem Cæſario & ſuis mentem adhibens, non ſenſit quod factum erat. Manè autem ſurgens Theodotus, ſimulabat ſe iraſci, & præferebat ſe valdè indignari, quòd non liceret ei frui quiete & ſilentio. Quocircà recedit ex monaſterio, ſpecie quidem quòd deſideraret locum vacuum à tumultu, re verâ autem, quòd cuperet latere, & aurum abſcondere. Dum ergo ad ſanctam ciuitatem iter eſſet ingreſſus, vbi fuit ex aduerſo monaſterij monachi Martyrij, & ſenſim ſedens, & genibus crumenas imponens, aureos quinquaginta numero ex vnâ harum ſumpſiſſet, ponit reliquos ſub magno quodam lapide: & cùm locum ſignaſſet, & ſibi notum, quoad eius fieri poſſet, feciſſet, rectà profectus eſt Hieroſolyma; illinc verò Ioppen.

Monachus furatus 600. aureos,

eos abſcondit,

132 Cùm equos autem conduxiſſet, & arrham dediſſet, reuertitur ad lapidem, ſub quo latebat aurum: & cùm iam propè fuiſſet (ô oculum qui omnia intueris! ô iuſtiſſima iudicia!) videt quemdam magnitudine maximum & adſpectu terribilem ſerpentem, qui è lapide prorepſerat, & erat veluti collocatus ad ſeruãdos aureos, conari arcere eum à re alienâ. Ille ergo timore affectus, tunc quidem vacuis manibus reuertitur: ſequenti autem die rurſus redit, & rurſus inuenit terribilem illum auri cuſtodem adeò diligenter vigilantem ad auri cuſtodiam, vt ne liceret quidem omnino accedere ad lapidem: quin etiam cùm aggredi perrexiſſet, diu ſerpens ita eſt eum perſecutus, vt ſatis habuerit illinc ſaluus recedere. Poſtridie autem venit rurſus ad locum, & protinus aduolans quædam virtus aërea, cùm veluti quamdam clauam incuſſiſſet Theodoro, & certam ei plagam inflixiſſet, illum quidem euertit & propè exanimatum humi deiicit. Quidam autem Lazariotæ cùm tranſeundo aduenissent, & tam miſerè iacentem inueniſſent, accipiũt & deferunt in noſocomium, quod eſt in ciuitate.

arcetur à ſerpente ne eos recipiat.

diuinitus punitur,

133 Cùm illic autem diu iaceret, videt in ſomnis quemdam ſenem eum acriter corripientem, & dicentem: Non aliter tibi licet ſurgere, niſi ſurreptas pecunias priùs reddas Euthymij monaſterio. Cùm itaque exinde accerſiſſet eum, qui accipiendis præfectus erat ægrotis; & furtum confitetur, & dolum aperit, & cauſſam, quę tunc latebat, cur è monaſterio receſſerit, propalat & profert in lucem veritatis: & quemadmodùm ſub quodam lapide aurum depoſuerit, & quemadmodùm cùm ſæpè acceſſiſſet & conaretur tollere, primùm quidem ſerpens & magnitudine & adſpectu terribilis, qui è lapide prorepſerat, eum expulerit admirabiliter & propter opinionem; deinde autem quædam virtus, quæ alicunde aduolauit, eum ſic affecerit.

in ſomnis monitus confitetur crimen, aurum oſtendit,

134 Hæc cùm accepiſſent Præfectus Thomas & Leontius, ſtatim aſcendunt ad ſanctam ciuitatem, & cùm Theodorum in quodam vehiculo impoſuiſſent, vt eis oſtenderet locum, in quo aurum erat abditum, ipſum quidem inueniunt ſub lapide poſitum, formidabilis autem illic cuſtos (ô miraculum) nuſquam aderat; vt qui veluti veris dominis theſauro ceſſiſſet. Atque illi quidem ſtatim tollunt aureos, parùm curantes eos, qui conſumpti fuerant à Theodoro. Ipſe autem nihil ampliùs mali ſentiebat, & erat ſano corpore.

cõualeſcit.

135 Atque Thomam quidem, qui octo annos Euthymij præfuerat monaſterio, viceſimo quinto Menſis Martij,

5. ſucceſſor Leontius,

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

tij, *b* ſeptuageſimo anno poſt diſceſſum Euthymij, benignus & clemens Dominus hinc euocat. Leontius autem poſt eum ſuſcipit præfecturam monaſterij, à quo ego, qui hæc ſcriptis mandaui, referor in *c* catalogum Fratrum illius gregis. Quæ ergo de hoc diuino & admirabili Euthymio Patres mihi narrarunt, vt dicam ſicut diuinus Dauid, non abſcondi à filiis eorum in generationem & generationem. Oportet autem omnino ea, quæ meo tempore facta ſunt, non deſpicere, cùm qui ſunt affecti beneficio, ſint adhuc ſuperſtites, & interſint iis quæ geruntur, & ſui intuitus vtantur teſtimonio: ſed & in hodiernum vſque diem ea, quæ ſunt præter opinionem fiant miracula, quæ ſunt eorum quæ præceſſerunt probatio & perfectum ſignaculum, quòd de illis nihil ſit omnino dubitandum.

b

c

ad quem Cyrillus vitæ ſcriptor,

d 136 *d* Decimoſexto itaque anno, cùm monachorum ſuſcepiſſem habitum, vehementiq́ue quietis ac ſilentij tenerer deſiderio & habitandæ ſolitudinis, quærebam honeſtam alioqui occaſionem vt ea conſequerer. Cùm nullam autem aliam inuexirem, præ me tuli magno me teneri deſiderio videndæ dedicationis Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, & petij vt illuc ire liceret. Dimiſſus autem à præfecto, cùm iam eſſem receſſurus à Metropoli Scythopolitarum, mater hoc mihi dat mandatum, vt nihil ex iis, quæ pertinent ad animam, ex me facerem abſque admonitione & conſilio Ioannis Silentiarij; Ne fortè, inquit, ſtatim ab initio imprudens irretiaris errore Origeniſtarum. Cùm ergo veniſſem in ſanctam ciuitatem, & ſacra quidem loca adoraſſem, in quibus Dominus propter nos moras traxit ſalutares, & cùm diuinæ quoque Crucis lignum adoraſſem, deinde ad *e* eum me confero. Is autem cùm & mihi alia monita dediſſet & conſilia, tandem hoc quoque mihi præcipit, Si vis, inquit, ſaluus eſſe, vade ad magni Euthymij monaſterium, & in eo habita. Hæc cùm ego audiuiſſem, venio per ſolitudinem quàm citiſſimè ad Iordanem: & cùm ſatis longum tempus cum iis, qui *f* illic erant, Patribus eſſem verſatus, in illius magni monaſterium delatus, ſum ſuſceptus. Leontius autem erat, cui & ſuſcipiendi cura, & monaſterij præfectura fuerat credita.

conſilio S. Ioannis Silentiarij, tranſit.

e

f

a *Perperàm* Epiſcopi *additū erat. Eſt hic Stephanus Arabs, frater Procopij, ſuprà nu.* 126. *obiit an. Ch.* 534. *vt ex num.* 135. *colligitur.*

b *an. Ch.* 542.

c *Hæc eadem refert, citato hoc loco, in Vitâ S. Ioannis Silentiarij, vbi* Indictionem VI. *addit, &* annum ætatis S. Ioannis 90. menſem Iulium, *quo ad* S. Euthymij monaſterium *venit; quod neceſſariò an. Ch.* 543. *contigit, qui ſecundus eſt præfecturæ Leontij. Vide Prolegomena num.* 9.

d *Imò* decimo tertio. *Rediit* S. Sabas Conſtantinopoli in Palæſtinam in Septembri, Indictione nonâ *an. Ch.* 530. Hieroſolymis Cæſaream *proficiſcitur, hinc* Scythopolim. Cyrillum puerum diſcipulum ſibi acquirit, *cuius* caput Metropolita Theodoſius tondens in primo eccleſiaſtico gradu conſtituit. *Redit* Sabas ad Lauram, & modico tempore ibi tranſacto infirmitate detentus eſt, *ex quâ obiit* Indictione decimâ, V Decembris *an. Ch.* 531. *Ab indictione ergo nonâ, ad ſequentem ſextam non niſi decimustertius labebatur annus; niſi antè dicatur habitum monaſticum accepiſſe, quod ille locus in Vitâ S. Saba ægrè vt ſuſpicemur permittit.*

Cyrillus quando habitum monaſticū ſuſceperit.

e In Lauram B. Sabæ.

f *Potiſſimùm cum* Seniculo monacho in xenedochio Abbatis Euthymij, *Scythopoli ex monitione S. Ioannis in ſomno ei factâ. In huius Vitâ.*

CAPVT XXIV.

Sacrilegium punitum.

Monachus dæmoniacus curatur ad ſepulchrum S. Euthymij:

137 CVm illic ergo verſarer, video eâ ætate quemdam genere Cilicem, habitu monachum, Paulum nomine, ex Martyrij monaſterio profectum, quem malus quidem poſſidebat ſpiritus; ab iis autem qui ad ipſum attinebant, adducebatur ad monumentum Euthymij. Cùm poſitus ergo fuiſſet monachus ad thecam reliquiarum, apparens paullò pòſt magnus Euthymius, mediâ nocte fugat dæmonem. Fuit autem hoc certum curationis teſtimonium: nam cùm ipsâ nocte aſcendiſſet Paulus ad horam nocturnæ pſalmodiæ, fit vnus ex iis, qui canebant, & nobis omnibus præſentibus, ſe fatetur fuiſſe à Deo curatum. Cùm autem quod factum fuerat, didiciſſent monachi Martyrij monaſterij, veniunt vt eum rurſus reducerent in ſuum monaſterium. Sed ille cùm vellet oſtendere ſe eſſe grato animo, & apud ſe ſcriptam conſeruaret gratiam, manſit deinceps in cœnobio, omnemq́ue laborē & miniſterium alacri animo vnà ſubiit cùm Fratribus.

138 Cùm nos autem aliquando colligeremus alimentum in ſolitudine, id verò erat quod vulgò ſolet nominari *a* Manuthia, in colligendo rogauimus Paulū, qui ipſe quoque aderat, quidnam ei accidiſſet, & quanam de cauſâ veniſſet in cœnobium, & quamnam curationem eſſet conſecutus apud thecam reliquiarum. Ipſe autem, vt qui iam eſſet nobis familiaris, & apud nos non poſſet quidquam fingere, omnia apertè recenſet: Ego, inquit, cùm mihi Diaconatus munus eſſet creditum in monaſterio Martyrij, neſcio quomodò laboraui auaritiâ, & captus ſum amore pecuniæ. Cùm autem eſſem inops, & neſcirem vnde vel mihi drachmam pararem, venit mihi in mentem ex ſacris vaſis aliqua ſurripere, & vnumquodque eorum pretio vendere, & ſic aliquo modo mihi parare poſſeſſiones. Cùm verò victus eſſem ab his improbis cogitationibus, & Dei timorem excuſſiſſem, ſurripio claues ex arâ: & cùm locum aperuiſſem, in quo erat repoſita vaſa ſacra, ex iis alia quidem mihi vſurpaui, alia autem aliis quoque contemptim diſtribui. Deinde cùm illo Diaconatus munere functus eſſem, claues quidem reddo rurſus ad aram referens. Cùm autem ad cœnam veniſſem cum quibuſdam Fratribus, & me vini potione exatiaſſem, in ſtrato miſer recumbo. Protinus verò omnis intemperantiæ cogitatio in meam diffunditur animam, perinde ac ſi omnes concurriſſent. Ego autem, cuius animus erat adhuc corruptus à temulentiâ, me libenter tradidi his cogitationibus: quæ me aſſumptum ſic affecerunt, vt viderer ſentire feminam, quæ vnà mecum eſſet & vnà cum eâ iacere.

a

is ob ſacrilegium, ebrietatē, & cogitationes turpes admiſſas,

139 Protinus ergo ad me venit obſcura quædam nubes & caliginoſa; ea autem erat ſceleratus dæmon, qui me inuaſerat, à quo victus tamquàm ab aliquo hoſte captus, manſi ab eo longo tempore cruciatus, & quid non graue patiens? Vbinam enim malè faciendi ſatietatem hoſtis ceperit, quando hoc facere fuerit in eius poteſtate? donec Fratres mei ducti miſericordiâ me tollunt, & ad Sancti capſam adducunt: & ſtatim perinde ac ſi reſipuiſſem, & ad me eſſem reuerſus, cum calidis orabam lacrymis, vt mei magnus miſeretur Euthymius, & me ab hac ſceleratī dæmonis liberaret contumeliâ: & veſpere propter eam iacebam ſupplicans, & non intermittebam orare. Iam autem circa mediam noctem videbar mihi verſari in quodam loco diuino & admirabili, cuius poſituram, pulchritudinem, gratiam optauerit quidem videre quiſpiam, ſed verbis nequaquàm poterit exprimere. Videbatur autem mihi nigra quoque quædam cuculla & lana plena eſſe meo capiti impoſita: ea autem lana (ô malorum depulſor Dei ſerue Euthymi!) abſit vt vllis aliis imponatur. Nam intrinſecus quidem pro lanâ, ornata erat ſpinis, iiſq́ue non tolerabilibus vtique aut mediocribus, ſed ſtylorum ſtimulis magnitudine longitudineq́ue ſimilibus. Caput autem meum valdè pungebat, & nec omnino quidem hiare ſinebat aut reſpirare.

à diabolo poſſeſſus,

& plurimùm cruciatus,

140 Cùm tali ergo malo premerer, linguâ mihi videbar verſare nomen Euthymij, & eum orare. Ille autem ſtatim mihi apparet, multâ luce circumcircà refulgens, pilis canus, grauis adſpectu, lætus oculis, ſtaturâ breuis, promiſsâ barbâ, nigrâ veſte indutus, & virgam manu tenens, &, Quanam re, inquit, tibi opus eſt? Quid autem vis tibi faciam? Cùm ego autem timidè & ſubtremebūdè reſpondiſſem, Miſerere meæ calamitatis, & à graui me libera dæmone; ille verò auſteriùs reſpondens,

à S. Euthymio apparente obiurgatur,

Sed

Sed eſt ne tibi, inquit, perſuaſum ex iis quæ fiunt, nihil Deum latere? Didiciſti ex iis quæ paſſus es, quantum malum ſit, res Eccleſiæ aut Dei potiùs deſpicere, & inconſideratè ac temerè perfundere? Nam quomodò rerum Eccleſiis conſecratarum gratia apertè tranſit ad Deum, ipſe autem rurſus ſcit ex alto prębere remunerationes; ita qui eis malè vtuntur, non in alium, ſed in illum ipſum ſunt contumelioſi, & ei meritas luunt pœnas. Si enim olim Ananias cum vxore, cùm ex iis quæ ipſi obtulerant, ſurripuiſſet, tantas dederunt pœnas, vt ipſi vnà furto morerentur; qnamnam veniam conſequetur, qui ne alienæ quidem parcit oblationi? Verumenimuerò, inquit, ſi pactum conuentum feceris, te non ampliùs rebus ſacris manus iniuſtas immiſſurum, nec te, malas admittendo cogitationes, ſuauiter oblectaturum; te, inquit, conſolabitur Deus & te curabit. Eſt enim benignus & clemens, & non vult mortem peccatoris, vt diuina docent eloquia, ſed vt ipſe conuertatur & viuat. Propterea enim tibi mala euenerunt præſentia, quòd cum tibi rerum ſacrarum creditum eſſet miniſterium, non tamen te ipſum Deo conſeruaſti fidelem; ſed ſtatim ad dolum reſpexiſti & furtum, metens, vt verè dicam, vbi non ſeminaſti, & colligens vbi non diſperſiſti. Hinc proficiſcitur, quæ fit ab ipſo derelictio: hinc inſultus carnis & intemperantia, & hic grauis dæmonum fluctus hinc in te inundauit.

monetur de emendatione.

Ezech. 18. 23.

141 Hæc cùm ego audiuiſſem, ei polliceor me in poſterum cautionem eſſe adhibiturum. Et tunc, inquit, cùm in ſceleratum dæmonem infremuiſſet, & manu meam cucullam apprehendiſſet, vix, inquit, & vi eam aufert capiti, ea autem ſtatim mutauit formam, & mihi in Sancti manu breuis quidam videbatur Æthiops, habens oculos igni ſimiles. Viſa eſt autem ante eius quoque pedes defoſſa eſſe foſſa profundiſſima: & illum quidem deiecit in foſſam, ad me verò rurſus conuerſus, illud dicit, quod Chriſtus paralytico: Ecce ſanus factus es, noli ampliùs peccare: ſed attende tibi ipſi, ne quid contingat deterius. Ab eâ autem liberatus affectione, ardentiùs Deo actis gratiis, ab illo tempore ſum conſeruatus, vſque in hodiernum diem nullo malo affectus. Hæc cùm mihi Paulus narrauerit, ego omnibus communem adieci narrationem.

& liberatur.

Ioan. 5. 14.

a *Lubet de voce hac, nuſquam alibi nobis quidem notatâ, eruditum Adriani Crommij (vtrique noſtrûm ſemper cum honore nominandi, à quo ſacris litteris Theologicisq; diſciplinis ſumus inſtituti) coniecturam apponere:* Exiſtimo, *inquit*, Hebræam eſſe vocem; & ſic ſcribendam מָנוֹתֵיהָ *manot-ja*, id eſt, *partes*, ſiue *portiones, Dei*, ſiue inemptas dapes, quas ex Dei beneficio in deſerto ex arboribus vel herbis legebant. Similis vox eſt Eſtheris 2. v. 9. in Hebręo, vbi Eſtheri dicuntur datę *partes eius*, Heb. מָנוֹתֶיהָ *portiones eius*, ſiue res ei ad victum & cultum neceſſariæ. Sed ibi יה litteræ finales pluralem numerum & affixum femininum ſignificant. Poſſet etiam ex Hebraicâ & Græcâ eſſe compoſita dictio, vt *μανοηθία*, ſit quaſi *μάννα ἰωθινόν*, vt ſit alluſio ad *Man*, ſiue *manna* Hebræorum, quod Exodi 16. v. 21. & Sapient. 16. v. 28. ante ortum ſolis colligendum erat. Vocaturque ipſum *man*, quaſi pars vel portio, quæ ipſis à Deo dabatur, & ſine labore cõparabatur, quamquàm & aliam etymologiam dat noſter Interpres ex LXX. Exod. 16. v. 15. vt מָן הוּא *Manhou*, ſit quaſi מָה הוּא *Quid hoc?*

Manuthia quid ſit.

CAPVT XXV.

Energumeni liberati.

142 VErumenimuerò nunc mihi rurſus incitatur oratio ad rebus aliis paſcendas veſtras aures. Non ſinit enim ceſſare miraculorum continuatio, ſemper magis prouocans orationem, & vehementi ſemper ſtudio contendens progredi ad anteriora, quæ ſunt præſtantiora atque iucundiora, veluti ipſa ſecum certans, & ea quæ præceſſerunt iis, quæ ſequuntur, volens vincere. Duas enim ciſternas, quas fama eſt ab initio fodiſſe Amorrhæos, diſtantes duobus ſtadiis à cœnobio, renouat quidem, cùm adhuc eſſet ſuper terram, magnus Euthymius, vt iam antè declarauimus: & cùm alterius ori impoſuiſſet oſtium, tribuit Lauræ ad aquationem: alteram autem iis, qui ab ipſo baptizati fuerant, Agarenis, certo concedit tempore. Cùm ſic ergo haberent ciſternæ, & vna quidem Lauræ, altera verò attributa fuiſſet Agarenis; ſolitudinem illam, quæ erat alioqui arida, & propemodum aquæ expers, pluuiæ inuaſerat penuria. Qui Lauram itaque incolebant, aquæ veriti inopiam, ciſternæ quidem oſtium clauis & vectibus communiunt.

Ciſterna S. Euthymij oſtium.

Tom. II.

Auctore Cyrillo monacho.

143 Cum verò a Præfecti, qui Romano ſuberant imperio, Aretha & Aſuades, contra ſe inuicem arma & bellum ſuſcepiſſent, per ſolitudinem ſæpè diſperſi barbari, & pecunias diripiebant, & domos euertebant, & quæcumque alia in his rebus violenta ſolent & tyrannica contingere, faciebant. Cùm nos autem aliquando ſederemus ante aditum cœnobij, accedunt quidam duo barbari, cum eis verò aderat quoque Chriſtianus quidam, Thalamas nomine, qui erat cognatus Agarenorũ, qui fuerant olim baptizati ab Euthymio. Adducebant autem vnum ex ſuâ multitudine barbarum, qui ipſe quoque à quodam ſæuo poſſidebatur dæmone. Cùm ergo acceſſiſſent, expoſuit nobis cauſſam Thalamas, nempe quòd cum aliquando barbari veniſſent ad Lauram, vt potarent ſuos camelos, & ciſternæ impoſitum inueniſſent oſtium, hic quem poſſidet dæmon, paullò magis barbaricè commotus, graui quidem lapide illud confringit; eum autem ſtatim viciſſim longè grauiùs ferit dæmon, & deinceps iacebat tortus ac dilaceratus, & os habens ſpumâ oppletum.

a *perfringit barbarus miles.*

inuaditur à dæmone.

144 Ego verò, inquit, accedens, & quòd ita ſe haberet barbarus animo fractus, vnà cum his viris eum tollo, & ad Sancti capſam affero, vt vnde accepit calamitatem, illinc inueniat mali quoque medicamentum. Eiuſdem enim eſt & caſtigare propter audaciam, & curare rurſus propter clementiam. Cùm ergo ad loculum poſitus eſſet is, qui laborabat, & non multum deinceps tempus manſiſſet, curationem inuenit maiorem quàm petierat; non liberatus ſolùm ab affectione, ſed etiam diuiniore luce animum habens illuminatum, & non multis poſteà diebus baptizatus.

liberatur ad ſepulcrum Euthymij, baptizatur.

145 Huius autem ipſius quoque Thalamæ ſororis filia, immundi dæmonis dominatu tenebatur. Ea igitur à Lazario (illinc enim habitabat Thalamas) portata ad capſam reliquiarum, nullum quidem aliud medicamentum applicatum, niſi huius loculi ſanctificatio: dies autem non plures quàm tres, ad perfectam ſufficiunt liberationem ab eo qui opprimebat.

Liberatur puella.

146 Quid verò de filio dixeris Agareni Argobi? hoc enim erat nomen patris. Quem cùm paſcentem greges in ſolitudine quidam execrandus inuaſiſſet ſpiritus, non ſolùm mente, ſed adſpectu & oculis quoque erat peruerſis. Delatus autem ipſe quoque ad capſam reliquiarum, breui omnino erigitur, & omnia ſuo loco reſtituta habens, patri redditur.

adoleſcens.

147 Multa quis poſſet alia eiuſmodi recenſere, atque adeò innumerabilia. Quamdam enim mulierem, quæ in vico Betabudiſon cum marito habitabat, meridie domi aliquando ſedentem grauis inuadit dæmon: & totos quidem ſex menſes cum eo colluctabatur, & marito morte grauiorem vitam efficiebat. Cùm itaque is eum caſum ferret intolerabiliter, & nullam poſſet moleſtiæ inuenire conſolationem, conſtituit ad magnum confugere Euthymium: & cum ſic furore percitam accepiſſet coniugem, cum eâ venit ad monaſterium. Quoniam verò b non licet introire mulieribus, aſſidebat in veſtibulo, faciens quæ poterat, ieiunio vtens & oratione, & ſingulis veſperis bibens ex capſæ ſanctificatione, cum oleo lucernæ. Tertiâ autem conſequenti nocte ei magnus apparens Euthymius ei dicit: Ecce ſana facta es, vade in domum tuam, ſtatimque & morbus eſt diſſolutus, & ceſſauit inſania, & domum mulier ſanâ mente reuertitur. Ab illo autem tempore, vtpote memor bene-

mulier.

b

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

ficij, quod à Sancto acceperat, quotannis veniebat ad monaſterium, ipſumque limen & ſolum, quod eſt ante ingreſſum,& puluerem ipſum complectens,oſculabatur, Fratreſque inuitabat ad conuiuium, & quàm humaniſſimè poterat, accipiebat. Et hoc quidem eſt eiuſmodi, & quod nulli priorum cedit magnitudine.

148 Illud autem ipſe quoque, qui ſubiit calamitatem,& ad Sancti ſepulcrum conſecutus fuit curationem, cùm ſit adhuc ſuperſtes in monaſterio, & vnus ex iis qui in eo ſunt monachis, ſuâ linguâ & voce teſtificatur. Eſt enim quidam Frater in monaſterio, genere Galata, nomine Procopius. Hic ergo Procopius cùm adhuc in ciuilibus verſaretur tumultibus,occupatus fuit à malo dæmone, & eum habuit diu ſimul habitantem, & ea, quæ intus erant, opplentem ſtrepitu, ſicut ipſe mihi narrauit. Poſtquàm autem mundo relicto acceſſit ad monaſterium, & à conuentu Fratrum fuit acceptus, & adorauit capſam reliquiarum, malus ſtatim dæmon eſt conuictus tamquàm lux à tenebris,& in apertum productus,& eſſe dæmoniacus cognitus eſt Procopius, omnia illa patiens, quæ ſunt propria iis, qui ſic ſunt affecti: vt qui crebrò diſrumperetur, & humi prouolueretur; & vinctam præterea haberet linguam, & nec ſineretur quidem loqui, vt conſueuerat: quem ipſum quoque magnus curat Euthymius, & ab affectione ſimul & inſaniâ liberat, & à linguæ vinculis: ſicut in hodiernum vſque diem oſtenditur præſens in monaſterio, non ſolùm ſanus & liber ab omni affectione,ſed omni temperantiâ & tolerantiâ inſignis, & in eo ſuaue Chriſti iugum trahens pro viribus.

item Procopius monachus:

149 His conſequens fuerit ea perſequi, quæ illi Xenico euenerunt. Nobis enim aliquando ſedentibus in ingreſſu monaſterij & ligonem quemdam in manu habentibus & purgantibus, aduenit hic cum magno tumultu,tamquam procella quædam à malo actus dæmone, & clarâ voce exclamans: Quid mihi & tibi, Dei ſerue Euthymi? Quò me violenter trahis? Non exeo. Deinde eum ante fores proiicit, malus dæmon, ceciditque caſu iis, qui videbant, miſerabili. Cùm ergo cum ianitore Babylâ ſurrexiſſemus, & vix eum ſuſtuliſſemus, ad reliquiarum capſam eum deducimus. Ille autem adhuc ſimiles quoque voces vſurpabat, ſic clamans: Cur me per vim diuellitis & diſtrahitis? Cur me ad meum hoſtem ducitis? Cur me ad eum vehementer trahitis, qui me ſemper incendit? O violentiam! Non ambulabo vobiſcum, ſed egrediar, & non manebo ampliùs. Poſtquàm autem ad ipſum Sancti ſepulchrum cum Xenico multùm defeſſi peruenimus, eum rurſus quoque deiicit dæmon: & cùm totam illam noctem mutus omnino tranſegiſſet, manè ſurgit moderatus & ſanæ mentis,ne minimas quidem habens priorum reliquias. Cùm itaque cum eo iniiſſemus conuiuium, inter cœnandum eum interrogauimus, quidnam heri ei accidiſſet,& quemadmodùm huc veniſſet, & quidnam clamaret? Ille verò dicebat ſe omnia ignorare, & neque quemadmodùm huc veniſſet, neque quid clamaret, ſe omnino ſciuiſſe.

& Xenicus.

a *Anno Iuſtiniani 19. Chr. 545. obſeſſa fuit à Coſroë ſeniore Edeſſa. quo tempore, aut proximè ſequenti, hoc ducum inteſtinum bellum contigerit.*

b. Non licere mulieri in Lauram accedere *tradit idem in Vitâ S. Ioannis Silentiarij. Simile de Mandrâ S. Simeonis Stylitæ ſ. Ianu. memoratum.*

CAPVT XXVI.

Lethargus ſublatus.

150 HÆc autem cùm ſint eiuſmodi, & quod ad miraculorum rationem attinet, nihil relinquunt quod ea ſuperet, iis ſolis cedunt quæ facta ſunt in vico Betagabæorum, ad quæ noſtra nunc conuertitur oratio. Erat enim quidam Preſbyter in monaſterio, ex eo vico ortus, nomine Achthabius, qui quadragintaquinque annos in eo peregerat, & Chriſti mandata ſe probè exequi oſtenderat. Erat autem ei quoque quidam frater genere in vico a Tagabæorum: qui quidem ad duodecimum lapidem diſtat à Gazâ, nihil fratris ſimili aut cognatum faciens, Romanus, (ita enim vocabatur) ſed delicatè viuens & otiosè. Cùm verò ei quidam inuidiſſet facultates, ei per ſcelus parabat inſidias, & eas conabatur auferre. Cùm autem à ſcopo aberraſſet, & vehementiori inuidiæ ſtimulo eſſet conſauciatus, venit Eleutheropolim, & aduersùs eum quemdam accipit præſtigiatorem, alterius damnum miſer magno comparans. Atque ille quidem vſus eſt iis, quas ſciebat, artibus.Romanus autem, vt qui nihil præuidiſſet eorum, quæ gerebantur, in agro degebat; nihil omnino cauens ea, quæ per ipſum ſtruebantur maleficia, & laborans quoque veterno corporis, (vtpote quòd Deus eius magnam interrumperet ſocordiam, & eius animum ad ſtudium reduceret & diligentiam, & ideò permiſiſſet, vt aliquantùm vinceretur à maligni inſidiis, vt paullò pòſt oſtendent ea, quæ ſubiungentur) domum refertur. Deinde cùm malum vehementiùs incubuiſſet, ille quidem iacebat hydropicus, & planè erat deſperatus ab arte medicorum. Qui autem ad eum attinebant & amici,circumſidebant, vltimas ſeparationis lacrymas propter eum emittentes.

a Quidam per præſtigias magicas lethargo & hydrope vexatur!

151 Cùm hic ergo ita eſſet grauiſſimè affectus, & ipſam mortem expectaret, cùm vix & obſcurè admodùm, vt vix cerni poſſet, oculos aperuiſſet, orat eos,qui aderant, vt paullulùm ſecederent: ipſeque ſolus relictus, & ad parietem conuerſus, ſicut ille magnus aliquando Ezechias, in contritione cordis talia eſt precatus: Deus exercituum, qui dixiſti, Quando conuerſus ingemueris, tunc eris ſaluus; ipſe reſpice ſuper me, & ab hac, quæ me comprimit, neceſſitate & calamitate eripe. Interea autem cùm in mentem veniſſet, magnum vocabat Euthymium aduersùs hãc affectionem, & eum Deo offerebat interceſſorem, & per ipſum rogabat vt liberaretur.

4. Reg. 20. 2.

inuocat S. Euthymium.

152 Deinde cùm fuiſſet veluti in ecſtaſi, videt quemdam veſtitu monachum, pilis canum, adſtantem & dicentem: Quid vis tibi faciam? Et ille quidem metu, inquit, & gaudio diuiſus, interrogauit: Quis tu es Domine? Euthymius autem dixit: Quem ipſe nuper vocaſti: neque meum adſpectum quidquam extimeſcas, ſed videam quid patiaris, & quænam pars corporis acceperit calamitatem. Cùm autem oſtendiſſet ventrem,ipſe coniunctos ſuos erigens digitos, & his vtens tamquàm gladio, ſcindit id quod ventris intumuerat, & affectionem illam excernit, & diffundit, & ex ventre educit veluti quamdam laminam ex ſtanno factam, quæ quoſdam habebat characteres, eamque in mensâ ſubiicit eius oculis. Deinde cùm manu coniunxiſſet ſciſſuram & inunxiſſet, integramque partem effeciſſet & ſanam, deinceps ei totum actum refert: ex opibus exortam inuidiam, malefici conductionem, dæmonum inuocationem. Te autem ne ſic quidem, inquit, viciſſent hoſtis machinationes, niſi ipſe anſam præbuiſſes. Ecce enim, quantum eſt tempus, ex quo nec ad eccleſiam venite curaſti, nec ad intemerata accedere Sacramenta: ſed vixiſti ſine curâ & ſollicitudine, quod ad tuam quidem pertinebat animam? Quoniam ergo tui Deus motus eſt miſericordiâ, deinceps attende tibiipſi, & ne tuæ ſalutis curam ampliùs negligas.

ab eo ſibi apparente ſanatur:

patuerat præſtigiis ob neglecta Sacramenta.

153 Hæc vbi audiiſſet Romanus, & ſtatim ſurrexit ſanus, cùm tumor qui erat in ventre, iam eſſet perſpiratus: & conuocatis ſuis neceſſariis, eis & Sancti aduentum, nouamque illam & alienam per digitos diſſectionem, & totam, vt ſemel dicam, renuntiauit viſionem. Deinde verò ad nos quoque tranſiit, & Præfecto monaſterij, & fratri Achthabio, & nobis omnibus hæc narrauit. Eo autem die, quo factum miraculum, maximum in hodiernum vſque diem feſtum celebrat, & quotannis Sancto agit gratias. Sed hoc quidem eſt huiuſmodi.

Miraculum annuè recolit.

a *An* Thabatha, *ſeu* Tabacha, *aut* Tabaſa, *patria S. Hilarionis, vicus circiter quinque millia à Gazâ diſtans: de quo S. Hieronymus in eius Vitâ 21. Octob.*

CAP.

CAPVT XXVII.

Periurus & fur puniti.

154 QVod autem iam dicere aggreditur oratio, vereor ne videatur multis incredibile, eiuſque moribus & clementiæ non ſatis congruere: tantum oſtendit ardorem & tam perfectum zelum in eos qui peierant. Eſt enim quidam vicus ad ſolem orientem, à Laurâ Pharárum diſtans decem ſtadia, qui ipſe quoque vocatur Pharan: qui quidem non cognomen, vt arbitror, accepit, ſed ipſe nomen potiùs Lauræ dedit. Vir autem quidam, nomine Cyriacus, ex eo ortus, paſcebat gregem: & cùm gregem paſceret per illas ſolitudines, à quodam qui erat ortus ex eodem vico, qui ipſe quoque erat pauper, eius fidei creduntur oues aliæ decem numero, vt eas vnà cum ſuis paſceret. Cùm autem aliquantum temporis interceſſiſſet, redactus eſt pauper ad neceſſitatem adeò inexorabilem, vt cùm nihil haberet aliud, ad gregem ſtatim reſpiceret, & neceſſe haberet eum vendere. Cùm verò mali eſſet animi, vt videtur, Cyriacus, & nec paruo quidem lucro præferret veritatem, octo ſolas reddebat, & tot ſe ab initio accepiſſe aſſerebat. Cùm is autem duas alias vltra eas peteret, inficiabatur Cyriacus, & res eis tendebat ad contentionem, & ambo inter ſe magnam agitabant ſeditionem.

Fraude detinens oues alienas.

155 Quidam verò arbitri inter eos accepti, ei qui vellet iurare, detulêre iuſiurandum, vt eâ ratione inter eos componeretur controuerſia. Cùm autem ſtatuiſſet iurare Cyriacus, pauper ab eo exigebat iuſiurandum per capſam reliquiarum magni Euthymij: & iam fuerat eis quidem dies præſtitutus, & per illam ipſam iuraturus vel potiùs peieraturus, deſcendebat cum paupere ad monaſterium. Cùm verò eâ viâ ingrederentur, quæ ab Hieruſalem fert in Hiericho, & iam ab ipſis videretur monaſterium, videns pauper Cyriacum totum periurio deditum, & veluti in ſummâ linguâ habentem iuſiurandum, & timore affectus, perinde ac ſi ipſe eſſet iuraturus aut peieraturus, Age, inquit, Frater, reuertamur. Nobis enim ad fidem faciendam ſufficit vel ſola ad iurandum propenſio, nec oportet aliquid amplius adiicere. Hæc cùm ille quidem dixiſſet, rogabat eum ne iuraret. Is autem non ferebat, ſed niſi etiam periurium re ipsâ perficeret, putabat ſe rem abſurdam facere. Poſtquàm ergo ingreſſus eſt monaſterium, & graue illud perpetrauit aduersùs capſam reliquiarum, & ad finem deduxit periurium; ille quidem, vt qui eſſet reuerâ inſipiens, dixit in corde ſuo, Non eſt Déus: vel potiùs ipſe Dei oblitus, exiſtimabat fore vt eum quoque lateret.

admittit iuramentum per reliquias S. Euthymij:

peierat:

156 Et domum quidem tunc eſt reuerſus, veluti quadam acceſſione ſtultè lætus lucro quod fecerat ex periurio. Poſtridie autem ipſe quidem in lecto iacebat vigilans circa mediam noctem: ei verò videbatur, oſtio domus ſuæ ſponte aperto accedere quidam ſenex monachus cum quinque iunioribus, manu quidem dexterâ virgam tenens, plurimâ autem luce totam domum illuſtrans, terribiliſque eum adſpectu intuens, auſterâ voce dicere: Quidnam ergo, ô ſtolide, auſus es aduersùs capſam Euthymij? eum autem, cùm illi eſſet os obſtrictũ, & nihil inuenire poſſet, quo ſe excuſaret, ſed perinde ac ſurdus linguâ eſſet impeditâ, iis qui circa ſe erant iuſſiſſe tradi puniendum. Deinde cùm quatuor eum diſtendiſſent, quinto virgam in manum tradidiſſe, & mandaſſe vt eum validè verberaret, vt non eſſet Dei contemptor, nec periurus, neque fraudator alienorum. Poſtquàm verò viſus eſt habere ſatis plagarum, cùm manum repreſſiſſet adoleſcentis, eum apprehendit capillis, & ait: Num noſti, ô impie, eſſe Deum, qui hæc in terrâ iudicat? Ecce autem hac nocte à te animam petunt. Quæ verò improbè abſtuliſti, cuius erunt? Propterea autem hoc tibi intulit ſupplicium, vt ex eo euadant alij meliores, & id, quod ex periurio imminet, periculum fugiant, vel potiùs ipſum omnino iuramentum, etſi vera ſint dicturi.

flagellatur:

157 Hæc cùm ille Cyriaco minatus eſſet & dixiſſet, ſtatim receſſit cum iis qui erant circa ipſum. Ipſe autem & viſione conturbatus, & alioqui cùm ferre non poſſet dolores allatos ex plagis, voce vſus eſt acutiore, & vocauit eos qui propè erant, & plagas oſtendit, & periurium planè eſt confeſſus, & apud eos ſuam defleuit calamitatem. Deinde eos rogauit, vt ferretur ad Sancti capſam, Fortè dicens, is qui has plagas inflixit intolerabiles, faciliùs curauerit, cùm ſit illius diſcipulus, cui eſt innatum benefacere potiùs, quàm punire. Nam aduersùs tales dolores medicorum manus vix ſuffecerint. Illi autem cùm hæc audiuiſſent, & quàm graues etiam plagas accepiſſet ſpectaſſent, & ipſi quoque non leui eſſent metu affecti, eius tamen cedentes deſiderio, eius exportandi ſic rationem ineunt. Implent duos ſaccos paleâ, cumque eos cuidam aſino ex tranſuerſo rectè impoſuiſſent, eum deinde imponunt medium, & ad monaſterium & ad capſam deferunt. Qui cùm omnia, quæ ei euenerant, nobis narraſſent, & quas in tergo acceperat plagas oſtendiſſent, tantum Fratribus metum immittunt, vt nullus exhinc neque ipſe ſineret aliquem iurare per Sancti capſam, neque, quantum in eis eſſet, alij iuſiurandum deferret.

Auctore Cyrillo monacho. Orat ſe adduci ad reliquias S. Euthymij:

158 Illi autem cùm tunc apud nos diem vnum transegiſſent, cùm vidiſſent Cyriacum vel tenui & imbecillâ ſpe vitæ eſſe priuatum, & ad mortem ſpectare, cùm venter eius defluxiſſet, & os ne tantillum quidem poſſet vomitum reprimere, eum tollunt, & domum rurſus referunt. Is verò cùm illâ vix nocte vixiſſet, mortuus eſt poſtridie.

moritur.

159 Illo autem tempore externus quoque quidam peregrinus in monaſterio hoſpitio acceptus, cùm precandi gratiâ in templum acceſſiſſet, & quæ in eo erant omnia eſſet contemplatus, mediâ nocte ſepulcrum Sancti ſubiens, quæ ſupra id ſtabat, a χώνην argenteam, non illotis ſolùm, vt dicitur, ſed etiam profanis reuerâ aufert manibus, noctuque clàm à nemine conſpectus egreditur. Ex iis autem omnibus, qui erant in monaſterio, nullus dolum deprehendit, ſed ignorabatur id quod factum fuerat. Manè verò, qui ianuæ præerat Procopius, qui etiam à Sancto conſecutus fuerat magnam priùs curationem, ab aditu parum progreſſus, inuenit externum illum, (ô miraculum) quodam modo inſtar columnæ affixum. Animo itaque perplexus, & neſciens quid ageret, aperit arcanum ianitori. Ille autem introducit quidem eum in monaſterium; efficit verò vt omnibus Fratribus præſentibus fateatur miraculum. Narrabat autem aliquid nouum & propè non credendum. Dicebat enim, ſe circa mediam quidem noctem argenteam illam χώνην ſurripuiſſe: ſtatim verò egreſſum eſſe cum beſtiis monaſterij, & noctu quidem deinceps celeri pede iter eſſe ingreſſum non minùs quàm triginta ſtadia, nequaquàm autem tranſiiſſe fines monaſterij, ſed diluculo ante ipſum fuiſſe inuentum tamquàm vinctum, & qui ne minimùm quidem moueri poterat. Furem enim quodammodò vinxerat id, quod furto ſurreptum fuerat, & faciebat manere eos, qui furtum ſuſtinuerant. Nos omnes propter hæc obſtupuimus, & hanc Sancti magnam virtutem mirati ſumus. Cùm ergo ſacram χώνην accepiſſemus, & viro (pauper enim erat) quod ſatis erat viatici dediſſemus, dimiſimus eum domum diſcedere.

a χώνη argenteam furatus,

non poteſt aufugere.

a χώνη infundibulum. *ampulla videtur intelligi, aut ſimile vaſculum ſacrificio deſtinatum.*

CAPVT XXVIII.

Epilogus. Cauſſa ſcriptionis.

160 HÆc ſunt magni Patris Euthymij pauca ex multis, quæ & ipſi vidimus, & quæ auditione accepimus; vt nec vita quam egit in carne, nec quæ poſt deceſſum facta ſunt ab eo miracula, ignota ſint poſteris;

AVCTORE CYRILLO MONACHO.

quoniam vtraque inter ſe conueniant, & pulchrè inter ſe cohęrent. Res enim eiuſmodi factę poſt mortem non poſſunt eſſe alterius, niſi eius qui talem vitam oſtendit ſuper terram: neque alius talem vitam egiſſet, niſi is, qui poſt mortem talibus eſt clarus miraculis. Ego enim, qui ipſe quoque ſum ab eo multas conſecutus gratias, & multis ab eo beneficiis affectus in corpore & animâ, cùm viderem eius capſam aſſiduè multis ſcatere miraculis, & apud me ſemper mirabar, & cogitabam, quomodò ad Deum tantam aſſecutus ſit fiduciam, & incitabatur animus vehementi deſiderio accuratè ſciendi, quænam fuiſſet eius vita; & quænam in virtute fuiſſet exercitatio, & vndenam ei tanta fuiſſet cum Deo familiaritas & coniunctio.

Cyrillus incitatur ad inquirendum de vitâ S. Euthymij:

161 Cùm autem incidiſſem in multos ex Patribus, qui erant in ſolitudine, qui partim quidem rectè audierant res Euthymij, partim autem cum ipſo quoque B. Sabâ conuerſati fuerant; quæcumque vnuſquiſque eorum de vtrouis eorum mihi narrauit, omnia quidem conſcripſi accuratiſſimè, confusè tamen & inordinatè. Cùm procedente autem *a* tempore poſteà congregata fuiſſet Conſtantinopoli quinta ſancta Synodus, & *b* Origenis & Neſtorij dogmata fuiſſent ab eâ percuſſa anathemate, & qui *c* Nouam Lauram tenuerant *d* Origeniſtę, illinc eſſent expulſi, & fideles & Orthodoxi Patres rurſus in eam migraſſent, permittente mihi admirabili Ioanne Silentiario, eo, inquam, qui erat *e* Epiſcopus, diſcedo à cœnobio, & ipſe quoque verſor in hac Laurâ. Cùm autem ad eam tranſiſſem, ſecutus paternas litteras, quæ à me portabantur, vt cõponerem hiſtoriam BB. Euthymij & Sabæ, duos quidem annos deinceps continuos quieui in Laura, & cœptum opus ſum perſecutus.

intellecta à ſenioribus annotat:

a

b

c d diſcedit ad nouam Lauram,

e

biennio componit vitas SS. Euthymij & Sabæ.

162 Cùm verò non poſſem orationis facere principium, vt qui non ſim in externâ verſatus eruditione, non ceſſabam lacrymari, & vehementiſſimè rogare & precari. Iam autem cogitabamus deſiſtere à cœpto adeò difficili, & quod noſtris erat viribus ſuperius. Cùm itaque eſſem aliquando animi dubius & perplexus, & ſederem in ſolitâ cathedrâ, habẽs chartam in manu & cogitabũdus, circa ſecundam horã diei me ſomnus opprimit, & ſtatim magnus Euthymius & diuinus Sabas *f* apparent, veſtiti ita vt conſueuerant, & mihi videbar eos audire differentes, venerando Saba primùm incipiente ſermonem, & dicente magno Euthymio: Ecce Cyrillus tuus manu quidem tenet chartam commentariorum; cùm autem magnum adhibuerit ſtudium & diligentiã, nondum potuit orationi ne principium quidem imponere. Cùm autem dixiſſet Euthymius: Et quomodò hæc potuerit facere, ſi non eum ſuperna adiuuerit gratia? Diuinus Sabas, At tu ei da gratiam ſancte Pater, reſpondens inquit. Et ſimul diuinus Euthymius annuenti ſimilis, cùm manum ſuam in ſinum immiſiſſet, argenteam quamdam mellis pyxidem illinc ſumit, in quâ cum ſcalpellum intinxiſſet, in os mihi ter immiſit. Illius autem ſpecies quidem erat ſimilis oleo, guſtus verò (ô quæ illic ſunt gratiæ) reuerà explicari & verbis exprimi non poteſt: & id quidem cum melle conferre eſſet planè eam rem afficere iniuriâ. Nam mihi etiam expergefacto propter voluptatem, quæ narrari non poteſt, eius adhuc in ore remanebant reliquiæ, & ſic expletus diuinâ hac ſuauitate, præſens opus ſum aggreſſus, in alio quoque opere conatus Sabæ res geſtas ſcribere. Eorum autem interceſſionibus magna ad auditores redeat vtilitas, in gloriam Patris & Filij & Spiritus ſancti, vnius & inſeparabilis Trinitatis, quam decet gloria, honor & adoratio, nunc & in ſecula ſeculorum, Amen.

f à Sanctis hus apparentibus,

accipit gratiam ſcribendi.

a *an. Ch. 553.*
b *De eâ damnatione plura idem in Vitâ S. Sabæ.*
c *De* Laurâ nouâ *extructâ, eiusq; primis Hegumenis agit pluribus Cyrillus in Vitâ S. Sabæ. vide prolegomena.*
d *De his idem Cyrillus in Vitâ S. Sabæ.*
e *Epiſcopatum Colonienſem in Armeniâ reliquerat.*
f *Circa an. Ch. 555.*

VITA S. PETRI TELONARII,

ex Menæis Græcorum.

SECVLO VI. XX. IAN.

1 VOcat te Petre Chriſtus ex telonio
Ad virtutem priùs, nunc ad delicias cæli.

Hic imperante *a* Iuſtiniano Patricius nominatus *b* totius Africæ adminiſtrationem ſuſcepit; *c* adeò primùm durus, immitis, & immiſericors erga pauperes, vt vulgò *d* Parcus diceretur & haberetur.

a

b

c

d

Petrus Africæ tributis præeſt, durus in pauperes:

2 Acceſſerat illum è mendicis quidam, non tam impetrandi ſpe quàm tentandi gratiâ: qui cùm ſtipem ab eo peteret, arreptum panem (nam fortè piſtor coctos Petro è furno afferebat) velut ſaxum in rogatorem, non ſine irâ, eiaculatus eſt. Nondum biduum fluxerat, cùm Petrus morbo correptus eſt, viditque ſibi omnium quæ egiſſet rationem reddendam, ſimulque libra videbatur adeſſe, quâ vtraque perpenderentur. Ad cuius læuam lãcem, magnam Æthiopum turbam ſpectabat coactam, quæ multa ipſius improba facinora in lancem ingerebat; ad dextram verò candidatos quidem ſed formidabili aſpectu viros cernebat, qui nihil boni reperiebant quòd in lancem imponerent præter panem illum, quem iratus in pauperem coniecerat.

cælesti viso conuertitur:

ſua dat pauperibus:

3 Quàm primùm à morbo recreatus eſt, omnes opes ſuas in miſeros diſtribuit; ipſaſque veſtes, quibus indutus erat, mendico cuidam impertitus eſt, quibus Chriſtum poſteà vidit indutum. Vnde ſeipſum quoque vendidit & pretium inde redactum mendicis adnumerauit. Poſtquàm autem ita venditus, futurum iam præuidebat vt agnoſceretur; præcipit ianitori ſurdo ſibi aperiri ianuam ſimulque eidem & auditum & loquelam confert: ac profugus *f* Hieroſolymam venit demumque Conſtantinopolim, vbi in Domino requieuit, corpore eius in loco Bouis appellato, propriis in ædibus, depoſito *g*.

Chriſtum ſuis veſtibus indutum cernit:

ſeipſum vendit:

f

ſurdum & mutum curat:

moritur

g

a *Imperare cœpit an. Ch. 527. Africam, Gilimere Vandalorum Rege capto, ſubegit an. 534. obiit an. 565.*
b *In Vitâ S. Ioannis Eleemonis ſolùm* Teleonarius *appellatur.*
c *Sequentia plenius accepta ex ore S. Ioannis deſcribuntur in eius Vitâ XXIII. Ianuarij, cap. 7. Ipſe autem S. Ioannes habuerat olim in Cypro famulum, qui antè apud S. Petrum in Africâ habitârat.*
d Φειδωλὸς *Græcè. Ariſtoteles lib. 4. Ethic. cap. 1. ponit* Φειδωλὸς *inter ſpecies auaritiæ.*
e *Huc vſque Vita S. Ioannis Eleemoſynarij. Reliqua è Menæis, qua referuntur à Maximo quoque Cythereo.*
f *Leontius in Vitâ S. Ioannis tradit eum voluiſſe vendi* in ſanctâ ciuitate; *venditum verò & agnitum* in locis ſanctis, *an extra* Hieroſolyma, *quòd eò hic dicatur fugiſſe? Metaphraſtes vult eum Hieroſolymis venditum atque agnitum, adeoq; ineſt mendum in Menæis.*
g *Colitur & à Græcis vt habent Menæa iam relata, Maximusq; Cythereus; & ab Ægyptiis, vt ex Kalendario Coptico patet.*

DE

DE S. FECHINO ABBATE

FOVRRII IN HIBERNIA.

SECVLO VII. XX. IANVAR.

1 MEdia *prouincia, quondam* Eblanorum, *(in quâ* Kil-lair *caſtrum,* Laberus *Ptolemæo appellatum, vmbilico Hiberniæ ſitum) & ipſa à meditullio nomen adepta, Reges olim proprios habuit: ab Hugone Lacio, tempore Henrici II. Angliæ Regis, ſubiugata, eiq; in feudum propterea collata. In eâ* Fourrium *eſt,* Fourria *aliis,* Fauoria, *&* Faboria, *vulgò* Fower, *oppidum; in quo* S. Fechinus *Abbas XX. Ianuarij colitur. De eo Henricus Fitz-Simon noſter in catalogo præcipuorum SS. Hiberniæ:* Fechinus Fourij aliiſque celebris multis Hiberniæ locis.

S. Fechini natalis,

vita,

2 *Eius res geſtas litteris conſignaſſe olim, aut narraſſe conſignaturo,* Aileranus, *ſiue* Aierranus, *fertur. Aliam nacti ſumus illius vitam, alio ſcriptam auctore, poſtquàm rerum in Hiberniâ ſeculo duodecimo potiti ſunt Angli. Et quod familiare etiam gentis illius eâ ætate Scriptoribus vitium fuit, vt ſummatim miracula quædam, eaq; ſupra communem modum ac propè & fidem exaggerata, perſtringerent; virtutum documenta, ceteraq; poſteroruin inſtitutioni accommodata negligerent; id in hoc quoque licebit Auctore cognoſcere. Geminum nacti exemplar ſumus, alterum Hugonis VVardæi è S. Franciſci familiâ, alterum Henrici Fitz-Simonis noſtri, beneficio: hoc contractũ plerumque, vt indicabimus. neutrum obitum Fechini memorat, quam ex MS. vitâ* S. Geraldi *Abbatis, ad XIII. Martij edendâ, narrabimus.*

ætas,

3 *Vixit* S. Fechinus *ſeptimo ſeculo. Tradunt enim recentiores quidam* Dermitium *&* Blathmecum *Reges ſub annum Chriſti DCLXIV. obiiſſe: atqui peſtilentiâ extincti cum* S. Fechino *ſunt. Huius æquales,* S. Geraldus *Abbas antè ſcriptus, &* S. Mochua *Ballenſis, cuius vitam dedimus I. Ianuarij, vbi &* Fechini *mentio. At* Mochua S. Congalli *in Benchorenſi Hiberniæ cœnobio diſcipulus; Congallus verò* S. Columbæ *æqualis fuit. Floruit autem Columba anno 560. vt 9. Iunij ad illius, & 10. Maij ad* S. Congalli, *ſiue* Congelli, *vitam dicetur.* S. Geraldus *à* S. Adamnano, *S. Columbæ in Hyenſi monaſterio ſucceſſore, principio ſeptimi ſeculi, monaſticis diſciplinis inſtitutus eſt. Hinc de* S. Fechini *ætate ferri iudicium poteſt.*

molendinũ & eccleſia, non adeundâ feminis:

4 *Meminit* S. Fechini *Silueſter Giraldus Cambreſis, qui ante annum Chriſti 1200. ſcripſit. is ergo Topographiæ Hiberniæ diſtinct. 2. cap. 52. ita ſcribit:* In Mediâ apud Fouerium eſt molendinum, quod S. Phechinus in latere cuiuſdam ſaxi miraculosè nimis manibus ſuis exſculpſit. Hoc, ſicut & eccleſiam Sancti iſtius, mulieres non intrant. Nec in minori reuerentiâ molendinum iſtud ab indigenis, quàm vna eccleſiarum Sancti eiuſdem, haberi ſolet.

ibi impudicus miles, igne ſacro exſtinctus:

5 Contigit autem Hugone de Lacij exercitum illum per locum ducente, ſagittarium quemdam mulierculam violenter attractam, in ipſo molendino libidinosè violaſſe. Qui repentinâ vltione igne infernali in membro percuſſus, vſque in ipſum corpus ſtatim exarſit, & nocte eadem expirauit.

alij duo ſacrilegi celitus percuſſi.

6 Iterum exercitu ibidem pernoctante, annonam, quam ab eccleſiis & molendino paſſim rapuerant, Hugo de Lacij totam reſtitui fecit, præter pauculam auenæ particulam de molendino ſurreptam, quam coram dextrariis ſuis duo milites occultè reliquerant. Quorum vnus in inſaniam verſus, eadem nocte in ſtabulo confracto cerebro interiit. Alter verò manè (milite, qui inſidebat ei, alios, qui annonam reddiderant, ſuper fictâ religione irridente) ſubitâ & improuiſa morte, iuxta latus Hugonis de Lacij, vidente & admirante maiori exercitus parte, obiter occubuit.

7 *Eadem narrat Philippus Oſulleuanus Bearrus Patriciane Decadis lib. 10. cap. 7. vbi ſcribit molendinum illud* vt aſylum inuiolabile cultum Hibernis. *Mulierem verò, cui vim iſthic allatam ſcribit Giraldus, vult ipſe non iſthic pertractam à milite, ſed ad molendini tutelam confugiſſe. Hîc recitare antiquos duos in laudem* S. Fechyni *hymnos lubet, quos nobis idem Hugo VVardæus communicauit.*

HYMNVS.

Hymnus de S. Fechino;

8 FEſtum diem celebremus,
Et Fechino laudes demus,
Hymnis debitis cantemus
Eius clara opera.
Multis modis prophetatus
Eſt, priuſquàm eſſet natus,
Atque cælitus afflatus
Spreuit thori fœdera.
Adhuc puer cœpit mirè
Dei vias cuſtodire,
Ipſi ſoli deſeruire
Cum cordis munditiâ:
Dehinc fuit monachorum
Dux & Pater trecentorum:
Quos inſtruxi: lege morum,
Murus contra vitia.

alius.

9 Regem Regum collaudemus,
Et laudandum prædicemus,
Vocis miniſterio.
Qui nos fecit vt eſſemus,
Ipſum omnes honoremus
Cordis deſiderio:
Qui Fechinum præſignauit,
Sibi ſeruum & aptauit
Ante cuncta ſæcula:
Quem diuinitus ornauit,
Et honeſtè ſublimauit
In virtutum ſpeculâ:
Cui gratiam ſignorum,
Operumque mirandorum
Dedit ab infantiâ.
Greſſum claudis ſolidare,
Sed & cæcis hic donare
Viſum conſueuerat:
Et auditus ſurdis dare,
Languidoſum hic ſanare
Solo verbo nouerat.
Hic Reginam ſuſcitauit,
Ei quæ ſe commendauit,
Mirabili munimine:
Quemdam cæcum & ſanauit,
Cuius pedes a quâ lauit,
Mox recepto lumine.
Sed nil ſibi tribuebat;
Deo totum adſcribebat,
Remotâ ſuperbiâ.
Deo ſeſe ſubmittebat:
Deus ipſum adimplebat
Abundanti gratiâ.
Quemdam Regem extra legem
Hic adiuit, & quæſiuit,
Vt laxaret obſides:
Quo negante; Deo dante,
Sunt ſoluti, reſtituti,
Et egreſſi ſoſpites.
Rex tunc iuit, atque fuit
Ipſâ horâ ſine morâ
Pro contemptu mortuus.
Sed rogatur, imploratur
Hinc Fechinus laude dignus,
Vitâ nimis arduus,
Vt pro vitâ ſic finitâ,
Aptaretur, dignaretur
Adeſſe propitius.
Tunc vir Dei dixit ei:
Surge lætus, deſit metus;

Ex MSS.

Qui ſurrexit citiùs;
Ac pro dono, corde bono
Terras dedit, quas poſſedit
Iſte ſeruus Domini,
Sed non ſibi quicquam ibi
Deputabat, ſed cantabat
Laudem Chriſti glorioſo nomine.
Ergo Chriſte, nunc aſsiſte
Noſtris votis tibi notis:
Nobis fer auxilium.
Summa quies, clara dies,
Lex & norma, vitæ forma,
Rectum da conſilium.
Qui cunctorum es iuſtorum
Salus, vita, lux cupita,
Spes conſolatoria;
Quem ſanctorum Angelorum
Chorus orat & adorat,
Cui ſit laus & gloria, Amen.

VITA.

CAPVT I.

S. Fechini ortus, ſancta pueritia.

a *b* *c* *S. Fechini parentes:*

1 SAnctus ac venerabilis Abbas *a* Fechinus, nobili parentum ſchemate illuſtris, patre *b* Kelcharuano, matre verò *c* Laſreâ editus. Hic ab infantiâ ſuâ multis miraculorum claruit prodigiis; de quibus præ multitudine noſtras vires excedentibus pauca perſtringamus. Sanctitatem enim eius nonnulli Sanctorum prophetiæ ſpiritu edocti, ad multa tempora ante- *prodigio prænuntiata,* quàm naſceretur, prophetauerunt. Sanctus enim Columba, cui Deus ſpiritum prophetiæ in ſpecie pulcherrimæ Reginæ quondam deſponſauerat, triginta annis ante natiuitatem S. Fechini eum huic mundo, tamquàm lucem gentium, præuidit.

d *prodigio prænuntiata,* *e* *f*

2 Quidam vir ſanctus, nomine *d* Crucinus, in ſpiritu vidit magnam & candidam auem, & alias quamplurimas aues eam ſequentes, vallem totam, quæ inter duos montes vbi *e* ciuitas, eius nomine *f* Fauoria poſteà ſita eſt, adimplere: auis enim illa quantitate magna, qualitate præfulgida, præfigurabat S. Fechinum, quantitate virtutum magnificum, innocentiâ vitæ præfulgidum; aues verò multæ maiorem auem ſequentes ſignificabant multitudinem ſanctorum monachorum voluntati Patris per omnia obedientem.

item alio: *g*

3 Item ad comprobandum ſanctitatem eius accedit viſio mirabilis, quam quidam Regulus, parentum eius licet inimicus, oculis patentibus perſpexit, vt non ſolùm qui propè ſunt per fidem & dilectionem, verùm etiam hi qui longè ſunt per odium & inaffectionem, de ſanctitate eius crederent. Erat enim in terrâ vbi parentes pueri benedicti S. Fechini habitabant, quidam Regulus, aliena capere ſi poſſet cupiens; qui de nocte ad *g* villam patris eius aduenies, totâ villam flâmis conſpexit ardere, non tamen ardore ignis aliquid conſumebatur. Ex hoc autem inſolito miraculo ſtupefactus atque perterritus Regulus à malæ voluntatis propoſito eſt inuitatus; atque ad ianuam patrisfamilias accedens, oſtium *h* pulſat, interrogans *h* an aliquis ſanctorum virorum intus latitaret. Cùm verò reſponſum à quodam ad eius impulſionem accelerante accepiſſet, quòd nullus talis vir inibi habitaſſet, ſed hoſpes domus Kelcharnanus cum ſuâ vxore in puerperio laborante & familiâ; tamquàm alter Balaam prophetando intulit: Mulier, quę in puerperio laborat, modò filium pariet, qui gratiæ ſplendore omnibus mirabilis apparebit. Regulus etiam, depoſitâ feritate modò conceptâ, de lupo fit agnus, de leone fit homo manſuetus: infantem demum editum ſecum de- *inſtitutio:* *i* fert, diligenter eum nutriens: donec poſteà creſcente ętate, cuidam ſancto Preſbytero, nomine *i* Nathineo, in ſacris litteris ac bonis moribus erudiendũ commiſit.

natiuitas:

4 Cùm verò magiſter ſuus quodam die ſanctũ diſci- *fons mirapulũ* ad quærendũ aquã deſtinaret, & loca illa inaquoſa eſſent, confidens verus obediens de poteſtate eius qui aquam de petrâ affluenter produxit, quemdam è terrâ ceſpitẽ traxit, cuius locò fons viuus ſtatim ebulliuit: & hic fons vſque in hãc diẽ S. Fechini nomine inſignitur. *culosè ſcaturiens:*

5 Poſt hæc bonæ indolis puer ad ſanctum alium virum diſcendi deſiderio inſpiratus peruenit. Cumque idem vir Dei de aduentu tanti diſcipuli exultaſſet, atque eum in obſequio humilitatis comprobare vellet, cuiuſdam agri herboſi curam ei commiſit, vt illibatè ab animalibus cuſtodiret. Quod cùm verus obediens complere deſideraret, quidam maligno ſpiritu ſtimulante equos Reguli illius terræ ad herbarium illud tranſmiſerunt: ſed, Domino iniuriam ſeruorum ſuorum vlciſcente, *equis eò immiſſis mortuis,* mox equi Regis, vt herbam illius agri guſtauerunt, velut veneno ſumpto, mortui ſunt. Audiens verò Regulus id quod ſuis equis acciderat, timens iram Dei ſuper ſe ſæuire, ſicut ſuper equos, pœnitentiam agens, culpam coram viro Dei Fechino recognouit. Quod vir Dei acceptans, pro equis reſuſcitandis cunctipotentem orauit; & *eo orante reſuſcitatus.* ſtatim reſuſcitati ſunt. Rex verò equos ſuos viuos & ſanos recipiens, terram illam Deo, in cuius poteſtate hęc miracula facta ſunt, offerens S. Fechino eam donauit: vir verò Dei ei eamdem terram magiſtro ſuo, pro benedictione eius habendâ, & pro labore ſuo, reddidit. *patratum cuſtoditũ,*

a *MS. Fitz-Simon, ſemper* Ffechinum *aut* Ffeghinum *vocat; Giraldus* Phechinum.
b *Idem MS.* Celcarua. *c* *Idem MS.* Laſſar.
d *Idem,* Critan. *e* *MS. VVard.* Eccleſia.
f *MS. Fitz-Sim.* Ffeboir, quæ nunc dicitur Ffour.
g *Id eſt,* oppidum, *vt habet etiam MS. Fitz-Sim.*
h *Idem MS.* an quidam Sanctus peregrinus ibi hoſpitaretur.
i *Idem,* Nithi.

CAPVT II.

a Monachi aggregati. infideles conuerſi. *a*

S. Fechinus fit ſacerdos: 6 SAnctus igitur Fechinus, non ſolùm ætatis maturitate creſcens, verùm etiam virtutibus ac bonis moribus proficiens, ad ſacerdotij dignitatem promotus eſt. Poſtquàm verò ad culmen tantæ ſanctitatis peruenit, tamquàm verus mundi contemptor patriam ſuam relinquens, & locum vbi ſoli Deo vacare poſſit cupiens, Angelo reuelante inuenit. Videntes verò poſſeſſores proprij illius agri tantum virum ad ſe veniſſe, voluntariè locum ad inhabitandum ei conceſſerunt. Inibi quoque mona- *ædificat monaſterium:* ſterium ſecundùm voluntatem Dei conſtruxit, ac famâ ſanctitatis eius crebreſcente multos ad ſe, velut apes ad odorem florum, conuocauit. In hoc autem monaſterio trecentos circiter monachos, ſecundùm regulam à ſanctis Patribus inſtitutam, ſcientiâ & bonis operibus regebat. Ipſe verò cruciatibus corporis & vitæ auſteritate, & laborum diutinâ perſeuerantiâ, omnes tranſcendens, ſe omnium virtutum ſpeculum præbebat. *patriam relinquit:*

cibos hoſpitibus exciſos 7 Cùm ad pium Patrem quodam tempore hoſpites veniſſent, & penuriâ cogente quod eis apponeret non haberet, Deum ſuppliciter orauit vt qui pullis coruorum eum inuocantibus prouidit, neceſſitatibus illorum prouideret. Cuius preces miſericors & miſerator Dominus mox exaudiuit, & abundantiam frumenti, butyri, & lactis largiter propinauit. His ergo donis à largo datore munerum datis gratias Deo referens, hoſpitibus ſuis ſecundùm indigentiam eorum largiter miniſtrauit. *piendis celitus impetrat.*

8 Alio quoque tempore, cùm in quamdam mentis extaſim vir Dei raperetur, venit ad eum Angelus Domini, & oſtendit inſulam quamdam à *b* gentilibus poſ- *b* ſeſſam, in quâ ipſe verbum Dei prædicare deberet, ac homines illius inſulæ à culturâ dæmonum ad fidem Chriſti cõuerteret. Qui viſionem Fratribus ſuis narrans, & qualiter figuram & diſpoſitionem inſulæ ab Angelo comperiſſet indicans, ac deliberatione aliquantulùm cum

cum Fratribus habitâ, ad eamdem cęlitus inſpiratus cum ſuis perrexit. Qui cùm ibidem cellam conſtrueret, pagani qui erant à maligno ſpiritu inſtigati, & inuidiæ facibus ſuccenſi, *c* monachorum ſarculos, & cætera inſtrumenta ac vtenſilia, in mare proiecerunt. Sed qui Ionam Prophetam in ventre belluæ marinæ viuum proiecit, is inſtrumenta ſuorum ad portum optatum reduxit. Cumque illi pagani in ſuâ malitiâ perſiſterent, ac ſeruos Dei multis iniuriis affligerent, & etiam alimenta, quibus vita præſens carere non poteſt, præbere negarent; duo ex Fratribus fame cogente mortui ſunt. Sed S. Fechino pro eis orante reſuſcitati ſunt. Cumque Rex terræ, *d* Guari nomine, quod factum fuit audiſſet, *e* victum copioſum cum ſuo calice viro Dei & ſuis tranſmiſit. Poſt hæc quoque inſula Deo & S. Fechino donata eſt, atque Idololatræ ad cultum Dei conuerſi omnes baptizati ſunt. Hæc verò miracula ne cuiquam in dubitationis ſcrupulum veniant, *f* ſapienti viro Ailerano referente, & alijs multis fidelibus idem conteſtantibus, comprobata ſunt.

Infidelibus prædicans, cum ſuis malè excipitur

c

variis editis miraculis omnes conuertit:

d

e

f

a *Interiicit hic miracula aliquot MS. VVardæi, quæ absunt à codice Fitz-Simonis, ſiue veritus eſt librarius vt fidem reperirent, ſiue alteri exemplari aliunde adiecta. Et ſunt ſanè paradoxa, licet à benigniſſimi Numinis erga innocentes ſibi deuotas animas admirabili caritate neutiquam aliena.*

b *Nemo mirabitur adhuc fuiſſe gentiles, qui legerit vitam* S. Furſæi, *qui hac ipsâ ætate vixit; & fidem habuerit iis quæ Silueſter Giraldus narrat diſtinct. 3. cap. 26.*

c *Diſtinctius MS. Fitz-Sim.* monachorum ſarculos & cetera vtenſilia, quibus terram colebant, in mare mittebant; ſed ea Diuinâ virtute quotidie ad terram reducebat.

d *Idem MS.* Guſtre.

e *Idem,* prandium quod ad ſatietatem centum viris ſufficeret, cum ipſius Regis calice, S. Ffechino cum ſuis monachis largiter præbuit. Quod poſteà in vſu decretum eſt, vt tale tantumque prandium à Rege illo & ſucceſſoribus eius S. Ffechino cum ſuis ſemper redderetur.

f *Idem MS.* Sapientiſſimo Aierrano narrante, & aliis multis fidelibus teſtantibus digeſta ſunt. *Hic* Aierranus *vitam Fechini deditâ operâ ſcripſerit, an alteri hiſtoriæ intexuerit, an ab eius ſolùm ore prior aliquis Scriptor didicerit, quæ traderet poſteritati, non liquet. Fechini æqualem fuiſſe manifeſtum eſt. & florebat tunc Hibernia bonarum litterarum ſtudiis Eccleſiaſticisq; diſciplinis, vt eò Belga, & Angli eruditionis gratiâ commearent; quod ex Bedâ pluribus locis, variorumq; Sanctorum Actis alibi oſtendetur. Quidam tamen illic in ratione Paſcha celebrandi, & alius quibuſdam cæremonijs ab Eccleſiâ Romanâ diſſidebant; non omnes, nec malitiâ.*

CAPVT III.

Quædam admiranda.

Leproſum humeris geſtat,

a b

c

9 CVm verò vir Dei multis miraculis ac virtutibus coruſcaret, contigit quòd quidam leproſus vlceribus plenus *a* ad eum in portâ *b* monaſterij commorantem veniret, atque cibum ab eo, quo famis inopiam ſatiaret, expoſceret, & *c* quamdam nobilem feminam & pulchram, quę ei miniſtrare deberet, à ſancto viro inquiri iuſſit. Sanctus verò Fechinus humeris propriis leproſum imponens, ad hoſpitium ipſum adduxit, & cùm Chriſtum in paupere ſuſcipi non dubitaret, in nullo eum offendere volens, ad caſtrum Regis Dermitij, quod propè erat, accedens, vxori Regis præcepit dicens: Veni, vt leproſi mei deſiderium compleas, & eius miniſterium humiliter compleas. Quæ reſpondit ſe numquàm hoc facturam, niſi pro certo haberet à Deo perpetuę hereditatis præmium. S. Fechinus nihil hęſitans, regna perpetua ei promiſit, ſi ſibi conſentiret. Quod credens fideliter mulier, cum viro Dei ad hoſpitium, vbi vir leproſus morabatur, aduenit. Sancto verò foras egreſſo, leproſus ad Reginam dixit: Nares meas in ore tuo ſuge & phlegma inde extrahe. At illa propter primũ promiſſum viriliter agens, ſicut imperauit fecit, & phlegma in linteum poſuit: iterum quoque ei mandauit, vt ſimiliter faceret, & id quod extraheret, S. Fechino reſeruaret. Regina verò ſemetipſam per omnia vincens in omnibus quæ leproſus mandauerat obediuit. Sancto verò Fechino domum redeunte, ac circumquaque reſpiciente, globum igneum de culmine domus vſque ad cælum extendi vidit: in quo globo à Domino ſe viſitari intelligens, gratias ſibi retulit, & hoſpitium ingreſſus ſolam Reginam inibi inuenit: quę ſicut leproſus iuſſerat, id quod in linteo ſuo recondidit, S. Fechino dare cupiens, aurum probatiſſimum repeſit, & pro talento cælitus dato vir Dei gratias agens, in partes diuiſit, de quarum vnâ parte terram Eccleſiæ acquiſiuit, reliquam verò partem in baculo ſuo ponens, ob memoriam rei perpetuam ac in exemplum firmiter credendi poſteris dereliquit. Regina verò *d* viriliter in tentatione agens tamquàm aurum per ignem trãſit, inuentâ inſulâ illâ, de quâ venerat, S. Fechino contulit; & ſic cum eius benedictione, & præmij æterni promiſſione, ad domum propriam remeauit.

Regina curandum committit.

Regina de ſe victoria illuſtris, gemino miraculo diuinitus comprobata.

Ex Mſſ.

d

10 Alio tempore vir Dei cùm videret Fratres ſuos multùm in victus præparatione laborare, compatiens eorum laborioſis ſudoribus, apud ſe cogitauit, vt molendinum ſecundùm voluntatem Dei faceret. Viri enim Dei trecenti numero proprijs manibus molere conſueuerant. Quæſito verò quodam artifice pro molendino conſtruendo & inuento, opus vſque ad finem compleuit. Cumque locus, in quo molendinum erat factum, in colle eminenti ſituaretur, deſperans carpentarius de conductu aquæ, dixit: Sufficit mihi viuere donec videam iſtud molendinum aquâ abundare. Quod cùm vir Dei audiret, confidens in Domino dixit: Potens eſt Deus ſeruis ſuis aquam, cùm voluerit, præbere: & ſtatim exurgens ad *e* ſtagnum vicinum, quod ex aliquâ parte montis ad vnum fere miliare erat, peruenit, & in virtute illius, qui de petrâ per manum Moyſi aquam ſitienti populo abundanter condonauit, confidens, duos baculos ſuos in ſtagnum proiecit. Quid plura? Baculi in lacum miſſi velut argentum viuum montem interpoſitum perforantes, aquaſque ſecum affluenter pertrahentes, incredulum illum artificem, *f* in foueâ molendini præ tædio laboris dormientem, impetus aquarum harum ſubmerſit. Sanctus verò Coëmanus, cui idem homo erat familiaris, S. Fechinum ſuppliciter orauit, vt ſicut pro aquæ de petrâ productione meruit exaudiri à Deo, ita & pro hominis reſuſcitatione defuncti. Sancti viri Coëmani precibus pius Pater inclinatus, pro vitâ defuncti Deum omnipotentem ipſe orauit, & pro reuerentiâ ſuâ exauditus, hominem ei de mortis faucibus coram aſtantibus reſuſcitauit. Vir quoque Dei reſuſcitato artifici optionem dedit, an cum S. Coëmano iret, an ſecum manere vellet. Homo verò non immemor beneficiorum Dei ac ſancti Abbatis Fechini, præelegit ibi commorari, vbi ad lucem huius vitæ meruit reuocari. Hic tamquàm præſcius futurorum aſſerebat, quòd ſi quis in monaſterio S. Fechini Domino ſeruire eligeret, veniam peccatorum conſequi, & regnum cælorum promereri non dubitaret.

S. Fechinus molendinum conſtruit

e

ad id aquas miraculosè per montem traducit:

f

artificem incredulitatis oppreſſum ad vitam reuocat.

a *Addit MS. Fitz-Sim.* à plantâ pedis vſque ad verticem.

b *Idem MS.* ſuæ ciuitatis. *nimium. an quia in oppidum deinde excreuit? an parui oppidi amplitudo iam tunc erat?*

c *Aliter hoc leproſi, Chriſti nimirum ſub eâ ſpecie poſtulatum, refertur in MS. Fitz-Sim.* Et more puerorum qui tenerrimè à parentibus diliguntur, cuædam ludicra & contraria quærens, quamdam feminam pulcram & nobilem à ſancto viro, quæ ei nubere deberet, inquiri iuſſit. Sanctus verò Fechinus in humero ſuo leproſum imponens, ad hoſpitium eum aduexit, & Chriſtum in paupere ſuſcipiens, in nullo eum offendere voluit, ſed vti poſtulauit, Regem nomine Diarmicium adiit, & vxori eius prȩcipiens ait: Veni vt leproſi mei deſiderium expleas; & eius connubium ſufferre non ſpernas. Quæ reſpondit, nequaquam ſe ad eius amplexus poſſe venire, niſi pro certo haberet perpetuum præmium pro hoc opere à Deo recipere *&c. Non placet* nubendi *verbum, &* amplexuum. *obſequium impendi leproſo Sanctus voluit, amore & curâ; non coniugium ſuaſit; nec verò potuit adeò impar, & marito ſuperſtite. At videtur qui ex Hibernico primùm hæc vertit, hallucinatus. Nec ignoramus tamen piarum mentium myſtica connubia, cum Chriſto, Diuinâ Sapientiâ, Deiparâ; quibus neque virgineus pudor violetur, neque fides matrimonij mortalis. Idq; etiam ſenſit fortaſſis ſapientiſſima Regina cùm Chriſtum hic leproſi habitu adeſſe Fechinus innuiſſet; quod clariùs expertа poſt heroicum fortitudinis documentum*

Ex MSS. *tum. Eſt hæc, vt coniecta mus,* Lageniæ Regina, *quam ſuis precibus ad vitam reuocârat Fechinus, non indignam profectò eâ Nunnine beneuolentiâ.*

d *Idem MS.* veſtimentorum ambitione relictâ, & inſulâ, de quâ venit, S. Fechino collatâ, cum benedictione & gratiâ ad ſedem propriam reuerſa eſt. *Quid ſibi illa volunt,* de quâ venit? *an erat dotalis Regina poſſeſſio inſula aliqua in* Sinæo *flumine, aut ſtagno quopiam, qualia iſthic multa, & vaſta?*

e Leuinnus lacus *fuit* (*vt* 1. *Ianu. in* S. Mochuæ *vitâ dicitur nu.* 6.) bis mille circiter paſſus *à molendino* diſtans. *Adfuiſſe tum S. Mochua,* & baculi cuſpide lacus ripam molas versùs leuiter perforaſſe *memoratur, idem faciente Fechino, & Sacerdotibus, qui aderant; atque* extemplò per tranſuerſum montem aqua ſubter terram mirè delata non procul ſupra molas magnâ vi prorupiſſe.

f *MS. Fitz-Sim.* in piſtrini exceptatoriâ.

CAPVT IV.

Miracula vindictæ in blaſphemos, aliaque.

Energumenum liberat:

11 QVodam alio tempore, cùm pius Pater videret quemdam monachum à dæmone vexari, Deum orauit, & dæmonem eiecit, fratrem etiam ſanitati reſtituit. Hic vir Dei cùm more ſolito in dolio aquæ frigidæ perſiſteret; cellerarius ſuus, nomine a Paſtolius in vas illud deſcendit, volens quoque experiri pœnalitatem, quam pius paſtor in aquâ frigidâ ſuſtinebat: ſed mox vt ille aquam tetigit toto corpore cœpit algeſcere, & dentibus ſtridere. Beatus verò Fechinus ei annuit vt prope ſe accederet, quod cùm Frater faceret, ac cum viro Dei Deum oraret,b in virtute feruidæ orationis eorum aqua illa frigida ſic calefacta eſt, vt Paſtolius calorem intenſum non ſufferens, lauacrum cum feſtinatione relinqueret. Cui propter gloriæ inanis deuitationem vir Dei præcepit, ne viuente eo in hac vitâ hoc alicui intimaret.

a in aquâ frigidâ orat:

b eam precibus calefa cit: iubet id ſileri.

c

12 Item in territorio S. Fechini, c poſt aduentum Anglicorum in Hiberniam, contigit quòd quidam natione Anglicus eiuſdē eccleſiæ teneret vicariam. Hic nationem Hibernicam communiter deteſtans, & ſpeciali contumeliâ Patronū Eccleſiæ, Sanctū ſcilicet Fechinum, vilipendendo deſpiciebat. Quadam autem die cùm eccleſiam S. Fechini intraret, & coram altari genua flecteret, acceſſit ad eum quidam magnus Clericus, magnâ macie attenuatus, aſpectu terribilis, facie turbulentus, & irruens in eum tamquàm in blaſphematorem, baculi cuſpide, quem manu tenebat, in pectore durè percuſſit. Vicarius verò præ timore aſpectus terribilis, & dolore ictus intolerabilis attonitus, mox domum ſuam rediit, proteſtans percuſſorem ſuum eſſe S. Fechinum, quem antè in opprobrium habuit, & in deriſum: qui vt domum intrauit in lectum ſe proſternens, poſt triduum interiit.

Blaſphemus punitus.

13 Apud Fauoriam villam ſimiliter quoddā miraculum memoriâ accidit dignum: in ſupercilio enim montis ibidem eſt quoddam oratorium ſancti viri, in quo ipſe orabat, & à tumultu hominum ſe ſequeſtrabat: vnde in ipſo oratorio, vbi cæleſtia vir Dei contemplabatur, ſub pedibus orantis lapis quidam planus & latus ſubſtratus eſt. Quadam verò die cùm illuc Seneſcaldus natione Anglus, cauſsâ orandi, vel magis ſpatiandi accederet, & lapidem illum pro equis ferrandis adiudicaret, ipſum deferri ad hoc opus fecit. Cumque pro hoc temerario auſu ab aliis reprehenderetur, eorum reprehenſionem contemnens, & S. Fechinum irridens vilipendit. Nocte verò ſequenti tam graui detentus eſt infirmitate, vt ante ortum ſolis in craſtino viam vniuerſæ carnis ingrederetur. Vnde diuinâ vltione ſæuiente decretum eſt, vt in eadem quadrigâ, quâ lapidem ad ſe deportari fecit, & ipſe ad tumulum deportatus eſſet.

alius item ſacrilegus & blaſphemus.

In S. Fechini obſequium ſubſiſtit ſol:

14 Quodam tempore cùm vir ſanctus, vnà cum ſuis monachis pro quibuſdam negotiis de monaſterio exirent; & peracto negotio ad monaſterium ſole versùs occaſum tendente, diem ſufficere non credebant. Erant enim viri Dei prolixitate itineris & debilitate corporis fatigati: ad monaſterium venire ante noctem dubitabant. Quid plura? is cui omnis creatura obedit, vt ipſe voluntati ſuorum per omnia pareret, ſolem in gradu ſuo fixit, quouſque viri Dei Angelico ducatu comitati ad ſuum monaſterium ſiue grauamine peruenerunt.

15 In monaſterio viri ſancti fuit eccleſia, in cuius cœmiterio fuerat magna lapidicina, quæ intantùm terram cœmiterii occupauerat, vt pro ſepeliendis corporibus locus deficeret: cunctis verò, qui aderant, ſuper hoc conquerentibus, ad ſanctum virum accedunt, incommodum tam moleſtum exponunt, remediumque deuotè expoſcunt. Compatiens pius Pater ergo queremoniis ſuorum Fratrum, conuertit ſe ad conſuetum orationis deuotæ patrocinium: & exauditus eſt vir Dei pro ſuâ reuerentiâ, & ingens petra à terrâ mox abſorbetur, & locus aptus pro ſepulturâ à Deo ibi diſponitur. Hoc enim idem Saluator diſcipulis in Euangelio dixit: Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicite huic monti, Tranſi hinc, & tranſibit. Vnde quidam verſificator miracula eius ſuccinctè comprehendens metricè dixit:

lapis terrâ abſorbetur:

Matth. 17. 19.

16 A puero Chriſtus Fechinum mox benedixit,
Qui ſibi ſuccurrens ditauit rore ſuperno:
Cuius nos meritis renouet pro munere vitæ.
Qui latices terram viuos producere fecit,
Noſtri cordis humum lacrymis perfundat amarum;
Vt Chriſto puri mereamur ſemper adeſſe.
Sanctus Fechinus dæmonia multa ſubegit:
Nam ſemet ſuperans, meruit ſibi friuola ſubdi
A Domino rerum, qui Sanctos ſubleuat omnes.
Ad Chriſti famulum ſeruantem florida rura
Quidam Regis equos, illo nolente, reducunt:
Quos priùs occiſos ad vitam mox reparauit.
Crudeles homines monachis alimenta negabant,
Binos namque viros conſumpſit inedia panis,
Quos Sanctus viuos fecit de morte redire.

Quadam miracula metricè deſcripta.

17 Cuiuſdam Regis Laginenſis d regia coniux
Sancto Fechino decreuit ſe famulari;
Quam ſubitò raptam Sanctus de morte reduxit.
Cùm vinctum quemdam voluiſſet ſoluere Sanctus,
Tunc aulæ Regis reſerarunt clauſtra repentè,
Omnes quæ pariter, nequam prohibente, dederunt:
Et ſæuum ſubitò morientem viuificauit;
Quem pòſt pœnituit Sancto reſiſtere dirè;
Ac monachum faciens renouauit vulnera cordis,
Puluinar lapidis capiti ſubponere curans,
At... humo nudâ veſtitus tegmine capræ,
Frigore membra domans, in aquis vigilare ſolebat.

d *Mortuam ſuſcitat: captiuos liberat; cælitus percuſſum, qui obſtiterat, ſuſcitat.*

a *MS. Fitz-Sim.* Paſtol.

b *Idem MS. huius miraculi non meminit, ſed Paſtolium ait, cùm* intolerabili algore ibi manere non ſufficeret, Fechinum ſolum in aquâ reliquiſſe. *& reliqua deinceps omittit.*

c *Sub annum* 1155. *ſuſcepta ab Henrico* II. *in Hiberniam expeditio memoratur à Vveſtmonaſterienſi. Hæc ergo ad antiquiorem* S. Fechini *hiſtoriam, poſt eam ætatem adiecta.*

d *Eadem videtur, cuius heroica animi fortitudo cap.* 3. *prædicatur. Eſt* Lagenia *unum ex quatuor præcipuis Hiberniæ regnis, Britanniæ obiectum, in quo Dublinium vrbs, & ſuperiùs memorata* Media *prouincia.*

MORS S. FECHINI,

Ex Vitâ S. Geraldi.

1 *INgens Hibernicas prouincias annonæ caritas afflixerat. Euocati Dermitij ac Blathmeci Regum imperio Temoriam ad concilium vtriuſque ordinis Primores. Placebat pleriſq; publicas indici ſupplicationes ac ieiunia, Deumq; rogari, vt immiſsâ peſtilentiâ infimæ plebis multitudinem, immane quantum quotidie excreſcentem, imminueret.*

Tempore famis orant Hiberni vt peſte plebs minuatur,

2 *Interceſsêre nonnulli, nefarias abominati preces. Cùm variis res ducta ſententiis eſſet, duorum ſanctiſsimorum Abbatum Fechini ac Geraldi commiſſa iudicio eſt. Supplicandum Deo cenſebat Geraldus, non vt innoxiam turbam malè perderet, ſed immiſsâ cælitus annonâ recrearet, qui & Iſraëlitas mannâ quondam, & quinque hominum millia paucis panibus pauit, & quotannis*

reclamante S. Geraldo,

S. Fechino ex ſimplicitate id probante.

annis ex modico ſemine vim immenſam procreat frumenti. Fechinus, vir eximiæ quidem ſanctitatis, ſed nimiùm ſimplex, negabat eſſe cur à communi plurimorum ſententiâ diſcederet. Ita viris Principibus pleriſque, ita Antiſtitibus religionis, videri. Obtinuit ergo neſcio quo præiudicio quæ peſtilentiam à Deo, triſte munus, flagitabat factio.

Deo diſplicent ea preces:

3 *Nec ſurdi audiêre Cælites vota; nec diſſimularunt euentum. Angelus enim virum quemdam ſanctum in ſomno his ferè verbis interpellauit: Heu! quòd non panem popoſciſtis ab boni omnis largitore! Non eſt profectò ei difficilius annonam multiplicare, quàm homines. Nec quem ipſe docuit precandi ritum ſpreuiſſet. Quò miſeri mortes vobis & funera vltro imprecamini? Sæuiet optata mortalitas: non tamen in ignobile vulgus, ſed in populi Principes, præclari conſilij auctores. Sublati eâ contagione Dermitius imprimis ac Blathmecus, aliiq; duo Vltoniæ ac Momoniæ Reges, tantaq; hominum multitudo, vix vt tertia pars reliqua facta ſit. Ipſe quoque Fechinus, eodem malo correptus interiit, & quamplurimi Sacerdotum ac monachorum.*

ex MSS.

moriuntur 4. Reges. S. Fechinus, innumeri alij.

DE S. MAVRO

EPISCOPO CÆSENATE IN ITALIA.

XX. IAN. 1 CÆſena *vetus Vmbriæ ciuitas ad viam Aemiliam, (aliis* Ceſena; *& Græcis quibuſdam* Κισσήνη, Κισίνα, Κυσίνη *dicta; B. Petro Damiano infrà* Cæſenate oppi-

S. Mauri natalis, dum,) S. Maurum, *Antiſtitem olim ſuum, Protectorem tutelaremq; veneratur. Eius natalis XX. Ianu. in Martyrol. Romano conſignatus:* Cæſenæ S. Mauri Epiſcopi, virtutibus & miraculis clari. *Memorant eum quoque Galeſinius, Molanus, Menardus. At Ferrarius XXI. Nouembris eum retulit. Altero fortaſsis die obitus, altero Tranſlatio contigit.*

2 *Vitam eius, aut qualequale potuit encomium, conſcripſit B.*

vita, *Petrus Damiani, profeſſus non plura ſe de illius rebus geſtis conſequi potuiſſe. Leander Albertus in Romanulæ deſcriptione aliam citat eius vitam:* In ipsâ mox, *inquit,* Æmiliâ viâ iuxta pedem collis vrbs Ceſena iacet. Eam ſic Strabo, Procopius, Plinius in octauâ regione, Ptolemæus in Togatâ Galliâ nominant. In visâ tamen Diui Mauri eius Epiſcopi, antiquitus Flauiam Curuam Papiam fuiſſe dictam legitur. Antoninus Curuam Ceſenam vocat.

3 *Cuius Romani Pontificis Regiſúe temporibus vixerit* S.

ætas. Maurus, *fatetur ſe B. Petrus Damiani ignorare. Baronius in Notat. ad Martyrolog. & tom. 8. Annal. ad ann. 649. num. 13. Ferrarius in Catal. SS. Italiæ* Maurum *hunc eſſe exiſtimant qui concilio Romano ſub S. Martino. Papâ interfuit, & cùm* Deus dedit Preſbytero locum egit Mauri Epiſcopi Rauennatis Eccleſiæ. *Id ſi ita eſt, qui potuit B. Petri Damiani temporibus vixiſſe, quantumuis* antiquus admodùm ſenex & corpore marceſcente iam tremulus, qui ſe vidiſſe B. Mauri nepotem, Conſtantium videlicet nomine, Epiſcopum Cæſenatis Eccleſiæ teſtabatur? *Nam ſi* Mauri *filio genitus* Conſtantius *eſt, cùm anno 649. Epiſcopus fuerit* Maurus, *& antè* virtutum gradibus ad alta conſcenderit, & in ſanctæ conuerſationis ſtudio non ſegniter vigilârit; *neceſſe eſt eum ſaltem ab anno 640. continenti vitæ ſe dedidiſſe, atque ante eum annum natum* Conſtantij *patrem. Genuerit is vel centeſimo anno ætatis filium, alter Abraham; vixeritq;* Conſtantius *itidem 100. annos; oportebit eum tamen ante annum 840. eſſe mortuum, ducentis ante Petrum Damianum annis, qui anno 1072. traditur deceſsiſſe. Sin (& probabiliùs quidem) fratre aut ſorore* Mauri *natum* Conſtantium *dixeris; licebit quidem ſuſpicari aliquantò adoleſcentiorem extitiſſe* Conſtantium: *at numquàm credibile fiet, 400. annos conſequentibus trium dumtaxat hominum ætatibus eſſe decurſos. Fortaſsis vetulus ille, quem Petrus memorat,* nepotem Mauri *dixit* Conſtantium, *quòd eius ortus eſſet ſtirpe. Ferrarius ex monumentis & Annalibus vrbis Cæſenæ,* Maurum *9. annos illi Eccleſiæ præfuiſſe ſcribit, &* Ioannis IV. *Papæ fuiſſe nepotem: vnde ſequeretur anno 650. aut 649. exeunte deceſsiſſe cùm ipſe* Ioannes *obierit 2. Octob. 641. Aſt Hugo Menardus* vixiſſe S. Maurum ait paullò ſupra ætatem B. Petri Damiani. *Hieronymus Rubeus lib. 5. Hiſt. Rauen. ſedisſe* Maurum *ſcribit* Ottonis III. *temporibus, cùm Rauennati Eccleſiæ* Gerbertus *præeſſet. Aliquanto antè vixiſſe* Maurum *ex B. Petri Damiani narratione conſtat, infrà cap. 3. nu. 11.*

VITA

Auctore B. Petro Damiani.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 VIpientes aliquid ſcribere ad gloriam Dei noſtri de B. Mauro Pontifice, ſic auditorum deſiderio ſatisfacere cupimus, vt iuxta digeſtæ relationis modum, veritati per omnia conſulamus. Contemnendus quippe pincerna eſt, qui dum vini copiam iactat, fæcem quoque puniendâ temeritate propinat. Improbus opiparor eſt, qui tantâ ambitione aliis conuiuium præparat, vt in ſemetipſum æſtuantis famis incendium ſæuire permittat. Temerarius nihilominùs narrator eſt, qui dum laudum præconiis alios extollere nititur, ipſe mergi in falſitatis barathrum non veretur. Nonnulli enim Deo ſe deferre exiſtimant, ſi ad deferenda laudis eius inſignia, falſitatis argumenta componant. Qui nimirum, ſi egregij prædicatoris verba diligenter attenderent, talia non ſentirent. Ait enim Corinthiis: Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis ergo eſt prædicatio noſtra, vana eſt fides veſtra. Inuenimur autem & falſi teſtes Dei, quoniam teſtimonium diximus aduersùs Deum, quòd ſuſcitauerit Chriſtum, quem non ſuſcitauit. Secundùm hæc ergo Apoſtolica verba falſus teſtis Dei meritò dicitur, qui indiſcretè eum cupiens laudare, mentitur: & aduersùs Deum proculdubio perhibet teſtimonium, quiſquis in eius laude peruersâ molitur arte commentum. Propheta quoque terribiliter intonat, dicens: Odiſti omnes qui operantur iniquitatem, perdes eos qui loquuntur mendacium; nimirum manifeſtè declarans, quia ſicut leuius eſt odire, quàm perdere; ita etiam tolerabilius eſt iniquitatem ex infirmitate perficere, quàm ex ſtudio mendacia fabricare. Hinc eſt quòd per Ieremiam de mendacibus dicitur: Docuerunt linguas ſuas loqui mendacium; vt iniquè agerent, laborauerunt. Qui enim ſimplicem veritatem vltrò oblatam proferre facilè poterant, ſatagunt vt mendacia cum labore confingant.

Falſa ſingere ad laudem Sanctorum nefas.

1. Cor. 15. 14. &c.

Pſal. 5. 7.

Ierem. 9. 5.

2 Hîc ſi quis nos longæ præfationis fortè redarguat, atque id quod in Machabæorum libro ſcriptum eſt, auſterus cenſor opponat, Stultum eſt, inquiens, ante hiſtoriam effluere, in ipsâ autem hiſtoriâ ſuccingi; hanc reddimus rationem, quia vbi materiæ abundantia ſuppetit, ipſa ſtyli prolixitas prohibet in talibus immorari. Hîc autem, vbi de beati viri virtutibus pauca quæ ſcribi debeant præſtò ſunt, vtilius arbitramur ad ædificationem audientium, ad quam omnis Eccleſiaſtica intendit ſcriptura, in procœmio contra mendacium ſcribere, quàm pro narrationis inopiâ ipſam hiſtoriam mendaciorum finibus protelare. Igitur quæ de vitâ vel miraculis B. Mauri ad noſtram notitiam peruenire potuerunt, ſecundùm quod iuxta quorumdam monachorum non omnino contemptibilium coniicere narrationem potuimus, fidelibus Chriſti fideliter intimamus.

2. Mach. 2. 33.

Pauca de S. Mauro comperta.

CAP.

AVCTORE B. PETRO DAMIANO.

CAPVT I.

S. Mauri epiſcopatus. in eo geſta.

3 EO itaque tempore, cùm adhuc Romana Eccleſia ſpatioſiùs multò quàm nunc iura protenderet, & inter cetera Cæſenate etiam oppidum [a] poſſideret, contigit vt eadem Cæſena ſuo priuaretur Epiſcopo. Cumque [b] Romanus Pontifex cerneret nepotem ſuum, beatum videlicet Maurum, virtutum gradibus ad alta conſcendere, & in [c] ſanctæ conuerſationis ſtudio non ſegniter vigilare, congruum duxit vt talem virum ad ſacerdotalis officij apicem promoueret, quatenus lucerna Spiritus ſancti non ſub modio deliteſceret, ſed ſuper candelabrum poſita, omnes qui in domo Dei ſunt, ſacrę doctrinæ radiis illuſtraret. Quid plura? Tandem B. Maurus Cęſenatis Eccleſiæ cathedram, diuinâ prouidētiâ diſponente, ſuſcepit. Idcircò autem vel Regis qui tunc imperabat, aut ipſius Apoſtolici Præſulis hic interponere nomina prætermiſimus, quia cum ipſis, qui nobis reliqua dictant, hæc pariter ignoramus. Eorum namque vocabula in antiquis quidem [d] tomis ſe vidiſſe commemorant, ſed cùm ciuitas ante hæc flammis fuiſſet exuſta, monumenta quoque perhibent ſimul fuiſſe conſumpta.

S. Maurus fit Epiſcopus Cæſenas:

4 Cùm igitur vir Dei Maurus tam arduæ curæ ſibi conſpexiſſet onus impoſitum, ſicut de B. Paulo legitur, nequaquàm acquieuit carni & ſanguini, ſed cœpit ſe in diuinis obſequiis tantò vigilantiorem reddere quantò ſibi nouerat & tot ſubditorum cuſtodiam imminere. Perpendens namque quia ars eſt artium regimen animarum; congruum iudicabat, nec internorum curam exteriorum occupatione minuere, nec rurſus exteriorum prouidentiam internorum ſollicitudine funditus declinare: ne videlicet aut exterioribus deditus ab intimis omnino corrueret, aut ſolis interioribus occupatus, quæ foris debebat proximis negligentiùs exhiberet. Sæpe namque nonnulli velut obliti, quòd fratribus animarum causâ prælati ſunt, tanto cordis anniſu ſecularibus curis inſeruiunt, quòd has, cùm adſunt, ſe agere exultant; ad has etiam cùm deſunt, turbulentis cogitationum æſtibus anhelant; cumque ab his, ceſſante forſitan opportunitate, quieti ſunt, ipsâ deteriùs ſuâ quiete fatigantur. Volùptatem namque decernunt, ſi actionibus deprimantur: laborem putant, ſi in terrenis negotiis non laborant. At contrà nonnulli gregis quidem curam ſuſcipiunt, ſed ſic ſibimet vacare ad ſpiritualia appetunt, vt rebus exterioribus nullatenus occupentur. Qui cùm curare corporalia funditus negligunt, ſubditorum neceſſitatibus minimè occurrunt. Quorum nimirum prædicatio plerumque deſpicitur; quia dum delinquentium facta corripiunt, ſed tamen eis neceſſaria præſentis vitæ non tribuunt, nequaquàm libenter audiuntur. Egentis etenim mentem doctrinæ ſermo non penetrat, ſi hunc apud eius animum manus miſericordiæ non commendat. Tunc autem verbi ſemen facilè germinat, quando hoc in audientis pectore pietas prædicantis rigat. Hæc autem idcircò de diuerſis Paſtorum moribus loquimur, vt, quàm prudēs, quàm moderata in B. Mauro fuerit diſcretio, demonſtremus. Qui nimirum dū neque contemplatiuæ vitæ otium ſectando, actiuam omnino deſeruit, neque per actiuę [e] laſſitudinem liberè diſcurrēdo, à contemplatione receſſit; & vt ita dixerim, per auream viam cæleſtis regni celſitudinem penetrauit.

ſaluti & commodis ſuorum inuigilat.

5 Denique dum in epiſcopio ſuo degeret, & commiſſam ſibi Eccleſiam ſtrenuè gubernaret, cœpit talem locum ſollicitâ mentis indagatione perquirere, vbi ad tempus & à ſecularium turbâ ſecedere, & ſoli Deo poſſet ſpecialiùs adhærere; Domini ſui ſcilicet non ſegnis imitator, qui per diem in vrbibus prædicabat, noctu verò in monte orationibus inſiſtebat. Dumque in dies huius anxietatis magis ac magis cura ſuccreſceret, tandem adiecit oculum ad breue quoddam promontorium, quatuor ferè ſtadiis ab exiguâ vrbe ſemotum. Vocabatur autem ſaltus Spatiani, locus ſcilicet nec præruptis cacuminibus ſublimiùs ad alta porrectus, nec omnino depreſſus in ima, ad arualis [f] lamæ videbatur planitiem coæquatus. Sed ita erat congruo tenore in quodam meditullio conſtitutus, vt & ſuper ſe poſitis liberam viſendæ totius penè diœceſis facultatem tribueret, ſe autem aſcēdentes nequaquàm excellentior decliuis proceſſibus fatigaret. Erat enim mons ille nemoroſâ diuerſarum arborum denſitate veſtitus. Hîc itaque mons ita beati viri adſpectibus placuit, ac ſi montem Oliueti adiacere vrbi Hieruſalem cerneret, atque hunc Pſalmum non immeritò cum Prophetâ concinere potuiſſet, Memor, inquit, ero tui Domine de terrâ Iordanis & Hermonij à monte modico. Quem videlicet montem priùs à Romano Pontifice, ſub cuius iure detinebatur, petiit: deinde cellulam ſibi illic cum exiguâ eccleſiâ fabricauit, vbi quadrageſimali tempore perſeuerans, ieiuniis & orationibus operam dabat. Et ſi quando de Eccleſiaſticis negotiis furari poterat, ad eamdem cellulam, velut ad dulcium epularum conuiuium, recurrebat. Illic denique fluentum diuinæ contemplationis auidis mentis ſuæ faucibus hauriebat, vnde poſtmodùm arentia proximorum pectora ſanctæ prædicationis poculo recreabat. Illo planè loco quaſi pro balneo vtebatur: ibi enim curabat abluere, ſi quam ex ſecularium hominum collocutione, aut verbi aut cogitationis maculam contraxiſſet, & puluerem mundanæ conuerſationis, ſine quo hæc humanæ mortalitatis via non carpitur, crebris illic lacrymarum fontibus expiabat. Ille igitur locus, qui ſancto viro in vitâ tam dilectus & familiaris extitit, poſt mortem quoque eius ſepulturâ meruit inſigniri. Nam corpus eius in ſaxeâ arcâ reconditum, iuxta paruam baſilicam quam ipſe conſtruxerat, eſt collocatum.

In vicinum collem crebrò ſecedit, vt contemplationi vacet.

Eius ſepulchrum.

a *Leander Albertus*: Ceſenates Longobardorum temporibus in fide vrbis Romæ conſtanter hæsêre.
b Ioannem IV. *hunc fuiſſe tradit Ferrarius, vt antè ſcriptum.*
c *Menardus hinc probare conatur, monachum fuiſſe* Maurum.
d *Surius*, codicibus. e *Sur.* latitudinem.
f Lama, *lacuna eſt, ſiue aquarum collectio.*

CAPVT II.

Tranſlatio corporis, miracula.

6 HÆc igitur ſunt, quæ de vitâ beati viri ad noſtram potuerunt peruenire notitiam, non quòd ſunt à noſtris relatoribus viſa, ſed ſuccedentium generationum celebri memoriâ diuulgata. Quidam autem antiquus admodùm ſenex, & corpore marceſcente iam tremulus, noſtris nuper temporibus extitit, qui ſe vidiſſe huius B. Mauri nepotem, Conſtantium videlicet nomine, Epiſcopum Cæſenatis Eccleſiæ teſtabatur. Sed quoniam de vitâ B. Mauri eà, quæ nobis audire contigit, ſtylo currente digeſſimus; nunc qualiter omnipotens Deus ad gloriam ſui nominis eius merita reuelauerit, breuiter explicemus. [a] Eſt autem nunc celebre monaſterium in prædicto monte, in quo vir Dei orare conſueuerat, ad honorem beatæ Dei genitricis & Virginis conſtitutum, vbi Mons Mauri ex antiquâ populi conſuetudine dicitur, quia locus ille non immeritò ſancti viri vocabulo decoratur.

Mors S. Mauri.

a

7 Cùm igitur arca illa, vbi beati viri corpuſculum claudebatur, iuxtam præfatam eccleſiam, terræ vndique creſcente congerie, deliteſceret, & vix ſaxi ipſius ſummitas ſolotenus emineret; contigit vt homo quidam cum litaniis adueniens, ſolutâ caligæ ligulâ repentè illic pedem poneret, & nil tale exiſtimans, ſecurè ligaret. Vincto igitur talo, cùm iam vellet abſcedere, pedem nullo modo potuit amouere. Cumque diu conaretur, & omnia tentans huc illucque ſe verteret, pes nihilominùs ſtabat immotus, & velut quibuſdam clauis ſaxo tenebatur affixus. Stabat miſer ignoti criminis reus, & qui ſibi

Cuiuſdam pes Sancti tumulo adhæreſcit.

corrigiam

corrigiam ligare voluerat, semetipsum potiùs saxo ligasse dolebat. Volebat stare, sed vnâ innixus plantâ, non poterat: optabat iacere, sed à suo pede corruere non valebat. Tandem repentino populi aduentante concursu, alij malleis, alij securibus gestientes, partem lapidis præciderunt, & post multa vix hominem, de saxo exculpere potuerunt. Mox lætantis turbæ clamor exoritur, mira Dei virtus attollitur, & B. Mauri tumulus dignus reuerentiâ iudicatur.

Tumulus innotescit.

b 8 Item prædicti cœnobij monachus, *b* Teuzo videlicet nomine, grandæuus iam & ipsâ canitie venerandus, cuius hoc relatione didicimus, aliud miraculum retulit, quod nequaquam silentio præterimus. Aliquando ipse prædictus Frater acerrimâ vi febrium vrgebatur: cumque nullâ medicinali curâ, nullo prorsus humano studio ad incolumitatis statum redire potuisset, cuidam suæ materteræ, religiosæ videlicet sanctimoniali nocturno silentio B. Maurus apparuit, eique dixit: Si vis, inquit, nepotem tuum ex eâ, quam patitur, ægritudine conualescere, denuntia ei, vt super sepulturam meam signum sanctæ crucis infigat, omnique anno solennitatem mihi se celebrare deuoueat. Cumque ille beati viri oraculum, quod sanctimoniali referente cognouit, gratanter impleret, mox ferream crucem super tumulum fixit, deinde commotis visceribus præcipitanter euomuit, atque ita protinus omnem ignei languoris molestiam, velut ipso vomitu egerente, proiecit. Iamque pristinæ sanitati integriter restitutus, dignas Saluatori Deo gratias retulit, & B. Mauri miraculum, quod in se expertus fuerat, ad gloriam nominis Dei multis indicare curauit.

S. Mauri meritis depulsa febris:

varij morbi curati:

9 Iam igitur celebri vtriusque signi famâ volitante per populum, cœperunt multi ad sacras beati viri reliquias deuotè concurrere, piisque eius meritis suas animas attentiùs commendare. Nonnulli etiam diuersis valetudinum incommoditatibus laborantes, dum vel detritam sepulcralis marmoris limaturam biberent, vel beati Confessoris misericordiam fusis tantummodò precibus implorarent, sani & incolumes ad propria sunt reuersi, quocumque fuissent vinculo ægritudinis obligati. Videres miserabilium languidorum soluta cadauera alieno priùs adminiculo sustentante deferri, qui mox cum magnâ exultatione atque tripudio remeabant saluti pristinæ reparati.

corpus transfertur.

10 Cumque tot miraculis coruscantibus magis ac magis præclara B. Mauri fama crebresceret, & virtutes, quas per eum Dominus ostendebat, non solum contigua quæque, sed & remotiora locorum spatia personarent, tandem conuocatis Episcopis vicinarum vrbium, multisque populorum turbis vndique confluentibus, certatim arca illa, in quâ beati viri patrocinia reconduntur, effoditur, & terebrato pariete ecclesiæ, inter absidam & altare cum hymnis & laudibus summâ diligentiâ collocatur. Processu verò temporis eadem basilica maior facta est, atque vt in præsentiarum cernitur, festiuiùs decorata: vbi ad declaranda beati Confessoris merita, multa fiunt vsque in præsentem diem, Deo operante, miracula. Ex quibus nos pauca perstringimus, quæ nimirum hi, qui nobis referunt, se vidisse testantur.

a *Leander:* Intus ad Æmiliam, in primis Apennini collibus, qui vite, ficu, oleâ, cæterisque fructiferis arboribus conferti sunt, prope Cesenam cœnobium est sumptuosum cum æde Cælitum Reginæ, quam hìc D. Mariam Montanam nuncupant, sacrâ. Loco nomen est Mons Mauri, à D. Mauro Cesenatium Antistite, qui hìc sanctissimè vitam egit: Occidentem & Septemtrionem spectat; estque monachorum D. Benedicti habitatio. b *Sur.* Tenzo.

CAPVT III.

Varia ad reliquias miracula.

a 11 *a* PApa Gerbertus iuxta Cæsenam castra metatus
b erat, *b* eiusq; oppidum circumfusi exercitus obsidione vallabat. Tunc temporis ad B. Mauri tumulum delatus est quidam rusticus, geminâ morborum passione depressus, contractus videlicet ac cæcus: sed postquam est oratum, & lux amissa ad oculos rediit, & rigida membra fugatus languor absoluit. Protinus videns se homo sanitati tam mirabiliter redditum, vtpote quas valebat gratias agens, Beato se Mauro seruum perpetuo iure contradidit, mansurumque se in eius obsequio, donec aduiueret, deuotauit. Qui perceptæ salutis munere penè per decennium fruens, postmodùm fragilitati carnis eneruiter cessit, vxoremque sibi non fausto coniugio copulauit. Mox enim vt luxuriandi voluptate potitus est, oculorum lumen funditus perdidit, & quamdiu vixit, in eadem cæcitate permansit. Et certè dignum fuerat, qui à iure B. Mauri, cui se mancipauerat, *c* libidinis iugo turpiter colla supposuit, dono, quo ab vno Domino fuerat ditatus, amitteret, & qui in interiores sponte ceciderat, inuitus exteriores tenebras incurrisset.

AVCTORE B. PETRO DAMIANO.

Sanatur contractus, idemq; cæcus:

voto violato fit rursum cæcus:

c

12 Alio quoque tempore dæmoniaca quædam ad altare beati viri deducta est, quam tanto pestifer spiritus furore repleuerat, vt eam sibi quasi organum faciens, multa per os eius sacrilega & insana proferret, diras voces emitteret, & velut canis rabida crebris *d* baubatibus elatraret. Triduo autem postquàm illuc perducta est, vehementi quodam impetu sanguinem vomuit, & ita malignum spiritum, à quo tenebatur, eiecit.

liberata energumena.

d

13 Alia quædam mulier necessitati rei familiaris plusquàm deberet intenta, in festiuitate S. *e* Rophili triticum purgare non timuit: sed dum beato Confessori digni honoris reuerentiam non exhibuit, dignæ animaduersionis sententiam non euasit. Nam illicò diuino percussa iudicio, brachiis attractis obriguit, & eodem modo ac si *f* capisterium adhuc ventilare videretur, tremere infeliciter cœpit. Hæc itaque ante B. Mauri altare deducitur, & in prædictâ solennitate numquàm se vlteriùs quippiam tale facturam instantissimè pollicetur. Mox largissima omnipotentis Dei misericordia clementer adfuit, & stupida mulieris brachia ad libertatem proprij vigoris pleniter reformauit.

e

Curata contractio brachiorum:

f

14 Rursus alia mulier profluuium sanguinis patiebatur: quæ cùm insanabili plagâ iugiter vexaretur, & hæc atque illa tentans, nullum salutis potuisset inuenire remedium; tandem in extremis angustiis constituta reperit necessitas ipsa consilium. Nitido itaque iuxta possibilitatẽ suam linteo B. Mauri mausoleum cooperuit, & ita diuinitus liberata, pòst omnẽ prorsus molestiam luridi languoris euasit. Eni uerò cùm Apostolus dicat, fide mundans corda eorum, quia mundo corde, vtpote, plenâ fide beati viri tumulum tetigit, dignè promeruit à profluentis sanguinis immunditiâ liberari.

profluuium,

Act. 15. 9.

15 Item alia mulier ita erat violẽtissimi lãguoris immanitate contorta, vt soluto naturæ ordine, ora teneret post se, ceruicem ferret ante se. Quæ similiter super B. Mauri memoriam linteum posuit, & protinus sanitate receptâ, quibusque mẽbris ius suum natura restituit, & ad tenendum vigorem proprium arteriarum organa temperauit.

membra contorta:

16 Alia quoque mulier, amisso lumine, de Aquitaniæ finibus deducta est, quæ Gallicæ animositatis genium seruans, & ex more patriæ verba violenter infringens, obstinatissimè testabatur, quòd numquam inde recederet, nisi per B. Mauri merita lumen, quod amiserat, recepisset: sicque magno fidei feruore succensa, breue tuguriolum iuxta ecclesiæ parietem compilauit, vt quodammodò potiùs habitaculum, quàm præparare videretur hospitium. Cumque per octo dies instantissimè fuisset oratum, lumen quod quærebat, diuinâ gratiâ largiente recepit, & dignas illuminatori suo Deo & Mauro eius famulo gratias retulit.

cæcitas.

g h 17 *g* Popilienſis diœcesis turba ad *h* B. Arduini limina orationis caussâ tendebat: cumque per oratorium B. Mauri transitum habuissent, contigit vt quædam ex illis fœmina, genu Abbatis ipsius monasterij humiliter osculata, commeandi licentiam peteret. Quæ vix vnius sagittæ emissione progressa, arrepta mox à dæmonio, in terram

A VCTORE B. PETRO DAMIANO.

ram proiicitur, concutitur, volutatur, & multa conuicia aduersùs eumdem Abbatem mordaciter euomebat. Hæc itaque ante B. Mauri altare deducta, nõ multò pòst diuinæ virtutis est imperio liberata, ita vt redeuntibus sociis, iam sibimet reddita, simul cum eis sana & incolumis reuerteretur ad propria.

energumena sanata.

Epilogus.

18 Hæc itaque Fratres carissimi, de virtutibus, quas omnipotens Dominus per beatum Confessorem suum Maurum operari dignatus est, pauca perscripsimus, vt ad glorificandam Diuinæ maiestatis potentiam vestræ caritatis studium incitemus. Qui dum nobis adhuc in viâ positis miraculorum suorum dignatur exhibere virtutem, per hæc nos ad capessendam cælestis patriæ inuitat

Psal. 110. 6. 7.

& prouocat hereditatem, testante Psalmistâ, qui ait: Virtutem, inquit, operum suorum annuntiauit populo suo, vt det illis hereditatem gentium: quatenus dum ipsa Sanctorum sepulcra tot miraculis radiare conspicimus, de immensâ eorum gloriâ, quâ iam cum Christo regnant, minimè dubitemus; vt despectis terrenis, illuc se nostrer animus iam per desiderium transferat, vbi se gaudere in perpetuum sperat; illuc se liberè spiritus dirigat, vbi Imperator cæli Christus cum superhæ curiæ Senatoribus ineffabiliter regnat; cui sit gloria & imperium cum coæterno Patre & sancto Spiritu per omnia secula seculorum, Amen.

a Gerbertus *primùm Remensis, deinde Rauennas Archiepisc. fuit; an. 999. Romanus Põtifex factus, &* Siluester II. *dictus. obiit* 1003.

b *Rubeus lib. 5.* Sequenti anno (1000) Siluester Cæsenam admoto exercitu circumsedit: quæ caussa Pontificem impulerit, incertum. *Sigonius de regno Italiæ lib. 7. eodem anno:* Siluester Vrbeuetum profectus, remp. eius ciuitatis multis salutaribus legibus vinxit, & Cæsenam admoto exercitu circumsedit.

c *Videtur desiderari* se subtrahẽs, *aut quid simile, monuit Surius.*

d *Editum erat in Surio* naubatibus, *librarij culpâ.* Baubant, *siue* Baubantur, *βαῦζων, & βαύζουσι canes.*

e *Colitur* S. Rophilus, *siue* Rofilus, *aut, vt Leander Albertus scribit,* Rofillus, 18. *Iulij.*

f *Vetus MS. Glossarium:* Capisterium est vas quoddam, quo frumenta purgantur. *vox etiam Columellæ vsurpata lib. 2. cap. 9.*

g Forũ-Popilij *oppidũ est in viâ Æmilia, aliu* Forũ-Pompilij *corruptè* Forũ-populi *dictũ in tabulis itinerarijs; vulgò* Forlim-populo, *& sapè* Forlì piccolo, *id est,* Forum-Liuij minus; *nec immeritò, cũ, vt auctor est Leander, funditus circa annũ* 1370. *excisum, annis* 20. *pòst à Sinibaldo Ordelaffo Foroliuiensium Principe readificatum sit, quâ nunc cernitur, formâ. distat Cæsenâ* 6. *millibus passuum. Sedes Episcopalis* Foro-Popilij Britniorium, *siue* Forum-Fruentinorum, *aut* Druentinorum, *vrbem propinquam, translata.*

h *De* B. Arduino *Presbytero Ariminensi agemus* 15. *Augusti.*

DE B. BENEDICTO EREMITA

ORD. VALLIS-VMBROSÆ, IN ETRVRIA.

XX. IANVAR.

B. Benedicti natalis.

1 BEnedictum *Vallis-vmbrosæ formatum institutis, vitâque solitariâ sanctissimè actâ clarum ita celebrat Arnoldus VVion hoc die:* In monasterio Cultus-boni S. Laurentij, depositio S. Benedicti eiusdem loci monachi, & Eremitæ, Ordinis Vallis-vmbrosæ; cuius sacri obitus signum dedêre campanæ, humano destitutæ adiutorio; & niues, miraculo inaudito, in eâ parte solùm quâ sacrum deportabatur cadauer seipsas liquefacientes, viam deportatoribus præbuêre: in cuius etiam ore, post spatium annorum trecentorum viginti, lilium quasi recens natum niue candidius inuentum est. *Eadem ferè Menardus prædicat & breuiùs Dorganius.*

Vbi vixerit.

2 *VVion eius natalem se didicisse scribit* ex monumentis Reuerendorum Patrum Vallis-vmbrosæ in agro Bergomensi. *Hinc præbita Ferrario ansa scribendi:* In territorio Bergomensi B. Benedicti Eremitæ Ordinis Vallis-vmbrosæ *At non in agro Bergomensi, sed in diœcesi Fesulanâ situm est monasterium* S. Laurentij Cultus-boni, *vt in Historiâ Vallis-vmbrosæ scribit Eudosius Locatellus, qui lib. 2. cap. 14. gesta exequitur Benedicti, quæ damus. An Beatis solenniter adscriptus sit, non comperimus.* Beatum *ipse appellat, & ante annos 200. translatum reconditumq; honorificentiùs illius corpus scribit; vti & Siluanus Razzius in Vitis SS. Hetruscorum.*

Acta.

VITA

ex Italico a *Eudosij Locatelli.*

a

b 1 b BErnardi *septimi Vallis-vmbrosæ Generalis* temporibus, clarus sanctimoniâ vitæ extitit Benedictus in cœnobio c S. Laurentij Cultus-boni monachus: qui vti anteà memoratus d B. Petrus, cùm annos aliquot in ceterorum conuictu Fratrum innocenter traduxisset, Præside annuente in siluam haud longè semotam secessit, solitariam acturus vitam. Hîc vile sibi tuguriolum fabricatus, Diuini Spiritus ardore inflammatus, diuturnis vigiliis, frequentibus flagris, abstinentiâ incredibili macerabat corpus.

c

d

B. Benedictus in siluâ sanctè viuit:

reuisit monasterium:

2 Si qua necessitas cogeret, reuisebat interdum cœnobium, præsertim Paschæ diebus aliisque eximiâ religione & celebritate agi consuetis, vt Fratrum spirituali congressu & caritate perfrueretur. Anno quo è viuis excessit cùm isthuc sub Natalis Christi ferias venisset de more, singulari sensu pietatis peccata confessus est, sacrâque pastus Eucharistiâ: dein cælesti monitu imminere sibi extrema didicit, substititque isthic vsque ad Epiphaniæ solennitatem, omnes præclaris adhortationibus exemplisque ad vitæ sanctitatem exstimulans.

de obitu imminente, cælitus monetur:

3 Tandem verò ad caram sibi cellam reuersus, fixis humi genibus, vt quidam referunt, sublatisque in cælum manibus, animam exhalauit. Quo tempore campanæ monasterij, nemine compulsante, vltro sonuerunt, eo ritu modoque, quo ad cohonestanda funera solent. Non fefellit prodigium istud Abbatem ac monachos, qui continuò Benedicti mapale petierunt, ac vitâ functum repererunt, corpusque, non sine lacrymis, composuerunt, deportandum dein ad monasterium, vbi id religioso sepulcro reconderent, iustaque persoluerent.

moritur.

campanis vltro sonantibus:

defertur ad monasterium, niue miraculo solutâ:

4 Erant tunc, quippe mediâ hieme, humus altâ niue adoperta: at simul elatum è tugurio est funus, volente Deo Opt. Max. serui sui innocentiam ac sanctitatem, mirifico testimonio approbare, momento solutæ depulsæque niues amplam & commodam præbuere procedentibus viam. Tumulatum primùm est corpus ad latus ecclesiæ, vbi nunc claustrum cernitur: e haud multò pòst in ecclesiam translatum. Tum verò (ne cui ambiguum foret sanctissimam animam cœli deliciis nunc potiri prę-miisque benefactorum) repertum in illius ore recens lilium est, mirabilem expirans odorem, attonitis stupore omnibus qui miraculum illud viderant audierantúe, certatimque laudes propitio Numini recinentibus. Decessit B. Benedictus anno 1107.

sepelitur:

e

aliò transfertur, sanctitate diuinitus testatâ;

5 Annis deinde pòst 323. cùm cœnobium Cultus-boni Abbas Paulus de Monte Mignaio administraret, qui id magnam partem restaurauit, claustrum præsertim; translata dein Benedicti ossa intra sacram ædem in honoratiorem locum: repertumque f integrum corpus est, & suauè olens, cumque summâ reuerentiâ, multis Antistibus, monachis, laicis, præsentibus, Episcopo potestatem tribuente, ad læuam altaris intra arcam pariete præseptam conditum est.

iterum transfertur.

f

a *Ex quo Razzius accepit.*

b *S. Bernardus ex Generali Ordinis Vallis vmbrosæ, Episcopus Parmensis, & S. R. E. Cardinalis, colitur 4. Decembr.*

c *Situm id in Comitatu Florentino, vt scribis Razzi; in diœcesi Fesulanâ, vt in catalogo monasteriorum illius Ordinis Locatellus; non apud Bergomum, vt Ferrarius suprà.*

d *De quo egit idem Locatellus cap. præcedenti.*

e *Falluntur ergo VVion, Dorganius, Menardus, qui* 320. *annis post id scribunt contigisse.*

f *De ossibus id intellige; vt nullum defuerit, cùm diserè dicat ossa translata, vti & Razzius.*

XXI. IA-

XXI. IANVARII.

SANCTI QVI XII. KAL. FEBR. COLVNTVR.

S. Publius Athenarum Epiſcopus, Martyr.
S. Fructuoſus Epiſcopus, } Martyres, Tarra-
S. Augurius, } Diaconi, } cone in Hiſpaniâ.
S. Eulogius, }
S. Felix, }
S. Celſianus, }
S. Cæcilianus, }
S. Martialis, }
S. Fauſtacius, }
S. Datius, }
S. Saturninus, }
S. Quinctinus, }
S. Marinus, }
S. Saturus, }
S. Gaddianus, }
S. Cælianus, }
S. Seruulus, }
S. Rogatus, } Martyres.
S. Vincentia, }
S. Victor, }
S. Repoſita, }
S. Primus, }
S. Lucius, }
S. Maiulinus, }
S. Honoratus, }
S. Marcuſſus, }
S. Secundus, }
S. Caſtinus, }
S. Caius, }
S. Cæleſtinus, }
S. Hermes Epiſcopus, & alij, }
S. Hermes, } Martyres in Africâ.
S. Solutor, }
S. Vitalis, Spoletij in Vmbriâ,
S. Patroclus, Martyr Trecis in Galliâ, & Suſati in Weſtphaliâ.
S. Valerianus, }
S. Candidus, } Martyres Trapezun-
S. Aquila, ſiue Acylas, } te in Cappadociâ.
S. Eugenius, }
S. Euſtaſius, Nicomediæ in Bithyniâ.
S. AGNES, Virgo & Martyr Romæ.
S. Buſiris Confeſſor, Ancyræ in Galatiâ.
S. Epiphanius, Epiſcopus Ticinenſis in Italiâ.
S. Auitus II. Epiſcopus Claromontanus in Galliâ.
S. Meinradus, Eremita & Martyr, in Germaniâ.
B. Maccallinus Abbas in Belgio.
S. Synaldus, Treuiris.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Merulus monachus in monaſterio S. Andreæ Romæ, *in Kalendario quodam MS. Sanctorum ord. S. Benedicti hoc die refertur. De eo egimus* XVII. Ianuar.

S. Felix, }
S. Cendeus, }
S. Vitus, } Martyres, *memorantur in MS. S. Hieronymi & Dungalenſi. Sed iidem videntur qui*
S. Florus, } *relati* XX. Ianua.
S. Leontius, }
S. Cyriacus, }

S. Neophytus Martyr. *Menæa, & Molan. De eo egimus* XX. Ianu.

Publius XVIII. Hieroſolymorum Epiſcopus, *de quo Euſebius lib. 5. cap. 12. atque alij, Sanctorum tabulis inſcribitur hoc die à Petro Galeſinio, prædicaturq́, cùm eam Eccleſiam multos annos religiosè adminiſtraſſet, pietatis meritis ornatus obdormiuiſſe in Domino. Probabile quidem eſt, vt erat temporum illorum Heroicorum ſpiritus, ſanctum virum fuiſſe; alibi tamen Sanctis adnumeratum non reperimus.*

S. Philippi Preſbyteri Inuentio, Agyræ in Siciliâ. *Octauius Caietanus noſter in Ideâ operis de SS. Siciliæ. Agitur eius natalis* XII. Maij.

S. Aſotus *hoc diſticho celebratur in Menæis Græcorum:*

Prodigus ſi quis, vt ego, audacter veni:
Diuinæ enim miſericordiæ omnibus aperta eſt ianua.

Omiſſus eſt à Maximo Cytheræo, atque à Matthæo Radero noſtro in Menæorum Latinâ interpretatione. Nuſquam in aliis Martyrologiis eius legimus nomen; niſi aliâ voce, quæ Ἄσωτον appellatiuè exprimat, vt Perditus, Prodigus, Luxurius, *&c. interpretatum ſit.*

Marcellus Epiſcopus Ancyranus, *vt* Sanctus *memoratur à Petro de Natalibus, & Conſtantino Ghinio. De eo agit S. Hieronymus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, cap. 86. & Poſſeuinus noſter. Sed nuſquam alibi Sanctis annumeratur; quem etiam Baronius hæreticum oſtendit fuiſſe.*

Melaniam Romanam ſeniorem *inſcripſit nouo Sanctorum catalogo Ferrarius, citans Græcorum Menologium: ſed in eo non niſi* iunior Melania *celebratur, de quâ 31. Decembris agemus. Seniorem nur omittendam cenſeamus, dictum eſt ſuprà* VII. Ianuar.

Patroclus, Archiepiſcopus Arelatenſis, *à Demochare, Claudio Roberto, Ioanne Chenu, Conſtantino Ghinio* Sanctus *appellatur: ſed tantiſper eum omittimus, quòd ſeuerius de eo pronuntiauerit Baronius; cùm tamen conſtet à Zoſimo Papâ aliiſq́, multa de eo honorificè decreta; atque omnino videatur in odium virtutis à barbaro trucidatus.*

Aptadius Metenſis Epiſcopus. *MS. Florar. Nuſquam alibi Sanctis accenſeri vidimus.*

S. Irene in ſanctiſſimâ eccleſiâ iuxta mare. *Menæa & Cytheræus. Plures ſunt eius nominis Sanctæ, de quibus nos ſuis locis. Vnam ex iis hanc eſſe coniicimus, quòd abſque vllo elogio referatur.*

S. Michaël in Lotharingiâ. *Ferrarius & Sauſſaius in Supplemento. Mendum aperiemus infrà, cùm de* B. Maccalino *agemus.*

S. Wiminus, *ſiue* Viminus, *aut* Vimius, Epiſcopus in Scotiâ. *Ferrarius, Regius, Camerarius.* Wiminum Preſbyterum in Scotiâ *refert idem Ferrarius 28. Maij: idem fortaſſis eſt, propterea q́, eò differemus, certiora interèa indepturi Scoticarum rerum monumenta.*

Hugo Matiſcomenſis, *S. Bernardi ſodalis, primus Pontiniaci Abbas, ac deinde Autiſiodorenſis* Epiſcopus, Beatus *appellatur à Chryſoſtomo Henriquez in Menologio & Faſciculo SS. Sauſſaius inter Pios recenſet. Alij eum X. Octobris ſcribunt obiiſſe.*

Gaufridus, *ſiue* Gaudefridus, de Amoyo, *vir ſanctiſſimus, eximius ordinis Ciſtercienſis propagator,* Beatus *appellatur à Chryſoſtomo Henriquez in Menologio hoc die: inter Pios ſolùm numeratur à Sauſſaio.*

Hermannus Sacerdos ordinis Minorum, Mulhuſij in Germaniâ *obiit anno 1287. referturq́, hoc die ab Arturo Monſtierio in Martyrologio Franciſcano. Vir fuit virtutibus & miraculis in vitâ & poſt mortem clarus, vt ex Lucâ VVadingo to.2. annal. Minor. an. 1287. §. 6. & Bzouio ad eumdem annum num.13. Rudolphio lib.1. pag.107. aliiſq;, perſpicere eſt, qui omnes* Beatum *nuncupant. an ſolenni Eccleſiæ decreto is illi ſancitus honos ſit, nos latet.*

Agnes ſoror B. Iulianæ Cornelienſis *hoc die obiiſſe Salſiniæ prope Namurcum traditur, referturq́, hoc die in Piorum claſſe à Sauſſaio, vt* Beata *à Chryſoſtomo Henriquez in Menologio, ab Arnoldo Raißio 5. Aprilis.* Beata *quoque appellatur in Sacrario Comitatus Namurcenſis. De eâ erit agendi locus in vitâ B. Iulianæ.* v. Aprilis.

Michaël Florentinus, *eremita Camaldulenſis,* Beati *titulo honoratur, & hoc die conſignatur in Diuorum faſtis à Benedicto Dorganio, VVione, Menardo, Ferrario. At non remur adhuc ab Eccleſiâ in album Beatorum receptum. Siluanus Razzius ait 18. Ianuarij mortuum anno 1522. atque à Camaldulenſibus in magnâ haberi veneratione: non tamen ſatis exprimit, an publico aliquo cultu eum dignentur, ſanctæ Romanæ Sedis auctoritate.*

Agnes Virgo Hiſpana è Moncada vico, *Valentiæ S. Vincentij Ferrerij concione ad amorem caſtitatis excitata, ne, quod parentes moliebantur, ſponſo inuita traderetur, habitu virili induta profugit; atque in ſpecu iuxta monaſterium Carthuſianorum, quod* Portam-cæli *appellant, viginti annos ſanctiſſimè vixit, ſolis nota Cælitibus: poſt mortem variis illuſtrata prodigiis. Refertur hoc die vt* Sancta *à Ioanne Marietta lib.19. hiſtor. SS. Hiſpan. cap.6. an albo Sanctorum adſcripta ſit, non comperimus. Videtur ab eo conſignari hoc die propter alterius S. Agnetis celebritatem.*

S. Vincentius *in MS. S. Hieronymi inſcriptus hîc legitur, qui in Dungalenſi* Vincens *dicitur. an is Cæſarauguſtanus? Eius vigilia hoc die variis locis celebriter inſtituta, vt ex Breuiario Conimbricenſi patet.* Tranſlatio *eius refertur hoc die à Carthuſianis Colonien. in addit. ad Vſuardum. De eâ agemus* XXII. Ianu.

B. Gualterus Epiſcopus Pictauēſis, ex ordine Minorum, *traditur ab Haræo hoc die obiiſſe. De quo pleniùs* XXII. Ianu.

S. Emerentiana *hac die adſcripta eſt in codice Dungalenſi. Colitur* XXIII. Ianu.

S. Aſclas *hoc die Antinoi martyrio coronatus dicitur in Actis, at colitur quo die ſepultus eſt* XXIII. Ianu.

Sancti quatuor Martyres Tyri. *Menæa. Raderus eos eſſe exiſtimat, qui in Martyrologio Romano recenſentur* XX. Febr.

S. Loſimus Epiſcopus Syracuſanus. *Menæa & Maximus Cythereus. At Martyrol. Roman. eum celebrat* XXX. Martij.

S. Memmius Epiſcopus Catalaunenſis. *Galeſin. De eo agemus.* V. Auguſti.

S. Godeſchalci Tranſlatio. *MS. Florar. at MS. Carthuſiæ Bruxellenſis* Gaudentij. *De quo XXII. Ianua.* De Godeſchalco, *eiuſdem Nouarienſis Sedis Antiſtite,* VII. Auguſti.

S. Maximus, S. Anaſtaſius, S. Anaſtaſius alter, } Martyres. *Menæa, Cythereus, Molanus. De iis nos cum Martyrologio Romano* XIII. Aug.

S. Vitalis Martyr Agaunenſis. *Carthuſ. Colon. in addit. ad Vſuardum. Vide quæ infrà de* S. Vitale Spoletino. *At de Agaunenſi pleniùs in Actis S. Mauricij* XXII. Septemb.

S. Ermenburgis Regina & Abbatiſſa. *Hugo Menardus. In Martyrologio Anglicano refertur* XIX. Nouemb.

DE S. PVBLIO MARTYRE

SECVNDO ATHENARVM EPISCOPO.

INITIO II. SEC. XXI. IANVAR. *S. Publij natalis.*

1 ATHenis *agitur XII. Kal. Februar.* natale S. Publij Epiſcopi: qui poſt S. Dionyſium Areopagitam Athenienſium Eccleſiam nobiliter rexit; & præclarus virtutibus, ac doctrinâ præfulgens, ob Chriſti martyrium gloriosè coronatur. *ita Vſuardus, Martyrol. Rom. Bellinus, alij. Ado:* Item apud Athenas B. Publij Epiſcopi, ob Chriſti martyrium coronati. *aſt in libello de feſtiuitatibus Apoſtolorum, &c.* XII. KAL. FEBRVAR. Natalis S. Publij Athenarum Epiſcopi: qui Princeps inſulæ Melitæ vel Militenæ, cùm nauigantem beatum Apoſtolum Paulum Romam, ſub cuſtodiâ detentum, per triduum hoſpitio receptum humanè tractaſſet, vt B. Lucas refert; patrem ipſius Publij contigit Act.28.7. febribus & dyſenteriâ vexatum iacere. Ad quem cùm intraſſet beatus Apoſtolus, & impoſuiſſet illi manus, & oraſſet, ſanauit eum. Quem Publium adhærentem ſibi beatus Apoſtolus poſteà ordinatum Epiſcopum ad prædicandum direxit: qui poſtmodùm Athenienſium Eccleſiam nobiliter rexit, & præclarus virtutibus, & doctrinâ præfulgens, ob Chriſti martyrium gloriosè coronatur. Nam primus Dionyſius, inde Publius iſte Athenis præfuit. *Idem aliis verbis habent Notkerus, Maurolycus, Caniſius, Vſuardi variæ editiones, plurimi MSS. Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 109. & Beda vulgatus 18. Ianu. quo die eum alij quoque referunt, vt ibi diximus.*

An idem in Melite inſulâ à S. Paulo conuerſus.

2 *At Baronius in Notat. ad Martyrolog. videtur dubitare idemne ſit Publius ille Melitenſis & Athenarum Epiſcopus.* Fuit aliquorum ſententia, *inquit,* hunc illum eſſe Publium, cuius patrem Melitæ Paulus (vt habent Act. Apoſt. c.28.) curauit dyſenteriâ; quod etiam hîc Ado profitetur in Martyrologio. *Eadem aliis verbis repetit to. 1. Annal. ad an. 58. nu.173. Petrus Halloix noſter in Notis ad cap. 1. & 3. vitæ* S. Quadrati, *quam 26. Maij dabimus, omnino contendit alium fuiſſe hunc* Publium *à Melitenſi: primò, quia magis inſtructore egebat Melite, quàm Athenæ; non igitur illam deſeruiſſet Publius. Quid ſi pulſus eſt? quid ſi alij iam in Melite ſatis erant fidei myſteriis eruditi, præſertim cùm S. Paulus trimeſtri iſthic ſubſtitiſſet? Secundò, quia id de eo Martyrol. Romanum non tradit. at tradunt alia iam citata, prætereaq́, vetus Romanum à Roſvveydo noſtro editum, in quo iſta leguntur:* Athenis S. Publij Epiſcopi, qui Militenus à Paulo Epiſcopus ordinatus. *Tradit Galeſinius:* Athenis, S. Publij Epiſcopi & Martyris. Hic ciuis Romanus, Melitæ inſulæ Princeps, B. Pauli Apoſtoli diſcipulus, diuinarum humanarumque litterarum ſcientiâ præſtans, in S. Dionyſij Areopagitæ locum ſuffectus, Athenienſium Eccleſiæ præfuit: multarumque virtutum & rerum, quas diuinè geſſit, laude clarus, pro Chriſti gloriâ martyrium ſubiit. *Tradit Conſtantius Felicius, Ioannes Baſilius Sanctorius, & alij viri eruditi.*

Quando occiſus.

3 *Nobis quod pronuntiemus, in promptu non eſt; niſi cùm martyrio coronatus eſt* Publius (*quod MS. Florarium vult contigiſſe anno Chriſti 125. qui erat Hadriani Imp. octauus; Halloix, ſub Traiano*) Eccleſiam *Athenienſem* grandi terrore diſperſam *fuiſſe, vt ſcribit S. Hieronymus lib. de ſcriptor. Eccleſ. cap. 19. de Quadrato loquens, qui eam* fide & induſtriâ ſuâ congregauit. *Quod & teſtatur Euſebius lib. 4. cap. 22. ex epiſtolâ S. Dionyſij Corinthiorum Epiſcopi. In MS. S. Hieronymi & Dungalenſi, vtroque peruetuſto,* Publius *inſcriptus reperitur, nec loci nec muneris factâ mentione: de hoc tamen accipimus.*

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS

Ex Variis.

FRVCTVOSO EPISCOPO TARRACON. AVGVRIO ET EVLOGIO DIACONIS.

An. Ch. CCLIX. XXI. Ianvar.

Tarracone vetuſtâ & nobili citerioris Hiſpaniæ vrbe, glorioſo perfuncti martyrio ſunt XXI. Ianu. SS. Fructuoſus *Epiſcopus*, Augurius & Eulogius *Diaconi. De quibus Vſuardus:* In Hiſpaniis ciuitate Tarraconâ, ſanctorum Martyrum Fructuoſi Epiſcopi, Augurij & Eulogij Diaconorum, qui tempore Gallieni primò in carcere truſi, deinde flammis iniecti, exuſtis vinculis, manibus in modum crucis expanſis, orantes vt vrerentur obtinuerunt. *addunt plurima MSS. itemq; Beda vulgatus, Ado, Notkerus:* Et mox quidam de fratribus, & filia Præſidis quæ adſtabat, viderunt Martyrum animas cælum conſcendere coronatas. *Martyrol. Romanum:* Tarracone in Hiſpaniâ ſanctorum Martyrum Fructuoſi Epiſcopi, Augurij & Eulogij Diaconorum: qui tempore Gallieni primò in carcerem truſi, deinde flammis iniecti, exuſtis vinculis, manibus in modum crucis expanſis, orantes martyrium compleuerunt: in quorum die natali S. Auguſtinus ſermonem ad populum habuit. *Eſt is centeſimusprimus* de diuerſis, *in quo complura ex Actis proferuntur.*

SS. Fructuoſi & ſociorum natalis.

2 *Natalem quoque eius celebrant, Bellinus, Maurolycus, Galeſinius, Felicius, Ghinius, alij. Auctor eſt Ioannes Marietta lib. 1. cap. 22. & Franciſcus Padilla centur. 3. cap. 14. in plurimis Hiſpaniæ Eccleſiis recitari de his officium propriasq; Lectiones ex Actis concinnatas. MS. Martyrologium S. Hieronymi plures adiungere* S. Fructuoſo *ſocios videtur, de quibus inferiùs agemus. Et ſanè in Miſſâ Mozarabum tom. 15. Bibliothecæ* PP. *inter Sanctos qui proprio gaudent officio recenſentur* Fructuoſus, Augurius, Eulogius, cum ſociis. *Sunt hi fortaſſis poſtmodùm in eadem Gallieni perſecutione interfecti. Rabanus & MS. S. Maximini Treuiris, mendosè:* Et in Hiſpaniis ciuitate Tarraconâ, natiuitas S. Fructuoſi Epiſcopi & Martyris, qui ſcripſit Regulam monachorum. *Quî poteſt ab hoc Fructuoſo ſcripta eſſe Regula monachorum, in quâ cap. 20.* Regulæ Patrum legendæ *præſcribuntur; & cap. 21.* Patrum decreta *citantur? Quæ illæ ante annum 260.* Regulæ *&* decreta Patrum, *monachis communiter viuentibus lata? Quid illud cap. 4.* Cùm nunc vſque conſtet pleraque hunc vſum monaſteria, etiam in his regionibus, non habere? *& cap. 5.* Et longinquo itinere deſtinati, ſi aut à Principe vel Epiſcopo ſperantur, pro benedictione & obedientiâ deguſtare non metuant. *Denique peremptorium illud eſt cap. 18.* A Pentecoſte vſque ad VIII. Kal. Octobris, interdiana ieiunia retinenda ſunt, excepto vna Quadrageſima, quæ feſtiuitatem SS. Iuſti & Paſtoris præcedit, ſollicitè conſeruanda eſt, in quâ vſque ad Nonam quotidie ieiunandum eſt, & vino penitus abſtinendum: *nam* SS. Iuſtus *&* Paſtor *ſub Diocletiano coronati ſunt martyrio, vt 6. Auguſti dicemus, quadraginta poſt Fructuoſum annis: hinc tamen liquet in Hiſpaniâ vixiſſe* Fructuoſum *illum Regulæ ſcriptorem; nimirum qui ex Abbate monaſterij Complutenſis SS. Iuſti & Paſtoris, factus eſt Bracharenſis Archiepiſcopus interfuitq; concilio Toletano 10.* Ærâ DCXCIIII. *ſiue anno Chriſti 656. & colitur 16. Aprilis.*

Non hic Fructuoſus Regulam monachorum ſcripſit.

3 *Acta S. Fructuoſi Epiſcopi & Martyris, olim in Eccleſiâ legi ſolita, vt ex citato S. Auguſtini ſermone fit manifeſtum; à Surio edita, contulerat Roſvveydus cum vetuſto codice M. Velſeri, nos cum MS. S. Maximini Treuiris & aliis. Eadem extant in Agonibus Martyrum Lutetiæ excuſis, verbis paullùm diſcrepantia, eademq; in MS. S. Mariæ de Ripatorio. De iis agunt Ioannes Mariana noſter lib. 4. hiſtor. Hiſp. cap. 10. Petrus de Natal. lib. 2. cap. 110. vbi tamen vitiosè* XII. Kal. Ianuarij, *pro* Februarij, *occiſi dicuntur. Vincentius Bellouac. lib. 11. cap. 61. Prudentius hendecaßyllabis eorum certamen eleganter deſcripſit, hymno*

Acta S. Fructuoſi & ſociorũ.

6. Peri Stephanon.

4 *Chronicon Hiſpanienſe, quod Fl. Dextri volunt eſſe, ad annum Chriſti 268. iſta habet:* Tarraconé in Hiſpaniâ ſancti Chriſti Martyres Eulogius eius vrbis ciuis, Fructuoſus ciuis & Epiſcopus, & Augurius, vnà pro Chriſti nomine martyrium paſſi ſunt. *ad quæ Rudericus Carus:* Noſtri hiſtorici de martyrij tempore variant. Morales anno 259. Beuterus & Icartius ad perſecutionem Diocletiani referunt. Villegas veritati vicinior ad annum 262. cum Baronio conſentit. *Baronius anno 262. num. 60. & ſequentibus horum Acta (quod Padilla miratur, cùm Hiſpaniensium Diuorum Acta ſoleat ſtrictim ſolùm, vt ait, attingere) integra recitat; & nu. 1. 2. 3. prolixè contendit, non* Fuluium Æmilianum & Pomponium Baſſum, (*quos ipſe præcedentis anni Conſules* Memmium Fuſcum *&* Baſſum, *perperàm denuò inditos Faſtis exiſtimat*). *ſed* Gallienum IV. *&* Valerianum *iuniorem, tum Conſules fuiſſe.*

Tempus martyrij, à quibuſdam perperàm,

5 *Nos Acta ſequimur in vetuſtis probatiſq; codicibus repertâ, & Faſtos, in quibus anno* Valeriani & Gallieni 5. *Chriſti 258. Coſſ. ſignantur* M. Aurelius Memmius Fuſcus, & Pomponius Baſſus; *ſequenti* Fuluius Æmilianus *&* Pomponius Baſſus II. *Atque ſub his Coſſ. anno Chriſti 259. Valeriani & Gallieni 6. S. Fructuoſi & ſociorum certamen contigit. Inciderant tunc Kalendæ Ianuariæ in ſabbatum, eratq; littera Dominicalis B. at capti ſunt ſancti Martyres die Dominico XVII. Kal. Februarij, occiſi feriâ VI. XII. Kal. Febru. Eodem igitur anno. Nullus horum characterum reperitur in anno quem Baronius, Chroniciúe auctor expreßit. Baronij Chronologiam ſequitur Padilla. Icartium & Moralem non vidimus.*

hîc ex cetis characteribus aſſignatis.

6 Horum *porrò Sanctorum* exuuiæ, *vt inquit Mariana noſter lib. 4. cap. 10.* quâ cauſsâ & tempore incertum, ſed in Ligures tamen migrarunt, ſeruanturque non procul Genuâ in Benedictinorum cœnobio. *à Iuſtino Presbytero aliiſq; Chriſtianis eò deportatas auctor eſt Marietta, oſſaq; etiamnum ſpectari, & quidem veluti ab igne intacta, magnosq; eò fieri populorum concurſus. Antonius Vincentius Domeneccus ſcribit Angelum viam monſtraſſe, locumq; quo Dei nutu deuehi ſacra pignora fas eſſet. Situs eſt is locus inter* Portum Delphini, (*qui nunc* Porto Fino *dicitur, diſtatq; Genuâ circiter XVII. millia paſſuum*) *&* Ricinam, *qui nunc eſt* Recco *vicus. Ita deſcribitur à Leandro in Liguriâ:* Incipit hæc agri ſpecies ab vrbe Genuâ, pertinetque ad Camolium, vbi caput montis incipit, quod antiqui Sumarium Promontorium dixêre. Mons eſt ſaxoſus aſcenſuque perdifficilis, mare ſpectans, D. Fructuoſo ſacer, qui in intimo iugo circa finem, auguſto in fano colitur. Ex altis eius rupibus aſperiſque ſaxis claræ præcipitant aquæ, mox per anguſtas fauces mari illabentes. Portus hîc Delphinus, quem Plinius memorat. hæc ætas demptâ priori ſyllabâ Finum vocat, haud aliâ, vt puto, ratione, quàm præſtantiæ ſtationis apertiùs denotandæ cauſsâ. Memoriam eius apud antiquum Scriptorem, excepto Plinio, inueni neminem; fortaſſe quòd priſcis temporibus haud frequentaretur. abeſt à D. Fructuoſi M. P. IV. perpetuo inter arctas & ſaxoſas rupes deſcenſu; quamquàm via ſecundùm littus commodior pateat. *Plinius lib. 3. cap. 5.* Portum Delphini *memorat.*

Reliquiæ apud Ligures,

non procul à Portu Delphini.

7 *Extare non procul Barcinone eccleſiam* ſanctæ Matronæ Montanæ *teſtatur Domeneccus, vbi eædem ſanctorum Martyrum reliquiæ eſſe perhibentur; pars certè earum, vti & Manreſæ, de quarum tranſlatione, (cuius anniuerſariam recoli memoriam ſcribit Domeneccus 30. Aug. Ferrarius 31.) inferiùs erit dicendi locus, cùm de S. Agnetis reliquiis agetur.* S. Fructuoſi *& ſociorum patrocinio pluuiam cælitus impetrari ferunt, ſi*

alia in Hiſpaniâ.

Ex MSS. *Patrocinium ad imbres eliciendos.*

quando grauior terris æſtus incubuit: eiuſq; rei gratiâ varia illis vota nuncupantur. Religionis porrò ac fiduciæ huius origo proditur extitiſſe, ſiue vulgi opinione à maioribus haustâ, ſeu quo alio certiore argumento, demiſſus è cælo imber, qui tantillum iis, dum in mediis flammis verſarentur, leuamen ſolatiumq; attulerit. Id ſi contigiſſet non reticuiſſet Prudentius, qui illud tradidit, Hos cùm defugeret vaporus ardor, *Oraſſe,* vt celer ignis aduolaret, & finem daret anxiis periclis.

ACTA EX VETERIB. MSS.

a 1 *a* Valeriano & Galieno Imperatoribus, *b* Æmiliano & Baſſo Coſſ. *c* XVII. *d* Kalend. Februar. die Dominico compre-
b c d henſus eſt Fructuoſus Epiſcopus, Augurius & Eulogius Diacones. Repoſito autem Fructuoſo
e Epiſcopo in cubiculo ſuo, direxerunt *e* beneficiarij in
f g *f* domum eius, id eſt, Aurelius, *g* Feſtucius, Ælius, Pol-
h lentius, Donatus, & Maximus. Qui cùm ſenſiſſet *h* pedi-
S. Fructuoſus cum ſocio capitur. bulum ipſorum, confeſtim ſurrexit, & prodiit foras ad
eos *i* in ſoleis. Cui milites dixerunt: Veni; Præſes te ac-
ceſſit cum Diaconibus tuis. Quibus Fructuoſus Epiſco-
pus dixit: Eamus; aut ſi vultis, calceo me. Cui milites di-
i xerunt: Calcea te ad animum tuum. Qui mox vt vene-
runt, recepti ſunt in carcerem. Fructuoſus autem cer-
tus & gaudens de coronâ Domini, ad quam vocatus
k erat, orabat ſine ceſſatione. *k* Erat autem & fraternitas
cum ipſo, refrigerantes & rogantes vt illos in mente ha-
beret.

quemdam in carcere baptizat. 2 Aliâ verò die baptizauit in carcere fratrem no-
l ſtrum Rogatianum. *l* Et fecerunt in carcere dies ſex; &
m & producti ſunt. XII. Kalend. Februar. feriâ VI. & au-
diti ſunt. Æmilianus Præſes dixit: Fructuoſum Epiſco-
pum, Augurium & Eulogium impone. Ex *m* Officio di-
ctum eſt: Adſtant. Æmilianus Præſes Fructuoſo Epiſco-
po dixit: Audiſti quid Imperatores præceperunt? Fru-
ctuoſus Epiſcopus dixit: Neſcio quid præceperunt: ego
verò Chriſtianus ſum. Æmilianus Præſes dixit: Præce-
perunt deos coli. Fructuoſus Epiſcopus dixit: Ego vnum
Deum colo, qui fecit cælum & terram, mare & omnia
quæ in eis ſunt. Æmilianus dixit: Scis eſſe deos? Fru-
Omnes generosè reſpondent Præſidi: ctuoſus Epiſcopus dixit: Neſcio. Æmilianus dixit: Scies
poſteà. Fructuoſus Epiſcopus reſpexit ad Dominum, &
orare cœpit intra ſe. Æmilianus Præſes dixit: Qui au-
diuntur, qui timentur, qui adorantur, ſi dij non colun-
tur, nec Imperatorum vultus adorantur? Æmilianus Præ-
ſes Augurio Diacono dixit: Noli verbis Fructuoſi au-
ſcultare. Augurius Diaconus dixit: Ego Deum omnipo-
tentem colo. Æmilianus Præſes Eulogio Diacono dixit:
Numquid & tu Fructuoſum colis? Eulogius Diaconus
dixit: Ego Fructuoſum non colo; ſed ipſum colo, quem
& Fructuoſus. Æmilianus Præſes Fructuoſo Epiſcopo
dixit: Epiſcopus es? Fructuoſus Epiſcopus dixit: Sum.
n Æmilianus dixit: *n* Fuiſti. Et iuſſit eos viuos ardere.
igni adiudicantur.

3 Et cùm duceretur Fructuoſus Epiſcopus cum Dia-
conibus ſuis ad amphitheatrum, populus Fructuoſo E-
piſcopo dolere cœpit; quia talem amorem habebat non
tantùm à fratribus, ſed etiam ab Ethnicis. Talis enim
erat, qualem Spiritus ſanctus per B. Paulum Apoſtolum,
vas electionis & Doctorem gentium, debere eſſe de-
clarauit. Propter quod etiam Fratres, qui ſciebant illum
1. Timot. 3. 7. & Tit. 1. ad tantam gloriam pergere, gaudebant potiùs quàm do-
lebant. Cumque multi ex fraternâ caritate eis offerrent,
S. Fructuoſus potum recuſat ne ieiunium ſoluat: vti *o* conditi permixti poculum ſumerent, ait: Nondum
i *o* eſt hora *p* ſoluendi ieiunij: agebatur enim hora diei
p quarta, ſiquidem in carcere quartâ feriâ ſtationem *q* ſo-
q lenniter celebrauerant. Igitur ſextâ feriâ lætus atque ſe-
r curus feſtinabat, vti cum Martyribus & Prophetis in pa-
radiſo, quem Dominus præparauit amantibus ſe, ſolue-
ret ſtationem. Cumque ad amphitheatrum peruenis-
ſent, ſtatim ad eum acceſſit, Auguſtalis nomine, *r* lector
eiuſdem, cum fletibus deprecans, vt eum excalcearet.
Cui beatus Martyr reſpondit: *ſ* Miſſum fac, fili: ego me *ſ*
excalceo, fortis & gaudens & certus Dominicæ pro- *calceos exuit:*
miſſionis. Qui cùm ſe excalceaſſet, acceſſit ad eum com-
milito frater noſter, nomine Felix, & apprehendit dex-
teram eius, rogans vt ſui memor eſſet. Cui S. Fructuo-
ſus, cunctis audientibus, clarâ voce reſpondit: In mente
me habere neceſſe eſt Eccleſiam Catholicam, ab Orien-
te vſque in Occidentem diffuſam.

4 Igitur in *t* fore amphitheatri conſtitutus, cùm iam *t*
propè eſſet, vt ingrederetur ad coronam immarceſcibi-
lem potiùs quàm ad pœnam, obſeruantibus licet ex Of-
ficio beneficiariis, quorum nomina ſuprà memorata
ſunt, *u* ita vt ipſi audirent fratres noſtri, monente pari- *u*
ter ac loquente Spiritu ſancto, Fructuoſus Epiſcopus ait:
Iam non deerit vobis Paſtor, nec deficere poterit cari- *Fideles ſolatur:*
tas & repromiſſio Domini, tam hîc quàm in futurum.
Hoc enim quod cernitis, vnius horæ videtur infirmitas.
Conſolatus igitur fraternitatem; ingreſſi ſunt ad ſalu- *cum ſuis rogum ingreditur.*
tem: digni, & in ipſo martyrio felices, qui ſanctarum
Scripturarum fructum ex promiſſione ſentirent, ſimiles
Ananiæ, Azariæ, & Miſaëli extiterunt, vt etiam in illis
Trinitas diuina cerneretur: ſic quidem iam in igne ſecu-
li conſtitutis, vt Pater non deeſſet, & Filius ſubueniret,
& Spiritus ſanctus in medio ignis ambularet. Cumque *Orant in flammis.*
exuſtæ fuiſſent faſciolæ, quibus manus eorum fuerant
colligatæ, orationis diuinæ & ſolitæ conſuetudinis me-
mores *x* gaudentes poſitis genibus, de reſurrectione ſe- *x*
curi, in ſignoque tropæi conſtituti Dominum precaban-
tur donec ſimul animas effuderunt.

5 Poſthęc ſolita Domini non defuêre magnalia, aper-
tumque eſt cælum, videntibus *y* Babylan & Mygdonio *y*
fratribus noſtris ex familiâ Æmiliani Præſidis; qui etiam *Anima eorum videntur euntes in cælum coronata.*
filiæ eiuſdem Æmiliani, dominæ eorum carnali, oſten-
debant S. Fructuoſum Epiſcopum cum Diaconibus, ad-
huc ſtipitibus quibus ligati fuerant permanentibus, in
cælum aſcendentes coronatos. Cumque Æmilianum
vocarent dicentes, Veni, & vide quos hodie damnaſti,
quemadmodùm cælo & ſpei ſuæ reſtituti ſunt. Igitur
cùm Æmilianus veniſſet, videre eos non fuit dignus.

6 Fratres autem triſtes, velut derelicti ſine Paſtore, *Piè collectas reliquias,*
ſollicitudinem ſuſtinebant; non quòd dolerent Fructuo-
ſum, ſed potiùs deſiderarent, vniuſcuiuſque fidei & a-
gonis memores. Superueniente autem nocte ad amphi-
theatrum cum vino feſtinanter peruenerunt, quo ſemi-
uſta corpora extinguerent. Quo facto, eorumdem
Martyrum cineres collectos, prout quiſque potuit, ſibi
vendicauit. Sed nec in hoc Domini & Saluatoris noſtri
defuêre magnalia, vt credentibus fides augeretur, &
paruulis monſtraretur exemplum. Oportebat enim Fru-
ctuoſum Martyrem, quod in ſeculo per miſericordiam
Dei docendo promiſerat in Domino & Saluatore no-
ſtro, in ſuâ poſteà paſſione & reſurrectione carnis com-
probare. *z* Igitur poſt paſſionẽ apparuit fratribus, & mo- *z*
nuit vt quod vnuſquiſque per caritatem de cineribus *iubet ſimul recondi.*
vſurpauerat, reſtituerent ſine morâ; vnoque in loco ſi-
mul condendos curarent.

7 Æmiliano etiam, qui eos damnauerat, Fructuoſus *Apparet inſultatq; Præſidi.*
pariter cum Diaconibus ſuis *aa* oſtẽdit ſe in ſtolis repro- *a a*
miſſionis, increpans pariter & inſultans, nihil illi pro-
fuiſſe, quòd fruſtra exutos à corpore in terrâ crederet
futuros quos cerneret glorioſos *bb*. O beati martyres, *b b*
qui igne probati ſunt vt aurum pretioſum, veſtiti loricâ
fidei & galeâ ſalutis: qui coronati ſunt diademate & co-
ronâ immarceſcibili, eò quòd diaboli caput calcauerunt!
O beati Martyres, qui meruerunt dignam habitationem
in cęlis, ad dexteram ſtantes Chriſti, benedicentes Deum
Patrem omnipotentem, & Dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum filium eius! Suſcepit autem Dominus marty-
res ſuos in pace per bonam confeſſionem, cui eſt honor
& gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

a Licinius Valerianus *cum* Gallieno *filio ſub finem anni V. C.* 1006. *Chriſti* 253. *rerum potitus; anno* 260. *captus à* Sapore *Perſâ.*

Persâ, diris & modis excarnificatus, Gallieno interea ad annos octo luxui & deliciis indulgente.

b *Ita MSS. & rectè vt suprà probatum est.*

c *Agones Martyrum & MS. Ripatorij interserunt.* Aduenies Æmilianus præses in Tarraconensium ciuitatem, immolauit diis: & surgens nocte aliâ, die illucescente Dominicâ *&c.*

d *MSS. habebant XVIII. sed mendum patet ex sequentibus.*

e *Agones:* Officiarij. *sunt* Beneficiarij *Beato Rhenano* Imperiales ministri. *Pamelius dictos putat à* beneficiis *siue muneribus quibus honestabãtur per liberalitatẽ Cæsarũ, qualia sunt quæ* feuda *vocant. at Festus:* Beneficiarij dicebantur milites, qui vacabant muneris beneficio. è contrario munifices vocabantur, qui non vacabant, sed munus reip. faciebant. *Accipiuntur hîc pro apparitoribus, siue satellitibus Prætoris; & sunt tales à plebis muneribus immunes. Tertullianus de Fugâ cap.* 13. Nescio dolendum an erubescendum sit, cùm in matricibus Beneficiariorum & Curiosorum inter tabernarios & lanios & fures balnearum & aleones & lenones, Christiani quoque vectigales continentur. *Vbi significantur iidem Prætoris alteriusve magistratus ministri, qui descripta in matricibus, siue matriculis, aut libellis, nomina habebant eorum, à quibus exigere tributum debebant. Ludouicus Lacerda noster Aduersariorum sacror. cap. 39. nu. 5. ad locum illum Tertulliani:* Beneficiariorum operâ, *inquit* & ministerio vtebantur Magistratus in reis conquirendis & exhibendis.

Beneficiarij.

f *Ostenditur etiamnum Tarracone domus, in quâ habitasse S. Fructuosus creditur: etsi præter traditionem nullum extet, quo id probetur, antiquum monumentum.*

Domus S. Fructuosi.

g *MS. S. Max.* Festus.

h *Agones MM.* sonitum pedum eorum. *Baronius* virgam lictoriam *intelligit, quâ fores Episcopi pulsauerint Beneficiarij de more, quem Liuij Plinijq; testimonijs probat. at de vocis etymo,* Puto dictum pedibulum, *inquit* à pedo: pedum enim pastorum est baculum, vt auctor est Festus. Quòd igitur eiusmodi lictorum virga in modum pedi in summitate esse soleret incurua, sed longè illo breuior; diminutiuè pedibulum eam esse nominatam apparet. *Ita ille.*

Pedibulum.

i *Alij* insolutus. *Surius* in soliis. *exponit Baronius,* in sedilibus, quæ præ foribus esse solerent. *Lectionem manu exaratorum codicum sequentia confirmant, cũ petit Episcopus num calceos induere sibi per eos liceat, qui* soleas *dumtaxat habebat, solo pedum subiectas & quibusdam supernè ansulis reuinctas, reliquis partibus nudis.*

Soleæ.

k *MS. Rip.* Quod vt audiuit populus Christianus, multi venerunt ad carcerem, & excubantes ad ostium die noctuque rogabant *&c. Putat Padilla tunc conuersum: id non dicitur.*

l *Alios quoque ab idolorum cultu opportunâ Sanctorum adhortatione reuocatos, ac Christianâ religione imbutos eo tempore fuisse scribit Marietta.*

Officium.

m *à Beneficiarijs & publico famulitio Præsidis; quâ notione passim Officij vox vsurpata.*

n *Ita & Prudentius:* Subridens ait ille, Iam fuisti. *at MS. S. Maximini:* Fustibus eos sternite. & iussit eos sententiâ suâ viuos ardere.

o *MS. Rip.* condimenti. *Agon. MM.* aromatibus conditum poculum. *Citat hunc locum Baronius to. 1. Annal. ad an. Chr. 34. nu. 108. vbi de myrrhato vino Saluatori oblato agit.*

Ex Mss. Conditum vinum reis oblatum.

p *MS. S. Max.* soluendæ stationis. *MS. Ripat. & Agon.* soluendi ieiunium stationis. *Olim quartâ & sextâ feriâ ieiunabatur, sabbatho ad libitum. ità Tertullianus de ieiuniis cap.* 14. stationibus quartam & sextam sabbati dicamus, & ieiuniis parasceuen; *id est, sabbatum, quod nobis est parasceue Dominica. De* Statione *Rabanus lib. 2. de institut. Cleric. cap.* 18. Statio obseruatio statutorum dierum vel temporum. *De eâ vocis illius significatione consule Baronium to. 1. an. 57. nu. 198.*

Statio, pro ieiunio.

q *Interpretatur Baronius non fuisse consuetum ieiunium sed arctius & diuturnius, nempè à feriâ quartâ ad feriam sextam. at Prudentius solùm:*

Ieiunamus, ait, recuso potum.
Nondum nona diem resignat hora:
Numquàm conuiolabo ius dicatum.

r *Biuarius perperàm* lictor.

s *MS. Rip.* sursum sta.

t *Surius & Agones MM.* portâ; *MS. S. Max.* poste.

v *Agones:* ita vt ipsi audirent, *(scilicet Beneficiarij)* partim incitante fratre nostro Martiale, vt verbum aliquod mœstis valefaciens diceret, partim os eius aperiente Spiritu sancto *&c. Hic fortè* Martialis *est de quo infrà, cùm de aliis pluribus Martyribus.*

x *In aliquot exemplaribus hæc singulari numero de solo Fructuoso dicuntur.*

y *Ag.* Babylone; *Padilla,* Babilonio.

z *Fusiùs hæc in Agonibus & MS. Rip.* Nam post passionem eorum septimæ diei aduenientes nocte, apparuit Fructuosus per visum omnibus, qui reliquias eorum per caritatem sustulerunt monuitque eos dicens: Talis amor vester circa nos non est bonus, in quo de corporibus nostris partes factas vnusquisque vt valuit sibi vendicauit. Vos quamplurimi in vnâ vrbe constituti, hospitiis priuatis conclusas vultis habere reliquias? Numquid Dominus noster Iesus Christus diuisus est, qui vbique vnus est? Hæc ergo talis deuotio mentis, non tenet caritatem Dei, sed dissensionis nutrit errorem: & ideò oportet vt reliquias nostras in vnum positas finatis. *at Prudentius non solum Fructuosum sed & reliquos apparuisse Sanctos scribit:*

Reliquiæ SS. in ecclesiâ, non priuatim habendæ.

Sed ne relliquias resuscitandas,
Et mox cum Domino simul futuras,
Discretis loca diuidant sepulcris;
Cernuntur niueis stolis amicti;
Mandant restitui; cauoq; claudi
Mistim marmore, puluerem sacratum.

aa *Addunt Agones:* in ipsâ horâ noctis.

bb *Adiiciunt ista iidem Agones:* At manè facto omnes Christiani, qui reliquias Sanctorum sustulerant, retulerunt singuli cum magno metu, ac summâ lætitiâ singuli narrantes visionem similem, quâ fuerant commoniti. Et in vnum collectas in sacrâ æde sub altario sancto, exultantes in Domino, honorificè sepelierunt.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

FELICE, CELSIANO, CÆCILIANO, MARTIALE, FAVSTACIO, DATIO, SATVRNINO, QVINCTINO, MARINO, SATVRO, GADDIANO, CÆLIANO, SERVVLO, ROGATO, VINCENTIA, VICTORE, REPOSITA, PRIMO, LVCIO, MAIVLINO, HONORATO, MARCVSSO, SECVNDO, CASTINO, CAIO, CÆLESTINO, HERMETE Episcopo, & aliis.

XXI. IANVAR. 1

Neque vbi glorioſi hi pugiles coronam adepti ſint martyrij, neque an ſimul omnes, pronuntiare poſſumus. Nomina reperimus in vetuſtis duobus codicibus, altero qui S. Hieronymi dicitur, ad S. VVillebrordi autographũ à Laurentio Epternacenſi deſcriptus; altero Hibernico conuentus Dungalenſis. Prior ita habet: Romæ S. Agnæ Virginis. Felicis, Fructuoſi, Celſiani, Cæliani, Angori, Marcialis. item Felicis, Cendei, Viti, Flori, Leonti, Cyriaci, Fauſtaci. In Nicomediâ Euſtaſi. in Africâ, Solutaris, Hermetis. Spaniâ ciuitate Raconâ SS. Fructuoſi, Augori, Eulogiæ, Daci. Trecas S. Patrocli. Aruernis depoſitio Auiti Epiſcopi. alibi, Saturnini, Quintini, Marini, Datij, Saturi, Gaddiani, Celiani, Zabuli, Mammat Vincentiæ, Rogati, Victoris, Repoſitæ, Primi, Luci, Maulini, Honorati, Macuſi, Secundi, Caſtini, Cai, Cæleſtini, Ermis Epiſcopi. & Pupli, Vincenti. Spoliti ciuitate Vitalis.

Horum SS. nomina ex veteri MS.

2 *Codex Dungalenſis ita habet:* Fructuoſi Epiſcopi, Felicis, Celſionis, Ciciliani, Auguri, Martialis, Fulogiæ, *item alio.* Eulogiæ, Vincentiæ, Agnæ Virginis in Româ, Repoſitæ, Felicis, Emerentianæ, Vincentij, Cendreni, Flori, Viti,

EX VARIIS. Leotij, Puplij, Ciriaci, Vincentis, Fauſtaci, Euſtaci, Salatoris, Hermetis, Fructuoſi, Augorij, Diacij, Vitalis, Patrocli, Auiti Epiſcopi, Saturnini, Quintini, Marini, Datij, Rutiri, Gaddiani, Celiani, Seruuli, Rogati, Victoris, Primi, Lucij, Maiulini, Honorati, Naſcuſi, Caſtini, Cæleſtini, Zatij, Hermis.

3 *Ex his primùm eos omittimus, quibus cognomines XX. Ianuarij, Nicomediæ martyrij decus adeptos retulimus,* Felicem, Cendeum, Vitum, Florum, Leontium, Cyriacum; *etſi nihil eſt cauſſæ, quamobrem non alij iiſdem appellati nominibus, ibidem aut alibi, in magno occiſorum numero reperiri potuerint. Sed nolumus niſi explorata certaq; firmare. De* Fructuoſo *Epiſcopo,* Augurio *&* Eulogio *Diaconis, &* Publio *antè dictum eſt: de* Agnâ, Euſtaſio, Solutore, Hermete, Patroclo, Auito, Vitale, *pòſt dicetur.* Vincentius, *ſiue* Vincens, *Cæſaraugustanus fortaſsis eſt de quo XXII. Ianuarij.* Fructuoſum *alterum, alterumq;* Augurium, *in vtroque expreſſos Martyrologio, omiſimus, ne Tarraconenſes ſint, errore aliquo bis ſcripti: eademq; cauſsâ* Eulogiam, *&* Fulogiam, *pro* Eulogio *fortè poſitam: &* Dacium *alterum iis additum, ſcripto in vno codice* Daci, *in altero* Diacij *nomine, pro appellatiuo forſan* Diaconi.

Quidam in iis relati, aliò pertinent.

4 *Reliqui ſunt igitur* Felix, Martialis, Saturninus, Quinctinus, Marinus, Datius, Cælianus, Vincentia, Rogatus, Victor, Repoſita, Primus, Lucius, Honoratus, Caſtinus, Cæleſtinus, Hermes, *in vtroque MS. eodem modo expreſsi; &* Secundus *in vnico ſolùm relatus. Dungalenſis codex non ſine aliquâ diuerſitate ceteros effert,* Celſionem *pro* Celſiano; Fauſtacium, *quod ſecuti ſumus, pro* Fuſtacio; Rutirum *pro* Saturo; Cicilianum *pro priore* Cæliano, *vnde* Cæcilianum *fecimus;* Gaddanum *pro* Gaddiano; Seruulum, *quod magis arridet, pro* Zabulo; Maiulinum *pro* Maulino; Naſcuſum *pro* Macuſo; Zatium *pro* Caio, *aut* Datio. *Quid in codice Laurentij Epternacenſis ſibi* Mammar *velit, haud coniicimus.*

Quidam variè expreſsi.

5 *Timidè quaſiq; palpando in tenebris progredimur, cùm Actorum luce deſtituimur. Suſpicari fortaſsis liceat* Felicem *&* Martialem *eos eſſe qui in Actis* SS. Fructuoſi *& ſociorum memorantur: præſertim cùm ſuprà dixerimus* SS. Fructuoſum, Augurium, Eulogium cum ſociis *celebrari in Miſſâ Mozarabum: Carthuſiani Colonienſes in addit. ad Vſuardum,* Hermitem *&* Cæleſtinum *memorant:* Hermis Epiſcopi, item S. Cæleſtini.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS
HERMETE ET SOLVTORE.

XXI. IANVAR. *Cognomines alibi horum, nuſquàm vnà compoſiti. Dedit hos nobis vetus S. Hieronymi MS. in quo iſta habentur:* In Africâ Solutaris, Hermetis. *& MS. Dungalenſe:* Salatoris, Hermetis. *Nec plura alibi.*

DE S. VITALE
SPOLETII IN VMBRIA.

XXI. IANVAR. *Spoletij in Vmbriâ coli ſolitum* S. Vitalem *diſcimus ex MS. S. Hieronymi. Et veriſimile eſt iſthic migraſſe ex humanis, ſeu fato, ſiue (quod probabilius) martyrio. Ita MS. habet:* Spoliti ciuitate Vitalis. *Alius huic diei tribuitur* Vitalis *à Carthuſianis Colonienſibus in auctario ad Vſuardum:* Vitalis Martyris Agaunenſis, *cuius mentio fit in Actis S. Mauricij* XXII. *Septembris. An eius fortè Spoletium antiquitus allatæ reliquiæ, an cùm* Vitalem *legiſſet illius auctarij concinnator, coniectarit Agaunenſem eſſe; an in quopiam vetuſto codice Agaunenſem conſignatum repererit, nos latet, ipſaq; Spoletini* Vitalis *Acta.*

DE S. PATROCLO MARTYRE
TRECIS IN GALLIA.

SVB AVRELIANO XXI. IANVAR. *S. Patrocli natalis,*

1 TRicaſſium vrbs *in Galliâ eſt vetus & illuſtris ad Sequanam flumen, quam alij vulgò* Trecas, *olim* Auguſtam Trecarum, Tricaſſinorum vrbem, *Gallicè* Troyes *appellant. Hîc* S. Patroclus *natus, martyriiq; triumphum conſecutus. Inſcriptum nomen antiquiſsimis Martyrologiis S. Hieronymi, Bedæ, Vſuardi, Adonis, Romano; vt Galeſinium, Maurolycum, Sauſſaium, Felicium, alioſq; recentiores miſſos faciamus.*

Acta gemina:

2 Eius Acta ſincera *cenſet Baronius in Notat. ad Martyrologium antiqua quidem eſſe ex S. Gregorio Turonenſi mox patebit. Ea ſe deſcripſiſſe Surius fatetur* ex vetuſto MS. codice, qui pleriſque locis ob characteres penè abolitos difficulter legi potuit. *Alia nos, &, ni fallimur, vetuſtiora, ex MS. S. Maximini Treuiris & S. Mariæ de Ripatorio accepimus. De vtriſque ita ſtatuimus; hæc ipſa videri, quæ S. Gregorio & Vincentio Bellouacenſi cognita, vulgata Tricaſsibus olim; cùm* Ripatorium, *ſiue* Arripatorium, *è cuius codice ea deſcripſimus, diœceſis Trecenſis cœnobium ſit; at quæ Surius edidit multò quidem elegantiora, ex codice quopiam Colonienſi aut è propinquo loco accepto, ea compoſita aut expolita eſſe, retentis nonnunquàm priorum verbis, poſtquàm S. Bruno, ante annos prope 700. ſancti Martyris reliquias ab Anſegiſo Trecaſsino Epiſcopo obtinuit, Coloniamq; tranſtulit, vt infrà dicemus.*

3 *Certamen eius breuiter percenſet Petrus de Natal. lib. 2. cap. 108. ſed perperàm* apud Senonas paſſum, *atque* in ciuitate Senonenſi ſepultum iacere *ſcribit. Vincentius Bellouacenſis lib. 11. cap. 108. ex Actis ſe martyrium eius narrare profitetur, & licet contractè, verba tamen ipſa priorum Actorum vſurpat. Zacharias Lippelous, ex Surio. Ioannes Baſilius Sanctorius, aliiq; eadem narrant.*

alia de eo ſcripta.

4 *De Actis & miraculis S. Patrocli, iſta ſcribit S. Gregorius Turonenſis lib. 1. Miraculorum cap. 64.* Patroclus quoque Martyr, qui apud vrbem Tricaſſinorum ſepultus habetur, ſæpius ſe amicum Dei virtutibus multis oſtendit. Erat enim ſuper eum paruulum oratorium, in quo vnus tantùm Clericus ſeruiebat. Loci enim homines paruum exhibebant Martyri famulatum, pro eo quòd hiſtoria paſſionis eius non haberetur in promptu. Mos namque eſt hominum ruſticorum, vt Sanctos Dei, quorum agones relegunt, attentiùs venerentur. Quidam igitur de longinquo itinere veniens, libellum huius certaminis detulit Lectori, quem in ipſo loco ſeruire diximus, prodiditque ad legendum. Ille verò poſt decurſam lectionem valdè gauiſus, nocturno ſub tempore famulante lumine velociter exemplauit. Hominibus quidem digreſſis, hic Epiſcopo ſuo exhibet quæ repererat, putans ſe per hæc gratiam aſſequi Sacerdotis. At ille non credens, niſi confictum æſtimans, cæſum increpatumque Clericum abſcedere iubet, dicens: Te hæc iuxta votum tuum dictaſſe manifeſtum eſt: nam numquàm ea cum

Acta olim in lucem producta;

vllo

vllo homine reperiſti. Poſt multùm verò tempus, vt virtus Martyris non eſſet occulta, abiit exercitus in Italiam: & detulit paſſionis huius hiſtoriam, ſicut à Clerico tenebatur ſcripta. Tunc confuſus valdè Epiſcopus cognouit vera eſſe, quæ à Clerico dicebantur. Populus autem ex hoc magis honorare cœpit Martyrem; cõſtructâque ſuper eum baſilicâ, feſtiuitatem eius per ſingulos annos deuotè concelebrat.

eadem ex Italiâ allata.

5 *Quo anno martyrium ſubierit* S. Patroclus *quæri poteſt. MS. Floratium habet,* tempore Aureliani Imperatoris, anno ſalutis 273. *Baronius tom. 2. Annal. anno 275. num. 6. veniſſe eo anno in Gallias Aurelianum ſcribit*, vt Barbaros irruentes reprimeret, Auguſtamque Vindelicorum ab iis obſeſſam liberaret. *Baronium Cornelius Graſius aliiq; ſequuntur. Martyrologia, Romanum atque alia ſolùm habent* ſub Aureliano Imperatore *conſummaſſe martyrium. Imperauit* Aurelianus *circiter à Martio anni 270. annos 5. menſes 6. Acta vtraque* S. Patroclum *interfectum tradunt* XII. Kal. Februarij feriâ VI. *ergo cùm litterâ Dominicalis fuit B. Id verò toto Aureliani imperio non contigit, niſi primo*; *ſed Ianuario eius anni Imperator necdum erat. Id fortaſsis animaduertêre alij, de quibus Conſtantius Felicius:* Patroclus Martyr, nobilis & locuples Gallus, Senonenſis, decollatus iuxta Sequanam amnem, regnante Aureliano, aut, vt alij volunt, Claudio ſecundo. *Sed tum in Galliâ non erat* Aurelianus, *ſed in Thraciâ, aut propinquis plagis, vt irrumpentes Barbaros propulſaret, vt ex Pollione & Vopiſco liquet.*

Occiſus S. Patroclus ſub Aureliano,

6 *Quid quòd Acta priora non ſub* Imperatore, *ſed* Præſide Aureliano *martyrium eius volunt contigiſſe niſi forte* P. *aut* Pr. *pro* Principe *poſitum, librarius pro* Præſide *accepit. Alioquin iam inde à temporibus Valeriani & Gallieni bella in Galliis adminiſtrauit Aurelianus. Recitat Vopiſcus Valeriani epiſtolam, in quâ de Aureliano iſtæc:* Quid enim in illo non clarum? quid non Corunis & Scipionibus conferendum? Ille liberator Illyrici, ille Galliarum reſtitutor, ille Dux magni totius exempli. *Vel ideò laudatior cariorq; crudeliſſimo Valeriano Aurelianus, quia Chriſtianis & ipſe capitaliter infenſus, quippe qui, vt Aurelius Victor in Epitome ſcribit,* ſæuus & ſanguinarius & trux omni tempore, etiam filij ſororis interfector; *& matre natus Solis Sacerdote. Hinc illæ in eum à Vopiſco congeſtæ laudes:* Quidquid ſanè ſcelerum fuit, quidquid malæ conſcientiæ, vel artium funeſtarum, quidquid denique factionum, Aurelianus toto penitus orbe purgauit. *Chriſtianam religionem hac periphraſi impius ſcriptor complexus eſt. Prodit ipſe in epiſtolâ de Sibyllinis libris adeundis, odium in nos ſuum Aurelianus:* Miror vos, *inquit,* Patres ſancti, tamdiu de aperiendis Sibyllinis dubitaſſe libris, perinde quaſi in Chriſtianorum eccleſiâ, non in templo deorum omnium, tractaretis.

Duce inſigni,

ſed infeſto Chriſtianis.

fortè ante Imperium.

7 *Si ante Imperium S. Patroclum Aurelianus interfecit, idq;* XII. Kal. Febru. feriâ VI. *potuit id anno 259.* Fuluio Æmiliano & Pomponio Baſſo II. Coſſ. *accidiſſe, anno Valeriani ſexto, quo* XXI. *Ianuarij dies in feriam ſextam incidebat. Sin quis quod infrà MS. Maximini habet, non* XII. *ſed* XV. Kal. Februarij *peremptum velit,* feriâ VI. *ergo cùm littera Dominicalis fuit F. atqui id imperante Aureliano non contigit, niſi anno eius tertio, Chriſti 272. Biſſextili, poſt diem intercalarẽ, ſicq; non Ianuario menſe. Facile eſt vt in feriarum numerum error irrepat. Niſi ſi* XI. *Kal. Febr. vt habet Notkerus, cõtendat quis eum martyrium peregiſſe; nam is dies anno 275. in ſextam feriam incidit. Eoq; anno periit Aurelianus, menſe Septembri aut circiter.*

ACTA
ex duobus veteribus MSS.
CAPVT I.
S. Patrocli religioſa vita. prima quæſtio.

a Aureliano Chriſtianos perſequenti. 1 Empore illo ſub Aureliano *a* Præſide facta eſt Chriſtianis tam valida tempeſtas perſecutionis, ita vt etiam penè cruciarentur omnes qui in illo tempore Chriſtiani eſſe videbantur. Erat tunc perſecutio Chriſtianorum nequiſſima valdè: & facta eſt inquiſitio hominum, qui legem Catholicam diligebant, & cùm inueniſſent eos, diuerſis pœnis interficiebant: & multi per paſſionem coronati tranſierunt de mundo in regnum cælorum. *Ex Mss.*

S. Patroclus Triccaſſinus,

2 Erat tunc in Trecaſſinâ vrbe vir nobiliſſimus, nomine Patroclus: is habebat habitationem extra ciuitatem quaſi paſſus ducentos, quam ei reliquerant parentes eius cum multis ædificiis: & ipſe in eo erat habitaculo, & ſeruiebat Deo cæli diebus ac noctibus; & legem Catholicam diligebat, inſtitutus benè litteris & prudentiâ, & genua curuans in oratione cunctis horis; ita vt per ſingulos dies non reficeretur cibo, niſi horâ duodecimâ diei: multis tamen orationibus & deprecationibus ante refectionem Domino laudes reddebat: & omnia quæ poſſidebat de ſubſtantiâ parentum, per viduas & orphanos erogabat, qui ex toto corde Chriſtum *b* diligebant, ita vt omnes Chriſtiani æſtimarent eum diſpenſatorem eſſe cæleſtem. Sic ſanctus vir perſiſtebat in miniſterio Dei, & in obſequio cæleſti, & in oratione & ieiunio; ſplendidè tractans de ornatu militiæ cæleſtis quod ſcriptum eſt in libris ſancti Euangelij, quibus ipſe Dominus dicit: Omnia quæ habes da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo; & veni, ſequere me. Sanctus ergo vir Patroclus, perſiſtebat in timore Dei, & in oratione: dæmones effugabat: & virtutes multas per eum Dominus oſtendebat: & omnes venerabantur eum, quaſi virum iuſtum, & dignum Dei miniſtrum. Erat habitu religioſo, vultu & ſpecie pulchrâ: venerabatur valdè multis modis & de nobilitate & obſequio, & de religionis honore, cui iugiter diebus ac noctibus vigiliis atque ieiunijs, indeſinenter inſiſtebat. *vir doctus, pius, temperans, liberalis,* *b* Matth. 19. 21. *miraculis clarus,*

ſiſtitur,

3 Egrediens verò Aurelianus impiiſſimus perſecutor Chriſtianorum, à partibus vrbis Senonicæ, quæ eſt nobilior ciuitas, pergebat Trecas, & audiens de B. Patroclo, quia talia geſta erant; de eo ſecretiùs ſcrutatus eſt. Et cùm inueniſſet eum, ait illi: Audiui de te, quia talia ignorantiâ agis, & vanâ religione colis & adoras eum, qui ab hominibus alapis cæſus eſt. Patroclus verò inſipienti ſermoni eius non dedit reſponſum vllum. Aurelianus dixit. Quod tibi nomen eſt? Ille reſpondit: Patroclus dicor: Aurelianus dixit: Cuius religionis es? aut quem deum adoras? Patroclus reſpondit: Adoro Deum viuum & verum, qui in cælis habitat, & humilia reſpicit, & omnia ſcit antequàm fiant. Aurelianus dixit: Recede ergo ab iſtâ ſtultitiâ, & adora deos noſtros, & ſerui diis noſtris, à quibus honorem potes habere & diuitias multas & magnum nomen; à quibus honorari poteris. Patroclus dixit: Ego non noui alium Deum, niſi vnum & verum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt; qui fecit viſibilia & inuiſibilia. Aurelianus dixit: Diſputa ſi vera ſunt quæ dicis. Patroclus reſpondit: Vera & probabilia ſunt, quæ ego oſtendo; ſed ſcio quia veritatem odio habet mendacium. Aurelianus dixit: Igni te tradam, vſquequò immoles diis. Patroclus dixit: Ego immolo ſacrificium laudis, & hoſtiam viuam me offero Deo, qui me pro ſuo nomine ad martyrium vocare dignatus eſt. *& variè tentatur*

vinculis conſtrictus,

4 Aurelianus furore commotus aduersùs legem Chriſtianorum, ſic ait: Mittite compedes in pedes eius; & in manus eius catenas *c* ignitas, & perſtringite fuſtes *d* in dorſo eius, & includite eum in cellã ſecretiùs, vſque dum pertractem de eo, qualiter *e* impenduntur. Sic ſanctus vir electus à Deo, vinculis perſtrictus, traditur Elegio vni de aſtantibus miniſtris, qui eum cuſtodiret vſque in diem tertium. S. Patroclus cùm eſſet in cuſtodiâ vſque in diem tertium, orabat ad Dominum, & dicebat: Fiat miſericordia tua, Domine, vt conſoletur me ſecundùm eloquium tuum ſeruo tuo. Et poſteà: Exultabo & lætabor in miſericordiâ tuâ Domine, quia reſpexiſti humilitatem meam. *c* *d* *e* *in cuſtodiâ orat:* Pſal. 118. 76. Pſal. 30. 8.

a *Forte* P. *aut* Pr. *ſiue* Principe *ſcriptum fuit: aut hæc ante Imperium geſta, vt antè diſputauimus,*

Ex mss.

b *MS. S. Max.* diligebat.

c *Idem & reliqui habent. & sanè pluribus excruciatum tormentis Martyrologia prædicant, cùm solius fustuarij hîc mentio sit. Ado & Beda vulgatus*: qui post diuersos, quos pro Christo sustinuit, agones, capitis obtruncatione martyrium consummauit. *Carthusiani Colon. in addit. ad Vsuard.* ad palmam martyrij, post compedes, ignitas catenas, & fustes superatos, capitis abscissione peruenit. *Galesinius*: tormentis affectus, in summâ acerbitate, animo mirandum in modum confirmato ad tuendam fidem *&c. Saussaius*: Posteà dirissimis supplicijs excruciatur. Cumque in summâ pœnarum acerbitate constantius fidem tueretur, ad Sequanæ ripam *&c.*

Plura passus S. Patroclus.

d *MS. S. Max.* post dorsum. e *MS. Rip.* perdatur.

CAPVT II.

Secunda quæstio. capitis sententia.

5 ET post diem tertium, eductus est in publicum. Cui Iudex sic ait: Veni contemptor, redime te & sacrifica diis. Patroclus dixit: Redimet Dominus animas seruorum suorum, & non delinquent omnes qui sperant in eum. tamen aliquid tibi de thesauro meo possum largiri, si velis accipere, quia pauper es. Aurelianus dixit: Quomodò me tu pauperem esse dicis, qui multas diuitias habeo? Patroclus dixit: Habes terrenas diuitias; sed pauper es in fide Domini nostri Iesu Christi, quam in te recondere noluisti. Ipse ideò damnabit te, & patrem tuum diabolum. Aurelianus dixit: Multas mihi iam iniurias infers, ita vt tibi iam non ampliùs miserear. Patroclus dixit: Miserebitur mihi Deus, cui seruio à iuuentute meâ; nam vanum & superstitiosum honorem tuum, temporalem & infelicissimam & caducam gloriam abominamur. Sed væ tibi cùm veneris ad eumdem locum, vbi cruciatur diabolus; vbi etiam adspicies quemadmodùm te æternus cruciatus exspectat.

Aurelianum pauperem pronuntiat:

6 Aurelianus dixit: Ego talia numquàm audiui, neque noui; tamen scio quia omnes pœnæ tuæ in manibus meis sunt, & corpus & sanguis tuus. Patroclus dixit: Habes corpus meum in potestate cruciandi, tamen animam meam lacerare non poteris, quia eam in potestate non habet nisi solus Deus, qui eam dedit in corpore meo; sicut ipse Dominus dixit: Nolite timere eos qui occidunt corpus, & ampliùs non habent quid faciant; sed potiùs timete eum, qui postquàm occiderit corpus, animam potest mittere in gehennam. Aurelianus dixit: An habent potestatem dij nostri qui vera canunt, & tibi adhuc viuere permiserunt? Patroclus dixit: Qui sunt dij vestri? Aurelianus dixit: Apollo *a* optimus est & verus Deus; Iouis & ipse maximus Deus; Diana quoque quæ est *b* mater Deorum, qui vera hominibus canunt. Patroclus dixit: Apollo, quem tu esse Deum dicis, audiuimus à senioribus nostris, quòd *c* Admeti Regis pecora pascebat, & Iouem, quem tu adoras *d* Catharum, mortuus est de austeritate ventris; & scio eum fuisse hominem prauum, nequissimum, adulterum, fornicatorem, rapacem, adiuuentorem omnium malorum, qui scandala cum vicinis serebat & proximis seditiosus, atque pauperum ex spoliator: vbicumque habitauit, statim seditio aut homicidium ibi fuit admissum, ideò mortuus est turpissimâ morte; terra eum non suscepit. Et Dianam, quam dicis esse matrem Deorum, quis nesciat esse dæmonium meridianum? O incredulitas hominum, qui vana colunt, qui frustrà adorant, quod ipsi ignorant; sicut scriptum est: Similes illis fiant qui faciunt ea & omnes qui confidunt in eis.

pœnas contemnit:

Matth. 10. 28.

a

b

deos irridet:

c

d

Psal. 113. 8.

7 Aurelianus dixit: Multâ patientiâ sustineo ad audiendam audaciam tuam. Nisi Apollinem, & Iouem, & matrem Deorum adoraueris, hodie te diuersis pœnis capitaliter interficiam. Patroclus dixit: Sic es tu, vt execrabilis latro, cui cadauer relinqui, si occiderit, potest, corpus tamen manducare non potest. Et cùm hæc B. Patroclus locutus fuisset, Aurelianus furore commotus dixit: Patroclus noxius & detestabilis, qui nobis confusionem intulit, & deos nostros contumeliauit, gladio feriatur, vt ampliùs non *e* verbosetur. Ducite eum in loco aquoso, & ibi eum decollate, vt corpus eius non in aridâ requiescat.

addicitur morti:

a *Præcipuè Solis cultui addictus Aurelianus, qui sic apud Vopiscum coram Valeriano precatur*: Dij faciant & Deus certus Sol, vt & Senatus de me sic iudicet. *Et mater eius* sacerdos templi Solis, in eo vico in quo habitabant parentes, *fuerat. Ideò &* Romæ Soli templum posuit maiore honorificentiâ consecratum, *& in eo multum auri gemmarumq; constituit. Cùm Palmyrenorum vrbem immanissimo furore euertisset, iugulatu, vt ipse in epistolâ ad Ceionium Bassum fatetur, mulieribus, infantibus, senibus, rusticis; tamen templum Solis, quod apud Palmyram direptum à suis erat, iussit ad eam formam, qua fuerat reddi. Hinc in quodam eius numismate visitur Concordia dextrâ lauâque signa militaria tenens, adstansq; Sol, siue Heliogabalus; cum inscriptione* Prouidentia Deorum.

Solis cultor Aurelianus.

b *Disputent Mythophili cur Diana mater Deorum dicatur. Pluresfuisse Dianas è Cicerone lib. 3. de naturâ Deorum discimus; priam Iouis & Proserpina filiam, qua pinnatum Cupidinem genuisse dicitur: secundam notiorem, Ioue tertio & Latonâ natam: tertiam Vpis & Glauces filiam, quam Grace sapè Vpin paterno nomine appellant.*

Plures Dianæ.

c *Pherarum Thessaliæ vrbis Rex erat* Admetus. *De fabulâ ad secundam vitam.*

d *MS. Ripat.* quem tu adoras, catharro mortuus est *&c. An Iuppiter* Καθάρσιος *est, siue* Piacularis *vel* Expiator, *dictus? an qui* λητρείτης? *sic venti* καθάρσιοι, *qui nebulas pellunt?*

e *MS. S. Max* verberetur, *mendosè.*

CAPVT III.

Cades. sepultura. oratorium.

8 SIc beatus vir traditus est carnificibus, & ductus est ad ripam *a* Sequanæ. Tunc B. Patroclus orauit, & dixit: Domine Iesu Christe, ne patiaris hoc, vt corpus meum in hoc loco aquoso requiescat; sed da victoriam nomini tuo, vt magnificetur in omnibus gentibus; ne vnquam dicant: Vbi est Deus eorum? Exaudi Domine orationem meam, sicut exaudisti Moysen & Aaron cum populo tuo, & aperuisti eis mare, & eduxisti eos per siccum; sic Domine permitte mihi transire hoc flumen, sicut scriptum est: Eripe me de luto vt non inhæream: & libera me à persequentibus me. Et cùm orasset S. Patroclus, obscurati sunt oculi tenentium eum. Et ille ingressus in flumen, exiit in aliam ripam, & genua eius non contigit aqua, & aqua inundauerat eodem tempore. Et cùm egressus fuisset B. Patroclus de aquâ, pergebat ad aridum locum, qui est Mons idolorum, & dicebat: Custodit Dominus animas sanctorum suorum, & de manu peccatoris liberabit eos Dominus.

a

flumen transit ab aquâ intactus:

Psal. 68. 15.

abit in montem:

9 Tunc illi qui eum tenuerunt, timuerunt Cæsarem, & dicebant: Quàm magnus est Deus eius, quem adorat, qui eum liberauit! alij autẽ: Non, sed phantasma fuit. Inuicem susurrabant, & magna inter eos erat concertatio. Illis verò contendentibus, adueniens mulier seditiosa & ipsa gentilis, dixit: Hominem Christianum, quem quæritis, vidi in monte vltra flumen prostratum in terrâ super faciem suam, & sic adorabat Deum suum. At illi cùm vidissent, statim vti veloces erant pedes eorum, ad effundendum sanguinem innocentem & iustum, pergebant ad eum, & cùm inuenissent illum orantem, exiit vnus ex illis, qui erat prior præpositus pœnarum eius, dixitque ad eum: Tu verè reus es, qui effugisti nos: & ecce in manibus nostris es, & non discedes à nobis donec moriaris, aut immoles diis nostris. Patroclus respondit: Ego dæmonia non adoro immunda, nisi vnum verum Deum. Carnifices verò dixerunt: Ergo Deus vester qualis est, natus an factor? Patroclus respondit: O amorem supersticiosum! de Deo quis enarrare potest? qui omnia quæcumque sunt, siue in cælis siue in terris, omnia ipse creauit; posteà misit à se filium suum, Iesum Christum, qui pro nobis sanguinem suum effundens, vt nos de interitu redimeret, sepultus, in tertiâ die resurrexit à mortuis, deinde cum gloriâ ascendit in cælum; & misit à se Spiritum sanctum, quo mundum impleuit, in quo credere debemus. Nam immundissimo errore & vano amore

repertus à fossoribus,

ius Christi prædicat:

amore quos creditis, ſcio dæmones eſſe, qui in multis modis diſpergentur, ſicut dixit Propheta: In illâ die cùm venerit ignis examinaturus, væ fallaciæ dæmonum & operibus eius. Sicut ſcriptum eſt: Quicumque ſacrificauerit dæmoniis, cum eis dimergetur in ignem æternum.

10 Loquente hoc B. Patroclo, Elegius furore commotus dixit: Perſtringite vinculis pedes eius, & manus eius catenis perſtringite, & gladio ferite eum; ſecundùm quod deos noſtros contumeliauit. Sic S. Patroclus genua flectens in terrâ, proſtratus eſt à percuſſore, & cùm percuteretur, dixit: In manus tuas commendo ſpiritum meum, & animam meam; quia ſcio quòd propter nomen tuum has pœnas patior. Sic gladio percuſſus atque decollatus, caput eius proiecerunt ab eo ſanguine perfuſum. Et poſt mortem paſſionis redeuntes ad Cæſarem, reliquerunt corpus eius ſolum. decollatus eſt autem, b XII. Kalend. Febru. die VI. feriæ, quæ eſt paraſceue.

plectitur capite:

b

11 Audierunt autem duo ſenes, qui & ipſi eleemoſynam exſpectabant, portauerunt corpus eius, cum metu & timore magno, & cuſtodierunt eum vſque ad veſperam. Euſebius autem qui erat in eodem loco Archipreſbyter cum Liberio Diacono, venerunt nocte cum linteaminibus & inuoluerunt corpus eius, & ſepelierunt eum cum c paruo luminari propter turbam gentilium: peruigilauerunt enim cum duobus illis ſenibus, & dicebant: Quam pretioſa eſt, Domine, in conſpectu tuo mors Sanctorum tuorum! Et ipſe Dominus dixit: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum: Dauid quoque dixit: Lætamini in Domino & exultate iuſti, & iterum: Lætabitur iuſtus in Domino, & ſperabit in eo.

ſepelitur:

c

peruigilio honoratur,

Matth. 5. 10. Pſal. 31. 11. Pſal 63. 11.

12 Poſt tempus verò non multum quieuit perſecutio Eccleſiæ, Euſebius, qui eum in ſepulchro recondiderat, ipſe ædificauit ſuper corpus eius paruam cellulam, ſecundùm quod poſſibilitatem habebat; & cùm ei caſus humanę fragilitatis obueniſſet, popoſcit ſepulturam iuxtà, vbi effuſus fuerat ſanguis B. Patrocli Martyris, qui paſſus eſt pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui regnat cum Patre & Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

& oratorio.

a *MS. S. Max.* Sigonem. *Sita ad* Sequanam *ſunt Treca.*
b *Idem MS. XV. Kal. Febr.*
c *MS. Rip.* magnis luminariis.

ALIA ACTA EX SVRIO.

CAPVT I.

S. Patrocli religioſa vita.

1  Lorioſum pro patriâ mori, beatum in patriâ viuere: iucundum & delectabile eſt poſt bella benè geſta, pace demum frui perpetuâ. Hoc ſapientes mũdi laudant, fortes deſiderant, rerum geſtarum ſcriptores magnificant. Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium, qui in vnitate fidei & agnitionis filij Dei abnegat ſeipſum ſibi, vt ſequatur Chriſtum. Hæc eſt namque via ſalutis, veritas ſingularis, vita perennis, vt lux lucens in tenebris, quam abſcondit Deus à ſapientibus & prudentibus, & reuelauit eam paruulis, videlicet humilibus, quos teſtes ſuos eſſe voluit, incipientes ab Hieruſalem, vt per mundi huius contemptibilia confunderentur fortia. Talibus enim, quia ſuperbi ſunt, reſiſtit Deus; humilibus autem dat gratiam. Verè vtique ſapientes, verè fortes erant, quibus viuere Chriſtus, & mori pro Chriſto lucrum fuit. Verè nimirùm beati ſunt, qui ſic imitatores Chriſti extiterant, vt quemadmodùm ſunt illi commortui, ita poteſtatem acciperent conregnandi.

Glorioſum pro Chriſto mori.

2 Ex huiuſmodi ergo coniuratis in Chriſti ſacramenta militibus, Patroclus a vir magnificæ ſanctitatis, velut quoddam luminare in mundo, in medio nationis prauæ & peruerſæ, verbum vitæ continens effulſit. Et quoniam lux fuit in Domino, fructum lucis oſtendit in ſemetipſo. Fructus enim lucis, vt ait Apoſtolus, eſt in omni bonitate, & iuſtitiâ, & veritate. Hic in Trecaſſinę vrbis territorio, ducentis fermè ab eadem vrbe paſſibus, relictam ſibi à parentibus ſuis domum & prædia ſatis ampla poſſedit. Nobiles enim erant, & rebus ſecularibus locupletes. Sed vir Dei generoſitatis ſuæ claritatem totam introrſus traxit; meditans animæ dignitate ſic tantummodò ſeruari poſſe ſuam nobilitatem, ſi ſolùm ſupra ſe ſuum ſemper attenderet creatorem. Scripturæ ſacræ ſtudioſus lector, inuigilauit: ibi quicquid de Fide Catholicâ, quicquid de regulâ præceptorum Dei, quicquid de dulcedine promiſſionum eius audierat, ſicut ipſum Dominum Deum delectabiliter amplexatus eſt. Non enim his ſolummodò aures corporis, ſed multò magis aures cordis adhibuit. Verbum namque Dei lucerna pedibus eius, & lumen ſuit ſemitis eius: propterea odiuit omnem viam iniquitatis.

a

S. Patroclus patria,

genus,

lectionis aſſiduitas,

3 Abſtinentiæ & frugalitatis operibus ita deditus fuit vt cibum potumq; modicum horâ diei tantùm vltimâ ſibi ſumendum arbitraretur. Continentia ſiquidem in eo regnabat & caſtitas. Facultates verò ſuas velut non proprias, ſed ad hoc ſibi ſolummodò creditas, indigentibus ſollicitè miniſtrauit. Singulorum neceſſitatibus iuxta vires ſuccurrit, prodeſſe etiam vltra vires concupiuit. Proinde omnibus omnia factus eſt, ſecundùm Apoſtolum, non quærens quid ſibi vtile fuit, ſed quid multis, vt ſalui fierent. Ita factum eſt, vt Chriſtianis illius prouinciæ, diſpenſator cæleſtis & pater ciuium diceretur. Signa etiam & mirabilia per eum frequentiùs facta ſunt: ita vt dæmonia ab obſeſſis corporibus per virtutem ſpiritus fugaret, & infirmis quibuſlibet remedium ſanitatis optatæ conferret: vt inuiſibilis ſapientia ſemetipſam in eo quaſi in templo ſuo habitare per viſibilia miracula demonſtraret.

abſtinentia,

liberalitas,

1. Corint. 9. 22.

miracula.

a *Sur.* in, *manifeſto mendo.*

CAPVT II.

Prima quæſtio.

4 Sic in pace Eccleſię degens, religioſam admodũ vitam duxit, fugitãs gaudia ſeculi, expectans regnum Dei. Ortâ autem perſecutionis tempeſtate ſub Aureliano Principe, qui a viceſimus nonus à Cæſare Auguſto, Romano præſidebat Imperio, cùm manifeſtare vellet Iudex omnium, quæ eſſent conſilia cordium, cœperunt vſquequaque cultores peruerſorum dogmatum vrgere plebem Chriſti ad ſacrificia idolorum. Sed, ſicut per Sapientem dictum eſt, ſimplicitas iuſtorum direxit eos, & ſupplantatio peruerſorum vaſtauit illos. Nam fruſtratis inſidiis inimici, perſtiterunt fortiter in agone caſtra Dei, illuſtriumque virorum animi, per virtutem elabi ad gloriam nitebantur.

a

Pro. 11. 3.

Aureliano perſecutorè

5 Eodem tempore Aurelianus, immaniſſimus Chriſtiani nominis perſecutor, de partibus vrbis Senonicæ, zelo feruens amaritudinis, Trecaſſim Galliarum oppidum veniebat; ibique audiens de vitâ, fide & geſtis B. Patrocli, quomodò ex voluntate Dei ſui Ieſu Chriſti poſſeſſa negligeret, tranſitoria & momentanea cuncta deſpiceret, idola vana & nullo vſui apta clamaret, confeſtim eum diligentiſſimè inquiri fecit. Et cùm ſibi preſentatus fuiſſet, ait illi: Auditi te per ignorantiam falli ita vt ſuperſtitioſam ſectam inducere audeas, & ad deorum noſtrorum iniuriam, quemdam, qui ab hominibus cæſus eſt alapis, adorandum eſſe cõtendas. Sanctus verò Patroclus inſipienti eius propoſitioni nihil reſpõdit. Aurelianus dixit: Cuius nominis, cuiuſve religionis es? Ille reſpõdit: Patroclus vocor, & Chriſtianus sũ. Adoro Deũ viuum & verũ, qui in altis habitat, & humilia reſpicit, & omnia ſcit antequam fiant. Aurelianus dixit: Inepta ſunt & vana, quæ loqueris. Recede ergo ab hac ſtultitiâ tuâ, & adora

delatus,

comprehenditur.

generosè ei reſpondet.

ex mss. & adora deos noſtros inuictiſſimos, à quibus ditari poteris & honorari. Patroclus reſpondit: Ego non noui alium Deum, niſi vnum, ſolum verum Deum, & quem ipſe miſit Ieſum Chriſtum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia, quæ in eis ſunt, viſibilia & inuiſibilia. Aurelianus dixit: Diſputa, & proba vera eſſe quæ dicis. Patroclus reſpondit: Vera quidem & probabilia ſunt, quæ oſtendo; ſed quia mendacium inualuit, veritas odium parit. Hanc tu, niſi crediderís, numquam intelliges. Verbis enim Domini noſtri Ieſu Chriſti interdicitur, ne ſanctum detur canibus, nec ante porcos margaritæ mittantur. Tunc Aurelianus irâ permotus, dixit: Niſi ad hoc mihi citò conſenſeris, vt ſacrificium diis omnipotentibus offeras, igni te conſumendum tradam. Sanctus Patroclus ad hæc verba hilari vultu & læto corde reſpõdit: Ego ſemper immolo ſacrificium laudis Domino Deo meo: illic enim iter eſt, quo oſtẽdat mihi ſalutare

traditur in carcerem: ſuum. Aurelianus non ferens diutius conſtantiam loquentis, ſic erupit in vocem: Statis, & miniſtratis? Adhibete catenas ignitas & compedes, vt vinctis poſt tergum manibus & alligatis pedibus, mittatur rebellis iſte in cuſtodiam, donec pertractem, quomodò eum ad exemplum ſui ſimilium perdam. Sic ſanctus vir & iam electus Domini Martyr, ſtrictus vinculis, traditus eſt Elegio vni de adſtantibus miniſtris, qui cuſtodiret eum vſque in diem tertium. Sanctus verò Patroclus cùm eſſet in cuſtodiâ, orauit Dominùm, dicens: Fiat miſericordia tua Domine, vt conſoletur me, ſecundùm eloquium tuum ſeruo tuo. Sic enim lætabor & exultabo in miſericordiâ tuâ Domine: quia reſpexiſti humilitatem meam.

a *Eadem ratione Paulus Oroſius calculum init lib. 7. cap. 23. Othonis, Vitellij, L. Ælij Veri, Didij Iuliani, Gordianorum ſeniorum, Pupieni, Balbini, Philippi iunioris, & aliorum, nullâ habitâ ratione, quia vel tyrannidem potiùs quàm legitimum imperium geſſerunt, vel cum conſorte nobiliore imperarunt.*

CAPVT III.

Secunda quæſtio. ſententia.

6 CVmque poſt diem tertium eductus fuiſſet in publicum, iudex dixit: Veni contemptor deorum noſtrorum, redime te tandem aliquando, & ſacrifica diis. B. Patroclus reſpondit: Redimet Dominus animas Sanctorum ſuorum, & non delinquent omnes qui ſperant in eum. Tu verò miſer & infelix es, qui non deſideras ab æternâ miſeriâ liberari, & indignum te facis gratiâ & beneficio creatoris tui, theſaurizans tibi iram in

iterum interrogatus pari conſtantiâ reſpondet: die iræ & reuelationis iuſti iudicij eius. Qui licet iam ſalutis dona refugias, nec penſare velis, quòd theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis; vellem tamen adhuc tibi aliquid largiri de theſauro Domini mei, quia te egenum & pauperem video. Aurelianus dixit: Quomodò pauperem me dicis, qui tam multis abundo diuitiis? B. Patroclus reſpondit: Habes quidem terrenas & citò perituras diuitias; pauper tamen es, nec teipſum habes, quia fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti in arcâ cordis tui recludere noluiſti. Ideoque ipſe cùm iudex venerit, te cum diabolo patre tuo in æternum damnabit. Aurelianus dixit: Multas mihi per audaciam tuam iniurias infers, ita vt iam tui ampliùs non miſerear. Sanctus autem Patroclus confortatus in Domino, dixit: Miſerebitur mei Deus meus, cui ſeruio à iuuentute meâ. Tu autem vanum & ſuperſtitioſum hunc honorem tuum, quo tumes, & temporalem atque caducam gloriam, quâ ab hominibus honoraris, in puncto temporis perdes. Et væ tibi, cùm veneris ad locum illum, vbi te ſempiternus cum diabolo cruciatus exdectat.

oſtendit vanitatem deorum: 7 Aurelianus dixit: Ego quid dicas, neſcio. Tu autem, velis nolis, in poteſtate meâ eris: nec eſt qui te eripiat de manibus meis. B. Patroclus reſpondit: Si corpus meum in poteſtate habes, animam meam certè lædere non poteris: quia eam in poteſtate nemo habet, niſi ſolus Dominus & creator meus, qui nobis hanc ſecuritatem dedit, dicens: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent ampliùs quid faciant. Sed illum potiùs timete, qui poſtquàm occiderit corpus, habet poteſtatem animam mittere in gehennam. Aurelianus dixit: Habent poteſtatem dij noſtri, qui vera nobis reſponſa canunt, & te adhuc viuere permiſerunt. S. Patroclus reſpondit: Qui ſunt dij tui? Aurelianus dixit: Apollo optimus & verus deus, Iupiterque ſummus deus, & Diana, quæ eſt mater deorum. B. Patroclus reſpondit: Apollo, quem dicis tuum eſſe deum, audiuimus à maioribus noſtris, quòd Admeti Regis pecora pauerit, ibique non ſolùm gregis detrimentum a perpeſſus ſit, ſed etiam ipſa tela perdiderit. Et Iouem, quem adoras, hominem fuiſſe nequiſſimum, raptorem & adulterum, comperimus; qui cum vicinis ſuis ſeditioſus ſemper extitit, ipſeque nullius criminis expers, alios ſecum viuus æquè & mortuus ad ſcelera traxit. Et cùm ipſe ſimul cum diabolo torqueatur in inferno, non ceſſat adhuc colligere condemnandos. Dianam namque, quam dicis eſſe matrem deorum, quis neſciat eſſe dæmonium? O miſeranda dementia hominum, qui vanitates has fruſtrà colunt, quæ nec ſibi, nec aliis proſunt. Aurelianus dixit: Magna patientia mentis meæ: iam diu retineor ad auſcultandam audaciam tuam. Sed nunc niſi Apollinem, & Iouem, & Dianam matrem deorum adoraueris, diuerſis hodie pœnis te interficiam. S. Patroclus reſpondit: Execrabilis & quilibet peruerſus latro, etſi innocentem aliquem occidere poteſt, corpus tamen eius deuorare non poteſt. Tu verò, qui corpus meum occidendum in poteſtate te habere iactitas, licet deuores illud, animæ tamen meæ nocere non poteris.

adiudicatur morti. 8 Et cùm hoc B. Patroclus locutus fuiſſet, Aurelianus Cæſar, furore repletus, talem dedit ſententiam: Patroclus obnoxius & deteſtabilis & reus maieſtatis, qui nobis confuſionem intulit, & deos noſtros iniuriosè fœdauit, gladio feriatur, vt verboſitatis eius nequitia conquieſcat. Ducite iam illum in locum limoſum & paluſtrem, ibique eum decollatum dimittite, ne ſaltem corpus eius in arido requieſcat.

a *In paſcendis Admeti gregibus id illi contigerit, in Theſſaliâ, an in Peloponneſo, Elim Meſſeniaq; arua colenti, vt Ouidius 2. Metamorph. memorat, quarant, quibus hæc figmenta pro Diuorum Actis ſapiunt. Amore impulſum (ſiue Alceſtis, ſeu cuius alterius) pauiſſe Admeti greges teſtatur Tibullus lib. 2. eleg. 3. aſt Peloponneſiacum nouem annorum laborem volunt à Ioue illi inflictum ob Cyclopas maclatos.* *Apollo bis gregem pauit.*

CAPVT IV.

Mors. ſepultura.

9 SIc B. Patroclus traditus carnificibus ad decollandum, exultans ibat cum eis ad ripam Sequanæ. Tunc vir ſanctus orauit Dominum, dicens: Domine Ieſu Chriſte, ne patiaris corpuſculum meum in hoc aquoſo loco demergi: ſed da gloriam nomini tuo, vt magnificetur in conſpectu inimicorum tuorum, ne vnquam dicant in gentibus, Vbi eſt Deus eorum? Exaudi Domine orationem meam, qui exaudiſti Moyſen & Aaron orantes pro populo tuo, & diuiſiſti mare rubrum, & eduxiſti per ſiccum. Sic ergo Domine permitte mihi tranſire hoc flumen in nomine tuo. Eripe me de luto, vt non inhæream: libera me à perſequentibus me. Et cùm oraſſet S. Patroclus, obſcurati ſunt oculi tenentis eum. Ille verò ingreſſus flumen, pertranſiit, & illæſus exiit in aliam ripam, ita vt genua eius non tangerent aquam, quæ tamen rapax & inundans erat multùm eodem tempore. Cumque egreſſus eſſet, pergebat in aridum locum, vbi erat mons idolorum, ita cantans & laudans Dominum: Cuſtodit Dominus animas Sanctorum ſuorum: de manu peccatoris liberauit eos. *Flumen tranſit illæſum.*

10 Illi verò qui tenuerunt eum, obſtupefacti propter metum Cæſaris, dicebant: Quàm magnus eſt Deus, quem *rurſum, lictoribus proditur:*

quem adorat iſte! Ecce quomodò liberauit eum! Alij autem dicebant: Non, ſed phantaſma fuit. Hoc modo altercabantur, & ſchiſma erat inter eos. Illis verò ita contendentibus, adueniens quædam mulier ſeditioſa & ipſa gentilis, dixit: Hominem Chriſtianum, quem quæritis, vidi nunc in monte vltra flumen, proſtratum in terrâ, & ſic orabat Dominum ſuum. At illi, qui veloces habebant pedes ad effundendum ſanguinem innocentem & iuſtum, cùm hoc audiſſent, ſtatim perrexerunt ad eum. Et cùm peruenisſent ad locum, vbi erat proſtratus, inuenerunt eum orantem. Tunc vnus ex illis, qui erat prior, ait illi: Tu iam reus es, quia effugiſti nos, & ecce es in manibus noſtris, & non diſcedes à nobis, donec moriaris, aut certè immoles diis noſtris. B. Patroclus reſpondit: Ego dæmones immundos numquàm adorabo, ſed vnum verum Deum, qui eſt in cælis. Carnifex dixit: Ergo Deus noſter qualis eſt? Natus, an factus? B. Patroclus dixit: O errorem vaniſſimum! ô incredulitatem fallaciæ! ô ſermonem ſuperſtitioſum! De Deo quomodò loquitur homo? Generationem eius quis enarrabit? Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt, quæcumque ſunt. Ipſe miſit pro redemptione generis humani filium ſuum Dominum Ieſum Chriſtum, qui pro nobis ſanguinem ſuum fudit, vt nos de interitu & morte liberaret æternâ: tertiâ poſt hæc die reſurrexit à mortuis: deinde videntibus diſcipulis ſuis, aſcendit in cælum, & miſit illis promiſſum à ſe Spiritum ſanctum. Quod ipſe docuit, hoc mundus rectè credit. Qui autem hoc non credit, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. Siue ergo viuimus, ſiue morimus, Domini ſumus, & dignum eſt vt pro nomine eius nos patiamur. Quicumque autem ſacrificauerit dæmonibus, cum eiſdem mergetur in ignem æternum.

denuò comprehenſus,

ſatellitibus prædicat Chriſtum:

11 Loquente hoc B. Patroclo, Elegius furore commotus, dixit: Stringantur pedes eius vinculis, & manus eius catenis, & ſic proſtratus in terram, gladio feriatur, quia tantas diis noſtris contumelias irrogauit. Tunc Patroclus genua flectens in terram, percuſſus eſt à carnifice. Qui dum percuteretur, dixit: In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum: tu enim ſcis Domine, quòd propter nomen tuum has patior pœnas. Sic gladio percuſſus atque decollatus eſt. Caput verò eius longè proiecerunt à corpore, perfuſum ſanguine. Factum eſt autem hoc XII. Kal. Februar. VI. feriâ.

plectitur capite:

12 Poſt paſſionem ergo hoc modo conſummatam, carnifices redeuntes ad Cæſarem, corpus ſolùm ſine cuſtodiâ reliquerunt. Quod audientes duo ſenes, qui & ipſi eleëmoſynam à ſancto viro, dum adhuc viueret, exſpectabant, acceperunt corpus eius cum tremore & metu magno, & cuſtodierunt illud vſque ad veſperam. Euſebius autem, qui erat Archipreſbyter in eodem loco, cum Liberio Diacono venit nocte ſequenti, & accipiens corpus ſancti viri, inuoluit illud in linteaminibus, & paucis accenſis luminaribus, propter turbam gentilium, ſepeliuit eum. Duo autem illi ſenes vigilias ducebant ibi ſolennes ad memoriam Martyris, dicentes: Quàm pretioſa eſt in conſpectu Domini, mors Sanctorum eius! Et alia multa per totam noctem, in laudem Domini & venerationem Martyris concinebant.

ſepelitur:

ſolennibus vigiliis honoratur,

13 Poſt non multum temporis perſecutio conquieuit. Nam ipſe, qui hanc concitauerat, Imperator, *a* dum iter faceret denſo ſtipatus agmine, fulminis ante ſe vehementiſſimi terrorem ſentiens, obſtupuit: deinde præmiſſo hoc infauſto omine, in eodem itinere à ſuis interemptus eſt: & qui paullò antè putabat ſe diuini nominis gloriam inter homines extinguere poſſe, nomen, familiam, vitam, ipſamque ſalutis ſpem perdidit, quæ credentes in Chriſtum, nec in morte relinquit. Tunc Euſebius ædificauit ſuper corpus ſancti viri paruam paruâ facultate eccleſiam; ibique iuxta corpus ſanctum ſibi etiam ſepulturam popoſcerat affuturam, vt Confeſſor Domini vicinus eſſe mereretur ſanctiſſimo Martyri. Ex illo tempore continua illic dignè petentibus præſtantur beneficia, & optatæ ſanitatis remedia. Martyr enim, qui pro teſtamento Dei vitam temporalem amiſit, iam cum Domino ſine tempore viuit.

a

& poſt mortẽ Imperatoris, eccleſiâ, ac miraculo.

EX VARIIS.

a *Vopiſcus*: Cùm iter faceret, apud Cænophrurium, manſionem quæ eſt inter Heracliam & Byzantium, ... interemptus eſt: *Euſebius in Chronico*: Aurelianus cùm aduersùm nos perſecutionem mouiſſet, fulmen iuxta eum comitesque eius ruit, ac non multò pòſt inter Conſtantinopolim & Heracleam in Cenophrurio viæ veteris occiditur. *Oroſius*: Fulmen ante eum magno pauore circumſtantium ruit, ac non multò poſt in itinere occiſus eſt. *Eutropius lib. 9.* interfectus eſt in itineris medio, quod inter Conſtantinopolin & Heracliam eſt ſtratæ veteris. locus Cænophrurium appellatur. *Conſentit Aurelius Victor.*

DE TRANSLATIONE S. PATROCLI.

ANN. CMLX. IX. DEC. *Reliquiæ S. Patrocli Suſatum allatæ.*

1 *Vſatum S. Patrocli reliquias ſub annum Chriſti 960. tranſtulit S. Bruno Colonienſis Archiepiſcopus, Ottonis Magni Imperatoris germanus. Eſt Suſatum vna è primariis VVeſtphaliæ vrbibus, in Marchiæ Comitatu; non ad Lupiam flumen ſita, vt ſcribit Ferrarius, ab eo tamen, non multis millibus diſtans; ab Henrico Aucupe, Ottonis Imp. patre, mœnibus incincta, vt tradit VVernherus Teſchenmakerus par. 2. Annal. Cliuiæ &c.*

ei iſtic templum dicatum.

2 Eſt in eâ, *vt Georgius Braunius in Theatro vrbium ſcribit*, magnificum Canonicorum collegium D. Patroclo, qui & vrbis patronus eſt tutelaris, ſacrum. *De quo citatus ab eodem Braunio codex MS. Prædicatorum Suſatenſium, qui* Mappa mundi *inſcribitur, Iacobi de Suſato*: Sunt ibi plures Eccleſiæ, pulcræ Sanctorum laudibus, ſumptibus glorioſis conſummatæ; inter quas magna eſt famoſa eccleſia miræ magnitudinis, turri maximæ altitudinis, glorioſi Martyris S. Patrocli, dictæ ciuitatis glorioſi Patroni. *VVernerus quoque Roleuinck Carthuſianus, de moribus VVeſtphalorum lib. 3. cap. 8.* In Suſato S. Patroclus Martyr.

De eâ tranſlatione ſcripta

3 *Hiſtoriam Tranſlationis deſcripſit Rogerus monachus in vitâ S. Brunonis, quam hic dabimus, vitam integram XI. Octobris. Meminit Magnum Chronicon Belgicum:* Iſtius (*Brunonis*) ſtudio tranſlata ſunt Româ Coloniam corpora SS. Eliphij, Patrocli, Priuati, Gregorij, cum baculo S. Petri: corpus etiam S. Euergiſli Coloniam Bruno reduxit: & multorum aliorum Sanctorum corpora & reliquias, vndecumque potuit, collegit, & eis loca & miniſteria cum omni ſumptu & apparatu copiosè præparauit; inter quos inclytæ & præclaræ famæ Martyres, Patroclum, quem de ciuitate Trecaſſinâ detulit, Suſatum tranſmiſit, & S. Eliphium ad S. Martinum in Coloniâ collocauit. *De* S. Eliphio *agemus XVI. Octobris. De* S. Priuato *Martyre XVII. eiuſdem; XXIV. de* S. Euergiſlo. *De* S. Gregorio *Spoletino XXIV. Decembris. Eiuſdem Tranſlationis meminit VVernerus Roleuinck in Faſciculo temporum:* S. Otho Epiſcopus Cantuarienſis, *inquit*, & S. Bruno Colonienſis transferunt corpora SS. Eliſij, Patrocli, Priuati, Gregorij, cum baculo S. Petri de Româ ad Coloniam. *Vitam S. Odonis dabimus IV. Iulij. Obiit anno 959. grandis natu, nec videtur poſtquàm Bruno Archiepiſcopus eſt factus anno 953. in Italiam profectus, aut omnino quoquam extra Britanniam. Albertus Krantzius Metropol. lib. 3. cap. 27.* Bruno Archiepiſcopus, frater Ottonis Magni, corpora SS. Patrocli, Gregorij, & Eſitij, cum baculo S. Petri de Româ Coloniam transferebat. Sanctum verò Martyrem Patroclum, militem Trecaſinum, in Suſatum Angarorum oppidum tranſtulit. *Agunt de eadem Tranſlatione Chronica vrbis Colonienſis Teutonica.*

Teſchenmakerus correctus.

4 *At Teſchenmakerus in citatis Annalibus hallucinatur:* Magnus Bruno, *inquit*, Archiepiſcopus Colonienſis, Henrici Aucupis filius, per Eucrearum Leodienſem acceptis à Carcaſſonenſi in Gallià Epiſcopo S. Patrocli reliquiis, illud (*oppidum Suſatum*) honorauit. *Auctorem nullum citat. Quem* Eucrearum *vocat, is Rogero* Eucrarius *eſt; Anſelmo Canonico* Eraclius; *Bucherio noſtro* Euracrus, *&* Eueracrus, *MSS. à Chapeauvillo citatis* Eueracus, Euraclus, *&* Eueraclus. *Is, vt Aegidius Aureæ-vallis monachus, ſcribit,* claro

Ex variis. claro Saxonum ſanguine oriundus, apud Coloniam Agrippinam ad litterarum diſpoſitus rudimenta, tantam poſtmodùm in diuinis æquè & humanis aſſecutus eſt ſcientiam, vt ſummis par eſſe philoſophis cenſeretur.... Ottoni Imperatori, ac Brunoni Colonienſi Archiepiſcopo, ita carus fuiſſe perhibetur, vt nulla rerum maiorum exercerent negotia, niſi in illius præſentiâ, niſi eius eſſent cõſilio adſtipulata. *Sedit ab an. 959. ad VI. Kal. Nouemb. 970. Fuit verò* Anſgiſus, *ſiue* Anſegiſus, *aliis* Anſerſus, *Tricaßinæ Eccleſiæ Antiſtes, vt videre eſt apud Camuzatum, Cl. Robertum, alioſq;. Inter Carcaſſonenſes nullus eo nomine appellatus reperitur.*

5 *Porrò dies, quo Suſatum allatæ illæ ſancti Martyris reliquiæ ſunt, anniuerſariâ memoriâ conſecratus eſt V. Id. Decemb.* Dies Tranſlationis. *quo die MS. Florarium:* Aduentus S. Patrocli Martyris. *Martyrol. Colon.* In Suſato Aduentus S. Patrocli Martyris. *Carthuſiani Colon. in addit. ad Vſuardum:* in Suſato oppido diœceſis Colonienſis, aduentus S. Patrocli Martyris, à Trecaſſinâ ciuitate per ſanctæ memoriæ Brunonem Colonienſem Archiepiſcopum illuc tranſlati. *Eadem ferè Caniſius. meminit & Ferrarius.*

6 *Andreas Sauſſaius in Supplemento Martyrol. Gallicani, ad XI. April. ita ſcribit:* Sanctiſſimi Pontificis (*Leonis*) corpus, tot diuinorum mirabilium inſtrumentum, lapſu temporis Româ in Aquitaniam tranſlatum, in maiori Petracoricorum eccleſiâ ſub titulo S. Stephani Protomartyris honorificè collocatum, vnà cum ſacris oſſibus S. Patrocli, & S. Sabinæ Virginis Sixtus Papa IV. in ſuis bullis quieſcere teſtatur. *Aliquæ reliquiæ Petragoricis.* *Eas bullas necdum legimus. Veriſimile eſt* S. Patrocli *& S. Sabinæ, de quâ XXIX. Ianu. agemus, è Tricaßinorũ finibus ad Petracoricos ſimul deportata eſſe oſſa, vel ante S. Brunonis tempora, vel è reſiduis fortaſſe in Trecenſi vrbe reliquiis aliquibus. Niſi illæ ſint alterius* S. Patrocli *exuuiæ, de quo XIX. Nouembris agemus.*

HISTORIA TRANSLATIONIS

ex vitâ S. Brunonis Archiepiſcopi Col. XI. Oct.

Auctore Rogero Monacho.

S. Bruno varias SS. reliquias conquirit. 1 SAnctorum corpora atque reliquias & quælibet monimenta, vt ſuis patrocinia cumularet, & per multos populos vltra citraque hac celebritate gloriam Domini propagaret, vndecumque collegit: iis loca & miniſteria omni ſumptu & apparatu copioſiùs præparauit. De quibus ſingulis plura eſſent dicenda, ſi paterentur promiſſa compendia. Indicia ſunt hæc inuictæ fidei, quâ non ea quæ ſua, ſed quæ ſunt Ieſu Chriſti, quæſiuit. Baculum & catenam S. Petri, quâ diligentiâ, quo feruore, quo gaudio Coloniam, alterum Meti, alteram Româ adduxerit, omnes nouerunt: in cuius honore domum eius honoratiſſimam mirabiliter ampliauit, quam de pulchrâ pulcherrimam fecit. Inclytos & præcellentis famæ Martyres Patroclum, Eliphium, Priuatum, & Gregorium, quorum geſta ſunt permagnifica, merita glorioſa, patrocinia tuta; Chriſtophori, Sanctique Pantaleonis, vt iam dictum eſt, pretioſas reliquias, quibus ſe patronis ſpecialiùs delegauit, vt putà gemmas gratiſſimas & dulciſſima pignora, ad ſanctiſſimam ſuæ Eccleſiæ Sedem miro ambitu variis de locis attraxit.

Prou. 15. 30. 2 Sanctus etiam Patroclus quomodò ad nos venerit, reticendum non eſt. Nam, ſicut per Salomonem dicitur, fama bona impinguat oſſa. Huiuſmodi adipe & pinguedine repleatur anima noſtra. Anno ab exordio ſalutis noſtræ, id eſt, ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, ducenteſimo ſeptuageſimo quinto, Aurelianus principatum Romani Imperij adeptus eſt, quinque tantùm annis & ſex menſibus regnaturus. Sub quo glorioſus & ſanctus Domini Martyr Patroclus victorioſi certaminis ſui curſum feliciter conſummauit, & in curru Dei decem millibus multiplici, hoc eſt, in millibus læ-

tantium, euectus in vrbem cæleſtis Reip. triumphauit, ſtatuens in Trecaſſinâ vrbe trophæum gloriæ ſuæ, corpus poſteris honorandum, exteris etiam gentibus prædicandum. Exinde circiter ſexcentos octoginta quinque annos, S. Bruno reuerendiſſimus Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, ab Ottone Imperatore Auguſto fratre ſuo in Lugdunenſem Galliam miſſus eſt, nobis in tempore ipſo, populo illius prouinciæ penè ſerò; vbi diuerſæ voluntates ciuium diſtractæque fuerunt ſententiæ, velle ſuum cuique; nec conſiliis ſolùm & ſtudiis, ſed armis etiam diſſidebant & caſtris. Illic ergo *a* duarum ſororum eius filij ſummâ rerum potiebantur. Hi propinqui inter ſe fœdere ſanguinis, diſcordes animis, ludibrium auaris ſuis militibus erant: qui lucris tantùm diuitiarum intenti, neque in hac, neque in illâ parte fidem habebant. Vbi enim regionis principes auaritiæ æſtibus anhelant, pacis gaudia miſeri quique fruſtrà expectant. Sed glorioſus Archiepiſcopus, *b* pacis nuntius, citiùs quàm credi poſſet, calidæ fecit ſilentia turbæ maieſtate manus: deinde quid vtile omnibus eſſet, quid ſingulis expediret, edocuit: & reconciliatis inuicem ciuibus, bonitate in ſuos vſus, iuſtitiâ in omnes, pacem integerrimam reformauit.

In Galliâ ad ſorores profectus. *a* *b*

3 His ita geſtis cùm iam redire diſponeret, multis precibus obtinuit ab Anſgiſo Trecaſſinæ Eccleſiæ venerabili Epiſcopo, (quem & paullò antè *c* expulſum, inter alia inſignia legationis ſuæ, cum ingenti plauſu populi reſtituit propriæ Sedi) vt donaret ſibi ſecum pariter abſportandum corpus B. Patrocli Martyris, cuius paſſionem legere, meritumque perpendere qui quærit, in promptu habet. Epiſcopus autem qui plurima debuit, hac, vt ita dicam, occaſione oppreſſus, coactus inſuper infinitis precibus, poſtulanti tandem paruit, ne videretur ingratus; maximè quia exigentis animus huic muneri tantùm intentus, alia penitùs recuſabat. Religionis enim amore captus, ſicut exteriùs habuit per virtutem, quòd ſuperborum inſolentiam nequitiamque retunderet; ſic per pietatem interiùs decorem domus Domini diligenter adminiſtrare curabat.

c *corpus S. Patrocli Trecis impetrat.*

4 Cumque ſe hoc gratum munus ab Epiſcopo conſenſu Cleri totiuſque populi promeruiſſe gauderet, ipſe ne quid infectum relinqueret, adhuc in plurimis occupatus, miſit acceptum reliquias virum omni laude dignum Euercharum Leodienſem Epiſcopum, & cum eo Clericos ac monachos religioſos. Inter quos fidelis populi multitudo non minima, cauſsâ laudabilis ſpectaculi, confluebat. Cumque ad locum deſtinatum veniſſent, videntes ibi pauimentum marmoreum perſtratum, nullum verò certum recognoſcentes reconditi ſignum theſauri; alij quidem adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Tunc admonente Epiſcopo & exhortante eos qui conuenerant, præmiſsâ tandem ſolenniter oratione, opus, propter quod venerant, aggreſſi ſunt cum fiduciâ. Confeſtim autem vt aperuerunt ſarculis terram, (mirabile dictu!) repleti ſunt omnes odore vehementiſſimo, quo nihil vnquam ſuauiùs ſentiebant: & quò quis magis proximus fuit ſepulchro, eò magis ſe odoris dulcedine affectum eſſe teſtatus eſt. Vnde factum eſt vt omnes tunc Religioſi foſſores eſſe cuperent, quatenus diuinæ fragrantiæ vim mirificam abundantiùs caperent. Nullus tamen, qui intra parietes eiuſdem eccleſiæ fuiſſet, expers huius ſuauitatis inuentus eſt: nec erat quiſquam, qui vel tam dulce vel huic ſimile aliquid ſe vnquam olfeciſſe fateretur. Augebatur itaque magis & magis aura delectabilis, donec veniretur ad corpus ſancti Martyris. Tunc verò mirum in modum ita afflati ſunt omnes, vt ſibiipſis eo quod ſenſerant pleni omnimodis viderentur, & tamen adhuc velut ſitibundi haurire amplius niterentur. Verè mirabilis vir iſte fuit, qui Chriſti bonus odor Deo in omni loco, ſecundùm Apoſtolum, mortuus æquè vt viuus apparuit.

id ab Epiſcopo Leodienſi reſoſſum. *ſuaui e-rumpente odore.* 2. Cor. 2, 15.

5 Eleuatæ ſunt igitur à ſarcophago lapideo ſancti Martyris reliquiæ, indeq; proſpero curſu cum frequentiâ exultantis

transfertur Coloniam;

exultantis populi Coloniam tranſlatæ ſunt. Vrbs iſta Metropolis & mater Eccleſiarum fidelis populi, principatum auctoritatis ſuæ hinc longè in Gallias, inde vſque ad Oceanum, extendebat. Dignus profectò locus qui cuſtodiret in gremio ſuo perlatum ad ſe ſancti Martyris corpus: in quo non modò magnus ſanctorum corporum & reliquiarum numerus, verumetiam numeroſa millia Martyrum expectant venturum in die iudicij Dominum ſuum.

d 6 Sed ſollicitudo ſummi *d* Pontificis nihil negligendum ducens, vt perfecta quæque de magnis maxima faceret, imperfecta ſuppleret, neglecta magnificè illuſtraret, modis omnibus inuigilabat. Quocircà ratum

inde Suſatum.

duxit, vt locum quemdam Saxoniæ, Suſatium nomine, rebus ſeculi opulentum, populo plenum, longè lateque circumpoſitis Saxonum gentibus, nihilominùs prouinciarum populis, notiſſimum, ſed religionis adhuc penè ignarum, his S. Patrocli pignoribus decorare, & quodammodò ad ſacramenta futuræ ſalutis initiari debuiſſet; fiducialiter agens in illo & credens quòd aromatizans fumus ille, qui in manifeſtatione ſancti eius corporis, ſicut ſuprà diximus, inuiſibiliter adſperſus, & ſenſibiliter cognitus eſt, per famam meritorum eius multis foret profuturus. Vnde factum eſt vt corpus beati Martyris à venerabili Brunone Archiepiſcopo Coloniâ deductum, cum honore magno & gaudio, occurrentibus cum Clero populis, Suſato inferretur: vbi repoſitum eſt in eccleſiâ cum diuinis laudibus, quam idem pius Antiſtes fundauerat, & donis competentibus ditauerat: vbi etiam à ciuibus & incolis terræ in magnâ veneratione habetur & colitur vſque in præſentem diem. Nam & domus, in quâ vncti ſunt à Mariâ pedes Domini, repleta

Cant. 1.2.

eſt ex odore vnguenti. Cuius rei myſterium quaſi explanari videtur, cùm ſponſa ad ſponſum loquitur: Vnguentum effuſum nomen tuum. Nam quod tunc vni domui contigit, nunc totus mundus in ſe completum nouit.

Ex Vita S. Brvnonis.

a *Ottonis Magni & S. Brunonis ſoror Gerberga nupta Ludouico IV. Transmarino dicto, Galliæ Regi, ei peperit Lotharium & Carolum, quorum hic Lotharingiæ Dux fuit; ille ab anno 954. ad 986. Francis, regia maieſtatis ſaltem imagine quadam, imperitauit. Alt Hugoni Magno Hathuidis altera eorumdem Ottonis & Brunonis ſoror Hugonem, qui deinde Rex fuit, Ottonem & Henricum Burgundiæ Duces, atque Emmam, Richardo deinde Nortmannorum Duci nuptam genuit.*

Duæ ſorores Ottonis I.

b *Frodoardus in Chronico an.* 958. Bruno Colonienſis Archiepiſcopus cum exercitu Lotharienſium per Franciam proficiſcitur in Burgundiam, locuturus cum ſororibus ac nepotibus ſuis. *& anno* 959. Bruno iterum in Franciam venit, & apud Compendiũ cũ Reginâ ſorore ac nepotibus ſuis diſcordantibus pro quibuſdam caſtris, quæ Rex Lotharius ex Burgundiâ receperat, colloquium habuit. Obſidibuſque datis pacem inter ipſos vſque in futurum tempus Placiti pepigit. Lotharius Rex cum matre Reginâ Coloniam proficiſcitur in diebus Paſchæ, moraturus hac feſtiuitate cum auunculo ſuo Brunone. *Et paullò pòſt* Caſtrum Diuionum Rotbertus Comes inuadit, Regis expulſis fidelibus. Quapropter accitus Bruno Regis ac Reginæ petitione in Burgundiam venit cum Lotharienſibus, aliiſque ſibi ſubditis populis: idemque caſtrum, ſed & Trecas ciuitatem, quam præfatus potiebatur Rotbertus, obſidione vallat. *Anno denique* 960. Otho & Hugo filij Hugonis, mediante auunculo ipſorum Brunone, ad Regem veniunt, ac ſui efficiuntur. Quorum Hugonem Rex Ducem conſtituit, addito illi pago Pictauenſi ad terram quam pater ipſius tenuerat, conceſsâ Othoni Burgundiâ.

S. Bruno ſæpius in Galliam pacis cauſsâ profectus.

c *Aimoinus, eiusve continuator, lib. 5. cap.* 44. Sub ipſo tempore oritur contentio inter Anſegiſum Epiſcopum Trecarum & Robertum Comitem. Electus verò de ciuitate Epiſcopus Anſegiſus à Roberto Comite, perrexit in Saxoniam ad Othonem Imp. *&c. vbi videtur innuere caſas Imperatoris copias, quæ Trecas obſederant. perfecit ergo S. Bruno prudentiâ & conſilio, quod armis non potuerat.*

d *Brunonem intelligit Archiepiſcopum, verè ſummum ſanctitate & ſplendore generis.*

SANCTORVM MARTYRVM TRAPEZVNTINOR.

a VALERIANI, CANDIDI, AQVILÆ, EVGENII,

ACTA EX MENÆIS GRÆCORVM.

b HI martyrium peregerunt ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, ac *b* Lyſiâ Duce; qui Valerianum, Candidum, Aquilam, in *c* monti-

c

bus Trapezuntinis latitantes comprehendit. Sed Chriſtum confitentes, in anguſtiſſimum *d* Lazicæ regionis caſtellum, quod à Pinu nomen accepit, relegantur: in-

d

Martyrũ tormenta,

deque Trapezuntem reuocati, Duci ſiſtuntur, ac taureis verberantur: tum ſuſpenſi vnguibus ferreis lacerantur, facibuſque ardentibus vſtulantur. Cùm autem proni concidiſſent, qui illos torquebant lictores, perturbatus Lyſias Dux, in cuſtodiam duci Sanctos præcepit. Poſt paucos inde dies comprehenſus eſt etiam S. Eugenius (antehac enim nuſquam deprehendi potuerat) qui & ipſe Chriſtum confeſſus, atrociter immaniterque verberatus. Dein cum Duce in idolorum fanum ingreſſus, precibus ſuis omnia ſtrauit, & in puluerem redegit. Inde funibus diſtentus, baculis benè craſſis contunditur. Tum rurſus ſuſpenſus, ferreis vngulis grauiter in lateribus laniatur, tediſque ardentibus vritur, & ſale atque aceto mordentiſſimo vulneribus infuſo torquetur. Demum omnes ſimul in ardentem fornacem immittuntur, indeque liberati gladio ſupplicia finiunt.

cædes.

a *Referunt eoſdem Menæa* 20. *Ianu. his verbis:* Eodem die memoria ſanctorum Martyrum Eugenij, Candidi, Valleriani, & Acylæ.

Eugenium & certaminis ſocios tres ſimul
Propter animæ generoſitatem trucidat gladius.

vbi paranomaſia eſt in vocibus Εὐγένειαν, *qua nobilitatem, ſiue generoſitatem ſignificat, &* Εὐγένει&. *Eadem Menæa* 21. *Ianu.* Eodem die certamen ſanctorum Martyrum Valleriani, Candidi, & Acylæ. *Eadem vtroque die, exceptis duobus illis metris, habet Maximus Cytheraus. Raderus in Notationibus MSS. ad Menæa videtur diuerſos exiſtimare, negatq; vſpiam ſe eos ſimul legiſſe alibi, licet ſingulis nominibus plurimi appellati reperiantur. Molanus tamen* 21. *Ianu.* Eadem die ſanctorum Martyrum Eugenij, Canidij, Valeriani & Aciclæ. *Raderus rectè pro* Acyla, Aquilam *vertit.*

b *Idem hic fortè crudeliſſimus* Lyſias, *qui Ciliciæ Præſes plurimos Sanctorum trucidauit, vt alibi ſæpè dicemus.*

c *Moſchici montes intelligi videntur, qui Trapezunte, nobiliſſimâ vrbe Cappadociæ ad Pontum Euxinum ſitâ, haud longè iacent, versùs Meridiem ad Armeniæ confinia.*

d *Colchis contermina Cappadocia, ad cuius fines, flumenq; prope Phaſin Moſchici montes pertingunt. Colchida Lazi incolunt.*

Ex variis.

DE S. EVSTASIO

NICOMEDIÆ IN BITHYNIA.

XXI. Ianvar. *NIcomediæ, celeberrimâ vrbe, plurimi pro Chriſtianæ religionis defenſione ſanguinem fuderunt, eo præſertim tempore quo Diocletianus aliiq; iſthic ſedem ſtatuêre imperij. Ex eorum numero eſſe* S. Euſtaſium *arbitramur, etſi martyrij diſertè mentio non fiat in MSS. S. Hieronymi & Dungalenſi, ex quibus nomen illius hauſimus. Verba eorum ſuprà dedimus, vbi de SS. Felice, Celſiano, Caciliano &c. VII. Nouembris de alio agemus* Euſtaſio, *ab eodem S. Hieronymi Martyrologio aliiſq; relato, cum* Poliſio, Primo, Rogatiano.

DE S. AGNETE

VIRGINE ET MARTYRE, ROMÆ.

III. Seculo. XXI. Ianvar.

S. Agnetis celebritas,

natalis, etiam apud Græcos;

Officium feſti,

Acta,

alia de eâ ſcriptâ,

I Omnium gentium litteris atque linguis, *vt ſcribit S. Hieronymus epiſt. 8. ad Demetriadem,* præcipuè in Eccleſiis, Agnes vita laudata eſt, quæ & ætatem vicit & tyrannum, & titulum caſtitatis martyrio conſecrauit. *Ideoq; ſuperuacaneum fuerit, Sanctorum Patrũ, quibus eam celebrant, præconia, Martyrologiorumúe congerere elogia, in quibus* Agnes, Agne, Agna, *& à Græcis* Hagne, *id eſt, pura, caſta, intemerata, appellatur. Nam & Græci eam venerantur 14. & 21. Ianuarij, & 5. Iulij, eamdem enim illis locis eſſe patet ex verbis Menæorum, quæ 14. Ianuarij ita habent:* τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἡ ἁγία μάρτυς ἁγνὴ, ἐν σκοτεινῇ φυλακῇ βληθεῖσα τελευτᾷ.

Ἁγνὴν ἄναγνοι θέντες εἰς ὄικον σκότους,
Πάμφωτον αὐτῇ πεῤξένησαν οἰκίαν.

Eodem die ſancta Martyr Hagne, in tenebroſum carcerem coniecta finitur.

Hagnen (*id eſt, puram*) impuri mittentes in tenebrarum domum,
Vndique collucentem ipſi compararunt domum.

Idem diſtichon habetur 21. Ianu. in iiſdem Menæis, cum prolixo elogio, quod quia non parùm diſcrepat ab Actis Latinis, ſeparatim dabimus, non quò illi præ his fidem haberi ducamus oportere, ſed ne Lectorem lateat quid de Sanctâ alij tradiderint. Aſt hîc priora diſtichi verba ſic efferuntur: ἁγνὴν οἱ λάγνοι θέντες &c. puram laſciui mittentes. *Quinto verò Iulij:* Ἁγνὴν λάγνοι ῥίψαντες εἰς ὄικον &c. Puram laſciui proiicientes. *De huius diei Officio multa habet Galeſinius in Notat. ad Martyrologium; & Gauantus Comment. in Rubr. Breuiarij ſect. 7. cap. 3. qui animaduertit,* ob eius fortitudinem egregiam, tam in matutino quàm in ſecundis veſperis dici pſalmos de communi virorum Sanctorum: eoſdemque dicendos in primis veſperis in propriâ Eccleſiâ, ſicut dicuntur in feſto S. Agathæ. *Imò etiam ſi inciderit feſtum in feriam II. poſt Dominicam Septuageſimæ, feſtiuitate SS. Fabiani & Sebaſtiani tranſlatâ.*

2 *Acta S. Agnetis (quorum auctor eſſe creditur S. Ambroſius, extantq; tom. 5. Operum eius, Epiſtolarum lib. 4. epiſt. 34.) edidit Surius; nos cum MSS. S. Martini & S. Maximini Treuiris, S. Audomari, S. Mariæ de Ripatorio, aliiſq; non paucis, & aliquot correctioribus editionibus contulimus. Eiuſdem ſacratiſſimæ Virginis meminit idem S. Ambroſius lib. 1. de Virginibus, & enarratione in pſal. 104. Et lib. 1. Officior. cap. 4.* Quid, *inquit,* de S. Agne, (*loquar*) quæ in duarum maximarum rerum poſita periculo, caſtitatis ac ſalutis, caſtitatem protexit, ſalutem cum immortalitate commutauit? *Prudentij hymnus Peri Stephanon 14. S. Agnetis agonem continet; quem & carmine ante annos ferè 700. cecinit Roſwida nobiliſſima Virgo. Extat inter opera Philippi ab Eleemoſynâ Abbatis Bonæ-ſpei, Ord. Præmonſtratenſis in Hannoniâ, carmen elegiacum de martyrio & laudibus S. Agnetis, cuius principium eſt,*

Agnes ſacra ſui pennam Scriptoris inauret,
Linguam nectareo compluat imbre meam.

Alij hoc Hildeberti Cenomanenſis eſſe arbitrantur; Gerardus Ioãnes Voſſius, Ioannes Pitſeus, Ioannes Balæus, Alexandri Eſſebienſis Angli, qui ſub an. 1220. floruit. Id nos cũ vetuſto optimæ notæ codice contulimus. Reperimus & in MS. Ripatory ſermonem de S. Agnete non inelegantem, cuius hoc eſt exordium: Cùm in toto mundo virgineus flos Mariæ immarceſcibiles coronas innectat, & ſceptrigeram pudoris aulam immaculato conſeruet affectu; eouſque integritas perſeuerauit ad palmam, vt in puellis tropæum ſanctitatis arriperet, & per veſtigia Matris Virginis ad cæleſtem thalamum perueniret. Hinc eſt quòd annulo fidei Agnes ſe aſſerit ſubarrhatam, & clamat ſe amore conſtrictam *&c. Meminit quoque S. Agnetis S. Aldelmus Epiſcopus de laudibus virginitatis lib. 2. cap. 6. Petrus de Natal. lib. 2. cap. 107.*

Tempus martyrij: an Diocletiano imperante,

3 *De tempore martyrij eius iſta ſcribit Baronius in Notat. ad Martyrol.* Satis apparet ipſam in vltimâ Eccleſiæ perſecutione fuiſſe martyrio coronatam: nam adhuc ſuperſtites aliquos Auctor fuiſſe tradit, qui ea quæ de Agnete narrantur oculis vidiſſent, eademque Conſtantię filiæ Conſtantini retuliſſent. *Congruunt ferè reliquorum ſententiæ. Geminum nobis, etſi haud grauem, eximi ſcrupulum velimus. Vnus eſt, quòd in hiſtoriâ Inuentionis dicit ipſa Agnes, S. Benignum ſuum* filiolum ſpiritualem extitiſſe, quem de matre fonte regeneratum ſubleuans ſibi adoptauit in filium. *at S. Benignus, in Lectionibus veteris Breuiarij Vltraiectini ſub Aureliano occiſus dicitur, qui nouem annis antè trucidatus eſt, quàm Diocletianus, vltimæ perſecutionis auctor, inuaderet imperium. Verùm iſta Acta ſuo tempore diſcutiemus.*

an Gallicano.

4 *Alter ſcrupulus eſt, quòd quæ in Actis num. 11. habentur:* Tunc Vicarius, Aſpaſius nomine, iuſſit in conſpectu omnium ignem copioſum accendi; *ea ita efferuntur in MS. S. Maximini:* Tunc Vicarius Aſpaſius nomine Paternus Proconſul ex Dominis & Principibus ſuis Valeriano & Gallieno, iuſſit *&c. Et fuit* Aſpaſius Paternus Proconſul *ſub iiſdem Principibus in Africâ, cuius mentio eſt in Actis S. Cypriani 14. Septembris. Idemq; fortè* Paternus *Præfectus Vrbis anno Chriſti 264. & 265. quorum priore* Gallienus *Imper. ſextùm, altero* Valerianus *iunior iterum, conſules fuêre. Iterumq; anno Chriſti 281.* Probo IV. *&* Tiberiano *Coſſ. Præf. V. fuit* Ouinius Paternus. *Verùm an is* Sempronio, *ſiue* Symphronio, *aut* Symphoriano, (*cuius nomen in vulgato Præfectorum Vrbis catalogo non reperitur*) *ſubſtitutus primùm, poſteà propriam illam geſſit præfecturam? Proconſul dicitur, fortè, quia* PR. *ſcriptum fuit, id eſt,* Præfectus, *& perperàm* Proconſul *lectum; aut quia idem quoque eiuſúe frater, aut parens, filiuſúe, conſul fuit, an. 267. cum* Arceſilao, *anno ſequenti II. cum* Mariniano; *atque anno 269.* Claudius Imp. II. *&* Ouinius Paternus, *nullâ additâ tertiùm repetiti conſulatus notâ quaſi alius fuerit. Et potuerunt ſanè etiam à Gallieni temporibus ad principia Conſtantini ſuperſtites eſſe, qui* Conſtantiæ *Virgini Agnetis geſta narrarent.*

VITA S. AGNETIS, AVCTORE S. AMBROSIO.

CAPVT I.

S. Agnes P. V. filio nubere recuſat.

1 SEtuus Chriſti Ambroſius Virginibus ſacris.

Diẽ feſtum ſanctiſſimæ Virginis celebremus. Hinc pſalmi reſonent, inde cõcrepent lectiones. Hinc populorum turbæ lætẽtur, inde ſubleuentur pauperes Chriſti. Omnes ergo gratulemur in Domino, & ad ædificationem Virginum, qualiter paſſa ſit Agnes beatiſſima, ad memoriam reuocemus. Tertiodecimo ætatis ſuæ anno mortem *a* perdidit, & vitam inuenit, quia ſolum vitæ dilexit auctorem. Infantia computabatur in annis, ſed erat ſenectus mentis immenſa: corpore quidem iuuencula, ſed animo cana; pulchra facie, ſed pulchrior fide.

a *S. Agnes tredecennis*

2 Quæ dum à ſcholis reuerteretur, à Præfecti Vrbis *b* filio adamatur. Cuius parentes cùm requiſiſſet & inueniſſet, cœpit offerre plurima & plura promittere. Denique detulerat ſecum pretioſiſſima ornamenta, quæ à B. Agne veluti quædam ſunt ſtercora recuſata. Vnde factum eſt, vt iuuenis maiori perurgeretur amoris ſtimulo. Et putans eam meliora velle accipere ornamenta, omnem lapidum pretioſorum ſecum defert gloriam: & per ſeipſum, & per amicos & notos & affines cœpit aures Virginis appellare; diuitias, domos, poſſeſſiones, familias, atque omnes mundi delicias promittere, ſi conſenſum ſuum eius coniugio non negaret.

b *adamatur à filio Præfecti Vrbis:*

donis ſollicitatur;

3 Ad hæc B. Agnes tale fertur iuueni dediſſe reſponſum: Diſcede à me fomes peccati, nutrimentum facinoris, pabulum mortis: diſcede à me, quia ab alio iam amatore præuenta ſum, qui mihi ſatis meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei ſuæ ſubarrhauit me, longè te nobilior & genere & dignitate. Ornauit inæſtimabili *c* dextrochirio dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretioſis: tradidit auribus meis inæſtimabiles margaritas, & circumdedit me vernantibus atque coruſcantibus gemmis. Poſuit ſignum ſuum *d* ſuper faciem meam, vt nullum præter ipſum amatorem admittã. Induit me cyclade auro textâ, & immẽſis monilibus ornauit me. Oſtendit mihi theſauros incomparabiles, quos mihi ſe donaturum repromiſit ſi ei perſeuerauero. Non ergo potero ad contumeliam prioris amatoris vel adſpicere alium, & illum derelinquere, cum quo ſum caritate deuincta: cuius eſt generoſitas celſior, poſſibilitas fortior, adſpectus pulchrior, amor ſuauior, & omni gratiâ elegantior: à quo mihi iam thalamus collocatus eſt, cuius mihi organa modulatis vocibus reſonant, cuius mihi virgines iuſtiſſimis vocibus cantant. Iam mel & lac ex ore eius ſuſcepi: iam amplexibus eius caſtis adſtricta ſum: iam corpus eius corpori meo ſociatum eſt, & ſanguis eius ornauit genas meas. Cuius mater virgo eſt, cuius pater feminam neſcit. Cui Angeli ſeruiunt, cuius pulchritudinẽ ſol & luna mirantur: cuius odore reuiuiſcunt mortui, cuius tactu *e* fouentur infirmi: cuius opes numquàm deficiunt, cuius diuitiæ non decreſcunt. Ipſi ſoli ſeruo fidem. Ipſi me totâ deuotione committo. Quem cùm amauero, caſta ſum; cùm tetigero, munda ſum; cùm accepero, virgo ſum. Nec deerunt *f* poſt nuptias filij, vbi partus ſine dolore ſuccedit, & fœcunditas quotidiana cumulatur.

ea reſpuit:

Chriſto ſe deſponſam profitetur:

c

d

e

f

4 Audiens hæc inſanus iuuenis, amore carpitur cæco, & inter anguſtias animi & corporis, anhelo cruciatur ſpiritu. Inter hæc lecto proſternitur, & per alta ſuſpiria

proco ægrotante,

amor à medicis aperitur. Fiunt nota patri, quæ fuerant inuenta à medicis; & eadem paternâ voce, quæ fuerant iam dicta à filio, ad petitionem Virginis reuoluuntur. Abnegat Agnes beatiſſima, & ſe nullo pacto aſſerit prioris ſponſi fœdera violare. Cum que pater diceret, in faſcibus conſtitutum ſe *g* præfecturam agere, & idcircò ſibi, quamuis illuſtriſſimum, minimè debere præferre; cœpit tamen vehementer inquirere, quis eſſet ſponſus, de cuius ſe Agnes poteſtate iactaret. Tunc extitit quidam ex paraſitis eius, qui diceret hanc Chriſtianam eſſe ab infantiâ, & magicis artibus ita occupatam, vt dicat Chriſtum ſponſum ſuum eſſe.

AVCTORE S. AMBROSIO, EX MSS. *ab eius parente ſollicitatur:*

g

5 Audiens hæc Præfectus lætus efficitur, & miſsâ apparitione cum ingenti ſtrepitu ſuis eam tribunalibus præcipit iſti. Et primò quidem blandis eam ſermonibus ſecretiùs prouocat, deinde terroribus pulſat. Sed Chriſti Virgo nec blandimentis ſeducitur, nec terrore concutitur: ſed eodem vultu, eodemque animo perſeuerans, & terrentem ſimiliter, ſicut & blandientem, animo deridebat. Videns itaque Symphronius Præfectus tantam in puellâ conſtantiam, parentes eius alloquitur. Et quia erant nobiles, & vim eis inferre non poterat, *h* titulum eis Chriſtianitatis oppoſuit. Sequenti namque die Agnen ſibi præſentari iubet, & iterum iterumque repetens, cœpit replicare de iuuenis amore ſermonem. Cumque omnis ſermo eius caſſo labore deficeret, iſti eam iterum ſuis tribunalibus iuſſit; cui & dixit: Superſtitio Chriſtianorum, de quorum te magicis artibus iactas, niſi à te fuerit ſegregata, non poteris inſaniam abiicere pectoris, neque æquiſſimis conſiliis præbere conſenſum. Vnde te ad venerandam Deam Veſtam properare neceſſe eſt, vt ſi tibi perſeuerantia virginitatis placet, eius die noctuque ſacrificiis venerandis inſiſtas.

in ius rapitur.

Minis & blanditiis tentatur:

h

6 Ad hæc B. Agnes dixit: Si filium tuum, quamuis iniquo amore vexatum, tamen viuentem hominem, recuſaui, hominem vtique, qui eſt rationis capax, qui & audire, & videre, & palpare, & ambulare poteſt, & *i* fulgore lucis huius cum bonis perfrui; ſi ergo hunc, cauſsâ amoris Chriſti, nullâ poſſum ratione reſpicere, quomodò poſſum idola muta & ſurda & ſine ſenſu & ſine animâ colere, & ad iniuriam ſummi Dei ceruices meas vanis lapidibus inclinare? Audiens hæc Symphronius Præfectus dixit: Cupio conſultum eſſe infantiæ tuæ, & adhuc te Deos blaſphemantem idcircò differo, quia annos tuos infra ſenſum adſpicio. Noli ergo temetipſam ita deſpicere, vt motus Deorum incurras. B. Agnes dixit: Noli infantiam corporalem ita in me deſpicere, vt putes *k* me te velle habere propitium. Fides enim non in annis, ſed in ſenſibus, *l* geritur: & Deus omnipotens mentes magis comprobat, quàm ætates. Deos autem tuos, quorum me motus incurrere non vis, ipſos iraſci permitte: ipſi loquantur, ipſi hoc mihi præcipiant, ipſi iubeant ſe coli, ipſi iubeant ſe adorari. Verùm quoniam ad hoc video te tendere, quod impetrare non poteris, quicquid tibi videtur, exerce.

Deos ridet.

i

k

l

a *al.* pertulit.

b *S. Aldelmus hunc adoleſcentem* Procopium *vocat.*

c Dextrochirion, *vel* dextrocherion, *quaſi* δεξιόχειρον, *monile eſt, quo dextrum brachium, aut manus brachijq; iunctura ornabatur. Iulius Capitolinus in Maximino:* pollice ita vaſto, vt vxoris dextrocherio vteretur pro annulo *Trebellius Pollio in Quieto tyranno:* Alexandrum Magnum Macedonem viri in annulis argento, mulieres in reticulis & dextrocheriis, & in annulis, & in omni ornamentorum genere, exculptum ſemper habuêre. *Lucifer Calaritanus de non parcendo delinquentibus, ad Conſtantium:* Debemus vereri regni tui diadema, inaurem etiam & dextrocheria. *hæc in dextro brachio geſtabantur, vt vox ipſa indicat. Soliti olim læuo geſtare. Liuius lib.* 1. quòd vulgò Sabini aureas armillas magni ponderis brachio læuo, gemmatosque magnâ ſpecie annulos habuerunt. *Pro dextrochirio* dextrale *dicitur. Ludouicus Lacerda noſter hæc Agneti in baptiſmo collata ornamenta ſcribit. rectè; his enim decus & ſplendor diuinæ gratiæ ſignificatur, quam in baptiſmo ſibi infuſam perpetuò conſeruauit, vtq; cælitus augeretur promeruit Virgo ſanctiſſima, præcipuè voto virginitatis nuncupato.*

Dextrochirion,

Dextrale.

d *al.* in. e *al.* confortantur. f *al.* nuptiis.

g *al.* præfecturæ.

AVCTORE S. AMBROSIO, EX MSS.

h De titulo Chriſtianitatis *dictum ad S. Sebaſtiani Acta, qui quidem damnatis iam mortiq; addictis præferri ſoleret. Hic idem prætenditur, ſiue in tabulâ expreſſus, ſiue præconis voce denuntiatus, vt ſciatur cuius rei iudicium ſit, ne viri honorati, parentum Agnetis conſanguinei & affines, aut quoquo modo familiares & amici, adeſſe in iudicio velint, cauſſaq; patrocinari; vnde Præfecto metus à nobilitate incutiatur, inuidia apud populum concilietur. Chriſtianos enim eo titulo accerſitos defendere nemo audebat aut poterat, tum quia negare crimen fas non erat, quod ipſi velut ſummum decus, vt verè erat, vltro profitebantur; tum ne, ſi iuſtiſſimâ vti defenſione quis vellet, & contendere crimen in eo nullum eſſe, Principes, Pontifices, plebisq; vniuerſa irritaretur. Atque eius rei gratiâ etiam in aliis cauſſis hunc iactare titulum actores conſueuere, ne defendi à quoquam Chriſtiani, quacumque de re lite ageretur, poſſent. Conſule SS. Iulitta & Quirici Acta 16. Iunij.*

Titulus Chriſtianitatis.

i *al.* flore. k *al.* iſtos me velle habere propitios.
l *al.* inuenitur.

CAPVT II.

Lupanari flammisque ſuperior, gladio percutitur.

7 SYmphronius Præfectus dixit: Vnum tibi è duobus elige, aut cum virginibus Deæ Veſtæ ſacrifica, aut cum meretricibus ſcortaberis in contubernio *a* lupanari. Et longè erunt à te Chriſtiani, qui te ita magicis artibus imbuerunt, vt hanc calamitatem intrepido animo te perferre poſſe confidas. Vnde, vt dixi, aut ſacrifica Deæ Veſtæ ad laudem generis tui, aut ad ignominiam natalium tuorum, eris publicæ abiectionis ſcortum. Tunc B. Agnes cum ingenti conſtantiâ dixit: Si ſcires quis eſt Deus meus, non iſta ex tuo ore proferres. Vnde ego quia noui virtutem Domini mei Ieſu Chriſti, ſecura cõtemno minas tuas, credens quòd neque ſacrificem idolis tuis, neque polluar ſordibus alienis. Mecum enim habeo cuſtodem corporis mei Angelum Domini. Nam vnigenitus Dei filius, quem ignoras, murus eſt mihi *b* impenetrabilis, & cuſtos mihi eſt numquàm dormiens, & defenſor mihi eſt numquàm deficiens. Dij autem tui, aut ærei ſunt, ex quibus *c* cucumæ meliùs fiunt ad vſus hominũ; aut lapidei, ex quibus plateæ ad *d* euadendum lutum meliùs ſternuntur. Diuinitas ergo non in lapidibus vanis habitat, ſed in cælis; non in ære, aut aliquo metallo, ſed in regno conſiſtit ſuperno. Tu autem & ſimiles tui, niſi ab iſtorum cultu receſſeritis, ſimilis vos pœna concludet. Sicut enim illi igne conflati ſunt vt funderentur, ſic colentes eos perpetuo incendio conflabuntur: non vt fundantur, ſed vt confundantur in æternum, & pereant.

a

Minas publica proſtitutionis contemnit

Angeli tutelâ freta.

b

c

d

8 Ad hæc inſanus Iudex iuſſit eam expoliari, & nudam ad lupanar duci ſub voce *e* præconis dicentis, Agnen virginem ſacrilegam Diis blaſphemiam inferentem, ſcortum lupanaribus datam. Statim autem vt expoliata eſt, crine reſoluto, tantam denſitatem capillis eius diuina gratia conceſſit, vt meliùs videretur eorum fimbriis quàm veſtibus tecta. Ingreſſa autem turpitudinis locum, Angelum Domini illic præparatum inuenit, vt circumdaret eam immenſo lumine, ita vt nullus poſſet eam præ ſplendore nec contingere nec videre. Fulgebat enim tota cella illa, quaſi radians ſol in virtute ſuâ: *f* & quantò quis curioſior oculis eſſe voluiſſet, tantò ſibi viſus acies obtundebatur. Cumque ſe in orationem Domino proſtrauiſſet, apparuit ante oculos eius ſtola candidiſſima. Et apprehendens eam induit ſe, & dixit: Gratias tibi ago Domine Ieſu Chriſte, qui me in numero ancillarum tuarum computans, veſtem hanc mihi largiri præcepiſti. Ita namque ad menſuram corpuſculi eius aptum erat indumentum, & ita nimio candore conſpicuum, vt nullus dubitaret hoc non niſi Angelicis manibus præparatum.

Ducitur ad lupanar,

e

nuda, ſed capillis tecta:

f

loco calitus colluſtrato,

veſtem ab Angelo accipit:

9 Intereà lupanar locus orationis efficitur: in quo omnis, qui fuiſſet ingreſſus, adoraret & veneraretur, & dans honorem immenſo lumini, mundior egrederetur foras, quàm fuerat intus ingreſſus. Cumque hæc agerentur, Præfecti filius, qui auctor erat huius ſceleris, venit ad locum cum ſodalibus ſuis iuuenculis, quaſi inſultaturus puellæ, cum quibus libidinis ſuæ ſe poſſe credebat ludibrium exercere. Et ingreſſos ante ſe furentes pueros & turpiter ſæuientes, videns cum omni veneratione & ingenti admiratione egreſſos, cœpit impotentes arguere, atque vanos & molles ac miſeros iudicare. Et irridens eos, locum, in quo Virgo orabat, audacter ingreſſus eſt. Et videns tantum lumen circa eam, non dedit honorem Deo: ſed irruens in ipſum lumen, priuſquàm vel manu eam contingeret, cecidit in faciem ſuam, & præfocatus à diabolo, expirauit. Videntes autem ſocij eius, quòd moras intus innecteret, putabant obſcœnis eum operibus occupari. Et ingreſſus eſt vnus de iuuenibus, qui ei familiarior erat, quaſi vt congratularetur inſultationi eius: & mortuum eum inueniens, exclamauit voce magnâ, dicens: Piiſſimi Romani ſuccurrite. Magicis artibus iſta meretrix Præfecti filium interfecit.

laſciuum Præfecti filium, à diabolo ſuffocatũ,

10 Fit repentè concurſus populorum ad *g* theatrum & varia furentis populi acclamatio. Alij dicebant magam, alij innocentem, alij ſacrilegam conclamabant. Præfectus autem audiens filium ſuum interiſſe, cum ingenti tumultu & luctu venit ad theatrum. Et ingreſſus locum in quo corpus filij eius iacebat exanime, cum ingenti clamore dicebat beatiſſimæ Virgini: Crudeliſſima omnium feminarum, in filium meum voluiſti *h* apodixin tuæ artis magicæ demonſtrare? Et cum talia, atque alia huiuſcemodi verba repeteret, & cauſſas mortis eius ab eâ vehementer inquireret, ait ad eum beatiſſima Agnes: Ille, cuius voluntatem volebat perficere, ipſe in eum poteſtatem accepit. Quare autem omnes qui ad me ingreſſi ſunt, ſani ſunt? Quia vniuerſi dederunt honorem Deo, qui mihi miſit Angelum ſuum, qui & induit me hoc indumento miſericordiæ, & cuſtodiuit corpus meum, quod ab ipſis cunabulis Chriſto conſecratum eſt & oblatum. Videntes ergo ſplendorem Angelicum, adorabant omnes, & abſcedebant illæſi. Hic autem impudens ſtatim vt ingreſſus eſt, ſæuire cœpit & fremere; cumque manum ſuam ad me contingendam aptaret, dedit eum Angelus Domini in reprobam, quam conſpicis, mortem. Dicit ei Præfectus: In hoc apparebit, quia non magicis artibus iſta geſſiſti, ſi deprecata fueris ipſum Angelum vt reſtituat mihi filium meum ſanum. Cui B. Agnes dixit: Licet fides veſtra hoc impetrare non mereatur à Domino, tamen quia tempus eſt, vt *i* virtus Domini mei Ieſu Chriſti manifeſtetur; egredimini omnes foras, vt ſolitam ei orationem offeram. Cumque vniuerſi fuiſſent egreſſi, proſternens ſe in faciem plorans rogare cœpit Dominum, vt iuuenem ſuſcitaret. Orante autem illâ, apparuit Angelus Domini, qui eleuauit eam flentem, & confortans animum eius, iuuenem ſuſcitauit. Qui egreſſus foras, cœpit voce publicâ clamare & dicere: Vnus eſt Deus in cælo, & in terrâ, & in mari, qui eſt Deus Chriſtianorum. Nam omnia templa vana ſunt; dij qui coluntur, omnes vani ſunt, & penitùs nec ſibi poſſunt, nec aliis aliquod auxilium exhibere.

g

h

precibus ſuſcitat:

i

11 Ad hanc vocem omnes aruſpices, & templorum Pontifices conturbantur, & fit per eos vehementior, quàm fuerat, ſeditio populorum. Atque omnes vnâ voce clamabant: Tolle magam, tolle maleficam, quæ & mentes immutat, & animos alienat. Præfectus autem videns tanta mirabilia, obſtupuit. Sed veritus proſcriptionem, ſi contra templorum Pontifices ageret, & Agnen contra ſuas ſententias defenſaret; Vicarium ad ſeditionem populi Iudicem dereliquit. Ipſe autem triſtis abſceſſit, quòd eam non potuit poſt ſuſcitationem filij ſui liberare. Tunc Vicarius, Aſpaſius nomine, *k* iuſſit in conſpectu omnium ignem copioſum accendi, & in medium eam præcepit iactari flammarum. Quod cùm fuiſſet impletum, ſtatim in duas partes diuiſæ ſunt flammæ & hinc atque illinc ſeditioſos populos exurebant, ipſam autem B. Agnen penitùs in nullo contingebat incendium. Eò magis hoc non virtutibus diuinis, ſed maleficiis deputantes, dabant fremitus inter ſe populi, & infi-

k

à Vicario in ignem conijcitur, illæſa; Deum laudat:

& infinitos clamores ad cælum. Tunc B. Agnes expandens manus ſuas in medio ignis his verbis orationem fudit ad Dominum: Omnipotens, adorande, colende, tremende, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, benedico
l te, quia per filium tuum vnigenitum euaſi *l* minas hominum impiorum & ſpurcitias diaboli impolluto calle tranſiui. Ecce & nunc per Spiritum ſanctum rore cæleſti perfuſa ſum: focus iuxta me moritur, flamma diuiditur, & ardor incendij huius ad eos, à quibus miniſtratur
m *m* refunditur. Benedico te, Pater prædicande, qui etiam inter flammas intrepidam me ad te peruenire permittis. Ecce iam quod credidi, video; quod ſperaui, iam teneo; quod concupiui, complector. Te confiteor labiis, te corde, te totis viſceribus concupiſco. Ecce ad te venio vnum & verum Deum; qui cum Domino noſtro Ieſu Chriſto Filio tuo, & cum Spiritu ſancto, viuis & regnas in cuncta ſecula ſeculorum, Amen.

extincto igne, gladio perimitur.

12 Cumque compleſſet orationem, ita omnis ignis extinctus eſt, vt nec tepor quidem incendij remaneret. Tunc Aſpaſius, Vrbis Romæ Vicarius, populi ſeditionem non ferens, in guttur eius gladium mergi præcepit. Atque hoc exitu roſeo ſui ſanguinis rubore perfuſam, Chriſtus ſibi ſponſam & Martyrem conſecrauit.

a *al.* lupanaris. b *al.* inexpugnabilis.

Cucuma. c Cucuma *vaſis eſt genus, lato ventre inſtar cucumeris.*

d *al.* euacuandum. e *al.* præconiâ, *al.* præconiariâ.

f *Miraculum id diſertiùs exponit Prudentius:*

Sic elocutam, publicitus iubet
Flexu in plateæ ſiſtere Virginem.
Stantem refugit mœſta frequentia,
Auerſa vultus, ne petulantius
Quiſquam verendum conſpiceret locum.
Impudentior aſpectus calitus punitus. Intendit vnus fortè procaciter
Os in puellam, nec dubitat ſacram
Spectare formam lumine lubrico.
En ales ignis fulminis in modum
Vibratur ardens, atque oculos ferit:
Cæcus coruſco lumine corruit,
Atque in plateæ puluere palpitat.
Tollunt ſodales ſeminecem ſolo,
Verbisque deflent exequialibus.
Ibat triumphans Virgo, Deum Patrem,
Chriſtumque ſacro carmine concinens,
Quòd ſub profani labe periculi
Caſtum lupanar, nec violabile
Experta victrix virginitas foret.
Sunt qui rogatam rettulerint preces
Fudiſſe Chriſto, redderet vt reo
Lucem iacenti: tum iuueni halitum
Vitæ innouatum viſibus integris.

Sed ambigi poteſt, an non alterum miraculum de proſtrato ſuſcitato, Præfecti filio coniungat.

g *Circus Agonalis fuit, de quo infrà cùm de eccleſiis & reliquiis. In fornicibus ſpectaculorum manere conſueuiſſe publica ſcorta oſtendit Baronius in*]*Notat. ad Martyrol. grauiſſimis veterum ſcriptorum teſtimoniis. Inde ipſa* fornicandi *vox ducta.*

h *id eſt*, ſpecimen, *ab* ἀποδείκνυμι, demonſtro.

i *Addit MS. S. Max.* ante hanc turbam.

k *Addit idem MS.* Paternus Proconſul ex dominis & Principibus ſuis Valeriano & Gallieno.

l *al.* manus. m *al.* effunditur.

CAPVT III.

S. Emerentianæ cædes. Conſtantiæ conuerſio.

13 PArentes verò eius, nullam penitùs triſtitiam habentes, cum omni gaudio abſtulerunt corpus eius, & poſuerunt illud in prædiolo ſuo, non longè ab Vrbe, in viâ quæ dicitur *a* Numentana. Vbi cùm omnis turba Chriſtianorum concurreret, inſidias à paganis perpeſſi ſunt: & videntes populum infidelium ſuperuenientem armatum, omnes fugerunt. Aliquanti tamen lapidum ictibus læſi euaſerunt. Emerentiana autem, quę fuerat collactanea eius, virgo ſanctiſſima, licet catechumena, conſtanter ſtabat intrepida & immobilis, & his verbis exprobrabat eis: Superflui, miſeri, caduci atque

a *Ad eius ſepulchrum orantes laduntur à Gētilibus:*

atrociſſimi, eos qui Deum omnipotentem colunt occiditis, & *b* pro defenſione lapidum homines innocentes iugulatis. Hæc & his ſimilia dum turbis furentibus diceret, lapidata eſt ab eis, & orans iuxta ſepulchrum Agnetis beatiſſimæ emiſit ſpiritum *c*. Vnde non dubium eſt quòd in ſuo ſanguine ſit baptizata, quæ prò defenſione iuſtitiæ, dùm confiteretur Dominum, mortem conſtanter excepit. Eadem denique horâ fit terræ motus vehementiſſimus: & cùm nimia eſſet cæli ſerenitas, tantæ coruſcationes, tantaque fulgura & tonitrua extiterunt vt pars maxima inſani populi expiraret. Vnde factum eſt vt nullus penitùs ex eo aduenientibus ad ſepulcra Sanctorum, aliquas moleſtias excitaret. Venientes autem parentes B. Agnetis cum Sacerdotibus nocte, abſtulerunt corpus ſanctæ Virginis Emerentianæ, & ſepelierunt illud in confinio agelli beatiſſimæ Virginis Agnetis.

AVCTORE S. AMBROSIO, EX MSS.

b *hos reprehendens Emerentiana occiditur.*

c *ſubitâ tempeſtate multi pereunt.*

14 Cùm igitur parentes B. Agnetis aſſiduis *d* pernoctationibus vigilarent ad tumulum eius, *e* vident in medio noctis ſilentio exercitum Virginum, quæ omnes auro textis cycladibus indutæ cum ingenti lumine præteribant: inter quas vident beatiſſimam Agnetem ſimili veſte fulgentem, & ad dextram eius *f* agnum ſtantem niue candidiorem. Hæc itaque dum viderent parentes eius, & qui ſimul erant, quaſi ſtuporem mentis incurrunt. Sed B. Agnes rogat ſanctas Virgines parumper gradum figere, & ſtans parentibus ſuis dixit: Videte ne me quaſi mortuam lugeatis: ſed congaudete mihi, & congratulamini, quia cum his omnibus lucidas ſedes accepi, & illi ſum iuncta in cælis, quem in terris poſita, totâ animi intentione dilexi. Et his dictis pertranſiit.

d

e *S. Agnes apparet parentibus, cum aliis virginibus.*

f

15 Hæc viſio publicè ab omnibus qui viderant, quotidie vulgabatur. Vnde factum eſt, vt poſt aliquantos annos ad *g* Conſtantiam Conſtantini Auguſti filiam hoc factum ab his qui viderant narraretur. Erat enim ipſa Conſtantia Regina, Virgo prudentiſſima, ſed ita obſeſſa *h* vulneribus, vt à capite vſque ad pedes nulla membrorum pars libera remanſiſſet. Accepto autem conſilio, ſpe recuperandæ ſalutis, venit ad tumulum Martyris nocte: & licet pagana, tamen credulâ animi intentione preces fideliter fundebat. Quod dum faceret repentinâ ſomni ſuauitate corripitur, & videt per viſum beatiſſimam Agnetem, talia ſibi monita proferentem: Conſtanter age Conſtantia, & crede Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei eſſe Saluatorem tuum, per quem modò conſequeris omnium vulnerum, quæ in corpore tuo pateris, ſanitatem. Ad hanc vocem Conſtantia euigilat ſana, ita vt nec ſignum in eius membris alicuius vulneris remaneret.

g

h *Conſtantia ope S. Agnetis ab vlceribus ſanata.*

16 Reuerſa igitur ad palatium ſaniſſima, facit gaudium & patri Auguſto, & *i* fratribus ſuis Imperatoribus. Coronatur ciuitas tota: fit lætitia militantibus, & *k* priuatis, atque vniuerſis audientibus hæc. Infidelitas gentium confundebatur, & fides Dominica *l* lætabatur. Intereà patrem & fratres Auguſtos rogat, vt baſilica B. Agnetis conſtrueretur, & ſibi illic mauſoleum collocari præcepit. Currit hæc opinio ad omnes, & quotquot credentes ad eius tumulum aduenirent, ſaluabantur, quacumque fuiſſent infirmitate detenti. Quod facere Chriſtum nullus ambigat vſque in hodiernum diem. Perſeuerauit autem Conſtantia, Conſtantini Auguſti filia *m* in virginitate: per quam multæ virgines, & mediocres, & nobiles, & illuſtres, ſacra velamina ſuſceperunt. Et quia fides mortis damna non patitur, vſque in hodiernum diem multæ Virgines Romanæ Agnetem beatiſſimam, quaſi in corpore manentem, attendunt; & eius exemplo prouocatæ, viriliter integræ perſeuerant, credentes ſine dubio, quòd perſeuerantes perpetuæ victoriæ palmam acquirant.

i

k *curat ei templum extrui.*

l

Multa ibi miracula.

m *Conſtantia cum aliis virginitatem ſeruat, exēplo S. Agnetis.*

17 Hęc ego Ambroſius ſeruus Chriſti, dum in voluminibus abditis inueniſſem ſcripta, non ſum paſſus infructuoſo ſilentio tegi. Ad honorem igitur tantæ Martyris, ſicut geſta eius agnoui, conſcripſi: & ad ædificatio-

Ex Menæis Græcor.

nem veſtram, ô Virgines Chriſti, textum paſſionis eius credidi deſtinandum, obſecrans caritatem Spiritus ſancti, vt labor noſter in veſtrâ imitatione fructum in conſpectu Domini valeat inuenire, Amen.

a *Quæ à portâ Viminali Nomentum ducebat Sabinorum oppidũ.*
b *al.* percuſſione lapidum.
c *Colitur* 23. *Ianu.*
d *Al.* orationibus pernoctarent.
e *Recolitur huius apparitionis memoria* 28. *Ianu.*
f *Hinc ritus agnos benedicendi eius feſto, de quo infrà. hinc & ipſa cum agno pingitur, & veſte auro textâ, vt etiam notauit Molanus lib.* 3. *de imaginib. cap.* 6. *Et* 28. *Ianu. ad Magnificat hæc ab Eccleſiâ canitur antiphona:* Stans à dextris eius agnus niue candidior, Chriſtus ſibi ſponſam & Martyrem conſecrauit.
g *S. Aldelmus & quidam alij* Conſtantinam *appellant.*
h *al.* vlceribus.
i *Hi fuêre Conſtantinus iunior, Conſtantius, Conſtans.*
k *al.* Primatibus. l *al.* dilatabatur.
m *De eâ agemus* 18. *Febru.*

Agnus S. Agneti appictus.

EIVSDEM ACTA EX MENÆIS GRÆC.

1 Sancta Martyr Hagne in Vrbe Româ, illuſtribus orta natalibus eſt. Vitam ea nomini *a* conuenienter inſtituebat, multaſque *b* ad ſe conuenientes feminas, verbum veritatis edocebat, & vt Chriſtum Deum agnoſcerent hortabatur, atque eum ſolum venerarentur. Quæ cùm eſſent ad Præfectum perlata, comprehenditur illa protinus, ac ſiſtitur tribunali, iubeturque diis ſacrificare; ſi renuat, ad lupanar pertrahi. Illa verò, Neque diis tuis, inquit, immolabo; neque virginitatis labem patiar. Spero me Dei mei, cui confido, præſidio, intactam euaſuram. Hæc audiens iniquiſſimus Iudex, lenonem accerſit, Hagnenque, ſui nominis vim ac ſignificatum integerrimis moribus exprimentem, ei tradit, iubetque eam *c* vnicâ amictam veſte in pompâ traduci ad oſtentationem.

a
b
S. Agnes multas cõuertit.
fidem profeſſa,
proſtibulo addicitur:
c

2 Vt verò in Satanæ officinam peruenit; quicumque eius pudori illudere cuperent, nemine prohibente, ſed cunctis potiùs hortantibus, vt liberè & impunè eâ abuterentur, ingrediebantur: *d* at ſubito ſtupore obrigeſcebant, omni repreſſâ libidine, mortuis ſimiles. Tunc quidam, velut altum ſapiens, iactabundus & ceteris antè ingreſſis inſultans, inſtar equi furore quodam in venerem ruentis, impudenti audaciâ appropinquat ſanctæ Virgini. Aſt illicò exanimatus humi corruit. Cumque haud parum effluxiſſet temporis, vnus eorum qui adſtabãt, rem conſpicatus, vociferatur: Magna fides Chriſtianorum. Ingreſſi ceteri, vnâ omnes voce conclamant: Magna Chriſti potentia!

d
perculſis ceteris qui accedebãt,
vnum interemptum

3 Quę cùm Præfecto eſſent renuntiata, ſiſtitur denuò eius tribunali Virgo, ſimulque exanime corpus in conſpectum protrahitur. Tum Præfectus: Dic improba muliercula, quo pacto adoleſcentem hunc interfeceris. Illa verò, Cùm me, inquit, iuſſiſſes dehoneſtari, continuò vt abducta ſum conſecutus eſt adoleſcens albis indutus veſtibus, & ingreſſus, iuxta me adſtitit, & ceterorum deinde iuuenum cupiditatem reſtinxit, & quem hîc examinem intueris, eum ipſe poſteriùs cum impudentiâ & audaciâ ingredientem, priuſquàm me contingeret, priuſquàm verbum proloqueretur, in illam quam cernis formam modumque redegit. Præſes dixit: Et quis ille? Hagne reſpondit: Dominus Deus meus Angelum ſuum miſit, qui fieri mihi iniuriam prohiberet. At Præſes: Si vis fidem tibi à nobis haberi, inuoca Deum tuum, & hunc ſuſcita. Martyr verò ſublatis in cælum manibus Deum precata, ſtatimque mortuus ſurrexit. Obſtupuerunt vniuerſi ad inuſitatum hoc prodigium, atque ipſe Præſes & plurimi adſtantium exclamarunt: Magna virtus Chriſtianorum! Magnus verè Deus generoſiſſimæ Virginis. Quidam verò impij & impuri ſucclamarunt: Tolle hanc è medio, quia magicis præſtigiis ea facit, quæ vſitato modo grandiora videtur patrare. Ergo igni confici Virginem mandat. Cumque ingens excitatus rogus eſſet, Sancta ſeipſam conſignans in medium flammarum *e* intrepidè ingreſſa: cumque ore peregiſſet preces, relicto corpore migrauit ad Chriſtum. Flammis deinde reſidentibus, Chriſtiani quidam clàm venerandas eius reliquias colligentes honorificè condiderunt, Deum laudibus celebrantes.

ab Angelo,
precibus ſuſcitat:
in igne moritur.
e

a Ἀγνὴ enim, *vt ſuprà ſcriptum, purum caſtumque ſignificat. dicitur hîc πρόσφορον ἔχειν τὸ βίον τῷ ὀνόματι. Sic* 5. *Iulitèr τρόπον τοῦ ὀνόματι κατάλληλον ἔχειν*, habens mores nomini congruentes. *& hîc mox, φερώνυμος*, aptum habẽs nomen, *& vtait ille*, menſuram nominis implens, *aut, vt S. Hieronymus*, verè nominis ſui.

b *Iuerat moribus Agnes, vt vel ſolo exemplo poſſet homines ad meliora pertrahere; eâ Dei caritate, vt vellet; quocumque modo id fieri eſſet, ad virtutem omnes hortari. Certius tamen id præcipuè accidiſſe eâ ratione, quâ ſcribit S. Ambroſius:* Vſque in hodiernum diem multæ virgines Romanæ Agnetem beatiſſimam, quaſi in corpore manentem attenduntꝰ & eius exemplo prouocatæ, viriliter integræ perſeuerant. *ac Menæa* 5. *Iul.* multis intemperantium mulierum, abſtinere ſe prauis actionibus perſuaſit, & credere in Chriſtum Deum.

Multa exemplo S. Agnetis conuerſa.

c *Iuſcilicet ſpoliatam veſtibus, quæ virginum matronarumque propria; de quarum, ac meretricum &c. habitu conſule Alexandrum ab Alexandro genial. dier. lib.* 5. *cap.* 18. *Latina Acta omnino nudam expoſitam fuiſſe narrant, ſed capillis ſuis ne conſpici poſſet, tectam diuinitus.*

d *Eadem Menæa* 5. *Iulij habent*, eam impudicorum hominum ad ipſam venientium impetum precibus refrenaſſe, atque intactam permanſiſſe.

e *At* 5. *Iul.* magiæ & incantationis crimine accerſitur: ideò igni tradita, in eo ſpiritum Deo reddidit. *At Latina Acta habent gladio percuſſam.*

DE RELIQVIIS S. AGNETIS.

§. I. *Baſilicæ ac Reliquiæ S. Agnetis Romæ.*

1 *Eccleſiæ Chriſtiani orbis complures aſſeruati coliq; apud ſe S. Agnetis Virginis ac Martyris reliquias gloriantur. Partem ſortaſſis earum aliquam poſident; cùm pleraque ſacri corporis eius oſſa ſibi vendicet Roma; aut certè alterius ſunt* Agnetis: *etenim plures eo nomine ſanctæ Virgines extitêre. Nam vt* Agnetem de Monte Politiano, *nuper in Sanctorum faſtos relatam, omittamus, cuius vitam dabimus XX. Aprilis; vt* Agnetem *S. Clara ſororem, religioſiſſimam Virginem, nondum Cælitum in terrâ honoribus dignatam, paſſim tamen* Sanctæ *appellatione Aſiſij ſolitam honorari, vt teſtis eſt Ferrarius ad XXVIII. Auguſti; vt* Agnetem *Branenſem Comitiſſam, ac deinde Præmonſtratenſi inſtituto addictam, cuius pietatem prædicat Sauſſaius XXXI. Martij; vt* Agnetem B. *Iulianæ ſororem, eadem pietatis laude celebrem, quam hoc die in Piarum catalogo memorari à quibuſdam diximus, ab aliis V. Aprilis; vt generoſiſſimam illam* Agnetem *Ludouici Bauari Imperatoris filiam, quæ* XI. *Nouembris ſeptem annos nata ſanctiſſimè deceſſit; vt alias denique complures omittamus, quarum virtus præclaris ornata Scriptorum encomiis eſt; ſuprà XIII. Ianuarij in Actis S. Potiti* Agnetis *mentio facta eſt, quæ Antonini Pij filia, luſtrata baptiſmo fuit, etſi quem nacta ſit vitæ exitum ignoremus: alia XVIII. Ianuarij in narratione Tranſlationis S. Archelaæ & ſociarum memoratur* beata Virgo Agneta. *alia refertur ab Antonio Gallonio ſancta Virgo Romana* Agnes, *ex Guilielmo Tyrio lib.* 18. *cap.* 5. *aliam habet Octauius Pancirolus in Theſauris abſconditis Almæ Vrbis, regione* 2. *eccl.* 61. B. Agnetem *Abbatiſſam cœnobij, quod olim fuit ad baſilicam S. Agnetis viâ Nomentanâ, de quo infrà. Alia fuit* Agnes *è glorioſo S. Vrſulæ ſodalitio Virgo & Martyr, cuius hîc Antuerpiæ in eccleſiâ domus profeſſæ Societatis Ieſu reliquias habemus. Suſpicamur aliis quoque anonymis Virginibus,* Agnæ, *vel* Agnetis, *impoſita eſſe nomina, vt* Victoriæ, Felicitatis, Fortunatæ, Vincentiæ, *aliaque id genus, ſiue ab eo qui reſodi earum corpora ſiuit, Pontifice, ſiue ab eo qui publicæ illa veneration expoſuit: ſcimus certè id in quibuſdam eſſe factitatum: neque improbare poſſumus, cùm & Pontificis Romani auctoritate, & cæleſti ipſorum Diuorum monitu, nonnumquàm mutata Sanctorum nomina eſſe conſtet; ſic* S. Mengor, Megengaudium *ſe iuſſit appellari; ſic* S. Knut *Regem,* Canutum *dici Pontifex præcepit. Quid quòd aliis nomi-*

Plures ſanctæ Virgines, Agnetis nomine appellatæ.

nibus

nibus apud alios populos celebrantur quidam Sanctorum?

2 Vtut ea res se habeat, præcipua S. Agnetis Romanæ pignora Vrbs ipsa asseruat, in variis condita basilicis. Harum præcipua est, quam viâ Nomentanâ, (quæ à portâ olim Viminali, nunc, eâ obstructâ, à portâ Piâ, quam Pius V. Pont. Max. ædificauit, Nomentum Sabinorum oppidum ducit) construi Constantia Augusta curauit, ac sibi illic mausoleum collocari, vt in Actis dictum. Isthic ipsa quoque cum S. Gallicani filiabus Atticâ & Artemiâ habitauit, vt ad eius vitam XVIII. Februarij dicemus; & patet ex libro de Romanis Pontificibus in Liberio, vbi ista habentur: Rediens autem Liberius de exilio, habitauit in cœmiterio S. Agnetis apud germanam Constantij Augusti, vt quasi per eius interuentionem aut rogatum rediret Liberius in ciuitatem. Tunc Constantia Augusta, quæ fidelis erat Domino Iesu Christo, noluit rogare Constantium Augustum germanum suum, quia senserat consilium doli. De hac totâ re agemus plenius XXIII. Septemb. ad S. Liberij vitam, & XXIX. Iulij ad S. Felicis II. Papæ.

S. Agnetis ecclesia Romæ ædificata à S. Constantiâ;

3 Hic Liberius, vt idem liber habet, ornauit de platoniis marmoreis sepulchrum S. Agnetis Martyris. Ecclesiam verò ætate labefactatam restaurauit Honorius I. qui imperante Heraclio sedit. Idem liber in Honorio: Eodem tempore fecit ecclesiam B. Agnetis Martyris miliario ab Vrbe Româ tertio, viâ Numentanâ, à solo, vbi requiescit; quam vndique ornauit & exquisiuit vbi posuit multa dona. Ornauit autem sepulchrum eius ex argento, quod pensauit libras 252. Posuit & desuper ciborium æreum deauratum miræ magnitudinis. Fecit & gabatos aureos quatuor, pensantes singulos libras singulas. Fecit absidam eiusdem basilicæ ex musiuo, vbi etiam multa bona obtulit. Gabatæ, siue gabati, lances sunt, aut patinæ. Posteà sub finem octaui seculi Adrianus I. Papa, vt scribit in eius vitâ Anastasius Bibliothecarius, ecclesiam B. Agnetis Martyris, seu basilicam B. Emerentianæ, pariter etiam & ecclesiam B. Nicomedis sitam foris portam Numentanam, simul & cimiterium B. Hippolyti Martyris iuxta S. Laurentium, quæ à priscis marcuerant temporibus, à nouo renouauit.

ornata à S. Liberio;

restaurata ab Honorio I.

Adriano I.

Iulio II.

4 Longo pòst tempore Iulius II. qui ab vltimo Octobris 1503. ad 21. Februarij 1513. sedit, ecclesiam S. Agnetis refecit, vt in eius vitâ scribit Ciacconius. Tandem ad illius ædis restaurationem animum adiecit Alexander Medicæus Cardinalis, qui deinde Pontifex Maximus Leo XI. dictus est. Opus ab eo cœptum prosecutus Paulus Æmilius Sfondratus Cardinalis, Gregorij XIV. nepos, insigni laqueari eam ædem ornauit: ac maiorem aram reparare aggressus, corpora ipsa SS. Agnetis & Emerentianæ reperit, quæ postmodùm honorificè à Paulo V. ipsis S. Agnetis feriis, reposita fuêre. De eodem Cardinale Sfondrato scribit Ciaconij Ampliator: Sanctarum Virginum & Martyrum Cæciliæ & Agnetis corpora (aliorum Cælitum lipsana silentio modò prætereo) quæsiuit, inuenit, religiosè condenda curauit, vtriusque templa (Cæciliæ in primis) non vulgari cultu decorauit: in S. Cæciliæ nonaginta, in S. Agnetis decem lampades perpetuò die noctuque suo ære præcepit ardere.

Leone XI.

Cardin. Sfondrato,

qui reliquias ibi inuenit;

5 Ipse quoque Pontifex Paulus V. id templum ornauit. Abrahamus Bzouius in eius vitâ testis est: Præter hæc, inquit, Paulus V. Diuis Agneti & Emerentianæ Virginibus & Martyribus aram ex pretiosissimis lapidibus, opere tessellato florido, in earum templo extraurbano erexit; illarumq; sacra pignora in arcâ argenteâ pretij 5000. nummorum aureorum recondidit. Sacris Pontificiis cum maiestate faciendis tiaram Episcopalem, adamantibus & vnionibus ditissimam, pretio 70000. aureorum comparauit.

vti & Paulus V.

6 Hìc ergo corpus asseruatur S. Agnetis, siue præcipua illius ossa: nam caput aliaq; alibi corporis partes, vt mox dicemus. Huc ingens hominum vis confluit XII. Kal. Februarij, natali sanctissimæ Virginis. Eoq; die bini agnelli candidissimi antiquâ cæremoniâ benedicuntur: ex eorumq; deinde lanâ pallia texuntur, siue stolæ variis insignitæ crucibus, quibus amiciri Pontificem, cùm solennibus sacris operatur, mos est. Tradunt id Octauius Pancirolus, & Andreas Fuluius libro Antiquitatum Romanarum cap. 12.

Agni hoc die benedicuntur.

7 Extat, inquit Baronius in Notat. ad Martyrolog. non tantùm insignis basilica S. Agnetis viâ Nomentanâ; sed & ille locus, vbi est producta, vt eius virginitas violaretur, sacrosanctus habetur, fornices ipsi nimirum Circi Agonalis. Agit de eo Circo Andreas Fuluius Antiquit. Romanar. lib. 4. cap. 18. traditq; hodie Agonem dici, & piazza di Nauone. At Pancirolo reg. 12. eccl. 7. simpliciter Nauona dicitur.

Ex variis. *Locus prostitutionis Sanctæ, religiosus.*

8 In basilicâ S. Saluatoris, quæ Ad scalas sanctas appellatur, feruntur, eòdem Pancirolo teste, sanctarum Virginum Agnetis & Praxedis thecis argenteis inclusa asseruari capita: brachium, ac digitus vnus in S. Petri Vaticanâ æde: quædam aliæ eius reliquiæ in S. Mariæ Maioris, pars vestis in S. Ludouici, pars zonæ in S. Marthæ monasterio iuxta collegium Romanum, aliæ in aliis ecclesiis reliquiæ.

Reliquiæ eius aliæ Romæ:

9 Complures in Italiâ ecclesias S. Agneti dicatas fuisse patet ex sanctuariis Peregrini Merulæ Cremonensi, & Capuano Mithaëlis Monachi.

alia alibi ecclesia.

§. II. *Reliquiæ S. Agnetis Vltraiecti.*

10 Vltraiecti, antiquâ & nobili inferioris Germaniæ vrbe, totâque diœcesi, à multis retro seculis solenniter peragi S. Agnetis dies natalis consueuit; propterèà quòd eiusdem isthic conditæ reliquiæ sunt, plurimis amplissimisq; celebratæ miraculis. At quando istuc allatæ sint Româ, non constat. Nam quòd Autbertus Miræus, Ioannes Molanus, Heribertus Rosweydus nostri, Ioannes de Beka, aliiq; recentiores, id per Baldricum Pium, S. Brunonis Archiepiscopi Colonienſis Præceptorem, Ottonis I. temporibus, factum volunt; id neque antiquioris Scriptoris testimonio probatur, neque vetustis illius Ecclesiæ monumentis consentaneum est. Verum quidem illud vetus tetrastichum est,

Reliquiæ Vltraiecti:

Præsul Baldricus Traiectum magnificault,
Funditus à Danis euersum quod reparauit;
Nobilis atque pius & omni stemmate dignus,
Per quem venerunt huc Pontius, Agna, Benignus;

eo allata à B. Baldrico Pio,

& Pontiani ex Italiâ reliquias attulit Baldricus: at non continuò illud sequitur Benigni quoque & Agnetis indidem accepisse exuuias.

non ex Italiâ.

11 Ioannes Molanus in Natalib. SS. Belgij ita scribit: Cuius (Agnetis) reliquiæ habentur in Traiecto inferiori. Baldricus enim decimusquintus Episcopus Traiectensis, filius Rixfridi Comitis Cliuensis, ciuitatem suam à Normannis vastatam restaurauit, & sacris reliquiis magis exornauit. Cùm enim anno 966. vt scribit Becanus, Alpes transscendens, pro quibusdam vtilitatibus Ecclesiæ, Regis Ottonis exquisiuisset præsentiam, ei vale faciens, secum tulit corpora sanctorum Martyrum, Pontiani, Benigni, & Agnetis. Ex quo festiuitas S. Agnetis, die 21. Ianuarij, per totam diœcesim est celeberrima. Dies Translationis est IV. Nonas Septembris. Ipsa Ioannis de Beka verba dedimus XIV. Ianuarij cùm de Translatione S. Pontiani ageremus; ostendimusq; non anno 966. sed 967. videri abiisse in Italiam Baldricum; anno 968. reuersum.

vt multi scribunt;

12 Addit Molanus: Non est autem verisimile, Romanos tam famosæ Martyris omnes reliquias Vltraiectinis dedisse, sed tantùm portionem, eò quòd ipsum corpus apud eos asseruari ab omnibus incolis affirmetur. Nec in Martyrologio Vltraiectensi plus legitur, quàm eius reliquias haberi in Traiecto inferiori. Quamquàm sciam tam magna fuisse Ottonis, per quem hæc obtenta sunt, merita, vt etiam præcipua pignora sanctæ Virginis vrgenti Principi non denegassent. Idem Molanus in Indiculo SS. Belgij: S. Agnetis celeberrimæ Virginis reliquiæ, in tumbâ honorificè quiescunt Vltraiecti in cathedrali Ecclesiâ. Subdit eadem de Translatione ex Italiâ per Baldricum, & addit: Dies Translationis est IV. Nonas Septembris. Autbertus Miræus scribit Othonis Imp. interuentu, à Romano Pontifice obtinuisse Baldricum, secumque ex Italiâ Vltraiectum attulisse ossa S. Agnetis Virginis, itemque SS. Pontiani & Benigni Martyrum.

nec totum corpus;

13 Ast ex Inuentionis reliquiarum SS. Agnetis & Benigni historiâ liquet, multò antè eas Româ auectas; sed posteà, vt ne ex Danorum gentilium paterent furori, defossas, & tandem Baldrici

ex Italiâ ecclesiâ.

Ex VARIIS.

drici tempore repertas, eiq; ab amico Comite donatas, adhibitâ quoque fortaſsis S. Brunonis Archiepiſcopi gratiâ, atque Vltraiectum ad cathedralem S. Martini eccleſiam deportatas. Eam hiſtoriam ex veteri MS. Eccleſiæ S. Pauli Vltraiecti accepimus; cuius compendium quoddam ex MS. Rubeæ-vallis ſuâ manu deſcripſerat Roſvveydus, extatq; idem propè in veteri Breuiario Eccleſiæ Vltraiectinæ ad 2. Septembris.

Triplex earum tranſlatio: 1. ex Italiâ, 2. in Cathedralem ſub Baldrico,

14 *Triplex igitur* S. Agnetis *Tranſlatio facta: prima* Chlodouæi I. *tẽporibus, vt in eadem hiſtoriâ innuitur, vel fortè* Chlodouæi III. *ex Italiâ in Galliam. Sed huius Tranſlationis incerta dies, memoria oblitterata: nec ſatis conſtat, quem ad locum allatæ ſint, vt infrà dicemus. Secunda Tranſlatio contigit pridie Kal. April. an. Chr. 964. indict. 7. feriâ 5. vt ex MS. hiſtoriâ patet. Eam in nullo Martyrologio, præterquàm MS. Florario, conſignatam reperimus. In eo ita habetur:* Apud Traiectum inferius Tranſlatio S. Agnetis Virginis & Martyris, facta per Baldricum XV. Epiſcopum eiuſdem ciuitatis anno ſalutis 964.

3. anno 1421. in nouam capſam.

15 *Tertia ſub Frederico Blanckenheimio LI. Antiſtite, 2. Septembris facta, de quâ idem Florarium eo die:* Apud Traiectum inferius in eccleſiâ ſummâ S. Martini eleuatio, ſiue tranſlatio, corporis S. Agnetis Virginis & Martyris facta per venerabilem virum Dominum Fredericum, huius nominis tertium, eiuſdem Eccleſiæ quinquageſimum Epiſcopum anno ſalutis MCCCCXXI. *Carthuſiam Colonienſes in addit. ad Vſuardum:* Traiecto inferiori Tranſlatio S. Agnetis Virginis & Martyris. *Caniſius:* Item Vltraiecti in Hollandiâ eleuatio ſanctæ Virginis & Martyris Agnetis. *Martyrologium, ſiue Matricula, Carthuſiæ Vltraiectinæ:* Tranſlatio Agnetis in Traiectum. *Molanus in auctario ad Vſuardum:* Eodem die in Traiecto, tranſlatio Agnetis Virginis.

16 *Idem Molanus, vt antè monuimus, in Indiculo & Natalibus SS. Belgij, eo die recoli primæ tranſlationis memoriam exiſtimat. quod & Sauſſaius ſcripſit:* Apud Traiectum, *inquit hic,* ſuſceptio reliquiarum S. Agnetis Virginis & Martyris, quas Baldricus Antiſtes huius Sedis ex Italiâ allatas, cum ſacris Beatorum Martyrum Pontiani & Benigni lipſanis, ſuâ in Cathedrali Eccleſiâ, perenni cultu proſequendas, collocauit. *Iam diximus, & infrà manifeſtiùs patebit, collocatas quidem à B. Baldrico in Cathedrali eccleſiâ, at non ab eo ex Italiâ allatas. Licet porrò tranſlatio, quæ Baldrici ætate contigit, non 2. Septembris, ſed 31. Martij, feriâ quintâ in Cœnâ Domini facta ſit, hoc die tamen recoli anniuerſario cultu cœpit, poſtquàm eodem die Fredericus Epiſcopus eas reliquias in aliam thecam honorificentiùs relocauit: eratq; in veteri Breuiario Vltraiectino eo die officium duplex Canonicorum; quod in nouo Breuiario, ad Romanum conformato, penitùs prætermiſſum eſt. At* SS. Benigni & Pontiani *in illo nulla eo die mentio, nec in alio, quod viderimus, Martyrologio, præter Gallicanum Sauſſaij.* S. Benigni *Epiſcopi & Martyris natalis in veteri ac nouo Breuiario celebratur 28. Iunij.*

2. & 3. Tranſlatio agitur 2. Septẽbris,

ex decreto Frederici III. Epiſcopi.

17 *Primæ Lectiones quinque Officij veteris 2. Septemb. hiſtoriam continent Inuentionis Baldrici tempore factæ; ſexta occaſionem inſtitutæ eo die celebritatis, atque ita habet:* Fredericus Epiſcopus Traiectenſis hunc diem Tranſlationis in honorem B. Agnetis Virginis annuâ reuolutione perpetuis temporibus in Eccleſiâ Traiectenſi prædictâ ſtatuit ſolenniter & deuotè venerari. In quâ eadem Virgo eodem die in pretioſiſſimâ etiam capsâ per præfatum Epiſcopum honorificè eſt repoſita; ac ibidem multis modis, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, claret miraculis. *Auctor Florarij ſuprà num. 15. id factum tradit anno 1421. at Thomas à Kempis in Chronico Montis S. Agnetis cap. 28. anno 1414.* Item notandum, *inquit,* quòd anno Domini 1414. tempore Domini Frederici de Blanckenhem reuerendi Epiſcopi Traiectenſis, fuerunt ſanctæ reliquiæ beatiſſimæ Agnetis Virginis de antiquâ & ligneâ arcâ ſuâ, in nouam argenteam arcam foris pulcrè deauratam, cum magnâ reuerentiâ tranſlatæ in craſtino S. Ægidij Abbatis, ſecundâ die menſis Septembris, per honorabilem Dominum Hermannum Lockhorſt Decanum maioris Eccleſiæ S. Martini Epiſcopi, qui fuit principalis actor huius nouæ tranſlationis ſanctarum reliquiarum S. Agnetis in nouam argenteam arcam auro decoratam. *Vetus arca poſtmodùm ad Montem S. Agnetis deportata, vt infrà dicetur. Ne quis porrò Tranſlationem illã, ſiue Inuentionẽ per Lambertum Presbyterum, monente Amolvvino, ſuſpicetur Frederici, non Baldrici contigiſſe ætate; tum certæ temporis notæ, tum codex, ex quo eam hiſtoriam deſcripſimus, multò Frederici ætate vetuſtior, tum alia denique refragantur argumenta: & ipſum vetus Officium, Ottone I. imperante fatetur accidiſſe.*

diuerſa ab eâ quæ ſub Baldrico.

18 *Quo tempore plebs Vltraiectina Catholicos ritus Caluinianis deliriis mutauit, ne, vt alia Diuorum pignora, flammis alioúe indigno modo* S. Agnetis *reliquias aboleret, ſunt eæ à piis hominibus occultatæ. Sauſſaius multò antè tranſlatas in Galliam ſcribit, nec auctorem citat. Dabimus tamen infrà quæ de reliquiis in Galliâ aſſeruatis tradit, vndecumque eæ allatæ ſint. De xeniis hoc &* S. Pontiani *die dari etiamnum ſolitis Vltraiecti, diximus 14. Ianu. cùm de Tranſlatione S. Pontiani ageremus, eaq;* Pontiana & Agnetia *appellari.*

Ea reliquia nunc abſcõdita.

Xenia iſthic feſto S. Agnetis.

§. III. *Aliquæ eiuſdem reliquiæ in Galliâ.*

19 *Reposterè quò primùm ſint & quando aſportatæ Româ S. Agnetis exuuiæ, quærimus; poſtquàm ſuperiori capite oſtenſum eſt, à B. Baldrico non ex Vrbe, ſed è quopiam Galliarum loco Vltraiectum eſſe aduectas. Hiſtoria Inuentionis habet* villam Viduam à Danis, claſſe piraticâ per Ligerim fluuium aſcendentibus, demolitam in nihilum, vt in ipſius aluei ripâ ſitam: *ac* regium tunc temporis fiſcum *fuiſſe;* regiâque munificentiâ monaſterium inibi conſtructum, multis & regiæ dignitatis honoribus ſublimatum, vt illud Rex Clodoueus, qui primus Regum Francorum à S. Remigio Remorum Archiepiſcopo & catechizatus & baptizatus, iugo Chriſti colla ſubdidit, mox Chriſti honori conſtruxit, multis locupletans poſſeſſionibus, plurimis & exaltans muneribus, Sanctorumque poſſeſſionibus ditauit innumeris, atque non modicam Deo ſeruientium ibidem adunauit congregationem. *&c.*

Reliquiæ S. Agnetis delatæ ad Villam Viduam iuxta Ligerim;

20 *Quæ cùm primùm legeremus, de loco quopiam circa Vltraiectum vrbem ſito accipiebamus,* Ligerimque *fluuium, qui in Breuiario Vltraiectino* Ligera *dicitur,* Leccam *eſſe, qui à diuertigio Rheni Orientale latus Batauorum inſulæ ambit, olimq; Galliarum ac Germaniarum erat limes, & accepit fortaſsis à legione quapiam certis ſtationibus diſpoſitâ nomen. Sunt autem qui Vltraiectum, omnemq; Batauorum & Friſonum gentem, imperio paruiſſe Clodouæi exiſtiment; fideq; Chriſtianâ, ſimul atque eam ipſe ſuſcepit, colluſtratam: quod neque ita abnorme, vt ſi veteris ſcriptoris teſtimonio probetur, credi non poſsit, cùm Sigambri Batauis contermini, Franci fuerint, Francisúe permiſti; & in eorum prouinciâ ad Tolpiacum, quod nunc Iuliæ oppidum* Zullich, *victoriâ de Alemannis relatâ Chriſto ſe deuouerit Clodouæus. Neque tamen id ſatis probatum antiquis monumentis, aut Francorum in ditione extitiſſe ante* Pipini Herſtalli Martelliq; *tempora Vltraiectum, aut fidei myſteriis imbutam gentem ante S. VVillebrordi ætatem. Nam quod Abbas Vrſpergenſis ſcribit* S. Sigebertum S. Koniocho epiſcopatum Traiectenſem dediſſe, *cùm nullius id confirmet vetuſti ſcriptoris auctoritate, & plura peccet in illius temporis Gallicâ hiſtoriâ, haud ſatis validum cenſeri argumentum debet, vt fateri cogamur Vltraiecti iam tum Epiſcopos fuiſſe; præſertim cùm ſuperius Traiectum tunc Antiſtites haberet. huic S. Remaclus à S. Sigeberto Rege poſt S. Amandum datus Epiſcopus, vt 3. Septemb. dicemus, videturq;* Remacli *nomen in* Koniochi *detortum.*

non apud Vltraiectinos,

Quando & à quo tertia facta;

21 *Et ſi fuiſſent à Clodoueo I. iſthic collocatæ S. Agnetis reliquiæ, non ob Danorum incurſiones ſolùm defodi debuiſſent, ſed multò potiùs ob Friſonum alienos à religione noſtrâ animos, idq; per aliquot ſecula. Nam in vitâ S. VVillebrordi, quam 7. Nouemb. dabimus, ita ſcribitur:* Igitur vir Dei cum ſociis, ſicut prædiximus, nauigauit, donec proſpero curſu ad oſtia Rheni fluminis vela depoſuit, ibique optatâ telluris ſtatione refocillati ſunt; & mox ad caſtellum Traiectum, quod in ipsâ fluminis ripâ ſitum eſt, peruenerunt, in quo etiam poſt aliquod tempus, Deo donante, & fidei dono creſcente,

tunc ethnicos;

creſcente, idem S. Willibrordus ſedem epiſcopatus ſui habuit. Sed quia eadem gens Friſonum, in quo idem ædificatum eſt caſtellum, cum Rege ſuo Radbodo paganis adhuc ſordiut ritibus &c. *Quare cùm prior illa, de repertis circa Vltraiectum reliquiis, nobis arrideret ſententia; rebamur pro* Clodouei III. Clodouei I. *poſitum eſſe nomen. Nam Clodoueus III. Theodorico patri ſub annum 690. ſucceſſit, regnauitq; annis 4. circa quod tempus domiti à Pipino Herſtallo ſunt Friſones.*

22 *Sed longè modò probabilius nobis videtur* Ligerim *hîc accipi debere pro celeberrimo illo Galliæ fluuio, iuxta quem in monaſterio quopiam, heroicis illis Clodouei I. temporibus conditò, S. Agnetis, Sanctiq; Benigni Carnutum Epiſcopi depoſitæ reliquiæ; ſeculo nono diré Gallias infeſtantibus Danis, ſiue Normanis, deſoſſæ; tandemq; ſub annum 961. aut 962. repertæ; & triennio pòſt à Thiadboldo Comite pars earum donata B. Baldrico Traiectenſi Epiſcopo, cuius erat apud S. Brunonem Archiepiſcopum Colonienſem, vt magiſtri, præcipua auctoritas. Et fortaſſe S. Brunonis gratiâ inductus eſt Thiadboldus, vt piis eius votis annueret, cùm is non modò Ottonis Imperatoris frater, ſed Lotharij Regis, & Hugonis Capeti Ducis Francorum auunculus eſſet, & ſub ea tempora in Galliam ad nepotes conciliandos veniſſet, vt ad vitam S. Patrocli dictum hoc ipſo die.*

ſed in Galliâ Celticâ,

vnde Vltraiectum allata;

23 *An iſthic aliquæ retentæ S. Agnetis reliquiæ, ac deinde in Brolio-S. Benedicti depoſitæ, an quod vult Sauſſaius, huc Vltraiecto allatæ, in ambiguo eſt. Auectas Vltraiecto reliquias, nuſquam Beka Hedáue Vltraiectinarum rerum ſcriptores meminerunt. at Sauſſaius ita ſcribit hoc die:* Triumphus S. Agnetis Virginis & Martyris illuſtriſſimæ: cuius glorioſi agonis trophæa, & clara palmæ virginalis decora Patres ſanctiſſimi atque præcipui Ambroſius videlicet & Auguſtinus, nec non Maximus Taurinenſis & Gregorius Magnus, ambitioſo quaſi præconio mirificè celebrarunt. Huius ſacratiſſimum corpus diu poſt eius paſſionem Româ in Gallias allatum, cum corpore S. Pontiani Martyris apud Traiectum à Baldrico ipſius loci Epiſcopo honorificè repoſitum fuit, Benedicto VIII. Eccleſiæ præſidente. Hinc verò ad cœnobium de Brolio-Benedicti, ordinis Ciſtercienſis, diœceſis Ebroicenſis, tranſuectum; potiori ex parte tandem Lutetiam Pariſiorum tralatum, Pauli III. ſummi Pontificis permiſſu, in eccleſiâ S. Euſtachij famoſiſſimâ, quæ primùm ſub eiuſdem ſanctiſſimæ Virginis nuncupatione conſtructa claruit, magnâ ſolennitate collocatum eſt à Carolo Epiſcopo Margarenſi, Abbate Magloriano, vices gerente Ioannis Cardinalis du Bellay vrbici Antiſtitis: vbi in hunc vſque diem multâ cum veneratione aſſeruatur in lipſanothecâ argenteâ auro vndique illitâ. Caput verò eiuſdem glorioſæ Chriſti athletæ pretioſum Rotomagi in nobili S. Audoëni baſilicâ condigno honore conditum, etiamnum cuſtoditur: ad quam ex præmemorato cœnobio Brolienſi fuit, ne furentium hæreticorum, qui eodem labente ſæculo Gallicana ſacraria, obuia quæque direptioni, vaſtauerunt, impiis auſibus ſubiaceret, auſpicatò traductum. *Hæc ille. Sed fallitur in* Benedicto *Papâ; non VIII. circa ea tempora, ſed V. ſedit. Rotomagi fortè pars eſt capitis, cùm & Romæ eſſe caput dicatur.*

aliqua Pariſios,

aliqua Rotomagum;

24 *Diem quoque idem Sauſſaius, quo ſunt è Brolienſi ad Auduram amnem ſito cœnobio, Pariſios allatæ ſanctæ reliquiæ, Martyrologio ſuo inſcripſit, nempe XVIII. Aprilis:* Lutetiæ Pariſiorum, *inquit,* ſuſceptio reliquiarum S. Agnetis Virginis & Martyris, ex cœnobio Brolij-Benedicti diœceſis Ebroicenſis, facta anno ſalutis 1545. in abbatiali eccleſiâ S. Maglorij Pariſienſis per Carolum Epiſcopum Maigarenſem, Abbatem Maglorianum, auctoritate Pauli Papæ III. & conſenſu Ioannis Pariſienſis Epiſcopi, magno cum pompæ Eccleſiaſticæ triumpho.

quo die Pariſios.

25 *Aliquas eiuſdem ſanctæ Virginis reliquias Meleduni repertas teſtatur Sauſſaius XXII. Septembris:* Dominicâ poſt feſtum S. Matthæi, *inquit,* facta eſt Meloduni ad Sequanam miraculoſa inuentio reliquiarum S. Gregorij Papæ, Beatorumque Aſpaſij & Blaſij Epiſcoporum, B. Mariæ Magdalenæ, necnon S. Agnetis Virginis & Martyris: quæ in S. Petri cœnobio repoſitæ fuerant congruenti honore.

Aliqua extant Meleduni,

Ex variis.

26 *Habet Eccleſia S. Petri Metropolitana Coloniæ, inter alias illuſtres Diuorũ reliquias, vt teſtatur Erhardus Vinhemius in Sacrario Agrippinæ, brachium S. Agnetis Virginis & Martyris: huiuſne an alterius, haud fas nobis quærere eſt.*

Colonia,

27 *Inter reliquias quoque Palatij Bruxellenſis, variæ ſunt reliquiarum S. Agnetis particulæ. In Sacrario domus profeſſæ Societatis Ieſu Antuerpiæ eſt* S. Agnetis *Virginis & Martyris dens & os fractum, nam de aliâ Agnete S. Vrſulæ ſociâ antè dictum.*

Bruxellæ,

Antuerpiæ.

HISTORIA

INVENTIONIS ET TRANSLATIONIS SS. AGNETIS ET BENIGNI EPISC. E GALLIA VLTRAIECTVM, ex veteri MS. S. Pauli Vltraiecti.

CAPVT I.

Reliquiæ SS. Agnetis & Benigni deſoſſæ, reuelantur Amolvvino ruſtico.

1 IN tempore, quo feruente *a* Danorum crudelitate mucro perſecutionis intantùm Gallarum ſæuit in partes, vt exigentibus populi peccatis tetram propè redigeret in ſolitudinem, incolis in captiuitatem abductis; eadem tempeſtate loca Sanctorum, permittente Deo, pro vindictâ ſcelerum paſſim vſquequaque peſſumdare non deſtitit. Villa verò Vidua (ſic enim appellabatur ab incolis) ab hiſdem Danis, claſſi piraticâ per *b* Ligerim fluuium aſcendentibus, demolitur in nihilum, vt in ipſius aluei ripâ ſitam offendunt. Regius etenim tunc temporis erat fiſcus, regiâque munificentiâ monaſterium inibi conſtructum, multis & regiæ dignitatis honoribus ſublimatum, vt illud Rex *c* Clodouæus, qui primus Regum Francorum à S. Remigio Remorum Archiepiſcopo & catechizatus & baptizatus iugo Chriſti colla ſubdidit, mox Chriſti honori conſtruxit, multis locupletans poſſeſſionibus, plurimis & exaltans muneribus, Sanctorumque patrocinijs ditauit innumeris, atque non modicam Deo ſeruientium ibidem adunauit congregationem. Inter plurima Sanctorum pignora, pretioſum Martyrem Benignum videlicet *d* Carnotenſem Epiſcopum, vnà cum ter beatâ Martyre ac Virgine Agnete pretiosâ ibidem locauit veneratione.

a

Tempore Danica infeſtationis,

b

reliquiæ S. Agnetis & S. Benigni

c

d

2 Supradictâ quoque imminente perſecutione prouiſores ſacrarij, ſanctarum reliquiarum theſaurum effoſſę telluris in abſconditis non differunt occulere. Nam, vt dictum eſt, ingruentes pagani locum paullò antè cælo ſublimatum ſolo ſubuertendo coæquant, vix & hodie prioris ſtatus veſtigia ſuperant, nec præſens ætas tantorum ædificiorum niſi recolit in paucis. Nam & nunc eccleſiola ſaltem paucis vel vno lætatur Preſbytero, vbi tunc temporis monaſterij clauſtris innumeri floruêre ſanctæ religionis in agoniâ. Anno verò *e* primo imperij Ottonis Auguſti Chriſtianiſſimi, nono autem *f* Lotharij Regis, facta eſt diuinitus reuelatio ſanctorum corporum B. Benigni Martyris atque Pontificis, nec non & S. Agnetis Virginis ac Martyris Chriſti; facta etenim hoc modo: Cùm ſæpè quidam eiuſdem Eccleſiæ Preſbyter cælitus ſit ammonitus in ſomnis ſuper huiuſmodi re, non credulus viſioni negligentiùs æquo duxit in primis: ſed diuina diſpenſatio rebus in omnibus humanæ mentis modum excellens in ammirando quæque humiliora mundi eligens fortioribus in contumeliam, voluit & hęc per humilitatis perſonã in noſtrę ſalutis venire notitiam.

in terrâ deſoſſa:

e

f

Presbytero reuelata;

eo negligente.

3 Accidit

EX MSS.

3 Accidit autem vt quidam ruſticus, iuſſu ſui dominatoris, ad opus ædificij lignis ſuccisis, iunctis boum iugis, cum plaustro siluam adiret. Ipſe quidem defeſſus labore, more ruſtici vehiculum aſcendens, operi futuro vel paulliſper recreaturus, ſopori non ſuo ſuccubuit. Mox adſtitit ei S. Agnes in viſione, vocans illum proprio nomine: Vigilas, vigiláſne Amolwine? Sic enim appellatus eſt. Sum Agnes Virgo Chriſti; timere noli: meis fidem adhibeto iuſſis: phantaſma ne me credas eſſe. Non ſolùm tu, ſed & non modica pars terræ verum, quod tibi manifeſto, comprobabit eſſe. Deus humilium amator per te deſpectum hominibus, aliter ſibi viſum, rem huiuſmodi mundo non dedignatur innoteſcere. Vade ergo, & dic Lamberto Preſbytero, ne ſuimet ipſius in damnum diutius protelet corpus Benigni Martyris & meum terrâ effodiens in lucem proferre; ipſe etenim eſt Carnotenſis Epiſcopus, qui pro Chriſti nomine ſanguinem effudit, meus & filiolus ſpiritualis extitit, quem de matre fonte regeneratum ſubleuans mihi adoptaui in filium, nunc & congratulor in cælis adeſſe conſocium. Sub ipſius eccleſiæ ſtillicidio, effoſſis terræ ſcrobibus Auſtrum versùs, altare cum tabulis vitreis deſuper colliſis inueniet, circa quod ſarcophagum Benigni, cuius ad caput & meum, reperiet. Si fortè non per hæc ſigna velit tuis credere dictis, obiiciens te vanis abuti, vt mendacem, ſomniis; adiicies & hæc nil timidè, perduret vt inquirendo præcipe, quò te ſaltem in his comprobet, vera non falſa deprimere. Inter ipſum aperiendæ ſcrobis locum Ligerimque fluuium, partibus æquis ab alterutris in medium æquè menſuratis, mediante etiam vineæ ſpatio, puteus ab inquirentibus ibidem inuenitur in medio, ſupradictâ Danorum tempeſtate incolis rebus variis ad tutelam immiſſis, obſtructus. Quo emundato & in altum exundato, binæ boni metalli nolæ reperiuntur in imo. His ſaltem expertis tibi ne titubet credere, nec in longum differat iuſſa peragere. Noſtra etenim natalitia populo indicet celebrare. Natalem verò diem Benigni Martyris in vigiliâ ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli non ignoret indicare; meum autem orbi notum non opus habet cuiquam intimare. Hîc ille ſpiritus Angelicus finem imponens ſermoni receſſit in ſua.

Amolvvino ruſtico ab ipsâ S. Agnete,

loco indicato, aliiſq; ſignis.

4 Expergefactus autem Amolwinus, vt ſibi videbatur, à ſomno, diu ſecum an vigilando an dormiendo hęc agerentur, æſtuauit in dubio. Plauſtrum quoque non errans itineris ad ipſam arborem, quam pridie denotauit operi, reuerſus ad ſe tandem vt vidit perductum, credidit viſioni, nec dubitat ſatis ammirans id diuinitus effici. Nil morans mox incumbit operi, plauſtrum onerat, reditum accelerare non tardat. Sequenti autem die affuit ei & idem g orama, more prioris ſolito, ſatis acerbè redarguens illum negligentiæ, minatur pœnas luere, ſi non ſatageret iuſſa peragere. Mox excuſſus à ſomno, timore percellitur; viſa Preſbytero nil immoratur intimare. Sed huiuſmodi res dum ſuſurratur inter ſuos, non latet Thiadmarum operis magiſtrum. Ab illo namque graui fuſtigatus verbere, prorſus impeditur ab itinere. Improperatur ei laboris ignauia, & ob id vana ſibi fingere ſomnia, quò vacaret ab opere: violentiùs ſolito vrgetur opera operi nolens volens addere.

Eumdem iterum ad monet Sancta;

g

à Thiadmaro hero propterea verberatũ,

5 Quid plura? Tertiâ autem die nec tertia viſio decrat illi ſiluam versùs iter agenti, hoc addens prioribus, eum & his confortans conſolationibus: Te verberatum ob mea iuſſa, inquit, nunc quòd doles, inultum præterire non expaueſcas. Hæc triſtitia tibi vertetur in gaudium, illi mœroris & doloris in cumulum: ſentiet vel inuitus & te vera dicere & per te doloris talionem incidere. Tu tamen ab incepto pedem ne retrahas, antequàm cuncta per ordinem digeras. Sopor autem vt abſceſſit, haud immemor iuſſi, iugis illic cum plauſtro relictis, curſu concito pedes recurſum accelerans, clàm ſeniori, rem ab integro ſoli ſemotim denudauit Preſbytero.

conſolatur:

a *De Nortmannorum, ideſt,* Septemtrionalium virorum, *ac nominatim Danorum, in Gallias incurſionibus, plurima ex antiquis Scriptoribus habet Du Cheſne in hiſtoriâ Normannicâ; & hîc quoque in plurimorum Sanctorum geſtis de iis actum.*

b Ligeris, *Gallicè* Loyre, *clarus Gallia amnis, & poſt Danubium inter Europæos longiſſimi curſus, in Oceanum Britannicum infra Nannetes ſe effundit.* Ligera *dicitur in veteri Breuiario Vltraiectenſi. Anno 853 menſe Iulio Ligerim adeuntes Northmanni, Nannetum vrbem & monaſterium S. Florentij ac vicina loca populati ſunt, vt in geſtis Noſtmannorum narrat du Cheſne. Veriſimile eſt circa illud tempus eſſe geſta, quæ hîc narrantur.* *Ligeris fl.*

c *Obiit* Clodoneus I. *ſub annum Chriſti 511. anno regni 30; religionem Catholicam complexus anno 496. vt 1. Oct. ad vitam S.* Remigij *dicemus.*

d *Deeſt hic in catalogis Epiſcoporum Carnotenſium vulgatis.*

e *Otto Imperator coronatus eſt Romæ à Ioanne XII. Papâ, anni 962. exordio.*

f Lotharius *Ludouici IV. Tranſmarini filius, Rex Gallia 12. Nouemb. 954. inunctus eſt.*

g *MS. Vltrai.* oroma *ſed ὅραμα legendum, id eſt,* viſio. *MS. Rubea-vallis;* Sequenti autem die adfuit ei eadem matrona redarguens illum negligentiæ, & minatur *&c.*

CAPVT II.

Reliquiæ inuentæ à Lamberto Presbytero.

6 PReſbyter quoque non ſatis illi credulus, verba ruſtici minùs æquo diiudicans poſtponit, audita mentem obtundit ad talia. Nec ſignis fidem adhibens auditis, ſtudet cauſſam inueſtigare veritatis. Sed non longè pòſt, finitis matutinalibus hymnis, vt bonæ conuerſationis apud ſuos erat, nec vita conuerſationi diſcordabat, dum artubus ſtrato locatis, ſomnus obrepſit; illi ſopore leniter ſoporato viſa eſt & Virgo ita forma eleganti, vt nil ſupra eſſet, aſſiſtere, negligentiarum illum haud leniter redarguens; ac niſi ruſtici verbis aſſentiret, atque iuſſa properanter adimpleret, minitans commiſſi piaculum non euadere. His dictis expergeſcens Preſbyter non expers timoris huc illucque animum curas verſabat in omnes, tamen adhuc mente vacillat ſi id diuinitus acciderit: quærit Eccleſiæ refugium, bono vtens conſilio, rogat Dominum, vt ſi eius placito hæc eſſet ammonitio, non defraudaretur vel iterum ammoneri denuò, vel, ſi præſumeret loqui, tertiò. At ille non caſſas efferens preces, diuinitus exauditur. Namque ſequenti nocte tenebras rumpente diluculo, ſimiliter admonetur vt pridie. Tertiæ etenim ſub ipſo noctis & auroræ crepuſculo, quando tunc temporis ſolet quieſcentibus ſomnus ſolito leuior ſubrepere, dubius, vt ſæpè teſtatus eſt, an in vigilatu prorſus, an in dormitu, vel ſomni ſub nebulâ, illi iacenti, ſed, vt veriùs affirmat, inſomni S. Agnes aſtitit ei tertiò. Sic enim ſeipſam appellans, Sum Agnes, inquit; quid diffidis Lamberte? Cur hæres meis intantùm ammonitionibus aſſentire? Pelle timorem: ne paueas humanum offendere vultum, nec attendas in morando tui præceptoris, quem fortè times ab hoſte reditum. Solue metum, implendo iuſſum, Dominus aderit tecum. Hæc dicens, & cuncta ſignorum ac locorum iterans iterum monimenta, per ruſticum priùs denotata digeſſit in ordine.

ipſi quoque Presbytero apparet,

iterum,

ac tertiò.

7 Vix ceſſante viſione ſoporis vmbra diſparuit ab illo; qui rerum haud dubius, gratiarum actionibus Deo peractis, mox & conuocatis ipſius Eccleſiæ quos & nouit ceteris mente ſaniores ac Deo fideliores, ipſis eandem viſionem viſionisque nuntium, ac omnem rei veritatem ab ordine digeſſit & explanat ad integrum. Qui omnes vnanimi aſſenſu conſilium exhibentes, effectum conſilij ſecum, permittente Deo, peragere tentauerunt, quod & fecerunt. Illicò operi accinguntur omnes, vnà cum Preſbytero; ſarculis terram loco deſignato nil morantes in altum effodere. Quâ detectâ, theſaurus terræ latebris diu occultus palàm effertur in lucem. Nec ibidem ſigna defuêre. Nam nec puteus ſua celauit inquirentibus, ſed cuncta, ſicut fuerant prædicta, ſunt ab hiſdem in promptu

Reperiuntur reliquiæ.

promptu reperta, ſcilicet fidelibus in teſtimonium, infidelibus in ſcandalum. Igitur inuentis ſanctorum corporum reliquiis, omnes Deo dederunt gloriam, tollenteſque ab humo cum gaudio & honore parietibus eccleſiæ intulerunt. Nec mora: intulit Preſbyter rem omnem ad integrum, reique nuntium non tacens, natalem Benigni Martyris diem ritu feſtiuo celebrare, non iuſſi immemor, ſatis indixit populo.

Thiadmarus prolis morte punitur.

8 Nec prælabitur impunitum, iuxta S. Agnetis præſagium, quòd præfatus Thiadmarus narrantem huiuſmodi reuelationis orama fuſtigauit indebitum. Vnici pigneris improuisâ morte ſtatim ſubſequenti die grauiter afflictus, vitam ac lucem in mœrore luctus pro dolore nati duxit exoſam: tantoque cruciatus dolore recolit ſe ſatis grande pauperis in verberibus perpetraſſe flagitium, nec hoc poſſe præterire vllo modo inultum. Fatetur meritò pœnam luere: properat primò ſibi pauperem reconciliari; tunc merita Sanctorum ſupplici voto ſupplicans veniam mereri, ne plus ſuis ſentiat id facinus diuinitus vlciſci: ſeque deuouit exinde nil tale perpetraturum, Deo propitio.

CAPVT III.

Feſta profanantes, puniti.

9 TRanſactis autem dierum curriculis eũdem reuolutũ diem ſollemniter populo celebrante ſub tanti Patris ac Martyris honore, contigit vt clàm è populo quidam mente proteruus, nequam ſpiritus inſtigatus inſtinctu, qui ſemper aduerſatur Chriſtianæ religionis augmento, conuentum Eccleſiæ perturbans, diei feſtum exprobando, non modica in Preſbyterum nil veritus ſit exacerbare conuicia: Cuius, inquit, oſſa neſcio ſepulturam rimando ſi Preſbyter è buſtis eruerit, eius honori feſtum feriando quis intantùm deſipiat vt celebrare ſatagat? Nemo meorum hodie vacabit ob id ab opere. Omnes nos hoc in agendo deſipimus, atque digni ludibrio habiti ſumus. His atque aliis incumbens impropereriis, populum ſatis ſuſpendit in dubio. Tandem reuerſus ad ſua, ſuis feriatum interdixit otium; inſuper iunctis boum iugis quaſi campum araturus adiit. Coniux verò textum ire telam nec diſtulit.

Feſtum S. Benigni cum ſuis violans,

& blaſphemans,

10 Statim autem vt ſui planitiem attigit iugeri, paruipendens eo domum repedare in aratro, vnus è bobus in caput præceps obuolutus caſu ceruicem illiſit. Nec miſer ille tali mente retunſus, offenſu incurrit ſecundo. Par etenim parem pari ſubſequitur interitu, ſoluens domini ſupplicium. Nec damnum tertij moratur bouis dominum flagellare. Qui tandem vel inuitus recognoſcit in Sanctum Dei ſe grauiter peccaſſe: pœnitet ſe incepti, feſtinat aratrum ſuſpendere: dum autem accelerat iuga diſiungere boum, quartus inter manus labitur mortuus. Octo namque iugalibus campum aſcendens, vix & ægrè cum quatuor ad domum rediit, etiam eorum quartus in introitu domus caſus impetu domino ſuo damnum ingerens occubuit. Nec tecta carent interim vltionis ſorte: dolor luctuſue intus foriſque ingeminant vndique. Nam vxor, cui nomen Leuduza, vbi aſſedit telæ, tramam in tranſuerſum ſtaminis more texentium traiectura per licia, manum partemque brachij cubitum vſque oſſetenus reuerſa tam carne quàm cute non ſine magno dolore vix ad ſe retraxit debilem & prorſus inutilem. Fit quòd planctibus ac luctui dent operam, qui feſtiuis vacare dedignati ſunt otiis. Tandem vel inuiti, ſuorum vſi conſilio, Benigni beati Martyris ſuffragium expetunt: ſeipſos eius in famulatum cum filiis ac poſſeſſionibus Eccleſiæ ſubiiciunt, ne ampliùs in ſe ſuosque pœna commiſſi ſæuiret in poſterum.

boum morte punitur,

ciuſdẽ vxor brachij debilitate.

Puella eodem feſto nens,

11 Quædam etiam puella eiuſdem diei ſolemnitate neglectâ, cum inſtrumento muliebri, quod colum nominant, more ruſticarum per atrium eccleſiæ vagabunda tornans fuſum in nendo filum inutile dum ſpatiatur, ſubitò coram omnibus humi proſtrata decidit, contractis debilitatiſque membris omnibus diri doloris magnitudine diu cruciata demũ inopinatè domum reportatur à ſuis: fit in tectis parentum vlulatus, foris vicinorum pauor lacrymoſus. Vndique irruentes attoniti ſtupore circumſtant ſemiuiuam, ac ſatis dignè audacis facti ſcelus incuſant; Deum tamen ſuper his propitium fieri ſupplicant, cui facile eſt præſtare gaudia, quę votum tranſcendunt humanum. Quid plura? Poſt defleti reatus confeſſionem iam ſalus deſperata non differtur à Deo, cui muneris vſus hic potior quàm nemo putet. Parentes eam, vt ipſa flendo rogauit, eccleſiæ parietibus intulerunt, Sanctorum patrocinijs in famulam ipſius affectu ſubiicientes. Nec in longum differtur. Fit palàm cuius meriti ſint apud Deum Sancti. Membra iam præmortua priorem reformantur in ſtatum. Sana ſurgit & exilit, adſtante populo, quę pænè exanimis ac iam à ſuis deſperata, vix ſolo viua anhelitu repræſentatur eccleſiæ. His viſis non ſolùm parẽtes puellæ, verùm plebs & omnis in laudem Dei gratias extollit. Et meritò, qui tantis Sanctorum pignora declarauit miraculis, tantisque patriam ſublimare dignatus eſt patrociniis.

Ex Mss.

contractione & debilitate mẽbrorum punitur:

Sanctorum ope ſanatur.

CAPVT IV.

Reliquiæ Vltraiectum tranſlatæ.

12 CVi dubium his populum diuinitus eruditum tanti diei ſollennitatem otiis venerari feriatis? Conclamat & populi frequentia, teſtibus his ſignis Deum offendere, qui ſolemnem Sanctorum vltrà nequam ſpiritus face ſuccenſus inficiatur colere? Corroboratur & id deificè ſubſequentibus plurimarum ſanitatum miraculis, ſicq; plus in orbem & in dies ſummâ ſolẽnis diei reuerentia cunctis inoleuit circũquaque degentibus. Nec deſunt medelæ languorum, tanti Patris ac tantæ Domnæ patrocinia deuotè colentibus. Plurimis omiſſis, non abs re tamen ducimus inſerere lectioni, quod ſub idem ferè tempus S. Agnes item eidem Preſbytero apparens in ſomnis, Caue ne circumueniaris, inquit, à monachis, excogitatâ fraude circa te furti dolum exercentibus. Duo etenim huc aduentant orandi ſub vmbrâ, noſtras ſed inuiolare reliquias res vera. Thiadboldum & Comitem huc cum nundinis antiqui fiſci redhibitionem ammonebis reducere, locum in reparando tempus ac ſumptus accelerans properè. Sin aliter, ſentiet in proximo vel ſui vel ſuorum non ſine damno ſe periculum incidere. Nec plura locuta, receſſit in ſua. Preſbyter autem vbi excutitur à ſomno, viſione ſecum corde volutatâ, feſtinanter ad eccleſiam pergere tendit, reliquias Sanctorum vaſe vacuo ſuper altare relicto, rem diſſimulans, in apothecâ frumẽti ſecus altare retro poſitâ clàm reponit. Vix inde digreſſus, ecce duo monachi de a S. Iuliano profecti, nequicquam aſtu freti aduenium, petunt ab eo locum in eccleſiâ tempusque competens orandi, ſpeciem religionis fuco falſitatis decolorant. Nec ille denegat, haud ignarus Sanctorum negotij, ſecurus omnino ſui. Quid plura? Fallere conaturi quaſi neſcium, falluntur ad integrum: tamen proſequuntur inceptum. Fractâ autem ab illis reliquiarum thecâ, ſpecie luſi ſpem offendunt inanem. Inde non ſine pudore reuerſi caſſato theſauri faſce vacui redierunt in ſua. Presbyter verò repertis doli furtique veſtigiis rei negotium retexit ſuis: nec monachi plus itidem celauêre ſciſcitantibus. Deinde timoris reuerentia magis magisque circa Sanctorum patrocinia ſucceſſit indigenis.

Alia ibi facta miracula.

S. Agnes furtum reliquiarum, Presbytero monito, impedit.

a

13 Cùm autem hæc ita ſe haberent, Baldricum Traiectenſem Epiſcopum res facta diu non latuit. Nam quod orbi nouum eius notitiam aufugit vnquã? His ad earum inquiſitionem animaduerſis, feruet animo, voti feruore reuelans Deo; diu nec patitur inexpertũ, impatiens more, ſi poſſit pertinaci prece tãti pretij theſaurum adipiſci. Miſſis etenim properè legatis Comiti Thiadboldo, quẽ ſibi

Eas à Thiadboldo Comite impetrat Baldricus,

Ex mss. sibi cana fides inextricabilius amicitiæ pignus experiri tentauit, hoc & experimentum esse reliquias Sanctorum nouiter mundo diuinitus declaratas sibi non denegare. Comes quoque quid mallet satis anxius anhelabat, an amico pareret, vel se suosque tantis patronis expoliaret: nam si vel quid locum amicitiæ negando vellet inficere, nequaquàm assensum præberet affectui. Sed tandem, Deo volente, sed potiùs, vt ita dixerim, nolens donum donat expostulatum, nil dubius Deo & Sanctis non ad id datum displicere.

14 Præsul igitur voti compos, gratiarũ actiones Deo cũ laudibus extollens, choro Clericorum coniuncto, populique frequentiâ, decuit vt Sanctos, occurrit in obuiàm, quos honore condigno susceptos infra Traiectensem Episcopalis Sedis aulam pridie Kalendarum Aprilium loco locauit in vno, sed singulis semotim in loculis, anno scilicet Incarnationis Domini nostri Iesu Christi nongentesimo sexagesimo quarto, Indictione septimâ, Sabbatorum quintâ. Nunc etenim his gemmis Traiectum se gaudet esse decoratum; gaudet & se tanti talisque thesauri diuitiis locupletatum, hauriens quotidie iocunditatem à Domino, pacis iubilum, salutis incrementum, vitiis medelam, animabus remedium, hostibus obstaculum, talibus pro se Deum interpellantibus, fouet exultans in gremio, quorum non titubat foueri patrocinio. Plebs & incolæ debitum honoris gestiunt impendere: nam quod voto supplici petunt, inde Deum laudant illis non denegari. Nec dubitandum sanę fidei personis Beati Benigni Martyris nec non ter beatæ Martyris ac Virginis Agnetis glorioſa per merita cunctis illorum patrocinia colentibus diuinitus præstari quicquid in nomine Saluatoris quæritur ab illis fide non dubiâ. Quapropter & nos qui eorum meritis adiuuari cupimus honorem diei festi deuotè celebrantes, pro nobis ipsos Deum interpellare sedulò supplicemus; quatenus cæleste gaudium, quod per nos assequi non valemus, ipsis intercedentibus vnà cum Sanctis omnibus obtinere mereamur, præstante Domino nostro Iesu Christo qui Sanctis suis nil negat, cum Patre ac Spiritu sancto regnãs rerumque machinam gubernans sine seculorum termino, Amen.

& Vltraiectum transfert, 31. Martij 964.

a *Est* S. Iuliani *monasterium in vrbe Turonensi, quæ & ipsa ad Ligerim sita.*

DE RELIQVIIS S. AGNETIS

Constantinopolim, posteà in Hispaniam translatis.

Reliquiæ S. Agnetis delatæ Constantinopolim,

1 *Constantinopolim quoque, & priùs etiam quàm in Belgicam Celticamúe Galliam, S. Agnetis translatæ reliquiæ. Id Baronius in Notat. ad Martyrologium,* temporibus Marciani Imp. *factum tradit, itaq; scribere Theodorum Lectorem. Verùm hîc lib. 2. collectaneorum sub finem ista habet:* Sub illius (*Theodosij iunioris, cui Marcianus anno 450. successit*) imperio, depositę sunt reliquię SS. Stephani, Laurentij, & Agnes, in martyrio S. Laurentij, vigesimâ primâ Septembris; & celebratur isthic hactenus eo die ipsorum memoria. *Ast in Græcorum Menæis ac Menologio nulla hoc die eorum mentio exstat; nec 27. Septembris, qui dies erat in Latinâ Theodori versione expressus.*

agente S. Pulcheriâ,

2 *De S. Stephani translatione separatim Nicephorus lib. 14. cap. 9. De S. Agnetis & S. Laurentij sequenti capite ita scribit:* Fama sanè obtinuit, in aliis quoque multis rebus Deum Reginæ huic (*Pulcheriæ*) futura prædixisse, maximæque religionis & pietatis ei atque eius sororibus, quæ & ipsę idem vitæ institutum coluêre, testimonium perhibuisse. Nam & Laurentij Martyris, & Agnes reliquias inuentas Constantinopolim intulit; vbi & ædem amplitudine maximam, elegantiâque pulcherrimam construxit. Cùm verò illa imperium gereret, Gennadius autem Constantinopolitanæ Ecclesiæ præesset, reliquiæ S. Anastasiæ pharmaceutrię Sirmio allatæ *&c. quæ postrema videntur indicare, priores reliquias adportatas Constantinopolim, priusquàm imperium ipsa, fratre anno 450. defuncto, capesseret.*

inde in Galliam, ac tandem Manresam;

3 *Antonius Vincentius Domeneccus in historiâ Sanctorum Catalauniæ tradit ex veteri MS. Ecclesiæ Manresanæ, illas* S. Agnetis *reliquias à Guilielmo Prouinciæ Viennensis Comite, Constantinopoli, cum S. Antonij corpore, allatas in Galliam, inde ad monasterium, cui* Bages *nomen est, prope Manresam situm, postremò Manresam. Atque hæc quidem postrema translatio vt ex propriis eius loci hausta monumentis, omnino fidem meretur: in prioribus multa sunt quæ meritò possit curiosus lector suspectare. Nam XVII. Ianuarij in Translatione corporis S. Antonij, nulla* S. Agnetis *mentio facta: illud per Iocelinum, siue Iacelinum, Guillermi Comitis filium, non Guilielmum, allatum. Deinde historia suinnuit Domeneccus eumdem Guilielmum reliquias* S. Agnetis *donasse Legatis Regis Castellæ eiusq; fratris Toletani Antistitis: & quidem Regem illum coniicit esse Alfonsum VI. qui Imperator dictus. At multò ante Alfonsi VI. ætatem, qui ab anno 1108. ad 1159. regnum tenuit, allatæ sunt in Galliam S. Antonij exuuiæ. Neque Alfonsus VI. fratrem habuit Episcopum Toletanum, sed Alfonsus VII. Sanctium. Quid quòd Marciani Imperatoris sororem nuptam ait Duci Austriæ Norici, (id deinde Austria appellatum) qui tunc status fuerit, Marciani imperio, patet ex principio vitæ S. Seuerini Noricorum Apostoli VIII. Ianuarij: neque Noricum ad Imperium Byzantinum pertinebat. Ait Romanis abnuentibus reliquias dare, comminatum esse Marcianum, bello petiturum: si ea illi vires fuissent, vt deportare in Italiam exercitum posset, potiùs iisdem Romanis contra VVandalos alioq; barbaros opem tulisset. Demum collocatas Constantinopoli fuisse reliquias scribit, in lauo aræ latere, quòd iam antè dextrum S. Antonij corpus obtineret: cùm suprà ostenderimus longè pòst Constantinopolim hoc fuisse allatum, quod ne inuentum quidem tunc erat.*

4 *Ea nobis ratio fuit, vt nequaquam verbum de verbo Domenecci expressérimus, sed compendio totam narrationem perstrinxerimus; certius fortasse quidpiam pronuntiaturi, si quem ille citat Manresanum codicem vidissemus.*

NARRATIO TRANSLATIONIS,

ex Antonio Vincentio Domenecco.

Virgo regia Constantinopoli à damone arrepta,

1 *Sanctæ Virginis Agnetis Translationes plures, quò faciliùs de postremâ explicemus, breui omnes comprehendemus. Agnes fuit quædam Constantinopolitani Imperatoris Marciani sororis filia. Ea cùm se ruri oblectaret, atque ex fonte, quem offenderat, capta aquæ specie & perspicuitate gustasset; repentè correpta à genio malo, magno mœrore auunculum Cæsarem perculit. Cui cùm ob eam caussam placuisset supplicationes instituti, exaudita vox est diuinitus, quæ virginem, nisi Constantinopolim eius Diuæ, quæ ignem illæsa subiisset, allato corpore, negabat posse liberari. Responsum obscurum, iteratis supplicationibus audita vox declarauit, eam esse Agnetem interpretata, ad Romam tumulo inclusam è marmore.*

S. Agnetis reliquiis, diuino monitu,

2 *Legatione missâ à Romanis propter religionem, virginis corpus, non precibus, vix terrore auferri potuit. Delatum Constantinopolim, maximâ lætitiâ, clarissimâ pompâ ad ædem suam vehebatur. Cui cùm propinquasset; illicò iumenta attonita, non vltrò, non citrò agi poterant. Verùm, cùm se vniuersi humi abiecissent, Deum obsecrantes, ad regiam sponte, quæ propè ab S. Sophiæ sita erat, rectà iter capiunt. Erat in eâ sacellum, in quod iussu Cæsaris illatæ sacræ exuuiæ, atque ad eas arreptitia illa perducta. Quæ illicò humi collapsa, horam iacuit, mortuæ similis. Terrorem augebat, susurrus teter atque horribilis: Quid me torques? quid pellis? quid exagitas Virgo sancta? Neque ita multò pòst pulsus exagitatusq; est: illa, ingenti omnium gratulatione gaudioq; liberata. Quærenti deinde auunculo Cæsari, quid illi factum esset, cùm humi afflicta deliquio animi iaceret, confirmauit tenellam virginem sibi ita colloqui visam; sese Agnetem esse, iubere excedere turpem genium, reuerti vetare. Tum visum euanuisse. Cæsar religione compulsus, Agnetem subinde isthic honorificè condi; tumulum auro tegi, ornari gemmis imperauit. Hactenus prima Translatio, sequitur altera.*

Româ petitis, miraculoq; ad aulam delatis,

liberatur, ipsâ Agnete ei apparente.

3 Gui-

In Galliam eadem, & S. Antonij, delata reliquiæ.

3 *Guilielmus Guilielmi filius Viennæ Comitis, aditâ religiosè Hierosolymâ, Constantinopolitano Imperatori biennium deinde cõuixerat. Quem cùm sibi maximo amore obstrinxisset, ægreq; peruicisset, vt reditum ei facere liceret in patriam, ab Imperatore, qui se, quod illi placuisset, id daturum esse iurauerat, SS. Antonij & Agnetis corpora in patriam abstulit, quas in Deiparæ Virginis æde, loco qui Motta dicitur, collocauit, vbi ingentia deinfacta miracula.*

Illæ Castellæ Regi datæ,

4 *Tertia Castellæ Regis, eiusq; fratris Toletani Præsulis rogatu per legatos, summa Guilielmi Comitis largitate, facta est. Nam cùm ossium partem insignem oratum venissent, pleraque data sunt, retenta solùm isthic parte exiguâ, additæq; D. Mauritij Thebæorum Martyrum principis reliquiæ. Legati superatis Pyrenæis magnis itineribus confecti, ad vicum S. Fructuosi, mediâ leucâ ab oppido Manresâ, in cœnobio instituti Benedictini cùm conscidissent, cuperentq; à viæ labore recreari, correpti morbo plerique ibi extincti sunt. Reliqui depositis in eâ æde reliquiis his, Sanctorumq; Fructuosi, Eulogij, Augurij, quas à Tarraconensibus, dum in Galliam proficiscerentur, impetrarant; spe ducti fore, vt deinde ex eo loco & contempto & deuincto Romanæ Ecclesiæ, faciliùs reducerentur, quàm si Manresæ collocauissent, domum profecti sunt.*

Manresam tum SS. Mauritij & Fructuosi reliquiis delata.

5 *Anno Christi 1372. Senatus Manresanus, magnâ antè contentione conatuq; consumpto, demum à Guidone Portuensi Episcopo, summiq; Pontificis in Aragoniâ Legato à latere, potestate impetratâ, 30. Augusti, magno apparatu, frequentissimâ prosecutione, Manresam SS. Fructuosi, Eulogij, Augurij, Mauritij, Agnetis ossa deportauit.*

Æger sanatur.

6 *In eâ translatione, vir magno corporis & veternoso stupore præditus, vt incedere nihil posset, cùm præter eius ædes pompa duceretur, Diuos ipsos præcipueq; Agnetem precatus, repentè exiliit, & ad ædem sacram ipse prosecutus est.*

cæcus visũ recipit.

7 *Non absimili beneficio, eodem die, paribus votis videndi facultatem amissam funditus Amata, in suburbano habitans mulier, cùm eius ædes præterueherentur Diuorum corpora, subitò recuperauit, seq; ad prosecutorum multitudinem adiunxit.*

Febris & renum dolores curati.

8 *Neque verò morbi vitijq; vllum genus incuratum Diui nostri fuerunt. Conflictabatur acerrimâ febri, renumq; doloribus, Iacobus Desprat, institor Manresanus, Panormi in Siciliâ. Vt primùm D. Agneti lampadem argenteam ægroti frater promisit, velut dicto votoq; citiùs conualuit: ac domum redux, votum persoluit. Plures iisdem curati sunt morbis.*

Ex alto lapsa non læditur.

9 *Elizabetha Paguera ex summarum ædium fenestrâ prolapsa, suæ matri inspectanti concipiendi voti B. Agneti religionem periculo iniecit suo, eodemq; voto vicit periculum. Integerrima à patre, celerrimè accurrente ad filiæ, vt opinabatur, mortem, reducta est.*

Febris depulsa.

10 *Radiola quædam fuit, febri penè extincta, à medicis deposita. Eius frater Diuis nummos vouet, eorumdem tumulis exornandis. Voto concepto, illa conualescere cœpit. Infantulus dies octo vixerat, Alfonsi Sabateri filiolus. Post eos dies obiit. Tres horas ampliùs sine vitâ iacuerat. votum Diuis Martyribus à piâ feminâ, quæ aderat, nuncupatum, eorum sumptuum, quos infantuli sepultura conficeret, ad Manresanos tumulos concinnandos conuertendorum. Reuixit multosq; dein annos in vitâ fuit.*

Mortuus suscitatur.

Lux cælestis ad reliquias visa.

Febricitans quidam cum coniuge ad Martyrum sepulchra vigilabat. Vident maxima lumina bina per fenestram ad sacrum altare deuolare, quorum luce tota ædes ardere quodammodò videbatur. Horâ dimidiâ hinc atque isthinc luxerant, cùm eodem aditu ambo in cælum elabuntur, magnâ in coniugum animis luce relictâ.

parum quiescere, quia valdè fatigatus sum. & egresso eo, confestim in visione apparuit venerabilis Bonifacius ipsi infirmo pontificalibus insigniter adornatus, adducens secum quamdam Virginem pulcherrimam, monilibus decentissimè redimitam. Ait autem Bonifacius ad infirmum: Domine quid facitis, & quomodò habetis? qui respondit: Valdè debilis sum. & Episcopus signauit digito frontem eius, & manu suâ tersit faciem & pectus ipsius; atque ita datâ benedictione statim conualuit. Intereà interrogante infirmo, Quæ esset ista puella, respondet Episcopus: Hæc est S. Agnes. & statim visio disparuit.

Ex vaRIIS. *S. Bonifacius Ep. Lausanen. sis ægrum sanat. præsente S. Agnete.*

2 *Singulari pietate* S. Agnetem *coluit S. Birgitta: quare sæpenumerò ei apparuisse Virgo legitur, eamq; cælestibus monitis imbuisse. Libro 3. Reuelat. cap. 12. pro Episcopo quodam orantem docet, homines sæpè gratiæ Dei, quâ ad virtutis studium trahuntur, resistere, & periculosè differre bonorum operum studium in finem vitæ. Eodem libro cap. 3. hortatur Birgittam, vt Dei matrem studiosè colat & eam diligat; quam & lilio comparat; vt locum illum exponit Consaluus Durantus in Notis. Libro 4. cap. 11. pro ea Deiparæ Virgini supplicat Agnes. Eodem libro, cap. 17. piæ & honestæ vitæ præceptiones illi tradit, vti & cap. 20. at 124. imponit illi coronam ex septem lapidibus pretiosis, ob patienter toleratas afflictiones. In Reuelationibus Extrauagantibus cap. 63. his Birgittam Dei Mater verbis affatur:* Sta ergo stabilis, & obedi Agneti in consiliis quæ dat tibi in spirituali visione, & Magistro tuo, qui ambo informant te de vno spiritu; & obediens alteri eorum, obedis ambobus.

S. Agnes sæpè apparet S. Birgittæ, eamq; multa docet.

3 *Magnum inesse in eius patrocinio ad castimoniam tuendam præsidium, manifestum fit ex eo quod commemorat Auctor historiæ Lombardicæ Iacobus de Voragine, haud ille quidem maximæ semper fidei; sed quod ex illo huc depromimus, recitat & Claudius Rota ord. Prædicatorum:* Quidam vir nomine Paulinus in ecclesiâ S. Agnetis sacerdotij fungens officio, mirâ cœpit carnis tentatione vexari. Sed cùm Deum offendere nollet, à Summo Pontifice licentiam petiit contrahendi. Cuius bonitatem & simplicitatem Papa considerans, annulum ei cum smaragdo dedit, & iussit vt imagini formosæ B. Agnetis, quæ in suâ ecclesiâ depicta erat, ex parte suâ præciperet vt se permitteret desponsari. Cumque hoc Sacerdos imagini imperaret, illa continuò digitum annularem porrigens, & annulo susceptο digitum retrahens, omnes tentationes à Sacerdote fugauit. Prædictus autem annulus adhuc dicitur in eius digito apparere. Alibi tamen legitur, quòd cùm ecclesia B. Agnetis rueret, Papa cuidam Sacerdoti dixit, se sibi velle quamdam sponsam custodiendam & nutriendam, scilicet ecclesiam S. Agnetis, committere: dansque ei annulum iussit vt dictam imaginem desponsaret. Quam illâ extendente & retrahente digitum desponsauit. *Hæc illi; quæ etsi necessariis stabilita temporum notis, ac testimoniis non sunt; ideoq; minùs ad fidem faciendam accommodata; tamen quia & desponsatæ Ecclesiæ à Sanctis leguntur, & Cælitibus se, aut Deiparæ Cælitum Reginæ, simili velut arrhâ spiritualis connubij, in eorum statuis imaginibusue, quidam obstrinxerunt, respuere omnino non possumus.*

Quidam sibi S. Agnetem sponsam desponsat, & carnis tentationẽ liberatur.

4 F. *Paulus Aznar in libro Exercitiorum spiritualium scribit Ordinis sanctissimæ Trinitatis primariam Præsidem ac Patronam S. Agnetem esse. De eo ordine plenius agemus XVII. Decembris ad vitam B. Ioannis de Matta, & B. Felicis IV. Nouembris, primorum illius congregationis parentum.*

S. Agnes patrona ordinis Trinitariorum.

DE MIRACVLIS S. AGNETIS.

1 MVlta extant magnaq; S. Agnetis *in mortales beneficia. Paucula hîc promemus, præter ea quæ iam antè in historiâ translationis commemorata sunt. Ac primùm in vitâ S. Bonifacij Lausanensis Episcopi, quam XIX. Februarij dabimus, ista narrantur:* Quidam Cardinalis ægrotabat Parisiis vsque ad mortem, & Magister Guilielmus de Militon ministrabat ei, qui ait sociis suis: Vado

AVCTORE THOMA à KEMPIS.

ALIA MIRACVLA

ex Thom. à Kempis poſt ſer. 8. ad Nouit.

§. I. Ope S. Agnetis pulſa ægritudo.

1 IRater quidam domus noſtræ, capitis dolorem frequenter patiebatur, & ideò nonnumquàm exire chorum cogebatur. Habebat autem ſpecialem deuotionem ad S. Agnetem venerabilem Virginem, [a] Patronam noſtram, multæ pietatis dulcedine affluentem. Deſiderauit ergo ingenti cordis affectu ſacras reliquias eius viſitare in Traiecto, quæ ibidem in arcâ argenteâ, auro tectâ, in eccleſiâ Cathedrali S. Martini, honorificè conſeruantur. Contigit ergo, vt cum Priore ſuo pergeret, ad præfatum ſummæ reuerentiæ locum viſitandum, & veniens ad præfatæ cathedralis Eccleſiæ aulam multis Sanctorum reliquiis decenter ornatam, petiit à cuſtode ſibi oſtendi beatiſſimæ Agnetis arcam, ob deuotionis ſuæ inſtantiam diu deſideratam. Tunc ſanctarum reliquiarum cuſtos ait: Non facilè licet mihi referare pretioſam S. Agnetis arcam: ſed libenter vobis [b] antiquam almæ Virginis capſulam oſtendam, in quâ ſacræ reliquiæ eius diu requieuerunt, ad Dei laudem & gloriam. Quod Frater audiens lætatus eſt & conſolatus, expectans honorabilem ſibi loculum præſentandum. Quo viſo & aperto, inclinauit ſe reuerenter, & oſculans ſanctum ſcrinium intromiſit caput ſuum confidenter, ſperans ſibi auxilium meritis S. Agnetis affuturum inhæſitanter. His igitur actis, maximas gratias egit Deo & S. Agneti Virgini, quòd patentibus oculis ſuis hæc meruiſſet intueri. Qui ex hoc tempore & deinceps, à priſtinis doloribus releuatus eſt, non ſolùm in corpore, ſed etiam ampliori deuotione profecit in mente: atque reliquum vitæ ſuæ tempus, iucundo & felici agone, in feruore ſpiritus benè terminauit.

a lem Virginem,

Ad veterem, iamq; inanem, capſam reliquiarum S. Agnetis, pulſus capitis dolor.

b ſed libenter vobis

2 Alius quidam Frater, cùm in profeſto S. Agnetis ad refectorium legiſſet, accidit ei improuisè, quòd poſteà ſolus comedens, os piſcis in ore eius frangeretur; & palato tam fixè inhæreret, vt acumen eius nec extrahere, nec expuere tunc valeret. Quapropter contriſtatus valdè, & timens periculum vocis ex hac læſione ſibi imminere; expectauit patienter horam veſpertinam de S. Agnete ſolemniter in choro decantandam. Cumque cantor reſponſorium, Pulchra facie, altiùs incepiſſet, & conuentus chori lætis vocibus, ad honorem S. Agnetis, reſiduum proſequeretur, deuotè cantando & laudando, cœpit Frater læſus pariter concinere, & S. Agnetem dilectam & benignam patronam ſuam ſuppliciter inuocare, vt in eâ horâ ſibi ſubueniret & de iſtâ læſione liberaret. Et (ô mira Dei clementia, & quàm ineffabilis virtus eius & potentia, qui non deſerit ſperantes in ſe, de quacumque tribulatione clamauerint ad eum!) ſtatim namque, cùm hæc verba, cum conuentu cantaret, Intercede pro omnibus nobis; ſenſit quemdam pruritum in palato gutturis, cœpitque parum tuſſire; & in inſtanti, cum ſaliuâ oris, exſpuit aculeum piſcis, ſine dolore ſui gutturis. Tunc alacer effectus, gratias egit Deo, & S. Agneti Virgini, quòd tam citò meruiſſet exaudiri & curari. Finitis autem veſperis, manſit ſilenter in choro, proſternens ſe humiliter ſuper ſcabellum pedum ſuorũ, oſculando pauimentum aſſerum, ex intimo cordis affectu, congratulans in ſecreto de tanto beneficio, meritis S. Agnetis ſibi collato. Deinde magis volens certificari de præſenti facto, quæſiuit aculeum piſcis ex ore proiectum, & inuenit eum in arenâ prolapſum: quem ſecum tollens ad cellam, poſuit iuxta S. Agnetis imaginem, ob eius ſpecialem dilectionem perpetuò recolendam. Cuius ſacro patrocinio, pius Dominus ab omni periculo nos ſemper & vbique dignetur cuſtodire, & in bonâ conuerſatione cùm omnibus nobis in oratione commendatis, conſeruare, Amen.

Os piſcis periculosè gutturi inharens,

ope S. Agnetis exſpuitur.

a *Erat quippe Thomas à Kempis Canonicus regularis in domo* Montis S. Agnetis, *leucâ vnâ diſtantis ab vrbe Zvvollenſi in Trãſiſulanâ inferioris Germaniæ prouinciâ. In eius monaſterij chronico, quod Heribertus Roſvveydus noſter typis vulgauit, ad annum* 1421. *de* Oetberto VVilde *ita ſcribitur:* Hic de ciuitate Zvvollenſi ex probis valdè parentibus natus, S. Agnetem Virginem, Patronam noſtram, ſpeciali deuotione dilexit. *Et fuit, vt ibidem cap.* 12. *traditur, anno* 1412. 8. *Aprilis, feriâ* 6. *intra octauas Paſchæ conſecrata illius cœnobij eccleſia in honorem S. Agnetis.*

b *Ea deinde ad Montem S. Agnetis allata, vt idem teſtatur Auctor cap.* 28. Eodem anno 1461. *inquit,* impetrauit venerabilis Prior noſter Georgius Domus noſtræ à Canonicis maioris Eccleſiæ Traiectenſis antiquam arcam ligneam ſanctiſſimę Agnetis Virginis & Martyris cariſſimæ Patronæ domus noſtræ, ſine reliquiis tamen eius. .... Hanc ſanctam arcam reportauerunt ſecum duo Fratres noſtri in Sacerdotes conſecrati, F. Henricus Brunonis, & F. Theodericus VVanninck, pergentes de Traiecto nauigio per Hollandiam, non ſine periculo & timore turbidi maris; ſed auxilio Dei, & meritis S. Agnetis Virginis protecti & à periculis ſalui peruenerunt ad portum ſalutis. Et intra paucos dies apportauerunt arcam in Monte S. Agnetis Virginis in profeſto Scholaſticæ Virginis. Quod audientes Fratres noſtri & omnes familiares laici gauiſi ſunt valdè. Atque cum magnâ deuotione & reuerentiâ portata eſt arca in eccleſiam, & repoſita in ſanctuario Chori iuxta ſummum altare, ſub arcu muri Aquilonaris. In hac humili ac ligneâ arcâ æreis laminis & auro circumtectâ quieuerunt ſacra eius oſſa CCC. annis & ferè quinquaginta, donec ei fabricaretur noua pulcherrima arca argentea, auro adornata, à Canonicis maioris Eccleſiæ S. Martini..... Poſt longum igitur tempus, cum magno deſiderio & amicorum inſtantiâ, venerabilis Prior & Pater noſter Georgius petiit & impetrauit à Capitulo & Canonicis maioris Eccleſiæ, antiquam arcam S. Agnetis Virginis, diu à Conuentu noſtro deſideratam, anno Domini MCCCCLXI. *Eius petendæ occaſionem prabuit hæc curatio. At quod dicit trecentis annis & ferè quinquaginta in priori illâ arcâ quieuiſſe ſancta Virginis oſſa; forteſſis* 400. & ferè 50. *legendum: tot enim fluxerunt à* 31. *Martij* 964. *ad* 9. *Febru.* 1414. *Niſi ſi quis velit aliam factam ſub annum* 1064. *tranſlationem.*

§. II. Pecunia amiſſa recuperata.

3 FVit in ciuitate Swollenſi ciuis quidam, Hermannus de Oeuer nominatus, diues & honeſtus, pius & miſericors ſuper pauperes, atque in hoſpitali ſancti Spiritus fidelis infirmorum & egenorum procurator. Hic quadam turbatione ortâ in ciuitate contra eum & quoſdam conciues eius, confugit ad monaſterium noſtrum in monte S. Agnetis Virginis, hoſpitandi gratiâ. Qui pro ſuâ probitate & manſuetudine ſuſceptus eſt, & benignè tractatus, cum multâ caritate & fraternâ beneuolentia. Modico autem tempore tranſacto, didicit CONFITEOR legere, & Sacerdoti ad Miſſam miniſtrare, licet iam ſenex eſſet, & litteras penitùs ignoraret. Quod cum tantâ diligentiâ & deuotione fecit, vt aliis aliunde occupatis, ſæpè bis vel ter vno die Sacerdotibus ad Miſſam libenter & alacriter miniſtraret. Siquidem venerabili Patri noſtro [a] Wilhelmo Vorniken tunc temporis Priori domus noſtræ, ſpeciali amatori S. Agnetis, frequenter infra ſummam Miſſam, choro canente, ipſe retro in eccleſiâ ſuperpelliceo indutus, magno cum affectu miniſtrauit. Accidit autem quadam vice, vt ipſe quaſdam pecunias ex cellâ, in quâ morabatur, perderet: de quibus vehementer doluit, mirans quis hoc feciſſet: nondum enim ſua reſignauerat, ſed ſicut hoſpes & amicus fidelis, inter Fratres in ambitu clauſtri habitabat. Nam infra meridianum prandium, quidam alienus & ignotus, latenter per feneſtram apertam, cameram eius intrauit: & quantum ſibi placuit, furatus eſt, & citò receſſit. Prandio itaque facto, cùm Hermannus poſt gratias dictas cellam ſuam intraret, pecunias ſuas quærens non reperit; & ſatis contriſtatus, vni Conuerſorum, Fratri Ioanni de Eme ſibi familiari, conquerendo dixit: O bone dilecte, Frater Ioannes, ſunt hîc fures in domo? Qui ait, Non vtique, bone Hermanne. Tunc ille furtum ſibi iam factum reuelauit, dicens: Perdidi pecunias, quas habui in cellâ, & modò infra prandium ſunt ſecretè ſuratæ. Cui Frater Ioannes

Quidam ſecularis in Monte S. Agnetis commorãs,

a

ſublatas ſibi pecunias

Ioannes conſolando triſtem, reſpondit: Non cogites bone amice, quòd aliquis Fratrum noſtrorum, aut ex familiaribus domus huius, hoc fecerit: ſed fortè aliquis extraneus hoſpes, qui hortum pomarij intrauit, tentatus hoc egit, ſicut quandoque præteritis temporibus experti ſumus, veſtibus occultè furatis. Audiens autem hæc venerabilis Pater & Prior noſter Wilhelmus, contriſtatus eſt valdè, & omnes Fratres de damno boni viri, ex confuſione furti doluerunt. Tunc quidam Fratrum noſtrorum, ipſi magis familiares, conſolando, & ad patientiam hortando, dixerunt ei: O Hermanne cariſſime, ſitis modò patiens in iſto, quia fortè Dominus Deus noſter non vult, quòd occupetis ampliùs cor veſtrum cum pecuniis iſtis. Faciatis ergo nunc de neceſſitate virtutem: & offeratis eas Deo & S. Agneti, pro ſalute animæ veſtræ. Et ſi poſteà contigerit vos iterum eas acquirere, quòd non velitis inde aliquid retinere: ſed ad cultum Dei & miniſterium S. Agnetis omnia prouenire debeant. Fecit bono animo & piâ intentione, quod conſultum eſt; vouens ſponte omnia Deo plenè, & B. Mariæ Virgini, & S. Agneti patronæ Eccleſiæ noſtræ, breui tempore conſecratæ. Igitur oblatione iſtâ votiuâ conſummatâ, venit poſt triduum nuntius bonus de Swollis, miſſus à Domino [b] Ioanne de Haerlem, tunc Rectore deuotarum Sororum Beguinarum, dicens: Fratres non ſitis ſolliciti & triſtes de pecuniis perditis, citò eas recipietis Deo fauente. His auditis gauiſus eſt Hermannus, & cum eo Prior noſter, & totus conuentus. Quis autem fuerit iſte fur & raptor, Clericus an laicus, hucuſque neſcitur. Nam ſperatur, quòd pœnituit, & Domino Ioanni ſecretò, vt ad monaſterium omnia remitteret ſupplicauit, quod etiam tacito nomine fideliter fecit. Empta ſunt autem & parata de pecuniis illis receptis, ad S. Agnetis honorem, duo ornamenta ſacerdotalia, & calix vnus argenteus deauratus, titulo Hermanni de Oeuer, ſub pede calicis inſcripto.

deuouet S. Agneti, ſi recuperet,

recuperat,

& in ornamenta Eccleſia expendit.

a *Hic an.* 1408. *factus eſt ſecundus Prior Montis S. Agnetis; initio anni* 1425. *quartus Prior in VVindeſem.*

b *Thomas à Kempis cap.* 12. *refert eum interfuiſſe conſecrationi eccleſiæ Montis S. Agnetis.*

§. III. *Alia Sanctæ beneficia.*

Dubitans de fide, cõfirmatur diuinitus, exemplo S. Agnetis & aliarum.

4 QVidam Frater domus noſtræ, celebrans in domo Capituli in altari S. Agnetis Virginis, diabolo inſidiante ſubitò tentatus eſt in Miſsâ, de fide & ſacramento Corporis Chriſti, in quo ſæpius habuit conſolationem magnam. Sentiens ergo grauem influere queſtionẽ, conuertit ſe citò ad pium Dominum Ieſum cum gemitu & rectâ fidei intentione orando. Moxque audiuit diuinum reſponſum, intus ſibi dictum: Crede ſicut S. Agnes, Cæcilia, Barbara, & aliæ ſacræ Virgines crediderunt; quæ pro Chriſto paſſæ ſunt, & de nullo verbo in fide dubitauerunt. His auditis, ceſſauit tentatio, & quæſtionis dubitatio. Et ſæpiùs poſteà contra diabolicam immiſſionem, hæc verba reuoluit: Crede ſicut Agnes, Cæcilia, & Barbara, & numquàm errabis in fide Catholicâ. Nam tot ſunt teſtimonia vera, quot ſunt ſancta verba in Bibliâ.

Curuus ope S. Agnetis ſubitò conualeſcit.

5 Alius etiam quidam de Fratribus noſtris infirmis in eodem loco & altari, ex deuotione communicauit; qui diu baculis ſe ſuſtentans, curuus incedere ſolebat. Sed poſt celebrationem Miſſæ, virtute Chriſti, & meritis S. Agnetis, ſic conualuit, vt baculos ſuos poſt Miſſam ibidem relinqueret, & poſteà ad chorum & conuentum lætus & rectus tranſiret. Mirante autem quodam Fratre de iſto facto, ſciſcitare piè cœpit, quid ægrotus egerit, & infra Miſſam cogitauerit. Reſpondit ſanatus: Cogitaui & reuolui verba ſancti Euangelij, Lucâ referente de Domino noſtro Ieſu Chriſto: Et omnis turba quærebat eum tangere, & virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Bona ergo fides & virtus ſacramenti, cum precibus Sanctorum, ſanare adhuc poſſunt mente & corpore debiles; vt fiant feruentes in amore Dei, & ad omne opus bonum promptiores, & ſuis Prælatis ſine morâ obedientes. Hæc ſunt æternæ ſalutis miracula, quæ adhuc frequenter operatur Chriſtus cum deuotis, mirâ clementiâ.

Luc. 6. 19.

AVCTORE THOMA A KEMPIS

6 Accidit quodam tempore in quadrageſimâ, quòd quidam Frater rogatus fuit celebrare Miſſam, manè circa horam quintam pro hoſpitibus & totâ domus noſtræ familiâ; ſicut conſuetum eſt fieri pro bonâ cuſtodiâ laborantium in officiis, & pro itinerantibus in viâ propinquâ vel remotâ. Frater autem ille piè annuit, & ex caritate libenter fecit pro quo rogatus fuit. Erat tunc feſtum S. Gregorij Papæ, quem Frater ſpeciali affectu diligebat; quia in eius feſto [a] ſcholas ad diſcendum alphabetum cum aliis pueris primitus intrauit. Cùm ergo acceſſiſſet ad altare, cœpit cogitare qualem Miſſam veliet legere de ieiunio vel de S. Gregorio: ſtatim venit ei ad mentem: Tu nondum legiſti Miſſam in hac hebdomadâ de S. Agnete, pro ſpeciali cauſsâ tibi commiſsâ. Lege ergo modò de S. Agnete, cum collectâ de S. Gregorio; & poſteà cantabis Miſſam de eo in choro cum toto conuentu, corde iucundo. Fecit ſic in nomine Domini cum bonâ fiduciâ, ſoluendo vota ſua de S. Agnete, patronâ noſtrâ, Chriſto ſummè dilectâ. Omnibus igitur in eccleſiâ ferè congregatis & Miſſam audientibus, contigit periculum incendij in domo agriculturæ noſtræ, nemine adhuc ſciente. Sed pius & miſericors Deus optimè prouidit quòd incendium citò extinctum fuit. Nam laicus quidam Donatus noſter, Mathias nomine, poſt eleuationem de eccleſiâ exiens ſuperuenit, & fomitem ignis extinxit. Quod meritis S. Agnetis confidimus aſſcribendum, de quâ tunc ſpecialiter legebatur Miſſa, ad rogandum pro piâ cauſsâ Dominum. Deus enim, qui B. Agnetem in medio flammarum, expanſis manibus orantem illæſam conſeruauit; ipſe illo die domum noſtram cum omnibus ſuis vtenſilibus incombuſtam, precibus & meritis eius, clementi bonitate cuſtodiuit. Vnus enim laicorum ad audiendam Miſſam cum aliis intrauit eccleſiam, & neglexerat ſub tecto domus lucernam extinguere, quæ combuſto ligamine, cecidit ſuper ſegetes ibi iacentes & accendit. Sed pius Dominus omnia videns, & inopum preces miſericorditer attendens, huic periculo per alium (vt prædictum eſt) tempeſtiuè ſubuenire conceſſit. Audiens autem deuotus & prædilectus Pater noſter Frater Theodoricus Cliuis, tertius domus noſtræ Prior venerabilis, periculum incendij accidiſſe, & Dei gratiâ citò ceſſaſſe, primò ſatis expauit: nec mirum. Deinde conſolatus eſt, & gratias egit Deo, quòd tam graue periculum non proceſſit, ſed repentè diſſipatum fuit. Cùm ergo rumor incendij ad aures aliorum peruenisſet, Frater, qui de S. Agnete Miſſam eodem die celebrauit, ſecretè ad Priorem Patrem ſuum acceſſit, & humiliter ei indicauit: Dilecte Pater, gratias agamus Deo & S. Agneti, patronæ noſtræ; quia Miſſa de eâ hodie lecta fuit pro ſpeciali cauſsâ; & ſpero, quòd fideliter pro nobis orauit, & ab incendio iſto nos Dominus liberauit. Tunc bonus Pater & pius paſtor, congaudens magnificè, vtpote caſtus amator S. Agnetis, iniunxit ſpeciales orationes Fratribus, atque largiores eleemoſynas diſtribui iuſſit pauperibus, pro tam euidenti protectione ab incendio præſenti, & ab omni malo futuro: Amen.

Incendium meritis S. Agnetis reſtinctum.

Preces & eleemoſyna in gratiarum actionem.

a *Habetur S. Gregorius Papa apud Belgas patronus diſcentium litteras, multiq; eius feſto liberos ad ſcholas primùm deducunt, quaſi fauſtum omen, à Diui patrocinio ſuâq; pietate, captantes. Ea religio inoleuit quòd ipſe ſanctiſſimus Pontifex venales pueros Anglos redimere, litterisq; imbuendos tradere olim ſolitus fuit: & quia Angli plurimi in Belgio vel fidem reſtituerunt vel pietatem, ab iis ad nos manaſſe eam pietatem veriſimile eſt.*

DE S. BVSIRIDE CONFESSORE

ANCYRÆ IN GALATIA.

SVB FINEM IV. SECVL. XXI. IANVAR. *S. Buſiridis nomen in ſacru faſtis,*

1 ANcyra Galatiæ metropolis, *inter alia Sanctorum tropæa,* Buſiridis *quoque certamen prædicat ſub Iuliano Apoſtatâ ſuſceptum, præclarâ deinceps vitæ innocentiâ cumulatum. Nomen eius Faſtis Sanctorum inſcripsêre recentiores, Caniſius, Ferrarius, Martyrologij Gallobelgici auctor; & cum ampliori elogio Galeſinius:* Ancyræ in Galatiâ, *inquit,* S. Buſiris Martyris. Is Iuliano Imperatore, Gentilium cultum atque impietatem vehementer inſectans, pro Chriſti religione vngulis ferreis dilaceratus, tum multis aliis cruciamentis tortus, conſtanti animo martyrium ſubiit. *Non tamen tormentis immortuus; ſed nuntiatâ Iuliani morte, dimiſſus è cuſtodiâ, vitam ad Theodoſij propagauit imperium, vltra annum nimirum 379. quo à Gratiano Auguſto apud Sirmium Imperator effectus eſt Theodoſius 14. Februarij.*

certamen pro fide,

2 Buſiridis *geſta deſcripſit Sozomenus lib. 5. cap. 10. quæ fideliter ita vertit Caſſiodorus in Tripartitâ lib. 6. cap. 13.* Aiunt autem Buſirim in Ancyrâ Galatiæ, clariſſimam fortiſſimamque habuiſſe confeſſionem, cùm fuiſſet in hæreſi quæ vocatur τῶν ἐγκρατιτῶν, id eſt, Abſtinentium. Hunc enim cùm Iudex comprehendiſſet quaſi Paganis inſultantem, torquere volebat in publico, iuſſitque vt appenderetur in ligno. Tunc Buſiris extenſis citò manibus ſupra caput, nudauit latera, dicens, non opus eſſe vt miniſtri appendendo ſe, deponendoque laborarent, cùm eſſet ipſe paratus ad pœnam, quam vellent exercere, & latera ſua tortoribus præpararet. Miratuſque eius promiſſionem Iudex, rei experimento magis obſtupuit. Nam cùm vngulæ ferreæ eius latera vehementiùs exararent, quamdiu Iudici placuiſſet, ſuſtinuit manus extenſas, & plagas cum alacritate ſuſcepit. Poſt hæc autem reductus in vincula, quieſcebat. Porrò paullò pòſt morte nuntiatâ Iuliani vſque ad Theodoſij principatum vixit, & in Eccleſiâ Catholicâ, actâ pœnitentiâ prioris hæreſeos, conuerſatus eſt.

mirabilis conſtantia.

3 *Hæc Caſſiodorus, ex verbo ferè Sozomenum interpretans, niſi quòd hîc diſertè* Buſirin (*quem etiam* Βύσειν *ſcribit*) *Fueritne tùm Catholicus.* τῆς αἱρέσεως ὄντα τότε τῶν καλουμένων ἐγκρατιτῶν, cùm eſſet hæreſis eorum qui Encratiſtæ dicuntur, ἀγγελθέντος ἀνηρῆσθαι Ἰουλιανὸν, ἀνεθῆναι, καὶ πρὸς τὴν καθόλου ἐκκλησίαν μεταθέσθαι, κατάγνυσθαι τῆς προτέρας αἱρέσεως; nuntiatâ Iuliani morte, dimiſſum eſſe, & ad Catholicam Eccleſiam reuerſum, priore hæreſi damnatâ; *cùm in ambiguo relinquat Caſſiodorus fueritne, cùm iſta paſſus eſt, hæreticus. Nicephorus quoque lib. 10. cap. 10. Catholicum tum fuiſſe Buſirin innuit,* ὃν πρότερον τῆς Ἐγκρατιτῶν αἱρέσεως ὄντα *&c.* quem cùm anteà hæreſis Encratitarum fuiſſet, contra ſimulacra ſtrenuè & imperterritè inſurgentem prouinciæ Præfectus comprehendens *&c. Siue tamen tunc Eccleſiæ Catholicæ reconciliatus iam erat, ſiue adhuc hæretico errore tenebatur, effecit benigniſſimum Numen, vt inuictum animi robur veræ religionis profeſſione conſummaret.* Encratitæ *autem, qui nonnullis* Encratiſtæ *dicuntur, id eſt,* Continentes, *ſiue* Abſtinentes, *abominabantur nuptias, abſtinebant animatis & vino, principia plura aſſerebant, inq; iis diabolum; & licet* Continentes *dicerentur, tamen cum fœminis iter agebant, & communiter viuebant, vt ſcribit S. Epiphanius hæreſi 47. & Baronius an. 174. nu. 10.*

DE S. EPIPHANIO

EPISCOPO TICINENSI IN ITALIA.

AN. CH. CDXCVI.

1 ELuxit *caliginoſis miſerrimiſq; imperij Romani ad interitum declinantis temporibus, S. Epiphanij Ticinenſis in Galliâ Ciſalpinâ Epiſcopi virtus, ſuiq; ſplendorem nominis* (*nam* ἐπιφανὴς *illuſtrem ſplendidumq; ſignificat*) *impleuit. Eum Faſti Romani XII. Kal. Februarij, alij XI. inter Calites publicè venerandum proponunt.*

S. Epiphanij natalis,

2 *Res ab eo præclarè geſtas B. Ennodius illius diſcipulus, eiuſdem Sedis Epiſcopus, deſcripſit tertio miſcellorum opuſculorum,* quod, *Sirmondo iudice,* inter Ennodiana, vt maximum, ita optimum videtur, & variam ac multiplicem illorum temporum hiſtoriam complectitur. *Eius vix pars tertia à Surio aliiſq; edita fuerat: Andreas Scottus noſter, ac Iacobus Sirmondus è veteribus MSS. reliqua ſuppleuêre: è vetuſto Franciſci Modij codice deſcripſerat Roſweydus, vti hîc damus. Agunt de eo Cardinalis Baronius tom. 6. Annal. fusè, Paulus Diaconus lib. 16. hiſtor. Roman. Bernardinus Saccus hiſtor. Ticin. lib. 7. eumq; ſecutus Antonius Maria Spelta, & Iacobus Gualla: ſed hi tres, quibus fides deberet in rebus patriis maxima eſſe, vel Ennodium non legerunt, vel non quanti meretur æſtimarunt, parum ſanè exactè expreſſerunt.*

Vita,

3 *Inſcripſit illius quoque nomen Martyrologio Gallicano in Supplemento Andreas Sauſſaius, quòd ad Euricum VViſigothorum Regem à Nepote Auguſto miſſus ſit Toloſam: poterat & eo quoque titulo, quòd ad Gundobadum Burgundionum Regem Lugdunum à Theoderico Oſtrogottorum Rege legatus venerit. Multa certè vtrobique reliquit ſapientiæ ſuæ & ſanctitatis impreſſa veſtigia.*

memoria apud Gallos,

4 *Obiiſſe eum Spelta tradit cùm adhuc in viuis eſſet Zeno Imperator, Romæ Simplicius ſederet, anno 481. At necdum eo anno venerat in Italiam Theodericus; atque ita ſibi ipſe Spelta ceteriſq; ſcriptoribus contradicit. Obiit Zeno Olybrio iuniore ſolo Coſ. an. 491. quo tempore adhuc clauſus Rauennæ obſidebatur Odoacer, poſt cuius necem Epiphanium conſtat fuiſſe ſuperſtitem. Saccus, etſi ipſe quoque chronologiam haud ſatis aptè ordinet, fatetur tamen ſub Gelaſij pontificatu obiiſſe, qui Zenonis Aug. & Theoderici Regis temporibus ſedit. Iacobus Sirmondus noſter deceſſiſſe S. Epiphanium ſcribit XII. Kal. Febru. anni CDXCVII. anno ætatis duodeſexageſimo nondum expleto; natum anno CDXXXIX. creatum Epiſcopum anno CDLXVII. At Dionyſius Petauius anno 466. Epiſcopum eſſe factum tradit: fietq; id probabilius vitam eius legenti, quam accuratè Ennodius digeſſit. De eius reliquiis infrà agemus.*

atus.

VITA

AVCTORE B. ENNODIO EPISC.

ex vetuſtiſſimo MS. Franc. Modij.

PROLOGVS.

1 QVamuis me vrgeat ſuſcipiendi operis anceps neceſſitas, & è regione impoſitus ſit, nec meo labore vacuus, nec maledicorum diſceptatione, tractatus, in quo gemina cautio dictionis, hinc vbertatem expectet ingenij, inde etiam lingua diuitibus narrandi frænos imponat; cùm ipſas eminentiſſimas, vt putantur, in ſeculo vanâ inflatione perſonas, ſi quis ventoſo nimiùm ſtuduerit eleuare præconio, aut intra geſtorum terminium inopiâ eloquij continere, vtrumque

Profitetur Auctor nihil ſe velle ſupra verum amplificare,

apud

apud eas iudicetur ingratum. In laudibus enim ipſis turpe eſt illa cudere, quæ nec ille, de quo narrantur, agnoſcat; ſic iniurioſum & dolore dignum putatur, illud præterire ſilentio, quod relatio vera poſſit attollere. Etenim res benè geſtæ veterum noſtrorum pro referentis apud nos accipiunt facultate virtutem. Nam verè aut perit notitiæ, aut attenuatum tranſit ad poſteros, quod ad explicandum pauper verborum vena ſuſceperit: & illa iuſto liberior laudatio tantum decerpit gloriæ, quantum falſitatis adiecerit. Fit verò plerumque, vt fide carens *a* cumulus minuat probè facta multorum, & ſit vana narratio, quæ creſcit ex mendaciis, intempeſtiua & mendica nimiùm, quæ non pertranſit ad terminum. Quocircà vitam beatiſſimi Epiphanij Ticinenſis Antiſtitis narraturus, inuoco ſanctum Spiritum teſtem actuum eius & comitem, vt ipſius auxilio gloriam conſcientiæ ſereniſſimę, quam eidem conceſſit, tradam chartis victuris in ſeculo, vt exemplum præbitura virtutum, numquàm fama moriatur. In quo tamen opere ſi me anguſtia non arctauerit eloquentiæ ſub certâ lege currentis, vt ſaltem cruda per ordinem digeram facta meritorum; nihil tamen de laboribus eius tam mediocre vel humile inueniam, vt neceſſariis illud bullis, vt plerique ſolent, viuidi ſermonis amplificem. Teſtes etiam calentium citabo negotiorum, & tropæa illius adhuc fumantia, & exornata de manubiis diabolicæ nuditatis oſtendam. Nemo enim ſub oculis præſentia penè, & nimiùm nota commemorat, niſi qui de veritate confidit, vt quos forſitan ficta dicturus, velut impudentiæ meæ conſcius euitarem, eorum auribus relegam illa, quæ cognouit aſpectus.

qui teſtibus adhuc viuentibus ſcribat.

a *Scottus:* annulus muniat. *& coniicit hic legendum fortaſſis,* ſine carens annulus.

CAPVT I.

Epiphanij ſancta adoleſcentia.

2 IGitur præfatus vir inſignis Epiphanius oriundo *a* Ticinenſis oppidi indigena fuit, patre *b* Mauro generatus, & matre Focariâ editus, quæ Sancti etiam *c* Myrocletis Confeſſoris & Epiſcopi tangebat proſapiam, hominibus ex liquido ingenuitatis fonte venientibus. Sed quid illorum retexam ſanguinis prærogatiuam, quorum familiæ & nobilitatis caput eſt filius? Qui ſub deceſſore ſuo viro integerrimo *d* Criſpino Pontifice, cæleſtis militiæ tirocinium *e* orditus, annorum ferme octo *f* Lectoris Eccleſiaſtici ſuſcipit officium, ſigno antè cælitus demonſtrato. Nam dum eſſet in crepundiis lactētis infantiæ, fulſiſſe eius cunabula ſuperno lumine vidêre complurimi, vt futuram mentis claritatem luſtrans eum & præcedens fulgor oſtenderet, ſecuturumque ſplendorem in moribus, iam tunc typicâ luce ſignaret.

3 Notarum in ſcribendo compendia, & figuras varias verborum multitudinem comprehendentes breui aſſecutus, in *g* Exceptorũ numero dedicatus enituit: cœpitque iam talis excipere, qualis poſſit ſine bonorum oblocutione dictare. Igitur proceſſu temporis & laboris, ad *h* ſextum decimum ætatis annum diuino fauore perductus, cana conſilia in annis puerilibus meditabatur. Vernabat in illo præ ceteris mater bonorum operum verecundia. Ita famulabatur Antiſtiti libens, vt ſi quid operis gereretur ab altero, grauiter ferret ſurreptum ſibi fuiſſe ſeruitium: accipiebat ſenes grauiter, iuuenes comiter, & coërcebat iam tunc facinoroſos audacter: erat primis ſubiectus, prioribus ſancta iniungentibus obſecundans, æqualibus blandus atque officioſus, ſequentibus mirâ caritate communis; nulli ſe præferens, cùm religioſo curſu per cæleſtem tramitem omnibus anteiret; laudationis amore vacuus, cùm quotidie in eo laudanda adoleſcerent: cumque res gloriâ dignas *i* per horarum momenta conſummaret, perire fructum gloriæ opinabatur atque mercedem, ſi prætuliſſent homines, quod ſoli Domino exhibebat abſconditè: in ſummam, Apoſtolici memor oraculi, aſſentationes reſpuens in ſemetipſo teſte conſcientiâ pro boni operis recognitione plaudebat.

a b Epiphanij patria,
c genus, parentes,
d e f inſtitutio ſub S. Criſpino;
cuna calitus colluſtrata.
g Fit Exceptor.
h miniſtrat ſedulò S. Criſpino:
virtutibus claret,
i præſertim humilitate.
2. Cor. 10.

4 Illud verò libandum eſſe non abnuo, quòd formoſitas in illo lucis corporeæ, index animæ fuit; & tantum contra ſtudium illius formæ decus enituit, vt nec forti viro poſſet oppugnante ſubuerti. Ridebant genæ, etiam cùm animus mœſtitudine torpuiſſet: nitida *k* ſimul labia commendabant dupliciter mella ſermonum: necnon quocumque vertiſſet oculos, ſerenitatem mentis nuntiabat aſpectus: frons cereæ pulchritudinis & candoris illius, quæ ſolis paſſa radios colorem traxit ab æthere: nares in tanto naturaliter ſplendore formatæ, vt illas nequiret imaginibus *l* corpora repræſentans pictor æmulari: manus teretes, proIixi digiti, de quibus aliquid & alienigena gauderet accipere: ſtaturæ proceritas decens, quæ eminentiam ſecuturæ dignitatis præfiguraret in membris, nec tamen modum ornatiſſimę prolixitatis excederet. Sed ne quis forſitan malitioſus interpres intempeſtiuè poſitum iactet in viro tantarum virtutum, de lepore carnis factam eſſe mentionem, cùm in illo veteri mandatorum cæleſtium radice ſit inſitum, Sacerdotum corpora ſagaci debere inſinuatione luſtrari, ne quid debile vel deforme, ne quid plus minuſue eſſe contingat, neúe inolitam maculis cutem ſuperficies fœda dedecoret, nec fractura manus, aut fractura pedis, aut gibbus indignum altaribus reddat Antiſtitem; & clamet Doctor Gentium, & Electionis vas, hominem mundum ad eiuſmodi debere officium peruenire, quod non ſolùm de animæ, ſed etiam de corporis creditur nitore dixiſſe potiſſimùm, qui deformem ac debilem à libaminibus ſuis mandat arceri; inuenitur eos, qui multipliciter grati ſunt, libenter admittere, præſertim in quo lucem membrorum animæ fulgor exuperat, nec naturaliter illud terrenum decus aliquibus artificiis adiuuatur.

Auctore B. Ennodio, Ex mss.
eximiâ pulchritudine corporis præditus.
k
l
Leuit. 21. 18. & ſeqq.
Forma corporis honeſta requiritur in Sacerdotibus.
Tit. 1. 15.

5 Præſtrictis ergo his quæ oportuit non omitti, vt cui innoteſceret opere vir immenſus, præſentaretur & vultu; tranſeam ad illa quæ de cultoribus Domini noſtri non mediocriter laudanda fronte narrantur. Erat in eodem ſermo ad doctrinam congruus, fabricatus ad blanditias, *m* ad interceſſiones iam tunc artifex, ad corripiendos ſingulos auctoritate plenus, ad exhortandos quoſque neceſſario lepore dulciſſimus. Vox ſonora, ſucco virilis elegantiæ condita, nec tamen agreſtis ac ruſtica; nec infracta, gradatimque à maſculâ ſoliditate depoſita. Illum quicumque vidit, cùm necdum dignitatum aliquod limen intraſſet; omnia eum tranſiſſe credidit, quæ ſequebantur, inſignia.

m Gratioſus in ſermone S. Epiphanius.

a *Fallitur ergo Blondus, qui Aquileienſem facit, teſte Speltâ.*

b *Spelta & Gualla* Marium *vocant.*

c *Colitur* S. Mirocles, *ſiue, vt hic & fortè rectiùs ſcribitur,* Myrocles, 3. *Decemb. vixit Conſtantini Magni ætate, ſeditq; cum aliis Iudex in cauſſâ Caciliani Epiſcopi Carthag.*

d *De S.* Criſpino *egimus* 7. *Ianu. Eum Antonius Maria Spelta duodecimum eius Sedis Epiſcopum, Iacobus Gualla ſeptimum ſcribit fuiſſe.*

e *Scot. Sirm. aliiq;,* ſortitus.

f *anno ergo Chriſti* 446.

g Exceptores *dicuntur Notarij & amanuenſes, quiq; acta iudiciorum deſcribunt, & ferè non integris verbis, ſed litterarum compendiis. ita Marcus Diaconus in vitâ S. Porphyrij Epiſcopi* 26. *Febru. cap.* 19. *nu.* 88. Frater autem Cornelius Diaconus, ſciens notis ſcribere, quibus vtuntur in iure, iuſſus à beatiſſimo Epiſcopo notabat omnia, quæ dicebantur & opponebantur, me & Fratre Barocha admonentibus.

h *Chriſti is erat* 454.

i *Scot.* per honorum momenta conſumeret.

k *Scot.* Semilabia. l *Idem,* correpræſentans.

m Ad deprecationes, quas pro miſeris & oppreſſis apud potentiores adhibere ſolebat Eccleſia. *Sirmondus, qui de eâ re plura ad ep.* 7. *lib.* 1.

AVCTORE B. ENNODIO, EX MSS.

CAPVT II.

Subdiaconi munus. iniuriæ toleratæ.

6 TAlis iam ad octauum decimum *a* ætatis ſuæ peruenit annum, in quo in ſecundo à Leuitis numero dedicatus ſenum cœtibus puer adiunctus eſt. Stupuêre complurimi, ſed externi, qui mores illius cum ætatis immaturitate iungebant: ſeram credebant dignitatem hanc redditam eſſe qui nouerant. At ille venerabilis Criſpinus Epiſcopus, fauoris neſcius, pertinaci tenens diſtrictione cenſuram, & quem numquàm niſi bona conſcientia duxit ad gratiam, ſic eum mulcebat ſenſibus, vt morderet obtutu, & ſub ſpecie frontis rigidæ clandeſtinum circa diſcipulum nutriebat affectum. Paſcebatur alumni ſui optabili conuerſatione Pater, & in omnibus eius actibus oculos amœnabat; in quo tamen ille ſubdiaconij ordine nihil ampliùs quàm biennio commoratus, meritorum ſuorum ſaltibus euectus exiluit, nec ſe diu intra anguſtias modici honoris anima eſt diues paſſa refrænari. Feſtinabat ad Leuiticam dignitatem conſcientia, quam numquàm vota præſumpſerant: exigebat conuerſatio, quod deſideria penitùs ignorabant. Circa metas tamen præfati honoris & terminum, vnum eius opuſculum ſummotenus libet attingere.

a *Fit Subdiaconus anno ætatis 18.*

S. Criſpinum ſuâ virtute recreat.

7 Summias vocitatur *b* ager, qui in eo loco ſitus eſt, in quo terrenum marginem guloſus *c* Padani gurgitis morſus arrodit, & flexuosè ſerpens fluuius largitur in compendio alterius, quod furatur ab altero, ſimulque fit lucrum finitimi aliena calamitas. De huius prædij finibus antiquâ cum Clericis Burco quidam lite certabat: ad quod iurgium dirimendum ſenile nimis, & præterquàm coniici poſſit annoſum, adhuc puer iſte dirigitur. Electus eſt enim qui & fortiter illatas intentiones exciperet, & maturitate conſilij inferendas temperaret. Attulit tamen quod ſolet omnium criminum mater intentio: nam proceſſu ſermonis & ſcandali, ipſe Burco, qui malitiæ ſuæ ſordido lenocinaretur aſſenſu, ſummum facinus ſine aliquo timore commiſit: nam ſanctum virum ita fuſte percuſſit vt ſanguis protinus ebulliret.

b

c

Cauſſam Eccleſiæ agens.

fuſte percutitur:

8 At ille pacatiſſimus iram repreſſit; nec vindictæ ſpe prouocatus efferbuit, turbatumque potiùs & attonitum percuſſorem blandiſſimo deliniebat affatu. Illicò miseram ſe clamans & orbatam filio ob atrocitatem facti Capraria Burconis mater occurrit: crederes eam circa funus pignoris ſui illâ, quâ fugatur omne conſilium, in carorum mortibus lamentatione iactari: lambebat veſtigia ſanctiſſimi iuuenis eiulans mater; &, Parce, clamabat illi, quem numquàm ad indignationem vis vlla compulerat. At ille ſupplicantem prohibebat, ne ſibi inuidiam rogando concitaret, ne ſe non merentem delati honoris ſarcinis impediret. *d* Turbata eſt repentè ciuitas, omnium Chriſtianorum in furorem verſæ mentes. Burco ad exitium poſcebatur, & in tantâ hominum multitudine nemo placidus, niſi qui iniuriam fuerat paſſus, inuentus eſt. Flebat egregius Pontifex, de infirmitatibus ſuis & moleſtiis gaudente diſcipulo; nam ita ſatisfaciebat pro eo, qui putabatur inimicus, ſingulis, vt nec gloriam parcendo iactanter quæreret; nec vindicando, mandata cæleſtia præteriret.

deprecante culpam percuſſoris matre,

ciuitate ad vltionem conſpirãte,

d

ipſe iniuriam diſſimulat.

a *Chriſti* 456. b *De eo breuiter* 7. *Ianu. cùm de S. Criſpino.*

c *Sic Lucanus lib.* 6.

Illos terra fugit dominos; his rura colonis
Accedunt, donante Pado.

d *Gualla:* Quod audiens ciuitas Chriſtianorum (nam Papia ob magnam ciuſdẽ populi religionẽ ſic vocabatur) *&c. ridiculum.*

CAPVT III.

In diaconatu exercitæ virtutes.

Fit Diaconus anno ætatis 20.

9 BReui pòſt ad Diaconij euectus infulas viceſimum annum etatis aſcendit, facie necdum barbatâ benè. Turbabatur ſuſcepti honoris tirocinio homo, qui iam ducem poterat implere Chriſtianum; ſingulorum pro pudore declinabat adſpectus, quem vniuerſa ciuitas quaſi ſalutis ſignum aliquod attendebat. Intereà ſupradictus Antiſtes omnem Eccleſiaſticæ conuerſationis ſubſtantiam, & diuitias pauperum ſuorum in eius poteſtate committit, volens ante Epiſcopatum cognoſcere, qualem futuris temporibus præpararet Epiſcopum: & cùm vix ſit, vt ab eorũ perſonis, de quibus ſucceſſionis ſeritur quantulacumque ſuſpicio, inuidia temperetur, in iſtius gratiâ credebat ſibi perire *a* ſanctus Pater, quidquid minus fuiſſet exhibitum, quædam in illo ſua, quædam volebat eſſe maiora. At iſte quotidianis profectibus etiam cupidiſſimi in oratione genitoris vota tranſſcenderat. Erat enim genitor, cuius eum per euangelium conceptum verbi cœleſtis ſemine fœta aluus effuderat.

probatâ induſtriâ & fidelitate præparatur ſucceſſor Epiſcopo,

a

10 Nam de pudicitiâ iuuenis mei quid loquar, in quo domum ſibi ſtatuerat caſtitas, & continentia radices fixerat in profundum? Virum ſe eſſe niſi per patientiam laboris ignorabat: carnem habere niſi cùm moriturum ſe eſſe meminerat, neſciebat. Quotiens tamen illum corporeus appetitus, ſicut ab ipſo didici, ludebat imaginibus ſomniorum, illicò ad vigilias ſanctas, continuata ieiunia, ſtandi diutiſſimè neceſſitatem, plenâ auiditate currebat: talemque bellatrix dextera animæ ſuis certaminibus reddebat carnem, vt illi opus eſſet poſteà pro neceſſitate ſuccurri. Nec tamen refecto corpuſculo indulgebat otio. Vtebatur lectione pro requie; librorum venerabilium pro blandimentis inſtrumenta ſuſcipiens. Memoriter ſemel tranſcurſa reddebat: & ne crederetur Scripturarum diuinarum tramitem verborum tantummodò celeritate tranſuolaſſe, pingebat actibus ſuis paginam, quam legiſſet. Si Propheta fuiſſet in manibus, prophetantem videres codice amiſſo lectorem: ſi Teſtamenti veteris recenſuiſſet volumina, Moyſi dignus æmulator incedebat, taliter ac ſi illum Iſraëlitica per deſertum agmina ſequerentur; ſi Apoſtolicum lac verborum, & mel Dominicæ paſſionis, ſeueritatem legis condiens ſcriptura index reuelaſſet, continuò ex ore ipſius dulciora fauis verba fluxerunt. Poſtremò quid libri docuiſſent, vita ſignabat.

caſtus,

carnem variè mortificans.

lectioni ſacra aſſiduè intentus,

11 Domum taliter regebat Eccleſiæ, vt nec profuſione immoderatâ commiſſam penum exhauriret, nec odia ſordenti parcitate contraheret: interceſſionum etiam tunc certamina *b* proludebat. Nam vbicumque pro rem mediis miſerorum, Epiſcopi mittebatur imperio, tantâ exigebat beneficium arte ſupplicandi, vt ſentirent ſibi in cauſſis profuiſſe complurimi, ipſum per ſe Epiſcopum non veniſſe. Augebatur circa eum per dies ſingulos popularis affectus, & magnis ſucceſſibus cumulabatur amor, qui ex iudicio deſcendebat. Deſiderabatur in illo ſacerdotium, cùm nemo nutritoris eius optaret interitum: ipſum tamen ne odor quidem huius opinionis afflauerat; arbitrabatur ad profectum ſuum ſufficere, ſi cum bonâ ſemper æſtimatione ſeruiret.

b

moderatus,

omnibus carus.

12 Poſtquàm tamen inualida ſenectus, & ſemper de infirmitatibus querula, venerabilem virum Criſpinum Pontificem occupauit, iſtius ſuſtentabatur manibus, in huius nitens erigebatur amplexus: pes illius erat, oculus, dextera, cuius miniſterio quicquid optaſſet fieri, ante iuſſionem ſuam videbat impletum: præſentiunt enim bonæ mentes eorum deſideria, quibus cum integritate famulantur. Talis in Diaconatu à viceſimo incipiens octo annos impleuit. Et quidem tunc ſtatus eccleſiæ Ticinenſis bonâ Clericorum fruge pollebat. Erant cæleſtes viri, quos ille à perfectione incipiens anteibat. Fuit Siluester Archidiaconus eâ tempeſtate, homo in vetuſtâ diſciplinarum inſtructione probatiſſimus: fuit vir inſigniſſimus, Bonoſus Preſbyter tam nobilis ſanctitate, quàm ſanguine, Gallus quidem proſapiâ, ſed cæleſtis indigena: fuêre alij & numero plures & virtute præſtantes, quorum idcircò facio mentionem, quia paruâ laude dignus eſt, qui tantùm miſeris antefertur.

S. Criſpino iam ſeni aſſiſtit.

Alij tum Ticini inſignes viro

13 Circa

à S. Crispino præsentiente obitum suum,

13 Circa finem tamen vitæ, quem spiritu præuidebat sanctus Antistes, Mediolanum vicinam expetiit ciui tatem, vbi nobilium germina in esse quadam mundæ ingenuitatis excreuerant, quos visitationis gratiâ requisitos, talibus vir Domini sermonibus appellauit: Ecce filij, iam me ætas compellit ad trahsitum, iam originariam ad ius suum reuocat terra particulam. Commendo ciuitatem, commendo Ecclesiam, commendo hunc, cuius labori & gratiæ debeo quòd vsque ad hoc tempus vixi & grandæuus & debilis; cuius corporea soliditas, & virtus animæ imbecillitatem meam portauit sine fastidio; cuius ambulaui pedibus, tenui aliquid manibus, vidi oculis, ordinaui sermone: duo videbamur intuentibus, cùm vnus per concordiam fieret ex duobus.

commendatur Rusticio viro illustri;

c qui eius iudicio assentitur.

14 Hæc c Rusticio illustri viro dicta penitùs insederunt, qui in omni dicendi genere exercitatissimus tali est orsus eloquio: Scimus, sancte Pater, scimus, & profundâ consideratione perspeximus iuuenem istum non oportere pro ætatis immaturitate censeri; nec debere grauis consilij hominibus teneros pro quadam obice annos adferri. Vir namque canâ morum integritate probabilis, geminatâ laude dignus est, si illi ad venerabile mentis imperium puerile corpus obtemperet. Viue tu tamen, viue exemplum, & forma bonorum operum, & vberiores in eo, si adhuc possunt crescere, lucidæ conuersationis fructus adiunge. His dictis conticuit. At ille piissimus Pontifex beneuolentiæ eius impendens gratias, quòd secum pari de discipulo æstimatione sentiret, dato vale discessit; atque Ticinum quasi ad sepulchrum festinans regressus est, qui aliquantis emensis diebus morbo regio perfusus lucem seculi nostri supernâ habitatione commutauit.

a *Ita nostrum & vetera alia exemplaria, quæ citat Sirmondus. Scottus* sanctus Papa. *& multi eo auo quo suu Episcopos* Papas *quandoque appellant. Ennodius uni id tribuit Romano Antistiti, vt ad ep. 1. lib. 4. obseruat Sirmondus.*

b *Scott.* præludebat.

c *Ita MS. noster, atque alij præcipuæ notæ codices, vt testis est Sirmondus, qui eum esse coniectatur, haud temerè, qui cum Olybrio anno 464. Consul fuit. &, vt rei bellicæ sciens, tum Mediolani res fortassis Imperij curabat, seu Seueri Imp. auctoritate, siue eo extincto Ricimeris Patricij nutu. Gesta hac sunt anno Christi 465. Basilisco & Herminerico Coss. non anno 450. superstite adhuc Valentiniano, vt censet Spelta.*

Rusticius V. IL.

CAPVT IV.

Episcopatus susceptus. in eo benefacta.

a 15 *a* EX tempore in isto bonorum omnium consensus adducitur: magnus illicò in totâ vrbe concursus. Rapitur à lamentatione funebri in gaudium populi consecrandus Antistes. Flebat iste intemperanter dolore mortis paternæ, cui reddi debitas lacrymas promiscuæ multitudinis lætitia non sinebat. Resistebat, inquantùm poterat, & *b* indignum se iam Apostolicâ imitatione clamitabat: sed tantùm magis surgebat in eo dilectio cunctorum, quantùm in multitudine magnâ solus erat, qui se vocitaret indignum. Nunc quid pluribus vtar, qui omnia explicare non valeo? Finitimarum ciuitatum iunguntur studia, & attrahitur tanta collectio, ac si initiandus esset totius orbis Episcopus. Ducitur Mediolanum adhuc reluctans, & magna, si dimitteretur, munera promittens, qui vt fieret noluit spondere vel minima: consecratur cum omni celebritate cunctorum: exultabat mundus de tam sanctæ ordinationis insignibus: extranearum habitatores vrbium tanto se tripudio iactabant, quasi ipsis propriè profuturus infulas sacerdotales exceperit. Aliquos tamen magnarum vrbium incolas edax consumebat inuidia, quòd tantum oppidi Ticinensis angustia habere meruisset Antistitem, cùm apud ipsos sola Pontifices Metropolitanæ iactantiæ vocabula tuerentur.

b S. Epiphanius inuitus consecratur Mediolani Ticinensis Episcopus,

16 Exacto ergo dedicationis suæ die, Ticinum rediit, conuocatisque vniuersis Presbyteris, ac ministris, talibus eos instruxit & confortauit alloquiis: Quamuis me, Fratres carissimi, inter primordia immaturè titubantem iudicij vestri & susceptæ dignitatis pondus oppresserit; memini tamen, quòd magna gratiæ vestræ debeam cui maxima contulistis: & licet parendi vobis magis quàm iubendi habuerim voluntatem; mutaui tamen per officium personam seruiendi, animum non amisi. Estote pacifici, estote vnanimes: onus meum mecum diuidite: fit enim ad portandum facilis sarcina, quam multorum colla sustentant. Meam vobis communionem seruandam cum omni humilitate polliceor; neque futurum esse quemquam, qui me nisi cum Domino nostro possit offendere. Auctorem bonorum operum seruate pudicitiam: & ne iniuriosum putetis, quòd grandæuos & Presbyteros de continentiâ & integritate seruandâ puer appellat; conuersatio, non anni, aut adolescentiam aperit, aut senectam. Speculamini meæ conuersationis interna; & si indignum aliquid agnoscitis, coërcete. Nemo vt Ecclesiæ Principem admonere timeat, si probat errantẽ. His ita dictis conticuit; surrexerunt omnes, & consonâ, quasi ex pristinâ meditatione, submomentaneâ tamen voce dixerunt: Aue Pater probatissime: aue Pontifex singularis: bonum te quidem vniuersorum sensit electio, sed optimum etiam tua testantur alloquia. Crescis sanctis meritis apud conscientiam nostram, & reperiris luce operum, suprà quàm porrigebatur opinio. Quibus breuiter perstrictis, suscepto omnes munere discesserunt.

Auctore B. Ennodio, ex Mss.

Hortatur suos ad virtutem, & vt se errantem moneant:

omnes applaudunt.

17 Mox sibi beatus Antistes proprio ore leges, quibus se posset tenere, dictauit. *c* Primùm statuit non lauandum, ne nitorem animæ, & interioris hominis fortitudinem, balnea magis sordibus amica, confringerent. Deinde decreuerat numquàm esse prandendum; sed ne propositi sententiam superuenientium vis vlla temeraret, & aut iactantiæ nebulis, aut auaritiæ famâ læderetur, definiuit numquam sibi cœnandum, vt commutatio horarum, ac per hoc semel in diem reficiendi tempus afferret: cibos iussit sibi placere viliores, nihilque in apparatione ferculorum nares saporemque suum posse offendere, nisi quod aromatibus condiretur. Olerum & leguminis pascebatur epulis, sed neutrum horum vsque ad satietatem capiens: vini quiddam parum, quam tamen exiguitatem Apostolicæ admonitionis memor, sumebat ob stomachi cauendam debilitatem.

Abstinet balneis, cœnâ, lautis cibis.

c

1. Tim. 5. 23.

18 Procedendum censuit in omnibus in quolibet aëris terrore maturiùs, ita vt vigiliarum formam lectoribus antecedés ad ecclesiam præberet Episcopus. Postquàm verò ad altaris confinia peruenisset, nullam deliberauit futuram esse necessitatem, quâ inde nisi impletis solennibus possit abduci, *d* iunctis pedibus vsque ad consummationem mystici operis stare se debere constituit, ita vt humore vestigiorum locum suum depingeret, & longè aspicientibus indicaret. Intercessionum tantam sibi proposuit curam, vt ipsum se miseris inferre crederet molestiam, quàm per negligentiam à quibuscumque permississet inferri. Ad patientiam laboris tempore otij, vt necessitati sufficeret, corpus aptauit. Hoc sibi viuendi pragmaticum vel disciplinæ dogma proposuit, aggressus est, seruauit, impleuit.

in sacris constans;

d

promptus ad opem ferendam.

a *Scott. & Sirm.* extemplo in istum. b *Scot.* dignum.

c *Gualla & Spelta fœdè hallucinantur, dum quæ hoc numero continentur, omnia clericis ab Epiphanio aiunt esse præscripta.*

d *Gualla*: Ad altare autem, pro obseruantiâ ingentis suæ religionis, nudis stabat pedibus. *Nec id dicit Ennodius, nec verisimile est.*

CAPVT V.

Suscepta ad Anthemium Imp. pro pace legatio.

19 MOx per vniuersum mundum sanctam illius conuersationem illa, quæ licet in glorioſis acti-

AVCTORE S. ENNODIO, EX MSS.

bus tardior esse solet, fama non tacuit, sed ad aures a Ricomeris, qui tunc secundis ab b Anthemio Principe habenis Rempubl. gubernabat, detulit. Nam Imperatore Romæ posito, seminarium inter eos iecit scandali illa quæ dominantes sequestrat inuidia, & par dignitas caussa discordiæ. Surrexerat enim tanta rabies atque dissensio, vt mutuò bella præpararent: & præterquàm origo iratum proprios suggerebat stimulos, lis ipsa circumstantium consilio nutriebatur. Nutabat status periclitantis Italiæ, & affligebatur ipsis discriminibus grauiùs, dum expectabat futura discrimina. Intereà apud Ricimerem Patricium Mediolani eâ tempestate residentem fit collatio Ligurum nobilitatis, qui flexis genibus, soloque prostrati pacem orabant Principum, & vt ab scandalo vtræque partes desinerent, occasiones gratiæ ab vnâ precabantur offerri. Quid plura contexam? Mulcetur Ricimer & velle se reparare concordiam permotus multorum fletibus pollicetur: Sed qui, ait, potissimùm huius legationis pondus excipiet, quem tantæ molis cura maneat? Quis est qui c Galatam concitatum reuocare possit & Principem? nam semper cùm rogatur exuberat, qui iram naturali moderatione non terminat. Tunc vno omnes ore responderunt: Vester tantummodò ad pacem declinetur assensus; est nobis persona nuper ad sacerdotium Ticinensis vrbis adscita, cui & belluæ rabidæ colla submittant: cui ante preces offeratur beneficium, quod à quolibet petiturus aduenerit: cui est vultus vitæ similis, quem venerari possit quicumque, si est Catholicus & Romanus; amare certè, si videre mereatur, & Græculus. Iam si ad sermonem illius veniamus, numquàm sic diras aspides verborum digitis incantator Thessalus violentis poterit euocare carminibus, quomodò ille effectum petitionis suæ etiam à negaturis extorquet: pendet in arbitrio eius, cùm loqui cœperit, sententia audientis: perdet ius suum, qui excusare dispposuit, si illi alligandi copia concedatur. Tunc Patricius Ricemer ita respondit: Detulit ad me hunc hominem, quem exponitis, fama glorioſum: & in hoc magis admirationi mihi est, quòd cùm omnes habeat laudatores, nullos eius, quibus per inuidiam abundare solet nouitas, prodit inimicos. Ite ergo & rogate hominem Dei vt ambulet. Iungite etiam meas preces.

Ricimer rogatur à Liguribus, vt finat se reconciliari Anthemio Imp.

a
b
c quærenti idoneum Fecialem proponitur Epiphanius,

laudatâ eius eloquentiâ:

annuente Ricimere,

20 Egressi de concilio statim Ticinum petunt: caussam narrant: fusis, vt istum laborem susciperet, B. Epiphanius rogatur lacrymis. Qui, ne extenuaret beneficium si filios diutinâ supplicatione torqueret, antecessit desideria postulantum, quos tamen taliter allocutus est: Quamuis tantæ rei necessitas probatissimę personę pondus inquirat, & titubet sub graui fasce portitor immaturus, affectum tamen, quem debeo patriæ, non negabo. Quibus breuiter narratis, quoniam erat loquendi parcus, ad Ricimerem Patricium perrexit, à quo simul visus & electus est. Mandato ergo sibi legationis ordine Romam petiit. In quo itinere quid molestiarum sustinuerit, quidúe virtutum gesserit, festinans ad maiora prætereo.

rogatu suorum,

ad eum venit:

21 Mox tamen, vt supradictæ Vrbis portas ingressus est, fama, quæ absentem illum notum fecerat, digito cœpit ostendere: conuersi illicò omnium oculi, stupuêre mentes attonitæ, quòd tantam sibi exhiberi reuerentiam imago eius index sanctitatis exquireret: inexpiabilis se culpæ reum fatebatur quilibet potentum, si tantùm genua eius amplexus est. Tollebatur clamor in cælum: nemo illum in mortalium numero computabat, cui omnia cælestis gratiæ videbant bona constare. Perfertur ad Principem Anthemium studio legationis Episcopum venisse Liguriæ, hominem quem nullus possit etiam diues eloquio sufficienter exponere. At ille: Callidâ mecum Ricimer & in legationibus suis arte decertat. Tales dirigit, qui supplicatione expugnent, quos ille lacessit iniuriis: perducite tamen ad me hominem Dei; qui si possibilia precatur, admittam; si difficilia, supplicabo ne excusationem meam grauetur accipere. Dubito tamen an Ricimer apud me, quod poscit, obtineat; cuius scio votorum intemperantem esse personam, & in conditionibus proponendis rationis terminum non tenere: sed veniat directus Antistes, & laudatam iampridem præsentet effigiem. Egrediuntur officia Palatina: totâ Vrbe, *admittitur:* d Iube rogaris audiebat Episcopus.

mittitur Romam.

Magno honore excipitur à Romanis:

ab Anthemio etsi legationem suspectant,

22 At venerabilis & seculis omnibus probatus Pontifex, posteaquàm ingressus est, & proferendi sermonis donatus licentiâ, quamuis fugitiuæ potestatis insignia ostrum gemmasque rutilantes reuerendæ imaginis fulgore compresserit, (etenim quasi absente Imperatore, ita in se oculos traxerat singulorum) tali tamen narratione incipiens ianuam oris reserauit: Summâ cælestis Domini, Venerande Princeps, est ordinatione dispositum, vt cui tantæ Reipubl. cura mandabatur, per Catholicæ fidei dogma Dominum & auctorem & amatorem pietatis agnosceret, per quem bellorum furorem pacis arma confringunt, & caleans colla superbiæ concordia superat, quod fortitudo non prævalet. Sic namque Dauid prædicabilem, parcendi magis inimico animus reddidit, quàm intentio vindicandi: sic perfecti seculorũ Reges & domini supplicãtibus indulgere cælesti arte didicerunt. Supernæ namque dominationis instar possidet, qui imperium suum pietate sublimat. Hoc ergo Italia vestra freta iudicio, vel Ricimer Patricius, paruitatem meam oratum direxit, indubitanter coniiciens, quòd pacem Romanus Dominus tribuat, quam precatur & Barbarus. Erit enim triumphus vestris propriè profuturus annalibus, si sine sanguine viceritis. Simul nescio quæ species fortior possit esse bellorum, quàm dimicare contra iracundiam, & ferocissimi Getæ pudorem onerare beneficiis: grauiùs enim percellitur si postulata impetret, quem puduit hactenus supplicare. Tractandus deinde anceps bellandi euentus: in quo tamen si ita prę-ualuerint peccata certamine, vestro regno defraudabitur, quod partes vtræque perdiderunt: nam quæcumque apud Ricimerem, si amicus est, salua sunt, cum ipso à vobis Patricio possidentur. Cogitate pariter, quia benè caussæ suæ ordinem dirigit, qui pacem primus obtulerit.

propace perorat:

a *MS. nostrum semper* Ricemerem *vocat. Gualla Retimerum. Ricimer. Hic* Coss. Constantino & Rufo, *ex Magistro militum Patricius factus, annis quindecim in ipsorum nece Cæsarum lusit, pari ambitione & crudelitate.*

b Pusæo & Ioanne Coss. *an. Ch.* 467. *Anthemius Patricius à Leone Aug missus, Occidentis suscepit imperium XII Aprilis. Ergo sub annum* 468. *vel* 469. *hæc S. Epiphanij contigit legatio.* *Anthemius Aug.*

c Anthemium, *qui & mox* Græculus, *& Sidonio lib.* 1. *ep.*7. Græcus Imperator, *dicitur, quippe qui è Græciâ nuper exortus.*

d *Alij,* vbi rogatus adueniebat.

CAPVT VI.

Pax sancita. alia præclara Epiphanij opera.

23 HActenus admirandus Pontifex prosecutus, loquendi finem fecit. Tunc Princeps erigens oculos, desertum se omnium vidit aspectibus, atque in eum inuitatos vultus esse cunctorum; quem admirari nec ipse desinebat. Tunc alto trahens verba suspirio ita orsus est: Quamuis inexplicabilis mihi, sancte Antistes, multa aduersùs Ricimerem caussa doloris sit, & nihil profuerit, maximis eum à nobis donatum fuisse beneficiis; quem etiam, quod non sine pudore & regni & sanguinis nostri dicendum est, in familiæ stemma copulauimus, dum indulsimus amori Reipublicæ, quod videretur ad nostrorum odium pertinere. Quis hoc namque veterum retro Principum fecit vnquam, vt inter munera, quæ pellito a Getæ dari necesse erat pro quiete cõmuni, a b filia poneretur. Nescimus parcere sanguini nostro, dũ seruamus alienũ. Nemo tamen hoc credat propriæ caussâ factum esse formidinis. Nam in tantâ circumspectione salutis omnium, solùm pro nobis timere non nouimus. Benè enim apud nos compertum est perire Imperatori

Anthemio, prius questo de ingratitudine Ricimeri,

ratori laudem ſuæ virtutis, qui pro aliorum cautelâ non metuit. Sed vt tuæ venerationi ad liquidum conatus illius aperiamus, quoties à nobis maioribus donis cumulatus eſt Ricimer, toties grauior inimicus apparuit. Quanta contra Rempublicam bella præparauit? Quantas externarum gentium per illum vires furor accepit? Poſtremò etiam vbi nocere non potuit, nocendi tamen fomenta ſuggeſſit. Huic nos pacem dabimus? hunc inteſtinum ſub indumento amicitiarum inimicum [c] ſuſtinebimus, quem ad fœdus concordiæ nec affinitatis vincula tenuerunt? Grandis cautio eſt aduerſarij animum cognouiſſe: etenim hoſtem protinus ſenſiſſe, ſuperaſſe eſt: perdunt ſemper deprehenſa odia ſtimulos, quos occultata conceperant.

24 Sed ſi in his omnibus Reuerentia tua & vadis & mediator accedit, qui poteſt ſpiritali indagine conſilia nefanda inuenire, & inuenta corrigere; pacem, quam & tu poſcis, negare non audeo. Poſtremò ſi ſolitæ calliditatis aſtutiâ etiam te fefellerit, certamen iam vulneratus aſſumat. Me tamen ſtatumque Reipubl. tuis committo & commendo manibus, & gratiam, quam ſupplicanti & profuſo per ſe Ricimeri negare diſpoſueram, per te primus exhibeo. Profundâ enim deliberatione compendiis noſtris in hac parte conſulimus, ſi in incertis procellarum erroribus nauem ex boni gubernatoris ordinatione flectamus. Quis enim tibi excuſare præſumat beneficium poſtulanti, cui oportuerat ante preces offerri? Hæc Imperator. At venerabilis Sacerdos, Gratias, inquit, omnipotenti Domino, qui pacem ſuam Principis menti inſeruit, quem adinſtar ſuperni dominatus vicarium poteſtatis ſuæ voluit eſſe mortalibus.

eam tamen impetrat:

25 Quibus breuiter enarratis, accepto etiam pro concordiæ firmitate ab Anthemio ſacramento diſceſſit, feſtinans ad Liguriam reuerti, quoniam Reſurrectionis Dominicæ tempus inſtabat, per quod maceratis ieiuniorum ~~cruce~~ corporibus, carne frigidâ ſpiritus hilaris recaleſceret, dum à Redemptore noſtro moriendo mors vincitur, fidelis ſpei cibis anima ſaginatur. Viceſimo à ſe, cùm Romam egreſſus eſt, futurum Paſcha dies promittebat. Tantâ tamen iter celeritate confecit, vt quarto decimo die improuiſus & famam præueniens, Ticinum ingrederetur, comitibus ſanè plurimis in viâ derelictis, quia nec abſtinentiam eius ſuſtinere poterant, nec laborem. Ecce concurſus præſtolantium tanti Antiſtitis aduentum, domi poſitum videre, quem nondum Romam egreſſum fuiſſe cognouerant. Lætæ vrbis tripudia attonito Ricimeri indicantur: pacem factam conſono omnes ore clamitabant: exultatio infinita prouinciarum, & ſicut hominum mos eſt gratius habere quod redditur, quàm ſi omnino non pereat, dulcior erat concordia, quæ poſt litem reuocabatur, & pax quæ iam penè deſperata contigerat. Euocabatur Reuerendus Pontifex, vt diu expectatum Mediolanenſibus præſentaret aſpectum. At ille ne velut debitas gratiarum actiones præſens videretur exigere, viſitationes eorum ſub coloratâ ſpecie declinabat.

Ticinum redit,

magnâ omnium lætitiâ excipitur:

26 Igitur proceſſu temporis & laboris quotidianis ſucceſſibus vitæ in eum meritum geminabatur. Erat illi germana natu minor, religione non impar, [d] Honorata nomine, cuius vitam per ſingula virtutum genera longum eſt eloqui: ſufficit tamen ad laudum eius cumulum, dignam tanti viri ſororem dixiſſe. Hanc in ipſo, quo de legatione rediit, conſecrauit anno, quam tamen imbuendam diſciplinis cæleſtibus, quaſi ſancta illi natura non ſufficeret, [e] Luminoſæ cuidam, feminæ ſtupendæ ſanctitatis & ſingularis exempli, commiſit: cuius oporteret fortaſſis natalium culmina relegi, niſi inſignior fuiſſet vitâ, quàm ſanguine. Hæc enim fuit talis, de quâ ſe crederet habere & ipſe quod diſceret, qui erudiendam conſortem vteri committebat. Nam breui apud hanc depoſitum Antiſtitis pignus effloruit, & ad maturitatem bonæ frugis plantaria onuſta perduxit.

[d] *Honoratã ſororem conſecrat, traditq; S. Luminoſæ inſtituendam.*

[e]

27 Intereà per propoſitum ſibi callem vitæ curſu præpeti Sacerdos venerabilis incedebat, eleemoſynis ſine retractatione operam dans: quod munus accipientibus vultu & animo blandiſſimo commendabat, ita vt cuicumque ſermonis ſolius gratiam præſtitiſſet, nequaquàm ſe indonatum putaret abſcedere. Erat enim ſummum præmium talem ſaltem vidiſſe Pontificem. Creſcebat in dies ſingulos fama glorioſis ſucceſſibus, & totum penè mundum illius prædicatione complebat.

AVCTORE B. ENNODIO Ex MSS. *benigniſſimè pauperibus ſubuenit:*

a Ricimer *patre Sueuo, Geticâ matre natus.*

b *Huius nomen ignotum. Nam quæ à Gregorio Turonenſi lib. 2. cap. 9. narratur* Aſcila *Richimeris coniux, cum filio Theodomere Rege Francorum, gladio interfecta, ſenior; nec ille Geta, ſed Francus, fuit.*

c *Non vanus hic erat metus, vt ad ſequens caput dicemus.*

d De S. Honoratâ *egimus XI. Ianuarij. Tres alias illi ſorores tribuunt Spelta & alij,* Luminoſam, Liberatam, Specioſam.

e *Colitur* S. Luminoſa 9. *Maij.*

CAPVT VII.

Profectio Toloſana ad Euricum pro pace.

28 DEfuncto tunc [a] Recimere vel Anthemio ſucceſſit Olybrius, [b] qui in ipſis exordiis diem clauſit extremum. Poſt hunc [c] Glycerius ad regnum aſcitus eſt, apud quem, quanta pro ſalute multorum geſſerit, ſtudio breuitatis incido. Nam ſupplicante ſancto viro illatam matri à ditionis ſuæ hominibus conceſſit iniuriam; cùm apud illum reuerentia præfati Sacerdotis eſſet etiam deceſſore ſublimior.

[a]

[b]

[c]

à Glycerio Imp. honoratur

29 Poſt quem ad regnum [d] Nepos acceſſit. Tunc inter eum & Toloſæ alumnos Getas, quos ferreâ [e] Euricus Rex dominatione gubernabat, orta diſſenſio eſt; dum illi Italici [f] fines imperij, quos trans Gallicanas Alpes porrexerat, nouitatem ſpernentes, non deſinerent inceſſere; è diuerſo Nepos, ne in vſum præſumptio maleſuada duceretur, diſtrictiùs cuperet commiſſum ſibi à Domino regnandi terminum vindicare. Hinc vtrimque litium cœperunt fomenta conſurgere, & dum neutræ partes conceptum tumorem vincendi ſtudio deponunt, ſic exuperabat cauſſa diſcordiæ. Attigerat iam beatiſſimus vir octauum in ſacerdotio annum, cùm repentè Nepotis animum ſubmouendæ diſſenſionis amor infudit, vt repulſo ſimultatis veneno ſeruaret inter Reges caritas, quod tueri arma vix poterant. Euocantur ad concilium, Liguriæ lumina, viri maturitatis, quorum poſſit deliberatione labans Reipubl. ſtatus reuiuiſcere, & in antiquum columen ſoliditas deſperata reſtitui: tantique ad tractatum coïere ex iuſſo Principis, quanti poterant eſſe rectores. Seritur de ordinandâ legatione ſermo: in beatiſſimum virum Epiphanium mentes omnium & oculi diriguntur. Fiunt cunctorum ſententiæ, quaſi vnius & ore proferrentur & pectore.

[d]

[e]

[f]

mittitur à Nepote Imp. ad Euricum Regem Gothorũ:

30 Quid pluribus? cum lætitiâ Chriſti miles occaſionem laboris amplectitur, & ſpe effectum præcepit, de negotij æſtimatione confidens, agendi ſpeciem melioraturus inquirit: actionem penè conclamatam & valdè difficilem, cæleſtis potentiæ præſidio percontatus eſt, ſuſcepit, impleuit. Cuius itineris moleſtias, neceſſitateſque non valeam per ordinem digerere, nec ſi mihi centum linguarum fluminibus per meatus irriguos verba fundantur. Nam egreſſus de Ticinenſi oppido, donec ad deſtinata loca pertingeret, tali viæ ſuæ fatigationem arte geminauit, vt ſi temperiùs iumentorum defectum conſiderantes, in futuræ manſionis diuerſoria ſucceſſerant, præter Pſalmorum continuationem, præter lectionis perſeuerantiam, quorum nihil niſi ſtando faciebat, eligebat ſeceſſum nemoreâ fronde concluſum, vbi connexis arborum brachiis nox domeſtica texeretur, quòd ſolùm refugus per vmbracula opaca ſol neſciret: & thorum viridante ceſpite gratia naturalis ſterneret. Ibi profuſus in oratione continuis fletibus exortem pluuiarum terram, oculorum imbribus irrigabat. Reddebantur arua illa fecunda orationum

iter ſanctè inſtituit:

AVCTORE B. ENNODIO EX MSS.

tionum copiâ, quæ frugum eſſe non poterant.

31 Tali exercitio ſe macerans Toloſanam, in quâ Euricus tunc Rex degebat, vrbem ingreſſus eſt: quem iam præuia opinio Gallorum auribus, qualis eſſet intimauerat, Sacerdotibus præcipuè eiuſdem regionis, quos attonitos de aduenientibus inquiſitio profunda ſollicitat. Erat præterea eadem tempeſtate conſiliorum Principis moderator & arbiter *g* Leo nomine, quem per eloquentiæ meritum non vna iam declamationum palma ſuſceperat; qui cum ſummo gaudio aduentum Pontificis indicauit notitiæ publicæ. Euocatur ex tempore Regi præſentandus Antiſtes: ad quem illicò vt ingreſſus vidit, ſalutauit, aggreſſus eſt: Quamuis te, ſtupende terrarum Princeps, multorum auribus reddat virtutis fama terribilem; & gladij, quibus finitimos continuâ vaſtitate premis, ſegetem quamdam inimici germinis metant; nullam tibi tamen ſuperni gratiam Numinis dira bellandi præſtat ambitio: nec ferrum fines tuetur imperij, ſi cæleſtis Dominus offendatur. Regem te habere memento, cui oportet conſiderare quid placeat; qui cùm ſuſceptum hominem portaret ad cælum, pro immenſæ hæreditatis munere pacem diſcipulis iteratâ ſæpius admonitione commendat: cuius nos præcepti neceſſe eſt eſſe cuſtodes, præcipuè cùm nouerimus virum fortem dici non poſſe, quem vicerit indignatio. Deinde perpendere nos conuenit, quòd nemo diligentiùs propria tuetur, quàm qui aliena nõ appetit. Quocircà Nepos, cui regimen Italiæ ordinatio diuina commiſit, ad hæc nos impetranda deſtinauit, vt reductis ad fidem mentibus terræ ſibi conuenæ dilectionis iure ſocientur: qui licet certamina non formidet, concordiam primus exoptat. Noſtis in communi, quo ſit dominiorum antiquitas limitata confinio; quâ ſuſtinuerint partes iſtæ illarum rectores famulandi patientiâ. Sufficiat quod eligit aut certè patitur amicus dici, qui meruit Dominus appellari. Hæc vir inſignißimus Epiphanius.

g

Euricum hortatur ad pacem;

32 At Euricus, gentile neſcio quod murmur infringens, mollitum ſe adhortationibus eius vultus ſui ſerenitate ſignificat. Leo verò nominatus ſuperiùs, tanto allocutionis ipſius tenebatur miraculo, vt crederet verbis huiuſcemodi expugnari poſſe mentes, ſi fas eſt dici, etiamſi contra iuſtitiam poſtularet. Taliter tamen fertur ad interpretem Rex locutus: Licet pectus meum lorica vix deſerat, & aſſiduè manum orbis includat æratus, nec non & latus muniat ferri præſidium; inueni tamen hominem, qui me armatum poſſit expugnare ſermonibus. Fallunt qui dicunt, Romanos in linguis ſcutum vel ſpicula non habere. Norunt enim & illa, quæ nos miſerimus, verba repellere; & quæ à ſe diriguntur, ad cordis penetralia deſtinare. Facio ergo, Venerande Papa, quæ poſcis, quia grandior eſt apud me legati perſona, quàm potentia deſtinantis. Accipe nunc fidem, & pro Nepote pollicere, quòd ſeruet intemeratam concordiam; quoniam te promiſiſſe, iuraſſe eſt. His dictis, inito etiam pactionis vinculo verendus Pontifex vale dicto diſceſſit: ad quem ſtatim precatorum turba dirigitur, vt ſecuturo die Regis epulis intereſſet: *h* quem ille iam compererat iugiter per Sacerdotes ſuos polluta habere conuiuia: cui excuſauit, dixitque ſibi non eſſe in more poſitum, alienis aliquando prandiis *i* veſci, perendie magis ſe velle proficiſci, quod conſtitutum maturauit implere: & Toloſam tantis comitantibus egreſſus eſt, vt penè deſerta vrbs diſcedente noſtro Pontifice cerneretur. Tantos enim in breui ſibi deuinxerat caritate ſincerâ, vt captiuitatem flerent, quos apud patriam remanere neceſſitas conſtringebat.

eam obtinet.

recuſat Ariani Regis intereſſe conuiuio.

h

i

33 Inde tamen regrediens ſingula ſanctarum habitationum loca viſitauit, Medianas inſulas, *k* Cycladas, *l* Lerum, ipſamque nutricem ſummorum montium planam Lerinum adiit. Vnde ſingulos vitæ floſculos decerpſit ex omnibus, quos in ſe boni germinis fomes inſereret, & ad maturitatis tempus grauida pomis cæleſtibus arbor adduceret. Intereà exſpectatum Italis lumen redditur, & reuertente ſingulari Sacerdote per ſudum rutilans iubar aperitur. Ticinum diu deſideratus ingreditur. Nepoti effectum peractæ legationis inſinuat: & creſcente laudum cumulo humilitas in eo pariter ſentiuit augmentum.

Lerinum aliaque ſancta loca viſit.

k l

Nepoti pacem nuntiat.

a *Vt ſe iſta habuerint, breuiter commemorat Paulus Diaconus lib.* 16. Hoc denique ipſo in tempore, *inquit*, inter Anthemium Principem, eiusque generum Ricimerem Patricium, qui tunc Mediolani poſitus præerat Liguriæ, magnus diſcordiarum fomes exortus eſt: cui ſe vir ſenectute conſpicuus Epiphanius Ticinenſis Epiſcopus interponens, eos primùm ad concordiam reuocauit. Deinde barbaricâ perfidiâ fœdus Ricimer rumpit, (erat enim Gotthus proſapiâ) cum manu mox validâ ad Vrbem contendit, atque apud Anienis pontem caſtra poſuit. Diuiſa itaque Roma eſt; & quidam fauebant Anthemio, quidam verò Ricimeris perfidiam ſequebantur. Inter hæc Olybrius à Leone Auguſto miſſus ad Vrbem venit, viuoque adhuc Anthemio, regiam adeptus eſt poteſtatem. Billimer Galliarum rector cognitâ aduersùs Anthemium conſpiratione Ricimeris, Anthemio ferre præſidium cupiens, Romam properauit. Is cum Ricimere apud Adriani pontem prælium committens, continuò ab eo ſuperatus atque occiſus eſt. Extincto Billimere mox victor Ricimer Vrbem inuadens, quatuor iam annos agentem iura imperij Anthemium gladio trucidauit. Præter famis denique morbique penuriam, quibus eo tempore Roma affligebatur, inſuper etiam grauiſſimè deprædata eſt: & exceptis duabus regionibus, in quibus Ricimer cum ſuis manebat, cætera omnia ſunt prædatorum auiditate vaſtata. Sed non diutiùs de perfidiâ lętatus eſt Ricimer. Nam poſt menſem tertium excruciatus languoribus & ipſe interiit. *Sed quòd Epiphanius dicitur* ſenectute conſpicuus *mendum eſt librarij; ſcriptum fuit* ſanctitate, *itaque legit Cuſpinianus. occiſus eſt Anthemius* V. Id. Iul. Coſſ. Feſto & Marciano *ipſius Anthemij filio, Leonis Auguſti genero, anno Chriſti* 472. *cùm imperaſſet annos* 5. *menſes* 3. *Ricimer obiit* XV. Kal. Septemb. *quadrageſimo die poſt Anthemij cædem.*

Anthemij Aug ćades, perfidiâ Ricimeris eius generi.

b Olybrius ſeptimo menſe imperij vitam peregit, *vt ſcribit Caſſiodorus. Obiit verò* X. Kal. *Nouembris. Non immeritò tunc,* Indict. 10. Veſuuius mons Campaniæ torridus, inteſtinis ignibus æſtuans, exuſta euomuit viſcera, *vt Marcellinus ſcribit; cùm intima imperij viſcera ambitio tetro incendio conſumeret.*

Olybrius Aug.

c Leone Aug. V. ſolo Coſ. *anno Chriſti* 473. Gundibalo *Ricimeris filio, quem Olybrius Patricium fecerat*, hortante, Glycerius Rauennæ ſumpſit imperium, *vt habet Caſſiodorus, III. Nonas Martij.*

Glycerius Aug.

d *Paulus Diaconus lib.* 16. Anno deinde ſequenti, *nimirùm* 474. *Leone Iuniore ſolo Coſ.* inopinatè Nepos patricius cum exercitu veniens, Glycerium regiâ exuit poteſtate; eumque apud Salonas Dalmatiarum vrbem Epiſcopum ordinauit. *Gualla Nepotem & Gondibarum agente Epiphanio reconciliatos ſcribit, cùm alioquin infeſtu ſignis pararent concurrere. Hinc Rauennates, qui ſibi duce Gondibaro victoriam ſpondebant, ſemper deinceps Epiphanio infenſos fuiſſe & Ticinenſibus; hisque adeò impoſitum Rauennæ, ſi eò commearent, vectigal, quod anno demum* 1569. *abrogatum. Nimis illa antiqua, nec credibiles, cauſſæ irarum.*

Nepos Aug.

e *Hic fratrem Theudericum II. VViſigothorum Regem interfecit, regnumque inuaſit anno* 466. *& tenuit vſque ad* 484. *Dicitur aliis* Euaricus, Eoricus, Euarix, Heuricus. *Hæc ad eum legatio contigit anno epiſcopatus Epiphanij octauo, igitur Chriſti* 474. *Nam ſequenti anno Oreſtes Patricius Nepotem, V. Kal. Septembris, Rauennâ in Dalmatiam fugauit, filiumque ſuum* Auguſtulum *pridie Kal. Nouemb. Imperatorem fecit.*

Euricus Rex VViſigoth. Arianus.

f *De hac Eurici in Romanam ditionem irruptione ſæpiùs agit Sidonius Apollinaris in epiſtolis, nominatim lib.* 7. *ep.* 6. Euarix Rex Gothorum, *inquit*, quòd limitem regni ſui, rupto diſſolutoque fœdere antiquo, vel tutatur armorum iure, vel promouet; nec nobis peccatoribus hìc accuſaro, nec vobis Sanctis hìc diſcutere permiſſum eſt. *Is Aruernorum ciuitatem, cuius Epiſcopus erat Sidonius, adhuc Romano addictam imperio, occupauit fœdeque afflixit; poſt an ante hanc Epiphanij legationem, ad Sidonij vitam* 23. *Aug. diſquiremus.*

g *Laudatus hìc ſæpè Sidonio eſt, cultuſque fideli amicitiâ, vt ex ep.* 3. *lib.* 8. *&* 22. *lib.* 4. *liquet. Alarici quoque Conſiliarius fuit, vt S. Gregorius Turon. lib.* 1. *Mirac. cap.* 92. *ſcribit.*

h *De eo Sidonius ep.* 6. *lib.* 7. Tantùm, vt ferunt, ori, tantùm pectori ſuo, Catholici mentio nominis acet, vt ambigas ampliúſne ſuæ gentis, an ſuæ ſectæ teneat principatum.

i *Ita Sirmondus. MS. noſtrum*, veſperendie magis ſe velle proficiſci. *Scot.* alienis ali quandoque prandiis; veſpere magis ſe velle proficiſci.

k *Ita MS. noſter, caterique fatente Sirmondo; qui tamen* Stœchadas *reſtituit, quas Plinius aliique in orâ Maſſilienſi locant, propter ordinem, quo ſita ſunt, ita dictas. Fuêre tum cœnobiis celluliſque referta monachorum, ad quos ſeptem poſtrema Collationes emiſſæ à Caſſiano.*

Stœchades inſula.

l De Lirino Leroque, *ſiue, vt nunc vocant,* S. Honorati & S. Margaritæ *inſulis, egimus* 16. *Ianu. ad vitam S.* Honorati.

CAP.

CAPVT VIII.

Ticinum ab Odoacre Rege euerſum, recreatum & reſtauratum ab Epiphanio.

34 IGitur dum talibus ſe diſciplinis & laboribus Chriſti & Domini noſtri operarius exerceret, ecce ille quietis neſcius, & ſcelerum patrator inimicus, magna dolorum incrementa conglutinat, & inquirit quibus virum integerrimum paſſionibus laceſſeret. Exercitum aduersùs *a* Oreſtem Patricium erigit, & diſcordiæ crimina clandeſtinus ſupplantator interſerit: ſpe nouarum rerum, perditorum animos inquietat: Odouacrem ad regnandi ambitum extollit: & vt hæc pernicies in Ticinenſi ciuitate contingeret, Oreſtem ad eam fiduciâ munitionis inuitat. Epiſcopus cum omnibus ad ſe pertinentibus præſens inuenitur: fit maximus in vrbe concurſus: prædandi rabies inardeſcit: vbique luctus, pauor vbique, & mortis imago plurima: diſcurrebat ille ſollicitus, poſcebatur ad pœnam, cuius ſubſtantiam notiorem fecerat amicitiarum fides antiquior. Alij flammas ruituris ædibus ſupponebant, alij ad exitium poſcebant dominum, pro cuius conuenerat ſalute pugnari. Currunt ad Eccleſiæ domum totis direptionis incendiis æſtuantes, dum quem videbant erogare plurima, perimmenſa ſuſpicabantur abſcondere. Prô nefas! theſauros cruda barbaries quærebat in terrâ, quos ille ad cæleſtia ſecreta tranſmiſerat. Diripitur etiam ſancta eius germana, & ſeorſum ab eo captiuitatis ſorte deducitur. Omnes nobilium à ſuis familiæ ſequeſtrantur: *b* Luminoſa glorioſiſſima femina parili neceſſitatis conditione conſtringitur. O dolor! vtræque eccleſiæ flammis hoſtilibus concremantur: tota ciuitas quaſi vnus rogus effulgurat.

a *Capto ab Odoacre Ticino,*

& direpto incenſoq;

Epiphanius & ſoror eius capiuntur:

b *eccleſia Ticini incenſa.*

35 Cunctorum voces Sacerdotem requirentium audiuntur: nemo periculi ſui meminerat, dum maior ab illis ſalutis portio diuideretur: cui quamuis confuſa in ſingulorum exitia turba fremeret, honor tamen & inter gladios impendebatur. Nam illicò non fuerunt, quos potuit videre captiuos. Venerabilem germanam ſuam priùs, quàm in veſperam diei illius lux funeſta laberetur, eripuit: plurimos etiam ciuium abſoluit precatu ſuo, antequàm duriſſimæ conditionis vincla ſentirent, matresfamilias præcipuè, quas immanior in hac neceſſitate poterat manere commoratio.

illam multoſq; alios liberat à captiuitate:

36 Poſtremò ſtatus ciuitatis, quem multitudo barbarica ſuccidebat, vnius fortiſſimæ columnæ ſuſtentatus reſurgebat auxilio: nec tantum ad delendum ſufficiebat exercitus, quantum ad reparandum vnius perſona Pontificis. Sublato tamen Oreſte, & propter Placentinam vrbem extincto, deprædationis impetus conquieuit. Poſt quem adſcitus in regnum *c* Odouacris, tanto cultu inſignem virum cœpit honorare, vt omnium deceſſorum circa eum officia præcederet. Intereà ne diu fauillis domicilia diuina premerentur, antè glorioſus Antiſtes *d* reædificandi ſumpſit animum, quàm expenſas aut ſubſtantiam præparandi: ingentis pretij fabricas ſine nummorum attollere condito non expauit, Apoſtolicæ admonitionis haud inſcius, quòd cæleſtia regna quærentibus indeficiens iugiter cenſus exuberet; & de pleno ſemper impertiat, quem non opprimet in largiendi voluntate paupertas. Dicebat enim: Vix eſt vt animum diuitem poſſibilitas deſerat, & difficillimum, vt ſequatur abundantia hominem mente mendicum.

vrbem reparat,

c

d *præcipuè eccleſias, etſi nummus careſ:*

37 Iam iamque tamen faſtigia perfectionis maioris eccleſiæ opus attigerat ædificio & dedicationis inſignibus adornato: extemplo alterius eccleſiæ, cùm columnatus repentè paries impulſu callidi ſerpentis eiectus eſt: voluit experiri, ſi multiplici eius poſſit vexatione ſubuerti. At ille violentior ne malis eius cederet aſſurgebat, & continuò ſine alicuius paſſionis indicio ad reparationem eius plenâ ſe auiditate ſuccinxit. Nimio tamen vniuerſitas tenebatur miraculo, quòd ab ipſo templi tholo artifices cum ingenti machinâ corruerunt, nullus tamen eorum aut crure debilis factus eſt, aut aliquâ membrorum parte truncatus: quod orationibus Epiſcopi contigiſſe, cunctorum ſenſibus patuit, vt molem propriam ruina ſuſtineret, & à caſu ſuo lapides ſuſpenderentur. Stupendo tamen ordinationis eius curſu ſupradicti operis perfectionem labor accepit. Nam conſummato, maioris eccleſiæ reparationem orditus, raptim ad faſtigia priſcæ incolumitatis ſurrexiſſe conſpexit domum Domini, qui necdum cõpererat inchoatam. Quibus tamen ab eo celeriter exactis mox ſe in illũ diuinus fauor oſtendit: nam in eiuſdem anni curriculo ſumma dæmonum turba de obſeſſis cœperunt clamare corporibus, flagris ſe & cruciatibus nimiis vt fugerent, Sacerdote Epiphanio imperante, compelli, quos ille modicâ cum fletu oratione profuſâ ad extima terrarum confinia tranſmittebat, ac diuerſis vocibus eiulantes meritorum ſuorum vrgebat imperio. Sed cùm talia per Chriſti gratiam iugiter faceret, nihil ſibi de præſumptionum flatibus aſſumebat. Tollit enim illis boni meriti potentiam, quibus ſupercilium fiducia benignitatis attulerat.

Opere rurſus ſubuerſo,

patienter id fert.

38 Intereà ne ſolis ciuitatem templorum ædibus videretur ornaſſe, feſſis eiuſdem vrbis habitatoribus remediorum vtilitate proſpexit. Nam directâ legatione ad Odouacrem quinquẽnij vacationem fiſcalium tributorum *e* impetrauit: ad quæ beneficia per ſingulos diſpertienda tantâ ſe caſtitate continuit, vt nemo ex his minùs acciperet, quàm is, quo fuerant impetrante conceſſa. Dum hæc tamen gererentur, in perniciem Liguriæ poſſeſſorum, Pelagij, qui eâ tempeſtate Prætorio Præfectus erat, repoſitus malitiæ ardor efferbuit. Nam coëmptionum enormitate grauiſſima tributa duplicabat, reddebatque onus geminum, quod ſimplex ſuſtineri non poterat. Vnde mox ad ſanctum virum oppreſſorum turba confluxit: qui lætus ſuccurrendi occaſiones amplectitur, & pro cunctorum neceſſitate alacer ambulauit, poposcit, obtinuit.

Auctore B. Ennodio, ex mss.

Artifices à tholo templi lapſi, nõ laduntur,

Epiphanius dæmones pellit ex obſeſſis:

e *impetrat ciuibus quinquennij vacationem fiſcalem: Pelagij Præf. Prætorio exactiones coërcet.*

a Baſiliſco II. & Armato Coſſ. *anno Chriſti* 476. Oreſtem Odoacer *Turcilingorum Rex Ticini obſedit, cepitq;, & Placentiæ 28. Aug. occidit; ac fratrem eius Paulum Rauennæ 4. Septembris. Gualla Odoacrem* potentioribus armis Papiâ pulſum *ſcribit. quo auctore? Spelta pluribus bellum hoc deſcribit.*

Odoacer Rex Italiæ.

b *Gualla & Spelta,* Luminoſam *S. Epiphanij ſororem faciunt, nec* Honoratæ *hic meminêre.*

c *Sine purpurâ tamen & inſignibus, vt Caſſiodorus teſtatur; nec Auguſti nomen aſſumpſit, ſed Regis, 23. Aug.* 476. *Plura de hoc barbaro dicta 8. Ianuarij ad vitam S. Seuerini.*

d *Spelta cœptum readificari Ticinum ſcribit 25. April.* 478. *tumq;* Papiam *appellatam.*

e *Iſte mos eſt bonorum Principum, ſubuenire afflictis prouinciis vrbibuſq;. Confirmat Theodorici & Magni Conſtantini exemplo Sirmondus.*

CAPVT IX.

Cum Gothis Rugisque Ticini geſta.

39 SEd quid fruſtra geſtio ſingulorum ſpecies laborum eius vel formas eloqui, dum quod non explicat poſſibilitas, præſumit affectus, datque terminum latiora opinantibus ſermonis anguſtia. Fuerunt tamen iſta ſacratiſſimi Vatis deſideria, vt cùm innumerabilia faceret, optaret de laudibus ſuis aut nulla aut pauca perſtringi. Vnde ſi quid minùs linguâ pauper aperui, audientum & legentum ſenſibus derelinquo. Poſt multas tamen, quas apud Odouacrem Regem legationes violentiâ ſupplicationis exegit, diſpoſitione cæleſtis imperij ad Italiam *a* Theodoricus Rex cum immenſâ roboris ſui multitudine commeauit. Ad quem vir integerrimus, *b* dum Mediolani iam poſitus eſſet, occurrit: quem cùm ille Regum præſtantiſſimus cordis oculis inſpexiſſet, & ſolitâ iudicij ſui Sacerdotem noſtrum librâ penſaret, inuenit in eo pondus omnium conſtare virtutum: cuius integritatem velut fabrilibus lineis ad perpendiculum

Theodoricum Regem adit,

a

b

mer.s

AVCTORE B. ENNODIO, EX MSS.

mentis eméns eſt; quiq́ue tali apud ſuos de illo ſermone vſus eſt: Ecce hominem, cui totus Oriens ſimilem non habet; quem vidiſſe præmium eſt, cum quo habitare ſecuritas. Fortiſſimo muro ciuitas Ticinenſis incolumi iſto vallatur, quos oppugnantum nulla vis poſſit obruere, quos nequaquàm Balearis fundæ tranſcendat excurſus: ſi qua neceſſitas inter vndas certaminum acceſſerit, tutum eſt apud iſtum matrem familiaſq́ue deponere, & expeditum excurſibus militare bellorum.

ab eoq́; honorificè excipitur:

40 Intereà perduelles animos dediticij exercitus, mutationum incendit ambitio; quorum caput *c* Tufa fuit, homo in perfugarum infamiâ notitiâ veteri pollutus: qui concepit mente ingenti, vt ſe deſperatis partibus cum multitudine redderet. Quod cùm Theodoricus Rex principali ſollicitudine cognouiſſet, continuò omnem illam, quam totus Oriens vix ſuſtinuit, contraxit manum, atque ad *d* Ticinenſis ciuitatis ſe anguſtiam contulit. *e* Videres vrbem familiarum cœtibus ſcatentem, domorum immanium culmina in anguſtiſſimis reſerata tuguriis: cerneres à fundamentis ædificia immenſa migrare, nec ad recipiendam habitantium denſitatem ſolum ipſum poſſe ſufficere. Inter hæc ille in bonis vir exercitatiſſimus, in quo animorum amplitudo cunctis pandebat acceſſum, opportunum ſibi coniiciens tempus offerri, quo benignitatis ſuæ pleno Auſtro vela laxaret, & portum gloriæ per variarum notitiam gentium, & actuum celebritatem ſecundâ nauigatione pertingeret; primore in loco (quod nullæ chartæ veterum, nulli librorum de quocumque loquuntur annales, quod cum ſtupore relator affirmet, vel cum admiratione lector admittat) vt cum ſagaciſſimâ gente habitans, & quam nulla ſuſpicionum aura præteruolat in rebus dubiis, quando metus periculi etiam mitia contra quoſlibet corda ſollicitat; ſic illis fideliſſimus extitit, vt inimicos eorum toto deuinctos teneret affectu, & inter diſſidentes Principes ſolus eſſet, qui pace frueretur amborum: applicabat enim ad compendium vnius, quidquid præſtabatur ab altero: & reuerentiâ perſonæ ſuæ atque dulcedine ſic largientis temperabat animum, vt nullatenus accenderetur, ſi aliquid à ſe beneficij per Epiſcopum & inimicus acciperet. Ille fuit, circa quem concordiam & pugnantes ſeruarent, & cuius quietem bella non læderent.

c

d

e

Theodorico cum exercitu Ticini morante,

prudenter ſe ſine ſuſpicione gerit, vtrique parti carus:

41 Iam ſi ad illud veniamus, quòd quotidianâ & ipſos paſcebat humanitate raptores, & illis intra ciuitatem ſumptuum neceſſaria miniſtrabat qui foris prædia illius continuâ vaſtitate deleuerant. Nam tot millia hominum vno eodemq́ue tempore, cùm diuerſa poſcerent, reficiebat blanditiis, humiliabat alloquio, paſcebat muneribus. Si cuius liberi vxorq́ue inimicis à qualibet parte fuiſſent intercipientibus occupati, illicò ſupplicationis illius pretio reddebantur ſuis, quos auri redimere non potuiſſet effuſio. Regi aptiſſimus, & præ Sanctis omnibus venerabilis exiſtebat, vt quoſcumque Romanorum bellandi licentia hominum eius feciſſet eſſe captiuos, mox illi reſtitueret, quem ſolâ intelligebat aliorum libertate ditari. Deinde numerare nequeam, quanta ille ſubiugatorum agmina ſolo proprio reddidit, quanta, ne vexarentur, impoſuit. Iam ſi illa retexam, quas inimicorum ſuſtinuit inſolentias, quibus laborauit in miſſionibus; quali procellas peſſimorum virtute contempſit; ad hæc enarranda lingua non ſufficiet. Iuuat enim certa quæque decerpere, vbi ſunt omnia admiranda quæ referas. Sub tali cruce triennium duxit, ſoli Deo dolorum ſuorum ſecreta manifeſtans, à quo miniſtrari ſibi clandeſtinum poſcebat auxilium.

omnibus benefacit:

multos captiuos liberat, gratus Theoderico:

multa & ipſe à militibus patitur.

f

Rugos immaniſſimos, Ticino potitos,

42 Pòſt hinc *f* digreſſis Gothis, ciuitas Ticinenſis Rugis eſt tradita, hominibus omni feritate immanibus, quos atrox & acerba vis animorum ad quotidiana ſcelera ſollicitabat: diem putabant periiſſe, qui illos ſine facinore, caſu aliquo interueniente, fugiſſet. Quos tamen beatiſſimus Antiſtes ſermonum ſuorum melle deliniebat, vt effera corda auctoritati ſubmitterent Sacerdotis, & amare diſcerent, quorum pectora odiis ſemper fuiſſe dedicata cognouimus. Mutata eſt per meritum illius peruerſitas naturalis, dum inhonoris mentibus radix peregrinæ apud illos affectionis inſeritur. Quis ſine grandi ſtupore credat dilexiſſe & timuiſſe Rugos Epiſcopum & Catholicum & Romanum, qui parere Regibus vix dignantur? cum quibus tamen integrum penè biennium exegit taliter, vt ab eo flentes diſcederent, etiam ad parentes & familias regreſſuri.

humanitate ſibi conciliat.

a Probino & Euſebio Coſſ. *anno Chriſti 489. venit in Italiam Theodoricus Oſtrogothorum Rex, & Odoacrem primò ad Sontium flumen, non longè ab Aquileiâ vicit, deinde iuxta Veronam, quam & cepit; ac tertiò anno ſequenti ad Adduam flumen.*

Theodorici Amalus Rex Oſtrogothorum.

b Theodoricus à Veronâ digrediens Mediolanum peruenit, *inquit Paulus Diaconus,* vbi dum conſiſteret, magna ad eum multitudo militum plureſque Italiæ populi conuenêre. *Gualla euocatum à Rege Epiphanium ſcribit.*

c *Bernardino Sacco* Hilba *dicitur. Conſularis erat Liguriæ, de Truſa, quo iam citatus Paulus:* Sed paucis interiectis diebus rurſus deditus totus exercitus, Tuffâ quodam nomine inſtigante, Odoacris ſe partibus reddidit.

d *Paulus:* Ea res Theodericum ita perterruit, vt ſe ſuumq́ue exercitum apud Ticinenſem vrbem muniret. *& poſt pauca:* Theodoricus itaque aliquamdiu intra munitiones exercitum retinens, demum relictis ibi matre, ſororibus, vniuerſâque vulgi multitudine, nihil planè dubius de Epiphanij viri ſanctiſſimi fide cum expeditis armatorum cuneis ad Odoacris obſidionem Rauennam perrexit. *Clauſit ſe Rauennam Odoacer Rex, vt ſcribit Cuſpinianus ex veteri Chronico, 6. Idus Iulias, Longino & Fauſto Coſſ. anno 490. Pax facta eſt inter eum & Theodericum III. Kal. Martij, Albino & Euſebio II. Coſſ. anno 493. ipſeq́; III. Non. Martias occiſus eſt à Theodorico, cui ipſe inſidias moliebatur. Spelta matris Theodorici non meminit, ſed cum ſororibus vxorem eius & filias Ticini relictas ſcribit.*

Cades Odoacris.

e *Spelta varia tunc à Theodorico publica opera tradit ædificata, palatium vbi nunc Monaſterium nouum, aliaq́; ſed nullum profert teſtem.*

f Poſt triennium, *vt ſcribit Paul. Diac. deditâ ſcilicet Rauennâ.*

CAPVT X.

Theodoricus victor ad clementiam inductus.

Ticinum reſtaurat, cultoribus aliunde euocatis:

43 POſtquam verò perfuncta res eſt miſero exitialiq́ue bello, & vicit is, cuius poſt triumphum ſpoliatum vaginâ gladium nullus aſpexit, qui præſumptionem exercitus ſui cum prælio terminauit; illicò aggreſſus eſt venerandus Pontifex de vrbis ſuæ reparatione tractare, quam vt primùm dignis compleret habitatoribus, ſpiritalis proſpexit deliberatione conſilij, & licet eam precatu illius faciente nullus in vaſtitatem temporalis procellæ turbo diſpulerat, parùm tamen credebat poſſe ſufficere, ſi poſt ruinam omnium Liguriæ ciuitatum, Ticinus ſuis tantùm contenta indigenis exultaret: cœpit finitimarum vrbium certos quoſque de ciuibus floſculos legere, atque in ſuos hortos cultor diligens plantaria iam probata portare, de quibus frugi & idoneus aptiſſima caperet poma poſſeſſor.

ad Theodoricum ius libertatis adimentem iis qui hoſtibus aliquando adhæſerãt, mittitur:

44 Intereà ſubita animum præſtantiſſimi Regis Theodorici deliberatio occupauit, vt illis tantùm Romanæ libertatis ius tribueret, quos partibus ipſius fides examinata iunxiſſet; illos verò quos aliqua neceſſitas diuiſerat, ab omni iuſſit & teſtandi, & ordinationum ſuarum ac volũtatum licentiâ, ſubmoueri. Quâ ſententiâ promulgatâ & legibus circa plurimos tali lege calcatis, vniuerſa Italia lamentabili iuſtitio ſubiacebat. Itur rurſus ad illum, qui manu medicâ publicis conſueuerat ſubuenire vulneribus, cuius fonte ærumnarum ſæpè fuerat ardor extinctus; qui dum ſe diceret ſolum ad tantam ſarcinam ſuſtinendam non poſſe ſufficere, rogatur pariter venerabilis Laurentius Mediolanenſis Epiſcopus. Qui profecti vnà Rauennam etiam pariter peruenerunt, ſuſcepti reuerenter. Poſtquàm illis agendi aditus recluſus eſt, B. Laurentius neceſſarium duxit illi potiſſimùm perorandi copiam dari, cuius veſtigia frequentium legationum laborioſus callis attriuerat, & per tramitem huiuſcemodi

iuſcemodi itineris curſitantem non ſemel hiſpidum caſtrenſis puluis effecerat, qui tali publicas petitiones eſt orditus eloquio:

45 Quantus, inuictiſſime Princeps, per innumerabiles ſucceſſus felicitatem tuam fauor diuinus extulerit, ſi per ordinem relegam, agnoſces te votorum parcum, maiora ſemper à Deo noſtro beneficia accepiſſe, quàm optaſſe memineris. Sufficit tamen horum vnum narrare, ſed maximum: quòd apud te Principem ibi ſeruorum tuorum cauſſas agimus, vbi ſolebat inimicus tuus huius ſolij poſſeſſione gaudere. Habes plurimum Chriſto Redemptori noſtro quod debeas: pro quibus rogamus, ipſe largitus eſt. Cauendum nobis eſt ne offendatur auctor muneris, ſi quod præſtitit non amemus. Diu ſuſpendo fiduciam meam: placet ire per ſingula, quæ fando comperi, quæque perſpexi acceſſiſſe tibi diuinitatis auxilio. Scis quæ te pollicebaris acturum, quando confertiſſimis inimicorum cuneis vrgebaris, & circa muros Ticinenſis ciuitatulæ hoſtilis litui clangor ſtreperet; quando armis, numero aduerſarij præſtantiores, ſubſiſtere ſolâ tecum dimicante cælitus inuiſibili virtute non poterant. Audebat te aggredi, qui exercitus tuos nudâ æſtimatione penſabat. Solatiorum tuorum pondus, omnis bellandi apparatus ſuſtinere non valuit. Quoties vtilitatibus tuis aër ipſe ſeruierit, ſi recenſes, tibi cæli ſerena militarunt, tibi conuexa pluuias pro voto fuderunt. Quis reſiſtere dexteræ tuæ auſus fuit, & cum gratiâ ſupernâ pugnanti? quoties inimici tui ceciderunt mucronibus ſodalium ſuorum? quoties tibi vicit, qui pro hoſtium tuorum vtilitate certabat? His ergo donis cæleſtibus viciſſitudinem impensâ circa homines pietate reſtitue. Myſticæ oblationis holocauſta ſunt, ſupplicantum lacrymas non ſperni. Illud certè perpende, qualibus in regno ſucceſſeris, quos ſi, vt liquet, malitia expulit, caſus illorum neceſſe eſt vt ſequentes informet: ruina præcedentium poſteros docet: cautio eſt ſemper in reliquum lapſus anterior: non ſine exemplo militat, qui reſpicit, quâ cauſsâ deceſſor eiectus eſt. His freta Liguria veſtra nobiſcum ſupplicat, vt legum veſtrarum beneficia ſic tribuatis innocentibus vt noxios abſoluatis. Exigua eſt apud Deum noſtrum miſericordia, ſi illos tantùm læſio non ſequatur, qui reatu carent: culpas dimittere, cæleſte eſt; vindicare terrenum.

commemoratis Dei in eum beneficis,

46 Poſt hæc ſiluit. At eminentiſſimus Rex infit; quo loquente attonita de voluntate eius corda pauor arctabat: Quamuis te, Venerabilis Epiſcope, pro meritorum tuorum luce ſuſpiciam, & multa apud me confuſionis tempore repoſuiſſes beneficia, quibus frui te conuenit tranquillitate reuocatâ; regnandi tamen neceſſitas, quâ concludimur, miſericordiæ, quam ſuades, non vbique pandit acceſſum, & inter res duras naſcentis imperij pietatis dulcedinem cenſuræ pellit vtilitas. Exemplorum cæleſtium teſtimonio aſſertio mea nititur: offendiſſe legimus Principem, qui cælitus deſtinatum neci inimicum ſubduxit exitio. Pœnam meruit lenitas, quam potuit intuliſſe diſtrictio. Vltionem ſuſcepit, qui detrectat inferre. Vim diuini iudicij aut attenuat, aut contemnit, qui hoſte ſuo cùm potitur, indulget. Iuſtitiâ coërcendi ſunt, quos conſtat gratiam non ſecutos. Vitia tranſmittit ad poſteros, qui præſentibus culpis ignoſcit. Nam quod de Redemptoris noſtri patientiâ loqueris, illos verè amplectitur lac gratiæ, quos auſteritas legis informat. Numquàm à medico ad pleniſſimam curationem æger adductus eſt, niſi ab illo, qui primùm putrida ferro membra deſecuit, & latentem penitùs è ſinu viſcerum produxit illuuiem. Qui criminoſos patitur impunè tranſire, ad crimina hortatur inſontes. Tamen quia precibus veſtris, quibus ſuperna aſſentiuntur, obſiſtere terrena non poſſunt; omnibus generaliter errorem dimittimus: nullius caput noxa proſternet: quoniam poteſtis & apud Deum noſtrum agere, vt ſceleratæ mentes à propoſiti ſui peruerſitate diſcedant. Paucos tamen, quos malorum incentores fuiſſe cognoui, locorum ſuorum tantummodò

Is præfatus, ſæpè in victos ſeueritate vtendum,

ad clementiam eum hortatur.

incentores relegat, ceteris ignoſcit:

habitatione priuabo: ne fortè exurgens neceſſitas vicinos inueniat nutritores, & malorum adiuta ſucceſſibus bella conſurgant. His præcellentiſſimus Rex dictis, Virum Illuſtriſſimum [a] Vrbicum acciri iubet qui vniuerſa Palatij eius onera ſuſtentans, Ciceronem eloquentiâ, Catonem æquitate præceſſerat: cui præcepit vt generalis indulgentiæ pragmaticum promulgaret. Quod ille ad omnem benignitatem paratiſſimus illicò tantâ breuitate & luce contexuit, vt & illa culparum genera cognoſcerentur abolita, quæ putabantur fuiſſe reſeruata.

AVCTORE B. ENNODIO. Ex MSS.

a

a *Erat hic Theodorico, quod Eurico ſuprà Leo, Laconium infrà Gondobado.*

CAPVT XI.

Iter in Burgundiam, pro captiuorum redemptione.

47 INterea ſecretiùs Rex præſtantiſſimus Sacerdotem venerandum Epiphanium imperat euocari; quem tali compellat affatu: Iudicij noſtri ex ipsâ ſententiâ, glorioſe Antiſtes, pondus intellige: vt cùm tot in regni noſtri circulo Pontifices eſſe videantur, tu potiſſimùm in tantâ re quaſi vnicus eligaris: nec eneruata per meritum tuum huiuſmodi æſtimatores illudit opinio. Solus eſſe iuſtè crederis, cuius ſplendore tamquàm globis lunaribus minorum ſiderum lumen obtunditur, & modicæ lucis radij præfulgidâ conſcientiæ ſuæ luce fuſcantur. Quis quærat noctis lampadam, vbi ſolis iubar effulgorat? quis candelæ præſidium, vbi caminis indeſinentibus fidei pyra ſuccenditur? Poſtremò talem à me oportet dirigi, qualem ſuſcipiens libenter auſcultet. Vides vniuerſa Italiæ loca originariis viduata cultoribus. in triſtitiam meam ſegetum ferax ſpinas atque iniuſſa plantaria campus apportat, & illa mater humanæ meſſis Liguria, cui numeroſa agricolarum ſolebat conſtare progenies, obrata atque ſterilis ieiunum ceſpitem noſtris monſtrat obtutibus. Interpellat me terra, quocumque reſpicio vberem vinetis faciem, cum aratris impexa contriſtat. O dolor! nullus humor illorum labris infunditur, [a] quos à vini copia Oenotrios vocauit antiquitas. Hæc quamuis Burgundio immitis exercuit, nos tamen ſi non emendamus, admiſimus. Populatæ patriæ ceſſamus ſuccurrere, & aurum apud nos habetur in conditis? Quid intereſt pecuniis an ferro, aduerſariorum animos inclinemus? obtuliſſe, quod mentes capiat hoſtis, viciſſe eſt; occuluiſſe, ſuperari. Suſcipe ergo, Chriſto adiuuante, huius laboris ſarcinam, ex quâ communem habeamus in cæleſti repromiſſione mercedem; quia nouus iſte propriis inſignibus titulus laudis accreſcit per manus tuas de oppugnatoribus noſtris ſine ſanguine triumphare. Princeps eorum [b] Gondouadus eſt cui reuerentiam tui venuſtas inſeruit; quem videndi te nimia cupido ſtimulat. Crede mihi, pretium captiuitatis Italicæ erit veſter aſpectus: redemptos putabo eſſe, quos cupio, ſi ad terras illas talis redemptor acceſſerit. Quàm magno ſuffragio vincuntur oculi, quibus te offerimus? Sed quid demoror manus arua poſcentia? Polliceor tibi rediuiuum ſtatum Liguriæ, polliceor ſoli lætitiam, & poſt Tranſalpinam peregrinationem reducem fecunditatem. Ex accedenti tibi aurum commodatur, pro quâ talis Legatus acturus es.

ſeparatim euocat Epiphanium:

queſtus Liguriæ vaſtationem per Burgundiones,

a

eum mittit ad Gondobadum

Regem pro redemptione captiuorum.

b

48 Ad hæc Epiſcoporum lux Epiphanius reſpondit: Quanto, venerabilis Princeps, pectus meum tripudio repleueris, ſi ſermone poſſit ambiri, pro diuitiis meritorum tuorum immeditata & continua verba profunderem; ſed quàm ſermoni meo interceptus denegetur ſucceſſus, monſtrant lacrymæ gaudiorum, quas dolorum alumnas nunc parturit exultatio. Proinde intellige ad referendas optimo Regi tam pro nobis, quàm pro ſe ipſo gratias plus me ſentire poſſe, quàm eloqui. Iuſtitiâ priùs an bellorum exercitatione, an, quod his præſtantius eſt, omnes retro Imperatores te pietate ſuperaſſe commemorem? Habes vnde gentis noſtræ rectores ac-

AVCTORE B. ENNODIO, EX MSS.

cuſes: tu redimes quos illi perſæpè aut permiſerunt fieri, aut fecerunt ipſi captiuos. Dauid legimus pro ſingularis laudationis exemplo idcircò maximè cælorum proximitates indeptum, quòd oblato manibus ſuis Sauli pepercit inimico: & in teſtimonium conceſſæ poteſtatis exuiarum eius particulam rapuit per quam & licentiam probaret & votum. Deus bone! in quantâ remuneratione huius factum ſuſcipis pro tot millibus oppreſſorum libertate tractantis, qui illum pro vnius ſeruati hominis ſanguine ſublimaſti. Perage igitur cœpta feſtinus, & felicitatis tuæ oblationem lætus apporta, meque, quamuis ſim paratus, ſtimula, ne in offerendo tam odorato ſacrificio tarditatis obice refræneris. Chriſti redemptoris noſtri erit concedere, ſicut ex operibus futurum conticimus, vt verè holocauſta tua per meas manus poſſis offerre. Precor tamen vt indultu Clementiæ tuæ Victor Taurinatis vrbis Epiſcopus comes mihi & particeps huius itineris adiungatur, in quo clarum eſt epitomam omnium conſtare virtutum: quo ſocio adhibito de Domino noſtro ſecurus ſpondeo nullum effectum propriis petitionibus abnegandum. Quibus auditis Rex eminentiſſimus annuit. At tremendus Pontifex dicto vale diſceſſit.

Libenter eam legationem ſuſcipienti,

datur petenti comes Victor Epiſcopus Taurinenſis.

49 Ex tempore portandæ pro redemptione pecuniæ deſtinantur, ſuſcipiuntur. Egreditur: Ticinum impiger venit. Et quamuis adhuc hiemali torpore Martius menſis glaciales fluminibus frænos imponeret, & cana niuibus iuga Alpium tranſituris minarentur exitium; ſed mortiferum frigus, & concretas algore glebas, fidei ardor exuperat: numquàm in gelu labitur, cuius fundamentum petra ſolidauit. Ordinato igitur itineris ſui viatico, profectus eſt. Diceres quòd vniuerſa impelleret, quæ poterat retinere neceſſitas: nec cibi ipſius capiendi mora ſuſtinebatur: & cùm ſingulos cum ipſo poſitos ille plenus diſcriminibus callis turbaret, ſolus inter pericula timere non nouerat, quem ſpes vitæ certa comitabatur.

Suſcipit iter hieme, magno animo:

a *Ita Seruius in* 1. *Æneid.* Oenotria dicta eſt vel à vino optimo, quod in Italiâ naſcitur, *vel, vt Varro dicit,* ab Oenotro Rege. *idem alibi repetit. Poſterius probatur viris eruditis; prius ferè vt Grammaticorum commentum reiicitur.*

b *Gunderico natus, regnum cum fratribus partitus anno* 473. *patre mortuo: ſed mox Chilpericum S. Chrotildis patrem, & Godomarum, tandemq; & Godegiſilum extinxit; meritò* immitis Burgundio *dictus hic à Theoderico.* Gundibarum *vocat Gualla.*

CAPVT XII.

Captiui partim gratis, partim pretio dimiſſi à Gondebado & Godegiſilo Regibus.

benignè recipitur à Burgundionibus, & Gallis,

50 INtereà illa, quæ itineris eius fuit ſemper præuia, & in apparatu diligens præceſſit fama, & tantâ Gallos inſignium eius relatione compleuit, vt quaſi ſuperni numinis aduentu aut præſentiâ turbarentur: concurrebat omnis ætas & ſexus, & quos à vicinitate viæ ipſius longa interualla ſeiunxerant, ardor animi proximabat. Quidquid habuit quiſque pretioſum obtulit; & ſi non habuit, aliunde mercatus eſt Patri. Vbique opulenta diffuſio: inemptis dapibus menſæ cumulabantur peregrinorum, & illis, quas niſi comparatas incolæ habere non poterant, eſcis ſine pretio vtebantur externi. Tunc quoſcumque indigentum reperit, illis, quæ erant donata, diſperſit; domi foriſque paſcebat miſeros: neque fieri potuit, vt quod ad ipſum delatum eſt, pauperum vſibus ſubtraheretur. Hoc ordine mirâ celeritate Lugdunum ingreſſus eſt, vbi [a] Ruſticius tunc Epiſcopalem cathedram poſſidebat, homo, qui & in ſecularis tituli præfiguratione Sacerdotem ſemper exhibuit, & ſub prætextâ fori gubernatorem geſſit Eccleſiæ: qui trans Rhodanum fluuium aduentui ipſius ſpiritalis lætitiæ copiâ repletus occurrit, cauſſam commeationis inquirit: quæ eſſent aſtutiæ Regis edocuit; quem ne inopinantem obiectionum aut reſponſionis calliditas inueniret, intra penetrale pectoris certaminum ſe proluſione firmabat.

& Epiſcopo Lugdunenſi,

a

51 b Quem poſtquàm Gundouadus terræ illius Dominus veniſſe cognouit; Ite, inquit ad ſuos, & videte hominem, quem & meritis & vultu ſemper ego Laurentij Martyris perſonæ coniunxi: qui quando nos videre velit, inquirite, & cùm iuſſerit inuitate. Mox ad eum omnis Chriſtianorum Principi adſiſtentium turba confluxit, qui affatim admiratione capiebantur, quòd illa tot linguarum fama tam minorem ſe in iſto, quamuis eſſet ampla, monſtraret; cui numquàm ſufficeret paupertate ſermonum, quamuis ditior iuſto eſſet in reliquis. Conſtitutus ergo videndi Regem dies: ad quem cùm ingreſſus eſt, ſalutauit, & ſuâ vtrique viſione lætati ſunt. Dedit ſummo viro Victori licentiam, ſi iuberet ipſe, principium legationis ordiri, qui ad illum omne pondus retulit, vt fuit ad cunctam humilitatem paratiſſimus. E veſtigio decus Italiæ Antiſtes noſter talibus verbis cœpit Regem affari:

b

ipſoq; Gondobaldo Rege.

52 c Inexplicabilis mihi dudum, probatiſſime Princeps, veſtri amor impoſuit per iter iſtud contra naturam & tempus bella ſuſcipere, & cruſtati montis pericula non timere, quibus dum in metallum aquas arctauerit coagulatum, ex liquore minatur exitium. Tranſcendi alienis menſibus d ninguidos ſaltus: poſui greſſus, quos in ſuis locis vis frigoris obligabat: poſtremò mortem non timui, vt tibi celer præmium æternæ lucis afferrem. Inter duos optimos Reges teſtimonium in cæleſtibus dicturus adhibeor, ſi quod ille miſericorditer poſtulat, tu clementer accommodes. Munus repromiſſionis Dominicæ æquâ lance diuidite, & cùm ambo ampliùs habueritis, damna nemo lugebit. Certate Duces inuictiſſimi, & alterutrum vos, exequendo præcepta myſtica, ſuperate; in quâ conflictatione ſic brauium victor accipiet, vt victus præmium non amittat. Sequimini conſilium meum, & ambo ſuperiores, ambo pares extabitis. Redimere cupit ille captiuos; tu ſine pretio redde genitalibus glebis. Mihi credite, nemo vberius in hac cauſsâ, nemo maius accipiet, quàm qui nihil acceperit. Defraudabitur præmium partis illius, atque ad tua compendia lucrum tranſit alterius, ſi quos & vendere glorioſum eſt, donare diſponas. Proh quantum diſpendij de pollicitatione diuinâ offerenti aurum in hoc negotio, ſi remittatur, infliget! vel quantam pauperiem, ſi ſuſcipiatur, apportat! diuites exercitus tuos faciet contempta pecunia, acquiſita mendicos. Audi Italorum ſupplicum voces, & de te præſumentium preces ſerenus admitte. Audi Italiam numquàm à te diuiſam, & multùm de animi tui clementiâ confidentem, quę ſi vnâ voce vteretur, hęc diceret: Quoties pro me, ſi reminiſceris, ferratum pectus hoſtibus obtuliſti? quoties pugnaſti conſilio, ne bella ſubreperent, ne aliquis meorum duceretur in quacumque orbis parte captiuus: quos nunc detines, tu nutriſti. Dolosè mihi virtus tua beneficium præſtitit, ſi quos ab extraneis tutatus eſt, cuſtos inuaſit. Quis catenarum nexibus impeditus duræ ſorti non vberiores lacrymas exhiberet, cùm ſe ad conditionem liberator impelleret? e quis ſe ſubduceret cùm armorum tuorum crepitus audiretur, in quo in neceſſitatibus tutiſſimum habuêre perfugium? Eliſis collo manibus matrona ſublimis cùm traheretur ad vincula, promiſit ſibi vindicem te futurum: virgo ab ſtupratoris inſidiis pudorem ſuum tibi credebat diſplicere poſſe, ſi perderet. In ſummam capti ſunt, quos nemo fugientes inuenit. Agricolarum laboriosæ ſtirpes, & duris exercitatæ ligonibus ſoboles, quos per terram ſuam paſcit infabricata ſimplicitas, cùm loris colla necterentur, & palmas vinciret arcta connexio, nihil pro defenſione ſuâ aliud clamitabant: Scimus & euidenter agnoſcimus: Nonne vos eſtis Burgundiones noſtri? videte ne ante pium Regem, quæ facitis, excuſetis, & illa vrbanorum conſuetudine crimina ſupprimatis. Quoties iſtæ quas ligare præſumitis manus Domino cõmuni tributa ſoluerunt. Nouimus quia ille fieri iſta non iuſſit. Hac auctoritate miſeri pro ſolatiis vtebantur: multos

c

Huic ſuadet vt gratis reddat captiuos.

amicos ſemper Burgundionum.

d

e

eos tamen integritatis tuæ fiducia fecit interimi, cùm capti ſuperbiùs reſponderunt. Redde ergo reſiduos patriæ, redde origini, redde gloriæ tuæ. Antiquus dominus prouinciam dilige, quam & modernus amplectitur: remitte, quamuis ad alienam ditionem, qui ſe & ibi poſiti tuos eſſe cognoſcant. Parum enim gratiæ impendimus illius imperio, cuius miſericordiæ nil debemus. Vacua ſentibus illam, quam benè noſti, Liguriam, & reple culturis. Quantùm muneribus tuis obnoxia ſit intelligit, ſi faciem ſuam aliquando cognouerit. Domeſticum tibi ſemper eſt indulgere ſupplicibus, ſicut ſuperbos opprimere: ſic in vtroque fortiſſimos ibi per gladium, hic per temperantiam, triumphos acquires. Noſtris noſtrorumque mouere fletibus. Sic in ſucceſſione regni iſtius legitimus tibi heres accreſcat, & per ſpem adultæ progeniei ad Burgundionum gubernacula reuiuiſcas. Et licet hoc Deo tribuas, adiice & illud quod nec hominibus externis iſtud impendis. Iam tibi Italiæ dominus etiam neceſſitudinis *f* affinitate coniungitur. Sit filij tui ſponſalitia largitas, abſolutio captiuorum: offerat pactæ ſuæ munus quod & Chriſtus accipiat. Hæc cùm dixiſſet, commonito ſancto collegâ Victore ſurrexit, & vſque ad pectus regium lacrymantes, & cum omnibus propter adſtantibus capita ſubmiſerunt.

f addit precibus lacrymas.

53 Tunc Rex probatiſſimus, vt erat fando locuples, & ex eloquentiæ diues opibus, & facundus aſſertor, verbis taliter verba repoſuit: Belli iura, pacis ſuaſor, ignoras; & conditiones gladio deciſas concordiæ auctor euiſceras. Lex eſt certantium, quem putas errorem: frænum neſciunt inimicitiæ, quem tu Chriſtianæ lucis iubar oſtendis. Præliis temperantiam nullus annectit, quæ oris tui nitore, egregie moderator, attollitur. Statuta ſunt dimicantium, quicquid non licet, tùc licere: iſta ſibi fortè quies vindicet, quæ narraſti. Hoſtem ſuum qui non læſit, adiuuat. Paullatim aduerſarius à regni ſui mole ſuccidítur, cuius imperij radices vicibus amputantur. Repoſui Regi partium illarum contumeliam, quam putas illatam: ludificatus ſpecie fœderis nihil egi ſtudioſiùs, niſi vt, quod eſt cautelæ, apertos inimicos agnoſcerem. Concedat tamen diuinitatis aſſenſus, vt ſolidatum inter nos fœdus longâ ætate ſeruetur: inuenient partes illæ conſtantem in amicitiâ, quem ſenſerunt perniciosum ſibi fuiſſe dum litigat. Vos tamen ſancti viri ad domos, in quibus manetis, ſine tribulatione diſcedite, dum ego animæ meæ & regni vtilitate diſcuſsâ, quæ me conueniat præſtare pronuntiem. His auditis Pontifices abſceſſerunt.

Rex de belli iure præfatus,

54 At ille vocato *g* Laconio, cui & rerum & verborum fides ab illo ſemper tutò mandata eſt, quem & prærogatiua natalium, & auorum curules per magiſtræ probitatis inſignia ſublimarunt: cum quo confert, quoties & pia & religioſa meditatur: & ſicut non eſt cum vitiis ſociata nobilitas, nec aſtringitur ad illecebras lux naturæ, ſi quid ille benignè facere voluerit, duplicari iſte hortatur adhibitus. Cui Princeps; Vade, inquit Laconi, & tota votorum tuorum vela ſuſpende, & Sacerdos à nobis, & Beatus Epiphanius libenter auditus eſt, cuius te precibus fuiſſe permotum, cùm apud nos verba faceret, animorum indices lacrymæ teſtabantur: vade & pleno pectore dicta ſententias, per quas pactionis illius duriſſimæ nexus irrumpas. Liceat omnibus Italis quoſcumque Burgundionum noſtrorum metus captiuitatis fecit eſſe captiuos, quos famis neceſſitas, quos periculorum timor aduexit; poſtremò quoſcumque conceſſit aut adduxit conſenſus Principis ſui, noſter abſoluat. At paucos, quos quaſi ardore præliandi tunc ab aduerſariorum ſuorum dominatione rapuerunt, pro illis pretij quantulumcumque percipiant, ne deteſtabiles apud illos fiant certaminum caſus, quorum cùm diſcrimina ſuſtinuerunt, lucra non ſentiant.

g iubet per Laconium in prælio captos pretio, ceteros gratis dimitti.

55 Poſt præceptum venerandi Regis, impiger ille verborum ſaltibus indulgentiæ ſpecies aut formas expoſuit, & chartas ad inſignem Antiſtitem detulit: quas ille cum expectatiſſimâ deuotione ſuſcepit, & portitorem tanti doni ambienter amplexus eſt. Qui poſtquàm rumor innotuit, tanta iſtius iam liberæ multitudinis frequentia ſubitò adſtitit, vt deſolata crederes eſſe etiam incolis rura Gallorum. Nam teſtis huius rei ego ſum, per cuius manus *h* pictacia ad cluſuras iuſſio Sacerdotis elicuit, quadringentos homines die vnâ de ſolâ Lugdunenſi ciuitate redituros ad Italiam fuiſſe dimiſſos: idemtidem per ſingulas vrbes *i* Sapaudiæ, vel aliarum prouinciarum factum indubitanter agnouimus; ita vt iſtorum, quos ſolæ preces beatiſſimi viri liberarunt pluſquàm ſex millia animarum terris patriis redderentur: eorum verò, qui redempti auro ſunt numerum ad liquidum cognouiſſe non potui, quia inter eos etiam multos fuga eripuit. Sic factum eſt, vt tunc ad deliberationem omnium ſubiugatorum tranſeundi occaſio conceſſa ſufficeret. Poſtquàm tamen pecuniarum ille cumulus effuſus eſt, continuò ad expenſas redemptionis ſuggeſſit neceſſaria illa, quæ ibi eſt theſaurus Eccleſiæ, Syagria, cuius prolixam *k* quærit vita narrationem; ſufficit tamen vt ex operibus agnoſcatur, quam verba tranſſcendunt. Dedit etiam præſtantiſſimus inter Gallos *k* Auitus Viennenſis Epiſcopus, in quo ſe peritia velut in diuerſorio lucidæ domus incluſit. Quid pluribus? auro illorum ex maximâ parte actum eſt, ne Gallis diutius ſeruitum pubes Ligurum duceretur. Nec in vnc loco ſummus vir in illâ ſe regione continuit, ne forſitan in longinquo degentes dominorum feritas impediret. Fuit *l* Genauæ, vbi *m* Godigiſclus germanus Regis larem ſtatuerat, qui formam fraternæ deliberationis ſecutus bonis operibus eius ſe ſocium dedit.

h Adfuit tūc Ennodius.

i Gratis dimiſſi ad 6000.

k Vasa pecuniæ conferunt ad redemptionē aliorum.

l m Etiam ſuos captiuos, aimittit Godigiſclus.

56 Breui tamen tantæ liberatorum phalāges remiſſæ ſunt, vt videres longè lateque agminibus feruentia itinera, cum laude Domini noſtri, tum etiam ſplendidiſſimi Sacerdotis Epiphanij, cuius miniſterio atque labore erepti fuerant, redeuntium: & ne tanti lux noſtra trophæo muneris priuaretur, atque ab oculis ipſius pulcherrimum ſpectaculum tolleretur, ipſe cum his remeauit. Videres duci in triumphis cæleſtibus vulgus liberum, & pro mactandorum ſanguine terram madefieri lacrymis exultantum, cùm Heliæ currum iſtarum cohortium ductor ſcanderet, & quadriiugum ad cæleſtia pro merito ſuo raperetur excurſu. Non ſic Pellæus Princeps Alexander, quem pacatorem orbis canit vana laudatio, captum gentium duxit examen, vt iſte reuocauit. Ecce tunc comperimus armatorum mentes ſanctitate ſuperatas, & ceſſiſſe precibus Electi Principem, qui obuium ſemper lanceis pectus ingeſſit. Quantùm acutior fuit verborum, quàm ferri lamina, hinc lector agnoſce: expugnauit ſermo, cui ſe gladij ſubduxerunt.

Epiphanius redit ſpoliatus agminibus captiuorū, iam liberorum.

a *Colitur* S. Ruſticus, *ſiue* Ruſticius, *Epiſcopus Lugdunenſis, 25. April.*

b *Spelta & Saccus, Diuione tum fuiſſe Gundebadum ſcribunt. probabilius eſt Lugduni: addunt, exigenti Gundebado mnemoſynon aliquod, ſanctum Antiſtitem, cùm poſtridie in Miſſa ſacrificio geminas hoſtias conſecraſſet, alteram quidem, vt oportet, libaſſe, alteram in perpetuum impenſæ Italicus populis beneuolentiæ monumentum Regi ciuibuſq; Diuionenſibus reliquiſſe, & promiſiſſe numquàm recti. impunè è Burgũdionum finibus efferẽdam: atque eam ſcilicet eſſe, quæ Diuione in* ſanctâ capellâ *aſſeruatur. Sed quæ libido eſt mẽtiendi, vt cùm laudare Sanctum volunt, non ſolùm vaticinia fingant & miracula, ſed turpiſſimâ infamiâ communionis cum hæreticis aſpergant? Noluit optimus Pontifex cum Eurico cibum ſumere, quòd Arianus is eſſet, adeſſentq; ex perpetuò Ariani Epiſcopi; & cum Gondobado itidem Ariano participatione ſacrorum iungetur? Illius hoſtiæ, nunc quidem à duobus ſeculis celeberrimæ, quis antiquorum meminit? Claudius Robertus, qui Diuionis ornamenta omnia accuratiſſimè collegit, multa quoque de hac hoſtiâ ſcribit, interq; cetera ad Philippum Bonum Burgundiæ Ducem ſub annum* 1433. *à Romano Pontifice miſſam, cùm antea in Romano ſacrario eſſet recondita, multis in locis à veſanâ cuiuſdam feritate gladij ictibus perforata, & ex eo ſanguine reſperſa in locis præfatis. qualia alibi in ſacratiſſimâ hoſtiâ plurima accidêre portenta.*

Spelta & Saccus coram Rege ciuibuſq; Diuionenſibus reliquiſſe, & promiſiſſe numquàm recti.

Hoſtiæ ſanctæ Diuionenſis.

c *Pulcherrimã hanc grauiſſimamq; Epiphanij orationem, Saccus ex eoq; Spelta frigidiſſimis verbis retulerunt; adiecto vaticinio de regnaturâ apud Italos Burgundicâ gente. Satis illuſtria fuêre ſancti Antiſtitis decora, vt non opus ſit fabulis ea amplificare.*

AVCTORE B. ENNODIO EX MSS. *Gondobadi expeditio Italica.*

d *id eſt, niuoſos.* Ninguis *pro niue dictum vetuſtis.*

e *Nempe citra vllas inimicitias, cùm Tuſâ rei llante in arctò res eſſent Theoderici.* Talium rerum varietates, *inquit Paul. Diac.* Burgundionum Rex Gundubadus aſpiciens, Liguriam cum ingenti exercitu ingreſſus, cuncta quæ reperire poterat pro voluntate diripiens, infinitam ſecum ad Gallias multitudinem adduxit. *at Gualla id factum ſomniat poſt mortem Odoacris, Theodorico in Siciliam, mox & Dalmatiam, cum copiis profecto; ipſamq́;* Papiam aliaſque quamplurimas vrbes & prouincias *à Burgundione* pro voluntate direptas.

f *Erat enim Theodorici filia Sigiſmundo Gundobadi filio nupta.*

g *Fuit hic Ennodio familiaris. cuius ad eum extant epiſtolæ lib. II. ſ. III. 16. V. 24.*

h *De* pictaciis, *ſiue* pittaciis, *aut* pyctaciis, *dictum 16. Ianu. in S. Tozzonis vitâ ad cap. 3. d.*

Sabaudia vetus.

i Quæ hodie Sabaudia dicitur, veteris Sapaudiæ partem tantùm retinet. Nam longiùs olim porrigebatur, cùm in Notitiâ Imperij Occidentalis Ebredunum Alpium maritimarum caput in Sapaudiâ collocetur, itemque Cularo Allobrogum, quæ eſt Gratianopolis. *Ita Sirmondus.*

k Alcimus Ecdicius Auitus *Ep. Viennen. colitur 5. Febru. His de eius ſcriptis haud pauca adnotat Sirmondus.*

l *Ea nunc vulgò Geneua.*

m Ita ſcribunt libri omnes, *inquit Sirmondus;* at Godegiſilum habent vulgatæ editiones Gregorij Turonenſis.

CAPVT XIII.

Poſtrema legatio. ægritudo. mors.

a

57 DVm ergo tertio menſe cum tali trophæo Ticinum remearet Antiſtes, vt *a* Tarantaſiam venit (ſic enim vocitatur oppidum Alpibus vicinum) ibi quædam mulier graui immundi ſpiritus vexatione laborabat, quæ continuò perceptâ benedictione abſoluta diſceſſit. Ipſe tamen ſuis inopinatus nec ſuſpicantium oculis adſtitit. Viſus eſt ſubitò, de quo vix credebatur aliquis poſſe rumor audiri.

Tarantaſia energumenam liberat:

58 Mox tamen vt rediit, curis ex more animum fatigat, ne fortè, quibus abſolutionem Dominus noſter per illum dederat, proprij cenſus poſſeſſione turbarentur, præcipuè ob nobilium conſiderationem perſonarum, quibus immanior apud ſuos poterat conſtare calamitas, ſi vitam inopem reduces ſuſtinerent, & de peregrinationis incommodis ſola miſericordiæ ſolatia perdidiſſent. Ad Regem inuictiſſimum Theodoricum per ſe mox ire noluit, ne fortè laboris ſui viciſſitudinem in relatione gratiarum aut in exhibitione munerum coràm poſitus videretur exigere. Flagitat enim quaſi debitam remunerationẽ, qui profligatis Principum iuſſionibus ipſe quid actum ſit actor annuntiet. Hoc ergo ille totius acuminis vir proſpiciens, declinare geſtiebat. Scripſit tamen, & quæ geſta ſint loqui commiſit epiſtolis, ne aut tacendo contemptor, aut occurrendo per arrogantiam pronuntiaretur intemperans. Quantum tunc, admirande Pontifex, tua plus egit abſentia, quantum impetrauit humilitas deprehenſa, illi dicant quos de exulibus ditiſſimos reddidiſti. Igitur omnia quæ à piiſſimo Rege pro miſeris per paginam petiit ſingularis Antiſtes, incunctanter obtinuit. Serenus præſtitit copiam ſupplicanti, cui pro compenſatione laboris ſui hoc credebatur poſſe ſufficere quicquid per illum beneficij redemptus & pauper acciperet.

ſcribit Theodorico legationis ſucceſſum:

reducibus captiuis à Rege quæ vult impetrat.

59 Poſtquàm tamen omnes, qui reuocati fuerant, indultu præferendi Principis, iure ſuo donati ſunt, perfunctam moleſtiarum ſuarum molem admirabilis cenſebat Epiſcopus; cùm necdum biennio exacto à deliberatæ quietis gremio, tamquàm è portu cymba, aliis illatâ tempeſtate propellitur. Nam infirmis Ligurum & labantibus humeris vix ferenda tributorum ſarcina mandabatur. Rurſus ad te, afflictorum conſolator, accurritur. Doceris fruſtrà reddidiſſe patriæ ciues, ſi illis in ſolo auito periclitantibus non adeſſes. Et quia apud te numquàm fatigatus eſt qui rogauit, ſuſcepiſti cauſſas infelicium, & te protinus ad recidiua onera præparaſti. Rauennam pro nobis Regem rogaturus excurris, quam, ne te ibi quiſquam poſt Gallicana inſignia laudaret, effugeras. Minas cæli, procellarumque diſcrimina, adhuc quaſi æui integer aut valentiâ corporis munitus, exuperas. Numquàm tibi ad officium animorum ſe membra quamuis inualida ſubduxerunt: frigus, pluuiæ, Padus, ieiunia, nauigatio, pericula tonitruum, ſine tecto manſio, in ripis fluminis incerti penè ſine terrâ portus, virtuti tuæ dulcia fuerunt & grata ſucceſſiui. *b* Contriſtatus eſt de præſentiâ tui & ille eminentiſſimus Rex, qui te videre ambienter optauit. Expoſuiſti neceſſitates noſtras aduentu tuo, antequàm diceres; & quales tecum habitantium lacrymæ te compulerint, docuerunt ſuperata diſcrimina.

it hieme Rauennam:

b

precatur ſuis immunitatem anni vnius:

60 Aſt vbi ad Principem tamen ingreſſus eſt, ita loqui cœpit: Solitâ, Rex venerabilis, mentis tranquillitate famulorum preces intellige. Et me ad poſtulanda neceſſaria, & vos ad tribuenda vſus informat. Lex tua eſt, ductor inuicte, miſereri iugiter: tu ſemper nutriſti ſpem interceſſionum in poſterum, dum præſentibus non reſiſtis. Viam ſupplicationi noſtræ patefecit ad reliqua ſemper apud vos beneficij fides impetrati. Liguribus tuis largire quod proferas, tribue quod reponas. Futurorum quæſtus eſt temporalis indulgentia. Boni Principis mos eſt cum virtutibus amare famam, & regnum ita ordinare, tamquàm ad ſtirpis ſuæ poſteros tranſiturum. Nutantes domini hæc tantùm quæ accipiunt, diligunt; firmiſſimi, illa potiùs quæ dimittunt. Sic terris ſemina parua committimus, vt multiplicata capiamus: fœnus ſine crimine fit triplicatum. Boni Imperatoris eſt, poſſeſſoris opulentia. Concede immunitatem anni præſentis Liguriæ, qui eos ab externis, qui ſupplicant, reduxiſti. Quàm vberem præſentem natiuitatem habuerimus, clementia veſtra adſtantes interroget. Nemo illi mentitur, cui ſeruiunt, qui conuincant.

c

duas indictionis fiſcalis partes remitti impetrat.

61 Ad hæc Princeps: Licet nos immanium expenſarum pondus *c* inlecitet, & pro ipſorum quiete legatis indeſinenter munera largiamur; tamen vis meritorum tuorum tractatibus noſtris reuerenter interuenit. Opus eſt fieri quidquid iniunxeris: iuuat omne quod præcipis. Æſtimamus enim compendiis noſtris adiici illud quod ipſe decerpſeris. Nihil tu quaſi ex accidente depreceris, qui habes à nobis plurima quæ repoſcas. Duas tamen præſentis indictionis fiſcalis calculi partes ceditus, tertiam tantummodò ſuſcepturi; ne aut ærarij noſtri anguſtia Romanis pariat maiora diſpendia, aut ſupplicatio tua expectata patriæ gaudia non reportet. Taliter præfato Regi egit gratias ſummus Antiſtes, à quo valedicens diſceſſit.

Ticinum rediens

d

62 Heu dolor atque gemitus! Omnibus quaſi ſupremi officij, vel vltimæ viſitationis ſtudio impiger occurrebat, & cùm domus ipſius Chriſtianæ multitudinis turbas euomeret, ipſe tamen omnium penetralia adibat. Nullum humanæ mentis craſſitudine hebetatum tangebat tam funeſta ſuſpicio, quòd inſtaret tranſitus eius, quem ille Spiritus reuelatione cernebat. Ningido aëre, & quali ſolent homines ad tecta confugere, Rauennam egreſſus eſt, & per omnes Æmiliæ ciuitates celer venit, tamquàm ad ſepulchri receptaculum properans, omnibus Sacerdotibus in itinere poſitis munificus, communis, affabilis, & quaſi *d* exagellium relinquens, ſeipſo præſtantior. Vt Parmam tamen eiuſdem viæ ingreſſus eſt ciuitatem, continuò eum coagulatus in vitalibus humor infudit, quem catarrhum medici vocant; qui ſe medullitus inſerens in ruinam publicam ſæuiebat.

contrahit catarrhũ:

Impoſita Liguribus tributa deprecaturus

63 Sed quid formidas oratio? quid velut nauifragos ſcopulos perhorreſcis? velis nolis, cuius vita etſi ſtrictim ducta eſt, narrandus eſt obitus; quoniam nullâ prætenſione libelli, nullis dilationibus promulgatæ laudis, tranſitus ipſius poterit occultari. Et quamuis velut Scyllæos canes, & patulas Charybdis fauces fragoſo diſcrimina murmure minitantes, velificans carina diffugiat, obitus eius naufragium non omittit. Quid fletus narrare metuo, quos continua ſemper neceſſe eſt vt miniſtret effuſio? Ergo dum ſe oppido Ticinenſi, nunc miſero, propinquauit,

pinquauit, quaſi alacer & ſanus apparuit: quod licet cum omnium exultationibus ob reditum ſuum introiſſet, illicò gaudia vertit in lacrymas, ægrum ſe eſſe die ipsâ ſignificans, alterâ grauiorem; & cùm grandior per dies ſingulos appareret infirmitas, adiuta eſt imperitiâ medicorum. Stabant muſſitantes & attoniti populi, caſum in vno homine totius prouinciæ conſiderantes, & funus mundi metuentes. Septimo tamen die inopinatum ſcelus, ineffabilis calamitas, inexplicabilis luctus acceſſit.

Ipſo die, quo Ticinum introîrat, ægrotat:

malè curatur:

64 Sed cùm beatiſſimus cerneret Pontifex, ſarcinâ carnis abiectâ maturiùs ſe ad purum ætheris euolare fulgorem, cuius vox ſemper illa fuit; Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum, læto animo ac vultu ſereno ilPſal. 88. 1. los verſiculos Dauidicos ſæpiùs repetebat: Miſericordias tuas Domine in æternum cantabo: in generatione & progenie annuntiabo veritatem tuam in ore meo. Et illud: In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum: Necnon adiiciebat de perfectione ſecurus: Confirmatum eſt cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Domino ſalutari meo: vt hymnis & canticis & in morte reſonans ad ſedem ſuam cæleſtis anima remearet, quæ quinquageſimum *e* octauum ætatis annum duxit ad tumulum; *f* triginta in hac Sacerdotali, qualem etſi excerptim lector attendis ſcalptam, conuerſatione exemit.

pie ſe parat ad mortẽ:

moritur.

e

f

65 Illud namque ſilentio præterire non debeo, quòd eius ſanctæ reliquiæ vſque in diem tertium, quo cum ſummâ veneratione reconditæ dignoſcuntur, tanto lumine ac decore veſtitæ cunctorum viſæ ſunt oculis, vt ſplendorem vitæ vultus ſignaret defuncti; & depoſitam gloriam iam nunc percepiſſe glorioſum vas crederetur, in quo verè fuit theſaurus magni Regis incluſus. Quæ ibi fuerunt flumina lacrymarum, quanti planctus, ſilebo; ne poſt annoſa curricula nouellum dolorem ſcriptor incutiam. Quæcumque ibi mater venit liberatum clamauit ab illo filium; quæcumque vxor, maritum; quæcumque ſoror, fratrem; qui cælebs, ſeipſum; poſtremò in illâ tantâ hominum multitudine, & conuentu (vt audenter dicam) totius orbis, nemo fuit, qui beneficiis illius aliquid non deberet. Sed, quæſo, iam temperemus à luctibus: contractam triſtitiâ reſoluamus frontem; excelſa cum Domino poſſidet, ob cuius obitum mœremus in terris. Sed quid faciam? quòd remediatoris veſtri ſingultus verba diſſiciunt, lacrymæ ora perfundunt: mugitum reſonat omne quod loquor; & intelligo quòd numquàm ad flentem flens benè veniat conſolator. Hæc ſancto Patri & Doctori peritiſſimo idoneus affectu, non ſcientiâ, impendi, vt aliquos de conuerſatione illius floſculos relegerem, vt eſt longum iter agentibus in vſu poſitum, qui non omnes obuios conſalutant.

Omnes in eius obitu lugent.

66 Tu mihi anima apud Redemptorem noſtrum præpotens tribue, vt curâ vacuus, & pectore liber, munda tibi, ſicut debentur, præconia mundus exoluam. De cetero habentem in te poſt Dominum fiduciam non relinquas, & quem religionis titulo inſigniſti, religioſorum in diuinam repromiſſionem redde participem.

Innocat eũ Ennodius.

Tarantaſia.

a *Sirmondus:* Tarantaſia olim oppidi nomen, Alpium Græiarum caput. Sic enim & in vetere Itinerario Æthici, & in Auiti homiliâ, quam modò commemorauimus. Hodie Tarantaſiam vocitant, non oppidum, ſed pagum ipſum tractumque totius Centronum ciuitatis. Itaque contrà illi accidit, quam pleriſque aliis Galliæ locis, vt princeps oppidum regioni nomen daret, non regio, ſeu ciuitas, oppido. *Egimus ſuprà de Tarantaſiâ 16. Ianu. ad vitam S. Iacobi Epiſcopi.*

b *Baron.* conſolatus.

c *Sirm* inlicitet. *Scot.* illiciet.

d *Scot.* euangelia. *Sirm.* exagellam. *De quâ voce ita commentatur:* Hoc eſt, vt interpretor, normam & exemplum. Exagellam enim appellaſſe videntur libram ſeu trutinam, ab eo ſcilicet fonte à quo & agiam & exagium. In antiquâ inſcriptione, quæ continet edictum Aproniani P. V. ſub exagio pecora vendere, eſt adpenſa vendere. Zeno item ſermone VI. ad Neophytos: Habetis, inquit, agiam, exagium facite, quemadmodum vultis ponderate. Exagium facere, eſt ponderare; trutina, quâ ponderamus, exagella.

Exagella.

e *Deerat* octauum *in MS. Modij. Verùm ex ſuperioribus manifeſtum eſt requiri.*

f *Fallitur ergo Iacobus Gualla, imò & Galeſinius, qui triginta & vno ſedisſe annus ſcribunt.*

EX VA. RIIS.

TRANSLATIO S. EPIPHANII
TICINO HILDESHEIMVM.

1 *Hildesheimum vrbs eſt Saxoniæ inferioris, ſedes ampliſſimi epiſcopatus, in Aulicenſi oppido primùm, vulgò* Eltze, *ad Salam riuum à Carolo Magno conſtituta; mox à Ludouico Pio tranſlata in eum locum, admirabili portento ſacrarum reliquiarum, quæ auelli non poterant à trunco cui fuerant appenſæ, veluti diuinitus electum; vt auctor eſt Crantzius Saxoniæ lib. 2. cap. 26. Iſthuc* S. Epiphanij *Epiſcopi Ticinenſis tranſlatum corpus, Ottonis I. Imp. ætate, Otwini Epiſcopi induſtriâ.*

AN. CHR. DCCCC LXIII. XXII. FEB. *Hildesheimum*

tranſlatæ reliquiæ S. Epiphanij.

2 *Deſcripſit eam Tranſlationem quidam Hildesheimenſis Eccleſiæ ſiue Clericus, ſiue monachus, Otwini æqualis, qui ſe tum ex Thangwardo Presbytero, qui ſuis ipſe manibus reliquias refoderat, tum ex iis qui adfuerant, teſtatur quæ ſcribit didiciſſe. Hunc illius auctoris commentarium primus ex S. Michaëlis monaſterij bibliothecâ vulgauit Chriſtophorus Brawerus noſter in libro qui* Sidera illuſtrium & ſanctorum virorum Germaniæ *inſcribitur; ſed partem extremam, quâ* de Gallicâ legatione nobili comitatus triumpho, omni ſcilicet iuuentute Liguriæ, quam Gothi attinuerant, redemptâ & aſſertâ Ticinum *dedicitur*; atque inde magno omnium deſiderio & luctu exinctus, cæloque receptus *ſcribitur, fatetur ſe,* ceu inſtituto alienam, ſponte præteriiſſe, *quippe quæ* ab eâ vitâ quam Ennodius ſcripſit, non tam ſententiâ quàm verbis diſcrepabat. *At viri magni venâ dictum ſit, fefellit eum iſtâ ſcribentem memoria vel calamus: non Gothi attinuerant illam Liguriæ iuuentutem, ſed Burgundiones.*

Hiſtoria Tranſlationis.

3 *Quia verò ſeueriſſimis Pontificum edictis tantum eſt, ne quis Diuorum pignora ſublegere eâ ratione audeat, (quod veteribus quibuſdam minori fuiſſe religioni, plurima quæ paſſim extant demonſtrant exempla) de iure tranſlationis huius ita diſputat idem Brawerus:* Si quis Tranſlationem hanc ex iure ſacrorum æſtimet æquus Iudex, vel de eâ iudicium accipiat, reliquiarum hanc deductionem, nec lege, nec moribus factam illicò cenſebit; ſed eos qui manum fecêre, & ſacras exuuias natiuâ quaſi glebâ & fundo abſtraxêre, interdicto Vnde vi, vt leuiſſimè dicam, obnoxios fuiſſe, & repetundarum actione conueniri potuiſſe, pronuntiabit. Valuêre interim huius & ſuperioris ætatis exempla, eamque ſibi licentiam immodica pietas & religio fecit, vt callidè pij furti, & religioſæ rapinæ titulis, non ſtrictâ æquitatis lege has actiones rei diiudicarent, cognitores plerumque litem diſſimularent, Magiſtratus hîc plurimùm conniuerent. Iam quod caput, felicitas euentus, & religionis ex prodigiis & miraculis ſecutis opinio, fas ſæpè & licentiam his euectionibus non ſolùm conſtituit, ſed furti, an ſacrilegij probrum in gloriam vertit: quod Franci & Germani afflictâ vel à Barbaris vel tyrannis Romanæ Sedis libertate, cùm in nouo vel precario Imperio, quod Pontifices dabant, nobilitate ſuâ & gente maiores ſæpè ſpiritus caperent, non ciuilibus contenti, ſacris etiam potentiam admouerent, & religionem licentiùs, quàm vel ipſis expediret vel ius faſque permitterent, haberent. Hinc omnia propè Latij iura vnà cum Eccleſiis & populis ſibi ſubdere, & qui fide vel armis apud Reges valebant, non honore tantùm, ſed præmiis quoque læti, contra fas plurimùm ſibi licere volebant, ſiue Epiſcopi eſſent, ſiue Militiæ cingulo clari. Aliquid tamen hîc Otwino Præſuli, & Tangwardoni eius Preſbytero veniæ ſcriptor conciliaſſe videtur, cùm poſt preces & ieiunia de transferendo S. Epiphanio per quietem diuinitus admonitum Sacerdotem, commemorat.

An eâ iuſta Tranſlatio

4 *Incidit hæc Tranſlatio, vt ex vetuſti ſcriptoris narratione*

EX CHRISTOPHORO BRAVVERO. *quando contigerit.*

præclarè deducit Bravverus, in finem anni 962. initiumq; sequentis. Nam inuitatus à Ioanne XII. in Italiam Otto ad Berengarij atque Adalberti comprimendam tyrannidem, anno 961. Papiam venit, ibiq; vt habet Continuator Chronicorum Reginonis, palatium à Berengario destructum reædificari præcepit. *Anno 962. celebrato Papiæ Christi natali, Romam profectus, Imperator à Ioanne creatus & coronatus, omnia Romanæ Ecclesiæ ablata restituit. subscripsit diplomati cum aliis plurimis Episcopis & Principibus* Otwinus Hildensheimiensis Ecclesiæ Episcopus, *13. Febru. anno 962. indict. 5. anno regni Ottonis 27. Extat apud Baronium diploma tom. 10. eodem anno, num. 3. & seqq. Reuersus Papiam Otto, Pascha ibi celebrauit: insulam* S. Iulij *recepit, & Nouarienſi Ecclesiæ restituit, diplomate dato IV. Kal. Aug. Anno sequenti natali Domini & Pascha Papiæ celebrato, Berengarium in Monte S. Leonis obsedit totâ æstate. Ergo X. Kal. Decemb. an. 962. leuatum à Tangvvardone corpus S. Epiphanij, moxq; in Germaniam missum; ab Otvvino, dein subsecuto, VIII. Kal. Martias Hildesheimium allatum est.*

5 *Vbi primùm S. Epiphanius Hildeshemij fuerit depositus, vbi nostrâ memoriâ asseruetur, declarat Bravverus, ita scribens:* Inquirenti in hanc translationem ex Italiâ in Saxoniam, Otwini diligentiâ procuratam, priusquàm germana ipsa acta ex S. Michaëlis monasterij bibliothecâ fueram nactus, id recentiorum panchartæ suggerebant, S. Epiphanij corpus ab Episcopo depositum eo loci, vbi nunc est Domus Capitularis, vel adiacens orarium à S. Antonio nomen ferens. Sed S. Godehardus veteris ecclesiæ, quæ principi basilicæ ad Meridiem obiacebat, titulos retinuit, videlicet sanctæ Dei Genitricis & Epiphanij; vt omnino hanc memoriam vltra pleniusque cùm sollicito, compererim Baptismalem Ecclesiam, cuius in S. Godehardi vitâ mentio fit, esse illam, quâ collegium Societatis Iesu iam vtitur; eamque congregationem Cleri resedisse, vbi nunc Patres Societatis Iesu domicilium habent. Ceterùm intelligo pignus S. Epiphanij hodieque argenteâ tumbâ asseruari in principe basilicâ, ad sinistrum latus aræ præcipuæ; suspensamque caueam ad sepulchrum S. Godehardi monstrari, in quâ sarcinam piam ab vsque Ticino in Saxoniam aduectam fuisse perhibent.

Vbi collocata Hildesheimij reliquiæ.

HISTORIA TRANSLATIONIS

Auctore Hildesheimiensi anonymo, coætaneo.

è Sideribus Christoph. Braweri Soc. IESV.

CAPVT I.

Occasio transferendarum S. Epiphanij reliquiarum.

PRÆFATIO. 1 DIuinæ gratiæ sapientem atque in suâ dispositione clementem prouidẽtiam, caro humana nec dignè admirari, vel lucidè satis intueri suppetit: quæ sic suæ Ecclesię ab ipso principio electorũ prę-uidit auxilia, vt dum hostis cõcitaret pugnã, hæc piorum meritis fulta, victrix palmam obtineret & gloriam. Hinc est, quòd tota Saxonia spiritali plaudens lætitiâ, plurima Sanctorum pignora, maioribus quoque nescita, deuoto includens sinu fouet & excolit, præsentis vitæ tramitem ac futuræ spem, certâ credulitate illorum omnimodis committens. Inter quos præcellit velut lucifer Epiphanius venerabilis Pater, mirificus quondam Papiæ Doctor, nostræ nunc patriæ magnificus defensor, vir sui temporis omnibus virtute imitabilis. Huius itaque tam præclari patrocinijs viri, quia nostram Dominus illustrare atque munire dignatus est patriam, quo ordine illius sacrosanctæ reliquiæ, studio Domini Otwini venerabilissimi nostræ Ecclesiæ Episcopi aspirante, sint primùm repertæ, atque ad nos vsque deductæ, vti isdem qui huic felicissimo intererat officio, & maximè Thangwardone venerabili Presbytero, cuius opera præcipuè in hoc enituit, attestante didici, nihil ingenio elatus, sed deuotionis studio debito incitatus, stylo diligentissimè traditum posteris vsitandum humiliter transmitto. *Multa in Saxoniâ Sanctorum reliquiæ.* *Ætas scriptoris.*

2 Cùm Beringarius, vnà cum filio suo Adelberto, *a* sceptra Italici regni inuaderet; atque vnius gentis diadema vtrique sibi vsurparent, intantùm ipse Beringarius auaritiæ exarsit æstu, vt pecuniâ captus ius fasque quaque confundens, aliquantum etiam de terminis S. Petri, prædatoriâ vi sibi arripere præsumpsisset. Ad cuius rabiem reprimendam *b* Legatis Domini Apostolici *c* Otauiani, qui & Iohannes, inuitatur Romam Otto Maior, Cisalpinus scilicet Rex, vt aut Patriciatu Romanæ Vrbis, quæ sibi à maioribus suis competebat, decisceret, vel fessis eorum rebus succurreret. Accingitur itaque communi suorum consensu, & consilio bellicosus Ecclesiarum miles ac egregius Princeps, cõtra Apostolicum hostem, validâ suorum semper & inuictâ septus manu; Episcoporum quoque comitatus grege: inter quos Dominus Otwinus nostræ Ecclesię Prę-sul enituit, ipsi Principi tantùm commendatus, quantùm fide probatus. *d* Capto verò in *e* Castello S. Leonis Beringario, atque in *f* Bauariam cum vxore custodiæ destinato, Alberto nihilominùs fugato, reddità pace Ecclesiis, Romam iam Patricius & Imperator Apostolicâ benedictione creatus Otto Cæsar, Papiam repedauit; Ecclesiasque per Italiam & Tusciam, priorum Principum sæuitiâ ac insolentiâ neglectas ac desolatas, canonicè reformauit, inque antiquum statum restituit. *a* *b c* *Ottone I. in Italiâ agente,* *d e* *f*

3 Per id temporis peruigil Dominici ouilis prouisor Othwinus Episcopus licet corpore suis semotus, tamen studio caritatis illis coniunctus, & benenolentiâ, quâ mirificè respersus eos percoluit, quæque ad suæ Ecclesiæ vtilitatem & fratrum commoditatem profutura præsensit, colligere studuit; præcipuè tamen, vt fida sibi suisque conciliaret patrocinia, reliquias Sanctorum, quos apprimè ibi celebrari comperit, ab Episcopis petiit, facileque obtinuit; simulque, ne eius opera in accipiendo alicuius versutiâ eluderetur, vir prudens prospexit. Librorum nihilominùs tam diuinæ lectionis, quàm philosophicæ fictionis tantam conuexit copiam, vt qui illorum penuriâ inerti antè torpebant otio, frequenti nunc studij caleant negotio. Et, quia se in huiusmodi profectu ab omni iactantiæ temperauit fastu, B. Epiphanij Papiæ quondam Episcopi, diuinâ gratiâ, admodùm mirificè sanctissima illa contulit pignora. Nam cùm ille venerabilis Pater, respectu diuini honoris, quo semper animo sollicitus extiterat, ossa Sanctorum furtim surripere, vel absque oraculi prę-monitu transferre, quasi præsumptionis duceret, ita tamen mentis suæ iudicium librauit, vt nec ipse non audendum quid aggrederetur, nec quod esset agendum, suâ auctoritate, dehortaretur. Vnde factum est, vt venerabilis Presbyter Frater noster, cuius superiùs mentionem fecimus, in huiusmodi studio omnimodis desiagrans, cùm nil tale attentare, nedum patrare, prę-sumeret, erat enim quo prouectior, ingenio simplicior, crebris se inter orandum ieiuniis vigiliisque commacerans, sui votum animi diuino dispensandum commisit arbitrio. Non tamen in hoc cœpto vsquequaque Antistitis destitutus auxilio, qui tantò se acriùs in singulis affligebat, quantò ambobus subtiliùs consulebat. *Otvvinus Ep. Hildesh. varias reliquias SS. impetrat.*

4 Solemnibus itaque ieiuniorum festiuè expletis, diuinitus, vt credo, ecce affuit *g* Landwardi Mindensis Episcopi Presbyter noſtro Fratri contubernij gratiâ familiarissimus; qui illum adhuc titubantem, cùm animum eius aperiret sollicitè de omnibus, ac si idem quod ille sentiret, perquisiuit, sanctissimi Patris Epiphanij reliquias, sanctæque Virginis Speciosæ vno ambitu templi inclusas auferre suasit, superuenientis noctis tempus, nec in aliud protelandum illis competere. Nec mora: complacitũ est: collecto per diem huic officio apparatu necessario, nocturno suffragante silentio, ecclesiam intrant, *g* *Landvvardus Presbyter S. Speciosæ reliquias rapit.*

trant, ſe tanto opere terrâ tenus ſtrati, impares accuſabant, audacis nihilominùs cœpti veniam exorabant, illorum ſe patrocinio attentiùs commendantes, vt vel eorum reliquiis remunerari mererentur, vel ſi id non dignarentur, ſine damno ſaltem ſui, ab illis protecti cœpto piè remouerentur. Surgentes itaque B. Epiphanij ſepulchrum recludere diu multoque ſudore certabant, nulloque ingenio, cùm omne ſtudium impendendo conſumerent, proficientes, B. Specioſæ Virginis tumbam in promptu aperuerunt. In pauimentum itaque ante ſacras reliquias prouoluti, orationique aliquantulùm intenti, ſurgentes eas deoſculando, hymnis & laudibus ſuſtulerunt: quarum partem, qui Fratris noſtri ſtudio illi ſuffragabatur, piæ memoriæ Dominus noſter Otwinus, huc poſteà vnà cum B. Epiphanij reliquiis tranſtulit, commendatâ, quæ ſibi competebat, parte Landwardo venerabili Epiſcopo.

Berengarius II. Rex Italiæ.

a Berengarius II. *Adelberto Eporediæ Marchione, & Ghiſelâ Berengarij I. filiâ natus, Regis titulum aſſumpſit cum filio an.* 950.

b à Legatis *legendum videtur. ij fuêre* Ioannes Diaconus & Azo ſcriniarius, *vt habet Reginonis Continuator. Alij quoque Epiſcopi & Principes ad Ottonem an.* 960. *in Saxoniam venerunt.*

Ioannes XII. Papa.

c Octauianus *Alberici filius, admodùm adoleſcens pontificatum anno* 955. *inuaſit, cui nec ætate, nec ſapientiâ, nec virtute ferendo erat; dicique ſe* Ioannem *iuſſit, eâ appellatione duodecimum. Putat Baronius eum primum fuiſſe, qui mutauit ſibi nomen. Obiit an.* 964. 14. *Maij, electo iam ab Ottone contra eum Antipapâ Leone.*

d *Aliquis hic eſt parachroniſmus, nam priùs creatus eſt Otto Imperator, quàm captus Berengarius.*

S. Leonis vrbs.

e *Luithprandus lib.* 6. *cap.* 6. His expletis Papiæ nauim conſcendit, ac per Eridani alueum Rauennam vſque peruenit: indeque progrediens Montem Feretratum, quod oppidum S. Leonis dicitur, in quo Berengarius & Willa erat, obſedit. *Idem oppidum, in præruptâ rupe ſitum, ſignificari videtur in vitâ S. Seuerini per Eugippium cap.* 12. *nu.* 55. ad caſtellum nomine Montem Feletem, multis emenſis regionibus, apportatum eſt. *Eius ager vulgò* Monte Feltro *dicitur, inter Concham & Marechiam flumina. Id oppidum deditum eſt Ottoni an.* 964.

f *Idem ſcribit Continuator chronic. Reginonis. at Lambertus Schafnaburgenſis an.* 964. Berngerus Rex obſeſſus eſt in Monte S. Leonis: ibique captus atque in Babenberg ductus eſt cum VVillâ vxore ſuâ: *niſi per Bauariam miſſus eſt Bambergam.*

g *Fuit* Lantvvardus *vndecimus Mindenſis Eccleſiæ Epiſcopus, vt ex Chronico Mindenſi patet.*

k *Veretur Brauverus* ne pro Honoratâ Specioſæ nomen obrepſerit. *Tradit tamen Ferrarius coli Papiæ* S. Specioſam 18. *Iunij, eiusq; extare vitam, & corpus aſſeruari in templo S. Epiphanij; vnde patet non integrum corpus eſſe in Saxoniam deportatum. Sed nos ad eum diem plura.*

CAPVT II.

Refoſſæ auectæque reliquiæ.

Tăgvvardonus diuino inſtinctu, poſt ieiunium,

5 SEd, cùm poſteà omnis ſpes noſtri Fratris, quâ in adipiſcendo S. Epiphanium animo ſudauit, penè defriguiſſet, tentandique nullum vltrà haberet ſolatium, ad orationum item ieiuniorumque confugit præſidia; quod de ſe non præſumebat, huius Sancti meritis attentiùs commendabat. Euolutis itaque aliquot diebus, non ſine magnâ ſui contritione, quippe qui ſe pro huiuſmodi ſtudio Deo totum abſtinentiâ & ſupplicatione effudit, diuinitus in ſomnis admonitus, vt ipſe mihi ſatis quippe verecundè, iactantiam namque omnimodis refutauerat, expoſuit, animoſior factus; ieiuniis fiſus ſimul & oraculo, nocturno aſpirante tempore, aſſumptis perſonis tali negotio probatis, eccleſiam B. Epiphanij adiit. Cumque ianuæ quaſi prioris ſucceſſus gratiâ ſibi commendatæ appropiaret, pulſus cuſtodibus, qui inſequebantur, ceſſit, oſtiolumque feneſtræ inſtar bipedalis non ampliùs menſuræ, antè ſibi numquàm cognitum caſu impegit, ingreſſuſque imminentium declinauit impetum, deluſitque ſtudium. Fiduciâ ergo inſuetâ fultus, erat enim ſimplicioris animi, ſociis inductis, tentanda quoque primus aggreditur, illos & adhortatur.

6 Primò ſancti Patris ſepulchrum ſolerti diligentiâ
a vſquequaque perluſtrantes, vident quod a hypogeo ſpecu ad quinque pedes ſarcophagus, vt pòſt claruit, infoſſus, deſuper marmore fulciebatur, quadrato inſuper adhuc muro exſtructo. Columna quoque nihilominùs marmorea altaris vice eius honori dicata, ſimul & nomini, caput verſùs ſtabat erecta, baſis parte ſarcophagum occupans, vt geminam præſtaret gratiam, decorem ſcilicet & munimen. His igitur quantùm dabatur perfectis, conſultiùs tempori & labori cedendum dicentibus, prædictus Frater noſter, primus officio accingitur, alios adhortatur: ſicque gratiâ Dei, animoſitate freti facillimè muro partim reſciſſo, marmore immenſi ponderis mirificè admodùm à pauciſſimis remoto, purgantes locum ſanctum, tandem inuenêre ſepulchrum. Illud igitur aperire certantibus, maxima difficultas occurrit de ſtatuâ, quæ licet parte pedis, vt dixi, ſuppoſita eſſet, ita tamen ſibi vendicauit ſarcophagum, vt in aperiendo omne ſtudium eluderetur & ingenium. Deſperantibus iam omnibus, actu conſilioque diu ſuſpenſis clarum diuinæ pietatis effulſit miraculum. Nam repentè columna, quæ tumulum occupabat parte, ſtupentibus qui aderant, frangitur, aliâ incolume altare firmiter ſuſtentante, ipſoque impetu currendo longiùs ab ambitu ſepulchri reuoluta, facultatemque illis cœptum opus implendi, celeritatemque præſtabat. Rebus deinde ad votum cedentibus, nil operis eludebatur, apertoque ſine vi ſarcophago, tantus odor exuberauit, vt aromata æquè ſimilitudine excelleret ac dulcedine.

AVCTORA ANONYMO COÆTANEO. *S. Epiphanij ſepulchrum tentans, miraculosè adiuuatur; odore quoque ſuaui expirantes;*

7 Deo itaque in commune laudato, exſurgens à terrâ ſæpedictus Frater, ante tumbam bis vel ter proſtratus, cum fide ac ſummâ deuotione cæleſtem theſaurum, pretioſiſſimum ſancti Patris Epiphanij corpus integrè colligens, puro atque ad hos vſus parato linteo inuoluens, venerabili noſtro Otwino Epiſcopo deſiderabile munus apportauit, nimiùm iam eius abſentiâ ſuſpecto, quem & lectulo, vt alios deluderet, cubando, peruigil circa tertiam vigiliam præſtolabatur. Quod ille ita, vt erat inuolutum, in capellâ Sancti Michaëlis, iuxta quam hoſpitabatur, deuotiſſimè ſuſceptam, altari impoſuit, deinde proſtratus diuturnis hymnorum melodiis, grates Domino magnâ animi compunctione litauit, ſurgenſque ſcrinio ad hoc prouiſo, religioſiſſimè reconditum, annuli ſui impreſſione diligentiſſimè ſignans, b Augiam Inſulam, in quâ ipſe quondam monachus regulariter enutritus & conuerſatus eſt, Abbati, qui tunc monaſterio præſidebat, ſeruandum præmiſit.

corpus ad Otwinum defert, hic in Germaniam mittit,

b

8 Factâ autem de hoc poſteà inquiſitione, Imperatore grauiter contra hoc commoto, vnanimiter Clero cum populo conclamante ſublatum vrbis prouiſorem, patriæ defenſorem (nam poſtea S. Syrum, cuius præcipuè eo loci pullulant merita, huius Sancti patrocinio innitebantur) omnium Epiſcoporum Clerici iubentur examinari. Sed hoc terrore diuinitus, vt credo, cunctorum pace ſedato, religioſus Pater Otwinus, curâ ſibi commiſſæ plebis ſuſpectus, quam biennio ferè, aulico, quamuis inuitus, ſeruitio detentus, reliquerat, ſuam Eccleſiam reuiſere diſponit; acceptâque Imperiali licentiâ, dum familiariùs Imperatori colloquitur, ſecretum de Reliquiis S. Epiphanij in fidei pignus Præſul confitetur, ſicque eius auctoritate fretus, Alpes versùs properans, ſoſpes his tranſcenſis, Augiam Inſulam conſcendit; ibique aliquantulùm conſiſtens, haud minùs obedientiam Fratribus impertiuit, quam dudum iuuenis conſueuit; acceptâque benedictione, atque ſuo ſummo ditatus Patrono, monachis reliquias deducentibus, profectus, adſtipulante itineris prouentu, aliquot diebus euolutis, incorruptum theſaurum ſanctiſſimi Patris Epiphanij pignora, aliorumque complurium, ad noſtram perduxit Eccleſiam.

c

ipſe quoque ſequitur.

9 Quanta tunc populi lætitia, quanta tunc fuerit matrum exultatio, vel quanta in occurſum tanti Patris properantium Clericorum eſſet deuotio, quis valet euoluere? Quis ibi præ gaudio à lacrymis temperaret, cùm decus Italiæ noſtræ affulſit patriæ; cùm nouum ſidus illuxit noſtratibus? Tranſlatum eſt autem corpus beati eiuſdem Patris à Fratre noſtro, decimâ Kalêdarum Decembrium

Hildesheimium id transfert.

AVCTORE ANONYMO COÆTANEO.

die, ad nos verò Dei gratiâ comitante, à Domino noſtro ſanctæ memoriæ Othwino Epiſcopo, octauâ Kalendarum Martiarum die perductum, atque cum maximâ populi frequentiâ vniuerſíque Cleri tripudio in eccleſiâ collocatum eſt.

a *id eſt*, ſubterraneo.

b *De* Augię diuitis *celeberrimo olim cœnobio agemus* 3. *Nouemb. ad vitam S. Pyrminij, & hoc die ad vitam S. Meinradi.*

c *De S.* Syro *Ticinenſis vrbis patrono agemus* 12. *Septemb. & 9. Decemb.*

CAPVT III.

Miracula ad reliquias facta.

10 ILlud etiam diligenti deuotione inſerendum reor, qualiter in ipſo principio ſacroſancti introitus, tanti Patris ſignis effulſerit virtus. Nam die, quo ſanctæ reliquiæ ad noſtram Eccleſiam perducebantur, ad tanti Patris obſequium frequens in viâ vtriuſque ſexus occurrit concurſus; quos quidam longâ podagræ taberis moleſtiâ, lento ſubſecutus eſt gradu, fluentibuſque iam neruis, plus greſſum baculo, quàm naturali egit modo. Ap-

Ad Sancti reliquias pulſa podagra,

propinquantibus itaque reliquiis, cùm currendo quiſque alium, vt in talibus moris eſt, præuertere niteretur, repentè ab omnibus, quibus comes ierat, derelictus, ſtudio quo poterat innixus baculo, doloris, vt ita dicam, immemor, à tergo multitudinem, ne premeretur, effugeret, ſuos inſequitur, ſancti Patris merita, non quippe ruſticum latebat, implorans aſſiduè; cùm ecce leniter podagricus humor reſtringitur, fluentes arteriæ ſolidantur, ad curſum plantæ paullatim informantur. Nec tamen quamquàm fide ſalutem deprecaturus, occurrit, hanc in promptu ſibi adſtipulari credidit; verùm cautiùs ſe ſuſtentans, dum omni corpore acriùs nititur, baculus frangitur, ipſeque toto pondere terræ illiditur. Vlnis itaque ſurgere nitens, dum pedum auxilium pertentat, & hos diligenter contrectat, integerrimæ ſaluti condonatos, qui antè tumore induruerant, reperit, exilienſque, ſanctas reliquias comitando proſequitur. Et quia villâ Vpſtede hoſpitabatur, quam domum incolebat Macco noſtræ Eccleſiæ Aduocatus, ab illo agnitus, cuius ſedulitate quoque ſæpè fruebar, dum curationis ſuæ ordinem illi contexuit, Deum in tam perſpicuâ virtute collaudans, Venerabili Antiſtiti noſtro Othwino, hæc teſtis infirmitatis vel ſanitatis expoſuit, hoc mirificum perſpicuumque opus reuelare palamque prædicare ſuaſit.

11 Nec minùs quoque illud memorabile & meritorium illius inſigne prætereundum arbitror, quod admodùm mirificè Dominus in Vulferio noſtræ Eccleſiæ Diacono, ad declaranda tam eximij Patris merita, ſpem quoque ſimul totius congregationis erigendam, illius patrociniis operari dignatus eſt; cuius ſanitatis tot teſtes exiſtunt, quot ſuperſunt Fratres, qui illum in monaſterio tunc nouerunt. Renum namque vehementi dolore grauiter laborabat, nec medicorum quoque ingenio poterat mederi, licet multi gratiâ ſuccurrendi accederent, pluraque impertirentur. Iamque iugis paſſio in augmentum progreſſa, acriùs crudeſcere, atque per dies violentiùs creſcere cœpit, ambulando vſum vix baculo innixus egit: interdum quoque pedes, reptando manibus adimit, aliter enim non potuit. Ecce autem in vigiliis huius ſancti Patris, primæ horæ diei pſalmodiis Canonicè finitis, Fratribus ad collationem properantibus, obſeratis adhuc iuxta normam monaſterialis vitæ ianuis eccleſiæ, ille venerabilis vir hoc tempus, quo ſe tanto patrono attentiùs liberiuſque lacrymis ſupplicationibuſque mactaret, nactus, nec aliud per diem populis hæc feſta frequentantibus competere ſciens, ſuſpirio graui, anhelitu difficili, duriùs, vt antè numquàm, dolore agitatus, baculo nitens, vix quàm dictu ſatis ſit, per gradus brachiis manibuſque reptando, aſcendit; nam genua tibiaſque ſæuiùs iam per venas neruoſque diſcurrens inuaſerat dolor; venienſque ante ſanctiſſimum corpus ſe in terram cum multo labore, & ingenti doloris cruciatu proiecit, diutiſſimeque orationi immoratus, magnâ contritione cordis ſe totum Domino profudit: lacrymarum itaque vberiùs imbre profuſus, vlnis nitens paullatim ſurgere parat, deinde leniter notum bacilli admodùm cautè auxilium pertentat; erectuſque tandem ſine dolore, miratur, ſtupet, nec tamen quamuis ſalutem optet, credere audet; manum admouit, locum, vbi ſæuiùs doluit, pertractat; nec ſignum doloris ſentiens vllum pauimento ſternitur, Deum parentemque gratificat patronum, fortiterque ſurgens viſo venerabili Fratre Wirindago Preſbytero, baculum ſalutis indicium, quo antè ſuſtentabatur, leuat, valenter deſcendit, qui reptando priùs aſcendit. Stupefactus itaque Frater repentinâ ſalute occurrit deſcendenti, auctoremque tanti miraculi cognoſcens, laudat; & quia ipſâ die Fratres lauandi negotio ſtudebant, ad balneum illis in occurſum properat, quibus ſuæ ſanitatis ordinem pleniter expoſuit.

& nephritici doloris.

12 Quantò namque ab ipſo ſacroſancto reliquiarum introitu meritorum illius inſignia quotidianis virtutum effulſerunt incrementis, clariùs facta quàm verba loquuntur. Quotiens enim aëris intemperiem, vel peſtis obortæ illuuiem, illius reliquiis noſtram vrbem luſtranſto ſedauimus? Sæpè quoque iugi ſiccitate arua torrente, eaſdem circumferentes, quaſi imperando pluuias elicuimus. Quis enim vnquam huius Sancti prouolutus feretro, & quamquàm fractus moleſtiâ, non mox erectus, animo inter orandum eius vicina præſenſit auxilia? Sed hæc fortaſſis quibuſdam videntur ſuperflua; ſunt tamen clara meritorum eius indicia, firmaque poſteritatis ſolatia. Hæc tantùm de beneficiis per beatum atque magnificũ Antiſtitem Epiphanium diuinitus nobis collatis pro ingenij mediocritate perſtrinxi, quod audax inceptum ac viribus impar, geminâ, deuotionis ſcilicet, ac debitâ gratiâ ſubij, vt & Fratrum diligentiæ ſequenti æuo opera Dei, quæ ſicut ſcriptum eſt reuelare & confiteri honorificum eſt, legenda deuotiſſimè ſubminiſtrarem, noſtro quoque tempori, tam egregia Dei facta poſteritati ſtylo tranſmittere, negligere incuriæ & inertiæ notam, meo ſtudio abſtergerem.

Sedata peſtilentia, & tempeſtas obſecuta pluuia.

Tob. 12. 7.

DE S. AVITO II.

EPISCOPO ARVERNENSI IN GALLIA.

SVB FINEM VII. SECVL. XXI IANVAR.

LEſtatur Ioannes Sauaro celebrari hoc die apud Aruernos S. Auiti, ſecũdi eâ appellatione illius ciuitatis Epiſcopi natalem. De quo vetuſtiſſimum MS. Martyrologium, quod S. Hieronymi nomine paſſim citamus, ex autographo S. VVillebrordi Clementis à Laurentio monacho Epternacenſi deſcriptum: Aruernis depoſitio Auiti Epiſcopi. Haud ſerè alium recentiorem in eo Martyrologio reperimus: & fuit Auitus S. VVillebrordi ferè æqualis, vt neceſſe ſit omnino ſanctitatis famâ celeberrimum fuiſſe, cuius nomen mox à morte inſcriptum ſit faſtis Sanctorum. Niſi fortaſſis S. Auitus I. qui nunc 20. Septembris, olim hoc die coli conſueuit. MS. Hibernicum conuentus Dungalenſis itidem antiquiſſimum: Auiti Epiſcopi. Carthuſiani Colon. in addit. ad Vſuard. Aruernis Auiti Epiſcopi. Prolixius elogium habet Andreas Sauſſaius.

S. Auiti natalis,

2 Fuit S. Auitus S. Præiecti, cuius 25. Ianu. vitam dabimus, ſucceſſor; frater & deceſſor S. Boniti, cuius 15. Ianu. vita extat, ab auctore coætaneo conſcripta; è quâ diſcimus, Inclytâ progenie Aruernicæ vrbis oriundum fuiſſe: cuius pater Theodatus, mater verò Syagria vocitata eſt, è ſenatu Romano

genus.

mano dumtaxat nobili proſapiâ. *Aruernis quoque ortus olim Auitus Auguſtus, qui anno Chriſti 455. VI. Id. Iulias, ſuſcepit imperium, Sidonij Apollinaris ſocer. Ab eo an vt nomen, ita & genus traxerit* Auitus *noſter, haud coniectamus.*

eruditio, 3 *Fuit verò, vt in eadem S. Boniti vitâ traditur,* vir exterioribus ſtudiis eruditus, ſacriſque litteris, omnibuſque officiis diuinis præpollens; & ter quinis ferè ampliùs annis magnâ cum alacritate Aruernicam ſibi commiſſam rexit Eccleſiam. *Sauaro ſolùm decem ei Sedis annos tribuit,* *tempus ſedis,* *minùs menſibus tribus. At ſecum ipſe pugnat Sauaro, dum anno 670. (quem Adeodati Papæ quartum facit, Pogonati Imperatoris 5. Childerici Francorum Regis primum; quæ omnia non congruunt, cùm 670. Chriſti, fuerit Vitaliani Papæ 14. Theodorici Regis 3. Conſtantini Pogonati 2.) anno ergo 670. occiſum eſſe S. Præiectum, ſuffectum* S. Auitum *ſcribit Sauaro;* Auito *ſucceſsiſſe S. Bonitum anno 685. Ioannis Papæ, & Iuſtiniani iunioris primo, Theodorici Regis 17. Illud conſtat Childerico viuente occiſum eſſe S. Præiectum, ipſum Childericum anno 667.* Auito *verò ſubrogatum Bonitum, eo tempore, quo* ſub Theodorico Principe Pippinus regni primatum tenens, atque curam palatij gerens, cunctaque gubernacula ſuo diſponebantur arbitrio. *Cepit eam dignitatem apud Auſtraſios VVlfoaldo amoto Pipinus anno 687. anno verò 691. totius regni magiſterium adeptus eſt. Vnde conſequens eſt, aut non continuò, vt trucidatus eſt S. Præiectus, creatum eſſe Auitum, ſed vacaſſe aliquamdiu Sedem, rebus præſertim regni cæde quoque Childerici turbatis; aut ſediſſe vltra annos 15. qui minimùm ad annum Chriſti 688. Theodorici 21. peruenerit.*

4 *Idem porrò* Auitus Epiſcopus, *vt in vitâ S. Præiecti narratur,* in loco vbi Sancti (*Præiectus, Amarinus, Elidius*) fuerant interfecti, monaſterium ſtuduit collocare, baſilicam erigere, & vnum ex parentibus S. Præiecti, Godonem nomine, Abbatem conſtituit. *Scribit Sauaro alia prætereà ab eo ædificata Sanctorum martyria; & ad Volouicenſe illud monaſterium, cui Godonem præfecerat,* S. Auſtremonij *aliaq; opera, euerſo; quâ de re ad S. Auſtremonij vitam 1. Nouembris dicemus.* Ex VARIIS *ædificia.*

5 *Tandem* languore correptus *Auitus,* ad extremum eſt vſque deductus: cernenſque ſuæ migrationis imminere diem, diuino afflatus Spiritu, acceptoque conſilio, ſibi Eccleſiâ concordante, virum Dei ſibimet ſucceſſorem, ſuæque Sedis digniſſimum iudicat Sacerdotem *Bonitum*..... Cumque vir Dei ſupradictus germanus eius relationem pro auctoritate adipiſcendâ regiâ direxiſſet *&c. ſuffectus illi eſt S. Bonitus, vt in huius vitâ dicitur; qui deinde quòd hanc electionem iudicaret haud ſatis ſacris legibus & ſanctæ à Patribus diſciplinæ conſentaneam, ſeſe epiſcopatu abdicauit: licet certum ſit, ſiue quòd eas ignoraret leges, ſiue potiùs quòd* diuino afflatus Spiritu *id egiſſet; nihil in eâ ſucceſſoris deſignatione* Auitum *noxæ admiſiſſe.* *ſucceſſor deſignatus.*

6 *Sepultus eſt* S. Auitus *in S. Venerandi eccleſiâ, vt Sauaro ſepulturæ, tradit ex lib. 1. de SS. & eccleſ. Clarom. num. 10. ac deinde ad proximam S. Illidij eccleſiam tranſlatæ eius reliquiæ. Fit illius in Breuiario & Miſſali Claromontano commemoratio hoc die, eodem teſte Sauarone.* *tranſlatio.*

DE S. MEINRADO, ſiue MEGINRADO,

EREMITA ET MARTYRE IN HELVETIA.

AN. DCCC LXIII. XXI. IANVAR.

EremUs Deiparæ, *vulgò* Einſidlen, *celeberrimum apud Heluetios, inter Tigurinum & Lucernenſem lacus, in* Nigrâ, *ſiue* Obſcurâ, Siluâ, *monaſterium eſt; primùm* S. Meinradi *anachoretica habitatione, dein martyrio conſecratum, poſteà præclarâ eccleſiâ ampliſq; ædificiis ornatum, ſed præcipuè cæleſtibus prodigiis nobilitatum: vt Chriſtophorus Hartmannus ibidem monachus, qui illius annales ſingulari ſtudio digeſtos euulgauit, liberè profiteatur in proloquio ad Auguſtinum Abbatem:* Etenim aut me ſuſcepti operis amor & profeſſio tranſuerſum agit, aut nullus vſpiam Chriſtiano in orbe alius locus neque Reginæ cælorum præſentiâ religioſior, neque Antiſtitum nobilitate & ſucceſſione illuſtrior, neque Pontificum, Imperatorum, & Regum, Principumque priuilegiis & beneficiis honoratior, aut poſtremò omnium propè nationum peregrinationibus frequentior, atque miraculis eſt inſignior. Adeò alias aliis in locis ſacras ædes videtur ſummus ille architectus rerum omnium ab reliquis conſtitutas accepiſſe & probaſſe; hanc tamquàm perpetuum ſui amoris & honoris erga Matrem monumentum, & ſimul in genus humanum refugium, ſolatiumque ſuâ veluti manu poſuiſſe, ſtupendis ſignis, & incrementis inſolitis fouiſſe & ditauiſſe, omniumque penè prouinciarum & gentium cultu & religione & concurſu celebrati voluiſſe. *Ab Hartmanno eadem deſcripſit Carolus Stengelius in Monaſterologia. Celebre id quoque prædicant Martinus Cruſius, Gaſpar Bruſchius, Sebaſtianus Munſterus, etſi monaſticæ deuotionis aduerſarij. At de eccleſiæ, aut ſaltem ſacelli Deiparæ, dedicatione diuinitus ab ipſo Chriſto peractâ, deq; ipſo cœnobio, iterum dicendum erit ad vitam* B. Bennonis, *ſiue* Benedicti, *Cellæ S. Meinradi primi reſtauratoris, 3. Auguſti;* B. Eberhardi *primi Abbatis, 14. Auguſti;* S. Conradi *Epiſcopi Conſtantienſis, 26. Nouembris;* S. Vdalrici *Auguſtani Epiſcopi 4. Iulij.*

Einſidlen, S. Meinradi cœnobium, *celebre* *& religioſum.*

S. Meinradi natalis, 2 S. Meinradi *conſignata in Martyrologio Romano memoria 21. Ianu. his verbis:* In Galliis in monaſterio Augienſi S. Meinardi Eremitæ à latronibus cæſi. *Refertur ab aliis quoque hoc die, Menardo, Dorganio, VVione, Carthuſianis Colonien. & Molano in addit. ad Vſuardum, Caniſio, Galeſinio, Felicio, Sauſſaio. Paſſim* Meinradus, Meynradus, Meginradus; *à quibuſdam* Meinardus; Meinrardus *à Galeſinio, à Sauſſaio* Meinhardus *appellatur. In MS. Kalendario SS. ord. S. Benedicti inſcriptus legitur 20. Ianuarij. Anno 1599. Breuiario Eccleſiæ Conſtantienſis nouo inſertum S. Meinradi nomen, decretum officium quale de Martyribus fieri conſueuit, ritu duplici; ſed 23. Ianuarij, propter S. Agnetis, quæ 21. agitur, feſtiuitatem. Hugo Menardus duos facit* Meinradum & Megimadum, *& de illo quidem 21. Ianuarij:* In cœnobio Augienſi S. Meinradi Eremitæ, qui in eremo quæ lacui Turicino adiacet, à latronibus cæſus eſt. *At 27. Februarij:* In monaſterio Einſidlenſi S. Megimadi Abbatis. *& lib. 2. Obſeruat.* Fuit, *inquit,* S. Megimadus filius Bertholdi Comitis à Sulgonâ primus fudator cœnobij Einſidlenſis. Claruit ad annum octingenteſimum ſexageſimum; vt docet Miræus in Chron. Bened. *Apud Miræum quidem* Megimadus *appellatur, (incuriâ forte librarij) Comitis à Sulgavv filius; ſed nequaquàm à* Meginrado *diuerſus. Fuit hic Augienſis primùm monachus, inde in Nigrâ Siluâ ſolitarius vixit, vbi poſteà Einſidlenſe conditum cœnobium eſt. Hinc errandi occaſio.*

3 *Meliùs idem Menardus 14. Septembris:* Ad lacum Turicinum in Germaniâ, dedicatio oratorij S. Meginradi Martyris. *Ab hoc diuerſus eſt* Meginhardus, *ſiue* Meginherus, *Abbas Heruelденſis, quem idem Menardus refert 26. Septemb. &* Meginradum *quoque appellat. At noſtri huius Anachoretæ & Martyris Tranſlatio 6. Octobris celebratur, vt infrà dicemus.* *dedicatio oratorij eius.*

4 *Vitam* S. Meinradi *edidit ex antiquiſſimis membranis cœnobij Einſidlenſis, ſiue Eremi, Chriſtophorus Hartmannus; quam antè Surius vulgârat, ſed aliquantùm verbis diſcrepantem, fortaſsis paullulùm expolitam. Arbitratur idem Hartmannus illius vitæ auctorem eſſe* Bernonem, *neque quis is* Berno *fuerit exponit. Fortaſsis* Bennonem *voluit ſcribere, ſecundum Eremi incolam; quod ex eo ſit probabile, quia nulla* Bennonis, *aut cœpti iſthic ædificij, in eâ mentio ſit, vt ſaltem non poſt* Bennonis *ætatem ſcripta videatur. Eadem vita Germanico ſermone conſcripta editaq; eſt anno Chriſti 1603. vnà cum monaſterij originibus, quas deinde pleniùs proſecutus eſt Hartmannus. Eam vitam aliaq; de S. Meinrado accepimus Conſtantiâ à Daniele Feldnero* Vita.

EX VARIIS. *Feldniero Societatis noſtræ Sacerdote erudito cumprimis & humano.*

5 S. Meinradi *alij quoque complures meminerunt: Hermannus Contractus eiuſdem Augienſis cœnobij, cuius ipſe* S. Meinradus, *alumnus, in editione Vrſtiſianâ, ad annum 861.* Meginradus Augiæ monachus, & primus incola eremi, quæ Turicino adiacet lacui, à quibuſdam latronibus inibi XII. Kal. Febru. peremptus, poſt mortem virtutibus claruit, Augiæ ſepultus: à quo vſque hodie Eremus ipſa à ſanctis & religioſis viris culta, in nobile excreuit cœnobium. *In priori editione ſolùm iſta habentur:* Meginradus Eremita martyrizatur; *quod & Marianus Scotus ad eumdem annum. Chronicæ Auſtralis Excerptum per Mattheum Mareſchalcum de Pappenheim, ad an. 860.* Maginhardus eremita martyrizatur. *Idem habet Sigebertus Gemblacenſis an. 856. Agit & de eo Franciſcus Guillimannus libro de Epiſcopis Argentinenſibus & plurimi recentiores.*

alia de eo ſcripta:

6 *De tempore necis eius ita diſputat Hartmannus:* Anno octingenteſimo tertio & ſexageſimo pleraque omnia Eremitarum monumenta Meginradum morte interfectum produnt. Alij variè memorant: nam Sigebertus euenisſe refert anno 856. Trithemius, Surius, & Baronius anno 860. Hermannus Contractus anno ſexageſimo primo ſupra octingenteſimum. Cunradus à Lichtenau Vrſbergenſis Abbas anno 862. Noſtræ, inquam, memoriæ fermè omnes anno octingenteſimo tertio & ſexageſimo extinctum affirmant XII. Kal. Februarij, Nicolai Magni Pontificis anno 6. Ludouici II. Imp. 8. Salomonis I. Conſtantienſis Epiſcopi 32. Valtherij Augiæ Abbatis 6. Et rectè: nam cùm eius vitæ ſcriptor annos 26. in Eremo Obſcuræ ſiluæ vixiſſe tradat, & Hermannus Contractus octingenteſimum triceſimum octauum notet, quo in eam tranſiit; putata ex eo annorum ratio ad ſexageſimum tertium annos 26. efficiet. *Id ad an. 838. in Hermanni Contracti exemplaribus, quæ penes nos ſunt, non reperimus.*

tempus necis,

7 *De reliquiis demum* S. Meginradi *ſolennibuſq; honoribus, qui Sanctis habentur, à* Benedicto IX. *Pontifice Maximo illi decretis, ita ſcribit idem Hartmannus in* Embricio *ſexto Abbate:* Ceterùm iam confecto, numquàm intermiſsâ ſollicitudine & ſumptu, templo noſtro, curatiſque quæ ad vſum videbantur, Eberhardum Epiſcopum (*Conſtantienſem*) Embricius cum Hartmanno Curienſi, & pluribus aliis vtriuſque ordinis viris clariſſimis, ad conſecrationem accerſiuit inuitauitque. Eberhardus magnâ ſolennitate & congratulatione id templum, vt prius fuerat, Deiparæ Virgini, D. Mauritio, & ſacroſanctæ Thebæorum legioni dedicauit III. Id. Octobris. Loci venerationem & lætitiam communem auxerunt redditæ ab Augienſibus paullò antè, ſcilicet pridie Nonas eiuſdem menſis, magnâ cum pompâ, S. Meginradi Martyris, & primi Eremi præſidis corporis ſacræ reliquiæ; quem multis hactenus miraculis celebrem, eodem tempore Benedictus Pontifex Sanctorum numero inſeruerat, ariſque & templis, meritis illuſtribus dignum iudicârat, centeſimo ſeptuageſimo octauo, quàm occubuerat, anno. Atque inde reſtituto patrono, Eremo cumulatus honos, fama, & frequentia. Reperio noſtris in monumentis Augienſes multis & continuis cladibus adfectos & hauſtos, diu in incerto fuiſſe, quod malorum remedium eſſe poſſet. Remittendi denique corporis S. Meginradi, quod obſtinati hactenus negauerant, conſilium inciderunt. Ex eo cladium & calamitatum ſucceſſiſſe finem; monaſteriumque, vti priùs, ita deinceps florere cœpiſſe. Conditæ ſunt S. Meginradi reliquiæ arâ D. Mauritij. *Hæc ille.*

canonizatio;

tranſlatum ad Eremũ

8 *Non tamen omnes ſancti Martyris reliquiæ reuectæ ad Eremum ſunt. Nam præter eas, quas in Ecclio monte conditas inferiùs dicemus, Augienſes aliquas penes ſe etiamnum extare aſſerunt. Et fatetur qui Germanicam Sancti vitam ſcripſit:* Anno 1039. *inquit,* cùm S. Meinradi in Augienſi cœnobio eleuatæ reliquiæ eſſent, caput eius & præcipuæ partes corporis ad Eremum magno honore relatæ ſunt; vbi etiamnum aſſeruantur, magniſque coruſcant miraculis. Id 6. Octobris contigit. *Atque eodem die Martyrologium Germanicum:* Item Eleuatio ſancti Eremitæ & Martyris Meinradi, quando caput eius ac reliquiæ Augiâ ad Eremum deportatæ, vbi etiamnum in magnâ habentur veneratione. Natalis eius agitur 21. Ianuarij. *Adſcriptus ad marginem eſt annus 1039.*

caput & alia reliquiæ,

6. Octob. 1039.

VITA AVCTORE ANONYMO,

ex veteribus MSS. edita à Chriſtoph. Hartmanno.

CAPVT I.

S. Meinradi inſtitutio, vita monaſtica, amor ſolitudinis.

1 DIcturus venerabilis viri Meginradi eremitæ & Martyris paſſionem & obitum, libet parumper refleetere ſtylum, atque quo tempore doctus, vbi, & vnde, quò, vel cui traditus primùm ad diſcendas litteras, ſub quo Abbate monaſticam vitam ſubierit ſeruandam, qualiter etiam à fraternâ acie ſingulare certamen eremi adierit, breuiter prælibare. Regrediar ergo ad ſingula quæ propoſui reſoluenda pleniùs.

2 *a* Temporibus Caroli glorioſiſſimi Imperatoris Francorum, qui primus inter ipſos Cæſaris nomen accepit, prædictus vir in Alemannià natus eſt, in pago, quem ex villâ Sulichgeuue vocauit antiquitas. *b* Parentes verò eius ex Alemannis fuerunt, morum nobilitate magis conſpicui, quàm diuitiis perituri. Qui cùm eam attigiſſet *c* ætatem, quâ aptari poſſet litterarum ſtudiis, à patre ducitur ad inſulam, quam veteres *d* Sindlocheſaugiam vocabant, à nomine cuiuſdam Preſbyteri, qui Sindloch appellatus, primò in eâ habitacula monachorum conſtruxit, & ſecum Pirminium cum ſociis ad habitandùm eò induxit, iuſſu Berchtoldi nobiliſſimi Alemannorum Ducis, temporibus Pippini Regis Francorum, ſuoque ex nomine nomen indidit inſulæ. Huc ergo puer præfatus à patre ductus, commendatur viro per omnia honeſtiſſimo Erlebaldo monacho, qui etiam prædicto puerulo propagine carnali *e* affinis fuit. Is cùm infantulum bonæ indolis conſpiceret, gratanter nutriendum ſuſcepit, ſtudiosè docuit, atque eò vſque imbuendo produxit, vt *f* ſanctarum Scripturarum ſcientiam infudiſſet. Nàm puer à primæuâ ætate iocos atque errores, quibus tenerior ætas implicari ſolet, vitauit; atque ad ea mentem occupauit ſuſcipienda, quæ docuerat Magiſter.

a S. Meinradus nobili genere ortus,

b

c

d Augiæ inſtituunt

ab Erlebaldo:

e

f

3 Cùm autem viceſimum quintum ætatis annum attingeret, ad *g* diaconatus officium, & non multùm pòſt ad preſbyterij gradum, faciente eodem ſuo magiſtro, ſublimatus eſt. Fuit autem tunc temporis, regnante Ludouico Cæſare, filio Caroli, in ipsâ inſulâ Abbas nomine *h* Hatto, vir valdè in doctrinâ & operibus bonis morumque nobilitate fulgens, qui & Baſileenſis Eccleſiæ Præſul extitit. Quo actuoſæ vitæ negotia reſpuente, atque ad contemplatiuæ vitæ pulchritudinem ſe transferente, præfatus Erlebaldus cum licentiâ Ludouici Cæſaris electus ab omnibus, prædictæ inſulæ & Fratribus præficitur, atque in Abbatis officium ſubſtituitur. Qui ſtatim hac poteſtate ſuſceptâ, iam ſæpè dictum virum venerandum Meginradum ſuaſit iugum ſuſcipere, normamque monaſticæ vitæ ſubire tenendam. Conſenſit ergo ſalubri conſilio, & promiſſionem fecit, atque omni intentione ſtuduit promiſſa ſeruare, promptus ſemper ad obediendum, in ieiunando ſtrictus, in oratione aſſiduus, in miſericordiæ operibus largus, & maximè humilitate ſubſtratus omnibus.

g ſit Diaconus, tum Sacerdos,

h

dein monachus,

perquàm religioſus:

4 His

præficitur ſcholis:

4 His dum polleret moribus à præfato Abbate deſtinatus ad *i* cellulam quamdam, ad iam dictum monaſterium pertinentem, ſitam iuxta lacum *k* Turicinum, quem interfluit *l* Lindemacus fluuius, vt ibidem ſcholæ præeſſet, & talentum, quo ipſe ditatus erat, ad lucra Dominica in plurimos diſpergeret. Aliquantulum temporis fluxerat, eo in his detento: quadam die ſumpſit ſecum *m* ſcholaſticos, quos nutrierat, & prædictum lacum tranſnauigans intrauit eremum, quæ ipſius laci littori adiacet, & vſque ad Alpes *n* Penninas tendit, atque ad villam Chama, cauſsâ piſcationis, & ad loca eremi intuenda. Perueniunt itaque ad fluuium quemdam, qui in ipsâ decurrit ſolitudine: ibique vir beatus ad piſcandum occupat comites; ipſe verò in conſideratione ſolitudinis ſolus ſpatiabatur: accenſus enim erat nimiùm amore ſolitariæ ſedis. Quâ conſideratione, dum mentem diu paſceret, rediit ad ſocios, inuenitque eos non paruâ prædâ piſcium oneratos, quos taliter affatur: Gratias largitori, qui nos ſuis miſericorditer ditauit donis. Iam filij, ſi placet, redeundum eſt proprios inuiſere lares. Regrediuntur, *o* villamque deueniunt non longè à littore ſitam.

i
k
l
m
n
luſtrat ſolitudinem:
o

ſuum illius incolendæ deſiderium indicat pia matrona,

5 Ibi cuiuſdam matronæ hoſpitium intrantes paullulùm quieuerunt, reficientes ſe cibo & potu. Vir autem Dei prædictam matronam cernens Dei timore plenam, & ad obſequendum hoſpitibus promptiſſimam, ardorem ſui animi occultum ei aperuit, his verbis incipiens: Cara Chriſto femina, ſi velles audire, ſecretum cordis mei tibi manifeſtarem: ſed antequàm id agam, poſco vt verba mea atque voluntatem occultes, quouſque cernas, ſi poſſit opere compleri, quod credo me deuotâ mente concepiſſe. Habitatione huius eremi vltra omnes diuitias delector, cuperemque iam in eâ collocare manſiunculam meam, vt familiariùs poſſem precibus vacare, ſi quempiam reperirem, qui neceſſaria corporis mihi miniſtrare ob Dei amorem vellet. Sed quia adhuc hoc ſolatio defraudor, poſco interim occultari, quod cupio. Illa à Deo inſpirata (vt credo) reſpondit: Secretum tuum nulli, te nolente reuelabo: noueris autem, ſi in cœpto perſiſtere vis, me neceſſaria propter Dominum tibi miniſtraturam, & quantum poſſum tuo voto ſatisfacturam.

qua victui neceſſaria addicit:

6 Ille promiſſis rependens gratias, repedauit ad cellam, vnde digreſſus eſt, ibique ieiuniis & orationibus continuis à Deo popoſcit, vt quicquid de hoc negotio ei placuiſſet, in ſuo animo confirmare dignaretur. Tandem confortatus diuinâ inſpiratione, *p* reliquit cellam ſcholamque cui præerat, & reuiſit hoſpitam ſuam, explorare volens vtrùm in ſuâ promiſſione perſiſtere vellet, an non. Quam dum in præbendo ſibi promiſſo ſolatio perduraſſe ſenſiſſet, non longè ab ipsâ villâ, in quâ eadem femina commanebat, in eremo ſibi *q* habitaculum conſtruxit: atque ibidem ieiuniis & orationibus indefeſſus creatori ſeruiuit, neceſſaria præbente ei prædictâ matronâ, necnon & aliis religioſis viris.

p habitat in Ecelio monte,
q

a *Anno Chr.* 805. *natum habet Vita Germanica; qui erat annus imperij* Caroli Magni 5. *regni Francici* 37. *Natus eſt* Sulgouiæ, *quæ olim villa, nunc oppidum, vulgò* Sulgen *iuxta Danubium, vt vita Germanica, & Bruſchius tradunt; ſed hic cum Cruſio* Sulgavv *vocat.*

Sulgouia.

b *Pater* Bertholdus Sulgouiæ Comes *appellatur ab Hartmanno, & in vitâ German. traditur, plures ſuſcepiſſe liberos. At Cruſius, haud ſcimus quo auctore:* quem parentes ſui, cùm diu liberis carerent, magnis precibus à Deo impetrauerant, Deoque natum dedicauerant. *Matris nomen litteris non eſt proditum.*

c *Quinquennis Augiam deductus traditur in Vit. Germ.*

d *Hartmannus:* Inſulæ inter vtrumque Acronium & Venetum lacum ſitæ, à Sindeſlao Comite, aut Presbytero, qui primus incoluit, nominatio eſt. Sed maximè Pirminius Epiſcopus celebrauit, condito in eâ auſpiciis Caroli Martelli Francicæ militiæ & Palatij Præfecti, opibus & fauore Berchtoldi & Nebij Alemanniæ Principum, nobili monaſterio an. D. N. 724. Quod quidem breui opulentiâ & potentiâ tantùm præualuit, vt, priſcâ deſitâ, Reichenaugiæ, ſiue Diuitis inſulæ, reperierit retinueritque apud poſteros denominationem. Augiam etiam, Germanico vocabulo, & Maiorem ad Rheni inſulæ inferioris, aut alterius lacus, differentiam veteres ſcriptores dixerunt. *De hoc nobiliſſimo cœnobio plenius agetur ad vitam* S. Pyrminij 3. *Nouemb. vbi oſtendemus veniſſe quidem eum* Augiam *ſub annum* 724. *cùm regnum Francorum Martellus adminiſtraret; ſed ad* Pipini *Regis tempora (quod hîc dicitur) ſuperuixiſſe. In eius vitâ, qui hic* Sindeſlaus, Sinlax *appellatur.*

AVCTORE ANONYMO, EX CHRISTOPH. HARTMANNO.

e *In Vitâ Germ. dicitur Meginradi auunculus fuiſſe.*

f *Eadem vita tradit præter ſacram Scripturam, libros ſanctorum Patrum ſtudioſè ſolitum peruoluere, præcipuè Ioannis Caſſiani: & ſuâ manu veteris ac noui teſtamenti libros omnes, præter Prophetas, conſcripſiſſe; idque ex veteribus illius cœnobij monumentis conſtare.*

g *Eadem Vita, ait prius monachum factum eſſe, hortante Erlebaldo, quàm Diaconatum ſuſciperet.*

h *Aliis etiam* Hetto *dicitur. de eius ad Conſtantinopolitanum Imper. legatione, ſapientiâ & gratiâ apud Carolum Magnum, agit Monachus Sangallenſis in eiuſdem Caroli rebus geſtis lib.* 2.

Hatto E-piſc. Baſi-leenſis.

i *Hartmannus* Bollingam *vocat, aitque fuiſſe* non contemnendum tum monaſterium, dextro laci Tigurini margine, ſupra vicum Ionam. *Vita Germanica* cellam, & monaſteriolum *appellat; ac* Bollingam, *ſiue* Oberbellingen *fuiſſe, variis ſtabilit coniecturis: quòd* Bollinga *è regione Chamæ vici, & ſolitudinis, ſita ſit; quòd propè fluat* Lindemacus *amnis; quòd nuſquam alibi ad dextram illius lacus oram veſtigia monaſterij cernantur; quòd denique ea à maioribus ibidem vigeat accepta traditio. Cruſius in ipſo Augienſi cœnobio ait fuiſſe* monachorum pædagogum; *at non probat.*

Bollinga, *ſiue* Oberbollingen, *cœnobium.*

k Tigurum, *medij aui ſcriptoribus nonnullis (quod quidam homines eruditi magis probant)* Turigum, *vel* Turegum, *vulgò* Zurich, *nobilis Heluetiorum vrbs, ad ingentem lacum ſita.*

Tigurum.

l *Alijs* Limagus, *vulgò* Limmat.

Limmat

m *Hartmannus vnico comitatum diſcipulo, lacu traiecto, montis ſt. qui* Ecelius, *ſiue* Etzel *dicitur, ſpeculatum eſſe cacumen tradit;* ne vltra progrederetur, qui ſeſe ex vicinâ addiderant ruſtici, per belluarum formidinem quarum ſcatere aiebant ſiluam, prohibuiſſe. *Vita Germanica ait cum pluribus lacum tranſmiſiſſe, ſed vnicum aſſumpſiſſe quocum auia luſtraret.*

n *Sic dicta à* Penno *Deo. is in* ſummo Pennino, *qui deinde* Mons Iouis, *colebatur.*

o *Hartmannus*: Meginradus monte relicto, in proximum vicum Altendorf nominatum, Ecelij in radice, infra caſtrum Rapersvillæ veteris, D. Ioannem nunc vocant ab eiuſdem Diui ſacello, eo tempore Comitum Rapersvillenſium ſede celebratum, apud piam viduam diuertit. *Conſentit Vita Germanica, addit; viduam illam diuitem fuiſſe, orbamque liberis.*

p *Addit Hartmannus & Vita Germ.* Erlebaldi Abbatis in id impetraſſe gratiam & licentiam. *Seceſſum hunc ait Hartmannus contigiſſe ſub annum Chriſti* 832.

q Ad vſum quoque cellam mediocrem, & iuxtà ſacellum, ædificari curauit *pia vidua*, quod nunc quoque S. MEGINRADI IN ECELIO SACELLVM ſeruat nomen. *Herman. & vita Germ.*

CAPVT II.

Vita ſolitaria in Nigrâ ſiluâ.

pertæſus turbas, in Nigram ſiluam ſecedit:

7 IBi dum per ſeptem annos ſuperni Regis militiam exegiſſet, multitudinem populi ad ſe venientis ferre non valens, mutauit locum, atque à prædicti laci littore quatuor millibus diſtantem *a* reperit planitiem inter montes acceſſu valdè difficilem. *b* Ibi adiuuantibus viris religioſis, & maximè quadam Abbatiſsâ, *c* Heilwigâ nomine, neceſſaria voti ſui conſtruxit *d* habitacula, atque in eodem loco quod erat reliquum vitæ permanſit, ſemetipſumque maximis macerans ieiuniis, & quantum humana fragilitas permiſit, ſine intermiſſione orauit. Quæ ſibi à fidelibus viris & feminis mittebantur, cuncta ad ſe venientibus in eleemoſynam erogauit.

a
b
c
d

vexatur à dæmonibus;

8 Accidit autem inter hæc, vt quadam die, eo orante, tanta multitudo dæmonum circa illum vndique diffunderetur, vt nec ipſam lucem diei, hiſdem tenebrarum miniſtris obtenebrantibus, cernere poſſet. Qui cùm eum minis terribilibus & horrore nimio fatigarent; in oratione proſtratus, vt res poſcebat, cum omni ſtudio ſe pio Domino commendabat. Quod cùm diu ageretur, cernit ab Oriente lucem; quam lucem ſecutus Angelus, ad ipſum, vbi in oratione iacebat in medio malignorum ſpirituum, peruenit, magnâ auctoritate agmini nefando præcepit, vt diſcederent, nihilque tentationis & terroris ei vltrà inferre auderent. Diſcedentibus itaque hoſtibus prædictus eum Angelus amicabiliter conſolatus, diſceſſit: atque ab ipſo die (vt vir venerabilis referebat) nil terroris vltrà à malignis ſpiritibus ſuſtinuit.

iis pulſis, ab Angelo recreatur:

9 Accidit

AVCTORE ANONYMO, EX CHRISTOPH. HARTMANNO.

9 Accidit etiam poſteà, vt quidam Frater de prædicto monaſterio *e* eum viſitationis gratiâ adierit. Quem benignè ſuſcipiens, cum ſociis qui cum illo venerant, cuncta, quæ hoſpites decebant, quantùm poſſibilitas permiſit, benignè exhibuit. Cùm verò iam tempus veſpertinũ veniſſet, & ſidera ſplendentia ſuaderẽt ſomnos, refecerunt ſe dulcibus collationum colloquiis, atque poſt Completorium ierunt dormitum, in loco ſeparato Frater qui aduenerat, ſeorſum etiam eius comites; nec non & ipſe venerabilis vir in priuatâ manſiunculâ. Paullulùm ergo reficiens corpuſculum ſomno vir Dei ſurgit, atque aſſuetis incubat peruigil precibus. Prædictus etiam Frater, licet in ſtrato *f* quieſceret, penè inſomnem duxit noctem. Dum autem huc vel illuc curiosè verteret oculos, cernit puerum in albis veſtibus ab ipſo oratorij loco progredientem, miræ pulchritudinis, vt ei viſum eſt ætatis ſeptem annorum, qui ingreditur ad virum ipſum Dei, & cum eo orante *g* orabat, & diuerſa cum eo loquebatur. Cuius collocutionis licet prædictus Frater vocem audiſſet, ſenſum tamen eiuſdem vocis non percipiebat. Qui etiam puer ipſi Fratri plenè vigilanti aſtitit, atque de quibuſdam monuit quæ omnino Frater ille ſibi interdicta eſſe, ne in palam proferret, dicebat. Supprimo multa, breuitati ſtudens quæ de eo miranda plurimorum narratio certa demonſtrat.

e hoſpitalis.

f adſtante Angelo noctu orat.

g

a *Hic Hartmannus in quarendis nouis ſedibus comites illi addit Bollinganos monachos, qui eum viſerant; dumq; hi in amne Sillâ piſcantur, (quem Bruſchius & Cruſius* Sylium *vocant) deueniſſe eum ad planitiem, amne, qui dein* Alba *dictus, irriguam, vbi & ſcaturigo vberrima & limpidiſſima aqua, quam* Deiparæ Matris fontem *modò nuncupant. At piſcationem veriſimilius eſt, vt hic in vitâ traditur, in primo receſſu contigiſſe.*

Pons Deiparæ.

b *Aſportaſſe ſecum è veteri ſuâ in Ecelio cellâ ſcribit Hartmannus & vita Germanica, ex Augiæ Annalibus, Regulam S. Benedicti, ſcriptæ Caſſiani, Miſſale, librum homiliarum.*

c Hildegarda *legendum monet Hartmannus, itaq; habet vita Germanica. Et hanc aiunt* Ludouici Germanici *Regis filiam,* Pij *neptem fuiſſe; cui tum pater ſuus ſanctimonialium cœnobium, vulgò* Fravvenmunſter *dictum, ædificabat,* SS. Felicis, & Regulæ, *veneratione celebre; quod & amplè dotauit, vt ex diplomate patet dato* XII. Kal. Aug. anno Chriſto propitio XX. regni Domini Hludouici Sereniſſimi Regis in Orientali Franciâ, Indict. I. in Regenſpurg; *quod Hartmannus recitat, ſed non animaduertit annos Regis & Indictionem non congruere. annus Chriſti* 860. *erat Ludouici Germanici* 20. *ſecundo iam menſe inchoatus, Indictio verò tum agebatur* 8. *Sed facile in numeris mendum. Hartmannus annum* 20. *Ludouici ſumit pro Chriſti* 861. *qui dimidiatus ad annum* 20. *regni eius pertinebat: ſed & tum IX. erat Indictio. Aſſi infrà diſcemus, ambiguum eſſe vnde Ludouici auſpicandi anni ſint.*

Hildegardæ Abbatiſſæ.

d Cellam *nimirum,* & propè ſacellum, quod ipſe Virginis Matris nomine & titulo coluit. *Hart. & vita Germ.*

e Augiæ *nempe, quò multa ad ſpiritualem Fratrum inſtitutionem ſcripſiſſe eum, ex Augienſibus annalibus conſtat. ita Vita Germ.*

f *Eadem vita ſurrexiſſe hunc quoque de ſtrato ſuo monachum ſcribit, & tacitè progreſſum ad oſtium vſque ſacelli.*

g *Explicat id vita Germ. pſalmos alternis recitaſſe.*

CAPVT III.

Cædes S. Meinradi.

10 CVm ergo in ipsâ eremo viceſimum ſextum annum ageret, ſeruiens Domino in ieiuniis & abſtinentiâ cunctarum mundalium rerum, contigit, eo inſpirante qui ſerpentem intrauit, & per os eius protoplaſtos decepit & de paradiſo eiecit, duos homines cauſſâ eum occidendi cellam illius properare. Qui cùm veniſſent ad *a* villam quamdam in Tigurini laci littore ſitam, rogauerunt ſibi monſtrari, quæ pars peruia eſſet adeundi cellulam eius. Quod cùm eis monſtratum eſſet, maturè per noctem ſurgentes, aggreſſi ſunt monſtratum ſibi iter, agitante, qui eos impleuerat, teterrimo ſpiritu. Diu tamen erronei à recto tramite ducente ad ipſam cellam, dæmone tandem vexati quò volebant peruenerant, maximâ iam *b* parte diei elapſâ.

Conſpirant in eius necem duo latrones:

a

errant per ſiluam:

b

11 Ipſe verò ſolitis orationibus incubans Miſſarum deuotè ſolennia libabat creatori. Priùs autem quàm in ipſam cellam maligni intraſſent (quorum vnus vocabatur Richardus, eratque genere Alemannus; alter verò Petrus, qui Rhetianorum natione procreatus eſt) *c* pulli, quos vir venerandus eodem in loco nutrierat, eos in proxima venire conſpicientes, quaſi à vulpe inſequerentur, per eremum diffugerant, clamore inſolito, & ſtrepitu inaudito, ſiluam reſultante Echo complentes, ita vt etiam ipſi latrones hac de re multùm mirarentur & obſtupeſcerent, atque ad prodigium hoc pertinere, propriæ mentis decernerent iudicio.

miro omine percellun-tur.

c

12 Attamen à cœpto non diſtracti, aggrediuntur capellam, in quâ vir Dei, vt prædictum eſt, orationibus Dominum ſibi placabat profuſis, corpuſque Dominicum vt præſcius futurorum ad viaticum obitus ſui, puro corde, ac deuotâ mente ſuſceperat. Iamque vir Dei, vt ſenſit adeſſe peremptores ſuos, non tamen ſe eis ſtatim præſentauit; ſed modicùm adhuc differens clauſum oſtium ipſius capellæ non aperuit, vt aliquantiſper in oratione adhuc demorari potuiſſet. Strenuè ergo orationem cõpleuit, capſaſque ſingulas reliquiarum manu ſuſcipiens & deoſculans, commendabat agonem ſuum Domino & Sanctis, quorum reliquias complectebatur reuerenter. Hoc qui aduenerant maligni, per foramen quoddam parietis eum agentem inſpiciebant. Iamque athleta fortis Deo confortante, pugnaturus egreditur, præſentiamque ſuam non negat occiſoribus. Ac primùm ſalutationis verba ad eos proferens, pòſt intulit: O ſocij cur tam ſerò veniſtis? Quare non maturaſtis venire ad audiendum paruitatis meæ Miſſam, vt pro vobis communem Dominum deprecarer? Sed vel nunc intrate, poſcituri placabilem nobis fore Dominum, & Sanctos eius, ac poſteà reuertimini ad me, vt quid donante Deo vobis benedictionis præbere valeam, impertiar pro eius amore, ſicque complete opus ad quod agendum veniſtis. Intrantes igitur oratorium, non ad id ad quod ſuadebantur, intenti; ſed ad malum, ad quod venerant perpetrandum, continuò regrediuntur ad eum. Quibus vir Dei tunicam, & cucullam ſuam dedit, panem inſuper ac potum addidit, dicens: Hæc de manibus meis percipite, poſtquàm verò compleueritis, ad quod agendum veniſtis, poteſtis horum quæ adſunt, per vos tollere, quod cupitis. Scio enim quòd ad occidendum intraſtis, ſed vnum à vobis poſco beneficium, vt dum præſentis vitæ curſum in me terminaueritis, candelas quas inſpicitis, quas etiam ad hoc ipſum formaui, vnam ad caput meum ardentem, & aliam ad pedes ponite, & citò poſteà ab hoc loco diſcedite, ne à ſuperuenientibus, qui me viſitare ſolent, conſtringamini, pœnas luituri ſceleris veſtri.

S. Meinradus ſeſe ad mortem piè comparat.

benignè latrones excipit,

opportuna iis ſuadet:

13 Confeſtim igitur Richardus prædictus, pollutis manibus beatum virum medium comprehendit, ac tenaciter maceratum ieiuniis corpuſculum brachiis ſtrinxit, ſocioque minaciter iuſſit, vt Sanctum fuſte percuteret. Qui cùm diu eum feriendo circa latus & ſuras debilitaſſet, Sancto extendente palmas ad Dominum alter intulit dicens: O ſegnis, cur eum in caput non percutis vt plagam mortalem ſuſcipiat? Quam ſi tu tardas inferre, ego citiſſimè illaturus ſum. Confeſtimque fuſte apprehenſo ictum librabat in *d* caput vehementiſſimè. Hoc modo vir ſanctus plagatus, ſemiuiuus in terram corruit; & illi continuò in eum irruentes guttur eius ſuffocant manibus, quouſque exhalaſſet ſpiritum. Egrediente autem iam animâ, in ipſo tractu nouiſſimæ exſpirationis, tantæ ſuauitatis odor progrediens, totum cellulæ locum *e* compleuerat, ac ſi omnium pigmentorum odoramenta ibi diffuſa fragrarent.

ab iis occiditur,

d

ſuaui diuinitus diffuſo odore.

a *Vicum fuiſſe ait Vita Germanica,* Endingen, *vel* Endigen *dictum; vbi deinde oppidum Rapperſvilla cum arce conſtructum.*

b *Hinc Trithemium refellas in Chronico Hirſaugienſi ſcribentem, atque ex eo Cruſium,* noctu in cellâ ſuâ à duobus latronibus, magnam ſe pecuniam apud illum reperturos exiſtimantibus, martyrizatum.

c *Cornos duos fuiſſe habet Germanica Vita, qui infrà latrones perſecuti. at pulli gallinacei potiùs intelligendi videntur, qui vulpem timere ſoliti. Hoc prodigium aliter exponit Cruſius, ſed planè improbabiliter:* Antequàm autem, *inquit,* interfectus eſſet, ſuperuolarunt

larunt corui; quos ille Sanctus ſuam cædem reuelaturos eſſe dixit. Ipſi nil penſi habuêre, quid ſecuturum eſſet; ſed ſpe lucri occiderunt.

d *Ex hoc emendandum quod in Breuiario Conſtantienſi Lect. 6. dicitur*, S. Meinradum ſacrum caput obtuliſſe impio ferro præcidendum, fuſtibuſque percutiendum.

e Totamque ſiluam, *vt habet Vita Germ.*

CAPVT IV.

Sumptum de homicidis ſupplicium.

14 POſteà verò nudauerunt eum veſte quâ erat indutus, & portantes poſuerunt in lectum, quo vir
b a Dei requieſcere ſolebat. Nudo *a* ſuppoſuerunt *b* filtrum, ſupponentes etiam & quædam fragmenta, atque, vt viuens vir Dei rogauerat, candelas ſumpſerunt, vnam ponentes ad caput; cum aliâ currebant ad ipſam capellam, lumen inde allaturi, quod in eodem oratorio iugiter ardebat. Repedantes verò ad corpuſculum defuncti, inuenerunt clarè ardentem, quam poſuerant candelam extinctam. Tantus autem eos continuò inuaſit timor, vt nihil contingere de rebus ad altaris officia pertinentibus auderent. Veſtes ac ſtramenta quædam lectuli eius ſumentes, feſtinè repedabant, vnde digreſſi ſunt.

Candelâ cælitus accensâ,

territi, fugiunt homicidæ,

15 Eis autem inde fugientibus, corui, qui more ſolito ad famulum Dei viuentem venire conſueuerant, ac præbendam de manibus eius ſuſcipere, quaſi vindicare cupientes extinctum, ſequebantur latrones, vocibuſque grandiſonis replebant ſiluas, & quàm proximè poterant capitibus eorum aduolantes, prodebant perpetratum nefas. Non multùm pòſt ipſi maligni *c* comprehenſi ſunt, & quod occultè perpetrauerant, patefactum eſt ſcelus, nolente Deo differri peccati pœnam, quam meruerant in occiſione ſerui Dei. Etenim Iudicibus & populo Chriſtiano ſub Comite Adalberto eos ad hoc decernentibus, viui incenſi ſunt.

inſectantibus coruis Sancti alumnis,

c ſupplicio afficiuntur.

16 Candela autem quam ad caput viri Dei poſuerant, & quæ cælitus accenſa eſt, ardebat vſque ad ſtramenta, quæ ſuperpoſita fuerant defuncto corpuſculo. Quorum etiam partem ipſe ignis inuaſit, & peruenit vſque ad membra defuncti. Quæ dum attigiſſet, ſicut diuinitus accenſus fuerat, ita etiam Dei nutu extinctus eſt. Illicò autem diffamatur de morte eius. Quâ compertâ, venerabilis Abbas *d* Waltherus, & Fratres ſub ipſo degentes, corpus viri Dei ex ipsâ eremo auferentes, atque ad monaſterium Augiam deferentes, *e* ibi digno ſepelierunt honore. Paſſus eſt autem ſanctus Martyr duodecimo Kalend. Februarij an. ab Incarnatione Domini octingenteſimo ſexageſimo tertio, regnante Ludouico Rege in Orientalibus Francis, *f* anno viceſimo octauo regni eius.

Miraculis clareſcit S. Meinradus:

d vehitur Augiam.

AVCTORE ANONYMO, ex CHRISTOPH. HARTMANNO.

a Superpoſuerunt *legendum videtur, itaq; exponit Vita Germanica.*

b Linteum, & villoſæ veſtis aliquid, *habet eadem Vita.*

c *Operæ pretium eſt è Germanicâ vitâ, quâ ratione comprehenſi fuerint, exponere. Cùm ſcelere perpetrato è ſiluâ, perſequentibus coruis, ſeſe nefarij homines proripuiſſent, veniſſentq; in VVolrauu vicum, faber lignarius, cuius prolem vnam è ſacro fonte S. Meinradus ſuſceperat, quiq; ipſi tugurium & ædiculam ſuis manibus fabricârat, coruos agnouit: & flagitij quidpiam ab hominibus, quos ita illi exagitarent, commiſſum ſuſpicatus; fratrem rogat, vt quò ij euadant ſpeculetur: ipſe ad Meinradi cellam celeriter euolat, rectène cuncta ſe habeant exploraturus. Vix ſubierat ſiluam, cùm ſuauiſſimum percipit odorem. Cellam ingreſſus, Sanctum trucidatum videt, atque accenſos vtrimque cereos. Tum verò celerrimè domum recurrit, & coniugem alioſq; honeſtos ex eodem vico homines mittit, qui funeri adſint. Hi reperêre à candelis quæ ad Martyris corpus arſerant, ad imum abſumptis, proſerpſiſſe ignem, & veſtis partem, quâ id tectum erat, corripuiſſe, aſt vltrò deinde extinctum. Sequitur intereà faber fratrem ac latrones, viâ Tigurinâ, quà abiiſſe eos didicerat. Poſtridie tandem in vico iuxta Tigurum fratrem ac homicidas illos inuenit in tabernâ meritoriâ; coruos itidem immani crocitatione ingerentes ſuum impiùs ſcelus, per feneſtras inuolantes, cibum potumq; ex eorum excutientes manibus, atque vnguibus & roſtris vultus eorum impetentes. Loco etiamnum* Ad coruos *nomen eſt. Fabro deferente, coniecti in vincula ſunt, flagitijq; ſeriem omnem confeſſi, Comitis Adelberti Iudicis, ac totius populi ſententiâ, rotis primùm alligati, cùm tibiæ ius ac brachia confracta eſſent, cum ipſis rotis cremati ſunt, ipſiq; in profluentem abiecti cineres, ne quid impiorum hominum iſtorum illic ſupereſſet. Nec ipſi à tribunali corui abiêre, donec peractum ſupplicium fuit. Ex his corrigas quæ ſcribit Martinus Cruſius Annal. Sueuicor. lib 2. parte 2.* Sedentibus poſteà Tiguri ante cauponam; alter eorum, viſis ſuperuolantibus coruis, En Meinradi, exclamat ridens, corui. Quo à prætereunte quodam audito, Magiſtratuique indicato *&c.*

Coruis homicidas inſectantibus,

cædes cognita,

funus curatum,

ſumptum de illis ſupplicium.

d Waltherium *nominat Vita Germ.* Valtherium *Hartmannus.*

e *At* cũ ex Eremi cellâ, ad eum quẽ principiò incoluit Ecelij locum *corpus ſacrum* preduxiſſent *Augienſes*, quocumque conatu adhibito, quâ vehebatur, rhedam ſitu dimouere nequiuêre. Itaque facto conſilio ineſtina inibi condidêre, & poſteà facultas facta eſt vltrà procedendi *&c.*

f *Si à morte Ludouici Pij numerentur Ludouici Regis anni, Chriſti 863. non niſi 23 erat, & ſic fortè ſcriptum: ſin ex quo Rex nominatus eſt, id Auctor Vitæ Ludouici contigiſſe ſcribit anno 817. At fortè ab anno 837. quo diſtribuiſſe filiis regna traditur Ludouicus Pius, ſumitur calculus; & 863. accipiendus veteri Gallico more, vt eius poſtrema pars à Kalendis Ianuarij ad Paſcha, iam ad annum 864. cenſeatur pertinere: ſicq; exiſtet vigeſimus octauus Germanici annus.*

DE B. MACCALINO

ABBATE IN BELGICA.

AN. CML I XXVIII. XXI. IANVAR.

Monaſterium eſt S. Michaëlis in Thieraſciâ, *ſiue, vt in vitâ S. Vrſmari appellatur,* Theoraciâ, *prouinciâ Galliæ Belgicæ, ad Aiſiam amnem, ſupra Hierſſonem celebrem vicum, ſub Francorum Regis imperio, ſitũ, ad vltima cõfinia Hannoniæ: cui* B. Maccallinus *ſeculo Chriſtiano decimo præfuit. Id Eilbertus condidit nobiliſſimus Comes, frater natu ſenior Gerardi Aldenardenſis Comitis, & Heriberti Comitis S. Quintini, à quibus Carolus Simplex Galliæ Rex captiuus Peronæ detentus ſub annum 927. memoratur. De eo hiſtoria VValciodorenſis fundationis anno Chriſti 1249. ſcripta, quam 30. Aprilis cum Vitâ* S. Forannani *dabimus, iſta tradit:*

S. Michaëlis in Thieraſciâ monaſterium,

Pulſatus igitur talibus tantiſque euentibus, infortunium diuerſorum caſuum corporis & animæ timere cœpit venerandus Comes, reminiſcenſque priſcæ conuerſationis enormitatem, & antiquorum contagiorum præteritam actionem, quid egerit diuturnâ meditatione cœpit meditari, & ſe reum voce lacrymabili & ex tranſactis facinoribus confiteri. Cumque iugi mœroris anxietate filij deſleret deſtitutionem, ſuæ intentionis actionem ad Dominum ſuppliciter conuertit, & in ſtudio iſtius bonæ voluntatis, ex ſui iuris proprietario, vnà cum ſua clariſſimâ coniuge Herinſinde, Archangeli Michaëlis ob honorem in Tiraſce baſilicam condidit: eoque in loco ſub tramite B. Benedicti Deo militantibus coadunatis Fratribus, ipſis Abbatem præficiens, ad vſus quotidiani victus ſtipendia conſtituit non modica, locumque illum ſub ditione & ordinatione Laudunenſis Eccleſiæ Antiſtitis conſtituit. Venerabilis autem Herinſindis coniux eius, Chriſto in eodem famulantibus ſe ſubiiciens, pietatis gratiâ ipſum frequentare cœpit, & non ſegniter ſecundùm ſuæ probitatis ſublimitatem eidem ſtuduit res neceſſarias prouidere. Et quia præconabatur manſiunculam proprij corporis ſibi ibidem fieri, haud procul ab eodem loco Virginum monialium monaſterium conſtrui plerumque diutinâ deprecatione ſupradictum Comitem implorauit; quatenus ipſe, qui principali Præpoſito cæli, ductorique animarum, Sancto ſcilicet Michaëli, ſacræ ædis erexerat faſtigium, B. Petro Paradiſi clauigero, ſuo adniſu proprioque labore componeret venerabile templum, quo Chriſti famulæ ſuarum orationum frequentiâ ipſius piacula ſuorum præteritorum

ab Eilberto Comite ædificatũ.

aliud & ſanctimonialium:

Ex variis. facinorum expiarent. Coactus itaque eius deprecatione, nec non B. Petri veneratione, à monasterio recenter ab hoc constructo, in spatio duorum milliarium in loco dicto Bocileis fundamenta iecit, erigensque structuram, peracto opere statuit templum; in quo ab eodem constituitur Virginum monialium congregatio,& quidquid talium ordo exigit. Constructis autem per ordinem mansionibus plurimis, eisdem dato pastorali baculo Abbatissam præfecit; eumdemque locum, veluti superiorem, sub regimine Laudunensis Ecclesiæ prædecessoris constituit.

in illo vxor eius sepulta: 2 *Inferiùs autem:* In tempore illo Comitissa Herinsindis piis operibus insistens, & in sanctâ conuersatione de die in diem proficiens, memoratæ basilicæ B. Michaëlis Archangeli assiduè frequentando adhæsit: in quâ haud multò pòst carne depositâ sepulturæ conditorium suscepit. *Ante verò illius obitum, Eilbertus Comes, vt ibidem narratur,* suo labore basilicæ S. Michaëlis Archangeli memorabile corpus B. Adalgisi Confessoris paullò antè acquisierat, & ipsum in eâ cum ingenti deuotione & honorationis magnificentiâ reposuerat. *S. Adalgisi vitam dabimus 2. Iunij. Corpus quoque S. Eloquij, quod* Comiti à venerabili Rodoardo Laudunensi Pontifice concessum, cultu honorabili & non mediocri deuotione Clerus ex episcopatu cum Episcopo, Comite, & clarissimâ Comitissâ, & populo terræ transtulerunt ex eo loco; & illud, non sine magnorum miraculorum opitulatione vsque ad basilicam B. Michaëlis detulêre: in quâ requieuit vsque ad diem anniuersarium suæ depositionis,quæ III. Nonarum Decembrium celebratur. *Sed hæc plenius ad S. Forannani vitam, & S. Eloquij 3. Decemb.*

depositæ ibidem corpora S. Adalgisi.

& S. Eloquij.

Isthic & VValciodori Abbas B. Maccallinus, 3 *Fuerítne tum cœnobio S. Michaëlis præfectus* Maccallinus, *haud facile est statuere; quoniam nec S. Forannanus quando primùm ex Hibernià venerit, sat constat. In VValciodorensis monasterij præfecturâ* S. Forannano *successit* B. Kadroë, *de quo agemus 6. Martij: huic* B. Makkallinus, *siue* Maccallinus,*vt alij scribunt,* Makalinus, Malcallinus, Malcallanus, Malacanus; *quæ vox Hibernica est, siue Scotica, & videtur sonare* filium Chiliani, *siue* Kalani, *aut* Kalini. *Eadem VValciodorensium Originum historia:* Surrexit deinde ex eodem contubernio nobilium Comitum (*S. Forannani nimirum*) vir vitæ laudabilis, nomine Malacanus, qui omnium assensu, annuente Episcopo Mettensi, in Walciodorensi Ecclesiâ Abbas constituitur, ibique regulariter inthronizatus,à Leodiensi benedicitur. Et quia testimonio suæ vitæ hoc commeruit, etiam in basilicâ B. Michaëlis sub eodem tempore regimen animarum,& curam omnium ibidem pertinentium, cultu dignæ venerationis Abbatis nomen sortitus obtinuit.

vir sanctus: 4 Ipse etiam in conuersatione bonæ actionis degens, & super custodiam suam inhianter vigilans, recto principalique spiritu, normam iustitiæ viriliter regebat: & ne callidus hostis detrimentum sibi ex creditis ouibus faceret, suam suorumque subiectorum actionem Domino commendabat. Tali se studio exercens, ignis ille diuinus meditatione suâ in eo vehementer accendebatur,de quo

Luc.12. 49. dicit summa Sapientia: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat? In hoc ergo ardore fidei comprehensus vltimæ labentis diei cursus eidem clauditur; annoque Dominicæ Incarnationis nongentesimo nonagesimo ex hoc mundo in basilicâ B. Michaëlis transiuit, & in eadem à Fratribus eiusdem loci, conditorio sepulturæ honorificè constructo, cum summâ diligentia sepelitur.

eius obitus, 5 *Dissentit Appendix Chronici Frodoardi ab Andreâ du Chesne tom. 2. scriptorum Francicorum edita,& 12. annis priùs tradit obiisse:* Anno nongentesimo septuagesimo octauo, *inquit,* vir Domini Malcallanus, natione Hibernicus, in vigiliâ S. Vincentij Leuitæ & Martyris vitam transitoriam, quam habebat exosam, deseruit,& cum Deo viuo, cui indesinenter dum aduiueret seruiuit, viuere feliciter inchoauit. Qui præfatus Abbas in corpore humatus quiescit in ecclesiâ B. Michaëlis Archangeli,cuius abbatiam,dum corporaliter in hoc seculo viuens mansit, pio moderamine rexit.

6 *In editione Pithœi Malcallinus dicitur; & pro* vir Domini, *adscriptum erat ad marginem,* fortè Virduni, *quod multi temerè secuti. Martyrologium Anglicanum:* Virduni in Franciâ depositio S. Malcallini Abbatis & Confessoris; qui gente Hibernus, nobili ortus genere, in Franciam traiecit, ibique monasticam vitam complexus, factus deinde S. Michaëlis Virduni Abbas, vitæ sanctitate, omnique virtutis genere, præsertim religiosæ disciplinæ obseruatione, eluxit,atque in senectute bonâ sub annum Christi 978. spiritum Deo reddidit. Corpus in eodem monasterio conditum, vbi magnâ veneratione asseruatur. *Philippus Ferrarius in nouo* SS. *catalogo:* Viroduni S. Malcallini Abbatis. *& quibusdam interiectis:* In Lotharingiâ S. Michaëlis. Ibidem S. Makalini Abbatis. *Citat pro* Malcalino *Martyrologium Anglicanum,& Frodoardum; pro altero Kalendarium Ecclesiæ Verodunensis, Flodoardum, VVionem. in VVione* Makalini *nomen non reperimus, nec in Breuiario aut Missali Virdunensi, quæ tamen & à Camerario citari arbitramur, dum 4. Octobris ita scribit:* S. Malcallinus.De eo tabulæ Virdunenses. *quæ illæ? cur eo die inscriptus eius fastis, cùm constet 21. Ianuarij obiisse? pergit, eadem, vt remur, fide:* Rexerat ante suum è Scotiâ egressum monasterium Rathmelsigi. *Arnoldus Raissius in Auctario ad Natales Molani 30. Aprilis, quo & S. Forannanum coli diximus:* In Tarrascâ,in cœnobio S. Michaëlis, natalis S. Macalini, tertij Walciodorensis ad Mosam Abbatis *&c.* *memoria in Martyrologiis.*

7 *Meliùs Benedictus Dorganius 21. Ianuarij:* S. Malcallini Abbatis. *& Hugo Menardus:* In monasterio S. Michaëlis natalis S. Malcallini Abbatis, sanctitate clari. *Idem lib. 1. Obseruat. monet vitiosè* Virduni *constitui à quibusdam, cùm nullum sit in eâ vrbe monasterium S. Michaëlis, cuius Abbas ipse* Malcalinus *dicitur fuisse.* Nisi velimus, *inquit,* intelligere monasterium S.Michaëlis,quod Hilderici Maior-domus Wilfradus, in parochiâ Virdunensi super Mosam ædificauit, iuxta Sigebertum ad an. 667. Quod situm est in vrbe quam Lothareni vocant SAINCT MIEL, *id est,* S.Michaël, diœcesis Virdunensis. *Verùm hæc coniectura satis ex iis quæ antè dicta sunt, corruit.* *Aliud S. Michaëlis monasterium in Lotharingiâ,*

8 Hildrici (*filij Clodouæi II. & S. Bathildis, qui anno 667.occisus est*) Maior-domus erat Vulfoaldus,*inquit Sigebertus ad eumdem annum.* Hic in parochiâ Virdunensi, supra Mosam, cœnobium S. Michaëlis Archangeli fundauit. *Richardus VVasseburgius Archidiaconus Virdunensis,ex ipso S. Michaëlis oppido oriundus, lib. 2. Antiquitatum Galliæ Belgicæ, illius cœnobij origines accuratè describit, partemq; recitat testamenti* Vulfoaldi, *quem* Wolfandum *vocat, in quo is fatetur se* pro animarum salute, & Dei intuitu, Domino adiuuante, monasterium cõgregationemque seruorum Dei, animo deuotissimo à nouo fundamento, in iure proprietatis *suæ,* in pago Virdunensi, in loco qui dicitur Castellionis, in fine Windimiacensis villæ,vbi in ipsâ radice montis consurgit fluuiolus, qui dicitur Marsupia, in honore S. Michaëlis Archangeli, & S. Mariæ matris Domini nostri Iesu Christi, S. Martini, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, necnon sanctorum Martyrũ, Confessorum, vel ceterorum, ædificasse. *Quæ* donatio facta est in ipso monasterio, multorum conuentu bonorum hominum, anno XV. regni Domini nostri Childeberti Regis: *is erat annus Christi 708.vel 709. Receperat se post Hilderici cædem in Austrasiam Vulfoaldus, vbi hæc aliaq; sancta agitabat consilia.* *à Vulfoado ædificatũ,*

9 Smaragdus *quartus illius loci Abbas,* (*qui Ludouici Pij vixit temporibus, scripsitq;* Diadema monachorum) *annuente Romano Pontifice in arduo situm cœnobium, eoq; & aquæ & ceteri commeatus, nisi aliunde magno & labore & sumptu subueheretur, penuriâ laborans, demolitus; nouum ad ipsa Marsupiæ riui in Mosam influentis ostia condidit, leucâ & dimidiâ à priore distans. Recitat* Smaragdi *epitaphium, quod extat etiamnum, VVasseburgius:* *nouatum à Smaragdo Abbate.*

Cùm Pius imperij Ludouicus iura teneret,
Smaragdus viguit istius Abba loci.

Qui

Qui locus humanis quòd erat minùs vſibus aptus,
Hanc procul hinc ſedem tranſtulit ille ſuam.
Cùm tamen ad regnum meruit cæleſte vocari,
Reddidit antiquo membra fouenda loco.
Scorpio iam Phœbum duodenâ parte premebat,
Sidera Theologo cùm patuêre viro.

Qui iſthic Abbates tempore B. Maccallini.

10 *Sub Stephano Abbate (quem VVaſſelargius eumdem eſſe exiſtimat, qui anno 903. factus eſt Leodienſis Antiſtes, ſeditq; ad annum 920.) cœptum, iuxta cœnobium, oppidum ædificari. Stephano ſucceſſere Haleuinus, Odo I. Sarouardus, Odo II. Albertus, Nantherus, vixitq; hic temporibus S. Henrici, & Conradi, Imperatorum, & reliquias S. Calliſti Papæ & Martyris ad ſuum monaſterium attulit.*

Correcti Ferrarius & Sauſſaius.

11 *Atque hinc refellas quod Ferrarius ſcribit S. Michaëlis in Lotharingiâ hoc die feſtum agi,* à quo oppidum S. Michaëlis in Virodunenſi diœceſi denominatur non contemnendum, *ibidemq;* S. Makalinum *Abbatem fuiſſe. Sed fœdior Sauſſaij error, hominis Galli, docti alioquin & curioſi, qui in Supplemento Martyrologij Gallicani ita ſcribit:* In Lotharingiâ S. Michaëlis Confeſſoris, cuius nomen cœnobio & oppido huius tractus non ignobili iampridem inditum, meritorumque claram perennat apud incolas memoriam, & incutit ſpecialem pro patrocinio venerationem. Ipſo die S. Malcalini Abbatis & Confeſſoris, qui prænotato S. Michaëlis monaſterio diœceſis Virdunenſis, ob clara ſanctitatis lumina præpoſitus, animas ſibi commiſſas diuinis moribus informauit; functuſque perutili regimine ad præmium ſibi paratum à Domino, cui ſeruiuit ſincero affectu, profectus eſt. *Nomen accepit Lotharingicum illud diœceſis Virdunenſis monaſterium à S. Michaële Archangelo, non à Michaële Confeſſore nulli veterum noto. Nec ad illud B. Maccallinus Abbas pertinet, ſed ad Tieraſcenſe diœceſis Laudunenſis cœnobium, eiuſdem ſanctiſſimi Archangeli nomine dicatum.* Ex VARIIS.

12 *Ceterùm VValciodorenſes in prouinciâ Namurcenſi aſceta, qui ſuum fuiſſe Abbatem* Maccallinum *tradunt, eum tamen neque officio Eccleſiaſtico, neque omnino publicâ veneratione colunt; niſi quòd in catalogo Abbatum, priores duo, Forannanus & Kadroë,* Sancti *appellantur; Maccallinus,* Diuus; *ceteri,* Domini. *Ipſum Eilbertum Comitem* Beatum *prædicat Arnoldus Raiſius in Auctario ad Natales Molani 28. Martij. Alius quidam memoratur* Maccallinus, *ſiue* Maculinus, *Hibernicus Antiſtes, cuius vitam MS. legimus, ſed admirandis planeq; incredibilibus prodigiis refertam: neque natalem eius vſpiam expreſſum reperimus.*

DE S. SYNALDO,

TREVIRIS IN GALLIA BELGICA.

XXI. IANVAR. IOannes Scheckmannus *in Epitome geſtorum Treuirorum libel. 3. titul. 10. enumerans reliquias anno 1513. 13. Aprilis in altari S. Nicolai eccleſia maioris repertas, inter alia hæc habet:* Item brachium de S. Synaldo, cuius feſtum celebratur viceſimâ primâ die Ianuarij. *Nihil nos de eo alibi comperimus.* *S. Synaldi reliquiæ.*



XXII. IANVARII.

SANCTI QVI XI. KAL. FEBR. COLVNTVR.

S. Vincentius, S. Orontius, S. Victor, S. Aquilina, mater S. Victoris, N. pater } Martyres, Gerũdæin Hiſpaniâ.

S. VINCENTIVS, Archidiaconus Cæſaraugustanus, Martyr, Valentiæ in Hiſpaniâ.

S. Orion, S. Memnon, S. Hermes, S. Ianuaria, S. Techus, & alij, } Martyres.

S. Ianuarius, S. Mucius, ſiue Minutius, S. Saturus, S. Bellicus, } Martyres in Africâ.

S. Inuentus, & alij CCCLIX. } Martyres, Gerundæ in Hiſpaniâ.

S. Irene, ſiue Herena, vidua Roma.

S. Blæſilla, vidua Romæ.

S. Gaudentius, Epiſcopus Nouarienſis in Italiâ.

S. ANASTASIVS PERSA monachus, & alij LXX. } Martyres in Aſſyriâ.

S. Manuel, S. Georgius, S. Petrus, S. Leo, } Epiſcopi,
S. Parodus Presbyter, S. Ioannes, S. Leo, } Tribuni,
S. Gabriel, S. Sionius, & alij CCCLXXVII, & alij plurimi. } Martyres, in Bulgariâ

S. Dominicus, Abbas Soræ in Italiâ.

S. Brithwaldus Epiſcopus Wiltonienſis in Angliâ.

B. Walterus de Birbeke, Ord. Ciſtercien.

B. Gualterus Brugenſis, Ordin. Minorum, Epiſcopus Pictauenſis

---

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Anaſtaſius Abbas Suppentoniæ ad mõtem Soractem. *Galeſin. Caniſius, Carth. Colon. in addit. ad Vſuardum. De eo egimus* x I. Ianuarij.

S. Patroclus Martyr Trecis. *Notkerus. De eo egimus* XXI. Ian.

S. Epiphanius Epiſcopus Ticinenſis. *Molanus & Carthuſiani Colon. in Addit. ad Vſuardum, Caniſius, Felicius, Hæreus, aliiq;. Vitam dedimus* XXI. Ianuarij.

Deſponſationis Deiparæ Virginis celebritas *agitur hoc die in Gallicanis quibuſdam Eccleſiis, vt in ſupplemento Martyrologij Gallicani teſtis eſt Sauſſaius; plures XXIII. Ianuarij, vt ibi dicemus, alij aliis diebus, eam recolunt.*

S. Vincentius Preſbyter & Martyr *memoratur hoc die in Bedâ vulgato, & Galeſinio. Plures huius nominis Martyres occurrunt; hic quis ſit, an à ceteris diuerſus, ſtatuere non poſſumus.*

S. Primitiua Martyr *cum SS. Victore, Vincentio, Orontio & aliis, Ebreduni paſſa memoratur in MS. Florario. Sed veremur vt alia ſit à* S. Aquilinâ *S. Victoris matre, de quâ infrà agetur.*

S. Cauentius, S. Caliſſus, } Confeſſores. *MS. Florar. nihil adhuc de iis alibi legimus.*

S. Vlphus Martyr Archiaci in diœceſi Trecenſi. *Maurolycus, Sauſſaius, Ferrarius, & hic Felicium citat, in quo de eo nil reperimus. Mirum eſt diligentiſsimum Nicolaum Camuzatum eius non meminiſſe, cùm de Arceiaco, atque iſthic interfecto* S. Balſemio, *prolixè agat: ideò tantiſper omittimus.*

Maximus Philoſophus, deinde Epiſcopus Conſtantinopolitanus. *Galeſin. Ferrar. Martyrologium Germanicum. Hic eſt* Maximus *ille* Alexandrinus, *de quo agit S. Hieronymus lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis c. 127. qui egregius impoſtor fuit, vt patet ex S. Gregorio Nazianzeno, & Baronij Annalibus, ac poſteà in hæreſim Apollinaris lapſus.*

Theodelinda Regina Longobardorum religioſiſſima, *hoc die refertur à Ferrario in generali catal. Sanctorum. Extat eius, &* Gundebergæ *filiæ vita tom. 1. Bauariæ ſanctæ. Neutra, quod adhuc compererimus in publicis Calitum faſtis celebratur.*

Blidrannus, *ſiue* Blidianus, XXXIX. *Viennenſis Eccleſiæ Epiſcopus,* Beatus *prædicatur à Sauſſaio, Ioanne Boſcio in Bibliothecâ Floriacenſi, Ferrario, Ioanne Chenu. Claudius Robertus eum illi titulum non tribuit, vti nec Ado, aliiq; plures. Eccleſiæ Viennenſis tabulas non vidimus.*

Henricus de Weys, dominus de Beerem, miles ſtrenuus, ac deinde Conuerſus ordinis Ciſtercienſis in Villari Brabantiæ cœnobio, ſanctitate conſpicuus, *exceſsiſſe hoc die traditur in Menologio Ciſtercienſi Chryſoſtomi Henriquez, qui* Beatum *nuncupat; Sauſſaius inter Pios numerat. Calẽdarium Ciſtercienſe Diuione editum XXV. Ianuarij eum refert.*

Franciſcus Mareſme Catalaunus, triceſimus Ordinis Carthuſiani Generalis *hoc die obiit anno 1463. teſte Claudio Roberto, qui* Beatum *prædicat, vti & Sauſſaius.*

Smaragda, *ſiue* Euſtochium, Virgo Meſſanenſis, *hoc die refertur, &* Beata *prædicatur ab Octauio Caietano noſtro, & Ferrario, vt diximus XX. Ianuarij, vbi & cauſſam dedimus, cur eius adhuc omiſerimus vitam.*

S. Timotheus Epiſcopus Epheſinus. *Vſuardus, Bellinus, Maurolycus, Galeſinius, Menæa, & Menolog. Nos cum Martyrologio Romano* XXIV. Ianua.

S. Theorithgida Virgo in Angliâ. *Hugo Menard. at Martyrolog. Anglicanum.* XXVI. Ianuar.

S. Valerius Epiſcopus Cæſaraugustanus, Valentiæ. *MS. Martyrologium S. Hieronymi, & MS. S. Maximini Treuiris. Nos de eo agemus tum in Actis S. Vincentij hîc, tum infrà* XXVIII. Ianua.

S. Bertulphus Confeſſor in Blandinio. *MS. Florarium, Martyrol. Colonien. & Carthuſiani in addit. ad Vſuardum. Videtur ſecunda eius tranſlatio hodie facta. Vitam dabimus* V. Febru.

S. Papiæ

S. Papiæ Episcopi Confessoris Translatio. *MS. Florar. Est hic fortassis Hierapolitanus in Phrygiâ Episcopus, de quo agemus* XXII. Febru.

S. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici, Translatio prima, *hoc die consignata est in MS. Florario. De eâ agemus ad illius vitam* VII. Martij.

S. Quintilianus,
S. Cassianus,
S. Matutinus,
S. Publius,
S. Vrbanus,
S. Martialis,
S. Faustus,
S. Successus,
S. Felix,
S. Paulus,
S. Petrus,
S. Ianuarius,
S. Primitiuus,
S. Ebotus,
S. Cedianus,
S. Optatus,

Martyres. *Ita MS. Martyrol. S. Hieronymi:* XI. Kal. Spaniâ ciuitate Valentiâ S. Valerij Episcopi, & Vincentij Diaconi, & aliorum XVIII. Quintiliani, Cassiani *&c. eosdemq; recensetMS. Dungalense. Suspicetur quis fortassis lictores esse, qui in martyrio* S. Vincentij *conuersi narrantur: ast iisdem omnino nominibus, pauculis exceptis, appellantur Cæsaraugustani illi Martyres, à Prudentio celebrati, qui coluntur* XVI. April.

S. Fronto,
S. Iulius,

S. Adalgisus. *Camerar. qui Mireum citat, cùm Mireus in fastis Belgicis, vti & Molanus, ceteriq; eum referant, & rectè, ad* II. Iunij.

S. Erlulphus Episcopus Verdensis. *Ferrarius. Nos de eo & sociis agemus* I. Augusti.

SS. Sauini & Felicis ecclesiæ dedicatio. *Saussaius in appendice Martyrologij, ex veteri MS. Martyrologio monasterij S. Sauini in montibus Pyrenæis, diœcesis Tarbensis. Quis hic sit* Felix, *nos latet.* S. Sauini Translatio *solennis agitur* V. Aug.

S. Mederici Presbyteri Translatio *aliqua hoc die facta, vt Hugo Menardus, Iacobus Breulius libro tertio Antiquitatum Parisin. & Saussaius tradunt. De eâ agemus ad eius vitam* XXIX. Aug.

Ioannes de Leewis locus Viridis vallis, vir piissimus, *ab Arnoldo Raissio in Auctario ad Natales SS. Belgij hoc die refertur; ab aliis V. Februarij; à pluribus, vnà cum Ioanne Roesbrochio* II. Decemb.

B. Iutta Virgo, S. Hildegardis magistra, *à quibusdam hoc die refertur; à pleriſque* XXII. Decemb.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

VINCENTIO, ORONTIO, VICTORE, AQVILINA huiusque marito,

GERVNDÆ IN HISPANIA.

SVB DIOCLET. XXII. IANVAR.

Vbi passi sancti Martyres.

Bredunum, *siue* Ebrodunum, *metropolis est* prouinciæ Alpium maritimarum, *Gallis nunc vulgò* Embrun, *vel* Ambrun; *sita ad Druentiam amnem, qui inter Auenionem & Tarasconem præceps in Rhodanum delabitur. In eâ vrbe sancti Martyres* Vincentius, Orontius, Victor, *coluntur: non isthic tamen fidei certamine perfuncti, sed apud Gerundam vrbem Hispaniæ Tarraconensis, vt ex Actis, quæ hic damus, patet. Quibus ex Actis refellas quoque Chronicon Hispanienſe, quod Flauio Dextro perperam tribuitur; in quo ad annum 308. ista habentur:* Apud Pacem Augustam Anæ flumini appositam, triumphus sanctorum Martyrum Vincentij, Orentij, & aliorum: quorum corpora ministerio Angelorum ad vrbem Ebredunum constiterunt, Pontio Paulino Pontifice diuinitus admonito. *At siue ad* Anam *sita* Pax Augusta *fuit, vbi hodie* Badajoz, *vt multi censent; siue eadem quæ* Pax Iulia *fuit, in Lusitaniâ à Plinio lib. 4. cap. 22. locata, quæ modernis* Beja, *superiori æuo* Pacca; *vtraque procul abest Gerundâ.*

Eorum natalis 22. *Ianu.*

2 *Horum Martyrum natalem ita celebrat Vsuardus hoc die:* Ipso die ciuitate Ebreduno sanctorum Martyrum Vincentij, Orontij, & Victoris. *Consentiunt Beda vulgatus, Ado, Notkerus, Bellinus, & plerique alij, nisi quòd addunt* in Galliis. *vti & Martyrologium Romanum:* Ebreduni in Galliâ sanctorum Martyrum Vincentij, Orontij, & Victoris, qui in persecutione Diocletiani martyrio coronati sunt. *Expressiùs Martyrologium Germanicum:* In Galliis, ciuitate Ebreduno, sanctorum Martyrum Vincentij, Oruntij, Victoris; qui in Hispania tempore Diocletiani crudelissimi Imperat. à Præside Hispaniæ Rufino decollati sunt. *Felicius & Martyrolog. Gallobelgicum habent Ebreduni interfectos, vitiosè. ambiguè scribit Galesinius:* Eodem die Ebreduni in Galliâ, sanctorum Martyrum Honorij, Victoris, & Horontij; qui Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, Ruffini Præsidis iussu, variè necati, martyrio coronantur. *Alij quoque in* Orontij *nomine variant, quem quidam* Horontium, *Bellinus* Honorium, *alij* Oruntium, *quidam* Ornutium, Ornontium, Orentium, Orantium *appellant.*

3 *Agitur horum Martyrum natalis Gerundæ solenniter XXX. Ianuarij, vt testis est Antonius Vincentius Domeneccus, qui alibi 30. Capituli Gerundensis de eâ re decretum anno 1522. 6. Iulij, feriâ quartâ, latum recitat. Ferrarius eodem die:* Gerundæ in Hispaniâ sanctorum Martyrum Vincentij, Orontij, Victoris, & Aquilinæ matris.

4 *Idem 22. Ianuarij* Aquilinam *quoque memorat:* Gerundæ in Hispaniâ S. Aquilinæ Martyris. *Adnotatq;* Hæc ab aliis soror S. Victoris Martyris fuisse traditur; sed Ioanni Marieta lib. 1. & 4. de SS. Hisp. mater eiusdem Victoris scribitur. *Patrem quoque S. Victoris addit Maurolycus:* Ciuitate Ebreduno sanctorum Martyrum Vincentij, Orontij, & Victoris qui eos sepelierat, eiusque patris, Diocletiano imperante, sub Ruffino Præside Hispanarum decollatorum. *MS. Florarium:* In Galliis ciuitate Ebreduno sanctorum Martyrum Vincentij, Orontij, Victoris, Primitiuæ, & aliorum anno salutis 292. nonæ persecutionis anno 16. *Videtur librarij incuriâ* Primitiua *pro* Aquilinâ *scripta. At qui* alij *isti sunt, præter vnicum Victoris parentem? Biuarius ad Dextri Chronicon an. 308. num. 14. comment. 2.* In ipsis etiam (*Martyrologiis*) desunt fratres S. Victoris, quos Dexter vocat socios SS. Vincentij & Orentij. Vide de his Moralium lib. 10. cap. 14. & Marietam 1. part. lib. 2. cap. 39. *Morales nobis hactenus visus non est. Marietta loco citato solos parentes S. Victoris, non fratres memorat.* *S. Aquilinæ & martyrii memoria in Martyrologiis.*

5 *Andreas Saussaius vnicum fratrem iungit:* Ebreduni in Alpibus maritimis passio sanctorum Martyrum Vincentij & Horontij, qui Diocletiano & Maximiano sæuientibus, feruore fidei accensi se sponte Ruffino Præsidi offerentes, & Christum magnanimiter confitentes, illius iussu capitali sententiâ plexi sunt. Quorum corpora Victor quidam Leuita, qui eos hospitio susceperat, sepeliuit: propter quod & ipse à nefario Iudice comprehensus, brachiis sibi à cubito præcisis, in eodem loco vbi & illi passi fuerant, securi percussus coronatur. Quod videns pater ipsius Victoris, qui & ipse Christianus erat, clàm fugam arripuit, sed à coniuge suâ Aquilinâ domum cùm exoratus rediisset, vnà cum altero filio pro Christi nomine paullò pòst cæsus est. *Quòd* Vincentium & Orontium

EX VARIIS. rontium *ſcribit vltro ſe Iudici obtuliſſe, &* Victori *præciſa à cubitis brachia, à Petro de Natalibus lib. 2. cap. 112. accepit, quem ſequuntur Marietta, Domeneccus, aliiq́; refragantibus Actis, quæ huic* inciſa *ſolùm brachia narrant; illos in Hiſpaniam quidem martyrij deſiderio profectos, non tamen vltro ſe Iudicis tribunali ſtitiſſe. De fratre S. Victoris malè Petrum intellexit Sauſſaius; nam ille de patre loquens,* vnà cum filio, *inquit, Victore nimirum ipſo,* capite cæſus eſt. *Idem Sauſſaius in Appendice Martyrologij, ex vetuſtiſſimo MS. Martyrologio monaſterij S. Sauini de Leuitaniâ in montibus Pyrenæis, in agro Tarbenſi, iſta habet:* Eodem die in Ebriduno natale SS. Vincentij & Victoris martyrum, qui in Grannopoli caſtro, territorio Gerundenſi, paſſi, ſed Ebriduno conditi ſunt.

An alius eorum filius ſimul occiſus.

Acta à quo ſcripta:

6 *Acta horum ſanctorum Martyrum exiſtimat Biuarius* ab Ætherio Ebredunenſi Antiſtite ſcripta. *Refellit eum ipſe Auctor infrà nu. 17. ita ſcribens:* Ætherius namque vir totius prudentiæ atque religionis, Antinciæ Eccleſiæ Antiſtes, cui Deo auctore ego indignus ſucceſſor extiti. *MS. Ripatorij pro* Antinciæ, Antimiæ *habet. Vox vtraque nobis ignota, niſi fortaſſis vel* Diniæ, *vel* Sanicij, *aut* Niciæ *ſcriptum fuit, quæ Sedes Ebredunenſi metropoli ſubſunt: & potuit ab earum aliquâ Ebredunum transferri* Ætherius, *qui Cabilonenſi concilio ſub annum 650. ſubſcripſiſſe legitur. Ea verò Acta ex vetuſto codice monaſterij S. Mariæ de Ripatorio deſcripſimus, quem Petri Franciſci Chiffletij noſtri beneuolentiâ nacti ſumus; eaq́; contulimus cum MS. Nicolai Belfortij Canonici regularis Sueſſionenſis, & Martyrum Agonibus excuſis. Agit de iiſdem Martyribus Vincentius Bellouacenſis lib. 12. cap. 38.*

Vnde hic edita.

ACTA EX VETERIBVS MSS.

Auctore Epiſcopo Gallo anonymo.

CAPVT I.

SS. Vincentij & Orontij iter in Hiſpaniam, martyrij deſiderio.

a 1 ANno *a* ſeptimo Diocletiani & Maximiani Imperatorum facta eſt perſecutio magna in ſuburbio *b* Gerundenſi in caſtello *c* Gratianopoli: & Sancti palmam martyrij dignam compleuerunt; quos in virtutum culmine erectos, diuinitas irradiauit; & ſicut ſtellæ fine vel ortu ſuo rutilant, ſic per orbem terrarum, in cunctis ciuitatibus Martyrum & Confeſſorum fides decorata præfulget, vt tantis in ſe credentibus gloriam Dominus, quam pollicitus eſt, tribuat: quò in ſeculis futuris multi gaudeant, videntes in immenſis miraculis iuſtorum facta coruſcare, & in æternum credant eos regna percepiſſe ſempiterna. Nec vllo modo potuit gentibus eſſe incognitum, quod tonitruo prophetici ſermonis fuit editum: In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

b

c

Martyres in Hiſpaniâ ſub Diocletiano.

Pſal. 18. 5.

2 Igitur dum poſt paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, glorioſiſſimi Apoſtoli Petrus videlicet & Paulus regiminis *d* Eccleſiæ principatum, & cathedram Catholicæ fidei amore rexiſſent, & per doctrinæ eorum eloquium Italica regna vſque ad Galliam *e* Comatam fidem Catholicam recepiſſent; peruenit ad beatiſſimum Vincentium & Orontium in ciuitate *f* Cimerâ eorumdem Apoſtolorum doctrina. Quâ repleti, ita eos amor religionis & ardor Chriſti perfudit; vt non ſolùm ipſi baptiſmi ſacramentum perceperint, ſed & ſuis parentibus paganis tradiderint. Nam pater eorum *g* Vicarius & mater Aurelia ſacri fontis vndâ & chriſmate ſunt perfuſi.

d

e

SS. Vincentius & Orontius conuerſi.

f

parentes ſuos conuertunt:

g

deſiderio martyrij eunt in Hiſpaniã:

3 Prædictus autem Vincentius & Orontius frater eius deſiderantes martyrij palmam, ſuum pro Domino fundere ſanguinem perquirebant. Sed dum iam Chriſti gratiâ præfulgente, totus ferè mundus lauacri gratiâ eſſet perfuſus; audientes Sancti Dei Vincentius & Orontius ſæua crudelis imperij iuſſa per *h* Rufinum Hiſpaniæ Præſidem ita eſſe data, vt Chriſtianorum fides per eius ſæuitiam in idolorum culturam conuerteretur; confirmati Trinitatis ſpiritu, vt myſticæ Diuinitatis ſacramento prædictam vrbem imbuerent, & rore fidei, *i* auctore Deo, perfunderent, ad eam feſtinarunt: cunctiſque roboratis in fide, martyrij palmam, quam deſiderabant, tandem perceperunt. Nam dum nefandus Diocletianus, *k* ſeruili genere ortus, arripuiſſet imperium, & *l* nimium cothurnitatis contra Dominum, inſtigante diabolo, eleuaret conatum; iſtam ſatellitibus ſuis præcepit inſtantiam, vt quicũque Chriſtianũ ſe eſſe confiteretur, & Iouẽ, aut Iunonem, aut Venerẽ non adoraret, hunc pœnis maceratum vitæ diſpẽdio interimerent. Et cùm ſuper omnes truculentus Rufinus Hiſpaniarum Conſularis, edoctus ad rabiem fuiſſet ita in Dei ſeruos graſſabatur, vt quotidie credentium ſe ſanguine ſatiaret.

h

multos conuertit.

i

k

l

Sauiente Rufino Præſide,

4 Tunc prædicti viri deſuper afflati, Vincentius & Orontius, ad prædictum caſtellum Gratianopolim pergentes, vbi ſedes crudeliſſimi Rufini erat, perrexerunt: & inibi Pontificem Pontium inuenerunt, qui ſe propter horrorem Rufini per cauernas petrarum abſcondebat, cum fideliſſimis Chriſtianis in Dei laudibus vacans: inter quos quidem ſanctus Leuita Victor, multis miraculis ſanctitatis præbebat exempla; ita vt perſecutiones memorati Rufini, non ſolùm non pertimeſceret, ſed etiam *m* illi obſiſteret. Hic auxiliante Chriſto hoc officium gerebat, vt hoſpitalitatem Chriſtianis & pauperibus miniſtraret.

Latentem Pontium Epiſcopum adeunt:

Victori ſæcto Diacono diuinitus immoteſcunt:

m

5 Ad huius ergo famam beati Martyres Vincentius & Orontius ad vicum *n* Rhodas, vbi iam dictus ſceleratiſſimus Rufinus Capitolium conſtituerat, peruenerunt. Vbi athleta Dei Victor, Angelo Dei ſe edocente, S. Vincentium & Orontium ſibi coniunxit; & in villæ ſuæ *o* pagum, cui vocabulum eſt Iulianum, ducens, hoſpitalitatem Sanctis de more exhibẽs, eos gaudens ſuſcepit. Et tantam in ſeruis ſuis Deus prudentiam eſſe voluit, vt dum B. Vincentius & Orontius & Victor Leuita coniuncti eſſent in Trinitatis nomine, oram illam, Chriſti procurante miſericordiâ, fide illuſtrarent, vt ferè tota patria illa diuinis laudibus reſonaret.

n

o

eos in villâ ſuâ excepit:

cum eo, Chriſtum prædicant.

a *Is erat annus Chriſti* 291.

b Gerunda *vrbs Tarraconenſis Hiſpaniæ vetuſta & locuples,* Vndâ *fluuio, Hiſpanis* Onhar *dicto, in* Thicim, *quem ipſi,* Ter *vocant, delabente, alluitur.*

Gerundæ vrbs.

c *MS. S. Sauini ſuprà ex Sauſſaio citatum,* Grannopoli. Grannolles *appellari videtur in Geographicâ Catalaunia deſcriptione. fortè à* Grano Apolline, *vti &* Aquarum-Grani *in Belgicâ, ductum nomen.*

d *Addit MS. Ripat.* Romanæ.

e Gallia Comata, *quæ &* Braccata, *eſt omnis ea quæ vltra Alpes, Belgica, Celtica, Aquitania.* Togata *dicitur, ſiue* Ciſalpina, *quæ Italiæ partem complexa.*

f *Coniicimus hanc* Cemenelionem *eſſe, ſiue* Cemenæum, *vrbem in* Cemeno *monte, haud procul Nicæâ. Ea* Cemela *quoque &* Cimella *dicitur. Et hi quoque populi comati & capillati, vt alij plures Inalpini ad confinium Liguſtici maris; quod ex Plinio lib. 3. cap. 5. & 20. liquet. Ideò hic* Galliæ comatæ *mentio facta. Atque circa eas ferè oras Gallia Italiaq́; limes ſtatuitur: vt non mirum videri debeat, ſi pòſt corpora Sanctorum* ad loca ſua in Italiam reduci *iubeantur. De hac vrbe iſta ſcribit vir doctiſſimus Iacobus Sirmondus noſter præfatione ad S. Valeriani Epiſcopi Cemelienſis homilias:* Fuit Cemelenum, ſiue vt poſterior ætas locuta eſt, Cemelium, aut Cemela, Vediantiorum in Alpibus maritimis oppidum, cis Alpem ſummam nono, ſexto vt vetus Itinerarium docet vltra Varum fluuium lapide. Cuius hodieque priſca ruderum veſtigia, nomenque haud procul Nicæâ reſtat in colle, quem Cemelam vocant. Sed Cemelium Plinius lib. 3. cap. 5. & Ptolemæus in Italiâ locant, quia Italiæ initium à Varo ducunt: Itinerarium, quia Galliam iuſtis finibus ad Alpem vſque ſummam porrigit, Galliæ adſignat. Et verò ad Galliam pertinuiſſe, fidem ſine controuerſiâ facit vetus Notitia ciuitatum Galliæ, quæ inter Alpium maritimarum ciuitates, quæ ſub Ebreduno metropoli cenſentur, ſexto loco numerat ciuitatem Cemelenenſium: & Vſuardus in Martyrologio pridie Idus Maias; quo die S. Pontij Martyris natalem in Galliis ciuitate Cemelâ, ſollemnem fuiſſe notat. *Et poſt pauca pergit idem Sirmondus:* Poſt Leonem, Leonis ipſius decreto, vt Hilari Papæ verbis epiſtolâ

Cemelenũ vrbs.

4. doce-

4. docemur, Cemelienſis ciuitatis & Nicæenſis caſtelli Epiſcopi diuerſi non fuerunt; ſed iidem Cimelienſes ſimul, quamdiu Cemela ſtetit, & Nicæenſes. Quod videre eſt in Synodo V. Aurelianēſi, cui Aëtius Presbyter directus à Magno Epiſcopo Eccleſiæ Cemelenſis & Nicæenſis ſubſcripſiſſe legitur in antiquis exemplaribus, quæ integras eius concilij ſubſcriptiones habent.

g *Ita MSS. at Agones excuſi* Lucarius.

h *Hic fortaſſis eſt Ruffinus, cuius iuſſu* S. Cucuphas 25 *Iulij interfectus eſt. In huius Actis* Barcinonenſi ciuitati præfuiſſe *dicitur: ab aliis Daciani vicarius ſtatuitur.*

i *al.* adiutore.

Diocletiani genus.

k *Aurelius Victor:* Diocletianus Dalmata, Anulini Senatoris libertinus. *Eutropius vocat* virum obſcuriſſimè natum; adeò vt à pleriſque ſcribæ filius, à nonnullis Anulini Senatoris libertinus fuiſſe credatur.

l *Agones:* nimiæ crudelitatis.

m *MS. Rip.* obuiaret.

n *Nomen retinet* Roda, *iacetq; ad* Thicim *amnem ſupra Gerundam.*

o *MS. Ripat.* oppidum.

CAPVT II.

SS. Vincentij & Orontij martyrium.

Vincentius & Orontius ſecedunt in montem, perquirente eos Præſide:

6 CVmque hoc impiiſſimus Rufinus audiſſet, iræ furore repletus, & diabolico conſilio ſuccenſus ad locum iam dicti hoſpitij, quod Iulianum dicitur, peruenit. Nec latere Dei ſeruos potuit, quòd ad palmam gloriæ ac martyrij propinquabant. Exeuntes igitur hoſpitium, in montem orandi gratiâ perrexerunt, petentes illius fortitudinis auxilium, qui numquàm derelinquit ſperantes in ſe. Tunc impiiſſimus Rufinus veniens ad hoſpitium Victoris Leuitæ, ſic ad eum procacibus verbis locutus eſt, dicens: Dic infideliſſime *a* virorum, qui Diocletiani Auguſti non ſolùm iuſſis te ſubtrahis, & eius quem Iudæi crucifixerunt confiteris te eſſe ſeruum, verùm etiam ſeductores Vincentium & Orontium hoſpitio ſuſcepiſti; dic, inquam, vbi eos tegis? vel quâ conditione præfulges, vt populum à culturâ deorum, Veneris, & Mineruæ, ad Chriſtum, quē dicis eſſe Deum, conuertas? Per ſalutem Deorum, ſi citiùs non dixeris vbi ſeductores illi Vincentius & Orontius commorentur, diuerſis te cruciatibus affligam. Sanctus verò Victor armatus vexillo crucis, ſic reſpondit intrepidus: Quos quæris, non ſeductores, ſed amatores omnipotentis Dei eſſe cognoſcas: quia credunt in Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum; qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, & natus ex Mariâ Virgine. Cui infeliciſſimus Rufinus his verbis adiectans dixit: Chriſtum, quem dicis eſſe Filium Dei, natum ex Virgine, Iudæi crucifixerunt, & morti turpiſſimæ tradiderunt: & deos meos non adoratis tu & Vincentius & Orontius, quos inuictiſſimus Imperator de auro puriſſimo figurauit? S. Victor reſpondit: Dij illi, quos Imperator tuus figurari iuſſit, ſunt operâ manuum hominum facti. Vnde & de his ſcriptum eſt: Pſal. 113. 8. Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis: à Sanctis verò, quos cupis videre, ſuper hoc quod loqueris, nihil reſponſi accipies. Verumtamen viri ſunt nobiles, ex ſemine regio prodeuntes, & docti in mandatis diuinis & legibus ſanctis, & hi conſtanter adorant Deum ſuum in monte hoc.

a

defenduntur à S. Victore, diis explosis:

erant regio ſanguine orti:

7 Cumque hæc audiſſet Rufinus Præſes, ita furore repletus in montem, vbi Sancti orabant, adſcendit. Sancti verò à longè turbæ aſcenſum conſpicientes, flexis in terram genibus Deum deprecabantur, dicentes: Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui Filium tuum vnigenitum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, natum ex Mariâ Virgine, per Spiritum ſanctum conceptum, direxiſti in hunc mundum, vt pro peccatoribus pœnam ſuſciperet, & reſurgendo nos ab inferni clauſtris eriperet; da perſeuerantiam cordi noſtro, vt confitentes Chriſtum filium tuum non pereamus; ſed illi ſociemur, confitentes in nomine ſancto tuo. Et completâ oratione eorum, vbi Rufinus Præſes peruenit ad eos, dixit: Deſcendite de monte, & loquimini mecum. Viri Dei Vincentius & Orontius, armati vexillo crucis in frontibus ſuis, & roborati in fide, dixerunt Rufino: Mons noſter Chriſtus Dei filius eſt; in quo ſemper ſumus, & in quem mentibus noſtris ſemper aſcendimus. *b* Nam tu Præſes, quid nos vis alloqui? Tunc Præſes Rufinus verbis iactabundis ſic eos adorſus eſt: Non eſt vobis incognitum, quòd ab Imperatore Diocletiano ita mihi dignitas eſt ampliata, vt vniuerſæ linguæ, meæ ſint traditæ poteſtati, & ita decretum mihi datum, vt omnem qui ſe Chriſtianum eſſe fatetur, perſequar. Vnde moneo nobilitatem veſtram, cùm Imperio propinquitate iungamini, & nobiles ſitis iuuenes ac decori, vt ſacrificetis diis Imperatoris Diocletiani: quoniam per culturam deorum iuro, ſi acquieueritis verbis meis, ampliores vos faciam *c* adauctâ poteſtate, vt maiores quàm ego ſeruiatis Diocletiano Auguſto. Tunc verò Sancti illi quaſi vno ore dixerunt: Tu infeliciſſime Rufine, quid nos adorare fruſtrà compellis? Dij illi, quos dicis Cæſaris & tuos eſſe, manu facti ſunt. Omnes enim aurei aut argentei vel lapidei ſunt, aut ex alio metallo. Omnia iſta vana ſunt, & ſicut vmbra præteribunt. Nos in Deum credimus cæli & terræ creatorem, viſibilium & inuiſibilium factorem; qui & idola poteſt cōminuere, & nos in ſempiterna regna viuorum perducere, vbi nec finis gaudij, nec vitæ iuſtorum vllus terminus inuenitur.

Ex MSS. *& ſigno crucis.*

b

c Præſidis blanditias contēnunt:

8 Rufinus Præſes dixit: Putaui me cum prudentibus loqui; ſed, vt video, nihil ſanum ſapitis; quapropter vehementer iraſcor. Sed rurſus nobilitatis veſtræ ratione commoueor, & ſpecioſitatis veſtræ miſereor. Tamen iubeo vt adoretis Ioue, quem adorat Diocletianus Imperator & ſacris *d* oblationibus veneratur. Quòd ſi non conſenſeritis verbis meis, mortem crudeliſſimam patiemini. Beati verò iam non intendebant ad eum, ſed vnanimiter pſallebant, hæc & his ſimilia orantes: Domine Ieſu bone, intentio noſtra tu es, ad quem expectamus venire: cuius ardorem concupiſcentes, ſanati ſunt omnes languentes. Tu es reſurrectio & vita: ſuſcipe diffuſum & largum cor noſtrum ad te: quia in te ſperantes non confundentur in æternum.

d

nec eius verbis attendunt:

plectuntur capite.

9 Cumque hæc profundo & humili corde taciti orarent, & vox foris non reſonaret, ait illis Rufinus Præſes: Quid cogitatis intra vos ipſos? protinus edicite. Cui ſancti viri reſponderunt: Fac quod tibi placitum eſt; nos autem in Deum viuum & verum & in Ieſum Chriſtum filium eius confidimus, qui nos ſanguine ſuo pretioſo redemit. Ad hæc dicta dedit ſententiam Rufinus, vt vterque capitis pœnâ plecteretur. Vbi igitur deducti ſunt in planitiem, amborum capita abſciſſa ſunt, & ſic palmam martyrij compleuerunt.

a *MS. Rip.* Deorum. b *al.* Dic nobis hîc, quod *&c.*
c *MS. Rip.* potentiæ lucris. d *Idem,* excubiis.

CAPVT III.

Victoris & parentum cædes. Vincentij, Orontij, Victoris auecta Ebredunum corpora.

Recondunt̃ur Sanctorum corpora:

10 PRædictus autem Diaconus Victor, cuius ſuprà fecimus mentionem, cum lacrymis & fletu magno collegit corpora Sanctorū, & abſcondit in cubiculo ſuo. Cumque hæc beatiſſimus *a* Pōtius, loci illius Epiſcopus cognouiſſet, benedicebat Deum, dicens: Domine Ieſu Chriſte, fili Dei Regis æterni, qui dixiſti: Ego ſū, & alius præter me non eſt; reuela mihi ſeruo tuo per ſeruos tuos agone certaminis conſummatos, Vincentium & Orontium, qui pro nomine tuo dignum martyrium perceperūt, vbi corpora eorum ſuſcipiantur. Cumque pernoctaret in Dei laudibus, & paullulum ſomni irrepſiſſet; vidit Dominum Ieſum in veſte fulgenti, dicentem ſibi: *b* Scio quia, tibi mens religioſa eſt: fac vehiculi plauſtrum, vt corpora Martyrum meorū Vincentij & Orontij ad loca ſua in Italiam reducantur. Sanctus autē Pontius vocauit Victorē Leuitam & dixit ei. Exaudita eſt petitio

a Deut. 32. 39.

iubentur versùs Italiam reuehi.

b

Ex MSS. titio mea, quam poſtulaui à Domino. Mihi reuelatum eſt, quod cupiebam. Vade, fili, in villam quæ dicitur Fontes; & applica vehiculum, vt iuxta Dei beneplacitum
c d c reducas corpora Sanctorum in loca à d Deo illis aſſignata.

e 11 Rufinus autem Præſes tunc in e ciuitate Rhodas morabatur: qui cùm audiſſet, quòd Victor Leuita iuſſionem S. Pontij Antiſtitis vellet exequi, ſtatim ad pagum Iulianum miſit, & requiſiuit vbi Victor Leuita eſſet. Qui cùm corpora Sanctorum viſitaret, comprehenſus eſt à miniſtris Rufini: & cùm adducerent eum ante Præſidem, dixit illi Præſes: Feſtina diis ſacrificare. nonne & tu etiam Chriſto ſacrificas? Reſpondit Victor, & ait: Domino meo filio Regis regum ſacrifico, & non
f tuis diis. Qui ſtatim iuſſit f incidi brachia illius, & caput eius amputari, & amputatum eſt caput eius in eodem loco, vbi Sancti fuerant decollati.

12 Pater verò B. Victoris Diaconi & Martyris, vt vidit filij ſui ſanguinem effuſum, voluit fugam arripere: ſed Aquilina mater ipſius Victoris apprehenſum maritum ad ſe traxit, & complexatum pallio ſuo cooperiens caput eius, dixit illi: Stemus fortiter in fide & moriamur pro Chriſto. Et illic Chriſto genua flectentes orabant. Quorum, dum orarent, gladiator iuſſus abſtulit amborum capita. Sicque Beati quinque beato fine dormierunt in Domino. Ruffinus verò perrexit in ciuitatem quæ dicitur Gerunda.

g h 13 g Quidam, h Hactor nomine, qui iuſſionem S. Pontij Pontificis erat impleturus, repoſuit corpora parentum S. Victoris. Et cùm plauſtra præparata eſſent, tres glorioſiſſimos Martyres Vincentium, Orontium & Victorem Leuitam plauſtris imponens, iunctis bobus, diſpoſitâ viâ, cum tribus corporibus perrexit itinere hactenus ignoto & cum plauſtro inconſuetudinario itinere, iuuante Domino, profectus eſt; donec iuxta ciuitatem Ebredunenſem perueniret. At vbi prope muros
i ciuitatis eiuſdem (quæ ponitur in capite i Alpium maritimarum) peruenit, tugurium paruulum aſpexit non longè. Tum quidem corpora Sanctorum in ipſo loco placuit requieſcere, & adhuc in ipſo tugurio nullus erat ſepultus.

14 Erat autem loci illius Preſbyter, nomine Arator, venerandæ fidei, qui vacabat in Domino. Hic videns carra & boues mugientes, & plauſtra cum corporibus ferre vltra non valentes, crebrò voluebat animo, quidnam eſſet. Currens verò ad Epiſcopum ſuum, qui loci illius multis miraculis præfulgebat, nomine
k k Marcellinum, lamentantibus verbis locutus eſt, dicens: Vidit ſeruus tuus grande miraculum, quod Dominus ad tuam ſanctam Sedem perduxit. Cui Pater Marcellinus Epiſcopus reſpondit: Quid eſt, frater Arator? Et ille ait: Sunt
l tria l carra boum, onerata tribus Sanctorum corporibus, qui martyrium compleuerunt in Domino. Deportantes verò dicunt ſe ad Italiam pergere, ad quamdam ciuitatem quæ Cimera dicitur. Vbi autem venerunt ante tugurium Iudæorum, vbi crypta quædam lapidibus quadris & pretioſis marmoribus conſtructa eſt, affixa ſunt plauſtra, boueſque mugientes & volentes trahere plauſtra, nequaquàm præualent.

15 Tunc beatiſſimus Marcellinus orauit dicens: Perſcrutator omnium Deus æterne, qui ſcis & potes dominari omnia, da huic ciuitati ſalutem magnam, & corporibus Sanctorum ambitum ciuitatis decora. Et dictâ oratione, venit ad locum ante tugurium. Interrogauit namque Hactorem, quinam eſſent: & ille expoſuit quæ fuerant geſta. Tunc beatiſſimus Marcellinus præfulgens multis virtutibus, ſimilitudinem Abrahæ geſtâs, ſicut ille ab Ephron emit agrum, ita & huic fuit eloquium. Nam ab Arrio petiuit tugurium, dicens: Duplicem pecuniam, quam crypta hæc valet, probatam recipe. Ibi enim corpora Sanctorum placibile eſt ſepeliri. Nam ibi locum elegerunt, quo quieſcant in Domino. Quod Arrius vetare non valens, dixit Pontifici: Hunc locum, ſine precatio ad Sanctos Dei ſepeliendos accipe, & me confitentem Filium Dei viui, cuius virtutem m in calice per ve- m
xillum crucis ſolidato oſtendiſti, baptiſmi rore perfunde.

16 Sanctus verò Marcellinus Epiſcopus conuocatis monachis & conciuibus Chriſtianis, Sanctorum corpo- clarens miraculis.
ra cum laude & pſallentio humauit ſepulchris, & in tugurio tumulauit. Vbi tanta Dominus miraculorum inſignia facit, atque quotidie dignatur operari virtutes, vt ægrotis tribuat medicinam, & in vrbe, quâ conditi ſunt, languentes gaudeant ſe recepiſſe ſanitatem. Hactorem denique diligenter beatiſſimus Marcellinus redire fecit ad S. Pontium. Qui Hactor per ordinem, qualiter corpora Sanctorum à B. Marcellino ſuſcepta fuerant, enarrauit.

a *Franciſcus Padilla ſcribit ignorari cuius Sedis hic* Epiſcopus *fuerit.* Pontius Paulinus *appellatur in Chronico Dextri. Rudericus Carus de S. Paulino Nolano accipit, &*, Quid nunc, *inquit,* cum Pontio Paulino nondum nato? *& coniicit id poſtea* ſucceſſu temporis geſtum. *colligitur id ex* S. Marcellini *ætate, vt mox oſtendemus. Nihil tamen neceſſe eſt hunc* Pontium *Nolanum ſtatuere. Biuarius in indice Ebredunenſem Epiſcopum facit: ſed refellitur ex Actis.*

b *MS. Rip.* Catholice vir Dei.

c *Fallitur ergo Petrus de Natal. dum ſcribit:* Horum omnium corpora Pontius Epiſcopus, diuinâ reuelatione commonitus, *plauſtro* impoſita, ad loca priſtina Italiæ deferebat, *&c.*

d *MS. Rip.* genialia. e *Idem,* vico.

f *Vincentius Bellouac.* ſcindi. *alij,* à cubitis præcidi. *Videntur, vt ſæpè aliis, gladiis, cultru, ferreis vnguibus, alioue id genus inſtrumento, inciſa; non omnino abſciſſa.*

g *Sequentia vſque ad finem Actorum in excuſis Agonibus multò breuiùs ita narrantur:* Quidam autem, Hactor nomine, iuſſionem S. Pontij Pontificis erat impleturus: tres glorioſos Martyres Vincentium, Orontium, & Victorem Leuitam plauſtris impoſuit, iunctis bobus; & perrexit versùs Italiam, donec ad ciuitatem Ebredunenſem peruenerit: & haud procul ab vrbe, ita volente & diſponente Chriſto, bobus & plauſtris immobilibus quieuerunt Sanctorum corpora; vbi & venerantur, ad gloriam eius pro cuius honore paſſi ſunt, qui cum Patre & Spiritu ſancto eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

h *al.* Auctor.

i *Ea mari Ligustico incumbunt, vnde & maritima dicta. Ferè ab vrbe Genuâ Occaſum versùs, vltrà* Varum *amnem, protenduntur: ad Septemtrionem* Veſulo *monte, Cottiisq; Alpibus terminantur.* Alpes maritimæ.

k *Colitur* S. Marcellus, *ſiue* Marcellinus, *Ebredunenſis Epiſcopus* 20. *Aprilis; qui cùm à S. Euſebio Vercellenſi conſecratus diceatur, hic verò à Iulio Papâ creatus Epiſcopus; ſuſpiceris hanc Martyrum tranſlationem, non ſtatim vt interfecti ſunt, ſed multò pòſt, nimirum Valentiniani, aut fortaſſis Theodoſij ſenioris, tempore. Sed ſi eum Martyribus vixit Pontius, quàm eum longæuum fuiſſe oporteret?* S. Marcellinus Ep. Ebredun.

l *Ita MS. Ripat. at Belfortius ex codice Longpontico,* plauſtra.

m *Hoc miraculum plenius in S. Marcellini vitâ commemoratur.*

CAPVT IV.

Vnde Acta ſcriptor acceperit. Varia Sanctorum miracula.

17 SEd quid referam, ne pigris lectoribus faſtidium generem? Quantâ inibi Dominus virtutũ gratiam oſtendit, vbi Sanctorum reliquiæ conditæ referuntur, verbis explicare non valeo. Sed, ſicut dicit B. Ioannes Euangeliſta, quod audiuimus loquimur, & quòd vidi- 1. Ioan. 1.
mus teſtamur. Geſta ſiquidem beatiſſimorum Martyrum Vincentij, Orontij & Victoris Leuitæ (quæ mihi omnium Sacerdotum minimo, relatione ſuccedentium comperta ſunt) reticere non audeo. Ætherius namque vir totius prudẽtiæ atque religionis, n Antinciæ Eccleſiæ n
Antiſtes, (cui Deo auctore ego indignus ſucceſſor extiti) cognitâ crebrâ miraculorum opinione, cupiens aliquam reliquiarum eorumdem Martyrum habere portionem, flagrantiſſimo æſtuans deſiderio, miſit ad Abbatem Beroaldum, qui tunc illi pręerat loco, obnixè deprecans, quò petitioni ſuæ libenti annueret animo. Qui pri- Ætherio Epiſcopo
ſtinæ memor amicitiæ, quâ in Chriſti olim connexi fuerant caritate, ſponte, ſi quidem id permiſerit Dominus, ſe illius precibus ſpopondit aſſenſum præbiturum. Ieiuniis denique precibuſque, vt deſiderio præfati Præſulis ſatisfaceret, ritè peractis; ad locum vbi beatorum Martyrum

quo rogante, ibi recõdantur:

tyrum corpora tumulata fuerant, cum ingenti ingreſſus eſt metu, orans quatenus placeret illis ſaltem minimam reliquiarum ſuarum reuerenter ſumi particulam. *pars reliquiarum data:* Quibus ſanè fauentibus, duas ex eorum digitis particulas ſecum detulit, ac pro magno munere petenti direxit Pontifici. Ille igitur hæc audiens, immenſo repletus gaudio, cum pſallentium choro gratulabundus occurrit; & Deo referens gratias, deſiderata diu Sanctorum pignora in loco qui Nouiacus dicitur honeſtè locauit. *clareſcit miraculis.* Vbi omnipotens Deus ad declaranda Martyrum merita, immenſa patrare dignatus eſt ſignorum beneficia, ita vt non tantùm præſentibus ſed etiam abſentibus fideliter petentibus eorum patrocinio ſalubriter ſuffragetur.

18 Plurimo autem ſpatio temporis elapſo, accidit vt vnus è Fratribus, Aſtroaldus nomine, inſtinctu diaboli agitatus, ipſas prælibatorum reliquias Sanctorum furtim auferre moliretur. Qui compos voti ſui tandem effectus, quod diu agere nequiter conatus fuerat, opere *Reliquias furatus diuinitus punitur.* perpetrauit nefario; aſſumenſque deinde reliquias furtim, vt dictum eſt, ablatas, venit Lugdunum. Ibidem reperiens quemdam religioſum virum, nomine Beatum, cui quod audacter egerat cautè confeſſus eſt. Quo ille audito dirâ eum inuectione coërcens, monuit, vt pœnitentiam tanti commiſſi agens, humiliter iam præfatas reliquias ad proprium, vnde eas temerè abſtulerat, referret locum. Quod ille paruipendens atque detrectans agere, non multò pòſt à quodam comite ſuo, ferè miliario vno à cellulâ prædicti viri Dei, eſt interfectus.

19 Verùm cùm ego peccator, qui hanc paginulam præſumptuosè compilaui, ad [b] Principem Lugduno [c] nauali itinere per Rhodanum properarem, ad cellulam, in *Eas Auctor à Beato Abbate repetit:* quâ vir Dei morabatur, qui ipſa pignora Sanctorum habebat, quia prope ripam ipſius fluminis habebatur, orandi cauſsâ diuerti. Cùm autem quærerem, vbinam Dei ſeruus qui ibidem deſeruiebat, natiuitatis exordium habuiſſet; & ille mihi per ſingula recenſuiſſet, quòd ſcilicet Aurelianenſis ciuitatis natus fuiſſet & educatus, ac Hiſpaniæ dehinc multo tempore habitaſſet, curiosè ſciſcitabar, ſi fortè paſſionem præfatorum Sanctorum in locis Hiſpaniæ inueniſſet vel audiſſet, quippe cùm eorum geſta ciuitas Ebredunenſis minimè adhuc haberet. Et cùm ipſe quod Clero vel turbis Ebredunenſium incognitum erat de eadem paſſione ex ordine recenſuiſſet; addidit etiam quo ordine ad ſe peruenisſent eorum pignora, quæ ab Abbate Beroaldo vel monachis eius, vt ſuprà retulimus, Sanctorum ſepulchris fuerant ablata, & Nouiaco deportata.

20 Quod ego audiens & genua flectens cum Preſbyteris meis, prædictum virum Dei poſtulaui, vt nobis eadem ſancta membra reddi iuberet, quatenus ad priſtinam ſedem cum magnis laudibus reuocarentur. Ille petitionibus meis obaudiens, velle ſe partem earumdem reliquiarum retinere fatebatur. Cùm verò ad vi- *odorem ſuauiſſimil ſpirant:* dendum ſancta oſſa detexiſſemus, tanta odoris fragrantia cellulam repleuit, vt vſque ad ripam Rhodani reflaret. Cùm quidem nos timore perterriti, de ipſis oſſibus radere iam nequaquàm auderemus, prædictus Preſbyter quo ſaltem abluerentur vinum detulit, quod in ampullâ reconderet, & pro reliquiis retineret. Cumque memorata pignora vino, vt dictum eſt, perfunderemus, ita vidimus, præſente Preſbytero, vinum ſuperfuſum in ſanguinem verſum, ac ſi ex recenti carne fuiſſet exortum. Cumque dehinc ſericis pannis inuoluerentur, ita liquor prædictus eoſdem pannos perfudit, vt vſque in vas quod ad ſuſcipiendum fuerat paratum, influeret. Ne quis verò hoc incredibile ducat, in ipſis pannis factum miraculum vſque hodie ad laudem Sanctorum demonſtratur. *vinum, quo abluta, in ſanguinem verſum.*

21 Verùm cùm iuxta Canonicam normam congregatio Epiſcoporum ſynodali concilio Galliæ conueniret; quidam Abbas ab Hiſpaniis pro vtilitatibus Eccleſiarum ibidem adfuit. Quem cùm ego peccator inquirerem, vbinam paſſio glorioſiſſimorum Martyrum conſummata fuiſſet, ſic mihi per ordinem & veritatem expoſuit, ac paſſionem conſcriptam dedit. In quâ paſſione, ſicut ſuprà meminimus, inuentum eſt quòd corpus S. Victoris, in prædictâ vrbe Ebredunenſi, in ſupramemoratâ cryptâ, cum SS. Vincentio & Orontio requieſceret: cùm eatenus habitatoribus loci illius ſemper incognitum fuerit, cuius corpus ibidem humatum iaceret. *Acta hæc vnde accepta:*

22 Ego itaque accipiens ab ipſo Abbate geſta prædictorum Martyrum valdè ruſticè compoſita; hæc, vt potui, meæ ſimplicitatis eloquio pro honore eorum credidi emendanda, vt quicumque ex hac relatione, quanta ſint eorum merita dicerit, eoſque venerari ſtuduerit, ipſe vnà mecum à ſuis prauitatibus per hos emendari mereatur, præſtante Domino Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat per infinita ſeculorum ſecula, Amen. *expolita ab hoc auctore.*

a *MS. Ripat.* Antimæ. *quo de loco coniectatum ſuprà.*
b *Regem Gallia, Theodoricum fortaſſis aut Hildericum, intelligit.*
c *MS. Rip.* nauigali.

DE S. VINCENTIO MARTYRE

ARCHIDIACONO CÆSARAVGVSTANO,

VALENTIÆ IN HISPANIA.

SVB DIOCLET. XXII. IANVAR. *S. Vincentij patria,* 1 MAgna inter celebres aliquot Hiſpaniæ vrbes de S. Vincentij *glorioſiſſimi Martyris natalibus contentio eſt; dum eum ſibi Cæſarauguſtani vendicant, Valentini repetunt, Oſca ſuum eſſe clamitat. Neque ſanè hæc pietatis dimicatio reprehendi meritò poteſt. Nam ſi de profani poëtæ ortu ſeptem olim vrbes certarunt; cur non tam illuſtris athletæ cunabulis ſibi vrbes nobiliſſimæ plurimum & ſplendoris accedere cenſeant & præſidij? Plures tamen videntur Scriptores ſecundùm Oſcam pronuntiare, ſuffragante quoque Breuiario Romano. Acrius aliquanto inter Luſitanos eſt Galloſq; de eiuſdem ſancti Martyris exuuiis certamen, de quo infrà.*

2 *Natalem eius ita prædicat Vſuardus:* Apud Valentiam *natalis.* ciuitatem Hiſpaniæ S. Vincentij Leuitæ & Martyris, cuius certaminis triumphum, temporibus Diocletiani & Maximiani, poſt nimiam cædem ac grauia tormenta, textus ipſius paſſionis ſub Datiano Præſide completum eſſe declarat. *Fuſiùs Martyrologium Romanum:* Valentiæ in Hiſpaniâ Tarraconenſi, S. Vincentij Leuitæ & Martyris, qui ſub Datiano impiiſſimo Præſide carceres, famem, equuleum, diſtortiones membrorum, laminas candentes, craterem ferream ignitam, aliaque tormentorum genera perpeſſus, ad martyrij præmium euolauit in cælum. Cuius paſſionis nobilem triumphum Prudentius luculenter verſibus exequitur; & B. Auguſtinus ac S. Leo Papa ſummis laudibus commendant. *Conſentiunt cetera Martyrologia, & nonnulla quidem perquàm prolixum elogium, ac quoddam veluti vitæ compendium exhibent.*

3 *Vetus MS. Martyrol. S. Hieronymi:* Spaniâ, ciuitate Valentiâ, S. Valerij Epiſcopi, & Vincentij Diaconi, & *alij Martyres in Martyrologis coniuncti.* aliorum XVIII, Quintiliani, Caſſiani, Matutini, Pului, Vrbani, Martialis, Fauſti, Succeſſi, Felicis, Pauli, Petri, Ianuarij, Primitiui, Eboti, Cediani, Optati, Frontonis, Iulij. *In MS. Dungalenſi ijdem referuntur. Hi ſunt fortaſſis qui XVI. Aprilis Cæſarauguſtæ coronati martyrio feruntur octodecim*

EX MSS. *decim ſancti athletæ, & pleraque congruunt nomina; niſi quod pro* Caſſiano, Matutino, Fauſto, Petro, Paulo, Ianuario, *iſthic recenſentur* Lupercus, Apodemius, *& quatuor* Fortunati: *pro* Eboto, Cediano, Iulio, Euentius, Cæcilianus, Iulia. *Aſt illi non Valentiæ, ſed Cæſarauguſtæ paſſi. Suſpicetur quis lictores hos eſſe, quos cæleſtibus portentis conuerſos S. Vincentij Acta tradunt. De iis rurſum inferiùs, cùm de* SS. Orione, Memnone, *&c. agetur. Idem MS. S. Hieronymi XX. Ianuarij:* Et in Spanis Vincenti. *itérumq; XXI. Ianu.* Vincentium *memorat, hunc an alium, haud ſcimus.*

4 *Græci quoque hoc die iſto eum elogio celebrant. Menæa:*

Vincentium dignè laudabo,
Vt Diaconum & Martyrem Domini.

Colitur à Græcis 22. Ianu.

Hic ſub Maximiano Imperatore, Præſide Domitiano, Auguſtopoli oriundus fuit. Captus verò cum Valerio Epiſcopo, in vrbem pertractus eſt quæ Valantia dicitur, atque in cuſtodiam coniectus. Inde ad Domitianum raptus, virgis cæditur, & ferreis vngulis laniatur, ac ſuſpenſus lampadibus aduritur, ſubulisque ferreis & ignitis lancinatur. Sed cùm illæſus permaneret Sanctus, lictores verò deficerent, Præſes ipſe deſperabundus, blanditiis conatur eum peruertere. Sanctus autem in preces effuſus Deo ſpiritum reddidit. Sanctæ verò eius reliquiæ ibidem ſepultæ ſunt à piis & religioſis hominibus. *Eadem habet Maximus Cythereus, at non vſquequaque Actis Latinis conſentanea.*

& 11. Nouemb.

5 *Iidem Græci XI. Nouembris, illius memoriam agunt. quo die Menologium:* Eodem die natalis ſancti Martyris Vincentij Diaconi apud Auguſtopolim Hiſpaniæ paſſi. *Menæa verò:*

Coniectus Vicentius in carcerem, patitur,
Solutus verò carcere carnis, ſurſum currit.

Hic ſanctus Martyr Vicentius in Auguſtopoli Hiſpaniæ, populum docebat cum Hilario Epiſcopo, eratque ipſe Diaconus. Comprehenſi ambo rapti ſunt ad tribunal Datiani Præſidis, qui mox ferreis vinculis oneratos, in ciuitatem Valentiam pertrahi iubet, & fœtidiſſimo carceri mancipari. Poſt aliquot verò dies eductum Vicentium laniari iubet, cruciſque in modum terræ affigi, & membratim cruciari. Inde verò auulſus torquetur, & flagellatur, lateraque ei vſtulantur. Colluxatis deinde membris omnibus rurſus ferreas virgas ignitas ſupra pectus excipit. Ac tum in carcerem coniectus, Angelico diuinoque auxilio recreatus, mox ſpiritum Deo reddidit. *Eadem omnino habet Cytheræus. Hîc ex priori eorumdem Menæorum elogio corrigendum Hilarij Epiſcopi nomen, ex hoc in illo* Domitiani *Præſidis.*

Acta vnde edita.

6 *Acta* S. Vincentij *Ioanni Heſſels à Louanio, viro ſeueri alioquin & moroſi iudicij,* omnibus modis placēt. *Non à Notariis quidem excepta, ſed antiquiſſima tamen ſunt. Ea ex vetuſtiſſimis codicibus Marchianenſi, Audomarenſi, Metenſi cuius nobis Iacobus Sirmondus noſter copiam fecit, Treuirenſi S. Maximini, Vltraiectino S. Martini, S. Mariæ de Ripatorio, M. Velſeri, cum Bonini Mombritij editione, & Agonibus Martyrum, collata hîc damus. Eadem Græcè deſcripſit Simeon Metaphraſtes, quæ poſtliminiò Latinè reddita à Guilielmo Sirleto, atque ab Aloyſio Lipomano & Laurentio Surio edita ſunt.*

ACTA

ex plurimis veteribus MSS.

CAPVT I.

SS. Vincentius & Valerius comprehenduntur.

a S. Vincentij Acta ſcribi vetita.

1 *a* PRobabile ſatis eſt ad gloriam Vincentij Martyris, quòd deſcriptis paſſionis ipſius geſtis titulum inuidit inimicus. Vnde reddimus *b* fide plenâ relationem geſtorum, quæ litterarum apicibus annotari Iudex non immeritò noluit, quia victum ſe erubescebat audiri. Naturalis ſiquidem prouidentia eſt malè errantium, auferre de medio teſtimonium *c* probitatis. *c*

b

2 *d* Sed quoniam nobilem Martyris triumphum notitiæ fidelium tradere diſponimus, dignum eſt vt & generis ipſius nobilitas breuiter intimetur. Extitit enim patre *e* Eutychio progenitus, qui fuit *f* Agreſti nobiliſſimi Conſulis filius: *g* mater verò eius Enola, ex Oſcâ vrbe noſcitur procreata. Qui à pueritiâ ſtudiis litterarum traditus, ſupernâ prouidente clementiâ, quæ ſibi eum præuidebat vas electionis futurum, *h* geminâ ſcientiâ, ſub B. Valerio Cæſarauguſtæ ciuitatis Antiſtite efficaciſſimè claruit; à quo etiam ſanctitate inſignis diaconij arcem ſuſcepit. Et quoniam idem Epiſcopus impeditioris linguæ fuiſſe dignoſcitur, tradito doctrinæ miniſterio venerabili Vincentio, ipſe orationi & diuinæ contemplationi ſedulus inſiſtebat. At verò memoratus Archidiaconus vices ſæpè Pontificis diligenter & opportunè exequebatur. *d* *Eius parentes,* *e* *f* *g* *h* *Diaconatus,* *prædicatio.*

3 Cùm igitur apud Cæſarauguſtam ciuitatem, vt multorum ſinceritas & *i* ſignata veritatis verba teſtantur, Daciano cuidam Præſidi gentili & ſacrilego, à Dominis & Principibus ſuis, Diocletiano videlicet & Maximiano, ſæuiendi in Chriſtianos fortè occaſio cecidiſſet, & ei oblatranti profanæ crudelitatis rabies aſpiraſſet; Epiſcopos ac Preſbyteros ceteroſque ſacri ordinis miniſtros, ſpiritu nequitiæ exagitatus, rapi præcepit. Protinus ergo Valerius Epiſcopus & Vincentius Archidiaconus *k* fidei ſoliditate, & ſpe fruendi victoriâ ſubnixi, in confeſſionem Deitatis alacriter *l* concurrerunt, tantò feliciores ſe futuros eſſe credentes, quantò æriora tyranni ſupplicia, piâ longanimitate certaſſent euincere. Vnde certaminis ac pœnarum dilatio, remunerationis eis videbatur diminutio. *i* *Comprehenſus cum S. Valerio.* *k* *l*

4 At Datianus Iudex Sanctos Dei *m* primò Valentiam ſub carcerali cuſtodiâ, & famis miſeriâ, ac catenarum ſtridore pertrahi præcepit, vt eos vexatione *n* itineris frangeret, & facilius ſubigeret iniuriâ, quos videbat non poſſe de pœnâ ſuperari. Qui cùm manibus & cerui- cibus immenſa ferri pondera ſuſtinerent, & per omnes artus iam tunc mortis ſupplicia paterentur; cumque *o* iam defeciſſe eos crederet iugi iniuriâ, & tam diu à publica conuerſatione ſecluſos nec corpore præualere nec ſpiritu, timens ne ſæuitiæ ſuæ damna pateretur, *p* produci iuſſit è carcere, nolens eos ante tormenta vitam finire: quibus proponebat quòd nec mortuis parceret, ſi deorum ſuorum culturam ſuſcipere renuiſſent. Hinc pauefactus ad conſpectum eorum, quòd integri corpore & viribus eſſent, & inter ſupplicia fortiores, ait ſuis: Vt quid iſtis largiori paſtu indulſiſtis & potu? Mirabatur enim furore cæcus, robuſtiores eſſe quos Deus pauerat. *m* *n* *ducitur vinctus Valentiam.* *o* *p* *ſiſtitur Iudici.*

5 Et mox conuerſus ad Epiſcopum: Quid agis inquit, tu, Valeri, quid ſub nomine religionis contra Principes facis? Neſcis quia qui regalia decreta ſpernunt, de vitâ periclitantur? Iuſſerunt Domini orbis & Principes vt diis libamina perſoluatis, nolentes dignitatem veteris culturæ nouis & inauditis legibus profanari. Vnde quod monemus obſequenter attende, quatenus tuo exemplo inferiores facilè ſuſcipiant, quod te, qui religionis huius cerneris eſſe Epiſcopus, viderint non ſpreuiſſe. Sed & tu Vincenti verbis meis ſalubriter obaudi, quem & nobilitas generis, & decor commendat gratiſſimæ iuuentutis. Itaque veſtræ definitionis ſententiam in commune edicite, vt aut conſentientes honoribus amplificemini, aut contemnentes tormentorum ſuppliciis ſubdamini. *à quo ſollicitatur vt fidem deſerat.*

6 Cumque reticeret Epiſcopus, erat enim miræ ſimplicitatis & innocentiæ; eruditus ſcientiâ, ſed, vt præmiſimus, impeditioris linguæ; ait Vincentius: Si iubes, Pater, reſponſis Iudicem aggrediar. Et B. Valerius, Dudum, inquit, fili chariſſime, diuini verbi tibi curam commiſeram; ſed & nunc pro fide pro quâ adſtamus, reſponſa committo. Tunc Vincentius, cuius mens tota iam erat coronæ conſcia, conuerſus ad Datianum, Hactenus *Annuente S. Valerio, dat fidei rationem.*

tenus, inquit, habitus à te ſermo de negandâ fide perorauit: ſed nefarium apud Chriſtianorum prudentiam eſſe cognoſce, Deitatis cultum abnegando aliquatenus blaſphemare. Et ne te longiùs protraham, profitemur nos Chriſtianæ religionis eſſe cultores, & vnius ac veri Dei permanentis in ſecula famulos & teſtes. In eius nomine contra exquiſita callìditatis tuæ argumenta ſpiritualia conſtanter arma pugnaturi accipimus, minas tuas & ſupplicia non metuentes, ſed potiùs mortem pro veritate libentiſſimè amplectentes. Suppliciis enim tuis erudimur ad coronam, morte deducimur ad vitam. Seruiat proinde diabolicæ crudelitati moritura caro in pœnis, quoniam homo interior fidem intemeratam ſuo ſeruabit auctori. Ille etenim venenatiſſimus ſerpens & inſatiabilis homicida Chriſtianam innocentiam tormentis & mortibus vos cogit appetere, qui Paradiſi felicitatem primis inuidens hominibus, immortalitatis ſpoliatos dignitate morti miſerabiliter ſubdidit ac ſubſtrauit. Ipſe malignitatis aſtu idola pro Deo coli inſtituit, dolens illuc hominem poſſe obediendo redire vnde ipſe ſuperbiendo noſcitur corruiſſe. Iſte eſt, quem cum ſatellitibus ſuis à corporibus humanis diuinâ inuocatione eiicimus; cui vos ſub vaniſſimis figmentis ritum profani cultus exſoluitis, & nouâ dementiâ creatori creaturam præfertis.

a *Michaël Monachus in Sanctuario Capuano ait hunc prologum eſſe; at qua numero 3. habentur, in illius Eccleſia officio, primâ è nouem Lectionibus, quibus ſancti Martyris Acta deſcribuntur, contineri. In variis codicibus huic prologo illud præfigitur exordium*: Sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus datâ perſecutione, iis temporibus in Hiſpaniis, prouinciâ Cæſarauguſtanâ, Datiano Præſide, ſanctus Martyr in ſuâ confeſſione martyrium tulit, in ciuitate Valentiâ, die vndecimo Kalendas Februarij.

b *MS. Met.* fidem plenam, relationemque famæ, quam *&c.*

c *Idem MS.* veritatis. *alij*, prauitatis.

d *Hæc ad 3. vſque numerum, in quibuſdam MSS. deſunt.*

e *Vulgò in omnibus MSS.* Euticio.

f *Mombrit.* Ageſſi. *alij*, Agreſſi; *al.* Aggreſſi.

S. Vincentius cognatus S. Laurentij.

g *Franciſcus Didacus de Aynſa-y-Yriarte lib. 2. Antiquitat. Oſcanarum cap. 12. tradit* S. Vincentium *fuiſſe S. Laurentij conſanguineum, idq; variorum auctorum teſtimoniis confirmat; quorum nonnulli* Enolam *eius matrem, ſororem faciunt S. Laurentij, quod tamen ipſi Aynſa non probatur. Cap. 10. ex antiquo Breuiario Eccleſiæ Tarraconenſis iſta profert*: Vincentius nobilis genere, patre Eutychio Agreſſi nobiliſſimi Principis filio, & matre Enolâ, in vrbe Oſcâ ad portam Nouam natus, & iuxta forum conuerſatus eſt. Inde miſſus Cæſarauguſtam traditus eſt viro ſanctiſſimo Valerio eius ciuitatis Epiſcopo. *Paullò deinde inferiùs ait loco cui* Tabernis *nomen, vno circiter ab vrbe Oſcâ milliari, extare vetus Miſſale MS. in eoq; hanc de* S. Vincentio *orationem*: Deus qui vrbem Oſcenſem natiuitate ſacratiſſimi Martyris Vincentij decoraſti; tribue, quæſumus, vt confratres & plebem dictæ vrbis, in domo quâ natus eſt eius ſolennia celebrantes, ab omni aduerſitate cuſtodias, & ipſius meritis ad gaudia æterna perducas. *Vnde liquet, domum in quâ natus fuit, deinde conſecratam fuiſſe.*

Domus, in quâ natus, conſecrata.

h *alia MSS.* genuina. i *Mombrit.* inſignita.

k *MS. Aud.* ſpe ſolidati. l *Pleraque MSS.* cucurrerunt.

m *Aynſa multorum ſcriptorum teſtimonio docet, varia Sanctis, priuſquàm Valentiam mitterentur, irrogata fuiſſe ſupplicia.*

Hoſpitium SS.

n *Oſtenditur etiamnum in ſuburbio Segoruienſi diuerſorium*, Fundus *dictum, è regione xenodochij, vbi noctem peregiſſe Sancti traduntur.* Cariſienæ *puteum S. Valerius elicuiſſe in Chriſti nomine fertur.*

o *Idem auctor ab initio Maij ad finem Decembris in carcere detentos ſcribit, varijs interea exagitatos arumnis.*

p *Prima hæc quæſtio, vt idem ait, habita eſt in loco qui* S. Theclæ *dicitur.*

CAPVT II.

S. Vincentius dirè torquetur.

S. Valerio relegato;

7 EXarſit ergo diabolus aduersùs Chriſtianam fidem, & dum contemni ſe ac deſpici videt, ingemuit. Iamque præ irâ pænè extra ſe poſitus Datianus Præſes, dixit: Amouete hinc Epiſcopum iſtum. Iuſtum eſt enim ſubire eum exilium, quoniam Imperiale contempſit edictum. a Grauioribus autem rebellem, qui in contumeliam publicam venit, exhibete tormentis. Animoſitati enim eius video inferenda eſſe maiora ſupplicia; quia quicquid ſibi acceſſurum eſt pro pœnâ, ipſe præſumit ad gloriam. Applicate eum ad equuleum; membris diſtendite, & toto corpore diſſipate. Hanc pœnam ante ipſa tormenta ſuſtineat. Inter hæc Datianus Præſes ait: Quid dicis Vincenti? vel vbi conſpicis tuum iam miſerabile corpus? At ille Dei *b* præſentiâ roboratus, alacri vultu reſpondit: Hoc eſt quod ſemper optaui: hoc eſt quod votis omnibus exquiſiui. Nemo mihi amicior, nec familiarior fuit. Tu ſolus meis maximè votis concordas. Ecce iam in ſublime agor, & ipſos Principes tuos, ſeculo altior, deſpicio. Nolo gloriam meam minuas, nec damna inferas laudi. Paratus eſt enim Dei ſeruus ad omnia pro Saluatoris nomine ſuſtinenda. Inſurge ergo, & toto malignitatis tuæ ſpiritu debacchare; videbis me Dei virtute plus poſſe dum torqueor, quàm poſſis ipſe qui torques. Crudelitate, quâ ſpiras, præſtabis mihi gloriam; cùm inter grauiora ſuppliciorum meorum exitia vinceris. Vnde ego iam ſingulariter gaudeo, quia dum patior vindicabor.

Ex MSS. *diſtenditur in equuleo.* b *inſultat Datiano.*

8 Clamare Datianus cœpit, & in tortores ac carnifices ſuos virgis & fuſtibus *c* ampliùs deſeuire. Sicque Sancto à pœnâ paullatim tuto, & de Dei auxilio ſecuro, priùs ſuos diabolus vexabat; *d* & verè, quos in poteſtate habebat. Ait ergo Vincentius: Quid dicis Datiane? Ecce iam de apparitoribus tuis vindicor. Vltionem mihi ipſe in pœnâ feciſti. Summâ autem voce *e* miniſter diaboli rabidiores cœpit intonare ſermones, ſtridore dentium frendere; & dū Dei Martyrē lacerat, ſe potiùs ipſe laniare. Tandem *f* ceſſauêre torti carnifices; & defatigata lictorum manus, dum per Sancti latera pendet, victa defecit. Expalluit torquentium vultus, fortium robur emarcuit, ſudorum riuis liqueſcentia membra tabuerunt: anhelum pectus feſſis intremuit; vt putares eos potiùs in tormentis ſancti Martyris torqueri.

c *qui ipſos lictores cadit,* d e f

9 Exanguis & ipſe Datianus, pectore trementi, toruis & minacibus oculis, *g* clamare militibus cœpit: Quid agitis? Non enim agnoſco manus veſtras. Homicidas pertinaciter obſiſtentes ſæpè viciſtis; paricidarum magorumque ſilentia alta rupiſtis; arcana quoque ipſa adulterorum vobis incumbentibus patefacta ſunt: & quiſquis pro confeſſione ſui reatus mori timebat, in mortem ſuâ confeſſione perductus eſt. Hodie, inquam, ô milites Principum meorum, quod in contumeliam Imperatorum noſtrorum dicitur, non poſſumus cohibere, vt vel pro ſolo noſtro pudore taceatur. Et qui alteros in confeſſionem mortis ſuæ coëgimus, huic ſilentium pro noſtrâ contumeliâ nequimus imperare. Sed vos continete paullìſper dexteras, vires reſumite, vt improbum hoſtem, innouatus miles ad pœnam duriùs coërceat. Rimetur acrior vngula intima coſtarum; & dolor interiora penetrans, gemitum reddere faciat, non contemptum.

g *mox eoſdem deficientes animat.* *S. Vincentius vngulis traditur,*

10 Tunc denuò ſubridens Vincentius Diaconus dixit: Hoc eſt ſanè quod legitur, Quia videntes non videbunt, & audientes non intelligent. Dominum enim Chriſtum confiteor, filium altiſſimi Patris vnici vnicum, ipſum cum Patre & Spiritu ſancto vnum ſolum Deum eſſe profiteor. Quia ergo quæ vera ſunt, fateor, negare me aſſeris. planè debes torquere ſi mentiar, ſique deos Principes tuos dicam. Sed torque diutius confitentem, nec à meâ obſecro pœnâ ceſſes; vt vel ſic poſſis probatam, licet ſacrilego ſpiritu tuo, ſuſpirare veritatem, eiuſque me inſuperabilem agnoſcere confeſſorem. Nam quos iubes deos confiteri, idola ſunt lignea & lapidea. Tu illorum teſtis, tuque mortuorum fias mortuus Pontifex: ego vni & viuo ſacrificio Deo, qui eſt benedictus in ſæcula.

Matth. 13. 13. *inſultat Datianos*

11 At nimiâ Præſes feruens inſaniâ, totâque facie humanitatis euersâ, ſolam in corpus beati Martyris aciem luminum, venenumque peſtiferorum fundebat oculorum, profluentem non iam à ſolis lateribus, ſed à toto corpore ſanguinem cernens. Erant enim viſcerum in-

terna

Ex MSS. terna patefacta. Nam iuncturas è compagibus, diuersitas tormentorum separauerat. Nihil erat vnde iam suis posset irasci, sed quòd vincebatur iam & ipse mirabatur. Ait autem: Miserere tui, Vincenti, ne florem perdas nunc primùm vernantis ætatis, & in primis annis positus vitam tibi minuas longiorem. Parce suppliciis tuis, vt vel serò quæ supersunt tormenta lucreris. At ille Spiritu sancto repletus ait: O virosa diaboli lingua, quid in me non facias, qui Deum & Dominum nostrum tentare voluisti? Non timeo supplicia quæcumque iratus impegeris. Hoc magis formidini est, quòd fingis te velle misereri. *b* Percurrãt denique omnes pœnæ: & si quid præstigiarum, si quid tuæ artis peruersæ, si quid malignitatis viribus potueris, exere. Debes enim dulcem sub amarissimo veneno fidem & fortitudinem ab animo experiri *i* Christiano. Præstat quippe tolerantiam fortitudinis, qui suis in Euangelio loquitur: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animæ autem non habent quid faciant. Nihil ergo de suppliciis minuas, vt in omnibus te victum esse fatearis.

blanditiis ab eo tentatur:

eum irridet:

b

i

Matth. 10. 28.

12 Post hæc Datianus dixit: Transferatur hic ad legitimam quæstionem, ac percurrat molestiora tormenta. Et si tam diu anima durare potest, inter supplicia vel membra deficiant. Vincere me iste non potest dum viuit. Vincentius respondens, O felicem me! inquit. istæ minæ tuæ ad laudem & gloriam mihi sunt; & terror asperior, cumulatior beatitudo. Quòd ergo irasci te putas grauiùs, modò meliùs incipis misereri. Hinc ex eculeo assumptus Leuita Vincentius, atque ad ignis patibulum raptus, tortores suos pænè ipse præueniens, moras carnificum arguendo ad pœnam alacriter properabat. Iam enim truculentus minister proferri lectum cum *k* ferratis iusserat costis, & additâ subter carbonum congerie, exurendum Dei Martyrem applicare. Intrepidus itaque Dei athleta, candentis ferri machinam vltrò conscendit: torquetur, flagellatur, exuritur, & distensus membris crescit ad pœnam. Inseritur quoque pectori & membris depressa asperitas laminarum. Et decurrente inter ipsas candentis ferri acies liquore, stridens flamma aruinâ respergitur. Vulnera vulneribus infliguntur; tormentis tormenta desæuiunt. Salis ignibus sparsi crepitantes minutiæ per membra dissiliunt: & iam nõ ad artus tantùm sed ad ipsa viscerum abdita suppliciorum tela iaciuntur. Et quoniam integri corporis pars nulla supererat, quæ primùm fuerat plaga illata, iam & ipsa renouatur. Manet Dei seruus immotus, & erectis in cælum luminibus Dominum precabatur. *l*

torretur in craticulâ:

sale respergitur:

k

l

a *MSS. Aud. & March.* grauiorem. b *al* clementiâ.
c *MS. Met.* illo ipso furore bacchari. d *al.* & iure.
e *MSS. S. Max. & Met.* diabolus fremere.
f *al.* cessêre.
g *Addunt nonnullâ MSS.* quasi in suâ morte confusis.
h *alia MSS.* incurrant. i *MS. Aud.* Christianam.
k *al.* ferreis. *al.* serratis; *fauet Prudentius:*
Serrata lectum regula
Dente in frequenti exasperat.
l *Postquàm in craticulâ dirè excarnificatus est Sanctus, palo pedes eius clauis affixos tradunt quidam, eumq; non exiguo temporis spatio in isthoc perdurasse cruciatu.*

CAPVT III.

S. Vincentius variè diuinitus recreatus, tormentis superatis, moritur.

13 INterea Datianus de Vincentio beatissimo non rectè sollicitus, recurrentibus militibus suis, quid ageret, quid diceret, inquirebat. Renuntiatur ab afflictis, & præ labore pænè mœrentibus, percurrisse illum vniuersa *a* supplicia hilari vultu, spiritu fortiore, & pertinaci magis eum professione quàm cœperat Christum Dominum confiteri. Heu, ait Datianus, vincimur. Sed hoc solùm de suppliciis superest: si flecti pertinacia non potest, vel semper duret in pœnâ; spiritus, qui coërceri non potest, puniatur. Quærite, inquit, locum tenebrosum & oppressum vrgente tecturâ, ab omni publicâ luce sepositum, perpetuâque nocte damnatum, reatui eius peculiarem, extra videlicet carceres carcerem. Ibi *b* fragmenta testarum exasperata passim congerite, vt quicquid iacentis corporis malè incisâ fractura tetigerit, illis matis infigat aculeis, & ipsa conuersio laterum innouetur ad pœnam: vt id scilicet, quod commutatis artubus membra quærunt euadere, semper offendant. Diuaricatis præterea & distensis cruribus, ligno pedes eius constringite, quatenus discissis pœnâ artubus rebellis Principum expiret. Inde clausum relinquite in tenebris, ne oculis quidem respiret ad lucem. Nullus ibi hominum relinquatur, ne vel consortio alicuius sermonis animetur. Clausa & obserata sint omnia. Solliciti tantùm estote, vt quando defecerit nuntietur. Implent sine morâ ministri quod Iudex præceperat; & Dei athletam fortissimum horrendo recludunt ergastulo.

Includitur loco tenebroso, instratis testarum fragmẽtis, nudus:

a

b

14 Sed cùm prima quies fessos artus custodum somno vincente laxasset, quod Datianus pro pœnâ grauissimæ mortis intulerat, diuinitus commutatur in gloriam. Carceris illius nox æternam accipit lucem. Flagrant cerei vltra solis fulgorem radiantes, laxatumque ligni robur *c* dissiluit, ac testarum asperitas fit florum redolentium iocunditas & mollities. Quibus inuictissimus Dei athleta refectus, psalmum Deo & hymnum dicens, lætus exultat. Sicque solitudo horribilis Angelicâ releuatur *d* frequentiâ. Quorum caterua valatus Martyr egregius venerando fouebatur obsequio, & mulcebatur alloquio. Agnosce, inquiunt, ô Vincenti inuictissime, pro cuius nomine fideliter decertasti. Ipse tibi reuera coronam præparatam seruat in cælestibus, qui te victorem esse fecit in pœnis. Esto igitur iam securus de præmio, quia mox, depositio carnis onere, nostro addendus eris collegio. Dantur hinc laudes Deo, & resonante organo vocis Angelicæ modulata suauitas procul diffunditur.

carcere calitus collustrato, testulis in flores mutatis,

d

ab Angelis soluitur, cumq; iis Deum laudat:

c

15 Turbati verò subitò expauêre custodes, & vt vehementi stupore attoniti certiùs de miraculo explorare contendunt; clausas fores adeunt, & introspicientes per rimas Deitatis ministros sidereâ venustate coruscare cernebant: antrum tartareis tenebris pridem horribile, immensâ luce splendere; testarum aculeos multipliciter florere, sanctumque Dei Martyrem solutis cunctis nexibus deambulantem psallere. Qui mox diuino terrore atque respectu compuncti, relicto gentilitatis errore Christianæ religioni fideliter sese dedêre, cupientes iam mente mutatâ deuotionis suæ obsequia ei impendere, in cuius antè fuerant nece grassati. Venerat & multitudo vicina fidelium, dudum de ipsius mœsta suppliciis, sed iam de concessâ cælitus gloriâ alacris. Quibus B. Vincentius dixit: Nolite timere, laudesque Dei contemnendas nolite putare. Imò properè irrumpite, & solatia Angelico obsequio ministrata oculis haurite securi. Vbi reliqueratis tenebras, gaudete lucem, & quem ingemiscere in suppliciis credebatis, in laudes veri Dei exultare gaudete. Laxata sunt vincula, creuêre vires, corpus stramenta mollia refecerunt. Miramini potiùs, & veris asserite præconiis Christum in seruis suis semper esse victorem. Renuntietur ergo Datiano, quâ perfruor luce. Commentetur *e* si valet aliquid, & addat ad gloriam meam, de laudis titulo nihil defraudans, sed exercens quicquid adhuc furor bacchantis inuenerit. Siquidem solam illius misericordiam timeo, ne videatur velle ignoscere.

custodes hoc miraculo conuersos,

alios & Christianos instruit:

iubet hæc renuntiari Daciano:

e

16 Ad hanc renuntiationem exanguis & trepidus Datianus *f* in hæc verba prorupit: Et quid ampliùs faciemus. Victi sumus. Referatur itaque ad lectulum corpus, stramentisque mollioribus foueatur. Nolo enim gloriosiorem facere, si inter tormenta defecerit. Indulta pauxillùm requies, attrita pœnis membra refoueat; & obducto in cicatricem hiatu vulnerum, denuò nouis & exquisitis suppliciis innouatus & ipse subdatur. Verùm Datiano inaniter tractante de supplicio, Christus clementer

f

defertur, huius iussu ad molle lectulum:

moritur. menter diſponit de præmio. Delatus namque Dei Martyr ad lectulum, ac piis Sanctorum manibus in ſtrati mollitie repoſitus, mox pretioſam reſolutus in mortem, cælo ſpiritum reddidit. Videres circumſtantium frequentiam Sancti veſtigia certatim deoſculando prolambere, vulnera totius laceri corporis piâ curioſitate palpare, ſanguinem linteis excipere, ſacrâ veneratione *g* poſteris profuturum.

a *Addit MS. Rip.* publica.

b *Addunt MSS. Met. & S. Max.* mucrones &. *Sumptum fortè ex Prudentio, ita ſcribente:*

Fragmenta teſtarum iubet
Hirta impolitis angulis,
Acuminata, informia,
Tergo iacentis ſternere.
Totum cubile ſpiculis
Armant dolores anxij;
Inſomne qui ſubter latus
Mucrone pulſent obuio.

Sed hæc de mucrone & acie ipſarum teſtarum videntur accipienda.

c *MS. Rip.* diſſoluitur. d *al.* reuerentiâ.

e *Addit MS. Met.* adhuc diabolus.

f *Addunt MSS. Met. & S. Max.* etiam ipſe ſibi malè conſcius, in ſe pœnam ſenſit, dum in famulum Dei ſæuit. Tandem vox vera, etſi inuitâ ſimplicitate prorupit. *Aynſa ait, priuſquàm ad mollem lectum transferretur, perductum ad Datianum eſſe & benignè compellatum; vulgatâque per vrbem famâ, Præſidem pœnitudine ductum vellę Vincentij plagas curare, eumq; humaniter habere, confluxiſſe ad deferenda Sancto obſequia Chriſtianos complures: quos omnes tyrannus poſt Sancti mortem trucidauit.*

g *Ita Prudentius:*

Sacræ reliquiæ. Plerique veſtem lineam
Stillante tingunt ſanguine,
Tutamen vt ſacrum ſuis
Domi reſeruent poſteris.

Conticeſcat igitur nouitia impietas, neque aduerùs Sanctorum pignora debacchetur.

CAPVT IV.

In corpus fruſtrà ſæuit tyrannus. id religiosè conditum.

17 COgnito igitur abſceſſu eius, iam victus atque confuſus Datianus dixit: Si non potui ſuperare viuentem, puniam vel defunctum. Non eſt ſpiritus qui repugnet, non eſt anima quæ vincere contendat: cum vacuo corpore nullum eſt certamen. In exangues artus corporis deſtituti nouis ſuppliciis debacchabor. Satiabor nunc de pœnâ, etſi mihi non potuit prouenire victoria. Proiicite, inquit, illum in apertum campum, nullo defendente obſtaculo, vt cadauer exanime ſepulturæ carens honore, à feris & auibus penitùs conſumptum non compareat; ne fortè Chriſtiani eius tollentes reliquias, Martyris ſibi vindicent dignitatem. Expoſitum ergo ad ſupplicia ſine tegmine venerabile corpus, Angelicis rurſum excubiis & obſequiis honoratur. Non illud aliqua hominum, quæ fortè corrumpi potuiſſet, manus ſeruabat, non ipſa licet pia Sanctorum miſeratio, quæ ſibi tantum proueniſſe Martyrem in commune gaudebat. Et puto ob hoc diuino inſtinctu humana negata eſſe obſequia, vt diuina nõ deeſſe aliquatenùs videretur cuſtodia. Coruus itaque auis lenta & pigerrima, haud procul reſidens, quaſi tetrâ ſui ſpecie lugentis habitum demonſtrans, cùm aduentantes aues reliquas ac pernicibus metuendas alis quodam impetu eminùs fugaret, aduenientem ſubitò immanem lupum incurſu etiam non ſegni abegit à corpore. At ille reflexâ ceruice in aſpectum ſacri corporis ſtupefactus hærebat, &, vt credimus, cuſtodiam mirabatur Angelicam. Reddita nunc nobis eſt antiquitatis hiſtoria, per auem ſimilem. Nam qui antè Eliæ pleno ore cibos detulerat, nunc S. Vincentio Martyri iuſſa miniſtrat obſequia.

Eius corpus feris exponitur.

cuſtoditur ab Angelis, & coruo aues & lupos abigente.

3. Reg. 17. 4.

18 Territus ad hæc Datianus nuntio, dixit: Puto quia iam nec mortuum vincam. Cùm enim eum acriùs ſæuiens perſequor, glorioſiorem meâ ſæuitiâ facio. Sed ſi conſumi in terrâ non potuit, demergatur in pelagus, ne

culeo inſutum, & lapidi alligatum, in mare de mergitur:

erubeſcamus quotidie ſub oculis omnium. Victoriam eius vel maria celabunt. Inſuatur, inquit, complicitum cadauer in culeo paricidæ, breuiſque fiſcellæ impoſitum; vbi nautæ ſpatia longiora proceſſerint, altioris ſali fluctibus imprimatur; quatenus ſcilicet impaſti piſces, ſi quid lacero ſupereſt corpori, vel lambendo conſumant, aut belluino laceretur ore, quem *a* lentitudo non attigit beſtialis. Fidus præterea miniſter molam haud parui ponderis annectere non negligat, ne fortè vndâ mobili adperegrina cadauer deuectum litora, negatam aſſequatur aliquatenùs ſepulturam. Quin potiùs reciprocatum fluctibus, & ad ſcopulos frequenter illiſum diſpereat, vt nec mortuus inter ſaxa quieſcat. Ecce quid agis ſæuiſſime Datiane? Facis & in alio elemento Martyrem noſtrum eſſe glorioſum. Ergo vt iuſſum fuerat, iuſti cadauer inſuitur, & ceruicetenus conſtipatum duris ad molam funibus coarctatur. Tunc quidam Eumorphius, homo profanæ mentis & ſacrilegi ſpiritus, qui in hoc ipſum Datiano funeſtum promiſerat obſequium, collectis ex vrbe nauticis viris, infandum ſcelus inſiſtebat peragere: & facto agmine nauem conſcendens, promiſſo fidelis in crimine, ſocios ſpatia longa atque diffuſa hortabatur tranſmittere. Quod incitati nautæ implere non differunt. At vbi eorum oculis montium ſunt ſubducta cacumina, lituſque omne euanuit, timentes ne fortè ad aliam prouinciam deportarentur, in medium maris iniectum fluctibus impreſſerunt. Et redeuntes ad Datianum hilares quaſi ſuo Præſidi prima gaudia reportarent, plauſu diſſono perſtrepebant, nauticâ vociferantes laſciuiâ, ſubtractum ab oculis omnium eſſe Vincentium: & ob hoc quaſi primi nuntij magis præcipites, ſummâ cum celeritate feſtinabant recire.

a Ex Mss.

19 Sed illos Datiani fortiſſimos remiges, Dei manu gubernante, beati Martyris *b* corpus præuenerat; & quod altioris ſali credebatur profundo teneri, iam ad portum ſibi venera: quieſcendi, antè quodammodò honorem reperiens ſepulturæ, quàm nuntiari potuiſſet expoſitum; vt diuinis clareſcentibus miraculis, Chriſti miles poſt mortem quoque oſtenderetur inuictus, quem nec ſupplicia vincere, nec maria quiuerant. In die enim ſui certaminis non eſt à pio Domino deſtitutus, quia dedit illi caput antiqui ſerpentis conterere, dum fideliter ſtudui: in mandatis eius decertare.

b *diuinâ virtute ad littus refertur:*

20 Intereà ſanctus Martyr quemdam virum in ecſtaſi conueniens, ſe deportatum ad litus indicat, locumque, in quo iacebat, demonſtrat. Qui de viſione aliquantulùm hæſitans, dum tardiùs tanto funeri monſtratum exhibere parat obſequium; *c* commonita in ſomnis quædam vidua, nomine Ionica, ætate & ſanctitate pleniſſima, vera ſigna quieſcentis corporis accepit, ſcilicet vbi illud reciprocatum fluctibus mollis arena tumulauerat, & elementi ipſius prolambente congerie ad honorem ſepulturæ famulando ſeruierat. Quam viſionem non ignorans diuinitus ſibi eſſe manifeſtatam, pluribus Chriſtianæ religionis clàm innoteſcere ſtuduit, & vt ad negotium ſibi cælitus oſtenſum vnà pergerent, ſollerter eos exhortari curauit. Venit ergo ad locum, & quaſi relegens certa oculis ſigna in curuo litore expeditâ intentione dirigitur. Mox B. Vincentij corpus inter ipſa ſoli aquarumque commercia reperiunt, quem diuina miracula pro ſuæ ſanctitatis merito & terris clarificauerant & pelago. Itaque propter gentilium furorem non valentes eum digno venerationis tumulare cultu, ad quamdam paruulam detulerunt baſilicam ſepeliendum. Tandem autem ceſſante perfidorum crudelitate, ac fidelium creſcente deuotione, beatiſſimus Martyr ad ſepulturæ honorificentiam inde leuatus, dignâ cum reuerentiâ deportatur, & ſub ſacro altari extra muros eiuſdem ciuitatis Valentiæ ad quietem reponitur. Vbi meritis ipſius diuina multipliciter præſtantur beneficia ad laudem & gloriam nominis Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

c *à Chriſtianis piè ſepelitur.*

poſteà honorificentiùs: claret miraculis.

EX VARIIS.

a *MS. Aud.* feritas. *al.* lenitudo.

b *Aynſa ſcribit, ſaxum ipſum, cui ſacrum corpus fuerat alligatum, ex vndis emerſiſſe, atque inſtar ſpuma adnataſſe ad littus cum corpore: quod conſpicati nauta non ſint auſi pra ſacro quodam ſtupore attingere.*

c *Octauius Pancirolus in Theſauris abſconditis alma Vrbis reg. 3. eccl. 11. ſcribit fuiſſe Martyris corpus primùm ab Angelis ſepultum; hanc apparitionem ſedatâ perſecutione eſſe factam. Sed refellitur ex Actis.*

DE RELIQVIIS S. VINCENTII.

§. I. *Stola S. Vincentij allata Pariſios. dicatum ei cœnobium, quod nunc S. Germani.*

Multa reliquiæ nomine S. Vincentij:

1 *MVlti, tum aliis in prouinciis, tum in Hiſpaniâ præſertim,* Vincentij *Martyres fuêre: & ineſt ipſo in nomine omen quoddam felicitatis. Hinc pluribus locis quæ habentur illius nominis reliquiæ, aliorum vel abolitis, vel ignoratis alicubi Actis, celeberrimi illius Cæſarauguſtani Archidiaconi exiſtimatæ ſunt. Quæ tamen præcipua de illis feruntur, promere hîc conſtituimus, & ſunt nonnulla extra controuerſiam. Ac de iis quidem, quæ in Galliam tranſlatæ, ita ſcribit Sauſſaius:*

aliquæ tranſlatæ Pariſios,

2 Porrò eiuſdem ſacratiſſimum corpus potiori ex parte, vnà cum ſtolâ quâ ornatus beatus Archileuita Valerio Antiſtiti ad aram miniſtrabat, à Childeberto Rege Chriſtianiſſimo orthodoxæ fidei in Hiſpaniâ vindice, è Valentiâ, vbi ille agonem glorioſum expleuerat, in Gallias pro maiori parte aduectum, in nouâ baſilicâ ſacræ ipſius Martyris memoriæ conſecratâ prope muros Pariſienſes, ab eodem Rege ingenti cum gloriâ collocatum fuit, regiæ vrbi vt non ſolùm eſſet ornamento, ſed itidem perenni munimento. Pars verò altera illius reliquiarum poſteà ex Hiſpaniâ ſub Saracenorum inuaſione, in Italiam ad conſeruandum deportata, & Capuæ repoſita; hinc à B. Theoderico Metenſi Epiſcopo, beneficio Othonis Imperatoris ſui conſanguinei, ad Metenſem vrbem tranſuecta eſt atque honorificentiſſimè condita, eâ in baſilicâ, quam ad tanti athletæ cultum præmemoratus Antiſtes exſtruxit & ſacrauit. Ceterùm caput eiuſdem Martyris pridem anteà à S. Domnolo Epiſcopo Cenomanenſi (qui pretioſo hoc munere à prædicto Rege Childeberto donari promeritus eſt) ad Cenomanenſem delata ciuitatem, congruo decore collocatum fuerat in ſuburbicariâ eccleſiâ, quam ad ipſius veperationem proprio ſub titulo eiuſdem Martyris, pius ille Antiſtes conſtruxerat: quæ hodieque tanti tutelaris nuncupatione pollet, & felici patrocinio, inſigni adeò fulta pignore, gloriatur.

Metas,

Cenomanos.

3 *De ſingulis ſeparatim agemus; ac primò de iis reliquiis, quas attuliſſe Pariſios Childebertus memoratur. Eius Hiſpanicam expeditionem ita deſcribit S. Gregorius Turonenſis lib. 3. hiſt. Franc. cap. 29.* Poſt hæc Childebertus Rex in Hiſpaniam abiit, quam ingreſſus cum Clothario, Cæſarauguſtanam ciuitatem cum exercitu vallant atque obſident. At illi in tantâ humilitate ad Deum conuerſi ſunt, vt induti ciliciis, abſtinentes à cibis & poculis, cum tunicâ B. Vincentij Martyris muros ciuitatis pſallendo circuirent. Mulieres quoque amictæ nigris palliis, diſſolutâ cęſarie, ſuperpoſito cinere, vt eas putares virorum funeribus deſeruire, plangendo ſequebantur. Et ita totam ſpem locus ille ad Domini miſericordiam retulit, vt diceretur ibidem Niniuitarum ieiunium celebrari: nec æſtimaretur aliud poſſe fieri, niſi eorum precibus diuina miſericordia inflecteretur. Hi autem qui obſidebant, neſcientes quid obſeſſi agerent, cùm viderent ſic murum circuiri, putabant eos aliquid agere maleficij. Tunc adprehenſum vnum de ciuitate ruſticum, ipſi interrogant quid hoc eſſet quod agerent? Qui ait: Tunicam B. Vincentij deportant, & cum ipsâ vt eis Dominus miſereatur, exorant. Quod illi timentes, ſe ab eâ ciuitate remouerunt: tamen acquiſitâ maximâ Hiſpaniæ parte, cum magnis ſpoliis in Gallias redierunt.

Childebertus Cæſarauguſtam obſidens,

ciuibus reliquias S. Vincentij circumferentibus

conciliatur:

4 *Eadem in geſtis Francorum epitomatis narrantur, ſed ibi dicuntur Franci* in Spaniam ingreſſi, ipſam terram vaſtantes ſuccendiſſe, interficientes populum *&c. Cæſarauguſtani, non fœmina ſolùm, ſed & viri,* aſperſiſſe capiti cinerem: *Epiſcopus à Regibus euocatus ad colloquium,* cum muneribus occurriſſe: *poſtulaſſe ab eo Childebertus vt* ei reliquias B. Vincentij daret: *ac* Pariſios veniens eccleſiam in honorem eiuſdem ſancti *Martyris* ędificaſſe. *Idem ſcribit Ado in Chronico ad an. 527. additq;* eamdem ipſam ſtolam in eadem ipsâ eccleſiâ repoſuiſſe. *Sigebertus id refert ad annum 542. vti & Baronius. Franciſcus Didacus de Aynſa-parte ibi y-Iriarte tradit diebus 18. obſeſſam fuiſſe Cæſarauguſtam: tunica relictâ, partem iſthic retentam, etiamnum aſſeruari: eſſe byſſinam, auro intertextam, candidam, ſancti Martyris ſanguine reſperſam.*

ab Epiſcopo

tunicam Sancti obtinet,

5 *Aimoinus quoque eamdem expeditionem, reliquiarumq; Tranſlationem, aliquanto diſtinctiùs deſcribit lib. 2. de geſtis Francorum cap. 19.* Childebertus Rex, qui anterioribus annis Hiſpaniam ingreſſus Toletum vrbem ceperat, Clotharium fratrem ſuum, cum quo fœdus firmauerat, ſollicitauit in adiumentum ſui; quò eius fretus ſocietate eamdem prouinciam ſibi ſubacturus aggrederetur. Quo cum valido exercitus aduentante ſupplemento, viribus coniunctis Cæſarauguſtam vſque acceſſerunt: à cuius vrbis ingreſſu prohibiti, obſidionem adoriuntur. Et reſiſtentibus oppidanis, cùm ſummâ vi vtrimque decerneretur; tandem Hiſpani ipſâ obſidionis diſpoſitione, & Francorum feroci perterriti animoſitate, animos à prælio reuocauerunt, ac totâ mentis intentione ad Chriſti miſericordiam implorãdam conuerſi, aſſumptis Crucibus cum Letaniâ murum obambulantes circuire cœperunt. Quod Reges cernentes, aliquod maleficium exercere ſuſpicati ſunt: captumque quemdam ex ruſticis ſollicitiùs interrogãt, cuius religionis habitatores ciuitatis eſſent, aut quid vrbem circumeundo præcãtationibus agerent. Quibus ille: Ciues, ait, Chriſtiani ſunt; nunc vt ſui miſereatur Dominus exorant. Cui Reges: Vade, inquiunt, dic Epiſcopo vrbis, vt ad nos nihil hæſitans veniat. Quem aduenientem Childebertus taliter alloquitur: Chriſtianæ, inquit, religionis ac vnius veri Dei vos agnoſcentes eſſe cultores, parcere vobis decreuimus, ſi aſſenſum noſtræ petitioni tu, qui Antiſtitis in loco fungeris officio, præbens, nobis S. Vincentij reliquias contuleris: qui (vt beatiſſimus Germanus Pariſiacæ, noſtræ videlicet, vrbis Epiſcopus nobis ſæpiſſimè retulit) in hac vrbe, vt multorum ſynceritas & ſignata veritatis verba teſtantur, eximius Leuita enituit. Pontifex nil moratus eiuſdem inclyti Leuitæ ac Martyris ſtolam, id eſt, tunicam, Regibus offert. Quam illi condigno honore ſuſcipientes, obſidionem iuxta promiſſum ſoluunt, & deuaſtatâ omni prouinciâ cum ſpoliis & ingenti prędâ natiuum repetunt ſolum.

ac Pariſiis condito à ſe cœnobio collocat:

6 *Quibuſdam deinde interiectis, cap. 20. iſta ſubdit:* Verùm Childebertus acceptam B. Vincentij ſtolam Parriſius defert: ædificatamque ſolo tenus, ſecundùm beatiſſimi Germani diſpoſitionem, baſilicam, nomini eiuſdem ſancti Leuitæ ac Martyris dedicare fecit: in quâ non minimam vaſorum partem, quæ eum à Toleto aſportaſſe ſuprà memorauimus, cum capſis Euangeliorum, cruces quoque mirifici operis, aliaque deuotus excellentiſſima contulit munera.

eius cœnobij eccleſiæ dedicata:

7 *Hæc Aimoinus, qui Childeberti diploma, ſiue, vt vocat,* pragmaticum, *ſubiungit, quo varias huic cœnobio poſſeßiones ac priuilegia largitur. De eccleſiæ verò illius dedicatione lib. 2. cap. 29. ita ſcribit:* Defuncto glorioſiſſimo Rege Childeberto, 49. poſtquàm regnare cœperat anno, nondum quidem dedicatâ vel conſecratâ S. Vincentij, quam fabricauerat, eccleſiâ; glorioſus Clotharius Rex non dignum ducens hoc fore procraſtinandum, conferre curauit cum beatiſſimo Germano, vnaque cum Vltrogothâ Reginâ præfati inclyti Childeberti vxore, necnon & cum Crothbergâ & Crothſindâ eius affinibus, quatenus ipſa cum digno honore conſecraretur à beatiſſimo Germano, vt in die dedicationis ex rebus propriis ipſi eccleſiæ dotem honorificè

honorificè conferrent. Quod & fecerunt, & ſcripto ſuo corroborauerunt.

8 *Datum eſt illud Childeberti diploma anno regni eius 48. qui erat Chriſti 559. die 6. Decembris; ipſe anno ſequenti deceſſit: ac temuit deinde Francorum regni monarchiam Clotharius biennio, quo tempore dedicatio facta eccleſiæ eſt. Eius dedicationis anniuerſariam memoriam ſuo Martyrologio inſcripſit Vſuardus, eiuſdem cœnobij monachus, 23. Decembris*: Pariſius dedicatio baſilicæ in honore ſanctæ Crucis & S. Vincentij Martyris: & depoſitio Domni Childeberti Regis. *Eadem Galeſinius, Caniſius, Florarium. Sauſſaius quoque*: Lutetiæ Pariſiorum dedicatio baſilicæ ſuburbanæ in honore ſanctæ Crucis & S. Martyris Vincentij, fundatæ per Childebertum Regem Chriſtianiſſimum, qui redux ab Hiſpaniâ cum triumpho, ſtolam ipſius beati Archileuitæ, quam ex Cæſarauguſtâ attulerat, necnon minimam vaſorum partem, quæ aſportauerat à Toleto, cum capſis Euangeliorum, crucibuſque mirifici operis, aliiſque excellentiſſimis muneribus ibidem ad cultum deitatis veneranter repoſuit. Conſecrauit hanc illuſtrem baſilicam S. Germanus Epiſcopus Pariſienſis, cuius hortatu illam Rex ipſe Childebertus regali magnificentiâ ædificauerat. In quâ demum ipſe S. Germanus tumulatus, iis prodigiis refulſit, quibus illuſtratam eccleſiam cum cœnobio & ſuburbio ſuum in titulum & tutelam vendicauit. *Vitam ipſius S. Germani Pariſienſis Epiſcopi dabimus 28. Maij.*

Dedicationis anniuerſaria memoria.

9 *An præter ſtolam S. Vincentij, ſiue tunicam, aut tunicæ partem, alias eius reliquias attulerit Pariſios ex Hiſpaniâ Childebertus, non tradunt antiqui, quos quidem viderimus. Ipſe Childebertus in ſuo pragmatico ſolùm dicit ſe Sancti* reliquias de Spaniâ apportaſſe; *nec quæ illæ fuerint exponit. Aſſerit Sauſſaius ſuprà*, ſacratiſſimum corpus potiori ex parte, vnà cum ſtolâ aduexiſſe, *& quidem* Valentiâ, vbi ille agonem glorioſum expleuerat; *cùm nemo veterum tradat Valentiâ, ſed Cæſarauguſtâ obſeſſâ, reliquias eum abſtuliſſe. Nam quòd* Childebertum Regem Chriſtianiſſimum orthodoxæ fidei in Hiſpaniâ vindicem *appellat, luculentior laudatio eſt, quàm vt tribui Regi illi fraternis odiis, nepotumq; cæde impiato meritò poſſit. Prior quidem expeditio Hiſpanica ſuſcepta ab eo eſt, vt iniuriam ſorori Chlotildi factam vindicaret, quam ſuus coniux Amalaricus Rex Arianus, ob Catholicæ fidei conſtantiam, indignis modis vexabat. Secundæ expeditionis cauſſas S. Gregorius Turonenſis non prodit*; *Aimoinus illam vnicam ſcribit fuiſſe*, vt eamdem prouinciam ſibi ſubacturus aggrederetur.

An alia S. Vincentij reliquiæ allata tunc Pariſios.

§. II. *Aliæ in Galliâ S. Vincentij reliquiæ.*

10 *ALlatum tamen in Galliam* S. Vincentij *caput, ſiue ab eodem Childeberto, vt vult Sauſſaius, ſeu quo alio, eius certè ætate. Conſtat id ex* S. Domnoli *Cenomanenſis Epiſcopi vitâ, quam 16. Maij dabimus, in quâ iſtæc habentur*: Extruxit autẽ ſanctæ Eccleſiæ amator deuotiſſimus monaſterium quoddam in ſuburbio ciuitatis ſuæ; tum vt eius vrbis eſſet munimentum, tum vt poſſet Domino animas lucrifacere: idque in honorem ſanctorum Martyrum Vincentij & Laurentij conſecrauit. Ipſi autem conſecrationi adeſſe voluit memoratum Germanum Epiſcopum; vt amborum ſolenni dedicatione ad maiorem populus deuotionem incitaretur. In eius verò conſecratione, de rebus Eccleſiæ ſuæ multa teſtamento ei legauit atque confirmauit, permittente & fauente Chilperico Francorum Rege eiuſque Principibus; multis etiam id ſuggerentibus Epiſcopis, inprimis autem S. Germano; Clero quoque populoque vt id faceret adhortante. Subſcripſit autem ſuâ manu & approbauit B. Germanus pluresque alij Epiſcopi. Porrò in eadem eccleſiâ caput B. Vincentij Martyris, & magnam craticulæ partem, in quâ S. Laurentius aſſatus eſt, honorificè repoſuit: monachos etiam ſub curâ & moderatione Leuſi Abbatis, quem ipſe præfecit, ad regulæ præſcriptum illic degere Dominoque ſeruire voluit. Tanto autẽ amore beatiſſimum Germanũ Epiſcopum complectebatur, vt in eâ ipsâ SS. Vincẽtij & Laurentij Martyrum eccleſiâ ſepulturæ locum ei præparit: vbi tamen poſteà, ob certas quaſdam cauſſas, non S. Germanus, ſed ipſemet dignè humatus eſt. *Hæc ibi. Verùm aut non integrum iſthic ſancti Martyris caput fuit, aut pòſt ad Caſtrenſe cœnobium auectum eſt, cùm illud Caſtris ad Claramvallem transferri curarit Conradus Cardinalis Portuenſis, vbi etiamnum aſſeruatur, vt authenticis teſtimoniis probat Iacobus Breulius, qui & diploma Conradi recitat datum an. 1224. pridie Kal. Maij. Alias Cenomanis reliquias* S. Vincentij *donatas §. ſequenti dicemus. Franciſcus Diagus lib. 6. annal. regni Valentiæ cap. 6. contendit, alterius Martyris Vincentij caput fuiſſe Cenomanos ad S. Domnolum allatum.*

S. Vincentij monaſterium apud Cenomanos:

eius ibi caput.

EX VARIIS.

11 *Alibi quoque in Galliâ* S. Vincentij *reliquiæ nonnullæ in veneratione habentur. Nam S. Gregorius Turonenſis lib. 1. de gloriâ Martyrum cap. 90. ità ſcribit*: Vincentius vel Leuita vel Martyr Hiſpanis martyrium conſummauit. Apud terminum verò Pictauum vicus eſt in Arbatilico, nomine Becciaco, in quo eius habentur reliquiæ. Cuius ſolennitas XI. Kal. menſis vndecimi celebratur. Sed incolæ loci, & præcipuè Archipreſbyter, errorem neſcio quem paſſus, ante diem eam voluit celebrari. Dictis igitur Miſſis cùm ad conuiuium reſiderent, ecce vnus ex energumenis clamare cœpit ac dicere: Currite ciues, egredimini à vico, exite obuiàm B. Vincentio: ecce ad vigilias venit: ecce feſta eius craſtino habituri eſtis die. Hæc eo dicente, renouant ſolennia, & totâ nocte in vigiliis excubant. Manè autem facto, dum Miſſarum ſolennia celebrarentur, & hic energumenus, qui aduentum Sancti prædixit, & alij cum eo duo mundati ſunt. Sed & duo paralytici ipsâ die directi ſunt, & ſic à feſtiuitate cum lætitiâ eſt diſceſſum.

Alia eius reliquiæ in Pictauis;

ad quas energumeni ac paralytici curati:

12 Cùm autem reliquiæ eius à quibuſdam peregrinis deferrentur, ad Ceratenſem Turonicæ vrbis vicum acceſſerunt, ibique ad tugurium cuiuſdam pauperis deferentes ſuſcepti ſunt. In craſtino autem duo paralytici ſuper hæc pignora acceperunt greſſum, vnuſque cæcus lumen recepit.

vt alij alibi.

13 Haud procul autem ab illo vico eſt alius vicus, quem Orbaniacum vocant, in cuius eccleſiâ huius Sancti habentur reliquiæ: quæ cùm à furibus ablatæ fuiſſent, & ipſe qui eaſdem abſtulerat in Biturico cuidam Abbati accepto pretio reliquiſſet; reuelatum eſt Abbati, vt eas loco, vnde dimotæ fuerant, reſtauraret. Nihilominùs & Archipreſbytero huic monaſterio propinquo per viſum manifeſtatum eſt, ne penitùs moras innecteret ad reſtituendum. Quas acceptas cùm pſallendo deferret, homo quidam, qui per annum integrum oppreſſus graui ægritudine decumbebat inter ſuorum deportatus manus, vt velum quo ſanctæ tegebantur fauillæ, adorans ſupplicitèr oſculatus eſt, mox compreſsâ infirmitate ſanatus, exequiis martyrialibus cum ceteris eſt ſecutus.

Aliæ ſublatæ, caelitus inuentur reſtitui:

ad eas æger ſanatus.

14 *Hæc S. Gregorius. Excuſi libri habent* XII. Kal. vndecimi menſis *agi eius celebritatem ſolere: reſtituimus* XI. Kal. *ex fide Martyrologiorum, & omnium Eccleſiarum vſu. Vicum* Ceratenſem *vrbis Turonicæ, MS. Rip.* Ceratinſim *vocat*; Orbaniacum, Orbani.

15 *Theodericus Metenſis in Galliâ Belgicâ Epiſcopus Ottonem I. in Italiam comitatus, cùm alias inde Sanctorum reliquias, tum S. Vincentij, attulit; cuius etiam honori monaſterium condidit. Quâ de re Sigebertus ad annum 970.* Deodericus Mettenſium Epiſcopus, Imperatori ſanguine, dilectione, ac familiaritate ceteris deuinctior, dum in Italicâ expeditione per triennium ſub eo militaret, multa corpora & pignora Sanctorum de diuerſis Italiæ locis quocumque potuit modo collegit: primum à Marſiâ S. Elpidium ..... à Corduno pignora Vincentij Martyris & Leuitæ, ab Hiſpaniâ olim à duobus monachis Capuam, à Capuâ illuc deportata ..... Hæc omnia cum parte catenæ S. Petri Apoſtoli, cum capillis eiuſdem, & ſanguine S. Stephani Protomartyris, & parte de craticulâ S. Laurentij Martyris à Papâ Ioanne ſibi donatâ, cum aliis multis Sanctorum pignoribus Præſul Deodericus in Galliam hoc anno tranſtulit, & in eccleſiâ S. Vincentij Martyris à ſe in inſulâ vrbis conſtructâ locauit. *Hinc refellas quod ſuprà ſcripſit Sauſ-*

Aliquæ S. Vincentij reliquiæ Metis.

EX VARIIS. *Sauſſaius, ab ipſo Theodorico eſſe Capuâ ſublata. Porrò de Theodorico, cuius natalis recolitur 18. Iulij, ſæpiùs alibi agetur.*

Tornaci, Bruxellis. 16 *Ioannes Cognatus Hiſtoriæ Tornacenſis lib. 3. cap. 36. teſtatur aliquas quoque S. Vincentij reliquias in cathedrali Tornacenſi eccleſiâ aſſeruari. Fuerunt & in ſacrario Bruxellenſi glorioſorum piißimorumq; Principum noſtrorum* Alberti & Iſabellæ, *aliquæ eiuſdem ſancti Martyris exuuiæ. Glaber Rodulphus lib. 3. hiſt. cap. 2. de Roberto Galliæ Rege ita ſcribit:* Obtulit Robertus Rex, *inquit,* immenſa munera auri atque argenti & pretioſarum gemmarum Henrico; centum inſuper equos honeſtiſſimè phaleratos. At ille cernens amici liberalitatem, ſuſcepit ex illis tantùm librum Euangelij, aureis lapidibus pretioſis inſertum, ac phylacterium ſimile factum, continens dentem S. Vincentij Leuitæ & Martyris. *Vnde hunc dentem acceperit Robertus, vbi eum S. Henricus collocârit, nos latet.*

Dens eius S. Henrico Imp. donatus.

§. III. *Reliquiæ S. Vincentij Caſtrum allatæ: earum partes aliò.*

Caſtrum tranſlata S. Vincentij reliquiæ. 17 CAſtrum, *ſiue* Caſtra, *aut* Caſtras, *vrbs eſt Occitaniæ ad* Acutum *amnem ſita; olim celebre ordinis Benedictini monaſterium, ſub Albigenſi Epiſcopo, ſed Ioannes XXII. Papa in Eccleſiam cathedralem erexit; Paulus III. an. 1536. 22. Nouemb. de monachis ſeculares Canonicos eſſe ſanciuit. Huc S.* Vincentij *Martyris ex Hiſpaniâ allatum ſuâ ætate corpus teſtatur Aimoinus, qui Ludouici Pij eiuſq; filiorum vixit ætate, atque ipſam tranſlationem duobus libris deſcripſit, quos Iacobus Breulius typis vulgauit. Quam hiſtoriam Andreas Reſendius Luſitanus in epiſtolâ ad Bartholomæum Kebedium ſalsè irridet: ſed præter iocos, ſubinde parum modeſtos, vix argumentum profert vllum, quo fidem illius elidat. Vtri tamen corpus poßideant ſancti Martyris, an vtrique partem ſolùm, an integrum, ſed diuerſorum eiuſdem nominis Sanctorum, nolumus quærere, nedum de totâ eâ controuerſiâ ſententiam ferre. Certè non integras eius reliquias Valentiâ Caſtrum, aut in Luſitaniam auectas, infrà oſtendemus; tùm Valentinus Epiſcopus brachium eius Barienſi Eccleſiæ in Appuliâ donarit.*

Eius Tranſlationis commemoratio anniuerſaria. 18 *Inuentionis S. Vincentij anniuerſariam memoriam conſignat in Martyrologio Gallicano Sauſſaius 27. Octob. cum prolixo elogio Eodem die Molanus & Carthuſiani Colon. in addit. ad Vſuardum, Caniſius, Galeſinius:* Ipſo die Inuentio corporis S. Vincentij Leuitæ & Martyris. *Vetus exemplar Martyrologij Vſuardi, quod à 400. circiter annis exaratum aſſeruatur in monaſterio S. Germani Pariſiis:* Ipſo die Inuentio, ſeu Tranſlatio, S. Vincentij Leuitæ & Martyris. *Declarat Galeſinius in Notis ac Ferrarius ſe de eâ Tranſlatione per Audaldum factâ ſcribere. Alioquin idem Galeſinius 23. Septembris:* Valentiæ in Hiſpaniâ Inuentio S. Vincentij Martyris. *Citat in Notis tabulas Eccleſiæ Bergomenſis. At Ferrarius, citans itidem tabulas eiuſdem Eccleſiæ, nobis necdum viſas, & Galeſinium:* Bergomi, *inquit,* Inuentio corporis S. Vincentij.

Pars earũ data filio Regis Galliæ. 19 *Caſtri aſſeruari S. Vincentij reliquias, à pluribus retro ſeculis, & publicis ſcriptis & miraculorum ſplendore teſtatum eſt. Partem earum aliquantulam ſibi Ludouicus Philippi Auguſti Regis Galliæ filius, S. Ludouici pater, expetiit & impetrauit. Extant Simonis Montfortij piißimi inuictißimiq; Comitis de eâ re litteræ in archiuo monaſterij S. Germani, à Breulio editæ:* Vniuerſis præſentes litteras inſpecturis Simon Comes Leincestrenſis, Dominus Montis fortis, Dei prouidentiâ Bituricenſis & Baiocenſis Vicarius, ſalutem in Domino. Cùm chariſſimus Domnus noſter Ludouicus cum multâ precum inſtantiâ nos rogaret, quòd nos ei dari faceremus aliquid de reliquiis B. Vincentij Martyris, cuius corpus ſanctiſſimum in quadam eccleſiâ quæ in honorem ipſius fundata eſt apud Caſtras, quamdam villam noſtram in diœceſi Albienſi, per librorum auctoritatem, qui ſunt in eccleſiâ prædictâ, & miraculorum frequentiam, quæ per prædicti beatiſſimi Martyris merita glorioſa frequenter ibidem fiunt: nos deuotionem prædicti Ludouici attendentes, vtilitatem & promotionem, quam ipſe contulit in negotio Ieſu Chriſti, eidem dari fecimus de oſſe maxillæ prædicti Martyris glorioſi. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras ſigillo noſtro fecimus ſigillari. Datum Tholoſæ in capellâ Domus militiæ templi.

Sigillum monaſterij Caſtrenſis. 20 *Extant de eorumdem reliquiarum donatione ibidem litteræ Abbatis Caſtrenſis* Willelmi, *quas & Guilielmus Catellius citat lib. 2. cap. 23. Ea ita habent:* Willelmus Dei miſericordiâ dictus Abbas Caſtrenſis, & totus Fratrum conuentus, vniuerſis Chriſti fidelibus has litteras inſpecturis æternam in Domino ſalutem, & dignam bonorum operum ſuorum remunerationem. Conſiderantes nobilis viri Domini Ludouici, filij illuſtris Regis Franciæ, Domini videlicet Philippi, conſtantem deuotionem, & piam bonæ indolis affectionem, in petendo reliquias glorioſiſſimi Vincentij Leuitæ & Martyris (qui paſſus eſt ſub Daciano Præſide in Valentiâ ciuitate Hiſpaniæ) facilem præbuimus ſibi aſſenſum; volentes caritatiuè eius vota, quæ à rationis tramite non diſcordabant, affectu proſequente complere: dedimus eidem gratis & ſponteneâ voluntate quamdam partem maxillæ capitis pretioſiſſimi Martyris, ob honorẽ & reuerentiam iuſtæ petitionis & regiæ dignitatis ac maieſtatis. Datum apud Caſtras, vbi corpus iam dicti Martyris ſeruatur, Dominicâ infra Octauas Dominicæ Aſcenſionis anno Incarnationis eiuſdem MCCXV. regnante Domno Philippo illuſtri Rege Francorum ſuperiùs nominato. *His litteris appenſa ſunt ſigilla Abbatis, & Conuentus Caſtrenſis; primum hoc ſcripti continet: S. G. ABBATIS CASTRENSIS. alterum habet figuram capitis* S. Vincentij *impreſſam, cum hac in circuitu ſcripturâ: SIGILLVM S. BENEDICTI CASTRIS.*

Alibi os Sancti. 21 *Os faucis S. Vincentij, quod cum illâ mandibulâ veriſimile eſt coniunctum fuiſſe, in monaſterio S. Germani repertum teſtatur Breulius; partemq; eius non maiorẽ primo pollicis articulo, anno 1602. poſt multas preces donatam illuſtri feminæ Mariæ de Bouſſu, partiendam cum Duce quadam Hiſpanâ; partem quoque illius oßis dudum promiſſam, tandem eodem anno 1602. 21. Aprilis, traditam monaſterio S. Vincentij Cenomanenſi.*

Cor ſeruatũ Duni- Regis 22 *Cor eiuſdem Sancti in oppido, quod* Dunum-Regis *appellant, aſſeruabatur, quod Theobaldus Sancerræ Comes olim argento decorari iuſſerat. Oppidum anno 1562. obſedêre hæretici ac deditione cepêre, moxq; contra fidem datam, eccleſiolam S.* Vincentij, *quæ ſola in eo oppido exiſtit, ſubeſtq; parochiali & collegiatæ B. Stephani in ſuburbio ſitæ ædi, omnibus ornamentis, ſacrâque ſupellectile ſpoliarunt. Cor S. Vincentij quidam à Priore Eccleſiæ S. Stephani ſibi commiſſum clàm ſeruabat: ſed proditus, multiſq; affectus verberibus, compulſus eſt tandem id illis tradere; qui argentum quidem diripuerunt, ipſum verò ſacrum pignus publicè in alio oppido combuſſerunt, vnde ſuauiſſimus odor exſpirauit. Ita ferè Breulius in Notis ad hanc Tranſlationem. Tranſlatas porrò Caſtrum reliquias S. Vincentij profitentur ipſi Valentini, vt teſtatur etiam Reſendius, ac Franciſcus Diagus lib. 6. Annal. regni Valentiæ cap. 6. vbi ſcribit, non ſolùm natalem ſancti Martyris celebrari 22. Ianuarij, ſed & tranſlationem reliquiarum in Galliam poſtridie; vtrumque officio duplici, in Eccleſiâ Valentinâ.*

ab hæreticis combuſtum.

HISTORIA TRANSLATIONIS
AVCTORE AIMOINO MONACHO.
PRÆFATIO AVCTORIS.

DIgnis memoriâ ſanctis Patribus, Domno Abbati Bernoni, ceteriſque ſub eo Fratribus, in pago Albienſi, & monaſterio B. Benedicti, quod Caſtrum cognominatur, ſub eius regimine, regulari ſtudio Deo commilitantibus, Aimoinus peccator, almi Germani Pariſiorum Præſulis monachorum nouiſſimus, præſentem proſperitatem, æternamque in Chriſto coronam.

Rogantibus Caſtrenſibus Veſtrâ, ô amantiſſimi Patres, prudenti necnon & imitabili ſimplicitate compertâ, non miror quòd libuit ſancti-

monachis hæc hiſtoria ſcripta.

ſanctitati veſtræ mihi modico tantum iniungere negotium, quatenùs aduentum beati Leuitæ & Martyris Chriſti Vincentij ad vos, eiuſdemque aduentus ſuperne admonitionis cauſſam, litteris mandando, poſteris futuriſque ſeculis ſciendum præberem. In quo etiam illud competenter exigitis, vt grandia paucis elucidem, ſeu pro vitando faſtidio ſpatioſa breui ſermone contraham; quò omnibus legentibus hoc opus, Chriſto fauente, probetur acceptius. Id quoque, quemadmodùm de miraculis eiuſdem Sancti, in itinere vel penes vos multiplici numeroſitate exhibitis, tantùm vt eius Inuentio, eiuſque ad vos Tranſlatio certa dignoſcatur, contingam. Sed quoniam me ſuper hoc, quamuis indignum, dignanter tamen aggreſſi eſtis; fiat Domini pia ſemper voluntas, ipſiuſque ſancti & egregij teſtis conſequens pro me ac frequens apud eum oratio. Neque fas ſit me tot tantiſque Præceptoribus digna, licet ab immerito, poſtulantibus inobedientem reperiri; veſtrâ quoque pro me ſanctitate diuinam ſupplicante clementiam; vt quod meritis non præſumo, ſanctarum precum ſubleuatus auxilio, non ego quidem, ſed gratia Dei mecum, perficere poſſim.

LIBER I.

cum veteri MS. Ripatorij collatus.

RELIQVIÆ INVENTÆ. DENVO RECEPTÆ.

1 ANno octingenteſimo quinquageſimo quinto Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, regnante orthodoxo Francorum Principe *a* Carolo Hludouici Imperatoris filio, in parte quadam regnorum ipſius, in Aquitaniâ ſcilicet, & monaſterio, quod vulgari appellatione *b* Conkittas vocitatur, Hildeberto cuidam monacho viſio oſtenſa eſt, quam cœlitus monſtratam ſequentia declarabunt. Erat igitur idem vir ſimplex, vltra iuuenilem ætatem tempus agens, ſenex moribus ac ſanctæ patientiæ ſtudiis eruditus. Habitum etiam monaſticum (quem præſertim à tempore ſui ſacerdotij inhianter deſiderauerat) adeptus, talem ſe totius religionis præbuerat actibus; qui etiam præcedentium huius vitæ Patrum ſequens veſtigia, multis & ipſe foret in exemplum. Hic cùm ſe aliquando poſt exſolutum vigiliarum debitum ſopori dediſſet, vox ei diuina ſic inſonuit, dicens: Frater vigilas? Cui reſpondenti, Domine quid me vis? Surgens, inquit, vade, & aggredere Valentiam Hiſpaniarum: ac perquire extra muros eiuſdem ciuitatis locum ſepulturæ Vincentij Leuitę & Martyris. Cuius corpus, eccleſiâ, quæ deſuper fuit, à paganis ob malignorum ciuium & circùm habitantium prauam conuerſationem deſtructâ, ibi abſque vllo religionis honore, nullo, exceptâ matre, obſtante tegmine, imbre madeſcit æthereo. Nam dignum eſt, ſcito, Dominique voluntas, vt idem glorioſus Dei amicus inde diligenter effoſſus, ad locum transferatur pacis cultuſque legitimi. Quibus edictis, mox à conſpectu videntis illa cæleſtis ſpecies huiuſmodi viſionem narrantis, vnà cum voce ſubducitur. Qui ſopore depulſo, & quod viderat vigilanti animo replicans, ad Dei rogandam pronus conſurgit clementiam, quatenus per eum cunctorum opifex, quod oſtenderat, dignaretur explere.

a

b

Hildebertus monachus in ſomnis admonetur vt perquirat corpus S. Vincentij:

ſocium adſciſcit Audaldum.

c

2 Erat alius in eodem monaſterio religioſus ſanè monachus, æquè Sacerdos & conuerſus, Audaldus nomine, ſpeciali ei familiaritate connexus, ætate ac vitæ moribus penè conſimilis: *c* cuius ab ore quæ dicuntur, & multò etiam ampliora nos in fide accepiſſe confidimus. Ad hunc primus memoratus conpreſbyter Hildebertus acceſſit; & quod ſibi reuelatum fuerat ſecretâ allocutione detegens, eum in hoc multis modis animando ſocium poſtulauit: hortatur amicum, precatur dilectum: Dei ſanctique Martyris adfuturum repromittit auxilium; necnon & pro laboris ſudore, æternæ recompenſationis præmium pollicetur. Quibus auditis vir deuotus, & attenti pectoris arcano receptis, confeſtim verbis fauens ſodalis, aſſenſum libentiſſimè præbuit: præſertim cùm idem à quodam nobili Hiſpanienſi viro, *d* Berâ nomine, frequenter audierit, quòd eiuſdem ſancti Leuitæ & Martyris corpus ab eodem loco cultoribus deſolato facilè in quamcumque partem à quolibet aſportari poſſet. Conuenitque vtriuſque eorũ animus, ad tot terrarum interualla percurrenda promptiſſimus, atque ad perferenda ſi qua etiam forent impedimenta paratiſſimus. Itaque Blandino eiuſdem loci Abbati, reliquiſque Fratribus ſuæ voluntatis rem patefaciunt: à quibus hoc agendi ſeu perficiendi eos oportebat expetere conſilium. Proceſſit ſanè omnium qui conuenerant communis in hoc validuſque animi ardor: quorum ſcilicet mentes virtus illuſtrauerat ſuperna, & æqualis ſpei perflauerat lætitia.

AVCTORE AIMOINO MONACHO.

d

Abbate annuente,

iter arridiuino (quod eſt magis fatendum) conſulto, paratis omnibus exeunt cum duobus tantùm famulis, hilares procedentes ad locum & opus ſibi cælitus intimatum. Gradientibus autem eis ac viam feſtino tramite accelerantibus, Hildebertus carnis incommodo preſſus, aſſumptum iter quamquàm inuitus reliquit. Audaldus verò mœſtus, ac deinde vno ſolo comite contentus, poſt multas, quas prolixum eſſet expedire, paganorum inſidias, pariterque tribulationum variarum preſſuras, ducente ſe Chriſto, audacter percurrens, tandem aliquando Valentiam ſuperiùs nominatam ciuitatem aggreditur. Vbi diebus quatuor in eius ſuburbio, à Chriſtianis iam penitùs derelicto, anxius dubiuſque quid ageret immoratus, quinto die Zachariam quemdam Maurum, apud quem hoſpitabatur, conueniens, ſciſcitabatur ab eo priuatim de re propter quam venerat, & vtrum ſe in hoc adiuuare poſſit, denudatis ſecretis interrogat. Quo reſpondente ſe optimè poſſe, atque locum vbi pretioſus Domini Martyr iacebat, ipſiuſque monumenti tumbam adhuc integram benè ſe noſſe; Eamus, inquit Audaldus, & videamus vtrúmne ita ſit, quemadmodùm teſtaris. Quo aiente, Quid mihi dabis pecuniæ, ſi quod quæris oſtendero? monachus ait: Parum quidem habeo: ſed illud totum vel certè exinde quantum petieris incunctanter appendam. Vnde prædictus Zacharias ſuperno inſtinctu, ſanctique Martyris (vt credimus) obtentu moderatus, non ampliùs quàm *e* quadraginta argenteos, ſolidos videlicet quinque, pretium poſtulauit. Quibus libenter tributis, ſimul ierũt ad locũ, vbi maceriarum eccleſiæ tantùm patebant ruinæ, atque ipſius ſepulchri ſitum, vt fuerat, incontaminatum tituloque ſignatum repererunt. In quo erat ſuper inſcriptum, quòd illic requieſceret ſanctus Leuita & Martyr Vincentius. Præclarorum quoque parentum nomina, patris Euticij, matris verò Enolæ, à quibus orbi agoniſta talis proceſſerat, eidem epitaphio inter cætera refulgebant inſerta. Ergo comperto ſeu denotato ſarcophagi loco, die adhuc multo domũ reuerſi ſunt, glorificãte Audaldo Deum ac benedicente, qui itineris ſui curſum ita proſperè direxiſſet.

Hildebertus eger ſubſiſtit:

Audaldus S. Vincentij ſepulchrũ reperit:

e

4 Proinde dum quies noctis membris præſertim humanis blanditur, accepto lumine conſurgentes ſoli ſecretò reuertuntur ad tumulum: inueniuntque miræ pulcritudinis vas marmoreum vndique (vt decebat) ſtudioſè munitum, quod vltra quàm credi poteſt, inopinâ *g* facilitate ſimul ambo viribus inſiſtentes aperiunt. Quid præterea admirationis pro incredibili eius integritate, quidue cõpunctionis ſeu lacrymarum, propter videlicet gaudium ac inexpertam aromaticę ſuauitatis illic diffusã fragrantiam memoratus ille monachus, tãti boni repertor, inibi tunc perſenſerit, ineffabile, ipſo iureiurãdo atteſtante, habetur. Hoc tamen luce clariùs fulget, quòd huiuſmodi ſignis veluti quibuſdam vocibus promulgatum fuerit, quòd is qui quærebatur Dei Martyr & Leuita Vincen-

Noctu corpus tollit,

g

ſuauiſſimo fragrans odore:

AVCTORE AIMOINO MONACHO.

Vincentius eſſet inuentus. Qui extra multiplices & admirandas ſuppliciorum eius iniurias, ita (vt prælibauimus) integer liberque à putredinis labe repertus eſt; vt nullo modo in præparato ſibi ad efferendum ſacculo, neruis adhuc rigidis componi potuerit: niſi per artus (hoc ipſâ cogente neceſſitate) diſſolueretur complicatus. Quibus cum reuerentiâ & timore perfectis, ad hoſpitium deportatur, tempuſque ac opportunitas exeundi patriamque reuiſendi præſtolatur in dies.

id palmarum ramis inuoluit,

5 Emptis denique palmarum ramis, & circa ipſum corpus ligatis, veluti huiuſce rei gratiâ theſaurus occultaretur adquiſitus, tantum tamque venerabile præmium leuans, hoc onuſtus munere, hacque locupletatus margaritâ negotiator ille pauper ditiſſimus effectus, optatum iter dum tempus videt reſumit. Cui Dominus rurſus oſtendere volens, quòd quæſitum Vincentij Leuitę & Martyris corpus inuenerit, ſub nocte quadam dum ſuper vniuerſos eumdemque Audaldum ſopor ſolitò vehementior irruiſſet; ſubitò fulgor, haud dubium quin cælo delapſus, omne repleuit quo Sanctus inerat habitaculum; adeò vt hoſpes ſeorſum recubans nil aliud quàm domum ſuam, voluente ignis edacitate, ardere putaret. Dumque clamores pauitans quis ignem ſuccendiſſet emitteret; Audaldus veluti de itinere feſſus, vix ſomni decuſsâ quiete aſſurgit, voceſque clamantis hoſpitis accipiens, rem cælitus adminiſtratam, ipſo perfuſus ſplendore tacitus timiduſque attendit. At vbi in ſeſe recollectus virtutem agnouit Altiſſimi; hoſpitem, vtpote gentilitatis ritu ferocem, blando ne paueat demulcet affatu, ignem proculdubio à ſe accenſum fuiſſe pronuntians. Hoc autem audito, ſeſe ille intra cubiculi ſui clauſtra continuit; nec eſt permiſſus dignuſque inuentus, qui facti miraculi mereretur noſſe myſterium.

ſplendore nocturno coruſcum:

venit Cæſaraugustam:

6 Monachus verò orto manè feſtinè conſurgens, quod reſidebat itineris maturiùs conficere ſatagit. Vnde poſt aliquot dies Cæſarauguſtam ciuitatem properanter aggreſſus, à quadam Deo deuotâ mulierculâ prope ipſius vrbis mœnia domum habente, miſericordiâ hoſpitandi, vtputa peregrinus, illâ nocte ſuſcipitur. Quæ ſollicita, dum in occultiore parte ſuæ domus vigilans & tacens quieſceret, animaduertit memoratum monachum ante Sancti corpus lucentibus cereis pſallenter aſtare. Itaque pulſato nocturnali tempore ſigno ad eccleſiam concita pergit: atque quod viderat per internuntium Epiſcopo ciuitatis intimauit. Qui feſtinans ſarcinam ſibi vnà cum palmis pudore ſublato deportari iuſſit, monachum autem comprehendi mandauit. Ille verò paullò antè de neceſſariis viæ ſumptibus meditans, propter emendos panes, miniſtro, quia erat mutus, domi relicto, ad forum proceſſerat. Epiſcopus namque diuiſo faſce, & quæque inerant vniuerſis coram expoſitis, reperit ſanctum intrinſecus latens pignus ſacco diligenter inſutum. Quod ſtupens nimiumque admirans, & æſtimans omnino quòd erat planè alicuius ſancti Martyris corpus, iuſſit illud auferri, atque in eccleſiâ B. Mariæ ſemper Virginis (quæ eſt mater eccleſiarum eiuſdem vrbis) veneranter recondi: in quâ olim ſub Valerio Pontifice idem Martyr ſtrenuuſq; atheta archidiaconij arcem inſignis tenuerat.

corpus ab Epiſcopo ſibi ablatum,

repetit, ſingens eſſe ſui propinqui:

7 His ita dolo peractis, Audaldus horum neſcius cum panis edulio domum regreditur: inuentoque (proh dolor.) hoc triſti facto, perculſus animi dolore, ad eumdem Epiſcopum, nomine Seniorem, lacrymis plenus acceſſit, conquerens cum eo de iniuſtè ſibi ſubducto corpuſculo. Et meus, ait, meus fuerat ille propinquus in partibus Hiſpaniarum nuper mortuus ac ſepultus. Cuius cadauer inter reliquorum parentum meorum exanimes artus componere malens, hæc terrarum ſpatia multis vexatus calamitatibus, Chriſto propitio peragrans euici: atque illud non paruo xenio dato, ex paganorum placa- [illegible]â feritate redemi. Sed (proh nefas!) inquit, offendi Epiſcopum crudeliorem ethnicis. Quod enim eorum auſteritas humanitus emollita piè quærenti conceſſit, hoc tua violentia improbè omnimodis exagitata rapit, impudenterque preſumit, & veluti inſanus ſanctum dicis corpus hominis peccatoris. Tunc Epiſcopus inter hæc & alia nimis rabidâ permotus iracundiâ monachum teneri præcepit: inexquiſita tormentorum genera virgarumque ei liuores repromittens, niſi de quanam ciuitate vel loco eum furatus eſſet, ſeu quo nomine idem Sanctus cenſeretur, exponeret. Quod cùm cœpiſſet, ac crudeliùs carnifice turpiter exercere perſtitiſſet; Audaldus volens nolens & valdè diu cæſus, ac per teſticulos tandem ſuſpenſus, quaſi viſus eſt confiteri, quòd ab Hiſpaniæ partibus illum deferret, quodque S. Marinus Martyr (hoc inuento vocabulo) nomen haberet. Sicque (vt reliqua tranſeamus) Epiſcopo ſacræ prædæ nefario inuaſore partim deluſo, cum magno cordis ploratu fletuque plurimo pulſus, ad proprium locum monachus triſtis verberibuſque attritus reuertitur. Quod monaſterij ſui Fratres audientes, nec credentes, Audaldum mendacij redarguerunt, nomenque illi gyrouagi imponentes, à ſe ſequeſtrando, iamque etiam ipſo ſponte exeunte, repellunt: & vbicumque libeat licentiam ei, imò neceſſitatem tribuunt commorandi. Qui ad cœnobium B. Benedicti, Caſtrum ſuperiùs cognominatum, vſque perueniens, eiuſdem congregationis Abbati, viro religioſo, Domno Giſleberto cæteriſque Fratribus ibidem degentibus omnem ſui itineris ſiue actus continentiam, qualiterque ſibi ſancti Leuitæ & Martyris corpus ſublatum fuerit, per ordinem explicauit. Qui nimirum attoniti, & pro his quę dicebantur valdè gauiſi, Audaldum reguları more priùs ſuſcipiunt: ac deinde illi ſecum quamdiu adiueret habitandi locum concedunt: ſimulque deliberant, tempus ad hoc congruum opperientes, quatinus tantum ad ſe decus quandoque ſupernâ opitulante gratiâ transferre ſatagerent.

malè excipitur:

fatetur eſſe Martyris corpus:

pellitur à ſuo monaſterio:

recipitur Caſtri:

8 Exacto denique tempore, annis ſcilicet octo & ſemis euolutis, ad Cæſarauguſtam, Salomone ſibi familiariſſimo *f* Cerdanienſi Comite, mandante, ex ſe Fratres mittunt; qui ſancti Leuitæ & Martyris corpus, procurante hoc ipſo Salomone reciperent, ſecumque Chriſto miſerante deferrent. Salomoni namque hoc iamdudum compertum fuerat: & (vt erat vir prudens atque boni cupidus) ad *g* Regem maiorem Cordubenſem opportunitate acceptâ perrexerat, fingens inter reliqua quòd apud Cæſarauguſtam ciuitatem parens ipſius, vocabulo *h* Sugnarius, dum ab Hiſpaniæ partibus deferretur, à Seniore eiuſdem ciuitatis Epiſcopo violenter ſublatus detineretur. Ille verò exceptis aliis donariis ſponte oblatis, vt corpus reddi iuberet ſolidis centum expoſtulatis, ad *i* Regulum ſæpedictæ ciuitatis, nomine Abdilam, chartam facere mandat, imperans vt ipſe totidem quoque ſolidis ſumptis, Salomoni Comiti propinqui ſui Sugnarij corpus reſtitui præciperet. Quibus ſic expeditis, ac Principum animis taxatâ pecuniarum ſummâ lucratis, Epiſcopus aduocatur, & cur tantam in mortuum, Imperatoriâ poſthabitâ reuerentiâ, exercuerit iniquitatem, velut reus maieſtatis, quique etiam nec ſibi reueritus fuerit, diſtrictè inquiritur. Quo omnia negante, & quòd id non fecerit cum multis Dei Sanctorumque iuramentis affirmante, Audaldus accedens conſtanti animo Epiſcopum fortiter conuincere parat. Sed illis diu abſque effectu, &, vt dicitur, muliebriter contendentibus, poſtquàm diu eſt conflictum, & vt confiteretur blandis inſuper inuitationibus prouocatum, Epiſcopus ad extremum veluti rebellis tormentis deſtinatur, eique quòd ligato pedibus eius vel collo fune per circuitum ciuitatis traheretur, quodque illuſus membratim demum diſſiparetur, repromittitur, niſi datâ veritate à negandi duritiâ ſibimet conſulens reſipiſceret. Virtutes namque licet ſub nomine S. Marini, tranſacto præſcripti temporis ſpatio, illic frequenter oſtenſæ, animum illius in tantum Martyris amorem pertraxerant. Exterritus tamen huiuſmodi minarum horrore, non ſolùm quod geſtum eſt confitetur, verùm etiam & quod multis habebatur incognitum,

f

iterũ abit in Hiſpaniam,

g

h

Rege Cordubenſi & Cæſarauguſtano conciliatis,

i

corpus ab Epiſcopo repetit:

& metu tormentorum extorquet.

S. Vincentius ibi miracula patrat.

cognitum, quo videlicet illud ſacrum corpus eſſet humatum, non ſine dolore quidem gemebundus aperit. Quâ de re animoſiores redditi qui aduenerant monachi, ſimulque fodiendi viribus ſumptis, accedunt ad deſignatum Martyris veſtigandum ſepulchrum. Concertantibus autem eis vtpote ad elaborandum inſtructis, pretioſum reperiunt eleuantque cæleſtis doni talentum.

Pedis dolor ſanatus. Cumque vnus illorum, Ratbertus nomine, hæſitans dubitaret, idem an alius eſſet, atque loculum aperiendo certis ſignis Audaldo notis, hoc priùs cautè perſpici debere contenderet; ſtatim pede quem ad hoc promouerat infirmatur, plurimùm ſibi formicante genu cum tibiâ. Quo remanente reliqui hoc indicij ſigno ſatis certi redditi, corpus tantùm procurant inuentum, atque ad deportandum aptè componunt. Tantoque potiti deſiderio, ac poſt paullulum monacho pedis vigore pleniter recuperato, cum hymnis & gratiarum laudibus (prout ratio & loci qualitas dictabat) exeuntes, ad propria redire, Domino ducente, diſponunt; cui eſt honor & poteſtas, virtus & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

a Caluo *ſcilicet.* b *MS. Rip.* Okatas.

c *Hinc atatem Aimoini licet agnoſcere: vti & ex prolog. lib. 2.*

d *Editio Breulij* Bertâ. e *MS. Ripat.* ſexaginta.

f Cerretani, *vel* Cerroetani, *Hiſpaniæ citerioris populi, etiam Ptolemæo aliisq; veteribus nominati; nunc ſub Catalaunia principatu cenſentur. ditio vulgò* Cerdaña *appellatur.*

g *Erat* Corduba *imperij Maurici ſedes, eiuſq; Rex ceteris Maurorum in Hiſpaniâ ſeu Ducibus ſeu Regulis, eâ ſaltem ætate, iura dabat. Erat tum Rex* Mahomad Abderrahmani *filius.*

h *MS. Rip.* Signarius.

i *De Regibus Cæſarauguſtanis conſule Marianam noſtrum lib. 10. de rebus Hiſpan. cap. 7. Diagus Abdilam hunc, qui aliis* Abdalla *dicitur, coniicit regnaſſe inter* Muzam Aben Heazin, *&* Aben Alfage.

LIBER II.

RELIQVIÆ CASTRVM DELATÆ. MIRACVLA.

Hucvſque de ſancti corporis inuentione, ſeu repetitione: nunc autem quæ reſtant, tranſlationis & geſtorum in eâ miraculorum, ſequẽs libellus cum ſubiecto excipiat

PROLOGO.

ERgo quia hactenus, quæ circa huius ſancti Leuitæ & Martyris inuentionem ſeu corporis repetitionem geſta ſunt, fideli ſtylo, Chriſto duce, digeſſimus: iam nunc quæ reſtant ipſius tranſlationis & geſtorum in eâ miraculorum, breui quemadmodùm cœpimus tractatu ſollicitè videamus. Neque enim effugari lectorem, multò magis verò ad ea quæ dicuntur inuitari oportet, qualiter etſi ſermo incultus exaſperat, ſaltem ſuccinctus demulceat. Ideoque omne hoc opus in duo etiam diuidere voluimus corpora, licet quantitate exigua. Nobiſque donari petimus, quicquid prætereunter in his exceſſimus, qui de multis pauca legentes, illa prorſus quæ fide ac relatione digna inuenta habuimus, eis præſentibus qui viderant atteſtantibus, pij laboris ſtudio, ipſo in loco, ſcribere curauimus.

a 1 Siquidem illis ad a Balagiuum oppidum, iuxta fluuium b Segarim, curſim peruenientibus, in quadam inſulâ ſolo contiguâ reſederunt: ſtatimque diuulgatum eſt nobilis Leuitæ & Martyris corpus adeſſe. Tunc conueniunt nonnulli munera & obſequia pro poſſe offerentes. Inter quos mulier dudum cæca adducta eſt: quæ humi ante ipſas reliquias proſtrata, lumen ſibi donari poposcit: & aliquãdiu flens, ac in oratione perſiſtẽs, viſum cunctis qui aderant cernentibus recepit, & ſemetipſam qualis venerat qualiſque effecta eſſet admirans, aiebat: Gratias tibi Deus, tibique ſancte Martyr, qui me tuæ virtutis vbertate dignam direxiſti.

In itinere ad S. Vincentij reliquias cæca illuminata:

AVCTORE AIMOINO MONACHO.

2 Profecti autem inde ad c Bergam caſtellum celeri curſu iter dirigunt: vbi Dominus itidem præſtito miraculo, quid meriti quidue gratiæ apud eum ſanctus Leuita & Martyr haberet clementer oſtendit. Nam inter reliquos, gratiſſima eius munera requirentes, adfuit quidam delatus claudus, totoque corpore ægrotus: qui coram reliquiis (vt in talibus contingere ſolet) cœpit primùm dolore valido affligi & in pauimento volutari; quod aſtantibus mirum videbatur. Sed paullò pòſt, miſerante Deo, per interceſſionem B. Vincentij conſolidatæ ſunt baſes pedum eius, & directi greſſus: ita vt lætitiâ ſoſpitatis amicâ comitatus, per ſe ad ſuos ſanus rediret.

c *claudus curatus:*

3 Quia verò lucerna non debet abſcondi, ſed vt luceat ſuper candelabrum poni, iam illud ſanctum corpus tanto virtutum fulgore coruſcum feretro aptantes, Salomone Comite præuio pacificoque ductore, Cerdaniam vſque venerunt. Ibi enim propter occurrentes, & neceſſariam itineris quietem, ſalubri conſideratione aliquantiſper ſtare decreuerant. Intranteſque quamdam eiuſdem prouinciæ villam, quæ à priſcis cultoribus nomen Albis accepit, impoſuerunt illud ſuper altare eccleſiæ B. Marię Virginis. Quò innumerâ multitudine vtriuſque ſexus per biduum confluente, reperti ſunt inter eos contracti genibus duo, & vna debilis mulier, cæcus vnus, ac febricitantes, ſeu energumeni, eius Sancti meritis ab omni infirmitatum grauedine liberati. Nec audiuimus, quòd vllus quocumque debilitatis morbo inuaſus, (ſi fideliter acceſſit) ſe vel aduerſſe, vel certè ſine remedij medicinâ receſſiſſe doluerit.

debiles, contracti, caci, energumeni ſanati:

4 Penè igitur per ſingula manſionum loca patratis miraculis, vt, verbi gratiâ, in d Liuiâ duobus claudis erectis, in e Carcaſonâ extra vrbem in eccleſiâ ipſi Leuitæ & Martyri ſacratâ, dæmoniacis infirmiſque aliis non paucis curatis; iam læti Caſtrum, quò tendebatur, præcipui Patris Benedicti monaſterium appropinquant. Sed qualis fuerit tanta exceptione dignus cum crucibus ac cereis omnibuſque congruis ornatibus ille monachorum ſplendidus apparatus, necnon & deuotiſſimus populi concurſus, reor ſuperfluum ſi exponi contendatur. Martyris itaque corpus ſeruandum venerandumque in eccleſiâ almæ genitricis Dei Mariæ ante ipſius cœnobij portam collocauerunt, ob deuotam maximè feminarum frequentiam, quibus monaſterij ipſius aditus ex antiquâ Patrum eiuſdem loci conſuetudine denegatur. Decreuerunt tamen nouam baſilicam in eius honorem monaſterio vicinam extruere, ad quam vtriuſque ſexus perſonis deuotis liber ſit acceſſus.

d
e
aliis patratis miraculis,

perferuntur Caſtrũ reliquiæ.

5 Sed quoniam poterat dubitari de prædictâ eius inuentione & optatâ delatione, hoc omnipotens Deus ad cumulum ſuæ bonitatis tali miraculo roborari voluit. In villâ Vidcellas, à monaſterio tribus dumtaxat millibus diſtante, femina quædam ibidem adhuc degens, nomine Aitrudis, à vicino ſuo admonita eſt, vt depoſito lanificij opere, in occurſum ſuſceptionis B. Vincentij Martyris cum aliis properaret. Quod illa facere recuſans, cum cachinno dixit, eſſe potiùs corpus cuiuſdam Mauri Ethnici vel Hiſpani, quàm Martyris. Et extemplò omnium priuata membrorum officiis contrahitur, ac veluti cadauer miſerabiliter in terram conſternata, ſe mox expiraturam terribili voce proclamat, rogatque ſuos, vt ad Sancti templum deferatur. Vbi curru delata, per dies nouem, aſpicientibus multis, eamdem percuſſionis debilitatem ſuſtinens manſit: atque poſt alios nouem ſaluti reformata, valens, vt nunc quoque valet, exiuit.

Mulier eas irridens, contractione punitur, dein ſanatur.

6 Enimuerò frequentantibus locum plebibus, ſiue infirmis variis lãguoribus oppreſſis ſanitatum medelam exquirentibus; à Cerdaniæ partibus quidam venientes, haud longè à monaſterio propriis rebus expoliati, nudi ad Sanctum gemebundi flenteſque perueniunt. Sed mirum in modum gratiâ ſupernæ accidit æquitatis, vt prę-

Peregrinatores ad eumdem locum inuiti redeunt:

AVCTORE AIMOINO MONACHO.

datores aliorſum fugere tentantes, aduersâ ſibi profectione mirabiliter coacti, cum vniuerſis quæ abſtulerant ad eumdem locum feſtinanter accederent. Et ſeſe mutuò intuentes ſpoliatores ac ſpoliati, iſti timere, hi verò multò ampliùs mirari cœperunt: volentibuſque populis in reos conſurgere, ſupplices rogarunt ne quid ſibi mali ob Chriſti ſanctique Martyris amorem inferrent. Quo impetrato omnia reſtituerunt: & Deum Sanctumque laudantes Vincentium, ad propria ſinguli repedant; iſti de inuentis, illi autem de veniâ gratis adquiſitâ iocundi.

Peregrino erepta haſta domum refertur.

7 Nec ſilentio prætereundum, quod pari admiratione dignum eſt. Quidam enim ex Camerenſi pago, cauſsâ orationis, inclinato iam die aduenienſ, lanceam ſuam vni arborum, quæ ſunt ante memoratæ baſilicæ ingreſſum, ſeruato religionis honore, innixam reliquit. Cumque eccleſiam ſic exarmatus intraſſet, & orationi deuotè inſiſteret, fur quidam lanceâ eius raptâ aufugit, domum ſuam non longè poſitam petens. Sed mente perturbatus, ad eiuſdem viri tugurium, cuius erat haſta, infra triginta ferme leucas, ieiunio ac itinere per totam noctem fatigatus deuenit. Cumque ſitiens paullulum aquæ peteret, mulier agnitam mariti haſtam recipit, & furi reatum ſuum confitenti pepercit, non ſine admiratione virtutis S. Vincentij, qui peregrini ſui iniuriam eo modo reparari curauit.

Cæcus illuminatur:

8 Quandoquidem de nouâ S. Vincentij Leuitæ & Martyris fabricandâ eccleſiâ mentionem fecimus, congruum eſt huic loco nouum referre miraculum. Ad hãc enim conſtructionem confluentibus pariter plus quàm ducentis viris cum muneribus, præter mulieres, paruulos, & infirmos. Inter quos fuit quidam cæcus rebuſque pauper, qui ne in Sancti ſeruitio vacuus appareret, lapidem non paruum ſibi ex itinere à ductore dari popoſcit, atque illum ſubitò leuatum collo ſuppoſuit. Cumque à plebe ſtultitiæ argueretur, vt qui rem impoſſibilem propter pondus attentaret, aſſeruit ſe numquàm ab incepto quieturum, donec munus aſſumpti lapidis ad noui templi S. Vincentij ſtructuram detuliſſet. Nec mora, inter hæc verba, depulsâ cæcitate viſum recepit.

f

9 Vir venerabilis *f* Heliſagar Toloſę ciuitatis Epiſcopus his auditis virtutum ſignis, iure paſtorali Clerum populumque hortatus eſt, vt qui vellent ad ſancti Martyris orationem ſecum ire pararent. Qui dum decreto tempore paſtor bonus ouium turmis circumſeptus, à nono etiam milliario diſcalceatus, forma factus gregi, reuerenter aduenisſet, quidam eorum digitos vtriuſque manus ab ipsâ natiuitate ita contractos & volæ hærentes habens, vt numquàm explicari ſeu extendi valerent, poſt orationes & lacrymas coram ſancto Martyre fuſas, ſenſit eos ſolutos, manante tamen viuo cruore è locis quibus priùs inhæſerant. Quo viſo Epiſcopus & vniuerſi qui cum eo erant, in laudes diuinas prorumpunt, litanias, hymnos, & Te Deum laudamus lacrymosâ voce pſallentes, ipſaſque manus ſanguine litas iam gaudio magno deoſculantes.

cuidam contracta manus ſanatur:

furari volens punitur, ope S. Vincentij ſanatur:

10 Quidam argentum ſibi ad aliquod opus neceſſarium in ſinu abſconderat. Quod inuerecundè mulier in latrocinandi arte perita extraxit. Sed manus eius ipſum argentum continens ſtatim obriguit, ita vt eam nec aperire, nec ad ſe (cunctis videntibus) reducere valeret. Ipſa verò ad S. Vincentij ſacras reliquias confugiens, & ibidem cum Fratribus aliiſque fidelibus deuotè orans, curata eſt, manuque relaxatâ furatum argentum reſtituit.

caca illuminatur.

11 Alius cæcam habens filiam à natiuitate, eam medendi fretus fiducià, ad S. Vincentij diuulgata paſſim patrocinia adducere ſtatuit. Et ad monaſterium vſque veniens, vbi comperit ipſum ſacrum corpus, propter timorem paganorum Nortmannorum, ad remotiorem & tutiorem locum tranſportatum fuiſſe, crebriùs ingemiſcens dicebat: Miſerere Chriſte, miſerere ô Beatiſſime Vincenti. Miſerere mihi miſero, miſerere huic filiæ meæ. His lacrymarum vocibus ſuperna, quæ non dormitat, ad miſerandum excitata clementia, continuò obtinentibus magni agoniſtæ precibus & fide parentis, lumen reſtituit puellæ.

g

Reliquiæ aliò ad tempus auectæ:

12 Nortmannis autem, qui ad *g* obſidendam Toloſam venerant, abſcedentibus, monachi ſanctum reuehunt corpus; digniſque eo in loco, vbi priùs fuerat, officiis veneraridum reponunt.

alia cæca illuminatur:

13 Rurſus puella quædam à natiuitate cæca, indubitanter credens, interuentu tanti Martyris ſe poſſe lumen recipere, ſororem rogauit, vt ad eum quãtocyùs perduceretur. Quæ dum ſimul incederent, audierunt interram procul remotam delatum fuiſſe. Ad quam propter rigorem hiemis & aſpera iuga montium non valentes peruenire; cæca ſororem ſuam hortata eſt, vt ex cerâ quam ſecum tulerant candelas conficeret, eaſque ſaltem ad locũ, quo ſanctum corpus in itinere ad modicũ pausârat, deferret. Audierat enim locum miraculis celebrem, ita vt etiam animalia ratione carentia illum contingentes debilia redderentur. Quod cùm feciſſent, atque ſe illic ambæ gementes proſtrauiſſent, fusâ prece, quæ lucis neſcia venerat mulier, cœpit clamare ſe clarè videre.

blaſphemus punitur,

14 In eodem Albienſi pago fuit quidam piſcator, nomine Vbidandus, qui cùm videret ſocios ſuos piſcatum pergentes, in præfato loco cauſsâ venerationis morari, eos increpabat dicens: Vellem arbores huius ſiluæ vniuerſas adoraretis; qui omnium plateas viarum indiſcretâ conſideratione, oratorij religione ſacratis. Quibus dictis, illicò petulans os eius in aurem ſurſum conuertitur, atque vltra quàm dici poteſt monſtruoſum efficitur. Tuncque pœnitens ad prædictum locum cucurrit, totoque extenſus corpore ſe contumelioſum & blaſphemum fuiſſe fatetur. Deinde ad eccleſiam, in quâ ſancti Leuitæ & Martyris corpus excolebatur, velociter perrexit: eamque ſingulis horis diei vel noctis frequentauit, donec ſanaretur.

interceſſione S. Vincentij ſanatur.

Alia miracula.

15 Hac itaque luce longè lateque diffusâ, etiam à natiuitate adducti cęci illuminabantur, ſurdis ac mutis ſenſus officia reddebantur, claudi curabantur, energumeni fugatis dæmonibus mundabantur, & aliarum infirmitatum quacumque moleſtiâ aggrauati, præſentes abſenteſque ſani efficiebantur. Vnde paupercula quædam à multo tempore luminibus priuata, cùm ad ſanctum Martyrem duceretur, in medio itinere à ductoribus tædio & labore feſſis derelicta, rogauit quemdam adſtantium, vt ſaltem candelas (ſuæ orbitatis munuſcula) ante ſancti Martyris altare accenſas offerret. Qui dum manu extentâ eas accipere vult, ab ipſâ muliere videntur; recollectoque brachio, iam non ductorem nec earum latorem quærit, ſed hilaris & de die in diem clariùs videns iter cœptum, etiam pleroſque anteuertens, perficit, & tandem ad ſepulcrum B. Vincentij peruenit. Vbi candelis ardentibus, non per alium ſed per ſe oblatis, plenam oculorum aciem recepit.

Cæca vſum recipit,

h

contractum greſſum & vires.

16 Huic ſimile eſt miraculum in *h* Rotenenſi pago, qui vulgò Rodinigus appellatur, patratum. Quidam contractus genibus cùm ad S. Vincentium adducerentur, à ſuis ductoribus ignauis, pigris & inhumanis, in medio itinere ſolus & plorans derelictus eſt. Sed quia Dominus, de quacumque neceſſitatis anguſtiâ ad ſe clamantium preces miſericorditer exaudire non ceſſat; extemplò miſeratur miſerum, ac cæleſti perfuſum medicamine, iacentem debilem facit erectum: adeò vt magnis paſſibus gradiens, ſuos deſertores mox aſſequeretur. Illi autem tanto miraculo attoniti, ſeipſos accuſare vehementerque redarguere cœperunt, quòd cæleſtis remedij beneficio dignum, ita pigri inclementeſque deſeruiſſent.

17 Conſuetudo, vt meminimus, præfatæ Congregationis fuit, vt fœminæ omnes ab ingreſſu monaſterij arcerentur. Idcircò eiuſdem cœnobij Fratres prudenter prouiderant, vt corpus B. Vincentij Leuitæ & Martyris in baſilicâ Dei genitricis Mariæ poneretur, ad quam li-

ber

ber erat mulierum acceſſus. At verò ſucceſſu temporis, conuentu huiuſmodi per dies ceſſante, intulerunt illud in ſeniorem monaſterij eccleſiam, atque retro altare B. Benedicti, donec eius templum conſummaretur, poſuerunt. Poſt hæc mulier ab annis plurimis cæca conata eſt vſque ad locum quo Sanctus iacebat ingredi: ſed quidam obuians hanc repulit atque retrorſum mœſtam abire coëgit. Quæ ſuſpirans, ac ad cælum oculos mentis erigens, ſancti Martyris ſibi prouenire ſupplex orabat ſolatium. Sicque inter lacrymarum flumina cæcitatem expulit.

18 In quodam loco eidem cœnobio adiacenti, qui Waldarij cella nuncupatur, hoc memorandum enituit virtutis præconium. Secus etenim ipſum locum diffuſis militum copiis monachi *i* Hermegaudum Albiæ Comitem adierunt, orantes vt ab hoſtium inuaſione, equorumque depaſtione eorum ſata protegeret. Nam in illis partibus perpauca extant prata. Qui quatuor *k* pallas eccleſiæ S. Vincentij à pauperibus mulierculis oblatas præcepit aſſumi, & totidem baculis ſeu perticis alligari, atque in circuitu florentis agri affigi, quatenus eo ſigno à meſſis direptione hoſtes temperarent. Sed vnus eorum tale ſignum deſpiciens, pallam vnam cum baculo in terram excuſſit, & ab equo, quem in ipſa fata inducere nitebatur, verſis calcibus in fronte percuſſus, ſpiritum exhalauit. Quo audito & per hoſtes diffamato, timor vniuerſos inuadit, euidenſque Dei iudicium ac ſancti Martyris meritum vbique valens prædicatur à cunctis.

i *ſacrilegus punitur: hoſtes à ſatie arcentur:*

k

19 Huic facto propemodùm ſimile eſt quod ſequitur. Nam Domno Alberico monacho cum Fratre Heliâ in pagum Impurienſem profecto, atque in villâ ſuæ obedientiæ, Garriculâ nuncupatâ, commorante, ſuperuenerunt hoſtes, qui pagum villamque, nemini parcentes, depopulati ſunt. Quin etiam equos ipſius Alberici abduxerunt, nec impetrare potuit vt ſaltem vnus, quem robuſtiorem nouerat, redderetur. Sed ipſemet equus qui poſtulabatur, quaſi vindex duplicis iniuriæ, raptus, inquam, & iuſtæ repetitionis, raptorem calcibus in nudo capite percuſſum, morti tradidit. Quo facto iniquitatis ſocij perterriti, non ſolùm equos, verùm etiam quicquid in eadem villâ rapuerant relinquentes, aufugerunt.

raptores equorum puniuntur:

20 Sequens exemplum de muto & ſurdo curato finem imponet. Georgius quidam vir illuſtris ſeruum mutum & ſurdum habuit: qui cùm ad ſepulcrum S. Vincentij Leuitæ & Martyris duceretur, nec ampliùs à monaſterio quàm duodecim ferme millibus diſtaret, cœpit loqui, loquenteſque abſque impedimento audire. Tunc comites rogauit, vt eum citò ad locum, ob referendas ſancto Martyri grates perducerent. Quod & fecerunt, ad gloriam & laudem Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui Sanctos ſuos mirabili potentiâ vbique triumphare facit; cuius honor & imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum, Amen.

mutus & ſurdus vocem & auditum impetrat.

a *Coniicit Diagus, probabiliter,* Balagarium *eſſe, quod vulgò* Balaguer *dicitur, traduturque eſſe etiamnum* læta pulcraque vrbs.

b *Hic eſt* Sicoris, *fortè &* Sicanus *dictus veteribus; qui in Cerretanis ortus, per Ilergetes fluit; vulgò nunc* Segre *appellatur.*

c Berga *oppidum eſt ad* Rubricatum *amnem. Etiam Ptolemæi æuo notum fuiſſe, probabile eſt.*

d Liuia, *oppidum per antiquum circa* Sicoris *fontes. Veterum* Iuliam Libycam *putant eſſe, quam Ptolemæus Cerretanis, alij Sardonibus tribuunt: Diagus nunc Comitatu Cerretaniæ contineri ſcribit.*

e *Vetus & celebris* Volcarum Tectoſagum *in Galliâ Narbonenſis vrbs,* Carcaſſo, *&* Carcaſſum, *poſt* Carcaſſona *dicta.*

f *Memorat hunc religioſiſſimum Antiſtitem Catellius in catalogo Epiſcoporum Toloſatium, &* Eliſagar *ſcribit.*

g *De huius obſidionis tempore agit Catellius lib. 3. pag. 558.*

h Ruteni, *vulgò* Rouerguois, puſilla gens, *vt ſcribit Philibertus Monetus noſter. Vrbs eorum præcipua olim* Segodunum, *vulgò nunc* Rutena, *Gallicè* Rodés *appellatur. Eius Epiſcopus Bituricenſi Metropolitæ ſubeſt.*

i *De Comitibus Albigenſibus agit Catellius lib. 2. cap. 10. vbi hunc Aimoini locum citat.*

k Mappas *interpretatur Breulius; rectè. Sic & Guilielmus Durandus in Rationali lib. 4. cap. 29.*

EADEM HISTORIA CARMINE DESCRIPTA Auctore eodem Aimoino.

AVCTORE AIMOINO MONACHO.

PRÆFATIO AD THEOTGERVM MONACHVM.

Leitarum præcipuo, Domno Theotgero, iuxta conſonam ſui nominis etymologiam, Deum gerenti, Aimoinus comminiſter ſalutem dicit.

Laudabili caritati veſtræ, mi dulciſſime Theotgere, frequenti ſtudio circa mei curam ſatagenti, in omnibus parere deuotus exiſtens, inclino me tuus camelus ſponte, ad iniunctum mihi abs te onus ferendum. Rem ſiquidem nouam & pro ſui breuitate mirandam, proſaico opere expleto, me veſtra dilectio de aduentu beati Leuitæ & Martyris Chriſti Vincentij facere cogit geminos rurſus libellos: quos ſingulos tricenis modò verſibus claudam, per denos etiam poſitis in vnoquoque capitulis. Vnde conſultiùs eligo veluti recens ſcriptor videri, quàm me veſtro amori, mihi melle dulciori, quauis occaſione vllo modo abſentari.

Rogatus Theotgeri ſequentes verſus ſcripſit.

LIBER PRIMVS.

1 BIs quadringentis, decies quiniſque volutis,
Quatuor inque ſuper Cyclis à Præſule Chriſto,
Virgineo ſemperque ſacro de germine nato,
Audaldus fuerat tali de nomine notus
In Caſtro monachus, communi lege probatus,
Atque ſacer ſancti geſtans Aaronis honorem.
Hic vno comite aſſumpto perpeſſus amara
Plura; ſed in dulces conuertens cuncta ſapores,
Inſtitit audacter, quandoque Valentia ciuem
Quò ſe ſuſciperet, peregrino functus agone.

Audaldus Valentiam proficiſcitur:

2 Quod faceret Mauri Zachariæ culminis hoſpes,
Denudat ſecreta ſui iam pectoris olli:
Eſſet quodque Dei Leuitæ Martyris atque
Vincenti Hiſpanis ſolo delapſus amore:
Hinc precibus blandis animum mentemque relambes,
Mercatur Maurum cupidi nummis argenti.
Denique ſurgentes monumenti ſepta requirunt:
Quæ manifeſta nitent titulo hoc: VINCENTIVS ISTIC
MARTYRII LEVITA IACET FVNDATVS HONORE.
Nomina namque genus ſignabant ſcripta parentum.

ope Zachariæ Mauri reperit ſepulchrum S. Vincentij:

3 His igitur cauſſis ſignorum nocte reuiſis,
Viribus admiſſis fodiunt tumbamque recludunt.
Educuntque ſacrum corpus, famulante lucernâ,
Indice cæleſti facti dulcedine veri,
Quæ ſuper excreſcens aromata cuncta ſubibat.
Cumque ligaturis expletis his opus eſſet
Vtitur Audaldus ſutâ ſindone cucullâ.
Inde domum læti redeunt lucentibus aſtris,
Audaldo expectante diem patriam repetendi,
Quod hilaris fecit, nactus pòſt tempus amicum.

noctu corpus tollit

LIBER SECVNDVS.

1 CÆſar-in-Auguſtâ Senioris fraude relictâ,
Omiſſis necnon aliis, ob dicere longum,
Ad Caſtrum, bellam Patris cellam Benedicti,
Perueniat Chriſti Martyr Leuitaque ſanctus.
Cuius in aduentu fuerint quæ gaudia, nullus
Ora gerens centum poterit depromere verbis.
A monachis pulchrâ ſerie ſuſceptio qualis
Extiterit, ſolus qui veſtis nouit Ieſus:
Aptis aurifluis ornatibus vndique fuſis
Gemmiuomo ad cælos vſque inradiante virore.

defert ad monaſterium Caſtrum.

2 Tunc

AVCTORE AIMOINO MONACHO.

2 Tunc riſiſſe fuit, mulier, cui talia faſtus,
Et ſancti corpus Leuitæ credere nolens;
Eſſe magis Maurum contendens fortè putentem:
Protinus in terram membris proſtrata caducis
Contrahitur, vitæ ſublatâ ſpe fugientis.
Sed Sancto deducta, fide naſcente, medetur;
Et pedibus, plauſtro veniens, curata receſſit.
Primitus hoc ſigno tantâ virtute patrato,
Poſt quoque, quæ numerus neſcit, ſunt plura ſecuta,
Profaico nec non partim ſermone notata.
3 Namque monaſterij ante fores Genitricis in aulâ
Iſta ſub immenſo gerebantur munere Chriſti,
Dum fieret Sancto templum proprio ſub honore;
Quò placidus demum migraret iure ſepultum,
Maſculus atque ſimul veniens quod femina adiret.
Intereà placuit defluxâ temporis vnâ,
Inde leuare ſacrum corpus, digneque locari
Poſt altare pij Patris ſancti Benedicti:
Quò meriti pleno cultu veneratur honoris,
Aſſiduis ſignis virtutum ritè coruſcans.

Mulier dubitans punitur contractione.

Sancti inuocatione ſanatur.

Sancti corpus honorificè conditur.

Præſtante Rege regum & Domino dominorum Ieſu Chriſto, bono & benigno Saluatore mundi: qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

DE RELIQVIIS S. VINCENTII in Luſitaniam tranſlatis.

§. I. *Reliquiæ S. Vincentij deuectæ Vlyſſipponem.*

AN. CH. MCLXXIII XV. SEPT.

VLyſſippo cùm aliis permultis, *inquit Antonius Vaſconcellius noſter*, tum præcipuè Vincentij Martyris inuictiſſimi corpore, nobilis eſt; quem Alfonſus Henricius Luſitanorum Rex pientiſſimus, maiori in templo, ad cuſtodiam ſimul & ornamentum, non ſine pompâ celebri repoſuit. *Adſtipulantur ſcriptores plurimi, etſi Diagus aliiq; repugnent. Et Reſendius quidem Aimoini narrationem vt fabuloſam reſpuit. Quin vtriſque vel pars corporis magni* Vincentij, *vel cognominis cuiuſpiam Diui corpus integrum ſingulis contigerit, minimè ambigimus; præſertim ob illuſtria vtrobique patrata Sancti inuocatione miracula: ſine quibus neque Audaldo monacho, ferè incredibilia de Cæſarauguſtani Antiſtitis crudelitate narranti, certa omnino fides fortaſſis haberetur; neque Muſarabibus monachis, rem ſolâ maiorum traditione acceptam memorantibus.*

Tranſlatas Vlyſſipponè S. Vincentij reliquias,

2 *De his totâque tranſlatione ita ſcribit Reſendius:* Non proferemus monachilia furta, ſed regni publicos annaleis, & Alphonſi Henrici, primi Luſitanorum Regis hiſtoriam, non modò hanc quæ Luſitanâ linguâ circumfertur, à Duarte Galuano viro nobili & eruditionis variæ, non tam compoſitam, quàm in epitomen redactam, ſed antiquam, ab ipſius Regis temporibus Latinè, vt illa ferebant tempora, ſcriptam, quæ à Sanctæ Crucis Conimbricenſis, vbi idem Rex ſepultus eſt, Canonicis reuerenter adſeruatur. In his ergo legimus Alphonſum Henricum in Orichienſi agro memorabili prælio Iſmarium, alioſque quatuor Saracenorum Reges fudiſſe, & exutos caſtris, multis millibus interempris, fugaſſe. Cui Conimbricam reuerſo, obcurriſſe S. Theotonium gratulabundum. Qui quùm inter captiuos vidiſſet aliquammultos, qui ſe Chriſtianos eſſe dicerent, Muzarabas vocatos, hoc eſt, vt interpretantur, mixtos Arabas, petiiſſe à Rege, vt libertate donarentur. Quos ad ſe vocatos, quùm interrogaſſet Rex, quinam, aut vnde gentium eſſent, reſpondiſſe, origine quidem ſe Valentinos, incolas verò promontorij fuiſſe illius, quod in Algarbij finibus mari prominet. Eorum maiores Valentiâ ſimul cum corpore ſacratiſſimi Martyris Vincentij aufugiſſe, metu aduentantis Abderamenis, illoque in promontorio conſediſſe, domoſque ibi pauperes inædificaſſe, iuxta ſacellum, vbi ſancti Martyris corpus cuſtoditent. Illicque eos manſiſſe, donec Maurus quidam potens venationis cauſsâ eò deueniens, eorum parentes obcidiſſet, ſe pueros captiuos fuiſſe abductos. Signum rei certæ illud ſe poſſe dicere, ſi domunculæ permanerent, aut corui ſaltem, qui ſacellum illud familiariter frequentarent, à tempore quo Martyr beatiſſimus illuc adplicuiſſet, vnde factum eſſet vt Mauri promontorium illud Coruorum montem adpellarent, id etiamdum priſtino more facerent. Regem his auditis, incenſum cupiditate, iniiſſe conſilium, probaſſeque fieri aliquot dierum inducias. Eoque quùm iuiſſet fruſtrà, loci facie ſitu iam deformatâ, infectâ re tunc quidem reuertiſſe.

probat Reſendius, ex Annalibus Luſitaniæ.

indicibus Muſarabibus

quæſitas.

repertas

comitantibus coruis

deductas

3 Verùm debellatis poſteà paullatim Saracenis, captâque Oliſipone, exarſiſſe deſiderio inueniendi Martyris, eâque gratiâ conſtruxiſſe Canonicorum cœnobium, Diuoque Vincentio nuncupaſſe. Anno tandem à captâ Oliſipone vigeſimo ſexto, Allibo Iacob Hiſpalenſi Regi inducias in quinquennium poſtulanti, ſolâ huius rei gratiâ conceſſiſſe, ac miſiſſe ad promontorium Saracenis iam vacuum viros armatos in naui, vnaque ex Muzarabibus illis ſeniores; qui locorum meliùs recordarentur. Ibi ſuppliciter adorato Numine, domuncularum ac ſacelli, coruorum indicio, tandem reperiſſe veſtigia, multiſque foſſionibus apertâ terrâ, & ruderibus expurgatis, inueniſſe ligneum ſacri corporis conditorium, ſubtus dirutam ſacelli aram. Quumque intet colligendum ſemiputre conditorium, ex iis qui aderant vnus clàm paruum os abſcondiſſet, lymphatum ac cæcum corruiſſe, donec quod in ſinu abſconderat, deprompſiſſet. Inde corpus impoſitum naui quùm eſſet, coruos duos, alterum in prorâ, alterum in puppi conſediſſe, tamquàm familiareis Diui alumnos, neque inde reuolaſſe, verùm comitatos in naui ſanctas Patroni reliquias. Tandem adplicuiſſe Oliſiponi, iuxta fanum Diuarum Iuſtæ & Ruſinæ, quo loci porta vrbis etiam nunc eſt, S. Vincentij adpellata. Eò enim vſque mare tunc erat, quod paullatim poſteà propulſum, ampliandæ vrbi locum reliquit. Tunc noctis ſilentio, vitandi tumultus cauſsâ, deportatum corpus ad fanum Iuſtæ. Orto tamen die quùm increbuiſſet fama, concurriſſe armatam multitudinem, diuerſis ſtudiis, parumque abfuiſſe, quin ventum eſſet ad arma. Adcurriſſe tunc Conſaluum Viegam militiæ regiæ præfectum, & ſeditionem compoſuiſſe, exſpectandamque Regis eo tempore abſentis voluntatem perſuaſiſſe. Robertum denique ſummi templi Decanum, ſuo & Capituli nomine, ſecretò conueniſſe Munionem Diuæ Iuſtæ Rectorem, impetraſſeque vt corpus ad ſummum templum deferri permitteret. Regem quod factum eſſet, non improbaſſe, licet in animo haberet in Canonicorum cœnobio ſancto Martyri à ſe nuncupato illud conlocare. Nec quieuiſſe illum, ſed miſiſſe denuò ad promontorium, qui num quid adhuc ſupereſſet ſolertiùs ſcrutarentur. Inuentam adhuc caluariæ partem, & conditorij fragmenta aliquot. Regem ob geſtæ rei memoriam Oliſiponi vrbi inſignia dediſſe, nauem iuxta malum Diui Martyris imaginem geſtantem, ac duos coruos, alterum in prorâ, alterum in puppi conſidenteis. Et in loco vbi ſanctum corpus diu latuerat, curaſſe templum nobile ædificari, & nomen promontorio immutaſſe, atque vt S. Vincentij poſt id vocaretur effeciſſe. Hæc ſumma eſt hiſtoriæ Luſitanorum.

4 *Iſta Reſendius, qui addit ſpectari paſſim inſignia, & picturas vetuſtas, geſtæ rei teſtes; ſubditq; aliud teſtimonium Raſæ Arabis:* Raſes Maurus, *inquit*, Dalharab Marrochiorum Miramolini, ac Cordubæ Regis hiſtoricus, Hiſpaniæ vetuſtates ſcribere eſt adortus, vt Regum Saracenorum, qui in Hiſpaniâ regnarunt, annaleis, qui etiam nunc exſtant, concinnaret. Libri titulus eſt: Incipit liber Raſæ, hiſtorici Dalharab Marrochiorum Miramolini Cordubæque Regis, quem ipſius iuſſu compoſuit.

probat ità testimonio Rasæ Mauri,

posuit. Versus est in linguam Lusitanam ex Arabicâ, per me Magistrum Machometum Saracenum, nobilem architectum. Et scribebat mecum Ægidius Petri, Clericus Domini Petri Ioannidæ Portellensis, patris Domini Ioannis Auolini. Is igitur Rases, de montibus, fluminibus, & vrbibus Hispaniæ, de priscis Hispanorum Regibus ante Romanos, de Romanis ac Gothis, nonnulla commodè, permulta ineptè, quo pacto ethnici scriptores atque poëtæ, de rebus sacris diuinæ Scripturæ, quasi per somnium, loquuti sunt, omnia fabulis inuoluentes. Vt tamen ad Saracenorum Regum compertiora sibi tempora deuenit, non contemnendus scriptor iudicandus est. Ergo de Abderamene huius nominis quarto Saracenorum Regum vndevigesimo, hæc ad verbum:

narrantis sauiente Abderamene

5 Ærâ Arabum centesimâ trigesimâ octauâ, Abderame Moabiæ filius, in Hispaniam venit. Et debellato interfectoque Ioseph, regnum Hispaniæ inuasit. Dixit Abdemelich filius Abib, se interrogasse nutritium Abderamenis, & de illo veritatem exquisisse, quo patre, quoue ortus esset genere. Nutritium respondisse, Patrem Abderamenis fuisse Moabian virum rusticum agricolam. Ad quem quùm casu Miramolinus diuertisset, hospitio hilariter adceptum, motumque hospitis humanitate, eum secum duxisse. Moabian tam industriè ac sapienter se gessisse, vt breui inter Miramolini familiareis & amicos primus fuerit. Deinde interiectis nonnullis, quæ ad rem non faciunt, sequitur: Hic Abderamen vrbeis omneis & oppida, quæ Saraceni habebant in Hispaniâ, in suam potestatem redegit. Bellum quoque intulit Christianis. Ac Hispali profectus, expugnauit Bexam, Eboram, Sanctirenam, Olisiponem, totumque Algarbium. Adflixitque mirum in modum Hispaniæ Christianos. Nec fuit ciuitas, aut oppidum munitum, quod se tueri aduersùs potentiam eius posset. Sed habitatores desertis ciuitatibus confugiebant ad Asturiæ monteis. Hic omneis Hispaniæ ecclesias, quas adhuc integras inuenit, destruxit.

multa corpora Sanctorũ combusta,

Erant autem multæ & egregiè fabricatæ, tam à Græcorum, quàm à Romanorum temporibus. Hic omnia corpora illorum in quos Christiani credunt, quosque venerantur, Sanctosque adpellant, rapta de ecclesiis comburi faciebat. Quo viso, Christiani, vt quique poterant, cum talibus his rebus fugiebant ad monteis, & tuta atque inadcessa loca. Itaque pleraque omnia quæ in Hispaniâ erant, secundùm Christianorum fidem religiosè culta,

S. Vincentij delatum in Lusitaniam.

ad Asturiæ montana sunt deportata. Quùm autem adpropinquasset Valentiæ, Christiani, qui ibi habitabant, habebant ibi corpus quuiusdam hominis mortui, cui nomen erat Vincentius; & ipsi adorabant illum, quasi Deum. Et qui corpus in potestate habebant, persuadebant vulgo, quòd ille homo cæcos faciebat videre, mutos loqui, & claudos rectè ambulare: ac sic dementabant stultam gentem. Quùm autem cognouerunt de Abderamenis aduentu, timuerunt ne hæc fallacia detegeretur, & fugerunt, corpus illius hominis secum portantes. Et dixit Allibohaces eques ille bonus Fœcensis, se quùm die quadam cum suo comitatu venationis caussâ venisset ad oram maris in Algarbio, in fine montis qui mare illud ingreditur, inuenisse ibi corpus illius hominis, cum iis qui cum illo fugerant à Valentiâ, qui ibi domunculas fecerant, in quibus habitabant. Et homines quidem occidisse, pueros autem duxisse captiuos, corpus verò hominis illius ibi reliquisse. Hæc Rases.

6 *Eiusdem Rasæ testimonio vtitur Mariana noster lib. 7. de reb. Hisp. cap. 6.* Salutis, *inquit*, anno septingentesimo quinquagesimo nono, imperij Arabum centesimo quadragesimo secundo, Mauri omnes in Hispaniâ sub vnius imperium reuocati, nouumque regnum fundatum, Abderrahmano Abenhumeia, cui Adahil deinde cognomen est factum, conditore; imperijque iugum excussum, quod Syriæ Caliphæ, Africæ Miramamolini, captæ primùm Hispaniæ imposuerunt. Vna Valentia, Edetanorum in Hispaniâ Tarraconensi vrbs, in fide veteri perstans, Abderrahmani armis & obsidione fatigata, tandem noui Regis iugum subiit. Christiani eius vrbis ciues, barbari victoris metu, & ne religio ludibrio esset hostibus nominis Christiani, Vincentij Martyris ossa, quæ tamquàm Deum adorabant, & miraculorum famâ celebris erat (sic Rasis Arabs loquitur, homo Maurus) secum fugientes asportarunt in extremæ Lusitaniæ partem eam, quâ promontorium Sacrum excurrit in mare. Eos Allibohazes Phutensis, dum venationi studet, repertos occidit: pueros captiuos abduxit: quorum indicio vbi sacra ossa relicta essent postmodùm est demonstratum. Loco certè ab eâ re promontorij D. VINCENTII nomen est factum. *Idem de translatis Vlyssipponem reliquiis Mariana lib. 11. cap. 16.* Lusitanus Rex inter bellicos tumultus Christianæ pietatis memor, ipse quidem ex promontorio Sacro, quò, vt præsens locum lustraret, se bis contulit, D. Vincentij Martyris ossa Olisiponem in templum maximum transferenda curauit, atque perfecit anno millesimo centesimo octogesimo tertio. *Decennio priùs id factum infrà dicetur. Idem Mariana lib. 4. cap. 12.* Corpus eius (*S. Vincentij*) ex promontorio Sacro, quò fuerat delatum metu Maurorum Hispaniam vniuersam vastantium (vnde illi promontorio D. Vincentij nomen) Alfonsus primus Rex Lusitaniæ Olisiponem transtulit, eius prouinciæ vrbem primariam.

Ex Vasæo.

7 *In vitâ S. Antonij de Padua, quam 13. Iunij dabimus, istæc habentur:* In Hispaniis, ciuitate Vlixbona, quæ ad Occidentalem regni Portugalliæ plagam, in extremis terræ finibus sita est; quædam prægrandis ecclesia in honore Virginis gloriosæ genitricis Dei Mariæ fabricata consistit, in quâ pretiosum B. Vincentij Martyris corpus honorificè requiescit. *Subscribunt Ioannes Marietta lib. 2. cap. 12. Carillus, Aynsa, & alij plerique rerum Hispanicarum scriptores.*

aliis.

§. II. *Translationis historia, anniuersarium festum.*

Translationis historia à quo scripta:

8 *Perscripta est translationis historia à* Stephano *Ecclesiæ Vlyssipponensis Præcentore, adhuc superstite Alfonso Henrico primo Lusitanorum Rege, qui eam curarat. Historiam hanc ex celeberrimi Alcobacensis cœnobij vetusto codice, cui titulus* Tertia pars Passionum, *descriptam, nobis Madrito transmisit Don Thomas Tamayo de Vargas, Regis Catholici Historiographus, V. CL. testatus & in archiuis maioris Ecclesiæ Vlyssipponensis extare.*

festum anniuersarium;

9 *Peragitur anniuersariâ celebritate illius Translationis memoria XV. Septembris, officio duplici, quod Sixtus V. Pontifex Maximus an. 1590. 24. Martij, approbauit vnà cum aliis illius Ecclesiæ propriis officiis, quæ ad Romani Breuiarij normam digesserat, diœcesanæ synodi suiq; Antistitis Georgij Dalmeidæ mandato, Petrus Laurentius de Tauora Vlyssipponensis Canonicus, qui in præfatione ad ipsum Sixtum V. inter alia ita scribit:* Cùm verò, particulari & antiquissimo vsu ac iure, de translatione eiusdem sanctissimi Martyris Vincentij quotannis decimo septimo Kalendas Octobris sub duplici officio diem festum agat Olysiponensis Ecclesia, & eodem die Sacerdotum & totius populi fiat altera solemnis supplicatio in honorem eiusdem Martyris; proprium etiam officium huius festi, alio antiquo dimisso, eâ quâ potui diligentiâ, pro ingenij mei tenuitate, (Breuiarij reformati) composui, vt & translationis memoriam intermortuam refricarem, & antiquam totius populi deuotionem erga suum Patronum, penè iam extinctam, iterum excitarem, erigerem, & augerem. Quapropter in Responsoriis aliquorum miraculorum huius sancti Martyris, vt mos est Ecclesiæ, memoriam fecimus; sunt enim hæc miracula non apocrypha quidem, sed apud Ecclesiæ archiuium in membranâ obseruata, antiquissimis & fide dignis testimoniis comprobata, & in antiquâ altaris tabellâ optimè depicta, litterisque aureis exarata. Lectiones verò desumpsimus ex historiâ religiosissimi & deuotissimi Andreæ Resendij, qui, omnium consensu, optimus

eius officium,

Ex Variis. mus fuit & veritatis & antiquitatis indagator, qui etiam elegantissimis carminibus Vincentij triumphum decantauit. Hymnos verò partim ex Prudentio paucis additis & mutatis desumpsimus; partim verò ad instar historiæ fidem, tenui quidem marte, sed eo metro quo etiam aliquando Ecclesia vtitur, sunt compositi. Cùm verò in vigiliâ horum duorum festorum, ex consuetudine Archiepiscopatus, sub pœnâ mortalis reatus omnibus indictum sit ieiunium, officium Vigiliæ, vt morem seruaremus Ecclesiæ Romanæ, adiunximus, & illud ipsum ex vigiliâ S. Laurentij desumpsimus.

memoria in sacris Fastis.

10 *Ad eumdem diem Martyrologium Lusitanicum à Patribus Societatis Iesu concinnatum*: In ciuitate Vlyssippone, Translatio corporis præclari Martyris Vincentij, ex promontorio, quod ab eo nomen accepit in regno Algarbij, ad eamdem vrbem Vlyssipponensem, peracta studio Alfonsi Henricij primi Portugalliæ Regis, qui sacrum illum thesaurum collocari mandauit in Cathedrali ecclesiâ eiusdem vrbis, paullò antè ab eo Mauris ereptæ; quæ cùm sanctum Martyrem ceu peculiarem patronum veneretur, in perpetuum tanti beneficij monumentum, insignia sibi sumpsit nauem, quâ sacrum corpus isthuc fuit aduectum.

11 *Porrò cùm constaret in maiori æde Vlyßipponensi asseruari S. Vincentij exuuias, quâ tamen eius parte conditæ essent, cunctos latebat, seu quâ maiorum negligentiâ, siue potiùs nimiâ curâ eius loci notitiâ cum paucis communicatâ; quibus demortuis ignorantia subrepserat. Cùm verò anno 1614. in quodam ædis eius sacello nescio quid innouari esset necesse, repertum conditorium est sacrorum pignorum cum epigraphe, quæ isthic repositas* S. Vincentij *reliquias testaretur, nauì eò aduectas, coruis duobus assectantibus. Magno deinde plausu & triumpho acta ad tres hebdomadas celebritas, quam fusè & eleganter describit superiùs citatus Franciscus Didacus de Aynsa-y-yriarte lib. 2. antiquit. Oscanar. cap. 18.*

a a MIRACVLA S. VINCENTII VLYSSIPPONE EDITA,

Auctore Stephano, Præcentore Vlyssipponensi.

Ex veteribus MSS. eruta à D. Thoma Tamayo de Vargas, Regis Catholici Historiographo.

CAPVT I.

Inuentæ S. Vincentij reliquiæ.

1 Scripturæ declarant Reges esse felices qui iusta imperant; nihilque loquuntur rebus humanis esse commodius, quàm si Deo miserante habeant potestatem, qui scientiam regendi populos consecuti sunt; illorum verò potentiam, qui Deum timent, diligunt, colunt; qui plus amant illud regnum, vbi non timent habere consortes; qui suam potestatem ad Dei cultum maximè dilatandum diuinę maiestati famulari faciunt: non tam sibi præstatur, quàm subditis. In his equidem laudum præconiis Regis b Alfonsi strenuitas admodùm effulsit, qui suam potentiam ad Ecclesiæ dilatationem adeò frequentibus bellis exercuit, vt nunc cùm sit ætate maturus & sensu, non solùm vicinis, sed etiam ceteris sedeat Regibus formidabilis; hostesque malint cum eo pacem aut amicitiam experiri, quàm bellum; Lusitaniam quoque titulis adeò auxit, quòd potissima pars eius ab hostibus fidei libera populisque repleta fidelibus, vberes Domino gratias & sacrificia laudis exsoluit. Si loca quis diligens contemplator inspexerit, quæ Rex illustris aut diuinis cultibus contulit & religioni, aut quæ mœnibus & populis ad regni firmamentum & hostium infirmationem seu ampliauit, seu denuò construxit; profectò fatebitur, quantum humano licebit iudicio, ipsi diuinam gratiam contigisse felicem. Cùm ergo me c mea superet de beneficiis scribere proponentem, quæ patria nutu Dei, dum iste regnaret, accepit; omissis aliis, quibus nostri facultas ingenij minimè sufficit, pauca interim quæ diebus illius ciuitatem Vlixbonam, per diuinę pietatis intuitum supra quàm credi potest extollunt, relatu simplicis sermonis attingam.

Regis Alfonsi I. laudes.

2 Sicut igitur litteris & narratione maiorum certissimè creditum est, beatissimus athleta Dei Vincentius apud Valentiam martyrio coronatus, ibique sepultus fuit. Verùm quando sub Rege Roderico ferè per totam Hispaniam, Saracenis irruentibus, Christianitas interiret, quidam viri religiosi tutiora loca quærentes, in loco remotissimo versùs Occidentem, qui Latinè dicitur: AD CAPVT S. VINCENTII DE CORVO, Arabicè verò d EL KENICIET AL CORABH, id est, ECCLESIA CORVI, præfata Martyris ossa condiderunt; cellulasque quantas ille locus angustus & in mare porrectus excipere posset, exstruxerunt; in quibus à viris religiosis per aliquod tẽpus, ad honorem Dei, Martyri glorioso seruitum est, & eius obsequium, non sine diuinis beneficiis, cum multâ deuotione peractum. At vbi præfatus Rex Alfonsus iam tunc à puero admodùm commendabilis & famosæ indolis adolescens, sæpè victis hostibus, Regibus superatis, vrbibus quoque vastatis & captis, Mauris esse terrori cœpisset; ad locum prænominatum, vt inde secum beatissimum corpus afferret, virtute tam fidei quàm gentis armatus accessit. Sed Regis pia deuotio non tam incuriâ seu minùs perpesso labore, quàm ipsius Martyris voluntate cassa est. Libet igitur super re ipsâ Regis ipsius rationem attendere, qui dicit idcircò beatum Martyrem à Rege se nolle fuisse repertum, quia sibi placitum fuerat ab Vlixbonensi populo potiùs venerari; & è contrà Regis animus Bracharæ, seu Colimbriæ, si repertum referret, condere proponebat: præsertim cùm nondum pietas diuina sibi contulerit e Vlixbonam.

Reliquiæ S. Vincentij ad Promontorium Sacrum delatæ:

quæsita ab Alfonso, nec repertæ:

3 Regi tamen inutilis pij laboris cura f fuit. Nam placitam deuotionis obtulit & orationis hostiam Domino, in memoriale altissimi Martyris: cuius ope atque suffragiis actum esse credibile est, quòd eodem tempore quo Rex præfatus quamplurimos Christianos, qui g Musarabes, quasi mixti Arabes, nuncupabantur, ab infidelium seruitute terræ restituit Christianæ: inter quos duo fratres, viri religiosi, ætatis prouectæ, habitus monachalis; qui in loco præfato, & seruitio beatissimi Martyris suas ætates concorditer egerant, aduecti sunt. Qui dum honestè & religiosè Vlixbonæ vixissent, quamplures id maximè scire curantes, notitiam vbi ab antecessoribus B. Vincentium positum didicerant, diligentissimè docuerunt. Vnde post aliquod tempus cùm iam haberetur certitudo definita locorum; & tandem, volente Deo, pacis fœdera inter Regem sæpè dictum, & Mauros, ad locum præfatum securius iter efficerent; quidam bono animo, & spiritu acti diuino, nauigia parant, collectisque necessariis maria tentant, pericula superant, & ad locum optatum felici nauigatione perueniunt: vbi vigiliis & orationibus insistentes, circa loca præsignata terram aperiunt, corpusque præoptatum post multum laborem per diuinam reuelationem inueniunt, nauique desiderabilem sarcinam imponentes, cum quibus gaudiis, quibus denique gratiarum actionibus, quàm læti, quàm hilares redeant, prosequi facile dictum non est.

Musarabibus miraculis indicantibus,

inuenta,

translata.

a *Titulus horum miraculorum in MSS. erat*: Incipiunt miracula S. Vincentij Martyris, edita Vlixbone à Magistro Stephano Sedis Vlixbonis Præcentore.

b *Hunc anno* 1094. *mense Iulio natum; Comiti Henrico patri successisse an.* 1112. *virum bellicosissimum, primum Regem acclamatum supra* 90. *vixisse annos scribit Antonius Vasconcellius noster; quæ non congruunt cum iis quæ infrà cap.* 3. *traduntur.*

c *Videtur legendum*, materia.

d *Scribendum fuit (vt nos monuit, semper cum honore nominandus,*

dus, Adrianus Crommius noſter, à quo non ſolùm ſacris litteris, ſed & linguarum Syriacæ atque Arabicæ rudimentis imbuti olim ſumus) AL CANISAT AL CHORAB; id eſt, Eccleſia, *vel* congregatio, cœtui.

e *Captam ſcribit Vaſconcellius Vlyſſipponem anno* 1147. *XIII. Kal Nouemb. feriâ 6. die SS. Criſpini & Criſpiniani. Sed hi characteres non congruunt. Anno* 1147. *littera Dominicalis fuit E. ergo XIII. Kal. Nouemb. ſiue* 20. *Octobris incidit in feriam* 2. *SS. Criſpini & Criſpiniani feſtum, quod* 25. *Octobr. agitur, in ſabbatum.*

f *Videtur deeſſe,* non.

g *Qua horum Muzarabum fuerit conditio exponit Mariana noſter lib.* 7. *de reb. Hiſp. cap.* 15. Noſtris quidem, *inquit,* quo primùm tempore occupata à Barbaris & oppreſſa eſt Hiſpania, conceſſa à victoribus erat patriæ religionis libertas. Sacerdotes, monachi, ſacræ Virgines, inſigni veſte diſcreti à ceteris, atque ex veteri ritu detonſi in publico conſpiciebantur *&c. Eadem ferè Chriſtianorum ſub Turcis nunc conditio eſt. Sed Turcæ ac Mauris immitiores Caluiniſtæ ſacra omnia euertunt, Sacerdotes Catholicos monachoſq; proſcribunt, cœnobia profanant, omne religionis exercitium adimunt.*

CAPVT II.

Reliquiæ Vlyſſipponem tranſlatæ.

Aliquas furatus cacitate punitur.

4 PRIMVM MIRACVLVM. Illud ſilentio dandum non eſt, quòd de ſociis vnus, qui aderat, ſibi ipſi, quod accidit, euenisſe confeſſus eſt: ſibi videlicet de ſacris oſſibus quiddam, dum multo metu hoſtium carptim colligerentur, ſe furto tuliſſe. Quo facto tamdiu permanſit viſu priuatus, quoad reliquis partibus partem quam tulerat trepidus admodùm & mœſtus adiungeret, ſtatimque ſuum oculis officium, impetratâ veniâ, redditum eſt.

5 II. MIRACVLVM. Sed certè cùm nec hoc ſine beneficio accidiſſe diuino æſtimandum eſt, quòd mare circa partes illas ventis ſemper horret & vndis, & tunc ita ſe mite redeuntibus & placabile præbuit, ac ſi nullis vnquam ſolitum fuerit motibus agitari. Veniunt igitur Vlixbonam, & agente Deo portus intrantes optatos læto remige littus attingunt, onuſque ſanctiſſimum piis humeris imponentes è naui deponunt. Sed ne violentia quorumdam valeat inconſiderata nocere, ſub nocte quaſi clanculis greſſibus ad memoriam B. Iuſtæ Virginis occultè relatum eſt. Verùm vbi ciuitati manifeſtò rei tam excellentis euentus innotuit, factus eſt concurſus in-

Placido mari perferuntur Vlyſſipponem:

a ermium & armatorũ. Hi ad monaſterium *a* Canonicorum regularium extra ciuitatem cõmorantium cum violentiâ litigant & contendunt debere deponi: alij ſaniori ſententiâ reclamant ad cathedralem eccleſiam ſanctiſſimum corpus oportere deferri. At verò *b* Gonſaluus Egee, quem in illis diebus Rex antedictus militiæ præfecerat *c* Extrematuræ, vir vtique ſtrenuus & diſcretus, mandat è medio violentiam & litigium tolli, Regiſque ſuper re tantâ beneplacitum expectari. Tunc denique matris Eccleſiæ Decanus Robertus, vir Deo & populo ciuitatis acceptus, collectis ſociis Canonicis, ne plebis commotio rem aliter verteret, hinc inde diſpoſitis, *d* M. Perſonam ipſius Eccleſiæ, vbi primùm in ciuitate ſanctiſſimum corpus fuerat depoſitum, gratanter honoribus donant; ipſumque diuino conſulti fauore piis manibus & lætis excipiunt, & cum totius ciuitatis veneratione & hymnis diuinis & laudibus, ad maiorem eccleſiam, dono nimirum cæleſti lætantes, aſportant, & veneratione debitâ collocatum piis affectibus, ſeruitiis inceſſabilibus, quantùm denique vis humana permittit, honorant.

b

c

d deportantur ad maiorem Eccleſiam.

6 Currunt igitur prænominati regulares aliquid de reliquiis pretioſi Martyris petituri, & regias aures rumoribus adeò lætis attingunt, vt inter illa quæ ſibi proſpera dum viueret, Dei fauore, cedere conſueuerant, iſtud præcipuè dicerent accidiſſe. Poſſes itaque lacrymas gaudij ſuas in regio vultu notare: poſſes in viro Catholico pium animum deprehendere, & commendare fidelem, quem adeò lætum tantas exſoluere grates, tantùm diuinam extollere videres & laudare clementiam; & meri-

Exultat eo nuntio Rex.

tò: credidit enim id totum fieri ad ſuum felicitatis augmentum. Gaudet ſuam ciuitatem, terram ſcilicet benedictionis, Dei nutu, ſuâ ſpeciali militiâ poteſtati redditam Chriſtianæ, ſuis temporibus tanto Martyre ſublimari. Gaudet & inſuper Eccleſiam, quam ipſe ad honorem Dei & memoriam Beatæ Virginis Mariæ conſtituit & ditauit, manuque propriâ ſumptuque fundatam ædificauit, & beneficiis amplioribus ſucceſſu temporis ædificatam profectò dotauit, hanc, inquam, gaudet, aliis vicinitatis Eccleſiis, multis diuinæ gratiæ dotibus, & his maximè preſentibus Martyris glorioſi reliquiis excellentiſſimè præferendam.

AVCTORE STEPHANO VLYSSIPPONENSI, EX MSS.

7 Verâ igitur pietate & prudentiâ ſummoperè motus, hortatur & mandat, quatenus viri commendabiles & ſtrenui, ad locum, in quo fuerat ſacrum corpus inuentum, motu celeri properent, & quidquid aut puluеris aut tumuli apparatus, aut oſſium eſſet ex aliorũ incuriâ derelictum, iſti vigili curâ, & omni diligentiâ reportarent. Quod totum eâ feſtinatione & felicitate peractum eſt, quâ conſtat hunc, qui hæc iubebat, hoc exoptaſſe. Reuertuntur enim qui miſſi fuerant, & ſacros cineres, & ligna ſepulchri & partem teſtæ capitalem, & cum reliquis partibus Vlixbonæ ingenti ciuium veneratione componunt. Sed quanta dulcedo miri odoris lignorum exiſtat adhuc in præſenti die volentibus experiri, ſi propiùs admittantur, mira fragrantia & ſuauiſſimus odor occurrit.

iubet reſidua ſepulchri perquiri;

vnde ſuauis odor expirat.

a *MS. habebat* Quotum. *Sed* Canonicorum *legendum.*

b *Hic fortaſſis filius fuit* Egæ Moniſij (*quem Mariana* Egam Nunnium *vocat*) *viri opeimi & fortiſſimi, qui Alfonſi I. pueritiam præceptu excoluit, adoleſcentiam conſiliis rexit, regni initia fide induſtriâque adiuuit. Reſendius & Lectiones officij Vlyſſipponenſis vocant* Gonſaluum Viegam.

c *Hac regio, cuius caput Vlyſſippo, longè fertiliſſima ſegetis pecoriſq;.*

d *Reſendius* Munionem *hunc vocat.*

CAPVT III.

Varia ad eas facta miracula.

8 III. MIRACVLVM. Sed hoc prætereundum non eſt quòd Magiſter Benedictus Precentor noſter, vir vitâ grauis & moribus, nuper expertus eſt. Qui dum more ſolito ad altare, iuxta quod oſſa ſanctiſſima poſita ſunt, orandi animo propiùs acceſſiſſet, tantæ ſe ſenſit & fragrantiæ & odoris ſuauitate perfuſum, quòd quaſi ſtupore mentis & extaſi tactus, orationi tamdiu ſe dedit, quoad odor ille quaſi claritas fumi cuiuſdam abſcederet.

Eadem fragrantia poſt percepta.

9 Scribitur itaque dies, & grata memoria feliciter celebratur, in quâ beatiſſimi corpus Vincentij ad Vlixbonenſem Eccleſiam conſtat eſſe tranſlatum: quæ tranſlatio iocundaque ſtatuitur XVII. Kal. Octob. anno Domini *a* 1173. regni autem Regis Alfonſi 45. vitę verò eiuſdem Alfonſi anno 67. filioque Regis eiuſdem Sancio conregnante, *b* 19. annorum adoleſcente, mirabilis indolis; ab vrbis verò præfatæ captione *c* anno 26.

a Tempus tranſlationis.

b

c

10 Cùm igitur ad totius regni felicitatem attineat Martyris adeò glorioſi præſentia, maximè populus Vlixbonenſis iugi tenetur debito, diuinam clementiam ſuper tam excellenti beneficio laudibus inceſſabilibus benedicere, multis gratiarum actionibus extollere, & per omnia ſermone magnifico prædicare. Licet enim terram habeant virtute diuinâ incomparabiliter bonam, terram, inquam, omnium generum fructibus commendabilem, oleo, vino, frugibus abundantem, aëre ſaluberrimam, vndarum beneficio copioſam; præſenti tamen cæleſtis generis dono ceteris poteſt noſtro iudicio ſuæ vicinitatis ciuitatibus anteponi. Propter præſens ſiquidem donum, is qui eſt maieſtate mirabilis, & in Sanctis ſuis glorioſus, mirificè magna, & magnificè mirabilia, per aſſuetæ bonitatis gratiam, diebus ſingulis operatur. Dæmonia ſiquidem ab obſeſſis corporibus effugari, mutos loqui, claudis greſ-

STEPHANO VLYSSIPPONENSI, EX MSS. *Plurima ad reliquias miracula.*

sum reſtitui, in mari periclitantibus ſubueniri, cæcos illuminari, ſublatas furto pecunias mirabiliter reddi, mulieres à diutino ſanguinis fluxu ſanari, tortos membra rectos effici, ab humanis corporibus varios languores expelli, qui diuinæ gratiæ aut beatiſſimi Martyris Vincentij meritis non adſcribunt, non ſolùm Dei beneficiorum ingrati, vetùm etiam à fidelium numero alieniſſimi ſunt habendi. De prælibatis igitur miraculis ex ordine tractaturus, ne diuina beneficia poſterorum notitiam lateant, licet impediat copia proponentem, tamen ſicut hæc & plurima geſta noſcuntur, prout breuiùs poſſim, expediam. Cùm ergo tantis audita miraculis, hinc inde populos fama contraheret, & hos ad videndum res mirabiles, illos ad glorificandum nomen Domini conuocaret; pleroſque tamen ſpes ampliùs properat, vt pietate diuinâ, & Vincentij meritis, ad ægra corpora, ſeu mentes ſpiritu vexatas maligno, ſanitas reducatur.

11 IV. MIRACVLVM. Vidi ipſe, & quæ præſens aderat multitudo quàm maxima, puellam iam nubilem, ab Vlixbonæ parentibus ortam, ad eccleſiam, in quâ præfatus Martyr Vincentius honoratur, aliorum officio deportatam. Quæ dum geſtu perditi corporis & gutturis impedito munere grauis, innueret quòd vellet ad altare deponi, à parentibus circumſtans turba quæſiuit, cuiuſnam morbi puellam tanta miſeria fatigaret. Quibus referentibus, illam per aliquot dies ægritudinis magnâ moleſtiâ fuiſſe grauatam; demum inſaniâ tactam amiſiſſe loquelam, & ideò ſe velle, cùm iam ab ope humanâ deficeret, miſericordiam implorare diuinam. His, inquam, ita dicentibus, puella ſacris reliquiis in oratione ſupponitur. Pro quâ dum à populo circumſtante piis lacrymis, & communibus votis oratur, quies inſolita & quædam ſoporis dulcedo membra puellæ demulcet; ita tamen vt mitiori motu videretur ab aſſiſtentibus hinc inde moueri: vnde mox ſeipsâ fortior excitatur, reſtitutoque membrorum officio, cunctis præ mirabili euentu ſtupentibus, ſurgit, & os, quod culpâ fuerat exigente ligatum, ſit illicò ſoluente Domino liberum, & ad laudem ipſius & glorioſiſſimi Martyris expeditum. Exclamat itaque, & ſibi, dum ſemiſopita iaceret, virum in albis apparuiſſe teſtatur, quærentique, quiſnam eſſet, qui tam ſpecioſus accederet? Ego ſum, inquit, Vincentius, qui te ſaluti reddidi: manuque puellæ, vt ſibi viſum fuerat, apprehensâ eleuauit eam, præcipiens vt ſurgens eloqueretur quod ſibi ſenſerat ex dono diuinæ bonitatis impenſum. Quas igitur laudes, quas voces exultationis, quas lætitiæ lacrymas, ſignis vndique ciuitatis ſonantibus, vir, mulier, ætas omnis, ciuitas denique tota concurrens diuinæ bonitati deprompſerit, eò minùs ſufficientiùs nos conſtat effari, quò Dei magnalia excellentiùs humanum pectus excedunt.

Puella ægra, muta, phrenetica ſanata.

12 V. MIRACVLVM. Per idem tempus quidam Eccleſiæ noſtræ Canonicus ardore febrium iam multis diebus ita moleſtiæ acceſſerat & debilitati, vt vix ad eccleſiam, ſpe trahente ſalutis, valeret accedere: in quâ dum pernoctaſſet, completis in oratione vigiliis, domum ſanitate redditâ validus remeauit.

Febres depulſæ.

13 VI. MIRACVLVM. Simili modo quidam puerulus, magiſtri operis antedicti filius, per beatiſſimum Martyrem ſalutem adeptus eſt. Cuius facie læsâ tanta in vultu deformitas apparebat, quòd & læſuræ parentibus horrorem incuterent, & ſalutis deſperatio non minimè contriſtaret. Mouit igitur deuotionem parentum filij dolor, &, ſicut moris eſt, cùm deſperatur humana diuinam ſupplices opem implorant. Veniunt itaque ad S. Vincentium, lumen tam fide quàm manibus ferentes, triennem puerum ante ſacras reliquias ſtatuunt, verba quibus Vincentium ſalutem expoſcat, puerulum docent. Poſſes animo flecti, poſſes itaque mente compungi, videndo elinguem & balbulum flexis genibus, lacrymis fuſis, adſtantem, & hæc dicta cum parentibus iterãtem: O S. Vincenti da mihi ſalutem; & tuus, dum vixero, ſeruus exiſtam. Huiuſcemodi verbis aliquoties repetitis, ſana quidem & formoſa facies puero redditur, nec vlteriùs vultus tener vllâ morbi notulâ maculatur.

Pueruli facies læſa & deformata, reſtituitur.

14 VII. MIRACVLVM. Quædam interim mulier, ſanè fidelis & timorata, vicina prænominatæ moratur eccleſiæ, quæ multis annis fluxu ſanguinis & magnâ moleſtiâ laborabat; præterquàm imperitiâ medicorum conſumptâ pecuniâ nihil opis eſſe didicerat; fide & prece Vincentium adiit, ſanitatem popoſcit, & hoc modo recepit: ſiquidem poſt factam orationem, ſibi quidem dormienti S. Vincentius apparuit, *d* vt veſtes ablutas & mundas indueret; nihil vlteriùs mali, quod per decennium paſſa fuerat, habitura. Quæ verba præmiſſæ ſalutis effectus ſecutus eſt. Nam deinde mulier ab antedictâ miſeriâ liberata, clementiam Dei & Vincentij beneficium grato ſermone glorificat, ſe ſanam eſſe populo confitetur, cæleſtem miſericordiam prædicat, & gratiam hodie datæ ſanitatis extollit.

Mulier à fluxu ſanguinis ſanata.

d

a *Ex his conficitur contra ſuperiùs poſitam Vaſconcellij noſtri epocham, natum Alfonſum anno* 1106, *regnare cœpiſſe anno* 1128.
b *Natus is eſt anno* 1154. 11. *Nouembris, vt ſcribit Vaſconcellius.*
c *Ea capta, vt ſuprà dictum, an.* 1147.
d *Videtur deeſſe*, præcipiens, *aut quid ſimile.*

CAPVT IV.

Aliæ curationes infirmorum.

15 VIII. MIRACVLVM. In iiſdem etiam diebus puellula quædam, octo ſicut dicebatur annorum, vt à dæmonio liberaretur ad glorioſiſſimi Martyris ſuffragium parentibus comitata peruenit. Huic inerat hoſtis adeò moleſtus & grauis, vt eam ter aut quater in die intantùm laborioſo vexaret incurſu, quòd ægra membra vix proprius ſpiritus ſuſtentaret. Huius dolentis anguſtias, poſt aliquot vigilias noctium & orationes, illum intuitum fuiſſe credibile eſt, qui corruentes eleuat, erigit omnes eliſos, hoſtiſque opprimentis violentiâ & improbitate depulsâ per beatiſſimi Martyris preces puellam ſaluti reſtituit, ſecuramque de cetero atque incolumem conſeruauit.

Energumena liberata.

16 Sed & de duobus coruis, qui iam à multis viſi ſunt ſæpiùs alacri volatu ſub arcum & teſtudinem anterioris eccleſiæ peruenisſe; quidam irriſores & diuinæ pietatis ingrati ſubſannant. At ego quidem illud æſtimo multò fuiſſe incredibilius; ſanè incredibilius, quia mirabilius; & tamen veriſſimum eſt, quòd inexpletæ auis edacitatis & gulæ dedita, naturæ oblita voracis, potuit carnem ſanctiſſimi Martyris ferro, flammâ, pœnâque multiplici tritam; non ſolùm non attingere, verùm illæſam à ceteris auibus, &, quod magis eſt mirandum, à feris beſtiis cuſtodire. Potuitne nutu diuino hæc auis etiam ieiuna ſanctum Prophetam dies quadraginta cibare, & non potuit ad præfatam eccleſiam, vel propter teſtimonium ſancti corporis aduolare? Vnde vt apertiore dementiâ diuinis virtutibus inuidentes aberrent, propoſitæ narrationis ordinem exequatur oratio; & quos nec res auditu vel viſu mirabiles ad laudem diuinę maieſtatis inclinant, maior incrudelitatis cauſſa. *a* ....

Corui in æde S. Vincentij.

a

17 IX. MIRACVLVM. Erat igitur Vlixbonæ ſeptennis puella paralytica, quæ vultum habebat tantâ deformitate diſtractum, vt amiſſo ſpiramine viæ naturalis, os ad aurium vnam vi morbi retortum retracti aëris vix flatum ferè iuxta tempus emitteret. Vnde parentes illius, audito quòd multos huiuſmodi præfatus Martyr glorioſus à ſuis languoribus alleuaret, puellam ad eccleſiam ſæpedictam adducunt; oblationeſque ſuas ad ſacras reliquias in gemitu multo & cordis contritione deponunt: & ne ſermonem diutiùs quàm opus ſit teneam, puellam diuinæ clementiæ & beatiſſimo Vincentio, monitam, vt quantùm poſſet ſupplex oret, exponunt. Nec mora: quaſi ſtupefacta & viſu nouo conterrita, officioque reuerà non ſuo conſurgens, hilaris tamen & ſana, ore reddito & ſuo loco reſtituto, profatur, populoque qui præſens

Puella faciei fœdè diſtorta reſtituitur.

aderat

aderat admirante, confitetur ex ordine, qualiter B. Vincentius ſibi apparuit, & propriæ manus contactu ægræ maxillæ appoſito, faciem puellæ reſtituit & ſalutem. Fit igitur in vrbe totâ lætus ad ſidera clamor, & in excelſis Domino gloriam & laudes vociferationis cum populo Clerus extollunt; Deum & Dominum Iſraël benedicunt, qui plebem ſuam per tanta miracula viſitat & tam admirabilem genti facere in Martyre glorioſo miſericordiam. Miratur & prędicat populus faciem puellę beatam, quæ tantâ & tam ſacrâ manu contingi meruit, & habere tam felici contactu ſalutem.

18 X. MIRAC. Hæret animus, & dum præ oculis plurima memoriâ digna & valdè miranda concurrunt, de multis nimirum ignoro quod horum ſpecialiùs debeat aliis anteponi. Quantum enim ad præſens, multis fortaſſe videbitur eſſe ſuperfluum litteris commendare quamplurima, quæ recenti memoriâ per omnium ora notiſſima celebrentur. Satis enim eſſe communi notitiâ poteſt, quòd operis eccleſiæ præfatæ magiſter gaudet, & per ſe, quantâ poteſt eloquentiâ prædicat, qualiter à B. Vincentio ſalute donatus eſt. Verumtamen quia non ſolùm magiſtro, ſed & operi prænominato Martyr glorioſus conſuluiſſe credendus eſt, idcircò videor homini datum diuinæ debere clementiæ donum latiùs explicare. Iſte cùm eſſet ex regio mandato profectus, vt locum exquireret, vnde faciliùs ad conſtruendam eccleſiam lapides erui poſſent; (difficillimè ſiquidem & multis impẽſis quadratos lapides Vlixbonæ contingit haberi) hoc, inquam, animo, dum loca lapidum circuit aptiora, mula, quâ vectabatur, per aſpera montis & deuia gradiens, ita caſu ſubito lapſa eſt, vt onus impoſitum à ſe longè deiiceret, & excuſſum hominem inter lapides aggrauando ſuâ mole deſuper aduoluente comprimeret. Accurrunt igitur qui propiùs aderant, & hominem leuantes ſemiuiuum expediunt, & vtrùm integrè viuat nomen mutando Magiſtri requirunt. Is verò dum dubitat, & de ſe miratur an viuat, reſpondet tandem quærentibus ſe neſcium eſſe, quam partem læſi corporis maior anguſtia moleſtaret; æquali quippe dolore quaſi læſio vna corpus attriuerat; magis tamen de coſtarum compage ſolutâ conqueritur. Poſt biduum igitur Vlixbonam æger admodùm quoquo modo reuectus adducitur, & deſperatâ medicorum peritiâ, alienis manibus beatiſſimo Martyri præſentatur. Vbi dum ſupplici-ter excubans noctem vnam peregiſſet, manè facto redditis membris, depulsâ moleſtiâ, ſanus & incolumis domum gradu firmo reuertitur; & quantam ex diuinâ bonitate receperit gratiam grato animo & ſermone lætifico ſuæ vxori & lætanti familiæ proteſtatur.

Quidam lapſu miſerè contritus,

Inuocato S. Vincentio ſanatur.

19 XI. MIRAC. Fuit eodem tempore iuuenis quidam de *b* Vuimarannis, quartanis febribus adeò multo tempore tantâ debilitate confectus, quòd nihil proficientibus medicis extremo defectui cederet, horamque quâ diem clauderet trepidus expectaret. Auditis tamen Dei & B. Vincẽtij mirabilibus, ſpem animo colligit, & Martyrem glorioſum adeundum proponit & vouit; & dum viam accelerat, antequàm ad locum optatum perueniat, febrium longâ moleſtiâ liberatur. Iter autem promiſſum matre gratâ perſoluit, & Miſſæ oblationis donis expoſitis, quid ſibi Martyr beatiſſimus egerit hodie coram populo Dominum glorificando declarat.

b

Quartana diuturna depulſa.

20 XII. MIRAC. Tunc quoque temporis adoleſcentula, paucis antè diebus marito tradita, neruorum diſſolutionem incurrit; & parte lateris vnius amiſsâ, parentum obſequio ad eccleſiam portatur, & ante ſacras reliquias, ſpe ſalutis habendæ, proſternitur. Pro quâ dum parentes orationem & lacrymas faciunt, puella ſe paullatim recolligit, & membra de locis quò iacuerat fortiùs eleuat, & manu, quæ priùs inutilis actui fuerat, collapſum mantellum humero ſuperponit, ceteriſque membris vſui ſolito reſtitutis, quærenti matri, ſe per B. Vincentium hilarem eſſe reſpondet & ſanam: manum in argumentum ſalutis extendit, pedibuſque reddito gradu conſurgit, dicens ſe eſſe ſanatam, & velle domum, turbâ præſentium admirante, redire.

Neruorum contractione laborans curata:

21 XIII. Monetur tamẽ à Clericis, qui aderãt, abſtinere per triduũ, & indicitur ne velit amplexibus vti mariti, donec vigiliis & orationibus dignã faciat Deo & glorioſo Martyri de datæ ſalutis recordatione memoriam. Quos audire recuſans, dum à parentibus cum lætitiâ conuiuium apparatur, vetitis oſculis & marito miſcetur. Vnde collatæ paullò antè ſanitatis dono fraudata, nimirum, vt æſtimo, ad euidentiam inobedientiæ, etiam linguâ prępeditâ, loquelam amiſit. Triſtior igitur vnde cum ſalute venerat, ducitur; & poſt moram paruulam voto vitæ melioris effecto, iterato diuinæ bonitatis dono facta ſana reuerſa eſt. Sed & certò cùm ſit Martyr beatiſſimus in dandarum ſanitatum miraculis valdè beneficus, pauperum tamen eſt oppreſſorum in rebus furto ſeu aliis modis ablatis conſolator, quàm rei perditæ vtilis reſtitutor.

AVCTORE STEPHANO VLYSSIPPONENSI, EX MSS.

voluptati intempeſtiuè indulgens, eodem malo corripitur:

iterum ſanatur.

a *Aliquid hic deeſt.*

b *De VVimaranenſi oppido, quod vulgò nunc* Guimaraes *vocant, dictum* 10. *Ianu. ad vitam S. Gondiſalui cap.* 1. *litt. K. Quidam* Araducam *veterum eſſe volunt.*

CAPVT V.

Res amiſſæ, ope S. Vincentij repertæ.

22 XIV. QVidam namque in vicinià noſtrâ moratur homo ſine querelà, Dei timidus & amicus, diues ante aliquos dies, & inter ſui ſimiles Extrematuræ milites rerum neceſſariarũ abundans. Sed, vt pleroſque mortaliũ ſors vitæ præſentis obuoluit, huius quoque dies vltimos rebus ſiniſtrè cedentibus paupertas occupauerat & ſenectus. Viri tamen prudentis modeſtia pauperiem efficit, dum patienter ſuſtinet, mitiorem. Sed hominis miſeria ſucceſſu temporis eò proceſſit, vt bouem vnam, totius poſſeſſiunculæ particulam optimam, dum ſine cuſtodiâ montibus oberraret, amitteret. Quam dum per aliquos dies homo præfatus per viam & inuiam anxius terram luſtrando quæſiſſet, rerum malarum tædio tactus, hyeme, ieiunio, & inutili fractus erratu, poſitis genibus, ita lacrymis & gemitu verba præpediente profatur: O Martyr gloricſe Vincenti, ſi conſtans & indubitabile verum eſt ſanctiſſimas corporis tui reliquias eſſe Vlixbonæ, meam miſeriam intuendo, mihi, obſecro, quod quæro reſtitue. Qui dicto ſtatim mugitum bouis quaſi de propè venientis attendit, & nebulis admodùm ſpiſſis viſum eripientibus ſonos audiens iteratos, greſſu meliore procedit, vaccamque oculis præſentatam grauidus plurimùm & lętabundus agnoſcit, ſecumque gratias referens Deo & Martyri glorioſo, domum reducit.

Quidam amiſſum bouem, inuocato S. Vincentio recuperat.

23 XV. Sed non minùs mirabilé pietatis extitit argumentum, quòd quidam Vlixbonæ habitans in iiſdem diebus expertus eſt. Hic ab amico depoſitam pecuniam quatuor aureorum conſeruandam receperat: erat autem homo rerum exilium, ſed morum & vitæ fidelis abundans. Is & vxor manuum labore communi liberis victum & ſibi parabant, nihil præter domum, quâ ſe reciperent, poſſidentes. Contigit autem vt quidam familiariter noſcens ad locum, in quo prædicta pecunia poſita erat, iam cognitum & prænotatum accederet: aureiſque furtiuè ſublatis fugam tenuit, & ſe *a* Almada tranſmiſſo Tago recepit. Is autem qui pecuniam cuſtodiæ, ſicut putabat, fideli commiſerat, poſt paucos dies aurum exigente neceſſitate requirit. Quod dum in promptu *b* ſe ciuis antedictus habere putaret, & quæſitam minimè reperiret, exangui vultu, linguâque præ dolore deficiente, reſpondet, pecuniam ſibi furto eſſe ſublatam. Vxor illicò eiulatu flebili motam viciniam vertit in lacrymas, & miſerabili voce conclamat, ſe miſeram, non ampliùs à paupertatis incommodis emerſuram. Ducitur ergo ante Prętorem homo miſer in cauſſam, & quia cum amiſsâ pecuniâ rei propriæ nihil amiſerat, ipſam reddere iuxta

Pecunias penes ſe depoſitas, a

clàm furto ſublatas; b

AVCTORE STEPHANO VLYSSIPONENSI, EX MSS. (*fruſtrà conſuluit ſortilegis,*)

terræ conſuetudinem iudicatur. Tantis itaque malis anxius petit inducias: domum triſtis reuertitur, cum vxore quid facere debeat parum conſilij habiturus. Quæ conſultis ſortilegis, dicit pecuniam iam ad Francoſam vſque fore delatam, quod oppidum VII. diſtat Vlixbonâ dietis. Latronem itaque de viæ magnitudine perſequi deſperantes, domum ſuam quo poſſent pretio vendere proponebant, ſub aliquâ poſtmodùm ſpeluncâ manſuri, victum panemque oſtiatim vltimâ miſeriâ petituri.

24 Redit tamen maritus ad coniugem, & obortis lacrymis ita miſerandam affatur: O mulier, inquit, ecce S. Vincentius petentibus miſeris ſolatia confert & nobis videntibus nemo corde ſupplici & animo mundo ad præſentiam reliquiarum eius accedit, qui ſecum optata remedia non reportet. Surgamus itaque, &, prout noſtra facultas expetit, munus & animum potiùs offerentes, coram ipſo lacrymas noſtræ querelæ ponamus; & niſi ſpes animum fallit, noſtro dolori velox aderit ſuâ pietate remedium. Placuit hic ſermo duobus, & expoſitis quæ oblationi parauerant donis, vigilias celebrant; & parte noctis in orando peractâ certam notitiam de rebus amiſſis accipiunt. Quidam enim marito per viſum apparens: Vade, inquit, Almadam, & qui tibi de caſtello veniens primò occurrerit, is de tuâ pecuniâ te certum faciet. Nauigat igitur manè facto, & citus ad locum præmonſtratum aduenies ſtatim hominem aureos habentem obuiàm habuit, & ab ipſo priùs amico more ſaluere iubetur. Scio, inquit qui furtum commiſerat, quòd tuos aureos quæris; ſed ſi tacitum ſemper de nomine meo, & ſecretum habueris quod inde fuero tibi confeſſus, ego cum pecuniâ redditâ tuæ te lætum vxori remittam. Datâ itaque fide & rei malè geſtæ taciturnitate promiſſâ, partem quoque pecuniæ ſe daturum animo libenti ſpopondit. Sed & aliùs, Nequaquàm, inquit, diutius inde quidquam mihi retinebo; quoniam vt hos malè tuli, ſemper animus duris horroribus actus, quaſi alienatione nouâ, remotâ quiete, vehementer obſtupui. Recepit igitur aurum homo gaudens, & valdè lætiſſimus domum regreditur, ſecumque ſua ſolatia defert ad vxorem, de piiſſimi Martyris tanto beneficio gauiſuram.

ope & monitu S. Vincentij,

recuperat,

fùre diuinitus coacto reſtituere.

25 XVI. Simili pietatis gratiâ quædam muliercula valdè pauperrima, pannos ad lauandum ſuſceptos, dum furto ſublatos minimè reperiret, ab exorato Martyre rediens, domi poſitos & ad plenum reſtitutos inuenit.

Alia pannos ſublatos recipit:

26 Alia quoque, quæ in ſuburbio habitabat Vlixbonæ miſera valdè, decem aureos, quos ad redimendum filium ex eleemoſynâ Regis ſupradicti receperat, & ſubtractos non inueniens, fusâ cum lacrymis oratione à B. Vincentio miſericordiam petit, & domum reuerſa nutritum à ſe porcellum obuiàm habuit, prædictum aurum ore ſuo ad pedes dominæ ſuæ præſentantem.

alia pecuniam:

27 XVII. Quidam autem eodem tempore pelliculas emere cirogillinas, & vt in eis operaretur, ſpe lucri, quidquid habebat in eis emendis expenderat. Quibus conſeruandis dum animum opere negligentiori impendit, ipſas alio curam agente habendis alienis ſollicitiorem amittit: pro quibus vrbe ferè totâ quærendis euersâ, ad miſericordiam beati Martyris implorandam conſilio tandem meliore recurrit. Aderat tunc & ſuas agebat vigilias Eccleſiæ prænominatæ Magiſter ſcholarum, & ſicut ab eodem confitente recepimus, ipſe & ſua ſocietas præſens præfati negotiatoris verba huiuſmodi riſit; intendens enim oculos, & faciem commouens, ait: O S. Vincenti de tuâ præſentiâ nequaquàm mouebor, donec meas pelles mihi reddi præcipias. Priùs igitur quàm nox media fieret, properè ſurgens ſocios excitat, dicens ſe per B. Vincentium certum effectum, quâ domo, & apud quem debeat hominem pelliculas inuenire: quas eâ certitudine ſcimus hominem inueniſſe, quâ fidei conſtantiâ ex certâ fiduciâ Martyrem glorioſum rem perditam precabatur. Sed certè memoriter habendum eſt & valdè penſandum, quàm magni meriti apud Dominum ſit beatiſſimus huius Martyris ſpiritus, quantumque ſuâ prece remittendis criminibus valeat animarum in cælo, qui non ſolùm corporibus à multiplici morbo ſanandis, ſed & rebus victui neceſſariis tantùm valere monſtratur in terris.

alius pelliculas.

a Almada *oppidum eſt caſtello nobile, vltra Tagum, è regione Vlyſſiponis.*

b *Ita legendum coniicimus. Scriptum erat,* ceteros.

CAPVT VI.

Tempeſtates ſedatæ. alia mortalibus conceſſa beneficia.

28 VErùm & maria nullatenus beneficiorum illius expertia rerum euentu mirabilium oſtenduntur. Quidam enim Vlixbonæ habitant, eorum hodie quæ dicturi ſumus minimè teſtes exiſterent, niſi datâ de periculis tantis ſalute præſentem vitam Martyri glorioſo deberent. Ij cùm iam ad maris & terræ confinia littus & portum ſibi facili nauigatione promitterent, vis magna ventorum & violentium actus vndarum contrarius, ruptis anchoræ funibus, miſeros nautas in altum à conſpectu telluris longè, fruſtrà laborantibus remis, inuoluit: geminat autem adueniens nox obſcura procellas, & duplicatis tenebris quorſum tenere nauiculam debeat rector nimirum ignorat. Pars itaque lacrymans fundit aquas, & nauim imbre marique grauatam euacuat: pars autem quod dulce domi reliquerat, memorat, & quòd ſui defuncti agat curam, exoptat. Tres ergo noctes & dies hyeme & tenebris indiſcretos ſine cibo potuque, nequaquàm mortis incerti, vexantur. Enimuerò etſi tempeſtate dilatam, certam tamen expectant per longa ieiunia mortem. Tum denique S. Vincentium miſerandis vocibus intonant, vnanimes vota Vincentio faciunt: ſtatimque auram proſperam, mari reddito, & aëre clarificato recipiunt, & præter ſperatum mirâ celeritate in portus inferuntur optatos; & quàm ad ſuas domos adeant antè B. Vincentio vota perſoluunt, cuius de gratiâ & ineffabili pietate teſtantur, populo admirante, de periculorum immenſitate ſaluatos. Verùm vxores, & vt quæque periclitantibus proximior fuerat, vultu deformes & crine gentis ſuæ ritu, nænias egerunt, & Miſſis de more cantatis animos commendauerunt maritorum. Quibus viuis iterum apparentibus, omnem luctum in gaudia vertunt, & quantum de ſalute ſuorum Deo & beatiſſimo Martyri debeant, multarum actionibus gratiarum oſtendunt.

Tempeſtas Sancto inuocato, ſedata:

29 XVIII. MIRAC. Huius profectò Martyris glorioſi dignum eſt meritis imputare, quòd nauis *a* Alcobaciæ de conſimili periculo naufragia maris euaſit. Enimuerò Domnus Abbas, communi prouidens vſui Fratrum, nauim onerariam ſale, *b* qui multùm abundans eſt Alcobaciæ, repleri præceperat, & ad portum alium, vbi cariùs *c* emittitur, apportari. Nauis igitur, aurâ fallaci fauente, portu exierat, & dum multùm à terrâ longiùs agitur, ſubitò intumens irruit ventus in vela contrarius; & turbine nauim tanto perculſam inuoluit, vt horrendo vndarum incurſu nauis ad ſcopulorum anfractus, & loca de quibus nullus euaderet, præceps inferretur. Tunc verò viri religioſi qui aderant, præſenti periculo territi, vno clamore vociferantes, ad S. Vincentium preces emittunt, & vt eos de præſentiâ mortis eripiat eiulatu magno conclamant. Miro igitur modo oratione finitâ, ſtatim procellâ ceſſante ventus in auram ſuauiſſimam vertitur; & nauis in portum, vbi B. Vincentius honoratur, cum magnâ tranquillitate deuehitur. Vbi de tanto metu ſecuri ad beati Martyris præſentiam feſtinant, & multas illi de periculorum emerſione grates exſoluunt, populoque quam præſentem mortem per meritum illius euaſerint gratis ſermonibus eloquuntur.

a 4

b

c *iterum aliàs.*

30 Sed etiam alij quamplures, qui ſibi victum & veſtitum piſcando conquirunt, votis perſæpè B. Vincentio factis,

Secunda piſcatio obtenta:

factis, naues ab alto reducunt multitudine piſcium admodùm oneratas. His & aliis multis virtutum indiciis, nauigantes Vincentium potentem maris appellant, & minùs marina pericula timent quicumque frequenti memoriâ reuocatum ſibi propitium glorioſum Martyrem efficiunt. Verùm ad ea quæ per illum Dominus circa miſeros operatur narrationem vertamus.

viſus receptus:

31 XIX. MIRACVLVM. Quidam autem multo tempore viſum oculorum amiſerat, & ſupplicanti Deo & glorioſo Martyri, ſanitas oculis diu perdita reſtituta eſt. Quod ipſe, qui cæcus fuerat, coram D. Gunſaluo præfato Tribuno militiæ, qui tunc ſuas vigilias ad beatum Martyrem celebrabat, confeſſus eſt.

energumena liberata;

32 XX. MIRAC. Ipsâque eadem nocte puellula quædam muta & dæmoniaca, ſalute reddità ſibi donata eſt.

item alius:

33 XXI. MIR. Sed & poſt paucos dies alius quidam à dæmonio ſæpè vexatus, mirabili gratiâ & memoriâ dignâ ſanatus eſt. Iſte ad petenda remedia nocte venerat, eadem fortè quâ Donnus Galdinus Procurator rerum & Magiſter militiæ Templi per regnum Portugalliæ, vir vtique gratioſus & illuſtris, ſuas vigilias vnà cum aliis multis militibus animo magnæ deuotionis agebat. Contigit præfatum infirmum coram Magiſtro prænominato ante ſacras reliquias ſiſti: & ſolito morbi venientis ſigno percepto, cœpit emiſsâ voce clamare, & contra violentiam inuadentis hoſtis à conſedentibus opem expetere. Cui Magiſter confidenter: Ne timeas, inquit, Villane, ſed bonam fiduciam habe, & extendens manum arcam attinge; dicebat enim is qui à dæmonio vexabatur, quòd per dextræ manus digitum minimum ſe ſolitus fuerat malignus ſpiritus occupare. Hanc itaque manum extendens tetigit arcam, in quâ reliquiæ ſacræ reponuntur & ab hoſte paullulùm reſpirauit. Ter igitur in ipsâ nocte miſerum hominem ſuus hoſtis exterruit, & arcæ ſanctæ per mandatum præfati Magiſtri tactu, datâ per Martyrem ſecuritate, perniciem hoſtis deinde ſanus euaſit.

ager ſanatus:

34 XXII. MIR. Alius quoque iuuenis à multis diebus inualidus, ab vmbilico inferiùs omnium vſum membrorum amiſerat; & de ſanitate medicis deſperantibus, ad præſentiam Martyris beatiſſimi, meliore conſilio, per manus aliorum deductus eſt. Is cùm ſuæ deuotionis lacrymas & orationes beatiſſimo Martyri ſæpius obtuliſſet, ita ſanus reſtitutus membris abſceſſit, ac ſi numquàm fuiſſet aliquâ moleſtiâ prægrauatus.

energumenus liberatus:

35 XXIII. MIR. Similiter alius, à dæmone frequenter in die correptus, intolerabiliter laborabat, & multis diebus & noctibus ad ſanctum Martyrem excubans, & cum vigiliis diutiſſimè factis orationibus, tandem donec viueret perpetuum corporis ſui ſeruitium Vincentio glorioſo promiſit, & nobiſcum diutius morans ex toto prefatâ miſeriâ liberatus eſt.

ager deſperatus ſanatus.

36 XXIV. MIRAC. Alius itidem apud Turres moratur, intantùm ſpiritu vitali defecerat per longam febris morbi moleſtiam, vt iam vltimum fatalis horæ terminum trepidus expectaret. Quem dum vltimus, vt timuit, angeret dolor, vicinis præſentibus ſe vouit ad S. Vincentium, ſi viueret, profecturum: & ſtatim facto voto, cunctis qui aderant admirantibus, ſanitati perfectiſſimæ redditus eſt. Cuius beneficij gratiam ipſe poſtmodùm, & alij quibus Martyris beatiſſimi donum notum extiterat, cùm Vlixbonam peruenisſent, debitâ gratiarum actione diuulgare poſtmodùm beati Martyris merita non ceſſarunt.

a *Alcobacia nobile & opulentum ordinis Ciſtercienſis cœnobium, ab Alfonſo I. ædificatum.*

b *De ſalinis Luſitaniæ, ſaliſq; copiâ, agit Vaſconcellius in Deſcriptione Luſitaniæ.*

c *Fortè* emitur.

Ex MSS.

DE RELIQVIIS S. VINCENTII

Barium in Appuliam tranſlatis.

1 *VIn in Luſitaniam ſunt* S. Vincentij *ac deinde in Galliam reliquiæ tranſlatæ, non omnino nullum ſibi eius pignus Valentia retinuit. Nam cùm variæ, vt fit, illius vrbis Eccleſiæ partem ſibi exuuiarum aliquam vindicaſſent, fuit quod ſeculo octauo ad promontorium Sacrum, & centum pòſt annis Caſirum, ac deinde in Italiam quoque deportaretur, vt mox dicemus, niſi quis velit redonatum Valentinis poſtmodùm aliquid à Caſtrenſibus. Nam quod quidam diſputant, ſi metu Abderamenis auectæ in Luſitaniam ſunt, nihil reperire poſteà Audaldum potuiſſe; neque enim partem ſolùm rapturos fuiſſe profugos illos, parte veluti in prædam relictâ Barbaris, id nos magnoperè non mouet. Non enim vniuerſi profugêre tunc Valentiâ ciues, nec qui profugêre omnium ſacra & ſupellectilem Eccleſiarum in ſuâ habuerunt poteſtate, ſed vnius fortaſſis ædis aut cœnobij. Quod contrà ſcribit Aimoinus integrum corpus ab Audaldo repertum, ſuis adhuc vinctum neruis, non eſt eiuſmodi vt cogat nos fateri nullam illius abfuiſſe partem. Vidimus ſæpe ſceleton veluti integri corporis humani & colligatum, etſi brachiorum pars, coſtæ aliquot, aliaq; oſſa deeſſent.*

SVB PTOLEMÆO XI. SECVLI.

Poſt duas tranſlationes fuêre adhuc S. Vincentij reliquiæ Valentiæ:

2 *Non ergo tam glorioſi Martyris pignore omni Italia quoque, etſi ſuorum ſat locuples, imò ceteras ditans prouincias theſauris, caret. Aliquas Capuam à duobus monachis deportatas* S. Vincentij *reliquias, ſuprà ex Sigeberto retulimus: ſed eas nunc Mediomatricum in Galliâ Belgicâ vrbs poſsidet. Romæ ternæ ſunt SS. Vincentio & Anaſtaſio dedicatæ baſilicæ, vti teſtis eſt Octauius Pancirolus; inq; earum vnâ, quæ regione IX. Ripâ dictâ vifitur, aliquæ ſunt S. Vincentij reliquiæ: vnde, quando, per quem allatæ, nec ipſe tradit, nec nos alibi legimus. Peregrinus Merula in Sanctuario Cremonenſi ſcribit iſthic in parochiali S. Vincentij eccleſiâ, inſigne os pectoris illius aſſeruari. Barij in Appuliâ brachium extat in celeberrimâ toto orbe S. Nicolai Epiſcopi baſilicâ. Id quâ ratione iſthuc peruenerit, ex veteri Legendario illius Eccleſiæ nobis tranſcripſit Antonius Beatillus noſter, cui plurimum Barienſes ſui ciues debeant, ob S. Nicolai, Sanctiq; Sabini hiſtoriam accuratiſsimè illuſtratam.*

Aliquæ olim Capuæ, iam Metis:

aliquæ Romæ,

Cremonæ,

Barij:

NARRATIO TRANSLATIONIS Brachij S. Vincentij Martyris,

ex MS. *Barienſi eruta ab Antonio Beatillo Societ.* IESV.

1 NOn multis euolutis temporibus à collocatione corporis beatiſſimi *a* Nicolai in ipſius Barienſi baſilicâ, accidit vt Epiſcopus *b* Valentinæ ciuitatis Barium veniret, quatenus cum aliquâ naui dictæ ciuitatis cum ſuis compatriotis ſepulchrum Chriſti pergeret ad viſendum, cuius cauſsâ à ſuâ venerat patriâ. Quo Domino *c* Eliæ Barinæ *d* & Canuſinæ Sedis Archiepiſcopo nuntiato, accerſito ſuo Archidiacono iuſſit prædictum honorificè hoſpitari Epiſcopum in cuiuſdam conciuis honoratum hoſpitium.

a

b

Epiſcopus Valentinus tendens Hieroſolymam,

c d

2 Enimuerò nauibus transfretandi moram facientibus, graui languore Epiſcopus infirmatur. Cui Dominus Elias ſæpenumerò ſuos medicos miſit; atque de ſuis bonis obſequebatur illi quotidie. Epiſcopus iudicatur ad mortem: qui cernens ſe in articulo mortis manere, miſit cum reuerentiâ, & fecit ſibi accerſiri Dominum Eliam ſæpedictum Antiſtitem, vt in ſuis manibus ſe & ſua committeret. Hoc præfatus audiens Dominus, ipſum adire minimè *e* fecit: ſed comitatus turbâ Clericorum, domum vbi ægrotus iacebat, adueniens, more talium benedictionem cum ſigno Crucis ſuper eum expandit.

ægrotat Barij in Appuliâ:

e

Ex MSS. Infirmus Epiſcopus eius dexteram manu apprehendens atque nimiâ deuotione deoſculans, taliter affatus eſt: Deſiderium meum, Pater venerande, Hieroſolymam pergendi multis tranſactis fuit curriculis; ſed tum maximâ dignitate mei epiſcopatus, & variis interuenientibus officiis noſtræ prouinciæ, tum conſanguineorum meorum obſtaculis, timore longi itineris incipere adhuc minimè potui. Sed video me adeò duriſſimâ adſtrictum infirmitate, vt quod iam concupiui minimè poſſim perficere. Confiteor igitur de commiſſis ante veſtram præſentiam, Pater & Domine, & à veſtris ſacratis manibus corpus Chriſti accipiam nunc deuotè.

perceptis à Barenſi Epiſcopo Sacramentis,

3 Quo facto apertâ voce coram omnibus, quamuis obſiſtente infirmitate, aiebat: Meâ pro dignitate & maximâ deuotione brachium S. Vincentij Leuitæ in capſellulâ aſporto argenteâ, quod ſupra omnem meum theſaurum pretioſius habeo. Sed quia tempus meæ reſolutionis, quod ex quo ſexagenarius fueram concupiui, vt eſſem cum Chriſto, agnoſco; placet mihi, vt prædictum brachium in eccleſiâ B. Nicolai ſeruetur; & illud volo ſemper hîc eſſe in memoriam mei, vt orationibus & ſacrificiis veſtræ Eccleſiæ mea ſemper fruatur anima. His dictis, in manibus Domini Eliæ illud tradidit, dicens: Si, Domine Pater, obiero, taliter ſit vt prædictum eſt; ſin autem ad ſoſpitatem rediero, mecum accipere nulla ſit mora. Quod Dominus Archiepiſcopus coram omnibus firmâ voluntate promiſit.

donat illi Eccleſia brachium S. Vincentij;

4 Tertio die poſt hæc ſpiritus Epiſcopi euolauit ad cælum. Corpus nimiâ cum honorificentiâ in eccleſiâ B. Nicolai deducitur; atque celebratis, vt mos eſt Chriſtianorum, officiis, in pace ſepultum eſt. Statim Dominus Elias ſolenniter proceſſione præparatâ, tintinnabulis fortiter crepitantibus, cum illâ multitudine clericorum laicorumque, accipiens S. Vincentij brachium, cum brachio S. Thomæ Apoſtoli collocauit, in loco in quo requieſcit corpus S. Nicolai, vbi nunc honorificentiùs permanent in laudem & gloriam ſummi Dei.

quod, eo mortuo, honorificè transfertur.

a *Fuit an.* 1087. *Barium allatum* S. Nicolai *Epiſcopi corpus.*

b *Poſſet quari fueritne hic Epiſcopus* Valentiæ Segalaunorum *in Galliâ, an* Valentiæ Conteſtanorum *in Hiſpaniâ Tarraconenſi. Erat hac quidem eo tempore in Maurorum poteſtate, ſuos tamen habere Epiſcopos Muſarabas potuit, vt alia vrbes: & quia iſthic olim mortem oppetiit S. Vincentius, eam viſus eſt ſcriptor intellexiſſe cùm ſimpliciter* Valentiam *dixit.*

c *Fuit* Elias *monachus Cauenſis, deinde Abbas Barij in cœnobio S. Benedicti; ac tandem an.* 1089. *electus illius vrbis Archiepiſcopus, ab ipſo* Vrbano II. *menſe Octobri eiuſdem anni conſecratus in nouâ Archiepiſcopali Barij eccleſiâ. Vixit in epiſcopatu annos* 15. *menſes* 7. 22. *dies: obiit* 23. *Maij* 1105. *Baſilicam S. Nicolai, cùm adhuc eſſet Abbas, inchoauit, ex eleemoſynis quæ in dies offerebantur, eamq; multis pretioſis donariis, & Sanctorum reliquiis ornauit. Ita Antonius Beatillus noſter in Catalogo Archiepiſcoporum Barenſium.*

d *Vniti ſunt epiſcopatus illi ſub annum* 845. *vt idem auctor eſt Beatillus.*

e *Potiùs* diſtulit *legendum, aut quid ſimile.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS

ORIONE, MEMNONE, HERMETE, IANVARIA, TECHO, & aliis.

XXII. IANVAR. I HOs vetus MS. *Martyrologium S. Hieronymi, itemq; MS. Dungalenſe, coniungunt cum XVIII. illis, quos ad 16. Aprilis reiiciendos ſuprà cenſuimus. Prius MS. ita habet:* XI. Kl. Spaniâ ciuitate Valentiâ S. Valeri Epiſcopi & Vincenti Diac. & aliorum XVIII. Quintiliani Caſſiani Matutini Pului Vrbani Martialis Fauſti Succeſſi Felicis Pauli Petri Ianuari Primitiui Eboti Cediani Optati Frontonis Iuli Bellici Municipi Techi Orionis Memnonis Ermetis Ianuariæ item Ianuari Muci Saturi Bellici. *MS. Dungalenſe pro* Pului, *quod* Publij *expoſuimus,* Paulini *habet; pro* Eboti, Booti; *pro* Techi, Tetotici; Ianuariam, *alterumq;* Ianuarium, Mucium, Saturum, *alterumq;* Bellicum *omittit. de his quatuor ſeparatim agemus. Addit idem MS.* Hermetis & aliorum XIX. & Felicis cum ſociis ſuis. *Quis hic* Felix?

Horum nomina cum aliis relata.

2 Bellici Municipi *quid ſibi velint, nõ ſat extricamus. Scripta ſunt in vtroque MS. vt Sanctorum nomina. Poſſet quiſpiam ſuſpicari* Bellicum *eſſe quodpiam municipium, vbi martyrium peregerint Sancti: ſed in MS. S. Hieronymi nomina vrbium rarò integra, vixq; genitiuo caſu efferuntur: in Dungalenſi numquàm locus exprimitur. Satius tamen duximus omittere, quàm incerta proponere Lectori. An hi porrò cum prioribus illis, quos ad 16. Aprilis reiecimus, coronati ſint; an ſeparatim, & alibi, non liquet.*

Quidam omiſſi.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS

IANVARIO, MVCIO, ſiue MINVTIO, SATVRO, BELLICO.

REcenſentur *hi, vt iam diximus in MS. S. Hieronymi his verbis:* Item Ianuari Muci Saturi Bellici. *Locum expreſſit MS. Rhinavvienſe:* In Africâ Ianuarij, Minutij, Saturi.

DE SANCTIS MARTYRIBVS GERVNDENSIBVS

INVENTO, ET ALIIS CCCLIX.

XXII. IANVAR. I PHilippus Ferrarius *in generali Sanctorum catalogo, horum ita meminit:* Gerundæ S. Inuenti & aliorum CCCLIX. Martyrum. *Citat in Notis tabulas Gerundenſes, & hiſtoriam SS. Catalauniæ Antonij Vincentij Domenecci, qui* S. Inuentum *vulgari Catalaunico ſermone* San Trobat *dici teſtatur, horumq; omnium reliquias aſſeruari in collegiatâ S. Felicis Eccleſiâ Gerundæ: ac deinde ſequentem narrationem pertexit, ex variis collectam authenticis, vt ait, inſtrumentis, videlicet Bullis quibuſdam Romanorum Pontificum, compendio indulgentiarum excuſo, epiſtolâ Berengarij Epiſcopi Gerundenſis Auguſtam ad Abbatem S. Afræ miſſâ, quæ à Marco Velſero recitatur in Notis ad Conuerſionem & Paſſionem S. Afræ & ſociarum Venetiis excuſis anno 1591. quam & nos ad S. Felicis natalem 1. Auguſti dabimus, vbi & de S. Romano Martyre, eius comite, quem Domeneccus alioquin vnum eſſe ex his 359. diuinat.*

S. Inuentus, *vulgò* S. Trobat.

NAR-

NARRATIO

ab Ant. Vinc. Domenecco Hiſpanicè ſcripta.

1 CVm imperium Romanum adminiſtraret Diocletianus, vt vir erat aſtutus & ſagax, ſtatuſque ſui amplificandi, ac nominis ad poſteros quoque propagandi ſtudioſus, Deorum ſuorum ſibi ad id conciliandum fauorem iudicauit. Frequens igitur ab iis reſponſa expoſcere, magnifica & multa offerre ſacrificia. *Silentibus idolorum oraculis,* Cumque in re graui & arduâ idolum quoddam conſuluiſſet, poſt longam moram, id tandem tulit reſponſi, Silentij ſui cauſſam eſſe homines iuſtos, qui in Imperio Romano cõmorarentur. Hoc per idoli ſacrificulum effatus dæmon, deinceps conticuit. Quærere Imperator, quinam ij ſint iuſti. Reſpondetur, indubiè Chriſtianos eſſe, qui quocumque aduenirent nemini quidquam iniuriæ inferrent, ac benè de omnibus mererentur, eamque videri perfectam iuſtitiam. Hæc erat Chriſtianorum tum vitæ ratio. Hinc oblata impio homini occaſio decimæ excitandæ aduersùs Eccleſiam perſecutionis, longè immaniſſimæ. *ſæuit in Chriſtianos Diocletianus.*

2 Continuò conferta Chriſtianis captiuis ergaſtula, cùm impune latrones, ſicarij, adulteri graſſarentur. Eripi cœpta innocentibus vita, dari mille ſuppliciorum reis libertas. Acceſſit impio Principi conſors adiutorque crudelitatis Maximianus. Miſſus ab his in Hiſpaniam Præfectus Dacianus, eorum ſęuitiæ ſtrenuus adminiſter. Hic [a] Emporias venit, vbi comprehenſum S. Felicem Ruffino legato ſuo tradidit, à quo eſt interemptus. Ab his quoque CCCLX. Martyres, quos Eccleſia collegiata S. Felicis veneratur, aut eorum plerique, affecti martyrio ſunt. Huius coniecturæ fidem facit epiſtola, quam vir illuſtris D. Berengarius Epiſcopus Gerundenſis anno 1087. ad Sighardum monaſterij S. Afræ Auguſtæ Abbatem ſcripſit, quâ teſtatur ſe ei mittere manum S. Romani ſocij S. Felicis. Cùm igitur conſtet Felicem Ruffini iuſſu necatum, conſequens eſt S. Romanum eius & peregrinationis & certaminis ſocium, iiſdem Diocletiano & Maximiano Imperatoribus palmam martyrij adeptum. Cùm verò eâ ætate Chriſtiani in eccleſiâ S. Mariæ extra muros, quæ nunc S. Felicis dicitur, ſepeliri conſueuerint, vt ex hiſtoriâ quatuor Martyrum conſtat, credibile eſt iſthic quoque ſepultum eſſe Romanum, cuius tamen rei nulla modò extat memoria: fuitque dubio procul vnus è trecentis illis, & ſexaginta Martyribus. Occiſi quoque Gerundæ ſunt, vt ex antiquis Actis Vicariatus manifeſtum eſt, SS. Vincentius & Orontius Italı, & S. Victor Diaconus, cum matre Aquilinâ & patre. Quamquàm verò Vincentius ac Orontius Ebredunum in Galliam ſint deinde tranſlati, non tamen [b] Victor, eiuſue parentes. Et hos ergo arbitramur in eadem tumulatos eſſe eccleſiâ, cenſerique in ſanctâ illâ, quâ de agimus, Martyrum turmâ. Ex Ant. Vinc. Domenecco. b

[a] *Multi in Hiſpaniâ tum Martyres; Gerũdæ 360.*

3 Eadem Diocletiani & Maximiani perſecutione occiſus eſt S. Narciſſus, cùm rei diuinæ operaretur, cui plurimi videntur, pro illorum temporum pietate, ſacrorumque peragendorum aut participandorum rariore opportunitate, adfuiſſe; quos omnes in eumdem referimus numerum. Idem dici poſſe de S. Inuento videtur, fuiſſe ex eodem ſanctorum athletarum felici cœtu. Opitulatur præcipuè S. Inuentus quartanâ febri laborantibus: cuius rei gratia magna ei habetur veneratio. iſthæc de eo à multis retro ſeculis in eadem Eccleſiâ Collecta recitatur: Præſta quæſumus omnipotens Deus, vt intercedente B. Inuento Martyre tuo, & à cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per Dominum. *inter hos S. Inuentus, patronus contra quartanam.*

4 Eius in eadem S. Felicis eccleſiâ imago cernitur, in nouâ tabulâ altaris D. Virginis de Roſario, vti & in veteri fuerat. Conſueuerant olim pridie eius celebritatis vigilias in eadem æde agere. Hæc ab eiuſdem templi Sacerdotibus omnia accepi. *eius veneratio.*

5 Multi ſingulari quadam pietate trecentos illos & ſexaginta Martyres venerantur; nec immeritò: cùm eorum multa extent in illam ciuitatem beneficia: nam abſque eorum eſſet patrocinio, pridem fortaſſis exitium illi aquæ attuliſſent. Ciuis quidam Valentinus vir doctus ac pius quotannis officium peragi horum ſanctorum Martyrum procurat in maiori arâ S. Felicis, hæcque in Sacro legitur oratio: Præſta, quæſumus, omnipotens Deus, vt qui Sanctorum tuorum, quorum corpora hîc requieſcunt, natalitia colimus, à cunctis malis imminentibus eorum interceſſionibus liberemur. *Horum contra aquas patrocinium, cultus anniuerſarius.*

6 Numerus ſanctorum horum Martyrum colligitur ex compendio quocam Indulgentiarum Eccleſiæ S. Felicis excuſo, in quo dicuntur iſthic quieſcere corpora Sanctorum Narciſſi & Felicis, & aliorum trecentorum ſexaginta. Idem aſſerunt quædam bullæ Pontificiæ, quæ in eius Eccleſiæ extant archiuo; earum tamen quædam non niſi ſexaginta Martyrum meminerunt. *Vnde numerus horum SS. colligatur.*

a Emporiæ, *vulgò nunc* Ampurias, *vrbs Indigetorum in Tarraconenſi Hiſpaniâ, portu commodo, olim Cathedrâ epiſcopali ornata, modò ſub Gerundenſi Antiſtite, egregiè deſcribitur à Ludouico Nonio Hiſpaniæ cap.* 86. *ex Liuio & aliis.*

b *Atqui id manifeſtè Acta, quæ anteà dedimus, aſſerunt. Parentum corpora veriſimile eſt Gerundæ ſeruata, licet non conſtet an inter iſta* 360. *cenſeri deueant.*

DE S. IRENE, SIVE HERENA,

VIDVA S. CASTVLI MARTYRIS, ROMÆ.

CIRCA AN. CCC. XXII. IANVAR. *S. Irene S. Sebaſtianum curat.*

IN *Actis S. Sebaſtiani, ſuprà 20. Ianuarij cap. 22. memoratur S. Caſtulus palatij Diocletiani Zetarius, & hoſpes Sanctorum, qui 26. Martij martyrio eſt coronatus: & cap. 23.* Irene, *ſiue* Herena, *vel, vt alij ſcribunt,* Ærena, *aut* Syrena, (*fortaſſis* Serena) *eius vxor, religioſa mulier; quæ, cùm eſſet S. Sebaſtianus ſagittis confixus, ac veluti mortuus relictus, nocte abiit vt corpus eius ſepeliret, ſed cùm inueniſſet eum viuentem, domum ſuam abduxit, ac ſollicitè curauit, ita vt intra paucos dies ſanitatem integram recuperaret. Eius hodie nomen MS. Florarium, in Sanctorum album retulit, his verbis:* Item Syrenæ relictæ Caſtuli Martyris. *An martyrium ipſa quoque ſubierit, an placido fine (ſiue inter ipſas perſecutionum procellas, ſiue redditâ Eccleſiæ pace) defuncta ſit, nuſquam legimus.*

DE S. BLÆSILLA,

VIDVA ROMANA.

AN. CH. CCCL XXXIII. XXII. IANVAR. *S. Blæſillæ natalis.*

1 BLæſillæ *nobiliſſimæ religioſiſſimæq; viduæ nomen in Cælitum faſtos relatum exhibet Martyrologium Germanicum, Conſtantius Felicius, Philippus Ferrarius in generali catalogo SS. & in catalogo SS. Italiæ, Siluanus Razzi to. 1. de fœminis ſanctitate illuſtribus. De eâ agit Baronius to. 4. ad an. 382. num. 40. 42. 43. Spondanus in compendio Baronij eodem an. num. 8.*

2 *S. Hieronymus variis locis eius meminit. Epiſt. 22. ad S. Euſtochium eius ſororem de Cuſtodiâ virginitatis:* Moleſtias nuptiarum, & incerta coniugij, domeſtico exemplo didiciſti: cùm ſoror tua Blæſilla, ætate maior, ſed propoſito minor, poſt acceptum maritum ſeptimo menſe viduata eſt. O infelix humana conditio & futuri neſcia! Et virginitatis coronam, & nuptiarum perdidit voluptatem. Et quamquàm ſecundum pudicitiæ gradum teneat viduitas, tamen quas illam per momenta ſuſtinere exiſtimas cruces, ſpectantem quotidie in ſorore, quod ipſa perdiderit; & cùm difficiliùs experta careat voluptate, minorem continentiæ habere mercedem? Sit tamen & illa ſecura, ſit gaudens; centeſimus & ſexageſimus fructus de vno ſunt ſemine caſtitatis.

Septimo menſe orbata eſt marito,

3 *Quàm ipſe Hieronymus S. Blæſillam in viduitate ad pietatem cultumq; diuinum ſtimulârit, ſcribit ep. 116. ad S. Paulam eius matrem & Euſtochium, quæ eſt præfatio in Eccleſiaſten:* Memini, *inquit,* ante hoc ferme quinquennium, cùm adhuc Romæ eſſem, & Eccleſiaſten S. Blæſillæ legerem, vt eam ad contemptum mundi huius prouocarem, & omne quod in mundo cerneret putaret eſſe pro nihilo, rogatum ab eâ vt in morem commentarioli obſcura quæque diſſererem, vt abſque me poſſet intelligere quæ legebat. Itaque quoniam in procinctu noſtri operis ſubitâ morte ſubtracta eſt, & vbi non meruimus, ô Paula & Euſtochium, talem vitæ noſtræ conſortem, tantoque vulnere tunc percuſſus obmutui; & nunc in Bethlehem poſitus anguſtiore videlicet ciuitate, & illius memoriæ & vobis reddo quod debeo.

ad virtutem ſtimulata à S. Hieronymo,

4 *Idem epiſt. 26. ad S. Pammachium ſuper obitu Paulinæ vxoris, quæ altera S. Blæſillæ ſoror erat, ita ſcribit:* In calce epiſtolæ recordatus ſum quadrigæ veſtræ *(quam conſtituebant Pammachius, Paula, Euſtochium, & Paulina)* & propoſito quintam deeſſe Blæſillam, quæ prima de vobis præceſſit ad Dominum. *Coluntur S. Pammachius XXX. Auguſti; S. Euſtochium XXVIII. Sept. & S. Paula XXVI. Ianuar. vbi S. Hieronymus in eius Vitâ num. 3. ſeniorem ex quinque liberis ſtatuit* S. Blæſillam, ſuper cuius morte *ſe Paulam conſolatum eſſe ait, epiſtolâ ſcilicet 25. quam hoc die edidit Surius. Epiſtolam verò 23. ſcripſit ad S. Marcellam (cuius vitam damus 31. Ianuarij) de ægrotatione S. Blæſillæ. Nos ex vtraque epiſtolâ ea excerpſimus quæ Blæſillæ vitam quoquo modo exhiberent, omiſſis quæ ad eam non pertinerent, quòd epiſtolæ alioquin illæ in omnium manibus ſint.*

ſæpius ab eo laudata.

5 *Epiſtolâ ergo 23. citatâ morbum Blæſillæ occaſionemq; vanitatum omnium abdicandarum commemorat, atque ita inter cætera ſcribit:* Blæſillam noſtram vidimus ardore febrium per triginta ferme dies iugiter æſtuaſſe; vt ſciret reiiciendas delicias corporis, quod paullò pòſt vermibus exarandum ſit. Venit & ad hanc Dominus Ieſus, tetigitque manum eius, & ecce ſurgens miniſtrat ei. Redolebat aliquid negligentiæ & diuitiarum faſciis colligata, in ſeculi iacebat ſepulchro; ſed infremuit Ieſus, & conturbatus in ſpiritu, clamauit dicens: Blæſilla veni foras. Quæ vocata ſurrexit, & egreſſa cum Domino veſcitur. Iudæi minentur, & tumeant, quærant occidere ſuſcitatam: ſoli Apoſtoli glorientur. Scit ſe vitam ſuam ei debere, qui reddidit: ſcit ſe eius amplexari pedes, cuius paullò antè iudicium pertimeſcebat. Corpus pœnè iacebat exanime, & anhelos artus mors vicina quatiebat. Vbi tunc erant auxilia propinquorum? vbi verba omni inaniora fumo? Nihil tibi debet, ô ingrata cognatio, quæ mûdo periit, & Chriſto reuixit. Qui Chriſtianus eſt, gaudeat: qui iraſcitur, non ſe eſſe indicat Chriſtianum.

Poſt grauè morbum,

6 Vidua noſtra antè moroſiùs ornabatur, & die totâ, quid ſibi deeſſet, quærebat ad ſpeculum; nunc loquitur confidenter: Nos autem omnes reuelatâ facie, gloriam Domini ſpeculantes, in eamdem imaginem transformamur, à gloriâ in gloriam, quaſi à Domini ſpiritu. Tunc crines ancillulæ diſponebant, & mitellis criſpantibus vertex arctabatur innoxius; nunc neglectum caput ſcit ſibi tantùm ſufficere, quòd velatur. Illo tempore plumarum quoque dura mollities videbatur, & in exſtructis thoris iacere vix poterat; nunc ad orandum feſtina conſurgit, & tinnulâ voce ceteris Alleluia præripiens, prior incipit laudare Dominum ſuum. Flectuntur genua ſupra nudam humum, & crebris lacrymis facies plimmithio antè ſordidata purgatur. Poſt orationẽ pſalmi concrepant; & laxa ceruix, poplites vacillantes, in ſomnumque vergentes oculi, nimio mentis ardore vix impetrant vt quieſcat. Pulla tunica minùs cùm humi iacuerit ſordidatur. Soccus vilior, auratorum pretium calceorum egentibus largitur. Cingulum nõ auro gẽmiſque diſtinctum eſt, ſed laneum, & totâ ſimplicitate puriſſimum, & quod poſſit magis aſtringere veſtimenta, quàm ſcindere.

pompas ſeculi & vanum ornatum abdicat,

Deiobſequio aſſiduè intenta.

7 *Epiſtolâ 25. Paulam matrem de Blæſillæ obitu conſolatur, ac multa de virtutibus eius prædicat, quam ita orditur:* Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo, non, vt Hieremias ait, vulneratos populi mei; nec vt Ieſus, miſeriam Hieruſalem; ſed plorabo ſanctitatem, miſericordiam, innocentiam, caſtitatem; plorabo omnes pariter in vnius morte defeciſſe virtutes. Non quòd lugenda ſit illa, quæ abiit; ſed quòd nobis impatientiùs ſit dolendum, qui talem videre deſiuimus. Quis enim ſiccis oculis recordetur, viginti annorum adoleſcentulam tam ardenti fide Crucis leuaſſe vexillum, vt magis amiſſam virginitatem, quàm mariti doleret interitum? Quis ſine ſingultibus tranſeat orandi inſtantiam, nitorem linguæ, memoriæ tenacitatem, acumen ingenij? Si Græcè loquentem audiſſes, Latinè eam neſcire putares. Si in Romanum ſonum lingua ſe verterat, nihil omnino peregrini ſermo redolebat. Iam verò, quod in Origene quoque illo Græcia tota miratur, in paucis non dicam menſibus, ſed diebus, ita Hebrææ linguæ vicerat difficultates, vt in diſcendis canendiſque pſalmis cum matre contenderet.

20. anno ætatis mortua,

linguarum perita,

8 Humilitas veſtium non, vt pleriſque ſolet, tumentes animos arguebat, ſed cum interiori ſe mente deiecerat, inter ancillarum virginum cultum dominamque nihil medium, niſi quòd in eo facilius dignoſcebatur, quòd neglectiùs incedebat. Vacillabant ægrotatione greſſus, & pallentem ac trementem faciem vix collum tenue ſuſtinebat: & tamen aut Prophetam, aut Euangelium ſemper in manibus tenebat. Lacrymis ora complentur: ſingultus occupat vocem; & hærentẽ linguam viſcera cõmota non laxant. Cùm ſanctum corpuſculum febrium ardor excoqueret, & ſemianimæ lectulũ vallaret circulus propinquorũ, hæc in extrema verba mandabat: Orate Dominum Ieſum, vt mihi ignoſcat, quia implere non potui, quod volebam. Secura eſto mi Blæſilla: confidimus: probas vera quæ dicimus. Numquàm eſt ſera conuerſio. Vox hæc primùm dedicata eſt in latrone: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Luc. 23.

humilitate veſtium conſpicua,

9 Poſtquàm autẽ, ſarcinâ carnis abiectâ, ad ſuum anima reuolauit auctorem, & in antiquam poſſeſſionem diu peregrinata conſcendit; ex more parantur exequiæ, & no-

ſplendidè ſepulta:

splendidè sepulta: & nobilium ordine præeunte, aureum feretro velamen obtenditur. Videbatur mihi tunc clamare de cælo: Non agnosco vestes, amictus iste non est meus: hic ornatus alienus est. Sed quid agimus? Matris prohibituri lacrymas, ipsi plangimus. Confiteor affectus meos: totus hic liber fletibus scribitur. Fleuit & Iesus Lazarum, quia amabat illum. Non est optimus consolator, quem proprij vincunt gemitus, cuius visceribus emollitis, fracta in lacrymis verba desudant. Testor, mi Paula, Iesum, quem Blæsilla nunc sequitur: testor sanctos Angelos, quorum consortio fruitur, eadem me dolorum perpeti tormenta, quæ pateris; patrem esse spiritu, nutritium caritate.

vitam monasticam cogitabat: 10 Faueamus Blęsillæ nostrę, quæ de tenebris migrauit ad lucem, & inter fidei incipientis ardorem, consummati operis percepit coronam. Reuerà si seculare desiderium, & quod Deus à suis auertat, delicias vitæ huius cogitantem, mors immatura rapuisset, plangenda erat, & omni lacrymarum fonte ploranda. Nunc verò, cùm propitio Christo, ante quatuor ferme menses, secundo quodammodò proposíti se baptismo lauerit, & ita deinceps vixerit, vt calcato mundo, semper monasterium cogitarit, non vereris, ne tibi Saluator dicat: Irascéris Paula, quia tua filia, mea facta est filia?

11 Parce, quæso, tibi, parce filiæ cum Christo iam regnãti, parce saltẽ Eustochio tuæ, cuius parua adhuc ætas & rudis penè infantia, te magistrãte dirigitur. Sęuit nunc diabolus, & quia vnam cernit de tuis liberis triumphantem, obtritum se esse condolens, quærit in remanente victoriam, quam in præeunte iam perdidit. Grandis in

magno luctu matris elata; suos pietas, impietas in Deum est. Abraham vnicum filium lætus interficit, & tu vnam de pluribus quereris coronatam? Non possum sine gemitu eloqui, quod dicturus sum. Cùm de mediâ pompâ funeris te exanimem referrent, hoc inter se populus mussitabat: Nonne illud est, quod sæpius dicebamus? Dolet filiam ieiuniis interfectam, quòd non vel de secundo eius matrimonio tenuerit nepotes. Quousque genus detestabile monachorum non Vrbe pellitur? non lapidibus obruitur? non præcipitatur in fluctus? Matronam miserabilem seduxerunt, quæ quia monacha esse noluerit, hinc probatur, quòd nulla gentilium ita suos vnquam fleuerit filios. Qualem putas ad istas voces Christum habuisse tristitiam?.....

EX VARIIS.

12 Quas nunc existimas Blæsillam nostram pati cruces, quæ ferre tormenta, quòd tibi Christum videat subiratum? Clamat nunc illa lugenti: Si vnquam me amasti mater, si tua vbera suxi, si tuis instituta sum monitis, ne inuideas gloriæ meæ: nec hoc agas, vt à nobis in perpetuum separemur. Putas esse me solam? Habeo pro te Mariam matrem Domini. Multas hîc video, quas antè nesciebam. O quantò melior est iste comitatus! Habeo Annam, quondam in Euangelio prophetantem: &, quò magis gaudeas, tantorum annorum labores, ego in tribus mensibus consecuta sum. Vnam palmam castitatis accepimus. Misereris mei quia mundum reliqui? At ego vestri sortem doleo, quos adhuc seculi carcer includit, quos quotidie in acie præliantes, nunc ira, nunc auaritia, nunc libido, nunc variorum incentiua vitiorum pertrahunt ad ruinam. Si vis, vt mater mea sis, cura placere Christo. Non agnosco matrem, meo Domino displicentem. Loquitur illa & alia multa, quæ taceo, & pro te Dominum rogat, mihique, vt de eius mente securus sim, veniam impetrat peccatorum: quòd monui, quòd hortatus sum, quòd inuidiam propinquorum, vt salua esset, excepi. Itaque dum spiritus hos artus regit, dum vitæ huius fruimur commeatu, spondeo, promitto, polliceor, illam mea lingua resonabit, illi mei dedicabuntur labores, illi meum sudabit ingenium. Nulla erit pagina, quæ non Blæsillam sonet: quocumque sermonis nostri monumenta peruenerint, illa cum meis opusculis peregrinabitur: hanc in meâ mente defixam legent Virgines, viduæ, monachi, Sacerdotes. Breuis vitæ spatium æterna memoria comprehendet, quæ cum Christo viuit in cęlis, in hominum quoque ore victura est. Transibit & præsens ætas, sequentur secula pòst futura, quæ sine amore, sine inuidiâ iudicabunt. Inter Paulæ Eustochiique nomen media ponetur: numquàm in meis moritura est libris: audiet me semper loquentem, cum sorore, cum matre.

suorum in cælo memor.

DE S. GAVDENTIO

EPISCOPO NOVARIENSI IN ITALIA.

CIRCITER AN. CDXVIII. XXII. IANVAR.

S. Gaudentij natalis 22. Ianu.

I NOuariæ, *vrbe antiquâ & celebri Galliæ Cisalpinæ, festiuitas celebratur XI. Kal. Februarij, & III. Nonas Aug.* S. Gaudentij, *quem primum illius vrbis Episcopum fuisse, vitæ illius acta, Breuiarium Mediolanense, aliiq; scriptores tradunt, licet tabulæ illius Ecclesiæ, vt Ferrarius auctor est, refragentur. Et hoc quidem die natalis illius; illo depositio recolitur. Galesinius 22. Ianu.* Nouariæ S. Gaudentij Episcopi & Confessoris. Hic primus illius vrbis Episcopus, multa mirabiliter ac diuinè gessit, vitæque sanctitate clarus quieuit in Domino. Eius corpus à suis Clericis piè sepultum, claruit multis miraculis. *Eadem ferè scribit Canisius. Memoratur & in Martyrologio Romano, Bellini, Maurolyci, Felicij, aliorum. At 3. Augusti idem Galesinius:* Nouariæ S. Gaudentij Episcopi & Confessoris, de quo ad XI. Kal. Febru. *Eadem ferè habent Bellinus, Maurolycus, Canisius, Ferrarius, Molanus in addit. ad Vsuardum, MS. Florarium, Felicius, aliiq;.*

depositio 3. Aug.

Translatio 22. Oct. & 21. Ianu.

2 *Ferrarius 22. Octobris in nouo catalogo SS. ita scribit:* Nouariæ Translatio S. Gaudentij Episcopi. *Citat tabulas Ecclesiæ Nouariensis. In MS. non admodùm antiquo Carthusiæ Bruxellensis 21. Ianuarij ista habentur:* Translatio S. Gaudentij Episcopi & Confessoris in ciuitate Nouariensi. *At Baronius in Notat. ad Martyrol.* Nouarienses hac item die celebrant natalem ipsius; Translationem autem iterum factam mense Augusti & Octobris, vt constat ex tabulis eiusdem Ecclesiæ. *At 3. Februarij Maurolycus:* Item Gaudentij Episcopi Nouariensis, qui B. Martini discipulus fuit. *Eum eodem die referunt Carthusiani Colon. in addit. ad Vsuard. & Canisius.*

commemoratio 3. Februar.

3 *Acta* S. Gaudentij *auctor anonymus tempore Leonis Nouariensis Episcopi, litteris consignauit; siue, vt ipse scribit cap. 4. num. 21.* Hæc pauca aliquis properè percurrere verbis, signauit indoctis populis relegenda, fidelibus meritis fultus beati Papæ Leonis, qui Deo auspice supremus posse-

Vita à quo, quando, scripta.

dit Sedem B. Gaudentij Nouariensis ciuitatis, quæ gaudet per eum plebs vniuersa patronum. *Hinc refellas, quod Galesinius scripsit:* Cuius (*Gaudentij*) res sanctè gestas, Leo eiusdem vrbis Episcopus libro complexus est, quem Mombritius retulit in volumen primum de Sanctis. *Titulus vitæ apud Mombritium est:* In S. Gaudentij Episcopi Nouariensis & Confessoris depositionem, Leonis eiusdem successoris Præfatio. *Sedit autem Leo, vt ex Nouariensis Ecclesiæ tabulis scribit Baronius, temporibus* Pauli *Papæ. Electus est* Paulus *28. Maij 757. obiit an. 767.*

Ætas eius.

4 *Extant in propriis Sanctorum Officiis Canonicorum regularium Ordinis S. Augustini congregationis Lateranensis, (quæ illum velut eiusdem instituti professorem ritu duplici veneratur) Lectiones tres ex hac vitâ concinnatæ. Ætas satis perspicuè describitur: Iuuenis discessit è patria: S. Laurentio Presbytero adiutor fuit in curandâ animarum salute: conuixit S. Martino Mediolani; quod inter annum 356. & 360. contigisse dictum est 13. Ianuarij ad vitam S. Hilarij: S. Eusebium Vercellensem vel comitatus est in exilium anno 356. vel potiùs exulem visit: familiaris fuit S. Ambrosio Episcopo: à S. Simpliciano, qui in S. Ambrosij cathe-*

EX VARIIS. *cathedram anno Chriſti 397. Caſario & Attico Coſſ. ſucceſſit, conſecratus eſt Epiſcopus, vixitq; in eo munere annos 20. itaq; circiter annum Chriſti 418. obiiſſe videtur, grandi admodùm ætate. Auctor in his narrandis aliquem committit parachroniſmum, quem mirum eſt à Baronio retentum to.5. an. 397. nu.41. Nam S. Laurentio occiſo contuliſſe ſeſe ad S. Martinum, inde comitem iiſſe S. Euſebio in Orientem ſcribit; alibi verò ſub Valentiniani Imperio interfectum eſſe S. Laurentium tradit: quæ inter ſe pugnant; cùm ſub Conſtantio & exulârit S. Euſebius & habitârit Mediolani S. Martinus. Mentio fit ordinationis S. Gaudentij in Breuiario Mediolanenſi 26. Aug. in Lectione de S. Simpliciano.*

VITA AVCTORE ANONYMO

ex Bonino Mombritio.

CAPVT I.

S. Gaudentij ortus, educatio, fuga è patriâ.

Præfatio Auctoris.

1 CVm Sanctorum præcedentium vitam virtuteſq; impenſiùs conſiderarem, repentè diuino nutu ad B. Gaudentij celeberrima Acta ſuccurrit memoria: & licet per quanta & qualia ſigna eum Dominus illuſtrare decreuerit, tantillus famulus, vtpote rudis eloquio, prouidere non ſatis queo, quòd ad tantum onus impar & indignus ſum; tamen diuinâ fultus

Pſal. 80. 11. auctoritate, quæ ait: Aperi os tuum, & ego implebo illud; ſeu & meritis prædicti Pontificis & patroni circumfuſus, operæ pretium eſt, vt ſaltem de pluribus pauxilla narrare, quaſi ſocordiam vitans, aggrediar. Ita dumtaxat

a vt & B. *a* Laurentij Martyris, itemque Patroni ex parte non ſubtrahatur iudicium, vt quos Ambroſius viciſſim radiatus, per collegium fidei glutino ſociauerat, non diſpar videatur reſonare triumphus. Huius ergo callibus iam dictus ſacer ſophiſticè adhærens, vitando proſpera, mundi calcauit aduerſa, ideoque poli ſede locatus victor cum Angelis triumphat.

b 2 Beatus ergo Gaudentius *b* Eboregienſis vrbis re-

c gionis *c* Heſperiæ, quæ mœnia Alpium Europæ finibus

S. Gaudentius nobilis, proxima eſt, nobili genere & ciuibus penè primoribus ortus fuit. Sed intra *d* Auſoniam vrbis Nouariæ poſtmodùm egregius Paſtor emicuit, ibique viginti annis

d cathedram ſacerdotalem obtinuit, & glorioſo exceſſu patronus effectus; imò diuinæ gratiæ cælitus fulgore irradiatus, mentiſque nitore addito, quaſi refulgens lucifer inter aſtra proceſſit. Hic enim ab ipſis cunabulis adeò in

pius ab ipsâ infantiâ, religionis propoſitum exarſerat, tantæque ſapientiæ ſtudiis primitiua lactabatur infantia, vt pòſt iuuenili ætate, diuino inſpiramine, Eccleſiaſticam regulam toto conamine diligendo inſequeretur. Ita ſemetipſum propriâ diſciplinâ coërcebat intentus, quaſi futura ſpecie indicans, qualis in templo Dei præpararetur Sacerdos. Nam

caſtus, etſi iuuenilis quidem, & minùs perfectæ eſſet ætatis, videbatur perfectiſſimæ tamen caſtitatis indicium continens, quaſi quoddam primum fundamentum in animâ ipſam continentiam collocauit: ſic deinde ad adoleſcentiæ reprimendas cupiditates, & ſapientiæ profectus adipiſcendos, orationibus ſeſe & abſtinentiæ frenis caſtigabat, multoſque ad ſe venientes perfectæ vitæ inſtitutis informabat.

multos conuertit: 3 Porrò Euangelica ſemina, licet rudi eloquio, indigenis ſerenda committebat; ſeu etiam parentes, quos adhuc gentilitas detinebat, religioſâ ſollicitudine ad fidei gratiam prouocabat, felix tanti meriti, tantæque perſona virtutis: cui conceſſum eſt primùm Doctorem eſſe, deinde Sacerdotem; qui id quod docuit verbis, euidenti-

claret miraculis: bus compleuit exemplis. Intereà clareſcere cœpit ſignis, & virtutum miraculis adornari, nam & ægros ſuâ oratione curauit, & dæmones verbo imperans fugabat. Hic totis viribus mitiſſimus vir deſudans, ne ſeculi huius aurâ fauoris delectatus, aures ſuas arrogantiæ pollutione macularet.

4 Igitur cùm hæc à beatiſſimo viro gererentur, ille virulentus perſuaſor & totius bonitatis æmulus, humanique generis inimicus, cernens quotidie per ipſum perfectam plebem Chriſto Domino comparari; callidâ perſuaſione nititur plurimorum mentes impugnare, & ab optimo propoſito reuocare; vſque adeò vt Dei famulo apertâ machinatione reſiſtentes, contumacem illum ac deſpicabilem attrectarent. Impletum eſt itaque in illo, quod ſcriptum eſt: Nemo Propheta ſine honore, niſi in patriâ ſuâ; idcircò non multas ibidem viſus eſt operari virtutes, quod ob eorum accidit incredulitatem. Verùm dum nonnullos piè credentes ſplendor lucis attenderat, aliqua verò impiè derogantes tetra caligo ſuffuderat, ſequaces currunt ad gloriam, perfidi meritam trahuntur ad pœnam. Illorum denique pertinaciam beatiſſimus animaduertens vir, grandi admodùm mœrore afficitur, *e*..... beati Apoſtoli Pauli optantis ſe anathema fieri à *e* Chriſto pro fratribus, cognatis ſecundùm carnem. Sed Rom. 9.3. tamen altâ conſideratione perpendens, quàm occulto & ſubtili Dei iudicio agatur, quòd quorumdam auribus prædicatio ſancta ſubtrahatur, quia per gratiam ſuſcitari non merentur, ſicut ſcriptum eſt: Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Itaque carnalem cognationem pro nihilo ducens, quaſi hoſtes Catholicæ religionis abhorruit, adeò vt omnem eorum conuerſationem deteſtans, Dauidico ſuffultus exemplo aieret intra ſe: Non ſedeam Pſal. 25. in concilio malignantium, & cum ſceleratis ampliùs non communicabo; ſed adhærebo innocentibus, & circumdabo altare tuum Domine, ne cum impiis menſam participando, fiat mihi in ſcandalum. Moxque cœpit ſanctorum Patrum priſcorum acta ad mentis oculos reducere, conſiderans quemadmodùm ſancti Patres diuina implendo mandata, Angelicorum ciuium participes effecti cælorum adipiſci regna meruerunt: qui tamen reperit Abraham Dei amicum diuino iuſſu de terrâ & cognatione ſuâ exiſſe; multoſque alios Dei electos relinquendo terrena centies multiplicato fœnore in cæleſtibus accepiſſe. Protinus omni cum velocitate diuina iuſſa implere feſtinans, renuntianſque omnibus, non ſurdus Euangelij auditor factus, abrenuntiauit ſemetipſum ſibi, tulit crucem ſuam, & ſecutus eſt Chriſtum. Ita factum *diſcedit à patriâ:* eſt, vt quantò pro Chriſti nomine longiùs à ſolo diſcederet paterno, tantùm quotidie mereretur fieri cælo vicinior.

obtrectationes malelaolorum paſſus, Matth. 13. 57.

a *Colitur* S. Laurentius *Presbyter & Martyr* 30. *April.*

b *In ipſis faucibus vallis* Salaſſorum *ſita eſt* Eporedia, *quæ à quibuſdam veterum* Eporædia *ſcribitur; vulgò nunc Italis* Iurea, *ſiue* Inurea; *apud Luithprandum modò* Eporegia, *modò* Iporegia; *in Notitiâ Imperij* Eporizio; *Italis quibuſdam nunc, teſte Cluuerio,* Lamporeggio, *quaſi* l'Eporegio.

c *Surius,* Hiſpaniæ; *vitiosè: nam vt* Heſperia *etiam* Hiſpaniam *ſignificet,* Eporedia *certè notum Italiæ oppidum eſt. At quæ ſequuntur, obſcura ſunt: mœnia ſunt Italiæ Alpes; at quî Europæ totius?*

d *Atqui* Auſonia *pro* Italiâ *vniuersè vſurpatur; licet ea Italiæ pars, quæ à Circeio promontorio ad fretum vſque Siculum protenditur, propriè* Auſonia *olim dicta: ſed longè ab eo tractu* Nouaria.

e *Aliquid hic deeſt,* imitator, *aut quid ſimile.*

CAPVT II.

Collata cum SS. Laurentio Nouarienſi, Martino, Euſebio, opera ad conuerſionem animorum.

5 IGitur inde progreſſus, non multis euolutis diebus Nouariæ ſe recepit, ibique Laurentium Preſbyterum *Nouariam venit,* multò antè ab occiduis partibus pro Chriſti nomine aduenisſe reperit: qui fidei feruore veſtitus contra gentilium malignam perfidiam, quaſi ſignifer & belligerator, inter hoſtiles fremitus, per medias acies dimicabat; quin etiam

etiam fide cinctus propriis manibus hinc procul ab vrbe
sacros construxerat fontes, in quos iugiter baptismum in
sanctæ Trinitatis nomine [a] celebratur. Deum quoque
in Trinitate perfectum non desinebat gentilibus insi-
nuare, quem nouerat, eiusque iudicium & misericor-
diam anteponens, paullatim studebat sociare Deo ani-
mas, quas diabolo suâ prædicatione auferebat: miroque
modo actum est, vt inermi viro haudquaquàm plebs ar-
mata posset resistere. Tantas etiam per illum Dominus
dignabatur exercere virtutes, vt rebellium corda non
minùs miraculis quàm prædicationibus obtineret. Sed
dum quodam die iuxta morem innumerabilem turbam
paruulorum, baptismi gratiâ renatam, Domino conse-
crasset, & inter nefanda [b] Mausolei cultorum agmina
intrepidus pergeret; ab impiis vnà cum multitudine
paruulorum tunc baptizatorum martyrio coronatus,
[c] vitam finiuit præsentem; sed æternam in cælis cum An-
gelis adeptus victor triumphat: cuius venerabile corpus
hactenus & vsque in præsentem diem multis quotidie
signis & miraculis sanitatum in ipsâ vrbe Nouariâ co-
ruscat. Sed gratias tibi Domine Iesu, qui infestantis ini-
mici tela, probationem tuorum fidelium permisisti esse,
non vulnera; & talem tuis præstas per laborem merce-
dem, vt nullum tuorum fuisse gaudeat hostis imbellem.

6 Igitur dum ad peculiaris Patroni gesta suscepti of-
ficij tendit obsequium, non multa, quæ per eumdem
beatissimum Laurentium Martyrem sunt gesta, prose-
quitur. Tamen immemores sui nos non fuisse sufficiat;
in talibus enim caussis magis conuenit fideli credere,
quàm possit humana relatio demonstrare. Igitur B. Gau-
dentius dum ad ipsum athletam Laurentium peruenis-
set, gratissimè ab eo susceptus est: cui gradatim adhæ-
rendo & diuinis monitis obsequendo, iuridicus æmula-
tor factus, & plenissimè in S. Trinitatis normâ eruditus,
pari collegio diutius gregem pauit regium. Sed post glo-
riosum ipsius excessum, certum est illum B. Martino [d] in
Mediolano vrbe metropoli propter glorioſam illius do-
ctrinam comitem scribam adhæsisse.

7 Sed dum Constantij Imperatoris tempore Ariana
hæresis toxicatæ radicis venenato flore pullulasset, &
prædicto Imperatori à quibusdam hostibus Catholicæ
fidei Valente & Vrsatio persuasum esset, vt [e] beatissimus
Eusebius Vercellensis Episcopus cum plerisque Deo di-
gnis Pontificibus exilio condemnaretur, quod & ita fa-
ctum est; eodem iam tempore B. Gaudentius timore nu-
dus, & fidei feruore vestitus, Christique caritate securus,
nihil de suâ morte formidabat: sed vt præcipuam ac su-
blimem caritatem, quâ Christus animam pro amicis
ponere docuerat, in semetipsum formam ostenderet, &
ostendendo manifestaret, concitus absque omni dila-
tione adhærens beatissimo viro S. Eusebio Confessori,
prompto animo vnà cum ipso exilium expetiit, & vltro
cum eo pergit quasi minister & comes, mori paratus,
exul etiam diuino amore à sodalibus factus, quia vt scri-
ptum est, valida est vt mors dilectio. O iure perfectissi-
mum virum, cuius imitatores ipsi esse desiderant Sacer-
dotes, qui penè ab ipsis rudimentis tantâ caritate flagra-
bat, vt in initio beatissimo Laurentio adhærens martyrij
eius adiutor effectus, quasi mitissimus Lector ordinis
sui officium doctissimè præsentaret. Dehinc beatissimi
Martini egregij Confessoris sectator factus, ac peritissi-
mus omnium Notariorum inuentus, quasi seculi ordinis
gradus ascendendo scandebat. Nunc autem tanto Con-
fessori Eusebio in suo discrimine iunctus magis vult
consequi martyrium, quàm ad Pontificalem gradum
accedere. O verè beatum per omnia virum, qui secun-
dùm Apostolum Paulum optat dissolui & esse cum
Christo! cui viuere Christus est & mori lucrum! Hinc
datur intelligi, quanto amore Christum diligebat, quãdo
non formidabat in principatu Constantium. Nam qui se
pro Christi caritate sic ingerebat aperto exitio, optabat
martyrium, si non defuisset illi percussor. Constat igitur
qualis tunc temporis beatissimus vir deuenerat præce-
ptor, qui tales tamque peritos habuerat magistros. Sed
nunc ad narrationis nostræ sermonem redeamus.

8 Postquàm Pastoris absentiâ Vercellensem plebem
destitutam antiquus hostis perspexerat, malignis quibus-
dam suasionibus atque interno bello memoratam Dei
Ecclesiam, omnemque plebem visus est impugnare. Sed
Vocyùs, opitulante Deo, adhęsit Dei clementia per aduen-
tum B. Gaudentij: cui dum ab Eusebio pio Pastore pro-
pter gregis custodiam in prædictam vrbem fuisset desti-
natus, vltrà citraque præcauens Dei gregi, non siuit eum
lupi morsibus laniari; sed omni sollicitudine secundùm
Prophetam ex aduerso ascendens, ac murum opponens
pro domo Israël, vt staret in prælio in die Domini, nimi-
rum vicem egregij Pastoris in prædictâ Ecclesiâ repræ-
sentans, pernox super gregem omni cum solertiâ diutius
vigilauit, vsque dum remeanti Pastori caulas heriles il-
læsas assignauit. Tribus itaque euolutis annis cùm rediis-
set Eusebius, vtpote socius & collega, eumdem Gauden-
tium summo honore prosecutus est, ac pro tantâ vicissi-
tudine vtrasque Dei Ecclesias demum communi regi-
mine vtrique plebi quasi prospectores fuerunt, ac si ex
duobus gregibus vnum ouile effectum; vtrumque gre-
gem indiuiduâ caritate coniunxerunt: ex tunc & nunc
& vsque in præsentem diem Dei nutu plebs indiuisa per-
manere videtur. Inter hæc adest Dei mirabiliter magni-
ficentia in Sanctum suum, vt cœptæ opus virtutis pro-
sperioribus successibus propagaret, & quasi cælitus lu-
men ostensum, totum orbem claritate superni luminis
illustraret.

Auctore Anonymo ex Mombritio.

remittitur ab eo Vercellas,

Ezech. 13. 4.

populum ad tempus instruit.

[a] *Potiùs* celebrabat.

[b] *Haud satis liquet, quid sibi hic auctor velit; an per* Mausoleum *idolum aliquod intelligat, an templi cuiuspiam gentilium aut sepulchri effigiem; an in genere templum quodpiam profanum, quod adhuc frequentare solerent gentiles. Eadem vox retenta in officiis Canonicorum regularium Lateranensium.*

[c] *Id sub Valentiniano factum scribit Baronius, subitâ conspiratione gentilium.*

[d] *De* S. Martini *commemoratione in Vrbe Mediolanensi diximus* 13. *Ianu. in prolegomenis ad vitam S. Hilarij, dicemusque pleniùs ad eius vitam* XI. *Nouemb.*

[e] S. Eusebij *Vercellensis vitam dabimus* 1. *Aug.*

ubi S. Laurentius multos conuertebat,

S. Martino conuiuit:

S. Eusebium Vercell. vltro in exilium comitatur:

Cant. 8. 6.

Philip. 1. 23.

CAPVT III.

Miracula, vaticinia, episcopatus.

9 PEr idem tempus beatissimus vir intra mœnia vrbis, non longè vbi nuper sanctæ Dei Matris ecclesia si-
ta cognoscitur, quoddam hospitiolum, ceu cœnobij
claustra, circumspectum ad habitandum expetierat. Ad
quod cùm primùm fide armatus, & constantiâ accessis-
set intrepidus, tradidit semetipsum integrè abstinentiæ
plurimæ in ieiuniis, in vigiliis; ita vt si quando parum ali-
quid somni necessitas naturalis exigeret, hic non supra
strati mollitiem (sicut numquàm consueuerat) sed supra
solius mattulæ ciliciique dependeret superficiem.

Austerè viuit

10 Ibidem quamdam noctem dum penè vigilando
insomnem duceret, subitò intempestæ noctis silentio ca-
su cuiusdam demeantis ignis super mœnia exortus est,
ex quo ea circumdans ingens excreuerat flamma, quæ
vsque eius hospitium citiùs deuenerat, vbi parumper so-
pore tenebatur. Insuetam tandem per discipulum caus-
sam reperit, cursuque præpeti pergens, flammarum fo-
cum canticis spiritualibus circumit, immensæ altitudi-
nis signo crucis flammis resistere parat: quare ex omni
parte vicinas adhærentesque domos flammæ dum tan-
gerent, in se reuersæ ceteras non audent domos contin-
gere; exultans ad hospitium pergit, ibique canens matu-
tinis horis debitas persoluit laudes.

Signo Crucis incendium regit, extinguit

11 Non multò pòst cùm vir beatissimus decus Eccle-
siarum Ambrosius sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Pon-
tifex, pro quadam plebium dissensione ad Vercellensem
vrbem properasset, & instar Solis radiis orbem totum il-
lustrans, inibi perennem pacis concordiam reliquisset,

visitur à S. Ambrosio, calitus monito:

festinat

AVCTORE ANONYMO, EX MOMBRITIO.

festinat ad Sedem propriam remeare: cumque vesperascente iam die Nouariensem præteriret vrbem, & festinanś ad locum propositum properaret, distulit videre beatum virum, dicens comitibus suis: Debueramus videre Reuerẽdum Gaudentium, sed iam declinat dies ad vesperum. His dictis carpebat iter quod cœperat: nec multò pòst inde progressus subitò stetit equus beatissimi Ambrosij, nec vltrà illum mouere potuit: cœpit itaque equum flagello cædere, & calcaribus cruentare; equus verò immobilis permanens cœptum iter quasi mortale præcipuum pertimescebat. Cumque diu cædendo tantus vir fatigaretur, protinus diuino radiatus spiritu, iuxta morem ad semetipsum reuersus, dixit: Non nobis permittitur cœptum iter peragere, nisi viderimus B. Gaudentium. Hæc cùm dixisset, statim retorquens vestigium ad vrbem regressus, quò voluit, iuit, sed volens.

prædicenti sibi Episcopàtum, ipse mortem prædicit:

12 Beatus Gaudentius vbi per Spiritum tantum virum ad se venientem agnouit, illicò obuiàm ei tentauit occurrere. At ille intuens eum alacri animo amplexus & osculatus est, & quasi increpando mysterium annuntians, dixit ei: Episcopus eris, vt video. Ille verò, qui meritis idemque futura præuidens, placabili facie vt erat, non subiurgando, sed quasi vicissitudinem reddendo respondens, dixit ei: Vtique, sed ero sacrandus ab altero. Id actum est, vt caussam paris miraculi vno locuti Spiritu, ille in re, iste in tempore, vterque futura vaticinatus est. Dehinc vicissim sibi valefacientes, S. Ambrosius metropolim suam repetiuit. At non longum post tempus secundùm B. Gaudentij vaticinium glorioso excessu migrauit ad Dominum, dignum sibi beatissimum Simplicianum ipse post funus prædicendo successorem relinquens.

a

fit Episcopus Nouariensis:

13 Sed iam appropinquabat desideratum tempus votis omnium optatum, vt plebs diutius exspectata Pontificem sibi fore beatissimum Gaudentium terreno a Principi orando expeteret, quem nouerat omnino cælesti Principi benè complacuisse. Nihilominùs tenuem cum paucis verbis legationis formulam mittunt, optatam patefacientes caussam, oranteśque vt precum suarum dignetur fieri clemens auditor: ita vt Deo dignus B. Gaudentius, ad sacrum culmen euectus Sedem tandem regiminis susciperet. Repentè cælesti dono Princeps visus subtilitate consilij, omniumque repressâ cupiditate, iussit sine dilatione impleri, quod diuinâ prouidentiâ fuerat prædestinatum, & ita Domino procurante Episcopales apices meruit primus & Nouariensem Sedem. Decus igitur Pontificale à beatissimo Simpliciano Archiepiscopo nactus magis oneri fuit.

gentiles plurimos conuertit:

14 Factus est denique omnia omnibus, non quærens quæ sibi vtilia essent, sed quæ multis vt salui fierent. Et subitò, velut lampadem quamdam Sacerdotem suum Dominus accendere dignatus est, augens quotidie per ipsum prædicationem verbi & salutaria semina regni cælorum. Mox vsque adeò in emendatione populi vetustis infecti venenis profecit, vt impij Mausolei cultores, qui dudum B. Laurentium Martyrem fecerant, quasi nouellam lucem veritatis sibi aspicere viderentur, vt ita nullum sine morâ absque baptismi gratiâ in vrbe sibi cælitus traditâ habitare permisisset: nam qui meruerat esse Confessor, non cunctatus est trucibus populis accedere prædicator. Sed cùm pro eorum conuersione iugiter Dominum deprecaretur ac doceret eos per baptismum habere remissionem peccatorum, & non aliter posse eos saluari; quasi veri solis radij in eorum corda resplenderent, obstupentes, ac reuelatâ facie Dei intuentes gloriam, & antiquæ pœnæ errore fideli confessione volentes ab ipso Pontifice baptizati sunt. Diuino igitur munere bellator egregius prędam inimico abstraxit, auctori restituit.

clarescit miraculis:

15 Breue & post tempus tanta in eum virtutum gratia augebatur, vt non minùs per ipsum signa, quàm dudum per Apostolos fierent. Nam, vt paullò superiùs diximus, qui in iuuentute positus dæmones verbo fugaret, & ægros suâ oratione sanaret, magnificari visus est Deus quotidie per Sanctum suum virtutes exercendo: ita vt post hac cæcis visum, surdis auditum, locutionem redderet mutis, claudis gressum integraret; & quod longum esset enarrare per singula. Porrò quia dudum in terris positus Dominus & Saluator discipulis dixerat, Si credideritis in me, opera quæ ego facio, & vos facietis, & maiora horum facietis; adeò enim ad fidei amorem virum beatum spiritualis flamma succenderat, vt si quisquam aquam distillantem à manibus eius, cùm diluerentur, occultè præriperet, & languentis cuiusque córpus attingeret, apertissima proinde medela sequebatur. Sed & quanta aut quæ per eum Dominus postremò egerit signa, non aliis nisi qui oculis tantùm suis intuiti sunt, putantur esse credenda. Porrò sine intermissione studebat beatissimus vir diuinis epulis omnium reficere corda, agendo ne prætermitterent mandata, prorsus replicans illud Saluatoris edictum: Nolite possidere aurum, neque argentum; sed secundùm Apostolum, habentes victum & vestitum, his contenti simus. Ipse verò totis viribus elaborabat, castigans corpus suum & in seruitutem redigens, ne fortè aliis prædicans ipse reprobus efficeretur, eatenus vt prædicando & operando duplicatum de negotio lucrum ad Dominum reportaret. Et quoniam secundùm Saluatoris vocem, ea quæ docuit ipse priùs per omnia fecerat, quis dubitet illum magnũ in regno cælorum esse? fuit enim Sacerdos Dei, pontificalem petasum gestans, qui in semetipsum crucifigendo corpus, & persequendo vitia mortificatione carnis, nouum adeptus est martyrium.

aquâ, quâ manus lauerat, morbi curantur.

Ioan. 14. 12.

Matth. 10. 9. 1. Tim. 6. 8. 1. Cor. 9. 27.

a *Honorio Augusto.*

CAPVT IV.

Obitus, funus, miracula.

16 Sed cùm satis abundeque ecclesias, monasteria, cellasque per parochias construxerit, & innumerabilium Clericorum Pater effectus exultaret de summo studio filiorum; tandem fœnus repositum ab æterno Patre parat exigere. Dominus itaque consolari ac remunerare seruum fidelem non distulit. Nam cùm iam quatuor lustra in Pontificali gradu complesset, & vicinum suum obitum adfuturum cognosceret, vtilius esse ratus est, vt dum superstes adhuc esset, successorem sibi futurum præsagiis ostendẽdo nuntiaret, ne imposterũ aliqua disceptatio, vt plerũque fit, de Pastore futuro inter gregẽ sibi cælitus cõmissum oriretur. Itaque coacto Clero cum plebe, monuit primùm, vt verba Dei, quæ per semetipsum referata auribus perceperant, mente retinerent, ita vt æternæ mortis periculum formidando, ad cæleste regnum quotidie properarent, & alia complura; hoc etiam addens, vt vniuersus Ecclesiæ populus futurum sibi Pastorem, suumque religiosum successorem virum prudentem, a Agapium nomine, à Deo prædestinatum scirent, cunctique in eius electione vnanimiter concordando perfisterent, ne contra diuinam præsentiam plebs inscia rebellare videretur.

Agapium, diuino nutu, successorem designat:

a

moritur.

17 Et dum talibus monitis, virtute quâ poterat, plebem docere beatissimus vir non cessaret, nec multò pòst plenus dierum, meritorum splendore coruscans, terrena terris commendat; spiritus verò, cælesti Angelorum choro interesse desiderans, celsa conscendit. Subitò innumerabilium populorum vndique caterua confluxit, constipantur mœnia, atria, omnes plateæ. Erat omnium planctus immensus, mœror intolerabilis, ea tantummodò inter singultum verba dolentium gemitus extorquebant: Heu grex desolate, quid agis? en amisso Pastore dispergeris: & quis vnquam te à luporum rabidis dentibus quibit liberare? Per illud verò tempus basilica, vbi nunc Dei Sacerdos miro decore humatus resurrectionis tempus exspectat, summo nixu dudum ab eo constrúi cœpta, sed necdum perfecta re-

cta remanſerat: quam poſtmodùm vir beatus Agapius cum omni honore conſummatam perfecit. Intereà deſtituta plebs geminâ triſtitiâ, tam pro exceſſu Paſtoris, quàm pro minùs perfectâ baſilicâ, tantum angorem ſuſtinere non valens, ſuper pauimentum proſtrati, humanum ſupra modum mugitum reddebant, ita dumtaxat, vt nec etiam miniſtris Eccleſiæ permitteretur libertas officij perſoluendi.

Corpus in eccleſiâ depoſitum,

18 Tandem vir ſanctiſſimus plebem, quam corpore, non affectu reliquerat, ſpiritu viſitare properat. Nec mora: cælitus diuina inſpiratio ſic omnium corda perfudit, vt venerabile corpus in ſanctâ Dei Matris eccleſiam, non humano ſepulchro, ſed reſeruandum ſolo deponi deberet, vſque dum prædicta aula tanti Pontificis præparata à viro reuerendo Agapio ſucceſſore conſummata perficeretur. Denique vniuerſa populi multitudo diuinâ illuſtratione radiata, præteritiſque eius virtutibus roborata, omnem ambiguitatem de corruptione ſacri corporis iuxta morem abiicientes, ſanctum ac venerabile corpus in ligneam ſecretarij tabulam ſuperponẽtes, omni veneratione ſanctas exequias inibi conſtituentes perſoluen-

diu manet incorruptum:

das iugiter percenſuerunt. Atque ita ſacratum corpus roſeo fulgore micans, odoriſque fragrantiâ redolens ab vndecimo Calendas Februarias vſque ad tertium Nonas Auguſtas inhumatum fuiſſe quis ambigat? quod tamen corpus non paruum miraculum in ſemetipſum oſtendendo quotidie à pluribus videbatur; enimverò capitis genæque cæſaries vngueſque manuum ac pedum, vt olim viuenti, ita multis videntibus iugiter creſcendo germinabant. Ob hoc ergo Beatiſſimus talia in corpore ſuo meruit oſtendere ſigna, quatenùs cunctis videntibus daretur intelligi, vt quem primùm in terrâ mortuum ſine conſolatione lugebant, hunc poſtmodùm viuentem in cælis cum Angelis crederent. Poſt hæc verò ſigna ita affatim variis infirmitatibus ſalutem reddendo ſe prodidit eſſe præſentem, vt quaſi cælitus oſtenſum lumen, aut radius quidam Solis erumpens totum claritate ſuperni luminis illuſtraret. Ex quo ex non paucis vicis ciui-

ad id plurimi ſanati:

tatibuſque, non vicinis tantùm verùm etiam peregrinis, immenſa multitudo populi ob tam aperta miracula ad ſanctum & venerabile corpus confluebat.

19 Inter hæc B. Agapius vnà cum omni populo antedictam baſilicam ingenti ſumptu, cultuque eximio conſummatam, debitis cæremoniis dedicauerunt. Senis deinde pòſt defunctum menſibus, bis ſenis diebus additis, ſanctũ corpus incorruptũ, velut vnius diei poſt funus,

ſepelitur:

ſummo honore ſepulchro tradiderũt. Vbi quotidie operante Domino noſtro Ieſu Chriſto merita illius celebri populorum frequentiâ clareſcunt; quo fit, vt experiantur infirmi, quàm Dei famulum illis conueniat honorare, vbi recipit cæcitas viſum, debilitas greſſum, & ob-

miraculis illuſtratur.

ſtrictæ aurium ianuæ capeſſere auditum merentur: & quàm in vniuerſos fines eius virtutum mira claritas refulſit, vix cuiquam licere puto exprimere, vnum tamen de multis celebrandũ miraculum, vt potero memorabo.

Energumena, S. Petri monitu ducitur Româ Nouariã,

20 Puella in vrbe Româ nobili ſtirpe procreata, innumerabiles opes immenſaſque diuitias poſſidebat: dum verò die quadam ſecreta pomerij ſui luſtraret, dæmonum telis improuida repentè ceſſit, pectuſque fœdarum legionum templum efficitur, eamque ſodales tandem petulcam reperiunt: non poſſunt pauci furentem vincere, quæ cunctis debacchata, dentibus frendens, rabido ore ſodalium hoſtis efficiebatur. Intereà vndique vallatam catenis muniunt, ad B. Petri principis Apoſtolorum eccleſiam ducunt, ad locum tumulo eius ſacro pertrahentes admouent. Tunc demum dæmonum phalanx per obſeſſum corpus in modum organi varias exprimit voces; & nunc vibrans venena ſerpentis ſibilos perflat, nunc mugitus pecudum, balatuſque ouium, nunc crocitatus auium, aut ferarum rugitus imitatur. Tandem Beatiſſimus Petrus Apoſtolorum princeps pietate motus, per quendam ſanctiſſimum virum myſticam dignatur manifeſtare virtutem; monet ſodales longinquam ſubire viam, Heſperiam cunctam luſtrare, propero curſu Nouariæ contendere ciuitatem, ſi modò ſalutem miſeræ expetunt, quam dæmonum vincla tenent, quodque B. Gaudentij Confeſſoris limina adirent, futurum vt eius meritis priſtinam paruo tempore captiua reciperet ſoſpitatem. Illicò iuſſis ſuperni ianitoris parentes arripiunt iter, ac quingentis millibus ferè vrbem Nouariam perueniunt: vbi puella mox vt templum ingreſſa eſt, dæmonum vexatione ſtatim liberata conſpicitur, ferreis catenis ſoluitur, illicoque ad beati corporis ſedem peruenit, atque profuſis gemitibus, geniſque rorantibus lauit. Tum ſanata attollens ad ſancta myſteria vultum, grates refert pro tantę dono ſalutis. Mox mi-

ad reliquias S. Gaudentij ſanatur.

rante populo, eiuſque ſodalibus, valida ſurgit, dat laudem Domino Chriſto; & ſic demum exultans properat reuiſere cognatos incolumis, remeando propere ad propria pergit, vſque dum ouans perueniret tandem ſoſpes in Vrbem. Hæc competenter geſta hoc modo, ilicet rabioſæ parentes cunctique pro eâ afflicti velut ſalutem receperunt ſuam.

21 Intereà gratia plebis ſaluſque veneranda micabat, quam cuncta per ora fulgens delituit fama, ita vt cum Prophetâ plebs vniuerſa clamaret: Viſitaſti Domine terram & inebriaſti eam. O quanta tibi gloria Chriſte per eum, qui vt famulum tuum parem Beato oſtenderes Petro, per eiuſdem ſuperni ianitoris reſponſa tanto miraculo illum declarare voluiſti. Quæ res ita vbique inter cetera eius miracula ſplendore gloriæ reſperſa coruſcat, vt vniuerſus populus vrbis Nouariæ laudem Deo canat, dicatque: Poſuiſti Domine deſertum in ſtagnum aquæ, & terram ſine aquâ in exitus aquarum; vnde & præſens Eccleſia clamat: Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me. Verè tua ſunt hæc Domine gratuita dona: tuæ fonte pietatis viuam aquam ignaris infundis, & inania pectora ſupples. Nam vt tantarum virtutum miracula & geſta retexam, nec ſuffi-

Iuſſu Leonis Epiſcopi Nouarien. ſis, ſcripta hac vita.

cit mens ſterilis, nec pagina vilis. Hæc pauca auſus properè percurrere verbis ſignaui indoctis, populis relegenda fidelibus, meritis fultus beati Papæ Leonis, qui Deo auſpice ſupremus poſſedit Sedem B. Gaudentij Nouarienſis ciuitatis, quæ gaudet per eum plebs vniuerſa patronum. His geſtis beati viri vt ſi indignis quibuſcumque explicata ſunt dictis, nunc tempore congruo terminum dare diſponimus, ori manum imponimus, introrſus ad conſcientiam redire feſtinamus. Et quidem indigni famuli dum imitari non poſſumus, patronum nobis fieri precibus poſtulemus, vt eius meritis adiuuemur, cuius natalitia celebramus, eo opitulante, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat per infinita ſecula ſeculorum.

Pſal. 64. 10.

AVCTORE ANONYMO, EX MOMBRITIO.

a *Agemus de* S. Agapio *Epiſc. Nouar.* 10. *Septemb.*

b *Ferrarius ſcribit*, dum ad populum concionem haberet, ſuum Deo reddidiſſe ſpiritum; *quod non eſt veriſimile.*

DE S. ANASTASIO PERSA,

ET LXX. SOCIIS MARTYRIBVS IN ASSYRIA.

§. I. S. Anastasij Acta antiquitus conscripta.

AN. CHR. DCXXVIII. XXII. IANVAR.

S. Anastasij Acta antiquitus conscripta,

1 GLorioſi Martyris Anaſtaſij Perſæ celebratiſſima mox ab illius cæde hiſtoria fuit, duplici tractatu comprehenſa: alter eius ad Chriſtiana ſacra conuerſionem, vitam monaſticam, ſuſceptum pro fide certamen continebat; alter reliquiarum tranſlationem, plurimaq; per eas facta miracula. Vtrique præclaram auctoritatem attribuerunt CCCL. Patres in ſeptimâ Synodo Oecumenicâ Nicæa anno Ch. DCCLXXXVII. poſt obitum S. Anaſtaſij CLIX. congregati, præſidentibus Legatis Hadriani Romani Pontificis Petris duobus, altero Archipresbytero, altero Presbytero & Ἡγουμένῳ S. Sabæ, cum S. Taraſio Patriarchâ Conſtantinopolitano, ceterorumq; Patriarcharum vicariis. Illi Iconoclaſtarum proſcriptâ hæreſi, dum ſacrarum imaginum cultum reſtituunt, hinc Actione 4. ſuam doctrinam iudicarunt ſtabiliendam.

2 Hac occaſione vtriuſque tractatus initium indicarunt, ac deinde partem integram Actis ſynodicis inſeruerunt; quam Gregorius Deo amabilis Diaconus ſanctæ magnæ Eccleſiæ laudabilium Apoſtolorum legit, eum hac præfatione:

in Concilio Nicæno II. recitata;

Ἐκ τῶν μαρτυρίων τῶν ἁγίων Μαρτύρων Ἀναστασίου τοῦ Πέρσου, τὸ ἡ ἀρχή. Ὁ μονογενὴς Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. Ex martyrio ſancti Martyris Anaſtaſij Perſæ, cuius initium eſt: Vnigenitus Filius & Verbum Dei, per quem vniuerſa condita ſunt. *tum ea legit quæ infrà num. 10. continentur. Quibus abſolutis,* Theodorus ſanctiſſimus Epiſcopus Myrenſium dixit: Apparet quia venerabilium imaginum traditio ſolennis (*Græcè* ἐνδεσμὸς, *legitima*) eſt. *Mox è poſteriori tractatu* Euthymius reuerendiſſimus Diaconus & monachus (*Græcè* νοτάριος) pro Dei amabili Epiſcopo Gotthiæ legit, *cum hac præfatione:* Ἐκ τῶν θαυμάτων τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀναστασίου, ὧν ἡ ἀρχὴ· Θαυμάτων διήγησιν προβαλέσθαι βούλομαι. Ex miraculis ſancti Martyris Anaſtaſij, quorum initium eſt: Miraculorum relationem proponere cupio. *Poſt legit ea quæ infrà in ſecundo tractatu num. 7. 8. & 9. referuntur Cæſaream Palæſtinæ peracta. Quibus recitatis,* Petrus & Petrus Deo amabiles Preſbyteri & Vicarij Adriani Papæ ſenioris Romæ, dixerũt: Hæc imago S. Anaſtaſij vſque in hodiernum diem eſt Romæ in monaſterio ipſius, cum pretioſo eius capite. Ioannes ſanctiſſimus Epiſcopus Tauromeniæ dixit: Verum dixêre honorabiliſſimi Vicarij, quoniam & in Siciliâ fuit mulier dæmonium patiens, & Romæ poſita per prædictam ſacratiſſimam imaginem ſana effecta eſt. Ioannes Deo amabilis Preſbyter, monachus & Vicarius Orientalium Pontificum, dixit: Ad ea quæ dicta ſunt, oſtenſum eſt ex his quæ lecta ſunt, quia & imagines Sanctorum miracula operantur & ſanitates perficiunt.

3 *Eadem ex ſynodi Actis recitat Baronius tom. 8. an. Chr. 627. num. 20. & ſequentibus, hæc antè præfatus:* Quod verò ad Anaſtaſij Martyris triumphum pertinet, deſideratur in Actis eius Tranſlatio Cæſaream facta in Palæſtinam,

credita interiiſſe,

vbi primùm contigit eum certaſſe pro fide atque impios ſuperaſſe: præter enim Acta illa adhuc extabat liber miraculorum eius, qui & ipſe periit, fragmento dumtaxat ſaluo, quod in frequenti Patrum conſeſſu recitatum, deſcriptumque reperitur in Actione 4. poſterioris Nicæni Concilij. *Idem de priore tractatu iſtic citato potuiſſe dici videtur, quòd illud martyrium, cuius iſtic citatur exordium, huc vſque non extet typis vulgatum. Baronius in Notis ad Martyrologium hoc die:* Habemus, *inquit,* in noſtrâ bibliothecâ eiuſdem res geſtas, à Gregorio quodam Clerico è Græcis Latinè redditas, quibus præmittitur Præfatio, cuius

hîc è MSS. euulgantur,

eſt exordium, Vnigenitus filius *&c. Idipſum ſcilicet quod in Concilio citatur. Idem nobis martyrium exhibuerunt peruſti codices MSS. monaſteriorum Gladbacenſis in Iuliâ, & S. Maximini Treuiris, ſed in hoc nonnihil variante ac ferè fluente & laciniosâ phraſi. Bonnus Mombritius neglectâ Præfatione vitam & martyrium edidit, cum priori MS. ferè congruens. Aſt in nullo horum exemplarium interpretis Gregorij mentio fit: an fortè à librario quopiam eius nomen codici Baroniano præfixum, quòd Gregorius Diaconus eius partem Patribus prælegerit in Synodo Nicanâ? Sed is Græcus erat, è Clero Cõſtantinopolitano, & multò iunior. an quâ aliâ cauſsâ id opinatus Baronius ſit, nos latet. Suſpicatur idem* illam *eamdem* vitam *eſſe*, quam malè tranſlatam Beda emendauit. *Verba huius ſunt ad finem Hiſtoriæ Anglorum:* Librum Vitæ & paſſionis S. Anaſtaſij,

aliaq; è Græco verſa:

malè de Græco tranſlatum, & peiùs à quodam imperito emendatum, prout potui ad ſenſum correxi. *Certè impoſitus ſermo eſt, & hinc inde diuerſus à Græco exemplari, quod nacti ſumus vtriuſque tractatus & martyrij & miraculorum: ſed & ipſum parte ſui aliquâ mutilum, alioquin loca duo in Synodo citata iiſdem omnino verbis Græcè proferuntur. Vnde Acta hæc ſincera prorſus & genuina eſſe diſcas. Hæc ergo hactenus necdum, quod ſciamus, ita edita, ex Græco vertimus; &, vt ſuus antiquo interpreti honos auctoritaſq; maneat, eadem ex vetuſtis illis membranis, Latinè olim verſa, damus.*

4 *Auctor vitæ videtur in eodem monaſterio cum ipſo Anaſtaſio vixiſſe, quod ex num. 13. coniicimus, vbi hæc ſcribit:* Hoc autem ſcimus nos (ἔγνωμεν ἡμεῖς) eum mirantem & obſtupeſcentem cõſtantiam Sanctorum, nihil ferè aliud legere voluiſſe, niſi quod illum ſancti deſiderij ardorem nutriret. *& nu. 37. agens de reuelationibus, quas ipſe concaptiuis indicarat Sanctus, addit:* ἰδίῳ στόματι ταῦτα ἡμῖν ἐξηγησάμενοι. proprio hæc ore nobis indicarunt; *ſeu, vt antiquus interpres habet,* diligenter nobis innotuerunt. *In prologo dicit ſe iuſſum vitâ ſancti Martyris ſcribere, vnde monachum fuiſſe minùs ambigas. An idem ille monachus qui ab Hegumeno Iuſtino miſſus Cæſaream ad eum conſolandum, Cæſareâ in Perſidem fuerat comitatus, indeq; colobium primò, poſt corporis quoque reliquias ad monaſterium retulit? Potuit ipſe de ſe tamquàm de alio quopiam hæc referre. Certè numquàm allegatur, vt ab auctore diuerſus, qui hæc ſcriptori indicârit. Et manifeſtiùs id liquet ex cap. 6. num. 36.* Alij autem Chriſtiani captiui, qui erant in carcere incluſi, dum cognouiſſent aliquid de locutione Perſicâ, ipſi nobis reuelauerunt, quid inter ſe cuſtodes confabularentur. *Ioannes Baſilius Sanctorius* Hilaronem *monachum vitæ auctorem nominat; quod vnde habeat non exprimit. Baronius an. 627. num. 1. vel* Antiochum *monachum, vel* Sophronium *Hieroſolymitanum Epiſcopum eſſe ſibi perſuadet, vtrumque illius temporis ſcriptorem.*

à coæuo ſcripta.

5 *Alia Acta ſunt à Simeone Metaphraſte ex hiſce expreſſa, omiſsâ præfatione prolixâ, aliâque breuiore ſubſtitutâ. Sed & hiſtoria Tranſlationis deeſt, & miracula, niſi hæc à Metaphraſta opere auulſa, aut à librariis neglecta. Omittimus Metaphraſtæ ſcripſit commentarium, tum quia noui nihil continet, & ſuam ex hiſce Actis debet obtinere auctoritatem; tum quòd paſſim extet, Latio à Gentiano Herueto donatus, editus primùm ab Aloyſio Lippomano & Laurentio Surio, ac deinde inſertus tomo 8. Annal. Baronij. Eadem Acta contractiùs deſcripſerunt linguis variis Lippelous, Marchantius, Ribadeneira, Villegas, Sanctorius, Ortiz Lucius, Fabricius, Petrus Thomas Saracenus, aliiq;. Priorem vitam referunt Bedæ de ſex ætatibus, Vincentius lib. 23. cap. 14. Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 113. Tritthemius lib. 3. de viris illuſtribus Ord. S. Benedicti cap. 68. aliiq; infrà citandi Martyrologi. Opportunum fuerit hoc loco Bedæ verba proferre:* Anaſtaſius Perſa monachus, *inquit,* nobile pro Chriſto martyrium patitur: qui natus in Perſide, magicas à patre puer artes diſcebat; ſed vbi à captiuis Chriſtianis Chriſti nomen acceperat, in eum mox animo totus conuerſus, relictâ Perſide Chalcedoniam Hierapolimque, Chriſtum quærens, ac deinde Hieroſolymam petit: vbi acceptâ baptiſmatis gratiâ,

Eadem Metaphraſtes,

aliiq; recentiores.

Actorum compendium ex Bedâ.

gratiâ, quarto ab eadem vrbe milliario monaſterium Abbatis Anaſtaſij intrauit, vbi VII. annos regulariter viuens, dum Cæſaream Paleſtinæ orationis gratiâ veniſſet, captus à Perſis, & multa diu verbera inter carceres & vincula, Marzabanâ Iudice, perpeſſus eſt: tandem mittitur Perſidem ad Regem eorum Choſronem, à quo tertiò per interualla temporis verberatus, ad extremum vnâ ſuſpenſus manu per tres horas diei, ſic decollatus, cum aliis LXX. martyrium compleuit. Mox tunicâ eius indutus quidam dæmoniacus, curatus eſt. Intereà ſuperueniens cum exercitu Heraclius Princeps, ſuperatis Perſis, Chriſtianos qui erant captiuati reduxit gaudentes. Reliquiæ beati Martyris Anaſtaſij primò monaſterium ſuum, deinde Romam aduectæ, venerantur in monaſterio B. Pauli Apoſtoli, quod dicitur Ad aquas Saluias.

§. II. *Tempus conuerſionis ad fidem, & martyrij.*

Heraclius fit Imperator anno Chr. 610. menſe Octob.

6 *HÆc ex ipſis Actis clara ſunt: nec vllâ prorſus elucidatione egerent, niſi ſummi Chronologi nouas ſibi vltro hîc difficultates creaſſent. Heraclij certè Imperatoris primordia certis notis ſunt in Annalibus Græcis conſignata. Alexandrinum Chronicon, eo viuente conſcriptum, quo anno Phocas menſe Octobri interemptus eſt, ipſéq; Heraclius Imperium ſuſcepit, Indictionem XIV. ſtatuit, & diem* III. *Octobris feriâ ſeptimâ. Annus is fuit Chriſti* DCX. *quo Indictio XIV. Conſtantinopoli cœpta eſt à Septembri, litterâ Dominicali D. Conſentiunt Theophanes, Cedrenus aliiq;. Hoc poſito, vrbs Chalcedonenſis ſæpiùs à Perſis aut obſidione cincta eſt, aut agro certè vicinisq; regionibus vaſtatis, periculum obſidionis incurrit.* Anno Heraclij V. Indict. III. (*aut potiùs* Heraclij VI. Indict. IV. *vt legendum oſtendit Dionyſius Petauius in Notis Chronologicis ad Nicephorum*) Saan, *qui aliis* Saes *dicitur*, Perſarum Exarchus, Chalcedonem vſque populabundus excurrit. *ita Chron. Alexand. At Nicephorus Patriarcha in Breuiario Hiſtorico, poſt* Alexandriam occupatam & Ægyptum vniuerſam in ſeruitutem redactam, *ſcribit* cum omnibus copiis Chalcedonem cõcendiſſe, & eam diuturnâ obſidione cinxiſſe: *verùm pactum cum Heraclio, eius legatos ſecum in Orientem ad Choſroëm deduxiſſe, à quo crudeliſſimè cute auulſa interemptus eſt. Quare corrigendi Cedrenus an. Heraclij VI. & Paulus Diaconus lib. 18. hiſt. Miſcellæ cap. 6. qui* Carthaginem *tum obſeſſam, pro* Chalcedone, *ſcripſerunt: hæc Græcis* Χαλκηδὼν, *illa* Καρκηδὼν *dicitur, vt facilè errandi ex ipſâ voce occaſio fuerit. Eos Baronius aliiq; ſecuti ſunt.*

Obſeſſa à Perſis

Chalcedon anno eius 6.

non tum conuerſus Anaſtaſius;

7 *Dionyſius Petauius noſter in Notis Chronologicis ad Breuiarium Hiſtoricum Nicephori, & lib. 11. de Doctrinâ temporum cap. 49. tradit cum exercitu prædicti* Sais, *ad obſidionem Chalcedonis veniſſe* Anaſtaſium; *adeoq; anno* DCXVI. *Heraclij VI. dediſſe Chriſto nomen, & quod inde cõſequitur, an. Ch.* DCXXII. *Heraclij XII. martyrium peregiſſe. Ei quò minùs aſſentiamur plurima obſtant. Primò auctoris coætanei atque oculati teſtis auctoritas, à* CCCL. *Patribus in Synodo Nicænâ* II. *comprobata. Hic ergo nu. 12. monachum factum ſcribit* ἐν Ἰνδικτιόνι ὀγδόῃ βασιλεύοντος Ἡρακλείου, ἔτους δεκάτου τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Indictione octauâ, imperante Heraclio, anno Imperij eius decimo. *Eadem habent MSS. Latina, Gladbacenſe & S. Maximini, ac Boninus Mombritius: conſentit denique Metaphraſtes. Annus is eſt Chriſti* DCXIX. *ab Octobri, &* DCXX. *potiore ſui parte; vbi dolemus in Chronico Alexandrino hiatum eſſe: à poſterioribus ergo hiſtoricis lucem haurire oportet, niſi vel ipſis potiùs hinc accendatur. Theophanes lib. 18. cap. 6. eumq; ſecutus Cedrenus, ſcribunt,* anno decimo Heraclij Perſas Antyram Galatiæ bello cepiſſe. *Galatia Bithyniæ confinis eſt, ipſaq; Ancyra haud procul Chalcedone diſtat; vt de hac excurſione hæc Nicephori verba prorſus intelligenda videantur.* Παρεσκευάζοντο δὲ οἱ Πέρσαι, καὶ ἠπείγοντο μέχρις ἐλθεῖν εἰς Χαλκηδόνα. Quin Perſæ longiùs inſuper progreſſi, Chalcedonem properabant. *Ita & auctor vitæ:* Ἐγένετο σὺν αὐτῷ τῷ στρατῷ τοῦ τότε Σαὶν ἀγομένῳ, καὶ ἦλθεν ἕως Χαλκηδόνος. Fuit cum ipſo exercitu, quem Sain du-

cebat, & venit vſque Chalcedonem. *Alius hic eſt* Sain, *ſiue* Sathin, *ab eo quem antè occiſum memorauimus: nam hic à Theodoro Heraclij fratre poſteà anno Heraclij XVI. victus eſt & profligatus, cùm interim Sarbarus, ſeu Sarbarazas, Chalcedonem denuò obſideret. Hic ergo aut ſupremo cum imperio exercitui præfectus Ancyram hoc anno obſedit, indeq; Chalcedonem populabundus excurrit; aut certè Sarbaraza alioúe Ancyram premente, ipſe fortaſſis turmarum equeſtrium ductor,* (nam καβαλλάριος erat Anaſtaſius) *hanc expeditionem Chalcedonenſem ſuſcepit: coactuſq; ſubitò in Orientem redire, quòd Philippicus exercitum Heraclij versùs Perſidem duceret, non ipſe Heraclius, vt apud Metaphraſten dicitur. Cedrenus priorem Chalcedonis obſidionem cum hac excurſione confudit, ad an. Heraclij XII; quem Baronius ſecutus Acta Metaphraſtæ corrigit, in uſq; non anno X. ſed XII. Heraclij conuerſionem S. Anaſtaſij cenſet contigiſſe, Chriſti nimirum 621; qui tamen reuerà 622. fuiſſet: nam cùm à* III. *Octobris 610. ducatur annorum Heraclij exordium, annus XII. poſt Paſchæ ſolennitatem, quæ iam antè peracta narratur, erit Chriſti 622. At ſi id ſtatueris, qui poteſt ſeptem annis in monaſterio vixiſſe, atque, vel ipſo teſtante Baronio, an. Ch. 627. menſe Ianuario, occubuiſſe, poſtquàm carceri Cæſareæ & in Perſide ſemeſtri circiter fuiſſet incluſus?*

Exvasatis.

ſed in aliâ Perſarum ad Chalcedonem excurſione.

8 *Maneat igitur prima & ſincera coætanei auctoris ſententia, quæ ſtabili certâque ſtat euentorum reliquorum conſequentiâ.* Anaſtaſius Chalcedone in Orientem rediit; *ab exercitu ſeceſſit; Hierapoli primùm, mox Hieroſolymæ, aurifabro cohabitauit; Chriſti fidem amplexus, imò & vitam monaſticam, Indictione* VIII. *Heraclij anno* X. *Chriſti* DCXX. perſeuerauit in monaſterio annis ſeptem. *num. 13. Conſentiunt Græca Latinaq; MSS. Mombritius, Metaphraſtes, Beda. Diſceſſit è monaſterio Dioſpolim, Garizim, & Cæſaream Paleſtinæ, num. 16. hic in carcerem datus anno Ch.* DCXXVII. *Heraclij* XVII. *celebrauit Septembri menſe feſtiuitatem exaltatæ ſub Conſtantino Magno Dominicæ Crucis, num. 27. abductus in Perſidem, tandemq; martyrio coronatus eſt, num. 39.* Τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου τῆς βασιλείας Ἡρακλείου τοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ ἑξκαιδεκάτου Κωνσταντίνου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. vigeſimâ ſecundâ menſis Ianuarij, anni decimi octaui Imperij religioſiſſimi Heraclij, & decimi ſexti filij eius Conſtantini. *Annus hic erat Chriſti* DCXXVIII. *Hæc ipſius Martyris ad concaptiuos confirmat oratio, num. 37.* Ἐγὼ μὲν, *inquit,* ἄνειμι τελευταῖος μετ' ὀλίγας δὲ ἡμέρας ὑμεῖς μὴ ἀπολυθήσεσθε, ὁ δὲ ἄδικος καὶ πονηρὸς βασιλεὺς ἀναιρεθήσεται. Ego craſtino die vitam finio: vos poſt paucos dies liberabimini & iniquus impiuſque Rex *Choſroës* interficietur. *Dicituráq; mcx num. 38.* poſt decem dies, primâ Februarij Heraclius cum exercitu eò veniſſe. *Conſonat ipſius Heraclij epiſtola, eo ipſius imperij anno, Indictione I. è Perſide, menſe Aprili* (*cuius* III. dies Dominica *erat, vt ibi dicitur*) *Conſtantinopolim miſſa, ibiq; lecta eſt* XV. *Maij, ipſâ Pentecoſtes die, quâ memorat, impium Choſroem* XXIV. *Februarij à filio primogenito Syroëo captum vinctumq;, &* XXVIII. *eiuſdem omnibus excruciatum doloribus, è viuis ſublatum; additq; in fine,* ſe XX. Aprilis caſtra mouiſſe, in Armeniam profecturum. *Et hic* (*num. 58.*) frater eius cum exercitu ἐξῆλθεν ἕως τῶν Ἀρμενίων χωρας. egreſſus eſt vſque in regionem Armeniorum.

Fit monachus anno Chriſti 620.

coniicitur in carcerẽ an. 627.

martyrio coronatur an. 628. 22. *Ianu.*

Choſroës Rex occiditur 28. *Febr.*

9 *Hæc tam clara ſunt, vt aliorum Chronologorum non debeant auctoritate roborari. Illud addendum, quod præclarè obſeruauit Petauius in Notis Chronologicis ad Nicephorum; duos annos Heraclij XVII. & XVIII. à Theophane & Cedreno in vnum conflatos; quibuſcum ſenſit Metaphraſtes, & interpres antiquus huius Vitæ, dum annum in Actis Heraclij XVII. & Conſtantini XV. perperàm pro XVIII. & XVI. expreſſerunt. Quos ſecutus Baronius anno Ch. 627. & martyrium S. Anaſtaſij refert & Coſrois necem, quæ vtraque initio anni ſequentis contigerunt. Quòd Sigebertus in Chronico, Vincentius, Petrus de Natalibus, & Tritthemius referant eum paſſum* VIII. *anno Heraclij, prorſus opinamur contigiſſe ob vitioſè deſcriptam vitam, in quâ* XVIII. *ſcribi oportuerat.*

Confuſa alibi Chronologia.

Ex variis.

§. III. Locus martyrij. Monaſterium S. Anaſtaſij.

10 *QVod Martyrologiorum Scriptores ſolent, cùm martyrij aut obitus Sancti cuiuſpiam vel ignotus, vel alioquin incelebris, aut certè procul diſſitus eſt locus, vt clariorem alium ſubſtituant, vbi is aut natus, aut diutiſſimè verſatus, aut alioquin poſt mortem conditus cultuſq; eſt; id Sancto quoque Anaſtaſio contigit, de quo Martyrologium Romanum:* Romæ ad aquas Saluias S. Anaſtaſij Perſæ monachi *&c. cùm alioquin in Perſide ſit interfectus. Sed quâ ampliſſimi regni parte, hic quærimus. Et quidem propriè dicta Perſis, haud adeò vaſta fuit, vt Ptolemæus lib. 6. Geographiæ cap. 4. & tabulâ 5. Aſiæ deſcribit; intra Mediam, Carmaniam, Suſianam, ſinumq; Perſicum concluſa. At paullatim vicinæ circumquaque regiones à Perſarum Regibus ſubactæ, vno Perſidos nomine, apud exteros præſertim, denotari cœptæ. Quòd verò ambitioſi auidiq; amplioris dominatus Reges Perſarum, imperij Romani prouincias ſibi finitimas aſſiduè inhiarent, belloq; appeterent, in extimis ſemper, ac ferè ſubiugatis, prouinciis ſedem regni ſtatuebant. Coſroës certè* Aſſyriam Perſici regni finem Occidentalem *elegerat*, quam *ipſi* Adiabenen nominarunt, *teſte Theodoreto cap. 2. Philothei ſeu lib. 9. de Vitis Patrum*, Niphate *monte ab Armeniâ maiore diſcretam, atque ortis inde fluuiis* Leuco *olim, ſiue* Lyco, Capro, *&* Gorgo, *tum* Zabâ maiore *&* minore, Tornâ *&* Narbâ *appellatis, quiq; hos excipit, Tigri munitam. Loqui illius tractus nonnulla explicata X. Ianuarij ad Vitam S. Domitiani Epiſcopi Melitenæi: de aliis hic agendum.*

Perſis variè accepta.

11 *Regium Coſrois palatium, infrà nu. 29.* Δισκαρθὰς, Cedreno Δυσαγέρδη, *Theophani* Deſeridan, *&* Daſtager; *Heraclio Imperatori in epiſtolâ citatâ* Δασαγερχοσὰρ, *id eſt,* Daſtager Choſrois, *appellatur: quò Heraclius, non procul à Niniue, Tigri & vtroque Zabâ tranſmiſſis, properabat; cùm* Choſroës contra *hoc* palatium ſuum, in loco nominato Baraſroth, caſtra metatus eſt: *at comperto Heraclium Tornam flumen traiecisſe, confeſtim inde mouit, magnâque celeritate Cteſiphontem contendit, vrbem Ptolemæo aliiſq; Geographis notam. Verùm nec in eâ auſus conſiſtere, ponte Tigridis fluminis tranſito,* Seleuciam, *Perſis* Guherſam, *ſitam ad eius amnis atque Euphratis confluentem, fugit. Intereà Heraclius decimo à nece S. Anaſtaſij die, ipſis Februarij Kalendis, ad palatium appulſus, motiſq; inde caſtris,* circuibat incendens regiones & vrbes per totum Februarium. *Ita fere Theophanes, qui quòd duos in vnum annos coëgerit, non rectè, (quod inde conſequitur) per menſes acta diſtinxit. Tum Heraclius, vt ipſe in ſuâ ad Conſtantinopolitanos teſtatur epiſtolâ,* in varias oras locaque Siarſuram vſque & paruum Zaba, Chalcas, ſiue Ieſdem, (*Græcè* ἕως ϗ μικρᾶϗ Σάβα, ϗ χαλκὰς, ϗ Ιεσδὲμ) miſit exploratum: *cùm Siroës, Choſroe iam interempto, pacem rogatus tribuit, atque in Armeniam proficiſcitur ad ſuæ ditionis prouincias rediturus.*

Daſtager palatium Coſrois.

12 *Hæc de Choſrois palatio,* Diſcartas, *ſeu* Daſtager, *eiuſq; ſitu. Ab eo diſtabat* ἓξ σημείων, *ſex milliaribus,* Bethſaloë oppidum, (χωρίον *Græcis*) *vbi S. Anaſtaſius carceri incluſus, variiſq; tormentis afflictus; inde non procul, ad fluuium,* (Tornam *fortaſſis*) *martyrio coronatus eſt. Erat in eodem Balſaloë oppido domus filij Ieſdim qui Siroëi partes ſecutus, à Choſroë cum nonnullis Principibus defecit, teſte Theophane cap. 48. ad cuius palatium, ab his diuerſum, (niſi in eodem cap. 18. mendum denuò ſit)* Imperator *iam antè* VIII. Kalend. Ianuar. diuerterat, & feſtiuitatem Natiuitatis Chriſti celebrârat. *Erat is egregiè Catholicus, vt plurimi in Aſſyriâ, quos apud eumdem Theophanem cap. 27. Choſroës, anno Heraclij XV. in huius odium* cogebat Neſtorij fieri ſectatores, *&* auferebat theſauros cunctarum iſtius regionis Eccleſiarum. *Per hos Ieſdim filios, aut ſubditos, corpus* S. Anaſtaſij, *corruptis pecuniâ lictoribus, impetratum, atque ad monaſterium S. Sergij, quod vnico à Balſaloë diſtabat milliari, delatum, honorificeq; conditum, integro iſthic anno permanſit; indeq; ad monaſterium, in quo vitam antè monaſticam ſeptennio egerat, tranſlatum, præclaris vbique patratis miraculis orbi innotuit.*

Bethſaloë locus martyrij.

Monaſterium S. Sergij.

13 *Scribit Petrus Thomæ Saracenus:* In Conuentu S. Mariæ Virginis, quarto ab vrbe Hieroſolymorum lapide, monachum creatum omnes inclamant ſcriptores; omnes præiudicant hiſtoriæ: *quod de monaſterij ſitu verum eſt, appellatione non item. Græci in Menæis hoc die & in Menologio à Caniſio edito, volunt eum ſacrum monachorum habitum aſſumpſiſſe in cœnobio, ſeu Laurâ, S. Sabæ. Aberat ea ab Hieroſolymis decem circiter millibus paſſuum, vt ad Vitam S. Euthymij 20. Ianu. num. 2. & 3. dictum, vbi ſeptem ab eo extructa monaſteria retulimus. Verùm hic infrà num. 12. dicitur* quarto tantùm milliario, *ſeu lapide,* diſtare Hieroſolymis *cœnobium,* in quo *S. Anaſtaſius vitam ſeptennio egit. quæ non ſatis congruunt. Sed cur in Actis appellatur cœnobium* S. Anaſtaſij Abbatis? *Legitur quidem in Concilio Conſtantinopolitano ſub Agapeto & Mennâ an. Ch. 536. habito,* Ioannes Archimandrita monaſterij S. Anaſtaſij prope Agogum *ſupplicaſſe & ſubſcripſiſſe. Sed monaſteriis eremi ſanctæ ciuitatis non accenſetur. Diuinaret fortè quiſpiam S. Anaſtaſium vixiſſe, non in Laurâ, neque in aliquo ex ſeptem monaſteriis à S. Sabâ conſtructis, ſed in aliquo vicino, ex iis nimirum monaſteriis, quæ Sabæ curæ fuerant à Patriarchâ Saluſtio commendata, vt ſuprà oſtenſum ad Vitam SS. Theodoſij & Euthymij: quòd verò illud hoc tempore non ſancto aliquo fundatore gloriaretur, vt Lauræ, ſeu cœnobia, SS. Euthymij, Theodoſij, Sabæ, Theoctiſti, Geraſimi &c. poſt reliquias ſancti Martyris iſthuc allatas, atque ad eas vndique inſtitutam religioſam peregrinationem, nomen illius aſſumpſiſſe; itaq; per aliquam prolepſim infrà appellari* monaſterium S. Anaſtaſij: *quem potiùs* Abbatem, *quàm* Martyrem *cognominarint, quòd in eo monaſterio monaſticam vitam egerat. Eaq; coniectura hoc videri probabilior poſſet, quòd licet id ex antiquis illis fuerit monaſteriis, quorum aſcetas plurimùm depingunt Cyrillus in Vitis SS. Euthymij, Sabæ, & Ioannis Silentiarij, & Ioannes Moſchus in Prato Spirituali, neuter tamen vſquam monaſterij* S. Anaſtaſij *meminit; licet hic, tantùm paucis ante S. Anaſtaſium annis, in Laurâ Pharan, & cœnobio S. Theodoſij, ſatis vicinis vixerit. At refragari interpres Latinus videtur, dum ait ab Eliâ Presbytero* Anaſtaſio Abbati perductum. *& clariùs ipſemet infrà Martyr captiuis quibuſdam libertatem prædicit, rogatq; eos vt cùm in ſanctam ciuitatem venerint, eant ad manſionem quæ dicitur Abbatis Anaſtaſij, & ſignificent Abbati & Fratribus quæ iſthic geri viderant: vnde manifeſtum eſt ab alio* Anaſtaſio *cœnobium illud fuiſſe appellatum. Verùm an hæc monaſteria inſtitutum S. Benedicti aſſumpſerant eo tempore? Nullum apud Ioannem Moſchum alioſúe eius ætatis Scriptores veſtigium reperimus. Non cenſet inter Benedictinos Anaſtaſium Tepes: cenſent Tritthemius, Vvion, Menardus, & Dorganius. Canonicis annumerat Ghinius. Carmelitæ vt ſui ordinis alumnum Officio duplici colunt.*

Monaſterium S. Anaſtaſij.

Num Benedictinus S. Anaſtaſius.

§. IV. S. Anaſtaſij martyrij modus: reliquiæ è Palæſtinâ tranſlatæ: publica veneratio.

14 *PVblicam* S. Anaſtaſio *in Aſſyriâ & Palæſtinâ mox ab obitu venerationem impenſam indicant Acta.* Peragitur *hoc die eius* memoria Conſtantinopoli in ſanctiſſimo, ipſius martyrio, (*ſic veteres appellabant templa vel ſacella*) quod eſt intra ædem ſancti Martyris Philemonis, in loco quem Strategium, (*ſeu prætorium*) appellabant. *Ita Græci in Menæis, & Maximus Cythereus, cum longâ vitæ & martyrij narratione. Iidem celebrat Tranſlationem reliquiarum ex Aſſyriâ Cæſaream & ad propriũ monaſterium, XXIV. Ianuarij. Memoria eiuſdem eſt hoc XXII. Ianuarij in Græcorum Anthologio, Horologio, Menologio Chriſtophori Proconſulis Mitilenæi, alioq; quod Genebrardus vertit: vt mirum ſit à Baronio in Notis ad Martyrologium tradi, de S. Anaſtaſio agere* hoc die Latinos, Græcos autem decimaquintâ huius; *quo die in ſolo Menologio à Caniſio edito hoc eius traditur elogium:* Eodem die Natalis ſancti Martyris Anaſtaſij Perſæ. Hic fuit Rege Perſarum Choſroë, Romanorum autem Heraclio: patriam habuit Razech; qui cũm Hieroſolymam eſſet profectus, ibi accepto baptiſmate factus monachus

S. Anaſtaſij feſtiuitas apud Græcos 22. Ian.

Tranſlatio 24.

Commemoratio 15.

inmo-

in monaſterio S. Sabæ, omnemque vitæ monaſticæ exercitationem aſſecutus; martyrij ſubeundi deſiderio affectus, Cæſaream Palæſtinæ ſe contulit: vbi cùm vidiſſet magos quoſdam, eoſque irrideret, ab illis detentus, ad Barſabanam ductus, variè cruciatus eſt; poſtremò actus ad Regem Perſarum, vehementiùs ab eo cruciatur, ipſius collo ita laqueo aſtricto vt reſpirandi facultatem non haberet: poſtremò ſecuri percutitur, capite pro Chriſti fide abſciſſo.

Reliquiæ in Palæſtinam relatæ.

15 *An eo die reliquiæ Conſtantinopolim tranſlatæ ſint, aliaúe inſtituendæ tum celebritatis ratio fuerit, nos latet. Reliquias Conſtantinopoli in Italiam deportatas varij tradunt, mox citandi; nulli, quo anno Conſtantinopolim allatæ. Infrà par. 2. num. 18. dicitur Frater qui reliquias ex Aſſyriâ attulerat, eaſdem non abſque plurimis miraculis per Syriam, Ciliciam, Cappadociam, & reliquas Aſiæ prouincias, Conſtantinopolim vſque circumtuliſſe, & num. 19. eas reportaſſe in Palæſtinam. An tum nonnullæ partes Imperatori Heraclio, eiusq; filio Conſtantino, aut Patriarchæ aliúe Abbatibus, oblatæ? An poſteà, cùm Arabum incurſione vaſtatâ Palæſtinâ, Crux Chriſti ab Heraclio Conſtantinopolim auecta, Hieroſolymâ poſt biennij obſidionem Hamari Arabum Duci traditâ, integrum eò corpus S. Anaſtaſij allatum? Hæc anno Chriſti 635. & 636. Heraclij 25. & 26. peracta.*

deinde Conſtantinopolim:

aliqua Venetiis;

16 *Petrus de Natalibus ſuprà citatus:* Nunc autem, *inquit de S. Anaſtaſij corpore,* dicitur eſſe in eccleſiâ ſanctæ Trinitatis de Venetiis, quod ab incolis ipſius vrbis de Conſtantinopoli illuc aſſeritur fuiſſe tranſlatum. *Idem referunt Maurolycus, Martyrologium Germanicum, & Reſendius in epiſtolâ ad Kebedium. Quæ ſortè de nonnullis partibus intelligenda. Nam Beda ſuprà citatus,* Reliquiæ etiam beati Martyris Anaſtaſij, *inquit,* primò monaſterium ſuum, deinde Romam aduectæ, venerantur in monaſterio B. Pauli Apoſtoli, quod dicitur ad Aquas Saluias. *Quæ verba referuntur quoque in Martyrologiis eiuſdem Bedæ, Adonis, Notkeri, Galeſinij, Colonienſi, Florario, & aliis. Item in Chronico Mariani Scoti, anno Heraclij 15. Chriſti 626. cùm martyrium antè anno Heraclij 6. Chriſti 617. retuliſſet malâ deceptus chronologiâ. An legerat nono poſt obitum anno hanc tranſlationem contigiſſe: quo tempore Hieroſolymam ab Arabibus circa an. Ch. 636. ſubactam fuiſſe diximus. Baronius ad Martyrol. Rom.* Habetur illic, *inquit de Actis MSS. S. Anaſtaſij in ſuâ bibliothecâ repertis,*

& Romæ,

vt ſuprà dictũ eſt, inſuper poſt eadem Acta elegans hiſtoria de arreptitiâ puellâ, virtute Martyris liberatâ Romæ in eccleſiâ S. Mariæ ad Aquas Saluias: eo nomine olim ea eccleſia dicebatur, quæ poſteà ob illata illuc Sanctorum pignora Vincentij & Anaſtaſij, illorum nomine dicta eſt. Habet eadem hiſtoria miram conſenſionem cum his quæ legati Apoſtolici Hadriani Papæ in Concilio Nicæno ſecundo, actione 4. teſtati ſunt, de capite eiuſdem Martyris vnà cum eius vultus imagine Romam tranſlato. Aſſeruatur eadem hactenus religiosè in eadem eccleſiâ, licet ſacræ imagini ab aliquo rei ignaro ſit inſcriptum nomen Pauli Apoſtoli, qui eodem in loco capite truncatus eſt. *Hæc Baronius. Locum hunc Romæ* Ad Aquas Saluias *Pancirolus regione 9. eccleſiâ 16. ab antiquâ & nobili familiâ exiſtimat appellatũ. Propè abeſt à portâ Capenâ, nunc* S. Sebaſtiani; *à quâ haud longè S. Paulus capite plexus eſt, inq; eius horum templũ ac monaſterium à poſteris erectum, quod etiam* S. Mariæ *vocatũ deinde, nunc* SS. Vincẽtij & Anaſtaſij *appellatur: cuius Eugenius* III. *ante Pontificatũ Abbas fuit. Eò, iuſſu Heraclij Imperatoris, corpus S. Anaſtaſij aduectum ſcribit Pancirolus ſuprà, eccleſiâ 15. at relicto iſtic capite cum imagine tranſlatum reliquum corpus ducentis poſt annis ad templum S. Saluatoris* ad ſcalas ſanctas, *vbi ſub altari cum parte ſanctiſſimæ Crucis repoſitum idem ſcribit Regione 2. eccleſiâ 12. Aliæ duæ memorantur eccleſiæ* SS. Vincentij & Anaſtaſij *nomine apud Pancirolum, regionis tertiæ prima & vndecimæ vndecima.*

in monaſterium ad Aquas Saluias.

17 *Prioris tranſlationis meminêre hoc die antiqua Martyrologia; S. Hieronymi, quod vel hinc auctum conſtat:* Romæ ad aquas Saluias S. Anaſtaſij Epiſcopi; *mendosè, niſi de alio Anaſtaſio ſermo ſit. Vetus Romanũ:* Ad Aquas Siluias (*corrigit Roſweydus,* Saluias) S. Anaſtaſij monachi. *Martyrol. MSS. Centulenſe & S. Maximini:* Romæ ad Aquas Saluias S. Anaſtaſij monachi & Martyris. *Addũt MSS. varia & excuſa, Rabanus, Vſuardus, Bellinus, aliiq;:* qui poſt plurima tormenta carceris, verberũ, & vinculorũ, quæ in Cæſareâ Palæſtinæ perpeſſus fuerat, à Perſis poſtremò multâ pœnâ affectus atque ad vltimum decollatus cum aliis ſeptuaginta. *De ſociis hiſce ſilent Rabanus, MSS. Latienſe & S. Martini Tornacenſe, quod in MS. Leodienſi S. Lamberti recentiore manu erat adſcriptum. Integrè referunt Beda, Ado, Notkerus, Galeſinius, aliiq; ſuprà citati. Sociorum martyrium deſcribitur in Actis num. 33. vbi iubent Coſroës Legati* ἀχθῆναι ἔξω Βετσαλοῆς αὐτόν τε τὸν ἅγιον Μάρτυρα, καὶ ὡσεὶ ἑβδομήκοντα ἄνδρας σὺν αὐτῷ πεταμόν, καὶ ὅτως ἐμπρεσθεν ὁ ἁγίος Μάρτυρ σχοινίοις ἀποπνίξαι ἅπαντας ἐκέλευσεν. *& mox:* καὶ καθ' ἕνα τῶν ἀναιρεμένων ἔλεγον τῷ Ἁγίῳ. *&c.* Educi ex oppido Betſaloë & ipſum ſanctum Martyrem Anaſtaſium & ſimul ſeptuaginta viros prope flumen, & ſic coram ſancto Martyre omnes funiculis ſuffocari iuſſerunt; & cùm ſingulos interficerent dicebant Sancto, *qui vltimus,* ἐτελειώθη τῷ ὁμοίῳ θανάτῳ. Μετὰ δὲ ἀποπνίξαι αὐτὸν, ἀπέτεμον κατὰ τὴν μίαν κεφαλὴν, καὶ λαβόντες τὴν βάλαν ἀπήγαγον τῷ βασιλεῖ. Simili morte defunctus eſt. Poſtquàm autem ſuffocauerunt eum, abſciderunt eius vnius caput, quod ſigillo ſignatum tulerunt ad Regem. *Conſentit antiqua verſio apud Mombritium, & in vtroque MS. & ſine dubio Metaphraſtes Græcè, qui ab Herueto malè expreſſus eſt, quaſi fluuio immerſi fuiſſent:* miſerabiliter, *inquit,* ante oculos Martyris ſuffocantes, Sancto in vnoquoque ſubmergendo (*corrige* interficiendo) *dicebant. Baronius in Martyrologio Romano Heruetum ſecutus eſt:* Romæ ad Aquas Saluias S. Anaſtaſij Perſæ monachi, qui poſt plurima tormenta carceris, verberum & vinculorum, quæ in Cæſareâ Palæſtinæ perpeſſus fuerat, à Choſroë Perſarum Rege multis pœnis affectus, ad vltimum decollatus eſt, (*huc vſque ex antiquis citatis antè Martyrologiis, quibus addit*) cùm priùs ſeptuaginta ſocios in fluente demerſos ad martyrium præmiſiſſet. Eius caput Romam delatum eſt, vnà cum venerandâ eius imagine, cuius adſpectu fugari dæmones morboſque curari Acta ſecundi Concilij Nicæni teſtantur. *Verba Concilij ſuprà relata ſunt.*

Exvsuardi.

Socij eius LXX. ſtrangulati.

non ſubmerſi.

Ipſi ſtrangulato caput decapitatum inde præciſum.

18 *Inquirit idem Baronius in Notis, quâ morte interierit;* quòd alij laqueo, alij gladio vitam finiſſe dicant. Placent, *inquit,* pro reſolutione, quæ in Græcorum Menologio reſcripta ſunt, his verbis: Ipſius collo ita laqueo adſtricto vt reſpirandi facultatem non haberet, poſtremò ſecuri percutitur, capite pro Chriſti fide abſciſſo. *Hæc Baronius. Quibus paria referuntur in Menæis. Nihilominùs ex Actis tam Græcis quàm MSS. Latinis & apud Mombritium & Metaphraſten certum eſt,* ſimili morte S. Anaſtaſium defunctum *eſſe, ac* LXX. Martyres, *qui laqueo, ſeu funiculo ſtrangulati ſunt, quorum nullius mortui caput abſciſſum eſt, quod ſoli Anaſtaſio ſuffocato contigit, vt caput ad Choſroëm deportaretur. Beda tamen omiſſâ ſuffocatione* decollatum *ſcribit. cui conſentiunt Martyrologia Latina. In Breuiario Romano moderno lect. 6. dicitur* vnà cum ſeptuaginta aliis Chriſtianis ſecuri percuſſus. *In antiquo Breuiario à Cardinale Quignonio iuſſu Pauli III. edito, legitur* ſtrangulatus, *ſed vitiosè* cum ſexaginta Chriſtianis. *In Breuiario Spirenſi referuntur de S. Anaſtaſio, qui ibidem S. Vincentio præponitur, tres primæ lectiones, citato Simeone Metaphraſte, in quarum tertiâ ſic legitur:* Eductos iuxta ripam fluminis, miſſis funibus in gutture eorum, circiter ſeptuaginta eorum ſuffocauerunt. Eum verò timore mortis non conterritum, ſimiliter ſuffocantes abſciderunt eius pretioſum caput, & ad Imperatorem detulerunt. *Lippelous ob verba Metaphraſtæ ait* poſt conſummationem capite truncatum. *Quo modo idem Gallicè tranſlatum in Vitis Sanctorum editis à Viellio, Marchantio, Lauallio Robino, & Renato Beredicto.*

19 *Capuæ S. Anaſtaſio eadem quæ S. Vincentio dicata eſt eccleſia, & quòd hic hoc die colatur, ille in ſequentem transfertur; vt primum Kalendarium indicat in Sacrario Capuano Michaëlis Monachi. In Ephemeride Bedæ Anaſtaſius Martyr adnotatur 26. Auguſti.*

ACTA

ex veteribus Latinis MSS.

PROLOGVS.

1 VNigenitus Filius & Verbum Dei, per quem omnia facta ſunt, qui coęqualis atque conſubſtantialis Patri & ſancto atque viuificatori Spiritui, miſertus eſt generi humano perituro, & ſub mortis atque corruptionis tyrannicâ poteſtate ſubiecto. Inclinauit autem cęlos, & deſcendit, ſecundùm quod ſcriptum eſt. Per Virginem autem natus, formam ſerui ſuſcipiens, conuerſatus eſt cum hominibus, omnia diſpenſans ſemper ad ſalutem generis noſtri; & quidem propriâ morte deſtruens eum qui habebat mortis imperium. In triduanâ autem ſui corporis ſepulturâ iacens, corruptionum emundationem faciens, atque inferni deſcenſione, quæ per multa temporum delicta retinebant, clauſtra ſubuertens, ita glorioſa eius reſurrectio nos conſurgere fecit & conſedere in cæleſtia iuſſit, ſicut Apoſtolus ait.

Salus mundo oblata per Chriſtum,

Pſal. 17. 10.

Epheſ. 2. 6.

2 Ex hoc quippe de ſublimi virtute induti, hi qui per ſemetipſos proſpecti ſunt, miniſtri facti ſunt atque eius paſſionis teſtes beati Apoſtoli, vniuerſum mundum peragrantes, diuina mandata prædicabant. Conuenerunt autem ex Dei pietate per ciuitates & regiones, nationes & populos; tribubus & linguis prædicauerunt. Et illa quidem quæ paternæ traditionis, & multis temporibus impietatis errore tenebantur radicitus euellentes, Angelicam verò conuerſationem homines habere docuerunt. Ex hoc repleta ſunt iam bona cuncta in mundo, vt cognoſcerent Dominum Creatorem ſuum, ſecundùm quod ſcriptum eſt, ſicut cùm aqua multa cooperiret mare. Ex hoc terreſtria cæleſtibus coniuncta ſunt, & vita ęterna mundo conceſſa eſt. Ex hoc vniuerſa hominum natura magnis & ineffabilibus Dei donis lætatur.

prædicata per Apoſtolos,

3 Sed quia humanæ vitæ à principio inſidiator & fraudator, atque doloſus & iuſtorũ inimicus diabolus, non habens qualiter induceret in tam amplam bonitatem, quæ per Chriſti gratiam in hominibus fiebat, & magnum donum datum mundo videret, cernenſque ſeipſum proiectum ab æthereis, inuenit concinnationem dignam eius malignitatis; nihil autem magnum eos, qui pietate ſunt enutriti, lædere poſſe, ſed magis prodeſſe quod maximum eſt; eos qui tunc tenebant ſceptra regalia, varietate & multis modis ſemetipſum diſſeminans; inſurgere quidem fecit vniuerſam perſecutionem aduersùs Eccleſiam Dei, & ex hoc ſuper ſeipſum cunctum orbem conuertit quaſi confundens. Melior autem eſt eo qui reſtitit ad eius immiſſionem. Hic quamuis parum tamen nihil nocuit Dei cultores; maximè tamen vſque hactenus ipſe confunditur. Nihil enim deterius eſt ipſo. A ſanctorum Apoſtolorum, victorioſorum Martyrum tolerantiâ abiectus eſt doloſus: & rurſum proprium pietatis ornatum Chriſti recipit Eccleſia, & quod Dei eſt gratia, quotidie floret atque additur, ſinguliſque temporibus numerum copioſum habet, protegente gratiâ Dei.

fruſtrà impeditur excitatis per diabolum perſecutionibus.

4 Salus autem quæ in nobis facta eſt, ex Dei bonorum gratiâ eſt. Accipientes autem homines magnorum & ineffabilium Chriſti donorum miſericordiam, languentes atque omnium ægrotationum varietate, ſeu multis modis delictorum catenâ conſtricti, & ſanguinum effuſione terram ſatiantes, fornicationibus verò atque adulteriis ſeu aliis innumeris vitiis, atque malis actionibus iram Dei aduerſùs ſemetipſos exardeſcentes, totam, vt ita dicam, ſuper nos Dei manum diſciplinæ traximus. Vnde tradidit quidem nos in manibus nequiſſimorum inimicorum, & Regi iniuſto & iniquo & maligno penè vniuerſam terram, ciuitates & regiones omnes, quaſdam igni traditas, quaſdam autem radicitus euulſas, & captiuum omne quod electum & deſiderabile eſt, in corporibus quoque & in pecuniis, in perniciem autem fecit vniuerſum quod relictum eſt, inſatiabili inſaniâ. A Deo derelicti ſumus: non tamen vſque in finem deſpexit benignus atque amator humani generis Deus, ſicut manifeſtant res ipſæ, ſed ſuauem habere nos ſpem dedit, vt vſque nunc glorificati ſimus inter proprios & fideles eius ſeruos & Martyres.

Ob peccata Chriſtianorum,

vaſtantur regiones per Coſroëm.

5 Opportunum autem hîc ſermonem facturi ſumus, ſecundùm magni Apoſtoli vocem dicentis, O altitudo diuitiarum ſapientiæ atque ſcientiæ Dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius! Etenim Perſis quidem tradidit ad correptionem eos, qui eius ſecundùm gratiam ſunt filij atque hæredes. Ex Perſide autem Martyrem ſibi elegit vſque ad ſanguinem, quæ in eum eſt caritatem, fidem, atque confeſſionem oſtenſurum; & quod melius eſt non ſolùm viros, ſed & mulieres omnes oſtenſuras agonem & certamen, & vſque in finem pro Chriſti fide per Crucis exemplum coronam adepturas. Horum vnus extitit & noſter coronator Anaſtaſius, cuius vitam ab initio vſque ad finem ſcribere iuſſus ſum, ipſum præponens teſtem quem ipſe confeſſus eſt Deum & Dominum Ieſum Chriſtum, & ſic incipiam enarrationis ſermonem, Domino protegente.

Rom. 11. 33.

Anaſtaſius Perſa martyrio coronatur.

eius Acta hic deſcribuntur.

CAPVT I.

S. Anaſtaſij ad Chriſtum conuerſio.

6 HIc quidem erat de Perſidis regione a Razech vocabulo, de fundo Raſnuni: nomen autem ei Magundat. Filius verò erat magi quondam, b Hau nomine, qui etiam doctor extiterat magicæ artis. Erudiuitque eum pater ſuus à pueritiâ magicâ arte.

a

Anaſtaſius à patre magicis inſtituitur:

b

7 Factus eſt autem iuuenis. Contigit ergo militare eum in tirocinio cum aliis multis, & eſſe in regiâ ciuitate Perſarum ſub Choſroë Imperatore. Sanctæ autem ciuitatis deſolatio facta, & venerabilia atque adoranda loca igni concremata ſunt in prædictâ irâ, quam pro noſtris peccatis perpeſſi ſumus. Honoranda verò atque viuifica ligna pretioſę Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti captiuą deducta ſunt in Perſidam. O admiranda res! captiua quidem ducebatur Domini Crux ad illorum inſipientiam, captiuabat autem magis corda infidelium. Metus autem & ſtupor inuadebat infideles, gaudio verò atque lætitiâ corda fidelium coruſcabant. Fama autem vbique de eâ in omni Perſide diffamabatur.

fit miles ſub Coſroë.

Crucis Chriſti in Perſidem delata.

8 Intereà audiens præfatus tiro Magundat, qui & Anaſtaſius, famam atque virtutem pretioſæ Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti, interrogauit de eâ, quomodò aut qualiter eſſet myſterium venerandæ Crucis. Et diſcens à fidelibus eius virtutem, atque ab aliis dicentibus, quoniam Deus Chriſtianorum in hac cruce, quæ huc aduenit, pependit pro ſalute generis humani; ſtatim ſicut terra bona ſuſceptâ pluuiâ ad producendum fructum erit præparata, ita & ille tunc ſuſcipiens per auditum ineffabilem virtutem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & admirabile nomen, in intimo cordis ſui ſuſcipiebat monita vitæ, cogitans qualiter Deum magnum, qui habitat in cælo, quem Chriſtiani colunt, ad culturam eius pertingeret. Diligenter autem perquirebat à quibuſdam, quomodò ipſa eſſet crux, in quâ Chriſtus filius Dei crucifixus eſt, quem Chriſtiani colunt & adorant: & vehementer admirans, decreuit Dei famulus Anaſtaſius ad religionem Chriſtianam pertingere. Et quantò plus per auditum quæ veritatis ſunt percipiebat, tantò magis ab eius corde magicæ artis ſeductio abſcedebat. Sicut enim effugiunt tenebræ à luce, à ſole autem vmbra, & ab igne fumus, ita & fallacia exterminatur à doctrinâ veritatis.

myſterium addiſcit

cupit fieri Chriſtianus

9 Habebat autem fratrem carnalem B. Anaſtaſius militantem, & pergentem in exercitu cum eo, c cognomento

c

proficiſcitur cum exercitu Chalcedonem:

mentò Sain, Principem exercitus Perſarum, & venit vſque Charcedoniam. At verò ſanctæ recordationis *d* diuinæque memoriæ Philippicus, circumuallante eum exercitu ingreſſus eſt Perſidem. Audiens verò Sain reuerſus eſt poſt tergum ſuum. Et ſic contigit famulum Dei Anaſtaſium cum Perſarum exercitu deuenire in partem Orientis: & exinde receſſit ab exercitu, & derelinquens proprium fratrem venit ad *e* Hierapolim, & diuertit ad quemdam Chriſtianum Perſam *f* malleatorem, & manſit apud eum. Didicit autem apud eum & ipſe artem, & operabatur cum eo.

d militiam deſerit:

e

f

viſis Hierapoli in templo ſacris picturis, in fidei propoſito corroboratur:

10 Cùm ergo abundaret in eo amor & gratia, atque deſiderium vt illuminaretur, multùm rogabat prædictum malleatorem, vt eum inſtrueret, qualiter ad gratiam ſancti baptiſmatis perueniret. At ille intra ſe cogitans propter metum Perſarum ne periclitaretur metuebat: tamen cum illo ibat ad eccleſiam ſanctorum Martyrum, & orabat: & picturas Sanctorum & hiſtorias conſpiciebat, & requirebat ab eo quidnam hoc eſſet: & audiebat ab eo Sanctorum certamina ſiue mirabilia quæ fecerunt, ſiue atrociora tormenta, quæ à tyrannis perpeſſi ſunt, & eorum tolerantiam, & mirabatur pauens. Manens igitur paruum tempus apud prædictum Chriſtianiſſimum virum, optimum deſiderium percepit in animo ſuo vt Hieroſolymam adueniret, & illic ſancti dignus fieret baptiſmatis conſecrationem adipiſci.

abit Hieroſolymã.

11 Et habens propoſitum in Dei amore, deuenit ad ſanctam ciuitatem, & manſit apud quemdam Chriſto amabilem virum, item malleatorem, & patefaciens omne ſuum deſiderium, quoniam vult Chriſto coniungi, vt dignus haberetur gratiæ ſancti baptiſmatis, perductus eſt ab eo Eliæ ſanctiſſimo Preſbytero *g* ſanctæ Reſurrectionis, qui eum tamquàm à Deo prędeſtinatum ſuſcepit filium; & poſteà indicauit de eo Modeſto ſanctiſſimo Preſbytero & *h* Vicario Apoſtolicæ Sedis, & fecit eum baptizari ſimul cum *i* aliis, qui & ipſi de eadem regione erant, qui etiam & ipſi beatum finem pro Chriſto ſuſcipientes in Ediſſâ ciuitate martyrio coronabantur.

g

h

i

a *Ita & Metaphraſtes. alij* Razeth; *Mombr.* Razetb. *in Græco* Raſech.

b *Mombr.* Baij. *Metaph.* Bau.

c *Rectiùs, vt remur, Græca:* & perrexit cum eo in exercitu, quem Sain ducebat.

d *Momb.* & dignæ memoriæ. *Græcè,* ὁσίου, Sanctus, *appellatur. Metaphraſtes hæc ab ipſo Heraclio geſta ſcribit.*

Hierapolis.

e *Non iſta Phrygiæ* Hierapolis *eſt, ſed Cyrrhiſtica; hæc enim in Oriente cenſebatur, illa ſub diœceſi Aſianâ, vt patet ex Notitiâ Imperij: aſt in Orientem iam mouerant Perſæ, vt hîc dicitur.*

f *Græcè* ἀργυροκόπος *dicitur, id eſt, argenti cudendi artifex.*

g *Templum ſanctæ Reſurrectionis, à Conſtantino Magno olim ædificatum, vt in eius vitâ memorat Euſebius lib. 3. cap. 24 & ſeq. euerterat Coſroës exercitus; at reparabat illud tunc Modeſtus, vt dicetur in vitâ S. Ioannis Eleemoſynarij 23. Ianu.*

Modeſtus Ep.

h *Ita quoque Græcè:* τῷ τηνικαῦτα πατριάρχῃ Ἀποστολικῆς θρόνου. *Heruetus vertit in vitâ per Metaphraſten,* qui Sedi præerat Apoſtolicæ. *Nicephorus Patriarcha in Breuiario hiſtorico:* Μοδέστου τηνικαῦτα Ἱεροσολύμων προεδρεύοντος. Modeſto tunc Hieroſolymis præſidente. *Leontius in vitâ S. Ioannis Eleemoſynarij, interprete Anaſtaſio Bibliothecario, vocat* Patriarcham Hieroſolymorum. *melius hîc* Vicarius *dicitur, dum videlicet* Zacharias *Patriarcha in Perſidem à Coſroë anno 614. abductus, iſthic detinetur; qui inde poſt mortem Coſrois ad patriarchatum reuertit. Colitur à Græcis* Modeſtus *quidam Epiſcopus Hieroſolymitanus 18. Decẽbris, cuius in vulgatis catalogis nomen non extat.*

i *In Græco, & apud Metaphraſten vnius tantùm ſocij mentio fit. Quis verò ille fuerit, & quo die martyrio coronatus, nondum comperimus.*

CAPVT II.

Vita monaſtica. Deſiderium martyrij.

Fit monachus.

12 DEtentus eſt verò B. Anaſtaſius à ſanctiſſimo Preſbytero Eliâ in domo ſuâ per octo dies. Et exhortans eum in propoſito bono perſiſtere, interrogabat eum prædictus ſanctiſſimus Preſbyter Elias, quid cogitaſſet erga ſe de reliquo. Ipſe verò rogauit eum vt monachum eum ordinaret. Poſt depoſitas verò albas, continuò perduxit eum ſanctæ recordationis Anaſtaſio Abbati, qui quarto miliario diſtat à ſanctâ ciuitate, & multùm rogans cum aliis prædicti venerabilis monaſterij Fratribus Iuſtinum Præpoſitum, virum valdè mirabilem & per omnia prudentem, & plenum his quæ Dei ſunt præceptis, tradidit ei famulum Dei Anaſtaſium. Qui etiam ſuſcipiens eum ſuæ congregationi ſociauit. Hoc autem factum eſt per Indictionem octauam, imperante Domino Heraclio piiſſimo atque Chriſtianiſſimo Imperatore anno decimo. Dedit autem ei & magiſtrum vnum eiuſdem congregationis Fratrem virum prudentem, qui etiam docuit eum litteras *a* ſimul & placitam Dei doctrinam, ſimul cum pſalterio, & tondens eum tradidit ei ſanctum habitum atque in filium adoptauit.

Ex Mss. Latinis.

diſcit litteras:

a

ſeruit Fratribus,

b

13 Fecit autem omne miniſterium, & per omnia officia *b* pertranſiuit in prædicto monaſterio B. Anaſtaſius, placens omnibus per Dei gratiam. Erat enim ſedulus valdè in miniſterio Fratrum & in opere manuum, & præ omnibus in regulâ monachicâ intentus, & in Miſſarum ſolemniis frequens. Et audiens ſine intermiſſione ſanctas ac diuinas ſcripturas, & vitas ſanctorum Patrum attentiùs legebat, & ponebat in eis ſtudium diligenter: & ſi aliquid non intelligebat, interrogabat ſuum magiſtrum, idoneum virum, prudentem in omnibus, ornatum: & diſcebat ab eo quæ requirebat, & admirans glorificabat Deum. Aſſiduè autem legebat in cellâ ſecretiùs certamina vel agones ſanctorum Martyrum, quotidie lacrymas effundebat, & cogitabat atque æſtuabat ſecretiùs in corde ſuo, hoc deſiderio accenſus, vt eum Dominus ad martyrij palmam vocare dignaretur; quatenus eum dignaretur fieri ſocium ſeruorum ſuorum, qui pro eius nomine paſſi ſunt, ad laudem & gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti. Perſeuerauit autem in eadem manſione annos ſeptem.

pietati deditus;

lectis Actis Martyrũ incenditur ad martyrium:

14 Videns autem antiquus hoſtis & inimicus humani generis tantam perſeuerantiam in Chriſti ſeruitio atque amore famulum Dei Anaſtaſium perſiſtere, & volens eum à bono propoſito reuocare, & de prædicto monaſterio ſuadere exire, immiſit ei cogitationes iniquas, etiam vt ad memoriam ei reuocaret magicam artem, quam à ſuo patre didicerat. Ipſe verò videns iniquiſſimi diaboli aſtutiam ſeſe in orationem dedit, & enixiùs Dominum deprecabatur, vt eum eriperet ab inſidiis aduerſarij. Abbati verò monaſterij ſui indicauit cordis ſui ſecreta, & lacrymabiliter deprecabatur eum, vt pro ſe Domino effunderet preces, vt eum liberaret de faucibus aduerſarij. Quod & faciebat iam præfatus Abba. Admonebat quoque eum & confortabat in Domino ſecundùm, quæ data illi fuerat in Domino, gratiam, & faciens orationem pro eo coram omnibus Fratribus in eccleſiâ, effugauit ab eo pugnam diabolicam.

tentatur recordatione artis magicæ:

indicat Abbati tentationẽ:

eâ liberatur.

15 Poſt dies autem modicos ſomnium vidit per noctem Dei famulus Anaſtaſius, ita: Videbat ſeipſum in monte ſtare excelſo, & quemdam ad eum venientem & porrigentem ſibi poculum *c* aureum plenum vino, & dicentem: Accipe, & bibe. Quod ſuſcipiens, bibit. Statim autem euigilans interpretatus eſt inſomnium quod viderat, hoc eſſe quod cupiebat. Qui protinus ſurgens ad eccleſiam perrexit ad matutinales hymnos explendos, illuceſcente ſancto Dominico die. Expletis verò hymnis matutinalibus, rogauit Abbatem monaſterij vt ei ſecretiùs loqueretur. Et ingreſſi in *d* ſacrarium cecidit ad pedes eius, rogans cum lacrymis, vt Domino effunderet preces pro eo, vt eum dignum ſuſciperet, ſperans quaſi moriturus eſſet in ipſis diebus. Dicebat tamen Abbati: Scio, Pater, quantos labores habuiſti in me miſerum, & quia multùm te tribulaui, & quia per te adduxit me Deus de tenebris ad veram lucem. Sed rogo, Pater, vt pro me Dominum exores. Dicit ei Abba: Quæ eſt enim cauſſa, fili mi? aut vnde noſti, quia in his diebus egrederis de hoc ſæculo? Ipſe verò narrauit ei ſomnium quod viderat, & confirmans aſſerebat, quia *e* per omnia moriturus eſſet in ipſis diebus, ſiue propriâ morte, ſiue

Somnio admonetur de ſubeundo martyrio:

c

d

commendat ſe Abbati, cui breui moriturus:

e

Ex mss. Latinis. per martyrium, quomodò cupiebat. Timebat tamen palàm dicere de martyrio, vt non increparent eum Fratres.

16 Abba verò blandè consolabatur eum multis admonitionibus. Missarum verò solemnia celebrans cum Fratribus, & percipiens diuina mysteria, sumpsit cibum cum eis. Soporatusque est modicùm, & euigilans, & non ferens cordis sui incendium, volens adimplere desiderium suum quod erat placitum Domino, egressus est clàm de monasterio, nihil secum tollens nisi ea quæ indutus erat, & abiit *f* Diospolim. Exinde profectus est caussâ orationis in montem *g* Garizin, atque exinde profectus est ad alia venerabilia loca. Deductus est autem per Domini gratiam, & deuenit vsque Cæsaream Palæstinæ, & mansit in domo beatæ & intemeratæ Dei genitricis Mariæ diebus duobus.

martyrij desiderio abit è monasterio.

f

g

a *In Græco additur*, Græcas.

b *Additur in Græco & apud Metaphr.* culinæ & horti.

c *Heruetus:* auro ornatum & gemmis. *in Græco:* aureum & gemmis ornatum.

d *Id in Græco, vti & in vitâ S. Euthymij* 20. *Ianu.* διακονικὸν *appellatur.*

e *MS. S. Max.* sine dubio. *Græcè* πάλιν, omnino.

f Lydda ciuitas, *inquit S. Hieronymus de locis Hebraicis, & ep.* 77. ad littus maris Mediterranei sita, quæ ipso exordio belli Iudaici à Cestio est incensa; restaurata denique appellata est Diospolis. *Distat Hierosolymis* 33. *circiter milliaribus.*

Diospolis, quæ & Lydda.

g *De quo mulier Samaritana Ioannis* 4. Patres nostri in monte hoc adorauerunt.

CAPVT III.

Captiuitas, verba, quæstiones Cæsareæ Palæstinæ.

17 Secundùm verò prædestinationem Dei, quę à Deo illi fuerat data, perrexit vsque ad *a* B. Euphemiam ad orationis modum. Cumque pergeret & transiens per quemdam locum, vidit in domo cuiusdam Persæ magicam operantes artem. Et zelo Dei ductus ingressus est ad eos, & dixit eis: Quid erratis, & errare facitis animas hominum in maleficiis vestris? Stupentes autem viri illi in sermonibus, & in constantiâ ipsius, interrogauerunt eum dicentes: Quisnam es tu qui hæc dicis? Ipse verò ait eis: Et ego aliquando erraui, sicut & vos, & noui aliquando istam nefandam artem, atque in vestris incantationibus conscius eram. & arguens eos, obmutuerunt, & rogauerunt eum, ne detraheret aut diuulgaret de arte eorum cuiquam, & dimisit eos.

a

Arguit exercentes artem magicam:

18 Et præteriens modicùm ab illis, & *b* videntes eum quidam de officio sedentes ante ianuam prætorij: & transeunte illo dixerunt propriâ linguâ inter se: Iste delator est. Audiens autem B. Anastasius hæc verba inter se ad inuicem conferentes, intuens eos, dixit: Quid inter vos verba confertis? Ego impostor non sum, sed seruus sum Domini mei Iesu Christi. Nam & melior vestri sum, quia illius merui esse seruus, qui pro peccatoribus de cælo descendere dignatus est. Nam & ego aliquando in officio fui, sicut & vos. At illi surgentes tenuerunt eum, & exiens primarius eorum, & inquirens vnde esset diligenterque inuestigans, iussit eum custodiri tribus diebus, in quibus nullatenus vsus est de eorum alimentis, memorans dolositatem eorum in maleficiis ipsorum.

b

se Christianum esse confitetur:

comprehenditur:

19 Veniente autem *c* Barzabanâ in Cæsaream, (non enim ibidem erat quando tentus est B. Anastasius) & suggerens de eo primus de officio, adduxit eum in prætorium suum. Occupato verò Barzabanâ circa alia negotia, inuentus est ibi quidam Christianus, qui cognouit B. Anastasium, cùm esset in domo Beatæ Dei genitricis Mariæ semper Virginis: & colloquens cum eo secretiùs, & requirens ob quam caussam detentus ab eis fuisset, & cognoscens rei caussam, beatificauit eum de bono proposito, & confortauit in Domino diuinis sermonibus, monens eum vt non metueret tormenta, & non timeret mori pro nomine Domini nostri Iesu Christi, sed fortiter atque fiducialiter responderet Barzabanæ ad ea quæ interrogatus esset ab eo, memorans ei & sermonem quem Dominus in sancto Euangelio dixit, Quia qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Matth. 10. 22. & 24. 13.

c

animatur à quodam Christiano:

20 Introductus est autem Dei famulus Anastasius & stans coram *b* Barzabanâ non adorauit eum secundùm ritum qui ab eis tenebatur. Et intuens in eum Barzabanas, dicit ei: Vnde es? & quid vocaris? Ipse verò ait: Ego Christianus sum. Si autem cupis discere quantum ad genus, Persa, de regione Razech, de villâ Rasnuni. Ostialis autem eram & magus; & reliqui tenebras, & veni ad veram lucem. Nomen autem meum prius Magundat, Christianitatis verò nomine Anastasius vocor. Dixit ei Barzabanas: Dimitte hunc errorem & conuertere ad primam tuam religionem, & præbemus tibi pecuniam, & possessiones plurimas. Ipse verò respondens ait: Non mihi contingat negare Dominum meum Iesum Christum. Dixit ei Barzabanas: Ergo placent tibi vestimenta talia, qualia vteris? B. Anastasius dixit: *d* Hoc indumentum Angelicum & glorioſum est. Dixit ei Barzabanas: Dæmonium habes. Respondit Beatus Anastasius, & dixit ei: Quando in errore eram, habui dæmonium; nunc autem habeo Dominum Iesum Christum Saluatorem meum, qui destruit dæmonia. Dixit ei Barzabanas: Non metuis Imperatorem? Nam si de te cognouerit quæ erga te sunt, iubebit te crucifigi. B. Anastasius dixit: Quare timeam illum? Homo est corruptibilis, sicut & tu.

b

fidē Christi liberè profitetur:

d

21 Tunc indignatus Barzabanas, iussit eum in vinculis ferreis duci in castrum, & lapides sine cessatione deportare fecit. Et multas atque innumeras tribulationes perpessus est famulus Christi Anastasius. Quidam enim de regione eius, videntes quæ in eum fiebant, erubescebāt & increpabant eum, dicentes: Quid hoc facere voluisti? Nemo aliquando de regione nostrâ factus est Christianus; & ecce fecisti nobis ridiculum: atque aliis verbis fallacibus suadebant ei. Ipse verò expellebat eos à se. In insaniam autē conuersi *e* percutiebant eum absque pietate, & trahebant ei barbam, & scindebant vestimenta eius. Non solùm autem istud famulo Dei faciebant, sed & lapides magnos, quos quatuor homines non poterant voluere, ei in collo ponebant. Et vinctus sic faciebat opus: vnam catenam ad collum eius, aliam verò ponebant in pedes: & multa atrociora & sæua tormenta ei contulerunt. At verò fortissimus athleta Dei Anastasius omnia sustinuit gaudens pro Christi nomine.

variè vexatur,

e

etiam à suis gentilibus:

crudeliter ligatus laborat:

22 Iterum autem iussit Barzabanas ante se assisti, & dixit ei: Si veraciter, sicut dixisti, magi filius fuisti, & scis magicam artem; dic mihi à quo didiceris vel aliqua ex eis, vt ego cognoscam. Ipse verò ait: Non permittat Deus vltrà vt egrediatur quicquam ex ore meo de tali re. Dicit ei Barzabanas: Quid ergo permanes in his? Conuertere in illam primam religionem: nam pro te suggeram Chosroë Imperatori. Ipse verò ait ad eum: Scripsisti, & suscepisti rescripta. Fac quod vis. Et ait Barzabanas: Non scripsi, sed scribo, & quicquid mihi præcipiet facio. Sanctus verò Anastasius respondit: Vade, scribe quanta volueris mala de me, ego enim Christianus sum. Barzabanas dixit: Prosternatur in terram, & tamdiu cædatur quousque perficiat quod ei iubetur. Anastasius Dei famulus, cùm ligare eum vellent, dixit: Sinite me: non habeo necesse vincula. Et exprimens signum sibi sanctæ crucis fecit in fronte, & sedens in terram ligauerunt eum & cædebant. Sanctus verò Anastasius dixit eis: Expoliate habitum, quo sum indutus, vt non patiatur iniuriam, & sic cædite carnes meas; ista enim quæ facitis lusus sunt, ego enim si membratim abscindar, numquàm negabo Dominum meum Iesum Christum. Dicit ei Barzabanas: Adquiesce mihi, nam scribo pro te Imperatori. At ipse respondens dixit: Vade, scribe Imperatori tuo quicquid volueris. & ait Barzabanas: Ergo Imperatorem non times? B. Anastasius dixit: Quare timeam Imperatorem tuum? An non est homo moriturus sicut & tu? aut non moritur, sicut & tu? aut non

dirè cauditur:

insultat tortoribus,

& Barzabana: non videt corruptionem ſicut & tu? Cur autem dicis vt timeam illum, qui corruptionem videt ſimilem tibi luto? Aut non magis timeam Dominum Ieſum Chriſtum, qui fecit cęlum & terram, mare & omnia quę in eis ſunt, qui numquàm vidit corruptionem?

23 Stupefactus eſt autem ille ſuperbus Barzabanas in reſponſione Martyris; iterum iuſſit eum duci in caſtellum. Et poſt dies paucos fecit eum ſibi præſentari, & dixit ei: Recordare magicæ artis, & ſacrifica; vt nòn malè moriaris & frauderis de hac luce. Reſpondens autem Dei famulus dixit ei: Quibus diis iubes me ſacrificare? Soli,& lunæ,& igni,& mari, montibus & collibus, cæteriſque omnibus elementis, & metallis? Ne præſtet mihi Deus vt adorem ſculptilia veſtra aliquando. Hæc enim omnia Chriſtus Dei filius fecit ad ſeruitium noſtrum. Vos verò erratis, ſeruiendo dæmonibus & quadrupedibus. Vos homines ad imaginem Dei facti, ignoratis Deum qui vos fecit. Si eum cognouiſſetis Chriſtum qui vos fecit, quandoque conuerti habuiſſetis ad veram lucem, & erui à dæmonum poteſtate qui vos errare faciunt; & credere Deo, qui non mentitur his qui credunt in nomine eius, dicens eis: Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri. Voluit autem ex idiotâ & alienigenâ me habere ſeruum ſibi ad gloriam, fortitudinem autem præſtans credentibus in ſe. Hæc & his ſimilia proſequente S. Anaſtaſio bonis ſermonibus, ſtupentibus autem & mirantibus aduerſariis, Dei Martyr Anaſtaſius tribus iam vicibus coronatus, in confeſſione Chriſti certator fortiſſimus, ſtatim ad caſtellum reducitur vinculis conſtrictus.

irridet deos Perſarum.

a *Non Chalcedonem cogitabat, vbi* S. Euphemia *coli ſolet 16. Septemb. ſed templum aliquod in ipsâ Cæſareenſi vrbe S. Euphemiæ dicatum videtur adiiſſe.*

b *Græcè:* Ἴδον ἀνδρὸν τινες τῶν καβαλλαρίων καθήμενοι ἔμπροσθεν τῆς δερβᾶς, ὅ ἐστι πραιτώριον τοῦ σελλαρίου. Viderunt ipſum quidam equites ſedentes ante Derbas, quod eſt prætorium Sellarij. Καβαλλάριος *infrà nu. 26.* equeſtris *vertitur.* Sellarius *mox,* primarius eorum *qui erant* de officio, *vertitur: fortè* ductor equitum. *infrà nu. 35.* Tribunus.

Caballarius. Sellarius.

c *Metaphraſta* Marſabanas *dicitur; in Græco,* Μαρζαβανᾶς.

d *Græcè:* τὸ σχῆμα τοῦτο καύχημά μού ἐστι. hic habitus gloriatio mea eſt. *Heruetus:* non minoris eum facio, quàm tu hanc dignitatem.

e *Additur in Græco,* quotidie venientes.

CAPVT IV.

Pietas & conſtantia in carcere.

Abbas duos ad eum ſolandum mittit.

24 COgnoſcens autem ſanctiſſimus Abba præfati monaſterij, in quo B. Anaſtaſius ſanctum habitum ſuſceperat, ſtabilitatem atque confeſſionem eius quæ in Chriſto erat, & quia ſine metu fortiter decertaret,& eius alacritatem atque perſeuerantiam, gauiſus eſt gaudio magno vnà cum vniuerſâ congregatione ſibi commiſsâ, & Dominum benedicebat,atque ſupplicabat die noctuque cum omni congregatione, vt eius curſum dirigeret, vt vſque in finem perſeueraret. Direxit autem duos ex Fratribus monaſterij in Cęſaream ad B. Anaſtaſium cum litteris conſolatoriis, confortans animum eius in Domino. Cùm verò eſſet in cuſtodiâ caſtri Martyr Chriſti Anaſtaſius, non ceſſabat pſalmis & hymnis diebus ac noctibus glorificare Deum omnipotentem.

25 Habuit verò ſecum & alium in vinculis conſtitutum iuuenem quemdam ex ſeruis Barzabanæ pro quadam cauſsâ tentum: qui non volens contriſtare eum,ſed

Anaſtaſius noctu ſurgit ad orationem:

ſurgens noctu cum famulo Chriſti, vt celebraret Hymnos matutinales in Dei laudibus, inclinabat collum ſuum ad collum eius, & pedem ſuum ad pedem eius vt non per catenarum extenſionem laborem præſtaret Dei famulo. Vnâ igitur nocte, pſallente eo auſcultabat eum quidam de vinctis qui ibi erat,Hebræus quidem religione, & nobili genere, mitiſſimus autem moribus,vt didicimus. Hic videns beatum Martyrem per diem quidem in lapidum fatigatione, nocte autem in laudibus perſeuerantem, ſtupebat, dicēs:Quidnam vult hoc eſſe?Tamdiu ergo intuens in eum, iacens ſuper pauimentum in noctis ſilentio, ſtante beato Martyre & pſallente matutinales Hymnos,vidit ſubitò aliquos in veſtibus albis ingredientes per oſtium carceris, & circumdantes beatum Martyrem, à quibus & lux copioſa infulſit in carcere. Amens verò factus præfatus vir ſuper viſione, dixit intra ſe: Sanctus Deus, iſti Angeli ſunt. Hoc autem aſpiciens, vidit hos ipſos palliis circumdatos, habentes cruces in manibus,& ait in ſemetipſo:Iſti Epiſcopi ſunt. Admirans autem de his, intuens in Martyrem Chriſti Anaſtaſium, & qui cum illo erant, immenſum lumen, & candidis veſtibus eum indutum cum eis qui ei apparuerant; & ecce iuuenis quidam ſtetit ante eum habens thuribulum aureum,& incenſum mittens. Aſpiciens autem vir qui contemplabatur, pulſabat manu proximum ſuum dormientem, qui erat Chriſtianus, Iudex Scythopolis, quatenus ei oſtenderet quæ videbat; & non poterat, quia grauiter dormiebat. Illе autem attendebat his quæ videbat, corpore quidem manens immobilis, tamen iactans ſe ſuper primum cum quo iacebat. Et expergefactus quandoque comperit ab eo quid hoc eſſet. Dicit ei Hebræus: a Conſideras aliquid?& intuentes iam nihil viderunt. Inſinuauit autem ei omnia quæ viderat, & glorificauerunt ſimu Dominum Ieſum Chriſtum.

conſpicitur cum Angelis.

& ipſe albis indutus:

a

26 Quia verò, ſicut ſuperiùs memorauimus,à primâ & ſecundâ interrogatione didicit Barzabanas conſtantiam famuli Dei Anaſtaſij, ſcripſit Imperatori Choſroë, quæ de eo geſta ſunt. Et contigit infra dies paucos ſuſcipere Imperatoris iuſſionem; & tranſmiſit ad eum in carcerem per domeſticum ſuum, dicens: Ecce iuſſit Imperator vt verbo ſolo dicas, quia non ſum Chriſtianus, & ſtatim te dimitto, vt vbi volueris vadas, ſiue monachus vis eſſe, eſto; ſiue equeſtris, ſicut fueras anteà, aut eſſe nobiſcum, vt vis fac. Reſpondit autem Martyr Chriſti, & dixit: Ne fiat mihi negare me Chriſtum. Dum ergo multas promiſſiones & ſuaſiones ei direxiſſet per domeſticum ſuum,& nullatenus acquieſceret; poſtmodùm direxit illi per præfatum ſuum domeſticum, dicens:Scio quia erubeſcis propter conciues tuos, & ideò non vis negare coram eis; ſed quia iuſſio Imperatoris vrget,ſi vis coram me & aliis b duobus dic ſermonem, & dimittam te. Ipſe verò Martyr per ſupraſcriptum miſſum direxit ei, dicens: Abſit à me: neque coram te, neque ante alios aliquando negabo Dominum meum. Tunc dixit ei per ſemetipſum: Ecce iuſſit Imperator, vt ferro vinctus vadas in Perſidem. Beatus verò Martyr Chriſti Anaſtaſius dixit: Si volueris me dimittere, ego ſolus vadam ad Imperatorem tuum. Vt autem audiuit beatum Martyrem fortiter perſiſtentem, neque minas pauentem, neque blandimentis ſuaderi, c bullatum eum iuſſit duci in carcerem. Et poſt quinque dies direxit eum cum aliis duobus Chriſtianis d, quibus ipſis bullam expreſſit.

recuſat verbo negare Chriſtũ, etiam priuatim.

b

c

d

27 Approximante autem intereà die feſto e Exaltationis venerandæ Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti,ipſe beatus Martyr, & duo Fratres monaſterij eius, & duo Chriſtianiſſimi viri, & quidam de ciuitate fideles, in pſalmis & hymnis & canticis ſpiritalibus pernoctantes erant, ita vt obliuiſcerentur habere ſibi vincula, glorificantes Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui tantam longanimitatem dat ſperantibus in ſe. Diluculò autem ingreſſus f diſpoſitor quidam Reipublicæ, & ipſe vir Chriſtianiſſimus, ad Barzabanam rogauit eum, vt vincula ei tollerentur, vt eum in eccleſiam duceret tantummodò pro die feſto, ſubiungens, Quia ego iterum reduco eum in cuſtodiam. Quod & factum eſt. Et permiſit Barzabanas. Et deductus in eccleſiam, gaudium magnum factum eſt vniuerſis fidelibus & conſolatio,agentes Deo gratias ſuper certamen Martyris Chriſti, & de eius crebris tribulationibus, quas ſuſtinebat. Facta eſt autem contentio inter populum de ciuitate eadem de eo, fidelium cum infidelibus. Et quidam ſtupentes de eius

e *In feſto Exaltationis ſanctæ Crucis,*

f *permittitur ire ad templum Chriſtianorum;*

EX MSS. LATINIS.

eius tribulationibus, quas tolerabat famulus Dei Anaſtaſius, conualuerunt & confortati ſunt fideles in Chriſto de eius longanimitate & perſeuerantiâ; & in multis ſermonibus conſolatus eſt fideles Martyr Chriſti Anaſtaſius. Et hi qui de fide Chriſtianâ deſperabant, de eius alacritate conualuerunt, oſculantes eius vincula, & quaſi victores facti dicebant B. Anaſtaſio: *g* Nos, ſicut tu, propter Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum mori debemus. Et conſolabantur eum in Domino, & honorem maximum ei præbebant, viri pariter & mulieres. Et expletis Miſſarum ſolemniis, vim faciens ei Diſpoſitor perduxit in propriam domum, vt victus aliquid caperet cum duobus Fratribus monaſterij eius. Et cùm ſumpſiſſent cibum pariter confortati ſunt, & colloquentes de diuinis ſermonibus vtrique ædificati ſunt in Domino. Et poſtmodùm iterum gaudens & exultans quaſi ad conuiuium perrexerunt in carcerem, & ibi glorificabant Dominum Ieſum Chriſtum, qui tantam gratiam contulit ſeruis ſuis.

quos animat:

redit latus ad carcerem.

g

a *Mombr.* Conſidero aliquid.
b *In Græco additur* Sellarius.
c *Græcè βυκώσας αὐτὸν. Heruetus,* iniecit ſignaculum.
d *MS. S. Max.* Similiter bullatis.
e *Exaltatio ſanctæ Crucis, quæ ſub Conſtantino Imp. contigit, recolebatur olim ab Orientalibus* 14. *Septembru; quo die poſteà celebrari cœpta altera Exaltatio ſanctæ Crucis, paullò poſt S. Anaſtaſij martyrium, è Perſide Hieroſolymam reportatæ.*
f *Græcè κομεχιάρεω.*
g *Mombr.* Si tu propter Dominum Ieſum Chriſtum mori diſpoſuiſti, quantò magis nos tecum mori debuimus? *Græcè paullò aliter, vt infrà patebit.*

Exaltatio ſanctæ Crucis.

CAPVT V.

Tormenta in Perſide tolerata.

28 EXpletis verò quinque diebus egreſſus eſt de ciuitate Cæſareâ cum præfatis duobus Chriſtianiſſimis viris *a*, & vnus Frater de monaſterio eius, & multi qui eum nouerant viri ac mulieres, cum multarum lacrymarum effuſione, glorificabant Deum ſuper eius bonum propoſitum, quòd diſpoſuerat mori pro Chriſto. Et iuit vnus, vt dictum eſt, de monaſterio eius Frater cum eo, ſecundùm iuſſionem Præpoſiti, ad ſolatium atque miniſterium eius; plurimùm curans, vt ea quæ cognouiſſet de eo vſque in finem per Domini gratiam ad Fratres detuliſſet, ſcilicet ſanctiſſimo Abbati ſuo, nec non & cunctæ eius congregationi: multum enim erat eis gaudium & lætitia. Veniebant autem per ciuitates & oppida fideles viri in aduentum eius, & glorificabant Dominum omnium creatorem, ſuſcipientes eum cum honore, & oſculabantur vincula eius, & tribuebant quæcumque neceſſaria erant. Scripſit autem B. Anaſtaſius litteras deprecatorias Abbati ſuo ab Hieropoli, vt pro ſe Dominum exoraret, & effunderet preces vt eum dignum ſuſciperet, & eius curſum conſummaret. Et de fluuio Tigri ſimiliter ei direxit.

a *Mittitur in Perſidem:*

in viâ honoratur à Chriſtianis:

ſcribit ad Abbatem ſuum vt pro ſe oret:

29 Ingrediens autem in Perſidis ciuitatem B. Anaſtaſius miſſus eſt in carcerem in prædio quod vocatur *b* Bethſaloë, quod eſt miliario ſexto de Diſcarthas, in quo erat Imperator. At verò Frater qui cum eo erat manſit in eodem prædio, in domo *c* Cartacij filij Deieſdin primi diſpoſitoris publicæ rei Perſarum, qui erat Chriſtianus. Et morante beato Martyre dies aliquot cum eis, qui ibidem deuenerant, captiuis, ſuggeſtum eſt Choſdroë Imperatori, quæ erga eum erant. Et mittens vnum ex Iudicibus ſuis, iuſſit examinari eum. Qui etiam veniens in carcerem cum Tribuno qui erat ſuper carcerem, interrogauit eum, quis eſſet & vnde veniſſet, quamobrem reliquiſſet eorum religionem, & factus eſſet Chriſtianus. Martyr autem Chriſti Anaſtaſius reſpondit ei per interpretem (*d* non enim locutus eſt ei *e* Perſicâ linguâ) & quidem multùm coactus, dixit eis: Erratis vos dæmonia pro Deo colentes. Ego enim aliquando, cùm eſſem in errore, hos colebam. Nunc autem adoro omnipotentem Dominum Ieſum Chriſtum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, & ſcio diligenter quia culturæ veſtræ perditio & error dæmonũ ſunt. Dicit ei Iudex: Miſer, numquid quem colitis vos Chriſtiani, non Iudæi crucifixerunt? Quomodò ergo erraſti relinquens religionem tuam, & factus es Chriſtianus? Sanctus verò Anaſtaſius ait: Quoniam quidem crucifixus eſt à Iudæis, verum dicis; quia verò ſponte, quare non dicis? Ipſe eſt enim qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, & voluit deſcendere in terras & incarnari de Spiritu ſancto ex Mariâ Virgine, & crucifigi vt liberaret genus hominum de errore Satanæ, qui à vobis colitur. *f* Vos autem colitis ignem & cætera elementa; & quod dici nefas eſt, ſeruientes creaturæ potiùs, quàm creatori.

b

c

iuſſu Coſroïs,

examinatur à Tribuno:

d *e*

Chriſtum animosè confitetur.

f

30 Dixit ei Iudex: Quid tibi & ſermonibus iſtis? ecce *g* pietas Imperatoris parauit tibi dignitatem & zonas aureas, & equos, & vt ſis inter primates eius: tantùm conuertere in primam tuam religionem. B. Anaſtaſius dixit: Ego numquàm negabo Dominum meum Ieſum Chriſtum, ſed magis eum totis viribus adoro & colo: dona verò Imperatoris tui vt ſtercora computabo. Abiit præfatus Iudex, & intimauit Imperatori Choſdroë. Furore verò repletus Imperator, iuſſit mitti eum in carcerem, in craſtinum volens eum pœnis affici. Veniens autem aliâ die ex iuſſu Imperatoris præfatus Iudex cum irâ furoris ad carcerem, cœpit minas ei promittere atque inferre, vt eum terreret; putans eum per pœnas acquieſcere à tali propoſito. Sanctus verò Martyr Anaſtaſius reſpondit ei, dicens: Ne labores, Domine Iudex, neque fatigeris. Me enim Chriſto confortante, non acquieſcam tibi, neque recedere facies à fide quam cœpi. Sed ſi quid velis facere, fac. Tunc iuſſit eum vinctum ſecundùm morem Perſarum fuſtibus cædi abſque pietate, dicens: Honoribus & donis Imperatoris non acquieſcis? modò cognoſces per ſingulos dies iram eius. Sic enim te quotidiè afficiam, donec conſumaris. Reſpondit autem ſanctus Martyr Anaſtaſius, & dixit ei: Nec donis Imperatoris tui acquieſco, neque minas tuas timeo. Quicquid ergo vo, fac.

g

munera oblata reſpuit:

minas contemnit:

31 Tunc iuſſit eum *h* ſolui & poni deorſum, & lignũ ſuper tibias eius imponi, iubens duobus viris fortiſſimis ſtare *i* ſupra duas partes ligni. Omnes verò nouimus quòd importabilis erat huius tormenti ſpecies. Sanctus vero Martyr Chriſti Anaſtaſius agens gratias omnipotenti Deo, ſuſtinebat dolores fortiter. Videns autem Iudex, quia nihil proficeret; ſed magis huiuſmodi doloribus, ſicut ferrum frigidâ aquâ *k* elimatur, ita per diuinam gratiam confortabatur, iuſſit eum iterum retrudi in carcerem, donec intimaret Imperatori de eo. Sellarius verò, qui erat ſuper carcerem dum eſſet Chriſtianus, & Frater monaſterij qui comitabatur cum Martyre Chriſti, ingrediebantur ad eum, conſolantes & admonentes eum in bonum. Multi verò Chriſtiani qui ibidem erant, in quibus & Ieſdin filij, ingrediebãtur ad eum & conuertebant ad pedes eius, & oſculabantur vincula eius, & rogabant vt dignaretur pro eis orare, & vt daret eis aliquã benedictionem ad cuſtodiam eorum. At verò ſpernebat eos beatus Martyr, ne talia dicerent. Ipſi verò ceram ſuperponebant vinculis eius, & expreſſam, in benedictionem hoc percipiebant.

h

i

immaniter cruciatur:

k

à Præfecto carceris Chriſtiano aliiſq; animatur:

32 Iterum ergo poſt dies paucos ingreſſus eſt Iudex ad Anaſtaſium in carcerem, & dixit ei: Quid dicis? facis iuſſionem Imperatoris, aut permanes in his? Sanctus verò Anaſtaſius mouens caput ſuum, quaſi abominatus eſt eum, dicens: Et ſemel & ſecundò & ſæpius tibi dixi, quia impoſſibile eſt negare me Chriſtum Dei filium: quod ergo vis, fac citiùs. Tunc temerator ille barbarus iuſſit eum ligari ſicut priùs, & diutius cædi fuſtibus, & derelinquens eum in carcere receſſit. Poſt dies autem paucos iterum ingreſſus eſt ad eum, ſuadens vt negaret Chriſtum Dei filium; aliquando blandimentis, atque promiſſio-

iterum caditur fuſtibus:

promiſſionibus pecuniæ,& dignitatibus; aliquando minis & tormentis. Cùm verò vidiſſet quia famulus Chriſti nec terrore concutitur, nec blandimento ſeducitur, ſed perſeuerat in Chriſti fide, iuſſit eum iterum ligari & cædi ſicut priùs, & iuſſit eum ſolui & ſuſpendi ex vnâ manu, & ſaxum magnum ligari ad *l* pedem eius, & ſic derelinquens eum abiit. Suſtinente autem Martyre Chriſti huiuſmodi ſupplicium quaſi horarum duarum ſpatio,poſtmodùm miſit & iuſſit eum deponi; & abiit & ſuggeſſit Imperatori de propoſito mentis eius, & de perſeuerantiâ quam habebat in Chriſto.

ex vnâ manu ſuſpenditur. ſaxo ad pedem ligato.

a *Additur in Græco:* calumniam in quadam cauſâ paſſis.

b *Græcè,* Βαλσαλωέ. *Mombr.* Bethſalo. *infrà in Gr.* βεττσαλοὴ *dicitur.*

c *Græcè* Κορδὰκ. *Heruetus,* Cortacti. *MS. S. Max.* Cortacij de Ieſdin Diſpenſatoris primi in publicis rebus.

d *In Græco:* Non enim dignatus eſt loqui illis linguâ Perſicâ.

e *Mombr.* per Syriacam linguam.

f *In Græco:* vos autem colentes cetera, quæ dicere erubeſco, vanas ſpes habetis.

g *In Gr.* θειότης, diuinitas.

h *In Gr.* ligatum poni ſupinum.

i *MS. S. Max.* ſuper capita ligni. *Momb.* ſuprà capita duarum partium ligni.

k *Græcè,* ἐσφυδῶ. obduratur; temperatur.

l *MS. Gladbac.* pedes.

CAPVT VI.

Martyrium S. Anaſtaſij & Sociorum. Sepultura.

a 33 ET poſt dies a quindecim miſit Imperator ipſum Iudicem & alios cum eo, ad interficiendum beatum Martyrem, & plurimos Chriſtianos cum eo, nec non & captiuos. Qui venientes iuſſerunt eos educi foras prædium Bethſaloë, in quibus B. Anaſtaſium cum aliis circiter ſeptuaginta viris iuxta ripam fluminis interfecerunt. Et priùs illos ſanctiſſimos viros coram ſancto Martyre, funes mitti in gutture eorum, & ſic ſuffocari vniuerſos iuſſerunt: inter quos erant prædicti duo Chriſtianiſſimi viri qui comitati fuerant à Cæſareâ cum ſanctiſſimo Martyre Chriſti Anaſtaſio.

Chriſtiani 70. necantur.

34 Et cùm interficerent eos, dicebant ſancto Martyri: Quare diſpoſuiſti vt tam peſſimam mortem ducas, ſicut & iſti? Sed magis acquieſce Imperatori & viue & accipe honorem ab eo,& eſto in palatio ſicut vnus ex nobis, & ne careas hac luce & dulci vitâ. At verò victoriоſiſſimus Chriſti Martyr Anaſtaſius, aſpiciens in cælum gratias agebat Deo, qui conſummauit curſum eius, & adimpleuit eius deſiderium. Et reſpondens ait ad eos: Ego optabam membratim concidi à vobis propter amorem Chriſti: quia verò iſta eſt mors quam minamini, gratias ago Domino meo Ieſu Chriſto, quia per modicum dolorem participem me feciſtis gloriæ Sanctorum eius: & ita cum multo gaudio atque alacritate ſuſcepit glorioſam paſſionem, atque ſimili morte defunctus eſt. Poſtquàm autem ſuffocauerunt eum, abſciderunt eius pretioſum caput, & tollentes bullam adduxerunt ad Imperatorem.

Occiditur & S. Anaſtaſius.

35 Chriſtianus igitur cùm eſſet qui ſuper carceres præerat Tribunus, ſicut priùs iam dictum eſt, voluit corpus Martyris ſeorſum ponere. b Et cognitum eſt à quæſtionariis. Et cognoſcentes filij c Iheſdin finem ſancti Martyris, quia & pueri eorum ſimul ſecuti erant B. Anaſtaſium quando ducebatur ad mortem, vt viderent exitum rei, dederunt clàm quæſtionariis infinitam pecuniam, & permiſerunt ſeparatim reponi corpus eius ſanctum. Et ſequenti nocte d accipiens ſecum Frater qui eum ſecutus fuerat de monaſterio ſancti viri,pueros de filiis Iheſdin, & quoſdam monachos qui ibidem erant, vt tollerent corpus ſancti Martyris. Et inuenerunt canes edentes corpora interfectorum, corpus verò Martyris ſeparatim iacens intactum.Pretioſa enim eſt in conſpectu Domini mors ſanctorum eius: & cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, & vnum ex eis non conteretur. Accipiens igitur corpus Martyris & inuoluens linteaminibus pretioſis, quæ dederant filij Iheſdin, deducens ſepeliuit in monaſterio ſancti Martyris Sergij, milliario vno diſtante à præfato caſtro. Finitum eſt autem certamen & curſus, & in Chriſto confeſſio, victorioſiſſimi Martyris Anaſtaſij viceſimâ & ſecundâ die menſis Ianuarij, indictione primâ, anno ſeptimo decimo imperij piiſſimi Heraclij, & quinto decimo anno Conſtantini eius filij.

b
c

redimitur corpus,

d

à quo canes abſtinuerant;

Ex MSS. Latinis.

defertur ad monaſterium S. Sergij;

36 Aliâ autem die poſt tranſitum ſancti Martyris Anaſtaſij, duo quidam in cuſtodiâ confabulabantur ad inuicem, dicens vnus ad alterum: Scis quia venerunt canes & ſederunt iuxta corpus illius monachi,& non contingebant eum, ſed cuſtodiebant illud? Item alius ſocius dixit ad eum: Et ego quando ſuppleui vigiliam meam, & ambulaui in domum meam, vidi ſicut ſtellam lucidam ſuper pauimentum,& pergens vt viderem quid eſſet, iam ſtellam non vidi, ſed reperi corpus monachi illius ibidem iacens. Hæc quidem cuſtodes inter ſe dicebant. Alij autem Chriſtiani captiui qui erant in carcere incluſi, dum cognouiſſent aliquid de locutione Perſicâ ipſi nobis reuelauerunt quid inter ſe cuſtodes confabularentur.

noctu cælitus collucidam ſuper ſtratum.

37 Abſoluti verò à vinculis & venientes in ſanctam ciuitatem hæc diffamabant vbique; ſed & aliud adiungentes dicebant: Quia dum eſſet B. Anaſtaſius nobiſcum in carcere, ſic nobis confeſſus eſt dicens: Sciatis Fratres, quia per Dei gratiam ego quidem craſtino die finior, & tranſeo de hoc ſeculo: poſt paucos autem dies vos relaxabimini: iniquus autem & malignus Rex interficietur. Sed Domino proſperante ambulantibus vobis in ſanctam ciuitatem, ite ad manſionem, quæ dicitur Abbatis Anaſtaſij, & dicite Abbati meo & Fratribus hæc. Viri autem qui audierunt ex ore ſancti viri & rerum exitum cognoſcentes, Dominum glorificauerunt, qui glorificat glorificantes eum: mandatum verò ſancti Martyris impleuerunt, & propriis oculis quæ viderũt & cognouerunt, diligenter nobis innotuerunt. Prædictus autem Frater monaſterij, qui eum obſeruabat, ſepeliens corpus ſancti Martyris, & cum omni diligentiâ reponens in præfato monaſterio S.Sergij,manſit ibidem pertractans qualiter ſine periculo remearet ad Abbatem, & ad manſionem ſuam.

Prædixerat ſuam mortem, aliaq; futura.

38 Et poſt dies decem, primâ die menſis Februarij coniunxit ſe in eiſdem partibus Chriſtianiſſimus & piiſſimus Heraclius Imperator cum exercitu.Quos cùm vidiſſet Frater gauiſus eſt valdè, & ipſi diligentiùs inquiſierũt eum, quid ibidem faceret, & inſinuauit eis minutiùs. At illi glorificauerunt Deum, & Fratri quidem dixerunt: Surge & veni nobiſcum, & ſalua animam tuam. Et erat cum eis in multo honore cùm eſſent in Perſide, & cum eis reuerſus eſt per Armeniarum regionem. Poſt anniuerſarium verò reuerſus ad propriam manſionem, deferens ſecum & colobium ſancti Martyris Anaſtaſij, & intimauit diligenter Præpoſito & Fratribus minutiùs quæ circa Martyrem acciderant, & de eius glorioſo fine, & de ſui itineris labore, & glorificauerunt Deum, qui ſaluat ſperantes in ſe. Factum eſt autem primum ſignum per colobium beati Martyris Anaſtaſij. Erat quidam iuuenis in monaſterio, qui nequiter vexabatur à ſpiritu immundo. Qui accipiens prædictum colobium ſancti Martyris Anaſtaſij induit eum. Qui protinus ſaluatus eſt per Domini gratiam, & interuentu B. Anaſtaſij Martyris ad gloriam & laudem omnipotentis Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui glorificatur in Sanctis ſuis, cui eſt honor & gloria & poteſtas atque maieſtas per immortalia ſecula ſeculorum, Amen.

Heraclius in Perſidem venit.

Per colobium S. Anaſtaſij, energumenus liberatur.

a *In Græco* quinque.

b *In Gr.* vt dignoſceretur: & non permiſerunt lictores, qui erant Hebræi.

c *MSS. modò* Deieſdin, *modò* Cieſdin, & Iheſdin.

d *MS. S. Max.* Accipiens Tribunus ſecum Fratrem. *MS. Gladb.* Accipientes Fratrem.

e *De S. Sergio Martyre, cui & ipſe Coſroës munera obtulit, agemus 7. Octob.*

EADEM ACTA

ex veteri Græco MS. Latinè reddita.

PROLOGVS.

1 VNigenitus Filius & Verbum Dei, per quem vniuerſa condita ſunt, qui coæternus eſt & conſubſtantialis Patri & ſanctiſſimo ac viuificatori Spiritui; hominum genus, perditum, & ſub mortis ac corruptionis tyrannidem redactum, miſeratus, inclinauit cælos & deſcendit, vti ſcriptum eſt: atque ex Virgine natus, ſuſceptâ ſerui formâ, cum hominibus conuerſatus, omnia ad noſtram ſalutem diſpoſuit ac diſpenſauit: propriâque morte eum qui mortis habebat imperium abdicans, & ſepulto triduum corpore, corruptionis expurgationem faciens; ſuoque ad inferos deſcenſu, diuturnum tartari euertens dominatum; gloriosâ ſuâ poſt tres dies reſurrectione ſuſcitauit nos, ſtatuitque in cæleſtibus, vt loquitur Apoſtolus.

Pſal. 17. 10.

Salus mũdo allata per Chriſtum,

Epheſ. 2. 6.

2 Mox verò virtutem ex alto induti, inſpectores & miniſtri Verbi effecti, eiuſque teſtes paſſionum, beati Apoſtoli, orbem vniuerſum diuinâ prædicatione illuſtrarunt, & omnem ciuitatem, prouinciam, gentem, nationem, linguam, ad ſtudium veræ religionis prouocarunt, atque à maioribus traditum planeque inueteratum impietatis errorem, radicitus euellerunt; Angelicam verò quamdam in terris vitæ rationem plantarunt. Hinc orbis vniuerſus Dei cognitione repletus eſt, ſecundùm id quod ſcriptum eſt, ſicut aqua multa cooperiet maria. Hinc terrena cæleſtibus coniuncta, atque æterna vita agi cœpta in terris. Hinc omnis humana natura, magnis & ineffabilibus Dei donis cumulata.

prædicata per Apoſtolos,

3 Verùm funeſtus ille à principio inſidiator humanæ vitæ atque obtrectator, & piorum aduerſarius, non reperiens quâ ratione tantam bonorum per Chriſti gratiam in homines profuſionem obturbaret, ſeque ipſum conſpiciens veluti malum mancipium è cælo deiectum, conſilium excogitauit ſuâ dignum malignitate, quod tamen haud multùm alumnis pietatis incommodaret, at contrà plurimùm prodeſſet. Nam iis qui tum Romanum adminiſtrabant imperium, vafrè ſeſe multiſque modis inſinuans, multiplices aduersùs Eccleſiam perſecutiones ſuſcitauit; quantumque in ipſo fuit, orbem vniuerſum reuoluit ac confudit. Sed contrà ac ſperârat ſua illi machinamenta ceſſerunt; cumque parum aut nihil omnino religioſos Dei cultores læſiſſet, ingentem ſibi infamiam pudoremque conſciuit. Non enim ſecus atque olim à ſanctis Apoſtolis exterminatus fuerat, præclarâ Martyrum tolerantiâ proſtratus eſt fraudis artifex: rurſumque priſtinum pietatis ornatum reſumpſit Eccleſia, Chriſtique diuinâ gratiâ floruit, & creuit quotidie in annorum numerum ingentem & gloriæ fecundum.

fruſtrà impedita per tyrannos,

4 At veluti ſatietate quadam & faſtidio diuinorum beneficiorum capti homines, atque omnimodâ obliuione maximorum & ineffabilium Chriſti munerum, languentes, & varia plurimaque deſignantes ſcelera, & terram quidem humano cruore reſpergentes, fornicatione verò & adulterio aliiſque innumeris flagitiis iram Dei aduersùs nos ſuccendentes, totam, vt ita dicam, in nos caſtigationis & animaduerſionis manum attraximus. Quare nos in manus tradidit hoſtium improbiſſimorum, & Regi iniuſto & ſcelerato omnem propè terram, vrbes integras & prouincias partim incendio vaſtanti, partim à fundamentis ſubruenti, inque captiuitatem ducenti quidquid electum erat & deſiderabile in corporibus aut facultatibus, reliquum omne inſatiabili furore diſſipanti. At non in finem deſpexit bonus & benignus Deus; vt res ipſæ declarant, idque in ſpem nos bonam erigit, quòd hucuſque maximè illius amplificetur gloria in ſynceris eius ſeruis & Martyribus.

vaſtitas prouinciarum ob peccata.

5 Opportunum verò fuerit, cùm in hunc inciderimus ſermonem, cum magno Apoſtolo inſcrutabilium iudiciorum Dei admiratione defixos, exclamare: O altitudo diuitiarum & ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius! Ecce enim Perſis quidem tradidit

Rom. 11. 33.

hîc folium vnum aberat à MS.

cordis velut theſaurum recondebat. Tum ſecum ratiocinans: Quî poteſt, inquit, magnus ille qui cælum incolit Deus, quem, vt audio, colunt Chriſtiani, huc adueniſſe? Et ſtudiosè ſciſcitatus ex quibuſdam, didicit, hanc eſſe crucem, cui Chriſtus affixus fuit, Dei filius, quem Chriſtiani venerantur. Vehementer dicta admiratus & quodam quaſi attonitus ſtupore, non deſtitit attentè indagare quæ ad Chriſtianam pertinerent religionem; & quantò ſeſe veritas ampliùs illius infundebat animo, tantò longiùs error magicæ artis repellebatur. Vt enim lumen tenebras, ſol vmbram, fumum effugat ignis; ita doctrina veritatis errorem exterminat.

S. Anaſtaſius inquirit de fide Chriſtianâ:

9 Cùm fratrem germanum haberet Beatus hic, cum eo militiæ nomen dedit, atque in exercitu, quem Saïn ducebat, Chalcedonem profectus eſt. Sed cùm Sanctus Philippicus inſigni ſtratagemate auocare inde illum cupiens, copias in Perſidem duceret, Saïn eo nuntio excitus inde mouit, eum perſecuturus: itaque contigit, vt Dei ſeruus Anaſtaſius cum Perſico exercitu in partes Orientis veniret. Iſthic verò, relictâ militiâ ac fratre, Hierapolim conceſſit, ac diuertit ad Chriſtianum quemdam, genere Perſam, opificio argentarium; eique cohabitans artem eam addidicit, cumque eo operabatur.

militiam deſerit:

10 a Cùm ergo vehementiori deſiderio percipiendæ illuminationis æſtuaret, multis verbis virum illum obſecrauit, vt eum baptiſmatis gratiâ dignaretur. Ille verò Perſarum metu, ne quid ſibi periculi crearet, illius vota differebat. Cum eo tamen templa adibat, preceſque fundebat Anaſtaſius, & ſanctorum Martyrum contemplatus hiſtorias, quærebat ex eo quid ſibi iſta vellent, audienſque ab eo & miracula Sanctorum & intolerabiles cruciatus, quos iis tyranni irrogarunt, humanâ maiorem eorum conſtantiam attonitus mirabatur. Exiguo igitur tempore cum Chriſtiano illo viro commoratus, optimum animo deſiderium cõcipit Hieroſolymam adeundi, atque illic ſanctum ſuſcipiendi baptiſma.

a

viſis ſacris imaginibus, animatur ad fidē ſuſcipiendam:

11 Illud verò propoſitum Deo propitio executurus in ſanctam venit ciuitatem, & viro Chriſtum amanti, eamdem argenti cudendi artem profitenti, cohabitat; cui cùm omne animi ſui deſiderium aperuiſſet, expetere ſe nimirum & Chriſto dare nomen, & ſacro baptiſmate initiari; deductus eſt ab eo ad Eliam ſanctiſſimum Preſbyterum ſanctæ Reſurrectionis: qui illum veluti à Deo miſſum filium complexus, ſecum ad Modeſtum religioſiſſimum Preſbyterum, qui eo tempore Vicarius erat Apoſtolici throni, perduxit, curauitque vt cum alio iiſdem planè moribus prædito, atque eadem anteà ſuperſtitione imbuto, qui & ipſe beatum finem aſſecutus, in Edeſsâ ciuitate martyrij coronam tulit.

it Hieroſolymam:

baptizatur, cum alio, pòſt etiã Martyre.

a *Quæ hoc numero* 10. *habentur, recitantur in* 7. *Synodo, Act.* 4.

CAPVT II.

Vita monaſtica. deſiderium martyrij.

12 CVm octo dies illuminationis in ædibus Eliæ Preſbyteri exegiſſet vir beatus, quærit hic ab eo, quid deinceps agere, quem amplecti vitæ modum conſtituerit. Ille verò eum rogat, dicens: Fac me monachum. a Peractâ igitur ablutione, ſtatim eum perducit ad monaſterium ſancti Abbatis Anaſtaſij, quod quatuor milliaribus Hieroſolymis diſtabat: & cum aliis multùm obteſtatus illius cœnobij Præfectum, Iuſtinum, inquam, virum

a

Fit monachus:

virum tum ceteris rebus illuſtrem, tum cæleſtibus donis eximiè ornatum, tradidit ei ſeruum Dei Anaſtaſium. Quem ille ſuſcipiens, in ſuam adlegit congregationem, Indictione octauâ, imperante Heraclio piiſſimo & Chriſtum amante, anno imperij eius decimo: dedit verò ei magiſtrum è diſcipulis ſuis vnum, virum induſtrium, qui eum Græcas litteras docuit & pſalterium, attonſumque ſacro monachorum habitu induit, & vt proprium filium educauit.

diſcit litteras:

13 Obiuit autem Beatus hic varia in cœnobio miniſteria, culinæ præſertim & horti, præclarè in iis induſtriam ac virtutem probans per Chriſti gratiam; erat enim in obſequio Fratrum admodùm gnauus, inque omni opere manuali, & præcipuè in canone ſanctę liturgiæ: audienſque inceſſanter ſacras ſcripturas legi, & vitas ſanctorum Patrum, animum iis ſeduló intendebat; & ſi quid minùs capiebat, magiſtrum interrogabat, affatim cuncta intelligentem. Atque ab eo, aut aliis Fratribus præcellentioribus, quæ quærebat, addiſcens, admirabatur Deum glorificans. Legens verò ſeorſim in cellâ certamina & victorias illuſtrium Martyrum, multas fundebat lacrymas, & in ſecreto cordis ſui conclaui obteſtabatur Deum, deſiderium fouens ſubeundi, quali Sancti perfuncti erant, certaminis, ad laudem & gloriam Dei. Hoc verò cognouimus nos, cùm fortitudinem admiraretur Sanctorum, nihil propè legere aliud voluiſſe, quàm quæ hanc incitati deſiderij flammam alerent.

ſeruit Fratribus:

lectio Martyrum Actis, excitatur ad deſiderium martyrij.

14 Animaduertens verò peſſimus dæmon talem ac tantam illius aduerſus Deum caritatem, vt hanc reprimeret, & ad neceſſitatem Dei ſeruum pertraheret, peruerſas illi cogitationes immittit, ac memoriam magicorum illorum verborum, quæ à parente ſuo, vt dictum eſt, didicerat, & vehementer eum in his afflixit. Ille verò cùm vaferrimi hoſtis dolos haberet perſpectos, ſupplicabat Deo, vt ſe è diaboli inſidiis eriperet; & monaſterij Præſidi quæ in corde ſuo gerebantur retegens, cum multis lacrymis eum obteſtabatur, vt Deum oraret, quò ab aduerſarij inſidiis liberaretur. Inſtituit eum & confirmauit pro datâ ſibi diuinitus prudentiâ Pater, & precibus pro eo cum ceterorum Fratrum congregatione ad Deum fuſis, illâ ipſum impugnatione liberauit.

Tentatur recordatione artu magica:

15 At paucis pòſt diebus ſomnium Dei famulo Anaſtaſio noctu obiectum eſt eiuſmodi: Videbat ſe in excelſo ſtantem monte, & quempiam ad ſe aduentare, qui poculum aureum ornatumque gemmis, vino plenum offerret, dicens: Accipe, bibe. Et videbatur ſibi poculum ſumere ac bibere. Statim autem velut ſpiritu quodam diuino afflatus ac votorum compos effectus, conſurgens abit ad eccleſiam ad canonem nocturnæ pſalmodiæ, illuceſcente ſanctâ die Dominicâ; roganſque Abbatem vt in *b* Diaconicon ſecum ſecederet, iſthic ad eius prouolutus pedes, obſecrauit eum, vt pro ſe Deum oraret, quippe ſe intra paucos dies eſſe moriturum; cœpitque ſupplicabundus ita proloqui: Scio, Pater, quantum moleſtiæ meâ miſerrimi homuncionis cauſsâ ſuſtineris; quantum tibi faceſſiuerim negotij; quodque per te Deus me è tenebris ad lumen perduxerit: ſed ora pro me, per Deum. Dicit ei Abbas: Quid enim rei eſt? aut vnde noſti te his diebus eſſe moriturum? Ille verò expoſuit ei ſomnium, & affirmabat omnino ſe moriturum illis diebus, ſiue communi fato, ſeu quo alio modo: verebatur enim apertè loqui, ne eum irriderent.

ſomnio edocetur de futuro martyrio:

b

16 Deinde multis ac variis Abbatis adhortationibus confirmatus, canonem cum Fratribus impleuit, factâque ſynaxi particeps effectus diuinorum myſteriorum, ac ſumpto cum Patribus cibo, paullùm indormiuit: rurſumque euigilans, nec ferens illum animi ſui ardorem, clàm è monaſterio egreſſus eſt, nihil ſecum præter veſtem quâ erat indutus deferens, ac Dioſpolim profectus eſt: deinde in montem Garizin, ibique & in ceteris venerabilibus locis factâ oratione, à Dei gratiâ deductus peruenit Cæſaream Palæſtinæ: vbi in æde prędicandæ Deiparæ Mariæ duos dies moratus eſt.

eius deſiderio, abit è monaſterio.

ex MS. Græco.

a *Clarius in Latino, ex veteri ritu:* poſt depoſitas albas.
b *Id eſt ſacrarium, vt in Latinâ vitâ habetur.*

CAPVT III.

Varia Cæſareæ tolerata tormenta.

17 IVxta diſpoſitionem autem cuncta ſapienter & benignè diſpenſantis prouidentiæ, tendens ad S. Euphemiam orationis gratiâ, vidit præteriens in domo quadam Magos Perſarum, magicas præſtigias exercentes: diuinoque zelo correptus ad eos accedit, itaque affatur: Quid erratis, & in errorem alios pertrahitis maleficiis veſtris? Mirati hominis libertatem, Quis tu inquiunt, aut vnde, qui hæc nobis dicis? Ille verò: Ego quoque vobiſcum aliquando fui, nouique impoſturas veſtras. Cumque cœpiſſet eos confutare, obmutuerunt; illud verò eum rogarunt, ne ipſorum areana proferret in vulgus, itaque eum dimiſerunt.

Arguit exercentes artem magicam:

18 Vix paullùm ab illis receſſerat, cùm eum viderunt Caballarij quidam, ſiue Equites, conſidétes ante Derbas, quod eſt Sellarij prætorium: dixeruntque inuicé propriâ linguâ: Hic *a* delator eſt. Quo audito vir beatus, eos intuitus dixit: Quid blateratis? Ego delator non ſum, ſed ſeruus Ieſu Chriſti; & melior vobis ſum, cùm & ego aliquādo vt vos Caballarius fuerim. Illi conſurgentes eum cōprehendunt. Egreſſus Sellarius, & percunctatus vnde eſſet, & quæ ad eum attinebant vniuerſa accuratè ſcrutatus, tribus diebus eum in cuſtodiâ detinuit: quibus diebus nihil ipſe ab iis accipere alimenti voluit, cùm eorum ſuſpectos haberet dolos.

a *ſe Chriſtianum profitetur:*

cōprehēditur:

19 Cùm verò veniſſet Marzabanas, (non enim fuerat Cæſareæ, cùm comprehenſus eſt Dei ſeruus Anaſtaſius) retulit ad eum quæ geſta erant iam dicto Sellario, eumque ad illius prætorium pertraxit. Sed cùm aliis negotiis diſtineretur Marzabanas; adfuit iſthic vir quidam Chriſtianus, qui & Sanctum anteà nouerat, cùm in æde S. Mariæ Deiparæ verſaretur, & cum eo colloquens quæque iam peracta erant intelligens, beatum prædicauit, qui ita præclarè cœpiſſet pro fide certare, diuiniſque eum eloquiis corroborauit, ne cruciatus mortemque ipſam pro Chriſto ſubeundam formidaret; ſed fortiter & intrepidè Marzabanæ reſponderet; quoniam qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.

animatur à quodam Chriſtiano:

20 Introductus Dei ſeruus, & Marzabanæ oblatus, nequaquàm illi ad genua venerabundus accidit, recepto apud eos more. Ille verò diu defixis in eum oculis, Quis es, inquit, aut vnde? Reſpondit Sanctus: Chriſtianus ſum. Si autem noſſe cupis, vnde oriundus ſim; Perſa ſum gente, è prouinciâ Rhaſech, loco Rhaſmemyi dicto. Caballarius fui & magus: ſed reliqui tenebras, & veni ad lucem. Dicit ei Marzabanas: Dimitte errorem iſtum, & ad priorem reuertere religionem. Et præbemus tibi plurima *b* mulieriſia, præſtantemque ornatum. Ille verè reſpondit: Non permittat id Deus, vt Chriſtum negem. Dicit ei Marzabanas: Arridet adeò hæc veſtis, quâ indutus es? At ille: Hæc veſtis, gloriatio mea eſt. Dicit ei Marzabanas: Dæmonio agitaris. Reſpondit Sanctus: Cùm priſtino detinerer errore, tum me dæmonium agebat: nunc in me Chriſtus eſt, qui dæmones perſequitur. Dicit Marzabanas: Regem non metuis? neu ſi de te audierit, iubeat in crucem agi? Dixit Sanctus: Cur eum metuam? Homo eſt corruptioni obnoxius, tui ſimilis.

fiſtitur Marzabanæ:

b *fidē Chriſti liberè profitetur:*

21 Tum demum ira percitus, iubet eum ferro vinctum in *c* caſtrum abripi, & lapides abſque ceſſatione portare. Dum verò in eo verſatur labore multas & intolerabiles moleſtias ſuſtinuit Dei ſeruus. Quidam enim ex eadem orti prouinciâ, cernentes eum, & propriam rati ignominiam quæ ei acciderant, eum aggrediuntur, dicentes: Quid illud nobis feciſti? Nemo vnquam noſtræ

c *variè vexatur,*

etiam à ſuis gentilibus;

Ex MS. Græco.

ſtræ prouinciæ Chriſtianus fuit. Ecce omnium irriſioni & opprobriis nos obiicis. Et variis ad fallaciam compoſitis ſermonibus, ſeſe inuicem ſuſcitabant. Ille verò contemnebat eos, & à ſe abigebat. Illi furore incenſi quotidie confluebant, & nunc barbam illi vellebant, nunc crudeliter verberabant, nunc veſtes eius lacerabant; lapides quoque, quos vix quatuor ex ipſis tollere poterant, ei imponebant, & quidem alium ſibi colligatum habenti, ac catenâ vnâ ceruicem, alterâ pedem vincto; aliaque acerba irrogabant: quæ vniuerſa inuictus athleta læto vultu perferebat.

crudeliter vinctus laborat:

22 Iubet eum rurſus ſibi ſiſti Marzabanas, dicitque ei: Si verè magi filius es, vt dixiſti, & diſciplinis magicis inſtitutus, profare de his aliquid, vt cognoſcam. Reſpondit Sanctus: Non permittat Deus prodire ex ore meo aliquid iſtiuſmodi. Dicit ei Marzabanas: Quid? ergo permanes in his? Redi ad priſtinam religionem. Tum ſcribam de te Regi. Scripſiſti, inquit Sanctus, & reſponſum accepiſti. Fac igitur quod vis. Cui Marzabanas: Non ſcripſi, ſed ſcribo, & quæ iuſſerit exequar. Dicit Sanctus: Vade, & quanta volueris de me mala ſcribe; ego enim Chriſtianus ſum. Dicit Marzabanas: Sternatur & verberetur, donec facturum ſe imperata ſpondeat. Cùm eum vellent ligare, dixit Dei ſeruus: Sinite; opus mihi vinculis non eſt. Et conſidens collocauit ſe eo ritu modoque quo erat ab iis vinciendus; cœperuntque eum fuſtibus cædere. Dicebat verò iis Sanctus: Exuite me hac veſte, ne lædatur; itaque carnem meam conuerberate: quæ enim facitis, luſus ſunt. Nam etſi membratim me diſſecetis, Chriſtum meum non negabo. Dixit igitur rurſum Marzabanas: Acquieſce mihi, & ſcribam de te Regi. Reſpondens ait: Faceſſe, & ſcribe quæ vis Regi. Dicit ei Marzabanas: Quid ergo? non times Regem? Reſpondit ei Sanctus: Cur Regem tuum timeam? Nonne homo eſt, vt tu? & quemadmodùm morieris, nonne & ipſe morietur? nonne vt tu, ipſe quoque computreſcet? Vtrum igitur magis timebo, illum obnoxium corruptioni, tui ſimilem, lutum? an Chriſtum qui cælum ac terram creauit?

ſiſtitur iterum Marzabana:

dirè caditur:

23 Attonitus ſuperbus ille Martyris libertate, reduci in caſtrum iubet. Poſt paucos dies producto rurſus è cuſtodiâ, Sume, inquit, magica, & ſacrifica; ne malè pereas, iſtâ priuatus luce. Reſpondit Dei ſeruus: Quibus diis me iubes ſacrificare? Soli, Lunæ, Igni? equo? Igitur & montibus, & collibus, & ceteris omnibus? At non patiatur me Deus aliquando veſtris illis numinibus ſacrificare. Illa enim omnia Chriſtus condidit ad hominum obſequia. Vos verò fœdo errore deluſi colitis res creatas & dæmones, homines cùm ſitis, ignorantes Deum qui iſta creauit. Si enim Chriſtum noſſetis, & ipſi lucem complexi, à dæmonum, qui vos deludunt, erueremini poteſtate. Iſta qui fallere non poteſt Deus, proprio ore pollicitus, patientibus pro ſuo nomine daturum ſe os & ſapientiam, cui non poſſint contradicere aduerſarij eorum omnes, ab indocto & inter barbaros nato pronuntiari voluit, ad gloriam ſuam, & fidelium confirmationem. Vbi his à Deo inſpiratis verbis aduerſarios perculit Chriſti Martyr, & triplici confeſſione coronatus eſt pugil veritatis, rurſus ad caſtrum abducitur, vinculis, quæ pro Chriſto patiebatur, præclarè ornatus.

videt Deos Perſarum.

a *Græcè* Δηλάτως.

b *Iterum hac vox in Miraculis infrà vſurpatur.*

c *Græcè* ὡ τῷ κάτῳ. *pro carcere poſitum, vt infrà patet; fortè quia in caſtello erat captiuorum cuſtodia.*

CAPVT IV.

Pietas & conſtantia in carcere.

24 INtelligens ſanctiſſimus cœnobij, in quo Martyr Chriſti habitarat, Hegumenus, initium confeſſionis eius, magnamque & imperturbatam animi alacritatem & conſtantiam, ſingulari perfuſus lætitiâ eſt cum omni ſancto ſuo cœtu; & Deum dies ac noctes cum omni a Fraternitate orabat, vt robur ei daret, quò curſum perficeret confeſſionis ſancti nominis eius. Duos verò Fratres mittens Cæſaream, b litteris athleticis confirmauit eius animi ſtrenuitatem. Cùm verò in cuſtodiâ detineretur Chriſti Martyr Anaſtaſius, numquàm à pſalmis & hymnis ceſſabat, aſſiduè Deo gloriam concinens die ac nocte.

a *Abbas duos ad eum ſolandum mittit.*

b

25 Cùm verò haberet ſibi colligatum, vti dictum eſt, adoleſcentem quemdam, à ſeruis quapiam ex cauſſâ comprehenſum, nolens illi quidquam moleſtiæ afferre, ſurgebat quidem nocte vt conſuetum canonem diuinæ laudis expleret, inclinabat verò collum ad ſocij iacentis collum, ponens pedem prope illius pedem, ne catenarum tenſione negotium illi faceſſeret. Cùm igitur nocte quadam pſalleret, auſcultabat quidam è lictoribus, Hebræus quidem ſectæ profeſſione, moribus verò, vt accepimus, modeſtus ac mitis. Et videns Sanctum die quidem toto geſtatione lapidum atteri, nocte verò in diuinis precationibus perſtare, ſtetit animo attonito, ſecum ratiocinans, quis ille tandem eſſet. Cumque diu in illum intueretur, in pauimento iacens in nocturnis tenebris; ſtaret verò Sanctus & pſalleret matutinos hymnos; videt ſubitò quoſdam albis indutos in carcerem per ianuam ingreſſos, circumcingere Martyrem: parque lumen latè effulſiſſe. Attonitus ſtetit hoc ſpectaculo, atque intra ſe dicebat: Sanctus Deus, iſti Angeli ſunt. Dumque iſta volueret animo, videt eos pallia indutos crucibus inſignita, & intra ſe ait: Iſti Epiſcopi ſunt. Cumque hæc miraretur, in Martyrem Chriſti Anaſtaſium conuertit oculos, & ille quoque eximiâ luce ſplendebat, vti & ceteri. Atque ecce iuuenis quidam multâ gloriâ circũfuſus coram eo adſtitit, thuribulum geſtans, thuſque adolens. Cùm hæc omnia cerneret vir ille, conabatur manu proximum dormientem ſuſcitare, qui Chriſtianus erat, Præfectus Scythopoleos, vt ei viſa oſtenderet: nec potuit. Manſit ergo ſtupefactus, vigili quidem ratiocinio intendens iis quæ viderat, corpore autem immotus: tandem tamen ſummâ vi adnixus, totum ſeſe coniecit in alterum qui iacebat. Experrectus ille, quærit quid rei ſit. Reſpondet Hebræus: Hîc vides. Et reſpicientes, nihil omnino viderunt. Narrauit Hebræus cuncta quæ viderat; Deumque vnanimiter collaudarunt.

Anaſtaſius noctu orat, non excitato captiuo.

Adſtant ei Angeli.

Ipſe quoque luce cæleſti ſplendet.

26 Poſtquàm, vt antè ſcriptum, ex primâ & ſecundâ quæſtione inuictum ſerui Dei animum cognouit Marzabanas, ſcripſit de eo ad Choſroëm Regem, accepitque intra dies non multos Regis mandatum; & eum è carcere educens per c Maiorem ſuum dicit ei: Ecce mandat Rex, vt verbo ſolùm fatearis te Chriſtianum non eſſe, & continuò te dimittam. Quò voles tum abi; ſiue monachus eſſe volueris, eſto; ſiue Caballarius, vt priùs, ac nobiſcum eſſe; vt voles, facito. Reſpondens Chriſti Martyr dixit: Non contingat illud mihi, vt Chriſtum meum negem. Multis ergo promiſſis & hortamentis per Maiorem allegatis, nequaquàm eum flectere valuit. Tandem ſignificauit ei per eumdem dicens: Scio quia gentiles tuos reformidas, nec coram eis audes Chriſtum negare; verùm iubet Rex vel coram me ac duobus aliis Sellariis dicas quæ propoſita ſunt verba; & illicò te liberum dimittam. Reſpondit Sanctus: Non contingat hoc mihi vt vel coram te vel coram aliis, negem Chriſtum meum. Renuntiat ei per eumdem Marzabanas: Ecce iuſſit Rex, te ferro vinctum mitti in Perſidem. Sanctus reſpondit: Si dimitteres me, ego vel meâ ſponte ad Regem proficiſcerer. Vt verò animaduertit ſanctum Martyrem omni aggreſſioni generosè reſiſtere, & neque minis cedere, neque blanditiis deliniri, bullâ impreſsâ eum conſignans, iuſſit eum in publicam duci cuſtodiam, intra quinque dies iter ſuſcepturum, cum duobus aliis Chriſtianis, quos bullatos quoque cum eo miſit.

c

Recuſat verbo negare Chriſtũ, etiam priuatim.

27 Inſtante intereà ſanctâ feſtiuitate Exaltationis venerandæ Crucis, peruigilium in carcere celebrarunt, Anaſtaſius,

Vigiliam ſanctæ Cruciagit in carcere,

naſtaſius, duo Fratres ex ipſius monaſterio, & duo ſuprà ſcripti Chriſtiani, & quidam eius ciuitatis viri pij, pſalmis & hymnis & reliquo ſpirituali epulo noctem tranſigentes, vt obliti captiui ærumnarum ſuarũ communiter Deum laudarent. Primo manè ingreſſus *d* Comerciarius quidam, vir Chriſtianus, ad Marzabanan, rogauit vt vincula tantiſper Anaſtaſio eximerentur, ſecumque eum ducere ad eccleſiam ſibi liceret. Quod cùm factum eſſet, magna extitit inter fideles lætitia, magnumque ſolatium præteritarum ærumnarum, cùm Martyr Chriſti in eccleſiâ adeſſet. In multam enim deſperationem viri vrbis illius deuenerant, & pœnè defecerant animi ipſorum tot tamque grauium & inexplicabilium ærumnarum ſenſu. Cernentes verò talem beati viri fidem & conſtantiam, veluti refloreſcebant, & fide reualeſcebant, domeſticorum incõmodorum obliti, propter eximiam à Martyre conſolationem. Eratque illud admirabile, quòd qui aduerſis conciderant, & vix fidem eo tempore retinebant, *e* aliptæ ſancto Martyri effecti ſunt, exoſculantes eius vincula & dicentes: Si nos parati ſumus propter te pro Chriſto mori, quantò magis oportet te pro communi omnium Domino Chriſto mortem cum omni oppetere alacritate? Multumque & inexplicabilem honorem ei exhibebant, viri ac mulieres. Finitâ verò congregatione, multis eum obteſtans ac vi ferè adhibitâ Comercarius, deduxit eum ad propriam domum, cum duobus Fratribus eius monaſterij. Et cibo cum iis ſumpto, reſtituit eum gaudentem & exultantem in Domino. Similiter & ibi magna fuit lætitia omnium, glorificantium Deum.

d

feſtum in eccleſiâ;

ciuesq; ſolatur.

l

e

a *Ita Græcè:* μεῖὰ πάσης τῆς ἀδελφότητ@.

b γεμάμασιν ἀθλητικοῖς.

c *Vita Latina*, per Domeſticum. *Græcè, hîc & infrà aliquoties,* μειζότερ@ *dicitur, id eſt*, Maior; *eſtq; indubiè officij alicuius vocabulum.*

d *In Latinâ vitâ dicitur* Diſpoſitor Reip. *Græcè,* Κομερκιάρι@, *& infrà* κομερκέι@; *an à* commerciis; *negotiator, aut inſtitor quiſpiam?*

e *Qui athletas vngunt* aliptæ *dicuntur ab* ἀλείφειν, vngere. *vox etiam Ciceroni vſurpata.*

CAPVT V.

Tormenta in Perſide tolerata.

28 EXpleto quinque dierum termino, diſceſſit à ciuitate, & cum duobus illis Chriſtum amantibus viris, *a* aliquâ ex cauſsâ calumniam paſſis, deductus à multis ciuibus Chriſtianis & Perſis & aliarum nationum, omnibus grates agentibus Deo ob tale eius propoſitum. Comitatus eſt eum vnus è conmonachis Abbatis ſui iuſſu, ad conſolationem & obſequium eius, ac deinde vt quæ ei accidiſſent à principio ad finem, ea diuinâ fauente gratiâ plenè referret ſanctiſſimo Abbati, & cui is præerat congregationi. Magnam verò in ſingulis vrbibus ac locis lætitiam & ſolatium attulit Martyris præſentia, & cum omni honore & gloriâ velut Chriſti Martyrem ſuſcipiebant & deducebant omnes. Id ipſe Martyr Hierapoli ſcripſit ad Abbatem ſui monaſterij, rogans vt pro ſe oraret, quò ſe Chriſtus indemnem in omni illo honore & gloriâ conſeruaret. Scripſit quoque ad eum à Tigride fluuio, ſimiliter obteſtans, vt benigniſſimum Deum exoraret, quò ſuum complere curſum poſſet, ad laudem & gloriam eius ſanctiſſimi nominis.

a Mittitur in Perſidem:

in viâ honoratur à Chriſtianis:

ſcribit Abbati ſuo.

29 Cùm tandem in Perſidem peruenisſet Chriſti Martyr, coniectus in cuſtodiam eſt in loco dicto Balſaloë, ſexto lapide à Diſcartas vbi Rex degebat. Frater verò, qui cum eo ierat, manſit in eodem loco in domo Cortac filij *b* Iheſdin. Cumque egiſſet iſthic Sanctus dies aliquot cum iis qui ibi captiui detinebantur, ſuggeſtum de eo eſt Choſroi; qui mittens vnum è Præfectis iuſſit eum examinari. Is in carcerem veniens cum Tribuno qui cuſtodibus præerat, interrogauit eum, quis eſſet aut vnde, & cur relictâ ipſorum religione Chriſtianus eſſet factus.

b

Iuſſu Choſroi, examinatur à Præfecto:

Reſpondit Chriſti Martyr per interpretem, neque enim dignabatur loqui ipſis linguâ Perſicâ, etſi multis ad id coactus, & dixit ipſis: Erratis vos, dæmonas pro Deo colentes. Nam & ego eodem olim captus errore eos colebam: nunc colo & adoro omnipotentem Deum, qui fecit cælum & terram & omnia quæ in eis ſunt; & accuratè perſpexi, numina veſtra perniciẽ erroremque dæmonum eſſe. Dixit ei Præfectus: Miſer, nonne quem colunt Chriſtiani, is in crucem actus eſt à Iudæis? Quomodò ergo deceptus reliquiſti tuam religionem, & factus es Chriſtianus? Reſpondit Martyr: In crucem actus, quia voluit, à Iudæis; verè id dicis. Ipſe verò eſt qui fecit cælum & terram, & omnia quæ in eis ſunt: & placuit illi deſcendere in terram, & humanam naturam ſuſcipere, crucique affigi, vt liberaret genus humanum ab errore Satanæ, quem vos colitis. Vos verò colentes cetera quoque, quæ nominare erubeſco, vanas habetis ſpes, & res creatas pro eo qui illas creauit adoratis.

ex MSS. GRÆCO.

Chriſtum liberè confitetur:

30 Dicit ei Præfectus: Quid tibi & ſermonibus iſtis? Ecce diuinitas Regis magnam tibi dignitatem præparauit, & zonas aureas, & equos, vt ſis inter eius Primates: ſolùm reuertere ad priſtinam religionem. Reſpondit Chriſti Martyr, & dixit: Ego Deum meum non nego, ſed eum adoro & veneror. Dona verò Regis veſtri velut ſtercus duco. Hæc omnia diſcedens retulit Regi Præfectus. Iratus Rex, remiſit eum poſtridie, vt Martyrem torqueret. Adueniens igitur Præfectus furore inflammatus, iuſſit eum extra carcerem educi; cœpitque eum terribilibus minis concutere, vt rebatur, ſperans ſe poſſe eum omnino deiicere & conterere. At Chriſti Martyr reſpondit: Ne labora Domine Præfecte; nam mihi, confirmante me Domino meo Ieſu Chriſto, numquàm perſuadebis vt à fide deſciſcam. Tunc iubet eum ligari more Perſico, atque immaniter baculis conuerberari, & ait: Honoribus & donis Imperatoris acquieſcere noluiſti; intellige modò, quid pro iis habeas. Nam te iſto modo quotidie plagis conficiam. Reſpondens ſanctus Martyr Chriſti Anaſtaſius dixit ei: Nec donis Regis tui moueor, nec tuas timeo minas, impie & inique. Fac igitur quod vis.

munera oblata reſpuit:

minas contemnit:

31 Tunc iuſſit ligatum eum ſupinum humi reclinari, & lignum ſupra tibias eius ſtatui, ac viros duos robuſtos inſiſtere in vtraque ligni extremitate. Scimus omnes quàm id intolerabile ſit tormenti genus. Sanctus Martyr gratias agebat Deo, perferens animosè labores hos omnes. Cernens verò Præfectus ſe nihil proficere, ſed potiùs doloribus his, velut ferrum aquâ frigidâ indurari, diuinâ virtute confirmatum, iuſſit eum denuò reduci in carcerem, donec ad Regem de eo retuliſſet. Cùm verò Sellarius, qui cuſtodiæ præerat, Chriſtianus eſſet, Frater qui è monaſterio Sanctum erat ſecutus, animos ſumens, ad eum alternis diebus accedebat conſolans & animans eum ad bonum. Multi quoque è Chriſtianis qui iſthic degebant, in quibus & filij Iheſdin, acceſſerunt ad eum, genibuſque eius aduoluti deoſculabantur vincula eius, precabanturque vt pro ipſis oraret, daretque benedictionem aliquam ad tutelam eorum. Sed cùm id ſanctus Martyr recuſaret, ipſi ceram catenis eius affundentes, earumque figuram exprimentes, pro benedictione eam habuerunt.

immaniter cruciatur:

viſitatur à Chriſtianis:

32 Poſt pauculos dies rurſus venit in carcerem Præfectus, itaque Sanctum affatur: Quid dicis? Obtemperas Regi? an in propoſito perſtas? Sanctus verò mouens caput, eum velut faſtidiebat, dicens: Et ſemel, & bis, & ſæpius dixi tibi, fieri non poſſe vt Chriſtum meum negem. Si quid igitur vis, fac citò. Tunc igitur ferus ille & barbarus, iubet illum eâ ratione & modo ligari, quo priùs, & diu atque inclementer fuſtibus cædi; eoque in cuſtodiâ relicto abſceſſit. Interiectis diebus aliquot, rurſus ad eum venit, iiſdemque vtens ſermonibus ad repudiandam Chriſti fidem ſanctum Martyrem hortabatur, nunc blanditiis & opum ampliſſimarum pollicitationibus, nunc terribilibus minis, & acerbis cruciatibus. Aſt vbi

iterum caditur fuſtibus:

Ex MS. Græco. vidit immotam ſedere animo ſententiam, neque ſoliditatem fidei eius concuti poſſe, iuſſit eum ligatum, vt ſemel iterumque factum fuerat, baculis cædi: deinde ſolutum ex vnâ manu ſuſpendi, magnumque ſaxum pedi alligari, itaque eum relinquens abſceſſit. Cùm pertuliſſet eum cruciatum Martyr duarum circiter horarum ſpatio, mittens iubet eum deponi; & abiens Regi nuntiat Martyris libertatem, & immutabilem animi ſententiam.

ex vnâ manu ſuſpenditur, ſaxo ad pedem ligato.

a *Tyrannorum hæ ſunt artes. quàm noſtratibus hæreticis familiares!*

b *Ferè ſemper in Græco ſcriptum eſt,* ἱερεῦν, *aliquando* ἱερᾶν.

CAPVT VI.

Cædes S. Anaſtaſij & ſociorum. reliquiæ.

33 POſt quinque dies miſit Rex eumdem Præfectum & alios cum eo, vt ſanctum Martyrem alioſque Chriſtianos captiuos interficerent. Qui venientes iuſſerunt extra oppidum Betſaloen, vbi erat cuſtodia, Anaſtaſium alioſque circiter ſeptuaginta viros ad flumen educi: dein coram ſancto Martyre funibus ſtrangulari omnes, inter quos erant & duo illi Chriſtum amantes viri, qui Cæſareâ cum ſancto Martyre adducti erant.

Chriſtiani 72. necantur;

34 Cùm ad vnum omnes eſſent interfecti, dicunt Sancto: Quid vis? an cum his malè perire? Regi potiùs acquieſce, & viue, & cape quos offert honores, & eris magnus in palatio, veluti noſtrûm vnus; nec ita deſere dulcem hanc vitam. At præclarus Chriſti Martyr Anaſtaſius ſuſpiciens in cælum, gratias egit Deo, quòd iam completum eſſet eius deſiderium, & reſpondens dixit iis: Sperauerâm membratim à vobis concidi pro amore Chriſti mei. Si verò illa mors eſt quam minamini, gratias ago Deo meo quòd per exiguum laborem conſortem me faciat gloriæ ſanctorum Martyrum ſuorum. Et ita cum magno gaudio & animi alacritate, ſimili morte perfunctus eſt. Poſtquàm verò eum ſtrangularant, præciderunt eius ſolius caput, & ſumentes bullam miſerunt ad Regem.

& S. Anaſtaſius:

35 Cùm, vt dictum eſt, Chriſtianus eſſet Sellarius qui cuſtodiæ præerat, voluit corpus illius, vt faciliùs dignoſci poſſet, ſeparatim collocari: ſed non permiſerunt lictores qui Hebræi erant. Intelligentes filij Iheſdin necem ſancti Martyris (nam pueri eius adfuerãt ei cùm ad mortem duceretur, ſuffulcientes manus eius) clàm pecuniam multam lictoribus dederunt, effeceruntque vt ſeparatim corpus ſancti Martyris collocari ſinerent. Sequenti nocte Frater qui è monaſterio ſecutus fuerat, famulos Iheſdin & monachos quoſdam ex iis qui ibi degebant ſecum ſumens, iuit vt corpus Martyris raperet. Et inuenit canes ceterorum interfectorum vorantes corpora, at corpus S. Anaſtaſij ſeparatim quidem, ſed propè ſitum, ab iis penitùs intactum. Pretioſa enim in conſpectu Domini mors Sanctorum eius, & conſeruat omnia oſſa eorum; vnum ex iis non conteretur. Sumens igitur corpus huius ſancti Martyris, pretioſis linteis inuoluit, quæ dederant filij Iheſdin, indeque ſublatum depoſuit in monaſterio ſancti Martyris Sergij, quod vno circiter milliari diſtat à dicto oppido. Conſummauit agonem confeſſionis Chriſti præclarus Martyr Anaſtaſius vigeſimâ ſecundâ Ianuarij menſis, anni decimi octaui imperij Heraclij piiſſimi Imperatoris, & decimiſexti Conſtantini eius filij.

redimitur huius corpus,

à canibus intactum:

deponitur in monaſterio S. Sergij;

36 Poſtridie igitur exceſſus ſancti Martyris, duo quidam ex iis qui a in cuſtodiâ erant, ſimul colloquebantur; & vnus alteri dixit: Scis, Frater, heri veniſſe canes, & conſediſſe iuxta corpus monachi iſtius, neque eum contigiſſe, ſed adſtitiſſe veluti id cuſtodirent? Manſi id contuens duabus ferè horis, & neque abſceſſerunt canes, neque illud tetigerunt. Alter verò dixit: Ego quoque veſperi b à vigiliâ domum rediens, conſpicatus ſum veluti ſplendentem in pauimento ſtellam: acceſſi vt viderem quid id eſſet; vt propior fui, ſtella quidem videri deſierat, conſpexi verò corpus illius monachi humi iacens. Et illa quidem cuſtodes admirantes ſibi inuicem narrabant patrio ſermone. Quidam autem captiui Chriſtiani, cùm Perſicam linguam intelligerent, hæc audiebant.

noctu caliduſ collu-ſtratum.

37 Ex his duo cum aliis multis venerunt in ſanctam ciuitatem poſt cædem Choſrois Regis, quibus prædixerat ſanctus Dei Martyr Anaſtaſius, cùm eſſet cum illis in carcere, & ſuum exceſſum, & ipſorum liberationem, & Regis caſum, ita dicens: Vt ſciatis, fratres, quia Dei gratiâ cras finior; vos intra paucos dies liberabimini; iniuſtus verò & ſceleratus Rex tolletur è medio: at cùm, Deo vos feliciter deducente, perueneritis ad monaſterium dictum Abbatis Anaſtaſij, Præfecto monaſterij & Fratribus hæc narrate. Viri ergo illi cùm hæc à Sancto audiſſent, ac deinde propriis oculis rerum exitum vidiſſent, Deum quidem glorificabant qui glorificantes ſe glorificat: & quæ iuſſerat Martyr peregerunt, proprio ore iſta nobis exponentes. At ſæpememoratus eiuſdem monaſterij Frater, ſepeliit corpus ſancti Martyris, & decenter recondidit in dicto monaſterio S. Sergij, manſitque ibi donec ſine periculo poſſet ad eum qui ipſum miſerat, reuerti.

Prædixerat Sanctus ſuam mortem, aliaq; futura.

38 Et poſt decem ferè dies, primâ Februarij menſis, aduenit piiſſimus & religioſiſſimus Imperator noſter cum exercitu: quos vt vidit dictus Frater, ingenti gaudio exultans, Romano ſermone eos alloquitur. Illi eum interrogant: Quid hîc agis? Ipſe iis expoſuit omnia quæ circa ſanctum Martyrem geſta erant. Illi glorificauerunt Deum, & dixerunt monacho illi: Surge, veni nobiſcum, & ſalua animam tuam. Eratque cum iis omni tempore quo fuerunt in Perſide, & cum iis rediuit vſque in prouinciam Armeniorum. Poſt annum tandem reuerſus ad monaſterium, vniuerſa accuratè narrauit Abbati, & c colobium glorioſi Martyris, quo cùm occideretur erat indutus, attulit. Illud quoque retulit, fuiſſe in monaſterio, in quo corpus Martyris depoſitum erat, iuuenem quemdam monachum, quem vehementer impurus ſpiritus oppugnabat. Poſt multas preces, induit eum Abbas ſuus colobio Martyris, & continuò Chriſti gratiâ ſanatus eſt, ad gloriam Dei, qui glorificatur in Sanctis ſuis, cui conuenit omnis gloria, honor, adoratio, Imperium, maieſtas, magnificentia, Patri & Filio & Spiritui ſancto, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

Heraclius Imp. in Perſidem venit.

c

Per colobium S. Anaſtaſij liberatus energumenus.

a *Ideſt*, excubabant, *vt ex ſequentibus patet.*

b *Græcè ἐκ τῆς βίγλας.*

c *Caſſianus lib. 1. inſtit. cap. 4. & lib. 4. de Vitiis PP. cap. 15.* Colobiis quoque lineis induuntur, quæ vix ad cubitos vſque pertingunt: nudas de reliquo circumferunt manus, vt amputatos eos habere actus & opera mundi huius, ſuggerat abſciſſio manicarum. *Conſule Onomaſticon Roſuveydi, & quæ diximus in Prolegomenis ad vitam S. Antonij 17. Ianu. §. 15.*

a MIRACVLA S. ANASTASII a

Auctore anonymo, teſte oculato.

ex veteri Græco MS. Latinè reddita.

I. De miraculo, quod in regiâ vrbe editum eſt.

POſt athletica glorioſi Martyris certamina, cùm qui ei adfuerat Frater, ex Perſarum prouinciâ reuerſus in ſanctam ciuitatem eſſet, ac deinde iterum in Perſidem profectus, vt ſanctas illas ac venerabiles eius reliquias ad ſuum monaſterium deportaret; quidam b miliariſiorum ſignator, Perſa genere, nomine Baraſur, qui domicilium in regiâ Perſarum vrbe habebat, repertum iſthic Fratrem rogat exiguam ſacrarum reliquiarum

b

S. Anaſtaſius energumenum liberat.

quiarum particulam. Quàm cùm impetraſſet, ſeſeque inde illicò recepiſſet, eam domi ſuæ depoſuit. Erat huic amicus, quem, vt ipſemet confeſſus eſt, iam octo & viginti annos grauiter dæmon vexabat. Donatas igitur ſibi ab illo Fratre reliquias, liquore quopiam abluit, eumque potandum amico offert: qui mox Chriſti virtute, ac Sancti Megalo-martyris Anaſtaſij, incolumis euaſit. Hæc ille ipſe in monaſterio ſancti Martyris Syriacis litteris deſcripſit.

a *Poſterior aliquis Gracus hunc titulum præfixit, & miracula velut in capita diſtinxit. olim iſta ſolùm præpoſita legebantur:* θαυμάτων διήγησιν ποιεῖσθαι βούλομαι. Miraculorum relationem proponere volo. *ita initium citatur Synodo 7. Oecumenicâ Actione 4.*

b *Petauius noſter in Animaduerſionibus ad lib. Epiphanij de Menſuris & ponderibus, adiicit præclaram diatribam de* milliarenſi, *ſiue* miliariſio; *cuius hæc ſumma eſt:* Milliarenſem argenteum fuiſſe *nummum*, non didrachmum, *vt voluit Scaliger*, ſed aliquantò minorem, qui aliàs duabus auri ſiliquis, aliàs paullò minore pretio permutatus eſt; itidemque leuior aliàs, aliàs grauior extitit. Ac tum cùm leuior fuit, milleſima pars fuit aureæ libræ, vnde & μιλιαρήσιον à Græcis, à Latinis milliarenſis appellari cœpit. τραπωπικὸν δόμα, *vel* δῶρον, Epiphanius interpretatur, & Gloſſæ cum eo ferè omnes, quòd donatiuum ac ſtipendium in eo genere perſolueretur; nec non ſparſiones & erogationes in populum eodem illo fierent, vt ex Nouellâ Iuſtiniani 105. apparet.

Milliarenſis. μιλιαρήσιον.

II. De medico.

Item alium:

MEdicus quidam in eadem vrbe ab improbo ſpiritu vexabatur. Cùm adeſſe iſthic Fratrem didiciſſet, ad eum adit, rogatque vt Sancti ſibi reliquias largiatur. Accepit ac penes ſe habuit; ſtatimque morbo, ſancti ope Martyris, liberatus eſt. Conueniebant igitur ad eum, medicum quippe, infirmi complures, neque deinceps pharmacis, ſectionibus, vſtionibus, aliiſue id genus remediis, quibus ex medicæ rei præceptionibus vti norat, curare quemquam voluit, ſed glorioſi Martyris reliquias abluens, inde potum ægris præbebat, reddebatque hac ratione ſanitatem.

varios morbos curat.

III. De aurigâ.

AVriga quidam, nomine Calotychus, qui iuxta fauſtam illam *a* nomenclaturam nunc viuit beatiſſimus, referebat & ipſe multa ac magna ſancti Martyris portenta, quæ in eius domo *b* in Perſarum vrbe patrârat. Quorum pauca conſcribere decreui. Is igitur ad monachum accedens, eumque obſecrans, partem obtinuit venerabilium reliquiarum: atque oratorium in ſuis ædibus fabricatus, iſthic eas collocauit. Narrabat verò hic auriga, ſe ac ſocios die quodam, poſt mortem Coſroæ impij illius Regis, iuiſſe vt *c* rogas ſuas quærerent. At qui regiis negotiis præerant, eos toruo vultu intuentes abegerunt, dicentes: Coſroæ ſtultitia præteriit. Nos aurigam nolumus. Ite & operamini, vt victum vobis comparetis. His auditis confuſi & mœſti diſceſſerunt. Cùm igitur in magnâ conſtituti anguſtiâ eſſent: ac neceſſariæ annonæ penuriâ, qui eam ſolam artem callerent, neque alium haberent reditum; illius, de quo nobis ſermo eſt, coniunx mœrens, vehementi quodam ſtudio deprecabatur Sanctum, vt ipſis ſuccurreret, atque alimenta ſuppeditaret. Vt verò ab oratione ceſſauit, ex oratorio egreſſa milliarenſem humi iacentem reperit: & gratiis Deo Sanctoque actis, mittens, oleum comparat ad Sancti lucernam. Intra dies aliquot aurigæ ſe Sanctus viſendum præbet, & hæc ait: Ite denuò ad regiam, & rogas veſtras accipite. Conſurgit ille ac ſocios conuocat, vrgetque dicens: Agite, eamus adhuc hac vice in Dei ac S. Anaſtaſij nomine, vt rogas noſtras accipiamus, indubiè eas conſequemur. Illi verò grauiter afflicti, nec fidem ei habentes; Quis ille eſt, inquiunt, S. Anaſtaſius? Si id fiat, credemus & ipſi in eum. Et ſurgentes abierunt denuò ad regiam. Videntes eos Principes, cum omni beneuolentia & humanitate præbuerunt iis rogas ſuas, vt priùs accipere

a

b *Oratorium reliquias ſeruandas extruenti,*

c

apparet;

ei ſtipendia negata impetrat.

conſueuerant; & dimiſerunt eos. Venientes verò illi in *d* Nouam-ciuitatem, cùm decem ſinguli milliarenſes nummos accepiſſent, conuiuium inſtituerunt, gratias Deo agentes, qui talem Sanctis ſuis gratiam tribuit.

Ex MS. Græco.

a *Latinè* Fortunatum, *ſeu* pulchrâ fortunâ prædictum *dixeris.*

b *Græcè,* ἐν τῇ Περσῶν πόλει. *num* βασιλευούσῃ, regiâ, *Diſcarthas, ſeu Daſtager, de quâ ante actum?*

c *Græcè,* ῥῶγα, *aut potiùs* ῥόγα, donatiuum, honorarium, ſtipendium. *hinc* ῥογεύειν, ſtipendia facere. ῥογέμενοι, & ῥογάριες, ſtipendiarij. *conſule Gloſſarium Meurſij.*

Roga.

d *Græcè,* ἐν τῇ νεαπόλει. *an* νέᾳ κωμοπόλει? *in quod, vt Heraclius in ſuâ epiſtolâ ſcribit, Coſroës vinctus, coniectus eſt, atque occiſus, cùm id extruxiſſet ad ſeruandam à ſe collectam pecuniam. Theophanes lib. 18. cap. 44.* munitiſſimum locum vocat in interiore parte Orientis.

Neapolis Perſarum.

IV. De diſcipulo eiuſdem aurigæ.

CAlothycus ille, de quo iam egimus, diſcipulos habebat eamdem addiſcentes artem. Ex his quidam dudum rei cuiuſpiam, vt videtur, honeſtæ deſiderio tenebatur: quam tamen, mali dæmonis operâ, qui eiuſmodi obniti ſtudiis ſolet, non eſt conſecutus. Sancti igitur Martyris recordatus, adiutorem eum inuocat dicens: Anaſtaſi, ſi mihi præſtò nunc fueris, vt rem eam valeam perficere, duos milliarenſes conferam ad candelam tibi dicandam. Audiens hæc illius coniux, Abi, inquit; credo enim in Deum S. Anaſtaſij, fore vt quod vis conſequaris & re perfectâ redeas. Ille verò abiens, quod multo tempore exequi cupierat nec valuerat, horâ vnâ effecit. Et cum ingenti gaudio reuerſus, duos deferens milliarenſes iſthæc vociferabatur: Magne Deus S. Anaſtaſij, accipe duos milliarenſes, quos pollicitus ſum me oblaturum ſancto templo tuo. Et inde ampliùs dicta Noua-ciuitas concurrere ad aurigæ domum cœpit. Et multi variis afflicti morbis in oratorio Martyris dormiebant, atque omni moleſtiâ liberi & incolumes abſcedebant.

Vouenti candelam accendere ante reliquias, ſua currit:

multos agros ſanat.

V. De filio pictoris.

PIctor quidam filium habebat annorum circiter quindecim, quem nequam ſpiritus inſidens exagitabat. Adit ad aurigam eumque ita obteſtatur, Sine, inquit, filium meum adduci, vt in oratorio eius dormiat, cuius tu mirabilia prædicas, quò & ipſi credamus. Adductum ergo puerum ad aurigæ ædes, deponit eum in oratorio. Quando intus erat, nihil à dæmonio patiebatur moleſtiæ: at ſi paullulùm extra oratorium prodiret, inuadebat eum, diſcerpebat, & cruciabat inimicus. Illi cognitâ dæmonis nequitiâ, reliquias abluentes, quotidie ei potum hinc præbebant, ipſaſque ad eius collum reliquias ſuſpenderunt. Atque ita Dei benignitate curatus eſt puer, abiitque Deum laudans ac glorificans, & S. Anaſtaſio grates referens.

Energumenum liberat.

VI. In ciuitate Palmyrâ.

a PRædictus igitur monachus, ſumptis ſecum ſanctis reliquiis, iter verſus ſanctam Chriſti Dei noſtri ciuitatem capeſſiuit, veniſque *b* Palmyram vrbem. Egreſſi verò ſunt ciues ad ſacras adorandas reliquias; atque inter eos iuuenis quidam tumefactos habens oculos, qui ſtetit eiulans, & Martyrem obſecrans, vt per eum Deus ſibi propitius redderetur, ſuamque curaret cæcitatem. Fratri verò illi morbi cauſſam ſciſcitanti, & quanto tempore ea tenuiſſet ægritudo, reſponderunt ciues: Iam quadriennium eſt, ex quo non videt, omneſque facultates ſuas in medicos expendit, ac tandem cæcus omnino eſt effectus. Dicit ei Frater: Si Deum credis poſſe tibi opitulari, videbis gloriam eius per S. Anaſtaſium. At ille exclamauit, dicens: Credo vtique. Dicit ei rurſus: Oportet igitur te ieiunare, & Dei gratiam excipere. At ille, ab omnibus quibus iuſſeris, abſtinebo; à vino multis diebus abſtinere non poſſum. Dicit ei Preſbyter: Nec ad ſeptem dies? Et ait: Omnino. Habebat verò Frater extra

a

Palmyra, cæco viſit reſtituit.

Ex ms. Græco. ſacram thecam partem exiguam, quam accipiens & abluens, ei dedit, præcipiens vt oculos aperiret, & pupillas ſublineret. Abiit, fecitque imperata, atque intra ſeptem dies rediit ſanus, laudans & glorificans Deum eiuſque Martyrem Anaſtaſium.

a *Menæa 24. Ianuarij referunt* Heraclium anno imperij ſui 20. *Chriſti* 630. venerandum Crucis lignum Hieroſolymam retuliſſe. Epiſcopum autem quemdam à Catholico Archiepiſcopo acceptas ſancti Martyris reliquias reportaſſe in Romanam prouinciam, & Cæſaream attuliſſe, atque particulâ paruâ è corpore datâ reliquum detinuiſſe. *Quæ hinc videntur emendanda.*

Palmyra. b Palmyra, *aliis* Palmira, *vrbs ſuperioris Syriæ, diſtat diei itinere ab Euphrate. De eâ actum in Vitâ S. Alexandri 15. Ianuarij.*

VII. De incredulâ muliere.

a *Reliquiæ magnâ ſollennitate Cæſaream excipiuntur.*

a EIa nunc & ea quæ apud Cæſaream Palæſtinæ à Sancto facta ſunt, ſecundùm quod poſſibile fuerit, enarremus. Cùm appropinquaſſet ſanctæ ciuitati almum cadauer, notum factum eſt vniuerſæ ciuitati: & lætitiâ magnâ repleti ſunt omnes, & ſurgentes, ſacraque ligna percutientes, congregauerunt ſemetipſos in venerabiliſſimo templo Dei Genitricis, quod dicitur Nouæ. Et deinde cum Crucibus & Litaniâ obuiàm venerunt ſancto lipſano, cum glorificatione gaudentes & exultantes, & quaſi reflorentes, imò recreati in præſentiâ Martyris, à paucitate fidei, quæ erat in illis, & aliarum nequitiarum mortificatione, magnam acceperunt conſolationem. Orantibus autem illis & deoſculantibus, & ſe circa tumulum volutantibus, atque debitum præmium recompenſantibus lipſano ac memoriæ Sancti huius; mulier quædam, quæ quaſi ex claris erat Cæſarienſium (ſi ita oporteat dici, & non magis aliter, quemadmodùm res ipſæ manifeſtarunt) nomine quidem Arete, (id eſt, Virtus) ſed moribus virtuti omnino contraria, in diffidentiam verſa dicebat: Ego lipſanum à Perſide veniens non adoro. O miſeram & ſine intellectu animam; quæ non audiuit infelix ſacratiſſimum Pſalmiſtam Dauid increpantem flagitioſorum audaciam, ac dicentem: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Quid ergo Deus, qui glorificat glorificantes ſe, facit in eâ? Conſequenter ego dicam. Ingreſſo ciuitatem ſancto lipſano, communiter conſiliati ciues eiuſdem vrbis cœperunt conſtruere oratorium Sancto iuxta Tetrapylum, quod erat in medio ciuitatis: ſtatuerunt autem & imaginem eius ibidem. Cùm autem adhuc ædificaretur, aſtans Martyr infelici illi in ſomnis in habitu monachi dixit ei: Lumbos tuos doles? Illa verò ad eum: Non, Domine, nihil mali habeo; ſana ſum. & vnà cum ſermone expergefacta, & ſentiens in ſe validum cecidiſſe dolorem, cœpit clamare, gemere, ac indeſinenter affligi, ita vt non poſſet omnino reſpirare, importabilia patiens, vt vacationem agens reputaret ſecum, & requireret, quinam eſſet, & ex quâ cauſſâ tam ſubitaneus dolor, qui ſibi foret illatus. Sed in his conſummauit dies quatuor: quintâ verò die illuceſcente vidit aſtantẽ ſibi Sanctum, atque dicentem: Deſcende ad Tetrapylum, & roga S. Anaſtaſium, & ſanaberis. At illa ſurgens, & in memoriam veniens improborum ſermonum ſuorum, quos locuta eſt aduersùs caput ſuum, aduocatis pueris ſuis, ait eis: Tollite me, tollite me, vt eamus ad Tetrapylum S. Anaſtaſij; noui enim & nunc edocta, etiam à Perſide veniens lipſanum adorare, & honorare: & quæ Deus mundauit, non communicare, (id eſt, communia dicere) Leuatâ ergo eâ pueri eius in phorio, (id eſt, portatorio) pergebant. Cumque appropinquarent loco, illa de longè attollens oculum, & videns Sancti imaginem, cœpit magnâ voce cum effuſione lacrymarum clamare: Iſte eſt in veritate, quem vidi in ſomnis prædicentem mihi de malis, quæ me obtinent. Et cùm ſe proieciſſet ſupra pauimentum, & ploraſſet multùm, placato Sancto erecta eſt ſana. Et quæ paullò antè ab aliis portabatur, & in extremis poſita periclitabatur, propriis pedibus ambulans abiit domum ſuam, concorditer cum ceteris laudans & glorificans Deum, & magnificans Martyrem.

Eas matrona contemnens, Pſal. 33. 14.

graui dolore punitur, apparente ei in ſomnis Sancto;

ab eodem monita, reliquias adit,

ab eo ſanatur.

a *Hoc caput integrè refertur in Synodo II. Nicanâ, Actione 4. eiſdem prorſus vtrobique verbis, quam antiquam verſionem inde huc tranſtulimus.*

VIII. De eo quod accidit equo militis.

COnſtructo venerabili Tetrapylo, nomine ſancti Martyris, & iam perfecto, cùm tranſlatio fieret reliquiarũ, aliud euenit miraculum dignum commemoratione. Menſe Martio, (nam eo ineunte ſolemne quoddam inualuit apud milites inſtitutum, vt equos ornent atque in campum ingrediantur, ſeque exerceant, ac veluti ſpecimen quoddam edant militaris conflictus:) his peractis contigit quemdam militum cum alio equorum curſu contendere: & iam ad conſtitutum locum cupiens equum refrenare & detinere, non poterat. Vt igitur per mediam ciuitatem ferebatur, propiùs ad venerabile tetrapylon acceſſit, & neque reſpirare iam valens, neque illius impetum ſiſtere, irruit in prægrandem erectum lapidem, in cuius aduersâ parte duo erant pueruli. Et corruit equus ipſo loco, miles verò deiectus eſt: at lapis fractus eſt, & ſub ſe puerulos oppreſſit. Rem hanc, aut ſcelus potiùs, machinatus improbus dæmon, ſucceſſum tamen optatum non habuit, benigniſſimo Deo per Sanctum ſuum dignam illi confuſionem & pœnam irrogante. Neque enim miles ex equo deiectus incommodi quidpiam accepit, neque equus prolapſus, neque pueri ſub lapide deprehenſi: ita ſapiente illâ & benignâ prouidentiâ miſericorditer gubernante genus noſtrum, etſi vt plurimùm immenſis criminibus onerati ſimus, & adhuc & vſque in ſeculum mirabilia operante in nobis per ſanctos Martyres.

Reliquiæ ad Tetrapylum deferuntur.

Quidam miraculosè incolumes ſeruati.

IX. De filio Subdiaconi.

SVbdiaconus quidam ſanctæ Dei Eccleſiæ quæ Cæſareæ eſt, filium habebat annorum admodùm duodecim; qui morbo correptus difficili eſt. Cumque dies aliquot duraſſet, tandem ſuccubuit, omninoque luridus effectus contabeſcebat, vt oſſa carnibus adhæreſcerent, & obliuiſceretur, quemadmodùm Propheta ait, comedere panem ſuum. Nam tredecim ipſos dies cibi nihil omnino accepit, vt eius parens teſtatus eſt, & iacuit ſine voce. Quæ ergo illi ſpes erat reliqua? Iam alij patrem accommodatis ſermonibus ſolabantur, ſimulque ſuadebant ea cum alacritate procuraret quæ ad filij funus pertinerent. Vt igitur ars nulla ampliùs mederi ægro poterat, tunc omnipotens & benigniſſimus Deus propriam ſuam in hominem clementiam oſtendit per ſanctum Martyrem. Quidam enim ex familiaribus parentis, dicit ei: Si apomyriſina haberes, ſeu liquorem quo ablutæ S. Anaſtaſij reliquiæ ſunt, videres mirabilia. Hic verò, Habeo, inquit. Et accepto liquore puerum illinit, qui mox ſudare vehementer cœpit. Deinde medicus aduenit & cernens eum adhuc ſpirantem, imò meliùs habentem, & ſtupens, glorificauit & ipſe Deum. Ac ſumens abluit, & alimentum præbuit. Atque ita ſanus effectus eſt per gratiam Ieſu Chriſti Domini noſtri. Conſtruxitque eius parens oratorium Sancto, feſtum agens quotannis in gratiarum actionem.

Moribundus conualeſcit.

Pſal. 101. 5.

X. De nautâ, qui à dæmone vexabatur.

CVm hæc per vniuerſam Cæſaream vulgarentur, nauta quidam à ſpiritu immundo vexatus, & grauia ab illo perpetiens, aduenit, precatuſque eſt, vt Sancti patrocinio iuuaretur, vt & ipſe cum ceteris eius miraculorum præco exiſteret. Cùm verò in Sancti æde perſeueraret, in ſomnis ei Sanctus apparet, & ait: Quid habes? Ego ſum Anaſtaſius Perſa. Abi ad Abbatem Georgium, & dabit

Energumenus liberatur.

& dabit tibi reliquias, quas geſtans ſanaberis. Hic verò ad illum adit, ſomnium aperit, obteſtatur vt exiguam ſaltem conſequi particulam poſſit: quam cùm accepiſſet, in argenteâ thecâ depoſuit, & collo circumdedit. Sequenti verò nocte apparet ei oſor honeſtatis ſpiritus, ſpecie humanâ, dicitque ei: Geſtas reliquias S. Anaſtaſij? Ille verò: Omnino. Eo audito dæmon, ait: Reuerà ſi eas geſtas, ego abeo. Atque ex eâ horâ ſaluus effectus eſt vir ille, Chriſti gratiâ, & ſancti Martyris interceſſione. Multi igitur variis morbis conflictati, veniebant ad venerabile tetrapylon, & Martyrem inuocabant, & ſani diſcedebant. Receptor quidam templi ſancti & glorioſi Martyris Cornelij, Ioannes nomine, cognomento Saluphius, vxorem habebat, quam dæmon ita dirè infeſtabat, vt & coxam ei confringeret, & lecto affixam extremè cruciaret. Hic Ioannes reperit quemdam deportantem Sancti reliquias, eumque aduocans, accepit ab eo *a* biſſas duas (ſiue vaſa) apomyriſmatis, vnam aquæ, vini alteram, vt vino quidem vniuerſum corpus illineret, aquam verò potaret. Eâque ratione ſoſpitati reddita glorificauit Deum, præbentem ſalutis opportunitatem omni qui ſaluari cupit.

Alia quoque energumena.

a

a *βίσσα, vas eſt. Vide Onomaſticon Meurſij.*

XI. De puero Dioſpoli curato.

Infantulus æger ſanatur Dioſpoli.

CVm ſacræ reliquiæ Cæſareâ exceſſiſſent versùs ſanctam Chriſti Dei noſtri ciuitatem, peruenerunt Dioſpolim. Et Diaconus quidam in Clero illius Eccleſiæ conſpicuus, *a* filium habebat vnicum recens natum, qui inualetudine oppreſſus, quatuor integris diebus vbera non ſuxerat. Cumque vehementer animo affligeretur parens, dixerunt ei quidam: Cur non adoras ſanctas reliquias, quæ ex Perſide allatæ ſunt? At ille deiecto animo, Vt ſciam, inquit, Sanctum eſſe, ſuſcitet filium meum, & credam pro Chriſto paſſum eſſe. Atque eâ ipsâ nocte ſanatus eſt infans, & vbera ſuxit. At parens eius conſurgens, accepit eum ac matrem eius, & omnes domeſticos, & Sancti reliquias veneratus eſt, glorificans & laudans Deum, & Martyrem eius Anaſtaſium.

a

a *Continentiam vouent in Latinâ Eccleſiâ Diaconi & Subdiaconi: & meritò, qui tam ſanctis ſunt functionibus addicti. Graci coniugij vſum (poſt quàm ſcilicet caritas illa primigenia & pietatis feruor refrixit) etiam Sacerdotibus concedunt: & conniuet in iis Eccleſia.*

XII. De muliere quę à viâ aberrârat.

HActenùs eorum quæ in itinere & Cæſareæ edita ſunt à Sancto miracula plurima percurrentes, pauca narrauimus. His verò miraculis alteram gratiam decet adiungere, Sancti ſcilicet commiſerationem. Mulier quædam, Photi nomine, miniſtra effecta ſacri *a* typhlocomij, ſiue cæcorum domicilij, quod in ſanctâ Dei erat ciuitate, ibat *b* Emeſſam propter domeſticum quoddam negotium cum aliis eodem tendentibus. Cùm verò hiems eſſet imberque decideret, contigit eam, quippe imbecilliorem & labore itineris fatigatam, deuenire in regionem quæ eſt vltra Iordanem. Cùm verò adueſperaſceret, & comites eam deſeruiſſent, circumſpiciens, neque agnoſcens quà ſibi eundum eſſet, cœpit angi animo, hærere; perpendere viam ignotam, horam intempeſtiuam, belluarum & ſerpentium ac dæmonum inſidias, quæ norunt qui agendis itineribus ſunt aſſueti. Paullulùm ergo ad ſe reuerſa, humi ſe proſternit, eiulans & plangens improuisò ſuperueniens ſibi periculum, Sanctumque inuocabat, vt ſibi adiutor & dux erranti eſſet, magnâ voce inclamans: S. Anaſtaſi, nunc erga me quoque mirabilia tua oſtende. Talia eâ vociferante & calidis lacrymis ipſum implorante; ecce & ipſe ſupplicem exaudit, ac Dominum ſcitè imitatus adſtat erranti, monachi ſpecie, arreptâque eius manu eam erigit; cumque eâ ambulans vſque ad villam in quâ comites eius erant, deihde videri deſiit. Tunc illa agnouit Sanctum

a

b

Erranti apparet Sanctus, & inviam reducit.

fuiſſe, qui eam deduxerat, & cœpit coram omnibus Deum glorificare, & narrare quæ ſibi acciderant in viâ; & exhibitam ſibi à Sancto opem. ex MS. Græco.

a *Τυφλοκομεῖον, domus eſt, in quâ Τυφλοὶ κομῶνται, cæci aluntur.*

b *Ἔμισαν Ptolemæus; Ἔμισαν Stephanus; Plinius lib. 5. cap. 26.* Emeſa. Hemeſam, *alij paſſim* Emeſam *vocant.*

XIII. De *a* Optione.

a

OPtio quidam Samariam prouinciam pertranſibat, ſequente ſe *b* bando: ſub veſperum diuertunt ad villam cuiuſdam Samaritæ, cuius mores aliter depingere non poſſum, niſi per ipſam appellationem. Rectè enim de illis ait Propheta: Nequitia in habitaculis eorum, in medio eorum. Hic igitur moribus diabolicis præditus, & dona ab eo percipiens non curationum ſed fallaciæ, veneno cibos miſcet & Optioni apponit. Ille inſidiarum ignarus ſimpliciter cibum ſumit, ac poſtridie conſurgens proſequitur cœptum iter. Paullò pòſt cœpit contorqueri ſiniſtra eius maxilla, omniaque fœdè immutari, vt os ſiniſtræ auri propinquum efficeretur. Contigit igitur vt cum honoratis viris quibuſdam comederet, qui cernentes eum ita conſtitutum, viſi ſunt ei compati. Ipſe verò, Quidam, inquit, ex meo bando ſuadent vt apomyriſmate S. Anaſtaſij partes affectas illinam, & ſpondent omnino me curatum iri. Illi hæc audientes, reuocabant eum, tamquàm nihili facientes Sanctum, ac dicebant, vnus quidem: Non eſt Martyr melior *c* S. Theodoro; hic verò, S. Georgio; alter, S. Mercurio; & quiſque illorum vt fidem habebat. Quibus quodammodò aſſenſus negligentiùs valetudinem ſuam curabat. Verùm ſequenti nocte dormiens, videt ſe ipſum cum iis qui illum à ſalubri conſilio abduxerant ſedentem, & quemdam Anaſtaſium tunc *d* militem factum adſtantem eis, fuſtem manibus tenentem, & confringentem capita eorum, qui eum conati erant negligentiorem reddere. Vt verò tandem ad ipſum venit, cœpit ipſe eum obſecrare & clamare: Ne per Deum Domine. Nihil mihi tecum. Dicit ei Sanctus: Et ego ſcio, quòd negligens factus es, & audiſti homines promptos ad carpendum. Ita ergo oblinens maxillam eius & os ſanctus Dei Martyr, reſtituit ea in proprium ſitum per gratiam Chriſti.

b

c

d

hic curatur à S. Anaſtaſio.

a *Ita MS. Gr.* περὶ Φοπλίων.

b *Idem verbum ſequenti miraculo vſurpatur. Suidas:* Βάνδον. ὅτω καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι τὸ σημεῖον τὸ ἐν πολέμῳ. Bandum, ita vocant Romani ſignum militare. *Theophylactus Simocatta lib. 3. cap. 6.* πάντα σημεῖα τῆς κατατάξεως, ἅπερ Ῥωμαίοις εἴθιστο τῇ πατρῴᾳ φωνῇ βάνδα ἀποκαλεῖν. Signa manipularia, quæ mos eſt Romanis patriâ voce Banda appellare. *Vide plura de hac voce in Gloſſario Meurſij.* Bandum.

c *Colitur* S. Theodorus *Tiro 9. Nouemb.* S. Theodorus *Dux 7. Februar.* S. Georgius 23. *April.* S. Mercurius 25. *Nouemb.*

d *Græcè* ῥωγάριος, ſtipendiarium, militem. *vide quæ ad miracul. 3. de* Rogâ *diximus.*

XIV. De milite.

MIles quidam ex decimoquinto bando Illyricianorum, extrema ex hepate perpetiens quatuor annorum ſpatio, cùm in multos medicos vitam ferè exhauſiſſet, nihil profecerat. Audiens verò à ſeniore quodam eiuſdem ſecum bandi de S. Anaſtaſio, ad eum confugit. Dicit ei ſenior: Si credis Deo S. Anaſtaſij, præbeo tibi apomyriſma, & conualeſces. Ille cum fide ſermonem ſuſcipiens, apomyriſma poſcit, eoque accepto abit ad *a* parachæmadion ſuum, ſiue ſtationem hibernationi aſſignatam: atque intra quatuor menſes reuerſus eſt ſanus, gratias agens Deo & ſancto Martyri.

Dolor hepatis curatus.

a

a *παραχειμάζω*, hiberno. *χεῖμα* hiems.

XV. De monachâ Conſtantinopolitanâ.

CVm igitur cuperet Frater ad illam adire à Deo cuſtoditam vrbem cum ſanctis reliquiis, iteraque fa-

ex ms. Græco. *Deferuntur reliquiæ Conſtantinopolim*

ceret per Syriam, Ciliciam, Cappadociam, & reliquas prouincias, qualia & quanta miracula patrata ſint ab hoc Sancto, quis poterit ſimilis mei peccator, explicare, atque vniuſcuiuſque gloriam dignè referre? Ideò conſultò multa prætereo, ne conſequenter ea explicare contendens, inani multiloquio eadem iterare videar iis qui animo incurioſi ſunt. Eæ verò res hucuſque & in poſterum lucidiùs ſplendent apud eos qui in iis nati ſunt locis. Audiamus verò quod in regiâ vrbe factum eſt portentum. Mulier quædam religioſa, *a* ex monaſterio quod Auguſtæ dicitur, ſitumque eſt iuxta ædem S. Thomæ, quæ Apoſtolion cognominatur, cancrum habebat in mamillâ; quem videntes medici dixerunt ei: Hoc malum hodie aut cras erumpet; poſtquàm verò eruperit vſque ad cor penetrabit, & mortem afferet. Illa fatali ſententiâ à medicis ſine ambagibus acceptâ, cœpit animo affligi, & amarè eiulare. Audiens verò ſtupenda Sancti miracula, quamque ſit erga omnes clemens & benignus & rectâ fide res eius complexa, habuit ſanè & ipſa corda penetrantem Deum, vtiliter ſibi per Sanctum dicentem: Confide filia, fides tua te ſaluam fecit, vade in pace. Mittens igitur ad monachum apomyriſma accepit, & mamillam, in quâ malum inerat, illinens, ſanata eſt, benigniſſimi Dei & ſancti Martyris Anaſtaſij beneficio.

a

mònacha à cancro lethali ſanatur.

a *Græcè, μονῆς τῶν Ἀνυσέως. monaſterij vnius ex iis, qua Imperatricis dicuntur.*

XVI. De energumeno.

REuertens deinde Frater ex celeberrimâ illâ vrbe in ſanctam Dei noſtri ciuitatem, cum aliis quibuſdam peruenit Abydon. Nemo autem vectorum, ac neque nauclerus quidem, norat eum reliquias in naui habere. Cùm igitur Dominicâ die ad vrbem appuliſſent, egreſſi ſunt è naui vt digni fierent venerandis & ſanctis myſteriis, quorum participes effecti, omnes denuò ad nauim redierunt. Solus nauclerus intereà foris remanſit: monachus verò ille reclinauit ſe in naui & paullùm dormiuit. Accidit verò Abydi, Deo permittente, Fratrem quemdam ab immundo ſpiritu vexari. Et cùm paullùm iſthic hærerent, & nauclerum opperirentur, exclamauit dæmon: Niſi venerint reliquiæ quæ in naui ſunt, creaturam hanc in mare demergam. His auditis nauclerus ad nauim accurrit, & puerum ſuum aduocans, monachum excitat, & propoſito iureiurando interrogat an ſecum reliquias habeat. Illo viciſſim cauſſam inquirente, nauta ingenti quodam ſtudio, Surge, inquit, celeriter, vt hominem liberemus. Conſurgens, ſanctas reliquias accepit, nauique egreſſus eſt. Intrante verò eo in templum, apprehendens energumenus propriam veſtem, lacerauit eam à ſummo ad imum; & ſtetit nudus cruciatum perferens, & clamans: Faceſſe caniuore. Cur ad me venis? Olim meus eras, nunc verò contra me veniſti. Et ſubitò veluti eiectus in ambonem euaſit, & ex candelis iſthic ſuſpenſis tres comminuit. Frater verò ille ingreſſus eſt ſub altare plorans & gratias agens Deo, qui eum viſitârat per ſanctum Martyrem ſuum Anaſtaſium.

Dominicis ſancta myſteria frequentata.

Energumenus liberatur.

XVII. De muliere energumenâ.

ADuenit monachus cum ſanctis reliquiis Aſcalonem, vbi mulier quædam filiam habebat ab immundo ſpiritu grauiter afflictam, & manentem cum ceteris dæmoniacis in ſacrâ æde Dominæ noſtræ Deiparæ. Illa quotidie ſeſe affligens & excrucians, inaudit de miraculis ſancti Martyris ab aliâ quapiam muliere, & videns pium illum virum petiit ſibi apomyriſma, quod ille ei præbuit, & paullum ex neruo ſacræ dextræ ſancti Martyris. Illa verò neruum quidem ligauit ad collum puellæ, apomyriſma verò ei præbuit vt eo illineretur, quæ ſacras reliquias ferens, & apomyriſmate illita, ſimul atque ad

Item alia energumena.

hic euulſum erat folium vnum in MS.

& ægro animo eſſe. Audiens coniux, ſciſcitatur ex eo, Quid habeat. Omnibus, inquit, membris doleo velut ſi me triginta viri fuſtibus cæderent. Circa horam verò matutini canonis cœpit circumagi, ſpumare, & vociferari. Primo mane mittit vxor eius ad Fratrem Theophanis. Eius enim erat amicus. Venit ille, & vt eum vidit ita alteratum, propriamque linguam mordentem, ab vxore eius rogatus adfert imaginem Sancti huius miraculorum patratoris, & ad caput eius collocat. Quieuit tum manſitque immotus & perturbationis expers ad duas horas. Rurſum ille imaginem recipit, & domum abit. Extemplò vt miſer Sancti præſidio deſtitutus eſt, id cernens nequam ſpiritus, rurſus eum aggreditur, & corripiens pœnè ſuffocabat conabaturque in terram eum deturbare ex ſublimi vbi erat. Tunc iterum mittens eius vxor ad domum Theophanis, rogauit vt ſummâ celeritate ad ſe veniret, priuſquàm aliquod illi infortunium à dæmone conſciſceretur. Ille verò conſurgens vnà cum monacho, ſumenſque Sancti reliquias & imaginem, abiit & reperit eum furentem minantemque è ſublimi præcipitaturum ſeipſum. Corripientes eum reclinant & imaginem ac reliquias Sancti ad caput eius collocant. Et rurſum quieuit & manſit immotus diebus quinque. Quocircà & deſperatus eſt à multis medicis. At poſt diem quintum ſuſtulit oculos, cœpitque ſe inuiſentes agnoſcere & rogauit, dicens: Per Deum, Domini mei, gratificamini mihi, & ſatisfacite monachis iſtis. At hi ſciſcitantur, Quibus? Ille verò, capite innuens, Illis, ait, qui inter vos ſtant. Nam vnus illorum me fuſtibus cecidit & manus meas fregit, vt eas mouere non poſſim. Et niſi me alter adiuuiſſet, omnino me interfeciſſet. Dum hæc ille diceret, intellexerunt qui conuenerant illum ipſum eſſe S. Anaſtaſium, alterum verò, de quo ſequenti miraculo agemus ſanctum Abbatem *a* Cyrum. Nam hoc Sanctos decet, vt ſe inuicem comitentur, non quòd id ſuperfluum ſit, ſingulis enim gratia ex parte data eſt iuxta menſuram fidei; ſed vt nobis oſtendant indiuiſam caritatem, quam in Sanctos diſtribuere ſancti Spiritus gratia conſueuit. Manſerunt verò iſthic ſancti Martyris reliquiæ, donec omnino ſanitati reſtitutus eſt infirmus. Deinde noctu Theophanis vxori apparet, hæcque edicit: Ego quod meum erat, feci erga hominem illum: dic viro tuo, vt eat, meque in locum meum reponat. Quod cùm illa viro retuliſſet, abiens ille imaginem ſacraſque reliquias ad domum ſuam reportauit. Atque ex eâ horâ omnino ſanus extitit vir ille, gratiâ & benignitate Dei Opt. Max. & patrocinio Martyris

S. Anaſtaſij imagine compeſcitur dæmon;

a deinde liberatur energumenus.

cetera, quod dolendum, aberant à MS.

a *De* S. Cyro *agemus* 31. *Ianuarij.*

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS Ex variis.

MANVELE, GEORGIO, PETRO, LEONE, Episcopis; PARODO Presbytero; IOANNE, LEONE, Tribunis; GABRIELE, SIONIO, cum aliis CCCLXXVII, & pluribus aliis, in Bulgariâ.

CIRCITER AN. DCCCX VIII. XXII. IANVAR.

1 THeophanes lib. 24. histor. Miscellæ, sui temporis acta prosequens, scribit cap. 25. diram Christianis cladem à Crunno (quem alij Crumum vocant) Duce Bulgarum, VII. Kalend. Augusti, Indict. IV. an. Ch. 811. illatam, qua ipse Imperator Nicephorus ab hostibus circumuentus cum primariis Proceribus occubuit. Nicephori caput recisum & suspensum, mox nudatū & pro poculo vsurpatum. Stauracius Nicephori filius in prælio læsus haud diu superfuit. Nam anno eodem Michaël Curopalates III. Non. Octob. Indictione V. acclamatus est Imperator, c. 29. qui VII. Id. Iunias an. Ch. 812. egressus est contra Bulgares, cùm Crunnus Dux Bulgarum Debeldum obsidione cepisset, & eos qui in ipso fuerant vnà cum Episcopo transmigrasset, cap. 33. Est autem Debeldus, Ptolemæo lib. 3. cap. 11. Δεβέλτος, Deueltus, vrbs & colonia Thraciæ ad fines Mysiæ & Ponti Euxini; Ammiano Dibaltum dicta; infrà in Menæis Deboltum: cuius Archiepiscopus, siue vt Græcè scribitur ἀρχιερεὺς, S. Georgius, inde ad martyrium cum aliis in Bulgariam tum abductus. At verò Bulgares, inquit Theophanes cap. 34. ampliùs confortati præualuerunt aduersùs Thracen & Macedoniam. Tunc & Anchialum, & Beroen, Nicæamque, & Probati castrum &c. dimittentes Christiani fugerunt. Duplex apud Stephanum Νικαία in Thraciâ. Alteram S. Leo Episcopus rexit, cum ceteris deinde martyrio coronatus.

Bulgari cæso Nicephoro Imp.

multas vrbes capiunt:

2 Anno sequenti Ch. 813. X. Kalend. Iunij, haud procul Hadrianopoli prælio inito, victus à Crunno Michaël Curopalates, principatu haud inuitus cessit, succedente Leone Armeno, qui à Nicephoro Patriarchâ IV. Idus Iulias, feriâ secundâ, Indictione VI. coronatus est; cùm sol antè IV. Maij defecisset, quasi Leonis auersatus impietatem. Interea Crunnus obsidione premebat Hadrianopolim; atque ad eam relicto fratre, ipse ad vrbem vsque Constantinopolitanam accessit, sexto die imperij Leonis, incendijs rapinisq; latè in obuia quæque grassatus: reuersus obsessam Hadrianopolim cepit; vt his verbis suam historiam concludens refert Theophanes. Est Hadrianopolis illustris Thraciæ etiamnum ciuitas ad Hebrum fluuium; cuius Episcopus in expositione Andronici Palæologi senioris Imperatoris, dicitur sanctissimus Metropolita Hadrianopoleos, & honoratissimus Præsul Hæmemonti: quo modo in Menæis S. Manuel eius Episcopus appellatur magnus Archiepiscopus, Ioanni Curopalatæ Archiepiscopus, apud quem in compendio historiarum ita eius captiuitas & cædes narratur.

Michaëlē Imp. vincunt:

Hadrianopolim obsident,

capiunt:

3 Postquàm Crumus Bulgarorum Princeps, victoriis contra Romanos inflatus, Adrianopolim obsedit, ita vt nulla ei manus resistere auderet, quòd ob felicitatem, quā diximus, intolerādus esset, diutinâque obsidione eò ciuitatem redegisset, vt necessariarum inopiâ rerum deditionis conditiones acciperet, omnes qui in ipsâ vrbe erant, in quibus etiam Manuel Archiepiscopus, in Bulgariam transtulit. Eo igitur tempore cum aliis parentes quoque Imperatoris (Basilij Macedonis) lac adhuc sugentem secum ipsum deferentes, in Bulgarorum regionem abducti sunt: vbi & ipse inclytus Archiepiscopus & Imperatoris parentes, incorruptam in Christum fidem seruantes, Bulgarorum plerosque ad orthodoxam fidem traduxêre, quum nondum gens illa ad verum Dei cultum adducta esset, & in plurimis Bulgariæ locis Christianæ doctrinæ semina iecêre. Sed Crumum mors occupauit.

inde abducti captiui,

multos Bulgaros conuertunt:

4 Cutragon verò illius successor, longè vincens immanitate superiorem, neque factum ignorans, ac paullatim Bulgarorum genus ad Christianorum cultum transferri sentiens, magnâ exarsit iracundiâ; sacrumque Archiepiscopum Manuelem, cum eximiis illis viris, qui cum ipso erant, sibi præstò esse imperauit, non sine magnâ irâ; quos primùm blandis ac mitibus verbis ab orthodoxâ & inculpatâ Christianorum fide deducere conabatur. Verùm vbi præstantiores eos, quàm qui pollicitationibus aut minis expugnari possent, comperit, multis primùm verberibus cæsos martyrij nece interficiendos curat. Et Manuel inclytus Archiepiscopus, cum illustribus illis viris qui secum erant, præclaro martyrio vitam finiuit; & multi item illius consanguinei martyrij gloriâ dignati sunt.

ideò quidam varijs vexati

martyrio coronantur.

5 Quumque oporteret, iam reliquos captiuos in patriam redire, siquidem diuinitus ipsis reditus parabatur; Bulgarorum Princeps sæpè fractus, quùm ampliùs Romanis copiis resistere nequiret, conciliatâ pace captiuos liberat. Quibus rupert congregatis, iamque in patrias sedes reuersuris, Princeps captiuorum spectator erat: & fortè Basilium puerum conspicatus, qui quùm iam è pueritiâ excessisset pubescere incipiebat, ad se vocauit, &c.

alij dimittuntur.

6 Eadem narrat Cedrenus, & de Hadrianopoli captâ & Basilio lactente tum parentibus in exilium deportato Zonaras. Ast ambo Basilium cùm domum rediit scribunt ex pueritiâ adolescentiam ingressum, octo fortaßis aut nouem annorum. Nam, vt iidem tradunt, Martagon Bulgarorum Princeps annorum triginta inducias fecerat cum Leone Armeno, qui ipso Natalis Dominici die an. Ch. 820. à Michaële Balbo trucidatus est. Hinc manifestum est ante has inducias factas, hos pro Christi fide Martyres occubuisse. Agit quoque de his Martyribus Baronius Annal. Ecclesiast. tom. 9. anno 813. num. 7. aitq; in Menologio Basilij Imp. ista notata reperiri 20. die Ianuarij: Sanctorum Martyrum Manuelis, Georgij, Leonis, & sociorum à Bulgaris peremptorum. Sub Leonis Armeni principatu, Crunnus Bulgarorum Princeps magno cum populo Hadrianopolim Thraciæ petens, lege belli expugnauit eam, & cum vrbe sanctum quoque cepit Manuelem Episcopum; quem, manibus priùs ab humeris amputatis, mox per medium gladio dissectum, feris ad deuorandum proiecit. Crunnus verò propter peccatum excæcatus est, propriique populi incurrens odium, funibus ab eo suffocatus fuit. Bulgarorum verò suscipiens imperium Zocus impiissimus, omnes captiuos congregauit Christianos, Duces, Presbyteros, Diaconos & laïcos, & cùm Christi fidem negare eos cogeret, & illi non acquieuissent, eosdem diuersis affectos tormentis crudeliter obtruncauit. Verùm in Menæis, & apud Maximum Cythereum, eorum natalis hoc XXII. Ianuarij celebratur, ex quibus sequens elogium damus.

Quando hæc gesta.

S. Manuelis cædes.

& aliorū.

ACTA EX MENÆIS GRÆC.

Nomina horū Sanctorum,

GLadio Manuel in partes diuiditur duas,
Honorans indiuisas naturas Christi duas.
Georgius & Petrus, queis vna religio,
Cadunt pariter eumdem ob Dominum.
Infractâ manet animi alacritate Leo,
Gladio ventrem eius dissecante.
Timor gladij prope ceruices stricti

Procul

Ex Manæis.

Procul abeſt à Gabriele, & procul à Sionio.
Reuerà Strategi gladium non timentes
Generoſi Ioannes & Leo.
Obrutus Parodus manu proiectis lapidibus,
Viam ſuauiter peregit vitæ.
Quinquies ſexaginta interemit gladius,
Eoſque coniunxit ſeptuaginta ſeptem.

a ERant hi ex diuerſis præfecturis lociſque,& a Adrianopolim incolebãt.Bulgari verò ingrati & omnium beneficiorũ immemores, in Romanum imperium impetum fecerunt, eiuſque fines vaſtauerunt: & è Thraciâ quidem & Macedoniâ multos in vincula captiuos abduxerunt, atque ad ipſam regiam vrbem excurrentes, b Adrianopolim venerunt, eamque b tribus diebus obſeſſam occuparunt. Acta ſunt hæc impio Leone Armeno imperante, & Crumo Bulgarorum Duce; qui vrbe potitus quadraginta millia inde eiecit, inter quos & ſanctiſſimus fuit Epiſcopus, quem iugulo arreptum humique afflictum pedibus protriuit. Crumo vitâ abruptâ, ſucceſſit Ducumus in principatu. quo mox extincto c Ditzengus Bulgarorum Princeps renuntiatur, crudelis & immanis tyrannus. Hic magnum Archiepiſcopum Manuelem medium ſecuit, manuſque & humeros eiuſdem reciſos, canibus vorandos obiecit: at mox cæcitate percuſſus, à domeſticis ipſe ſuis ſublatus è medio eſt. d Murtagon dein principatum adeptus, omnes Chriſtianos Chriſtum negare recuſantes peremit; alios quidem vinculis & tormentis,alios immanibus cruciatibus antè ſubiectos: Sanctum verò Archiepiſcopũ Debolti Georgium, & Petrum Epiſcopum, virgis primùm inhumaniter laceratos plecti capite iuſſit, vti & reliquos trecentos ſeptuaginta ſeptem ſupplicio gladij ſubiecit:atque alium quoque Leonem & Ioannem Chriſtianorum Tribunos, ſiue Præfectos militares.Sancto verò Leoni Niceæ Pontifici,Eunucho nato, ventrem gladio diſſecuit. e Gabrielem & Sionium enſe concidit. Parodum autem religioſiſſimum Preſbyterum lapidibus obrui præcepit, alioſq; plures variis cruciatibus tortos morte affecit.Nec ſolùm impius Murtagon, ſed alij Duces, qui pòſt f Bulgaris præfuêre, multos Chriſtianos diuerſis tormentis affligtos morti tradiderunt.

crudeliter occiſi:

Hi captiui,

b

ſub variis Ducibus Bulgarorum,

c

d

e

f

& alij poſtea.

a *Plurimi, non omnes, vt ex dictis conſtat.*

b Diutinâ obſidione & inopiâ rerum neceſſariarum *expugnatam ſcribunt Curopalates & Cedrenus: idem colligitur ex Theophane. Hoc tamen triduum videtur ſumendum poſt reditum Crumi ab excurſione ad vrbem vſque Conſtantinopolitanam.*

c *Hic* Zocus *videtur dici in Menologio, vbi Ducum confuſio eſt.*

d Murtagon *Zonaræ & Cedreno*, Cutragon *Curopalatæ*, Cytragon *iterum eidem Cedreno dicitur.*

e *Cythereus hunc etiam ἀρχιμαγείρα appellat.*

f *Inter hos fuit* Bogoris, *qui imperantibus Michaële & Theodorâ matre, initâ pace, circa an.*850. *cum totâ gente Chriſto nomen dedit.*

DE S. DOMINICO ABBATE,

IVXTA SORAM IN ITALIA.

ANN. MXXXI. XXII. IANVAR.

1 SOra perantiquum Italiæ oppidum eſt ad Liris fluuij ripam ſitum. Altero ab eâ lapide cœnobium extat, quod S. Dominici *dicitur, à S. Dominico Abbate conditum, paullò poſt annum Chriſti milleſimum: qui & iſthic vitâ functus ſub annum 1031. vt Leo Oſtienſis teſtatur in Chronico Caſinenſi lib. 2. cap. 62.* His diebus, *inquit*, B. Dominicus innumerabilium patrator mirabilium, multorumque cœnobiorum fundator, apud Soram Campaniæ ciuitatem iam ferme octogenarius migrauit ad Dominum; ſepultuſque eſt in monaſterio Soræ vicino, quod nunc eiuſdem vocatur ex nomine. *Id* Honorius III. *Papa, teſte Ludouico Iacobillio, cum alio à Soranis quadriennio poſt Dominici mortem conſtructo, in loco Caſamari dicto ſeptem millibus paſſuum Sorâ diſtante, Ciſtercienſibus monachis tradidit: qui vtrumque etiamnum tenent. Atque ea eſt cauſſa cur habitu Ciſtercienſium pingatur Dominicus, quem conſtat diu ante Ciſtercienſem reformationem vixiſſe Caſinenſibus Benedictinorum inſtitutis.*

S. Dominici cœnobium,

pictura,

2 *Inſcriptus eſt S. Dominici natalis faſtis Eccleſiaſticis XXII. Ianuarij, his verbis:* Soræ S. Dominici Abbatis, miraculis clari. *Memoratur quoque VVioni, Menardo, Dorganio. Celebrant eius natalem hoc die Sorani & Arpinates, quiq; vicinum agrum habitant, ingenti concurſu & pietate, eumq; inter primos tutelares Diuos ſuorumq; patronos oppidorum habent. At 22. Auguſti, eccleſiæ eius dedicationem agunt haud minori ſolennitate. Vt Patronum quoque eum, ciuem ſuum, colunt Fulginates.*

natalis,

eccleſiæ dedicatio,

3 *Aduersùs grandinem & tempeſtates præcipuè illius implorari patrocinium ſolet, rarò populorum pietatem fruſtrato ſucceſſu. Quare Sora, tonante cælo, illius baſilicæ campana præcipuè compulſatur. Eâ quoque cauſſâ Fulginates quotannis ad S. Dominici monaſterium ſumptu publico mittere ſuperioribus ſeculis conſueuêre nummos aliquot, pannum laneum in veſtes monachorum, ac funes impellendis eccleſiæ campanis. Patet id ex archiuis Fulginienſibus: conſtatq; quamdiu id Senatus nomine perfectum eſt, nihil vrbi pomœrioue à grandine aliâue aëris iniuriâ detrimenti allatum. Inuocant eius quoque, & præſentem experiuntur opem, qui febribus conflictantur, aut rabidorum morſu canum ac ſerpentium læſi: præſertim loco qui* Cuculla *dicitur, vbi dens eius vnus ſeruatur; & Soræ, vbi in æde S. Silueſtri,quæ curæ ſubeſt monachorum eius cœnobij, annulus illius viſitur.*

patrocinium contra tempeſtates,

febres,

morſus ſerpentium, & rabidorũ canum;

4 *Vitam S. Dominici ſcripſit* Albericus Diaconus vir diſertiſſimus & eruditiſſimus, *vt teſtis eſt Leo Oſtienſis lib. 3. Chronici Caſinenſis cap. 33. vbi alia eius quædam ſcripta recenſe. De eodem, vt opinamur, Alberico nobili puero, cùm annum ageret ætatis decimum, cæleſtibus oſtentis permoto vt vitam monaſticam complecteretur, meminit Petrus Diaconus, eius diſcipulus, Chronici Caſinenſis lib. 4. cap. 68. Poſteà in Collegium Cardinalium ab Alexandro II. cooptatus, egregiè pro Eccleſiæ libertate contra Teutonicos Imperatores decertauit. Eum Alberici commentarium ex vetuſto codice Caſinenſis bibliothecæ, litteris Longobardicis exarato, conſecuti ſumus operâ Antonij Beatilli noſtri. Vitam quoque S. Dominici Italicè ſcripſit Ludouicus Iacobillius libro de Diuis Fulginatibus, vbi eiuſdem Sancti hiſtoriam citat à Gaſparo Spitilli conſcriptam. Agit de eo quoque Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, vbi prolixam Dominici vitam citat ab Alberico ſcriptam, quæ in vulgarem linguam traducta typiſq; edita ſit; & narrat nonnulla, quæ in Vitâ, quam damus, deſiderantur; vnde ſuſpicari liceat vel contractam fuiſſe in noſtro MS. vel potiùs ad eam, quam Albericus ſcripſerat, addita pòſt eſſe aliqua; aut è ſubleſtæ fidei ſcriptore, quem Albericus perſtringit, deprompta. Meminit & Baronius S. Dominici anno 1031. nu. 2.*

vita;

alia de eo ſcripta.

VITA

Auctore Alberico Cardinale,

ex veteri MS. bibliothecæ Caſſinenſis.

PROLOGVS AD DODONEM MONACHVM.

1 VEnerabilis Patris Dominici ortum, vitam, obitumque, & de miraculis quædam, quæ per eum, vel auris adhuc fruentem vitalibus, vel carnis iam eductum ergaſtulis, cæleſtis, eſt operata dignatio; lacinioſo impolitoque nimis a quidam ſermone deſcripſerat: &, quod culpâ accidiſſe arbitror relatoris, nonnulla aliter quàm ſint geſta ediſſerens, ſtylo hiſtoriam vitioſam mendaciis vitioſiorem reddiderat. Quæ ita habere ſe omnia, diligenti, Dodo Frater cariſſime, indagine

a *S. Dominici vitam, vitioſè ab alio ſcriptam;*

Dodone inſtigante,

indagine deprehendens, frequenti importunâque à me tandem precum extorſiſti inſtantiâ, vt locum tecum illius ſepulturæ adirem, reuerendumque Abbatem *b* Benedictum, Dominico tam ſanguine quàm ſanctitate propinquum, reuerendoſque loci ſenes, ſub diſciplinâ olim educatos Dominici, conuenirem; eiſque relatoribus geſtorum meram veritatem cognoſcens, ortum, vitam mortemque Dominici & de miraculis quæque potiſſima, ſtylo excultiore & labem mendacij neſciente, apicibus memoriæque mandarem.

b

omnia ſcrutatus,

2 Egiſtique ſtudio & induſtriâ tuâ, vt nihil per me litteris mandaretur, quod non perſonarum idonearum teſtimoniis credibilibus firmaretur. Multa enim eorum, quæ poſterorum de Dominico trado memoriæ, in cognitionem mei ex memorati Abbatis relatione perducta ſunt: multa edidici relatore *c* Hildeprando monacho & honeſtæ vitæ & fulgore ſcientiæ omnimodâ veneratione digniſſimo. Pleraque verò *d* Ioannes ſenex grandæuus fermeque decrepitus, ore præ vetuſtate dentibus vacuo ac balbutiens, in auribus meis retexuit: qui in annis adhuc puerilibus Dominico in diſcipulum traditus, cum eo ad ipſum vſque eſt vitæ exitum conuerſatus. Fuêre in audientiâ mei relatores *e*..... Dominici & alij venerandi ſenes, quorum vocabulorum non memini, qui ſancti viri degentis in corpore familiarem habuêre notitiam *f*.....Fratres præterea mihi ibidem contuendos nonnullos, qui ſicut ad ſancti viri tumulum conteſtatione propriâ diuerſis aſtruebant malis valitudinibus liberatos. Verùm de his hactenùs.

& ex certis teſtibus aſſecutus,

c

d

e

f

3 Porrò ſtylum in hoc opere figuræ ſum mediocris proſecutus, qui & peritiorum auribus horrori eſſe non debeat, & minùs eruditorum intelligentiâ percipi non refugiat; labori meo, induſtriæque tuæ, illud diuinitus optantes reſtituendum, vt interuentione Dominici plenam vterque mereamur indulgentiam conſequi delictorum.

ſtylo nitidiore compoſuit Alberieus.

a *Verebitur quis ne huius auctoris commentarium, aut Iacobillus, aut, quem ille citat, Gaſpar Spitillius ſecutus ſit: quamquàm, etſi qua narrat certa eſſe aſſeuerat, non alia multa à ſe prætermiſſa negat Albericus.*

b *Hunc Iacobillius immediatè ſucceſſiſſe* Dominico *in Sorani cœnobij præfectura ſcribit: dein quadriennio pòſt conſtructo Caſamari cœnobio, iſthuc migraſſe, ex oppido Verulo ortum.*

c Hildebrandum *hunc omninò eum eſſe exiſtimamus, qui deinde* Gregorius VII. *Pontifex fuit, in album Sanctorũ relatus ad 25. Maij.*

d *Hic eſt* Ioannes, *cuius infrà aliquoties mentio ſit, quem Iacobillius cognomento* Beuerendum *appellat, qui nempe* reuerendus monachus *à quopiam ſcriptus, amanuenſis aut anagnoſtæ imperitiâ* Beuerendus *fortaſſis factus.*

e f *Deeſſe aliquid notatum erat in apographo quod accepimus, & legenti patet.*

CAPVT I.

S. Dominici inſtitutio. vita monaſtica, anachoretica.

a

b

4 DOminicus igitur Fulignæ *a* Etruriæ oppido oriundus fuit, patre Ioanne *b*, matre Ampâ nomine, viris & genere & religione illuſtribus. Hic in annis adhuc puerilibus conſtitutus ita à ludis ac *c* omnibus, quæ in illâ præſertim ætate aſſolent dominari, ineptiis ſeſe exterum exhibebat, *d* vt iam tunc in Dominico quaſdam ſuperuenturæ ſanctitatis lineas Dei videretur præſignire *e*.....

c

Dominicus à puero maturus,

d

e

f

inſtituitur in monaſterio:

5 Traditus autem puer à parentibus in monaſterio S. Silueſtri *f*, cui Aſeri cognomentum eſt, litterarum ſtudiis imbuendus, cœpit & viuacitate ingenij & memoriæ tenacitate & intellectus acumine eos etiam vincere qui ſeſe tranſſcẽdebant ætate. Cumque plenam, pro ritu regionis, legendi atque canendi in breui eſſet adeptus peritiam, *g* ad ſuperiores gradus per congrua temporum interualla promotus, apice tandem meruit preſbyterij ſublimari.

g

fit Sacerdos;

6 Non multa poſt hæc interlabuntur tempora, cùm de *h* terrâ & de cognatione Dominicus egreſſus ſuâ proficiſcitur, *i* qui à ſimulachro Dei Ammonis, quod ibidem olim diuinis gentilitas cultibus honorabat, Petra-dæmonis corruptè, quaſi Dei Ammonis, vſque in diem hodiernum vocatur. Ibique in *k* monaſterio quodam ſanctæ Dei genitricis Virgineſque perpetuæ nomini dedicato, per manus *l* Donnoſi mirâ Abbatis ſanctitate conſpicui, ſancti ordinis indutus eſt habitu. Qualis autem deinceps Dominici vita extiterit, quàm parca in cibis, quàm pernox in vigiliis, quàm in oratione crebra, quàm in lectione aſſidua, quàm poſtremò totius diſciplinæ monaſticæ obſeruatione conſpicua, incredibile eſt ferè memoratu. *m*

AVCTORE ALBERICO CARDINALE, EX MSS.

h

diſcedit à patriâ:

i

k

fit monachus:

l

ſanctè vixit:

m

7 Conſummatus igitur in cœnobiali conuerſatione Dominicus, pleneque fraternâ ex acie ſpiritualia eductus certamina; conceſsâ ſibi à proprio Abbate licentiâ, montis cuiuſdam *n* haud multò eminus à monaſterio conſtituti conſcendit apicem, ſolâ deinceps ibi manu vel brachio cum noſtri generis humani hoſte vetere congreſſurus.

degit ſolitarius:

n

a *Vmbriæ eſt, non Etruriæ*, Fulginium, *quod vulgò nunc Italis* Foligno, *Catoni* Fulgineum, *Appiano* Fulcinium, *Silio* Fulginia: *ſitum eſt ad* Tiniam *amnem, qui nunc actolis* Topino *dicitur.*

b *Iacobillius Iuris Doctorem fuiſſe ſcribit; matrem* Apam *vocat.*

c *In MS. erat* riſibus, *& ſuprà* rixis.

d *Contrà, ſtudiis litterarum, orationi, pœnitentiæ deditum iam tunc fuiſſe ſcribit Iacobillius.*

e *Deeſt aliquid.*

f *Monaſterium hoc* S. Silueſtri Curaſeri *vocat Iacobillius, traditq; fuiſſe ordinis S. Benedicti, eâ tempeſtate extra oppidi muros ſitum; nunc intra eos clauſum,* ſancti Spiritus *appellari.*

g *Idem, aſſiduè precationi, pſalmodiæ, ieiuniis vacaſſe ſcribit, perpetuò indutum cilicio, & miraculis cœpiſſe clarescere; ſacerdotio poſteà initiatum, vt mox adnotabimus.*

h *60 quibus ſuperuixit annis, numquàm patriam reuiſiſſe idem aſſerit.*

i *Aliquid videtur deeſſe. Iacobillius locum hunc* Petram-dæmonij, *vel* S. Ammonis *dictum vult; perperàm. Legit pro* Dei Ammonis, Diui Ammonis. *à Ioue Ammone loco nomen.*

k *Idem monaſterium hoc in Sabinis locat; fuiſſeq; tunc Dominicum annos natum 23.*

l *Suprà adſcriptum erat* Damnoſi. Nonnoſus *dicitur Ferrario,* Dionyſius *Iacobillio.*

m *Hîc demum Sacerdotem factum vult Iacobillius.*

n *Idem ſatis remotum fuiſſe hunc montem à monaſterio ait.*

CAPVT II.

Cœnobia variis locis ædificata.

8 NOn potuit autem, iuxtà illud Veritatis elogium, latere ciuitas ſuper montem poſita, neque diuinitus accenſa lucerna modij operiri velamine. Fortè enim actum eſt, vt eorum qui loci incolebant viciniam vnus & alter montem, in cuius abditis latitabat Dominicus, neceſſitate qualibet vrgente conſcenderent; qui montis vndique peragrantes receſſus, ſancti viri latibulum in locis abditioribus repererunt. Quibus nimirum viſa vulgantibus, non fuit de terræ incolis quiſpiam, quem lateret Dei quendam famulum illius montis cacumine vitam ſolitariam degere. Cœperuntque eum illorum plurimi, vitæ ipſi temporalis deferentes ſubſidia, frequenter reuiſere, atque ex eius ore ad perennis vitæ cupidinem animos accendentia eloquia intenti audire.

Matth. 5. 15.

frequentatur à multis;

9 Induit continuò alas fama, volatuque celeri ſanctum virum per vicos vehit, per villas, per oppida; nunc que in turribus locupletum, nunc in tabernis pauperum, nunc in magalibus etiam inuenitur paſtorum. Quid tantis? Huberti tandem Marchionis potentiſſimi percellit aures, eumque ad viſendum Dominicum audiendumque perducit. Placet viri ſanctitas vſqueadeò Marchioni, vt eum obnixâ multiplicique rogatione ſeduliter precaretur, vt, in quocumque ei dominationis ſuæ loco congruum videretur, ſeruorum Dei monaſterium ædificare ſtuderet. Nec defecit à precibus & obſecrationibus Marchio, quouſque à Dominico quæ poſcebat

AVCTORE ALBERICO CARDINALE, EX MSS.

scebat meruit obtinere. Conſtruxit itaque in [a] Scandriliâ Dominicus monaſterium, quod S. Saluatoris voluit nominari: tantaque loco de reditibus iuris proprij Marchio memoratus conceſſit, quibus ibidem vſque in hodiernum cœnobitarum numerus non exiguus ſufficienter in neceſſariis quibuſlibet ſuſtentetur.

a conſtruit cœnobium in Scandriliâ:

10 Ædificato igitur cœnobio, Fratrumque ibi multitudine numeri collectâ non parui, quemdam ipſis ex eorumdem numero, Conſtantium nomine, ſtatuit præficiendum in Patrem, virum ad id officij & vitâ & ſcientiâ & linguâ pariter commodiſſimum. Ipſe verò iuncto ſibi Ioanne quodam nomine, vitæ venerabilis monacho, ad locum cui Domus vocabulum eſt cõmigrauit; vbi in monte qui Pizi dicitur, in humili tuguriolo commorantes, meditationem legis Domini ſoli per dies metiebantur, excurſu noctium in eamdem partem maximam conſumentes.

in montem ſecedit:

[b] 11 [b] Non tamen eis ibi latebris potiri dilectis productiore conceſſum eſt tempore: à nonnullis enim repertus ibidem agnituſque eſt, atque per eos in Prato Cardoſo occultari Dominicum [c] Beraldo, Theodino, Randiſio, terrę Comitibus intimatum; qui impigri Sanctum Domini adeuntes, obnixè eum & inſtantiſſimè ſtuduêre precari, vt quod in locis nonnullis aliis ab eo factum edidicerant, in [d] Valuenſi non pigritaretur territorio facere; conſtruere videlicet habitaculũ abrenuntiantibus ſeculo, Deoque ſub diſtrictionis diſciplinâ monaſticæ famulari decernentibus aptum. Conſtruxit igitur præfatorum ibi ope Comitum, loco ſatis congruo, monaſterium, quod dicitur S. Petri de Lacu; cui nimirum loco inter largitiones ceteras vberes, quinque lacus prædicti Comites conceſſione perpetuâ, legali ſcriptione firmarunt [e].

ædificat monaſterium S. Petri de Lacu:

[b] *Aliter ipſa Iacobillius:* In eo loco, *(monte Pizi)* vulgatâ ſanctitatis eius famâ, coactus eſt importunis precibus Optimatum illius prouinciæ, duo conſtruere cœnobia, vnum in montis cacuminé honori ſanctiſſimæ Trinitatis dicatum, alterum ad mõtis radices iuxta flumen, Beatiſſimæ Virgini ſacrum. Vtrumque pij homines amplis poſſeſſionibus dotarunt, vtrobique congregato religioſorum hominũ cœtu: priori Vmbertum virum pium præfecit. Tum Sanctus longiùs receſſit, locum ab humano vſu remotiorem ſcrutaturus. Venitque tandem in Valuenſem Comitatum: vbi locum reperit ſecretum ab omni hominum frequentiâ, Pratum Cardoſum accolis dictum, hìc ab omni ſtrepitu liberam ſibi vitam pollicitus conſedit.

Alia cœnobia exſtruit.

[c] *Iacobillius ſolos* Berardum & Oderiſium *nominat*, Marſorum & Valuæ Comites. *Agit de his Leo Oſtienſis Chronici Caſſin. lib. 3. cap. 38.* Theodinus quoque, *inquit*, Odoriſius atque Bernardus Baluenſes Comites, non multò pòſt & ipſi monaſterium S. Petri in Valle lacus ſitum, & aliud eremitarum monaſterium in loco qui dicitur Pratum Cardoſum, (quæ & ipſa nihilominùs à B. Dominico ante non multos annos fundata fuerant) huic monaſterio *(Caſſinenſi)* ſimiliter obtulerunt, cum quinque adiacentibus lacubus, & cum omnibus omnino pertinentiis ac poſſeſſionibus eorum, tam in Baluenſi quàm in Marſicano & Teatino Comitatu.

[d] Sulmonenſium Antiſtes, *inquit Leander Albertus*, Valuenſis dicitur, quòd, vt Raſſanus ait, ager Sulmonis cum parte quoque vicinorum Valuanus ſeu Valua nominetur, quâ vnâ voce plura hoc ſitu finitima loca comprehenduntur. Eâ de re Blondus ſcribit, iampridem annis ferme DCCC. amiſſo Pelignorum nomine, agrum hunc Valuenſem appellari cœptum, ideoque Romanam Eccleſiam ita Sulmonenſem Epiſcopum vocare. Cauſſam verò vocabuli nullam addit; quam Raſſanus in hanc ſententiam commemorat: Tractus omnis Pectorano quod ſupra Sulmonem eſt, itemque Valle-obſcurâ, Campo Quinque-millium, cœnobio ſancti Spiritus, quod ab Sulmone millibus tribus diſtat, vbi vitam ſolitariam D. Petrus Moronenſis, poſteà Cæleſtinus V. Pontifex appellatus, egit; nobili item oppido Populo, ad Sulmonem vſque, ac item montibus duobus editiſſimis Apennino Maiellâque circumſcriptus, & ita iugis illorum altiſſimis conſeptus, vt aditum omnino niſi per paucas ac difficiles arctaſque fauces habeat, Valua propterea dictus eſt, quòd per paucillimas tantùm anguſtias aditum præbeat, tamquàm per oſtia, quæ Latinis etiam Valuæ dicuntur: ideoque, deperdito nomine Pel gnorum, ager hic Valua ex conditione ſituque ſuo vocatus. *hac Leander.*

Valuenſis ditio quæ olim Pelignorum.

[e] Huic cœnobio cùm Liutum conſanguineum ſuum præfeciſſet, *inquis Iacobillius*, ad montem qui Argoneta dicitur ſe recepit, in locum cui à platanorum copiâ Plataneto nomen eſt. hìc cellam peranguſtam conſtruxit, inque eâ altare ſanctiſſimæ Trinitati dicatum: hinc deinceps nuſquam prodibat, niſi ſi fors ferret, vt poſtremò ædificata cœnobia viſere eum oporteret, ad diſciplinam in iis ſtabiliendam. *Atque in eâ cellâ viſa illi quæ ſequenti capite narrantur, tradit; leuatumq; febri puerum.*

CAPVT III.

Viſiones. miracula.

12 EIs autem diebus quedam ſe Dominicus confeſſus eſt contemplatum, quæ non ſunt obuelanda ſilentio. Quadam namque nocte, dum erectis in cælum luminibus preces fundit, columnam cernit arcui cæleſti colore ſimillmam, quæ nimirum cælum vertice, imis verò partibus cellam, quam Dominicus incolebat, videbatur contingere. Quam videlicet viſionem viſum eſt Dei famulo intimis ac familiariſſimis ſibi religionis merito Fratribus minimè reticendam; ne videlicet ſolus eſſet, qui ex tantâ viſione gratiarum Deo actiones perſolueret.

cæleſtibus oſtentis recreatur;

13 Item nocte aliâ dum in cellâ poſitus quædam de cæleſtibus meditaretur, lucem ſubitò vidit à ſuperis radiaſſe mirabilem; in quâ videlicet luce tres conſpicatur columnas fulgore ſimiles, menſurâ pares, locis quoque continuas. Quas dum ſtupens admiraretur, repentè ſe in earum ſummitatibus ſuper nubes eleuatum perſenſit, atque (quod eſt dictu quoque mirabile) in ictu oculi orbem ſimul terræ vniuerſum conſpexit. Mox verò redeunti ipſi conſpectæ lucis pars aliqua in eodem, quo morabatur, loco per tempus aliquantum apparuit.

item aliàs

14 Per idem tempus puer quidam, Leo nomine, de oppido cui Caſtrum nomen eſt, cùm validæ febris ardoribus exæſtuaret, epotâ aquâ, quæ de manibus viri Dei ſeſe abluentis deciderat, horâ eadem integerrimæ reſtitutus eſt ſoſpitati.

puerum febribus liberat;

15 Quædam quoque illuſtris mulier, dum fluxu ſanguinis diutius laboraret, & à nullo medicorum ſanitatem conſequi poſſet; virum tandem Dei directis ſtuduit apicibus flagitare, vt aquam, quæ eius manus abluerat, ſibi dignaretur dirigere; inhæſitanter ſe credere aſſerens, quòd eius hauſtu plenam deberet conſequi ſoſpitatem. Quod vir humillimus vt ſcelus execrabile eſt aſpernatus. Verùm ne tantę deuotionis feminam ex toto videretur contemnere, aquam de more Eccleſiæ benedictam ad feminam deſtinauit, mandans quòd cum eâ Dominus, non ſecundùm Dominici merita, ſed ſecundùm fidem propriam eſſet acturus. [a] Hauſit aquam fide inambiguâ mulier, & horâ eadem ſanguinis fluxu reſtincto priſtinam ſanitatem recuperare meruit.

matronã fluxu ſanguinis:

[a]

16 Nec illud tacendum eſt, quòd ruentem ſuper ſe maximam fagum Dominicus extenſâ dextrâ in partem alteram cadere compulit. Cœpit igitur his & his ſimilibus multiplicibus pariter ac mirabilibus ſignis orbi declarari Dominicus, & non iam Seruus Dei, non iam homo iuſtus & timoratus dumtaxat, ſed verè Sanctus, verè amicus Dei, verè vitâ, ſignis, atque doctrinâ antiquorum Sanctorum ab omnibus imitator haberi. Comedebat autem Dominicis ſeu feſtis diebus far cum ſale elixum, ſine vllius prorſus pinguedinis condimento, panes verò ei à monaſterio ſtatuti numeri per hebdomadas ſingulas mittebantur.

arborem cadentem alior ſum vertit:

[a] *Iacobillius hoc contigiſſe ſcribit, cùm in monaſterio S. Bartholomæi degeret; & quidem aquâ ſanatam eſſe matronam, quâ Sanctus manus abluerat; quod negat Albericus.*

CAP.

CAPVT IV.

Alia cœnobia conſtructa. obitus.

a b tria ſtruit cœnobia,

17 PRætereà rogatus à *a* Borello Maiore, in *b* Sangro quoque conſtruxit cœnobium, quod ab enormi arbore auellanâ, quæ iuxta olim conſtiterat, S. Petri de Auellanâ nuncupationem accepit, idque Burellus ſatis liberali terrarum muneratione ditauit. Poſt hęc in Campaniam ad locum qui *c* Triſaltus dicitur per reuelationem profectus, à nefariis multis eiuſdem loci accolas, & ab illicitis præſertim coniugiis, ſuâ prædicatione conuertit; conſtruxitque ibi in deſerto monaſterium iuxta fontem limpidiſſimum, quod S. Bartholomæi nomini ac memoriæ voluit dedicari. *d* Aliud nihilominùs ſtatuit in latere montis, qui appellatur Cacumen, idque ſancti Angeli nomine cenſuit appellari.

c

ac multos à vitiis conuertit:

d

18 Per idem tempus cùm vir Dei cœnobio S. Petri de Lacu ad Triſaltum viſitandorum Fratrum gratiâ pergeret, Petrus Rainerij Soræ *e* Dominus ſeſe illi obuium facit, de criminibus ſuis multis & maximis ſatis humiliter expetere iudicium cœpit. Cui vir ſanctus inter ceteros pœnitentiæ fructus, illud etiam in præceptis dedit, vt in iuris proprij territorio monaſterium conſtrueret, idque de propriis tantâ rerum liberalitate ditaret, vt certus ibidem Deo famulantium numerus affluenter exinde vitæ ſubſidia percipere poſſet. Acquieſcit libenter viri Dei iuſſionibus Petrus, eumque ſuppliciter obſecrat ſecum pariter equitare, terram dominij ſui vniuerſam proſpicere, & quocumque loco ſibi viſum aptius ei fuerit, cœnobium ſe pollicetur ædificare. Annuit iuſtæ petitioni Dominicus, & terram pariter perluſtrantibus tandem iuxta *f* Soram locus ſeſe Dominico obtulit, quem monaſterio conſtruendo Sanctus aptiſſimum iudicauit: ibique ex præceptione viri Dei monaſterium in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ mox Petrus ædificauit, & largitione multimodâ omnia quæ eſſent loco neceſſaria contulit.

e

aliud in ditione Soranâ;

f

19 In quo videlicet loco cùm ſanctimoniales neſciente Dominico locatæ fuiſſent, & earum mores minimè profeſſioni congruerent, quin potiùs turpis conuerſationis earum fama aures etiam Dominici perculiſſet; Petrum ad ſe protinùs aduocans acriter conuenit, cur in monaſterio, quod ex eius præceptione conſtruxerat, ſe inconſulto feminas locare voluiſſet. Simulque illi quàm fœda & turpia de illis audierat, enarrauit. Præcipit igitur, vt mox, ſine aliquo dedecore expulſis illis, Fratres inibi ſub regulari magiſterio ſeruituros Domino congregaret. Tunc Petrus veſtigiis viri Dei proſtratus commiſſi veniam poſtulat, facturum ſe quidquid iuſſerat, pollicetur. Illud quoque intentiſſimè & inſtantiſſimè flagitans, vt eis, quos inibi aggregandos iubebat, ipſe in Patrem, ipſe ſemper præeſſe in Rectorem deberet. Reſiſtente rogatibus iſtis Dominico, & inſiſtente nihilominùs Petro, victus tandem importunitate precum Dei famulus ceſſit, *g* pollicitus vt expulſis ſanctimonialibus illis, ſeruorum Dei, qui deinceps in eodem loco aggregarentur, paternam deberet curam ſuſcipere, eoque, quo prædiximus ordine, vniuerſa completa ſunt.

vnde ſanctimoniales licentiùs viuentes eiici iubet;

ipſe monachus ibidem præeſt.

g

20 Per hos dies puer quidam Berolenſis mutus & claudus ad virum Dei delatus eſt: cuius cùm linguam pedeſque, crucis impreſſo ſigno, & inuocato Trinitatis nomine, tetigiſſet, & greſſum pedes, & lingua loquelam horâ eadem diuinitus receperunt. *h*

mutum & claudũ ſanat:

h

21 Vir autem Domini cùm iam octoginta ferme annos exegiſſet ætatis *i*, die quadam cauſſis vrgentibus neceſſariis, Tuſculanum proficiſcebatur: cùm ecce inter eundum letali vlcere, quod papulam vulgus appellat, à maxillâ inuaditur. Quod Ioannes reuerendus monachus, qui tunc ei comes itineris erat, conſpiciens, cohortatur inſtanter virum Dei, vt acceleret reditum, maturet regreſſum, feſtinet ſeſe Fratribus reddere, niſi fortè velit abſentibus illis obire, proculdubio proteſtans vlcus, quod in facie videbatur, mortis contiguæ ſigna manifeſta prætendere. Acquieuit cohortanti Dominicus, & ad monaſterium protinus eſt regreſſus: mox verò vniuerſos ad ſe Fratres præcipit conuocari, eoſque primùm de obſeruatione proponit & de caritatis vinculo commonens; poſt exhortationis verba ſolennia, demum ſibi omnia, quæ circa morientes Fratres aſſolent fieri, iubet protinus exhiberi. Conſummato itaque officio, cùm Dominici quoque corporis ac ſanguinis myſteria percepiſſet, eiulantes Fratres egredi, foriſque paullulùm præcipit commorari.

i

lethali morbo correptus,

Auctore Alberico Cardinale, Ex Mss.

munitur diuinis ſacramentis

22 Cumque egreſſis omnibus ſolus ipſe remaniſiſſet in cellâ, voces ei loquentis & alterius colloquentis cum eo ſunt à Fratribus, qui forinſecus excubabant, auditæ; non tamen adeò, vt verborum eorum ſenſus aliquatenùs potuiſſet ab eis intelligi: quam vir ſanctus confabulationem cum vitâ pariter, vt Domino placuit, conſummauit. Nam cùm voces illæ deſtitiſſent Fratrum auribus inſonare, ingreſſi cuncti eum iam repererunt expiraſſe, eius qui cum eo colloqui eſt auditus nulla contuentes indicia, certum tenuerunt omnes ad migrantis ſolatium Angelum deſtinatum. Obiit autem vir ſanctus vndecimo Kalendas Februarij, anno ab Incarnatione Domini milleſimo triceſimo primo, *k* humatumque eſt cadauer eius in monaſterio, quod nunc eiuſdem cognominatur vocabulo, ſito in Campaniâ in vicinià Soranæ ciuitatis, cuius etiam in ſuperioribus facta eſt mentio. Vbi eius orationibus multa Chriſtus operari non deſinit mirabilia vſque in hodiernum diem, ad laudem & gloriam nominis ſui, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Angelo ſecum colloquente moritur:

k

ſepelitur.

a *Iacobillius* Burrellum Malorem *vocat*, Valuenſem Comitem, filium *ſuprà ſcripti* Oderiſij. *haud ſatis id credibile. Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 38. de hoc Borello, eiusq; filio ita ſcribit:* Borellus autem Comes, Borelli maioris filius, cùm ob nonnulla ſua in hoc loco ſeruitia, Deſiderij (*Abbatis Caſſinenſis*) familiaritatem non immeritò fuiſſet adeptus, monaſterium S. Petri de Auellanâ (quod pater ipſius B. Dominico ante 40. annos ad conſtruendum tradiderat, quodque idem Borellus amplâ ſatis terrarum poſſeſſione ditauerat) cum Eccleſiis, colonis, omnibuſque omnino pertinentiis ac poſſeſſionibus ſuis, id eſt, terrâ quinque millium ferme modiorum, B. Benedicto deuotiſſimus obtulit.

Cœnobiũ S. Petri de Auellanâ datum Caſſinenſibus.

b *Iacobillius:* iuxta Sangiam. *Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 18.* Monaſterium item S. Petri de Auellanâ apud Sangiam. *Eſt* Sagrus, *vulgò* Sangro, *& Sanguine, magnus amnis, qui per Samnium ad Meridiem Valuenſis tractus fluit; iuxtaq; oppidum cui* Sangro *nomen; & non inde longè hoc cœnobium* S. Petri de Auellanâ.

Sagrus *fl.*

c *Iacobillius:* Triſultus. *aitq; Dominicum iſthìc tres annos in ſpeluncâ habitaſſe, omnibus ignotum; tandem repertum, magno hominum confluxu celebratum, multos & ſalubribus monitis inſtruxiſſe & morbis liberaſſe; cæcis etiam viſu, auditu ſurdis, claudis inceſſu reddito. Deinde ab Angelo noctu admonitum, S. Bartholomæi ad montis radicem ædificaſſe monaſterium, quod Nicenſis oppidi incola ſuis facultatibus locupletarunt: præfuiſſe eum huic cœnobio; deinde ſubſtituto ſibi* Alberto *monacho, ad alium locum, cui* Fraterno *nomen, profectum, iſthic eccleſiam condidiſſe honori Deiparæ Virginis. Cùm in S. Bartholomæi cœnobio degeret varia patraſſe miracula: febrim enim à puero, & Sacerdote, depulſam, cùm aquam potaſſent, quâ Sanctus abluerat manus: precibus ad Deum fuſis paralyſim curatam: liberatos duos inquilino dæmonio: reſtitutam Sacerdoti loquelam: itemq; alteri; clauo greſſum; multis ſanitatem; cæcis duobus viſum: ſaxum ingens, quod ædificium cœnobij operaſq; oppreſſurum erat, aliò auerſum, citra cuiuſquam incommodum. Addit hoc cœnobium S. Bartholomæi incoli nunc à Carthuſianis, quibus Innocentius III. cum omnibus poſſeſſionibus id donauit, aliâ conſtructâ non longè à priori eccleſiâ, ſub nomine S. Dominici. Eſt aliud cœnobium ſub veteri S. Bartholomæi nomine, nouamq; eccleſiam conſtructam eiuſdem Pontificis iuſſu, ſed antiqui ferè monaſterij lapidibus ceteràque materiâ, quòd hoc inclementiori ſitum eſſet loco, atque iſthic nunc ſupra triginta ordinis Carthuſiani monachos ſanctam degere vitam. Addit alia illi cœnobio à variis poſteà donata.*

Varia miracula S. Dominici.

Varia ſancti viri vaticinia & miracula narrat Ferrarius: Claruit, *inquit*, ſpiritu prophetico. Dodæ enim nobiliſſimæ matronæ, & Comiti Marſorum eius viro, multa prædixit, quæ illis euenêre. Cùm Giſeltruda Comitiſſa vinum per famulos, qui partem vini bibentes, vas aquâ compleuerunt, illi miſiſſet, Dominicus illos reprehendit, & ad pœnitentiam reduxit. Cùm alius piſces mitteret, partemque ſerui in viâ penes arborem abſcondiſſent, eos monuit ne piſces reconditos repeterent, qui abeuntes loco piſcium ſerpentes inuenêre. Ex quâ re perterriti

vaticinia.

Ex VARIIS.

à viro Dei veniam suppliciter postulant.

d *Rogatu & expensis* Amati Signiensis Comitis *in ipsius ditione, cui deinde Gaufredum Sanctus praefecit.*

e *Iacobillius Sora & Arpini Comitem facit; vxorem eius vocat* Dodam, *Oderisij Comitu filiam.*

f *Duobus ab eâ milliaribus, inquit Iacobillius.*

g *Dum aedificatur id cœnobium, secessisse Dominicum scribit Iacobillius in verticem montis qui* Petra Imperatoris *dicebatur, ibique erexisse sanctissimæ Trinitati aedem, dotatam deinde ab Vmberto Malore & Ioanne Attone viris primariis illius tractus. Et quia ad crepidinem illius montis alia sancto Angelo consecrata visebatur ecclesia, ea quoque illi sanctissimæ Trinitatis ade subiecta est.*

h *Alia miracula commemorat ab eo facta Iacobillius; prolem masculam Romana matrona precibus obtentam: nobilem puellam scrofulis liberatam, sacerdotem febri, matronam haemorrhoidibus: claudo alteri incessum impetratum, caco visum, auditum surdo, aliis quamplurimis sanitatem: multos qui eius obtemperare iussis nollent, aut etiam conatibus illius repugnarent, diuinitus esse punitos. Ferrarius disertius:* Siginulfus enim nobilis qui seruum ad monasterium Dominici confugientem, vi, Dominico contradicente, extraxerat, omnibus statim viribus destitutus est. Sed resipiscēs, & seruo restituto, sanitatem impetrauit. Presbyter qui famæ Dominici detrahebat in amentiam versus, & ad eum perductus oratione liberatur. Amatus quoque Presbyter & Vicarius apud Sublacum, & Carseolos, cuius mores Dominicus reprehenderat, dum equo citato cursu in sanctum virum lanceâ illum confossurus ferretur, factus immobilis vsuque membrorum destitutus, postulatâ veniâ sanitatem recuperat, ac ad meliorem frugem conuersus in solitudinem se recepit. Arpini Missam celebraturus concubinas eiici iussit ab ecclesiâ, quarum quæ iacto in eum lapide dixerat: Sic tu, vt lapis iste, ad nos redire possis, statim oculis capta est. Verùm pœnitens facti, visum recepit.

detrahens,

necem parans,

maledicens.

i *Sorano monasterio 20. annis praefuisse scribit Iacobillius, Ferrarius tribus.*

k *Multa ad sepulchrum facta miracula: mancus ac furiosus curati: repressa haemorrhoides; paralysis sanata, dolor intestinorum, aegritudo alia immedicabilis, rigida pueri manus, alterius latus omne dextrum: item mutili duo restituti, gibbosus alter, tres energumeni; milites tres grauibus saucij vulneribus. Erasmo Episcopo Signiensi visendum se Sanctus stitit, tibiamque confractam percurauit: tres alij hernià liberati. Muti duo facultatem loquendi receperunt, visum caci duo, caca totidem: alij alia calitus eius patrocinio beneficia impetrarunt.*

Miracula ad eius sepulchrum.

Calitus punitus, Sancto repugnans,

DE S. BRITHWALDO

EPISCOPO WILTONIENSI IN ANGLIA.

ANN. MXLV. XXII. IANVAR.

1 *PRouincia est in mediterraneis Angliæ, Comitatus titulo insignita,* Wiltonia, *vulgò* Wilshire, *nomen adepta à* Wilton *oppido, ad Nadderi VVilliscq; amnium confluentem sito, quod antiquis* Ellandunum *appellatum fuisse ostendit Cambdenus. Hic sedes olim Episcopalis fuit: quâ Sarisburiam, haud procul inde distantem, translatâ, ita sensim* Ellandunum, *siue* Wiltunum, *decreuit, vt vix nunc exiguus viculus sit.*

VViltoniæ Episcopus

2 *Octauus eius loci Episcopus sub initium seculi vndecimi* Brithwaldus, *siue* Brithwoldus *fuit. De quo VVillelmus Malmesburiensis lib. 2. de gestis Pontificum Anglorum, vbi de Episcopis Schireburnensibus, Salesburiensibus, VViltunensibus agit:* Octauus, *inquit,* Brithwoldus ex monacho Glastoniensi; qui multis annis, à tempore Regis Ethelredi vsque ad Eduardum vltimum, administrauit episcopatum. Is tempore Regis Cnutonis quadam vice cœlestibus apud Glastoniam, vt sæpè faciebat, intentus excubiis, diuinam visionem expertus est. Cùm enim subiisset eum cogitatio, quæ frequenter eum angebat, de Anglorum regiâ stirpe penè delctâ; hoc meditanti sopor irrepsit, & ecce in superna raptus vidit Apostolorum Principem Petrum, manu tenentem Edwardum filium Regis Ethelredi qui tunc in Normanniâ exulabat, & in Regem consecrare, cælibe designatâ vitâ, & certo XXIV. annorum numero computato, quo regni metam terminaret: eidemque de posteritate conquerenti respondisse: Regnum Anglorum, est Dei; post te prouidebit Regem ad placitum sui.

S. Brithvvaldus

Calitus edocetur de futuro statu Angliæ;

3 *Regnauit* Ethelredus *S. Eduardi Martyris frater, S. Eduardi Confessoris pater, à 14. April. 978. vsque ad 23. Aprilis 1016. Successit* Canutus, *siue* Cnuto, *Danus, duxitq; eius viduam Emmam S. Eduardi matrem anno 1018; obiit anno 1035. 12. Nouembris. Eadem* S. Brittwaldi *visio narratur ab eodem Malmesburiensi de gestis Regum Anglorum lib. 2. cap. 13. atque aliquantò fusiùs in vitâ S. Eduardi 5. Ianuarij, cap. 1. nu. 4. & 5. itemq; à Matthæo VVestmonasterienſi ad an. 1055. Nicolao Harpsfeldio seculo XI. cap. 19. Radulpho Cestrensi lib. 6. cap. 18. atque aliis, qui tamen omnes non Eduardum quæstum de posteritate, sed ipsum Brithvvoldum de eâ sollicitum fuisse testantur, illudq; à S. Petro responsum tulisse.*

4 *Radulphus & Harpsfeldius id scribunt contigisse cùm adhuc monachus esset Brithvvoldus in cœnobio Glastoniensi, quod vulgò* Glastenbury *dicitur, de quo egimus ad caput 1. vitæ S. Eduardi litt. l. Verùm repugnat Malmesburiensis qui propiùs à Brithvvaldi vixit ætate; & sedisse eum scribit* à tempore Regis Ethelredi vsque ad Eduardum: *ergo Cnutone regnante non potuit monachus fuisse. In vitâ S. Eduardi tribuitur id* Brithwaldo Wintoniensi *Episcopo; & additur:* Erit enim cùm dormieris cum patribus tuis, visitabit Dominus populum suum, & faciet Dominus redemptionem plebis suæ. Eliget enim sibi virum secundùm cor suũ, qui faciat omnes voluntates suas, qui me opitulante regnum adeptus Anglorum Danico furori finē imponet. Erit enim acceptus Deo, gratus hominibus, terribilis hostibus, amabilis ciuibus, vtilis Ecclesiæ, laudabilemque vitam sancto fine concludet. Quæ omnia in B. Eduardo completa rei exitus comprobauit. *Ergo cùm non ante Eduardi regnum obierit* Brithwoldus Wiltoniēsis, *erunt de* Wintoniēsi *accipienda.*

non Brithvvaldus VVintoniensis.

5 *Habuit* Wintonia, *olim* Vēta Belgarũ, *Anglis nũc* Wintchester, *Britannis* Caer Gwent, *à* Guin, *vel* Guen *Britannicâ voce, quod* album *sonat, quia in solo ex cretâ & argillâ albicanti locata, vrbs prouinciæ Hamptoniæ, siue Hamshire, Episcopũ eodem ferè tempore* Ethelwoldum, *quem quidam recentiores dicunt* Brithwoldum *quoque appellatum, tertium à S. Elphego. Verùm huic Cnutone regnante illud obiici cæleste visum non potuit, quem Kenulpho anno 1006. suffectum, anno 1015. tradunt obiisse, &* Ethelwoldum, *siue* Æthelwoldum *Florentius VVigornienſis, VVillelmus Malmesburiensis, aliiq; iis temporibus proximi, non* Brithwoldum *appellant. Diuersus tamen est à* S. Ethelwoldo *eiusdem Sedis Episcopo, de quo 1. Augusti agemus.*

qui Ethelvvoldus II. & antè obiit.

6 *Anno tandem 1045.* Brithwoldus Wiltonienſis Episcopus obiit, *vt scribit VVigornienſis, ex cuius historiâ facile est perspicere, quantis eum exagitatum fuisse ærumnis oporteat. Eodem anno scribit VVestmonasterienſis:* Brithwaldus Rameſburienſis Episcopus obiit. *Ita appellati & alij VViltoniæ Episcopi reperiuntur, quòd Ramesberiæ domicilium haberent; vnde Sarisburiam id transtulit Hermannus Flander S. Brithvvoldi successor,* quoniam apud Rameſberiam, *inquit Malmesburiensis,* nec Clericorum erat conuentus, nec erat quo sustentaretur. *Iacet* Rameſberia, *vulgò* Rameſbury, *ad* Cunetionem *amnem, qui vulgò* Kennet *dicitur, in Orientali VViltoniæ tractu; estq; nunc solùm viculus, sed pratorum amœnitate commendatus, vt Cambdenus auctor est.*

S. Brithvvaldi obitus.

7 *Porrò* decurso vitæ spatio sepultus est Brithwoldus Glastoniæ, cuius possessiones multis prædiis & redditibus ampliauerat, nostro quoque monasterio perliberalis. *Ita VVillelmus Malmesburiensis monasterij alumnus, siti in Septemtrionali VViltoniæ orâ, de quo plura ad* S. Aldelmi *vitam 25. Maij, &* S. Maidulphi, *à quo nomen habet, & Bedæ dicitur* Maidulphi vrbs. *Inscriptum est Martyrologio Anglicano hoc die* S. Britualdi *nomen, sed VVintonienſis dicitur fuisse Episcopus. Eodem die Ferrarius:* In Angliâ S. Brituualdi Episcopi VVintonienſis. *Ast Hugo Menardus, 17. Ianuarij:* VViltuniæ in Angliâ S. Brithwoldi Episcopi & Confessoris. *De alio* Brithwaldo, *Cantuarienſi Archiepiscopo, egimus 9. Ianuarij.*

sepultura.

publica veneratio.

DE

DE B. WALTERO DE BIRBEKE,

NOBILI BRABANTO,

ORDINIS CISTERCIENSIS, HEMMENRODÆ.

CIRCIEER ANN. MCCXX. XXII. IANVAR.

BIrbeka, *siue* Bierbeka, *vulgò* Bierbeke, (*antiquioribus scriptoribus* Birbacum, Birbach, Birbackt) *vicus est peramplus in Brabantiâ, duabus ferè Louanio leucis distans, Baronatus titulo insignitus, intra Arschoti Ducatum. Eum vicum illustris olim tenuit familia, è Louanienſium Comitum, siue Brabantiæ Ducum, stirpe: nunc Arschotanorum est, seu dotis nomine acquisitus, siue potiùs Brabantinorum Ducum munificentiâ. Genealogiam Bierbekanæ gentis Petrus de Latheu cœnobij Tongerloensis ordinis Præmonstratensis alumnus, libro de memorabilibus sui temporis, sub annum 1383. scripto, deducit, recitatq; ex eo Chrysostomus Henriquez in Notationibus ad Menologium Cisterciense hoc die. Verùm nec quæ ille scribit, probabat omnia sagax ille antiquitatum censor Andreas du Cheſne, à nobis de hac ipsâ re consultus, & feruntur Louanij apud Arschotani Ducis Quæstorem extare quædam Ducum Brabantiæ diplomata, quibus illius genealogiæ pars aliqua conuellatur. Nobis scrutari omnia nec licuit, nec libuit.* Nec scire fas est omnia: *cùm præsertim Sancti, & sapientes quique, genus ac proauos & quæ ipsi non fecerunt, vix eu sua existiment.*

Bierbekana familia in Belgio illustris.

ex eâ VValterus monachus,

2 *Eximium ei familiæ ornamentum* Walterus *contulit, qui seculi relictâ militiâ, quâ non vulgarem gloriam erat consecutus, Cisterciense institutum in Clausſro, siue Hemmenrodensi cœnobio, complexus, eximiâ floruit vitæ sanctitate; ob quam hoc meruit in Cisterciensibus Fastis à Chrysostomo concinnatis elogium:* In Germaniâ B. Walterus de Bierbact, sanguinis splendore & sanctitatis titulo celeberrimus, qui seculari militiæ valedicens, in Hemmenrode cœnobiticam vitam amplexus est; & à Beatâ Virgine, quam summo colebat affectu, cælestibus fauoribus nobilitatus, multis etiam miraculis illustris obdormiuit in Domino, & in Sanctorum numero fuit relatus.

publico reliquiarum cultu,

3 *Subiicit deinde in Notationibus:* Constat etiam sacras eius reliquias populo venerandas fuisse expositas. Imò & eius cothurnos in sacello eidem beato viro dicato, ipso altari, summo honore, inclusos. Quæ omnia præsupponunt, illum Sanctorum numero adscriptum, siue eo modo solenni, quo nunc Ecclesia in Sanctorum canonizatione vtitur; siue illo olim consueto, acclamatione scilicet populi, approbatione Ordinarij, & Ecclesię consensu. *At solùm priuatâ viri cuiusdam nobilis pietate collocatæ primùm in arâ eius reliquiæ videntur. magnificum tamen illud, miracula per eas esse patrata, vt infrà patebit. Petrus de Latheu suprà citatus, qui ante 250. annos vixit, de VValtero ita scribit:* VValterus de Bierbact celebris admodùm in actis militaribus, postmodùm Religiosus fuit ordinis Cisterciensis, monasterio de Hemmenrode: vbi ob vitam sanctè actam canonizatus est, & anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo secundo obiit. *Proponuntur certè palàm eius imagines cum titulo* Beati.

& miraculis clarus;

à multis seculo Sanctus habitus.

Eius Vita,

4 *Res à* VValtero *præclarè gestas damus è MS. codice Canonicorum regularium in Rubeâ-valle iuxta Bruxellam, quas Ioannes Gilmannus aut Antonius Gentius ex lib. 7. illustrium miraculorum Cæsarij Heisterbacēsis, cap. 38. & 39. cōtexuit, aut ipsius ferè Cæsarij verbis retulit. titulus est:* Gesta Domini VValteri de Birbaco militis, posteà monachi Cistercienſis. *Cohabitauit ipsi* VValtero *Cæsarius, ac sæpè illius alibi meminit, vt lib. 4. cap. 54.* Ista nobis retulit sanctę recordationis VValterus de Birbach. *& lib. 5. cap. 6.* Hæc mihi dicta sunt à suprà memorato Hermanno Abbate, nec non & VValtero monacho de Birbec. *lib. 7. cap. 26.* Retulit mihi VValterus de Birbach monachus de Hemmenrode, *lib. 10. cap. 12.* Frater VValterus monachus in Hemmenrode, referre solet miraculum mirabile, cui se interfuisse memorat. Cùm peregrini in primâ expeditione obsiderent ciuitatem Achon, *&c. vnde patet eum quoque in Palæstiram Catholicæ religionis aduersùs Barbaros armis propugnandæ gratiâ esse profectum.*

5 *Quod eum anno 1222. obiisse scribit Petrus Latheu, refutatur ex Cæsario, qui cùm locis citatis de* VValtero *vt iam vitâ functo loquatur, tamen lib. 10. cap. 48. eo anno se librum illum compositsse testatur.* *ætas.*

VITA EX MS. RVBEÆ VALLIS.

CAPVT I.

VValteri secularis militia.

1 DOminus VValterus de Birbaco villâ Brabantiæ *a* Gallicanæ oriundus extit, vir diues & nobilis valdè *b*: qui cùm adhuc ætate florens esset militiæ seculari deditus, atque in eâ strenuus satis atque nominatus, Dominam nostram sanctam Dei genitricem semperque Virginem Mariam ab ipsâ pueritiâ cœpit inuocare, & ex intimo cordis affectu diligere, atque ieiuniis & eleemosynis ac Missarum celebrationibus pro suo modulo honorare: & licet adhuc corpore deditus esset *c* torneamentis, corde tamen totus erat in obsequio beatæ Virginis.

a

b

B. VValterus B. Virginem studiosè colit:

c

2 Tempore quodam *d* cùm præpararet se ad quoddam torneamentum, milites habens in comitatu, venisset*q*ue ad ecclesiam quamdam, illos vt Missam audire vellent hortabatur: quod cùm recusarent, moram tantam sibi periculosam esse prætendentes; in ecclesiâ mansit, Missam*q*ue sibi de B. Mariâ cantari fecit, & obtulit: sic*q*ue socios insecutus est. Cui cùm aliqui de torneamento occurrerent, & hoc ex responsione illorum cognouisset, subiunxit ipse: Estne adhuc inceptum? Dicentibus illis, Etiam; adiecit: Quis fortiùs ibi agit? Responderunt: Dominus VValterus de Birbaco, ipse in ore est omnium, omnibus præfertur, & ab omnibus laudatur. Aliis quoque occurrentibus & similia dicentibus, stupens admirabatur quidnam hoc portenderet. Actum est hoc ineffabili pietate B. Mariæ Virginis, vt militem deuotum in obsequio suo tardantem, interim in torneamento honoraret, eiusque absentiam mirabili quadam virtute suppleret. Veniens tandem ad locum armauit se, & intrauit, sed nihil magni illic egit. Ludo verò expleto, quidam ex militibus hospitium eius intrauerunt, & vt secum mitiùs ageret supplicauerunt. Quibus cùm diceret: Quæ est causſa petitionis vestræ? responderunt: Hodie cepistis nos, & rogamus vt benè nos tractetis. VValtero negante, & dicente: Ego vos non cepi; responderunt: In rei veritate nos hodie dextras vobis dedimus, nos signa vestra militaria ibi vidimus, nos vocem vestram ibi audiuimus. Et cognouit statim vir nobilis hoc actum fuisse gratiâ B. Mariæ Virginis, quam honorauerat in Missâ, quam de ipsâ cantari fecit & audiuit.

d

absens & Missam de B. Virgine audiens videtur à militibus victor existere:

3 Sed hîc quęri potest, cùm sit mortale peccatum exercere torneamenta, quomodò placere potuerunt beatæ Virgini orationes & oblationes dicti VValteri? Ad quod dicendum, quòd duo ibidem committuntur peccata mortalia, superbia videlicet ac inobedientia; superbia, quia fit intuitu laudis humanæ; inobedientia, quia fit contra prohibitionem Ecclesiæ: vnde in torneamentis occisi extra cœmiteria fidelium meritò sepeliuntur.

qui id factum, cùm torneamēta vetita sint.

Cùm igitur obſequium dictæ Miſſæ VValtero potuiſſet eſſe meritorium vitæ æternæ, ſi factum fuiſſet in caritate, nunc tranſiuit in mercedem temporalem; opera enim bona, id eſt, de genere bonorum, temporaliter remunerantur. Homo etiam per illa, vt quidam ex ſcriptis probant, habilem ſe reddit ad gratiam ſuſcipiendam: quod verum eſſe ſequens probat exemplum.

4 Cùm alio quodam tempore nundinas illas execrabiles præfatus vir nobilis quæreret, ac inter multos ſtans Miſſam audiret, Sacerdos celebrans vt in Canone calicem leuauit, Crucem auream ſub eius pede conſpexit, cui annexa fuit chartula hæc continens verba: Crucem hanc defer ex parte meâ, Mariæ ſcilicet Matris Chriſti, amico meo VValtero militi de Birbach. Quam cùm Sacerdos legiſſet, poſt completionem Miſſæ pulpitum aſcendit, & exclamauit: Eſtne hic aliquis miles qui vocetur VValterus de Birbaco? Reſpondentibus quibuſdam, Ecce hic eſt, Sacerdos eum ſeorſum duxit, Crucem porrexit, & vbi illam inuenerit vel quis miſerit intimauit. e Quam ille gaudenter ſuſcipiens, poſteà in Hemmenrode conuerſus eam Abbati illius loci reſignauit. Deinde Comitiſſa Hollandiæ miſſis illic honeſtis nuntiis eamdem Crucem ſibi dari petiuit, & tali modo obtinuit. Cùm enim Conuentus præfatis nuntiis reſponderet: Non poſſumus eam dare, niſi ſit voluntas Fratris VValteri, ſperantes quòd non annueret, requiſitus de hoc, reſpondit: Ego nihil proprietatis habeo. penes Abbatem eſt. Sicque dolentes illam Comitiſſæ tranſmiſerunt, cuius aurum tanti fulgoris eſt, vt omne aurum in eius comparatione palleſcat: quam Comitiſſa lætanter accipiens, inter reliquias ſuas poſuit, eadem vti non præſumens.

Crucem ei mittit D. Virgo.

e

qua ab Hemmenrodenſibus Comitiſſa Hollandiæ poſteà data.

a *Imò* Teutonicæ, *in Ducatu Arſchotano. vt diximus, agro Louanienſi. Eſt quidem & in Gallicanâ Brabantiâ,* Birbacum, *vulgò* Birbais, *ſub Valhainij Comitatu: ex hoc ortum VValterum exiſtimauit Gilemannus Gentiuave; nam in Caſario id non habetur.*

b *Addit Caſarius:* conſanguineus Henrici Ducis Louanij. *Hic eſt, vt arbitramur,* Henricus IV. *quem quidam primum Brabantiæ Ducem faciunt, Haræo teſte. is hoc ipſo tempore viuebat, VValteri æqualis.*

c Torneamenta *dicta apud medij æui ſcriptores, haſtiludia, ac ſimiles equeſtres conflictus, in ſpeciem ludicri, ſed re ſanguinarij plerumque & funeſti; ideoq; ſeueriſſimis Pontificum edictis vetiti, donec adhibita moderatio eſt; ſubmotaq; cadium pericula. Quâ alioquin cautelâ interpoſitâ, egregia ineſt nobilitatis exercitatio, & ad bellica facinora incitamentum.*

d *Caſarius:* cùm properaret ad quoddam *&c.*

e *Meritò Caſarius lib. 7. cap.* 38. VValterus de Birback, quem non ſolùm inferioris ordinis homines, ſed & Reges & Principes, nobileſque venerabantur, audientes beneficia à Matre miſericordiæ illi conceſſa.

CAPVT II.

Studium virtutum. religionis ingreſſus.

5 CErnens igitur Dominus VValterus, adhuc in ſeculo poſitus, tanta circa ſe beatæ Dei Genitricis beneficia, intantùm in illius amore accenſus eſt, vt in quadam pauperculâ eccleſiâ in ipſius honore dedicatâ, conſcio Sacerdote, fune collo ſuo iniecto ſeruum glebæ ſe illi ſuper altare offerret, ſoluens ſingulis annis cenſum de capite ſuo, qualem ſerui originarij ſoluere conſueuerunt. Et quia propter honorem Reginæ cæleſtis ſe tam valdè humiliauit, ipſa è conuerſo dilectum ſuum etiam in hac vitâ multiplicibus modis glorificauit.

VValterus ſe D. Virgini ſeruum conſecrat:

6 Denique ſolitus erat in vigiliis omnium ſolennitatum beatæ Dei Genitricis ieiunare in pane & aquâ, & etiam ſæpè ſextis feriis ob reuerentiam ſabbati. Die igitur quadam ſeruus ieiunanti paruulum vas fictile cum aquâ obtulit, quam in eius manibus diuina virtus in optimum vinum conuertit: qui cùm guſtaſſet aquam vinum factam, ſeruum ſecretè vocauit, & arguit dicens ſibi vinum pro aquâ miniſtratum. Quod cùm ille negaſſet aſſerens ſe hauſiſſe aquam de ſitulâ, nihilominùs vas recepit & effudit. Sicque aquâ puriſſimâ repletum, vt ſecurus eſſet, præguſtauit, & poſteà domino ſuo rurſus obtulit. De quo cùm guſtaſſet, ſicut priùs, vinum inuenit, & mox ſeruo iratus ſic ait: Vt quid mihi illudis en ſecundò vinum pro aquâ mihi deferendo? Ad quod verbum ſtupefactus ſeruus cum iuramentis maximis negauit. Tunc primùm intelligens ex multâ miſericordiâ Dei Genitricis hoc miraculum circa ſe geſtũ, eumdẽ ſeruum adiurauit, ne illud vmquàm alicui hominum, quamdiu ipſe viueret, manifeſtaret. a Seruus verò tanti particeps miraculi fuit Frater Arnoldus, qui cum eo poſtmodùm intrauit Ordinem Ciſtercienſium, vir ſanctus ac multùm ordinatus, ac tandem in Monte Stromberch ſepultus, qui antequàm moreretur miraculum ad Dei gloriam publicauit, timens de theſauro occultato poſt mortem reddere rationem.

eius profeſtis & feriis ſextis ieiunat:

aquæ ei in vinum mutatur:

iubet miraculum fieri:

a

7 Audiens ſæpedictus VValterus Ordinem Ciſtercienſem beatæ Virgini Mariæ dedicatum, omnia quæ ſunt huius mundi, ob amorem illius reliquit, & apud Alemaniam in Clauſtro, quod alio nomine dicitur Hemmenrode, cuius tunc temporis fama clariſſima fuit, habitum religionis ſuſcepit. In quo cœnobio quàm humiliter ſit conuerſatus, quàm feruens fuerit ac deuotus, & in obedientiâ præcipuus, atque in obſequiis B. Mariæ Virginis quàm ſollicitus, teſtes fuerunt ſui temporis monachi eiuſdem monaſterij. Pſalterium verò, hymnos & cantica atque alias de Dominâ noſtrâ orationes plurimas in probatione didicerat; quæ omnia ſtudioſiſſimè frequentauit. Miſſæ quotidianæ, quæ in Conuentu de Dominâ noſtrâ celebrabatur, ſemper intereſſe voluit. Quidquid penè loquebatur ædificatorium fuit, & quia non ſolùm verbis & aſpectu, imò etiam odore famæ illius multi ædificabantur, magiſter hoſpitum creatus eſt.

ſit monachus Hemmenrodæ:

ſedulus cultor D. Virginis:

ſit magiſter hoſpitum.

a *Addit Caſarius:* Ex quo colligitur, quòd non erat cupidus inanis gloriæ.

CAPVT III.

Varia miracula.

8 TEmpore quodam ductus eſt ad monaſterium ſpe curationis quidam obſeſſus, & ab eo in hoſpitio ſuſceptus: erat enim ruſticanus diues ſatis & notus, qui cùm nullo remedio poſſet ſanari, non reliquiis Sanctorũ, nõ orationibus monachorũ; ſæpè dictus VValterus auctoritate officij ipſum frequenter viſitans, orationes & rhythmos de ſanctâ Dei genitrice, quos apud ſe habebat conſcriptos, ſuper caput obſeſſi perlegit, ac eidem picturas illius oſtendit, per quę omnia dęmonem vt exiret adiurauit. Die quadam dum pſalterium ſuper caput obſeſſi poſuiſſet, dæmon ex hoc clamans & furens intantùm hominem, à quo exire cogebatur, turbauit & alliſit, adeò, vt cadens in terram mortuus diceretur. Poſt horam ad ſe reuerſus, ſurrexit à diabolo ſe liberatum eſſe clamitans. Conuerſus autem qui curationi huiuſmodi interfuit, & ruſticum furentem tenuit, huius rei teſtis fuit. Vadens itaque ille ſanus in domum ſuam, poſt aliquantum temporis rediit gratias agens Beatæ Virgini Mariæ, ac eius ſeruo curatori. Hoc verbum audiente Conuentu, adiiciens de eodem: Si non eſſet amplius reliquiarum in monaſterio iſto, præter hunc ſanctum virum, cuius meritis ſum curatus, toti loco ſufficere deberet.

Energumenum liberat:

9 Erat præterea in monaſterio a equus pulcherrimus & tanti valoris, vt pro eo tam Archiepiſcopus Treuerenſis, quàm Dux Lotharingiæ, ſiue Brabantiæ, XL. circiter marcas argenti dicatur præbuiſſe; ſpecies enim optimi b dextrarij in eodem erat. Timens autem Conuentus alterum offendere ſi vni venderetur, per Dominum VValterum duobus adhibitis Conuerſis eumdẽ equum Comiti Hollandiæ gratis tranſmiſit. Venientibus igitur eis in quemdam ſaltum, equus gregem equarum de longè paſcere conſpexit: qui ſtatim hinniens atque laſciuiens ex ducentium manibus ſe excuſſit, & curſu velociſſimo ad oppoſitum gregem properauit. Quem cùm Conuerſi

a

b

equum fœtorem, ope D. Virginis mirabiliter recipit.

Conuerſi inſequerentur, magis ab eis equus elongabatur. quibus fruſtrato labore reuerſis, ait Nonnus VValterus: Procedamus; nam equus iſte perditus eſt, niſi S. Maria illum nobis redonet. Vix itaque ad duo milliaria proceſſerant, cùm ecce velociter idem equus recurrens, quippe qui non ſatis domitus fuerat, velut ouis manſueta, ductorum ſuorum manibus collum ſubiecit.

10 Et quia notus erat nobilibus terræ, & ab eis tum propter ſanguinis nobilitatem, tum propter vitæ ſanctitatem venerabatur, ſæpè pro monaſterij neceſſitatibus contra voluntatem ſuam emittebatur. Igitur tempore quodam deſcendens cum naui domus, quæ vinum portabat, dum in Zelandiam veniſſet ipſe & ſui; orta tempeſtas maxima omnes terruit, & nauem inclinauit. acceſſit periculum periculo: nam prædones ad eos remigantes nauem deprædari conati ſunt. Et ecce iuſto Dei iudicio duo vaſa vi ventorum eiecta, nauiculam illorum ſubuerterunt, ipſoſque prædones in profundum dimerſerunt. Acta ſunt hæc in vigiliâ S. Nicolai Epiſcopi poſt mediam noctem. Vnde ſinguli vitæ ſuæ timentes Deo ſupplicabãt. Ipſe verò vir beatus de gurguſtio nauis egrediens, ſeruo ſuo ſeorſum ducto [c] cõfeſſionem fecit, & ſic demum intrauit. Deinde imagine ſanctæ Dei Genitricis eburneâ, quam ſemper penes ſe habebat, coram ſe poſitâ, ante illam ſe proſtrauit, & orauit, atque in oratione leniter obdormiuit; ſtatimque viſum eſt ei, quòd Dominum [d] Arnoldum in Clauſtro virũ ſanctum & probatæ vitæ, tempore pſalmodiæ citharizantem audiret; ſicque ex ipſâ dulcedine vocis expergefactus eſt, erat enim tempus Matutinarum. intelligenſque protinus, quòd vir iuſtus eadem horâ pro ipſis oraret, lætus exiuit, omneſque conſolans his verbis, ait: Nolite timere, quia nullum periculum nobis nocere poterit. nam Dominum Arnoldum de S. Seuerino, monachum noſtrum, audiui citharizantem. Moxque virtute diuinâ & meritis beatæ Mariæ Virginis, quam inuocauerat in tali articulo, & iam dicti Arnoldi, tempeſtas ſedata eſt.

piratas euadit:

c

d

in tempeſtate videt abſentem Fratrem pro ſe orãtem, eaq; ſedatur.

11 Hæc cùm relata fuiſſent Domino Hermanno tunc Priori in Hemmenrode, poſteà Abbati loci S. Mariæ, ſtatim Dominum Arnoldum prædictorum prorſus inſcium, vocauit, & quid in nocte S. Nicolai infra Matutinas cogitauerit, vel quid ibi egerit, interrogauit. Cui ille reſpondit: Credite mihi, ego ibi citharizaui. Quali modo? inquit. Et ille: Quando non poſſum habere deuotionem, ſub cucullâ digitos more citharizantis moueo, & chordas corde tango, ſicque mentis torporem ad deuotionem excito. Et miratus eſt Prior nimis, audiens hæc, quia enim vir litteratus erat, putamus eum exemplo Elizæi hoc feciſſe, in quo ad vocem pſalterij excitatus eſt ſpiritus prophetiæ.

Spiritualis citharizatio ad excitandam deuotionẽ.

a *Cæſarius*: poledrus, *id eſt, pullus equinus, qui &* pulletrus, *&* pultrinus *nonnullus dicitur.*

b Dextrarius *eſt equus militaris.*

c *Plura eiuſmodi ſubmiſſionis alibi exempla reperies, quæ mirere. Sed caue ſuſpiceris homini laico poteſtatem vllam eſſe aliena peccata condonandi, quæ ſolis Sacerdotibus impertita diuinitus. Vim tamen magnam habet generoſus ille animi dolor, à Dei caritate expreſſus, atque talem peccatorum confeſſionem eliciens.*

d *Hunc Menologio Ciſtercienſi inſcripſit* 25. *Auguſti*, Beatumq; *appellauit Henriquez.*

CAPVT IV.

Religioſæ virtutes.

Benignus in pauperes VValterus,

12 TAntæ compaſſionis fuit vir iſte ſanctus circa pauperes, vt in viam directus petentes præueniret, & ex nummis ſibi ad expenſas datis, illis porrigeret. Cumque die quadam ſcholaris nudipes illi occurreret, & frigus eſſet; ſtare ipſum fecit, & de equo deſcendit, calceoſque extractos illi tribuit, & nouos quos in ſacco habebat reinduit, equumque conſcendit, & abiit. Qui hæc vidit [a] & præſens fuit, teſtimonium perhibuit & ſcripſit. Diſcordantes concordabat, inobedientes exorabat, iracundos & impatientes ad cor ſæpius re- Ex MSS.
uocabat, tentatos exemplis plurimis, quæ ſemper ad manum habebat, alleuiabat. Hinc eſt quòd cùm tempore quodam [b] vnus de Fratribus conferret cum illo de quodam verbo, in partem eum traxit, & ait: Et ego magnas carnis meæ patior tentationes. Vt enim aliis poſſet mederi, proprias infirmitates illis non erubuit confiteri.

calceos ſuos pauperi donat:

a

b

carnis tentationes patitur:

13 Requiſitus die quadam à præfato Priore, quid in menſâ cogitaret, eò quòd non intelligeret lectionem, reſpondit: Ego habeo ibi lectionem meam. Quando manducare incipio retracto mente, qualiter pro me Dei filius ſit ab Angelo nuntiatus, & in virginali vtero de Spiritu ſancto conceptus: & ecce perlectum eſt primum folium. Deinde cogito quomodò Angelis concinentibus ſit natus atque pannis vilibus inuolutus, & in præſepio reclinatus: ſicque folium ſecundum verto. In hunc modum tranſcurro Circumciſionem, Magorum aduentum, oblationem eius in templo, fugam in Ægyptum, baptiſmum & Ieiunium, paſſionem atque reſurrectionem, aſcenſionem, & ſancti Spiritus aduentum, demumque extremum iudicium. Talis eſt lectio mea quotidiana, cuius finis finis eſt prandij. Quòd in tali libro comedens legeret teſtabantur lacrymæ quas frequentiùs in menſâ fudit; plus enim delectabatur in ſanctis meditationibus, quàm in genuflexionibus, per quas ſpiritus contemplationis impeditur. Non enim, vt diximus, multas [c] venias in oratione petiuit, ſed ſtans vel ſupra genua iacens, erecto vultu cælos reſpicere conſueuit.

pia meditatur tempore menſæ,

ſæpè lacrymans.

c

a *Cæſarius*: Hæc me præſente facta ſunt, *inquit.*

b *Idem*: Cùm de quodam verbo conferrem cum illo.

c *Id eſt, inclinationes, vel genuflexiones, reuerentiæ vel ſatisfactionis cauſâ factas.*

CAPVT V.

Obitus. miracula.

14 ANtequàm Deus eum vocaret de hoc mundo, cuidam monacho mirifica quædam viſio reuelata eſt. Exiſtente enim eo in [a] Villari Brabantiæ, quæ domus eſt ordinis Ciſtercienſis, cum Abbate ſuo Domino [b] Euſtachio, cùm dies eſſet Dominica, totum Conuentum idem Abbas poſt cœnam cõuocari fecit. Quod cùm factum fuiſſet, & ipſe diceret: Suntne hîc Fratres noſtri modò omnes? Reſponſum eſt ei: Omnes, Domine, exceptis duobus iuuenibus, qui hoſpites huc de Franciâ miſſi ſunt, qui ſtudioſi ſunt valdè circa ſilentium, maximè diebus quibus communicant: qui ſecundò ex parte eius vocati cùm veniſſent, & eis Abbas ipſe moram improperaret, humiliter ſe excuſantes conſederunt. Sequenti verò die Conuentus à labore rediens, & ante portam primo ſigno Nonæ facto ſecundum exſpectans, ſenior ex eis cùm ſic ſtans ſupra foſſorium ſuum ſe reclinaret, & Nonam de Dominâ noſtrâ legeret, ſic ſtando leuiter obdormiuit. Et ecce ipſam Dei Genitricem, diuerſorum ordinum perſonis ſtipatam, in mirâ claritate inter ſe & portam tranſire conſpexit: à quâ cùm minimè quaſi ignotus reſpiceretur, neque vocaretur; ait triſtis intra ſe: Hei mihi miſero! quare me non vocat? quæ cùm paululùm proceſſiſſet, miſerta illius, monachum ſibi familiariùs adhærentem remiſit, dicens: Voca monachum illum. quem cùm reuerſus vocaret, & diceret: Veni, Domina noſtra vocat te: præ gaudio expergefactus eſt. Intrans itaque ac Dominum VValterum conſiderans, dicebat intra ſe, ſimillimus eſt monachus iſte monacho, per quem hodie Domina noſtra me vocauit in ſomnis, niſi quòd cuculla illius griſea, huius autem alba eſt; & recitauit viſionem ſocio ſuo. Sequenti verò die cùm Dominus Abbas & ſæpedictus VValterus eſſent receſſuri, & ab eis præfati iuuenes ad portam vocati, VValterus quoque in ſuâ griſeâ cucullâ ſtaret, albâ quæ ſibi fuerat accõmodata depoſitâ, ait monachus ſenior ſocio ſuo: Reuerà iſte eſt monachus qui vocauit me; veſtem

venit Villarium:

cernitur D. Virginẽ comitari, & ad eam alium adducere.

ex Mss. cognosco, de personâ non ambigo.

moritur. 15 Tandem post dies paucos idem VValterus vir venerabilis cœpit infirmari, qui fide & caritate plenus, confessus atque contritus, beatâ Dei Genitrice ipsum vocante, de tenebris transiuit ad lucem, de fide ad speciem, de labore ad requiem, de merito ad præmium, de mundo ad patriam; ad quam nos perducat ipse Filius Dei Dominus noster Iesus Christus ex Mariâ Virgine natus, qui est via in exemplo, veritas in promisso, & vita in præmio. Amen. Monachus quoque Villarienſis, & ipse vocatus, sicut ei fuerat præostensum, paucis diebus interpositis migrauit ad Dominum.

& alter ab eo vocatus.

Miraculis post mortẽ claret.

16 Vt autem ostenderet Dominus quanti apud ipsum esset meriti Matris suæ dilectus, signis post mortem illum glorificauit. Eodem quippe tempore VVinemarus de Aldendorp, miles diues & honestus, lecto totus paralyticus decubuit: qui audiens hominem Dei, vnicè sibi dilectum, ad Dominum migrasse, mox nuntium ad Clausſtrum destinauit, per quem sibi defuncti *c* sotulares transmitti supplicauit. Missi sunt ei noui, & mox remissi, eò quòd intellexissent eos Domini VValteri non fuisse. Mox per eumdem nuntium *d* boti viri Dei satis veteres ei mittuntur, quos ipse infirmus cum fide ac deuotione suscipiens, statim vt manus præmortuas eis imposuit, beneficium protinus ex eis sensit. Simile factum est in pedibus. Ab illâ horâ cœpit manus leuare, & pedes erigere, ac totius corporis vires sensim recuperare. Eadem verò calceamenta ob amorem beati viri & propter concessum sibi per illa beneficium, intantùm venerabatur, vt in castro suo capellam ædificaret, atque eosdem sotulares in eius altario ligneo, Abbate Hemmenrodensi presente, includeret.

paralyticum sanat:

c

d

Calcei eius altari inclusi

17 Alius quidam miles periculosum habens apostema in pectore, audiens per præfatos sotulares tantam virtutem sanitatis ostensam in VVinemaro, vnum sibi transmitti petiuit, & obtinuit; per quem mox vt locum vlceris tetigit plenè conualuit. Sit nomen eius benedictum in secula, per quem vir beatus tam sancto fine vitam transitoriam terminauit. Amen.

per eos curatum apostema.

a *Huius religiosissimi cœnobij egregia encomia congerit Rosvveydus noster in dedicatoriâ epistolâ ad Henricum Vander Heyden eiusdem cœnobij Abbatem, prafixâ libello S. Eucherij Lugdunensis de laude Eremi, itemq; aliâ prafixa libello de contemptu mundi; quos ambos anno 1621. à se recensitos edidit.*

b *Nunc quoque in Menologio suo* Beatum *pradicat Chrysostomus 16. Maij.*

c *Cæsarius*, cothurnos.

d *Id est*, ocreæ.

DE B. GVALTERO BRVGENSI
ORDINIS MINORVM
EPISCOPO PICTAVIENSI IN GALLIA.

AN. CH. MCCCVII. XXII. IANVAR.

B. Gualteri nomen in sacris Fastis.

Valterum, siue Galterum, aut Galterium, Brugis in Flandriâ natum, inter Beatos hoc die recensent Martyrologium Franciscanum, & Gallobelgicum, Molanus in Natalibus SS. Belgij, Miraus in Fastis Belgicis & Burgundicis, Guilielmus Gazæus in historiâ Ecclesiasticâ Belgij, Antonius Sanderus in Hagiologio Flandriæ, atque alij citati à Luca VVadingo tom. 2. Annalium ordinis Seraphici ad annum 1279. num. 13. & Arcturo Monstierio in Notis ad Martyrologium Franciscanum. Claudius Robertus in Galliâ Christianâ & Ioannes Chenu in chronologicâ historiâ Episcoporum Pictauiensium 21. Ianuarij, id est, in vigiliâ S. Vincentij, obiisse Gualterum tradunt.

2 *Eius gesta breuiter narrat S. Antoninus 3. par. tit. 24. cap. 19. §. 8. his verbis:* Sub Bonagratiâ *Ordinis Minorum* Generali, Frater Galterus de Brugis, Magister in Theologiâ, tunc Minister Turoniæ, fuit per Dominum Papam compulsus (illo totis viribus vsque ad peccatum inobedientiæ renitente) recipere Episcopatum Pictauensem. Et quamuis Generalis ille supplicauerit, ne ille Pater auferretur illi prouinciæ, prævaluit voluntas Vicarij Christi. Erat enim vir omni virtute ornatus, in regimine vtilis. Tantæ sanctitatis fuit, quòd aliquando columba candidissima visa est super caput eius. Et contractum magnum debitum pro indumentis pauperum cum mercatore, quidam, qui Angelus Dei creditur fuisse, in formâ Procuratoris, absoluit debitum illud & cancellari fecit, eo ignorante.

Inuitus fit Episcopus:

columba apparet super caput eius.

Angelus eius debita soluit.

3 Hic tamen cùm diu litigasset Episcopus existens, in Archiepiscopatu Burdegalensi pro iure Ecclesiæ suæ, & post multos annos Burdegalensis Archiepiscopus, dictus Bertrandus, Papa esset creatus, Clemens V. nominatus, deposuit Dominum Galterum ab Episcopatu Pictauẽsi, & reduxit ad clausſtrũ. Demum Frater Galterus ad extrema deueniens, quãdam schedulam fecit, in quâ continebatur, quòd ipse appellabat à sententiâ Domini Clementis Papæ super depositione suâ ab Episcopatu ad iustum iudicium Dei, & ipsam schedulam in manu conclusit dexterâ suâ, & cum eâ voluit sepeliri. Quod factum est. Multis claret miraculis, præcipuè à quartanâ liberans.

Deponitur à Clemente V.

prouocat ad iudicium Dei.

Cùm autem post duos annos vel circà, Papa Clemens cum curiâ suâ venisset Pictauos, & ibi moram traheret; audito quòd Frater Galterus cum schedulâ in manu clausâ suam appellationem continente sepultus fuisset, voluit hoc videre: vnde mandauit eum exhumari, & illam schedulam illi auferri. Mira res! manus eius aperiri non potuit, & schedula haberi, nisi factâ priùs promissione, quòd sibi posteà restitueretur. Quo facto statim aperiri permisit manum, & scedulam sumi. Quam cùm Papa legisset, miratus est, & reddi eam illi defuncto iussit.

cum schedulâ prouocationis sepultus.

4 *Hæc S. Antoninus. Bartholomæus Pisanus lib. 1. Conformit. fructu 8. par. 2. hæc paullò aliter narrat:* Hic Sanctus, *inquit*, ad mortem deueniens, quãdam scripsit schedulam, cum quâ in manu decessit. Et cùm Pictauis esset Romana Curia, scilicet Dominus Papa Clemens V. (qui ipsum iniustè ab Episcopatu Pictauiensi deposuerat) Episcopi & Cardinales & alij Prælati adessent ad eius exequias, nulli prædictam dare voluit schedulam; sed Domino Papâ veniente, ei statim mortuus tradidit. In schedulâ continebatur, quomodò ipse Frater Gualterus, quia iniustè ab eo fuerat depositus, infra tot dies Dominum Papam citabat apparitum coram æterno Iudice. Et sic factum est: nam die statutâ, morte Papa ipse decessit. *Verùm hæc clausula non caret difficultate, quòd Clemens Papa post obitum Gualteri septem annis superuixerit. Obiit enim ille 18. Aprilis anni 1314. hic verò an. 1307. hoc 22. aut vt alij 21. Ianuarij. Eadem ex Antonino ad verbum refert Bzouius to. 14. an. 1307. nu. 13. Ioannes Chenu ait Gualterum appellasse à sententiâ Pontificis ad futurum concilium, & voluisse schedam appellationis secum sepeliri, citatq; S. Antoninum; patet quâ fide. Raphael Volaterranus commentariorum vrbanorum libro 21. ita de B. Gualtero scribit:* Gualterius Burgẽsis (*imò* Brugensis) Minister Turoniæ, quem ob sanctitatem prodigiis clarere dicunt, magnumque æs alienum benignè pauperibus faciendo contraxisse. Cùm summus esset Theologus, multaque scripsisset, ac inuitus Præsul Pictauiensis crearetur, venit in litem pro iure Ecclesiæ suæ, cum Præsule Burdegalensi, qui paullò pòst Pontifex creatus, nomine Clementis V. hunc aduersarium suum præsulatu deiecit. Quare Gualterius

etiam postea retentâ.

cùm

cùm hanc iniuriam æquo animo tulisset, moriens corpore, huiusce modi chirographum imponi iussit: Ad iustum Dei iudicium appello. quod Clemens cùm legisset, dicitur expauisse.

Quando creatus sit Episcopus.

5 *Lucas VVadingus to. 2. ad an. 1279. num. 13. ait eo anno Gualterum à Nicolao III. ad episcopatum Pictauensem euectum, cùm ea Sedes diu vacasset, contendentibus de eâ duobus à Capitulo electis. Sed non rectè isthic, typographi fortaßis negligentiâ, Episcopus ille Burdegalensis eius aduersarius* Bernardus *appellatur, qui Antonino, Claudio Roberto, aliisq; est* Bertrandus, *qui deinde Clemens V. fuit, non VI. vt ibidem dicitur. Addit VVadingus, quod ex S. Antonino colligi potest, corpus eius post biennium integrum repertum; & columbam illam, de quâ Antoninus, super caput celebrantis adstitisse. Demum traditur, vt ibidem refert VVadingus & Arturus Monstierius in Notis ad Martyrol. Franciscanum, miraculis effulsisse, cæcos illuminasse, à variis languoribus curasse, atque specialem semper habuisse potestatem super febrem quartanam, paralysin, & morbum comitialem.*

Eius corpus post 2. annos integrum.

Claret miraculis.

Eius sepulchrum.

6 *Extat eius sepulchrum in conuentu Pictauiensi Fratrum Minorum in ecclesiâ iuxta altare maius, & à multis illius opem implorantibus piè frequentatur. Est ibidem prope triclinium domuncula, siue cubiculum titulo* S. Gualteri *nuncupatum. Ita Arturus ad Martyrol. Francisc.*

EX VARIIS.

7 *Iacobus Meierus Annalium Flandriæ lib. 11. inter alia quæ de Gualtero refert, ait, virâ sanctum fuisse, & claruisse miraculis & ante & post obitum. Idem ex Meiero & Antonino refert Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ. Iacobus Philippus Bergomensis in Supplemento chronicorum lib. 13. hæc scribit:* Gualterius luculentissimus ordinis Minorum Doctor, & Pictauiensis Episcopus, hac etiam tempestate (*circa annum 1260.*) & doctrinâ & vitæ sanctitate insignis plurimùm fuit. *De eius eruditione hoc fert Ioannes Trithemius testimonium in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis:* Galterius Episcopus Pictauiensis, ordinis Fratrum Minorum, vir in diuinis scripturis eruditus, & in secularis philosophiæ disciplinis nobiliter doctus, ingenio subtilis, sermone scholasticus, in declamandis sermonibus ad populum excellentis industriæ fuit. *De scriptis illius præter Trithemium agunt Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ, Iacobus Philippus Bergomensis lib. 13. Supplementi anno 1261. Claudius Robertus, Antonius Sanderus lib. 1. de Brugensibus eruditionis famâ claris, Ioannes Chenu, Franciscus Sweertius in Athenis Belgicis, aliiq;.*

eruditio,

scripta.

XXIII. IANVARII.

SANCTI QVI X. KAL. FEBR. COLVNTVR.

S. Parmenas Apoſtolus, vnus è VII. primis Diaconis, Martyr, Philippis in Macedoniâ.
S. Meſſallina, Virgo Martyr, Fulginij in Vmbriâ.
S. Bellus, S. Florus, S. Saturninus, S. Minutius, S. Caſtulus, S. Baſilla, } Martyres, Romæ.
S. Cornelius Exorciſta.
S. Seuerianus, S. Aquila } coniuges Martyres, Neocæſareæ in Mauritaniâ.
S. Aſclas, Martyr, Antinoi in Thebaide.
S. Cortilia, Virgo & Martyr, Romæ.
S. Anaſtaſius miles & LXXIII. ſocij, S. Sergius monachus, } Martyres, Ilerdæ in Hiſpaniâ.
S. EMERENTIANA, Virgo & Martyr, Romæ.
S. Clemens Epiſcopus, S. Agathangelus, S. Chriſtophorus, Diaconi, S. Chariton, plures pueri, } Ancyræ, S. Phengon, S. Eucarpius, milites, Amiſi, plurimi viri, feminæ, pueri, Romæ. } Martyres.
S. Donatus, S. Caſtulus, S. Papias, S. Climatius, } Martyres, Ancyræ in Galatiâ.
Duo ſancti Martyres in Pario lacu.
S. Amaſius, Epiſcopus Teanenſis in Italiâ.
S. Euſebius, Abbas in Syriâ.
S. Maüſimas, vel Mayſimas, Sacerdos in Syriâ.
S. Salamanes, Silentiarius, in Syriâ.
S. Vrbanus, Epiſcopus Lingonenſis in Galliâ.
S. Gregoria, Virgo, Romæ.
S. Martyrius, monachus in Italiâ.
S. Ioannes Eleemoſynarius, Patriarcha Alexandrinus.
S. Ildefonſus, Archiepiſcopus Toletanus in Hiſpaniâ.
S. Boiſilus, monachus in Angliâ.
S. Maimbodus, Martyr, Monte-Beligardæ.
S. Barnardus, ſiue Bernardus, Archiepiſcopus Viennenſis in Galliâ.
Margarita, Virgo, Rauennæ in Italiâ.
S. Victor, & ſocius, } Martyres, Inſulis in Flandriâ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Paulus Thebæus, primus Eremita, *colitur hoc die ab Eccleſiâ Nannetenſi in Britanniâ Armoricâ, officio ſemiduplici, in hunc diem reiecto, quòd XV. Ianuarij feſtum iſthic celebretur, officio duplici, ſacri coniugij beatiſſimæ Virginis Deiparæ & S. Ioſephi, cum commemoratione* S. Mauri. *Dedimus vitam* S. Pauli x. Ianuar.

S. Meinradus, *ſiue* Meginradus, Eremita & Martyr, *colitur hoc die officio duplici in diœceſi Conſtantienſi, vt ad eius vitam diximus* xxi. Ianu.

Deſponſatio ſanctiſſimæ Virginis Deiparæ ac S. Ioſephi *celebratur in compluribus Eccleſijs hoc die, in aliis alio. Præcipuè Petri Aurati Dominicani, viri docti & pij, ſtudio, vel excitata primùm vel propagata populi Chriſtiani pietas, vt hoc quoque, ſicut cetera vitæ ſanctiſſimæ Virginis myſteria, quæ ad reſtituendam generi humano ſalutem Dei deſtinauit prouidentia, veneraretur.*

S. Neon Martyr *refertur in Martyrol. S. Hieronymi his verbis:* Et alio loco SS. Eugeni, Neonis, Machari; *vt dubites an coniungi cum iis debeat (quos mox dicemus hîc coli à quibuſdam, ac videri in 20. Dec. cum Martyrol. Romano reiiciendos) an is ſit, qui cum Sanctis Tergeminis XVII. Ianuarij interemptus, an alius. In MS. Hibernico* Nenon *appellatur.*

S. Florus Martyr, *à Galeſinio & Caniſio* SS. Seueriani & Aquilæ *filius fuiſſe dicitur, & martyrij ſocius: quod cur non omnino nobis probetur, mox dicemus, cùm de iis agemus.*

Memoria ſanctæ & Oecumenicæ Synodi ſextæ, quæ damnauit hæreſim Monothelitarum, imperãte Conſtantino Pogonato, patre Iuſtiniani Rhinotmeti, Conſtantinopoli *recoli ſolet hoc die, vt habent Menæa. De eâ egimus X. Ianu. ad vitam S. Agathonis, & ſæpè aliàs illius mentio fiet.*

Ocfridus Preſbyter: *de quo ad vetuſtiſſimum MS. Martyrologium VVandelberti hi adiecti, antiquâ etiam manu, ſunt verſus:*

Preſbyter Ocfridus, carnis tum vincula linquens,
Lidwine, te officio ſequitur comitatus & actu.

Durandus Epiſcopus Leodienſis, Beatus *appellatur in Kalendario Sanctorum ditionis Leodienſis, & in Sacrario eiuſdem ditionis, & Sacrario S. Lamberti. Sed omittimus, quia etſi laudatiſſimus Epiſcopus fuerit, non tamen publicè colitur. Acerbior in eum eſt Ioannes Placentius in catalogo Antiſtitum Leodienſium; immeritò.*

Bernardus Comes de Lippiâ, inde monachus ordinis Ciſtercienſis, Lehalhenſis in Liuoniâ Epiſcopus, & Liuonum Apoſtolus, *commemoratur in Menologio Chryſoſtomi Henriquez, &* Beatus *appellatur. Meminit eius & Kalendarium Ciſtercienſe Diuione editum. Nondum didicimus, an vſpiam publico aliquo cultu honoretur.*

Guido Abbas Floridi-Campi in Friſiâ, vir ſanctiſſimus, *refertur hoc die, &* Beatus *nuncupatur, ab eodem Chryſoſtomo Henriquez in Menologio Ciſtercienſi.*

Arnoldus de Swalmâ, Canonicus & Paſtor Ninouienſis, ordinis

ordinis Præmonſtratenſis, *refertur hoc die à Ioanne Chryſoſtomo vander Sterre in Natalib. Sanctorum ordinis Præmonſtratenſis, & ab Arnoldo Raiſio in Auctario ad Natales Molani, &* Beatus *ab vtroque appellatur. Certè Balduinus Ninouienſis in Chronico tradit eum poſt mortem miraculis claruiſſe, ideoq; ex communi cœmiterio in eccleſiam tranſlatum eius corpus. atque in eiuſdem Chronici margine adſcriptum eſt:* B. Arnoldus de S valmâ, *ſed recentiori manu. Obiit anno Chriſti 1221.*

S. Babylas, S. Agapius, S. Timotheus, } Martyres, in Siciliâ. *Ferrar. Nos* XXIV. Ian.

S. Valerius, Epiſcopus Cæſarauguſtanus. *Galeſinius. Nos* XXVIII. Ianuar.

S. Baſilij Magni *vitam ad hunc diem collocat Iacobus de Voragine in Legendâ Aureâ. Eam dabimus* XIV. Iunij.

S. Helena Imperatrix. *Maurolyc. De eâ agemus* XVIII. Aug.

S. Agilus Abbas Reſbacenſis. *MS. Florar. Nos* XXX. Aug.

S. Adamnanus, Eugenij VI. Scotorum Regis Præceptor. *Ita Dauid Camerarius. Non eſt hic alius ab* Adamnano Huenſi, *de quo* XXIII. Septemb.

SS. Vrſulæ, *& ſociarum Virginum & Martyrum, fit hoc die Coloniæ in Eccleſiâ S. Cuniberti commemoratio; quòd hoc die primùm columbæ indicio repertum ſit* S. Vrſulæ *corpus, de quâ eiuſq; ſodalibus pleniùs agemus* XXI. Octob.

S. Macarius, S. Eugenius, } Martyres, *hoc die à multis Eccleſiis coluntur, à quibuſdam ſolus* Macarius *cum* S. Emerentianâ. *Memorantur quoque in multis Martyrologiis, Rabani, Galeſinij, Molani, Ferrarij, aliiſq;, & multis MSS. De iis agemus cum Martyrologio Romano* XX. Decemb.

S. Irmina, Virgo, Abbatiſſa Horreenſis, Treuiris. *Ferrar. qui in Notis citat Martyrol. Caniſij, in quo tamen, vt & in Romano, ſolùm refertur* XXIV. Decemb.

DE S. PARMENA APOSTOLO,

VNO E SEPTEM PRIMIS DIACONIS.

SVB FINEM I. SECVLI. XXIII. IANVAR.

1 *Philippis celebri quondam Macedoniæ vrbe ad Thraciæ confinia, nunc vix humili vico, coronam martyrij tulit* S. Parmenas, *vnus è ſeptem illis primis Diaconis, qui à XII. Apoſtolorum collegio lecti memorantur, Act. 6.* *Extat eius memoria in Latinis Martyrologiis XXIII. Ianuarij. & Vſuardus quidem iſta habet:* Philippis B. Parmenæ, qui fuit vnus è VII. Diaconibus. Hic traditus gratiæ Dei à fratribus, iniunctum officium prædicationis plenâ fide conſummans, martyrij gloriam adeptus eſt. *Eadem ferè Beda vulgatus, Ado, Notkerus, Bellinus, Maurolycus, Caniſius, aliiq;. addit Martyrol. Romanum* ſub Traiano *paſſum; MS. Florarium,* anno ſalutis 77. *qui erat Veſpaſiani octauus, ante Traiani imperium vigeſimus primus. at Galeſinius:* Philippis in Macedoniâ S. Parmenæ Martyris. Is è ſeptem Diaconis, quos Apoſtoli conſtituerunt, vnus, munere ſuo rectè religioſeq; perfunctus, Traiano Imperatore, multis vexatus contumeliis pro Chriſti laude, demum martyrio coronatus eſt. *Referunt eum quoque vetus Romanum Martyrologium, & Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 14.*

S. Parmenas colitur à Latinis 23. Ianu.

2 *Baronius in Notat. ad Martyrol. ait* vndecimâ Martij ac iterum tertiâ Maij *à Græcis celebrari,* vt apparet ex eorum Menologio. *Neutro die eius mentio habetur in Menologio quod Caniſius edidit, aut Menæis. Sed in vtriſque refertur 2. Martij, iterumq; in Menæis (vti & Galeſinio) 12. Maij; in Menologio 6. Maij. at rurſus 28. Iulij in eodem Menologio iſta leguntur:* Natalis BB. Prochori, Nicanoris, Timonis, & Parmenæ. Hi cùm eſſent ex numero ſanctorum Apoſtolorum, in diuerſis locis, propter Chriſtianæ fidei prædicationem, ab impiis perſecutionem paſſi, eò quòd Chriſtum Dominum filium Dei & perfectum hominem eſſe confiterentur, martyrij coronam aſſecuti ſunt. *Eadem habentur illo die in Anthologio Græcorum quod Clemens VIII. Pontifex Maximus approbauit, & Menæis, ac Maximo Cythereo; atque in his tribus* Apoſtoli *vocantur, vti & aliis Menæorum citatis locis. S. Prochorus colitur à Latinis 9. Aprilis, S. Nicanor 10. Ianuarij, S. Timon 19. April.*

à Græcis 2. Martij, 6. & 12. Maij.

28. Iulij.

VITA S. MESSALLINÆ

VIRGINIS ET MARTYRIS, FVLGINII,

Italicè ſcripta à Ludouico Iacobilli.

CAPVT I.

S. Meſſallinæ pia opera.

SVB DECIO. XXIII. IANVAR.

1 Vlginij nata eſt Meſſallina claris ac nobilibus parentibus ſub annum Chriſti ducenteſimum trigeſimum ſextum. Vt per ætatem capax diſciplinæ fuit, erudita eſt ad omnem pietatem à S. *b* Feliciano eiuſdem vrbis Antiſtite, religionis famâ per omnes Italiæ oras celeberrimo, qui deinde martyrij quoque gloriam adeptus eſt. Perpetuam illa virginitatem coluit, eâ ornatam vitæ innocentiâ & ſanctitate, vt Chriſtianis omnibus, non modò qui Fulginij degebant, ſed totâ circùm Vmbriâ, exemplo eſſet & voluptati.

b Meſſallina Fulginij à S. Feliciano inſtituta, ſanctè vixit:

2 Intereà Romam ad triumphum, Perſis Mediſque debellatis, tendens *c* Decius Imperator, cùm Fulginium veniſſet, loci amœnitate atque vbertate delectatus, iſthic dies aliquot cum exercitu morari conſtituit. Audito verò Felicianum Epiſcopum multis, non Fulginatium tantùm ſed & reliquorum Italorum, Chriſtiana ſacra perſuaſiſſe, abdicatoque dæmonum cultu eorum *d* demolitum eſſe delubra, ac noua Chriſto erexiſſe; furore percitus, rapi eum in carcerem iubet, arctiſſimâque attineri cuſtodiâ, ſancitâ pœnâ capitali, ſi quis ad eum adire, ciboſque ſubminiſtrare auſus eſſet: vt non vnam mortem, lento acerboque excarnificatus ſupplicio, moreretur.

c captū Felicianum,

d

3 Exterruit edicti ſeueritas populum: metuque ſupplicij grex vniuerſus ſanctum ſuum Paſtorem deſtituit. Vna reperta eſt adoleſcentula Meſſallina, æterno digna præconio, quæ nullo retineri metu potuit, quò minùs gratitudinem ſuam conſtanter teſtaretur, lucrum deputans ſi vitam ipſa amitteret, dum doctori eam ſuo Paſtorique ſuſtentat ac ſeruat. At quò certius animum roboraret ſuum ad periculoſum hoc certamen, infirmitati ipſa ſuæ diffiſa, diuinam implorat opem, in æde quæ Palatina dicebatur, à Feliciano extructâ, ac S. Ioannis Baptiſtæ honori dicatâ. Hîc Meſſallina ſolo affuſa, multis cum lacrymis ac ſuſpiriis, Deum precatur, ſancto Antiſtiti præſtò vt ſit, ſibique; & quam ſexus fragilitas, imbecillitasque ætatis præpediret, ipſe conſuetâ benignitate, corroboraret, atque animos daret, & rei quam meditabatur, & diſcrimini quod adibat, pares. Mox velut hauſtâ cælitus fiduciâ, non arma, non furorem tyranni metuere;

Deum precata,

adit, & cibo recreat;

Ex Italico Lvd. Iacobillii.

metuere; intrepido animo quotidie cuſtodiam ingredi, ciboſque ei afferre, à quo cibis ipſa erat ſpiritualibus educata in vitam æternam.

4 Quis explicare verbis queat, ſanctos illos diuinoſque ſermones, quos vltro citroque, eo tempore ac loco, ſanctæ illæ & innocentes animæ miſcebant? Miſerebat Meſſallinam tormentorum & ęrumnarum, quibus excruciatum magiſtrum ſuum ac paſtorem cernebat, teſtata lacrymis obedientiſſimę alumnę affectum non ſine ſanctâ quadam inuidiâ. Obteſtabatur identidem id ſibi à Deo beneficium impetrari, vt & ipſa victima diuino honori amplificando occumberet: haud quidem dignam ſe eo honoris gradu, at nihil alienum à diuinâ bonitate, poſtulare. Erat cupiditate vehementi inflammata martyrij, recentibus inuictiſſimarum Virginum *c* Cæciliæ, Agathæ, Apolloniæ, Victoriæ exemplo ſtimulata: quippe, vt eiuſdem tyranni immanitate glorioſam conſecutæ erant victoriam, ipſa quoque eamdem ſibi impertiri à Deo precabatur, vel optimi ſui doctoris aduocatione & patrocinio.

martyrij auida,

c

5 Non poterat non ſanctis exultare lætitiis apoſtolicus Feliciani ſpiritus, dum inuictum animum, feruidamque & ab imis eluctantem viſceribus diſcipulæ caritatem contemplatur. Gratias primùm illi pro benigno in ſe ſtudio agit, deinde vt ad quam hactenus virtutis normam vitam direxiſſet, eam conſtanter ac hilariter ſequeretur, monet: proſpicere ſe animo, propè abeſſe eam à victoriâ ac triumpho. Quæ cùm diceret ſanctus ſenex, gratias Deo agens, profuſis lacrymis vultum rigabat. paterno dein affectu, ſanctiſſimæ virgini benedicit. Illa felici eius apprecatione, ſanctiſſimiſque conſiliis animata, tantum animo ſuo robur addi perſenſit, vt non modò metu omni careret, ſed & inferni conatus omnes contemneret. Egreſſa è carcere, ad Palatinam baſilicam reuertitur, eaſdemque concipit preces, ac Deo ſeſe hoſtiam dicat, in ſummo beneficio habitura, ſi mutuò dare ſanguinem, atque effundere vitam poſſit eius cauſſâ, qui vt eam in libertatem ſpemque vitæ cæleſtis vindicaret, ipſe ſuam acerbo cruciatu finierat vitam.

eius benedictione munita,

Deo ſe offert.

a *Eam vitam ſe ex libro Franciſci Cirocchi Fulginatis, aliiſq; monumentis, compoſuiſſe Iacobillius teſtatur. Nos alibi nuſquam* S. Meſſallinæ *mentionem reperimus.*

b *Colitur* S. Felicianus 24. *Ianu.*

c Decius *anno Chriſti* 249. *inuaſit imperium, tenuitq; menſibus* 30. *De eius aduersùs Perſas bellis agemus* 24. *Ianu. cùm de* S. *Babylâ erit ſermo, &* 30. *Iulij cùm de SS. Abdon & Sennen. Sed erit qui ſuſpicetur, hanc Meſſallinæ & Feliciani eadem contigiſſe potiùs, cùm caſis Philippis, patre ac filio, Romam proficiſceretur Decius.*

d *Non id mirum, ſub Philipporum piiſſimorum Auguſtorum imperio, vt* 20. *Ianuarij in* S. *Fabiani Vitâ dictum.*

e *Hæc amplificationis ergò addita ab Auctore. an hæ omnes ante* Meſſallinam *occubuerint, incertum, præterquàm de* Cæciliâ, *quæ ante Decij imperium interfecta, vt* 22. *Nouemb. dicemus. De* S. Agathâ *agemus* 5. *de* S. Apolloniâ 9. *Februarij; de* S. Victoriâ 23. *Decembris.*

CAPVT II.

S. Meſſallinæ martyrium. repertæ reliquiæ.

Comprehenditur:

6 CVm ſæpius eâ ratione itaret ad carcerem, non diu intentos fefellit ſatellites, qui vt deprehendêre promentem præbentemque Pontifici cibos, illicò iniciunt manus: ſed primùm verſutâ ac fallaci malitiâ, delinire illam blanditiis ac promiſſis, atque à Chriſti religione ad deorum colenda ſimulacra conantur auocare. Illa verò firmitatem ac robur in benè cœptis tenere, promiſſâ reſpuere, intentatas minas negligere, poſitis humi poplitibus tendere ceruices, offerre ſe dilectiſſimo ſponſo ſuo Ieſu victimam, eius ingeminare iucundè ac dulciter nomen, intrepidè profiteri obſtrictam illi fidem.

blanditias & minas ſpernit:

7 Potuerat id ſpectaculum emollire lictorum animos, ſi non omni ſaxo duriores, omni immaniores belluâ extitiſſent: aſt agitante eos malo genio, nouâ perciti rabie, multas illi ac varias iniurias & ſupplicia intulêre, ac tandem flexis genibus, defixiſque cęlo oculis, immobilem, nodoſis rigidiſque fuſtibus barbarum in morem tamdiu cecidêre, donec lacerato crudeliter corpore, innocentiſſimam animam extunderent, quæ in ſinum cæleſtis ſponſi victrix euolauit, æternum fidei præmium acceptura. Prima hæc Chriſto hoſtia Fulginij mactata: primùm tunc fuſus cruor, ſolum patrium fecundauit ad martyria: ſecutus Felicianus atque alij. Geſta hæc ſunt ſub annum Chriſti *a* 254. circa 23. diem Ianuarij, cùm admodùm octodecim annos nata eſſet Meſſallina.

verberibus mactatur,

a

8 Aderat diuturno huic atrocique certamini Felicianus, atque vbertim lacrymans & miſerabatur Virginis labores, & funeſto vnaque glorioſo ſucceſſu gratulabatur. Cumque aliud ei ferre auxilium non poſſet, toto animi conatu diuinam illi opem conciliabat, protensâ identidem ſacrâ dexterâ illi benedicens. Et merebatur ſanè, vt ſibi is benediceret, fortiſſima Virgo, quæ ſingulari exemplo, immortali famâ celebrando, docuit, etſi paſtorem paſcere gregem & tueri etiam vitæ ſuæ iacturâ oporteat, poſſe tamen etiam quandoque oues ipſas, cùm ita viſum Deo eſt, vireſque iis cælitus ſuggeruntur, mutuam rependere vicem paſtori.

exultante S. Feliciano.

9 Sublatum inde clàm triumphale Martyris cadauer, venerabundi in æde Palatinâ, quæ nunc Cathedralis, S. Feliciani nomini dicata, tumulauêre Chriſtiani: vbi variis à Deo portentis illuſtratum. Dignum illud æternâ memoriâ & admiratione, comam Virginis, etſi *b* mille trecentos ſeptuaginta tres annos, quot iam ab illius martyrio fluxerunt, reciſam, aſſeruari oſtendique quotannis populo, vnà cum aliis Diuorum pignoribus, flauam adhuc, venuſtam, viuidamque, ac ſi ſpirantis adhuc Meſſallinæ ornaret caput.

Corpus ſepultum, *b* *(comâ ſeruatâ)*

10 Corpus antiquis temporibus cum ſummâ cuſtoditum veneratione, dein, ſiue vt bellorum iniuriis ſubduceretur, ſeu quâ aliâ cauſsâ, ne quis forteſſis id ſurriperet, diu abditum fuit: ſolâ maiorum traditione conſtabat, quo id conditum loco eſſet. Tandem productum è latebris, redditumque priſtinis honoribus & luci Eccleſiæ, ſtudio Antonij Bizzoni Fulginatis Epiſcopi, qui Sacerdotem quemdam huius vrbis iuſſit omni diligentiâ refodere locum, quo occuli ſacrum theſaurum fama erat, eumque perueſtigare. Tandem poſt diuturnum laborem, publicâ lætitiâ & gratulatione repertum eſt glorioſæ Virginis corpus, anno 1599. 13. Decembris, S. Luciæ Virgini ac Martyri ſacrâ luce, in paruo & elegante ſacello, intra marmoreum tumulum, cui vetuſtis characteribus inſcriptum erat: HIC SVETVS IACET CORPVS SANCTÆ MESSALINÆ.

diu abditum,

repertum,

11 Simul ac retectum eſt ſacrum pignus, cæleſtibus portentis honor illuſtratus eſt Martyris. Nam ſuauiſſimus planeque inſolitus odor exſpirauit, rurſumque cùm publicè recluſa eſt capſa. Et latomo cuidam, huius ſancti operis adminiſtro, diuturna tibiæ plaga ſubitò perſanata eſt. Dæmones quoque in energumenis, qui ad ſacras reliquias pertracti erant, inuſitato ciulatu & vociferatione teſtati ſunt, nouum ſibi eo loco, ſacrarum reliquiarum virtute, infligi tormentum.

non ſine miraculis:

12 Cùm ergo plurima in dies beneficia à Deo Meſſallinæ patrocinio conſequerentur Fulginates, ſupplicarunt Antiſtiti ſuo Porphyrio Feliciani, qui etiamnum huic Eccleſiæ feliciter præeſt, vt priſtinos Virgini honores plenamque venerationem redhiberi curaret. Legitimè cauſſam diſcuti agique iuſſit Epiſcopus: atque vbi liquidò conſtitit, antiquitus ſemper publicam ac ſolennem illi impenſam venerationem eſſe, eamdem poſtluminiò haberi ei ſanxit. Actum id 19. Ianuarij 1613.

Decreta illi veneratio:

13 Vbi illud, plurimis publicis priuatiſque votis expetitum, Pontificis decretum promulgatum eſt; præter alias inſolitæ lætitiæ & pietatis teſtificationes, magnifica inſtituta ſupplicatio eſt, cum viſendo apparatu, præcipuis rebus, quas in vitâ ac morte præclarè geſſit Meſſalina, vario ſchemate repræſentatis; incredibili vicinorum popu-

habitæ ſupplicatio, aliique honores.

populorum, quos tantæ rei fama exciuerat, concurſu. Id 23. Ianuarij die, anniuerſario glorioſæ cædis Meſſallinæ, contigit, anno 1613. Vix Cathedralis baſilica capere vndatim confluentem multitudinem poterat. Creuit deinceps Fulginatium aduersùs ſanctam Martyrem pietas. Corpus illius in eadem Cathedrali eccleſiâ, intra ſacellum Virginis Lauretanæ ſacrum, publicæ expoſitum veneratioñi eſt: multaq́ue iſthic beneficia Meſſallinæ patrocinio & meritis impetrantur à Deo. EX VARIIS.

a *Imò 150. aut ſummum 251. quo Decius periit, ſucceſſitq; Gallus cum Voluſiano filio.*

b *Edidit Iacobillius librum de Sanctis Fulginatibus anno 1627.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS

BELLO, FLORO, SATVRNINO, MINVTIO, CASTVLO, BASILLA.

XXIII. IANVAR. *Vggeſſit hos nobis vetus MS. Martyrologium S. Hieronymi, in quo iſta habentur:* Romæ, viâ Salariâ veteri, Belli, Flori, Saturnini, Minuci, Caſtoli, Baſilæ. & alio loco Corneli Exorciſtæ. *MS. Rhinavvienſe:* Romæ, Belli, Flori, Saturnini, Caſtuli. *In MS. Hibernico conuentus Dungalenſis omnia, vt plerumque, confuse:* Seueriani, Cornelij, Saturni, Caſtuli, Belli, Minuci, Aquiliæ, Veteræ, Baſillæ, Eugenij, Galatiæ, Macarij, Papiæ, Clemati, Exorciſtæ, Caſtuli, Florij, Serdi, Nenonis. *Agnoſcere antiqui librarij ſocordiam aut imperitiam licet, qui* Exorciſtam *à* Cornelij *nomine auulſum, veluti diuerſum Sanctum retulit: & cupiens locorum nomina, fortaſſe breuitatis cauſâ, omittere,* Veteræ *&* Galatiæ *vocabula Sanctorum eſſe cenſuit, cùm legiſſet* viâ Salariâ vetere, *& pòſt* Ancyrâ Galatiæ. Serdi *quid ſibi velit, neſcimus. De ceteris mox agemus.*

DE S. CORNELIO EXORCISTA.

XXIII. IANVAR. *Hvius nomen citata iam Martyrologia exhibent. Martyrem fuiſſe probabile eſt: an Romæ, non conſtat; nam quod in Martyrologio S. Hieronymi dicitur,* & alio loco, *ita accipi poteſt, vt non viâ Salariâ veteri cum prioribus, ſed alio Vrbis pomœrium loco occiſus dicatur.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS

SEVERIANO ET AQVILA,

NEOCÆSAREÆ IN MAVRITANIA.

XXIII. IANVAR. 1 NEocæſarea *vrs eſt Cappadociæ, perquàm celebris, Ptolemæo memorata; alia Bithyniæ, vt ex Stephano patet; alia ad Euphratem.* Eſt & in Mauritaniâ vrbs natalis S. Seueriani, ſi creditur Martyrologio, *inquit Ortelius. at cur non tam credatur, multoq́; etiam magis, quàm profanis ſcriptoribus? Non credidit Galeſinius, ſed* in Macedoniâ *repoſuit, nullo citato, quem ſequatur, auctore. Fatetur quoque omnes codices habere* in Mauritaniâ. Sed profectò videndum eſt, *inquit,* an in illis mendum ſit, cùm Neocæſaream in Mauritaniâ ſitam nuſquam legamus. *Eâ fortaſſis ratione motus Baronius* Cæſaream *pro* Neocæſareâ *repoſuit. Ita quoque habet vetuſtiſſimum MS. Martyrologium Rhinovvienſe:* Cæſariæ Seueriani & Aquilæ. *At cetera omnia MSS.* Neocæſaream *habent. Vetus Romanum à Roſvveydo editum, MS. S. Hieronymi, plurima Vſuardi MSS. Beda, Ado, Notkerus, Maurolycus, alij. Quædam MSS.* Geneocæſaream, *vti & Bellinus editionis Venetæ anni 1498. at MS. Florarium,* Gueocæſaream; *Vſuardi editio Pariſienſis anni 1536. & Lubecana an. 1475. & MSS.* Gneocæſaream; *Petrus de Natal. lib. 3. cap. 16.* Zenocæſaream, *vocant. Cæſarea vrbs eſt maritima Mauritaniæ Cæſarienſis, quæ Ptolemæo ἰὼλ Καισάρεια dicitur, lib. 4. cap. 2. tabulâ 1. Africæ. Strabo quoque lib. 17.* In hac orâ maritimâ vrbs quædam erat, Iol dicta, quam à ſe inſtauratam Iuba Ptolemæi pater, mutato nomine Cæſaream appellauit. habet ea portum, & ante portum inſulam. *Ptolemæus quoque loco citato:* Inſula verò adiacet Iuliæ Cæſareæ, eiuſdem nominis vrbem habens. *An fortè hæc in inſulâ vrbs, poſteriùs ædificata,* Neocæſarea *eſt dicta, id eſt,* Noua Cæſarea? *an aliud alibi oppidum ita appellatum? Frequens erat in Africâ, vt* Nouæ *titulus adderetur vrbium nominibus: ita* Nobabarbarenſis, Nobagermanienſis, Nobaſparſenſis, Nobaſinenſis, *Epiſcopi Numidiæ memorantur;* Nobalicianenſis; *Mauritaniæ Sitifenſis. Sed de loco iam ſatis.*

Neocæſarea vrbs Mauritaniæ Cæſarienſis:

2 *Neocæſareæ ergo, vel Cæſareæ, ſancti coniuges* Seuerianus & Aquila *igne combuſti ſunt, ab omnibus celebrati Martyrologiis. Galeſinius & Canſius* Florum *addunt, eorum filium.* Neocæſareæ in Macedoniâ, *inquit Galeſinius,* ſanctorum Martyrum Seueriani & Aquilæ coniugum, & Flori filij: ij pro perpetuâ tuendę fidei conſtantiâ combuſti, ad præmium abierunt in cælum. *In Notis fatetur ſe* Florum *addiſſe, antiqui libri auctoritate. Veremur ne is* Florus *ſit, qui cum* Bello, Saturnino, *aliiſq; Roma occiſus, de quo antè; & quòd coniugibus duobus additus eſſet, filius creditus ſit; quæ tamen audax eſſet coniectura. MS. Dungalenſe, vt antè diximus, duos* Floros *habet, ſiue* Florum, *&* Florium: *ſed nec temerè ſolum illum codicem ſequimur.*

ibi SS. Seuerianus & Aquila combuſti;

an etiam Florus ſit Florus?

3 *Porrò* S. Seuerianus, Seuerinus *dicitur Adoni.* Aquila, *in Venetâ Bellini editione an. 1498.* Attila, *in MS. Dungalenſi* Aquilia.

DE S. ASCLA MARTYRE,

ANTINOI IN THEBAIDE.

SVB DIOCLET. XXIII. IANVAR. ANtinous, Antinopolis, Antinoïa, Antinoë, *vrbs eſt Thebaidos in Aegypto, ab Adriano Imperatore condita, ſita in dextrâ Nili ripâ, media inter Babylonem & Copton, pluribus à nobis deſcripta* IX. *Ianuarij ad vitam SS. Iuliani & Baſiliſſæ num. 10. in prolegom. vbi num. 11. diram ſub Diocletiano perſecutionem in hiſce Thebaidos partibus motam fuiſſe diximus. In eâ generosè certauit, & pro Chriſto occubuit* XXI. *Ianuarij,* S. Aſclas, *vitiosè à nonnullis* Aſelas, Aſdas,

S. Aſclæ martyrij locus.

Ex MSS. das, Aſclepius, & Arſelas *nuncupatus.*

2 *Tertio ab obitu die, XXIII. Ianuarij, corpus eius à Chriſtianis repertum & ſepultura traditum. Qui dies eius cultui deinceps conſecratus. Martyrol. Romanum:* Apud Antinoum Ægypti vrbem, S. Aſclæ Martyris, qui poſt diuerſa tormenta pretioſam Deo animam in flumen præcipitatus reddidit. *Vſuardus:* Apud vrbem Antinoum S. Aſclæ Martyris, qui primò atrociſſimè ſuſpendio tortus, deinde flammis lateribus admotis exuſtus, ad vltimum pretioſam Deo animam in flumen præcipitatus reddidit. *MS. Florarium:* Apud vrbem Antinoum, aliàs Antinonium, S. Aſclæ Martyris, qui ſub Arriano Iudice, tempore Diocletiani, anno ſalutis 287. martyrio coronatur. *Maurolycus:* Apud vrbem Ægypti Antinoum S. Aſelæ Martyris, qui Diocletiano imperante, ſub Arriano Præſide, poſt diuerſa tormenta, pretioſam animam in Nilum præcipitatus Deo reddidit, à Philæmone & Apollonio Diaconis tumulatus.

natalis,

3 *Hæc fuſiùs ita narrat Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 16.* Aſcla Martyr paſſus eſt apud Ægyptum, ciuitatem Antinonum, temporibus Diocletiani Imperatoris, ſub Præſide Arriano; qui primò atrociſſimè ſuſpendio tortus, deinde lateribus flammis admotis exuſtus; ad vltimum in flumine præcipitatus, pretioſam Chriſto animam reddidit, X. Kalend. Febr. ſepultuſque in ipsâ ciuitate à Chriſtianis, miniſterio Philemonis & Apollinij Diaconorum. *At fœdus is error, quòd Philemon Diaconus appelletur, dicaturq; ſepultura præfuiſſe, qui necdum tunc ad fidem Chriſti erat conuerſus. Illius atque Apollonij martyrij Acta, imò & Arriani Præfecti (nam & ipſe ex truculento perſecutore, illuſtris Chriſti Martyr effectus eſt) dabimus ex variis MSS. VIII. Martij. Martyrologium Gallobelgicum bis* S. Aſclam *refert, hoc videlicet die, atque iterum cum S. Leonide XXVIII. Ianuarij. Meminit eo die Baronius in Notis* S. Aſclæ, *ſed huius, quem illius auctor Martyrologij diuerſum exiſtimauit. MS. Florarium rurſus 8. Martij,* S. Aſclæ *Martyris inſcriptum habet nomen.*

tormenta,

ſepultura.

4 *Acta* S. Aſclæ *damus ex antiquis MSS. S. Mariæ de Ripatorio, S. Maximini prope Treuiros, & Nicolai Belfortij, collata cum Agonibus Martyrum Lutetiæ olim excuſis. Eadem, ſed non omnino integra, extabant in MS. S. Martini Vltraiecti. Acta SS. Philemonis, Apollonij & Ariani,* S. Aſclæ *quoque meminerunt, forſan ab eodem ſcriptore mandata litteris. ea ſic incipiunt:* Poſtquàm admirabilis Aſclas beato fine apud Antinoum martyrium conſummauit; iuſſit Præſes Arrianus de eadem ciuitate Chriſtianos comprehendi *&c. Eorum quoque cædes narratur in Actis SS. Thyrſi, Leucij, & Callinici, per Metaphraſten XXVIII. Ianuarij, vbi hæc de Aſclâ:* Diocletianus tyrannicè Romanum inuadit imperium: edictum autem rurſus mittitur in omnes partes, vt vel omnes ſint cum eo participes impietatis, aut pœnam mortis ſubeant. Arrianus ergo, qui tunc erat Præſes Thebaidis, nihil cunctatus, cùm mox Aſclam & Leonidem accepiſſet, qui colebant & tuebantur pietatem, eos multis & magnis ſubiicit tormentis, deinde etiam acerbiſſimè eos à vitâ liberat *&c. Agit de* Aſclâ *ceteriſq; Baronius tom. 3. ann. Chr. 310. num. 24. quaſi in perſecutione Maximini occubuerint; cùm Acta ſingulorum vnanimi conſenſu, ſub Diocletiano coronatos martyrio prodant.*

Acta;

alibi mentio,

tempus cædu.

ACTA EX VETERIB. MSS.

1 VEnienti ab [a] Hermopoli ciuitate Arriano Præſidi, oblatus eſt quidam Frater, nomine Aſclas. Quem cùm vidiſſet Iudex, dixit ad Officium: Quis eſt hic? [b] Apollonides vnus ex Officialibus, dixit: Puto, Chriſtianus eſt. Dixit ei Præſes: Interroga ipſum. Et dixit: Quis es? Reſpondit ei Aſclas: Ego Chriſtianus ſum. Ait Præſes: Et non audiſti tu, quæ inuictiſſimi Imperatores per omnes prouincias decreta, aduersùm Chriſtianos dixerunt, vt cogantur diis ſacrificare? Aſclas dixit: Audiuimus quę ad multorum ſcandalum iuſſerunt. Præſes dixit: Et vſque ad Regum contumeliam progrederis, vt ſanctiſſimas & ſalutiferas eorum leges, ſcandalum voces? Aſclas dixit: Fac quod vis. Ego enim leges neſcio eſſe, niſi quæ legitimæ & ad vtilitatem communem, non ad priuatam libidinẽ proferuntur. Nam qualis lex eſt, dicere: Adora idolum? Ait Præſes: Non tibi ſufficiebat Imperatoribus derogaſſe, inſuper & Deos idola vocas? iuro per ipſam diuinitatem, quia niſi eos confeſſus fueris eſſe deos, atque his ſacra perſolueris, ſenties non obtemperantibus parata ſupplicia. Reſpondit Aſclas: Non timeo quod minaris. maior mihi formido eſt, illum cõtemnere, qui dixit: Nolite timere eos qui poſſunt corpus occidere, animam autẽ nõ poſſunt; ſed potiùs timete eum, qui poteſt & animam & corpus ſimul perdere in gehennam. Deus ergo timendus eſt, qui & integrum poteſt hominem & perpetuò cruciare: non vos, qui ex parte, nec ſemper. Arrianus Præſes dixit: Elige tibi bonum conſilium, & ſacrifica diis immortalibus. Nam, vt vides, & equuleus & tortores parati ſunt. Aſclas dixit: Videamus, quis noſtrũ in hoc certamine fortior apparebit; vtrùm tu à me per torméta, quæ minaris, exigas idola deos dicere; an ego te faciam Chriſtũ Deum meum, verum Dominum & Creatorem omnium confiteri.

deos ridet, Matth. 10. 28.

& Præſidis minas:

2 Iratus autem ad hæc Præſes, iuſſit eum ſuſpendi & torqueri. Et cùm atrociter eum laniarent, vt carnes eius quaſi lora, in longum detractæ, ſub pedibus ipſius ruerent, nihil ei reſpondit. Cui inquit Arrianus ſuſpenſo: Necdum, vt video, mollitur cor tuum immolare diis. [c] Bizamon autem quidam Orator ibi adſtans, dixit: Vicinitas mortis mente eum excedere fecit. Ad quem S. Aſclas vigilanter dixit: Nec mente excedo, nec à Deo qui me finxit recedam. Arrianus autem dixit ei: Iterum corde duraris? Locus equidem non eſt aptus, in quo dignè crucieris: ſed fauentibus diis ingrediemur ciuitatem; & ibi meritas inobedientiæ tuæ pœnas exolues. & ſtatim iuſſit Aſclam præcedere.

ſuſpenſus crudeliter laniatur:

c

3 Et cùm tranſnauigato fluuio deſcendiſſet ad ripam, ij qui occurſuri Iudici egreſſi fuerant de ciuitate circumdederũt ſanctũ Martyrem, qui ſuper oram fluminis, propter recentes plagas ſtare non valens, nudus iacebat in terrâ. Populi ergo cùm vidiſſent Præſidem aſcendiſſe nauiculam, vt veniret ad ciuitatem, parauerunt ſe occurrere ei. Ille verò beatus Martyr audito tumultu dicẽtium, Adeſt Præſes, ſurrexit de loco, in quo iacebat: & ſtans nudus, exclamauit ad Dominum: Deus meus Ieſu Chriſte, propter quem hęc tormenta ſuſtineo, pro cuius amore nudus in ſpectaculo populo huic expoſitus ſum, exaudi me hodie ad gloriam nominis tui, & extende manum potentiæ tuæ, & retine in medio flumine nauiculam, in quâ Iudex impiiſſimus ſedet; nec eum patiaris venire ad terram, donec confiteatur, te eſſe vnum verum ac creatorem & dominatorem omnium Deum; & glorificet in conſpectu populi huius nomen tuum ſanctum, quod odit. Hæc cùm plenâ fide Deum rogaſſet, ſubitò ſtetit in medio flumine nauicula, in quâ Iudex ſedebat, nec moueri vllatenus potuit de loco, in quo tenebatur. Quod cùm vidiſſet Iudex, miratus eſt: & recordatus promiſſionis Aſclæ, dixit ad ſuos: Putas, hoc opus non illius magi eſt Chriſtiani? attamen ambiguus de auctore euentus, iuſſit aliam applicari nauiculam ex iis quæ non tenebantur. Quam cùm aſcendiſſet, etiam ipſa ſtetit: & cùm haberet ventum aptum & velum extenſum, nuſquam ibat.

iacet in littore nudus:

precibus ſiſtit nauē Iudicis in medio flumine:

4 Pro hoc ergo quod acciderat volens Iudex certus eſſe, ſimul & neceſſitate vrgente, miſit vnum de ſuis ad S. Aſclam, qui ei diceret: Quia timuiſti tormenta, quæ tibi comminatus ſum, ideò maleficiis tuis egiſti, ne poſſim tranſire ad ciuitatem. Reſpondit Aſclas dicenti ſibi quæ Iudex mandauerat, & ait: Viuit Dominus Deus, quia non mouebitur nauicula in quâ eſt Arrianus, priuſquàm confiteatur nomen Domini mei Ieſu Chriſti, ſicut ei antè iam dixi. Dicit ei ille qui miſſus fuerat ad eum: Si confiteatur in medio flumine, quod ab illo exigis, quomodò audies tu qui ſupra ripam ſedes? Dicit Aſclas: Scribat

Iudice miſsâ ſtheda confitente Chriſtũ Deum eſſe, eam ſoluit:

b S. Aſclas comprehẽditur:

impia edicta negat egem eſſe:

Scribat ipſe confeſſionem Domini mei, & tranſmittat ad me; & eadem horâ deſcendet nauis ad ripam. Retulit verba S. Aſclæ internuntius Arriano. Et ille continuò acceptâ chartâ, ſcripſit manu ſuâ, dicens: Vnus & verus eſt Deus, quem colit Aſclas, & non eſt præter eum alius creator & dominator omnium. & miſit ad Aſclam. Quam cùm ſanctus Martyr legiſſet, orauit, & deſcendit nauis ad ciuitatem.

vritur lampadibus:

5 Eadem horâ ingreſſus Iudex iuſſit Aſclam ad tribunal adduci, & dicit ei: Omnem virtutem magicæ artis tuæ, quam Deus odit, expendiſti, vt me retineres in flumine; & ego quod poſſum exercebo in te. Et confeſtim fecit exhiberi lampades ardentes, & applicari lateribus illius & ventri, donec carnes eius liqueſcerent. Ipſe verò fortiſſimus Chriſti miles, æquanimiter incendium ferens, tacebat. Tacenti itaque Sancto, impius Arrianus dixit: Vt video, morieris. Aſclas reſpondit: Etſi morior, iterum viuam.

lapidi alligatus in flumen præcipitatur,

6 Arrianus Officio ſuo dixit: Labores tantummodò expendimus in iſto. nam quantum experimento probauimus, iſte pro fide ſuâ mori paratus, nequaquàm acquieſcet ſacrificare & viuere. Attamen & nos adhuc agamus quod poſſumus. Et ſtatim iuſſit ei ligari in pedibus lapidem, & viuentem præcipitari in flumen. Milites autem tollentes eum, adduxerunt; & ligantes lapidem grandem in pedibus eius, remorabantur propter vim ciuium, qui ad hoc ipſum conuenerant, vt viderent beatum Martyrem coronari: qui & exhibebant ei cibos & rogabant vt perciperet. Sed ille renuit, dicens: Ceſſate rogare; ego enim nec manducabo quidquam de hoc mundo, nec bibam ab hac horâ; ſed paratus ſum ire, & recipere quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Sed & vos proteſtor omnes qui auditis, *d* elaborate vt comprehendatis bona, quæ præparata ſunt Sanctis.

cibo recuſato,

ex MSS.

d

7 Hęc cùm ad eos locutus fuiſſet, Impoſuerunt eum in naui puſillâ. Conuerſus autem, dixit iis, qui aderant Chriſtianis: Filioli mei, nõ negligatis ſepulturam meam. & quidem hodie & craſtino dimittite; perendie, ſi Dominus voluerit, venite ad Aquilonem, parte ciuitatis, & inuenietis corpus meum cum lapide, qui mihi alligatus eſt: ſepelite me in ſepulchro cum ipſo. & ita factum eſt: nam proiectus in flumen delatus eſt Deo volente ad ripam: & die tertiâ venientes de ciuitate Fratres, inuenerunt corpus eius cum lapide, cum quo proiectus erat, ad terram; & *e* ſepelierunt eum cum ipſo in pace, die menſis Ianuarij tertiâ & vigeſimâ: Nam coronæ eius dies fuit menſis ſuprà dicti prima & vigeſima, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, qui regnat cum Patre & Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

commendatâ ſui corporis ſepulturâ:

ſepelitur à Chriſtianis.

e

a Hermopolis *ciuitas Thebaidos eſt, aliquantùm à Nilo diſtans, ad Occiduum latus: ab eâ* Nomos Hermopolites *denominatur. Ad hanc Saluatorem à ſanctiſſimâ matre & Ioſepho deportatum infantem, referunt Palladius in hiſtoriâ Lauſiacâ cap. 52. & Ruffinus lib. 2. de Vitis Patrum cap. 7.*

b *MS. Ripat.* Apollinides.

c *MS. S. Maxim.* Biſamon.

d *Agones Martyrum addunt:* pro veſtrâ in me pietate, & meâ in vos omnes caritate.

e *Iuſſu Arriani Præſidis deinde cum beato Martyre Aſclâ ſepulti ſunt SS. Philemon & Apollonius Diaconus, ex quorum ſepulchro Arrianus ſumpto modico puluere liniuit oculos, & viſum recepit. Quare Chriſti fidem amplexus, protulit linteamina & aromata pretioſa, & inuitatis duobus Epiſcopis, ſuo ſumptu condienda curauit corpora Martyrum, rurſumq; quo fuerant loco ſepulta collocauit. Hæc pluribus in Actis SS. Philemonis & Apollonij, vti etiam in Actis SS. Thyrſi, Leutij, & Callinici.*

DE S. CORTILIA,

VIRGINE ET MARTYRE, ROMÆ.

XXIII. IANVAR.

Philippus Ferrarius in nouo Catalogo SS. ita ſcribit hoc die: Romæ in æde S. Silueſtri, S. Cortiliæ Virginis & Martyris. *Iterumq; (an librarij incuriâ?) die ſequenti:* Romæ S. Cortiliæ Virginis & Martyris. *citat vtrobique Tabulas Eccleſiæ S. Silueſtri, vbi eius ait aſſeruari reliquias:* cetera nos latent, *inquit. Quoniam verò ternæ memorantur ab Octauio Pancirolo Eccleſiæ S. Silueſtro dedicatæ, vnâ regionis ſecundæ in Montibus vigeſima prima; altera eiuſdem regionis 56. tertia regiõis quartæ quinta,* S. Silueſtri in Campo Martio; *in hac, quæ &* Titulus S. Silueſtri *dicitur, ea aliaq; quamplurima extant reliquiæ.*

DE SS. ANASTASIO ET LXXIII. SOCIIS,

ITEMQVE SERGIO MONACHO,

MARTYRIBVS IN HISPANIA TARRACONENSI.

SVB DIOCLET. XXIII. IANVAR.

S. Anaſtaſij patria,

ILerda, *vulgò* Lerida, *vrbs eſt antiqua Hiſpaniæ Tarraconenſis ad* Sicorim *amnem, qui accolis nunc* Segre *dicitur. Hinc ortus fertur* S. Anaſtaſius, *qui cum* LXXIII. *commilitonibus martyrij lauream promeruit, ſæuiente Diocletiano, in eiuſdem tractus orâ maritimâ, ad* Betulum, *ſiue* Betulonem, *aut* Bætulonem, *vel* Bætullonem *oppidum, quod plerique* Badelonam *appellari nunc volunt. Iungitur iiſdẽ Martyribus* S. Sergius monachus; *eodemne tempore ac loco, an aliàs atque alibi coronatus, haud comperimus.*

reliquiæ eius ac ſociorum;

2 *De iis Philippus Ferrarius in nouo SS. catalogo hoc die:* Ilerdæ in Hiſpaniâ ſanctorum Martyrum Anaſtaſij & ſociorum. *Citat in Notis tabulas Eccleſiæ Ilerdenſis & Maurolycum, qui in Topographiâ ſanctorum Chriſti Martyrum per Primum Cabilunenſem Epiſcopum anno 1450. compoſitâ, hæc habet:* Ilerda Hiſpaniæ Tarraconenſis ciuitas. Hîc habitat Anaſtaſius miles Diocletiani, qui diu fuit in vinclis Tarraconæ vel Cæſarauguſtæ, & Barcinone moritur. *Idem paullò ſuperiùs:* Beculon eiuſdem prouinciæ littoralis ciuitas prope Barcinonem. Hîc Anaſtaſius miles ex Leridâ cum ſociis LXXIII. Martyr. Hîc iacet S. Sergius in ſuo monaſterio Martyr.

locus martyrij vt vulgò cenſent, Badalona nunc appellatur, non procul Barcinone ſita. Ibi quoque S. Sergius monachus pro Chriſto eſt interemptus. *Eadem ferè habet Ioannes Marietta lib. 2. de Sanctis Hiſpaniæ cap. 33. qui ſolùm LXX. ſocios* Anaſtaſio *tribuit, additq; dicm martyrij eorum ignorari, quem ſolus expreſſit Ferrarius, ex tabulis fortaſſis, quas citat, Eccleſiæ Ilerdenſis.*

3 *Alphonſus Villegas Floris SS. parte 1. de Sanctis Hiſpaniæ ferè ex Epiſcopi Cabilunenſis topographiâ, quam etiam citat:* S. Anaſtaſius miles, Ilercæ natus, martyrio coronatus eſt, cum aliis LXXIII. in ciuitate maritimâ, Betulo dictâ, quæ, vt vulgò cenſent, Badalona nunc appellatur, non procul Barcinone ſita. Ibi quoque S. Sergius monachus pro Chriſto eſt interemptus. *Eadem ferè habet Ioannes Marietta lib. 2. de Sanctis Hiſpaniæ cap. 33. qui ſolùm LXX. ſocios* Anaſtaſio *tribuit, additq; dicm martyrij eorum ignorari, quem ſolus expreſſit Ferrarius, ex tabulis fortaſſis, quas citat, Eccleſiæ Ilerdenſis.*

4 *Antonius Vincentius Domenecus in hiſtoriâ Sanctorum Catalauniæ, prolixiùs de Sancto* Anaſtaſio *& ſociis agit, ita tamen vt nihil ferè præter ea quæ ex citatis auctoribus retulimus proferat. Innuit Badalonam nunc locum eſſe ignobilem, ſed videri fuiſſe olim celebre municipium: ſcribit deinde* Anaſtaſium *Tarracone comprehenſum, diuturnâ carceris moleſtiâ iſthic &*

EX VARIIS. *in tormentu constantia.*

Cæsarauguſtæ maceratum. Betulum tandem perductum, capitali ſententiâ cum aliis LXXIII. damnatum, quos ille ad conſtantiam egregiè eſt verbis adhortatus.

5 *Illud mirum eſt, non proferri ab his auctoribus, licet Hiſpanis, aliud ferè monumentum, præter Primi Bellunenſis auctoritatem: nam quòd Tabulas Ilerdenſis Eccleſiæ citat Ferrarius, non continuò verum eſt eas ab ipſo inſpectas; verùm ad illas quandòque remittere lectorem ſolet, veluti certius quid reperturum.*

DE S. EMERENTIANA

VIRGINE MARTYRE, ROMÆ.

III. SECVLO. XXIII. IANVAR.

S. Emerentiana martyrium, natalis,

1 *Ollactanea S. Agnetis* Emerentiana *fuit, quæ necdum luſtrata baptiſmo, cùm ad ſanctæ ſodalis ſuæ tumulum preces funderet, Ethnicisq; ſtolidum furorem, quo in innoxios bacchabantur, exprobraret, ab illis lapidata, martyrij palmam obtinuit, vt in S. Agnetis Actis 21. Ianu. cap. 3. narratum eſt. Celebratur ea peculiari officio trium Lectionum 23. Ianuarij; quo die Vſuardus:* Romæ natalis S. Emerentianæ Virginis & Martyris, quæ dum oraret ad ſepulchrum S. Agnetis, & ſimul orantes à Gentilium læſione defenderet, lapidata eſt ab eis. *Eadem ferè Beda vulgatus, Rabanus, Ado, Notkerus, Bellinus, Martyrol. Romanum, Maurolycus, Caniſius, Galeſinius; ſed quòd hic* Emerentiam *ait appellari ab Vſuardo, id in nullis Vſuardi exemplaribus editis ac MSS. (& habemus perplura) reperimus. Agunt de eâ quoque VVandelbertus, Petrus de Natal. lib. 3. cap. 13. Ferrarius & quotquot S. Agnetis geſta narrant. In MS. Martyrologio Hibernico, vt ſuprà diximus, adſcripta eſt 21. Ianuarij.*

2 *Corpora* SS. Emerentianæ *&* Agnetis, *in huius baſilicâ viâ* Nomentanâ, *à Paulo Aemilio Sfondrato reperta, atque à Paulo V. Pontifice Maximo honorificè recondita, antè ſcripſimus §. 1. de reliquiis nu. 4. Extat inter reliquias palatij Bruxellenſis* S. Emerentianæ *caput, aut certè capitis pars egregia; nam Octauius Pancirolus tradit corpus eius in baſilicâ S. Agnetis, caput in æde S. Petri ad Vincula in Exquiliis, reliquias aliquas in variis Vrbis Eccleſiis aſſeruari.* reliquiæ.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

CLEMENTE EPISC. ET AGATHANGELO, CHRISTOPHORO ET CHARITONE Diaconis,

ET PLVRIBVS PVERIS, ANCYRÆ;

PHENGONTE ET EVCARPIO

MILITIBVS, AMISI;

ITEMQVE VIRIS, FEMINIS, PVERIS, ROMÆ.

§. I. S. Clementis martyrij tempus, ſocij.

INITIO IV. SECVLI. XXIII. IANVAR.

Ancyræ Galatiæ Epiſcopus Clemens,

1 *Alata, Aſiatica gens, Bithyniæ contermina, è Galliis progreſſa, vt nomen ipſum teſtatur, & lingua; nam teſte S. Hieronymo proœm. in lib. 2. comment. in epiſt. S. Pauli ad Galatas,* excepto Græco ſermone, quo omnis Oriens loquebatur, propriam linguam habebant, eamdem penè quam Treuiri; *Teutonicam nimirum, quæ olim Gallis omnibus communis, nunc parti Belgarum, Germanis, aliiſq; ad Arcton populis, etſi variâ dialecto ita alterata, vt vix ac ne vix quidem mutuò intelligant. Metropolis Galatarum erat* Ancyra, *cuius Antiſtites poſteà* Honoratiſſimi Principes totius Galatiæ, *in Expoſitione Andronici Palæologi ſenioris appellantur.*

2 *In huius vrbis epiſcopalem thronum euectus olim fuit* S. Clemens, *glorioſæ dein Martyrum turmæ primipilus, cùm viceſimum dumtaxat annum expleſſet ætatis. Natus is erat* Valeriano Conſule, imperij Valeriani anno 12. Chriſti 250. *Fuit ea quorumdam Græcorum epocha (quod alibi monuimus) vt octo annis ſeriùs, atque Latini vulgò, æram Chriſtianam ordirentur. Ergo ſi anno Chriſti 250. iuxta ipſorum calculum in lucem editus eſt Clemens, is annus fuit æræ vulgaris 258. aut 257. poſtremâ ſui parte, nam annum à Septembri auſpicabantur. Conſul tunc fuit* quartùm Valerianus, *&* Gallienus tertiùm: *at non niſi quintus eorum imperij annus is erat: nec duodecimum attigit Valerianus, anno Chriſti 260. à Sapore Perſarum Rege captus, atque immaniſſimè interemptus. Sed ſi placet annum ab adito imperio duodecimum retinere, quo Gallienus, cũ patre ſuſceptum, adhuc adminiſtrabat imperium; Chriſti is erat 265. quo* Valerianus *iunior, Gallieni frater,* ſecundùm Conſul *fuit, cum* L. Cæſonio Lucillo Macro Rufiniano. *Et ſanè Metaphraſtes, qui natum Clementem ſcribit* Coſſ. Valeriano & Luciano. *Fortaſſis* Luciano *ſcriptum pro* Lucillo. *At qui ſuperiùs ſtatutam epocham ſequebantur Græci, non 250. Chriſti annum illum computabant, ſed 257. niſi ſic ſcriptum fuit, &* ἑβδόμῳ ſeptimo, *librarij incuriâ omiſſum.*

quando natus,

3 *Anno dein ætatis vigeſimo euoluto, Chriſti 277. Probo imperante; aut potiùs 284. quo & Diocletianus XV. Kal. Octob. in-* quando Epiſcopus factus, *uaſit imperium, Epiſcopus factus eſt Clemens: & concitatâ mox perſecutione, ſub anni fortaſſe ſequentis exitum coniectus in vincula; poſt varia multorum annorum atrocia certamina,* imperantibus *adhuc* Diocletiano *&* Maximiano, *glorioſo exitu* quando occiſus. *labores terminauit* XXIII. Ianuarij, die Dominicâ, *anno ſcilicet biſſextili 304. quo eodem ipſis Kalendis Aprilibus imperio ſeſe ambo Imperatores abdicarunt. Atqui anni, quibus Clemens certauit, non 28. ſed 18. ſolùm, ac menſes aliquot, exiſtent. Aut certè anno 309. ſub* Galerio Maximiano *oportebit eum peremptum fateri; nam eo quoque anno XXIII. Ianuarij in Dominicam incidit. Et videtur id Nicephorus infrà citandus innuere, cùm ait, eo ipſo anno, quo S. Pantaleonem, martyrium peregiſſe. Sed de hoc diſquiremus 27. Iulij.*

4 *Hæc de S. Clementis ætate: nunc de ſociis certaminum & triumphi. Præcipuus* Agathangelus *fuit, menſibus ante eum duobus, diebus octodecim, coronatus V. Nouembris; quo die Græci in ſuis Menæis hac de eo canunt:* τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος Α'γαθάγγελος ξίφει πελεκᾶται· Eius ſocius S. Agathangelus.

Χρηςάγγελός τις ψῆφος Α'γαθαγγέλῳ ἦ, τῆς τελευτῆς ψῆφος ἦν ἐκεῖ ξίφους.

Eodem die S. Agathangelus gladio vitam finit.

Benignus Angelus aliquis decretum Agathangelo

Miſit,

Misit, mortis decretum per gladium.

At solenni religione ambo hoc die 23. Ianuarij coluntur, præsertim in propriâ illis dicatâ Constantinopoli ecclesia, trans Eudoxij regionem vltra Anaplum & in sanctissimâ æde S. Irenes, vetere & nouâ; *vt Menæa & Maximus Cythereus tradunt.*

Vtriusque nomen in sacris fastis.

5 *De vtroque Menologium à Canisio editum hoc ipso die:* Natalis S. Clementis Ancyræ Galatiæ, qui ortus patre gentili, matre verò Christianâ nomine Euphrosynâ, quæ Christi Martyrem futurum illum prædixit, sub Diocletiano & Maximiano martyrium pertulit: quo die & S. Agathangelus Ancyræ, Lucio Præside, passus est. *imò 5. Nouembris passus. Vtriusque cetera meminerunt Græcorum Menologia, Horologia &c. quæ sequitur Molanus in addit. ad Vsuardum*: Die vigesimâ tertiâ sancti Hieromartyris Clementis Ancyræ, & sancti Martyris Agathangeli. *Romanum quoque Martyrologium*: Ancyræ in Galatiâ S. Clementis Episcopi, qui sæpius cruciatus, tãdem sub Diocletiano martyrium consummauit. Ibidem S. Agathangeli, qui eodẽ die sub Lucio Præside passus est. *De Clemente ita Galesinius*: Ancyræ S. Clementis Episcopi & Martyris, qui Diocletiano Imperatore inauditis excruciatus suppliciis, iisque multis ac variis, demum cùm constanter in fide persisteret, præciso capite martyrij coronam accepit.

Alij eorũ socij.

6 *In Notationibus*, Christophorum & Charitonem, *Clementis in martyrio obeundo socios, memorat Galesinius. Menæa, Menologium Canisij, & Cytheræus referunt IX. Septembris* S. Charitonem gladio occisum. *Sed quòd non ei additus comes* Christophorus, *& hi ambo 23. Ianuarij occubuerint, alium remur.* Eucarpij *quoque plures fuêre. at nulli* Phengon *iungitur. nec vllis in Martyrologiis eorum reperimus ad 7. Septembris, quo perempti fuêre, inscripta nomina. Eorum certamina, aliorumq; tam Ancyranorum quàm Romanorum, in Actis S. Clementis, qui eos Christo genuerat, continentur, celebranturq; à plurimis hoc die omnes; & pleraque nomina Actis præfigit Ioannes Basilius Sanctorius.*

§. II. *Acta S. Clementis & sociorum.*

Acta eorum,

7 *Res à Clemẽte & Agathangelo præclarè ac fortiter gestas, solitâ facundiâ cõposuit Metaphrastes, ex antiquis haustas monumẽtis. Eum Metaphrastæ commentarium, à Gentiano Herueto Latinè versum, Lipomanus & Surius vulgarunt; atque in epitomen redactum, Lippelous, Rhadeneira, Sanctorius, Gabriel Flamma, Marchantius, Rosweydus, aliiq;. Baronius in Notat. ad Martyrologium scribit multa sibi in his Actis displicere: sed quænã illa sint, non exprimit. Hyperbolica quandoque cruciatuum auxesis videri possit, nisi & diaboli eiusq; satellitum furorem, & Dei, suos Martyres confirmantis, virtutem cogitemus. Neque existimare oportet omnia quæ narrantur, continenter inflicta Sanctis esse supplicia; sed toto annorum 18. spatio, indulta fortassis plurium sæpe mensium quiete, dum aliis Reip. negotiis Præsides distinebantur; quamquàm id negari videatur in Anthologio & Menæis. Et si singula cõsiderentur tormenta, nullum ferè non pluribus Martyribus sub iisdem Diocletiano & Maximiano, in iisdem Asiæ vrbibus, irrogatum: ac vincuntur pleraque modernâ Iaponum aduersùs Christianos immanitate. Præter citata Martyrologiorum testimonia, extat egregia Actorum epitome in Anthologio Græcorum à Clemente VIII. approbato, Menæis quoque, & Maximi Cytherei Vitu.*

non probata Baronio;

credibilia tamen;

Nicephori testimonio confirmata:

8 *Nicephorus Callistus quoque hoc eos illustri encomio celebrauit lib. 7. hist. Eccles. cap. 14.* Hoc ipso anno & Clemens Ancyranus Episcopus, cum Agathangelo nobilissimum martyrium est exorsus. Viginti octo namque annis pro Christo splendidissimum absoluit cursum. Siquidem post mundum conditum quicumque pro Christo certamen igne, ferro, lapidibus, lignis obierunt; quiúe cum bestiis depugnarunt, & diuturnis vinculis afflicti sunt; prętereà qui diuersis modis in terrâ, in aëre, in aquis, cum suppliciis sunt colluctati; tum autem qui vel frigore, vel calore nimio sunt consumpti, aut qui aliis quibuscumque pœnis & tormentis vitam amiserunt; eos omnes meo quidem iudicio, Sanctus ille Clemens, & cum ipso Agathangelus, longè superauit: primùm quidem Romæ, deinde Nicomediæ; cùm feritate & crudelitate aliis prę-stantes tortores, eis excruciandis, vices per successionem mutantes, ab omni iam tormentorum specie destituerentur: ad postremum autem gladio percussi vitam hanc immortali illâ commutarunt. Ex Actis.

vnde hîc edita.

9 *Alia præmittemus antiquiora Acta ex vetustissimo Græco codice manu exarato, Latinè reddita à Ioãne Scapelinck Societatis nostræ Sacerdote, viro erudito. Tum eadem disertissimè à Metaphraste conscripta subiiciemus, consentientia quidem vtraque, saltem in plerisque, historia veritate; at strictiùs illa neruosiusq; expressa, hæc clariùs amœniusq; deducta.*

§. III. *Actorum epitome, ex Anthologio Græcorum, per Clementem VIII. approbato.*

Diuturnã Clementis martyrium.

10 BEati ac diuini huius Clementis tota ferè vita aliud non fuit, quàm martyrium. Octo enim & viginti annis perpetuum illi cum tyrannis certamen fuit, numquàm prælio intermisso, numquàm promissis cer-torum dierum inducijs pax data aut quies concessa, vt in bello fieri solet, cùm vtrimque subinde ex certâ lege & cõposito cessatur, vt instauratis viribus promptiùs posteà ardentiusque rursùm congrediantur; sed continua & perpetua acerrimaque pugna fuit: vt non magis mirari libeat diuturnitatem tẽporis, quo velut in alieno corpore omnia patientissimè sustinuit, quàm acerbitatem varietatemque suppliciorum; sed potiùs ex æquo vtraque dignissima sint admiratione. Per omnia quippe genera cruciatuum transeundo, & tyrannis, qui tum Rempublicam administrabant, & Imperatoribus, & vniuerso propè terrarum orbi spectaculum factus, ipsis quoque Angelis eius tolerantiam admirantibus præclaram gloriæ coronã reportauit. Oriundus erat Ancyræ Galatiæ ciuitate, patre Græco natus, matre Sophiâ, piâ & Christianâ fœminâ. Duodecennis solitariam vitam aggressus est; vicennis Archiepiscopatum suscepit. Passus est Diocletiano & Maximiano imperantibus.

Agathangelus eum sequitur.

11 Beatus autem Agathangelus genere Romanus erat. Sublatis autem iis, qui cum Clemente Romæ vincti detinebantur, (ex quibus vnus erat Agathangelus, qui primus ad Clementem venerat, ab eodem baptismate ablutus) eo ipso tempore quo carceris collegæ erãt è medio tollendi, profugit. Sed cùm S. Clemens à ministris Maximiani esset abducendus, & in nauigium coniiciendus, vt Nicomediã deferretur, Agathangelus nauim tandem ingressus expectabat S. Clementem: qui postquàm ingressus est, Agathangelus ad illius pedes supplicem se abiecit. Quo delectatus & gratulatus Clemens, cùm reuertentem & pœnitentem videret, existimauit se boni Angeli præsentiã frui. Itaque versatus est cum illo socius patientiæ & certaminis, quoad Ancyram peruenerunt. Vbi ad Lucium producti sunt, & Agathangelus eius imperio cũ aliis viris, feminis, pueris, qui se Christo consecrarant, capite multatus ad sedes Cęlitum euolauit.

Tormenta singulorũ propria,

12 Genera autem tormentorum quæ heroës isti exanthlarunt, hæc fuêre. B. Clemens peculiariter hęc passus est: Ligno appenditur, & ferro raditur, lapidibus os & genæ illi contunduntur, in carcerem compingitur, rotæ alligatur, fustibus verberatur, cultris laceratur, ferreis graphiis os ei compungitur, maxillæ confringuntur, dentes excutiuntur, compedibus ferreis constringitur, rursusque in ergastulum coniicitur. Atque hæc Clemẽs propria pertulit. Idem verò, vnà & Agathangelus, crudis bubulis neruis cęduntur, à trabe suspenduntur, tædis ardentibus latera vstulantur, feris obiiciuntur, subulæ ignitæ per medios digitos illis adiguntur, viuâ calce obruuntur, duosque dies in illâ relinquuntur, lora è cute corporis ab humeris detrahuntur, fustibus iterum contunduntur, in lectos ferreos igneque candentes coniiciuntur, in fornacem incensam immittuntur,

& communia amborum.

AVCTORE ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

tuntur, idque per diem & noctem cruciantur, lumbi ferro carpuntur, muricibus ferreis in terram extante suprà acie rectà depactis iniecti fodicantur, quibus grauissimè compuncti & sauciati sunt. Agathangelus autem solus liquato plumbo à capite perfunditur. Saxa molaria vtriusque collo appenduntur, tractique per vrbem lapidibus petuntur. seorsum rursus soli Clementi fibulæ ardentes per aures traiiciuntur, facibus iterum admouetur, saxo ingenti adstrictus baculis os & caput contunditur, & quotidie quinquaginta plagarum ictus sustinet. Demum vterque Ancyræ Galatiæ capite plectitur.

ACTA

AVCTORE ANONYMO,

è veteri Græco MS. Latinè reddita

A IOANNE SCAPELINCK SOC. IESV.

PROOEMIVM.

Gesta à S. Clemente vsque ad captiuitatem.

1 ANno ducentesimo quinquagesimo assumptæ ab omnium Rege Deo nostro ac Saluatore Iesu Christo carnis, at circiter duodecimo imperantis Valeriani, Consule Valeriano, in Galatię partibus, Ancyræ quæ metropolis est *a* primæ Galatarum prouinciæ, fuit mulier quædam, cui nomen *b* Euphrosynæ, è nobilibus & Christianis parentibus prognata, quemadmodùm è fructu licet plantam cognoscere. Optima hæc & Christiana femina, & quæ parentum pietatem moribus ipsa suis testabatur, data nuptui est, inuita contraque mentem, viro gentili; qui sæpè ipsam auocare à Christi cultu, & ad idola veneranda traducere conatus est. Ipsa verò virili prædita robore, coniugem in contrarium fortiter retrahebat, Christum deprecans nocte ac die, vt amicabili huic iugo præstò esset; vt qui carne, spiritu quoque iungerentur. Ille verò in impietate perseuerans decessit, relinquens ei puerulum adhuc lactentem, quem ipsa pietate magis quàm lacte enutriuit. Ergo velut si sola absque viro genuisset infantulum hunc, eum obtulit Christo, inconfusibilem operarium ac pugilem inuictum, quem, vt prophetissa & præscia ac diuinatrix, Clementem *c* congruè vocauit, vt palmitem Christi veræ vitis, multarum animarum fructum allaturum, & innumeris vtis ornandum, animabus scilicet eorum qui per ipsum saluandi erant: quem quidem palmitem, velut inepti agricolæ, tyranni præciderunt; à veritate autem auellere minimè potuerunt.

S. Clemens nascitur Ancyræ, *a* *b* *patre gentili,* *matre Christianâ,* *c*

2 Is cùm ad annum iam peruenisset *d* decimum ætatis; præsagiens sancta eius mater metam sibi vitæ mortalis imminere, accitum ad se puerum complexa, hæredem eum suæ pietatis instituit, & participem regni cælestis, dicens: Ego, fili, ad breuem, quæ in hoc mundo agitur, vitam te genui; Christus autem in æternam te vitam regenerauit: nec in alio vllo est salus. Quisquis enim crediderit in Dominum Christum, qui de cælis aduenit, & pessumdedit errorem idolorum, is omnes euadet diaboli & erroris illius laqueos, serpentibus & scorpionibus omnique hostis potentiâ superior. Cùm igitur, ô fili, tempus malum sit, atque ab impietate oppugnetur hominum genus, occasio pugnæ & certaminis offertur. Non autem de quauis re est iucta, non de tenui cursus, nec de temporariis est bellum, sed de cælorum regno & coronâ iustitiæ vitæque incorruptibilis & infinitæ. Quapropter magnoperè te hortor & rogo, fili, te vt in vestigiis tuis confirmes per gratiam, & corrobores in Christi confessione, vt iuxta illius promissionem ducaris ante Reges & Præsides propter nomen illius. Spero per Christum fore, vt efflorescat in te germen meum corona martyrij, in gloriam mihi, & in multarum salutem animarum. Præpara ergo animum tuum ad tentationem. Vtile enim est periculum: temporaria est pœna, æterna remuneratio; præteriens molestia, permanens voluptas; parum dedecoris, perpetua apud Deum gloria. Minæ Præsidum atque verbera, Regumque temporariorum, sunt vnius diei; quorum ira deluditur, gloria marcescit, ignis extinguitur, ensis contrahit rubiginem, potẽtia perit. Nihil igitur te horum separet à Christo, sed in cælum contende, ab eo expecta pretiosam, luculentam, perpetuam mercedem: verere illius thronum, exhorresce tribunal, contremisce conspectum. Nam qui illum negauerint, eorum ignis non extinguitur, vermis non moritur: at qui ipsum cognouerint & veram eius gloriam, eos ineffabile gaudium & exultatio & delectatio, cum Sanctis qui eum confessi sunt, manet.

d *à quâ moribundâ animatur ad martyrium,* *propositâ sibi gloria,* Matth. 10. 18.

3 Hoc mihi, fili mi, sit dolorum, quos propter te perpessa sum, præmium, vt Confessor Domini è meis prodierit visceribus, & Martyris mater dicar. Propera ergo pati pro eo, qui pro te passus est; vt magnis donis fruaris, & ego fiam particeps & coheres Sanctorum per te eorum dignata bonâ hæreditate. Ecce enim, fili mi, ad mortis iam fores adsto, neque hoc aspectabile lumen mihi in crastinum illucescet. Tu autem mihi lux in Christo, tu vita mea in Domino. Precor te idcircò, mea viscera, ne à spe depellar, quam de te concepi. Vna mulier Hebræa aliquando septem obtulit filios pietatis Martyres, & in septenis corporibus per vnam torta animam, non est deuicta. Tu vel vnus mihi satis eris ad gloriam, si pro pietate constanter certaueris. En præcurro, abeoque hodie, quod quidem ad corpus attinet; nam anima mea in perpetuum ex tuâ pendet, vt tecum confidenter merear aduoluere me ante Christi tribunal, tuis glorians laboribus, tuo certamine coronata. Irroratur enim & radix sub terrâ abdita stillis etiam rami qui super terram extat. Toto ergo die ipsum amplexans, oculosque eius exosculans & os, & manus eius, & membra reliqua, O felicem me, inquiebat, hodie, quæ membra deosculor Martyris! His eum sermonibus diu multumque exhortata, pòst paullò, ipsi innixa, efflauit animam, atque in pace quieuit. *& consolatione matris:* 2. Mach. 7.

4 Vnigenitus autem matri erat S. Clemens, qui eâ honorificè sepultâ, vt prudens & perfectus non impeditus est ætate puerili, quò minùs ad virtutem totis viribus incumberet. Duodecim enim cùm esset annorum, senex maturus & venerabilis videbatur, eum contemplantibus. Solitariam deinde vitam amplexus post obitum beatissimæ Euphrosynæ matris suæ. Et pupillus cùm esset, matre orbatus, Deum nactus est patrem immortalem, qui ipsi denuò dignam matrem dedit. Sophia enim quædam, de stirpe *e* Aniciorum, pia & religiosa mulier, orationibus & obsecrationibus dies noctesque intenta, affluens opibus ac possessionibus, liberis, quos tamen maximè expetebat, carens, hoc etiam voto suo absque *f* delicto potita est. Nam sanctissimum adolescentem Clementem pupillum adoptat sibi filium, hæres quodammodò facta piæ matris, materque altera, indulgentissimo miserationis affectu: vt neque lacrymam effundere orbitatis caussâ eum pateretur. Sophia ergo, congruè sanè suo nomini, diuinâ eum sapientiâ instituebat. Anteibat verò puer intelligentiâ æquales omnes, quotquot in eâ erant prouinciâ. *eâ mortuâ solitarius degit:* *e* *adoptatur à Sophiâ piâ matronâ:* *f*

5 Posteà annonæ caritate subortâ, susciens ipse orbos parentibus, liberos impiorum Gentilium, aliorumque pauperum, aut alioqui desertos errantesque, enutriebat, fidei sapientiâ secum vnà imbutos, & vestitu ac victu conuenienti recreatos. Propter doctrinam autem Clementis, ceteri pueri cum eo pietati & prudentiæ se dedebant. Sic abundabat liberis, quæ liberis carebat Sophia, tamquàm ciuitatem Christianorum copiosam ex adolescentulis construens, eorumque profectum & salutem *pauperes pueros educat, & in fide instruit:*

lutem accurans. Clemens autem ferè leguminibus vescebatur, memor trium illorum puerorum, qui eiusmodi vsi annonâ, intelligentiâ & dignitate ceteris antecelluerunt. Dan. 1.

6 Cùm ergo perpauci in iis partibus essent Christiani, velut luminare quoddam multis lucem diuinæ cognitionis affusurum; iis qui de Ecclesiâ erāt apparebat Clemens. Vnde gratiâ & prouidentiâ Domini nostri Iesu Christi, hominumque suffragiis, Ecclesiæ creatus est sacer præco: deinde paullò pòst Diaconus: atque exiguo interiecto tempore Presbyter. Demum annis pòst duobus dignus habetur episcopali throno, cùm annos dumtaxat viginti esset natus; adhuc numerum amplificans puerorum orphanorum, atque assiduè laborans enitensque, vt nouum populum Deo educaret. Eos autem pueros vnà cum litterarum institutione, baptismo quoque imbuebat, maiores etiam gradus iis qui idonei essent promittens. Eoque euenit, vt ex omnibus propinquis regionibus adducerent ad Martyrem pueros, quos vt filios suscipiebat; docens illos Deum vnum agnoscere, abiecto omni idolorum errore. Crescentes verò progrediebantur in religione fidei Christi, & in doctrinâ Dei Patris & Domini nostri Iesu Christi & sancti Spiritus. Atque hactenus quidem de natiuitate, educatione & exercitatione S. Clementis. *fit Episcopus.*

a *Ita in Concilio Ephesino Nestorij damnationi cum S. Cyrillo subscripsit.* Theodotus Episcopus Ancyræ primæ Galatiæ.

b *Eodem nomine appellatur in Menologio Canisij suprà. Metaphrastes* Sophiam *vocat. Hunc sequuntur Menæa.*

c κλῆμα *Græcis* palmes. *inde* Κλήμης, Clemens. *at Romanum potiùs id fuit nomen; parensq; fortassis Romanus, aut genere aut ciuitatis iure: eâque causâ, & adoptatus à Sophiâ ex gente Anicio-rum Romanâ, & Romam tantò procliuiùs missus à Vicario.*

d *Metaph.* duodecimum nondum compleuerat annum. *& hîc mox eadem duodecim annorum ætas indicatur.*

e *S. Augustinus epist. 179. ad Probam & Iulianam ex Anicio-rum stirpe, ita scribit:* Quis verbis explicet, quis digno præconio prosequatur, quantum incomparabiliter glorioſius ac fructuosiùs habeat ex vestro sanguine feminas virgines Christus, quàm viros Consules mundus? Nam volumina temporum si magnum atque præclarum est nominis dignitate signare, quantò est maius atque præclarius cordis corporisque integritate transcendere? *Alia congerunt, qui Anicij Boëtij vel gesta recensent vel scripta exponunt, eius familiæ Christiana decora.*

f *Cæue legitimam liberorum susceptionem peccatum arbitrere.*

a QVÆSTIO I. in Galatiâ.

7 CVm Diocletianus Romanum suscepisset imperium, ipsoque statim *b* primo anno incredibili quodam studio Deorum religionibus intenderet, ac necessitatem indiceret & mortem per vniuersum orbem terrarum, ad Christianorum exitium; & non sine ambitu sacra & cultum iis, quos deos putabat, impenderet; vrbium quoque Præfectis, Ducibus, Vicariis, Proconsulibus, Christianorum cædes ac supplicia suis ad eos rescriptis imperaret; debacchari per vrbes ac prouincias cœpêre impij, pro Imperatoris libidine, & sollicitè perueſtigare nùm Christianum quempiam deprehenderent, cuius deferre nomen possent. Tum igitur feruidi impietatis administri, qui in Galatarum gente degebant, cognitis quæ à sancto Christi Martyre Clemente gerebantur, apud Domitianum *c* Vicarium quemdam, qui tunc in Galatiæ partibus erat, eum accusant, indicantes magnum puerorum numerum ab eo attrahi, offerrique ei qui Christus dicitur, atque ita magnorum deorum religionem pessumdari: sibi enim illum plurimos adiungere, palamque edicere, eum esse Deum viuentem, at nihili æstimandos magnos deos Martem ac Dianam. Ita, inquiunt, liberos ille nostros instituit, & ad Nazaræum adducit. His auditis Domitianus iussit ipsum detineri in Lithostrato, quod dicitur, in domo cuiusdam ex iis qui ad prodendos Sanctos intenti isthic degebant. *b Persecutionem mouēte Diocletiano,* *c accusatur apud Domitianum Vicarium Clemens;* *ei sistitur:*

8 Comprehensus Sanctus adductus est ad Vicarium. Vt coram adstitit, ita ipsum allocutus est Domitianus: Multùm, vt ego existimo, quæ video, ab iis discrepant quæ de te ad nos relata sunt. Forma enim tua morumque compositio prudentiam ac moderationem præsefert; at quæ de te allata huc sunt, puerilem quamdam insciti am sapiebant. Faciliùs verò ex te ipso quod verum est intelligemus. Commoda igitur te nobis, & sententiam tuam nobis expone. Respondens verò beatus Martyr ait: Sapientia nostra & prudentia Christus est Dei filius, qui & Verbum & sapientia Patris, vniuersi operibus declaratur. Ad hæc Vicarius: Dolore affecisti me, nugari exorsus. Desine igitur stultè sermocinari, & accede ad beatos in perpetuum deos, eos contemnentium pœnas tecum recogitans, at venerantium honores animo versans. Etenim & nos per hoc ad tantam potestatem prouecti sumus. Quâ ratione eos munerantes, qui ipsos adorant, dignitate & honore ornamus. Risit magnanimus ille his auditis sermonibus, & ait: Nos verò docti sumus ea quæ existimatis bona spernere, vti & à vobis intentatam mortem. Nec igitur diuitiis nec minis abducturum te nos putes à Veritate. Nec enim mortem formido, quam minaris, sed amplector potiùs, vt æternæ vitæ conciliatricem. Opes non appeto, quas relinquere aliis omnino erit necesse; non ambio dignitatem vel imperium, cui breui finis imminet. Solum autem cæleste regnum quæro, quod nullo fine terminabitur. Auctore Anonymo, ex Ms. Græco. *blanditias eius, & minas, ridet;*

9 Tum Domitianus, Intractabiliorem te, inquit, ego effecero, non imperiosè, sed blandè te aggressus. Nam cum pueris agens eaque illis persuadens, vt tua quoque demonstrat oratio, consequens est te consimili quoque mente esse præditum. Si igitur mox deos non colueris libationibus, nos autem honore consulari, tibi ipse causa eris supplicij ac mortis. Hîc S. Clemens, Ego, inquit, pueris mentem indere sum conatus, quam apud vos ignorant etiam perfecti, quamque sapientes illi vestri discere non sunt digni. Vera enim Dei sapientia abscondit illam à vestris sapientibus & prudentibus, & reuelauit eam paruulis. Illi enim inanimas & rationis expertes materias deos facientes, ipsis simili sunt prudentiâ præditi. Opto igitur libationes offerre Deo rationabiles, non fumos ac nidores irrationabilium victimarum. Meum ipsi sanguinem debeo, quòd & ipse pretioso suo sanguine me redemerit. *puerorum institutione sibi exprobratâ gloriatur;*

10 Ad hæc Domitianus: Nisi mihi obtemperare sana suadenti volueris, cum necessitate parebis punienti. Priusquàm igitur tormenta aggrediamur, ne posteà ludibrium fias aspectantibus, qui non blanditiis adductus, sed pœnâ fueris, nega Christum. S. Clemens ait: Spero adfuturum mihi Christum: neque illius spei vnquam me pœnitebit. Ne igitur differas cruciatus; paratum enim inueniam Christum ad medelam, propter quem sustineo tormenta, quę mihi perennia bona conciliabunt. Domitianus ait: Ne existimes celerem tibi mortem paratam, neque breui te neci dedendum: per omnes te agam cruciatus, vt tuo exemplo eadem tecum sentientes doceam regia iussa non spernere. S. Clemens ait: Ego doctus sum omnibus debita remittere; neque contemno quemquam sed reuereor: neque enim improbitatis crimine apud te sum accusatus. Quâpropter non abeo à Christo solo vero Dei filio. Vicarius dixit: Suspensum illum ferreis pectinibus radite, inculcantes iuxta regia decreta, talia ne ogganniat. Sanctus Martyr diu vngulis laniatus, vt ipsa etiam ossa nudarentur, omnia generosissimè pertulit, ipsis aduersariis eius constantiâ admirātibus, qui neque vultum mutasset, neque vocem doloris indicem misisset. at contrà hilari vultu in cælum intuens dicebat: Gloria tibi Christe, mea lux atque vita, mea respiratio, meaque lætitia. Gratias tibi ago, ô vitæ largitor, quòd me hac salute dignatus sis. iam exultat anima mea in viâ testimoniorum tuorum. Suauis mihi labor est omnis, tui desiderio. Tibi gloria, quòd patientiâ me firmaris: manum enim tuam potentem extendisti ad me mininum ac peccatorem, & liberasti me ab irâ Præsidis, & è manibus carnificum, quia solus es perfugium eorum, qui quauis ærumnâ conflictantur. *tormenta contemnit:* *corporis laniationem perpetitur.*

AVCTORE ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

Hæc cùm precatus eſſet præclarus Martyr, diſſoluti ſunt qui eum torquebant. Exiſtimans Vicarius eos languore & imbecillitate defeciſſe, ita Martyrem aggreditur: An arbitraris iam tuâ me tolerantiâ victum, quòd horę ſpatium lictores fatigârit? S. Clemens ait: Ego verò id non arbitror; ſed credidi & ſpero quòd qui in me eſt Chriſtus, ipſe vicit, vincit, vincet. Non enim incorporeus quis talem ſuſtinuit cruciatũ, quem vidętes exhorreant. Iubet Vicarius alios adeſſe carnifices, ipſumque denuò diſcerpi, vt nec oſſa quidem operta carne reſtarent. Perinde verò illi abſtiterunt, vt mortui.

iteratò reſumptam:

11 Erubeſcens tandem alacritate Martyris, & lictorum imbecillitate, Tyrannus; ſatiſque perſpiciens eos qui illum cædebant atrociùs cruciari, iubet eum è ligno deponi. Erat verò forma ea corporis, vt ipſi carnifices eum attingere vererentur, ita ſuo lotum ſanguine, quo ſolo obducta erant oſſa. Dicit ei Tyrannus: Ex fortunâ nata inuidia eſt, à naturâ vincendi cupiditas: vnde hæc te perdere contendit, eoque in graues te præcipitare ærumnas parat, & plurimis priuare maximiſque muneribus, quibus eras alioquin potiturus, ſi noſtris paruiſſes conſiliis. Parce tandem miſero corpori tuo; neque velut inanem laudem ex nimiâ tolerantiâ appetens, mortem tibi ipſe illâ contentione conſciſce. S. Clemens dixit: Ego & corpori incorruptionem, & animæ immortalitatem paro, per corruptionem & mortem quam mihi infers.

generosè Præſidi reſpondet:

Vicarius dixit: Hanc inſaniam didiciſtis, vt lumen hoc, quod fruendum hominibus dij tribuerunt, prætereà verò ſplendidiſſimũ hunc ſolẽ relinquentes, obſcuram & ignobilem vitã acerbo fine terminetis. Etenim ſi priſtinæ pertinaciæ inhæſeris, breues quidem à nobis inducias conſequeris, dum & diſſipata caro reparetur, & ſuſcipere augmentum valeas pœnarum, quarum vſque ad mortem erit ſenſus. S. Clemens dixit: Expectationem meam ac vota, ſolâ, vt videris, comminatione ſuſtentas, exiſtimans te eâ ratione effecturum fortaſſis, vt à ſpe meâ, quæ Deo ſolo nititur, deſciſcam. Ceterùm quid ſentiam nunc intelligens, ea fac quæ ſufficere exiſtimas tuæ in me inuidentiæ.

12 Commotus iis quæ à Martyre dicebantur Domitianus, dixit: Per Deos, cupidum victoriæ animal eſt homo. Os igitur illi & genas conuerberate. Omnino enim ſola pars ea corporis hactenus ſupplicio caruit, ideoque inſoleſcit. Inquinetur ea quoque, conſentanea vt reliquo corpori ſit. Lictores igitur quotquot aut commiſeratione ducebantur, aut certè metuebant ne eadem ſibi, quæ anteà corpus Martyris radentibus, euenirent, ſolis manibus eum cædebant; quotquot autem œſtro malignitatis erant incitati, lapidibus vtebantur; quidam verò ipſorum eum ſuſtinebant, quòd prioribus plagis planè eſſet diſſolutus. Martyr autem animo exultans dixit: Honoraſti me magis, quàm torſiſti. Nam Domino meo Chriſto os quoque percuſſum eſt: & ego indignus ad hoc vocatus ſum. Stephanus Protomartyr lapidibus necatus eſt: & ego his ornatus ſum. Leuat laborem meum imitatio paſſionis: lenit dolores meos, honoris cum melioribus participatio. Et ſublatis in cælum oculis, ita precatus eſt: Gloria tibi Domine Ieſu Chriſte, quòd dignatus ſis me conſortem facere partis cruciatuum tuorum, tuique ſancti Protomartyris. Vicarius ſtupore attonitus, dum viri conſtantiam cerneret, iuſſit vtrimque à pluribus ſuſtentatum, vt qui incedere præ plagarum atrocitate non poſſet, reduci in carcerem, & quieſcere tantiſper, donec ad ſe rediret. Ille verò repellens eos qui fulcire eum videbantur, ſuâ ipſe ſponte incedebat, pſallens & dicens: Oleum peccatoris non impinguet caput meum.

colaphis & lapidibus caditur;

eoq; cruciatu exſultans,

abducitur in carcerem:

13 Abeuntem eum conſiderans Vicarius, dixit propè ſibi aſſidentibus: Papæ! quantam ille patientiam & conſtantiam oſtendit! Tales deceret eſſe milites Imperatorum, qui hoſtibus afferre terrorẽ poſſent. Non oportet eum ad meum denuò audiri tribunal. Ad Diocletianum Auguſtum ablegabo. ille ſolus eum poterit ſuperare; qui ſemper pœnalium inſtrumentorum artifex fuit, ſemperque eiuſmodi cædes deſignat, vt vniuerſa ciuitas ad illius contremiſcat edicta. Iſthic quæ meo mandato, quod vnà perferetur, ei facta hîc ſunt, exhibeantur. Suſcipientes igitur eum quibus id erat imperatum, eduxerunt Ancyrâ. B. Clemens cùm Ancyrâ egrederetur, in preces ſe dedit, dicens: O Deus & Rex cæleſtium, terreſtrium, & inferorum, qui cuncta reples ſolus, & à nullo abes loco, in manus tuas trado hanc vrbem. Cuſtodi eam, animaſque eorum qui in te credunt in eâ degentes. Inuiolatam ei Eccleſiam conſerua. Non diſſipent canes & lupi modicum gregem tuum. Non perdas eum, neque imminuas; adauge potiùs & multiplica, ad gloriam nominis tui. Neque nos ab hac ciuitate omnino aliena, ſed adeſto nobis in viâ & agone, nosque denuò huc reuoca, qui reduxiſti Iacob ad domum paternam, & liberaſti eum de manu Eſau fratris ſui; oſſa etiam Ioſephi deportanda ex Ægypto mandaſti populo tuo, & reponenda in ſepulcro patrum eius; quare glorificandus es in ſecula ſeculorum.

benè precatur vrbi Ancyranæ:

a *Hæ ſectiones Actorum in ipſo habebantur MS. atque hic titulus:* Περίοδοι ἐξέτασεως τοῦ γαλατίου.

b Coſſ. Diocletiano II. & Ariſtobulo, *anno ſcilicet* 285. *plures paſſi ſunt Martyres, vt Acta eorum, etiam Proconſularia, indicant, vt* 23. *Auguſti, in Ciliciâ* Claudius, Aſterius, Neon, &c.

c *Ita ſub* Vicario Ancyræ Agrippino *paſſus eſt S. Plato* 22. *Iulij.*

QVÆSTIO II. Romæ.

14 ROmam igitur, qui iuſſi erant, beatiſſimum Clementem perducentes, (a morabatur enim tunc iſthic Diocletianus) ſuggeſſerunt Imperatori de eo, quæque à Vicario Domitiano erant geſta, totamque cauſſæ relationem, ei tradiderunt. Iuſſit eum Imperator produci, & vultum eius intuitus gratioſum nec labore fractum, dubitabat num ea verè pertuliſſet, quæ apparitores retulerant: ita pleno erat vultu ac vegeto. Et ait ei: Tu es Clemens, inuictâ celebratus conſtantiâ? at vellem non decipereris peruerſitate & erroneâ ſectâ. Humani enim cùm ſint dij & benigni erga omnes, ex æquo eſt, vt & refractarios confirment ſuſcipientes eos ad agnitionem, cùm meliora docti fuerint, ne irreligioſi moriantur; & peruicaces reſeruent ad maiora perpetienda ſupplicia, vt pij homines ſapientiores euadant. Nos verò cùm omnem diis cultum debeamus, multâ ab iis dignati prouidentiâ, ſolioque regali, & orbis imperio, ab iis quoque impertita bona, illis qui ipſos venerantur, vltro & libenter addicimus. Iuſſitque coràm proferri auri & argenti plurimum, b codicillos dignitatum & præfecturarum, veſtes pretioſas & ſplendidas, & quæcumque ornatus auidi homines expetere ſolent: ex aduerſo verò pœnarũ inſtrumẽta, manus ferreas, ſcalpra, lectos ferreos, ſartagines, prunas, lebetes, caſſides, ſubulas, rotas, & graues catenas, aliaq; pœnarũ & doloris inſtrumenta & genere varia, & numero propè infinita. Tum Martyrem ſeuerè acerbeq; intuitus, protensâ ad propoſitas opes manu, Iſta, inquit, dij tibi offerunt, ſi eos agnoueris & colueris. Auertit faciem Martyr, veluti à rebus vilibus, fœdis & aſpectu indignis, dixitque cum gemitu: Ea ſint cum ipſis in perditionem. Tum contuens pœnales machinas Diocletianus, eaſque Martyri commonſtrans, dixit: Iſta non credentium ſunt. At generoſus Chriſti Martyr, ei reſpondit: Si tormenta tua, vt reris, terribilia ſunt; cuiuſmodi eſſe cenſes ea quæ cæleſtis ille quis ſolus eſt Deus infliget? Et ſi largitiones veſtræ ſplẽdidæ & admirabiles iis, qui terrena ſapiunt, videtur, quantò ampliora illa futura ſunt bona, quæ Deus æternus & immortalis præparauit diligentibus ſe, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt? Aurum & argentum terra ſunt infructuoſa, quæ ab hominibus ad elegantiam conformatur, igne & ferro tranſmutatur, rubigine attrituque conſumitur. Splendidæ veſtes vermium opus, eſca tinearum, aut irrationabilibus

a *ſiſtitur Diocletiano:*

eius blanditias,

b

minas,

dona, contemnit;

mittitur Romam:

bus animantibus vi auulsâ lana, aut in inutilibus oceani conchis repoſita. Quæ qui faciunt magis illi mirandi vobis ſunt;nam arte quadam materiam operando in melius tranſmutant. Et artifices ipſi, veluti viles, contemnuntur;qui verò iis veſtiti ſunt,ij ſeſe iactant & efferũt à vilibus animalibus gloriam mutuati. Optimi verò Dei noſtri bona, genuina & immutabilia ſunt, eiuſque voluntate, non hominum induſtriâ ſubſiſtunt, quæ neque tempus alterat, neque tinea corrumpit, neque omnino æternitas vetuſtate valebit conficere,

15 Diocletianus dixit:Rectè quidem loqueris,peruersè autem ſentis; quapropter adnitor, vt te ad veneration-nem immortalium deorum reuocem, eoque ita benignè tecũ colloquor, ne in mortali homine ſpes tuas loces. Quem enim colitis Chriſtum, is à Iudæis grauia perpeſſus, tandemque interemptus eſt. Dij verò noſtri ſemper immortalitatem habent,nihil vnquam moleſtum perpeſſi. S. Clemens reſpondit: Quod ad immortalitatẽ eorum attinet moleſtiæque carentiam, vera loqueris, *Deos irridet:* Imperator. Quî enim mori poſſunt, qui numquàm vixerunt? aut quî doleant, ſenſus expertes? Quòd verò per iniurias & verbera vt eſſent acceperint, non ignoras Imperator. Quicumque enim eorum ex lapidibus facti ſunt, incumbentibus iis artificibus verbera exceperunt malleo & ferro: ſculpti verò, cuſi, conflati ex auro, argento, ære, ij igne luculento vſti, ceteris paria perpeſſi, ſimiliter ſine ſenſu permansêre. Immortales igitur ſunt, quippe qui non viuant; conteruntur autem velut non fuerint. At Dominus meus & Deus Ieſus Chriſtus ſecundùm carnem mori voluit,vt ſaluaret mundum,mortemque ipſam peſſumdaret: quod cùm feciſſet, ſurrexit tertio die, & vitam, quæ ipſemet eſt, nobis donauit.

16 Martyris libertate offenſus Diocletianus, iubet eum rotæ alligatum, & circumactum, percuti baculis. Reuoluta à ſeipsâ & explicata rota,Sanctum in ſublime *rota alligatus conteritur:* eleuatum cædendum lictoribus præbuit, rurſumque eum ſuſcipiens oſſa diſſoluit ac confregit, non ſine ſtrepitu & fragore. Per multas autem horas raptatus, atque ita tortus, dicebat: Domine Ieſu Chriſte adiuua me; leuiorem mihi hanc fac machinam, & quem ea affert dolorem.Nam in te confidens tradidi me ad hæc ſupplicia. Adeſto mihi, vt Paulo; & cerne corpus meum multis confectum doloribus. Cupio ſanus fieri ad gloriam & confeſſionem tui ſancti nominis, ad plures tolerandos cruciatus, in opprobrium & ignominiam impiorum. In nomine tuo confirma me;in te enim ſperaui vitæ largitore Deo. Cùm hæc precatus eſſet Sanctus, ſtetit rota,iis qui illam impellebant fatiſcentibus. Sanctus verò priuſ- *diuinitus ſanatur,* quàm à quoquam ſolueretur, vinculis exemptus eſt, & oſſa eius ac membra omnia ſana effecta. Plurimi verò Romanorum, qui ad ſpectaculum hoc confluxerant, mirati hoc certamen, dicebant inuicem: Nemo alius eiuſmodi dolores pertulit,etſi omnes Deos in ſubſidium *Stupente populo:* aduocaret. Hic verò ſolo Chriſti fretus nomine,eumque inuocans, talem deſpexit neceſſitatem. Magnus quiſpiam eſt, vt videtur, Deus Chriſtianorum. Sanctus autem Clemens, pretioſus Chriſti palmes, ſpiritu cognoſcens rationales botros è ſuis laboribus prouenturos Deo, ſtetit orans cum clamore, & dicens: Gratias ago tibi Deus,quòd mihi id tribueris,vt in hac amplâ & magnificâ vrbe Filium tuum Dominum noſtrum annuntians paterer, cuius fidem Petrus tradidit, Paulus prædicauit, *c* & cognominis mihi Clemens perſpicuè docuit, & vtiliter confeſſus eſt: pro quo & ipſi mortui magis quàm viui cunctos attrahunt, ab omnibus adorantur, ſuper omnes Reges gloriâ extolluntur, nec multò pòſt à piis etiam Imperatoribus colentur. Omnes enim gentes quaſcumque feciſti venient, & procident coram te Domine. Audiens iſta Diocletianus, graui irâ percitus, veluti concionabundus,coram innumerâ adſtante multitudine, iuſſit ferreis clauis os eius percuti. Cumque *contunditur illi os:* diu cæderetur, & dentes ei exilirent, ac maxillæ conterentur, nec adhuc tamen loqui deſineret; Sile nunc tandem, inculcabant lictores. Ille verò non acquieſcebat: ſed velut ærea ſtatua, quò validioribus percutitur ictibus, hoc vehementiorem edit ſonitum; ita ille con- AVCTOR ANONYMO, EX MS. GRÆCO. tentiori voce vtebatur.

17 Imperator iubet eum publico carceri includi;ferreis catenis toto corpore adſtrictum, & coopertum, itaque obſerari. At qui certamini interfuerant,& cõſtantiæ eius miraculo attoniti ſimul viri ac mulieres,confeſſi erant magnum eſſe Deum Chriſtianorum, ij omnes vnâ mente vnoque conſenſu ſimul conuenientes poſt cœnæ horam, in cuſtodiam ingreſſi ſunt, & Sancti pedibus aduoluti, dixerunt: Obſecramus te, ſerue Dei, da *Romanos multos conuerſos baptizat,* nobis fidei cognitionem, vt à peccatis noſtris eruti, participes efficiamur ſpei veſtræ in Chriſto. At ſanctus Martyr Chriſti ſeruans conſuetudinem, ſtans Deum precatur, & gratias agit, quòd in ipſis etiam perſecutionibus & ærumnis, confitentium ipſum augeatur & multiplicetur numerus. Cumque eos myſteria fidei docuiſſet, ad impertiendum baptiſmum progreſſus eſt. Erat verò in carcere plurimum aquæ, atque omnes, ipſos etiam infantes, baptiſmo tinxit, & cum iis cecinit; Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates & quorum tecta ſunt peccata; aliaque permulta. Mediâ autem nocte lumen ingens refulſit, in quod intuentes, conſpexêre virum vultu decorum, ſplendenti amictum veſte, alis ampliſſimis elatum, accedentem ad Martyrem, & dantem ei panem ac calicem, moxque ex oculis omnium ſubductum. Omnes verò ſtupore perculſi ſtetêre. Aſt illa ſumens B. Cle- *& ſacrâ Euchariſtiâ recreat:* mens, & conueniente vſus precatione, communicauit baptizatis omnibus, & quæ geſta fuerant contemplatis, pretioſum corporis & ſanguinis myſterium. Deinceps ipſi de more ad eum venientes, alios adducebant, creſcebatque in dies multitudo, vt carcer etiam repleretur. Quidam verò è cuſtodibus retulêre Imperatori quæ fiebant. Id vbi Diocletianus didicit, iubet eos, qui iſthuc conuenerant, comprehenſos,& ſigillatim noctu examinatos interfici. Manum igitur iis milites iniiciunt, edu- *qui deinde occiſi pro Chriſto.* cuntque ipsâ nocte ex Vrbe, & pari omnes examine interrogatos, an Chriſtianam religionem vellent abiurare, cùm reſponderent ic ſe nequaquàm eſſe facturos,ſimul mactarunt, quippe qui vltro traderent ſemetipſos inſtar ouium cum infantibus, vno ſolùm ex ipſis fugâ elapſo, aut potiùs ad maiora reſeruato certamina.

18 Poſt aliquantum temporis venit Diocletiano in mentem ſancti Martyris Clementis, iuſſitque eum iiſti; atque adulantis in morem, videbatur ei vt diis immolaret velle perſuadere. Sanctus verò Dei Martyr magnâ voce exclamauit, dicens: Ego Deum cæli & terræ veneror, & filium eius Ieſum Chriſtum confiteor. Quidam verò Amphion nomine, ſecundus ab Imperatore, dixit Imperatori: Amoue hinc ſceleratiſſimum illum. Commouet enim Romanam plebem,quia Pauli & Petri prædicat Deum. An es immemor quanta propter eum turba in carcere trucidata ſit? Et iuſſit eum Imperator exceptum à compluribus, donec diſſoluerentur compages corporis eius, crudis neruis cædi. Cùm autem diu cæderetur, *Clemens neruis boũ verberatur:* & terra iam illius ſanguine nataret, ipſe verò ita aſtaret velut ſi alius quiſpiam cæderetur, dicit ei Diocletianus: Deſpicabile habes corpus, ſed animum contentioſum & peruicacem. Non patiar te tamen Imperatoribus ita improbè repugnare: ferreis vnguibus periculũ faciam. Fortaſſis ferreus es aut inſenſibilis; nunc igitur ſuſcitabo te, altùm enim dormis. Et dixit Martyr: Optimè dicis, Imperator. Dormio enim ſemper in ſuppliciis quę pro Chriſto perfero: ita me illa Dei mei ſpe ad labores ſopiũt, ad cõfeſſionem verò expergefaciunt. Iuſſit Imperator lictores neruis bubulis abſtinere tantiſper: appendi verò illum ligno, & diu vngulis radi, donec ipſa carne & ſanguine *traditur ferreis vngulis:* oſſa nudarentur. Deinde ſeipſum reſpiciens, tum ad Imperatorem conuerſus Martyr, dixit: Non hoc eſt corpus meum, quod nunc lanias. Certus ſum,Imperator,quantum oportuerit,pati. Iam enim alibi ſemel ita diſcerptum, vt non conſiſteret, rurſum Chriſtus compegit, & texit,

AVCTORE ANONYMO, EX MS. GRÆCO

vt eam quæ nunc apparet oſſium compagem ipſe non intelligam: ita me velut alterâ pelle, & nouâ carne induit. Rurſus igitur idem faciet. Poteſt enim, & ſat luti figulo eſt. Vt multa effatus tandem ſiluit, iuſſit Imperator lampades eius lateribus admoueri. Martyr verò quieſcebat, benignè ſuſtinens, & veluti cum voluptate, lampades admittens.

lampadibus vſtulatur:

19 Miratùs Imperator tolerantiam eius, animiſque firmitatem, dixit adſtantibus: De plurimis infelicium Chriſtianorum ſupplicium ſumpſi, at numquàm vel tam rigidam & inflexibilem mentem, vel tam inenecabile corpus vidi. Quare veluti magnum quid ac ferè incredibile ad Maximianum Auguſtum eum Nicomediam ablegabo, vt & ille miretur: nullum enim, vt arbitror, tam duræ carnis hominem reperit. Iuſſitque eum vinctum mari quamprimùm *d* Nicomediam deportari, vt Maximiani Imperatoris iudicium iſthic ſubiret; atque ei ſcripſit quæcumque ab ipſo hîc pertuliſſet, illud vnà ſignificans, ſi flectere eum potuerit, ad ſe remittat: ſin perſtiterit in ſententiâ, vel feris obiiciat, vel certè extremis confectum cruciatibus, illum quacumque ratione è viuorum numero exturbet. Eductus eſt Româ ſanctus Chriſti Martyr, multis deducentibus & lacrymantibus. Benè autem Vrbi precatus, dixit: Adaugeat in te Deus religionem Chriſtianam, atque Imperatores in te collocet qui ipſum agnoſcant: vrbium omnium principatum obtineas, & vobis concedat Chriſtus curſum certaminis conficere inconfusè, in tolerantiâ paſſionum, & ædificatione fidelium: ſeruorum ſuorum perſecutionem ſedet, ac ſuam ſanctam religionem libertate reſtitutâ illuſtret, vt glorificetur nomen eius in ſecula ſeculorum, Amen.

d mittitur Nicomediam:

Romanæ vrbi benè precatur.

a *Quo fortaſſis tempore, poſt Carini cædem, in Sanctos Romæ ſæuitum, vt in S. Sebaſtiani Actis 20. Ianuarij dictum.*

b *Gratè eſt,* κωδικίλλους ἀξιωμάτων καὶ ἀρχῶν.

c *Græcè:* καὶ ὁ ὁμώνυμος Κλήμης σαφῶς ἐδογμάτισε καὶ ὀνήσιμον ὡμολόγησε. *Metaphraſtes, vt infrà patebit, legit* καὶ ὀνήσιμος ὡμολόγησε. & Oneſimus (*S. Pauli diſcipulus*) confeſſus eſt.

d Nicomedia *nota vrbs eſt, in Bithyniâ ad Propontidem, Maximiano, ac Diocletiano quoque, multùm habitata. In Actis S. Iulianæ Virginis & Martyris* 16. *Febru. dicitur* Maximianus libenter Nicomediæ ciuitatum pulcherrimâ degiſſe. *Paria in Actis S. Pantaleonis* 27. *Iulij, & alibi, leges.*

QVÆSTIO III. Nicomediæ. & nauigationis narratio.

20 COnieCto in nauim quæ Nicomediam petebat Clemente, ſoluêre à portu Romano milites. Quidam verò ex eorum numero Quiritium, qui in carcere fide fuerant initiati, nomine Agathangelus, qui, cùm ceteri iugularentur, clàm ſe ſubduxerat, prouidè percunctatus quo nauigio vehendus Clemens eſſet, & cum nauicularijs collocutus, præueniens abdidit ſeſe in naui. Hic prior omnibus qui iſthic conuerſi interemptique erant, baptiſmi gratiam fuerat conſecutus. Vt igitur à terrâ iam ducentis circiter ſtadijs receſſerat nauis, cernens Beatiſſimum Clementem aſſiduè Dei gloriam laudibus precibuſque celebrantem, milites autem variè inuicem occupatos; ipſe clanculùm accedit ad Martyrem, atque ad eius ſeſe pedes abiicit, eique exponit & fugam ſuam à loco ſupplicij, & impertitam ſibi à Deo ſalutem. Agnouit Agathangelum Martyr & complexus oſculatuſque eſt eum, ac gratias agens Deo dixit: Gratias tibi ago, conſolatio & defenſio mea, quòd neque in terrâ neque in mari ſolum me reliqueris; verùm in omni viâ occurreris mihi, prior me aſſecutus, & refocillationem ac quietem præparans ſeruo tuo, Domine. Ecce enim & in mari agnitus es mihi *a* in bono Angelo, in fideli hoc & ſpirituali fratre, qui vel *b* nomine ipſo fidem mihi facit adſuturi auxilij tui. Præbe igitur & illi bonam voluntatem tuam, & tuâ illum confeſſione glorioſum redde. Atque ita diem ac noctem in precibus tranſigebant, cibos verò non habebant: nec enim id curæ erat S. Clementi, dicebat enim: Ego panem in corde meo gerens, non eſuriam; & aquam viuam habens, non ſitiam in æternum. Animaduertentes verò milites, ſe quidem cibum ſumere, illos verò ne ſemel; & conſideratâ eorum neceſſitate, eoſque miſerati, cibum illis præbuerunt. Illi amplexi quidem benignam eorum voluntatem, eſcas tamen non ſuſceperunt, dicentes: Nos à cæleſti & viuificante Deo & Saluatore noſtro Ieſu Chriſto alimenta accipimus: ipſe enim nutrit nos, & præbet eſcas omni carni. De more autem ſub horam *c* tertiam noctis per Angelum Iuſtis exhibitæ ſunt dapes, & confirmati ſunt.

Comitatur eum Agathangelus.

a
b

Simul orantes,

ab Angelo cibum accipiunt:

c

21 Peractâ iam multorum dierũ nauigatione; Rhodo inſulæ appropinquarunt, & ad eam appulerunt. Multi igitur nautarum eſcas empturi exſcenderunt. Eos verò qui in naui remanſerant, rogarunt Sancti, vt ſibi eccleſiam oſtenderent; erat enim illis deſiderium ſumendi corporis & ſanguinis Chriſti; & erat dies Dominica, conuenerantque omnes qui ibi erant Chriſtiani, pauculi quidam tunc degentes in eo loco. Erat verò iis parua eccleſia, quam, in Dei laudibus aſſidui, replebant. At Dei amantiſſimus Epiſcopus Rhodi Photinus nomine, audito Sanctorum aduentu, atque eorum erga Deum ſtudio, & quanta perpeti pro eius confeſſione ſuſtinuiſſent; Chriſtianis comitatus, cognito loco ad quem appulerãt, ſupplicauit iis qui illorum cuſtodiæ præerant, effecitque vt vinculis ſoluerentur Sancti: quos cum diuinarum laudum decantatione ad eccleſiam deduxerunt. Conſequenter deinde ſacris Scripturis propoſitis, venerandorum Euangeliorum per lectorem exaudita vox, oſtendit, non timendos eos qui occidunt corpus, animam verò non poſſunt occidere. Quibus verbis auditis Sancti in cælum cum gemitu ſuſpexerunt. Cetera verò Chriſtianorum turba in eos reſpiciens, multis lacrymis eccleſiam repleuit. Orantes deinde Sancti ædificationi fuerunt præſentibus, vt omnes optarent digni fieri eorum cruciatibus.

Rhodum appellunt:

permittuntur ad Chriſtianorum eccleſiam ire:

Matth. 10. 28.

22 Hortatus deinde eſt Clementem Martyrem Epiſcopus, vt ſanctæ & immaculatæ oblationis myſteria perageret: quibus expletis, omnes compunctioni adhibuere mentem; eoque prolixè orante, vident quidam adſtantium Clerici & laici, in ſacroſanctâ mensâ iacentem carbonem lucis præfulgidum & maximum, & in aëre multitudinem candidatorum. Proni igitur ſolo ſtrati qui id viderant, non audebant in eum coniicere oculos. Et poſt oblationem Photinus Epiſcopus, ſimul Clericis & populo vniuerſo inſigne conuiuium præbuit, exſultãs cum ſanctis Martyribus, & comedens in ſacrâ domo, & cum illis gratias agens Deo. At Chriſti pugil Clemens inſtruebat eos, dicens: Seruate Domini fidem, & ſpem, & caritatem, & patientiam, & confeſſionem Chriſti; & ipſe vos tuebitur ab omni malo, & ſaluos faciet in regnum ſuum cæleſte. Multi verò ex eâ vrbe Gentiles Chriſto crediderunt, & baptizati ſunt cum vxoribus & liberis, cùm viderent quæ ab iis fiebant plurima mirabilia. Nam quotquot morbis aut paſſionibus incurabilibus conflictabantur, ad eorum ſe pedes proſternebant, & precibus eorum manuumque impoſitione ſanabantur: cæci viſum conſequebantur, claudi currere diſcebant; vt ingens multitudo ad eos è finitimis locis concurreret, infirmoſque deferret: ipſi verò precati, incolumes eos ſuis reſtituebant.

Miſſam celebrat S. Clemens, non ſine miraculis:

epulo excipiuntur ab Epiſcopo:

infirmos ſanant:

23 At milites populi concurſu animaduerſo, veriti ne ipſis Sanctus eriperetur, iniecerunt ei vincula & ad nauim reduxerunt. Agathangelus autem præcucurrit, & nauim conſcendit. at Chriſtiani omnes, tam qui recens crediderant, quàm ceteri, deduxerunt eos cum fletu & lætitiâ ſpirituali benedicentes Deum. Secundo deinde vento adſpirante, peruenerunt Nicomediam, & ſignificatum eſt Maximiano, redditæque Diocletiani litteræ. Is autem ex litteris colligens viri magnanimitatem, quaſi aliis occupatus imperij bellorumque negotiis, noluit coram ſe quæſtionem inſtitui; ad Agrippinum eam vrbis Præfectum reiecit. Iuſſit ergo Agrippinus ſiſti eum ſibi.

appellunt Nicomediam:

Vt

Vt verò adſtitit, intuens in eum Agrippinus, dicit: Tu es Clemens? Reſpondet Martyr: Ego ſum ſeruus Chriſti. Iratus imperat militibus, vt in faciem eius alapas infligant, eíque inculcent: Dic, an Imperatorum ſis ſeruus. Dixit Martyr: Debebãt & Imperatores ſerui eſſe Chriſti mei, vt in pace & tranquillitate thronus eorum dirigeretur, & omnes gentes iis ſubiicerentur. Auertens ab eo auditum Agrippinus, & frendens in ſemetipſo, conuerſo ad Agathangelum vultu, dicit: Tu quis es? nec enim tui mentio fit in relatione. In cælum ſuſpiciens Agathangelus, & ad Martyrem conuerſus, dicit: Et ego Chriſtianus ſum; per ſeruum Dei Clementem eâ dignatus appellatione. Dicit ei Agrippinus: Ergo hic tibi cauſſa erroris & acerbæ mortis extitit. Et iuſſit S. Clementem ſuſpenſum ſpathis incidi; Agathangelum verò à lictoribus boum neruis cædi. E ligno ſuſpenſus Clemens, diuque ſpathis inciſus, ſublatis in cælum oculis dixit: Domine Ieſu Chriſte omnipotens, qui fideli latroni tecum ſuſpenſo ſtatim oſtendiſti regni tui voluptatem, publicanos & peccatores vocaſti ad ſalutem; da mihi patientiam, & ſeruo tuo Agathangelo tribue robur, quem dignum feciſti, qui gradus confeſſionis conſcenderet; ne glorietur inimicus, neque præualeat illi diabolus. Dignos nos fac, qui regnũ tuum cõſequamur cum omnibus Sanctis tuis.

Clemens alapis percutitur:

ambo dirè cruciantur:

24 Audiens iſta Agrippinus, iubet de ligno depoſitum Clementem vnà cum Agathangelo coniici in carcerem, atque in theatro variarum ferarum copiam in craſtinum à militibus preparari. Manebant Sancti in carcere orantes & benedicentes Deum. Quicumque verò in carcere varias ob cauſſas detinebantur, viderunt eorum intentam ad Deum precationem, ipſiſque per Angelos à Deo allatam conſolationem; & meruerunt ab iis audire quæ ad Chriſtum eiuſque agnitionem pertinent; atque vſque in mediam noctem cum iis colloquentes eoſque inſtruentes, ita corda eorum ſolidarunt, vt humi procidentes cum multis lacrymis obteſtarentur, vt baptiſmum ſibi conferrent. Baptizauit igitur eos B. Clemens, omniaque myſteria edocuit, & gratias agens Deo dicebat: Gloria tibi Chriſte Deus, qui in vinculis noſtris ſoluis vinctos. Gloria tibi Chriſte, qui in laboribus noſtris infirmos curas. Gloria tibi Chriſte, qui in peregrinatione noſtrâ oues tuas recognoſcis, & conſignas eas. ne ex iis vllam lupus rapiat, ne decipiat alienus; ſed ſerua eas vſque in caulam regni tui. Orantibus verò iis, apertus eſt carcer, & Beati cunctos dimiſerunt, dicentes: Diſcedite filij, & ſaluamini; Dominus Ieſus Chriſtus comitetur vos. Reſpõdentes cuncti, Amen, exiuerunt è cuſtodiâ: Sancti ſoli remanſerunt orantes.

in carcere recreantur ab Angelis

captiuos conuertit,

emittuntur è carcere, diuinitus pauefacto:

25 Audiens quæ geſta erant Agrippinus, manè rapi Sanctos in theatrum iubet, & ſtridens immaniùs ipſis leonibus qui aderant, præcipit immitti belluas. Eæ verò prodeuntes, aduoluuntur ad pedes Martyrum, & ſicut mitis catulus nutritorem ſuum, lætè circumſilientes lambebant eorum veſtigia, & blandientes, adeò vt ſtantes Martyres Deum orarent ac dicerent: Gloria tibi Chriſte, per quem immanes etiam feræ nobis manſueſcunt. Oſtendiſti in nobis viliſſimis hominibus, credibilia eſſe quæ de Prophetâ tuo Daniele ſcripta ſunt. Ecce enim & leones manſueti; & ceteræ feræ in nos immiſſæ; ſed tu Deus Danielis nobiſcum es. Cernens Agrippinus Præfectus ſe nihil proficere, ſed & multitudinem tumultuari, iracundiâ aduersùs eos exarſit, iuſſitque ſubulas proferri ignitas, & inter digitos manuum adigi vſque ad cubitos. Reſtinctæ à carnibus & ſanguine ſubulæ, fumum ac ſtridorem qui audiri poſſet, edentes, non ſinebant quemquam ſpectatorum tantæ crudelitatis immanitatem intueri, ſed vultum auertentes ſuccla-mabant: Solue eos. Cumque plebs ad plures horas iſta vociferaretur, in furorem actus Agrippinus, iubet rurſus alias ſubulas ignitas ab axillis vſque ad humeros traiici. Subulæ autem ignis etiam ſcintillis abſiſtentibus carnem penetrabant; at ſanguine reſtinctæ, purpureum eductæ colorem oſtentabant. Tunc populus

feriũ obiecti, non laduntur:

Dan. 6. & 14.

Ignitis ſubulis configuntur:

indignè ferens tantam barbariem, aggrediebatur lapides iacere, clamans & dicens: Magnus Deus Chriſtianorum. Tumultu verò maximõ excitato, ipſo etiam Præfecto fugam arripiente, exiuerunt ſancti Martyres ſoli, nemine auſo iis manum iniicere, & receperunt ſe ad montem qui Pyramis dicitur, in quo Ethnici libationes faciebant; & ibi abſconditi ſunt in templo idolorũ.

AVCTORE ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

orto tumultu liberantur:

26 Præfectus verò immani in eos rabie inflammatus, factâ pluribus diebus inquiſitione per commiſſam ſibi cohortem, inuenit Sanctos in quo erant loco. iuſſitque die ſequenti in montem conuenire quotquot idolorum ſuperſtitionibus erant operaturi. Et conſidens in eo monte iubet produci Sanctos, atque eis: Quid maleficiis veſtris conturbatis omnem populum ad ſubuerſionem & blaſphemiam maximorum Deorum? Reſponderunt Sancti: Nos populum non conturbauimus: ſed Dominus ipſorum ab iis agnitus eſt, eumque Deum prædicant. Si ergo habes quod nobis, vt Chriſtianis, facias, citò fac. Potens eſt enim Chriſtus omni carnificinâ tuâ nos ſuperiores oſtendere, & ex manibus tuis liberare. Tunc iniquus ille iuſſit eos ſuperiùs in petrâ, quæ eo in monte erat, diſtentos, rudibus lignis verberari; at plagis diſſolutos, in ſaccos inſui, additis lapidibus, atque è montis vertice deuolui vſque in mare. Vt præcipitati ſunt, & ſummo impetu in ima ferebantur, exiſtimabat plebs omnino extinctum iri. Cùm ad mare peruenirent, eſſentque etiam in profundum demerſi, remanſerunt iſthic viri quidam prudentes, vt quampiam nanciſci reliquiarum particulam poſſent, qui ſacrum erãt conſecuti baptiſmum. Cùm diu iſthic præſtolati eſſent, conſpicantur ſaccos ſuper aquas, & conſcenſis nauigiis ad eos accedunt, & in nauigia attrahũt, ac reperientes omnino illæſos, glorificarunt ſimul Deum. Mediâ autem nocte circumfulſit eos lux cæleſtis, & conſpecti ſunt Angeli eos ad littus veluti manu deducentes, qui & cibo eos recrearunt. Progreſſi verò Sancti in medium vrbis, referebant ignaris & incredulis Dei magnalia; ſublatiſque in cælum manibus orabant, dicentes: Gratias agimus tibi Domine Ieſu Chriſte, quia non reliquiſti quærentes te, ſed eruiſti eos ex diris cruciatibus, nec delectaſti inimicos noſtros ſuper nos propter nomen tuum.

reperti ca-duntur ſuſtibus:

ſaccis inſuti deiiciuntur in mare,

emerguntincolumes, ope Angelicâ:

27 Iacebant in porticu ei loco propinquâ *d* claudi duo, & alius aridam habens manum, planeque diſſolutam. Videntes eos Sancti, eorumque miſerti, impoſuerunt iis manus, & ſanati ſunt. Congregata eſt igitur ad eos multitudo: & plures alios variis oppreſſos incommodis curarunt; dæmoniacos quoque liberarunt. Multos autem Gentiles per hæc miracula vocauit ad ſe Deus, viros ac feminas; qui in Dominum Chriſtum crediderunt. Hæc cùm intellexiſſet Præfectus, retulit Maximiano quæ geſta erant, quodque ex Galatarum prouinciâ, Ancyrâ metropoli, oriundi eſſent. Maximianus dixit: Vt quæ eos genuit tellus, eos alat, eos habeat, eos puniat, æquum cenſeo. Statimque illos ad Curicium quemdam Ancyranæ vrbis Ducem ablegat, vt ipſe de iis quæſtionem habeat. Confeſtim apparitores eos Nicomediâ educunt, Ancyram pertrahendos.

d

agros ſanant:

multos conuertunt:

mittuntur Ancyram.

a *Græcè,* ὡς ἀγαθῷ Ἀγγέλῳ. *paronomaſia eſt ad* Agathangeli *nomen.*

b *Nam* ἀγαθὸς ἄγγελος, bonus nuntius *eſt;* ἀγγέλλειν, nuntiare.

c primam *habet Metaphraſtes.*

d *Idem* cæcos *ſcribit.*

QVÆSTIO IV. Ancyrę.

28 CVm Ancyram peruenisſet ſanctus Chriſti Martyr Clemens, gaudio exultans, ac veluti patriam ſuam conſalutans, eximiâ quadam vultus hilaritate, in preces effuſus vnà cum S. Agathangelo, dixit: Gloria tibi Deus, qui vbique exaudis humilitatem meam. Gloria tibi Chriſte, quia vidi terram quæ me genuit; quia reddidiſti me natiuo maiorum ſepulchro; quia cum acceſſione maternis oſſibus me repræſentas cum famulo tuo Agathan-

AVCTORE ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

Agathangelo. Perduxerunt eum, quorum erat cuſtodiæ creditus, vſque dum Duci exhiberent. Conſidens Curicius in loco qui Cryptus dicebatur, in quo parua erat eccleſia, conabatur iis perſuadere, dicens: Intellexi de vobis, quantum telluris obieueritis, quanta ſitis perpeſſi, quæ adieueritis pericula, quot mortes effugeritis, ac me veſtri miſeret. Quare vobis conſulo, cùm hinc oriundi ſitis. Omnino enim propterea alibi terrarum flecti vos non eſtis paſſi, vt in patriâ nimirum vrbe Deos veneremini. Quod igitur huic vrbi glorioſum ſit, mihi magnificum, adeſte, & Diis immolate, vt feſtiuum vrbs conuentum celebret. Reſpondentes Sancti dixerunt: Non ſumus miſerandi; nullâ prorſus ratione. Gaudemus verò eiuſmodi moleſtiis; nobiſque cæleſtes Angeli congratulantur, cùm illa patimur. At vos commiſeratione digni eſtis, propterea quòd vnũ & ſolũ Deum agnoſcere non vultis.

Curicij Ducis blanditias contemnũt.

sepeliuntur à Sophiâ.

29 Curicius dixit: Quandoquidem malignâ eſtis ſorte, & ſuppliciis aſſueuiſtis; ego veſtræ obſequar voluntati. & iubet à carnificibus ferreas laminas ignitas, atque à flammâ ſcintillantes, axillis S. Clementis ſupponi, & cubitos eius lateribus adſtringi, tum lignum in terram defigi, quod corporis eius ſtaturam æquet, eiq́ue ipſum alligari. Agathangelo verò ſuſpenſo radi vngulis latera & ſuras; & ſciſcitabatur ab iis: Quomodò vos illa inceſſit cum diis pugnans ſententia? Ecquid inſenſibiles florem ætatis inter dolores conſumitis? S. Clemens dixit: Exterior quidem noſter homo corrumpitur; qui ſi non hac, aliâ certè quapiam ratione corrumpi debebat; aſt interior innouatur. Iterum ergo iubet galeam prorſus ignitam capiti ſancti Clementis Martyris imponi. Quod cùm fieret, fumus à natibus eius auribuſq́ue plurimus abſtitit. Cùm igitur hos perpeteretur ineffabiles dolores Chriſti Martyr, altè ingemuit, & Dominum ſuum inuocans, dixit: Fons inexhauſte, aqua viuificans, pluuia ſalutis, ſana me rore illo tuo, quia incendunt impij candentibus ferramentis tabernaculum animæ meæ. Cumq́ue illa diceret, continuò refrixerunt ignitæ machinæ, & qui S. Agathangelum laniabant, elangue runt. Id vt vidit Curicius, impos ſui effectus, totoq́ue corpore contremiſcens, iuſſit abduci eos in carcerem.

dirè cruciantur;

Clemens ignitâ galeâ:

miraculosè liberantur:

30 Altrix verò Clementis, & verè amans Martyrum, & Sanctorum curatrix, Sophia, hinc lacrymis inde lætitiâ redundans, quòd pridem ſuſceperat hunc ſibi à Deo donatum ſine delicto filium, noctu ad carcerem venit, linteo detergens ſaniem vulnerum cruoremq́ue, Martyrum exoſculans manus, oculiſq́ue ſuis admouens: & Sanctum quidem Clementem conſuetis leguminibus aluit, quibus à puero veſci gaudebat; S. Agathangelo autem delicatiores afferebat cibos. Cumq́ue longo tẽporis ſpatio detinerentur in carcere, geſtiebat fidelis Sophia iis famulans; & multi ad Dominum conuertebantur. Curicius verò iſthæc Maximiano renuntiat, qui continuò iuſſit [a] Amiſſum vinctos abduci Sanctos, ad Domitium Vicarium.

viſitantur à Sophiâ,

ciboq; recreantur:

a mittuntur Amiſum,

31 Cùm id fidelis Chriſti ancilla Sophia didiciſſet, cum pueris apud ſe educatis, eos comitata eſt exultabunda. Gnara omnia Maximiano fuêre: iubet ergo puero:, ſi quidem deſiſtant ſequi, Clementemq́ue abiurent & eius doctrinam, domum incolumes dimitti; ſin parere renuant, gladio perimi. Tentantibus igitur militibus eos abducere, illi humi ſeſe proſternentes Sanctorum pedes complectebantur, vt progredi non poſſent, vſque dum gladiis ſeiuncti ſunt flentes, & veluti à parentum auulſi complexibus. Sancti verò Martyres ſimiliter imis commoti viſceribus, cum lacrymis orabant dicentes: Suſcipe Chriſte nouellum hunc populum; & introduc in Paradiſum hunc paruulum gregem, & cum prouectis Cõfeſſoribus tuis paruulos hos colloca Martyres, & ancillæ tuæ Sophiæ præmium educationis eorum dignum repẽde. Atque ita pueruli à militibus inde abſtracti, beatum finem gladio percuſſi conſecuti ſunt, in loco qui [b] Campus dicitur. At Dei amans Sophia ad Sanctos accedit, &, Spero, inquit, vos denuò recipere: curat deinde & decenter ſepelit puerorum corpuſcula, & cum gaudio reuertitur [c] in villam ſuam, cui Lycio nomen.

comitantibus pueris;

qui martyrio coronati,

à Sophiâ. *c*

a Amiſus *vrbs Galatarum ad Pontum Euxinum,* Ἀμισὸς *Ptolemæo. Stephanus:* Ἀμισὸς πόλις ἀξιόλογος, διέχουσα Σινώπης σταδίους ἑπτακοσίους· ἔστι δὲ ἐν τῷ Πόντῳ. Amiſus vrbs memorabilis, diſtans Sinope ſtadiis nongentis: eſt verò in Ponto. *Plinius lib. 6. cap. 2.* Amiſum liberum, à Sinope cxxx millibus paſſuum. .... Amiſo iunctum fuit oppidum Eupatoria, à Mithridate conditum. Victo eo, Pompeiopolis vtrumque appellatum. *In Græco codice perpetuò* Ἀμισὸς *ſcriptum, ideoq́;* Amiſſus *vertimus.*

b S. Plato *quoque, 22. Iulij,* extra ciuitatem Ancyræ, in loco qui campus dicitur, *occiſus eſt.*

c *Ita coniecimus vertendum: Græcè eſt,* ὑπέστρεψεν ἐν τῷ χαλαῖῳ αὐτῆς, ἐπιλεγομένῳ λυκίῳ. *Quid illud eſſet* χαλάπιον, *aſſequi non valuimus; niſi fortè prædium, aut villa; aut mendum ſcriptoris. Metaphraſtes habet,* domum eſt reuerſa.

QVÆSTIO V. Amiſsi.

Amiſi Domitio Vicario ſiſtũtur Sancti;

32 CVm ad ciuitatem Amiſſenorum peruenissent Martyres Clemens & Agathangelus, à militibus adducti ſunt ad Domitium Vicarium. Erat autem dies quinta. Et eum inuenerunt quæſtiones habentem de Chriſtianis, conſtituentemq́ue in eos ſupplicia. Hîc Sancti animo exultantes, dixerunt: Gloria tibi Chriſte, qui omnes vocas per tui nominis confeſſionem. Et flectentes genua ad horas duas, locum lacrymis reſperſerunt. Finitâ autem precatione, oblati ſunt Vicario, ſimulq́ue decretum Imperatoris, & quæ iis facta hactenus. Iubet Domitius poſtridie eos ſibi ſiſti, ad alia planè & grauiora ſupplicia. Adfuêre Sancti pleni Spiritu ſancto, & ſapientiâ, quam & Vicario oſtendere cœperunt, hortantes eum vt ab errore inanium idolorum deſciſceret, & Chriſtianæ veritati adhæreret, dicentes, in cælis eſſe ſpem immortalitatis & regnum, pro quo iſtiuſmodi cruciatus ipſi alacriter ſuſtinerent. Pluribus verbis monebat Domitium B. Clemens, cùm S. Agathangelus eius ſermone & doctrinâ ingens animo gaudium hauriens, ad pedes illius prouoluitur in genua. Apprehendens eum B. Clemens erexit, inq́ue mutuos ruêre complexus. Id cernens Vicarius iubet eos ab inuicem ſeparari, & ait: Impoſtores & deorum aduerſarij, non ſuccedet vobis propoſitum magicæ artis veſtræ. Didici iam ex miſsâ relatione res omnes veſtras: etſi priùs effugeritis, at non apud me id vobis eueniet. Verùm aut ſponte melioribus vos reddite cõſiliis, & Deos adorate: aut ſi non obtẽperatis, excogitabitur modus, quo ab iſtâ auellamini vitâ. S. Clemens dixit: Nos vanis & nugacibus verbis non vtimur; contendimus enim cæleſtes & æternas manſiones conſequi.

eum ad ſæniora hortantur:

merguntur in calcem, nec læduntur.

33 Iratus Vicarius iubet eos in calcem viuam coniici, atque circùm excubare milites, Ne quis noctu, inquit, inde eos eximat. Iniecti ſunt in viuam calcem die Paraſceues, hora ſecundâ, & laudabant ac benedicebant Deum: lumen autem circùm illos viſum totâ nocte. Duo ergo è militibus, qui eos cuſtodiebant, nocturnam illam lucis coruſcationem conſiderantes, & ipſi in viuam calcem inſilierunt. Poſtero die, ſabbato nimirum, horâ tertiâ, iuſſit Vicarius è viuâ calce eiici Martyres, extinctos ratus. Venientes milites reperiunt eos ſanos, intacto etiam vultu, vacantes precibus. Extrahentes eos è lacu perduxerunt cum militibus omnino illæſos. Audiens Vicarius etiam milites in Chriſtum credere, iuſſit eos in crucem agi. & ſic ambo ſuæ confeſſionis finem fecerunt. Nomina eorum erant Phengon & Eucarpius. Occubuerunt autem die ſabbati, ſeptimo Septembris.

SS. Phengon & Eucarpius conuerſi cruci affiguntur.

34 Iuſſit ſibi dein Vicarius alios ſiſti, & pollicebatur eis honores. Beatiſſimus Clemens dixit: Nos omnia quæ in mundo ſunt, detrimenta ducimus, vt Chriſtum lucri faciamus. Irâ inflammatus Vicarius iubet lora exſcindi, bina à ſingulorum humeris, deinde fuſtibus eos cædi, Diutiſſimè cæſi, vt etiam oſſa contunderentur, forti inuictoq́ue animo dolores perferebant. Exclamans verò Chriſti Martyr Clemens, dixit: Conditor omnis ſpiritus, qui ab Angelorum exercitu gloriâ & honore extolleris, reple

Loris à pelle auulſis,

fuſtibus caduntur:

reple exultatione contrita famulorum tuorum ossa;quæ, cùm non essent, creasti, & sæpius contrita sanasti. Tu es enim, inuicte Rex, qui in nobis decertas, & nos confirmas in his ærumnis, quas patimur,vt cùm corpus humilitatis nostræ talia superârit tormenta, in nostrâ infirmitate virtus tua eluceſcat. Iubet iterum Vicarius grabatos ferreos candefieri, iisque separatim imponi Sanctos; infernè autem luculentum ignem succendi, supernè verò oleum infundi, sulphurque & picem aspergi. Cùm ergo fumus & scintillæ in aëra tollerentur, quæ circumstabat multitudo arbitrata eos iam suffocatos, acclamauit Vicario. Ipse quoque glorians à se tandem interemptos,iubet lictores cessare, & corpora abiicere in flumen. At Sancti sopore suauissimo correpti, vnam eamdemque rem ambo vidêre,Christum nimirum ad eos venire cum exercitu Angelorum, eisque dicere: Ne timeatis; ego vobiscum sum. Et experrecti, inuicem visa narrabant, vt Dominum nempe conspexerint; magisque gaudebant & confirmabantur. Iussit ergo eos Vicarius duci in carcerem; vbi longo tempore manserunt. Audiens autem Vicarius Maximianum Ancyram accessisse, (nam ea fama increbuerat; erat autem tunc Tarsi) mittit denuò ad eum captiuos. Abduxerunt igitur eos illius satellites Amisso Ancyram vsque.

lectulis ferreis ignita impositi, & oleo, pice, sulphure perfusi,

animati à Christo,

remittuntur Ancyram:

QVÆSTIO VI. Tarsi.

35 PRoficiscentes sanctissimi Martyres Clemens & Agathangelus Amisso Ancyram cum valido militum præsidio, sed & amplo Christianorum comitatu; labore, æstu, sitique exhausti, vnà cum sociis itineris, venerunt in campum quemdam, qui omni carens aquâ, ipsâ prætereà longitudine vehementer sitim augebat. Cernentes igitur sancti Martyres comites iam deficere, positis humi genibus, terram lacrymis irrigantes, ita Deum cum clamore precati sunt: O Deus omnis naturæ opifex, respice ad necessitatem famulorum tuorum: etsi enim locus hic desertus est & aquis caret,at nihil eorum quæ à te postulantur tibi difficile est. Te enim volente & maris vnda instar lapidis induruit, & prærupta rupes ad aquas fundendas diuisa est. Euocas enim cuncta de nihilo. Da nobis nunc famulis tuis sitis leuamen; sitiuit enim in te anima nostra, & currimus in siti & æstu per inaquosa. Cùm surrexissent, & in cælum suspicerent, aquæ scaturigo velut ex fonte,eodem in loco reperta est, vnde omnes biberunt & refocillati sunt; adeò vt eius rei fama ad accolas deferretur,& ad eos concurreret vis ingens virorum ac mulierum, deducentium quos habebant infirmos, quos omnes precibus ad Deum fusis sanitati restituerunt. Post hæc denuò orauit beatissimus Martyr Clemens, & dixit: Domine Iesu Christi Rex seculorum, da mihi peccatori vsque ad finem vitæ meæ pro te pati, & sustinere molestias ac labores pro nomine tuo, vt adhuc tibi multarum animarum fructus afferamus, & mercedem percipiamus cum electis tuis in secula seculorum. Amen. Venitque ad eum vox dicens: Quæ petiisti,concessa sunt tibi. Roborare & inualesce;& comple reliquum vitæ tuæ tempus: certaminis cursus cum elapsis iam annis, vniuersim annorum erit viginti octo, vt petiisti.

precibus aquam diuinitus impetrant:

infirmos sanant:

multa adhuc se passuros, calitus discunt:

36 Cùm Ancyram venissent milites, cognouissentque Maximianum Imperatorem Tarsi agere,eò Sanctos perduxerunt, eique illos obtulerunt; quos intuitus aspernatusque dixit: Propterea videmini apud eos, ad quos hactenus missi estis, inuicti perstitisse,vt ad nos veniretis; solet enim sæpenumerò imperij maiestas immutare quantumuis peruersum animi propositum. Ecce igitur & præsentiâ meâ vos dignatus sum. Sed & humanitatem ac beneuolentiam meam experiemini, si Deos confiteamini. Ipsi verò respondentes dixerunt: Precamur, Imperator, vt & tu Christi præsentiâ dignus fias, eiusque fruare humanitate & beneuolentiâ. Ille enim est Rex Regum, & ipse dominabitur in omnes nationes per Romanum vestrum imperium, quod Virga ferrea appellatur, vti scriptum: Reges eos in virgâ ferreâ. Sed & post vos pij imperium suscipient Principes. Dixit iis Maximianus: Quos fatidicos libros legistis, morte digni? S. Clemens dixit: Non fatidicos; absit. sed propheticos, in quibus dicitur: Suscitabit Deus vltimis diebus pios Reges. Maximianus dixit: Omnino de nobis loquuntur. Tali enim religione vtimur aduersùs Deos, vt iis non obtemperantes seriò & seuerè plectamus. S. Clemens dixit: Si mutatio facta est aliqua impietatis, ex quo illud pronuntiatum est vaticinium vsque nunc, aliqua videri poterit id asserendi ratio esse: sin eadem erga idola superstitio obtinuit & tunc & modò; profectò aliud erit religiosorum Principum tempus.

ducuntur Tarsum:

AVCTORE ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

Psal. 2. 9. prædicunt futuros Christianos Imperatores:

37 Bile exæstuans Imperator iussit fornacem immenso igne succendi, atque in eam illos iniici. Diei ac noctis spatio fuêre in eâ Sancti: intereaq; & iucundissimus cantus audiebatur, & vapor suauissimus exspirabat. Relata sunt ista ad Maximianum; qui iussit fornacem pandi; & reperti sunt Martyres viui, explicatis & in cælum sublatis manibus, benedicentes Deum. Aduocansque eos Maximianus dixit: Tribuite hoc mihi, & indicate quibus incantamentis ignis refrænetur. Dixerunt sancti Martyres: Non incantamentis vllis ignis refrænatur, sed promissis eius qui dixit: Etsi transieris per ignem; flamma non aduret te. Rursus iubet eos publicè raptari. quod cùm fieret, vidit vniuersa ciuitas iniquum tormentum, & eorum immutabilem sententiam; & multi per eos Christo adiuncti sunt. Cùm verò vsque ad Palatium essent raptati, præcepit eos Imperator in carcerem conici, vt erant vinculis circumdati, atque isthic inclusos relinqui ad quatuor annos; Fortassis, inquiens, diuturnitas temporis emolliet contentiosum illum rigorem.

conijciuntur in fornacem, illæsi:

raptantur per vrbem:

4. annis detinentur in carcere:

38 Cùm præscriptum tempus explessent, recordatus eorum Maximianus, atque edoctus adhuc viuere & in priore sententiâ perstare, vehementer admiratus est, & quæsiuit dicens: Cui tandem oportebit eos mittere? Neque enim decet profanos & viles homines ad Cæsaris discuti tribunal. Aduenerant tunc ad Imperatorem è variis prouinciis Duces & Præfecti, varias ob causas. Dux igitur quidam,Sacerdon nomine,Galatiæ administrationem paucis antè annis susceperat, aderatque tunc isthic, & publico testimonio cultor deorũ oppidò sedulus ferebatur, qui & Christianos multos variis cruciatibus mactasset. Ei igitur Maximianus præscribit, vt de sanctis Martyribus Clemente & Agathangelo quæstionem habeat. Is velut ad impietatis suæ ostentationem, attentè ac sedulò pro tribunali consedit, atque exhiberi Sanctos iussit, quos multis sermonibus & donorum pollicitationibus auocaturum se à pietate existimabat. Et nunc quidem blanditiis,nunc asperis verbis diuinam eorum conuellere sapientiam nitebatur: Sacerdoni, inquiebat, acquiescite; quem nullus Christianorum Pontum aut Galatiam inhabitantium effugit, qui eorum multos conciliarim Diis, multos contumaciores dediderim neci. Obaudite igitur mihi, & sacrificate, vt laude & honoribus cumulemini, cùm pro his miserè multo tempore cruciati sitis. Dixerunt Sancti: Qui nos defendet & honorabit, Christus est, qui eâ affluit donorum copiâ, vt non pares sint præsentis temporis ærumnæ gloriæ, quæ ab eo nobis conferetur. His ille auditis iubet radi iis humeros vsque dum ossa nudentur. Vt animaduertit nihil eos animo commoueri,iubet rursus per dorsum diu radi ac laniari, vsque dum & ipsa ossium compages cerneretur oculis; & commissuræ vertebrarum quæ sunt in spinâ numerarentur. Perculsus deinde ac propè exanimatus Sacerdon innuit, vt à lignis deponerentur, retruderenturque in carcerem. Vixque ipse à suis gestatus recessit, agens animam. Ibant verò sancti Martyres horrendum intuentibus spectaculum; excidebant enim carnes vnà cum sanguine, quas fideles cum puluere venerabundi colligebant.

variè à Sacerdone Præfecto tentantur:

dirè cruciantur;

punito occisus Sacerdone:

39 Audiens quæ gesta erant Maximianus, atque impudenter

AVCTORE ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

pudenter ridens, Hic eſt, inquit, ille omnium ſermonibus celebratus Sacerdon. Quidam verò ex adſtantibus, & ipſe Dux, nomine Maximus, dixit: Obteſtor maieſtatem tuam, vt mihi horum virorum ſumere experimentum liceat. Confido enim per omnipotentes Deos, me eos aut inflexurum, aut deturbaturum è viuis. Annuit Imperator. Ipſe verò ad tempus aliquod rem differens, velut non adhuc vim adhibens, ſed conſilium capiens, quieſcebat. Dein poſt dies aliquot eos veluti caſu aduocans, & vt amicos conſolans, multis eos laudibus afficiebat. Poſt longum verò tempus videns Maximus ſe nefarium haberi, ipſos in ſententiâ magis ſtabilitos hærere, aduocans eos; Saluete, inquit, homines, qui curæ eſtis inuictis Diis. Sæpè enim mihi & per oracula & per ſomnia apparuerunt, & à morte vobis inferendâ reuocarunt, qui tempus vltro ſuſceptæ à vobis ſententiæ probè ſciant. Nunc igitur propè eſt veſtra ad eos conuerſio; vt mihi ſuperiori nocte magnus Dionyſius aperuit, dicens: Adduc viros ad me. Ecce & aræ decentes, & parata libamenta. Accedite igitur & hiſce operamini ſacris. Sancti reſpondentes dixerunt ei: Rectè mentitus es. Quæ enim diebus, eadé & noctibus dij tui loquuntur. Qualis ergo Dionyſius iſta dixit, lapideus an æreus? Si lapideus, ad ædificium confractus, euaneſcet; aut cõbuſtus, in calcem redigetur: ſi æreus, in vaſa ſeruilia conflabitur.

Maximi Præfecti blanditias contemnunt,

eius somnia & deos rident:

40 His auditis iubet obeliſcos pedales præacutos in terrâ defigi, cuſpide ſurſum eminente; & B. Clementem ſupinum ipſis aculeis ſuperimponi, duriſque lignis cædi. Cæſus, à tergo ab obeliſcis transfigebatur: & alij quidem à ſcapulis vſque ad cor & pectus penetrabant; alij à ſpinâ dorſi & humeris vſque ad ventrem; alij à natibus vſque ad femora & verendas corporis partes penetrabant; Agathangelo verò plumbum liquefactum ſupra caput effuſum. Cùm autem nihil niſi Chriſtum ſpirarent aut loquerentur, Clementem iubet à ſpiculis illis eximi, vix valentibus eum inde auellere, erat enim inſtar laceræ veſtis: ſtabatque Maximus ſtupore defixus. Dixit verò ei Martyr: Agnoſcitis nunc tandem non noſtrum decertare corpus; ſed qui animam cupientem pridem fugere è corpore, hactenus in eo retinet? & ipſi quoque miramur Chriſti in nobis virtutem. Is verò illos iubet in carcerem aliis ſuccollantibus, recipi. His cognitis Maximianus, præcepit eos in vinculis relinqui, donec ſuâ ſponte deficerent.

crudeliſſimè torquentur:

41 Poſt aliquod verò tempus, intelligens quæ iis facta erant, Aphrodiſius quidam, Perſa genere, multarum & ipſe quæſtionum ac tormentorum aduersùs Chriſtianos inuentor, eos ſibi ab Imperatore depoſcit. Quos vbi obtinuit, ſplendidas in domo ſuâ epulas apparat; & conuiuium opiparum ac ſumptuoſum; eoſque vt ſecum cibum capiant inuitat. At ſancti Chriſti Martyres ſolitam retinentes abſtinentiam, nihilque aliud cibi ſumentes, niſi Dominicis corpus & ſanguinem parumque leguminum, nihil tangebant appoſitarum eſcarum. Cùm igitur eos Præfectus vt ſecum veſcerentur cogeret, dixerunt ei: Nos cibo alimur cæleſti, quem qui comedit, non eſuriet, ſed viuet in æternum. Illic nobis cœna parata, quę quantò hîc diutiùs immoramur cruciatibus, tantò erit ſplendidior. Stomachatus Præfectus iubet eos in carcerem reduci, &, Veſtra, inquit, illa cœna, omnino acerba mors erit; quam ego vos craſtino die curabo deguſtare. Manè autem proferri geminos molares lapides iubet, eorumque ceruicibus alligari; itaque per mediam vrbem raptari & à populo lapidari, iſtaque intereà proclamari: Si quis Imperatoribus non obedit, nec ſacrificat diis, eiuſmodi ſubibit ſupplicia. Diu eo pacto raptati, aſſiduè Chriſtum confitebantur, & deinceps velut immortales viſi ſunt intuentibus, quòd celerrimè corpus & vires à Deo reciperent.

ab Aphrodiſio Persâ oblatos cibos aſpernantur:

per vrbem crudeliter raptati, lapidantur:

42 Eorum fide ac patientiâ, hac quæſtione, magnus Gentilium numerus Chriſto credidit. Renuntiata ſunt iſta quoque Maximiano, qui eo nuntio vehementer offenſus, veluti ſuccumbens rurſus relinqui eos in carcere iubet; donec nimirùm tempus omne confeſſionis ipſorum iuxta Saluatoris promiſſionem effluëret. Cùm diu in carcere eſſent detenti, multique alij Martyres ſeriùs in certamen ingreſſi, id priùs tamen conſummarent; monuêre Maximianum ſatellites, dicentes: Quid vis de malemortalibus illis hominibus, potiùs quàm immortalibus? ita enim eos appellabant, vt plurima perpeſſos. Ille verò per deos ſuos blaſphemans, ait: Vnde ſunt? Noſtis? Dixerunt: Ex prioribus eorum Actis reperimus, eos ex Galatarum prouinciâ, vrbe Ancyrâ, prognatos. Iis auditis, illicò iubet iſthuc perduci ad Lucium Ducem, qui ei tum prouinciæ præerat. Quo intellecto, eximiâ perfuſi ſunt voluptate ſancti Martyres, glorificantes Deum, & dicentes: Gloria tibi, Deus, qui non fruſtratus es nos ſpe noſtrâ, qui etſi multis nos vrbibus velut oſtenderis, à patriâ nos extorres non feciſti; ſed multa perpeſſos in domum nos requiei mittis. Atque ita glorificantes Deum abducti ſunt Tarſo.

din carcere macerantur:

remittuntur Ancyram.

QVÆSTIO. VII. Ancyrę.

43 PErducti rurſus Chriſti Martyres Clemens & Agathangelus Ancyram, ſiſtuntur Lucio Duci. Hic in Cuſpum abripi imperat, magnoque ſaxo alligari, ne vel mouere ſe valeant. Poſtridie exhiberi S. Agathangelum ſolum præcipit, aitque ei: Intellexi te, quòd facili eſſes indole, eſſe à Clemente deceptum. Nouit enim, quomodò improba ſocietas tempore confirmata naturę vim induat, vt ait Sapiens quidam, Aqua frequenter ſtillans lapidem perforat. Bonus igitur nobis aduenisti nuntius; tuam nobis afferens conuerſionem. Videbis enim & Clementem ſeſe patriæ glorioſum oſtentantem, & in eâ Deos venerantem. S. Agathangelus dixit: Me Chriſtus vocauit, per ſeruum ſuum Clementem, neque in errorem inductus ſum, ſed ab errore retractus, à quo ad vitæ vſque finem me opto liberum eſſe, & ſic ad Chriſtum migrare. Iuſſit igitur Lucius acus ferreas ignitas in aures eius inſeri, & lampades admoueri lateribus. Cùm magnos ad cerebrum dolores, à vapore ardoreque ſentiret, ac ſpiritum ſibi comprimi, exclamauit dicens: Domine Ieſu Chriſte noli me tuis bonis priuare, vitæque illuminatæ fruitione; ſed da mihi patientiam & victoriam, & dignum me fac qui curſum perfectè compleam confeſſionis, iungens me ſeruo tuo Clementi, & omnibus qui pro te generoſè decertarunt; & annue vt ad te nunc veniam, deficit enim corpus meum, anima autem mea in te ſperauit. Cernens Dux ſe nihil proficere, iuſſit gladio in eum animaduerti. Suſcipientes eum carnifices duxerunt ad locum qui Cryptus dicitur, caputque ei amputarunt. Occiſus eſt ſanctus Chriſti Martyr Agathangelus quinto die menſis Nouembris. Cuius ſanctas reliquias accipiens religioſa mulier Sophia, cum ſuaui odorum fragrantiâ linteo inuoluit, depoſuitque in eodem loco, Crypto appellato, in gradibus, quibus in paruulam eccleſiam ingreſſus patet, in profundiſſimo ſepulchro. Martyrium peregit S. Agathangelus ſub Imperatoribus Diocletiano & Maximiano, Præfectis Agrippino, Curicio, Domitio, Sacerdone, Maximo, Aphrodiſio, Lucio.

Agathangelus Lucij Præfecti blanditias ſpernit:

dirè cruciatur:

plectitur capite:

à Sophiâ ſepelitur.

44 Audiens Chriſti athleta Clemens, conſummaſſe agonem ſuum B. Agathangelum, lapidi vt erat alligatus, proſternit ſe in faciem, Deumque precatur in hæc verba: Pater ſancte, gratias tibi ago. Iuſte Domine, tuam gloriam celebro, quia dignatus es ſeruum tuum Agathangelum eorum qui te confeſſi ſunt cohæredem facere. Gratias tibi ago Chriſte, quoniam non deſpexiſti deprecationem meam. Gloria tibi ſit, quia dediſti ei robur patientiæ & virtutem ex alto, vt proculcaret errorem diaboli; quem vbi & per nos humiles confuderis & in triumphum duxeris, imple deinde pace omnia. Iuſſit deinde Lucius Clementi Martyri ad ſaxum alligato caput ac faciem fuſtibus conuerberari, inflictis quotidie ictibus centum quinquaginta. Plurimus verò effluebat ſanguis, vt non modò lapis ſed & omne circùm eo madeſceret

Gaudet S. Clemens:

verberatur quotidie:

curatur ab Angelis: deſceret ſolum. Circumfuſum verò illum per noctem cæleſti luce, Angeli curabant.

45 Cùm autem longo tempore ſanctus Martyr hoc modo vincula & lapidem in carcere ac plagas perferret, aduenit tandem ſacra Theophaniorum ſolennitas. *feſto Epiphaniæ educitur à Chriſtianis ad ſuã eccleſiam:* Quotquot igitur in eo loco erant Chriſtiani, ſicut & Martyrum amans Sophia, aſſumptâ famulorum turbâ, & educatorum apud eam pupillorum vtriuſque ſexus, iuerunt ad carcerem, & cuncti ſimul ingreſſi B. Clementem vinculis ſoluerunt, eduxeruntque è carcere; & induit eum Sophia candidâ veſte, circumdeditque Epiſcopali amictu, & tradidit ſanctum Euangelium: ac medium eum accipientes Chriſtiani, cum odoribus & thymiamatis, multiſque luminibus, adduxerunt in paruam ſuam eccleſiam.

46 Cùm autem per viam incederent, electus Chriſti Epiſcopus & Martyr Clemens, ſublatâ ad cælum dexterâ orauit altâ voce, dicens: *orat pro Sophiâ & aliis:* Domine Ieſu Chriſte qui nocte reſurrectionis tuæ ſanctis mulieribus apparuiſti, & per eas diſcipulis tuis ſuſcitatum te ſignificaſti; qui ab omni Angelicâ virtute adoraris; qui glorioſam ſanctamque Virginem & Deiparam Mariam magnificaſti, & incomprehenſibile myſterium in eâ declaraſti; exaudi me hac horâ, & poſt obitum meum impertire gregi tuo vberem miſericordiam, condonans ei iterum ac ſæpius omnia peccata: indulge quæ ad ſalutem faciunt poſtulata huic famulæ tuæ Sophiæ, & da ei æternam exultationem ſalutaris tui, adiungens eam quinque virginibus. Ecce enim pro ſancto nomine tuo, multum à iuuentute ſuâ laboris moleſtiæque ſuſtinuit meâ cauſsâ & puerorum illorum, qui propter te ſunt iugulati. Mercedem bonam tribue nutrici & curatrici Martyrum: & omnibus qui ſimili zelo ad honorem & depoſitionem corporis mei veniunt, & qui beneficium, quod illa nobis præſtitit, imitabuntur, & ad poſteros tranſmittent. Scio etenim non periturum opus eius. Quin adeò & nos quoque mortuos haud multò pòſt produces denuò, & veluti viuos oſtendes ſub piis Imperatoribus ac Præfectis. Nam vt nunc in hac vitâ tradidiſti impiiſſimis Principibus, vt oſtenderetur virtus tua in mortali noſtrâ carne; ita poſt deceſſum noſtrum Chriſtianis ac religioſis Imperatoribus & Præfectis noſtras reliquias exhibebis, vt quæcumque te poſtulauerint per contrita oſſa noſtra, iis largiaris, & oſtendas quotquot pro te mortui ſunt, eos verè viuere. Apud quem verò meæ reliquiæ delituerint, & qui in me boni quidquam contulerit, centuplum ei repende, vti pollicitus es; & in quãcumque ciuitatem intrauerimus vel domum aut regnum, pax tua ſuper ea requieſcat ſeptempliciter: & ſi quis ad honorem meum, qui pro te opprobriis fui contumeliiſque affectus, oratorium ædificauerit meis reliquiis aſſeruandis, multiplici eum mercede cumula; vt quantum ad corporis mei, multis pro te doloribus exerciti ac mortui, gloriam ſtudij contulerit, tantum apud te præmium conſequatur: & ſi quis te quidquam ad ſepulchrum meum, quod ſit æquum & vtile, popoſcerit, confeſtim annue: impertire opulenta tua dona omnibus, qui propter nomen tuum mei memoriam celebrarint. Eia Dominator vniuerſorum, ſeda perſecutionem ſeruorum tuorum: abige à grege tuo lupos: illuſtra Chriſtianiſmum per electos tuos, vt in libertate te ſolum adorent, te ſolum colant; vt glorificentur qui te glorificant: te enim decet gloria in ſecula, Amen.

47 At Martyrum amans Sophia à ſiniſtris Martyris incedens ſuis eum manibus ſuſtentabat, & ipſa candidis ornata veſtibus. Ingreſſi verò eccleſiam cum omnibus qui aderant, occluſerunt fores ad impiorum arcendos incurſus, erantque ibi totâ nocte Angelicam decantantes pſalmodiam. *celebrat Miſſam:* Manè facto liturgiam feſti cum magno gaudio atque ornatu peregerunt. Diuino ſacrificio ceteriſque ex ordine abſolutis, conſedit beatiſſimus Clemens, & [a] præfectos, obſeruantes, ne qui fortè Ethnicorum iis improuisò ſuperuenirent, ipſe velut à ſancto Spiritu edoctus, & præſagiens tempus ſuum inſtare, compellat, dicens: Nolite metuere, fratres; ne vnus quidem peribit è vobis. neminem lupus inuadet, neminem rapiet. Ego mercenarius pro vobis egrediar: ſupremus paſtor veſter animam ſuam poſuit pro rationabilibus ouibus ſuis, & nos ergo decet pro ipſo & grege eius animam ponere. Nolite igitur timere. Viguit impietas; iam collabaſcit. Ita ſceleſti Imperatores nunc deſinent, & violentus illorum furor extinguetur. Breui autem pacem gregi ſuo præſtabit Chriſtus, aliam ſibi [b] Romam excitans, ſuſcipiet verò & prior Roma eius verbum. Omnis vrbs & regio replebitur cognitione eius, & conregnabit Regibus; & in libertate replebuntur Eccleſiæ, & aperientur quæ nunc clauſæ ſunt; Gentilium autem fana occludentur, & qui in iis nunc ſacrificant, diffugient; quemque vobis modò incutiunt timorem, ipſi timebunt. In nobis ſeſe impiorum elidet furor. Videbunt quidam veſtrûm perſecutionem eorum qui vos exterrent.

Auctore Anonymo, ex ms. Græco.

prædicit ſicnem perſecutionis.

b

48 Cùm hæc ille diceret, Chriſtum amans Sophia omnes qui conuenerant, diuites & pauperes, viduas & pupillos, [c] rogauit, vt humi diſcumberent, ad cibum ſumendum, in contubernia diſtributi omnes, deni in ſingula. Panes verò & fercula ac vinũ, ipſa cum famulis apposuit, & conuiuio duodecim diebus exhibito, gaudebat illa & feſtiuè feriabatur cum viduis & pupillis, omnia de ſuo ſubminiſtrans, in honorem ſancti Martyris Clementis. Vt ergo tandem Martyrem beatus finis vocauit, & terminus à Chriſto conſtitutus aduenit, Dominicâ die, tempore ſancti ſacrificij, cùm ſtaret S. Clemens, atque operam daret, vt omnia ritè perficerentur, & fideles cuncti myſteriorum participes fierent, diuinis donis adhuc in ſacrâ menſâ poſitis; intrans Præfectus quidam, Alexander nomine, cum turmâ militum, poteſtate ab Imperatore acceptâ, ſancto Epiſcopo & Martyri, vt erat capite in ſacram menſam inclinato, iuſſit per vnum è militibus ceruices præcidi, & propoſitam immaculatam hoſtiam palàm proiici coram militibus. At qui adfuerant, diſceſſerunt non ſine lacrymis. Duo verò è leuitis miniſtrantes immaculato ſacrificio, quorum nomina erant Chriſtophorus & Chariton, adſtabant ſacræ menſæ, ſempiternæ vitæ felicitatem & ipſi deſiderantes, atque iis quæ geſta erant illacrymantes. Iuſſit verò Præfectus & illos quoque de medio tolli, ac menſam euerti.

c

Sophia 12. diebus conuiuium præbet Sanctis.

S. Clemens ad aram occiditur.

cum SS. Chriſtophoro & Charitone Diacono.

49 At fidelis Sophia vnà cum aliis, ſumens, toties iteratâ cohoneſtatum victoriâ, venerabile ſancti Epiſcopi & Martyris corpus, decenter induit, & mundo linteo inuoluens, cum odoribus, hymnis, ac luminibus, depoſuit in eâ eccleſiâ, quæ in Crypto dicebatur. eoſque ita demum allocuta eſt ſapiens & Martyrum amans Sophia: Ego vos depoſui in Crypto, id eſt, occulto: Chriſtus verò, propter quem multa ſuſtinuiſtis tormenta, vos in aperto & publico collocabit, vos veluti denuò ſuſcitans tranſpoſitione, & rurſum reſtituens, domo vobis dignâ ædificatâ. Non enim, Domine mi & fili, vſque in finem relinquet te mater, & nutrix, & altrix, non modò in occulto, ſed cum libertate ſeruiens, ſub Chriſtianis Regibus & Præfectis honorata: felix ipſa, quòd veſtræ in mundo fiet gloriæ particeps. Me namque, quod reſtat, ſenectus iam ad vos vocat. Huc vſque enim ſeruata ſum in viuis, vt corpora veſtra curarem ac ſepelirem. Aſt orate, vt merear illam vobiſcum requiem.

Sepelit eos Sophiã,

50 Et hæc effata, lacrymis ſepulchrum rigabat, in quo priùs ſanctus Martyr Agathangelus conditus erat. Iam enim cœperat ſeptum ad introitum, locumque præmunierat. Habebat quoque iſthic S. Clemens, cùm viueret, cellulam, in quâ frequenter degebat, iuxta eaſdem ſcalas. Diaconorum quoque reliquias prope duorum priorum corpora collocauit ſanctiſſima Sophia. Conſummatum eſt autem certamen generoſiſſimi & fortiſſimi Epiſcopi & Martyris Clementis vigeſimo tertio die Ianuarij. Auſpicatus eſt confeſſionem, & depugnauit, ſub Imperatoribus Diocletiano & Maximiano, ſub Præfectis Domitiano, Agrippino, Curicio, Domitio, Sacerdone,

& memoriam colit.

AVCTORE SIMEONE METAPHRASTE.

done, Maximo, Aphrodiſio, Lucio, Alexandro; annis viginti octo pulcrum certamen peregit, ad gloriam & laudem magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium in infinita ſecula ſeculorum, Amen.

a Ἐνάγιοι dicuntur in Graco. quod certaminum præfectos ſignificat: hîc videntur ſacri Oſtiarij intelligi.

b Conſtantinopolim intelligit, nouam Romam appellatam.

c Græcè hæc ita efferuntur: παρεκάλουν ἀναπαλθῆναι εἰς τὴν γὴν, συμπόσια, συμπόσια, ἀνὰ δίκα, δίκα. Senſus videtur eſſe quem expreſſimus.

EADEM ACTA

AVCTORE SIMEONE METAPHRASTE,

INTERPRETE GENTIANO HERVETO GALLO,

CAPVT I.

S. Clementis ortus & educatio. Obitus parentum.

Naſcitur Ancyræ S. Clemens

1 POſt ducenteſimum & quinquageſimum annum Domini noſtri Ieſu Chriſti, anno duodecimo Valeriani Imperatoris, Conſulibus ipſo Valeriano & Luciano, ille verè magnus & admirabilis Clemens, Ancyræ, metropoli primæ Galatarum prouinciæ, tamquàm egregius aliquis palmes, multis boni ſpiritus botris erat omni ex parte plenus. Ea enim cùm ipſum tuliſſet, & multis etiam aliis ciuitatibus miſiſſet præclarum exemplar martyrij, ipſa quoque collegit pulcros fructus conſummationis.

patre gentili:

2 Erat autem genere inſignis, ex nobili quidem & alto deductus ſanguine. Erat enim ei pater & mater, hæc quidem ex ambobus parentibus claris & fidelibus; ille autem in religione à a Sophiâ fideli valdè diſſidens, & gentili deditus ſtultitiæ. Nam cùm eam haberet vitæ ſociam & habitationis, multa ſemper dicens & faciens, conabatur eam facere ſociam religionis. Ea autem cùm animi magnitudine maritum ſuperaret, hoc maiori ſtudio contendebat, vt ſi quâ ratione fieri poſſet, eum deduceret ad veram pietatem. Sed ille quidem dormiens in profundis erroris tenebris, erat ſuâ ſponte malus, & recuſabat adſpicere magnam lucem veritatis. Quocircà ſic quoque miſer duplici morte moritur, nempe carnis & animæ. Solus autem vxori filius hic Clemens admirabilis ex ipſo relinquitur, adhuc infans, & quem mater ſuis tenebat vlnis, & eius alebatur vbere.

a

quo mortuo,

piè à matre Chriſtianâ inſtituitur:

3 Cùm ſic ergo eſſet mater marito vidua, labaretque adhuc ſpes eius de puero, ei tantam dabat operam, & ei tam diligenter attendebat, vt ei eſſet omnia, & pater & pædagogus, & mater. Nam primùm quidē eum ſtudioſè alebat, & ea faciebat, quæ par eſt matrem filio. Cùm autem iam ad eam peruenisſet ætatem, in quâ ſunt pueri capaces diſciplinarum, ei rectam pietatis rationem rectè ſapiens ſuggeſſit, vt quæ eum rectè Clementem nominauerit, vel potiùs propheticè, & vt fini conueniebat. Sciebat enim eum futurum veluti quemdam b palmitem veræ Chriſti vineæ, & ei productum eſſe fructum multarum animarum; etiamſi multi reges, veluti quidam non boni agricolæ, eum ſæpè multis totonderint ſuppliciis, vt deinceps procedens declarabit oratio.

b

ea moritur: filium ſeruatur:

4 Cùm ita ſe haberet Clemens, & à matre beneuolâ tam pulchrè aleretur atque educaretur; propinquum illa ſentiens deceſſum, puerum benignè & amanter complexa, qui duodecimum nondum annum compleuerat, non magis eum ſuarum facultatum, quàm theſauri qui eſt in cælis, hæredem conabatur facere, hæc cum ſuauiſſimis ei mandans amplexibus: Fili mi, fili cariſſime, fili, qui priùs, quàm tuum videres patrem, vidiſti orbitatem; Dei autem patris opibus es locupletatus, & orbitate vſus es ad felicitatem; ego quidem te produxi corpore, Chriſtus autem regenerauit per ſpiritum. Cognoſce tuum patrem, vide ne eius filij denominatio ſit tibi falsò impoſita. Serui ſoli Chriſto, in Chriſtum tuam colloca fiduciam Is verè eſt immortalitas, is ſalus, is qui de cælo deſcendit propter nos, & nos quoque vnà ſecum in altum extulit, & filios ſuos effecit, & deos. Qui ergo huic paret Domino, ſuperabit quæcumque ſunt difficilia, non ſolùm, qui ſimulacra honorant, Tyrannos & Reges deprimens & deiiciens, ſed eos etiam qui ab ipſis honorantur, dæmones pudore afficiens, eorumque ducem & præſidem diabolum.

prædicit futuras tentationes:

5 Deinde inter loquendum oculos ſuffuſa lacrymis, & diuinâ contemplatione impleta à gratiâ, ea etiam quæ erant euentura Clementi, perſequitur, vel maximè propheticè; &, Rogo te, dicebat, fili cariſſime, rogo te, vt mihi des vnam gratiam pro omnibus. Quoniam enim inſtat tempus difficile, & vehementer ſpirat impietatis perſecutio; es autem ipſe quoque, vt noſter dicit Dominus, ad Reges propter ipſum Præſidesque ducendus, hunc mihi honorem concede fili, vt pro ipſo ſtes fortis & ſtrenuus, & mihi firmam ac ſtabilem conſerues confeſſionem: & confido in Chriſto meo, ô membrum meum, confido, quòd citò in tuo quoque capite florebit corona martyrij. Para ergo teipſum, & ad magni animi virtutem tuam incita animam, ne te imparatū offendant certamina. Non enim aduerſùs hoſtes contemnendos, neque de rebus leuibus eſt decertatio. Sed ſunt aduerſarij quidem ipſe malignus, illiuſque miniſtri & ſatellites: agitur autem de vitâ æternâ & honore, aut rurſus de dedecore, quod numquàm terminatur & ſupplicio. Aut ergo te bona adhortentur, aut grauia deterreant. Turpe eſt, ô fili, milites quidem pro conſeruo & mortali Rege lubenter mortem oppetere, nos verò non hoc velle ſimiliter ſubire pro Rege immortali. Quamquàm ipſi quidem ab eo nihil accipiunt, quod reſpondeat meritis tantæ beneuolentiæ. Quod enim donum tanti eſt momenti, quanti vita? aut quiſnam poſt mortem eſt ſenſus eorum, quæ donantur? Sed ſi mortuus fueris pro Chriſto communi omnium Domino, pro vitâ quæ eſt ad tempus, habebis immortalem; pro deliciis & gloriâ & quæ ſemper fluunt diuitiis, æternâ frueris beatitudine. Quid verò, etſi nunc non moriamur? non paullò pòſt omnino moriemur, & omnibus commune reddemus debitum? Et alioqui quæ propter Chriſtum mors ſuſcipitur, ne mors quidem iure exiſtimabitur. Semper enim meliore ſpe futurorum, eius ſenſus adimitur.

hortatur ad concertantiam.

propoſitâ mercede Martyrii.

& exemplo Chriſti pro nobis paſſi;

6 Ante omnia autē, ô fili, illa ſunt cōſideranda, quem admodùm ipſe effector vniuerſæ creatæ naturæ, & noſtri generis opifex, propter nos homo factus eſt: & cùm in terram veniſſet, conuerſatus eſt cum hominibus. Cur non dico id, quod eſt maximū, quòd pro nobis quoque ingratis famulis Dominus morte eſt condemnatus, conſputus, colaphis pulſatus & poſtremò mortuus? Et hæc omnia ipſe paſſus eſt propter nos & noſtram ſalutem, vt peccati ſolueretur tyrannis, vt prior tolleretur condēnatio, vt cæli portæ nobis rurſus aperirentur. Quomodò ergo non erimus veniâ indigni, ô fili, ſi ipſe quidem pro nobis, qui grauiſſima perpetrauimus, iſque cùm ſit Dominus, talia paſſus ſit; nos autem ne pauca quidem propter illum ſuſtineamus? Hæc, ô fili, conſidera, & nihil te ſeparet à caritate Chriſti, non minæ Præſidum, non tormenta ac ſupplicia, non metus Regum, qui ſunt ad tempus, quorum ira citò decidit cum ſupercilio, & ignis extinguitur, & enſis rubigine obducitur: ſed potiùs te conſolentur bona, quæ ſunt parata Martyribus, & cælum ipſum, quod eſt tibi propoſitum præmium martyrij.

7 Hæc quotidie mater ei ſuggerebat, vt quæ eius, qui verè eſt ſapientia, ſpiritum haberet per ſe loquentem, cùm puer iam eſſet canus prudentiâ etiam ante ætatem, & profundiore opus haberet admonitione. In fine autem hæc quoque adiecit: Hæc mihi tuæ matri redde, ô fili, pro tui nutritione: hæc ſit mihi merces meorum in te pariendo dolorum, ô fili iucundiſſime, vt ego quoque mater, ex Pauli ſententiâ, ſalua fiam per liberorum

1. Tim. 2. 15.

prædicit vbinam futurus: 2. Mach. 7.

tum procreationem, & in membris filij glorificer. Ecce enim, ô fili, ego quidem iam recedo, (ſenſerat enim ſe morientem, virtute gratiæ) & hæc lux ſenſibilis mihi manè non illuceſcet. Tu verò mea in Chriſto lux & vita, & te rogo, mea viſcera, ne eâ ſpe fallar, quam de te concepi. Vna mulier Hebræa aliquando ſeptem produxit Martyres, & ipſa in illorum ſeptem decertauit corporibus. Tu autem vel ſolus mihi ſufficies ad gloriam, & beata ego inter matres, quòd per te ero inſignis. Ecce vado ante te, ô fili, & deinceps quidem corpore ſeparor hodie à tuis ſuauiſſimis oculis; animam autem meam, poſtquàm deceſſero, exiſtima, ô fili, à tuâ ſemper pendere, cum quâ confidenter Chriſti adorabo tribunal, tuis glorians laboribus, de tuis propter ipſum notis ac ſtigmatibus me magnificè circumſpiciens, & magnificorum illorum præmiorum & lætitiæ futura particeps.

moritur.

8 Hæc mater dicebat filio, & ſimul omnia illius membra deoſculabatur; Felix ego, rurſus dicens, quòd membra Martyris deoſculor, membra offerenda Chriſto ſacrificium. Sic ergo eum amplectens, & quàm ſuauiſſimè diſſerens, verè beatâ quiete requieuit, cùm ſpiritum quidem Deo, corpus autem dulciſſimis filij manibus commendaſſet. Ille autem, vt qui in beneuolam matrem fuiſſet ſemper pius filius, illud quidem ſepelit ſplendidè & magnificè. Ipſe verò vitam ſuſcipit ſolitariam, hoc ſtatim primùm matris concedens mandatis, vt à mundo propter Chriſtum diſcederet, qui poſteà propter illum à vitâ quoque erat diſceſſurus.

Clemens ſolitariam agit.

a Euphroſyne *appellatur in prioribus Actis.*

b Κλῆμα, palmitem *ſignificat, vt antè ſcriptum.*

CAPVT II.

S. Clementis adoleſcentia. Epiſcopatus.

Adoptatur à Sophiâ, optimâ matronâ.

9 ATque Clementi quidem ſic matre orbato (Deum enim habebat patrem) ille ei rurſus aliam inducit matrem, quæ nec nomine, nec moribus quidquam differebat à priore: ipſa quidem & genere inſignis & diues, quæ ipſa quoque ſimiliter vocabatur Sophia, & noctu & interdiu ſemper verſabatur in orationibus. Cùm eſſet autem, ſi vlla alia, filiorum amantiſſima, carebat omnino filiis. Diuina verò prouidentia, quæ res eorum ex alto adminiſtrabat, nec ferens teneram Clementis ætatem eſſe à matre deſertam, & rurſus volens explere Sophiæ deſiderium, Clementem ſapienter ad ipſam adducens, vt adoptet efficit. Cùm re verâ autem eſſet ſapiens Sophia, in eâ quæ eſt ex Deo ſapientiâ ipſa eum inſtituebat: & perinde ac ipſa eum peperiſſet, in Clementem erat affecta, & ſummam curam eius gerebat. Neque verò Clemens minùs, quàm par erat in matrem, amorem in eam oſtendebat: ſed puram quidem ac ſynceram in eam reuerentiam ſeruabat & deſiderium. Præceptoribus autem plurimum quoque fructus mox reddidit, ſicut bona quædam terra & pinguis, quæ nequaquàm agricolam propter paucitatem moleſtiâ afficit; ſed per eorum, quæ naſcuntur, multitudinem prouocat potiùs ad alia deiicienda ſemina: ea quidem, quæ habebat, communia proponens iis qui egebant ex æqualibus, ſuæ autem linguæ eos inſtituens ſapientiâ, & eos ad agnitionem deducens veritatis.

pauperes pueros famis tempore tollit, educat, fide inſtruit:

10 Cùm itaque aliquando fames inuaſiſſet Galatiam, & omnibus ſimiliter hominibus & pecoribus afferret exitium; ipſe tollens infantes gentilium, quicumque relicti fuerant orbati parentibus, & quicumque rurſus propter paupertatem in viam proiecti fuerant, & amictu quo corpus tegerent & alimento egebant neceſſario, alebat, veſtiebat, inſtituebat, & quod his erat longè maius, ad Deum adducebat: ea quidem, quæ ad corpus pertinebant, ex fidelis Sophiæ pecuniis lætus ſuppeditans; quæ autem ad doctrinam pietatis, & morum ornamentum, & animæ vtilitatem, à domo ipſe proferens ex ſapientiâ ſpiritus. Quos quidem cùm & apud ipſum viuerent, & ab ipſo rectè componerentur, & cum eo tecti & ſalis & aſſidui eſſent ſermonis participes, & illius doctrinâ indies irrigarentur, paullatim virtuti aſſuefecit, & procedente tempore excitatus eſt eorum animus, vt cum ipſo admirabili Clemente decertarent. Quocircà non ſolùm multos habebat filios, ſed eos bonos & benè educatos, Sophia, quæ priùs carebat filiis, veluti quamdam ciuitatem ex his conſtruens adoleſcentibus, Deo vndique circumdatam, qui eſt murus longè tutiſſimus. AVCTORE SIMEONE METAPHRASTE.

ipſe viliori victu vtitur.

11 Clementi autem cum aliis virtutis laboribus, legumina quoque ſolùm erant alimentum. Ab animatis enim omnino abſtinebat, illorum trium ſemper memor puerorum, quorum corpora cùm acuiſſet ieiunium, effecit vt expugnari quidem non poſſent ab igne vitiorum, neque fundi flammâ fornacis ſenſilis. Dan. 1. & 3.

Ordinatur Diaconus, Presbyter.

12 Sedenim oportebat lucernam imponi candelabro, & videri ciuitatem quæ eſt poſita ſupra montem, & Clementem, qui reſplendebat tantâ luce virtutis, nanciſci ſacerdotium, vt ſic quoque pluribus fieret via ſalutis. Propterea & Dei è ſuperis ſuffragio, & communi ſententiâ omnium, qui erant in Galatiâ, primùm quidem ſacer præco ſacri atrij, deinde etiam paullò poſt Diaconus creatur, & Preſbyter. Cùm duo autem deinde anni prætériiſſent, ad Epiſcopalem quoque Sedem prouehitur, alius inter Sacerdotes hic quoque exortus Daniel, vt qui etiamſi eſſet iuuenis, omnem tamen Sacerdotis ſenectutem virtute ſuperaſſet, & oſtendiſſet ſenectutem non eſſe huiuſmodi, vt rerum bonarum omnino certos efficiat poſſeſſores: ſed nonnumquàm etiam rectè inſtitutam iuuentutem eſſe virtutis non contemnendam cuſtodem: nam viceſimum quidem annum iam attigerat.

Epiſcopus.

maximè orphanorum curam gerit

13 Cùm autem ei eſſet mandatus magiſtratus, maiorem curam gerebat orphanorum, eos primùm ſacras docens ſcripturas, & deinde etiam diuino eos dignans baptiſmo, & ad eos, quos par erat, gradus, non omnes, ſed dignos referens. Hinc factum eſt, vt ex locis vicinis omnes confluerent, ſuos filios ad ipſum ex toto animo adducentes. Quos quidem tamquàm germanos ſuos filios ſuſcipiens, ſimiliter educabat atque inſtituebat. Sed ſunt hi quidem primi re verâ fructus virtutis boni Clementis, & talia præmia ſacerdotij.

CAPVT III.

S. Clementis captiuitas. aduersùs blanditias & minas conſtantia.

Sæuiente Diocletiano,

14 DEinceps autem ei finem incipiunt accipere matris prædictiones, & contexi diuina corona martyrij: eſt autem à nobis oratio ducenda paullò altiùs. Cùm Diocletianus Romanum ſuſcepiſſet imperium, & in eo primùm annum ageret, noua quidem genera tormentorum excogitata fuerant aduersùs Chriſtianos: nouorum autem mortis generum minæ fuerant intentatæ: & mittebantur litteræ per omnem terram, quæ parebat Romanis, quæ Magiſtratibus & Præſidibus, Vicariiſque & Procõſulibus aduersùs pios ſupplicia & cædes iniuſtas ſignificabant, & iis, qui in iis fuiſſent negligentes, æquale minabantur periculum; iis autem, qui diligenter fuiſſent executi, opes pollicebantur, dona, & eſſe inter primos amicos Imperatoris; & eum honore omnes eſſe ſuperaturum, qui in his rebus fuerit ſtudio ſuperior. Qui ergo in vrbibus & regionibus erant impij Præſides, ex obſequio in Principem ducentes ſuæ fomitem inſaniæ, in hoc conſentiebant, vt eos, qui in pietate viuebant, conſcinderent, & ita omnes delerent & de medio tollerent, vt eorum, qui timebant Dominum, nullus euaderet. Itaque ad Domitianum quoque, qui Vicarij gerebat magiſtratum, & verſabatur in partibus Galatiæ, referunt de hoc magno & admirabili Clemente, quòd cùm infan-

defertur ad Domitianum Vicarium:

AVCTORE SIMEONE METAPHRASTE.

tium magnam abſtraxiſſet multitudinem, ad Chriſtum, qui dicitur, adduceret, & magnorum deorum cultum, quantùm poſſet, prohiberet: perſuaderet autem multis illi animum adhibere, & viuum ſolum eum Deum prædicare.

blanditias eius reſpuit & Chriſtum confitetur:

15 Hæc ſimul ac audiiſſet Domitianus, eum iubet adduci. Qui cùm paullò pòſt ante eum conſtitiſſet, eum blandis & inſidioſis verbis ad ſe attrahere conabatur; Quæ videntur, dicens, nequaquàm conueniunt & congruunt iis, quæ de te allatæ ſunt, accuſationibus. Vultus enim & ſpecies liberalis, morumque manſuetudo & moderatio, mihi omnino videntur prudentis & ingenui animi. Quæ autem de te dicta ſunt ab aliquibus, ſunt puerilis potiùs inſcitiæ, puſilliqué animi & planè illiberalis. Res verò ipſa id indicabit. ex te enim vera diſcemus faciliùs, ſi pauca quædam dederis verba tuæ prudentiæ. Martyr autem, Noſtra, inquit, prudentia & intelligentia eſt Chriſtus, qui eſt verè ſapientia, qui Dei eſt Patris filius & Verbum; cuius verbo producta ſunt omnia, à quo ipſum quoque dicere & ſapere nos habemus.

videt quæ ille offert & laudat:

16 Reſpondens autem Vicarius, Me, inquit, per deos, affeciſti moleſtiâ, cùm has præter omnem ſpem ſtatim ab initio nugas dicere cœperis. Sed ſi mihi credas, has longas nugas multùm valere iubens, veni & diis ſacrifica propitiis; eorum quidem, qui eos contemnunt & inficiantur, ſupplicia; eorum autem rurſus, qui venerantur & colunt, honores reputans. Eorum verò, qui dicuntur, nos tibi ſumus exemplum, qui per ipſos ad hunc peruenimus magiſtratum, & beneficij gratias eis referimus, honorando eos, qui ipſos colunt, & ſuppliciis afficiendo eos qui nolunt parere. Cùm ad hæc ille riſiſſet, vt eſt conſentaneum, quòd donorum, quibus afficeretur, & turpium meminiſſet honorum, & promptum eius animi ſtudium videretur his diſſoluere; Sed nos quidem, inquit, ô Præſes, ſentimus his contraria, & damnum quidem veſtra dona; honorem autem, ignominiam; & magiſtratum eſſe putamus ſeruitutem; contumelias verò rurſus, ſupplicia, & minas, voluptatem & delicias, & quod eſt his maius, cum Deo coniunctionem. Hæc cùm tu ſcias, nec promiſſis & honoribus, neque rurſus minis & ſuppliciis, exiſtimes te poſſe nos abducere à pietate.

nec minis terretur:

17 Hæc paullatim mouebant animum Domitiano, & Sanctum acriùs intuens; Ego te, inquit, omnino feci arrogantiorem, cùm me in te tam leniter geſſerim. Non eſt autem mirum, ſi cùm tu perpetuò vitam agas cum pueris, non abſimilem eis ſenſum habeas. Cæterùm niſi & deos placâris ſacrificiis, & hinc noſtram lucrifeceris beneuolentiam, ſcias pœnam mortis eſſe tibi ſubeundam, eamque, non quæ breuiter & citò afferatur, vt tu fortaſſe exiſtimaueris; ſed multis priùs & variis affecto ſuppliciis, deinde etiam eſſe grauiſſimum ſuſtinendum modum mortis, vt & ipſe malus malè abolearis, & tuo exemplo caſtiges multorum arrogantiam.

puerorum inſtitutione, ſibi obiecta, gloriatur.

18 Admirabilis verò Clemens, Quoniam mihi, inquit, pueros obiicis, Ego, inquit, ſtudui pueris eam indere prudentiam, quam ignorant qui ſunt apud vos viri, & ex his ipſis qui ſunt ſeniores & ſapientiores. Nam quæ eſt verè Dei ſapientia, ſeipſam abſcondit à ſapientibus & prudentibus, & reuelauit videlicet infantibus. Glorior autem & prædico me offerre ſacrificia, ſed Deo meo rationabilia: non, vt ipſi, torrentes ſanguinis, fumoſque & nidores, quibus eos, qui ſunt apud vos, deos colitis, vel maximè præter rationem. Quòd ſi meum ſanguinem pro ipſo ſacrificauero, ita mihi quoque aderit, ſi non ex æquo, at aliquâ ex parte Domino meo vicem rependere. Etenim me Chriſte Rex ipſe tuo pretioſo redemiſti ſanguine.

CAPVT IV.

Atrocia Ancyræ tolerata tormenta.

Dirè laniatur,

19 HÆc cùm Martyr cum magnâ dixiſſet fiduciâ, abiectâ perſonâ Præſes, quam olim in ipſum parturiebat inſaniam, eam produxit in medium: & cùm ſublimem ſuper lignum ſtatim athletam ſuſtuliſſent qui aderant, quòd is ita iuſſiſſet, eius latera laniabant, & acclamabant, ne iuſſa contemneret Imperatoris. Profundi itaque ſulci ſecabantur in illius carnibus, & earum magna pars auferebatur, & forma internorum aperiebatur viſcerum, vt ne hominum quidem oculis eſſet tolerandum ſpectaculum. Ille autem non eſt animo commotus, non mutauit formam, non vocem, non verbum emiſit miſerabile, non gemitum eius qui dolore cruciatur: ſed perinde ac ſi eſſet ſecurior iis, qui aderant & contemplabantur, & minùs ſentiret quàm ipſi qui cædebant, magno animo agebat gratias Deo Agonothetæ.

fertq; constantiſſimè:

ab aliis rurſum lictoribus diſcerpitur vſque ad oſſa:

20 Cùm verò in eius ſupplicio multum temporis conſumeretur, & remiſſæ quidem eſſent manus lictoribus; Martyr autem eumdem fortem & generoſum oſtenderet animum; volens Præſes diſſoluere fortis eius animi robur, Noli, inquit, ô tu, exiſtimare fore, vt tu me ſuperes fortitudine: ſed etſi longum tempus effecerit, vt eorum, qui cædunt, dexteræ ſint parum defeſſæ; at ego rurſus eorum loco alios ponam recentes, qui non priùs te ceſſabunt cædere, quàm nuda carnibus oſſa tua reliquerint. Statimque lictores ex ſucceſſione rurſus Martyrem circumſiſtentes, ei quoque ſimilia faciebant prioribus, donec eis quoque ſimiliter manus imbecillæ fuerunt & defeſſæ. Ille ergo ſtultus Præſes, partim quidem admiratur Martyris conſtantiam; partim autem pudore affectus propter lictorum imbecillitatem, iuſſit eum deponi de ligno. Ille verò talis erat, qualem nec oculi lictorum adſpicere, neque manus ſuſtinebant tangere, erat enim omnino nudatus carnibus, eiſque tamquàm veſte erat exutus: ſolùm autem propterea, quòd eſſent oſſa fixa, homo eſſe videbatur; quæ ipſa quoque erant illita ſanguine, quoddam nouum & alienum ſpectaculum, & quod vel ex ſe poſſit efficere vt caligent oculi.

blanditiis iterum ſollicitatur:

21 Quocircà cũ ille deſperaſſet ſe poſſe ei vim afferre & caſtigare, vtpote quòd ei viſum eſſet inutile, perſuaſione rurſus apud eum vtebatur & lenitate: & Duæ tibi, aiebat, ô Clemens, fuêre cauſſæ tantorum malorum, inuidia & contentio: ſed ad te quidem à fortunâ peruenit inuidia, quæ tibi omnino inuidens, non ſinit res tibi ſuccedere ex ſententiâ. A naturâ autem eſt tibi contentio: ea enim te ad intempeſtiuam rurſus litem incitans, prohibet quò minùs nobis pareas; & ideò in mala te coniecit extrema; magnis autem priuauit muneribus, quæ eras conſecuturus, ſi voluiſſes cedere iuſſui Imperatoris. Vel potiùs tibi quoque fortuna iniecit contentionem, volens tibi omni ex parte aduerſari, & tua ſemper labefactare. Sed vel breue aliquod momentum temporis parce miſero corpori, & noli, dum in re vanâ vis oſtendere egregiam animi conſtantiam, immaturam mortem & violentam ſubire.

minas Iudicis minaretur:

22 Ad hæc Clemens admirabilis, alias illius nugas ne minimùm quidem curans, hoc ei ſolùm reſpondit: Quæ mihi à te mors eſt afferenda, ô Iudex, & corpori interitus vacuitatem, & animæ efficit immortalitatem. Et hoc, inquit Vicarius, omnino eſt veſtræ ſtultitiæ, id quod eſt bonum, vſque adeò ignorare & negligere, vt & dulcem hanc lucem, benignumque & lætum illud aſtrum, nempe ſolem, quæ ad fruendum & nos oblectandos dij nobis conceſſerunt, ſpe alicuius alterius incertæ vitæ amittatis. Etenim ſi rurſus in eadem permaneas inobedientiâ, acceperis quidem aliquam breuem à tormentis dilationem, ne tam vehementibus ſuppliciis tibi corpus defatigetur; ſed hæc remiſſio erit tibi paullò pòſt cauſſa maiorum malorum; & cùm te paruo tempore collegeris, magnis

magnis rursus & variis traderis suppliciis: quorum, vt mihi videtur, anima quoque è corpore excedens, sensum habebit acerrimum. Martyr autem, Solis, inquit, minis, vt videtur, & nudis verbis polliceris mihi te impleturum ea, quæ desidero. Ceterùm cùm scias quænam sit mihi sententia, noli vsque ad verba solùm sistere, sed tibi ad opus perducantur omnia, & à nullâ re abstineas, quæ sit aspera & difficilis,

Os & genæ illi conuerberantur:

23 Tunc ferus ille & immitis ab irâ consuetâ abripitur, & cùm dixisset, Planè contentiosum animal est homo iste, genas & os iubet ei verberari. Nam quoniam, inquit, hæc sola pars corporis remansit minimè affecta supplicio, dicendi vtitur libertate. Patiatur ergo hęc quoque similiter atque aliæ partes corporis. Statimque ex lictoribus, qui erant quidem paullò humaniores, alij quidem eum solis manibus verberabant; alij autem etiam sustinebant, vt qui lacerationibus iam esset dissolutus, & ad terram diffluere: quotquot verò audaciores erant & crudeliores, lapidibus quoque in eum vtebantur, & iis illud veridicum Martyris os pulsabant. Martyr autem, Magno, inquit, me honore affecisti, ô Tyranne; magno, inquam, affecisti honore, non supplicio. Quomodò enim non est honor seruo, dignum haberi, qui eadem perpetiatur quæ Dominus, & primi illi passionis socij & Martyres? Colaphis quoque cæsus est vultus mei Domini, & lapidibus fuit interemptus Stephanus. Hæc quoque mihi nunc magnum decus & ornamentum afferunt. Leuat mihi laborem passionis imitatio. Sedat mihi dolorem, iis qui sunt me præstantiores, in honore æqualitas. Hæc dicebat, & ad suum Agonothetam frequenter tollens oculos, vehementi studio agebat gratias.

iis pœnis gloriatur.

24 Domitianus autem cùm omnino animum despondisset, eum rursus mittit in custodiam. Cùm verò putaret eum non posse ampliùs vti pedibus ad ingrediendum, quòd prioribus suppliciis esset corpus confectum, iubet eum vtrimque portari: sed qui omnes qui concidunt confirmat, afflictosque & depressos erigit, non sinit eum opus habere manu, quæ eius gressum fulciret, sed eos repellens, qui accedebant ex gentilibus, & illud sensim acclamans, Oleum peccatorum non impinguet caput meum, ipsis pedibus ipse illam viam peregit. Quem cùm sic abeuntem animaduertisset Vicarius, fortitudinem valdè est admiratus, & conuersus ad eos, qui circumstabant, Papæ, inquit, magnam tolerantiam! Talibus vtique militibus opus esset Imperatoribus, vt essent quouis periculo superiores, & tam constantem animum & tam magnos spiritus conseruarent in rebus asperis. Ceterùm hic non sistetur ampliùs ad meum tribunal: ipsum autem ad Imperatorem mittam Diocletianum. Ille enim solus eum superauerit.

reducitur in custodiam.

Præside fortitudinem eius mirante:

mittitur Romam.

25 Dixit, & cùm statim significasset litteris, quomodò se res haberent, iussit eum quamprimùm duci Romam. Cùm fuisset ergo Martyr extra ciuitatem, vnà cum corde manibus in cælum sublatis, Domine Deus, inquit, qui omnia facis & procuras pro vniuerso genere hominum, & multas nobis munis vias salutis; hanc tuam ciuitatem, & animas eorum, qui in ipsâ crediderunt, conserua, ne implicentur laqueo diaboli, & Tyrannorum capiantur insidiis. Porrò autem ne nos quoque perpetuò esse sinas alienos ab eâ, quæ nos tulit: sed qui Iacob conuertisti in domum patris sui, & eum à manu Esau liberasti; qui etiam ossa Ioseph vnà cum populo ex Ægypto extulisti, & ea patriis restituisti sepulcris; tuæ quoque placeat volũtati me reducere, & quæ me genuit & aluit, & ad hanc vsque ætatem produxit patriæ, tamquàm aliquod rursus reddere debitum. Hæc cùm à Deo precibus contendisset, viam confecit alacriter.

CAPVT V.

Spreta Diocletiani promissa.

Sistitur Diocletianus:

26 POstquàm autem Romam peruenerunt, vbi tunc quoque versabatur Diocletianus; & qui missi fuerant, ei reddunt litteras, & Clementem admirabilem, cùm ille iussisset, adducunt in medium. Cùm verò adstitisset, tunc videns Diocletianus iucundum eius alacremque & generosum adspectum, primùm quidem celans, quid in animo haberet, apud se admirabatur, an illa omnia sustinuisset, quæ ei significabant litteræ. Deinde eum etiam fixis intuens oculis, & totum considerans, Tu es, inquit, celebris ille Clemens, cuius magnum est nomen propter fortem & generosum animum? Sed oporteret omnino hunc tuum generosum & magnum animum, habere aliquam piam & iustam causam, sed non hanc impiam & iniquam, & hoc ipsum manifestum animæ & carnis exitium. Nunc enim quò est maior, eò est deterior, & nos magis ad iram prouocat, deos incitat ad vindictam. Verumenimuerò tu animo ad contraria mutato, hunc firmum & constantem animum ostende pro pietate in deos, vt sic quoque potiùs dignas consequaris remunerationes. Illi enim, vt arbitror, tui propter hunc fortem & excelsum animum miserti propterea effecerunt, vt tot & tantis resisteres suppliciis, nec perimerunt, vt tu iam diu malè perires, & præripereris, agnitionem & mutationem omnino exspectantes. Hæc dixit; & pro oculis Sancti statim proponit, illinc quidem aurum & argentum & litteras Imperatorias, quæ Patriciorum illi dabant honorem; deinde etiam aliorum magistratuum & dignitatum insignia; & præterea vestes floridas & magnificas, & alia quæcumque rerum pulcrarum cupidos euocant oculos: illinc autem rursus instrumenta tormentorum, manus ferreas, grabatos, & ipsos quoque ferreos, rotasque & pectines, craticulas, lebetes, obeliscos, sartagines, & graues catenas, & aliam magnam instrumentorum multitudinem, specie quidem diuersorum, spectaculo verò terribilium, experientiam autem habentium ipso quoque spectaculo grauiorem. Deinde Martyrem suauiter intuens, & manu extendens pecunias: His te, inquit, remuneramur, si pius in deos, & in nos sanctus extiteris.

blanditiis tentatur:

hinc diuitias & honores, inde tormenta proposita.

27 Ille autem, cùm Sanctus ab eis oculos auertisset & ea veluti subsannasset, & propter ea, quæ dicta fuerant, grauiter ingemuisset, Vobis, inquiens, pereant ipsi vobiscum dij; tunc acriter & toruè fortem intuens Clementem, & simul conuertens oculos ad genera tormentorum, Vides, inquit; hæc sunt eorum, qui non parent, & sunt impij. Martyr autem, Si vestræ, inquit, pœnæ sunt, sicut existimas, terribiles, & ad experiendum intolerabiles, sicut rursus dona splendida & magnifica, & digna quæ beata iudicentur; quænam esse existimas ea, quæ cælestis sunt & solius Dei? quænam immortalia quidem supplicia & dolores inexorabiles? quales autem ignis fluuios, qui ne solo quidem sunt adspectu tolerabiles? quænam verò rursus bona sunt consecuturi, qui eum dilexerint? Scriptum est enim, talia vt nec mente possint comprehendi, nec oculis adspici, aut quæ ex his percipitur omnino voluptas coniici. Nam quæ sunt quidem præsentia, hoc argentum & aurum, sunt solùm puluis & lutum, vilis & infrugifera materia, quæ turpiter quidem ex terrâ nascitur, turpiùs autem in eam, quæ videtur, speciem per ferrum & ignem transfertur, latronibus subiecta & furibus, & si non his, at diminutioni saltem & rubigini, vt quæ consumatur atque defluat. Vestes autem purpureæ & splendidæ, fila sunt vermium, & inuenta barbarorum hominum. Quamobrem si ea nos reddunt honoratos, vestrâ quidem sententiâ homo est verme vilior. Quòd si oportet etiam homines propter hæc habere in admiratione, multò magis admirarer eos, qui hæc fabricantur, quàm eos, qui propter ex his confecta

vtraque contemnit:

1. Cor. 2. 9.

AVCTORE SIMEONE METAPHRASTE.

fecta indumenta gloriantur, & ſe magnificè circumſpiciunt. Nam illi quidem artis ſolertiâ transformant naturam ad id quod eſt melius, & ſenſum decipiunt, & ornatum amantibus oculis ſuaues eſcas proponunt; hi autem induti ſibi placent, & ſe magnificè circumſpiciunt, de ſui animi leuitate ferentes teſtimonium: & cùm oporteret eos pudere ſui erroris, illi potiùs intumeſcunt, & tollunt ſupercilia, honorati aliorum operibus, ſi modò ea omnino honorē vocare oporteat. Sed veſtra quidem ſunt talia, & eo modo ſe habent. Quæ autem à bono Deo noſtro, ſunt bona, contrà ſe habent. Voluptatem enim habent immortalem, ſplendorem verò perpetuum. Neque enim timent eam, quæ eſt ex tempore, mutationem. Non ſuſpectam habent conuerſionem, ſenium ignorant, ſed ſemper florent, in æquali decore permanentia, ſtabiliaque perpetuò & immobilia.

Deos irridet.

28 Ad hæc Diocletianus: Mihi videris, inquit, pulcrè quidem loqui, ô Clemens, ſed malè admodùm ſentire. Nam linguâ quidem præfers immortalitatem, in mortali autem ſemper ſpem tuam collocas: Veſtrum inquam Chriſtum, quem dicunt à Iudæis mala paſſum eſſe innumerabilia, & tandem mortem in cruce ſuſtinuiſſe. Noſtri verò dij ſunt & ſemper immortales, & nihil graue nec moleſtum ſuſtinent. Reſpondens autem Martyr, De ipſorum, inquit, immortalitate & doloris vacuitate, propemodùm vera dicis, ô Imperator. Quomodò enim morientur, qui ne omnino quidem vixerunt? aut quomodò dolorem ſenſerint, qui ipſo quoque ſenſu planè carent? Sed etſi dolorem non ſentiunt, ſunt tamen ſubiecti innumerabilibus plagis & contumeliis. Nam qui facti quidem ſunt ex lapidibus, & à manu, quæ ſculpit, plagas acceperunt, & ferro ſunt læuigati ac politi, & ſic cum magno, ſed inani, labore, formæ humanæ ſimulacra & ſtatuæ facti ſunt. Quibus autem rurſus aurum eſt materia, ſiue æs, ſiue argentum, ij quoque fuſi igne vehementiſſimo, ſimiliter atque alij conſiſtunt omnino ſenſus expertes: qui tantùm abeſt, vt opem ferant aliis, vt ne ipſi quidem poſſint facere, quò minùs hæc omnino patiantur. Nequaquàm ergo moriuntur, quoniam nec omnino quidem, vt priùs dixi, vixerunt: diffluunt autem & conteruntur, quomodò quòd ſint, à tempore, ita etiam, quòd non ſint, accipientes. Non ergo noſtra quoque ſunt huiuſmodi, ſed ipſe verus Dominus & opifex omnium, Deus meus, qui eſt & expers temporis, & immortalis, propter me quoque fit homo poſteà, vt ego fiam propter illum deus; volenſque cruci affigitur & ſepelitur, & tertio die reſurgit, & rurſus in cælum aſcendit, vnde deſcenderat: cùm nos vnà quoque feciſſet reſurgere, & ad priorem reduxiſſet principatum, à quo malè excidimus propter inobedientiam.

CAPVT VI.

Varij tolerati Romæ cruciatus. Multi conuerſi & martyrio coronati.

Rotæ alligatus caditur, & conteritur:

29 PRopter hęc Imperator ad iram concitatur; & verbis victus, conuertitur ad ſupplicia, neſciens ſtultus, ſe per illa magis eſſe vincendum: ſiquidem apertum eſt indicium, victum eſſe eum, qui punit, quòd is, qui punitur, nihil omnino cedat ſuppliciis. Iubet ergo rotæ alligari Martyrem, & rotam quidem verti magno impetu, Martyrem autem virgis verberari crudeliſſimis. Statimque Martyr fuerat alligatus, rota verò vertebatur celeriter. Martyr autem, quando erat quidem in rotâ ſublimi, tradebatur iis qui verberabant; quando verò rota eum ſub ſe ferebat, corpus eius acerbè conſcindebatur, & oſſa conterebantur. Cumque ſic laceraretur, Domine mi Ieſu Chriſte, dicebat, veni ad opem mihi ferendam, & leua me hoc pōdere ſupplicij: quoniam circumdederunt me dolores mortis, pericula inferni inuenerunt me. Reſpice ad me, & miſerere mei, & ex neceſſitatibus meis erue me. Adſis mihi, vt aliquando etiam *a* paralytico, ad gloriam tuam, ad confeſſionem tui nominis, ad dedecus & ignominiam inimicorum, ad maiorum propter te perpeſſionum tolerantiam. *a*

Diuinitus ab eo tormento liberatur.

30 Hæc cùm dixiſſet Sanctus, ſtatim & rota à motu, & qui verberabant, ceſſauerunt à plagis afferendis: & Martyr quidem ſimul ab omnibus, & à rotâ, & à vinculis illis ſuâ ſponte ſolutus fuerat, & reſtitutus in priorem ſanitatem: lictores autem ſubiit membrorum diſſolutio. Et multi ex Romanis, qui ad tale ſpectaculum concurrerant, ſanis euaſerunt animis, &, Magnus eſt Deus Chriſtianorum, magnâ voce exclamauerunt. Magnus verò Clemens, qui erat verè Chriſti palmes, cùm veluti pulcros quoſdam fructus ſua membra Deo obtuliſſet, Ago tibi gratias, dicebat, ô Deus, quòd volueris me in hac maximâ & frequentiſſimâ ciuitate pati pro Filio tuo vnigenito, qui ipſe quoque paſſus fuit pro nobis, & pretium noſtræ captiuitatis & ſeruitutis ſuum effudit ſanguinem. Deinde ſubiunxit etiam ſeriem Sanctorum, qui Romæ erant. Quem Petrus, inquit, docuit colere, & Paulus prædicauit, & qui erat eiuſdem, cuius ego, nominis Clemens ille ſapiens, adorandum eſſe decreuit; & diuinus deinceps Oneſimus eſt confeſſus. Propter quem ipſi quoque paſſi, liberè loquendi poteſtate apud eos valent plurimùm, & adorantur à fidelibus, haud ita multò pòſt autem adorabuntur etiam à fidelibus Imperatoribus. Hoc autem dixit, prædicens mox delendam impietatem. *Multi conuertuntur.*

Os illius contunditur.

31 Hęc Diocletiani animum acriùs inflammauerunt: iuſſit autem ſtylis ferreis illud præclarum Martyris os contundi ac confringi. Quo factum eſt, vt dentes quidem mox labefactarentur, maxillæ verò contererentur. Vox tamen non reprimebatur, neque illi prolixę loquendi libertati vel minima dabatur remiſſio: ſed etiam lictoribus vt ſileret iubentibus, ipſe idem erat, & ne parum quidem remittebat: ſed contrà etiam voce vtebatur maiore, non ſecùs ac ſtatua quædam ænea, quæ icta vehementiùs, maiorem edit ſonitum. Quamobrem cùm ipſe quoque Imperator eſſet defatigatus, vinculis & quæ ex eis oritur afflictione & miſeriâ toti Martyri impoſitâ, tradit eum in cuſtodiam.

Conuerſi ab eo in carcere baptizantur;

32 Multitudo autem eorum, qui rotæ miraculo crediderant, viri, & quæcumque erant prudentiâ præditæ mulieres, initâ inter ſe conuentione, carcerem ingreſſi ſunt. Deinde tangentes illius pedes, valdè acriter rogarunt, vt diuinum baptiſmum conſequerentur. Cùm itaque precibus tam vehementibus ipſe quoque alacerrimè annuiſſet, rem ſtatim eſt aggreſſus. Dum itaque in carcere eſſet aquæ copia, & ipſe quas oportet preces profert, & cum ipſis pueris omnes ſacro dignatur baptiſmate. Mediâ autem nocte eis diuina quædam apparet viſio, nempe lux quædam, quæ neque verbis exprimi poteſt, & quam humanus non admittit adſpectus, totum ſimul tamquàm fulgur illuſtrat carcerem. In mediâ verò luce erat vir quidam adſpectu valdè alacer, ſplendidâ autem veſte indutus, qui ipſe quoque erat lux totus quantus, pennis inſignis denſiſſimis. Is cùm ad Clementem acceſſiſſet admirabilem, ei in manus tradit panem & calicem. Deinde ille quidem euanuit; eos autem ipſa quoque vox deficit, vt qui ſpectaculo admirabili eſſent obſtupefacti. Sanctiſſimus autem Clemens cùm ſtatim coniecisſet ea eſſe ſigna Dominici corporis & ſanguinis, ea & valdè piè ſuſcepit, & cùm preces dixiſſet conſuetas, ea communicat iis, qui iam erant baptizati. *Angelo adferente, Euchariſtiam percipiunt:*

33 Cùm ergo complures ad eum vndique accederent, & carcerem facerent eccleſiam, & multitudini Chriſtianorum fieret acceſſio, cuſtodes carceris hæc renuntiant Imperatori. Ille autem & eos iubet noctu comprehendi, & niſi pietatem abnegauerint, omnes citra vllam interimi miſericordiam. Illi verò comprehenſi iuſſu Imperatoris, inuenti ſunt non ignari eius, quod erat bonum & vtile, eligendi; ſed ab hac, quæ eſt ad tempus, vitâ maluerunt recedere, quàm à Chriſto deſi-

cere,

cere, qui nos formauit, & dilexit, & mortuus eſt pro nobis. Quamobrem ante ciuitatem, tamquàm ſacras quaſdam hoſtias, ſeipſos & filios offerunt Domino, cùm nullus tunc remanere ſuſtinuiſſet præter vnum, cuius quidem erat animus aliquantò iuuenilior: non enim remanſerat, vt certamen effugeret, ſed vt cum maioribus potiùs malis colluctaretur, eaque ei eſſent coronarum maiorum occaſio. Is erat admirabilis Agathangelus, de quo etiam deinceps dicetur apertiùs.

pro Chriſto occiduntur.

34 Diocletianus autem cùm paullò pòſt eſſet magni Clementis recordatus, eum rurſus producit, & primùm quidem, tamquàm abductus pœnitentiâ, priorem illam abieciſſet inſaniam, ipſum & laudibus ſenſim aggrediebatur, & eâ ratione conabatur potiùs ſuperare generoſum illum & excelſum animum. Deinde cùm vidiſſet rem ſibi eſſe cum homine cordato, & qui non magis poſſet animi fortitudine malorum ferre impetus, quàm prudentiâ blandis verbis & diſertis non ſuccumbere; abiectâ ſtatim perſonâ & fictâ illâ manſuetudine, repentè apparuit id quod erat: & rurſus aliquod nouum excogitauit ſupplicium, quodam Amphione, qui inter ſuos primum locum obtinebat, ad hoc maximè incitante. Erat autem hoc ſupplicium, vt ſic & à tantâ multitudine diſtenderetur Martyr, vt ipſæ quoque membrorum diſſoluerentur compages, lictores autem quatuor circumſiſtentes, exiccatis boum neruis eum diu crudeliter verberarent.

Clemens verberatur neruis boum:

35 Poſtquàm verò ille quoque fortiter huic reſtitit ſupplicio, & perinde ac ſi alius pateretur, ipſe impatibilis manſit & immobilis; Scio, inquit Diocletianus, ô Clemens, te eſſe animo valdè contentioſo, corpus autem illi poſſe inſeruire. Sed ipſe ne ſic quidem rurſus cedam, ſed etiam ferreis te aggrediar vngulis: es enim tu fortè ferreus & torpidus, & nullo ferè ſenſu præditus; vt videam an te fortè his excitauerim, quem ſomnus tam profundus inuaſit. Martyr autem, Rectè quidem ait, dixiſti, ô Imperator. Dormio enim veluti quemdam dulcem ſomnum, me meo Chriſto ad labores pro eo ſuſcipiendos futurorum ſpe ſopiente: rurſus verò efficiente, vt ſim ſobrius & vigilans, quando eum prædicare oportet, & liberè loqui pro eius confeſſione. Hæc ille dixit: & Imperator quidem ſtatim iubet lictores deſiſtere à verberibus; ſublimem autem eum in lignum tollere, & eum ferreis carpere vngulis, donec ei carnes omnino conſumptæ eſſent, ſanguis autem exinanitus, & ſola oſſa relinquerentur. Cùm itaque rurſus lictores ad id magnam adhiberent diligentiam, vt qui etiam ab occulto lictore atque adeò carnifice ad ea incitarentur; Martyr quidem primùm ſeipſum attendens, deinde etiam ad tyrannum adſpiciens, Non eſt, inquit, meum corpus id quod adeſt, quo ego quidem ſum indutus, tu autem id nunc ô Imperator laceras. Neque enim omnino dolore afficior, quomodò me oporteret, dum laceror: ſed quod mihi quidem datum fuerat à naturâ paullatim præcedentibus priùs conſumptum eſt ſuppliciis, & nec parua quidem eius pars mihi eſt relicta: carne autem, quæ nunc ad oſſa mea accurrit, & membrorum continet compagem, veluti quodam indumento meus me Chriſtus induit, propter quem priori me exui, eâque nunc erasâ, me rurſus induet aliâ. Neque enim lutum defuerit figulo. Cùm is ergo hæc & his plura dixiſſet, ceſſauit. Diocletianus autem iuſſit ei ignis faces adhiberi. Ei autem illa quoque erant voluptati, vt quæ eſſent tamquàm lux, quæ vim ignis non haberet.

diſcerpitur vngulis ferreis:

facibus vſtulatur.

a *Graca Acta*, Paulo.

CAPVT VII.

In itinere Nicomedienſi, ac præſertim Rhodi, geſta.

36 OBſtupuit de cetero Imperator, & conuerſus ad eos, qui circumſiſtebant; Ego multos quidem punij, inquit, ex miſeris Chriſtianis, & multos etiam mortè affeci: ſed nondum vidi virum tam magno & excelſo animo præditum, ſed neque cuiuſquã corpus adeò validum & robuſtum, & cui mortem afferre eſſet difficilius. Eum ergo trãſmittam Nicomediã, Maximiano, vt eſt veriſimile, prodigium futurum incredibile. Neque enim exiſtimo eum vnquam incidiſſe in virum tam firmi & tam conſtantis animi. Hæc cùm mirabundus dixiſſet iis qui aderant, decernit vt Clemens vinctus trans mare mitteretur Nicomediam, examinandus à Maximiano, de eo ſcribens, & quæ priùs à Domitiano, & quæ à ſe rurſus paſſus ſit, quæ opinionem & humanam omnem naturam ſuperant: & hoc præterea ſignificans, quòd ſi eum quidem, quod eſt planè deſperandum, vincere & in aliam potuerit traducere ſententiam, eum rurſus remittat, rem illi gratam futuram, vt argumentum illius maximè prudentię & ingenij ſolertiæ: ſi minus, eum tradat beſtiis, vel etiam acerbis aliis ſuppliciis ei vitam adimat, Ne ſi ampliùs, inquit, ſit ſuperſtes, & Chriſtianos & Græcos magnis afficiat incommodis, hos quidem corrumpens & attrahens, Chriſtianos autem efficiens difficiles ad tranſmouendum, eoſque muniens & confirmans.

Auctore Simeone Metaphraſte.

Eius conſtantiam mirante Diocletiano,

mittitur ad Maximianum.

37 Româ ergo Sanctus eſt eductus, multis quidem eum deducentibus, multis autem lacrymis quoque proſequentibus, quibus conſolabantur ſuam ab eo ſeparationem. Quis enim oratione perſequi potuerit ea, quæ tunc dicebant quidem fideles, & quæ rurſus propter ipſum fecerint? Nam alij quidem pedes tangebant, & manus amplectebantur; alij verò collum complectentes deoſculabantur, & propter ſeparationem amaras effundebant lacrymas: alij ſe eius ſanguine inungebant, vulnera contrectabant, à veſtibus auelli non poterant; Vir præclarus & fortis, ſtrenuus decertator, qui ferro, dicentes, eſt validior. Qui ipſum autem abducebant, fracti fletibus, & ipſi quoque affecti animis, conſtiterunt diu, cedentes animorum perturbationi & ſpectaculo miſerabili. Cùm verò iam tempus vocaret, vt Martyr nauem aſcenderet, vi & vix tãdem auulſus ab iis qui ipſum continebant, & tamquàm membrum commune abruptus ab omnibus, ciuitati ea quæ par erat, & ſibi precatus, nauem aſcendit, & cœpit nauigare. Sed quid ſapiens gubernator vniuerſorum Deus in naue ſuo prouidet conſilio?

Dolent eius diſceſſu Romani Chriſtiani.

38 Is qui priùs ſolus martyrium effugerat ex iis, qui ſub Clemente crediderant in carcere, de quo paullò antè ſumus nos eſſe dicturos polliciti, cùm eſſet Romanus quidem genere, Agathangelus autem nomine, hic vnà nauigat cum Martyre. Cùm enim peruenisſet ad nauem in quâ erat Româ enauigaturus, & cum nautis pauca eſſet locutus, eis facilè perſuadet, cumque ſenſim conſcendiſſet, in aliquâ eius parte deliteſcebat. Deus autem fuit, qui & nauem ostendit Agathangelo, & effecit vt eſſent ei nautæ faciles, & citò fuerint ab eo perſuaſi. Poſtquàm autẽ iam Martyr quoque adfuit ipſe cum militibus, & nauem ſunt ingreſſi, diſtabant à terrâ circà ducenta ſtadia, videns Agathangelus milites quidem & inter ſe & circa nauem eſſe occupatos, ſolum verò ſacrum Clementem ſeorſum Deum orare, à nemine viſus nec animaduerſus prope eum accedit: cumque eius pedes prehendiſſet, ei in memoriam reuocat eius, quæ in cuſtodiâ facta eſt, confeſſionis & dati baptiſmatis. Deinde etiam narrat, quomodò è cæde effugerit, & quemadmodùm priùs ſciuerit nauigium, & quemadmodùm ſit ingreſſus, & quemadmodùm in eo delitue-

Agathangelus cum eo proficiſcitur.

rit.

39 Martyr autem (quomodò enim par eſt eum fuiſſe affectum, cùm agnouit Agathangelum? erat enim primus ex iis, qui tunc ab eo fuêre baptizati) ſalutabat, amplectebatur, benignè eum alloquebatur, apertè præ ſe ferebat, ſe viſcera habere refecta gaudio. Deinde etiam cœpit precari vehementiùs, partim quidem gratias agens pro Agathangelo, & verba quæ animi lætitiam ſignificabant

Gaudet Clemens & pro eo orat.

AVCTORE SIMEONE METAPHRASTE.

cabant offerens; partim autem Deum quoque inuocans, vt illi ferret auxilium, & rogans, vt is eſſet ſibi ſocius confeſſionis; Ago tibi gratias, Domine Ieſu Chriſte, dicens, qui mihi es ſola & vnica conſolatio & auxilium; quòd me neque in terrâ, neque in mari relinquas à tuo deſertum auxilio, ſed me per totam viam defenderis & deduxeris, & meum labore defeſſum animum recreaueris eo quem ſcis modo, eius conſolator effectus. Ecce enim nunc quoque in mari in Agathangelo bono meo fratre mihi es cognitus, qui vel mihi ex ipſo nomine tuum ſpondet auxilium, vt qui Agathangelus, id eſt, bonorum nuntius, & ſit & dicatur. Sed ei quoque concede, ô Rex Chriſte, vt ad finem tuam deducat voluntatem, & glorifica ipſum tuâ confeſſione, vt tu quoque rurſus in ipſo glorificeris.

Ambo aſſiduè precãtes, cibum accipiunt calitus.

40 Ille ergo cum Agathangelo ſic diu noctuque precabatur, cibum quidem non ſumens, nam ne minimum quidem eis cibi vſquam aderat, vt cuius Clemens nullam curam geſſiſſet omnino: viuum autem panem in corde & viuam illam aquam habentes, quibus obſcurè alebantur & potabantur. Diuturnæ ergo illorum, vt videbatur, inediæ miſerti milites motique animo, benigneque & humanè in eos affecti, eos cibis volebant impertiri. Illi autem laudabant quidem bonum militum animum, cibum verò non accipiebant, dicentes ſe eum deſuper à Deo accipere. Quod autem illi dicebant, Deus effectum reddidit, & circa primam noctis cuſtodiam, cæleſte alimentum iuſtis ſuppeditabatur, & pane Angelorum nutriebantur homines.

Rhodum appellunt:

41 Multi verò dies conſumpti ſunt ab eis in nauigando: & cùm Rhodum appuliſſent, alij quidem omnes è naui deſcenderunt ad quærendum commeatum; eis autem, qui relicti fuerant pro cuſtodiâ Sanctorum, inſtabant ipſi vehementer rogantes & orantes, vt liceret eis accedere ad eccleſiam Chriſtianorum, & eſſe intemeratorum participes ſacramentorum. Atque tunc quidem dies celebrabatur Dominicus, & quicumque erant in inſulâ Chriſtiani, pauci autem erant, ad templum concurrebant. Ex his verò cùm quidam accuratè didiciſſet, quomodò ſe haberent res Sanctorum, Antiſtiti Rhodi omnia ſignificat: Epiſcopo nomen erat Photinus. Ille autem nihil ampliùs cunctatus, cùm ſtatim accepiſſet multos ex iis, qui aderant Chriſtianis, venit ad littus, ad quod appulerat nauis, in quâ erant Sancti, & cuſtodes vehementer orauit, vt Martyres ſoluerentur à vinculis, & eis permitteretur venire in eccleſiam.

deducũtur ad eccleſiam.

42 Cùm illi autem ceſſiſſent precibus, cum multis hymnis, quibus Deo aguntur gratiæ, in eccleſiam deducuntur Martyres; & conſequenter ſacro libro propoſito, admirabiliter & prẽter opinionem declarauit vox Euangeliorum illa, quæ & tempus decebant, & Sanctis conueniebant. Quænam autem ea ſunt? Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere. Hoc veluti quamdam diuinam dulcedinem Sanctorum inſtillauit animis, oculoſque ſimul & manus ſtatim ad cælos tollentes, præ gaudio orabant lacrymantes. Ædificatio autem in fide fuit res ea iis qui aderant, omneſque eos intuentes, ipſi quoque apertè emittebant lacrymas.

Matth. 10. 28.

Clemens Miſſa ſacrificium offert.

43 Deinde pius ille & Dei amans Epiſcopus rogabat Clementem ſanctiſſimum, vt ſanctæ oblationis perageret myſteria. Quæ quidem cùm de more ab eo peragerentur, & omnes in contritione cordis, veluti nuda & aperta anima, eis attenderent, vident multi ex iis, qui aderant, quicumque ſcilicet erant digni talia intueri, ſtupendum, ô Domine, & mirabile ſpectaculum; lucis quidem carbonem maximum, in intemeratâ & myſticâ mensâ propoſitum, candidatorum autem multitudinem in aëre ſuperuolantem. Atque illi quidem cùm viſionem ferre non potuiſſent, & humi pronos ſeipſos deieciſſent, iacebant, vt qui eum, qui ex iis procedebat, ſplendorem contrà non poſſent omnino adſpicere. Cùm autem fama breui totam peruaſiſſet ciuitatem,

Apparet lucidus carbo in altari, & Angeli in aëre.

multi etiam ex infidelibus publicè concurrebant; & maximè quicumque aliquos ex filiis, cognatis, vel domeſticis habebant laborantes aliquibus morbis immedicabilibus, frequentes concurrebant, ſecum ægrotos adducentes, & alios quidem ad pedes Martyrũ proiicientes, alios autem ad beatarum manuum contactum adducentes, eos ſtatim videbant à morbis expurgatos. Multorum quoque gentilium curatæ ſunt animæ, & ſanationis ipſorum miraculo deducti ſunt ad veritatem. Hæc milites obſtupefecerunt, & cùm viderent ciuitatis magnum in Clementem deſiderium, & timerent deinde, ne in eos aliquid innouaretur, & Martyr ex eorum manibus effugeret, ei vincula rurſus immittunt, & ad nauem abducunt, illi malè faciendi ſumentes occaſionem ex inſigni eius virtute. Præceſſit autem Agathangelus, & primus nauem aſcendit, vt qui eſſet primus viam iturus martyrij.

Multa per SS. fiunt miracula.

CAPVT VIII.

Tormenta Nicomediæ Sanctis inflicta.

44 CVm eis itaque ventus ſucceſſiſſet ſecundus, Ægeum mare tranſmittunt: & cùm appuliſſent Nicomediam, deducuntur ſtatim ad Maximianum. Ille autem cùm accepiſſet litteras Imperatoris, & multa quidem etiam ab ipſis didiciſſet, ea verò vidiſſet congruere litteris, nempe aſpectum, qui quam profitebatur virtutem conſeruaret, faciem liberalem, morum libertatem; nihil ſeruile, humile, & abiectum, neque quod facilè poſſit in aliam traduci ſententiam; hæc cùm vidiſſet Maximianus, vt qui in iudicandis illis multùm valeret, ſibi ſtatim interdicit eius examinationem, & quaſdam bellicas cauſſatus occupationes, Præfecto Vrbis Agrippino committit Clementis cognitionem. Ille verò cùm eum ſtatim ſiſti curaſſet, hoc ante alia interrogat, an ipſe eſſet ille Clemens, qui vulgò ita iactabatur. Cùm is autem ſe eſſe reſpondiſſet, & Chriſti ſeruum præterea adieciſſet; irâ motus Agrippinus, iuſſit militibus, vt ei in facie colaphum impingerent, dictitantes, ſe ſeruum Imperatorum, non autem Chriſti, vocaret. Martyr autem, Vtinã, inquit, & domini & Imperatores veſtri, vocati eſſent Chriſti ſerui, & aliæ quoque omnes gentes eis ſeruirent & parerent, & non eis potiùs improbè imperaret impietas, & ſtultè nos vincere contenderent!

Nicomediæ ſiſtuntur præſidi Agrippino:

caditur colaphis Clemens:

45 Hæc cùm veluti flamma quædam incidiſſent in animum Agrippini, magis accenderunt fornacem inſaniæ, & Clementi quidem nihil reſpondit, vt qui oſtenderet conceptam in eum iram eſſe maiorem, quàm vt minis eam ſignificaret. Ad Agathangelum autem adſpiciens, Tu verò quis es? inquit. Neque enim contineris in litteris Diocletiani. Ille autem cùm viſum ſuum diuiſiſſet, & ſimul in cælum & ad Clementem ſuſtuliſſet oculos, (vtrimque enim ad ſe venturum ſperabat auxilium) Ego quoque, inquit, ſum Chriſtianus, per ſeruum Chriſti Clementem hanc beatam nactus appellationem. Tunc Agrippinus iubet Clementem quidem in altum ſublatum cædi ac mutilari; Agathangelum autem boum neruis à lictoribus crudeliſſimè verberari. Quoniam verò magnus Clemens eiuſmodi tormentum tam magno & excelſo animo ferebat, & tantum aberat, vt plagarum vel modicam vllam duceret rationem, vt pro ſe & pro Agathangelo aſſiduè oraret; Præfectus hæc parua eſſe arbitratus, & quæ animum non attingerent, in quo hoc adeò fixum & firmum inſederat, ne ad contrariam traduceretur ſententiam; vtrumque quidem relaxauit à caſtigatione, & tradidit in cuſtodiam: ſequenti autem die iubet theatrum parari & beſtias, & numero multas, & genere diuerſas, & crudelitate inſignes.

ambo torquentur:

46 Atque Sancti quidem relicti in carcere, vehementiùs & intenſiùs vigilantes, vacabant orationi: Angeli autem ad eos deſuper aduolantes, præparabant & confirmabant ad martyrium. Quicumque verò alij propter

recreantur ab Angelis:

concaptiuos conuertunt:

pter alias etiam cauſſas habitabant in carcere, cùm eorum intenſam vidiſſent orationem, & deinde etiam ſenſiſſent aduentum Angelorum, & illâ admirabili obſtupefacti eſſent conſolatione, diuino quodam ardore eorum incitatis animis, procidunt ad pedes Sanctorum, & rogant vt ipſi quoque veniant ad Chriſti cognitionem, & ne reputentur indigni, qui illum confiteantur. Illi autem cum eis ad mediam vſque noctem diſſerentes, ſuadentes, admonentes, docentes, non priùs deſtiterunt, quàm eos in verâ fide inſtituerint; & diuino baptiſmo obſignauerint. Deinde cùm magnus Clemens ſolâ oratione eis carceris totam aperuiſſet ianuam, illos quidem lætus lætos dimiſit: ipſe autem ſolus cum Agathangelo manſit in cuſtodiâ.

ſui precatione carcerem aperit Clemens.

Obiiciuntur feris, illaſi.

47 Hoc Agrippinum valdè magno ciet furore, & cùm eos deduxiſſet in theatrum, & ipſe priùs more leonis in Sanctos rugiiſſet, deinde in eos quoque leones & multas alias beſtias iubet immitti. Illi autem immiſſi, nihil quidem mali Sanctis omnino faciebant: ſed blandis potiùs & benignis eos intuebantur oculis, & nunc quidem eorum pedes hilariter lingebant; nunc autem in eos etiam placidè inſiliebant, non diſſimiliter facientes iis, quæ canes ſæpè faciunt ſuis dominis, qui poſt longum tempus redeunt. Atque Sanctis quidem beſtiæ nihil mali faciebant: Agrippini verò animum valdè percellebant, qui erat de totâ re mirandum in modum perplexus & animi dubius, &, vt dicitur, ea aggrederetur, quæ non poſſent effici: quamquàm erroris tenebræ vſque adeò craſſæ eum detinebant, vt nec, cùm ea quidem vidiſſet, intelligeret, nec beſtiarum ſaltem reuereretur illam ſupra naturam naturæ mutationem. Sanctis autem ea res fuit cauſſa Deum glorificandi, & orantes dicebant: Gloria tibi Chriſte, quòd feræ quoque ſint nos admirabiliter & præter opinionem reueritæ, & confirmaſti quæ dicta ſunt per tuum Danielem prophetam. Ecce enim & leones & multæ inanes feræ in nos ſunt immiſſæ, ſed tu omnino fuiſti nobiſcum, qui es etiam Deus Danielis:

Dan. 6. & 14.

Subulis ignitis, iis brachia terebrantur;

48 Deinde verè agreſtis Agrippinus, cùm nihil, vt priùs diximus, eſſet mutatus; ſed eius, quod admirabiliter feciſſent beſtiæ, & præter opinionem, earum manſuetudinem dixiſſet eſſe cauſſam, iubet ſubulas valdè candentes eis per medios vtriuſque manus digitos, ad ipſas vſque vlnas infigi. Atque illæ quidem, vt ille iuſſerat, athletis adactæ, theatro acerbum præbuêre ſpectaculum, vt multi ne liberè quidem intueri poſſent, ſed propter triſtitiam eius, quod cernebatur, humanis & clementibus conniuerent oculis, effecêre. Cùm primùm enim ferrum carnes attigiſſet, illæ quidem veluti quemdam primùm grauem ſibilum emiſêre; deinde purpurea quædam pinguedo illinc deſcendens cum ſanguine, videbatur vim ignis extinguere, nidoreq; & fumo implebat aërem. Atque illi quidem, qui aderant, eius quod fiebat ægrè ferentes acerbitatem, & animi perturbationem apertè oſtendebant, & vt viri dimitterentur, clamabant. Agrippinus autem magis accenſus, & propter furorem impos mentis, iubet alias ſubulas, & ipſas quoque vehementer accenſas, ſub eorum axillis vſque ad humeros transfigi: quod quidem eis quoque magis auxit dolorem, & eis ſenſum longè immiſit acriorem.

deinde axilla:

orto tumultu, ſecedunt in montem:

49 Populus itaque non ferens tam inhumanum ſpectaculum, ſed partim quidem grauiter ferens magiſtratus ſæuitiam, partim autem iudicans admirabile id quod factum fuerat, quemadmodùm Martyres tantis reſtiterint inſultibus, & non vnà cum eis protinus quoque animas emiſerint, iecerunt quidem vndique lapides in Magiſtratum; Magnus autem eſt Deus Chriſtianorum, voce quàm potuerunt clariſſimâ clamauerunt. Cùm magnus itaque, vt eſt conſentaneum, exortus eſſet tumultus, & Præfectus ſuæ ſaluti fugâ conſuluiſſet, liberè & ſecurè Martyres in montem Pyramida aſcenderunt, in quo & ſacrificia fiebant à gentilibus, & deorum apud eos inſignium occultabantur ſimulacra.

50 Sed ne ſic quidem iraſci deſiit Agrippinus: ſed cùm per ſuos ſatellites eos multos dies diligenter quæſiiſſet, vix tandem inuenit Sanctos: & cùm ſequenti die iuſſiſſet per præconem conuenire in montem omnes qui erant initiati diis & dæmonibus, ipſe quoque in eo præſidet in alto tribunali: & cùm Sanctos in medium produxiſſet; Cur, inquit, veſtris præſtigiis & incantationibus in populo ſeditionem excitaſtis, vt manus autem in nos tollerent, & ad deos negandos & maledictis inſectandos procederent, perſuaſiſtis? Martyres verò, A nobis quidem, dixerunt, ô Præfecte, nihil factum eſt, quo moueretur & ad ſeditionem concitaretur populus: ſed vel nobis ſilentibus verus eis ex ipsâ veritate cognitus eſt Dominus, & cum magnâ, vt ipſe noſti, voce viuum ſolum Deum prædicauerunt. Tu autem ſi aliquod rurſus nobis velis propter ipſum inferre ſupplicium, infer, non differens; poteſt enim is ab eo quoque nos liberare, & à veſtris manibus eripere.

AVCTORE SIMEONE METAPHRASTE.

ibi reperiis.

51 Sic à Martyrum animâ & ſententiâ turpiter victus Agrippinus, corpora ſaltem ſtudebat ſuperare: cumque eos extendiſſet in petrâ, quæ erat ſuper verticem montis, & craſſiſſimis lignis oſſa eorum confregiſſet, & carnes, proh dolor, conſcidiſſet, deinde iniicit in ſaccos, & eis maximis alligatis lapidibus, per latera montis deiicit vehementiſſimè. Atque eorum quidem, qui aderant, nullus erat cui non eſſet perſuaſum, ſtatim morituros Martyres, illo vehementiſſimo impetu diſcerptos & diſtractos. Illi autem cùm ferrentur tam celeriter, ne ad extremum quidem montis lateris conſtiterunt: ſed cùm ab ipſo quoque litore decidiſſent, dilapſi ſunt in profundum maris.

diu fuſtibus caſi, ſaccis inſuti è monte deuoluuntur in mare;

incolumes emerguntur, ope Angelicâ.

52 Illic itaque ſtabant ex piis aliquot ad Martyrum venandas reliquias, vt ſi ex eis aliquid à mari eiiceretur, id tollerent. Cùm illic ergo ſatis diu permanſiſſent, vident ſaccos è profundo redditos, & ſenſim aquis ſupernatantes. Cùm ergo nauem aſcendiſſent, & prope ſaccos fuiſſent, viuentes (ô tua Chriſte Rex potentia!) Martyres ſuſcipiunt, ne paruum quidem illarum plagarum veſtigium adhuc in ſe habentes. Mediâ autem nocte magna quoque lux Sanctos è cœlo circumfulſit; & Angeli apertè manum eis præbuêre, & cùm in terram eduxiſſent, eos cæleſti alimento impertierunt, & malis aſſiduis deiectam eorum virtutem recrearunt.

2. cæcos, torpidum, paralyticum attactu ſanant.

53 Deinde cùm ſic Sancti in mediam acceſſiſſent ciuitatem, & aliis Sanctis Dei narrabant magnalia, & ipſi manus in cælos extollentes, ei gratias egerunt vehementiùs. Eorum autem in ciuitatem aduentus acceſſio in tranſitu, fuerunt duo quidam cæci, ſtantes in quadam porticu, & alius, cui erant manus torpefactæ, & alius rurſus, cui corpus laborabat paralyſi, qui ex beatarum illarum manuum ſolo contactu, ſine labore & mercede inuenerunt curationem. Multi quoque alij, qui variis morbis laborabant, cùm ad eum confluxiſſent, eamdem quam illi fidem afferentes, eamdem quoque conſecuti fuêre curationem.

CAPVT IX.

Ancyræ rurſus tolerata tormenta. pueri, eius alumni, Martyres.

54 CVm ergo hęc quoque didiciſſet Præfectus, & ipsâ cognouiſſet experiêtiâ, ſe non modò nihil proficere dum puniret Martyres, ſed ſuam potiùs lædere religionem, vt qui multos videret ex gentilibus, iis quæ præter opinionem ab ipſis fiebant miraculis, transfugere ad pietatem; non audet quidem ipſe ampliùs certamen ſuſcipere, ſed de eis ad Maximianum refert Imperatorem, qui procul à Nicomediâ cum toto verſabatur exercitu: cumque alia ſingulatim retuliſſet, & quòd orti quidem eſſent in regione Galatarum, patriâ autem Ancyranorum; cùm eas accepiſſet Maximianus, & legiſſet ea quæ

Remittuntur Ancyram:

AVCTORE SIMEONE METAPHRASTE.

quæ continebantur, cùm veretur rursus examinare, hoc prætextu rem volens euitare. Nam cùm eos Ancytæ esse ortos litteræ significarent, illuc Sanctos ad quemdam Ducem transmittit, nomine Curicium, dicens: Æquum est, vt quæ genuit, eos & habeat, & alat, & puniat.

55 Tantùm solertiâ & sapientiâ & excogitandi facilitate valet Dei prouidentia; & in rebus dubiis exitum tam facilè inuenit, & Clemens, qui tantum terræ & maris obierat, & tamdiu fuerat peregrinatus, in carissimam & iucundissimam, sicut optabat, patriam reuertitur. Quam cùm læto & alacri animo esset ingressus, *sistuntur Curicio Duci.* Gloria tibi Domine Iesu Christe Deus, dicebat, quòd meas preces exaudieris, patriæque & meorum maiorum sepulcris me cum pulcrâ reddideris accessione, cum socio, inquam, certaminis Agathangelo: vt vbi natus sum, illic etiam decedam. Deinde ad Curicium præsidentem in quodam loco, qui vocabatur Cryptos, id est, occultus, vbi etiam parua quædam ædificata fuerat ecclesia, viri sistuntur egregij. Ille autem conans eos inducere, & ad se pellicere ingenij acumine & solertiâ, eos ita est allocutus statim in principio:

56 Cùm accuratè, ô viri, de vobis didicerim, & quantum terræ obieritis, & quot, & quanta subieritis pericula, & quot mortis genera vobis intenta effugeritis, ipse quoque animo afficior, & vel eorum solâ frangor auditione, & efficior vobis quodammodò socius calamitatum: & ideò illa magistratus deposità seueritate, tam benignè vobiscum & placidè colloquor. Videris enim mihi omnino, ô Clemens maxime & admirabilis, eò quòd ex hac præstantissimâ natus sis ciuitate, in eâque creueris & doctus sis & educatus, eâ de caussâ ne pius quidem in deos in aliâ videri voluisse ciuitate, nisi priùs in tuam rediisses patriam, pro aliâ, vt videtur, remuneratione hoc illi reseruans. Sunt ergo nunc à te ciuitati & nobis agendæ gratiæ. Te autem consequatur præclarus quoque Agathangelus. Nolite ergo differre, sed diis de more sacrificate. Sancti verò, Quomodò, dixerunt, fueris nobis socius afflictionum, quibus sunt voluptati afflictiones? Lætamur enim his perpessionibus, & eò magis, quòd non talia pati, perpessionem esse ducimus & calamitatem; sicut etiam perpetuam rursus beatitudinem, si in præsenti Christi fide & in hac consummemur confessione. Quòd si oportet nos esse inter nos socios calamitatum, oportet nos vestrorum malorum potiùs misereri, qui verum Deum ignorantes, nullo sensu præditis (proh dolor!) simulacris & surdis miserè estis dediti.

blanditiis tentantur:

diré cruciantur, galeâ ignitâ &c.

57 His grauiter efferatus Curicius, Quoniam, inquit, vt videtur, malarum estis partium, &, vt videtur, lætamini dum cruciamini; ego quæ sunt vobis cordi, præbebo liberaliter & magnificè. Cùm itaque statim ferrum vehementer accendisset, vt etiam ignis scintillas vndequaque emitteret, eum subiicit axillis magni Clementis: & deinde cùm lateribus vlnas fortiter alligasset, vt dolorem sentiret acerbiorem, lignum magnitudine ei æquale figit in terram: & Clementem quidem iubet rectum in eo alligari: cùm Agathangelum autem sublimem sustulisset, & lictores circa eum omni ex parte statuisset, eorum latera & tibias simul cædebat. Interim autem eos veluti subsannans, interrogabat an sentirent supplicia. Cui magnus Clemens illud Pauli in tempore respondit: Quantùm externus homo noster corrumpitur, dicens, tantùm internus renouatur. Dux itaque summam illius tolerantiam contendens rursus summis superare suppliciis, ferream quoque galeam, cùm eam quantùm potuisset accendisset, ferens posuit supra caput Martyris: & statim fumus quidem mittebatur per os, per nares, per aures. Cùm ille autem profundè ingemuisset, & Deum inuocasset, O aqua, inquiens, viua, imber nostræ salutis, ipse, inquit, tuum instilla mihi rorem. Nos quidem priùs ex aquâ eduxisti, & nunc ex igne educ in refrigerium. Hæc dixit, & paullatim frigida euasit illa machina, & defessi sunt, qui ipsum cædebant Agathangelum. Quod quidem cùm Dux vidisset, eum inuasit tremor & admiratio; & statim iussit Sanctos abduci in carcerem, inopiam consilij tegens prætextu misericordiæ.

2. Cor. 4. 16.

58 Sapiens autem Sophia, quæ, vt diximus, eius erat & mater & institutrix, & bono Clementi effecta erat omnia, cùm post longum tempus eum vidisset sic rediisse cum ornatu confessionis, & splendidâ stolâ martyrij, & rursus in patriâ euasisse clariorem accessione periculorum, habebat cor plenum lætitiâ, & sperabat se mox visuram coronas, quæ desuper mitterentur. Noctu autem veniens in carcerem, complexa Clementem, & præ gaudio in eum emittens lacrymas, os, manus, lacrymas, & omnia denique illius membra germanè & suauiter deosculabatur. Deinde quomodò illinc naugauerit, quibusnam traditus fuerit, & quænam interim sustinuerit, & quemadmodùm tanto tempore decertauerit, & quisnam sit, qui cum eo sub hoc Duce decertauerit, & cum eo rursus est inclusus, singula apertè interrogauit. Postquàm verò magnus Clemens singulatim omnia, quomodò se haberent, exposuit, cùm eorum abstersisset sanguinem, & mundis linteis mundasset vulnera, eis apponit alimenta, quibus sciebat Clementem nutriri ab ineunte ætate.

à Sophiâ visitantur, & cibo recreantur.

59 Cùm interim autem considerasset Curicius, quòd nihil ab eo posset eiusmodi excogitari ad supplicium, vt virorum tantam superaret tolerantiam, Vicario cuidam, cui tunc Amesenorum data erat administratio (erat autem ei nomen Domitius) de eis mandat cognitionem. Cùm verò ad eum deducerentur Martyres, quæ filiorum aut Martyrum potiùs amore tenebatur, ab eis abesse non potuit, sed prompto & alacri animo sequebatur cum iis, qui ab eâ alebantur, pueris; quos quidem, vt priùs diximus, ei Clemens adsciuerat.

mittuntur Amisum:

60 Cùm autem ad Maximianum statim esset relatum de pueris, iubet vt, si voluerint quidem discedere à Clemente, eis permittat domum redire: sin verò ab eo non facilè recedant, vt eos morti dedat. Cùm hæc ergo in pueros lata esset sententia, eos apprehendentes milites, conabantur eos per vim auellere à Martyre. Cùm ab eo autem disiungi non sustinerent, ipsos se humi deiicientes, & ambabus manibus pedes illius amplectentes, non priùs dimiserũt, quàm vnusquisque eorum ense vitæ finem acceperit, cùm constantiam & prudentiam supra ætatem ostendissent, & apertè monstrassent, perfectum hoc donum descendisse desuper à patre luminum, boni animi & instituti munificentissimam remunerationem. Atque locus quidem, cui puerorum corpora forte obtigerunt, appellabatur Campus. Pia autem Sophia, propter summam suam in eos beneuolentiam, gerebat etiam curam mortuorum corporum, nec se dignum esse existimabat, si ea humi videret iacentia; sed vel inuita à magno Clemente disiuncta est & diuino Agathangelo, cùm eis priùs vale fecisset, & dixisset quòd si Deus daret, ad eos rursus rediret. Quamobrem cùm illa puerorum corpora manibus sanctis sanctè humo texisset, illa quidem læta domum est reuersa.

Pueri eum sequentes, occidũtur.

Sepeliuntur à Sophiâ.

CAPVT. X.

Cruciatus Amisi illati. SS. Phengontis & Eucarpi martyrium.

61 MArtyres verò cùm ad Amesenorum peruenissent ciuitatem, & genua in terram aliquamdiu inclinant, & cùm vt Deus eis rursus adesset ad auxilium, cum calidis inuocassent lacrymis, à militibus adducuntur ad Domitium. Sed ille cùm esset occupatus in examinandis aliis Christianis, eos in diem sequentem reseruat certis tribunalibus & suppliciis, dicens non esse honestum, vt de eis cognitionem aliis adiungeret. Ad eum ergo adducuntur die sequenti cum generoso & excelso animo, & qui erat expers omnis timoris; qui tantùm abest,

Clemens & Agathangelus Domitio Vicario exhibentur.

abeſt, vt ſi quid graue paterentur, cederent & pietatem proderent, vt etiam ipſum Iudicem magnus Clemens conatus ſit in ſuam traducere ſententiam, docens de bonis futuris & de vitâ immortali, quæ expectant qui pati propter Chriſtum conſtituerunt; Propter quem nos quoque, præſentiâ, dicebat, ſupplicia lubenter ſuſtinemus. Et adhuc his plures afficiens admonitiones, & eius aures implens doctrinâ iucundiſſimâ, adeò vt ipſe quoque Agathangelus repletus voluptate, prociderit ad eius pedes, & cùm illinc deinde ſurrexiſſet, eum ſit complexus, & ſuaue illud os ardenter deoſculatus.

62 Sed Domitius, vt eſt in prouerbio, erat aſinus ad lyram in audiendo: & nec pauca quidem intelligebat ex eis, quæ ab eo dicta fuerant, ſed cùm ab errore totus detineretur, arma capit contra Martyres, exiſtimans fore, vt eos à pietate traduceret. Certè & eos à ſe inuicem ſeparat, vt etiam ſic in eos incideret imbecilliores, & ſingulos ſeorſum ducit ad examinationem. Sed totum euenit contrarium. Nam cùm diſiuncti eſſent corpore, erāt omnino colligati ſpiritu, & reuerentes eas, quæ erant inter ſe inuicem factæ conuentiones & confeſſionem, ſic ſeipſos effecerunt magis generoſi & magis excelſi animi, eam, quæ erat à ſe inuicem, incitationem à ſe contendens vterque accipere.

ab inuicem ſeparantur:

63 Impius ergo ille Iudex, cùm eos ab initio punire ſtatuiſſet, ciſternâ quadam calce impletâ, Sanctos in ipsâ defodit. Deinde cùm propè ſtatuiſſet milites, iuſſit vt eos diligenter ſeruarent: Ne fortè, inquit, Chriſtiani eos noctu ſuffurentur. Et hæc quidem ille ſtultus, & verè ſtulta aggrediens, vt nouit Deus. Quomodò enim fornax, quæ olim tres ſuſcepit pueros, nullo eos dolore nec vllâ affecit moleſtiâ, & vt dicam cum diuinâ ſcripturâ, ne vnum quidem eorum pilum læſit; ita etiam in his factum eſt. Nam cùm horâ ſecundâ iacti eſſent in calcem, toto die (erat autem Paraſceue) ſteterunt nullo malo affecti, Deum laudantes: veſpere verò & lux eis deſuper emicuit, & per totam noctem eos circumfulſit.

mergūtur in calcem viuam:

Dan. 3.

luce cæleſti noctu collustrātur.

64 Miraculum autem fructus quoque eſt conſecutus. Duo enim ex militibus, quibus erat eorum demandata cuſtodia, hunc ſplendorem mirati & hanc alacritatem, & lubenter in calcem inſilierunt, & Chriſtianos ſe eſſe confeſſi ſunt. Cùm verò iam dies appareret, eos eſſe mortuos exiſtimans Vicarius, qui erat impietate mortuus, iubet eorum corpora eiici è ciſternâ. Et cùm acceſſiſſent ij quibus erat eorum commiſſa cuſtodia, vident eos, & milites qui ad eos transfugerant, nihil quidem graue ſuſtinuiſſe; ſed habere diuinam quamdam gratiam in ſuo vultu effloreſcentem, & è facie dulcem quemdam radium emittere. Cùm eos ergo è ciſternâ extraxiſſent, de militibus Vicario renuntiant, (erant autem eorum nomina Phengon & Eucarpus) & illo iubente protinus fuêre crucifixi clarâ quoque ipſi luce confeſſionis habentes oculos illuminatos, & iam remunerationum fruentes præmiis.

Phengon & Eucarpus milites credunt, & crucifigūtur.

Clementi & Agathangelo lora ex tergis ſcinduntur;

65 Clemens verò & Agathangelus adhuc currebant in ſtadio martyrij. Vicarius autem ſtudebat iis quoque vitam præſentem adimere, vt qui nec videret eos perſuaderi bonorum promiſſionibus, nec omnino malorum cedere inſultibus, plures adhuc & præclariores volens eis coronas contexi. Dehinc certè Vicarius iuſſit duo lora exſcindi ex tergis vniuſcuiuſque: deinde autem ipſos quoque verberari virgis toto corpore vehementiſſimè. Illi verò, cùm etiam eis carnes concidirentur, & oſſa contererentur, fortiter tamen & conſtanter ſuſtinebant præſentia, tamquàm ad impatibilem iam traducti naturam, & nullam ſentientes neceſſitatem corporis. Præclarus autem Clemens tales quoque voces ad Deum loquebatur, dicens: Domine Ieſu Chriſte, qui quicquid ſpirat, è luto propriis fabricatus es manibus, & homini neruos & oſſa & aliam conſtruxiſti figuram qui etiam nos ſæpè contritos confirmaſti, & concidentes ſtabiliiſti, afflictoſque & proſtratos erexiſti, ipſe oſſa quoque noſtra nunc contrita erige, & tuâ imple exultatione. Ipſe enim es, ô Rex inuicte, qui in nobis hoc certamen decertas: vt per noſtram imbecillitatem tua apertiùs oſtendatur potentia. Quomodò enim hoc corpus, in quod cadit interitus, tales vicerit perpeſſiones? Ita magnus Clemens cum Deo loquebatur:

deinflagellantur:

AVCTORE SIMEONE METAPHRASTE.

66 Vicarius autem videns eos ſuperare præſentia, ad alium modum proceſſit ſupplicij: & cùm duos ferreos candefeciſſet grabatos: facit vt in altero eorum altet recumbat. Cùm verò multum ignis inferiùs ſubſtrauiſſet, oleum & ignem & picem & ſulphur infundit. Cùm multus ergo, vt eſt conſentaneum, fumus & flamma ſublati eſſent in magnam partem aëris, ij quidem qui circumſiſtebant, quinetiam ipſe quoque cum eis magiſtratus, id quod erat rei & naturæ conſequens, credebant omnes Sanctos eſſe mortuos. Significabat autem iam lictoribus quoque Vicarius, vt rogo extincto, corpora Sanctorum iacerent in fluuium. Eos verò inuaſerat quidem dulcis ſomnus & inexplicabilis; in ſomno autem viſio quoque aceedebat. Viſio verò erat ipſe Agonotheta Chriſtus, qui cum exercitu Angelorum apparuit, & dixit: Nolite timere, ego enim ſum vobiſcum. Illi ergo cùm ab hoc diuino ſomno eſſent expergefacti, communicabant ſibi inuicem viſionem, tamquàm in herbâ molli & odoriferâ, non in mediâ autem flammâ, iacentes.

candentibus grabatis impoſitis dormiūt & à Chriſto animantur.

CAPVT XI.

Ignis cruciamentum Tarſi ſuperatum.

67 CVm eos verò Domitius vidiſſet ita admirabiliter & præter opinionē ignem ſuperauiſſe, nec ſciret deinceps quidnam eis faceret, remittit eos ad Maximianum, qui tunc ex Tarſo reuertebatur Ancyram. Cùm Sancti ergo ſub militibus cū multis quoque aliis Chriſtianis eſſent iter ingreſſi, quoniam & viæ longitudine defeſſa erant corpora, & alioqui via, quâ erant tranſituri, erat admodùm deſerta & planè aquæ expers, ſitis eos vrebat vehementiſſimè. Eâ cùm viderent grauiter premi eos, qui vnà iter ingrediebantur, & mox eſſe defecturos, ad preces cum genibus ipſum cor quoque inclinantes, Domine Ieſu Chriſte Deus noſter, dicebant, qui etiam priùs aquas maris tamquàm murum firmas effeciſti & ſtabiles, & aquam rurſus eduxiſti è petra; ipſe nunc quoque ſuper nos reſpice, reſpice, inquam, Rex: valdè enim ardet noſtra anima, & currimus in ſiti æſtus in loco, qui eſt ſine aquis. Te autem volente, omnino & terra aqua, & rurſus aqua terra fiet. Hæc & dicebant, & calidæ lacrymæ eis fluebant ex oculis. Cùm itaque oraſſent, & protinus in cælum ſuſpexiſſent, purum quoddam & perſpicuum fluentum ex illâ aridâ & incultâ terrâ emittitur. Ex quo cùm bibiſſent, eam quæ eos premebat ſitim ſedarunt.

Remittūtur ad Maximianum:

diuinitus aquam impetrant in viâ:

68 Cùm huius autem rei fama etiam ad eos, qui procul erant remoti, peruaſiſſet, ad ipſos confluebant qui circumcircà habitabant, & magna hominum multitudo, qui multis & variis morbis vexabantur, ad eos adducebatur. Manuum autem ſolus contactus fuit vnicuique morbi medicamentum. Beatiſſimus ergo Clemens (ad ipſum enim ſolum rurſus reuertitur oratio) propter Chriſtum pati adeò ſitiebat, vt nec vitæ quidem ſuæ tempus oraret minui ſuppliciis, ſed eius ſepta extendi perpetuò; Domine, dicens, qui es ſolus Rex ſeculorum, ne me abduxeris in dimidio dierum meorum, his quotidianis defeſſum periculis: ſed præbeas mihi peccatori per totam eam vitam omnia pati pro tuo nomine & tuâ confeſſione, & vel ipſa tibi membra ſacrificare, vt ea rurſus accipiam cum maiori ſplendore. Hæc ſimul ac precatus eſt, viſus eſt ſibi vocem audire ex alto, dicentem: Quæ petiiſti, Clemens, ea nunc tibi data ſunt. Te fortiter gere, & tuas vires confirma, & certaminis curſum cōſtanter confice. Vniuerſum enim quod tibi reſtat vitæ tempus, cum iis, quæ certando iam à te ſunt peracta, numerabitur ad viginti & octo annos martyrij.

infirmos multos ſanant.

Clementi cælitus promittuntur 28. anni martyrij.

69 Sic

AVCTORE SIMEONE METAPHRASTE.

69 Sic ergo egregius Clemens, cùm è cælo accepiſſet certum pignus martyrij, ad Ancyranorum ciuitatem rurſus confidenter procedebat vnà cum Agathangelo. Qui eos autem abducebant milites, audientes Imperatorem adhuc verſari Tarſis oppido Ciliciæ, illuc ad eum Sanctos ducunt. Ille autem cùm eos ſtatim ſiſti curaſſet, & id quod re verâ erat celaſſet, ſimulatâ benignitate, humanè & placidè eos primùm conabatur inducere: Mihi videmini, dicens, ô viri, propterea in hodiernum vſque diem non induxiſſe in animum, vt omnino cederetis, ſed in eos potiùs, ad quos miſſi eſtis, immorigeri fuiſſe & contentioſi, vt ad nos vſque veniretis, & non priùs in alicuius alterius, quàm in ipſius Imperatoris oculis mutaremini. Scit enim ſæpè præſentia Imperatoris animum quoque tranſmutare, & id quod eſt valdè inimicum prouocare ad beneuolentiam. Ecce ergo noſtro adſpectu dignati eſtis in præſentiâ, propediem autem digni quoque noſtrâ cenſebimini beneuolentiâ, ſi priùs deos vt ſeruatores & communes hominum curatores colueritis. Præclari autem viri præclarè admodùm reſpondentes: Quòd ad tuam quidem potentiam, dixerunt, deducti ſumus, ô Imperator, ipſi quoque lætamur: ſed vt qui pro tuo tribunali ſupplicio propter Chriſtum, non aliquo autem alio honore, digni ſimus cenſendi. Sic enim cum magnâ fiduciâ ſiſtemur ad illius terribile, & quod corrumpi minimè poteſt, tribunal: quam vt conſequaris, te quoque rogamus ô Imperator. Ipſe enim eſt, per quem & Reges verè regnant, & tyranni in terrâ dominatum obtinent. Ipſe enim eſt, qui & deſtruit omnem gentem, & Romanorum extollit imperium, & adhuc magis extollet, & per ipſum omnibus dominabitur gentibus. Quod quidem Propheta quoque appellat virgam ferream, Dedit tibi, dicens, gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam fines terræ. Paſces eos in virgâ ferreâ. Porrò autem Imperatores quoque, qui vos ſequentur, excitabit pios & veri Dei cultores. Nam hoc quoque priùs elocutus eſt Spiritus.

Deducuntur Tarſum:

Maximiani blanditias refellunt:

prædicunt futuros Imperatores Chriſtianos: Pſal. 2. 9.

70 His ergo vehementiùs commotus Maximianus, Quoſnam, inquit, ô vos, qui violentâ eſtis morte perituri, legiſtis libros fatidicos, qui hæc fabulantur? Illi autem, Non fatidicos, ſed propheticos potiùs, dixerunt, ô Imperator, in quibus vtique hoc quoque ſcriptum eſt: Exurgere faciet Deus in diebus nouiſſimis Reges pios. Maximianus verò, dum ij hæc dicerent, interrumpens orationem, Quid verò, inquit, non nos ij ſumus, qui in deos tantâ pietate vtimur, vt eos quoque qui eis non parent, vt nunc vos, malis afficiamus grauiſſimis? Quamobrem magnus Clemens, ſilente Agathangelo, Sed ô Imperator, inquit, ſi fuiſſet quidem aliqua mutatio impietatis, ex quo illud prædictum eſt propheticum, ea quæ à te dicta ſunt, aliquam haberent rationem. Cùm autem cultus ſimulacrorum in hodiernum vſque diem abundet in orbe terrarum, clarum eſt, futurum omninò aliud tempus piorum Imperatorum. Cùm ex his irâ, quæ cohiberi non poterat, eſſet incitatus Maximianus, loqui quidem deſiit: fornax verò, Chaldæorum fornace longè maior, Sanctis fuit accenſa. Sed eos quoque in ipſam iniectos, diuina rore perfudit gratia; ſicut illic pueros, ſic hîc conſeruans Martyres. Atque totam quidem noctem & diem eos fornax tenuit: illinc verò audiebatur quidam ſonus feſtum celebrantium, ſuaueque olens & dulcis fumus ex eo ſurſum emittebatur.

iactantur in fornacem, ſed nihil læduntur:

71 Hæc ſignificantur Maximiano. Ille autem, cùm iam flamma extabuiſſet, accedens, videt Sanctos in eâ ſaluos, (ô miraculum!) cùm flamma ne vel ſolum quidem eorum pilum læſiſſet; ſed manus quidem haberent in cælum extenſas, labra verò mouerent ad glorificationem. Quos cùm curaſſet ſtatim ad ſuum tribunal ſiſtendos, Vel in hoc, inquit, mihi ſaltem gratificemini, vt ſignificetis quibuſnam incantationibus igni vim adimitis. Illi autem, Non incantationibus dixerunt, ô Imperator, ſed ſolâ eius, qui dixit, promiſſione: Etiamſi per ignem tranſeas, flamma non te comburet. Hæc ergo rurſus mordebant & malè habebant Imperatorem, & eos iuſſit trahi publicè, & conuelli à lictoribus & extrema perpeti. Sed hæc quoque illi malè ceſſerunt. Nam tunc quoque multi ex infidelibus videntes ſpiritus, qui non poterant redigi in ſeruitutem, & animum, qui deiici & deprimi non poterat, planeque fiduciam ſpirabat & libertatem, & hoc quod eſt maximum, homines qui acerbè trahebantur & conuellebantur, & quid non grauè patiebantur, & non ſolùm non cedebant, ſed euaſerant quodammodò robuſtiores & vegetiores, & pleni erant fiduciâ, & ſuperabant ipſum Imperatorem; hæc videntes, & patriam abiurabant religionem, & eis ſe adiungebant, & ei, qui ab ipſis prædicabatur, Chriſto.

Eſa. 43. 2.

iterum cruciantur:

ſuâ conſtantiâ multos cõuertunt:

72 Cùm itaque conſilij inopiâ eſſet planè ex omni parte implicatus Maximianus, Martyres, ita vt erant, vinctos tradit in cuſtodiam, cùm eos damnaſſet quatuor annos habitare carcerem: Si fortè, inquit, quod intercedit tempus, ſit eorum ſoluturum conſtantiam, promptique & alacris animi hebetaturum vehementiam. Sed ea contrà atque ſperabat euenerunt. Bono enim & tranquillo animo fuerunt intereà, & cùm iam tempus adeſſet præfinitum, perinde ac ſi fuiſſent incluſi heri & nudiuſtertius, acrem & vehementem ſeruabant zelum ad confeſſionem. Deſiderium enim in Chriſtum, & ſpes futurorum, efficiebant vt habitarent carcerem non ſecùs ac magnificas ædes & palatium. Maximianus ergo cùm hæc quoque didiciſſet, ipſe quidem recuſat ampliùs ſuſcipere aduersùs eos certamina: deliberabat autem ad quem eos de cetero tranſmitteret, prætextu quidem, quòd propter inſignem impietatem, ne Imperatoris quidem eſſent digni tribunali; vera autem cauſſa erat, quòd cùm eos inueniſſet omnibus eos inducendi rationibus ſuperiores, & neque induci bonorum promiſſionibus, neque flecti malorum inſultibus, verebatur adhuc manus cum eis conſerere, generoſum, & qui deprimi non poterat, eorum ſpiritum, eius deprimere gloriam & aliquid de magnitudine detrahere exiſtimans.

4. annis detinentur in carcere.

CAPVT XII.

A Præſidibus Sacerdote & Maximo intentata.

73 Ei autem ſic deliberanti, aderant multi quoque alij ſimul magiſtratus & Præſides, qui ex multis conuenerant prouinciis. Inter quos erat etiam *a* Sacerdos, qui erat quidem principatu inſignis, ſed erat longè impietate inſignior, & multos Chriſtianos multis ſæpè & variis ſubiecerat ſuppliciis. Ei mandat Maximianus cognitionem de Martyribus. Cùm autem perſuadendi magnâ vi eſſet præditus, & ad illiciendas hominũ mentes artifex egregius, & alioqui ſtuderet oſtendere, eos qui ipſum præceſſerant, non ex Martyrum animi magnitudine, ſed ex ſuâ potiùs ſimplicitate illis præbuiſſe victoriam, ſedens in tribunali effecit, vt viri illi egregij coram ſe ſiſterentur, & variè cum eis decertare eſt aggreſſus; modò quidem lenitate & pecuniæ promiſſione; modò verò acerbitate & minis rerum malarum; nunc blanditiis, nunc indignatione, & partim quidem aſperarum rerum experientiâ, partim autem iis, quæ præceſſerant, adhibendo medicinam tamquàm ex pœnitentiâ. Ceterùm cùm primùm fecit vt ſiſterentur Martyres, Adeſte, inquit, ad Sacerdotem, quem nullus, inquit, effugit ex Chriſtianis, qui Pontum habitant & Galatiam: ſed multos quidem perſuaſos honoribus affeci & muneribus, & diis, quod quidem eſt maximum, reconciliaui & effeci familiares; multos verò ex iis, qui non paruerunt, ferro & igne conſumpſi, & morti tradidi acerbiſſimæ. Cui quidem vos quoque parentes, ſacrificate, vt pro portione tot malorum, quæ tot annos patimini, vos bonis fruamini.

a

A Sacerdote Præfecto variè tentantur:

74 Ad hæc dixerunt Sancti: Qui nos pro meritis eſt remuneraturus & honoraturus, eſt Chriſtus, qui dona habet

crudeliter caduntur,

habet tam excellentia, vt ne condignæ quidem ſint huius ſeculi paſſiones ad gloriam, quæ eſt in nobis ab ipſo reuelanda. Propter quæ Sacerdos quoque fecit ſimiliter iis qui præceſſerant, & eos iuſſit cædi in humeris, donec eis ipſa oſſa aperirentur. Cùm autem Martyribus præſentia viderentur eſſe leuia, ſpina quoque ſimiliter cædebatur, donec à præſentibus oculis viſa eſt oſſium compoſitio, & tota dimenſa eſt compago vertebrarum. Sacerdos ergo tam miſerè & tam miſerabiliter victus eſt à Martyrum fortitudine. Quocircà quæ illos pati erat veriſimile, ipſe potiùs ſuſtinebat. Nam ij quidem, cùm ille iuſſiſſet, ſuis pedibus redierunt in carcerem. Ille autem cùm ex pudore & ægritudine quòd vinceretur, linqueretur animo, & multis portaretur manibus, turpiter receſſit à tyrannico tribunali. Interim autem dum Sancti irent in carcerem, carnes quæ eis decidebant cum ſanguine, effecerunt vt fideles vndique ad eas colligendas concurrerent, tamquàm ad quemdam theſaurum bonorum. Quas quidem ſtatim cum ipſo puluere tollentes ſitientibus manibus, credebant ſe quamdam benedictionem attrahere & gratiam.

vt etiam carnis fruſta decide-rent:

75 Poſtquàm verò Sacerdos omni metu intentato, adhibitâque omni experientiâ, callidiſque commentis artificiiſque & præſtigiis, nihil potuit efficere, ſed, vt dicitur, in cælum eſt iaculatus, & hæc reſciuit Maximianus, & riſum profudit in Sacerdotem: Hic eſt Sacerdos, inquit, qui decantatur ab omnibus. Maximus ergo quidam, qui ipſe quoque erat Dux, cùm eſſet apud Maximianum, & audiret quæ dicebantur, impletur quodam animi zelo aduerſùs Sanctos, &, Rogo, inquit, ô Imperator, tuam potentiam, vt ij viri mihi quoque tradantur in manus. In maximis enim diis habeo fiduciam, quòd vel eis perſuadebo, vt mutent omnino ſententiam, vel eis malè vitam adimam. Quamobrem cùm annuiſſet Maximianus, octauus ipſe ſuſcipit Martyres, & nouum quid in ipſos machinatur, vt qui interiecto aliquo temporis interuallo cum ipſis colloqueretur, & ſe Sanctis verum & amicum dare fingeret conſilium. Nam eos quidem primùm alloquitur, amicè ſermocinans, & quæ iucunda & grata eſſent, cum eis differens. Deinceps verò aliquot rursus diebus interiectis, eos ad ſermonem conferẽdum vocabat, eoſque admonere & eis conſulere, non autem eis omnino vim afferre, neque eos cogere videbatur.

à Maximo blanditiis ſollicitantur:

76 Cùm verò ſic multum temporis interceſſiſſet, fraus Maximi apertè arguebatur, & aperiebatur cauſſa illius fraudulentæ & ſimulatæ amicitiæ. Nam cùm Sanctos aduocaſſet, Saluete, inquit, ô homines, quos ſimiliter amant dij immortales, & ambos habent loco germanorum filiorum. Sæpè enim mihi & reſponſa dederunt, & in ſomnis apparuerunt, iram in vos reprimentes, nullâ quidem omnino aliâ de cauſsâ, niſi quòd exſpectant veſtram ſponte futuram mutationem, quæ quidem paullò pòſt aderit, vt mihi certè præteritâ nocte magnus inter deos aperuit Dionyſius, vt qui nobis mandauerit, dicens: Adduc viros. Ecce ergo & ara eſt parata, & parata ſunt ſacrificia: accedite, & ſacrificate eorum beneuolentiæ. Ad hæc Sancti reſpõdentes: Falſum, ô Iudex, apertè dixiſti, & minimè probabiliter. Nam quæ interdiu tui tibi dij loquuntur, ea omnino noctu quoque. Quiſnam enim adeſt tibi Dionyſius? Is enim eſt duplex, vt videmus: aut quemnam nominas ex his immortalem? æneúmne, an lapideum? Nam ſi eum dicis, qui conſtat ex lapide, videbis paullò pòſt hunc tibi deum immortalem vel confractum, vel iniectum in ædificium, vel exuſtum & in calcem tranſmutatum. Quòd ſi tecum diſſeruit æneus, is quoque citò pulchrè fundetur in vaſa, quæ deſeruiunt miniſteriis, quomodò vnumquodque eorum vſus exegerit. Cùm hæc Sancti reſpondiſſent, & cognouiſſet Maximus nihil ſibi aliud profuiſſe omnino ſimulationem illam & fictionem, quàm quòd ſuis diis labem & maculam inuſſerit, perſonam deinceps exuens apertè oſtendit Maximum, & id quod erat, protinus apparuit.

irrident eum eiuſq; ſomnia, & deos.

77 Iubet itaque obeliſcos in extremo acutos, vnius pedis magnitudine, ſupernè habentes cuſpides, defigi in terram, & B. Clemẽtem ſupinum acubus impoſitũ, craſſiſſimis lignis verberari vehementiſſimè: Agathãgelo autem in caput infũdi plumbum igneliquefactũ. Cùm ergo iuſſus effectum celeriter accepiſſet, magnanimus quidẽ Clemẽs, & in pectore ſupernè cędebatur, & eius terga infernè obeliſcis trãsfigebãtur. Sed ne ſic quidẽ anima huic Sancto diſcedebat à corpore. Verax enim erat qui fuerat pollicitus, tormenta eum non eſſe ſuperatura, nec vllo ſupplicio vitam eſſe finiturum. Agathangelus verò ipſe quoque ſimiliter admirabilem oſtendit fortitudinem. Maximus itaque hoc præter opinionem miraculo obſtupefactus, cum iis qui circumſtabant, propemodùm ne poterant quidem credere ſuis oculis, adeò inopinatum & quod erat præter rationem videntibus miraculum, per pectus, cor & totum deinceps corpus, acuto ferro transfixum hominem, & præterea ſupernè quoque vehementer verberatum, non ſtatim emiſiſſe animam, ſed viuum adhuc eſſe & ſuperſtitem, & vi illi intolerabili ſanâ mente reſiſtere. Vix ergo tandem eum detrahit ab obeliſcis, non ſecùs ac veſtem vndique dilaceratam, & ſolo ſermone perſuadentem, ſe non eſſe mortuum Martyr ego ad Maximum protinus adſpiciens, Modò, inquit, cognouiſtis, quemadmodùm non ſolùm noſtrum corpus aduerſùs vos decertat, ſed Deum habet, qui per ipſum longè veſtras ſuperat inſidias, qui etiam non ſinit animam euolare è corpore, eam cohibens & continens arcano quodam conſilio, & quæ dici non poteſt prouidentiâ.

Auctore Simeone Metaphraste.

ſtratus ſuper muri-ces ſupinus, verbera-tur Clemens.

Agathan-gelo plum-bum lique-factum in-funditur.

a Sacerdon, Σακίρδων, *in Graco MS. appellatur; dicitur q; fuiſſe Galatia Præfectus.*

CAP. XIII.

Aphrodiſij Perſæ conatus in Sanctos.

Abducun-tur rurſus in carce-rem.

78 CVm animum ergo omnino deſpondiſſet tyrannus, & nullâ ſpe ampliùs teneretur, ſacrum quidem Clementem, qui adhuc portabatur, cum Agathangelo includit in carcere: refert autem ipſe quoque ſingula Maximiano, quænam aduerſùs Martyres excogitauerit, & quemadmodùm inuenerit eos nec blanditiis vinci poſſe, nec tormentis, atque adeò ipſam quoque ab eis ſuperari naturam. Maximianus verò cùm ſimiliter atque ipſe, nullam poſſet excogitare rationem, nedum viros perſuadendi egregios, ſed nec eos quidem interimendi, iubet eos relinqui in carcere, nec vllam eorum omnino curam geri, donec ipſi naturalem mortem ſuſtinuiſſent. Viri autem impij, cùm eorum tam manifeſtam accepiſſent experientiam, (ô amentiam! ô crudelitatem!) ne ſic quidem poterant quieſcere, ſed etiam exſpectabant fore, vt ſic vincerent.

Aphrodiſio Perſa cru-ciandi tra-duntur: a

79 Certè Aphrodiſius quoque nonus luctam aduerſùs ipſos ſuſcipit, genere quidem Perſa, qui multa tormentorum genera ſæpè excogitârat aduerſùs Chriſtianos. Erat autem hoc ſignum euidens, Maximianum eorum magnam habere rationem, & hoc ſciebant omnes, quòd qui eos potuiſſet perſuadere ei eſſet rem facturus gratiſſimam, & pro eo maximam accepturus remunerationem. Hic ergo cùm fortè fuiſſet apud Maximianum, quo tempore de Sanctis ei renuntiabatur; petit in eos ſibi dari poteſtatem, etiamſi, vt eſt in prouerbio, a exuerit Sicyonium. Cùm autem petiiſſet & accepiſſet, domi ſtatim apponit lautam & magnificam cœnam, & eos inuitat ad conuiuium, vt eis labores ſuſtinendo defeſſis, res iucundas præbendo gratificaretur, & eorum ad ſe animum leniter alliceret. b Cùm verò, quæ eis coaluerat, & grata erat, magis amplecterentur abſtinentiam, & adiicerẽt: Nos pane cœleſti veſcimur, quem qui comederit, non ampliùs eſuriet, ſed viuet in æternum, illic enim eſt bonis cœna parata. Contumeliam eſſe ratus Aphrodiſius, & in eos commotus vehementiùs, illos

b *oblatos ab eo cibos reſpuunt:*

AVCTORE SIMEONE METAPHRASTE.

quidem tradit in cuſtodiam, dicens: Veſtra ergo cœna erit mors cum dolore, quam quidem ego cras vobis apponam magnificè.

circùm vrbem raptantur, & lapidantur:

80 Iubet autem poſtridie afferri duos lapides molares; vtrumque verò eorum collo vtriuſque alligari, & ſic eos lapidibus vndique appetitos, trahi per mediam ciuitatem, iis, qui trahebant, hoc eis acclamantibus: Diis parete & Imperatoribus. Qui aliquid decernit præter noſtram patriam religionem, fit obnoxius talibus ſupplicijs. Sed hoc quidem totum faciebat Aphrodiſius, vt vel ingentes frangeret eorum ſpiritus, & efficeret vt cederent, ſe tam turpiter traduci non ferentes; vel in eos incitaret ciuitatem, & communiter concurrentes omnes, ipſos interimerent. Sed qui quæ ſunt profunda & occulta aperit, id euertit, quod is callidè cogitauerat. Nam & Martyres gloriantes potiùs quàm pudore affecti, circumducebantur, ciuitaſque confluens ad ſpectaculum, & videns quàm alacres & læti propter Chriſtum obirent, & quàm poſt tot & tanta ſupplicia valida eſſent eis corpora, maximas illas plagas citò repellentia; eos

multis cõuerſis,

veluti impatibiles exiſtimantes & immortales, illi quoque verum Deum confitebantur, & læti accedebant ad pietatem. Cùm ſic ergo longè fuiſſet inferior Aphrodiſius, hæc Maximiano quoque ſignificantur. Ille autem

damnãtur ad perpetuum carcerem.

cùm ſpem omnem abieciſſet mutationis, vtpote quòd fieri non poſſet, vt à ſuâ ſententiâ traducerentur Martyres, maximè cùm ex eo plures ad eorum traherentur pietatem, ad perpetuum eos condemnat carcerem, vt cùm cuſtodiâ, à quâ nullo tempore egredi liceret, extabuiſſent, ſic è vitâ excederent, Deo hoc eis prouidente, vt oratio Clementis eum, quem ipſe precatus fuerat, finem acciperet, & eſſent eis maiores martyrij remunerationes.

a *Similis, à Sicyone certè ducta vtraque, apud Scottum noſtrum centuriâ* 12. *adagio* 71. *ex Suida paræmia:* Sicyonius in arenam deſcendit. *Neutrius vſum adferunt Paræmiographi.*

b *Hæc in Græco pluribus efferuntur.*

CAPVT XIV.

S. Agathangeli martyrium, Ancyræ.

81 CVm longo ergo tempore ſic morati eſſent in cuſtodiâ, multi alij ex piis, qui martyrium poſt eos inchoauerant, acceperunt ante ipſos conſummationem. Qui autem Clementis & Agathangeli, præclarorum athletarum pietatis, erant à Maximiano carceris conſtituti cuſtodes, defeſſi diuturnâ illâ carceris cuſto-

a

diâ, vix tandem accedunt ad *a* Maximinum, qui tunc ſuſceperat imperium, & rogant ecquid iubeat de iis, quos multis annis tenent vinctos, qui Chriſtianæ ſunt religionis, qui difficiliter moriuntur, vel ſunt potiùs immortales. Sic enim nominabant Beatos, propterea quòd mala ſuſtinuiſſent, quæ ferre non poteſt humana natu-

Mittuntur Ancyram:

ra. Maximinus autẽ cùm priùs ſuos deos multis inſectatus fuiſſet maledictis, quòd non potuiſſent præſentem illis vitam adimere, deinde etiam quæſiuiſſet de ciuitate, in quâ nati & ex quâ profecti fuerant, & cuiuſnam eſſent generis, cùm eos & Galatas eſſe intellexiſſet, & ex ciuitate Ancyranâ, ad Lucium eos mittit Præſidem: is enim tunc ei præerat. Ita cognoſcitur Dominus iudicia faciens, qui Martyres quoque poſt tot & tanta pericula, ei rurſus, quæ eos tulerat, iis quibus ipſe nouit modis, reſtituit. Illi ergo cùm Tarſis egreſſi eſſent, alacri pede confecerunt viam quæ fert in patriam. Cùm primùm au-

dirè conſtringãtur.

tem viderunt Ancyram, ſiſtuntur coram Præſide Lucio. Ille verò cùm nec eis quidem priùs loquendi feciſſet poteſtatem, tunc eos quidem validè includit in ligno, lapide vtrique alligato, ita vt nec ipſi quidem poſſent omnino moueri, nec crura extendere.

82 Sequenti autem die accerſito Agathangelo, Scio, inquit, quòd non propter improbitatem, ſed propter animi facilitatem & morũ ſimplicitatem, deceptus es à tuo familiari Clemente. Quocircà videris multis habere innatum nimium cõtendendi ſtudium. Non eſt autẽ mirũ, ſi mala cõſuetudo, quæ veluti morbus quidam tempore callum obduxit, mutauerit ſententiam. Nam gutta quoque aquæ aſſiduè diſtillans, petram quoque ſcit cauare, vt dicitur. Sed hanc tuam ad morem gerendum facilitatem nobis quoque aliquando concede Agathangele, longè vtiliorem & iuſtiorem, & conuenienter tuo nomini, ſis nobis bonus nuntius, nuntians conuerſionem propriam & pœnitentiam. Ad hæc Agathangelus, Mihi, inquit, hanc conſtantiam nec animi fecit facilitas, nec improbitas. Sed quòd non improbitas quidem, ipſe priùs eſes confeſſus. Quòd autem rurſus nec quibuſlibet facilè pareram, hinc eſt apertum: quomodò enim tam multis reſtitiſſem Præſidibus, atque adeò ipſi etiam Imperatori, qui cùm me & cum Clemente & ſeorſum rurſus accepiſſent, nullam non adhibuêre machinam, ſed & promiſſis ineſcare, & minis perterrere, & ſuppliciis conati ſunt in aliam traducere ſententiam. Neque ergo facilitatem, neque improbitatem, ſed ſapientiam potiùs & animi fortitudinem hæc nomines: ſapientiam quidem, quâ iis quæ intereunt & citò fluunt, præferimus ea quæ ſtant & manent; falſoſque veſtros deos & adulterinos auerſantes, ſolùm vnum Deum & verum attendimus: fortitudinem autem, per quam cum tam multis pro Chriſto colluctamur periculis, & veluti quemdam ſomnum mortem cõtemnimus. Neque eſt ergo Clemens, qui mihi perſuadet; ſed Chriſtus multò priùs, qui me vocauit per Clemẽtem. Neque deceptus ſum, ſed potiùs diſceſſi ab errore: à quo, rogo, vt vos quoque recedatis, vt qui vobis quoque, ſi vultis, ſim nuntius veritatis.

Lucij Præſidis blanditias refellit S. Agathangelus:

83 Hæc cùm dixiſſet Agathangelus, omni de eo ſpe conceptâ Præſes fruſtratus, & ferreas fibulas valdè accenſas in illius aures iniicit, & faces copioſum ignem alentes vtriſque admouet lateribus. Cùm acris itaque dolor hinc ex auribus intrinſecus verſaret cerebrum, fumuſque & tenebræ id implerent, fortiter id ferebat Martyr, Chriſtum confitens, & eum ſolum vocans in auxilium, & clamans: Domine Ieſu Chriſte, ne me priuaueris beato illo fructu bonorum immortalium; ſed des mihi patientiam & tolerantiam, & cùm dignatus me fueris perficere curſum tuæ confeſſionis, cum tuo famulo Clemente me connumeres, & cum omnibus, qui pro glorioſo tuo nomine decertarunt, quoniam defecit virtus mea; anima autem mea in te ſperauit. Hæc ille quidem eſt precatus, Deus autem ex alto hæc perfecit.

dirè affligitur:

necatur 5. Nouemb.

84 Cùm videret Præſes nihil ſibi ſuccedere ex ſententiâ, ſed athletam potiùs effici clariorem, abducto illo in locum, qui Cryptos, id eſt, abditus, appellatur, enſe beatum caput amputat, quinto menſis Nouembris. Atque Martyr quidem, cùm receſſiſſet ab iis, quæ ſunt ad tempus, & à laboribus liberatus fuiſſet & tormentis, fuit in cælis; & qui ſtaret cum Angelis, & cum ſuperis choros duceret, dignus fuit habitus, cùm certaſſet ſub Imperatoribus quidem Diocletiano & Maximiano, ſub magiſtratibus autem Agrippino, Curicio, Domitio, Sacerdote, Maximo, Aphrodiſio & Lucio. Pia autem illa

ſepelitur à Sophiâ.

& Martyrum amantiſſima Sophia, materno amore in Agathangelum quoque accenſa propter magnum Clementem, poſtquàm vidit eum, vt optabat, conſummatum; & ab iis, quas pro ipſo gerebat, curis eſt exoluta, & cum magnâ voluptate tollens illud corpus martyricum, & componens, in loco conſummationis, in quodam ſepulchro profundiſſimo, in ingreſſu templi quod illic eſt, depoſuit.

a *Si non anno vltimo imperij Diocletiani, Chriſti* 304. *occiſi ſunt Sancti, ſed* 309. (*quod in Prolegomenis diſputatum*) *is* Galerij Maximiani *quintus fuit, quem multi Græcorum* Maximinum *vocant.*

CAPVT XV.

Martyrium SS. Clementis, Chriſtophori & Charitonis.

Clemens quotidiè dirè caditur.

85 PRæclarus autem Chriſti athleta Clemens, cùm ſui in certamine ſocij Agathangeli intellexiſſet con-

consummationem, ipse quoque voluptate, quæ minimè potest explicari, repletus, in carcere ita vt erat pronus humi extensus (prohibebat enim ne surgeret, lignum quod habebat in pedibus, & lapis alligatus corpori) emittebat, vt par est, ad Deum voces, quibus agebat gratias. Sed neque in eum euaserat Præses negligentior, sed præter vincula, & quam perpetiebatur ex illis miseriam, iubebat centum & quinquaginta plagas ei in vultu & in capite infligi quotidie. Sic ergo quotidie ex eo fluebant riui sanguinis, vt ipse quoque lapis, qui erat ei alligatus, & totus subiectus locus fieret purpureus. Nocte autem rursus adueniente, & lux circa ipsum veluti eluxit, & Angeli adstiterũt, & eius liberalis cõsecutaest curatio.

noctu curatur ab Angelis.

86 Cùm ipse ergo & lapidem & vincula & nocturnas illas plagas ferret fortiter iam longo tempore, Christianis quidem iam erant festa aduentura Seruatoris nostri Iesu Christi Theophania: pia autem & Dei amans Sophia, quæ vehementi quidem pietatis zelo semper mouebatur, & alioqui ardentiori tunc feruebat spiritu, audet præclarum aggredi facinus & magni animi. Cùm famulorum accepisset multitudinem, & puerorum, qui ab eâ alebantur, masculos & fœminas, ingreditur carcerem, & cùm vinculis soluissent Martyrem, educunt è carcere. Deinde verò cùm Sophia eum veste induisset candidâ, & superhumerale ei imposuisset, & ei in manus tradidisset Euangelium, cum multis lampadibus & suffitibus circumseptum deducebat ad ecclesiam. Cùm ipsa autem vestem quoque induisset candidam, & internam propter egregium Clementem ostenderet animi lætitiam, ei in sinistrâ parte manum subiiciebat, quæ eum sustineret, & ad ingrediẽdum ferret opem Martyri.

Festo Theophaniorum deducitur à Sophiâ ad ecclesiam:

87 Adhuc autem erant in itinere, cùm Clemens, vt qui iam sensisset, Dominum eum ad se vocantem, in cælum sublatâ dexterâ, (alterâ enim tenebat Euangelium) orauit & pro suâ secundùm spiritum matre Sophiâ, & orauit etiam pro Clero & vniuerso grege, & petiit iis, qui ipsum inuocarent, postquàm hinc excessisset, & eum alioqui honorarent & colerent, Domini defensionem & salutem, & quidquid ad eorum petitionem tributum, futurum esset eis vtile: & sic postremò orans, cum Martyrum amante Sophiâ, & iis qui eum deducebant, ingreditur ecclesiam. Atque illi quidem cùm clauibus & vectibus fores muniissent, (timebant enim, ne aliqui ex impiis in eos irruerent) totâ nocte canebant. Postquàm autem dies aduenit salutaris, iucundè & suauiter illucescens eorum, qui digni erant, animis, cùm præclarè admodùm Martyr sacrum celebrasset ministerium, & intemerato & incruento eos qui aderant, impertiisset sacrificio, eis suauis Christi palmes, Clemens, inquam, eis instillauit dulce vinum doctrinæ.

orat pro suis, & se inuocaturis:

Missam celebrat, & concionatur.

88 Cùm autem videret perturbatos & timore affectos, vt qui suspicarentur fore aliquam infidelium incursionem, confirmauit eorum spiritus, & cùm quæ futura erant, eorum subiecisset oculis; Bono, inquit, sitis animo, fratres, non peribit vnus ex vobis. Duo autem quidam, & ego tertius cum eis postremò à vobis excedemus. Deinde extinguetur quidem, quæ sæuit in Christianos, rabies: orietur verò pax in imperio Romanorum: omnisque ciuitas & regio implebitur Christi cognitione: & aperietur quidem omnis ædes sacra, claudentur autem templa gentilium, & fugient, qui in eis adorant; & eo, quo nunc vos, ipsi timore afficientur. Hoc autem tempus propè est, & quidam ex vobis videbunt euersos persecutores.

Prædicit finem persecutionis.

89 Hæc cùm ille tam apertè dissereret iis qui aderant, Christi & Martyrum amantissima Sophia, maximo gaudio & lętitiâ propter Clementem in corde plena, conuocabat viduas & orphanos, panemque & cibum & vinum eis abundè suppeditabat, & pro viribus eos complectebatur. Atque hæc quidem duodecim deinceps dies facta sunt, & eos, qui accedebant, conuiuio liberaliter accepit Sophia, festosque dies celebrabant & hilariter transigebant, & Clementis aduentum honorabant. Cùm autem iam dies adesset præstitutus (erat verò dies Dominicus) à præsenti vitâ athletam euocans, ille quidem diuinum celebrat sacrificium. Postquàm autem perfecta fuerant, quæ consueuerant, & participes fuerunt fideles viuifici corporis & sanguinis, diuinis adhuc donis in sacrâ mensâ propositis, & ad ea Martyre collum habente inclinatum; quidam ex Magistratibus, Alexander nomine, impetu repentè facto cum militibus, iubet vni ex suis amputare sacrum caput Clementis. Deinde etiam intemeratam oblationem (ô tuam Christe Rex patientiam!) deiecerunt in terram, & profanis pedibus profani conculcarunt. Atque sic quidem magnus ille Clemens sacrificans, acceptum pro aliquo alio sacrificium ipse Deo offertur. Eorum autem qui aderant multitudo, alij quidem recesserunt lacrymantes; duo verò soli ex Leuitis, qui etiam intemerato ministrabant sacrificio, vnus quidem Christophorus, alter autem Chariton nomine, vt ipse priùs significauit Beatus, ad diuinam quidem eius mensam beatum ipsi quoque finem acceperunt.

AVCTORE SIMEONE METAPHRASTE.

S. Clemens occiditur,

itemq; Christophorus & Chariton.

90 Fidelis autem Sophia, quæ magno Clementi fuit ex Deo mater & nutrix & institutrix, cùm in aulâ tutissimâ haberet filium repositum, & qui ad supernas transierat coronas, & immobilium illorum bonorum remunerationes, sollicitudinem omnem soluens & mœrorem, & lucernarum accendit multitudinem, multaque perpessum & quod multa vicerat certamina, sui amicissimi mortui tollens corpus, mundis vestibus & linteis inuoluit, & in ipso templo, quod est in loco, qui dicitur Cryptos, præclarum præclarè deponit: vbi etiam priùs deposuerat Agathangelum, vt vni sepulchro crederentur corpora, quorum animas idem cæli susceperit tabernaculum. Prope eos autem, illos etiam sepelit Diaconos, qui cum magno Clemente concertauerant, quo in loco eorum quoque parua ædificata est ædicula. Deinde cùm Clementis assedisset sepulchro, hæc præclara humanitateque & affectione plena verba eloquebatur: Ego quidem vos, ô filij, in Crypto, id est, in abdito, deposui: sed vos omnino Christus in aperto deducet in requiem, propter quem tot & tanta vestrâ sponte pati delegistis, & vobis dignam ædem excitabit, & vestra corpora in eâ reponentur. Porrò autem me quoque iam ad vos vocat senectus, quæ propterea in hodiernum vsque diem est conseruata, vt vobis communem omnino congeram puluerem, quos ne longum quidem tempus martyrij à se inuicem separauit, & me ipsam vobis pulchrum bustum præbeam. Sed orate pro me, ô carissimi, quæ sum mater, & nutrix, & supplex, vt possim sicut hîc, ita etiam illic quoque esse prope vos, & apud Dominum possim quoque paruam aliquam habere fiduciam. Atque illa quidem hæc apud sepulchrum loquebatur, & sensim vnà cum voce etiam effluebant lacrymæ.

Sophia eos sepelit honorificè:

orat vt pro ipsâ precentur.

91 Præclarus autẽ Christi athleta Clemens (nã cũ iis, quæ dicta sunt, pauca quædam adiecero, finiam oratio-nem) perpetuò quidem decertauit sub Imperatoribus Diocletiano & Maximiano: sub magistratibus autem ac Præsidibus Domitiano, Agrippino, Curicio, Domitio, Sacerdote, Maximo, Aphrodisio, Lucio & Alexandro. Finiit verò certamen 23. Ianuarij, adeò vt totum tempus martyrij ei fuerit viginti & octo anni. Quod quidem nos oportet tenere memoriâ vt à nostrâ excitemur socordiâ, & hæc tam prolixa reuereamur certamina, qui nec paruum aliquod momentum temporis aliquid molesti propter Christum tolerare sustineremus: & sic nos comparemus, & tantam suscipiamus confidentiam, vt propter ipsum, si opus fuerit, omnia patiamur, vt ipsi voluntatis subeamus martyrium, & apud Deum fiduciam cum illis consequamur: quam detur nobis omnibus consequi gratiâ & clementiâ Domini nostri Iesu Christi, cum quo Patri simul cum sancto Spiritu gloria, potentia, honor & adoratio, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Quando & quamdiu passus S. Clemẽs.

Sophia Christianos liberaliter excitat 12. diebus.

DE SANCTIS MARTYRIBVS ANCYRANIS

DONATO, CASTVLO, PAPIA, CLIMATIO.

XXIII. IANVAR. *Ancyræ Galatiæ plures ante* S. Clementem *Epiſcopum, cuius iam antè Acta retulimus, eſſe coronatos martyrio pueros, illius alumnos & diſcipulos, in iiſdem Actis dictum eſt. An quatuor hi ex illorum ſint numero, ambigi vel ex eo poteſt, quòd vnus* Climatius, *ſiue* Clematius, *appellatur, ἀπὸ τῦ κλήματος, quod* palmitem *ſignificat; vnde & Κλήμης,* Clemens, *deducitur à Græcis. De iis in MS. Dungalenſi:* Caſtuli... Papiæ, Clemati.... *at* Papiæ *illud non meminit. MS. S. Hieronymi diſtinctiùs:* Ancirâ Galatiæ, Donati, Caſtoli, Papiæ, Climati. *Plures in ſacris faſtis* Caſtuli, Donati, Papiæ, *occurrunt: at nec ſimul, nec vllus Ancyræ;* Climatius, Clematiuſue, *nullus.*

DE DVOBVS SANCTIS MARTYRIBVS

IN PARIO LACV.

XXIII. IANVAR. *Parium vrbs eſt Helleſponti, Plinio memorata lib. 5. cap. 32. & Ptolemæo lib. 5. cap. 2. Iuxta eam an* lacus Parius; *an in* Paro *inſulâ, vnâ Cycladum, an alibi; nos latet. In eum præcipitati Martyres duo, quos ita hoc die Græcorum celebrant Menæa:* τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ οἱ ἅγιοι δύο μάρτυρες οἱ ἐν τῷ Παρίῳ λάκκῳ ἐμβληθέντες, πλεῖνλα.

Ἔνδον βόθρου χωρῦσι μάρτυρες δύο,
Θείου πόθου βάλλοντος ἔξω τὸν φόβον.

Eodem die ſancti duo Martyres, in Parium lacum proiecti, finiuntur:

In voraginem ingrediuntur Martyres duo,
Diuino amore pellente foras timorem.

Refert eos quoque Maximus Cythereus.

DE S. AMASIO EPISCOPO TEANENSI IN ITALIA.

POST AN. CCCL. XXIII. IANVAR.

Teani Sidicini

1 *Geminum olim in Italiâ* Teanum *fuit: alterum in Apuliâ ad dextram* Frentonis *fluuij ripam, vbi ſola nunc eius rudera viſuntur: extat alterum etiamnum, in Campaniâ, Epiſcopali cathedrâ nobile, ſub Capuano Archiepiſcopo; antiquis ferè* Teanum Sidicinum, *à* Sidicinis *populis qui quondam tenuêre, ad diſcrimen alterius Teani: Itali vulgò nunc* Tiano *appellant. Situm eſt in humili colle, vt ſcribit Ferrarius, cui amœna ſubiecta eſt vallis.*

Epiſcopus S. Amaſius.

Eius natalis,

vita.

2 *Primus hîc ſediſſe Antiſtes* S. Paris *memoratur, qui Nonis Auguſti colitur. Succeſſit ei* S. Amaſius, *cuius 23. Ianuarij natalis celebratur; perperàm, vt remur, à Ferrario in generali SS. catalogo 25. Ianuarij die conſignatus, cùm anteà in Catalogo SS. Italiæ ad 23. diem retuliſſet. Eius vitam ex Actis Eccleſiæ Teanenſis, olim excuſis, nobis Neapoli tranſmiſit Antonius Beatillus noſter, in nouem Lectiones diſtributam. Eamdem Italicè ex fide edidit Paulus Regius Epiſcopus Viceaquenſis, parte 2. Vitarum SS. regni Neapolitani; & breuiter Ferrarius in citato Catalogo.*

VITA

ex Actis Eccleſiæ Teanenſis.

LECTIO I.



Onſtantino igitur Chriſtianiſſimo Principe ad imperium cæleſte tranſlato, *a* Conſtantius filius eius ex ipſius teſtamento regnum adeptus eſt Orientis. Qui animum gerens velut calamum ventis aſcendentibus agitatum contra Euangelica dogmata, & patriam religionem, bellum præſumpſit aſſumere, & aduersùs Chriſti Eccleſias violentam incutere tempeſtatem. Arrij namque doctrinam fidemque peruerſam, Nicæni Concilij vniuerſitate damnatam, patriſque ſui iudicio reprobatam, defenſionis clypeo ſtuduit innouare; generali animaduerſione ſtatuens percellendum, quicumque præſumeret contra eius dogma temeritatis fronte venire. Diſcurrunt itaque imperiali edicto pragmaticæ ſanctiones, & vbique terrarum cultores Catholicæ fidei proſcribuntur: alij damnantur exilio, alij verberibus affliguntur, alij propriis facultatibus denudati natalis ſoli gratiam deſerere compelluntur.

a

Conſtantio Orthodoxos perſequente,

Cùm autem plurimi vitandæ perſecutionis cauſsâ in Italiam de Oriente confugerent; contigit Sacerdotem Dei Amaſium ad *b* Iulium Romanæ Sedis Antiſtitem, & Patrem vniuerſalis Eccleſiæ, peruenire. Videns igitur ſummus Pontifex virum probati teſtimonij & elegantis ſermonis gloriâ inſignitum, laudauit in eo fidem mentiſque conſtantiam, deditque in mandatis, vt per circumpoſitas illuſtres Eccleſias verbum Dei inſtantiſſimè prædicaret, firmos in fide verbo roborans & exemplo; quos autem nutantes in fidei veritate conſpiceret, eos ad rectitudinis tramitem ſacris exhortationibus reuocaret.

LECT. II.

b

venit à Græciâ Romam S. Amaſius:

mittitur à Iulio Papâ prædicatũ:

III.

Nec mora: licentiatus ab ipſo, & gratiam benedictionis accipiens, iter arripuit, & iniunctum impleturus officium *c* Soram feſtinus acceſſit: certâ enim relatione dicerat illic per quoſdam miniſtros Sathanæ Arianæ hæreſis deteſtabile dogma diffuſum, & eiuſdem ciuitatis populum pernicioſæ peſtis tabe ex plurimâ parte corruptum. Memoratam igitur vrbem ingreſſus à quadam viduâ, nomine Creſcentiâ, hoſpitij eſt benignitate ſuſceptus. Huic erat filius vnicus, cui nomen erat Arthemius, cronicâ, quam paralyſim vocant, valitudine fatigatus. Quæ cùm facultates vniuerſas in vſus medicorum pro ſalute filij conſumpſiſſet, nullum tamen vel ſimplex remedium eorum eſt adiutorio proſecutus.

c

Sora puerum paralyticum,

Conſiderans igitur in Sacerdote Domini doctrinæ gratiam, & meritum ſanctitatis, eius pedibus proſtrata, lacrymoſis precibus ipſius cœpit beneficium poſtulare: Sanctiſſime, inquit, Confeſſor Domini, & Catholicæ fidei propugnator ſacris tuæ dignitatis obtutibus inclinata, gemibundas pro filio preces ſupplicanter expono, qui in membris ferè iam mortuis vitalem ſpiritum laboriosâ ſorte producens, infelicem animam infeliciùs compellitur exhalare. Virili enim ſolatio iam diutius viduata, & pro huius frequenter anxiata laboribus, in eius curâ, quas habere videbar vniuerſas facultates abſumpſi. Quoniam

matre, ipſius hoſpitâ, rogante,

niam ergo humanâ manu nobis non eſt in eius ſalute conſultum, ad diuinæ maieſtatis clementiam conuolare compellor, ſperans certamque fiduciam habens in Domino, quòd dono gratiæ & tuorum priuilegio meritorum, in filio ſalutis beneficium conſequar effectum. Ad hæc Sacerdos Domini venerandus, vt erat pietatis viſceribus affluens, Non eſt, inquit, mei meriti, quod poſtulas, impetrare: ſed in eius virtute qui dixit: Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, fiet vobis; ecce noueris filium tuum in eius nomine eſſe ſaluandum. Et hæc dicens, iuſſit qui in cubiculo aderant cederent vniuerſi. Protinùs omnes imperata perficiunt; ipſe ſolus terræ procumbens, & prolixiùs orans, ſoſpitatem iuuenis crebris à Domino fletibus & ſuſpiriis implorabat.

Ioan. 16. 23.

V. *precibus ſanat;*

Cumque in longum oratio tenderetur, cœpit neruorum duritia ſenſim paullatimque molliri, & nociua rigiditas ingenitalis motus gratiâ demutari. Confeſtim ergo, qui priùs non niſi gemitum & vocem luctus ediderat, conuerſus in gaudium diuinæ laudis præconia declamabat. Fit ad hæc omnium ingens lætitia, fit conuentus ad domum viduæ vndique confluentium populorum: vnus in cælum ingens clamor attollitur, nomen Domini meritò collaudantium, qui per Sanctos ſuos ſigna & prodigia faciens, neceſſitatibus hominum dignatur miſericorditer ſubuenire. Intereà tanti fama miraculi ad circumpoſitas regiones..... & diuerſis oppreſſos languoribus, diuerſarum ciuitatum populi ſanctis eius meritis offerentes, poſtulant, vt eis auxilij & benedictionis ſuæ dignetur gratiam impertiri. Quos omnes inuocato Ieſu nomine, & ſanitati reſtituit, & redire ad propria cum ſoſpitate dimiſit. Nam cæcis viſum, mutis linguam, claudis greſſum reſtituit; leproſos mundauit, & immundis oppreſſos ſpiritibus ſolo imperio liberauit. Cùm igitur his & huiuſmodi operibus inceſſanter inſiſteret, fama nominis eius quotidie per remota etiam loca ſumebat augmentum, & quem maior pars ciuitatis Soranæ conceperat, doctrinæ affluentis eloquio propellebat errorem.

alioſq; plurimos.

VI. *d Arianorum factione pellitur,*

Hoſtis autem humani generis profectui hominum inuidens & ſaluti, quorumdam potentum atque nobilium Soranorum corda ſuæ malitiæ fraudibus infecit, vt à *d* ſemel hauſtâ fæce irreuocabiles, ad veritatis tramitem flecti non poſſent. Hi nimirùm zelo peruerſitatis accenſi, virum Dei ſanctiſſimum primò blanditiis exhortantur, quatenus à veri propoſiti defenſione deſiſteret, & ad ſuæ ſectæ conſortium verba pariter & animum inclinaret. Adiiciunt etiam Auguſtalis ſententiæ diſtrictionem, quâ irreuocabiliter decretum eſt, vt quicumque huius aſſertionis viri reperirentur, aut ab iniquitatis errore reſipiſcerent, aut irreuocabiles generali iudicio ſubiacerent. Optionem ergo tibi proponimus, inquiunt, vt vel dogmatis huius deponas perniciem, vel à locis iſtis, tamquàm locorum corruptor, inreditus abſcedas. Ad hæc Domini Confeſſor egregius, cedere neſcius, fidei clypeo munitus, & gladio ſalutis accinctus: Quoniã, inquit, magis oportet obedire Deo quàm hominibus, ecce nec Principum veſtrorum in hac parte mandata cuſtodiam, nec à ſalutaris doctrinæ defenſione deſiſtam. Sanctius enim mihi eſt, atque conſultius, temporalem vitam pro veritate deponere, quàm æternæ morti ex animo, de Deo perperàm ſentiendo, ſubiacere. In iram ergo iniquorum turba ſuccenditur, & tam auctenticum glorioſi viri teſtimonium non ferentes, ipſum verbis & factis atrocibus impetunt, conuiciis, pugnis, & flagellis afficiunt, multiſque ſubactum iniuriis ferè ſeminecem reliquerunt.

malè multatus:

VII. *e Atinum venit,*

Sacerdos autem Domini verus, membris ferme debilitatus omnibus, quatenùs tamen potuit, ſolo Chriſti adiutorio protectus, abceſſit; atque pagum qui *e* Atinum dicitur, vires corporis reparaturus, intrauit. Ibique aliquamdiu membrorum ſalutem, Domino opitulante, recipiens; poſtmodùm iter arripiens, & ad vrbem quæ Teanum dicitur, dono Spiritus præeunte, peruenit. Au-

inde Teanum;

diens ergo *f* Vrbanus Leuita ſanctiſſimus venerandi Sacerdotis aduentum, gauiſus & exultans in Domino, obuiàm ei cum quibuſdam Fratribus occurrit; atque eum honoranter excipiens, manſionem hoſpitij præbuit, & labores itineris releuauit. Apud eum quoque aliquamdiu demoratus, cùm vellet propoſitum proſequi iter agendi, multis eſt ab eo precibus reuocatus, vt apud ſe moram faceret, & ſupernæ diſpoſitionis gratiam expectaret. Annuens ergo precibus eius & ſalubri conſilio, propoſitum viæ deſeruit, & ſanctiſſimo *g* Paridi primo Teani Epiſcopo, & ipſi venerando Diacono, tota affectione fidei & ſinceritatis adhæſit. Glorioſo autem Paride ad ſiderea regna, Domino vocante, tranſlato, conuenit prædictæ ciuitatis Clerus & populus vniuerſus, vt in locum defuncti Paſtoris dignum prouidente Domino ſubſtituerent Sacerdotem. Cumque omnes in B. Vrbani electione vnanimiter conuenirent, ipſe oblatam ſibi declinans humiliter prælationem, deuotè & ſuppliciter ab vniuerſis expetiit, vt Domini Sacerdotem Amaſium ad tantæ dignitatis apicem ſublimarent, qui ſe, & fœcundæ maturitatis grauitate præcederet, & dignitate Sacerdotis præueniret.

Ex Actis Eccl. Tean.

f ubi à S. Vrbano Diacono excipitur:

g

S. Paridi Epiſcopo ſuccedit:

VIII. *conſecratur à S. Iulio Papâ:*

Beati itaque Vrbani conſilio & monitis annuentes, vota ſua ciues transferunt, & Sacerdotem ſanctum in Paſtorem ſibi & rectorem animarum præficiunt; & conſecrandum Iulio, de quo ſuprà mentionem fecimus, primæ Sedis Epiſcopo, obtulerunt. Summus itaque Pontifex de eius promotione congaudens, gratias Domino retulit, quòd virum notæ confeſſionis vitæque laudabilis ad regimen animarum, & ad culmen ſummæ dignitatis euexit. Cornu igitur gratiæ ſalutaris ſuper caput eius effundens, ſacramentali ipſum vnctione deliniuit, & Pontificalis officij infulâ decorauit. Quâ nimirùm delibutione perceptâ, ab omnibus ſecularibus negotiis alienus, totum ſe diuinis obſequiis & lucris ſpiritualibus mancipauit. Exteriorum verò curam ſancto Leuitæ Vrbano diſpenſandam reliquit, quatenùs tantò liberiùs cæleſtis ſecreta myſterij perſcrutando diſcuteret, quantò de fœditate terreni pulueris actibus aut animo nil haberet. Sedulus enim erat in prædicando, ſollicitus in exhortando, ſeuerus in corrigendo, humilis & beneuolus in reſpondendo. Exhibebat ſiquidem ſe inter proſpera humilem, inter aduerſa ſeuerum, certum in verbo, dulcem in eloquio, hilarem in dato, gratum in accepto, in ambiguis ſtabilem & in rerum certitudine efficacem. Tantam verò ſignorum atque curationum potentiam conſecutus eſt & effectum, vt nullus ad eum accederet quolibet languore depreſſus, qui orationum & meritorum eius beneficia non guſtaret.

ſedulò muneri ſuo incumbit,

virtutibus & miraculis claruit:

IX. *h moritur.*

Cùm verò commiſſam ſibi Eccleſiam aliquamdiu digniſſimè gubernaſſet, reſolutionis ſuæ tempus inſiſtere Spiritu reuelante præuouit. Vnde ſibi cœmiterium cum columnis, auxilio ciuium, præparauit; *h* vbi hominem exuens, die functus extremo, terram terræ, ſpiritum cælo refudit; & Angelorum miniſterio euectus intra paradiſi gaudia, laboris ſui ſtipendia recepit. Sepultus eſt autem manibus fidelium decimo Kalendas Februarij. Sed cùm propulſis erroribus vniuerſis, Catholicæ fidei vnitas eſſet in toto orbe percelebris; Sorani illi nobiles, de quibus ſuprà fecimus mentionem, qui in ſancti viri iniurias fuerant debacchati, ad ſe reuerſi, *i* & pœnitentiam agentes de commiſſis in Sanctum Domini ſine cauſsâ flagitiis, veniam ſupplices petierunt. Vnde in memoriam ſanctiſſimi Patris Amaſij *k* eccleſiam in ſolo proprio propriis ſumptibus conſtruentes, & in eâ plurima beneficia de ſuis facultatibus conferentes, priuilegiis & inſtrumentis publicis munierunt. Ad quam annis ſingulis populus prædictæ ciuitatis accedens, & tranſitum atque memoriam B. Amaſij deuotè concelebrans, Domino Ieſu Chriſto laudum titulos & vota perſoluit: cui cum Patre & Spiritu ſancto vna eſt gloria, maieſtas eadem, imperium idem, nunc & ſemper & per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Sorani ei eccleſiam ædificant.

i

EX VARIIS.

a *Obiit* Constantinus, *vt sæpè dictum, anno Christi* 337. *die Pentecostes. Successit cum fratribus* Constantius, *qui deinde solus imperauit,* Constante *sub initium anni* 350. *extincto: decessit tandem* 3. *Nouemb.* 361.

b *De* S. Iulio I. *Papâ agemus* 12. *April. sedit à consulatu* Feliciani & Maximi, *siue* Titiani, *qui erat annus Christi* 337. *Constantini vltimus. obiit* Constantio V. & Constantio Gallo Cæsare Coss. *anno Christi* 352.

Sora. c *Notum Volscorum in Latio oppidum* Sora, *ad dextram Liris fluuij ripam, quod etiamnum extat, & nomen retinet. De eo actum* 22. *Ianu. ad vitam S. Dominici.*

d *Regius non omnes, qui in Sanctum insurrexère, hæreticos fuisse ait; sed quosdam solâ inuidiâ ductos virtutum eius ac miraculorum, quæ ex hu nascebatur gloria.*

Atina. e Atina *oppidum est eo tractu peruetus, quod ferè* Atino *nunc Itali vocant, circa* Melfis *amnis fontes. Id an hic intelligatur haud nobis exploratum. Regius scribit Sanctum se recepisse in vicum ditionis Teanensis,* Thinum *appellatum.*

f *Is deinde* S. Amasio *in episcopatu successit colitur* 7. *Decembru.*

g *Falluntur ergo Regius & Ferrarius, qui vacasse tum* S. Paridis *obitu Sedem Teanensem volunt, cùm isthuc* S. Amasius *aduenit.*

h *Regius anno* 350. *obiisse scribit: quod cum iis quæ Lectione sextâ S. Amasij dicuntur non congruit. Nam isthic mentio fit edictorum Augusta- mortis lium contra Catholicos Ariana factioni repugnantes: hæc verò ferri tempus. ante annum* 350. *non potuêre, eo enim primùm anno, fratre Cõstante Catholicæ religionis studiosissimo extincto, Italiâ potitus est Constantius.*

i *Regius scribit,* S. Amasium, *cùm ab iis iniuriâ & verberibus esset affectus, continuò preces pro eorum salute fudisse ad Deum, quæ postmodùm salutarem iis pœnitudinem impetrarunt.*

k *Hæc basilica videtur hic dici Sora constructa: at Regius adificatam Teani à Teanensibus scribit; & ad eam quotannis celebrem Cleri populiq; institui supplicationem, cum eximio tedarum collucentium apparatu.*

DE S. EVSEBIO

ABBATE MONTIS CORYPHES IN SYRIA.

SECVL. IV. XXIII. IANVAR.

S. Eusebij natalis.

1 QVos Theodoretus *in Philotheo, siue lib.* 9. *de Vitis Patrum, prædicat illustres ascetica vitæ exercitatores, eorum plerosque Græci colunt, variis diebus sacris fastis adscriptos: celebriores etiam Latini. Tres hoc die Menæa proferunt;* SS. Eusebium, Mausimam, *siue* Maysimam, *aut* Maësimam, & Salamanem, *adiunctis in duobus postremis ex cap.* 14. *&* 19. *Philothei encomiis, quod in Eusebio omissum. Nam de eo solùm hæc habent:* Eadem die sancti Patris nostri Eusebij.

Veni ad nos ad venustatem cæli,
Eusebio dicunt venustæ mentes.

Mox subiunguntur similes versus, cum propriis encomiis, de SS. Mausimâ & Salamane. Maximus Cythereus more suo Menæa sequitur.

2 *Duos mirificis laudibus celebrat* Eusebios *Theodoretus capite scilicet* 4. *& 18. ast hunc vltimum Græci colunt XV. Februarij, vt ex Menæis patet. De priore hoc die agi censent Rosvveydus in suis ad hoc cap.* 4. *notationibus, & eum secutus Raderus in suis nondum euulgatis obseruationibus ad Menæa: quibus & nos adstipulamur. Agit iterum Theodoretus de hoc Eusebio aliisq; sociis lib.* 4. *hist. Eccl. cap.* 26. In solitudine etiam Antiochenâ, *inquit,* Marianus, Eusebius, Ammianus, Palladius, Simeones, Abraames, & alij quoque, qui imaginem Dei, ad cuius similitudinem conditi erant, integram conseruarunt: atque tum horum, tum illorum, (*de quibus antè egerat*) vitam scriptis prodidimus. *Eadem ferè hinc descripsit Nicephorus lib.* 11. *hist. Eccl. cap.* 41.

Vixit in solitudine Antiochenâ.

3 *Citatur à Laurentio de la Barre in Notis ad cap.* 4. *Philothei margini adscriptis, & à Rosvveydo, Sozomenus lib.* 6. *hist. Eccl. cap.* 33. *quo loco duos commemorat* Eusebios, *sed ab hoc diuersos; cùm alter apud Nisibenos, in monte qui* Sigoron (σιγόρων) *dicitur, alter in Carrhis Mesopotamiæ, fuerit exercitatus. Denique Rosvveydus hunc* Eusebium *S. Marciani discipulum arbitratur, cùm in Notis asserat huius mentionem fieri in Menæis* 2. *Nouembris in vitâ* S. Marciani; *& ad caput* 3. *Philothei margini adscribat, de Eusebio S. Marciani discipulo infrà cap.* 4. *agi. ast ille in solitudine Chalcidensi semper vixit, tugurij S. Marciani post eius obitum hæres. Deceptus videtur Rosvveydus, quòd* Marianus *patruus S. Eusebij, in translatione Gentiani Herueti, quam ipse edidit,* Marcianus *dicatur; qui in aliâ versione Alberici Longi tomo* 2. *Vitarum Sanctorum Patrum Aloysij Lipomani, & in historiâ Ecclesiasticâ Theodoreti & Nicephori,* Marianus *est.*

Confusus cum aliis Eusebiis.

Eius vita. 4 *Vitam eius, & nonnullorum illustrium discipulorum, damus ex cap.* 4. *Philothei, ex versione Gentiani, collatâ cum alterâ Alberici Longi.*

CAPVT I.

S. Eusebij vita priuata.

1 Vales quidem Deo obtulerit fructus desertum sterile, nẽpe pulcros & maturos, & ei qui plantauit gratos, & iis qui sapi unt hominibus caros & maximè expetendos, ostendimus in iis quę iam scriptæ sunt narrationibus. Ne quis autem existimet virtutem esse loco circumscriptam, & solam solitudinem esse aptam ad tales ferẽdos redditus, age transeamus deinceps oratione ad terram quæ habitatur: & ostendamus ad parandam philosophiam eam minimè esse impedimento. *Asceta etiam in regione habitatâ.*

2 Est mons altus, qui Antiochiæ quidem situs est ad orientem, *a* Berhœæ autem ad occidentem, omnes autem montes propè sitos superat: in summo autem cacumine imitatur figuram *b* conoeidem, ab altitudine autem accepit denominationem: κορυφὴν enim, id est, Verticem, eum solent appellare accolæ. Olim eius in summo vertice erat templum dæmonum, quod apud vicinos in magno erat honore: subtus autem ad meridiem patet campus, sinus præ se ferens figuram, qui vtrimque coërcetur *c* vlnis non admodùm altis. Pertinent autem eæ vsque ad viam quâ equitatur, quæ vtrimque à meridie ad septemtrionem sectæ sunt, semitas excipientes. In eo autem sunt constructæ *d* villæ & magnæ & paruæ, continentes iis qui sunt vtrimque montibus. *Propè Antiochiam* *a* *b* *est mons Coryphe.* *c* *d*

3 Propter ipsas autem excelsi mõtis oras, est quidam vicus maximus & populo frequẽtissimus; vocabulo autem regionis eum vocant *e* Teledam: *f* in superiori autẽ parte lateris montis, est quidam saltus non admodùm accliuis, sed qui modicè inclinatur, spectans ad illum campum & ventum austerum. In eo philosophiæ gymnasium extruxit quidam Ammianus, vir qui cùm multis quidem aliis virtutibus esset clarus, tum summâ modestiâ superabat alios. Hoc autem satis est argumenti. Etenim cùm ad doctrinam, non solùm suis sodalibus, sed vel bis totidem aliis posset sufficere, sæpè ad magnum accurrebat Eusebium, rogans & supplicans vt is esse vellet adiutor, pædotriba, & magister eius palęstræ quam fundauerat: aberat autem vigintiquinque stadiis, in quodam valdè paruo habitaculo, & quod nec feneſtras quidem habebat, inclusus. Eum autem ad hanc virtutem deduxerat *g* Marianus, eius quidem *h* patruus, fidelis autem Dei seruus. Sufficit enim hoc dicere, cùm etiam magnum Moysem hoc cognomine honorârit Dominus. Hic Marianus cùm diuinum gustasset amorem, noluit solus frui bonis: sed multos etiam fecit alios in amore socios. Venatus est autem & magnum Eusebium, & eius fratrem qui in vitâ verè quoque erat frater. Non existimauit enim ratione *e f* *vicus Teleda.* *monasterium Ammiani;* *ab hoc consulitur Eusebius.* *g* *h* *à Mariano patruo* *cum fratre ad monasticam vitam adductus.*

tioni esse consentaneum, vt eos quidem qui ad eum nihil attinebant, venaretur ad virtutem, *i* fratres autem non itidem.

i

4 Hos ergo ambos cùm in paruâ inclusisset domunculâ, eos euangelicam vitæ docebat rationem. Sed fratrem quidem morbus inuadens, illum cursum interrupit; morbum mors autem est consecuta: nam cùm paucis diebus vixisset postquàm illinc est egressus, vitæ finẽ accepit. Permansit autẽ magnus Eusebius toto tempore vitæ patrui, neque *k* cum vllo loquens, neque lucem intuens, sed perpetuò inclusus: & post illius mortem hanc vitam est amplexus, donec admirabilis ille Ammianus ei multis delinito precibus persuasit.

& cellula inclusus nulli loquens:

k

5 Dic enim mihi, ad illum dicebat, ô optime, cuinam placere existimans, laboriosam hanc sordidamq́;& squallidam vitam es persecutus? Cùm autem, vt par est, is vtique dixisset: Deo qui est virtutis legislator & magister. Quoniam ergo eum amas, inquit Ammianus; ego tibi modum ostendam, per quem & amorem magis accendes, & ei quem amas seruies. nam quòd omnis tua cura & industria in teipsum conuertatur, non effugiet, vt sentio, crimen nimij in te ipsum amoris. Lex enim diuina iubet proximum amare vt teipsum. Multos autem opum sumere participes; hoc est proprium veri muneris caritatis. Hanc autem diuinus Paulus appellauit legis plenitudinem. Rursus quoque clamat: Tota lex & Prophetæ in hoc sermone in summam rediguntur, nempe, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Porrò autem Dominus quoque in sacris Euangeliis Petro, qui confessus est eum amare plus aliis, præcepit pascere oues suas. Eos autem qui hoc non fecerunt reprehendens, clamat per Prophetam: O pastores, non seipsos pastores pascunt, non oues? Et ideò magnum quoque Eliam qui hanc vitam persequebatur, iussit versari in medio impiorum: & secundum Eliam, tantoperè celebratum Ioannem, qui amplectebatur solitudinem, transmisit ad ripas Iordanis, illic baptizare iubens & prædicare. Quoniam ergo tu quoque es Dei qui te fecit ardens amator; multos quoque tecum alios effice amatores: hoc enim est valdè gratum communi Domino. Propterea Ezechielem quoque appellauit speculatorem, & peccatoribus iussit testificari: & Ionam iussit currere Niniuen, & nolentem transmisit in vinculis.

tum Ammianus ad proximi curã hortatur,

Rom. 13. 10. Galat. 5. 14. Ioan. 21. 17. Ezech. 34. *exemplo Eliæ & Ioannis Baptistæ.* Ezech. 3. 17. Ionæ 1.

Beræa vrbs.

a Berhœa, *siue* Beræa, *aut* Berrhœa, Βέρροια, *itinere vnius diei distat ab Antiochiâ, vt Procopius lib. 2. Persic. Ptolemæus in Cyrrhestică regione locat. Sed in eius Asiæ tabulâ 4. videtur nimium procul ab Antiochiâ statui, & versùs Septemtriones.*

b κῶνος conus galeæ, meta, turbo. *Item* nux pinea, *vel ipsa* pinus. *hinc Longus vertit,* pineæ nucis formam habens.

c *Longus,* angulis non multùm editis.

d *Idem,* oppida montibus hinc atque hinc adiacentia.

Teleda vicus.

e *Theodoretus infrà cap.* 26. apud vicum Teledam, magni & diuini viri Ammianus & Eusebius palæstram fecêre monasticam. *Lõgus vocat* castellum Teledam. *Alibi* Telada, *&* Τελαδὰν *vocatur, vt diximus 5. Ianu. ad vitam S. Simeonis Stylitæ per Metaphrasten cap. 1. nu. 5. lit. C.*

f *Longus ita clariùs:* huic rupes imminet ardua, sed quæ paullulùm accliuis planiciem illam & Austrum spectat.

g *perperàm Gentiano & Rosweydo* Marcianus *dictus.*

h *Longus,* Auunculus i *Idem,* nepotes.

k *Illa exercitatio, infrà in Vitâ S. Salamanu, est* Silentiariorum.

CAPVT II.

Præfectura monasterij Ammiani, seu montis Coryphes.

Eusebius curam monasterij suscipit:

6 CVm hæc diceret & similia, diuinum virum mansuefecit, & voluntario illo effosso carcere, eduxit & abduxit, & suorum sodalium ei curam tradidit. Ego autem nescio vtrum plus admirer, huiusne moderationem, an illius obedientiam, & quòd ab eo sit persuasus. Is enim fugiebat principatum, & magis volebat esse ex iis qui parebant, vt qui præfecturæ formidaret periculum: & magnus Eusebius auersabatur quidem cum pluribus conuersationem, cessit tamen, & captus ex Theoretibus caritatis, suscepit curam gregis, & duxit chorum, non multis verbis opus habens ad docendum: sufficiebat enim vel solus aspectus, vt vel longè tardissimum celerem efficeret ad cursum virtutis. Dicunt autem qui viderunt, eum semper habuisse grauem vultum, & qui poterat *a* timorem afferre spectantibus.

ex Theodoreto.

solo vultu negligentes instigat.

a

7 Cibum autem ipse quidem capiebat tertio & quarto quoque die, iis autem qui secum habitabant, iubebat vesci alternis diebus. Præcipiebat autem cum Deo assiduè colloqui, & nullum *b* tempus relinquere vacuum ab hac operatione, sed communiter quidem præfinita exequi officia; partes autem diei quæ intercedunt, vnũquemque per se, vel sub aliquâ vmbrâ arboris, vel propter petram aliquam, vel vbicumque quiesceret aliquis, vel stantem, vel humi iacentem, rogare Dominum, & petere salutem. Ita autem vnamquamque ex partibus corporis edocuit virtutem, vt illa faceret quæ sola permittit ratio. Vt autem hoc reddam manifestum omnibus, mentionem faciam vnius eius narrationis.

Ieiunium, & oratio- nem operationi mixtam suis præscribit.

b

studet mortificationi:

8 Sedebat super quamdam petram ipse & Ammianus ille admirabilis, & diuinorum Euangeliorum historiam alter quidem legebat, alter verò eorum quæ erant obscuriora explicabat sententiam. Cùm autem quidam agricolæ in subiecto campo terram colerent, ad hanc contemplationem magnus tractus est Eusebius. Cùm autem diuinus Ammianus legisset locum Euangelicum, sciscitaretur autem interpretationem, iussit magnus Eusebius vt repeteret lectionem. Cùm is autem dixisset: Iis qui arant fortè delectatus, minimè exaudisti, vt est verisimile; suis deinceps oculis legem tulit, vt neque campum illum vnquam contemplarentur, neque cælesti pulcritudine, & chori astrorum aspectu fruerentur: sed angustissimâ vtens semitâ, cuius mensuram aiunt fuisse *c* vnius palmi, ferente ad oratorium, extra eam deinceps egredi non est passus. Dicunt autem eum plus quàm quadraginta annis vixisse post hanc legem. Vt autem cum animi sui sententiâ, ad hæc quoque eum traheret aliqua necessitas, cùm lumbos zonâ ferreâ alligasset, & grauissimum collare collo imposuisset, aliquo alio ferro coniunxit zonam collari qui erat collo impositus: vt hoc modo inclinatus, conaretur assiduè in terram despicere. Has ipse de se exegit pœnas, quòd illos esset contemplatus agricolas.

distractus auantium contemplatione,

arctè oculos custodit 40. annis,

c

caput vinculo deprimens;

9 Hoc autem & multi quidem alij me docuerunt ex iis qui illum nouerũt, & res eius optimè sciuerunt: narrauit autem senex quoque magnus *d* Acacius, cuius priùs quoque meminimus in aliis narrationibus; dixit autem se eum quoque aliquando interrogasse, cùm eum sic vidisset incuruatum, quamnam capiens vtilitatem, neque cælum patiatur aspicere, neque campum illum subiectum contemplari, neque ex angustâ illâ viâ egredi: eum autem dixisse, se hæc moliri aduersùs maligni dæmonis machinationes: Nam ne, inquit, de magnis bellum gerat, conans auferre temperantiam & iustitiam, & iram armans, & cupiditatem accendens, & vt fastu efferar & superbiâ intumescam efficiens, & quæcumque aduersùs meam machinatur animam, conor hostem ad hæc parua traducere: in quibus etiam si vicerit, non magnum affert detrimentum; & si victus fuerit, euadit magis ridiculus, vt qui ne in paruis quidem possit euadere superior. Quoniam ergo noui hoc bellum minùs periculosum, (non valdè enim feritur qui in his damni aliquid accipit: quod enim damnum est vel videre campum, vel in cælum oculos attollere) ad hoc me genus pugnæ transtuli. In hac enim me nec ferire potest nec perimere: non sunt enim hæc iacula letifera, *e* vt quæ illis ferreis careant aculeis. Hæc se audiuisse dixit magnus Acacius, eiusque se admiratum esse sapientiam, virtutemque bellicam & experientiam. Quamobrem hoc quoque narrabat eis qui talia discere cupiebant, vt & admirabile & dignum quod mandetur memoriæ.

d

sic in minimis cum diabolo certans, ne in magnis tentaretur.

e

10 Hæc eius gloria cùm in partes omnes vndique

ex Theodoreto. peruaderet, ad ſe attraxit omnes virtutis amatores. Venerunt autem diuiniſſimi quoque *f* Iacobus Perſa & Agrippa, ſucceſſores Iuliani *g* ſenis, cuius priùs perſecuti ſumus narrationem, vt qui optimi gregis erant Præfecti. Poſtquàm enim vir ille diuinus, fine vitæ accepto migrauit ad vitam ſupernam, ad magnum accurrerunt Euſebium, melius eſſe rati rectè regi, quàm regere & præeſſe.

f *g* *Illuſtres monachi ei ſe ſubiiciunt:*

11 Iacobi autem, cuius priùs quoque iam memini, cùm ſummatim eius oſtendi virtutem, nunc quoque euidens argumentum oſtendam ſummæ eius philoſophiæ. Poſtquàm ille diuinus hinc excedens Euſebius iuſſit eum præeſſe gregi, & recuſans curationem, non perſuaſit cupientibus eum hanc curam ſuſcipere, abiit ad alium gregem, malens paſci quàm paſcere; & cùm plurimo tempore ſuperuixiſſet, *h* hanc vitam ſic finiit.

ex his Iacobus, ne præſit, abit aliò.

h

a *Longus*, mediocrem metum. b *Idem*, diem.
c *Idem* dodrantalis latitudinis.
d *è monacho Epiſcopus Berhœæ, vt dicitur cap. 2. in vitâ Iuliani Sabæ, & cap. 3. in Vitâ Marciani. Is vitam Iuliani narrauit Theodoreto.*
e *Longus*: Hoc enim ferri pondus omnem illorum cuſpidem obtundit.
f *Comes Iuliani Sabæ, vt cap. 2. narrat Theodoretus.*
g Sabas πρεσβύτην, *ſeu* ſenem *ſignificat. De* S. Iuliano *agemus* 18. *Octob.*
h *centum & quatuor annos natus.*

CAPVT III.

Præclari ſucceſſores & diſcipuli S. Euſebij.

Succedit Euſebio Agrippa,

12 SVſcipit itaque illam præfecturam Agrippa, vir qui & multis aliis ornatus erat bonis, præcipuè autem puritate animæ: per quam & diuinæ pulcritudinis viſionem aſſiduè apprehendens, & illius amoris igne accenſus, irrigabat genas perpetuis lacrymis. Cùm is autem longo tempore electum illum & diuinum gregem rectè pauiſſet, deinde è vitâ exceſſiſſet, Dauides ille diuinus, cuius aſpectu mihi quoque frui contigit, ſuſcepit præfecturam: vir qui reuerà, ex diuini Apoſtoli ſententiâ, mortificauerat membra quæ ſunt ſuper terram.

huic Dauides,

Coloſſ. 3. 5.

13 Tantum enim fructum ceperat ex doctrinâ magni Euſebij, vt quadraginta quinque annos egerit in illo monaſterio, abſque irâ autem & excandeſcentiâ toto hoc tempore vixerit. Neque enim poſt ſuſceptam præfecturam vidit eum aliquis ſuperatum ab hac animi perturbatione, idque cùm, vt eſt veriſimile, eſſent innumerabilia quæ cogerent. Centum enim & quinquaginta viri paſcebantur ab illius dexterâ: aliqui quidem ſummâ & excellenti virtute, & eam quæ eſt in cælo viuendi rationem imitantes; alij verò qui pœnas tunc primùm producebant, & terram tranſilire & ſuperuolare docebantur. Et tamen cùm tot eſſent qui diuina docebantur, & aliquid, vt eſt veriſimile, delinquerent, (neque enim facilè fieri poteſt, vt qui modò ventitat, rectè ſe gerat in omnibus) manſit immobilis vir ille diuinus tamquàm incorporeus, nullâ eum occaſione ad iram excitante. Hoc enim non ſolùm accepi ex auditione, ſed etiã ex experientiâ. Nam cùm aliquãdo deſideraſſem videre illum gregem, acceſſi habens etiam alios ſocios peregrinationis, qui eamdem quam ego vitam amplectebantur. Toto ergo tempore hebdomadæ apud illum virum diuinum degentes, vidimus eius vultum nullam accipere mutationem, neque nunc quidem hilaritate diffundi, nunc verò triſtitiâ contrahi. Oculos quoque ſimiliter, non aliquando quidem truces ac toruos, nunc verò lætos; ſed in eodem ſemper honeſti decorique tenore permanere. Hi autem ſufficiunt ad arguendum animi tranquillitatem. Sed veriſimile eſt, exiſtimaturum quempiam eum talem eſſe viſum, quòd nulla eum moueret cauſſa: quamobrem neceſſe habeo eiuſmodi quid narrare quod accidit, cùm nos illic eſſemus.

centum & quinquaginta monachis præfectus,

vir manſuetiſſimus,

vultu vt animo sẽper tranquillus,

14 Sederat apud nos vir ille diuinus de philoſophiâ agitans rationes, & quærens id quod eſt ſummum euangelicæ vitæ inſtitutionis. Cùm autem interceſſiſſent eiuſmodi ſermones, *a* Publius quidam, genere quidem Romanus, moribus autem ipſe quoque admirandus, & ſacerdotij honore præditus, & illius præfecturæ ſecundas partes obtinens, ad nos venit aduersùs diuinum Dauidem vociferans, & commune damnum illam nominans lenitatem; & omnibus perniciem afferre dicens eius manſuetudinem; & amentiam, non modeſtiam, ſummam illam vocans philoſophiam. Ille autem habens animam veluti adamantinam, accipiebat quidem rationes, non pungebatur autem ab iis quæ ſuâ naturâ ſolent pungere: vultum itaque non mutauit, neque ſermonem inſtitutum dimiſit, ſed cum leni voce & verbis ſerenitatem animæ ſignificantibus, illum ſenem dimiſit, rogans eum vt eorum quę vellet curam gereret. Ego autem cum his qui ad nos venerunt loquor, vt vides, exiſtimans neceſſarium eſſe hoc officium. Quomodò oſtenderit quis meliùs animi lenitatem? Eum enim, cui illa credita erat præfectura, talem accepiſſe contumeliam ab eo qui tenebat ſecundas partes, præſentibus maximè hoſpitibus, & maledictum audientibus, & nullam iræ ſubiiſſe tempeſtatem & perturbationem, quam non magni & excelſi animi virtutem ſuperat & fortitudinem? Ac diuinus quidem Apoſtolus conſiderans humanæ naturæ imbecillitatem, eam quam fert legem, naturâ metiens, Iraſcimini, inquit, & nolite peccare: ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Nam cùm iræ quidem motus noſſet eſſe naturæ, non noſtri arbitrij, noluit lege ea decernere, quæ eſſent laborioſa, & fortè etiam eiuſmodi vt fieri non poſſent: ſed motui naturæ & iræ tempeſtati menſuram præfinit diem; iubens rationi vt eam compeſcat, & tamquàm fræno reprimat, & non concedat progredi vltra terminos. Vir autem hic diuinus vltra leges quæ latæ ſunt decertauit, & ſepta tranſiliit: non vſque ad veſperam iræ vt moueretur concedens, ſed nec vt moueatur quidem omnino permittens. Talem fructum accepit is ex magni Euſebij conſuetudine.

a etiam à Publio Romano Sacerdote,

accepta contumelia.

Pſal. 4. 5. Epheſ. 4. 26.

15 Vidi multos quoque alios in illo tugurio, qui huius philoſophiæ amatores fuêre & æmulatores: alios quidem in flore corporis, alios verò etiam in profũdâ ſenectute. Nam cùm plus quàm nonaginta annis vixiſſent homines, laborioſam vitam noluerunt relinquere, ſed inſignes fuêre, obeuntes labores iuuentutis, noctu quidem & interdiu Deum laudantes, & ſacra illa officia peragentes; poſt duos autem dies vilibus illis cibis veſcentes.

Alij præclari iſthic aſceta;

16 Vt alios autem prætermittam, qui non ſunt quidem digni qui ſileantur, ſed vel maximè laudentur & celebrentur; ſed ne ſit prolixior quàm par ſit narratio, in diuino iſto loco fuit quidam, eum autem *b* Amman nominant, qui ex Iſmaëlitide quidem radice germinauit, non fuit autem eiectus à domo Abrahæ, vt is à quo genus duxerat; ſed paternæ hereditatis fuit cum Iſaac particeps, vel potiùs ipſum rapuit regnum cælorum. Is monaſticæ huius exercitationis protinus attigit inſtitutionem apud quemdam, qui tunc habitabat ſolitudinem, qui eos optimè exercebat; erat autem ei nomen *c* Maroſas. Poſt hæc autem ille quoque aliis præeſſe deſiſtens, ad hunc cum abbate venit gregem: nec paruo vixit tempore; ſed cùm præclarè decertaſſet, & inſignis euaſiſſet, exceſſit ex hac vitâ.

b exquibus Amman, Iſmaëlita,

c

17 Hic autem illic quidem fuit continuos triginta & octo annos: ita autem deſiderabat laborare, vt qui modò laborare cœpiſſet: nam in hodiernum vſque diem pedes numquàm texit calceis. cùm eſt autem frigus, in vmbrâ ſedens, in æſtu ſolem ſuſcipit, & tamquàm auram Zephyri, quæ ex eo procedit flammam excipit. Toto autem hoc tempore aquam potare non paſſus eſt, non illa comedens quæ iis exhibentur, qui ad non bibendum ſe exercent (ſolent enim ij vti cibis humidioribus) ſed iis vtens cibis quibus alij. Verùm pauca comedens & quæ modicas ei vires afferunt, exiſtimat vſum aquæ ſuperuacaneum. Graui autem ferrò lumbos ſuccinctus, rarò quidem

numquàm calceis vſus,

nec bibens,

ferro lumbos ſuccinctus.

quidem ſedet,noctu autem,& maiori parte diei vel ſtans vel flectens genua, offert Domino officium precationis: vſu autem accubitus ſe omnino priuauit. nemo enim in hodiernum vſque diem eum vidit cubantem. Quinetiam cùm eſt chori renuntiatus coryphæus, & ei contingit vt præſit,totum hunc laborem fert prompto & alacri animo, ſe iis qui eius parent imperio præbens exemplar philoſophiæ.

18 Tales victoriâ inſignes decertatores, diuinus Euſebius, horum certaminum pædotriba & exercitator,exhibuit Domino: & cùm alios quoque plurimos tales feciſſet, eos tranſmiſit doctores ad alias palæſtras, qui totum illum ſacrum montem diuinis his pratis & ſuauem emittentibus odorem impleuêre. Nam cùm ad Orientem ab initio fuiſſet illius exercitationis monaſticæ tugurium,licet videre eius philoſophiæ fœtus ad occidentem & meridiem, veluti quaſdam ſtellas circa lunam choros ducentes; & alios quidem Græcâ, alios verò eius in quâ habitant regionis voce,laudantes Creatorem.Sed enim id aggredior quod fieri non poteſt, cupiens omnia perſequi quæ à diuinâ illâ animâ rectè geſta fuêre. ex Theodoreto.

19 Huic ergo narrationi finis eſt imponendus, & ad aliam conuertenda eſt oratio, & rurſus eſt addenda quę illinc capitur vtilitas, cùm horum magnorum virorum benedictionis rogauerimus vt ſimus participes. *Auctor benedictionem horum SS. implorat.*

a Olympius *Longe dicitur.*

b *al.* Abban. *Herretus* Abbatem *appellatiuè vocat.*

c Maroſæ ex Nechelis oriundi, *inter illuſtriores monachos, meminit Sozomenus lib. 6. cap. 34. eumq; ſecutus Nicephorus lib. 11. cap. 41. quem hunc arbitratur Roſuveydus; De la Barre* S. Maronem *cap. 16. à Theodoreto deſcriptum, quem referemus 14. Februar.*

Euſebij diſcipuli circa totum montem diſperſi.

a VITA S. aMAVSIMÆ, SIVE MAYSIMÆ,

SACERDOTIS IN SYRIA,

ex Theodoreti Epiſcopi Philotheo cap. 14.

CIRCA AN. CD. XXIII. IANVAR.

1 SIcut quidem alia quoque plurima in vrbe Antiochenâ reſplenduiſſe pietatis & veræ religionis lumina, *b* magnum Seuerum, & Petrum Ægyptium,Eutychen,& Cyrillum, & Moyſem & Malchum, & alios quoque plurimos eadem viâ eſſe ingreſſos.Sed ſi res ab omnibus in vitâ geſtas conaremur ſcribere, totum tempus nobis non ſuffecerit: maximè cùm etiam multis permultorum lectio afferat ſatietatem. Ex iis ergo qui ſcripti ſunt, de eorum quoque qui ſunt prætermiſſi vitâ coniecturam facientes, proſequantur laudibus, & imitentur,& vtilitatem percipiant. Ego autem tranſibo ad prata *c* Cyri, & eorũ qui in eis fuerunt, fragrantium ſpecioſorumque florum, quàm maximè potero, oſtendam pulcritudinem.

b Variis virtutibus ſanctis claruit Antiochia,

c & Cyrus vrbs.

2 Fuit quidam Maëſimas,in iis quæ nos præceſſerunt *d* temporibus, *e* voce quidem Syrus, & ruri educatus, & qui virtutis omne genus oſtendit.Cùm autem claruiſſet in eâ quæ eſt per ſe vitâ, ei cuiuſdam vici cura fuit credita. Sacrificans autem, & Dei oues paſcens, illa & dicebat & faciebat quæ lex iuſſit diuina. Aiunt autem eum neque tunicam, neque cilicium ſæpè mutaſſe,ſed iis quæ in eis fiebant rupturis aliquot pannos conſuendo, ſenectuti hoc modo remedium attuliſſe.Hoſpitum autem & pauperum tam alacri animo curam gerebat, vt patefaceret portas omnibus qui aderant. Dicitur enim habuiſſe duo dolia, vnum quidem frumenti,alterum verò olei:ex his ſemper quidem ſuppeditabat omnibus egentibus; habebat autem ea ſemper plena benedictione, quæ data eſt viduæ Sareptanæ, & immiſſa fuerat in hæc dolia.Ipſe enim Dominus omnes opes effundit in omnes eos qui ipſum inuocant;& ſicut illius hydriam & *f* guttum iuſſit ſcaturire, præbens manipulos ſeminum hoſpitalitatis;ita etiam huic viro admirabili exhibuit ſuppeditationem, quæ ex æquo reſpondebat eius animi alacritati.

d e Maëſimas Parochus,

vnâ tunicâ & cilicio contentus,

hoſpitalis,

frumento & oleo non deficiente.

f

3 Iam verò ad facienda quoque miracula à Deo vniuerſorum magnam accepit gratiam.Faciam autem mentionem vnius aut duorum miraculorum: reliqua autem prætermittam, vt qui properem venire ad alios. Mulier quædam & genere & fide ornata, filium qui ceciderat in malam valetudinem (erat autem admodùm tenerâ ætate) multis obtulit medicis. Arte autem ſuperatâ,cùm & medici deſperaſſent, & puerum eſſe moriturum apertè dixiſſent, non abiecit mulier ſpem meliorem: ſed illam imitata Sunamitidem, mulis imponit *g* cameram. Cùm in eâ autem ſe & puerum impoſuiſſet, peruenit ad virum illum diuinum: lamentans autem, & naturæ oſtendens affectionem, rogauit vt ferret auxilium. Is autem cùm puerum manibus accepiſſet, & aræ baſi admouiſſet, iacebat pronus animarum & corporum rogans medicum; & acceptâ petitione reddidit valentem matri filium. Ego autem id audiui *h* ab eâ quæ hoc vidit miraculum, & pueri accepit ſalutem.

Miraculis claret:

puerum morbo liberat, baſi aræ admotum;

h

4 Aiunt autem illius quoque vici dominum,cùm veniſſet (is autem erat Latoius, qui Antiocheni quidem Senatus primas partes tenebat, impietatis autem tenebatur caligine) & fructus acriùs quàm oportebat exigeret ab agricolis, diuinum illum hominem clementiam illi conſuluiſſe, & de miſericordiâ apud eum verba feciſſe: manſiſſe autem illum inexorabilem, experientiâ autem cognouiſſe ſecutum damnum ex eo quòd non paruerit. Cùm enim eum abire oporteret, & currus eſſet paratus, & ſedens aurigæ iuſſiſſet vt mulas incitaret; illæ quidem trahebant totis viribus, vrgentes, & temonem aſportare molientes: viſæ ſunt autem rotæ ferro & plumbo alligatæ. Cùm autem agreſtium quoque multitudo rotas mouens vectibus nihil proficeret;quidam ex amicis,qui Latoio aſſidebat, ei cauſſam ſignificat, dicens Sacerdotem ſenem eum eſſe execratum, & quòd oportet eum placare & reddere beneuolum.De curru itaque exiliens, ei fuit ſupplex quem priùs reſpuerat; & ad eius pedes prouolutus, & ſordidos pannos amplectens, rogabat vt iram compeſceret. Is autem cùm preces accepiſſet, & eas Domino obtuliſſet, ſoluit vincula rotarum quæ ſub viſum non cadebant, & effecit vt ſicut ſolebat veheretur vehiculum.

ſua monita reſpuentis currum calitus ideò immobilem,

precibus ſoluit.

5 Porrò autem multa quoque alia huiuſmodi narrant de diuino illo capite. Poteſt autem ex his quoque intelligi, quòd iis qui volunt philoſophari, nihil detrimenti afferat mora quæ trahitur in oppidis & vicis. Oſtendit enim hic & qui huic ſimiles Dei culturæ curam gerunt, quòd etiam qui verſantur in mediâ hominum multitudine, peruenire poſſint ad ipſum virtutum faſtigium. Cuius ego vtinam ad aliquam ſaltem partem exiguam ſuſtollar, eorum adiutus precibus.

Etiam in medio hominum locus virtuti.

a *Huius natalis celebratur hoc die in Menæis & apud Maximum Cythereum, cum elogio ex hoc Theodoreti capite ſumpto; quod Latinè verſum edidit Raderus noſter par. 1. Viridiarij Sanctorum,*

S. Mauſimæ natalis.

b *De his Theodoretus lib. 4. hiſt. Eccleſ. cap. 26.* Itemque mons, *inquit*, qui illi vrbi amoliſſimæ imminet, huiuſmodi floribus pratenſibus pulchrè veſtitus eſt. Nam in eo magnâ nominis celebritate vixit Petrus Galata, & eius gentilis (*Græcè* ὁμώνυμος cognominis) Ægyptius; quin etiam Romanus, Seuerus, Zeno, Moſes, Malchus, & alij quàm plurimi, vulgò quidem ignoti; Deo autem penitùs perſpecti & cogniti. *Eadem habet Nicephorus lib. 11. cap. 41.*

c Diſtat Cyrus itinere duorum dierum ab Antiochiâ. *Theodoretus Cyri Epiſcopus cap 2. Philothei.*

Cyrus vrbs.

d *Hinc*

d *Hinc conſtat, circa finem ſeculi 4. obliſſe. Nam circa an. Ch. 418. primam quamdam lanuginem producebat Theodoretus, vt ex cap. 12. de Vitâ Zenonis, alibi deduximus.*

e *Menæa hoc diſtichо ad eius idioma alludunt:*
Γλώσσαις λαλῶν περὶ Μαϋσιμᾶς τῶν Σύρων,
Γλώσσαις λαλῶ νῦν Ἀγγέλων πρὸς Ἀγγέλους.
Linguâ olim Mayſimas loquens Syrorum,
Linguâ nunc loquitur Angelorum cum Angelis.

f *Longus* vas olearium. *Id enim, teſte Gellio,* guttus *ſignificat; dictus à* guttâ, *vt placet Varroni, quòd propter colli anguſtiam humor inde guttatim effluеret.* Guttus.

g *Longus,* clitellam. h *Longus,* à matre.

DE S. SALAMANE SILENTIARIO.

CIRCITER AN. CD. XXIII. IANVAR.

1 *Vêre inter Palatinas dignitates* Silentiarij, *tum minores, qui ſilentium ac quietem populo indicebant; tum maiores qui Senatores erant, & ſecretis præerant Imperatoris, inter* Clariſſimos *numerati: de quibus Ioannes Meurſius in Gloſſario, in voce* Σιλεντιάριος, *&* Σιλεντιάριος; *& Iacobus Gretſerus noſter cap. 5. libri 2. Commentariorum in Georgij Codini cap. 2. Habuit & Chriſtus* Silentiarios *ſuos, tantò his illuſtriores, quantò magnificentius eſt omni humanâ ſocietate & congreſſu abſtinere, vt perpetuò loquare cum Cælitibus, quàm mortalium Regum arcana celare. Hos Graci* Ἡσυχαστὰς *dixêre, ſtrictioris ſilentij, ſemotioriſq; ab hominum conuictu ſolitudinis, anachoretas. De iis Iuſtinianus Nouellâ 5.* εἰ μήτινες αὐτῶν τὸν ἐν θεωρίᾳ τε καὶ τελειότητι διαζῶντες βίον ἰδιάζον ἔχοιεν οἰκημάτιον, ὃς δὴ καλεῖν ἀναχωρητὰς τε καὶ ἡσυχαστὰς εἰώθασιν, ὡς τ καινότητι ὀδὶ τὸ κρεῖττον ἐξημαυρώσης. Niſi horum aliqui, qui in contemplatione & perfectione vitam degunt, priuatum habeant domicilium, quos anachoretas & ſilentiarios appellare ſolent, vt qui à communi Fratrum ſeparati, ad perfectius viuendi genus aſpirant.

Silentiarij in Palatio,

alij inter monachos:

2 Ἡσυχασὴν, *ſiue* Ἡσυχιασὴν, *Roſweydus* Pacificum, *vel* Quietum, *Raderus* ſolitarium *vertit: melius* Silentiarium *dicas. Ita namque magnus ille Ioannes, cuius natalis agitur 13. Maij,* Ἡσυχασὴς, *paſſim* Silentiarius *appellatur; qui tum* in Laurâ S. Sabæ, acceptâ cellâ ad ſilentium manſit, *modò* tres annos, *modò* quatuor, à nullo omnino homine viſus, excepto eo qui illi miniſtrabat; *tum* in eremo Rubæ ſiluit nouem annos, remotus ab omni humanâ conſuetudine: *iterumq;* in Laurâ S. Sabæ impleuit quadraginta ſeptem annos, in cellâ ſedens, in quâ ſilebat vſque ad eum diem, *cùm eius adhuc viuentis geſta ſcriberet Cyrillus monachus.*

horum viuendi ratio.

3 *Ex hac admirabilium hominum claſſe fuit* S. Salamanes, *qui &* Salamanus, *vt ex Menæis Græcorum liquet, quæ 23. Ianuarij ſta habent:* τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη ὁσίου πατρὸς ἡμῶν σαλαμάνε ἡσυχαστοῦ.

Ἔχει χαμερπὲς καὶ χαμαιζήλε βίε
Ὑψηλὲ πτάξει καὶ λόγῳ Σαλαμάνε.

Talis S. Salamanes: eius natalis.

Eadem die commemoratio S. P. N. Salamanæ Silentiarij.

Inhæres vili & abiectæ vitæ,
Sublimis opere & ſermone Salamane.

Deinde ſubiicit vitæ compendium, in quo Σαλαμάνης *vocatur, eſtq; concinnatum è Philotheo Theodoreti, ſiue libro 9. de vitis PP. cap. 19. quod hîc dabimus. Referunt illum eadem Menæa 17. Februarij, cum ſimili elogio, ſiue vitæ epitome; atque vtroque die Maximus Cythereus: ſed* Σαλμάνῳ, Salmanus, *eo die appellatur vtrobique.*

4 *Diuerſus ab hoc eſt* Salamines *monachus in Palæſtinâ, de quo ſcribit Sozomenus lib. 6. cap. 32. & Nicephorus lib. 11. cap. 39. vt etiam Roſweydus animaduertit: De la Barre eumdem exiſtimabat.*

VITA EX THEODORETO.

1 ME virtuti iniuriam facere arbitratus, ſi admirabilis Salamani vitam poſteris non ſignificauero, ſed obliuione obrutam neglexero, ſummatim afferam narrationem. Eſt quidam vicus ad Occidentem fluuij Euphratis, ipſi ripæ imminens, vocatur autem *a* Caperſana. Hic ex eo ortus, cùm vitam amplecteretur quietam, & in vico, qui eſt ex aduerſo, paruam inueniſſet domunculam, ſeipſum in eâ incluſit, nec oſtio relicto nec feneſtrâ. Semel autem in anno terram fodiens accipiebat totius anni nutrimentum, cum nullo vmquam homine loquens. Idque facere perſeuerauit non paruo tempore, ſed longiſſimo.

a Salamanes cellæ ſe includit:

nulli loquitur:

2 Porrò autem Pontifex ciuitatis, cuius erat is vicus, cùm viri didiciſſet virtutem, acceſſit volens ei dare donum ſacerdotij: & domunculæ perfoſsâ aliquâ parte eſt ingreſſus, & manum impoſuit, & *b* peregit precationem; & ſæpè quidem ei dixit, & quæ ad eum aduenerat *c* gratiam ſignificauit. Cùm nullam autem vocem audiiſſet, abiit, iubens vt foſſa rurſus ædificaretur.

b initiatur ſacerdotio:

c

3 Aliquando autem rurſus qui erant illius vici, ex quo erat profectus, cùm noctu fluuium traieciſſent, & domum perfodiſſent, eum accipientes, nec reſiſtentem nec iubentem, in ſuum vicum exportarunt: & cùm talem ad Orientem conſtruxiſſent domunculam, eum protinus incluſerunt. Ille autem ſimiliter quietem agebat cum *d* nullo loquens. Paucis autem pòſt diebus, qui erant illius vici, qui eſt ex aduerſo, cùm noctu rurſus aggreſſi eſſent, & domum perfodiſſent, ad ſe abduxerunt, neque contradicentem, nec vt maneret vrgentem, neque rurſus prompto & alacri animo recedentem. Ita ſeipſum omnino mundo mortuum conſtituit, & Apoſtolicam illam vocem verè loquens dicebat: Cum Chriſto ſum crucifixus: viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Quòd autem nunc viuo in Chriſto, in fide viuo filij Dei, qui me dilexit, & pro me ſeipſum dedit. Talis hic quoque fuit *e*. Sufficiunt enim hæc ad oſtendendum totum eius vitæ inſtitutum.

rapitur ab accolis, iterumq;, non repugnans, aut aſſentiens.

d

Gal. 2. 19. & 20.

a *Menæa & Cythereus 17. Februar.* Perſana. *Stephano* Perſa, *ſiue* Perſena, *ciuitas ad Euphratem, haud procul Somoſatis, in Comagenâ prouinciâ.*

b *Longus,* benedicit illi.

c *Menæa,* gratiam ſacerdotij oblatam ſignificauit.

d *Roſweydus:* cum illo loquens. *legendum,* nullo. *Et ſic Albericus:* ibi quaſi mutum concludunt.

e *Additur in Menæis 17. Februarij,* multa ad Sancti ſepulchrum miracula fieri.

DE S. VRBANO

EPISCOPO LINGONENSI IN GALLIA.

SECVLO V. XXIII. IANVAR.

1 LIngonum *in Galliâ vrbs,* (*vulgò* Langres, *haud procul à Matronæ amnis fonte ſita, quæ* Andomatunũ *olim dictæ* Philibertus Monetus *noſter exiſtimat*) *claros ſanctimoniâ cõplures habuit Antiſtites: è quibus* Gregorium *4. Ianuarij retulimus. Hoc die* Vrbanus *colitur, qui in vulgatis catalogis* Democharis, Chenu, Roberti, *ſextus eius Sedis* Epiſcopus *cenſetur. Is Martyrologio Romano inſcriptus eſt 2. Aprilis, his verbis:* Apud Lingones S. Vrbani Epiſcopi. *MS. Martyrologium Eccleſiæ S. Gudilæ Bruxellis:* Item Vrbani Epiſcopi. *Molanus in addit. ad Vſuardum:* Lingonis S. Vrbani Epiſcopi & Confeſſoris, magnarum virtutum viri, qui vineas precibus ſuis ſæpius conſeruauit. *Galeſinius:* Apud Lingonas, S. Vrbani Epiſcopi & Confeſſoris virtutum ſplendore

S. Vrbani ordinatio 2. Aprilis.

natalis 23. Ianu. dore clariſſimi. *At non niſi inaugurationis illius memoria recolitur eo die: natalis, vt ex Breuiario Lingonenſi tradit Claudius Robertus, celebratur 23. Ianuarij officio nouem Lectionum. Et diſertè Andreas Sauſſaius:* Lingonis ordinatio S. Vrbani Epiſcopi & Confeſſoris, ſanctè actorum ac mirabilium operum gratiâ glorioſi, qui ſuo apud Deum patrocinio vineas ſæpius à pruinâ & ruinâ defendit. Eius depoſitio feſto colitur die vigeſimâ tertiâ Ianuarij.

Vita à quo ſcripta. 2 *Vitam* S. Vrbani, *vel potiùs miracula eius meritis patrata, tradita ſunt litteris ab antiquo ſcriptore anonymo, qui ſe monachum Benignianum Diuione fuiſſe oſtendit, cùm num. 5. ita ſcribit:* Tempore Abbatis Lanterij, cùm ob ſupradictam tyrannorum violentiam compeſcendam, ad loca vinearum Surdiliaci clauſi, atque Lariaci, fuiſſent S. Vrbani tranſportata membra; fauente Domino hoſtes ceſſerunt, & noſtri quæ ſui iuris erant liberè vindemiauerunt. *Eum commentarium accepimus è codice manu exarato Nicolai Belfortij Canonici regularis cœnobij S. Ioannis Baptiſtæ de Vineis prope Sueſſionem. Licet verò monachus ille Diuionenſis neget* mirificam eius vitam addiſci lectione potuiſſe; *tamen quædam de vitâ eius, & virtutibus, ac tranſlatione, memorat Andreas Sauſſaius in Martyrologio Gallicano, quæ fortaſſis ex Breuiario aliiſúe monumentis Eccleſiæ Lingonenſis conſecutus eſt. ea vitæ illi vetuſtiori præmittemus.*

3 *Operæ pretium eſt quæ doctiſſimus Ioannes Molanus lib. 3. hiſtoriæ ſacrarum imaginum commentatus eſt, hîc promere, ad* S. Vrbanum *Lingonenſem ſpectantia. Agens igitur iſthic Molanus de* S. Vrbano I. *Papâ & Martyre, cuius 25. Maij feſtum celebratur,* Cur, *inquit*, à vinitoribus colatur, & quare cum vite & vuis pingatur, ſæpius à me quæſitum eſt. Et *Cur cum vuâ pingatur;* pro clarâ reſolutione nihil eſt apud Damaſum, aut in geſtis Vrbani, vel Cæciliæ Martyris hiſtoriâ: ſed inter hiſtorias quas manu ſuâ ſcripſit religioſus Pater Rubeævallis Antonius Geems Bruxellenſis, inueni IV. Nonas Aprilis hiſtoriam S. Vrbani Epiſcopi Lingonenſis, qui quieſcit in Diuionenſi monaſterio in argenteâ capsâ. Ea autem hiſtoria habet varia miracula S. Vrbani Lingonenſis, partim pro retentione, partim pro ereptione, vel recuperatione vinearum. Ex quo ſuſpicor, per errorem æquiuoci nominis, vinitores pro Vrbano Lingonenſi Epi- *cur S. Vrbanus Papa.* ſcopo colere Vrbanum Papam, quem in Kalendariis inuenerunt. Indeque etiam error is picturam inuaſerit: ſimili enim errore molitores noſtri Louanienſes in eccleſiâ S. Quintini celebrarunt feſtum S. Victoris velut patroni ſui, decimo die Octobris, quo die Xanthis paſſus eſt S. Victor cum ſociis: ſed admoniti à Paſtore ſuo colunt nunc Victorem Maſſilienſem, qui molâ contritus eſt. Eius natalis eſt 21. Iulij. Quo etiam die eum celebrant Victorini tum Pariſiis tum aliis in locis.

non ex Romano vſu. 4 Certè Ambroſius Nouidius Fraccus Ferentinas in ſacris Faſtis ad Paulum III. in quibus ferias opificum diligenter recenſet, ne meminit quidem feſti S. Vrbani: ſed Vinalia vetus feſtum habet in feſto S. Martini: & ferias vindemiatorum latè annotat in die S. Matthæi Apoſtoli. Vbi inter cetera Apoſtolum ita alloquitur:

Ne ſis ingratus, Martinum & te, inde vocabit:
Pinget & in multis nomina veſtra locis;
Dimidiiſque acinis, nigroque alboque, notabit
Signa Dei: inque aderis cura ſecunda dape.

Neque arbitror pictores noſtros accepiſſe hanc Vrbani picturam à Romanis. Quia quantum diligentiâ quorumdam cognoſcere potui, Romę nulla extat eiuſcemodi Vrbani imago, quamquàm nec vlla ferè alia. Nam in *Vter vinitorum Patronus.* æde S. Cæciliæ caput tantùm depictum eſt. In aulâ verò Pontificiâ, quæ Conſtantini dicitur, ob Imperatoris hiſtoriam ibidem in parietibus depictam, eſt imago eius, verùm nullo ferè diſcrimine ab aliis aliquot Pontificibus. Ceterùm dum hæc apud doctos diſcutio, & eruendæ veritatis cauſsâ exagito, nolo cuiquam anſam præbere, vt ea imprudenter effutiendo vinitorum mentes turbet, atque offendat. Nam ſi commendandus ſit eis patronus, dici poterit duos eis eſſe eiuſdem nominis patronos, vnum Vrbanum Epiſcopum in Franciâ notiorem, qui circa vineas varia præſtitit mi- Ex Vita racula; alterum verò Vrbanum propter Pontificatum Rius. vrbis Romæ & celebre martyrium per totum orbem Chriſtianum notiſſimum. Quem ſibi vtriuſque Alemanniæ, fortaſſis & aliarum aliquot prouinciarum, vinitores in patronum & defenſorem elegerunt. Sed quid eos mouit? Suggeſſimus paullò ſuperiùs, fortaſſis per errorem vtrumque Vrbanum commiſceri. Sed id nondum reſoluimus, neque apud plebeios reſolui expedit. *Hæc Molanus; qui deinde varia conquirit argumenta, ob quæ potuerit* S. Vrbanus *Papa, vinearum ac vinitorum patronus eligi.*

EPITOME VITÆ S. VRBANI,

ex Martyrologio Gallicano Andreæ Sauſſaij V. CL.

1 HIc *a* in vico adiacente caſtro Granciacenſi, cui *a* vocabulum eſt Columerius, patre Senatorio natus, ipsâ in pueritiâ ad omnem pietatis virtutem eruditus, cælo ſe deuouit, animumque totum ad *S. Vrbani ſancta adoleſcentia,* diuina ſtudia retulit: & impleto ſapientiâ cæleſti pectore, eos perſpectæ ſanctitatis exhibuit actus, vt *b* Hono- *b* rato Præſule Lingonenſi humanâ ſorte exempto, ob *epiſcopatus,* multa gratiarum priuilegia, in eius locum magno omnium ordinum deſiderio & applauſu ſuffectus fuerit.

2 Epiſcopus factus abſoluti Præſulis numeros impleuit: clero ſiquidem religionem, populo deuotionem, ædificiis collapſis decus ac nitorem, diuinis officiis ſplen- *virtutes.* dorem, indefeſsâ vigilantiâ paſtorali, & zelo quo feruebat diuino, vir ſanctus reſtituit. Cùm enim Eccleſiam ſponſam ſuam plurimùm *c* ſquallentem reperiſſet, eam- *c* dem ſuarum mox virtutum decore ſpecioſam, & ſapientiæ reddidit illuſtrationibus conſpicuam, tantamque curam & laborem circa ſedem & gentem ſuam impendit, vt non tam inſtaurator, quàm fundator illius Eccleſiæ dici promeruerit.

3 Dum autem ſic in vias pacis & iuſtitiæ progrederetur, vt exemplo ac verbo in eum tramitem oues ſuas perduceret, diuinis etiam cœpit micare prodigiis, adeò vt non modò precibus morbos pelleret, ſed & dæmones abigeret, atque elementis etiam ſupernâ gratiâ imperaret. Oratione ſiquidem non ſemel imbres repreſſit, *miracula,* *d* turbines diſſipauit, atque ab imminentibus circumquaque procellis vites præſeruauit: quæ cauſſa fuit, vt etiamnùm aduersùs aëris inclementiam inuocetur à viticolis, atque cum vuâ paſſim vbique *e* depingatur. *e*

4 His coruſcans vir beatus perfectæ ſanctitatis inſi- *imago.* gniis, cùm ab omnibus ipſe pro miraculo haberetur, felicis diſſolutionis, quam perpetim ardebat, diem inſtare præcognoſcens, per aliquot dies debilitatus decubuit, ſumptiſque ſacroſanctis myſteriis, & Eccleſiâ diuinæ *mors,* protectioni commendatâ, in medio mœrentis multitudinis orans, Domino ſpiritum reddidit. In baſilicâ autem S. Ioannis funeratus, plura mortuus quàm viuus edidit mirabilia: ob quæ coruſcantia eius beatitudinis lumina, è tumulo ad ampliorem veneration em eleuatus, atque in capsâ honorificâ repoſitus, à *f* Michaële Epiſco- *f* po Lingonenſi in ædem ſacram S. Benigni Martyris *tranſlatio.* tranſlatus eſt, flagitante Claudio eius loci Abbate religioſiſſimo.

a *Eadem verba ex Breuiario Lingonenſi recitat Claudius Robertus: eadem Demochares & Ioannes Chenu. In MS. Belfortij eſt* Granciatenſi, *iſtaque ipſe ad marginem adnotârat.* Suſpicor Gallicè nunc dici Grand-champs; item Coulommiers. Suntque iſta loca diœceſis Meldenſis. *At* Coulomiers, Columniacum *appellatur à Papirio Maſſono: iacet ad* Morinum *amnem. In geographicâ Comitatus Brienſis deſcriptione haud procul inde ſitus eſt vicus, cui* Grange *nomen, Meldarum vrbi propior: is fortè* Granciacenſis, *ſiue* Granciatenſis *eſt; fortè* Grangiacenſis. *Quamquàm & affinia alibi locorum nomina in Galliâ.*

b Honoratus *quintus numeratur inter Epiſcopos Lingonenſes, tertius à* S. Deſiderio *Martyre.*

c *Probabile id ſit, ex calamitatibus, quas à VVandalis, Burgũdionibus, Hunnis, Francis, aliiſq; barbaris, eâ tempeſtate paſſa eſt Gallia.*

d Quod

EX MSS.

d *Quod Molanus de viniterum patrono ſuprà ſcribit, idem mihi quoque circa vim arcendarum tempeſtatum dubij, imò & erroris, incidit. Nam cùm à primâ pueritiâ audiſſem,* S. Vrbanum *contra tonitrua, fulminaq; inuocandum; vt primùm ad ſtudia litterarum adhibitus,* S. Vrbanum *didici Romanum Pontificem fuiſſe, coliq; ab Eccleſiâ 25. Maij, haudquaquàm vltrà ambigebam quin is eſſet, cui in tempeſtates imperium Diuorum Rex dediſſet: at nullum reperire in eius Actis, eo ſine ſapius peruolutis, argumentum potui, vnde huius aduersùs eum religionis initium & cauſſam liceret deducere: donec hunc tandem reperi* Vrbanum, *erroremq; agnoui, etſi haud ſanè exitioſum; cùm fas ſit, citra etiam ignorantiam, quod vnus Cælitum largiri mortalibus aut impetrare à Deo ſoleat, id ab alio poſtulare.*

e *De hac eum pingendi ratione dictum iam ex Molano.*

f *Cl. Robertus ſcribit hunc* Michaëlem Boudet, *Bleſis oriundum, ex regij concilij Senatore, anno* 1508. *Lingonenſem Epiſcopum eſſe factum: tranſtuliſſe corpus* S. Vrbani *anno* 1514. *tunc capsâ argenteâ incluſum à* Claudio de Charmes *S. Benigni Diuione Abbate. Agit de eadem tranſlatione in Diuione ſuâ idem Robertus.*

VITA

Auctore monacho Benigniano anonymo,

ex MS. Nicolai Belfortij Canonici Regul.

CAPVT I.

S. Vrbanus ſuis opitulatur: ſacella ſibi erigi iubet.

S. Vrbani patria, parentes,

1 BEatus Vrbanus Lingonicæ vrbis Epiſcopus, nobili ſtemmate in vico adiacenti caſtro Granciatenſi, cui vocabulum eſt Columerius, patre Senatorio, matre verò Giſliardâ nomine, editus eſt. Quibus tum carne generoſis, tum Chriſtianâ religione præclaris parentibus vt duplicaretur gaudium prolis, addita eſt à Deo vnica filia, perpetuâ virginitate beata, nomine Leodegaria.

ſoror,

vita vulgò incognita,

2 Huius itaque S. Vrbani vita quamuis omnigenis virtutibus plena fuerit, nullo tamen illius temporis hominum ſtudio eſt tradita litterarum monimento; eò quòd vſque ad tempora Caroli Magni, propter perſecutiones gentium, & inteſtina etiam bella Regum, *a* vix poſſent in Galliis inueniri qui in Grammaticâ eſſent ſufficienter inſtructi. Verùm ſi hactenus mirifica eius vita non potuit addiſci lectione, videtur tamen ſæpiùs in gloriosâ ſignorum patratione.

a

b corpus Diuione ſepultum,

3 Ceterùm poſt longa temporum curricula, cùm fuiſſet functus dignè pontificio in præfatæ ciuitatis Eccleſiâ, & de terrenis migraſſet ad cæleſtia; eius venerabile corpus *b* Diuionem (ſicut ipſe viuens præceperat) eſt deportatum, & in baſilicâ S. Ioannis congruo ei mauſoleo humatum: vnde multis pòſt annis decurrentibus ſupernâ reuelatione leuatum, in argenteâque capsâ opere anaglypho decoratâ reconditum eſt. Quàm gratioſus autem fuerit opifici ſummo pro ſuæ merito ſanctitatis, ſequens declarat miraculorum aliqua deſcriptio.

eleuatum,

miraculis clarum.

4 Accidit igitur quodam vindemiæ tempore, vt milites quidam in vicinâ Diuionenſis pagi manentes, Richardus ſcilicet Veſolenſis & Winlencus Salitienſis pertinaciter auferrent ea quæ in Marcenniaco & in Canabis præfati erant monaſterij, ſibiq́ue ſeruire manſores eorum cogerent. Quâ de re permoti Fratres iam dicti loci, ſacra B. Vrbani oſſa plenâ cum fide eò deportarunt. Cùm ergo cenſale vinum iidem nequam prædones monachis abſtuliſſent, & plauſtro impoſitum abducere vellent; Marcenniacenſis vici indigenæ ſacras reliquias illuc deportantes, vnà cum Præpoſito abſtulerunt eis vinum, Dei confortati auxilio. Quod indignè ferentes aduerſarij, illicò boues diſiunxerunt, ligamina vaſorum gladiis præſciderunt, duciculoſq́ue abſtraxerunt. Verùm ad oſtendenda S. Vrbani merita, vinum eiuſdem vt fuerat quantitatis, quaſi ſolida ſubſtantia diſſolutis remanſit in vaſis, & ſine vi vllâ trahentium iuuencorum Marcenniacum deductum eſt.

Vinum monaſterij per S. Vrbani reliquias ſeruatum.

5 Tempore Abbatis *c* Lanterij, cùm ob ſupradictam tyrannorum violentiam compeſcendam, ad loca vinearum Surdiliaci clauſi, atque Lariaci, fuiſſent S. Vrbani tranſportata membra; fauente Domino hoſtes ceſſerunt, & noſtri quæ ſui iuris erant liberè vindemiauerunt. Quâ illi occaſione (proh dolor!) negligentes facti ſunt: ſicq́ue beatus Confeſſor ſub nudo aëre aliquanto dierum ac noctium iacuit ſpatio. Tunc prædicto Abbati quadam nocte B. Vrbanus apparuit vultu conſpicuus: eumq́ue in latere pulſans paſtorali, quem tenebat, baculo, dixit: Deo exaudiente preces meas, olim perditas vineas recuperaſtis: & nunc te molliter in lecto quieſcente, ego diuo improtectus maneo. Si ergo vis deinceps firmiter adepta poſſidere, oratorium mihi quantocyùs præparare ſtudeas. Statim ille tremebundus euigilans, & præ dolore percuſſi lateris exclamans, narrauit cum multo timore, quid ſibi ſanctus Dei Confeſſor dixiſſet: mittenſq́ue protinùs conuenire artifices fecit, & ſummâ velocitate oratorium conſtruxit, in quo ipſo autumnali tempore competenter à ſuis aſſeruatus Chriſti Pontifex quieuit.

c

Sacellum Sancto, id poſtulanti, erectum:

6 Tranſacto non multorum annorum ſpario, emensâ feſtiuitate S. Vincentij, pro ſimili ereptione vinearum & terrarum, quæ pertinent ad Diuionenſe monaſterium, reliquiæ ipſius Marcenniacum deportatæ ſunt. Vbi dum venerabiliter anno propemodùm dimidio ſeruarentur; oſtendit ſe iſdem Beatus cuidam bonæ indolis viro, nomine Bonfilio, in ſtratu ſuo quieſcenti, dicens: Vade ad Fratres meos, & dic eis, vt ædificent mihi domum ad quieſcẽdum. Tum iuuenis: Domine ſi quę iúbes dixero, nullus credet mihi. Cui Sanctus: Ne dubites, dabo enim tibi ſignum, cui nullus poterit contradicere. Et protinùs *d* cambuttâ, quam manu geſtabat, ſuper lineum veſtimentum, quo iſdem iuuenis induebatur, tres depinxit cruces, colore diſſimiles. Expergefactus itaque homo eadem horâ prætendebat omnibus viſionis ſuæ teſtimonia: quibus ſine morâ Fratres obediunt, paruumq́ue oratorium ædificant, quo fideles quique conuenirent.

item alibi.

d

a *Abiectè nimis, & falsò, id pronuntiatum. Fuêre multi in Galliâ viri docti ante Carolum Magnum; etſi is præcipuè litteras excitârit: quanti verò artu Grammatica profeſſores fecerit, patet ex iis quæ XI. Ianu. in vitâ S. Paulini Epiſcopi Aquileienſis §. 2. dicta ſunt.*

b *Caput eſt Ducatus Burgundiæ* Diuio, *vt ſæpè dictum alibi, in diœceſi Lingonenſi.*

c *Hunc Cl. Robertus* Lantherium *vocat, aitq́; ſub* Agrino, *ſiue* Algrino *Epiſcopo vixiſſe, id eſt, principio ſeculi Chriſtiani decimi.*

d *Belfortius adnotat*: Fortaſſe pedum Pontificale erat. *Conſule quæ dicta* 16. *Ianu. in vitâ* S. Tozzonis *cap.* 1. *litterâ* K.

CAPVT II.

Improborum vim coërcet, & punit.

Violentus alienorum vſurpator punitus:

7 QVidam Clericus, vocabulo Balduinus, cùm in Patriniaco villâ terram vineis conſitam haberet, ac propter eam quotidianas penè moleſtias à Theodorico eiuſdem loci Præpoſito ſuſtineret; quadam die etiam hac de cauſsâ conueniens, ille dæmoniaco furore arreptus conto eum in capite percuſſit. Quâ de re virtutem S. Vrbani cùm imploraſſet altiſonâ voce, exauditus eſt: ita vt iſdem Theodoricus maligno arreptus ſpiritu vitam finiret, & denominatus vir ius ſuum reciperet.

alius blaſphemus.

8 Alius quidam homo nequam de ordine Equeſtrium, cùm inferret violentiam S. Benigno famulantibus, in ablatione poſſeſſionum; huiuſq́ue rei neceſſitas exegiſſet illuc deportari corpus B. Vrbani Præſulis; videns illud malignus vir Vldierius, in huiuſcemodi verba dæmonio plenus erupit: Heu quocumque greſſum conuerto, ſemper ſubſequitur mè iſtud fulgens vectorium. Et hæc dicens, lapidem iactauit, ac lecticam Sancti percuſſit. Non multò pòſt ſic peſtifer languor inuaſit totum

totum corpus eius, vt per omnia inualidus fieret. Cumque ſuper hoc multùm anxius eſſet, ac ſpe recuperandæ ſanitatis ad memoriam S. Vrbani carpento vectus fuiſſet, nihil remedij valuit obtinere. Tunc Romanum iter aggreſſus eſt: ſed antequàm ad Apoſtolorum limina peruenisſet, perforato inferiori palato, linguam amiſit, & ſic indignam vitam finiuit. Attendant iam vniuerſi hæc audientes, quàm ſeuerâ vltione iuſtus Iudex puniat iniquos, mala Sanctis ſuis irrogantes. Ipſe namque ſe in ſuis pati aſſerit, dum paterno affectu eos conſolans, dicit:
Zach. 2. 8. Qui tangit vos, quaſi qui tangit pupillam oculi mei.

9 Eâ etiam tempeſtate, Henrici Ducis exercitus ad obſidionẽ properabat caſtri Veſolenſis, quod in colle ardui mõtis ſitum eſt: cum quo etiam inter alios Lãbertus Comes Cabilonenſiũ adfuit. Is cùm diuertiſſet Marcenniacum, & apparitores eis vndecumque cibos rapere conarentur; contigit vt ipſe in atrio S. Vrbani fugientem ſuem transfigeret. Pro quâ præſumptione ſtatim arreptus eſt à dæmone, & eiuſdem porci caruit comeſtione. Tandem cùm ei obſequentes, maximo fuiſſent pauore repleti; vnus Procerum eius pro eo factus Sancto eidem fideiuſſor, optimæ ſpeciei obtulit pallium: & ſic promeruit, interuenientibus beati Confeſſoris precibus, à torquente ſpiritu liberare dominum ſuum.

Item ſuem in atrio Sancti occidens.

10 Mulier quædam, à natiuitate priuata linguæ officio, cùm ad huius Sancti limina veniſſet, magnoque cordis deſiderio ſuffragia pietatis eius aſſiduè imploraret; ſpe ſuâ nullo modo fruſtrata eſt. Interrogata namque à venerabilis vitæ Sacerdote, nuncupato Albone, ſancto altari tunc adſtante, quid vellet, nutu quo valebat, dari ſibi manum petiit: moxque vt ori ſuo manum expanſam applicuit, ſanguis è linguâ eius guttatim cœpit defluere, miroque modo loqui expreſsè, & magnalia Dei & Pontificis eius merita per compita prædicare.

Muta curata.

11 Walterius Arcienſis villæ indigena, cùm quemdam virum de Guiriaco, nomine Ingelmarum, aſinos ſuos ab infeſtatione perſequentium occultare cupientem, inſecutus fuiſſet, vſque in ſancti Confeſſoris atrium; illicò equus, cui inſidebat, mortuus concidit, ipſeque paralyticus factus eſt. A quâ debilitate, nullatenùs potuit curari, donec ſeipſum eiuſdem Sancti ſeruituti ſponte traderet.

Sanatus paralyticus.

CAPVT III.

Variè mortalibus opitulatur.

12 GVido autem de Orbaniaco, cùm ſimili debilitate membrorum teneretur, & ad huius Sancti ſe feciſſet deportari memoriam; ſtatim plenam corporis ſanitatem recepit. Pro quo beneficio, ipſius Sancti ſe ſuamque omnem poſteritatem ſubdidit ſeruituti.

Item alius.

13 Quidam miles, cùm ad huius Sancti limina deuotè celebraſſet cuiuſdam feſtiuitatis vigilias cum reliquo qui conuenerat populo, equum eius quiſpiam furto abſtulit. Quem cùm requirens non inueniſſet, anxiuſque ſuper hoc apud Sanctum querelam deponeret; fur totâ nocte fruſtrà fatigatus, manè ante atrium ſancti Confeſſoris cum equo reuerſus, & quod abſtulerat reddidit, & præconia Sancti ampliauit.

Equus amiſſus, recuperatus.

14 Non diu Trecaſſinæ vrbis populum latuit huius venerabilis & præclari Pontificis meritum, per multorum ora eis notificatum. Horum quippe ſegetes cùm innumeri mures deuaſtarent, & ob hoc eorum deperirent labores; facto agmine Marcenniacum venerunt, & de templo eius aquam tali peſtilentiæ competenter ſanctificatam in vaſculis ſecum detulerunt. Cumque ſuper his valdè gauderent, & eum ſibi adeſſe auxiliatorem in votiuis ſuis petitionibus viderent; accidit quoſdam ex adunatione eorum de aliâ viarum parte, huius rei gratiâ aduentare: quibus ad Agionem fluuium diſcumbentibus, & de his inter ſe loquentibus, Preſbyter quidam inter eos reſidens, ait: O inſipientes viri, vt quid tanto

Mures à ſatis abacti.

labore fatigamini? Numquid ego benedictionis officium non habeo, aut illius S. Vrbani aqua ſacerdotali more exorcizata, validior fuit benedictione meâ? Talia dicendo auertit eos à cœpto itinere. Cumque rediiſſent ad propriæ habitationis locum, acceptâ ab arrogante Preſbytero aquâ, præſumptui ab eo non à Deo benedictâ, raram vt aſperſerunt ſegetem, mox multiplicata eſt ſoricum multitudo. Tunc igitur iſdem Clericus, ſpe ſuâ caſſatus, & pro inanis gloriæ vitio à cunctis notatus, iam deinceps volentibus annuatim venire ad Sancti memoriam, nullam diſſuaſionis auſus fuit inferre moleſtiam.

AVCTORE MONACHO ANONYMO, EX MS. *confuſo, ſuperbo, & maledico Preſbytero.*

15 Intereà cùm improuiſo mortalitatis lues, indigenas Magnimontenſis oppidi, atque Longiuici, depopularetur, omneſque pauore mortis validò terrerentur; concordi voto & corde contrito conuenerunt cæteruatim ad S. Vrbani oratorium, diuinum flagitantes remedium, per ſancti Confeſſoris interuentum. Quid plura? Sic planè Deus hanc mortis peſtem auertit, precibus dilecti ſui Antiſtitis placatus, vt vniuerſos poſſideret exoptata ſanitatis ſalus.

Peſtis depulſa.

16 Non paruo tempore tranſacto, contigit habitatores Torciacenſis Inſulæ eodem indifferenter morbo extingui. Quamobrem communi decreuerunt conſilio, medicam huius Sancti eccleſiam adire. Quorum itinerarias ſupplicationes impedire conati ſunt præpoſiti eis Sacerdotes, proteſtantes ſe minimè iſtius viæ futuros eſſe ductores. Quod illi pro nihilo ducentes, conſtanter ad beati Pontificis Vrbani limina perrexerunt, & munuſcula ſuæ deuotionis ei obtulerunt: atque ex integro à iam dictâ peſtilentiâ, non ſolùm qui venerant, ſed etiam qui infirmi in ſuâ ſede reſederant liberati ſunt. Sed hæc remedia cupidis & auaris Clericis diſplicuerunt, qui oppidò contriſtati, accuſauerunt, apud Decanum ſuum, nomine Guarinum, parochianos ſuos; aſſerentes eos eſſe ſortilegos, & ſacerdotalium decretorum per omnia inimicos. In quo conflictu, iuſtus extitit arbiter Guarinus; qui Preſbyteros ipſos culpauit, & S. Vrbano contumeliam irrogaſſe aſſeruit: dignumque eſſe, vt humili pœnitentiâ corrigerent quod contumaci in eum cupiditate peccauerant. Qui ſtatim eius monitis acquieſcentes, venerunt ad Sancti oratorium, ac ſolotenus proſtrati veniam popoſcerunt.

iterum.

repreſsâ quoriddam maledicâ auaritiâ.

17 Quadam die ex incuriâ vorax flamma domos ſecùs atrium eius poſitas vehementer cœpit lambere; iamque conſumptâ parte habitaculorum quorumdam, nulla ſpes ſupererat. Tunc quidam de virtutibus viri Dei fideliter præſumentes, capſam reliquiarum eius inter medios ignes poſuerunt: & non tantùm ipſa quæ Sancti cõtinebant theſaurum, verùm etiam quæ circa iacebant lignorum a cremia, omnino inuſta reperta ſunt.

Incendium reſtinctum.

a

18 Angelorum quoque viſitatio frequenter in eodem viſa eſt loco: idque veridicâ eſt demonſtrandum relatione, & non confictâ. In eius tranſlationis feſtiuitate, cùm matutinalis fuiſſet decantata ſynaxis, à quibuſdam Diuionenſibus, qui illuc perrexerant Fratribus, duo homines comportandæ annonæ ſuæ cauſsâ, ingreſſi porticum eccleſiæ, viderunt per portarum rimulas immenſam claritatem reſplendere voceſque cantantium modulatione ſuauiſſimâ reſonare. Quod cùm vidiſſent, cognoſcentes non humanum eſſe quod cernebant, ſed diuinum, magno perculſi timore, cœpta deſerere & fugam arripere compulſi ſunt.

Angeli ad Sancti reliquias conſpecti.

19 Idipſum etiam in craſtino natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ vidit quædam anicula, Herneldis nomine. Affirmabat namque iureiurando, illuceſcente die ſibi apparuiſſe viſione conſpicuâ, quòd oratorio diuinitus vehementi ſplendore illuſtrato, quidam Angelico decore comptus, aræ adſtitiſſet, ac Miſſale officium compleſſet. Cuius rei videndæ auida, & de hoc, quod viderat, certa ambiens fieri, acceſſit ad portam templi: & apertè quidem vidit maximum lumen, perſonam verò nullam conſpexit.

iterum aliàs.

20 Operæpretium videtur & illud huic inſerere nar-

AVCTORE MONACHO ANONYMO, EX MS.

rationi, quod actum conſtat per merita Confeſſoris egregij. Armigeri Bellimontenſis caſtri, cùm aliquando diuertiſſent ad meatum Marcenniacenſis villæ, & manè ſurgentes niterentur equos ſuos conſcendere, comperierunt eoſdem equos furtim à quibuſdam abductos, nihilque præter frena relictum eſſe. Cùm diutius multâ hæſitaſſent cogitatione, tandem ſpe reſumptâ & fide, prædictas habenas ſuper altare poſuerunt ſub talis ſponſionis oblatione: En S. Vrbane, quia non habemus tanti pretij equum, vnde te poſſimus dignè remunerari, ob adiutorium quòd poſcimus de reſtauratione noſtrorũ, quos perdidimus, equorum, damus tibi in pignus frena eorum. Datis ad præſens talibus munuſculis, & votis pro poſſe promiſſis, redierunt ad propria: Deique in Sancto ſuo gratiâ cooperante, non ſunt fruſtrati ſpe ſuâ: ſed poſt aliquantos dies, eadem dudum amiſſa animalia receperunt.

Equi amiſſi, voto facto recuperati.

Alia miracula cõtinua.

21 Illud præterea nullo modo eſt ſilendum, quod de peſte murium ſegetes comedentium celebratur vbique, S. Vrbani Antiſtitis potens & velox remedium. Nam ſi aqua diuinitus benedicta, ex ipſius memoriâ, quæ Marcenniaci deuotione fidelium conſtructa eſt, corde credulo deportata fuerit, continuò ſperata adeſt medela. Si verò & aliquis pro imminenti damno, quod fit ſæpè à muribus, de vno ex panibus ſuis fecerit, pro animabus patris videlicet atque matris eiuſdem beati Patris & Pontificis eleemoſynam pauperibus; numquàm poſteà cibaria eius rodentur à ſoricibus. Peſtis animalium ſi euenerit, & ob hoc candela fiducialiter Sancto delata fuerit, miſeratione Dei, ad interuentum Sancti, mortale contagium ceſſabit.

22 Hæc tantummodò quæ exarata ſunt, notitiæ fidelium tradidimus, pauca ſcilicet de pluribus, quæ per hunc beatum Cõfeſſorem ſuum & Pontificem noſtrum dignatus eſt mirabiliter operari omnipotens Deus: quatenus meritis & interceſſione eius, ſperet fides credentium abſque dubio precum ſuarum obtinere effectum, ipſo præſtante qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

a Cremia *dicuntur ſicca virgulta, camino & incendio parata.*

DE S. GREGORIA VIRGINE.

SECVL. VI. XXIII. IANVAR.

IN *vnico MS. Sanctorum Kalendario S. Gregoriæ Virginis nomen reperimus, conſignatum his verbis*: S. Gregoriæ ſanctimonialis in Vrbe, cuius meminit S. Gregorius. *At nimirùm Magni Gregorij Papæ multorum inſtar eſt teſtimonium. is lib. 3. Dialogorum cap. 14. ita ſcribit*: Prioribus Gothorum temporibus fuit iuxta Spoletanam vrbem vir vitæ venerabilis, Iſaac nomine, qui vſque ad extrema penè Gothorum tempora peruenit, quem noſtrorum multi nouerunt, & maximè ſacra virgo Gregoria, quæ nunc in hac Romanâ vrbe iuxta eccleſiam B. Mariæ ſemper Virginis habitat. Quæ dum adoleſcentiæ ſuæ tempore, conſtitutis iam nuptiis, in eccleſiam fugiſſet, & ſanctimonialis vitæ conuerſationem quæreret, ab eodem viro defenſa, atque ad eum quem deſiderabat habitum, Domino protegente, perducta eſt. Quæ quia ſponſum fugit in terrâ, habere ſponſum meruit in cælo. *De eâ rurſum agemus XI. Aprilis in vitâ* S. Iſaac *monachi. Mirum eſt eam nec ab Antonio Gallonio in vitis ſanctarum Virginum Romanarum, nec à Siluano Razzi in hiſtoriâ feminarum virtute illuſtrium, recenſeri.*

S. Gregoria nuptias fugiens, defenditur à S. Iſaac monacho.

DE S. MARTYRIO MONACHO

IN VALERIA ITALIÆ PROVINCIA.

SECVL. VI. XXIII. IANVAR.

TErtiadecima *Italiæ prouincia à Paulo Diacono de geſtis Longobardorum cap. 20. cenſetur* Valeria, *quæ, vt ait,* inter Vmbriam & Campaniam, Picenumque conſiſtit, *&* ab Oriente Samnitum regionem attingit.... Hæc habet vrbes Tiburim, Carſilis, Reate, Furconam, & Amiternum, regionemque Marſorum, & eorum lacum qui Fucinus appellatur. *Ea* dicta eſt, *vt in Notat. ad Martyrol. ſcribit Baronius,* à via Valeriâ, quæ à Tiburtinis incipiens, per Marſos tranſiens, Corfinium vſque ducebat; eratque eadem viâ ciuitas Valeria nomine. *Leander Albertus exiſtimauit* ab eâ vrbe regionem Marſorum circumiectam Gothicis temporibus cognominatam Valeriam. *at probabilius eſt à viâ factum regioni nomen, vt aliis in eadem Italiâ. De viâ & vrbe* Valeriâ *Strabo lib. 5.* Valeria via à Tibure incipit, *(vbi nempe Tiburtina deſinit)* ducitque in Marſos, & ad Corfinium, Pelignorum gentis caput. Sunt autem in eâ Latina oppida Valeria, Carſeoli, & Alba. *Aliis* Valeria *vrbs* Varia *dicitur, nunc* Vico Varo, *iacetq; in dextrâ ripâ Anienis.*

Valeria prouincia Italiæ.

2 *In hac Valeriâ prouinciâ* S. Martyrius *monachus floruit. Nam licet in Pannoniâ & alibi prouinciæ ſint,* Valeriæ *nomine; at de ſolis Italicis Sanctis in Libris Dialogorum agit, qui eum memorat, S. Gregorius, vt ex proœmio liquet. Inſcriptus eſt Martyrologio Romano* Martyrius *23. Ianuarij his verbis*: In prouinciâ Valeriæ, S. Martyrij monachi, cuius meminit B. Gregorius Papa. *Refertur & à Petro de Natal. lib. 11. cap. 98. Galeſinio, VVione, Ghinio, Menardo, Ferrario in Catalogo SS. Italiæ, qui* S. Seueri *Presbyteri diſcipulum fuiſſe ſcribit, litterarum ignarum. Colitur S. Seuerus 15. Februarij. Molanus in primâ Vſuardi editione, 2. Iunij iſta addiderat, quæ in ſequentibus editionibus omiſſa ſunt:* Martyrij monachi, de quo in Dialogis B. Gregorius. *Eadem illo die habet Caniſius.*

S. Martyrij natalis.

3 *De* S. Martyrio *iſta ſcribit S. Gregorius lib. 1. Dialog. cap. 11.* Quidam in eadem prouinciâ, *(Valeria)* Martyrius nomine, deuotus valdè omnipotentis Dei famulus exſtitit, qui hoc de virtutibus ſuis teſtimonij ſignum dedit. Dum quadam die Fratres illius panem ſubcinericium feciſſent, eique obliti eſſent crucis ſignum imprimere, ſicut in hac prouinciâ crudi panes * ſigno ſignari ſolent, vt per quadras quatuor partiti videantur; idem Dei famulus affuit, eiſque referentibus ſignatum non fuiſſe cognouit. Cumque iam panis ille prunis eſſet & cineribus coopertus, dixit: Quare hunc minimè ſignaſtis? Qui hoc dicens, ſignum Crucis digito contra prunas fecit: quo ſignante protinus immenſum crepitum panis dedit, ac ſi ingens in ignibus olla crepuiſſet. Qui dum coctus poſtmodùm fuiſſet, ab igne ſubtractus, eâ cruce ſignatus inuentus eſt, quam non contactus ſed fides fecit. *Hæc S. Gregorius.*

Panes eminùs ſignãs, crucem verè imprimit:

** alij,* ligno. *Zacharias Papa ſolùm vertit σφραγίζων.*

4 *Addit Ferrarius*: Cùm ad ignem aſportandum vas non haberet, illum veſtimento proprio acceptum, vſque ad montem, in quo Fratres erant, abſque vllâ læſione veſtium detulit. Eodemque pallio, quo prunas ardentes geſtauerat, coopertum leproſum repentè ſanauit, ac in humeros ſublatum deferens, cùm monaſterio appropinquaret, Fratres compellans clamabat: Currite & citò ianuam monaſterij aperite, quia Frater Martyrius Dominum portat. Quibus dictis verbis, leproſus cùm Martyrio dixiſſet: Martyri, tu me non erubuiſti ſuper terram; nec ego te in cælo erubeſcam, ſtatim diſparuit. Porrò Martyrium *eumdem eſſe, qui crucem illam panibus eminùs impreſſit, & Chriſtum geſtauit leproſi ſpecie, exiſtimat Ferrarius,* ob miraculi, *vt ait,* identitatem.

ignem veſte fert, illæſâ.

5 *Alium exiſtimauit Baronius, & patet ex S. Gregorio hom. 39. in Euangelia ita ſcribente*: Sed quia ad amorem Dei & proximi

Alius Martyrius

proximi plerumque corda audientium plus exempla quàm verba excitant; caritati veſtræ indicare ſtudeo, quod is qui præſtò eſt filius meus, Epiphanius Diaconus, Iſauriâ prouinciâ exortus, in vicinâ factum terrâ Lycaoniæ ſolet narrare miraculum. Ait enim, quòd in eâ quidam, Martyrius nomine, vitæ valdè venerabilis monachus fuit, qui ex ſuo monaſterio viſitationis gratiâ ad aliud monaſterium tendebat, cui ſpiritalis Pater

Chriſtum ſpecie leproſi humeris gerit,

præerat. Pergens itaque leproſum quemdam, quem denſis vulneribus elephãtinus morbus per membra fœdauerat, inuenit in viâ, volentem ad ſuum hoſpitium redire, ſed præ laſſitudine non valentem. In ipſo verò itinere ſe habere perhibebat hoſpitium, quò idem Martyrius monachus ire feſtinabat. Vir autem Dei eiuſdem leproſi laſſitudini miſertus, pallium, quo veſtiebatur, in terram protinus proiecit & expandit, ac deſuper leproſum poſuit, eumque pallio ſuo vndique conſtrictum ſuper humerum leuauit, ſecumque reuertens detulit. Cumque iam monaſterij foribus propinquaret, ſpiritalis Pater eiuſdem monaſterij magnis vocibus clamare cœpit; Currite, ianuas monaſterij citiùs aperite, quia Frater Martyrius venit Dominum portans. Statim verò, vt Martyrius ad monaſterij aditum peruenit, is qui leproſus eſſe putabatur, de collo eius exiliens, & in ſpecie apparens quâ recognoſci ab hominibus ſolet Redemptor humani generis, Deus & homo Chriſtus Ieſus, ad cælum Martyrio aſpiciente rediit, eique aſcendens dixit: Martyri, tu me non erubuiſti ſuper terram, ego te non erubeſcam ſuper cælos. Qui ſanctus vir mox, vt eſt monaſterium ingreſſus, ei Pater monaſterij dixit: Frater Martyri, vbi eſt quem portabas? Cui ille reſpondens dixit: Ego ſi ſciſſem quis eſſet, pedes illius tenuiſſem. Tunc idem Martyrius narrabat, quia cùm eum portaſſet, pondus eius minimè ſenſiſſet. Nec mirum; quomodò enim pondus ſentire poterat qui portantem portabat?

EX S. GREGORIO. (*quod Abbas quidã diuinitus cognoſcit*) *à Chriſto benedicitur.*

6 *Huius* Martyrij *nuſquam reperimus in Sanctorum Faſtis ſcriptum nomen. Ferrarius non optimâ fide retulit, vt patet conferenti.*

DE S. IOANNE ELEEMOSYNARIO

PATRIARCHA ALEXANDRINO IN ÆGYPTO.

§. I. S. Joannis memoria in ſacris Faſtis.

AN. CHR. DCXVI. XXIII. IANVAR. *S. Ioannis Eleemoſynarij patria, natalis* 11. *Nouemb.*

1 Mathus *vrbs eſt Cypri peruetuſta, (à quâ inſulam ipſam aliquando* Amathuſiam *appellatam ex Plinio patet lib.5. cap.31.) ſita in orâ meridianâ, epiſcopali dignitate ab ipſis Eccleſiæ incunabulis ornata, cuius bini Antiſtites infrà referuntur* S. Tychon, & Theodorus. *Hîc editus in lucem eſt* S. Ioannes Eleemoſynarius, *Alexandrinus Patriarcha; ibidemq; exceſſit è viuis, die feſto* S. Mennæ Martyris, *qui Syris, Ægyptiis, Græcis, Latinis XI. Nouembris colitur. quo die MS. Bedæ exemplar monaſterij Richenbergenſis in Bauariâ iſta habet:* Ioannis Eleemoſynarij. *MS. Eccleſiæ S. Gudilæ Bruxellis:* Apud Cyprum, ciuitate quæ dicitur Amathunta, depoſitio ſanctiſſimæ memoriæ Ioannis Eleemonis Alexandriæ ciuitatis Archiepiſcopi. *MS. monaſterij S. Martini Tornaci:* Eodem die in Alexandriâ depoſitio S. Ioannis Patriarchæ. *MS. Florarium:* Item S. Ioannis Eleemoſynarij Alexandriæ Patriarchæ. *in Indice ſignificatur agi hoc die illius* natalem. *Antiquum Martyrologium Romanum Bellini Pariſiis anno 1521. excuſum:* Ipſo die tranſitus S. Ioannis Eleemoſynarij Epiſcopi Alexandrinæ vrbis. *Caniſius, & Carthuſiani Colon. in addit. ad Vſuardum :* Secundùm aliquos hîc Ioannis Eleemoſynarij, qui ſuprà habetur X. Kalend. Februar.

ſed agitur 12. *Nouemb. à Græcis,*

2 *At quia dies ille* S. Mennæ *apud Orientales, apud Latinos* S. Martini *Turonenſis Epiſcopi celebritati dicatus eſt,* S. Ioannes *aliis diebus, prout cuique Eccleſiæ opportunum fuit, coli cœpit. Græci poſtridie, ſiue XII. Nouembris eum officio Eccleſiaſtico celebrant, vt patet ex eorum Menæis & Anthologio, in quibus præter odaria & hymnos, extat vitæ eius compendium, quod & Maximus Cytheræus recitat, & aliquantò contractius Menologium à Caniſio editum. Celebratur etiam in Horologio, Kalendario quod vulgauit Genebrardus, & Menologio Chriſtophori Patricij Mitylenæi. Ad eum quoque diem in Metaphraſte vulgato illius relata eſt vita.*

& quibuſdam Latinus.

3 *Latini non eodem omnes die illum colunt. Vetus quoddam Vſuardi Martyrolog. MS. auctum, eodem 12. die Nouemb.* Apud Alexandriam B. Ioannis Epiſcopi & Cõfeſſoris, qui Eleemoſynarius dicitur. *Olim etiam* Budæ in Hungariâ, in capellâ regiâ in caſtro, eiuſdem feſtũ celebrabatur ſequenti immediatè die poſt feſtum S. Martini Epiſcopi & Confeſſoris, *vt ſcribit Pelbartus de Themeſvvar in fine Pomerij de Sanctis, vt infrà, cùm de Tranſlatione agetur. Eodem die Ferrarius in generali SS. Catalogo:* Venetiis tranſlatio S. Ioannis Eleemoſynarij. *adnotataq;* ex Tabulis, *vt ait,* Eccleſiæ Venetæ: Illius natalis die XXIII. Ianuarij recolitur, vt in Romano Martyrologio.

4 *At contrarium potiùs ſcripſiſſet. Nam* Tranſlatio XXIII. *Ianuarij celebratur in MS. Florario:* Eodem die Tranſlatio S. Ioannis Alexandriæ Epiſcopi, qui ob eximiam in Chriſto liberalitatem nomen Eleemoſynarij meruit anno ſalutis 641. *At Carthuſiani Colonienſes in Addit. ad Vſuardum 23. Ianuarij:* Ipſo die Ioannis Patriarchæ Alexandrini, qui ob excellentem in pauperes miſericordiam Eleemoſynarius dictus eſt. *Similia habent Galeſinius, Ghinius, Felicius, Martyrologia Romanum & Germanicum, in quibus non exprimitur ratio feſtiuitatis. Molanus* natalem *vocat. Baronius in Notis ad Martyrol. putat* hanc ipſam eſſe diem ordinationis eius, *quæ &* natalis dici conſueuerit, *aſſeritq;* agere itidem de eodem hac die Græcos, licet natalis dies ſit tertia Februarij: *in quo vtroque eum falli ex dictis manifeſtum eſt. Agunt de eo Græci XII. Nouemb. ſilent hoc die. Vnde hauſerit Baronius eum obiiſſe III. Februarij, fatetur ſe neſcire Roſvveydus in Notationibus ad Vitam num.1. Id primò aſſertum reperimus à Petro de Natalibus lib.3. cap. 77. vbi vitæ eius compendium habet, ſed in pluribus emendandum. Hunc ſecuti Carthuſiani Colon. in addit. ad Vſuardum, eodem rurſus die illum referunt, vti & Martyrol. Germanicum, ac Maurolycus; huius verba ſunt:* Item Ioannis Patriarchæ Alexandrini eleemoſynarum munificentiâ inſignis, tempore Phocæ Imperatoris. *eadem die obiiſſe aſſerit Felicius hoc XXIII. Ianuarij. At Baronius in Annalibus, tomo 8. an. Chr. 620. ait diem anniuerſariam obitus eius eſſe 23. Ianuarij.* *Tranſlatio 23. Ianu.* *Commemoratio 3. Febru.*

5 *Demum à nonnullis colitur XIII. Iulij. Antiquum MS. & Martyrol. monaſterij S. Richarij, Bedæ nomine prætitulatum:* Alexandriæ S. Ioannis Patriarchæ, qui Eleemon dicitur. *MS. S. Gudilæ Bruxellis:* Apud Alexandriam B. Ioannis Patriarchæ, viri Dei in compaſſione & eleemoſynarum largitate piiſſimi. *Idem habent Martyrol. Colonienſe, & Auctarium Carthuſiæ Colonien. ad Vſuardum, ſed addunt natalem eius iſthic agi. Florarium MS. hæc habet:* Apud Alexandriam depoſitio S. Ioannis Eleemoſynarij, eiuſdem Eccleſiæ Patriarchæ. Quo defuncto venerabile corpus eius poſitum eſt in ſepulturâ, vbi duo corpora Epiſcoporum tumulata erant: & ecce corpora illa mirabiliter S. Ioanni ceſſerunt, & locum ei memoratum vacuum dimiſerunt. Obiit anno ſalutis 618. *In Indice tamen* Tranſlationem *ad eum diem conſignat. Hæc de eius natali, variiſq; feſtiuitatibus. Nos cum Martyrol. Romano, aliiſq; vitæ eius ſcriptoribus, XXIII. Ianuarij eum retinemus.* 13. *Iul.*

§. II. Vitæ eius ſcriptores.

6 Vitam S. Ioannis *primò ſcripſerunt* Ioannes & Sophronius, *qui à Leontio in Vitâ appellantur* Dei cultores,

EX VARIIS.

amatores virtutum, pietatis propugnatores; *item*, potentes in opere & sermone; viri sapientes, consiliarij veraciter boni, qui Spiritus sancti virtute freti, *hæresim euulserunt; propter quod illos S. Ioannes* plurimùm honorabat; *iis* tamquàm Patribus indiscretè obediebat, & tamquàm constantibus & viriliter pro religione agentibus gratias agebat. *& sæpius* Sancti *ab eodem Leontio, à Metaphraste infrà cap. 6. num. 31.* illis temporibus excellentissimi *nominantur.* Ioannes *ille, vulgò* Moschus, *siue* Euiratus *cognominatur. De vtriusque in Aegyptum atque Alexandriam peregrinatione ita scribitur in Ioannis Elogio è Græco conuerso à Rosvveydo, & Prato eius Spirituali lib. 10. de Vitis Patrum præfixo:* Cùm prævalere gentem *Persarum* videret *Ioannes*, Alexandriam se contulit, & totâ, quæ circa illam est solitudine peragratâ (fuerat enim iam à principio Imperij Tiberij missus in Ægyptum ad ministerium obeundum) & vsque ad Oasim, proximamque illi solitudinem perueniens, postquàm eos, qui illic erant, Patres inuisit: atque inde rursus audiuit sancta loca fuisse occupata, & Romanos metu correptos, Alexandriâ relictâ ad magnam Romanorum vrbem nauigio appulit, vnà cum carissimo discipulo suo Sophronio. *Vbi Ioannes obiit: cuius reliquias Sophronius ad cœnobium S. Theodosij, Indictionis VIII. initio, an. Ch. 619. vel 620. transtulit,* reliquumque vitæ suæ tempus in eodem cœnobio transegit, *vt in eodem elogio dicitur. Horum de S. Ioanne Eleemosynario commentarius an vsquam extet, haud scitur: nondum certè datus in lucem est. vnicum ab vtroque compositum putamus, aut certè vtrique attributum, vt etiam de Prato Spirituali, cum Rosvveydo Prolegomeno 12. ad Vitas Patrum, iudicamus; & ipse passim modus loquendi indicat, vt cap. 105.* Cùm in Alexandriâ essemus, accessimus ad Abbatem Theodorum. *& cap. 145.* Accessimus in cœnobium, quod dicitur Salama, nono ab Alexandriâ milliario. *& cap. 177.* Commorantibus nobis in Nono Alexandriæ. *& cap. 184.* Eramus in Nono Alexandriæ. *&c.*

Vitam S. Ioannis scripsere Ioannes Moschus, & Sophronius;

sed hæc non extat:

7 *Vitam eiusdem S. Ioannis Patriarchæ scripsit deinde Leontius, Neapoleos Cypri Episcopus, cuius testimonium pro Christianorum apologiâ contra Iudæos, ac de Imaginibus Sanctorum extat, ab Henrico Canisio editum, & insertum Bibliothecæ Patrum editionis Colonien sis seculo 7. & multa inde recitata à S. Ioanne Damasceno oratione 3. de imaginibus; & in Synodo Nicenâ 2. actione 4. vbi &* Constantinus sanctissimus Episcopus Constantiæ Cypri dixit: Hic qui lectus est Pater, in vnâ vrbium Cypri decore sacratissimo claruit, & multa præconia, & festiuos sermones eius habemus: cum quibus est etiam sermo eius in Transfigurationem Saluatoris nostri. Conscripsit autem & vitam S. Ioannis Archiepiscopi Alexandriæ cognomento Eleemonis, id est, misericordis: quin & S. Simeonis Simplicis, & alia quædam, atque in omnibus sermonibus suis orthodoxus cernitur. Floruit autem temporibus Mauritij Imperatoris. *Hinc colligimus, antequàm S. Ioannes ordinaretur Patriarcha, de quo §. 3. Leontium Episcopum fuisse, nec diu post Ioannis obitum, cum Menna aliisq; collocutum Alexandriæ; præsertim quòd mendicus ille, de quo agitur num. 3. erat* nuper de captiuitate Persarum ereptus; *ergo non multò post Heraclij de Persis victoriam, anno 628. relatam. Antequàm tamen vitam integrè absoluit Leontius, anni ab obitu Ioannis aliquot fuêre elapsi; quod num. 99.* hymnodia anniuersaria post multum temporis dormitionis Sancti celebrata *indicat.*

aliam scripsit Leontius

8 *Meminit huius auctoris Sigebertus de Script. Eccles. cap. 57.* Leontius, *inquit,* Neapolis Cypriorum insulæ Episcopus, scripsit vitâ Ioannis Alexãdrini Episcopi, qui ob eximiam in pauperes misericordiã agnominatur Eleemosynarius. *Idem testantur Trithemius, Posseuinus, Bellarminus de Scriptoribus, Molanus, Galesinius, Baronius in Notat. ad Martyrolog. & hic tom. 8. an. Ch. 610. num. 7. & an. 620. num. 2. quem tamen perperàm* Constantiæ *Episcopum appellat an. 594. nu. 30. aut certè alium ab hoc iudicauit. Binius in Bibliothecâ Patrum seculo 7.* Constantiæ vel, vt volunt, Neapoli in Cypro Episcopum *scribit fuisse. Posseuinus:* Leontius Constantiæ in Cypro Episcopus, vir sanctus, Tribulationes, quas Ecclesia Dei passa est tempore Gregorij Magni Pont. Max. & Mauritij Imp. scripsit, vt ex Act. 4. Nicæni 2. Concilij constat, sed aut excidit aut alibi delitescit. *Et mox de* Leontio Episcopo Neapoleos, *velut diuerso, ex Sigeberto & aliis agit. Rosvveydus hic nu. 2. librum illum de Tribulationibus numquàm conscriptum fuisse, rationibus vtrimque prolatis arbitratur, quem Lector consulat. Hic autem* Leontius *teste Baronio an. Ch. 620. num. 2.* omni sinceritate res ab ipso Ioanne gestas scriptis mandauit. *Eas didicit à* Dei cultore Mennâ, *teste oculato; quem* ipse Ioannes fecerat Presbyterum & Vicedominum sanctissimæ Ecclesiæ Alexandrinæ, *siue supremum Oeconomum atque* ordinantem dispensationem: *quo narrante omnia* quæ dicebantur per ordinem annotabat, *vt dicitur num. 3. 4. & 88. Nam eò vsque S. Ioannis Alexandriæ gesta, ex eius relatione recitat. quæ verò duobus vltimis capitibus, de obitu, sepulturâ, & miraculis eius in Cypro addit, aut isthic vulgò notissima erant, aut* à quibusdam, quibus dignè credendum erat, *se* audiuisse *profitetur infrà cap. 14.*

ex certis testibus:

9 *Vitam hanc de Græco Latinam fecit Anastasius Bibliothecarius, Abbas Romanus, ordinis S. Benedicti, & Presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli. Huius meminit Sigebertus de Script. Eccles. cap. 103.* Anastasius iubente Nicolao Papâ transtulit in Latinum vitam Ioannis Eleemosynarij, scriptam Græcè à Leontio Episcopo. *Creatus* Nicolaus *Papa 24. April. an. Ch. 858. decessit è viuis 13. Nouemb. an. 867. Præfigitur Anastasij ad Nicolaum præfatio. Meminerunt huius translationis Tritthemius, Posseuinus, Bellarminus de Scriptor. Molanus, Galesinius, & Baronius in Notat. ad Martyrol. Miræus in Bibliothecâ. Edita est hæc vita inter Vitas sanctorum Patrum in Italiâ, Hispaniâ, Galliâ, Germaniâ & Belgio ab origine typorum repertorum vicies aut etiam sæpiùs. De singularum editionum loco & anno actum est ad Vitam S. Antonij §. 11. in Proleg. At postremò eruditis Notationibus illustrata est ab Heriberto Rosvveydo nostro, qui præcedentium typographorum nomina ac librorum formam exponit, Prolegomeno 17. ad ipsas Vitas SS. Patrum; atque hanc MS. habuit ex vetustis codicibus Gemblacensi, Aquicinctino, Latiensi, Camberonensi, Moretiano qui nunc Domus Professæ Societatis Iesu Antuerpiæ: licet cum duobus prioribus ferè tantùm contulerit, vt plurimis locis ostendit, vbi ambos codices, & solos ferè citat. Nos camdem, post obitum Rosvveydi, cum MSS. S. Maximini, Audomarensi, Marchianensi, Aureæ-vallis, aliisq; antè citatis optimæ notæ codicibus contulimus, distinximus, & notationibus breuibus illustrauimus.*

Latinè vertit Anastasius Bibliothec.

Eam sæpius editam.

collatam cum MSS. damus:

10 *Alia extat eiusdem S. Ioannis vita, siue à Simeone Metaphraste, seu quo alio antiquiore Græco, conscripta; Latinè reddita à Gentiano Herueto, & ab Aloysio Lipomano edita tomo 5. de Vitis Sanct. 12. Nouembris: quam tom. 1. Vitarum hoc XXIII. Ianuarij inseruit Laurentius Surius: & nos hîc damus cum duobus præclaris Græcis antiquissimis MSS. codicibus collatam, ac sub nomine quidem Metaphrastæ, licet hi codices plurimas vitas, ab iis quas Metaphrastes scripsit diuersas, contineant. Molano* visus est Metaphrastes, illam quam Leontius conscripsit longè meliori ordine congessisse. *Galesinio dicitur* Vita primùm à Leontio Cyprio conscripta, deinde ordine rectiùs à Metaphraste contexta. *Eamdem sub* Leontij *nomine Annalibus Ecclesiasticis intexuit Baronius, quòd translatione ferè iudicârit tantùm discrepare.* Actorum, *inquit in Notis ad Martyrol.* duplex reperitur editio atque translatio, inter se diuersa; in quarum alterâ aliqua habentur, quæ in alterâ desiderantur. *Hæc illi. Scribit* Leontius *num. 2. se proferre* de dignitate & merito studij S. Ioannis, *quæ* Ioannes & Sophronius *priores scriptores* omiserant: *&* Anastasius *præfatur se* in Latinum sermonem vertere Leontium de Vitæ residuis Ioannis Alexandrini Antistitis. *An priora à Ioanne & Sophronio Acta conscripta habuerit Metaphrastes, aliusue eorum Actorum auctor? Certè admodùm pauca profert à Leontio omissa, quæ solo primo capite continentur: reliqua è Leontio aut integrè descripta aut in compendium contracta, aut omissa sunt. Quibus rebus expensis mirabitur fortassis nobiscum Lector, à Molano, Galesinio, & Baronio, præferri Leontio Metaphrasten. Verùm vt fieri solet ex solo exordio hoc ab iis iudicatum. Nec enim si ad finem vsque vtramque attentiùs considerassent, in die eius natali statuendo deuiassent. Baronius, quòd di-*

Episcopus Neapoleos in Cypro, non Constantiæ,

sæpius cum priore confusam.

catur

catur S.Ioannes,*cùm* esset Alexandria tradenda Persarum manibus,diuinâ prouidentiâ illinc quidem recessisse,migrasse autem in suam patriam Cyprum, suum ei corpus largiturus, vt quæ eum aluerat: præsciuerat enim iam appropinquare decessum, *hæc suæ Chronologiæ,de quâ mox, obstare ratus an.Ch.620.nu.5.& 6. ea* paraphrasticè ad Acta Leontij à Metaphraste addita fuisse, vt haud veritate constantia, nullam apud se dubitationem esse *asserit. At non animaduerterat, hanc eamdem periodum apud Leontium legi; ex quo eam hausit Metaphrastes, postquàm Leontij commentarius iam multò antè erat Latinitate donatus ab Anastasio.*

Aliæ vitæ S. Ioannis.

11 *A Leontio & Metaphraste plurimi S. Ioannis res gestas exscripsêre recentiores, Ribadeneira, Villegas, Henricus Adriani, Fabricius, Guilielmus Gazæus, Doubletius, Haræus, Iacobus de Voragine, Claudius Rota, aliiq;.*

§. III. *Tempus obitus. anni patriarchatus.*

Fugit & obiit S. Ioannes ante captã à Persis Alexandriam;

12 LEontius *S. Ioannis æqualis, & ipse Cyprius, tradit eum* fugam arripuisse in Cyprum, quando futurum erat vt traderetur Alexandria Persis, *atque non diu pòst Amathunte decessisse die* S. Mennæ Martyris, XI. *Nouembris, vt dictum est. Leontium sequitur Metaphrastes cap. 13. Theophanes lib. 18. cap.5. & Cedrenus; eisdem vterque verbis:* Anno Imperij, *inquiunt,* Heraclij VI. ceperunt Persæ totam Ægyptum,& Alexandriam,& Libyam,& vsque ad Æthiopiam;multâque prædâ sumptâ ex exuuiis quamplurimis & pecuniis ad propria remearunt. *His non obscurè fauet Nicephorus Patriarcha in Breuiario Historico, vbi ait:* Cosrhoës ingentes copias contra Romanos immisit, quibus Saitum Ducem præfecit. Hic Alexandriam appulsus,vrbe per vim occupatâ,Ægyptum vniuersam in seruitutem redegit, atque inde totum Orientem vastauit, plerisque captiuis abductis, reliquis sine miseratione vllâ crudeliter occisis. Quibus confectis, deinceps cum omnibus copiis Chalcedonem contendit, & eam diuturnâ obsidione cinxit. *Subiungit deinde colloquium Saës Ducis cum Imperatore Heraclio, atque ab hoc legatos missos in Persidem. Quæ vltima in Chronico Alexandrino leguntur contigisse anno Heraclij VI. Indictione IV. quo modo Petauius legendum ostendit in Notis Chronologicis ad Breuiarium Nicephori, quòd Kalendæ Martij in Feriam II. incidisse tunc dicuntur,quod anno Ch.616. accidit, litterâ Dominicali C. non anno 615. Heraclij V. Indictione III. vt perperàm titulus præferebat.*

quod factũ anno Christi 616.

13 *Baronius an. Ch. 616. num.4. ita Theophanem tacitè de Alexandriâ captâ narrantem præterit:* Quòd pertinet ad res Orientalis Imperij,calamitosum illud planè reddunt Annales, nempe eò vsque progressos esse Persas, vt per Libyam venerint Carthaginem, eamque obsessam diu, tandem ceperint. Tãtoperè inualuit potentia Cosrhoës, vt cùm totam depopulatus esset Asiam, inuaserit pòst Ægyptum, Africam quoque nullo obice oppositio. *Hæc Baronius. At captâ Alexandriâ,non Carthaginem, Græcis* Καρχηδόνα *dictam, sed Chalcedonem siue* Χαλκηδόνα, *exercitum Persicum petiisse diximus cum Petauio nostro ad Vitam S. Anastasij Persæ 22. Ianuarij. Idem Baronius an. Ch. 620. num. 6. ait:* Persarum incursionem factam in Ægyptum,diu antè contigisse certum est, ex iis quæ superiùs dicta sunt: quo tempore Ioannes nequaquàm suam reliquit Ecclesiam, etsi latebras, ne captiuus duceretur, captasse potuit. *At quorsum ergo Ioannes discesit Alexandriâ? Nicetas Patricius, inquit num. 2. 3. 4. Alexandriam missus, vt Ecclesiasticas pecunias in fiscum redigeret, sanctissimum virum Constantinopolim adducere voluit: sed is in itinere obiit. Verùm cùm anno Heraclij 6. Christi 616. Persæ Alexandriâ & Aegypto potiti sub seruitute tenuerint, ideoq; teste Nicephoro in Breuiario Historico:* cùm nihil amplius ex Ægypto frumenti subueheretur, famis acerbitas accesserit Constantinopoli; *quomodò Nicetas quinquennio posteà pecunias Alexandriæ collegit? vt præclarè ratiocinatur etiam Petauius noster in Notis Chronologicis ad Breuiarium Nicephori, & lib. 11. de Doctrinâ temporum cap. 49. vbi S. Ioannem 6. anno Heraclij, Christi 616.obiisse statuit. Imò Baronium secum pugnare docet Rosweydus hîc in Notatio-*

Alij aliter sentiunt, non solidè.

nibus num. 38. Sed pace Baronij dixerim, non quadrant hæc cum ætate & historiâ Ioannis. Siquidem Paulus Diaconus eam pecuniæ exactionem ponit anno XII. Heraclij, Baronius verò anno XI. eiusdem Imp. At, vel ipso Baronio ibidem teste, Ioannes anno XI. Heraclij obiit. Accedit quòd tam Leontius quàm Metaphrastes in Ioannis Vitâ asserunt, post hanc Ioannis & Nicetæ de pecuniâ contentionem, eos amicos inter se vixisse, adeò vt Ioannes pòst factus sit eius compater: an liberos eius è sacro fonte suscipiens? Et ipsa Leontij & Metaphrastæ narratio satis indicat hanc contentionem non vltimo Ioannis anno, sed longè antè contigisse.

Ex vitis.

Creatus Patriarcha anno 606.

14 *Alterum in Baronio nobis difficile videtur, quòd S. Ioannem Patriarcham statuat fuisse consecratum an. Ch. 610.& decem annis in dignitate hac vixisse. Nihil profert Leontius, vnde id confici queat, etsi in eam sententiam adducatur à Baronio, Petauio, & aliis. Hæc enim verba:* Heraclius tunc sceptra tenebat Romanorum *referuntur à Metaphraste num.3. qui dum suæ Chronologiæ Vitas Sanctorum conformat,non semel aberrauit. Certè Sigebertus in Chronico an. Phocæ 7. hæc de Ioanne, iam pridem,vt supponit,Patriarchâ, scribit:* Alexandriæ Ioannes Episcopus claruit, qui ob eximiam in Christum liberalitatem nomen Eleemosynarij meruit. *Idem scribit Pelbartus infrà citandus. Nec obstat decessorum Patriarcharum tempus, quò minùs* Ioannes *an. Ch.606. electus, post decem annos, de quibus mox agetur, id est, an. 616. obire potuerit.* Paulus Iustiniani Imperatoris anno X. Patriarcha *erat, teste Liberato eius temporis Scriptore in Breuiario de causâ Nestorianâ & Eutychianâ, cap. 23. At mox cùm per imprudentiam in homicidij suspicionem venisset,in exilium pulsus successorem habuit* Zoilum, *cuius initium assignat Baronius ad an. Ch. 537. num. 15. quod fortè ad sequentem pertinet. Duos Nicephorus in Chronico annos* Paulo, *septem* Zoilo *assignat*; quem posteà, *inquit Liberatus,* Imperator deposuit,& Apollinarem ordinauit, qui nunc est Præsul ipsius Alexandrinæ Ecclesiæ. *præfuit hic teste Nicephoro annos nouemdecim,adeoq; ipse &* Zoilus *annis viginti sex Sedem illam rexisse dicendi sunt, ab anno Ch.538. ad 564.aut sequentem. Interfuit* Apollinaris *Concilio V. Oecumenico Constantinopoli habito anno Ch. 553. Successit* Apollinari Ioannes: *huic post vndecim annos,anno circiter 576.* S.Eulogius, *cui magna familiaritas & litterarum communicatio fuit cum S. Gregorio Magno, qui Pontifex Romanus creatus est 3. Sept. anni 590. decessit 12. Martij anni 604. ante quem medio fortè anno discessit* S. Eulogius XIII. *Septembris (quod isthic exactiùs examinabitur) an.603. Huic cùm annis 27. sedisset, successit* Theodorus Scribon, *illiq; post biennium* S. Ioannes Eleemosynarius, *circa initium fortè anni 606. adeoq; defunctus est 616. post administratam decem annis Patriarchalem dignitatem, vt non male dictum sit à Petro de Natalibus eum* sub Phocâ floruisse. *atque hæc digesta sunt secundùm Nicephori Chronicon,quod secuti sunt Sigebertus & Pelbartus;quodq; identidem citat Baronius.*

patet ex tempore prædecessorum,

& successorum.

15 *Vt ex subsecutis Patriarchis tempus Sedis confirmetur hæc addantur:* S. Ioanni *successit* Georgius, *cui annos quatuordecim attribuit Nicephorus. ast hunc cogitur Baronius corrigere, sorum. dum an. Ch. 630.* in locum Georgij, cùm sedisset decem annos, subrogatum esse Cyrum ex Lazorum Antistite, *scribit num. 13. Cui hæc ratio temporis minùs probabitur, is cum Petauio sex solùm annos tribuat patriarchatui Ioannis; & quem in successore corrigit Baronius Nicephorum,hoc loco potiùs emendandum statuat: atque ita S. Ioannes imperante Heraclio dicetur, vt vult Metaphrastes, electus Episcopus.*

VITA
AVCTORE LEONTIO EPISCOPO,
interprete Anaſtaſio S.R.E.Bibliothecario,
ex Vitis PP. Heriberti Roſvveydi,& MSS.

PRÆFATIO INTERPRETIS
a AD DOMNVM NICOLAVM PAPAM.

1 COgitante me, ac diu tacitè ſolliciteque mecum conſiderante, quid in domo Dei commodius ac dignius operari poſſem; ne ea videlicet præſumerem, quæ mihi ex miniſterio credita non ſunt; nec rurſus illa arriperem, quæ ingenioli mei vires excedunt, ſecundùm illud Salomonis,Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne fortè ſatiatus euomas illud; & alibi, Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris; ecce ſubitò quidam ſtrenui ac ſtudioſi viri me cohortari voluerunt,vtin Latinum ſermonem verterem Leontium de vitæ reſiduis Ioannis Alexandrini Antiſtitis, quem Græci propter multiplicem compaſſionem, quam erga omnes poſſidebat, meritò & abſolutè Eleemona, id eſt, Miſericordem appellant: quatenùs tantus vir non tantùm ſermone Græco, verùm etiam Latino eloquio pollentibus vtilitati eſſet & commodo.

Prou.25. 16. Eccli.3. 22.

Rogatu multorum.

2 Quapropter quia me dignum ad tantum opus atque idoneum minimè perſpexi, leuaui oculos meos in montes, vnde veniret auxilium mihi: ſicque ſolatia Patrum & orationes adhibens, tam proficuum virum non paſſus ſum celare Latinis. Sed licet membranas incidetim,ſchedulas præparauerim; non tamen hunc in codicem conficere auſus ſum, antequàm à Dominatione Veſtrâ, ô millies beate, licentiam adipiſci promerui. Neque enim fas eſt, vt abſque *b* Vicario Dei, abſque clauigero cæli, abſque curru & aurigâ ſpiritualis Iſraëlis, abſque vniuerſitatis Pontifice, abſque vnico Papâ, abſque ſingulari Paſtore, abſque ſpeciali patre, abſque te omnium arbitro aliquid conſummetur aut diuulgetur. Tu enim tenes claues Dauid, tu accepiſti claues ſcientię. In arcâ quippe pectoris tui tabulæ Teſtamenti & manna cæleſtis ſaporis requieſcunt. Tu enim quod ligas, nemo ſoluit: quod ſoluis, nemo ligat: qui aperis, & nemo claudit: claudis, & nemo aperit. Vicem namque in terris poſſides Dei.

ſub Pontificis tutelâ.

b

3 Cùm autem hunc Beatum in Latinum verterem eloquium, nec Græcorum idiomata, nec eorum ordinem verborum ſequi potui vel debui.Non enim verbum è verbo, ſed ſenſum è ſenſu excerpſi. Sed nec Latinas regulas vſquequaque ſeruare curaui, dum tantùm intentio mea illò tenderet, ex quo vtilitas naſceretur legentibus. Quâ de re coangelice Domne, non perſonam tantillitatis meę intuens, non aſtutiam inueſtigans, non verborum phaleras requirens;ſed potiùs pio cordis oculo profectum legentium prænoſcens, vt tantus vir tamquàm exemplar & ſpeculum ſit omnibus, Veſtrâ Apoſtolica auctoritate tranſlationem hanc, ſi veſtro arbitrio placet, firmate: ſi diſplicet, emendate: dummodò Latinitas ſe tanto non doleat eſſe ſale priuatam, quo Græcia ſe gaudet optimè conditam.

Latinè vertit hãc vitam.

4 Suſcipe ergo Sanctum à peccatore interpretatum, & noli attendere per quem tranſlatum ſit, ſed quid tranſlatum ſit. Neque enim propter fiſtulam plumbeam, aquam limpidiſſimam deſpicis: neque propter ſpinas quæ producunt, roſam quæ producitur, ſpernis. Cuſtos denique & amator tuus, quando voluit, Pharaoni & Nabuchodonoſor iniquis Regibus ſomnia, quibus futura prænoſcerentur, oſtendit: & per Caipham impium, quod expediebat, protulit: quinimò & quando voluit, aſinæ loqui articulatâ voce permiſit.

& Pontifici dedicat Anaſtaſius.

Salue Præſul amate Deo, per ſæcula ſalue,
Totius atque orbis Papa beate vale.

a Deeſt hæc inſcriptio editis. *Roſvveyd. Et quibuſdam MSS.*
b *Egregia & vera Romani Pontificis elogia.*

PROOEMIVM AVCTORIS.

1 INtentio quidem vna eſt noſtra quoque & eorum qui ante nos fuerunt ſtudioſorum, & ſanctorum virorum, ſuper præſenti memorabilis viri Vitæ narratione: id eſt,vt ex hoc omnibus quidē imitatio pia & vtilitas fiat, gloria autem & magnificentia ſanctæ & adorandæ Trinitati referatur: & in hoc, ſicut & in omnibus, quæ ſemper in generationem & generationem propria luminaria oſtendit ,ad illuminandos qui in tenebris & in vmbrâ mortis ſedent & peccati. Quoniam verò amici Chriſti non valdè miramur, qui ante generationem noſtram fuerunt viri, qui Deo placitâ conuerſatione vixerunt; ſed de diabolicâ operatione illos ſermones ſemper dicimus ad alterutrum,quia ſub vitis, qui ante nos fuerunt, non erat ita iniquitas hominum multiplicata, ſicut modò, vt prædixit diuina Scriptura, eò quòd abundauit iniquitas, refrigeſcit caritas multorum; ideò non valemus ad eorum conſurgere meritum; huius rei gratiâ ad præſentem Sancti huius vitæ narrationem ex parte venimus, ad oſtendendum etiam diebus noſtris volentes & propoſitum ſuum cogentes, excellentiores nobis demonſtrari, & anguſtam & arctam viam poſſe incedere, & obſtruere os loquentium iniqua, & animæ nocuos intellectus.

Sancti laudandi,

qui inter iniquos Matth. 24.12. *vltimis temporibus floruerunt.*

2 Iam quidem & alij ante nos optima atque excellentiſſima de hoc admirabili viro & ſummo Sacerdote Ioanne philoſophati ſunt, potentes exiſtentes in opere & in ſermone. Dico enim Ioannem & Sophronium Dei cultores, & amatores virtutum, & pietatis propugnatores: attamen quamuis tales eſſent, de dignitate & merito ſtudij viri iſtius & ipſi omiſerunt, & idipſum perpeſſi ſunt, quod nonnulli ſtudioſi agricolæ, vineam vberem & fructuoſam vindemiantes: nã relinquunt vtique ex fructu benedictionem, etiam nolentes, retro ſe ſequentibus egenis eligentibus vineam: ex quibus ſumus & nos minimi. Nam & omnes Sancti iſti, quamuis omni fortitudine ſuâ fructiferam hanc oliuam, quæ in domo Dei, vt ait Pſalmiſta, plantata eſt, propter multiplices reuerà oliuas, quæ in eâ ſunt, zelo Dei vindemiare ſtuduerint; attamen latuit eos multus oliuæ fructus, Domino diſpenſante, & noſtram vilem & frigidam alacritatem ſuſcipiente, vt duo viduæ minuta. Non enim illis detrahentes, neque qui poſſimus eorum à Deo donatam ſapientiam imitari, Iuſti geſta ſcripturæ tradere feſtinauimus; ſed primò quidem, vt quòd intelligimus non iuſtum eſſe, ea quæ poſſunt vtilitatem audientibus facere, ſilentio occultare; ne & nos incidamus in iudicium ſerui illius, qui talentum in terrâ abſcondit: ſecundò autem, vt in hac narratione noſtrâ correctiores & delectabiles hiſtoriæ conſcribantur, quæ ſcriptæ non ſunt ab optimis viris, in laudibus ſanctiſſimi reuerà atque beatiſſimi Ioannis. Deinde verò, quia ſapientes & potentes in ſermone, amatores hiſtorię erant, ſapienter & ſublimiter materiam depinxerunt: quod maximè & perampliùs erexit nos ad præſentem ſollicitudinem, vt eo, qui ineſt nobis, pedeſtri, deformi, humiliąue charactere enarraremus, vt poſſet & idiota & ſine litteris, de his quæ dicuntur, proficere.

Vitam S. Ioannis Eleemoſ. ſcripſerunt Ioannes & Sophronius,

Pſal. 51. 10.

& poſt illos Leontius: cur?

CAPVT I.

Leontij notitia cum diſcipulis S. Joannis. Huius prima in Patriarchatu exercitia.

3 CVm peruenissem Alexandriam ego indignus ad amplectendos ſanctos & victores Martyres a Cyrum

a

Leontius agit cum diſcipulis S. Ioannis:

rum & Ioannem, & eorum iucundis epulis & refectione frueremur, conuenientibus & colloquentibus ibidem quibuſdã viris venerabilibus atque *b* philochriſtis, & diſputaremus de Scripturis & de animæ inſtitutione; venit ad nos quidam peregrinus petens eleemoſynam: dicebat enim ſe nuper de captiuitate Perſarum ereptum. Accidit igitur vt nullus de conſidentibus inueniretur habens pretium aut nummum. Vnus ergo de conſidentibus habebat illic adſtantem mercenarium, callidè datorem, accipientem tres tantùm nummos per ſingulos annos, & habentem vxorem & duos filios. Cumque receſſiſſet qui petebat, proſecutus eſt eum ingeniosè, & abſtulit à ſe quam ferebat *c* cruciculam argenteam, & dat ei, dicens ſe non habere aliud aliquid vſque ad *d* ſiliquam vnam in vitâ ſuâ. Ego igitur de hoc, quod acciderat, imò quod geſtum videram (per gratiam enim Dei conſiderans quod fecerat) compunctus, enarraui ſtatim propè ſedenti, Mennæ nomine, viro induſtrio & timenti Deum: qui & erat *e* ordinans diſpenſationem ſanctiſſimæ Eccleſiæ ſub nobili & beatiſſimo Ioanne Patriarchâ. Qui, cùm me intuitus eſſet admirantem & laudantem eum, qui eleemoſynam fecerat, dixit mihi: Ne mireris, eò quòd ex traditione & doctrinâ huiuſmodi actionis operator extitit. Et dicente me ad eum, Quomodo? propter caritatem prodeſto mihi. ipſe reſpondens ait: Sanctiſſimo ter beato Patriarchæ noſtro miniſtrans permanſit Ioanni, & tamquàm filius proprius patris induſtriam ſuſcepit, dicente Sancto ad eum: Humilis Zacharia, eſto miſericors: & verbum habes ex Deo per infelicitatem meam, quia neque in vitâ meâ neque poſt mortem deerit à te Deus. quod ſeruat vſque hodie. Multas enim benedictiones mittit ei Deus, ſed non dimittit quidquam, quod non ſtatim det pauperibus, propemodùm conſtringens & in nihilum redigens domum ſuam. Multoties autem in exultatione inuenerunt eum quidam, dicentem Deo: Sic ſic, aut tu mittendo, aut ego diſpergendo; videbimus verò quis vincat. Liquet enim quoniam tu diues Domine, & vitæ noſtræ miniſtrator es. Porrò eſt, quando iuxta euentum non habet ad horam aliquid quod det à ſe petenti; & triſtatus dicit ad tabernarium aut ad negotiatorem: Da mihi vnum *f* tremiſſem, & ſeruiam tibi vno menſe vel duobus, vt vis & vbi vis, quoniam eſuriunt valdè qui in domo meâ ſunt. Et ſumens dat egeno rogans vt nemini dicat.

b

c

d

admiratur vnius in pauperes liberalitatem,

e

cum Deo dante certantu erogando:

f

4 Cùm ergo ſenſiſſet me idem Dei cultor Mennas, tamquàm Euangelium audientem ſe, dicit mihi cum compunctione: In hoc miraris, Domine? Iam ſi inueniſſes ſanctum Patriarcham, quid? Aio ei: Quid amplius viderem? Tunc dixit mihi: Crede per indulgentiam Dei. ipſe me fecit Preſbyterum, & Vicedominum ſanctiſſimæ Eccleſiæ, & vidi in eo opera vniuerſam pænè naturam excedentia. Et ſi dignatus fueris in ſeruilia tua hodie veniendo, ſanctificare nos, enarrabo tibi geſta, quæ ipſe inſpector eorum factus adſpexi. Cumque hoc dixiſſet, tenui manum & erexi eum: apprehendenſque, duxit me in à Deo ſeruatam domum ſuam. Itaque cùm voluiſſet nobis menſam dignatus apponere, dixi ad eum: Non iuſtum eſt, ô Domine, animæ cibum relinquentes, corpus ante animam reficere: ſed magis cibum qui non perit, priùs ſumamus: & poſtmodùm corpori neceſſitatem præſtemus. Cùm ergo cœpiſſet vitam Sancti ſine mendacio recitare, Primum, inquit, & præcipuum bonum eius fuit, quoniam omnimodis non iurauit. Petij igitur chartam & atramentarium, & quæ dicebantur, per ordinem annotabam.

intelligit ex Mennâ acta S. Ioannis,

eadẽ annotat.

S. Ioannes electus Patriarcha,

5 Promotus ergo, & in throno reſidens in amicâ Chriſti magnâ ciuitate Alexandriâ, decreto Diuino veraciter, & non ex hominibus, neque per homines, hoc primum forte factum & præmium omnibus demonſtrauit. Mittens enim mox diſpenſatores, & eum qui dicebatur *g* Super pacem, dicit coram omnibus ad eos *h* in honorabili ſecreto: Non iuſtum eſt, Fratres, nos antè alterius cuiuſquam curam habere, quàm Chriſti. Omni verò multitudine quæ conuenerat, audito verbo compunctâ ac ſuſtinente, dicit iterum ille Beatus: Euntes ergo per totam ciuitatem, conſcribite mihi vſque ad vnum omnes *i* Dominos meos. Illis autem non intelligentibus, qui hi eſſent, ſed rogantibus dicere, & mirantibus, quinam Patriarchæ Domini exiſterent; reſpondit rurſus Angelicum illud os, & ait: Quos vos egenos & mendicos vocatis, illos ego Dominos & auxiliatores prædico. Ipſi enim nobis verè & auxiliari, & cælorum regnum donare poterunt. Et cùm hoc multâ velocitate vidiſſet factum Chriſti imitator, præcepit eis per ſingulos dies ſtipendia tribui, & per proprium diſpenſatorem præbens eis ſufficientem neceſſitatem: plus autem erant, quàm ſeptem millia quingenti. Tunc quaſi paſtor verus & non mercenarius, cum ſacro ſuo ouili & cum conuenientibus ſanctis viris Epiſcopis ad eccleſiam ſanctam pergens, conſecratus eſt diuino iudicio.

g h

Auctore Leontio Episc.

pauperes Dominos ſuos vocat;

i

eorum 7500. alit:

conſecratur.

6 Iuſtum verò eſt & hoc geſtorum eius non poſtponere bonum. In craſtinum enim iterum mittens per totam ciuitatem eoſdem Dei amicos, Oeconomos & *k* Cãcellarios, & reliquos quibus erat diſpoſitio ciuitatis credita, non permiſit menſuram qualẽcumque, vel pondus paruum vel magnum in totâ ciuitate: ſed omnia in vnâ *l* Campanâ ſtaterâ, modio & *m* artabe, vendere & emere conteſtabatur, ſcribens in ſubſcriptione ſuâ conditionem per omnem regionem, habentem formam hanc: Ioannes humilis & exiguus ſeruus ſeruorum Domini noſtri Ieſu Chriſti, omnibus ſub paupertate noſtrâ degentibus, quiſque ab eodem Domino & Deo noſtro regimini, hæc: Egregio B. Paulo, per eum qui in eo loquebatur, Chriſtum iubente, & omnibus legem ponente, Obedite Præpoſitis veſtris & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri; credit tantillitas mea, verbo diuino obedientes vos, ſuſcipere petitiones noſtras vt ex Deo, & non ex homine: vnde hoc ſciens, moneo caritatem veſtram, vt nequaquàm in quopiam veſtrûm appareat huiuſcemodi præuaricatio. Denique, vt ait diuina Scriptura, Stateram magnam & paruam odio habet Deus. Si verò quis apparuerit poſt præſentem ſubſcriptionis noſtræ conditionem, iſtiuſmodi crimen incidens, vniuerſas facultates ſuas indigentibus, non volens, ſine mercede, apponet. Ergo, vt dignum memoriâ, & hoc ipſum publicum præceptum hîc ponere feſtinauimus.

k

Præſcribit pondera iuſta, & menſuras:

l m

Hebr. 13. 17.

Prou. 11. 1.

mulctam præuaricatoribus imponit.

a *De iis agemus XXXI. Ianuarij. infrà num. 59. eorum templi mentio ſit.*

b *Ita rectè correxit Roſweydus, cùm infrà num. 22. & 44. repetatur; & hîc perperàm in editionibus nonnullis* philoſophis *legeretur. Latinè tranſlatum* amatores Chriſti *reperitur nu. 27.*

c *Exempla eorum qui Crucem è collo geſtarunt, refert Greſerus noſter lib 1. de cruce cap. 34. & lib. 2. cap. 27. & alibi.*

d Siliqua vigeſima quarta pars ſolidi eſt, ab arboris ſemine vocabulum tenens. *Iſidorus lib. 16. Orig. cap. 24.* Siliqua.

e *Oeconomus ſupremus, ſeu Vicedominus, vt mox num. 4. appellatur, de quâ dignitate agemus IV. Februarij in vitâ & conuerſione S. Theophili Vicedomini.*

f *Iſidorus ſuprà:* Tertiam partem *ſolidi* ideò dixerunt tremiſſem, eò quòd ſolidum faciat ter miſſus. *infrà* tremiſſia. Tremiſſis.

g *Intelligitur qui ante Sacrum pronuntiabat* εἰρηνικὰ. pacifica, *(de quibus formulis legendum Euchologion Græcorum) ſiue is Diaconus fuerit, vt annotat Roſweydus, ſiue honoratior aliquis Presbyter.*

h *Metaphraſtes:* Ἀπὸ τῶν ὁμοῦ καὶ τῶν ἑστηκότων. Iis etiam ſimul audientibus qui erant à ſecreto.

i *Ita quoque pauperes & peregrinos appellare ſoliti ſunt Ioannita, vt infrà dicemus, huius Patroni ſui exemplo.*

k *Officium Eccleſiaſticum erat. infrà num. 8. & 45. repetitur. Hincmarus epiſt. 3. cap. 16.* Apocriſiarus autem, quem noſtrates Capellanum, vel Palatij cuſtodem appellant, omnem clerum Palatij ſub curâ & diſpoſitione ſuâ regebat: cui ſociabatur ſummus Cancellarius, qui à ſecretis olim appellabatur. *Cancellarius.*

l *Iſidorus lib. 16. Orig. cap. 24.* Campana, à regione Italiæ nomen accepit, vbi primùm eius vſus repertus eſt. Hæc duas lances non habet; ſed virga eſt ſignata libris & vnciis & vago pondere menſurata: vnicuique autem ponderi certus eſt modus, nominibus propriis deſignatus. *Editiones veteres habebant hîc, vt notat Roſweydus:* in vnâ Campanâ, id eſt, iuſtâ & æquali, ſtaterâ. *Statera Campana,*

AVCTORE LEONTIO EPISC.

m *Iſidorus ibid. cap. 25.* Artaba menſura eſt apud Ægyptios ſextariorum 72. compoſita ex numero, propter 72. gentes, vel linguas quæ orbem impleuerunt. *Aquicinctinum MS. apud Roſvveydum num. 21. in margine adſcriptum habebat.* Artaba, id eſt, menſura modios tres continens & tertiam partem modij. *quod ipſi Vitæ in aliquibus editionibus ita inſertum:* modo & artabâ, id eſt, menſurâ *&c.*

Artaba.

CAPVT II.

Varia miſericordiæ opera.

7 RElatum eſt aliquando huic diuinitus ſapientiam conſecuto, quòd per xenia Eccleſiæ Rectores empti perſonas acciperent circa diſpoſitiones captiuorum. Quos nihil negligens conuocauit: & neminem penitùs exaſperans, ſuperauxit mercedes quæ eis priùs dabantur, ponens verbum, quatenùs munera à quolibet omnimodis non acciperent: Quoniam, inquit, ignis conſumet domos munera accipientium. Ex tunc igitur per gratiam Dei abundauerunt domus eorum, ita vt quidam ex eis additę ſibi mercedis quantitatem dimitterent.

Prohibet ab officialibus ſuis munera accipi:

8 Diſcens verò aliquando iterum ille ter diues, quòd quidam iniuriam paterentur ab aduerſariis ſuis, & volentes adire eum, timore Cancellariorum & *a* Eccleſiæ Defenſorum atque ei adſtantium prohiberentur, conſiderauit tale quid Deo acceptum negotium: & quartâ & ſextâ feriâ publicè ponens ſellam & duo ſcamna, ſedebat ante eccleſiam, colloquens quibuſdam ſtrenuis viris, aut ſancta Euangelia præ manibus tenens, nullum tanti obſequij appropinquare ſibi permittés, excepto vno Defenſore Eccleſiæ, licẽtiam & cõfidentiam dare feſtinãs ſe adire volentibus: quibus & cõfeſtim quod dignum erat, per Eccleſiæ Defenſores faciebat: & præcipiebat, vt nemo eorum guſtaret, quoaduſque ordinarent capitulum. & audientibus dicebat: Si nos homines exiſtentes, permiſſionem ſemper pro petitionibus noſtris habemus ingrediendi domum Dei, & petitiones noſtras notas facere ei, videlicet intractabili ac omni creaturæ ſupereminenti: atque operam damus, quò preces noſtræ impleantur; nec non & rogamus eum, ne tardet, ſed illud Pſal. 78. 8. Prophetæ dictum protinus exclamamus: Citò anticipet nos miſericordia tua Domine; quomodò, putas, nos conſeruorum noſtrorum petitiones cum omni feſtinatione debemus peragere, memores Domini dicentis: In quâ menſurâ menſi fueritis, remetietur vobis. & Prophetæ iterum perhibentis: Quemadmodùm feciſti, erit tibi?

a

publicam bus quaque hebdomadâ audientiam plebi concedit:

Matth. 7. 2.

Flet quòd nemo afflictus ad ſe venerit:

9 Vnâ ergo dierum ſimili modo hic mirabilis procedens, & in ſolito loco preſidens vſque ad horam quintam, & nemine accedente, mœſtus & collacrymans receſſit: nullo autem audente eum interrogare cauſſam mœroris, S. Sophronius ait ad eum ſecretò, (illic enim erat tunc:) Quæ cauſſa eſt, Dei curator, retinentis animum tuum ſanctum triſtitiæ? omnes quippe nos repentè conturbauit. Qui dixit ei manſuetâ voce: Hodie humilis Ioannes qualemcumque mercedem à quopiam non habuit, neque Chriſto pro innumeris peccatis ſuis aliquid obtulit, ſicut nec aliquando. Cui S. Sophronius diuinitus inſpiratus, reſpondit, (mox enim intellexit cauſſam, ob quam idem triſtabatur Patriarcha:) Hodie quidem gaudere & lætari oportet Beatiſſime: veraciter enim beatiſſimus es, ita pacificans à Chriſto creditum tibi gregem, vt nullam habeat contra proximum ſuum litem aut dubietatem, ſed velut Angelos ſine litigio & ſine iudicio homines eſſe feciſti. Ille autem verè mitis paſtor, credens quod dictum erat verum eſſe, oculos in cælum extendens, dicebat: Gratias ago tibi Deus, quia & immeritam puſillanimitatem meam ſacerdotio fungi, & me exiguum & peccatorem, Sacerdotem tuum vocari, & paſcere rationabilem gregem dignatus es. Mox ergo puſillanimitate omni depoſitâ, gaudium in humilitate multum illi affuit. Hunc verò (vt quidam aiunt) in hoc imitatus eſt & *b* Conſtantinus, *c* qui poſt Heraclium Imperatorem extitit, cuius & filius erat.

b c

10 Huius ſancti Patriarchæ *d* temporibus adſcendentes Perſæ captiuauerunt & deprædati ſunt Syriam. Itaque penè omnes qui effugiebant manus Perſarum, ad nomen huius ter beati, tamquàm ad portum ſine fluctu accurrebant, ab eo & ipſi ſuffragio & ſuſceptione perfrui poſtulantes. Quos Beatus iſte hoſpitio recipiebat, & conſolabatur non tamquàm captiuos, ſed quaſi naturâ veraciter fratres. Continuò ergo plagatos quidem & infirmos in xenodochiis & noſocomiis fecit recumbere, præcipiens curam eis & medicinam gratis impendi: & tunc recedere, quando vnuſquiſque eorum propriâ voluntate vellet. Eorum verò, qui cùm ſani eſſent & & egeni, veniebant ad *e* rogam, maſculis quidem ſingulas ſiliquas dabat; mulieribus autem & puellis, tamquàm infirmioribus membris, binas. Venientibus autem quibuſdam indutis ornamentis aureis & dextralibus, & quę rentibus eleemoſynam; referebant de eis Patriarchæ hi quibus erat roga credita. Ad quos Beatus ille toruo oculo ac ſeuerâ voce vſus, quamquàm mitis eſſet & viſu hilaris, dixit: Si quidem humilis Ioannis, imò Chriſti diſpenſatores vultis eſſe, diuino præcepto ſine calliditate obedite, dicenti: Omni petenti te da. Si autem venientes curioſè inueſtigaueritis, Deus curioſorum miniſtrorum non indiget, neque humilis Ioannes. Si enim quæ dantur, mea exiſterent, & mecum nata eſſent, fortaſſe benè in meis tenax exiſterem. Si verò quæ dantur Dei ſunt, vtique in ſuis præceptum ſuum cuſtodiri vult. Si autem ex incredulitate aut modicâ fide illud timetis ne fortè multitudo eorum quæ dantur, ſuperet introitum pecuniarum; ego veſtræ puſillæ fidei communicari non patior. Etenim ſi beneplacito Dei actum eſt, vt eſſem ego indignus diſpenſator eius munerum, ſi totus mundus congregaretur Alexandriæ eleemoſynæ indigens, immenſos theſauros Dei non anguſtabunt, neque ſanctam Eccleſiam.

d

à Perſis fugientes exules benignè ſuſcipit,

vulneratos & infirmos fouet;

e

ornatis auro prohibet negari eleemoſynam;

Lucæ 6. 30.

plenus fiduciâ in Deum:

11 Cumque iſtos dimiſiſſet, vniuerſam quæ circumderat illos defectionem & modicam fidem ſcindens, loquebatur his qui ei conſedebant; & admirabantur de à Deo datâ ei compaſſione: Cùm eſſem, inquiens, in Cypro adhuc iuuenis quaſi annorum quindecim, videO vnâ noctium in ſomnis *f* puellam quamdam, cuius ſpecies ſupra ſolem ſplendebat, ornatam ſupra omnem humanum ſenſum: quæ venit & ſtetit ante lectum meũ, & pulſauit me in latere. Expergefactus verò, video eam in veritate ſtantem, & æſtimaui eam eſſe mulierem: *g* figurâ igitur Crucis ſignatus, dixi ei: Quæ es tu? & quomodò auſa es intrare ſuper me dum dormirem? Habebat & coronam de oliuarum ramis ſuper caput ſuum. Tunc illa hilari vultu & ſubridendo labiis dicit mihi: Ego ſum prima filiarum Regis. Cumque hæc audiſſem, ſtatim adoraui eam. Tunc dicit mihi: Si me poſſederis amicam, ego te ducam in conſpectu Imperatoris. Etenim nemo habet poteſtatẽ apud eum, ſicut ego. Ego quippe feci eum in terris hominem fieri & ſaluare homines. Et hæc dicens, diſparuit. Ego verò in memetipſum reuerſus, intellexi viſionem, & dixi: Credo, Compaſſio ac Eleemoſyna eſt, & ideò habet in capite ex oliuæ foliis coronam. Etenim veraciter compaſſio & benignitas erga homines, Deum carne veſtiri fecit.

Eleemoſynam videt ſub ſpecie Virginis,

f

g

ſigno Crucis ſe ſignat.

eam agnoſcit:

12 Statim ergo veſtiui me, & nullum domus meæ excitans, in eccleſiam abij. erat enim iam aurora. Et cùm irem obuiàm fratri frigore vexanti, expoliaui me indumento caprino, & dedi ei, dixiq́ue intra me: Ecce in hoc ſciam, ſi vtique vera eſt viſio quam vidi, an dæmoniaca. Et veritate teſtante, necdum eccleſiam comprehenderam, & ſubitò obuians mihi quidam, albis indutus veſtibus, dat mihi ligaturam centum numiſmatum, dicens: Accipe hæc, frater, & diſpenſa vt vis. Ego autem præ gaudio ſtatim hæc ſuſcipiens, reuerſus ſum, volens reddere ei ligaturam illam, quaſi nihil indigens: & ampliùs non vidi aliquem. Tunc dixi mihi, Veraciter non erat phantaſia. Ex illâ ergo horâ ſæpè dabam aliquid fratribus,

dat pauperi indumentum ſuum:

h

recipit 100. *numiſmata:*

experitur Dei promiſſionem de centuplo:

bus, & dicebam: Videbo ſi mittat Deus mihi, vt dixit, centupla. Et cùm tentaſſem Dominum, malefaciens, & ſatisfactus eſſem diuerſis modis per eas res, dixi: Ceſſa miſera anima, tentando intentabilem. Tot igitur certitudines habente ex Deo humili animâ meâ, hi increduli fortaſſe hodie venerunt, & me in diffidentiam ſecum cadere hortabantur.

bis vel ter in ſeptimanâ infirmos viſitat:

13 Adhuc exiſtente eadem populi multitudine in ciuitate, quidam peregrinorum videns tantam eius compaſſionem, voluit tentare eum: & indutus veſtimenta vetera, adiit eum, euntem ad viſitandos qui in noſocomio iacebant. Bis enim per hebdomadam vel ter ibat illuc. Et dicit ad eum: Miſerere mei, quoniam captiuus ſum. Dicit datori: Da ei ſex numiſmata. Deinde cùm hæc accepiſſet, vadit & mutat habitum, & obuiat ei aliũde, & procidit ei, dicens: Miſerere mei, quia coarctor. Dicit denuò Patriarcha datori: Da ei ſex nũmos aureos. Cùm ergo iſſet, dicit ille diſtributor ad aurem illius Patriarchæ: Per orationes tuas Domine, idem ipſe accepit ſecundò. Fecit verò ſeipſum Patriarcha, tamquàm neſciret. Venit itaque tertiò iterum accipere, & tetigit Patriarcham qui aurum ferebat, ſignificans quòd ipſe eſſet. Tunc reſpondit ei Dei amicus, ille veraciter miſericors: Da ei duodecim numiſmata, ne fortè Chriſtus meus ſit, & tentet me.

Chriſtum in paupere recognoſcit.

a Ἔνδικος *in Concilio Chalcedonenſi can.* 2. Defenſor, & 23. Defenſor. Defenſor Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ *dicitur. Vrbanus Papa in cap.* Saluator. *de Simoniâ. docet ſub nomine* Defenſorum Eccleſiæ *intelligi in citato Concilio,* Aduocatos, Caſtaldos, Iudices. Ἔνδικος σχολαστικὸς, *in Codice canonum Eccleſiæ Africanæ can.* 117. Defenſor ſcholaſticus, *id eſt, Aduocatus. De Defenſoribus Palatij conſule Codinum de Officiis aulæ Conſtantinopolitanæ.*

b *Conſtantinus Heraclij ex Eudociâ filius, natus eſt* 3. *Maij, feriâ quartâ, Indictione* 15. *Heraclij an.* 2. *Chriſti* 612. *at* 22. *Decemb. Indict.* 1. *Heraclij an.* 3. *Imperator à Patre Heraclio inauguratus, à ſenatu coronatus atque adoratus, & à populo conſalutatus: atque à* 22. *Ianuarij an. Chr.* 613. *anni eius imperij cum parente numerari cœpêre, vt in Chronico Alexandrino videre eſt. Heraclio an. Ch.* 641. *Martij* 11. *die mortuo ſolus Conſtantinus tantùm quatuor menſibus imperauit; à nouercâ Martinâ veneno ſublatus. Theophanes lib.* 18. *cap.* 70. *Cedrenus, & Zonaras, qui addit* paterni eum imperij, non peruerſæ opinionis, hæredem *fuiſſe, quòd Monothelitis non adhæſerit.*

Conſtantinus III. Imp. Catholicus.

c *Hæc verba ab interprete alioúe explicationis gratiâ adiecta videntur; neque enim Leontium remur hæc poſt Conſtantini mortem ſcripſiſſe, qui iam à temporibus Mauritij Epiſcopus erat.*

d *Anno Chr.* 614. Heraclij 4. poſt Conſulatum eius 3. Indict. 2. menſe Iunio, captâ Hieroſolymâ, Crux Chriſti ablata eſt, & Zacharias Patriarcha in Perſidem abductus. *Ita pluribus Chronicon Alexandrinum. Theophanes ad annum Heraclij* 5. *refert, Octobri ſequenti inchoandum.*

Hieruſalem capta à Coſroe.

e Roga, ſtipendium, donatiuum, *vt dictum ad Vitam S. Anaſtaſij* 22. *Ianuarij.*

f *Ita B. Laurentio Iuſtiniano apparuit diuina Sapientia in ſpecie Virginis, vt dictum eſt in eius Vitâ VIII. Ianuarij, num.* 8. *Varias eiuſmodi apparitiones refert Petrus Thyræus noſter lib. de apparitionibus Chriſti perſonalibus cap.* 3.

g *Agnoſce veterem piorum hominum ritum.*

h Solenne, *inquit Roſuveydus num.* 26. huius æui ſcriptoribus, ita ſimilia verba vſurpare, v. g. tribulantes, pro tribulati.

CAPVT III.

Subuentum pauperi nauclero, & Nobili.

Nauclero eleemoſynam erogat,

14 NAuclerus quidam peregrinus damna pertulit: & accedens hunc beatum virum, rogabat cum multis lacrymis, vt compateretur ei, ſicut & omnibus aliis. Præcepitque eum accipere quinque libras auri. Cumque accepiſſet has, abiens emit *a* enthecam, & miſit in nauim. Mox accidit, vt extra Pharum naufragium pertuliſſet: nauim verò non perdidit. Acceſſit iterum ad eum, de bonâ eius voluntate præſumens, & dixit: Miſerere mei, vt Deus mundi miſertus eſt. Cui ille Patriarcha dixit: Crede frater, niſi miſcuiſſes pecuniis Eccleſiæ illas pecunias quæ tibi remanſerant, nullatenus naufragium pertuliſſes. De malis enim habuiſti eas, & perditæ ſunt cum eis & quæ fuerunt ex bonis. Verùm præcepit denuò dari ei decem libras auri, denuntians ei ne commiſceret eis alias pecunias. Emens præterea enthecam, & nauigans vno die, vẽto valido flante, proiectus eſt in terrã: & omnia perdidit, & ipſam nauem, & non ſunt ſaluatæ niſi animæ tantùm. Voluit ergo præ confuſione & anguſtiâ idem nauclerus necare ſeipſum: ſed Deus qui ſemper ſaluti hominum prouidet, reuelauit hoc beato Patriarchæ. Et cùm audiſſet quod acciderat ei, nuntiat ei venire ad ſe nihil omnino dubitans. Tunc aſperſit ſe puluere, & tunicam ſcindens, indecenter accedit ad eum. Cumque vidiſſet eum in tali habitu ille Sanctus, redarguit eum, & dixit: Miſereatur tui Dominus benedictus Deus. credo ei quòd ab hodiernâ die nequaquàm naufragium incidas, vſquequò moriaris. Hoc verò tibi contigit, eò quòd & ipſa nauis tua ex iniuſtitiâ eſſet poſſeſſa.

a

quâ pecuniâ malè partâ mixtâ, itaq; pereunte,

Auctore Leontio Episc. duplicat nouam eleemoſynam;

eâque iterum perunte,

cum naui iniuſtè poſſeſſâ,

15 Mox ergo iuſſit tradi ei vnam magnam nauim, plenam frumento viginti millium modiorum, de illis nauibus, quæ ſanctiſſimæ Eccleſiæ ſubiectæ miniſtrabant. Quam recipiens, exiit Alexandriâ: & affirmabat ipſe nauclerus, aſſeuerans: Viginti diebus ac noctibus vehementi vento nauigauimus, non valentes omnino ſcire quò iſſemus, neque per ſtellas, neque per loca, excepto quòd gubernator videbat illum Patriarcham ſecum tenentem temonem, & dicentem ſibi: Ne timeas, benè nauigas. Igitur poſt vigeſimã diem apparuimus in inſulis Britanniæ: & deſcendentibus nobis in terram, inuenimus illic famem magnam. Cùm ergo dixiſſemus *b* primo ciuitatis, quòd frumentum in naui portaremus, dixit: Benè Deus adduxit vos. Quidquid vultis eligite: aut per ſingulos modios numiſma vnum, aut eiuſdem ponderis accipite *c* ſtannum. Elegimus itaque dimidium ſic, & dimidium ſic. Rem autem vadit dicere ſermo, inexpertis munerum Dei incredibilem quidem & ſine fide, his verò qui experientiam miraculi eius habent, credibilem atque acceptam.

nauim Eccleſiæ frumento plenam tradit,

& abſens dirigit

in Britanniam:

b

c

16 Naui præterea Alexandriam cum gaudio reuersâ quieuimus in *d* Pentapoli: & aſportauit nauclerus de illo ſtanno, vt venumdaret illud. habebat enim illic antiquum ſocium in negotiis petentem ex eodem ſtanno. Dat ei in ſacco quaſi quinquaginta libras. At ille volens probare ſpeciem ſi bona eſſet, ſoluit illud in igne, & inuenit argentum *e* purum. Putauitque ſe eſſe tentatum, & retulit ei ſaccum dicens: Deus indulgeat tibi. Numquid inueniſti me impoſtorem erga te, quia tentando argentum pro ſtanno dediſti mihi? Expaueſcens verò de ſermone illo nauclerus, dicit: Crede, ego pro ſtanno illud habeo. Si verò ille qui fecit de aquâ vinum, ipſe per orationes Patriarchæ fecit & ſtannum argentum, nihil mirum. Et vt ſatisfias, veni ad nauim, & videbis cetera iſtius metalli ſocia, quod accepiſti. Aſcendentes itaque, inuenerunt ſtannum argentum optimum factum. & non eſt peregrinum miraculum, ô philochriſti. Qui enim quinque panes multiplicauit, & rurſus aquam Ægypti tranſmutauit in ſanguinem, & virgam in ſerpentem tranſmutauit, & tranſtulit flammam in rorem; faciliùs & hoc tam glorioſum miraculum operatus eſt, quatenùs & famulum ſuum ditaret, & nauclero miſericordiam ſuam præſtaret.

d

ſtannum in argentũ conuertit.

e

17 Deſcendente ſanctiſſimo iſto viro aliquando in eccleſiam Dominico die, acceſſit ad eum homo, qui multas poſſederat facultates: & fures ingreſſi domum eius, deſpoliauerunt eum vſque ad ſtramentum: & cùm multa quæſtio eſſet facta, & non inueniſſet qui hæc perpetrauerant; compulſus eſt multâ nimis paupertate, deprecari cum magnâ reuerentiâ ſanctiſſimum illum Patriarcham, dicens ei & calamitatem ſuam. Miſertus ergo illius multùm (fuerat enim ex clariſſimis & magnis Principibus) dicit ad aurem illius cui aurum creditum erat, vt daret ei quindecim libras auri. Cùm autem has daturus abiret, apprehendit conſilium *f* logothetæ & *g* œconomi: & ex diabolicâ operatione inuidentes, non dederunt ei niſi quinque libras. Cùm ergo reuerteretur de *h* collectâ idem honorabiliſſimus Archiepiſcopus,

Iubet 15. *libras auri dari Nobili pauperi:*

datis à famulis tantùm 5.

f

g

h

AVCTORE LEONTIO EPISC.

ſcopus, dat ei in ſcriptis mulier vidua, habens vnicum filium, *i* notitiam xenij quinque centenariorum auri. Cùm autem ſuſcepiſſet, & honorabile ſecretũ dimiſiſſet, conuocauit diſpenſatores, & dixit eis: Quot libras dediſtis illi qui ad me acceſſit? Qui dixerunt: Domine, vt iuſſit ſacratiſſima Sanctitas veſtra, quindecim libras. Cùm autem cognouiſſet per inhabitantem in ſegratiam, illos eſſe mentitos, adducit eum qui acceperat, & interrogat eum, quid accepiſſet? Illo verò dicente quinque libras, proferens de honorandâ manu ſuâ ille Sanctus *k* pittacium, quod ſibi traditum fuerat, dixit eis: A vobis exquirat Deus & illa alia decem centenaria: quoniam ſi dediſſetis quindecim libras, vt dixit humilitas mea, qui attulit quinque centenaria, quindecim daret. Et vt certos vos faciam, mittens adducam quæ has attulit.

i recipit à vidua eleemoſynã 500. librarum,

à quâ niſi fraus ſuorum interceſſiſſet,

k

18 Et mittens duos venerabiles viros, vt accerſirent reuerendam feminam, quæ in baptiſterio pittacium ei porrexerat, cui & indicat, dicens: Benedictionem, quam Deus ſibi offerendam miſit in cor tuum, ferens tecum, veni ad humilitatem meam. Quæ curſim ſurgens, apprehendit veſtigia Sancti vnà cum quantitate auri. Cùm ergo ſuſcepiſſet ille Patriarcha oblationẽ, & oraſſet ſuper eam, & ſuper filium eius ſufficienter, dicit ei: Obſecro te *l* Nonna, hæc tantùm voluiſti dare Chriſto, an aliud aliquid? Cùm autem ſenſiſſet deiferum illum, quod fecerat cognouiſſe; tremore compreſſa, dixit: Per ſanctas Domini mei orationes, *m* & ſanctum meum Mennam, quindecim centenaria ſcripſeram in pittacio: & ante vnam horam cùm ſtarem in ſynaxi, vt darem hoc tibi Domino meo, diſſoluens illud, importunè legi. Ego enim indigna ancilla tua ſcripſi hoc propriâ manu, & inueni decem deleta à ſeipſo. Tunc ſtupefacta intra memetipſam, dixi: Vtique non eſt voluntas Dei, vt dem niſi quinque. Dimittente autem Patriarchâ reuerendam illam feminam, ceciderunt ad pedes eius diſpenſatores, qui tranſgreſſi ſunt voluntatem eius, petentes indulgentiam, & affirmantes nihil tale ſe vlteriùs acturos fore.

accepturus 1500. fuiſſet.

l

m

a *In MS. Audomarenſi additum ad marginem:* Arcam, repoſtorium, vel ſeruatorium, ſiue pecuniam, vel opes. *Caſſianus lib.* Entheca. 4. *Inſtit. cap.* 14. Cumque totam enthecam cœnobij, ſuam credat eſſe ſubſtantiam. *Vtitur hac voce Gelaſius Papa apud Gratianum diſt.* 12 *q.* 2. *cap.* Vobis enim.

b *Metaphraſtes τῷ πρώτῳ τύπων. Heruetus* Principem *vertit.*

c *Stanno optimo abundat Anglia, præcipuèq; Damnoniorum prouincia, quæ nunc* Cornvvallia, *vel* Cornubia *dicitur, maximè in Occidentem vergens.* *Stannum Anglicanum.*

d *Metaphraſtes* Decapoli. *Statio nauium Alexandriæ: fortè à tot vrbibus iſthic negotiantibus excitata.* Decapolis.

e *MSS. S. Maxim. Audomar. & Marchian.* primum.

f Logotheta præeſt diſcutiendis & conſcribendis, tam ad populum, quàm ad præcipuos ordinis Eccleſiaſtici pertinentibus. *Ita Codinus de offic. aulæ Conſtantinopol. & magnæ Eccleſiæ. In MS. Audomarenſi addebatur:* cauſſarum vel ſermonum poſitoris, vel ratiocinatoris, vel conſiliarij. *Alius ab hoc erat* Logotheta *Palatinus, de quo conſule Gloſſarium Meurſij.* Logotheta.

g *Roſvveydus in Onomaſtico:* Logothetam ſimul Oeconomi Eccleſiaſtici officium obiiſſe diſcimus ex Vitâ Ioannis Eleemoſynarij. *At nobis omnino ab illo diuerſus videtur: ſiue ſupremus Oeconomus* Mennas, *qui Vicedominus ſuprà, &* ordinabat diſpenſationem ſanctæ Eccleſiæ, *ſiue aliquis ex inferioribus Oeconomis fuerit.*

h *Codex Aquicinctinus ſuperſcribebat:* id eſt, diſtributiones ad pauperes.

i pittacium, *vt mox ſequitur.*

k *alias* pyctacium. *Significat panni fruſtulum, & μεταφορικῶς indiculi membranaceum vel chartaceum. De eo pluribus Roſvveydus in Onomaſtico, & nos alibi.* Pittacium

l *In editione Colonienſi Theodorici à Loher,* nonne. *nec malè; etſi improbante Roſvveydo.* De Nonnâ *infrà ad num.* 85.

m *Roſvveydus opinatur intelligi* Mennam Oeconomum, *qui fortè adſtabat, & conſilium antè etiam contulerat, vt non niſi quinque libræ auri darentur. Longè veroſimilius eſt* S. Mennam *Martyrem accipiendum.*

CAPVT IV.

Subuentum ipſi Ioanni egenti.

18 INtuens *a* Niceta Patricius huius viri virtutibus pleni magnanimitatem, & ſine parcitate manum expanſam, & tamquàm ex fonte iugiter omnibus præſtantem, inſtinctu quorumdam diabolum imitantium, ſubit ad Sanctum, & dicit ei: Regnum arctatur, & pecuniâ eget. Iam, quia ſine parcitate erogantur, quæ deferuntur tibi pecuniæ, da eas Imperio, da eas in publicum ſaccellum. Ille verò de hoc quod dictum fuerat, imperturbatus manens, dicit ad eum: Non iuſtum eſt, vt arbitror, Domine Patrici, ea quæ ſupercæleſti Regi oblata ſunt, terreſtri dare. Si verò & omnino tale aliquid iudicaſti, crede, humilis Ioannes ex eis nummum non dabit tibi: ſed ecce ſub humili lectulo meo eſt apotheca Chriſti: vt volueris, fac. Surgens itaque ſtatim Patricius, vocat de ſuis hominibus qui portare deberent, & imponit ſuper eos pecunias totas, non relinquens ex eis niſi vnum centenarium.

a

Niceta Patricio auferenti theſaurum ſuum non reſiſtit.

20 Et cùm deſcenderent, qui portabant huiuſmodi pecuniam, aſcendebant quidam alij portantes puſillas lagunculas, habẽtes pecunias miſſas Patriarchæ de Africâ, ſuperſcriptas alias quidem *b* MEL OPTIMVM, alias autem MEL SINE FVMO. Cùm ergo deſcendens Patricius legeret ſuperſcriptiones lagenarum, inſinuat Patriarchæ vt ſibi mitteret de tali melle, quo ad opus ſuum vteretur. Nouerat enim eum mali eſſe immemorem. Aſcendente igitur qui lagunculas habebat creditas, & reſponſa reddente, & indicante pecunias eſſe pro melle in vaſis; ſtatim verè mitis Paſtor miſit ei vnam lagunculam, ſuperſcriptam mel optimum, faciens ei & pittacium, continens ita: Dominus qui dixit: Non te deſeram neque derelinquam, ſine mendacio eſt; & Deus verus: idcircò Deum, qui omnibus eſcam & vitam præbet, homo corruptibilis conſtringere non poteſt. Vale. Præcepit autem abeuntibus & portantibus lagunculam, vt dicerent ei, vt ante ſe faceret eam aperiri: & dicerent ei, quòd omnes quas viderat deferri lagunculas, pecuniis eſſent pro melle repletæ. Contigit ergo ſedente eo ad menſam, vt nuntiaretur adeſſe eos qui lagunculam portabant, & pittacium Patriarchæ. Adſcendentibus itaque eis, cùm vidiſſet vnam tantùm lagunculam, dixit eis Patricius: Dicite ei; Credo Domine, magnam iracundiam aduersùm me retines, nam vnam ſolam non mitteres mihi. Tradito autem pittacio eodem, & *c* bullam diſſoluentibus, & euacuantibus coram omnibus pecuniam, agnouit & reliquas lagunculas, quas vidit, ſimiliter plenas eſſe.

Dei prouidentiâ aliam pecuniam accipit,

b

eius partem mittit Niceta; Hebr. 13. 5. Ioſ. 1. 5.

c

21 Cùm ergo legiſſet, quòd homo corruptibilis Deum conſtringere non poſſit, compunctus de ſermone, dixit: Et viuit Dominus, neque Niceta conſtringet eum: homo etenim & ipſe peccator & corruptibilis eſt. Et relinquens mox prandium, & ſumens ſecum quotquot pecunias ab honorando Patre abſtulerat, & lagunculam quæ ab eo tranſmiſſa fuerat, & de ſuo centenaria tria, apprehendit honoranda eius veſtigia, nullo in obſequium proprium ſumpto: ſed in humilitate multâ adſcendens, rogabat eum, quaſi aliis accuſantibus motum, indulgentiam à Deo expoſceret: ſatisfaciens ei, quòd etſi pœnitentiam ei daret, promptè hanc ſuſciperet, & cuſtodiret. Admirans autem Archiepiſcopus velocem viri conuerſionem, nihil de commiſſo conqueſtus eſt, ſed & magis conſolabatur eum verbis conſolatoriis. Talis autem amborum confirmata eſt ex tunc à Deo caritas, vt *d* compater ſupradicti fieret Patricij.

à quo recipit raptas & acceptas pecunias cum fœnore,

fit illius compater.

d

22 Qui Abraham in hoc quod expediebat, tentauit, vt eius fidem ſoli Deo cognitam, vniuerſus mundus diſcens imitaretur; tentauit & memorabilem iſtum Ioannem. Modus autem illius tentationis, forma vtilitatis ſanctis eius Eccleſiis extitit. eſt autem forma hæc: Inæſtimabili

Laborat penuriâ,

ſtimabili multitudine fugientium à Perſis, ſicut iam dictum, & aduenientе Alexandriam, & ſterilitate multâ ciborum factâ, eò quòd non ſubiret fluuiusNilus ſecundùm conſuetudinem, & auro cuncto erogato, quod poſſederat, Patriarcha miſit, & mutuò accepit à multis philochriſtis circa decem centenaria. Et his iterum conſumptis, & adhuc fame manente, & de cetero mutuum dare ei nullo volente, ſed omnibus pertinaciam famis timentibus, & neceſſitate compreſſo eorum qui ab eo alebantur, & in multâ curâ & oratione Beato perſeuerante, ſenſit quidam ciuitatis habitator eam, quæ circumdederat ſanctiſſimum illum, ariditatem & omnimodam egeſtatem: bigamus exiſtens, deſiderat Diaconus ſanctæ Eccleſiæ fieri. & per neceſſitatem quæ Sanctum vndique circũdederat, volebat ſuadere ei, vt eum conſecraret: fecitque ei deprecationem, continentem ita (in facie quippe ei non audebat tale aliquid dicere) Sanctiſſimo & ter beato Patri Patrum Ioanni Vicario Chriſti, deprecatio & poſtulatio à Coſmâ indigno ſeruo ſeruorum Sanctitatis veſtræ. Ediſcens, ſanctiſſime Domine, quæ obtinet honorandum caput tuum ſecundùm permiſſionem Dei, imò pro peccatis noſtris, eſcarum penuriam, non iuſtum exiſtimaui ſeruus tuus, in refectione conuerſari, Domino meo in *e* ſubtilitate manenti. Sunt igitur indigno ſeruo tuo frumenti ducenta millia modiorum, & auri libræ centum octoginta, quas rogo dari Chriſto per te Dominum meum: tantùm ego indignus in miniſterio veſtri diaconatu frui merear, vt per talem cum te Domino ſancti altaris miniſtrationem, emunder à peccatorum meorum luxuriâ. Dicit enim verè Dei prædicator ſanctus Apoſtolus, quoniam ex neceſſitate & legis tranſlatio fit.

ex defectu crediti,

tentatur oblatu munuscribus

à bigamo diaconatum appetente,

e

Hebr.7. 12.

23 Hæc ſuſcipiens diuinitus ſapiens, & virum aduocans, ait ad eum: Tu es qui preces nobis per notarium tuum & filium miſiſti? Quo dicente; Etiam Domine: miſit omnes foras beatus & miſericordiſſimus, nolens coram omnibus hunc confundere, & cœpit dicere ad eum: Oblatio quidem tua multa & tempori neceſſaria, ſed *f* maculoſa eſt: & noſti quòd in Lege ouis ſiue parua, ſiue magna, niſi immaculata eſſet, non in ſacrificium offerebatur: & ideò ad ſacrificium Cain non reſpexit Deus. Quoniam verò dixiſti, frater, quòd ex neceſſitate & legis tranſlatio fiat, de Lege veteri hoc dicit Apoſtolus: nam quomodò ait frater Domini Iacobus, quòd quicumque obſeruauerit totam legem, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus? De fratribus verò meis egenis & de ſanctâ Eccleſiâ, Deus qui eos nutriuit antè quàm ego & tu naſceremur, ipſe & nunc nutriet eos; tantùm, ſi ſermones eius illæſos cuſtodierimus. Ille enim qui tunc quinque panes multiplicauit, poteſt & decem horrei mei modiis benedicere. Quapropter illud dico ad te, fili, quod in Actibus Apoſtolorum dictum eſt: Non eſt tibi portio neque hereditas in hac parte.

cuius Simonia non acquieſcit:

f

Iac.2.10.

Act.8.21.

24 Cumque hunc triſtem & ſine effectu dimiſiſſet, nuntiatur ei duas Eccleſię magnarum nauium ad terram eſſe ſubmiſſas, quas miſerat in Siciliam propter frumentum. Hoc autem audiens ille Beatus, cadens in terram, gratias egit omnipotenti Deo, dicens: Gratias refero tibi Domine, quoniam non permiſiſti ſeruo tuo pecuniis vendere gratiam tuam. Verè inquirentes te Domine, & ſanctæ Eccleſiæ tuæ regulas cuſtodientes, non deficient omni bono.

& mox frumenti copia ei aduenit.

a Nicetas filius Gregoræ Patricius, Subprætor Africæ, *anno ſexto Phocæ Theophani memoratur, lib.17.cap.58. aſt inde per Ægyptum & Pentapolim. conſpirauit cum Heraclio in necem Phocæ lib.* 18. *cap.* 1. Legatum Heraclij *ſcribit Cedrenus anno* 2. *Heraclij, Chriſti* 612. *Comes excubitorum fuit, ſurrogatus in locum Criſpi generi Phocæ. Quæ hîc narrantur, contigiſſe anno Heraclij* 12. *exiſtimat Baronius: ſed ſuprà Roſweydi verbis refutatus.*

Nicetas Patricius.

b *Metaphraſtes ſcribit lagunculas fuiſſe melle impletas, quod diuinitus ſit in pecuniam mutatum: ſed Menna, & Leontio potiùs aſſentimur.*

c *Explicationem ſuperſcribunt MSS. Audom. & Aquicinct.* id eſt, ſigillum. *ita infrà num.* 94. Non potes ſcribere, & bullare, & afferre mihi? *& num.* 96. Dat ei proprium pictacium bullatum. *Amphilochius in Vitâ S. Baſilij interprete Vrſo:* Plumbo bullauit chartam.

Bulla. bullare.

d An liberos eius è ſacro fonte ſuſcipiens? *inquit Roſweydus. Metaphraſtes* ὡς τὸ ἀναδοχον τῶν αυτῦ παίδων γενέσθαι τὸν Πατριάρχην. Vt etiam Patriarcha fuerit eius filiorum ſuſceptor. *quæ de ſuſceptione è ſacro fonte paſſim accipiuntur.*

e id eſt, tenuitate & paupertate, *addunt nonnullæ editiones. Infrà num.* 72. *iterum eodem ſignificatu accipitur.*

f *S. Gregorius Magnus S. Eulogium iam antè hortatus fuerat ad labem hanc Simoniacam ex Eccleſiâ Alexandrinâ extirpandam, vt dicetur ad huius Vitam* 13 *Septemb.*

CAPVT V.

Moderatio animi, & manſuetudo.

Clericos percuſſores excommunicat:

25 QVibuſdam duobus Clericis in culpam cadentibus, hoc eſt, manum in alterutrum iniicientibus, hos excommunicauit canonicè per aliquot dies. Horum quidem vnus libenter ſuſcepit increpationem, & cognouit culpam ſuam: alter verò malitioſus exiſtens, gaudens præceptum ſuſcepit. Occaſionem enim quærebat miſer, ne ingrederetur eccleſiam, ſed licentiam haberet perſeuerandi in nefandis actibus ſuis. Iraſcebatur autem contra ſanctum Patriarcham, & quantum in ſe erat, minabatur ei nocere. Quidam verò dicebant, & ipſum eſſe qui prodiderat pecunias Eccleſię ad Patricium Niceram: quas & rapuit manu, vt præſcriptum eſt. Nuntiatum eſt igitur, quòd ille mali memor, malitiam reſeruaret, & non rectam erga Beatum hunc voluntatem haberet. Ille autem verè paſtor, memor dicti illius: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? & iterum: Vos qui potẽtes eſtis, debetis infirmitates impotentium portare: voluit hunc accerſire, & decenter admonere, & ſoluere eum ab excommunicatione; videbat enim lupum conantem rapere ouem. Diſpenſatione verò Dei actum eſt, vt innoteſceret omnibus Patriarchæ immemor mali animus: oblitus eſt accerſire eum, & ſoluere ab excommunicatione.

2.Cor.11. 29. Gal.6.1. Rom.15.1.

ſubſiſtit in ſacrificio, nondum Clerico ſibi reconciliato,

a

Matth.5. 23.

26 Cùm ergo ad ſanctum Dominicum diem peruenisſet, & ſancto altari adſtitiſſet, vt incruentum ſacrificium offerret, iam Diacono generalem orationem penè conſummante, ſanctum velum *a* exaltaturo, in mentem malitiæ immemoris venit: & ſtatim diuini præcepti recordans, aſſerentis: Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſùm te, relinque ibi munus tuum, &c. intimat Diacono facienti orationem, quam Diaconus ſolitus facere erat, vt reinciperet à capite: & ſi impleretur, iterum recapitularet, vſque dum perueniat eius ſanctificatio. Finxit enim ſe, tamquàm ſi eum ventris neceſſitas compuliſſet. Et veniẽs in honorabile *b* cimiliarchium, miſit ſtatim ferè viginti hebdomadarios, quærentes iam dictum mali modi Clericum. Intentio enim paſtoris hæc erat, vt educeret de ore leonis ouem. Deus verò, qui voluntatem timentium ſe facit, fecit præ manibus inueniri mox Clericum. Et veniente eo, & veritati teſtimonium perhibente, prior Patriarcha genu flexit, dicens: Indulge mihi frater. Veritus ergo illius honorabile pontificium, & eorum qui aderant præſentiam, magis verò timens iudicium Dei, & horrens ne fortè deſcenderet ignis de cælo eadem horâ & conſumeret eum, videntem honorandam illam canitiem humi iacentem, genu flexit & ipſe, petens veniam & miſericordiam. Et dicente Patriarchâ: Deus nobis omnibus indulgeat, ſurrexerunt & ingreſſi ſunt ambo eccleſiam: & tunc cum multo gaudio & lætitiâ adſtitit ſancto altari, cum mundâ conſcientiâ valens dicere Deo: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Ita autem ſanâ ex tunc & compunctâ mente factus eſt Lector ille, vt preſbyterij conſecratione potiri mereretur.

b

quem honorifice reducit,

& ſacrificium perficit.

27 Deiferi quidam ſanctorum Patrum dixerunt: Angelorum quidem eſt nullatenus litigare, ſed in omnimodâ & perpetuâ pace conſiſtere: hominum verò eſt altercari quidem, ſed ſtatim reconciliari: dæmonum autem eſt litigare, & totum diem tranſire inreconciliatos. Hoc

propterea

AVCTORE LEONTIO EPISC.

Altercatur cum Nicetâ Patricio in pauperum fauorem,

6 propterea præfati ſumus, amatores Chriſti, propter preſentem narrationem. Placuit huic aliquando nobili, vnà cum commemorato Nicetâ Patricio, de quadam publicâ re altercari. Modus autem litigij erat talis; neceſſarium eſt enim dicere, cùm ſit animæ vtilis: Patricius quidem diſponere volebat forum propter lucra publica: Patriarcha autem id non patiebatur, pauperum in hoc procurans ſalutem. Multùm ergo c contra ſe ſecretò contendentes, & inflexibiles manentes, receſſerunt ambo ab inuicem irati & irreconciliati. Erat autem hora quinta: & quidem Patriarchæ erat refragatio & amaritudo pro mandato Dei: Patricij autem, propter pecuniaria lucra erat. Tamen ait ille Iuſtus: Neque pro rationabili, neque pro irrationabili occaſione debet homo iraſci. Adueniente ergo horâ vndecimâ, mandat per Archipreſbyterum vnà cum Clero Patriarcha Patricio hoc dignum memoriâ verbum:Domine, ſol ad occaſum eſt. Cùm autem hoc verbum ille audiſſet, non tolerans cordis ſui ardorem, ſed tamquàm diuino igne inflammatus, Sancti ſermone compunctus eſt, infectuſque lacrymis ſtatim totus factus eſt: & ſurgens, venit ad Beatum hunc. Quem cùm vidiſſet, ait: Beneueniſti fili Eccleſiæ, obediens voci eius. d Mittentibus igitur ambobus metanœam, & amplexantibus alterutrum, ſederunt. Et aperiens os ſuum Patriarcha, dixit: Crede mihi Domine,niſi quia vidi te valdè tribulatũ de hoc, iam nõ pigritarer ego venire ad claritatem tuam. Etenim Dominus & Deus noſter, ipſe circuibat ciuitates & caſtella & domos, viſitando homines.

prudentiâ ſuâ eum ſibi reconciliat;

d

28 Omnibus autem humilitate ſummi Sacerdotis ædificatis, & admiratione plenis, reſpondit ad eum Patricius: Crede Pater, quia vlteriùs non capient aures meæ eorum verba, qui litigioſas mihi ſuggerunt res. Tunc ſapiens Doctor dixit ei: Crede fili & frater,ſi omnibus his voluerimus credere, multorum peccatorum erimus domini, maximè in tempore hoc, quando facti ſunt multi hominum inuicem odientes. Multoties enim & mihi ſuadere tentauerunt hi,qui ſuggerebant mihi diſpoſitiones rerum: & cùm facerem ſæpè finem, vt ſeductus fueram, poſtmodùm alij quidam ſuggerebant mihi, quòd fuerim deceptus in capitulo.cùm ergo ſecundò & tertiò hoc fuiſſem perpeſſus, dedi terminum mihimetipſi abſque vtrorumque parte, ne darem definitionem alio in capitulo. Quòd ſi qui ſuggerebant mihi, mentirentur, ipſi pœnam ſoluerent, quam accuſatus ferret, ſi contra eum calumnia veraciter fuiſſet iniecta. Et ex eadem die improuidè ſuggerere mihi contra aliquem omnino aliquid nullus iam auſum habet: quod depoſco & moneo magnum decorem tuum, fili,ſimiliter facere.Sæpè enim & cædes iniuſtas faciunt,qui ſublimitatem creditam habent, ſi fuerint verbis ſuaſoriis commoti, & ſi ſine cruciatu reciderint quæ ad eos veniunt capitula.Et Patricius tamquàm à Deo iuſſus, pactus eſt eius mandatum ſe cuſtodire omni tempore illæſum.

docet & aures non dãdas ſuſurronibus,

& pœnam iniquis delatoribus conſtituendam.

29 Iſte memorabilis habebat quemdam nepotem, nomine e Georgium. Vnâ itaque dierum faciens iſte cum quodam ciuitatis tabernariorum rixam, conuiciis ab eo ſeuerè affectus eſt: qui amarè dolens, non ſolùm quia publicè,verùm etiam quia à viliori inhonoratus eſſet, maximè verò, quia erat nepos Patriarchæ; ſubiit ad eum in conclaui, eo in ſecreto morante,flens vehementer. Cùm autem hunc ita æſtuantem & lacrymantem vidiſſet mitiſſimus Patriarcha, interrogat eum cauſſam detinentis ipſum anxietatis, ſcire hanc volens. Cumque ille non poſſet præ amaritudine, quæ circumdederat eum, exprimere ſermonem,hi qui præſtò fuerunt,quando eum exhonorari à negotiatore contigerat, cœperunt recitare Archiepiſcopo cauſſam: Et quia non debuerat, inquiunt, ita Sanctitas veſtra contemni, vt proprios ſuos ac propinquos à deſpectis exhonorari pateretur hominibus. Ille autem verus vtique medicus,volens primò veluti emplaſtro quodam curare nepotis ſui furiam, & tum tamquàm ferro inciſionem & liberationem paſſionis, per ſapientiſſimum os ſuum huic afferre, talibus verbis cœpit extinguere morbum,& dicere: Et omnino auſus eſt aliquis os aperire, & contradicere tibi? Crede fili mi patri tuo, quoniam faciam in eo hodie rem,vt tota Alexandria miretur. Cumque vidiſſet eum remedium recepiſſe, & triſtitiam cunctam proieciſſe, putantem videlicet, quòd ageret contra eum qui ſe contumeliis affecerat,& faceret eum flagellari per eum, qui ſuper forum erat conſtitutus, & variis pompis dehoneſtari; dicit ei, deoſculans pectus ipſius: Fili mi, ſi ex veritate humilitatis meæ nepos exiſtis, præpara teipſum & flagellari, & conuicia pati ab omni homine.Vera enim cognatio non ex ſanguine & carne, ſed ex virtute mentis agnoſcitur. Confeſtim igitur accerſiuit eum, qui ſuper caupones erat conſtitutus, & præcepit ei, ne ab illo caupone acciperet neque conſueta ſua, neque publica, neque penſionem ergaſterij eius. Et ipſe enim ſanctiſſimæ Eccleſiæ nefacit. erat. Et omnes expaueſcentes immobilem longanimitatem eius, intellexerunt eſſe hoc quod dixit: Quoniam faciam in eum rem, vt miretur tota Alexandria: videlicet quia non ſolùm viciſſitudinem non reddidit, verùm etiam pro vltione adiutorium impendit.

e

Nepotem ſuum conuiciis à quopiam appetitum prudenter conſolatur,

& conuiciatori bonem ergaſterij eius.

30 Nuntiatum eſt aliquando huic Beato, quòd quidam Clericorum malitiam in corde aduersùs quemdam reſeruaret, & inreconciliatus ei permaneret. Ille verò quærebat huius nomen & gradum noſſe. In craſtinum ergo die Dominico didicit hunc, Damianum quidem nomine, Diaconem verò eſſe officio. Præcepit itaque Archidiacono, vt ſibi,quando idem Damianus ad eccleſiam veniret, demonſtraret. Igitur cùm in craſtinum ſtatio Dominico die fieret, venit & Diaconus ad ſtationem: & vidēs Archidiaconus,oſtendit eum Patriarchæ. Ob eam enim tantummodò controuerſiam adſtabat tunc Pontifex ſancto altari: quid verò vellet facere, nulli credidit.Cùm ergo veniſſet Diaconus Damianus, vt ſuſciperet ab eo ſanctam Communionem ſecundùm proprium gradum, tenuit manum illius ille Sãctus, & dixit. Vade priùs reconciliari fratri tuo:& tunc veniens,dignè ſuſcipe immaculata, immemor malitiæ, Chriſti myſteria. Reueritus ergo coram tantâ multitudine Clericorum contradicere illi, maximè in tali loco & in tali horrendâ horâ, ſpopondit hoc facere: & tunc de ſanctis myſteriis dedit ei. Igitur ex tunc omnes Clerici & laici cuſtodiebant ſe,ne inter ſe malitiam retinerent:timentes, ne & ipſos confunderet, triumpharetque quemadmodùm & illum Diaconum.

Damianus Diacono communionem negat: niſi reconciliatur.

a *Metaphraſtes:* κατ' ἀυτὴν τὴν ὥραν, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν κατεπέτασμα τῶν θείων ἀφαιρεῖται δώρων. Eâ ipſâ horâ, in quâ ſacrum velum aufertur à ſanctis donis. *Quod ex ritu Latino ſit ad Offertorium Miſſæ. De eo ritu, & orationibus tum à Diacono dici ſolitis, videri poſſunt antiqua Græcorũ & Orientalium Ritualia, Liturgiæ, & Euchologia.*

b *Exponitur in MSS. Audom. & Aquicin. & editis.* id eſt, ſecretarium vniuerſale. *Dicuntur alibi* Cimelia *veſtiariorum gaza, ſeu donaria, & ornamenta Eccleſiæ. Idem Anaſtaſius in Vitis Pontificum cap. 72. in Seuerino*: Sigillauerunt omne veſtiarium Eccleſiæ, ſeu cimilia epiſcopij, quæ diuerſi Chriſtianiſſimi Imperatores,ſeu Patricij & Conſules,pro redemptione animarum ſuarum B. Petro Apoſtolo reliquerant, *Hinc* χιμηλιαρχεῖον, archiuum cimeliorum. *Occurrit iterum infrà num.* 84. Cimelium. Cimeliarchium.

c *MS. Aquic.* coram ſecreto. *MS. Gemblac.* contra ſe,acriter. *Editi nonnulli,* coram ſecretario.

d *infrà num.* 64. & mittens genuflexiones. *Græcè* βάλλων μετάνοιαν, *quod idem in Vitâ S. Baſilij, alius* genuflectere, *aliis* facere metanœam, *explicatur; ſcilicet honoris cauſſâ ad alicuius pedes ſe abiicere, & venerabundo animo proſternere, ac benedictionem petere. Editi hic addunt explicationis gratiâ;* id eſt, pœnitudinem, ſiue recognitionem.

e *Baronius an. Ch.* 620. *num.* 10. *putat* hunc Georgium ſuffectum eſſe Patriarcham Alexandrinum in locum S. Ioannis *defuncti. Rationem coniectura ſua addit num.* 11. Quòd antiquitus in more eſſet poſitum Eccleſiæ Alexandrinæ, vt defunctis illis Epiſcopis,qui præſtantiores fuiſſent, & eam illuſtraſſent Eccleſiam, aliquis ex eorum propinquis ſucceſſor eligeretur; vt vidimus de Cyrillo nepote Theophili in locum eius ſubrogato. *Sed id ducentis abhinc annis contigerat, neque ſæpius factum obſeruatur. Deinde* Georgius *eâ tunc ætate eſſe non potuit, vt Patriarcha fungi munere poſſet, qui Metaphraſta* ὑπὸ, adoleſcens, *dicitur, & ſic inſtar pueri flet, vt obſeruauit Roſuueydus.*

CAP.

CAPVT VI.

Disciplina domestica, & vitæ ratio exterior.

31 HAbebat quidem sanctissimus hic vir scientiam diuinarum Scripturarum: non autem in sapientiâ sermonis, has tamquàm ex inani gloriâ memoriter dicens, sed per eamdem ipsam operum actionem, & mandatorum obseruationem: & in secreto quotidiani consilij sui nullus sermo otiosus audiebatur nisi fortè ordinatio rei ciuilis exigeret: sed aut relationes sanctorum Patrum, aut scripturales quæstiones, aut dogmatica problemata, propter multitudinem nec nominandorum hæreticorum, qui regionem circumdederant. Si verò alicui aliquis detrahere inciperet, hunc Patriarcha per alteram sermocinationem, vt sapiens, ingeniosè remouebat: & si iterum permaneret, nihil quidem ei dicebat; sed hunc annotans, præcipiebat hebdomadario, ne sineret vlteriùs eum intrare cum his qui nuntiabantur, quatenus per eum ceteros temperaret atque erudiret.

Sermonem miscet de SS. PP. Scripturâ, &c.

Detractores odit & excludit.

32 Definitionem autem & aliam, quam affectauit hic Sanctus, non est iustum postponere. Audiens quòd postquàm [a] coronatus est Imperator, nullus vniuersi senatus & adstãtium exercituum antiquum memoriale aliquod nuntiet, sed mox hi, qui dicuntur monumentorum ædificatores, sumant quatuor vel quinque minutias marmorum pusillas de diuersis coloribus, & ingrediantur ad eum, & dicant: Domine, quali metallo Imperium tuum iubet fieri monumentum tuum? insinuantes videlicet ei, quia tamquàm homo corruptibilis & transitorius curam habeto tuæ ipsius animæ, & piè regnum dispone; imitabatur & iste Beatus veraciter hanc dignam laude traditionẽ, & præcepit sibi monumentum ædificari, vbi & reliqui prædecessores eius Patriarchæ iacebant: imperfectum verò manere vsque ad obitum suum, vt imperfecto existente, per celebrem festiuitatem assistente clero ingredientes qui dicebantur [b] studiosi, dicerent ad eum: Domine, monumentum tuum imperfectum est, præcipe ergo vt cõsummetur, eò quòd nescias quâ horâ fur veniat. Hoc autem faciebat ille Sanctus vt ita fieret, volens imitationem bonam & post se futuris relinquere Patriarchis.

a *Ritu Imperatoris coronati,*

sepulchrũ sibi extrui curat,

b

non perfici.

33 [c] Domino ob multitudinem peccatorum nostrorum permittente, propria templa, quæ erant Ierosolymis, à percutiendis à Deo Persis cremari; discens hic sanctissimus Patriarcha, in multâ egestate esse Sanctũ [d] Modestum Patriarcham Ierosolymorum, ad horum releuationem & reædificationem mittit ei numismata mille, & mille saccos plenos frumento, & mille legumina, mille libras ferri, [e] mille restes siccatorum piscium, qui [f] menomenæ dicuntur, mille vascula vini, & mille Ægyptios operarios, mittens ei per litteras: Da mihi veniam, vere Christi operator, nihil dignum templis Christi mittenti. Vellem enim, crede mihi, si esset conueniens, & ego ipse venire, & ipse operari in domo sanctæ Christi [g] Resurrectionis. Verumtamen illud rogo honorandum caput tuum, vt nullatenus hoc imputes minimo nomini exiguitatis meæ: sed hoc potiùs petas à Christo, vt ibi me conscribat, vbi veraciter conscriptio beata consistit.

c *Mittit munera pro ecclesiâ Ierosolymitanâ.*

d

e f

g

34 Arripit ille Sanctus & hoc, bonum dico, videlicet quòd infimo stratu recumberet, & vilibus operimentis in cellulâ suâ vteretur. Quod cùm audisset quidam possessorum ciuitatis, adscendens ad eum, & videns quòd opertorio scisso & laneo tegeretur; transmisit ei coopertorium numismatum triginta sex, rogans multùm eum, vt eo cooperiretur ad memoriam, inquit, mittentis. Ille verò hoc susciens, propter multam viri postulationem coopertus est hoc vnâ nocte, per totam pænè noctem dicebat ad semetipsum, vt recitabant cubicularij eius: Quis dicet, quòd humilis Ioannnes (habebat enim semper verbum istud in ore) pallio triginta sex numismatum tegatur, & fratres Christi frigore necentur? Quanti sunt modò, qui dentibus stridենt præ glacie? quanti sunt modò, qui [h] psiathum habentes subtus dimidium, & supra dimidium, & non possunt extendere pedes suos, sed dormiunt [i] vt glomus trementes? Quanti in monte dormierunt incœnati, & sine lucernâ, habentes duplicem cruciatum tam ex frigore quàm ex ieiunio? Quanti desiderant saturari de foliis olerum, quæ proiiciuntur de coquinâ meâ? Quanti vellent tingere panem suum in [k] zemate quod proiiciunt coqui mei? Quanti cupiunt vel odorare vinum, quod funditur in cellario meo? Quanti sunt in ciuitate istâ in hac horâ peregrini, non habentes vbi hospitentur, & in foro iacent, fortassè & pluuiâ madefacti? Quanti, putas, habent totum mensem, vel etiam duos, non gustantes oleum? Quanti sunt, qui non habent alterum vestimentum in æstate, & alterum in hieme, & ita miseriis affliguntur? Tu verò expectans etiam æternam iucunditatem assequi, & vinum bibis, & pisces immanes deuoras, & in cubiculis demoraris: modò autem cum omnibus malis & in cooperto-rio triginta sex numismatum te calefacis? Veraciter ita viuens & in tali laxatione conuersans, non exspectabis illic præparatis gaudiis frui, sed audies vtique quod & diues ille audiuit: Recepisti bona in vitâ tuâ, pauperes verò mala: nunc ergo illi consolantur, tu verò cruciaris. Benedictus Deus, humilis Ioannes aliâ nocte non cooperietur illo. Iustum est enim, & benè acceptum Deo, vt tegantur centum potiùs quadragintaquatuor fratres & domini tui, quàm tu infelix. Venumdabantur enim quatuor [l] rachanellæ numismate vno.

Vili lecto vitur.

pretioso oblato vnâ tantùm nocte tegitur,

h

i

confusa meditatione penuria inopum:

k

l

35 Mox ergo transmisit illud in crastinum, vt venumdaretur. Et videns is qui obtulerat, emit illud triginta sex numismatibus, & rursus obtulit Patriarchæ. Cùm verò in crastinum vidisset illud, emit hoc similiter, & rursus obtulit Patriarchæ, deposcens vt tegeretur ab eo. Cùm autem tertiò hoc fecisset, dicit ei gratulabundus ille Sanctus: Videbimus quis deficiet, ego an tu. Erat enim opulentus valdè, & suauiter quasi vindemiabat eum ille Sanctus, paullatim ab eo multa auferens: & dicebat semper, quòd posset aliquis intentione dandi pauperibus exspoliare diuites, & ipsum etiam [m] hypocamisium ab eis beneuolè auferre, & non peccare: & maximè, si sunt aliqui immisericordes & auari. Duo enim lucratur talis; vnum quidem, quia animas illorum saluat; alterum autem, quoniam & ipse ex hoc mercedem non modicam habet. Attulit autem ad credulitatem verbi & testimonium verax, quod circa [n] S. Epiphanium & [o] Ioannem Episcopum Ierosolymorum factum est: quomodò S. Epiphanius per artem tulit [p] argentum Patriarchæ, videlicet Ioannis eiusdem, & dedit egentibus.

pretiosum stragulum vendi curat.

m *Modum vindemiãdi diuites tradit.*

n o

p

a *Ritum hunc se aliòi obseruasse negat polyhistor Rosweydus. Sed præclarum* Maximiliani I. *sarcophagum feeum in omnibus expeditionibus vehentis, narrat exemplum.*

b *Metaphrastes* οἱ ἐπὶ τῷ ἔργῳ τεταγμένοι. qui præfecti erant operi.

c *Desunt hæc in Metaphraste, vt plurima infrà.*

d *De eo actum suprà XXII. Ianuar. ad S. Anastasij Persæ vitam, vbi* Presbyter *tantùm appellatur, &* Apostolicæ Sedis Vicarius.

e *Existimat Rosweydus* à reste, quâ siccati pisces & allia colligantur, hodieque vulgò dici Teutonibus, een riſt vel reſt buckingh, een riſt aiuyn.

f Menomenas *existimat Rosweydus eosdem esse, qui Plinio lib. 32. cap.* 11. Mænæ *dicuntur.*

g *Antiochus monachus Lauræ Sabæ Abbatis, qui hoc tempore vixit, epist. ad Eustathium Præpositum monasterio Datalenæ Ancyræ ciuitatis Galatiæ, tomo* 1. *Biblioth. PP. Græcolat. ita de S. Modesto scribit:* In sublime erigit omni prorsus dignâ veneratione templa Saluatoris nostri Iesu Christi, quæ quidem barbarico igne conflagrarunt, puta ædes sanctæ Caluariæ ac sanctæ Resurrectionis *&c. quod à morte S. Ioannis potissimùm fecit, ab eo iam incitatus.* Resurrectionis Presbyter Elias *legitur in Vitâ S. Anastasij nu.* 11.

h id est, mattam, *superscribitur in MS. Aquic. Hesychius:* ψίαθος Psiathus. ἡ χαμεύνη, καὶ τὸ φύλλον ἐξ οὗ πλέκεται ψίαθος Psiathus, lectus humi stratus, & frutex ex quo plectitur psiathus. *In Vitâ S. Pachomij,* psiathos plectere, psiathos operari. *Diminutiuum* ψιάθιον psiathium, *quod legitur in Vitâ SS. Abrahæ Eremitæ, eiusq; neptis* Psiathiũ.

AVCTORE LEONTIO EPISC.

Maria, Euphroſyna &c. De eo plura Caſſianus lib. 4. Inſtitut. cap. 13. & Collat. 1. cap. 23.

i *In MSS. Audom. & Aquic.* vt glomus trenantes. *in MS. S. Maxim.* in globiis trementes: *an fortè* in colobiis? *De hu actum alibi at magis arridet,* vt glomus, *quaſi inſtar glomeris contracti tremant præ frigore.*

k id eſt, iactura aquarum, vbi carnes coquuntur, vel fermento aut fæce. *ita additur in MS. Aquic.* ζέω feruco, ebullio. *hinc* ἐπίζεμα, ebullitio in ſummâ ollâ feruente. *S. Hieronymus lib. 3. in Oſeam:* Pro ſpumâ Symmachus poſuit ἐπίζεμα, volens oſtendere feruētis ollæ ſuperiores aquas, & in ſpumam bullaſque ſurgētes.

Rachanella.

l id eſt, panniculi. *ita MSS.* Rachanæ *infrà nu. 52. vocantur.*

m id eſt, veſtimentum quod ſubtus camiſiam eſt. *ita MSS. Audom. & Aquic. in margine.*

Ioannes Epiſc. Hierosol.

n *Epiſcopum Conſtantiæ in Cypro, cuius Vitam in eâque hanc hiſtoriam illuſtrabimus XII. Maij.*

o *Habitauerat cum S. Epiphanio in monaſterio S. Hilarionis. iunctus deinde amicitiâ eſt Palladio & Ruffino labe infectus Origeniſtarum. De eo proq; eius ſanctimonia defenſione alij plura.*

p Argenti pondus circiter librarum mille quingentarum. *Ita Vita S. Epiphanij.*

CAPVT VII.

Hiſtoria[a] S. Petri Telonearij.

a

36 DIgnum & congruum prædicto capitulo referebat ſemel coram omnibus iſte Sanctus, dicens: Habebam, inquit, quemdam miniſtrum in apothecâ meâ in Cypro, fidelem valdè, & virginem vſque ad obitum ſuum. Hic ergo narrabat mihi, quia in Africâ exiſtente me, facta eſt res huiuſmodi: Permanebam enim, ait, cum quodam teloneario, diuite vehementer & immiſericordi. Semel ergo pauperibus in hieme ſedentibus ad ſolem, ſeque calefacientibus, cœperunt ſinguli domos eleemoſynatorum collaudare, & pro eis orare per ſingulos eorum, ſimiliter & domos eleemoſynam non facientium vituperare. Inter quæ venit in medium eorum & nomen ſenioris mei telonearij, & cœperunt ſinguli interrogare proximum: Verè tu frater accepiſti aliquando de domo illâ benedictionem? Et omnibus interrogantibus inuicem, nullus inuentus eſt accepiſſe aliquando de domo eius aliquid. Dicit ergo vnus ex eis: Quid dabitis mihi, & ego accipiam hodie ex eo benedictionem? Et facientibus cum eo pactum, venit & ſtat foris portam domus, expectans quando ad domum ſuam reuerteretur. Ex diſpenſatione Dei peruenerunt ſimul, ipſe ingrediens portam, & animal portans *b* ſiliginem *c* à mancipio, cauſsâ prandij ipſius. Videns igitur egenum, non inueniens lapidem, per furorem arripit ſiliginem de clitellâ, & iactauit in faciem eius. Ille verò ſuſcepit eam, & abiit vt ſatisfaceret confratribus ſuis, quòd ex eiſdem manibus accepiſſet eam.

S. Petrus in pauperes durus,

indignabundus mendicum pane impetit,

b c

37 Itaque poſt duos dies ægrotauit infirmitate ad mortem idem telonearius, & vidit in ſomnis ſeipſum rationem ponentem, & omnes actus ſuos ſuper ſtateram appendere: in vnâ quidem *d* acie congregabantur Mauri quidam deformes: altera autem acies, aliorum quorumdam erat candidatorum & terribilium ſpecie. Qui nihil inuenientes boni, vt & ipſi appenderent è contrà aduersùm mala opera, quæ collecta erant à Mauris in acie ipſorum, nimis tribulabantur & triſtabantur, & mente conſternabantur ad alterutrum, & dicebant: Ergóne nihil habemus hîc? Tunc dicit vnus eorum: Verè nihil habemus, niſi vnam ſiliginem, quam dedit ante duos dies Chriſto, & ipſam non voluntariè. Et mittentibus eis ſiliginem, æqualitas facta eſt. Tunc dicunt teloneario hi, qui apparuerant ei candidati: Vade, & auge ad ſiliginem hanc: nam verè Mauri iſti te apprehendent. Euigilans ergo, agnouit quæ viſa ſunt ab eo, non eſſe mendacia, ſed veracia. Omnia verò quæ à iuuentute ſuâ commiſerat, & quorum ipſe erat oblitus, videbat Æthiopes illos congregare, & deportare ad libram, & dicebat: *e* Vaùe, ſi vna ſiligo quam iactaui per furorem ita profuit, à quantis malis ſe liberat, qui dat in ſimplicitate ſua bona indigentibus? Et de cetero ita modeſtus & prudens atque ſummus eleëmoſynator factus eſt, vt etiam corpori proprio non parceret.

ager in ſomno rapitur ad Dei iudicium,

d

videt appendi opera mala plurima,

opponi tantùm proiectum panē ad æquilibrium:

e

euadit deinde inſignis eleemoſynator:

38 Contigit enim aliquando ſecundùm conſuetudinem procedere eum diluculò ad teloneum, & obuiat ei nauta, qui à naufragio nudus vt natus eſt, euaſerat: & cecidit ante eum, rogans vt protectionem apud eum impetraret. Ille ergo putans quòd egenus eſſet, expoliauit ſe *f* eſophorium ſuum, quod illius melius erat, & dat ei: rogauitque eum, vt hoc ipſe veſtiretur. Pergens verò ille & erubeſcens veſtiri hoc, dedit illud venditori vt venumdaretur. Et cùm recederet telonearius, vidit hoc ſuſpenſum, & triſtatus eſt vehementer: & adſcendens domum ſuam, nihil paſſus eſt guſtare: ſed claudens oſtium conclauis ſui, ſedebat plorans & cogitans; Quia non fui dignus, inquit, vt mei memoriam haberet egenus. Cùm ergo anxiaretur, obdormiuit: & ecce vidit quemdam ſpecioſum tamquàm ſolem, ferentem crucem ſuper caput ſuum & eſophorium, quod dederat nautæ, adſiſtentem ſibi & dicentem: Quid ploras Domine Petre? Hoc enim erat ei nomen. Ille verò dixit, vt ad Deum diſputans: Quia, Domine, ex quibus largiris nobis, damus alicui, & in turpe lucrum vertunt accipientes. Tunc dicit ei: Cognoſcis hoc? Et oſtendit ei, quia deintus veſtitus eſſet eius eſophorio. Dicit ei: Ecce egò illo veſtior, ex quo dediſti mihi hoc: & gratias agò voluntati tuæ bonæ: quoniam frigore affligebar, & tu cooperuiſti me. Ad ſe ergo reuerſus, admiratus eſt: & cœpit beatificare egenos, & dicere: Viuit Dominus, ſi inopes Chriſtus meus ſunt, non moriar, & fiam tamquàm vnus ex eis.

f

Eſophorium ſuum pauperi largitur:

Chriſtum eo indutū videt,

quem in pauperibus agnoſcit:

39 Accerſito verò notario ſuo, quem & emerat, dicit ei: Secretum volo credere tibi: & crede, ſi propalaueris me, barbaris vendam te, aut ſi non audieris me. Dat verò ei decem libras auri, & dicit ei: Vade, & eme tibi negotium: & ſume me, & duc in ſanctam ciuitatem, & vende me cuilibet Chriſtiano, & pretium da pauperibus. Notario autem recuſante, dicit ei iterum: Quoniam ſi me non vendideris, ego vendam te barbaris, vt prædixi tibi. Obediuit ergo ei notarius: & peruenientibus eis ad ſancta loca, inuenit idem notarius amicum ſuum carum, fabrum argentarium, qui damna inciderat. Ad collocutionem ergo venientibus ambobus, dicit ei notarius: Audi me Zoile, & eme ſeruum vnum, quia habeo tam bonum, vt dicat homo quòd Patricius ſit. Et audiens argentarius quòd ſeruum haberet, admiratus eſt, & dicit ei: Crede mihi, quia non poſſideo vnde emere poſſim. Dicit ei rurſum notarius: Accipe mutuum, & eme eum: multùm enim eſt bonus, & benedicet tibi Deus per eum. Acquieuit ergo ei, & emit eum ſordidis veſtibus indutum, numiſmatibus triginta. Relinquens autem eum notarius, abiit Conſtantinopolim, ſatisfaciens quòd nulli hoc manifeſtaret: & quòd de pretio nequaquàm ſibi retinendo aliquid defraudaret, ſed hoc totum pauperibus daret.

Iubet ſe vendi & pretium dari pauperibus:

40 Ergo aliquando idem Petrus coquinabat domino ſuo, aliquando autem lauabat pannos eius, numquàm aliquãdo in quolibet horum aſſuetus. Afflixit autem ſeipſum & ieiunio multo. Cùm verò vidiſſet ſe benedici dominus eius ſuper omnem benedictionem, dicit ei, verecundatus enormem eius virtutem & humilitatem; Volo, humilis Petre, liberare te, & vt ſis de reliquo quaſi frater meus. Ille verò noluit. Viderat autem eum frequenter conuicia perferre, & percuti à conſeruis ſuis. Habebant autem eum tamquàm amentem, ita vt & nomen ei imponerent Amentis. Quotieſcumque ergo tribulabant eum conſerui ſui, & dormiebat in tribulatione; apparebat ei qui in Africâ illi apparuerat, veſtitus eſophorio eius, tenens & illa triginta numiſmata in manu, dicens ei: Noli mœſtus eſſe frater Petre, ego ſuſcepi & pretium tui, ſed ſuſtenta vſque dum cognoſcaris.

peragit officia ſeruilia, & pia opera:

inſtar amentis habetur:

à Chriſto recreatur:

41 Poſt aliquod verò tempus, venerunt à patriâ eius quidam argenti venditores, vt orarent ad loca ſancta: & inuitauit eos ad prandium dominus Domini Petri: & cùm miniſtraret, ſtatim ille cognouit eos. Ipſi autē dum pranderent, cœperunt affigurare eum, & inuicem ad

aures

agnoſcitur à conterraneis:

aures dicere: Quàm ſimilat puer iſte Domino Petro teloneario. Ille verò occultabat, quantùm poterat, vultum ſuum. Iterum ergo comedentibus eis, cœperunt dicere ad eum qui eos inuitauerat: Verè putamus, res tibi magna euenit Domine Zoile: etenim, niſi erramus, publicam perſonam in miniſterio tuo habes. Neque enim ſciebant certiùs, quia erat de coquinâ & ieiunio commutatus vultus eius. Diu igitur conſiderantibus eum, dicit vnus ex eis: Verè Dominus Petrus eſt: ſurgam & tenebo eum. Valdè enim Imperator audiens, triſtatur de eo, quia dudum non comparuit.

fugiens ſurdo & muto auditum & loquelam impetrat.

42 Foris itaque ſtans audiuit hæc: & pönens catinum à ſe, non eſt ingreſſus, ſed recto curſu cucurrit ad portam. Erat itaque ei qui eum tunc habebat, oſtiarius mutus & ſurdus à natiuitate, qui per nutum tantùm aperiebat & claudebat. Feſtinans ergo ſeruus Dei exire, dicit ſurdo & muto: Tibi dico in nomine Chriſti. Ille verò audiuit ſtatim, & dixit: Etiam Domine. Iterum verò ille ad eum: Aperi. Reſpondit mutus & ſurdus ſecundò: Ego Domine. Statim ergo ſurrexit, & aperuit ei. Et exeunte eo, ſubiit oſtiarius, & clamauit coram omnibus gaudens & exſultans, quia audiuit & locutus eſt, Domine, Domine. Porrò omnibus qui ex eadem domo erant perterritis, quoniam audiebant eum loquentem; iterum dicit ille quondam mutus: Ille qui coquinam faciebat, exiit currens: ſed videte, ne fortè fugâ lapſus ſit: magnus enim ſeruus Dei eſt. Quando diſcedebat, dixit mihi: Tibi dico in nomine Domini: & mox vidi de ore eius exeuntem flammam, & tangentem aures meas: & ſtatim audiui, & locutus ſum. Et exilientes & ſequentes eum cuncti, vlteriùs non viderunt *g* eum. Tunc pœnitentiam omnes agebant, qui in domo illâ erant: & ipſe dominus eius qui Petrum emerat, quia in tali exhonorantiâ humiliaſſent eum: & maximè hi qui vocabant eum Amentem.

g

S. Petrus Telonarius

a *Celebrant eum Graci XX. Ianuarij, vbi Vita compendium è Gracorum Menæis dedimus, hinc potiſſimùm ſumptum. Dicitur ibidem totam Africam adminiſtraſſe ſub Iuſtiniano, qui imperare cœpit an. Chr. 527. Africam Gilimere Vandalorum Rege capto recepit an. 534. obiit an. 565.*

Siligo.

b Siligo *hic pro* pane ſiligineo *ponitur. Metaphraſtes:* ἔνεγκεν τὸν ἀξιοπιστότερον ἐλκυσίλα ἡμιόνου ἄξιος πεφορτισμένην. inuenit piſtorem trahentem mulum pane onuſtum. *Plinius lib. 18. cap. 9.* E ſiligine, *inquit*, laudatiſſimus panis, piſtrinarumque opera laudatiſſima. *& cap. 8.* Siliginem propè dixerim tritici delicias.

Mancipium. Manceps.

c id eſt, à piſtrino. *Suidas:* Ἀξιοπολεῖον τὸ μανιπικεῖον, ὧν οἱ ἄξιοι γίνονται. Piſtrinum, ſeu mancipium, in quo panes fiunt. *Socrat. lib. 5. c. 18. Panum Prafecti* μάνιπες τῇ ῥωμαίων γλώσσῃ καλοῦνται, manoipes Romanorum ſermone dicuntur.

d *Roſvveydus* lancem trutinæ *coniicit, quòd Græcè* φάλαγξ trutinam, *& aciem exercitus, ſignificet. Hinc* aginari, *&* acinari, *à ſcapo trutinæ. Feſtus:* Agina eſt, quâ inſeritur ſcapus trutinæ, id eſt, in quo foramine trutina ſe vertit; vnde aginatores dicuntur, qui paruo lucro mouentur.

e *alij* Veuè, *alij* Papè.

Eſophorium.

f *MS. Audomar. in margine:* veſtimentum interius, quod à Martino interola vocatur Latinè, ſiue veſtis quæ fibulâ collo appenditur. *Gloſſarium Camberonenſe MS.* Eſephorium veſtis interior, id eſt, camiſia, quæ à Marciano (*ſcilicet Capellâ*) Interula appellatur. ἐσωφόριον *vel* εἰσωφόριον, *quod* interius geſtatur. *Metaphraſtes* τὸ ἱμάτιον ἀβρόνημον veſtis venuſta & ſumptuoſa.

g *In Menæis ſuprà dicitur fugiſſe Cõſtantinopolim, ibidemq; obliſſe.*

CAPVT VIII.

Alienæ virtutis imitatio.

43 HÆ ſunt beatiſſimi à Deo honorati Ioannis Patriarchæ narrationes. Non ſolùm enim de vitâ ſuâ contentus erat volentem proficere ædificare, verùm etiam de Deo acceptis & veracibus relationibus ſuis: & dicebat ſemper hæc audientibus: Si proprio ſanguini non pepercerunt quidam hominum, ſed hunc dederunt in manus fratrum, imò Chriſti; quomodò putas nos cum alacritate & humilitate debemus de facultatibus noſtris dare Chriſto & egenis atque pauperibus, vt recompenſationem recipiamus à iuſto & mercedum reddítore Deo, in illâ timendâ & horrendâ retributionis die? Qui nunc ſeminat parcè, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, id eſt, largè & magnanimiter, multipliciter & metet; hoc eſt, bona illa hereditabit, quæ omnem mentem tranſcendunt. Omnibus ergo rectis moribus iſte Sanctus adornatus, nec hoc carebat: valdè enim diligebat eloqui de actibus ſanctorum Patrum, & eorum qui eleemoſynæ cultores fuerunt:

S. Ioannes incitatur exemplis aliorum,

Auctore Leontio Episc. maximè SS. Patrũ & eleemoſynæ cultorum;

44 Vnde cùm vnâ dierum recitaret de vitâ *a* S. Serapionis, qui vocabatur *b* Sindonius, & inueniret eum (vt fertur) amictum ſuum dediſſe egeno, & iterum paullulùm proceſſiſſe illinc, & frigus patienti obuiaſſe: & illi tunicam præbuiſſe, & quia *c* nudus ſedebat, tenens ſanctum Euangelium; & interrogatus à quodam: Quis te expoliauit Abba? demonſtrans ſanctum Euangelium, ait: Iſte. Et alio tempore hoc ipſum *d* Euangelium vendidiſſe, & dediſſe eleemoſynam: & diſcipulo ſuo dicente, Abba, Euangelium vbi eſt? & illo dicente ad eum: Crede fili, hoc quod dixit mihi, Vende quæ habes, & da pauperibus, ipſum vendidi & dedi eis, vt in die iudicij habeamus fiduciam abundantiorem apud Deum. Et quia aliàs iterũ vidua mulier petiſſet ab eodem S. Serapione eleemoſynam, quoniam eſuriebant filij eius, & non habente eo aliquid omnino, tradidit ſe ei, vt venderet eum ad mimos Græcos, quos & Chriſtianos fecit in paucis diebus. Hæc legens Sanctus de S. Serapione, ſtupefactus & miratus Sancti induſtriam, totus lacrymis infectus vocauit omnes diſpenſatores proprios, legit & eis omnia de S. Serapione, & dicit ad eos: Vaũæ, ô philochriſti, quid prodeſt homini colloquenti de actibus ſanctorum Patrum? Credite mihi, quia vſque hodie putabam, quòd vel aliquid facerem, datis, quas habere poſſum, pecuniis: neſciebam autem quòd & ſeipſos venderent, quadam compaſſione ſuperati.

a
b *S. Serapionis Sindonita veſtiet egeno dantis,*
c
d Matth. 19. 21. *librum Euangelij, & ſeipſum vendentis.*

45 Semper quidem honorabat monachicum ſchema Sanctus hic, & colebat & compatiebatur, vbi maximè adſpiciebat monachum corporalibus vtilitatibus anguſtatum. Habebat autem & hoc ſuper multos præcipuum, quia accuſationem qualemcumque, ſiue mendacem ſiue veracem, non ſuſcipiebat contra aliquem circumamictum monachico habitu. Semel enim euenit ex immiſſione quorumdam criminatorum, pertuliſſe eum aliquid tale: Quodam monacho gyrante in ciuitate cum puellâ vnâ iuuenculâ, & petente eleemoſynam per dies aliquot, quidam qui hoc viderant, ſcandalizati, & exiſtimantes quòd mulier eius eſſet, attulerunt Patriarchæ contra eum querelas, dicentes: Propter quid, à Deo honorate, derogat talis Angelico monachicæ vitæ ſchemati, puellam quamdam habens mulierem? Mox ergo Dei famulus, putans prohibere contra Deum commiſſa peccata, tamquàm qui ab hoc ab eo eſſet prouectus, præcepit mulierem quidem flagellis cædi, & ſeparari ab eo: ipſum autem verberari, & in carcere ſecretò retrudi. Dum ergo cum omni celeritate iuſſio Sancti in opus procederet, apparuit ei nocte per viſum monachus, oſtendens ei dorſum ſuum putrefactum (non parcentes enim ceciderant eum Eccleſiæ Defenſores) dicens ei: Ita placet tibi Domine Patriarcha: hac vnâ vice erraſti vt homo: crede mihi, quia de proximo eſt vita & mors. Et hæc dicens, diſceſſit ab eo.

Monachũ temerè accuſatum

iubet verberari;

à quo in ſomno corripitur:

46 Manè autem facto, recordatus eſt ille Beatus viſionis nocturnæ: & ſecedebat ſuper lectum ſuum mœſtus: mittítque ſtatim, & per Cancellarium ſuum conuocat monachum de loco in quo erat recluſus, cogitans intra ſe beatus ille Patriarcha, ſi ſimilis eſſet illi, qui nocte ſibi apparuerat. Cùm ergo veniſſet cum labore multo, (neque enim propter plagas moueri poterat,) cumq; vultum eius vidiſſet Patriarcha, remanſit ſine voce immotus, non valẽs loqui: ſolà autem manu ſuâ innuit, vt ſederet prope ſe in lectulo ſuo. In ſemetipſum verò reuerſus & ſignatus, rogauit monachum præcinctum linteo, vt ſine verecundiâ deſpoliaret ſe, quatenus videret dorſum eius, ſi ita eſſet ſicut & in ſomnis viderat. Vix ergo ſuaſus vt id ageret, deſpoliauit ſe. Cùm verò deſpoliaretur, vt monſtraret dorſum ſuum viro ſancto, per admiran-

eum ad ſe adductum

AVCTORE LEONTIO EPISC.

dum Dei consilium solutus est, quo erat indutus amictus, & cecidit in terram: & viderunt eum omnes esse eunuchum. Sed quia recens erat, nulli hoc existebat manifestum. Videntibus ergo eum omnibus & sancto Pontifice, & maximè dorsi eius pernicioſa verbera; mittens mox, segregauit illos qui hunc inconsideratè tractauerunt. Venerabilissimo autem monacho complura rationabatur, in ignorantiâ dicens se in eum peccasse, & in Deum verum. & in hoc admonebat eum ille Sanctus: Non, inquit, ô fili, ita sine custodiâ in ciuitatibus conuersari oportet eos, qui sancto Angelico vestro indumento circumamicti sunt, maximè & feminam circumducere ad scandalum aliorum videntium.

eunuchũ deprehendit,

47 Tunc monachus cum omni humilitate rationem reddebat Sancto, dicens: Crede Domine, non mentiar. Gazæ eram ante paucos dies hos: & exeunte me de ciuitate, vt venirem *e* & salutarem sanctũ Abbatem Cyrum, obuiauit mihi hæc benè visa puella foris portam, vespere incumbente: & accurrens ad pedes meos, rogabat vt mecum ambularet. Dicebat enim se Hebræam esse, & velle fieri Christianam: & cœpit me condemnare verbis horribilibus, vt non dimitterem perire eam. Timens itaque ego iudicium Dei, sumpsi eam, æstimans quòd non immitteret tentationem satanas spadonibus. nesciebam verò quòd nemini parcat. Igitur venientibus nobis, sanctissime Pater, & orationem perficientibus baptizaui eam ad sanctum Abbatem Cyrum, & gyrabam cum eâ in simplici corde, exposcens modicum sumptum, quatenus introducerem eã in monasteriũ. Cùm hæc audisset Patriarcha, dixit: Papæ! quot abscõsos seruos habet Deus, & nescimus nos humiles! Et enarrabat his qui præstò erant, visionem quam viderat nocte de eo. & protulit Patriarcha centum numismata de manu, daturus ei: Dei autem amicus ille verè monachus, non passus aliquid accipere ex eis, dignum memoriâ verbum ad Patriarcham locutus est, dicens: Ego hoc non postulo Domine: monachus enim si fidem habet, horum non indiget. Si autem horum eget, fidem non habet. Quod maximè ampliùs satisfecit omnibus qui audierant, quòd seruus Dei iste monachus esset. Genu flexit igitur Patriarchæ, & exiit in pace. Extunc igitur plus honorabat & hospitio recipiebat monachos, & bonos existimatos & malos: & ædificabat mox xenodochium seorsum, & appellauit hoc Receptaculum omnium monachorum.

& virum sanctum,

e

salutipuella Hebræa consulentem,

& numismata oblata respuentem.

Monachis xenodochium ædificat:

48 Mortalitate aliquando ciuitatem comprehendente, ibat & ipse Sanctus, vt videret funerum obsequia (valdè enim dicebat hoc esse proficuum) & sepulcrorum consideratione. Multoties verò assidebat & his, qui morituri, vexationem in exitu animæ patiebantur: & ipse eorum oculos propriis manibus claudebat, memoriam habere ex hoc sempiternam volens, & curam proprij exitus. præcipiebat autem & collectiones pro defunctis impigrè & sine dubio perficere.

funerum obsequia & moribũdos libenter frequẽtat:

49 Etenim dicebat, quia ante paucum tempus captiuus ductus est ad Persas quidam, & descendens in Persidam, retrusus est in carcerem, qui appellabatur *f* Lethe, hoc est, obliuio. Quidam ergo fugientes illinc, venientesque in Cyprum, & interrogati à parentibus illius, si fortè vidissent eum; respondentes dixerunt eis, quia nos propriis manibus sepeliuimus eum. Non autem erat iste, de quo interrogabant eos, sed alius, indissimiliter eum similans. Dixerunt verò eis & mensem, & diem obitus ipsius. Illi verò tamquàm pro mortuo, faciebant ei tres collectas per singulos annos. Post quatuor itaque annos venit in Cyprum, fugâ lapsus à Persis. Dixerunt ergo ei sui: Verè, frater, nos audiuimus quòd mortuus esses, & memoriam tui faciebamus ter in anno. Cùm ergo audisset, quòd in anno ter facerent pro eo memoriam, interrogauit eos in quo die, & in quo mense hæc celebrarent. Et illis dicentibus, sanctis Theophaniis, & *g* Dominicâ sanctâ, atque sanctâ Pentecoste; dixit ille, Quia tribus istis temporibus anni veniebat quidam candidatus vt sol, & dissoluebat me à vinculis ferreis & à custodiâ: & mouebar deambulando totâ die, & nemo recognoscebat me, & in crastinum inueniebat vincula ferrea portans. Dicebat igitur sanctus Episcopus, quia ex hoc discimus habere dormientes quietem, quando pro eis collectas facimus.

f exemplo captiui sæpius vinculis soluti,

g docet sacrificia mortuis prodesse.

a *Colitur* 21. *Maij*. *Agit de eo Palladius in historiâ Lausiacâ c.* 83. *Sed fusiorẽ aliquã eius Vitæ narrationem extitisse, hinc colligimus.*

b *Palladio vocatur* Sindonites; nam præter sindonem, nihil vmquam induebat. *Triplicem monachis Ægyptiis vestem fuisse diximus ad Vitam S. Antonij XVII. Ianu.* §. 15. *in Proleg.* Colobion, meloten, & pallium: *quæ hic videntur dici* sindon, tunica, & amictus. c *Sindone solâ, siue colobio, amictus.* *Vestes monachorum.*

d *Palladius*: imperitus litterarum, memoriter dicebat omnes Scripturas. *Euangelij librum tamen habuit, vt alio prælegente addisceret.*

e *Metaphrastes*: ad adorandum SS. Cyrum & Ioannem. *De iis agemus* 31. *Ianuarij.*

f *Mauritio imperante, Christianos captiuos in* Lethe *fuisse narrat Theophanes lib.* 17. *cap.* 17. In Persida, *inquit*, est carcer, qui dicitur Lethe. & Rex Persarum multos à diuersis gentibus in hoc conclusit, vnà cum captiuis ciuitatis Daræ: illi autem desperati insurgunt contra eos, qui se custodiebant, & occiso Marusâ, caput eius Byzantium attulêre. ast Imperator cum gaudio magno illos susceptt. *Procopius lib.* 1. *de bello Persico originem huius nominis tradit, quòd* cuiusdam in hunc iniecti apud illos memoriam superesse lex non siuit; sed prædicto calamitas ipsa fuit mors. *Addit ex Armeniorum historiâ* per legem carceris Lethes, semel dissolutam esse Persarum potestatem. *Lethe carcer apud Persas.*

g *id est, festo Paschatis, vt est apud Metaphrasten. Simile exemplum habet S. Gregorius Magnus homil.* 37. *in Euangelia.*

CAPVT IX.

Eleemosynæ à Deo remuneratæ.

50 QVod in Actibus Apostolorum audiuimus factũ, hoc frequenter & huic cõpatientissimo accidebat. Videntes enim multi indesinentẽ eius & inscrutabilem circa gentes compassionem, mouebantur multoties ad vendenda multa de substantiis suis: & ferentes, præbebant Dei deuoto ministro. Vnde & quidã veniens vnâ dierum, offerebat ei septem libras auri & dimidiam, satisfaciens Sancto, quòd non possideret aliud aliquid in auro. Petebat autem ab eo cum multis genuflexionibus, vt oraret, quatenùs Dominus Deus filium eius saluaret. Habebat enim vnum solummodò filium quasi annorum quindecim, vt reduceret nauim eius cũ bono ab Africâ: illuc enim abierat. Accipiens igitur summus Sacerdos quantitatem auri de manu eius, miratus est eum tam esse magnanimum ad offerendam totam quantitatem auri quam possidebat. Orauit quidem *a* ei & in facie multùm, & sic eum dimisit. Tamen propter eius multam fidem, posuit subtus sanctam mensam ligaturam quantitatis auri Patriarcha in oratorio cubiculi sui: & synaxim fecit statim perfectam super eam pro illo qui hanc obtulerat; satis abundeq; Deum rogans, quatenùs & filium eius saluaret, & nauem cum salute reduceret, secundùm quod fuerat postulatus ab illo. Necdum ergo triginta transactis diebus, defunctus est filius hominis illius, qui obtulerat septem libras & dimidiam Patriarchæ: & in tertiâ die mortis pueri, recepit & nauim suam ab Africâ, in quâ erat & frater germanus, eiusdem viri creditor. Et veniens iuxta Pharum, retulit quomodò nauis naufragium pertulit, & perdiderit totum quo erat plena, & quòd non essent saluatę nisi animę, & vna scapha vacua. Cùm ergo & hũc casum didicisset euenisse sibi dominus nauis & pater pueri, secundùm verbum Prophetæ, paullò minùs in inferno habitauit anima eius. Nondum enim tribulatione filij sui extinctâ, comprehendit eum & nauis. Act. 4. Pſal. 93. 17.

Distribuẽdas pauperibus accipit 7. *libras auri cum dimidiâ:*

a Orat pro eo qui dederat, & eius filio:

ob huius mortem, & nauis naufragium,

51 Relata sunt itaque omnia quæ acciderant ei, Patriarchæ: & penè plus quàm is qui hæc perpessus fuerat, in tristitiâ morabatur, maximè propter filium eius vnicum. Nesciens ergo quid faceret, rogat misericordissimum Deũ, vt consolaretur virum immensâ pietate suâ. Conuocare enim eũ, & consolari in facie Sanctus erubescebat: verũtamen mandauit ei, vt nullatenùs desperaret: neque enim sine iusto iudicio Deũ facere aliquid, sed omnia in hoc quod expedit, quod nos ignoramus. Ergo vt non perdat mercedem, quam fecit in septem & dimidiâ librâ auri, & fidem quam possidebat circa sanctum Patriar-

condolet parenti:

Patriarcham; iam verò vt & nos in tentationibus, quæ nobis eueniunt, quando aliquid boni fecerimus, imperturbati & gratias referentes ad Deum permaneamus; vidit in ſomnis iam dictus vir philochriſtus poſterâ nocte quemdam, quaſi in habitu ſanctiſſimi Patriarchæ, dicentem ſibi: Vt quid tribularis frater, & mœrore diſſolueris? Nónne tu me rogaſti, vt peterem à Deo, vt ſaluus fieret filius tuus? Ecce ſaluus factus eſt. Crede mihi, ſi viueret, prauus & immundus homo fieret. & de naui tuâ, verè, niſi Deus placaretur pro bono quod feciſti paruitati meæ, ſententia erat data, quatenus tota, vt iacet, cum animabus in profundum pergeret, & perderes fratrem tuum. Sed ſurge, & glorifica Deum, qui dedit tibi eum, & ſaluauit filium tuum mundum de hoc ſeculo vano. Euigilans itaque vir, inuenit cor ſuum conſolatum, & vniuerſam triſtitiam eius eiectam: & indutus veſtimenta ſua, venit curſim ad honorabiliſſimum Patriarcham, & iactat ſe ad pedes eius, gratias agens Deo & ei, & narrans viſionem quam viderat. Quam audiens Iuſtiſſimus, dixit: Gloria tibi benigne & miſericors Deus, qui & deprecationem peccatorum exaudis. Iterumque ad hominem dixit: Nequaquàm, ô fili, gratiam hanc orationi meæ adſcribas, ſed Deo & fidei tuæ: hæc enim omnia iſta impetrare valuit. Erat enim valdè humiliter ſentiens Sanctus, verbis ſcilicet atque prudentiâ.

& in ſõnio apparens, docet filium à malo præſumptum.

Pauperes viſitat.

52 Pergebat aliquando hic Beatus ad viſitandos pauperes, in locum qui dicitur Cæſarium: illic enim eis fecerat quaſi *b* tholos quoſdam prolixos, ligneis tabulis pauimento ſtrato ad requieſcendos eos, & ſimul cum ſtoreis & *c* rachanis per totam hiemem, cum quodam Epiſcoporum eorum qui cum eo erant, amatore pecuniæ, paſſibili modo preſſo. Dixitque beatus Patriarcha ad eum: Ama ac honora, frater Troile, fratres Chriſti; hoc enim ei erat nomen. Nuntiauerunt enim quidam Patriarchæ, quòd triginta libras auri portaret in ipsâ horâ domeſticus eiuſdem Epiſcopi Troili, vt emeret ſpeciem argenti anaglyphi, gratiâ menſæ ſuæ. Epiſcopus autem tamquàm veritus ſermonem Patriarchæ, imò ad horam calefactus, ſingula numiſmata dari omnibus fratribus præcepit ei, qui triginta libras illas portabat. Celeriter ergo huiuſmodi auri quantitas erogata eſt.

b

c

Troilum Epiſcopum inducit ad eleemoſynam 30. librarum auri:

53 Recedentibus itaque vtriſque, Patriarchâ ſcilicet, & qui inuitam (vt ita dicam) eleemoſynam fecerat, Epiſcopo Troilo in propriis epiſcopiis, velut quædam amens & animæ periculoſa in eum cogitatio irruit, propter pecuniarum dationem: horroris & amoris pecuniæ, & crudelitatis & negligentiæ genimen eum ſequebatur, febre extra naturam mixtâ: propter quod ægrotus inuitus in lectum cecidit. Hebdomadario ergo à ſanctiſſimo Patriarchâ ad eum veniente, & ad menſam eiuſdem Patriarchæ eum inuitante, recuſauit: frigore enim & febre ſe vexari pro quadam cauſsâ dicebat. Igitur cùm hoc audiſſet Patriarcha, mox agnouit cauſſam, quia propter exitum triginta librarum, infirmatus eſt ille inuitus eleemoſynator. Erat enim (vt prædictum eſt) valdè immiſericors, & amator pecuniæ. Non ſufferens ergo Beatus ſe quidem ſuper menſam reficere, illum autem ſuper lectum cruciari grauiter, peruenit celeriter ad eum ille verè ſine ſuperbiâ, & dixit ad eum hilari vultu: Fac caritatem fili Troile. Æſtimas quòd in veritate dixerim tibi fratribus huiuſcemodi dare? crede mihi, per iocũ dixi tibi dare. Ego enim volui præſtare eis ſingula numiſmata propter ſanctam feſtiuitatem: ſed quia non habebat diſtributor meus ſecum ſufficientem quantitatem, huius rei gratiâ mutuam dediſti eam mihi, & ecce attuli tibi illas triginta libras. Vt verò vidit quantitatem Epiſcopus in honorabili manu ſapientis exiſtentis medici & paſtoris, febris quidem ſubitò diſparebat, frigus etiam recedebat, fortitudo quoque & corporis eius *d* color ad eum reuertebantur: vt ex hoc non poſſet latere, hanc eſſe cauſſam repentè comprehendentis eum commutationis.

eui ideò febricitanti

pecuniam reddit, ſimul & ſanitatem:

d

54 Suſcipiens ergo aurum ab honorandis manibus Patriarchæ, & nihil omnino contradicens, exſpectabat ab eo Patriarcha conſcriptionem abrenuntiationis mercedis earum, quæ datæ ſunt, triginta auri librarum. Fecit autem hoc cum gaudio Troilus Epiſcopus, ſcribens propriis manibus ita: Deus, Domino meo Ioanni beatiſſimo Patriarchæ huius Alexandrinorum magnæ ciuitatis, da mercedem triginta librarum, quæ data ſunt tibi, quoniam ego recepi mea. Hoc ſcriptum itaque Sanctus accipiens, ſumpſit ſecum & eumdem Epiſcopum ad prandium. vt enim iam dictum eſt, ſtatim ſanus factus eſt. Volens ergo mercedis redditor Deus, corripere eum, ſimul autem & ad miſerationem contribulatorum & compaſſionem erigere, oſtendit ei eadem die dormienti poſt prandium Patriarchæ in ſomnis, quâ mercede priuatus eſſet. Vidit enim (vt ait) domum, cuius pulcritudinem atque magnitudinem non poteſt ars hominum imitari, & ianuam huius totam auream, & ſuper ianuam titulum conſcriptum: MANSIO ÆTERNA, ET REQVIES TROILI EPISCOPI. Cùm ergo hoc, inquit, legiſſem, gauiſus ſum: ſciebam enim donandam mihi ab Imperatore talis domus epulationem. Nondum autem huiuſmodi tituli ſuperſcriptionem perlegeram, & ecce quidam regius cubicularius, habens ſecum & alios obſequij diuini: & cùm peruenisſet ad talem nitentis domus ianuã, dixit ad proprios officiales: Deponite mihi titulum. Et cùm depoſuiſſent, iterum dixit: Mutate eum, & ponite quem miſit orbis terrarum Rex. Et attulerunt & adfixerunt aliud adſpiciente me, ſuperſcriptum ita: MANSIO ÆTERNA, AC REQVIES IOANNIS ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ, EMPTA LIBRIS TRIGINTA. Et cùm hoc vidiſſet, ſurrexit à ſomno: & magno ſummoque Paſtori, quæ viſa ſunt ei in ſomnis, enarrauit. Proficiens eâ de cauſsâ Troilus Epiſcopus, factus ex tunc eleemoſynator magnificus.

AVCTORE LEONTIO EPISC. accipit ſyngraphã æternæ mercedis ſibi à Troilo tranſcriptã;

huic mox in viſione oſtenſa.

55 Dominus qui diuitias in tempore quodam B. Iob abſtulit, fecit ſimile & huic omni bonitate pleno, ſancto Patriarchæ Ioanni. Nauibus enim ſanctiſſimæ Eccleſiæ comprehendentibus violentam hiemem, in loco qui dicebatur Adria, proiecerunt omnia ſua, quæ naues portabant: erant verò omnes naues ſimul. Erat autem ſumma multa valdè enthecarum ſuarum: habebant enim tantùm veſtimenta & argentum, & alias res altiores: vt computaretur pondus, quod iuit in perditionem, quantitatis centenariorum triginta quatuor. Plus enim erant quàm tredecim naues, capientes per ſingulas decem millia modiorum. Venientibus verò Alexandriam & pergentibus, ſtatim reliqui creditores & primi nautæ in eccleſiam confugerunt. Sanctus verò hoc audiens, & cauſſam propter quam fugerant, mittit eis verbum manibus ſuis conſcriptum, habens ita: Dominus dedit, fratres, Dominus vt voluit, abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factũ eſt: ſit nomen Domini benedictum. Exite filij, nihil ex hoc veriti: Dominus enim ſollicitus erit de craſtino.

Enthecam 13 nauium Alexandr. Eccleſia naufragio amittit:

nautas iubet ſecuros eſſe:

56 Aſcendit itaque penè dimidium ciuitatis in ſecretũ: die autem altero *e* volentes conſolari nobilem iſtum: ipſe verò præoccupans, cœpit omnibus dicere: Nequaquàm, ô filij & fratres, cauſsâ nauium difficultatis triſtemini: nam humilis Ioannes, credite, inuentus eſt culpabilis: quippe niſi extollentiam haberem, nullo modo hoc ferrem. Sed quia extollebar in his quæ Dei erant, & æſtimabam quòd magna opera facerem, dans quæ hominum erant, hoc mihi euenit: volens ergo Deus vt hoc intelligerem, iſta permiſit. Eleemoſyna enim non vigilantem plerumque in extollentiam eleuat: inuitus verò caſus humiliat ſuſtinentem. Ait enim diuina Scriptura: Paupertas virum humiliat. Et iterum Dauid hoc ſciens, dicebat: Bonum mihi quòd tu humiliaſti me, vt diſcam iuſtificationes tuas. Dum enim malis factus ſum obnoxius, quia dationem per vanam gloriam perdebam, & quoniam per vitium meum perditæ ſunt tantæ pecuniæ, habeo nunc iudicium animarum quæ in arcto ſunt. Verùm dilectiſſimi, qui tunc tempore iuſti illius Iob fuit Deus, & nunc idem ipſe eſt: qui non propter egeſtatem meam,

e

ſibi culpæ adſcribit:

Pſal. 118.

Deo fidit.

AVCTORE LEONTIO EPISC.

meam, ſed ob indigentium neceſſitatem, non derelinquet nos. Ipſe enim dixit: Non te deſeram, neque derelinquam. Et rurſus: Quærite primùm regnum Dei, & inſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Volentes ergo conſolari eum ciuitatis habitatores, vt dictum eſt, ipſi magis inuenti ſunt econtrà conſolationem ab eius beatitudine recepiſſe. Nimis ergo breue tempus præteriit, & in duplum reſtituit Deus nouo noſtro Iob facultates: & iterum erat ipſe magnanimus circa miſericordiam, fortaſſe autem & religioſior quàm anteà fuerat.

Hebr. 13. 5.

Matth. 6. 33.

& duplum accipit.

a *id eſt*, orauit pro eo. *Sic infrà numer.* 72. vade ora furtis meis.

b *Apud Palladium cap.* 8. Fecit ſibi S. Amon in monte Nitriæ duos cellarum tholos. *& cap.* 43. In cacumine montis factis ſibi tribus tholis, ingreſſus *Ioannes ex vrbe Lyco oriundus*, ſeipſum inædificauit. atque ibi erat vnus tholus ad corporis neceſſitates, *refectionem & quietem*; vnus autem vbi operabatur, alius verò vbi orabat. *Vbi ſeparata intelliguntur ædificia. Hæc à lateribus conſtructa, cum rotundi faſtigii, dicitur in Etymologico magno. Vide & Phauorinum in Lexico.*

Tholus.

c *MS. Audom.* cum thoris & racanis. *& in margine additur:* id eſt, lectis & coopertoriis. Rachanæ, *vnde ſuprà num.* 34. *diminutiuum* rachanella. *à Græco* ῥάκη, *ſeu* ῥάχη *videtur ductum. Heſychius* Ῥάκη ἀποσκεύασμα, καὶ ἀποτάσσμα, ἱμάτια. Præſegmina, diuulſiones, veſtes. *Idem* Ῥάχη, ἀποραγίσματα καὶ ἀποσπάσματα. rupturæ & diuulſiones. *Ita etiam apud Ennodium li.* 9. *epiſt.* 17. *ad Apodemiam, iungitur* racana *cum* lænâ, *qua vilis veſtis.* Lænam, *inquit*, & racanas, cuius vos volueritis coloris, rubei aut fuſci, mihi ſub celeritate dirigite. Ῥάκος S. *Gregorio Nazianz. in laudibus S. Baſilij* vile monaſticum pallium *eſt, vt ſuo loco dicetur.*

Rachana.

d *MSS. Audomar. & S. Maxim.* calor.

e *Sic infrà num.* 62. audiens, *pro* audiui.

CAPVT. X.

Variis beneficia præſtita.

Miniſtro ſuo egeno duas auri libras dat.

57 AD extremam paupertatem peruenienti cuidam de domeſticis miniſtris, propriâ manu iſte Sanctus, vt nullus ſciret, duas libras auri dedit: & audiens ab accipiente, Quoniam hæc accipiens, Domine, vlteriùs non habeo vultum intendendi in honorabilem & Angelicam faciem tuam; verè dignum laude, ſapiens ille locutus eſt verbum: Nondum, inquiens, ſanguinem meum pro te, frater, effudi, ſicut mandauit mihi Dominus meus & omnium Chriſtus Deus.

Ioan. 10. 11.

58 Diſtrictus quidam ab his qui penſionem exigebant, cùm non haberet quod daret, (erat enim regio in magnâ difficultate, eò quòd fluuius Nilus ſecundùm conſuetudinem non irrigaret aquis terram:) ipſe abiens deprecatus eſt Ducem quemdam magnatorum, vt mutuas ſibi daret quinquaginta libras auri: & dicebat ſe dare pignora, ſi vellet, dupla. Repromiſit ergo Dux dare ei, ad præſens verò diſtulit. Exactoribus ergo conſtringentibus eum, vadit ipſe, vt omnis, ad portum à quo cuncti recipiuntur, videlicet ad mitiſſimum & dignum admiratione Patriarcham. Et nondum pænè propriam neceſſitatem ei narrauerat, dixit Sanctus ad eum: Do, fili, ſi volueris, & quo veſtior, veſtimentum. Etenim cum admirabilibus ſuis bonis & hoc poſſidebat, quòd non poſſet videre aliquem de neceſſitatibus lacrymantem, & non ſtatim ſe propriis rigaret lacrymis: vnde & mox petitionem volentis ab eo mutuum accipere, adimpleuit. Et ſequenti nocte videt Dux, quòd ſtaret ſuper altare quidam, cui offerebant multi oblationes: & per vnam quam ponebant, accipiebant centum pro ipsâ de altari. Erat autem & Patriarcha poſt tergum eius. Iacebat ergo vna oblatio ante eos in vno ſcamno, & dicit quidam Duci: Vade, Domine Dux, accipe oblationem illam, & offer ad altare, & tolle pro eâ centum oblationes. Illo verò pigritante; cucurrit Patriarcha, licet poſt eum ſtaret, & tulit hanc ante eum & obtulit: & accepit, ſicut omnes, centum de altari. Euigilans itaque, non poterat diſcernere ſomnium. Miſit autem & adduxit eum, qui volebat mutuum accipere, vt præſtaret ei. Et cùm veniſſet, dicit ei Dux: Accipe quod petiſti mutuum. Reſpondens ille, dixit ei: Antè tulit mercedem tuam Dominus Patriarcha. Etenim te Domino differente me, compulſus ſum ad illum tamquàm ad portum confugere: multa enim erat vis inquietudinis exactorũ. Cùm ergo audiſſet hoc, ſtatim recordatus eſt ſomnij, & dixit: Verè benè dixiſti, Quia antè tulit mercedem tuam. Antè tulit enim, & væ illi qui vult facere bonum, & differt. Et enarrauit ei & omnibus ſomnium quod viderat.

Promptiſſimè mutuum præſtat:

idèo viſus alteri centuplam remunerationem recepiſſe;

59 Pergente aliquando Sancto ad templum ſanctorum victorioſorum Martyrum Cyri & Ioannis, in gloriosâ eorum memoriâ, orationis gratiâ; exeunte portam ciuitatis, ſuſcepit eum mulier procidens, & dicens: Vindica me, quoniam iniuriam patior à genero meo. Quibuſdam ergo de obſequio eius, qui habebant confidentiam apud eum, dicentibus: Quia cùm reuerſus fueris, cauſſam eius facies. Reſpondit ſapientiſſimus: Et quomodò Deus orationem noſtram ſuſcipiet, ſi ego iſtam poſtpoſuero? Quis mihi ſpopondit, vt viuam ego in craſtinum? & ibo ad Chriſtum, pro eâ rationem redditurus? Et non receſſit de loco illo, vſque dum quod ſatis ei erat, fieri faceret.

prompte mulieri à genero vexatæ ſuccurrit:

60 Ad voluntatem igitur memorabilis huius, quæ tota in Deo erat, miſit ei Deus viros ſapientes & ſemper memorandos, Ioannem & Sophronium. Conſiliarij enim erant veraciter boni, quibus & tamquàm Patribus indiſcretè obediebat, & gratias agebat, tamquàm conſtantibus maximè & viriliter agentibus militibus pro pietate religionis. Etenim ſancti Spiritus virtute freti, & cum *a* Seuerianitis ac ceteris circa regionem exiſtentibus *b* immundis hæreticis, ſapientiâ ſuâ ac diſputationibus pugnam habentes & conflictum, multa quidem caſtella, pluresque Eccleſias, ſimiliter & monaſteria ab ore talium beſtiarum, tamquàm boni Paſtores, euellere ſtuduerunt: propter quod & maximè plurimum honorabat Sanctos hos ille verè ſanctiſſimus.

honorat Ioannem & Sophronium conſiliarios,

a

b

ob certamen cõtra hæreticos:

61 Si verò alicubi aliquem durum & inhumanum & percuſſorem circa proprios ſeruos ſentiebat ille Beatus, hunc primò conuocabat, & cum multâ lenitate rogabat, dicens: Fili, venit quidem ad aures peccatrices meas, quòd ex operatione inimici modicùm duriùs circa proprios pueros tuos feraris: ſed rogo, des locum iræ. Non enim vt percutiamus eos, dedit nobis hos Deus, ſed vt ſeruiant. fortaſſe verò nec propter hoc, ſed vt ſuſtententur à nobis, ex quibus Deus præſtitit nobis. Quid enim (edic mihi) & dedit homo; & emit eum qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei creatus & honoratus eſt? Numquid enim tu dominus eius, aliquid plus illo poſſides in proprio corpore, manum, aut pedem, vel auditum, aut animam? Numquid non ſimilis eſt tibi per omnia? Audi lumen glorioſum, Paulum dicentem: Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus neque Græcus, non eſt ſeruus neque liber: omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto. Si ergo apud Chriſtum æquales ſumus, & ad inuicem æquales efficiamur. Etenim Chriſtus formam ſerui aſſumpſit, docens nos non ſuperbire contra ſeruos noſtros. Vnus enim eſt Dominus omnium, in cælis habitans, & humilia reſpiciens: non dixit ſublimia, ſed humilia. Quantum enim aurum dedimus, vt honorificatum & emptum nobiſcum eum ſanguine diuino & Dominico, nobis ſeruituti ſubiiciamus? Propter eum cælum, propter eum terra, propter eum ſtellæ, propter eum ſol, propter eum mare & quæ in eo ſunt. Eſt autem verum, quia & Angeli ei miniſtrant: propter eum Chriſtus pedes ſeruorum lauit, propter eum crucifixus eſt, & cetera omnia propter eum paſſus eſt. Tu autem eum qui à Deo honoratur, inhonoras; & quaſi non ſis eiuſdem naturæ, non parcens feris? Dic, obſecro, velles quoties culpam admittis, vt mox redderet tibi Deus? Nequaquam. Dic, quomodò oras quotidie, dicens: Dimitte nobis debita noſtra,

corripit in manſuetudine eum, qui ſeruos duriùs tractabat:

Gal. 3. 27.

quanti apud Deum ſit homo, expendit:

Pſal. 112. 6.

noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris? His & his ſimilibus verbis Beatus de habitante in ſe theſauro, monens hunc abſoluit: & niſi didiciſſet iſtum emendatum, præparabat & inſtruebat ſeruum afflictum, vt fugam arriperet, & venditionem peteret: & hunc comparans Iuſtus, ſtatim liberum ſtatuebat.

ſeruum emit, & libertate donat.

62 Audiens aliquando cuiuſdam eleemoſynatoris puerum orphanum derelictum, parentibus ſuis morientibus, & in multâ paupertate conuerſari hunc: dicebant enim hi, qui in teſtamento patris eius inuenti ſunt teſtes, quia non dimiſit ei pater eius moriens vſque ad vnum numiſma: ſed habens decem libras auri, adducit eum ipsâ horâ quando teſtamentum ſcribebat, & dicit ei: Has decem libras habe fili mi. Quid, vis dimittam tibi iſtas, an Dominam meam Dei genitricem curatorem & prouiſorem? Puerò verò eligente ſanctam Dei genitricem, præcepit dare cuncta pauperibus. Et ecce, inquiunt, Sanctiſſime, in multâ inopiâ conſiſtit, nocte ac die domum Dominæ noſtræ non deſerens. Cùm ergo hæc audiſſet à ſcientibus Sanctus hic, nemini aliquid dicens, adducit quemdam tabellionem: & narrabat ei rem, dans ei terminum, vt nulli crederet quam præcepit ei facere rem, dicens ei: Vade, & in veteribus chartulis ſcribe teſtamentum cuiuſdam nomine *c* Theopenti: & fac in eadem chartâ me & patrem pueri conſobrinos fratres, & vade, & dic iuueni: Scis frater, quòd genus exiſtens Patriarchæ non debueras ita in paupertate verſari? & oſtende ei chartam, & dic: Quoniam ſi erubeſcis, ego ordino cauſſam tuam apud Patriarcham, & vide quid tibi dicet. Cùm ergo omnia quæ iuſſa ſunt ei à Patriarchâ, tabellio feciſſet, venit ad eum dicens: Quia pactus eſt puer mihi, vt ego loquar cauſſam ſuam Domino, & magnas gratiarum actiones referebat mihi. Dixit itaque Sanctus: Vade & dic ei, Quia locutus ſum Patriarchæ. Et dixit: Quoniam & ego ſcio, quia habuit conſobrinus meus filium, ſed ex vultu hunc non recognoſco. Benè ergo facis, adducens hunc ad me. Adducens ergo eum, porta & chartam tecum. Cùm verò peruenisſent, tulit eum ſecretò ille Iuſtus, & cœpit deoſculari eum, & dicere: Benè venit filius conſobrini mei. Ditauit igitur eum, & vxori tradidit in Alexandriâ: & domum & omnia quibus opus habuit donauit ei; demonſtrare feſtinans, quoniam non derelinquet Dominus ſperantes in ſe.

Pupillum, qui præpetuniâ Dei Matrem Procuratricem elegerat,

c

mirâ induſtriâ ditat:

63 Imprætermiſsè autem & huius mandati curam habuit hic admirabilis, legem ponentis: Volenti mutuare à te, ne auertas aliquando: non prohibuit aliquem huiuſmodi ab eo ſuffragium poſtulantem. Vnde hoc ſciens quidam malignus & impoſtor, petiit ab eo vt ſibi mutuas daret viginti libras auri. Erat autem de his, qui dicuntur *d* Gallodromi. Contemnens ergo Sanctum, quemadmodùm & alios multos, dicebat: Quia nihil mihi dedit. Quæſierunt itaque Eccleſiæ Paſtores & Ordinatores, vt in carcerem hunc mitterent, & publicarent eius ſubſtantiam. At imitator dicentis, Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos; nequaquàm illis conſenſit, vt eum affligerent. His autem turbantibus contra eum, vtpote qui Patriarchæ illuſerat, & dicentibus ad eumdem Sanctum: Non iuſtum eſt, Domine, vt quod pauperes acciperent, hic luxurioſus accipiat. Reſpondit econtrà ille ter Beatus, dicens: Credite Fratres, quia ſi extra voluntatem acciperetis aliquid ab eo, duo mandata tranſgrederemini: & vnum adimplebitis, quando & ad pauperes data fuerit huiuſcemodi quantitas; vnum quidem, quia apparebitis impatientes circa damnum, & efficiemini aliis forma mala; alterum autem, quoniam non obedientes eritis Domino Deo dicenti: Ab eo qui abſtulerit tua, ne repetas. Expedit ergo, ô filij, vt efficiamur omnibus exemplum patientiæ. Etenim Apoſtolus dicit: Quare non magis iniuriam ſuſtinetis? quare non magis fraudem patimini? Et bonum eſt quidem veraciter, fratres, omni petenti dare; excelſius autem & honorabilius, & non petenti: ei autem qui aufert veſtimentum ſine voluntate à nobis, dare & tunicam, Angelicæ verè naturæ imitatio, imò diuinæ eſt. Ex his enim quæ habemus, Dominus præcepit benefacere proximo: Bonum, inquit, facies fratri tuo, iuxta quod poſſidet manus tua: non ex his quæ ex lite & contentione & ab iniuriam paſſo auferuntur.

d non permiſit impoſtorem eleemoſynæ puniri.

Deut. 15. Luc. 6.

Luc. 6. 36.

Luc. 6. 29.

1. Cor. 6. 7.

AVCTORE LEONTIO EPISC.

a Acephalos *intelligit, à* Seuero *Antiocheno Epiſcopo exortos. Hic cùm Iuſtinus Imperator Chalcedonenſem Synodum ab omnibus Epiſcopis, niſi Sedibus excidere vellent, promulgandam edixiſſet, noctu clam omnibus Antiochiâ fugit Alexandriam ad Timotheum Epiſcopum, impietatis collegam: quò Iulianus Epiſcopus Halicarnaſſæus eadem de cauſsâ iam antè ſe receperat. Liberatus in Breuiario cap.* 19. *& ex eo Baronius tom.* 7. *an. Chr.* 519. *num.* 146. *&* 147.

Seuerus Acephalorum auctor.

b *Hi ſunt à Seuero & Iuliano exorti in Ægypto, Theodoſiani, Phantaſiaſtæ, ſeu Aphthardocitæ, Gaianitæ, Agnoitæ ſeu Themiſtiani, Tritheitæ, Monophyſitæ, Iacobitæ, Barſaniani, aliiq;, quorum errores diſtinguit Iacobus Gualterius Noſter in tabulâ Chronographicâ ſeculo ſexto.*

Varij in Ægypto hæretici.

c *Metaphraſtæ* Theopemptus *dicitur.*

d *MS. S. Maximini addit.* id eſt, illuſores. *MS. Aquic. & edit. nonnulli:* mangones diſcurrentes, & fraude decipientes. *Sic apud Palladium cap.* 15. *&* 16. *eſt* σπανοδέρμους, *ſed quod vertunt* mercatorem negotiantem in Hiſpaniâ.

CAPVT XI.

Hiſtoria a S. Vitalij monachi.

a

64 SEnex quidam magnus, quaſi annorum ſexaginta, audiens tales res Beati, voluit tentare eum, ſi poſſet verbis ſuaderi, & ad ſcandalum facilè inclinari, & vt contigit, ſi condemnaret aliquem. Et habitans priùs in monaſterio Abbatis Seridonis, exiit & venit Alexandriam: & ſumit conuerſationem hominibus quidem reprehenſibilem, ſed Deo gratam, qui dat (vt ait Dauid) ſingulis ſecundùm cor eorum. Ingrediens itaque ciuitatem, ſcribit omnes quæ notæ erant meretrices, & cœpit laborare opuſcula, & accipere per ſingulos dies ſiliquam vnam. Cùm ergo occumberet ſol, manducabat *b* vnius ærei lupinos, & intrabat ad vnam meretricum, & dabat ei æreos nummos, & dicebat: Dona mihi noctem iſtam, & noli fornicari. Et manebat iuxta eam nocte illâ, obſeruans eam ne fornicaretur. Stabat ergo à veſpere in vno angulo cellulæ vbi dormiebat mulier, pſallens & orans pro eâ, & mittens genuflexiones vſque ad auroram: & exiens, accipiebat verbum ab illâ, quòd nulli diceret actionem eius.

Pſal. 19. 5.

b

S. Vitalius pretio ſe minas à meretricio ſeruat:

65 Ita agebat ſemper, quouſque vna earum manifeſtauit vitam eius, quòd non vt fornicaretur intraret ad eas, ſed vt ſaluaret. Orauit ſenex, & cœpit mulier à dæmonio vexari, vt per illam ceteræ timerent, & non manifeſtarent eum omni tempore vitæ eius. Dicebant ergo quidam ei quæ à dæmonio vexabatur: Quid eſt? Reddidit tibi Deus quoniam mentita es. Vt fornicetur enim ingreditur peſſimus iſte, & non eſt aliud aliquid. Iam enim & S. Vitalius (hoc quippe nomen erat ei) volens hominum gloriam fugere, & animas à tenebris reuocare, dicebat audientibus cunctis, cùm laboraret in opere, & ſolueret veſperi: Eamus modò, domina talis expectat nos. Vbi ergo erat ordo ipſius? Multis ergo criminantibus & illudentibus ei, dicebat: Numquid ego non veſtio corpus vt omnes? Aut monachis ſolis iratus eſt Deus? Verè & ipſi homines ſunt vt omnes. Dicebat itaque ei quidam: Accipe tibi vnam mulierem Abba, & muta veſtimentum tuum, vt non blaſphemetur Deus per te, & habebis iudicium, quæ ſcandalizantur, animarum. At ille reſpondebat eis iterum, dicebatque ſe demonſtrans quaſi iratum: Verè non obaudiam vobis: ite à me. Modò nihil aliud faciam, vt vos non ſcandalizemini, niſi accipiam mulierem, quatenùs curã habeam domus, & faciam malos dies. qui vult ſcãdalizari, ſcãdalizetur: & det frontem in parietem. Quid vultis ex me? Numquid iudices conſtituti eſtis ſuper me à Deo? Ite, de vobis curam habetote, vos pro me non reddetis rationem. Vnus

quod detentem à damonio vexari precibus impetrat:

à multis calúniam patitur:

AVCTORE LEONTIO EPISC.

est iudex, & sancta dies iudicij, qui singulis reddet secundùm opera eorum. Dicebat autem hæc clamans.

66 Quidam ergo Ecclesiæ Defensorum, hæc multoties audientes ab eo, referebant Patriarchæ quod fiebat. Deus verò sciens, quòd nollet ille Sanctus offendere Abbatem Vitalium, indurauit cor eius, ne crederet eis. Recordabatur enim antè memorati eunuchi: sed increpauit vehementer eos, qui contra Vitalium Abbatem accusationem ei afferebant, dicens ad eos: Quiescite accusare monachos. An nescitis, quod circa sanctæ memoriæ [c] Constantinum Imperatorem actum fuisse, conscriptiones quæ de eo leguntur, contineant? Quoniam, ait, quidam non timentes Deum, cùm celebraretur sancta Synodus in Nicæâ, cœperunt contra se dare in scriptis famas turpes beato illi Imperatori; quidam clerici quidem existentes, quidam monachi: & ad faciem adducens sanctus Dei Constantinus accusatorem & accusatum, vtrumque audiuit. Et cùm inuenisset multas talium criminatorum veras esse, afferens ardentem cereum, incendit omnes, quæ datæ sunt in scriptis, malas opiniones, dicens: Verè, si propriis oculis vidissem Sacerdotem Dei, vel aliquem eorum qui monachico habitu circumamicti sunt, peccantem; chlamydem meam explicarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. Nam & in seruum Dei illum, videlicet eunuchum, ita putastis, & misistis me extra viam, & feci animæ meæ peccatum magnum: confundens ergo eos multùm, absoluit.

accusatur apud S. Ioannem,

c exemplo Constantini Magni,

delatoribus non credentem:

67 Seruus autem Dei Vitalius à propriâ operatione non cessabat. Deprecabatur ergo, vt quibusdam post mortem eius in somnis manifestaret Deus, vt non imputaretur in peccatum his qui scandalizabantur in eum: eò quòd rem, quam agebat, dicerent scandalo esse plenam; & non haberet homo peccati iudicium ex eâ, quidquid locutus fuisset. Multas igitur de talibus mulieribus in compunctionem induxit hæc operatio eius: & maximè, quando videbant eum nocte extendentem manus, & orantem pro vnaquaque earum: propter quod quædam earum à fornicatione cessabant, quædam verò accipiebant viros, & pudicè conuersabantur: quædam etiam modis omnibus mundum relinquentes, singularem vitam ducebant. Nullus tamen sciuit vsque ad eius dormitionem, quòd ipsius admonitione & oratione impudicæ mulierculæ à fornicatione cessarent.

multas conuertit meretrices.

68 Vnde quodam die exeunte eo à primâ talium mulierum diluculo, obuiat ei quidam homo immundus, intrans ad fornicandum cum eâ: & cùm vidisset S. Vitalium ex eâ egredientem, dedit ei alapam in faciem, dicens ad eum: Vsquequò pessime illusor Christi, non emendas te ab his nequitiis tuis? Qui dixit ad eum: Crede mihi, accipies alapam à me humili, vt tota Alexandria colligatur ad clamores tuos. Nondum breui tempore transacto, dormiuit cum pace in cellulâ suâ S. Vitalius, nemine sciente omnino. Habebat enim valdè pusillam cellulam, super locum qui dicitur Porta solis. Vnde & plerumque, cùm collecta celebraretur iuxta cellulam eius in ecclesiâ Metræ, conuenientes quædam mulierculares harum, ad alterutras dicebant: Eamus, eamus: iterum Abbas Vitalius collectam habet. Et venientibus eis, curabat eas. Igitur dormiente eo, vt prædictum est, in propriâ cellulâ, & nullo sciente, mox quidam dæmon tamquàm Æthiops deformis, adstat ei qui dederat alapam Abbati Vitalio, & dat ei alapam, dicens: Suscipe alapam, quam misit tibi Abbas Vitalius. Et cadens, statim cœpit spumare. Congregata est igitur secundùm prophetiam Vitalij penè tota Alexandria in violentiam, quam patiebatur à dæmone: & maximè, quia sonitum datæ ei alapæ audierunt quidam, quasi ad vnius iactum sagittæ. Post aliquantas verò horas in mentem rediens is qui patiebatur, scidit vestimenta pectoris sui, & cucurrit ad cellulam, clamans & dicens: Culpam feci tibi, serue Dei Vitali, miserere mei. Cucurrerunt verò cum eo omnes audientes. Cùm peruenisset ad cellulam Sancti, exiit iterum dæmonium, iactans eum omnibus adspicientibus. Et cùm ingrederentur intrò hi qui cum eo cucurrerunt, inuenerunt Sanctum stantem in geniculis suis, & orantem, & animam Domino tradentem, & in pauimento scripturam huiusmodi: VIRI ALEXANDRINI, NOLITE ANTE TEMPVS ALIQVID IVDICARE, QVOADVSQVE VENIAT DOMINVS. Confitebatur verò & homo, qui à dæmonio vexabatur, quod Sancto fecerat, & quod dixerat Sanctus ei.

à fornicatore alapâ caditur:

moritur:

percussorē impactâ à diabolo alapâ obsessum,

anat:

69 Recitata sunt ergo Beatissimo Ioanni Patriarchę omnia, quæ circa S. Vitalium acta sunt: & descendens cum clero, venit ad corpus S. Vitalij: & cùm vidisset superscriptionem, dixit: Verè hanc humilis Ioannes per Deum euasit. nam alapam quam accepit qui patitur, ego acciperem. Tunc itaque omnes fornicariæ, & quæ abrenuntiauerunt ex eis, & viros susceperant, cum cereis & lampadibus præibant eum flentes, & dicentes: Perdidimus salutem nostram & doctrinam. Enarrabant enim iam conuersationem eius omnibus: & quoniam non propter turpem rem ad nos intrabat: & quia numquàm aliquando vidimus eum super latus dormientem, aut vnam ex nobis tenentem manu suâ. Et reprehendentibus eas quibusdam & dicentibus: Quare hęc non omnibus dicebatis, sed scandalizabatur in eo tota ciuitas? enarrabant iam capitulum, quod circa eam gestum est, quæ à dæmonio vexationem sustinuit, & quia hoc timentes tacebamus. Sepulto ergo eo in multo honore, permansit is qui ab eo correctus & sanus factus est, faciens memoriam eius. Postmodùm autem & renuntiauit sæculo, ingressus monasterium Abbatis Seridonis in Gazâ, & suscepit cellulam Abbatis Vitalij secundùm fidem, & in eâ permansit vsque ad mortem suam.

Inuisitur eius corpus à S. Ioanne:

honorificè sepelitur;

70 Et sanctissimus Patriarcha multas gratias egit Deo, quia non permisit eum peccare in seruum suum Vitalium. Multi autem multùm ex tunc in Alexandriâ profuerunt sibi, & hospitio recipiebant monachos: & monebantur vt non condemnaretur aliquis ab eis sicut euenerat. Fecit autem & sanitates post mortem honorabile nomen S. Vitalij per diuinam gratiam: cuius orationibus det nobis Dominus bonam conuersationem, & misericordiam in die, quando manifestabit abscondita hominum, & nuda faciet consilia cordium.

claret miraculis: inuocatur à Leontio.

1. Cor. 4.

a *Huius natalem celebrant Graci cum Menais XI. Ianuarij, & hoc caput istic illustrauimus.*

b *MS. Audom.* Vnius ærei nummi lupinos. *MS. Gemblac.* Vnius nummi ærei pretium.

c *Referunt prater Theodoretum & Sozomenum citatos à Rosweydo, Ruffinus lib. 1. cap. 2. S. Gregorius Papa lib. 4. epist. 75. ad Mauritium Imperatorem, & Nicolaus Papa epistolâ ad Michaëlem Augustum, apud Baron. tom. 3. an. Ch. 325. num. 43.*

CAPVT XII.

Monita salutaria multis data.

71 PRæcipiens aliquando dari cuidam petenti eleemosynam, decem nummos æreos tantùm, conuicia ab eo patiebatur in facie atrociter ille Beatus, quia non dederat ei quotquot voluit. His autem qui de obsequio erant, quærentibus cædere eum qui conuiciabatur, increpauit eos vehementer Patriarcha, dicens: Sinite eum fratres: habeo ego sexaginta annos, blasphemans per opera mea Christum: & vnum conuicium non portabo ab isto: Et præcepit datori soluere sacculum, vt sineret pauperem tollere quantum vellet pretium.

Pauperi conuicianti, pro eius arbitrio eleemosynam dari iubet.

72 Si verò aliquando audiebat sapientissimus, quoniam eleemosynator est talis; adducebat eum in hilaritate seorsum, & dicebat ei: Quomodò factus es eleemosynator? naturaliter, an teipsum violenter cogens? Vnde quidam qui ab eo interrogabantur, verecundati, occultabant quidem, quidam autem dicebant ei. Propter quod vnus interrogatus à Sancto, respondit ita: Crede mihi Domine, quia nihil do aut facio boni: verumtamen ipsum quod facio & præbeo, ex quibus Deus & orationes tuæ largiuntur, ita facere assueui: Eram priùs

Eleemosynarios consulit, qui eam virtutem sint adepti.

priùs valdè immiſericors & crudelis: & ſemel damna pertuli, & in ſubtilitatem deueni; cœpit cogitatio mea dicere mihi: Verè ſi eſſes eleemoſynator, non relinqueret te Deus. Statui ergo per ſingulos dies dare quinque æreos nummos pauperibus: & cùm cœpiſſem dare, ſtatim ſatanas prohibebat me, dicens: Verè quinque nummi iſti ſufficiunt domui ad olera, aut ad balneum percipiendum: & ſtatim, tamquàm ſi de faucibus natorum meorum priuarem eos, nihil dabam. Cùm ergo viderem quòd ſuperarer à vitio, dico puero meo: Per ſingulos dies furare, me neſciente, quinque nummos, & da eleemoſynam. Sum ego enim trapezita, Domine. Ille verò benefaciens, cœpit furari denos. Erat autem quando & ſiliquam. Cùm ergo vidiſſet, quia benedicebamur, & diuitiis abundabamus, cœpit & tremiſſes furari, & dare. Semel itaque admirans benedictiones Dei, dixi ei: Verè multùm profuerunt fili quinque nummi illi: volo ergo vt des decem. Tunc dicit mihi & puer, ſubridendo: Vade, ora furtis meis. Nam verè hodie non haberemus quem manducaſſemus panem. ſed ſi eſt fur iuſtus, ego ſum. Tunc ergo dixit, quoniam tremiſſia dabat, & ſiliquas etiam, & ex fide illius, aſſueui Domine de animo dare. Ædificatus ergo Sanctus valdè, dixit ad eum: Crede mihi, multas conuerſationes Patrum legi: tale aliquid non audiui.

Quidam etiam inuitus dans, & per famulum ſi bi furãtem,

à Deo locupletatur.

73 Malitiam reſeruantem quemdam illuſtrium contra alium Principem, audiens hic magnus Ioannes, monuit eum ſæpè, & ſuaſit ad concordiam: & non potuit eum conuertere ad pacem. Semel ergo mittit & adducit eum Sanctus, quaſi pro republicâ: & facit *a* Miſſas in oratorio ſuo, nullum habens niſi miniſtrum ſuum. Cùm ergo ſancta benedixiſſet Patriarcha, & orationem Dominicam inchoaſſet, cœperunt dicere tres tantùm illi, Pater noſter. Et cùm perueniſſet ad ſermonem, quo dicitur, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris; innuit domeſtico Patriarcha, vt taceret. Siluit ergo & Patriarcha. & remanſit Princeps ſolus, dicens verſum: Dimitte nobis ſicut & nos dimittimus, Et ſtatim conuerſus Sanctus, dicit ei manſuetâ voce: Vide in quali terribili horâ quid dicas Deo: Quoniam ſicut ego dimitto, ita & tu dimitte mihi. Tamquàm ab igne ſtatim cruciatum ferens prædictus Princeps, cecidit in faciem ad pedes Sancti, dicens: Quæcumque iuſſeris, Domine, faciet ſeruus tuus. Et reconciliatus eſt inimico ſuo ex tunc cum omni veritate.

a

Iram ſeruantem ad reconciliationem adducit Ioannes:

74 Superbum autem ſi videbat aliquem Beatus, hunc quidem non arguebat in facie: quãdo autem eum in ſecreto ſuo ſedentem videbat, afferebat de humilitate ſermones, vt per tale magiſterium ſenſim percuteret ſuperbum, & modeſtum faceret, dicens ita: Miror Domini mei, quomodò non recordatur miſera anima mea humilitatis, quæ demonſtrauit nobis ſuper terram apparere Filium Dei: ſed intumeſco & extollor ſuper fratrem meum, ſi fuero modicùm aut pulchrior eo, aut ditior, aut glorioſior, aut principatum officij cuiuſcumque habuero; non intelligens Diuinam vocem, quæ dicit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris: neque Sanctorum voces cogitans, quoniam quidam terram, quidam cinerem, quidam vermem, & non hominem, quidam aut impeditioris & tardioris linguæ ſe nominabant: & quia Iſaias, quãdo Deum videre meruit, vt capit homo, tunc immunda labia ſe habere pronuntiauit. Quid enim & ſum humilis? Nónne de luto fictus ſum, vnde ſunt & lateres? Nónne omnem quam puto habere gloriam, vt flos fœni marceſcit? His ergo & huiuſmodi, & aliis pluribus verbis ſapientiſſimus, quaſi de ſe dicens, eum qui languorem inflationis & ſuperbiæ habebat, cauterio comburens proderat eius animæ. Intelligebat enim is qui vlcus habebat, quòd de eo Patriarcha hæc intimaret..

ſuperbos ſermone de humilitate inſtituto ſanat:

Matth. 11. 29.

75 Et hoc frequenter ille à Deo honoratus, afferebat in medium, ad humilitatis argumentum, dicens: Quòd ſi conſideraſſemus & cogitaſſemus Dei erga nos miſericordiam & bonitatem, nec in cælos ſubleuaremus oculos noſtros, ſed ſemper in humili habitu ac prudentiâ degeremus. Vt enim præteream, qualiter non exiſtentes, vt eſſemus, produxit nos fictor, & peccato & inobedientiâ deceptos, iterum viuificauit, & proprio ſanguine redemit à morte: & omnem terram & ipſum cælum in obſequium hominum ſubdidit: ſed & nunc, qualiter peccantes non diſſipat, ſed longanimiter magis expectat immobilis illa natura, & patiens ille oculus: & nobis plerumque blaſphemantibus, ipſe conſolatur & blanditur per miſerationem ſuam, deſurſum pluuias propter vitam noſtram tribuens. Quantos malos operarios, pergentes vt occidant aut furentur, tegit & non tradit ne capiantur & puniantur? Quantos exiſtentes in nauibus in pelago, vt prædentur obuiantes ſibi naues, & occidant qui in eis ſunt, non permittit in profundum demergi, ſed imperat mari ne abſorbeat eos, expectans conuerſionem malitiæ ipſorum? Quanti *b* peierant corpus & ſanguinem eius ſacroſanctum; & patitur & longanimiter agit, non reddens eis hîe aliquid difficile? Quantos in itinere latrocinantes, non tradit in cibum obuiantibus ſibi beſtiis? Quantos euntes in concaua terrarum, & itinerum ſeditiones operantes, protegit, vt non conſumantur à cuſtodientibus canibus, vel etiam hominibus? Et me interdũ aut cum meretrice recumbente, aut cum his qui ſe inebriant, aut cum turpia loquentibus cõuerſante, aut cetero quolibet ſeculi huius implicato peccato, apis quidem circumfertur, & valles & alueos circuit, quærens colligere fructum, vt dulce faciat mihi guttur, quod fœda & iniqua pronuntiat: vua autem feſtinat per calorem maturari, vt repleat os & lætificet cor, quod factorem ſuum præuaricatum eſt. Flores inuicem ſe præoccupant, vt delectent oculos, qui fornicationibus & alienis mulieribus ad luxuriam inuuunt. *c* Ficus turbatur, quatenus perueniat, vt repleat manum per magnitudinem, & os per dulcedinem, quod tenet & baſiat alienam mulierẽ.

Auctore Leontio Epiſc. Proponit Dei benignitatem;

b

hominum

è contrà ingratitudinem.

c

76 Talia ergo, inquit, opera fratres agentes, & tales retributiones recipientes à benigno Deo, qualem debueramus habere prudentiam, conſiderantes nouiſſimam noſtram & horrendam horam? Multum enim de memoriâ mortis & exitu animæ diſputabat ſemper ille Beatus, ita vt frequenter quidam ad eum ſuperbo ſchemate intrarent & ridenti vultu, & inconſiderato oculo; & exirent humili more, & compunctâ facie, & lacrymantibus oculis. Propter quod & dicebat: Quia (vt æſtimo ego humilis) ſufficit ad ſalutem aſſiduè & dolenter cogitare, & ſollicitudinem habere de morte, quoniam nemo nobis in illa horâ compatietur, aut comitabitur ex vitâ iſtâ, niſi opera bona noſtra. Et quomodò Angelis venientibus & properantibus turbatur tunc anima, ſi inuenta non fuerit præparata? quomodò rogat, vt addatur ſibi modicum tempus vitæ, & audiet: Quid enim? Tempus quod vixiſti, benè conſumpſiſti?

Inculcat cogitationẽ mortis.

77 Et iterum dicebat tamquàm de ſemetipſo: Quomodò humilis Ioannes tranſire poteris beſtias arundineti, quando obuiabunt tibi exactores? Væ qualis timor & tremor obtinet animam tunc rationem ponentem, tantis exquiſitoribus tam amaris & immiſericordibus? Etenim Sanctus iſte in memoriâ ſemper retinebat, quod S. *d* Simoni, qui in columnis ſtetit, per reuelationem factum eſt notum: Quia (vt ait) exeunte animâ è corpore, *ſantes:* obuiant ei cùm adſcenderit à terrâ in cælum, chori dæmonum, ſinguli in proprio ordine. Obuiat ei chorus dæmoniorum ſuperbiæ, inueſtigat eam, ſi habeat opera eorum. Obuiat chorus ſpirituum detractionis: adſpiciunt ſi quando oblocuta ſit, & pœnitentiam non egerit. Obuiant iterum ſuperiùs dæmones fornicationis: ſcrutantur ſi recognoſcant in eâ voluptates ſuas. Et quando à terrâ vſque ad cælum miſera anima poſitura rationem peruenerit, ſeorſum ab eâ ſancti Angeli ſtabunt, & non adiuuabunt eam niſi bonitates ſuæ.

Pſal. 67.

& iudicij terribilis ob dæmones accuſantes:

d

de eâ re monitum S. Simeonis Stylitæ,

78 Hæc conſiderans hic nobilis, perterritus pro tali horâ & ſollicitus factus eſt, ferens in memoriam & S. Hilarionis

S. Hilarionis exemplum.

AVCTORE LEONTIO EPISC.

Hilarionis eloquium: quia cùm è vitâ egreſſurus eſſet, formidauit,& dixit animæ ſuæ: [a]Octoginta annos,ô humilis anima, habes ſeruiens Chriſto, & times exire? Exi, quia miſericors eſt.Et dicebat ſibi Patriarcha: Si is qui octoginta annos ſeruiuit Chriſto, & mortuos ſuſcitauit, & ſigna fecit,timuit amaram illam horam,quid habes tu humilis Ioannes dicere aut facere, quando obuiauerint in faciem tuam crudeles illi & immiſericordes exactores & inquiſitores? Ad quantos poteris rationem reddere, ad eos qui exquirunt de mendacio, ad eos qui de detractione, ad eos qui de crudelitate, ad eos qui de auaritiâ, ad eos qui de memoriâ mali, ad eos qui de odio, ad eos qui exquirunt de periurio? Et dementatus dicebat: Deus, tu eos increpa: nam omnis fortitudo hominum eis reſiſtere non valet. Tu Domine, da nobis ductores ſanctos Angelos, qui cuſtodiant & gubernent nos: multa enim eſt contra nos eorum inſania, multus tremor, multus timor, multum periculum pelagi aëris huius. Si enim de ciuitate in ciuitatem ſuper terram ambulantes, deprecamur eos qui nobis ductores ſunt,ne in præcipitia cadamus,aut in agreſtium beſtiarum loca, aut in flumina infinita,aut in inacceſſibiles & inuios montes, aut in latronum manus, aut in eremum incomprehenſibilem aut inaquoſam,& pereamus. Quot ductoribus fortibus & diuinis cuſtodibus opus habemus, pergentes longâ viâ hac & æternâ, videlicet, quæ ex corpore eſt egreſſio, & ad cælum adſcenſio? Hæ ſunt ſapientiâ plenæ Beati ad ſe & ad omnes doctrinæ: hæ ſunt eius quotidianæ curæ atque meditationes.

a

a Ecce vſum in Eccleſiâ celebrandi Miſſas priuatim. *inquit Roſuveydus.*

b *MS. S. Maxim.* perdiderant. *editio Colonienſis:* Indignè percipiunt corpus. *vetus editio,* petierant corpus. *at MSS. alij,* peierant.

c *Ita MSS. & editi. at MS. Gemblac.* tunditur.

d S. Simeonis Styliteæ *ſenioris vitam dedimus 5. Ianuarij, in quâ tamen hoc eius monitum non legitur.*

e *In vitâ S. Hilarionis auctore S. Hieronymo, quam 21. Octobr. dabimus, dicitur:* Septuaginta propè annis ſeruiſti Chriſto, & mortem times?

CAPVT XIII.

Diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſtudium, & pietatis. cauenda temeraria iudicia.

79 MVltam autem & de ſanctâ ſtatione curam habebat, & ſollicitudinem demonſtrabat. Vnâ enim dierum volens multos reſecare, vt non egrederentur poſt ſolutionem ſancti Euangelij de eccleſiâ,& otioſis ſermonibus pro oratione vacarêt,quid fecit? Reliquit mox, poſtquàm lectum eſt ſanctum Euangelium,eccleſiam:& ipſe exiit, & ſedit cum turbâ.Omnibus verò obſtupentibus, dixit ad eos Iuſtus: Filioli, vbi oues, illic & paſtor. Aut intrate intrò, & ingrediemur: aut manete hîc, & hîc manebo. Ego propter vos deſcendo in ſanctam eccleſiam: nam poteram facere mihimet Miſſas in epiſcopio. Semel ergo & bis fecit hoc ipſum ſchema ille Beatus.Erudiuit & in hoc plebem magnificè,& emendauit: timebant enim, ne iterum idipſum ſchema faceret eis ille ſemper memorandus.

Egredientes ante finitã Miſſam dextrè corrigit:

80 Loqui autem in ſacrario omnino non permittebat, ſed in conſpectu omnium foras mittebat eum, dicens: Si quidem vt orares, veniſti huc; in hoc mentem tuam & os tuum vacare exopta: ſi verò propter locutionem, ſcriptum eſt: Domus Dei domus orationis vocabitur: noli ergo facere eam ſpeluncam latronum.

colloquia in eccleſiâ prohibet;

Matth. 21. 13.

81 Hoc autem erat admirabilius ſanctiſſimi huius Patriarchæ, quoniam nec monachicam vitam ducens, neque in clero moratus in eccleſiâ: ſed & feminæ legitimè [a] dudum coniunctus, ita tenuit vigorem Eccleſiæ ab ipſo initio quo Patriarcha conſecratus eſt;& in talem ſublimitatem exaltatus eſt, vt multos eremitarum & in arctâ vitâ degentium ſuperaret.

tenax diſciplinæ Eccleſiaſticæ:

a

82 Volens autem nec huius boni eſſe inexpers, videlicet monachicæ vitæ connumerationis, ſtudet rem talem: Congregans duos ordines ſanctorum monachorum, ſtatuit in eis omnem vtilitatem tribui de villis ſuis in ciuitate ſuâ: & faciens eis cellulas in duobus oratoriis Dominæ noſtræ ſanctæ Dei genitricis, & [b] S. Ioannis, quæ ipſe à fundamentis ædificauerat, dicens amantiſſimis Deo monachis ita: Ego poſt Deum vtilitatem corporalem veſtram procurabo, vos autem ſpiritualis habetote meæ curam ſalutis. Veſpertina & nocturna vigilia mihi apud Deum imputeturi quidquid verò in cellulis veſtris officij feceritis, pro veſtris ſit animabus.Hoc autem fecit,volens ſollicitiores efficere Dei amicos monachos. Vnde & permanſit Deo talis grata conſtitutio ordinum: & ad ſimilitudinem monaſterij ex his ciuitas pænè viuit, in diuerſis locis peruigiles hymnodias Deo referens.

duos monachorum ordines aedificat:

b

83 Et hoc Beatus iſte ita omnes docebat,& conteſtabatur, dicens:Nullatenus aliquando hæreticorum communionis, imò coinquinationis participemini, etiamſi omni vitâ veſtrâ ex aliquâ impulſione vel neceſſitate, cõmunionem Catholicæ Eccleſiæ non inuenientes, ſine communione permanſeritis. Si enim, ait,vxorem corporalem legitimè poſſidentes,in regione aliquâ longinquâ abſque iſtâ tempore multo morantes, relinquere hanc & alij copulari, à Deo & legibus prohibemur; ſi verò hoc egerimus, punimur; quomodò putas, Deo per rectam fidem & Catholicam Eccleſiam coniuncti, (vt ait Apoſtolus: Aptaui vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto) ſi orthodoxam & ſanctam fidem adulteraueritis per communionem hæreticorum,non in futuro ſeculo tormenti, quod exſpectat hæreticos, erimus facti participes? Communio enim, ait, ideò dicitur, eò quòd communem faciat, & firmet communicantem quibus communicat. Ne igitur, quæſo, ait,ô filij, huiuſmodi oratoriis applicetis.

vitandam hæreticorũ communionem monet:

2. Cor. 11. 2.

84 Cum omnibus bonis ſuis & hoc Beatus hic poſſidebat, quòd (vt dictum eſt) non condemnaret proximum, nec condemnantes reciperet. Dicam verò & eius doctrinam de hoc omnibus proficuam: Iuuenis quidam rapiens monacham, fugit Conſtantinopolim. Hoc diſcens Iuſtus, triſtis factus eſt vſque ad mortem. Tempore verò aliquo tranſacto, conſedente eo vnâ dierum in honorabili cimiliarchio cum quibuſdam Clericis, & ſermonem animæ vtilem mouente, venit in medium & memoria iuuenis, qui ancillam Dei rapuerat, & cœperunt, qui Sancto confidebant, anathematizare talem iuuenem, tamquàm qui duas animas perdiderat, ſuam videlicet & ſanctimonialis. Compeſcuit ergo & reſecauit eos Beatus, dicens: Ne ſic,filij, ne ſic: nam oſtendam vobis, quia & vos duo peccata facitis; vnum, quia tranſgredimini mandatum dicentis; Nolite iudicare, vt non iudicemini; deinde, quia neſcitis certiùs, ſi vſque hodie peccent, & non pœniteant.

neminem cõdemnat, nec condemnãtos recipit,

etiam publica peccata.

Matth. 7. 1.

85 Legi enim [c] Vitam Patris, aliquid tale habentem: quia in ciuitate quadam duo monachi abierunt in miniſterium. Et cùm tranſiret vnus per locum, clamabat ei vna fornicaria, dicens: Salua me Pater, vt Chriſtus meretricem. Ille verò hominum confuſionem omnino non curans, dicit ei: Sequere me. Et tenens eam per manum eius, exiit publicè de ciuitate, omnibus aſpicientibus. Facta eſt ergo fama, quia Abbas accepit mulierem Domnam Porphyriam; ita enim vocabatur mulier. Pergentibus ergo eis, vt mitteret eam in monaſterium, inuenit mulier in vnâ eccleſiâ puerum in terram proiectum, & ſuſtulit eum vt nutriret illum. Itaque poſt annum quidã venerunt in patriam, vbi erat Abbas & Porphyria, quæ fuerat de meretricibus: & videntes eam habere puerulum, dicunt ei: Veraciter bonum Abbati pullum genuiſti.Nondum enim ſanctum ſchema acceperat. Euntes ergo Tyrum qui viderant eam, (inde enim Abbas tulerat illam,) diffamauerunt, quia genuit de Abbate Porphyria, & nos vidimus puerulum oculis noſtris ſimilantem ei. Quando ergo cognouit ex Deo Abbas obitum

c

Abbas quidam Tyriam meretricem Porphyriam conuertit,

obitum ſuum; dicit *d* Nonnæ *e* Pelagiæ: (ſic enim mutauit nomen eius, quando tradidit ei ſanctum ſchema:) Eamus Tyrum, quia habeo illic reſponſum, & volo vt venias mecum. Illa verò non valens contradicere ei, ſecuta eſt eum: & venerunt ambo, habentes & puerulum ſeptem annorum exiſtentem. Cùm ergo ægrotaſſet Abbas in infirmitate ad mortem, adſcenderunt ad viſitationem eius de ciuitate vſque ad centum animas. Et dicit: Afferte prunas. Itaque cùm veniſſet *f* thuribulum plenum prunis, tulit & euacuauit eas in veſtimentum ſuum, & dixit: Credite fratres, quia ſicut Deus rubum cuſtodiuit incombuſtum ab igne; ſicut nec tunicam hanc meam incenderunt prunæ iſtæ; ita nec ego agnoui peccatum mulieris, ex quo natus ſum. Et omnes mirati ſũt, quomodò non ardebat veſtimentum ab igne: & glorificauerunt Deum habẽtem occultos ſeruos. Ex occaſione autem Nonnæ Pelagiæ quondam meretricis, aliæ fornicariæ ſecutæ ſunt eam, abrenuntiantes mundo, cum eâ pergentes in monaſterium eius. Seruus enim Dei monachus, qui totonderat eam, poſtquàm ſatisfecit omnibus, tradidit Deo ſpiritum in pace.

d e Pelagia nomen imponit:

f purgat ſe à ſuſpicione ſceleris & ſcandali, veſte illæsâ ignẽ ferens.

Cauẽdum temerarium iudicium.

86 Ideò, inquit, dico vobis, filij, ne præcipites ad condemnanda & iudicanda ſitis aliena. Multoties enim peccatum fornicationis vidimus: pœnitentiam verò eius, quam fecit occultè, non adſpeximus. Et eſt, quia furtum facientem quemdam vidimus; ſuſpiria verò & lacrymas quas produxit Deo, neſcimus. Et nos quidem habemus eum, qualem vidimus illum, furem, aut fornicatorem, aut periurum: apud Deum verò recepta eſt occulta eius confeſſio & pœnitentia, & eſt ab ipſo pretioſus. Omnes igitur admirabantur ſuper doctrinâ induſtrij Paſtoris huius atque magiſtri.

87 Duobus Clericis calceamenta facientibus, & iuxta ſe laborantibus; vnus quidem habebat filios multos, & vxorem, & patrem, & matrem: vacabat verò Eccleſiæ ſine intermiſſione, & omnes poſt Deum alebat de arte ſuâ. Alter verò quamuis doctior eſſet illo, eò quòd non permaneret in Eccleſiâ, ſed etiam Dominicis diebus laboraret, nec ſeipſum tantùm nutrire valebat. Inuidebat ergo iſte vicino ſuo. & vnâ vice non ſufferens inuidiam, dicit ei cum irâ: Vnde tu ſic diues factus es? Ego verò vacans plus arti meæ quàm tu, in paupertatem deueni. Dicit verò ei, volens facere eum vacare Eccleſiæ: Inuenio pretium in terrâ, & inde paullatim diues factus ſum: ſed ſi vis, ſemper voco te, & veni mecum: & quidquid inuenerimus, accipies dimidium. Cùm ergo acquieſceret ille, & ſequeretur eum euntem ad eccleſiam, ſine intermiſſione benedixit ei Deus, & diuitem fecit eum. Tunc dixit ei ille bonus conſiliarius: Vidiſti frater vnum *g* mendacium propter Deum, quantum profuit animæ tuæ & ſubſtantiæ tuæ? Crede, nihil inueniebam aliquando in terrâ, vt æſtimaſti gratiâ pretij: ſed quoniam dixit Dominus, Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis; idcircò occaſionem feci, tantùm vt ſeducerem te: & ecce non ſine cauſsâ laboraui, ſed inueniſti, & ſuperinueniſti. Hoc igitur diſcens ſanctus Patriarcha, fecit illum bonum conſiliarium Preſbyterum, tamquàm dignum: erat enim Lector.

Clericus calcearius vacans eccleſiæ, fit ditior alio aſſiduo operatore.

Matth. 6. 33.

a *Quâ iam pridem mortuâ, Patriarcha electus & conſecratus eſt, vt clarè Metaphraſtes.*

b *Sub Iuſtiniano ad templum S. Ioannis Baptiſtæ tranſlatæ ſunt ſacræ reliquiæ S. Antonij, vt dictum eſt ſuprà.*

c *Tractatus hic de Vitis Patrum, in quo hæc illuſtria exempla habentur, an extet, haud ſcimus.*

Nonna.

d *S. Hieronymus epiſt. 22. ad Euſtochium de virginitate ſeruandâ:* Quia maritorum, *inquit*, expertæ dominatum, viduitatis præferunt libertatem, Caſtæ vocantur & Nonnæ. *Tamen S. Maria Ægyptiaca iam pœnitens etiam* Nonna *dicitur, vt hîc* Pelagia.

e *Alia ab hac eſt* S. Pelagia Pœnitens, *quam S. Nonnus Epiſcopus Edeſſenus à meretricio conuertit, qua* 8. *Octobr. colitur. Ad illius fortè memoriam Porphyrius nomen* Pelagiæ *aſſumpſit.*

f *Simile caſtitatis exemplum narrat Amphilochius in Vitâ S. Baſilij.*

g *Piam fraudem intelligit, vt mox explicat:* Occaſionem feci vt ſeducerem te; *cùm nullâ vnquam ratione ſit mentiendum.*

AVCTORE LEONTIO EPISC.

CAPVT XIV.

Fuga in Cyprum. Obitus.

88 ET quidem hactenus antè memoratus Dei cultor Mennas, qui fuerat Vicedominus ſanctiſſimæ Eccleſiæ Alexandrinorum magnæ ciuitatis, enarrauit nobis. Sequentia autem vilitas mea depinxit; quædam verò à quibuſdam, quibus dignè credendum eſt, audiui. Dicentibus ergo nobis in prædictis in *a* quodam capitulo, quòd multâ ſpirituali dilectione Patriarcha & Niceta Patricius ad inuicem colligati eſſent, dignum indicium talis exhibitionis præſens exiſtit capitulum.

A quibus reliqua Scriptor hauſerit. num. 21.

89 Quando permittente Deo pro peccatis noſtris, futurum erat vt traderetur Alexandria ſine Deo Perſis, reminiſcens Paſtor dicentis: Cùm perſecuti vos fuerint in ciuitate iſtâ, fugite in aliam; fugam arripuit in propriam patriam, videlicet in Cyprum, in ciuitatem ſuam. Vnde occaſione acceptâ, præfatus Niceta Patricius dixit ad Sanctũ: Obſecro, ſi inueni gratiam ante te, ne dedigneris fatigari vſque ad reginam ciuitatem, & benè acceptas preces tuas donare piiſſimis Imperatoribus. Ille verò multæ fidei vir conſentiens, obediens ad hoc factus eſt Deo & voluntati eius; & à ſe datum honorem quantus erat, circa Beatum oſtendere volente. Fatigatâ igitur naui multipliciter à vi ventorum, in quâ Sanctus cum Patricio erat, & in profundum mittendâ, videt ſæpè memoratus Patricius, & optimates qui cum eo erant, vnâ nocte, in quâ tempeſtas facta eſt, Patriarcham modò quidem cum pauperibus per nauim vbique circumcurrentem, modò autem iterum cum eis manus in cælum extendentem, & ab alto adiutorium abſtrahentem. Cumque in Rhodum peruenissent adſcendentes, videt expergefactus à Deo vocatus hic quemdam eunuchum coruſcantem formâ, & aureum ſceptrum in dextrâ tenentem, aſſiſtentem ſibi & dicentem: *a* Veni iube, Rex regnantium quærit te. Nihil ergo ſtatim negligens, aduocat Patricium Niceatam, & dicit ei cum multis lacrymis: Tu quidem, ô Domine, ad terrenum Imperatorem me vocaſti: ſed præueniens cæleſtis, antè vocauit exiguitatem meam. Et retulit ei eunuchi, imò Angeli, viſionem, quæ apparuerat ſibi. Gauiſus ergo & triſtis factus ſimul glorioſiſſimus vir, impedire Sanctum non potuit. Abundè igitur ſanctis eius repletus orationibus, & Imperatoribus has deferens, cum multo honore redire ei in Cyprum iuſſit.

Matth. 10. 23. *Fugit Ioannes in Cyprum:*

in Rhodo per Angelum vocatur ad Deum: a

redit in Cyprum:

90 Adueniente ergo eo in propriam ciuitatem, quæ *b* Amathunta vocabatur, teſtamentũ proprium ſcribere citò miniſtris ſuis præcepit. Velociter verò & ſine dilatione chartam & calamum præſentantibus, præcepit ſacrum illud os ſcribere ſic: Ioannes ſeruus, propter eam verò quæ ſuppoſita eſt mihi ſacerdotij dignitatem, Dei gratiâ liber. Gratias ago, Deus, tibi, quoniam exaudiſti miſeriam meam, rogantem bonitatem tuam, ne inueniretur morienti mihi niſi vnus tremiſſis. Inueniente enim me in honorabili epiſcopio ſanctiſſimæ Eccleſię Alexandrinorum magnæ ciuitatis, quam per indulgentiam Dei ſuſcepi, quando in eâ conſecratus ſum Epiſcopus, circiter octoginta centenaria auri, & quæ intrauerunt mihi ab amicis Chriſti, penè numerum hominis tranſſcendunt: in ſeipſam mentem colligens, & cognoſcens hæc omnia dominatoris omnium eſſe, feſtinaui ea quæ Dei erant, Deo dare. Vnde & quod remanſit mihi hoc tremiſſe, Dei & hoc exiſtens, iubeo dari his qui ſunt Dei.

b conditurus teſtamentum

nauigat Conſtantinopolim versùs:

reperit tantùm tremiſſem ex 80. centenariis auri; & donis inſignitus:

91 O glorioſa res! ô deuotionem Sancti! Non attendit, ſicut debuiſſet, ſuis; quod faciunt multi qui in diuitiis ſunt, qui Dei dona aut ex iniuſtitiâ collecta, tamquàm propria, & tamquàm ſi ea ſecum ferre poſſunt, theſaurizant, & non largè egenis præbent: ſed illa quærebat, quæ ſemper manent, & aliquando non minuun-

tur,

AVCTORE LEONTIO EPISC.

tur. Vnde ſine mẽdacio repromiſſionibus nõ eſt fraudatus, quæ aſſeuerãt ex perſonâ Dei, quoniam qui glorificãt me, glorificabo. Verè enim magnificè glorificauit Sanctũ hunc, qui in ſuis ſemper bonis glorificatus eſt Dominus. Non enim ferens nobilis hic, temporali vitâ ſuâ conquieſcere ſancta & digna laude bona, quid egit? Xenodochia, gerontocomia, atque monaſteria à fundamentis ædificans, & choros ſanctorum monachorum ſtatuens, inceſſabilem veræ iuſtitiæ memoriam poſſidet, per ea quæ celebrantur in eis bona opera. Quod enim de his qui mala agunt, & ſucceſſores propriorum malorum poſt mortem in vitâ hac relinquunt, ait Domino plenus Apoſtolus: Quoniam quorumdam peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium; quoſdam autem & ſubſequuntur. Hoc econtrà de hoc Beato dicendum eſt: Quoniam quorumdam iuſtitiæ manifeſtæ ſunt præcedentes in regnum cælorum, quoſdam autem & ſubſequuntur: de quibus vnus & iſte extitit.

1.Reg.2.

xenodochia, gerontocomia, & monaſteria ædificat.

1.Tim.5. 24.

92 Et quoniam non fabula, neque ad gratiam eſt, quod dictum conſtat; teſtimonium nobis perhibeat planè, quod mox in pretioſâ eius dormitione geſtum eſt prodigium. Tradente enim eo & commendante propriam animam in manu Domini, vt ait alicubi ſacra littera, Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt; & hanc ei vt ſacrificium immolatum offerente, cùm recondendum eſſet honorabile eius corpus honorificè, & cum congruo Sacerdotibus ritu in quodàm oratorio ſancti miraculorum factoris *c* Tychonis, fit quoddam tale ſignum glorioſum.

Sap.3.1. *moritur:*

c

93 Iacebant in quodam tumulo, vbi & Iuſtus hic reponendus erat, duorum quondam Epiſcoporum, qui antè dormierant, ſancta veraciter corpora Sanctorum: quæ & in naturâ exanimi interim degentia, tamquàm ſi viua reuerà eſſent, æqualem Sancto honorem tribuerunt. Cùm enim Beati corpus inter duos illos componendum eſſet, honorantes ſummum Paſtorem Paſtores, & multam eius fiduciam apud Deum reuerentes, ſimul & mirantes, Dei iuſſione tamquàm viui corpora ſua ſeparantes, in medio ſacrum hunc ſuſceperunt, honorem & ipſi ei præceptione Dei, ſicut à Deo honorato, offerentes: & omnibus ſtatim oſtendentes, quæ à Deo ei donata eſt, gloriam atque ſublimitatem. Quod maximum & glorioſiſſimum miraculum, non vnus, neque decem, neque centum viderunt, ſed omnis turba quæ conuenit ad pretioſam eius ſepulturam.

ſepelitur:

ei duorum Epiſcoporum corpora in medio locum cedunt.

a *MS. Gemblac. omittit* iube. *MS. S. Maxim.* Veni, mandat Rex regnantium te. *In editis*, venire iuberis. *Simile ſuprà in vitâ S. Epiphanij* 21. *Ianu.* Iube rogaris.

b *Ita eo tempore formabantur nomina: ſic alibi* Perſida, Thebaida.

c S. Tychonis *memoria extat in tabulis Eccleſiaſticis* 16. *Iunij.*

CAPVT XV.

Miracula poſt mortem.

94 ALiud autem eius glorioſius, quod quidem adhuc viuens in carne cœpit miraculum, ſed poſtquàm migrauit ad Deum, compleuit, ſermo commemorare tentabit. Mulier quædam de eâ, quæ Sanctum protulit, ciuitate exiſtens, cùm audiſſet eum veniſſe *a* à Rhodo, & Angelum ei ibidem apparuiſſe, & vocationem ad communem Dominum ei denuntiaſſe; peccamen grauiſſimum in ſe recognoſcens, quod nec auditus hominum poſſe intrare affirmabat; fidem inambiguam ſumens, ad Sanctum curſim peruenit. & pedes eius comprehendens, cum lacrymis multis clamabat, & dicens ſecretò Sancto: Peccatum, ô ter Beate, habeo miſera, quod ad aures hominum venire non poteſt: & ſcio, quòd ſi vis, potes id mihi indulgere, dixit enim vobis Dominus: Quoniam quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis: & quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta ſunt. Hæc verba audiens à muliere Sanctus, & timens, ſi petitionem eius refutaret, noxius eius tormenti fieret, dum poſſet liberari à proprio peccato per fidem quam habebat in eum, dicit ad eam humiliter: Si vtique credis, ô mulier, Deo, quòd per infelicitatem meam ignoſcatur tibi crimen quod dicis, confitere mihi hoc. Quæ dixit: Non poſſum Domine dicere id: neque enim poteſt auditus hominum portare illud. Dicit ad eam iterum Sanctus: Et ſi erubeſcis, vade & ſcribe illud, ſi noſti litteras, & fer mihi. Illa iterum reſpondit: Verè, Domine, non poſſum. Exſpectans ergo modicum quid tacens, dixit ei: Non potes ſcribere & bullare, & afferre mihi? Tunc dixit ei: Poſſum, Domine, hoc facio, rogans honorabilem & coangelicam animam tuam, ne ſoluatur, neque vllo modo inueniatur à quolibet pittacium hoc aliquando. Verbum igitur accipiens à Deo honorabilis, quòd nullus homo ſolueret aut legeret eius pittacium, abiens ſcripſit propriâ manu peccatum, & bullans portauit Beato.

a Mulier per S. Ioannem veniam quærit grauis peccati;

quod illi in ſcripto traditum confitetur:

95 Suſcipiens ergo Sanctus pittacium, poſt quinque dies ad Dominum profectus eſt, nemini aliquid de huiuſmodi pittacio aut diſponens, aut indicans. Mulier itaque fortuitu, imò diſpenſatione Dei, non exiſtens in ciuitate die, in quâ tranſlatus eſt in pace de ſeculo iſto ad aliud Patriarcha, volente & in hoc demonſtrare Deo, quantam apud eum, vtpote proprius famulus, fiduciam poſſidebat. Sed poſt vnam diem reconditionis pretioſi eius lipſani adueniens, cùm audiſſet dormitionem eius, amens & deſipiens propemodùm facta eſt, exiſtimans pittacium quod dederat, in epiſcopio relictum, omnibus faceret culpam eius manifeſtam. Citò ergo reſiliens, & priorem fidem ſuam indubitabilem ſuper animam reſumens, arcam à Deo honorati apprehendit: & ſicut viuenti ei veraciter, ita turbata perhibebat: Homo Dei, tibi hoc peccatum non potui enarrare, eò quòd ſupra modum exiſteret graue: & ecce nunc omnibus factum eſt forſitan manifeſtum & cognitum: vtinam non tibi rem meam manifeſtaſſem! Heu heu mihi! putans confuſionis abſolutionem inuenire, confuſio omnibus facta ſum; pro medelâ blaſphemiam recepi. Quid mihi ad te opus erat ſecretum animæ meæ patefacere? Tamen non deficiam neque diffidam, neque remouebo à tumulo lacrymas, vſque dum ſatisfactionem de petitione meâ accepero. Neque enim mortuus es Sancte Dei, ſed viuis. Scriptum eſt enim, quia iuſti in perpetuum viuent. Itemque eadem verba aſſumens, dicebat: Nihil homo Dei peto à te, niſi vt certum facias cor meum, quidnam de dato tibi pittacio factum ſit?

eo mortuo id reuelandum timens,

Sap.5.16.

96 Deus ergo qui dixit aliquando ad Chananæam: Fides tua te ſaluam fecit, ipſe & hanc certam fecit. Tribus enim diebus perſeuerans ad ſepulchrum Sancti, & cibum aut potum omnino non guſtans; tertiâ nocte, dum rurſus cum lacrymis eoſdem duros ac fideles ſermones Beatiſſimo diceret, ecce egreditur Dei famulus de tumulo ſuo, oculatim apparens cum duobus Epiſcopis, qui cum eo iacebant, vno hinc, & altero hinc *b* aſpectantibus, & dicit ad eam: Vſquequò mulier hos qui hîc ſunt, commoues, & non dimittis eos quieſcere? Infuderunt enim ſtolas noſtras lacrymæ tuæ. Et hæc dicens, dat ei proprium pittacium bullatum, dicens: Suſcipe, recognoſcis hoc? ſolue, adſpice. Et in ſeipſam ex viſione veniens, vidit iterum Sanctos ingredientes in proprium locum: & ſoluens, inuenit litteras ſuas deletas, & ſubſcriptionem ſub eis, habẽtem ſic: PROPTER IOANNEM SERVVM MEVM, DELETVM EST PECCATVM TVVM. Quis loquetur potentias Domini, ô amici & fratres? Quis ita miſericors & amator hominum, faciens voluntatem timentium ſe, & glorificans glorificãtes ſe, & per miraculorum operationes magnificans eos? Non autem in hoc loco ſolùm, in quo pretioſa dormitio eius facta eſt, gratia quam habuit apud Deum, manifeſtata eſt, ſed vbique longiùs claruit.

Matth.15. 28.

triduo ad eius ſepulchrum perſeuerat:

b

ia à ſepulchro ſurgens ſcriptum ei reddit.

Matth.18. 18.

Ioan.20. 23.

97 Eadem

97 Eadem enim die, in quâ ad Deum ex hac vitâ Beatus iſte profectus eſt,quidam eorum qui Angelicam vitam & ſchema monachicum habent, vir admirabilis & induſtrius, Sabinus nomine, Alexandriæ habitans, vidit quaſi in exceſſu mentis factus, diuinitus honoratum Ioannem de proprio epiſcopio egredientem cum Clero omni cerea portantem, & ad Imperatorem euntem, tamquàm eunucho quodam (vt ipſe dicebat Sabinus) cubiculario hunc vocante, poſtquàm ianuam epiſcopij exiit, quod ſignificat proprij corporis ſeparationem, & vnam puellam vt Solem, ſuſcipientem eum, & manu tenentem, & ſuper caput coronam ex oleæ ramis circumamictam. Mox ergo agnouit S. Sabinus migrationem Patriarchæ ad Dominum ipsâ horâ fuiſſe factam. Quapropter adnotantes quidem menſem & diem, erat enim celebris, videlicet ſancti Martyris Mennæ, quibuſdam venientibus de Cypro percunctantes quidam qui habitabant Alexandriæ de migratione ſancti Patriarchæ, agnouerunt veram fuiſſe viſionem: eò quòd eadem horâ fieret, in quâ obiit Beatus, & maximè de exemplo puellæ, quæ manu tenebat eum. Acceperat enim repromiſſiones ab eâ Sanctus, ſicut in præcedentibus verbis Vitæ diximus: Quia ſi me poſſides amicam, ego te ante Imperatorem introducam: quod & reuerà fecit.

Sabinus abſens cognoſcit animam S. Ioannis ab Eleemoſynâ in cælum deduci, ipſo quo obiit die:

num. 11.

98 Non autem ex hoc tantùm omnes ſatisfactionem acceperunt, quòd Eleemoſyna & Miſericordia, quam habuit circa egentes, eum in cælorum regnum deduxerunt; ſed quia alius eorum qui habitabat ciuitatem Alexandriam, timens Deum, vidit ipsâ nocte, in quâ & S. Sabinus, omnes pauperes & orphanos atque viduas, oleæ ramos baiulantes, & in Patriarchæ obſequio euntes, & ad eccleſiam pergentes. Non ſolùm duo, aut decem, aut centum ſatisfactiones ſunt, per quas ſcimus clarè quoniam Sanctorum numerum meruit memorabilis hic; ſed ecce & aliæ, quas ſubſequens forma oſtẽdit.

alius comitantes pauperes cum ramis olea videt.

99 Hymnodiâ enim anniuerſariâ poſt multum temporis dormitionis Sancti celebratâ, in templo ſuperiùs memorati S. Tychonis, vbi pretioſum lipſanum beatiſſimi Patriarchæ Ioannis repoſitum eſt; (erat autem quæ colebatur ſacra vigiliæ hymnodia, annuæ recordationis ſancti miraculorum factoris Tychonis.) is, qui eſt miraculorum Dominus, volens oſtendere omnibus, quali honore ſeruum ſuum S.Ioannem dignum fecerit,placuit de honorabili eius lipſano vnguenti ſaniferam ſuauitatem emanare, quâ vniuerſi in lætitiâ freti gloriam retulerunt Patri & Filio & Spiritui ſancto; vero ſcilicet Deo noſtro, qui proprios Sanctos gloriâ glorificat infinitâ. Et nullus, ô amici Chriſti, tanti miraculi incredulus ſit. etenim vſque nunc videtur in amicâ Chriſti Cypriorum inſulâ, in diuerſis Sanctis talem Dei gratiam operantem, & tamquàm ex fontibus vnguentorum ſuauitatem de pretioſis eorum lipſanis profluentem, ad gloriam eiuſdem bonitatis, & ad honorem Sanctorum eius, atque alacritatem & zelum bonum, qui pòſt futuri ſunt, hominum: quatenus ſecundùm imitationem eorum conuerſantes, eiſdem & nos honoribus digni efficiamur à iuſto mercedum retributore Deo.

Reliquiæ eius vnguentum ſudant,

vti in Cypro multa lipſana Sanctorũ.

100 Efficiamur igitur, dilectiſſimi, & nos conſummatores præſcriptarum rectitudinum ſanctiſſimi huius Patris noſtri Ioannis: & quaſi incolæ exiſtentes & peregrini in vitâ iſtâ, in æternum theſaurizemus futurum, per largam quæ indigentibus tribuitur donationem. Etenim ſecundùm diuinitùs inſpiratum Apoſtolum, qui ſeminat in benedictionibus,de benedictionibus & metet: & pro corruptibilibus incorruptibilia, pro temporalibus æterna, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non adſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe: quæ omnes nos impetremus per gratiam & miſericordiam Ieſu Chriſti Domini noſtri, cum quo eſt Patri vnà cum ſancto Spiritu gloria & honor & imperium, nunc & ſemper in ſecula ſeculorum, Amen.

Epilogus ſcriptoris. 2.Cor.9. 6.

a *Edita* Arbodo, *peſſimè. MS. S. Maxim.* Archado.

b *Ita MS. Audomar. Roſvveydus ex MS. Aquic.* aſpitantibus, *in editis aliis* aſſiſtentibus. *MS. S. Maxim.* per manus ipſum ducentibus.

ALIA VITA

AVCTORE SIMEONE METAPHRASTE,

INTERPRETE GENTIANO HERVETO.

a CAPVT I.

a

Ortus, coniugium, Patriarchatus. Eleemoſyna.

1 BOnorum virorum ſcriptis mandare actiones, & memoriam eorum tradere poſteris, conciliat magnam vitæ vtilitatem. Quemdam enim zeli ſtimulum immittit animis piorum,eorum quæ ab eis rectè geſta ſunt, narratio, & ad ſimilia facienda adhortatur. Quarum vna eſt ea quoque vita,quæ nunc nobis eſt propoſita ad narrandum, boni, inquam, Ioannis, cuius actioni nomen eſt conueniens:vocatur enim Eleemon, id eſt, Miſericors, propter magnam ſuam ad hoc propenſionem & ſummam bonitatem.

Ioannes Eleemon dictus,

2 Quem tulit quidem inſula Cyprus, & aluit tamquàm plantam aliquam florentem & comatam virtutibus: clara autem Alexandria eum ſortita eſt Pontificem & Patronum ciuitatis.Ei pater quidem erat illuſtris, nomine Epiphanius. Cui etiam virtutis præſtantia effecit, vt ei committeretur illius inſulæ rectio. Mater autem honeſta,& quæ tali marito conueniebat,vt quæ reſplenderet corporis & animæ pulcritudine. Ioanni cùm tales obtigiſſent parentes, non affecit genus ſuum dedecore: ſed ſtuduit potiùs id ornare, adeò vt arbor ex fructu fieret manifeſta, & non ipſe ex illis ornamentum acciperet, ſed illi potiùs gloriarentur filio, cùm cognoſcerẽtur eſſe patres talis filij.

in Cypro nobili genere ortus;

3 Cùm autem rectè educatus peruenisſet ad menſuram ætatis, vel inuitus à parentibus vxori iungitur *b* matrimonio: cum quâ habitare, cùm, vt parentibus obediret, admiſiſſet, auerſatus eſt coniunctionem, temperantiam & continentiam amplexus etiam in matrimonio. Sed magna ſoceri importunitas coëgit magnum Ioannem cedere naturæ legibus,ex quo efficitur quidem pater liberorum. Patrem autem vocari citò ei eſt ablatum, immaturâ morte ei prereptis filiis.Poſtquàm autem cum ramis radicem quoque ſimul excidit communis hoſtis generis, & abſtulit ei vitæ ſociam, propter omnia quidem agit gratias grata & memor anima Deo, qui dederat & abſtulerat; eam autem rem efficit materiam virtutis,& cùm illorum priuationem reputaſſet eſſe curarum depoſitionem, Deo perpetuò ita aſſidebat,vt diuelli non poſſet, & ad Chriſti portam aſſiduè pulſanti,ei aperiuntur viſcera diuinæ benignitatis. Itaque ipſe quoque illa imitans pro viribus, aperit viſcera & portas omnes & manum indigentibus, non miſericordiæ guttas aliquas parcè præbens,ſed emittens imbres benignitatis,& ambabus manibus opes effundens inopibus.

b

ducit vxorem inuitus.

quâ cum liberis mortuâ,

liberaliter ſubuenit pauperibus.

4 Hinc euadit omnibus manifeſtus, non priuatis ſolùm & Principibus, ſed etiam ipſi Imperatori. *c* Heraclius autem tunc ſceptra tenebat Romanorum. Quamobrem cùm ciuitas Alexandrina tunc eſſet orbata Patriarchâ, ad hunc virum toto contendit deſiderio,& rogat Imperatorem, ne ipſa à ſcopo ſuo excideret, ſed ab eo Pontifice paſceretur eorum Eccleſia. Et ille quidem Magnum illum accerſit protinus, & omnibus modis conatur ei perſuadere, vt ad Sedem aſcendat. Ille autem ſtrenuè reſiſtit, dicens ſe timere rei magnitudinem, nec ſe poſſe tantam ſuſtinere dignitatem. Cùm verò Nicetas dignitate Patricius, qui tunc multum poterat apud Imperatorem, & B. Ioanni erat frater ſpiritu, & vinculis

c

Fit Patriarcha Alexandrinus, diu repugnans.

ex METAPHRASTE. amicitiæ erat ei optimè coniunctus, & alioqui rectè sciebat virtutem eius incomparabilem, & nouerat illum, si vllus esset alius, eâ Sede esse dignum, vehementer instaret Imperatori, dicens ne eum remitteret, sed vel inuitum ad Sedem eueheret; vrgens Imperator maiore impetu & spiritu, persuadet Ioanni, vt suscipiat pontificatum, vt qui reputauerit non sine Dei numine fuisse tantam Alexandrini populi commotionem & Imperatoris contentionem. Fit itaque Sedis Marci successor,

d *d* tẽpore quidem nescio quotus post illum, sed non multùm remotus à vitâ illius & virtute: quomodò etiam possunt ostendere, quæ statim post susceptam rectionem, rectè ab illo gesta sunt.

eradicat haresim Petri Cnapheï:

e 5 Postquàm enim ascendit Sedem, hoc ante alia omnia contendit, vt renouaret Marci prædicationem, & fidem Patrum qui præcesserant, & hæreticorum quæ enata fuerant zizania euelleret radicitus. Nam cum *e* Petrus Cnapheus blasphemam quamdam in diuinitatem additionem hymno ter sancto ausus esset inserere, & ei, quod est, Sanctus immortalis, adiecisset, Qui crucifixus est propter nos; diuinus ille vir, hac blasphemiâ sublatâ, impatibilem & immortalem diuinitatem suo dogmate asseruit, & gregem ita sentire docuit. Cùm autem inuenisset septem sola orthodoxorum oratoria, ea efficit decies plura, vt qui ea septuaginta constituerit. Deinde omne confert studium, vt qui capti fuerant omne genus hæresibus, conuerterentur ad pietatem. Fuitque zelus eius vehementissimus in ordinationibus, vt eæ quidem puræ essent à lucris & muneribus: nulla autem earum fieret citra examinationem. Prætereà autem maximam adhibebat diligentiam in defendendis iis, quibus fiebat iniuria, & ne iudices gratificando personis ius proderent, sed iustitiæ trutinâ ponderarent iudicia, & nec ad gratiam adspicerent, nec ad odium.

simoniam & iniustitiam tollit:

f 6 Quod autem erat ei maximum & maximè proprium, erat *f* misericordia in pauperes, & in curandis indigentibus insatiabilitas & procliuitas, quæ non poterat comprimi; & nihil omnino parcere pecuniis, adeò vt etiam sæpè ad fundum ipsum perueniret. Cùm itaque præter alia sua beneficia, extruxisset xenodochia & no-

pauperibus quibuscũque subuenit;

socomia & ptochotrophia, eis frumentum attribuit quotidianum: tantæque hæc erant ei curæ, vt etiam pauperibus feminis, quibus ad pariendum non erant habitacula, neque aliquid eorum quæ sunt apta ad earum curationem, septem domos attribuerit in diuersis locis ciuitatis, effeceritque vt in eis essent lecti & stragula & suppeditatio alimentorum, quâ reficeretur indigentia parientium. Præter hæc pauperibus quoque Clericis prouidebat, & vnicuique eorum pecuniæ præbebantur annuæ. Non eis autem solis, sed etiam Episcopis, quibus sumptus minimè suppetebãt ad victum. Sed quid hæc ad magnum mare eius liberalis voluntatis, & vastum illud pelagus benignitatis? Erat enim alter Nilus copioso fluento eleemosynæ, non solam, vt ille, rigans Ægyptum, sed ipsam vniuersam, vt semel dicam, terram circumfluens. Quis enim ex iis qui vndique aduentabant, victu indigens, si ad ipsum accessisset, tristi vultu & vacuis reuersus est manibus, & non est benignitatem abundè consecutus? Imò verò cuinam ex iis, qui egestate laborabant, vbicumque terrarum eum esse accepisset, non ea

etiam exteris,

præbuit, quæ ad vsum sufficerent? Nam cùm tunc Persæ populati essent vniuersam Syriam, qui eorum manus poterant effugere, & laici, tam ij qui magistratum gerebant, quàm priuati, & Clerici cum Episcopis confugiunt Alexandriam. Quibus omnibus diues ille & minimè angustus conuiuator quotidie suppeditabat, quæ erant ad vsum necessaria, non ad indigentium adspiciens multitudinem, vt aliquid faceret, quod esset sordidi & illiberalis animi; sed ad eum, qui aperit manum, & omne animal implet benedictione. Cùm autem *g* Rasmisæus, Dux

g *præcipuè exulibus:*

exercitus Chosroë, vastasset & depopulatus esset veneranda loca Hierosolymorum; postquàm hoc audiuit homo ille Dei, & quòd omnia sancta fuissent igni tradita, deflet quidem, non secus atque Hieremias, id quod factum fuerat: non hactenùs autem constitit eius commiseratio, sed mittit etiam *h* Ctesippum quemdam, virum *b*
pium, tradens ei multum auri, frumentumque & alia alimenta & indumenta, & ad ea vehenda iumenta plurima: tum vt adspiceret vastitatem, tum etiam, vt eos qui remanserant ex captiuitate, satis per ea quæ dicta fuerunt, recrearet. Prætereà autem Theodorum quoque Amathuntis Episcopum, & *i* Anastasium Præfectum *i*
magni montis Antonij, & Gregorium Episcopum *k* Rinocurorum, emittit ad eos recipiendos, qui abducti *k* *& captiuis*
fuerant in captiuitatem, vim auri præbens propè innumerabilem.

a *Hoc primum caput non extat in Leontio.*

b *Meminit eius coniugij Leontius num.* 81.

c *Hæc suprà examinata. Metaphrastes fortassis verba hæc adiecit: certè non diu antè potuit esse notus Heraclio iam Imperatori, cùm aut mox Patriarcha sit creatus, aut potiùs aliquot antè annis, vt probatum.*

d *Gracè* τῷ χρόνῳ μὲν πολλοστὸς μᾶλ ἐκεῖνος. tempore quidem ab illo longè remotus.

e Petrus Cnapheus, *siue* Fullo, *sub Leone Imp. fauore Zenonis Ducis Orientis (qui deinde Leoni successit an.* 474.) *Antiochia contra Episcopum eius vrbis orthodoxum Martyrium concitatâ multitudine, eam Sedem inuasit, ac* Theopaschitarum *instaurauit haresim, de quâ pluribus acturi sumus XXV. Februarij ad vitam* S. Felicis III. *Papæ. Leontius num.* 60. *Seuerianitarum, siue Acephalorum, aliorumq; hæreticorum meminit, non Petri Cnaphei.* *Petrus Cnapheus hæreticus.*

f *In Græco additur,* feruens, inflammata.

g *MS. Græc.* Rhasmiozus. *alterum MS. Græc.* Rasmozus. *Describitur hæc Persarum expeditio in Chronico Alexandrino anno Heraclij IV. à Theophane lib.* 18. *cap.* 5. *non nominato Duce exercitus, ast ab hoc cap.* 55. *vocatur* Sarbarazan. *Theophanem sequitur Cedrenus; apud quos nulla* Rasmisæi *mentio.*

h *Suris* Cresippum, *Baronius an.* 614. *num.* 15. Chrysippum *vocat.*

i *Græcè* Ἀναστάσιον τὸν Ἔρημον μεγάλου καθηγούμενον Ἀγίου. *de montis huius situ actum est XVII. Ianuarij, ad vitam* S. Antonij *§. 2. in prolegom. De primis successoribus & Abbatibus seu Præfectis monasterij §. 5.*

k Rhinocorura, *siue* Rhinocolura, *vrbs in confinio Ægypti & Rhinocorura Syriæ, vt pluribus dictum est XVI. Ianuar. ad Vitam* S. Melæ, *siue rura.* Melanis *eiusdem vrbis Episcopi.*

CAPVT II.

Varia misericordiæ opera exercita.

7 QVemadmodùm autem hoc quispiam mandârit silentio, & non potiùs misericordium auribus per ipsum fuerit gratificatus, vt quod magis significet, quàm is in eleemosynâ longè diligentissimus fuerit & vehementissimus? Nam cùm primùm eius fidei creditus fuisset Pontificatus, iis accersitis qui res Ecclesiæ dispensabant, iis etiam simul audientibus qui erant à secreto; Non est, inquit, iustum, ô Fratres & in ministerio socij, vllius alterius rei curam gerere priùs, quàm Christi. Euntes itaque per totam ciuitatem, singulatim describite meos dominos. Cùm autem illi, postquàm hoc dixisset, dubitarent, & quinam essent Patriarchæ domini, interrogarent; Quos vos, dixit ille, pauperes, & mendicos soletis appellare, eos ego dominos meos & adiutores nomino. Nam ij mihi possunt opem ferre, vt à Christi regno non excidam. Postquàm autem citò factum fuerat quod iusserat, intellexit omnes, qui numerati fuerant, efficere septem millia & quingentos, & iussit vnicuique eorum dari sumptum diurnum.

pauperes vocat dominos suos & 7500. alit:

8 Post hæc suum conuertit studium ad hoc, vt iustis ponderibus & mensuris vterentur, qui vendebant in ciuitate. Quod quidem pulcrè fecit vir iustus, publicè prescriptis edictis. Porrò verò hoc quoque ab illo factum est, quòd magnam curam gerebat eorum, quibus fiebat iniuria. Nam cùm accepisset multos ad eum accessuros, & de iis quæ illis factæ fuerant iniuriis supplicaturos, ab iis qui ipsum sequebantur, arceri; quid facit? Duobus hebdomadæ constitutis diebus, quarto, inquam, die, & die parasceues, sedens in templi porticibus, se cuilibet volenti præbebat adeundum, nonnullos ex iis, qui erant virtute insignes, habens secum considentes. Quibus sæpè

iniustæ ponderæ tollit:

dictitabat

publicam audiẽtiam bis quaque hebdomadâ concedit:

dictitabat illud, dignum quod ſcriptis & memoriæ mandetur: Si nobis, dicens, qui ſumus homines, licet omnino ad Deum accedere abſque vllo interceſſore, & de quibus volumus eum rogare; quomodò non ipſi quoque noſtris conſeruis portas aperuimus abſque vllo impedimento? & non cuilibet, cui eſt opus, benignam aurem præbuerimus? Scimus enim, quâ menſi fuerimus menſurâ, eâdem nos eſſe menſum viciſſim accepturos.

dolet cùm à nemine quid rogatur:

9 Cùm autem, vt conſueuerat, aliquãdo præſediſſet, & nullus acceſſiſſet, ſurgens veſpere, receſſit triſtis & lacrymans. Nullo verò audente rogare cauſſam cur eſſet triſtis, diuinus qui aderat Sophronius, Quid eſt, inquit, ô vir diuine, quod te affecit moleſtiâ, & animi ægritudine bonam tuam impleuit animam? Ille autem miti & leni voce, Hodie, inquit, miſerandus Ioannes non ab aliquo vllam accepit mercedem, neque vllum vel minimum piaculum potuit offerre Chriſto pro multis & magnis ſuis delictis, quomodò neque aliàs vnquam: Quid hoc illo minus, niſi etiam maius dixeris, quod dicunt eſſe cuiuſdam [a] Imperatoris Romanorum, qui dixit: Hodie non regnauimus, quoniam neminem affecimus beneficio? Cùm itaque ſacroſanctus intellexiſſet Sophronius, quid ſibi vellet, quod ab eo dictum fuerat; Te potiùs, inquit, lætari oportet, & non triſtitiâ affici, ô beatiſſime Domine, quòd tibi commiſſum gregem feceris viuere in tantâ pace, vt nullus de re aliquâ cum vicino habeat controuerſiam: ſed tamquàm Angeli aliqui, abſque vllâ lite & contentione homines viuant in terrâ. Cùm autem verum eſſe quod dixerat, inueniſſet vir mitiſſimus, ſtatim fuit traductus ad animi lætitiam, & pro eo Deo egit gratias. Hoc dicunt etiam eſſe imitatum, qui Heraclio in imperio ſucceſſit, Conſtantinum, qui etiam huius diuini viri fuit filius ſecundùm ſpiritum.

neminem petentem excludi vult ab eleemoſynâ,

10 Sed quæ ſunt propoſita, perſequatur oratio, & tradat auribus ea quæ ſunt auditu digna & vtiliſſima. Tunc autem, cùm ad B. Ioannem acceſſiſſent ij, quibus fuerat commiſſa diſtributio eleemoſynæ, tale quid annuntiaſſent, quòd ſcilicet puellæ quædam benè ornatæ, & quæ collo geſtabant monilia, ipſæ quoque conueniũt vt ſint participes eorum, quæ dantur pauperibus, & petiiſſent an eis quoque præbere oporteat; mitiſſimus Ioannes toruè in eos intuens: Si humilis quidem & abiecti Ioannis, vel potiùs ipſius Chriſti miniſtri eſſe vultis & diſtributores, parete diuino iuſſui, qui iubet dare cuiuis petenti. Sin autem dicitis vos eſſe alicuius alterius, qui imperat vt examinetis vitam & ſtatum mendicantium; ſciatis quòd neque Chriſtus ipſe, neque humilis Ioannes opus habet curioſis miniſtris. Nam ſi noſtra quidem eſſent, quæ dantur, & ea à nobis illata eſſent in mundum; fortaſſe aliqua danda eſſet venia ei, qui parcè eis vteretur. Si autem Dei ſunt omnia quæ ſunt eius, ſeruare oportet. Sin autem vos ſubiit timor ex incredulitate, ne fortè multitudo impenſarum ſuperet reditus Eccleſiaſticos, ego ne tantillum quidem ſuſtinebo eſſe ſocius veſtræ modicæ fidei. Perſuaſum enim habeo, quòd etiamſi contingeret vniuerſum mundum venire ſimul Alexandriam, egentem beneficentiâ, hos Dei theſauros nequaquàm in anguſtum redegerit.

Luc. 6.

maximâ in Deum fiduciâ.

11 Poſtquàm autem eorum incredulitate admonitionibus curatâ, eos emiſit, iis qui conſidebant munificum eius animum ſtupentibus, talem retulit narrationem, dicens: Mihi, cùm eſſem XV. annos natus, & verſarer in Cypro, quadam nocte puella quædam apparet in ſomnis eximiâ pulcritudine, & quæ verbis non poteſt exprimi, erat autem ſplendidè veſtita, & oleaginâ coronâ erat et caput redimitum. Cùm verò prope me ſtetiſſet, & manu latus pupugiſſet, me territum è ſomno excitat, ſtatimque non ampliùs ſomnium, ſed re verâ aderat id quod apparebat. Rogaui autem eam, quænam eſſet & vnde veniret, & quomodò auſa eſſet accedere ad me dormientem. Illa autem ſubridenti & læto vultu me hilariter & placidè intuens; Sum, inquit, prima ex filiabus magni Regis. Si tu me tibi amicam paraueris, potero te ei efficere familiarem. Nulli enim maior eſt apud eum, quàm mihi, fiducia: quoniam ei, vt è cælo deſcenderet in terram, & carnem acciperet humanam, ego perſuaſi. Hæc dixit, & ſtatim receſſit. Ego verò cùm ad me rediiſſem, & id quod viſum fuerat, mente verſarem, iudicabam eam eſſe miſericordiam. Propter eam enim & Deus in terram venire, & hominibus ſimilis conſpici non eſt dedignatus.

Miſericordiam magni Regis filiam videt:

ex METAPHRASTE.

veſtem dat pauperi:

12 Statim ergo ſurgens iui ſolus ad eccleſiam: manè enim iam illuceſcebat: & fio obuiàm viro pauperi, qui erat nudus & valdè affligebatur frigore. Ei cùm me exuiſſem eâ veſte, quâ eram indutus, trado, apud me dicens: Sciam, an ſit verum & non deceptio id quod à me viſum, & priùs quàm veniſſem in eccleſiam, ad me accedens vir quidam candidatus tradit mihi [b] auri centum nummos alligatos, Hæc accipe, dicens, ô amice. Ego autem etſi eos lubenter accepiſſem, ductus ſum pœnitentiâ, & quamprimùm conuerſus, cogitabam id reddere ei qui dederat, vt qui non indigerem. Is autem qui dederat, protinus euanuerat. Tunc intellexi viſionem non eſſe phantaſiam, ſed apertam viſionem. Ab illo tempore cùm aliquid aliud præbuiſſem, Videam, dicebam, an conuenienter promiſſioni ſit mihi Chriſtus centuplum redditurus. Cùm autem millies ſic faciens, ipſis factis rem ita eſſe eſſem expertus, dixi apud me: Ceſſa; quouſque tentabis eum, qui non poteſt tentari? Cùm ego, inquit, tam euidentia accepiſſem argumenta, iſti, qui ſunt ſordidi & illiberales, venerunt vt me arriperent & efficerent ſocium ſuæ infidelitatis, & me vocarent ad immiſericordiam.

centuplum ſæpius recipit:

b

bis tertò ſingulis hebdomadis, viſit noſocomium.

13 Huius maximam benignitatem cùm conſideraſſet quidam aduena, cogitauit eum tentare, qui erat ſuperior omni tentatione. Cùm ſe ergo panniculis induiſſet, accedit ad eum euntem ad viſendos eos qui erant in noſocomio, (ſolebat enim hoc bis & ter facere in hebdomadâ) & verbis lugubribus, Miſerere mei, inquit, Domine, qui ſum captiuus. Ille autem iubet diſtributori dare ei ſex nummos. Ille verò iis acceptis & mutato habitu, per aliam viam accedit rurſus ſimiliter rogans. Beatus autem ei rurſus iubet dari ſex nummos. Ad magnum autem virum accedens is, qui dabat, illi in aurem ſignificat eum eſſe, qui paullò antè alios ſex acceperat. Cùm verò ſimulans tertiò rurſus veniſſet ad accipiendum, diſtributor innuit Patriarchæ, eumdem eſſe rurſus ſignificans. Ille autem illud præclarum rurſus dicit & facit, vt qui dixerit: Da ei duodecim nummos. Nam ille ipſe eſt Dominus meus, qui me tentat. Sed hæc quidem ſic. Oratio autem vult etiam alia plurima tractare, ſignificantia qualis eſſet vir ille ſummus circa benignitatem.

Sæpius eidem petenti largitur:

a *Titus is fuit, de quo Suetonius cap. 8.* Atque etiam recordatus quondam ſuper cœnam quòd nihil cuiquam toto die præſtitiſſet, memorabilem illam vereque laudatam vocem edidit: Amici, diem perdidi.

b *Gratè ἀπόδεσμον χρυσίου.* ligaturam, *ſiue* faſciculum, auri.

CAPVT III.

Subuentum pauperi mercatori; & nobili.

d

ter mercatori naufrago ſuccurrit:

14 [a] MErcator quidam poſſidens nauem propriam, cùm ei infeliciſſimè ceſſiſſet mercatura, graui premebatur inopiâ. Ergo, cùm acceſſiſſet & petiiſſet aliquid auxilij, Beatus iubet dari quinque libras auri. Quas quidem cùm accepiſſet, & ea quibus opus habebat eſſet mercatus, nauigauit. Poſtquam autem fuit circa Pharon, vi ventorum vexatus, amittit quidem ea, quæ vehebat; nauigium verò ſolum ſeruat vacuum. Accedit ergo rurſus ad Patriarcham ſimul quidem tragicè deflens id quod acciderat, & eum ad maiorem vocans commiſerationem. Ille autem cùm audiiſſet, hortatur quidem ne animum deſpondeat, apertè autem ſubiungit, dicens: Niſi iis, quæ tibi reliquæ erant ex iniquitate, Eccleſiæ quoque pecunias coniunxiſſes, non hoc tibi contigiſſet. Rurſus ergo iubet ei dari decem libras auri,

ſignificat ob iniuſtiam ei calamitatem accidiſſe:

ex METAPHRASTE. iubens, ne eas iniiceret cum aliis. Quamprimùm ergo nauigauit mercator, accidit vt & pateretur priori grauius naufragium, vt qui cum naue onus simul amiserit. Cùm ergo in extremam cecidisset desperationem, & victus esset animi ægritudine, & nec tantillùm quidem posset cohibere motum animi, & iam manum sibi esset allaturus; deinde cùm quod factum erat, rursus resciuisset Patriarcha, eum accersit. Ille autem accessit veste disruptâ, comâ euulsâ, & caput habens conspersum cinere, habitu miserabilis, miserabilior autem grauitate calamitatis, & multis lacrymis lacrymas oculorum attrahens. Quem etiam hic magnus cùm vidisset: Propitius, inquit, sit tibi Deus. Cur propter pusillum & abiectum animum ita es affectus? Confido in Deo meo, quòd de cetero tibi nauis nullum patietur naufragium. Sed scias hoc tibi nullâ aliâ de causâ accidisse, nisi quòd hæc nauis non iustè, non honestè, à te esset acquisita.

dat ei naue & frumentum: 15 Hæc cùm dixisset, iussit ei dari vnam ex nauibus Ecclesiæ, impletam viginti millibus modiorum frumenti. Quâ quidem acceptâ, nauigauit ex Alexandriâ: & vento vsus secundo, cùm se ipsum tradidisset ei, qui ferebat, ducebatur nihil sciens vbinam esset. Nam cùm viginti dies & totidem noctes nauis sic curreret, neque ipse, neque vllus alius ex iis, qui erant in naui, nec ex astris, nec ex regionis indiciis, vbinam essent poterant discernere, nisi quòd soli gubernatori apparebat Patriarcha, cum eo clauum dirigens. Cùm autem præteriisset vicesimus dies, perueniunt ad insulas Britannicas. Quem in locum cùm appulissent, inueniunt famem crudelissimam, famem quæ homines illius regionis miserè conficiebat. Cùm autem eorum Principem conuenissent, & ab eis cognitum esset, quòd frumentum afferrent, *b* magnâ animi alacritate impleta est tota ciuitas, & eos cum magnâ accepit lætitiâ, non sine Dei numine eos aduenisse reputans. Cùm autem insulares totum frumentum emissent, pro dimidio quidem aurum præbentes, pro reliquo autem stannum, (ita enim inter vtrosque conuenerat) & mercator iam rediret, fit res quædam, quæ digna est, si vlla alia, quæ memoriæ quidem & scriptis mandetur: admittere autem & credere, nisi fidelissimis auribus, nequaquàm est facile.

dirigit cursum eius in Britanniam:

b

c 16 Cùm enim iam *c* Decapolim peruenissent nauigantes, nauclerus de naue descendens, cùm in quemdam incidisset amicum & familiarem, arte aurificem, datis ei quinquaginta libris è stanno, quod acceperat, pro eo accepit pretium. Ille autem, cùm id vellet igne probare, vt sciret quale esset, inuenit argentum probum & purissimum. Arbitratus itaque nauclerum id magis facere, vt tentaret, quàm quòd verum esse putaret, accedens eum probris est insectatus, dicens: Quid hoc à te factum est? An non sufficit tempus ad fidem faciendam vsque in hodiernum diem, quòd sine dolo versamur in contractibus? Tu autem nunc, vtpote tentans, argentum deposuisti pro stanno. Protinus ergo eo quòd dixerat, obstupefactus nauclerus, Nihil, inquit, per ipsam ô amice veritatem, nihil fecimus vt tentaremus: sed scio me tibi stannum apertè præbuisse. Si autem Patriarchæ precibus mutatum est in argentum, non est hoc nouum & alienum. Ille enim hæc potest, qui aquam in vinum, & rursus aliquando *d* eam mutauit in sanguinem. Vt autem vel hinc possis credere, ascende in nauem & totum disce cuiusmodi sit naturæ. Ille verò ingressus, apertè inuenit ipsum, sicut erat, argentum purissimum. Nauclerus autem cùm omnia statim ab initio vsque ad finem exposuisset, ad gloriam Dei & laudem Patriarchæ, qui fuit ei gratificatus, omnes euocauit auditores. Sed pergendum est ad sequentem narrationem.

Stannum eius meritis mutatur in argentum.

d

17 Ad Magnum aliquando euntem ad ecclesiam accedit quidam nobilis, cui fures quas habebat facultates diripuerant, & qui sic erat ad extremam redactus pauperiatem: cuius misertus, quæ tam breui tempore acciderat, inopiæ, iussit ei dari quindecim libras auri. Ille autem, qui iussus fuerat dare, partim quidem cedens inobedientiæ, partim autem suggestioni eorum, qui administrabant res Ecclesiæ, tamquàm non essent multa reliqua, vtpote quòd nesciret magnus Ioannes thesaurum recondere, præbuit quinque solas ei qui rogauerat. Beato autem Ioanni ex ecclesiâ egredienti, mulier quædam vidua admodùm dives, ei tradit chartam, in quâ scriptum erat donum quingentarum librarum. Quam cùm legisset, intellexit ex eâ, quæ in ipso habitabat, gratiâ, id quod non fuerat factum prout iusserat, de diminutione, inquam, quindecim librarum auri. Cùm eos ergo, qui id fecerant, accersiuisset, de eo examinauit. Cùm ij autem de re gestâ mentiri conarentur, & non solùm in re priùs, sed etiam mendaces existere in sermone, eo ipso qui rogauerat accersito, cùm resciuisset eum accepisse solas quinque libras auri, ostendens illis chartam mulieris, A vobis, inquit, Dominus est exacturus alias mille. Si enim vos quindecim libras, vt à nobis statutum fuerat, ei qui rogârat præbuissetis, mille & quingentas Deo præbuisset mulier. Vt autem factis fides fiat eius quod vobis est incredibile, accersite mihi, inquit, hanc piam mulierem.

Iubet 15. libras dari nobili pauperi

famuli dant 5.

18 Cùm ea autem accessissет, & aurum promissum attulisset; Dic mihi, inquit Patriarcha, an tantum pecuniæ statuisses Deo offerre ab initio? Illa verò cùm sensisset illum non latuisse id quod seorsum ab eâ factum fuerat, magno metu correpta, vniuersum arcanum enuntiauit, dicens: Reuerà, Domine, mille & quingentas libras scripserã in chartâ tibi datâ. Paucis autem pòst diebus cùm eam euoluissem, inueni mille, nescio quo modo suâ sponte deletas. Hinc iudicaui Deo omnino non placere, vt plures quingentis libris offerrem. Hæc illis, qui audierant, magnum metum iniecerunt: & accidentes simul ad pedes magni Ioannis, petierunt vt sibi remitteretur peccatum inobedientiæ. Illi autem Christi amanti viduæ multam à Deo precatus benedictionem, dimisit B. Ioannes, vt abiret in pace.

vidua ei datura 1500. miserabiliter solùm 500. dat.

a *Græcè* Ἱμαρᾶς. *Leontius* Nauclerus, *quod infrà hîc dicitur.*

b *ita Gentianus. at MSS. id referunt de solo Principe illius loci, quem* πρῶτον *vocant.*

c *Ita MSS. Græca. at Leontius* Pentapolim.

d *Gentianus*, id, *quasi vinum in sanguinem mutatum dicat. MSS. ipsam aquam in sanguinem mutatam habent, quod scilicet Exodi 7. narratur.*

CAPVT IV.

Abundè subministrata, quæ largiretur pauperibus.

Nicetas Patricium aurum sacrum tollit:

19 HVic munifico animo & manui inuidens malignus dæmon, suggerit Patricio Nicetæ, quem ei fuisse amicum & familiarem priùs diximus, vt quiddam suâ virtute indignum cogitaret & diceret. Accedens itaque ad Beatum: Manus, inquit, Imperatoris eget multis pecuniis, vt quas ad necessarios vsus Reipublicæ quotidie consumat. Nam ipse quoque vides, in quantas angustias redacta sit Respublica. Oportet ergo, vt quæ temerè & ad nihil quod oportet à te consumuntur, deferantur ad ærarium publicum. Ille autem nihil propterea conturbatus, Non est, inquit, iustum, vt quæ Regi cælesti sunt consecrata, prodantur Regi terreno. Est hoc enim planè sacrilegium, & non paruum in Deum peccatum. Sin autem tibi visum est sic facere, ecce quæcumque sunt Ecclesiæ, ea accipe, & fac vt volueris, si quidem te nulla ratio ab hac abducit sententiâ: meâ enim voluntate ne obolum quidem dimittam eorum quæ sunt reposita. Nihil ergo, nescio quo modo, ex eo repressus vir ille admirabilis, vocat eos qui sequebantur, & statim iubet tollere pecunias, nihil aliud relinquens Patriarchæ nisi solas centum libras auri.

20 Interim autem dum descendebant ij, qui eas portabant, occurrunt quibusdam ascendentibus ad Patriarcham, qui *a* mellis amphoras afferebant ad eum, in quarum *a*

rum nonnullis inſcriptum quidem erat, PRIMARIVM; in aliis autem, FVMO CARENS. Poſtquàm ergo hæc vidit Patricius, & agnouit inſcriptionem, ſignificauit Patriarchæ, vt ad ipſum mittatur vna ex amphoris. Cùm is autem, cuius fidei hæc commiſſa fuerant, eorum, vt mos eſt feciſſet periculum, & deinde intellexiſſet, quod in eis factum erat miraculum, & B. Ioanni ſignificaſſet, quòd ſunt omnia auri plena, illicò vnum mittit ad Patricium, quod inſcriptum erat, MEL PRIMARIVM. Ad eum autem mittit etiam litteras, quarum hæc erat vis: Dominus qui dixit, Non te dimittam, nec te derelinquam, ipſe pro iis, quas tua [b] Celſitudo nunc abſtulit, pecuniis reddit alias. Id autem tibi declarabit quæ nunc ad te miſſa fuit amphora, quæ eſt vna ex iis. Scias ergo, quòd Deum, qui ſpiritum & alimentum omnibus ſuppeditat, homo, in quem cadit interitus, nequaquàm poterit in anguſtum redigere. Porrò autem præcepit etiam iis, qui ferebant amphoram, vt eis præſentibus aperiretur in conſpectu Patricij, & ei renuntiarent, quòd aliæ omnes, quas vidit, ita ſe habent, & ſic ſunt auro plenæ. Cùm eum ergo inueniſſent conuiuantem, ei tradunt epiſtolam, oſtendentes etiam amphoram. Quam quidem poſtquàm vidit, Iraſcitur mihi omnino dominus meus, inquit: neque enim vnam mihi ſolam miſiſſet. Qui autem portabant, quomodò fuerat eis imperatum, cùm in eius cõſpectu aperuiſſent amphoram, & pecunias effudiſſent, annuntiabant fuiſſe reliquas auro ſimiliter repletas. Cùm verò perlegens epiſtolam, inueniſſet quòd homo Deum non poteſt in anguſtum redigere, ad ſe poſteà reuerſus & timore repletus, (eorum enim, quæ non rectè facta ſunt, pœnitentiâ citò mouetur generoſa virtutis amans anima) Viuit Deus, exclamauit; nec humilis Nicetas ſuſtinebit tentare eum in angustum redigere.

ſed melle in aurum mutato, Heb. 13. 5. Ioſ. 1. 5.

compũctus omnia reddit, & multa de ſuo,

21 Cùm ſtatim itaque ſurrexiſſet, & quaſcumque ex eccleſiâ ſuſtulerat pecunias, rurſus ſumpſiſſet, & ipſam quæ miſſa fuerat amphoram, quinetiam è ſuo libras trecentas addidiſſet, aſcendit ad Patriarcham, veniam petens inconſiderati conſilij. Ille autem eum lubenter excipiens, neque ei exprobrauit, neque aliquid locutus eſt, quod ei afferret moleſtiam: ſed verbis potiùs animum conſolantibus, & ſpiritualibus admonitionibus confirmatum amãdauit. Ab eo autem tempore tanto fuerunt inter ſe coniuncti vinculo amicitiæ, vt etiam Patriarcha fuerit eius filiorum ſuſceptor. Vt autem non ſolùm per vberiorem laxamque & ſolutam viuẽdi rationem cognoſceretur animus eius incomparabilis, & bona ſpes eius in Deum fidei; ſed etiam per anguſtiorem, quàm eſſet probatus, eſſet euidens: (Clarum eſt enim, quòd ſunt vtraque periculoſa, nempe & res ſecundæ, quæ eneruant & emolliunt, à Deique recordatione eiiciunt; & res aduerſæ rurſus, quæ in arctum cogunt, puſillumque & abiectum animum efficiunt) propterea prouidit Deus, vt is cadat in egeſtatem. Quonam modo autem id prouiſum ſit, dicam.

deinceps Ioanni amicus.

mutuum accipit, vt pauperibus ſuccurrat.

22 Cùm magna multitudo eorum, qui marium Perſicam effugerant, confugiſſet Alexandriam, & eſſet magna alimenti penuria, maximè quòd nec illo tempore Nilus aſcendiſſet, vt conſueuerat, & pecuniæ Eccleſiæ eſſent conſumptæ; coactus eſt ille magnus mille libras auri mutuas accipere ab aliquibus. Cùm autem eas quoque conſumpſiſſet, agitabatur magnâ ſollicitudine, & Dei orabat benignitatem, vt in rebus dubiis aliquam viam excogitaret. Sed etiamſi ad tantam redactus fuiſſet inopiam, non fuit tamen victus à calamitate, non diuinas leges & ſacras conſtitutiones affecit dedecore, nec intermiſit commiſſum ſibi gregem accuratè regere. Itaque cùm quidam Clericus, ex iis qui ſecundas nuptias contraxerant, abundans diuitiis, vellet conſequi gradum Diaconatus, reſciuiſſet autem has Patriarchæ angustias, & arripuiſſet tempus tamquàm opportunum, ſi pecuniis leuatâ inopiâ aſſequeretur id, quod deſiderabat; chartam tradidit B. Ioanni, quæ ſic habebat: Cùm accepiſſem angustias in quas redacta eſt munifica dextera

oblatam à bigamo pecuniam, vt Diaconus fieret,

mei Domini, non exiſtimaui oportere me quidem degere in deliciis & rerum abundantiâ, Dominum autem meum redactum eſſe in angustias. Sunt apud me frumenti quidem multa millia, auri autem centum libræ & quinquaginta: eas velim per te dare Chriſto, ſi tantùm iudicatus fuero dignus eius Diaconatu per ſanctam tuam ordinationem. Inuentum enim eſt alicubi quid dictum fuiſſe apud Apoſtolum, ex neceſſitate legis quoque fieri tranſlationem. Heb. 7. 12.

ex METAPHRASTE.

23 Eum ergo ſeorſum accerſit Patriarcha, non volens multis præſentibus eum afficere dedecore, & dicit ei: Tua quidem oblatio, ô fili, eſt magna & huic tempori neceſſaria. Sed eſt vitioſa, & propter hoc ipſum non admittenda. Non ignoras enim, quòd omnes, quæ ex lege offerebantur, ſi non eſſent vitij expertes, etiamſi eſſent magnæ, non poterant admitti ad ſacrificium. Quâ de cauſsâ nec munera Cain Deo fuerunt accepta. Illud autem, Ex neceſſitate etiam fieri legis tranſlationem, hòc ab Apoſtolo dictum eſſe ſcimus de lege veteri. Quid enim tibi videtur, quòd ſitum eſt apud fratrem Domini Iacobum? Sic autem habet: Qui totam legem impleuerit, in vno autem lapſus ſit, eſſe omnium reum. Fratres autem noſtros pauperes, etiamſi nos verſemur in inopiâ, at qui aluit Deus vſque in hodiernum diem, ipſe eorum quoque de cetero curam geret, ſi modò nos eius mandata ſeruamus immobilia. Quid eſt enim quod facere non poſſit? aut quid ſit difficile ei, qui quinque panes in deſerto aliquando multiplicauit, ſi decem modios, qui ſunt in meo horreo, benedixerit, eos in magnam augere multitudinem? Quamobrem tibi, ô fili, conueniet id, quod Simoni dictum eſt in Actis: Non eſt tibi pars, neque ſors in hac parte. *reiicit:* Iac. 2. 10. Act. 8. 21.

ſimul & duæ illi naues onuſtæ frumento appellunt.

24 Nondum ille dimiſſus domum re infectâ redierat, cùm magno Ioanni ſignificatur duas naues Eccleſiæ in portum appuliſſe, ferentes ex Siciliâ multa frumenti millia. Quod quidem cùm ille audiuiſſet, procidens in genua, Deo egit gratias, dicens: Qui te quærunt, Domine, & ſeruant tua mandata, non minuentur omni bono. Quamobrem magnifico ſanctiſſimum nomen tuum, quòd non permiſeris ſeruo tuo, vt tuam gratiam venumdaret pecuniâ. Sed ſic quidem in angustiis dilatatus vir inclytus, non prodidit pro vſu rerum neceſſariarum accuratam regulæ obſeruationem.

a *Leontius* lagunculas *ſcribit* miſſas *fuiſſe*, habentes pecunias, *non mel: nec miraculum hîc vllum mutati in pecuniam mellis, ſed Diuinam prouidentiam agnoſcit in hiſce muneribus eo tempore miſſis.*

b *Græcè* εὐδοξίαν; gloriositas.

CAPVT V.

Manſuetudo animi.

Clericos percuſſores excommunicat:

25 OPortet autem dicere etiam indicium magnæ, quâ habuit, tolerantiæ, & narrare quàm ſe perfectè gereret in hoc præcepto. Duos quoſdam ex ſuis Clericis, qui inter ſe inuicem fuerant debacchati, vir admirandus ſubiecerat ſegregationi. Quorum vnus quidem pœnam lubenter ſubierat alter autem cùm eam inueniſſet tamquàm prætextum ſuæ ſocordiæ, preeum quidem & congregationum nullam omnino curam gerebat, vacabat autem omnino ſuis cupiditatibus: deinde minabatur etiam, ſe magni illius viri ſummam illam & ſanctiſſimam ſimplicitatem calliditate aliquâ circumuẽturum. Dicunt verò aliqui, hunc quoque eum eſſe, qui Nicetæ Patricio ſuggeſſerat, vt pecunias tolleret Eccleſiæ, dum exiſtimaret ſe eâ ratione Patriarcham affecturum moleſtiâ. Cùm ergo hoc magnus cognouiſſet Patriarcha, timens ne fortè is à diabolo conſumeretur, eum erat vocaturus & dignaturus commiſeratione: meliore autem prouidentiâ mandatur obliuioni id, quod animo cogitabat, vt ſuprema eius humilitas fieret euidens maiori commiſeratione.

ex METAPHRAST.

26 Nam cùm adeſſet dierum omnium præcipuus, ipſe autem aſtaret [a] in altari, & incruentum offerret ſacrificium, eâ ipsâ horâ, in quâ ſacrum velum auferret à ſanctis donis, recordatus eius, qui odium in eum conceperat, & memor præcepti Dominici, quod iubet quidem dimittere donum ante altare, procedere autem priùs ad fratris reconciliationem, & tunc donum offerre; ſignificat Diacono, vt connexam reſumat petitionem, & ſæpè dicat, donec ipſe redierit. Ipſe autem ventrem prætexens, egreſſus eſt ab altari, & mittit magnâ celeritate, ad ſe vocans illum Clericum: qui quidem mox aderat. Sanctus verò procidit ad eius pedes, nihil omnino auerſans oculos eorum, qui aderant, veniam poſtulans. Deinde ille, qui priùs fuerat inſipiens, videns hoc ſacroſanctum caput proiectum ad ſuos pedes, fuit ſtatim fractus animo, timens ignem de cælo, & quæ illinc mittuntur fulmina. Ipſe quoque pronus cadens, petiit ab eo veniam. Beatus autem Ioannes, Deus ambobus, inquit, ignoſcat fili mi. Deinde eum quoque ſecum aſſumit, & cum gaudio & cum quantâ dici non poteſt voluptate aram ingreſſus, tunc auſus eſt Deo dicere cum fiduciâ: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Abhinc ergo fuit hic Clericus adeò modeſtus & moderatus, vt viſus ſit dignus, qui ordinaretur Preſbyter. Sed hoc quidem, ſicut diximus, eſt indicium magnæ illius tolerantiæ & moderationis.

Matth. 5. 25.

petit ipſemet veniã ab eo, qui peccârat:

27 Aliud autem narrabo, quod eſt non multum diſſimile ei quod præceſſit. Eſt Angelorum, aut quidam ex Patribus, nequaquàm depugnare, ſed eſſe in pace perpetuâ: dæmonum autem irreuocabiles per totam vitam exercere inimicitias: hominum verò ſapientum breuiter quidem fortaſſe iraſci, citò autem & paullò pòſt currere ad reconciliationes. Cùm ergo huic magno Ioanni incidiſſet vt nonnihil eſſet irâ percitus aduersùs eum, cuius ſæpè mentionem fecimus, Patricium; illo quidem defendente rem iniuſtam lucri cauſsâ, non patiente autem Ioanne propter zelum iuſtitiæ; cùm iam hora aduenisſet vndecima, Patriarcha per nuntium primum ex Preſbyteris ei ſignificat, dicens: Sol iam eſt in occaſu, ô vir maximè venerande. Ille autem hoc verbo tamquàm ſtimulo aliquo compunctus animo, ſtatim ſurrexit & venit ad Sanctum. Quem cùm ille lubens excepiſſet & eſſet amplexus, Crede mihi, inquit, niſi fuiſſet mihi exploratum, quòd te moleſtiâ affeciſſem, fortè nihil dubitans aut penſi habens, ipſe ad tuam veniſſem Magnificentiam. Quid enim, ſi communis quoque noſter Dominus non eſt dedignatus obire ciuitates & vicos, vtilitatis gratiâ & curationis?

diſſidet paullùm à Niceta Patricio:

28 Omnibus autem qui aderant admirantibus ſummam moderationem, dixit ei Patricius: Non ampliùs capiunt aures meæ, inquit, ô Domine, delationes eorum, qui criminantur. Cui dixit ſapiens Magiſter: Perſuaſum tibi ſit, inquit, ô fili fideliſſime, quòd ſi ſimpliciter & abſque examinatione eſſemus aures præbituri omnibus, pararemus nobis examen decies mille peccatorum; & maximè nunc tali in tempore, quando refrixit omnibus caritas. Scio enim ego, quòd propterea quòd credideram aliquibus, quibus obtigerat rectio ciuitatis, & eorum verbis ſolùm eſſem inductus, nonnullos cùm minimè oporteret, ſæpè affecerim moleſtiâ. Quo factum eſt, vt non paucorum me de cetero ſubierit pœnitentia. Quamobrem cùm ſemel & bis & ſæpè incidiſſem in fraudem eorum, qui criminantur, de cetero apud me conſtitui, non ampliùs aliquid pronuntiare in aliquem, priuſquàm audiiſſem ius vtriuſque partis: & iis qui facta ad me deferebãt, ſum minatus, quòd ſi deinceps fuiſſent deprehenſi inanes aliquas nugas ad meas aures deferre per calumniam, eaſdem daturi eſſent pœnas, quas qui eſt reuerà calumniator. Ab illo itaque tempore exciſa fuit omnis calumnia ſycophantarum. Quamobrem tuã quoque rogo Magnificentiam, ne tam ſimpliciter & tam facilè admittas malignorum hominum calumnias, ſed eas priùs diligenter examines. Neque enim hinc mala naſcuntur mediocria: ſed & bonorum publicationes, & verbera, & cædes ſæpè per mendacium multi innocentes ſubierunt, & ab iis vniuerſa propemodùm eſt euerſa vita hominum. Has admonitiones cùm tamquàm à Deo accepiſſet Patricius, pollicitus eſt ſe eas eſſe perpetuò ſeruaturum.

eum ſibi reconciliat:

monet non temerè credendum delatoribus.

29 Aliud addatur iis quæ dicta ſunt, quod ſatis poteſt exprimere eius manſuetudinem atque patientiam. Magni Ioannis conſobrinus erat, nomine Georgius. Is contumeliâ affectus ab aliquo caupone ciuitatis vehementer fuerat morſus, & id ferebat grauiſſimè. Id enim faciebat & magnum quod erat inter eos diſcrimen, nempe & eius cum Magno affinitas, & nimiæ ſordes & humilitas eius qui fecerat iniuriam. Accedit ergo ſeorſum ad B. Ioannem adoleſcens, cum lacrymis & dolore cordis, quo agebatur, deplorans iniuriam. Cùm ſic eum vidiſſet victum ab omni perturbatione Patriarcha, volens eum demulcere & veluti recreare, &, Auſus eſt, inquit, omnino os aduersùs te aperire, & omnino contumeliâ afficere aliquis eum, qui eſt mihi cariſſimus? Benedictus Dominus, rem in ipſo faciam, vt admiretur omnis Alexandria. Poſtquàm autem vidit eum propter id, quod dixerat, paullulùm remiſiſſe de animi ægritudine; Fili, inquit, mihi iucundiſſime, ſi reuerà vis meæ paruitatis eſſe & nominari conſobrinus, para te ipſum non ſolùm aduersùs contumelias, ſed etiamſi ſit ampliùs aliquid dicendum, etiam aduersùs ipſa flagra. Vera enim nobilitas non ex ſanguine & carne, ſed ex virtute animæ accipit formam & characterem. Statim ergo accerſito principe cauponum, ei denuntiauit, ne conſuetum deinceps vectigal acciperet ab eo, qui ſuum conſobrinum affecerat contumeliâ, aut aliquid ex iis, quæ ab eo de more dabantur Eccleſiæ. Propter quæ admirati omnes incomparabilem illius patientiam, intellexerunt omnes hoc eſſe ſupplicium, quod erat miratura tota Alexandria.

Nepotem iniuriâ affectum conſolatur.

iniuria auctorem liberat à vectigalibus.

30 Sed fortè in iis quidem, qui ad ipſum pertinebant, tam diligenter cauebat, ne memor eſſet acceptæ iniuriæ; alios autem negligebat in rebus huiuſmodi. Nequaquàm. Cùm enim reſciuiſſet quemdam ex Diaconis, nomine Damianum, odio habere propinquum, vt qui recordaretur acceptæ iniuriæ, denuntiauit Archidiacono, vt in tempore participationis Sacramentorum ei oſtenderet eum, qui memor erat iniuriæ. Cùm ergo cognouiſſet, eum manu accipiens, Vade, dicit ei, & fratri primùm reconciliare, vt vult præceptum, & tunc ſumes Sacramenta Chriſti, qui non eſt memor acceptæ iniuriæ. Ille autem pudore affectus, præſentibus omnibus promiſit ſe hoc eſſe facturum, & tunc eum impertit ſanctificatis. Deinceps ergo inuaſit timor non ſolùm Clericos, ſed etiam laicos, & cauebant ne vllum odio haberent, & eſſent acceptæ iniuriæ memores, timentes ne multis præſentibus ſic pudore afficerentur. Sed tam accurata quidem & exacta fuit eius vita, tam quod ad ipſum attinebat, quàm quod ad eos, qui ab illo paſcebantur.

reſeruantem iniurias iubet priùs reconciliari

a *Verterat Heruetus* tribunali; *perperàm. Græcè τῷ βήματι πυεγτάς; quod in re ſacrâ, vt hîc ex adiunctis patet, pro* altari *ſumitur.*

CAPVT VI.

Diſciplina domeſtica, ratioque vitæ exterior.

Scripturis ſtudet:

31 PRæter alia autem bona, in ſacrarum quoque Scripturarum cognitione ſummè laborauerat & plurimùm eſt meditatus, non ſine voluptate & ſtudio acerrimo. Licebat ergo videre quotidie in congreſſione quæ fiebat in ſecreto, eum nihil ferè aliud loquentem aut quærentem, quàm narrationes Patrum, qui erant magni nominis, & problemata dogmatica & quæſtiones ad Scripturam pertinentes. Hæc autem maximè propterea, quòd tunc abundabat multitudo hæreticorum, ad quos euertendos adſciuerat eos, qui illis temporibus erant excellentiſſimi, Ioannem, inquam, & Sophronium.

32 Porrò autem ei quoque erat ſtudio conſeruare confeſſum

conſeſſum nulli detractioni affinem, & nulli vano ſermoni. Quòd ſi quis ex iis qui conſidebant, tale quid propoſuiſſet, ille ingeniosè & aptè id repellebat, iniiciens bonam aliquam quæſtionem & animæ vtilem. Si is autem eſſet craſſus & plebeius, & qui non recedebat ab iis quæ ſunt conſueta, præſentem quidem non malè tractabat, nec ſe iracundè & aſperè in eum gerebat, præcipiebat verò ne eum ſinerent ampliùs eſſe è concilio, vt per eum vnum fierent alij cautiores & diligentiores.

Detractiones & otioſos ſermones non fert.

33 Vt autem mortis memoriam ſuæ cogitationi profundè imprimeret, & eam perpetuò haberet præſentem, & ante oculos, quid facit? Iubet ſibi extrui monimentum: ei autem finem non imponi, ſed ſemiperfectum ſic relinqui. Deinde eos qui præfecti erant operi, cùm eſſet feſtum aliquod inſigne, accedentes in conſpectu omnium, qui conſidebant, apertè dicere: Monimentum tuum in hodiernum vſque diem eſt imperfectum, Domine. Iube ergo, vt id finem accipiat. Incertum eſt enim, quâ horâ fur ingrediatur, nempe mors.

Mortis memoriã ſibi iubet inculcari.

34 Sed quis illius victus tenuitatem, & quæ erat circa veſtem & ſtratum vilitatem & mediocritatem, rectè enuntiauerit? Cum aliis enim ne hanc quidem neglexit virtutem, adeò vt vulgus & eos qui ſunt contempti, in his ne ſuperaret quidem. Quidam certè ex habitatoribus ciuitatis, qui erat ei familiarior, cùm reſciuiſſet quomodò res ſe haberet, [a] opertorium emptum triginta ſex nummis mittit ad Beatum, plurimùm rogans ne id recuſaret, ſed ſe eo indueret. Hoc ergo cùm & propter viri fidelitatem, precumque contentionem & ardorem facere voluiſſet, non ceſſauit tamen totâ nocte lamentari (vt poſtremò expoſuerunt, qui ei aſſidebant.) Quis, dicens, non condemnârit me miſerum Ioannem, ſi mihi licet tegi tegumento triginta & ſex nummorum, fratres autem mei (proh dolor!) ſecundùm Chriſtum, ſub dio perpetuò degant concreti frigore, & nec minimum quidem & viliſſimum pannum habeant? quorum plurimi quidem ventre vacuo & incœnati recumbunt, & vel ipſas, (hei mihi!) quæ à mensâ meâ cadunt, micas cupiunt, ſicut pauper Lazarus. Heu! heu! quàm multi nunc hoſpites & peregrini ad hanc venerunt ciuitatem, qui non habent vbi caput reclinent, eſurienteſque & ſitientes iacent in medio foro. Ego autem me delicatè omne genus explens bonis, præter alias delicias hoc quoque nunc ſumptuoſo induor tegumento. Quid ergo illo die expecto me auditurum? Quid aliud, quàm, Recepiſti bona tua in vitâ tuâ, pauperes autem mala: & propterea ipſi quidem nunc accipiunt conſolationem, tu autem cruciaris pro meritis? Sed benedictus Deus, non ampliùs eo tegetur humilis Ioannes, ſed eius pretio induentur pauperes.

In victu, veſtituq; frugalis;

a

vtitur ſtragulo ſibi dato,

35 Cùm primùm itaque illuxiſſet, mittit opertorium in forum venumdandum: quod cùm vidiſſet is qui obtulerat, rurſus emit & ad eum adfert. Ille autem accipit quidem, rurſus verò mittit ad forum. Cùm autem bis & ſæpè hoc factum eſſet, magnus Ioannes ſignificat ei qui offerebat; Videamus, dicens, quis ex nobis priùs defatigabitur, ego quidem ipſum vendens, tu autem emens & offerens, erat enim valdè diues. Quamobrem deditâ operâ volebat magnus Ioannes ex eo lucrifacere, vt illius bona ad pauperes effluerent. Dicebat autem etiam tale quid, quòd ſi quis ab his delicatis & diuitibus, & maximè iis qui ſunt immiſericordes, poſſet arte aliquâ & ratione ad ipſas vſque auferre tunicas, vt benefaceret indigentibus, ab eo quod decet minimè aberraret. Sic enim res duas efficiet pulcherrimas; vnam quidem, quòd illorum animis ſalutem conciliabit; alteram autem, quòd ex rebus alienis non paruam neque leuem ſibi parabit mercedem. In teſtimonium autem eius quod dicebat, adducebat etiam id quod magnus fecit Epiphanius, qui effecit, vt pecuniæ Ioannis Epiſcopi Hieroſolymitani piâ quadam viâ & ratione diſtribuerentur pauperibus.

mox id vendit, vt pretium det pauperibus:

idq; ſæpius:

a *Heruetus* Cilicium. *Græcè* σανίδιον ſtragulum barbaricum è villoſis pellibus.

CAPVT VII.

ex METAPHRASTE.

Hiſtoria S. Petri Telonearij.

36 ADdebat verò aliud quoque, quod à fideli quodam & amante veritatis dicebat ſe audiuiſſe in Cypro, qui ſic narrabat, ea quæ dicebat, iureiurando confirmans. Cùm eſſem in Africâ, habitabam apud quemdam publicanum, valdè quidem diuitem, ſed admodùm immiſericordem, & pauperem quod attinet ad miſericordiam. Cùm autem accidiſſet, vt tempore hiberno ſol luceret calidiùs, pauperes ſimul congregati calore fruebantur. Vt ſolet autem in his euenire, domos enumerabant: illas quidem, quæ erant miſericordum & ſua communicantium, beantes; eas autem, quæ poſſidebantur à parcis & nihil elargientibus, miſeras dicentes & execrantes: Cum quibus, inquit, etiam meum connumerarunt dominum. Sic itaque inuicem rogabant, an aliquis vnquam illinc fuiſſet eleemoſynæ particeps? Cùm verò nullus eſſet ex omnibus qui affirmaret ſe accepiſſe; vnus ex illis, Sed quid, inquit, mihi dabitis, ſi ego hodie recedens illinc conſecutus fuero miſericordiam? Cùm autem de eâ re pacta conuenta inter ſe feciſſent, pauper cùm fuiſſet ex aduerſo veſtibuli publicani, inuenit ipsâ horâ piſtorem trahentem mulum pane onuſtum, ipſumque venientem per viam quę tendit ad ædes. Cùm itaque pauperem ex aduerſo ſtantem vidiſſet publicanus, & ſolo triſti habitu prouocantem eum ad miſericordiam; (neque enim vel ſolam vocem audebat emittere, ne virum irritaret alienum à miſericordiâ) ſic quoque furore percitus, vno pane arrepto, & eo vſus tamquàm lapide, iacit in pauperem. Quem ille protinus accepit, & abiens oſtendit aliis, affirmans quòd accepiſſet ab ipſis manibus publicani.

Petrus Telonarius panem in pauperem proiicit,

37 Nondum duo dies præterierant, & publicanus morbo correptus mortifero, cùm mentis ſubiiſſet ecſtaſin, videbat à ſe exigi rationem ſuarum actionum. Deinde videbatur etiam adeſſe trutina, vtraque diſcernens: in cuius ſiniſtrâ quidem lance videbat nigros congregatos, & multa eius turpia facta in lance deponentes. In dexterâ autem, viros quidem candidatos & formâ terribiles aſſiſtentes nihil verò boni inuenientes, quod contra poſſent in lance collocare, eſſeque mœſtos & triſtes, & dicentes: Nihil habemus aliud, quod opponamus, niſi panem illum, quem duobus antè diebus, & nec ipſum quidem ſponte, dedit cuidam pauperi. Cùm in alterâ itaque lance eum impoſuiſſent, fecerunt trutinam ex vtraque parte ex æquo propendentem. Tunc illi publicano dicunt viri candidati: Recedens adde huic pani, & operare. Nam illi, quos vides, nigri ſunt te accepturi. Cùm ſtatim itaque experrectus eſſet, & ad ſe rediiſſet, agnouit vera eſſe, quæ viſa fuerant. Nam quæcumque ab ineunte ætate ab eo facta fuerant, & quorum iam erat oblitus, videbat illos Æthiopes vtique congregantes, & in lancem imponentes. Quamobrem ſæpè obſtupefactus, Papæ! dicebat, quanta eſt virtus eleemoſynæ. Si enim vnus panis, iſque per iram pauperi proiectus, tantum potuit; à quàm multis malis ſe poterit liberare, qui hilariter bonis ſuis impertitur pauperes? Adeò ergo munificè vſus eſt eleemoſynâ, tam abundè ambabus, vt dici ſolet, effudit manibus, in ventres pauperum infundens; vt poſtquàm omnia profudiſſet, ne ſuo quidem parceret corpori, ſed eo quoque aleret pauperes, venditâ libertate, vt paullò pòſt clariùs oſtendemus.

videt eum in ſtaterâ appendi, & multis peccatis opponi:

fit liberalis in egentes:

38 Ei enim eunti in telonium, occurrit nauta nudus ex naufragio: quem quidem cùm vidiſſet, veſte ſtatim ſe exuens, quæ erat delicata & ſumptuoſa, ei donat, multùm precatus, vt eâ perpetuò indueretur. Ille autem partim quidem erubeſcens vti veſte magnificâ, partim verò aliarum quoque rerum egenus, in foro exponit vt vénderetur. Cùm autem reuertens Publicanus eam vidit pendentem, magno fuit affectus dolore, & erat triſtis,

veſtem dat nauta:

ex METAPHRASTE. reputans quòd non ei licuiſſet relinquere pauperi aliquod monimentum ſuæ miſericordiæ. Hæc cùm cogitaret, ei obrepit ſomnus. In ſomnis autem ad eum accedit vir quidam inſignis, ſole ſpecie alacrior, crucem quidem habens in capite, indutus autem veſte, quam ipſe dederat nautæ. Qui cùm propè acceſſiſſet, Cur, inquit, care Petre (hoc enim erat nomen Publicano) angeris & cruciaris? Ille autem perinde ac ſi noſſet, quiſnam eſſet qui loquebatur; Quoniam, inquit, Domine, quæ tu nobis abundè præbes, ea nonnullis ſæpè impertientes, non videmus eos rectè vti iis quæ data ſunt, propter turpe lucrum. Ille nondum implerat orationem, & qui apparuerat oſtendens ei veſtem, Agnoſcíſne hanc? inquit. Cùm is autem affirmaſſet; ille rurſus, Ecce, inquit, ex quo tu mihi eam præbuiſti, eâ perpetuò induor.

videt Chriſtum eâ indutũ:

39 Poſtquàm autem eum dimiſit ſomnus, hæc mente agitans, Benedictus Dominus, aiebat: ſi Chriſtus videtur eſſe vnus ex indigentibus, non deſiſtam, donec ipſe quoque ſim vnus ex iis minimis. Statim ergo vocato Procuratore domus, qui fuerat ab ipſo emptus, Volo, inquit, tibi credere quoddam arcanum, quod ſi enuntiaueris, aut niſi effectum reddideris, quod volo, procul recedes à meo conſpectu, & venderis in barbarâ regione. Hæc cùm dixiſſet, decem libras auri ei tradit, quæ erant ei ſoluendæ ob negotiationem. Deinde, Me quoque, inquit, aſſume ad hanc negotiationem; (hoc eſt enim arcanum) & cùm me abduxeris ad partes ſanctæ ciuitatis, illic me vende Chriſtiano alicui tamquàm mãcipium. Quod autem ad te ex eo redibit pretium, quantumcumque fuerit, detur pauperibus. Cùm poſtquàm diu inſtitiſſet, vix tandem ei perſtraſiſſet, venit cum eo Hieroſolyma. Quo in loco, cùm in quemdam amicum, qui erat quidem arte aurifex, incidiſſet Procurator, (erat autem ei nomen Zoilus, qui propter aliquem caſum redactus erat ad inopiam) Seruus eſt, inquit, mihi valdè bonus: quem ſi me addiciens emeris, nihil erit impedimento, quò minùs ad priſtinam redeas felicitatem. Eſt enim non ſolùm bonis moribus, ſed etiam in fundendo auro ſummè exercitatus, fuerat enim Petrus huic quoque arti ſummè deditus. Ille autem ſtatim in medium adducens paupertatem, cum quâ conflictabatur, dicebat ſe non poſſe eum emere. Sed tamen ille verbis amici perſuaſus, & auro accepto fœnori, emit zelo feruentem Petrum triginta nummis. Quos cùm accepiſſet Procurator, iuit Conſtantinopolim.

ſeipſum per Procuratorem vendi iubet:

venditur 30. nummis:

40 Licebat ergo videre eum, qui propter Chriſtum voluntariam ſuſceperat ſeruitutem, diligentiſſimè domino ſuo inſeruientem in omnibus, quæ ad vſum domus pertinebant, ieiuniiſque vacantem & vigiliis: quæ faciebant, vt res domini incrementum acciperent, vt benedicerentur eius vltima, ſicut Iobo, magis quàm priora. Qui etiam ſummam eius virtutem venerans, cogitabat eum manumittere, etiamſi ille id minimè admiſerit, volens potiùs in ſeruitute propter Chriſtum perpeti, quàm cum libertate quieſcere. Sed quis dicere omnino potuerit eas, quæ ei à maligno inferebantur, afflictiones? Quicumque enim erant à familiâ, tamquàm emotæ mentis quempiam reputantes, aliquando quidem eum irridebant, aliquando autem alapas infligebant, & non deſiſtebant ei omnibus modis adferre moleſtiam. Quotieſcumque autem contigiſſet eum, contumeliis à conſeruis affectum, dormire cum animi ægritudine, toties ei aſſiſtebat in ſomnis, qui in Africâ ab eo viſus fuerat, ferenſque eius veſtem, & pretium triginta aureos habens in manibus, Ne ſis triſtis, aiebat, frater Petre. Ego enim etiam tuum accepi pretium, ſicut priùs veſtem.

Seruit aurifici, cui & Deus propter ipsũ benedicit:

Iob. 42.

multa patitur.

Chriſtus in ſomnis eum ſolatur:

41 Interceſſit aliquantum temporis, & quidam qui erant eiuſdem cuius Petrus regionis, arte aurifices, voti cauſsâ & adorationis peruenerunt ad loca veneranda. Quos dominus eius, vt qui eſſent eiuſdem artis, domum ductos accepit omni benignitate. Petrus autem cùm eis miniſtraret, & viros agnouiſſet, ſeipſum celabat pro viribus, & omnibus modis conabatur latere. Illi verò tamquàm per figuram corporis eum indagantes, agnouerunt. Et primùm quidem inter ſe ſuſurrabant: dubitationem enim eis afferebat ſimilitudo. Poſtquàm autem illum ipſum eſſe apertè agnouerunt, communiter eum ſtatim alloquentes, qui eos inuitauerat; Quid ſibi vult, dixerunt, quòd vir talis tibi miniſtrat, qui eſt vnus quidem ordinis ſenatorij, ſplendore autem nulli eſt ſecundus? Is enim, qui nunc nobis ſeruit in mensâ, eſt Petrus Publicanus, de quo Imperator quidem magnum accipit dolorem, magnum autem Senatus quoque, vt qui euanuerit.

à gentilibus ſuis agnitus.

42 Eos hæc verba dicentes cùm audiſſet Petrus, ſtatim humi quidem iacit diſcum, quem habebat in manibus; curſu autem deſcendit ad veſtibulum, in quo adſtabat quidam adoleſcens, ab ortu ſurdus & mutus, qui nutu poterat claudere & aperire. Cui Petrus, Tibi dico, inquit, qui es ſurdus & mutus, In nomine Chriſti Dei noſtri, audi me, & aperi. Ille autem, Sicut iubes, reſpondit: & ſtatim aperuit. Ille verò currens, protinus eſt egreſſus. Deinde aſcendens ianitor lætus, narrauit quod in ipſum fecerat miraculum. Dicebat enim ſe vidiſſe flammam ignis procedentem ex ore magni Petri, ad aures eius peruaſiſſe. Quæ, inquit, cum me totum circumfulſiſſet, repentè fecit audire & loqui. Hæc cum narraret is, qui priùs erat ſurdus & mutus, ſubiit omnes ſtupor & admiratio, & ſtatim quàm maximâ potuerunt celeritate, aggreſſi ſunt eum perſequi. Cùm vbique autem ſcrutati eſſent, non potuerunt eum, quem quærebant, comprehendere. Quamobrem eos magna ſubiit pœnitentia, & deplorabant quòd non magis animum attendiſſent: quò factum erat, vti Dei hominem tantis afficerent contumeliis, verberantes & inſultantes, & eum quotidie irridentes.

fugit.

ſurdo & muto voce & auditu impetrato.

CAPVT VIII.

Alienæ virtutis imitatio.

43 TAles erat miſericordis & clemẽtis Ioannis animæ benignæ & humanæ narrationes. Maximâ enim ex parte, quæcumque incitabant ad cõmiſerationem & amorem in pauperes, ea volebat dicere & audire. Aſſiduè quidem certè inueſtigabat vitam eorum Patrum, qui fuerunt celebrati propter eleemoſynam, & in hoc per totam vitam magnum ponebat ſtudium, vt qui vellet eâdem viâ, qtâ illi, ingredi.

Ioannes qualia legeret aut loqueretur.

44 Cùm itaque aliquando incidiſſet in vitam diui ni Serapionis Sidonij, non ceſſabat virum illum admirari & res illius narrare, quemadmodùm cùm aliquando in egentem incidiſſet pauperem, ſe pallio exuit & ei dedit. Deinde cùm obuiàm factus eſſet alteri algenti, ſimiliter ei præbuit tunicam: & de cetero ſedit nudus, vlnis ſolum tenens Euangelium. Deinde ab aliquo interrogatus, quiſnam eum nudaſſet, Hoc, inquit, oſtendens Euangelium. Cùm verò eo quoque vendito pro eo acceptum pretium diſtribuiſſet pauperibus, cuidam diſcipulo, qui eum rogauit, Vbi eſt, Pater, paruum Euangelium? Crede mihi, inquit, fili, parens ei qui dixit, Vende quæ habes, & da pauperibus; ne ipſi quidem libro, in quo hoc ſcriptum erat, ſtatui parcere.

Serapion Sidonius in pauperes liberaliſſimus.

Pallad. c. 83.

Matth. 19. 21.

45 Addatur hoc quoque iis quæ dicta ſunt, afferens auditoribus non mediocrem vtilitatem. Quidam monachus illo tempore puellam ducens ſpecioſam, obibat ciuitatem: cùm autem quidam ex Eccleſiâ eum vidiſſent ad multorum offenſionem eam circumagentem, introducunt ad B. Ioannem. Ille autem verbis illorum inductus, vt qui exiſtimaſſet eos zelo diuino illum admonuiſſe, ipſum & puellam iubet vehementer cædi, deinde eos in diuerſis cuſtodiis includi. Cùm autem factum eſſet quod iuſſerat, & eos accepiſſent cuſtodiæ, & nox iam aduentaſſet; monachus ei apparet in ſomnis, oſtendens tergum notatum vibicibus & ſtigmatibus, ei dicens ſimpliciter

monachum cum puellâ circumeuntem cædi iubet:

pliciter & placidè: Quid verò hæc tibi placent Domine? Crede, nunc quidem certè ſemel deceptus es, vt homo.

eius innocentiam cognoſcit:

46 A ſomno autem excitatus, accerſit illicò monachum, educens eum è cuſtodiâ, præ plagis vix valentem ingredi. Deinde cùm in eius vultum coniecisſet oculos, agnouit eum eſſe, qui fuerat ab eo viſus. Cumque vellet ſcire, an tam multas accepiſſet plagas, quàm multas habens in ſomnis apparuerat, iubet eum linteo ſuccinctum aperire dorſum. Cùm diuinâ autem prouidentiâ fuiſſet linteum ſolutum, apertæ fuerunt partes occultæ, & conſpectus eſt monachus propemodùm exectus & mancus virilibus, etiamſi propter florem ætatis non fuiſſet priùs immunis à ſuſpicione. Statim ergo eos qui illos detulerant, à ſuis gradibus deturbatos, tres annos arcet à communione. Pio verò monacho ſe, vt par erat, excuſauit, & rogauit vt ei condonaret peccatum admiſſum per ignorantiam. Sed hoc ſolum dixit ſe non laudare, quòd nullo adhibito cuſtode obiret ciuitates, cùm eſſet monachus, & videretur adeò iuuenis, & traheret ſecum feminam, & eſſet multis cauſſa offenſionis.

delatores punit:

47 Ille verò cum eâ, quâ par erat, reuerentiâ & modeſtiâ, Benedictus Dominus, inquit, Domine, non mẽtior. Non multis antè diebus cùm eſſem Gazæ, & illinc feſtinarem ad adorandum SS. Cyrum & Ioannem, hæc puella mihi veſpere fit obuiàm, & ad meos pedes procidit, rogans vt mecum iter ingrederetur, eò quòd vellet eſſe Chriſtiana, erat enim Hebræa. Ego autem Dei veritus iudicium, qui dixit, ne ex puſillis aliquem deſpiceremus, obediens admiſi eam viæ comitem, maximè confidens, quòd cùm eſſent mihi membra ita affecta, non eſſet facile inimico ſtruere in me tentationem. Cùm illuc autem veniſſem, & vota reddidiſſem, feci eam cathechiſmo inſtrui & baptizari, & de cetero eam circumduco in ſimplicitate cordis, & mendicans eam alo, ſtudens ſi poſſim eam collocare in aliquo monaſterio Virginum. Hæc cùm audiiſſet ille Beatus, Papæ, inquit, quàm multi ſunt occulti ſerui Dei, etiamſi ſint nobis ignoti! Cùm autem monachum donaret centum nummis, ille non accepit, dicens: Monachus ſi habet fidem, non indiget pecuniis: ſin autem omnino amat, eſt omnino fide defectus. Hæc cùm dixiſſet & adoraſſet, receſſit.

offert ei pecuniam, quam reſpuit.

Ioãnes adeſt moribundus:

48 Quàm magnum autem ſtudium poneret Beatus, vt mortis meminiſſet, & quòd plurimi faceret efficere ne eius recordatio deleretur, dictum quidem eſt priùs, dicetur autem nunc quoque. Nam cùm lethalis morbus aliquando inuaſiſſet ciuitatem, maximæ illi erat curæ accedere ad ægrotorum viſitationem, & eorum qui decedebant ſepulturam. Sæpè autem etiam aſſidebat iis qui emittebant animam, & eorum oculos ſuis tegebat manibus. Iubebat ſynaxes quoque celebrari pro iis, qui dormierant, aſſerens & affirmans defunctis multùm prodeſſe quæ pro eis fiunt commemorationes & ſacra miniſteria.

ſuadet ſacra pro mortuis fieri;

49 Ad fidem autem faciendam eorum, quę dicebantur, tale quid etiam narrabat, quod factum fuerat non ita multò antè. Dicebat enim, quòd à Perſis quidam abductus captiuus, in cuſtodiâ, quæ appellatur Lethe, aſſeruabatur vinctus. Lex autem erat apud Perſas, vt qui coniecti erant in eam cuſtodiam, numquàm reuocarentur: & eâ ratione conſentaneum eſt eam fuiſſe vocatam Lethen, id eſt, obliuionem. Illinc autem cùm quidam potuiſſent aufugere, & in Cyprum venire, affirmarunt parentibus adoleſcentis, eum eſſe mortuum in cuſtodiâ. Illi verò tres quotannis ſynaxes celebrabant, tamquàm eo mortuo. Quatuor anni præterierant, cùm filius illinc

exemplo captiui ſoluti cùm pro eo ſacrum fiebat.

aufugiens, redit domum. Quem cùm parentes non tamquàm qui fugiſſet è cuſtodiâ, ſed tamquàm qui ſurrexiſſet è mortuis, cum magno ſtupore adſpexiſſent, & fuiſſent ineffabili voluptate repleti; & alia faciebant & dicebant, quæ anima, quæ talem vidiſſet, faceret & diceret: & quemadmodùm ei tamquàm iam mortuo fecerant iuſta, quæ fiunt mortuis, & cùm eum docuiſſent, quinam eſſent ij dies, nempe dies ſanctorum Theophaniorum, & dies ſalutaris Paſchæ, & dies ſanctæ Pentecoſtes. Hæc cùm ille audiuiſſet, & in memoriam reuocaſſet, parentibus affirmabat, quòd his ipſis diebus relaxabatur à vinculis aduentu cuiuſdam, qui geſtabât lampadem; & fruebatur omni ſecuritate: diebus autem ſequentibus tenebatur vinculis, ſicut priùs.

ex METAPHRASTE.

CAPVT. IX.

Eleemoſynarum vis apud Deum.

Multi multa Sancto dant, diſtribuenda pauperibus.

50 TAlibus vtens factis & narrationibus, fuit multis occaſio ſalutis. Propterea plurimi quoque imitantes illa, quæ fiebant tempore Apoſtolorum, & vendentes ea quæ habebant, eorum pretium afferentes deponebant in eius manibus, volentes id ab ipſo diſtribui pauperibus. Cum quibus vnus quiſpiam accedens, auri ſeptem libras cum dimidiâ obtulit, affirmans nihil amplius auri apud ſe remanſiſſe. Petebat autem ab eo, vt duas gratias acciperet; nempe vt & ſeruaretur quidem eius filius illius precibus; referretur verò nauis abſque vllo periculo, quæ quidem emiſſa fuerat in Africam. Cùm autem poſt preces triginta dies præteriiſſent, moritur quidem filius: tertio verò die poſt eius mortem, nauis quæ redibat ex Africâ, cùm fuiſſet ex aduerſo Phari, in graue incidit naufragium, adeò vt vniuerſum quidem onus perierit; a ſola autem nauis fuerit ſalua cum vectoribus. Cùm autem priùs audito nuntio de filio, adhuc vigente animi perturbatione, acceſſit de naue triſtitia, id eum planè obruit.

Quidam multa largitus, tamẽ filium & bona amittit; a

ſed diuinâ conſolatione recreatur.

51 Quod quidem poſtquàm cognouiſſet Patriarcha, id nihilo minorem ei attulit animi ægritudinem. Deum itaque rogauit, vt inuiſibiliter eius animam attingeret, & increparet tempeſtatem animi ægritudinis, & tranſmutaret in tranquillitatem. In ſomnis itaque nocte ſequenti illi apparet vir, figurâ & lineamentis ſimilis Patriarchæ, ei dicens: Cur ita victus es à triſtitiâ propter ea quæ acciderunt? Num tu me rogaſti, vt hæc precibus à Deo poſtularem, nempe vt & tuus ſaluus eſſet filius? & ecce eius gratiâ eſt ſaluus, vt qui à vitæ malis dimiſſus ſit illæſus. Si enim vixiſſet longiùs, non bonus, ſed improbus erat euaſurus, & indignus eo qui creauerat. Quod ad nauem autem attinet, nihil dubites, quòd niſi Deus fuiſſet exoratus à noſtrâ mediocritate, erat cum ipſis viris in profundum tranſmittenda, & præter onus, fratrem quoque & alios amiſiſſes. Non oportet ergo eſſe triſtem, ſed proprer hoc ipſum ferenda ſunt potiùs quæ accidunt grato animo. Nihil enim eorum, quæ fiunt, fit ſine Dei iudicio, etiamſi ſint nobis ignota multa ex illius iudiciis. Poſtquàm ergo eum dimiſit ſomnus, ſenſit cor ſuum ſatis magnam accepiſſe conſolationem. Statimque profectus, procidit ad beati viri pedes, magnas ei agens gratias, & quam viderat noctu narrans viſionem. Ille autem ſuaſit, vt non ipſi, ſed Deo, qui omnia diſpenſat ad vtilitatem, acceptam ferat gratiam.

Troilum auarum Epiſcopum inducit Ioannes vt 30. libras det pauperibus:

52 Sed quemadmodùm non eos ſolùm, qui Chriſto offerebant, & vt dicit diuinus Apoſtolus, in benedictione ſeminabant, ille benedictione dignos duxit & acciendos; ſed eos etiam, qui in ipſum erant parci & illiberales, prudenti ratione ſtuduerit inducere ad eleemoſynam, declarant quidem etiam multa alia; declarabit autem etiam, quod factum eſt in Troilum Epiſcopum. Eum enim, cùm eſſet auariſſimus & parciſſimus, ſtatuit traducere ad amorem eleemoſynæ hoc modo: In ptochotrophium, quod ipſe conſtruxerat, vt ſolebat, vadens, aſſumit etiam Troilum. Cuius comitem cùm cognouiſſet habere in ſinu triginta libras auri; Sunt, inquit, à te hodie curandi, ſanctiſſime Troile, noſtri in Chriſto fratres. Ille autem tamquàm eo ſermone pudore motus, & volens non exiſtimari tenax & ſordidus, ſed potiùs ſimplex & liberalis, iubet ei cui creditæ fuerant pecuniæ, vnicuique eorum, qui illic erant, pauperum, præbere vnum nummum.

53 Cùm

ex METAPHRASTE.

53 Cùm verò totum aurum iam fuiſſet conſumptum, & aduentitius ille & non ex affectione ardor ad eleemoſynam fuiſſet refrigeratus, grauis dolor & magna pœnitentia inceſſit inuoluntarium benefactorem. Domum itaque reuerſus, inopinato horrore & febre correptus, decumbebat in lecto. Cùm eſſet autem iam hora prandij, eum ad conuiuium inuitat Patriarcha. Qui cùm accepiſſet quemadmodùm ſe haberet, & cauſſam morbi non ignoraret, non ſuſtinuit eum quidem deſpicere ſic vexari & pati, ſe autem inire conuiuium: ſed ſtatim ſurgens, ad ipſum venit, & dicit ſubridens: Ne putes, ô comminiſter, me tibi verè dixiſſe, vt è domo tuâ largireris fratribus ſecundùm Deum: ſed quoniam tunc aurum non habebat ad manum comes meus, accepi à te mutuò. Nunc verò adſum, triginta, inquit, libras ad te afferens, quas etiam ſaluas reddo tuæ virtuti. Poſtquàm ergo ſolùm vidit aurum in manibus Patriarchæ, horrorem vicit, mala febris diſceſſit, vires ei redierunt, & viſus eſt habens vultum alacrem & viuidum: vt hinc fieret manifeſtum, quòd omnino redditum, morbum ſoluit, hoc etiam primùm ablatum, eum vocauit cùm non eſſet.

ideò ægrotantem, reddito auro ſanat,

& ſe conſolantes conſolatur.

54 Cùm aurum ergo in illius manus dediſſet Patriarcha, poſtulabat vt litteris ei mercede cederet. Ille autem lubenter ſuâ manu conſcribit ſyngraphum, quæ ſic habebat: Deus miſericordiæ & clementiæ, ipſam mercedem redde Ioanni, meo domino & Patriarchæ Alexandriæ, triginta auri librarum, quæ à me fuerunt diſtributæ pauperibus. Ego enim mea accepi. Patriarcha ergo accepto chirographo, illum quoque ſimul accipit menſæ futurum participem. Quem, cùm comediſſet, dormientem volens Deus excitare à graui ſomno auaritiæ, & efficere vt ſciret quantâ fuerit priuatus remuneratione, & diſceret benignitatem, ei immittit quodammodò ecſtaſim, & videbatur ſibi videre domum quamdam pulcherrimam & ſplendidiſſimam, & cui elegantiâ & magnitudine nulla poterat conferri. Supra veſtibulum autem inſcriptus erat titulus aureis litteris: MANSIO ET REQVIES ÆTERNA TROILI EPISCOPI. Poſtquàm verò his lectis eſt lætatus, exiſtimans domum ſibi datam fuiſſe ab Imperatore, accedit vir quidam inſignis, & qui videbatur eſſe vnus ex Senatu, habitu ſimilis Cubiculario, habens quoſdam alios ante ſe ambulantes. Qui poſtquàm appropinquauit veſtibulo, adſpiciens ad *b* ſatellites, iubet quamprimùm deiici titulum: pro illo autem poni alium, quem, inquit, iubet Dominus orbis terræ. Statim autem fuit poſitus, hanc habens inſcriptionem: MANSIO ET REQVIES ÆTERNA IOANNIS ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, EMPTA TRIGINTA LIBRIS AVRI. E ſomnio itaque ſurgens, obſtupefactus, expoſuit Patriarchæ viſionem, & ipſe ſuum vitium animaduertit, & mores mutauit, & facere eleemoſynam ardenter eſt aggreſſus, & pro eo, quòd erat priùs parcus & tenax, ad dandum manum habuit promptiſſimam.

Videt in præmium ſibi paratum Ioanni aſſignari:

b

fit liberalis.

55 Sed Deus, qui permiſit Iobi diſſipari & exinaniri diuitias ad eius virtutis faciendum periculum, permittit etiam ſimilia accidere huic beato Patriarchæ. Erant enim tredecim naues eius Eccleſiæ, quæ quidem oneratæ cùm eſſent in mari Adriatico, incidunt omnes ſimul in naufragium, peritque vniuerſum onus, quod erat ter mille & trecentarum librarum auri. Ij ergo quibus fuerant commiſſæ naues, adducentes has inanes, appellunt in portum Alexandriæ: ipſi autem confugerunt in templum. Quod quidem cùm cognouiſſet Patriarcha, Deo quidem propter hoc quoque agit gratias; ad illos verò mittit litteras remiſſionis, ea ſola quæ Iob dixit, dicens: Dominus dedit, fratres, Dominus abſtulit. Egredimini ergo, propter hoc nullum timentes periculum. Dominus enim erit ſollicitus de craſtino.

3300. libræ auri Ioanni pereunt.

56 Cùm autem multi ex ciuibus venirent ad eum conſolandum, prior ipſe eis dixit: Non oportet vos, ô fratres, triſtitiâ affici propter periculum nauium, cuius ipſe ſolus ſum cauſſa. Niſi enim magnos & elatos ſum-

Deo gratius agit, ſ humiliatis,

pſiſſem ſpiritus propter alienorum elargitionem, imò verò Dei ipſius, hoc nequaquàm accidiſſet. Volens itaque Deus meum tumorem comprimere, permittit hæc accidere mihi calamitatem. Eſt enim eleemoſyna ſæpè cauſſa ſuperbiæ ei qui non aduertit. Paupertas autem, ſicut ſcriptum eſt, virum reddit humilem. Ego ſum igitur cauſſa duorum malorum; vnius quidem, quòd mercede eleemoſynæ priuatus ſum propter vanam gloriam; alterius verò, quòd propter eam procuraui amiſſionem tantarum pecuniarum: & nunc ad me attraho vniuerſum iudicium animarum, quæ rediguntur ad anguſtias. Sed Deus, etiamſi non propter me, ſed tamen propter curam, quam gerit eorum qui indigent, ſuppeditabit ea, quæ ſunt ad vſum neceſſaria. Illud enim, Non te dimittam, neque te relinquam, ab eo dictum eſt: fidelis autem eſt qui promiſit. Sic ij, qui venerant ad Sanctum conſolandum, ipſi ſunt potiùs ab illo dimiſſi acceptâ conſolatione.

Hebr. 13. 5. Ioſ. 1. 5.

57 Non multum temporis præterierat, & Deus nouo Iobo duplicat facultates, eratque in egenos liberalior & munificentior quàm priùs; non in egenos ſolùm abundantiam, ſed in eos etiam, quibus fiebat iniuria, oſtendens commiſerationem. Cùm enim iret aliquando ad diuinos Martyres Cyrum & Ioannem precaturus, acceſſit ad eum quædam paupercula, dicens ſe fuiſſe à genero graui iniuriâ affectam, & ſe eius indigere auxilio. Cùm ij autem, qui erant eius viæ comites, conſulerent vt dum rediret, viſeret & conſideraret, quæ ad eam pertinent; Miſericors ille non ſuſtinuit, dicens: Sed quomodò Deus attendet meas preces, ſi ego differo eius ſupplicationem? Quis autem fideiuſſerit, fore vt viuam vſque in diem craſtinum, & non, ſi ante eam moriar, futurum me apud Deum inexcuſabilem propter eius ſupplicationem? Hæc cùm dixiſſet, minimè receſſit à loco, donec mulieri iuſtum reddidiſſet iudicium.

Paupercula ſtatim ius reddit.

58 Hic ergo, qui ſummam curam gerebat indigentium, cùm audiuiſſet de filio viri miſericordis, quòd cùm pater eius deceſſiſſet, is magnâ laboraret inopiâ, propterea quòd pater eius quidquid habebat, lubenter conſumpſiſſet in pauperes; eum autem ſoli Dei parenti commendaſſet Mariæ, cuius templo aſſidebat noctu & interdiu; accerſit quemdam iuris peritum, & clanculum iubet, vt in veteri chartâ conſcribat teſtamentum cuiuſdam viri, nomine Theopempti, dicens id oſtendere, me & patrem huius pueri eſſe veros & germanos huius conſobrinos: & oſtendat puero exemplum teſtamenti, vt certior factus de eâ, quæ illi mecum intercedit, cognatione, nihil formidet, ſed audacter ad meam veniat humilitatem. Facta ſunt autem omnia, ſicut ei viſum fuerat, & cum adoleſcente venit ad Patriarcham Iuriſperitus. Scriptum oſtenditur teſtamentum. Confitetur magnus ille cognationem, amplectitur adoleſcentem tamquàm germani conſobrini filium germaniſſimum. Dat ei pecunias, poſſeſſiones, alias multas facultates, coniungit eum matrimonio cuidam illuſtri feminæ Alexandrinæ, & breui eum reddit ex obſcuro nobilem, ex abiecto inſignem, ex paupere diuitem: ſtudens oſtendere eſſe veriſſimum diuinum illud verbum, quod dicit ſe non viſſe iuſtum derelictum, neque ſemen eius quærens panem.

Viri munifici filium, à patre D. Virgini commendatum,

pio dolo distat.

Pſalm. 36. 25.

a *at Leontius hanc quoque ait periiſſe, vnicâ ſcaphâ ſaluâ.*
b *Gentianus* fores *vertit. in Græco eſt* δορυφόρους.

CAPVT X.

Hiſtoria S. Vitalij monachi.

59 ALius autem quidam ſenex monachus, qui vitam agebat perfectam, nomine Vitalis, volens magni Ioannis facere periculum, num præter alia, quæ habebat bona, ne eſſet quidem facilis ad condemnandum, cùm quietem & ſilentium ageret in monaſterio magni Seridonis, venit Alexandriam. Quò cùm veniſſet, exercet vitæ

Vitalis monachus dat pretiũ meretricibus vt vel nocte vnâ ſe cõtineant:

vitæ genus, quod apud homines quidem eſt valdè probroſum & obnoxium vituperationi, & quod multis afferre poteſt offenſionem; Deo autem erat valdè gratum. Ingreſſus enim ciuitatem ſenex, iam ſexaginta annos natus & ampliùs, ſuum in id conferebat ſtudium, vt deſcriberet omnes meretrices, quæ erant in proſtibulis. Porrò autem incipit etiam ſeruire mercede, pacto inito, ſe quotidie duodecim obolos accepturum, quorum vno lupinos quidem emens, eos comedebat poſt occaſum ſolis; reliquos autem vnâ nocte dabat, vadens ad vnam ex meretricibus, dicens: Hæc accipe, & conſerua te mihi hac nocte impollutam.

iuramento eas adigit ne id enulgent:

60 Quòd cùm faceret, ſtabat totâ nocte in angulo habitaculi illius mulieris, genu flectens, & linguam pſalmis exercens aſſiduè, & ſupplices manus pro eâ ad Deum tendens. Manè autem exiens, eam adigebat iureiurando, ſe nemini id eſſe indicaturam. Vnam itaque ex iis, quæ auſa fuerat contemptui habere iuſiurandum & aperire arcana, facit ſenex precibus poſſideri à dæmone, adeò vt nulla deinceps auſa fuerit eius vitam enuntiare. Ipſe autem volens effugere gloriam ex hominibus, & animas educere à peccatis, quando erat apud aliquem mercenarius; accipiens quod datum fuerat, cùm eſſet abiturus, fingebat apud ſe dicere omnibus audientibus: Abeamus iam infelix ſenex. Scis enim, quòd illa te expectat: illam ſignificans, ad quam erat diuerſurus. Ad eos autem, qui irridebant & eum probris ac maledictis impetebant, ſe excuſans, tamquàm pro malâ, quæ fiebat reuerâ, actione; Quid verò? An non ego quoque ſum ex iis, qui carnem geſtant, & cedunt eius legibus? An ſolis prohibitum eſt monachis manere extra corporis voluptates? non ſunt ipſi quoque participes naturalium affectionum, ſimiliter atque alij? Deinde quibuſdam conſulentibus & dicentibus: Vnam ſaltem tibi accipe, mutato veſtitu, & ne ſis tam multis offenſioni, vt neque Deus per te blaſphemetur, neque monachorum pretioſus habitus probro afficiatur, & omnium iudicium in tuum caput attrahatur; Multis hæc ei dicentibus, ille ſe ſimulans iraſci & ægrè ferre, Sed non ego, inquit, vos audiam, dicebat cum magno clamore. Quid meâ refert, ſi vos, vt dicitis, offendimini? Diſcedite à me. Quid rei mecum eſt vobis? Ex veſtro, inquit, conſilio cum feminâ coniungar matrimonio, & me iniiciam in curas innumerabiles, & de victu ſollicitudines? Ceſſate me ludificari & criminari. Non eſtis enim mei iudices: res meæ ſint mihi curæ. Eſt enim alius, qui eſt iudicaturus orbem terræ, qui etiam reddet vnicuique ſecundùm opus ſuum.

vna id publicans, arripitur à diabolo.

61 Multi ergo hæc verba audientes cum acerbitate & vociferatione, alij quidem ceſſabant reprehendere, eius impudentiam timentes & audaciam; alij verò conabantur eum apud Sanctum criminari. Sed ille, vt qui à Deo didicerat, quali virtute eſſet ſenex, minimè attendebat ea, quæ dicebantur ab ipſis, vt qui ante oculos ſemper deſcriptum haberet illud exciſi monachi. Suadebat autem omnino vitare accuſationes quæ fiebant aduersùs monachos, præclarum illud verbum Imperatoris Conſtantini in ore habens, qui in Nicænâ Synodo libellos accuſationum datos aduersùs aliquos Epiſcopos non admiſit, dicens: Si in Epiſcopum aut monachum fornicantem incidiſſem, ſuſtuliſſem meam chlamydem, & ei impoſuiſſem, vt à nullo oculo videretur: vt qui rectè ſciret, quòd delicta talium virorum, ſi multis fiant manifeſta, non ſolùm efficiunt vt contemnantur quę ſunt honore digna & reuerentiâ; ſed etiam magnum præbent incitamentum & occaſionem ad vitium.

Eius virtute diuinitus cognitâ,

62 Sed ſic quidem Magnus ille repellebat calumnias, quæ intentabantur aduersùs magnum ſenem. Ille autem non ceſſabat ab hac operatione: ſed etiamſi probro & dedecore à multis afficeretur, ipſe vnum ſolum ſpectabat, nempe ſalutem animarum. Iis verò, qui aduersùs eum linguam mouebant, peccati ſui precabatur veniam. Quòd autem hoc ſtudium non fuit ei infrugiferum & inutile, ſed multis attulit ſalutem, hinc eſt manifeſtum.

non admittit contra eum accuſationes.

Videntes enim mulieres eius per noctem ſtationem, & linguam diuina perpetuò canentem, & pro earum mutatione, & vt ſeruarentur, aſſiduam precationem, deſiſtentes à malis actionibus, gerebant curam temperantiæ: & aliæ quidem legitimo coniungebantur matrimonio; aliæ autem ſic manebant, deſiſtentes à flagitioſis actionibus; aliæ verò mundo perfectè renuntiantes, vitam eligebant monaſticam. Nemo autem cognouit occultam eius ex Deo vitam, quamdiu fuit in vitâ ſuperſtes; nec quemadmodùm ſimulando nequitiam, à malis moribus traduxit malas mulieres. *ex Metaphraste.* *Multa per Vitalem conuerſa.*

63 Quamobrem cùm aliquando egrederetur ex habitaculo eius, quæ primum locum tenebat inter meretrices, ei occurrit quidam libidinoſus, propter hoc ipſum ingrediens, vt datâ pecuniâ, expleret libidinem: & Sancto impingit colaphum, Quouſque, dicens, ô Chriſti illuſor, non deſiſtes à malis actionibus? Ad hæc homo ille admirabilis, Miſer, inquit, & tibi incutiendus colaphus, vt tota ferè Alexandria ad tuos clamores congregetur. Non multum interceſſit temporis, & vir ille diuinus migrauit ad Dominum, cùm eſſet in paruâ quadam cellâ, quam conſtruxerat in loco, quæ dicitur [a] Porta Solis, in quâ quoddam paruum habens oratorium, faciebat in eo multas ſynaxes. Quo in loco congregabatur etiam multitudo impudicarum mulierum, quæ conſequebantur ab eo curationem, adeò vt qui vitam agebant libidinoſam & voluptariam, ei iraſcerentur & ſuccenſerent, vt cui propter rem malam ſcilicet inuiderent, dicentes: Quomodò fieri potuit, vt hic impoſtor tam multas ad ſe attraxerit. *Pœnam cuidam prædicit:*

64 Cùm dormiiſſet ergo, ſicut dictum eſt, & nemo ſenſiſſet, accedit repentè quidam deformis Æthiops ad virum libidinoſum, qui ei colaphum impegerat, & eius genis incutit grauem & validum colaphum, adeò vt eius ſonus ad maximum vſque ſpatium fuerit exauditus. Qui deinde ei dixit: Accipe hunc colaphum, quem ad te miſit monachus Vitalis, ſicut prædixit. Protinus ergo miſer volutabatur correptus à dæmone, & ad ipſum fuit congregata tota ferè Alexandria, ſicut ille vir iuſtus prædixerat. Cùm itaque vix tandem poſt multum tempus ad ſe rediiſſet, rumpit veſtes, & ſurgens curſu contendit ad Sancti domunculam, Miſerere mei, clamans, ſerue Dei Vitalis, qui in Deum & in te multùm peccaui. Omnibus ergo videntibus, qui aderãt, poſtquàm domui ſenis appropinquauit, ipſum iaciens & diſcerpẽs dęmonium dimiſit. *moritur:* *quidam, qui eum percuſſerat, correptus à dæmone, per eum liberatur:*

65 Cùm ergo hæc vidiſſent, ingreſſi domunculam, inuenerunt Sanctum, qui genu flexerat & Deo per precationem animam commendatam emiſerat. Deinde humi adſpicientes, viderit ſcripturam quæ ſic habebat: VIRI ALEXANDRINI, NOLITE ALIQVID IVDICARE ANTE TEMPVS, DONEC VENERIT DOMINVS. Confitebatur itaque omnibus præſentibus is, qui liberatus fuerat à dæmone, mala quæ Sancto fecerat, & quæ audiuit propheticè ab eo dicta, quæ etiam paſſus eſt. Fuerunt ergo hæc ſtatim renuntiata Patriarchæ, & ipſe cùm ſimul veniſſet cum toto Clero, vbi legit eam, quæ erat humi, ſcripturam, paullò pòſt dixit: Si fuiſſem inductus verbis eorum, qui calumniabantur, fuiſſet mihi incuſſus ille colaphus. *enulgatur eius pietas.*

66 Tunc etiam congregatur vniuerſum agmen meretricum ad iuſta facienda venerando corpori. Quæ quidem eum efferebant cum aromatibus & lampadibus, valdè deflentes priuationem eius doctrinæ, à quâ ad eas magna manabat vtilitas, & tunc exponebant eius vitam, iis quæ dicebantur fidem omnibus modis facientes, quòd non ob aliquod malum ad eas ingrediebatur, & nec viſus ſit vlli earum ne manum quidem admouiſſe, aut ad latus omnino accubuiſſe. Ad eos autem, qui illarum reprehendebant ſilentium, & dicebant eas fuiſſe multis cauſſam offenſionis, illius præceptum adducebant ad ſui excuſationem; & quæ à dæmone inflicta fuerat, plagam, ad diſciplinam ei quæ non obedierat. Ipſe autem, qui colaphum dederat & contrà acceperat, numquàm *claret miraculo.*

ex METAPHRASTE.

quàm intermiſit, cùm dæmon eum reliquiſſet, Beati ſepulchro aſſidere, quod effectum eſt theſaurus multorum miraculorum,& illius commemorationem de more cum pſalmis peragere. Deinde paucis pòſt annis reponitur in monaſterio monachi Seridonis : & cùm illi fuiſſet tradita B. Vitalis cella propter magnam in ipſum fidem, illic vitam quietam in ſilentio tranſegit perpetuò, donec peruenit ad finem vitæ præſentis. Prætereà autem Patriarcha quoque magnas Deo agebat gratias, quòd non permiſiſſet, vt aliquid diceret aut cogitaret indignum beatâ illâ & gloriosâ animâ. Alioqui autem multi quoque ex iis, qui habitabant Alexandriam, meliores euaſerunt,qui propenſi erant ad condemnandum, & hanc malam didicerant conſuetudinem.Sed talis quidem erat vir ille ſanctus, & res eius in hoc modo ſe habebant.

Bius percuſſor fit monachus.

a *Addit MS. Græc.* Τοῦ ἐν βασιλέυσιν ἀοιδίμου. inter Imperatores celeberrimi.

b *Vtrumque MS.Græcum* ἡλιόπολις. *at Heruetus legit* ἡλιόπυλ. *cui conſentit altera vita per Leontium.*

CAPVT XI.

Temeraria iudicia vitanda.

67 SVfficiet autem id quoque quod eſt dicendum, ad teſtandum quàm eſſet tardus vir ille admirabilis ad condemnationem. Quidam iuuenis impudicus ciuitatem obiens Alexandriam, cùm virginem quamdam ex iis, quæ vitam amplexæ erant monaſticam, à viâ rectâ abduxiſſet, & deinde eam ſuæ libidinis & intemperantiæ feciſſet delicias, paullò pòſt cum eâ aufugit Byzantium. Quod quidem cùm reſciuiſſet vir diuinus, magno dolore eſt affectus, &, vt dicitur, omnem mouebat lapidem, ſtudens eos à lapſu reuocare. Aliquanto autem tempore interiecto,accidit vt cùm apud quoſdam ex Clero narraret & Beatus quamdam narrationem, quæ poterat eorum animæ afferre vtilitatem, illius quoque iuuenis,qui hęc recentia fecerat,fieret mentio;quem qui tunc aderant, protinus condemnabant & abdicabant, tamquàm vno ore omnes dicentes, eum non ſolùm duas, vt apparebat, perdidiſſe animas, ſed etiam multas alias, quibus hoc malum erat exemplar propoſitum. Eorum itaque magnus ille nimis facilem reprehendens condemnationem, Nolite, inquit, ô filij, nolite eſſe linguâ tam prompti ad detrahendum proximo.Nam ſic quidem futurum eſt, vt vos omnino in duo mala incidatis, vnum quidem, tranſgredientes præceptum illius, qui iubet non iudicare ante tempus; alterum autem, quòd ignorantes quod hucuſque factum eſt, vos magnâ facilitate cõſtituitis iudices. Eſt enim omnino incertum, an hucuſque permaneant in peccato, an mutati ſint ad correctionem. Ego enim, inquit, aliquando legens vitam cuiuſdam magni ex Patribus, incidi in talem narrationem plenam vtilitate. Sic autem habebat:

Monet ſuos etiam publica peccata non iudicanda: 1.Cor.4. 5.

68 In Tyrum ciuitatem venerant duo monachi, aliquo fungentes miniſterio. Alterum verò eorum, cùm veniſſet in quemdam locum, quædam meretrix, cui nomen erat Porphyria, ſequebatur clamans: Venerande Pater, ſerua me, ſicut olim Ieſus Chriſtus meretricem. Ille autem humanarum rerum nihil reputans, eâ manu acceptâ, multis videntibus, egreditur per mediam ciuitatem. Manauit itaque fama in omnes partes, quòd ille monachus in vxorem accepiſſet Porphyriam. Cum ipſo obiens meretrix vrbes & vicos, incidit in infantem humi iacentem. Quem quidem cùm benignè ſuſtuliſſet, vt aleret ſecum eum portabat. Cùm aliquo autem tempore veniſſent Tyrij in eum locum, vbi verſabantur, & meretricem vidiſſent in vlnis tenere infantem, veluti irridentes, & egregium hunc virum ludificantes, Re verâ, ei dicebant, à ſcopo non aberraſti. Pulcher enim tibi filius natus eſt ex monacho. Qui etiam Tyrum reuerſi, eam rem vbique diſſeminarunt, quòd ea ex monacho

exemplo monachi meretricẽ pœnitẽtem circumducentis,

peperiſſet filium, qui illius expreſſam conſeruauit effigiem. Ita ferè ſunt homines prompti ad credendum ſuſpicionibus, & maximè qui ſunt mali & flagitioſi, & à ſe habent acceptam credendi occaſionem. Statim enim tamquàm è propinquo ſeipſos teſtes accipientes, alios accuſant facilè; ſimul quidem ſe volentes explere deliciis talium cogitationum & verborum, & cupientes eſſe alios ſimiliter improbos; & ſic ſtudentes vitare plagas, quæ inferuntur eis à conſcientiâ. Monachus autem cùm totondiſſet Porphyriam, & ei monaſticum impoſuiſſet habitum, vocat eam Pelagiam, & concedit ei, vt in monaſterio Virginum agat ſilentium.

69 Cùm verò præſciuiſſet diem ſui deceſſus, illâ quoque acceptâ, redit Tyrum.Eam autem puer quoque ſequebatur, iam ſeptem annos natus. Ad omnes verò peruenit fama eorum aduentus, quòd ſcilicet reuertitur Porphyria cum monacho ſuo coniuge. Deinde cùm ægrotaſſet monachus, & ad mortem iam ſpectaret, plurimi ad eum acceſſerunt ex habitatoribus, eius viſitandi gratiâ. In quorum conſpectu cùm iuſſiſſet afferri thuribulum plenum candentibus carbonibus, accipit eos carbones, & infundit in ſinum,& omnibus audientibus, Benedictus, inquit, Dominus, qui olim rubum ſeruauit incombuſtum, is mihi fuerit teſtis fidelis, quòd quomodò meas veſtes non attigit hæc quæ eſt in igne vrendi vis, ita nec ego attigi mulierem toto tempore vitæ meæ. His auditis omnes obſtupuerunt, Deo dantes gloriam, qui eos, qui ipſum in occulto colunt, ſcit apertè glorificare. Hæc cùm feciſſet & dixiſſet monachus, in manus Dei deponit animam. Propterea vobis omnibus ſuadeo, ô filij ſpirituales, ſicut etiam priùs dixi, non eſſe promptos ad condemnationem. Contingit enim nonnumquàm, vt eius quidem, qui eſt fornicatus, aut aliquid aliud deliquit, peccatum apertè factum ſciamus; in occulto autem factam ignoremus pœnitentiã. Oportet autem Dominicam quoque timere vocem, quæ dicit: In quo iudicio iudicatis, iudicabimini.

miraculo ſuam innocentiam probantis.

Matth. 7. 2.

CAPVT XII.

Pietatis & diuinorum myſteriorum commendatio.

70 NEque verò ſuadebat ſolùm cauere hoc delictum; ſed eorum etiam qui diuina præcepta negligunt, volens corrigere ſocordiam, tale quid fecit, dignum quod mandetur memoriæ. Cùm enim cognouiſſet multos negligentiores, poſt lectionem diuinorum Euangeliorum exire ex eccleſiâ, & vanis ac otioſis vacare ſermonibus, ſolemni quodam die, relicto ſacrificio ipſe quoque è templo egreditur, & ſedet cum vniuerſâ multitudine. Omnibus autem hoc ſtupentibus, Non oportet, inquit admirari. Vbi enim ſunt oues, illic omnino oportet eſſe paſtorem. Nam cùm propter vos & veſtram vtilitatem ſoleamus ſynaxes celebrare, ſi vos autem foris verſemini, contingit inutilem à nobis capi laborem, ſtatui cum egredientibus vobis ſimul egredi, & rurſus ingredi cum ingredientibus. Hoc multos correxit, & à malâ abduxit conſuetudine.

In Sacro conſtantiã, attentionem,modeſtiam exigit;

71 Non illos verò ſolos ſtuduit corrigere, qui extra congregationem otioſis vacabant ſermonibus; ſed eos etiam, qui citra rationem intus inter ſe conferebant ſermones, & maximè a eos qui erant è ſuggeſtu. Si quando autem vidiſſet quempiam poſt vnam & alteram admonitionem nequaquàm poſſe corrigi, eum ſtatim eiiciebat, apud eos vocem vſurpans Dominicam, Domum Dei oportere eſſe domum orationis. Contrà autem eorum, qui in diuinas congregationes erant ſtudioſiores, illi accepta erat pietas, eoſque & laudabat & ad gradus prouehebat. Quod quidem apertiùs indicabit id, quod iam eſt dicendum.

a *maximè à Clericu.*

Matth.21. 13.

72 Duo Clerici eius Eccleſiæ, artem exercentes incidendi

quotidie ſacrum audiens ſutor fit diues:

eidendi corium erant inter ſe vicini. Quorum vnus quidem mulieri coniunctus matrimonio, habenſque filios & patrem & matrem cum ipſo habitantes, quos quidem alebat omnes ſuis manibus, non negligebat tamen diuinas congregationes: alter autem etſi erat ſolus, & artis peritior, & in operando diligentior, ne ſibi quidem ſoli parare poterat, quæ erant ad vſum neceſſaria. Ei itaque, qui erat eiuſdem artis, inuidens, & non ampliùs ferre valens quam animo conceperat inuidiam, eum aliquando ſolum offendens; Adiuro te, inquit, per Deum, ne me celes, ſed hoc mihi aperias, quî fit, quòd tu ſis ſemper quidem diues, idque cùm ſis in operando negligens; mihi autem, qui ſum diligens & laborioſus, contrà accidit vt iam redactus ſim ad extremam paupertatem? Ille autem volens eum reddere diligentiorem, qui erat negligens in adeundis congregationibus, quæ fiunt ſacrorum cauſsâ; Mihi quoque inquit, ô frater, res erat

perſuadet idem ſocio:

redacta ad maximas anguſtias. Ex quo autem mihi perſuaſi diuinis vacare congregationibus, nonnumquàm eò vadens, aurum in viâ inuenio, quo factum eſt vt mihi ſint congregatæ omnes, quas vides, copiæ. Sed ſi me audias, ipſe quoque me euntem ſequere, & hinc non vulgarem habebis conſolationem. Paret dictis, & ad ſingulas diuinas ſynaxes cum ipſo ventitans, ſentiebat domui ſuæ factam à Deo benedictionem, & bono conſultori agebat gratias. Ille autem, ſcenâ mox apertâ, manifeſtè dicit ſocio, ſe numquàm aurum in viâ inueniſſe:

fit Sacerdos.

Sed volens, inquit, te excitare vt venires ad diuinas congregationes, finxi hanc auri inuentionem. Hoc cùm peruenisſet ad aures beatiſſimi Patriarchæ, & eius bonum commendat propoſitum, & eum ordinat Preſbyterum.

a *Græcè:* καὶ μάλιστα δὴ τὰς τῶ βήματος. maximè verò altaris miniſtros.

CAPVT XIII.

S. Ioannis fuga. obitus.

Matth. 10. 23.

73 Hîc reuerà bonus paſtor, diuinus, inquam, Patriarcha, credens principi paſtorum Chriſto, qui iubet, ſi perſecuti fuerint ex vnâ ciuitate, fugere in aliâ; cùm eſſet Alexandria tradenda manibus Perſarum, diuinâ prouidentiâ illinc quidem recedit, migrat autem in ſuam patriam Cyprum, ſuum ei corpus largiturus, vt quæ eum aluerat: præſciuerat enim iam appropinquare deceſſum. Is itaque, cuius ſæpè mentionem fecimus, Patricius Nicetas, acceptâ occaſione ex eo, quòd Perſæ irruperant, obſecrat virum diuinum, vt veniat vſque ad regiam ciuitatem, precibus & benedictione impertiturus Imperatorem. Ille autem cùm ſciret, qualis eſſet fides viri clariſſimi, annuit quidem petitioni: cùm ambo autem naue veherentur, & iam eſſent in medio mari, incidunt in grauem tempeſtatem. Cùm verò nauis tam vehementer quateretur fluctibus, & mox eſſet mittenda in profundum, viſus eſt nocte illâ, quâ fuerat excitata tempeſtas, Patricius in ſomnis videre Patriarcham cum pauperibus, aliquando quidem per totam nauem circumeurſantem, aliquando autem cum ipſis manus extendentem, & è cælis petentem auxilium. Cùm autem iam in Rhodum inſulam peruenisſent, ille ipſe Patriarcha cùm à ſe diſceſſiſſet, reuerà videt & non in ſomnis, ſplendidum virum eunucho ſimilem, aureum ſceptrum habentem in manibus, & ad eum accedentem dicere: Vocat te Rex regum. Statim ergo accerſito Patricio, cùm dixiſſet qualem habuiſſet viſionem; Tu quidem inquit, ô vir ſplendidiſſime, ſtuduiſti nos deducere ad eum, qui regnat in terrâ: qui autem cælum & terram & omnia ſuâ tenet ditione, prior ad ſe accerſiit. Ille verò hoc dicto triſtitiâ affectus & dolore repletus, non potuit quidem eum retinere. Sed cùm venerabilium eius precum fructum iucundè accepiſſet, quàm potuit officioſiſſimè eum dimittit in Cyprum.

naufragij periculum precibus depellit:

intelligit ſe breui moriturum:

ex Rhodo in Cyprum redit.

74 Cùm autem in ſuam ciuitatem peruenisſet Amathuntem, iuſſit ſcribis vt ſciberent teſtamentum, quod ſic habebat: Ioannes humilis quidem ſeruus ſeruorum Dei, propter autem mihi impoſitam Pontificatus dignitatem, gratiâ Chriſti liber, Ago tibi gratias Domine Deus meus, quòd me dignum cenſueris, qui tua tibi offerrem: & quòd ex mundi bonis nihil aliud ſit mihi reliquum, niſi tertia pars nummi, quam ipſam iubeo quoque dari pauperibus, qui ſunt mihi fratres in Chriſto. Quando enim Dei permiſſione creatus fui Epiſcopus Alexandriæ, inueni in meo Epiſcopatu circiter octo millia librarum auri: ex oblatione autem piorum collegi a denis millibus plures his pecunias: quas cùm cognoſcerem eſſe Chriſti, Chriſto etiam dare volui, cui nunc quoque trado animam. Cùm hoc teſtamentum ſui feciſſet ille magnus homo Dei, depoſuit ſpiritum in manus Dei viuentis.

Ex Metaphraſte. Teſtamentum eius.

a Moritur.

75 In eius autem ſepulturâ fit miraculum, quod nulli cedit ex iis, quæ vnquam facta ſunt mirabilia. Nam cùm eſſet deponendus in æde oratoriâ admirabilium operum effectoris Tychonis, in quadam capſâ, in quâ erant condita duo corpora Epiſcoporum; videre licebat hæc mortua corpora veluti animata, tribuere cultum beato corpori. Nam à ſe inuicem ſeiuncta, id medium accipiunt. Et hoc quidem, quod euenit in eius ſepulturâ, viſum eſt multorum oculis: alterum autem eo non minus, procedens declarabit oratio.

ſepelitur inter 2. Epiſcopos, vltro locum dantes.

a *Græcè eſt:* μυριοπλάσια τούτων συνήγαγον χρήματα. millies his ampliores collegi pecunias.

CAPVT XIV.

Miracula poſt eius mortem facta.

76 QVædam enim mulier orta in oppidulo, quod tulerat Patriarchã, poſtquàm reſciuit eum iam eſſe migraturum ad Dominum, magni & grauis peccati ſibi conſcia accurrit ad Beatum: & calidis lacrymis profuſis, eius pedes tangens, petebat illius peccati abſolutionem. Ille autem, Si credis, inquit, meis precibus te eſſe ab hoc peccato abſoluendam, oportet omnino te id priùs confiteri. Cùm autem dixiſſet ſe non poſſe id labris proferre, iuſſit id ſcriptis ſignificare. Cùm verò videret eam id ægrè ferre, iubet vt ipſa id ſcribat, & ſuo ipſius ſigillo muniat, & ſic ei tradat ſchedulam. Cùm ſic ergo factum eſſet & in eius manus tradita fuiſſet obſignata ſchedula, rogabat mulier eum obteſtans, vt nihil eorum, quæ inerant, veniret ad cuiuſquam cognitionem.

Mulier horrens cõfiteri, in ſchedulâ peccatum ſcribit, eiq; tradit.

77 Quinque dies abhinc præterierant: & magnus ille excedens è vitâ, migrauit ad iuſtorum tabernacula, cùm nihil de eâ re cuiquam dixiſſet omnino. Cùm autem mulier, diuinâ quadam fortè prouidentiâ, non adfuiſſet illo die, quo exceſſit è vitâ, ea accedens ad ſepulturam, & dubitans ne fortè quæ eius fidei commiſſa fuerat ſchedula, neglecta & in epiſcopatu relicta deprehenderetur ab omnibus, dolore affecta, à ſe propemodùm diſceſſerat: ſed cùm fide ardentiſſimâ ſe rurſus collegiſſet, quàm maximâ potuit celeritate venit ad illius capſam; & tamquàm eo viuo, clamabat: Quid hoc feciſti, ô vir diuine, mihi peccatrici, vt nunc afficiar ab omnibus probro & dedecore? Quod enim ne tibi quidem potui aperire propter lapſum inſignem, hoc erit omnibus manifeſtum. Vtinam ne cogitaſſem quidem te de hac re conuenire. Exiſtimans enim per te pœnas futuras effugere, & hoc non ſum aſſecuta; & quod ex eo oritur, dedecus mihi conciliaui. Sedenim non recedam à tuo ſepulchro, neque omnino hinc ſurgam, a niſi de iis, quæ petiui, me feceris certiorem. Perſuaſum enim habeo te non eſſe mortuum, ſed in Deo viuere, & te apud eum poſſe, quæ vis facere.

a

78 Hæc dicens, & alia his ſimilia, tribus diebus & totidem noctibus venerandæ eius capſæ aſſedit, & (ô Dei miracula!) vltimâ nocte egreditur è capſâ vir ille admirabilis ſimul cum iis, qui cum eo iacebant, Epiſcopis, (eiuſmodi

Sanctus è ſepulchro ſurgit, eiq; ſchedulam reddit.

ex METAPHRASTE. (eiuſmodi enim erat id, quod apparebat) & ei dixit: Quouſque, ô mulier, clamans es iis qui hîc ſunt moleſta? Noſtra enim veſtimenta iam tuæ humectarunt lacrymæ, fluentes inſtar fluuij. Cùm hæc dixiſſet, tradit ei ſchedulam, ſicut erat, ab illâ obſignatam. Deinde, Agnoſciſne hanc, dixit, ô mulier? Accipe ergo, & iam ſoluēs vide Dei opera admirabilia. Cùm illa autē ſurrexiſſet, & ad ſe rediiſſet, vidit quidem rurſus Sanctos ſuam capſam ingreſſos, habens verò ſchedulam in manibus, illæſo manente ſignaculo. Quod quidem cùm ſoluiſſet, priorem quidem ſcripturam inuenit deletam, alienam autem videt poſitam ſubſcriptionem, quæ ſic habebat: Propter Ioannem ſeruum meum deletum eſt tuum magnum peccatum. Declarabit autem id quoque, quod de eo dicendum eſt, quanta eſſet viri virtus, & quantam beatitudinem ex eâ ſit aſſecutus.

peccato diuinitus deleto.

79 Nam vir quidam, nomine Sabinus, temperanter admodùm & è virtute viuens, monaſticam & à negotiis remotam vitam exercens Alexandriæ, horâ quâ Beatus deceſſit Ioannes, putabat exiſtens in ecſtaſi ſe eum videre egreſſum ex epiſcopatu cum vniuerſo Clero, habentem in manu lampadem, & iter ad Regem ingredientem, viro quodam ſplendidiſſimo, habitu Cubiculario, eum accerſente; & puellâ quadam ſpecioſiſſimâ, vt diceret etiam ipſum ſolem ei primas partes cedere in pulchritudine, cui erat caput oleæ coronâ redimitum, & aliquando quidem eum præcedente, aliquando autem manum quoque tangente, ſimul incedente. Cùm autem diem adnotaſſet is, qui viderat, (erat vero memoria Menæ magni Martyris) tunc autem veniſſent quidam è Cypro, ab ipſis accepit, quòd illo ipſo die, quo hæc viſa ſunt, inclytus Ioannes exceſſit ex hoc mundo.

Sabinus Ioannem videt eundem ad cælum;

80 Vir quidam alius Alexandrinus, qui erat ipſe quoque ex iis, qui ſunt pietate inſignes, vidit eâ ipsâ nocte examen pauperum & multitudinem orphanorum & viduārum, quæ numero non poterat comprehendi, habentem in manibus ramos oliuarum, & præcedentem Patriarcham euntem ad ſynaxim. Sufficiunt hæc teſtimonia maximæ magni Ioannis ad Deum fiduciæ. Quod autem eſt maximum, & caret omni dubitatione: celebrabantur anniuerſaria magni & admirabilium operum effectoris Tychonis: deinde cùm perageretur de more hymnodia, & ſimul eſſet congregata populi multitudo, Deus admirabilium, volens apertum reddere, quantam fuerit apud eum gloriam conſecutus is, qui fuerat eius benignitatis, quoad eius fieri poterat, æmulator, Ioannes, inquam, qui cognomen accepit à miſericordiâ; voluit vt ex eius diuinis reliquiis copioſa ſcaturirent vnguenta, emittentia ſuaueolentem odorem curationum. Quibus fruentes qui in ea inciderāt, communiter Deum, qui ſic eos qui ipſum glorificāt longè ampliùs glorificat, gratis labris glorificarunt. Cui nos quoque oportet quam conuenit offerre glorificationem, glorificantes Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, vnam in tribus diuininitatem & potentiam, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

a'ius deduci à p superibus.

Vnguentū ſalutare ex eius ſepulchro manat.

a *Additur in Græco:* neque ceſſabo te interpellare.

DE TRANSLATIONE S. IOANNIS ELEEMOSYNARII.

S. Ioannis Eleemoſ. corpus tranſlatū Conſtantinopolim:

pòſt Budam.

1 *Onditum Amathunte in Cypro ſanctiſſimi Patriarchæ* Ioannis Eleemoſynarij *corpus fuit: pòſt Conſtantinopolim tranſlatum, inde Budam, poſtremò Poſonium. Prima Tranſlatio quando, quóve modo ac ratione peracta ſit, nuſquam ſcriptum reperimus. De ſecundâ extat Pelbarti de Themeſvvar ex ordine S. Franciſci teſtimonium, in fine Pomerij eius de Sanctis, vbi hiſtoriam* S. Ioannis *recenſet, hoc præfixo titulo:* Vita S. Ioannis Eleemoſynarij, Patriarchæ Alexandrini: cuius corpus tranſlatum habetur Budæ in capellâ regiâ in caſtro; & eiuſdem feſtum inibi celebratur ſequenti immediatè die poſt feſtum S. Martini Epiſcopi & Confeſſoris. *Et in fine vitæ:* Claruit autem circa annum Domini ſexcenteſimum quintum, tēpore Phocæ Imperatoris. Cuius corpus vſque modò ſtat incorruptum: quod Cæſar Turcorum miſit pro munere ex Conſtantinopoli Hungariæ Regi Matthiæ: & nunc reuerenter tenetur in capellâ regiâ caſtri Budenſis, vbi ad eius inuocationem crebra coruſcant miracula; præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui ſit laus & gloria per æterna ſecula, Amen.

vbi claruit miraculis:

2 *Regnauit in Hungariâ Matthias à 22. Ianuarij anni 1458. vſque ad 5. Aprilis 1490. quo apoplexiâ extinctus eſt. Quo anno nobile illud donum à Tyranno Turcarum acceperit, nuſquam expreſſum reperimus. Potiti erant Turcæ Conſtantinopoli anno 1453. 29. Maij. Die 12. Nouembris allatum eſſe Budam ſacrum illum theſaurum, tradit infrà Draſcouitius,* (*licet Pelbartus, quem citat, id non aſſerat*) *ſiue ita caſu eucnit, ſiue conſultò in eum diem, vt veriſimile eſt, dilata Tranſlationis celebritas eſt, quo coli à Græcis conſueuit.*

eò allatum 12. Nouembr.

3 *Tertia Tranſlatio contigit anno 1530.* Ferdinandi I. *qui deinde in Imperium Carolo V. fratri ſucceſſit, anno tertio, feſto Pentecoſtes, Nonis Iunij; vt paullò pòſt liquebit. Quarta demum Petri Paſmany Cardinalis Strigonienſis ſtudio ac ſumptu curata, tumbâ argenteâ, cui incluſum eſt corpus in nouum magnificum mauſoleum ſublatâ. Rei geſtæ ſeriem, qui adfuit, atque opus promouit, Georgius Draſcouitius, Epiſcopus Quinqueccleſienſis, Poſonienſis Præpoſitus, libello complexus eſt, qui Viennæ eodem anno prodiit typis Michaëlis Riclij.*

deinde vectum Poſonium:

ibi poſteà honorificētiùs recondītum.

4 *Anteà tamen particulæ reliquiarum aliquæ auulſæ à corpore ſunt: nam extat Neoſtadij Auſtriæ apud Eremitas S. Pauli os brachij vnius: abeſt quoque à reliquo corpore totum ſiniſtrum brachium, & dextri pars aliqua. Digitus olim Matthiæ Imperatori petenti donatus, atque ab eo relictus domui profeſſæ Societatis Ieſu Viennæ. Ex pelle ſacratiſſimi huius digiti particula ad ſanctum illum Latienſium Abbatem Antonium VVingium miſſa eſt anno 1631. à R. P. Florentio Montmorencio Societatis noſtræ in Auſtriâ & Bohemiâ Viſitatore. Veni 14. Octobris illius anni Malbodium* (*Hannoniæ oppidum eſt in Belgio*) *quò ſe VVingius receperat ad Societatis noſtræ collegium, cuius ipſe præcipuus fautor quaſiq; parens erat: reperi inſolitâ exultantem animi voluptate: quippe ipsâ die allatum erat Viennâ eximium illud planeq; diuinum munus; quod coràm tunc ſum veneratus.*

Aliquæ eius reliquiæ in Auſtriâ,

& in Belgio:

5 *Viſum eſt ipſam* R. P. *Viſitatoris epiſtolam hîc ſubjicere, quæ ita habet:*

Admodùm Reuerende Domine.

De hiſtoſtimonium R. P. Florentij Mōtmorencij;

Vidi Poſonij in Hungariâ, magnâ meâ conſolatione, adhuc integrū corpus S. Ioannis Eleemoſynarij, Patriarchæ Alexandrini, magnificè in thecâ argenteâ longitudinis ſtaturæ eius incluſum. Pellis adhuc integra eſt in pleriſque locis, & oſſa omnia firma. Deeſt ſolùm pars vna brachij, & digiti aliquot manus vnius, quorū vnum habemus hîc in domo noſtrâ profeſsâ Viennenſi: & quia ſcio D. V. honorare ſacras reliquias Sanctorum, & peculiariter imitari Sanctum illum; mitto hiſce incluſam partem pellis digiti illius, mihi donatam à R. P. Præpoſito huius domus, prout ex eius teſtimonio adiuncto videre poterit ſua Dominatio.

& R. R. Nicolai Iagnietouij.

Exemplar teſtimonij P. Præpoſiti Domus Profeſſæ. Nicolaus Iagnietouius Domus Profeſſæ Societatis Ieſu Viennæ Præpoſitus, omnibus, in quorum manus hæ litteræ deuenerint, ſalutem in Domino ſempiternam. Cùm fruſtum quoddam ex pelle digiti S. Ioannis Eleemoſynarij, quem Auguſtiſſimus Imperator Matthias, Poſonio, vbi integrum eius corpus aſſeruatur, deſumi curauit, & reliquit huic domui Profeſſæ; ad inſtantiam R. P. Florentij de Montmorencij Societatis Ieſu per Auſtriam Viſitatoris, dederimus admodùm Reuerendo Domino Antonio de Winghe Abbati Lętienſi; vt omnibus id conſtaret, & ne huiuſmodi ſacræ teliquiæ debito honore fraudarentur, fidem de præmiſſis his litteris manu noſtrâ ſubſcriptis, & ſigillo noſtro munitis, facimus. Viennæ in Auſtriâ 24. Septemb. anno 1631.

HISTO-

HISTORIA TRANSLATIONIS

Auctore Georgio Draſcouitio Epiſcopo.

Eminentiſſimo ac Reuerendiſſ. DN. DN. PETRO S. R. E. CARDINALI PAZMANY, Archiepiſcopo Strigonienſi, Primati Vngariæ, Cæſareæ Maieſtatis FERDINANDI II. ad Summum Pontificem VRBANVM VIII. Legato Extraordinario, GEORGIVS DRASCOVITIVS, Epiſcopus *a* Quinqueeccleſienſis, Præpoſitus Poſonienſis, felicitatem.

a

PRÆFATIO AVCTORIS.

1 Diuiniore altioris cuiuſdam conſilij numine, abeuntem te in Vrbem, Eminentiſſime Cardinalis, cum corpore Diui Ioannis Eleemoſynarij, pro eâ, quam debeo obſeruantiâ, comitari libuit: Breuem, inquam, & compendiariam ſacri eius corporis, nuperrimè tranſlati narrationem, tuo nomini dicare, inque comitem viæ admiſcere volui. Primùm enim, inſignis illa veneratio ac pompa, ſacris Diui Eleemoſynarij lipſanis adhibita, tota tua fuit, magnâ omnium admiratione ac plauſu terminata; vt meritò auctori ſuo inſcribenda videatur. Deinde iter quod ſuſcipis, Cardinalis Eminentiſſime, adeò longum eſt & difficile; res verò, quas pertractabis, adeò graues ac arduæ, vt huius tam magni Sancti comitatus & auſpicia, tibi prorſus ſint neceſſaria, quò & viam habeas & cauſſam expeditam. Ad extremum, quia *b* nonnullorum fert opinio, ſacrum Diui Ioannis Eleemoſynarij theſaurum, ab Vngariâ non poſſideri, eos ego hac luculentâ, & veritati conſentaneâ, refellere conſtitui narratione. Accipe, Eminentiſſime Cardinalis, exiguam hanc animi, tuo nomini numquàm non obnoxij, ſignificationem, & comitem itineri tuo donatum, carum habe.

b

2 Centeſimus annus eſt, quo venerandum Diui Ioannis Eleemoſynarij corpus, in Capituli Poſonienſis ſacrarium illatum, ciſtæque ligneæ duplici incluſum, ac altari ſuperpoſitum, religioſè aſſeruatum fuit; incorruptum planè, &, ſi particulas pietati conceſſas excipis, omnino integrum. Toto hoc decurrente ſeculo, Imperatorum, ac regni Vngariæ Regum, Antiſtitum, virorum principum, populique Chriſtiani concurſu, maxima ſemper fuit tam ſancti corporis veneratio. Die verò, quo eius Tranſlationem Budæ celebrem fuiſſe, Pelbartus de Temeſuar, vir non minùs pietate quàm eruditione inſignis, memorat, hoc eſt XII. Nouembris, Eccleſiæ Poſonienſis Clerus, feſto diuinorum officiorum concentu, S. Ioannis Eleemoſynarij memoriam egit quotannis ſolennem; ſacerdotalibus humeris, ſacro pignore ad aram maiorem religioſè deportato.

S. Ioannis Eleemoſ. corpus adhuc integrum.

3 Porrò modum, quo tantum theſaurum, Vngaria primùm, auguſtaque Regum quondam ſedes Buda, eſt adepta, hunc accepimus. Pelbartus de Temeſuar, in fine Pomerij Æſtiualis de Sanctis, Haganoæ, anno MDI. editi, rem ætate *c* ſuâ geſtam, his verbis memorat: Claruit S. Ioannes Eleemoſynarius circa annum Domini 605. tempore *d* Phocæ Imperatoris. Cuius corpus vſque modò ſtat incorruptum. Quod Cæſar Turcorum, miſit pro munere ex Conſtantinopoli Regi Matthiæ. Et nunc reuerenter tenetur in capellâ regiâ caſtri Budenſis: vbi ad eius inuocationem crebra coruſcant miracula. Eius feſtum celebratur die immediatè ſequenti, poſt feſtum S. Martini Epiſcopi & Confeſſoris. Huic Pelbarti atteſtationi adſtipulatur Surius, qui hoc ipſum, menſis *e* Februarij die XXIII. in vitâ S. Ioannis Eleemoſynarij conſignauit. Abraham denique Archiepiſcopus *f* Primæ Iuſtinianæ Achridonenſis, ſuſceptâ Poſonium profectione, ad ſacri corporis venerationem; luculento propriæ manus ſcripto teſtatus eſt, à magno Logotherâ Patriarchatus Conſtantinopolitani, viro nonagenario, ſe accepiſſe, corpus S. Ioannis Regi Vngariæ dono miſſum.

c

d

claruit Budæ miraculis:

e

f

AVCTORE GEORGIO DRASCOVITIO EPISC.

4 Iam verò, factam Budâ ſancti corporis tranſlationem Poſonium, duo libri manu ſcripti recenſent; quorum alter Lupoglauæ in Sclauoniâ, apud Religioſos S. Pauli primi Eremitæ aſſeruatur, huiuſmodi inſcriptione: Acta Fratrum Ordinis noſtri, & miſeriarum tempore deſolationis ciuitatis Budenſis. Alter in Bibliothecâ Patrum Ordinis S. Auguſtini habetur Romæ, tali programmate: Breuis tractatio perditionis florentiſſimi regni Vngariæ. Rei ſumma eſt: Integrum Corpus S. Ioannis Eleemoſynarij, per Ioannem Szalonkeményi, poſteà monachum, Ioannem Bánffi, & P. Lucam Prouincialem Vngariæ, Budâ ablatum, in clauſtro Beatæ Virginis, in valle Tall Poſonio vicinâ, anno ſupra milleſimum quingenteſimo trigeſimo, collocatum fuiſſe: inde ad maiorem ciuitatis Poſonienſis baſilicam tranſlatum. Concordat egregiè vetus manuſcriptus index, ſuper rebus S. Ioannis Eleemoſynarij, quas iuſſu Regis Ferdinandi I. Ioannes Szalai de Kerechén Comes Poſonienſis, curæ manibuſque Capituli Poſonienſis Eccleſiæ aſſignauit. Cuius indicis illibata vetuſtas, in Capitulo extat omnino Poſonienſi, vbi poſt enumeratas quatuor argenteas imagines; poſt annotatas cruces argenteas pretioſamque ſupellectilem ciſtis quatuor incluſam, quæ olim à piis mortalibus, honori Diui Ioannis Eleemoſynarij donata fuêre: hæc ipſa legis verba: In die ſancto Pentecoſtes, aſſignatum eſt Corpus S. Ioannis Eleemoſynarij, manibus dicti Capituli Poſonienſis. 1530.

tranſfertur Budâ Poſonium.

dona ei olim oblata.

5 Ac ne partes ipſas tam ſancti corporis, ſilentio inuoluamus; brachium ſiniſtrum auulſum eſt totum: dextri brachij pars inferior, vnà cum volâ, in veſtis manicâ habetur: ſuperior ab humero ad cubitum abeſt. Os brachij vnius, Neoſtadij Auſtriæ, apud Eremitas S. Pauli, honorificè aſſeruari exploratum eſt. In indice, cuius ſuperiùs meminimus, reperio, partem aliquam manus S. Ioannis, thecæ argenteæ inauratæ incluſam, quæ etiamnum hodie in æde ſacrâ Poſonienſi viſitur. Amicitur corpus ſacrum nigrâ veſte vndulatâ, ſiue ex camelotto, vt vocant; panni nigri pileolo; pallio è ſubtili materiâ elaborato, etiam nigro, & cingulo perſimili. Duo annuli aurei, in ciſtam proiecti habentur, in veſte ſacrâ, quam planetam vulgò appellant, ſcapulari præterea, linguâ Illyricâ, & characteribus Ciroliticis, minutiſſimarum gemmarum contextu efformatis, hæc verba leguntur, quæ Latinis quoque litteris expreſſimus:

partes quædam corporis.

Quomodò opertum corpus.



STI IOANE MILOSTIVI POMILVI
RABVSI DESPMINV ANRRE
LINV IYE DAEE.

IESVS CHRISTVS VINCIT.

6 Admiratione fidèque digniſſima res eſt, quam hîc litteris conſigno. Indulſerat annos ante viginti, Archie-

Aliquid ab eo detrüẽ mentiu priuat

AVCTORE GEORGIO DRASCOVITIO EPISC.

piſcopus Strigonienſis, ex hoc ipſo ſancto corpore articulum digiti pedis vnum, Regis Matthiæ II. poſtulationi: nemo tamen è numero Canonicorum particulam illam auellere auſus eſt, quòd dicerent, à maioribus traditum, eum mente captum iri, qui corpus venerabile truncârit. Itaque religioſus Sacerdos, facto priùs ad tumbam ſacri pignoris ſacrificio, articulum à partium reliquarum ſocietate diuellit, & (mirum dictu!) è mentis ſtatu tandem ante finem vitæ ſuæ deiectus eſt. Rem ita peractam multi oculati teſtes, viri grauiſſimi, ſanctè atteſtantur.

Honorificentiùs reconditum corpus,

7 Ceterùm, Eminentiſſimus ac Reuerendiſſimus Dominus Petrus, S. R. E. Preſbyter Cardinalis Pazmany, Archiepiſcopus Strigonienſis, & Primas Hungariæ, inter alia præclara operum ſuorum monumenta; ſtatuit, adeò pretioſas tam ſancti Antiſtitis reliquias, nobiliore reponere loco. Quocircà tumbam argenteam magnitudine & elegantiâ inſignem curauit, eidemque pio cultu ſacrum corpus, vt erat indutum, intulit; & ſubſtrato venerando capiti puluillo, ſtragulo ex auro eleganter contexto, totum intexit. Quia verò, aræ ſummæ incommoda, nullam tumbæ relinquebant ſtationem; mauſoleum cumprimis inſigne ad ſiniſtrum eius latus erexit, cratibusque ferreis inauratis ſummitatem muniuit, quò & ſecurè, & decorè ſacrum depoſitum clauderetur. Lampadem prætereà grandem argenteam affabrè factam appendit: cenſumque perennem attribuit, olei oliuarum emptioni ſeruiturum, vt lampas ad Dei gloriam, Sanctique honorem, perpetuo igne luceſcat.

nouo ei mauſoleo effecto:

8 Paratis rebus vniuerſis, ad futuræ Tranſlationis pompam opportunis, Eminentiſſimus Cardinalis Epiſcopos viciniores & collegia Canonicorum, miſſis litteris, ad XI. KAL. Februarij, Poſonium euocauit. Magnâ illi animorum promptitudine, ad diem comparuêre, horâque à meridie tertiâ, Eminentiſſimum Cardinalem ad ædem Diuo Martino Epiſcopo ſacram deduxêre. Et poſtquàm in adyta ſacrarij, in quo ſacer hic aſſeruabatur theſaurus, peruentum eſt; Cardinalis, vnà cum Epiſcopis, Clero, Religioſorumque familiis, cunctis ſacro amictu indutis, hymno, Veni creator Spiritus, genibus in terram prouolutis, decantato, tubarumque ac tympanorum ſonitu interiecto, Tranſlationem ſacri corporis exorditur; nobilitate, ciuibus, populique maximâ frequentiâ proſequente. Et quò tanti pignoris veneratio in animis adſtantium fieret amplior, loculum argento grauem, & depoſiti ſanctitate venerandum, Eminentiſſimus Cardinalis ad aram ſummam ipſe defert, adiuuantibus Epiſcopis, crebris longo ordine facibus collucentibus. Vbi remotis ab argenteâ tumbâ obicibus, Veſperarum ſolennia inchoata, & pòſt conſpiciendi ſancti corporis copia numeroſiſſimæ multitudini eſt vltro indulta. Tantus verò, etiam Acatholicorum, erat accurſus, cupidoque videndi, vt eo die obſerato loculo, populus reprimi, & ſequenti ad ſacrum ſpectaculum luce debuerit admitti. Intereà, noctem totam Canonici, cum Religioſorum familiis, ante ſacras reliquias conſtituti, in precibus exegêre, & cœptam magno effectu venerationem, die conſequenti ſingulari pietate produxêre. Inſtituta etiam fuit è ſuggeſtu ad præſentem multitudinem, quà Vngarico, quà Sclavonico idiomate, magno animorum motu, Diui Ioannis Eleemoſynarij laudum memoria.

tranſlatum:

populo oſtenſum:

9 Tandem re diuinâ ab Eminentiſſimo Cardinale ritu ſolenni peractâ, Eccleſiaſtes quoque Germanus, ſuas egit partes, & coram auditorio ex innumeris etiam Acatholicorum conflato, perorauit. Ac tum mox cœpta ſunt coccinea explicati vexilla, Diui Ioannis effigie nobilia: quæ, primò in ordinem digeſtus, iuuentutis ſtudioſæ conſequebatur numerus: huic ciuium, nobiliumque virorum ſeries, collucentibus tedis ponè cohærebat: quam preſſo pede muſicus excipiebat apparatus: Religioſorum deinde cœtus ſubſecuti, ornatu ſacerdotali conſpicui: ad extremum, collegia Canonicorum, cunctis ſacro apparatu inſtructis, vmbellam ex auro textam, & à præcipuis latam, anteibant: ſub quâ, ſacro corpore per cœmiterij regionem ab ipſo Cardinale & Epiſcopis, mitris Epiſcopalibus inſignibus, circumlato; omnes religioſis obſequiorum ſtudiis, tam ſancto corpori venerationem dependebant. Hinc ad ſummam reditum eſt aram, vbi pons Perſicis tapetibus inſtratus, ab imo altaris, ad eam mauſolei aſſurgebat partem, in quâ ſacrum quieturum erat depoſitum. Tumbâ tandem in præparatam mauſolei ſtationem reuerenter illatâ, & cratibus ferreis inauratis abditâ, itemque hymno, Te Deum laudamus, ſuaui modulatione, ac feſtiuo tubarum tympanorumque fragore perſoluto, ex paterno Eminentiſſimi Cardinalis placito, Indulgentiæ quadraginta dierum publicatur conceſſio, & ſolenni benedictione in populum ab eo pronuntiatâ, inſtitutæ ſolennitatis celebritas terminatur. Acta omnia religione ſingulari, ſplendore maximo, magnifico apparatu: cui non exiguum addidit ornamentum, elegans illa collegij Societatis Ieſu Poſonienſis, eruditorum emblematum pictura, mixtique Latinis Græci verſus ac Hebraici, quibus non modò templi parietes illuſtrari, verùm etiam animi intuentium ad cultum Diui Ioannis mirificè inflammari videbantur.

Emblemata appenſa.

ſupplicatio inſtituta.

10 Porrò mauſoleum, in cuius ſinu, venerationi piorum, ſacra Ioannis Eleemoſynarij oſſa ſunt recondita; è rubro alboque marmore, opere eximio, conſtructum viſitur. Infernè rubri marmoris baſis molem inchoat, cui è marmore candido quadra ſupereminet tabula, huius inſcriptionis hiſtoricæ, quam hìc infero, ſchemate conſpicua.

Forma mauſolei:

inſcriptio:

S. IOANNIS ELEEMOSYNARII EPISCOPI ALEXANDRINI, CORPVS INTEGRVM, REGI MATTHIÆ CORVINO TRANSMISSVM FVIT CONSTANTINOPOLI A CÆSARE TVRCARVM. IN CAPELLA REGIA BVDÆ ASSERVATVM, MIRACVLIS CORVSCAVIT. ÆVI ILLIVS SCRIPTOR PELBARTVS IN POMERIO ID TESTATVR, ET POST HVNC SVRIVS XXIII. *g* FEBRVARII.

g

MANV SCRIPTI LIBRI DE CLADE BVDENSI, ALTER LVPOCLAVÆ IN SCLAVONIA, ALTER ROMÆ IN BIBLIOTHECA AVGVSTINIANORVM, RECENSENT, QVOMODO AMISSA BVDA, PER EREMITAS ORDINIS S. PAVLI, VENERABILE CORPVS IN VALLEM TALL PROPE POSONIVM TRANSLATVM.

VETVS SCRIPTVM IN CAPITVLO POSONIENSI ASSERVATVM, INTEGRA FIDE REFERT, ANNO MDXXX. DIE PENTECOSTES, IVSSV *h* IMPERATORIS FERDINANDI I. PER COMITEM POSONIENSEM IOANNEM SZALAY, CORPVS S. IOANNIS, VNA CVM SACRIS EIVS CLENODIIS INGENTIS PRETII CAPITVLO POSONIENSI ASSIGNATVM FVISSE.

h

HOC ANNO MDCXXXII. EMINENTISS. ET REVERENDISS. CARDINALIS, ARCHIEPISCOPVS STRIGONIENSIS, PETRVS PAZMANY, EX HVMILI LOCO CONSERVATORII, SACRVM CORPVS ARGENTEO LOCVLO DOTATVM, HOC IN MAVSOLEO REPOSVIT, AC LVCERNA PERPETVA ORNAVIT. AD DEI GLORIAM IN SANCTIS AVGENDAM, ET PATROCINIVM S. IOANNIS IMPETRANDVM.

11 In lateribus tabulæ, candore mixto rubræ ſtant columnæ, ſitu decoro, & nonnihil foras producto, quæ baſibus, epiſtyliiſque candidis exornatæ: loculi, inauratis cratibus, & coccineâ cortinâ opuléti, appoſitis vtrimque labaris, molem ferût: cui in æternum memoriæ perennis monumentum, ſacra Diui Eleemoſynarij pignora condidimus. Hinc in faſtigium moles aſcendit, alboque marmori inſignia Cardinalis affabrè inſculpta obtutibus obuerſantur: ſupernè crux exciſa terminat culmen mauſolei: pyramides ad latus in ſphæras collectæ, elegantiam oſtentant.

reliquus ornatus.

12 Voti iam mei ſententiâ, præſenti finem facio narrationi, illudque à præpotenti Deo ſenſu intimo contendo, vt

Votum Auctoris.

do, vt hoc tanto thesauro, Vngaria ad exitum vsque seculorum potiri, & Eminentissimum Cardinalem, tam pij, tamque præclari, operis auctorem, Româ reducem ac sospitem complecti posset.

a *Nota vrbs Hungaria, iam ferè à* 100. *annis sub seruitute Turcicâ gemens.*

b *Ferrarius in generali Catalogo Sanctorum,* 12. *Nouemb.* Venetiis Translatio S. Ioannis Eleemosynarij. *Baronius in Notat. ad Martyrol.* Corpus eius Venetias translatum esse tradunt. *qui?*

c *Posseuinus, Gesnerus, VVillotius, floruisse circiter annum* 1490. *quo Matthias Rex extinctus est,* Pelbartum Oswaldum de Themesvvar *tradunt.*

d *Congruit cum iis, qua suprà statuimus.*

e *Imò Ianuarij. verba Surij sunt ad calcem vita per Metaphrasten:* Corpus sanctissimi viri adhuc incorruptum, Turcarum tyrannus dono misit Matthiæ Hungarorum Regi, asseruaturque honorificè in sacello regio castri Budensis, multis illic miraculis coruscans, vt testatur F. Pelbartus de Themesvvar in sermonibus de Sanctis. *At translatum iam erat Posonium cùm ista scribebat Surius.*

f Achrida, *siue* Acrida, *patria Iustiniani, inde* Iustiniana prima *dicta, metropolis Bulgaria.*

g *Iam monuimus mendum esse; restituendum* Ianuarij.

h *Qui nimirum anno sequenti Rex Romanorum creatus; demum anno* 1555. *fratre cedente, administrandum suscepit Imperium: at tum solum Bohemia & Hungaria Rex erat.*

ORDO HOSPITALARIORVM

sub S. Ioannis Eleemosynarij patrocinio.

ORIGO PRIMA HOSPITALARIORVM

ex Guilielmi Tyrij Archiepiscopi lib. 18. hist. fac.

1 *Quod pluribus religiosorum hominum congregationibus vsuenit, vt è Cœlitum numero quempiam Patronum ac tutelarem venerarentur, eiusq; appellarentur à nomine; à quo tamen non essent primitus institutæ; sed quòd illius vel honori primaria eorum dedicata esset ecclesia, vel virtutes vitæq; rationem imitari se peculiari studio profiterentur; id* Hospitalariis *quoque, siue* Hierosolymitanis Equitibus, *qui & Rhodij deinde, nunc* Melitenses *dicuntur, contigit; vt* Ioannitæ, *siue* S. Ioannis *dicerentur, quia primum Hierosolymitani hospitalis, siue xenodochij, sacellum,* S. Ioannis Eleemosynarij *nomini esset dicatum.*

Hospitalarij vnde Ioannitæ dicti.

2 *Et principiò quidem illi peregrinis, Christi sepulchrum visentibus, præsertim Europæis, magnâ caritate famulabantur: deinde militaris quoque rei curam susceperè, vt eosdem peregrinos aduersùs Saracenorum insidias tuerentur. Quod studium ita vulgò probatum est, vt Principum populiq; munificentiâ immensis aucti opibus sint; ne tum quidem aut pauperum ac infirmorum curâ, aut pietatis ceterarumq; virtutum intermissâ exercitatione. Quare plures cœlestibus dignatos honoribus nostri dabunt Fasti. Multis ij quoque à Romanis Pontificibus,* Anastasio IV. *nominatim, atque* Vrbano VIII. *ornati priuilegiis. Sed quoniam de eorum instituto ac rebus gestis integri conscripti sunt libri, à Pantaleone, Bosio, Boyssato; hic de eorum solùm origine & nomine agere propositum est.*

Seruiunt peregrinis: tam arma tractant.

3 *Guilielmi Tyrij Archiepiscopi, grauissimi scriptoris, eorum initiis proximi, narrationem dabimus, ex illius sacra historia lib. 18. vbi quam diximus rationem nominis tradit. Cui Iacobus de Vitriaco S. R. E. Cardinalis consonat, historiæ Hierosolymitanæ cap. 64. & S. Antoninus Archiepiscopus par. 2. tit. 16. cap. 9. §. 2. At Ioannes Azorius noster Institutionum moralium lib. 13. cap. 6. ita scribit:* in eâ *hospitali domo* sacellum extructum S. Ioanni Baptistæ sacrum, & non, vt alij putant, S. Ioanni Eleemosynario Patriarchæ Alexandrino; qui reuerà falluntur, vt constat ex formulâ, quâ professionem Religionis milites emittunt. *Idem Polydorus Virgilius scribit de Inuentoribus rerum lib. 7. cap. 5.* Hospitalem domum, *inquit,* propè etiam posuerunt, quam D. Ioanni Baptistæ consecrarunt, admoniti Zachariæ patris memoriâ, quòd eò loci sæpè ad meditandum conueniret. Sunt tamen qui scribant Ioanni Eleemosynario illam dicatam fuisse, qui Phocâ imperante Patriarcha fuit Alexandrinus, ita cognominatus ob frequentes quas pauperibus faciebat eleemosynas. *Idem omnino scribit Pantaleon. Illud de Zachariâ refert quoque Siluester Maurolycus lib. 3. Oceani Religio-*

Primum eorum sacellum S. Ioanni Eleemosynario dicatum.

non S. Ioanni Baptistæ.

1 Regno Hierosolymorum, cum vniuersâ Syriâ & Ægypto, cum adiacentibus prouinciis, peccatis nostris exigentibus, in manus hostium nominis & fidei Christianæ, secundùm quod antiquæ tradunt historiæ, deuolutis; (quod tempore Domini *a* Heraclij Romanorum Imperatoris, inualescentibus contra eum Arabiæ populis, certum est accidisse) non defuerunt de Occidentalibus multi, qui loca sancta, licet in hostium potestate redacta, aut deuotionis, aut commerciorum, aut vtriusque gratiâ, visitarent aliquoties. Inter eos autem qui negotiationis obtentu de Occidentalibus per illa secula loca prædicta adire tentauerunt, fuerunt viri de Italiâ, qui ab vrbe, quam incolunt, dicuntur Amalfitani. Est autem *b* Amalfia ciuitas inter mare & montes eminentissimos constituta, ab Oriente habens vrbem nobilissimam Salernum, vix septem milliaribus marino ab eâ distantem itinere; ab Occidente verò Surrentum & Neapolim *c* Vergilianam; ab Austro verò Siciliam ducentis milliaribus plus minusve modico remotam, Tyrrheno mari interiacente. Huius regionis habitatores, vt prædiximus, *d* primi merces peregrinas, & quas Oriens priùs non nouerat, ad suprà nominatas partes lucri faciendi gratiâ inferre tentauerunt. Vnde & optimas conditiones apud illarum partium Præsides, pro rebus necessariis quas inferebant, & sine difficultate accessum, & populi nihilominùs gratiam merebantur.

a

b

Amalphitani in Oriente negotiantes,

c

d

2 Possidebat illis diebus Princeps Ægyptius vniuersas maritimas regiones à *e* Gabulo ciuitate sitâ in littore maris iuxta Laodiciam Syriæ, vsque in Alexandriam, quæ est nouissima ciuitas Ægypti. Et per Præsides singulis ciuitatibus deputatos imperium suum latè reddebat formidabile. Prædicti verò Amalfitani, tam Regis quàm principum suorum plenam habentes gratiam, loca vniuersa quasi negotiatores & tractatores vtilium, tamquàm merces circumferendo, confidenter poterant circumire. Vnde & traditionum paternarum non immemores & fidei Christianæ, loca sancta, quoties opportunitas dabatur, visitabant. Non habentes autem in eadem vrbe familiare domicilium, vbi moram possent facere aliquantulam, sicut in vrbibus habebant maritimis;

e

gratiosi apud Regem Ægypti Saracenum.

EX GVIL. TYRIO. congregatis de ſuo populo quotquot ad opus conceptum poterant conuocare, Calypham Ægyptium adeunt, & obtentâ familiarium eius gratiâ, petitionem ſuam ſcripto porrigunt, & votis conſonè recipiunt impetratum. Scribitur ergo Hieroſolymorum Præſidi, vt viris Amalfitanis, amicis & vtilium introductoribus, locus Hieroſolymis, iuxta eorum deſiderium, in eâ parte quam Chriſtiani habitant, ad conſtruendum ibi domicilium, quale voluerint, deſignetur ampliſſimus.

ab eo obtentâ facultate,

3 Erat autem ciuitas, ſicut & hodie eſt, in quatuor partes penè diuiſa æqualiter: ex quibus ſola quarta, in quâ ſepulcrum Dominicum ſitum eſt, fidelibus conceſſa erat ad habitandum: reliquas autem cum templo Domini ſoli infideles habebant domeſticas. Deſignatur ergo eis de mandato Principis, qui ſufficiens videbatur ad conſtruenda neceſſaria locus: ſumptâque à negotiatoribus quaſi per ſymbolum pecuniâ, ante ianuam eccleſiæ Dominicæ Reſurrectionis quantum vix lapidis iactus eſt, monaſterium erigunt in honore ſanctæ & glorioſæ Dei genitricis perpetuæque Virginis Mariæ; ſimul cum & iis officinis, quæ ad vſus monachorum, & ſuæ gentis hoſpitum ſuſceptionem, poterant aliquam præſtare commoditatem. Quo facto de partibus ſuis tam *f* monachos quàm Abbatem transferentes, locum regulariter inſtituunt, & Domino conuerſatione ſanctâ reddunt placabilem. Et quoniam viri Latini erant, & qui locum fundauerant, & qui in religione conſeruabant, idcircò ab eâ die vſque in præſens, locus ille *g* MONASTERIVM DE LATINA dicitur.

cœnobium ædificant Hieroſolymis,

f in eoq; monachos Latinos conſtituunt:

g

4 Accedebant etiam per illa nihilominùs tempora, vt loca deoſcularentur venerabilia, ſanctæ viduæ & continentes, quæ timoris oblitæ feminei, & periculorum, quæ multiplicia occurrebant, non habentes formidinem. Quibus aduenientibus cùm non eſſet intra ſepta monaſterij, vbi colligerentur honeſtè, congruâ ſatis prouiſione procuratum eſt ab iiſdem ſanctis viris, qui locum fundauerunt, vt aduenientibus deuotis feminis non deeſſet ſeorſum oratorium, domus familiaris, & locus in diuerſorio. Tandemque, diuinâ fauente clementiâ, ordinatum eſt ibi monaſteriolum, in honore piæ peccatricis, Mariæ videlicet Magdalenæ: & Sorores ſub certo numero ad obſequium aduentantium mulierum conſtitutæ.

item alij ſanctimonialium:

5 Confluebant etiam per illa periculoſa tempora nonnulli ex aliis gentibus, tam nobiles, quàm ſecundæ claſſis homines: quibus quoniam ad ſanctam ciuitatem non niſi per terras hoſtium erat acceſſus, de ſuis viaticulis cùm ad vrbem peruenirent, omnino non fiebat reſiduum; ſed miſeros & inopes ante ciuitatis portam tam diu cum ſummo labore, fame, ſiti, & nuditate expectare oportebat, quouſque dato aureo numiſmate vrbem eis licebat introire. Ingreſſis autem, & locis ſanctis ex ordine peragratis, non erat eis vel ad vnum diem refectionis ſpes vlla, niſi quantum eis de prædicto monaſterio fraternè miniſtrabatur: nam omnes alij ciuitatis habitatores Saraceni erant & infideles, excepto Domino Patriarchâ & Clero & popello miſero Surianorum; qui diebus ſingulis tot angariis, parangariis, & ſordidorum munerum præſtationibus, vexabantur, vt vix ſibi in ſupremâ paupertate conſtitutis, in continuo timore mortis liceret reſpirare. Noſtris ergo miſeris & ad ſupremum afflictis & egentibus, cùm non eſſet qui tectum præberet, procuratum eſt à beatiſſimis viris, qui monaſterium Latinorum incolebant, vt miſericorditer victui & tegumento detrahentes, ad opus talium, intra ambitum ſibi deſignatum, Xenodochium erigerent; vbi tales ſanos vel ægrotantes colligerent, ne de nocte per vias reperti iugularentur; & in eodem loco congregatis de reliquiis fragmentorum vtriuſque monaſterij, tam virorum quàm mulierum, ad quotidianam ſuſtentationem qualemqualem aliquid miniſtraretur.

deinde ad peregrinos reliquos excipiendos,

xenodochium;

h 6 Erexerunt etiam in eodem loco *h* altare in honore B. Ioannis Eleimon. Hic vir Deo placens, & per omnia commendabilis, natione fuit Cyprius: tandem ſuffragantibus meritis factus eſt Alexandrinus Patriarcha, vir in operibus pietatis ſingulariter excellens, cuius pia ſtudia & liberales eleemoſynas in perpetuum enarrabit omnis Eccleſia Sanctorum. Vnde & à ſanctis Patribus vocatus eſt Eleimon, quod interpretatur Miſericors.

cuius altare S. Ioanni Eleemoſynario dicatum.

7 Huic autem loco venerabili, qui ita caritatiuè ſe porrigebat ad homines, neque reditus erant, neque poſſeſſiones: ſed prædicti Amalfitani annis ſingulis, tam qui domi erant, quàm qui negotiationes ſequebantur, collectâ inter ſe quaſi per ſymbolum pecuniâ, per eos qui Hieroſolymam proficiſcebantur, Abbati qui pro tempore ibi erat offerebant; vt inde Fratribus & Sororibus ad victum & tegumen prouideretur; & de reſiduo fieret aduenientibus Chriſticolis in Xenodochio aliqua miſericordia.

Alebantur hi eleemoſynis Amalphitanorum.

8 Ita ergo per multorum annorum curricula, quouſque placuit ſummo rerum opifici, ciuitatem illam, quam proprio cruore mundauerat, à ſuperſtitionibus Gentilium purgare, ſub iis conditionibus manſit locus ille. Aduenientе namque Chriſtiano populo & Principibus à Deo protectis, quibus regnum illud Saluator tradi voluit, in monaſterio feminarum inuenta eſt Abbatiſſæ fungens officio, quædam Deo deuota & ſancta mulier, Agnes nomine, nobilis ſecundùm carnem, natione Romana; quæ etiam poſtquàm ciuitas reſtituta eſt fidei Chriſtianæ, per aliquot vixit annos. Et in Xenodochio ſimiliter repertus eſt quidam *i* Geraldus, vir probatæ conuerſationis, qui pauperibus in eodem loco, tempore hoſtilitatis, de mandato Abbatis & monachorum, multo tempore deuotè ſeruierat: cui poſteà ſucceſſit Raimundus.

Agnes Abbatiſſa.

Curator peregrinorum in noſocomio Gerardus. vir ſanctus.

i

a *Imperauit* Heraclius, *vt ſuprà dictum, ab anno* 610. *ad* 641. *Anno* 628. *impetrauit ab eo* Mahometes *agrum ad habitandum cum ſuis Saracenis: qui, eo anno* 631. *extincto, Paleſtinam, Syriam, Ægyptum, viuente adhuc Heraclio, & Perſidem anno* 640. *ſibi ſubiugarunt.*

b *Sita eſt* Amalphis, *ſiue, vt hîc vocatur,* Amalphia, *in Picentinorum agro, inter* Mineruæ promontorium & Salernum: *& tractus ille omnis, vt teſtatur Leander,* Ora Amalphica, *ſiue* Coſta, *appellatur. Vrbs ipſa, vt idem ſcribit,* nobiliſſima lautiſſimaque. *Ait idem* Vrbis huius primam mentionem, quæ ſcriptorum monumentis fit, in Imperatoris Lotharij tempora cadere, annumque à Chriſto nato 1125. *Multò tamen antè, vt hinc patet, celebris & potens vrbs fuit.*

Amalphis.

c *Reſpicit ad illud Georgicon* 4.

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudiis florentem ignobilis otî.

d *De Amalphi Leander iam citatus:* Olim quàm ſplendida potenſque fuerit, ex eius ædificiis ampliſſimis atque ſumptuoſiſſimis, ac item nauium multitudine, quibus Amalphitanos latiſſimè negotiatos legimus, intelligitur. Quin etiam, vt Raſſanus ſcribit, hoc etiam num Amalphitanorum nominis memoriæ teſtantur Meſſanæ, Syracuſis, aliiſque Siciliæ multis in locis ſuperſtites, vbi illi negotiari frequentiſſimè ſolebant, & proprias ædes attributaque ſibi certa tenebant loca, quæ dicebantur Amalphitanorum. cuiuſmodi in hodiernum vſque diem inter alia Textorum appellata, Diui Andreæ quoque fanum Panormi conditum ab Amalphitanis, & ad eorum cœtus ſacros ab Antiſtite dedicatum nunc ſupereſt. Eoſdem magnetis vſum nauigantibus interdiu noctuque familiarem adeoque neceſſarium reperiſſe ferunt: inuentum, me Hercule, præſtantiſſimum, cuiuſcumque tandem auctoris fuerit. *Hæc ille. Sed maius etiam illi vrbi decus quòd hæc Hieroſolymis inſtituerint cœnobia, vnde plurimum in vniuerſam Eccleſiam emolumenti manauit.*

Amalphitani nauigatione & negotiatione celebres.

e *Vrbs hæc* Gabala *Ptolemæo & Stephano dicitur. haud longè* Laodiceâ *Syriæ diſtat, vt hinc atque ex Ptolemæo patet, in orâ maritimâ ſita.*

f *Ex Caſſinenſi cœnobio accitos fuiſſe hos monachos ſcribit Silueſter Maurolycus.*

g *Iacobus de Vitriaco:* Vnde vſque in hodiernum diem (*obiit anno* 1244.) prædicta eccleſia dicitur, Eccleſia S. Mariæ de Latinâ Latinum enim Abbatem & monachos more Latinorum diuina celebrantes in eâ inſtituerunt.

h *Vitriac.* capellam.

i *Vitriacus, alijq;* Gerardum *vocant. De eo plura Boſius, qui & imaginem eius radiato capite exhibet, &* Beatum *prædicat.*

DE PRIMORVM HOSPITALARIORVM SANCTITATE,

ex Iacobi de Vitriaco historiâ Hierosolymitanâ.

1 POstquàm Diuinæ placuit pietati, vt ciuitatem redemptionis nostræ, per Ducem Godefridum & alios Christi fideles, ab impiorum dominio liberaret, & eam cultui restitueret Christiano; vir quidam sanctæ vitæ & probatæ religionis, nomine Gerardus, qui longo tempore, de mandato Abbatis, in prædicto hospitali pauperibus deuotè ministrauerat; adiunctis sibi quibusdam honestis & religiosis viris, habitum regularem susscepit, & vestibus suis albam crucem exteriùs affigens in pectore, regulæ salutari & honestis institutionibus factâ solemniter professione, seipsum obligauit. Cui etiam mulier quædâ, Agnes nomine, Romana natione, nobilis carne, sed nobilior sanctitate, quæ in monasterio mulierum vicem gesserat Abbatissæ, in ministerio pauperum adiuncta, eamdem regulam & humilitatis habitum votiuè susscepit.

Gerardus Cruce sus-ceptâ, Religionẽ profitetur:

vti & Agnes.

2 Prædicti igitur Fratres humiliter & deuotè Domino seruientes, & infirmis pauperibus de paupertate suâ diligenter ministrantes, in agro, qui dicitur Acheldemach, mortuos suos sepeliebant. Hic est ager ille figuli, qui emptus est à Iudæis in sepulturam peregrinorum, ex triginta argenteis quos Iudas in templo proiecit. Abbati autem S. Marię de Latinâ, qui prædicti Hospitalis principium extiterat, & tam ipsos quàm infirmos eorum de propriâ mensâ diu sustentauerat, obedientiam & reuerentiam, quamdiu pauperes fuerunt, non negauerunt: primum paupertatis suæ patronum & coadiutorem eorum, & loci apud Dominum protectorem B. Ioannem Eleëmona deuotissimè venerantes, & ipsum Dominum & aduocatum suum confitentes. Domino etiam Patriarchæ Hierosolymitano deuotè obedientes, de bonis suis decimas secundùm sacros Canones, & vtriusque Testamenti præcepta, absque contradictione reddebant.

Hospitalarij operibus misericordiæ vacant:

Ex Iac. Vitriaco.

S. Ioannem Eleemosynarium Patronum colunt.

3 Orationi autem vacantes, vigiliis & ieiuniis se ipsos affligentes, operibus misericordiæ affluentes, parci sibi & austeri, pauperibus autem & infirmis, quos Dominos suos appellabant, largi & misericordes existebant. Panes de purâ simila largiebantur infirmis, residuum verò cum furfure ad vsus proprios reseruabant. Si quis autem inter ipsos in aliquo delinquebat, nullo modo relinquebatur impunitum, ne facilitas veniæ præberet incentiuum delinquendi. Secundùm enim quod culpæ reatus exigebat, quidam ligno Crucis à vestimentis auulso, tamquàm membra putrida prorsus eiiciebantur: alios vinculis & carceri mancipabant: alios ad pedes fratrum in terrâ cibum parcissimum vsque ad condignam satisfactionem sumere decernebant.

piè & austerè viuunt,

benigni in agros,

seueri in delinquentes:

4 Et quoniam Deus erat cum eis, ab omnibus amabantur. Vnde factum est quod in omnem terram Christianorum exiuit sonus eorum & in fines orbis terræ forma sanctitatis eorum. Et quoniam ex omni natione, tribu, & linguâ, post Terræ sanctæ liberationem, Christi fideles sepulcrum Domini visitaturi Hierosolymis cõfluebant, largitione Principum, & eleemosynis fidelium modico tempore adeò ditati sunt, quòd ab vniuersis Occidentalibus prouinciis redditus copiosos colligentes, casalia sibi & oppida, tamquàm terræ Principes, comparantes, ditioni suæ subiecerunt.

latè celebres,

valdè ditantur.

DE S. ILDEPHONSO

ARCHIEPISCOPO TOLETANO IN HISPANIA.

AN. CHR. DCLXVII. XXIII. IANVAR.

S. Ildephõsi natalis,

1 *MVltos Ecclesia Toletana illustres sanctimoniæ laude Antistites habuit, albo Cælitum adscriptos: omnium longè clarissimus* Ildephonsus, *siue* Alphonsus, *fuit. Cuius natalem 23. Ianuarij hoc elogio vetera quædam celebrant manu exarata Martyrologia:* Toleto ciuitate, natale S. Hildephonsi Episcopi & Confessoris, fide & doctrinâ clarissimi. *addunt nonnulla:* qui miro deuotionis studio laudem & honorem beatæ Dei Genitricis & semper Virginis excoluit. *Martyrol. Romanum:* Toleti S. Ildephonsi Episcopi, qui ob singularem vitæ integritatem, susceptamque defensionem aduersùs hæreticos Dei Genitricis virginitatem impugnantes, ab eadem candidissimâ veste donatus est, ac demum sanctitate celebris in cælum vocatus. *Referunt eum præter plurima MSS. plerique recentiores, Maurolycus, Galesinius, Molanus, Carthusiani Colonienses, Felicius, Ghinius, qui ante episcopatum Canonicum regularem ait fuisse; at VVion, Menardus, Dorganius, Sandouallius, aliiq; Benedictinum monachum.*

vita,

2 *Plurima sunt de eo, ab Hispanis præsertim auctoribus, scripta, quæ operæ pretium esset fortasis colligere ac dilucido ordine digerere, ad sanctissimi Doctoris honorem, atque Augustæ Virginis Deiparæ gloriam, cuius eum* Sacellanum *quidam appellant, alij* Anchoram fidei, *alij* Chrysostomum *à singulari facundiâ: sed quæ à viro doctissimo* Don Thoma Tamayo de Vargas, *Regis Catholici Historiographo, accepimus, ea sufficere censuimus. Nam quæ de* Ildephonsi *rebus gestis* Zixila, *siue* Cixila, *aut* Cixilla, *aut* Zixilanes; *& S.* Iulianus II. *eiusdem Sedis Præsules tradidêre litteris; quæq; recentior quidam de eius reliquiis Zamoram auectis, ibiq; repertis scripsit; ea ipse è fide dignis codicibus eruit, notis illustrauit, atque ad nos, pro suâ eximiâ humanitate, Madrito misit. Quæ ceteri commemorant, ea vel hinc ducta amplificataq; sunt, vel, quòd non satis idoneis nixa veterum testimoniis, incerta videri queant, aut non satis nostro instituto accommodata.*

3 *Vnum ex Ioanne Mariana nostro lib. 6. cap. 10. promere lubet, quod fusiùs describitur à Francisco Portocarrero nostro, qui librum integrum de descensu Deiparæ in ædem Toletanam & S. Ildephonsi vitâ composuit. at breuiùs Mariana:* In excelsâ atque adeò nobilissimâ eius vrbis (*Toleti*) parte ædes monstrantur Illephonsi natalibus nobiles: sic ducta per manus opinio populo persuasit, nullo præterea auctore. Eæ ædes Orgatij Regulcrum consequenti tempore factæ, nuper in Societatis Iesu ius potestatemque migrarunt: quorum studio effectum, vt quod maiorum negligentiâ prætermissum videbatur, in nobilissimâ vrbe templum Illephonsi nomine extaret.

domus, quæ nunc Societatis Iesu,

4 *Petrus de Natalibus, eumq; secuti Carthusiani Colonienses, & Canisius,* Ildephonsi *memoriam denuò consignant 18. Decembris: & Petrus quidem natalem existimauit illius tunc agi; ita enim scribit lib. 1. cap. 76.* Eodem die, quo festum Virginis in Ecclesiâ suâ constituit celebrari, videlicet octauâ die natiuitatem Domini præcedente, feliciter in pace quieuit, quæ dies est XV. Kalend. Ianuarij. Nam eo die quo matrem Domini venerabatur in terris, eodem eum illa voluit honorare in cælis. *Eo die in Ecclesiâ Toletanâ aliisq; per Hispaniam, festum agitur Exspectationis partus Deiparæ, ab ipso Ildephonso vel institutum primitus, vel præcipuo studio propagatum. Eodem quoque die solennis ille Deiparæ Virginis descensus & apparitio contigit, quæ nunc officio duplici secundæ classis celebratur postridie festiuitatis S. Ildefonsi, XXIV. Ianuarij, festo S. Timothei post octauam S. Ildephonsi reiecto. Antonius Balinghemius noster in Kalendario Mariano, scribit apparitionem illam 18. Octobris contigisse: verùm vno omnium scriptorum consensu refellitur.*

Commemoratio aliis diebus.

VITA

A ZIXILANE ET IVLIANO SCRIPTA,

à Don Thoma Tamayo de Vargas è veteribus MSS. eruta & illuſtrata.

BIldephonſus Archiepiſcopus Toletanus, Archiepiſcopos ſuæ Sedis celebratores habuit, quorum ſcripta è libris denuò animaduerſa hîc repræſento, vt emendem, & Notulis illuſtrem: ſic in exemplaribus antiquis inueni.

a IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, incipit vita vel geſta S. Ildephonſi Epiſcopi, b Toletanenſis Sedis Metropolitani, à c Zixiliane Epiſcopo vrbis eiuſdem edita X. KL. Februarij.

EXORDIVM VITÆ ILDEPHONSI.

d e 1 d Cce dapes melliflui illius Domini e Ildephonſi, quas de Paradiſo Dei capiens, & per totam Heſperiam diſpergens, inediam noſtram ingenti ſatiauit eloquio. Non impar meritis ſanctiſſimi illius Domini Iſidori, de cuius fonte adhuc clientulus puriſſimos latices bibit. Nam directus à ſancto ac venerabili f Papâ Eugenio, Toletanæ Sedis Metropolitanæ Epiſcopo, ad ſupradictum g Doctorem Hiſpalenſem Metropolitanum Epiſcopum, cùm ſibi iam ſciolus videbatur, adeò ab eo * tentus & elimatus eſt, &, vt ferunt, temporali ferro conſtrictus, vt ſi quid ſcientiæ deerat, pleniùs inſtructus ad pædagogum ſuum Dominum Eugenium remeans, non poſt multos dies adhuc Diaconi h officium peragens, in Eccleſiâ ; SS. Coſmæ & Damiani, quæ ſita eſt in ſuburbio Toletano, i Abbas præficeretur. Vbi ſtatim in officio clarus duas Miſſas in laude ipſorum Dominorum, quas in feſtiuitate ipſorum pſallerent, miro modulationis modo perfecit. Quas Miſſas infrà adnotatas habemus.

f *S. Ildephõſus inſtituitur à S. Iſidoro:*

g * *an* tritus, *ſiue* terſus?

h i k *ſic Abbas,*

Epiſcopus Toletanæ Sedis præficitur.

dein Epiſcopus; l m 2 Deinde poſt multum tempus decedente Domino Eugenio, in Sede ſuâ Epiſcopus præficitur. Cuius ſtatim virtus enucleata l cluens in Sede m Romuleâ refulſit, & veluti facula ardens omnem Hiſpaniam perluſtrauit: cuius doctrinâ vſque hodie fulget Eccleſia, vt ſole luna: cuius memoria in benedictione odoris, & in compoſitione incenſi habetur: qui ab ipſis cunabulis ab ineunte ætate n eunuchus permanens, magnum in ſe habitaculum Domino præparauit: qui non manubrio vel manu, ſed diuino ſecatus eſt gladio, nec ingenio ferramentorum, reſecauit libidinem; ſed munere cæleſti promeruit ſanctitatem: qui ſubitò dono ſuperno afflatus, his tantis talibuſque prædeceſſoribus ſuis æquiter clarens, quod illis clauſum, iſti reſeratum eſt.

m n *ſemper Virgo.*

Quomodò ſancti Spiritus dono patefactæ ſunt reliquiæ B. Leocadiæ D. Ildiphonſo, quod ſuis anteceſſoribus ignotum fuerat: & de miraculo apparitionis D. Leocadiæ.

3 Sic enim habitator ſuus Spiritus ſanctus * egit, vt quod per tot annos populis deſiderantibus necdum oſtenſum fuerat illis, iſte patefaceret primus, & reliquias ſanctæ ac Deo dicatæ Virginis & Confeſſoris ſuæ Leocadiæ, adueniente in ſede regiâ ſuâ feſtiuitate, omnibus adſtantibus præſentaret; & ipſo ante ſepulcrum eius genibus peruoluto, tumulum, in quo ſanctum eius corpuſculum vſque hodie humatum eſt, exiliret: & operculo, quod vix triginta iuuenes mouere poſſent, non humanis manibus ſed Angelicis eleuato, velum, quod ſanctæ Virginis membra tegebat, virens foris ſubmitteret, & veluti manibus extenſum, conſpectui eius Virgo pulcherrima obſequens o aduentaret: clamantibus Epiſcopis, Principibus, Preſbyteris, Diaconibus, Clero, atque populo, DEO GRATIAS in cælo; DEO GRATIAS in terrâ; nemine tacente. Ipſe verò manibus ſtatim p amplexans & aſtringens, talia fertur depromere vota, vociferans cum omni populo & clamans: DEO GRATIAS. VIVIT DOMINA MEA PER VITAM ILDEPHONSI. & ipſum retexens Clerus vehementer pſallebat, Alleluyaticum, quod ipſe Dominus Ildephonſus nuper fecerat: Speciosa facta eſt, Alleluya: & odor tuus vt balſamum non miſtum; & alia, quæ in ipsâ Miſsâ, quæ ſubter eſt annotata, in laude eius deprompſerat.

* Multa hîc in aliquot exemplaribus interpolata.

Eo orante ſponte è tumulo emergit corpus S. Leocadiæ:

o

p

4 Clamabat inter voces populi velut mugiens, vt aliquod inciſorium deferrent, vnde quod manibus tenebat, præcideret: & nemo illi accurrebat, quia populus vaſtis ictibus rictibuſque frendebat. Nam & ſancta Virgo, quæ voluntate ſubmiſerat, (q vt deſideria creſcerent) violenter retrahebat. Sed Princeps quondam Ricceſuindus, qui eius tempore erat, gloriâ & ferocitate terrenâ depoſitâ (qui eum ob iniquitates ſuas increpatas ſuperbo oculo intuebatur) cultrum modicum, quem in thecâ tenebat, cum lacrymis offerebat: & collo ſubmiſſo ſupplicibus manibus à throno ſuo extentis, vt eum illi deferrent, inſtantiùs deprecabatur, poſtulans vt indignum non iudicaret ſua cum lacrymis offerentem. Quem ille apprehendens, quod manu læuâ iam modicum tenebat, dexterâ præcidit: & cultrum ipſum vnà cum eiuſdem reliquiis thecis argenteis collocauit, indignum iudicans, vt qui ſancta præciderat, polluta vltrà tangeret. Sed coràm requirenti munus quantum valebat, r Vicario præcepit impendi. His peractis, quia longa ſunt iſta omnia enodari, cuncta quæ vſui pertinebant ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ in Dei laudibus vſquequaque completa ſunt.

q

ipſe partem veli eius præſcindit,

& inter reliquias recondit.

r

De deſcẽſione B. MARIÆ Virginis cùm veſte ad Ildephonſum.

5 His excuſſis, alia adhuc miracula Spiritus ſanctus per eum ſ in ipſo Dominico aduentu, non poſt multos dies, peregit. Sed quia omnia longa ſunt recenſere, quæ eius temporibus in Toletanâ vrbe t Dominus Vrbanus & Dominus Euantius per eum facta narrabant, vel ex multis pauca aggrediamur. Quamuis qui mecum hoc audierunt, cùm hæc legerint, dolebunt prætermiſiſſe me tam multa, & magna quæ mecum ſciunt. Superueniente verò die ſanctæ & ſemper Virginis Mariæ ante tres dies, tribus diebus Letanias peregit, & Miſſam ſuprà ſcriptam, quæ in eius laude decantaretur, perfecit, quæ eſt v ſeptima. Aſt vbi ventum eſt ad eius ſanctam ſolennitatem, ſupradictus Rex minùs de timore Dei ſollicitus, & de ſuis iniquitatibus x benè conſcius, ad audienda ſolennia de more acceſſit. Nam ſeruus Dei Ildephonſus maiori adhuc munere fretus, dum Dominæ ſuæ, cui Deo Præſule ſeruiebat, celebritatem orans ſuſciperet, & in laude Genitricis Dei, hoc, quod ſuprà prænotauimus, ſummo cum cordis affectu, harmoniæ modulatione compoſitâ Muſicæ appeteret, & libellum virginitatis, more ſynonymo teſtimoniis veteris & noui Teſtamenti plenum, comptè ederet; & dignâ facundiâ & magnificentiâ iam præfatæ Dominæ ſuæ exornaret; dum ante horas matutinas ſolito more ad obſequia Deo peragenda

s

t

v

x

Noctu ad templum eunti,

da consurgeret, & vigilias suas Domino consecraret, Diacono *y* vel Subdiacono ante eum faculis præcedentibus; subitò ostia aperientes, & ecclesiam intuentes, atque splendore cælesti oculos defigentes, lumen quod ferre non valuerant, cum tremore effugientes, lampadas, quas manibus tenebant, reliquerunt, & sua vestigia, per quæ venerunt, adeuntes, propè mortui reuersi sunt ad sodales. Sollicitè omnis congregatio requirit, quid de Dei seruo ageretur cum Angelicis choris, quid tam subitò expauerint custodes, & terga ab ostio ecclesiæ dantes, reuersi sunt ad proprias sedes.

y *fugientibus ministriu,*

6 At ille sibi benè conscius, ante altare sanctæ Virginis *z* procidens, reperit in cathedrâ ipsam Dominam sedentem, vbi solitus erat Episcopus residere, & populum salutare. Quam cathedram nullus Episcopus adire tentauit, nisi posteà Dominus Sisibotus, qui statim Sedem ipsam perdens *aa* exilio relegatus est. Et eleuatis oculis aspexit in circuitu eius, & vidit omnem *bb* absidam ecclesiæ repletam Virginum turmis, decantationibus Dauid modulatâ suauitate aliquid decantãtibus. Aspicienséque in eum (vt ipse sibi conscius & benè carissimis referebat) hac eum allocuta est voce: PROPERA IN OCCVRSVM MEVM Serue Dei rectissime; accipe munusculũ de manu meâ, quod de thesauro Filij mei tibi attuli: sic enim tibi opus est, vt *cc* benedictione tegminis, quæ tibi danda est, in meo tantùm die vtaris. Et quia oculos fidei fixos in meo semper seruitio tenens permansisti, & laudem meam (diffusâ in labiis tuis gratiâ) dulciter in cordibus fidelium depinxisti; & vestimentis Ecclesiæ iam in hac vitâ ornatus eris, & in futuro in promptuariis meis cum aliis Filij mei seruis lactaberis. Et hęc dicens ab oculis eius vnà cum Virginibus, & luce quâ venerat remeauit. Remansit igitur Dei seruus, intantùm sollicitus de adipiscendâ gloriâ, inquantum præscius de sibi donatâ palmæ victoriâ; præstante D. N. Iesu Christo, *dd* qui cum Deo Patre & sancto Spiritu, viuit & cuncta regit per infinita semper secula seculorum, Amen.

z *apparet D. Virgo in Sede Episcopali sedens,*

aa *bb* *Sanctus canentibus,*

datq; ei vestem cælestem.

cc

dd

Hactenus Zixila. succedit nunc

VITA D. ILDEPHONSI ARCHIEPISCOPI TOLET.

ee scripta per *ee* Iulianum eiusdem Sedis *ff* *ff* Antistitem.

Ildephonsi mores, & laus.

7 Ildephonsus memoriâ sui temporis clarus, & irriguis eloquentiæ fluminibus exornans secula ætatis nostræ nouissimus, Toletanæ Sedis ascitus in cathedram Præsul post Eugenium in sacerdotium consecratur, vir tantâ laude dignissimus, quantâ & virtutum gratiâ numerosus. Fuit denique timoris Dei instantiâ præditus, religione comptus, compunctione profusus, incessu grauis, honestate laudabilis, patientiâ singularis, secreti tacitus, sapientiâ summus, differendi ingenio clarus, eloquendi facultate præcipuus, linguæ flumine copiosus, tanto eloquentiæ cothurno celeber habitus, vt disputationum eius profusa oratio, dum porrectè dirigitur, non homo sed Deus per hominem affatim eloqui crederetur.

S. Ildephõsi virtutes,

facundia.

ILDEPHONSVS monachus, & Abbas monasterij, & Pontifex demum Toletanæ Ecclesiæ.

8 Hic igitur sub rudimentis adhuc infantiæ degens, diuino * tactus Spiritu, vitâ delectatus monachorum, contemptis parentum, rerumque affectibus, Agaliense monasterium petiit, *gg* monachumque se in eo multis ferè annis decenter exhibuit. Cœnobium quoque Virginum in Deibiensi *hh* villulâ construxit, ac propriis opibus ditauit. Rector deinde effectus Agaliensis cœnobij, monachorum mores exercuit, rem discreuit, vitamque seruauit. Principali posthæc violentiâ Toletum reducitur, atque inibi post *ii* decessoris sui obitum Pontifex subrogatur.

** al.* coactus.

gg *Fit monachus,*

PER DON THOM. THAMAYO DE VARGAS.

hh *Abbas,*

ii *Episcopus.*

Libri per eum scripti.

9 Scripsit sanè quàm plurimos libros luculentiore sermone potissimos. Quos idem in tot partibus censuit diuidendos, id est, librum Prosopopœiæ imbecillitatis propriæ: libellum de Virginitate sanctæ Mariæ, contra *kk* tres infideles: opusculum de Proprietate Patris & Filij & Spiritus sancti: librum quoque Annotationum Diuinæ actionis: opuscula Annotationum in Sacramentis: librum de cognitione Baptismi vnum; & de progressu spiritualis deserti alium. Quod totum partis primæ voluit volumini connectendum. Partis quoque secundæ, liber Epistolarum est; in quo diuersis scribens, ænigmaticis formulis egit, personasque interdum induxit: in quo etiam à quibusdam luculentiora scriptorum responsa promeruit. Partem sanè tertiam Missarum esse voluit, hymnorum, atque sermonum. Vlterioris denique partis liber est quartus, versibus prosâque * concretus, in quo Epitaphia, & quædam sunt Epigrammata adnotata. Scripsit autem & alia multa, quæ variis rerum ac molestiarum occupationibus impeditus, aliqua * cœptus, aliqua * semiplena reliquit.

Libri ab eo scripti.

kk

** al.* contextus.

** al.* cœpta.

Decessus mortis eius, & sepultura.

10 Ascitus autem in pontificatum nono glorioso Recesuindi Principis anno, nouem annis & duobus ferè mensibus clarus habitus fuit vitæ meritis, & * venerationc regiminis: expletoque octauo decimo prædicti Principis anno, sequenti die x. Kal. Februarij domicilio carnis exuitur, atque in ecclesiâ B. Leocadiæ tumulatur, ad pedes sui conditus decessoris, cum quo creditur æterno frui receptaculo caritatis.

** al.* retẽtione.

Eius obitus.

Huc vsque etiam Iulianus. Adiiciam, quæ de corporis B. Ildephonsi *ll* reuelatione, in Ecclesiâ Zamorensi, siue Sentisensi legitur, historiam.

ll

11 Exigentibus autem hominum peccatis, cùm Hispania ferme vniuersa ab Arabibus subacta esset, & magna pars ferro atque igne populata, Astures dumtaxat Pyrenæi montis inaccessibilia quædam loca incolentes, Christi nomen atque religionem seruauerunt. Ad hos ergo victi, quibus mens non læua fuit, de singulis partibus confluxêre: quorum plerique reliquias, & sacratissima quæque ex propriis Ecclesiis, in ea loca deportarunt: inter quæ Christiani cum multis reliquiis, quibus Toletana ciuitas locupletissima erat, vestem illam sacratissimam, quâ Dei Mater B. Ildephonsum decorauerat, in vrbem Ouetum Asturiarum caput detulerũt. Ferebatur & illuc corpus beatissimi Ildephonsi, sed fortè apud Zamoram *mm* deportatores præpediti, in ecclesiâ S. Petri loco altissimo illud reposuerunt. Crescente verò in dies clade, etiam Zamora Barbaris cessit. Quocircà sublata est hominibus illis rursum resumendi copia sequestratum pignus. Transierunt autem post hæc tempora multa, & quoniam frequentari deinceps à fidelibus non potuit, res excidit memoriâ.

Octupatâ à Mauris Hispaniâ.

vestis sacra Ouetum defertur,

corpus Zamoram,

mm

ibiq; reconditur.

12 Postquàm, Deo miserante, operâ piorum Regum Castellæ Christo regnum paullatim restitui cœpit, Zamora quoque in Christianorum ditionem rediit. Pastor ex Toletanis oris in eam vrbem cùm venisset, pauper habitu, sed diues sanctitate, ingressus templum B. Petri, oratione

Pauperi in somnis reuelatum:

PER DON THOM. TAMAYO DE VARGAS.

oratione factâ cœpit singula circumlustrare, curiosiùs inspicere: quem furtum ædituis moliri arbitrantibus, dixit se non esse furem, nec aliquid mali facturum venisse, sed velle habere copiam alicuius Sacerdotis atque Deum timentis, cui grande secretum manifestaturus erat. His auditis ductus est ad quemdam Didacum Sacerdotem grauissimum: coram quo genibus prouolutus cœpit, quasi peccata sua confitens, huiusce modi diuinum visum enarrare: Pater mi, vidi, inquit, raptus in spiritu, in patriâ meâ, Pontificem quemdam, cultu decorum, incessu grauem, & omni corporis ornatu glorioſum, qui suâ admodùm mellifluâ voce me alloeutus ait: Ego sum Ildephonsus, quondam Toletanæ vrbis Antistes; veni, sequere me. quem secutus visus sum in hanc vrbem peruenisse, & in hanc ecclesiam intrare: vbi cùm essemus, Hîc, inquit, (& designauit digito locum) hîc corpus meum absque honore iacet. Animaduerte fili ne in manifestandâ virtute Dei vlla te ignauia teneat: Dei enim verbum est, quod non tam ex me, quàm ipso iubente, impero. Quibus dictis euanuit: ipse ad me reuersus, domo & familiâ relictâ, in hanc vrbem & ecclesiam venio; quibus omnia signa quæ in spiritu cognoui inesse video. Habes iam Pater optime, causſam mei aduentus.

13 Didacus autem ille, vt erat grauis & timoratus vir, Ecclesiæ Capitulum cum nonnullis laicis prudentibus congregauit; rectaque ibidem agitata omnium sententia fuit, ad vnius peregrini atque hominis ignoti dictum nihil esse tentandum. Exiit nihilominùs sermo in aures hominum, & si creditum à multis fuit, nullum tamen periculum factum est. Regnante autem posteà Ildephonso, huius nominis VIII. Rege Hispaniæ, cùm

casu repertum,

Assuetus Ecclesiæ Zamoranæ Præsul illam B. Petri ædem ampliare vellet, pro iaciendis columnarum fundamentis terra altiùs foderetur, fortè in eo loco, quem Pastor designauerat, sarcophagum ostenditur marmore opertum,

suauissimum spirans odorem:

quod incautis ictibus fossores confregerunt. Erant in illo reliquiæ humani corporis, suauissimum quemdam suprà quàm dici potest spirantes odorem, quo tota terra adiacens videbatur perfusa. Tunc verò quæ à Pastore relata fuerant, in memoriam venerunt. Erat enim super marmore epitaphium insculptum; sed quia fossorum inaduertentiâ comminutum est, coadunatis quidem partibus, quantum humano ingenio atque labore fieri potuit, hoc tantùm lectum est: PATRIS ILDEPHONSI ARCHIPRÆSVLIS TOLETANI.

14 Roborata est denique fides, maximè ex miraculis, quæ sancto Confessore inuocato facta sunt. Episcopus cum Clero, atque vniuersa ciuitas, gaudentes & exsultantes Zamorâ tanto munere ditatâ, iuxta altare B. Petri in eadem ecclesiâ illud condiderunt. Ibi * innumera miracula quotidie fiunt: quæ omnia Frater Ioannes Ægidius Zamoranus Ordinis Minorum, vir apprimè eruditus, vsque ad sua tempora quàm diligentissimè scripsit. Cùm hoc sacratissimum corpus multis annis in loco abditissimo repositum esset, paucis sub sacramento astrictis illud dumtaxat scientibus, anno Domini CIↃCCCC. in hoc Inuentionis die ex eo loco eductum, supra altare ipsius maximum ponitur, eunctisque ostensum est: vbi miracula multa denuò visa sunt; muti loquebantur, varij infirmi curabantur, frequentes turbæ vndique ad has sanctas reliquias venerandas confluxerunt. Tandem post dies VIII. in sacello quod est supra ipsum altare, intra capsam magnam argenteam deauratam inclusum, honorificè ponitur. Vbi à cunctis cernitur.

* sic refert Valerianus de villa Quirâ libello de hac eleuatione, qui autographus adseruatur in collegio maximo Complutensi.

iterum eleuatum.

15 Atque hæc historia Zamorensis. Omnium ego illustrationem cursim en do. Sanctissimi Ildephonsi vitam ac res gloriosè gestas singillatim scripserunt, præter Iulianum & Zixillanem, nostris & auorum temporibus, Laurentius Surius, & Aloysius Lipomanus, de Sanctorum Vitis ac Ecclesiæ rebus optimè meriti. Verùm non adeò certos codices adepti, vtriusque historiam mutilam, & imperfectam, ac multis refertam mendis ediderunt, sub Iuliani tantùm nomine, nullâ Cixilæ mentione factâ aut operis diuisione assignatâ. Michaël Carranza, Carmelita doctissimus, Commentario B. Ildephonsi librum de B. Virgine, & vitam, illustrauit. Ioannes Mariana noster VI. de rebus Hispaniæ cap. X. Illustriss. Baronius VIII. Annal. tom. Vernaculâ verò linguâ Franciscus Pisa II. Historiæ Tolet. cap. XIV. Prudentius Sandoual p. I. Monast. Ord. S. Benedicti, l. XIII. Antonius de Yepes cent. I. cap. 5. anno 554. & cent. II. à fol. 227. rerum Benedict. Franciscus Padilla cent. VII. Hist. Eccles. Hisp. cap. XLIIX. Alphonsus Villegas, Petrus Riuaden. Toletani in Floribus Sanctorum. Petrus Salazar de Mendoçâ Canonicus Toletanus; & Franc. Portocarrero Presbyter Societatis Iesu, libris integris de Vitâ S. Ildephonsi. Nos tandem in apologiâ pro veste sacrâ, quâ Virgo Virginum Deipara suum Ildiphonsum decorauit, vulgatâ anno 1616. Ex omnibus quæ Cixilam & Iulianum illustrant maximè, paucula obseruabo, & litterarum in Notis seriem, Textus indicem, volo.

Qui S. Ildephonsi vitâ scripserunt.

NOTATIONES

EIVSDEM DON THOMÆ TAMAYO DE VARGAS.

a Sic in tribus MSS. inueni.

b Vt in diplomate Honorij III. Pontif. Maximi: Hinc est quòd attendentes nobilitatem Ecclesiæ Toletanensis, &c.

c Vide quæ in ipsius elogio, & fol. 9. Apolog. pro veste sacrâ. Qui hanc historiam B. Helladio tribuunt, prorsus falluntur; cùm Ildephonsum præcesserit.

d In vetustis exemplaribus vita D. Ildephonsi à Iuliano conscripta solet præponi ipsius libro, quem de Virginitate B. Mariæ Virginis conscripsit; quam sequitur hæc Zixilæ historia, quæ in commendationem libri illius verè aurei incipit: Ecce dapes. Nobis alium sequi ordinem visum est, cùm plura insignioraque Ildephonsi gesta heic contineantur.

e Variè hoc nomen vsurpatur: *Hildephonsus, Ildephonsus, Olfus, Adifonsus, Alifonsus, Alfonsus, Ildefonsus, Ilefonsus, Anfusus, Afonsus, Alonsus,* in monumentis antiquis, & nominum mutatione: nostris hodie Alonsus tantùm in vsu. Vox Gothica, si credimus Wolffango Lazio, ab Germanico Hildebuntz, quasi fideli amato: si Couarruuiæ, ab A Alpha, principe Græcorum elemento, quasi *principe* vel *primo*. Quidquid hoc sit, ab ipsâ B. Dei Genitrice nomen hocce impositum Ildephonso suo, ac matri Luciæ indicatum, dicit Breuiarium antiquum Ecclesiæ Cordubensis, & Ioannes Ægidius Zamorensis, aliique ex antiquis.

Nomen Ildephonsi, à D. Virg. impositum.

f Episcopi omnes *Papæ* prærogatiuâ olim notabantur, vsque ad Gregorij VII. tempora, qui in Concilio Romano Pontifici tantùm in terris Christi Vicario κατ' ἐξοχὴν adaptandam edixit. Quod videre passim in mediæ ætatis scriptoribus est, Sidonio, Ennodio, Prudentio, Gregorio Turonensi, Eulogio, Paulino, Balsamone, aliis. plura habes apud Sauaronem in Sidon. VI. epist. I. Sirmondum in IV. epist. I. Ennodij, Baronium in Martyrol. & Ambrosium Moral. in B. Eulogij Apolog. Meursium in Gloss. Voce Πάπας. Cuius etiam in Ecclesiâ Græcâ vsum docet inscriptio epigrammatis Græci lib. III. Anthol. in quâ Ἰωάνης Πάπας ἀλεξανδρείας. Vnde illi erroris facilè conuincuntur, qui Archiepiscopo Toletano, vel Metropolitano, præcipuam hanc arbitrantur compellationem. Vide Onuph. Panuin. interpretat. Vocum Eccles.

Papæ nomen aliis Episcopis tributum.

g Hispalitanum vocat Gregorius Magnus B. Isidorum, ad quem missus vt eruditetur B. Ildephonsus. Iulianus Petri Toletanus, & Ecclesiæ S. Iustæ Archipresbyter MS: Ilephonsus, qui natus est Toleti Ærâ 644. decennis mittitur ad Isidorum.

h An hoc initiatus B. Ilephonsus ab B. Helladio? Certè ab eo minister factus, ipse docuit epigrammate cenotaphij B. Helladio scripti:

Ildephonsus ego, quem fecerat ipse ministrum,
Persolui sancto carmina pauca seni.

i Monasterij Agalensis Diui aduocati & tutelaris; de cuius antiquitate & situ pluribus loco suo ago.

k Luitprandus Ticinensis in Fragmentis: Ildephonsus factus Præpositus Agalensis monasterij rem auxit, collabentem obseruantiæ disciplinam restituit, & vitam monachorum à prohibitis seruauit. Eadem ferè Iulianus noster in Vitâ S. Ildephonsi: Rector inibi effectus Agalensis monasterij monachorum mores exercuit, rem discreuit, vitamque seruauit. Vulgatum suo tempore vsurpabatur:

Ensis in offensis erat Abbas Agalensis.

l In MSS. *clarens.* quâ voce non semel Zixila vtitur.

m Anne Hispalis, quæ Iulia Romulea, vt Plinius ait, vbi adolescens ad Isidori pedes edoctus fuerat? anne ipsa Roma, quæ in hymno Gothico SS. Torquati & sociorum,

Vrbis

Vrbis Romuleæ iam toga candida,
adpellatur? nugæ. Ipſa Toleti Sedes Romulea, imò Toletum Roma. vide ſodes, quæ notabimus alibi.

Matth 19. Eſai. 56. n Quia ſe caſtrauit propter regnum Dei.

o Surius legit, procederet; quaſi in occurſum Ildephonſi iret.

p Eodem modo in Lectione & hiſtoriâ B. Leocadiæ: ipſam Leocadiam amplexans & aſtringens.

q Gloſſema puto, nam è multis Manuſcriptorum abeſt.

r Præfecto Vrbis, vt in Rom. Republicâ Seuerus Sulpicius notat.

ſ Inferiùs, non poſt multos dies. Vnde colligitur miraculum Leocadiæ è ſepulchro prodeuntis priùs contigiſſe, quàm illud de B. Mariâ ſemper Virgine in templum ſibi dicatum deſcendente. Non opus hìc obſeruare ordinem dignitatis, ſed feſtiuitatum per anni circulum occurſum: quidquid arguteur vir doctus Ambroſius Morales. Docui iam pluribus in Apologiâ, pro veſte ſacrâ, & deſcenſ. B Virg. fol. 41. Vide Rudericum Tolet. 2. Chron. cap. 22. Palentin. 2. parte hiſtor. Lucam Tudenſ. in Chronic. Ioan. Magn. 16. hiſto. Gotthor. cap. 21. Vincent. 8. Specul. cap. 120.

t Hi nimirùm ab ipſo Ildephonſo edocti, Zixilæ retulerũt: quibus quippe per ætatem licuit rei geſtæ miraculo intereſſe. Euantius, ſiue Ouantius, (vt refert Rudericus Tolet.) Archidiaconus eiuſdem Eccleſiæ fuit, doctrinâ, ſapientiâ, & ſanctitate clarus. Vrbanus Epiſcopus Toletanus poſt Sinderedum Hiſpaniâ iam deuaſtatâ, teſte eodem Ruderico. Iſidorus Pacenſis hunc vocat Melodicum Toletanum, fortaſſean priùs Præcentor Eccleſiæ Toletanæ.

v In officio Miſſæ Gothicæ, quod eo tempore Toleti celebrabatur, oratio quædam canitur, quæ & ipſa appellatur *Miſſa*. Porrò Ildephonſus librum de Virginitate B. Mariæ in VII. Miſſas eiuſmodi diſtribuit, vt in codice litteris Gothicis ſcripto legi; inter quas, quæ ordine ſeptima eſt, libellum illum claudit, cuius initium At nunc venio ad te, quod eſt cap. XII. in editione Mich. Carranzæ.

x Apud Rudericum Toletan. II. ad cap. XXII. multa de Ricceſuindo, Chriſtiano Principe digna memorantur; nec quidquam quod pietatem Chriſtianam non redoleat in illo inuenio. Itaque ſibi ipſum malè cõſcium eſſe peccatorum, ſignum eſt hominis timorati.

y Diſtinctionis vocem pro coniunctione, more Hiſpanis crebro, vſurpauit.

z Sic legi. procedens erat in MSS.

aa Non hìc dicit Siſibotum crepuiſſe medium, aut ſubitò mortuum, vt vulgò dicitur; ſed depoſitum de dignitate, non ob hoc crimen, ſed quia Egicam Regem deponere ipſe conatus eſt, vt conſtat ex Concil. Toletano 16. cap. 9. & cap. 12. & Ruderico Tolet 4. cap. 3.

Apſis. bb Sunt qui hanc vocem aſpirant, Hapſis, ab ἅπτω, id eſt, tangẽdo: aliis eſt Sapſis. Heſychius & Suidas ἀψῖδας eſſe καμάρας tradunt. Hieronymus in epiſt. ad Epheſios: Numquid cælorum circulos, quos philoſophi ſphæras vocant, tranſiens atque tranſſcendens ſtetit in ſummo cæli fornice, &, vt ipſo verbo vtar, apſide? Nobis Tribuna eſt. Vide Panuinium interpret. Voc. Eccleſiaſt. & Ciacconium in Caſſian.

cc Ipſum munus, Benedictio vocatur in ſacris litteris. 1. Reg. 2. 5. Abigail Dauid: Suſcipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi Domino meo.

dd Hac ferè periodo clauduntur orationes in officio Gothico.

ee Quis hic fuerit, docui pluribus fol. 25. Apolog. pro veſte & deſcenſ. B. Virgin. in templ. Tolet. & in initio Apolog. pro Dextro.

ff An hoc verum? Vide elogia noſtra, in Iuliano.

gg Hoc in loco multa in aliquibus codicibus addita ſunt, quæ non videntur eſſe Iuliani, ſed ex aliâ Ildephonſi hiſtoriâ mutuata. En hìc, Nouator, monachatum rem non eſſe nouitiam.

Cœnobium Deibienſe. hh Quæ hæc fuerit adhuc ambigitur. ſunt qui legant, Deiſſenſi, Biſſenſi, & Siſſenſi. Quot capita tot ſententiæ, hic locum habet. Alcocerius lib. 2. hiſtor. Tolet. monaſterium, quod adhuc Toleti eſt, D. Dominici de Silos, monialium Ciſtercienſium, primum poſt reſtitutam Chriſtianis Toletum conditum fuiſſe in D. Ildephonſi memoriam ait, qui olim in eodem loco eiuſcemodi monialium, D. Benedicti normam viuendi inſequentium, cœnobium condiderat. Aluarus Gomez de Caſtro Scilenſe monaſterium mauult, & vbi nunc Hieronymianorum Fratrum viſitur, olim ſacram ædiculam fuiſſe. Couarruuias meus Ileocenſi, legendum innuit; cùm Illeſcus, oppidum ſex à Toleto diſtans leucis, exponat. Michaël Carranza in ipsâ vrbe monaſterium Deibienſe locat. Quidquid ſit Iulianus Perez hæc de illo: Eremitorium S. Mariæ Eleocenſis, à S. Ildephonſo vt quidam dicunt, Archiepiſcopo Toletano ædificatum, nunc ſub patrocinio Muzarabis Nuñez. Prope hoc eremitorum fuit in villâ Deibienſi monaſterium S. Mariæ Virginis, ordinis Benedictarum Virginum, ibi ab eodem Ildephonſo in paterno ſolo conditum, poſtremò dirutum; & hæreditates eius ſeruabantur eremitorio. Et Luitprandus: In monaſterio Deibienſi poſuit S Ildiphonſus imaginem B. Mariæ Virginis, quam habebat in ſuo oratorio. Verum paternam hanc fuiſſe & hæreditariam villulam facilè adducar vt credam, cùm Iulianus ſubiiciat: propriis opibus ditauit. Tritthemius, dotauit, legit. Quod non religioſæ paupertati contrarium, quis exiſtimet, cùm hæreditariam portionem parentum optimorum morte non in ſuum vſum, ſed in Dei ac Deiparæ obſequium, contulerit.

PER DOM THOM. TAMAYO DE VARGAS.

ii Iulianus: Ildephonſus monachus Agalienſis, & Abbas Sanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani, ſuccedit in regiâ Sede Toletanâ S. Eugenio IV. qui colitur 13. Nouembris.

Hæretici à S. Ildephõſo repreſſi.

kk Inſcriptio vetus, ἀντὶ τειῶν ἀπίστων. Luitprandus: Geneſius primus Epiſcopus Aruernenſis admonet D. Ildephonſum per litteras, de hæreſi Iouiniani, per quoſdam excitatâ Aruernis, qui dicebant B. Virginem in partu corruptam manſiſſe; & eos tendere in Carpetaniam, vt vrgentem (lege, vigentem) fidem in ſanctiſſimam Virginem ſuis falſiſſimis rationibus labefactarent & omnino perderent. Et Iulianus Perez: Hoc anno Concilium contrahit contra quoſdam hæreticos, malè ſentientes de Virginitate B. Mariæ, quòd dilatatis virginalibus clauſtris peperiſſet, vt cetereæ mulieres, ſine nouo quodam miraculo. Hæreticos Gallos Theudium & Helladium, malè loquentes de parturitionis modo B. Mariæ Virginis, confutat. Quinam hæretici illi, dixi fol. 13. Apolog pro Deſcenſione B. Virginis in templ. Toletan.

ll Hanc ſcripſit Io. Ægydius Zamorenſis Regis Sanctij IV. Præſtitutor; retulit Blaſius Ortiz cap. 14. ſum. Temp. Toletan. deſcription.

mm Iulianus Perez in Chron. Quidam de genere Gudielorum, Ezlazarij, & Palumborum (nota Toleti nomina, & notiſſimæ nobilitatis, ferè iam extinctæ Gudiele, Palomeques) tulerunt corpus S. Ildephonſi Toleto & Zamoram deportarũt. Adiiciam epitaphiam inſcriptionem, à Iuliano Archidiacono ſcriptam poſt inuentum S. Ildephonſi corpus:

Eius Epitaphium.

Alphonſi iacet hoc corpus venerabile ſaxo:
Sed virtute magis nobilitate micat.
Inuenit iuuenis portum, ſeclóque relicto
Cœnobij cellas Agalienſis amat.
Hinc Toletanam raptatur Præſul ad vrbem,
Cui fuit in votis ſede latere ſuâ.

Tantùm addam quæ hiſtoriæ huic abſunt; D. Ildephonſi natalem diem, parentes, corporis habitudinem, ſcripta. Luitprandus in Chro. an. 3. Auratij Tolet. Archiepiſcopi, (ſcilicet ærâ DCXIV) natus eſt in ſede paternâ S. Ildephonſus, pòſt Toletanus Pontifex. &, Toleti naſcitur Ildephonſus præclariſſimis parentibus, in domo Stephani & Luciæ, 18. die Decembris. Iulianus Perez: Fuit autem S. Ildephonſus, vt ex antiquis, quæ adhuc extant, hiſtoriis & ſcripturis conſtat, procero corpore, multùm venerabilis facie, & vultu venerando & modeſto, pulchro & verè regio, colore roſeo, candore ſingulari permixto: ſermoni eius Deus dederat miram ſuauiolentiam & leporem: ſemper erat hilaris, mitis, & vrbanus, manſuetus, blandus omnibus, & omnibus amabilis, ſiue ſecularis, ſiue monachus, ſiue Pontifex, ſemper in pretio fuit.

forma.

B Ildephonſi ſcripta:

Scripta.

Liber Proſopopœiæ imbecillitatis propriæ.
Liber de Virg. B. Mariæ.
De perpetuâ Virginitate & parturitione eiuſdem.
Sermones 12. de eadem.
De proprietatibus trium perſonarum Patris, Filij, Spiritus ſancti.
Annotationes in Sacramenta.
De cognitione Baptiſmi.
Via eremi ſpiritualis.
Illuſtrium aliquot ſcriptorum Catalogus.
Epiſtolarum liber.
Miſſarum liber.
Hymnorum & Epigrammatum liber.
Supplementum ad Chronicon Iſidori.

Quod quidem in Hiſpaniâ excuſum eſt cum ſcholiis Ioannis Vaſæi Belgæ, & aliorum ſcriptorum auctario. Multa adhuc in Bibliothecis Hiſpaniæ latent, aliquot emiſſa in lucem iam ſunt. Si Deus Opt. Max. vitam vt conatus dat, quæcumque reperiri poſſunt B. Ildephonſi opera, noſtris illuſtrationibus animaduerſa recipio me σὺν θεῷ, ſiue, vt illius temporis ſcriptores dixiſſent, Deo Præſule, daturum.

DE

DE S. BOISILO

PRÆPOSITO MONASTERII MELROSENSI IN SCOTIA.

CIRCITER AN. DCLXIV. XXIII. IANVAR.

1 TEfius, *ſiue* Teuoitus, *aut* Teuiotus, *fluuius eſt Scotiæ, ad Angliæ confinia: vnde* Tefidale *regio, (quaſi* vallem ad Tefium *dicas) nomen accepit. In eâ, inter* Tefium *ac* Twedam *amnes,* Mailros, *ſiue* Melros, *admodùm vetuſtum monaſterium fuit, cuius extant etiamnum, vt Dauid Camerarius teſtatur, veſtigia, circiter XX. millibus paſſuum à* Berwico, *vltimo & munitiſſimo totius Angliæ oppido, ad Tvvedæ oſtium, procul in mare porrecto, diſtans. Id Ioannes Maior de geſtis Scotorum lib. 2. cap. 12. ſcribit* à diebus Bedæ mirabiliter auctum. *& addit:* Deuotioni locus eſt aptiſſimus ſuper Twedam flumen: ab omni domo in nemore ſeparatur, regulam B. Bernardi ſeruans. *Titulus* Abbatis Melroſenſis *nuper Ioanni Caramueli ex eodem Ordine, Theologiæ Louanij Doctori, collatus eſt.*

Melros monaſterium.

2 *In eo cœnobio S. Cutbertus, qui deinde Lindisfarnenſis Epiſcopus fuit, ſub S. Eatâ, Abbate, & S.* Boiſilo *Præpoſito monaſticum habitum ſuſcepit, atque ab hoc ad omnem virtutem egregiè eſt eruditus. Vitam eius XX. Martij dabimus, à venerabili Beda conſcriptam, è quâ hìc quæ ad* Boiſilum *pertinent, promemus. Nam eius hoc die natalem conſignat Martyrol. Anglicanum; & Ferrarius in nouo Catalogo Sanctorum; ſed Abbatem faciunt, perperàm; vti & Ioannes Maior antè citatus, Dauid Camerarius qui XXIII. Februarij eum refert: Ferrarius rurſus VII. Auguſti: Hugo Menardus IX. Septembris. Maior* Baſilium *vocat; Ferrarius vno loco* Boyſillium, *altero cum ceteris* Boiſilum; *fors diuerſum credidit: Bedæ* Boiſil *eſt, Florentio VVigornienſi* Boſilus. *De eius morte ita ſcribit ad an. 664.* Boſilus ſublimium virtutum monachus, Mailroſenſis cœnobij Præpoſitus, vir prophetico ſpiritu plenus, Sacerdos Dei dilectus, lethali morbo preſſus, perpetuæ lucis gaudia conſcendit.

S. Boiſili, eius Præpoſiti, natalis:

3 *Dauid Camerarius de eo hæc tradit, credibilia, quia pluribus Sanctis viſitata, at non ſatis tamen teſtata:* Cui crebra fertur in ore fuiſſe ſanctæ Trinitatis, & auguſtiſſimi Ieſu nominis, vſurpatio, ex redundantiâ pietatis ſolidæ erga Chriſtum Dominum; de quo tam tenero molliqué animo, tamqué vberi fletu, cogitabat & loquebatur, vt in fletum ipſos quoque auditores & inſpectores adduceret; illud ſæpè tenerrimo animi ſenſu repetés: Quàm bonum habemus Ieſum! .... In extremis conſtitutus Boiſilus Sanctus, ſupremis monitis Mailroſſenſes inſtruit; ſcilicet, vt gratias agerent ſummas de religioſæ dono vocationis, vt à iudicio proprio, tamquàm à capitali hoſte, etiam atque etiam cauerent. Orationem cordiſque puritatem ad virtutis culmen viam eſſe breuiſſimam aiebat. Hæc & ſimilia documenta inculcans, peſtilentiâque (quâ ſe moriturum longè antè prædixerat) interiora depaſcente, illud D. Stephani, Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum, ſæpè repetens, obdormiuit in Domino.

eius in Ieſum & SS. Trinitatē pietas:

vltima ad ſuos monita.

VITA EX S. BEDA PRESBYTERO.

§. I. *S. Boiſili zelus.* hiſt. Angl. l. 4. cap. 27.

1 IPſo anno, quo finem vitæ accepit Rex *a* Egfridus, Epiſcopum fecit ordinari *b* Lindisfarnenſium Eccleſię virum ſanctum & venerabilem Cudbertum, qui in inſulâ permodicâ, quæ appellatur Farne, & ab eadem Eccleſiâ nouem ferme millibus paſſuum in Oceano procul abeſt, vitam ſolitariam per annos plures in magnâ corporis & mentis continentiâ duxerat. Qui quidem à primâ ætate pueritiæ, ſtudio religioſæ vitæ ſemper ardebat: ſed ab ineunte adoleſcentiâ monachicum & nomen aſſumpſit & habitum. Intrauit enim primò monaſterium Mailros, quod in ripâ *c* Tuidi fluminis poſitum, tunc Abbas *d* Eata vir omnium manſuetiſſimus regebat: qui poſteà Epiſcopus *e* Hagulſtadenſis ſiue Lindisfarnenſis Eccleſiæ factus eſt, vt ſuprà memorauimus: cui tempore illo Præpoſitus Boiſil magnarum virtutum & prophetici ſpiritus Sacerdos fuit.

a *b*

c

d

e

S. Boiſilus Præpoſitus Melroſenſis,

2 Huius diſcipulatui Cudbertus humiliter ſubditus, & ſcientiam ab eo ſanctarum ſcripturarum, & bonorum operum ſumpſit exempla. Qui poſtquàm migrauit ad Dominum, Cudbertus, ei monaſterio factus Præpoſitus, plures & auctoritate magiſtri, & exemplo ſuæ actionis, regularem inſtituebat ad vitam. Nec ſolùm ipſi monaſterio regularis vitæ monita, ſimul & exempla præbebat; ſed & vulgus circumpoſitum longè lateque à vitâ ſtultæ conſuetudinis ad cæleſtium gaudiorum conuertere curabat amorem. Nam & multi fidem, quam habebant, iniquis profanabant operibus: & aliqui etiam tempore mortalitatis neglectis fidei ſacramentis (quibus erant imbuti) ad erratica idololatriæ medicamina concurrebant, quaſi miſſam à Deo conditore plagam per incantationes, vel phylacteria, vel alia quælibet dæmoniacæ artis arcana, cohibere valerent. Ad vtrorumque ergo corrigendum errorem, crebrò ipſe de monaſterio egreſſus, aliquotiens equo ſedens, ſed ſæpiùs pedibus incedens, circumpoſitas veniebat ad villas, & viam veritatis prædicabat errantibus: *f* quod ipſum etiam Boiſil ſuo tempore facere conſueuerat. Erat quippe moris eo tempore populis Anglorum, vt veniente in villam Clerico vel Presbytero, cuncti ad eius imperium, verbum audituri confluerent, libenter ea quæ dicerentur audirent, libentiùs ea quæ audire & intelligere poterant operando ſequerentur.

prophetiâ clarus,

Magiſter S. Cudberti,

f *zeloſus prædicator.*

2 *Anno 685. menſe Iunio, occiſus eſt à Pictis* Egfridus *Northumbriæ Rex, cùm eodem anno ipſo Paſchatu die in Epiſcopum conſecratus eſſet* S. Cutbertus, *ita Florentius VVigorn. ſucceſſit* Alhfridus.

b *Vtraque hæc inſula* Farne *&* Lindisfarne, *Northumbriæ litori obiecta eſt* Lindisfarne *nunc* Holy-iland *dicitur, id eſt,* Sancta inſula, *à Cutberti & aliorum Sanctorum iſthic habitatione. Sedes Epiſcopalis poſteà eſt Dunelmum tranſlata.*

Lindisfarne inſ.

c *Ita legendum videtur, aut* Tiudi; *non, vt vulgò,* Tindi; *nedum* Tinę, *vt habet Martyrologium Anglicanum. De* Timâ *North humbriæ fluuio diximus ad vitam S. Benedicti Biſcopij 12. Ianu. & 16. ad vitam S. Henrici Eremitæ. at* Tvveda *hic eſt, qui ad Berwicum in mare effunditur.*

Tvveda fl.

d *De* S. Eata, *ſiue* Eatta, *agemus 26. Octob.*

e *Vtraque Sedes coniuncta quandoque, aliàs diuiſa: vtraque nunc proprio Antiſtite caret. Qua Bedæ ætate* Hagulſtad, *antiquitus* Axelodunum, *ea nunc* Hexham *dicitur, ad* Tinam *amnem ſita. Nomen modernum à riuo* Hextold, *quandoque torrentis in morem exundante, vnde* Hextoldesham, *& contractè* Hexham.

Hagulſtad vrbs.

f *Idem dicitur in Vitâ S. Cutberti.*

§. II. *Cutberti inſtitutio. Boiſili obitus.* ex vitâ S. Cutb.

3 VEnerabilis Domini ſeruus *Cuthbertus*, relictis ſeculi rebus, monaſterialem properabat ſubire diſciplinam; vtpote cæleſti viſione ad appetenda perpetuæ gaudia beatitudinis incitatus, ad tolerandam pro Domino eſuriem ſitimque temporalem, epulis inuitatus cæleſtibus. Et quidem Lindisfarnenſem Eccleſiam multos habere ſanctos viros, quorum doctrinâ & exemplis inſtrui poſſet, nouerat: ſed famâ præuentus Boiſili ſublimium virtutum monachi & Sacerdotis, Mailros petere maluit: caſuque contigit, vt cùm illò perueniens equo deſiliſſet, ingreſſuruſque ad orandum eccleſiam, ipſum paritor equum & haſtam, quam tenuerat manu, miniſtro dediſſet, (necdum enim habitum depoſuerat ſecularem) Boiſilius ipſe præ foribus monaſterij conſiſtens, prior illum videret:

celebri famâ virtutum:

prædicit S. Cutberti ſanctitatem: Ioan. 1. 47.

videret: præuidenſque in ſpiritu, quantus conuerſatione eſſet futurus quem cernebat, hoc vnum dixit adſtantibus: Ecce ſeruus Dei; imitatus illum, qui venientem ad ſe Nathanaël intuitus, Ecce, inquit, verè Iſraelita, in quo dolus non eſt. Sicut religioſus ac veteranus Dei famulus & Presbyter Sigfridus ſolet atteſtari, qui eidem Boiſilo hæc dicenti inter alios adſtabat, tunc in ipſo monaſterio adoleſcens primis adhuc monachicæ vitæ rudimentis inſtitutus, nunc in noſtro, id eſt, *a* Gyruenſi monaſterio perfectum in Chriſto agens virum, & inter ægra ſpiritus extremi ſuſpiria lętum vitæ alterius ſitiens introitum.

a

eum benignè excipit,

4 Nec plura loquens Boiſilus, peruenientem mox ad ſe Cuthbertum benignè ſuſcepit, cauſſamque itineris exponentem, quia videlicet monaſterium ſeculo prætulerit, benigniùs ſecum retinuit: erat enim Præpoſitus eiuſdem monaſterij. Et poſt dies paucos adueniente viro beatæ recordationis Eatâ, tunc Presbytero & Abbate monaſterij ipſius, poſteà Lindisfarnenſis Eccleſiæ ſimul & eiuſdem loci Antiſtite, indicauit ei de Cuthberto: & quia boni propoſiti animum gereret, expoſuit, obtinuitque apud eum, vt acceptâ tonſurâ, Fratrum iungeretur conſortio.....

& à S. Eatâ admitti impetrat.

5 Intereà quia fragilis eſt, & more freti volubilis omnis ſeculi ſtatus, inſtante ſubito turbine præfatus Abbas Eata, cum Cuthberto & ceteris, quos ſecum adduxerat, Fratribus domum repulſus eſt, & locus *b* monaſterij, quod condiderat, aliis ad incolendum monachis datus. Nec memoratus athleta Chriſti mutatione loci mutauit mentem ab arrepto ſemel propoſito militiæ cæleſtis: verùm diligentiſſimè iuxta quod & antè facere conſueuerat, B. Boſili dictis pariter auſcultabat, & actis. Quo tempore, ſicut Herefridus familiaris eius Presbyter & Abbas quondam monaſterij Lindisfarnenſis ipſum referre ſolitum teſtatur, morbo peſtilentiæ, *c* quo tunc plurimi per Britanniam longè latéque deficiebant, correptus eſt. At Fratres monaſterij illius totam pro eius vitâ & ſalute precantes duxêre noctem peruigilem: omnes enim quaſi hominis ſancti neceſſariam ſibi eius adhuc in carne præſentiam rebantur. Quod dum ipſi manè quidam de illis indicaret (nam neſcio eo fecerant) reſpondens ſtatim, Et quid iaceo? inquit. Neque enim dubitandum eſt, quia tot taliumque virorum preces Deus non deſpexerit. Date baculum & caligas. Statimque exurgens cœpit tentare inceſſum, baculo innitens, & creſcente per dies virtute, ſanitatem quidem recepit: ſed quia tumor, qui in femore apparebat, paullatim à ſuperficie detumeſcens corporis ad viſcerum interiora perlapſus eſt, toto penè vitæ ſuæ tempore aliquantulum interaneorum non ceſſabat ſentire dolorem, videlicet vt, iuxta Apoſtolum, virtus in infirmitate perficeretur.

b

eum piis monitis & exemplis inſtruit:

c

ei, Fratrũ precibus à peſte ſanato,

futura prædicit, & propriam mortem;

6 Quem cùm famulus Domini Boiſilus à valetudine ſanatum cerneret, ait: Vides Frater, quia liberatus es à moleſtiâ, quâ laborabas; & dico tibi quòd eâ iam vltrà tangendus non es, neque hoc moriturus in tempore: ſimulque moneo, vt quia me mors vicina præſtolatur, diſcere à me aliquid quamdiu docere valeam, non omittas. Non enim pluſquàm ſeptem dies ſunt, quibus mihi ad docendum ſanitas corporis & linguæ ſuppetat virtus. Reſpondit Cuthbertus, nihil hæſitans de veritate dictorum illius: Et quid, rogo, optimum mihi eſt legere, quod tamen vnà valeam conſummare ſeptimanâ? At ille, Ioannem, inquit, Euangeliſtam *d*. Eſt autem mihi codex habens quaterniones ſeptem, quos ſingulis diebus ſingulos poſſumus, Domino adiuuante, legendo, & quantum opus eſt, inter nos conferendo percurrere. Factumque eſt, vt dixerat. Quam ideò lectionem tam citiſſimè complere valebant, quia ſolam in eâ fidei, quæ per dilectionem operatur, ſimplicitatem, non autem quæſtionum profunda tractabant.

d Euangelium S. Ioannis morſturus exponit:

ipſe peſte corripitur:

7 Completâ ergo poſt dies ſeptem lectione, memorato morbo arreptus vir Domini Boiſilus diem peruenit ad vltimum, & hoc magnâ cum exultatione tranſcurſo ad gaudium perpetuæ lucis intrauit. Ferunt illum his ſeptem diebus omnia Cuthberto, quæ ei futura reſtabant, expoſuiſſe. Propheticus namque, vt dixi, & miræ ſanctitatis erat homo. Denique præfatæ acerbitatem peſtilentiæ, triennio priuſquàm veniret, Eatano Abbati ſuo prædixit fuiſſe futuram, nec ſe illâ tollendum celauit: ipſum verò Abbatem ſuum, non eâ moriturum, ſed illo potiùs morbo, quem dyſenteriam medici appellant, veridico, vt rerum exitus docuit, ſermone prænuit. Sed & Cuthberto inter alia, quia Epiſcopus eſſet ordinandus, inſinuauit. Vnde idem Cuthbertus poſtmodùm in ſeceſſu anachoreſeos poſitus, dicere quidem nulli volebat, quia Epiſcopum eum prædixerat futurum; ſed tamen viſitantibus ſe aliquotiens Fratribus ſolebat multo cum dolore proteſtari, quia etiamſi fieri poſſit, vt in caute permodicam domunculam habens deliteam, vbi circumferentes me vndique fluctus oceani tumeſcentis à cunctorum mortalium viſu pariter & cognitione ſecludant, nec ſic quidem liberum me ab inſidiis mundi fallentis æſtimo: ſed ibi quoque quia qualibet ex cauſsâ philargyria me tentans abripere poſſit, vereor.

Ex S. BEDA.

multa futura prædicit:

triennio antè peſtẽ prædixerat & mortem ſuam.

a *De hoc monaſterio actum pluribus* 12. *Ianu. ad vitam S. Benedicti.*

b Ripon, *quod in prouinciâ Eboracenſi inter* Vrum *fluuium &* Sckell *riuum ſitum, de quo ad vitam S. VVilfridi, cui cedente S. Eatâ præfuit,* 12. *Octob. dicemus. Florentius VVigornienſis ad an.* 664. *vel potiùs* 663. *vt patet ex Indict.* 6. *ita ſcribit:* Abbas monaſterij, quod vocatur Mailros, Eata, vir reuerendiſſimus, qui Ripenſis monaſterij fundator, rogatu Regis Ahlfridi, priùs extitit, Abbatis iure Lindisfarnenſibus Fratribus præpoſitus eſt, *&c.* *Ripon.*

c *Meminit illius peſtilentiæ VVeſtmonaſterienſis anno* 664. *&* 665.

d *Addit Camerarius:* ex cuius frequenti lectione erga Ieſu nomen ſingulari ferebatur affectu.

§. III. *Etiam poſt mortem curatæ animæ.*

8 EO tempore venerabilis, & cum omni honorificentiâ nominandus famulus Chriſti & Sacerdos *a* Ecgbertus, quem in Hiberniâ inſulâ peregrinam ducere vitam pro adipiſcendâ in cælis patriâ retulimus, propoſuit animo pluribus prodeſſe; id eſt, inito opere Apoſtolico verbum Dei aliquibus earum, quæ nondum audierant, gentibus euangelizando committere, quarum in Germaniâ plurimas nouerat eſſe nationes, à quibus Angli vel Saxones, qui nunc Britanniam incolunt, genus & originem duxiſſe noſcuntur: vnde hactenus, à vicinâ gente Britonum corruptè Germani nuncupantur. Sunt autem Freſones, Rugini, Dani, Huni, antiqui Saxones, Boruchtuarij: ſunt etiam alij perplures iiſdem in partibus populi, paganis adhuc ritibus ſeruientes, ad quos venire præfatus Chriſti miles circumnauigatâ Britanniâ diſpoſuit, ſi quos fortè ex illis ereptos Satanæ ad Chriſtum transferre valeret: vel ſi hoc fieri non poſſet, Romam venire ad videnda atque adoranda beatorum Apoſtolorum ac Martytum Chriſti limina cogitauit.

a

Egbertum cogitantem in Germaniam ire ad conuertendos paganos.

9 Sed ne aliquid horũ perficeret, ſuperna illi oracula ſimul & opera reſtiterunt. Siquidẽ electis ſociis ſtrenuiſſimis & ad prædicandũ verbum idoneis, vtpote actione ſimul & eruditione præclaris, præparatiſque omnibus quæ nauigantibus eſſe neceſſaria videbantur, venit die quadam, manè primo ad eum vnus de Fratribus, diſcipulus quondam in Britanniâ & miniſter Deo dilecti Sacerdotis Boiſili, cùm eſſet idem Boiſil Præpoſitus monaſterij Mailroſenſis ſub Abbate Eatâ, vt ſuprà narrauimus, referens ei viſionem, quæ ſibi eadem nocte apparuiſſet; Cùm expletis, inquiens, hymnis matutinalibus in lecto membra depoſuiſſem, ac leuis mihi ſomnus obrepſiſſet, apparuit magiſter quondam meus & nutritor amantiſſimus Boiſil, interrogauitque me an eum cognoſcere poſſem. Aio: Etiam. Tu es enim Boiſil. At ille, Ad hoc, inquit, veni vt reſponſum Domini Saluatoris Ecgberto afferam, quod te tamen referente oportet ad illum venire. Dic ergo illi, quia non valet iter, quod propoſuit, implere: Dei

per diſcipulum monet, ne iſthuc eat,

Ex S. Bedâ. re: Dei enim voluntas eſt, vt ad *b* Columbæ monaſteria magis docenda pergat. Erat autem Columba primus doctor fidei Chriſtianæ Tranſmontanis Pictis ad Aquilonem, primuſq; fundator monaſterij, quod in Hu inſulâ multis diu Scotorum Pictorumque populis venerabili manſit. Qui videlicet Columba nunc à nonnullis compoſito à Cellâ & Columbâ nomine, Columcelli vocatur.

b ſed ad monaſteria S. Columbæ:

negligentem iterum monet:

10 Audiens autem verba viſionis Ecgbertus, præcepit Fratri, qui retulerat, ne cuiquam hæc alteri referret, ne fortè illuſoria eſſet viſio. Ipſe autem tacitus rem conſiderans, vetacem eſſe timebat: nec tamen à parando itinere, quo ad gentes docendas iret, ceſſare volebat. At poſt paucos dies rurſum venit ad eum præfatus Frater dicens, quia & eâ nocte ſibi poſt expletas matutinas Boiſil per viſum apparuerit, dicens: Quare tam negligenter ac tepidè dixiſti Ecgberto, quæ tibi dicenda præcepi? At nunc vade, & dic illi, quia, velit nolit, debet ad monaſteria Columbæ venire, quia aratra eorum *c* non rectè incedunt. Oportet autem eum ad rectum hæc tramitem reuocare.

c

qui tandem tempeſtate coactus,

11 Qui hæc audiens denuò præcepit Fratri, ne hæc cuiquam patefaceret. Ipſe verò tametſi certus eſt factus de viſione, nihilominùs tentauit iter diſpoſitum cum Fratribus memoratis incipere. Cumque iam naui impoſuiſſent, quæ tanti itineris neceſſitas poſcebat, atque opportunos aliquot diebus ventos expectarent, facta eſt nocte quadam tam ſæua tempeſtas, quæ perditis nonnullâ ex parte his quæ in naui erant rebus, ipſum in latus iacentem inter vndas relinqueret. Saluata ſunt tamen omnia, quæ erant Ecgberti & ſociorum eius. Tum ille quaſi propheticum illud dicens, quia propter me eſt tempeſtas hæc, ſubtraxit ſe illi profectioni, & remanere domi paſſus eſt. At verò vnus de ſociis eius, vocabulo *d* Victbertus, cùm eſſet & ipſe contemptu mundi ac doctrinæ ſcientiâ inſignis (nam multos annos in Hiberniâ peregrinus anachoreticam in magnâ perfectione vitam egerat) aſcendit nauem, & in Freſiam perueniens, duobus annis continuis genti illi ac regi illius Radbedo verbum ſalutis prædicabat: neque aliquem tanti laboris fructum apud barbaros inuenit auditores. Tunc reuerſus *e* ad dilectæ locum peregrinationis, ſolito in ſilentio Domino vacare cœpit. Et quoniam externis prodeſſe ad fidem non poterat, ſuis ampliùs ex virtutum exemplis prodeſſe curabat.

Ion. 1. 12. *obtemperat;*

d

e Victberto fruſtrà in Friſiâ laborante.

a *Colitur* S. Egbertus *Abbas* 24. *Aprilis.*

b *Vitam* S. Columbæ *dabimus* 9. *Iunij. De primario eius monaſterio in* Hu. *ſiue* Hy, *aut* Ionâ, *vnâ Hebridum inſularum egimus* 19. *Ianu. ad vitam* S. Blaithmaci.

c *Nam ſi decimaquarta luna Martij incidiſſet in Dominicam, eâ Paſcha celebrabât, quod debuiſſent in* 21. *differre: deinde tonſura ritu à reliquâ Eccleſiâ diſcrepabant: ceterùm & fide orthodoxi, & virtutibus conſpicui.*

d *De* S. VVictperto, *ſiue* Victberto, *agemus* 13. *Auguſti. at de Friſonum conuerſione ſæpius alibi; nominatim ad vitam* S. *VValfranni* 20. *Martij, S. Bonifacij* 5. *Iunij, S. VVillebrordi* 7. *Nouembris.*

e *Camerarius hæc de ipſo Egberto accipit, ita enim ſcribit:* Et licet iam ſecundò Boiſilus Sanctus Egbertum officij, iuſſu diuino, admoneret; nihilominùs tantus huic Sancto inerat animarum zelus, vt nauim cum duodecim diſcipulis ex Hebridibus inſulis ſoluens conſcenderet: ſed fruſtrà; nam vi tempeſtatis in periculum actus reuerſus eſt ad dilectæ locum peregrinationis, & ſolito in ſilentio Domino vacare cœpit: & quoniam externis prodeſſe ad fidem non poterat, ſuis ampliùs virtutum exemplis prodeſſe curabat. Porrò cùm Beda reuerſum dicat in dilectæ locum peregrinationis, certum eſt ad celeberrimam illam inſulam Orcadum, cui Magio nomen rediiſſe, & monaſteriorũ, quæ in Orcadibus & Hebridibus D. Colũbæ erant dicata, curam de obſeruando Paſchate ſuſcepiſſe. Teſtatur quippe Beda lib. 4. c. 4. S. Colmannum Epiſcopũ Anglis monaſterium in Inſulâ Magio quæ vna eſt Orcadum ædificaſſe. *Multiplex hic error: Ex Hiberniâ ſoluere parabat Egbertus, non ex Hebridibus, inter quas & Iona erat. Camerarius non Hibernia aut Scottorum, ſed Pictorum ſubiecta imperio, & ab eius corhorum Regibus Scottis monachis data. Nec ſoluerat adhuc Egbertus: nec à Beda dicitur* ad dilectæ locum peregrinationis reuerſus, *ſed* domi remanere paſſus. *Sed Victbertus, fruſtrà ſuſceptâ ad Friſones expeditione,* ad dilectæ reuerſus eſt peregrinationis locum, *id eſt,* Hiberniam; *vt ex præcedentibus patet.* Orcades *inſulæ ad alterum Scotiæ latus iacent, Carneſiæ littori oppoſitæ. Earum primaria* Pomona, *vulgò nunc* Mainland. *Alia memorantur,* Hethy, *olim fortaſſis* Ocetis; Hey; Faire Ile, *id eſt,* pulchra inſula, *fortè* Dumna. *Locus quem ex Bedâ citat Camerarius ſic habet, lib. 4. cap. 4.* Interea Colmanus, qui de Scotiâ erat Epiſcopus, relinquens Britanniam, tulit ſecum omnes quos in Lindisfarorum inſulâ congregauerat Scottos: ſed & de gente Anglorum viros circiter triginta, qui vtrique monachicæ conuerſationis erant ſtudiis imbuti. Et relictis in Eccleſiâ ſuâ aliquot Fratribus primò venit ad inſulam Hu, vnde erat ad prædicandum verbum Dei Anglorum genti deſtinatus. Deinde ſeceſſit ad inſulam quamdam paruam, quæ ad Occidentalem plagam ab Hiberniâ procul ſecreta, ſermone Scottico INHIS BOVINDE, id eſt, INSVLA VITVLÆ ALBÆ nuncupatur..... & circumiens omnia propè vel longè, inuenit locum in Hiberniâ inſulâ aptum monaſterio conſtruendo, qui linguâ Scottorum Magio nominatur: emitque partem eius non grandem ad conſtruendum ibi monaſterium à Comite, ad cuius poſſeſſionem pertinebat, *&c. Quis non videt, nec* Magio, *quæ in Hiberniâ eſſe dicitur, inter Orcades quæ ad ortum æſtiuum Scotiæ, inter ipſas & Hiberniam interpoſitæ, iacent, poſſe cenſeri? Sed eſſe indubiè ditio videtur, quæ etiamnum* Maio *dicitur, in Conactia orâ Occidentali, cui plurima latè protenſa inſula ſunt, quarum vna fuerit illa* Vitulæ albæ.

Orcades.

Monaſteria duo Colmani in Hiberniâ.

a ACTA S. MAIMBODI MARTYRIS

IN TERRITORIO BISONTICENSI.

Ex antiquis codicibus MSS. Metropolitanæ Veſontionenſis Eccleſiæ, deſcripta à Pet. Fran. Chiffletio Societatis IESV.

Vtiliter ſcribuntur Vitæ Sanctorum.

1 SAnctorum Martyrum pia certamina reuoluere, eorumque paſſiones, quas pro Chriſto, vel in Chriſto tulerunt, memoriæ tradere, ipſi Domino placere non diffidimus, pro cuius nomine hæc ipſa ſuſtinuiſſe eos credimus: hinc enim bonorum operum excitatur imitatio, hinc Deo laus accreſcit & iubilatio, hinc roboratur in melius fidelium deuotio. Hos enim fidelis populus deuotiùs veneratur, illos amando ardentiori animo complectitur, quos audit & ſui certaminis feliciter palmam ſumpſiſſe, & ad ſummum bonum, qui Chriſtus eſt, feliciter perueniſſe. Paſſionem itaque B. Maimbodi, inquantùm rei veritas nobis innotuit, deſcribimus, & hoc tantò deuotiùs, quantò ſecuriùs; quia quẽ in hac vitâ ſeruum Dei perfectũ fuiſſe cognouimus, in illâ cæleſti iam laude fidentiori prædicamus.

2 Fuit igitur B. Maimbodus, vir illuſtris & magnificus, natione & *b* habitu Scottus, totâ mente Deo deuotus, opere, & exercitio Chriſtianiſſimus. Qui cùm diuitiis pro ritu patriæ ſuæ affluret, ingenuitate parentum polleret, elegantiâ corporis quàm pluribus præcelleret; hæc omnia tranſitoria ſciens, & ad perennia tendere, & felicem vitam gerere, animo exardeſcens, diuitiis abrenuntiauit, patriam & parentes reliquit, corporis pulchritudinem animæ ſuæ aduerſam cognoſcens, vt vilem ſarcinam deſpectui duxit. Euangelici itaque præcepti non oblitus; Qui non renuntiauerit omnibus quę poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus; pauperem Chriſtum, & nudum ſecutus eſt ipſe pauper, & nudus.

b S. Maimbodus Scottus

patriam & ſeculum relinquit.

Luc. 14. 33.

3 Mare igitur tranſiens ſepulchra Sanctorum quoquò gentium circumiens, venerabatur reliquias Chriſti Martyrum, vigilabat ad limina eorum, vberrimis lacrymis cæleſtem patriam, iam totus in illâ, Dominum implorabat: nihil de terrenis cogitans, cæleſtia deſiderabat, totum-

peregrinatur:

totumque ſe in holocauſtum Domino conſumebat. Teſtis enim Chriſti egregius, non ſolùm in effuſione ſanguinis credebat eſſe martyrium, verumetiam in prouectu ſanctarum virtutum, in mortificatione carnis, & in viuificatione ſpiritus, in reſiſtendo vitiis ac diabolicis fraudibus. Humana quidem lingua enarrare non ſufficit, quæ & quanta in fame, & ſiti, & frigore tormenta ſuſtinuit, quæ certamina à dæmonum inſidiis illata ſuperauit. Dei enim omnipotentis ineffabilis clementia, diuina, & incomprehenſibilis potentia, quos igne ſuperni amoris accenderit, conſtantes & inſuperabiles efficit.

multa patitur:

4 Vileſcebat ergo viro Dei homo exterior, quem nouerat corruptibilem. Dauidicum ſemper in ore habebat ſermonem: Quæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem? Nitebatur interiorem hominem ſuo auctori immaculatum conſeruare, in lege Domini perfectè ambulare: & ſi lictoris manus deerat, ipſe tamen ſibi affligendo carnem, martyrio ſuggerebat. Nec deerat ſeruo Dei in ſumptu affluentia, quem ſibi vas electionis effecerat Dei gratia; qui non ſolùm ſuperflua corporis à ſe longè fieri præcauebat, verùm etiam naturæ neceſſitatem ita temperauerat, vt quamquàm ſerò victus ſuſtentaculum corpori ſuggereret, indeſinenti tamen conſtantiâ ſpiritui deſeruiret.

ſanctè & innocenter viuit: Pſa. 29. 10.

5 Quidquid autem in eleemoſynâ accipiebat, pauper ipſe pauperibus erogabat. In peregrinatione verò ſuâ quàm multos ſortis ſuæ, licet non æqualis meriti, inuenerat, quos de Domini ſui beneficiis ſibi per manus fidelium collatis paſcebat & alebat, verbis diuinis reficiebat! Erat enim Clericus diuinâ paginâ eruditus, Dei ſapientiâ, & ſpiritu plenus.

ſibi data dat pauperibus:

6 Tandem denique permutando terrarum climata, gyrando ſolito more Sanctorum loca, peruenit ad Burgundiam, quam omnipotens Dominus Sanctorum ſuorum meritis reddidit glorioſam. Hæc namque non ingrata Deo conditori omnium ſuper omnia beneficia indefeſſas exhibet laudes, quia non ſolùm ab inde genitis ſibi ſanctiſſimos edidit protectores, ſed è diuerſiſſimis regionum partibus egregios contulit prædicatores, quos habet tam Confeſſores, quàm Martyres. Inter hos itaque eminent tenentes palmam martyrij [c] Ferreolus & Ferrucius germani fratres, ex nobiliſſimis Græciæ parentibus prodeuntes, Biſonticæ ciuitatis egregij prædicatores, lucernæ quaquauersùm ardentes, Cleri ac populi notiſſimi defenſores. Habet Lugdunum ex eadem patriâ [d] Irenæum non minimâ ſuæ illius ſocietatis [e] cum multitudine pretioſorum Martyrum: Valentia [f] Felicem, Fortunatum, & Achilleum: Ædua [g] Andochium, & Thyrſum: Lingonis verò egregio [h] Mammete Martyre eſt clariſſima, cui tantum pignus genuit Cappadocia. Diuio quoque [i] Benigno Martyre benignè protegitur, cuius laus & gloria in ſanctâ prædicatione canitur. Et quoniam hos alioſque cumplures, quos ſermonis breuitas euitat, tranſmiſit Græcia, dicamus breuiter aliquos ex Scottiâ. [k] Columbanum virum illuſtriſſimũ non reticebimus, per quem tibi Burgũdia maximus in Dei vineâ accreuit fructus: in te namque quãplurima cœnobia ędificauit, collegia monachorum multiplicauit, Dei ſeruitia adauxit; [l] Deicolum & Columbinum ſanctiſſimos Confeſſores tibi reliquit. Poſt hos verò celeberrimum Confeſſorem prædicamus [m] Anatolium ex Scottiâ itidem genitum, lumen tibi à Domino deſtinatum. Verùm ne ſermo noſter in his protrahatur longiùs, ad B. Maimbodum exordium reducamus.

venit in Burgundiam,

c vbi varij Sancti exteri, Græci & Scoti:

d e f g h i k l m

7 Beatus igitur Maimbodus iam Chriſti miles perfectus, apud quemdam nobilem Burgundionum hoſpitio ſuſceptus, more ſuo in oratione & vigiliis perſeuerans, Deo laudes indeſinenter perſoluebat, cui Chriſto viuere, & mori lucrum erat. Hoſpes autem eius videns eum ſanctum & iuſtum, ſtudebat illi dare de ſuis, vt eius ſe cõmendaret meritis, quẽ videbat pleniter ſupernæ afflatum dono virtutis. Sanctus autẽ vir Maimbodus cuncta terrena reſpuens, nullius rei ſe egentem dicebat, cui Dominus omnium neceſſaria ſubfundebat: ſed ne hoſpitem contriſtaret, tegumenta manuum, quæ [n] Wantos appellant, pro caritate ſuſcepit; & vale dicens ei, omnique domui ſuæ benedicens, receſſit.

oblata reſpuit, praeter chirothecas:

Ex MSS.

n

8 In villâ autem (quæ Domnipetra dicitur) octo miliariis à ciuitate Biſonticâ, quæ alio nomine [o] Chryſopolis eſt appellata, erat quoddam oratorium B. Petri Principis Apoſtolorum, ad quod orationis gratiâ vir ſanctus fecit diuerticulum. Inerant denique huic villulæ latrones peſſimi, nulli ſe credentes obnoxios religioni, tantummodò nomine Chriſtiani, operibus verò ab hoc vocabulo longè diuerſi, ad omne facinus prompti: qui videntes beatum virum chirothecas (donum videlicet caritatis) deferre, exiſtimantes hunc & aliam pecuniam poſſidere, extra villam egreſſi, inſidiantes famulo Dei, ſuper fontem inuadunt eum, qui vulgari nomine nuncupatur Calebrunnia, hoc eſt, Teutonicâ barbarie, frigida [p] aqua: gens enim, quæ ſupradictam villam tunc temporis habitabat, erat Teutonica, ſine pietate, & miſericordiâ. O crudelis impiorum inſania! O ſancti viri laudabilis patientia! occurrunt iſti ad occidendum; feſtinat ille ad ſalutãdum: illorũ crudelitas trucidare quærebat, iſtius caritas iam pro ipſis orabat; tota enim eius intentio erat in ſententiâ Dominicâ: In patientiâ veſtrâ poſſidebitis animas veſtras. Et quod alibi dicit retinebat ſollicitus: Orate pro perſequentibus vos, & calumniantibus.

o

ob has inſidias patitur à latronibus, creditus pecunias habere:

p

Luc. 21. 19. Matth. 5. 44.

9 Videns igitur vir beatiſſimus inimicos Domini ex aduerſo incurrere & quaſi amentes in ſe impetum facere, verba eis inferens pacifica; Saluete, inquit, fratres cariſſimi; vobiſcum gratia Domini: ſed quid tam feſtinantes quæritis, dicite; poteſt enim vobis miſericordia Domini in neceſſitate ſuccurrere. Illi verò nihil reſpondentes, ſed ſicut manſuetiſſimam ouem ad occidendum rapientes verberant, flagellant, vt ſic quam non habebat pecuniam ab eo excutiant. Ipſe verò nec in morte quidem à prædicatione ceſſabat, ſed ſuos perſecutores verbis Dominicis blandè & leniter admonebat. Viri autem iniqui verba Dominica pro nihilo ducentes, auaritiæ æſtibus inhiantes, tamdiu eum fuſtibus ceciderunt, gladiis vulnerauerunt, donec cælo ſpiritum reddidit. Ipſo quoque Domino, cui perfectè per cultus operam ſeruierat, animam ſuſcipiente, in pace quieuit. Ipſi verò tanto facinore obligati inſanientes recedunt, quia nihil in eo præter mundiſſimam carnem reperiunt.

in ſe irruentes benignè alloquitur:

occiditur:

10 Corpus autẽ ſancti Martyris à fidelibus inuentũ, in baſilicâ B. Petri, vbi priùs ſe Domino precibus commendârat, traditur ſepulturæ: vbi multis miraculorum ſignis euidenter apparuit, qualis ac quàm iuſtus extiterit. Poſt hæc verò nonnullâ temporis intercurrente capedine, tranſlatũ eſt ad caſtrum, qui Mons Beligardæ dicitur, iuſſu Domini [q] Berengarij Archiepiſcopi Chryſopolitanæ Eccleſiæ, rogatu quoque cuiuſdam Comitis, Adzonis nomine, in cuius prædio antè iacuerat, apud idem caſtrũ tumulatũ eſt honorificè, & hoc per manus Domini Stephani Eccleſiæ Bellicenſis Epiſcopi, qui priùs S. Ioannis Euangeliſtæ, Chryſopolitanæ matris Eccleſiæ, Decanus fuerat: & quia tunc temporis prædictus Archiepiſcopus cæcatus erat, ipſe Epiſcopus vices Archipontificis ſub iuſſione gerebat. In loco verò vbi corpus ſancti Martyris requieſcit, plurima fiunt miracula, Diuinâ annuente gratiâ, cui laus & imperium in ſecula. Amen.

ſepelitur:

claret miraculis:

q

transfertur.

a *Alij* Maimboldum *vocant, alij* Maibodum. *ita hoc die Molanus in Addit. ad Vſuard. Galeſinius, Ferrarius*: In Burgundiâ S. *S. Maimbodi* Martyris. *Autbertus Miraus in Faſtis Burgundicis*: X. Kal. Februa. in territorio Biſontinenſi, caſtro quod dicitur Mons-Beligardæ, S. Maimbodi Martyris, cuius crebra miracula coruſcant. *Prolixiori elogio eum condecorat Andreas Sauſſaius.*

bodi natalis.

b *Ergo peculiari habitu, & à Gallico diuerſo, vtebantur Scotti.*

c *Coluntur* SS. Ferreolus, & Ferrutius, *ſiue* Ferrutio 16. *Iunij.*

d S. Irenæus 28. *Iunij.* e *hi* 2. *Iunij.*

f SS. Felix, Fortunatus, Achilleus 23. *April.*

g SS. Andochius, Thyrſus, Felix 24. *Sept.*

EX VARIIS.

h S. Mamas *Martyr Lingonica Eccleſia tutelaris habetur, ob caput & brachium illius iſtuc allatum, colitur* 17. *Aug.*

i *S.* Benignus 1. *Nouemb.*

k *S.* Columbanus 21. *Nouemb.*

l *S.* Deicoli *vitam dedimus* 18. *Ianu. vbi & de S.* Columbino, *qui aliis* Columbanus iunior *dicitur, colitur* 21. *Nouemb.*

m *S.* Anatolius 3. *Febru.*

n *Chirothecas etiamnum noſtrates* VVanten *vocant: Galli, Itali, Hiſpani,* vv in g *vel* gu *mutant, & eadem vtuntur voce. Eburones in Belgio, etiamnum chirothecas* VVaps *vocant.*

VVantus.

o *De hoc nomine Ioan. Iac. Chiffletius Veſontionis lib.* 1. *cap.* 12.

p *Rectiùs* Frigidum fontem *dixeris. Eſt enim* Bronn, *noſtratibus* borne, *propriè* fons, puteus, *ſiue* aqua naſcens *aut* exoriens.

q *Berengarius à Chiffletio parte* 2. *Veſontionu, quadrageſimus primus cenſetur iſtius vrbis Archiepiſcopus: vixit circa annum Chriſti* 900. *vt ex eodem Chiffletio patet: qui de hac tranſlatione ita ſcribit:* Eius verò tempore & iuſſu, Stephanus Bellicenſis Epiſcopus tranſtulit ab eccleſiâ S. Petri, villæ qui Domnipetra dicitur, ad caſtrum Montisbeligardi, corpus S. Maimbodi Martyris, natione Scoti: cuius feſtum in diœceſi Biſontinâ 23. Ianuarij. Et fertur Berengarius, qui à ſacrilegis hæreticis excæcatus fuerat, in eâ S. Maimbodi releuatione viſum miraculo recepiſſe. *Idem de viſu recuperato tradit Sauſſaius in Martyrologio, & addit:* Ad cuius rei commendationem idem Archiepiſcopus conſtituit, vt in diœceſi Veſontionenſi ſancti huius Martyris natalis ſacris anniuerſariis hac die, quâ agonem glorioſum ſubiit, coleretur; nomenque ipſius diptychis Eccleſiæ Veſontionenſis adſcriberetur, in Sanctorum ſerie quos ipſa peculiari iure recolit & honorat.

In S. Maimbodi tranſlatione, Berengarius vide ſum recitatum.

DE S. BERNARDO, ſiue BARNARDO,

ARCHIEPISCOPO VIENNENSI IN GALLIA.

SECVL. IX. XXIII. IANVAR. *S. Bernardi natalis.*



Loruit Viennæ Allobrogum, imperantibus Carolo Magno, Ludouico Pio, & Lothario, S. Bernardus, *ſiue* Barnardus, *Epiſcopus. Cuius natalis agitur X. Kal. Februarij; quo die Galeſinius:* Viennæ in Galliâ S. Bernardi Epiſcopi & Confeſſoris. *Molanus:* Viennæ Galliæ S. Bernardi Epiſcopi eiuſdem ciuitatis & Confeſſoris, tempore Ludouici. *Eumdem illo die memorat Ferrarius: congruit Vita. at Boſcius in Bibliothecâ Floriacenſi:* Sepultus ab obitu, qui fuit XI. Kal. Februarij, in monaſterio ſuo Romanenſi. *Mendum videtur in Cl. Roberti Galliâ Chriſtianâ:* Vbi & ſepultus fuit, *inquit,* XI. Kal. Septembris.

elogium ex Sauſſai

2 *Pleniùs de eo Sauſſaius hoc die:* Eodem die Viennæ Allobrogum S. Barnardi Epiſcopi illius ciuitatis & Confeſſoris. Hic origine Lugdunenſis, ſtirpe nobiliſſimâ, ex ſeculari militiâ ad ſpiritualem ſe conferens, in S. Vulferij primodictæ Sedis Pontificis diſciplinam ſe tradidit. Subinde verò factus monachus, tantâ pietatis & eruditionis emicuit gloriâ, vt poſt ipſum beatum Antiſtitem, dignus præ omnibus, qui Sedis tantæ gubernacula capeſſeret, cenſitus ſit. Quo munere (non tamen ſine repugnatione) aſſumpto, eas optimi ſanctiſſimique Epiſcopi virtutum dotes exhibuit, quibus cunctis ciuibus ſui incuſſit amorem ac admirationem. Quin & ſummos Pontifices Paſchalem I. & Eugenium II. magnam in ſui exiſtimationem pertraxit, quorum præconiis non ſemel etiam collaudatus eſt. Deinde inſidiis æmulorum impetitus, ſede deturbatus, ac tandem reſtitutus; cùm Eccleſiam ſibi commiſſam annos triginta ſex piè adminiſtraſſet, atque Dei cultum, Sanctorum honorem, populi ſalutem egregiè promouiſſet, ſanctè factorũ laude clarus, iuſtitiæque & patientiæ meritis affluens, æternam euolauit ad requiem.

condita ab eo cœnobia, Ambroniacum.

3 *De Sedis tempore, & exilij cauſſâ mox dicemus.* Vulferio *ſucceßiſſe ſcribit quoque Cl. Robertus, & Ioannes Lieuræus. At Ioannes Boſcius in Biblioth. Floriac. Volferio* Vrſum *ſufficit, Vrſo* Vltraiam, *huic* Barnardum, *omiſſo, quem alij interponunt,* Baionario. *In Vulferij diſciplinam an ſe* Barnardus, *relictâ ſeculari militiâ, tradiderit, ambigi meritò poteſt: nobis haud ſatis probabile videtur, qui in diœceſi Lugdunenſi cœnobium conſtruxerit* Ambroniacum, *vulgò* Ambornay *dictum, octo leucis diſtans Lugduno; vbi & monachus ac deinde Abbas fuit, exta Vulferij iuriſdictionem. Alterum quidem in Viennenſi diœceſi cœnobium condidit, ſed pòſt, iamq; Epiſcopus, contrà quàm Lieuræus exiſtimârit, qui ex hoc ad epiſcopalem Cathedram euocatum ſcribit; proq; eo cœnobio, eccleſiam* S. Romani *poſteà ab eo ædificatam & dedicatam. Ei porrò cœnobio* Romanis nomen impoſuit, *vt in Vitâ dicitur; aut, vt Officia Antoniani Ordinis habent,* nomen de Romanis, ab eo penes quem ius loci ſpectabat, indidit; *vt Ioannes Boſcius,* ob ſublimitatem ædificij, Romanis nomen indidit. *Oppidum nunc eſt* Romanus, *aſt abbatia S. Bernardo ſacra, nunc ſecularis eſt, vt teſtatur Cl. Robertus vnita menſæ epiſcopali.* Romonum *vocat Philibertus Monetus noſter. De eâ Maſſonus lib. de fluminibus & Romanis Galliæ:* Romanus vrbs Allobrogum, ſitu Hieruſalem valdè ſimilis, vt qui vtramque viderunt, affirmare ſolent: alioquin Romana caſtra appellanda videtur; Romans enim Gallicè dicitur: & hûc lapide ponte Iſara inſtructus eſt. *Oritur* Iſara, *vulgò* Iſere, *apud Tarentaſios, atque infrà Romanum in Rhodanum influit. de Romano ita ſcribit Georgius Brunus lib. 3. Theatri vrbium:* Romanum oppidum ad ipſum Iſaram ſitum habet, eorum quæ in decliuiore Delphinatium regione poſita, ob pulchritudinem celebrantur, non minimum: inter ea etiam quæ diuitiarum ſplendore præcellunt adſcriptum. Cuius nomen teſtatur vel à Romanis conditum, vel ab iis qui ab vrbe Romanâ nomen ei dare voluerunt.

at hoc nũc oppidum.

4 *Alterum in Sauſſaij elogio diſcutiendum, quanto tempore ſederit. Annos 36. illi tribuit, vti & Ioannes Chenu, ac Ioannes Boſcius; atque hic eius ſucceſſori* Agilmaro *tribuit annos 8. & menſes aliquot; huic* S. Adonem *ſubrogatum anno Chriſti 875. Indictione 8. Vnde conſequens eſſet obiiſſe Bernardum anno 867. à quo numero ſi 36. illius epiſcopatus annos ſubtraxeris, neceſſe erit vt anno 831. creatum Epiſcopum fateare: Quî potuit ergo à* Paſchale I. *pallium accipere, ab* Eugenio II. *litteras, quas idem recitat Boſcius; cùm Paſchalis anno 817. 27. Ianuarij factus Pontifex, 824. 14. Maij obierit, eiuſq; ſucceſſor Eugenius 827. 11. Auguſtis Vita MS. tradit ſub* Carolo Magno *Imper. &* Paſchale I. *Papâ ordinatum Antiſtitem: quæ non congruunt, cùm 28. Ianu. 814. obierit Carolus, triennio antè quàm Pontifex fieret Paſchalis. Eadem MS. vita decimo octauo anno ætatis ait iniiſſe coniugium, ſeptennio pòſt vitam monaſticam arripuiſſe, in eâque cùm 4. exegiſſet annos, Abbatem electum; triennio pòſt Epiſcopum; idq; munus 32. annis geßiſſe: obiiſſe cùm ſexaginta quatuor vixiſſet annos. Ioannes Lieuræus Antiquitat. Viennen. cap. 27. initio imperij Ludouici Epiſcopum eſſe factum Bernardum ſcribit.*

Tempus Sedis permeràm aſſignatum.

5 *Certum aßignare vel mortis vel ſuſcepti epiſcopatus annum non poſſumus: poſſumus tamen, quæ ab aliis perperàm tradita ſunt, minimè ambiguis teſtimoniis conuellere. Primum ergo,* Epiſcopus *iam erat antequàm è viuis* Carolus Magnus *excederet. Id Bernardi diſcipulus Ado teſtatur in Chronico:* Imperator Carolus, *inquit,* vir in omni diſpoſitione imperij ſtrenuus, dilatato imperio, & pace Francis vſquequaque compoſitâ, anno Incarnationis Domini DCCCXIII. (*iuxta Gallicam videlicet epocham, quâ annus à Paſchate inchoabatur*) Aquiſgrani moritur & ſepelitur, XIII. anno poſtquàm Imperator acclamatus eſt, ſimul omnes annos XLV. & eo amplius regnans. Bernardus Viennenſis Epiſcopus erat, & Leidradus Lugdunenſis, qui initio imperij Ludouici Imperatoris, Sueſſionis monaſterij locum petiit, & in loco eius Agobardus eiuſdem Eccleſiæ Chorepiſcopus, conſentiente Imperatore, & vniuersâ Gallorum Epiſcoporum Synodo, Epiſcopus ſubſtitutus eſt. *Hinc meritò ſuſpectes quam Boſcius & Lieuræus recitant Paſchalis ad Bernardum epiſtolam, vnà cum pallio miſſam. Quis enim*

Quando Epiſcopus factus ſit:

enim credat triennio eoq; amplius non petiisse Româ pallium, aut non impetrasse, sanctißimum Antistitem?

6 *Hæc de ingreßu Bernardi. Obitus sub* Lothario *Imperatore contigit, qui* Pio *patri anno 840. 20. Iunij, die Dominicâ, mortuo, succeßit; obiit anno 855. monachus Prumiæ in Belgio, cùm paullò antè in filios regna sua diuisisset. Ado:* Bernardus Viennensis sub huius (*Lotharij*) imperio moritur. Et Aglimarus (*aliis Agilmarus*) Viennensem susceepit episcopatum. Amulo quoque Lugdunensis Episcopus efficitur. Et Pontifex Romanus Gregorius moriturque atque eius loco Sergius ordinatur. *Mortuus est* Gregorius IV. *sub finem anni 843. Bernardus cùm infrà, die Dominicâ, X. Kal. Februarij decessisse dicatur, id oportet accidisse vel anno 841. vel 847. quo vtroque feriâ II. X. Kal. Februar. in Dominicam incidit: aut si XI. Kal. Dominicâ mortuus, X. Kal. feriâ II. sepultus, id 842. aut 848. accidit. At si, quod antè ex Boscio retulimus,* Agilmarus *Bernardi successor, non nouem integros sedit annos; cùm is reperiatur Concilio Valentino III. anno 855. Lingonensi circa Kalendas Iunias anno 859. & XV. diebus post apud Saponarias interfuisse; sequetur* Bernardum *obiisse anno 850. quo tamen X. Kal. in feriam quintam incidit; ac plusquàm 36. annis sedisse.*

quando mortuus.

7 *Quòd* Bernardum *Saussaius* insidiis æmulorum impetitum, Sede deturbatum *scribit; id quo pacto contigerit, Ado tradit in Chronico, qui commemorato Ludouici Pij obitu, ista subdit:* Bernardus adhuc & Agobardus Viennensem Ecclesiam & Lugdunensem regebant. Qui ambo apud Imperatorem delati, desertis Ecclesiis in Italiam ad filium Imperatoris Chlotharij se contulerunt: & postmodùm piis Imperatoribus agentibus, Agobardus Lugdunensem, Bernardus Viennensem Sedem recepit. *Complices fuerunt conspirationis Procerum Francorum aduersùs Ludouicum, eiusq; exauctorationi in Compendiensi conuentu præfuerunt, aut timore inducti, aut potiùs errore decepti, Ebbone Remensi Archiepiscopo omnem illam tragœdiam adornante. Quo apud Theodonis-villam damnato graduq; deiecto; anno 836.* conuentum Imperator in pago Lugdunensi habuit tempore æstiuo, *vt scribit Auctor vitæ Ludouici,* in loco qui vocatur Stramiacus, cum Pippino & Ludouico filiis. Nam quòd Lotharius non adfuit, inualentia ægritudinis obfuit. In quo caussam Ecclesiarum Lugdunensis atque Viennensis vacantium ventilari fecit, eò quòd Episcopi dudum illarum, Agobardus quidem iussus ad rationem non venerit reddendam, Bernardus autem Viennensis adfuerit quidem, sed rursus fugam inierit. Sed hæc quidem res imperfecta remansit propter absentiam, vt prædictum est, Episcoporum. *Verùm hi quoque, vt ex Adone iam diximus, reconciliati sunt pio Imperatori, & in suas Sedes restituti. Ceterùm hinc corrigas quod Lieuræus scribit duos hos Antistites hanc ad Lotharium profectionem suscepisse à Ludouico Imperatore legatos; cùm fuga fuerit, non publica legatio.*

Ob conspirationem contra Imperat. sede pulsus,

restitutus;

8 *Extat inter opera* S. Agobardi, *(de quibus ad eius vitam agemus 6. Iunij) epistola vel libellus eiusdem* Agobardi, Bernardi, *&* Eaori *nomine, ad Ludouicum Pium Imperatorem* de Iudaicis superstitionibus. *Sæpius aliàs* S. Bernardi *meminit idem Agobardus, atque ad eum scribit opusculum de priuilegio & iuro sacerdotij, cuius hoc est exordium:* Nuper dum in vnum positi colloqueremur, maximè de pressuris, odiis, & despectione Ecclesiarum & Clericorum, quæ nunc inferuescere cœperunt, seculis inaudito & inusitato modo, præcipere mihi dignata est sanctitas tua, vt aliqua de scripturis sacris vel sanctorum Patrum dictis excerperem; quæ materiem nobis præberent, ad inquirenda, consideranda, & deploranda mala temporis nostri; licet Spiritus sanctus loquens in Prophetis non tacuerit, qui dixit: Et erit sicut populus sic & Sacerdos. *Non est verisimile sub ipsa episcopatus primordia hæc instruendi Bernardi caussâ ad eum mississe Agobardum, vt Lieuræus scribit: sed potiùs vel in exilio, vel eo tempore quo de Ludouici abdicatione agitabant consilia.*

familiaris S. Agobardo.

Isa. 24. 2.

9 *Quæ de* S. Bernardi *vitâ hîc damus, ea nobis communicauit Petrus Franciscus Chiffletius noster: Lectiones primùm ex proprio Officio Ordinis Antoniani Romæ excuso anno 1592. tum vitam ex MSS. codicibus Ecclesiarum Viennensis, Romanensis, Ambroniacensis; deinde miracula, quæ omnino à S. Adone conscripta & idem doctißimus Chiffletius censebat, & videtur manifeste indicari iis quæ nunc dicuntur:* Tamen vis amoris Domini Antistitis alitorisque mei Barnardi compellit me scribere virtutes nuper gestas. *& clariùs nu. 7.* Illud ergo miraculum placet inserere, quod palàm monstratum assiduè, postquàm regendam; eui Deo auctore deseruio, hanc Viennensem susceepi Ecclesiam. *Demum breuem historiam Translationis ab eodem accepimus; descriptam ab oculato teste. Contigit ea Translatio, vt dicitur IX. Kalend. Maij, feria III. infra Albas Paschæ, siue post Dominicam in Albis, anno Dominicæ Incarnationis ... XLIV. quod restituimus CMXLIV. nam eo anno Pascha in XIV. Aprilis incidit, XXIII. Aprilis, siue IX. Kal. Maij in feriam tertiam post illam Dominicam. Annus is erat ab obitu S. Bernardi circiter centesimus.*

Eius vita,

10 *Scribit* Ioannes Lieuræus *asseruari etiamnum in ecclesiâ Romanensi, quæ S. Bernardus eò transtulit SS. Seuerini, Exuperij, & Feliciani corpora, (de quibus 19. Nouembris) ipsiusq; Bernardi: & multis coruscare miraculis: cumq; illud oppidum Barbari oppugnarent, ad mœnia à ciuibus deportata, saluti fuisse, vi hostium repressa.*

Ex variis Miraculis.

Translatio;

reliquiæ; miracula clara.

VITA

Ex Officiis propriis Ordinis Antoniani Viennensis, editis Romæ 1592.

1 BErnardus patriâ Lugdunensis, Bernardo, & Helirda parentibus illustribus & antiquâ nobilitatis serie clarissimis, à teneris annis studiis liberalibus eruditus, sic se totum Deo vouit, vt secularibus curis posthabitis, nihil prius & antiquius habuerit, quàm Dei Ecclesiam & Ecclesiasticos viros colere. Fratribus porrò tandem maioribus vitâ functis, veritus pater ne solus superstes familiæ Bernardus, totus Deo addictus; tantis paternis opibus hæres deesset; illum à sanctissimo vitæ proposito, matre etiam hortatrice acerrimâ, auertere conatus est. Vtque animo destinata faciliùs perageret, adolescentem iam toto pectore sacrâ religione imbutum; ad castra Imperatoris Caroli Magni stipendia facturum destinauit, vt illic castrensium more virorum militarium, nec fidem, nec pietatem sequentium, prima iuuenilis ardoris tyrocinia expleret; sicque celebre clarumque nomen & famam per populos facinoribus bellicis adipisceretur. Qui quidem ad maiora, id est, cælestia potiùs reseruatus, insignis pietate adolescens, paternis iussis magis moris gerendi gratiâ, quàm suâ sponte, tale militiæ munus obiit. Quod tamen sic exercuit, vt nec segnis nec albâ inglorius parmâ appareret.

S. Bernardus cogitat à parentibus militiam sequi:

2 Tandem verò, vtroque orbatus parente, non mediocris substantiæ vnicus hæres, suæque spontis factus, & militiæ exauctoratus, cœpit animo perpendere, qualiter tanta bona sibi hæreditate parta, ex præcepto Euangelico dispensaret, seque ab his, vtpote malorum irritamentis, abstraheret, vt tamquàm bonus dispensator iniqui mammonæ, Domini voce laudaretur, quòd de re iniquâ iustitiam sibi compararet. Circumspecto itaque certo loco solitario, proculque à turbis ciuilibus remoto, cui nomen erat Ambroniacum, permutatione hæreditatis paternæ sui iuris effecit. Quo in loco ædem sacram olim beatæ Virgini parenti dicatam, sed à perfidis gentibus diruram instaurauit, illicque restituto vt quondam fuerat monasterio, se pariter vitæ monasticæ addixit: vbi diuino Zelo magis atque magis succensus, vniuersis ibi Fratribus degentibus, sanctissimæ vitæ documenta præstabat: ex quo ab omnibus carus haberi, honorari, intimisque affectibus diligi cœpit. Quo factum est vt Abbas illius collegij, votis omnium atque suffragiis, illo maximè renitente, in demortui locum suffectus sit. Sub quo sanctissimo pastore dici non potest,

sic mota tua,

Ambroniacense monasterium ædificat:

fit monachus;

dein Abbas:

Ex mss. quàm proſperè cuncta illinc monaſterij diuinitus, miriſque modis ſucceſsêre.

pòſt Epiſcopus. 3 Cùm verò tanti Præſulis celebre nomen vndique perſonaret, ne talis luminis ſplendor, vno in loco, eoque recondito, & tamquàm ſub modio abſtruſo lateret, *pueri voce deſignatus:* metropoli Viennenſi Eccleſiâ Paſtoris morte viduatâ, dum de ſucceſſore deligendo habentur comitia, decennem puerum acclamaſſe ferunt, virum ſanctum nomine Bernardum Ambroniaci Abbatem Viennenſi Eccleſiæ à Deo electum Pontificem. Quâ quidem voce, tamquàm cælitus lapsâ, & à cunctis comprobatâ, vir ſanctus, accedente etiam Romani Pontificis conſenſu, ad cuius aures hominis ſanctimonia peruenerat, eligitur, & conſecratur Epiſcopus, miro totius populi deſiderio atque applauſu.

4 Tali itaque ſuſceptâ prouinciâ, animus, qui anteà tantummodò diuina ſectando otiari conſueuerat, omnium curam gerere coactus eſt: & terrena tractando, diuinorum tamen ſe rigidum fortemque præſtabat ſatellitem vſque adeò, vt ne tantillum quidem de vigiliarum rigore, ieiuniorum auſteritate, & orationum perſeue- *Romanùſe cœnobium conſtruit.* rantiâ detraheret. Verumtamen priſtinæ vitæ memor, & optimè vixiſſe reputans, qui procul à ciuilibus negotiis abeſſet; quò puriùs cæleſtia contemplaretur, locum quemdam ſolitarium ad flumen Iſaram ſibi delegit, quẽ ſpinis ſiluarumque aſperitate repurgatum, templum & monaſterium in honorem SS. Petri & Pauli Apoſtolorum ſibi conſtruxit, nomenque de Romanis ab eo penes quem ius loci ſpectabat indidit, vbi reliquum vitæ tempus ſanctiſſimè peregit. Talibus demum præclarè geſtis, ac diuinis virtutibus & miraculis ornatus, ingraueſcente morbo, ſumpto ſacroſanctæ Euchariſtiæ viatico, obdormiuit in Domino, annum agens ſexageſimum quartum, Epiſcopatus munere functus annos duos & triginta. Sepultus eſt autem in æde ſacrâ, quam in eodem loco de Romanis conſtruxerat, doniſque præclaris ornârat.

ALIA VITA

ex vetuſtis codicibus manu exaratis

eruta à Pet. Franc. Chiffletio Soc. Ieſu.

a S. Barnardus litteris inſtitutus, 1 BEatus Barnardus, patronus Romanenſium, qui *a* filius boni odoris interpretatur, in Lugdunenſi diœceſi ex illuſtri valdè proſapiâ oriundus fuit. Hic in ætate primæuâ liberalibus ſtu- *fit miles:* diis eruditus, innocentis vitæ primitias in Eccleſiæ contubernium delibauit. Mortuis verò fratribus eius, parentes eius vt ipſum hæredem haberent, à ſcholis extractum, militię exercitiis in caſtris Caroli deputarunt: quod vtrum ex animo fecerit, aut patris neceſſitate cogente, *ſua dat pauperibus:* ſubſequens declarauit euentus. Nam cùm pater eius deceſſiſſet, protinus ipſe qui ſub militari habitu religioſum gerebat animum, cœpit perquirere qualiter patrimonium ad ſe deuolutum, in alimonias pauperum perpetuò poſſet conuertere, non amore filiorum retractus. Conſideratâ igitur cuiuſdam loci aptitudine, cui vocabulum erat Ambroniacus, acquiſiuit illum ab Abbate *b* Luxouienſi, permutatione hæreditatis paternæ: vbi renouatâ *b conſtruit cœnobium Ambroniacenſe:* quadam eccleſiâ, in honore Dei genitricis olim conſtructâ, ſed à paganis poſtmodùm euersâ, in ipſo loco abbatiam conſtruxit, Abbate & monachis collocatis ibidem, quam bonis ampliſſimis ſublimauit.

2 Intereà tantis ieiuniis, tantis vigiliis, tantis orationibus ſeipſum exercebat, vt ſub militaribus armis ad modum Martini, monachorum perfectionem aſſecutus *ſanctiſſimè viuit adhuc ſecularis;* videretur. In coniugio enim tamquàm ſine coniuge cælebs viuebat, & inter filios tamquàm ſine filiis, quæ Dei non quæ mundi erant cogitabat: circa pauperes opulentus, circa orphanos pater, circa viduas maritus, oppreſſorum ſubleuator, mœrentium conſolator, non ſibi ſed omnibus viuens, fideliter promiſſa complebat: multò libentiùs quàm acciperet, tribuebat: inter diſcordes, cauſſas diſcordiæ benignè dirimebat: in iudiciis abſque *hoſpitalis* perſonarum acceptione cuique ius ſuum tribuebat: nul- *in pauperes:* li auxilium petenti denegabat; in ſuſcipiendis hoſpitibus eam gerebat ſollicitudinem, vt gemeret illâ die, quando propriis manibus peregrinis non miniſtraſſet. Eccleſiarum verò frequentans limina pænè totam noctem in oratione ducebat. Prætereà miranda morum grauitas, loquendi modeſtia, corripiendi conſtantia, doctrinæ prudentia, agendi cautela ſic ipſum perfectum fecerant, vt ſolus militaris habitus, & curiæ conuerſatio, & regia familiaritas, & rerum domeſticarum ordinatio eum virum alterum aſſimilaret.

3 Denique *c* relictâ cum ſuâ nobili prole coniuge, & *c* omnibus aliis derelictis, in eo quod ipſe fecerat mo- *fit monachus:* naſterio, ſub Abbatis diſciplinâ ſe tradidit mancipandum: vbi tantam ieiuniorum continuationem, ciborum abſtinentiam, veſtium aſperitatem, orationum conſtantiam, vigiliarum pernoctationem, ſilentij taci- *religioſiſſimè viuit:* turnitatem, lacrymarum inundationem, ceterarumque virtutum perfectionem attigit, vt poſſibilitatem humanæ naturæ tranſilire videretur: & licet omnia bona collegij ex eius beneficio defluxiſſent, tamquàm tamen ſeruus inutilis inter reliquos victitabat. His itaque *fit Abbas:* moribus ornatus, Deo & hominibus acceptus, omnium intimo venerabatur affectu. Vnde factum eſt, vt Abbate mortuo voce omnium eligeretur, & inuitus in Abbatem conſecraretur: ſub quo quantùm ille monachorum chorus creuerit, quantùm illa Eccleſia facultatibus dilatata, ornamentis decorata, religione ſublimata, famâ exaltata conſcenderit, pluribus antiquorum monimentis ibidem continetur. Inſuper ipſe humilis inceſſu, ſuauis aſpectu, alloquio mitis, vultu placabilis, ſic humana gerebat, vt diuina non deſereret: prior ſiquidem reddendis diuinis laudibus aſſurgebat, primus ſurgendi tempora notabat, nonnumquàm totam noctem orando vel legendo tranſigebat: inter agenda mens à contemplatione, lingua ab oratione, manus à miſericordiâ nequaquàm ceſſabat: receptorum hoſpitio peregrinorum omni veſpere pedes abluebat.

4 Intereà diſcurrente famâ viri Dei, inſtante ele- *peregrinorum quotidie pedes lauat:* ctione Viennenſi, puer quidam *d* duodennis in medio eorum qui conuenerant exiſtens, acclamauit dicens, *d mirabiliter eligitur Epiſcopus Viennenſis.* Barnardum Ambroniacenſem Abbatem à Deo electum in Eccleſiâ Viennenſi Paſtorem. Quod cùm eſſet ab omnibus approbatum, in prædictum Paſtorem vnanimiter eſt electus. Sed cùm nullis precibus vel modis aliis ad hoc miniſterium ſuſcipiendum induci potuiſſet; magno Regi Francorum Carolo, cui iam cùm militiâ potiretur, familiaris extiterat, ſuas electores direxerunt epiſtolas, vt ipſum ad ſuſceptionem prędicti regiminis compelleret. Qui gauiſus honore viri, cùm nec precibus, nec modis aliis flectere potuiſſet eumdem, direxit legatos ad Romanam curiam, vt auctoritate Apoſtolicâ compelleretur ad ſuſceptionem regiminis ſupradicti. Quod cùm factum fuiſſet per legatum à *e* Paſchali Papâ ſuper *e compellitur à Papâ epiſcopatũ admittere;* hoc tranſmiſſum, ad hoc auctoritate Apoſtolicâ compellentem eumdem, inobedientiæ culpam præcauere volens, licet inuitus, & dolens obediuit.

5 Factus itaque Pontifex Viennenſis, omnium curas in ſe ſuſcipere ſategit, mœrentium conſolator, pauperum refocillator, peregrinorum ſuſceptor, rectè viuens, rectè docens, rectè infirmitatem attendens: aſſiduis autem *virtutibus floret:* ieiuniis, pernoctationibus, quotidianis laboribus, aut in oratione, vel in pauperum recreatione, ſeu in cæteris miſericordiæ operibus, ſic carnem macerabat, vt hærẽte ſolâ cute oſſibus, magis exanimis quàm viuus videretur. In Miſſarum verò celebratione, quam omni die faciebat, tantam lacrymarum inundantiam offerebat, vt priùs ſeipſum mactans Deo, extra ſe factus circumſtantes nec audire nec videre cognoſceretur. Si quis autem ei ſua

crimina

crimina confiteretur, ipſe grauiùs affligebatur, quàm qui eadem commiſiſſet.

6 Factum eſt autẽ in diebus illis vt cùm oratio confeſſionis Catholicæ fidei in Nicæno Concilio promulgata, & Eccleſiis Galliarum directa vulgaretur, religioſus Princeps cognitâ beati Pontificis eloquentiâ, Romam *f* eum mitteret diſceptatorem apud Romanum Pontificem, cur cùm fides Catholica Spiritum ſanctum à Patre & Filio procedentem habeat, illud tantorum Patrum Concilium procedentem à Patre & non à Filio conſcripſerit. In quâ diſputatione quòd Spiritu ſancto repletus fuerit, ipſa luculentiſſima diſputationis conſcripta oratio indicat, quam poſteris qui præſentes fuerunt, memoriæ mandauerunt. Factâ igitur agnitione per ipſum, Romanus Pontifex conſilio & petitione viri ſancti conſtituit, quatenùs ad confirmationem fidei Catholicæ hæc confeſſæ fidei oratio in omnibus ſolemnitatibus poſt Euangelium recitaretur.

f mittitur Romam:

7 Tandẽ vir ſanctus tumultibus, & occupationibus à contemplationis quiete *g* ſolitâ præpeditus, cœpit inquirere, ſicubi locum remotiorem poſſet conſtruere, in quo tumultus deſerens, Deo vacaret liberiùs. Factum eſt autem vt quædam nobilis mulier carens hæredibus, per manus ipſius B. Petro & Eccleſiæ Romanæ partem patrimonij ſui legaret ad conſtruendum ibi mònaſterium: quod & factum eſt per diligentiam eius in loco, cui Romanis nomen impoſuit. Conſtructâ autem *h* ibidem eccleſiâ in honore B. Petri, & monachis cum Abbate collocatis ibidem, in ipſo loco ſepeliri deſiderans, trium Martyrũ reliquias, quos fidei ſuæ primitias Vienna habuerat, primùm tranſtulit reuerenter, ſcilicet Seuerini, Exuperij, & Feliciani. Tantâ autem donatione Principum ob eius gratiam dotata eſt ſubitò illa Eccleſia, vt magnæ monachorum multitudini ſufficeret neceſſaria miniſtrare. Hunc autem locum ad inhabitandum eligens, hîc quieſcebat à tumultibus, hîc riuos lacrymarum fundebat, hîc orationis vota offerebat.

g

h conſtruit Romanenſe monaſterium.

& reliquiis ornat:

eò ſecedit:

8 Appropinquante autem termino vitæ ſibi per multa viſionum indicia reuelato, ingraueſcente corporis moleſtiâ, conuocato Clero, & populo in Eccleſiâ Viennenſi, luculento ac ſpirituali ſermone omnes exhortatus, exitus ſui ſub ſpecie peregrinæ profectionis vocationem indicauit: verebatur enim ne ſi manifeſtè vitæ finem inſtare nuntiaret, locum in quo ſepeliri elegerat, impediretur habere. Diſpoſitâ itaque domo, Romanis tandem exinde tranſiturus aduenit. Vbi cùm triduum feciſſet (quo toto triduo numquàm ab oratione ſurrexerat, nec etiam nocte) cùm quartam noctem continuare vellet, circumfuſus nimiâ claritate, diuinitùs emiſsâ voce audiuit: Veni, quia expectaris. Gauiſus igitur, cùm proſtratus illo, quo ſuperiacere conſueuerat, cilicio, rogaretur quatenùs longam inediam vel modico cibo releuaret; Panis, inquit, ille iam mihi, Fratres mei, ſumendus eſt, ſine quo nec in mundo, nec in cælis viuitur; cuius ſapor reficit Angelos, Apoſtolos paſcit, Sanctos recreat; quo quiſquis veſcitur, numquàm in æternum moritur. Sacramentum itaque huiuſmodi panis mihi apportate, vt eo accepto viatico, viam vniuerſæ carnis aggrediar, in patriam profecturus.

obitum ſuum prædicit:

voce cæleſti euocatur:

ſacramentaſuſcipit:

9 His dictis pſalmodiam primus incœpit, ſicque in diuinis laudibus pernoctantibus, tantâ claritate illa cellula perfunditur, vt ij qui præſentes aderant, terræ velut in ecſtaſi proſternerentur. Expletis autem Matutinarum horis, ecce repentè ſuauiſſimus odor cum claritate ſuperuenit: illuceſcente verò die beatus ille ſpiritus carne ſolutus, liber cum illâ claritate ad Dominum migrauit: odor verò remanſit quouſque corpus fuit traditum ſepulturæ. Tranſiit autem die Dominicâ, vitæ ſuæ anno ſexageſimo quarto, epiſcopatus verò triceſimo ſecundo: nam decem & octo annorum à ſcholis abſtrahitur, ſeptem annis coniugium ſuſtinuit, quatuor annis ſub Abbate monaſticam vitam duxit, tribus verò annis Abbas præfuit. Sepultus eſt autem X. Calendas Februarij in baſilicâ S. Petri Apoſtoli, quam ipſe Romanis ædificauit. Ex MSS.

luce cæleſti & odore repleto cubiculo moritur.

EPITAPHIVM, EX MARMORE.

Mœſtificâ quiſquis ſcripturâ paſcere viſum
Hîc cupis, & mortis conditione gemis;
Marmore ſcito ſub hoc Barnardi corpus humatum,
Ordine qui micuit Pontificale cluens.
Inclytus, egregius, largus, facundus, honeſtus,
Doctrinâ, populo, religione, Deo.
Ipſe Viennenſi ter denis, atque duobus
Annis Metropoli præfuit Eccleſiæ.
Condidit hoc templum voto ſtudioſus amœno,
Deque ſuis rebus ſiſtere conſtituit.
Curriculum quartum poſt bis ſex luſtra peregit,
Ni noſtrum numero fallitur arbitrium.
Deinde Februarias deno Sole ante Calendas
Deceſſit, moriens corpore non animâ.
Quem Deus omnipotens Acherontis ab amne .....
Eruit, Angelicis * inſerat atque choris.

* *fortè*, inſeruitque.

a *Videtur Auctor* Barnardi *nomen deducere ab Hebræo* בַּר bar, *quod* filium *ſignificat;* וּנַרְדִּי nerde, *quod* nardum, *alij* muſcum *vertunt. at Teutonica vox eſt* Bernard, *vel* Bern-hart. *quam Kilianus* vrſinum ingenium, *vel* vrſinum cor *interpretatur Fortaſſis rectiùs* Bern-ard, *vel* Barn-ard, ardenti indole præditum *dixerus; aut* Baern-aerd, apertâ promptâque indole. Bernardi *etymon.*

b *De* Luxouio *nobiliſſimo cœnobio egimus in Vitâ S. Deicoli* 18. *Ianu cap.* 2. *agemuſq; ſæpè alibi, præſertim* 29. *Martij ad vitam S.* Euſtaſij.

c *Conſentiente nimirum mariti pietati,*

d *Prior vita habet* decennem *tantùm fuiſſe.*

e *Mendum hîc eſſe in nomine Pontificis, ſuprà oſtendimus; cùm triennio, & quod excurrit, antè Epiſcopus fuerit, quàm* Paſchalis *Papa eligeretur.*

f *Rurſum hîc mendum veremur. princeps huius legationis fuit* Bernarius VVormatienſis Epiſcopus; *ſocij* Ieſſe *Epiſcopus, &* S. Adalardus *Abbas Corbeienſis. an &* Bernardus *tamen noſter, ſiue Epiſcopus iam electus, ſiue Abbas adhuc Ambroniacenſis, vnà miſſus ſit, ambigi poteſt. Miſſi ſunt à Concilio Aquiſgranenſi habito anno* 809. *Quarebatur an ad illud ſymboli Nicani,* qui à Patre procedit, *addendum eſſet,* Filioque. *Faciebant Galli: retinens antiquitatis Leo III. Papa fieri Roma nolebat. De hac re conſule Concilia Gallicana Sirmondi, & Baronium in Annalibus.*

g *al.* ſolidâ.

h *Petrus de Natal. lib.* 10. *cap* 72. *in eccleſiam* S. Romani *tranſlata horum Sanctorum corpora ſcribit. Vnde Lieuranus ſuprà primùm in S. Romani eccleſiâ collocata ſcribit, deinde ad Romanenſe cœnobium deportata. Sed falli ambo videntur. Ioannes Chenu* in honorem XII. Apoſtolorum, ſiue trium Sanctorum Martyrum Seuerini, Exuperij, & Feliciani, VI. Nonas Octobris *dedicatam Romanenſem eccleſiam ſcribit.*

MIRACVLA,

Auctore, vt videtur, Adone Epiſcopo.

Miracula ad eius reliquias, & donaria.

1 QVamuis imperitia mea in poſterum velut inſcia litterarum calumniabitur, tamen vis amoris Domini Antiſtitis alitoriſque mei Barnardi cõpellit me ſcribere virtutes nuper geſtas. Cùm igitur Aquitanici populi cum Pontificibus Concilium apud ciuitatem, quæ dicitur Vetula, in pago *a* Vallauorum celebrarent, affuit & Romanenſium congregatio, corpus prælibati Pontificis deferens. Si quis ergo voluerit ſcire virtutum illic geſtarum copiam, vera inde excipere poterit indicia, quòd arca, quâ ſacratiſſimum eius corpus continetur, auro argentoque decenter ornata, ex oblationum abundantiâ, quas illi fidelium detulit manus deuota, fabrili opere hactenùs contexta cernitur: quod & aureæ teſtantur Cruces, necnon & candelabra auro argentoque decora.

Muta vocem recipit;

2 Subſequenti autem tempore erat Romanis quædam ſanctimonialis femina, officio linguæ priuata, quæ in eccleſiâ permanens, rogabat Deũ intimâ cordis compunctione. Die ergo natalis Apoſtolorum Petri & Pauli, cùm iam veſpertinis hymnis ex more dictis, pueri Be-

Ex mss. nedicamus Domino decantarent; ipſa cum reliquo populo Deo gratias proclamauit.

cæcus viſum, 3 Sub eodem itaque tempore fuit apud Viuentiacum quidam coriarius. Hic cùm die Dominicâ non ſeruato honore diei, artis ſuæ exerceret opus, manubrium ferramenti tàm validè adhæſit manui, vt euelli non poſſet: lumine oculorum inſuper obcæcatus, temeritatem ſuam omnibus fatebatur. Cui per viſum quidam apparuit, & vt Romanis S. Barnardi auxilium flagitaret, monuit. Romanis perrexit, ſanitatemque recepit.

Item alius, 4 Quid etiam in Valle Aureâ, quæ in pago Viennenſi ſita eſt, geſtum ſit non tacebo. Concilium ibi per ſingulos annos Viennenſium ciues decreuerant celebrare: aduenerat ibi quidam cæcus B. Barnardi præſtolans aduentum in gradibus capellulæ, quæ ligneis contexta ſtipitibus conſtructa fuerat: cui cùm dicerent adeſſe turbam laudantium Deum pro Beati aduentu Barnardi, iuit ſtatim, & viſum recepit.

alius. 5 Illis teſtantibus veritatem cognoui, qui ad feſtiuitatem Ramis palmarum Romanis aduenerant, de cuiuſdam cæci illuminatione. Mos apud incolas inoleuit, vt eâ die ad proceſſionem cum frondibus membra ſacratiſſimi Præſulis ſecum vehant. Verùm cùm ad tantam lætitiam populus conueniret, affuit & cæcus quidam, magnis vocibus inquiens, ſe clarè meruiſſe videre: ad cuius voces cunctus commotus populus concinendo perſonuit, Te Deum laudamus.

Luc. 24. 50. 6 Beato teſtante Lucâ didicimus, Saluatorem noſtrum Apoſtolos extra Hieruſalem die Aſcenſionis ſuæ eduxiſſe, & alta cælorum penetraſſe: cuius memor proceſſionis Romanenſium congregatio, cùm hanc vno annorum componerent, herbæ, vulgò dictæ *b* Gladioles, flores vnus adoleſcentium capſæ memorati Pontificis lætabundus impoſuit. Die verò alterâ collectos quos poſuerat flores ſeruare ſtuduit; ex quibus multa beneficia languentibus beatus poſtmodùm præſtitit Antiſtes Barnardus.

Flores eius ſepulchro impoſiti morbos pellunt.

Greſſum quidam ad eius ſepulchrum recipit. 7 Illud ergo miraculum placet modò inſerere quod palàm monſtratum aſſiduè, poſtquàm regendam, cui Deo auctore deſeruio, hanc Viennenſem ſuſcepi Eccleſiam. Iuuenem quemdam ſui parentes intulerunt Romanis qui numquàm ambulauerat: quem cùm ante B. Barnardi ſepulchrum poſuiſſent, baſibus conſolidatis & plantis ſurrexit incolumis: hic denique miraculum ſuum quolibet anno circumfert: & licet hic beatiſſimus impar ſit Apoſtolis, tamen quod ad Portam templi Speciоſam Petrus quõdam egit cum Ioanne, huic ſimile eſſe cognoſcitur: illum Petrus præcepit ſurgere, iſtum diuina virtus meritis Pontificis voluit erigere. Sufficiat ergo quærentibus virtutes beati Pontificis, hoc tantùm de eius ſcriptum miraculis; ſed volo eos ſcire, multa fuiſſe, & iugiter eſſe, & tanta quæ etiam modum ſcribentis videantur excedere.

a Vellauni, *vel* Vellaij, *intelligi videntur.*

b *De* Gladiolo *prolixè agit Rembertus Dodonæus pemptadè 2. lib. 2. cap. 12.*

DE TRANSLATIONE S. BERNARDI,

quæ celebratur IX. Kalend. Maij.

1 REgni cælorum cluibus tantam glõriam conſuetuit tribuere omnipotens Deus, vt coruſcantes miraculis ſpargant per populos famam laudis: & noſtris temporibus de magnifico Patre noſtro B. Barnardo Pontifice viſiones clarâ oſtenſione ſunt reuelatæ hominibus ætate meritoque diuerſis. Sed cùm nullus acquieſceret, oſtendit ſe cuidam viro, nomine Raynaldo, ætate longæuâ, & ſacerdotali gratiâ ſublimato; cuius relatione omnis dubietas meritò pelleretur, quia erat vir nobilis, & caſtitatis munere inſignis: &, vt ipſe retulit, ita ſibi apparuit. Dum quieſceret in ſtratu ſuo ſub profundo noctis ſilentio, apparuit ei quidam vir magnæ auctoritatis, ſacerdotali ſtolâ indutus, ferens Archiepiſcopale pallium, qui eum vocauit, dicens: Raynalde me, te volo ſcire, conditorem huius fuiſſe loci, & vt corpus meum Fratribus tuis præcipias transferri, quod indignè concluditur in cœno aquarum. Cœpit autem eadem reuelatio multis apparere, & minaci voce idem Sanctus vt celeriùs fieret præcipere; & niſi obedirent ſuis ſermonibus, locum aſſerebat, quem fundauerat, deſolaturum.

Apparens quibuſdã iubet corpus ſuum transferri.

2 Igitur tertiâ feriâ infrà Albas Paſchæ, Nono videlicet Calendas Maij, anno Dominicæ Incarnationis *a* ... XLIV. detectum eſt ſanctum corpus eius, & à tellure leuatum ſummâ cum lætitiâ. Sed cùm à tumulo membra beati Pontificis leuarentur, viſum eſt ſenioribus vino ablui, ex quo multa ſunt officia languentibus præſtita. Vidimus energumenos, atque lunaticos huius liquoris vndâ potatos, viribus conualuiſſe ſedatâ impulſione dæmoniacâ. Sed poſtquàm feretro impoſitæ fuiſſent beatæ reliquiæ, fit clamor ſanctorum gaudentium; atque ad ſiniſtram altaris Apoſtolorum, quod ipſe viuens ſacrauerat, locantur ſummâ cum lætitiâ populorum.

a

Vino, quo id ablutũ, fiunt miracula.

a *Suprà diximus, legendum* CMXLIV. *quem numerum ceteri characteres adiuncti ſtabiliunt, qui in annum* 1044. 1144. 1244. *&c. non quadrant.*

DE MARGARITA VIRGINE

RAVENNÆ IN ITALIA.

AN. CH. MDV. XXIII. IANVAR. *Margaritæ natalis,*

vitæ, MArgaritæ *virginis religioſiſſimæ nomen generali catalogo Sanctorum inſcripſit Philippus Ferrarius his verbis:* Ruſſij apud Rauennam B. Margaritæ Virginis. *Vitam eius edidit Italicè Seraphinus Firmanus Canonicus Lateranenſis: quam cum aliis eiuſdem Seraphini operibus Hiſpanicè vertit Bonauentura Ceruantes de Morales, Gallicè Franciſcus Gilbertus de la Broſſe, Latinè demum Philippus Zoutæus noſter. Cui aliam ſubiiciemus ab Hieronymo Rubeo, eleganter conſcriptam, editamq; in poſtremâ Surij editione: quam & Siluanus Razzius Italicè reddidit to. 1. de feminis ſanctitate illuſtribus, qui* Beatam *quoque appellat, cùm alioqui citati antè auctores non prodant an ſit in ſanctarum Virginum album publicè ab Eccleſiâ relata. Eius iterum mentio fiet inferiùs XXVIII. Ianuarij cùm de* Gentile *eius diſcipulâ agemus. De vtriuſque vitâ hæc tradit idem Seraphinus:* Anno 1537. S. D. N. Paulus III. Pontifex Maximus iuſſit examinari multa teſtimonia circa vitam piarum mulierum, de quibus ſuprà meminimus, per Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum Cardinalem Simonettam, qui litteris ſuis datis ad Cardinalem Mantuanum, atque ad Excellentiſſimum Mantuæ Ducem de earum ſanctimoniâ teſtatur. *Sua Sanctitas autem* confirmauit Societatem inſtitutam à B. Margarita, vti ex bullâ apparet ab eodem Pontifice datâ.

res geſtæ iuſſu Pauli III. examinatæ.

VITA

Italicè ſcripta à Seraphino Firmano, Latinè reddita à Philip. Zoutæo Soc. IESV.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 QVamquàm Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſempiternus ſummi Dei filius ſe in omnibus verum Deum eſſe demonſtret; ſuam tamen diuinitatem hoc vno potiſſimùm ſuis patefacit, quòd cùm ſit ſemper

Chriſtus ſua Eccleſia ſemper ſuccurrit in aduer-

ſemper Eccleſiam ſuam, veluti nauem, diuerſis perſecutionum fluctibus iactari permiſerit, numquàm tamen eam naufragio abſorberi patiatur: quâ ſcilicet in ſufferendo tolerantiâ & in defendendo fortitudine, oſtendit ſe Deum ſimul & hominem eſſe. Ita Martyrum ſuorum virtute diabolicam Tyrannorum rabiem repreſſit, Doctorum ſapientiâ proſtrauit hæreticorum perfidiam, ac viuo ſanctorum monachorum religioſorumque exemplo nefanda hypocritarum monſtra confudit. Et quoniam hiſce temporibus maiores ſolito exoriuntur tempeſtates, quid aliud nobis in ſpe eſſe debet quàm futurum modò vt Dominus, quemadmodùm aliàs, etiam ventis imperet, & procellas omnes cum inſigni denique tranquillitate commutet? Quod ſperamus profectò, & credimus ſine dubio, (quemadmodùm anteà non ſemel viſum eſt) Sanctorum meritis nobis præſtitum iri. Et ne tam diuturno temporis illius deſiderio fruſtrà ij ſuſpenſi videantur, qui exſpectant redemptionẽ Iſraël, atque vt faciliùs eam moram ferant; paucis ea recenſebo quæ noſtrâ ætate per illuſtrem duarum mulierum ſanctimoniam contigêre: vt ſpes noſtra, horum temporum iniquitate quaſi extincta, illarum exemplo reuiuiſcat.

CAPVT I.

Margaritæ Ortus. virtutes.

a *Margarita patria,* 2 PAucis annis ante *a* horrendum illum conflictum qui inter Hiſpanos Galloſque initus iuxta Rauennam eſt anno poſt Chriſtum natum milleſimo quingenteſimo duodecimo, hinc ad meliorem vitam diſceſſit integerrima Virgo, Margarita nomine, verè omnium pretioſiſſima, plurimiſque ornata miraculis. Nata ea eſt *b* oppido humili & exiguo, cui nomen *b* Ruſſio: vnde non ſine labore ea ipſa pauca, quæ de eius geſtis conſcripſi, mihi colligenda fuerunt. In eâ iam inde à primâ infantiâ illuſtres ſanctimoniæ notæ extiterunt, adeò vt piè nonnulli crediderint, quemadmodùm *c* de S. Iacobo Apoſtolo cenſet Hieronymus, eam multò antè Dei gratiâ fuiſſe ornatam, quàm in lucem ederetur. Tres menſes nata erat, cùm oculis orba eſt: perinde quaſi rationi conſentaneum eſſet, eam rerum terrenarum aſpectu priuari, quæ ad diuinarum tantummodò contemplationem nata eſſet.

Sanctitas à primâ ætate.

c *Triennis fit cæca:*

ſemper nudis pedibus incedit: *mendicato viuit,* 3 Porro à quinto ætatis anno, nullis morborum mota periculis, quauis anni tempeſtate nudis pedibus inceſſit. Septimum vix attigerat, cùm ieiuniis vacare, &, ne ſponſi ſui abſimilis eſſet, eam cœpit paupertatem ſectari, vt non ſolùm poſſeſſionibus, ſed domo, veſtitu, reliquiſque ad victum neceſſariis ſeſe abdicans, eleemoſynis conquiſitis viueret. Et quamquàm integerrima eius caro numquàm concupiſceret aduersùs ſpiritum, tamen eò quòd tamquàm exemplum propoſita eſſet orbi terrarum, à Chriſtianis moribus in Epicureos degeneranti, affligebat continenter corpuſculum ſuum ieiuniis, vigiliis, ciliciis aliiſque aſperitatibus; modò in multam noctem lacrymis ſuſpiriiſque ad Deum ardentiſſimis indulgens, modò humi ad quietem modicam proſtrata, aut ſarmentorum manipulo incumbens.

& in ſummâ auſteritate:

14. annis ægrotat: 4 Ne autem quidpiam ei ad Chriſtianæ perfectionis normam deeſſet, tamquàm aurum in fornace, ita variis eam afflictionibus experiri Deus atque examinare voluit; adeò vt Iobi inſtar per quatuordecim continentium annorum ſeriem diuerſis morbis illam exerceret. Quo ſpatio ſanè longo ita expers vixit omnis humanæ conſolationis, vt etiam ad doloris ſui incrementum à multis velut improba & Superis inuiſa ſperneretur; & quæ nulli moleſtiæ quidquam faceſſebat, maledicis detrahentium linguis crudelem in modum appeteretur: credo, vt quæ Chriſti innocentiam æmulabatur, eius quoque ferendo exprimeret patientiam. Et certè ſi, vt ſacræ habent litteræ, patientia perfectum opus operatur, quis in eo genere illius perfectionem in dubium voca-

patitur obtrectatores.

Iac. 1. 4.

bit? Præſertim cùm conſtet tanto eam amore detractores ſuos proſecutam, quanto alij amantiſſimos ſui, imò fratres, proſequi conſueuêre. Ita profectò ab omni indignatione erat aliena, vt cùm maximè ab aliis afflige-retur, tum benigno maximè animo ac vultu eſſet, ſemper rata maioribus ſe iniuriis dignam eſſe. Plurimos ipſa ob ſingulares virtutes ſui admiratione affecit. Vndique enim erat in eâ, quod ſtuporem adferret. Sed numquàm equidem ad maiorem admirationem motus fui, quàm cùm in tantis moleſtiis rebuſque adeò aduerſis eam ſemper vidi ſui ſimilem conſtantiſſimo atque æquiſſimo animo perdurare; eò quòd nulla virtus ſine animi demiſſione abſolui poſſit, quamquàm ipſa ſine aliis virtutibus cum Dei auxilio ad perfectionem ſufficiat.

Ex Italico Seraph. Firman. *optimè erga eos affecta:* *ſemper ſui ſimilis:*

5 Quamuis autem à pluribus adeò conculcaretur, tamen tantum abeſt vt lumen eius hac ratione abſconderetur, vt etiam euictis tenebris facilè ſeſe conſpicuum daret. Vnde factum vt plurimi ſanctimoniæ eius odore incapti ſe ad eam conferrent, & ſubinde plures quàm trecenti ex eius præceptis penderent, eâque duce in Euangelicæ profectionis viâ vterentur: qui meritò proinde etiam palàm eam vitæ magiſtram appellabant, nimirùm qui eius exemplis potiùs quàm verbis in rectam viam erant reuocati. Singulari commouebatur commiſeratione eorum quos peccatis obſtrictos ſciret: multos deſperatione antè abiectos erexit, atque ad ſpem in Deo ponendam adduxit; nullo prorſus ſine ſpirituali auxilio ab eâ diſcedente. Eâ nempe virtute Deus eius verba inſtruebat, vt hinc timore, inde amorem Dei, animis auditorum infigẽs, omnes omnibus modis ad Chriſti imitationem & fugam peccati impelleret. Videre hoc eſt in matronâ nobili, quæ antè vanæ mundi pompæ mirè dedita cũ eſſet, auida audiendi eius documẽta, ea denique audiuit: at talẽ ſimul vim iis addidit Deus, vt ab illâ domum digreſſa, animum veſtemque continuò mutaret, mundumque omnem abiiceret, vt vni ſe orationi totam conſecraret.

multos instituit: *omnes conſolatur,* *efficax in verbis:* *matronam à vanitate conuertit:*

6 Superuacaneum mihi videtur altam animi eius deſcribere demiſſionem, quæ in cauſsâ fuit vt tantum è contemptu perciperet gaudium, quantum ſuperbi ſolent è magnitudine & gloriâ ſuâ. Licuit id tum vel maximè cognoſcere, cùm ex Dei voluntate Ariminum petiiſſet, vbi ab omnibus atque adeò Clero ipſo tantâ excepta eſt ſignificatione lætitiæ, tanto honore & plauſu, vt maiore homo excipi non poſſet. Appellata eſt ſcilicet vulgò Sancta; eoque culta modo, qui Sanctis conuenit. Demum cùm ſe abdere in latebras pro ſuâ voluntate non poſſet, ad benedictionem ſuam omnibus impertiendam coacta eſt: quâ impertitâ confeſtim Rauennam remeauit: vbi paucis nota, à pluribus contemnebatur, ſuam ibi tantũmodò quietem dictitans, vbi contemneretur. Vnde liquidò conſtat minimè confictam fuiſſe eius demiſſionem, perinde vt aliquorum ſolet, qui non vt vilipendantur ſeſe abiiciunt, ſed vt manſueti & mites habeantur. Et duplex quidem hæc ſuperbia eſt, humilitate gloriam venari. At qui perfectè humilis eſt, is ſcilicet mundo crucifixus eſt, & cum S. Paulo gloriatur tantũmodò in cruce Chriſti Domini. Quemadmodùm & in hac ipsâ, de quâ agimus, apparuit, quæ mirũ in modum pro conſuetudine ſuâ extollebat caſtitatem, ita tamen vt diceret humanis eam viribus & induſtriâ minimè poſſe comparari.

honorem fugit: *contemptu gaudet:* Gal. 6. 14.

7 Hinc cùm quidam ex iis qui piè erga ipſam afficiebantur, carnalibus deſideriis grauiſſimè pulſaretur, eumque iamiam ſuccubiturum cognoſceret; egregiè eum confirmauit, & ad reſiſtendum adhortata eſt, dicens minimè eos coronari qui hoſtibus terga præbuiſſent. At ille cùm diffidens ac deſperans de victoriâ, humili prece nihilominùs eius opem imploraret, coacta tandem in hæc verba eum affata eſt: Quandoquidem adeò diffidas de re, quæ tibi facilis obtentu eſſet, ſi quãtum in te eſt, conniti velles, aſſero profectò in poſterum numquàm tibi ab hiuus vitij conflictu periculum nego-

cuidam obtinet vt liberetur à tentationibus carnis.

Ex Italico Seraphini Firmani

negotiumúe fore; à quo ne ſupereris, tantoperè times: ſed carebis quoque coronâ, quam fortiter depugnando conſequi potuiſſes. Ecce autem eo ipſo temporis puncto ſenſit ſe vexatione illâ liberatum, adeò vt abſque periculo pòſt cum feminis agere poſſet, perinde ac ſi ad infantium integritatem rediiſſet. Idem poſteà ſumpto eremitæ habitu quàm diutiſſimè ſuperuixit, ac non ita pridem è vitâ migrauit.

a *Rauenna, vt ſcribit Leander Albertus*, ingentem anno poſt Ch. N. MDXII. accepit cladem, fracto Hiſpanorum exercitu, cùm eâ pugnâ Gaſto Foiſſeius Gallorum Imperator cecidiſſet: etenim à Gallo milite direpta crudeliſſimè eſt &c. *ſubiungit perpetrata in eâ direptione ſacrilegia, & diuina animaduerſionis exempla.*

b *Ruſſium, vt Ferrarius in Notis ſcribit*, caſtrum eſt inter Fauentiam & Rauennam, Fauentiæ tamen propius ad V. M. P. *De eo infrà Rubeus.*

c *S. Hieronymus lib. de Scriptorib. cap. 2. de S. Iacobo Apoſtolo:* Hic de vtero matris ſanctus fuit; vinũ & ſiceram non bibit &c.

CAPVT II.

Vaticinia eius, ac miracula.

8 ALiud in hac repertum eſt admiratione item digniſſimum: nimirum cæca cùm eſſet, quòd non ſolùm præſentia, verùm etiam futura, & remota valdeque diſſita cognoſceret. Et quoniam longum eſſet multa huius rei exempla adferre, vno contentus ero, quod eſt huiuſmodi: Tradiderat ſe quædam in eius diſciplinam, Gentilis nomine, (de quâ poſteà erit ſermo) quæ ſæpius eam conueniebat, vti in omnibus conſuerat, conſilij cauſsâ. Hæc ergo cùm eam conſulere non poſſet, eò quòd cum Deo colloquentem offendiſſet, ſenſit nihilominùs aliquid ſibi ab eâ iniunctum, quo clariſſimè dubij ſui reſolutionem omnem, quam petierat comprehenſam aduertebat. Vnde manifeſtum indicium eſt animorum arcana ei perſpecta fuiſſe.

Animorũ arcana cognoſcit:

9 Multa quoque multò antè prædixit, quæ omnino quemadmodùm prædixerat euenêre. Quare non temerè concludo prophetico eam ſpiritu fuiſſe afflatam. Non omittam hîc aliquod eius documentum, omnibus ſpiritalis vitæ ſtudioſis apprimè neceſſarium; quòd quamuis plurima ei diuinitus reuelarentur, numquàm tamen ea magni fecerit, neque vllam eis fidem habuerit, ne hac ratione à diabolo incauta falleretur, qui (vt eſt in ſacris litteris) transfigurat ſe in Angelum lucis, vt facilùs imprudentes fallat. Idcircò clarè diſerteque præcepit diſcipulæ iſti, de quâ ſuprà memini, ne fidem cuicumque demum rei adhiberet, niſi quam Eccleſia credendam proponeret: quo vno documento omnes euaneſcunt dæmonis illuſiones, quæ vt plurimùm alioqui redundant hoc tempore, quo Antichriſto cathedra præparatur, cuius eſt aduentus, vt S. Paulus ait, ſecundùm operationem Satanæ in omni virtute, & ſignis, & prodigiis mendacibus, &c. adeò vt vix decima eorum pars, qui ſupernaturalibus reuelationibus facilè credunt, callidi aſtutique inimici fraudes poſſit euadere. Cuius rei periculum vtinam cum magno animarum detrimento quotidie non fieret! cùm nimirùm homines tam multa hodie inutilia & periculoſa paſſim credunt, vt quæ neceſſaria ſunt, penitùs obliuiſcantur.

futura prædicit:

reuelationes non magni facit, ne fallatur, 2. Cor. 11. 14.

2. Theſſ. 2. 9.

vt multi, nimiùm creduli:

10 Sed vt vnde abij, reuertar; aio orationem mentalem eximiè quidem ab hac Virgine deprædicatam fuiſſe, ita tamen vt eam, quæ vocalis dicitur, non damnaret; imò verò laudaret maximè, videlicet quâ Eccleſia ipſa plurimùm vtitur. Dicebat autem, nequaquàm fieri nos poſſe diabolo ſuperiores, niſi animum continenter in Deo fixum haberemus, atque ex eo pendentem, quemadmodùm ferrum à magnete pendere ſolet: quâ quidem cum Deo coniunctione atque ſuſpenſione deſtitutos, continuò nos in otioſas cogitationes relapſuros, à quibus mox ad pernicioſas ſimus abripiendi. Quare in id incumbendum totis viribus, vt animi noſtri à terrenis abducti in altis verſentur, omneſque actiones ardentibus in Deum deſideriis afficiantur, adeò vt oratio nos ſemper præueniat, comitetur, & doceat. Atque ita rectè præcipere poterat, quando anima eius tantoperè in Deum raperetur, vt numquàm non cum eo eſſet coniuncta. Hinc ſæpenumerò inuenit diſcipula, eius caput ac faciem tam eximio fulgore ſplendentem, vt oculos ſuos in eam cùm maximè vellet, intendere non poſſet. Ita animæ claritas ex continenti Dei contemplatione in ipſum corpus redundabat. Adeò erant facultates naturales corporis eius omnes ſubactæ, vt plures annos omni guſtu & appetitu comedendi priuatæ, ad cibum æquè ac ad medicamentum nauſeabunda accederet: atque eo præcipuè timore ad hoc ipſum adducta, ne ſibi vltro mortem acceſſeret: quam licet expeteret, accelerare tamen nolebat, accommodans ſe ſemper ad diuinam voluntatem, quæ vitam eius ad aliorum ſalutem cupiebat prorogari. Etenim quicumque verè Chriſtianus eſt, non ſibi ſed Deo & proximo viuendum & moriendum putat.

facie ſplendenti conſpicitur:

cibum inuita ſumit:

11 Hoc meâ quidem ſententiâ ſufficere videtur ad faciendam omnibus fidem de Virginis huius ſanctitate. Reliquum tantummodò eſt vt de miraculis eius agamus: quamquàm tota eius vita vnius eiuſque continentis miraculi inſtar habeat. Verùm ita vulgò accidit, vt in miraculis non ponantur, niſi quæ exterioribus gratiis demonſtrentur: quamquàm hoc ipſum donum, ſi cum vitæ ſanctimoniâ coniunctum non ſit, ſimile ſit futurum illi gratiæ, quâ præditi fuerunt, quos Chriſtus ait in Euangelio, rogaturos, Nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus? quibus item reſponſurus ſit: Diſcedite à me, quia numquàm noui vos. Iam verò ſi omnia huius miracula colligere velim, promiſſæ profectò breuitatis terminos excedam. Innumeris enim obtinuit corporis ſanitatem: atque eſt etiam in viuis qui coràm adfuit, quando ad eam aduectus fuit energumenus carrucæ alligatus, tanto furore & rabie percitus, vt ne à pluribus quidem teneri ac compeſci poſſet: quem illa tum audacter manu prehendit, iubens dæmonem virtute Ieſu Chriſti ex poſſeſſo corpore confeſtim exire: atque is iuſſa capeſſens, illicò miſerum hominem deſeruit, qui hodie etiamnum viuit ſanus & liber ab importuno & nefario hoſpite.

Matth. 7. 22. & 23.

multis ſanitatem à Deo impetrat:

energumenum liberat:

12 Aliàs cùm hydrope laborantem puerum tetigiſſet, cum hac apprecatione; Deus tibi reſtituat ſanitatem, fili mi; ſanitas puero ſtatim reſtituta eſt: qui etiamnum ſupereſt.

hydropicũ ſanat:

13 Diſcipulæ illi, de quâ ſuprà diſſeruimus, puer erat, tibiis à primo vitæ exordio diſtortis adeò, miſereque affectis, vt iis nec inſiſtere poſſet, nec ſeſe commouere, niſi humi reptando. Vnde illa ducta commiſeratione, cùm mater pueri adeſſet, Surge, inquit, Leo (id ei nomen) & inſiſte pedibus: qui è veſtigio ſe ſuſtulit, tantùm non perfectè ſanus. Cui rurſus illa: Hoc mihi ſufficit fili: nolim enim mihi honorem redditæ tibi ſanitatis, ſed eum totum Dei Matri deferri. Mox eius iuſſu factis duobus fulcris, curat puerum à matre deduci ad quamdam Deiparæ imaginem, plurimis miraculis id temporis celebrem: vnde non ita multò pòſt, relictis illic fulcris, ſanus omnino domum rediit. Hic poſteà ſacerdotio initiatus, poſt actam cum laude vitam, à ſeptem fermè annis obiit.

contortum puerum ex parte curatum,

mittit ad imaginem D. Virg. integrè curandum:

14 Hæc Virgo ſæpius ſola & ſine comite aut duce viſa fuit obire templa, perinde ac ſi ea omni vitæ ſuæ tempore frequentaſſet: quod me inducit vt credam eam, etſi oculis capta eſſet, vidiſſe tamen ea quæ vellet. Plurima quæ iam euenêre, multò antè euentura vaticinata eſt; inter quæ eſt expugnatio & expilatio Rauennæ: & quantum ad alia attinet, eorum adhuc exſpectamus euentum, nimirum Eccleſiæ reformationem, Mahometicæ ſectæ euerſionem, quam futuram dicebat ſimul atque Chriſtianis inter ſe rectè conueniret: quem in finem & frequentes ad Deum preces ipſa fundebat, & ſuis porrò imponebat diſcipulis ſpiritualibus. Atque has vnâ omnium voluntate fuſas aſſerebat ſine dubio eam quam peteret

cæca templa obit ſine duce:

multa prædicit;

& coniunctionem eam Deo:

etiam Mahometiſmi euerſionẽ

peteret Dei gloriam & animarum ſalutem breui obtenturas.

15 Ex Dei quoque reuelatione congregationem inſtituit inſignitam titulo Boni Ieſu, cuius poſteà regulas, vitæque rationem paucis deſcribam: promiſitque numquàm fore vt deſineret Deum orare pro eâ iiſque omnibus qui ſe precibus eius commendaſſent. Quod verum eſſe experti ſunt, qui promiſſis eius fidem habuerunt. Nam & in vitiis ſuperandis, & in virtutibus acquirendis, ſingularem iis opem omnibus tulit.

inſtituit congregationem Boni Iesv

CAPVT III.

Obitus. ſepultura.

63. annos nata, fiducia plena, moritur.

16 TAndem plena triumphis, cùm annum ætatis tertium ac ſexageſimum attigiſſet, iamque eius præſentia ad cæli ornamentum requireretur, eò deuenit, vt ab extremo ſingultu propè abeſſet. Quare lectulo decumbens, contrà quàm moribundi ſolent, vultu miram confidentiam præ ſe ferens, facto ſigno Crucis, vt ſponſum ſuum imitaretur, vltima hæc verba pronuntiauit: In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. Quibus pronuntiatis vnà cum ipſo, quem ſemper amârat, cælos petiit. Corpus verò alterâ die, quâ terræ mãdandũ erat, inuenerunt ſudore quodam roris conſimili aſperſum, qui per diſcipulam ſtrophiolo abſterſus, cùm ad ignem poſteà exſiccaretur, tantam excitauit violarum fragrantiam, vt tota inde domus redoleret, odorque ipſe in linteo per plures annos recens perſeueraret. Obiit XXIII. Ianuarij.

Corpus poſtridie ſudore fragrantiſſimo perfuſum:

17 Mirabitur fortaſſe quiſpiam, non tot miraculis à Deo ornatam integerrimæ amantiſſimæque ſponſæ ſuæ mortem, quot aliorum quorumdam ſolet. Quod & mè ipſum quoque in admirationem raperet, niſi ſcirem iam adueniſſe tempus, quo Chriſtus dixit, fore vt homines perſequendo Sanctos arbitrentur ſe obſequium præſtare Deo, vti & in ipſo Chriſto patuit, qui Matthæo teſte, inter ſuos ob exiguam eorum fidem non adeò multa mira præſtitit, eò quòd æternis ſuppliciis potiùs digni eſſent, quàm donis cæleſtibus. Similem in modum hæc à plurimis contempta eſt, adeò vt etiam à morte tumulus, qui ei humilis ſanè obtigerat, cùm coli piè debuiſſet, nefariè diſturbatus confractuſque fuerit. Facinus profectò inhumanum & crudele. Indigna videlicet extremo eo honore ducebatur, qui tamen militibus quibuſcumque, qui vſurariis, qui impoſtoribus, qui omnibus denique conceditur. At quantoperè hoc Deo diſplicuerit, breui pòſt demonſtratum eſt. Etenim ab hac impietate vix menſe elapſo, hæc ciuitas exorto bello Gallis in prædam ceſſit, repletaque cadaueribus eſt. Vnde clàm ſacrum eius corpus ſublatum, alioque tranſportatum eſt: *a* quò autem terrarum, ſciunt tantùm qui præſentes adfuêre.

Matth. 13. 58.

tumulus eius diſturbatus:

corpus aliò auectum.

a

18 Quòd ſi fortè nonnullos hoc offendat, quòd ſemper tantoperè, atque etiam ſine cauſsâ exagitata fuerit; certè hoc aliis, quibus eius innocentia perſpecta fuit, certiſſimum extitit ſanctitatis indicium. Malis enim, vtpote hominum maximę parti, diſplicere non minus ſignum eſt probitatis, quàm paucis bonis placere. Porrò qualis illa toto vitæ decurſu fuerit, tempus aliquando, vt in aliis Sanctis vidimus, manifeſtabit. Hodie quidem quicumque per eius merita aliquid à Deo petunt, voti ſtatim compotes facti clarè teſtari poſſunt, quomodò optata ſint conſecuti, Hactenus ergo virtutes aliquas è vitâ huius Virginis, veluti ex ingenti aliquo campo pauculas ſpicas collegi: multa præterij conſultò, eò quòd non omnia hoc tempore litteris mandanda viderentur. Alia magis diuina fateor me fuiſſe indignum qui ſcirem, propterea quòd ea minùs capere potuiſſem. Multa etiam lapſu temporis è memoria hominum exciderunt; præſertim cùm pro ſuâ modeſtiâ nollet quidquam laude dignum de ſe ſcribi.

Cur ſemper exagitata fuerit.

a *Indicat id infrà Rubeus.*

Ex Italico Seraphin. Firman.

Regulæ aliquot collectæ è documentis Margaritę Rauennatis Virginis, quibus illa Ordinem ſuum, titulo Boni IESV inſignitum, inſtituit.

Collegit has Seraphinus Firmanus, Latinè reddidit Philippus Zoutæus Soc. Jesv.

Simplicitas in admittendis.

I. QVando aliquis in hanc Societatem admitti cupiet, diligenter ponderentur eius verba, ſimul cum fine quem intendit: nullo autem modo ad hanc vitam ineundam inuitetur, vti nec multus de eâ ſermo inſtituatur. Si quis autem ingreſſuris multa curiosè deprehendarur inquirere, is ad hunc ordinem minùs idoneus reputandus, eò quòd fides ei deſit & ſimplicitas, quæ ſunt ipſa rerum diuinarum fundamenta, adeò vt ſine illis fruſtrà omnia alia documenta adhibeantur.

Preces ab admiſſis dicenda.

II. Cùm quis admiſſus fuerit, ſtatim cum pietate dicat quinies orationem Dominicam & Salutationem Angelicam, promittatque vitæ mutationem, vt hæc renouatio à ſacris Chriſti vulneribus incipiat, ad quorum reuerentiam quinies hæc oratio vſurpatur.

Confeſſio generalis.

III. Generalem de totâ vitâ præteritâ confeſſionem inſtituat, in quâ pro viribus conetur contritionem conſequi, & ſatisfacere iis quibus ſe nouit obligatum, potiſſimùm ſi quid Deo aut Sanctis ſecundùm rationem vouerit.

Quotidiana meditatio.

IV. Incumbat diligenter orationi, maximè autem mentali, ac quotidie aliquamdiu ſe interno aliquo exercitio recolligat; modò Chriſti paſſionem meditando, modò mortem, modò pœnas inferorum, modò gloriam cæleſtis Paradiſi: Quo in exercitio etſi multum moleſtiæ in principio experiatur, idcircò tamen ceſſare non debet, ſed omnia ad Dei honorem perpeti, ad quem ſine huiuſmodi difficultatibus peruenire nemo poteſt.

Frequens communio & confeſſio.

V. Sæpè diuinam menſam adeat: quamquàm non eodem modo hæc regula omnibus conueniat, ſed pro fide & inflammato cuiuſque deſiderio. Quare aliqui & rectè facient ſi ſingulis menſibus aut etiam ſæpius diuinum hoc conuiuium frequentent pro ſuâ diſpoſitione, aliqui etiam ſi alternis menſibus. Omnes autem quater, vt minimum, per annum hoc Sacramentum debent ſuſcipere, ſi huius Societatis membra eſſe deſiderent. Quod ad confeſſionem attinet, certa regula non præſcribitur, propterea quòd quò ea ſæpiùs inſtituitur, eò magis ad animarum ſalutem conducat, potiſſimùm ne in peccatis hæreamus.

Hypocriſis fugienda.

VI. Fugiant omnes hypocriſin, & ſingularitatem, neque conentur boni apparere, ſed eſſe: quòd facilè aſſequentur, ſi omnia quæ agunt, ad Dei honorem & ſalutem animarum, non verò ad ſuam gloriam referant.

Vani ſermones vitandi.

VII. Fugiant omnes otioſos ſermones, nimirùm qui neque ad noſtrum neque ad aliorũ progreſſum faciunt; præſertim verò eos, quibus proximi defectus referuntur. Neque etiam nouis aut ludicris audiendis delectentur, eò quòd fruſtrà in viâ Dei laboret, qui linguam ſuam neſcit frenare. Hoc documentum admodùm diligenter conſiderandum eſt, cùm plurimi, imò plerique hoc vitio impediantur, quò minùs ad perfectionem adſpirent.

Temeraria iudicia.

VIII. Omnia ſemper in optimam partem interpretentur, neminem corde aut ore iudicantes: ſi autem ab aliquo peccari quidpiam videant, conentur ſenſus ſuos quodammodò fallere: aut certè culpam eleuare, diabolo cauſſam omnem adſcribendo, ſuamque infirmitatem propriam

Ex Italico Seraph. Firman.

propriam attendendo, quâ ad eumdem modum tentati fortè turpiùs lapsi fuissent. Diuinum sanè, sed paucis obseruatum documentum. Quæ etiam causſa est, quòd numquàm perfectam de peccatis nostris victoriam referamus. Solemus enim plerumque de alienis defectibus indignari. Tum ergo diuino auxilio peccata nostra exsuperabimus, cùm proximi nostri nos commouebit commiseratio.

Vana gloria.

IX. Vanam gloriam omni studio effugiant, quæ quêadmodùm vermis è frumento natus hoc ipsum arrodit, ac totum deinde corrumpit, ita è virtutibus bonisque operibus orta ea ipsa corrumpit. Quare quando cum hoc vitio depugnamus, propria peccata reuocanda in memoriam; è contrario autem bona opera omnia tradenda obliuioni, tamquàm plena sordibus & indigna quæ Dei oculis offerantur, sed potiùs digna suppliciis, si accuratiùs pro rigore iustitiæ nos Deus iudicet.

Mala cogitationes.

X. Totis viribus nitantur omnes malas cogitationes effugere, eò quòd illæ nos Deo maximè reddant inuisos & execrabiles; qui renuit habitare in corde immundo, sed tantùm in tranquillo & composito. Quare qui animum prauis cogitationibus implicant, secum reuerà inferorum pœnas continenter circumferunt, pleniqúe sunt amaritudine & fastidio spirituali, atque ita à duobus dæmonibus, accediâ nimirum & luxuriâ oppugnantur. Vnde tandem vincere desinunt, atque etiam spem salutis suæ abiiciunt. Quibus in sequentibus regulis sua etiam remedia proponuntur.

Cogitationes Patri spirituali manifestare.

XI. Omnes cogitationes suas debent Patri spirituali manifestare. Hac enim ratione diabolus vires suas amittit: deinde singulare Dei donũ est, in viâ virtutum à bono duce dirigi. Et quamquàm fortè aliquem non ita ex voto nacti essent, non intermittant tamen huius remedij vsum, saltem in confessione, eò quòd virtus huius Sacramenti reliqua supplebit.

Omnia ad Deum referenda.

XII. Omnem suam spem & confidentiam non in amicis aut consanguineis, aliâue re huius mundi collocent, sed in vno Deo, ad cuius honorem amor noster totus referatur: hac ratione numquàm nobis dux deerit; imò verò mediis humanis rectè vtemur, ita vt neque eorum defectu doleamus, neque etiam eorum copiâ affluenti nimiùm lætemur.

Aduersa ferenda,

XIII. Boni consulant, si à quopiam reprehendantur, neque se excusent, neque afflictiones declinent, aut ea quæ aduersa putantur, vt sunt derisiones & contemptus, etiam cùm benè egerint. Numquàm enim alioqui de nobis victoriam adipiscemur fugiendo, quin potiùs inordinatos animi motus nobiscum semper circumferemus, maiore quotidie molestiâ affligendi. Non desiderem tamen, vt quis vltro sibi pugnam accersat, sed si oblata fuerit, eam forti animo sustineat: eò quòd is, qui eam de industriâ inquirit, videatur sibi plusculum assumere, quasi verò in manibus suis victoria esset. Qui feruor non satis prudens est, neque caret arrogantiâ: quare intra limites humilis discretionis coërcendus est.

non accersenda.

Monitiones grato animo admittenda.

XIV. Animo pertractanda sunt diligenter ea, de quibus quis monitus fuerit, nec committendum, vt semini, quod, quia in petram cecidit, radices agere non potest ac proinde exarescit, comparetur: sed id agendum, vt semper obediat suis Superioribus, neque vllam respuat admonitionem, etiam durissimam; imò potiùs æquo animo eam ferat: si quidem benè inchoare desideret. Non enim graue est esse tranquillo animo, cùm nihil nobis aduersatur; sed quando vndique, quasi puncto temporis infinitis malis obruimur, tum facile est videre, verúmne an fictum aurum simus. Hoc solo documento omne spiritualis vitæ lucrum continetur, eò quòd maxima pars hominum coronam obtinere velit sine præuio certamine, quam tamen non dabit Deus nisi ei qui armatus patientiâ legitimè certauerit.

Acquiescendum proprio statui.

XV. Contentos esse oportet eo statu ad quem vocati fuerint: si ad matrimonium, obseruentur ea quæ illi vitæ generi conueniunt; si in virginitate quis degat aut sacerdotio, non altiùs cupiat efferri, neque beneficiis Ecclesiasticis aut reditibus augendis studeat, sed feruori & virtutibus. Talis item fugiat mendacia, & iocos, nugasque, neque in alienos mores aut facta inquirat: obediat autem suis Superioribus, atque instar solis, bonorum operum exemplo omnibus præluceat.

Seruanda virgini,

XVI. Quæ virgo est, humilis & casta esse debet, non solùm corpore, sed animo etiam, ac cogitatione. Quæ vidua est, idem assequi conetur, fugiatque instar veneni nouos rumores, ac detractionem. Quæ iuncta est matrimonio, foueat semper & conseruet pacem, ac in omnibus mariti voluntati obtemperet, ita tamen vt nihil Deo contrarium committat.

vidua,

coniugata.

Prauæ inclinationes superandæ:

XVII Omni contentione conentur inordinatos animi motus debellare; melius enim esset aliquam passionem, verbi caussâ, iræ, indignationis, aut cupiditatis comprimere, quàm quadragies flagellis in se desæuire, aut integro anno ieiunare. Potius item esset ire ad sepulturam quàm ad conuiuium; eò quòd in huiusmodi cœtibus, nisi Deus quasi miraculo caueat, vel linguâ, vel auditu soleamus peccare: fit enim vt qui peccati occasionem non fugiat, in peccatum incidat.

cauendæ occasiones.

Prauæ societas vitandæ:

XVIII. Prauas aliorum consuetudines conuersationemúe deuitent; nisi fortè necessitas aut caritas aliud suaderet: neque vllus contrà titulum amicitiæ aut consanguinitatis prætendat; eò quòd lex iustitiæ Deum præ omnibus amari coliqúe præcipiat.

& curiositas.

XIX. Se ipsos priùs regere ac rectè moderari addiscant, vt dein ad alios regendos sint aptiores: nec errores vitiaque proximi curiosè inuestigent, aut quidlibet scire cupiant, eò quòd hæc curiositas animæ nostræ valdè noceat. Quò plus enim videre quis desiderat, plerumque videt minùs: & qui rectè loqui cupit, obmutescit: & qui multum scire desiderat, fit ignorans: & qui se magnum facere studet, sæpè paruus fit: denique qui sapiens esse vult, fit planè insipiens.

Omnia Dei amore facienda.

XX. Omnia sua ex Dei amore agant, ei tantummodò placere conentur: hac intentione & fine ad orationem accedant: hac cibum & somnum capiant, hac denique omnia negotia obeant; quia hac tantum in omnibus mereri possunt apud Deum, quantum contrà impij possunt demereri. O quàm beati essemus, si tali mente semper prædíti ac quodammodò ligati, numquàm neque oculos, neque manum alio fine moueremus! Simul hîc dico, nihil nobis metu inferni, aut desiderio cælestis beatitudinis, aut alterius rei caussâ (quamquàm hi mali fines non sint) agendum esse; sed singularis gratiæ loco ducendum, posse nos aliquid amore tanti numinis facere, indignos omni aliâ gratiâ. Atque hoc vtilissimum est piæ animæ arcanum.

Omnia Deo adscribenda.

XXI. Persuadeamus nobis omnes, nulla nos nec animæ nec corporis bona à nobis habere: quare omnia bona diuinæ bonitati adscribenda, aut Sanctorum meritis: quâ ratione nos ab omni superbiâ & vanâ gloriâ integros consetuabimus.

Non est retrocedendum.

XXII. Numquàm in viâ perfectionis retrocedendũ, neque timore mundi, aut tentatione diaboli ab opere aliquo benè inchoato abstinendum: eò quòd hæc retrocessio in hac Societate adeò periculosa sit, vt paucos viderim, cùm ita defecissent, ad se per pœnitentiam redire: adeò vt iis longè magis conduxisset viam veritatis non cognouisse, quàm ab eâ semel cognitâ discedere.

De omnibus benè sentiendũ.

XXIII. Benè de omnibus sentiant, ac pro omnibus orent, nominatim pro calumniatoribus & aduersariis, optantes eis omne bonum, quod ad animam & corpus spectet; seque ipsos nihili facientes: atque hoc reipsâ potiùs, quàm verbis agant. Neque vnquam detegant suas virtutes, (sæpè enim detectæ pereunt) neque multis verbis efferant, promittantúe aliquid, quod à se profectum, bonum esse posset, cognoscentes omne bonum viribus suis maius esse, nec vllâ de re tamquàm suâ se posse gloriari.

Ieiunia.

XXIV. Ieiunent omnibus vigiliis, quas Ecclesia instituit,

ſtituit, Quatuor Temporibus, Aduentu, Quadrageſimâ, & omnibus per totum annum diebus Mercurij, Veneris, & ſabbati. Quòd ſi Vigilia aliqua in hebdomadam incidat, dies Mercurij omitti poterit, ſi duo illi dies ieiunio cebebrari non poſſunt. Si verò aliquis ex hac Societate fuerit vitâ functus, omnes Sacerdotes pro eius animâ Miſſæ ſacrificium offerant, alij autem centies Pater & Aue recitent: ita tamen vt non peccent quibus hoc exequi minùs licuerit. Eadem ratione omnes qui poterunt ſingulis diebus Aduentus vicies quinies orationem Dominicam & Saluationem Angelicam recitent. Similiter expediet ſingulis diebus ab initio Quadrageſimæ vſque ad Dominicam Palmarum quinies recitare ſupradictam Orationem Dominicam & Angelicam Salutationem, in memoriam ſpineæ coronæ Chriſti. Dominicâ autem Palmarum quadragies ad honorē totidem dierum, quos in deſerto Chriſtus ieiunauit; Die Lunæ decies quinies; Martis tricies ter, ad honorem ætatis Chriſti; Mercurij tricies, in memoriam nummorum quibus venditus fuit; Iouis duodecies, in honorem Apoſtolorum; die Veneris quinies, in honorem vulnerum: ſabbati centies Aue Maria, ad honorem Deiparæ. Dominicâ Paſchatis quinies dicāt ſtantes Salūtationem Angelicā, in ſignum lætitię de Domini reſurrectione, habeantque ſimul manu ardentem candelam. Die Veneris ſancto & vigiliâ Annuntiationis pane & aquâ ieiunent. Hęc qui obſeruant, ſciant ſe mereri; qui verò obſeruare non poſſunt, ſe non peccare.

Preces pro defunctis,

& alia.

Has regulas è verbis diuinæ huius Virginis collegi, quæ licet fortaſſe cuipiam videantur obſeruatu difficiles, tamen conſiderare debet iis deuotionem Sanctorum obtineri, vt horum meritis via virtutum reddatur facilior. Quiſque igitur pro ſuâ capacitate has accipiat, fidemque concipiat, quâ omnia ei fient facilia. Amen.

ALIA VITA

Auctore Hieronymo Rubeo, l. 8. hiſt. Rauenn.

a *b* *Margarita patria, genus,*

1 PRæſidente Eccleſiæ Dei *a* Iulio II. ac imperante *b* Maximiliano Cæſare, Rauennæ Margarita Virgo ſanctitate & vitæ innocentiâ celebris deceſſit. Quæ in oppido Ruſſio, quod eſt Rauennatis ditionis, Lungipreſſum olim vocatum, ab vrbeque abeſt ferme millia paſſuum decem, ex Mollum familiâ orta, ab ipſis incunabulis ſanctitatis ſpecimen præbuerat. Tres menſes nata, cæca facta eſt: cumque ad ſeptimum annum peruenisſet, carne & ouis abſtinens; extra dies Dominicos ac Feſtos, die ſemel comedebat: quem viuendi modum per totum viæ ſpatium non modò ſeruauit, ſed maximam partem confecit pane ſolùm & aquâ. Quod eò durius videri poteſt, cùm nudatis ſemper inceſſerit pedibus; & numquàm in lecto, ſed vel humi, aut in ſarmentorum faſcibus cubauerit: & ſæpius nocte, vt Deum ingeniculata precaretur, atque etiam vt cum dæmone, qui illi erat moleſtus, eamque aliquando capillis trahebat, dimicaret, è lecto, ſi erat is lectus appellandus, perpetuò ſurrexerit.

à primâ ætate abſtinentia, aliaq; auſteritas;

luctа cum dæmone,

2 Cùm autem aliquot annos eo in oppido vixiſſet, in agrum, ad villam Diui Pancratij ſe contulit, puellarum Virginum conſuetudine plurimùm delectata, quas aſſiduè præcepta diuina rectumque viuendi morem docebat. Inde Rauennam profecta, primùm apud Diui Stephani ſacras Virgines, deinde in domo, quàm illi Laurentius Oriolus, agricola prædiues, eius diſcipulus, emerat, habitauit. Vbi per annos quatuordecim aſſiduè grauiſſimis morbis miſerè afflicta, præſertim cùm etiam à pleriſque eius ſanctitas & morbus irrideretur, multiſque calumniis nomen proſcinderetur, illuſtre fuit patientiæ exemplum: quos tamen ipſa irriſores & maledicos, vel, ſi poterat, amanter, vti deſiſterent, monebat; conge-

morbi,

irriſiones;

rere enim ſibi peccata: vel, ſi id non dabatur, ſummis aſſiduiſque precibus apud Deum veniam illis orabat, illudque admirabile omnino videbatur, eam inter tot morbos, calumnias, egeſtatem, quâ ſemper oppreſſa plurimùm fuit, hilari ſemper vultu, tranquilloque animo extitiſſe, ab omnique indignatione ſic alienam, vt qui perturbatam illam vnquam viderit repertus ſit nemo. Ex Hieron. Rubeo. *in hu patientia,*

3 Non potuit tamen hęc tetra tot miſeriarum procella, ſanctitatis lucem, quin emicaret, opprimere: nam complures ex illius ore præceptiſque pendentes, Magiſtram illam appellabāt, quòd eos ſanctiſſimæ vitæ exemplis potiùs, quàm verbis excitaret ad pietatem & verum Dei cultum. In eâ maximè inter ceteras virtutes miſericordia in eos qui peccabant, & benignitas illuxit: neque fuit vllus vnquam, qui admirabili virtute, illius verbis atque hortatu in miſeriis conſolatum ſe, ac penè recreatum, hilaremque factum non ſenſerit, & à peccatis viâque perditâ reuocatum. Quod cùm ſæpiſſimè accidiſſet, maximè tamen in nobili feminâ eſt viſum, quæ permota famâ ſanctitatis, ad eam cùm veniſſet, multo auro, & veſtiū elegantium ornamentis inſignis, eam vim Margaritæ ſermoni Deus tribuit, vt depoſito omni ornatu nobilis mulier antequàm ab eâ diſcederet, ſeſe Deo totam addixerit.

magiſtērium virtutu,

verborum efficacia;

eâ matrona conuerſa

4 Cùm verò illi Ariminum proficiſcenti, vniuerſus populus, ſacratique viri obuiâm proceſſiſſent, & Mulierem ſanctam appellarent & venerarentur, facile dictu non eſt, quàm illa id ægrè tulerit: cumque aſſiduis illorum precibus coacta illis benedixiſſet; confeſtim abſoluto, ob quod venerat, diuino negotio, mortales honores fugiens, Rauennam conuolauit. Vbi multa diuinitus vaticinata eſt, ipſamque præſertim vrbis depopulationem, quam Galli inſequentibus annis fecerunt. Et, vt reliqua omittam, id vnum conſcripſerim, quòd cùm Gentilis, mulier ſib: cariſſima, ad eam quandoque conſulendi cauſsâ acceſſiſſet, neque tamen poſſet, *c* quòd de Deo offendiſſet loquentem, ex verbis attamen illius, quæ ad Gentilem in eodem ſermone conuerterat, Gentilis nouit, Margaritam animi ſui ſenſum ac voluntatem, propter quam venerat, Deo indicante, perſpectam habuiſſe; &, iis qui aderant nequaquàm ſentientibus, occultâ verborum ſignificatione conſilium præbuiſſe.

fuga honoris,

vaticinia,

c

cordis arcana cognita,

5 Facie quandoque ab eadem Gentili ita fulgere viſa eſt, vt eam intueri aduerſam non poſſet. Tanto ſenſus ſtupore prædita, vt multorum annorum ſpatio ſuauitatem cibi non ſentiens, ingenti moleſtiâ, tantùm ne moreretur, cibo vſa ſit. Cacodæmone agitatos, quos decem vix homines retinere & compeſcere poterant, ipſa manu apprehenſos, & nequaquàm obſiſtentes, diuinâ virtute, abire cacodæmone iuſſo, liberauit. Hydrope laborantem puerum ſolo manus contactu, cùm Deum eſſet pro ſanitate illius precata, incolumem remiſit. Leonem Gentilis filium, pedibus contortis, ſic vt ambulare nequiret, natum, ſanauit.

ſplendor faciei:

ſanati energumeni.

hydropicus,

6 Sed talia ſi narrare velim, nimiùm longa traheretur oratio: ipſorum enim relatu latiùs patent, qui teſtes, iuſſu Pauli III. Pont. Max. poſtulante Friderico Gonzagâ, Duce Mantuano, Rauennæ, his de rebus, ab Ioanne Franciſco Petitto, vrbis Moderatore, quæſtione habitâ, hæc, quæ modò memorauimus, multaque prætereà, anno ſeſquimilleſimo trigeſimoſeptimo iurati narrauerunt; id curantibus Petro Andriolo, Roberto Aldrouandino, Vbertello Gordio, Ioanne Franco, Marco Antonio à Portu, & Aloyſio Pritello, qui tum Rauennatem Sapientum magiſtratum gerebant.

aliiq;

miracula examinata:

7 Verùm illud ſilentio non inuoluerim, quod Antonius Blanchinus Ruſſianus refert, vxorem ſuam tenuioris inteſtini morbo, in quo ſtercus ſuperiora petebat, quique à medicis exitialis putatur, octauum iam diem laborantem, cùm pro illius ſanitate Deum hęc Virgo precata eſſet, ſanitati protinus reſtitutam. Barnabam quoque Paſquæ Rauennatis, quæ vxor Aloyſij Merlini fuerat, patruum, cæcum factum, viſui reſtituit.

ægra ſanata:

viſus cæco redditus:

Ex Hieron. Rvbeo. *mors præsentibus Sanctis:*

8 Cùm verò tandem tres & sexaginta annos nata, in febriculam incidisset, ipsa mortem præsentiens, plurimùm de rebus diuinis locuta; cumque ad extremum esset, assurgens, animam exhalauit: feruntque Gentilem testari solitam, tunc se Cælites vidisse, qui ad magistræ migrantem ex corpore animam accipiendam, accesserant: ob idque in extremo ipsam venerabundam assurrexisse. Fuit is annus ab ortu Christi quintus supra millesimum quingentesimum, decimo Calend. Februar. Per *sudor suauis à corpore exanimi:* duos dies cadauer sanctũ insepultum seruatum est, quo tempore cùm sudore facies tamquàm rore madesceret, Gentilisque assidua magistræ comes, linteolo, quo ad emungendas nares vtimur, deterssisset, linteolum ad ignem exiccatum, violarum suauissimum odorem afflauit, qui multis etiam deinde annis in eodem linteolo permansit.

9 Sepulta est Rauennæ in D. Apollinaris noui, sepulchro satis ignobili: quòd cùm posterioribus annis dirutum esset, Laurentius Oriolus, qui illius consuetudine ac monitis plurimùm profecerat, maximeque eam venerabatur, id putans propterea contigisse, quòd alibi sepulchrum sibi Virgo delegisset, veniâ ab eius loci ædituis impetratâ, ossa summâ veneratione in sacco collocata, asello imposuit, Deum precatus, eamque Virginem, vt quo sepeliri vellet, ire asellum iuberent. Asellus, nullo strepitu, signoue impulsus, rectà per eum vicum, cui Plateæ maiori nomen est, ad vrbis muros progressus, dextrorsùm flectens, per Vrsicinam portam, occidente iam sole, egressus est: inde per suburbium, secundùm Vitim amnem, cùm aliquantulum processisset, secundo ab vrbe lapide amnem traiicit, semperque obstrepente nihil *corpus aliò auectum, non sine miraculi specie:* Laurentio, sed ingenti religione ac veneratione mysterium considerante, progrediens, ad Montonem amnem cùm peruenisset, illum etiam haud procul ab D. Marci transmittens, viam secundùm flumen arripit: cuius cœpti itineris, non mediocris ad virum pium, qui rem tacitus considerabat, lætitia peruenit, quòd putabat fore, vt ad suæ gentis ædiculam, quorsum ibat, inde haud procul, deferendum cadauer esset. Sed ibi, cùm peruenissent, non perstitit asellus, at progressus ad D. Pancratij se contulit. Iamque multum noctis transierat, & sub arbore satis ingenti, quòd non procul aberat ab eius templi valuis, magnus nitedularum numerus conuenerat, quæ tantum afferebant lucis, vt miraculum iudicari facilè potuisset. Ad hunc se locum asellus contulit, ibique cùm perstitisset, pedem ampliùs non extulit. Vir pius ob id intelligens, Virginem sanctam decreuisse eum sibi sepulturæ locum, fossâ factâ, tumulo ossa composuit, humoque obruit: & confestim nitedulis euanescentibus, nox intempesta tenebras suas offudit.

10 Multa posterioribus temporibus, ad hanc diem, illi nuncupatis votis mirabilia impetrata sunt, quæ nostri instituti non est referre: cùm hæc, Seraphinus Firmanus, Canonicus Lateranensis idem & Portuensis, vir eloquentiâ & doctrinâ, vitæque integritate præstans, in commentariolo, quem scripsit de huius Virginis & Gentilis vitâ, latiùs expresserit. *miracula post mortem.*

a *Sedit* Iulius II. *à 31. Octob. 1503. vsque ad 21. Feb. 1513.*
b Maximilianus I. *sub finem anni 1493. Friderico II. patruò in imperium successit: obiit 12. Ianu. 1519.*
c *Paullo aliter id suprà narrat Seraphinus.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS

VICTORE ET SOCIO,

INSVLIS IN FLANDRIA.

An. Chr. DCXI. XXIII. Ianvar. I Insulis, vrbe Flandriæ amplâ & locuplete, collegium ac templum Societati Iesu, publico sumptu ædificatum est, ineunte seculo decimoseptimo. Id Claudius Aquauiua, qui tum vniuersæ præerat Societati, duorum sanctorum Martyrum Victoris & socij corporibus ornandum constituit, ratus non aliud aptius adeò munifica vrbi posse à se rependi, quàm si sacras illas exuuias, quæ & præsidio essent, & ad pietatis exercitationem excitamento, isthuc mitteret: quas Pauli V. Pontificis Maximi nutu, è S. Priscillæ cœmeterio, quod sub prædio collegij Romani Societatis Iesu, tertio ab vrbe lapide, nostrâ memoriâ repertum, effoderat.

SS. Victoris & socij Translatio.

2 Celebratur annuè eorum solemnitas (siue natalem, nam hic ignotus est, siue Translationem, quæ hoc 23. Ianuarij die accidit, lubeat appellare) Dominicâ post festum S. Agnetis: magno populi concursu & pietate. Arnoldus Raissius in Hierogazophylacio Belgico recensens reliquias Belgicas, de his ista scribit: Insulæ in Flandriâ Walonicâ, corpora sanctorum Martyrum Romanorum Victoris & eius socij, in elegantissimus capsis inclusa, quas Senatus Insulensis ex auro argentoque variè condecoratas, variis ex argento Christi, Diuæ Virginis, S. Victoris, & duodecim Apostolorum sigillis ferè palmaribus exornatas, dein multiplici emblemate, & Corinthio columnarum ordine, ac zophoris triglyphis, aliisque rebus fulgentes, dono dedit. *anniuersaria festiuitas,*

3 Translationis, cui interfuerat, historiam accuratè descripsit ac typis vulgauit Ioannes Buzelinus Cameracensis è Societate Iesu, is qui deinde Flandriæ Gallicanæ Annales edidit. Eam more nostro in capita secuimus, ad leuandum Lectoris fastidium. Præfuit ei Translationi Michaël Desnæus Tornacensis Episcopus, cuius in diœcesi Insulæ sunt. Meminit S. Victoris Autbertus Miræus in Fastis Belgicis ad XIV. Iulij, atque Antonius Sanderus lib. 3. Hagiologij Flandriæ, qui tamen fallitur dum anno 1615. eam factam sancti Martyris translationem scribit. Agit vterque isthic, sed plenius Miræus, de cœmeterio Priscillæ, de quo nos alibi sæpe. Plurimi se, S. Victoris implorato patrocinio, valetudinem aliaue celitus consecutos beneficia, publicè appensis anathematis, professi sunt: quæ tamen quòd publicâ auctoritate nondum probata sunt, inuestigare negleximus. *Translationis historia.*

TRANSLATIO, SIVE TRIVMPHVS, *Sanctorum Martyrum* VICTORIS *& socij.*

Auctore Ioanne Buzelino Soc. Iesv.

PRÆFATIO AVCTORIS, ad Vrbis Insulanæ Senatores.

1 Impensam publicè Diuo Victori pompam litteris mandandi, vobisque, Amplissimi Senatores, dedicandi, consilium cepimus, glorioso, quantum nobis videtur, quà Martyri quà vobis instituto. Quamuis enim minimè dubitemus ita profundè Insulensium animis tanti facti memoriam insculptam esse, nullis vt temporum vel iniuriis vel interuallis deteri auferriue queat; non exiguum tamen nobilissimo Martyri, vobisque apud exteras nationes honorem videremur inuidere, si non latiùs scripto per orbem vagari eius famam rei faceremus. Hoc igitur exequi nobis animus iamdudum fuit, & perfecimus sanè quàm citissimè licuit: quamquàm non ita fortassis, vt illum vosque omnes pari obsequio ac voluntate nobis obnoxios haberemus; at certè specioso triumphi nomine ad gloriam cieremus vehementer. *Cur hæc translatio scribatur,*

2 Præclaram equidem de Tyranni sæuitiâ victoriam B. Victor obtinuit, cùm nec atrocibus eius cessit minis, nec fortiter instante satellitis manu pro Christo mortem oppetere dubitauit. Nihilo minorem de improbâ tem- *& Triumphus appellatur,*

poris

poris edacitate glóriam cepit, cùm iam tot annorum curriculis luctantia in ſepulchro eius oſſa nec in puluerem ſubſederunt nec perpetuo marmore iacuerunt oppreſſa: ſed integra tandem è tenebris ſub auras prodiêre. Ergo ſi olim inuictiſſimus Macedonum Rex Alexander poſtquàm veneni aut meraciſſimæ pótionis vi animam eiecit, tantùm apud Arrideum valuit, vt aureo impoſitus currui præclarâ triumphi ſpecie per plurimas vrbes ab eo circumucheretur; cur non etiam noſter hic animi egregius infractuſque Martyr tam longo poſt obitum temporis ſpatio quodammodò rediuiuus triumphi nomine pompam hac in vrbe obtinuerit? Et profectò inſigniter vobis pro veteri erga Diuos pietate & munificentiâ connitentibus eam aſſequutus eſt: adeóque feciſtis, vt tam eximiæ triumphi cauſſæ congruentia per ciuitatem ornamenta decoraque reſponderent.

3 Triumphauit igitur, non aureo curru ſublimis, non trahentibus candidis equis, non leonibus, non tigribus, non aliis id genus Romanæ quondam ſuperbiæ monſtris; verùm inſigni ſacróque cultu ſplendentium humeris Sacerdotum elatus, vobis ad gloriam ſublimi vmbellâ contegentibus. Nullus à tergo triumphanti ſeruus incubuit, qui metu ſeruitutis incurrendæ Romanis per triumphum nimiæ vim voluptatis fregerat: verùm Perillustris & Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus Tornacenſis, qui perpetuum cæli Principem maieſtate aſſereret ſuâ. Nullus eum anteceſſit, qui ſcurrilibus, vt olim, geſtibus riſum moueret ſalſiſque carperet dictis: verùm inſignis colluminantium & certantium laudibus hominum ſeries. Tam eximiâ triumphi pompâ delatum, non fumantibus Capitolij templum nidoribus excepit; verùm perelegans, & auguſta, quam munificè nobis erexiſtis, fragrantibus ædes odoribus accepit, tam præclarâ ſede iugiter lætabundum amplexa eſt. Quem itaque inſignem allaborantibus vobis triumphum cepit, quem comitantibus vobis egit, quem vobis merentibus ſcripſimus, Ampliſſimi Senatores, eum nunc vobis veſtro iure, veſtro merito lubentes conſecramus & dicamus. Si tam fauentibus animis eum amplectimini, quàm prohâ voluntate vobis offerimus, neque nobis poſtmodùm animus deerit maiora moliendi; neque vobis apud omnes, quam tali erga Diuos pompâ peperiſtis, immortalis vnquam gloria conſeneſcet.

vti verè fuit.

CAPVT I.

SS. Victoris & ſocij reliquiæ Româ miſſæ.

4 QVod pleriſque Sanctorum, & nationibus non paucis felici ſorte contigit, vt illorum producta è tenebris corpora plurimum apud homines honoris obtinerent, iſtæ talibus à reliquiis ſubſidij non parum & fauoris perciperent; id modò tandem S. Victori eiuſque ſocio, Romanis Martyribus, ac Inſulis nobili apud Belgas emporio, par eſt vt credamus euenturum. Quippe cùm ſacra horum Diuorum corpora multis annorum centuriis in vaſtiſſimo Priſcillæ cœmiterio iacuiſſent ignota; præteritis proximè annis, ea denique in lucem prolata ſunt; atque hoc, quem agimus, Inſulenſium in oppidum illata gaudio incredibili, pompâ quàm maximâ. Id igitur quâ de cauſsâ, quoue ſucceſſu peractum ſit, nunc exequi animus mihi inceſſit. Quò lubentiùs id faciam, ingens compellit gloria, quam immortali Deo, cuius prouidentiæ hoc munus; quam Martyribus ipſis, in quorum honorem & laudem egregiè nauatum; quam demum Inſulenſibus, qui ad horum decus & cultum omnia, vt ſolent, magna conati ſunt egeruntque, ex hoc facto acceſſuram puto.

SS. Victoris & ſocij corpora,

5 Quum munificus in Societatem Ieſu peramplam ędificij molem Inſulis ſubſtruere adortus erat Senatus, ea iam penè ad faſtigium tota excreuerat, cùm ſupra milleſimum & ſexenteſimum à Chriſto nato vndecimus appeteret annus. Nihil laboribus & operis parcebatur, nihil impendiis: id vnum penſi habebatur, vt totum deinque annum intra ædificium aſſurgeret, ac impoſito tecto interiorem caperet ornatum; ingentem horti planiciem altiſſimi clauderent muri. Multorum animos erexerat tanti fama ædificij: & iam per remotas mundi plagas increbuerat, qui tam ingentibus animis regium id opus molirentur, ad immortalem eâ viâ gloriam graſſari: qui ad exitum perducerent, omnibus laudum & præmiorum generibus eſſe maiores. Nulli vehementiùs, vti par fuit, ea res animum excitauit, quàm Reuerendo Societatis noſtræ Præpoſito Generali Claudio Aquauiuæ, cùm eius ſit munus quàm oblatas domos accipere, tam offerentibus gratias agere, habereque. Poſtquàm igitur hoc ille nuntio in ſpem venit, tam inſignis & commodæ à nobis poſt annum hæreditatis adeundæ: in omnem ſeſe partem vertit, vt præclarum aliquid nactus, eo Senatus quà poſſet munificentiam rependeret. Tam piæ voluntati, tam grato eius ſtudio diuinum adfuit numen. Quod enim ſperari quidem ac minimè credi futurum poterat, fauente Summi Pontificis voluntate accidit, vt in eius poteſtatem aliquot è ſacris Martyrum corporibus venirent. Id hunc in modum contigit.

AVCTORE IOAN. BVZELINO. (adificato Inſulis collegio & templo Societati Ieſu)

6 Viâ Salariâ non procul ab vrbis Romanæ pomœrio vaſtiſſimum Priſcillæ cœmeterium intra terræ viſcera profundè iacet. Eâ, quam diximus, tempeſtate nonnulla huius pars Pauli V. Pontificis Maximi veniâ, rimandis ſacrorum corporum reliquiis, Præpoſito Generali noſtro patuit: ac tum inter illa, quæ ipſi obtigerunt Sancti Victoris corpus fuit. Id ipſi nomen ac inſignem martyrij palmam affixus olim loculo titulus vendicat, quem vnà conſtat repertum. Huius ergo S. Victoris corpore potitus, aliiſque Præpoſitus Generalis, eò tum mentem adiecit, vt illud cum altero mortis conſorte nobis tranſmitteret. Quò libentiùs hoc conſilium capeſſeret, præter illam Senatus in nos voluntatem & munificentiam, duo cumprimis impuliſſe vehementer apud me certum eſt. Primò equidem probè admodùm gnarus erat, quàm inſigni populus iſte ſacras in res pietate polleat, quàm ardenti earum in cultum religione feratur. Quare ſi quas illi reliquias Sanctorũ traderet colendas, certam in ſpem veniebat fore, vt ab eo, quantum à pientiſſimis hominibus fas eſt, abundè colerentur. Deinde cùm certò pernoſceret auguſtam nobis ædem inſigni laxitate aſſurgere, firmam inde fidem capiebat, nec ſacris defuturam pro dignitate corporibus ſedem, nec ciuibus ad horum frequentem cultum anguſtias fraudi futuras. Supra ſpem eius ac fidem vtrumque ceſſiſſe, magna Diuorum gloria, ſecunda populi fama, quæ poſtmodùm narrabo, patefacient. Tam magnis igitur impellentibus cauſſis, ineunte iam autumno ea ſummi hanc in vrbem amoris pignora viæ commiſit. Florentiam primò ad Collegij noſtræ Societatis Rectorem delata ſunt. Ibi poſtquàm ipſis mercium modo compactis & inuolutis cautum fuit, ſacram à Patre Rectore ſarcinam Belga quidam mercator accepit, & non multò pòſt huc tranſmiſit maximâ fide.

è cœmeterio Priſcillæ effoſſa,

à P. Generali Societatis

iſthuc miſſa,

7 Id temporis, quo ſic ad nos ſacra vehebantur corpora, clauem Româ cum litteris accepimus, vt iam tum licet abſentis poſſeſſionem ciſtæ, cui incluſa erant, caperemus Octobris initio. Ea res nobis magno gaudio fuit: maiori tamen futura, ſi reliquias vnà capeſſere licuiſſet. Quippe cùm illa tempeſtas appeteret, quâ noſtrum dedicare templum, & ſolemni pompâ nouum ædificium placeret inire; multum vtrique rei decoris & gloriæ præſentibus illis accedere poſſe viſum eſt. Quoniam ergo aliter Diuino numini placuit, ſeditque ſuam Martyribus pompam & gloriam vendicare; ingens ſanè gaudium nobis interim ſuffecit, quòd in S. Victoris nomine ex altaribus vnum Reuerendiſſimus D. Epiſcopus conſecrauit. Inde populo inſignis hunc Martyrem inuocandi & venerandi iniecta eſt religio: quæ vehementiùs gliſcere tum cœpit, cùm à R. P. N. Generali paucis diebus

præmiſſa clauis:

mox altare eis dicatũ.

AVCTORE IOAN BVZELINO.

interlapſis, tanti muneris obſides litteras ſenatus accepit. Iis enim quale hoc eſſet, vnde acceptum, quâ mente huc deſtinatum, oppidò nouit. Quæ quidem omnia impellunt, vt eas litteras nemini inuideam, ſed huic inſeram narrationi, quibus perſcriptæ ſunt verbis:

Littera P. Generalis ad Senatũ Inſulẽſem.

8 ILluſtres ac Magnifici Domini. Frequenti noſtrorum iſtinc relatu didicimus, quantâ cum munificentiâ Illuſtres DD. VV. Societati noſtræ inſignem collegij fabricam à fundamentis exſtruxerint: templum etiam ſplendidum & auguſtum erexerint: noſtros denique frequentibus aliis ſubſidiis perquàm liberaliter adiuuerint. Quo nomine præterquàm quòd Illuſtribus DD. VV. gratias agamus & habeamus ingentes, vt par eſt, referre etiam aliquo modo viſum eſt, & pro temporalibus ſpiritualia rependere. Nimirùm vt templum iſtud in veſtrâ ciuitate veſtris impenſis recens ẽxædificatum, eò ampliùs ipſis initiis decoretur, & pietas religioque populi Inſulenſis, quæ in in ceteris Belgij vrbibus plurimùm eminere cognoſcitur, cum diuinâ gratiâ promoueatur; deſtinamus illuc noſtris corpus S. Victoris Martyris, auctoritate Pontificiâ è cœmeterio Priſcillæ viâ Salariâ nuper extractum. Non dubitamus quin Illuſtres DD. VV. pro ſuâ in Sanctos ac Sanctorum reliquias propenſione ac fide, ſacrum id pignus grato animo ſint excepturæ. Intereà illum ipſum Martyrẽm ſuppliciter oramus, vt cũ aliis vrbis ac ciuitatis veſtrę Tutoribus ac Patronis in partem etiam tutelæ ac patrocinij venire, & de hoſtibus tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, verè & nomini ſuo congruenter victoriam Victor dignetur impendere. Romæ. His perlectis pleno conſeſſu literis Magiſtratus admodùm gaudio delibutus fuit, cùm gnarum ei iam eſſet, ſua ſeque Generali noſtro curæ eſſe quàm maximæ: tam egregium ſuæ in nos munificentiæ præmium rependi. Quam ceperat itaque voluptatem, hoc ea reſponſum ab ipſo expreſſit: Placere ſibi vehementer gratiſſimum Præpoſiti noſtri animum: quas ad ſe reliquias miſerit, etiam abſentes pronis & venerabundis ſe mentibus amplecti: vbi aduenerint illæ, operam ſe daturum nihil ad earum decus & cultum quiſpiam deſideret: quo triumpho, quâ pompâ poterit in extructum à ſe templum delaturum.

Reſponſum Senatus.

CAPVT II.

In Belgium appulſæ, examinatæ.

9 NObis interim graui ac diuturno timori fuit tam diues ſacrorum corporũ ſarcina, ne tantâ periret itinerum intercapedine, crediqúe vix poteſt quantum timori vitium attulerit contingendi ardens deſiderium. Vectori tamen ea preſidium, nobis lætitiam preclarè attulit. Quippe cùm ipſam multis quotidie ad Deum precibus quodammodò comitaremur, nulli obnoxia viarum periculo graſſantibus hiberni temporis iniuriis, citiùs quàm ſperari poterat, tertium poſt menſem incolumis huc peruecta eſt. Ianuarij decimus præceps tum erat dies, cùm ſacra Diuorum corpora intra vrbem eſſe apud ciuem perhoneſtum eius inſtitoris ſororium, qui Florentiâ miſerat, domi nuntiatum fuit. Eò igitur cum aliquot è noſtris qui ad nos deferrent extemplò Pater Rector adiuit, ac vbi lucentibus circà cereis, (quos illa pro ſuâ in Sanctos pietate familia accenderat) venerabundo ſalutauit amplexu, integram primis tenebris ſarcinam tranſportari domùm iuſſit. Intereà temporis, vti fuerat imperatum, læti admodùm in procinctu domi ſtabamus omnes, vt quando intra ianuam deportatæ eſſent reliquiæ facibus ardentibus in atrio luſtraremus, exceptaſque ſuppliciter domeſticum in ſacellum lumine comitaremur, & precibus. Ergo vbi aduenêre, quo potuimus in eas officio comitabundi certauimus, ac intra ſacellum delatas ornatæ oppidò decenter menſæ impoſuimus, inſigniqúe obteximus velo. Cantatum inibi ſubinde Martyrumqúe laudibus pluſculum ac piæ oſculationi ſarcinæ, datum fuit, ad dulces vſque lacrymas vndante quibuſdam lætitiâ.

Corpora allata Inſulas 10. Ian. 1611.

ad collegium deportata:

10 Poſtridie Pater Rector de acceptis tandem Româ reliquiis ad ſenatum retulit, vt quid Martyrum merita flagitarent, quid ipſius pietas & in Diuos religio, conſiliis per otium agitaret. Senatoribus voluptati fuit is nuntius. Placuit omnes in proximum conſeſſus diem cogi Magiſtratus, vt communibus probaretur votis quid ad gloriam Sanctorum peragi poſſet, quid Inſulenſi nomini tanto in negotio eſſet conſentaneum. Coactis itaque in curiam eo die paullò minùs quadraginta viris, omnibus ſedit hæc ſententia: Placere ſibi vehementer, vt quemadmodùm anteà reſponderant, omnibus quà viribus quà impendiis ad Martyrum incumberent cultum & gloriam: quamobrem ſuæ fore munificentiæ, vt quidquid ſacrorum thecis oſſium adornandis, quicquid reliquis ad omnem apparatum rebus impendi par eſſet, id totum ex publico ærario promeretur. Suę verò in Sanctos religionis has partes futuras; eorum vt corpora præclaro in vrbem triumpho publicâque pompâ inuehantur, vbi à Reuerendiſſimo & Perilluſtri Epiſcopo approbata fuerint, eò ſe Clerum vniuerſum ac religionum familias, ſi eidem Domino Epiſcopo ita placuerit, inuitaturos: operam admodùm ſe daturos, Nobilibus ac ciuibus exemplum ipſi vt præbeant, candidas è cerâ faces ſacris corporibus lucendo: omnia in vrbe feſtiuo apparatu rideant; bellicorum vis tormentorum, ac præcipuis in locis ignes arte excitati ſuam omnibus lætitiam teſtentur: nihil omnino quod Martyrum gloriæ conferat, defuturum; nihil quod ſuæ religioni congruat.

ſumptum ad pompã Tranſlationis addicente Senatu.

11 Tertio poſt hæc die, qui Ianuarij ſextus & decimus erat, ex Reuerendiſſimi D. Tornacenſis Epiſcopi voto ſacra corpora Tornacum Inſulis perlata ſunt. Eodem Pater Rector adiuit, vt eidem Præſuli de more probanda ſiſteret. Eius aduentu, deque reliquiis allatis nuntio, magna pientiſſimo Epiſcopo iniecta eſt lætitia, ingens animum religio commouit. Viſum ſiquidem noſtris fuerat factu optimum, ſi poſtridie quâ ipſe horâ vellet in eius palatium ſacra ſarcina portaretur, quò illam commodo ſuo aperiret, probaretque: verùm id ille conſilium pietati prorſus aduerſum putauit, ac ſuo in Sanctos officio: nõ ab illis adeundum ſe, ad illos ſibi venerabũdo corpore abeundum. Quàm enim ab illis gratiam ſperaret, tam in eorum gloriam ſe debere committi. Duabus igitur poſt Solis exortum horis poſtero die, noſtris expectãtibus in collegium religionis plenus cum ſuis vehitur: mox ad locum decenti, vt iuſſerat, paratu egregium tendit, vbi ſacra corpora etiamnum integris obtecta ſeruabantur inuolucris. Ibi poſtquàm prono corpore, & ſupplicibus Martyres votis ſalutauit, circumſtantibus inde D. Officiali, Secretario, aliiſque non paucis grauibus viris, hinc tribus è Societate noſtrâ Rectoribus, tegumenta diſcindi, detrahique imperat. Amotis inuolucris bina detegitur ciſta, & clauę illicò reſeratur. Patentes inde promuntur litteræ. His fides facta, quæ inibi continerentur Diuorum corpora Summi Romaniqúe Pontificis Pauli V. veniâ & auctoritate nuper de Priſcillæ cœmeterio, quod in viâ Salariâ ſub terrâ viſitur, eruta eſſe. Præcipuum ex his corporibus S. Victori Martyri aſſertum: vni ex ſociis eius item Martyri alterum. Perlectis itaque patentibus, ſacra ſenſim oſſa detegũtur. Ibi omnibus ingens animos inceſſit religio, nec mediocris ſubit admiratio, cùm talia poſt tantam tot annorum intercapedinem oſſa viſuntur. Ipſe cumprimis voluptatem ex eo inſignem pientiſſimus Epiſcopus capit, quòd tanta ſuis temporibus indulta diuinitus dona plenis oculis haurire poſſit, & manibus contingere: præclaram ſibi ſortem oblatam teſtatur, ſi aduerſa valetudo ſuis humeris tam piæ ſarcinæ non inuideat vectationem: iam tum quidem in animo eſſe, publicâ pompâ huic oneri ſubire. Poſtquàm ergo viciſſim omnes euolutæ perſpectæque fuerunt reliquiæ, Perilluſtris ac Reuerendiſſimus Epiſcopus, eas ſuis aſtantibus comproba-

vecta Tornacum, probandæ ab Epiſcopo:

hic ad collegium venit,

aperit,

probatq; reliquias,

uit, &

& Translationem decernit.

uit, & quæ fidem facerent, patentes litteras dedit. Idem à meridie, quid circa S. Victoris tranſlationem operæ pretium eſſet facere, in palatio ſententiis agitandum cenſuit. eo conſeſſu ab omnibus in ea ferè ſancitum fuit, quæ poſtmodùm facta fuiſſe narrabimus.

CAPVT III.

Solenniter Tornaco Inſulas deportatæ.

12 EFferendis Tornaco reliquiis ſecundus ac vigeſimus Ianuarij dies dictus erat. Is fortè tunc Dominicus, agminibus populi cogendis idoneus. Quod mandàuerat Reuerendiſſimus D. Epiſcopus, pridie ſub noctem eò R. P. Rector deuenit, comitibus è noſtris duobus, rhedâ, equis, hominibuſque rhedariis ad exportationem ſacrorum corporum inſtructus. Grauis eo tempore Reuerendiſſimum Epiſcopum torquebat ægritudo, quemlibet alium etiam animi ingentem domi vinctura. Euicit tamen ſolita viri pietas, & in D. Victorem religio: ea vires animumque optimo Prælſuli ad iter, quod optabat, ſuffecit. Illo igitur quem diximus die, tempeſtiuè ſatis, ad nonam ferme horam, mox vbi Reuerendiſſimus D. Epiſcopus aduenit, hunc in modum egreſſi fuimus domo. Collectis, inuolutiſque coriis, omni ex latere patebat rheda. Eius in fronte conſidens vnus è noſtris non Sacerdos, veſte lineâ togæ ſuperinductâ, nudo capite, pendentem è cruce ſeruatorem geſtabat. Ad prima duo latera columellis hærebãt inſignes è cupro lucernæ, alia introrſum è teſtudinis medio pendebat, cereis intra eas ardentibus. ſupra rhedæ alueum ſtringentibus vndique funibus, ne luxata motu verteretur, ciſta pluſculum eminebat. Hæc byſſino purpurei coloris velo tecta, itemque alio è candenti, variiſque figuris illuſo lino, purpurâ per maculas emicante, vtriuſque ſacri corporis ferculum erat. Ponè R. P. Rector ad dexteram, ego ad ſiniſtram, ambo linteati, pendente ab humeris ſtolâ, capitibus ambo nudis aſſedimus. Collegij Tornacenſis Magiſtri lineis ſuperinduti veſtibus pilentum rhedamue P. Rectoris noſtri rogatu ſtipabant terni altrinſecus, cereis colluminantes. Præibant denſo agmine cantores, Præfecto ſtudiorum duce. Reuerendiſſimo Præſuli aliâ in Rhedâ inſigni ac frequenti comitatu Reliquiis inſiſtere placuit. Omnibus hoc ordine digreſſis, & per vrbem lento gradu vadentibus, qui fortè pro foribus aſtabant ciues, mouente animos religione, venerabundi ſe comites iunxerunt. quos inſoliti tum temporis cantus domo vel aliunde paſſim per viam excibant; pars prono corpore, flexis poplitibus, ſacra ſalutare corpora; pars aliis ſequentibus incumbentes pompam augere. Nec priùs canendi à ſtudioſis, à Præceptoribus ſtipandi lucendiue, à ciuibus ſequendi finis factus, quàm vrbe procul retrò relicta, extremum propè ſuburbium attigimus.

Corpora SS. Tornaco exportata,

Epiſcopo, licet ægro, comitante;

rhedâ vecta;

præſente Auctore,

13 Primo ferè à ciuitate lapide, cùm nobis ſecundùm pagi ſepes iter eſſet, è ſacrâ turri campanarum ſonus, è proximo pulſus pedum auditus. Prælatâ Cruce, vibrantibuſque ſignis emicuit loci Paſtor, magno mortalium numero inſequente. Vbi in conſpectu reliquiarum ſtetit, has ipſe cantu proſequi, corporis inflexu turba omnis venerari, cœpit. Exinde quod Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus mandauerat, quacumque via per pagos erat, omnia vbique æra campana feſto ſtrepitu ſonare, prælatis Crucibus, ſacriſque vexillis, Parochi ſtatim accurrere, ornatu, modo, cantu diſſimili admodùm: effuſis plebs agminibus rhedam circumdare, genua humi figere, Diuos precibus compellare, vultu, greſſuque comitari longiùs, nec lubricâ nec cœnosâ (ſolaribus radiis gelu ſoluentibus) viâ frangi, quàm non capere diu ſequendo voluptatem, luto altiùs indui malle.

accurrentibus in viâ Parochis,

pulſatis vbique campanis;

14 Seſquileucâ propiùs Inſulis aberamus. Tunc ex aduerſo tympanorum murmur audiri: tubæ clangor ſtrepere, militare ſignum eleuari ac vibrari vento, ingens hominum globus conſpici cœpit. Sagittariorum agmen id erat, qui perpetuo iam ab vltimâ memoriâ inſtituto ſocietatem iuramento coïuerunt. Eos Excellentiſſimus Anapij Comes arcubus & pharetris inſtructos non incleganti paratu Anapio emiſerat, vt propinquantibus Diuis occurrerent, eoſque venerati porrò deducerent. Cùm igitur aduersâ fronte agmini noſtro propinqui iam eſſẽt, de viâ paullulùm ſeceſſerunt, vt ſinuoſo ſe flexu ſiſterẽt nobis, tum etiam vt ſalutatis obiter Reliquiis, eo quo venerant ordine gratulabundi præirent. Eâ pompâ tres ferme leucæ partes proceſſimus, donec territorij limes greſſum eis inhibuit.

AVCTORE IOAN. BVZELINO.

turmâ Anapienſiũ occurrẽte.

CAPVT IV.

Feſtiuè ab Inſulenſibus exceptæ.

15 VIx intra primum ab vrbe lapidem veneramus, cùm è propinquo pago magnus emicuit equitum cuneus, clangore tubarum ingenti. Quinque vt minimùm tubicines erant, equites ferè centum. In his nobilium pars potior: ceteri officio publico præditi ciues. Totius agminis caput, Excellent. Anapij Comes, Inſularum Gubernator, qui pro ſua in Diuos pietate omnes illos excitauerat, & in equis ſecum adeſſe iuſſerat. Tantùm non ea nobis caterua iungebatur. Primus ex equo in terram Comes deſiliit, ceteri mox inſecuti. Hærentibus humo genibus ſacra omnes corpora ſalutant, orantque breuiter: tum ad rhedam ſummâ veneratione accedit Comes; paucis hunc in modum P. Rectorem affatur: Tanto nobilium numero cinctum ſe veniſſe, vt quod poſſet quà ſuum quà horum tam nobilibus ipſe Martyribus obſequium præberet: gratulari ſe ſibi & ſuis, quoniam diuinitus temporibus iſtis ſors obtigerit, quæ rarò admodùm mortalibus conceditur, præclarum Inſulenſibus his pignoribus præſidium datum iri: Inſulenſes ideò decere quàm maximâ Diuos gloriâ proſequantur. Tam humaniter oblatum in Sanctos obſequium P. Rector Martyrum nomine lætabundus accepit: adiecitque, gratum id Diuis officium Excellentiſſimo Comiti, omnibuſque Nobilibus perquàm vtile futurum: cælos incolentes animas munificentiâ in obſequentes ſibi homines ſolitos certare. Talibus vltro citroque dictis, extemplò ad Reuerendiſſimi D. Epiſcopi rhedam ſalutandi gratiâ conuertitur Comes. ac inde conſcenſis mox equis vrbem versùs hoc ordine progredi imperat. Tubicines agminis obtinent frontem, ſubinde minoris ordinis homines collocantur: Nobilium, Comitiſque locus ſacro pilento proximus. apparitorum turba hinc inde Diuorum corpora ſtipant in equis. Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi rheda pompam claudit.

Obuiàm venit Nobilitas cum Gubernatore:

16 Hunc in modum lento ſanè ac difficili ſuperato itinere tandem in vrbis conſpectum aſcendimus. ibi dum varias ſinuoſis anfractibus vias legimus (ſalebriſne vitandis quæ alio itinere timebantur, an potiùs oculis ſpectantium vndique ciuium ad occurſum irritandis, incertum mihi planè eſt: illud in ſpeciem iactabatur, difficiles tamen deſcenſus, & profundi cœno calles negotium vehementer fecerunt) infinita propè vis iuuenum ac virorum viſendi ſalutandique ſtudio accurrere viſa eſt. Qui primi appulêre, poſtquàm ſacra corpora venerati fuerant, pilentum ab lateribus, à tergo, à fronte, coronæ modo cingere, quoties aliqua viæ difficultas ſuperanda eſſet, illi certatim latera ſuſtinere, rotas voluere, adiuuando conniti, nihil penſi habere ſi veſtes luto fœdarentur, dum Sanctorum gloriæ allaborant. Supererat ferme quarta leucæ pars, quæ recto latoque itinere nos ad vrbis mœnia duceret, ſupra modum tamen fracta, difficilis, luti maligni. ea ſic à ciuibus cuiuſcumque fortunæ obſepta, & impedita fuit, vt hominibus vacua credi ciuitas poſſet. Omnium enituit par pietas genua terræ admouendi & reliquias venerandi ſtudio. Equitibus turbas difficilè perrumpentibus, ægrè admodùm ſucceſſimus,

tum immenſa ciuium multitudo:

AVCTORE IOAN. BVZELINO.

mus, qui carpento rhedæue pertinaciter adhærebant, sæpè per cœnum volutari, & in foueas præcipites dari: nullo tamen alio quàm vestium damno.

17 Vbi secundùm mœnia flexus ad portam erat, ibi de muris partim spectantium hominum, partim æneārum machinarum corona ingens comparuit. Cœptę simul campanæ omnes in turre D. Saluatoris (quòd mœnibus proxima sit) gratulandi ergò pulsari, ac deinceps in ceteris vrbis turribus, Reuerendissimi D. Episcopi voluntate. Nobis à fronte per viam pro vrbis portâ, quò ad pompam maior fieret accessio, multiplex agmen occurrit. Primum fecit cum Clero suo sancti Saluatoris Parochus; alterum Cantores non pauci ac tibicines, qui modos facerent, stipantibus vtrimque tediferis è gymnasio nostro ephebis. Tertius ordo Magistratus capitum, & primi subsellij Senatorum fuit, faces manibus gestantium. Vltimi stabant nostri solitâ in veste & facibus lucentes. Ab his omnibus inde ad sacellum in suburbanâ leprosorum domo tapetibus decenter ornatum deducti tādem sumus. Postquàm ibi ad vestibulum de rhedâ exscendimus, Sanctorum cistam pignorum feretro in humeros tollentes, sacram subiuimus ædiculam, hinc nobilibus, illinc Senatoribus, & RR. DD. Præposito, Decano, aliisque primoribus insignis Ecclesiæ S. Petri Canonicis (qui etiam honoris gratiâ conuenerant) spectantibus. Compositis ergo in arâ Reliquiis ingenti fragore de muris bellicæ machinæ horrendum sonuêre. Intra Sacellum Hymnus TE DEVM LAVDAMVS, gratiis æterno Deo agendis breui at eleganti musicâ decantatus est, ipso ad extremum Reuerendissimo Episcopo in laudem Martyrum alacriter canente, & populo adstanti benedicente.

Clerus, Magistratus, PP. Societatis.

Corpora in ade suburbanâ deponuntur.

18 Priusquàm cetera scribendo explicem, vnum alterumue visum est paucis perstringere, quę plurimum ad gloriam Martyrum facere creduntur. Cùm igitur incalescerent, frequenti flammarum vomitu posita in mœnibus tormenta, ex iis vnum vi pulueris crepitu horribili diffractum est. Eius partes aliò aliæ magno impetu coniectæ: quędam in plateas vehementer delatæ; casu tamen benigno, nullisque hominum damnis. Hoc ab omnibus miraculi loco passim habitum; præsertim cùm iis in plateis hac illac commeantium hominum agmina confertissima viderentur: & fuerint qui ad pedes suos innoxiè cecidisse asserant.

Tormentum bellicum ruptum innoxiè.

19 Non minùs quod sequitur mirabile est iudicatum. Honesti admodùm ciuis vxor multos iam menses difficili & periculi plenâ, medici iudicio, cordis trepidatione grauiter angebatur: nihil auxilij, nihil spei attulerant, quæ toties adhibuerat medicamenta. Secundo itaque rumore aduentantium Martyrum impulsa, domo confestim abire, in vrbis mœnibus collocare se voluit, ac inde nuncupando mox voto reliquias venerari, tam pio eius desiderio à suis factum satis. Vbi commodè patenti loco, ex quo facilè pilentum sacris pignoribus onustum cerneret, consedit, spei plena, fide ardens; increbuit extemplò astantium voce rhedam sacra corpora gestantem, eminus spectari: ad hoc ea murmur erigere se, spemque toto pectore concipere, obsequium D. Victori ad nouem dies vouere cœpit. Quod igitur olim S. Petri Apostoli vmbra ægrè habentibus fuit, hoc isti mulieri aduenientis quidam Martyris cælestior afflatus. Quippe omnem mox dolorem abstergi, cordi quietem pacemque reddi, ipsa sensit. Nec vanum id fuisse prospera iam valetudo, ex argento ad S. Victoris capsam appensum cor eius donum fidem facit.

Cordis palpitatio pulsu ope Martyrum.

CAPVT V.

Solenni supplicatione in vrbem inuecta.

20 AD sacellum, vnde paullò antè digressi sumus, reuertamur. Occiduo iam Sole omnibus domum dilapsis, soli de nostris scholarum Magistri & Coadiutorum plusculi ad reliquias Deum orabundi manserant: qui per totam illis noctem succederent, Reuerendissimi Episcopi mādato, sub horam sextam è Sacerdotibus duodecim ferè domo illuc abierunt, patente id temporis vrbis portâ, quæ tum tandem aliis redeuntibus claudi cœpta. Sub octauam omnes vbique sacræ campanæ per vrbem aliquamdiu sonuêre. Alternis in sacello peruigilium Sacerdotibus fuit, quibus, vt ipsis etiam reliquiis, Senatores hunc modum cauerant. E singulis ciuium societatibus, quæ sacramento astrictæ vrbis tuendæ, vario armorum genere pollent, decem delecti: his mandatum in armis vt adessent sub noctis crepusculum: vigilias per nocturnum tempus certo numero peragerent vicissim: data etiam ipsis tessera; quam redderent vltro citroque, dum vices mutarent, quam vel à nostris eius gnaris exigerent, si fors aliquò necessitas vocaret. Non fidelior, quàm pia eorum custodia, multos exactis ordine vigiliis, spreto etiam igne, qui maligno tum frigore luculentus totam ardebat noctem, per aliquot horas feruenter intra sacellum orasse constat.

Nocturna excubiæ ad sacra corpora:

21 Abeunte iam nocte cælum turbari visum est. qui repentè densissimus imber è nubibus in terram cecidit aduersum rebus nostris aërem minari creditus. Sed intra timorem id omne fuit, innoxio postmodùm cælo. Ad quintam diei horam è collegio ad ædiculam Præceptores aliique de Fratribus nostris abierunt, qui stationem ad Reliquias iterum capesserent, dum Sacerdotes Missam faciendo distinerentur. Ac tum quidem è cistâ Diuorum corpora in thecas singulas singula P. Rector transposuit, Reuerēdissimi D. Episcopi voluntate. Feruebant interim plateæ omnes intra extra vrbem variis ciuium studiis. Quidam altaria sumptuosè multo suggestu erigere, argenteis ea vasis & imaginibus cumulare, multiplici illustrare luminarium serie, multis ad pompam cingere ornatisque personis, mensas pro aris statuere capiendis Sanctorum corporibus. alij parietes belluatis vel auro illitis obtegere tapetis; imaginibus, tabellis, panno vario domos prætexere: nonnulli transuersos & rameo virore implexos per plateas decussatim funes tendere; hos coronis elegantibus, orbiculis flauo, rubro, albóque colore distinguere: alij alia expedire: omnes lætitiâ frōtem exporrigere, voluptate perfundi, festum diem agitare, clausis omnibus instítoriis tabernis.

ea in thecas imposita,

festiuo cum vrbis ornatu,

22 Indicta fuerat inchoandæ sacrorum corporum Translationi octaua vt summùm hora. ergo vt illo tempore pompa procederet ab omnibus quibus adesse incubuerat nauatum est, tanto interea fluxu accurrentium vndique mortalium videndi desiderio, tantâ per fenestras tectaque multitudine spectante, vt non vrbis, sed orbis populum putares. Totius pompę frontem ciues fecerunt variis peregrinationibus nobiles, initio ab D. Iacobi societate ducto; singulis eorum sodalitatibus (quæ admodùm frequētes numero, virisque, ob solēnem huic genti peregrinandi morem) sua insignia byssina, suæ patronorum imagines ardentibus vtrimque cereis aderant. Vltima in his eorum series fuit, qui terrę sanctæ loca peragrarunt, hominum frequentiâ, corporis habitu, signis multiplicibus, in paucis clara. Singularem ex vultu modestiam legere licuit, egregiam à nudis capitibus pietatem, è vexillis quæ vel inter singulos aliquod patientis Iesu mysterium in byssino panno singula, vel duobus in medio locis eiusdem imagines ostentabant, ardentem in Deum amorem. Instabant his religiosarum familiarum Patres, Capucini, Franciscani, & Dominicani: subsecutus est Clerus vrbis vniuersus: in eo Cantores plurimi qui passim pium aliquid occinerent, Sacellani multi, Pastores omnes, D. Petri Canonici. Longus hinc ordo tedas gestantium iuuenum & virorum: in inuenibus quàm plurimi è scholasticis nostris; in viris Sodalium D. Virginis plerique, primorum ac Nobilium pars maxima faces lucebant. Extremum Magistratus locum tenebant, faces albas gestantes.

supplicatione ordinatâ,

23 Secundùm hos incessimus, reliquias alternis portaturi;

taturi. Sedecim eramus Sacerdotes, omnes ſacrificantium habitu cultuque. Ad S. Victoris feretrum eminebant eadem veſte rituque venerandi Canonicorum Diui Petri Præpoſitus & Decanus. Ergo cùm ſingula ſingulis thecis & ferculis Diuorum corpora ſeiunctim ferre oporteret, pretium operæ viſum eſt, hunc vt modum teneremus. Combinati ternis ordinibus ſex præibant candidis facibus colluſtrantes, qui ſequentibus duobus viciſſim ſuccederent ſacrum onus accepturi: tum eius agminis extremi duo ſocij S. Victoris Reliquias in humeris geſtabant, thecâ minori, panno byſſino & florido tectâ. Elegantis operis vmbellam ſupra Martyrem è Senatoribus quatuor obtendebant. Alterius agminis octo ſequebantur ordinibus quaternis, faces item gerentes, vt ſacrum thecæ principis onus alternis ſubirent. Inde alij duo præmodulantibus Senatorum liticinibus, S. Victoris corpus humeris deportabant, thecâ maiori eodem cum alterâ panno velatâ. Prædiuitis auroque illuſæ materię vmbraculo ſenatorum quatuor dignitatem Martyri afferebant.

Senatoribus vmbellam ſupra ea geſtantibus,

24 Perpetuus hic totâ ſupplicationis pompâ ordo ſtetit, initio paullùm diſſimili ob egregiam pientiſſimi Epiſcopi religionem. Ægro corpore, animo ingens, eâ ſcilicèt pietate in S. Victorem gliſcebat, vt humeros illi ſupponere gauderet, quorum tamen vi ægritudinis parum potens erat. Huius ergo ſancti Martyris corpus ab arâ elatum primus humeris ſubiuit, ac inde ad plateam vſque cum R. D. Petri Præpoſito exportauit. Ibi fatiſcentibus membris ſacrum onus depoſuit, cui ſe ſubiecit venerabilis D. Petri Decanus. His tandem ita ſuccollantibus & pleno dignitatis gradu incedentibus, optimus Præſul in ſellâ geſtatoriâ Pontificali habitu ferendus cõſedit, corporis ægritudine inceſſum vlteriùs prohibente. S. Victori inſiſtebant Abbates duo, Laudenſis, & Ciſonienſis, quibus adiunxerant ſe Fanopinenſis Coadiutor, & Prior Fiuienſis, candidis omnes tedis colluminantes. Ponè in ſellâ Perilluſtris ac Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus geſtatus eſt. Pompam clauſit Excellentiſſimus Anapij Comes, quam Martyribus gloriam optaret ardenti face profeſſus: quâ in eos pietate ferretur, vultu habituque oſtentans, nobilibus magno examine ſtipantibus.

Epiſcopo ea humeris aliquantulùm vehente,

deducta.

CAPVT VI.

Triumphaliter in templum Societ. illatæ.

25 DVm eo, quem celeberrimum Inſulæ viderunt, Diuos in Vrbem triumpho inferimus, pluuiam aliquoties minari auſæ ſunt nubes, raris labentibus à cælo guttis: diuino tamen Numine factum eſt, vt nec pietatem imbres, nec venti gloriam, ardentibus ſemper facibus tediſque, Martyribus inuiderent. Poſtquàm intra vrbem recepti omnes fuimus, concrepantibus vbique campanis ingens aliquoties tormentorum vi pulueris ignem vomentium fragor è mœnibus lætitiæ ergò intonuit. Quæ tum à portâ per celeberrimam & longiſſimam ad forum viam, per patentem admodùm fori aream, & inde longo curſu flexuque, ſecundùm D. Catharinæ templum (quæ omnia obiuimus loca) fuerit in vrbe vis mortalium, quam rei nouitas excitauerat, nemo (quantum arbitror) facilè credet, qui oculis non vſurpauerit. Qui prætextas ſpectantium capitibus domorum frontes, tectorum pinnas & crepidines vidiſſet, nihil ſupereſſe iuraſſet, quod in plateis quæreret: contrà qui plateas forumque tot agminibus vtrimque conferta cerneret, quid requirere poſſet in feneſtris aut ædium mœnianis? De hominum id temporis pietate & religione malignior fama fuerit. Quæ aliàs in immenſum creſcere ſolet, non hîc vero maiora nuntiauerit. Si non vidiſſem attentiùs, nec apud me fidem inueniret. Paucis aſſero, nec maiorem temerè viſam, nec requiri poſſe maiorem.

Ingenti confluxu hominum,

26 Cùm eo quem diximus ordine, mutatis interdum ad occurrentes ſtatis in locis aras geſtantium vicibus, pronâ vbique ſpectantium è feneſtris pietate, ardenti geniculantium in plateis foroque religione, mirâ vbique applaudentis populi frequentiâ, ad noſtrum denique templum veniſſemus; Perilluſtris ac Reuerendiſſimi animum Epiſcopi rurſum mouit religio. De ſellâ igitur aſſurgens ſacrum onus humeris excepit, & per aliquot paſſus ad templi veſtibulum detulit adiuncto ſibi R. Domino Præpoſito, in templum alacriter illaturus, niſi gradus nimium ſcandenti negotium facelſerent. Poſtquàm alius ferculo ſubiuit, noſtrorum intra ædem pro ianuâ cuneus occurrit, Sacerdotes duo, Magiſtri & coadiutores vniuerſi, pars linteati, palliis pars tecti; ardentibus omnes facibus luſtrantes. His ad latera ſtipantibus ſacras Diuorum thecas in locum aptè paratum deportauimus. Eminebat is templi in medio octonûm circiter pedum altitudine, ornatu eleganti. Inſigni Martyrum gloriæ ornatus, altitudo circumfuſis videndique auidis ciuibus data. Fabrefactus ſepti ambitus eidem ad cuſtodiam & decus fuit. In ſingulis huius angulis ſingulæ ardebant faces: in lateribus cerei omnino decem: quo numero & lumine per octo dies continuò Martyrum gloriæ obſecundatum.

in templum illata,

in medio collocata.

27 Depoſitis eo loco Sanctorum corporibus Religioſis omnibus Cleroque vno ab Reliquiarum latere, Excellentiſſimo Anapij Comite, Magiſtratu, Nobilibus ab alio conſidentibus, infinitâ populi multitudine cetera templi occupante, quam Reuerendiſſimus quidem Epiſcopus volebat, ægritudine tamen obſtante exſequi non poterat, ſolemnem in arâ principe Miſſam R. S. Petri Decanus fecit; ex odeo cantores præclarè admodùm modulati ſunt. Decantato Euangelio, per quartam horæ partem (ita cogentibus, quòd ſerius iam eſſet, temporis anguſtiis) quorum eſſent Diuorum ea corpora, vnde prompta, à quo huc miſſa, quo in honore habenda, obiter dixit Concionator noſter. Perfecto Miſſæ ſacrificio, Reuerendiſſimus & Perilluſtris D. Epiſcopus tantâ Martyrum gloriâ lætabundus, tantâ hominum frequentiâ impulſus, ſolemni populum benedictione impertiit, qui hoc die pietatis obſequio Sanctos eſſent proſecuti: qui porrò pergerent aliis ſeptem diebus venerari ſacris eorum reliquiis ſe ſiſtendo, quadraginta dierum indulgentias iis benignè largitus eſt. Poſt meridiem etſi populo tabernas aperire venumque dare merces liceret, ex Reuerendiſſ. Epiſcopi voluntate, qui feſtum eatenus tantùm indixerat, ferari tamen omnibus ferme in animo hæſit, clauſis paſſim rerum venalium pergulis; quo factum eſt, vt frequens etiam Veſperis, quas muſicè concinuimus, interfuerit ciuium multitudo.

Miſſa &c.

Indulgentia ab Epiſcopo data.

CAPVT VII.

Cetera pompa, & Octauæ ſolennitas.

28 DVabus poſt Solis occaſum horis, cùm ad Litanias ante Martyrum corpora legendas itaremus, altiſſimæ lignorum ſtrui lætitiæ cauſsâ iniectus eſt ignis. Eam pro templi fronte hunc in modum Senatus erigi mandârat. Stabat ingens arbor humi depacta; eius faſtigium aliquot ſenſim minuentibus tabulatis, non modico ſingulorum interuallo cingebatur, his in coronam oppicata pro captu cuiuſque dolia impoſita: infarti etiam faſces & ſtraminis copia. Erupit inde vehemens in cælum flamma, quæ templi faſtigium quamuis altum æquaret, multis extra vrbem ab Auſtro patentibus locis conſpicua, publicæ indicium voluptatis. Eodem veſpere in eâ fori parte, quæ ſecundùm vrbis curiam patet, publico etiam impendio, Magiſtratus mandato, arſit alia lignorũ moles diſpari arte, eodem gaudij argumento. Et fuerunt variis per ciuitatẽ locis addicti Martyribus homines, qui collatâ ſymbolâ inſignem etiam ſtruem cõpoſitis arte lignis erigerẽt, & ſuæ teſtes lætitiæ flammas eſſe vellent. E mœnibus eodem tempore rurſum ingenti mo-

Ignes triumphales.

AVCTORE IOAN. BVZELINO.

le & ſonitu Diuis tormenta plausêre. Hunc ea dies ſanctis Martyribus glorioſum Reuerendiſſimo D. Epiſcopo, Nobiliſſimo Comiti, Ampliſſimo Senatui, vrbi omni, nobis denique periucundum & vtilem exitum ſortita eſt. Si gloriam expendas, quâ ſacris Diuorum pignoribus velificatum fuit ab omnibus; nec temerè maiorem alibi videris, nec maior potuit expectari. Ad omnium lætitiam ſi aſpicias, tot eius publica priuataúe argumenta ſummam fuiſſe nolentibus extorſerint. Quã ingenti mortalium bono hanc in vrbem illata ſint Sanctorum corpora, Victoris nomen indicio certo fuerit. Quippe ad multiplicem omnibus victoriam ea perpetuò pollebũt, quæ tam eximiam ſibi victoriam peperêre, tam inſigni nobis nomine pollicentur.

Plauſus & pietas aſſiduo continuata.

29 Nec proximis ad hoc diebus quidquam ad gloriam Diuis, ad pietatem ciuibus defuit. Principio quidem à Gymnaſij noſtri pugilibus in S. Victoris decus variè certatum. Quæ multiplici genere panxerant, nonnulli carminibus totum porticus parietem prætexerunt: in proſcenium alij prodeuntes Martyris laudibus inſigni dramate obſecuti ſunt: cunctis per eam hebdomadam diebus ad veſperam pars Litanias canendo, pars orando ſubmiſsè, pro ſacris pignoribus Deum Sanctoſque ſibi in auxilium vniuerſi vocauêre. Quem eo tempore ciuium mentibus erga Diuos ſenſum & religionem, diuinum iniecerat Numen, vires accepit in dies vehementiùs. Frequens ad reliquias omni die concurſus hominum extitit. Is ſequentibus præcipuè rebus claruit. Poſtquàm aliquamdiu, dum Miſſæ ſacrificium peragitur, pietatem Deo Sanctiſque nauaſſent, perpetui hoc inſtituti fuit, propiùs ad ſepta ſacrorum corporum accedere, tribus vicibus in coronam orando reliquias obire: roſaria certatim porrigere, vt vel exteriùs ſacras contingerent thecas. Tanta vis ambientium interdum viſa, vt plures duocentis eodem flexu cenſeri poſſent, multis aliquamdiu acceſſus præcluderetur. Nobilibus, ignobilibus idem ardor, pleriſque quotidie obeundi. Eadem frequẽtia coronis & roſariis ſanctorum capſas oſſium tangere efflagitantium. Compluribus ſæpè horis linteatus Sacerdos reliquiis adſtitit, qui hoc in munus contingendi aſſiduus incumberet. Additus aliquis non rarò, qui roſaria capeſſeret offerentium, redderetque. Enituit eximius in paucis ſacrarum Diuæ Clatæ Virginum ardor, cùm ipſæ totius monaſterij, (quod monialium numero & ſanctitate in vrbe clarum eſt) corollas, roſaria, cerei agni thecas ingenti cumulo ſubmiſerint, quo tali beneficio potirentur. Non defuit quotidie magnus eorum numerus qui ad aram in templo noſtro ſacris operati ſint, aliorum votis obſequendo. Votiuos qui attulerint cereos dederintque ad ſepta perpetuò arſuros plurimi extiterunt: adeò vt plerumque ſex octoúe ad aram vel hoc tempore pro ſacris corporibus luceant. Vario vexatæ morbo mulieres, quòd incedere per ſe non poſſent, templo ſe inferri curarunt, & in iis aliquæ per dies non paucos. Quibuſdam votum fuit ad octo dies ieiunium, eâ religione, vt minimum cibi veſpere cepiſſe piaculum videretur. Tantum valet piis in animis erga Diuos ſenſus & veneratio: tantum certa de ipſorum potentiâ, & in homines fauoribus fides.

Ritus venerandi reliquias apud quoſdam Belgarum.

Clariſſarum erga SS. pietas.

Dies ſeptimus Trãſlationis:

30 Præcipuum ferè pietatis ſpecimen emicuit duobus à Tranſlatione extremis per octauam diebus. Ex his Dominicus multos ad pœnitentiæ ſacramentum traxit, indulgentiarum ab Reuerendiſſ. Epiſcopo conceſſarum famâ permouente. Qui eo die templum adiuerint religionis impulſu, eorum numerus propè incredibilis. Toto manè ad meridiem ciuium, exterorum, denſiſſima reliquias examina obiuerunt. In veſperis eâ celebritate ſacra ædes floruit, quali numquàm anteà omnia hominibus referta erant: continuus ad ianuam commeantiũ fluctus aditu fruſtrà tentato videbatur. Diem octauum pari ferme ſancta oſſa venerantium frequentiâ, cultu à nobis diſſimili exegimus. Celebrata ſub horam decimã ritu Miſſa ſolemni, præclaro muſicorum certamine. Poſt meridiem ad ſecundam de reliquiis earumque vi & præſtantiâ concio habita, nobili hominum conſeſſu. Veſperis poſtmodùm cantatis, gliſcente populi multitudine, placuit ſupplicatione feſtum claudere, nobis dumtaxat in pompam prodeuntibus. Eam in ſacrario adornaturi ſtabamus, cùm ecce feſtino accurrit gradu ciuis ille, cuius coniugem anteà diximus cordis trepidatione leuatam. Fluebat illi ex oculis lacrymarum vis, hærebant in faucibus verba. captum inde doloris aliquod argumentum: ſecùs tamen omnia vergebant. Lacrymas expreſſerat gaudium ingens, linguam feſtinatio ligauerat. Deprompſit ergo recens & ab aurifabro iam receptum ex argento cor nondum perpolito. coniugis votum id eſſe docuit, receptæ ab S. Victore ſanitatis monumentum: magnæ ſibi futurum voluptati, ſi ſacræ Diui capſæ donarium iſtud appendatur. Obſecundatum eſt hominis pietati. Nos inde ſupplici agmine templum ingredimur facibus colluſtrantes. Sacerdotibus quatuor ſacrificantium cultu piis thecarum oneribus humeros ſupponentibus, ſumptas ab arà principe reliquias totam introrſum ædem obeundo circumferimus. Non modica nobis in fronte turba, iuuenes, honeſtique ciues tedarum lumine Martyrum gloriæ obſequentes; ponè longa comitantium ſeries incũbit: Litanias in odeo muſici modulantur. Ea res apud pias hominum mentes inuenit gratiam, vehementem in Diuos ſenſum exciuit. ſiquidem nõ paucis obortæ tum lachrymæ, pietatis dulcedine animos irrigante. Poſtquàm ad aram expletâ ſupplicandi pompâ rediuimus, ſacra demum corpora ſurſum efferre placuit, editoque in loco ſtatuere vbi in poſterum eminùs aſpectantium oculis paterent. Ibi ſuſpiriis & lacrymarum imbribus indultum vehementiùs. Dolebat nimirùm pleriſque non mediocriter, quòd iam corpore propiùs ad Diuos accedere, venerabundis eorum oſſa flexibus obire, roſariis eadem petendi præſidii ergô contingere non liceret. Compoſitis igitur eo quem diximus loco, ſanctis pignoribus, vbi paullùm votis precibuſque tota multitudo conceſſit, in ſua quique primis tenebris abierunt.

Cor argenteum S. Victori appenſum.

ſacra corpora loco ſublimi repoſita.

Epilogus Auctoris.

31 Non parum præclaram diuini Numinis prouidentiam admirari tandem animo inſidet, libetque cum regio Prophetâ exclamare, Immortali Deo amicos inſignibus admodùm honoribus cumulari. Quid enim ad eximiam horum Martyrum gloriam vehementiùs facere potuiſſet, quàm ea omnia, quibus hactenus à tantis totque hominibus in eorum tranſlationem certatum eſt? Viſi ſunt equidem Inſulenſes omni opum vi, totâque religione, quod tam ingenti labentium annorum intercapedine, his ad honorem Diuis apud mortales defuerat, paucis diebus Perill. ac Reuerendiſſ. Epiſcopo Tornacenſi, Excellentiſſimo Anapij Comite, Ampliſſimoque Senatu annitentibus, compenſare velle. Neque ſanè inficias ire poſſint ipſimet Sancti, quibus gaudio incredibili fuit hæc pompa, ſibi tantâ pietate cultuque abundè factum ſatis; vt forſitan ipſis glorioſius fuerit viſum, poſtquàm longo apud homines tempore iacuiſſent honoris expertes, tanto cultu, tantâque gloriâ ſolos in nobili apud Belgas vrbe conſurgere, quàm communibus magno in numero ſtatim ab obitu ad hæc vſque tempora honoribus coli. Certum etiam mihi eſt, iam tum Martyribus noſtris à Deo gratiſſimum accidiſſe vaticinium, quando huc eorum corpora vehebantur, quod ipſe olim per Iſaiam ſuis dixerat: Videbitis & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinabunt. Quàm enim illi de cælo ſuis oſſibus collatam ab hominibus gloriam aſpectantes lætitiâ cumulati ſunt; tam mirificis in mortales effectibus ipſorum corpora cœperunt effloreſcere, iiſdem in dies germinatura fecundiùs, quamdiu eorum in terris veneratio vigebit. Iſa. 66. 14.

dies octauus.

XXIV. IANVARII.

SANCTI QVI IX. KAL. FEBR. COLVNTVR.

S. TIMOTHEVS, Episcopus Ephesinus, Martyr.
S. Babylas, Episcopus Antiochenus, } Martyres:
S. Vrbanus, } pueri, } Martyres:
S. Prilidianus, } pueri, } Martyres:
S. Epolonius, } pueri, } Martyres:
S. Felicianus, Episcopus Fulginas, Martyr.
S. Epictetus, } Martyres, in Africâ.
S. Ruppus, } Martyres, in Africâ.
S. Publianus, } Martyres, in Africâ.
S. Galæus, Martyr, Carthagine.
S. Mardonius, } Martyres, Neocæsareæ.
S. Musonius, } Martyres, Neocæsareæ.
S. Eugenius, } Martyres, Neocæsareæ.
S. Metellus, } Martyres, Neocæsareæ.
S. Emetrius, } Martyres, Romæ.
S. Maximus, } Martyres, Romæ.
S. Felicissimus, } Martyres, Romæ.
S. Helladius Commentariensis, Martyr.
S. Paulus, } Martyres, Cleopatride in Ægypto.
S. Pausirion, } Martyres, Cleopatride in Ægypto.
S. Theodotion, } Martyres, Cleopatride in Ægypto.
S. Zama, Episcopus Bononiensis in Italiâ.
S. Babylas, } Martyres, in Siciliâ.
S. Timotheus, } Martyres, in Siciliâ.
S. Agapius, } Martyres, in Siciliâ.
S. Barsimas, & duo eius fratres, } Martyres.
S. Artemius, Episcopus Claromontanus in Galliâ.
S. Vera, } Claromonte in Galliâ.
S. Supporina, } Claromonte in Galliâ.
S. Philo Episcopus Calpasius.
S. Philippicus Presbyter.
S. Macedonius Crithophagus, anachoreta in Syriâ.
S. Ephrem, Episcopus Mylasensis in Cariâ.
S. Eusebia, siue Xene, Virgo, Mylasæ in Cariâ.
S. Exuperantius, Episcopus Cingulanus in Piceno.
S. Sophias, siue Cadocus, Episcopus Beneuentanus in Italiâ, Martyr.
S. Benignus, Archidiaconus Beneuentanus, Martyr.
S. Suranus, Abbas, Martyr, in Italiâ.
S. Zosimus Cilix, Episcopus Babylonius in Ægypto.
B. Bertrannus, siue Ebertramnus, Abbas S. Quintini in Galliâ Belgicâ.
B. Rainaldus, Ordinis Cruciferorum, in Piceno.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Engelmarus Anachoreta in Bauariâ. *Ferrar. Nos superiùs de eo egimus* XIV Ianuarij.
S. Leonilla vidua & Martyr. *Carthus. Colon. in Addit. ad Vsuard. & MS. Florar. Hæc est mater* SS. Pseusippi, Melasippi, Elasippi, *de quâ egimus* XVII. Ianu.
S. Saturninus, } Martyres. *Priores XI. ita referuntur in MS. Martyrologio S. Hieronymi:* & alibi Saturnini, Marini, Dati, Saturi, Sududiani, Celiani, Iabelli, Eustaci, Confermitis, Memmæ, Vincentiæ. *Omnino diuersos credidimus ab iis, quos XXI. Ianuarij dedimus. Haud eadem nunc sedet sententia: minimùm id pronuntiamus, Non liquere. Eadem certè nomina; nisi quòd qui isthic* Gaddianus, *hic* Sududianus, *& in MS. Dungalensi* Gaudianus: Iabellus, *isthic* Zabulus, *& in altero MS.* Seruulus *est.* Eustasius *ibidem, Nicomediæ passus dicitur.* Cõfermitis *ignota nobis.* Memma, *quæ in Hibernico* Mema, *isthic* Mammar *scriptum, nec nobis tunc intellectum. MS. Hibernicum Conuentus Dungalensis eosdem ibi & hîc adfert, licet confuso ordine, vt infrà dicemus; & hîc addit, quos ibidem dedimus,* Faustacium & Hermetem cum aliis XXII. *itemq;* Agnitum. *Si quis diuersos arbitretur, ac probet, volentes subscribemus. Aliqui certè affini planè nomenclaturâ recẽsentur XXVII. Ianuarij, quos tamẽ omnino alios remur. Consule dicta* XXI. Ian.
S. Saturninus, } Martyres.
S. Marinus, } Martyres.
S. Datius, } Martyres.
S. Saturus, } Martyres.
S. Gaudianus, } Martyres.
S. Cælianus, } Martyres.
S. Iabellus, } Martyres.
S. Eustasius, } Martyres.
S. Memma, } Martyres.
S. Vincentia, } Martyres.
S. Confermitis, } Martyres.
S. Faustacius, } Martyres.
S. Agnitus, } Martyres.
S. Hermes, } Martyres.
& alij 22. } Martyres.
S. Anastasij Martyris reliquiarum è Persidè Translationem *celebrant hoc die Græci, vt ex Menæis & Cythereo patet. De eâ egimus ad eius Acta* XXII. Ianu.
S. Cortilia Virgo & Martyr, Romæ. *Ferrarius; qui eam iterum superiùs retulit, & nos quoque eum secuti* XXIII. Ian.
S. Theodula, *vel* Eusebia, *aut quocumque appellata est nomine,* mater Sanctorum puerorum Vrbani, Prilidiani, & Epolonij, *Sanctæ accensetur à quibusdam. Fuit certè, vt ex Actis* S. Babylæ *patet, sanctissima fœmina; verùm eius in Græcorum tabulis nomen non reperimus.*
S. Paulus Episcopus Mylasensis in Cariâ, *de quo in fine vitæ* S. Eusebiæ, *hoc ipso die in Sanctorum numerum refertur à quibusdam. Claruit in vitâ & post mortem miraculis, non tamen aut in Martyrologio Romano, aut in Menæis celebratur.*
Dedicationem *hoc die celebrari ecclesiæ Cathedralis Carthagine Spartariâ in Hispaniâ, scribit Ferrarius.*
Gerontius monachus, *quem S. Gregorius lib. 4. dialog. cap. 26. testatur diuinitus de suo, & aliquot suorum sodalium, obitu præmonitum, memoratur hoc die in MS. quodam, sed satis recenti, Kalendario SS. Ordinis Benedictini, &* Sanctus *appellatur.*
Descensio Deiparæ Virginis Mariæ in templum Toletanum, *de quâ in Vitâ* S. Ildephonsi *XXIII. Ianuarij actum est, celebratur in diœcesi Toletanâ officio secundæ classis, vt patet ex officiis propriis illius Ecclesiæ: non quòd hoc die contigerit, sed quia commodum visum, vt postridie solennitatis S. Ildephonsi memoria tanti miraculi ageretur. Meminit eius celebritatis Ioannes Marietta lib. 5. Histor. SS. Hispan. cap. 51. Ferrarius hoc die, & Georgius Coluenerius in Kalendario Mariano, qui alios citat. In diœcesi quoque Conimbricensi celebra-*

celebratur, ritu duplici, Deſcenſio B. Mariæ Virginis, quæ dicitur De pace, *eſtq; eadem illa Toletana, vt ex Lectionibus patet.*

Felix Odulanus, Epiſcopus Oſſorienſis in Hiberniâ, *refertur hoc die &* Beatus *appellatur in Menologio Ciſtercienſi; dicituráq;, ex MSS. Annalibus Kilkennienſibus, iam olim miraculis clarus extitiſſe.*

Theobaldus Abbas Eberbacenſis, Beatus *appellatur à Chryſoſtomo Henriquez in Menologio Ciſtercienſi, referturáq; hoc die. Laudatur quoque à Cæſario lib. 6. cap. 4. & lib. 5. cap. 17. Non tamen nobis conſtat, an publicus ei cultus habeatur.*

Euſtochium, ſanctimonialis ordinis Prædicatorum, *Ferrariæ in cœnobio quod Senenſium dicitur, deceſſit anno 1508. 24. Ianuarij, magnâ opinione ſanctitatis, vt narrat Seraphinus Razzius in vitis SS. & BB. ord. Prædicat. Siluanus Razzius tom. 1. de feminis ſanctitate illuſtribus, Antonius Balinghemius noſter in Ephemeridib. Marianis.*

XVIII. Fratres ordinis Minorum, *odio fidei à Turcis trucidati anno 1541. memorantur ab Arturo Monſtierio hoc die, Franciſco Gonzagâ parte 2. orig. Seraph. Relig. in prou. Auſtriæ ſub finem, Barezzo 4. par. Chron. Minor lib. 3. cap. 34. & aliis. At nondum vindicati.*

S. Pauli conuerſio *in quibuſdam Kalendariis adſcripta, vt teſtatur Michaël Monachus in Sanctuario Capuano, quòd nimirùm ſequens dies aliâ ſolennitate impeditus vſpiam ſit.*

S. Thyrſus, S. Proiectus, } Martyres. *Martyrol. Romanum. Citat Baronius in Notis Breuiarium Toletanum. Aſt in modernis Eccleſiæ Toletanæ officiis eorum nulla mentio. Planè ſuſpicamur* Thyrſum *hunc eſſe, de quo agemus* XXVIII. *Ianua.* Proiectum *verò* Aruernenſem, *de quo* XXV. *Ianu.*

S. Sauinianus, S. Fabianus, } Martyres Trecis, *commemorantur hoc die ab Andreâ Sauſſaio;* Sauinianus *in aliis quoque Martyrologiis, Colonienſi, Germanico, Addit. Carthuſ. ad Vſuardum, Maurolyci, & MSS. de iis agemus* XXIX. Ianu.

S. Sauina, *ſiue* Sabina, Virgo, Trecis. *Martyrol. MS. monaſterij Lætienſis & S. Martini Tornaci. In veteri Breuiario Inſulenſi fit de eâ officium trium Lectionum. De eâ agemus* XXIX. Ianuar.

S. Puſinnæ Virginis Tranſlatio *hoc die conſignatur à Caniſio & Carthuſianis Colonienſibus in Addit. ad Vſuard. De eâ agemus ad eius vitam* XXIII. April.

S. Forannanus Epiſcopus Scotus, in Belgio. *Camerarius. Celebrant eum noſtrates* XXX. April.

S. Erici Sueciæ Regis & Martyris Tranſlatio *refertur hoc die à Carthuſian. Colonien. Caniſio, MS. Florario. Vitam dabimus* XVIII. Maij.

S. Antidij Epiſcopi Tranſlatio } Veſontione, *hoc die Martyrologio Gallicano inſcripta à Sauſſaio: teſtaturáq; Ioannes Iac. Chiffletius Veſontionis par. 2. hoc die in vetuſtis Martyrologiis conſignari. De vtraque agemus ad vitam* S. Antidij XXV. Iunij.

Dedicatio Eccleſiæ S. Pauli, }

S. Victoris Martyris Tranſlatio *recolitur Maßiliæ hoc die, vt ex propriis Eccleſiæ Maßilienſis, & monaſterij S. Victoris, officiis patet: natalis* XXI. Iulij.

S. Auguſtini Epiſcopi Commemoratio. *Carth. Colon. in Addit. ad Vſuardum. Vbi aut quam ob rem inſtituta, nos latet. De eo agemus fusè* XXVIII. Auguſti.

Sancti Prophetæ Præcurſoris Domini Ioannis Baptiſtæ memoria, *vt Menæa Græcorum & Maximus Cythereus tradunt, agitur* iuxta ſepulchrum; *Conſtantinopoli, vt coniicit Raderus. De eo agemus* XXIX. Aug.

S. Bettelinus anachoreta. *Menardus, qui 9. Septemb.* Bertelinum *refert, velut diuerſum: mortuus eſt, vt ex vitâ patet, vbi & eum memorabimus,* IX. Septemb.

S. Felicis Epiſcopi Tubzocenſis *martyrium IX. Kalend. Februarij* peractum ſcribitur in Actis MSS. *quæ dabimus* XXIV. Octob.

S. Anthemius Epiſcopus Pictauenſis, *refertur hoc die à Conſtantino Ghinio, qui* Atenium *ſcribit, &* in pace ſepultum; *cùm alij Martyrem faciant, vt dicemus* III. Dec.

S. Hermogenis, S. Mennæ, } Martyrum memoria. *Menæa & Cythereus. De his, cum iiſdem Menæis & Martyrologio Romano; agemus* X. Dec.

S. Autberti Epiſcopi Cameracenſis eleuatio *hoc die celebratur, vt patet ex Kalendario ſancti ſepulchri Cameraci, Molani addit. ad Vſuard. Caniſio, MS. Florario. & aliis. Vitam dabimus* XIII. Dec.

S. Ethernanus Abbas & Epiſcopus in Scotiâ. *Ferrarius. Camerarius XXI. Decembris eum refert, plures* XXII. Dec.

S. Simpliciani Martyris Catanenſis *teſtatur Peregrinus Merula aliquas extare Cremonæ reliquias, feſtumq; eius ac* S. Babylæ *iſthic celebrari hoc die. De iis reliquiis agemus infrà, ad Acta* S. Babylæ; *ac de* S. Simpliciano *& ſociis* XXXI. Decemb.

DE S. TIMOTHEO APOSTOLO,

EPISCOPO EPHESINO, MARTYRE.

§. I. *S. Timothei natalis.*

AN. CH. IIIC. XXIV. IANVAR. *Natalis S. Timothei 24. Ianu. apud Latinos;*

1 *LAtini plerique (non tamen, quod exiſtimauit Baronius, omnes, vt mox dicemus)* S. Timothei *natalem XXIV. Ianuarij celebrant. Operæpretium eſt ex aliquot Martyrologiis, quæ de eo prædicantur, depromere, quibus reliqua de eo dicenda illuſtrentur. Vetus ergo Romanum Martyrologium ita habet:* Epheſi Timothei Apoſtoli. *Eadem in variis MSS. leguntur, quorum quædam Bedæ præferunt nomen, & in nonnullis ſub nomine Vſuardi editis; in Bellino quoque, Rabano, Adone: aſt hic in libello de feſtiuitatibus Apoſtolorum:* Natalis S. Timothei diſcipuli B. Pauli Apoſtoli, qui apud Epheſum à beato Apoſtolo Epiſcopus ordinatus, poſt multos pro Chriſto agones dormiuit. Cuius corpus cum reliquiis B. Andreæ & Lucæ, viceſimo Conſtantij anno Conſtantinopolim tranſlatum eſt. *Eadem habet Beda vulgatus, Notkerus, & MSS. plurima. Martyrologium Romanum:* Natalis S. Timothei diſcipuli B. Pauli Apoſtoli, qui ab eodem Epheſi ordinatus Epiſcopus, poſt multos pro Chriſto agones, cùm Dianæ immolantes argueret, lapidibus obrutus, paullò pòſt obdormiuit in Domino.

2 *Græci verò XXII. Ianuarij, quo interemptus eſt, de eo agunt. quo die Menæa:* Sancti Apoſtoli Timothei, diſcipuli S. Pauli Apoſtoli. 22. *Ianu. apud Græcos;*

Amore diuinarum Timotheus coronarum,
Fuſtibus cæſus tinxit terram ſanguine.

Ortus hic fuit ex Lyſtrâ vrbe, patre Gentili, matre Iudæâ, cui Eunice nomen. Diſcipulus B. Apoſtolo Paulo factus, conſcriptor diuini Euangelij & præco extitit: Ioanni quoque præ cæteris à Chriſto dilecto conuixit: atque ab ipſo Apoſtolo Paulo Epheſi Epiſcopus ordinatus eſt. Poſtquàm enim (vt Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus tradidit, & paſſim ſermone celebratur) Ioannes è mari eiectus, Epheſoque redditus eſt; ac deinde ſub Domitiano Principe, in Patmum inſulam exul deportatus; Beatus hic Timotheus Epheſinæ Eccleſiæ præfuit. Cùm verò idololatriæ diem quemdam feſtum, quod Κατωγώγιον, *id eſt,* deductionem, appellabant, Epheſi patrio ritu agitarent; idola quidem manu geſtantes, & laruis quibuſdam aut perſonis induti, & in his decantantes, atque in viros ac feminas latronum more irruentes, omniaque cædibus miſcentes; B. Timotheus tam dirum

& atrox

& atrox facinus intueri non ſuſtinens, ſtultum eorum errorem arguebat, & vt à tam fœdis factis deſiſterent hortabatur. Quem impij fuſtibus contuſum è medio ſuſtulerunt. Poſtmodùm autem ſacræ eius reliquiæ Conſtantinopolim tranſlatæ ſunt, & in templo ſanctorum Apoſtolorum collocatæ, vbi ſolennis eius agitur memoria.

(quibus Euangelij ſcriptor dicitur)

3 *Eadem habet Anthologium Græcorum à Clemente VIII. approbatum, & Maximus Cythereus. At quod conſcripſiſſe Euangelium dicitur, id quidem alibi haud legimus. Citatur apocryphum Nicodemi Euangelium: aliis quoque adſcripta olim, quæ ab otioſis compoſita hominibus erant, de quibus ſusè Baronius tom. 1. ad an. 44. at nihil iſthic de* Timotheo. *Fortaſsis* Euangelij conſcriptor, *ſiue συγγραφεὺς, dicitur, quòd cum Ioanne familiariter verſatus Epheſi, trium Euangeliſtarum aliorumq; ſanctorum virorum de Chriſti rebus geſtis commentarios collegerit, quos dein recognouiſſe ac digeſtiſſe Ioannes dicitur.*

& quoſdã Latinos.

4 *Eodem XXII. die Ianuarij eum Vſuardus, Maurolycus, Galeſinius, Caniſius, aliiq; Latinorum referunt; quidam vtroque die. Vſuardus iſta habet:* Natalis S. Timothei diſcipuli B. Pauli. Hic ab eodem Apoſtolo Epiſcopus Epheſo ordinatus, poſt multos pro Chriſto agones martyrio coronatus eſt. *Galeſinius breuiter omnem eius vitam complexus eſt:* Epheſi S. Timothei, B. Pauli Apoſtoli diſcipuli. Is Lyſtris in Lycaoniâ natus, à pueritiâ in ſacris litteris & pietate eruditus; quo tempore Apoſtolus Paulus eò venit, religionem Chriſtianam coluit; vtpote cùm matrem Eunicen haberet, mulierem Ieſu Chriſti fidei ſtudio flagrantem. Peruulgatâ eius adoleſcentis virtutum famâ, illum ſibi comitem peregrinationis & ſocium laborum Apoſtolus adiunxit: ſicque adiutorem operis in Euangelio Chriſti eumdem vbique adhibuit. Siquidem hic vnà cum illo, propagandæ fidei cauſsâ, modò Epheſum, modò Corinthum profectus, Macedoniam etiam, Italiam, atque vniuerſam terram, prædicãdo peragrauit. Fuit autem admirabili indole adoleſcens: pudicè & caſtè perpetuò vixit: prudentiâ ſapientiâque ita præſtitit, vt omne miniſterium ei Apoſtolus concrederet; in Macedoniâque curam illorum traderet, qui Euangelium ſuſceperant. Demum Epheſiorum factus Epiſcopus, dum ab Dianæ cultu populum auocare conatur, Domitiano Imperatore, lapidibus à multitudine penè obrutus, Chriſtianorum ope eo periculo liberatus, ad finitimum montem, qui Pion dicitur, venit, vbi animam Deo reddidit. Eius corpus Conſtantinopolim pòſt, Conſtantino Auguſto procurante, tranſlatum eſt.

Vitæ compendium è Galeſinio.

5 *Alij aliis diebus eius memoriam conſecrant. VVandelbertus XVI. Maij:*

Septima Timothei cum denâ nomine lucet,
Veridicâ Paulus docuit quem voce beatus.

Commemoratio alijs diebus.

XXII. Auguſti iſta habet perueſtutum Rhinavvien. MS. Romæ Timothei diſcipuli S. Pauli. *ſed poſtremæ tres voces, videntur à librario adiectæ: colitur alioquin eo die* S. Timotheus *Romanus Martyr. Denique XXVII. Septembris MS. Martyrologium S. Hieronymi:* In Epheſo Timothei. *huiuſne? Ita ſanxit veteris ſcriptor Martyrologij, quod in monaſteriis Lætienſi & S. Martini Tornaci aſſeruatur, in quo iſta leguntur eo die:* Et S. Timothei diſcipuli Pauli Apoſtoli, quem idem vas electionis aſſumens, omnem Eccleſiaſticam diſciplinam docuit, & per manus impoſitionem, accommodabilem Eccleſiis fecit. Hic pudicus & virgo permanens, apud Epheſum in monte qui vocatur Pion, cum magno honore ſepultus quieſcit. *Cur verò* accommodabilis Eccleſiis factus *dicitur? an quia Epiſcopus conſecratus principiò eſt, nulli certæ Sedi adſtrictus, ſed vt munus Apoſtolicum perfectiùs vbiuis exequi poſſet?*

§. II. *Acta S. Timothei. tempus mortis.*

6 POlycrates Epheſiorum Epiſcopus.... floruit temporibus Seueri Principis, *vt teſtatur S. Hieronymus lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cap. 45. vbi nonnulla recitat ex Synodicâ eius epiſtolâ pro ritu in iſtâ Eccleſiâ à S. Ioannis Euangeliſtæ temporibus obſeruato, celebrandi vnâ XIV. Paſchatis. De eo Sigebertus cap. 3.* Polycrates paſſionem S. Timothei Apoſtoli ſcripſit, & alia multa. *at Baronius in Notis ad Martyrologium, de eâ ita pronuntiat:* Paſſionem Timothei à Polycrate ſcriptam fuiſſe auctor eſt Sigebertus de viris illuſt. c. 3. ſed ignotum id prorſus Euſebio atque Hieronymo, qui agunt de Polycrate. *Verùm & alia ab iis prætermiſſa aliorum auctorum ſcripta. Photius tamen, cùm legiſſe ſe Paſsionem hanc ſcribit, auctorem nullum nominat. Autbertus Miræus in Bibliothecâ Eccleſiaſticâ,* Fit in eâ *paſsione, inquit,* mentio Irenæi Lugdunenſis Epiſcopi: ex quo colligi datur, non poſſe eam attribui Polycrati, qui Timotheo poſt Oneſimum ſucceſſit. *at nuſquam dicitur immediatè ſucceſsiſſe Oneſimo, qui ſub Traiano paſſus traditur, vt XVI. Febru. dicemus. Ipſe Miræus Irenæum anno 10. Seueri (qui erat Chriſti 202. aut 203. viginti iam diebus inchoatus) coronatum aſſeriti S. Hieronymus Polycratem* floruiſſe temporibus Seueri Principis; *vt facilè potuerit Irenæi, æqualis ſui, commentariuni aliquem, imò omnes, legiſſe.*

Paſſio S. Timothei à Polycrate ſcripta;

7 *Ipſe ſe Polycratem Auctor vocat: qui ſanè impoſtor habendus eſſet, ſi alieni nominis honorem ſibi falsò arrogaret. at ſcriptum graue eſt, (quod ad rem attinet, licet ſtylo humile aſſerat Photius) eſtq; conſentaneum iis quæ ceteri quoque de* Timotheo *tradiderunt. Vincentius Bellouacenſis lib. 10. cap. 38. ex Polycrate Acta quædam Timothei recitat;* quæ ſtylo ſuo, *inquit Petrus Halloix noſter in Notat. ad cap. 7. vitæ S. Polycarpi,* ſatis clamant ſe è Græcis eſſe tranſlata; *atque omnino Polycrati ipſe illa tribuit. Ea ex vetuſtis codicibus monaſteriorum S. Maximini, & S. Mariæ de Ripatorio deſcripſimus, contulimuſq;, tum excuſis Agonibus Martyrum, MS. Nicolai Belfortij, & Græcâ MS. hiſtoriâ martyrij S. Timothei, quæ ipſa fortaſsis eſt Polycratis, ſed à quopiam poſt tranſlatas Conſtantinopolim reliquias recognita, omiſſo exordio, quo nomen ſuum Polycrates profitetur; & meritò, cùm recentior ille ſcriptor periodum interiecerit de translatis reliquiis, cui proinde præfigere Polycratis nomen non poterat: at ſuum ipſe reticuit, vel ætas librariorumue negligentia obliterauit: vixiſſe ante Iuſtiniani tempora inde coniectamus, quia templi ab eo conditi non meminit. Metaphraſtes martyrium, tranſlationem, templi vel ædificationem vel reſtaurationem, complexus eſt.*

vnde hic edita:

alia Græca:

alia à Metaphraſte.

8 *His ita conſtitutis, haud difficile fuerit, quo tempore interemptus ſit* S. Timotheus, *definire. Nam ſi Acta eius ſunt ab eiuſdem Sedis Antiſtite, haud integrò pòſt ſeculo, tradita litteris; quis neget ei potiùs, viro præſertim erudito, de ſuorum deceſſorum rebus geſtis & ætate ſcribenti, fidem eſſe habendam, quàm aliis qui coniecturâ & non ſat ſolidâ ratiocinatione nituntur? Metaphraſtes ſubſcribere videtur, ſed obſcuriùs; vt dubites an non ſub Domitiano cæſum ſcribat. Scribit id diſertè Photius in Bibliothecâ cod. 254. vbi hæc acta teſtatur ſe legiſſe, eaq; ſuccinctè narrat; atque illud addit de tempore:* Domitianus tunc Romanum imperium tyrannus gerebat. Cùm verò ſacer Timotheus, quo diximus modo, vitam finiiſſet, & Domitianus è medio eſſet ſublatus, ac Nerua Romani imperij ſceptra ſuſcepiſſet, Theologus Ioannes ab exilio liber venit Epheſum. *&c. Atque ita videtur Photius vltimo Domitiani anno, qui erat Chriſti 96. martyrium* S. Timothei *conſignare: Polycrates ſequenti, Neruæ 1. Chriſti 97. MS. Florarium anno Chriſti 99. qui erat Traiani ſecundus. Octauius Pancirolus in Theſauro abſconditis almæ Vrbis regione 2. eccl. 7. occiſum fuiſſe Timotheum ſcribit, priuſquàm ab exilio reuerteretur S. Ioannes, quod imperante Nerua contigit.*

Occiſus eſt ſub Nerua,

non Domitiano,

9 *Longiùs recedit Baronius to. 2. Annal. ad an. Chriſti 109. nu. 55. ità ſcribens:* Quando autem Timotheus martyrio viuendi finem fecerit, vt ei Oneſimus fuerit ſubſtitutus, ex Ignatij epiſtolâ ad Epheſios colligi poſſe videtur: nam cùm de ipſo agens hæc addat; Benedictus Deus, qui donauit vobis talem habere Epiſcopum; haud prudem eum creatum Epiſcopum Epheſinum ſignificat. *ita Baronius. Aſt Halloix noſter in Notat. ad cap. 7. vitæ S. Polycarpi, ex eadem S. Ignatij epiſtolâ contrarium colligit, cùm dicat Ignatius:* Si enim ego in breui tempore talem conſuetudinem contraxi cum Epiſcopo veſtro, quæ non humana ſed ſpiritualis eſt; quantò magis vos cenſeo beatos, qui ab illo depen-

aut Traiano;

nec hoc ex S. Ignatij epiſtolis deducitur.

Ex variis.

dependetis vt Ecclesia à Domino Iesu, & Dominus à Patre suo, vt omnia in vnitate consona sint? *quasi dicat: Si ego ex vno congressu, aut exigui temporis consuetudine, tantum percepi fructum; quantam vos reportare necesse est vtilitatem, qui tot annis ab eo erudimini? At nec hoc indubitatè sequitur: potuisset enim felices illos prædicare, qui deinceps essent eius virtute & doctrinâ erudiendi. Denique continuò post Timothei cædem, subrogatum illi esse Onesimum non constat; cùm præsertim dicatur S. Ioannes, vt ab exilio rediit, aliquamdiu orbatam Pastore Ephesinam Ecclesiam administrasse.*

Libri à S. Dionysio ei dicati,

10 *Quod obiici à quopiam posset, libros de diuinis nominibus à S. Dionysio Areopagitâ ad Timotheum, adhuc superstitem, scriptos; ast in iis citari epistolam S. Ignatij ad Romanos datam anno Traiani 10. vel 11. vnde consequens sit ante eum annum non esse occisum Timotheum; id prolixè diluit Halloix Quæstione 3. in vitam S. Dionysij, quam vitam quæstioneſq; & notationes integras, nullo verbo addito, transtulit in tomum 2. Operum S. Dionysij, à se nouiter illustratorum, Balthasar Corderius noster. Constat quidem certè ex eiusdem S. Ignatij epistolis iam antè mortuum fuisse Timotheum. Ergo Baronius suspicatur vel Dionysium libros anteà ad Timotheum scriptos recognouisse post eius atque Ignatij mortem, & illa adiecisse; vel potiùs alium fuisse Timotheum, ad quem ille missus commentarius. Halloix multis argumentis contendit eumdem hunc nostrum esse* Timotheum, *S. Pauli discipulum: ast illa ex Ignatij epistolâ, à quopiam imperitè & ineptè adscripta primùm ad marginem, deinde in textum ipsum Dionysij intrusa.*

quibus perperàm asserta citatio ex S. Ignatio.

11 *Idem ad cap. 7. vitæ S. Polycarpi, ostendit ad S. Timotheum pertinere, (quod & nos omnino existimamus) quæ S. Ioannes Apocal. 2. cap. scribit:* Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe: Hæc dicit qui tenet septem stellas in dexterâ suâ, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum: Scio opera tua & laborem & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos: & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt; & inuenisti eos mendaces: & patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meũ, & non defecisti. Sed habeo aduersùm te, quòd caritatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque, vnde excideris: & age pœnitentiam, & opera prima fac: sin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. *Quibus verbis veluti ad imminens martyrium adhortari Timotheum voluisse Ioannes videtur. Paulus quoque multò antè, in actis ad ipsummet Timotheum litteris monuerat, vt resuscitaret gratiam Dei &c. nec mirum in viris etiam sanctis intepescere quandoque caritatem, aut zelum remitti, præsertim si minùs ex animi sententiâ pij conatus procedant: sed identidem suscitandus fouendusq;, modò pœnitentiæ operibus, modò sacrarum rerum commentatione, modò aliarum exercitatione virtutum, ardor ille animi est.*

Eius laudes, & admonitio ex Apocalypsi.

Alia de eo scripta.

12 *Mentio fit S. Timothei in Actis S. Irenes V. Maij. Agunt de eo omnes Epistolarum S. Pauli interpretes, & Thomas Massutius noster in vitâ S. Pauli; Petrus quoque de Natalib. lib. 3. cap. 17. in quo tamen corrigas, quòd* sub Nerone *passus dicitur S. Timotheus: scripsit fortassu Petrus* sub Neruâ.

§. III. *Translatio reliquiarum S. Timothei.*

Translatio S. Timothei & aliorum recolitur 9. Maij,

13 *INscripta est tabulis Ecclesiasticis* S. Timothei, *atque vnà SS. Andreæ Apostoli & Lucæ Euangelistæ, Translatio IX. Maij; quo die Vsuardus:* Festiuitas B. Andreæ Apostoli, quando sacratissimum eius corpus, vnà cum ossibus SS. Lucæ Euangelistæ & Timothei discipuli S. Pauli, sub Constantio Imperatore Constantinopolim translatum est. *Varia exemplaria excusa & MSS. habent,* sub Constantino *id contigisse, de quâ re paullò pòst: quadam nomen Imperatoris non exprimunt. Nonnulla locum indicant, vnde singula Constantinopolim allata sunt corpora. Maurolycus:* Item translatio S. Andreæ Apostoli ex vrbe Patrarum, Lucæ Euangelistæ ex Bithyniâ, & Timothei discipuli ex Ephesо, in Byzantium. *Eadem habet Felicius, & Canisius. At Martyrologium Romanum ex Achaiâ quoque allatas S. Lucæ reliquias narrat; ita enim habet:* Constantinopoli Translatio SS. Andreæ Apostoli, & Lucæ Euangelistæ de Achaiâ, & Timothei discipuli B. Pauli Apostoli ab Ephesо: corpus autem S. Andreæ longo pòst tempore Amalphim delatum, ibi pio fidelium concursu honoratur; ex cuius sepulchro liquor ad languores curandos iugiter manat. *De loco iterum inferiùs.*

qua & natalis die;

14 *Quædam Martyrologia hic solius* Timothei *meminerunt; eamq; translationem,* Natalem *vocant. Martyrologium MS. S. Hieronymi:* Constantinopoli natalis S. Timothei. *Ita idem habent MSS. monasteriorum S. Martini Tornaci, & S. Maximini Treuiris. Ado, Beda vulgatus, MS. S. Lamberti Leodij:* Constantinopoli, natalis S. Timothei, quando ab Ephesо eius sacra ossa delata sunt. *Notkerus:* Constantinopoli Translatio S. Timothei.

alibi 8. Maij.

15 *Galesinius pridie, id est, VIII. Maij, eam translationem refert:* Constantinopoli, *inquit,* Translatio SS. Andreæ Apostoli, Lucæ Euangelistæ, & Timothei discipuli B. Pauli Apostoli: quæ translatio Constantino Imperatore celebrata est. *Canisius, MS. Florarium, Carthusiani Colonienses, IX. Maij eam translationem referunt, iterumq; ista habent VII. Aprilis:* Translatio S. Timothei Apostoli & Martyris. *addit Florarium* anno salutis 358. *eam contigisse. Theodorus Lector, cuius verba mox dabimus, scribit S. Timothei translationem XXIV. Iunij factam, SS. Andreæ & Lucæ III. Martij. Cur ergo IX. Maij omnium simul adscripta Martyrologiis? Indicta tum fortasis celebritas aliqua, ecclesiâ vel dedicatâ vel restauratâ. Restat vt quando, vnde, per quem, quò, allatæ sacræ exuuiæ sint, disquiramus.*

& 7. Aprilis; *facta 24. Iunij,*

16 *Martyrologia, vt diximus, alia* sub Constantino, *alia* sub Constantio; *quædam etiam, vt Colonienſe,* sub Constantino iuniore, *(quo nomine Constantius significatur) anno eius vigesimo, illam translationem tradunt contigisse. S. Hieronymus in Chronico, anno XIX. Constantij ista habet:* Reliquiæ Apostoli Timothei Constantinopolim inuectæ. *anno verò XX. in editione Miræi & Pontaci, at Scaligeri XXI.* Constantio Romam ingresso; Andreæ Apostoli & Lucæ Euangelistæ reliquiæ à Constantinopolitanis miro fauore susceptæ. *Idem in libro de scriptorib. Eccles. cap. 7.* Sepultus est *Lucas* Constantinopoli, ad quam vrbem vigesimo Constantij anno ossa eius, cum reliquiis Andreæ Apostoli, translata sunt de Achaiâ. *At variæ editiones habent,* vigesimo Constantini anno. *idemq; S. Hieronymus aduersùs Vigilantium, in omnibus, quas videre nobis licuit, editionibus:* Sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui sanctas reliquias Andreæ & Lucæ & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantij illorum se sentire præsentiam confitentur? *Quæ quidem verba conuenire non posse Constantio Ariano Baronius pronuntiat; & productis in contrarium testimoniis aliorum scriptorum,* In re autem ambiguâ, *inquit,* ita animo affectus sum, vt definire controuersiam, certamque de eâ re ferre sententiam, non præsumam. *At Theodorus Lector lib. 2. Collectan.* Imperauit Constantinus Magnus & Christi amans Imperator annos triginta vnum, mensesque decem. Imperauit Constantius filius eius annos viginti quatuor, dies quinque. Et sub ipso venerunt Constantinopolim reliquiæ sanctorum Apostolorum Timothei VIII. Kal. Iulij, Andreæ & Lucæ V. Nonas Martij, & collocatæ sunt in magno sanctorum Apostolorum templo, quod sub eo erat dedicatum.

vel sub Constantino Magno

vel potiùs sub Constantio.

17 *Ephesо porrò allatas S. Timothei reliquias constat. De aliis erit proprius agendi locus, cùm eorum Acta, Lucæ XVIII. Octobris, Andreæ XXX. Nouembris, dabimus. Lucam quidem in Bithyniâ mortuum scribit Honorius Augustodunensis, quod suo loco disquiremus. Thebis certè eius reliquiæ fuerunt, cùm eas Constantinopolim deportandas curauit Constantius: quare rectè vtrasque Lucæ & Andreæ* de Achaiâ *allatas habet Martyrologium Romanum, & alia. Simeon Metaphrastes in Actis S. Lucæ testatur, & Thebis aduectas, & operâ S. Artemij glorioſi Ducis ac Martyris. ita enim habet:* Transibat quondam à Sirmio ad Istrum Constantius Constantini Magni filius, sed fratrum tertius: atque ad hanc Istri ripam non longo tempore castra metatus, audiuit Barbaros, qui vltra Istrum erant,

Allata reliquiæ Ephesо,

aliorum ex Achaiâ,

erant,conflicturos cum Romanorum principatu: & ipse formidans ne quid mali in suo principatu facerent,confestim ad Thraciam ac Byzantium equitauit. Cumque ad regionem Odrysiorum peruenisset,vbi Adrianus Romanorum Imperator extructâ ciuitate sui appellationem loco dedit; accedit ad eum quidam Episcopus, veluti donum quoddam ipsi gratissimum deferens, Andreæ ac Lucæ Christi discipulorum corpora indicans in Achaiâ esse sepulta. Porrò ille & nuntio gauisus est, & Artemium,quo maximè vtebatur, & quem sciebat feruidum amatorem caritatis erga Christum, (attestatur verò diuinum huius amorem certamen ac periculum, temporibus Iuliani, propter Christum susceptum) hunc ergo tanto feruore pro pietate spirantem amicum Artemium, ad pretiosorum corporum reductionem confestim emittit. Etenim erat hic Constantius, & in ceteris moderatus & moribus mitis ac modestus, ac magno admodùm circa ecclesiarum ædificationem amore occupatus: vnde etiam ad patris sui ciuitatem, circa illius sepulchrum, veluti reddens patri honorem, templum ab ipsis fundamentis maximum ædificat; in quo etiam, vbi Artemius sacrorum Apostolorum reliquias ex Achaiâ retulisset, in ipso diuino altari sacrâ mensâ reposuit: Andreæ quidem è ciuitate Patræorum, Lucæ autem ex Thebis Bœotiæ translatis corporibus. Ac breui tempore intermedio etiam Timotheum, qui in choro discipulorum Christi, velut perspicua quædam stella, splenderat, ex Epheso refert Ioniæ, ministro quoque rursum ad hoc vsus Artemio.Sed habuit & ipsum sacræ mensæ ambitus, veluti reddentem debitum quoddam pietatis suis auxiliatoribus. Verùm Timotheus quidem huiusmodi habuit corporis reductionem.

iubente Constantio,

Constantinopolim,

18 *Eamdem historiam,paullò enucleatiùs,aut eius certè partem, idem narrat Metaphrastes in Actis S.Artemij 20.Octobris:* Cùm autem, *inquit,* audiuisset, quòd Barbari, qui agebant trans Danubium, essent ducturi exercitum contra Imperium Romanorum, Sirmio profectus transiit Danubium. Cùm autem longo tempore ibi fuisset ad ipsam ripam, & rursus intellexisset Barbaros non esse se loco moturos, profectus est in Thraciam. Postquàm verò fuit apud Odrysos, vbi Adrianus constructâ ciuitate, ei loco suam reliquit appellationem; audiuit à quodam Episcopo, quòd corpora Christi Apostolorum Andreæ &Lucæ sepulta erant in Achaiâ,Andreæ quidem Patris, Lucæ autem Thebis Bœotiæ. Postquàm autem Imperator hæc audiuit Constantius, propter id est lætatus, & magnâ voce clamauit, & iis, qui aderant, dixit: Vocate mihi carum Artemium. Cùm is autem quamprimùm veniisset, Gratulor tibi, inquit, virorum omnium religiosissime & vnà tecum lætor. Ille verò illi dixit: Mihi perpetuò læteris, ô Imperator, nec te vnquam aliquid molestum comprehendat. Imperator autem: Quærisne aliquid, ô amicorum optime, gratius ac iucundius inuentione corporum Christi Apostolorum ? Magnus verò Artemius; Quisnam aut vndenam,inquit,ô Domine, est is, qui hunc hodie thesaurum aperuit ? Constantius autem, Achaiæ, inquit,Episcopus,qui nunc præsidet Patris. Sed abi, ô virorum amicorum optime, & ea quamprimùm exporta Constantinopolim. Hæc cùm ab Imperatore magnus audisset Artemius, rectà iuit ad Apostolos, eorum sanctas allaturus reliquias. Quas quidem cùm valdè admirabiliter exportasset, in templo, quod ab ipso Constantio extructum est à fundamentis, in nomine Apostolorum, prope sepulchrum patris,eas deposuit. Ei autem in præmium ministerij dedit Imperator, rogantibus Episcopis, munus rectionis Ægypti.

per S. Artemium Ducem,

19 *Hæc Metaphrastes. Eam autem fuisse vnam de causis, ob quas Iulianus Apostata S. Artemio necem intulit, scribit Nicephorus lib. 10. cap. 11.* Artemium, *inquit,* generosum pietatis propugnatorem, Ducem & Augustalem Antiochiæ per seipsum torsit, (qui & sub Constantio ductor extiterat copiarum quæ erant in Ægypto;) re verâ quidem, quia diuino zelo succensus,multa idolorum fana deiecerat atque euerterat, Constantio subseruiens; & quia diuinorum Apostolorum ossa Andreæ, Lucæ, & Timothei, Patris Achaiæ & Epheso, Cõstantinopolim transtulerat; obtentu vero & prætextu, quòd Gallo eius fratri necem esset machinatus.

qui ideò martyrij pòst subiit:

EX VARIIS.

20 *Collocatæ sunt sacræ reliquiæ in templo sanctorum Apostolorum Constantinopoli, vt Metaphrastes locis iam citatis, & infrà in ipsis S.Timothei Actis scribit. atque Græca Acta manu exarata ita habent:* Translatum deinde est in regiam vrbem Constantinopolim, & positum in sanctissimo magno Apostolio, siue sanctorum Apostolorum æde: vbi etiamnum repositæ asseruantur sanctæ eius reliquiæ sub sacrâ mensâ, cum reliquiis SS. Andreæ & Lucæ Apostolorum. *Theodorus Lector suprà citatus depositas scribit* ἐν τῷ ὑπ' αὐτὸν ἐγκαινισθέντι μεγάλῳ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, in magno templo sanctorum Apostolorum, ab ipso innouato, *vel* dedicato. *At Socrates lib. 1. cap. 12. scribit Constantinum Magnum duas condidisse Constantinopoli ecclesias,* alteram εἰρήνην, Pacem,alteram sanctorum Apostolorum, cognominatam. *& cap. 26.* quam *Apostolorum ecclesiam* ideò ædificauit, ne Imperatores & Sacerdotes Apostolicis reliquiis aliquando destituerentur. *Describitur magnificum illud templum lib. 4. vitæ Constantini cap. 58. 59. 60. vbi id struxisse Constantinus dicitur,* vt æternitati commendaret apud omnes sanctorum Saluatoris nostri Apostolorum memoriam. *Sed cùm innuat isthic Eusebius, non nisi sub finem vitæ Constantini perfectum; aliquam fortasis partem Constantius adiecit; aut certe ornamenta quæpiam. Sed quod Metaphrastes à fundamentis à Constantio conditum scribit, haudquaquàm de totâ saltem mole probabile videtur.*

collocata in templo Apostolorum,

ædificato à Constantino.

21 *Illud deinde templum Iustinianus Imperator ducentis pòst annis instaurauit, sacrasq; has reliquias honorificentiùs recondidit. Eius rei quoniam Græcus auctor non meminit, qui tamen priorem translationem non reticuit, argumento est, vt suprà indicauimus, eum ante Iustiniani ætatem vixisse. Procopius lib. 1. de ædificiis Iustiniani rem ita gestam ita describit:* Erat quædam ab antiquo Apostolorum ecclesia Byzantij, spatio temporis iam labefactata, ac ruinam minitans. Eam deiiciens totam Iustinianus Imperator, non tam restaurare studuit, quàm multò amplitudine & elegantiâ præstantiorem erigere. Ita verò consilium hoc suum executus est. .... *ædificij figuram describit* .... postquàm venerabile hoc ædificium consummatum fuit, manifesti omnibus facti sunt Apostoli, veluti exultantes ac gloriantes eo, quem Imperator illis impendebat, honore. Corpora igitur Apostolorum Andreæ,Lucæ,& Timothei,quæ priùs occulta planeque ignota erant,omnibus tunc conspicua facta sunt; ipsis, vt opinor, non respuentibus Imperatoris fidem, sed palàm ei concedentibus, vt ipsos videret, ad eos accederet, &, quæ inde redundabat, vtilitate ac securitate frueretur. Innotuêre autem hoc modo: Constantinus Imperator hanc ecclesiam honori & nomini Apostolorum ædificârat; isthic sibi & secuturis deinceps Augustis, viris iuxtà ac feminis, sepulturam constituens: quod vsque ad hoc tempus obseruatur. Et Constantini quidem patris spectabatur tumulus: Apostolorum autem ibidem recondita esse corpora nullo prodebatur indicio, neque locus erat vllus, qui tam pretiosum pignus continere videretur.Sed cùm Iustinianus templum illud ædificaret, & latomi pauimentum omne perfoderent euerterentque, ne quid inornatum relinqueretur, tres isthic ligneas capsas neglectas reperiunt, atque ex inscriptis litteris intelligunt Andreæ, Lucæ, Timothei Apostolorum isthic corpora esse: quæ magnâ cum voluptate Imperator & Christiani omnes viderunt, rursumque ea terræ committentes absconderunt; non inaccessum aut ignobile m relinquentes locum;sed & corporibus quoque Apostolorum iam vacuum, religiosum esse constituerunt. Ipsi verò Apostoli exhibitum sibi ab Imperatore honorem quodammodò remunerati sunt: idque in præsenti perspicuè ostendunt; cùm Imperatore religionibus intẽto,non deserit diuinum numen res humanas, sed adesse & immorari humanæ gaudet conuer-

quod à Iustiniano posteà funditus restauratũ,

quando reperta reliquiæ.

Ex variis. *honorificè recondita sunt.*

sationi. *Hæc Procopius; quæ multò contractiora sunt in editione Franciſci Craneueldij. De eadem templi reſtauratione, & reliquiarum tranſlatione, agit infrà Metaphraſtes, & in S. Lucæ Actis citatis, vbi thecâ argenteâ condita à Iuſtiniano ſacra corpora ſcribit.*

Aliqua Romæ aſſeruantur,

22 *Quid deinceps SS. Andreæ & Lucæ corporibus factum ſit, ſuis locis diſquiremus. Octauius Pancirolus in Theſauris abſconditis almæ Vrbis, reg. 2. eccleſ. 7. teſtatur aliquas* S. Timothei *reliquias in eccleſiâ S. Ioannis in Fonte, Romæ aſſeruari. Mindæ ad Viſurgim in inferiore Saxoniâ celebratur feſto nouem Lectionum V. Martij,* Aduentus reliquiarum S. Timothei Apoſtoli. *quæ autem eæ fuerunt reliquiæ, nuſquam indicatur.*

& Mindæ in Saxoniâ.

ACTA

auctore Polycrate Epiſcopo Epheſino,

ex aliquot veteribus MS.

a Prafatio Auctoris.

1 a MArtyrium S. Timothei, diſcipuli quidem S. Pauli Apoſtoli, primi autem Patriarchæ conſtituti Epheſiorum Metropolis, Aſiæ & Phrygiæ, Pamphyliæ, Ponti, & Galatiæ, atque omnibus in Catholicâ pace degentibus conpreſbyteris, Ego omnium veſtrûm minimus Polycrates, ſicut ipſi qui viderunt & nobis tradiderunt, & nos ſtatim ſecuti ſuſcepimus, in ædificationem innoteſcere iuſtum duximus. Pax & ſalus in Chriſto Fratribus.

b

2 *b* Multi multas hiſtorias & vitas, mores etiam & conuerſationes, ac fines Deo amabilium & ſanctorum virorum conſcripſerunt: quibus *c* eorum notitiam poſteris commendauerunt. Quapropter non extra iuſtum & nos tale quid exiſtimantes, memoriæ tradere vitam & conuerſationem, ac tranſitum ſancti Apoſtoli & primi Patriarchæ Epheſiorum magnæ Metropolis Timothei feſtinauimus.

c Variorum SS. vita ſcripta.

S. Timothei patria, & parentes.

3 Nam beatiſſimus ille, ſicut etiam ex conſtitutis à Lucâ ſancto Euangeliſtâ catholicis Actibus cognouimus, erat natione patris Gentilis, matris verò Iudææ fidelis, ortus ciuitate Lyſtris, quæ eſt vna *d* Lycaoniæ præfecturæ, doctus autem à magno Dei cultore Paulo Apoſtolo, & multa ab eo teſtificatus: comperegrinus nihilominùs eius factus, & compatiens, in Euangelio Chriſti, & valdè commodum illi *e* ſeipſum præbens, deuenit cum eo ad ſplendidiſſimam Epheſiorum Metropolim: à quo & epiſcopatum primus Apoſtolicæ Sedis ipſius ſplendidæ Metropolis conſecutus eſt; regnante in Romanorum ciuitate Nerone, *f* procurante autem Aſiam Maximo. Vbi ſiquidem in doctrinis & miraculorum oſtenſionibus, ſanitates & conuerſationes ſuperaſcendentes humanas cogitationes peregit. Quæ vnuſquiſque *g* indifferenter in ipſum dictis, in ſanctorum Apoſtolorum noſtrorum Actibus poteſt diſcere.

d

e Creatur Epiſcopus Epheſinus:

f clarus miraculis:

g

4 Nos autem oſtendere dignum ducimus, quia ipſe ſanctiſſimus Apoſtolus & Patriarcha Timotheus, non tantùm beatiſſimi Pauli Apoſtoli, ſed & glorioſi Theologi Ioannis, qui ſupra pectus recubuit magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, viſor & auditor factus eſt. Nerone autem Principes Apoſtolorum Petrum & Paulum martyrio malè tractante, glorioſis etiam eorum diſcipulis differenter finitis; conuenit Ioannem magnum Theologum adeſſe ſplendidæ Metropoli, ſcaturientem de naufragio. ſicut volentes diſcere ex his quæ ab *h* Irenæo Lugdunenſi Epiſcopo, de eodem excellentiſſimo Ioanne, conſcripta ſunt, valent noſſe: quando etiam & qui ſecuti fuerunt diſcipulos Domini noſtri Ieſu Chriſti, apud ſe paſſim conſtituta, differentibus linguis conſcripta, de factis miraculis à Domino noſtro Ieſu Chriſto, neſcientes ordinatim componere, conueniẽtes ad Epheſiorum vrbem, ſecundùm communem ſententiam, Ioanni fauorabili Theologo obtulerunt. Qui omnia conſi-

auditor S. Ioannis Euangeliſta.

h

S. Ioannes collecta de Chriſti rebus geſtis ſcripta ordinat;

derans,*i* & ex his gaudenter motus, quæ ab ipſis dicta ſunt in tribus euangeliis conſtituit ſecundũ ordinem, Matthæi videlicet, Marci, & Lucæ, eorumque nominationes conſcripſit, & ſingulas ſingulis Euangeliis ſuperpoſuit. Inueniens autem eos diſpenſationes humanitatis narrantes, quæ de diuino pectore hauſerat & ab illis dicta non fuerant, ipſe pleniter narrat, ſupplens & quæ minùs ab eis dicta ſunt in capitulis diuina miracula. Vnde tali conſtitutto nullius hominis cogitationibus antè adorſo, ſacro ſcilicet Euangelio ſuperpoſuit nomen ſuum.

i

ſuum addit Euangelium:

5 Sequenti denique tẽpore Domitiano imperãte Romanæ ciuitati poſt Neronem, *k* & qui medio tẽpore imperarunt, irruentibus in Sanctum obtrectationibus; proinde multoties dictus Theologus Apoſtolus Ioannes, de Epheſiorum ſplendidâ vrbe ab ipſo exul factus eſt, & in Patmos inſulâ (quæ vna Cycladum eſt inſularum) habitare præceptus. Iſto autem in his exiſtente, & epiſcopatum Epheſiorum Metropolis ſancto & ſæpedicto ſanctiſſimo Timotheo diſpenſante, reliquiæ primæ idolatriæ in his qui tunc ipſam inhabitabant remanſerant; quædam nefanda ſcilicet, quę vocabant *l* Catagogiorum (ſic enim ipſi vocabant) feſtiuitatem, & in diebus quibuſdam eam perficiebant: *m* prætextâ autem ſeipſos circumponentes, & vt cognoſci nequirent faſcialibus velantes facies, & *n* rhopala & imagines ſimulachrorum portantes, ac cantica *o* ludicra quædam clamantes, ſuperinſiliebant inordinabiliter liberas & venerabiles mulieres, homicidia etiam & alia plura illicita & nefanda operantes, & multum ſanguinem effundentes in deſignatis locis ciuitatis. Et hæc quaſi neceſſaria ad profectum animæ agentes, non deſinebant; frequentiſſimè ipſos deuocante ſanctiſſimo tunc Archiepiſcopante Timotheo.

k

relegatur in Patmum.

Ritus impios Catagogiorum

l

m

n

o

reprehendens Timotheus,

6 Non præualente autem illo doctrinis talem eorum inſaniam prohibere, in die huiuſcemodi eorum abominabilis feſtiuitatis tranſcurrens Sanctus in *p* medium porticus, hortabatur illos dicens: Viri Epheſij nolite idolatriæ inſanire: ſed agnoſcite illum planè qui eſt Deus. Operarij autem diaboli indignantes in doctrinâ eius, ipſis, quos prædiximus, ſuperportatis *q* palis & lapidibus vſi, iuſtum interfecerunt. Serui verò Dei adhuc ſpirantem eum repauſauerunt in monte ipſi ſplendidæ ciuitati adiacente, *r* in interioribus partibus; & ibi cum pace ſanctum ſpiritum Deo reddidit. Accipientes verò eius ſacratiſſimum corpus, repoſuerũt illud in loco vocato *ſ* Pioni: in quo nunc exiſtit ſanctiſſimum eius martyrium.

p

occiditur à Gentilibus:

q

r

ſ

ſepelitur.

7 *t* Domitiano etenim Imperatore vitam demoliente, imperium Nerua accepit, qui diuinum Apoſtolum & Euangeliſtam Ioannem reuocauit. Iſque rediens & ſuperſtans Epheſiorum ipſi ſplendidæ Metropoli, inueniens etiam ſecundùm prædictum modum finiuiſſe vitam ſanctiſſimum Timotheum, per eorum poſtulationem, qui tunc inuenti ſunt ſacrorum Principes, præſulatum Apoſtolici throni ſuſcepit: qui & ſuffecit, moderans ipſam magnæ Metropolis ſacratiſſimam Sedem, vſque ad Traiani imperium.

t

Epheſiorũ Eccleſiam regit aliquamdiu Ioannes.

8 Finiuit autem ſanctus & glorioſus Apoſtolus & Patriarcha Martyr Chriſti Timotheus in nefandâ feſtiuitate eorum, quam vocabant Catagogiorum, quæ eſt ſecundùm Aſianos quidem menſis quarti die triceſima, ſecundùm autem Romanos menſis Ianuarij, viceſimâ ſecundâ die; regnante in Romanorum ciuitate prædicto Neruâ, procurante autem Aſiam Peregrino, apud nos verò regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Quando occiſus S. Timotheus.

a *Abeſt hæc Præfatio à MS. Græco.*

b *Græcè*: Scimus multos polyhiſtoras viros, illuſtres vitas & mores *&c.*

c *Græcè*: ſui ipſorum.

d *Alij in Iſauriâ, quæ Lycaoniæ confinia, locant.*

e *al.* ſeruitium.

f *MS. Belfort.* proconſulante. *& rurſum infrà.*

g *MS. Ripar.* de differenter. *fortè* in differenter.

h *Agit de ſcripto à S. Ioanne Euangelio S. Irenæus lib. 3. contra hæreſes cap. 1. & 11.*

i *MS. Belf.* & exigens gaudentes motus. *MS. S. Max.* diſcernens

nens differentiæ modos, qui &c.

k *MS. S. Max.* per mediatorem imperatoriis. *MS. Belf.* & per medium imperantium. *à cade* Neronis *an. Christi* 68. 10. *Iun. ad* Domitiani *imperium, an. Chr.* 81. 13. *Sept. imperarunt* Galba, Vitellius, Otho, Vespasianus, Titus.

l *Latina quædam MSS. habent* Cithagiarum, *alia* Catagiarum. *Huius festi solennitatem ex his Actis describit Photius loco cit. Multa Martyrologia habent Dianæ celebritatem eam fuisse.*

m *MS. S. Max.* prætereà. *MS. Græc.* προοχήματα ἀπρεπῆ. indecora integumenta, insignia.

n *Est* ῥόπαλον, claua, fustis. *MS. Belf. vitiosè*, ropota.

o *MS. S. Max.* lurida.

p *Græc.* in mediam viam, quæ porticus dicitur.

q *Fortè* rhopalis, *vt antè.*

r *MS. Belf.* vltraprotis partibus. *Græc.* in partibus iuxta portum sitis.

s *MS. Belf.* Pionio.

t *In Græco adduntur, quæ suprà de translatione retulimus.*

ALIA VITA

Auctore Simeone Metaphraste.

CAPVT I.

S. Timotheus S. Pauli discipulus & comes.

S. Timothei patria, & parentes.

1 MAgnum Timotheum tulit quidem Lycaonia, aluit autem & instituit, quæ olim inter ciuitates fuit inclyta, Lystra; non tantùm sibi placens de vbertate & abundãtiâ rerum necessariarum, quantùm de hac plantâ longè suauissimâ, & de iis quæ in eo efflorent, virtutis ornamentis: etsi ne puras quidem & synceras generis habuerit radices; sed ex spinis quoque infidelitatis plurimum habuerit admixtum. Nam erat quidem ei auia [a] Lois, mulier pia, & quæ reuerà curam gerebat virtutis; mater Eunica, quæ & Iudæis quidem olim fuerat insita in pietatem, & in integris virtutum hortis reuerà floruerat. Pater autem Gentilis, & in Gentilium rebus maximè insignis, veluti quoddam in frumento lolium, nempe honesto & præclaro Timothei genere, & rosis spina adnatus, & vitio tantùm insignis, quantùm fuit illius filius pietate clarus & virtute incomparabilis.

a

i

Conuertitur à S. Paulo cum auiâ & matre: Act. 14.

2 Cùm esset autem adhuc infans Timotheus, & à matre Eunicâ institueretur, Gentilium & Iudæorum errorem simul ex æquo declinauit: & tunc accedit ad Paulum, præclaram Ecclesiæ tubam, simul cum Barnabâ Christi discipulo & Apostolo, sicut diuinus Lucas dicit in Actis; cùm is veniisset in Lycaoniam, quæ est finitima quidem Iconio & Derbæ, ex Pauli verò aduentu magnum erat consecuta miraculum, & claudum ab ipso ortu (O diuinam visitationem! ô admirabile spectaculum!) sanum effectum illius præsentiâ, & pedibus suis absque molestiâ, & securè vtentem. Qui quidem eos, qui erant in ciuitate, in tantam adduxit admirationem, vt esset eis id quod factum fuerat, supra fidem, & suos deos existimarent formâ hominibus assimilatos obire ciuitatem, & eorum esse opus claudi curationem. Postquàm autem, quisnam esset, cognouerunt, & quòd Dei viui esset potiùs Apostolus, & horum, qui falsò dicuntur, deorum aduersarius, ad hoc ipsum missus, vt ab eorum errore liberarentur homines, & quòd prædicat Deum, qui non solùm potest corrigere tales corporum mutilationes, sed etiam suscitare mortuos; multi ab errore deficientes accesserunt ad pietatem. Opus illius miraculi, fuerunt etiam huius admirabilis discipuli & Apostoli parentes, quæ magno studio & liberalitate Paulum domi suæ acceperunt: & pietatis quidem lucem ab eo habuerunt, pium autem & Dei amantem Timotheum, veluti vicissim reddiderunt, qui erat adhuc iuuenis & tener; & aptus ad suscipienda semina pietatis, quod quidẽ licet apertiùs discere ex libro Actuum Apostolorum. Act. 16. 1. Nam cùm Paulus, inquit, obiret Lystram & Derben, erat illic discipulus quidam, nomine Timotheus, filius mulieris Iudææ fidelis, patris autem Gentilis. Huic testimonium bonum reddebant, qui in Lystris erant & Iconio fratres. ex Metaphraste.

3 Cùm sic ergo Paulo traditus fuisset Timotheus, Patri spiritali filius magis proprius, quàm eius qui erat pater secundùm carnem, & ex ciuitate vnà esset excessurus, ab eo circumciditur propter quosdam Iudæos, quibus plena erat ciuitas, & omnia circumcircà: quoniam omnes sciebant illum esse natum patre Gentili. Atque ciuitates quidem obibat Paulus seminans prædicationẽ, veritatemque annuntians, & omnes spiritu regenerans. Eum autem consequebatur sicut stella solem Timotheus: deductus quidem à parentibus, eorum autem cor non obscurè saucians propter separationem. Quid ni enim, cùm essent parentes talis filij, & qui scatebat tam suaui flore virtutis? Ipse verò ex eorũ seiunctione nihil visus est affici, sed quocammodò Pauli desiderio cõtegere suam in parentes affectionem, & ostendere id naturali necessitate longè esse valentius. Hinc in litterarum disciplinâ ab illo instituitur, fitque ei contubernalis, & omnino simul cũ eo vi ebat. Deinde eius quoque Diaconus constituitur, & ad apostolatum confirmatur, periculorum atque laborum effectus socius, & nihil omnino impeditus ab ætatis teneritudine, quò minùs resisteret laboribus: sed generosam inducens voluntatem, quæ ætate plus poterat; adeò vt boni eius animi & piorum operum testem ipsum habuerit magistrum, sic dicentem: Videte, ne quis ipsum contemnat. Opus enim Domini operatur, sicut ego. 1. Cor. 16. 10.

Ibid. v. 3. ab eo circumcidi-tur:

fit eius comes:

ab eo insti-tuitur:

fit Diaco-nus:

4 Cùm autem ad tantam peruenisset virtutem, & tantum eis testem adhibuisset, non hîc solùm, sed etiam in multis aliis locis. Nam modò quidem, inquit, scribens ad Corinthios Paulus; Misi ad vos Timotheum fratrem meum, qui est filius meus dilectus & fidelis in Domino, qui vobis in memoriam rediget vias meas in Christo. & rursus: Si venerit Timotheus, videte vt sine metu sit apud vos. Modò autem ad Philippenses quoque scribẽs, adsciscit socium inscriptionis: Paulus & Timotheus serui Iesu Christi. Et deinceps consequenter in epistolâ: Spero autem in Domino me Timotheum citò ad vos missurum, vt & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. Neminem enim habeo tam vnanimem, qui syncerè pro vobis sit sollicitus. His verò congruentia scribit etiam ad Thessalonicenses: Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, eum hîc quoque honorans societate inscriptionis: Misi ad vos Timotheum fratrem nostrum & ministrum Dei, & cooperatorem in Euangelio Iesu Christi, ad confirmandos vos & exhortandos pro fide nostrâ, & nemo moueatur in istis afflictionibus. Et alibi: Probationem autem eius cognoscitis, quòd sicut filius patri mecum seruiit in Euangelio; illos quoque assumens veluti testes virtutis Timothei. Deinde verò etiam ad Colossenses: Paulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater.

ab eodem sæpe laudatur:

1. Cor. 4. 17. 1. Cor. 16. 10. Phil. 1. 1. & 2. 19. 1. & 2. Th. 1. 1. Thes. 3. 2. Philip. 2. 22. Coloss. 1. 1.

a *Miramur duas has sanctas feminas Loidem & Eunicen, nec in Græcorum, nec in Latinorum Fastis reperiri.*

CAPVT II.

S. Timothei zelus, martyrium. S. Ioannis exilium.

refrænatur eius fer-uor:

5 POrrò autem cùm à præceptore tantum ferret testimonium, & modò quidem filius in Domino fidelis & dilectus; modò autem eius frater & Euãgelij cooperator vocari dignus haberetur; & susque deque tot & tam magna consequeretur encomia; tamen ne sic quidem sibiipsi confidere & non timere poterat: sed tam accuratè viuebat, & tam diligenter se exercebat, & tam acriter se affligebat, vt eum etiam exhortaretur Præceptor, suadens discipulo, ne aquam ampliùs biberet, sed vino 1. Tim. 5. 23.

EX METAPHRASTE. 1. Tim. 5. 23.

vino modico vteretur: Propter ſtomachum tuum, inquit, & frequentes tuas infirmitates.

eius zelus & labores:

6 Sed quamuis ſic laboraret eius corpus continuâ infirmitate, & haberet deiectam ſtomachi facultatem, generoſus reſplendebat animus. Non poterat enim corporis infirmitas deprimere tam generoſum animum: ſed celeri zeli pennâ omnem in partem peruolabat, & modò quidem Epheſum, modò verò Corinthum illius linguæ Sirenes demulcebant. Macedoniam quoque ſæpè & Italiam & vniuerſam terram cum Præceptore complectebatur prædicatione. Quid autem dixeris, quàm multos cupiditatibus à ratione maximè alienis & abſurdis ſeruientes, ab hoc graui liberauit miniſterio? Rectè nouit, quod dico, is qui eius qui Corinthi eſt fornicatus non ignorauit delictum. Erat enim diuinus Timotheus non ad intelligendum ſolùm acutiſſimus, ſed ad dicendum etiam promptiſſimus, & ad facundiâ egregiè vtendum dexterrimus, & in diuinis exponendis iucundiſſimus, & ad Eccleſiam componendam & cuſtodiendam vel maximè idoneus. Nam & copioſiorem conſecutus eſt gratiam; & doctrinæ fontibus vſus eſt duplicibus; non Pauli ſolummodò admirabili lyrâ Spiritus ſe oblectans, ſed etiam verſans cum Ioanne eximiè dilecto diſcipulo, & ab eo præfectus adminiſtrationi Sedis Epheſiorum, cùm ab eo audiſſet & didiciſſet, quæ ille rurſus à bono Spiritu.

verſatur cum S. Ioãne Apoſtolo.

S. Ioannes naufragus,

7 Nam cùm Nero, qui malè ad imperium, malè (ô iuſtitia & Dei tolerantia!) acceſſerat, fini martyrij Principes Apoſtolorum, Petrum, inquam, & Paulum, ſubieciſſet, & alij qui cum ipſis erant diſcipuli ſe aliò conuertiſſent; accidit vt hîc magnus Euangeliſta & Theologus Epheſi conſiſteret, à tempeſtate & naufragio eiectus, vt & referunt quæ ab Irenæo Lugdunenſi ſcripta ſunt, & fama tradit. Ex diſcipulis autem ij, qui ſecuti ſunt alios Euangeliſtas & Apoſtolos, ea quæ ab illis diuersâ linguâ compoſita fuerant, (nondum enim vnius vocis ſermone vſi fuerant) cùm ad Epheſiorum ciuitatem detuliſſent, ei tradunt. Illum verò, vt etiam videtur Euſebio Pamphili hæc tractanti, aiunt ea quidem, quæ ſcripta fuerant, admiſiſſe, de eorum veritate ferè do teſtimonium: animaduertiſſe autem in eis ſolam reſtare narrationem de iis quæ in primis & in principio prædicationis à Chriſto facta fuerant. Et vera quidem eſt oratio. Inuenies enim, ſi diligenter conſideraueris, tres Euangeliſtas ea ſolùm conſcripſiſſe, quæ vno anno à Seruatore geſta ſunt, poſtquàm Ioannes Baptiſta fuit coniectus in carcerem, idque eos rectè ſignificare in principio ſuæ hiſtoriæ. Nam poſt ieiunium Chriſti quadraginta dierum, & eam quæ in ipſo fuit tentationem, Matthæus quidem ſignificat tempus ſuæ ſcriptionis, dicens: Cùm autem audiuiſſet, quòd Ioannes erat traditus, à Iudeâ receſſit in Galilæam. Lucas quoque priuſquàm inciperet narrare facta Ieſu, ſimiliter oſtendit, dicens, quòd adiiciens Herodes iis quæ fecerat, incluſit Ioannem in cuſtodiâ. Propterea ergo dicunt, Ioannem Apoſtolum rogatum, tempus quod fuit ſilentio præteritum à prioribus Euangeliſtis, & quæ in eo facta fuerant à Seruatore, ea autem ſunt quæ facta ſunt antequàm Baptiſta in carcerem coniiceretur, in ſuo tradidiſſe Euangelio, etſi priùs non ſcriptâ vſus eſſet prædicatione, & hoc ipſum ſignificaſſe, partim quidem dicendo, Hoc principium fecit ſignorum Ieſus, partim autem faciendo mentionem Baptiſtæ inter actiones Ieſu, vt qui tunc adhuc baptizaret in Ænon prope Salim. Præterea verò hoc oſtendit apertiùs, dicens: Nondum enim erat Ioannes coniectus in carcerem. Ex his ergo apertè oſtendit, Theologum ea in ſuo Euangelio tradere, quæ à Chriſto facta ſunt, Ioanne nondum coniecto in carcerem: reliquos autem tres Euangeliſtas meminiſſe eorum, quæ facta ſunt, poſtquàm Ioannes fuiſſet coniectus in vincula. Quæ qui attenderit, non ampliùs ei videbuntur diſcrepare Euangelia; quòd id quidem quod eſt ſecundùm Ioannem primas Chriſti continet actiones, reliqua autem, hiſtoriam quæ facta eſt in ipſo fine Chriſti. Meritò ergo carnis quidem Seruatoris noſtri genealogiam, vt quæ à Matthæo & Lucâ priùs ſcripta fuiſſet, Ioannes ſilentio præteriit: à Theologiâ autem incipit, vt quæ ei, vtpote præſtantiori, fuiſſet à bono Spiritu conſeruata. Et ſic quidem Euſebius de Ioanne & aliis narrat Euangeliſtis.

ſcribit Euãgelium,

I. 3. Cont. hær. c. 1. & 11.

Matth. 4. 12.

Luc. 3. 20. *& ab aliis omiſſa narrat:*

Ioan. 2. 11.

cap. 3. 23. & 24.

8 Fieri ergo non poterat, vt ipſius veritatis, Chriſti, inquam, verba exciderent, qui diſcipulis ſuis dixit: In mundo afflictionem habebitis. Neque ergo excidêrunt, ſed vterque multas ſubiit moleſtias. Cùm enim Domitianus per magnam vim ſceleris tunc inuaſiſſet imperium, condemnatur hic quoque habitare vnam ex Cycladibus. Domitianus, inquam, cui poſt Neronem & eos qui intercedunt mandatum fuit imperium; ei autem improbitate nihilo fuit inferior, ſed ſemper ad ipſũ reſpiciebat, aut etiam ſceleribus & flagitiis ſuperabat, & ſtructis in alios calumniis tam lubenter aures accommodabat, quàm ſuis ipſius laudibus: ſiquidem tantum valuit aſſentatio, vt etiam Domitianum laude aliquâ impertiret & celebraret. Illius ergo ad facilè audiendas calumnias propenſio, Ioannem condemnat, vt relegetur in Patmon. Sic enim nominata eſt inſula, in quam fuit relegatus. Quem quidem in locum cùm per ignominiam relegatus fuiſſet venerandus Ioannes, Timotheus a eius loco ſuſcepit epiſcopatum Epheſiorum: quamquàm nec ipſum quoque in Sede longo tempore viuere permiſit inimicus.

Ioan. 16. 33. *exulat in Patmo.*

a

9 Erat enim quidam dies feſtus apud Epheſios, qui ab eis vocabatur Catagogium: in eo ergo & clauas tollentes, & ſimulacra in manibus tenentes, & ſibi quaſdam imponentes perſonas, & inſigniores partes ciuitatis impudenter obeuntes, & iis quædam carmina decantantes, viroſque & mulieres more prædonum inuadentes, magnam cædem eorum faciebant: eâ ratione putantes execrandi, ſe ſuum honorare dæmonem, vt eos viderentur homines honorare, quorum maximus cultus eſt mors eorum qui honorant. Diuinus ergo Timotheus hoc ægrè ferens, & igne zeli viſceribus inflammatus, & partim quidem conſiliis vſus & admonitionibus, cùm minimè potuiſſet eis perſuadere, vt à tali deſiſterent inſaniâ, accedit ad eos in media compita, cùm iam feſtum ageretur, rurſus admonens, increpans, docens, quid non faciens ex iis quæ poſſent dimouere hominem à tali in ſaniâ.

Catagogia reprehendens Timotheus;

occiduntur

10 Illi autem eius dicendi libertatem ægrè ferentes, quæcumque habebant in manibus, iis aduersùs eum vſi ſunt, eum ferientes & per terram trahentes cum quàm maximâ dici poteſt crudelitate & inhumanitate, & tandem humi iacentem, cùm omnis virtus vitalis & operatio eum deficeret, quidam Chriſtiani eum tollentes, parum adhuc & ægrè ſpirantem, & iam morti vicinum, vltra ciuitatis portum depoſuerunt: vbi cùm Deo commendatum emiſiſſet ſpiritum, corpus rurſus piè & ſanctè in quodam loco condunt, qui apud eos Pion, b id eſt, pinguis, dicitur.

à Chriſtianis ſepelitur:

b

a *Non ſucceſſit Ioanni Timotheus: hic enim fuit primus Epheſiorum Epiſcopus, ſed quamdiu aderat Ioannes, Apoſtolus Chriſti & Euangeliſta, is, licet non vni Sedi adſtrictus, primariâ tamen valebat auctoritate.*

b *Græcè* Πίων, pinguis, opimus.

CAPVT III.

S. Timothei reliquiarum tranſlatio.

11 LOngò autem tempore poſteà, Conſtantij in eum amores, qui filius fuit Conſtantini, Magni, inquam, illius & primi Imperatoris Chriſtianorum, illinc exportant reliquias, deſiderij adminiſtro vtentes Artemio: qui cùm egregiæ illius Timothei in dicendo libertatis fuiſſet imitator, ei quoque poſteà fuit conformis mortis ſimilitudine, & fuit martyrij ornamento propter Chriſtum decoratus. Reponitur autem in ſacrâ arâ eius, quod

transfertur Conſtantinopolim,

quod cognominatur templum Apoſtolorum, (fuit verò id Conſtantij manus opus & fidei) ſub ipsâ mensâ myſticâ, ſuppeditator miraculorum, diſpenſator gratiarum, theſaurus qui non poteſt exinaniri, diuitiæ quæ non conſumuntur, & cum Lucâ & Andreâ connumeratur: Deo fortaſſe hoc benignè prouidente, vt ſicut eis omnia fuêre communia, mores, diſciplina, prædicatio; commune quoque eſſet ſepulcrum, quoniam eis quoque eſt illic quies communis.

vbi templum pòſt reſtauratum à Iuſtiniano.

12 Templum autem Iuſtinianus, cum manu poſteà magnificentiori quoque arte adhibitâ, ſplendidè ædificat & transformat, & ei pulchritudinem & magnitudinem, quæ nunc eſt & cernitur, exhibet, præterquàm myſticam & diuinam menſam. Ab eâ enim ſolâ abſtinuit, hoc pulchrè & ſanctè faciens propter depoſitionem ſacrarum reliquiarum. Quocircà poſita eſt in medio templo vſque in hodiernum diem, cùm menſam ex puriſſimo argento conſtruxiſſet, & cum magnâ ſui in Chriſtum amoris ſignificatione, ſanctorum Chriſti Apoſtolorum ſancta corpora recondidiſſet.

13 Cùm autem impius Domitianus ſceleratiſſimè quidem imperaſſet, miſerrimè autem vitam finiiſſet, Nerua ſuſcipiens imperium, & ſtatim poſt ipſum Traianus quoque, cùm ſe & quàm fieri poſſet clementiſſimos & æquiſſimos vellent oſtendere, cum multis aliis Euangeliſtæ quoque & Theologo diſſoluunt exilium. Ille autem cùm Ephesum (ô cum quanto dixerit quis gaudio & honore?) rediiſſet, & diuinũ iam Timotheum ad Ieſum, quem deſiderabat, exceſſiſſe didiciſſet, & fine martyrij curſum Euangelij obſignaſſe, & eſſe Eccleſiam Præſule defectam inueniſſet, eam rurſus ſuſcipit: adeò vt idem & Sedem Timotheo præbuerit, & ei ſucceſſerit. Quæ quidem vtraque ſunt eius zeli in Deum, magniſque illius ſtudii & ardoris in pietatem. Qui quidem longo poſteà tempore perpetuò curam geſſit Eccleſiæ, & veritatis annuntiauit prædicationem, ad augmentum pietatis, ad ſalutem animarum, ad gloriam Domini noſtri Ieſu: cum quo Patri vnà cum ſancto Spiritu eſt omnis honor nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

Ex MSS. S. Ioannes Epheſi vixit poſt Timotheum.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

BABYLA EPISC. ANTIOCHENO, VRBANO, PRILIDIANO, EPOLONIO, PVERIS, EIVS DISCIPVLIS.

§. I. *Horum Martyrum dies natalis. Acta.*

III. SECVL. I XXIV. IANVAR. *S. Babylæ natalis 24. Ianu. apud Latinos;*

Eleberrimum S. Babylę *Epiſcopi nomen, præſertim poſt triumphatam Apoſtatæ Iuliani impietatem, indictumq; Daphniticis oraculis ſilentium. Diuerſis diebus, vt paſſim multorum, adſcriptum eſt Faſtis; Græcis pridie Nonas Septembris, Romanis IX. Kal. Februarij. an alter martyrio, tranſlationi alter dicatus ſit, ambigi poteſt: aut duóne fuerint* Babylæ *Antiſtites; de quâ re infrà. Quid vtroque die Martyrologia de* Babylâ *prædicent, quem* Babyllam *quoque,* Babyllum, Babilam, *&* Babillum *appellant, præmittemus. Vetus Romanum à Roſvveydo editum:* Antiochiæ S. Babylæ Epiſcopi. *MS. S. Hieronymi:* Antiochiæ Bàbilæ Epiſcopi cum tribus paruulis. *Paria in multis excuſis ac manu exaratis leguntur. Vſuardus:* Apud Antiochiam natalis S. Babilæ Epiſcopi, qui perſecutione Decij, poſteaquàm frequenter paſſionibus ſuis ac cruciatibus glorificauerat Dominum, glorioſæ vitæ finem eſt ſortitus in vinculis. Referuntur etiam paſſi cum eo tres paruuli, id eſt, Vrbanus, Prilidanus, & Epolonus. *Eadem ferè Martyrologium Romanum, Bellinus, Viola SS. MS. Florarium, Caniſius, aliiq;. Ado, Beda vulgatus, Molanus in addit. ad Vſuardum, ad elogium ex Vſuardo iam recitatum, adiiciunt ex Ruffino haud pauca de triumphali è Daphne tranſuectione. attingit eam breuiter Notkerus & Caniſius. Agunt de eo quoque Maurolycus, Rabanus, VVandelbertus, ac ceteri Latini. Et colitur in quibuſdam Eccleſiis officio trium Lectionum, in aliis omnino ſolenni, vt Mediolani: alibi cum officio de S. Timotheo ſit de eo commemoratio.*

4. Septẽb. apud Græcos.

2 *Græci IV. Septembris eum celebrant. Ita Anthologion à Clemente VIII. approbatum:* Sacri Martyris Babylæ Epiſcopi Antiochiæ: qui Numerianum Imperatorem, in eccleſiam, cui ipſe præerat, ingredi volentem repulit, quòd filium Regis Perſarum, obſidem ſibi datum, trucidaſſet. Quapropter catenis ferreis vinctus circumductus ad pompam eſt Babylas, cumque tribus pueris plexus capite. *Eadem habet Menologium ab Henrico Caniſio editum, Menæa, Cythereus.*

3 *Acta S. Babylæ videntur à Leontio tradita eſſe litteris. ita enim ſcribit Chronicum Alexandrinum ad Indict. XIV. Decio patre & filio Coſſ.* Ex maiorum portò relatione & hoc de S. Babyla (vti B. Leontius Antiochiæ Præſul ante hæc tempora narrauit) didicimus. Decius hic *&c. inferiùs cetera proferentur. Fuit* Leontius *S. Luciani Martyris, de quo VII. Ianuarij actum eſt, diſcipulus: qui cùm Presbyter eſſet, ſeipſum caſtrauit, quò liberiùs cum feminâ iuuenculâ conuerſari abſque periculo poſſet: eamq; ob cauſſam gradu motus, ad Arianos grandis natu deſciuit infelix, ac denique, Conſtantij Imperatoris voluntate ac ſtudio, Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus creatus eſt. Agunt de eo S. Athanaſius in apologiâ de fugâ ſuâ ſub finem, & epiſtolâ ad vitam ſolitariam degentes; Socrates lib. 2. cap. 22. Theodoretus lib. 2. cap. 24. & alij. Scripſit is fortaſſis Babylæ geſta, atque etiam Luciani magiſtri ſui, antequàm Arianis ſeſe adiungeret.*

Acta ſcripta à Leontio:

4 *Ea vita, vt ab illo ſcripta eſt, an extet, haud ſcimus. Triplicem hic damus. Primam deſcripſimus è vetuſto codice manu exarato monaſterij S. Mariæ de Ripatorio, contulimuſq; cum excuſis Agonibus Martyrum, & iis quæ, ſubinde prolixiora, edita ſunt à Bonino Mombritio. Aliam plerumque elegantiùs & fuſiùs deductam, deſcripſerat Roſvveydus è vetuſtiſſimo M. Velſeri codice, quæ cum MSS. S. Maximini & S. Audomari contulimus. His addimus quæ Metaphraſtes vel compoſuit vel collegit, à nobis cum Græco codice collata. Habuit eadem Acta (ſiue quæ poſteà Metaphraſtes deſcripſit ac recenſuit, ſiue alia, quæ fors interciderint) S. Chryſoſtomus, & præcipua ex iis prolixâ amplificatione deduxit Orat. contra Gentiles, vt eadem pueri regij à tyranno perpetratam, Babylæ conſtantiam hunc aditu eccleſiæ arcentis, furorem irritati ex eo tyranni, ipſius Babylæ poſtrema mandata, iubentis corpus ſuum cum vinculis ſepeliri.*

vnde hic edita.

5 *Variè ſanctorum puerorum exprimuntur nomina: nam* Prilidianus, *ab Vſuardo, Molano, & multis MSS.* Prilidanus *appellatur; à Petro de Natal.* Prælidanus; *Maurolyco* Præli- dianus; *à quibuſdam* Prilibanus: Epolonius *verò, ab Vſuardo & Bellino* Epolonus, *à Molano* Eupolenus; *à Maurolyco & Galeſinio* Epulonius; *à Rabano* Eupolinus; *à Petro* Epollonus, *à Felicio* Apolonius; *à Viola SS* Euphonus; *à Carth. Colonien.* Pepolenus; *ab aliis* Epolanus, Eupholonus, Eupolonus, Eponus. *Meminit horum trium puerorum, & cum* S. Babylâ quadrigam *appellat S. Chryſoſtomus Oratione de SS. Iuuentino & Maximo, ſub initium, quam XXV. Ianuar. dabimus. S. Eulogius lib. 1. Memorialis SS. cap. 16.*

Sociorum nomina.

EX VARIIS.

§. II. S. Babylæ mortis tempus. vnúſne an duo fuerint.

6 *MAgna de S. Babylæ ætate controuerſia eſt, aut potiùs, vnúſne an duo Babylæ fuerint. Non de eo quærimus Babylâ, qui Antiochiâ oriundus, Nicomediæ deinde ſub Maximiano cum LXXX. pueris, quos litteris inſtituebat, martyrium adeptus, colitur à Græcis IV. Septembris, quem tamen ipſum repudiat Baronius. Nec de tertio Babylâ, itidem Antiocheno, eſt ſermo, qui cum duobus diſcipulis Timotheo & Agapio in Siciliâ pro fidei defenſione iugulatus eſt, vnde &* Babylas in Siciliâ *appellatur. Sed duóne fuerint Babylæ Antiocheni Epiſcopi ambigitur, quorum vnus ſub Decio in carcere, ſine ferro aut vi aliâ, extinctus ſit, alter triginta pòſt annis ſub Numeriano gladio occubuerit. Vnicum antiqui memorant, ſub Decio: Acta, ſub Numeriano, cùm is ad bellum Perſicum proficiſceretur, interfectum tradunt: S. Chryſoſtomus tyrannum non nominat: ceteri, qui translationem Babylæ narrant, primúſne an ſecundus fuerit, non produnt; quod tamen erat neceſſe ſi duo extitiſſent. Recentiores Græci duos ſtatuunt. Sed recitanda ſcriptorum teſtimonia, è quibus iudicium Lector ferat.*

S. Babylam ſub Decio paſſum teſtatur Euſebius,

7 *Euſebius Hiſt. Eccleſ. lib. 6. cap. 23.* Eodem tempore (*cùm Romæ imperaret Gordianus, Pontifex eſſet Fabianus*) Antiochenam Eccleſiam, mortuo Zebino, moderandam ſuſcepit Babylas. *& cap. 32.* Philippo cùm ſeptem annos imperaſſet, ſuccedit Decius, qui ex odio quo in Philippum ferebatur, perſecutionem aduersùs Eccleſias commouit: in quâ Fabiano Romæ martyrium ſubeunte, Cornelius pontificatum capeſſit. In Palæſtinâ verò Alexander Eccleſiæ Hieroſolymorum Epiſcopus, rurſum pro Chriſto Cæſareæ Præſidis præſentatus tribunali, ſecundâ ornatus confeſſione, carceris moleſtiâ tentatus eſt, grandi iam ætate, ac venerandâ canitie. Qui vbi poſt præclarum & illuſtre fidei Chriſtianæ teſtimonium Præſidis tribunali datum, in cuſtodiâ obdormiuit; Mazabanes ſucceſſor eius in Hieroſolymitano epiſcopatu declaratur. Simili autem modo, atque Alexander, Antiochiæ Babylas, poſt confeſſionem, in carcere vitam cum morte commutauit, & Fabius illi Eccleſiæ præficitur. *Græcè poſtrema hæc ita efferuntur:* Τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ παρεχωλησίως ἐν Ἀντιοχείᾳ ὁ Βαβύλα, μὴ τὴν ὁμολογίαν, ἐν δεσμωτηρίῳ μεταλλάξαντι, φάβιος τὰ αὐτὰ περίαλα ἐκκλησίας. *Nulla hîc gladij, nulla ſociorum, nulla deductionis ad locum martyrij mentio, nulla corporis cum vinculis ſepulti.*

S. Hieronymus,

8 *Idem Euſebius in Chronico, interprete S. Hieronymo:* Decius cùm Philippos patrem & filium interfeciſſet, ob odium eorum in Chriſtianos perſecutionem mouet..... Alexandro Hieroſolymorum Epiſcopo apud Cæſaream Palæſtinæ ob martyrium interfecto, & Antiochiæ Babyla, Mazabbanes & Fabius Epiſcopi conſtituuntur. *S. Hieronymus lib. de ſcriptor. Eccleſ. cap. 54. in Origene:* De crudelitate autem perſecutionis, quæ aduersùm Chriſtianos ſub Decio conſurrexit, eò quòd in religionem Philippi deſæuiret, quem & interfecit, ſuperfluum eſt dicere; cùm etiam Fabianus Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus in ipsâ occubuerit; & Alexander Babylaſque Hieroſolymorum & Antiochenæ Eccleſiæ Pontifices in carcere pro confeſſione Chriſti dormierint. *Aliter de S. Fabiani, aliter de horum morte loquitur; hos dormiiſſe, & quidem in carcere, illum occubuiſſe. De S. Fabiano actum XX. Ianu. de S. Alexandro XVIII. Martij. Decianæ quoque perſecutioni Babylæ martyrium adſcribit S. Epiphanius lib. de ponderibus & menſuris, nu. 19.* In perſecutione, *inquit,* Decij martyrium ſubiit Babylas Antiochiæ, Fabianus Romæ, Alexander Epiſcopus Hieroſolymorum Cæſareæ. *Et Nicephorus in Chronologiâ:* Babylas Martyr factus temporibus Decij, annis 13. *Vſuardus, Ado, aliíq; anteà citati idem ſcribunt; vti & Zonaras tom. 2. Annal.*

S. Epiphanius,

Nicephorus Conſtantinop.

Sub Numeriano multi Græci, & Latini:

9 *Sub Numeriano paſſum* Babylam *præter acta triplicia, (quæ & Chryſoſtomus magnâ ex parte retulit, omiſſo tamen tyranni nomine) tradunt Græci in citatis ſuprà Menæis, Menologio, Anthologio; itemq; Maximus Cythereus, Maurolycus, Rabanus, Petrus de Natal. lib. 3. cap. 16. S. Aldelmus lib. 1. de laude virginitatis cap. 39. Vincentius Bellouac. Speculi hiſt. lib. 11. cap. 122. Breuiaria plurima, vt Burgenſe in Hiſpaniâ, aliaq;: at recentiora ambiguè. Pariſienſe nouum:* Babylas Epiſcopus Antiochenus, Decium Imperatorem, vel, vt alij malunt, Numerianum Præſidem, poſt ſcelus aliquod admiſſum, in Dei templum ingredi volentem animosè prohibuit, *&c. Lexouienſe:* Decium Imperatorem, vel, vt alij malunt, Murianum Præſidem. *Conſtantius Felicius:* Babylas Epiſcopus Antiochenus, qui cùm ab ingreſſu eccleſiæ repuliſſet Iulianum Imperatorem, (aut, vt alij ſcribunt, Numerianum, alij Aurelianum) ab eo interfectus eſt, cum Theodolâ feminâ, & tribus pueris Vrbano, Prelidiano, Apolonio. Alij XXII. die Ianuarij eos referunt. *hæc ille. Iſacius Caſaubonus vir litteratus & curioſus, ſi non à rectæ fidei regulâ exerraſſet, Notis in Iulij Capitolini Maximinos duos,* Carum Imperatorem *ait à Babylâ ab eccleſiâ excluſum. Et ſanè, ſi Numerianus fuit, aderat tunc quoque Antiochiæ Carus pater, neque enim poſt mortem patris Antiochiam reuertit Numerianus. In veteri tamen Breuiario Pariſienſi dicitur ſub Carino & Numeriano paſſus Babylas.*

alij ſub Aureliano:

alij ſub Caro.

10 *Petrus Galeſinius primus videtur* Numerianum Præſidem *ſub Decio Auguſto excogitaſſe; ſed plura peccat.* Antiochiæ, *inquit,* S. Babylæ Epiſcopi, & trium puerorum, Vrbani, Prilidiani, & Epulonij Martyrum. Ille vitæ meritis & doctrinâ præſtantiſſimus, eius vrbis factus Epiſcopus, Decio Imperatore, cùm Numerianum Præſidem, tamquàm nefarium paricidam, qui regios pueros ſibi in fidem traditos necaſſet, in templum ingredi conantem, ab aditu prohibuiſſet; id iniquo animo tyrannus ferens, primò illum in cuſtodiam includi, tum catenis ferreis vinctum, in omnes vrbis partes raptari, demum vnà cum tribus iis pueris, quos Chriſtianæ religionis doctrinâ inſtruxerat, capite multari imperat. Eius corpus vnà cum vinculis ferreis, vt is iuſſerat, ſepultum; pòſt Galli Cæſaris iuſſu Daphnen, vbi oracula Apollo reddebat, translatum, cùm eam ob cauſſam dæmon illicò mutus factus eſſet, eâ re animaduersâ Iulianus Apoſtata inde aſportari iuſſit: ſicque demum Martyris reliquiis Conſtantinopolim religiosè per Chriſtianos tranſlatis, hoc mirabiliter factum eſt, vt paullò pòſt Apollinis & templum corrueret, & ſimulacrum igne cælitus emiſſo conflagraret. *Hæc Galeſinius. at ceteri ipſum Imperatorem repulſum à Babylâ ſcribunt, non Præſidem; vnicum puerum regium à tyranno occiſum, non plures; nec* in omnes vrbis partes *raptatum, ſed vinctum catenis iuſſum populi obtutibus proponi, aut palàm in carcerem duci, aut certè πομπεύεσθαι, vt habent Græci: neque* Conſtantinopolim, *ſed Antiochiam è Daphne deuectum corpus: nec denique, quod idem in Notis ſcribit Galeſinius,* agunt Græci *Babylæ* natalem pridie Nonas Octobris, *ſed* Septembris: *nec trium puerorum meminit S. Chryſoſtomus* in ſermone contra Iuuentinum, *ſed oratione in SS. Iuuentinum & Maximum Martyres, vt diximus.*

Galeſinius correctus.

11 *His ita conſtitutis, meritò venire in mentem cuipiam poteſt duos fuiſſe* Babylas *Epiſcopos, & (vt ſæpè alibi euenit, & paſſim obſeruare licet) vtriuſque in vnum Acta eſſe conflata; cùm alioquin prior ſub Decio in carcere extinctus ſit, poſterior ſub Numeriano ferro percuſſus occubuerit. Reiicit quidem eam ſententiam Baronius in Not. ad Martyrol. vbi citatis aliquot Patrum, quæ retulimus, teſtimoniis, ſubdit:* Ex quibus etiam & hi errare conuincuntur, qui eiuſdem ciuitatis duos Babylas excogitarunt. Alij autem, inter quos Nicephorus, cùm ponunt duos Babylas, alterum eorum Antiochiæ ſub Numeriano Imperatore præfuiſſe Eccleſiæ, alterum verò Nicomediæ dicunt fuiſſe Epiſcopum. *At Nicephorus illum Nicomediæ occiſum non dicit Epiſcopum fuiſſe; ita enim ſcribit lib. 5. cap. 26.* Quo tempore (*perſecutionis Decianæ*) & Babylas apud Nicomediam pro Chriſto fortiter decertauit. Alius hic eſt Babylas ab eo qui Antiochiæ ſub Numeriano præclaram confeſſus eſt confeſſionem. *At Nicomedienſem illum ſub Maximiano certaſſe, tradunt Menæa IV. Septembris. Baronius in Annal. ad annum 241. num. 1.*

Vnicum Babylam agnoſcit Baronius.

num. 1. ſcribit exploſam à ſe opinionem eorum, qui ad malè conciliandas de tempore cædis Babylæ diuerſas opiniones, duos Babylas introduxerunt. idem repetit ad an. 253. nu. 126.

Suidas perperàm citatus.

12 *Aſt in iiſdem Notationibus ad Martyrologium*, Non eſt hîc recens, *inquit*, quæſtio. Suidas planè teſtatur diuerſas de Babyla fuiſſe ſententias, dicentibus aliis, eum ſub Decio, aliis verò paſſum ſub Numeriano: ad quas conciliandas, duos Babylas à prædictis excogitatos. *Quaternas vidimus Suidæ editiones; Græcam Aldi Manutij an. 1514. Latinam Baſileenſem an. 1564. Græcam an. 1544. Græcolatinã Æmilij Porti an. 1619. in nulla illarum id habetur, quod ſcribit Baronius.* Babylas, *inquit Suidas*, Epiſcopus Antiochenus. Hic, vt quidam aiunt, Numeriano, vt alij Decio, caſu quodam ingredi in confertam hominibus eccleſiam cogitanti, præ foribus ſtans, obſtitit, dicens, ſe pro viribus pugnaturum ne lupus in ouile ingrediatur. Ille verò confeſtim ab ingreſſu receſſit, vel tumultum multitudinis veritus, vel mutatâ animi ſententiâ: ægrè tamen repulſam illam tulit, *&c. neque omnino de ſecundo* Babylâ *verbum addit. Eadem refert Metaphraſtes iiſdem ferè verbis in Actis S. Artemij X X. Octobr.*

Duos Babylas refert Chronicum Alexandrinum,

13 *Primus duos* Babylas *viſus eſt conſtituiſſe auctor Chronici Alexandrini, licet confusè; nam Indiction. XIV. anno Decij 2. Chriſti 251. ita ſcribit:* Eodem tempore Babylas Antiochenus Antiſtes curriculum martyrij abſoluit: cuius vicem ſubiit Flauius tertiusdecimus à primo, qui item Sedem per tres annos obtinuit. Multi præterea eâ tempeſtate cùm in Oriente tum in aliis regionibus pro fide Chriſti occubuerunt. Ex maiorum porrò relatione & hoc de S. Babylâ (vti Beatus Leontius Antiochię Epiſcopus ante hæc tempora narrauit) didicimus. Decius hic S. Babylam non ſolùm ob Chriſtianam religionem interfecit; ſed quòd auſus eſſet Philippi Imperatoris cõiugem & ipſum Philippum, cùm eſſent Chriſtiani, ab aditu templi arcere, quòd delicti quidpiam commiſiſſet Philippus, *&c. ſed, vt rectè monet Radorus noſter, locus eſt mirè corruptus. Philippum Fabianus Papa à ſacræ Euchariſtiæ communione excluſit, donec peccata inter pœnitentes homologeſi expiaſſet; auctor id ad Babylæ factum retulit; & quidem, ſi duo ſint Babylæ, tribuit primo, quod ſecundi eſt. Duos verò agnoſcit, nam Carino & Numeriano Coſſ. anno Chriſti 284. quo Diocletianus inuaſit imperium, iſta habet:* Rurſum proſcriptio Chriſtianorum inſtituta eſt, quâ multi martyrio affecti; inter quos & S. Georgius & S. Babylas. Hic Antiochiæ Magnæ erat Epiſcopus, quò Carinus Imperator appulit, tendens ad bellum contra Perſas cum patruo ſuo Caro. Carus in Meſopotamiâ de cælo tactus interiit, *&c.*

Cedrenus,

14 *Duos quoque Babylas conſtituit Georgius Cedrenus, in Decio quidem ita ſcribens:* Sub quo Babylas Antiochiæ, Flauianus Romæ, Alexander Hieroſolymorum, Dionyſius Alexandriæ Epiſcopi martyrio coronati ſunt. *idem deinde in Caro, Carino, Numeriano:* Caro peſte ſublato, Numerianum oculis captum Aper ſocer ſuus ſuſtulit. & imperauit Numerianus Dux Myſiæ. Sub eo S. Babylas Antiochiæ martyrium ſubiit. Numerianum Diocletianus interfecit. *Sed videtur Aprum, ipſum* Numerianum *appellare, quamquàm non imperauit ille, ſed imperium paricidio inuadere voluit. Nicephorus Calliſtus lib. 5. cap. 27. agens de Decij perſecutione,* Hinc Romæ Fabianus, *inquit*, in Palæſtinâ verò Hieroſolymis Alexander, Antiochiæ Babylas, cuius in epiſcopatu ſucceſſor Fabius fuit) cùm bonum certamen certaſſent, epiſcopalem ſtolam ſanguine tinxerunt. *at de altero Babylâ lib. 6. cap. 33.* Cùm Cari filius Numerianus Antiochiam, quæ eſt ad Orontem, veniſſet, dicitur in Chriſtianorũ eccleſiam ingreſſus, & cùm vellet licenter eorũ perſpicere myſteria, Babylas Epiſcopus generosè illi in faciem reſtitit, dicens fas non eſſe ei ab idolorum ſacrificiis cruore adhuc polluto, Dei domum repentè ingredi, & diuina myſteria contaminatis oculis ſpectare. Quâ re offenſus Numerianus, eum tormentis excruciatum necauit. *Hæc de Babylâ. infrà de eius tranſlatione.*

Nicephorus Calliſtus.

ACTA

ex veteri MS. Ripatorij, & Mombritio.

CAPVT I.

Quæſtio 1. in S. Babylam.

S. Babylas tyrannum ab ingreſſu eccleſiæ repellit:

1 NVmerianus Rex cùm immolaſſet obſcœnis dæmoniis, voluit introire in domum Domini. Beatus autem Babylas Epiſcopus Catholicæ Eccleſiæ, vt paſtor bonus ouium ſuarum, audiens velle ingredi Numerianum eccleſiam, eleuans vocem ſuam dixit ad plebem: Filioli mei, ſtabiles eſtote in fide, & orate ſine ceſſatione. Minatur enim lupus ingredi in ouile Domini: quem Dominus Ieſus Chriſtus ſpectantibus vobis habet confundere. Ipſe verò egreſſus foras expectabat Numerianum. Adueniente verò Numeriano, & volente ingredi eccleſiam Domini, habens manus pollutas, vi ingredi conabatur. At verò famulus Dei Babylas, repellens eum, dixit: Iam dixi tibi, Eccleſiam Domini non *a* poteſt homo ſacrilegus & immundus introire. Videns verò fiduciam viri Numeriani, timens etiam famam maximam quæ erat de eo, iuſſit eum in craſtinum cuſtoditi.

a comprehenditur:

2 Alterâ autem die ſedente eo in conſiſtorio, præcepit ſibi S. Babylam offerri; dixitque ad eum: Infeliciſſime hominum, quid tibi viſum eſt, vt volente me ingredi eccleſiam, manum obuiàm tenderes? An neſcis, quia Rex tibi loquitur? Per *b* virtutem meam, quam habeo ſuper omnes homines, non effugies manus meas. Volo enim videre ſi te adiuuet Deus tuus. Babylas reſpondit: Ego verò ſum homo humilis. Complacuit tamen Deo, vt conſtitueret me paſtorem plebis ſuæ. Vnde cùm vidiſſem lupum venientem & volentem ingredi in ouile Domini; feſtinaui repellere eum; ne aliquem perdẽs, reus efficerer in conſpectu Domini. Numerianus dixit: Lupus tibi viſus ſum, & non Rex, biothanate? Babylas dixit: Secundùm indulgentiam Dei, es Rex propter peccata noſtra; vt vel ſic verberati reuertamur ad Deum. Ego verò Chriſtum Ieſum colo, quem tu contemnis; qui tibi hanc, cùm nihil eſſes, dedit poteſtatem, vt eſſes quod non eras, quò cognoſceres eum: & tu in iram prouocas eum, & creaturas eius magis, quàm eum qui eſt creator omnium, adoras. Numerianus dixit: Deliras, iniurias nobis irrogãs. Magni ergo dij creaturæ tibi eſſe videntur? Babylas dixit: Opera manuum hominum ſunt, inuenta à ſatanâ, qui per inuidiam ſuam proiectus eſt de cælo, cùm eſſet vnus ex Angelis; & genus hominum ex parte idololatriæ ſubuertit; quem Deus diſperdere habet cum omnibus miniſtris eius.

b

intrepidè facti rationem reddit:

3 Numerianus dixit: Fabulæ ſunt quæ loqueris. Nam ſcripturæ noſtræ myſteria ſunt, & magna ſacramenta. Vnde iubeo te obtemperare & ſacrificare. Certè ſi nolueris, non manebis impunitus. Non enim es melior præceſſoribus noſtris, qui ſic agentes magno ſunt honore cumulati. Babylas reſpondit: Myſteria ſacramentorum veſtrorum immunda & horrenda ſunt; honor autem veſter temporaneus eſt & caducus. Potens verò eſt Deus omnipotens, qui eſt in cælis, dare mihi tolerantiam ad omnia tormenta, quæ inferre volueris. Numerianus dixit: Quis eſt Deus ille omnipotens, quem innocas adiutorem tibi? Babylas Epiſcopus reſpondit: Virtus & ſapientia, & Verbum Patris. Numerianus dixit: Quid ergo? etiam eſt homo? Babylas reſpondit: Conſtantia vitæ, fruitio eorum quæ facta ſunt à Deo. Numerianus dixit: Rationabiliter reſpondiſti, velut ſapiens Doctor: & ſic ſe habet fama, quæ de te eſt. Vnum autem deeſt tibi, ſcientia deorum. Babylas reſpondit: Inſipiens tyranne & elate, laus quæ à te mihi infertur, iniuria

tormenta contemnit:

laudes rident:

Ex MSS. iniuria eſt. Ego autem laudem Domini mei Ieſu Chriſti requiro. Numerianus dixit: Iam te non audiam verbis: ſed torquem imponam ceruici tuæ ferream, & compedes pedibus tuis, & tormenta adhibebo, quia non ceſſas iniurias inferre Domino tuo Regi. Babylas reſpondit: Libentiſſimè ſuſcipio omnia, quæ intuleris. Nec enim ſum dignus & idoneus Domini mei ſeruus vocari, pro cuius nomine dicar ſuſtinuiſſe tormenta. Beati verò qui pro nomine eius fuerint paſſi, quoniam merces eorum magna eſt apud Deum.

4 Numerianus dixit Victorino Duci: Babylam inſipientium doctorem tormentis ſubiice. Igitur iubeo imponi torquem ferream collo eius, ſimiliter & pedibus eius compedes ferreos ad turpitudinem ſuam & gentis
c ſuæ. Etenim grauiter *c* contumeliâ ab eo affectus ſum.
d Victorinus Dux reſpondit: Per tuam *d* clementiam, olim
e volui nuntiare *e* verendo nomini tuo de homine iſto, & gente inſipientiſſimâ hac, quoniam iniqua & aliena legis ſunt, quæ docent. Numerianus Duci dixit: Interim quod præcepi tibi, fac incredulo Babylæ Epiſcopo. Subinde verò & genti eius impendam. Dux autem impoſuit Babylæ torquem ferream in ceruicem, ſimiliter & in pedes eius compedes: & dimiſit eum ſub *f* cuſtodibus in propatulo vt ab omnibus videretur. Babylas verò eleuans oculos ſuos ad cælum, dixit: Deo meo gratias ago, qui me ad tantum perduxit honorem, per confeſſionem nominis ſui. Chriſto autem meo credo, & fiduciam in eo habeo, quoniam dabit mihi fortitudinem & tolerantiam aduersùs inſidias veſtras, & patris veſtri inſtigantis ſatanæ.

torque ferreâ & compedibus conſtringitur.
f

a *MS. Ripat.* poteris.
b *Mombr.* Aſtræa. *In ſequenti vitâ*, Adraſten, Areſten *vel* Araſten Deum. *de quo ibi.*
c *MS. Ripat.* me contumeliatus eſt. d *Idem*, diuinitatem.
e *Idem*, timori tuo. f *Idem*, ſeruatoribus.

CAPVT. II.

Quæſtio 2. in tres pueros, matrem, Babylam.

5 NVmerianus dixit: Vocate Babylam magiſtrum infantium & ſtultè viuentium. Babylas reſpondit: Magiſter quidem infantium & ſapientium ego ſum: inſipientium verò, qui eſtis vos, non ſum magiſter. Numerianus dixit: Per deos, decent te torques, & quos in pedibus geſtas compedes. Babylas reſpondit: Tu quidem velut inſipiens irridendo dicis; verùm per Filium Dei magis me decent, quàm te diademata, quæ in capite geſtas. Numerianus dixit: Infelix immola diis, & libera te à pœnis quæ te expectant, & noli ſeduci doctrinis vanis, quibus tuos malè doces.

Vinculo gloriatur Babylas.

6 Babylas Epiſcopus reſpondit: Optabam te meis doctrinis fieri filium, vt ſaluum factum honorarem te. Vis enim ſcire quàm magna ſit noſtra doctrina? *a* Habeo
a ſub me tres paruulos, quos, Domini mei gratiâ præſtante, meâ nutriui ſapientiâ, iube illos adduci; vt ſi mihi quaſi deliro non credis, vel per eorum fidem & conſtantiam, quæ eſt in Deo, poſſis ab hac, quâ teneris, perfidiâ liberari, & effici ſanus. Numerianus iuſſit paruulos, quos memoratus eſt Babylas Epiſcopus, introduci; ipſum verò foris detineri. Ingreſſis verò infantulis, interrogauit eos ſi matrem haberent. At illi reſponderunt: Ita. & vltra matrem quæ nos educauit, Babylam dominum & magiſtrum & patrem habemus. Numerianus iuſſit matrem infantium adduci. & cùm intraſſet, interrogauit eam: Quod tibi nomen eſt. Reſpondit: *b* Theodula. Numerianus dixit: Tui filij ſunt iſti? Reſpondit: Ego quidem genui eos, Deo verò obtuli regenerandos per paſtorem bonũ, dominum meum Babylam Epiſcopum: ipſe autem erudiuit eos Dei doctrinâ. Numerianus dixit:
c *c* Alapis cædite eam coram filiis ſuis, dicentes ei: Noli proteruè loqui. Pueri verò videntes matrem ſuam cædi, quaſi vno ore exclamarunt: Tyranne noli cædere matrẽ noſtram ſine cauſsâ. Honeſta enim eſt, & vera dixit;

Pueri tres ab eo inſtituti ſiſtuntur tyranno,

cum matre ſuâ:

hac alapis,

b

quoniam ipſa nos genuit, & tradidit domino noſtro Babylæ. Iratus verò Numerianus Rex iuſſit tres infantes leuari in *d* catomo; & priori dari *e* duodecim plagas, ſecundo autem nouem, tertio verò ſeptem. Tunc pueri leuantes vocem ſuam, dicebant: Benedictus es Deus, quoniam ſecundùm magiſterium patris noſtri Babylæ, propter Chriſtum tuum Dominum noſtrum hæc patimur. Numerianus dixit matri eorum: Primogenitus filius tuus quot annorum eſt? quæ reſpondit: Duodecim. Numerianus dixit: Secundus autem quot? Theodula reſpondit: Nouem. Numerianus dixit: Tertius verò quot? At illa reſpondit: Septem. & poſt hæc exclamauit & dixit: Magnus es Deus, quoniam ſinguli filij mei, ſecundùm numerum annorum ſuorum pro nomine tuo ſunt cæſi.

d e illi flagris caduntur.

7 Numerianus iuſſit foras mitti matrem infantium, & introduci Babylam, & dixit ad illum: Magiſter inſipientium, & eruditor paruulorum, probatio, *f* quam putabas mihi fieri per infantes, inuenta eſt falſa. Vocati enim infantes, polliciti ſunt diis ſacrificare. Babylas reſpondit: Rectè mentitus es in caput tuum. nihil enim nouum facis. Filius enim es diaboli, qui eſt ab initio mendax. Numerianus dixit: Per Aſclepium, contemno ſermones tuos & iniurias, & *g* ſtatim te facio impendi, ſi non ſacrificaueris. Babylas ridens reſpondit: Verè dignus es deriſu, qui talia loqueris. ego enim paratus ſum, non tantùm ſuſpendi, ſed etiam crucifigi propter Chriſtum, vt illum lucrer. Nam animæ iuſtorum & Confeſſorum in manu Dei ſunt, nec tangit illos malum. Tu autem fac quod vis. Numerianus dixit: Infelix in quo ſum deridendus? Babylas reſpondit: Si audierint ceteri dij tui, quoniam ſolum Aſclepium nominaſti, iraſcentur tibi. Ego verò doleo & ploro pro vobis, in hac vos detineri inſipientiâ. Numerianus dixit: Et ſi audierit Chriſtus tuus, quòd Deum ſolum nominaſti, quid facies? Babylas reſpondit: Quamuis non ſis dignus audire ſcientiam Chriſtianorum, verumtamen propter ſtantem turbam dico, vt cognoſcant tuam inſipientiam. Quando Chriſtiani Chriſtum nominant, confitentur & Patrem; & quando Patrem nominant, confitentur & Filium: quia Pater in Filio, & Filius in Patre eſt. non enim ſeparatus eſt Filius à Patre, nec Pater à Filio.

Tyrannus mentitur eos à fide defeciſſe.
f

Refutat eum & ridet Babylas:
g

docet inexiſtentiam 3. perſonarum SS. Trinitatis:

8 Tunc Numerianus iuſſit eum cum infantibus ſuſpendi. Cumque fuiſſent ſuſpenſi, Babylas dixit: Ecce ego & pueri, quos mihi dedit Dominus. Numerianus iuſſit eum vexari. pondus verò torquis, quæ erat in collo eius, caput eius *b* degrauabat. At verò circumſtans turba rogabat eum dicens: Conſule ætati tuæ, & ſacrifica, vt careas tormentis. Babylas verò reſpondit: Non tantùm lugeo inſenſatum iſtum ſedentem, quantùm & vos qui huic conſentitis, perdentes animas veſtras. Ego enim tormentorum ſentio nihil; patitur enim in me Chriſtus, qui mihi tolerantiam & vitam perpetuam dabit. Adhuc autem Numerianus eum ampliùs vexari præcepit. Infantes verò ſuſpenſi, clamabant dicentes: Tyranne impiiſſime hominum, vt quid dominum & bonum paſtorem noſtrum ita crudeliter & ſine cauſsâ torques, qui Dominum omnium colit? Sed dum hoc facis, maiorem ei & apud Deum & apud homines infers laudem, & non ſupplicia. Per ipſius autem *i* ſalutem quæ eſt Chriſtus, non effugies manum Dei, ſed igni gehennæ traderis, vbi erit ſtridor dentium, & fletus oculorum. Iratus autem Rex Numerianus iuſſit eos torqueri. Infantes verò tamquàm ex vno ore clamauerunt dicentes: Miſer, non erubeſcis, quia conuinceris à paruulis coram populo iſto? Tu enim magis cruciaris quàm nos, per eum qui potens eſt te celerrimè exterminare. verùm non ſentimus tormenta, quia Dominus adiuuat nos. Tunc Numerianus iuſſit Babylam deponi, & abſcondi: vt ſeorſum eos interrogaret; dixitque ad infantes: Filioli audite me: & multa donabo vobis, quæ non poteſt dare vobis magiſter veſter. Paruuli verò gubernati à ſancto Spiritu, vnanimiter reſponderunt: Inſidiator & maligne, noli nobis promittere

cruciatur cum pueris:
b

Hi tyrannum increpant:
i

acriùs torquentur:

eius blanditias reſpuunt.

tere mortem; omnia enim dona tua, gehennæ ſunt exitio plena, quæ tecum pergent in perditionem. Nam magiſter noſter de euangelio per bonam confeſſionem regna cælorum nobis promiſit.

a *Petrus de Natal. ait*, cùm de aliis Chriſtianis interrogaretur, reuelaſſe tres ſe habere ſpirituales filios. *Vnde id Petrus accepit?*

b *In ſequenti vitâ*: Ipſa ſe Dei dixit ancillam, *quod Græcè θεῦ δούλη ſonat. Metaphraſta* Chriſtodula. *MS. Ripat.* Theodora.

c *MS. Ripat.* exalapate eam.

Catomus. d *In* catomo, *ſeu potiùs* catomo leuari, *eſt ad humeros alicuius appendi, vt flagra commodiùs infligantur. ὦμος humerum ſignificat. De ignominioſo hoc cruciatu conſule Baronium ad 15. Iunij litt. B.*

e *Addit Mombritius*, de loco: *quod* de loro *legendum.*

f *MS. Ripat.* quâ putas me à Deorum ſacrificiis ſeparari.

g *Idem*, paullulùm. h *Idem*, deponebat.

i *Agones Mart.* virtutem.

CAPVT III.

Cædes S. Babylæ & trium puerorum.

9 NVmerianus dixit: Introducatur Babylas; dixitque ad eum: Hi filij tui ſunt? Babylas reſpondit: Secundùm Deum filij mei ſunt. Mulierem verò non noui. Numerianus dixit: Quomodò ergo *a* aſſimulantur tibi? Babylas reſpondit: Voti mei eſt, vt in omnibus mihi ſint ſimiles, exceptis peccatis meis. Numerianus dixit: Iam dixi tibi, carere velis ſuppliciis & pœnis; tantùm ſacrifica vel nunc, vt viuas. *b* Perſuade etiam infantibus ne careant hac vitâ, cùm ſint paruuli. Babylas reſpondit: Stulte & inſipiens, ne tibi perſuadeas, hoc nos facturos: vel infantium te confundat vera, quæ eſt in Deo, perſeuerantia. Hîc iratus Rex Numerianus, datâ ſententiâ, iuſſit ei & paruulis capita amputari.

a

b

Iubentur omnes plecti capite.

Babylas vult cum vinculis ſepeliri:

10 Accipiens autem Babylas ſententiam cum tribus pueris *c* adiurauit adſtantes, dicens: Per Dominum vos adiuro, qui omnia conſpicit, cum boiis quæ ſunt in pedibus meis, & in collo meo ponite me in teſtimonium tyranni huius, qui habet in ſempiterno igne torqueri, qui non extinguetur. Egreſſus portam, pſallebat, dicens: Saluaſti enim nos à tribulantibus nos & odientes nos cõfudiſti. Deum laudemus ego & infantes mei, omnibus diebus in ſecula ſeculorum. Paruuli verò reſponderunt, Amen. Simul etiam dicebant: Non te derelinquimus ſancte Pater noſter Babyla, qui nos ſapientiâ tuâ educatos Chriſtum cognoſcere feciſti, & pro eo pati docuiſti. Et eleuãtes oculos ſuos ad cælum, tamquàm vno ore dixerunt: Gratias tibi agimus, Domine Ieſu Chriſtè, qui nos paruulos tuos, nec in hoc ſeculo, nec in futuro à veſtigiis ſancti Patris noſtri Babylæ permiſiſti ſeparari.

c

pueros ante ſe occidi;

cum quibus gratias agit Deo:

11 Et ſanctus Chriſti Martyr Babylas rogauit eum qui exierat amputare capita eorum, vt ante ſe ſanctos infantes percuteret & poſtmodùm ipſum. Et amplexans eos, tenenſque eos dextrâ læuâque, dixit: Ecce ego & infantes, quos mihi dedit Deus. Infantes verò ſtringentes caput eius & manus ipſius oſculabantur, dicentes: Domine pater & magiſter noſter, tecum pariter conſummemur. ab initio enim à te eruditi ſumus, & finem tecum ſuſcipiemus per bonam confeſſionem, quam confeſſus es coram Regibus & poteſtatibus huius ſeculi. Et cùm conſummaſſet orationem videns ſactus Martyr Babylas fidem infantium & fiduciam, quæ eſt à Deo, & non ab homine, gauiſus eſt ſuper tantam eorum fidei magnitudinem, & dixit: Benedictus es Deus eorum, qui verè ſunt Chriſtiani, qui conſummaſti hos famulos tuos ad gloriam nominis tui per me famulum tuum, magis autem per nomen tuum. Certiſſimè enim ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.

omnes decollantur.

12 Et ſic oſculatus eſt ſingulos, & tradidit eos quæſtionariis, vt in eius præſentiâ percuterẽtur. Et cùm fuiſſent percuſſi, poſtmodũ ſeipſum tradidit. Sic quoque & eius ablatum eſt caput; & poſitus eſt cum infantibus & cum boiâ & compedibus in pace. Paſſus eſt autem beatiſſimus Dei ſeruus & Sacerdos Babylas, cum tribus infantibus apud Antiochiam ciuitatem, nono calendas Februarij, ſub Numeriano Imperatore, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Ex MSS.

a *MS. Ripat.* te ſimulant. b *Agones*, vel certè.

c *Deerat hæc conteſtatio in MSS. extabat in Mombritio.*

ALIA ACTA

ex tribus peruetuſtis MSS.

CAPVT I.

Varia S. Babylæ cum Tyranno decertatio.

1 SIquis ſtudioſiùs glorioſa Martyrum geſta perquirat, ſemper aliquid, quod plus miretur, inueniet. Babylas nobis præſtat exemplum: cuius pertinax fides non cuicumque reſtitit Iudici, ſed rabiem ipſius Imperatoris extinxit, oſtendens ſecularem contemnendam eſſe perſonam, cùm de Dei virtute contentio eſt. Nam cùm Numerianus Imperator noui ſacrificij *a* buſto redundans, necdum inluuie ſordidi nidoris ablutâ, facto impetu ingredi pararet eccleſiam, vt locum illum veneratione digniſſimum profanâ violatione calcaret; Babylas Epiſcopus illius & ciuitatis & temporis, conuocatis omnibus Chriſtianis, vbi hoc primùm comperit, quid agi deberet oſtendit, hac omnes oratione confirmans: Nullus ex vobis, ô dulciſſimi filij, formidet exitium: ſtate fortiter, durate feliciter: quæ enim trepidatio habenda eſt, vbi defendit Chriſtus, aduerſatur Antichriſtus? Rabidus hic lupus tentat irrumpere, & hunc ſanctæ orationis locum, perfuſum hoſtiarum cruore maculare. In grandis periculi anguſtiis ſumus: & niſi opem Deus largiatur, *b* occidemur.

a

S. Babylas, tyranno ad eccleſiam veniente, fideles animat:

b

2 Hoc ſermone completo, eccleſiæ ianuam repugnaturus obſedit, repellens ad ſe venientem Regem *c* increpatione non modicâ, quâ diceret: Huc non licet intrare polluto. Numerianus verò, qui ad ingrediendum paratus aduẽnerat, vbi repelli ſe magnanimiter aſpexit: partim rubore confuſus, partim elatus inſaniâ, quid ageret neſciebat: & in partem ſe vtramque circumferens, inter iram medius & pudorem, nec rebellem perſequi, nec patiebatur cedere repugnanti: tamen honeſtius æſtimauit recedere interim, ne & deriſus eſſet & victus. Diſcedens itaque iubet Babylam ſibi nullo ſciente ſeruari.

c

eum repellit:

comprehendituri

3 Aliâ die cùm in excelsâ palatij ſui ſede reſediſſet, exhibitum eum, iuſſit induci, & præſentibus cunctis ait: Quis te, infeliciſſime omnium *d* inſipientium, error inuaſit, vt ignarus regiæ poteſtatis manum iniiceres feſtinanti, nec ingredi me ſineres quò volebam? Per *e* Adraſten deam iuro, me huic ſceleri veniam non daturum: videamus an tibi Deus tuus largiatur auxilium. Reſpondit Babylas, Ego homo ſum parui apud omnes pretij. Sed omnipotens Deus magnanimem me fecit; vt qui mihi vix ſufficerem, inſuper tantæ plebis Doctor efficerer. Vnde factum eſt, vt diligens paſtor ac ſollicitus gubernator, nec ouilia lupo peruia ſinam, nec ſcopulis carinam obuiam, quibus nauis rumpatur, opponam; ſciens me rationem totius populi redditurum. Venientem itaque te repuli, quia nocendi veniebas animo, non credendi. Numerianus dixit: Lupus tibi videor, vt fateris? Reſpondit Babylas: Imperator factus es voluntate diuinâ, vt & te occaſio peccandi, & nos patiendi opportunitas inueniret; & meliores famulos Dei, timor perſecutionis efficeret. Sed tu bona tua neſcis: nec dicendus es Imperator, ignorans huius gloriæ præſtitorem. Si gratiæ vicem redderes, Deum ſolum adorares, ipſique ſeruires; non illos coleres, quos ipſe feciſti. Et vt certior reddaris exemplo: Siquis ex illis, quos Palatinum tibi iunxit

d

e

Tyranno prudenter & intrepidè reſpondet:

Ex MSS. iunxit officium, nouus proditor ac deſertor ad alium ſe repentè transferret, beneficij tui immemor, & poteſtatis ignarus, non illum in fruſta diſcerperes & longo pœnarum dolore conficeres? Quid ſentis de indignatione cæleſti, relinquens Deum qui tibi corpus effecit, qui dedit animam, qui ſpiritum tribuit, & à morte perpetuâ te redemit; qui cælum, terrram, aërem, maria tuis voluptatibus ſeruitura conſtruxit; qui alimenta præſtitit, &, vt ad extremum veniamus, ſublimem hanc contulit Imperij dignitatem? Iſraël, quòd offenſam Dei maieſtatem vitare non poſſit, per Moyſen Dominus exclamat, dicens: Vos me offendiſtis, & ego vos offendam in natione barbarâ, non ſapiente. Offendiſti tu itaque Dominum: ſcito imperium à te mox eſſe tollendum: nec enim mereris illo frui, conceſſoris ignarus.

Deut. 32. 21. *prædicit eum breui imperio priuandũ:*

4 Numerianus ait: Deliras, vt video. Quis enim ſanæ mentis hæc dicat? tamen expoſitionem libenter inquiro, quam nationem *f* inſipientem Lex veſtra dicat. Reſpondit Babylas: Deus hominem fecit, ſed Satanas à cæleſti ſede proiectus, quia remedium ipſe non habuit, quæſiuit habere *g* collegam: pellexit Adam, vt ex prohibito ligno cibum ſumeret, mox caſurus: & vbi impetrauit, triumphans gaudio, in ditionem ſuam redegit oppreſſum. Proiecto itaque ex Paradiſo homini nouus dominus imperabat, ſperans ſub ſe agere omnes quicumque naſcerentur ex famulo. Tyrannus itaque generis humani, varios cultus hominibus *h* induxit, & multiforme ſibi nomen aptauit, vt nunc colatur in Marte, nunc adoretur in Libero, nunc ſe Iouem dicat, nunc Mercurium vocet, nunc Apollinis appellatione gratuletur; & tot habere vult ſacra quot nomina. Filius Dei Chriſtus adſpiciens hæc, tandem reſpexit ad terras, & miſericordiæ ac pietatis inuentor, vexari corda mortalium diutinâ ſeruitute non paſſus eſt: formam itaque noſtram induit, corpuſque ſuſcepit; vt diabolus, qui hominem vicerat, ab homine vinceretur. Patefacti itaque oculi noſtri, & aperta ſunt lumina: rediit prior integer ſenſus: & ſuperato illo qui vicerat, reuerſi ſumus ad priſtinam libertatem. Quid ergo prodeſt, quòd liber eſſe cœpiſti, ſi te ipſum condemnas? Quid prodeſt, quòd à diabolo erutus es, ſi iterum curris ad diabolum? relinque potiùs hanc ſectam, verum ſequere defenſorem, qui & pœnitentibus veniam, & ſuperbis ingerit pœnam. Numerianus ait: Scripturæ veſtræ plenæ mendacio ſunt, noſtræ veritate nituntur. Curre ſacrifica, ne per tormenta moriaris. Nec enim illis melior es, quos ad ſacrificium noſtra coëgit auctoritas, quos & honore cumulamus, oſtendentes nec rebellibus pœnam, nec obtemperantibus negandam eſſe meriti dignitatem. Reſpondit Babylas: Si inſenſatos quoſdam venenato ſermone cepiſti, qui imbecillâ fidei radice nitentes, iniquo ſermone decepti ſunt; non & me, vt ſperas, ſimilem illis inuenies, nec ſi cæleſtia regna promittas. Perge potiùs ad tartarum, & ad illa tenebroſæ ſedis habitacula pro peccato tuo, vel pro eis quos peccare feciſti.

f

g

docet lapſum hominis,

h

& reſtitutam per Chriſtum libertatem:

5 Numerianus ait: Quid eſt Deus? ipſum mihi nomen expone. Babylas reſpondit: Si te ad cælum perferret innumerus ordo pennarum, & volatu ad aſtra pertingeres; tamen Dei nomen ſcire non poſſes: nec enim vocatus à quoquam eſt, aut appellatus, aut viſus, niſi quibus ſe ita prodidit, vt mortales oculi poterant ſuſtinere. Nec enim Deus nomen, ſed virtutis eſt gloria: Deus prudentiæ via eſt, quæ ducit ad vitam. Nihil ergo de eo quærendum eſt, à quo omnia conſtat effecta. Numerianus ait: Quid eſt homo? Reſpondit Babylas: Aut bonum cordis aut malum documentum, animi probationis certa diſtinctio. Numerianus ait: Sapienter video te locutum. Iuro per numina, aliud de te fama iactârat, aliud ipſe credebam. Sed doctorem prudentiſſimum recognoſco. Si vis itaque vt intemerata ſit bonitas tua, cultor ſacrorum eſſe feſtina. Babylas ait: Imprudens, impius, inſolens, & tyrannus es, à quo oblata dignitas ad iniuriam eſt reuocanda, non laudem. Bonorum omnium plenitudo eſt, Chriſtum cognoſcere; & vacuitas cordis ac ſenſus, ſimulachra venerari. Quis itaque ex nobis bono aliquo indigeat, cultus oſtendit.

quærenti quid ſit Deus, quid homo, aptè reſpondet.

a *MS. S. Max.* hoſtia. b *MS. Velſ.* occidimur.

c *Præclarè S. Chryſoſtomus, in citatâ homiliâ ad Gentiles, virtutes S. Babylæ, & potiſſimùm prudentiam, in hoc facto elucentem, commendat.*

d *MS. Velſ.* Sapientiæ error.

e *MS. Audomar.* Areſten Deum. *S. Max.* Araſten *fortè* Ἄρηα, Aretem Deum. *id eſt*, Martem. *In priori vitâ*, per virtutem meam, τὴν ἀρετήν μου.

f *MS. Velſ.* barbaram.

g *MSS. Audom. & S. Max.* collegium.

h *MS. Velſ.* indixit.

CAPVT II.

S. Babylæ, tribus pueris, horum matri, cruciatus illati.

6 NVmerianus ait: Ampliùs contumaciam tuam ferre non poſſum. Quin ceruix boiarum ponderibus grauata deſidat, pedes vincula arctiora ſuſcipiant; vt quaſi peſſimus ſeruus contra Dominum tuum te egiſſe cognoſcas. Babylas reſpondit: Mihi Dominus Ieſus Chriſtus eſt, fratres verò ij, quibus eſt ille a formidini. Quare ſi crediturus in Chriſto es, iam nunc genua tua pedeſque complector, non vt profano Imperatori, ſed vt conſeruo nuper inuento. Ceterùm me pœnæ formido non frangit. Quantauis pro Domino patiar, plus debeo quàm ſoluo. His Numerianus auditis, Duci Victorino ait: Rebellem hunc ſtultumque Doctorem tradi tibi iubeo, vt vinctis pedibus grauis, & oppreſſus ponderе catenarum per omnes artus diutinâ laceratione deficiat; grandi enim me affecit iniuriâ. Victorinus Dux Imperatori ait: b Perpetuitati tuæ iamdudum ſuggerendi occaſionem quærebam, quâ ſerenitati veſtræ de malo huius religionis, quam hic ſequitur, intimarem, per omnes populos hoc iturum eſſe contagium, niſi ipſa vlcera radicitus ſecta, impunitatis exemplum ceteris non relinquant. Sed melius, quia percunctatus hæc dico. Numerianus Duci ait: Fiat interim de Babyla quod iuſſimus. Paullatim verò per me hæc religio conſumetur.

a

Pœnas intentatas contemnit.

traditur Victorino cruciandus: b

7 His Victorinus auditis, Babylam ferro onuſtum, vt ab omnibus diſcipulis cerneretur, totâ iuſſit vrbe monſtrari. Qui exultans lætitiâ, gratias Domino preceſque fundebat, & gloriabatur virtutem animi ſui ab omnibus perſpici. Tantum itaque accipiebat inde gaudij, quantum inimicus ſperauerat intuliſſe pœnæ. Duci verò gratum ſe oſtendebat & Regi. Hoc Imperator audito, vocari Babylam iubet, dicens: Adducatur doctor ſtultorum & præceptor infantium. Reſpondit Babylas: Illorum ſum doctor infantium, qui in ætate puerili ſenili prudẽtiâ Dominum cõfitentur. Stultorum verò doctor ſi eſſem, ſine dubio vos docerem. Numerianus dixit: Multum tibi hæc vincula, quod ad formam & ornatum pertinet, gratiæ contulerunt. Per Deos, formoſus es factus. Babylas reſpondit: Tu vt ſtultus irrides: ſcit autem Filius Dei, quia ornatiorem ego me in his vinculis puto, quàm tu te exiſtimas in coronâ.

ferreis vinculis onuſtus palàm exhibetur:

vinculis gloriatur.

8 Numerianus ait: Sacrifica ergo, ſi tibi cordi eſt lux iſta quam conſpicis, & effuge iam parata ſupplicia, & deſine lactentem hunc puerorum animum fallaci ſollicitare doctrinâ. Babylas reſpondit: Vis ſcire, quia perfecta ſapientia non ſemper in ætate conſiſtat? Habeo tres infantes diſcipulos: accerſiri eos præcipe, & aduertes quanta in eis plenitudo timoris Dei, quanta ſit gratia. Numerianus mox adduci iuſſit infantes: quos vbi propiùs aſpexit, an matrem haberent, diligenter interrogat. Ad hæc infantuli, Babylam ſibi patrem, Babylam ſibi dominum, Babylam ſibi doctorem eſſe dixerunt. Induci poſt hos præcepit & matrem: quæ cùm præſentata eſſet, nomen mulieris interrogat. Illa Dei ſe dixit ancillam. Hoc mihi nomen eſt ait, hæc religio, hic ſolus affectus.

ſiſtuntur tyranno tres pueri,

& horum matur:

Nume-

Numerianus dixit: Filij tui ſunt hi, quos aſpicis? Reſpondit mulier: Vteri quidem mei hos partus expoſui: ſed ſtatim Deo per Babylam doctorem munus hoc obtuli: ille eos ad omnia quæ ſunt recta formauit.

9 Numerianus ait: Ante filios, quos non agnoſcit, alapis verberetur. Cuius cùm pœnam paruuli viderent, vnâ tres voce proclamant: Tyranne, quid innocentem feminam laceras? ingenua eſt, nec quidquam falſi, cùm interrogaretur, dixit. Babylam magiſtrum noſtrum dixit & patrem. Et vt iraſcaris ampliùs, non illum patrem dicimus, ſed Dominum. Imperator iratus cædi alapis iuſſit infantes, & verberatos ſub cuſtodiâ tutâ ſeruari. Illi vt erant tres pares & animo & voce reſpondent: Gratias agimus Deo, qui nobis tribuit hanc coronam. Numerianus mulieri ait: Quot annorum eſt maior filius tuus? Illa reſpondit: Duodecim. interrogata etiam de ſecundo, ait: Nouem. & de tertio ſimiliter dixit: Septem. Sed vbi numerum compleuit ætatum, magnâ voce clamauit: Potens eſt Deus Chriſtianorum, qui reſpicit hanc ætatem, & paruulis meritum conſummatæ virtutis aſſignat.

hæc alapis cædituri

mox & pueri.

10 Numerianus egredi iuſſit & matrem. Tunc Babylam præcepit induci, dicens: Doctor inſipiens, promiſſa tua victa ſunt, & mendax prouocata [c] ſententia. Infantuli cæſuros ſe victimas & facturos ſacra confeſſi ſunt. Reſpondit Babylas: Conſuetudinem animi tui ſequeris Imperator; mentiris vt ſolitus es. Sic filium decebat Antichriſti, fallẽdo ſubrepere. Numerianus dixit: Per Æſculapium iuro, quia hæc verba contemnens, verberibus te vehementer afficio; ſin verò repugnaueris, & decollo. Babylas reſpondit: Verè dignus es riſu. Numerianus ait: Vnde hoc probare potuiſti? Babylas reſpondit: Si compererint dij tui, quòd per ſolum Æſculcapium iuraſti, non te perſequentur irati? Quod ſi Salus ipſa cognouerit, quam Deam putatis, non protinus relinquet inimicum? Ego erubeſco, ſi creditis hæc quæ vobis honori ſunt numina eſſe portenta. Quis furor, quæ iſta eſt dementia, vt immobilia atque inſenſata ſimulachra diligatis, ignorantes Deum, qui eſt verus & magnus? Numerianus ait: Si cognouerit Chriſtus tuus, quòd per ſolum Deum ſacramenta confirmas, non indignabitur prętermiſſus? Babylas reſpondit: Indignus es vt Chriſtianorum ſecreta pernoſcas: ſed quia circumſtantium miſereor, non tacebo. Cùm Filium dicimus, habemus & Patrem: cùm vocamus Patrem, nominamus & Filium. Sic & Scriptura teſtatur, dicens: Ego & pater vnum ſumus. Nulla itaque inter Deum & dæmonem habenda contentio eſt; ſecundùm quod ſcriptum eſt: Quæ communicatio luci ad tenebras?

c

Babylas Tyranni mendacij arguit,

& ridet iurantem per Æſculapium.

a *MSS. Audom. & S. Max.* abſque formidine.
b *MSS. Velſ. & Audom.* Per pietatem tuam.
c *MS. Velſ.* confeſſio.

CAPVT III.

S. Babylæ & puerorum cædes.

11 SVſpenſis pariter ad pœnam Babylâ & infantulis, cùm aliquantum [a] morarum ſpatium in tormẽtis fuiſſet exactum, circumſtantes miſericordiâ victi, cùm grauari Babylam boiarum vinculis cernerent, & diutinâ laceratione torqueri, loquebantur ad eum dicentes: Dic te cæſurum victimas diis, vt effugias tam exquiſita ſupplicia. Babylas reſpondit: Non minor mihi dolor eſt de Rege quòd perit, quàm pro vobis, quos pariter ſecum extinxit. Ceterùm me numquàm iſte peruertet. Verbera hæc proficiunt ad ſalutem: & quantùm corpus malè læditur, tantùm animæ ſubuenitur. [b] Et vt hoc verum eſſe credatis, adeſt in agone, qui reddet meritum poſt agonem. Sed vbi Imperator conſtantiam Babylæ agnouit, maiora tormenta mandat iterari. Cruciatur itaque ille, & è contrà ſuſpenduntur infantes, qui exclamant ſubitò dicentes: Tyranne impie, cur doctorem noſtrum, paſtoremque noſtrũ perſequeris? an quia vnũ Deum confitetur, qui eſt verus & magnus? Credimus in Chriſto, quia te citò non verbera, ſed ignis afficiet. Imperator iratus verberari eos iterum iubet. Exclamant pueri: Tyranne impie, quid tibi præſtitit prauitas mentis? quid regalis potentia? quid corona gemmata? quid tot aſſeclarum cateruæ & armatorum circa te denſa teſtudo, cùm his omnibus honoris tui cumulis ſupereris à paruulis? Triumphant ex te tres paruuli, nec vllâ ſuppliciorum acerbitate franguntur. Victoriæ enim huius tot habemus teſtes, quot tu putaueras adfuturos eſſe tortores. Ceterùm ſupplicia nec horreſcimus, nec timemus.

a Suſpenſus cruciatur cum puer.

ſui miſertis Gentilibus reſpondet.

b

Ex MSS. Pueri tyranno inſultant.

12 Tunc Imperator laxatum ab equuleo Babylam, ſeruari in ſecretâ cellulâ iubet; vt illo abſente deciperentur infantes. Et ait paruulis: Si vos diuitiæ iſtæ, quas cernitis, & honorum blandimenta ſollicitant, cultu veſtræ religionis abiecto, diis noſtris vota perſoluite. Illi vnâ voce dixerunt: Callide hoſtis, & bonarum expugnator animarum, cur illecebroſa ſuades, quibus ſeculum ſcis eſſe contemptum? Magiſter noſter contra ſagittas tuas ſigno nos ſanctæ Crucis armauit. Illas opes credimus, illas æſtimamus eſſe diuitias. Parati itaque ad offerendam corporis noſtri victimam ſumus. Nec profuturam tibi doctoris noſtri credas abſentiam. Grandi radice firmatus eſt animus noſter. Reget nos ille qui fecit, cui fideles famuli ex lactenti ætate ſeruimus: ille nobis & magiſtro noſtro præſtabit auxilium. Per ipſum itaque iuramus, cui facile eſt ex tribulatione gaudium, & ſanitatem ex dolore concedere, nos in hoc cultu omni ætate manſuros, & creduturos in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum.

blanditiis tentantur, fruſtrà.

13 Hæc Babylas, vt erat in cellulâ, audiebat omnia. Tandem & ipſe iubetur adduci. Quo intromiſſo, Numerianus ait: Filij tui ſunt paruuli iſti, an alio patre generati ſunt? Reſpondit Babylas: Filij mei ſunt educationis labore & amoris affectu: ceterùm concubitum feminei ſexus ignoro. Numerianus ait: Et vnde ſic tui ſimiles in omnibus perſeuerant? Babylas reſpondit: Hoc in votis habeo, vt in omnibus mecum æquâ mente concordent, præter in peccatis meis, quæ maiora commiſi. Numerianus ait: Sæpè tibi dixi, vt pœnam verberum, & exitium mortis effugias; & impetrare non potui. Sed adhuc veniæ locus eſt, ſi te & hos infantes ad ea quæ ſuademus adduxeris. Tunc Babylas in maiorem verſus iram, commotus exclamat: Inſane & crudelior omnibus tyranne, omiſſis pecudum victimis, humanis hoſtiis delectaris; & relictis certaminibus barbarorum, cruori Romano inhias, & innocentem ſanguinem concupiſcis. Credo in virtute cæleſti, quia vt à nobis ita & à prælio victus abſcedes. Munera verò tua illis dona, cum quibus pariter arſurus es: nos autem ab illo ſperamus merita, cui exhibemus obſequia.

Babylas ſe virginem profitetur.

tyranno ſuam crudelitatem exprobrat.

14 Ad hæc Imperator iratus, Babylam cum infantibus feriri gladio iubet. Babylas verò lætus egrediens, circumſtantes iam feriendus alloquitur, obteſtans ſingulos per Dominum Ieſum Chriſtum, vt cum omnibus vinculis, quæ vel pedibus erant illigata vel collo eius, in tumulo ponerent; vt tyrannus lugeret extinctus, cùm intelligeret id pro honore haberi, quod fecerat pro dolore. Babylas egrediens portam, hymnum Deo pro gratiarum actione preceſque fundebat, dicens: Liberaſti nos ex affligentibus nos, & eos qui nos oderunt confudiſti. Eumdem pſalmum & infantes dicebant, dulcem magiſtrum etiam in mortem comitantes.

iubetur cum pueris plecti capite:

vult cum vinculis ſepeliri.

15 Iam cùm ad interficiendos ſæuus carnifex propinquaret, Babylas rogabat vt ante oculos eius decollarẽtur infantes, & ſic demũ ipſe iam ſecurus occũberet. Quod cùm carnifex annuiſſet, Babylas infantes dexterâ læuâque complectens, ait: Ecce ego & filij mei, quos à Deo acceperam, Deo rurſus aſſigno. Probat rudimenta doctrinæ vſque ad finem mõſtrata confeſſio. Hac voce cõpletâ decollantur infantes. Tunc ſecurus Babylas dixit: Gratias tibi ago Domine Pater Ieſu Chriſti, qui nos tanto honore decoraſti, & ex ore infantium & lactentium perfe-

pueros ante ſe occidi.

ex METAPHRASTE. perfeciſti laudem: ecce completa ſunt omnia. Ætas illa, quæ fatum ferri adhuc non habebat, nec locũ vulneris, in virtutis tuæ confeſſione durauit. Poſt hæc ipſe percutitur & vnà cum infantibus tumulatus, æternæ memoriæ conſecratur, par vitâ, par paſſione, par funere, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria, in ſecula ſeculorum, Amen.

a *MS. Velſ.* horarum.

b *Idem:* Nec dolores me aliquos perferre credatis; adeſt enim *&c.*

ALIA ACTA,

ex Simeone Metaphraſte.

CAPVT I.

S. Babylæ magnanimitas. doctrina.

Numerianum, 1 VM Numerianus ſceptra Romanorum accepiſſet à parentibus, fuiſſet autem heres illorum impietatis, mouebatur graue & immane bellum aduersùs Chriſtianos. Omnis enim ætas, & genus omne eorum, qui pietatem delegerant, acerbis tormentis, & graui morte interibant. Impius ergo Numerianus Antiochiæ aliquando verſans, quæ eſt ad Daphnen, ne abſtinuit quidem à ſacro templo Chriſtianorum, ſed etiam aduersùs id ſtruit quemdam dolum. Et cùm dæmonibus de more ſacrificaſſet, & cædem feciſſet maximè nefariam, *a* infante illo Regis filio, quem à patre pro pacis pignore acceperat, crudeliſſimè occiſo, pergebat ad eccleſiam, & Dei templum conabatur profanare per ſuum introitũ. Nam hoc quoque exiſtimabat eſſe nõ paruũ cultum Deorum, ſi ab eo profanarentur & cõtemerarentur ſancta Chriſtianorũ. Diuinus autem Babylas eo tempore, quo hic actus adornabatur, curã gerens ſacri gregis Antiocheni, & Sedem adminiſtrans epiſcopalem, cùm diu antè, quid animo agitaret & meditaretur tyrannus, & quòd acceſſurus erat, & quonam modo, intellexiſſet; cumque in templo congregatâ vniuersâ piorum multitudine, ſatis eos incitaſſet, vt opem ferrent Dei legibus, in quas exercebatur tyrannis, precibuſque & ſupplicationibus Dei inuocaſſet auxilium, magno & forti animo ſtat ante portas templi. Et cùm perrupiſſet ſupercilium eorum qui præcedebant, & faſtum eorum, qui glorioſè & ſuperbè incedebant, ſatellitum, inquam, & ſtipatorum; ſceleratum illum accedentem increpauit; & *b* dexteram eius pectori admouit; & ſic retardauit eius impetum in eccleſiam; & illum à ſacris repulit ambitibus. Loquẽdi autem libertatem admiratus Numerianus, & illius famam prætereà reueritus, quæ erat magna & in omnem partem peruadebat; ab audaci tunc cœpto deſtitit, ſiue ſuſpicatus futuram quamdam à populo ſeditionem, (illuc enim conuenerat magna multitudo fidelium) ſiue aliquo alio à ſe capto conſilio, ægrè quidem & grauiter, ſed ſilentio tamen ferens contumeliam, & reuerſus eſt in regiam.

puero regio obſide interfecto, *a*

volentem templum Chriſtianorum profanare, retinet Babylas: *b*

fictitur tyranno: 2 Die autem ſequenti cùm ad ſe producendum curaſſet Pontificem, quòd ſe à templo prohibuiſſet, tamquàm manifeſtâ affectus contumeliâ, eum eſt criminatus: &, Quonam, inquit, fretus, ô tu omnium miſerrime, auſus es meam retinere potentiam, ne in templum ingrederer? Neſcis quantum ſit malum probro & contumeliâ afficere Imperatorem? Ille autem, Nullo quidem, inquit, eorum qui ſunt in terrâ, ſed fretus Rege qui eſt in cælis, qui me etiam fecit paſtorem ſuarum ouium, neque me dormire ſinit, cùm lupus irruit, Imperatorem nõ affeci contumeliâ (eſſet enim hoc inſolẽtiæ & propemodùm inſaniæ) ſed cùm vellet ſancta afficere contumeliâ, continui. Quamobrem deberes mihi non paruã hoc nomine agere gratiam, quòd talem tuum conatum prohibuerim, ex quo deturbatus eſſes in extremum barathrũ interitus, cùm in eum peccaſſes à quo excidere eſt quauis morte grauius. Numerianus autem, Cùm te, inquit, oporteret pœnitere eorum, quæ præceſſerunt, tu nos prolixioribus aſpergis maledictis. Martyr autem excipiens, Nobis, inquit, non licet alioqui vllum hominem appetere maledictis: nec ergo te maledictis appetimus. Quomodò enim, cùm ſis Dei figmentum, & eius honoratus imagine? Sed ſi de Deo agatur.

intrepidè factum ſuum defendit: 3 Numerianus autem interrumpens contextum eius orationis; Sed iubens, inquit, valere hanc magnam vim verborum, ſi velis pœnas effugere propter crimen ſubeundas, maximis diis ſacrifica. Martyr autem cùm priùs reſpondiſſet ad criminationem, & dixiſſet ſe prompto & alacri animo pro grege quæuis eſſe paſſurum, deinde proſequens; Fieri, inquit, non poteſt, ô Imperator, vt à vero Deo deficiens, eos colam, qui falsò appellantur dij; quos vel ſolùm nominare eſt magnum dedecus iis, qui volunt eſſe pij. Ille autem, Eadem, inquit tibi dico, quæ priùs: Prolixas mittens nugas diis ſacrifica: ſin minùs, te malum malè mea perdet potentia. Babylas autem, Mihi, inquit, erat in votis, vt ab hac, quâ es circumfuſus, caligine liberareris: ſi quâ ratione fieri poſſet, vt longa illa & immortalia effugeres ſupplicia. Sed tu alios quoque ad eam adhortaris, maiorem tibi accendens gehennam cuius minæ ſunt tibi intentatæ. Fieri enim non poteſt, vt effugias manus Dei viuentis. Cuiuſmodi autem ſit ab eis eſſe apprehẽſum, ſciet qui ſemel in eas inciderit.

deos contemnit:

c 4 Hæc dixit: & omnia perinde ac ſi conuerſus eſſet calculus, mutata ſunt in contrarium. Viri enim ſapientiam admiratus Numerianus, ab irâ deſinit, eumque placidè & amicè intuens, O doctor, inquit, puerorum poteſne dicere, quid ſit Deus? Ille autem; Dei quidem, inquit, naturam, ne ſi multùm quidem laboraris, inueneris. Eſt enim ineffabilis, & qui nec poteſt comprehendi, nec humanis indagari cogitationibus; principium vniuerſi & conſtitutio, Rexque & Dominus & Creator omnium. Cùm autem ſit ſemper nullius rei indigens (talis eſt enim Deus) fecit Angelos, *d* & omnes alias eſſentias incorporeorum. Poſt horum autem creationem, facit hominem, & hunc vniuerſum mundum, & eum implet bonis innumerabilibus, pronuntians ipſum id eſſe in terrâ, quod ipſe eſt in cælis. Eum cùm in tanto honore conſtituiſſet, tamquàm Regi regiam, ei rerum terrenarum partem attribuit pulcherrimam, nempe Paradiſum. Et cùm præter hæc vellet ei aliunde oſtendere, quantum alia ſuperaret animantia, ducit ad eum omnia, & iubet eum nomina imponere omnibus. Cùm autem per hæc docuiſſet eum eſſe omnium præſtantiſſimum, tunc creat etiam mulierem, eâ quoque eum rurſus honorans, & manifeſtum reddens, quòd propter ipſum facta ſit. Non his autem eum ſolùm ornauit, ſed etiam ſoli ex omnibus ei dedit rationem, & ei cõceſſit vt frueretur eius conſuetudine. Ille verò inimicum ſtatuens magis fide dignum eo qui hæc dederat, & nullam ducens rationem mandati creatoris ſui, pluris fecit deceptionem eius, qui eum omnino ſtuduit conterere, & omnibus bonis ſimul euertere; cùm ille nec magno, nec paruo eum affeciſſet beneficio, ſed verbo ſolo cum eo egiſſet. Eumne ergo Deus deleuit? Ex ratione enim iuſtitiæ hoc erat conſentaneum. Ille verò non minùs quàm priùs perſeuerauit ei benefacere, oſtendens quòd etiamſi millies peccauerimus, non deſiſtit tamen ipſe nobis procurare quæ pertinent ad ſalutem. Numerianus autem hæc audiens, eorum verò intelligentiam minimè valens conſequi (quomodò enim id poſſet anima, quæ diuinas non guſtauit gratias, & ne paruam quidem habebat ſapientiam, eratque omnino ſtulta, & inerudita?) ſe tamen eſſe adeò craſſum, & nullo ſenſu præditum erubeſcens oſtẽdere iis qui circumſiſtebant, induit perſonam cognitionis, & Babylæ dixit, rem benè ſe habere, & cum accuratâ eorum quæ ſunt comprehenſione eum reſpondiſſe. Deinde eum quoque rurſus interrogat quid ſit homo.

c docet Dei naturam ineffabilẽ.

d hominis creationem in ſtatu innocentiæ & lapſum,

Ille

Ille autem, Omnium, inquit, in quæ cadit interitus, ſicut diximus, animantium præſtantiſſimum, manſuetum, natum ad ſocietatem & communionem, quod mutuo amore tenetur alterum alterius; etiamſi alter in alterum bellemus quibuſuis beſtiis immaniùs.

a *Pluribus huius filij Regis necem deſcribit S. Chryſoſtomus homiliâ antè citatâ.*

b *Chryſoſtomus*: dextram impactam in pectus firmauit irâ turgidum ac cæde feruens, *&c.*

c *Græcè,* ὥσπερ ὀστράκῳ μεταπεσόντι, teſtulâ tranſmutatâ. *De* oſtraciſmo *ſuffragiorum genere per calculos ac fabas, &* oſtracindâ *ludi genere, vnde adagium hoc deſumptum, conſule Eraſmum in Adagiis.*

d *Addit Heruetus,* Archangelos; *quod deeſt in Græco MS.*

CAPVT II.

Babylæ & trium puerorum vincula. tormenta.

5 NVmerianus verò pro miraculo ducens expeditam linguam Babylæ, & ſimul craſſi hebetiſque ingenij volens labem abſtergere, quòd, vt contra eum diceret, nihil poſſet afferre, per ſuos iurauit deos ſapientem eſſe Babylam, & non eſſe falſam quæ de eo celebrabatur famam, ſi ſolummodò diis ſacrificauerit, eoſque reueritus fuerit, & in honore habuerit. Hoc enim ſolum dicebat ei deeſſe, quòd cùm eſſet adeò ſapiens, deos haberet contemptui, & in eos linguam armaret intemperantem. Eum itaque rurſus intuens, Sacrifica, dicebat, ô ſenex ſapiẽtiſſime, & ſtatim, deos omnes teſtor, eris mihi loco patris, & eris dominus omnium quæ ſunt in meo imperio. Ægrè autem ferens Babylas, quòd eum rurſus cogeret ſacrificare, & expectaret ſe eum omnino poſſe vincere, & ei pecuniis perſuadere poſſe & honoribus; Scilicet id faciendum, inquit, ſed eius, quod eſt bonorum præcipuum, nempe pietatis, mihi damnum afferes, ſine quâ hæc mihi ſunt paupertas, & extrema ignominia, & eorum quæ nunc habeo priuatio.

Blanditiis fruſtrà ſollicitatur;

6 Deinde propter hæc vehementi irâ motus fuit Numerianus, & iubet Victorino (is autem erat crudelitate & impietate eximius) *a* collari collo eius impoſito, & pedibus eius circumdatis ferreis compedibus, per mediam ciuitatem, vt eſſet omnibus ſpectaculo, ducere eum in cuſtodiam: Si fortè, aiebat, pudor populi durum huius penetret animum, & aliquam afferat mutationem. Atque ſic quidem Martyr ducebatur in vinculis, auream & ſuauem à ſe degi vitam, dum tam ignominiosè traduceretur, arbitrans, quòd vinculis dignus eſſet habitus propter communem omnium liberatorem. Atque Numerianus quidem cùm eum aſpexiſſet ſic affectum, & ſic vinctum incedentem; Per deos, exclamabat, Babyla, decet te & collare, & vincula, & inceſſus: conueniunt enim huic tuo ſenili & honeſto motui. Ille autem, Tu quidem, inquit, hæc dicis, me irridens, & ludificans: ego autem eis magis glorior, quàm tu, ô Imperator, hac tuâ floridâ purpurâ, & ſplendido diademate.

vinculis conſtrictus circumducitur.

a

7 Numerianus autem: Sacrifica infelix, & liberaberis quidem ipſe à tormentis, nos autem eripies à ſolicitudinibus: niſi fortè hi pueri te ad ſuperbiam efferunt, & inanem gloriam, vocantes te magiſtrum; & non ſinunt te priùs te ipſum docere ea, quæ ſcire opus eſt. Fortè enim tunc contigerat, vt tres pueri ad eum accurrentes, genere fratres, ætate quidem pueri, ſed cani prudentiâ, diligenter ab eo docerentur pietatem, quem ne collari quidem & vinculis circumdatum volebant relinquere magiſtrum. Diuinus autem Babylas; Si eorum, inquit, feceris periculum, ô Imperator, ſcies omnino cuiuſmodi ſint ſemina mearum orationum, vel potiùs Dei qui ea donat. Curat itaque Imperator pueros ſiſtendos pro tribunali, & primùm quidem interrogauit, an matrem haberent. Illi autem, Et nobis eſt, inquiunt, mater, & magiſter Babylas; quem nos etiam plus quàm matrem amamus. Nam illa quidem nos ſolùm genuit, ille verò nos inſtituit in diſciplinis, & exercet ad pietatem, & ad ſummam apertè noſtræ animæ amanter curam gerit. Ma-

Tres pueri ad eum accurrunt.

ſiſtuntur tyranno,

trem quoque accerſit Imperator, & iubet eam reſpondere, quomodò ipſa vocetur, & an ſit mater illorum. Illa autem, Mihi quidem, inquit, nomen eſt Chriſtodula; mihi verò ſunt fructus mei ventris, & eos mei partus primitias Deo obtuli: confido autem fore, vt in cæli horreis eos reponat ſapiens Babylas; illi enim eos credidi.

ex METAPHRASTE *cum matre:*

8 Hæc cùm audiiſſet, irâ impletur Numerianus, & iubet ei faciem percuti, & dictitari ne tam temerè allo-

hac alapis,

queretur Imperatorem. Pueri autem videntes matrem pulſari, animo fuêre conturbati, & dixerunt: Imperator matrem cædit vera dicentem. Ipſe autem iram ludo temperans, iubet maiorem quidem ex pueris duodecim

illi flagris caduntur,

plagis affici, ſecundum autem nouem, & vltimum ſeptem, æquales numero plagas imponens vnicuique pro numero annorum ætatis. Illi autem cùm flagris cæderentur, laudabant Dominum; quærebant autem magiſtrum, cum eo deſiderantes etiam verſari in carcere.

9 Numerianus ergo cùm ex tribunali Imperatorio per miniſtros matrem eduxiſſet & pueros, Babylam accerſit è cuſtodiâ, & perinde ac ludens in ſcenâ, aut hiſtrionem ſtultus agens, Ecce, inquit, tibi cecidit magna

Tyrannus mendacij arguit Babylas;

tua gloriatio & iactantia, & aliter res ceſſit quàm putabas pueris; ij enim ſunt parati diis ſacrificare. Ille autem (ſciebat enim quales eos peperiſſet ſpiritu) Videris, inquit, ô Imperator, tei ipſum potiùs fallere, & tibi inaniter indulgere. Oues enim mei gregis, quæ ſunt Chriſti mei, & agni paſtoris, alienum numquàm ſecuti fuerint: ſed meam vocem, ſat ſcio, deſiderant, non minùs, quàm agni incluſi in ædibus matres quæ ipſos genuerunt. Et ſi lupus eos rapuerit, aliqua alia beſtia eos abſtraxerit, abibunt, & abſtrahentur me clamantes: & lupus agno potiùs perſuaſerit, propriâ matre relictâ eum ſequi, quàm ij obliuiſcantur proprij amoris in paſtorem.

10 Hæc non ferens Numerianus, At ego, inquit, efficiam, vt opportunius vtaris reſponſionibus. Et ſtatim

ſuſpenditur & truciatur, cũ pueris:

in ligno in altum ſublatus eſt athleta, & ex aduerſo pueri ferreis diſcerpebantur vngulis. Et illos quidem diuina quædam deſuper animum addens gratia, promptumque & alacre augens animi ſtudium, reddebat eos ſtatuis magis impatibiles.

11 Ex iis autem, qui circumſtabant, dicebant quidam

impiam adſtatium commiſerationem reprehendit.

diuino Babylæ: Quouſque eris amens, & malè tibi conſules? Ne puerorum quidem ſpecies flectit hoc tuum cor durum & immite, quæ tam miſerè perit, & ante tempus? Illorum ergo verbis Martyr conuerſus, & apertè oſtendens ſe eorum vicem ægrè ferre & dolere; Quænam hæc eſt, inquit, grauis & caliginoſa nubes, quæ mentis veſtræ obſtruit oculos, nec ſinit cælum intueri *b*? Quid eſt, quod veſtram ſic incantauit animam, & talia in eam effudit pharmaca, vt vos totos alliget interitui, & nec ſinat vos vllam ſalutis ducere rationem? Ego autem, vt de Numeriano nunc omittam, nihil enim eum iuuerit, etiamſi millies videatur eſſe Imperator, ſed de vobis & veſtro interitu, ſæpè venit in mentem acerbè lacrymari, & grauiter eiulare, quòd cùm ſitis honorati ratione, euaſiſtis, vt video, minùs præditi ratione, quàm bruta: & cùm oporteret, ſi vllus eſſet ſenſus, veſtrum agnoſcere creatorem, vos ad hunc ſolùm intuemini, adiecto nomine Numeriani, & ab eius vmbrâ & vultu tyrannico pendetis. Quod ad me autem attinet, videtiſne quemadmodùm Chriſtus meos labores alleuet, & ex ſancto habitaculo emittat auxilium, & incitet ad labores, & animum addat ad certamina? Atque hæc quidem dicebat Sanctus carnificibus.

b

12 Quinetiam nec pueri quidem redditi fuerant imbecilles: ſed dum ij pendebant in ligno ſublimes, fluentia quidem membra corporis non curabant: eis autem totus animus conuerſus erat ad magiſtrum, & pro illo ſic maledictis inſectabantur Tyrannum: Non te pudet, ô infelix, tam venerandum caput tantâ afficere contumeliâ? Non erubeſcis, cùm ſis ipſe filius tenebrarum, lucis præconem & miniſtrum ſic tractare? Nullo pudore ſuffunderis, quòd coram omnibus habearis pueris ludi-

Pueri tyranni ſæuitiam arguunt;

ex METAPHRASTE. brio? Nam tu quidem conturbaris, & furis, & intus vreris iræ incensus carbonibus: nos autem, tamquàm vernis floribus, suppliciorum variamur stigmatibus.

a *S. Chrysostomus oratione 9. in epist. Pauli ad Ephesios,* B. Babylas, *inquit,* vinctus fuit eamdem ob caussam, ob quam Ioannes; vt qui Regem iniquè se gerentem arguerit.

b *Additur in MS. Graco:* sed deorsum inclinat, & terræ cogit affixum esse.

CAPVT III.

S. Babylæ & puerorum cædes.

13 NVmerianus autem cùm eos vnà cũ magistro illinc deduxisset, Babylam quidem prope se ferreis illis vinctum vinculis, includit in quadam domunculâ. Cùm pueros autem ad se curasset adducendos (putabat enim se faciliùs eos esse superaturum propter ætatis teneritudinem) includit in aliâ domunculâ: & variè eis assentabatur, & blandiebatur, & se eis insinuabat, eos vocans filios, & egregiæ indolis pueros & præclari ingenij, dansque eis pecunias, & honores pollicens, multisque blandis & dulcibus verbis apud eos vtens. Illi autem, veluti vnâ mente, & vno ore, Dolose, dicunt, & malitiose, quid hæc nobis, tamquàm escam porrigis, volens nos, tamquàm passeres laqueo comprehendere? Non te negabimus, a mater pietas. Non te fallemus, care Doctor Babyla. Nullus nos capiet Imperator, etiamsi Numeriano furorem spirarit vehementiùs.

blanditias eius respuunt & rident.

a

14 Hæc apud Tyrannum pueris affirmantibus, & magnâ voce clamantibus, egregius Babylas, & verè illorum magister, qui erat inclusus in domunculâ, & eos audiebat, propter hæc fuit magnâ repletus lætitiâ; neque erat amplius de futuro dubius, sed, Euge, dicebat, ô cari pueri! euge mea disciplinâ! accipio mercedẽ meæ educationis, colligo maiores fructus laborũ. Ago tibi gratias, diuina in nos prouidentia, quòd me dignũ censueris, qui vocarer magister talium, non puerorũ, sed fortium potiùs virorum; non ætate infantium, sed virtute perfectorum.

Eorum constanti à gaudet Babylas:

15 Interim autem eum quoque sisti curat Numerianus: &, Nonne sunt tui, inquit, isti pueri? nam, per Iouem, sunt isti tibi sententiâ animi valdè similes. Ille autem, Spiritu, inquit, ô Imperator, sunt filij, non carne, corporei enim amoris & cubilis sensum ad hoc vsque tempus non percepi. Sed cur non, inquit Numerianus, citò sacrificans, & te & nos liberas à molestiis? Sin autem non sinunt eæ quæ præcesserunt molestiæ, sed mordent ac excruciant, & dolorem afferunt; at ego te possùm remunerari longè pluribus & maioribus bonis, & inducere ad illarum obliuionem. Deinde videbatur etiam ei bonum dare consilium ad ea quæ erant proposita; Oporteret autem, dicens, ô Magister, tuam caniciem suggerere puerorum ætati id quod decet, & eis persuadere, ne adeò intempestiuè, & in ipso flore marcescant miserabiliter. Diuinus autem Babylas, videns illam Numeriani sollicitudinem, & in se ipsum & in pueros comparatam calliditatem, Videris, inquit, ô Imperator, valere iubens barbaros, cum quibus te maximè oporteret bellum gerere, & externis curis dimissis, in nos vniuersum conuertisse studium; non eò tuum dirigens apparatum, vt tuæ curæ iis prosint qui tuo parent imperio; sed vt tormenta excogites, per quæ iræ tuæ indulgeas & feritati naturali.

is semper virgo:

tyranno crudelitatem exprobrat.

16 His toto corde ebulliens & incensus Numerianus, iubet ad mortem rectà duci Martyres. Atque illi quidem ducebantur lætantes; & hæc lingua canebat cum gaudio: Benedictus Deus, qui olim quidem ex infantibus & lactentibus laudem perfecisti; nunc autem ex infantibus, etsi non lactentibus, & ex cano sene sacrificium, sanguinem eorum accipis. His ergo, & b multis aliis contexentes gratiarum actionem, peruenerunt ad locum martyrij. Et cùm sacrosanctos ante se pueros statuisset B. Babylas, illos suæ doctrinæ pulchrum fructum Deo obtulit.

cum pueris ducitur ad mortem:

b

17 Postquàm autem illos vidit consummatos, beatam illam emisit vocem: Ecce ego, inquit, & pueri, quos dedit mihi Deus. Porrò autem eos quoque, qui aderant, rogauit, vt ipsa signa certaminum cum eo sepelirent. Ipsa enim propter Christum amabat, & amplectebatur; & nec volebat ea auferri à surdo illius puluere: quæ quidem pulchra esse suæ sepulturæ ornamenta, pulchrè nouerat. Quænam autem ea erant? Collare, & ferrei eius compedes. Deinde ei quoque caput amputatur quarto die Septembris. Iacet autem c nunc quoque in capsâ Babylas cum illo colli sui ornamento, & ferreis vinculis, suum laudans agonothetam d, quoniam eum decet gloria, potentia, honor & magnificentia, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

vult cum vinculis sepeliri.

c

d

a *Græcè,* μὴπερ Εὐσίβεια. *an hoc matris potiùs nomen quàm* Theodula?

b *Hæc verba Psalmi à Babylâ cantata refert Suidas:* Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Psal. 114. 7.

c *Cùm nimirùm Acta hæc Leontius scribebat, aut certè S. Chrysostomi tempore, qui Oratione citatâ de S. Babylâ, ita de eis scribit:* Extant etiamnunc cum Babylæ cineribus compedes, Ecclesiarum Præfectos omnes commonefacientes, vt vinciri, vt iugulari, vt quiduis pati oporteat. Certè omnia prompto atque alacri animo, ac magnâ item cum voluptate sustinenda, vt concreditæ nobis libertatis ne leuissimam quidem partem prodamus, aut contaminemus. *Et Oratione 9. in epist. Pauli ad Ephesios:* Ipse decedens mandauit, vt vincula ponerentur cum suo corpore, & corpus sepeliretur vinctum: & nunc sitæ sunt compedes cum cinere. Tantum erat ei desiderium vinculorum propter Christum.

d *Addit Petrus de Natalibus:* quorum corpora S. Theodola sepeliuit IX. Kal. Februarij. *Idem ex eo refert Canisius.*

S. BABYLÆ

Translatio, & triumphus Antiochenus.

AN. CHR. CCCLXII. XXII. OCT.

1 *DVplex S. Babylæ erectum olim apud Antiochenos templum, siue martyrium fuit. Vnum* amplissimum, *teste Euagrio lib. 1. historiæ Eccles. cap. 16.* ante portas vrbis Antiochiæ, quod adhuc integrum, *dum is scriberet,* manebat. *S. Chrysostomus homiliâ de S. Babylâ hoc vltra fluuium Orontem, ad quem sita Antiochia, extructum indicat, quod alterâ oratione de S. Babylâ contra Gentiles in vrbis ædificiis connumerat, vt ampla nimirùm suburbia alibi instar vrbis habent. A quo id aut quando erectum fuerit, non constat. Reliquiæ S. Babylæ eo loco aut conditæ à principio fuêre, aut eò sub primis Imperatoribus Christianis translatæ. Nec Euagrio credendum, qui à Iuliano vult erectum; cùm Chrysostomus summè miretur ab eo in Babylæ odium non fuisse destructum.*

Templum S. Babylæ, Antiochiæ

2 *Aliud in Daphne, suburbano quoque loco, sed aliquantò remotiore, ædificatum est à Gallo Cæsare, Iuliani Apostatæ fratre, eoq; reliquiæ è priore templo, eodem curante Gallo Cæsare, translatæ sunt. Hinc demùm Iuliani iussu ad sacrum templi septum relatæ sunt, intra quod erant priùs, vt monet Chrysostomus, qui adolescens spectauit, quæ prouectiori iam ætate Ecclesiastica tractans aduersùs Gentiles scripsit: habuit enim eam orationem post annos viginti, vt ipse testatur, ex quo facta illa fuêre. Confirmat autem ea quæ dicit, huiusmodi adiectâ contestatione:* Ex iis qui ea viderunt, supersunt adhuc & senes & iuuenes, quos omnes obsecro & obtestor, si quid à me historiæ adiectum fuerit, in medium prodant, meque redarguant, *&c. ita Chrysostomus, atque ex eo Baronius anno Christi 362. num. 96. qui susè hanc historiam prosequitur. Nos eam Chrysostomi orationem, cuius pars à Surio edita est, hic omittimus, quòd multa oratoriè adiiciat ad Gentiles confutandos, quæ minùs ad institutum nostrum necessaria sunt. Extat alia eiusdem Chrysostomi de hac ipsâ translatione oratio à Frontone Ducæo nostro Latinitate donata.*

aliud in Daphne: huc allata reliquiæ, mox elatæ.

3 *Rem gestam ex vno Sozomeno tradimus, qui eam accuratè describit lib. 5. historiæ Eccles. cap. 18. & 19. eamdem narrant Ruffinus lib. 1. hist. Eccl. cap. 35. & 36. Socrates lib. 3. cap. 16. Theodoretus lib. 3. cap. 19. Acta S. Artemij apud Metaphrasten 20 Oct.*

Ea Translatio à quo descripta.

20. Octob. Euagrius lib. 1. cap. 16. Nicepherus lib. 10. cap. 18. Cedrenus aliiq; ſacri & profani auctores, inter quos ipſe Iulianus apoſtata cenſeri poteſt, qui in Miſopogone meminit mortui *à ſe ex* Daphne remiſſi, Apollinis obmuteſcentis, & templi inflammati: *quod* vndecimo Kalendarum Nouembrium *contigiſſe memorat Ammianus lib. 22.*

Vnà SS. puerorum tranſlata corpora.

4 *An vnà cum oſſibus S. Babylæ reliquiæ trium puerorum tranſlatæ in Daphnen, & reportatæ ad prius templum? Chryſoſtomus ſæpè,* vnius Babylæ reliquias, eaſque ſolas, *obturaſſe os dæmonis, & ex Daphne auectas inculcat: ſed quòd innumeris aliis cadaueribus, quorum iſtic viſebantur ſepulchra, opponat, nihil ex eo concludi poteſt. Theodoretus, qui etiam Antiochiæ vixit, id certò aſſerit.* Eodem tempore, *inquit*, in eo loco, *Daphne,* reliquiæ inuicti Martyris Babylæ, & adoleſcentum qui vnà cum eo decertarant, repoſitæ iacuerunt. *& mox:* Imperauit Chriſtianis Iulianus, vt reliquias dumtaxat inuictorum Martyrum ex eo loco transferrent. Qui ad lucum lubentibus animis profecti, loculum in bigis collocant, *&c.*

HISTORIA TRANSLATIONIS

ex Hermiâ Sozomeno, hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 18.

1 Daphne eſt ſuburbium Antiochiæ percelebre, nemore multis cupreſſis veſtito cinctum, aliiſque arboribus cupreſſis admixtis variatum. Subter arbores autem terra, pro temporum viciſſitudine, alios aliis ſucce dentes flores benè olentes cuiuſque generis producit. Locus autem vndique ramorum & foliorum denſitate, quæ Solis radios ad ſolum vſque terræ haud penetrare ſinit, velut tecto, vel vmbrâ potiùs, circumfuſus eſt. Eſt etiam, tum propter abundantiam & pulchritudinem aquarum, tum propter temporum æquabilitatem, tum denique propter placidorum ventorum flatum, peramœnus, & ad oblectationem valdè accommodatus. Ita que apud gentiles in fabulis eſt, Daphnen filiam *a* Ladonis fluminis Arcadiæ, cùm Apollinem amatorem fugeret, in arborem ſuo nomine appellatam conuerſam fuiſſe. Apollinem autem ne ſic quidem perturbatione illâ animi liberatum, ramis arboris, quam amabat, ſe coronaſſe, ipſam arborem complexum eſſe, & locum ſibi, ſi quiſquam alius, carum, prærogatiuâ præ ceteris honoraſſe. In Daphnen igitur ſuburbium ingredi, cùm eius generis eſſet, turpe modeſtis viris exiſtimabatur. Nam & ſitus loci & natura erat ad laſciuiam accommodata: & materia fabulæ, quæ fuit planè amatoria, leui arreptâ occaſione, in animis corruptorum adoleſcentium duplo maiorem amorem inſeuit. Nam res in fabulis deſcriptas, velut cauſſam ad ſe excuſandos afferentes, vehementiùs incendebantur, & omni exuto pudore, ad facta libidinoſa cupidè ferebantur: nec poterant vel ſeipſos temperare, vel temperantes homines eo in loco ſecum videre. Nam ſi quiſquam eorum abſque amicâ fortè in Daphne verſaretur, ſtupidus planè, inhumanus, & tamquàm ſcelus quoddam aut peſtis deteſtabilis fugiendus videbatur. Erat hic locus reuerà in magnâ veneratione apud Gentiles, & magno æſtimatus. Nam eximia Daphnæi Apollinis ſtatua in eo fuit, & delubrum magnificâ operâ & ſumptuoſâ conſtructum: quod fama eſt à *b* Seleuco patre Antiochi, à quo Antiochia nomen accepit, ædificatum eſſe. Credebatur etiam ab his qui iſtas res colere ſolent, aquam in eum locum ex fonte Caſtalio influere, quæ facultatem diuinandi hominibus tribuebat, paremque vim & idem nomen cum eâ quæ eſt in *c* Delphis, obtinebat. Quinetiam iactitant, *d* Adriano priuatam etiamnum vitam degenti, Imperium ei obuenturum, in eo loco prænuntiatum fuiſſe. Nam dicunt eum, cùm folium fonte Daphnes tinxiſſet, hauſiſſe inde rerum futurarum cognitionem

Daphne in ſuburbio Antiocheno locus amœnus,

a

olim laſciuia palæſtra:

iſthic Daphnæus Apollo;

b

& aqua Daphnitica, vaticinandi vim conferens,

c

d

in folio planè deſcriptam: ac cùm ad Imperium gubernandum peruenisſet, fontem aggere obruiſſe, eo conſilio, vt aliis non liceret ex eo diſcere futurarum rerum ſcientiam. Sed hæc quidem narrantur accuratè ab iis, qui curam ac ſtudium in fabulis contexendis poſuerunt. Ex Sozomeno. *cuius ab Adriano fons obſtructus.*

2 Vbi verò Gallus, frater Iuliani, *e* Cæſar à Conſtantio deſignatus, Antiochiæ ætatem degit, quoniam Chriſtianus erat, quia inprimis eos qui pro religione Chriſtianâ martyrium obierant colebat, conſtituit hunc locum purgare tum ſuperſtitione Gentilium, tum intemperantium hominum contumeliâ. Atque cùm perſuaſum haberet ſe facilè hoc perfecturum, ſi modò eccleſiam ibi in delubri loco extrueret; *f* tranſtulit in Daphnen loculũ Babylæ Martyris, qui Eccleſiam Antiochenam præclarè admodùm rexiſſet, martyrioque occubuiſſet.

e

S. Babylæ corpore iſthuc allato,

f

3 Ex quo quidem tempore dicitur *g* dæmonium nullum oraculum, vti conſueuerat, edidiſſe. Videbatur quidem primò iſtud propterea accidiſſe, quòd victimis iam carebat, & cultu illo quo antè dignatus fuerat; ſed poſteà tamen ab eo ipſo præfactum eſt, quòd Martyr, cuius corpus in proximo repoſitum erat, impedimento fuit, quò minùs iſtud, vt ſolet, præſtaret. Etenim quamquàm Iuliano ſolo imperium Romanum gubernante, libamentis, nidore, & copiâ hoſtiarum abundabat; nihilominùs tamen conticuit, ad extremumque reſponſo dato, perſpicuè cauſſam ſuperioris ſilentij per ſe declarauit. Nam cùm Imperator animo inſtituiſſet de rebus, de quibus ei libitum erat, oraculum quod in eo loco fuit tentare, accedens ad delubrum, dæmonium monumentis & victimis magnificis honorat: oratque vt res, quas moliebatur, non negligeret. Dæmonium igitur, etſi non planè & apertis verbis, ita ſignificabat, ſe nimirum propter Babylam Martyrem, cuius buſtum vicinum erat, oracula dare non potuiſſe; tamen reſpondit, *h* locum refertum eſſe cadaueribus mortuorum, idque obſtare quò minùs oracula ederet. Quo audito, Imperator, licet multa eſſent cadauera in Daphne condita, tamen quoniam *i* coniiciebat Martyrem ſolum eſſe oraculis impedimento, dat mandatum vt buſtum Martyris inde in alium locum transferretur.

g

Apollinis ceſſant oracula.

h

i

ideò iubet Iulianus ſacrum corpus inde efferri:

4 Itaque Chriſtiani in vnum congregati, buſtum citer *k* quadraginta ſtadia in vrbem *l* trahunt, vbi iam Martyr in loco, qui ab eo nomen accepit, repoſitus iacet. Ferunt eo tempore viros & mulieres, iuuenes & virgines, ſenes & pueros mutuâ ipſorum cohortatione incitatos, per totum iter Pſalmos cantaſſe: qui quamuis ſimularent, ſe, quò labores itineris leuarent, ceciniſſe, tamen canebant *m* reuerà ardenti ſtudio, & propensâ erga pietatem voluntate incenſi, propterea quòd Imperator aliter omnino atque ipſi de Deo ſentiebat. Pſalmos autem ordiebantur hi qui eos canere accuratè norant; multitudo autem ſimul voces fudit cum concentu, huncque verſum *n* addidit: Confundantur omnes qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis.

k l

id Chriſtiani cantantes

m

tranſferunt.

n

5 Ob hanc cauſſam Imperator, perinde quaſi contumeliâ affectus fuiſſet, irâ exardeſcere cœpit, & propterea conſtituit ſupplicia Chriſtianis irrogare. Verùm Saluſtius eius Præfectus, licet profeſſione Gentilis, illud quidem conſilium non probauit; ſed tamen cùm reſiſtere non poſſet, mandatum Imperatoris re ipſâ exequitur, & poſtridiè multos comprehendit Chriſtianos, & in vincula coniicit. Ac primùm omnium adoleſcentem quemdam, cui nomen erat Theodorus, in medium productum ad equuleum applicat. Ille diu acutis teſtis ſuffoſſus, neque tormentis ſuccubuit, neque Præfecto ſupplicem ſe præbuit: ſed ita ſe geſſit, vt nihil videretur ſentire doloris: *o* quin etiam velut ſpectator cruciamentorum ſibi inflictorum, toleranter ac placidè plagas accepit, Pſalmumque cecinit rurſus eumdem quem pridie cecinerat: atque ita planè oſtendit, quàm non curaret ea, pro quibus in iudi-

Sauit ideò in Chriſtianos Iulianus.

Theodorus grauia tormenta perpetitur,

o

Ex Sozomeno.

in iudicium adductus fuiſſet. Præfectus autem conſtantiam adoleſcentis admiratus, cùm veniſſet ad Imperatorem, res ab eo geſtas illi expoſuit: dixitque, niſi celeriùs ab inſtituto deſiſteret, fore vt & ipſi omnibus haberentur ludibrio, & Chriſtiani plus inde laudis & gloriæ colligerent: quod conſilium cùm magis approbaretur, qui erant comprehenſi, vinculis liberabantur. Dicitur porrò Theodorum, cùm à quibuſdam rogatus eſſet, num dolorem ſenſiſſet tormentorum, reſpondiſſe, ſe non omnino omni ſenſu doloris caruiſſe; verùm adoleſcentem ſibi aſtitiſſe, qui doloris morſus ſedaſſet: tenuiſſimo linteo abſterſiſſe ſudores, aquâ frigidiſſimâ corpus perfudiſſe, quâ & ardores reſtinxit, & ærumnas ſubleuauit. Videtur quidem certè mihi hoc non ſolius eſſe hominis, quantumuis generoſi, vt corporis afflictationem adeò contemnat, niſi qui fortè robore & vi diuinâ adiutus fuerit.

calitus recreatus.

Templum Apollinis calitus incenſum:

6 Itaque Babylas Martyr ob eam cauſſam, quam ſuprà demonſtrauimus, & in Daphne conditus eſt, & inde rurſus tranſlatus. Quâ re confectâ, *p* haud ita diu pòſt ignis ex improuiſo in delubrum Apollinis Daphnæi irruens, totum tectum & ipſam ſtatuam flammâ penitùs abſumpſit: atque parietes ſolùm, quibus delubrum erat circumdatum, columnas præterea, quæ tum veſtibula tum poſteriorem partem ædificij ſuſtulciebant, nudatas reliquit. Atque, vt Chriſtiani putabant, *q* ignem illum cælitus in dæmonem delapſum eſſe, ſic Gentiles rumorem diſſiparunt, illud facinus à Chriſtianis deditâ operâ perpetratum. Quæ opinio cùm ſuperior eſſet, Sacerdos Apollinis adducitur in iudicium, vti, quis incendij auctor fuiſſet, indicaret. Atque licet multis verberibus cæſus, grauiterque cruciatus, neminem tamen omnino indicauit *r*. Quà re potiſſimùm inducti Chriſtiani, conſtanter affirmarunt, ignem non ab hominibus per inſidias iniectum, ſed diuinâ vltione à cælo demiſſum in delubrum irruiſſe. Atque iſta hoc modo accidiſſe accepimus.

p

q id Chriſtianis imputatum;

r

ideò contra Martyrũ eccleſias lata edicta.

7 His rebus in Daphne propter Babylam Martyrem à Deo confectis, Imperator, credo, cùm certior factus eſſet, eccleſias quaſdam in honorem Martyrum eſſe prope Apollinis Didymæi fanum, quod ante Miletum eſt, ædificatas; ſcripſit ad Præſidem Cariæ, vt ſi tectum iam & menſam ſacram haberent, eas incenderet: ſin earum ædificia ex dimidiâ parte dumtaxat perfecta eſſent, fundamentis dirutis ſolo æquaret.

a *Ladonis filiam etiam ſcribit Chryſoſtomus oratione contra Gentiles. Penei fluuij filiam appellat Ouidius libr. 1. Metamorph. vbi pluribus hanc fabulam narrat.*

b *Fuit ex commilitonibus Alexandri Magni, qui poſt obitum eius anno Olympiadis 118. ſecundo regnauit Babylone & in Syriâ. obiit anno primo Olymp. 124. Ammianus lib. 22. vult ab Antiocho Epiphane conſtructum.*

c *In Phocide ad radices Parnaſſi montis.*

d *Imperare cœpit anno Chriſti 117. obiit Kalendis Ianuar. anni 138.*

e *Anno Chriſti 351.*

f *S. Chryſoſtomus*: Vbi tam longum temporis interuallum ab eius ſepulturâ interceſſit, vt non niſi oſſa ac cinis in feretro ſupereſſent, placuit Imperatori vni ex iis, qui poſteà imperarunt, Deo ipſius animum ad id impellente, capſulam in ſuburbium iſtud Daphnen abduci. *deinde* fratrem Iuliani *appellat.*

g *Idem Chryſoſtomus:* Illud vos annorare poſtulo. Babylam non ſtatim vbi aduenit dæmonem eiecciſſe; ſed manentem eum otioſum, inertem, agendiſque rebus ineptum reddidiſſe. Illi enim os ita obſtruxit, vt vel lapidibus ipſis magis mutus redderetur.

h *Chryſoſtomus oratione de S. Babylâ:* Imperator cùm Daphnen aſcendiſſet, illic Apollinem precibus fatigabat, ſollicitabat, ſupplicabat, vt ſibi de rebus futuris quippiam vaticinaretur. Quid igitur magnus ille Gentilium vates Deus? Mortui me impediunt, inquit, ne loquar. At tu capſulas effringe, oſſa effode, mortuos transfer. *aut vt in oratione contra Gentiles refert dæmonem dixiſſe:* Daphnes locus cadaueribus ſcatet, id quod oraculum arcet. *& tomo 4. ſermone 42. de laudibus Apoſtoli Pauli*: Ipſius reſponſa dæmonis transferri à Rege ſepulrum iuxta ſe Martyrem compulerunt, dicentis, ſe alloqui omnino non poſſe, quamdiu proximam illius arcam videret: erat namque vicina. Poſt quæ ipſius Regis auunculus, qui profano attactu conſe-

ciata Deo vaſa temerauerat, vermibus exeſus interiit. Præpoſitus quoque regalis ærarij ob aliam, quam eccleſiæ intulerat iniuriam, medius repentè diruptus eſt *Hæc cauſſa eſt, quare à Chriſtianis iuſſerit Iulianus reliquias auferri, vt fusè docet idem Chryſoſtomus orat. contra Gentiles.* Perdito huic Imperatori æquè atque Apollini virtus Babylæ, & quam cum Deo haberet fiducia cognita erat: ob id formidabat, ſi hoc feciſſet (*id eſt, reliquias diſturbaſſet*) ne fulmen diuinum néue aliquem alium morbum in ſe ipſe prouocaret. *Fuit Apoſtata auunculus* Iulianus, *Præfectus ærarij* Felix: *quorum interitum narrat Theodoretus lib. 3. cap. 11.*

i *Ruffinus ait*, ſacerdotes dæmonis Iuliano cauſſas ſilentij ſciſcitanti *dixiſſe*, Babylæ Martyris ſepulchrum propè adſiſtere, & ideò reſponſa non reddi: *quæ potiùs de interpretatione reſponſi dati à dæmone intelligenda. Ruffino conſentiunt Acta S. Artemij, in quibus ſacrificulus vocatur* Euſebius.

k *Eadem Acta*, quinquaginta ſtadia. *Ruffinus*, ſex millia paſſuum.

l *Chryſoſtomus oratione contra Gentiles*: Trahebatur capſula per totam viam, reuertebatur Martyr, athletæ alicuius exemplo, coronam alteram in ſuam vrbem ferens, in quâ & priorem coronam reportârat. *Capſam fuiſſe è lapide maximo, tradunt Acta S. Artemij.*

m *Ruffinus:* Hæc in auribus profani Principis per ſex millia paſſuum tantâ exultatione pſallebat omnis Eccleſia, vt cælum clamoribus reſultaret. *Quæ ex eo Ado alii in ſua Martyrologia tranſcripſerunt.*

n *Theodoretus*: Loculum in bigis collocant, omneſque ad vnum antecedentes ſaltare, pſalmoſque Dauidicos canere cœperunt: & inter ſingula verſuum membra hæc verba interponere: Confundantur omnes qui adorant ſculptilia.

o *Ruffinus hæc ſe à Theodoro intellexiſſe ſcribit, additq; ita* hunc fuiſſe delectatum, vt tunc mœſtior factus ſit, quando deponi de eculeo iuſſus eſt.

p *Chryſoſtomus:* Simul vt in vrbem peruenit *corpus Babylæ*, ſtatim ignis in templum *Apollinis* inuaſit. *Acta S. Artemij: Ablatu reliquiis* Iulianus parabat multitudinem victimarum & donariorum, vt qui poſtridie eſſet cum eis Daphnen aſcenſurus, *&c.* Cùm verò nox iam multùm proceſſiſſet, ignis repentè è cælo demiſſus in templum cecidit, *&c. vndecimo Kal. Nouemb. vt ex Ammiano dictum.*

q *Chryſoſtomus*: Si quis nunc illò acceſſerit, numquàm vtique dixerit, factum id, ignis opus eſſe.

r *Imò, teſte Chryſoſtomo*, contortus ac fœdè laceratus, cùm neminem haberet quem proderet, ignem è cælo delapſum teſtatus eſt, vt maleuolis atque impudentibus nullus iam calumniæ locus relictus fuerit.

S. BABYLÆ
reliquiæ Cremonam tranſlatæ.

AN. CH. MCCCCLX XVIII. OCT.

1 *Peregrinus Merula, libro quem Sanctuarium Cremonenſe inſcripſit, teſtatur agi Cremonæ ſanctorum Martyrum* Babylæ *Epiſcopi & Simpliciani celebritatẽ XXIV. Ianuarij, quòd eorum iſthic corpora condita ſint. Simpliciani, quem ipſe Catanæ in Siciliâ, cum Stephano, Pintiano, Attalo, aliiſq; coronatum martyrio ſcribit, XXXI. Decembris adſcriptus eſt Martyrologio natalis. Amborum corpora in eccleſiâ pagi qui* Plebs S. Iacobi *dicitur, ſub ditione Cremonenſi, à ſanctâ & gloriosâ Marchioniſſâ Machtilde, quæ XXIV. Iulij an. MCXV. obiit, condita fuêre; an à conſanguineis Principibus donata, qui iam Orientis partem duce Bullonio ſubiugarant; an à Pontifice Romano, quem illa innumeris ſibi beneficiis mirificè deuinxerat, nuſquam legimus.*

Reliquiæ S. Babylæ in Galliam Ciſalpinã allatæ:

2 *Ea Bernardus Epiſcopus Cremonenſis an. 1460. die 18. Octobris, in vrbem ad baſilicam Cathedralem tranſtulit, quò maiori religione colerentur, vt idem auctor eſt Merula. De hac tranſlatione Lodouicus Cauitellius in annal. Cremonenſibus:* Anno 1460. ex vico Plebis S. Iacobi, diœceſis Cremonenſis, die decimâ octauâ Octobris tranſlata fuerunt Cremonam, & in eccleſiâ ibi cathedrali repoſita, oſſa Diuorum Babillæ & Simpliciani Martyrum: ex quibus Babilla fuit Patriarcha Antiochiæ, & vnà cum Præladuro & Apollonio impuberibus, & Theodoſiâ eorum matre paſſus fuit martyrium ibi ex iuſſu Valeriani Imperatoris, dum voluerit ipſi prohibere ingredi templum illic diuinum. & Simplicianus fuit etiam Epiſcopus; ſed non reperi cuius ciuitatis, & quo tempore fuit martyrio affectus:

pòſt Cremonam.

ctus: & quorum ossa asseruabantur in arcâ marmoreâ in ecclesiâ ipsius Plebis dicatâ Diuo Iacobo Apostolo iam annis circiter tercentum, in eam translata ex iussu Reginæ Mathildis: dum eas & alias ecclesias ex diœcesi Cremonensi erigi fecerit in Plebes, vt præfertur.

Ara inscriptio.

3 *Sub vetustâ Confessione ecclesiæ cathedralis, in ipso horum Sanctorum altari, ista, vt tradit Merula, legebatur aliàs inscriptio:* Babylæ & Simpliciani ossa, ad octauum lapidem olim sepulta, mox nutu diuino inuenta, hîc reponi Præfecti huius ædis curarunt MDXLIII. *An tunc quoque noua facta sacrorum pignorum translatio, aut thecæ mutatio, aut alioquin loci ornamentorúmue innouatio, non prodit.*

Eadem, atque aliorum SS. reliquiæ

4 *Anno demum 1614. die 8. Iunij, nouem Sanctorum solennissimè translatæ reliquiæ, Ioannis Briuij Antistitis studio, videlicet* Marcellini, Petri, Himerij, Homoboni, Babylæ, Simpliciani, Arealdi, Archelai, Facij. *De B. Facio actum 18. Ianu. Coluntur SS. Marcellinus & Petrus 2. Iunij, Himerius 19. Octob. Homobonus 13. Nouemb. Arealdus 1. Septemb. Archelaus 23. Augusti. Recluſit diuinum hunc thesaurum Antistes 7. Iunij, in amplissimâ coronâ nobilium ac piorum hominum, multis collucentibus cereis, honorificentiùs in nouis capsis, arisq; in cryptâ recens erectis, recondendum. Inspecta igitur omnia diligenter, ossaq; telâ byssinâ reuerenter inuoluta, thecis imposita ex odoratâ & incorruptibili cupresso fabrefactis, panno serico interiùs suffultis; quæ clausiris ferreis, impressoq; Episcopi signo munitæ; additâ singulis epigraphe. Postridie instituta supplicatio, quæ vt sanctiùs splendidiusq; obiretur, non Clerum modò ac ciues, sed & propinquos vicos cum suis Curionibus excierat, diplomate excuso, Antistes, hortatus omnes ad confessionis atque Eucharistiæ eo die participanda Sacramenta, indictâ etiam in peruigilio inediâ. Seriem totius supplicationis ac pompam describit Merula. Nos quæ ad* Babylam *& Simplicianum propriè spectant, proferemus.*

in nouas capsas imposita,

solenniter translata.

Capsa inscriptio.

5 *Capsæ, quâ amborum corpora continebantur, hæc erant inscripta:* Anno à Christi natiuitate 1614. die septimo Iunij, corpora SS. Babylæ Episcopi Antiochiæ & Simpliciani Martyrum, amplo ciuitatis ære hîc locata sunt, per Illustrissimum & Reuerendissimum D. Ioannem Baptistam Briuium Cremonæ Episcopum. *Vestita erat arca rubrâ byssinâ telâ operis Damasceni, fimbriis aureis sericisq; adornata; supraq; Sancti vtriusque imago. Curata omnia impensis sodalitij sanctarum reliquiarum Ecclesiæ cathedralis. Capsam hanc gestarunt quatuor eiusdem ædis Canonici sub elegante panni Damasceni rubei vmbellâ, quam quaterni Sacerdotes sustinebant, tunicellis item rubeis amicti.*

Ex VARIIS.

Arcus triumphalis inscriptiones, emblemata.

6 *Arcus quoque triumphales erecti. Qui forum minus spectabat, eius pars suprema triplici adornata erat emblemate: medio picta erat* S. Babylæ *sepultura, cum vinculis & compedibus, atque hoc lemmate:* Vincla reposco. *Dextrâ Aetna mons flammiuomus, imbre impluente. lemma:* Ardentior. *læuâ planta, è cuius incisurâ resina manabat, quam* sanguinem draconis *vocant. epigraphe:* Saluberrimus. *Isthæc dein in amplâ quadratâ tabellâ inscripta:* Inclytus Christi militibus Babylæ ac Simpliciano, Antiochenam Catanensem Ecclesias, sanctitate vitæ, martyrij triumpho decorantibus; Cremonensem verò, in cælum euectis, sacrorum ossium pignore, firmo præsidio tuentibus, grata Cremona vouit. *Supra ipsam arcus portam dextrà imago visebatur* S. Babylæ *Episcopi, supernè monte appicto, in quo hinc domus aliquot, inde lauretum, medio sepulchrum, adsitâ oliuâ, cum lemmate:* Casta placent superis. *infernè picta fouea erat ranis scatens, ad eius crepidinem ardens facula, cum epigraphe:* Silent. *Læuâ parte imago erat S. Simpliciani Martyris: infernè planta, reciso vertice. lemma:* Fecundior. *Hæc SS.* Babylæ *& Simpliciani propria fuêre. Plateæ gestire lætitiâ videbantur: ædes pleræque Belgicis peristromatis alioq; cultu ornatæ: tormenta bellica ad plausum displosa: nocte ignes festiui excitati, ad testandam vel in tenebris hilaritatem vrbis. Sed præcipuè populi & conuenarum pietas admirabilis fuit. Gesta hæc sunt Dominicâ 3. post Pentecosten, 8. Iunij, 1614.*

DE S. FELICIANO

EPISCOPO FVLGINATE IN VMBRIA.

SVB DECIO. XXIV. IANVAR.

Ecclesiæ Fulginiensis Dedicatio.

VMbriæ totius ac vicinorum etiam populorum *Apostolus* S. Felicianus *fuit, Fulginatium Antistes ac iam Patronus. Eius vrbis basilica cathedralis in eius fundo ædificata traditur, vt quam sanguine consecraturus erat Ecclesiam, patrimonio ipse suo fundaret, augerétue; nam alia ædes angustior ei fundo coniuncta antè erat, quæ* Palatina *dicebatur, quam haud tenui additamento ampliauit. Dedicata primùm S. Ioanni Baptistæ ab ipso est* Feliciano. *Verùm ea amplissimæ ciuium pietati haudquaquàm par erat; etsi sæpiùs fortassis restaurata auctaq; tot labentibus seculis: ergo Marco Antistite, sub annum 1129. innouari ac dilatari cœpta, & septemdecim pòst annis S. Ioanni Baptistæ, S. Feliciano, S. Florentio Confessori, rursus dedicata. Dedicationi interfuisse scribit Ludouicus Iacobillius præter* Iulium *Prænestinum Episcopum Pontificis Romani Legatum, & Fulginatem Benedictum, Narniensem, Amerinum, Spoletinum, Asisinatem, Perusinum, Calliensem, Eugubinum, Vrbinatem, Feretranum, Ariminensem, Pisaurensem, Forosemproniensem, Senogalliensem, Anconitanum, Numanatem, Firmanum, Asculanum, Aesinatem, Auximatem, Camertem, Nucerinum, Abbates octoginta, alioſq; plurimos Ecclesiastică dignitate conspicuos. Peracta ea dedicatio, recoliturq; anniuersariâ solennitate, 10. Martij. Additum posteà ornatum, aras, sacerdotia, aliaq; eius basilicæ decora percenset idem Iacobillius.*

S. Feliciani natalis,

2 *S. Feliciani natalis (de Translatione posteà agetur) celebratur 24. Ianuarij; quo die Martyrologium Romanum:* Fulginij S. Feliciani, qui à Victore Papâ eiusdem ciuitatis Episcopus ordinatus, post multos labores, in vltimâ senectute sub Decio martyrio coronatur. *Galesinius:* Eodem die S. Feliciani Episcopi & Martyris, qui Decio Imperatore, variè grauiterque excruciatus, cursu præclari certaminis confecto, ad præmium migrauit in cælum. *Eadem habet Canisius. Constantius Felicius:* Feliciani Episcopi Fulginatis & Martyris, cuius titulo ea erecta Ecclesia, festumque isthic solenne. Passus est sub Decio.

Acta.

3 *Acta S. Feliciani descripsimus ex antiquo Metensi codice, quem nobis pro suâ humanitate Iacobus Sirmondus noster commodârat, contulimusq; cura alio veteri MS. imperialu monasterij S. Maximini Treuiris. Eadem extant Fulginij, vt quæ ex illis recitat Iacobillius, manifestum faciunt. Addidimus Lectiones è duobus vetustis Breuiariis Ecclesiarum Hamburgensis & Mindensis: & Vitam pleniorem, quam in libro de Fulginatibus Sanctis Italicè scripsit Ludouicus Iacobillius, partim ex breuioribus illis Actis expressam, partim ex aliis illius Ecclesiæ antiquissimis monumentis compositam: qui tamen aliam se prolixiorem eiusdem Sancti historiam aliorumq; Fulginatium Antistitum ait edidisse. Agit de S. Feliciano Ferrarius quoque in Catalogo SS. Italiæ, vitamq; typis excusam citat, (an illam auctore Iacobillio?) & monumenta Fulginiensia. Meminit S. Feliciani Baronius to. 2. an. 203. nu. 2. & an. 254. nu. 29.*

ACTA

ex MSS. Metenſi & Treuirenſi.

1 Elicianus quidam nobili familiâ ortus,cùm in *a* Foro Flaminienſi edoctus eſſet à parentibus Chriſtianis,ita in Dei timore creſcebat, vt fidem *b* prudentiamque eius rari homines imitarentur: intantùm vt Romam pergens propter ſtudium litterarum, priùs circa Eccleſias & monaſteria in Dei ſeruiebat obſequio, quàm iniunctam exequeretur doctrinam. Ibi ergo proficiens; cùm vidiſſet S. *c* Eleutherius Epiſcopus vrbis Romæ ſublime propoſitum eius, & quòd dignum ſe cupiebat effectum, vt & ipſe ſacerdotium mereretur; præcepit S. Eleutherius vrbis Romæ Epiſcopus *d* Victori Archidiacono, vt inter ſuos ſcholares eum reciperet, & ſeculi habitum recuſaret.

Felicianus ſanctiſſimus, Victorio Papæ diſcipulus.

2 Regreſſus itaque ad patriam iam doctus & Chriſtianus, atque omnibus carus, cœpit fidem Chriſti voce liberâ omni populo prædicare. Et quia adhuc omnem patriam gentilitas paganorum retinebat,& ſacerdotium per Thuſciam Picenumque,adhuc *e* habebatur incognitum, à ciuibus ſuis in Clero adſcitis ſubrogatur Epiſcopus. Et deductus ad vrbem Romam, iam S. Eleutherio Epiſcopo ad Chriſtum tranſito, S. Victore Archidiacono Epiſcopo facto , dum vidiſſet Felicianum ad ſe poſt tempora longa veniſſe, gauiſus eſt valdè. Cumque cognouiſſet quòd propter epiſcopatus honorem fuiſſet adductus à ciuibus ſuis, geminatam ſibi lætitiam indicauerunt: & ita tradito ei Pontificali honore monuit quemadmodùm in ſanctâ prædicatione proficeret.

Chriſtum in Vmbriâ prædicat:

creatur Epiſcopus:

3 Ad patriam reuertens à ſuis cum ſummo honore ſuſceptus eſt.Primâ poſt ſuam ciuitatem *f* Fulgineas prædicatione lucratus eſt: ex quâ etiam originis ſuæ proſapiam confirmauit. Quam ciuitatem ita dilexit,vt epiſcopatus ſui tempore die beato Paſchæ proceſſionem vnam apud Fulgineas dedicaret. *g* Spellum verò cum adiacentibus ſuis dum frequenter pergit & commonet;& dum Deæ Veſtæ atque Mercurio deſeruirent, aperuit illis ianuam pietatis,& Chriſti fecit eſſe cultores. *h* Meuaniam ciuitatem cum adiacentibus ſuis, cui iam pridem Dei verbum S. Felicianus intulerat, nihilominùs ſine difficultate beneficij gratiæ ſequacem fecit. *i* Adſentina autem ciuitas culturæ Iouis Capitolini dedita non recipiebat verbum Feliciani Pontificis. Nam frequenter illò in prædicatione profecto ita ei à quodam Lucio reſiſtebatur, vt iniuriatus abſcederet. Pauci tamen,qui ex eis crediderant,Felicianum Epiſcopum ſequebantur. *k* Peruſina verò ciuitas nihilominùs Martis culturæ deſeruiens; nonnulli ex eis prædicationem viri ſancti ſecuti ad fidem Domini peruenerunt. *l* Pleſteas, *m* Nocerias,& vlterior regio,& omnia montana cum *n* Nurſiâ ciuitate,in quâ Iudaiſmus erat , ad fidem Chriſti verbo eius aliqui veniebant, viri Dei ſecuti monita, eidem adhærebant, ordinato eis Preſbytero nomine *o* Piſentio, viro ſanctiſſimo, in baſilicâ, quæ appellatur Argentea. Volens itaque ſuburbana ad normam extendere, *p* Trebiatium ciuitatem frequentiùs viſitabat.Quæ ita ſe verbo eius Deo volente præparauit, vt infra breue tempus omnes ciues eius Chriſticolas faceret, & eis proceſſionem publicam frequentiùs condonaret. Spoletina verò ciuitas ſic erat culturæ Dianæ dedita, vt nullus eo tempore ſalutis reciperet ſacramentum. Accepit tamen Felicianus Epiſcopus à S. Victore Romanæ vrbis priuilegium vt extrinſecus lineo ſudario circúdaretur collum eius. Tunc namque *q* Valentinum Diaconum *r* Interamnenſium ciuitatis, dum ſibi fortiter adhærere cognoſceret, permiſſu ſupradicti Victoris eum Epiſcopum ipſe ſacrauit,alioſque nonnullos,quos ipſe docuerat,per Domini aſpirationem Preſbyteros ordinauit.

prædicat in variis vrbibus:

S. Valentinum Epiſcopum conſecrat:

4 Intereà milleſimo ab Vrbe iam conditâ anno completo, regnante Gordiano Imperatore, bellum Medorum atque Perſarum exortum eſt: cui reſiſtente Gordiano, victor dum reuerteretur ad patriam *f* factione Philippi Præfecti trucidatur.Remanente in victoriâ hoſtium *t* Decio crudeliſſimo Cæſare. Excogitauit autem Decius conſilium Satanæ, vt ſicut de inimicis & hoſtibus, ſic & de Chriſtianorum fidelibus triumpharet: mittens milites ſuos ad ſanctos Dei viros *v* Abdon & Semnen, de Perſidâ ſecum adduci præcepit, quos audierat pro Chriſti nomine fortiter dimicare, eoſque fecit vinculis obligatos ad vrbem Romam ſub cuſtodiâ diligenter deduci. Veniente itaque per Italiam Decio ad ciuitatem antiquam, cui nomen Forum *x* Flaminis eſt, in agro publico cõſtitutam, *y* centeſimo ab vrbe Româ miliario, in palatio publico applicauit; ibique comperit Sacerdotem Dei Felicianum Epiſcopum, laudem Dei populo prædicantem,quem à militibus comprehendi præcepit.Qui comprehenſus eſt, dum oraret in baſilicâ,quæ appellatur Palatina, & quia erat in prouinciâ primus omnium, vt ante eum ab vrbe Româ ad dextram atque ad ſiniſtram vſque ad Alpes *z* Epiſcopatus nomen nullus audiret, interrogatus à Decio, iuſſit eum in eculeo ſuſpendi,& fuſtibus & vngulis atque lampadibus attrectari, & diuerſorum ſuppliciorum generibus cruciari: ſed nullo modo voluit conſenſum ſuum fides Martyris reuocare. Iuſſit itaque vt cum Abdon & Semnen ciuibus Perſis Felicianus in cuſtodiâ publicâ carceris truderetur: vt videntes pœnam Feliciani, quam in illo crudeliſſimus Decius exercuerat, BB. Abdon & Semnen, qui in cuſtodiâ fuerant, terrerentur. Deinde cogitauit iniquiſſimus Decius apud ſe, ne in vnum cubiculum poſiti, magis ſe mutuò conſolarentur, & ad perſeuerantiæ gloriam multos incitarent; ſingillatim eos in carcere cuſtodire præcepit,vt ſe penitùs non audirent loquentes.

Decij iuſſu comprehenditur.

excruciantur:

5 *aa* Meſſallina verò Virgo ſanctiſſima impetum perſecutoris vitando in eccleſiâ Palatinâ confugerat, in quâ ipſe ſacerdotium gerebat:ibi ſe exiſtimabat latitare.Nam diebus ſingulis occultè ad carcerem , vbi S. Felicianus Epiſcopus in cuſtodiâ tenebatur, occurrebat. Cumque frequenter ad carcerem pergeret, quadam die à militibus tenta eſt: quæ iniuriata & cæſa pœnaliter atque tractata; tamen fidem eius, quâ per Epiſcopi admonitionem imbuta fuerat, nullatenus potuerunt à viâ veritatis auertere.

aa viſitur in carcere à S. Meſſallinâ, qua ideò torquetur.

6 Iam deinde cùm dies Kalendarum vrgerent,& feſtinus ad triumphum æſtuaret Decius,Abdon & Semnen iungens proprio comitatui vinculatos ad vrbem Romam non tantùm duci quantùm etiam trahi præcepit. Multam quidem in Sanctos Dei Romam veniens crudelitatem exercuit. Felicianum verò Epiſcopum, quia ſenior erat, & pœnâ fuerat fortiter laceratus , vinctum catenis conſtituto tempore ad Romanam ciuitatem adduci conſtituit. Quod dum factum fuiſſet, & traheretur à militibus ad Vrbem cathenatus S.Felicianus Epiſcopus,ſigna magna faciebat in populo: & quia delicatus corpore, & ſenectute atque pœnâ laceratus defecerat, miliario à ciuitate ſuâ tertio ad *bb* Montem Rotundum ſacratum Deo reddidit ſpiritum , anno ætatis ſuæ nonageſimo quarto, Epiſcopatus quinquageſimo ſexto.

S. Felicianus Romã trahitur:

bb moritur in viâ:

7 Occurrerunt ergo ſancto corpori eius omnes habitatores de ciuitatibus, quæ in circuitu ſunt poſitæ, ſed & vicorum vbi ipſe prædicauerat verbum vitæ tam Preſbyteri quàm Diaconi vel Clerici, quos ipſe omnes conſtituerat ſibi eſſe miniſtros:& poſuerunt corpus eius cum fletu magno in agello ipſius, vbi ipſe iuſſerat, iuxta Fulgineas ciuitatem, ſuper Pontem Cæſaris, ſub die nono Kalendarum Februariarum , vbi præſtantur beneficia Dei vſque in hodiernum diem. Amen.

ſepelitur:

claret miraculis:

a Forum Flaminij, *Straboni & Euſebio φόρον φλαμίνιον, Ptolemæo φόρῳ φλαμινίῳ,oppidum olim,aut vicus fuit,inter* Fulginium & Nuceriam Camellariam,*ad* Tinam,*ſine* Topinum *amnem,in Vmbriâ: vbi nunc* Turrium *oppidum, vt cenſet Ludouicus Iacobillius:*

Forum Flaminij.

lius; aut potiùs, vt Cluuerius, vbi Pons centesimus. *& hic quidem veterum ædificiorum vestigia spectari Leander testatur.*

b *MS. S. Maximini:* & pudicitiam.

c *Sedit* S. Eleutherus, *siue* Eleutherius, *Papa, temporibus M. Aurelij & Commodi, vt 26. Maij dicemus, sub finem secundi seculi Christiani.*

d S. Victor *Eleutherio in pontificatu successit, colitur 28. Iulij.*

e *Meritò pronuntiat Baronius Acta hæc castigatione egere. nam quale hoc est? Fuêre in Thuscià & Piceno Episcopi, Feliciano antiquiores; vt patebit 29. Ianuarij in Constantio Perusino.*

Fulginium f Fulginium, *vulgò* Foligno, *Silio* Fulginia *dicitur, in veteri Itinerario* Fulginij, *aliis* Fulcinium, *hîc* Fulgineæ, *& in Breuiariis infrà* Fulginea.

Hispellum g *Inter Assisium & Fulginium situm est* Hispellum, *quibusdam* Hispella *dictum; vulgò* Spello, *vel* Ispello.

Meuania. h *Ad* Tiniæ & Clitumni *amnium confluentes, infra Fulginium, iacet* Meuania, *vulgò nunc Italis* Beuagna: *in Breuiariis infrà* Bebania.

i Asisium, *siue* Assisium, *videtur intelligere. Breuiaria habent* Assesina.

k *Nota Etruriæ vrbs* Perusia, *ad ipsos ferè Vmbriæ fines, iam memoratis vicina.*

Plestia. l Plestiam *Marsorum oppidum fuisse censet Cluuerius, in Samnitium Pelignorumq; confinio.*

Nuceria. m Nuceria Camellaria, *qua &* Nuceria Fauonienſis, *vt idem Cluuerius censet, iuxta Apennini transitum, haud procul fonte Tiniæ amnis, qui Fulginium alluit. Ad discrimen ab aliis Nuceriis* Camellaria *dicta.*

Nursia. n Nursia, *vulgò nunc* Norsia, *Sabinorum vrbs, circa Piceni fines.*

o *Necdum nobis Lectum in sacris Fastis huius* Pisentij *nomen.*

Trebia. p Trebia *Vmbriæ oppidum, inter Fulginium & Spoletium, medij ævi scriptoribus* Treuis, *in Actis S. Concordij 1. Ianu.* Tribulum *vel* Tribula; *& in exemplari, quo vsus Cluuerius,* Tribulis; *vt ipse quoque censet, & diserte Leander asserit,* Tribula, *vulgò nunc* Treui.

q *Colitur* S. Valentinus *Episcopus Interamnas 14. Febru.*

Interamna. r Interamna *Vmbriæ vrbs,* Nare *fluuio, qui vulgò nunc* Nera, *circumfluat: vnde oppidani* Interamnates Nartes *dicuntur, vt ab aliis Interamnatibus discernantur. Vrbs nunc vulgò Italis* Terani, *&* Terni, *dicitur.*

s *De cæde Gordiani ac Philipporum, annoq; Vrbis millesimo à Christianis Imperatoribus magnificè, at religiosè, celebrato, egimus pluribus in S. Fabiani Papæ Actis 20. Ianuar.*

t *De bellis Decij contra Persas in Actis SS. Laurentij, Abdon, & Sennen, &c. agitur: sed, vt suo loco dicemus, quædam in iis confusa. Si, reuertente in Vrbem Philippo, vt hîc dicitur, relictus ad tuendos contra Persas imperij fines Decius est; consequens erit deductos ab eo in Italiam Abdon & Sennen, viuente adhuc Philippo: eoq; iam victo & interfecto pertractos in Vrbem, & occisos. Ast vbi tamdiu custoditi, cùm constet Decium viuo Philippo in vrbe fuisse? Sin pacem cum Persis à Philippo factam vel ipse Decius abrupit, vel Persa in vltionem cædis Philippi, aliamve ob caussam; id bellum gessisse Decium dicemus primo imperij anno, Christi 250. rebus Romæ iam constitutis, trucidatis compluribus Philippi amicis, aliisq; illustribus Christianis.*

v *Coluntur* SS. Abdon & Sennen 30. *Iulij.*

x *Imò* Flaminij, *à C. Flaminio, vt ad alteram vitam dicemus.*

Pons centesimus. y *De* Ponte centesimo *ita scribit Leander:* Est quinto à Fulgineo lapide Pons centesimus, vbi veterum ædificiorum vestigia quædam, dictus ita fortasse quòd hinc passuum millia centum vsque Romam intercederent: quamquàm hac ætate non eadem distantia censeatur.

z *Hic locus meritò suspectus, vt alter suprà litterâ E.*

a a S. Messallinæ *vitam dedimus 23. Ianuarij.*

b b Mons rotundus *oppidum est in edito colle non longè à Tiberis ripâ, viâ Salariâ, olim* Eretum *Sabinorum vrbs, pòst vicus. Ast, vt ex Ludouico Iacobilli inferiùs patebit, hic* Mons rotundus *alius est, cùm dicatur circa Fulginium fuisse.*

EADEM ACTA

ex Lectionibus antiquorum Breuiariorum,

Ecclesiarum Hamburgensis & Mindensis.

a 1 Empore quo *a* Gordianus Cæsar imperij Romani arcem tenebat, B. Felicianus ciuitate Fulgineâ oriundus, per quædam Italiæ loca enutritus claruit. Qui cùm delatus esset à parentibus Christum colentibus ad forum *b* Flauiense, cœpit in Dei fide tantâ religione pollere, vt perpauci eum imitari valuissent. Nam cùm Romam adiret ob studium litterarum, ecclesias, ac loca sacra cultui diuino mancipata magis lustrabat, quàm doctorum aliquorum gymnasia. *Ex vetustis Breviariis.* *b Felicianus à puero pius, Romæ studet:*

2 Quæem cùm vidisset B. Eleutherius Apostolicæ Sedis Præsul, diuino plus obsequio deditum, quàm studio secularium litterarum, nitebatur pio affectu per Ecclesiastica rudimenta eum perducere ad summam sacerdotij dignitatem. Præcepit itaque Victori Archidiacono suo, vt eum inter discentes sanctæ matris Ecclesiæ alumnos constitueret, Christique imbueret fide atque dogmate. Qui Patris edicta adimplere toto conamine procurauit.

3 Postquàm aliquantulum verò temporis B. Felicianus baptismate Christi illustratus, eiusque doctrinâ imbutus, atque sacerdotij dignitate sublimatus, rediit in patriam: in quâ cœpit Christum liberâ voce prædicare, multosque ad eius fidem conuertere. Ipsa verò patria cultui dæmonum dedita, Christi omnino fidem nesciebat. Nam per totâ Tauriciam & vsque Picenum sacerdotij nomen habebatur ignotum, eò quòd nullus Christi Sacerdos illas adierat partes. *fit Sacerdos: Christum prædicat:*

4 Receptus est itaque B. Felicianus à ciuibus suis cum ingenti honore & in Episcopum electus, Romamque transmissus, vt à sancto Pontifice Eleutherio consecraretur. Quit cùm Romam veniret, reperit eumdem Pontificem de sæculo migrasse ad Dominum, locoque eius Victorem Archidiaconum constitutum. Cùm autè vidisset eum ipse Pontifex, plurimùm gauisus est, mox intelligens, ob hoc illum sibi directum fuisse à ciuibus, vt Episcopus, Domino annuente, consecraretur. Quem gratuitâ benedictione, gratiâ Spiritus sancti cooperante, Episcopum consecrauit, eumque ammonuit, dicens, ne à verbo prædicationis vnquam cessaret. *fit Episcopus:*

5 Reuersus igitur ad patriam, cum magno honore atque ineffabili lætitiâ susceptus est. Tunc primùm ciuitatem Fulgineam, à quâ originem duxit, suâ prædicatione illustrauit, & ad credulitatem fidei Christianæ cõuertit. Postmodùm verò cuidam viro nomine *c* Spetio, Deæ Vestæ, atque Mercurij cultori, ianuam veritatis aperuit; Dominoque Iesu Christo credidit. *predicat in variis vrbibus: c*

6 Bebaniam quoque ciuitatem, comitantibus plurimis, qui eius verbum prædicationis iam acceperant, sine difficultate aliquâ ad fidem Christi conuertit. Assessina autem ciuitas, cultui Iouis dedita, verbum prædicationis eius recipere nolebat. Cui dum frequenter verbum prædicationis funderet, quidam Lucius idolorum cultor obsistebat ei, multasque illi iniurias atque molestias inferebat: à quâ dum discederet, nonnulli ciuium eius credentes in Christum sequuti sunt eum. *Assisij malè excipiunt:*

7 *d* Simili modo Perusium, ciuitas cultui idolorum mancipata, prædicationi eius nullo modo credebat, pauci tamen ex ciuibus ipsius verbum prædicationis suscipientes, ad fidem Christi conuersi sunt. Post hæc Decius, qui cum Gordiano de Parthis & Persis triumphauerat, Imperium sumpsit. Qui cùm remearet de partibus Persarum, sanctos viros Abdon & Sennen, pro fide Christi dimicantes secum detulit per Italiam: in quos priùs persecutionem mouens, præcepit militibus suis, diræ custodiæ illos mancipari, donec Romam vincti catenis ducerentur. *d Decij Imp. iussu*

8 Deinde venit ad ciuitatem antiquam, cui nomen Flaminium est, miliario ab vrbe Româ centesimo, constitutam in agro publico, ibique reperit B. Felicianum Episcopum in Dei laudibus perseuerantem, prædicationique iugiter insistentem. Tunc præcepit militibus suis, vt eum caperent, sibique præsentarent. Qui cùm oraret in basilicâ, quæ appellatur Palatini, captus est ab eis, & ductus ante eum. Quem Decius cum ingenti furore alloquitur dicens: Desine à seductione populi mei, & fer libamina diis, antequàm diuersa inferantur tormenta. Cui B. Felicianus inquit: Ab officio prædicationis, *comprehenditur eius minas rider.*

EX VETERIB. BREVIARIIS. donec vitalis aura me fouerit,numquàm ceſſabo, dicente Domino per Prophetam: Clama,ne ceſſes; quaſi tuba exalta vocem tuam. Nam tormenta tua momentanea ſunt, & diu permanere non poſſunt; idcircò & illa pro nihilo pendo. Iſa. 58.1.

dirè torquetur: 9 Tunc iratus Decius iuſſit eum in eculeo ſuſpendi, diuerſiſq; tormentis lacerari,vt à verâ fide recederet.Sed vir Domini neque tormẽtis neque minis territus, in fide perſeuerabat immobilis. Mox præcepit apparitoribus, vt traderent illum in carcerem cum duobus ſubregulis Abdon & Senne. Decius verò præcepit SS. Abdon & Sennen non ſolùm catenis vinctos duci ad Vrbem, verùm etiam trahi Felicianum Epiſcopum, qui ſenex erat, nimiſq; maceratus, ſtatuto tempore, vinculis nexum, Romam deferri præcepit. Qui dum à militibus vinctus *moritur.* traheretur ad Vrbem, plurima in populo faciebat ſigna: ſed in ipſo itinere remigrauit à ſeculo.

a *Non dicitur ortus ſub Gordiano, vt patet ex prioribus Actis, ſed ſub illo claruiſſe.*

b *Videtur* Flaminij *legendum: quamquàm an iſthic ortus ſit,an iſthuc Fulginio migrarint, eumq; admodùm adoleſcentem ſecum deportarint parentes, in priori vitâ ambiguum relinquitur. Natum Foroflaminij Ferrarius ſcribit, & Iacobillius.*

c *Breuiar. Mindenſe,* Spelio.

d *Sequentia deſunt in Mindenſi.*

e *Magnas res geſſit contra Perſas Gordianus; reuerſus tamen in Vrbem ad triumphum non eſt, Philippi factione interemptus,* Peregrino & Æmiliano Coſſ. *An Decius aliquamdiu præſidio contra Perſas relictus ſit, (cùm Niſibin Carrasq; & alias vrbes Gordianus recuperaſſet) diximus ad priora Acta, litterâ T, non liquere.*

ALIA VITA
Italicè ſcripta à Ludouico Iacobilli.
CAPVT I.
S. Feliciani ſtudia, ſacerdotium, epiſcopatus.

Felicianus Foroflaminienſis. 1  Vlginio S. Felicianus duxit originem, natus ſub annum 170. Foroflaminij oppido duobus Fulginio diſtante paſſuum millibus, ſito, vbi nunc eccleſia S. Ioannis atque oppidum Turrium viſitur; à C. Flaminio *a* iuniore Conſule centum octogintaquinque ante Chriſtum annis condito, à quo & Via Flaminia; exciſo à Luitprando Rege Longobardorum anno 740.

a Viam Flaminiam *Romani ſcriptores tradunt* à C. Flaminio, *qui ad Traſimenum lacum ab Hannibale caſus eſt, ſtratam: quidam, inter quos hic quoque auctor, ab eius filio. Fortaſſis hic perfecit, quam pater inchoârat; aut partem adiecit. ita Onuphrius.*

egregiè educatus, 2 Magnâ curâ à parentibus,nobilibus & Chriſtianis, educatus eſt Felicianus,atque omni virtute eruditus. Ipſe cùm acri eſſet ingenio præditus, moribuſq; candidiſſimis, ceteris veluţ exemplar erat propoſitus, eâque florebat ſanctimoniæ famâ, nemo vt illi totâ Vmbriâ conferendus videretur.

mittitur Romam: 3 Pueritiæ annos ſupergreſſum, iamq; humaniorum litterarum rudimento imbutum, cùm excellere ingenio cernerent parentes, Romam ablegant, altioribus formandum diſciplinis. Hîc verò integerrimam inſtituere vitam Felicianus, viſitare identidem Chriſtianorum eccleſias, ſacros de Deo & cæleſtibus myſteriis ſermones frequentare,in pias actiones, feruentes precationes, ſtudia diuinarum ſcripturarum incumbere, ac diuini numinis, quà liceret, gloriam amplificare: improborum vitare conſortia, ambire eorum quos moderatos & gnauos perſpiciebat. Virginalem caſtimoniam nullâ quoad vixit labeculâ infuſcauit.Reuerebatur natu maiores, æqualibus erat affabilis,adoleſcentioribus benignus, omnium ſibi, non Chriſtianorum modò ſed & Gentilium, conciliabat beneuolentiam. Creſcebat in eo cum ætate iudicij maturitas,breuiq́ue eam eruditionem conſecutus eſt, non ſine multorum admiratione, vt inter viros doctrinâ præſtantes,qui Romæ tunc degebant,haud poſtremus cenſeretur.

ſanctiſſimè viuit: 4 Motus virtutis eius doctrinæq́ue famâ Eleutherius Papa, ad ſe accerſit, ſuppeditat quæ ad proſequenda ſtu- *fit Sacerdos:* dia,vitamq́ue honeſtè agendam opus eſſent: dein ſacerdotem ordinat, ſibiq́ue ab arcanis eſſe conſiliis iubet, mensâque eum ſuâ communicat.Cupiens deinde,quam longo ſtudio comparârat ſcientiam, ad gentilium ſuorũ *prædicat in patriâ:* reuocandos ab erroribus & noxis animos impendere, paullò antè quàm è viuis Pontifex excederet, ipſo annuente fauſtaq́ue apprecato, reuertit Forum-Flaminij Felicianus:cœpitq́ue ſuorum ciuium pectoribus inſtituta Chriſtianæ religionis inſtillare,eo ardore animi & induſtriâ, vt non paucos Foroflaminienſum ac finitimorum Chriſto adiungeret.

eligitur Fulginij Epiſcopus, 5 Obiit ſub idem tempus Fulginatium Antiſtes, vir ſanctus. Felicianum virtutis ac doctrinæ famâ clarum, Clerus ac populus eius vrbis ſubrogari flagitant. Repugnat ipſe totis viribus, ratus, pro ſuâ modeſtiâ, imparem ſe tanto oneri: tandem precibus lacrymiſq́ue Fulginatium victus, ceſſit; eò maiore diuini auxilij fiduciâ,quòd ſe non artificio humano, ſed diuino conſilio, vt olim Aaronem ad eam vocatum eſſe dignitatem intelligebat.

6 Fulginates Romam eum frequentes perduxêre, vt Romano Pontifici ſiſterent, ſolenni ritu conſecrandum. Ad meliorem iam vitam Eleutherius migrârat, eratq́ue ei Victor ſuus Archidiaconus ſuffectus, idemq́ue intimâ neceſſitudine iunctus Feliciano. Quapropter eius conſpectu mirificè exhilaratus, inſolitâ eum beneuolen- *à S. Victore Papâ conſecratur,* tiæ ſignificatione complexus eſt. at maius haud paullò gaudium animo hauſit, cognitis Fulginienſis populi votis. Ergo non ſolùm ratam eſſe electionem iubet, ſed vt ſingulari honoris prærogatiuâ quanti eum faceret teſtaretur, à ſe conſuetis cæremoniis conſecratum, pallio, ſolis Archiepiſcopis concedi ſolito, donauit, & quò eius *ampliq́ue poteſtate ornatur:* magis inflammaret fidei propagandæ, extirpandiq́ue erroris ſtudium, poteſtatem fecit totâ latè circùm Fulginium prouinciâ ſacerdotes ceteroſq́ue ſacrarum religionum adminiſtros ordinandi, aras templaq́ue dedicandi, Epiſcopos conſecrandi. Hæc ſub annum Chriſti 203. geſta, cùm Felicianus quadrageſimum tertium ageret ætatis.

diuertit Interamnam, 7 Hac auctus poteſtate, ſummiq́; Pontificis benedictione, iter Fulginium versùs arripit cũ ſuis, diuinæ gloriæ,Chriſtianæq́; fidei propagãdæ ſtudio ęſtuans.Comes illi itineris Abundius Interamnas fuit, vir ſanctitate & doctrinâ conſpicuus, qui poſtmodùm martyrij lauream adeptus eſt: exiſtimaturq́ue is eſſe Abundius, qui Romæcum Irenæo 26. Auguſti anno 261. glorioſum certamen peregit. Vulgatâ ſanctitatis famâ, ampliſſimæq́ue poteſtatis, quæ Feliciano erat collata,Interamnæ appropinquantem, eius vrbis Clerus obuiàm progreſſus, maximâ excepit honoris & reuerentiæ teſtificatione. Hoſpitio iſthic vſus eſt Valentini Diaconi, clari cumprimis ciuis, & virtute eruditioneq́ue præſtantis, qui antè memorati Abundij germanus erat, & nobile martyrium Romæ 14. Februarij ſub Placido Præfecto conſummauit.

ibiq; prædicat, 8 Hîc Felicianus prædicationem, inſigni doctrinâ,& ardente quodam ſpiritu auſpicatus, multis in eâ vrbe vt Chriſtianis ſacris initiarentur perſuaſit. Aliquot iſthic commoratus eſt dies, cum optimis ſuis hoſpitibus Valentino & Abundio, identidem erudiens & exhortans *& S. Valentinum Epiſcopum creat.* populum: ipſumq́ue tandem Valentinum Epiſcopum ſacrauit, & petentibus Interamnatibus præfecit:Sacerdotes quoque complures ordinauit: quaſdam quoque reſtaurauit eccleſias, omniq́ue populo benedixit.

CAPVT

CAPVT II.

Læta episcopatus auspicia.

9 INteramnâ Spoletium proficiscitur. In vrbem ingredienti occurrunt leprosi aliquot, stipemque flagitant: quorum ille osculatus manus, perfectam iis incolumitatem cælitus impetrauit: illi ponè sequentes palàm Deo laudes decantabant. Magno hîc quoque à Christianis exceptus est honore, multosque à dæmonibus infessos, inuocato Christi Iesu nomine, liberauit. Postridie cupiditate inflammatus populo illi, erroribus adhuc irretito, impertiendi salutem, publicè de verâ religione sermonem instituit, ardore quodam Apostolico, perspicuis at efficacibus vsus argumentis. Neu verbis non satis idonea vis esset, fusis ad Deum precibus, gemino miraculo, eoque perilluſtri, dicta confirmauit, mortuis duobus, vniuerso inspectante populo, ad vitam reuocatis. Haudquaquàm tamen tantis rebus par fructus respondit. vnicam isthic ecclesiam construxit, & paucos consecrauit Sacerdotes, qui exiguum illum gregem excolerent. His ritè instructis benedicens, discessit.

Spoletij leprosos mundat,

duos mortuos resuscitat:

10 Vt Trebiam venit, incolas reperit mirè deditos superstitionibus Dianæ, cui velut vrbis suæ tutelari Diuæ ingens fanum ædificarant. At sanctus Antistes cælesti zelo correptus, acri ac vehementi vsus est oratione, quâ sic Trebiatium commouit animos, vt fanum istud vltrò suis manibus ab imo exscinderent: quo loco dein erecta ecclesia est, ac sanctissimæ Trinitati dedicata. Omnibus ergo incolis exiguo tempore nostra sacra edoctis, baptismoque ablutis, Clericos complures, integritatis famâ conspicuos, initiauit, futuros rerum sacrarum administros.

Trebia plurimos conuertit:

11 Appulit tandem Felicianus in vrbem suam, sibique præcipuo amore dilectam, Fulginium, gregi suo dudum auidè expectatus: nam Christiani omnes cuiusuis ordinis ac sexus, vnà cum Clero, obuiàm honorificâ cum primis pompâ ad fines vsque diœcesis processêre, eumque singulari cum plausu excepêre: quibus ipse paterno amore illacrymans benedixit. In huius rei perennem memoriam, solennis instituitur ipso S. Feliciani peruigilio ad septem eius vrbis ecclesias supplicatio, cui cum Clero, Religiosæ familiæ omnes, & ciuium sodalitia interfunt, ac plebs vniuersa.

excipitur honorificè à Fulginatibus.

12 In vrbem ingressus, ad maiorem adit basilicam, inque episcopali solio considens, à circumstante populo maximâ reuerentiâ & submissione consalutatur. Eâ peractâ cæremoniâ, solenne Deo sacrificium offerre aggreditur. Cumque eò ventum esset, vbi concionari Episcopus antiquo ritu solet, sublimem ille, suo dignam zelo, orationem habuit de amore Dei ac proximi, quibusque nominibus vnusquisque obstrictus sit Deo, quibus excitari ad eum redamandum incentiuis debeat, quâque Christianos proximum prosequi caritate oporteat. Peractâ concione, prosequitur Missam Pontifex: at cùm prima Præfationis, quæ dicitur, verba Per omnia secula seculorum, pronuntiasset; ac populus omnis magno sensu pietatis respondisset, Amen; subitò ingens è cælo lumen refulsit, quo tota colluſtrata est ecclesia, populi verò ita eo perstricti animi sunt, vt humi sese vniuersi prosternerent. At Præsul benignis verbis animatos assurgere iubet. Simul verò quotquot ex eâ omni multitudine vllâ conflictabantur ægritudine, ipso temporis puncto curati sunt. Peracto demum sacrificio, factâque omnibus ædes suas repetendi facultate, discessêre incredibili gestientes voluptate, Deum assiduè collaudantes, qui talem iis ac tam sanctum Pastorem indulserit.

Eo Missam celebrante,

luce cælesti colluſtratur ecclesia,

sanantur infirmi.

13 Propterea verò, quòd quo Fulginium ad capessenda suæ Ecclesiæ gubernacula Sanctus ingressus est, is erat sanctissimus Paschæ dies; eo die auspicium datum instituendæ deinceps circùm vrbem supplicationis: quod anniuersariâ pietate obseruatum à posteris est, saltem

Anniuersaria inaugurationis eius memoria.

post Antistitis decessum: sed pòst in secundam à Paschate feriam relecta, quò commodiùs perageretur, nec vrbs iam vniuersa, sed Cathedralis solùm basilica circumitur.

Ex Italico Lvd. Iacobilli.

14 Quamdiu Fulginij fuit, cogitationes omnes suas, operam, industriam, ad promouendam salutem animarum conferebat. Assiduè de Deo, ad eos qui Ethnicis superstitionibus adhuc tenebantur, verba faciebat; quosque lucrari Ecclesiæ & Christo poterat, iis ipse suâ manu impertiebat baptismum. Palatinam basilicam, quæ cathedralis erat, ampliauit, fundo non admodùm lato, quem ei contiguum, vrbis mœnibus propinquum, possidebat, in ecclesiæ spatia incluso, ac S. Ioanni Baptistæ dedicato, vbi & se vitâ functum iussit sepeliri. In eâ æde, quæ etiamnum episcopalis est, ipsius Feliciani dicata nomini, multos initiauit Sacerdotes, aliosque diuinarum functionum adiutores: isthic verba ad populum fecit, miracula multa patrauit, ingentem hominum numerum baptismo abluit. Reliquum omne tempus lectioni, scriptioni, lucubrationi, psalmodiæ, ac præsertim assiduæ precationi impendebat.

Sancta in episcopatu functiones.

CAPVT III.

Aliæ Vmbriæ vrbes conuersæ.

15 NOn poterat immensa eius, itaque inflammata caritas, angustis diœcesis suę limitibus contineri. Rebus igitur domi constitutis, Forum Flaminij, natale sibi solum, reuisit, ibique reliquos Gentiles Christo tandem adiunxit. Inde Hispellum profectus, non sermone dumtaxat, sed stupendis quoque prodigiis Christum prædicauit, visu cæcis reddito, surdis auditu, gressu claudis, infirmis sanitate: lucemque tandem cælestem animis quoque affudit, atque Hispellates omnes, vicinique agri colonos Christi fidem professos, ipsemet Felicianus comitesue Presbyteri baptizarunt. Inde Meuaniam petiit, pauciscque sed efficacibus concionibus, quibus vim ad fidem faciendam miracula addebant, Meuanates, accolasque, impuris anteà superstitionibus deditos, baptismo expiauit.

Plurimos conuertit Hispelli,

& Meuania.

16 Hinc Asisium abit: publicè pro more suo concionatur: sed quòd ciuitas eo tempore profundè immundis deorum religionibus esset immersa, in fanum, quod Capitolium appellabant, omni veluti vndique coactâ impietate; quodque Lucius Flauius Præses, qui vrbem regebat, vehementer eius conatibus obsistebat; exiguum isthic fructum collegit: tandemque ab eo multis affectus iniuriis ac verberibus, vrbe pulsus est. Ergo patientiæ & caritatis amplissimo locupletatus thesauro, cum comitibus suis, pauciscque Asisinatibus, quos Christo pepererat, in tugurium quoddam se recepit, vetusto sepulchro contiguum, non Asisio procul: ibi ingenti ligneâ cruce erecta, socios ac neophytos ad tolerantiam hortatus, his eam commorationem assignauit: nam secedere è medio impiorum ad quietiorem pietatis exercitationem statuerant. Eos Antistes ad mutuam caritatem, rerumque omnium communionem hortatus, aliquot ibi diebus exactis, è suis comitibus aliquos iis instruendis ac confirmandis præfecit, ipseque sæpiùs posthac isthuc ex itinere diuertit, multaque fecit miracula. Post S. Feliciani mortem isthic eius honori erecta ecclesia est, extatque etiamnum, etsi vetustate magnam partem labefactata, sita ad viam publicam, quæ ad S. Damiani monasterium ducit. Isthic Diui implorato patrocinio effugabantur olim è possessis corporibus dęmones, sensus redibat phreneticis, purgabantur leprosi, ægritudinis genus omne curabatur, pellebantur turbines, grando, tempestates, aliæque aëris noxæ.

Asisio ejicitur:

foris morantur cum neophytis;

vbi pòst ecclesia, & miracula.

17 Sumptum diuinitus de aduersariis suppliciũ: nam quicumque eius verberandi vrbeque exturbandi auctores extiterant, eorum posteri omnes, ipso die anniuersariæ celebritatis S. Feliciani, sensus impotes euadebant:

Aduersarij diuinitus puniti.

tenuitque

Ex Italico Lvd. Iacobilli.

tenuitque ea Numinis animaduerſio, donec omnis illa extirpata eſt, vnà cum dæmonum cultu, progenies.

18 Antè ſcriptas vrbes omnes, agrumque earum, ac a Vettonam quoque, quippe haud longè Fulginio diſtantes, ſæpiùs interuiſebat Felicianus, aptiſque ſermonibus ad conſtantiam in diuino obſequio virtutumque Chriſtianarum exercitatione hortabatur. Ac Trebiates præcipuè eximiâ proſecutus eſt caritate, eos concionibus habendis, patrandis miraculis, inſtituendis ſupplicationibus identidem in fide confirmans.

a *Neophytos ſæpiùs reuiſit.*

19 Crebrò Narniam adiit, inflammato ſtudio demoliendæ, quæ iſthic vigebat, idololatriæ. Sed cùm videret improbus dæmon, magno ſibi damno Feliciani conatus eſſe, aduersùs eum Narnienſes commouit: à quibus multis appetitus iniuriis, coniectuſque in cuſtodiam eſt: ipſe verò admirabili quadam animi alacritate grates referebat Deo, qui ſe hoc dignatus eſſet fauore, vt pro eius nomine quippiam pateretur. Dimiſſus è cuſtodiâ, Interamnates, Spoletinos, atque alios, quos Chriſto pepererat, reuiſit, ſolatur, corroborat, paterno omnes amore verus Paſtor complexus. Tentaturus denuò Narniam, S. Valentinum Interamnatem Epiſcopum ſibi comitem adiutoremque adſciſcit: atque ambo coniunctis viribus, eximio ardore animorum, ad ſalutem miſerorum incubuêre.

Narnia multa paſſus,

pòſt fructum retulit.

a Bettona *cœnobium eſt, vbi olim* Vettona *oppidum, ad* Tiniam *amnem, haud longè ab huius ac Tiberis confluentibus.*

CAPVT IV.

Apoſtolicæ excurſiones ſub Philippo Imperatore.

20 MOrtuo Gordiano Auguſto, imperium M. Philippus Arabs, Prætorio Præfectus, capeſſit: qui anno dominatus ſui ſecundo, a Vrbis conditæ milleſimo, Chriſti 249. fidem Chriſtianam complexus eſt, primus Romanorum Imperatorum. Latè tum Chriſti amplificata religio, prædicatumque palàm Euangelium eſt. Ingens hîc apertus Feliciano campus, vbi eius excurreret zelus atque induſtria. Memor igitur quàm ſibi Victor Papa Gentilium conuerſionem inculcaſſet, quantamque ad eam rem liberiùs exequendam poteſtatem tribuiſſet; egredi prouinciâ ſtatuit, atque ſtrenui inſtar militis, omnem circuire Italiam, & quibus Vmbros artibus Chriſto ſubiugaſſet, iiſdem ceteros quoque aggredi populos; at non, vt anteà, occultè, & tacitâ quadam inſinuatione irrependo (quibus artibus vtendum fuerat, ne inueterata Preſidum odia aduersùs naſcentem Chriſtianam Remp. imbecillam adhuc, aut numero ſaltem non ſatis corroboratam, incitaret:) verùm maioribus ſibi vtendum animis duxit, prædicandaque palàm & intrepidè Chriſti ſacra.

a *Philippo Chriſtiano imperante,*

alibi locis publicè prædicat Felicianus;

21 Annum agebat ætatis octogeſimum nonum, iamque eum vires deficiebant corporis: at, quo flagrabat Dei proximique amore, validior effectus, Fulginio diſcedit, aliquot Sacerdotibus aliiſque Clericis comitatus, ac Peruſiam tendit. Magno à Chriſtianis Peruſinis honore & lætitiâ exceptus eſt: ibi conſuetis ſermonibus habendis, edendiſque prodigiis, paucis diebus haud paruam multitudinem hominum ad ſuſcipiendum baptiſmum induxit. Aliquot iſthic erectis eccleſiis, & ordinatis qui ſacra curarent Preſbyteris, ſedulò inſtitutis Chriſtianis fauſta apprecatur, non ſine lacrymis. Inde omnè agrum Peruſinum circumcurſat, multa & ſtupenda vbique facit miracula, populoſque integros ad Chriſti cultum perducit; interque ceteros, incolas oppidi ad Traſimenum lacum ſiti, quod ex eius nomine poſtmodùm S. Feliciani, modò corrupto vocabulo S. Felciani appellatum; vbi etiamnum extat eius nomini dicata baſilica, peragiturque iſthic anniuerſaria eius celebritas.

Peruſia;

22 b Eugubium dein venit, moleſtum illud iter, vt ſemper ſolebat, pedibus emenſus. Quoniam verò Eugubinos animaduertit haudquaquàm faciles ad dandas Euangelio manus, immensâ quadam vi amoris, atque inſolito diuini Spiritus afflatu correptus, memorabili fidei exemplo, palàm edicit in foro medio, vbi verba ad populum faciebat, quicumque inducerent in animum, baptiſmo initiari, eos quauis ægritudine leuatum iri. Mirari auditores: quidam etiam diuino inſtinctu moti, experiri velle dictorum fidem; quam etiam probauit euentus: nam illicò contractus quidam, alterque hydropicus, mulier gibboſa, aliique infirmi curati ſunt: quos atque alios complures, obtemperantes Euangelio, ipſe baptizauit Felicianus.

b *Eugubij,*

vbi creduturis ſanitatē ſpondet,

& diuinitus impetrat;

23 Eugubinis ſacrâ doctrinâ affatim eruditis, Nuceriam adit Vmbriæ vrbem, poſitaque vicinis in montibus caſtella, ac nominatim c Taginas vrbem ſitam eo tractu qui Gualdi dicitur, poſtmodùm à Longobardis & Saracenis euerſam. His in vrbibus ac locis omnibus Chriſtum ſanctus Antiſtes prædicauit, multos ab errore reuocauit, expiauitque baptiſmo, miracula edens vbique adeò crebra & illuſtria, vt cum præcipuis, qui Eccleſiam eiuſmodi ſignis nobilitarunt, conferri poſſe videatur.

Nuceria;

Taginis;

c

24 Mox tranſmiſſo Apennino in Picenum vlteriorem que Vmbriam euadit: Apoſtolico more prædicat fidem, confirmat miraculis, ingentem affert fructum. Multis ſpiritualibus lucris ditauit d Anconam, Aſculum, Æſium, Vrbinum, Firmum, Auximum, Senogalliam, Fanum, Forum-Sempronij, Piſaurum, Camerinum, Tolentinum, Numanam, Cingulum, omneſque Pentapolitanæ regionis vrbes & oppida. In omnibus his locis deorum ſuperſtitiones euertit, Crucem erexit, eccleſias condidit, dedicauit altaria, Sacerdotes ordinauit, curauit quotquot reperit infirmos.

in variis Piceni vrbibus,

d

25 In Samnio quoque Apoſtolicum munus obiuit, & multos conuertit ac baptiſmo tinxit, atque editis miraculis confirmauit. Eius præcipuè zelum expertæ e Beneuentum, Bouianum, Sulmo, Teate, Pinna, Amiternum, Ailanum, Interamnium, Sæpinum, aliæ. in iis ædificauit baſilicas, aras dedicauit, ordinauit Sacerdotes, ritè omnes inſtituit.

item in Samnij;

e

26 Sub annum f 250. indicta Romam à S. Fabiano Papâ eſt ſynodus, cui interfuêre LX. Epiſcopi, Preſbyteri ac diaconi quamplurimi, damnataque ab his Nouatij hæreſis. Adfuiſſe quoque Felicianum, probabile eſt, doctrinâ, pietate, ac rebus geſtis clariſſimum. Innumerabiles porrò fuêre quos vbique locorum verâ fide imbuit ſanctus Antiſtes; innumerabilia quæ patrauit prodigia. Tandem reuerti Fulginium conſtituit, ſed aliâ iniit viam, quò pluribus prodeſſet: nam cùm per ea tranſiſſet loca, quæ iam luſtrârat, addidiſſetque neophytis animos, in Marſos deflexit, ſemper pedibus peragens iter; ac Nurſiam venit Hebræorum ritibus mirè deditam; quos efficacibus ſermonibus, integerrimæ vitæ exemplis, ſignorum luce, penitùs diſſipauit, ac ciues omnes Chriſtiana ſacra colere docuit, baſilicâ ipſorum, quæ Argentea appellabatur, Deiparæ Virgini dedicatâ: in eâque multos conſtituit Sacerdotes, interque eos S. Picentium, virum miræ ſanctitatis: aliis ibidem ædificatis eccleſiis & altaribus, omnem illam montoſam prouinciam difficillimo itinere peragrauit, g Falacrinum, h Cliternum, i Carſulam, k Furconium, euerſa iam oppida; l Vacunæ fanum, Valloniam, m Interocream; vbique partes Apoſtolici Præſulis exercendo: iſque laborum extitit fructus, vt omnes Chriſto lucratus ſit.

f

Nurſiæ,

aliiſque locis:

g h i k l m

27 Peracta tandem, cum ſingulari emolumento, longâ ac difficili peregrinatione, Fulginium reuertit. Concurrit ad viſendum Antiſtitem ſuum populus: ipſe ſingulos ſummo affectu complecti, benè precari vniuerſis, animarum inde ſalutem, vt anteà, indefeſſo ſtudio curare. Et quamuis nonagenario maior, ac diuturnis fractus moleſtiis, nulli tamen, quātumuis ætate vegeto, in ſuſcipiendis laboribus cedebat; diurni nocturnique temporis partem non exiguam precationi impendens, gregem ſuum identidem Deo commendans, eumque ſacris monitis paſcens, gratias agens Deo, qui tantis ſe tamque aſſiduis

Fulginij indefeſſè laborat.

fiduſis cumulauerat beneficiis, ac ſaluum ſuæ Eccleſiæ reſtituerat.

Annus V. C. 1000.

2 *Fuiè de hac re 20. Ianu. in Actis S. Fabiani: vbi diximus §. 4. num. 23.* XI. Kal. Maij, ipſis Palilibus, *anno Chriſti 247. imperij Philippi 4. inchoato*, Philippo Imp. II. & Philippo Cæſare F. Coll. *inchoatam eſſe anni milleſimi celebritatem; anno ſequenti, iiſdem Coſſ. conſummatam.*

Eugubium

b Eugubium, *ſiue* Augubium, & Agubium, *olim* Iguuium, *vrbs eſt Vmbriæ, in Apennini radicibus; de quâ ad S. Vbaldi vitam 16. Maij.*

Tagina.

c Taginas *fuiſſe cenſet Cluuerius, circa vicum qui nunc* S. Peregrini *dicitur: quamquàm Iacobillius non* Taginas, *ſed* Tainum *vocat; locat tamen eodem tractu: nam propè abeſt is vicus à* Gualdo *oppido.*

Æſis.

d *Nota ſunt & clara vrbes hæ Piceni Vmbriæq; hoc adhuc ævo pleraque*, Ancona, Aſculum, Vrbinum, Firmum, Senogallia, Fanum Fortunæ, Piſaurum, Camerinum, Tollentinum, Cingulum. Æſium, *ſiue* Æſis, *vulgò nunc* Ieſi *dicitur, ad lævam* Æſis *fluminis (in Adriaticum paullò infra eam ſeſe inter Anconam & Senogalliam exonerantis) ripam ſita.* Auximum, *vulgò* Oſimo, & Oſmo, *ad* Miſionem *amnem.* Forum Sempronij, *vulgò* Foſſombrone, & Foſſombruno. Numana, *nunc vicus* Humana *dictus, ſplendidiſſimo templo nobilis, vt teſtatur Cluuerius, ad Adriatici oram XII. M. P. diſtans Anconâ.*

Auximũ.
Forum Sempronij.
Numana.

Bouianũ.
Teate.
Pinna.

e *Nota & celebres ex his etiamnum multa, nec omnes tamen in veteri Samnio.* Bouianum, *nunc* Boiano, *Samnij vrbs, ad radices Apennini fonteſq; Tiferni fluminis.* Teate *Marrucinorum, vulgò* Chieti. Pinna *Veſtinorum, nunc* Penna. Amiterni *viſuntur ingentes ruinæ prope oppidum S. Victorini, inter Aquilam vrbem, & Aterni amnis, ſiue Peſcaræ, fontes.*

Ailanum.

Ailanum *caſtellum in Samnio memorat Leander: haud longè à Vulturno amne diſtat, inter Allifas & Venafrum.*

Interamna.

Interamnia, *ſiue* Interamna Prætutiana, *ita dicta, vt ab eâ quæ ad Narem, quæq; ad Lirim, diſtinguatur: ſita inter Turdini ac Vitiolæ amnium confluentes, vnde & nomen ductum: vulgò nunc* Téramo & Térano *dicitur.*

Sepinum.

Sepinum, *ſiue* Sæpinum, *circa fontes Tamari amnis.*

f *Nulla in rebus geſtis S. Fabiani ſuprà huius Synodi mentio. Imò oſtendimus, cùm poſt S. Fabiani mortem ex Africâ Romam venerit Nouatus, qui hic perperàm* Nouatius *dicitur, non potuiſſe contra eum reſcribi à Fabiano, nedum Synodum cogi.*

Falacrinum.

g *Fuit* Falacrinum, *ſiue* Falacrinus vicus, Falacrinæ, Falacrini, *circa fontes Truenti fluuij, qui iuxta Aſculum fluit; vbi ferè nunc oppidum* Amatrice *dictum.*

h Cliternum *Æquicolorum oppidum fuit.*

i Carſulam *fuiſſe coniicit Cluuerius, vbi nunc* Ciuità di Caſſia *inter Reate & Nurſiam.*

Furconium.

k Furconium, *ſiue* Furconia, *circa* Aternum *flumen fuit: cernuntur ruinæ non procul* Aquilâ, *dicunturq; etiamnum* Forconio.

Vacuna.

l Vacunæ fanum, *vulgò nunc* Vacuna, & Vacune, *oppidum eſt in Sabinis, non procul Narniâ.*

Interocrea.

m Interocrea, *vel* Interocreum *vicus inter Reate & Amiternum, qui nunc* Interdoco, Interdoio, Anterdoco, Anterdoio; *etſi Iacobillio* Interoclea *ſcribatur.*

CAPVT V.

Tolerata tormenta. mors.

28 DVm hæc geruntur à Feliciano, Decius Cæſar Perſis Mediſque debellatis, in Italiam reduxit exercitum, faſtu turgens. Ariminum appulſo occurrit Senatus, eumque ſummo plauſu & vaniſſimis laudationibus excepit. Vehebatur Decius aurato curru, cui ſubiuncti niuei quatuor præſtantiſſimi erant equi: præibant Chriſtiani complures genere illuſtres vincti, interque eos Abdon & Sennen Perſarum Reguli, qui quòd immolare diis renuerent, variis Romæ ſuppliciis exeruciati ad reliquorum terrorem Chriſtianorum, tandem trucidati ſunt. Viâ Flaminiâ tendebat ad Vrbem Decius, itaque Forum Flaminij ac Fulginium venit, exercitu latè
a Meuaniam vſque & ad *a* Clitumnum amnem ſparſo. Loci captus amœnitate, recreando militi morari iſthic
SS. Abdon & Sennen in carcere viſit: dies aliquot, cùm adeò propè ab Vrbe abeſſet, conſtituit. Felicianus, vbi detineri in vinculis Chriſtianos Abdon & Sennen intellexit, ad eos adit in carcerem, eos ſolatus, parem ſibi vouet felicitatem, tantùm non iis illam inuidens vinculorum gloriam. Quoniam verò prohibebant catenæ mutuos, in quos ruere voluiſſent, amplexus, animis inuicem ſanctè complexi ſunt, ſingulari amoris ſenſu.

29 Cùm quotidie itaret ad captiuos illos Principes Epiſcopus, aliaſque exerceret Chriſtianarum virtutum functiones, relatum eſt ad tyrannum, circumuentos à Fulginatium Epiſcopo Gentilium complures, euerſa deorum fana, templa Chriſto erecta, nouas leges inſtitutas, innumerabiles homines ad damnatas religiones perductos, contumeliis affectos & iniuriis deos; adeoque frequentatum ſæpiùs iam ipſum Auguſti carcerem, & habitas in eo conciones, turpiſſimo maieſtatis contemptu. Pertrahi ad ſe continuò Epiſcopum, his auditis, iubet Decius: ſciſcitaturque ex eo num ipſe ſit Felicianus, à quo tot ac tantas res in deorum opprobrium geſtas audierit. Eoque annuente, Alterum, inquit, elige: aut deos venerare, aut mortem oppetes, quâ atrociorem atque ignominiæ pleniorem nullus vnquam vel ſtolidiſſimus & peruicaciſſimus Dei tui cultor ſubiit. Cùm feroces eius minas contemneret Sanctus, ac liberè tum veram Chriſti religionem profiteretur, tum idola execraretur; pollicitationibus eum ac largitionibus aggreditur tyrannus: ingẽtes igitur opes, honores, dignitates ſpõdet, ſi diis ſacrificârit. Sperabat enim ſi infregiſſet eius quoquo modo conſtantiam, fore vt multum ſibi exiſtimationis ac honoris apud populum accederet, diiſque priſtinus redhiberetur cultus. Verùm vbi minis blanditiiſque inexpugnabilem eius animum ſenſit, abripi è conſpectu ſuo imperat, omnique cruciatu excarnificari, vt eo modo lentam ac multiplicem mori mortem cogeretur.

Ex Ita-licoLvd. Iacob. Li. defertur ad Decium:

minis tremiſſis q; tentatur.

30 Equuleo primùm barbarum in morem diſtenditur, ſolutis etiam oſſium cõpagibus: dein facibus varia vieti corporis mẽbra vſtulantur. Felicianus interea gratias agere Deo, quòd quẽ vitâ imitari ſtuduerit, ipſi quoque in morte obeundâ ſimilem quadam ratione ſeſe efficeret; eique ſe ad atrociora etiam perpetienda ſupplicia offerebat. Iritati carnifices ab equuleo deponunt, vix pedibus iam conſiſtentem; & mox virgis ferreis iiſque ignitis horribili furore dilaniant, vt riui ſanguinis defluerent. Tum nouacuiis, vngulis ferreis, ingentibus & acutis forficibus radunt, diuellunt, lacerant corpus omne: ſcorpionibus denique ita carnem diſcerpunt, vt ipſa conſpici oſſa poſſent.

dirè torquetur;

31 Gratias identidem agebat Deo, ac velut ſui acerbiſſimorumque cruciatuum, quos perferebat, immemor, pro carnificibus ipſis Deum precabatur, proque omnium Gentilium conuerſione; illud ducens omnium acerbiſſimum ſupplicium, quòd videret rerum omnium Creatorem à mortalibus ita grauiter offendi. Pertulit ergo ſanctus Antiſtes cum admirabili patientiâ equuleum, faces, flagra, vngulas, ſcorpiones, aliaque tormenta. Peracta porrò omnia creduntur eo loco, cui nunc Staffo nomen, ſiue Foro Crucis: vbi ad ſempiternum fuſi iſthic ſanguinis monumentum, ara erecta, & columna, ſupraque hanc crux poſita.

immotus ad tormẽta:

32 Seminecem illum, catenis ferreis vinctum, includi in eum carcerem iubet tyrannus, in quo Abdon & Sennen captiui detinebantur, ad incutiendum iis ſupplicíorum metum. At ſecùs euenit. Nam tantæ fortitudinis exemplum identidem iis addebat animos: & ipſe aſſiduè eos ad heroicam animi magnitudinem hortabatur: eâ ratione ac modo, vt carcer cæli ſpeciem quamdam imitari videretur. Id ſcilicet malè malum dæmonem habuit: eo igitur inſtigante, ab inuicem ſeiunguntur, vt nec mutuam audire vocem poſſent, mutuiſque animari exemplis ac monitis.

coniicitur in carcerem:

33 Perculſa interea metu plebs vniuerſa, ac nemo vnus erat qui ſancto Præſuli quidquam opis ac ſolatij afferret: præſertim cùm propoſitâ capitali pœnâ edixiſſet tyrannus, ne quis ei quippiam annonæ præberet. Vna Meſſallina fuit, nobilibus orta parentibus virgo, Feliciani diſcipula, quæ ſæpiùs ad eum in carcerem cibos attulit: cuius beneficentiæ mercedem martyrij coronam tulit.

viſitatur & cibo recreatur à S. Meſſalinâ:

34 Cùm verò cuperet Decius ad Kalendas Februarias Romæ adeſſe, ac peragendum de Perſis Mediſque debel-

Ex Italico Lvd. Iacobilli. *vinctus Romam pertrahitur:* debellatis triumphum, Fulginio diſceſſit, iuſſitque, ad oſtentationem quamdam, S. Felicianum catenis vinctum ante currum trahi cum Abdon & Sennen aliiſque Chriſtianis, quos è Perſide captiuos duxerat. Cùm Fulginio abiret pius Paſtor, conuerſo retrò vultu, vrbi ſibi dilectæ animo ac verbis, quia ſublatâ de more dexterâ, [b] vinculis præpeditâ, non poterat, benedixit. Neque tunc defuêre diuina portenta, quæ Feliciani ſanctitatem teſtarentur, geſtientibus lætitiâ Chriſtianis, ſtupore pudoreque attonitis Gentilibus.

35 Raptatus igitur cum incredibili fatigatione & moleſtiâ, plurimis appetitus iniuriis, pugnis, calcibus, ab impiis Decij ſatellitibus, in eorum quos diximus Sanctorum comitatu ac ſocietate, cùm mille à Fulginio paſſus abeſſet, ad locum qui tunc Mons rotundus, nunc Mormonzone dicitur, ſenio, cruciatibus, labore exhauſtus, poſitis humi genibus, oculis in cælum defixis, ſanctiſſimam animam exhalauit, anno ætatis 94. adminiſtrati epiſcopatus quinquageſimo primo, Chriſti 254. 24. Ianuarij. Quo loco extinctus eſt, erecta poſtmodùm fuit à Fulginatibus eccleſia, eius nomini honoriſque dicata, appellaturque nunc S. Feliciani de Mormonzone; additum deinceps cœnobium, quod inhabitant Carmelitæ Religioſi. *moritur in viâ:*

a *Hic ad* Meuaniam, *infra Fulginium, Tinia miſcetur.*

b *Hac, vt infrà dicetur, Minda aſſeruantur.*

CAPVT VI.

Sepultura. honores. beneficia.

36 Diuulgatâ Feliciani morte, confeſtim Clerus ciueſque Fulginates, multique accolarum, ad eum locum ſupplicantium ritu conuenêre, magnâ cum pietate multiſque lacrymis, vt eius reliquias venerarentur, inque ſuam vrbem reducerent. Cùm feretro impoſitum eſſet ſacrum corpus, cœpiſſetque Fulginium versùs deportari, ad ſolum eius attactum viſum recuperauit cæcus, claudus greſſum, vitam mortuus. Hinc mos inoleuit, qui etiamnum Fulginij viget, vt anniuerſariam ſupplicationem ad eccleſiam S. Feliciani, quæ in Mormonzone ſita, Fulginates ſuſcipiant Dominicâ, quæ prima poſt S. Feliciani ferias occurrit; aut ſi tunc aëris intemperies obſtiterit, quo primùm tempore opportunum fuerit; redeunt verò per veterem Romanam viam, per quam glorioſus olim raptatus eſt Martyr. *Corpus in vrbem reuehitur; hinc annua ſupplicatio:*

37 Sed quia inopinato eius exceſſu, anguſtiiſque temporis euenit, vt vbi viuens mandârat ſeſe ſepeliri, tumulus ſubitò excitari in Palatinâ eccleſiâ, quo conderetur, dignus Fulginatium pietate atque illius meritis, non poſſet; opinio eſt, à maioribus accepta, ſacrum corpus octiduo toto inſepultum in ſacello quodam ad muros vrbis ſito, expoſitum publicæ venerationi fuiſſe: nec enim aliter ſatisfieri ciuium accolarumque pietati potuiſſe, præcipueque Preſbyterorum, Diaconorum, aliorumque ſacrorum hominum, quos ille initiârat: qui certatim omnes concurrebant, vt & reliquias venerarentur, & funus cohoneſtarent. *dum tumulus paratur, alibi deponitur;*

8 Hinc fortaſſis ducta conſuetudo eſt, quotannis 22. Ianuarij, biduo ante S. Feliciani ſolennitatem, illius imaginem, inſtitutâ ad eam rem ſupplicatione, deportandi ad ædem noſocomij S. Ioanni ſacram, veteribus vrbis muris propinquam: vbi octo dies permanet, viſiturque ingenti hominum concurſu, vndatim confluentibus oppidanis & accolis quâ latè diœceſis patet, ad venerandam eam Diui imaginem, pedeſque illius deoſculandos. Octiduo exacto iterum à ſupplicantibus, comitante ingenti populi cateruâ, magnâ cum pietate ad cathedralem baſilicam reportatur. *eius rei anniuerſaria memoria:*

39 Dum igitur in æde, quam diximus, depoſito corpore, Chriſtianus populus interim pietati ſuæ indulget, abſolutus in Palatinâ baſilicâ Diui tumulus eſt, quâ potuit maximâ pro tempore elegantiâ ac nitore. Tum iſthuc ſolenni pompâ religioſè illatum eſt. Erecta poſtmodùm in ipſo ferè vrbis meditullio perampla eſt baſilica, quæ nunc cathedralis, S. Feliciano dedicata, vbi anniuerſariæ eius feriæ maximâ celebritate peraguntur. Vt iſthic igitur conditum eſt funus, octoni rurſus dies venerationi dati: fluxitque ea ad poſteros pietas, nam ad octauum ab eius ſolennitate diem, frequentiſſimus ad eam ædem fit hominum concurſus, venerantium exoſculantiumque eius imaginem, ac patrocinium implorantium. *sepelitur.* *Eccleſia ei dedicata.*

40 Fuit longo tempore expoſitum fidelium venerationi ſanctiſſimi Martyris corpus, eiuſque meritis multa cælitus prodigia facta. Dein ſeculorum fluxu, bellorumque turbinibus, quibus exagitata eſt Italia, occultatum fuit, idque zelo quodam ne fortaſſis furriperetur; latetque etiamnum. Extat Metis, Lotharingiæ vrbe in Francorum Germanorumque confinio, pars aliqua ſacri corporis in monaſterio S. Vincentij in inſulâ, iſthuc à Theodorico Epiſcopo anno 969. allata: eſtque in magnâ veneratione, atque annuè Sancti natalem 24. Ianuarij, ac tranſlationem 20. Octobris, ſolenniter colunt. *Occultata reliquia:* *aliqua Metas tranſlata.*

41 Non deſtituit poſt mortem Fulginates ſuos Felicianus: ſed tum aliis in rebus, tum præcipuè in tumultibus ac bellis, quæ vrbi illi excidium minari videbantur, præſenti eam ope iuuit, victoriam cælitus aliaque beneficia impertitus: quod alibi pleniùs à me ſcriptum. *Fulginium Sanctus tuetur:*

42 Adſtitit aliquando ſpectabilis Fulginati cuidam viro pio ac ſancto, & tria ſe à Deo munera ac prærogatiuas vrbi ſuæ impetraſſe ſignificauit; ne qua iſthic hæreſis radices ageret: ne vllo prælio ad internecionem delerentur ciues, ſignáve ac vexilla amitterent; ne vrbs ipſa vnquam ab hoſtibus excidium pateretur. Et adhuc rata promiſſi fides; hoc mirabilior, quòd ij à quibus neglectus eius eſt cultus, horrendas ſæpiùs pœnas dederunt. *tria diuinitus ei beneficia impetrat.*

RELIQVIÆ S. FELICIANI

in Belgicam & Saxoniam tranſlatæ.

1 *Cvm alias ſæpè Germani & Galli Sanctorum ex Italiâ ſibi nanciſci reliquias ſtuduerunt, tum Ottonis Magni æuo plurimæ trans Alpes aſportatæ ſunt. Ceterorum ferè in eâ re ſtudium* Theodoricus I. *Metenſis Præſul, ipſi Ottoni atque Hugoni Capeto ſanguine coniunctus, ſuperauit. Ædificauerat is S. Vincentij monaſterium: id non modò locupletandum poſſeſſionibus, ſed & cæleſtibus his theſauris ornandum exiſtimauit. Idque eâ egit contentione pietatis, vt propè abſuiſſe à temeritatis culpâ videri nonnemini poſſit. Scribit enim Sigebertus an. 969. cùm catena S. Petri, Comitis cuiuſdam à dæmone arrepti collo fuiſſet circumdata, & mox* diabolus ſpumans & multùm clamans abſceſſiſſet, *eâ* catenâ Deodericum Metenſem Epiſcopum arreptâ, *dixiſſe,* ſe eam, niſi manu eius abſciſsâ, non dimiſſurum: tandem Imperatorem ſedato litigio à Papâ Ioanne obtinuiſſe, vt annulum huius catenæ exſectum Epiſcopus mereretur. *Hic porrò Papa erat Ioannes XIII.* A N. C H. CMLXIX. XX. Oct. *Metas allata à Theodorico Epiſc. catena S. Petri.*

2 *De aliorum deinde Sanctorum reliquiis, ac nominatim S. Feliciani, iſta ibi ſubdit Sigebertus:* Theodericus Metenſium Epiſcopus, Imperatori ſanguine, dilectione, ac familiaritate ceteris deuinctior, dum in Italicâ expeditione per triennium ſub eo militaret, multa corpora & pignora Sanctorum de diuerſis Italiæ locis, quocumque modo potuit, collegit. Primum à Marſiâ S. Elpidium Confeſſorem, cuius ſocium Eutychium Epiſcopum ipſe Imperator iam ſuſtulerat, ab Amiternis Eutychetem Martyrem cum reliquiis Maronis & Victorini ſociorum eius; à Fulginis Felicianum Epiſcopum & Martyrem; à Peruſio Aſclepiodatum Martyrem; à Spoleto Serenam Martyrem, cum Gregorio Spoletano Martyre; à Corduno pignora Vincētij Martyris & Leuitæ, ab Hiſpaniâ olim à duobus monachis Capuam, à Capuâ verò illuc deportata, à *S. Feliciani & aliorū reliquiæ,*

ta; à Meuaniâ alterum Vincentium Epiſcopum & Martyrem; à Vincentiâ Leontium Epiſcopum & Martyrem; à Florentiâ Mineatem Martyrem; ab vrbe Tudertinâ Fortunatum Epiſcopum & Confeſſorem; à Corſinio Luciam Syracuſanam Virginem & Martyrem, à Foroaldo Duce Spoletanorum olim à Syracuſis illuc tranſlatam; à Sabinis partes corporum Proti & Hyacinthi Martyrum. Hæc omnia, cum parte catenæ S. Petri Apoſtoli, cum capillis eiuſdem, & ſanguine S. Stephani Protomartyris, & parte craticulæ S. Laurentij Martyris, à Papâ Ioanne ſibi donata, cum aliis multis Sanctorum pignoribus, Præſul Deodericus in Galliam hoc anno tranſtulit, & in eccleſiâ S. Vincentij Martyris, à ſe in inſulâ vrbis conſtructâ, locauit.

3 *In codice Metenſi, quo vſi ſumus, poſt Acta S. Feliciani, abſque nouo titulo, iſta ſequebantur:* Quem vobis integritate ſui ſacratiſſimi corporis ab ipſo monumento, cum Canonicorum & monachorũ Eccleſiæ ſuæ, quidquid tum aderat, * tutiſſimus, non ſine ingenti ciuium, etiam Sedis ipſius Epiſcopi, fletu excipere, & in monaſterio B. Vincentij, quod ipſe à fundamentis ſub normâ ſancti Patris Benedicti, portum ſalutis æternæ eò confluentibus, Deodericus ſanctæ Metenſis & non iniuriâ venerãdæ a humilis miniſter, foras murum ipſius auguſtiſſimæ ciuitatis, in inſulâ Moſellæ fluminis, piè & religiosè conſtruxit; quâ Apoſtolico, quâ vtrorumque Imperatorum & totius ſanctiſſimi palatij Senatus vnanimi applauſu, vobis, ſibi dilectiſſimis filiis, Patronum cum Eutyche, Aſclepiotate, vtriſque Martyribus & Epiſcopis, (quorum alterius in ſanctarum paginis ſcripturarum à maioribus vitæ & paſſionis commemoratur titulus; alterius XV. Kalendarum Nouembrium celebratur dies) cum catenâ B. Petri Apoſtolorum Principis, quam à Domno Ioanne Apoſtolicæ Sedis ſacroſancto Pontifice, cum priuilegio ceteroque ipſius monaſterij dignè colendo honore, meruit, & Elpidio Marſiano vitâ & virtute memorando Epiſcopo, locandum deuotè ab ipſis Tranſalpinis regnis delegauit.

* *aliqua hic menda.*

a *videtur deeſſe*, Sedis.

Donata monaſterio S. Vincentij:

4 *Hæc ibi; quæ videntur vel ab ipſo Theoderico adſcripta, vel ex eius epiſtolâ aut diplomate donationis adumbrata: nam auctor Deodericum vocat* humilem miniſtrum Metenſis Eccleſiæ; *quod ferè niſi de ſeipſo nemo ſcribit. Quòd vtriuſque Imperatoris patrocinio adiutum ad eas obtinendas reliquias dicit, ij fuêre Ottones ambo, pater & filius, qui aderant. Plerorumque Sanctorum, quorum à Theoderico vnà tranſlatas eſſe reliquias ſcribit Sigebertus, aliis diebus agitur memoria:* Vincentij *diaconi & Martyris 22. Ianu.* Serenæ *Virginis Martyris 30. eiuſdem*; Eutychetis, Maronis, Victorini *Martyrum Amiterninorum, 15. April.* Vincentij *Epiſcopi Meuanatis & Martyris 6. Iun.* Proti & Hyacinthi *Martyrum 11. Septembr.* Fortunati *Tudertini Epiſcopi 14. Octob.* Miniatis *Martyris 25. eiuſdem*; Luciæ *Virginis Martyris 13. Decemb.* Gregorij *Spoletini Martyris 24. eiuſdem.* Leontius *an Martyr Vicentinus ſit, qui colitur 20. Auguſti, an alius, nos latet: itemq; an* Elpidius *Epiſcopus Confeſſor, ſit ſocius S. Priſci de quo 1. Septembris: an* Eutyches *ſocius S. Ianuarij, de quo 19. Septembris; aſt ille non fuit Epiſcopus.* Aſclepiodatus *adhuc nobis ignotus eſt. Eſt* Aſclepiades *Epiſcopus Antiochenus & Martyr, 18. Octobris*; Aſclepiodotus *in Thracia 15. Septembris, at non Epiſcopus. Verùm qui aut quãdo Peruſium allatæ eorum reliquiæ?*

5 *Meminit allatarum Metas S. Feliciani reliquiarum Andreas Sauſſaius in Martyrol. Gallicano hoc die*; *at* Theodorum *vocat, qui ceteris* Theodericus, *vel* Deodericus *eſt. Agit de eadem tranſlatione Vincentius Bellouac. lib. 24. cap. 88. Michaël Monachus in Sanctuario Capuano*; *Baronius in Notat. ad Martyrol. & Tom. 10. Annal. an. 969. nu. 16. vbi illud monet:* Porrò cùm audis tranſlata corpora, ita accipias, vt partem ex illis acceperint, non ipſa integra: vt in dictis locis, quæ adhuc viſuntur atque coluntur, dictorum Martyrum reliquiæ, fidem faciunt haud dubiam. *Scribit Ludouicus Iacobillius ſuprà, agi Metis Tranſlationis illius ſolennem memoriam 20. Octobris: non meminit eo die Sauſſaius: nobis, vt Kalendarium Eccleſiæ Vincentianæ videremus, non contigit.*

Ex variis. *Non integra corpora tranſlata, ſed partes.*

6 *At Mindæ, vrbe illuſtri inferioris Saxoniæ ad Viſurgim flumen, celebre eſſe feſtum* S. Feliciani *ſolet 26. Octobris, qui indubiè dies Tranſlationis. Nam iſthuc quoque allatas aliquas* S. Feliciani *reliquias, patet ex Mindenſi Breuiario, edito auctoritate Franciſci Antiſtitis anno 1515. in quo eo die iſthæc recitatur Oratio:* Propitiare, Domine, nobis indignis famulis tuis, quæſumus, per Sancti tui Feliciani Martyris atque Pontificis, qui in præſenti requieſcit eccleſiâ, merita glorioſa; vt eius piâ interceſſione ab omnibus protegamur aduerſis. Per Dominum. *Lectiones ex eodem Breuiario ſuprà dedimus. In ſecundis quoque veſperis in Reſponſorio, quod vocant, poſt Capitulum, mentio fit reliquiarum; ita enim habet:*

Minda quoque pars eſt corporis S. Feliciani,

Mynda Deo plaude, melos & promere gaude,
Te quia ditauit ſummè Deus atque beauit,
Hunc per Patronum tibi dans venerabile donum,
Quouis non obſtante, cuius merito mediante
Verè ſaluaris, ſi ſanctiùs hunc veneraris.

Inſcripta quoque Martyrologiis eo die Sancti memoria. Vetus Colonienſe, & MS. Florarium iſta habent: Apud Mynden S. Feliciani Martyris. *Molanus & Martyrol. Romanum:* Apud Mindam natalis F. Feliciani Epiſcopi & Martyris. *Adnotat Baronius:* Cùm nullus Mindenſis eius nominis reperiatur Epiſcopus, fortaſſe hic ille Felicianus Fulginatis Eccleſiæ Epiſcopus & Martyr, cuius venerandas reliquias Otho Magnus Imp. in eam regionem tranſtulit, vt ſcribit Sigebertus in chron. an. Domini 969. *Verba Sigeberti dedimus: non ſcribit in eam regionem, ſed Metas in Galliam Belgicam tranſlatas.*

feſtum 26. Octob.

7 *Narrat Albertus Krantzius lib. 1. Metrop. cap. 9. Mindenſis Eccleſiæ ſub Vvittekindo Duce Saxonum, & Carolo Magno Francorum Rege, principia, additq;:* Ornata eſt autem Eccleſia iam tum ab initio multis Sanctorum reliquiis, Feliciani Fulginatis Epiſcopi & Martyris, Theodori Epiſcopi, Carpophori & Abundij Martyrum. *Coluntur hi quoque iſthic officio 9. Lectionum,* Theodorus *Epiſcopus & Confeſſor 19. Septemb.* Abundius & Carpophorus *10. Decembris. In Chronico Epiſcopor. Mindenſium vulgato mentio quoque fit harum reliquiarum:* Hanno XXVI. Epiſcopus Mindenſis. Iſte ſanctus Epiſcopus videns maiorem eccleſiam Mindenſem miſerabiliter Sanctorum reliquiis orbatam per incendium, collegit de locis diuerſis corpora & reliquias Sanctorum, & ad prædictam eccleſiam tranſuexit. .... Sunt autem hæ reliquiæ in maiori Eccleſiâ Mindenſi, videlicet corpora SS. Feliciani Epiſcopi, Carpophori & Abundij Martyrum, Theodorici Epiſcopi, & S. Sophiæ viduæ. Item de iſtis Sanctis maxima pars corporum habetur, ſcilicet Timothei Apoſtoli, Gorgonij Martyris, ... Catena S. Feliciani Epiſcopi, cum quâ ducebatur.

item eiuſdem catena.

8 *Etſi exiſtimet Krantzius, inde à principio donatas illas Eccleſiæ Mindenſi reliquias fuiſſe; multò tamen probabilius videtur, eodem tempore, quo Metas, pleraſque eſſe allatas; aut paullò antè cũ ex Italicâ primâ expeditione Otto in Germaniam rediit anno 965. Ei tum adfuiſſe Landvvardum Mindenſem Epiſcopũ, colligitur ex iis quæ 21. Ianuar. in hiſtoriâ Tranſlationis S. Epiphanij cap. 1. nu. 4. dicuntur.*

Quando eò allata.

EPICTETO, RVPPO, PVBLIANO.

XXIV. IANVAR. EPictetum *cum pluribus aliis in Africâ martyrio coronatum, retulimus* IX. *Ianuarij: alium hodie exhibet MS. Martyrologium S. Hieronymi, his verbis:* In Africâ Epictiti, Ruppi, Puplicani. *Hic* Publianus *dicitur, siue* Puplianus, *in MS. Hibernico Conuentus Dungalensis, in quo hi aliiq;, sed omnino confusè, ita recensentur:* IX. Kal. Panes, Babilli Episcopi & trium paruulorum, Mardoni, Eutasij, Hermetis, & aliorum XXII. Mussuri, Eugeni, Metelli, Epictiti, Rupi, Memæ, Pupliani, Fustaci, Vincentiæ, Galæi, Dati, Maximi, Saturnini, Marini, Agniti, Saturi, Gaudiani, Felicissimi, Celiani. *Plerosque horum diximus videri ad* XXI. *diem reiiciendos. De ceteris hîc separatim.* Ruppus, *siue* Rupus, *an fortè* Rufus *est, vel* Ruffus? *Pro* Epictito, Epictetum *fecimus, vsitatâ iam Græcũ η in e longum transferendi consuetudine. Iam olim tamen per i redditum fuisse, cuius sono Græcè efferebatur, multis probari exemplis potest: nam* Paraclitus, Agapitus, Kyrie eleison *dicimus, quæ Græcè per η scribuntur,* παράκλητος, Ἀγάπητος, Κύριε ἐλέησον. *at* κοιμητήριον, cœmeterium, cœmiterium, cœmitirion, cimitirion, *ita variè scribitur, nec malè. Sic* Ἐπίκλητος, (*id est,* acquisitus, aduentitius) *Latinè efferas* Epictetus *vel* Epictitus.

DE S. GALÆO MARTYRE

CARTHAGINE IN AFRICA.

XXIV. IANVAR. NVsquam S. Galæi *reperimus in Martyrologiis nomen, præterquàm in duobus antiquissimis, quorum vnum S. Hieronymi præfert nomen, itaq; citatur à nobis, alterum ex Hiberniâ allatum, cœnobio Dungalensi: huius verba suprà retulimus. illud verò habet:* Carthagine Galei. *Africana Carthago est, si nihil ad discrimen additur.*

MARDONIO, MVSONIO, EVGENIO, METELLO.

XXIV. IANVAR. 1 NEocæsaream *fuisse Mauritaniæ vrbem antè scripsimus, cùm* XXIII. *Ianuarij de SS. Seueriano & Aquilâ esset sermo, vel eamdem quæ* Iulia Cæsarea *dicitur, vel obiectam illi eiusdem nominis insulam & vrbem, vel aliam quampiam.* Neocæsareæ *quoque martyrium peregerunt* SS. Mardonius, Musonius, Eugenius, Metellus. *Verùm eadémne sit Mauritaniæ vrbs, (quod scribit Petrus de Natal. lib. 3. cap. 19.) an quæ in Cappadociâ, an quæ ad Euphratem, in ambiguo relinquimus. Galesinius in Macedoniâ hanc locat; & probabiliùs quidem quàm illam, quia horum Martyrum reliquiæ in* Axum *fluuium proiectæ dicuntur; quod, vt ait,* in Macedoniâ factum apparet, in quâ prouinciâ Axus est. *Est quidem* Axius, Ἄξιος, *apud Ptolemæum tab. 10. Europæ, Macedoniæ fluuius in Thermaicum sinum sese exonerans. At nullus alibi* Axius? *Videtur certè Stephanus ad Crotonem Italiæ vrbem, fluuium* Ἄξιον *statuere, qui tamen Æsarus est, vt rectè obseruat Cluuerius; nisi* Κροτῶν *mons non iuxta* Κρότωνα *vrbem Italiæ, sed fortè etiam extra Italiam. Alios duos* Axios *amnes recenset Ortelius: vt propter* Axum Axiúmve *non necessariò struenda, absque alio fundamento, in Macedoniâ Neocæsarea sit. Eum verò fluuium, in quem abiecta Sanctorum corpora sunt, pleraque Martyrologia* Axum *vocant, quædam edita & MSS.* Auxum, Auxium, Anxum, Axem; *Petrùs de Natal.* Ausum.

Neocæsarea vrbs.

Axus fluuius.

2 *Porrò horum Martyrum ita natalem prædicat Martyrologium Romanum:* Neocæsareæ sanctorum Martyrum Mardonij, Musonij, Eugenij, & Metelli; qui omnes igni traditi sunt, & eorum reliquiæ in flumen dispersæ. *Horum SS. natalis.*

Vsuardus: Cneocæsareâ ciuitate, sanctorum Martyrum Mardonij, Musonis, Eugenij, Metelli, qui omnes igni traditi sunt, & reliquiæ eorum in Axum fluuium dispersæ. *Eadem habet Beda vulgatus, Ado, Notkerus, Bellinus, MS. Florarium. Petrus de Natal.* apud Zeneocæsaream ciuitatem Mauritaniæ prouinciæ passos *scribit.* Sed mendosè, *inquit Baronius,* ita illic legi putatur, cùm veteres omnes ab illâ lectione dissentiant. *legerat autem Baronius in Petro* Zenocæsaream; *ast editio quâ vtimur* Zeneocæsaream *habet. Omnia quæ vidimus Vsuardi MSS. exemplaria, & pleraque veteres editiones* Cneocæsaream: *editio Parisiens. anni 1536.* Cæsaream. *Galesinius, vt antè dictum, & Canisius* Neocæsaream in Macedoniâ.

3 Mardonium, *MS. S. Hieronymi* Mardanium *vocat:* Musonium, Musurium; *Vsuardus & Petrus,* Musonem; *Galesinius* Mausonium, *nisi mendum sit, cùm in Notu* Musonium *scribat; Maurolycus,* Museonem; *MS. Dungalense,* Mussurium; *quædam MSS.* Mosonium, & Musionem. Metellum *denique Galesinius* Matellum *censet appellandum, testaturq; in MSS. etiam* Matellium, Marcellum, Mecellum *dici: in nostris quibusdam MSS.* Mellitus, & Merillus *scribitur; in plerisque* Metellus. *MS. Florarium hos anno Christi* CCCV. *interfectos scribit. Nil alibi de tempore legimus.*

nomina variè expressa.

EMETRIO, MAXIMO, FELICISSIMO.

XXIV. IANVAR. SAnctos Martyres Maximum & Felicissimum *refert citatum MS. Hibernicum Conuentus Dungalensis, sed aliis permistos, nullo indicato quo occubuerint loco: hunc MS. Martyrologium S. Hieronymi exprimit, additq;* Maximo Emetrium. *an fortè* Demetrium? Romæ, *inquit,* Viâ Salariâ, Emetri, Maximi. *an iis iungi* Felicissimus *debeat, haud nobis constat. Multi eo nomine Martyres aliis diebus memorantur, Romæ coronati. hunc ab iis diuersum reimur, tum quia in Dungalensi, quod diximus, MS. huic diei adscribitur, tum quia in vetustissimo Rhinaugiensi MS. ista quoque leguntur:* Romæ, Felicissimi.

DE

DE S. HELLADIO

COMMENTARIENSI, MARTYRE.

XXIV. IANVAR. PLures *in ſacris Faſtis celebrantur* Helladij, *nullus qui* Commentarienſis, *ſiue, vt habent Menæa,* Κομεντα-ρήσιος *fuerit. Cuiuſmodi id fueri tmunus, exponit ſuccinctè Meurſius in Gloſſario, & clariùs Baronius in Notis ad Martyrologium 27. Martij c. & 2. Febru. b. De* S. Helladio *id ſolùm tradunt Menæa:* Eodem die S. Helladius Commentarienſis gladio finitur:

Gladio ſupponens Helladius caput,
Græcanici elationem confudit erroris.

Eumdem quoque refert Maximus Cythereus.

DE SANCTIS FRATRIBVS MARTYRIBVS,

PAVLO, PAVSIRIONE, THEODOTIONE,

CLEOPATRIDE IN ÆGYPTO.

SVB DIOCLET. XXIV. IANVAR.

1 CLeopatris *vrbs eſt* in Arabici ſinus intimo versùs Ægyptum receſſu, *haud procul à* Ciuitate Heroum, *vt ex Artemidoro tradit Strabo lib. 17. Hæc palæſtra ſanctis fratribus* Paulo, Pauſirioni, Theodotioni *fuit, quos hoc die Maximus Cythereus & Menæa Græcorum celebrant. Occubuerunt ſub Ariano Aegypti, aut certè Thebaidos, illiuſq; versùs Arabiam tractus Præſide, de quo in Actis* S. Aſclæ XXIII. *Ianuarij, & VIII. Martij in* SS. Philemonis & Apollonij, *ipſiusq;* Arriani (*nam & Martyr factus è perſecutore*) *geſtis.*

Vbi, & quando paſſi hi SS.

eorum natalis,

2 *Refert hos quoque Galeſinius his verbis:* Hoc ipſo die ſanctorum Martyrum Pauli, Pauſinij, & Theodotionis. Hi germani fratres ſpretis & contemptis vitæ huius caducis rebus, primùm monachalem diſciplinam complexi ſunt: pòſt illi duo maiores natu, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, ob fidem in carcerem detruſi, Arriani Præfecti iuſſu teterrimis tormentis affecti ſunt. Theodotio autem fratrum deſiderio, quos in vinculis eſſe audierat, ad vrbem profectus, cùm illorum admirandam in perferendis cruciatibus conſtantiam aliquando ſpectaret, & præmia iiſdem propoſita ſecum reputaret, in medium accurrit, ſeque etiam Chriſtianum eſſe liberè profeſſus, ſecuri percutitur: illi in profluentem proiiciuntur. *Eadem aliquantò breuiùs ſcribit Caniſius. vt mirere, Raderum noſtrum, qui Galeſinij Caniſiiq; triuerat Martyrologia, ſcribere tamen in Notis ad Menæa, nihil ſe de his niſi in Menæis legiſſe: niſi fortè eâ cauſſâ id cenſuit, quòd* Pauſinius vtrique dicitur, *qui* Παυσιείων & Παυσιέως *eſt Menæis.*

constantia,

3 *Diſertiùs aliquantò fuſiuſq; eorum Acta memorant Menæa:*

Pauſirium & Paulum fratres
Et certaminis ſocios, fluuialis vnda oſtendit.
En collum, veniat enſis,
Deum deſiderans exclamat Theodotion.

Hi Diocletiano & Maximiano imperantibus, Præſide Ariano, Cleopatride vixerunt, germani fratres. Priores duo à primâ ætate monachicum habitum ſuſceperant, erantque, cùm comprehenſi ſunt, Paulus quidem triginta ſeptem, Pauſirion viginti quinque annorum. Cùm eos captos audiit Theodotion eorum frater, relictâ latronum in montibus ſocietate, accurrit ſpectatum eos ac ſalutatum. Et videns quæſtioni ſubiectos, non eſt quidem auſus propiùs accedere, verùm in quodam loco conſiſtens, apud ſe ita ratiocinabatur: At quas opes & præmia conſequentur fratres mei? Ergo diuino amore ſuccenſus redit, ſeque coram Ariano tyranno Chriſtianum profitetur, atque in eum inſiliens è tribunali deturbat. Extemplò igitur ignitis clauis per latera & ventrem traiectis, plexus dein capite vitam finiit. Paulus verò & Pauſirion in flumen abiecti, martyrium conſummarunt. *Eadem narrat Maximus Cythereus.*

vita monaſtica;

frater conuersus,

mòx Martyr.

DE S. ZAMA

EPISCOPO BONONIENSI IN ITALIA.

SEC. III. XXIV. IANVAR. *S. Zamæ natalis.*

1 BOnoniæ *XXIV. Ianu. natalis celebratur* S. Zamæ primi eiuſdem ciuitatis Epiſcopi, qui à Dionyſio Romano Pontifice ordinatus, illic Chriſtianam fidem mirificè propagauit. *ita Martyrologium Romanum. Exiſtimat Baronius to. 2. an. 272. nu. 22. primum eum eſſe Bononienſis Eccleſiæ Epiſcopum, cuius certa teſtataq; memoria ſit, at* quòd incendio Diocletiani combuſta ſint antiqua Eccleſiaſtica monumenta, nullius alterius Bononienſis Epiſcopi mentionem haberi, qui Zamam præceſſerit. Cùm, *inquit,* nequaquàm mihi perſuaderi poſſit, nobiliſſimam Italiæ ciuitatem, ingenti ſemper populo refertam, tribus fermè ſeculis à Chriſti aduentu dilapſis caruiſſe Eccleſiâ, &, qui ei præficeretur, Epiſcopo; cùm conſtet, nonnullas alias Italiæ ciuitates, dignitate & frequentiâ populi longè impares, iampridem fuiſſe epiſcopalibus Sedibus illuſtratas. *De fide priùs iſthic diſſeminatâ idem ſentit Philippus Ferrarius. Cherubinus Girardaccius exordia Chriſtianæ religionis apud Bononienſes à temporibus S. Apollinaris Rauennatium & Aemiliæ Apoſtoli reuocat.*

Quomodò dicatur primus Bononienſ. Epiſcopus:

2 *Carolus Sigonius hiſtoriam Epiſcoporũ Bononienſium libris quinque complexus eſt, quos Baronius nondum typis excuſos à ſe lectos teſtatur.* De S. Zamâ *iſtæc ſcribit:* Imperante Gallieno anno Chriſti CCLXX. Zama à S. Dionyſio Pontifice ordinatus Bononiam primus omnium venit, ac benignè à Chriſtianis, qui tunc erant, exceptus, Sede in ſuburbio poſitâ, ad eum, vt fertur, locum, vbi poſteà ædes S. Felicis condita fuit, diſciplinam fidemque Chriſti inter Gentiles, quoquo modo potuit, propagauit. Mortuus autem creditur ante annum tercenteſimum, cùm Confeſſor vocetur: quia ſi ad tercenteſimũ primum ſpiritum produxiſſet, ſine dubio in perſecutione Diocletiani inter primos excruciatus, ſacro Martyris nomine inſignitus fuiſſet. Humatus certè in eodem loco eſt, vbi conſedit. Dies eius ab Eccleſiâ IX. Kal. Februarij celebratur.

quando obierit;

vbi ſepultus.

3 *Sedit* S. Dionyſius *Papa, vt ad eius vitam 26. Decemb. dicemus, ab* Æmiliano & Baſſo Coſſ. *anno nimirùm Chriſti 259.* vſque Claudium Aug. II. & Paternum Coſſ. *an. 269. Vnde patet, anno 270. non eſſe ab eo conſecratum* Zamam. *Ignorari ait Ferrarius quæ* Zamæ *patria fuerit: quidam natione Græcum faciunt, vt teſtatur Girardaccius lib. 1. Hiſtoriæ Bonon. qui ædem Cathedralem ab eo extra muros ædificatam, dicatam tradit S. Petro Apoſtolorum principi, ibiq; conſtitutos ſacerdotes alios qui ſacra myſteria populo communicarent: corpus eius annis circiter 1235. iuxta templum S. Felicis, lapideo ſepulchro conditum fuiſſe: ſed ad Cathedralem in vrbem tranſlatum anno 1585.*

Corpus tranſlatum.

DE SANCTIS MARTYRIBVS SICVLIS

BABYLA, TIMOTHEO, AGAPIO.

XXIV IANVAR.

1 *Ostendit Cardinalis Baronius, vnicum fuisse* Babylam, *quem Ecclesia Romana XXIV. Ianuarij, Græci IV. Septembris venerantur: at qui eodem quarto die Septembris ab iisdem Græcis colitur, confictum esse censet ab iis, qui* cùm Babylam *Episcopum legerent alibi sub Decio, alibi sub Numeriano passum, duos statuerunt. De controuersiâ illâ, sub quo tyranno, quoq; tempore prior ille* Babylas *passus sit, iam ad eius vitam quæsitum. At præter eum duos alios celebrant Græci vnum ludimagistrum cum 84. pueris, quos erudiebat, sub Maximiano* Nicomediæ *trucidatum IV. Septembris; alterum, oriundum quoque ipsum Antiochiâ, sed in Siciliâ cum* Timotheo *& Agapio interfectum. Neque argumenta Baronij eiusmodi sunt, vt omittere & huius & illius nomen Actaq; oporteat.*

Plures fuerunt Babyla:

huius natalis.

2 *Hos Siculos Martyres (ita vocamus, quia in Siciliâ coronam adepti) retulit Ferrarius in nouo catalogo Sanctorum XXIII. Ianuarij: at XXIV. Ianu. Octauius Caietanus noster, in Ideâ Operis de SS. Siciliæ, Menæa secutus, quæ, vti & Maximus Cythereus, Babylæ & discipulorum Acta narrant, quæ damus, eumq; quò ab aliis distinguatur Babylis,* τὸν ἅγιον μάρτυρα Βαβύλαν τὸν ἐν Σικελίᾳ, *sanctum Martyrem Babylam in Siciliâ nuncupant.*

ACTA EX MENÆIS GRÆCOR.

a S. Babyla patria,

1 Sanctus hic Martyr Babylas nobili genere ex Oriente, *a* vt magnus Iob, claris & religiosis parentibus natus est, Antiochiâ vrbe celebri, quam Theopolim vocant: in eâque institutus, & in timore Domini educatus, sacras etiam litteras, quæ expeditam ad Deum viam ostendunt, studiosè arripuit & tractauit. Christum à primis statim annis sitiens, mundum odit: atque parentibus maturè orbatus, omnes opes suas dispersit in mendicos & viduas & pupillos: extricansque se omni vitæ præsentis & mundi luto, in montem secessit, ductis secum duobus discipulis suis Timotheo & Agapio, ibique vitam solitariam instituit. Sacerdotio deinde initiatus, vitam Sacerdote dignam egit.

eruditio,

bonorum abdicatio,

secessus cum socijs,

fuga in Siciliam,

2 Postquàm autem immanes & sanguinarij Gentiles illum Magistratibus prodere decreuerunt, *b* relictâ Româ, cum suis discipulis in Siciliam appulit: vbi aliquamdiu moratus, multis ex inhabitante Spiritus sancti in se gratiâ lumen veræ fidei ostendit, & ad Dei cognitionem traduxit. Sed cùm ciuitas supra montem posita abscondi non posset, vti scriptum est, ipse quoque Præsidi Siciliæ innotuit: qui cum duobus discipulis comprehensum, & Christum verum Deum liberè confitentem, primùm verberauit, multisque plagis affecit, corporaque eorum tota sanguine purpurauit. Deinde *c* oppidatim circumductos variis modis crudeliter torsit, partim vt vrbes Siciliæ tam diris spectaculis à fide suscipiendâ deterreret, partim vt illorum suppliciis suum odium & crudelitatem expleret. Sancti verò Martyres, ad cælestia bona respicientes, corroborabantur.

b

prædicatio fidei,

Matth. 5. 14.

tormenta tolerata,

c

3 Postridie ergo gladio interemptos, in ignem abiici præcepit; quos tamen veros Christi germanosque athletas ac milites flamma omnino non ausa est violare vel attingere, sed intactos illæsosque seruauit: quos nonnulli fideles sublatos *d* in eadem insulâ honorificè sepelierunt.

mors,

sepultura.

d

a *Græcè est,* καλὰ τὸν μέγαν Ἰὼβ, iuxta magnum Iob: *alludit fortassis ad illud Iob* 1. 3. eratque vir ille magnus inter omnes Orientales.

b Ἀφεὶς τὴν Ῥώμην. *Verterat Raderus noster:* relictâ Constantinopoli, siue nouâ Româ. *Quorsum Constantinopolim potiùs hic intelligit, quàm antiquam Romam? Et parachronismum committere: scriptor, si Byzantium vel* Constantinopolim *vel* Romam, *de tempore quod Constantinum præcessit agens, appellaret: quod tamen imperitis quibusdam haud infrequens. At vixisse* Babylam *hunc ante Constantinum, aut sub eius initia, omnino probabile est. Qua enim Antiochia, Constantinopoli, in Siciliâ, à Gentilibus tanta fuit persecutio post debellatâ Licinium? An fortè sub Iuliano? at neque latebras tunc, nisi pauci, captabant, quando etiam palàm desertori veræ religionis Augusto insultabant.*

c *Græcè est,* κατὰ πόλιν, per vrbem. *at per plura circumductum fuisse oppida, colligitur ex sequentibus.*

d *Negat Ferrarius, vsquam in Siciliâ illorum extare memoriam. Quid mirum, post tot tantasq; insulæ clades? In ipsâ Vrbe quàm multi de impietate triumpharunt, quorum penitùs intercidit memoria, aut solo obruta delituit?*

DE SANCTIS MARTYRIBVS

BARSIMA, ET DVOBVS FRATRIBVS.

XXIV. IANVAR.

Colitur S. Barsimæus *Edessenus Episcopus XXIX. Ianuarij: XXIV.* Barsimas & duo eius fratres Martyres, *ex Syriâ quoque oriundi, vt* Barsimæ *nomen indicat; quamquàm Maximus Cythereus* Basimum *vocat. De eo & fratribus Menæa:* Et memoria sancti Martyris Barsimæ, & duorum eius fratrum.

Tribus fratribus diuinus infusus ardor
Diuinum exoptare suadebat per gladium finem.

DE S. ARTEMIO

EPISCOPO ARVERNENSI IN GALLIA.

CIRCITER AN. CHR. CCCXCVI. XXIV. IANVAR.

S. Artemij natalis,

1 *Testatur Ioannes Sauaro in Originib. Claromont. XXIV. Ianuarij natalem agi* S. Artemij *sexti Aruernorum Antistitis, qui circiter annum 394. decessit. De eo Molanus in Addit. ad Vsuardum:* Aruernis S. Artemij, Episcopi & Confessoris, miræ sanctitatis. *Referunt eum quoque* Ferrarius, *Saussaius, Galesinius, qui* Artenium *vocat, licet in Notis fateatur ab aliis* Artemium *dici.*

2 *De eius rebus gestis nihil extat, præter id quod S. Gregorius Turon. scribit lib. 1. histor. Franc. cap. 41.* Igitur apud Aruernos S. Nepotianus quartus habebatur Episcopus. A Treueris verò legati in Hispaniam mittebantur: ex quibus Artemius quidam admirabilis sapientiæ atque pulcritudinis, & primâ ætate florens, vi febrium est correptus. Præcedentibus verò aliis, hic apud Aruernos ægrotus relinquitur. Nam eo tempore apud Treueros sponsali erat vinculo nexus, à Sancto autem Nepotiano visitatus, atque oleo sancto perunctus, tribuente Domino reddi-

morbi occasio & conuersio,

tur sanitati. Qui cùm ab eodem Sancto verbum prædicationis accepisset, oblitus tam sponsam terrenam, quàm facultates proprias, sanctæ copulatur Ecclesiæ: factusque Clericus in tantâ prælatus est sanctitate, vt B. Nepotiano successor existeret, ad regendas gregis Dominici caulas.

sponsa & opum abdicatio,

3 *Hæc ille. De* S. Nepotiano *agemus 22. Octobris: quem* quartum *vocat, post* S. Austremonium *Aruernorum Apostolum, & primum Episcopum, qui colitur 1. Nouembris; intermedios recenset, Vrbicum, Legonum, Hillidium. Saussaius scribit* vxoratum fuisse, & Clericali militiæ (non tamen inconsultâ coniuge vel inuitâ) adscriptum, erogatis in misericordiæ opera facultatibus. *at S. Gregorius solùm* sponsali vinculo nexum *fuisse ait, & mox* sponsam *nominat, non vxorem; at* facultates proprias *non erogasse dicit, sed* oblitum. *Rectiùs Gregorij sententiam expressit Christophorus Brawerus noster lib. 9. Annal. Treuir. qui sub annum 386. illam legationem putat contigisse.*

4 *Saus-*

translatio, 4 *Sauſſaius de* S. Artemij *tumulo hæc ſcribit:* Crebreſcentibus ad eius tumulum diuinæ magnificentiæ inſigniis, in eiuſdem venerationem eccleſia conſtructa fuit extra vrbem, è quâ deinde ad ampliorem honorificentiam, ſacratiſſimum eius corpus, cum religioſo triumpho, ad eccleſiam matricem delatum, illic ſuper ſummum altare condecenti obſeruantiâ repoſitum colitur, perenni fidelium deuotione. *Eâ videtur eſſe repoſitio, quam idem XXV. Decembr. conſignat:* Claromonte Aruernorum, *inquit,* repoſitio S. Artemij Sedis illius ſeptimi Epiſcopi; cuius beata ad ſupernos choros tranſitio celebris eſt anniuerſario cultu die XXIV. menſis ſequentis.

5 *De eccleſiâ illâ ſuburbanâ* S. Artemij, *iſta habentur lib. 1. de SS. eccleſ. & monaſt. Clarom. à Sauarone edito nu. 29.* In eccleſiâ S. Artemij altare S. Mariæ, altare S. Martini, vbi S. Artemius, & S. Vera, & S. Supporina, & alia corpora Sanctorum requieſcunt. *Eam eccleſiam Sauaro ſolo æquatam eſſe ſcribit, vulgoq; dici* Le vas de S. Arthem: quò loci, *inquit,* arca lapidea, in quâ olim condebatur S. Artemius, carris rotantibus atteritur, & prætereuntium pedibus conculcatur, conculcatis Canonum ſanctionibus. *At remur Aruernos piis hiſce clariſſimi Præfecti & ciuis ſui motos querelis, reuerentiùs nunc eam arcam habere.* EX VARIIS. *eccleſia.* *tumulus.*

DE SS. VERA ET SVPPORINA,

CLAROMONTE IN GALLIA.

XXIV. IANVAR. IN *nullis Martyrologiis, ne quidem Gallicano Sauſſaij,* SS. Veræ & Supporinæ *nomina reperimus: neque Virgines fuerint, nécne; Martyres, an quieto defunctæ fato, exploratum habemus. Hîc tamen eas collocandas duximus, cum* S. Artemio, *in cuius æde apud Aruernos olim condita earum fuêre corpora, vt ex veteri libro de Sanctis & Eccleſiis Claromontanis antè diximus, cùm de* S. Artemio *ageremus. eâ æde euersâ, quò earum deportatæ exuuiæ, ignoramus.*

DE S. PHILONE EPISC. CALPASIO, ET S. PHILIPPICO PRESBYTERO.

XXIV. IANVAR. NEque hi eodem tempore ac loco vixerint, neque an palmâ martyrij donati, vllam vſquam coniectandi auſam reperimus. Ita referuntur in *Menæis Græcorum & Maximo Cythereo:* Eodem die memoria ſancti Martyris Hermogenis & Menæ, & ſancti Patris noſtri Philonis, Epiſcopi Calpaſij facti. Et memoria Patris noſtri Philippici Preſbyteri: & ſancti Martyris Barſimæ, & duorum eius fratrum. *De* Hermogene & Menâ *agemus X. Decembris, quò ſunt Alexandriæ gladio cæſi ſub Maximino. an vnà ceteri triumpharunt? Nulla eorum in Actis mentio: niſi fortaſis ex eorum fuêre numero, quos* S. Menas *ad fidem conuerſos baptizauit. Certè illuſtrem Confeſſorem* Philonem *Epiſcopum Aegyptium in exilium eiectum eſſe à Georgio Cappadoce, ſcribit S. Athanaſius in apologiâ de fugâ ſuâ, & in epiſtolâ ad ſolitariam vitâ agentes: vbi addit* Philonem *retruſum eſſe Babylonem, ſiue in propinquam Babyloni ſolitudinem, & ad obitum vſque perſecutionem paſſum. Id verò contigit anno 341. vt dictum eſt in Vitâ S. Antonij XVII. Ian. num. 105. lit. i. Aſt vbi Calpaſius epiſcopatus? Κάλπαι vrbs eſt, quæ & Κάλπεια, Κάλπη portus, in Bithyniâ apud Stephanum, qui inde* Καλπεύς, Καλπῖνος, Καλπιανὸς, *non* Καλπάσιος, *gentilitium aut poſſeſſiuum deflectit.* Καρπασία *vrbs eſt Cypri, Diodoro, Stephano, Ptolemæo memorata; Xenagoræ* Κάρπαθος *dicta, Demetrio Salaminio* Καρβασία. *an in alterâ harum vrbium, an alibi Epiſcopus fuerit, non diuinamus: neque quis* Philippicus *Presbyter, quem Cythereus* Philippum *appellat.*

DE S. MACEDONIO CRITHOPHAGO,

ANACHORETA IN SYRIA.

INITIO V. SECVL. XXIV. IANVAR. *S. Macedonij natalis,* DVbitare meritò liceat, *plúſne in propriæ animæ ſalute ac virtutis abſolutione curandâ, an alienâ calamitate propulſandâ laborârit* S. Macedonius *anachoreta. Prius illud eius ſtudium prædicant Menæa & Maximus Cythereus hoc die, quo colitur à Græcis; poſterius S. Ioannes Chryſoſtomus oculatus teſtis homiliâ 17. tunc ad populum Antiochenum habitâ, Theodoretus lib. 5. hiſtor. Eccl. cap. 19. & Nicephorus lib. 12. cap. 44. vtrumque idem* Theodoretus *in Philotheo, ſiue lib. 9. de Vitis Patrum cap. 13. quod hîc viſum eſt reliquis præponere. Illi ſubiungemus alteram eiuſdem Theodoreti narrationem: tum è Chryſoſtomo præclarum* Macedonij, *eiuſq; æqualium anachoretarum ac monachorum, elogium. Nicephorus Theodoreti hiſtoriam, Menæa Philotheum, ſed ſtrictiùs, expreſſerũt: hæc verò à ſe Latinitate donata vulgauit Raderus noſter parte 1. Viridarij Sanctorum. Agit de eodem* Macedonio *Baronius to. 4. an. Ch. 388. & S. Ioannes Damaſcenus orat. 3. de Imaginibus.*

Vita.

VITA EX THEODORETO Philoth. c. 13.

CAPVT I.

S. Macedonij vita anachoretica. Sacerdotium.

Macedonius κριθοφάγος, a 1 MAcedonium, cognomine Κριθοφάγον, ideſt, Veſcétem hordeo (is enim cibus hoc ei cognomen impoſuit) ſciunt quidẽ omnes a Phœnices & Syri & Cilices; ſciunt autem horum quoque vicini & finitimi, qui partim quidem ipſi vidêre miracula, partim autem ea famam celebrantem audiuêre. Neque verò ſciunt omnes omnia; ſed cùm alij quidem hoc, alij verò illud didicerint, quod ſciunt meritò ſolum admirantur. Ego autem cùm de hoc diuino capite aliis *notus* ſciam perfectiùs, (multa enim me mouerunt vt ad eum *Theodoreto,* irem, & frequens apud eum eſſem) narrabo ſingula vt potuero. Hunc autem ei ordinem ſeruaui, & poſt multos eius poſui narrationem, non quòd is aliis fuerit virtute ſecundus (erat enim vel ſummis & primis æqualis:) ſed quòd, cùm vixerit longiſſimo tempore, poſt illos, quorum memini *b,* vitæ finem accepit. *b*

2 Hic ergo habeba: palæſtram & ſtadium cacumina *viuit in montibus,* montium; non in vno loco poſitus, ſed nunc quidem in hoc agens, nunc verò in illum tranſiens. Hoc autem faciebat, non loca ægrè ferens, ſed eorum qui ad ipſum conueniebant & vndique concurrebant, effugiens multitudinem. Quadraginta autem & quinque annis perpe- *45. annis ſtans in foſſâ ſub dio,* tuis vixit hoc modo, non vtens tabernaculo, non tugurio; ſed ſtans in foſſâ profundâ: vnde etiam quidam eum vocabant Gubbam: id autem nomen, ſi ex linguâ Syriacâ in Græcam transferatur, ſignificat λάκκον, id eſt, lacum.

ex Theodoreto. 25. annis in tugurio:

3 Post id autem temporis cùm euasisset senex, cessit rogantibus, & fixit tugurium. Posteà autem orantibus familiaribus, domunculis quoque, non propriis, sed alienis, est vsus. Viginti quinque autem annis perpetuò vitam egit in tugurio & domunculis, vt deinde colligatur certaminum tempus septuaginta anni.

vescitur hordeo aquâ madefacto; in morbo alio cibo, b

4 Cibo autem vsus est, non pane, nec leguminibus, sed purgato hordeo, & aquâ solâ madefacto. Hunc autem cibum mater mea, quæ ei fuit familiaris, longissimo tempore suppeditauit. Cùm aliquando autem ad eam venisset ægrotantem, & didicisset eam nolle persuaderi vt sumeret cibum morbo conuenientem, (nam b ipsa quoque iam exercitationem amplectebatur monasticam) consulit vt cederet medicis, & illud nutrimentum existimaret esse medicamentum: non enim deliciarum, sed necessitatis gratiâ adhibetur. Nam ego quoque, inquit, qui quadraginta annis, vt scis, hordeo solo sum vsus, cùm quædam mihi pridie huius diei venisset infirmitas, iussi eum qui mecum habitabat, parum mihi panis petere & afferre. Venit enim mihi in mentem, quòd, si morerer, mortis redderem rationem apud iustũ iudicem, vt qui fugissem certamina, & detrectassem labores seruitutis. Nam cùm paruo cibo posset mors prohiberi, & in hac vitâ possem sic manere, laborans & me affligens, & opes quæ ex his percipiuntur colligens, mori fame, quàm viuere in philosophiâ, duxissem magis expetendum. Timore ergo hinc repletus, cùm vellem cogitationis obtundere aculeos, & panem petere iussi, & allatum comedi: & tibi præcipio ne mihi ampliùs hordeum, sed panem præbeas. Ex illâ ergo linguâ ab omni mendacio alienâ audiuimus, quòd quadraginta annis comederit hordeum. Atque hæc quidem sufficiunt ad coniiciendum, quàm esset vir in exercitatione monastica strenuus, & quàm laboriosus.

amore longioris certaminis:

5 Integritatem autem & simplicitatem morum per alia declarabimus. Postquàm enim magnus fuit ordinatus d Flauianus, vt magnum Dei gregem pasceret, viri autem virtutem didicit (prædicabatur enim & erat in ore omnium) eum quidem abducit à vertice montis, tamquàm in eum ad se delata fuisset accusatio. Cùm autem mysticum esset propositum sacrificium, adducit ad altare, & eum cooptat in numerum Sacerdotum. Postquàm autem fuit sacrum finitum officium, & hoc ei significauit aliquis, (quod enim factum fuerat ignorabat omnino) primùm quidem incessebat omnes maledictis & conuiciis; posteà autem accepto baculo, (solebat enim eo innitens ingredi propter senium) & ipsum persequebatur Pontificem, & alios quotquot aderãt. Existimabat enim, ordinationem eum esse priuaturam & cacumine montis, & eâ quam desiderabat viuendi ratione. Sed tunc quidem vix eum irascentem sedauerunt quidam ex familiaribus.

d Sacerdos ordinatur,

6 Postquàm autem fuit finitus hebdomadę circulus, & rursus venit dies festi Dominici, rursus eum magnus accersit Flauianus, rogans vt cum eis esset particeps huius celebritatis: ille verò ad eos qui venerant, Non sufficiunt, inquit, vobis ea quæ facta sunt; sed me rursus vultis efficere Presbyterum? Cùm ij autem dicerent fieri non posse, vt bis eadem fieret ordinatio, non cessit, neque venit, donec tempus & eius familiares eum id docuerunt. Scio quidem fore vt hęc narratio videatur multis non adeò admiranda: eam autem posui, vt qui eam dignam quæ commemoretur existimem, vt ex quâ satis possit conici & eius animi simplicitas, & animæ puritas. Iis autem qui sunt huiusmodi, Dominus regnum cælorum est pollicitus: Amen enim, inquit, dico vobis, nisi conuersi fueritis vt pueli isti, non intrabitis in regnum cælorum. Quoniam ergo summatim ostendimus eius animæ formam ac characterem, age eius quoque ostendamus ex virtute fiduciam.

magnâ præditus animi simplicitate & puritate.

Matth. 18. 3.

a *Menæa:* in Phœniciâ, Syriâ, & Ciliciâ vixit.

b *Superstes ergo minimùm fuit ad annum vsque 420. circa quod tempus* S. Zenonem, *de quo capite præcedenti egerat Theodoretus, obiisse diximus 8. Ianuar. ad vitam S. Attici num. 33. & iterum dicemus 10. Februarij ad vitam ipsius* Zenonis.

c *Albericus Longus*: post viri mortem monasterio se addixerat.

d Flauianus *electus est successor* S. Meletij *an. Ch. 381. Meletiana factionis Episcopus Antiochia, cùm Eustathiana esset Paulinus eodem tempore, orthodoxi ambo.*

CAPVT II.

Fiducia in Deum. miracula.

7 QVidam Dux militum, qui delectabatur venatione, ascendit in montem venaturus: eum autem sequebantur & canes, & milites, & quæcumque sunt apta ad venationem. Postquàm autem procul vidit hominem, & ab iis qui cum eo erant audiit quisnam esset, statim ex equo desiliens, accessit, & allocutus est, & rogauit quid faciens hîc degeret. Is autem contrà vicissim interrogauit: Tu autem quid hîc venisti facturus? Cùm Dux autem dixisset: Venaturus. Et ego, inquit, meum venor Deum, & eum capere cupio, & contemplari desidero; nec ab hac pulchrâ cessabo venatione. Hæc cùm Dux audiisset, & vt par erat miratus esset, recessit.

Deum venatus.

8 Cùm autem aliquando a ciuitas à malo aliquo dęmone incitata baccharetur, & in Imperatoris fureret statuas, venerant quidam ex Ducibus præstantissimi, qui aduersùs ciuitatem internecionis ferebant sententiam. Cùm is autem è monte descendisset, ambos accedentes Duces in foro retinuit. Illi verò, cùm quisnam is esset didicissent, & ex equis desiluerunt, manusque & genua prehenderunt, & ei salutem significarunt. Ille autem iussit vt dicerent Imperatori, quòd homo esset, & eamdem haberet naturam quam ij qui eum affecerant contumeliâ: & cùm naturâ iram metiri oporteat, irâ sit vsus immoderatâ, & pro suis imaginibus Dei imagines occidat, & pro ære statuarum, corpora morti tradat: ac nobis quidem æneas effingere & rursus formare, est in promptu & facile; tu autem, etsi sis Imperator, non potes occisa corpora ad vitam reducere. Et quid dico corpora? neque enim pilum vnum potes effingere. Hæc dixit voce vsus Syriacâ. Illi autem, interprete in linguam Græcam transferente, audientes, & exhorruerunt, & ad Imperatorem transmissuros significarunt. Ego autem existimo, omnes confessuros hæc verba esse gratiæ diuini Spiritus. Quomodò enim aliter hæc esset locutus, vir quidem expers omnis eruditionis, in agris autem educatus, vitam autem agens in cacuminibus montium, omnem autem animo circumferens simplicitatem, & qui nec diuinis quidem vacauerat eloquiis? Cùm itaque eius & spiritalem declarauerim sapientiam, & quæ iustis conuenit fiduciam (iustus enim confidit vt leo) transibo ad miracula.

a

Ab Imperatoris Ducibus honoratur.

cades impedit hominum, qui Dei sunt imago.

9 b Vxor quædam cuiusdam locupletis nobilis, ineiderat in morbum ingluuiei: & alij quidem eum morbum appellabant operationem seu vexationem dæmonis, alij autem eum existimabant imbecillitatem corporis. Siue autem hoc, siue illud esset, erat huiusmodi. Dicebant eam comedentem in die triginta gallinas, non posse appetitionem extinguere satietate, sed adhuc alias appetere. Cùm sic ergo in eâ consumerentur facultates, eius miserti c qui ad eam attinebant, diuinum illum hominem obsecrant. Ille autem venit quidem & precatus est: & cùm aquæ dexteram impositurus esset & salutare effossurus esset signaculum, & iussisset bibere, curauit morbum, & adeò retudit immoderatam illam appetitionem, d vt deinceps parua aliqua gallinę particula quotidie eius alendę vsum impleret. Hic quidem morbus hoc modo est curatus.

b

Signo crucis ingluuiem dæmoniacam curat:

c

d

10 Cùm autem quædam puella thalamo adhuc contineretur, & repentè cœpisset vexari à malo dæmone; accurrit pater ad diuinum hominem, orans, & vociferans, & postulans vt curaretur filia. Is autem precatus, iussit vt dæmon statim abiret à puellâ. Is autem dicebat *dæmonem* se eam non suâ sponte esse ingressum, sed magicis coa- *possessã,*

ctum

ctum præstigiis. Dicebat autem eius quoque nomen qui coëgerat, & amorem esse causſam incantationis. Sed cùm hæc audiisset, non tulit pater iræ impetum, nec exspectauit vt curaretur puella; sed omnium magistratuum summum adit, Præsidem scilicet qui pluribus præerat gentibus, accusat hominem, & rem narrat. Is autem reus in iudicium adductus, rem negabat, & accusationem nominabat calumniam. Hic autem non alium citabat testem, quàm ipsum dæmonem qui minister fuerat incantationis: & orabat Iudicem vt curreret ad illum virum diuinum, & acciperet eius testimonium. *Indicato maleficij auctore,* Cùm is autem diceret, non esse fas nec iustum, vt in loco monasticæ exercitationis haberetur quæstio; dixit pater puellæ se in iudicium ducturum Macedonium: & currens persuasit, & duxit. Sedens autem extra iudicium Iudex, non fuit iudex, sed spectator. Magnus enim Macedonius fungebatur officio Iudicis, vtens eâ quæ intus habitabat potestate. Et cùm iuberet dæmoni vt consuetum mitteret mendacium, cum totâ autem veritate rei narraret tragœdiam; ille à maximâ adactus necessitate, & virum ostendit qui ei magicis carminibus vim attulerat, & ancillam per quam illa potio puellæ data fuerat. *Ne plura dicat impedit,* Cùm autem alia quoque pararet dicere, quæ fecerat coactus ab aliis, vnius quidem ædes exurens, alterius verò iumenta interimens, alium verò aliquo alio damno afficiens, iussit homo Dei eum silere, & statim procul recedere à puellâ & ab vrbe. Ille autem tamquàm Domini legi parens, fecit quod iussus erat, & protinus effugit. *& fugat.* Sic cùm hanc vir diuinus liberasset à furore, illum quoque miserum eripuit ab accusatione, & obstitit quò minùs Iudex in eum ferret sententiam capitis; non esse fas dicens, vt propter ea quæ per ipsum sunt coniecta, supplicium capitis decerneretur, sed potiùs per pœnitentiam ei daretur salus. Atque hæc quidem satis sunt ad ostendendam diuinæ potentiæ copiam, quæ ei data fuerat: ego tamen alia quoque narrabo.

11 Mulier quædam nobili loco nata, & longè ditissima (ea autem vocabatur *e* Assyria) erat quidem emotæ mentis, ex domesticis autem agnoscebat neminem; vt cibum autem & potum sumeret, ferre non poterat. Plurimo autem tempore assiduè delirabat, & hoc alij quidem dicebant esse vexationem & operationem dæmonis, medici autem dicebant esse morbum cerebri. *Aliam energumenam sanat.* Cùm omnis ergo ars esset consumpta, & ex eâ nullum daretur auxilium; eius maritus, (erat autem is *f* Abrodianus) vir qui & erat ex magistratibus, & magnâ dignitate præditus, ad diuinum illud caput accurrens, narrauit morbum coniugis, & orauit vt ea assequeretur curationem. Cessit vir diuinus, & domum quidem venit, & magno ac vehementi studio Deo obtulit orationem. Perfectâ autem oratione, cùm iussisset aquam afferri, & fecisset figuram salutaris signaculi, iussit illam bibere. Cùm autem prohiberent medici, vtpote quòd potu aquæ frigidæ morbus crescceret, expulsâ totâ illorum caterua, obtulit mulieri potionem. Illa autem simul ac bibit, ad se rediit, & à morbo omnino liberata, diuinum virum agnouit, & vt dextram acciperet rogauit, oculisq; eam imposuit, & ori admouit, & deinceps semper fuit mentis compos.

e *f*

a *Hæc infrà ex Theodoreti historiâ Eccles. & S. Chrysostomi homiliâ plenius referuntur. Hæc verba hinc recitat S. Damascenus suprà.*

b *Longus*: Mulier quædam opulenta. aliàs, *vt margini adscribit*, nobilis, nam alij codices τῶν ἐυπατριδῶν habent.

c *Menæa*, domestici. *Longus*, vicini.

d *Menæa*: vt nec dimidium deinceps pullum absumeret, ac Deo sincerè ac constanter deseruiret.

e *Longus*, Astrium. f *Idem*, Abodianus.

CAPVT III.

Dona cælestia. Ortus Theodoreti.

Igne cælitus illustratur. 12 CVm autem illud vitæ genus amplecteretur in montibus, pastor quidam quærens oues errantes, venit ad illum locum vbi erat homo Dei (erat autem nox profunda, & multa nix descenderat) & vidit, vt ipse dixit, pyram circa ipsum accensam, & quosdam duos candidâ veste indutos, igni præbentes materiam. *a* Animi enim alacritatem afferens, diuino fruebatur auxilio. EX THEOD. ORETO.

13 Quinetiam eoni erat prophetici particeps. Et cùm ad eum aliquando veniisset quidam Dux, pietate & verâ religione clarus (quis autem ignorat virtutem *b* Lupiciani?) dixit se esse de quibusdam sollicitum, qui ab vrbe regiâ per mare ad ipsum ferebant necessaria. Dicebat enim præteriisse quinquaginta dies, ex quo ex portu soluerant, de eis autem nihil audiuerant. Ille autem nihil cunctatus, Vna, inquit, nauis, amice, periit: altera autem postridie portum occupabit *c* Seleuciæ. Et hoc quidē audiuit diuinam illam vocem locutam: didicit autem experientiâ eorum quæ dixerat veritatem. *b* *Quædam abſentia & futura enuntiat.* *c*

14 Vt autem alia prætermittam, ea narrabo quæ ad nos ipsos pertinent. Cùm mater mea vnà cum patre meo habitasset tredecim annis, ea non fuerat facta mater filiorum: erat enim sterilis, vt quæ fructum ferre à naturâ prohiberetur. Et ipsa quidem id non valdè ægrè ferebat: quæ enim erat in rebus diuinis erudita, credebat hoc esse vtile: magnam autem molestiam accipiebat pater, quòd careret filiis; & circumquaque cursitans, rogabat Dei seruos vt à Deo ei peterent filios. Alij ergo pollicebantur se & Deum deprecaturos, & iubebant vt esset Dei voluntate contentus. Hic autem homo diuinus est apertè profesus, se vnum petiturum ab vniuersi opifice, & se petitionem accepturum est pollicitus. Cùm tres itaque anni præteriissent, & promissio finem non accepisset, rursus accessit pater promissum exigens. Ille autem iussit vt ad se mitteretur coniux. Cùm autem venisset mater, dixit ille vir diuinus, se & petiturum, & eam filium accepturam, & quòd oportet eum ei qui dederat dedicari. Cùm autem mater solùm rogaret vt animæ salutem acciperet, & vt liberaretur à gehennâ: Præter hoc, inquit, liberalis & munificus Deus tibi dabit filium. Iis enim qui purè & sincerè petunt, duplices largitur petitiones. Illinc reuersa est mater afferens promissi benedictionem. Et quarto anno à promissione concipit, & gerit vterum: & accedit ad diuinum hominem, benedictionis ostendens manipulos. *Matri Theodoreti primùm sterili prolem impetrat,* *Deo consecrandam:*

15 Quinto autem mense à conceptione, fuit periculum abortionis. Illa autem rursus misit ad nouum suum Elisæum (vetabat enim morbus ne ad ipsum veniret) & ei reuocauit in memoriam quòd nolebat fieri mater filiorum, & eius promissa adduxit in medium. Ille autem cùm procùl vidisset venientem, & agnouit, & causſam significauit: noctu enim & morbum & salutem ei ostenderat Dominus. Accepto ergo baculo, venit, ei innitens: & cùm fuisset intra ædes, & pacis salutationem dedisset vt consueuerat; Bono, inquit, sis animo, nec timueris; neque enim donum auferet is qui dedit, nisi tu pacta conuenta transilieris. Pollicita es autem, te ei reddituram eum qui datus fuerit, & ei consecraturam ad diuinum ministerium. Sic autem, inquit mater, ego & opto & volo. Existimo enim vel imperfectissimum fœtum esse magis expetendum, quàm à Deo alienam filij educationem. Cùm itaque aquam accepisset & benedixisset, Bibe ergo, inquit vir diuinus, hanc aquam, & senties diuinum auxilium. Bibit itaque vt iusserat, & abortionis effugit periculum. Hæc sunt nostri Elisæi miracula. *aquâ benedictâ periculum abortionis pellit.*

16 Ego eius benedictionem & doctrinam sæpè percepi. Me enim adhortans, sæpè dicebat: Natus es, ô fili, cum multis laboribus; multas noctes Deum hoc solum perpetuò rogaui, vt tui parentes hoc fierent quod te nato sunt nominati. Vide ergo vt vitam agas dignam laboribus, vt qui, antequàm nascereris, promissis fueris dedicatus. Quæ sunt autem Deo dedicata, sunt omnibus veneranda, & quæ à vulgo minimè sunt contrectanda. Conuenit ergo vt tu quoque malos animi motus non admittas, illa autem sola & facias & cogites quæ *Adhortatur Theodoretum ad virtutem,*

ex Theodoreto. Deum placant virtutis legiſlatorem. Hæc mihi perpetuò ſuadebat vir diuinus; ego autem & eorum quæ mihi dixit memini, & donum diuinum ſum edoctus. Cùm autem non oſtendam factis ea quæ mihi ſuaſit, rogo vt per illius preces diuinum conſequar auxilium, & quod eſt vitæ reliquum, agam ex illius præceptis. Qualis ergo ille fuerit, & quibus vſus laboribus diuinam attraxerit gratiam, hæc quoque ad docendum ſufficiunt.

ſepelitur apud SS. Aphraatē & Theodoſium.

17 Accepit autem etiam in hoc mundo eius obitus dignum honorem laboribus. Omnes enim & ciues & externi, & quibus credita fuerat magnorum magiſtratuum diſpenſatio, ferentes illum ſacrum lectum ſuper humeros, deportarunt in ædem Martyrum victoriâ inſignium: & cum diuinis viris *d* Aphraate & Theodoſio, ſanctum illud & Deo gratum corpus depoſuerunt: manſit autem gloria eiuſmodi vt extingui non poſſit. Nos autem impoſito fine narrationi, eum qui percipi poteſt ex narratione bonum odorem percipimus.

a *Longus*: Cùm enim in Deum ſpem omnem poſuiſſet, non mirum ſi ſe diuinâ ope adiutum ſenſit.

b *Idem*, Luppicini.

c Seleucia *hæc* Pieria *cognominatur à Ptolemæo, Strabone, Cicerone: ſita eſt non procul Antiochiâ.*

d *Colitur* S. Aphraates 7. *Aprilis*, S. Theodoſius 11. *Ianuarij, quo die illius ex Theodoreto Acta dedimus.*

CÆDES ANTIOCHENORVM à S. Macedonio impedita.

ex Theodoreti hiſtoriâ Eccleſ. l. 5. c. 19.

a 1 *a* AVguſta ante virum (*Theodoſium ſeniorem*) migrauit è vitâ. Poſt cuius mortem non ita diu, facinus quoddam fortè fortunâ commiſſum accepimus, quod incredibilem amorem Imperatoris, quo eam complexus eſt, perſpicuè patefecit. Imperator crebritate bellorū coactus, nouum quoddam & peregrinū tributi genus ciuitatibus impoſuit: quod quidem Antiochia nō tulit: ſed plebs, cùm videret eos, à quibus exigebatur tributū, propter inficiationem ſuſpendi; cùm alia patrat maleficia, quæ multitudo imperita, occaſionem ſeditionis nacta, patrare ſolet: tum *b* ſtatuam æneam omni genere laudis exornandæ Placillę (id enim nomen Imperatrici fuit) erectam deturbat, & per magnam vrbis partem trahit.

Ob graue tributum,

b Auguſta ſtatuam deiiciunt Antiocheni:

2 Quibus auditis Imperator, vt par erat, grauiter commotus, omnia priuilegia vrbi illi adimit, & principatum Laodiciæ vicinæ ciuitati tribuit: quippe iſtud Antiochenos ægerrimè laturos (nam *c* Laodicenſes ab antiquis iam temporibus aduersùs Antiochenos graui inuidiâ exarſerant) exiſtimauit. Poſtremò ſe vrbem incenſurum, penituſque vaſtaturum minatur, atque adeò in pagum redacturum. Porrò Magiſtratus quoſdam in illo audaci facinore deprehenſos, priùs interfecerunt, quàm de ipsâ tragicâ clade Imperator certior factus eſſet. Imperator autem quamquàm omnia, quæ fuerat minatus, imperauit fieri; tamen *d* lex, quæ hortatu magni illius Ambroſij lata erat, obſtabat, quò minùs fierent.

c multantur à Theodoſio,

extrema minante.

d

3 Vbi verò nuntij qui vrbi Imperatoris minas exponerent, eò aduenerunt, nempe Elebechus id temporis Dux exercitus, & *e* Cæſarius Præfectus Palatij, quem Romani Magiſtrum aulæ vocant; omnes minis illis perterriti in magno metu erant. At virtutis athletæ, qui ad montis radices habitabant, quique permulti erant, & viri optimi, hos duos & monere & hortari cœperunt. Ex quorum numero fuit ſanctiſſimus Macedonius, vir tum rerum quæ in communi vitâ geruntur inſcius, tum litterarum ſacrarum prorſus ignarus. Iſte in montium verticibus vitam agens, noctes dieſque omnium Seruatori ſinceras preces offerre ſolebat: qui neque Imperatoris violentiam pertimeſcere, neque de poteſtate eorum qui miſſi erant laborare viſus eſt: ſed in mediâ vrbe, prehenſo alterius pallio, ambos ex equis deſcendere iubet. Illi verò cùm viderent ſenem ſtaturâ exiguâ, pannis ſordidis amictum, primò indignari quidem, ſed vt primùm à quibuſdam eorum qui antecedebant, viri illius virtutem didicerant, deſilire de equis, illius genua amplecti, veniam denique petere cœperunt. Macedonius diuinâ imbutus ſapientiâ, tali oratione eos compellat: Dicite, Viri Clariſſimi, Imperatori hæc verba: Non ſolùm Imperatorem eum eſſe, verùm etiam hominem. Itaque ne oculos tantum modò ad Imperium adiiciat, ſed ſuam ipſius naturam mente complectatur. Nam cùm homo ſit, illis imperat qui ſunt eiuſdem naturæ participes. Humanam autem naturam ad imaginem & ſimilitudinem Dei fabricatam eſſe. Quare ne tam crudeliter & inhumanè imaginem Dei è medio tolli iubeat. Nam bilem mouet opifici, cùm eius imaginem contumelioſè tractet. Conſideret enim, quàm iniquo animo tulerit ipſe, æneâ coniugis imaginem contumeliâ affectam eſſe: ſe tamen in imaginem Dei contumelioſum eſſe non dubitare. Ac quantum interſit inter imaginem inanimam & animatam, viuam, & rationis compotem, omnibus qui ſunt mente præditi perſpicuum eſt. Illud præterea ſecum cogitet, nobis perfacile eſſe prō vnâ æneâ imagine multas fabricari; ſed eum non poſſe omnino facere vel pilum vnum illorum qui interfecti ſunt.

e Huius Duces compellat Macedonius

iubet & Imperatori dici ne hominem Dei imaginem proſternat.

4 Hac auditâ oratione, viri illi admirabiles eam ad Imperatorem retulerunt: quâ cùm eius iracundiæ flamma reſtincta eſſet, pro minis quas iactauerat, ſcripſit litteras quibus ſe purgaret, iræque cauſſam in illis expoſuit. Non oportebat, inquit, ſi quid à me peccatum eſſet, coniugem, mulierem ſummis laudibus meritò decorandam, poſt mortem tantam contumeliam ſubire: ſed ſi qui mihi ſuccenſuiſſent, in me furentis animi impetus conuertiſſe debuerant. Adiunxit etiam, ſe acerbè tuliſſe, & valdè animi diſcruciatum eſſe, cùm intellexiſſet quoſdam à Magiſtratibus trucidatos fuiſſe. Iſta quidem à me ſunt propterea commemorata, quòd tum iniquum putabam, vt libertas loquendi, à Macedonio monacho longè præſtantiſſimo vſurpata, obliuione deleretur: tum perutilem illam legem, magni Ambroſij ſuaſu conſcriptam, omnium oculis ſubiicere cupiebam.

Placatur Theodoſius.

a Ælia Placilla, *ſiue* Flaccilla, *uxor Theodoſij ſenioris, obiiſſe videtur anno Chriſti* 385. *Nam anno* 384. *peperit* Honorium *menſe Septembri. aſt anno* 386. Galla Placidia, *Valentiniani ſenioris filia, ſecunda Theodoſij coniux, Conſtantinopolim venit.* Placillæ, *ſiue* Flaccillæ, *virtutes deſcribunt Theodoretus cap.* 18. *& S. Ambroſius in funere Theodoſij; & potiſſimùm S. Gregorius Nyſſenus in oratione funebri de eâ habitâ.*

b *Sozomenus lib.* 7. *cap.* 23. *& Zoſimus lib.* 4. *ſcribunt etiam Theodoſij deiectas ſtatuas.*

c Laodicea *Syriæ vrbs maritima, prope Libani montis radices. Sub Seuero Imperatore, magnâ æmulatione & odio hæ ciuitates ſeditiones inter ſe agitarunt, & Antiochia Laodicea in ſeruitutem adiudicata eſt, vt tradunt Herodianus lib.* 3. *hiſtoriæ ſui temporis, & Suidas in Seuero.* *Laodicea.*

d *Cum Theodoreto Sozomenus, & Nicephorus lib.* 12. *cap.* 43. *hæc referunt ad tempus poſterioris aduentus Theodoſij in Italiam aduersùs Eugenium Tyrannum, quem vicit ſuſtulitq; an. Ch.* 394. *cùm anteà anno* 390. *ob eadem Theſſalonicenſem aditu eccleſia à S. Ambroſio prohibitus, lege ſanxiſſet, vt lata in reos ſententia executio in dies triginta differretur. Verùm ante hanc legem & eadem Theſſalonicenſem, ſuſcitatum ac ſedatum fuiſſe hunc tumultum, tempore expeditionis contra Maximum an. Ch.* 388. *ſcribit Zoſimus lib.* 4. *& ſequitur Baronius. S. Ambroſius epiſt.* 17. *ſiue, vt alij ediderunt,* 29. *ad Imper. Theodoſium de ſynagogâ Iudæorum incensâ, meminit & Maximi debellati, & iniuriæ Antiochenis condonatæ.* *Tempus tumultus Antiocheni.*

e *Videtur* Fl. Cæſarius *eſſe, qui an. Ch.* 396. *cum Nonio Attico Conſul fuit, cuius & infrà* 28. *Ianuarij mentio fiet, cùm de æde S.* Thyrſi *agemus. Nicephorus cap.* 44. *Gregorij Nazianzeni fratrem ſcripſit, perperàm; cùm ille ſub Valente diem extremum obierit.*

ANTIOCHENI TVMVLTVS HISTORIA,

a ex Hom. 17. S. [a] Chryſoſtomi ad pop. Antioch.

1 INnumera expectauimus mala; omnium ſubſtantias direptum iri, habitacula cùm habitantibus comburenda, ciuitatem medio tollendam ex orbe, & ipſius reliquias omnes perituras, aratrum ipſius terram ſuſcepturam. Sed ecce hæc omnia intra expectationem tantùm ſteterunt, & in opus non proceſſerunt. Nec hoc ſolum eſt mirandum, quòd tantum periculi Deus abſtulit; ſed etiam quoniam magnis nos affecit beneficiis, & ciuitatem noſtram ornauit, noſque per hanc tentationem & calamitatem probatiores effecit. Quo verò pacto, ego dicam. Nam quando à Rege miſſi ad commiſſorum inquiſitionem, tremendum illud conſtituêre iudicium, omneſque ad malefactorum pœnas vocabant, & variæ mortis omnibus erat expectatio; tunc vertices montium [b] habitantes monachi propriam exhibuêre ſapientiam. Namque tot annis in cauernis ſuis concluſi, nemine aduocante, ſuadente nemine, poſtquàm nubem tantam ciuitatem circumſtantem viderunt, tabernacula ſpeluncaſque ſuas derelinquentes, vndique confluxerunt, velut [c] Angeli quidam de cælo profecti. Et erat cernere tunc ciuitatem ſimilem redditam cælo, cùm vbique occurrerent illi Sancti, vel ex aſpectu ſolo dolore preſſos conſolantes, & ad omnem calamitatis contemptum inducentes. Quis enim illos conſpicatus, mortem non deriſiſſet? non deſpexiſſet vitam?

Theodoſio Imp. miſſis Ducibus vrbi Antiochiæ extrema minante,

b

c

veniunt eò anachoretæ:

2 Nec hoc ſolum erat mirabile; ſed quòd ad Principes ipſos accedentes, cum fiducia loquebantur pro reis, & omnes ſanguinem effundere parati erant, & capita deponere, vt captos ab expectatis tribulationibus eriperent: & dixerunt ſe non priùs receſſuros, quàm Iudices parcerent ciuitatis populo, vel ſe communiter cum reis ad Regem legatos mitterent. Religioſus eſt, inquiunt, qui noſtræ genti dominatur, fidelis, cum pietate viuens. Nos igitur ipſum omnino reconciliabimus: non permittemus vobis, neque concedemus enſem polluere, nec vllius abſcindere caput. Si verò hoc non fertis, & nos cum ipſis omnino moriemur. Grauia quidem patrata ſunt, & nos confitemur, ſed Regis humanitatem non excedit geſtorum iniquitas.

Duces interpellant, & miſeros defendunt;

d præcipuè Macedonius;

3 Dicitur [d] quidam ipſorum aliud verbum ſapientiæ plenum dixiſſe; Quòd ſtatuæ quidem deiectæ rurſum erectæ fuerunt, & propriam receperunt formam, & factum correctionem habuit celerrimam: ſi autem vos Dei imaginem occideritis, quomodò rurſum poteritis commiſſum reuocare? quomodò perditos reſuſcitare, & animas corporibus reddere? Multa & de iudicio ipſis diſſeruêre. Quis non conſternaretur? quis non virorum ſapientiam admiraretur? Quoniam quædam reorum mater, nudato capite & canis oſtenſis, iudicaturi equum freno apprehendit, & per forum prætercurrens, ſic ad iudicium ſimul ingreſſa eſt; omnes obſtupefacti ſumus, omnes admirati pietatem & magnanimitatem: quomodò non magis ad hos obſtupeſcere oportet? Illa enim etiamſi mortua eſſet pro filio, nihil mirandum: magna enim naturæ vis, & inexpugnabilis viſcerum neceſſitas. Hi verò non genuerunt, nec educarunt: imò verò quos non nouerunt, quorum nomen non audierunt, quibuſcum numquàm conuerſati ſunt, quos ex ſolâ nouerunt calamitate, intantùm amauerunt, vt etiamſi infinitas habuiſſent animas, omnes pro illorũ ſalute tradere vellent. Neque mihi dicas hoc, quòd non iugulati ſunt, nec ſanguinem effuderũt: ſed quòd tantâ cõtra Iudices vſi ſunt libertate, quantâ ſolos de ſalute ſuâ deſperatos vti verisimile fuit: & tali cum ſententiâ de montibus ad tribunal cucurrerunt. Nec enim niſi priùs ſe neci præparaſſent cuilibet, tam liberè potuiſſent Iudices alloqui, & tantam tunc exhibere magnanimitatem. Etenim ante prætorij ianuas totos dies agebant ſedentes, abducendos de carnificum manibus eripere parati.

mirandâ caritate & magnanimitate:

4 Vbi nunc ſunt pallia geſtãtes, & profundam oſtentantes barbam, & baculos dexterâ ferentes, externorum [e] philoſophi, cynica iacula, ſubmenſalibus canibus miſeriores, ventriſque cauſsâ cuncta facientes? Omnes tunc ciuitatem deſeruerunt, reſilierunt omnes, in cauernas conditi ſunt: ſoli verò, qui per opera verè philoſophiam exhibent, ac ſi nullum ciuitatem malum comprehendiſſet, ſic intrepidè in foro apparuerunt. Et vrbem quidem habitantes, ad montes & deſerta auolauerunt; eremi verò incolæ in vrbem ingreſſi ſunt, per ipſa dæmonſtrantes opera ſua, quod ſuperioribus diebus non deſtiti dicens, quòd cum virtute viuentem neque fornax quidquam lædere poteri:. Tantò eſt animæ ſapientia omnibus ſublimior, & ſuauibus & triſtibus cunctis: nec enim in illis molleſcit, nec ab his contrahitur & humiliatur, ſed per omnia manet æqualis, propriam fortitudinem & vim exhibens. Quem enim non redarguiſſet præſentis temporis difficultas? Proceres noſtræ Reip. in poteſtatibus exiſtentes, diuitias immenſas ſortiti, qui multam apud Regem licentiam habebant, domos deſerentes orbas, omnes de propriâ ſalute conſultabant: & amicitia omnis & cognatio tunc redarguebatur: & quos olim nouerant, in tempore calamitatis hos ignorare, & ab aliis ignorari optabãt: monachi verò, homines pauperes, veſte plus nihil habentes vili, viuentes in ruſticitate, nulli eſſe apparentes, in montibus & ſaltibus verſantes, velut quidam leones, magno & alto ſenſu præditi, omnibus pauefactis & trepidantibus, in medio conſiſtentes, malum diſſoluêre non multis diebus, ſed breui temporis momento. Et ſicut generoſi bellatores non tantùm aduerſarios complexi, ſed etiam viſi tantùm in acie, & vociferati, aduerſarios conuertunt; ſic & hi [f] die vnâ & deſcenderunt & ſoluerunt calamitatem; & ad propria reuerſi ſunt tabernacula. Tanti eſt philoſophia à Chriſto in genus humanum introducta. Et quid dico de diuitibus, & in poteſtatibus conſtitutis, cùm & iudicandi poteſtatem aſſecuti, ſumma adminiſtrantes imperia, ab his ipſis rogati monachis, vt cum veniâ ſententiam ferrent, euentus ſe dominos eſſe negauerint? Haud tutum enim, ſed periculoſum eſſe, non tantùm iniuriam inferre Regi, ſed etiam eos, qui contumeliæ rei conuicti ſint, impunitos dimittere.

Ex S. Chryſoſtomo;

e

cùm fugiſſent Philoſophi,

& Primates vrbis

f

metuerent ipſi Duces vindictam differre.

5 Sed hi omnibus fuêre potentiores, & animi magnitudine & tolerantiâ, aſſidentes ſupplicarunt, vt quam à Rege non acceperant poteſtatem, hanc exhiberent; & manifeſtatis his qui rei eſſent, iudicantibus perſuadere potuerunt, ne damnationis ſententiam efferrent, ſed ad Regis ſententiam eos reiicerent: & promiſerunt ſe illi perſuaſuros, & effecturos vt omnino veniam daret his qui in ſe peccaueran:, & peregrinationem aggreſſi ſunt. Sed iudices ipſorum ſapientiam reueriti, & ſenſus altitudine perculſi, hanc eos longam [g] obire viam non permiſêre: ſed ſi dumtaxat ipſorum voces haberent in ſcriptis, ſe cum litteris diſceſſuros, & Regem exoraturos, vt omnem iram dimitteret, ſpoponderunt: quod & fore expectamus. Etenim cùm ſententia diceretur, ingreſſi multi ſapientiæ verba dixêre, & per litteras Regi ſupplicauerunt, & iudicij fecêre mentionem, & ſe ſua depoſituros eſſe capita dixerunt, niſi hoc fieret. Et has capientes in litteris voces Iudices ablerunt. Quod omni coronâ ſplendidiùs veſtram ciuitatem exornabit: & quæ ſunt hîc nunc geſta audiet quidem Imperator, audiet autem magna ciuitas, audiet & omnis orbis, quòd tales Antiochenorum vrbem habitant monachi, vt Apoſtoli-cam exhibeant fiduciam. Et litteris nunc lectis [h] in caſtris, omnes ipſorum magnanimitatem admirabuntur, omnes ciuitatem noſtram beatam vocabunt: & malam repellemus famam, & ſcient omnes, quòd geſta non ciuitatem inhabitantium fuêre, ſed hominum externorum & perditorum: & idonea ciuitatis morum demonſtratio, monachorum erit teſtimonium.

cupientibus ipſis adire Imperatorem;

g

mittuntur alij cum eorum litteris.

Res hæc honorifica futura Antiochenis.

h

a *Nice-*

EX VARIIS.

a *Nicephorus:* Multæ ſunt eius, quas hoc argumento compoſuit orationes, quas ἐγκωμίας, hoc eſt, ſtatuas inſcripſit. *Prima ex iis, habita in tumultu ſubuerſionis imaginum, eſt homilia 2. ad populum Antiochenum.*

b *Horum dux & anteſignanus fuit* S. Macedonius. *Fronto Ducaus noſter cenſet intelligi montem* Caſium, *Antiochiæ imminentem, vt conſtat ex Ammiano Marcellino lib. 22. & Plinio lib. 5. cap. 22.*

Monachi Angeli.

c *Idem Chryſoſtomus homil. 52. de Pœnitentiâ 5.* Propter monaſteria, & illos qui vitam angelicam ſunt complexi. *Theodoretus lib. 3. contra Græcos:* Angelorum vitam imitati, fugerunt legitimam corporum commixtionem.

d S. Macedonium *intelligi, clarum eſt ex Theodoreto.*

e *Hinc Zoſimus redarguitur mendacij, qui tradit* Libanium *vnà cum* Hilario *pro ſalute ciuitatis legationem ſuſcepiſſe ad Theodoſium Imperatorem, vt benè aduertit Baronius an. Ch. 388. nu. 11. qui putat* Libanium *ſub Valente obiiſſe, aut ſaltem vix ad initium imperij Theodoſij vitam produxiſſe.*

f *Intelligit generoſum illum actum, quando ambos Duces aggreſſi ſunt; quo die plena victoria reportata eſt, cùm antè totos dies ad fores Pratorij excubuiſſent.*

g *Conſtantinopolim vſque.*

h *Comitatum, ſiue aulam Imperatoris ſignificat, cuius palatij miniſtri* Caſtrenſiani *vocabantur; &* Caſtrenſis palatij magiſtratus, *ac ſub huius diſpoſitione* pædagogia erant, miniſteriales Dominici & cura palatiorum, *vt ex codice Theodoſiano hic docet Ducaus.*

DE S. EPHREM EPISCOPO, ET S. EVSEBIA, ſiue XENE, VIRG.

MYLASÆ IN CARIA.

SÆCVL. V. XXIV. IANVAR.

Mylaſa vrbs Epiſcopalis.

1 MYlaſa, *ſiue* Mylaſſa, *aliis* Mylas, *antiquis nota geographis & hiſtoricis Cariæ ciuitas eſt, haud longè à ſinu maris Aegæi, qui inter Miletum & Halicarnaſſum patet. Epiſcopalis hic Sedes fuit, quæ in Notitiâ Epiſcopatuum Miræi lib. 3. ex diſpoſitione Leonis Imperatoris, cognomento Philoſophi, corruptè* Mylanſorum *legitur, ſub Metropolitâ Stauropolitano, ac Patriarchâ Conſtantinopolitano. Vita S. Euſebiæ infrà, & Menæa Græcorum* τῶν Μυλασσῶν πόλιν *appellant.*

S. Ephrem iſthic Epiſcopus;

2 *Tres huius loci Epiſcopi in ſubiectâ Vitâ referuntur,* S. Ephrem, Cyrillus, *&* S. Paulus, *quorum poſtremi duo S. Euſebiæ æquales fuere: vixit verò illa, vt mox patebit, quinto ſeculo. At quando* S. Ephrem *vixerit, non conſtat. Eius hoc die, quo obiit S. Euſebia, memoria agebatur in vico Mylaſæ ſuburbano Leuce, vbi ſacrum eius corpus ſeruabatur. Reliqua eius acta interciderunt; imò nec memoria in faſtis ſeu Græcorum ſeu Latinorum reperitur, niſi fortè is ſit, qui in antiquo Martyrologio MS. S. Lamberti Leodij legitur XII. Maij.* Et ſancti Patris noſtri Effrem; *qui alius videtur ab* Ephrem *Diacono Syro, illuſtri ſcriptore, quem idem Martyrologium his verbis refert 1. Februarij:* Eodem die B. Effrem Ediſſinæ Eccleſiæ Diaconi.

& Paulus vir ſanctus.

3 *Ferrarius in nouâ Topographiâ ad Martyrol. Roman. ita tres ſuprà memoratos refert:* XXV. Ianuarij, Euſebia Romana Hoſpita. Metaphr. Ephrem & Paulus Epiſcopi: de quibus in Vitâ S. Euſebiæ. *Pauli virtutes pluribus deſcribuntur infrà, vbi* S. Paulus, ſanctus ille Paulus, venerabilis Dei famulus, *&c. nominatur; diciturq;* creditum ſibi à Deo gregem ſanctè & irreprehenſibiliter rexiſſe, *atque* in maius gratiæ incrementum profeciſſe: *atque* eius precibus *narrantur* & fugati dæmones, & variæ factæ curationes. *Hæc Auctor coæuus. Addit Metaphraſtes,* vitam eius poſt mortem miraculis comprobatam. *Imò* ſacras eius reliquias in templo S. Andreæ repoſitas fuiſſe *vterque aſſerit. Quo tamen die colatur nobis ignotum.* Aliquamdiu S. Euſebiæ ſuperſtes *fuiſſe dicitur, nec vſpiam eius dies obitus exprimitur.*

S. Euſebia, ſiue Xenes, natalis,

4 *Euſebia in baptiſmo appellata, vt tutiùs lateret, ſe* Ξένην, *Xenam, quod* hoſpitam, *aut* peregrinam *ſonat, vocari iuſſit. Solenni eam cultu hoc die celebrant Græci in ſuis Menæis, Anthologio, & apud Maximum Cythereum; è quibus vitæ compendium damus. Menologium à Caniſio editum hoc die:* Sanctæ Matris noſtræ Xenes. *referunt etiam minora Menologia, Horologia, & Kalendaria Græcorum, quæ ſecutus Molanus in addit. ad Vſuardum;* Die vigeſimâ quartâ ſanctæ Matris Xenæ. *Eamdem refert Galeſinius in Notis. Quòd verò dies ſepulturæ pro Natali ſæpè colatur, Acta ex Metaphraſte à Lipomano & Surio die XXV. Ianuarij adſcripta. Secutus Molanus eodem illam die refert in addit. ad Vſuardum:* Apud Metaphraſten, S. Euſebiæ, quæ cognominata eſt Hoſpita, vel Externa. *Videtur Molanus hanc à* Xenâ, *quam pridie retulerat, diuerſam exiſtimaſſe. Ferrarius eodem die:* Mylaſſæ in Cariâ S. Euſebiæ, cognomento Hoſpitæ. *& in Topographiâ, vt ſuprà dictum.*

5 S. Xenæ, *ſiue* Euſebiæ, *meminit Nicephorus lib. 14. c. 52. vbi cùm narraſſet floruiſſe vitæ ſanctitate* SS. Theoctiſtum, Euthymium, & Geraſimum, (*qui obierunt anno Ch. 467. 472. & 475.*) *atque* Eudociam Auguſtam *ab Eutychianorum factione ad veritatem doctrinæ Catholicæ rediiſſe; &* S. Sabam *à* S. Euthymio *ad vitâ monaſticam admiſſum fuiſſe; (hoc anno Ch. 458. contigit, illud paullò antè, vt dictum eſt 20. Ianuarij ad Vitam S. Euthymij) ſubdit deinde:* Eiſdem temporibus & Titus Boſtrenſis viguit: item Baſſa, Tatiana, & admiranda Melana: præterea celebris illa Xena, in quâ virtutis perfectionem ſatis corona illa inſignibus ſtellis contexta declarat. *De hac coronâ in Vitâ agitur, quam geminam habemus: alteram à Metaphraſte conſcriptam, quam Latio à Gentiano Herueto donatam vulgauit Lipomanus, atque ex eo Surius. Alteram, eamq; magis genuinam, è vetuſto Græco* — *vita.* *codice Latinè verſam damus. Auctor anonymus eſt, ſed Euſebiæ ſynchronus. patet è prologo. Et fuêre plures eâ tempeſtate, qui Sanctorum res geſtas, laudabili ſtudio, tradere litteris laborarẽt.*

VITÆ EPITOME,

ex Menæis & Anthologio Græcorum.

a Peregrinatur ab hac vitâ peregrinâ, *a*
Quam etiam antè vixerat, vti verè erat, Peregrina.
Moriuntur *b* ambæ Xenes ancillæ, *b*
Quibus illius virtutes non erant peregrinæ.
Ad cæli hoſpitalitatem *c* Xene quarta venit. *c*

PErbeata hæc & celeberrima Xene, illuſtriſſimâ vrbe Româ oriunda fuit, genere in primis claro & inuidẽdo nata. Parentibus illam matrimonio collocare iam parantibus, inſtructiſque nuptiis, ex ipſo thalamo cum duabus ancillis profuga, per mare peregrinatione inſtitutâ, varia permutauit loca, tandemque ad Mylaſſorum oppidum peruenit, ductu maximè venerabilis Pauli monachi, qui *d* Alexandriæ diuino nutu in illam incidit, & dux illi ad meliora factus, in hac ciuitate collocauit, vbi modico ad memoriam S. Stephani protomartyris extructo ſacello, cum duabus ancillis, & aliis quibuſdam paucis virginibus quæ conuenerant, diſciplinam religioſam ar- — *ſanctè vi-* ctiſſimè coluit, atque per omnium voluptatum fugam, continentiamque & ſummam vitæ patientiam, ſeipſam ad Cœlitum vitam propiùs admouit: quam cùm feliciter ad finem vſque profecuta eſſet, diuinum ſanctitatis teſtimonium poſt obitum eſt indepta. Ipſo quippe meridie, cùm ſol terram clariſſimè illuſtraret, ſtellata crux viſa eſt, quam alius aſtrorum chorus coronabat; vt videretur eſſe ipſius Sanctæ corona, ob diuturna ieiunia, per- — *miraculis poſt mortem illuſtrata.* uigilia, & virginitatis incorruptam laudem, à Deo miſſa. Idque inde clarum euaſit, quòd ſacro eius corpuſculo humi condito, ſpectatus ille ſiderum chorus & corona euanuerit. Statum porrò & conditionem S. Xenæ, al-

Euſebia, ne nubat, domo profugit.

d

uita.

tera

tera ancillarum eius, iam morti vicina narrauit, quæ, inquam, eius esset patria, quod illustre genus, generisque cognomen. Eusebia enim vocabatur, verùm vt latere posset, se Xenam nominârat.

a *Assidua hîc ad nomen Ξένης allusio. Græcè est:*
Α' ποξενῶταγ τῶδε ϑ' βίᾳ ξένᾳ
Οὗ ζῶσα κεἰ πρὶν, ὡς ἀληθῶς ἦν ξένη.
Θνήσκουσιν ἄμφω τῆς Ξένης οἱ δελίδες,
Οὐ τῶν ἐκείνης ἀρϑῶν ὄσαγ ξέναγ.
Οὐρανῷ εἰς ξενίαν Ξένη ἦλθε τελάρϑη.

b *Insinuatur aliqua duarum quoque ancillarum, & peregrinationis atque exercitationis sociarum, publica memoria, in sacris recoli solita: & fuêre sanè singulari etiam virtute conspicuæ.*

c *Obscura hæc. Quomodò quarta Xene? potiùs Paulus quartus fuit, qui eâ hospes succederet.*

d *Imò in Coâ insulâ in eam incidit Paulus, atque inde Mylasam abduxit. Fœdiùs hallucinatus Anthologij auctor, dum Alexandriæ extructo oratorio vixisse & obiisse, nullâ Mylasæ factâ mentione, tradit.*

VITA

Auctore eius æquali, anonymo;

ex veteri Græco MS.

CAPVT I.

S. Eusebiæ fuga è patriâ.

a Sancti stellis similes.

1 a ACta omnia & elogia Sanctorum mirabilem imitantur splendorem. Quemadmodùm enim astra, situ quidem fixa, vniuersum tamen orbem terræ illustrant, eademque & ab Indis spectantur, nec se occulunt Scythis; continentem irradiant, & in mari lucent, reguntque nauigantium cursum; & quamquàm eorum ob multitudinem ignota sint nomina, est tamen ob venustatem admirationi intuentibus fulgor; ita & singulorum Sanctorum licet inclusæ sepulcris reliquiæ sint, potentia tamen non est terræ limitibus circumscripta. Enimuerò & nostris quoque temporibus ingens miraculum ac præclarum mysterium diuinitus propositum est, quod scriptis tradi, ac commendari posterorum memoriæ, arbitror oportere.

S. Eusebia Romana,

2 Nata est Romæ apprimè claris & illustribus ac Christianis parentibus vnigenita filia. Hanc vrbis illius Optimatum quidam dari sibi coniugem poposcit: nec abnuêre parentes, cùm is & dignitate & opum amplitudine polleret. Dicta nuptiis dies. Puella verò diuinis dignata amoribus, æterno copulari sponso ardentissimè cupiebat: id tamen desiderium suum parentes omnino celabat. Sciebat enim illos eiusmodi quid de se ne auditu quidem posse sustinere, quòd in eâ, vnicâ facultatum suarum maximarum hærede, spem omnem haberent repositam.

sponso promissa,

duabus ancillis propositum seruandæ virginitatis aperit:

3 Habebat autem ex omni ancillarum numero duas præclarè secum consentientes, quippe à primâ ætate secum educatas. Has ergo seorsim euocat, itaque alloquitur: Committere vobis rem quampiam volo: adiuro autem vos per Deum, ne cuiquam mortalium quæ molior prodatis; sed mihi potiùs & vos opem feratis, quò & vestras ipsæ animas saluetis, & meam subleuetis miseriam. At illæ: Quodcumque iusseris, Domina, faciemus; præsertim cùm, vt spondes, ad animarum nostrarum spectet vtilitatem, & paratæ sumus pro te mori potiùs, quàm quidquam eorum quæ dixeris proferre. Addidêre hæc fiduciam Virgini. Nostis, inquit, constitutum esse parentibus, vt me viro tradant. Ast ego decreui omnino non inire coniugium, quod mihi acerbum & molestiæ plenum videtur, cùm aliud non sint vniuersa huius vitæ bona, nisi vmbra, fumus, somnium. Agite ergo, obaudite mihi, & in commune sanctam eligamus vitam: sique Dei voluntas est, & meo adstipulamini consilio, & quæ dixi seruate. Quid deinceps facto opus sit videbimus. Credite mihi, etiamsi hæc ad parentes referantur meos, & quiduis ij machinentur, adeò vt me igni quoque, ferro, ac bestiis obiiciant, neque sic tamen animi mei propositum subuertent, Christo meo mihi opem ferente. His illæ auditis, Fiat, aiunt, Domini voluntas: namque idem nobis decretum est, & tecum, si ita sors tulerit, mori malumus, quàm sine te regnare.

AVCTORE ÆQVALI ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

4 Glorificabat Deum his auditis virgo. Cumque pari omnes zelo ducerentur, quotidie deliberabant quid aut quâ ratione aggrederentur, Deumque sibi precibus adiutorem concilia bant. Indies igitur diuino sese labori dedebant. Interim suis ipsa ac duarum ancillarum manibus facultates largitur pauperibus, illud tamen sedulò cauens, ne quid parentes persentiscant. Aderat constitutum nuptiis tempus, omnibusque iam paratis, in rem suam intenta erat virago cum geminis ancillis. Muliebria ergo ponunt vestimenta, & habitu viros mentitæ, quædam secum necessaria tollunt, omnibusque circa domestica occupatis, cùm ianuam patentem reperissent, consignantes se signo Crucis, Esto nobiscum, inquiunt, Fili Dei, & viam tuam demonstra nobis, in quâ gradiamur: nam propter nomen tuum domum istam, & quæ in eâ sunt cuncta relinquimus, eligimusque affligi & propriis exui, te desiderantes, te quærentes.

sua clàm elargita pauperibus,

veste virili induta cũ ancillis profugit;

5 Hæc cum lacrymis precatæ, domo egrediuntur flentes simul ac gaudentes. Iamque iter ingressas ita lacrymans eas affatur Dei ancilla: Vos mihi deinceps sorores & dominæ eritis. Ego vobis, quoad viuemus, famulabor. Tantummodò, dominæ meæ, relinquamus propter Deum cuncta, nec quidquam curemus eorum quæ in terrâ sunt, terrena abdicemus omnia, animæ dumtaxat nostræ vt saluæ sint adnitamur, vanas & noxias mittamus huius vitæ sollicitudines. Credamus Domino dicenti: Si quis reliquerit patrem aut matrem aut domum aut substantiam propter me, cẽtuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Obsecro, sorores meæ, saluemus animas nostras.

has hortatur ad mũdi contemptum.

Matth. 19. 29.

6 Hæc illâ prosequente, ad mare perueniunt, repertoque nauigio quod mox vela facturum videbatur, illud conscendunt, & vento vsæ secundo, intra paucos dies Alexandriam appellunt: indeque rursus egressæ veniunt in b Coum Insulam: vndique enim fugiebant, ignotum quempiam locum vestigantes, ne perquisitæ à parentibus inuenirentur. Cùm ergo nihil metuendum suspicarentur, vestitum rursum muliebri virilem commutant, conductâque in quieto & semoto à turbis loco domunculâ, in eâ habitarunt Dominum precantes, vt eis hominem mitteret qui earum gereret curam.

Veniunt Alexandriam indè in Co insulam: b

habitum resumunt:

7 Monuit verò sancta illa Dei ancilla sodales suas, Hortor, inquiens, vos per Deum, sorores meæ, vt caueamus ne patriam nostram aut consilium cuipiam aperiamus, aut cur domo discesserimus, quódve mihi sit nomen, ne fortasse nominis patriæve indicio nos parentes mei deprehendant. Adiuro vos per Dominum, vt ista hæc omnia quoad vixero religiosè obseruetis, neque vlli quidquam eorum, quæ aut gesta sunt à nobis, aut gerentur deinceps, indicetis. At si quis fortassis nomen meum scisciteur ex vobis, respondete Xenen me, id est Peregrinam appellari. Cùm hæc illa præcepisset, ipsæque seruaturas se cuncta addixissent, flectit cum iis genua, & cœpit lacrymari Dei agricula, ac dicere: Deus fac nobiscum peregrinis, miseris, & humilibus misericordias tuas & miserationes tuas, sicut fecisti cum Sanctis tuis omnibus, & mitte nobis hominem tibi acceptum, per quem possimus & nos humiles saluari.

iubet patriam celari, Xenen se dici.

a *Hunc prologum omisit Metaphrastes, vt ferè solet, breuiori substituto proœmio.*

b Cous, Coa, Cos, Co, *maris Ægæi insula, ab* Halicarnasso *Cariæ vrbe* quindecim millibus passuum distans, *teste Plinio lib. 5. cap. 31.*

CAPVT

AVCTORE ÆQVALI ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

CAPVT II.

Vita monastica. egregiæ virtutes.

8 CVmque isthæc Deum orassent, ex domicilio suo egressæ prospexerunt, & ecce velut à portu veniebat senex quidam venerabilis, habitu quidem monachi, vultu verò nescio quid Angelicum præ se ferens. Quem conspicata Christi Virgo, ad eius accidit pedes, lacrymisque perfusa hæc ait: Peregrinam in alieno solo ne despicias, ne auerseris miseram & egentem, ne respuas deprecationem humilis peccatricis; sed Apostolum Paulum imitatus, esto Dux noster & magister, sicut & ille [a] Theclæ fuit. Memento illius, quam iustis Deus mercedem redditurus est, meque ac duas has sorores meas salua. His auditis, venerabilis Dei famulus & ipse solutus in lacrymas, dixit: Quid vultis vt faciam vobis? Illa autem: Vt post Deum noster fias Pater & magister, & ducas nos vbi saluas nos fore putaueris: quippe peregrinæ sumus, nec quorsum tendamus sat nouimus; erubescimus enim in alicuius venire conspectum. Ille verò: Vnde estis, & quam ob rem ita solitariæ? Sancta verò Dei Virgo respondit: [b] Peregrinæ sumus, serue Dei, simulque decreuimus è patriâ abire, & in hæc venire loca. Deum itaque precamur nocte dieque, vt mittat nobis hominem, per quem saluæ fieri queamus. Ecce igitur Deus ostendit mihi sanctitatem tuam, quæ nostram possit suscipere infirmitatem. Ille verò, Credite mihi, inquit, sorores, & ego hospes sum in hac regione. Nunc primùm, vt videtis, è sanctis locis oratione factâ venio, & in patriam reuertor. Dicit ei Dei famula: Ex quibus partibus est sanctitas tua, Domine mi? Ille verò: Ex partibus Cariæ sum, Mylasâ vrbe. Dicit ei iterum Christi sponsa: Obsecro sanctitatem tuam, quodnam est munus quod geris? videor enim Episcopalem quamdam in te speciem atque habitum videre. Respondit Dei seruus: Ignosce mihi, soror, homo peccator sum, & monachico habitu indignus, misericordiâ autem Dei Sacerdos sum, & Præfectus paucorum Fratrum monasterij glorioſi Apostoli S. Andreæ, nomine verò Paulus dicor. Hæc vt audiuit Christi famula, gratias egit Deo, dicens: Benedictus sis Deus, quia exaudisti me humilem, & misisti sicuti Theclæ Paulum, vt me saluet cum duabus meis sororibus his. Deinde ad eum conuersa, Obsecro te, inquit, serue Dei, ne despicias hospitas & solitarias nos, sed secundùm Deum sis nobis Pater.

Paulum Mylasensem rogat, vt ipsarum curam suscipiat:

a

b

9 Respondit ipsis Dei famulus: Dixi vobis, quòd & ego hospes sum, quidque vobis facere possim hoc in loco haud video: si verò in ciuitatem meam veneritis, spero fore vt Deus vobis adsit, & ego pro virili curam vestri geram. Illæ autem cum lacrymis ad pedes ipsius prostratæ dixerunt: Omnino, Dei famule, nos tecum adsume: ibimus quò iubes: tantùm miserere peregrinarum, & Dux noster esto ad vitam. Eas igitur homo Dei secum assumit, venitque in Mylasorum ciuitatem. Hîc cùm domicilia quædam in loco ab omni vulgi strepitu remoto reperissent, [c] vicina tamen sanctæ Dei Ecclesiæ; emit illa Virgo Christi: atque ibi oratorio erecto in honorem S. Stephani Protomartyris, intra breue tempus monasterium constituerunt, curam illarum gerente sancto illo Paulo. Nemo igitur prorsus cognouit quamdiu vixit, vel vnde esset sancta illa Virgo, aut quâ ob causam excessisset è patriâ, aut quomodò vocaretur, sed proprium suum nomen omnibus dicebat Xenen, siue Peregrinam, esse. Quoniam autè Dominus Paulus dicebat eas se ex Coorum ciuitate adduxisse, persuasum fuit omnibus, inde oriundas esse, vnde & monasterium earum Coum vocarunt.

cum eo Mylasam abit:

c

monasterium ædificat:

10 Haud ita multò pòst Cyrillus Episcopus obdormiuit in Domino: tota verò ciuitas communibus suffragiis ei Dominum Paulum subrogauit; ordinatusque est Episcopus dictæ ciuitatis. Ingressus ergo monasterium Virginum Dominus Paulus, Dominæ Xenæ persuasit, vt Diaconissam sese pateretur ordinari. Ipsa autem verè Angelicam in corpore vitam agens, ita se feruori vitæ monasticæ dedidit, quamuis delicatè & tenerè esset educata, vt nouâ quadam & inusitatâ viâ ad ascеticæ vitæ perfectionem niteretur: vt ipsi singularem eius abstinentiam dæmones horrerent, eiusque exercitationis seueritate victi cederent, neque propiùs ad eam auderent accedere. Stata illi bidui triduíve inedia; imò & hebdomadam quandoque integram cibo caruit. Ad hunc verò sumendum vbi eam necessitas adegerat, non olus, non legumina, non vinum, non oleum, non poma, nec aliud quidquam eorum quæ calefaciendi vim habent adhibebat, sed tenui frusto panis contenta, id suis ipsa lacrymis humectans, sumptis de thuribulo cineribus commiscebat, sicque demum comedebat. Eumque morem toto vitæ tempore tenuit, Propheticum illud implens: Cinerem tamquàm panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. Nulla autem ex omni sororum cœtu, huius erat abstinentiæ conscia: duæ dumtaxat eius sociæ clanculum quid ageret obseruabãt, atque ipsę quoque sanctissima eius exempla imitabantur.

fit Diaconissa.

Ieiunat multis diebus,

vescitur solo pane fletu & cinere misto:

Psal. 101. 10.

11 Porrò illa incredibilis temperantia tantam somni parcitatem peperit, vt à vesperâ ad horam precum, quâ ad oratorium sorores conueniunt, totam noctem staret sublatis ad cælum manibus orationi intenta, hocque situ quotidie à sororibus reperiebatur. Aliàs flexis genibus à vesperâ ad auroram perseuerabat, totâ nocte cum lacrymis orans. Hæc cùm ageret, eâ tamen erat animi submissione, vt omnium se infimam arbitraretur. Quis ceteras eius virtutes percensebit? Quæ nobis oratio ad eius omnia rectè facta deprædicanda sufficiet? Quid eius mansuetudinem dicemus? neque enim vidit eam quis vnquam iratam. Potiùs vitam nullâ vanâ gloriâ contaminatam celebremus, speciem nullâ figurâ expressam, vultum nullo modo fucatum, pectus tranquillum. Quod denique in eâ bonum opus non fuit? assiduæ vigiliæ, immensa caritas, summa temperantia, omnigenæ humilitatis decus. Peccatoribus compatiebatur, errantes reducebat in viam. De vestibus verò superuacaneum est dicere. Quæ enim maximè tritæ erant, eas illa, omni superior humanâ passione, sibi sumebat, vix adhuc iis sese dignam rata. Tota ei vita in compunctione & perenni lacrymarum profluuio exacta. Fontes ipsos aquis priùs æstate destitui videres, quàm eius, minimè sublimes, sed in Christum semper intentos, oculos lacrymis carere.

somni parca, totas noctes orat.

a

mansueta,

virtutum studiosa,

in vestitu modesta,

pietati dedita.

a *De eâ agemus 23. Septemb.*

b *Metaphrastes addit, hic Paulum intellexisse* Romanas *esse, quod verosimile non est, cùm patriam altera ancillarum diu post Eusebia mortem indicârit.*

c *Græcè est,* Οἰκήματα πλησίον τῆς Θεοῦ ἁγίας Ἐκκλησίας, καὶ Θ καλυμένου ἐφῶ.

CAPVT III.

Vltima monita. obitus.

12 HÆc igitur æternùm celebranda Virgo cùm è viuis esset migratura, memoriaque ageretur S. Ephrem eiusdem Mylassorum vrbis olim Episcopi, cumque Sanctus Paulus in Leuce pago cum vniuerso ferè populo esset, vbi situm ipsius est S. Ephrem corpus; aduocatis omnibus in [a] oratorium monasterij Sororibus, ita eas cœpit affari: Dominæ meæ, Dominæ meæ & sorores meæ, scio quantam erga me humanitatem exhibueritis, quomodò infirmæ mihi & peregrinæ subueneritis: quare & nunc obsecro vos, prorogate aliquantùm vestram, in me famulam vestram, caritatem, & estote memores mei peccatricis & peregrinæ in vestris ad Deum supplicationibus, ne molesta mihi sint peccata mea, sed precum vestrarum adminiculo liberè ad Christum euadam. Nam mihi, vt video, adest finis, dolorque est animæ meæ & tristitia ingens quòd [b] inordinata egrediar

Die S. Ephrem vltimò Relioſai alloquitur:

a

orat vt pro se precentur.

b

Paulo creato Episcopo,

grediar ex corpore, abſenté ſancto Epiſcopo & Patre noſtro Domino Paulo. At vos meas explete vices, cumque venerit dicite illi, dixiſſe humilem Xenen: Per Deum, venerande Pater, memor eſto peregrinationis meæ: namque tu mihi viam commonſtraſti, & perduxiſti me ad vitam; hanc, inquam, vitam. ora ergo pro me vt non confundat me Dominus ab expectatione meâ.

Flentes conſolatur;

13 Hæc illâ dicente, cœperunt omnes lacrymari, & dicere: Domina noſtra & dux animarum noſtrarum, nos deſeris orphanas & miſeras? Quæ deinceps nobis dux erit ad vitam? quæ nos humiles inſtruet? quæ intercedet pro negligentiâ noſtrâ? Noli, Domina, hoc nos miſerrimo tempore relinquere: recordare quòd nos in hoc monaſterium perduxeris: curam habe animarum noſtrarum, Domina, & precare Deum vt paullulum adhuc tibi temporis largiatur, noſtri gratiâ, vt & nos ad vitam inducas. Duæ illæ ſodales ad pedes eius aduoluuntur plorantes, &, Deſeris nos, inquiunt, Domina, & ſine nobis diſcedis? quid miſeræ agemus? quid peregrinæ in alienâ regione: Væ nobis miſeris & afflictis! Quia curam noſtri non habuimus, ideò ſolas parat relinquere Domina noſtra. Memento afflictionis noſtræ, quam tecum ſubiuimus. Memento peregrinationis noſtræ & tuæ cuius ſociæ extitimus: memento in omnibus tibi ſedulò paruiſſe: memento noſtri; Deoque ſupplica, & nos tecum aſſume, ne à te ſeparemur. Magno igitur coorto eiulatu & perturbatione, cœpit & Domina Xene lacrymari, ac dicere: Scitis, ſorores meæ, à quanto iam tempore clamet Apoſtolus Petrus: Non tardat Dominus promiſſiones ſuas, ſicut quidam exiſtimant: ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Aduenier autem dies Domini, vt fur. Hæc igitur ſcientes, Sorores meæ, non negligamus noſmetipſas in breui hoc tempore; ſed vigilemus, accendamus lampades noſtras, ſumamus oleum in vaſis noſtris, præparemus nos in occurſum ſponſi, quia neſcimus quâ horâ nos vocaturus ſit Dominus. Ecce enim meſſis adeſt, & operarij parati, nutum tantùm Domini expectant.

potiſſimũ duas eius peregrinationis ſocias:

2. Pet. 3. 9.

orat pro ſe ſuiſq;:

14 Hæc eâ dicente, cunctiſque lacrymantibus, & ad pedes eius proiectis, in cælum ſuſtulit manus, cumque multis lacrymis ita precata eſt: O Deus, qui vſque in hunc diem protector peregrinationis meæ fuiſti, exaudi me humilem & peccatricem famulam tuam. Memento omnium famularum tuarum, ſororum mearum iſtarum, & ſerua eas, atque aduersùs dæmonis inſidias tuere, ad gloriam & laudem ſancti nominis tui. Memento, obſecro, Deus meus, & harum duarum ſororum mearum, vnà mecum peregrinantium propter nomen ſanctum tuum, & ſicut in hac temporali vitâ à me non ſunt ſeparatæ, nec in regno tuo ſepares nos à thalamo tuo. Hæc Deum precata, omnes rogat vt ſibi ſoli paullulùm eſſe liceat.

c

luce & odore ſuauitate diffuſis moritur.

15 Omnibus igitur egreſſis, c concluſit ſeipſam ſolam in oratorio, duæ verò eius ſodales ſolæ extrinſecus ante fores obſeruabant: videntque illam poſitis humi genibus orantem; cumque multis horis ita iacuiſſet, ſubitò effulſit lux in oratorio, tamquàm fulgur, odorque ſuauiſſimus & copioſus inde adſpirari cœpit. Hæ igitur continuò ingreſſæ, inuenerunt eam obdormiſſe, die ſabbati, horâ ſextâ. Egreſſæ igitur iſtæ duæ ſorores flenteſque reliquas aduocarunt: Matres, inquiunt, & Sorores noſtræ, venite, & communem lugeamus orbitatem, plangamus

lugent Religioſæ.

murum noſtræ congregationis, orbatæ ſumus venerabili Matre noſtrâ: deceſſit ſodalis noſtra: ſolæ ſumus relictæ: Xene ſancta Mater noſtra obdormiuit. Omnibus verò ingreſſis in oratorium, & defunctam cernentibus, fletus & eiulatus magnus exortus eſt.

Cæleſti portento honoratur.

16 Clemens verò Deus volens manifeſtum facere omnibus, quantus in terrâ fuiſſet abſconditus theſaurus, magnum oſtendit & illuſtre in cælo ſignum. Cùm enim Virgo ſpiritum reddidiſſet, ipſo meridie, ſudo aëre, apparuit in cælo corona ex ſtellis contexta, in cuius medio crux erat: omneſque id portentum viderunt. Cùm igitur ciues vnà cum ſancto Epiſcopo Paulo adhuc in Leuice vico eſſent, & hoc in cælo prodigium cerneretur, omneſque mirarentur, & quærerent quid ſibi id vellet; cognoſcens in ſpiritu ſanctus Epiſcopus Paulus, dixit ad vniuerſam multitudinem: Domina Xene obdormiuit, atque ad eam hoc coronæ apparentis ſpectat portentum; abſolutoq; ſacrificio inde mox diſceſſit. Secutus eſt eum populus, qui ad celebritatem conuenerat, vniuerſus. Cùm ergo cum populo in vrbem reuertiſſet, deprehenderunt, quod ipſe prænuntiârat, mortuam Xenen.

AVCTORE ÆQVALI ANONYMO, EX MS. GRÆCO.

a *Metaphraſtes eam lecto affigit, nullâ hîc factâ oratorij mentione.*

b *Græcè ἀσύντακτον, quòd videlicet ſacro viatico, & extremis myſticiſq; Sacerdotum precibus non eſſet munita.*

c *Metaphraſtes:* è lecto deſcendit, & venit in oratorium.

CAPVT IV.

Sepultura. Miracula.

Concurrit ad monaſterium populus.

17 Concurrit igitur ad monaſterium ingens multitudo virorum ac mulierum, cæleſti illo prodigio excita. Conclamabant vniuerſi: Gloria tibi Chriſte Deus noſter, quia multos habes Sanctos tibi in occulto famulantes. Gloria tibi Deus, qui propter nos peccatores incarnatus es & crucifixus, quia quem hîc abſconditum habebas theſaurum, omnibus manifeſtum feciſti. Gloria tibi, quia & humilem Mylaſſeorum vrbem hoc ſanctæ mulieris cimelio dignatus es. Cùm omnes flentes glorificarent Deum, cerneretur que crux illa cum coronâ in cælo; religioſus populus zelo pietatis accenſus, præſertim verò mulierum turba, ad Epiſcopum accedunt, &

petitq; eam publicè veneranda n proferri.

voce magnâ ſuccla mant: Ne abſcondas, ſancte Epiſcope, vrbis noſtræ gloriam, vt eius ſileas laudem. Ne margaritam occultes, quam Deus nobis oſtendit. Publicè hanc facem oſtenta: videant omnes, cui Domino famulemur: videant Gentiles, & pudore ſuffundantur: videant Iudæi Crucis myſterium, & cognoſcant, quem ipſi in crucem egerunt, Deum eſſe: videant & plangant omnes inimici Crucis Chriſti, videant quâ ratione etiam poſt mortem ſeruos ſuos glorificet Angelorum Dominus: videant omnes quanto diuinitus ſplendore Xene, ignota & captiua ab hominibus exiſtimata, illuſtretur: videant omnes, quantum humilis noſtra ciuitas donum & gratiam ſit conſecuta.

Proferuntur reliquiæ, luce cæleſti proſequente.

18 Cùm hæc aliæque vociferarentur, accedens ſanctus Epiſcopus, feretro humeros ſubiecit, vnaque Preſbyteri; ac feretrum portantes, multis accenſis luminibus, Deo laudem accinentes, produxêre reliquias, & cum feretro in mediâ vrbis plateâ collocarunt: viditque vniuerſa multitudo, vt proferebatur feretrum, ſupernè coronam conſequi, crucemque in cælo apparentem: vt verò depoſitum feretrum, conſtitit ſupra illud crux ac corona. Confluxit verò ex vicinâ regione vis hominum infinita ad inuſitatum hoc portentum, vt vrbs omnino eſſet populo conferta. Totam ergo noctem ſanctæ Dominicę perſtiterunt omnes cum Epiſcopo iſthic vigilantes. Multæ quoque factæ iſthic ſanitates & curationes. Nam quicumque morbo diuturno aut paſſione incurabili detinebatur, accedens, ſolo feretri attactu ſtatim omni ægritudine carebat.

Attactu feretri curantur ægri,

19 Tranſactâ igitur nocte ſub tertiam ſanctæ Dominicæ diei horam, condiderunt corpus S. Xenes, & deportarunt pſallentes in locum, qui Sycenius dicitur, qui eſt in ipſo ciuitatis ingreſſu versùs Auſtrum, nam iſthic vt ſepeliretur obteſtata erat Sancta. Vidit iterum populus, cùm corpus deportaretur, ac grabatum proueheretur, ſimul moueri illũ in cælo ſpectabilem circulum cum cruce: rurſumque, vt depoſitum eſt, ſupernè conſtitiſſe. Acceſsêre igitur quotquot poterant ex populo, magnâ fide, & ſuperpoſita reliquiis lintea in fruſta, ad curationes cuiuſuis ægritudinis, partiti ſunt. Epiſcopus igitur cum venerabili Clero corpus vngens, iſthic in nouo monumento condidit. Et ſtatim ſublata eſt ab omnium oculis illa cum cruce corona. Multæ verò etiamnum

& linteis eodem attactu ſacratis:

ſepelitur:

AVCTORE ÆQVALI ANONYMO, EX MS. GR.

cum fide accedentibus conferuntur curationes, in loco, in quo Dominæ Xenes ſanctæ iacent reliquiæ.

Moriuntur duæ eius ſociæ:

20 Non multò pòſt vna ſodalium eius mortua eſt, & continuò ſecuta eſt & altera, ſuntque ambæ ad eius pedes ſepultæ. Cùm poſtrema illa moribunda decumberet, conuenerunt ceteræ Virgines omnes, eamque adiurarunt, vt cuncta quæ de Dominâ Xene norat, aperiret. Cernens ſeſe ad metam tendere, ſingillatim omnia expoſuit, vnde, quibus quamque illuſtribus parentibus nata, quam ob cauſſam aut quomodò profugerit, vt nomen propter Deum ſubticuerit; vtque, dum ambæ vixerunt, nemo quidquam de his intellexerit; vt demum Xenen ſe, ſiue Peregrinam, appellari voluerit, quæ apud ſuos Euſebia dicebatur.

vna quanam fuerit Xene aperit.

Sancti vrbium portas tuentur.

21 Atque hæc eſt conuerſatio Xenes illius, in mundo hoſpitis, ſed cæli ciuis, atque in carne Angeli. In Deo exultat, ciuitatis portas tuetur, neque enim mors poteſtatem eius virtutemque infregit, nec locus beneficentiam diſſipauit. Corpore, vt veſtimento, exuta eſt: diabolum vt ſerpentem interemit: mundum vt fabulam æſtimauit:..... vt theſaurum conſeruauit: mundum à ſe propter Chriſtum abdicauit.

Paulus E. piſcopus miraculis claret:

22 S. Paulus aliquamdiu S. Xenæ ſuperſtes fuit, & creditum ſibi à Deo gregem ſanctè & irreprehenſibiliter regens, in maius gratiæ incrementum profecit; vt iam eius precibus & fugarentur dæmones, & variæ fierēt curationes. Tandem Deo rationale ſuum ouile commendans, & ipſe ad Dominum migrauit. Conditæ ſunt ſanctæ eius reliquiæ in eadem vrbe in oratorio ſancti & glorioſi Apoſtoli Andreæ, & nunc ambo in Domino exſultant: cum quibus faciat nos Dominus miſericordiam inuenire, in illâ die iuſtus Iudex, cum omnibus qui diligunt reuelationē eius. Ipſi gloria & imperium, cum immortali Patre & viuificante eius Spiritu, nunc & ſemper in ſecula ſeculorum, Amen.

moritur.

DE S. EXVPERANTIO

EPISCOPO CINGVLANO IN PICENO.

XXIV. IANVAR. *S. Exuperantij natalis,*

tranſlatio, vita.

Ingulum vrbs eſt Piceni perantiqua, (in colle ſita, qui Muſone amne alluitur) olim etiam epiſcopatu inſignis, nunc Auximati Antiſtiti ſubeſt. Hæc S. Exuperantium *Patronum ſummâ celebritate veneratur, & quidem XXIV. Ianuarij natalem eius, XXIX. Maij Tranſlationem, vt teſtatur in generali catalogo Sanctorum Philippus Ferrarius: qui ſe geſta illius MSS. à Cingulanâ Eccleſiâ accepiſſe ſcribit, haud ſatis ſibi probata, quorum hoc recitat compendium in Catalogo SS. Italiæ.*

VITA EX PHIL. FERRARIO.

S. Exuperantius parentibus inuitis baptizatur.

1 EXuperantius in Africâ patre Eulaſio & matre Perpetuâ natus, in ſacris litteris educatus, caſtitatem inter ceteras virtutes, & religionem contra parentum voluntatem coluit. Annorum XII. ab Epiſcopo proprio baptizatur: acceptâque à patre parte bonorum ſibi obtingente, & relictâ patriâ, aliquot ciuitates prædicando, & eleemoſynas faciendo, vnà cum *a* Formario adoleſcente à ſe baptizato, peragrauit: nauique conſcensâ, dum dormit, ortâ ſæuiſſimâ tempeſtate à nautis expergefactus, vt ad Deum ſuum preces funderet, illos vt in Chriſtum crederent hortatur; ſic enim periculum euaſuros eſſe aiebat. Quibus (ab eo priùs in fide Chriſti inſtructis) credentibus ac baptizatis, mare ſtatim pacatiſſimum rediit, nauiſque ad Italiæ littora appulit. Exuperantius gratiis Deo actis, cum ſocio, Dei monitu, Romam venit *b* Paſchali Summo Pontifice: vbi aliquamdiu, quòd inter prędicandum Romanos liberiùs increpaſſet, in carcere detentus, iuſſu Pontificis extrahitur. Quo tempore Vrbs, quę peſte laborabat, Exuperantij precibus liberatur, multis etiam infirmis ab eodem ſanitate impertitâ.

Chriſtum prædicat:

a

ſedat tempeſtatem, nautis conuerſis:

b

Romam peſte liberat:

fit Epiſcopus Cingulanus:

2 Cùm autem Theodoſius Epiſcopus Cingulanus è vitâ exceſſiſſet, Pontifex Exuperantium illi, licet inuitum, ſubrogat. Qui Cingulum aduentans maximo cum applauſu à ciuibus ſuſceptus, illam Eccleſiam annos XV. ſummâ pietate rexit. Ad extremum, cùm ægrotaret, finemque ſibi imminere intelligeret, Clerum & ciues ad fidem, obedientiam, & pacem, ſeruandas hortatur: & cùm quo loco extra vrbem humari vellet, ad portam Montanam, dixiſſet, ſuum Deo tradidit ſpiritum. Cuius corpus cùm efferretur, mulier, Daria nomine, graui morbo oppreſſa, digitum Exuperantij oſculata, illicò liberatur.

moritur:

ægram ſanat:

transfertur Angeli monitu.

3 Cùm poſt annos XII. finitimæ vrbes infirmitate difficillimâ affligerētur, Beatumque Formarium Preſbyterum, vt pro ipſis intercederet, rogarent; ille ieiunio illis indicto, ab Angelo admonetur, vt earum vrbium Epiſcopi & populi aduenientes corpus S. Exuperantij inde eleuatum, honorificentiore loco reconderent. Quo facto, ab eâ plagâ liberatæ fuerunt, extructâ in eius honorem eccleſiâ, quæ adhuc S. Exuperantij dicitur, & Parochialis eſt.

a S. Formerius *quidam memoratur 25. Septemb. à Ferrario & Ioan. Mariettâ; ſed ab hoc, vt remur, diuerſus.*

b *Ferrarius fatetur, ſe, quòd Romam veniſſe* Exuperantius *in MS. Vitâ diceretur* Paſchaſio *Pontifice, correxiſſe, &* Paſchalis *nomen ſcripſiſſe. At quis credat, ſedente* Paſchale I. *qui anno* 817. *Pontifex eſt factus, ex Africâ, alterum iam ſeculum gemente ſub Maurorum Arabumq; immani iugo, veniſſe, & ab Epiſcopo quidem baptizatum, qui Italis prædicaret Chriſtum? Sed nullus fuit* Paſchaſius *Papa; ergo mendum eſt in nomine. an continuò id ſequitur,* Paſchalem *reponendum? Quid ſi à* Paſchaſio *Diacono Romano, viro ſancto, ſed poſteà Laurentij Antipapæ ſchiſma temerè ſecuto, exceptus eſt* Exuperantius, *cùm Romam venit, &* Anaſtaſio *Papæ commendatus, circiter annum Chriſti 497? Eo ſanè tempore, propter VVandalorum Arianorum perſecutionem, plures ex Africâ migrarunt in Europam viri ſancti, quidam ſponte ſuâ, coacti alij.*

DE S. SOPHIA, SIVE CADOCO,

EPISCOPO BENEVENTANO, ET MARTYRE.

SECVL. VI. I XXIV. IANVAR. *Natalis S. Sophiæ, ſiue Cadoci,*

non Bennauentani,

Beneuenti in Italiâ Epiſcopus fuiſſe memoratur S. Sophias *ſiue* Cadocus, *quibuſdam* Sophius, *S. Gundleo Auſtralis VValliæ Rege genitus. Eius natalis XXIV. Ianuarij conſignatur à Philippo Ferrario, Mario Vipera, Nicolao Harpsfeldio, Martyrologio Anglicano, Vitæ ſcriptore. Marij verba poſt dabimus. Ferrarius duos exiſtimauit* Sophiam & Cadocum. *ita enim ſcribit:* Benauentæ in Angliâ S. Sophiæ Epiſcopi & Martyris. Ibidem S. Cadocci Martyris. *Fuit quidem vrbs Britanniæ olim, vt ex Antonini Itinerario patet,* Banauenna, *ſiue* Bennauenna, *aut* Bennauenta: *quam viri eruditi in Northamtonenſi prouinciâ, circa* Aufonæ *amnis fontes locant, ipſo ferè Angliæ vmbilico, vbi* Wedon, *olim* S. VVerburgæ (*de quâ 3. Februarij agemus*) *monaſterium. Aſt hîc Epiſcopum fuiſſe* Cadocum *veriſimile non eſt, cùm ſub Anglorum paganorum dominatu eſſet* Bennauenta, *& fortaſſe ab iis exciſa.*

2 *Beneuenti in Itali.î Epiſcopum facit Anglicani Martyrologij Auctor, qui quòd in primâ editione diuerſum ſtatuerat* Sophiam

ſed Beneuentani Epiſcopi,

phiam *Episcopum & Martyrem à* Cadoco *Martyre, in posteriori correxit. Idem multa illi in VVallià & Gloceſtrenſi ditione dicata fuiſſe templa ſcribit. Conſtantinus Ghinius in Natalibus SS. Canonicor. 20. Nouembris eum refert cum* Doro, Deodato, & Milo *eiuſdem Sedis Antiſtitibus.* Adeſt & Sophias, *inquit*, qui ter Hieroſolymam, ſepties Romam, religiosè peregrinatus; Beneuenti, vbi Epiſcopus erat, dum Miſſam celebrat, lanceâ confoditur. *Hæc ille. Et colitur quidem* S. Dorus *Beneuenti eo die ritu duplici, vt ex Mario Vipera patet. at* S. Deodatus *27. Iunij: nec Beneuentanus Epiſcopus fuit, ſed Nolanus: at reliquiæ eius ſunt poſteà Beneuentum tranſlatæ, vbi & Officij duplicis celebritate honoratur.* S. Milonis (*quem ipſe* Milum *vocat*) *agitur 23. Februarij natalis, non tamen officio Eccleſiaſtico.*

alibi mendosè assignatur:

3 *Vitam* S. Sophiæ *cõtexuit ſcriptor anonymus, imperitus & hebes. Reperimus eam in MS. codice Rubeæ-vallis, & cum Ioannis Capgrauij editione perantiquâ contulimus. Sed eam ederemus, necne, diu ancipites hæſitauimus. Tamen cùm coli conſtet Sanctũ, maluimus, qualiacumque de eo tradita erant, promere; præſertim, cùm conſentiant, quæ in aliorum hiſtoriis Sanctorum de eo narrantur, vt infrà annotabimus. Sunt quidem certè nonnulla paradoxa, parumq; credibilia admiſta: quale illud de Cangigante ab inferis reuocato ad vitam. Nec tamen fidem ſupra ij hoc ducent, qui, S. Ioannem Damaſcenum & quoſdam grauiſſimos Theologos ſecuti, animam Traiani quingentis ferè poſtquàm deceſſerat annis, S. Gregorio Magno deprecante, liberatam ex Erebi cruciatibus arbitrantur: cui affine aliud in Vitâ S. Franciſci de Paulâ memoratur: nos vtrumque ſuo tempore expendemus. Hìc autem non aliud miraculum ſtatuere neceſſe eſt quàm in multorũ aliorum ſuſcitatione, qui vel fidei dono deſtituti, vel peccatis obſtricti migrarant è vitâ, æternis cruciatibus obnoxij, aut iam addicti, ſed non peremptoriâ ſententiâ; & Sanctorum tamen patrocinio vitæ reſtituti ſunt, vt ſanctè eam vel ducerent deinceps, vel certè finirent. Nec enim pœnarum iam toleratarum diuturnitas impedire volentem parcere, itaq; ſuorum Sanctorum honori velificari, Iudicem poteſt. Quid ſi, quod erat de ſuſcitato à morte peccati, ac veluti ex inferis erepto, viro quopiam potente, ſed adhuc auris hiſce vitalibus fruente, dictum ſcriptúmve primitus; iſtud imperitus ſcriptor ad veram traxit damnationem? Vtut ſit, immiſerabiles ſunt, quos vindex diuinitas ſemel in tenebras illas tartareas dedit præcipites; certumq; eſt, ſtatim à cuiuſque morte iudicium illud peragi: & plurimi tamen Sanctorum, ſingulari propitij ſibi Numinis fiduciâ, auſi pluribus poſt eorum exceſſum diebus precari, vt in vitam redirent: annuitq; ſæpenumerò Deus. Memorabile eſt quod ad hanc rem facit, S. Bonifacio Lauſanenſi Epiſcopo, viro ſapientiſſimo, editum cælitus reſponſum, quod ita in eius vitâ 19. Februarij narratur:* Maximam compaſſionem habuit vir iſte ſanctus cum animâ Ariſtotelis, & multùm doluit de perditione illius; ſæpiuſque orauit, vt ſi fieri poſſet, Deus eius miſereri dignaretur. Quadam autem vice audiuit vocem de cælo dicentem ſibi: Ceſſa pro animâ illius orare, quia non ædificauit Eccleſiam meam, ſicut Petrus & Paulus, nec Legem meam docuit. Quod ille audiens ac dolens, de cetero ceſſauit.

damnati hominis ſuſcitatio vera,

un metaphorica?

Pro mortuis in peccato mortali quatenùs fas ſit orare.

4 *Interfectum eſſe* S. Sophiam *anno 490. ſcribit Ferrarius,* S. Cadocum (*quem diuerſum retur, vt diximus,*) *anno 500. quod ex Anglicano Martyrologio accepit. & quidem in huius poſtremâ editione dicitur cædes illa circiter annum 490. contigiſſe. Ideoq; Marius Vipera, vir doctiſſimus, in Catalogo Sanctorum Eccleſiæ Beneuentanæ, eam ab Arianis perpetratam coniicit; ita enim ſcribit:* Sophius Epiſcopus Beneuentanus XXIV. filius Guiglieſci Regis Valliæ Septemtrionalis in Britãniâ, monachus effectus eſt, & poſtmodùm Abbas eiuſdem monaſterij, quod propriis expenſis fundauerat. Ter Hieroſolymam, ſepties Romam religiosè peregrinatus eſt. Demum S. Thammaro Epiſcopo Beneuentano ad meliorem vitam tranſlato, ad Epiſcopale faſtigium ob eius virtutes euectus, mirâ ſanctitate refulſit, ac ſummâ pietate ipſam Beneuentanam Eccleſiam gubernauit: vbi ob Catholicam fidem lanceis confoſſus ab Arianis, dum ſacra myſteria perageret, ad altare mactatus, hoſtia Chriſti effectus eſt IX. Kalend. Febru. anno ſalutis CDXC. Epiphanio ei ſuccedente in Epiſcopatu; Odoacro Rege, Arianorum peſte contaminato, Italiam tunc tenente. Ex VA-RIIS *Hæc Vipera.* Odoacer *anno 476. Italiam inuaſit, occiſus eſt anno 493.* S. Tammarus *colitur 15. Octobris.*

Non ſeculo quinto occiſus Sophias;

5 *Aſt regnante apud Britannos* Arturo, *adhuc Abbas erat* Cadocus, *vt infrà nu. 8. patet: idem* S. Iltutum, *eiuſdem Arturi conſobrinum & æqualem, vt in eius vitâ 6. Nouembris dicitur, conuertit: atqui* Arturus, *vt Matthæus VVeſtmonaſterienſis ſcribit, anno Chr. 516. Vtherpendragon patri in regnum ſed ſexto. ſucceſſit, annos quindecim natus; obiit verò anno 542. Vnde conſequens eſt, diu poſt annum 490. ſuperſtitem fuiſſe* Cadocum, *qui anno 516. nondum Epiſcopus erat. Nicolaus Harpsfeldius anno 570. obiiſſe ſcribit lib. 1. hiſtoriæ Anglicanæ cap. 27.* Celebratur etiam ad hæc tempora, *inquit*, Cadocus monaſterij Lancaruanan (ita appellant, quòd in illo opere inchoando ceruos familiares obedientesque haberet) auctor: cui Ellenius à tali præceptore nihil degenerans ſucceſſit. Obiit ad annum quingenteſimum ſeptuageſimum ſub Maglocuno, IX. Calendarum Februarij. Memoriam Cadoci eccleſia in honorem eius apud Corinniam conſtructa ad hunc vſque diem conſeruat.

6 *Mentio fit* S. Cadoci *in vitâ, vt antè ſcriptum,* S. Iltuti *6. Nouembris: in vitâ quoque* S. Gundlei *Regis, patris eius, 29. Martij; quem anachoreticam vitam agentem, dicitur Cadocus ſæpè viſitaſſe, monitiſq; confirmaſſe, ac deinde morienti, cum* S. Dubritio *Epiſcopo adfuiſſe. In vitâ quoque* S. Keynæ *Virginis, illius materteræ, 8. Octobris, de eo agitur. Alius in vitâ S. Richarij 26. Aprilis memoratur* Caidocus, *vir ſanctus, ſed multò hoc noſtro iunior.*

Alibi eius mentio.

VITA AVCTORE ANONYMO,

ex MS. Rubeæ-vallis, & Capgrauio.

CAPVT I.

S. Cadoci, ſiue Sophiæ, vita monaſtica. miracula.

1 SAnctus Cadocus B. *a* Gundlei Regis filius, cùm in vtero matris ſuæ *b* Gladuſæ clauſus eſſet, per ſingulas noctes in quatuor angulis domus, in quâ manebat, quatuor lampades igneo ſplendore coruſcantes vſque ad partum filij viſæ ſunt. Apparuit autem Angelus Domini nocte quâ natus eſt puer, dicens Regi: Cras veniet ad te anachoreta quidam ſanctus, quem deuotè ſuſcipiens, humiliter implora quatenùs filium tuum lauacro regenerationis purificet, & nomen eius Cathinail appellet, eumdemque poſt ſeptennium litteris & moribus informandum ſuſcipiat. Quo facto, tempore quo natus eſt puer, cellaria lacte & melle plena inuenta ſunt.

a *b* *S. Cadoci parentes,* *ſanctitatis prognoſtica,* *baptiſmus,* *inſtitutio,*

2 Cùm autem creſceret infans, quidquid veniebat ad manus eius totum pauperibus erogabat. Sub vili habitu ſingulis horis eccleſiam frequentans, & in nocte modicum panis & aquæ, lautioribus cibis penitùs abiectis, ſumebat. Ad diuerſos ſæpè ludos inuitatus, ad eccleſiam confugit, dicens: O cæca mens hominum, quæ ſemper tranſitoria appetit, & æterna reſpuit! Videte quid ſitis, & ad quid facti eſtis. Neſcitis quia dies Domini veniet, quando riſus vertetur in luctum, & luctus in gaudium?

eleemoſyna, *pietas,* *abſtinentia,* *grauitas.*

3 Quodam die extincto igne præcepit magiſter puero Cathinail, id eſt Cadoco, ignem ad coquendam eſcam deferre: & ruſticus quidam ignem illi dare renuit, niſi carbones ardentes in gremio deportaret. At ille viuos in chlamyde carbones ſuſcepit, & cinuſtâ veſte ad magiſtrum ſuum detulit. Erectis autem in cælum oculis, preces ad Deum fudit, quatenùs ruſticus ille cum farre ſuo, ſuorum pariter fomento titionum concremaretur. Et intulit: Non ideò, Domine, bonitati tuæ ſupplicaui, vt peccatorem illum in ſuo flagitio condemnari exoptarem,

Carbones fert in ſinu veſte illaſâ. *Ruſticus ei illudens exuritur.*

Ex MSS. rem; verùm vt diuina poteſtas in hoc mundo ſit ſceleroſis manifeſta, teque magis paueant, & tibi miniſtrantibus reſiſtere timeant. Quo dicto ruſticus ille cum trituratorio ſuo ſuccenſus exuritur.

conſtruit monaſterium. 4 Diſcedēs tandē à magiſtro ſuo monaſterium conſtruxit, & Fratres multos congregauit. Profectus deinde Cadocus ſine nūmis & ſacculo, & mare tranſiens à Reginâ quadam ſupplicatur vt à ſterilitatis opprobrio eam liberare dignaretur. Cui ille: Vade in pace, Deus det tibi petitionem, quam rogaſti. Eadem autem nocte filium concepit, cui nato Elle in baptiſmo nomen impoſuit. Cadocus tandem Hieruſalem perueniens, loca ſancta viſitauit: cui & Dominus gentium idioma, per quas tranſiuit, contulit, variiſque linguis loqui cœpit. Poſt trienniūm verò rediens puerum *d* Ellinum ſterilis Reginæ filium accipiens in humeris baiulauit, educauit, & inſtruxit. Quia enim mater illum Deo vouerat, & ſibi educandum & moribus informandum tradiderat, valdè eum diligebat.

Regina prolem impetrat, baptizat, inſtruit:

it Hieroſolymam:

donum linguarum conſequitur.

d

5 Lictor quidam malitioſus poſt illius peregrinationem cùm Belliuum patruelem ipſius trucidaſſet, reditu ſancti viri cognito, nimio pauore perterritus, à facie eius celeriùs aufugit. Proſequente autem illum Cadoco, ſub oculis eius, tanquàm puluis aut fumus à facie venti, nutu Tonantis, euanuit. Tyrannus quidam nomine Sawil cum ſuis ſociis cibum viri Dei & potum vi diripiens, ebrietati & crapulæ vacauit, & ad interficiendum Cadocum & Fratres eius iter maturauit. Et ecce coram oculis ſerui Dei terra aperuit os ſuum, & abſorpto cum ſuis ſatellitibus tyranno, foſſa vſque in hodiernum diem ibidem in teſtimonium perſeuerat. Paſcebat vir beatus centum quotidie Clericos, totidem pauperes, & totidem viduas, præter hoſpites & aduenas ad eum crebrò venientes. Licet enim Abbas multos ſub ſe monachos regeret, portionem tamen regni patris ſui poſſidens indigentibus neceſſaria diſtribuit.

Homicida diuinitus punitur:

6 Cùm in cathedrâ ſedens populos doceret, quinquaginta milites cuiuſdam Reguli, accipitres in manibus habentes, veniebant ad illum, vt eſcam ab eo violenter auferrent. Quibus ille quinquaginta panes, vnum porcum & ceruiſiam mitti iuſſit. Cumque ad ſumendam paratam ſe locaſſent refectionem, terra ex inſperato dirupta in ictu oculi in profundum abſorbuit eos, eſcâ permanente intactâ. Quo viſo *e* Iltutus illorum Princeps, qui abſens tunc erat, veſtigiis B. Cadoci prouolutus veniam petiit, & habitum monaſticum ſuſcepit.

aliis à Cadoco iniuriosi,

e

quorum Dux Iltutus fit monachus.

7 Superuenit quidam Hibernienſis ad locum, in quo S. Cadocus oratorium fabricauit, qui operarios omnes Sancti ſubtili artificio ſuperabat. Inuidentes ob hoc cæteri nequiter ipſum peremerunt, & amputato capite eius, & magno ſaxo circa truncum corpus alligato, in altum ſtagnum præcipitatur. Cumque planctum filiorum occiſi Sanctus audiſſet Cadocus, cum ſuis Clericis pernigil in orationibus pernoctauit; vt rem geſtam Dominus ei reuelare dignaretur. Facto autem manè decollatus artifex caput in ſinu ſuo geſtans, & magnum lapidem ſupra tergum ferens, cruentus horridâ ſpecie viro ſancto ſe exhibuit; præciſumque caput in hæc verba prorupit: Serue Dei, fige me ſupra collum in priſtino ſtatu, & quæ tibi incognita hactenus de hac re extiterunt, denudabo. Quod cùm feciſſet, indicauit ei nefas artificum, & quomodò inuidiâ ducti illum flagitioſè trucidarunt. Et ait Sanctus: Elige quod vis, aut in hac vitâ nobiſcum denuò viuere, aut in æternam cum Deo perenniter regnaturus vitam reméare. Et ille: Domine vt in æternam requiem regrediatur anima mea. Et hoc dicto expirauit.

Cadocus occiſum reſuſcitat:

f

8 Dux quidam Britonum tres milites *f* Arturi Regis illuſtriſſimi trucidauit. Et Arturo vbique eum perſequente nuſquam tutum locum reperire potuit, nulluſque ipſum tueri ob Regis fauorem auſus fuit, donec fugâ fatigatus ad virum Dei profugus venit. Qui illius miſeratus labores, benignus illum ſuſcepit. Demum acquieſcente ad preces Sancti Rege, à Iudicibus decernitur, vt pro redemptione vniuſcuiuſque occiſorum, Arturus Rex tres boues optimas ſuſciperet: huiuſmodi enim iudicium apud Britones à Regibus priſcis ſancitum fuit. Arturus tamen vnicolores vaccas renuit, & in anteriori parte rubeas, & in poſteriori parte candidi coloris diſtinctas plurimâ tergiuerſatione geſtiuit. Iuſſu ergo Cadoci adductæ ſunt nouē vaccæ, & fuſis ad Deum precibus in prælibatos colores mutatæ ſunt, & inter manus tenentium illas in cōſpectu Regis in filicis faſces transfigurantur. Quo viſo, ſuper iniuſtâ petitione humiliter Rex Arturus veniam flagitauit.

homicidā ad ſe confugientem ſuſcipit:

colorem vaccarum mutat, easq; in faſces vertit:

a S. Gundlei *Regu VVallia Auſtralis (non Septemtrionalis, vt Marius Vipera & Martyrologium Anglicanum habent) vitam dabimus 29. Martij. Vipera* Guiglieſcum *vocat.*

b *In Vitâ S. Gundlei vocatur* Guladuſa. *in vitâ S. Keyna* Gladus.

c *Aliis pluribus Sanctis vſitatum innocentiæ argumentum.*

d *Hic idem videtur eſſe* Ellinus, *vel* Ellenus, *quem infrà n. 14. Lancaruanenſi cœnobio Abbatem præfecit Cadocus.*

e *Hoc miraculum, atque* Iltuti *conuerſio, fuſiùs narratur in ipſius Iltuti vitâ 6. Nouemb.*

f *De hoc fortiſſimo Britonum Rege agunt plerique rerum Anglicarum ſcriptores, multaq; narrant, ex neſcio quibus Britonum Chronicis hauſta, penitùs fabuloſa. VVeſtmonaſterienſis à S. Dubritio ceteriſq; Proceribus inauguratum Regem ſcribit anno Chriſti 516. obiiſſe anno 542. licet Britones ipſum adhuc viuere contendant, vt alij quidam ſuos Reges.*

Arturus Rex.

CAPVT II.

Varia & ſtupenda miracula.

9 CVm Regulus quidam vicinam regionem, incolis offenſus, congregato exercitu vaſtare vellet; populi regionis perterriti S. Cadocum exorantes, dixerunt: Domine adiuua nos, & erue nos de manu Regis huius, quia quęcumque petieris à Deo impetrabis. Conſtantes, inquit, eſtote & nolite timere: ad nihilum deducet Dominus inimicos noſtros. Cumque nocte illâ cum Clericis ſuis preces Deo fudiſſet, manè facto columna nubis præcedebat eum: quæ tentoria Regis operiens diem obſcurauit, vt nullus alterum videre poſſet. Et accedens vir ſanctus ad Regem ait: Salue Rex. Quæſo, inquit, ſi in oculis tuis gratiam inueni, verba mea benè ſuſcipe. Cui Rex, Loquere, inquit. Et quid, inquit Sanctus, ad patriam meam armatâ manu prædandi vaſtandique cauſſâ aduenisti, præſertim cùm id non meruerim? Et ait Rex: Fateor me in te peccaſſe, quòd ſtultè egi, propitius & miſericors veniam concedendo remitte, & tuâ interceſſione tenebroſitas iſta diſcedat. Sanctus ait: Remittantur tibi prægrandia facinora tua. Et adhuc eo loquente, lux *a* æſtiua deſuper effuſa nimiam ſerenitatem in caſtris effudit. Et procidens in faciem ſuam Rex, ei gratiam retulit, & Deum glorificauit.

Hoſtes arcei miraculo:

a

10 Filius cuiuſdam Regis cum multitudine copioſâ ad diripiendas poſſeſſiones Auſtralium Britonum, & terram penitùs depopulandam venit. Cuius equites cùm ignem in horreum S. Cadoci miſiſſent, & tantùm fumari poſſet, fumus inſtar lignei poſtis recto tramite vſque ad papilionem filij Regis tetendit, & lumen oculorum omnium obcæcauit. Orante autem S. Cadocum cum humili ſupplicatione filio Regis, & veniam petente, priſtinam luminum aciem cum ſuis recepit.

prædones coërcet:

11 Congregatis autem diſcipulis eius ait illis: Quandoquidem diuino nutu ter Hieruſalem, ſepties Romam pro Dei amore profectus ſum; ſupereſt vt orandi gratiâ ad eccleſiam *b* S. Andreæ in Scotiam proficiſcar. Quò cùm pergeret, apparuit ei Angelus dicens: Dominus Deus tuus per me tibi præcipit, ne hinc diſcedas, ſed ſeptem annorum ſpatio gratiâ conuertendi populum ad Chriſti fidem in hoc loco perſiſtas. Ibi igitur populum docuit, baptizauit, cunctoſque languidos curauit. *c* Quadam autem die dum terram ad conſtruendum monaſterium foderet, os colli cuiuſdam priſci gigantis monſtruoſum & incredibilis quantitatis inuenit. Et admirans Sanctus

ter Ieroſolymam, ſepties Romam viſit:

b

prædicat in Scotiâ:

claret miraculis.

c

Sanctus dixit: Non ad eſcam neque ad potum vadam, ſed erit mihi oratio pro cibo, lacrymæ pro potu, donec hoc prodigium nobis à Deo propaletur. Eadem nocte Angelus Domini ei apparens dixit: Ecce clamor orationis tuæ ad Deum aſcendens exauditus eſt, cras enim veteranus gigas reſuſcitatus, vir foſſor, quoad vixerit, erit. Manè autem facto, immanis & horribilis ſtaturæ gigas adueniens, pedibus Sancti prouolutus ſic dixit: Sancte Cadoce ſerue Dei, tuam efflagito benignitatem, quatenùs miſeram animam meam, in duris inferni ſuppliciis hactenus cruciatam, illuc denuò remeare nequaquàm permittas. Et interrogatus quis eſſet, & de quâ gente, ait: Vltra talem montem quandoque regnans, cùm ſemel cum meis prædonibus diripiendi vaſtandiq́ue cauſsâ huc veniſſem, Rex iſtius terrę me & exercitum meum commiſſo graui prælio trucidauit. Requiſitus de nomine ſuo, Can ipſum vocari dixit. Lætare, inquit vir Dei, & alacri ſis animo, nam mihi à Deo conceſſum eſt te diutiùs in hoc ſeculo victurum; & poſt præſentis vitæ curſum, ſi Deo fidele deuotumq́ue obſequium exhibueris, ac meis præceptis obtemperaueris, anima tua ad perennem gloriam cum Deo regnatura migrabit. Vſque ad obitum ſuum fodiendo & laborando in eodem loco permanſit.

quemdam duduṁ occiſum ſuſcitat:

12 Rediens Sanctus ad monaſterium ſuum, inuenit *d* Gildam nobilem ſcholaſticum cum pulcherrimâ quadam campanulâ de Hiberniâ illuc adueniſſe. Cumq́ue decor, & ſonus colorq́ue B. Cadoco placuiſſet, Gildam nolam ſibi vendere implorauit. Non, inquit ille, vendam, ſed ſuper altare S. Petri offeram illam. Et cùm nullo pretio eam vendere ſe aſſereret, Romam profectus oſtendit eam *e* Alexandro Papæ, dicens: Hanc nolam à me fabricatam, & ab Hiberniâ huc delatam, Deo & S. Petro offero. Et cùm nullum omnino ſonum pulſata redderet, admirans Papa qualiter hoc fieri poſſet, inquirit. Et auditis quæ à Cadoco dicta fuerant, benedixit nolam, & ait: Hanc campanulam à me benedictam & conſecratam B. Cadoco reporta, *f* quatenùs in hac omne principale iuſiurandum fiat. Si quis enim ſuper ipſam periurij crimen incurrerit, niſi dignam pœnitentiam egerit, hinc & in futuro procul dubio anathema erit. Ego enim gentis illius incredulitatem rebellemq́ue cerui-coſitatem audiui; ideoq́ue illam eis mittam, vt per eam fœdus & pacem concorditer ſacramentis faciat. Allata autem B. Cadoco nola dulcem ſonum audientibus & deſiderabilem reddidit. Aſſerunt enim Britones, pro S. Cadoci amore per hanc nolam duos mortuos ad vitam Dominum reſuſcitaſſe.

d e

f

nolam quamdam mirabiliter obtinet:

fontem elicit:

fluuium ſiccis pedibus trãſit.

Lupi in lapides verſi.

13 Sanctus etiam Cadocus fontem iugiter manantem de terrâ produxit: fluuium quemdam magnum virgâ, quam manu geſtabat, ter percuſſit, & cum XXIV. ſociis ſiccis pedibus pertranſiuit. Cùm S. Cadoci oues die quadam paſcerentur, ecce duo lupi ſuperuenientes pluribus ouibus laceratis, nonnullis rapacibus morſibus necatis, brachium maris tranſnatare cœperunt. Et cùm ad medium veniſſent, diuino iudicio in lapides transformati ſunt. Dum autem de *g* monte S. Michaëlis in *h* Cornubiam veniſſet, & ſitim maximã ſuſtineret, in loco arido baculum fixit, & ſtatim fons largiſſuus de terrâ ſcaturire cœpit: orauitq́ue, vt cuncti languidi illuc accedentes ſuorum medelam morborum reciperent; venenoſas peſtes illa aqua extingueret, vermeſq́ue cunctos de ventre potantium proiiceret. Iuxta fontem illum in Cornubiâ in honore S. Cadoci fundata eſt eccleſia magna.

g h

Fontem elicit, quo morbi curantur.

a *MS. Rub. val.* feſtina; *fortè* feſtiua.

b S. Andreæ *Vrbs in* Fifâ, *peninſulâ inter duo æſtuaria Fortham & Taum ſitâ, Oceano adiacet. Metropolitana hic Scotiæ totius ſedes. De allatis iſthuc S. Andreæ reliquiis à S. Regulo Abbate, agit Ioannes Maior lib. 1. de geſtis Scotor. cap. 15. & Hector Boëtius lib. 6. Teſtatur Cambdenus in antiquis ſchidis vrbem hanc* Regimund, *id eſt,* montem S. Reguli *dici.*

S. Andreæ vrbs in Scotiâ.

c *Quæ huius hiſtoriæ fides ſit, diximus in Prolegomenis.*

d *Sapiùs in vitis SS. Britannorum ac Scotorum eiuſmodi nolarum vel campanarum mentio fit, quas S. Adamnanus in vitâ S. Columbæ* cloccas *vocat. Eas fundendi artem callebat S. Gildas, vt in eius Vitâ 29. Ianu. dicetur, vt non mirum ſit, eum elegantem aliquam offerre S. Petro voluiſſe.* Ex MSS.

e *Vitioſè ſcriptum Pontificis nomen: nullus circa ea tempora* Alexander *ſedit. Nam primus eius nominis ſub Adriano Imper. martyrium ſubiit: ſecundus anno* 1061. *creatus, obiit* 22. *April.* 1073.

f *Hæc videtur auctor imperitus ex anilibus narratiunculis hauſiſſe. Piaculum eſt quidem per quamcumque rem peierare: ſed quid in mentem veniſſet ſanctiſſimo Pontifici, quiſquis ille fuit, ſtatuere vt cùm neceſſitas iuſiurandum poſtularet, id potiùs per nolam iſtam, quàm per Deum, aut rem quampiam à Deo conditam, vt cuique religioſum viſum eſſet, fieret? Euenit fortaſſis, vt nola illa ob* S. Cadoci *memoriam in pretio eſſet, perq; eam cœptum ſit iurari, & periurus diuinitus aliquando punitis, rudi vulgo anſa prabita ſit exiſtimandi, cùm audirent peregrè à S. Gildâ ad S. Cadocum allatam, à Pontifice in eum finem fuiſſe ſacratam.*

g *Diſtat ſex millibus paſſuum ab Abrincenſi vrbe in Normanniâ, promontorium* Ocrum *olim dictum, vt cenſet Maſſonus, nunc* Mons S. Michaëlis, *ſiue* monaſterium S. Michaëlis in periculo maris, *vel* S. Michaëlis in monte Tumbâ. *Præcipua iſthic ſancti Archangeli veneratio* 16. *Octobris, vt patet ex Breuiario Rothomagenſi. Aduentus* S. Cadoci *ad hunc locũ mentio fit in Vitâ* S. Keynæ 8. *Octobris.*

Mons S. Michaëlis in Normanniâ.

h Cornubia, *&* Cornvvallia, *extrema verſùs Occidentem Angliæ prouincia, Anglis* Cornvvall, *indigenis auitam linguam adhuc ex parte retinentibus,* Kernavv, *quòd inſtar cornuum (qua illi* kern *vocant) tenuetur. Aliis, fabuloſa ſectantibus,* Corinia *vel* Corinæa *dicitur, à Corineo Duce.*

Cornubia.

CAPVT III.

Epiſcopatus. martyrium.

14 APparuit Angelus Domini B. Cadoco dicẽs: Deus decreuit te iam de terrâ Britanniæ diſceſſurum. Et ille: Omnia quæ mihi præcepta fuerint à Domino, libens effectui pro poſſe mancipabo: ſed *a* qualiter hinc diſcedam penitùs ignoro. Angelus ait: Cras ad locum, in quo poſt prædicationem ſolebas quieſcere, perges, & ibi ſubitò *b* nubes lucida operiet te; atque ſic ſuper eam tranſuehêris ad ciuitatem Beneuentanam. Eadem horâ quâ de nube deſcendes, Abbas illius vrbis in tuâ præſentiâ ſepulturæ honorificè tradetur, in cuius loco monachi te Abbatem cõſtituere maturabunt. Eadem nocte idem Angelus Priori Beneuentanæ ciuitatis in viſu apparuit ita dicens: Cras quidam Clericus ſapiens Britannus, ſeruus Dei electus, ad vos huc venturus eſt, quem Abbatem ſuper vos ordinari & conſtitui à Pontifice obnixiùs ſupplicate. Ipſum enim elegit Deus vt Abbatis veſtri vice vobis ſubrogetur; Sophiaſq́ue apud vos vocabitur, quia ſapientiâ Dei plenus eſt. Cadocus autem manè ſurgens Ellenum diſcipulum ſuum loco ſui ordinauit Abbatem. Et cùm adhuc diſcipulis ſermonem faceret, ecce claritas Dei repentè omnes circumfulſit, & non valentes tanti luminis ferre claritatem, proni pariter in facies ſuas ſuper terram ceciderunt. Sãctus autem Cadocus in nube candidâ raptus ab oculis eorum euanuit: & quaſi in palpebræ motu in ciuitate Beneuentanâ de nube deſcẽdens, inter ſepelientes Abbatem viſus eſt. In eadem horâ cuncta monachorum congregatio, cum Epiſcopo Abbatem eum conſtituit, & Sophiam illum nuncupauit. Defuncto demum illius ciuitatis Epiſcopo, apparuit Angelus Domini B. Sophiæ, præcipiens ei quatenus Epiſcopatus ordinem ſuſciperet. Eadem verò nocte idem Angelus Archidiacono in ſomnis iuſſit vt ſequenti die remotâ dilatione B. Sophiam ad pontificatus gradum diuinâ iuſſione promoueret. Quo manè cunctis Clericis per ordinem reuelato, vnanimi omnium conſenſu ad Epiſcopatus gradum aſſumptus eſt.

a Angeli monitu Ellenum Abbatem conſtituit:

b in nube Beneuentum transfertur:

eligitur Abbas, mox Epiſcopus.

15 Angelus autem Domini demum in viſu noctis apparuit ei dicens: En à Domino Deo tuo datur tibi optio, nunc elige quo exitu hanc lethalem vitam deſerens ad regnum velis migrare perpetuum. Qui reſpondit: Quoniam enim martyrium omni morte in conſpectu Domini pretioſius inuenitur, illud eligens præ cæteris exopto. Et Angelus, Robuſtus, inquit, eſto corde & animo, quia

optat martyrium: Angelus id ei promittit.

Ex Mss. Dominus tecum eſt. Cras enim Rex quidam crudelis ciuitatem hanc ingrediens depopulabitur eam, & miles quidam ipſius, monaſterium ingreſſus, diuina myſteria te celebrantem ſuper aram atrociter haſtæ cuſpide terebrans trucidabit. S. Sophias inde gratias agens Deo, dixit: Promptus ad martyrium factus ſum, hac enim nece Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Apoſtoli eius, multique alij mundum triumpharunt, & cæleſtis regni gloriam adepti ſunt. Horâ primâ cùm Miſſam celebraret, *Lanceâ confoditur celebrans:* tyrannus cum ſuo exercitu ſuburbia deuaſtauit, & eques quidam cum furore eccleſiam intrans, S. Sophiam Dominici corporis & ſanguinis conſecrationem libantem lanceâ penetrauit. Qui oculis ad cælum erectis, animam ſuam Domino commẽdauit dicens: Domine Ieſu Chriſte accipe ſpiritum meum, & ne ſtatuas huic hoc peccatum, *orat pro interfectore: & veneraturis ſuas reliquias;* quoniam ignorauit quid egit. Domine Deus omnipotens, inuiſibilis Rex, Ieſu Chriſte ſaluator, poſtulationem meam exaudi, & præſta, vt qui [c] oſſium meorum partem aliquam poſſederint, virtutes faciant, dæmones procul pellant, & omnis ab eis peſtis abſiſtat; & qui corpori meo honorem exhibuerit in terris, dimiſſis peccatis te ſemper glorificet in cælis. Nec mora, vox de nube lucidâ facta eſt, dicens: Cadocẽ famule mi, aſcende ad regnum Patris mei, & quæ poſtulaſti faciam tibi, & non contriſtabo te, quoniam in morte mei memor es tu. Quicumque in tribulatione magnâ memor nominis tui inuocauerit me, amen dico tibi, quia à tribulatione ſuâ placabilis & propitius liberabo eum. His auditis, IX. Kalendas Februarij in manus Domini ſpiritum emiſit.

c *Deo annuente.*

16 In eius honore fundata eſt ibi eccleſia magna ſuper ſepulchrum eius, in quâ nullus Britannus intrare permittitur: futurum eſt enim, vt aſſerunt ciues, quemdam Britonem ex ſuo in Britanniâ monaſterio, ſcilicet [d] Lancaruan, illuc aduenire, & reliquias corporis ſancti furto inde quandoque auferre. Quinimò quod grauius eſt, poſt ablationem corporis ſancti fontem illum, qui ſecus vrbem eſt, quem ad operariorum vſum in ædificatione murorum ciuitatis per illius preces de tellure manare fecit, velut mare ſuper totam vrbem & habitatores illius inundaturum præſagiunt. Diſtat enim ille locus pfædicti monaſterij in Walliâ à [e] Coubrige tribus milliaribus, & eſt ibi eccleſia parochialis in plano ſita. *Ædificata ei eccleſia.*

a *Qui potuit id quærere, qui toties Hieroſolymam adierat?*

b *Neque hic tranſuectionis modus nobis probatur. Non eſt quidem difficile ei qui ambulat ſuper pennas ventorum, & Prophetam ſuum è Iudæâ in Meſopotamiam Angeli operâ ſtatuit, momento trans immenſa terrarum ſpatia quempiam deportare: ſed nulla hic videtur tanti tamq; rari miraculi cauſſa. Credibilius eſt Hieroſolymis redeuntem, iſthic retentum, ac deinde Abbatem, pòſt Epiſcopum factum.*

c *Paradoxa preces, ſed ab ingenti diuinæ erga ſe beneuolentiæ fiduciâ expreſſa.*

d *Locus eſt in Glamorganiâ VValliæ prouinciâ. In Vitâ S. Gundlei dicitur* Nancarban, *vitioſè; apud Harpsfeldium* Lancaruanan.

e *Id oppidum à Britannis* Pont-van *dici teſtatur Cambdenus, à ſaxeo ponte. Tertio inde milliari abeſt* Bouium *Antonino memoratum, nunc* Bouerton.

DE S. BENIGNO
ARCHIDIACONO BENEVENTANO MARTYRE,

a a *ex Catalogo SS. Beneu. Marij de Vipera.*

XXIV. IANVAR. *b* BEnignus Archidiaconus Beneuentanus, ob fidei Catholicæ confeſſionem Beneuenti ab Arrianis, tempore *b* Odoacri Regis etiam Arriani, Italiæ tunc dominantis, palmâ martyrij decoratus, migrauit ad Dominum cum ſuo Epiſcopo Sophio: etſi id *S. Benigni Acta ignota:* nullo antiquorum auctorum teſtimonio nititur, antiqua tamen ei traditio ſuffragatur. Eius verò cineres in auguſtiſſimo templo S. Sophiæ aſſeruantur, vt ex MS. *reliquiæ.* Codice litteris Longobardicis ſcripto ibi exiſtente habetur, in quo Sanctorum nomina ſunt adnotata, quorum corpora & reliquiæ ibi tumulata ſunt, qui nil aliud docet, niſi quòd Martyr Beneuenti occubuerit ob fidei Catholicæ defenſionem. Qui codex hodie non Beneuenti in prędictâ eccleſiâ, ſed Romæ in Bibliothecâ Vaticanâ aſſeruatur, eâ occaſione: annis non longè decurſis, cùm Aſcanius Cardinalis Columna, Eccleſiæ S. Sophiæ Commendatarius, illum cum quibuſdam aliis Codicibus etiam MSS. antiquis ex eodem archiuio extractis, Romam aſportandos curaſſet; ipſo mortuo in poſſe Ducis de Altemps deuenerunt: eoque de medio ſublato, Paulus V. Pontifex Max. de eis notitiam habens, ne interirent, in Bibliothecâ Vaticanâ ſeruandos inuexit. Quod ad futuram rei memoriam hîc adnotare curauimus.

a *Nihil nos aliud de hoc* S. Benigno *didicimus. Multi eius nominis alibi Martyres.*

b *Iuxta aſſertam anteà ab eo in S. Sophiæ elogio Chronologiam. Si verè eius Archidiaconus fuit, probabile eſt fortaſſis primis Longobardorum temporibus occubuiſſe.*

DE S. SVRANO
ABBATE IN ITALIA, MARTYRE.

SECVL. VI. XXIV. IANVAR. *S. Surani natalis,* EXtat S. Surani *Martyrologij Romani tabulis inſcriptum nomen XXIV. Ianuarij his verbis:* Item B. Surani Abbatis, qui tempore Longobardorum ſanctitate floruit. *Eiuſdem meminit Menardi Benedictinum Martyrologium, ac VVionij. Ferrariuſ in catalogo Sanctorum Italiæ* Martyrẽ *appellat, vti & Petrus de Natalibus lib. 11. c. 113. ac Trithemius lib. 3. de viris illuſtrib. ord. S. Benedicti cap. 20. Nec ſanè immeritò, cùm ei ſua beneficentia cædu occaſio fuiſſe videatur, & Catholicæ pietatis Barbaris exoſæ profeſſio. Vitam illius mortemq; glorioſam ita breuiter perſtringit S. Gregorius lib. 4. dialogorum cap. 22.* *martyrij titulus,*

2 Quibuſdam religioſis quoque viris atteſtantibus adhuc in monaſterio poſitus agnoui, quòd hoc Longobardorum tempore, iuxtà in hac prouinciâ quæ Sura nominatur, quidam monaſterij Pater, vitæ venerabilis, *liberalitas in pauperes,* Suranus nomine, fuerit; qui captiuis aduenientibus, atque à Longobardorũ deprædatione fugientibus, cuncta quæ in monaſterio videbatur habere, largitus eſt. Cumque in eleemoſynis veſtimenta ſua ac Fratrum omnia & cellarum conſumpſiſſet, quidquid habere in horto potuit, expendit. Expenſis verò rebus omnibus, Longobardi ad eum ſubitò venerunt, eumque tenuerunt, & aurum ab eo petere cœperunt. Quibus cùm ille diceret *cædes,* ſe omnino nihil habere, in vicino monte ab eis ductus eſt, in quo ſilua immenſæ magnitudinis ſtabat: ibi captiuus quidam fugiens in cauâ arbore latebat, vbi vnus ex Longobardis educto gladio prædictum venerabilem *miraculum ſecutum.* occidit virum. Cuius corpore in terram cadente mons omnis protinus & ſilua concuſſa eſt, ac ſi ſe ferre non poſſe pondus ſanctitatis eius diceret terra, quę tremuiſſet.

3 *Hæc S. Gregorius. Quid ſit* Sura, *fatemur nos ignorare. Ferrarius in Vmbriâ putat fuiſſe:* in Vmbriâ enim, *inquit,* *Sura prouincia,* Suerani populi à Plinio memorantur. *Plinius lib. 3. cap. 14.* *vbi.* Suaſanos *habet, licet quædã exemplaria* Suaranos, *alia* Suaranos,

ranos, *alia* Suareanos *vocent. Ptolemæus* Σκόσσν *locat inter* Forum Sempronij *&* Petram Pertuſam. *Sed videtur S. Gregorius Vrbi propiorem locum indicare, dum ait,* iuxtà in hac prouinciâ. *ſi illud* iuxtà *non ad vrbem Romam, ſed præceden-* Ex Va-
tia referatur; at prius de prouinciâ Valeriâ *egerat cap. 21. quæ* Rii8.
& ipſa Marſorum fuit, Vrbi quoque vicina.

DE S. ZOSIMO CILICE,

EPISCOPO BABYLONIO IN ÆGYPTO.

Sec. VI. XXIV. Ianvar. *Varij SS. Zoſimi vel Zoſimæ.*

Plures vixêre ſexto ſeculo magni nominis Anachoretæ Zoſimi, *ſiue* Zoſimæ *appellati. Ex his in Latinorum Faſtos ac Græcorum relatus IV. Aprilis* S. Zoſimas, *ſiue* Zoſimus, *qui funus S. Mariæ Aegyptiacæ curauit. An hic à Nicephoro lib. 17. cap. 5. rectè diſtinguatur à* Zoſimâ *Ioannis, ex Epiſcopo Cæſarienſi, anachoretæ Chuzibitæ ſocio, qui terræmotum Antiochenum prædixit apud Euagrium lib. 4. cap. 7. & Nicephorum cap. 4. ibidem inquiremus. Alius in Lyciâ floruit, de quo iſta Iuſtinianus Imperator in Nouellis Conſtitutionibus Collat. 1. Tit. 4. cap. 2.* In Lyciâ Zoſimus Deo amabilis, vir famoſiſſimus in conuerſatione, & propè viceſimum & centeſimum ætatis agens annum, pollens autem & animi virtutibus & corporis operationibus: tanta quædam in eo gratia Dei floret. *Alius ab his* Zoſimus Cilix *à Ioanne Moſcho in Prato ſpirituali, ſeu lib. 10. de Vitis Patrum cap. 123. & 124. refertur. De hoc ſuſpicamur agere Græcos hoc die in Menæis, & apud Maximum Cythereum his verbis:* Eodem die S. Zoſimus in pace quieuit.

Zoſimi Cilicis natalis.

Quis longos tuos, Zoſima, eloquetur labores?
Et quis à morte tibi datas laborum coronas?

An de eodem agat Zoſimo Cilice *idem Moſchus cap. 166. non ſatis liquet. Vt plena tamen* Zoſimorum *notitia habeatur, caput illud ſubnectimus.*

VITA

ex Prato ſpirituali Ioan. Moſchi.

a b 1 a DErreximus ad Abbatem Zoſimum Cilicem in monte b Sina, vbi morabatur: renuerat enim Epiſcopatum ſenex, & redierat in cellulam ſuam, Erat autem vir magnę abſtinentiæ; narrauitque nobis dicens: Cùm eſſem iunior, exiui de Sina, & abij in c Ammoniacen, vt illic morarer, inueniique ibi ſenem veſtitum colobio de d ſibino. Senex autem, vt vidit me, priuſquàm illum ſalutarem, ait mihi: Quid huc aduenisti, Zoſime? Vade, non enim potes hîc ſedere. Exiſtimans autem, quia cognouiſſet me, proſtraui me ante illum, dicens: Fac caritatem, Pater, vnde me noſti? Senex autem dixit mihi: Ante duos dies apparuit mihi quidam, dicens: Ecce veniet ad te monachus quidam, nomine Zoſimus; non permittas eum hîc manere: volo enim Eccleſiam Babylonis, quæ in Ægypto eſt, illi credere. Tacuitque ſenex, & dimiſſo me, abiit à me quantum eſt iactus lapidis. Et cùm duas horas in oratione compleſſet, venit ad me, & oſculans faciem meam, ait mihi: Fili cariſſime benè veniſti; Deus enim te huc adduxit, vt commendes terræ corpus meum. Dixi autem ei: Quot annos in hoc loco habes, Abba? Dixit ad me: Quadraginta & quinque annos impleo. Et apparuit mihi facies eius tamquàm ignis; & ait mihi: Pax tibi, fili, & ora pro me. Et hæc dicens collocauit ſe ipſum, & requieuit. Ego autem effoſſâ humo ſepeliui eum, & poſt duos dies receſſi glorificans Deum.

c *Zoſimus it in eremũ:* d *agnoſcitur & futura diſcit à ſancto ſene,* *quem ſepelit:*

2 Narrauit autem nobis & hoc ſenex, dicens: Ante annos viginti duos aſcendi in e Porphyriten, volens illic morari; accepi autem & diſcipulum meum Ioannem mecum. Cùm ergo illuc veniſſemus, inuenimus duos anachoretas, manſimuſque prope illos. Erat autem alter quidem ex his Galata, nomine Paulus; alter verò Melitinus, nomine Theodorus, ex monaſterio fuerat Abbatis f Euthymij. Ferebant autem colobia ex pellibus bubalorum. Manſi autem illic ferme duos annos, diſtabamuſque ab inuicem quaſi duobus ſtadiis.

e *it in aliam eremum.*

3 Die autem quadam cùm ſederet Ioannes diſcipulus meus, percuſſit eum ſerpens, ſtatimque defunctus eſt, ſanguinem ex omnibus partibus fundens. In multâ igitur anguſtiâ exiſtens, abij ad anachoretas: qui ſtatim vt viderunt me turbatum & afflictum, antequàm aliquid dicerem ad eos, dicunt mihi: Quid eſt, Abba Zoſime, mortuus eſt Frater? Dico illis: Ita ſanè mortuus eſt. Venientes igitur mecum, videteſque ipſum in terrâ iacentem, dicunt mihi: Noli contriſtari, Abba Zoſime; adeſt diuinum adiutorium. Vocanteſque Fratrem dixerunt: Frater Ioannes ſurge, quia ſenex te opus habet. Continuoque ſurrexit Frater de terrâ. Quærentes autem beſtiam, & inuenientes, tenuerunt eam, & in conſpectu noſtro illam in duas partes diſruperunt. *diſcipulus eius à duobus eremitis ſuſcitatur.*

4 Tunc dicunt mihi: Abba Zoſime, vade in Sina: Deus enim tibi committere vult Eccleſiam Babylonis. Continuò itaque receſſimus nos. cumque veniſſemus in Sina, poſt paucos dies Abbas miſit me & duos alios in miniſterium in Alexandriam: tenenſque nos Papa Alexandrinus beatiſſimus g Apollinaris, omnes tres fecit Epiſcopos, vnum quidem h Heliopoleos, alium Leontopoleos, me verò in Babylonem miſit. *Zoſimus fit Epiſcopus.* g h

5 Dicebat Abbas Sabbatius: Cùm ſederem in monaſterio Abbatis i Firmini, venit latro quidam ad Abbatem k Zoſimum Cilicem, & rogabat ſenem dicens: Fac caritatem, per Deum te precor, quia multis homicidiis obnoxius ſum, fac me monachum, vt iam tandem deſiſtam à ſceleribus meis. Senex verò exhortans illum, fecit monachum, & ſanctũ ei habitum dedit. Poſt modicum verò temporis dixit ad illum ſenior: Crede mihi, fili, non potes hîc habitare: nam ſi audierit Princeps, tenebit te; ſimiliter autem & aduerſarij tui necabunt te. Sed audi me, & ducam te in cœnobium Abbatis Dorothei prope l Gazam & Maiumam. Illuc igitur iuit. Vbi cùm moratus eſſet annis nouem, didiciſſetque pſalterium, & cunctam monaſticam obſeruationem, rediit rurſus in Firmini monaſterium ad ſenem, & ait illi: Fac miſericordiam mecum, Pater, & da mihi veſtimenta mea ſecularia, & recipe monaſtica. Senior autem triſtis effectus ait illi: Cur fili? Qui reſpondens ait: Ecce nouem (vt noſti, Pater) annos egi in cœnobio, & quantum potui ieiunaui, & continenter vixi, & cum omni quiete & timore Dei fui in ſubiectione: & ſcio quia illius infinita bonitas multa peccata mea remiſit mihi: verumtamen aſpicio ſæpiùs puerulum adſtantem, & dicentem mihi: Cur me occidiſti? Hunc autem aſpicio in ſomnis, & in eccleſiâ, & cùm ad communionem pergo, & in refectorio hæc eadem mihi dicentem; & vel vnâ horâ non ſinit me quieſcere. Ideò itaque, Pater, abire volo, vt pro puerulo moriar. Fruſtrà enim & ſine vllâ cauſſâ occidi puerulum ipſum. Sumptis ergo veſtimentis ſuis, exiit. Et cùm ſic indutus pergeret m Dioſpolim, tentus eſt, & ſequenti die decollatus. *Admiſſus ab eo in monachũ latro,* *facta 9. annis pœnitentiâ,* *redit ad ſeculum,* *ingens ſceleſtus morte luiturus.* l m

a *Ioannes Moſchus ſcilicet & Sophronius Sophiſta.*

b *De monte Sinâ, eiuſq; monaſteriis, actum* 14. *Ianuar. ad Vitam SS. Sabbæ, Eſaiæ, & aliorum* 36. *& iterum in hiſtoriâ caedis SS. Theoduli, Pauli, Ioannis,* &c.

c *S. Athanaſius tom.* 1. *epiſt. ad vitam ſolitariam agentes, huius loci meminit:* Relegarunt, *inquit,* Epiſcopos, qui in clero conſenuerunt, & per multos annos in Epiſcopatu verſati fuêre, ex quibus Ammonium in ſuperiorem Oaſim; Muim, Pſenoſirim, Ilamona, Plenem, Marcum, Athenodorum, in Ammoniacam, in exilium miſerunt, nihil aliud captantes, quàm vt in deſertis ſoliſque locis oberrando perirent, *&c. Eſt autem* Ammoniaca regio. *Ammoniaca re-*

regio Ptolemæo lib. 4. cap. 5. & Tabulâ 3. Africæ vltra Oasim in Libyâ exteriore.

d *Græcè, ἀπὸ σιβίνης κηλόβιον. & cap.* 120. induti colobiis de ſibino *referuntur. Roſweydus in Notationibus ad Moſchum num.* 26. *& in Onomaſtico fatetur, quid* ſibinum *ſit,* nondum ſibi compertum eſſe. *Fortè* ſabanum *legendum. Monachis S. Pachomij apud Benedictum in Concordiâ Regularum cap.* 42. §. 3. *ex regulâ S. Pachomij cap.* 81. *conceduntur duo* lebitonaria, *ſeu colobia,* & vnum vſu attritum ex ſabano, quo collum humerique circumdantur. *Eſt autem* ſabanum, *linteum, ſeu linteamen, teſte S. Iſidoro lib.* 19. *Originum cap.* 16. *vbi de linteis agens, ait:* ſabanum nomen Græcum. *Victor lib.* 3. *Vandalicæ perſecutionis:* Clàm furto neſcientibus cunctis, illa quibus eum ſuſcipiens de fonte dudum texerat, ſabana baiulabat. *& mox:* Hæc ſunt linteamina, Elpidophore miniſter erroris, quæ te accuſabũt. *S. Gregorius lib.* 4. *Dial. cap.* 55. Inuenit quemdam incognitum virum ad ſuum obſequium præparatum, qui ſibi de pedibus calceamenta abſtraheret, veſtimenta ſuſciperet, & exeunti de caloribus ſabana præberet. *& alibi in Dialogis:* Quem *defunctum* ex more lotum veſtimentis indutum, & ſabano conſtrictum, ſuperueniente veſpere, ſepelire nequiuerunt. *Benedictus in Concordiâ Regularum cap.* 41. §. 11. *ex regulâ Magiſtri cap.* 17. Frater conſignatas habeat cotes, & ſpongias calceariorum, facitergia, mappas, vel ſabana. *Lexicon Græco-Latinum vetus Henrici Stephani:* Σάβανον, ſabanum, lencium, *lege* linteum. *De lineo colobio monachorum in Ægypto actum eſt* 17. *Ianuar. ad vitam S. Antonij num.* 66. *in Prolegom.*

Sabanum.

e *S. Pyoterium, ſeu Pitirum, anachoretam in* Porphyrite *ſedentem monuit Angelus vt in Tabenneſiotarum monaſterio feminarum de ſanctiore ſe muliere inquireret. Pelagius lib.* 6. *de Vitis Pat. libel.* 18. *num.* 19. *Palladius lib.* 8. *cap.* 42. *Hic vixit prope Bethlehem cum Poſidonio, qui etiam in* Porphyrite *ſolus in ſpeluncâ antè habitârat cap* 77.

f *De eo, eiuſq; Laurâ in monaſterium mutatâ, actum* 20. *Ianu.*

g *Interfuit V. Concilio Oecumenico Conſtantinopoli habito an. Ch.* 553. *de tempore ſedis actum eſt* 23. *Ianuar. ad vitam S. Ioannis Eleemoſynarij, in prolegomenis* §. 3. *num.* 14.

h Heliopolis, Leontopolis, & Babylon, *Ægypti inferioris, quam Delta appellant, antiquæ & celebres ciuitates, à ſe inuicem non procul diſſitæ. Conſule Ptolemæum, Strabonem, alioſq;.*

i *Fuit Firminus ex primis ſeptuaginta diſcipulis S. Sabæ: de quo in huius Vitâ MS.* In his diſcipulis erat magnus quoque Firminus, qui in partibus Magmis magnum poſteà parauit monaſterium. *Vita excuſa* 5. *Decembris: Inter* quos diſcipulos erant Firminus & Seuerianus, ex quibus alter quidem ædificauit Lauram quæ eſt in Maliſchâ, alter verò monaſterium quod eſt in Marichâ. *Monaſterium* S. Firmini *numeratur inter loca eremi ſanctæ ciuitatis in Concilio Conſtantinopolitano ſub Agapeto Papâ & Mennâ Patriarchâ an. Ch.* 536.

k *Ita Græca & Latina exemplaria. Si idem* Zoſimus *eſt de quo iam actum, hæc geſta eſſe oportet antequàm in Porphyriten abiret, vnde Sinam montem petiit, ac paullò pòſt Epiſcopus eſt factus. Et fortaſſis relictâ monaſterij illius præfecturâ, in ſolitudinem illam cum Ioanne diſcipulo ſeceſſit, quietis ſtudio.*

l *De* Gazâ, *eiuſq; portu* Maiumâ, *pluribus agemus XXVI. Februarij in Vitâ* S. Porphyrij *Epiſcopi Gazenſis. De vtrâque vide Adrichomium in tribu Simeonis cap.* 46. *&* 56.

m Dioſpolis, *olim* Lydda, *etiam* Georgiopolis *appellata, Ioppe vicina. De quâ actum* 22. *Ianuarij ad vitam S. Anaſtaſij cap.* 2. *num.* 16. *litt. F. Alia* Dioſpoles *in Ægypto.*

DE B. BERTRANNO, SIVE EBERTRAMNO, ABBATE S. QVINCTINI IN GALLIA BELGICA.

SECV. VII. I XXIV. IANVAR.

B. Bertrãni patria,

natalis.

QVaternos *Belgica noſtra* Aureæ valli, *in Conſtantienſi ſiue Vindoniſſenſi olim diœceſi, viros Apoſtolicos, antiquæ religionis reſtauratores, propagatores pietatis, debet,* Audomarum, Mummolinum, Bertinum, Bertrannum. *Audomarus Teroanæ Morinorum & Bononiæ Epiſcopus, colitur* 9. *Septembris: Mummolinus, ſive Mummolenus, Nouiomenſis & Tornacenſis Antiſtes,* 16. *Octobris: Bertinus Sitienſis Abbas* 5. *Septembris.* Bertrãni, *ſiue* Bertrandi, Ebertramni, Ebertramij, Bertrami, Bertrammij, *in vnico, eoq; non admodùm vetuſto, Kalendario Sanctorum ordinis S. Benedicti reperimus ita inſcriptum* IX. *Kal. Februarij nomen:* Eodem die S. Ebertranni Abbatis monaſterij S. Quintini, ſocij B. Mummolini.

2 *Natalem eius VVion & Menardus non expreſſêre: de eo tamen in Appendice Benedictini Martyrologij ita ambo ſcripsêre:* Ebertramus Conſtantienſis, monachus Luxouienſis, à S. Mummolino magiſtro ſuo Abbas S. Quintini conſtitutus, in zelo religionis conſenuit. Claruit anno Domini 680. *Sauſſaius quoque* Bertrammium *ac* Mommolenum *inter Sanctos, quorum ignotus eſſet natalis, recenſuit: licet* S. Mommolenum *16. Octob. retuliſſet, vbi &* B. Ebertranni *meminit: ſed videtur ambos hoſce diuerſos ab illis exiſtimaſſe. Appendix quarta ad Chronicon Conſtantienſe in catalogo Sanctorum illius diœceſis ita habet:* S. Ebertramius monaſterij S. Quintini Præfectus, ex eâdem valle *Aureâ. Mendosè idem Chronicon capite primo nomina expreſsit:* De SS. Bertino, Numolino, & Ebortramio. Bertinus Abbas Luxouienſis, ex Valle Aureâ prope Conſtantiam, cum Rumolino & Ebortramio propriam patriam relinquentes ad S. Audomarum Epiſcopum Morinenſem venerunt; à quo ad prædicandum miſſi, officium legationis fideliter impleuerunt. *Non fuit S. Bertinus Abbas Luxonienſis, ſed Luxouij à primâ ætate cum Mũmolino & Bertranno, à S. Euſtaſio (de quo* 29. *Martij agemus) monaſticâ diſciplinâ eruditus.*

Fit monachus Luxouij, cum SS. Bertino & Mummolino:

3 *De eorum in Belgiũ aduentu iſta narrantur in Vitâ S. Bertini:* Ergo cùm iam Dominus militem ſuum mundo manifeſtiùs propalare diſpoſuiſſet, ne in abſconſo lucerna tantæ claritatis lucens, tot mortalium ſpiritualia commercia differret; egreſſus tantùm duobus commilitibus Mummolino & Ebertranno, magnæ ſcilicet ſanctitatis viris tertius adiunctus, perfectus ſanctæ Trinitatis cultor, in Galliam vſque peruenit. Videntes igitur prædicti ſancti viri, Bertinus ſcilicet & ſocij eius, ibidem meſſem quidem multam, operarios autem paucos, cœperunt longè lateque verbum vitæ inſtanter per totam Galliam diſſeminare. Adhæſerunt autem eis quamplures viri religioſi, qui ab eiſdem à manè vſque in veſperum æternæ vitæ pabulis reficiebantur. Nec minùs quoque Palatini Proceres, intermiſsâ ad tempus regali ſeruitute, ad eos confluebant, eorumque modeſtam conuerſationem in rectè viuendo ad exemplum ſibi proponebant. Tempore illo Lotharius filius Ludouici Regis regni Francorum monarchiam gubernabat: cuius aures cùm iam, ſuorum Procerum relatione, pulſaret SS. Bertini ſociorumque eius eximiæ conuerſationis crebra opinio, eos ſuis iuſſit adſtare conſpectibus. Quibus illatis, à Rege vir Domini Bertinus & eius ſocij honorificè ſunt ſuſcepti, & longo tempore intra Regis palatium ſummâ diligentiâ ſurrogati.

cum iis venit in Gallıam:

prædicãt,

multos ad pietatem inſtituunt, etiam Proceres:

honorantur à Rege:

4 Poſt longum autem temporis interuallum præmemorati viri S. Audomarum tunc Teroanenſium Epiſcopum, cuius compatriota & conſanguineus erat S. Bertinus, adierunt, vt ei in prædicando eſſent comites, quatenùs in æternâ retributione à Deo mererentur fieri æqualis gloriæ participes. Sanctus verò Audomarus eoſdẽ Dei famulos gratificè recipiens, omnipotẽti Deo gratias egit, qui tales ſibi ad prædicandum Euangelium adiutores miſit. Erant enim perfecti in fide Catholicâ, & in Eccleſiaſticis diſciplinis, atque in diuinâ ſcripturâ eruditi. Subibant igitur officium legationis ſuæ labore prædicationis continuo. ....

adeunt S. Audomarum.

eumq; iuuant in prædicando.

5 Intereà decedẽte AchariоEpiſcopo vrbis Nouiomæ, ad epiſcopatum eiuſdem vrbis venerabilis vir Mummolinus prouehitur. Et Ebertramnus cœnobio S. Quintini à Mummolino præficitur. *Eadem in vitâ S. Audomari narrantur,*

Bertrannus fit Abbas.

rantur, coniunctâ semper pari trium sociorum laude: diciturq; Mummolinus primùm præfectus veteri monasterio in Morinis; eo verò ad episcopatum euecto, Bertinus. Chronologiam ad vitam SS. Bertini & Audomari discutiemus: nam qui ad Clotharium Clodouei II. filium dicuntur accersiti, priusquàm S. Audomarum adirent; iis deinde ac S. Audomaro bona sua ad monasterij constructionem donasse dicitur Adroaldus VIII. Idus Septembris, anno XI. Clodouei, qui erat Christi DCLIV: at Clotharius anno DCLX. regnare cœpit. Agit de B. Bertranno *Ioannes Trithemius de viris illustribus ord. S. Benedicti lib.3. cap.108. vbi* S. Mummolini discipulum *vocat, quia fortassis in veteri monasterio, vt diximus, Abbas fuit Mummolinus, & sub eo monachi Bertinus & Bertrannus: alioquin condiscipuli fuerant in Luxouiensi asceterio. Est* S. Quintini *cœnobium in Veromanduis, vbi nunc munitissimum oppidum Francici iuris. Illud porrò ad* B. Bertranni *honorem facit, quòd multi in Belgio nostro* Bertranni *ac* Bertrandi *nomine appellantur.*

Eius alibi memoria.

Ex Vsuardo.

DE B. RAINALDO

ORD. CRVCIGERORVM IN PICENO.

XXIV. IANVAR.

B. Rainaldi natalis,

publica veneratio,

MOns Vlmus honestum oppidum *est, vt scribit Leander, in Piceno, quinque à Macerata milliaribus. Hîc, vt testatur Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ,* B. Rainaldus *Confessor ex ordine Crucigerorum,* in honore haud mediocri habetur, ecclesiâ eius nomine dedicatâ. Quem Fratres Cruciferi in suis Ecclesiis officio diuino venerantur hac die. Eiusdem Franciscus Maurolycus meminit in Martyrologio. *Hæc Ferrarius. At* Rainaldi *nomen in Maurolyco non reperimus.* Quo tempore inter mortales vixerit, *negat Ferrarius reperire se potuisse. De eo idem in generali Catalogo SS.* In monte Vlmi in Piceno B. Raynaldi ordinis Crucifer orum. *De ordinis Crucigerorum antiquissimâ origine, progressibus, reformatione, agit Paulus Morigia historiæ Religionum cap.31. & Siluester Maurolycus in Oceano Religionum lib.1. vbi de* B. Rainaldo *hoc solum tradit:* S. Rainaldus quoque ex hac fuit congregatione, & S. Moricus. *de* Morico *agemus 30. Martij. Hæc porrò Crucigerorum congregatio in solâ ferè Italiâ nota est hoc tempore, diuersa ab eâ cuius in Belgio nostro, in tractu fere tantùm Rheni ac Mosæ, cœnobia extant.*

professio.

XXV. IANVARII.

SANCTI QVI VIII. KAL. FEBR. COLVNTVR.

S. Ananias, Apoſtolus, Martyr in Syriâ.
S. Seuerianus, Epiſcopus Gabalitanus, Mimate in Galliâ.
S. Medula, & ſociæ, } Martyres.
S. Artemas puer, S. Antimaſius, S. Sabinus, S. Leodocius, S. Theogenes, } Martyres, Puteolis in Campaniâ.
S. Donatus, S. Secundus, S. Papias, } Martyres, Carthagine.
S. Agapis, Martyr.
S. Caſtula, Capuæ in Campaniâ.
S. Fabianus, S. Sabinianus, } Martyres in Siciliâ.
S. Sodon, Rauennæ in Italiâ.
S. Iuuentinus, S. Maximus, } Martyres, Antiochiæ.
S. Bretannio, Epiſcopus Tomitanus in Scythiâ.
S. Publius, Abbas in Syriâ.
S. Apollos, ſiue Apollonius, Abbas in Thebaide.
S. Mares, Abbas in Syriâ.
S. Linentius, Confeſſor in Galliâ.
S. Præiectus, Epiſcopus Aruernẽſis, S. Marinus, ſiue Amarinus, Abbas, S. Elidius, } Martyres in Galliâ.
S. Proiectus, Diaconus Martyr, Caſali in Italiâ.
S. Demetrius, ſacrorum vaſorum cuſtos.
S. Poppo, Abbas, Stabuleti in Belgio.
B. Adelwiua eius mater.
Henricus Suſo, ordinis Prædicat. Vlmæ in Germaniâ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Itha, Virgo Hibernica. *Martyrol. Anglicanum nouum. De eâ egimus* xv. Ianu.

S. Vitus Nicomediæ. *MS. S. Hieronymi & Rhinovvicnſes* Nicomediæ Biti. *MS. Dungalenſe* Vitium & Bitium *habet. refertur & à Carthuſ. Colonien.* Vitus *hoc die. At fortaßis tamen idem eſt qui relatus* xx. Ianu.

S. Amaſius Epiſcopus Teanenſis *refertur hoc die à Ferrario in generali catalogo SS. De eo egimus* xxiii. Ianu.

S. Boiſilus, Præpoſitus monaſterij Melroſenſis in Scotiâ, S. Cutberti magiſter, *in nuperâ editione Martyrologij Anglicani ad hunc diem relatus eſt: ſed perperàm* Abbas *dicitur, eiuſq; monaſterium collocatur ad* Tinam *fluuium, quod ad* Twedam *eſt. Vitam dedimus* xxiii. Ianu.

S. Euſebia hoſpita. *Molan. Ferrarius, Baſilius Sanctorius, Felicius. De eâ egimus* xxiv. Ianu.

Bacchyli Epiſcopi primi Meſſanenſis ordinationem *ſolenni ſupplicatione hoc die celebrari, tradit Octauius Caietanus noſter in Ideâ operis de SS. Siciliæ.*

S. Proteus, S. Seuerus, } Martyres. *Ferrarius:* Romæ in æde S. Sueſtri ſanctorum Martyrum Protei & Seueri. *citat in notis tabulas illius Eccleſiæ: at tempus, locum, genus martyrij ait ignorari. Octauius Pancirolus in Theſauris abſconditis almæ Vrbis reg. 4. eccleſ. 5. accuratè recenſet reliquias eccleſiæ S. Silueſtri in campo Martio, nec* Protei & Seueri *meminit. niſi fortè ſint* Proceſſus & Seuerus, *de quibus idem Ferrarius agit 13. Octob. Multi alioquin* Seueri *Martyres; & facilè potuerunt cuiuſpiam ex iis reliquiæ aliquæ ad eam ædem transferri.*

S. Polycarpus, S. Epictetus, S. Publianus, S. Raumianus, } *Memorantur in MS. Dungalenſi, cuius verba dabimus cùm de* Sauiniano & Fabiano *agemus infrà. Vix dubium quin hi aliis diebus celebrentur, putà 26. & 24. Vtut ſit, vnum illud ſequi Martyrologium non optimæ notæ, etſi perantiquum, nolumus.*

Maximus, Epiſcopus & Confeſſor, Antiochiæ. *Galeſinius. Mendum ſuſpicamur quòd hoc die colatur* S. Maximus miles *cum* S. Iuuentino *Antiochiæ occiſus, quos Conſtantinopoli adſcripſit Galeſinius. Nec vſquam in faſtis* S. Maximus Epiſcopus Antiochiæ *adhuc à nobis repertus: & ſilet de eo in Notationibus ipſe Galeſinius. Fuit tamen* Maximus Epiſcopus Antiochiæ, *qui interfuit Concilio Chalcedonenſi, & actione 7. laudatur, quòd cupierit ſtatui certos de Eccleſiâ ſuâ ſumptus* Domno *deceſſori ſuo, qui abdicatus fuerat. quod perperàm de ipſo* Maximo *dicitur in Chronologiâ Nicephori.*

Iſidorus Preſbyter. *MS. Florar. Non eſt facile decernere, quis hic ſit è multis* Iſidoris.

Brumaſius, Epiſcopus Calaritanus, cognomento Eleemoſynarius. *Ferrar. Honorifica eius mentio fit cap. 27. Vitæ S. Fulgentij 1. Ianuar. ſed eum Sardi non colunt.*

Eoglodius monachus, S. Columbæ diſcipulus, atque in conuertendâ Pictorum gente adiutor, *coli dicitur in Galouidiâ Scotiæ prouinciâ, referturq; hoc die in Martyrol. Anglicano, atque à Ferrario, Dauide Camerario: laudatur à Leſleo lib. 4. de geſtis Scotorum, Hectore Boëtio lib. 9. In nouâ editione Martyrologij Anglicani refertur XX. Ianuarij. Vbi res geſtas illius conſecuti fuerimus, certiùs licebit de die natali pronuntiare.*

Acolythum Martyrem *ſcribit Ferrarius Parentij in Iſtriâ coli, fuiſſeq;* S. Præiecti *Epiſcopi Aruernenſis miniſtrum cum eo coronatum martyrio.* S. Elidius *eſt fortaſſe, de quo infrà ad Acta* S. Præiecti. *Idem 18. Nouemb. agens de eius &* S. Præiecti *inuentione, iterum* Acolythum *nominat.*

B. Semina Virgo. *Carthuſiani Colonien. Ignota hæc nobis.*

Falbeus Abbas Scotus. *Ferrar. citans Scotorum Martyrologia. Martyrologio Anglicano, ipſiq; Dauidi Camerario ignotus eſt.*

Dida Abbatiſſa, *de quâ XV. Ianuarij in vitâ S. Boniti actum, hoc die refertur ab Andreâ Sauſſaio in Supplemento Martyrologij Gallicani, &* Beata *prædicatur. at non fuit, vt ipſe ſcribit,* Aruernenſis parthenonis Abbatiſſa, *ſed Lugdunenſis: nec per actorum exceptorem renuntiatum ei eſt, vt aliquas ſibi reliquias S. Boniti retineret, ſed per puellam Chriſto deuotam, quæ ad Sancti tumulum fuerat à paralyſi curata.*

Adelphius Abbas Magnilonenſis apud Aruernos, *qui tranſla-*

translationem S. Boniti Episcopi curauit, vt XV. Ianuarij diximus, refertur hîc, & Sanctus *appellatur à Saussaio, & Ferrario, qui Canisium citat; ast in Canisio nec* Adelphij Abbatis, *nec* Adolphij, *vt eum Saussaius vocat, nomen reperitur.*

Guilielmus de Campellis, cognomento Venerabilis, *primus institutor monasterij S. Victoris iuxta Parisios, ibidemq; Canonicus, ac deinde Catalaunensis Episcopus, hoc die anno 1121. obiit, vitæ sanctitate & doctrinâ clarus, & in Claraualle sepultus. Fallitur ergo Chrysostomus Henriquez, qui VI. Iulij eum refert. Quod verò idem, & multò antè Rogerius Houedenus, scripsit,* Guilielmum *abdicato Episcopatu habitum Cistercienſem induisse, id Victorini Canonici omnino negant. Refert eum hoc die, & inter* Pios *connumerat Andreas Saussaius in Supplemento Martyrologij: Ferrarius* Beatum *vocat.*

Sanctissimi ordinis Præmonstratensis institutio *hoc die Martyrologio Gallicano adscripta est ab Andreâ Saussaio. De eâ agemus VI. Iunij ad vitam* S. Norberti.

Gaufridus Episcopus Carnotensis, Apostolicæ Sedis in Galliâ Legatus, *plurimis maximisq; laudibus à S. Bernardo, Petro Venerabili, Baronio, aliisq; ornatus; obiit hoc die, vt scribit Claudius Robertus, & recensetur hîc à Saussaio inter* Pios. *Chrysostomus Henriquez 1. Februarij reponit, &* Beatum *prædicat.*

Ioannes du Iardin, Conuersus Villariensis in Brabantiâ, *sanctitate vitæ, ac præsertim pietate erga beatissimam Virginem, & reuelationibus illustris; refertur à Chrysostomo Henriquez in Menologio Cistercienſi hoc die, cum* Beati *titulo; à Saussaio inter* Pios. *De eodem agit Arnoldus Raissius in Hierogazophylacio Belgico, & fusè MS. liber de viris illustribus cœnobij Villariensis.*

Henricus Conuersus Villariensis, *quem 22. Ianuarij inter omittendos retulimus, hoc die adscriptus est Kalendario Cistercienſi Diuione edito.*

Catharina quædam Virgo sanctimonialis Germana, ordinis Cistercienſis, *refertur hoc die à Chrysostomo Henriquez in Menologio Cistercienſi, ac* Beata *appellatur.*

Beatrix Virgo, soror S. Claræ *refertur hoc die à Monstierio, qui &* Beatam *scribit, vti & Rodulphius lib. 1.*

S. Ioannis Baptistæ ecclesiæ Sanctimonialium Virginum Capuæ dedicatio *hoc die recolitur, vt patet ex eiusdem cœnobij Kalendario, quod Michaël Monachus edidit.*

Ioannucius de Valleterenâ, ordinis Minorum laicus, *obiit Nursiæ hoc die anno 1447. magnâ opinione sanctitatis.* Eius corpus, *vt scribit Gonzaga par. 2. Orig. Seraph. conuentu 15. prouinciæ S. Francisci,* ad Nursinorum instantiam, quibus in maximâ veneratione est, prope summum altare honorificè quiescit. *Eadem habet Marcus Vlyssipon. 3. par. lib. 2. cap. 31. Hunc Rodulphius lib. 1. hist. Seraph. & Monstierius in Martyrol. Franciscano* Beatum *vocant.*

Benedictus Niger, ordinis Minorum, *obiit Panormi hoc die, vt scribit Monstierius, qui* Beatum *vocat, aitq; inchoatos de eius sanctitate processus: quod & Carolus Rapinæus scribit par. 1. præfat. nu. 4.*

Cæcilia Virgo sanctimonialis, ordinis Prædicatorum, *Ferrariæ in monasterio S. Catharinæ Senensis, 25. Ianu. anno 1507. decessit, magnâ castitatis, innocentiæ, ac patientiæ laude, vt narrat Seraphinus Razzi, atque ex eo Siluanus Razzi, qui* Beatam *appellat.*

Antonius de Cremonâ, ordinis Minorum Sacerdos eximiæ virtutis, *hoc die anno 1575. obiit iuxta Vercellas, &* Beatus *hic appellatur à Monstierio. Gonzaga par. 2. Orig. Seraph. conuentu 5. prouinciæ Mediolani, de eo hæc scribit: Est cœnobium S. Mariæ de Bethleem iuxta Vercellas,* tum apud Vercellenses, tum quoque apud conuicinos populos in maximâ veneratione, idque ob religiosam eius incolarum vitam, atque ob beatum Patrem Antonium à Cremonâ ibidem sepultum, qui multigenis meritis atque miraculis clarus, anno Domini 1575. die verò mensis Ianuarij 25. diem clausit extremum. *Paria scribuntur à Barezzo 4. par. Chron. lib. 7. cap. 12.*

Hazecha Virgo. *Ferrar. De eâ agemus* XXVI. Ianu. Ex variis.

Thyrsus Martyr Miletj. *MSS. Martyrol. per antiqua monasteriorum Latiensis & S. Martini Tornaci, & MS. Dungalense, in quo* Thyrsius *dicitur. Colitur* XXVIII. Ianu.

S. Sauinianus Martyr in agro Trecassino. *MS. Florar. Nos* XXIX. Ianu.

S. Felix, tertius Metensis Ecclesiæ Antistes, *hoc die à Saussaio refertur. De eo agemus* XXI. Febru.

S. Matrona, Virgo Lusitana, *in ecclesiâ S. Prisci diœcesis Capuanæ duplicem obtinet celebritatem: prior agitur XXV. Ianuarij, estq; illius ecclesiæ dedicatio; altera natalis est ipsius Virginis, celebraturq;* XV. Martij.

S. Gregorius Nazianzenus. *Menæa, Beda, Rabanus, Notkerus, Maurolycus, Canisius, Galesinius, & alij. Colitur* IX. Maij.

S. Pavli Apostoli Conversio, *ab Ecclesiâ Romanâ celebratur hoc die, in multis prouinciis, ac nominatim Belgicâ nostrâ, solenni à forensibus negotiis aliisq; seruilibus laboribus feriatione. Damus hoc gloriæ Apostoli gentium, & ipsi è gentibus ad sortem filiorum Dei vocati. Eiusdem* Translatio *in S. Hieronymi, Rabani, Notkeri, Maurolyci, aliorumq; Martyrologiis hoc die inscripta. De hac & Conuersione agemus ad Apostoli vitam* XXIX. Iunij.

Lucina matrona. *Cartus. Colonien. in Addit. ad Vsuardum Martyrolog. Germanic. MS. Florarium, Ferrarius. De eâ Martyrol. Romanum* XXX. Iunij.

S. Esaiæ Prophetæ commemoratio prope S. Laurentium Constantinopoli *fieri hoc die consueuit; (vt patet ex Menæis & Maximo Cythereo) quæ, aut quam ob rem instituta, nos latet. Plenius de sancto Prophetâ agemus cum Martyrologio Romano* VI. Iulij.

S. Sauinianus Martyr Pictauis. *MS. Bedæ Martyrol. Societatis Iesu Antuerpiæ.* Sabinus *est fortassis, siue* Sauinus, *qui cum* S. Cypriano *colitur* XI. Iulij.

SS. Basenes, Helis, Ghani, & Sophiæ mater, Martyres sub Adriano, *hoc die in Kalendario Coptico consignatæ leguntur. Suspicamur* SS. Fidem, Spem, Caritatem *esse, quæ ab Ecclesiâ Romanâ coluntur* I. Augusti.
at S. Sophia *mater* XXX. Septemb.

S. Agileus Martyr Carthagine. *MS. Martyrolog. S. Hieronymi, Carthusiani Colonienses, at Martyrolog. Romanum* XV. Octob.

S. Simonis, } Apostolorum, repositio Tholosæ. *Saus-*
S. Iudæ, } *saius. Coluntur* XXVIII. Octob.

S. Racho, *siue* Rachanarius, Augustodunensis, ac deinde Basileensis Episcopus, *hoc die colitur, ac rursus 5. Decembris, teste Saussaio & aliis. Quidam 29. Martij, alij 5. Nouembris referunt. Vt vitam illius adipisci interea liceat, differimus eum in* V. Decemb.

Allatæ sunt anno 1587. mense Octobri Vlyssipponem præclaræ plurimorum Sanctorum reliquiæ, quas magno studio ex variis locis conquisierat, ac præsertim à Rudolpho II. *Imperatore & Mariâ eius matre impetrârat* Ioannes Borgia *cum pientissimâ coniuge suâ* Franciscâ Aragoniâ, *atque eximio splendore exornatas, donârat Domui professæ Societatis Iesu in eadem vrbe, S. Rocho dicatæ: ad quam XXV. Ianuarij anni sequentis solenni supplicatione translatæ, cùm priùs ab Archiepiscopo* Michaële de Castro *legitimè essent de more approbatæ.* Albertus Austriacus, *qui Lusitaniam tunc pro* Philippo II. *Rege administrabat, eas piè veneratus ac deosculatus, pompam omnem magnificæ supplicationis iussit litteris tradi. Extat eo anno editus de eâ liber à Manuele de Campos, quem è Lusitano sermone in Hispanicum vertit Aluarus de Veancos. Distincta erat pompa duodecim omnino ferculis, siue feretris, quibus sacra pignora gestabantur, apparatus singularis; quem fortassis alibi dabimus, vel I. Februarij ad vitam* S. Brigidæ *Virginis, vel XVII. Nouembris ad* S. Gregorij Thaumaturgi *quo vtroque die, ob capita amborum translata,* Sixtus V. *Pontifex Maximus, iubilæum perpetuum in eâ æde concessit. Hîc nomina solùm dabimus Sanctorum, quorum fuêre reliquiæ, indicato cuiusque natali die, quo plenius de iis acturi sumus: nisi quòd quosdam ab aliis eiusdem nominis secernere nequiuimus: quorumdam peculiarem natalem*

Ex variis.

natalem nondum reperimus. Horum ergo Sanctorum fuêre reliquiæ:

S. Priſcæ Virg. Mart. *feretro 6. Colitur* XVIII.
S. Sebaſtiani Mar. *ferculo 8.* XX.
S. Agnetis Virg. Mart. *fer. 8.* XXI.
S. Vincentij Mar. *pars mandibulæ cum duobus dentibus, fer. 8. aliæ eius reliquiæ fer. 10. & 12.* XXII.
S. Ioannis Eleemoſynarij Epiſc. *digitus cum carne, neruus brachij, pars item nerui, os brachij fer. 4. aliæ eiuſdem reliquiæ fer. 7.* XXIII.
S. Mari Epiſcopi Treuirenſis XXVI.
S. Valerij Epiſc. Treuir. XXIX. } IAN.

S. Brigidæ Virg. *caput fer. 10.* I.
S. Blaſij Ep. Mar. *fer. 10. & 12.* III.
S. Dorotheæ Vir. Mar. *fer. 6. & 8.* VI.
S. Vedaſti *caput fer. 10. an Epiſcopi Atrebatenſis? colitur hic* VI.
S. Apolloniæ Virg. Mart. *dens fer. 6. aliæ reliquiæ fer. 8.* IX.
S. Valentini Mar. *fer. 10.* XIV.
S. Matthiæ Apoſtoli *os magnum brachij fer. 3. aliæ eius reliquiæ fer. 8. & 10.* XXIV. } FEB.

S. Kunegundæ Auguſtæ Virg. *fer. 6.* III.
SS. XL. Martyrum *fer. 12.* IX.
S. Gregorij Papæ *fer. 8. & 10.* XII.
S. Longini Mar. *fer. 10.* XV.
S. Gertrudæ Virg. *fer. 6.* XVII.
S. Photinæ Samaritanæ *fer. 6. & 8.* XX.
S. Benedicti Abb. *fer. 8.* XXI.
S. Clementiæ *fer. 6.* XXI.
S. Felicis Epiſcopi Treuir. *fer. 10.* XXVI. } MARTII.

S. Mariæ Ægyptiacæ *fer. 8.* II.
S. Sixti Papæ Mart. *fer. 10. primus colitur* VI. } APRIL.
ſecundus VI. AVG.

S. Adalberti Epiſc. Mart. *fer. 10.* XXIII.
S. Marci Euangeliſtæ *fer. 8.* XXV.
S. Petri Mar. ord. Prædic. *fer. 10.* XXIX. } APRIL.

S. Philippi Apoſtoli *fer. 8. & 10.* I.
S. Iacobi Apoſt. *fer. 8. & 12. dens vnus* I.
Variæ partes ſacratiſſimæ Crucis *Chriſti fer. 4. 8. 10. 11. 12. de quibus agemus vel ad Inuentionem eiuſdem Crucis* III.
vel ad Exaltationem XIV. SEPT. } MAII.

S. Floriani Mar. *fer. 12.* IV.
S. Staniſlai Epiſc. Mar. *fer. 7.* VII. } MAII.

S. Simeonis Eremitæ *fer. 10.* I.
S. Eraſmi *fer. 8.* II.
S. Paulinæ *fer. 6.* VI.
S. Medardi Epiſcopi *fer. 10.* VIII.
S. Barnabæ Apoſtoli *fer. 8. & 12.* XI.
S. Marinæ Vir. Mar. *fer. 6.* XVIII.
S. Petri Apoſt. *fer. 8.* }
S. Pauli Apoſt. *fer. 8.* } XXIX. } IVN.

S. Ottonis Epiſc. Bambergen. *brachium fer. 4.* II.
S. Procopij Abb. *os magnum fer. 2. & aliæ reliquiæ fer. 12.* IV.
S. Margaritæ Vir. Mar. *fer. 6.* XX.
S. Praxedis Virg. *os magnum fer. 5.* XXI.
S. Mariæ Magdalenæ *oſſa complura & magna, fer. 6. 8. 12.* XXII.
S. Chriſtinæ Vir. Mar. *fer. 8.* XXIV.
S. Iacobi Maioris Apoſt. *fer. 8.* XXV.
S. Chriſtophori Mart. *fer. 8.* XXV.
S. Annæ matris Deiparæ Virginis *fer. 8.* XXVI.
S. Marthæ Virg. *fer. 6.* XXIX. } IVL.

S. Nicodemi Diſcipuli Chriſti *fer. 10.* III.
S. Dominici Confeſſoris *fer. 8.* IV.
S. Afræ Mart. *fer. 8.* V.
S. Oſwaldi Regis Northumbriæ *fer. 12.* V.
S. Laurentij Mart. *fer. 8. 10. 12.* X.
S. Wigberti Preſbyteri *fer. 10.* XIII.
Partes duæ tunicæ & veli Deiparæ Virginis *fer. 6. & 8.* XV. } AVG.

S. Rochi Confeſſoris *os fer. 7.* XVI.
S. Helenæ Auguſtæ *fer. 8.* XVIII.
S. Bernardi Abbatis *fer. 8.* XX.
S. Bartholomæi Apoſtoli *fer. 8. 10. 12.* XXIV.
S. Auguſtini Epiſcopi *fer. 8.* XXVIII.
S. Ioannis Baptiſtæ *fer. 8.* XXIX.

S. Ægidij Abb. *fer. 7. & 12.* I.
S. Ludmillæ auiæ S. Wenceſlai *fer. 6.* XV.
S. Euphemiæ Vir. Mar. *fer. 6. & 8.* XVI.
S. Euſtachij Mart. *fer. 7.* XX.
S. Matthæi Apoſtoli *fer. 8.* XXI.
S. Mauritij Mart. *fer. 10.*
S. Candidi Mart. *fer. 12.* } XXII.
S. Acacij ſocij S. Victoris Mart. *12.*
Alterius è Thebæis Martyribus *caput fer. 5.*
SS. Coſmæ & Damiani *MM. fe. 8.* XXVII.
S. Wenceſlai Ducis Mart. *fer. 8.* XXVIII.
S. Hieronymi Doctoris *fer. 8.* XXX. } SEPT.

S. Palmachij Mart. *7.* V.
S. Gereonis Mart. *brachium 8.* X.
S. Florentij Ducis Mart. *fer. 10.* X.
S. Colomanni Mart. *12.* XIII.

S. Aureliæ Virg. *caput fer. 6.*
S. Gregorij Mart. *8.* } XV.
S. Hedwigis Duciſſæ Poloniæ *fer. 6.*

S. Lucæ Euangeliſtæ *8.* XVIII.
S. Clementis Epiſc. Mart. *è ſodalibus S. Vrſulæ, caput fer. 12. aliæ reliquiæ fer. 10.*
S. Agnetis Virg. Mart. *6.*
S. Ioſippæ Virg. Mart. *brachium fer. 3. aliæ reliquiæ fer. 6. aliarum octo ex eodem S. Vrſulæ collegio capita fer. 1. 2. 5. 9. 10. 11. & aliæ reliquiæ 7.* } XXI.
S. Benignæ Virg. Mart. *fer. 6.*
S. Iuſtinæ Virg. Mart. *fer. 6. & 9.*
S. Sponſæ Virg. Mar. *fer. 6.*
S. Coronæ Virg. Mart. *fer. 6.*
S. Mariæ Salomes *fe. 6. & 8.*
S. Cordulæ Virg. Mart. *fer. 1. 6. 8.* } XXII.
S. Iudæ Thadæi Apoſt. *fer. 8.* XXVIII.
S. Wolfgangi Epiſc. Ratiſbonen. *fer. 7.* XXXI. } OCTOB.

S. Theodori Mart. *fer. 10.* IX.
S. Martini Epiſc. *10.* XI.
S. Gregorij Thaumaturgi Epiſc. *caput fer. 11. & aliæ eius reliquiæ fer. 8. & 10.* XVII.
S. Elizabethæ viduæ *brachium fer. 3. aliæ reliquiæ fer. 6. & 8.* XIX.
S. Cæciliæ Virg. Mart. *6.* XXII.
S. Catharinæ Virg. Mart. *6. & 8.* XXV.
S. Andreæ Apoſtoli *fer. 8. 10. 12.* XXX. } NOVEMB.

S. Albani Mart. *12.* I.
S. Barbaræ Virg. Mart. *inſignes reliquiæ 1. 6. 8.* IV.
S. Nicolai Epiſc. *fer. 8. 10. 12.* VI.
S. Ambroſij Epiſc. *8.* VII.
S. Anaſtaſiæ *fer. 6.* VIII.
S. Eulaliæ *fer. 6. fortè Virgo & Martyr Emeritenſis eſt, quæ colitur* X.
S. Luciæ Virg. Mart. *8.* XIII.
S. Odiliæ *6.* XIII.
S. Thomæ Apoſt. *8.* XXI.
S. Stephani Protomartyris *fer. 8. 10. 12.* XXVI.
De veſte S. Ioannis Apoſt. *fer. 6.* XXVII.
SS. Innocentium *aliquæ reliquiæ fe. 12.* XXVIII. } DECEMB.

S. Eleutherij Mart. *12.*
S. Iuliani Mart. *10.* } *Quia plures iiſdem nominibus ſunt Sancti, certos his dies tribuere non poſſumus.*
S. Ruffini Mart. *10.*

S. Chryſanthi Epiſc. Baſileenſis *fer. 2. & 10.*
S. Geuæ Virg. Mar. *caput, 3.*

S. Mili

S. Miliæ Virg.
S. Caſairæ Virg.
S. Hippolytæ,
S. Tenellæ Virg. Mart.
S. Eluiræ *fer. 8.*

} *fer. 6.* { *Horum nobis necdum cognitus eſt natalis.*

Duorum Sanctorum capita, quorum nomina vetuſtate erant oblitterata, fer. 9. Ex VARIIS.
Quarumdam item innominatarum Sanctarum reliquiæ, fer. 7.

DE S. ANANIA

APOSTOLO DAMASCI, ET MARTYRE.

SECVL. I. XXV. IANVAR.

S. Ananiæ martyrij Acta,

1 *Sancti Apoſtoli Ananiæ martyrium in nullis Latinorum cuſis manúve exaratis codicibus reperimus: inter Metaphraſtæ lucubrationes extat, Latio donatum à Gentiano Herueto, editum à Lipomano tomo 6. de Vitis Sanctorum 1. Octobris, quo die & illud collocauit in ſuo opere Surius. Nos antiquum Græcum MS. exemplar nacti, Latinè ex eo vertimus, contulimuſq; cum Herueti interpretatione.*

natalis apud Græcos 1. Octob.

2 *Martyrium peregiſſe in iis Actis traditur primo Octobris; quo eum celebrant Græci, vt omnia eorum Menologia, Menæa, Anthologion, aliiq; rituales Faſti indicant. Actorum compendium ita refertur in Menologio Henrici Caniſij:* Commemoratio ſancti Apoſtoli Ananiæ, vnius ex LXX. Hic cùm eſſet diſcipulus Apoſtolorum, ab illis factus eſt Epiſcopus Damaſci, qui B. Paulum Apoſtolum, diuinâ reuelatione admonitus, baptizauit. Cùm igitur multos in vrbe Damaſco & Eleutheropoli ſanaret, & ad Chriſti fidem conuerteret, Licinio Præſidi aſſiſtens, & Chriſtum verum Deum eſſe profeſſus, aridis neruis cæditur, laniatur, atque extra vrbem eductus, iuſſu Præſidis lapidatus eſt, & martyrij coronâ donatus. *Menæa aliquantò etiam fuſiùs:* Sãcti Apoſtoli Ananię. Damaſcenus erat patriâ ſanctus Apoſtolus Ananias, qui Paulum, iuſſu diuino, baptiſmate tinxit; Epiſcopus eiuſdem ciuitatis. Multis igitur Damaſci miraculis ſanitatum effectis, multiſque Eleutheropoli ad Chriſtum adductis, ab Luciano Præſide neruis bubulis cæditur, lacerantur ei latera, & facibus vſtulantur; demumque vrbe eiectus, lapidibus obruitur, itaque martyrium finit, & ad æterna tabernacula emigrat. *Eadem habent Maximus Cythereus & Anthologion ab Clemente VIII. approbatum.*

apud Latinos 25. Ian.

3 *Latini eodem, quo S. Pauli conuerſionem, die colunt S. Ananiam. Martyrologium vetus Romanum à Roſvveydo editum:* VIII. Kal. Februa. Conuerſio S. Pauli. Apud Damaſcum S. Ananiæ, qui ipſum Paulum baptizauit. *Eadem ferè habent Beda, Vſuardus, Ado, Notkerus, aliaq; & ſcripta manu, & typis vulgata Martyrologia: è quibus omnibus tam Græcis quàm Latinis hoc concinnatum elogium in Martyrologio moderno Romano:* XXV. Ianuarij, apud Damaſcum natalis S. Ananiæ, qui eumdem Apoſtolum (*de Pauli conuerſione egerat*) baptizauit. Hic cùm Damaſci, & Eleutheropoli, alibique Euangelium prædicaſſet, ſub Licinio Iudice neruis cæſus & laniatus, demum lapidibus oppreſſus, martyrium conſummauit. *Natalem eius hoc die etiam ſtatuit Notkerus. Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 21. ait,* apud Damaſcum obiiſſe in pace eodem die, quo & Paulum baptiſmo genuerat filium, videlicet VIII. Kalend. Febru. *Sed vnde habet Petrus,* in pace *eum* obiiſſe? *Idem legitur, ſed hinc hauſtum, in Martyrologio Germanico.*

Fuerítne Epiſcopus:

4 *Vetus Martyrologium Colonienſe:* Apud Damaſcum S. Ananiæ Preſbyteri & Confeſſoris, qui eumdem Apoſtolum baptizauit. Preſbyterum *ſaltem fuiſſe indicat S. Auguſtinus lib. 2. Quæſt. Euang. quæſt. 47. vbi ait,* Paulum ad illum miſſum eſſe, vt illo Sacerdote, quod in Eccleſiâ conſtitutum eſt, ſacramentum doctrinæ fidei perciperet, & verus eius approbaretur color. *Oecumenius tantùm* Diaconum *ſcribit, plures* Epiſcopum Damaſcenorum. *Præiuit, haud tamen ſatis certus dux, hypobolimæus Dorotheus in Synopſi: quem ſecuti ſunt Petrus de Natalibus, Caniſius, Maurolycus* (*qui* Sophronium *citat; at quem?*) *Galeſinius, qui primum eius vrbis Epiſcopum facit. Florarium MS. hoc die:* Apud Damaſcum S. Ananiæ diſcipuli Chriſti. Hic Damaſcum fide Chriſti perluſtrauit; illic quoque ſæuum Chriſtianorum perſecutorem baptizauit. *Ita Actorum 9. verſu 10. de eo dicitur:* Erat quidã diſcipulus Damaſci, nomine Ananias, *&c. Caſſianus Collat. 2. cap. 15. vocat* Seniorem, *hoc eſt, ſuperiorem ac Doctorem,* Pauli. *Ipſeraet Apoſtolus hoc de ſuo ſpirituali Patre elogium coram Agrippâ tulit Actor. 22.* Ananias, *inquit,* qui- *laudatus à S. Paulo.*
dam vir ſecundùm legem teſtimonium habens ab omnibus cohabitantibus Damaſci Iudæis, veniens ad me, & adſtans dixit mihi: Saule Frater reſpice, & ego eâdem horâ reſpexi in eum. At ille dixit: Deus Patrum noſtrorum præordinauit te, vt cognoſceres voluntatem eius, & videres Iuſtum, & audires vocem ex ore eius: quia eris teſtis illius ad omnes homines, eorum quæ vidiſti & audiſti: & nunc quid moraris? exurge, & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine ipſius. *Quanto Saulum feruore alloquitur, tantâ, aut etiam maiori, cum Chriſto fiducià & familiaritate egit. quapropter S. Chryſoſtomus eius verba perpendens, ait,* Ananiam valdè fuiſſe inſignem, cùm tam liberè Chriſto ipſi reſponderit, & Chriſtus tam ei perſpicuè futura expoſuerit, quod nec Angelus cum Philippo fecerat, *Actor. 8.* *&S. Chryſoſtomo.*

Domus eius Damaſci.

5 *Gagneius ex loco antè citato* de cohabitantibus Iudæis, *eum arbitratur* ex tribu Iudâ *fuiſſe. Damaſci domum Ananiæ in hodiernum vſque diem oſtendi, tradit ex Bredenbachio & Fretello Adrichomius in Manaſſe 2. cap. 40. cuius ſitum & formam deſcribit, ac ſculptam exhibet, Quareſmius tomo 2. Elucidationis Terræ ſanctæ lib. 7. peregrinatione 6. cap. 3. qui ſecundò Damaſci fuit. Addit eam domum deinde in templum Chriſto Domino & S. Ananiæ dicatum fuiſſe conuerſam, nunc Turcarum Meſquitam eſſe. Meminit quoque illius domus Chriſtophorus Radziuillius.*

ACTA EX MS. GRÆCO.

1  Vm impius *a* Lucianus, ad partes Orientis in *b* Betagauren Eleutheropoleos, ab iis qui non minùs idolorum veſaniam quàm Imperij ſceptra ſuſceperant, miſſus eſſet, acerrima facta Chriſtianorum inquiſitio eſt. Hic ergo Lucianus pro tyrannico ſedens tribunali, vel ante opera ipſa verbis animi furorem ſpirabat, mala, vt ita dicam, fabricans Chriſtianis: litteræque & edicta per omnem prouinciam frequentia mittebantur, vt nolentes dæmonis ſacrificare, confitenteſque Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum verum Deum, atque eius ſacra ſectantes, non ſolùm acerbiſſimis ſubiicerentur ſuppliciis, & per ignẽ, & feras, ac mare, aliaque cruciatuum genera mortem ſubirent; ſed & ſacra eorum corpora domeſtico ſepulchro carerent, foraſque raptarentur canibus ac feris pabulum futura.

a
b

Lucieni Præſidis perſecutio.

2 Ananias igitur cæleſtium myſteriorum interpres, Deique Apoſtolus, vnus & ipſe de *c* ſeptuaginta Chriſti diſcipulis, diuinâ quadam virtute & inaſpectabili claritate, Antiochiâ, vbi primùm Chriſtianorum cœpit nomine celebrari gens noſtra, *d* Damaſcum venit, vt nec ipſa veritatis eſſet ſeminum expers, nec pietatis fructuum infecunda.

c

S. Ananias Antiochiâ Damaſcũ venit.

d

3 Intereà autem Paulus magis magiſque aduersùs Apoſtolorum chorum rabiem parturiens, intolerabiles in eos minas iactans, atque incredibili quodam aduersùs eos accenſus odio, rogauit Principem Sacerdotum, vt litteras mitteret ad eas ſynagogas quæ iſthic erant, vt *Saulum ſauientem,*

ex ms. Græco. qui recuſaſſent Chriſtianorum religionem deſerere, eos vinctos ſub cuſtodiâ Hieroſolymam vel inuitos pertraheret. Ei verò rei omnia ſapienter adminiſtrans Prouidentia interuenit, quæ etiam eminùs præſtruere occaſiones ſolet, quando ita ſucceſſurum quid videt, vt inde boni quidpiam enaſcatur. Ibat igitur Damaſcum Paulus: cumque iam vrbi appropinquaret, lumen cæleſte oculis ſuis circumfuſum videt, ſoloque proſtratus his ſe verbis compellari audit: Saule, Saule, quid me perſequeris? Et, Conſurgens, inquit, pete ciuitatem, vbi dicetur tibi quid te oporteat facere. Cumque ſurrexiſſet, apertis oculis neminem videre poterat: verùm manu ductus Damaſcum ingreditur. Ananiæ autem præcipit Deus: Vade, inquit, in vicum Rectum, ac Paulo Tarſenſi manibus impoſitis, ab oculis eius caliginem depelle. Nam & ipſe mihi vas electionis erit, portabitque nomen meum coram gentibus & Regibus & filiis Iſraël. Venit igitur diuinus Ananias, ſicut ei dictum erat à Domino, & Paulo videndi facultatem reſtituit. Nihil verò attinet minutatim ſingula perſequi, cùm in promptu ſit ex Actibus ea, ſi quis voluerit, cognoſcere. Ille autem & ad pietatem conuertitur, & *e* nomen ſimul mutat cum moribus, adſcenditque in tertium cælum, atque Euangelium prædicans orbem circuit terrarum, tantus amore erga Chriſtum effectus, quantus rabie aduersùs Chriſtianos priùs exiſtimabatur, vtroque & robur naturæ & animi magnitudinem oſtendens.

eodẽ diuinitus cæcatum,

viſu redonatum,

e baptizat:

4 Sic ergo Ananias cùm Paulum ad veram perduxiſſet vitam, dupliciterque illuminaſſet, & cum hac quæ oculis cernitur luce, ad eam quoque, quę intelligẽtiâ percipitur, vt oportet intuendâ præparaſſet, ibat per Bethagauren prædicans Euangelium: & veluti rationali quadam ſagenâ, diuinâ ſcilicet doctrinâ, in quos inciderat omnes ad Dei cognitionem pertrahebat.

prædicat in Bethagaure:

5 Cùm in his verſaretur, comprehenditur ab iis quorũ munus erat venari Chriſtianos, atque ad filium tenebrarum Lucianum Præſidem perducitur. Ille verò mox in publico theatro præſidet: virum autem plurimùm admiratur, emicantem cernens eximiam aſpectus venuſtatem, & ſingularem morum compoſitionem, ac linguam multis gratiis fluentem. Hæc cernens laruam benignitatis induit, ac manſuetudinem ſimulat, multam intus occultans feritatem. & ſermone ad hilaritatem compoſito, Crede mihi, inquit, Anania, vtilia ſuadenti, & diis noſtris aſſenſus, repudia quem prædicas Crucifixum: neque effiejas vt forma hæc aſpectu longè pulcherrima ſupplicijs conſumatur. Ille autem, Deum verum, inquit, adoro, ipſi adhæreo, ipſum ſolum ſpecto, neque eo mihi quidquam eſſe dulcius poteſt: cuius ego & ad Pauli mentem veritatis cognitione imbuendam, & viſum oculis eius reſtituendum miniſter effectus ſum: qui Saulus quidem priùs dicebatur, Paulus verò à Domino mutato nomine appellatus eſt, vt qui ſuperatâ ignorantiæ *f* iactatione, ad firmum ac ſolum portum, Ieſu mei fidem, per agnitionem acceſſerit.

comprehẽditur:

tentatur blanditiis,

f

5 Videris, inquit Iudex, magnitudine ac robore corporis fretus, aduersùs ipſa ſupplicia tollere ſupercilium. Quare & ſapientia tibi in dementiam conuerſa eſt, & abundanti prudentiæ, vt video, leuitas ſucceſſit. Hæc audiens magiſter veritatis, oculis & manibus ſtatim in cælum ſublatis, Domine Ieſu Chriſte, inquit, Deus virtutum, numquàm me ſuis caſſibus implicet inimicus. Sed & mihi pro te pati liceat, & coronis tuis ornari, & choro coniungi tuorum diſcipulorum, vt mihi, ſicut & Paulo, ſalus contingat. In his ille orans perſiſtebat: ſed mox precationem plagæ, nudo tergo inflictæ, exceperunt. Ad hæc præcones ſucclamabant: Præſidi obtempera, & potentibus diis ſacrifica. Ananias verò labia quidem mouebat, ſine voce tamen orationem ſurſum mittebat ad Deum.

minis,

flagris:

6 Ita tormentis miniſque ſuperior eſt factus, ac priùs carnifices ab inferẽdis, quàm ipſe à tolerãdis verberibus fatigati deſtitêre. Ergo à tormentis Diſcipulus ſimul & Martyr relaxatur, rurſus verò ad blanditias vulpes (Præſidem dico) conuertitur. Sed nunc ſaltem, inquiebat Diſcipulo, ad te redi, & tuæ parce animæ, tuæque pulchritudinis miſerere, quæ alioqui perit. Nam maiora te manent ſupplicia, ipſos iuro deos. Ille autem multo Chriſti amore cor inflammatus, fortiter acriterque inſultans reſpondit, non modò ſe numquàm ſacrificaturum eſſe dæmonibus, ſed curaturum vt quoſcumque poſſet ad Chriſti fidem conuerteret. Deinde & in ipſum Præſidem linguæ neruos intendit, acrioribuſque eum verbis inceſſit: Non erubeſcis, inquit, ô vere infelix, ac pudoris foueam ingrederis, nunc quidem flagris ſæuiens, nunc blanditiis ſurrepens, & tamquàm delicatum quempiam puerulum mollibus nos verbis demulces?

nouas blãditias contemnit:

7 His incitatus Iudex, nudatum Martyris corpus iubet ferreis vnguibus laniari, dein & lampadibus vſtulari; vt dum paullatim corpus eliquaretur, ita diuturniores dolores ad cor affluerent. Sed ferreos vngues, perinde ac ſi eos alius quiſpiam pateretur, contẽnebat Martyr: ignis quoque illi ceſſabat, neque ignis eſſe credebatur: ipſum verò cor tyranni quadam ratione peruadebat, magiſque ad inſaniam concitabat; &, Quouſque, inquit, iuſſis Imperatorum non obtemperabis, & quos ipſi deos colũt, non honorabis? At ille, Cur me, ait, eadem & de iiſdem loqui ſæpiùs cogis, tamquàm eorum qui in choreâ ludunt, ſermonis curſum circumagentem? Scias igitur, ſcias & credas, non ſolùm fore vt nullâ re frangar, non cruciatu, non donis, non blanditiis, non minis, neque aliâ re vllâ; ſed vt eos etiam, qui iam ſunt ſuperati, aut ſponte in errorem inciderunt, acerbè defleam, & te præ ceteris deplorem, qui non ſolùm tibi ipſi ſis exitij cauſſa, ſed & alios plures, partim inducas, partim cogas inuitos impietatem cõplecti. Neſcis quòd quæ à vobis coluntur æs ſunt, ligna, ac lapides, quibus vt materiâ vtens homo, ipſe Dei figmentum, iſta efformat? Quomodò ergo poteſt non abſurdum videri, vt opus ipſe ſuum adoret opifex? aut quiſnam homo ſanæ mentis operi manuum ſuarum cultum exhibeat, aut bona ab eo petat?

vnguibus laniatur:

facibus vſtulatur:

venuſtè ridet eadẽ ſæpiùs interrogantem:

8 His ſeruus perditionis magis efferatus, cùm non valeret verbis aduersùs athletam decertare, lapidibus obrui, ipſemet lapis, eum extra vrbem ab adſtantibus iubet. Is verò qui talia erat paſſurus, pro lapidibus linguã miſit in eos qui non ſunt dij, dicens: Dij qui cælum & terram non condiderunt, pereant. Cùm verò ad locum conſtitutum peruenisſet, ac iam lapidibus obrueretur, manibus in cælum eleuatis; O Rex Regum, inquit, & Domine dominantium, ſuſcipe hoc acceptabile ſacrificium, meam hanc per lapides conſummationem. Continuò preces oblata à Deo corona, atque ad Regnum æternum euocatio, vt par erat, eſt conſecuta, primo die menſis Octobris.

obruitur lapidibus;

9 Corpus verò Martyris verè beatum, quidam Martyrum amantes, poſtquàm lictores domum eſſent reuerſi, magnificè ſuſtulerunt, & ſplẽdidiſſimè inuolutum in regione Damaſcenorum, in paternâ eius hereditate depoſuerunt *g*, ad gloriam Patris, Filij & Spiritus ſancti, vnius & indiuiduæ Trinitatis, cui cõuenit honor, imperium, maieſtas & magnificentia, nunc & in ſecula, Amẽ.

ſepelitur.

g

a *Græcè,* Λυκιανὸς *in Actis, Menæis, Anthologio, & apud Cythereum. At Menologium & Martyrologium Romanum,* Licinius. *Mendum irrepſiſſe Martyrologio putat Biuarius, reponendumq; Lucilij Baſſi nomen; ita namque Dextri Chronicon habere an. Chr.* 70. *num.* 3. Peregrinatio ad loca ſancta Hiſpaniæ ex aliis locis orbis terrarum, à multis quidem & diuerſis facta: & peregrinatio ad S. Ananiam, paſſum ſub Lucilio Baſſo Iudææ Procuratore 25. Ianuarij, Hiſpanis inſuper regionibus celebris habetur.

b *Ita MS. Græcũ:* Ἐν Βηθαγαυρῇ τῆς Ἐλευθεροπόλεως. *Heruetus,* Bethagabre Exeutheropolis. *Menologium & Martyrologium Romanum,* Eleutheropolis. *Eſt* Βαϑγαβρὰ, Bætogabra, *Ptolemæo lib.* 5. *Geographia cap.* 16. *& Tabulâ* 4. *Aſiæ, inter* vrbes Iudææ ab occaſu Iordanis fluuij. *Eadem fortè quæ Euſebio de nominibus locorum diuinæ Scripturæ,* Bethalaim, vicus vno milliari diſtans Eleutheropoli deſcendentibus Gazam. *qui S. Hieronymo lib. de locis Hebraicis* Bethagla *dicitur.* Eleutheropolis *autem meminit ſæpè S. Hieronymus, & videtur vrbs fuiſſe in Iudæâ ad Philiſthæorum vergens regionem; perperàm cum Chebrone à nonnullis confuſa, vt plu-*

Bethagaure.

Eleutheropolis.

vt pluribus docet Bonfrerius noſter in cap. 9. Iudicum v. 21. qui ob nullam eius in Scripturâ repertam mentionem, iudicauit Chriſti & Apoſtolorum temporibus non extitiſſe; ſed poſtmodùm ante S. Hieronymi tempora fuiſſe adificatam. Verùm obſtat horum Actorum S. Anania locus, niſi Bethagaure, *ſiue* Bartogabra, *aut* Bethagla; *à recentiore ſcriptore fuerit* Eleutheropoleos *appellata, (quòd ei vrbi eſſet propinqua) quò à duobus aliis locis* Bethagla *dictis diſtingueretur. Eorum meminit idem Hieronymus in voce* Areaatad, *ita ſcribens:* Areaatad locus trans Iordanem, in quo planxerunt quondam Iacob, tertio ab Hiericho lapide, duobus millibus à Iordane, qui nunc vocatur Bethagla, quod interpretatur Locus gyri, eò quòd ibi more plangentium circumierint in funere Iacob. *Gen. 50. De eo agitur Ioſue 15. & 18.* Eſt *denique* alia villa Bethagla maritima in octauo à Gazâ milliario, *vt Hieronymus ibidem addit.*

c *Idem docent, liber de LXX. Diſcipulis, qui Dorotheo vulgò tribuitur, Petrus de Natalibus, Maurolycus, Caniſius.*

EX VARIIS.

d *Baronius anno Chr. 35. cùm de diſcipulis Chriſti poſt S. Stephani lapidationem diſperſis egiſſet, addit nu. 5.* Hac ipsâ diſperſione Ananias Diſcipulus profectus Damaſcum collegit Eccleſiam.

e *De nomine* Sauli & Pauli *multa habet Thomas Maſſutius noſter in Vitâ S. Pauli lib. 1. cap. 1.*

f Σάλος *commotionem, tumultum, ac maris iactationem ſignificat. Eò auctor alludit, quaſi inde Sauli ductum ſit nomen. At παῦσις, quies eſt, παύειν quieſcere.*

g *Quareſmius lib. 7. peregrin. 6. cap. 4. ait tradi à Syris, S. Anania corpus ſepultum eſſe, aut certè tranſlatum, ad nobilem eccleſiam, in quam mutata eſt domus Iudæ, primum S. Pauli hoſpitium, vbi ab Ananiâ illuminatus eſt. De quâ Iudæ domo, & fonte in quo S. Paulus eſt baptizatus, agit Chriſtopherus Radziuilius in Hieroſolymitanâ Peregrinatione, epiſtolâ 2.*

DE S. SEVERIANO

EPISCOPO GABALITANO IN GALLIA.

XXV. IANVAR.

GAbalum, *ſiue* Gabalorum, *aut* Gabalitanorum, *caput olim* Anderitum *fuiſſe, cenſent viri eruditi, vt XIV. Ianuarij ad* S. Firmini *natalem diximus. Eius à Barbaris euerſi ruinas ingentes ſpectari ad vicum* Iauouls *appellatum, teſtatur Guilielmus Catellius lib. 2. hiſtor. Occitaniæ cap. 11. quatuor ferè à* Mimate, *vrbe nunc Gabalorum primariâ,* Mende *Gallis vocitatâ, leucis diſtantem. Hic nunc Sedes Epiſcopalis eſt, quæ priùs Anderiti: & fuit alioquin etiam primis Antiſtitibus habitatus locus. Fidem faciunt* S. Priuati, *quæ XXI. Auguſti dabimus, Acta, in quibus hæc leguntur:* Tunc regioni, ſiue Eccleſiæ, illi S. Priuatus præſidebat, ſedem in Mimatenſi habens viculo, propterea quòd qui ante ipſum epiſcopatus ordinem tenuerant, in eo loco & commorati fuerant & ſepulti.

Gabalorũ vrbs epiſcopalis,

nunc Mimate.

S. Seueriani primi Epiſcopi natalis:

2 *Vnius ex his* S. Priuati *prædeceſſoribus, in vulgatis Epiſcoporum Galliæ catalogis,* Seueriani *nomen extat: ceterorum interciderunt. Coli* S. Seuerianus *conſueuit XXV. Ianuarij; quo die Vſuardus:* Item ciuitate Gaualis S. Seueriani Epiſcopi, mirandæ ſanctitatis & doctrinæ viri. *Eadem ferè Beda vulgatus, Ado, Notkerus, Bellinus, aliiq; quamplurimi excuſi & MSS. & nonnulli* Seuerinum *vocant; ciuitatem* Gabalenſem, Gabalen, Gabilonem. *Celebrat eum quoque hoc die Sauſſaius, Florarium, & plerique alij, etſi quidam cum* Seueriano *altero, vt mox dicemus, confundant, infami mendo. Ferrarius XXVI. Ianuarij* S. Seueriani *feſtum agi ritu duplici per totam diœceſim Mimatenſem ſcribit: fortaſſis ob S. Pauli feſtiuitatem in ſequentem diem reiicitur; niſi Ferrarium fefellerit memoria.*

imperium totius prouinciæ ei donatum:

3 *Acta eius ignota nunc ſunt: illud ſolum de eo ſcribit Ioannes Chenu in catalogo Epiſcoporum Mimatenſium:* Ex diuerſis documentis, quæ in archiuis epiſcopatus Mimatenſis reperiuntur, elicitur, B. Seuerianum primò eidem Eccleſiæ præfuiſſe, & à D. Martiale ordinatum, in hæc verba: Poſt Chriſti in cælum aſcenſionem, præſidebat in Gabalitano & regione eadem Rex, ſiue Tetrarcha, infidelis & paganus, omnem tenens ſuperioritatem & dominationem in eadem, quo tempore B. Martialis ad illam partem declinauit, & conſecrauit in ciuitate Mimatenſi capellam in honorem B. Mariæ Virginis. Poſteà verò S. Seuerianus, qui fuit ibi primus Epiſcopus, dictum Regem, ſeu Tetrarcham, ad fidem Catholicam conuertit, & eumdem baptizauit: qui quidem Rex ad fidem Catholicam conuerſus, decedens ſine liberis, totam dictionem Eccleſiæ contulit & donauit: & ex tunc dictus S. Seuerianus rexit & gubernauit totam dictam terram & regionem Gabalitanam. Ex quibus monumentis authenticis colligimus, B. Seuerianum fuiſſe primum Epiſcopum Mimatenſem.

poſteri eam Comiti appellatã anno 1326. epiſtolam citat, inſcriptã Venerabili in Chriſto Patri ac Domino ſuo cariſſimo, Guillelmo diuinâ prouidentiâ Epiſcopo Mimatenſi, & Comiti Gaualitano. *Sed hoc recentius, quàm vt illam Gabalitanæ ditionis donationem (etſi minimè à maiorum noſtrorum pietate alienam) aſſerere poſſit.*

4 *Narrat hæc eadem Catellius, ſed negat firmari à ſe poſſe aut refelli, qui quæ citantur Eccleſiæ Mimatenſis monumenta non exp̃derit, ac ne viderit quidem. Ceterùm Marini Sanuti Venetiis expeditã anno 1326. epiſtolam citat, inſcriptã* Venerabili in Chriſto Patri ac Domino ſuo cariſſimo, Guillelmo diuinâ prouidentiâ Epiſcopo Mimatenſi, & Comiti Gaualitano. *Sed hoc recentius, quàm vt illam Gabalitanæ ditionis donationem (etſi minimè à maiorum noſtrorum pietate alienam) aſſerere poſſit.*

iam Comites appellati:

Seueriani ætas.

5 *Traditur, vt iam ex Chenu dictum, S. Martialis Apoſtoli diſcipulus fuiſſe S. Seuerianus: quo ille tempore vixerit, dicemus 30. Iunij. Si* Valeriani & Gallieni *temporibus occiſus eſt* S. Priuatus, *vt in eius actis ſcribitur, & tamen præter Seuerianum alij quoque* ante ipſum epiſcopatus ordinem tenuerant, *haud longè is ab Apoſtolorum abfuiſſe temporibus poteſt.*

Alius Seuerianus Gabalenſis Syrus,

6 *Ceterùm quia aliæ vrbes fuerunt* Gabala *dictæ, alius quoque* Seuerianus fuit Gabalorum *Syriæ Epiſcopus, vir diſertus ille quidem & doctus, ſed ambitioſus ac factioſus, & capitalis S. Ioannis Chryſoſtomi aduerſarius, cuius frequens in hiſtoriâ Eccleſiaſticâ mentio, nominatim apud Socratem lib. 6. cap. 10. & 14. Sozomenum lib. 8. cap. 10. 16. 18. Palladium, Baronium & alios. Eâ cauſſâ factum vt* S. Seueriani, *quod in ceteris extabat, expungeretur è Romano Martyrologio nomen. Primus anſam præbuit Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 23. Secutus Molanus, qui in Martyrologio Vſuardi, ad* Seueriani *nomen margini adſcripſit:* de quo Gennadius cap. 21. *atqui Gennadius eo loco de Syro Seueriano agit. in poſteriori editione Socratem quoque & Sozomenum citat Molanus. Maurolycus:* Ciuitate Gaualis S. Seueriani Epiſcopi, tempore Arcadij Imperatoris, & Ioannis Epiſcopi Cõſtantinopolis, quibus ob doctrinam & ſanctitatem cariſſimus erat. *Galeſinius:* Gabalis S. Seueriani Epiſcopi: is admirandâ ſanctitate, doctrinâque præſtanti vir, & diuinarũ rerum ſcientiâ in primis eruditus, cùm libros præclarè conſcripſit, tum in concionibus egregiè verſatus; ab Arcadio Auguſto ob eam cauſſam ſæpè Conſtantinopolim accerſitus eſt. *Paria ſcribit Martyrologium Germanicum, Felicius, Ghinius, Ioannes Baſilius Sanctorius. Quàm hæ veræ ſint laudes, patebit ex iis quæ ſuo loco in S. Ioannis Chryſoſtomi Vitâ dicentur.*

temerè Sanctus adſcriptus.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

MEDVLA ET SOCIIS

XXV. IANVAR.

Ignota hæc Latinis. Græcis memorata hoc die, Maximo Cythereo & Menæis; in his illud ſolum extat: Τῇ αὐλῇ ἡμέρᾳ ἡ ἁγία Μεδύλη, σὺν τῇ συνοδίᾳ αὐλῆς, πυρὶ τελειοῦται.

Σεπτὴ Μεδύλη, ᾧ Θεῷ λόγια δύλη,
Δύλοις Θεῷ σύναθλ' εἰς πῦρ ὡράθη.

Eodem die S. Medula cum ſuo comitatu igne finitur.

Veneranda Medula, Dei Verbi ancilla,
Famulis Dei ſocia, in igne ſpectata eſt.

Annominatio eſt in vocibus δύλη, *qua ancillam ſignificat, &* Μεδύλη. *Raderus noſter vertit:* S. Medule cum ſodali ſuâ Martyre. *Nobis* comitatus *ille plurium fuiſſe videtur.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS PVTEOLANIS

ARTEMA PVERO, ANTIMASIO, SABINO, LEODOCIO, THEOGENE.

XXV. IANVAR.

ARtemæ *pueri, ac Doctoris, Acta Neapoli accepimus ab Antonio Beatillo noſtro, è vetuſtiſſimo deſcripta Eccleſiæ Puteolanæ codice, ſed mutila. Nomen in Martyrologiis non reperimus, diſertè ſaltem expreſſum. Iungimus hîc alios qui eodem die ac locò coronati; an eodem quoque tempore, nos latet. De iis MS. vetuſtiſſimum S. Hieronymi:* Puteolis, Antimaſius, Sabinus, Leodocius, Teugenis. *in MS. Dungalenſi,* Antimaſius, Sabianus, Leodocius, Teogines, Arthemi-nus *memorantur: an poſtremus ille ſortaſſis* Artemas *eſt? In Martyrolog. Romano:* Item ſanctorum Martyrum Donati, Sabini, & Agapis. *Horum nomina addidiſſe ſe* ex veteri MS. *teſtatur Baronius. Verùm non eſt illud omnino exactum, cùm loca non exprimat, & coniungat ad diuerſa ſpectantes: nam, vt ex noſtro MS. patet,* Sabinus *Puteolanus eſt,* Donatus *Carthaginienſis. at Sauſſaius vtrumque Aruernum facit. quod enim poſt* SS. Præiectum *&* Marinum *hos Martyrologio adſcripſiſſet Baronius, ipſe ad eumdem locum pertinere exiſtimauit, ita ſcribens:* Claromonte Aruernorum natalis beatorum Martyrum Donati, Agapæ & Sabini, qui ob fidei confeſſionem ab Ethnicis excruciati, conſtanti veritatis præconio illuſtre teſtimonium Redemptori reddiderunt. *Et quidem quæ in Martyrologio* Agapis *dicitur, ipſi* Agapas *vir eſt, vt ex indice patet. Ne verbum quidem de iis habet curioſiſſimus Sauaro. Galeſinius hos quoque Aruernos facit.* Artematem (*hunc an alium?*) *26. Ian. habet MS. S. Hieronymi.*

S. Artema Acta,

ceterorum natalis.

ACTA S. ARTEMÆ

Auctore Petro, ex MS. Eccl. Puteolanæ,

eruta ab Antonio Beatillo Soc. IESV.

PROLOGVS AD STEPHANVM EPISC.

1 VEnerabili Patri & ſanctæ Puteolanæ Eccleſiæ inclyto Præſuli & Domino Stephano [a] Petrus.....

Glorificando & venerando reliquias ſanctorum Martyrum, quia B. Artemæ glorioſi Martyris ſanctiſſimum corpus in diœceſi veſtri epiſcopij requieſcit, præcipuiſque miraculis coruſcando plebem fidelium mirabiliter inuitare non deſinit, nec tamen eius paſſio incompoſitè edita relegi prævalet; ſtudioſè ſuggerere curaſti, vt ſicut B. Ambroſius S. Agnetis geſta, & venerabilis Dominus Aripertus [b] S. Fortunatæ paſſionem, clarificare ſtuduerunt; ita & nos illorum ſtudium imitantes, illius paſſionem de inculto elogio transferentes, Eccleſiaſtico do-

a *Stephani Epiſcopi iuſſu Acta hæc elegantiùs deſcribit Petrus;*

b

gmati tradere curaremus, quatenùs ad honorem Domini, & ipſius præfati Martyris Artemæ gloriam, ſacratiſſima illius plebs ampliùs lætificetur, & tantò deuotiſſimè ad eius ſolennia properet, quantò illum cognouerit glorioſum ac triumphale martyrium pro Chriſti amore mirabiliter ſuſcepiſſe. Quapropter egregie Paſtor ſecundùm Diuinum edictum, dicēs, Melius eſt obedire, quàm ſacrificare; ecce Veſtræ Paternitati libentiſſimè parere curantes, inuictiſſimum illius agonem & triumphale martyrium mirificè declarare curauimus. 1. Reg. 15. 22.

Ergo benigne Pater, quia claro dogmate fulges, *eiq; dicat.*
Martyrium ſacrum præfati Martyris almi
Sume ſagax, placidè grates referendo Tonanti;
Atque ſacræ plebi ſtudioſè tradere cura,
Gaudeat vt ſemper de veſtro dogmate ſacro,
Ac Domino Chriſto laudem decantet ouanter.

NARRATIO.

2 Magnificentia maieſtatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, inter glorioſa & admiranda magnalia, quæ mirabiliter operari dignata eſt, quatenùs electos ſuos in amore ſanctæ ſuæ religionis optimè radicaret, ac tormentorum pœnas eos doceret non timere; non ſolummodò viros integrâ ætate pollentes, ſed pueros ac puellas in tenerâ ætate degentes, per gratiam ſancti Spiritus ita confirmare dignatus eſt, ad prudentiam reſponſionis, ac tolerantiam paſſionis, vt ante Præſides ac tyrannos intrepidi adſtarent, ſanctæque Trinitatis fidem deuotiſſimè prædicarent. Ex quorum ſanctâ & admirandâ ſocietate exiſtens venerabilis & ſacratiſſimus puer Dei Artemas, dum adhuc indolis, hoc eſt, iuuenilis ætatis annos gereret, inclytâ proſapiâ exortus, ex ciuitate ſcilicet Puteolanâ, ſecundùm nominis ſui præſagium (nam Atticè c Artemas, Latinè Nûs, ſiue ratio, interpretatur) in arte ſanctæ rationis per Dei gratiam mirificè exaltatus, & à parentibus Chriſtianis litterarum ſtudiis Chriſticola traditus fuiſſet, mirum in modum cœpit inter coætaneos & condiſcipulos nectareâ quadam & admirabili conuerſatione fulgêre; adeò vt non illum tamquàm collegam atque condiſcipulum, ſed velut dilectiſſimum complecterentur germanum.

Etiam puerorum confeſſione glorificatur Deus.

c *Artemas litteris ſtudet,*

omnibus carus:

3 Quid plura? Dum Cathigeta illius d ſecundùm morem magiſterij, per iſagogen, id eſt, introductionem, ad ſecularium litterarum dogmata illum introducere cœpiſſet; ille nihilominùs diuinâ gratiâ illuſtrante præcedere ipſum in ſenſu atque ſermonis acumine ſagaciſſimè cœpit. Ex quo inæſtimabili ac ſtupendo ingenio valdè attonitus idem præceptor eius, non cæleſti & ſupernæ Dei gratiæ hoc tribuere ſtuduit, qui omnia quæcumque voluit, facit: ſed (heu dolor) ſimulachrorū atque idolorū virtutibus condonauit. Proinde in eadē admiratione potiùs puerulos condiſcipulos eius illi ad docendum tradidit; videlicet animaduertere cupiens, ſi tanta gratia conti-

d *ingenio excellit:*

præficitur aliis docendis:

continuata fortuitò & ex accidente ſtudio in eo fulgeret.

4 Tunc Deus omnipotens, totius lucis origo,
Lumine de cuius radiantur corda bonorum,
Non voluit tenebris retineri lumina tanta:
Sed clarè & dignè, qualis quantuſque vigeret
Talia patrando, monſtrauit munere Diuo.

iu fidem & pietatem inſtillat:

Igitur, vt prædictum eſt, dum puer iſte Domini Artemas dogmata litterarum condiſcipulis traderet, inter cetera eis ſacra Dei myſteria mirabiliter inſerebat, ſcilicet qualiter Dominus Chriſtus Filius Dei omnipotentis pro mundi ſalute ex ſacrâ Virgine naſci dignatus ſit, & per myſterium ſanctæ Crucis diabolicam deſtruxerit poteſtatem. De ſapientiæ autē ſtudio ſuadebat eis, dicēs: Diſcite, ô pueri, doctrinam, diſcite ſancta, percipite auribus legem veræ ſapientiæ Dei omnipotentis, de quâ Propheta canit: Initium ſapientiæ timor Domini; intellectus bonis omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in ſeculum ſeculi. Si hoc ita eſt, & verò quia ita eſt, toto mentis amore eius præcepta ſequamur, eius diſciplinam percipiamus, qui fecit Angelicam poteſtatem, cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt, qui corda omnium nouit, & omnes ſapientes ſapienter ſuâ exſuperat poteſtate.

Pſal. 110. 10.

Quiſquis in hoc fidit, ſapienti culmine pollet,
Terrenos ſapiens ſapientes conterit omnes.
Hanc quoque ſophiam nemo contemnat amator,
Qui publicam quærit cum Chriſto ducere vitam.

rc ad Præceptorem delatâ,

5 Hæc & his ſimilia dum puer Domini Artemas condiſcipulis intimaret, illoſque ad amorem cæleſtis ſapientiæ accenderet; tandem amici hoc explorantes & cognoſcentes, inflammati admodùm, Præceptori eius nuntiauerunt, dicentes: O diſciplinæ Pater, magnæque ſapientiæ indagator, ô ſacrorum numinum cultor atque defenſor, prouide ne fortè *e* pro doctrinâ prauâ diſcipulorum accreſcat magna incuria ſacrorum deorum. Ecce etenim Artemas diſcipulus ille veſter, quem ad docendum pueros ſtudioſè poſuiſti, non illis ſapientiam, ſed iniquitatem; non deorum religionem, ſed Chriſticolarum doctrinam miniſtrat.

e

Credere non dubites, nam verè experta profamur. Vide ergo ne per incuriam negligentiæ periclitetur puritas famoſæ veſtræ ſagacitatis, dum Præſidi huius prouinciæ talia de te fuerint nuntiata.

ab eo arguitur:

6 Territus ad hæc illius Ethnicus Cathigeta, aduocans illum, his eum verbis arguere cœpit: O Artema, ſtudioſe fideliſque auditor, quæ eſt iſta fama peſſima, quæ noſtras perculit aures? quæve doctrina vana noſtra præcordia farſit? Noſtris ergo monitis prudenter aurem accommoda, vt ſcilicet ſtudium inchoatæ ſapientiæ niteat, & dignitas nobilitatis tuæ non obſtupeſcat. Scimus equidem te & nobilitate fulgere, & acumine prudentiæ optimè pollere. Ergo auditu horrida, quæ de te audiuimus, deleantur; & deuotio Præceptoris, quam in te habuimus, optimè declaretur. Ad hæc B. Artemas reſpōdit: Scriptum eſt, ô ſagaciſſime Cathigeta: Priuſquàm interroges, ne vituperes: & cùm interrogaueris, corripe iuſtè. Ergo ſecundū hanc ſententiam, ſeriatim enucleare ſtude, quæ à nobis ineptè prolata eſſe dicuntur: & tunc demum ſi ita eſt, aut profitendo approbamus, ſi bona ſunt; aut negando repellimus & refellere curamus, ſi mala eſſe videntur. Tunc Præceptor incepit infamiam eius exponere, dicens: Relatum nobis eſt, quòd diſcipulis, quos tibi ad erudiendum doctrinæ dogmate tradidimus, non ſapientiam deorum noſtrorum, quam totus mundus excolit & veneratur, ſed impiam Chriſticolarum religionem, ſtuduiſti propinare, quæ abominabilis eſſe videtur. Veráne ſunt hæc, an maledicorum compoſitione prolata?

Eccli. 11. 7

ſapienter reſpondet:

reddit fidei ſuæ rationem:

7 B. Artemas dixit: Flagito, Præceptor, vt nobis ediſſeras, quæ te ſcire non ambigimus, quatenùs ad indagationem tuæ inquiſitionis recto tramite peruenire poſſimus. Senſus eſt prior in homine, qui doctrinam percipit omnem, in philoſophiâ & litterarum doctrinâ conclusus ad .....

AVCTORE PETRO, EX MSS.

Hic aberat folium à vetuſtiſſimo codice. Deſideratur ergo Præceptori datum ab Artemâ reſponſum: deinde eius ad Præſidem delatio: tum Præſidis interrogatio, ac Sancti reſponſum.

nos enim talia in præſenti quæ poſſumus miniſtramus; in futuro autem tartarus excipiet illos, vbi nulla requies, ſed ſemper fletus amarus.

iuſſu Præſidis,

10 Hæc vbi dicta dedit B. Artemas, Præſes crudelis, conſentientibus cunctis, iuſſit pueris qui eius diſcipuli fuerant, quòd cum gladiis, qui ab officio ſcribendi Græco eloquio *f* graphij nuncupantur, illum crudeliter trucidarent. Hanc ergo ſententiam definitam cùm Sanctus Domini agnouiſſet, quia non terrena, ſed cæleſtia optabat, oculis & manibus in cælum erectis, hanc orationem fudit ad Dominum:

f

lætus & Deum laudans,

O Rex omnipotens, Sanctorum vita beata,
Qui pugnare iubes, & præſtas viuere ſemper,

quique in te confidentibus æterna præmia largiris; laudo & benedico nomen tuum, quoniam tu, Domine, adiuuiſti me, & conſolatus es me, & tribuiſti mihi cum triumpho victoriæ conſummare, quod te donante inchoare potui. Deprecor ergo te ſupplex, vt mittas Angelum tuum ſanctum, qui in pace tuâ ſuſcipiat ſpiritum meum, quia iam tempus inſtat vt veniam & videam deſiderabilem tuam gloriam. Hæc vbi dixiſſet, mox beatus Martyr per cuncta membra *g* perforatus gladiis, ſanctum Deo reddidit ſpiritum.

graphiis puerorum configitur.

g

Anima ab Angelis defertur in cælum:

11 Expleto autem glorioſo martyrio, vt oſtenderet Dominus Angelica illi gaudia tribuiſſe, multoſque per eum ad ſuam gratiam eſſe vocandos, videntibus cunctis, à ſplendidiſſimis ſanctis Angelis anima illius ſuſcepta, ad cælum cum gloriâ magnâ delata eſt. Hanc rem mirabilem & inopinatam dum Ethnicus populus cerneret, plurimi ex eis, diuinâ gratiâ compuncti, ad ſanctam Chriſtianam religionem deuotâ mente conuerſi ſunt, laudantes & benedicentes glorioſum & admirabile nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti.

multi conuertuntur.

& eum ſepeliunt.

12 Igitur quia in tanto Martyre magnam reuerentiam ac deuotionem habebant, eiuſque ſe precibus gubernari cupiebant, nocturnis horis ſanctum illius corpuſculum colligentes, in loco illo qui ab accolis Campania dicitur, religioſè condere ſtuduerunt, qui diſtat à præfatâ vrbe Puteolanâ quaſi ſtadiis viginti quatuor, & à ciuitate Parthenope *h* milliariis nouem. Ad cuius ſancta patrocinia plurimi conuenientes, ſanctumque Domini Martyrem deprecantes, in variis infirmitatis periculis beatiſſimam ſoſpitatem conſequi meruerunt. Paſſus eſt autem beatiſſimus Martyr Domini Artemas, pro amore & defenſione ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, vigeſimâ quintâ die menſis Ianuarij, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

h

Claret miraculis.

a *Neque quando vixerit* Stephanus *hic, neque quis ſit* Petrus, *comperimus.*

b *Agemus de* S. Fortunatâ 14. *Octob.*

c *Videtur ſcriptor hanc vocem deflectere ab ἀξλάω,* appendo, ſuſpendo, *quòd vĕs, ſiue ratiō, omnia appendat ac libret: ſicq; eſſet ſecunda ſyllaba in* Artemas *producta, vt ἄξλημα,* ſuſpenſio. *alioquin ἀξτεμὴς integrum incolumemq; ſignificat.*

d *Videtur deſiderari,* præceptor, *vel quid ſimile.*

e *An non potiùs,* per doctrinam prauam?

f *Deriuatur enim γεαφεῖον, ſiue γεαφὶς, id eſt, ſtylus ſcriptorius, à γεάφω,* ſcribo.

g *Eâdem ratione trucidatus* S. Caſſianus 13. *Aug.*

h *Eſt in Itinerario Antonini inter Puteolos & Neapolim, ſiue* Parthenopen, *ſtatuuntur ſolùm decem millia paſſuum: iuxta huius ſcriptoris computum eſſent duodecim, niſi extra viam ſit is locus.*

Ex variis.

DE SANCTIS MARTYRIBVS CARTHAGINIENSIBVS

DONATO, SECVNDO, PAPIA. ITEMQVE S. AGAPE.

XXV. Ianvar. *Nihil de his Martyribus reperimus, præter nomina Martyrologiis inſcripta. MS. vetus S. Hieronymi:* Karthagine, Donati, Secundi, Papiæ. *MS. Rhinavvienſe:* Karthagine, Donati. *MS. Hibernicum Conuentus Dungalenſis, cuius verba infrà dabimus cùm de* SS. Fabiano & Sabiniano *agemus, recenſet quoque aliis permiſtos, nullo adſcripto loco,* Donatum & Serdum, *qui* Secdus *ſcriptus fortaſsis, in* Serdum *abiit. Martyrol. Romanum locum quoque non indicat, proq;* Papiâ Agapem *habet, pro* Secundo Sabinum, *quem ſuprà Puteolis adſcripſimus. an Carthagine cum* Donato *paſſa ſit* Agapis, *an alibi, nos latet. ita habet Martyrol.* Item ſanctorum Martyrum Donati, Sabini, & Agapis. *Baronius adnotat:* De eis vetus MS. *Galeſinius, & Sauſſaius, vt antè monuimus, Aruernos facit, proq;* Agape *femina,* Agapam *virum ſubſtituit.*

DE S. CASTVLA

CAPVÆ IN CAMPANIA.

XXV. Ianvar. *Carthuſiani Colonienſes in Addit. ad Vſuardum:* Item SS. Viti, Caſtulæ, Agilei. *Antè ſcripſimus* Agileum *Carthagine paſſum, ad XV. Octobris pertinere, ad XX. Ianuarij* Vitum, *Nicomediæ coronatum.* Caſtula *verò Capuana eſt; quâ inſignis laureolâ, haud ſcimus. MS. vetuſtiſsimum S. Hieronymi:* Capuâ, Kaſtulæ.

DE SANCTIS MARTYRIBVS SICVLIS

FABIANO ET SABINIANO.

XXV. Ianvar. *Plures in ſacris Faſtis* Fabiani & Sabiniani *memorantur;* & Fabianus *quidem in Siciliâ cum pluribus aliis Catanæ paſſus 31. Decembris: verùm hos ab iis diuerſos vt exiſtimemus, locus facit, etſi nobis ignotus. Ita enim habet MS. S. Hieronymi:* Siciliâ, Fabiani, Sabiniani, in Calatheo. Calatheum, *ſi coniecturæ locus, ſuſpicamur* Calactam *eſſe, ſiue* Calacten, Καλὴν ἀκτὴν, Καλαχτὴν, Καλάκτην, *inter Alæſum & Chydam amnes: niſi quis* Galatam *malit, mediterraneum eiuſdem inſulæ oppidum, quod &* Calate *ſcriptum reperitur. Sed de his Siculi. Eoſdem hos Martyres, ſed nullo ordine loco ve diſcretos, exhibet quoque MS. antiquum* Dungalenſe, *quod ita habet:* VIII. Kal. Polycarpi, Pauli Apoſtoli Conuerſio in Damaſco, Vitij, Donati, Serdi, Sidonis, Bitij, Tirſij, Ypictiti, Arthemini, Pupliani, Faminiani, Raumani, Sadonis, Sabiani, Puteoli, Antimaſij, Sabiani, Leodocij, Rauiani, Teoginis.

DE S. SODONE

RAVENNÆ IN ITALIA.

XXV. Ianvar. *Solum nomen* S. Sodonis, *ac patria locúſve certaminis, nota ſunt nobis; cetera latent. De eo MS. S. Hieronymi:* Sodonis, Rauennæ. *MS. Dungalenſe bis eum refert,* & Sidonem *ac* Sadonem *nominat, niſi diuerſi ſint. At quòd in eo* Rauiani, *veluti Sancti nomen eſt, pro* Rauennæ *vrbis; non id eius Martyrologij ſcriptori nouum, vt alibi obſeruauimus; & hîc quoque in* Puteoli *nomine videre eſt. Colitur alioquin* S. Rauennus *Presbyter & Martyr cum* S. Raſipho *fratre, XXIII. Iulij; ſed huc non pertinet.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS ANTIOCHENIS

IVVENTINO ET MAXIMO.

Svb Ivliano. XXV. Ianvar. 1 *Sanctos Martyres Iuuentinum & Maximum,* Antiochia, *vt ſcribit Theodoretus lib. 3. hiſt. Eccl. cap. 14.* velut ſtrenuos pietatis athletas venerata, magnifico tumulo mandauit, & ad hodiernum vſque diem quotannis feſto publico honorificè celebrat, *iam ſeptuaginta circiter poſtquàm trucidati fuerãt annis. Idem ſcribit Nicephorus lib. 10. hiſtor. Eccl. cap. 12.* Hos, *inquit,* Antiochena ciuitas, vt egregios pietatis propugnatores, meritò non ſolùm vrnâ ſacrâ honorauit, verùm etiam magnificè anniuerſariæ memoriæ conſecrauit. *Huius annuæ feſtiuitatis meminit S. Chryſoſtomus tomo 4. operum editionis Græcolatinæ, homiliâ 4. de Lazaro, vbi eos* συνωρίδα, *ſiue* bigam ſanctorum Martyrum *appellat. Imò die eorum natali, vix viginti poſt eædem annis, quæ iuuenis antè viderat, ſermone ad populum habito complexus eſt. Quapropter ſummè miramur, nuſquam in Græcorum Menæis, Menologiis, Anthologio, aliúſve faſtis ſacris eorum extare memoriam.*

SS. Iuuentini & Maximi dies natalis apud Syros, 2 *Diem illis natalem aſsignat Chryſoſtomus poſtridie* S. Babylæ & trium puerorum, *quos Græci IV. Septembris, Latini & Latini XXIV. Ianuarij colunt, vt ſuprà diximus. Quare XXV. Ianuarij eos recentiores referunt: quo die Molanus in Addit. ad Vſuardum:* Poſtridie Babylæ, natalis beatorum Martyrum Iuuentini & Maximi. *Galeſinius:* Conſtantinopoli in Thraciâ SS. Iuuentini & Maximi Martyrum, quorum res geſtas B. Ioannes Chryſoſtomus concione complexus eſt. *Citat in Notationibus Theodoreti quoque hiſtoriam: ſed diſcere ex hac ſaltem potuit, eorum non* Conſtantinopoli, *ſed* Antiochiæ *conſummatum eſſe martyrium. At non vnus hîc error: alium iungit, nuſquam in tabulis ſacris notum,* Maximum. Antiochiæ, *inquit,* S. Maximi Epiſcopi & Confeſſoris, *de quo ſuprà inter omiſſos egimus. Exactiùs Martyrologium Romanum:* Antiochiæ, SS. Iuuentini & Maximi, qui ſub Iuliano apoſtatâ martyrio coronati ſunt, in quorum die natali S. Ioannes Chryſoſtomus ſermonem ad populum habuit. *Similia habent Felicius & Caniſius. Idem tamen Galeſinius, quem Ferrarius ſequitur,* LX. *Octobris rurſus ſanctos hos Martyres refert.*

& 9.Oct. *res refert, & curatiore ſtudio, ita enim ſcribit:* Antiochiæ ſanctorum Martyrũ Iubentini & Maximi. Cùm enim Iulianus apoſtata Antiochiæ in Syriâ eſſet, victimarum ſanguine fontes, fluuios, venaleſq́ue cibos pollui ac fœdari iuſſit; vt qui deguſtaſſent Chriſtiani, vel inuiti ſacrificiorum gentilium participes eſſent; iſtius impietatem Iubentinus & Maximus grauiter deteſtati, ad illum deferuntur: qui irâ exardeſcens, beatos Martyres Chriſti fidem fortiter defendentes, primò variis tormentorum ictibus percuſſos, poſtremò capitis damnauit.

Acta, 3 *Sermonem porrò illum, ſiue homiliam S. Chryſoſtomi, quæ tomo tertio extat numero quadrageſima, verſa Latinè ab anonymo ſed erudito interprete, inſeruit Vitis Sanctorum etiam hoc XXV. Ianu. Laurentius Surius: quam Fronto Ducæus noſter cum Græco MS. collatam & multis locis emendatam edidit: quare ex eo hîc dandam duximus. Narrant hanc eamdem Martyrum cædem Theodoretus & Nicephorus ſuprà citati, Haræus, Lippelous, Sanctorius, & Baronius tomo 4. anno Ch. 462. num. 127. & ſequentibus; qui in Notationibus ad Martyrol. Romanum eos aſſerit* Romanos *fuiſſe* milites. *Theodoretus ait* viros re militari fuiſſe præſtantes, *dignitate* milites ſcutatos & ſatellites Imperatoris. *Ceterùm nomina eorũ Latina, originem eos ex Occidente traxiſſe, non improbabiliter innuunt.* Iuuentinus *Theodoreto in nonnullis editionibus dicitur* Iuuentius; *Galeſinio & Ferrario ſuprà* Iubentinus; *ſed fortè diuerſum à Iuuentino putarũt:* Maximus *verò, aliis* Maximianus; *Nicephoro & MS. codici Henrici IV. Regis Galliæ, quo vſus eſt Ducæus,* Maximinus *eſt.*

nomina.

ACTA

ex Homiliâ XL. S. Joan. Chryſoſtomi, Interprete Frontone Ducæo Soc. IESV.

CAPVT I.

Juliani Apoſtatæ perſecutio.

1 HEri B. Babylas cum tribus pueris nos hîc congregabat, hodie verò par ſanctorum militum, in acie exercitum Chriſti oſtendit. Heri quadriga Martyrum, hodie biga ſe oſtendit. Impar eorum eſt ætas, ſed par fides: varia certamina, ſed eadẽ fortitudo: illi tempore ſuperiores, iſti recentiores. Eiuſmodi eſt theſaurus Eccleſiæ; nouas & veteres habet margaritas: ſed vna omnium eſt gratia. Eorum flos neque langueſcit, neque defluit tempore. Neſcit vetuſtatis rubiginem ſplendoris iſtius natura. Temporis acceſſione opes, quæ ad corpora ſpectant, facilè intereunt: veſtimenta enim abſumuntur, domus deſtruuntur, & aurum rubigine conſumitur: & in ſummâ, omnium ſenſibilium facultatum natura tempore tandem aboletur & intercidit. At non ſic ſe res habet in ſpiritualibus theſauris, de Martyribus, inquam, qui ſemper in eodem manent vigore, ſemper in eodem iuuentutis flore ſunt, ſẽper ſuæ gloriæ fulgorem emittunt & radios. Quod ſcientes vos, non aliter priſcos, aliter recentiores colitis Sanctos, ſed eadem alacritate, eodem amore, eodem affectu colitis omnes, & commendatis. Non enim exploratis tempus, ſed exquiritis animi fortitudinem, pietatem, fidem inuictam, zelum incitatum ac feruidum, & eas virtutes, quas præ ſe ferunt Sancti, ob quorum honorem hodie conuenimus. Hi enim tanto amore Dei flagrabant, vt etiam extra perſecutionis tempus, martyrij coronâ redimiti fuerint, abſque pugnâ triumphum retulerint, abſque prælio victoriâ potiti ſint, abſque theatri certamine brauium rapuerint. Et quomodò hoc? Ego dicam: ſed ferte me rem paullò altiùs enarrantem.

Sancti theſaurus Eccleſiæ.

Iuliani apoſtata perſecutio,

2 Erat Rex quidam, etiam noſtro æuo, omnes qui ſe præceſſerunt impietate vincens, de quo & heri à me dictum. Qui cùm videret res noſtras Martyrum morte clariores fieri, & eâ cauſâ non ſolùm viros, ſed & teneros pueros, virgineſque innuptas, & in ſummâ ex omni ſexu & ætate quoſdam, pro religione ad mortẽ proſilire, cruciabatur & dolebat. Ceterùm mouere bellum manifeſtè nolebat. Omnes enim, dicebat, ad martyrium, quaſi ad aluearium apes, volabunt. Hæc autem *a* non ab alio habebat, ſed à maioribus ſuis didicerat. Etenim tyranni Eccleſiam infeſtarunt, & populi quoque perpetuò in nos inſurrexerunt, cùm adhuc parua religionis ſcintilla eſſet; eam tamen non extinxerunt, neque confregerunt, ſed ipſi potiùs confracti ſunt. Augebatur quotidie ſcintilla hæc, ferebaturq́ue in ſublime, & omnem vndique orbem inuadebat. Cùm occiderentur, adurerentur, ſuſpenderentur, præcipitarentur, beſtiis obiicerentur omnes fideles: etenim carbones ſicut lutum calcabant, mare & fluctus ſicut pratum intuebantur, ad gladium ſicut ad diadema & coronam currebant, omniaq́ue tormentorum genera ita contemnebant, vt ea non ſolùm generosè & fortiter ferrent, ſed & alacriter & cum voluptate. Enimuerò ſicut plantæ rigatæ magis creſcunt, ita & fides noſtra oppugnata magis floret; & vexata, incrementa maiora ſumit. Neque horti aquis irrigati ita germinant & fecundi ſunt, vt Eccleſiæ, ſi Martyrum irrigentur ſanguine.

a

ne, vt aliàs eâ creſceret piorum numerus.

3 Hæc omnia atque plura cùm Rex ille ſciret, meticuloſior erat quàm vt manifeſtè cum noſtris confligeret. Ne efficiamus, inquit, vt frequentes agant triumphos, continuas reportent victorias, & coronas obtineant. Sed quid facit? Vide, oro, malignitatem. Medicos & milites & oratores omnes, vel à profeſſionibus ſuis diſcedere, vel fidem ſuam abiurare iubet. Excitauitq́ue in hunc modum contra noſtros bellum, tela eminùs mittens, vt ſi à fide deſiſterent, ridiculè vincerentur, vtpote qui fidem opibus non præferrent: ſin generosè perſeuerarent, & vincerent, neque ſic egregia foret victoria, neque inſignis triumphus; nihil enim magnum, artem vel profeſſionem pro pietate contemnere. Neque is ſæuitiæ eius finis erat. Nam ad hæc, ſi quis ſuperioribus annis, cùm adhuc pij Reges rerum potirentur, vel altaria demolitus fuiſſet, vel templa ſuffodiſſet, vel donaria diripuiſſet, vel aliud tale quiddam egiſſet, rapiebatur ad tribunal, & occidebatur, non is ſolùm qui tale quid egiſſet, ſed qui delatus dumtaxat fuiſſet. Fingebat quoque & alias varias cauſſas, ita vt piè viuentium nemo non lugeret. Agebat autem hæc, vt obſcuraretur martyrij corona, & nihilominùs cædes & ſtrages fierent: neque ſplendida præmia Martyrum apparerent. Nihil tamen arte hac proficiebat. Nam qui ita afflige- *ſed inutili.*
bantur, non ad illius calculum & malignitatem ſpectabant, ſed ad incorruptum Iudicẽ, à quo & cæleſtem coronam accepturos ſeſe confidebant.

fraude armata.

a *Antiquus interpres*, non à ſemetipſo. *Græcè, κρὶ τῶν ἐκ ἐξ ἑλλήνων. Videtur alia lectio fuiſſe, & fortè verior, ἐκ ἐξ ἑαυτῶν. Ita etiam de Iuliano S. Gregorius Nazianzenus oratione 3.* Idque non cogitatione ſolùm reperiebat, ſed ex priſtinis quoque perſecutionibus cognoſcere poterat, quæ Chriſtianam religionem potius illuſtrarant, quàm debilitarant, animas nimirum ad pietatem roborantes, ac periculis, vt aqua calens ferrum, obdurantes.

CAPVT II.

Sancta Militum libertas carcere & bonorum proſcriptione multata.

SS. Iuuentinus & Maximus queruntur de impietate Iuliani:

4 INterea cùm hæc ita ſeſe haberent, & bellũ quidem Rex parturiret aduerſùs noſtros, ceſſaret autem, veritus ne vinceretur; accidit vt milites quoddã conuiuium haberent, in quo & Martyres, quos hodie colimus, erant. Ceterùm, vt conuiuiorum mos eſt, cùm varij ſermones hinc inde dicerentur, aliiq́ue alia tractarent, Martyres noſtri mala ſui ſeculi inter ſe deplorabant, longè feliciora fuiſſe ſuperiora aſſerentes, dicebantq́ue & inter

Ex S. Chryso stomo.

se & ad sodales: Quem iuuaret vltrà viuere, vel spirare, vel solem intueri, sacris legibus ita conculcatis, pietate ita violatâ, creaturarum omnium Domino ita contempto? Omnia a nidore plena sunt & fumo, omnia sacrificiis immundis referta. Proh! neque purum aërem spirare possumus. b Dicta hæc ne perfunctoriè transeas, sed considera, quando ea locuti sunt, & quantâ pietate. Nam si in militari conuiuio, vbi regnat ebrietas & intemperantia, vbi certatur de prodigalitate, vbi agon est stuporis & insipientiæ, sic ingemiscebant & lugebant; quales erant domi, cùm soli inter se agerent? Quales erant in precibus & ieiuniis, qui deliciarum tempore, tam humiliati, & tam Apostolica præ se ferebāt pectora? Labebantur alij, hi verò lugebant: impiè agebant alij, hi verò vrebantur. Sanè ipsi ob fratrum infirmam valetudinem suam sanitatem non sentiebant. Sic dolebant & lacrymabanturin malis, quæ tunc fiebant, quasi vniuerso mundo tutores dati essent.

a

b

deseruntur: coniiciuntur in carcerem bonis confiscatis:

5 Neque clandestinum fuit, talia eos dixisse. Nam ex sodalibus & conuiuis adulator & irrisor quidam, obsequium Regi facturus, omnia vt dicta erant, detulit. Rex acceptâ occasione iam diu quæsitâ, caussatus est ex verbis illis c affectatam tyrannidem, vt ita martyrij coronâ priuaret; & iussit, confiscatis facultatibus eorum omnibus, d nudos eos in carcerem coniici. Illi autem gaudebant & exultabant, dicentes: Quid nobis diuitiis, pretiosàque veste opus? Si & indusium intimum, nempe caro, propter Christum exuendum est, non obluctabimur, sed sponte concedemus. Et ocyùs dicto scripti sunt libelli indices, confiscataque omnia. Porrò vt homines in patriam longè distantem migraturi, substantiam omnē in pecuniam commutatam sæpenumerò præmittunt; ita & illis accidit. Quoniam enim in cælos erant transituri, inimicis ipsis negotium agentibus, & in hoc ministrantibus, opes suas ante se miserunt. Non enim illæ tantùm opes, quas eleemosynæ nomine dispendimus, transferuntur in cælum, sed etiam quascumque nobis hostes fidei piorumque persecutores rapiunt, illic thesauri erunt: est enim hoc non minus, quàm illud. De quo audi quid Paulus dicat: Et rapinam, inquit, facultatum vestrarum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem substantiam, & manentem in cælis.

c

d

Heb.10. 34.

visuntur à Christianis, vetante tyranno:

6 Vt autem ingressi sunt in carcerē, confluxit ad eos omnis ciuitas, tametsi multis terroribus, minis, & periculis interdictum erat, ne quis vel eos accederet, vel eis loqueretur, vel quouis modo communicaret. Atqui timor Dei efficiebat, vt non curarentur ea Principis mandata. Vnde multi ob consuetudinem, quam cum Martyribus habebant, facti sunt & ipsi Martyres. Multi enim, contemptâ præsenti vitâ, frequenter eos visitando, sacras apud eos vigilias continuis psalmis perficiebant. Erant familiaritates illæ spiritualis eruditionis atque cōsolationis plenæ. Et clausa quidem tunc est ecclesia, carcer autem ecclesia factus est. Neque hi solùm, qui eos visebant, sed & qui intus cum eis tenebantur, maximam sapientiam & virtutem à patientiâ & fide eorum discebant.

sollicitantur ad defectionem à fide:

7 Rex vt hæc audiuit, valdè stomachatus est: cupiens tamen eos supplantare, & ab alacritate suâ destituere, auaros quosdam homines & impostores subornauit, qui, si quando priuatum colloquium sese offerret, eos accederent, non vt à Rege missi, sed quasi singulari compassione & proprio consilio id agentes, & adhortarentur, vt à religione desistant, & ad impietatem transeant. Dicebant enim: Sic non solùm imminens periculum effugietis, sed maiori dignitate honestati, maiorem quoque principatum adepturi estis, Regis irâ feliciter placatâ. Nónne vidistis & alios vestri ordinis idipsum feciſse? Quibus illi responderunt: Atqui nos hac potissimùm ratione viriliter stabimus, & pro illorum ruinâ nosmetipsos in sacrificia offeremus. Benignus & misericors nobis Dominus est, solet etiam vno accepto sacrificio, toti orbi conciliari. At sicut olim tres pueri dixerunt: Non est in tempore hoc Princeps, & Propheta, Dan.3.38. & Dux, neque sacrificium, neque incensum, neque holocaustum, neque locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire misericordiam; sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suspiciamur, quasi in holocaustis arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguiū; ita & illi videntes altaria subuersa, clausas ecclesias, Sacerdotes fugatos, fideles omnes in exilium actos, studebant vt pro omnibus offerrentur Domino, relictisque militaribus turmis, Angelicis sese choris adiungerent. Quocircà & dicebant: Quid? Etiamsi nunc non morimur, moriendum tamen omnino est non multò posthàc. Satius igitur fuerit mori pro Rege Angelorum, quàm pro Rege tam impio. Satius fuerit pro patriâ cælesti arma deponere, quàm pro terrenâ, & quam pedibus calcamus. Hîc etsi moriatur quis pro Rege, nihil accipiet à Rege suâ dignum fortitudine. Et quid posset homo defuncto præstare, si vel maximè vellet? Atqui eis sæpenumerò ne sepultura quidem contingit, & non rarò à canibus deuorantur. Quòd si pro Rege Angelorum mortui fuerimus, certi sumus, nos accepturos corpus multò gloriosius: maiori gloriâ conspicui erimus: longè maiora nobis erunt laborum præmia. Proinde arripiamus arma spiritualia: non opus iaculis & sagittis, non aliis armis quæ sub sensus cadunt; sufficit pro omnibus lingua. Sunt enim & Sanctorum ora pharetræ, è quibus diabolico capiti continui & crebri ictus inferuntur.

generosè respondēt.

a *Theodoretus*: Fontes, tum qui in vrbe erant, tum qui Daphnæ, sceleratis victimis contaminari *iussit Iulianus*; quò singuli, qui aquam gustarent, tetrâ nequitiæ labe inficerentur. Deinde quæ in foro exponebantur, eâdem sceleris maculâ inquinari: nam panes, carnes, fructus, olera, & alia omnia esculenta, aquâ lustrali aspergebantur.

b *Addunt Theodoretus & Nicephorus, ab eis recitata hæc verba, quæ pueri tres olim in fornacem Babylonicam coniecti pronuntiauēre:* Tradidisti nos Regi iniquo, qui te deseruit supra omnes gentes terræ. Dan.3.32.

c *Theodoretus*, multatos dixit, quòd ipsum contumeliis vexarant.

d *Theodoretus addit, eos antè ad Iulianum adductos, liberè quod sentirent, insigni quodam zelo incitatos, dixisse:* Nos, *inquiunt*, in verâ educati religione, ô Imperator, & legibus inprimis præclaris, quas Constantinus & eius filij tulerunt, obsecuti, non possumus non grauiter & acerbè iam lamentari, cùm videamus omnia impio scelere referta, & tum esculenta tum poculenta nefandis & execrabilibus victimis contaminata. Ista nos & domi ingentem vim lacrymarum profundere, & coram te iam flebiliter conqueri coëgerunt. Ista solùm in tuo imperio nos malè habent. *à Theodoreto ea ipsa descripsit Nicephorus.*

CAPVT III.

Martyrum cædes. sepultura.

8 NVntiata sunt & hæc atque similia Regi, qui nec destitit; sed illecebrarum escis iterum atque iterū illos tentauit. Ita autē subdolus ille, callidus, ac sapiens ad malè agendū mādauit, quòd si cederent victi, sub omniū oculos producerentur, & efficeret vt sacrificarent: sin fortes perseuerarent, vti perduellionis rei educerentur & occiderentur, neque vlla Christianæ professionis, ob quam tenebantur, mentio fieret. At qui reuelat profunda & abdita, non permisit vt machinationes illæ occultæ manerent, & ignotæ insidiæ. Nam quemadmodùm olim mulier Ægyptia Ioſephum in thalamo & solitudine multâ apprehendens, licet speraret factum suum clàm fore omnibus hominibus, non fuit tamen occulta, vel oculo illi soporis nescio, vel posteritati. Quippe quod absque arbitro illa Ioſepho dixit, id nunc toto vbique mundo canitur; ita & ea, quæ per subornatos illos cōsiliarios dolosus Rex agebat, sperans occulta fore, nequaquàm manserunt occulta. Didicerunt enim posteri omnes & insidias dolosas, & triumphantium victorias. Gen.39. *Falso, sed inutili, prætextu damnantur:*

9 Denique cùm multo tempore exacto alacritatem eorum non solùm non frangeret multitudo dierum, sed potiùs studium & ardorem excitaret, æmulatoresque multos

multos faceret, *a* iuſſit tandem mediâ nocte in barathrũ eos abduci. Ducebantur itaque in mediis tenebris luminaria, & decollabantur. Ceterùm capita detruncata tunc diabolo magis terribilia erant, quàm cùm adhuc vocem darent: ſicut & caput Ioannis non tantùm terrebat cùm loqueretur, quantùm cùm in diſco mutum afferretur. Habet enim & Sanctorum ſanguis ſuam vocem, quæ non per aures auditur, ſed occidentium conſcientiam inuadit & perſtringit.

a *decollantur:*

10 Poſt beatam autem illam cædem, quidam etiam cum ſalutis periculo athletas illos optimos rapuerunt, etiam ipſi viui Martyres, vt illorũ reliquias curarent decenter. Nam quamuis non occidebantur, optabant tamen mori potiùs, quàm ut corpora illa relinquerent inhumata: ita ad venationem eorum feſtinabant. Dicunt qui tunc affuêre, & quibus corpora illa recèns occiſa videre datum fuit, quòd iacentibus ſimul illis in ſepulchro, talis quædam ex eorum oculis & vultu gratia reſplenduerit, qualem in Stephano Iudæis reſponſuro fuiſſe Lucas dicit. Neque vllus eſt, qui non pro quodam horrore illis adſtiterit: adeò adſpectus ille afficiebat omnes. Quin & omnes clamabant in laudem eorum; id quod à Dauide dictum: In vitâ ſuâ non ſunt ſeparati, & in morte non ſunt diuiſi. Pariter enim confeſſi ſunt, pariter carcerem inhabitarunt, pariter in barathrum abducti ſunt, pariter capite mulctati ſunt, & vna capſula vtriuſque corpora tenet: & vnum quoque tabernaculum in cælis eos excipiet, quando maiori ſunt illa cum gloriâ reſumpturi.

ſepeliuntur.

Pulchriores poſt mortem. Act. 6. 15. 2. Reg. 1. 23.

11 Illos non indignum fuerit, & columnas, & ſcopulos, & turres, & luminaria, & tauros ſimul appellare. Nam Eccleſiam ſicut columnæ ſuſtinent, ſicut turres muniunt, & ſicut ſcopuli omnes vndarum aſſultus repulerunt, multam iis qui intus ſunt afferentes tranquillitatem: ſicut luminaria, tenebras impietatis diſcuſſerunt; & ſicut tauri, animâ & corpore promptitudineque eâdem, ſuaue Chriſti iugum traxêre. Idcircò ſæpè eos inuiſamus, capſulam attingamus, magnâque fide reliquias eorum complectamur, vt inde benedictionem aliquam aſſequamur. Etenim ſicut milites vulnera in prælijs ſibi inflicta Regi monſtrantes, fidenter loquuntur; ita & illi in manibus abſecta capita geſtantes, & in medium afferentes, quæcumque voluerint apud Regem cælorum impetrare poſſunt. Proinde magnâ fide promptitudineque huc veniamus, quò & viſis Sanctorum monumentis, & conſideratis eorum præmiis, inde varios theſauros vndiquaque colligamus: & per præſentem vitam ita iuxta voluntatem Dei tranſeamus, vt in portum æternitatis cum multis mercibus ingrediamur, & regno cælorum perfruamur in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui ſit gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Sancti invocandi, eorum venerandæ reliquiæ.

Ex S. Chryſoſtomo.

a *Theodoretus:* Iuſſit graues & acerbas plagas illis imponi, atque ſic hac vitâ priuauit. *Nicephorus:* Diuerberari eos acriter iuſſit, & poſt cruciatus multos capite etiam plecti præcepit.

DE S. BRETANNIONE
EPISCOPO TOMITANO IN SCYTHIA.

CIRCITER AN. CH. CCCLXXX. XXV. IANVAR. *S. Britannionis Vita, natalis, tempus obitus.*

Vitam ſancti Confeſſoris Bretannionis *(qui etiam* Bretanio, Brettanio, & Britannio, *appellatur) paucis deſcripſit Sozomenus lib. 6. hiſtor. Eccleſ. cap. 20. & ex eo Nicephorus lib. 11. cap. 29. ac Baronius tomo 4. anno Chriſti 371. num. 114. & 115. Dies eius natalis aſſignatur in Martyrologio Romano XXV. Ianuarij, his verbis:* Tomis in Scythiâ S. Britannionis Epiſcopi, qui mirâ ſanctitate & zelo Catholicæ fidei, ſub Valente Imperatore Ariano, cui reſtitit, in Eccleſiâ floruit. *Addit Baronius in Notis ad Martyrologium, & in Annalibus, num. 115. anni 371. ſucceſsiſſe Bretannioni* Gerontium, *eum ſcilicet qui interfuit Concilio Conſtantinopolitano Oecumenico ſub Theodoſio Imperatore, habito Eucherio & Syagrio Coſſ. menſe Maio ann. 381. ex quo tamen cum S. Gregorio Nazianzeno deceſsiſſe* Bretannionem Scytham *coniicit num. 66. illius anni 381. non ſatis dictorum memor.*

VITA EX SOZOMENO l. 6. c. 20.

a *Tomis Scytharum metropoli,*

1 SCythas prædicant *a* ſimili de cauſsâ in fide perſiſtere. Gens iſta multas quidem habet vrbes, pagos, & caſtella, ſed principatum obtinet Tomis, quæ eſt vrbs magna & opulenta prope mare poſita, ad læuam cùm quis ad Pontum Euxinum nauigat. Vetus conſuetudo eſt, quæ ibi etiamnum ſeruatur, vt vnus Epiſcopus totius illius gentis Eccleſiis præſit. Itaque tempore, *b* de quo iam loquimur, illas adminiſtrauit Brettanio, quando etiam Imperator Tomim aduenit. Poſtquàm autem acceſſit ad eccleſiam, & pro more ſuo ei perſuadere conatus eſt, vt cum Arianis communicaret; Brettanio conſtanter admodùm apud Imperatorem & liberè pro doctrinâ Concilij Nicæni locutus, receſſit ab eo, & ad alteram eccleſiam ſe contulit. Quem populus quoque ſecutus eſt. Ferè autem ab vniuersâ ciuitate eò concurſum eſt, partim quòd Imperatorem viderent, partim quòd aliquid nouarum rerum eum moliturum exſpectarent.

b

Episcopus Bretannio, *Valentis impietati reſiſtit:*

2 Valens igitur cum ſuis derelictus, illud velut contumeliæ loco factum grauiter tulit. Atque Brettanionem comprehenſum in exilium deduci mandauit: quem non multò pòſt denuò reduci permiſit. Nam cùm videret, crédo, Scythas Epiſcopi exilium iniquo animo pati, non parum veritus eſt, ne nouis rebus ſtuderent: quos quidem & fortes eſſe, & ipſo locorum ſitu Imperio Romano neceſſarios videbat; quippe qui impetum Barbarorum illam orbis partem incolentium propulſarent. Itaque Imperatoris conatus ſic à Brettanione compreſſus eſt, viro cùm in aliis rebus ſpectato, tum ob diuinam virtutem adeò inſigni, vt etiam ipſi Scythæ laudis teſtimonium ei tribuerent.

mittitur in exilium: *reuocatur.*

a Quòd conſtantes & fortes viri *apud eos* Eccleſias rexerint, *vt in præcedentibus dixerat.*

b *Quando Valens Imperator omnes ſui Imperij prouincias obibat, vnaq; Catholicos vbique immaniter perſequebatur.*

DE S. PVBLIO ABBATE
ZEVGMATE IN SYRIA.

SECVL. IV. XXV. IANVAR. *S. Publij vita, natalis.*

Vitam S. Publij Abbatis *damus ex Theodoreti Philotheo, ſeu lib. 9. de Vitis Patrum cap. 5. Latio donatam à Gentiano Herueto, & cum aliâ Alberici Longi interpretatione collatam. Eius epitome continetur in Menæis Græcorum & apud Maximum Cythereum hoc die, præfixo diſtichо:* Eodem die memoria S.P.N. Publij.

Vitam materialem (*ſiue humanam ac mortalem*) Publius deſerit.

Et immaterialem (*ſiue à corporis & materiæ concretione liberam*) & rationalem obtinet.

Meminerunt S. Publij *idem Theodoretus lib. 4. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 26. & Nicephorus lib. 11. cap. 14. Roſweydus in Notationibus ad Philotheum dubitat, num is ſit qui IV. Aprilis à Græcis colitur cum S. Platone: alius eſt.*

VITA

VITA EX THEODORETO.

CAPVT I.

S. Publij exercitatio. Duplex cœnobium extructum.

a Publius ex ordine Senatorio,

1 a EOdem tempore fuit quidam Publius, & propter formam ſpectatu dignus, & animâ præditus, quæ formæ conueniebat, vel potiùs eam oſtendens corpore magis admirabilem. Is ex b Senatorio quidem ordine ducens originem, natus autem ex ciuitate, apud quam Xerxes ille, cuius vbique eſt fama tam celebris, in Græciam bellum gerens, & c volens exercitu fluuium Euphratem tranſmittere, nauium congregatâ multitudine, illidem inter ſe coniunctis, & hoc modo ſuper fluuium ponte conſtructo, locum d Zeugma, id eſt, coniuncturam, appellauit, & ciuitatem ex re denominauit.

b

c

d Zeugmate oppido oriundus,

2 Exeâ ortus, & ex tali genere procreatus, altum locum e occupat, qui diſtabat ab vrbe non plus quàm triginta ſtadiis. In eo cùm quamdam paruam exſtruxiſſet domũculam, omnia quidem vendidit, quæ à patre acceperat, domum, inquam, & poſſeſſiones, & greges, & veſtes, vaſáque argentea & ænea, & ſi quid erat cum his aliud. Et cùm ex lege diuinâ ea diuiſiſſet iis quibus oportebat, & ſe ab omni curâ terrenâ liberaſſet, illam vnam curam ſuſcepit pro omnibus, nempe vt ei ſeruiret qui eum vocauerat; eamque animo perpetuò verſabat, noctu diúque conſiderans, & perſcrutans quemadmodùm eam augeret. Eâ de cauſsâ ei labor creſcebat quotidie, ampliorque & intenſior euadebat in dies, eratque dulcis & voluptate plenus, & procul expellens ſatietatem. Nemo enim eum vnquam vidit quieſcentem vel minimâ parte diei, ſed pſalmodiam quidem oratio, orationem verò pſalmodia, vtrumque autem excipiebat diuinorum eloquiorum lectio; deinde cura hoſpitum venientium: deinde fiebat aliquid ex operibus neceſſariis. In his vitæ iter ingrediens, & iis qui imitari volebant exemplar virtutis propoſitus, velúti quædam auis canora, multos ſui generis in hæc retia coëgit ſalutaria.

e ſua dat pauperibus:

otium vitæ deditus orationi,

pſalmodiæ,

lectioni,

hoſpitalitati,

3 Ceterum ab initio quidem nullum habere paſſus eſt, qui ſecum habitaret: ſed paruas domunculas foribus vicinas ædificans, vnumquemque ex iis qui conueniebant, iubebat per ſe degere: domunculas ſæpè inuiſens, & perſcrutans, numquid præter vſum habeant repoſitum. Aiunt autem eum quoque accedentem ad trutinam, panis menſuram diligenter perpendiſſe: & ſi quando inueniſſet plus quàm eſſet definitum, ægrè tuliſſe, & eos qui hoc faciebant f helluones appellaſſe. Iubebat enim neque comedentes neque bibentes exſpectare ſatietatem, ſed tantum capere quantum ſatis eſſet ad tuendam vitam corporis: ſi quando autem vidiſſet etiam farinam opertam furfure, eos qui hoc feciſſent impetebat maledictis, vt qui Sybariticis fruerentur deliciis. Porrò autem noctu quoque ex improuiſo veniens ad oſtium vniuſcuiuſque, ſi aliquem quidem inueniſſet vigilantem, & Deum laudantem, recedebat tacitus; ſi quem autem ſenſiſſet dormientem, manu quidem pulſabat oſtium, linguâ autem in eum qui iacebat inuehebatur, vt qui corpus plus quàm oporteret curaret.

f.

ſolitudini,

abſtinentiæ,

vigiliæ.

Cœnobium ædificat Græcus:

4 Hinc eius laborem cùm conſideraſſent aliqui, qui erant eiuſdem animi & ſententiæ, ad eum retulerunt, vt omnibus vnum ædificaret habitaculum. Eos enim, qui nunc ſunt diſperſi, exactiùs & accuratiùs dixerunt eſſe victuros, eumque fore liberum à magnâ parte ſollicitudinis. Probauit conſilium vir ſapientiſſimus: & cũ omnes ſimul coëgiſſet, & paruas illas diruiſſet domunculas, iis autem qui erant congregati, vnam ædificaſſet, rogauit vt ſimul viuerent, & ſe inuicem incitarent: & hic quidem illius imitaretur manſuetudinem, ille verò manſuetudinem huius zelo temperaret; & alius communicans vigilias, acciperet ieiunij diſciplinam. Sic enim, inquit, à nobis inuicem id quod deeſt ſumentes, perfectiſſimam efficiemus virtutem. Quomodò enim in foris ciuitatum alius quidem vendit panes, alius verò olera; alius habet veſtes venales, alius eſt opifex calceorum; à ſe autem inuicem id quo opus habent comparantes, vitam agunt iucundiorem: qui dat enim veſtem, pro eâ accipit calceos; qui autem emit olus, vendit panem; ita nos oportet inuicem permutare virtutis partes pretioſiſſimas.

communio vitæ commoda ſimili declarat.

5 Cùm qui erant eiuſdem linguæ ſic exercerentur, & decertarent, & Græcâ voce Deum laudarent; huius vitæ inſtituti eos quoque cœpit amor, qui linguâ vtebantur illius regionis: & concurrentes aliqui ſupplicarunt, vt ipſi quoque in eorum gregem admitterentur, & eſſent eius ſacræ doctrinæ participes. Conceſſit autem quod poſtulabant, legis memor Dominicæ quam ſanctis tulit Apoſtolis, dicens: Euntes docète omnes gentes. Et cùm iuxta illud habitaculum ædificaſſet alterum, eos iuſſit illic degere, diuino quodam templo conſtructo, in quod iuſſit & hos & illos conuenire, incipiente die & deſinente: vt veſpertinos & matutinos hymnos Deo ſimul offerrent, in duas quidem diuiſi partes, & ſinguli ſuâ voce vtentes, ex ſucceſſione autem canticum emittentes. Permanſit autem in hodiernum vſque diem forma eius inſtituti, & neque tempus, quod hæc talia mutare vehementer contendit; nec ij qui illius ſucceſsêre curationi, vt ex limitibus ab eo poſitis aliquid euerterent, in animum induxêre: atque cùm non duo vel tres, ſed plures hanc ſuſceperint præfecturam.

allud cœnobium exſtruit Syris:

Matth. 28. 19.

templum vtrique commune.

a *Quo S. Euſebius viuebat, de quo ipſe capite præcedenti, nos XXIV. Ianuarij egimus. Idem Theodoretus in hiſtor. Eccleſ. & Nicephorus ſub Valente & Valentiniano eum tradunt vixiſſe.*

b *Longus:* ex ſenatoriis maioribus. ἐκ βουλευτικῆς συμμορίας, ex ſenatoriâ claſſe, *ſiue ordine, Conſtantinopolitano fortaſſis, nam & Græcos primùm Diſcipulos habuit; aut certè è Syrorum Procerum genere.*

c *Anno regni ſui quinto, Olympiadis 74. quarto, ante Chriſtum natum circiter 480.*

d Ζεύγνυμι, coniungo. *Agunt de eâ vrbe paſſim antiqui, Ptolemæus, Strabo, alij. Refert Plinius lib. 34. cap. 15. in eâ* extare catenam, quâ Alexander Magnus ibi vinxerat pontem. *Imò* catenam in hanc ætatem ſeruari, & reliquias antiqui pontis adhuc extare, *tradit ex epiſtolâ Petri Gyllij MS. Ortelius in Theatro Geographico.*

Zeugma vrbs.

e *Theodoretus in hiſtor. Eccleſ.* In ſolitudine Zeugmatenſi. *ſequitur Nicephorus.*

f *Menæa:* γαστρίμαργόν τε καὶ εἰς κόρον φιλόσαρκον, guloſum, & carnis ſuæ ad ſatietatem amantem.

CAPVT II.

Succeſſores in præfecturâ cœnobiorum.

6 CVm primùm enim ille certamen impleſſet, & ex hac vitâ exceſſiſſet, & in illam omni moleſtiâ vacuam commigraſſet, Theotecnus quidem Græcæ linguæ Aphthonius verò Syræ, præfecturam accepêre, qui vtrique illius virtutis fuerunt quædam animatæ ſtatuæ & imagines. Neque enim iis qui ſimul conueniebant, neque iis qui extrinſecus adueniebant, conceſſerunt mortis illius vllum habere ſenſum, vt qui illius vitæ inſtituti ſeipſos expreſſa oſtenderent ſimulacra.

Theotecnus & Aphthonius Publio ſucceſſerunt.

7 Sed diuinus quidem Theotecnus cùm non diu vixiſſet, tradidit Theodoto præfecturam: Aphthonius autem gregis curam gerens, & iam latis legibus regens, permanſit diutiſſimè. Hic autem Theodotus ex Armeniâ oriundus, cùm exercitationis monaſticæ illum vidiſſet ordinem, primùm quidem erat in numero eorum, qui magno parebant gubernanti Theotecno; poſtquàm autem, vt dixi, ille quidem exceſſit, ipſe verò accepit præfecturam, eam tot bonis exornauit, vt famâ ſuâ priores propemodùm obſcurârit. Sic enim eum diuinum affecit deſiderium, eumque tot & talibus conſauciauit iaculis, vt noctu & interdiu effunderet lacrymas compunctionis. Erat autem ſpiritali tantâ plenus gratiâ,

Theotecno Theodotus,

ſemper lacrymans.

quo orante cæteri ſilebant,

gratiâ, vt eo quidem precante, ſilerent quidem omnes qui aderant, ſolùm autem illa ſacra verba audirent, illam auditionem planè ducentes bonam precationem. Quis enim fuiſſet adeò adamantinus, vt illis verbis tam ſincerè & germanè prolatis, non demulceretur animâ, illiuſq; duritiem emolliret & inobedientiam, & ad Deo ſeruiendum traduceret? Cùm ſic opes augeret quotidie, & ſacros oſtenderet theſauros talibus bonis plenos, poſtquàm viginti quinque annis gregẽ pauiſſet, adiectus eſt ad Patres ſuos, vt diuina dicit Scriptura, in bonâ eductus ſenectute, traditis habenis Theotecno, qui erat quidem genere fratris filius, frater autem moribus.

cui ſucceſſit alter Theotecnus. Gen. 15. 15.

Aphthonius poſt fit Epiſcopus:

8 Iam verò diuinus quoque Aphthonius, cùm plus quàm quadraginta annis choro præfuiſſet, Sedem accepit Pontificalem: nec [a] cilicium mutans monaſticum, nec tunicam contextam ex pellibus caprarum; iiſdem quoque cibis veſcebatur, quibus antequàm fieret Antiſtes. Quinetiam quamuis hanc accepiſſet curationem, nihilò ſeciùs curam gerebat illius gregis, illic multos dies verſans: & nunc quidem componens eorum lites qui inter ſe depugnabant, nunc verò eis conſulens qui erant aliquâ affecti iniuriâ; aliquando autem ſodalibus diuinam porrigens admonitionem. Faciebat autem vnumquodque horum, vel contubernalium interim pannos conſuens, vel lentem expurgans, vel frumentum abluens, vel aliquid tractans ex iis quæ ſunt eiuſmodi. Cùm ſic autem & Pontificatum ornaſſet, & virtutem auxiſſet, ad diuinum portum peruenit cum ſuis oneribus.

a ſimul curam gerit monaſterij, viuitq; vt monachus:

exercet ſe in vilibus.

9 Et quid opus eſt dicere de Theotecno, & qui illum ſecutus eſt Gregorio? Quorum ille quidem à iuuentute omne genus virtutis collegit, & cum maiorum ſuorum exceſſit gloriâ; hic verò adhuc in hodiernum diem laborat in profundâ ſenectute, perinde ac ſi eſſet in florenti ætate. Perſtitit enim vitis fructum perpetuò recuſans, & nec aceto quidem vel vuis paſſis veſcens, non lacte, neque recenti nec concreto; ſic enim viuere magnus conſtituit Publius: [b] olei autem vſum agnoſcentes in tempore Pentecoſtes, rurſus recuſant eius eſſe participes.

EX THEODORETO.

Theotecno ſuccedit Gregorius.

Publij cũ diſcipulis victus ratio.

[b]

10 Hæc didici de magno Publio, quæ partim quidem audita accepi, partim verò ab ipſis eius, quos vidi, diſcipulis, in quibus agnoui Præceptorem, & per athletas didici pædotribam. Ini quum igitur eſſe arbitratus, & hominis inuidi, tantam vtilitatem mandare ſilentio; iis qui ignorabant propoſui narrationem, vt & ipſi vtilitatem hinc accipiant procurans, & memoriæ hinc mihi quæſtum parans. Audiui enim Dominum dicentem: Quicumque me confitebitur coram hominibus, ego quoque eum confitebor coram Patre meo, qui eſt in cælis: & planè ſcio, quòd ſi eorum memoriam fecero in hominibus, futurum ſit vt ij quoque mei meminerint apud Deum vniuerſorum.

Vnde hæc acceperit Theodoretus,

cur ſcripſerit. Matth. 10. 32.

a *De duplici hac veſte egimus XVII. Ianuarij ad Vitam S. Antonij §. 15. in prolegomenis.*

b *Longus:* Oleo verò vel Quadrageſimæ tempore abſtinebat.

DE S. APOLLO, SIVE APOLLONIO,

ABBATE IN THEBAIDE.

CIRCITER AN. CHR. CCCVC. XXV. IANVAR.

1 *Sanctiſſimus Abbas* Apollos, *ſiue* Apollo, *aut* Apollonius, (*Græcis* Ἀπολλὼς) *refertur in Menæis & apud Maximum Cythereum hoc XXV. Ianuarij, dicturq́;* quieuiſſe in pace. *Idem* Ἀπολλὼς *eſt, cuius adhuc ſuperſtitis Vitam accuratè ſcripſit Timotheus Alexandrinus Epiſcopus, vt teſtantur Sozomenus lib. 6. cap. 29. & Nicephorus lib. 11. cap. 34. Verba illius ſunt*: In iſtorum *monachorum* numero Apollos quoque fuit, qui vixit in Thebaide. Hic cùm pubeſcere inciperet, vitæ monaſticæ ſe dicauit: qui cùm in ſolitudine ad quadraginta annos vixiſſet, diuino iuſſu, ſpeluncam ad radices montis cuiuſdam, locis ab hominibus habitatis vicini, occupauit: qui etiam præ miraculorum multitudine breuî magnam nominis celebritatem eſt conſecutus, & pluribus præfuit monachis. Nam tam vtilibus ad vitam diſciplinis vtebatur, vt multos alliceret. Sed quænam fuerit eius inſtitutionis ratio, & quanta quamque ſtupẽda fecerit miracula, Timotheus Eccleſiæ Alexandrinæ Antiſtes accuratè narrat, qui non illius modò, ſed complurium, de quibus facta eſt à me mentio, & aliorum quoque clarorum monachorum Vitas litteris perſecutus eſt. *Obiit* Timotheus, *vt auctor eſt Socrates lib. 5. cap. 12.* ad primum conſulatum Arcadij Auguſti & Vadonis, *ſiue* Bautonis, *anno Chriſti 385. poſt quem tertio anno, ſecundo conſulatu Theodoſij Imperatoris, Alexandriam venit Palladius, qui Sanctum hunc, quem ipſe* Ἀπολλῶ *nuncupat, inuiſit, & Vitam eius pluribus deſcripſit, nullâ obitus factâ mentione. Eamdem Ruffinus lib. 2. de vitis Patrum cap. 7. refert. Ex Palladio hic damus, à Gentiano verſam, cum alterâ Ruffini collatam, in quâ* Apollonius *appellatur. Hanc Palladium ex Timotheo, vt plurimas aliorum Vitas, maximâ ex parte deſcripſiſſe, verba Sozomeni cum eâ collata confirmant. Duo Menæa in eo præcipuè commendant, longæuam in eremo vitam, & victoriam de diabolo reportatam, hoc diſtricho:*

S. Apollonij natalis,

Vita ſcripta à Timotheo Alexandrino,

Palladio, & aliis;

Χρηςὸν βιώσας μέχρι καὶ τέλους βίου,
Θράυει πονηρῆ πᾶν Ἀπολλὼς τὸ θράσος.
Religioſam cùm vixiſſet vſque ad extremum vitã,
Frangit inimici omnem Apollo audaciam.

Apollonio Senatore, *qui Romæ ſub Commodo martyrij palmâ coronatus eſt: cui hunc Abbatem ſubiungit Petrus de Natalibus lib. 4. cap. 63. à quo inter alia dicitur*, iuuenem, nomine Philemonem, ſe deridentem ad Chriſtum conuertiſſe, *quod à Palladij & Ruffini narratione abeſt; & ſumptum eſt, nec bonâ fide, ex alterius* S. Apollonij *Diaconi Actis, quæ VIII. Martij dabimus. Petrum ſecutus Maurolycus eodem die:* Fuit & alius Apollonius Abbas, Pater quingentorum monachorum, qui iuxta Hermopolim habitauit in ſpeluncâ, miraculis clarus. *Martyrologium Germánicum*: Item in finibus Hermopolis ſancti Abbatis & Confeſſoris Apollonij, qui annos duodecim (*in Vitâ* quindecim) natus ſeceſſit ad eremum, & quadraginta ibidem annis laudabiliter conuerſatus, quingentos ſub ſuâ diſciplinâ Fratres habuit, multis miraculis clarus. Is germanum ſuum ob Chriſti cultum à Iuliano Imperatore captum inuiſit & conſolatus eſt: quapropter & ipſe coniectus in vincula. Mediâ autem nocte Angelus Dei eum cum omnibus captiuis liberauit. Qui poſtmodùm ſuis concionibus multos ad Chriſti fidem conuertit. Denique iterum in eremum ſeceſſit, & quieuit in pace. *In margine annotatur* annus Domini 360. *Martyrologium hoc citat & ſequitur Ferrarius:* Hermipoli in Ægypto S. Apollonij Abbatis. *Baronius tomo 4. an Ch. 362 num. 159. & ſequentibus* Apollonij *res geſtas narrat, &* ſanctiſſimum monachum *appellat. S. Aldhelmus egregiam vitæ eius epitomen exhibet libro de laudibus virginitatis, cap. 21. vbi* ob præclaram virginitatis gloriam multis miraculorum ſignis & prodigiis *vult* coruſcaſſe. *De eodem agit Georgius Garneſeltius lib. 1. Elucidationum ſacrarum de Vitis antiquorum Eremitarum cap. 8.*

commemoratio 18. Aprilis,

encomium.

2 *Latini quidam eum celebrant XVIII. Aprilis cum altero*

VITA

Ex HIST. LAVSIAC.

VITA EX PALLADIO.

CAPVT I.

S. Apollonij exercitatio anachoretica.

1 VIdimus autem alium quoque virum ſanctum in *a* Thebaide, in finibus Hermopolis, in quam Seruator venit cum ſanctâ Mariâ & Ioſeph, implens prophetiam Iſaiæ, quæ dicit: Ecce Dominus ſedet ſuper nubem leuem, & veniet in Ægyptum; & quatientur manufacta Ægypti à facie eius, & cadent in terram. Vidimus enim illic quoque templum, in quo, *b* ingreſſo vrbem Seruatore, ceciderunt omnia ſimulacra in faciem ſuper terram.

a In finibus Hermopolis degit Chriſtus: Iſaiæ 19.1.

b

2 Vidimus autem illic in ſolitudine virum, Apollo nomine, qui monaſteria habebat ſuper montem. Erat enim Pater monachorum circiter quingentorum, qui erat valdè clarus & celebratus in Thebaide; erantque eius magna opera, & magnas virtutes per eum faciebat Dominus, & plurima ſigna & admirabilia per eum efficiebantur. Hic enim cùm à pueritiâ multam oſtendiſſet exercitationem, in perfectâ ætate talem eſt conſecutus gratiam. Cùm enim eſſet *c* octogenarius, ſibi magnum congregauit monaſterium virorum perfectorum, qui poterant omnes ferè ſigna efficere. Is cùm quindecim annos natus à mundo ſeceſſiſſet, & quadraginta annos in ſolitudine tranſegiſſet, & in eâ omnem virtutem exercuiſſet; viſus eſt poſteà audire Dei vocem, dicentis ei: Apollo, Apollo, per te ſapientiam ſapientum in Ægypto, & prudẽtiam gentium prudentium abolebo. Perdes autem mihi cum eis etiam ſapientes Babylonis, & de medio tolles omnem cultum dæmoniacum: & nunc vade in eam quæ habitatur regionem: generabis enim mihi populum peculiarem, æmulatorem bonorum operum.

c ibidem S. Apollo eremum incolit ab anno 15. ætatis: poſt 40. annos euocatur ad aliorum conuerſionem:

3 Is autem reſpondens, dixit: Auferà me, Domine, arrogantiam: ne fortè elatus ſupra fraternitatem, priuer omni bono opere. Ei autẽ rurſus dixit vox diuina: Mitte manum tuam ſuper collum tuum, & deinde comprehẽdes, & infodies arenâ. Is autem cùm ſtatim manum miſiſſet ſuper collum, apprehendit paruum Æthiopem: & eum infodit in arenà clamantem & dicentem: Ego ſum dæmon ſuperbiæ. Et rurſus facta eſt vox ad eum, dicens: Vade, quoniam quòd à Deo petieris, accipies. Is autem cùm primùm hoc audiſſet, profectus eſt in eam quę habitatur regionem, tempore Iuliani tyranni: & tunc venit in propinquam ſolitudinem.

liberatur à dæmone ſuperbiæ:

4 Cùm quamdam autem paruam occupaſſet ſpeluncam, manebat ſubter montem. Eius autem opus erat, *d* toto diurno ſpatio preces edere; noctu quidem centies, interdiu autem toties, flexis genibus. *e* Eius autem alimentum tunc quoque ſicut priùs, admirabili & præter opinionem ratione à Deo ſuppeditatur. Ei enim in ſolitudine per Angelum afferebatur nutrimentum. Eius autem indumentum erat *f* lebiton, quod nonnulli colobium appellant, & *g* paruum linteum in eius capite. Hęc enim ei manebant in ſolitudine, nec veteraſcebant.

eius preces, *d* *e* eibus ab Angelo allatus, *f* *g* veſtis non veteraſcẽs,

5 Erat autem in ſolitudine propinquâ terræ quæ habitatur, faciens ſigna & virtutes admirabiles in virtute Spiritus: quas propter miraculi inſignem magnitudinem nemo poteſt omnes dicere, ſicut audiuimus à ſenibus qui cum eo verſabantur, qui ipſi quoque erant viri perfecti, & præerant multis Fratribus. Fuit itaque protinus clarus ac celebratus, tamquàm nouus aliquis Propheta vel Apoſtolus, qui veniſſet noſtro ſæculo: & cùm magna fama de eo ſparſa eſſet, omnes qui circumcircà diſperſi habitabant monachi, ſemper ad eum veniebant, & tamquàm *h* patri germano, dona ſuas offerebant animas. Is autem alios quidem hortabatur ad contemplationem; alios verò inſtituebat, vt perſequerentur virtutem, quæ verſatur in actione; primùm oſtendens opere ea quæ ipſos facere admonebat ſermone. *i* Sæpè enim eis oſtendens exercitationem, Dominicâ ſolùm cum eis verſabatur; ipſe quidem non amplius ſumens, quàm olera quæ ſuâ ſponte naſcuntur in terrâ; non panem interim vel legumen, non ex fructibus arborum aliquid comedens, nec quæcumque igni admota veniunt in vſus hominum.

miracula, *h* exhortationes, *i* conuiuium diebus Dominicis.

a Thebaidem *eo tuo aliam fuiſſe* inferiorem, *aliam* ſuperiorem, *diximus XVII. Ianuarij ad Vitam S. Antonij num. 4. in Prolegomenis; atque* inferiori *adſcribi* Hermopolim, *quam* oppidum Thebaidos *etiam appellat Sozomenus lib. 5. cap. 20. Nicephorus lib. 10. cap. 31. qui ambo Chriſtum iſthic vixiſſe tradunt.* Hermopolis.

b *Sozomenus & Nicephorus loco citato*, ex Ægyptiis iſtarum rerum teſtibus locupletibus *referunt*, arborem Perſidem, ſeu Perſæam, licet maximam, vbi Chriſtus portæ Hermopolis appropinquauit, ad ſolum vſque ſe inflexiſſe, & Chriſtum adoraſſe: *quo* ſignificabatur, *inquit Sozomenus*, omnes Ægyptiorum ſtatuas Chriſto aduentante fuiſſe commotas. *Eius porrò arboris* fructus, aut folium, aut particula aliqua corticis ægrotis admota, morbos à compluribus depulit, *vt idem ſcribit.* Chriſti ingreſſus in Ægyptum.

c *Ruffinus*: Erat enim annorum ferè octoginta. *at Græcè hîc*, ὀγδοηκοντὰ γὰρ ὢν ἔτυς.

d *Ruffinus*, indefinenter die ac nocte. *Græcè*, ἡμερίους ἰυχὰς ἀποδῦναι τῷ Θεῷ, diurnas preces offerre Deo.

e *Hæc paucis à Ruffino efferuntur*: Cibo autem magis cæleſti, quàm humano vtebatur.

f Lebiton, *ſeu* colobium *monachorum, quod hîc Ruffinus* ſtuppeum *dicit, ferè* lineum *fuiſſe diximus ad Vitam S. Antonij nu. 66. in prolegomenis. Aldhelmus quo id modo textum eſſet exponit.*

g *Ruffinus*: & linteum, quod collum & caput obuoluereet. *Caſſianus* Cucullum *vocat lib. 1. Inſtit. cap. 4.* quo vſque ad cerucis humerorumque confinia demiſſo, caput indefinenter diebus ac noctibus contegebatur; *vt ad S. Simeonis Stylitæ Vitam V. Ianuarij diximus.* Cucullus.

h *Ruffinus*, pio Patri. *Græcè eſt*, πατρὶ γνησίῳ.

i *Interponit Ruffinus*: Aliis quidem diebus vnumquemque apud ſemetipſum exercere abſtinentiam, quam poſſet, ſinebat: die verò Dominicâ, *&c.*

CAPVT II.

Tolerata vincula. cœnobij cura.

6 CVm autem *a* tempore Iuliani aliquando audiiſſet, *b* Fratrem in exercitu captum vinctum teneri in cuſtodiâ, acceſſit ad eum cum fraternitate, rogans eum & admonens, vt eſſet fortis & conſtans in laboribus, & deſpiceret pericula ſibi imminentia. Dicit enim eſſe ſibi tempus certaminum, vt tunc quoque mens eius probetur inſultu tentationum. Poſtquàm autem his verbis eius animum confirmauit, aduenies Tribunus, qui quodam ſceleris ferebatur impetu, cùm quidam ei de ipſis ſignificaſſet, clauſis portis cuſtodiæ, & ipſum, & omnes qui cum eo erant monachos, incluſit, tamquàm futuros aptos ad militiam: & cùm eis quot ſatis eſſent cuſtodes conſtituiſſet, domum rediit, nec auditione quidem ab eis rogari ſuſtinens.

a *b* Fratrem captiuum inuiſit: includitur carceri:

7 Mediâ autem nocte, *c* lampadem ferens Angelus apparet cuſtodibus, lumine illuſtrans omnes qui erant in carcere, adeò vt præ ſtupore hiantes ſtarent cuſtodes. Qui cùm ſurrexiſſent, eos rogarunt vt omnes abirent, eis apertis *d* ianuis: fatebantur enim, eſſe ſatius pro iis mori, quàm quæ ad eos diuinitus veniſſet libertatem, qui citra rationem detinebantur, deſpicere. Tribunus itaque cum magiſtratibus manè veniens in cuſtodiam, contendebat vt viri egrederentur è ciuitate: dicebat enim, domum ſuam cecidiſſe terræ motu, & è ſuis ſeruis optimos oppreſſos fuiſſe. Ij autem hæc audientes, Deo gratias agentes, abierunt in ſolitudinem: erantque omnes ſimul, vt dicit Apoſtolus, habentes cor vnum & vnam animam. Act. 4. 32.

c cuſtodibus ab Angelo terrefactis, *d* & domo Tribuni collapſâ, liberatur.

8 Docebat autẽ quotidie ornari virtutibus, & machinas diaboli in cogitationibus in principio protinus propulſare. Contrito enim capite ſerpentis, totũ corpus eſt mortuum. Iubet enim Dominus, vt obſeruemus caput ſerpentis: id autẽ eſt, ne in principio admittamus malas & turpes cogitationes, *e* non ſolùm vt obſcœnas animi noſtri

Docet mundum reſpuere cogitationibus, obſcœnis, *e*

noſtri phantaſias deleamus: conari autem nos inuicem ſuperare virtutibus: & ne quis in his laudibus altero videatur inferior. Hoc autem, inquit, ſit vobis argumentum profectus virtutum, quando fueritis vacui affectionibus & appetitionibus: hæc enim ſunt Chriſti donorũ principium. Quando autem à Deo habuerit aliquis oſtẽtionem miraculorum, ne nimiùm intumeſcat, quaſi ſufficienter profecerit; nec efferatur cogitatione, tamquàm ſit iam magis honoratus quàm alij; neque vt oſtentans quòd talem gratiam acceperit: ſin minùs, ſeipſum decipit mente captus, & gratiâ mulctabitur. Habuit ergo hanc magnam doctrinam in ſermonibus, quam nos quoque ſæpè poſteà ab ipſo audiuimus: in operibus autem, efficiebat maiora; omnis enim petitio ei ſtatim dabatur à Deo.

& ſuperbis:

9 Quinetiam videbat quaſdam reuelationes: vidit enim ſuum fratrem natu maximum, qui ipſe quoque fuerat cõſummatus in ſolitudine, & ipſo pulchro vitæ inſtituto eum ſuperauerat, cum quo ipſe quoque longo tempore vixit in ſolitudine. Videbatur ergo eum videre ſedentem in eodem throno cum Apoſtolis, cùm ei reliquiſſet ſuarum virtutum hereditatem: & ſic pro ſe ipſo intercedebat, Deum rogans, vt eſſet velox eius tranſlatio, & cum ipſo ſibi requiem præſtaret in cælis. Viſus eſt autem ei dixiſſe Seruator, oportere eum adhuc paruo tempore eſſe in terrâ ad multorum perfectionem, donec multi fiant eius virtutis æmulatores. Magnus enim monachorum populus credetur eius fidei, & pius exercitus, vt gloriam dignam laboribus conſequatur apud Deum.

germanum ſuum in eremo defunctum videt inter Apoſtolos:

9 Hæc vidit, quæ etiam euenerunt. nam cùm multi vndique ex auditione ad eum conueniſſent monachi, & per eius doctrinam & conuerſationem plurimi omnino mundo renuntiaſſent, facta eſt Fratrum cohabitatio, cùm ad quingentos Fratres ſimul apud ipſum communem vitam haberent, & vnam menſam, *f* totâ veſte candidati: & in eis impleta eſt Scriptura, quæ dicit: Lætare deſertum ſitiens, erumpe & clama quæ non parturis; quoniam multi ſunt filij deſertæ, magis quàm virum habentis. Nam impletum quidem eſt hoc eloquium propheticum ex Eccleſiâ quæ congregata eſt ex gentibus: perfectum eſt autem in hac etiam Ægyptiacâ ſolitudine, quæ plures filios Deo exhibet, quàm terra quæ eſt habitata. Vbi enim ſunt in vrbibus tot greges eorum qui ſalui fiunt, quot Deo exhibent quæ ſunt in Ægypto ſolitudines? Quot ſunt enim hîc populi, tot ſunt illic in deſertis monachi. Ac mihi videtur dictum Apoſtoli, etiam in ipſis eſſe impletum: Vbi enim abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia. Abundauit enim quondam in *g* Ægypto multus & impius idolorum cultus, adeò vt in nullâ gente magis: canes enim & ſimias quidã colebãt, alij allia & cæpe, & ex vilibus oleribus multa deos exiſtimabant, vt ipſum ſanctum Patrem hæc narrantem audiuimus, & reddentem cauſſam prioris ignorationis. Nam bouem quidem, aiebat, in deos referebant Gentiles qui priùs apud nos habitabant, quoniam per ipſum exercentes agriculturam, victum ſibi parabant: aquam autem Nili, quoniam irrigat omnes agros: terram quoque colebant, vt quæ eſſet aliis omnibus regionibus fertilior. Reliquas autem abominationes, canes & ſimias, & reliquam omnem animantium & olerum colebant turpitudinem, quatenus eorum vſus fuit eis occaſio ſalutis, qui tempore Pharaonis homines occupatos tenuit, quãdo ille Iſraëlem perſequens, ſubmerſus eſt. Vnuſquiſque enim id, in quo fuit occupatus, cùm Pharaonem non eſſet ſecutus, hoc in deos retulit, dicens: Hoc fuit mihi deus hodie, per quod effectum eſt, vt non perirem vnà cum Pharaone. Hæc quidem in ſermonibus habuit S. Apollo.

ſit Abbas quingentorum Fratrum:

f Iſaiæ 54. 1.

Rom. 5. 20.

g exponit cauſſam multorum in Ægypto deorum.

a Iulianus *imperauit ab anno Ch.* 361. *ad* 26. *Iunij* 363.

b *Ruffinus*, Fratrem quemdam, *& rectè à Baronio & Aldhelmo monachus intelligitur*; (*cogebat enim impius Apoſtata monachos & Clericos militare*) *licet* fratrem eius germanum *interpretentur Petrus de Natalibus & Martyrol. Germanicum.*

c *Græcè*, λαμπαδηφόρος. *Ruffinus*, ingenti luce reſplendens.

d *Ab Angelo, vt alt Ruffinus.*

e *Ruffinus*: quantò ergo magis diffundi non conuenit in ſenſibus noſtris cogitationum phantaſias, quas etiam initio recipi vetat?

f *In Græco additur:* Καὶ ἦν ἰδεῖν ἀυλὸς Ἀγγελικὴν πνε κεκοσμημένον κόσμῳ παυὶ λευκοφορεσθῶν. *quæ ita apud Ruffinum efferuntur*: Et Angelicum cernebamus exercitum, in omnibus virtutibus adornatum. Nullus sanè in eis ſordidis vtebatur indumentis, ſed ſplendore veſtium pariter atque animorum nitebant. *De* ependyte, *ſiue* melote, *candidi coloris, exteriore veſte monachorum, egimus ad Vitam S. Antonij num.* 67. *in Prolegom.*

g *De diis Ægyptiis præter S. Auguſtinum, Euſebium, Lactantium, Arnobium, aliſque ſcriptores, egregiè diſputat S. Antonius cap.* 17. *Vitæ, ſuprà* 17. *Ianuarij.*

CAPVT III.

Multorum Gentilium conuerſio.

10 ANte ſermones autem ſcribendum eſt quæ poſſedit in operibus. Fuerunt enim aliquando Gẽtiles propè accolentes in locis omnibus: & decem pagi qui erant ei propinquiores, magis colebant dæmones. Erat autem templum maximum in vno vico, & ſimulacrum maximè inſigne: lignea autem erat hæc ſtatua. Pompam autem ducebant, eam per vicos circumferentes, nefarij ſacerdotes, qui bacchabantur cum multitudine, veluti *a* pro æquâ fluuiatili celebrantes myſteria. Accidit autem, vt illo tempore illic adeſſet Apollo cum paucis quibuſdam Fratribus: poſtquàm autem vidit multitudinem repentè dæmoniacè furentem per regionem, flexis Seruatori genibus, fecit omnes Gentiles repentè immobiles. Cùm autem non poſſent ex illo loco progredi, alius alium trudentes, & æſtu toto die torrerentur, ignorantes vnde hoc eis euenisſet, ſacerdotes eorum dixerunt eſſe quemdam Chriſtianum habitantem in eorum finibus ſub ſolitudine, qui hæc faceret, dicentes de Apollo; & oportere ei ſupplicare: ſin minùs, fore vt veniant in periculum. Poſtquàm autem qui procul habitabant, auditis clamoribus & lamentationibus, acceſſerunt, & eos rogarunt, Quidnam eſt, dicentes, quod vobis repentè accidit? quo pacto hoc factum eſt? Illi autem dixerunt ſe neſcire, niſi quòd virum habebant ſuſpectũ, dicentes oportere illum placare. Alij verò teſtabantur ſe eum vidiſſe prætereuntem: & ſic rogarunt eos, vt eis citò daretur auxilium: adductis bobus conati ſunt mouere ſimulacrum; id autem manebat tamquàm immobile cum ipſis ſacerdotibus. Cùm nullam ergo euadendi rationem inueniſſent, miſerunt per accolas legationem ad Apollo, vt illinc liberati ab errore recederent. His autem Apollo ſignificatis, celerrimè deſcendit homo Dei: & cùm oraſſet, omnes ſoluit à vinculo. Hi autem omnes vno animo ad ipſum proceſſerunt, vniuerſorum Seruatori credentes, & Deo qui facit admirabilia, idolo protinus igni mandato. Quos omnes catecheſi inſtitutos adiecit Eccleſiis. Multi autem ex his in hodiernum vſque diem degunt in monaſteriis. Huius autem rei fama peruaſit in omnes partes, & multi crediderunt in Dominum; adeò *b* vt nullus ampliùs Gentilis nominetur in eius finibus.

Gentiles idolum circumferentes,

a

reddit immobiles

cum ipſo idolo:

liberat, & ad fidem adducit:

b

11 Non multo pòſt autem tempore, duo pagi inter ſe bellum incipiunt committere, pro *c* agris decertantes. Poſtquàm autem eſt Apollo renuntiatum, ſtatim ad eos deſcendit, inter eos pacem conciliaturus. Qui erant autem ex parte aduerſâ non parebant, ſed contrà dicebant, freti vno latronum principe, vt viro ad bellum præſtantiſſimo. Cùm eum ergo Apollo vidiſſet contrà dicentem, dixit ei: Si parueris, ô amice, rogabo Dominum meum, vt tua peccata remittantur. Is autem vbi hoc audiuit, non cunctatus, abiectis armis, eius genibus aduolutus ſupplicauit: & pace factâ eius interceſſione, ſuos remiſit ad propria. Cùm ij autem pacem egiſſent, & abiiſſent, inſignis eorum propugnator Apollo de cetero ſequebatur, promiſſum apertè exigens. Quem cùm aſſumpſiſſet B. Apollo in propinquâ ſolitu-

c

Bellum ruſticanũ ſopit:

latronem conuertit,

ex HIST. LAVSIAC. *& viſione mirâ vtrique oſtẽsâ,*

ſolitudine, admonuit & hortatus eſt, vt patienti & conſtanti eſſet animo, poſſe enim Deum ei condonare. Vbi autem nox aduenit, ambo viderunt in ſomnis ſe aſtare ante tribunal Chriſti: vtrique autem contemplabantur Angelos Deum vnà cum iuſtis adorantes. Cumque ipſi vnà cum eis procubuiſſent, Patrem adorauerunt: & vox ad eos facta eſt Dei dicentis: Quæ eſt ſocietas luci cum tenebris? aut quæ pars eſt fidelis cum infideli? Quid verò ſtat cum iuſto homicida, cùm ſit indignus tali contemplatione? Tu autem abi, ô homo: tibi enim eſt conceſſus hic tardè natus perfuga. Qui cùm alia multa vidiſſent & audiſſent admirabilia, quæ neque audet oratio dicere neque auris audire, excitati annuntiarunt iis qui cum eis conuerſabantur. Omnes autem maxima inuaſit admiratio, vtriſque vnam narrantibus viſionem. Permanſit autem cum exercitatoribus, is qui non erat ampliùs homicida, vſque ad mortem, vitam ſuam corrigens, ex lupo in ſimplicem & innocentem agnum mutatus. In eo quoque impleta eſt Iſaiæ prophetia, dicentis: Lupi & agni ſimul paſcentur; & leo & bos ſimul comedent paleas. Licebat enim illic quoque videre Æthiopes cum monachis ſe exercentes, & multos virtutibus ſuperãtes, & Scripturam in eis impletam, quæ dicit: Æthiopia præueniet manum eius Deo.

admittit in monaſterium,

Iſaiæ 65. 25. *vti etiam Æthiopes.*

Pſal. 67. 32.

12 Aliquando autem decertabant Gentiles aduersùs Chriſtianos ruſticos pro ſuis finibus: erat autem multitudo vtrorumque armatorum, quibus adſtitit Apollo, pacem inter eos concilians. Ei autem reſtitit Gentilium in pugnâ anteſignanus, qui erat vir grauis & ſæuus; affirmabat autem & dicebat ſe non eſſe daturum pacem vſque ad mortem. Is autem ei dicit: Atque adeò tibi fiat quod elegiſti. nullus enim præter te occidetur. Tibi autem mortuo non erit terra ſepulchrum, ſed ventres ferarum & vulturum te implebuntur. Atque adeò oratio effectum protinus eſt ſortita, cùm ex vtraque parte nullus ſit interfectus præter anteſignanum. Quem etiam cùm in arenâ tumulaſſent, manè inuenerunt membra laniata ab hyænis & vulturibus. Illi autem cùm vidiſſent miraculum, & euentum eius quod dixerat, omnes Seruatori credentes eum prædicabant Prophetam.

Principi Gentilium contentioſo mortem prædicit,

mox ſubſecutam:

reliquos conuertit.

a *Ruffinus*, pro aquis pluuialibus. *Sed alteri lectioni fauet optata Ægyptiis Nili inundatio.*

b *Idem*, vt nullus iam penè Gentilium remanſerit.

c Nilus *enim* auctus continuas finium confuſiones efficiebat, aliis addens, aliis adimens, immutans figuras, & ſigna obruens, quibus proprium diſcernebatur ab alieno. *Ita Strabo lib. 13. Geographia.*

CAPVT IV.

Annona diuinitus procurata. Hoſpitalitas. Euchariſtia.

13 ERat autẽ adhuc anteà in montis ſpeluncâ S. Apollo, cum quinque aliis Fratribus, qui primi fuerũt eius diſcipuli, cùm recenter veniſſet è ſolitudine. Cùm autem aduentaſſet dies feſtus Paſchæ, & Dei cultum impleſſent, erant eſuri ea quæ inueniebantur: erant autem aliquot ſicci panes, & quædam olera repoſita. Eis autem dixit Apollo: Si ſumus fideles, ô filij, & germani Chriſti filij, petat vnuſquiſque veſtrûm à Deo id quod eius animo gratum eſt ad veſcendum. Illi verò ei vniuerſum permiſerunt, exiſtimantes ſe eſſe indignos tali gratiâ. Cùm lęto autẽ vultu oraſſet, & omnes dixiſſent, Amen; protinus noctu venerunt in ſpeluncam quidam viri penitùs incogniti, qui dicebant ſe venire à longinquâ regione; & omnia ferebant, ea etiam de quibus ne auditione quidem acceperant, & quę non naſcuntur in Ægypto, horti fructus omnis generis, vuas & mala punica, & ficus & nuces, omnia intempeſtiuè: quinetiam quoſdam inuentos mellis fauos, & vrnam recentis lactis: & a nicolaos maximos, & panes mundos & calidos è regione externâ. Ij autem qui ea attulerant, cùm ſolummodò tradidiſſent, tamquàm miſſi à viro magno & diuite, protinus properè receſſerunt. Cùm autem quæ erant eſculenta percepiſſent, ea illis ſuffecerunt vſque ad Pentecoſten: adeò vt ipſi quoque mirarentur, & dicerent, fuiſſe ea verè à Deo miſſa.

Impetrat cibos ſuis diuinitus ſuppeditari;

a

14 Quidam autem ex monachis rogabat Patrem, vt ſtatim Deum pro ipſo oraret, vt gratiam aliquam conſequeretur. Cùm ipſe autem oraſſet, ei dabatur gratia humilitatis & manſuetudinis, adeò vt mirarentur omnes eum eſſe tam manſuetum. Has autem eius virtutes narrarunt nobis qui cum ipſo erant Fratres, hæc multis quoque atteſtantibus Fratribus.

vni humilitatem & manſuetudinem:

15 Etenim cùm non multo antè tempore fuiſſet aliquando fames in Thebaide; qui autem ea loca accolebant populi audiiſſent, quòd qui erant apud eum monachi, præter ſpem omnem & opinionem quotidie alerentur; vno animo apud ipſum acceſſerant cum vxoribus & liberis, ſimul benedictionem petentes & alimentum. Is autem nihil veritus, ne cibus ei aliquando deeſſet, dabat omnibus venientibus, vnicuique quod in diem ſufficeret. Relictis autem tribus ſolis magnis ſportis cum panibus, & fame inualeſcente, iubet ſportas afferri in medium, quas ipſo die erant eſuri monachi: & audientibus omnibus Fratribus & populi multitudine, dixit magnâ voce: Non potens eſt manus Domini hæc implere? Hæc autem dicit Spiritus ſanctus: Non deficiet panis ex his ſportis, donec nouo frumento fuerimus ſatiati. Et affirmarunt omnes qui tunc aderant, eis panes ſuffeciſſe quatuor menſes. Similiter autem & in oleo & frumento: adeò vt veniret ſatanas, & ei diceret: Num tu es Elias, aut alius ex Prophetis & Apoſtolis, quòd hæc facias? Is autem dixit ipſi: Quid enim? non homines, ſancti fuerunt Apoſtoli & Prophetæ, qui hæc nobis tradiderunt? An tunc quidem aderat Deus, nunc autem peregrè eſt profectus? Poteſt autem Deus hæc ſemper facere, & nihil erit quod ipſe non poſſit. ſi ergo Deus eſt bonus, cur tu malus? Quid verò non oportet nos quoque dicere ea quæ vidimus? nempe quòd Fratres ingrediebantur cum ſportis, ad menſas panes afferentes, & cùm comederent quingenti Fratres ad ſatietatem, eas rurſus plenas accipiebant?

tempore famis populum paſcit,

& non deſuturum panẽ ſportu prædicit,

magnâ in Deum fiducia:

500. alit, cibis non diminutis.

16 Aliud quoque miraculum, quod videntes obſtupuimus, par eſt dicere. Cùm enim ad eos veniſſemus ſpatio trium dierum, cogniti ſumus, procul viſi à Fratribus, qui ex eo audierant de noſtro ad eum aduentu: qui quidem properè accurrentes nobis venerunt obuiàm, pſallentes: eſt enim hic mos apud omnes monachos. & cùm proni in terram adoraſſent, nos deoſculati ſunt, nos ſibi inuicem oſtendentes, & dicentes: Ecce venerunt Fratres, de quibus Pater noſter dixit tribus antè diebus, dicendo: Poſt tres dies venient ad nos b tres Fratres, venientes Ieroſolymis. Et alij quidem nos deducebant, alij verò nos retrò ſequebantur, pſallentes, donec prope ipſum venimus. Cùm autem audiiſſet Pater Apollo vocem pſallentium, venit nobis obuiàm, vt mos ei erat erga omnes Fratres: & cùm nos vidiſſet, adorauit primus ſe in terrâ extendens; & cùm ſurrexiſſet, eſt oſculatus; & poſtquàm introduxiſſet, orauit, & pedes noſtros manibus lauit propriis, & hortatus eſt ad refectionem.

Hoſpitum aduentum prænoſcit.

eos benignè excipit.

17 Hoc autem faciebat omnibus Fratribus qui ad ipſum veniebant. Qui enim cum ipſo erant Fratres, alimentum non priùs accipiebant, quàm Euchariſtiæ Chriſti communicaſſent. hoc autem faciebant horâ nonâ diei. Deinde cùm ſic comediſſent, ſedebant audientes eum docentem omnia præcepta, vſque ad primum ſomnum. Illinc alij quidem ex ipſis ſecedebant in ſolitudinem, Scripturas totâ nocte memoriter expromentes: alij verò illic perſeuerabant, aſſiduis hymnis Deum laudantes, ad diem vſque: quos ego vidi his oculis, cùm veſperè hymnos cœpiſſent, vſque ad matutinum non ceſſaſſe à cantu. Multi certè ex iis horâ nonâ ſolùm deſcendebant de monte, & Euchariſtiam ſumentes, rurſus aſcendebant, contenti ſpiritali nutrimento vſque ad aliam nonam. Hoc autem multi ex iis faciebant multos dies.

Euchariſtiam monachi eius quotidie ſumunt.

quâ aliqui ſolâ diu viuunt.

a *Nico-*

a *Nicolaus Damaſcenus, qui ad Herodem Iudæorum Regem ſcripſit de Gentibus mirabilibus, miſit Auguſto Imperatori dona, quæ ipſe ab eo* nicolaos *vocabat. Hæc* placentas *interpretantur Photius in Bibliothecâ Tmemate* 189. *Suidas & Heſychius*; palmulas *Athenæus lib.* 14. *Plutarchus lib.* 8. *Conuiual. cap.* 4. *Plinius lib* 13. *cap.* 4. *Iſidorus lib.* 17. *Originum cap.* 7. *Conſule Roſweydi Notationes in Ruffinum, num.* 21.

CAPVT V.

Varia monita. Diſcipulorum ſanctitas.

Commẽdat ſuos lætitiam:

18 LIcebat autem eos videre exultantes in ſolitudine, adeò vt nullam eiuſmodi aliam exultationem in terrâ videre liceat, nec lætitiam corporalem. Neque enim erat inter eos aliquis mœſtus aut triſtis: ſed ſi quis videbatur præ ſe ferre triſtitiã, ſtatim Pater Apollo ex eo rogabat cauſſam, & quæ erant in occulto vniuſcuiuſque cordis, renuntiabat. Dicebat autem: Non oportet eſſe triſtes propter ſalutem, cùm futuri ſimus heredes regni cælorum. Triſtes autem, inquit, erunt Gentiles, flebunt Iudæi, lugebunt peccatores; iuſti autem lætabuntur: & qui terrena quidem animo agitant, lætantur in rebus terrenis; nos autem qui tantâ ſpe digni ſumus habiti, quomodò non lætamur perpetuò? cùm nobis Apoſtolus ſuadeat, vt ſemper lætemur, & in omnibus gratias agamus. Quis autem dixerit eius in ſermone gratiam, & reliquas eius virtutes, quas propter ſummum miraculum ſiluimus, auditas vtique ex ipſo & ex aliis?

1. Theſſ. 5. 16.

hoſpitalitatem,

19 Cùm autem de exercitatione & vitæ inſtituto nobiſcum ſæpè ſeorſum diſſeruiſſet, ſæpè etiam dixit de ſuſcipiendis monachis, quòd oportet adorare Fratres aduenientes: Non enim ipſos, aiebat, ſed Deum adoraſti. Vidiſti enim, inquit, Fratrem tuum? vidiſti Dominum Deum tuum: & hoc, inquit, ab Abraham accepimus: & quòd oporteat, inquit, nonnumquàm cogere Fratres ad refectionem, à Lot accepimus, qui coëgit Angelos: & quòd oportet, ſi fieri poteſt, monachos quotidie communicare Sacramentis. Qui enim ſe ab eis procul amouet, Deus quoque procul ab eo recedit. Qui autem hoc facit aſſiduè, aſſiduè ſuſcipit Seruatorem. Eſt enim, inquit, vox ſalutaris: Qui comedit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, manet in me, & ego in eo. Hoc confert monachis ſalutaris paſſionis commemorationem continenter facientibus, quotidie etiam ſe præparare, vt omni tempore digni ſint, qui ſuſcipiant cæleſtia Sacramenta: quandoquidem ſic quoque conſequitur remiſſionem peccatorum. Catholica autem & generalia ieiunia non licet ſoluere ſine ingenti neceſſitate: in quartâ enim feriâ traditur Seruator, & in paraſceue crucifigitur: qui ea ergo ſoluit, Seruatorem vnà tradit, & vnà crucifigit. Sed ſi ad vos veniat Frater, qui opus habet vt reficiatur cùm ſit ieiunium, ipſi ſoli menſam apponite: ſin autem nolit, ne cogatis, habemus enim communem traditionem.

Communionem frequentem,

Ioan. 6. 55.

ieiunia Eccleſiæ:

20 Multùm autem reprehendebat eos qui ferrum a geſtabant, & comam nutriebant. Hi enim, inquit, ſe oſtentant & quærunt placere hominibus, cùm oporteat ipſos potiùs corpus ſoluere ieiuniis, & quod bonum eſt facere in occulto: ij verò non ſic, ſed ſe propalant omnibus. Et quid opus pluribus? Omnis enim eius doctrina eſt eius vitæ inſtituto ſimilis, quam nec quis ſcribere potuerit nec dicere.

ex HIST. LAVSIAC. reprehẽdit auſteritates ad oſtẽtationem aſſumptas:

21 Plurima ergo nobiſcum ſeorſum, totâ ſæpè hebdomadâ differendo, tandem dimittens dixit: Habete pacem inter vos, neque ſeparemini in viâ. Cùm autem dixiſſet iis qui cum ipſo erant Fratribus, quiſnam ex ipſis vellet nos deducere ad viſitandos alios Patres, S. Apollo tribus viris delectis, qui valerent & ſermone & vitæ inſtituto, erantque periti linguæ Græcæ & Romanæ & Ægyptiacæ, cum eis nos dimittens, iuſſit eis ne nos priùs relinquerent, quàm ſatisfactum eſſet noſtro videndorum Patrum deſiderio: quos ſi quis vellet omnes videre, ad eos adſpiciendos tota vita non ſufficeret. Cùm nobis ergo benedixiſſet, amandauit, dicens: Benedicat vos Dominus ex Sion, & videatis bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ veſtræ.

dimittit hoſpites datis itinerꝛis ducibus;

22 Nobis autem ambulantibus b meridie per ſolitudinem, videmus tractum magni draconis, qui tamquàm trabes erat protractus per arenam: quem cùm vidiſſemus, nos magnus timor inuaſit. Qui autem nos ducebant Fratres, hortati ſunt ne timeremus, ſed eſſemus bono animo, & ſequeremur draconis veſtigium: Videbitis enim fidem noſtram, cùm ipſi ſimus eum manu noſtrâ ſuperaturi. Multos enim, inquiunt, & dracones & ceraſtas manu interfecimus, ſicut ſcriptum eſt. In eis enim implebatur illud: Dedi vobis poteſtatem ambulandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem poteſtatem inimici. Nos autem qui ferebamur incredulitate, & qui maiori eramus affecti formidine, rogabamus eos ne iremus per veſtigia draconis, ſed rectâ viâ. Vnus autem Frater ex ipſis, magnâ animi alacritate, cùm nos eo in loco dimiſiſſet, profectus eſt in ſolitudinem quærens beluam. Quam cùm inueniſſet, non procul ab antro, magnâ voce exclamabat draconem eſſe in ſpeluncâ; & vocabat ipſos, vt ad ſe venirent viſuri quid eſſet euenturum: & hortantibus nos aliis Fratribus ne timeremus, cum magno metu abiimus viſuri beluam. Nobis autem repentè occurrens Frater vnus, manu nos traxit in ſuum monaſterium, dicens nos non poſſe ferre impetum beluæ, & maximè quòd nondum vidiſſemus talem, ſe verò ſæpè vidiſſe ipſam beluam tam vaſtâ magnitudine, vt quæ ſit plus quàm quindecim cubitorum. Cùm nos ergo iuſſiſſet manere in loco, abiit ad Fratrem, dicens ei vt recederet à cauernâ: conabatur enim ille à loco non recedere, priuſquàm interfeciſſet draconem. Cui cùm perſuaſiſſet, eum duxit ad nos increpãtem modicam noſtram fidem. Quieſcentes autem apud illum Fratrem, qui circiter vnum milliare remotum habebat monaſterium, ſatis refecti ſumus.

b hi dracones 15. cubitorum perſequuntur intrepidi.

a *Ruffinus*, in collo circumferunt.

b *Ruffinus*, ad meridianum. *Sequentia ipſe refert cap.* 8. *ad Vitam* Ammonis *ſiue* Amun.

a VITA S. a MARÆ

ABBATIS IN SYRIA,

ex Philotheo Theodoreti Epiſcopi cap. 20.

SECVL. V.

XXV. IANVAR.

b *S. Mares* 37. *annis in domunculâ inclusus, humidâ & inſalubri,*

1 EST b Homeri quidam vicus, qui à nobis vocatur Netis. Cùm apud eum paruam quamdam domunculam ædificaſſet diuinus Mares, in eâ permanſit incluſus triginta & ſeptem annis. Ex monte autem prope ſito ea ſuſcipiebat multum humoris: tempore autem hiemis quædam quoque guttæ aquæ in eam emanabant. Quantum autem hinc damni oriatur corporibus, ſciunt & ciues & ruſtici: nam iis quoque, qui in agris habitant, manifeſti ſunt morbi qui ex eo naſcuntur. Sed tamen ne hæc quidem ſacro illi capiti perſuaſerunt, vt mutaret domunculam, ſed fortiter & conſtanter permanſit, donec curſum confecerit.

2 Quin etiam priorem quoque vitam tranſegit cum virtutis laboribus; vnde & corpori & animæ conſeruauit caſtitatem: idque ipſe mihi apertè ſignificauit, docens ſibi manſiſſe corpus integrum & incorruptum, & quale

ſemper virgo:

EX VARIIS. egreſſum fuerat ex materno vtero, idque cùm multos quidem dies feſtos Martyrum celebraſſet cùm eſſet adoleſcens, vocis autem bonitate demulſiſſet populum. Nam & plurimo tempore perſeuerauit pſallere, & fuit inſigni pulchritudine corporis. Sed tamen nec ſpecies corporis, nec vocis claritas, nec quæ ei cum multis intercedebat congreſſio, animæ pulchritudini aliquid detrimenti attulit: ſed viuens ſimiliter atque ij qui ſunt incluſi, ſuæ curam gerebat animæ. Virtutem autem auxit quoque laboribus quos ſuſtinebat incluſus.

3 Ego huius ſæpè vſus ſum conſuetudine; iuſſit enim mihi aperiri oſtium: quin etiam complectebatur me venientem, & de philoſophiâ fusâ prolixâque vtebatur oratione. Porrò autem hic quoque fuit ſimplicitate inſignis, & varios mores omnino abhorrebat. Inopiam autem magis dilexit, quàm ſummas copias. Nonaginta autem annos natus, vtebatur veſtibus contextis ex villis caprinis. Panis autem & parum ſalis nutrimenti eius vſum implebant. Cùm autem longo tempore deſideraſſet videre offerri ſpiritale & myſticum ſacrificium, rogauit vt diuini dom illic fieret oblatio. Ego verò lubenter parui, & iuſſi ſacra vaſa afferri, (pagus enim haud longè aberat) & pro altari vſus Diaconorum manibus, myſticum, diuinum, & ſalutare obtuli ſacrificium. Ille autem omni ſpiritali implebatur voluptate, & exiſtimabat ſe ipſum cælum videre; dicebatque ſe numquàm tantam cepiſſe lætitiam. Ego autem cùm ab eo valdè fuerim dilectus, putaui me & ei iniuriam eſſe facturum, ſi non etiam mortuum laudauerim, & aliis, ſi non hanc optimam philoſophiam eis propoſuerim imitandam. Cùm itaque nunc orauero ut eius conſequar auxilium, imponam finem narrationi.

Theodoreto oſtium aperit,

qui eo rogante Euchariſtiam conficit in manibus Diaconorum.

a *Colitur* S. Mares *hoc die in Menais & apud Maximum Cythereum, in quibus vita epitome hinc ſumpta. Μάρης dicitur, quod* Mares *à Longo melius, quàm* Maris *à Gentiano verſum.*

b *Longus:* Apud nos oppidum quoddam eſt, quod Homeri dicitur. *In Menais:* Α'πολλὼν τὸ Ο'μήρου κώμη. feceſſit in Homeri vicum. *Quis hic locus fuerit, nuſquam reperimus. An legendum,* τὸ ὁμήρου, *ſeu potius* ὁμήρῳ κώμη in confini *ſeu* propinquo vico, qui Netis dicitur? *Nam non procul aberat à Cyro, vbi Epiſcopus erat Theodoretus, vt ex ſequentibus colligitur, potiſſimùm in Longi interpretatione.*

DE S. LINENTIO

CONFESSORE IVXTA TVRONES IN GALLIA.

SEC. VI. XXV. IANVAR. 1 Miciacenſe cœnobium eſt, non procul Aureliâ, ad Ligerulum amnem, quod vulgò nunc S. Maximini dicitur, Gallicè S. Meſmin de Mixi, *conditum Clodouæi I. temporibus à S. Euſpicio, & S. Maximino, à quo nomen.* Sanctimoniam verò iſtius inclyti monaſterij, *inquit Carolus Sauſſeyus Annal. Eccleſ. Aurelian. lib. 3. §. 4.* teſtantur inſignes Abbates, monachi, Confeſſores, qui ex hoc cœnobio prodierunt, Sanctorum numero adſcripti, Euſpicius, Maximinus ſenior, Auitus, Liphardus, Leonardus, Vrbicius, Agilus, Theodemirus, Maximinus minor, Viator, Lætus, Caleſius, Conſtantius, Framboldus, Launomarus, Sancta Maxima: quibus adduntur Florentius, Ruffinus, Euchardus, Ducatus, & Linentius, qui diuerſis locis coluntur. *Quorumdam ex his Vitam habemus, plerorumq; adhuc deſideramus.*

Sancti monachi Miciacenſes:

2 *Et de* S. Linentio *quidem (niſi fortè* Liuentius *dici debet) nihil adhuc præter nomen reperimus: extat verò illud, vnaq; aliorum, inſcriptum Martyrologio Gallicano Andreæ Sauſſaij XXVIII. Iunij his verbis:* In cœnobio Miciacenſi prope Aureliam Dominicâ infra Octauas ſancti Sacramenti fit feſtiuitas Sanctorum, Maximini iunioris Abbatis quinti illius monaſterij, ſanctique Viatoris Leuitæ, Conſtantij, Frambaldi, Florentij, Ruffini, Euchardi, Leonardi, Ducati, Linentij, & nonnullorum aliorum monachorum illius cœnobij. *Eadem paullò breuiùs habet Hugo Menardus in Martyrologio Benedictino.* *multorum ex iis coniuncta ſolennitas;*

3 *At, ni coniectura nos fallit, peculiaris eius memoria agitur XXV. Ianuarij. nam eo die ita ſcribunt Maurolycus, ex eoq; Felicius, & Ferrarius:* Apud Turonum Liuentij Confeſſoris. *Ferrarius ſuſpicatur* Viuentium *eſſe, de quo XIII. Ianuarij egimus. At Martyrol. Colonienſe excuſum anno 1490. & MS. Florarium:* In pago Turonico S. Lineti Confeſſoris. *Carthuſiani Colonienſes in Addit. ad Vſuard.* Lineti Confeſſoris. *S. Linentij peculiaris.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS

PRÆIECTO EPISCOPO, AMARINO, SIVE MARINO ABBATE, ET ELIDIO,

CLAROMONTE ARVERNORVM IN GALLIA.

SEC. VII. XXV. IANVAR. 1 *Vinque iam dedimus Aruernorum Antiſtites, publico Cælitum albo inſcriptos,* Stabilem *1. Ianuarij,* Bonitum *15.* Venerandum *18.* Auitum II. *21.* Artemium *24. Sextus 25. colitur* Præiectus, *qui nonnullis* Proiectus *dicitur, Gallis* S. Prie, S. Priet, S. Prix. *De eo Vſuardus:* Ciuitate Aruernis S. Proiecti Epiſcopi, & Amarini viri Dei, qui paſſi ſunt à Proceribus præfatæ vrbis. *Eadem ferè habent Martyrol. Romanum, Bellinus, alij: meminere* Præiecti *Beda vulgatus, Ado, Rabanus, Notkerus, Maurolycus, Felicius, Sauſſaius, & ceteri omnes Martyrologiorum ſcriptores. Antiqua MSS. monaſteriorum Latienſis & S. Martini Tornaci, & vetuſtiſſimum S. Sauini de Leuitaniâ in Pyrenæis, à Sauſſaio in Appendice Martyrol. citatum, hoc habent elogium:* Ipſo die in pago Aruernico natale S. Præiecti Epiſcopi & Martyris, qui more prophetico electus ab vtero, purpurantem ſtolam ſeruauit in triumpho. *MS. Martyrologium S. Gudilæ Bruxellis:* Ciuitate Aruernis S. Præiecti Epiſcopi & Martyris, qui à Proceribus & primoribus ſuæ vrbis, in vltionem Hectoris Maſſilienſium Patricij, quem, ob iniuſtitias Aruernenſi Eccleſiæ illatas, Hildricus Francorum Rex peremerat, martyrio coronatus eſt. Et Maurini viri Dei, qui cum præfato Præiecto Epiſcopo à Proceribus dictæ vrbis Aruernenſis pro iuſtitiâ trucidatus eſt.

Natalis S. Praiecti,

2 *Fallitur Galeſinius, ita ſcribens:* Aruernis item S. Proiecti Epiſcopi & Martyris, qui ab illius ciuitatis principibus pro fide Chriſti grauiter vexatus, demum martyrio coronatur. Hoc ipſo die S. Marini Abbatis, qui vnà cum eo ob religionem necatus, conſtanti fortique certamine palmam tulit. *Caniſius quoque:* Item ciuitate Aruernis, *pro iuſtitiâ, non fide occiſi.*

uernis, ſancti Martyris Præiecti Epiſcopi, & Marini venerandi Abbatis; qui ambo pro fide ab illius vrbis Præfecto, martyrio coronati ſunt ſub iuniore Conſtantino. *Non fidei, quæ tum maximè vigebat in Gallijs, ſed iuſtitiæ cauſſâ interfecti ſunt. At Ferrarius in Catalogo SS. qui deſiderantur in Martyrol. Romano, diuerſum fortaſsis ratus* Præiectum *à* Proiecto, *cuius repererat in Martyrologio nomen, hoc die ita ſcribit:* Aruernis S. Præiecti Epiſcopi.

celebris eius memoria:

3 *Magnâ iam olim in veneratione fuit* S. Præiectus, *vt in plurimis Gallicanis Breuiarijs, etiam Belgicis veteribus, Bruxellenſi, Cameracenſi, Brugenſi, aliiſq;, Herbipolenſi in Germaniâ, Sarisburienſi in Angliâ, illius fiat hoc die in diuino officio commemoratio: quò nēpe exemplum proponatur Antiſtitibus, ceteriſq; ſacris hominibus, quod imitari debeant, in reprimendis improborum nefarijs cupiditatibus, ac magiſtratuum quoque, bona & libertatem Eccleſiæ inuadentium, conatibus. Quædam Gallicanæ Eccleſiæ, vt ex Lemouicenſi Breuiario patet, poſtridie eum ritu ſemiduplici colunt. At 24. Ianuarij cultus alibi. Quare Martyrologio Romano hæc adſcripſit eo die Baronius:* Item ſanctorum Martyrum Thyrſi & Proiecti. *adnotat verò iſta:* Agitur de his pluribus in Breuiario Toletano S. Iſidori, vbi etiam ſacer hymnus habetur, quo Thyrſi egregia facta deſcribuntur. *Hunc hymnum, à Cyxilane Toletano Præſule compoſitum, recitat Franciſcus Biuarius comment. in Dextri Chronicon ad ann. 286. continetq; laudes & certamina* S. Thyrſi *Martyris de quo 28. Ianuarij agemus. vt illius adſcriptum eo die nomen reperit Baronius in quopiam MS. ita &* Proiecti: *at non continuò ſequitur alios eſſe ab Aruernenſi Proiecto, aut certè Caſalenſi, & celeberrimo illo Thyrſo, quem Toletani ſuum eſſe contendunt: præſertim cùm alius nemo* Proiectum *eo die referat.*

eccleſia illi dicata, & altaria:

4 *Erecta fuit olim apud Aruernos honori* S. Præiecti *eccleſia. ita liber 1. de SS. eccl. monaſt. Clarom. §. 24.* In eccleſiâ S. Præiecti, altare S. Præiecti, altare S. Boniti, altare S. Parduli. *annotat Ioan. Sauaro:* Eccleſia diruta, cuius nec vola, nec veſtigium, omnino tamen memoria non intercidit: hortus enim Rabaneſſæ cenſum annuatim pendit matri Eccleſiæ, propter eccleſiam S. Præiecti, quæ intra eius ſepta quondam emicuit. *& lib. 2. §. 11.* In eccleſiâ S. Præiecti, altare S. Præiecti, altare S. Martini, altare S. Theclæ. *Alia ibidem dicata illi altaria in eccleſiâ S. Vincentij lib. 1. §. 19. & §. 26. in monaſterio Cantoenno, & lib. 2. §. 2. in monaſterio Camalarienſi. Extat in Belgio noſtro ad ipſa Bethuniæ oppidi ſuburbia* Prioratus S. Præiecti. *Baldricus Tornacenſis Epiſcopus in Chronico lib. 2. cap. 3. meminit* monaſterij S. Præiecti Martyris. *Coluenerius in Notis ad illud caput ita ſcribit:* Fuit quondam inſignis Prioratus S. Præiecti in ſuburbio oppidi S. Quintini, anno 1557. per obſidionem eiuſdem oppidi ſubuerſus, hodieque monachi intra ipſum oppidum reſident. Hic locus fortè intelligitur.

ſocij eius Amarinus & Elidius:

5 *Socium* S. Præiecto *addunt Martyrologia pleraque* S. Amarinum *Abbatem, qui alius* Marinus, *quibuſdam* Maurinus *eſt, Bellino* Martinus, *MS. Florario* Marianus, *quibuſdam MSS.* Amarianus, *Vincentio Bellouacenſi & VVioni* Amerinus. Elidium *quoque Acta iungunt, & quædam MSS. ac Felicius qui* Clidium *vocat, & Sauſſaius qui* Eladium religioſiſſimum monachum. *Acta non monachum faciunt, ſed vnum è ſatellitibus aut* comitibus *Epiſcopi. De hoc Ferrarius XV. Ianuarij:* Aruernis in Galliâ S. Elidij Martyris. *in Notis ait* Eccleſiæ miniſtrum *fuiſſe: ſed malè citat S. Gregorij Turonenſis librum de gloriâ Martyrum, qui ante S. Elidium pluſquàm LXX. annis deceſſerat.*

reliquiæ:

6 *Aſt hoc die XXV.* S. Accolythum Martyrem *ſcribit* Parentij in Iſtria vnà cum S. Proiecto Epiſcopo Aruernenſi (cuius hic erat miniſter, vnà cum eo martyrio affectus) *coli,* ob illorum reliquias ibi reconditas. *Idem XVIII. Nouembris:* Parentij in Iſtriâ Inuentio corporum SS. Proiecti & Acolythi Martyrum. *in Notis tradit, eorum corpora ex Aruernis eò aducta; ſed quando & quomodò, neſciri: illam verò Tranſlationem, quæ eo die conſignata, circiter an. 1361. contigiſſe. Veriſimile eſt pro* Elidio Acolythũ *dici miniſtrum S. Præiecti & in martyrio ſocium, quòd ordine Eccleſiaſtico acolythus fuerit. Ceterùm aliàm* S. Præiecti *Tranſlationem refert XII. Iulij*

tranſlatio,

alia:

Sauſſaius in Supplemento Martyrologij, at quando, quóve curante facta fuerit, non prodit.

Ex Vsuardi.

7 *Duplicem* S. Præiecti *nacti vitam ſumus; priorem è vetuſto codice monaſterij S. Pauli Vltraiecti, cuius auctor ætatem ſuam prodit, cùm nu. 5. patratum in refodiendis cuiuſdam ſancti Martyris reliquiis miraculũ, profiteatur ſe ab eo qui adfuerat accepiſſe. Et clariùs ſub finem:* quam viſionem (*trium ſtellarum ſupra domum, vbi Sancti occiſi erant, lucentium*) vſque hodie prædicti viri ſe vidiſſe confirmant. *Eius Vitæ partem aliquam recitat Andreas du Cheſne to. 1. Scriptorum Francicorum. Alteram deſcripſimus è tribus vetuſtis codicibus, vno Iacobi Sirmundi noſtri, altero monaſterij S. Maximini Treuiris, tertio S. Mariæ de Ripatorio, è quo Prologum adiecimus, ab aliis omiſſum. Hanc poſteriorem vitam ediderat Surius, ſed ſtylo ſuo expolitam, & mutilam. Auctor quoque Sancti æqualis fuit, & (vt teſtatur Ioannes Baſilius Sanctorius, qui ex antiquis in membranâ exaratis codicibus eam ſe vitam accepiſſe profitetur) eius ſocius, omniumq; oculatus teſtis. Aetatem certè ſuam ipſe indicat in Prologo, ſcribens de Ionâ diſcipulo S. Attalæ Abbatis Bobienſis, diſcipuli S. Columbani:* Ionas etiam, *inquit,* noſtræ memoriæ tempore vir eloquens, *&c. Ex poſteriore hac vitâ res geſtas ac necem* S. Præiecti *deſcribit, ſed aliquantò contractiùs, Vincentius Bellouacẽſis lib. 23. cap. 119. S. Antoninus parte 2. cap. 6. tit. 13. §. 25. Petrus de Natal. lib. 3. cap. 22. Narrant eadem S. Præiecti acta Haræus, Lippelous, Roſvveydus, alij. De S. Amarino agit Trithemius lib. 3. de viris illuſtr. Ord. S. Benedicti c. 134. qui* Marinum, *&* Maurinum *vocat.*

vita duplex:

quando occiſus:

8 *Quo anno occiſi ſint ſancti Martyres, non perinde facile eſt ſtatuere, quòd an 4. annis regnarit Clotarius Clodouæi II. filius, vt vulgò ſtatuunt, an, quod in vitâ S. Leodegarij dicitur, decem, an, vt alij, ſeptem, non omnino conſtat. Poſt eum* Hildericus, *qui patruo Sigeberto apud Auſtraſios pridem fuerat ſubrogatus, VVeſtriæ quoque regnum, fratre deiecto Theodorico, ſuſcepit: ei poſt trienniura interfecto, iterum ſucceſſit* Theodoricus. *Sub huius initia trucidatus videtur S. Præiectus. Nam cùm Paſcha Auguſtoduni, vbi Rex Hildericus aderat, celebraſſet (quo tempore S. Leodegarius illius vrbis Epiſcopus ab aulâ profugit, Luxouiumq; relegatus eſt) domum deinde reuertit: quo ad eum venit poſteà S. Amarinus. Interea & Hector Hilderici iuſſu, & ipſe dein Hildericus à Bodilone interfectus eſt. Sigebertus Gemblacenſis, atque ex eo Vincentius Bellouacenſis antè citatus, ad annum 670. ita ſcribit:* Hoc tempore claruit S. Præiectus Aruernenſis ciuis & Epiſcopus, qui etiam martyrizatus eſt ab ipſius vrbis primoribus, in vltionem Hectoris Maſſilienſium Patricij, ab Hildrico Francorum Rege perempti propter iniuſtitias Aruernenſi Eccleſiæ ab eo illatas. *Non aſſerit Sigebertus eodem ipſo anno occiſum eſſe* S. Præiectum. *In vitâ S. Boniti dicitur S. Auitus Præiecti ſucceſſor* ter quinis ferè ampliùs annis Aruernicam rexiſſe Eccleſiam, *ac deinde effeciſſe vt ea Bonito fratri ſuo committeretur, quo tempore* ſub Theodorico Principe Pippinus regni primatum tenebat, cunctaque gubernacula ſuo diſponebantur imperio. *Suſcepit Pipinus præfecturam Palatij in Auſtraſiâ ſub annum 687. totius Francici imperij ſub annum 691. vnde conſequi videtur, S. Auitum non ante annum 672. fieri Epiſcopum potuiſſe.*

9 *Sigebertus ſub* Conſtantino Pogonato *Imperat. (quem alij* Iuniorem *appellant, quòd* Conſtans *eius pater etiam* Conſtantinus *ſit dictus) claruiſſe* Præiectum *ſcribit. Capeßiuit autem Imperij gubernacula Pogonatus anno 668. Sigebertum ſequitur Maurolycus:* Ciuitate Aruernis S. Proiecti Epiſcopi & Marini Abbatis, qui paſſi ſunt ſub Proceribus præfatæ vrbis, ſub Conſtantino Iuniore Imperatore. *Felicius* ſub Childerico anno 668. *cæſos ſcribit. at dubium eſt an ad annum 668. peruenerit Hildericus. MS. Florarium paſſos ait anno 672.*

10 *Ex dictis, quædam corrigas in prolixo S. Præiecti apud Sauſſaium elogio. Nam inter cetera ſic ſcribit:* Necis verò eius iniquæ hæc cauſſa fuit. Cùm non ferret abſque intenſo dolore vir ſanctus ſacrilegia, quæ Hector Maſſilienſis Comes ſuæ diœceſis Eccleſiis aliiſque inferebat; admonituſque ille non reſipiſceret, ſed ſcelus ſceleri addendo, grauiora in dies ſacratis Deo locis ac miniſtris dedecora atque

ab Hectore accuſatus, non occiſus.

Ex variis. atque diſpendia irrogaret; pio incenſus zelo Præiectus, rem ad Regem Chilpericum, cui admodùm acceptus erat, detulit. Inquiſitione factâ, reus impietatis peſſimus ille tyrannus, ac dignus extremâ animaduerſione, ſolenni iudicio peractus eſt. Is igitur re per amicos aulicos perceptâ, ſanctiſſimo Epiſcopo è regio comitatu redeunti inſidias ſtruit: interceptumque in viæ termino, cum Amarino pientiſſimæ vitæ Abbate Cloroangienſi, ac Eladio religioſiſſimo monacho, per ſatellites pugionibus ac gladiis interemit in vico Volciu nũcupato, *&c. Aſt non Hectorem in ius vocauit Præiectus, ſed ab eo ipſe vocatus eſt. Nec Præiectum Hector interemit, ſed in Hectoris à Rege occiſi vltionem Agricius & ſocij. Eadem ferè quæ Sauſſaius, ſcribit Sauaro, qui non videtur priorem illam vitæ hiſtoriam habuiſſe: quamquàm & poſterior iis quæ ipſe ſcribit, repugnet.*

VITA EX MS. VLTRAIECTINO,

Auctore coætaneo anonymo.

CAPVT I.

S. Præiecti epiſcopatus. in eo geſta.

a 1 VIb diuâ memoriâ Hilderici Regis, qui *a* Germaniæ gerebat principatum,
b cùm Aruernorum Eccleſia penè Sacerdotali eſſet culmine deſtituta, *b* Geneſius eo tempore vir illuſtris & generoſitate pollens, opibuſque opulentus, in præfatâ vrbe
c *c* municipatum obtinebat. Quæ vrbs immenſitate diuitiarum olim præpotens, nunc Martyrum ſanguine ditior claret: tellus amœna, niſi quòd Zephyrorum flabris fulminibuſque incurſantibus ſæpiùs fatigatur. Vbi haud
d procul *d* Liger fluuius præcipiti curſu præterfluens, Aquitanicam prouinciam ſemicingens, poſt multos amfractus & prolixa terrarum ſpatia, oceanum quoque latè ingreditur mare. Sed ad propoſitum reuertamur.

Aruernorum clara vrbis

2 Cùm opinio de adepto ſacerdotio cateruatim, vt in talibus rebus fieri aſſolet, rimaretur, & alius alij præferri niteretur, atque inter ſe diſceptarent; cùm pars maxima præfatum Geneſium ad pontificale culmen ſublimandum ſummo anniſu regalibus edictis depoſuiſſent; ille metu perculſus, ne contra edicta canonum ageret, indignum ſe ſacerdotio fore aſſerens concionabatur. At ciues in electionem Præiecti verba deprompſerunt, qui illis diebus officium ſacerdotalis ordinis in præfatâ vrbe gerebat. Quorum cùm ad aures vulgi peruenisſet conſenſus, vox omnium Clericorum & laicorum vna efficitur, Præiectum dignum fore ſacerdotio. Quid plura? Auctore Deo ordinatur Epiſcopus. Erat enim piiſſimus & omni ſuauitate conſpicuus, vultu hilaris, ſermone lenis, eleemoſynis & ieiuniis præditus, virginitate pollens, corpore nitidus, caritate diffuſus, humilitate perſpicuus, ſcientiâ & eloquentiâ præclarus, ornatus moribus, ita vt humanâ ſub ſpecie Angelicam cerneres vitam degere. Habebat enim tunc temporis ſocium ſacræ religionis ſa-
e gaciſſimum perſpicuæque ſanctitatis virum *e* Euodium, qui multos Aruernorum vicinarumque vrbium populos antiqui anguis irretitos habenis, ad ſanctæ Eccleſiæ Catholicæ gremium per pœnitentiæ ſalubris antidotum reuocauit.

epiſcopatũ recuſante S. Geneſio Comite,

eligitur S. Præiectus

vir ſanctus

& zeloſus:

3 Sed cùm iam pridem his bonis, Chriſto præſule, ſine quo nihil boni agitur, polleret, cœpit affatim prædicto Geneſio Comiti conſilium præbere ſalubre, vt quia ſoboles ei quæ hæreditario iure ſuccedere deberet deerat, Eccleſiam ſibi, quæ maculam & rugam nõ haberet, adoptaret. Quo conſilio vix tandẽ iſdem vir illuſtris adepto, monaſterium ſacrarum Virginum ſuburbano præfatæ ciuitatis in loco, cui *f* Camelaria nomen inditum eſt,
f omni niſu atque conamine fabricare adorſus eſt, ex regulâ dumtaxat virorum ſanctorum, id eſt, S. Benedicti, & S. *g* Cæſarij, atque *h* Columbani. In quo monaſterio g h
ad exercendam normam fidei, religioniſque ac mortificationis cuſtodiam, præfatum Euodium, cuius ſuperiùs mentionem fecimus, ſummum præfecit; & ad neceſſitatem eorum res ſuas iure obtentas inibi delegauit. Sanctus verò Pontifex quamdam feminam illuſtribus ortam natalibus, quàm ab adoleſcentiâ in Chriſtiano vigore dilexerat, vocabulo Gundilanam, ibi Matrem inſtituit.

ſuadet Geneſio vt cœnobium, Virginum adificet;

4 Cernens itaque vir Deo plenus vbertim Chriſti familiam creſcere, allud monaſterium in ſuburbano prædictæ vrbis, in agello Cæſariæ quõdam feminæ, conſtrui præcepit, & ipſum de puellis Deo dicatis ſacrauit, Ante illud etenim tempus puellarum in illis locis cœnobium vix reperiebatur. Xenodochium quoque in propriis rebus, Orientalium *i* morem ſecutus, in loco qui Columbarius dicitur, fabricare curauit. Medicos vel ſtrenuos i
viros, qui hanc curam gererent, ordinauit: ita tamen, vt ſemper ibidem viginti ægroti mederentur, & ſtipendia ſibi acciperent. Poſtquàm verò conualeſcerent, aliis locum curandi darent.

ipſe aliud fundat,

& noſocomium.

Xenodochia in Oriente.

5 Verùm quia prolixitas rerum & curioſitatem & obſcuritatem, vt ait Oroſius generare ſolet, nos paucis diſſerimus verbis: neque vitam pandere tantùm, ſed paſſionem texere rerum exitus depromit. Opinio vera habetur, quòd in eadem vrbe ſub paganis Principibus legio ſancta occubuerit Sanctorum, qui pro Chriſti nomine proprium ibi fuderunt ſanguinem. Huius legionis Principes *k* Caſſium, & Victorinum, *l* Anatolianum k l
quoque fuiſſe, confirmat antiquitas. Inibi etiam cœnobium conſtrui vouerat, ſed humanis præpeditus obſtaculis cœptum opus imperfectum reliquit. Diſpoſuerat tamen animo, vt quos ex memoratorum ſociis reperiſſet, deberet per loca honeſta transferre. Sed cùm vigilias per Abbates vel Clericos per loca Sanctorum inſtituiſſet, vt in promptu, ex eorum videlicet reliquiis, rei veritatem inueniret; cùm ipſum ferrum arripuiſſet, & rura in quibus ſancta corpora tumulata fuerant aperire iuſſiſſet, diuino nutu pauper quidam, qui per tria ferme luſtra tenebatur debilis, ſanitatem ibi recepit. Et hoc ne cui incredibile videatur S. Præiecti virtute geſtum fuiſſe, intantùm veritas patet, vt qui hæc vidit, ipſe verbis in- *non ſine miraculo;*
timauerit. Nec immeritò Dominus Sanctos ſuos ita remunerari in terris dignatur, qui ſuas propter ipſum crucifixerunt voluntates. Corpora verò Sanctorum à ſucceſſore prædicti Pontificis Auito *m* Papâ mirificè ſunt m
tranſlata.

Sanctorum honorãdis reliquiis ſtudet.

a *Nam Germania Ciſrhenana, & pars Tranſrhenana, ſub Auſtraſia regno cenſebatur.*

b *Colitur hic* S. Geneſius 5. *Iunij. Plures eius nominis Sanctos retulimus* 15. *Ian ad cap.* 4. *Vitæ S. Boniti, litt. i.*

c *Numeratur à Sauarone* S. Geneſius *Aruernorum decimus quintus Comes.*

d *Propiùs adhuc ab Aruernorum vrbe, quæ nunc* Clarus-mons *dicitur, ac vix mille paſſibus,* Elauer *fluit celebri amnu, qui Gallis* Allier *dicitur, ac dein Ligeri miſcetur.*

e Euodij *huius non extat in Martyrologio Gallic. nomen. an fortaſſis qui* Euonius *dicitur, ſiue* Iuonius? *Hunc ſcribit Sauaro ad lib.* 2. *de SS. Clarom.* §. 15. *in caſtro* S. Igoni *dicto, non procul Icciodoro in Aruernis, coli, atque cum Epiſcopalibus inſignibus effingi: licet, quod ipſe veluti abſonum & irreligioſum meritò reprehendit, quia eius hiſtoria non extat,* S. Iuonis *Acta legantur. Porrò* Euodium *tradit Abbatem Magnilocenſem fuiſſe.* S. Euodius.

f *Vicinus Claromonti locus, vulgò* Chameliere.

g *Regulam à S. Cæſario ſcriptam ſanctimonialibus, dedimus* 12. *Ianuar. etſi non omnino fortaſſis integram & emendatam; at perfectiorem certè quàm erat à Proſpero Stellartio edita, etſi non ineruditas ipſe Notationes addidit.*

h *De regulâ S. Columbani, quam multa olim obſeruarunt Gallicana monaſteria, agemus ad eius Vitam* 21. *Nouemb.*

i *Ita dicitur in Vitâ S. Eugeniæ* 25. *Decemb.* In quo loco beatiſſima Claudia Xenodochium fabricabat, & conſtituit præ dia, quæ ſuſceptionibus peregrinantium deſeruirent; *idq; in Ægypto, vt ex præcedentibus patet. ſic ſuprà S. Ioannes Eleemoſynarius* 23. *Ianu. prædicatur à Leontio* xenodochia, gerontocomia atque monaſteria à fundamentis ædificans. *Et in Nitriâ, teſte Palladio hiſt. Lauſiaca cap.* 7. prope eccleſiam poſitũ *erat* xenodochium

chium, in quo venientem hoſpitem toto tempore accipiebant, etiamſi biennium aut triennium voluiſſet manere.

k *Coluntur hi 15. Maij. De iis agit S. Gregorius Turon. lib. 1. hiſt. Franc. cap. 33.*

l Antholianus *paſſim Sauaroni & aliis dicitur. colitur 6. Febru.*

m *De* S. Auito II. *egimus 21. Ianu. & alibi non ſemel monuimus* Papæ *nomen etiam Epiſcopis aliis tribui olim ſolere.*

CAPVT II.

Varia per eum miracula.

6 CVmque his & aliis miraculis polleret, audiens hæc *a* Chrodobertus Turonicæ vrbis Epiſcopus, Diaconem ſuum cum *b* eulogiis cauſsâ viſitationis ad ipſum direxit. Cumque eum alacri recepiſſet animo, ſecum in conuiuio diſcumbere fecit. Accepto iſdem Diaconus poculo, ſolitus ei labor aſſequitur, cadiuâ denique fatigatur inſaniâ. Cumque Venerabilis Præſul phreneticum atque furibundum & ſtridulis dentibus inſpexiſſet, cœpit eum leui conamine conſolari, per diuinum amminiculum adiurans ne diutiùs pars aduerſa corpus Chriſto deditum vſurparet. Mox mirum in modum ſanus efficitur, & numquàm deinceps tali eſt fatigatus labore.

epilepticũ ſanat:

7 Alio quoque tempore cum ſacratiſſimo Dominico Paſchæ reſurrectionis die conuiuium habuiſſet, quidam ex miniſtris, cui inferre mos erat ipſius cibum, vaſculum argenteum, quod tueri debuerat, furtim abſtulit, quod ſub rure poſitum occultare niſus eſt. Cumque alij miniſtri inter ſe conquirere cœpiſſent, quidnam rei de argento actum foret, ad aures Pontificis furti ſcelus peruenit. Iuſſit itaque omnes, qui illo officio deſeruiebant, ſuis obtutibus præſentari, & paterno eos cœpit monere affamine, vt quod malè ablatum fuerat, per confeſſionem benè proderet noxa. Quòd ſi non, nocte opacâ Domini auxilium ſe dixit imprecaturum, vt facinus admiſſum detegeret, & noxa illicitè vſurpata inſontes ſeruaret, & noxium ſuâ pietate elucidaret. Expletis itaque vigiliarũ excubiis, cùm ſe vir Deo plenus ſopori dediſſet, vidit in ſomnis virum candidâ veſte fulgentem, vtpote Angelum pacis, qui ei ſupradictum vaſculum, vbi abditum erat, humoque opertum, indicaret. Euigilans è ſomno B. Præiectus officiales cunctos, qui eidem miniſterio deſeruiebant, accerſiri iubet. Cumque viciſſim omnibus ſermocinatus fuiſſet, quid ex illo furto reperiſſent; omnes vnanimiter denegantes, nihil ſe ex hoc ſcire ediſſerunt. Tunc vir Dei manu annuens, & digito deſignans, nomen latronis indicauit, addens etiam. Illo & illo ite in loco, & furtum abditum reperietis. Cumque ad locum miniſtri denominatum veniſſent, vaſculum, quod pridie perdiderant, prædicto Pontifici detulerunt. Latronem verò coram omnibus arguens, & ad pœnitentiam agendam cohortans, quantum ad ſe pertinebat, indulgentiam accommodauit.

furtum miniſtri diuinitus cognoſcit, & aperit:

8 Per idem tempus euenit, vt vir Dei ad aulam Regis Hilderici pro conditione Eccleſiæ pergeret. Arrepto itinere, cùm iam per vaſtam eremum, *c* Voſagum nomine, iter carperet, poſt laborioſum callem per iuga montium & conuallium, vix tandem venit ad locum, quem *d* Doroangus gentili linguâ barbari vocitant, vbi haud procul cellulam beatæ recordationis & venerandus vir Amarinus, ex permiſſo & conniuentiâ *e* Warmecharij Optimatis, ſummo labore conſtruxerat. Eodem tempore cùm ibi in paupertate Dei tirunculos haberet, vt vix panem *f* paximatij ad menſuram cum lympharum potu ſumerent, licet ſub paupertatis inopiâ Chriſto Domino famulabantur, iuxta illud Euangelij præceptum, dicens: Matth. 5. 3. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Sed quid ibidem Dominus per Præſulem ſuum venerabilem Præiectum miraculi oſtenderit, non eſt ſilendum. Denique prædictus Amarinus febre iam pridem fuerat correptus, intantùm vt nec greſſum mouere, nec alimentum vllum, niſi laticem tantùm, haurire poſſet. Quod cùm ad aures beati viri Præiecti inſinuantibus Fratribus peruenisſet, ſolitas Domino preces fudit, & ad cellulam vbi venerabilis Abba ægrotus iacebat, pergens, ſcuto fidei armatus, tugurium ingreſſus, vexillum crucis indeptus, ſalute allatâ febris diſceſſit è corpore: apprehensâque manu eius, ad refectionem domus (mirum dictu!) adduxit illæſum. Congratulantur Fratres priſtinam ſanitatem recepiſſe Patrem. Quid ibidem gaudij fuit, quòd tale miraculum per famulum ſuum Præiectum Dominus operari dignatus eſt, vt in eremi vaſtitate ſubitò æger recepiſſet ſalutem?

AVCTORE COÆTANEO, EX MSS. *S. Amarinum febribus liberat:*

9 Sed poſt ſacra ſalubriaque verba, cùm ſe ſopori dediſſet, & excubias atque vigilias pernoctans vſque ad auroram diei vir Dei conſummaſſet, cùm iam aurotâ diei ſol rutilans gratiſſimus fuiſſet redditus terris, cum benedictione Fratrum, iter quod cœperat arripuit, atque ad Principem perrexit in pace. Cui Dominus tantâ apud *g* Maiorem-domus præſtitit gratiam, vt quod verbis deprompſiſſet, ſummo cum honore adeptus ſit. Gaudens Rex & aulici eius, Proceres, atque Optimates, à Domini Sacerdotibus ſtrenuè ſuſceptus eſt. Priuilegio autem Eccleſiæ ex auctoritate Principis roborato, Chriſto fauente remeauit ad propria.

honorificè ab Hildeberico Rege excipitur.

a *Legitur* Chrodobertus *ſubſcripſiſſe* Priuilegio libertatis monaſterio Corbeienſi conceſſo à Bertefrido Epiſcopo Ambianenſi, anno VII. regnante Clotario, *Chriſti 664. vt Sirmondus noſter exponit. Nominatur & in Priuilegio ab Adeodato Papâ monaſterio S. Martini Turonenſi conceſſo an. 670.*

b *Quid* eulogiæ *ſint diximus 6. Ian. ad vitam* S. Melanij *cap. 4. litt. g.*

c *Fœdè hallucinatur VVion.* Fuit, *inquit*, S. Marinus Abbas Claroangi in villâ Mo ago in Aruernià. *Procul diſtat ab Aruernis* Voſagus *mons, qui Germaniam inter Galliamq; iacet, & partem Lotharingiæ complectitur; de quo 8. Ian. in vitâ S. Erardi, & 18. in vitâ S. Deicoli actum.*

d *In alterâ vitâ* Daraongus *dicitur, Sauſſaio* Cloroangus.

e VVarnacharij *legendum cenſemus. Duo fuêre* VVarnacharij *Maiores-domus: prior Maior-domus Theoderici, filij Childeberti. anno eius 4. obiit, qui* omnem facultatem ſuam, *vt teſtatur Fredegarius,* in alimoniis pauperum diſtribuit. *alter, huius fortè filius, poſt Theoderici mortem, cum Sigoberto ſeniore eius filio, ſed ſpurio, à Brunechilde in Germaniam miſſus; cùm ſenſiſſet ſibi ab eâ inſidias ſtrui, effecit vt vniuerſum Auſtraſiæ regnum ad Clotarium Chilperici filium rediret: ipſe* in regno Burgundiæ ſubſtituitur Maior-domus, ſacramento à Clotario recepto, ne vnquam vitæ ſuæ temporibus degradaretur, *vt idem Fredegarius ſcribit. is anno 43. regni Clotarij, Chriſti 626. mortuus eſt. atque hic videtur* S. Amarino *locum conſtruendi in Voſago cœnobij conceſſiſſe.*

VVarnacharij Maiores-domus.

f De paximatio *conſule Onomaſticon Roſvveydi, & quæ nos alibi diximus.*

g Wulfoaldus *hic erat, vt infrà, & in vitâ S. Leodegarij, & alibi dicitur.*

CAPVT III.

Improborum machinationes. cædes.

10 ERat illo tempore in ſupradicto territorio Aa uerno quædam femina Deo dicata, nomine Claudia, *b* quę ſedulò propter cauſſam prędicationis veniebat, reſque ſuas ex parte prædicto Pontifici, vel pauperibus quos ipſe regebat, contulit. At non poſt multum ſpatium temporis, debitum impleuit naturæ; quæ à B. Præiecto *c* ſummo cum honore eſt tumulata. His ita tranſactis, erat quidam *d* infamis vir, Hector nomine, qui apud Maſſiliam patriciatus honorem adeptus fuerat, qui filiam ſupradictæ Claudiæ raptam ex ſcelere ſibi ſociauerat, & deinceps *e* concubinarum miſeriâ adorſus, ad Hildericum Principem, qui eo tempore vtraque regna *f* ſuſcepta gubernabat, alio ſibi *g* in ſcelere ſociato, nomine Leodegario, peruenit ad Regem, quod poſteà in eiuſdem martyrio perficiendo fomes ſcandali fuit. Incuſat Pontificem, quòd prædia prædictæ feminæ Claudiæ ſibi vendicaret, cauſſaſque Regi depromit: obtinuitque cum Principe, vt Miſſos ex latere dirigeret qui eum per fideiuſſores *h* nuntiarent, & in aulâ Regis facerent præſentari.

In ius ab Hectore Comite vocatur;

AVCTORE COÆTANEO, EX MSS.

11 Cumque ille inſtructus de hac cauſsâ ad reſponſum dandum veniret, multo mœrore conſtrictus eſt, quia iam dies ſancti Paſchæ imminebat, & in propriâ vrbe ipſam ſacratiſſimam Paſchæ noctem ſolenniter ei celebrare non licebat. Sed (vt verum prouerbium dicitur, Integritas Sacerdotum non timet *i* imperium Regis) fide armatus, & galeam ſalutis, iuxta egregium
i Epheſ. 6. 17. prædicatorem Paulum, indutus, ad palatium properat. Sed, vt mos eſt, apud Regis aulam in loco vbi cauſſæ ventilantur introiit, vt cum ſuprà ſcripto Hectore de ſuprà dicto negotio rationes haberet. Ipſe cœpit renuere, & rationem veram reddere, iuxta ſtatuta Canonum, vel legem, quæ dicitur Romana, quia magnus dies Sabbathi erat, quo vigiliæ ſancti Paſchæ celebrari ſolent, ſe nullo modo de hac cauſsâ reſpondere poſſe. Sed vt eſt
k collatorum mos, *k* omnes cœperunt cogere, vt tali pro cauſsâ non differret dare reſponſum. Cumque vir Dei ſe vndique arctatum cognouiſſet, neceſſitate compulſus ita reſpondit, ſe cauſſas Eccleſiæ *l* Imnichildæ Reginæ ditioni commendatas habere. Cumque hanc aſſertionem cognouiſſent, imperfectum opus remanſit. Beatus igitur Præiectus operis ſui laborem, & quomodò per fideiuſſores veniſſet exhibitus tandem depromit.

cogitur pridie Paſchæ reſpondere:

l

honoratur à Rege,

Rex verò & Regina timore perculſi, veniam coram omnibus à prædicto Epiſcopo expetũt, & pro eius labore mœrore ſunt inflicti. Erat itaque in præſidio Hectoris tunc temporis Leodegarius Pontifex. Cumque iam meridianam plagam ſol luſtraſſet, & occaſum tenus occumberet, & hora, quod eſt conſuetudinis, iam in promptu cerneretur, vt ſolennes vigilias Paſchæ celebrare licitum eſſet, ex regali permiſſo vel maiorum natu, Pontifices
m vel Sacerdotes, qui in *m* Æduorum vrbe ob regiam poteſtatem conglobati fuerant, beatum virum Præiectum

m coram eo celebrat:

ſupplici voce enixiùs poſcunt, imò precantur, vt eadem ſacræ noctis vigilia ipſe pro ſtatu Regis, vel pace Eccleſiæ, ſacrificium Deo immolaret.

12 Cumque hæc de tantâ veneratione Hector cognouiſſet, maximeque quia Wlfoaldi *n* Senioris-Domus fiduciâ peruſus erat, intempeſtâ nocte cum S. Leodegario malè multatum vterque fugam ineunt. Cui versâ vice illud aptari poteſt elogium, quod in S. Silueſtri actibus
n deſcribitur de *o* Perpennâ Tarquinio, vbi inſeritur, quòd eadem horâ, quâ B. Silueſtrum ad tribunal ſuum producturus eſſet, de domo ſuâ eiectus feretro ferebatur ad tumulum. Sed cùm aurora diei daret initium, & iubar ſolis iam emineret terris, comperto Rex per Proceres Hectorem terga vertiſſe, magis ac magis in honorem
p Pontificis ſatagere cœperunt. *p* Hector verò captus, regalibuſque edictis peremptus eſt. Leodegarius verò pœnitentiâ ductus, & in exilium Luxouio truſus, atque pòſt
q inde ſublatus, & infra vrbem propriam, apud *q* Vgimerem quemdam perfidum & nequiſſimum virum, qui poſteà Trecaſſinam incubauit vrbem, luminibus euulſis, ac non poſt multum ab Ebroino Comite Palatij, aliàs ſtrenuo viro, ſed in nece Sacerdotum nimis feroce, impiè valdè peremptus, palmam martyrij adeptus eſt, ſacriſque nunc virtutibus pollet.

o diffugien tibus aduerſarijs,

p

q

ius obtinet, & ad ſuos redit:

13 Igitur S. Præiectus ex regalibus edictis, vel munificentiâ Regis, vt ſibi placuerat, de prædiis quæ præfatus Hector requirebat iudicium adhibuit, qualiter hæc perpetuo iure Eccleſia poſſideret. Valedicenſque Regi atque optimatibus, magnificè honoratus ad propria eſt regreſſus. Hæc audiens prædictus Amarinus Abba, circa virum Dei omnia proſperè geſta, eum in Aruernâ ſecutus eſt vrbe, credens quia ſolam ibi ob alimoniam ſuſtentandorum Fratrumque egeſtatem ac laborem, quem in eremo
viſitatur à S. Amarino. pro Chriſto exercebant, ſuo amminiculo præfatus Præſul præſidium afferret. Quo viſo, egregius vir velut munus diuinum ſuſcepit, & die noctuque ſecum ſocium ſuperni muneris, quod poſteà rei probauit euentus, habebat.

14 Sed cùm iam his bonis, Chriſto Præſule, degerent, inimicus humani generis hæc ferre non valens, dum vnius caritatem, alterius inuidet receptionem, de quo ſcribitur, Cuius mille nocendi ſunt artes, quemdam nequiſſimum & filium Belial aggreſſus, per quemdam Agri-
Conſpiratione Agricij, ciũ ad viros induſtrios Aruernorum populos properat, vt arte quâ poſſet in viri Dei necem eorum animos incitaret. Tempore illo Agricius, cùm conſilium prauorum eſſet adeptus, nec mora poſt hæc velut bellua infrenis, totis vtpote antiqui anguis innexus habenis, ad virum Dei
irruentibus ſicariis, Vuluico villâ cum ſatellitum turbâ ſtipatus aduenit; & quantùm milliario vno à ſupradictâ villâ, velut lupi rapaces ad caulas ouium vociferantes, cum ſonitu buccinæ de ſaltu miſerunt. Beatus verò Præiectus atque Amarinus vbi ſonitum audierunt buccinarum, vterque ſe in orationem dederunt, expectantes à Domino immarceſcibilem recipere coronam. Omne verò officium, qui in comitatu Præfati Epiſcopi erant, audientes clangorem tu-
diffugientibus famulis barum, pauore perculſi, veſtibus nudati, & armis expoliati, per ſentes ſpinarum vel nemora condenſarum veprium, verterunt terga. Cùm ad oſtium iam domus viri iniqui acceſſiſſent, & introire vellent, tunc, vt fertur, vnus
præter vnum, ex officialibus viri Dei & oſtiarius domus, nomine Godolenus, ſe in certamine pro viro Dei dedit, magis optans gladio collum ſubmittere, quàm in ſeculo ſupra mortem viri Dei inducias promulgare.

15 Sed vbi viginti ſatellites prauorum ſociorum domum ingreſſi ſunt armati, tunc fertur dixiſſe venerabilis
ſuadenti fugam Amorino reſiſtit; Amarinus ad Dei virum Præiectum: Domine mi, inquit, ſi tui conſilij aſſenſus aderit, ad has voces vlulantium & nefandorum hominum locum demus: forſitan immenſa Dei pietas nos eruere dignabitur de prauorum inſidiis. Ad hæc vir Dei Præiectus reſpondit: Sile, Frater, ſile, quia ſi modò tibi hanc coronam defraudas, ipſam deinceps nequaquàm reperies. In hac voce Amarinus conticuit. Beatus verò Præiectus prolixiùs preces ad Dominum fundens, ſacrum Domino commendabat ſpiritum.

16 Completâ quoque oratione ingreſſi nequiſſimi
vterq; occiditur; viri, in angulo domus primitus pro B. Præiecto Amarinum Dei famulum iugularunt. Et dum vir Dei in ſtratu ſuo iaceret, & lacrymis ſuum recubitum rigaret, lictores quò venerant remeabant, & B. Præiectum illæſum relinquebant. Quod vir Dei cernens ſibi coronam fraudari, perſecutoribus ſe vltrò offerens, ait: Hic eſt quem quæritis, implete quod vobis imperatum eſt. Et hæc dicens, vnus ex apparitoribus, qui erat in ſcelere audacior, Radbertus nomine, genere Saxo, pugione arrepto B. Præiecto perfudit in pectus. Vir autem Dei ſacri ſanguinis vndâ perfuſus, mucronem videre non ferens, oculis ſuis digitos impoſuit. Et poſt hæc lictor in caput eius gladium vibrauit, cerebrumque eiecit. Sic ſancta illa anima carnis nexibus ſoluta migrauit ad Dominum.

17 Bodo verò & Placidus inſinuatores viri, qui conſenſum præbuerant de ipſo martyrij loco, cùm non longè aſtarent, viderunt tres ſtellas procedentes cælitus ſu-
luce cæleſti illuſtrantur. per ipſam domum, in quâ Sancti Dei interfecti iacebant; è quibus vna maiorem dedit fulgorem. Quam viſionem vſque hodie prædicti viri ſe vidiſſe confirmant. Quod miraculum & illorum credimus demonſtrare gloriam, & iſtos reuocare ad pœnitentiam. Nullus enim in hac poſitus vitâ, ſi conuerti voluerit, deſperandus eſt de veniâ. Denique, vt legitur, Longinus miles Domini latus lanceâ perforauit, & deinceps conuerſus coronam martyrij adipiſci meruit.

18 Satellites verò qui hoc facinus perpetrarunt, manibus cruentis corpus B. Præiecti, ſuum vt completum ſcelus probarent, foras in perſecutorum conſpectibus
Interfectores punitè. traxerunt. Iſdem verò Radbertus, qui manus funeſtas in Dei Sacerdotem extenderat, vltione diuinâ percuſſus, conſumptuſque à vermibus, indignam vitam dignâ morte finiuit.

ALIA

a *Sequentis hiſtoriæ partem ex MS. Atrebatenſi recitat Andreas du Cheſne tom.* 1. *Francicorum ſcriptorum.*

b *Du Cheſne:* ad quam ſedulè, *&c.*

c *Idem:* ſummo Pontifice cum honore eſt tumulata.

d *Aſt in Vitâ S. Leodegarij:* Vir quidam nobilis, Hictor nomine, qui tunc regebat in faſcibus Patriciatum Maſſiliæ, quique vt generis nobilitate claro ſtemmate ortus, ita erat prudentiâ ſeculari præ ceteris præditus.

e *Du Cheſne:* concubinatus miſeriam adorſus.

f *Idem,* ſceptro.

g *Vita S. Leodegarij:* Hic autem (*Hictor*) ad Childericum Regem pro quadam cauſsâ aduenerat, & per viri Dei interceſſionem obtinere petita ſperabat: eumque hoſpitalitatis gratiâ in vrbe ſuâ Dei Sanctus (*Leodegarius*) receperat, donec, ſicut petierat, ſuis interceſſionibus eum Regi commendare deberet. *Quàm facilè viros ſanctos, etiam prudentes, fraudulenti homines circumueniunt!*

h *Id eſt,* euocarent. *MS habet,* mitterent.

i *Du Cheſne,* impetum.

k *Idem* ãĩ, *& in margine,* amici.

l *Idem,* Hymnichildæ. *Ea à Fredegario in Chronico cap.* 95. Bilihildis *vocatur; in alterâ vitâ* Bilichilda.

m Nam *S. Leodegarius Auguſtodunenſis Epiſcopus,* Childericum in vrbe ſuâ in Paſchali ſolennitate rogauerat aduenire; *vt in eius vitâ dicitur.*

n *Du Cheſne ex vitioſo codice,* Seniouore Domus.

o *MS. Vltraiectin.* pœnâ Tarquinij. *Narratur hæc hiſtoria pluribus in Actis* S. Sileſtri 31. *Decemb.*

p *Hoc de capto occiſoq; Hectore deeſt apud Du Cheſne. Ceterùm in Vitâ S. Leodegarij alia narratur cauſſa ſeceſſus eius ad cœnobium Luxouienſe.*

q *Du Cheſne,* Grinnonem. *is videtur eſſe qui à Camuzato in catalogo Epiſcoporum Trecenſium* Wammirus *dicitur; in Vitâ S. Leodegarij* Waymerus.

ALIA VITA
Auctore coætaneo anonymo,
ex tribus veteribus MSS.

PROLOGVS AVCTORIS.

Veteri exemplo,

1 STudij fuit apud veteres & eruditiſſimos viros, vt eorum geſta, quos miraculis & ſanctis actibus pollere cernebant, ſagaci ſtudio, Chriſto auſpice, ſine quo nihil boni agitur, ſtylo promulgarent: quatenùs de præcedentium meritis imitanda vel memoriæ commendanda cognoſcens ventura ſoboles gloriaretur. Euſebius verò Cæſarienſis vrbis Epiſcopus, vir eloquentiâ & facundiâ pollens, Maiorum exempla ſecutus, innumeros Martyrum deſcripſit agones. Quem imitatus Rufinus, vſque in
a a Conſulatu Theodoſij Principis ſtylo elicuit. Sed, vt ad
b ſacros veniam anachoretas, atque Confeſſores, b B. A-
etiam Sanctorum, thanaſius Alexandrinus Epiſcopus Antonij, ſanctus verò & eruditiſſimus vir Hieronymus Pauli & Hilarionis vel ceterorum, quos cultus bonæ vitæ laudabiles reddebat,
c edidit acta. c Poſtumianus verò, Seuerus, & Gallus Martini egregij vitam ſuis edidêre ſchedulis. Sed & beatiſſimus quoque Gregorius Romanæ Eccleſiæ Põtifex d,
d cui etiam ſecreta cæli patuerunt; in libris quibus titulum Dialogorum inſeruit, Sanctorum agones multimo-
e daque geſta, melliflua condidit facundiâ. Ionas e etiam noſtræ memoriæ tempore vir eloquens, vitam B. Columbani & diſcipulorum eius Athalæ, Euſtaſij & Bertulfi, luculentiſſimè edidit. Ad quorum comparationem velut viles vernaculi eſſe cenſemur. Sed memores illius
Matth. 7. 7. Domini & Saluatoris noſtri præcepti, Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis;
Pſal. 80. 11. & illius Pſalmographi oraculi: Aperi os tuum, & ego adimplebo illud, quamuis temerario, non tamen ſubrepti-
hic Auctor vitam S. Præiecti ſcribit. uo aut præſumptionis anniſu, iuſſionibus veſtris ſatisfaciens, ea quæ de ſummo Præiecto Pontifice tam indaganti ſtylo quàm relatione plurimorum reperi, aggrediar texere geſta. Vnde lectorem obſecro, ſi quis tamen captus amore Pontificis legere decreuerit, non quærat in his Tullianam eloquentiam, nec Oratorum facundiam, non Philoſophorũ floſculos, & Stoicorum diuerſas aſſertiones, ſed puritatem ſanctæ Eccleſiæ. Neque enim aquila extenſis alis ſemper ad æthera volitat, ſed crebriùs remiſſioribus pennis diuertit ad terras: & inter regias ſæpè dapes etiam vilia poma lactucæque agreſtes, optimæ quoque cenſentur. Orandus eſt igitur Deus Pater, & Saluator noſter Ieſus Chriſtus, vt auram ſancti Spiritus afflare dignetur, vt caliginem cordis abradat, facultatem accommodet loquendi, ita vt præfati Antiſtitis, qui ſemper amore Chriſti flagrauit, valeamus actus differere, quatenùs exemplum illius, virtuſque animi ſagacis, in poſteris debeat propagari. Quod tribuat ille rerum ſator æternus, opitulante oratu veſtro, qui linguas infantium facit eſſe diſertas. Amen. AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

a *Imò vſque obitum Theodoſij, imperiumq; Arcadij & Honorij, hiſtoriam perducit Ruffinus, an. Chriſti* 395.

b *S. Antonij Vitam à S. Athanaſio ſcriptam dedimus* 17. *Ianu. S. Pauli auctore S. Hieronymo,* 10. *Ianua. S. Hilarionis dabimus* 21. *Octob. Sancti quoque Malchi & aliorum vitas ſcripſit S. Hieronymus: cui & Vitæ SS. PP. quatenus tribui poſſint, diſſeruimus ad vitam S. Antonij in Proleg.* §. 9.

c *Scripſit & vitam S. Martini Seuerus, & Dialogos de eius vitâ; ſed in his interlocutores introducit Poſthumianum & Gallum: ideoq; etiam Gelaſius Papa* Opuſcula Poſthumiani & Galli *vocat.*

d *De S. Gregorio agemus* 12. *Martij.*

e *Hinc ætatem huius ſcriptoris intelligas. Fuit* Ionas, *vt diximus, ipſius S. Præiecti æqualis. De eo Sigeberius cap.* 61. *de illuſt. ſcriptorib.* Ionas ſcripſit vitam Columbani Abbatis, & vitas Attalæ & Euſtaſij, qui fuerunt diſcipuli & ſucceſſores Columbani. Columbani *vitam dabimus* 21. *Nouemb.* Attalæ 10. *Mart.* Euſtaſij 29. *Martij. Mirum eſt* Bertulphi *omiſſam à Sigeberto vitam, quam dabimus* 19. *Auguſti: nam Ionæ fetum eſſe, & ſtylus & libri veteres fidem faciunt.*

CAPVT I.
S. Præiecti inſtitutio, ſacerdotium.

S. Præiecti patria, parentes,

2 SVperna caritas Chriſti, cuius alternantur nutu ſidera die pariter atque nocte, non deſtitit ſuæ ſanctæ Eccleſiæ, per ſuorum famulorum merita, virtutum incrementa monſtrare. Quapropter oportet ſtrenuè populo confluenti Sanctorum exempla narrare, & calamo a digerere, ac paginis tradere, ad incitãdas animas ad præmia Paradiſi. Vnde cùm poſt reſurrectionem Dominicam multipliciter creuerit Martyrum turba, moderno etiam tempore per Præiectum Antiſtitem multiplicia Chriſti oſtenduntur inſignia. Sanctus igitur Præiectus clarâ natalium lampade oriundus, Gondoleno atque Helidiâ parentibus procreatus, Aruernico territorio eſt exortus, ac priuſquàm naſceretur reuelationis myſterio deſignatus. Denique cùm adhuc clauſus eſſet vtero, matri oſtenſa eſt viſio, ſancto monſtrante Spiritu. Vidit namque ſibi *martyrium matri præ-* per latera pignus egredi tinctum roſeo baptiſmate, vndâ ſanguinis rubricãte. Quod cùm cuidam Dei ſeruo geni- *dictum,* trix Chriſtiana narraſſet, illicò agnouit, quòd naſciturus puer magnus in ſeculo foret, & palmam martyrij tradente Domino obtineret. a

S. Præiecti

3 Intereà naſcitur puer elegans. Labentibus annis infantiæ, pueritiæ tempore ſubintrante, ſcholæ traditur b Icciodorenſi, atque, fauente Deo, præ cæterâ turbâ ſodalium proficiebat Eccleſiaſtico nutrimento. Cumque polleret induſtriâ cantus & litteræ, parentes illius eum *inſtitutio* c Geneſio Archidiacono ſtuduerunt commendare, qui poſtmodùm Aruernicâ vrbe præſulatus obtinuit dignitatem: qui cùm viciſſet naturæ nobilis puerum diligentiùs enutritum, priùs pecuniam ei d credidit in alimoniam pauperum. Creſcente poſtmodùm eruditionis e in- *prudentia,* dagine, ſuo eum frequentiùs faciebat intereſſe conſilio. b c d e

4 Cernentes hoc quidam ex Clericis, inuidiæ accenſi ſtimulo, cœperunt ei tendere inſidias f calamitatis. Denique Martinum incitant Cantorem, vt cædendi Præiectum aditum quærat. Iubetur puer ſonum reddere, quem vix puncto ore audierat decantari: ſed intelligens innocens laqueum ſibi paratum, mentem tendit ad Chriſtum: f

AVCTORE COÆTANEO ANONYMO. EX MSS.

ſtum: Sanctum inuocat *g* Iulianũ Martyrem: diuinũ expoſcit auxilium. Mox igitur ſancto ſe docente Spiritu, ita canticũ memoriter reddidit, vt cunctis patéter agnoſcerẽt quòd illã melodiam magiſtralẽ in puero diuina pietas infudiſſet. Atque hoc modo inuidia in admirationẽ conuerſa ceſſauit. Hæc illius ſunt opera, qui vellicantem ſycomoros paſtorem puerum Prophetam fecit.

g *Iuliani confeſſoris ope S. Iuliani, Amos 7. 14.*

5 Cumque bonis polleret moribus, à prædicto Pontifice Icciodorenſi *h* diœceſi eſt *i* prælatus. Cœpit itaque caſtitate fulgere, caritate vernare, ieiuniis inſiſtere, orationibus incumbere, Scripturarum volumina perſcrutari; ac diebus Quadrageſimæ ſecularium conuenticula declinare, cum domeſticis tantùm fidei, & *k* hũmilitatis parſimoniam frequentare, & eleemoſynarum largitati vacare.

h i *cura animarum, virtutes,* *k*

6 Die igitur quadam, cùm plures ad eum pauperes veniſſent, & eleemoſynam poſtularent, vir Dei per miniſtrum agnouit, quòd ampliùs quàm duos nummos non haberet: deferre ſacculum iubet: Ieſum prece tacitâ inuocauit: illicò virtus diuina affuit: in ſacculo aurum creuit: tantaque eſt ibidem pòſt *l* numeroſa inuenta pecunia, quanta pro foribus pauperum ſtabat caterua. Nec mirum, ſi ille inclytus artifex, qui ſolem extendit radio, inuocante ſe ſeruulo, aurum *m* fudit in ſacculo.

nummi diuinitus multiplicati, *l* *m*

7 Quadam namque die dum cum hoſpitibus abſtinentibus conuiuaretur, & piſces omnimodis anxius non haberet, caſu ad miniſterium aqua defuit: puer cum ſitulâ ad fontem perrexit; dumque hauriret aquam, inſpectò piſcis vaſculum intrauit. Regreſſus puer aulicus piſcem cum latice præſentauit, qui abundè Præiecto cum hoſpitibus ſufficere potuiſſet. Facilè hoc ille præſtitit, qui quaterdenis annis Iſraëliticam in eremo turbam pauit.

abſtinentia miraculo approbata: Exod. 16. v. 35.

8 Solemnitas ſancta Paſchæ aduenerat: Præiectus Aruernis ad Præſulem properat. Dumque die quadam ſibi in ſolario conuiuium præparaſſet, multique viri ſeculares & nobiles inuitati veniſſent, tres inter eos abſtinentes aderant, qui carnes in eſum ſumere recuſabant: ſed quia ſemper grauis eſt prauis mentibus vita bonorum, cùm eos ſeculares viri irriderent, & riſus atque opprobria iactitarent, à viro Domini admonentur, vt quos venerari debuiſſent, *n* irridendo non increparent. Sed cùm illi ſe nequaquàm corrigerent, ſubitò pauimentum ſolarij cum irriſoribus cecidit, tantumque Præiectus cum pœnitentibus reſidens ad menſam remanſit. Sicque incauta præſumptio, & digna confuſio cum ſuis auctoribus ad propria *o* petiuit abſceſſum.

irriſores puniti: *n* *o*

9 Intereà dum iſta geruntur, vir Domini Præiectus *p* Diaconus ordinatur. Cœpit autem cantu pollere, ſapientiâ redundare, mellifluo eloquio fulgere, omni prudentiâ decoratus incedere, & quia non poterat Eccleſiæ lucerna abſcondi ſub modio, claritatis radios diffundebat, inclyto inſerta candelabro. Nam paſſiones Martyrum Caſſij, Victorini, Anatoliani, & *q* Aſtrebodij, ac ceterorum Sanctorum, qui in eadem vrbe ſanguinem fuderunt pro Chriſto, glorioſo elucubrauit ſtylo.

p *vita SS. ſcripta:* Matth. 5. 15. *q*

10 Non multum poſt iſta tempus effluxerat, *r* Felix iam dictæ cathedræ præſidebat. Tunc *ſ* Candidinenſe cœnobium tradidit ad regendum Præiecto: cumque ille ibidem monaſticam attenderet diſciplinam, & tam animarum lucra quàm ædificiorum ſtructuram proueheret; cuiuſdam domus volens reparare maceriam, quæ quadraginta pedũ numero eleuabatur in altũ, cùm haberet omnia præparata, & ſtructores ſtarent in machinâ, ſubitò à fundamento paries cecidit veteranus, vnumque ex operariis ita ſuâ mole oppreſſit, vt nullatenùs inter lapides & puluerem appareret. Tunc vir Domini repletus anxietate, lacrymarum imbrem effudit ante præſentiam Chriſti, iuſſitque molem lapidum amoueri, vt ſaltem vel quaſſatum cadauer traderet ſepulturæ. Quod cùm fuiſſet impletum, inuenerunt hominem ita ſanum, ac ſi nullo caſu fuiſſet ruinæ præuentus: & quia Præiecti opera placerent Altiſſimo, teſtabatur oſtenſa virtus in homine liberato.

r *ſ* *præfectura monaſterij.* *Quidam muri ruinâ oppreſſus, eius precibus ſeruatus.*

a *MS. S. Maximini*, dirigere: *MS. Ripat.* detegere.

b *MS. Sirm.* Yciodrenſi; *Kip.* Iciodrenſi; *alij* Iſiodorenſi; *Cl. Robertus*, Iſidorienſi & Iſidorenſi. *vulgò* Iſſoire *dicitur. Vrbs eſt in Aruernis amœni ſitus, in quâ monaſterium S. Auſtremonij Benedictinum.*

c *Colitur* S. Geneſius *Ep. Aruern. 3. Iunij.*

d *MS. Sirm.* tradidit. *Sauſſaius hæc perperàm interpretatur:* S. Geneſius illi pecuniolas mutuò accommodabat, vt pro innatâ pietate pauperibus ſolatia ſibi gratiſſima præſtaret.

e *MS. S. Max.* audagine. *MS. Sirm.* ingenio.

f *al.* capitales.

g *Colitur Briuate in Aruernis 28. Aug.*

h Diœceſis *vulgò territorium Epiſcopi ſignificat; hîc parochiam,* Diœceſis. *ſiue vicum aliquem, aut curiam, qua Paſtoru vnius gubernatione continentur. Sic Sidonius Apollinaris lib. 9. ep. 16.* Nam peragratis diœceſibus cùm domum veni. *Gregor. Turon. lib. 4. cap. 13.* Cautinus Epiſcopus in Briuatenſem diœceſin pſallendo adire diſpoſuerat.

i *MS. Sirm.* præſulatũs.

k *MS. Rip.* humilitati, *&c.* vacare.

l *al.* nummorum. m *al.* fundat. n *al.* irritando.

o *al.* reuertebatur.

p *id eſt*, Archidiaconus. *ita Petr. de Natal.*

q *MS. Rip.* Aſtrebundij. *Sauaro* Aſtrobodij, *& coniicit* Auſtremonium *eſſe, de quo 1. Nou agemus.*

r Sanctum *hunc prædicat Sauaro, natalem non indicat.*

ſ *al.* Candedinſe. *Sauaro* Cantoennum *interpretatur. VVion hinc coniicit Prætextum* monachum & Abbatem *huius cœnobij fuiſſe.*

CAPVT II.

Epiſcopatus in eo geſta.

11 DEfuncto itaque Felice, cùm maxima pars Cleri vel populi Præiectum cuperent habere Antiſtitem, Archidiaconus vrbis præfatæ *a* Gairoaldus nomine cupiditatis inſtinctu, Clero contempto, laicorum vſus conſilio, Epiſcopatum vrbis Aruernicæ vſurpauit per præmium. Sed quadraginta dierum euoluto curriculo, mortis ſortitus eſt tranſitum.

Gairoaldo Epiſcopo, *a*

12 Igitur eùm vrbs Aruernica Præſulis deſtituta ſolatio, Geneſium virum inclytum, & ſenatoriâ dignitate prælatum, pontificalis cathedræ ſublimare voluiſſet in ſolio; ipſe vir potens & ſapiens honoris gradum incautè non appetens, indignum ſe huic officio fatetur coram cunctis: quin potiùs concionatur ad ciues, vt Præiectum à Rege peterent in Sede Paſtoris. Tunc itaque fauore populi concordante, imò magis ſancto Spiritu gubernãte, inito conſilio Præiectum elegerunt Antiſtitem, decreto etiam Regis populi petitionibus annuente. Cumque ſublimatus in cathedrâ, benedictione perceptâ, fulgeret conuerſatione Angelicâ; agebat Deo gratias plebs deuota, quòd talem Sacerdotem recepiſſet Eccleſia, quæ antè fuerat morte ſui Antiſtitis deſtituta. Erat enim vir Dei ſanctus Præiectus piiſſimus, & omni ſuauitate conſpicuus, vultu hilaris, fulgentibus oculis, blandus verbis, virginitate præcellens, corpore pulcherrimus, cute nitidus, ſtaturâ decorus, omni bonitate repletus.

ſuadente S. Geneſio, *ſubrogatur Præiectus:*

13 Cumque ſanctis moribus polleret, quemdam religioſum virum, Euodium nomine, ſocium ſibi elegit: per quos multorum animas ſancta prædicatio ad cæleſtia deſideria inuitauit. Cœpit intereà Præiectus vir Domini prædicto Geneſio ſuadere, vt quia mundanas ſoboles non haberet, Eccleſiam ſibi pro filiis adoptaret. Tandem itaque vir nobilis eius verbis conſentiens, in ſuburbano memoratæ vrbis monaſterium conſtruens, ſub normâ ſanctæ regulæ ibidẽ viuere inſtituit Virgines: reliquam ampliſſimam facultatem poſt ſuum obitum per loca deputauit Eccleſiarum ſanctarum. Conſtruxit etiam vir Dei aliud cœnobium Virginum in territorio Aruernorum. Nam ante illud tempus in eadem prouinciâ nulla fuerant virginum monaſteria inſtituta. Xenodochium quoque de propriis rebus aptauit: medicos ſtrenuos adunauit: atque ita conſtituit, vt ſemper ibidem viginti ægroti ſanandi adeſſent: quibus curatis, alij totidem medendi ſuccederent.

prædicationi incumbit: *monaſterium Virginũ ſtruit curat;* *aliud ipſe fundat. eo nojocomiu*

14 Addantur paginæ, quia cumulantur myſteria. Illo

in tem-

b in tempore: quo erga Chriſti cultores b antiquæ perſecutionis feruor incanduit, integram legionem virorum fidelium vnà cum coniugibus ac liberis carnifex cruentus extinxit. Vir igitur Domini Præiectus c optauit, vt eorum corpora diligentiùs per loca conſtituta transferret: ſed inquietudine temporum inſurgente, & celeri martyrio propinquante, plenè cœptum opus implere non potuit: ſed ſucceſſori ſuo ex parte aliquâ ad peragendum reliquit. Cùm igitur corpus vnius Sancti transferre cuperet, & vigilias more ſolito celebraſſet, accepto raſtro terram fodere cœpit, ſtatimque pauper quidam adueniens, qui annis ter quinis tenebatur debilis, integram ſanitatem recepit, operantibus Sanctis. Vnde credimus, in hac virtute ſanctum habere Præiectum ſocietatem cum Martyre; vt quia & ipſe Martyres venerans, eorum ſemper deſiderabat fieri particeps, cum illis per Dominum miraculo iungeretur virtutis. Nec immeritò illis glomerabatur per ſignum miraculi, qui illis ſociandus erat per ſanguinem.

SS. corpora perquirit, c

non ſine miraculo:

15 Cumuletur in laudem, quod Chriſtus eſt operatus per Martyrem. Dies ſanctus Paſchæ d rotato anno venerat, & quidam ex miniſtris vas argenteum, quod ipſe ſeruare debuerat, furtim ſubtrahens celat: quod cùm viro Dei nuntiatum fuiſſet, & ſcelus cum auctore lateret, ſubſequenti nocte orationi incubuit, moxque illi diuina virtus & furem & furtum pariter deſignauit. Manè facto cùm inquirerentur miniſtri, & ſinguli cœpiſſent admiſſum facinus excuſare, vir Dei ad locum ſibi diuinitus oſtenſum direxit, argentum reperit, reumque cum magnâ manſuetudine miſericorditer caſtigauit, ne talia vlteriùs perpetraret. Sicque vir ſanctus ſeruans in pectore virtutem diſtrictionis & patientiæ, & prodendo vitium extinxit, & parcendo reo miſericordiam cuſtodiuit. Hæc illius eſt oſtenſio, qui fraudulentum diſcipulum oſtendit in ſpiritu Eliſæo.

d Clericum furti reum diuinitus cognoſcit, ac detegit:

a *MS. Sirm.* Gayroaldus; *alij*, Garroaldus; *Sauſſ.* Cariualdus. *Sauaro hunc Sanctum appellari ſcribit, eumq; eſſe de quo lib* 1. *de SS. & eccl. Clarom.* §. 8. In eccleſiâ S. Galli, altare S. Mariæ, vbi requieſcunt S. Gallus, & S. Vrbicus, & S. Antolianus, & S. Gerualdus. *Sauſſaius ſcribit*, admiſſi reatus demiſsè à Præiecto veniam in extremis deprecatum.

S. Gariualdus.

b *MS. Sirm.* antiquus; *alij*, antiquitus.

c *Sauſſaius:* Statuerat inſuper ſanctiſſimus Antiſtes, cuilibet Martyrum qui in diœceſi celebres ſunt, propriam eccleſiam excitare. *Id auctor non dicit, & nimium eſt.*

d *al.* rotatu anni.

CAPVT III.

Martyrium. miracula.

16 INſerantur paginæ Martyris clara miracula. Cùm vir Dei exigente cauſsâ ad Regis Childerici feſtinaret præſentiam, itinere deducente peruenit ad locum, qui Daroangus vocatur, in Voſago, vbi milites Chriſti beatæ paupertatis obtentu, more viuebant monaſtico: cumque à monachis fuiſſet exceptus cum gaudio, reperit Patrem monaſterij, Amarinum vocabulo, febrium laborantem incommodo, ita vt nec greſſum mouere, nec præter aquam aliquod alimentum potuiſſet percipere. Sed cùm vir Dei, ad conſueta arma recurrens, vexillum crucis ſuper ęgrum feciſſet, protinus fugatâ febre, ſanatus ęger ſurrexit: ſicque gaudẽtes ſtatim noctem ſequentem in pſalmis peregerunt & hymnis. Cumque ad Palatium peruenisſet, gratificè à Rege ſuſceptus, & cum ſũmâ veneratione ab Optimatibus illius honoratus, quidquid à Principe petiit, vt voluerat, impetrauit: atque valedicens Childerico Regi, & Reginæ ipſius dignæ Dei famulæ Bilichildæ, vel Proceribus regni, Aruernicam repedauit ad vrbem.

Amarinũ à febri liberat:

honorificè à Rege excipitur.

17 Audiens vir Domini Amarinus de ſoſpitate Pontificis, cum gratiâ caritatis eſt ſubſecutus Aruernis; Chriſto ſcilicet diſponente, vt qui ſic erant caritate coniuncti, ſimul eſſent martyrio a coronati. Dumque Sancti in mandatis Domini pariter aliquantulum temporis conuerſarentur, contra eos hoſtis antiquus per miniſtros ſuos exarſit. Denique Agricium quemdam virum nefarium commouit, atque illius conſilio Aruernorum Proceres in necem Sanctorum armauit. Cumque viri Dei ſimul conſiſterent in loco nuncupato Volovico, repentè ſuper eos turba irruit perſequentium, proferentes fremitum, & ſonitum buccinarum. Quod cùm milites Chriſti cœpiſſent audire, in oratione proſtrati, ad agonem martyrij ſe ſtuduerunt præparare. Miniſtri verò eorum ſubito timore perculſi, qui euadere potuerunt fugæ præſidium quæſierunt, præter duos tantùm, qui cum ſancto Præiecto perſtiterũt. Reliquos verò quos malignantium turba inuenit, nudos abire permiſit. Cumque ſacer Domini Amarinus foras voluiſſet egredi, & prædicationis gratiâ furorem perſequentium mitigare, eum Dei Sanctus Præiectus compeſcuit, dicens: Noli, frater cariſſime, præparatam coronam differre, quia ſi modò eam non adſequeris, forſitan poſteà non attinges.

AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

quæritur ad mortem à coniuratis:

diffugientibus miniſtris,

18 Quod ille audiens reſtitit, & ingredientibus duobus iniquitatis miniſtris, coronam martyrij prior accepit; cumque carnifices S. Præiectum occidiſſe ſe crederent, & foras ad ſocios remearent; ille eos de loco, in quo orabat, vocauit, & dixit: Ecce hìc eſt quem quæritis: facite quod cupitis. Tunc vnus ex illis, genere Saxo, nomine Radebertus, B. Præiectum gladio percuſſit in pectus. Tunc ille roſea ſanguinis vndâ perfuſus Dominum inuocans orabat attentiùs: Ne ſtatuas illis hoc peccatum Domine, quia neſciunt quid faciunt. Hæc eo dicente, cruentus lictor gladio caput eius percuſſit, cerebrumque eiecit. Sic ſancta illa anima vinculis carnis abſoluta, inter choros Angelicos, remunerante Chriſto, cæleſtia peruenit ad regna, obtinens cum Sanctis martyrij palmam. More namque prophetico electus ab vtero, purpurantem ſtolam ſortitus eſt in triumpho.

cum S. Amarino occiditur orans pro interfectoribus:

19 Quidã verò de Senatoribus Bodo & Placidus, qui in mortem viri Dei conſenſum præbuerant, non longè adſtabant cernentes, cùm ſubitò viderunt tres ſtellas ſuper domum, in quâ Sancti iacebant, ſplendere: & vna ex ipſis maiorem dabat fulgorem: cognoſcentes illi per pietatem Domini hoc oſtenſum fuiſſe, ad Sanctorum gloriam, vt & ipſi ſua corda per pœnitentiam lauarent, terrore compulſi, cœperunt de commiſſo ſcelere pœnitere. Satellites verò, qui hoc facinus perpetrarunt, Sanctorum corpora inhumata reliquerunt. Radebertus verò, qui Dei famulum peremit, viuens conſumptus à vermibus, indignam vitam dignâ morte finiuit.

luce cæleſti honorantur.

Necis conſcij conuerſi,

auctor à Deo punitus.

20 Tunc multitudo Sacerdotum, Sanctorum corpora deferentes, cum honore maximo & magnâ elegantiâ tumulauerunt, Sanctum ſcilicet Præiectum, & Amarinum, & vnum ex ſatellitibus eius Elidium. Cœpit namque diuina virtutis ad prædictorum Martyrum corpora plurima monſtrare miracula: reddebantur cæcis lumina, claudis plantæ ſolidaræ, contractis membra ſana, leproſis cutis nitida, febricitantibus ſalus optata: declarabantur ſæpiùs iuramenta, reorum ſoluebantur vincula, fugabãtur ab obſeſſis corporibus dæmonia. Quo agnito cuius: Auitus Epiſcopus, in loco vbi Sancti fuerant interfecti, monaſterium ſtuduit collocare, baſilicam erigere, & vnum ex parentibus S. Præiecti, Godonem nomine, Abbatem conſtituit.

Miracula ad SS. reliquias:

cœnobium conditum:

21 Erat quidam ęger, de loco qui dicitur b Reomaus, dirâ febre confectus: votum in corde vouit, vt ſi adiuuantibus Sanctis ſanitatem reciperet, de ſubſtantiolâ propriâ ad iam dictam Eccleſiam deportaret: cumque conualeſcere cœpiſſet, & promiſſa compleret, difficultate portandi ponderis ad calcem montis laſſatus eſt: cumque anxius ſtaret, ne mendax de promiſſo voto ante Sanctorum obtutus appareret, videns pauperes, votum quod portabat diſtribuit, ipſe ad Sanctorum limina reſumptis viribus pergit: ingrediensque intrò vaſculum vacuum ante Eccleſiæ fores dimiſit: egreſſuſque eccleſiam vas vinarium quod reliquerat vacuum, operante Chriſto reperit

b

ager ſanatus, vas vino diuini. tus repletum.

AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

perit plenum. Sicque Chriſtus in perſonam vnius ægri triplici miraculo fulſit per Martyrem, reddidit vires languido, turmam pauit pauperum, auxit & ſuſcepit votum promiſſum.

Etiam per ſcamnum eius miracula:

22 Erat quodam loco ſcamnum, vbi conſuetudo fuerat ſedendi Præiecto: quod cùm ioculares viri ad ſuum artificium deportaſſent, agnoſcentes tanta miracula per Sanctum Dei oſtendi, timore perterriti, ipſum ſcamnum in *c* baſilicâ S. Symphoriani ſtuduerunt reportare. Audiēs igitur Dei ſeruus Venerianus, quòd per præfatum ſcamnum virtutes multas oſtenderet Dominus, ipſe ad hoc videndum perrexit quantocyùs: & orto iam ſole eccleſiam ingreſſus, in oratione proſtratus, cùm ſubitò ſurrexit, omnes illius eccleſiæ lampades diuinitus accenſas lucere conſpexit. Cùm ergo Auitus Pontifex Abbati loci illius quod de ſumptu proprio acquiſierat conſignaſſet, & eſſet neceſſitas ipſius ſancti loci familiam deſcribendi, prædictus Abbas, per ſemetipſum hoc facere dubitans, *d* S. Veneriani conſilium ob hoc credidit expetendum: cumque pergeret ad eum, Angelus Domini per viſum cauſſam pandit Veneriano. Tunc ille accerſito Notario ipſius rei vtilitatem excepit, conuiuium parare iuſſit, & quòd memoratus Abbas ibidem venturus eſſet Fratribus indicauit. Cumque verba compleſſet, ipſe Abba Godo affuit, deſcriptionem aſpexit, de reuelatione cognouit; & vterque Domino gratias retulit, qui eorum adiutor eſſe in omnibus conſueuit.

c

lampades diuinitus accenſæ.

d

Vnus ex auctoribus cædis diuinitus punitus,

23 Addamus ad Chriſti præconia, virtutes per Martyrem patefactas. Quidam ex auctoribus necis Sanctorum, Vrſio nomine, pergens obtentu venandi, ad terram de equo corruit, fractoque dextro brachio ceterorum mēbrorum debilitatem incurrit: ſed cùm nullatenus à Medicis vel incantatoribus medelam conſequi potuiſſet; ad ſemetipſum reuerſus, ſuum agnoſcens facinus, *e* cum coniuge contulit, & ad Sancti ſepulchrum direxit, vt ſibi indulgentiam poſtularet, & de lampade, quæ ibidem ardebat aſſiduè, oleum mereretur accipere, & debilia membra perungere. Quod cùm fuiſſet impletum, dicto citiùs recepit ſanitatem membrorum. Hoc ille conſpiciens, decem librarum pondere vas direxit argenteum ad *f* polyandrum ſancti Pontificis exornandum. Quod agnoſcentes ceteri, qui in eodem lapſu fuerant inquinati, cœperunt pœnitentiam agere, & auri atque argenti copiam ad ſepulchra Martyrum deſtinare.

e

ope S. Præiecti ſanatus.

f

24 Erat in Aruernico locus de proprietate Sancti, quem *g* Verſetonem antiquitas voluit nuncupare, vbi virtutes multas dignabatur Dominus demonſtrare, ad lectulum ſcilicet vbi Sanctus ad dormiendum conſueuerat declinare. Cumque iam dictus Vrſio ibidem aduenisſet, miniſtro innotuit, vt aliquantulum olei in lampade eccleſiæ ponere debuiſſet: cumque magis quàm duas libras omnimodis non haberet, miniſter vaſculum cum oleo attulit, tantamque abundantiam olei diuina virtus infudit, vt omnes lampades eccleſiæ habuiſſet vnde compleret. Quod cùm factum fuiſſet, adhuc oleum remanſit, atque in aliam baſilicam, quam ipſe Vrſio in honore S. Præiecti condiderat, vaſculum deportari præcepit, & triginta lampades ex eo compleuit: cumque adhuc in vaſe eodem oleum remanſiſſet, ad alia Sanctorum loca exinde tranſmiſit, vbertimque habuit.

g

Ad lectum S. Præiecti miracula.

Oleum miraculosè augetur.

Eccleſia Sancto addicata.

25 Hæc namque de mirabilibus prioribus excepta ſufficiant, quatenus nec generet faſtidium prolixitas lectionis, & ad laudem Chriſti per Martyrem incitetur deuotio populorum. Det mihi Chriſtus Dominus, vt obtineam illius veniam, quia multa præterij, qui ſenſu tenui vix pauca deſcripſi. Perſeuerat hodie oſtenſa per Præiectum virtus Altiſſimi, non ſolùm in territorio vrbis Aruernicæ, ſed etiam vbicumque in honore illius ſanctæ conduntur reliquiæ, multiplicia præſtantur vota petentibus, operante potentiâ Chriſti, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

Epilogus.

a *MS. Rip.* coronandi.

b *Plura de hoc loco 28. Ian. ad Vitam S. Ioannis Abbatis.*

c *Ea nunc* S. Geneſij *dicitur, eſtq; collegiata & parœchialis, vt ſcribit Sauaro. De* S. Symphoriano *agemus 22. Aug.*

d *Mirum eſt huius non extare in Martyrologio Gallicano nomen.*

e *S. Antoninus*: ad S. Præiectum cum vxore ſuâ ſe contulit. *idem habet Vincentius, & Petrus de Nat. Id Vita auctor non dicit.*

f *Quid ſit* polyandrum, *diximus 17. Ianu. ad proleg. Vitæ S. Sulpitij lit. b.*

g *MS. Rip.* Verſetenon.

DE S. PROIECTO

DIACONO MARTYRE, CASALI IN ITALIA.

SECVLO VIII. XXV. IANVAR.

S. Proiecti natalis,

zelus,

martyrium,

ætas.

Casale vrbs eſt Liguriæ, Montis Ferrati caput. Hìc S. Euaſius *Aſtenſis Epiſcopus & Martyr colitur 1. Decembris, eſtq; vrbis Patronus, quæ inde vulgò* Caſale S. Euaſij *appellatur.* S. Euaſij *Diaconus fuiſſe traditur* S. Proiectus, *de quo Ferrarius in generali Catalogo SS. hoc die:* Caſali in Liguriâ S. Proiecti Diaconi & Martyris. *citat tabulas Eccleſiæ Caſalenſis, vitamq; S. Euaſij: aſt in Catalogo SS. Italiæ iſta ſcribit:* Proiectus S. Euaſij Epiſcopi Aſtenſis Diaconus, cum eo Arianorum perſecutionem declinans, apud Sedulam vrbem (vbi nunc ciuitas Caſalenſis eſt) venit. Cùm autem multos in iis locis ad fidem Catholicam perducerent, Atubali Sedulæ Præfecti iuſſu comprehenſi, carceri mancipantur: vbi cùm in cōfeſſione Catholicæ fidei conſtantiſſimi reperirentur, Euaſio primùm, deinde Proiecto cum aliis CXLVI. caput amputatur. Quorum corpora à Natali Preſbytero & aliis Chriſtianis ibidem condita ſunt; eccleſiâ paullò pòſt à Luithprando Longobardorum Rege S. Euaſio extructâ. *Hæc ille. at neque* Sedulæ *vrbis nomen vſpiam, neque S. Euaſij Acta vidimus. Siganius lib. 3. de regno Italiæ, gubernacula ſuſcepiſſe Luitprandum ſcribit anno Chriſti 713. deceßiſſe circiter 743. Vnde de SS. Euaſij Proiectiq; ætate licet ſtatuere, cùm dicatur S. Euaſius Luitprando agente ad Aſtenſem Cathedram promotus.*

DE S. DEMETRIO SCEVOPHYLACE.

XXV. IANVAR. 1

Sceuophylacis munus.

SCeuophylax *dicebatur Orientalibus, qui Eccleſiæ ſupellectili erat præfectus,* κεφαλῶν τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας, *vt loquitur Codinus Curopalates de officiis Conſtantinop.* habens in ſuâ poteſtate Eccleſiæ ſupellectilem. *Triplex eorum claſſis fuit Conſtantinopoli ſeculis poſterioribus, Sacerdotum, Diaconorum, Lectorum: quorum omnium princeps* μέγας σκευοφύλαξ, Magnus vaſorum cuſtos *appellabatur. Hieroſolymis quoque, vt XX. Ianuarij in S. Euthymij Vitâ diximus,* Sceuophylax *fuit* Anaſtaſius Chorepiſcopus, cuius fidei credita erat cuſtodia ſacrorum vaſorum ſanctæ Reſurrectionis, tempore Iuuenalis Patriarchæ, *cui deinde in ſupremâ eâ dignitate anno Chriſti 458. idem ſucceßit.*

2 De S. Demetrio Sceuophylace *hæc ſolùm reperimus in Menæis Græcorum & apud Maximum Cythereum:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

S. Demetrij natalis.

μέρᾳ ϗ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Δημητρίου τοῦ Σκευοφύλακος. Eodem de Sancti Patris noſtri Demetrij Sceuophylacis, *ſiue* ſacrorum vaſorum cuſtodis. *In ſynodo œcumenicâ VII. ſiue Nicænâ II. actione 5. varios antiquorum Patrum tractatus præ-*

legit Demetrius ὁ ἐυλαβέστατος Διάκονος καὶ σκευοφύλαξ, Reuerendiſſimus Diaconus & vaſorum cuſtos. *Hic* RIIS *idem eſt fortaſsis, qui vt fidei zelo atque eruditione clarus, poſteà egregiam Eccleſiæ poteſt operâ contra impios Iconomachos nauaſſe.*

DE S. POPPONE ABBATE, ET B. ADELWIVA EIVS MATRE,

IN GALLIA BELGICA.

ANN. CHR. MXLVIII. XXV. IANVAR.

1 STabulaus, *quod vulgò nunc* Stabuletum *appellant, vetuſtiſsimum in Arduennâ cœnobium eſt, à* S. Remaclo *Traiectenſi Epiſcopo*, S. Sigeberti *Auſtraſiæ Regis auſpiciis, ædificatum; de cuius ſitu plura in eiuſdem S. Remacli Vitâ 3. Septembris. Hîc cùm alij illuſtres ſanctitate monachi vixêre, tum* S. Poppo *Abbas, quadringentis ferè poſt Remaclum annis, eximium ei loco attulit ſplendorem. Eius inſcriptum eſt Martyrologiis nomen hoc die. Nam Carthuſiani Colonienſes in Addit. ad Vſuardũ ante annos 120.* Poponis Abbatis. *Molanus in Addit. ad Vſuard.* Stabuleti obiit Dominus Poppo Abbas. *Martyrol. Romanũ modernum à Baronio recognitum & auctum:* Atrebati in Galliis S. Popponis Abbatis miraculis clari. *Idem habet Menardus. Fuit quidem Atrebati monachus aliquamdiu & Abbas, at Stabuleti diutiſsimè habitauit, atque iſthic nunc quieſcit. Meliùs VVion:* Stabuleti monaſterio S. Popponis Abbatis, admirandæ ſanctitatis viri. *Benedictus Dorganius:* S. Popponis Abbatis miræ ſanctitatis. *Martyrologium Gallobelgicum Leodij excuſum:* In monaſterio Stabulẽſi dicœceſis Leodienſis, obiit S. Poppo Abbas, multis miraculis clarus. *Conſtantius Felicius:* Poppo nobili genere in Liſtrogaugio apud Flandros natus, primùm miles fuit, ſed perquàm religioſus, pòſt etiam monachus atque Abbas Stabulenſis: quem locum ampliauit, & SS. Petro, Martino, Remaclo dedicauit, 5. Iunij 1040. obiit miraculis clarus anno ætatis 70. Chriſti 1048. *Ea dedicatio 7. Iulij contigit, vt infrà dicemus. Prolixo quoque elogio Popponem celebrat Sauſſaius, ſed locum vitioſè expreſsit:* Stabuleti, *inquit*, in agro Atrebatenſi S. Popponis Abbatis, *&c. Longè ab Atrebatibus diſtat Stabuletum, Hannoniâ, Namurcenſi ditione, & parte Leodienſis interiectâ.*

Stabuletum cœnobium.

S. Popponis nomen in ſacris Faſtis.

2 *Etſi celebre iam olim Popponis nomen fuit, nuperrimè tamen haberi primùm ei publica veneratio cœpit, poſtquàm in Romani Martyrologij tabulis conſignata eius eſt memoria. Alioquin Molanus in Indiculo SS. Belgij:* Poppo Abbas Stabulenſis non eſt canonizatus, quibus tamen virtutibus & miraculis claruerit, ex hiſtoriâ ipſius cognoſci poteſt. *Et in Natalibus SS. Belgij:* Mirum eſt, Stabuletum, imperiale monaſterium, eius canonizationem apud Apoſtolicam Sedem non ſollicitaſſe, cùm de virtutibus eius & miraculis permulta legantur. *Eadem queritur Miræus in Faſtis Belgicis. Scribit tamen Trithemius infrà citandus, eius feſtum agi VIII. Kal. Februarias: id nimirùm ex Actis iudicauit.*

Non eſt canonizatus.

3 *At biennio poſt editos à Miræo Faſtos illos, anno Chriſti 1624. Ferdinandi Bauari, Electoris Colonienſis, Antiſtitiſq; Leodienſis, atque Abbatis ſiue Adminiſtratoris Stabulenſis auctoritate, eleuatum eſt* S. Popponis *corpus, expoſitumq; publicæ populorum veneration. Eam rem ita breuiter deſcripſit Chriſtophorus Barbus Stabulenſis monachus, edito anno 1630. de S. Popponis virtutibus libello, in cuius dedicatione ita eumdem Sereniſsimum Principem Ferdinandum affatur:* Quòd autem hanc virtutũ S. Popponis lucubratiunculam Sereniſſimæ Veſtræ Celſitudini dicare auderemus, fecit non operis dignitas, quę (ſi nos reſpicit) nulla eſt, ſed debitum obſequij atque adeò vitandæ ingratitudinis mera neceſſitas. Nam cùm pluries pluribus retro annis ſanctarum huius ſanctiſſimi anteceſſoris veſtri reliquiarum eleuationem, debitamque venerationem fieri optaſſemus, veſtro, non alterius, iuſſu fieri debuit, quod diutiùs fuerat non ſine magno piorum omnium luctu prorogatum. Fecerat abundè pro debito officij ſui Veſtra Serenitas, nec ita cenſuit pietas eius, capſam argenteam auro & gemmis affabrè adornatam ſacris excipiendis exuuiis opportunam; veſtes præterea in vſus ſacrorum non minimi pretij & decoris: omnia quidem dignâ Principe & Præſule magnificentiâ condonauit. Decreta pari intuitu ſub ſigno & patrocinio ſanctæ Dei Genitricis, Sanctique Popponis, fidelium Confraternitas: factæ Indulgentiarum diſtributiones: inculcata pietas omnibus. Nihil denique prætermiſſum eſt, quod aut pium Principem, auitæque fidei ſobolem, ſtatuere decuiſſet; aut quod Sancto ipſi honoris quidpiam, plebi fidelium vtilitatis, afferre potuiſſet.

Corpus eleuatum an 1624.

capſa aurgentea inclusum,

variè honoratum.

4 *Hæc ille, qui & alium de* S. Popponis *miraculis libellum carmine ſcripſit, dicauitq; Guilielmo à Bauariâ, Comiti Longienſi, Baroni de Hollinghouen, Coadiutori Stabulenſi; cum oratione in laudem S. Popponis: annumq; & diem illius eleuationis hoc chronographico diſticho ſignauit:*

AVgVſtI prIMo qVæ Dotat terra referre
poppo sVperna petens Ceſſerat oſſa sIbI.

At biennio item poſt hanc eleuationem ſolennior videtur facta tranſlatio, vt chronologicum eiuſdem auctoris diſtichum indicat:

iterum tranſlatum.

qVâ CLerVs CeLebres poppo tIbI feCIt honores,
oCtobrI DenI sVnt sVper oCto DIes.

5 *Scripſit vitam* S. Popponis Euerhelmus *Abbas Altimontenſis in Hannoniâ, qui poſtmodùm Blandinienſis Gandaui Abbas factus traditur. Ei tamen vitæ*, Onulphi monachi *præfixa eſt præfatio ad ipſum* Euerhelmum, *quâ ſe eius rogatu S. Popponis vitam ſcribendam ſuſcepiſſe profitetur. At fortaſsis eam non perfecit*; (*nam hominem inconſtantem fuiſſe, patet ex Euerhelmi narratione*) *aut ſi perfecit, minùs fortè probata eſt Euerhelmo, qui alium propterea conſcribere eſt aggreſſus, aut illam ita ipſe retudit, vt eius, non Onulphi, cenſeri opus deberet. A ſe quidem Vitam illam compoſitam ipſe fatetur; & meritò ſubſcribunt Valerius Andreas, Poſſeuinus, Surius, Miræus, Molanus, alij.*

Vita ab Euerhelmo ſcripta,

6 *Eam vitam vulgauit Surius, ſed ſtylo ſubindè paullùm expolito. Nos primigeniam phraſim reſtituimus ex duobus antiquis MSS. altero Collegij Societatis Ieſu Paderbornæ in VVeſtphaliâ, altero monaſterij S. Maximini Treuiris. Eamdem vitam ex Surio breuiatam edidit Franciſcus Hæreus, Zacharias Lippelous, Iacobus Doubletius. Meminit Popponis Sigebertus Gemblacenſis in Chronico an. 1048.* Viri religioſi, *inquit*, & illuſtres ſanctitate, in Chriſto dormiunt, Odilo Abbas Cluniacenſis, Poppo Stabulenſis, Guatho, (*imò* Wazo) Epiſcopus Legienſis, Olbertus Abbas Gemmelacenſis. *Vitam S. Odilonis dedimus 1. Ianuarij. Meminit quoque S. Popponis Trithemius in Chron. Hirſaugienſi ad an. 1020.* Sanctus etiam Poppo, *inquit*, Abbas monaſterij Stabulenſis noſtri ordinis; doctrinâ & conuerſatione his temporibus clarus habetur in diœceſi Leodienſi, & per totam Galliam, patratione quoque multorum miraculorum inſignis; qui monaſticam diſciplinam ſuo tempore pænè collapſam magnificè reſtaurauit. Eius feſtum agitur VIII. Kal. Februarij. *Et lib. 3. de viris illuſtr. ord. S. Bened. cap.*

Vnde hîc vulgata.

Qui alij de eo ſcripſerunt.

Ex VARIIS. *cap.242.* Poppo Abbas Stabulenſis, vir in diuinis ſcripturis eruditus, & religione morum clariſſimus, ſanctitatis ſuæ monimenta copioſa reliquit. Eius geſta habentur. Claruit anno Domini MXX. Eius feſtum agitur VIII. Kal. Februarij.

7 *In Necrologio monaſterij S. Maximini Treuiris, ad VIII. Kal. Febru. iſta habentur:* Poppo Abbas noſtræ congregationis, qui duas coronas valdè pretioſas huic eccleſiæ fieri iuſſit. *Ex veteri quodam codice Carthuſiæ Colonienſis hæc nobis deſcripſit Ioannes Gamanſius noſter :* Anno ab Incarnatione Domini MXLII. Rege Henrico, huic autem venerabili Abbate Poppone præſidente loco, factus eſt de reliquiis SS. Quirini & Iuſti, per ignorantiam populi nos eas non habere autumantis, promiſcuus error, aliis alia ſubmurmurantibus, nunc latenter, nunc in publico. Quod prædictus venerandę memoriæ Pater comperiens, ex petitione & communi conſilio Fratrum & fidelium laicorum, ſcrinia Sanctorum pridie Idus Iunij aperuit: & non modò, quæ ſperabantur, reliquias; ſed alias plures, quæ ignorabantur, adſtantibus nobis inuenit, &, vt repererat, decenter compoſitas relinquens, ſigillo ſuo fideliter eadem horâ nobis cernentibus reſigillauit: ſicque & noſtra credulitas, & temeritas populi patuit. Reliquiæ autem hæ fuerunt: duo dentes S. Petri Apoſtoli, corpora Sanctorum integra cum capitibus Quirini & Iuſti, & maximę reliquię S. Nicaſij, & B. Scuiculi, & S. Melantij, & S. Audoëni, & caſula eiuſdem, & aliorum Sanctorum nobis incognitorum. *De corpore* S. Quirini *Presbyteri, brachio* S. Nicaſij *Epiſcopi Rotomagenſis, & reliquiis* S. Scubiculi *Diaconi, Malmundarium Carolo Magno imperante allatis, agemus ad eorum natalem XI. Octobris. De* S. Petro *Apoſtolo XXIX. Iunij, de* S. Audoëno *Epiſcopo Rotomagenſi XXIV. Auguſti, de* S. Iuſto, *ſi is eſt qui in territorio Bellouacenſi ſub Rictiouaro occiſus traditur, XVIII. Octobris.*

Viſitata ab eo reliquia Malmundarienſes,

12. Iun. 1042.

8 *Sancto filio Popponi ſanctam matrem* Adelwiuam *iunximus, Sauſſaium & Menardum ſecuti ; quorum hic in Martyrologio Benedictino hoc die:* Virduni B. Adunaluuæ, matris S. Popponis, recluſæ. *lib.2. obſeruat.* Adunaliuam, *ſiue* Adunalif *vocat. Sauſſaius:* Virdunis S. Adunaluuæ viduæ, & præfati B. Popponis ſui filij hortatu monialis in parthenonâ Virdunenſi; deinde recluſæ in monaſterio S. Vitoni eiuſdem vrbis. Hæc antequàm ſacrum velamen ſuſciperet, adhuc in ſeculo degens tantâ deuotione flagrauit, vt extinctam lucernam ſuâ prece accenderet: tantâque enituit puritate poſtquàm vitæ perfectiori ſe addixit, vt cum Cælitibus, qui ſæpè inter orandum ei apparebant, colloquia miſceret: ad quorum denique conſortium læta profecta eſt.

B. Adelvviua memoria in Martyrologio,

virtutes,

nominis etymon.

9 *Adelvviuæ ſanctiſſima vita infrà cap.5. vitæ Popponis narratur. Ea Surio* Adalunif *appellatur,* Adunaluua *Sauſſaio & Menardo, huic etiã* Adunaliua, *MS. Paderbornenſi* Adelwis, *MS. S. Maximini* Adalwyf. *Significat* Adelwyf *linguâ Flandricâ, ſiue Teutonicâ*, nobilem feminam. *At ſi* Adeliua *appellata eſt, vt coniici poteſt ex Menardo, quaſi* Adel-lief; *ſignificat id* nobilem amorem, *vel* nobilitati carum, *vel* nobilitatis amantem, *aut* nobilem dilectam. *Si denique* Adelwis, *ſiue* Adelwys *dicta, ſonat id* nobilem ſapientem, *vel* nobilitatem ſapientem. *Mirum eſt abeſſe* Popponis *&* Adelwiuæ *nomina ab Hagiologio Flandriæ curioſiſſimi Antonij Sanderi.*

VITA

Auctore Euerhelmo Abbate,

ex duobus veteribus MSS.

PRÆFATIO ONVLPHI MONACHI.

1 APoſtolicis, atque etiam monaſticis ſanctionibus, omnibus iam ſeculis famâ & celebritate ſui promulgatis, conſtat, quòd nemo ſuorum præcepta Maiorum, vel tacito murmurantis animi nutu neglectui habere debeat; ſed mox ad iubentis imperium pronæ mentis intuitu parêre: & licet cum detrimento ſui pudoris ſit, eum tamen ad iniuncta ſibi, obedientiæ bonum debere. Talis ergo ſanctionis occaſione & ego Onulphus conuentus, imò eorum quæ monaſticæ profeſſionis ſunt nomine, non merito, contentus, qui Vobis, mi Venerabilis Pater Euerhelme, iubenti parêre ex obedientiæ debito habueram, multò magis vobis petenti ex caritatis debito annuere debueram. Iuſſionem certè, quâ plurimùm in me poteſtis, & cui ego, vt veſtræ ſeruus ſanctitatis, obtemperare debui, excluſiſtis; atque tantillitati meę petitionem pro imperio admiſiſtis, & vt beati viri Popponis geſta, noſtris diebus iuſtitiâ & fide latè diuulgati, ſcriberem, humiliter coëgiſtis. Et quomodò veſtram humilitatem, quâ in me, vt prædictum eſt, pro iuſſione vſus fuiſtis, laudabo, inſcitiamque meam pro negotio tam humiliter iniuncto mihi à vobis excuſabo? In vtramlibet quippe partem primis agendi conatibus deficio: quia neque vos pro humilitatis cauſsâ laudare ſufficio; neque me quomodò pro fragilitate meâ iniuncto in opere excuſare poſſim, inuenio. Seruato tamen propenſiùs æquitatis tenore, ſic ratio vtrimque mediè temperata procedat, vt nec vobis quidquam à me (quod abſit) negetur, neque ruinam ſui in tam arduo ac difficili opere fragilitatis meæ patiatur; hocque fiat labore, de quo dicitur, Labor improbus omnia vincit, & voluntate bonâ, quâ Deo nihil vnquam ditius fieri contigit. Per has etenim geminas res, laborem videlicet & voluntatem bonam, omnia volenti & currenti fiunt facilia, quæcumque ex immanitate ſui videntur difficilia. Sed quia, vt ſcriptum eſt, neque volentis aut currentis, ſed Dei eſt miſerentis; voluntati aut curſui meo Dei miſeratio ex veſtris precibus admiſceatur; vt qui dat verbũ euangelizantibus virtute multâ, det nobis etiam verbum in virtute ſuâ, ad beati Patris Popponis virtutes enarrandas. Proinde hæc lecturis ſummoperè dicendum, ne hunc cum apocryphorum libris libellum æſtiment relinquendum; ſed verè, licet nouum, canonicis authenticiſque ſcriptis interſerendum, cùm pænè nihil in eo ſit, niſi quod experientia fidelium, Deo in tanto viro operante, viſu didicerit, atque exinde eorum, qui viderant, fidem nobis præſtiterint.

Euerhelmo rogante hanc vitã ſcribẽdam ſuſcepit Onulphus.

excuſat ſuam tenuitatem.

Rom. 9. 16.

Pſal. 67. 12.

CAPVT I.

Popponis ortus. ſtudium armorum.

1 BEatus Poppo in diebus noſtris, Deo & ſeculis in omni virtute commendatiſſimus, atque vt alter Nathanaël verè Iſraëlita, & ſine dolo probatiſſimus, *a* Liſtrogaugij partibus, à Chriſtianis & ingenuis parentibus extitit oriundus hanc temporalem in lucem, ex infuſione ſancti Spiritus in ipſis crepundiis iam factus iucundus. Natus eſt verò Tizekino patre, atque Adelwijf illuſtriſſimâ matre; ſeptimo conceptionis ſuæ menſe, præter ſolita naſcentium tempora, potitus hac luce. Vnde etiam pro vitâ eiuſdem pueri parentes ipſius diffidentiæ caſibus deſtituuntur, ac tam intempeſtiuæ & fragili

a

S. Poppo nobili genere in Flandriâ,

fragili infantiæ timentes ſollicitantur, præſertim cùm ab ipſis vt primogenitus tenerè diligeretur, & recuperandi eius ſimilem, ſi illum amiſiſſent, vix aliqua ſpes haberetur. Venit proinde ex conſilio, vt credo, Altiſſimi in mentem cuiuſdam matronæ, eiuſdem videlicet pueri auiæ, vt in lanâ ſuauiſſimâ ſagaci tamdiu foueretur induſtriâ, quoadusque teneræ infantiæ prima valuiſſet ponere veſtigia. Factumque eſt, vt idem puſio intempeſtiui ortus periculum euaderet, parentibuſque ſuis gaudium & exultatio fieret.

tenerè foueatur ab auiâ:

2 Contigit intereà patrem eius, viribus & audaciâ nulli commilitonum ſuorum ſecundum, in bello *b* Haſbanienſi occubuiſſe, eumdemque ſeptimanâ natiuitatis ſuæ quintâ pupillum, cum viduâ matre, ſolatio ſui deſtituiſſe. Et quamquàm maturiùs quàm oportuit paterno priuaretur ſolatio, diuinâ tamen non eſt fraudatus clementiâ: vt verè ſi valuiſſet & noſſet, cantico illo humiliter gloriari haberet, quo dicitur: Pater meus dereliquit me, Dominus autem aſſumpſit me. Genitrici verò in teſtimonium veræ caſtitatis, perſeuerantia, vt Euangelicæ illi Annæ, laudabilis placuit viduitatis: quæ qualiter laudabilibus ex geſtis odorem virtutum ſibi adſciuerit, in ſequentibus Lector animaduertere poterit, vbi nos ſuo in loco pauca, quæ de ipsâ facta ſunt, differre nouerit.

b patre infans orbatur:

Pſal. 26. 10. Luc. 2.

3 Ad vitam autem beati viri, quem res nunc obtulit, reſpectum habeamus, & quæ de ipſo ſunt, ordine proſequente videamus. Hic namque ex temporum ſucceſſibus, adoleſcentiæ paullatim creſcens proceſſibus, inaniter ſtuduit curis ſecularibus armari, tum in eis cum ceteris commilitonibus ſuis appetitu vanæ gloriæ verſari. In quibus dum ad tempus, vt ſeſe res militaris tunc habuit, plurimùm ingenio & audaciâ valeret, poſtremò tamen periculum & præcipitium pluribus exinde detrimento fore videret, eum quem in ingreſſu mundi poſuerat, retrahere pedem voluit; ſed militaris negotij occaſione prohibente, non omnino quod conatus eſt, valuit. Fecit tamen pro voti ſui ſatisfactione quod potuit, atque à rapinis importunis opportunè reſipuit, tandemque à deſiderio acquiſitionis non iuſtæ, illo diuinitus in ſe exhauſto, abſtinuit. Qui proceſſu temporis ſemper indies ſe melior fiens, conſenſuque virtutis ac piæ induſtriæ proficiens, licet adhuc intonſus ſub laicali habitu atque militari tironem ſe oſtenderet, & ſub Theoderico, tunc temporis viro illuſtriſſimo, militiæ arma prætenderet; ſub cingulo tamen militiæ armaturam ſacerdotalis religionis induebat, monachaliſque deuotionis inſignia opere exhibebat: vt per omnia futuram ſpeciem Paſtoris ſuis præſignare in geſtis crederetur, Sacerdoſque in templo Domini iam futurus præpararetur. Eccleſiarum verò Dei limina ſollicitis precum ſuarum frequentabat acceſſibus, & quæque diuinarum Scripturarum pabula in ſecretis ſuæ mentis ruminabat receſſibus, illud nimirùm præcauens, ne ſemen verbi Dei in agro cordis vitiorum ſpinis ſuffocaretur, ſed fructu centuplicato in patientiâ augmentaretur.

dat ſe militiæ Poppo:

euadit egregiè pius:

a *MS. S. Max.* Liſtrogagij. *Regio eſt Flandriæ, qua* Lisâ *ſiue* Lætiâ, *aut* Legiâ *rigatur, inſigni amne, ſupra Teroanam Morinorum orto, Gandaui in Scaldim influente. Agrum illum* Liſæ *vicinũ Buzelinus noſter lib.* 1. *Galloflandriæ*, Legienſem, Lætigum, Lætienſem pagum, *aut regionem, vocari in veteribus monumentis teſtatur.*

b *Cùm S. Poppo mortuus dicatur anno Chriſti* 1048. *ætatis* 70. *ſequitur hoc bellum geſtum eſſe ſub annum* 978. *Geſtum eſt autem inter Arnulphum Flandriæ Comitem, fratremq; eius Godefridum, & filios Ragineri Longicolli Comitis Hannoniæ ob ſcelera pulſi à S. Brunone. Eſt* Hasbania *regio quæ à Mosâ vrbeq; Leodio verſus Louanium tenditur, cuius pars olim Comitatu Louanienſi comprehenſa, ſub Brabantiæ Ducatu eſt hoc tempore.*

CAPVT II.

Popponis piæ peregrinationes.

AVCTORE EVERHELMO, EX MSS.

4 COntigit etiam eum tirocinij ſui diebus, ex inſpiratione diuinâ excitatum, Dominici ſepulchri loca cum pij teſtimonij viris Rotberto & Lauſo ire viſitatum: qui pari cõſenſu ſibi in idipſum reſpondebant: iterque quod Hieroſolymam reſpicit, Deo ducente conficiebant. Illis namque diebus, quia humana cum confuſione ſceleris ſui promiſcua nihil penſi aut moderationis habebant, atque homines peccatis exigentibus offendiculum iræ Dei ſibi præ oculis ponebant, ſumma paganorum violentia & infeſtatio viam eamdem claudebant, ne quis Dominicum adiret ſepulchrum, vi quâ poterant arcebant: & ſecundùm illud Eſaianum, diſſipatæ ſunt viæ, ceſſauit tranſiens per ſemitam. Hic tamen cum præſcriptis ſanctæ recordationis viris eamdem viam aggredi, &, non præter ſpem martyrij, labores & pericula vitæ ſuæ auſus eſt ingreci. Sed quantis tam ipſe, quàm qui ſecum itineris ſocij erant, periculis penè vſque ad internecionem ſubiacuerint, qualiterque multimodæ plagæ, naufragia, paganorum etiam contumeliæ modum in ipſis exceſſerint, explicare quis poterit? Sed patientia, quæ Iob in multis periclitatum ſuſtinuit, his conſtantiæ robur fideique murum inexpugnabilem circumpoſuit; vt etiam non condignas crederent paſſiones huius temporis ad ſuperuenturam gloriam in ipſis reuelandam. Deo tamen ducente, eademque patientiâ indiſſociabiliter à dextris & à ſiniſtris comitante, loca itineris, quæ Dominicum ſepulchrum reſpiciebant, cum gaudio non modico, vt prædictum eſt, conficiebant. Vbi voti ſui poſt deſideria inexplebilia compotes effecti, optioniſque ſuæ ſatietate preces vel ſuſpiria fundendo contenti, Paſchalis, imò cæleſtis, iubaris lumine, ad idem Dominicũ ſepulchrum quotannis deſcendente, iucundãtur, atque amore ſeu ſtupore in ipſo infatigabiliter excitantur, atque eis ſecundùm illud Sapientis, non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis benè vixiſſe laudabile fuit.

Adit ſepulchrum Dominicum.

Iſa. 33. 8.

multa patitur in viâ:

Rom. 8.

iſthic pietati vacat:

Hiero. ep. 13. ad Paulin.

5 Intereà B. Poppo quibuſdam de ſepulchro Domini ſumptis reliquiis, iter, quo venerat, cum ſæpememoratis repedabat viris, & ad locum Hagioſpater dictum, quem nos Ad Sanctos Patres dicere poſſumus, peruenit, vbi perſecutionis tempore Sancti à perſequentium ſe facie declinauerant, & in cauernis petrarum & ſpeluncis montium ſeceſſerant, occultoque Dei iudicio agente, iiſdem corporum ſuorum geſtibus, eademque in carne, quâ tunc temporis fuerant, immobiles vſque in præſens cernuntur à prætereuntibus. Qui beato viro ſuique itineris comitibus tam ſpectaculo quàm reuerentiâ ſatis habiti, orationibuſque ipſorum, vt ſibi miſererentur, humiliter ſunt admoniti. Ex quorum reliquiis cum fide non modicâ prædictus vir Dei Poppo portionem aliquantulam ſibi tulit, eamque interim ſecum & cum viris ſuprà memoratis Rotberto Lauſoq; domum retulit, atque in oratorio S. Mariæ in villâ a Dunsâ ſito, perpetuò ſeruandam condonauit.

reliquias SS. defert:

a

6 Prędictus autem Rotbertus in cœnobio *b* Waſloi, ſeu Beloacus vocitato, monaſticæ conuerſationis habitum ſumpſit ſub venerando Abbate Richardo, omnibus penè ſeculis iuſtitiâ & probitate ſui iam celebrato. Sed & Lauſus verè ſub laicali habitu monachum ſe prætendebat, ſubque eodem propoſito ævum ſui ſine tonſurâ clericali, ſed non præter vitam clericalem, conficiebat; atque Gandaui in eccleſiâ S. Ioannis, c quam ipſe conſtruxerat, locum ſibi funereæ quietis delegerat. Et vt interim ſuper his, quorum vitam ſola Dei ſcientia meliùs colligit, taceamus, ad beati Viri Popponis vitam, quam ſcribere cœpimus, ſtylo proſequente redeamus.

b

ſociorum eius pietas.

c

7 Poſt prolixæ peregrinationis laborem non multum temporis interceſſerat, cùm ecce ei diuina gratia, vt ſecundò peregrinaretur, atque vt limina Apoſtolorum

Ipſe limina Apoſtolorum viſit:

AVCTORE EVERHELMO, EX MSS.

Petri & Pauli, tam animi quàm corporis inuiſeret præſentiâ, inſpirauit. Quâ inſpiratione multò animæquior factus, effectumque deſiderij ſui, quod dilatione creuerat, tandem nactus, cum Theodorico nobiliſſimo, ſub quo eum militaſſe præſcripſimus, viam eſt aggreſſus, atque ad limina Apoſtolorum Petri & Pauli diu multumque deſiderata peruectus: vbi & voti ſui ſatietatem, quæ faſtidium non nouerat, adeptus, & iis ad quæ venerat, ritè peractis rediit.

comiti ſanitatem cælitus impetrat;

8 Contigit interea, vt occaſio diuertendi tunc fortaſſe ſe habebat, ad S. Theodoricum applicuiſſe; eumque, quem præ libauimus, Theodoricum virum nobiliſſimum, ſub quo militiæ ſe dederat, languore in dies creſcente penitùs defeciſſe, ſibique de vitâ iam periclitanti phreneſim, prout temporis acceſſus habuit, acceſſiſſe. Quem beatus vir Poppo per aliquot dies ibidem penes eiuſdem loci Fratres detinuit, atque ipſum non ſanæ mentis incommodo liberari obtinuit; hocque orationibus ſuis, Sanctique meritis Theodorici concurrentibus meruit. Memoratus verò Theodoricus pro indultâ ſibi ſanæ mentis, quâ diu caruerat, ſoſpitate, in magnas gratiarum laudes ſubitâ prorupit hilaritate, filiumque vicino temporis articulo, Deo donante, ſibi naſciturum, Deo Sanctoque Theodorico ſe è veſtigio deuouit daturum. Quod & contigit ex rei euentu poſtmodùm ita fieri. Nam filium, quem diuinâ annuente prouidentiâ acceperat, S. Theodorico ſibique æquiuocum fecerat, eumque, vt vouit, donatione ſolenniter factâ reddiderat. Poſtquàm verò B. Poppo, vt in ſequentibus luce clarius conſtabit, Abbas in cœnobio Stabulenſi venerando Abbati Bertfammo ſucceſſit, amore eiuſdem Theodorici ductus; poſt eum miſit, & penes ſe in omni doctrinâ & ſcientiâ nutriuit, donec in virum perfectum & Eccleſiæ Dei idoneum per omnia efficeret; poſtremò verò etiam ſucceſſorem ſibi in regimine fieri Treueris ad S. Maximinum [d] expeteret. Sed quia rationis occaſio ſe ad præſens ingeſſit, hoc tantùm de venerando Abbate Theodorico in regimine beato viro Popponi ſuccedente, breuiter interceſſit; latiùs ſuo in loco de reliquo percurrendum, vel qualiter ab eo educatus, vel ſucceſſor factus, aliàs laxiùs agendum.

is filium naſciturũ Deo deuouet,

d qui poſt Popponis diſcipulus, & Abbas fuit.

a Dunſa, *vulgò* Deynſe, *oppidum eſt Flandriæ, ad Liſam fluuiũ, Gandauum inter ac Cortracum, Marchionatus titulo inſigne.*

b *Hoc monaſterium* VVaſſenburgius *quinque leucis diſtare Virduno ſcribit,* Beaulieu *dictum.*

c *Ergo non eſt anno* 941. *à Tranſmaro Epiſcopo dedicata, vt ſcribit Sanderus lib.* 5. *rer. Gandauenſium cap.* 1. *ex neſcio quâ inſcriptione. Eſt ea eccleſia nunc Cathedralis.*

d *Id infrà cap.* 14. *nu.* 56. *pluribus narratur.*

CAPVT III.

Repudiata ſeculi vitâ.

9 NVnc verò operæ pretium hîc inſerere geſta cenſuimus, vicinum in beato viro locum habentia ab his quæ propoſuimus, ſcilicet mundi huius principem qualiter cum copiis ſuis eluſerit, & ad monaſticæ profeſſionis propoſita adſpirauerit. Illis itaque diebus Balduino [a] Marchiſo ſummum in faſcibus Comitatum agente, [b] Flandriarumque populis iuſtis cum legibus imperante,

Poppo Magnatibus carus,

B. Poppo tam apud eumdem Principem, quàm Optimatum ſuorum primos plurimùm amicitiâ dictante valuit, vtpote qui religione, iuſtitiâ, & fide magnificè claruit. Contigit etiam inter alios Frumoldum quemdam eiuſdem Principis lateri loco penè proximo adhæſiſſe, primiſque regni negotiis apprimè conſultò incubuiſſe, qui in loco [c] Sithiu nominato habitatione ſui morabatur, cuius amicitiâ præ ceteris ampliùs ſingulariuſque Beatus Poppo tenebatur. Tantus etenim iis, omnium rerum par alterutrum erat conſenſus, vt idem Frumoldus

ad nuptias inuitatur:

filiam ſuam, quæ ſibi præ ceteris, quas habebat, præſtantior videbatur, eidem viro Dei ſtabiliùs adiungere connubio moliretur, quibuſdam etiam ſui iuris rebus ad id operis præſcribere ſatagens, eumque quaſi generum ſibi futurum in ſua adſciſci expetens.

10 Cuius votis vir Dei aſſenſum ad tempus præbuit: ſed poſteà infuſione ſancti Spiritus reuocatus, vt id fieret ſecum renuit. Denique [d] pertæſus repentè nuptiarum, vtpote iam tactus cor intus diuinâ inſpiratione, per aliquot dies diſſimulauit connubium ſub incertâ reſponſione. Sed ne ex toto ab incepto reſipiſceret, timebat id amico fideli fieri offendiculum, eò maximè, quòd de coniunctione filiæ vterque iam per arrham firmauerat conſilium. Vnde imminente nuptiarum tempore, vtrobique hæſitans pendebat animus in dubio, ad quam partem ſe verteret, ſaluo vtrorumque conſilio. Tandem ſtatuit, vt in Sithiu ad Frumoldum, ſecundũ quod diuina prouidentia diſponebat, iter dirigeret, quatenùs, vt delegatũ erat, familiaris viri gener fieret. Sed vt id quietè ageret abſque rumore, reſpuens quaſi non inglorius vti [e] copiis vel apparatu plurimo, viam illò aggreſſus eſt intempeſtæ noctis ſilentio. Nec mora: in eundo per noctis medium lux cælitus emiſſa, reſplenduit ſuper eum equo inſidentem, quæ foris pariter & intus totum illuminauit hominem. Quâ de re inopinatâ tremefactus, circumfert obtutus non ſine admiratione, & videt lanceam, quam manu gerebat, in modum faculæ nimio fulgore radiantem, quaſi inflammatâ ardere cuſpide. Intelligens ergo vir altioris ingenij, reſpicere ſe hoc genus prodigij, acclamat viæ ſuæ comitibus nequaquàm vltrà iam ſe progredi. Neceſſe eſt, inquit, commilitones mei, aliâ intentione, aliâque viâ incedere: opportunum video, finem vitiis cum cupiditatibus his imponere, & quò diuinitati placet, toto conatu intendere.

d

eas parans contrahère,

e

cælitus ideã illuſtratur,

lanceã vibrãs ardere:

11 Poſt hæc proiectis armis militaribus, induitur Dei armaturâ, & mutatâ mente ad meliora, meliori viâ rediit ad propria. Nec mora interceſſit; ſed ſtatim è veſtigio ad S. Theodoricum, de quo antè ſcripſimus, vt ſe monachum profiteretur conuolauit. Cui [f] Eilbertum quemdam, ſagacis ingenij virum, obuiàm mox veniſſe contigit, qui Domini [g] Gerardi Cameracenſium Epiſcopi carne & ſpiritu germanus extitit, quique quondam eidem beato viro Popponi; ibidem vnà cum prædicto ſeniore ſuo Theodorico diuertenti notus factus, proque ſanctitate ipſius & vitâ laudabili ſummopere eſt adamatus. Nam, & ipſe pridem à ſeculi actibus nudus euaſit, ibidemque ſub monachali tunicâ ſe laicum mutauit, tamque officio quàm nomine monachus iam diu eſſe didicit. Hic venerabili viro Popponi & ipſe nihilominùs venerabilis obuius, vt diximus, venit, atque pſalterium, quod ſibi plurimùm vſitatum erat, iam in ſeptuageſimum nonum Pſalmum percurrerat, manuſque ſancti Spiritus gratiâ cor tactus in ipſum mittit, ac verſum in prædicto Pſalmo antepenultimum, ſic ſe habentem adiecit: Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi. Sed quia non facilè ei, ex diuturnâ ab inuicem abſentiâ, vt eum agnoſceret ſuppetebat; quem tamen olim mente & corpore planè cognoſcebat, primùm ab eo quis eſſet, vel ad quid veniſſet, didicit, ac deinde reliquum Pſalmi ſubintulit, Et non diſcedimus, inquiens, à te; viuificabis nos, & cætera in ordine ſeſe habentia.

f

g

ad hoc ab Eilberto amico animatur:

Pſal. 79. 18.

Pſal. 79. 19.

12 Tunc laudabilibus ipſius congaudens votis, totiſque in ipſum animi intendens medullis; Verè, inquit, Frater, te Deus ad quod veniſti miſit, qui te totum hoc pietatis ſuæ oraculo inuiſit. Et ſuper prædicti verſus expoſitione ipſum ſatis edocens, animæquioremque exinde pro voto monaſtico, quod quærebat efficiens, cauſſas voti ipſius Abbati ceteriſque Fratribus intimauit, & quod verè eum Deus ad hoc miſiſſet, indiciis euidentibus perorauit. Quid igitur? petenti ei Abbas vnà cum Fratribus ingreſſum annuit, & per ſingula, vt monaſtica docet norma, probatum ſine maculâ inuenit. Deinde, vt paruulum Ieſus, innocentiâ plenum & manſuetudine in medium ſtatuit, monaſticique vigoris habitum impoſuit. Verè enim eum paruulum quodammodò dixerim,

ſit monachus:

Matth. 18.

quem

quem ſine dolo ex geſtorum ipſius atteſtatione ſenſerim: qui licet ætate & ſapientiâ indies fuerit prouectus,
1. Cor. 14. 20. malitiâ tamen, vt ait Apoſtolus, paruulus fuit. Et vt eum verè prioribus ante Legem & ſub Lege comparem Patribus, de terrâ & de cognatione ſuâ cum Abraham, Deo inſpirante & iubente, tranſiuit; & cum Eliâ & Ioanne à mundi illecebris ſolitarius eſſe quæſiuit: quem,
Pſal. 30. 21. ſecundùm Pſalmiſtam, Deus in abſcondito faciei ſuæ à perturbatione hominum abſcondit, & ad hoc totum Spiritu ſancto inſpirauit, vt omnibus ſui iuris relictis, mundo euaderet nudus, pro his in terrâ Sanctorum du-
Matth. 19. 29. plicia poſſeſſurus, & ex promiſſione Euangelicâ centuplum, cum vitâ quæ finem neſcit, habiturus. Cœpit in-
inſtruitur ab eodem Eilberto. terim à prædicto Eilberto, Marriliacẽſium poſteà Abbate, litteris ſtrenuè erudiri, & in omnibus, quæ monaſticæ inſtitutionis ſunt, ad plenum informari: ita vt in breui cunctis, quæ ſcientiæ expedierant, percurſis, faſtigium monaſticæ attingeret perfectionis. Neque mirum, ſi Spiritu ſancto, vt verè credimus, donante id valuit, qui omnes ad diſcendum moras ſemper dehabuit.

a *Hic eſt* Balduinus Bellobarbus *dictus noſtratibus hiſtoricis, vel* Barbatus, *vel* Honeſtæ-barbæ, *à barbâ prolixâ, colore ſubnigro venuſtâ, Flandriæ Comes. obiit anno* 1036. *cùm imperaſſet annis ferè* 46. Marchiſus *ſiue* Marchio *appellatus, vt alij Flandriæ Comites, quia Flandriæ* marca *erat, ſiue limes regni Francici.*

b *MS. Paderb.* Flandrarumque. *& fortaſſis rectiùs.*

c *De* Sithiu *agemus* 5. *Septemb. ad Vitam S. Bertini. Conſule interim Malbranci noſtri Morinenſia.*

d *MS. Pader* præter conſuetudinem nuptiarum.

e *Idem MS.* copiâ.

f *Sur.* Gilbertum *vocat, Baldricus lib.* 2. *chronici cap.* 3. Elbertum, *Coluenerius* Helbertum *De eo agetur ad Vitam S. Forannani* 30. *April in Originibus VValciodorenſibus.*

g *De eo ſusè agit Baldricus. Vir fuit ſanctus, obiitq; 14. Martij* 1048. *vel* 1049.

CAPVT IV.

Leproſi miraculoſa curatio.

13 SVb ſæpè memorato autem piæ recordationis Eil-
Fit curator pauperum: berto, tunc temporis monaſterij exiſtente portario, B. Popponi pro excipiendis in xenodochio pauperibus cura ab eiuſdem loci Abbate eſt exhibita, & vt ſatis fideli domus Dei œconomo ſiue diſpenſatori ſolicitudo commiſſa. In quâ adminiſtratione liberalitatẽ cum ho-
Iob 31. 32. ſpitalitate tenuit, atque verè cum B. Iob dicere potuit: Foris non manſit peregrinus: oſtium meum viatori pa-
& 17. tuit. Et item: Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex eâ. Quadam verò die inter cæteros
leproſum benignè excipit, à ſe in xenodochium introducendos ſimul & alendos, leproſus quidam aduenit, qui pro deformitate ſui vix cum aliquibus conſortij veſtigia vlla inuenit. Quem vir Dei nihil omnino horruit, ſed cum reliquis inſtroductum officioſitate quâ potuit accurauit & aluit; poſtremò verò nocturnis iam tenebris irrumpentibus penes ſe detinuit. Sed veritus eum nocturnis frigoribus, vtpote veſtimentis indigum, arctiùs conſtringendum, primùm ſollicitatur in ſe, quid ſuper hoc eſſet agendum; deinde verò ex humilitatis conſulto viam, qua pauperi miſereretur, in-
& coopertorio ſuo noctu tectum uenit. Nam coopertorio, quo ipſemet in ſtratis recumbens vti ſolebat, pauperem ſimul & leproſum, nihil pro deformitate ipſius refugiens, vt alter Martinus, tegebat. Sed & hæc humilitas compaſſioni permixta non inanis
miraculosè ſanat: aut irrita in conſpectu Dei habita eſt: quia eam ſalus in leproſo, & magnificentia in beato viro ſecuta eſt. Veſtimento certè illo præfatus leproſus coopertus, primùm ſudoris guttas emiſit, & eueſtigiò omni leprâ fugatâ, ſanitas eum repentina inuaſit; atque manè ſancto viro ad eum venienti ſanus apparuit; proque duplici pietatis bono ſibi præſtito gratiarum vota reddidit. Qui venerabili viro ſtuporem & timorem iniecit; ſtuporem videlicet, quòd veſtimento ſuo ſalutem in paupere Deus fecit; timorem, ne pro hoc facto ipſe palàm fieret, & ad ruinam ſui fauor eum popularis paſceret. Precibus tamen admiſ-

ſis, vt ſine publicatione ſui diſcederet, hortatur; Deoque non ſibi, pro hoc facto gratias ageret, humiliter precatur. Poſtmodùm verò eodem in ſtratis ſuis coopertorio vſus eſt, neque ob id, quòd leproſum eo operuerat, ipſe tegi dedignatus eſt. AVCTORE EVERHELMO, EX MSS. *eodem dein coopertorio vtitur:*

14 Sed præſcriptum virum Dei Eilbertum res geſta non latuit, ſe tamen ſcire ad tempus diſſimulauit, eumque pro veſtimento ipſius pauperi ſimul & leproſo præſtito conuenit; cur ſuum, & non aliud præſtiterit, diſſimulando, vt diximus, redarguit. Ille verò humi proſtratus, ab eo pro re geſtâ ſecreti cauſſas implorauit, ſacramentiſque maximis ne ſe publicaret exorauit; imitans certè Dominum, qui pro humilitate & compaſſione le-
id latère cupit. Matth. 8. 3. proſum, quem lex tangere vetuerat, tetigit & mundauit, cui ipſe tamen pro eiuſdem facti manifeſtatione interdixit. Ecce quantum humilitas beati viri meruit, quæ priùs in veſtimentis, quàm in ipſo, palàm fieri habuit. Neque enim non credendum, quantum in ſe remedij habeat, qui in veſtimentis ſuis tantum meritis exigentibus valeat. Proinde nemo Deum in Sanctorum ſuorum veſtimentis ſalutem efficere poſſe dubitet, quem ex ve-
Matth. 9. v. 21. & 22. ſtimentorum ſuorum fimbriis mulierem ſanguinis profluuio laborantem ſanaſſe liquidò patet. Hoc autem factum, qui à prædicto Eilberto coràm didicerant, mihi ſcribenti (Deum teſtor) intimauerant, ne cui hoc temporibus noſtris fieri incredibile videatur, quod laudabilium perſonarum teſtimonio per B. Popponem factum fuiſſe probatur.

15 Subſequenti namque tempore ſanctæ recordatio-
Mittitur Virdunũ. nis virum Abbatem Richardum ad Sanctum contigit Theodoricum veniſſe, atque piam viri Dei conuerſationem ſibi prolatam innotuiſſe. Qui in eum dilectionis ſuæ oculos mox conuertit, & vt facilè amborum meritis ſibi reſpondentibus fieri innotuit, totus in eum ſancti Spiritus igne agente exarſit. Vnde & eum ſecum abducere voluit, atque pro hoc totius conſilij viribus incubuit. Et primùm viri Dei animum ſuper hac re inquiſiuit; deinde verò apud Abbatem ipſius preces admiſit. Quas quidem diu multumque idem Abbas humiliter refugiens abnuit; poſtremò tamen ipſis defatigatus, aſſenſum licet inuitus præbuit. Ex cuius conſenſu definito, vir Dei corpore, non mente, inde diſceſſit, atque Virdunum cum prædicto venerabili Richardo Abbate ire perrexit. Vbi ante omnia, & ad omnia, ab eodem Abbate pro obedientiâ ſeu patientiâ ipſius comprobandâ eſt exhibitus, & in omnibus obediens, fidelis, patiens, ex ſeruitutis penſo inuentus, interimque inter ceteros adoptionis ſuæ [a] filios, dilectione apprimè eſt habitus; ita [a] vt ſublimiori, quàm fuerat, loco eum promoueret, tum quædam ex primis ſuarum rerum negotiis adminiſtrare iuberet. Quæ quidem iam honeſtè, quàm ſtrenuè erogauit, & in dies melioribus ſemper auſpiciis ampliùs augmentauit.

a *MS. Pad.* filios dilectionis.

CAPVT V.

B. Adelvviuæ matris religioſa vita.

16 INterea matrem ſuam, de quâ nihilominùs præli-
Matrem ad vitam cœnobiticã inducit, bauimus, marito iamdiu, non virtutibus, viduatam reuiſit: & vt eam ſeculo ſecum abſtraheret, cogitatus ſui conſilia primùm præmiſit. Sed quia ipſa, vt erat in cunctis virtutum conſiliis tantùm ſemper aſſentanea, quantùm in ſingulis ſine ceſſatione idonea; filium ſuum ſuper perſuaſione tam amabili laudauit, & ad cœnobialis vitæ callem cum eo migrauit, omnibus ſui iuris, tam liberis quàm mancipiis, hæreditariiſque ceſpitis redditibus poſthabitis. Quam quique liberorum ſimul & ſeruorum, ſicut vnicæ matris ac dominæ ſolatio deſtituti, vſque adeò clamoribus lamentiſque inconſolabilibus
fruſtrà obſunt proſecuti, vt etiam plerique ipſorum medios penè
nitentibus aliis: ſe, Scaldem fluuium tranſuadere ſimulantes, humecta-

AVCTORE EVERHELMO, EX MSS.

rent, si quo fortè pacto eam compassione compunctam ad se reuocarent. Sed quia nemo mittens manum in aratrum,& aspiciens retrò, aptus est regno Dei, ex similibus & ipsa viam ad Deum,quam filio ducente sibi sensit aperiri,non vt vxor Loth obtutibus retrò deflexis,cœpit experiri: Deo tamen eos, quibus timuit, ratâ fide commisit: ac deinde cum filio suo desiderij sui habenas in incepto itinere laxauit.

Luc.9.62.

a caelesti visione animatur in propasito:

17 Quæ in Elnone *a* monasterio, ad Sanctum scilicet Amandum, vnà cum filio suo perducta, ibidem desiderij sui ex cælestis visionis oraculo securitatem est adepta. Nam ante B. *b* Cyrici *c* lipsanas eâdem in vigiliis precibusque pernoctante,atque post paullulum ex diutinâ sui defatigatione semiuigilante, quia eam superna respexerit exauditio, huiusmodi ad se diuinitus perlatapatefecit visio.Nouâ rerum certè facie quamplures Christi Sacerdotes in consistoriis dealbatos vidit, quos in modum coronæ diuina ostensio altrinsecus positos spectaculo sibi dedit: inter quos etiam B. Amandus, vtpote eiusdē loci primus,præ ceteris promotiùs honestiusque residere videbatur, atque ad sententiam ipsius, sicut eum eò loci tunc decebat, omnium intuitus suspendebatur. Sed & B. Cyricum serico gemmisque totum videbat nituisse, elegantisque pueri vultus imitatum fuisse, tum cum singulis Sacerdotum sermonem conseruisse, proque se ibidem in medio prostratâ preces fudisse. Cui S. Amandus vnà cum pari confidentium sibi consensu, Eia, inquit, bonæ indolis puer, tuum est pietatis dextram cum precibus etiam huic viduæ porrigere, quæ ante sacrosanctas lipsanas tui continuas non desistit preces admittere. Quâ auctoritate venerabilem puerum Cyricum certiorem factum, ad se appropinquasse, totamque se quasi de terrâ, vbi iacuerat prostrata, vidit leuasse. Atque huiusmodi visio hîc finem sui habuit; ipsaque B. Popponis mater mox expergefacta, ad se rediit.

Virduni monacha, pòst reclusa, sanctè viuit:

18 Quæ hanc quidem visionem filio retulit, cum quo etiam ipsa super eadem visionis fide animæquior facta, Virdunum se contulit, veloque piæ conuersationis ex consilio beati viri sibi impositio, iustitiâ & moribus iam cœnobialis vitæ arrisit proposito. In quo cùm erga humani generis hostem iam diu virtute suâ multimodâ bellum conserente didicisset contendere, & velut contra vitiorum torrentem brachia tendere,apud *d* S. Vitonum succedente etiam tempore solitaria esse cœpit; ibique reclusa, cursum vitæ, diabolo cum virium suarum copiis triumphato, in pace peregit. Neque enim dubium erit, hanc post conuersionem apud Deum efficiendi quæ poposcerit locum inuenisse, quam eo ante conuersionis suę tempus præstitit valuisse, vt lucernam extinctam precibus, & non manibus reaccenderet: tum etiam id miraculi esset indicio,eam similia posse,si occasionis ratio exposceret. Hæc super conuersione & vitâ matris beati viri dicta sufficiant. Quæ de ipso sunt, me interim ex relatione Maiorum desiderantes scriptorem inueniant.

d

miraculis clara.

a *Celeberrimum etiamnum inter Tornacum & Valentianas cœnobium* S. Amandi, *ab* Elnone *riuo* Elnonense *olim dictum. De eo plura ad Vitam S. Amandi* 6. *Febru.*

b *Corpus* S. Cyrici, *siue* Quirici, *isthuc quando allatum sit, dicemus ad diem eius natalem* 16. *Iunij. Asseruatur id perquàm religiosè, & nos coràm illud veneratisumus.*

c *Ea vox genere feminino etiam alibi vsurpata. Victor Vticen. lib.*3. Humatæ sunt igitur cum hymnis solennibus lipsanæ beatæ Sanctorum in monasterio Biguæ.

Lipsanæ.

d S. Vitonus, *Gallicè* S. Venne, *Episcopus Virdunensis, colitur* 9. *Nouembris. Est in eâ vrbe monasterium sub illius nomine, Ordinis Benedictini. Menardus lib.*2. *Obseruat. hoc & aliis exemplis docet, olim consuetudinem fuisse,vt iuxta cœnobia virorum Ord. S. Benedicti essent quadam cellulæ, quas* clusas *seu* incluforia *nominabant; in quibus sanctimoniales aliqua femina includerentur, arctiori studio virtutem exercitatura. Quâ de consuetudine aliquid dictum* 7. *Ianu. in Vitâ Ludouici Blosij cap.* 1. *num.* 6.

CAPVT VI.

Monasterij S. Vedasti possessiones à Poppone strenuè curatæ.

Poppo Abbatem migrat:

19 EX hinc sæpememoratum Abbatem Richardum Balduinus Marchisus apud *a* S. Vedastum, *b* Foltrado à regimine deiecto subrogauit, quia animum eius ad hoc consilij tam eiusdem viri sanctitas, quàm Principum regni sui collatio suasit. Auctoritate verò præfati Principis idem *c* Richardus Abbas administrationem operis sibi iniuncti suscepit, virumque Dei Popponem, quia se rerum gerendarum plurimùm occasio tenuit, secundum sibi eo loci præfecit. Et non tantùm sui, sed etiam omnium Fratrum consensu fauente id effecerat. Quippe quorum mens venerabilis viri Popponis virtutū conscia iam fuerat, & in eum amoris sui intuitum caritate non fictâ conuerterat. Venerabiles præterea inter eos extitêre viri, quorum dilectione singulari præ ceteris amplius B. Poppo habuit potari, Dominus scilicet Fredericus,qui *e* Gozelonem Ducem carne germanum habens, venerandum Abbatem Richardum ibidem comitatus fuerat: *f* Luduinus quoque, qui se laicum eò loci sub monachali proposito mutauerat, succedenti verò tempore, fauore præfati Abbatis Richardi poscente, sibi in regimine successerat. Et quomodò anima Ionathæ animæ Dauid colligata fuit, ita & affectus horum piæ dilectionis vinculis adinuicem colligari habuit. Vnde & eum à sæpememorato Abbate Richardo secundum præfici contigit, quem tam laudabilium virorum vnà cum cunctis ipsius loci Fratribus dilectio attigit.

a b

c

fit Præpositus:

probatissimus monachis carus:

d e

f

1.Reg. 18. 1.

20 Sed in administrandis eiusdem loci necessariis magna tunc extitit difficultas, vtpote vbi plurimâ ex parte stipendiorum monasterij debabebatur facultas, militesque præfati loci res pro beneficio possidebant ipsis indultas. Vnde & eadem caussa B. Popponi, licet pro viribus honestè agenti, mœrorem primò iniecit; qui prudenti, quo plurimùm valuit, consilio à se mox discessit. Nam annuente prædicto Marchiso, res monasterij à militibus callidè prudenterque repetiuit, atque vt eiusdem loci Fratribus permanerent, publicis archiuis ratum stabiliuit. Pro quo etiam insidiarum fomitem ab eisdem militibus sibi comparauit, tantamque inimicitiarum vim apud eos, à quibus res iniustè possessas abstraxerat, subintrauit, vt viarum septa circumquaque occuparent, tum etiam ad perimendum ipsum insidias aptarent. Sed, vt scriptum est, in vanum quæsierunt animam meam: quia per arma iustitiæ à dextris & à sinistris vallatus, omnes iniquæ coniurationis rupit conatus, mediusque per ipsos incedens, & fraudum copiam elisit, & periculum Deo ducente euasit. Ille nimirùm, qui per medium Pharisæorum transiens, oculos eorumdem à notitiâ sui clausit, atque passurus nominis sui catenâ retro eos prostratos ligauit,ad suspendendum etiam serui sui periculum, omnem insidiantium sibi ab eo deflexit intuitum.

bona monasterij à secularibus vindicat:

Psal. 62. 10.

eorum insidias mirabiliter euadit:

Luc.4.30. Ioan.18.6.

g

Ad S. Henricum Imper. profiscitur:

h

21 Erat intereà viro Dei iter ad *g* Henricum tam pium quàm magnum Romani potentatus Imperatorem, primum post Ottonem iuniorem ex Principum regni consulto successorem. Nam & ad *h* Batuam, è vicino Rheno flumini adiacentem, applicuit, vbi quædam S. Vedasto redituum suorum possessio fuit, quam etiam ex administratione Præpositurae suæ vsui Fratrum præuidere habuit. Ibi certè quidam consanguinitate atque familiaritate beato viro notus, mansionem sibi habuerat, cui summâ cum affluentiâ liberalitas famam cum rebus pepererat, quique maximè beato viro, dum res poscebat, officiosum se præbuit. Nam præcognito aduentu ad se viri Dei, quæque suis, vt venturum decebat hospitem, mandat apparari, tum in capturam piscium retia studiosè laxari. Sed circa id operis diu instantes, laboris difficultas

cultas elusit, vacuosque ad dóminum à littore remisit.

ab amico excipitur, piscibus nõ sine specie miraculi captis:

Omni verò capiendorum piscium spe sublatâ, sanctitas B. Popponis, memorato illustri viro iamdudum cognita, mox ipsi licet absens sua inspirauit consilia. Nam eo pacto idem paterfamilias iterum eadem mitti mandat retia, vt si B. Popponi sanctitatis vlla cum Deo esset gratia, votum sui in capiendis piscibus subita sequeretur efficacia. Quid igitur? Laxantur ergo retia in capturam, non minus piscium retibus Petri habitura. Nam tantam piscium multitudinem mox collegerũt, quantam ante capturam nullatenùs futuram sperauerũt, vt in argumentũ & fidẽ sanctitatis beati viri, nec numero nec modo sui possent æstimari. Et ecce B. Popponi apud illustrem, quem prælibauimus, virum diuertenti, quantum apud Deum ipse meruerit per præfatum virum, indicio claruit patenti. Et primùm à capturâ piscium suos edocuit frustratos fuisse, deinde verò in nomine ipsius retia misisse, sicque tantos vt sibi præ oculis tunc fuerant, cepisse.

ab Imperatore qua vult impetrat:

22 Pro collato ergo sibi diuinæ pietatis beneficio, cõditori rerum gratias egit, reliquumque itineris, quod ad Imperatorem, vt diximus, sibi fuit, post alternam cum amico suo veræ dilectionis communionem, peregit. Ab illo verò tam magnificentiâ quàm honorificentiâ regiâ est susceptus, vtpote qui primum amicitiæ locum inter ceteros iam apud eum fuerat adeptus: cuius etiam sanctitas humilitatem mansuetudinemque præfati Imperatoris in amorem sui ita accenderat, vt etiam reuerentiâ dictante magis parere, quasi ad iussa ab eo visus fuerit, quàm rogata ab alio implere voluerit.

eum à periculosis spectaculis reuocat.

23 Contigit etiam ludis histrionum Imperiales tunc fores occupari, atque eo spectaculi genere Regem cum suis delectari. Vrsis etiam nudus quidam vir membra melle perunctus exhibetur, à quo etiam plurimùm pro periculo suimet timetur, ne fortè ab iisdem vrsis ad ossa sui, melle consumpto, peruenirentur. Porrò Rex eiusdem spectaculi adeò amore in oculis suis captus tenetur, atque malè prouidus pro periculo viri parum veretur. Vnde super tam iniquâ in Christianum illusione, Regem B. Poppo redarguit, eumque ab hoc spectaculo suis cum Optimatibus mox compescuit: tum etiam à periculo vrsorum virum liberauit, & ne id vltrà fieret, arguendo & obsecrando sententiam dictauit. Henricus verò Imperator tam obsecrationi quàm correptioni ipsius humiliter paruit, & quem honorificè ad se venientem susceperat, honorificè etiam à se regredientem dimisit. Qui iter quo venerat Atrebatum vsque rediit, sanctæque recordationis Abbatem Richardum super Imperiali in se humanitate satis edocuit.

a *De* Nobiliacensi S. Vedasti *in Atrebatium vrbe, verè nobilissimo, cœnobio, ad Vitam S. Vedasti 6. Febru. agemus.*

b *De* Folradi, *siue* Fulradi, *impiissimi hominis sceleribus, excommunicatione, eiectione, infelici morte, agit Baldricus in Chronico li. 1. cap. 106. & 116.*

c *Richardus* intantùm Fratres, *vt idem cap. 116. Baldricus scribit*, normâ disciplinatæ religionis extruxit, & intantùm res stipendiarias multiplicare exteriùs laborauit, vt in nostris viciniis, Deo annuente, nulla Abbatia religione sit præstantior, aut opibus locupletior.

d *Huius* Frederici *præstantis monachi meminit Baldricus lib. 3. cap. 59.*

e *Aliis* Gothilo *dicitur, &* Gothelo. *Fuit Dux Lotharingiæ superioris, siue Mosellanæ.*

f *Surius* Liuinum *vocat, Cl. Robertus* Leduinum. *Eximiis illum laudibus prosequitur VVarinus Episcopus Bellouacensis apud Du Chesne de Domo Montmorenciâ in probat. pag. 12.*

g *Hic est*, S. Henricus, *qui 14. Iul. colitur.*

h *Batauorum insula* Vahali, *ac* Rheno, *qui dein* Lecca *dicitur, cincta, Belgis nunc* de Betuvve *vulgò dicitur. Citeriori Vahalis ripa adiacet Noviomagum vrbs celebris, quò frequentes diuertisse Franci Germanicq; Imperatores leguntur.*

i *MS. Pad.* officiositati fuerat.

CAPVT VII.

AVCTORE EVERHELMO, EX MSS.

Probata humilitas. Beloaci præfectura.

Diuinitus monetur de discessu: a

24 Aliquantis deinde euolutis diebus, in quibus plurimùm pro monasterij ipsius elaborauit rebus, quia eodem ex loco iam recedere debuerat, diuinę visionis oraculo antè didicerat. Nam *a* casulâ, quæ quasi gratuitæ viriditatis elegantiam cernebatur imitari, totũ se sicut in agẽdis Missarũ solemniis vidit ornari, sicque demum inclinato capite coram altari S. Vedasti astitisse, illumque ex sexagesimo septimo Psalmo versiculum, Fratrum sibi respondente conuentu, ter repetere: Benedictus Dominus die quotidie, prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. Quem postquàm, vt diximus, ter repetiuit, oratorium cuestigiò exiuit: atque hîc visio huiusmodi finem sui dedit. Neque enim hoc otiosum aut abs re fuit, quòd hoc vestis sacerdotalis virore beati viri discessio præoccupari meruit, qui æternæ viriditatis fructum suis in actibus non debabuit. Psal. 67. 20.

remittitur Virdunũ:

25 Non multò verò pòst effectum sui visio talis inuenit, atque à venerabili Richardo Abbate iussus inde abiit, & ad Virdunum, pristinum conuersionis suæ locum, rediit. Vbi pro comprobandâ, post summam Præposituræ administrationem, ipsius patientiâ, omnis infimarum rerum monasterij, ab Abbate ei iniungitur obedientia; ne pro sui dudum præ ceteris promotione, spiritu elationis fortè exagitaretur, sicque à pristinis virtutum suarum gradibus deiiceretur. Sed memor illius, quod dicitur: Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & humilitatem in promotioribus monasterij rebus sibi collatis tenuit, eamdemque in infimis, & in quibus quasi quidam iniuriæ locus videbatur esse, non perdidit; quia nec in prosperis inflari, nec in aduersis nouerat deiici. Geminas proinde opere recoluit sententias, quibus dicitur: Ascendet fœtor eius, qui magnificat opera sua: &, Doctrina viri per patientiam noscitur: quia vnam earum ex humilitate timebat, alteram verò ex patientiâ appetebat.

exercetur in humilibus:

Eccli. 3. 20. Ioël. 2. 20 Prou. 19. 11.

constituitur Præpositus:

26 Et quia omne subiectionis onus humilitate & patientiâ præueniebat, atque pro superandâ ipsius obediẽtiâ nihil laboris sufficere Abbas videbat, eum proximo à se loco non inconsultè promouebat, tum etiam in administrandis primis monasterialium rerum caussis secundum stare iubebat: Abbatiam insuper S. Mauritij Wasloi dictam, cum omnibus eiusdem loci appendiciis ei delegauit, vtque eò in agendis, quæ oportuerant, desudaret eum admonere curauit. Quâ susceptâ, quia eam, quam situs loci iucunditate sui commendabilem dedit, in officinis monasteriũque breuissimis claustris vilescere inuenit; funditus monasterium cum adiacentibus illi receptaculis euersum, maiori quàm fuerat elegantiâ reædificauit, atque pristino nomine mutato, ex honestate sui Beloacum denominari dictauit. Atque eo quidem vocabulo iam ad præsens circumquaque est promulgatum, nec illo, euolutis ad nos vsque diebus, constat esse priuatum.

præficitur VVasloi cœnobio, id readificat:

Argentinam proficiscitur:

27 Henrico interea, quem præscripsimus, Imperatore apud Argentinam ciuitatem super regni statu agente, proque hoc consiliis Optimatum suorũ priuatim & publicè incumbente, & hunc beatũ virum iter ad ipsum quadam contigit occasione denuò habuisse, sicque ad *b* Elisgaugium vnà cum suis applicuisse. Cumque quodam in loco, quem grata commendabat amœnitas, pro sumendis cibis diuertisset, iamque cibis coràm positis resedisset; ecce lupum, humanum tunc sitientem sanguinem, è siluarum latebris impetum vidit dedisse, atque pastorem, è regione greges pascentem, violenter per colli nuda arripuisse, atque ad loca, nequitiæ suæ desideriis opportuna, per abrupta locorum traxisse. Spiritu ergo tam stuporis quàm mœroris vir Domini corde tactus, & vt semper visceribus misericordiarum totus fuerat plenus, Ecce, inquit, ô Deus, hominem, quem ad imagi-

quemdam à lupo præfocatum restituit incolumẽ.

AVCTORE EVERHELMO, EX MSS.

imaginem & ſimilitudinem tuam feciſti, lupis prædam eſſe iuiſti. Proinde ſuos, vt miſero iam penè abſumpto opem tandem ferrent conuocat, precibuſque admiſſis nomen Domini ipſe interim inuocat, proteſtans lupum prædam illam antè eſſe amiſſurum, quàm ſe quidquam cibi aut potus guſtaturum. Sed quia paluſtrium locorum prohibente interſtitio, non facilis ſuorum ad ereptionem illius ſuffocati erat acceſſio, viâ in gyrum arreptâ, paluſtria illa loca circumeunt, vbi ex veſtigiis effluentis ſanguinis, hominem nulla vitæ indicia in ſe dantem inueniunt, nec vſpiam locorum lupum perſpiciunt. Mox omni ſpe ſuper vitâ ipſius dehabitâ, equo impoſitum in beati viri adducunt præſentiam. Qui de Dei miſericordiâ nihil pro eodem diffiſus penes ſe ipſum collocat, Deumque pro ſoſpitate ipſius tacito mentis nutu inuocat. Benedictionis ſuæ eum remedio interim fouet, paullatimque eum exinde mouet: deinde ſurgendi vires ex ſanctificatione tam manuum ſuarum, quàm precum obtinet, ita vt cum viro Dei cibum vnà caperet, tum vlteriùs de vitâ ſui iam præſumeret. Nullique dubium, ipſum ex precibus ſancti viri ad vitam ſeruatum, ex cuius benedictione, menſæque communione, hi qui adfuêre vidêre curatum. Poſtquàm verò conualuit, ex cicatricum ſuarum ſpectaculo eos, qui eum viderant, permouit: à quorum etiam fide nos idipſum didicimus, poſteriſque in argumentum ſanctitatis ipſius reliquimus.

a *MS. Pad.* Caſucula.

b Eliſgaugium *regio eſt* Ello, *ſiue* Illo, *aut* Alsâ *flumine irrigua. ſic ſuprà* Liſtrogaugium. *Sauſſaius iter prius ad Batauorum inſulam, & hoc Argentinenſe confudit; ſcribit enim*: Tum ad Henricum II. Romanorum Imperatorem deſtinatus pro neceſſitatibus monaſterij, ſpectaculis illicitis incumbentem liberè redarguit. Opilionem in reditu à lupo præfocatum vitæ reſtituit.

CAPVT VIII.

Præfectura Stabulenſis, & S. Maximini aduerſarij puniti.

Creatur Abbas Stabulenſis:

28 CONtigit intereà Stabulenſis cœnobij Abbatem Bertrannum debita morti dediſſe, atque alteri ſuccedendi ſibi locum reliquiſſe. Vnde & Henrico Imperatori B. Popponem ſubrogare animo inſedit: quod vt fieret, Richardum Abbatem tunc ſecum in conſiliis agentem humiliter conuenit, cui tamen omnino ſui conſilia animi non patefecit, quia Popponem ſibi ab eo tantùm dari poſtulauit; ſed quâ ratione eum poſtularet, iudicare noluit. Venerabili autem Richardo Abbate Imperiali primùm petitioni diu multumque renitente, occaſioneſque plures, ob quas ſe tali viro carere non poſſe dicebat, exponente; S. a Heribertum Agrippinæ Coloniæ Epiſcopum, præfatus Imperator euocauit, eoque ſibi adiuncto, apud præſcriptum Abbatem preces adhuc admittere curauit: poſtremò verò obedientiæ ſententiam ex regiâ auctoritate in eum dictauit. Quam ne ſpreuiſſe videretur, ſubiectione, non voluntate, ſuſcepit, & vt ei B. Poppo in manus cederet, licet inuitus annuit. Cui Stabulenſis regiminis pedum mox porrexit, vtque Popponi pro ſucceſſionis indicio deferret, indixit, adiuncto ſibi ad id negotium b Walbodone Leodienſium Epiſcopo, ſanctitate & fide ad quæcumque ſtrenuè & piè peragenda illuſtriſſimo. Qui ex dicto regio ſibi iuſſa pergunt implere, memoratumque Dei virum Popponem apud S. Remaclum in regimine promouere.

a

b

patitur graues perſecutiones,

29 Qui promotus, quibuſdam eò loci, quorum moribus conuenire non poterat, diſplicere benè agendo cœpit. Vnde tam ipſi, quàm eis qui ſecum eò venerant Fratribus, inimicitiarum vis tanta accreuit, & tum manifeſtis odiis, inſidiiſque interdum clandeſtinis, ira laicorum ad hoc coniuratorum deſæuiit, vt quadam die monaſterij clauſtra ab eis impetu dato irrumperentur, euaginatiſque gladiis, Chriſti greges per Dominica ſepta perſequerentur. Sed (mirum dictu!) qui gladiis in

monachis miraculosè ſeruatis,

ſe vibratis cædi videbantur, ictibus non humano ſed diuino clypeo eluſis, non lædebantur: ſicut & ille à Moyſe rubus ardere videbatur, qui tamen veſtionis moleſtiâ nullâ lædebatur. Exod. 3. 2.

30 Tanti verò fama mali vbi beato viro Popponi, c Malmundarij tunc demoranti, in aures percrebuit, ſpiritum contritionis & mœroris pro tam execrabili rerum facie induit; præſertim cùm ex nuntiantibus ſibi plures ſuorum acceperit occubuiſſe, atque exinde his qui ſuperſtites fuerant, metum de reliquo accreuiſſe. Duo prætereà ſecum militiæ ſecularis fuêre viri, à quibus etiam quod factum fuerat, contigit ſciri, quorum vnus Adalbertus alterque Boſo vocabula ſunt ſortiti. Qui ſummâ cum velocitate eò, vbi in tirones Chriſti phalanx illa graſſata fuerat, ire pergunt: Deique, non ſuâ, adminiſtrante virtute, omnem illam multitudinem ſoli expellunt, capiunt, & ſternunt: atque omnis pro voto res illis prouenit, in quorum manibus, beati viri id impetrantibus meritis, ille pugnauit, qui non ſaluat in millibus, aut curruum & armorum potentatibus, ſed in vno mille, inque duobus decem valet fugare millia. Diuinâ deinde actum eſt animaduerſione, vt nullus, emenſo iam anno, ſuperſtes ex illâ iniquorum fuiſſet conturatione. Sicque omnis erga virum Dei confuſio in gratiam rediit, amorque omnium pari in eum conſenſu prodiit.

c

inualoribus pulſis, ac paullò poſt mortuis:

31 Biennium iam effluxerat, d Hierichonique Treuirenſium Abbati apud S. Maximinum, præfato iubente Imperatore, ſucceſſit: vbi in eum ſimilis, imò grauior, quorumdam cum inſidiandi copiis inuidia proceſſit, eorum videlicet, quos à monaſticis regularibuſque obſeruationibus via abruptim deflexit. Cumque ſibi ſub eo illicita iam non licere, & aſſueta locum penes ſe non poſſe habere conſpexiſſent, de eius morte plura machinantur, & quod palàm non poterant, quibuſdam præſtigiarum ſuarum inſidiis operantur. Ad quod (nefas dictu!) ſacroſancta Miſſarum ſolemnia violando, ſuis occupant diuinationibus, & quas preces credebant, in immunditiâ & ſanguine manuum ſuarum execrandis admiſcent incantationibus, ponentes, ſecundùm illud Prophetæ, tenebras lucem, & lucem tenebras. Neque hoc eis ad fomitem malorum ſuorum tantùm ſufficeret; ſed apponentes adhuc peccare, peccatum ſuper peccatum adiicere, tamque execrabili quàm inuidâ eouſque perducuntur exagitatione, vt in apponendis beato viro cibis & potibus venenorum ſuorum vterentur admixtione. Sed inuidia diaboli, per quam mors primùm ſubintroiuit in mundum, nullâ morte per nequitiæ ſuæ miniſtros Dei læſit miniſtrum: licet per iniquorum manus dæmon beato viro ſæpiùs porrexerit, ipſeque toties guſtare non refugerit. Ille enim, in cuius oculis hic B. Poppo obturauit aures ſuas ne audiret ſanguinem, & clauſit oculos ſuos ne videret malum, iſtius etiam à veneni læſione clauſit viſcera, vt in extinguendâ domui ſuæ lucernâ omnis iniquorum fruſtraretur induſtria.

d *ſit Abbas S. Maximini:*

amulorum incantationibus

& veneno non laditur:

32 Nec ad hoc ſcelus coniuratis pro ſeruo ſuo Dei vindicta defuit: quorum nec vnus eo anno, velut grege in vnum mortis locum facto, ſuperfuit: vt profectò conſtaret, in viſcera eorum per os beati viri venena illa tranſiſſe, atque argumentum malitiæ ſuæ ceteris ex hoc reliquiſſe. Quibus tamen, ad inferendam mortem, venenum quidem temporale defuit, ſed in conſpectu æterni Iudicis, malitiæ ſuæ venenum ad interitum ipſis fuit. Vnde etiam hi qui ſanioris conſilij occaſione ſuperſtites fuerant, timorem cum amore in eum admiſerant: ſicque à ſanctitate ſui intimè à ſubiectis amari, & ex nuperrimâ in inſidiantes ſibi Dei vindictâ cœpit timeri. Sed & ipſe dilectionis non fictæ ſeruato tenore, cœpit magis prodeſſe quàm præeſſe, ita vt in omni patientiâ & doctrinâ quoſque foueret; poſtremò verò plures illorum in Paſtores Eccleſiarum Dei promoueret.

ij intra annũ omnes moriuntur.

33 Aliquanti intereà temporis diebus emenſis, ægritudinibus cœpit fatigari immenſis: vnde & eum in lecto reclinaſſe, atque pro vitâ ſuâ diffidentiam cum mœ-

Ægrotat S. Poppo.

ror

rore ſuis contigit incurriſſe. Mirè enim, vt diximus, intima in eum cunctorum ſuſpirabat dilectio: ideoque eos de ipſo, pro cuius amiſſione ſibi timebant, intolerabilis habuit afflictio. Inter quos quidam Erneſtus, ex laico verè tam nomine quàm officio monachus olim factus, cum ceteris, imò præ ceteris, pro ægritudine beati viri dolore cordis intrinſecus tunc tactus, nocturnis vigiliis precibuſque, quibus plurimùm ex ſolito inſudare pergebat, tunc pro eadem etiam ſancti viri ægritudine fortè detergendâ, plus ſolito incumbebat. Et primùm, coram Domino, quòd tantum talemque ab ipſo meruerit Patrem, laudes dicebat; dehinc mœroris timoriſque ſui ſtimulos coram ipſo ponebat, quibus talem in detrimentum gregis Dominici amittere timebat, omnemque ſpem recuperandi ſimilem dehabebat.

pro eo orãti cuidam,

calitus promittitur prorogatio vitæ eius ad 20. annos.

34 Quo in hac ſpiritus ſui contritione pernoctante, precibuſque coram Domino animi ſui affectum commendante; vox ad eum diuino certè oraculo perlabitur, quæ pro mœrore ipſius deponendo in hæc verba diſtinguitur: Popponi, inquit, hæc non ad mortem eſt infirmitas, cui ad augmentum virtutis ſuæ in bis denos annos viuendi adhuc ſupereſt prolixitas. Cuius quidem vocis oraculum eidem, pro nouitate ſui, ſtuporis iniecit ſpectaculum, atque omne mœroris ab eo deterſit piaculum: ita vt qui priùs inter ſpem & metum pro amiſſione ſibi dilecti Patris ſpiritualis dubium habebat, iam tantò ſecurior non ſe eum amiſſurum fieri inciperet, quantò amittere eum magis anxiè antè timebat. Mirum enim in modum, qui ter quinos Ezechiæ ægrotanti addidit annos, huic beato viro bis denos etiam ſuperaddidit annos; illi quidem pro his, quas coram ſe fuderat, lacrymis; iſti verò, quia pro eo ille vſus ſit lamentis, qui ex eo quòd anteà Paſtorem talem non habuerit, & poſt amiſſionem ipſius ſimilem ſibi futurum non ſperauerit. Et verè vtrorumque ſanctitas hoc obtinuit: quia quod hic Erneſtus de Patre ſpirituali audire meruit, ille quidem de ſe, ſi pro ſe rogaret, audire ſimiliter ex merito potuit. Sed quia cum Martino nec mori timuit, nec viuere recuſauit; hoc alter pro eo obtinuit, quod ipſe, vt diximus, ex merito inuenire potuit. Ex diuino itaque oraculo res effectum inuenit, Beatuſque Poppo mox conualeſcens, in excubiis gregis Domini viginti poſteà annos impleuit.

4. Reg. 20. Iſa. 38.

a S. Heriberti *Epiſcopi Colon. vitam dabimus 16. Martij.*

b VValbodonis *laudatiſſimi Antiſtitis vitam dabimus 21. Aprilis. Hac ſub annum 1019. geſta videntur, cùm anno ſequenti deceſſerit VValbodo.*

c Malmundarium *vicinum Stabuleto cœnobium, ab eodem conditum S. Remaclo, dictumq; quaſi* à malo mundatum, *quia locus anteà dæmonum cultu ac deinde infeſtationibus infamis fuerat, vt in vitâ S. Remacli dicetur.*

d Harichonem *vocat Bravverus Annal. Treuir lib. 11. traditq; Hieroſolymam religionis cauſâ proficiſcentem, apud Myrream Lyciæ Metropolim anno 1024. deceſſiſſe. Sed paullò antè id videtur contigiſſe, biennio nempe poſtquàm Stabuleti Abbas factus erat Poppo.*

CAPVT IX.

Declinato epiſcopatu, monaſteria reformata.

a 35 ACcidit intereà, a Henricum Imperatorem, cuius ſæpè iam meminimus, viuendi finem feciſſe; Conradumque, tam nobilitate quàm armis egregiè commendabilem, regno ſucceſſiſſe. Sed quia quæ numquàm dehabetur ſitis habendi, tunc ampliùs inter Principes regni diſſidiorum occaſionẽ ingeſſit; B. Poppo, verè Euangelicæ pacis filius, Dei virtute comitatus, illos in pacis redigere gratiam diu multumque laborauit, tandemque deſiderij ſui ſatietem inuenit, omneſque in vnum pacis locum ſuâ mediante ſanctitate redegit. Sed & ipſe animum Regis nuper ordinati, de quo nihil adhuc certum ſtatuerat, prudentiâ & ſanctitate ad amorem ſui comparauit, ita vt dilectio ab Henrico in ſe quondam habita non deperiret, cùm ſimilem, imò maiorem, in ſucceſſore ipſius inueniret. Et quia ante quamplures annos Romani Imperij cum Francis diſcordia non minima inoleuerat, ipſe inter vtroſque pacis gratiam labore & induſtriâ ſuâ paratam compleuit; Conradumque atque b Henricum Reges in conſenſum reuocauit; quorum vnus, id eſt Conradus, Romanorum ſiue Orientalium; alter verò, id eſt Henricus, Occidentalium populis Francorum imperauit. Erat enim ei cum vtriſque par locus inueniendi quæ poposcerat, vtpote qui plurimùm amicitiâ dictante penes eos valuerant: ideoque diſcordia, quæ inter eos quaſi quoddam ſenium longum duxerat, ipſo mediante in nihilum redacta eſt. Vnde & inuidendi ſibi occaſionem quibuſdam tribuit, quia ſolus id efficere valuit, quod vt fieret, in multis effectus iam olim pertentatus defecit.

S. Poppo Principes Imperij diſſidentes reconciliat,

Avctore Everhelmo, Ex mss. & Conradum Imp. ac Regem Galliæ: b

36 c Argentinæ intereà ciuitatis epiſcopatum, Regis Conradi iuſſione ſibi præſcriptum, tam callidè quàm humiliter declinauit: quia occaſionem declinandi Regi dictauit, videlicet ſe Clerici dicens filium, canoniciſque ſanctionibus fieri obnoxium, ſi Pontificij temerè præſumpſiſſet officium. At pro excuſationis huius fictione aliquantùm tunc Rex erubuit, & quaſi ſynodali præſcripto conuentus, ſuper hoc ad præſens conticuit. Sed non multò pòſt ab Ermengarde, nobiliſſimi Principis Godefridi filiâ, didicit, quoniam B. Poppo non Clerici, vt ipſe Regię maieſtati finxiſſet, ſed laici ingenuitate & militiâ egregij filius fuerit. Vnde etiam poſteà beatum virum euenit conueniſſe, & pro excuſatione ſuæ iuſſionis callidè excogitatâ redarguiſſe. Sed ille, vt quem Deus humilitate & ſubiectione totum reſperſerat, regiam in ſe obiectionem humiliter deterſit, affirmans ſe ad id negotij minùs idoneum exiſtere, qui ſe in adminiſtrandis, quæ ipſi tunc incumbebant, curis Paſtoralibus non videbat ſufficere.

c

Epiſcopatũ ingeniosè & humiliter ſubterfugit:

37 Cuius humilitas quia ceterarum virtutum eius indicio Regi fuit, totius conſilij viribus idem mox Rex eò incubuit, quatenùs ipſi eas regni ſui abbatias illum adminiſtrare iuberet, cuas aliquando Paſtoribus deſtitui viderat. Quod & factum eſt. Nam quaſcumque rectoribus viduatas aperiri contigit, vt ei mox conferret dilatio nulla prohibuit; licet ipſe ab eis pro humilitate aliquantulùm delituerit, atque erga iuſſionem impoſſibilitatis excuſationibus vſus fuerit. Et primò Lintburg d in Voſago ſitum, quod hæreditariâ ſorte ſibi iam olim in manus venerat, probabilium cum adſtipulatione teſtium beato viro delegauerat, & pro ſtruendo inibi in honore S. Ioannis Euangeliſtæ cœnobio preces intenderat. Qui ex regalium precum edicto, eumdem locum, ferarum iam tunc cubile, multo cum labore excolens, ſeruorum Dei conuenticulis habitacula non vilia extruxit, & Chriſti iugum leue ſub monaſtica inſtitutione ipſis iniecit, tum Ioannem nepotem ſuum tam illi loco, quàm apud S. Maximinum Treuerenſibus præfecit.

varia regit & reformat monaſteria:

d

Lintburg reædificat:

38 In quamplurimis proinde monaſtici inſtituti cœnobiis, à præfato iuſſus Rege primus ſucceſſit, rectoreſque ſingulos ingeſſit: apud Herosfeldiam quidem e Ruodonem, Pathalabornenſem poſteà Antiſtitem; ad f S. Gallum, versùs Alpium iuga, Nortbertum, & in Wirtzenburg g Volmarum, h Epternaco quoque Humbertum, vitâ & moribus adeò præclarum. In his itaque tam conſilij quàm impenſarum adminiſtratione, regiminis ſtatum adſtipulauit; tum in ſingulis omnia, & in omnibus ſingula, vt oportuit & decuit, ampliauit. Suarum præterea precum obtentu, Heribrandus in i Cella S. Gilleni, Euerhelmus quoque in k Altomonte rector cœpit haberi. Apud l Brunwilarium verò, quod ab Elone Palatij adminiſtrante Comitatum ſuſcepit, Euonem, omnibus eiuſdem loci habitaculis à fundamento extructis, præfecit: atque in m Buſendorff, quod largiente ſibi Adalberto Comite in manus venerat, ſimiliter ſub Conone, quẽ rectorem illic ſubrogauerat, monachorum gregem aggregauerat.

variis locis egregios Abbates conſtituit:

e f g h i k l m

39 Sed & apud Traiectum, quod Friſiam reſpicit, ab

AVCTORE EVERHELMO, EX MSS.

ab *n* Adalboldo eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, cœnobium S. Pauli regẽdum ſuſcepit; ibiq́ue *o* Herigerum tam prodeſſe quàm præeſſe præcepit. Tum eo humanis rebus exempto, duos in regimine viros viciſſim ſibi ſuccedere dedit. Non multò pòſt verò memoratus Antiſtes Adalboldus, hortatu beati viri, ad monaſtica inſtituta adſpirauit, omnemq́ue illi in Paſtoralibus Pontificij ſui adminiſtrationem commendauit: quam tamen ex præſcripto B. Popponis iterum recepit, & in eâ quoad vixit *p* ſub monaſtico habitu permanſit. In *q* Willario prætereà Theodoricum, & Metis apud *r* S. Vincentium præfecit Heribertum; in *ſ* Walciodoro quoque nihilominùs Lãbertum: quæ quidem monaſtici vigoris cœnobia per *t* Theodòricum Metenſium Antiſtitem diuina ſibi indulſit gratia. Apud *v* S. Eucharium etiam Treuiris Bertulfum in regimine promouendo roborauit, quod ſibi gratiâ regendi Treuirenſium Archipræſul *x* Poppo donauit.

n Epiſcopum Vltraiectẽſem adpietatem inſtituit.

o

p

q

r

ſ

t

v

x

a *Obiit S. Henricus anno* 1024. *Ergo parachroniſmus eſt, cùm priùs morbus S. Popponis narretur, quo nonniſi triennio pòſt laborauit.*

b *Id poſt annum* 1033. *quo mortuo* Roberto *patre ſolus regnare cœpit* Henricus; *ante verò* 1039. *quo* Conradus *deceſſit, oportet contigiſſe.*

c *Anno* 1029. *id contigiſſe aſſerit Brauverus, poſt* Werneri *Epiſcopi mortem.*

d *At Brauverus an.* 1034. Imperator, aduocato ad ſe Abbate Poppone, ex gentilitio caſtro Limburgo, quod Nemetes inter & Vangiones ſitum, baſilicam ſuſcitans, eam ſanctæ Crucis & D. Ioannis Euangeliſtæ honori dicandam curauit. Quam ipſe Popponi deinde commendans, monaſterium ſimul exædificandi pro arbitratu, & monachos eò probatis vitæ legibus inſtitutos deducendi poteſtatem fecit.

e Rodulphum *vocat Brauverus. Celeberrimum apud Haſſos cœnobium* Herfeldenſe. *at* Paderborna, *quæ hic* Pathalaburna, *VVeſtphaliæ vrbs, ad* Paderæ, *ſiue* Patheræ, *aut* Patris, *aut, vt aliis placet,* Padi *fontes.*

f *De hoc nobiliſſimo cœnobio, cuius Antiſtes Princeps eſt Imperij, ad vitam S. Galli* 16 *Octob agemus.*

g *Brauverus,* Wolmarum: *MS. Paderb.* Folmarum.

h *Sur.* Haſternaco. *De hoc cœnobio agit Ioannes Bertelius eiuſdem loci Abbas in hiſtoriâ ſuâ Luxemburgenſi, & nos ad vitam* S. VVillebrordi 7. *Nouemb.*

i Cella S Giſleni, *vulgò nunc* Giſſenopolis, *duabus leucis à Montibus Metropoli Hannoniæ diſtat. De eo cœnobio plura ad* S. Giſleni *vitam* 9. *Octob.* & S. Gerardi 3 *Octob.*

k Altus-mons *celebre etiamnum cœnobium à S. Vincentio Madelgario conditum, multis Sanctis habitatum, de quo alibi ſæpè, & ſuprà* 16. *Ianua. ad vitam* S. Marcelli Papæ; *& infrà ad vitam* S Aldegundis 30. *Ianu. Porrò Everhelmus hic eſt qui hanc ipſam vitam ſcripſit.*

l *Surius* Ellonem *vocat. ſecutus eum Brauverus:* Ellonem verò Bruuillerio S. Nicolai apud Agrippinenſem Coloniam tum primùm aſſurgenti. *Ægidius Gelenius in vitâ B. Richezæ Erenfredum Comitem Palatinum Rheni cum Mathilde coniuge ſuâ (quem etiam* Ezzonem *cum Surio vocat, MSS.* Elonem) *ait circiter an.* 1024. *condidiſſe hoc monaſterium, obiiſſe* 20. *Iunij* 1034. *Mathildem verò* 20. *Nouemb.* 1024. *ambos miraculis claros, vti & eorum filias ſeptem, quarum celeberrima* Richeza *Regina Poloniæ.*

m *Brauverus*: Sed & ipſe Poppo Boſentdorffium in finibus Lotharingiæ peramœno ſeceſſu, iuxta Niddam riuum, quem Sarauus abſorbet, monaſterium ædificauit, & aggregatis in vitæ communionem cœnobitis, Cunonem Abbatem eis præpoſuit.

n Adalboldus XIX. *Vltraiectinus Epiſcopus fuit: à Siffrido Petri* Sanctus *appellatur. obiit* 27. *Nouemb.*

o *Alius hic eſt ab* Herigero *Abbate Lobienſi, qui, vt ex Lobienſi Chronico patet, an* 1007 *vltimo Octob. obiit, amicus eidem Adelboldo tum adhuc Clerico Leodienſi.*

p *MS. Paderb.* monachili tunicâ non defecit.

q *Brauver.* Nuuilario.

r *De hoc cœnobio actum* 24. *Ianu. ad tranſlationem S. Feliciani.*

ſ *Situm eſt* VValciodorum *in Comitatu Namurcenſi. de eo ſuprà* 21. *Ianuar. ad vitam B. Maccallini, & pleniùs* 30. *April. ad vitam S. Forannani. In hiſtoriâ fundationis VValciodorenſis, ſcriptâ an.* 1249. *de S. Poppone & Lamberto iſta habentur*: Poſt huius (*Rodulphi*) diſceſſum regali decreto (ob difficultates exortas) Dominus Poppo Abbas Stabulenſis, qui eo tempore cum Stabulenſi, S. Maximini Eccleſiam, & cum eâ quamplures regebat, ad nutum Metenſis Epiſcopi, & hanc VValciodorenſem regendam cum ceteris ſuſcepit. Et quia virtutum gratiâ repletus ſine offensâ & ſcrupulo viuere nitebatur, vnicuique Eccleſiæ temporibus aſſignatis propria diſtribuit, & adhibitis ad hoc explendum opus gnaris & induſtriis procuratoribus ſecum, vnicuique proprium deſignauit. Moritur tandem, Stabuleti ſepultus, habeturq́ue pro Beato, circa annum Domini milleſimum quinquageſimum ſextum. Popone adhuc viuente à Treuirenſi Eccleſiâ remotus Dominus Lambertus, eiuſdem Eccleſiæ Præpoſitus, ad VValciodorenſem adducitur: cui paſtoralem Popo baculum porrigens, cum regali magnificentiâ, & Epiſcopali auctoritate, ab hoc ſe priuilegij officio exuit.

t Theodoricus II. *Metenſis Epiſcopus, filius Sigefridi Comitis Luxemburgenſis, frater S. Cunegundis.*

v *Nomen id habet à* S. Euchario *Treuirorum Apoſtolo, de quo* 8. *Decemb.*

x *Obiit* Poppo *Archiepiſcopus* 16. *Iunij* 1047. *cùm ſediſſet annos* 30. *menſes* 6. *malè à quibuſdam idem qui Poppo Danorum Apoſtolus exiſtimatus.*

CAPVT X.

Aſſerta illi miraculis auctoritas.

40 IOanne igitur, nepote beati viri, ab eodem apud S. Maximinum, vt præfati iam ſumus, in regimine iam promoto, ipſoq́ue ab oneris ſui pondere paullulùm releuato, Stabulaus ire perrexit, vbi ſe priùs in excolendis inſtitutionibus monaſticis arctiùs fixit. Quin in ipſo monaſterij introitu à quodam Ioanne, nomine non opere monacho, conſpectus, conuiciis & blaſphemiis ab illo incredibilibus eſt habitus, ita vt ab ipſo magis mortuus eò inferri optaretur, quàm viuus tum ſuis viſibus præſentaretur: qui nequitiæ ſuæ conſenſum cum blaſphemantibus adiungens Phariſæis, (de quibus voce Veritatis dicitur: Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quantò magis domeſticos eius?) non ſemel os in virum Dei conuiciando laxauit, ſed ſæpiùs mortem ipſi optando, ſuperbiæ verba reiterauit. Sed quia beati viri mortem cum faſtidio videndi eum optauit, ipſe mortem ſibi non multò pòſt exinde comparauit. Nam, vt ficus illa in Euangelio ex ſententiâ Domini quondam aruit; ita & hic ex vindictâ Dei, ſerui ſui iniurias vleiſcentis, totus mox areſcendo palluit, atque cum ipſo blaſphemiarum in virum Dei momento, eum mors inopinata inuaſit, atque ita ipſum ad vltimum vſque vitæ ſuæ punctum dolor horrendus præoccupauit, donec morte peſſimâ ipſe nihilominùs de medio fieret, atque vlteriùs alios blaſphemandi finem faceret.

Redit Stabuletum.

Matth. 10. 25.

monachus eum calumnians infelici morte punitur: Marc. 11.

41 Alio quoque tempore poſt veſpertinam ſynaxim in cellâ degebat, ſermonemq́ue cum aliquantis Fratribus, apud illum tunc ſimiliter agentibus, non abs re trahebat: cùm vni eorum, Adalberoni nomine, vt ſuperius oſtium occluderet cellæ mandauit, eidemq́ue pro nocturnarum horrore tenebrarum ſæpiùs refugienti inſtare non ceſſauit. Ille verò qui inobedientiæ vitium ſemel & ſecundò ſubiit, tandem compulſus, ad ſibi iuſſa tam tepidè quàm trepidè abiit, atque eò, quò iuſſus fuerat, ſolus peruenit. Quem quia viro Dei non mox parere, per inobedientiæ ſtimulos ſpiritus malignus ſuaſit, eum eueſtigiò ipſe inuaſit, ita vt inconditæ vocis ſtridore quoſque vndecumque cieret, tamq́ue ſubito non ſanæ mentis ſuæ ſpectaculo eos, qui conuenerant, permoueret. Ligatus ergo, in oratorium adducitur, atque in medio coràm diſponitur: vbi à Fratribus orationi inſtantiùs pro eo inſiſtitur, tum diuinæ incantationis erga ſpiritum illum peſtilentem exorciſmus admittitur. Neque enim B. Popponem cauſſa rerum geſtarum latuit, quæ ex prędicti Fratris inobedientiâ ei innotuit. Qui mox ſummâ cum grauitate ad Fratrem illũ non ſanæ mentis deuenit, alapamq́; tantùm, vt alter Benedictus, in faciem illi dedit, ſpiritumq́ue malignũ ſine morâ eiecit. Nulliq́ue dubium ſit eum prece non præmiſsâ hoc potuiſſe, cùm, B. Gregorio in Dialogis ſuis aſſeuerante, Sanctorũ quique ſigna aliquãdo ex prece, aliquãdo peragant ex poteſtate. Et hi quibus ſecundùm Ioannem dedit Deus poteſtatem filios Dei fieri, quid mirum, ſi per eos ſigna ex poteſtate valeant fieri, qui ex poteſtate ſunt filij Dei? Nam & Petrus Tabitham orando ſuſcitauit; Ananiam verò & Saphiram increpando in mortem ſtrauit: quia vitam, quam

alium inobedientẽ, ideoq; à damone correptum,

alapâ incuſſâ liberat.

Dial. lib. 2. cap. 30.

Ioan. 1. 12.

Act. 9. 40.

Act. 5.

illi

illi ex prece contulit, iſtis mentientibus ex poteſtate abſtulit. His in argumentum huius ſigni ſic ſe habentibus, cetera, quæ de viro Dei ſunt, delectamentum ſui præſtent legentibus.

a *MS. Pad. mortu occaſio* ſubintrauit.

CAPVT XI.

Stabuleti & Malmundarij reſtauratio, ornatus.

Stabuletũ & Malmundariũ inſtaurat & ornat:

42 INtereà tam Malmundarienſium, quàm Stabulenſium locorum renouationi operam dedit, in quâ affectus ſui effectum, Deo opitulante, tandem inuenit. Et apud Malmundarium quidem cryptam, vt facile cernere eſt, è fundamentis extruxit: Stabulaus verò, qui omnes cum monaſterio officinas pro paruitate ſui vileſcere inuenit, funditus eas euerſum ire cœpit, atque in habitaculis amplioris ſitus extruendis plurimum impenſarum admiſit. Sed quia his humani generis hoſtis ſolito inuidebat, fraudum ſuarum laqueos adnectebat, ſi fortè virum Dei in cœpto opere præoccuparet; imò per eorum, qui eidem tunc operi inſudabant, offenſam retardaret. Nam Hubaldo cuidam, cuius ingenio & labore id opus ſatis proceſſit, præcipitium à cancellis ingeſſit, ita vt toto corpore collideretur, omniſque virium ſpes, præter ſolum ſuſpirare, iam in eo non haberetur. Cuius caſu vir Dei comperto, tam pro eo, quàm pro operis deſtitutione admodùm condoluit: ſed tamen in hoc ſolitas medendi vires ex ſanctitate & virtute ſui non dehabuit. In ſua namque ſemotiùs eum transferri atque locari iuſſit, & ex propriis, ſicut eum oportuerat, in cunctis accurari. Proinde ipſemet quiddam cibi & potus ſibi illati, benedictione etiam additâ, illi dirigit, eumque (mirum dictu!) ad ſalutem exinde mox erigit. Vnde & diabolicæ fraudis eum ſubitò machinamenta contigit eluſiſſe, omnemque cum colliſione memorati Hubaldi mœrorem deterſiſſe: ita vt qui pro vitâ ſuâ diffidentiam incuſſit cernentibus, iam ſuis omnino ad opus priſtinum reſumptis viribus, iucundum ſpectaculum, è contrario & gaudium, ingereret cernentibus.

quemdam ex lapſu grauiter colliſum, ſubitò ſanat:

Stabuletũ ſeptennio reſtaurat:

43 Iamque opus illud in altum proceſſit, omnemque tam longè quàm latè locum è regione reſpexit, atque cooperante ſeptemplici Spiritus ſancti gratiâ, omnis per ſeptennium in illo ſui redundauit efficacia. Neque eiuſmodi vir Dei ſufficere credidit; ſed in augmentum decoris, plura ornamentorum pondera addidit. Nam calicem miræ magnitudinis, auro gemmiſque egregiè condonauit fabrefactum, & in coronâ auri argentique non modicum expendit apparatum: his quamcomplura per beatum virũ dona tum in additamento dedêre ornatum. Et vt hæc breuiter in ſcriptis ſe habeant, quæcumque in tabulâ, cappis, palliis, reliquoque ornamento eò loci aut ſunt, aut fuerant, conſulto & operà B. Popponis illò eſſe cœperant. Marmoreas proinde columnas ad id ſimiliter opus, diuinâ verè prouiſione, inibi inuenit, vbi nulli vnquam eius natura loci marmor inuenire dedit. Et verè ipſo iam olim iaciente fundamentum, incepti quondam operis Deus ſuperædificauit prouentum, vt cum Apoſtolo litterâ & ſpiritu illud dicere poſſet, quod in eiuſdem ore Apoſtoli ſpiritu tantùm ſe habet: Secundùm gratiam, quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui; alius autem ſuperædificat. Quis, inquam, ſuperædificat, niſi ille, quo non ædificante, in vanum laborat qui ædificat?

alia addit ornamenta:

marmoris venas reperit:

1. Cor. 3. v. 10.

Pſal 126. v. 1.

44 Tam egregiè præterea quàm ſtrenuè eiuſdem Eccleſiæ adminiſtratio proficitur, proque conſecratione illius in honore S. Petri Sanctique Remacli, chriſmatione ipſius in omne conſilium à ſancto viro deſcenditur.

a Vnde & ad id negotij a Herimannum, Agrippinæ Coloniæ Archipræſulem, b Niconemque Leodienſem euocauit, quibus Epiſcopos Abbateſque complures eiuſdem rei occaſio vnà ſociauit: tum vt honeſtiùs hoc commendaretur, Imperialem Henrici Maieſtatem inuitauit, cui poſt Conradum patrem ſucceſſio iuſta Imperium adſpirauit. Præfinitus certè dies iam effulſit, qui ad eamdem domum Domini conſecrandam & chriſmandam Nonis Iulij illuxit, vbi non modica cum memoratis viris turba confluxit. Quantos autem impenſarum donorumque vſus tam Imperiali præſentiæ, quàm reliquis Optimatum ad præſens tunc exhibuerit, quis pro iis ſcribendo modum dare poterit? Sed & à præfato Henrico ſui iuris in Amblauiâ ceſpitem, qui in duodecim ferè manſos extendebatur, teſtamentis legalibus ad eiuſdem loci vſus adſtipulatur: ac deinde eumdem encæniorum diem ex concurſu populi vlteriùs celebrem decreuit. Vnde etiam vſque in præſens, vndecumque à populis ad præſcriptum diem accurrendi mos inoleuit. Malmundarium inſuper, quod præfato loco tam attinere, quàm adiacere ſemper habuit, vt firmiùs ad eumdem locum reſpiceret, præſcriptum Imperiale ſententiam impoſuit, confirmatis etiam his, quæcumque eò loci iuſtè videbantur pertinere, ne quis iniuſtè appetendi ea facultatis iura vlteriùs poſſet habere. Sed & B. Poppo, vt Malmundarienſes profeſſionis ſuæ ſponſionem apud Stabulaus agerent, perpetuâ lege ratum ſtabiliuit: atque exinde in omnes ſucceſſores ipſorum huiuſmodi ſententia manauit. Conſecrata autem & chriſmata eſt præfata eccleſia in honorem Principis Apoſtolorum Petri, ſanctorumque Confeſſorum Martini & Remacli anno Dominicæ incarnationis milleſimo quadrageſimo, Indictione octauâ, Henrici quoque Imperatoris anno c ſecundo.

AVCTOR EVERHELMO, EX MSS. *curat eccleſiam ſolenniter dedicari 7. Iul. 1040.*

c

a *Hic* Erenfridi, *ſiue* Elonis *Comitis filius*, Elo *quoque ſiue* Nobilis *dictus, frater* B. Richezæ *fuit.*

b Nithardus, *qui hic* Nico, *Surio* Nizo, *anno* 1039 *factus eſt Epiſcopus Leodienſis, obiit* 24 *Aug.* 1042.

c *Succeſſerat Conrado patri an.* 1039. *Agit de hac dedicatione Brauverus lib.* 11.

CAPVT XII.

Æmuli caſtigati. miracula.

Abbatis cuiuſdam mortem prædicit.

45 TEmpore quo B. Popponem Ioanni cœnobium S. Maximini regendum accidit commiſiſſe, contigit & ipſum quædam in viſione ſuper eiuſdem regiminis receptione dicciſſe. Vox namque ad eum oraculo, vt verè conſtat, diuino aduenit, quæ eam certè ſententiam illi audire dedit, quæ ad Petrum olim à Chriſto prolata, paſſionem ipſius ita prænuntiauit. Cùm eſſes, inquit, iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas; dum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Diuinitus hoc agi oraculum mox intellexit, atque prophetiæ oculis aliter id de ſe, aliter de Petro ſignificatum conſpexit. Sermonem intereà ſuper Ioannis ſæpememorati regimine ad Fratres habuit, & de venturis tam in ſe quàm in illo, verba tamquàm de præteritis conſeruit. Hoc tamen ſæpiùs inculcando docebat, quòd eumdem iam Ioannem mortis occaſus non longè reſpiciebat. Res itaque poſt modicum ex condicto viro Dei effectum innenit, viuendique finem, eodem nimirùm anno, ipſe dedit. a Quo de medio facto, quia cæleſtis in ſe oraculi ſententiam pro humilitate aliquantùm declinare contendebat, in regimine Bernardum quemdam ſuccedere iubebat. Qui ſimiliter annis vix duobus emenſis, rebus humanis eximitur; nihilque exinde quàm metus cum ſtupore relinquitur. Ante proximam tamen ſui exitus horam Fratribus ſibi circumſtantibus talem dictauit ſententiam, nullum, excepto præfato viro Dei Poppone, promouendum in regimine, ne ſimiliter & ipſe primo ſucceſſionis vel promotionis ſuæ deperiret in limine. Tandem, ne diuinum vllo modo reſponſum euacuaretur, B. Poppo idem cœnobium S. Maximini Imperiali maieſtate repetere iubetur. Sicque, quod fruſtrà declinare contenderat, licet

Ioan. 21. 18.

a

AVCTORE EVERHELMO, EX MSS.

cet inuitus tunc subierat: atque vt in visione acceperat, manus suas ad pastoralia extensas præbuit, eoque ab alio ductus est quò ipse noluit.

Aliquot Abbates, ob eius contemptum, citò mortui.

46 Sed Lintburg, cui similiter, dum aduixit, Iohannes præerat, Gumbertus professione & loco sancti viri monachus, regendum susceperat: sed quod temerè eodem Beato à se non consentiente Poppone, non suum præsumpserat, cum vitâ etiam suâ non multò pòst amiserat, ita vt visceribus sui paullatim digestis, diutina eum huiusmodi ad mortem vsque pertraheret pestis. Post quem Hagano, nihil simile veritus, subintrauit; quem similiter grauis ad mortem casus occupauit. Godestenum interea, cuius vita solitaria sanctitate & famâ sui latè iam percrebuit, à solitario & quodammodò eremitico proposito succedendi amor rapuit, ita vt reclusionis suæ claustra effringeret, solusque quasi ex sanctitate sui, quod priores non poterant, ipse impunè se facturum præsumeret. Sed quia cupiditatis suæ se stimulis non sensit exagitari, quem fama omnibus vsque adeò hominibus dedit honorari, in grauem mortis viam ex hoc incurrebat, quòd velut suis ex meritis præsumere auderet. Nam tendens in altum cadit ab alto: quia quadam die in vallium ima à montis vertice casum dedit, mortisque occasionem exinde inuenit. Sicque omnes qui aduersùs B. Popponem tam supplantationis quàm concupiscentiæ fraudibus vtebantur, in vnum mortis locum colligebantur, paullatimque in dies cœnobij illius status deperiit, & vsque in præsens inopiæ suæ vestigia ostentare non desinit.

Mulier furiosa sanatur aquâ, quâ manus abluerat S. Poppo.

47 Residens ergo vir Dei Poppo Stabulaus, vbi stabilis laus à fidelibus perpetuò concinitur, vt hostias & laudes cum eleemosynarum fructibus Deo persolueret; contigit quamdam mulierem sensu perdito per montes & valles, campos & siluas, errando & dilacerando semetipsam, ad locum ignoranter deuenisse supradictum. Hospitio alioqui vel municipio nullatenùs teneri poterat, sed casu locum tunc memoratum subiit, & vsque ad secretarium viri Dei peruenit. Hora tunc erat, quâ vir Dei Missarum solennia expleuerat, cùm ministri aquam ad abluendas manus vel os porrexerant. Quod videns illa infelix mulier, eamdem aquam, in piscinam de more proiiciendam, petiit sibi dari hauriendam. Quâ acceptâ, mentis insaniam non est vlteriùs passa. Monstrauit Deus in hoc facto, quanti meriti apud se extiterit Sanctus iste. Quamuis enim dispar sanctitas B. Benedicti Patris monachorum fuerit, tamen in hoc opere imitator eius claruit: quia sicut ad illius specum mulier sanata rediit per ipsius merita, ita ad istius cellam per aquam ablutionis manuum vel oris eius rediit & hæc curata.

Discipulus eius ab eo acceptâ veniâ moritur.

48 Stephanus quidam vir illustris, familiaritate beato viro coniunctus, deposito cingulo militiæ, in cœnobium supra dictum se contulit, ac monachum spopondit. Qui quidem senio iam fessus, diem expectabat supremum. Visitatus ergo à Fratribus dixit se velle mori, sed absque licentiâ Patris non posse. Qui cùm esset aduocatus, benedictionem & viaticum ab eo promeruit, & ei sicut petebat indulsit, sicque discessum est. Vir Dei ad cellam, vnde digressus erat, rediit, & Stephanus viam vniuersæ carnis ingressus est. Quis non miretur tantam Patris auctoritatem, & fidem discipuli morientis? Antiquorum Patrum gesta per hunc Sanctum renouari videmus.

a *In MS. S. Maximini recentiore aliquantò manu, hæc erant adscripta:*

Fundite corda preces, putret hîc pius Abba Ioannes.
Heu grauis illa dies te, Pater, hinc rapiens!
Ecclesiæ paucis huic postquàm præfuit annis,
Ψυχὴ iudicium, σῶμα subit tumulum.
Idibus in quinis dum feruet Iulius aruis,
Translatus medio redditur in Domino.
Hunc pie Pantocrator, vitæ non mortis amator,
Poscentûm votis, cœtibus adde tuis.

In MS. Necrologio eiusdem monasterij V. Id. Iulij ista habentur: Ruervvinus Abbas. Ioannes Abbas istius loci.

CAPVT XIII.

Præfectura Vedastina & Marchianensis.

49 A Trebatensium interea rector *a* Ioannes hac de luce subtrahitur, sanctitatisque B. Popponis occasio *b* Balduino Marchiso pro successore ingeritur. Qui super hoc internunciis sibi concurrentibus diu multumque laborauit, &, licet serò, sancti viri ad id votum impetrauit. Licentia tamen Imperialis, quam in hoc idem Marchisus restare adhuc videbat, non statim id fieri sinebat: præsertim cùm multa tunc temporis esset dissensio, *c* Orientaliumque atque suorum valida inter se contentio. Eadem tandem à Rege licentia B. Popponi permittitur, atque ita Atrebatum vsque aduehitur. Et primùm in *d* Naumene ciuitate cum *e* Wazone Episcopo Leodium deuenit, qui sibi spiritualis occasione amoris semper animo insedit, quem etiam à Leodio *f* olim inuidiâ pulsum ipse susceperit, peneque se eum adprimè accurare cœpit: tum etiam aliquantis sibi succedentibus diebus, illò vnde exulauerat, reuocauit, consultoque sui & fauore postmodùm ad Pontificium delegauit. His etenim inter eundum sermo de cælestibus exoritur, animusque ad superna pariter suspenditur: cùm ecce B. Poppo cursu antè prærepto; Eia, inquit, iam nunc te præeo; aliud videlicet agens, aliud verò prophetiæ spiritu super obitu suo iam imminente significare volens.

a *S. Poppo fit Abbas S. Vedastiæ*
b
c
d e *deducitur ab Episcopo Leodiensi,*
f
cuius obitum, & suum prædicit:

50 Susceptis interim à præfato Antistite his quibus se tunc ad tempus opus habere videbat, Atrebatum vsque, vt prælibauimus, deueniebat. Vbi pari omnium affectu egregiè susceptus meruit, vtpote cuius sanctitas olim ipsis delatis experimento fuit. Singulis proinde res pro dilectione ipsius agitur: & quod cuique vsque ad tunc suum fuit, coram ipso ponitur, vt verè Apostolica inter eos tempora haberentur; dum res quæque ab illis quibus cor vnum & anima vna erat, ante pedes Apostolorum ponebantur. His itaque magis prodesse quàm præesse cœpit, & administrandis cùm vtili & honesto eorum rebus Emmelinum virum prudentem præfecit, qui præfati Antistitis Wazonis carne germanus, sanctique viri cooperator, &, vt vulgò dicitur, dextera manus fuit.

res cœnobij ordinat,
Emmelino adiutore:
Act. 4. 32.

51 His ita se habentibus, ad beati viri de hac vitâ exitum stylum vertamus. Præsciens itaque B. Poppo discessus sui ex hac carne horam se propè respicere, iter quod Stabulaus spectat, perrexit intendere; vt locus ille, qui se arctiùs sub monastica habuisset institutione, sibi in suâ non deesset depositione. Discedens verò inde, caritatis vestigia suis reliquit, singulisque per tricenos dies singulos dari *g* biberes præcepit. Quod quidem caritatis edictum per totidem dies penes eos inoleuit. Precibus itaque admissis licentiam Marchisi super hoc inuenit, sicque reuersionis suæ viam ingredi cœpit.

discessurus liberalis est in Fratres
g

52 Præfatus tamen Marchisus *h* Martianas cœnobium tutelæ ipsius delegauit, & vt in ipso regressionis suæ articulo singula illic accuraret, mandauit. Quod quidem onus magis inuitus, quàm spontaneus subiit, locumque illum tam visitatum quàm accuratum adiit. Vbi honestate & seueritate egregiè distincta monachorum illic accurrit processio: quæ indicio videntibus fuit, quanta sanctitatis eius in illis extitit dilectio. Cœpit interea cunctis singula, quæ vsui forent, prouidere; & vt Euangelicus ille dispensator, necessaria sine typho præbere. Sed quia multimoda rerum occasio aliò eum trahebat, nec se solum ad omnia sufficere videbat, in administrandis his Balduinum, Atrebatensium posteà Abbatem, secundum sibi promouit.

h *Marcianis Balduinum præfecit:*
Luc. 12. 42.

54 Et iam vltimo exitus sui tempore imminente, ipsoque in cellâ paullulùm sopori indulgente, somnia phantasticis, imò diabolicis, imaginata illusionibus se prætendunt, dæmonemque quasi propè adstantem sibi ostendunt, qui minas viro Dei intentans, illo de loco

diabolus eum in somnis conatur terrere.

eum

eum citiùs migraturum adiecit. Cui vir Dei, Deus, inquit, cuius nutu huius loci in me proceſſit adminiſtratio, & quando vult & quomodò vult, me hinc per eum reſpiciet diſceſſio. Et mox dæmon, impetu dato, ipſum niſus eſt appetere, grauemque per viſum moleſtiam iniicere. Vnde & phantaſticâ illuſione conſtrictus, verſum illum ex centeſimo viceſimo tertio pſalmo ſubinferendo exclamauit: Adiutorium noſtrum in nomine Domini: eoque clamoris ſono tam ipſe, quàm qui coram ſe obdormierant, expergefacti euigilant; lucernamque, quæ ante illum eo quidem noctis tempore lucere ſolebat, vir Dei extinctam conſpexit; hocque inimicum effeciſſe, euidenti præteritæ viſionis indicio intellexit.

Pſ.123.8.

54 Nec mirum eſſe debet, hæc in virum Dei per ſomnia dæmonem valuiſſe, quem nec per ſomnia aut ænigmata, ſed facie ad faciem ipſum verum Deum verumque hominem ſcimus tentando petiiſſe, tum de loco ad locum pro nequitiæ ſuæ voto duxiſſe. Ipſe eſt etenim, qui humani generis calcaneo inſidias fingit; & cùm Sanctis importuna ſuæ malitiæ bella intendit, nunc his viſibilem quodammodò ſe præferens, nunc illis phantaſtico ſomniorum horrore ſe ingerens. De quo etiam ſomniorum genere illud ſcriptum legimus: Multos errare fecerunt ſomnia; & exciderunt ſperantes in illis. Et licet paullulùm à propoſito degredimur, tamen id quod propoſitæ rei occaſione ingeſtum eſt loquimur. Sciendumque eſt, ſecundùm pleroſque ſex, & ſecundùm alios quinque ſomniorum modos tantùm inueniri. Et ſex quidem, vt in diuinis paginis legimus, non abs re hîc interſerimus, quæ ventris plenitudine, inanitate, illuſione, cogitatione ſimul & illuſione, reuelatione, cogitatione ſimul & reuelatione eueniunt. Sed duo, quæ prima poſuimus, experimento noſcuntur; reliqua verò quatuor, atteſtante B. Gregorio, in diuinæ ſcripturæ paginis inueniuntur. Et quidem beatum hunc virum Dei Popponem illuſione conſtat tentatum, quem tamen ab eius læſione pro ſanctitate ſui Deo illi opitulante, verè conſeruatum credimus. Qui verò præfatorum diſtinctiones ſomniorum in quinque tantùm modos noſſe deſiderant, Macrobium in ſomnium Scipionis legant, nihil diuerſum inter vtroſque reperturi, ſi intimè eorum ſignificatio inſpiciatur.

Eccli.34. 7.

Varia ſomniorũ genera.

Dial. 4. c. 48.

Macrob. l.1.c.3.

a *Is Luduini, de quo ſuprà actum, ſucceſſor fuit.*

b *Hic* Barbati, *de quo antè, filius,* Pius *dictus, &* Inſulenſis, *ob merita in eam vrbem. Hunc à viris religioſis & Principibus rogatum ſcribit auctor miraculorum S. Rictrudis, vt Popponi eam Vedaſtini cœnobij præfecturam deferret.*

c *Opem nempe ferebat Balduinus Godefrido Gothelonis Magni Lotharingiæ Ducis filio, contra Henricum Cæſarem.*

d *Surius* Nannete. *ſunt quidem* Nannetes, *ſiue* Namnetes, *in Armoricis: ſed quid iſthic noſtro ſeni negotij tunc erat? Nihil: nec iſthic fuit. Sed* Namurcum *celebrem Belgij vrbem ad Moſam flumen hîc intellige. Ea Gallis* Namur, *Teutonibus* Naemen, *ſiue* Namen, *hîc* Naumene, *dicitur.*

e *Hic* Nithardi, *de quo ſuprà, ſucceſſor, vir magnus.*

f *Cùm Decanus eſſet, concitatâ in eum ruſticanâ turbâ à Ioanne Præpoſito, cuius ſuperbiam atque iniuſtitiam ſcriptâ epiſtolâ arguerat, cedere tantiſper vrbe coactus eſt, vt Anſelmus Leodien. Canonicus narrat cap. 86. & 87.*

g *Id eſt,* ſcyphos vini. *Sic in regulâ S. Benedicti cap. 35.* Septimanarij autem *(qui in coquinæ officio Fratribus hebdomadatim ſeruiunt)* ante vnam horam refectionis accipiant ſuper ſtatutam annonam ſingulos biberes & panem: vt horâ refectionis ſine murmuratione & graui labore ſeruiant Fratribus ſuis.

h *Situm eſt nobile hoc cœnobium ad Scarpam flumen ſupra oppidum & cœnobium S. Amandi, dicturq;* Martianas, Marcianas, *apud Baldricum* Marcenias, *alii* Marcennas, Marcenas. *Anonymus Auctor miraculorum S. Rictrudis quæ dabimus XII. Maij narrat S. Popponis ad iſtud monaſterium aduentũ, aitq;* ei fuiſſe grande nomen, & gratiam apud Deum & homines non imparem ..... & ſub ipſo multa monaſteria irreprehenſibiliter procurata ..... *ipſum,* pro ſapientiâ & ſanctitate, omnibus qui nouerant eum in admirationem habitum.

Marciana.

CAPVT. XIV.

AVCTORE EVERHELMO, EX MSS.

Obitus. virtutes. ſepultura.

55 SEd his occaſione, vt diximus, rei propoſitæ interſertis, reliquum de beato viro his commendetur in ſcriptis, quem Deus à negotio perambulante in tenebris & ab incurſu dæmoniaco defenſionibus protegebat aſſiduis. Signo interea crucis ſibi facto, ſeruitutiſque diuinæ penſo, quo reliquum noctis impendebat, peracto, validâ [a] febrium ægritudine incepit fatigari, atque inexhauſtis doloribus iam ad vltima vitæ perurgeri. Vnde & Dominum Euerhelmum Altimontenſem Abbatem, qui ſecutus eum illuc vſque fuerat, ceteris vnà cum Fratribus euocans, reſolutionis ſuę diem imminere prędixit. Deinde ad viſitationem, vnctionemque ſui præfatum Abbatem nihilominùs admonuit. Adiecit inſuper eidem, ad priſtinum profeſſionis ſuæ locum Stabulaus, ſe poſt mortem ab eo deferendum, corpuſque ſuum à læſione ferri alienum, illò vtique dormitionis ſuæ locum obtenturum: ſingulas etiam diuertendi manſiones ſibi mortuo præuidens, quas ſi aduiueret, ipſe vtique ad ſimile hoſpitandi opus eſſet electurus.

S. Poppo ægrotat a

petit extremam vnctionẽ:

vult ſepeliri Stabulaus:

56 Expletis deinde pro ſe omnibus, cilicium, quod ſibi ſterni fecit, nudis pedibus adiit, terramque tam corpore quàm pectore prono deoſculans, ſe ſupinum collocauit: tum reſponſorium ſe circumſtantibus iniungendo, hoc dumtaxat modo inchoauit: Subuenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini; quod quidem iniunctum circumſtantium caterua Fratrum excepit, atque in finem vſque cum ſubiunctâ etiam Litaniâ perfecit. Poſt cuius expletionem ipſe mirum in modum ad ſe rediens, rurſum reſedit, initiumque loquendi ita inſuper dedit: Noueritis certè, Fratres, quædam in agendis per me rebus reſtare, Deumque loquendi adhuc vobis ſpatium mihi præſtare. Nec abs re hæc ad ſe rediens dixit, quia quæ oportuerant fieri, minuſque adhuc impleuerat, dicendo & agendo poſtmodùm effectui mancipauit. Et primùm de erogandis, quæ ſibi eatenùs fuerant, rebus conſultum admiſit: ex quibus quaſdam Eccleſiis Dei in augmentum miſit, quaſdam verò amicis pauperibuſque Chriſti in monimentum ſui diſperſit: itaque omnem inimico auaritiæ ſuſpicionem ipſe deterſit, illud Apoſtolicum recolens: Nihil in mundum hunc intulimus, ſed nec auferre quid poſſumus. Theodoricum intereà, quem ipſe olim, vt præfati ſumus, in omni doctrinâ nutrierat, adire ſuos quantocyùs iubebat, vt Imperialem præſentiam pro ipſo ſuis ex verbis feſtinarent compellare, atque in regendo S. Maximini cœnobio paſtoralem curam ſubire. Cui cùm adſtãtes dicerent: Quid ſuper Stabulaus decernitis agendum? Nihil, inquit, aliud mihi vobis ſuper hoc dicendũ, quàm quòd ſoli Deo illud velim eſſe commendatum. Hoc, vt dixi, ſoli certè Deo committo, nec alium, quàm ipſe prouiderit rectorem admitto.

in cilicio humi recubat:

de omnibus ſuis rebus diſponit:

1. Timot. 6. 7.

57 Sacerdotali demũ auctoritate & ſtolâ criminũ veniam Fratribus impendit, orationiſque verba extenſis manibus hunc in modum deprompſit: Da Deus immẽſe, ineffabilis, & magne, vt ſi verè conuerſus ſum, hoc eiuſmodi indicium habeam, quatenùs ſcilicet in S. Pauli conuerſione, quæ hac quidem nocte inſtat, è carne tranſeam; quod vt fieret, ſemper optaui, ſemper te Deum rogaui. Et hæc dicens, ſe cilicio recolligi præcepit, vltimumque loquendi finem dedit. Cùm ecce mediæ noctis articulo mirum in modum manus leuauit, atque extremum eo, quo poſcebat, tempore matutinali expleto officio, ſpiritum effiauit. Conclamatum ſubitò eſt à circumſtantibus: Ecce ô B. Poppo, hæc hora ſanctitatis tuæ indicio eſt omnibus. Ecce quantum bonitatis tuæ gratia meruit, in ſapientiâ ſuâ Deus mundo innotuit. Nec facile erat quemquam ſibi à lacrymis tunc temperare, cùm tam feliciter ad eum, cui ſemper viuebat, meruit migrare

deſiderat mori die S. Pauli:

moritur.

AVCTORE EVERHELMO, EX MSS.

migrare: feliciter, inquam, migrauit, qui felicibus ſemper auſpiciis virtutes in ſe augmentauit. Quod quidem ne quaſi negligentiâ præterire videamur, in argumentum tam egregij exitus eius dicere, prout vires ſuppetunt, aggrediamur.

58 Erat enim ei compunctio cordis ex infuſione ſancti Spiritus affluens, cuius etiam primo conuerſionis ſuæ tempore intantùm erat appetens, vt cùm quoſdam Fratrum in lacrymas exinde excitari videret, ſeque ſimilia non poſſe doleret, ſumpto lapide, pectus eo contunderet, vt hoc fortè modo vel modica compunctionis ſtilla ſibi flueret. Cuius deſiderij ſui compos non poſt modicum effectus, tantam compunctionis à Deo gratiã eſt adeptus, vt eo quo ſæpè genu centies flexo die & nocte orationi incumbebat, omne lacrymis inundare pauimentum dederit. In celebratione proinde Miſſarum *b* caſubulam, quâ induebatur, lacrymis humectabat, interque prandendum magis lectione quàm comeſtione paſci amabat: & verè pro lacrymis, quas inde fundere ſolebat, cum Pſalmiſtâ dicere habebat: Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.

Eius pietas,

b

Pſal. 41. 4.

59 Quid verò ſuper corporis ſui dicam afflictione, ſuperque carnis interitu & contritione? Quam intantùm ieiuniis flagelliſque atterebat, vt quicquid vitioſum ſua caro aduersùs ſpiritum concupiſceret, ipſe flagellis propriâ ſibi manu clàm illatis, extergeret, & pro hoc in ſe ipſum vindicta per ſe ipſum procederet. Balnearum verò vſus illi rarus fuit in infirmitate, quâ aſſiduè laborabat: numquàm verò ante infirmitatem, poſtque conuerſionem ſibi admittebat: tum etiam à ſaginatis cibariis omnimodis abſtinebat. Nec ſolùm ad carnis maceration em huiuſmodi abſtinentia illi ſufficere viſa eſt; ſed inſuper ad crucifigendum ſe mundo, peregrinationis ſibi cruces adiecit; ſæpè limina adiens Apoſtolorum, ſæpè etiam, atque vt ita dicam vſitatiùs, excubias ceterorum frequentans Sanctorum.

pœnitentia,

peregrinationes,

60 Nec dici poteſt quantâ omne ſui iudicium diſcretione temperauerit, quantùm iuſtâ illud miſeratione honeſtauerit. Et reuerà cum B. Iob oculus cæco, & pes claudo extiterat, eauſſamque pupilli & pauperis, vt ſuam, imò magis, accurauerat: atque excepto quòd quotidianis eos alebat ſumptibus, trecentos *c* ſingulis Calendis Chriſti pauperes plenè reficiebat. Deſtinabat etiam plura tam auri quàm argenti donaria eremiticam ſolitariamque vitam ducentibus, quamplurimiſque à regimine deiectis conſulendo rectoribus, ſuis opibus & eos releuauit, & ad priſtinum regiminis locum reuocauit. Et vt omnes probitatis eius virtutes compendio referantur, & ex relatione antiquorum fidem legentibus concedant, erat fide firmus, ſpe longanimis, caritate non fictus, compaſſione ſingulis proximus, & ad omne opus bonum mente & vultu ſemper promptiſſimus: arguebatque ſubiectos clementer, tolerabat patienter: & ſi quem pro quouis crimine vellet corripere, in ſe priùs deſcendens hoc velut ſuum plangebat, ſecundùm illud Apoſtoli: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris. Et vt vigiliarum orationumque eius prætereatur inſtantia, (libet enim præterire communia) in carne verè Angelus vixit, dum ſemper in cæleſtibus, vbi Angeli faciem vident Patris, animum fixit. Et pro hoc cuique fidelium miracula, & quæ diximus, & quę dicenda ſunt, ad fidem faciendam ſufficiant, proque ſanctitate ipſius, totius diffidentiæ caligine excluſâ, ſatisfaciant. Obiit ſanè octauo Calendas Februarij, anno incarnati verbi *d* milleſimo quadrageſimo octauo, indictione primâ, ætatis ſuæ anno ſeptuageſimo, imperij verò Henrici ſecundi anno decimo.

moderatio,

liberalitas in pauperes,

c

alia virtutes,

Iob 29. 15.

Gal. 6. 1.

Matth. 18. 10.

Quando obierit.

d

61 Sacerdotalibus intereà infulis, vt ſacris adſtare altaribus ſolebat, veſtitur: vbi ex ſacro corpore eius gratiſſimæ ſuauitatis fragrãtia ſentitur, quæ olim ſibi viuenti in virtutibus ampliùs fragrârat, & núc in carne ipſius redolere non ceſſat. Albâ etiam caſuculâ ſanctũ illud corpus Fratres curabãt veſtire, cuius anima feliciùs in cæleſtibus inter amictos ſtolis albis primâ meruit ſtolam inuenire.

Odor ſuauis è defuncti corpore:

62 Oratorio deinde exponitur: nox illa cum precibus vſque iam in crepuſculum lucis pro eo tranſigitur: cùm ecce apparatis his, quæ ad transferendum eum prouiderant, clàm è patriæ ipſius limine exierunt. Et in eiſdem certè hoſpitandi locis manendo, quæ ab illo uente didicerant, Leodium vſque deuenerunt, præmiſſoque nuntio beati viri aduentum Wazoni, eiuſdem ciuitatis Antiſtiti, intimauerunt. At ille viuum eum tunc venturum gaudendo primùm æſtimauit; ſed cùm ei, vt ſe res de morte eius habuit, nuntius perorauit, clamoribus & lamentis inconſolabiliter ſe vrgere, & quòd dilectionis ſuæ talem amiſerit compotem, incredibiliter cœpit dolere. Poſtquàm verò lamenta, non dolor, aliquantulùm conquieuêre, eiuſmodi fama, quæ omne Leodium iam impleuit, auctoritate etiam Pontificali hoc vniuerſis eiuſdem ciuitatis cœnobiis edictum dedit, vt cum crucibus, lampadibus, atque thymiamateriis illud ſacrum corpus exciperetur, & eâ quæ talem Dei deceret ſeruum, honorificentiâ proſequeretur. Quod quidem, permixtis ſibi cunctis, cum deuotione ſimul & dolore contigit fieri: nec fuit quem compunctio cordis pro huiuſcemodi rebus intrinſecus non tetigerit. Et nos quidem, qui de eo hæc ſcribimus ipſi ſimiliter toti in funere ſumus: quantò magis hi, qui eius tunc exequiis interfuerunt, dolorem pro amiſſione tanti taliſque viri habuerunt? Sed ſi ideò eſt dolendum, quòd eum, quem carum habuimus, amiſimus; multò magis certè gaudendum, quòd in cæleſti eum manſione interceſſorem pro nobis præmiſimus. Pauperibus præterea Chriſti memoratus Antiſtes pro ſancto viro eleemoſynarum ſtipem dedit: & ad Stabulaus vſque cũ ceteris exequias illas venerabiles proſequendo detulit. Nec difficultas itineris aut temporis incedentes vel modicè defatigauit, preſertim cùm brumalis rigor omnem ſuperficiem terræ tunc occuparet; Dei proculdubio virtute ibidem operante, ſeruique ſui tranſlationi inuiſibiliter fauente.

transfertur Stabuletum:

honorificè excipitur Leodij:

63 Tandem ad Stabulaus, vt diximus, peruenitur, omniſque loci illius tam laicorum quàm monachorum turba doloribus eiulatibuſque ambitur, ita vt pſallentium voces eiulantium quidem clamor exuperaret, & in paruulis etiam gemitum affectus prouocaret. Sepultura mox poſt Miſſarum ſolemnia illi in medio cryptæ, vbi ipſe viuus elegerat, aperitur, atque ibidem id officij, non ſine Angelicâ præſentiâ, peragitur. Nam memorato Antiſtiti, cui facile ſuis pro meritis hoc cernere fuit, viſio Angelica inter exequias illas apparuit; qui adſtantem ſibi miniſtrum, vtrùm idem videret ſæpius repetens conſuluit. Sed quod ille pro meritis, vt præfati ſumus, videre meruit, non noſtrum iudicare eſt, cur nemo id videre potuit: niſi fortè quòd nulli circumſtantium ad præfatam viſionem ſanctitas ſui ſuffecerit, vel quòd nemini, excepto ipſi Præſuli, reuelare Dei gratia voluerit. Et iam ſol ſextum circa inſepulti corporis fu- *diu ſuauem odorem exſpirat.* nus diem perfecit, nec tamen priſtina in illo fragrantia defecit: vt certè eiuſmodi teſtes ſunt qui adfuêre, quòd velut pulueris pigmentarij ſuauitatem in ipſo ſenſêre. Quaſdam verò litteras exhortatorias, à venerando Abbate Richardo olim de caritate ſibi conſcriptas, vnà cum calice pectori eius ſuperpoſuêre: quarum etiam litterarum exemplar in eodem monaſterio poſteris reliquêre, vt in eo amborum conſenſus & dilectio experiretur, quidque caritatis gratia valeat à legentibus ibi inueniretur. Hæc nos quidem de obitu tranſlationeque beati viri dixiſſe ſufficiat, de cuius virtutibus & miraculis fides legentibus non deficiat, præſertim cùm ex teſtibus, qui ea oculatâ didicerunt fide adſtipulentur, firmiuſque his in ſcriptis corroborentur.

ſepelitur Stabuleti.

conſpectus ad funus Angelus ab Epiſcopo:

a *Citatus ſcriptor Martianenſis:* Statim febre correptus lecto decubuit, & infra menſem, quo Marchianas venerat, ſortem expleuit conditionis humanæ. Pro cuius morte tota Flandria & aliæ multæ prouinciæ turbatæ ſunt, quia ſani conſilij virum & pacis

pacis reformatorem amiſerant.

b *Ita MSS. & Surius, qui* caſulam *interpretatur. infrà num. 6. habent MSS.* caſuculam, *Sur.* caſubulam.

c *MS. Pad.* quoque alendos.

d *Inchoato iam nempe à Kal. Ianu. ſicq; ſex vltimi menſes anni* 1039. *pro integro anno ſumuntur. Non debere autem hic more Gallico annum ſequentem accipi, patet ex I. indictione.*

CAPVT XV.

Varia poſt mortem miracula.

Miraculorũ gratiam numquàm petiit.

64 CEterùm cur ad ſepulchrum eius miracula crebriùs non fiant, nemo miretur, nec propter hoc ea, quæ verè de eo diximus, cauſſetur, cùm ipſe adhuc in carne viuus, pleriſque Fratrum audientibus, atteſtatus fuerit, quòd numquàm delectatus ſit mirabilia facere, nec vnquam hanc gratiam ſibi dari à Deo expetere præſumpſerit. Et quamquàm pro humilitate fauorem erga ſe populi in vitâ timuit, non tamen miraculorum gratiâ mortuus caruit: quia poſt mortem nequibat latere, quem ante mortem ad hoc Deus inſpirauit, vt vellet latere. Pauca tamen è pluribus hîc inferam, gloriamque Dei in Sancto ſuo, non ſine legentium admiratione, referam.

Quidam ad iudicium raptus, ſibi redditur,

65 Herimannus eiuſdem monaſterij monachus ſimul & portarius, tribus ferme poſt beati viri depoſitionem menſibus emenſis, infirmitate correptus, ad vltima vitæ ſuæ peruenit; loquẽdique finem in agone ſuſpenſus dedit, ita vt nec reſpirare vllo modo videretur; nihilque aliud in eo, quàm ipſa mors æſtimaretur. Qui miro quodam modo poſt duarum ferè horarum ſpatium ad ſe rediit, & quòd ad iudicium raptus fuerit, Fratribus ſibi adſtantibus retulit, ſinguliſque criminum ſuorum maculis in confeſſione deterſis, pro vno tantùm conuentus fuerit, quòd erga B. Popponis ſtatuta admiſerit. Aiebat namque: Noueritis me de ſingulis actuum meorum criminibus confeſſionem feciſſe, vnum tantùm obliuioni reliquiſſe, quia agrum paſcualem, quem B. Poppo cuidam crediderat, hunc mea olim auferre ſuperbia præſumpſerat. Pro quo & ego ad iudicium raptus, temeritatiſque erga virum Dei ſum exactus, tandemque eiuſdem ſancti viri interceſſione huc remeare, crimenque huiuſcemodi tam precibus veſtris quàm confeſſione permiſſus ſum expiare. Fratribus verò multa ſuper præfato viro Dei rogantibus, id de ipſo adiecit omnibus, ſe eum honeſtate & reuerentiâ commendabilem inter cæleſtis aulæ primates vidiſſe; ibique interceſſione ipſius redeundi occaſionem accepiſſe, eumque rurſus videndi ſpem ſibi de reliquo accreuiſſe, ſi tamen preces ipſorum pro ſe ad Deum præmitterentur, atque ita contra ipſius ſtatutum temerè à ſe commiſſa expurgarentur. Proinde adiecit, neminem in virum Dei impunè quid poſſe admittere; atque in huiuſmodi argumentum rem in ſe clareſcere. Mox pro eo Fratres orationi inſtabant, quodque contra viri Dei ſtatutum deliquerat, precibus expiabant: cùm ecce ſine morâ vltimum efflauit ſpiritum, vt profectò intelligi daretur, ipſum ideò in carne accepiſſe redeundi facultatem, vt quod in virum Dei deliquerat, hîc à ſe detergeretur, verumque de eo, quod dixerat, iudicium relinqueretur. Lætare ergo Stabulenſium Eccleſia; lætare, inquam, ex tanti viri præſentiâ: quia vt Turonica ciuitas in Martino ſuo ſuper mirabilibus gloriatur; ita etiam in Poppone tuo ſtatus tui magnificatur; dum & ille mortuum viuus ſuſcitauit, & iſte monachum ad iudicium extra ſe raptum mortuus ad vitam reuocauit. Magnum quidem eſt, mortuum ſuſcitare; magnum etiam eſt, hominem ad iudicium raptum, ad ſe reuocare: cùm neutrum niſi à Sanctis fieri valeat, qui præſentiâ Dei mirificè perfruuntur. Et verè in hoc patet, B. Popponem poſt mortem etiam viuere, curamque ſuorum apud Deum ſemper gerere.

vt inobedientiam confiteatur & expiet,

intercedẽte pro eo S. Poppone, in gloriá compecto:

S. Poppo ſimilis S. Martino.

Gozo puer morti proximus, terretur à dæmonibus:

66 Alio quoque tempore puer quidam Gozo, idemque monachus viri Dei, ſcholari adhuc diſciplinæ ſub-

iectus, validâ corporis infirmitate cõcreptus eſt. Qui ſe mox viſitari petiit, & oleo inungi, pſalmiſque & precibus Deo commendari. Quod cùm ageretur, illique à Fratribus in prece & infirmitatis eius viſitatione adſtaretur, exclamauit ſubitò, dæmonum phalangem, Æneæ & Turni aliorumque ex Virgilio virorum vultus imitari, ſeque ab eis, qui ſibi in diſcendo plurimùm vſui fuerant, vſque ad animam infeſtari. Fratribus verò, vt ſibi Crucis ſignum prætenderet, hortantibus, ſeque non poſſe, illo reſpondente; mox Dominum Abbatem Popponem adeſſe exclamat, eumque Fratribus ignorantibus quem ſignificaſſet, inclinato capite ſalutat. Quem cùm adſtantium Fratrum caterua quid videret inquireret, aut quemnam ſalutaret; Num, inquit, Dominum Abbatem Popponem in medio veſtri non cernitis, & ad eius præſentiam omnem dæmonum phalangem effugiſſe non conſpicitis? Adiecit proinde, ſe eorum manibus, præfato ſuccurrente Abbate, ereptum, ſecuritatiſque remedia de eis vltrà adeptum. Quo iſta perſequente, doloreque ſimul cum tremore in ipſo conquieſcente, ſpiritum vltimum exhalauit, & tam verum quàm manifeſtum eorum quæ dixerat indicium oſtentauit: ita vt cum B. Poppone verè inde migraſſe crederetur, & in eo erga omnes Fratres beati viri ſimilis ſollicitudo intelligeretur. Cuius quidem pueri corpus à coætaneis ſibi ſociis fauore pariter & dolore circumdatum, & ante ſcholas, licet quibuſdam inuitis, eſt ſepultum: pro quo etiam gemitus ipſorum tantò fuit intolerabilior, quantò ad eum affectus omnium in vitâ ipſius extiterat amabilior.

iuuatur à S. Poppone,

& placidè moritur.

CAPVT XVI.

Alia miracula. Auctoris epilogus.

Quidam petit cum S. Poppone mori & impetrat. Exod. 31.

67 EOdem tempore extitit quidam magiſter carpentariorum, Thietmarus nomine, qui à viro Dei Poppone valdè carus habebatur propter peritiam artis ſuæ; nam illi Deus inſpirauerat, quemadmodùm Beſeleel, opus perficere in domo Domini ſecundùm voluntatem viri Dei. Monſtratur id videntibus præſentis baſilicæ ſtructurâ admirabili. Hic ſynaxi veſpertinali expletâ, venit ad quoſdam Fratres in clauſtro cum non paruâ, vt proſequemur, triſtitiâ: & ecce præſens ſedebat nepos ſancti viri Euerhelmus Altimontenſis Abbas: qui percunctari cœpit, cuid cauſſæ haberet. Reſpondit ſe priuatum eſſe beneficio, quod ſibi iure perpetuo conceſſerat homo Dei Poppo. Et ille, Non eſt, inquit, mortuus Dominus tuus Poppo, ſed verè viuit: perge quantocyùs ad ipſum, & narra ei ſi quid habes. Credidit homo ſermoni quem audiuit: & præpeti curſu ad ſepulcrum viri Dei peruenit, ibique amariſſimè quæ ſequuntur clamitando, ſuper corpus ſanctum ſe proſtrauit: Heu me, inquit, Pater & Domine, vt quid me diutius finis viuere in conualle plorationis? Conteſtor te per omnipotentem, cui in hac vitâ fideliter ſeruiſti, ne me permittas in hac miſerabili vitâ octo diebus viuere. Vt ergo ſe exauditum credidit, ſurrexit: domum rediit: in lectum ſe proiecit: viaticum petiit, & accepit, & ſicut à ſancto viro petierat, ante octauum diem de hac luce ſubtractus eſt.

Miracula ad S. Popponis ſepulchrum.

68 Præterea plurima ſanitatum beneficia per eum Dominus operatur. Febricitantes, dæmoniaci, aliique languidi ad ſepulchrum eius, Deo cooperante, curantur. Vnum tamen præclarum, quod omnibus penè notum eſt, in medium proferam, vt ex hoc fides credẽtium incaleſcat. Æger quidam diu vexatus hydropico morbo, adductus eſt ab occidentali plagâ, & in baſilicâ ſancti & Apoſtolici viri Remacli, mirabilium factoris, & in præſentiâ corporis eius eſt collocatus. Qui per ſeptimanam ibidem diu cupitam ſalutem præſtolans, tandem feſſus ſopore deprimitur. Et ecce videt ſibi ſanctiſſimum ac Deo dilectum Remaclum adſtare, nimio ſplendore radiantem, & hæc ſibi dicentem: Surge & ad ſepulchrum Abbatis

Hydropicus à S. Remaclo mirabiliter ſanatur.

AVCTORE EVERHELMO, EX MSS.

Abbatis Popponis, quod eſt in hac cryptâ, propera: per eum enim tibi ſalus proueniet. Expergefactus igitur æger, ſurrexit, & vtcumque potuit, illuc peruenit, ſeque toto corpore ſuper illius proſternens mauſoleum, deuotiſſimè implorabat eius interuentu Dei adiutorium: cùm ſubitò virus omne, quod per membra ac vitalia diffundebatur, conglomeratum, vt quondam attactu S. Martini, imò Deo ſeruum ſuum glorificante, quàm grandiſque meriti apud ſe fuerit oſtendente, more torrentis magno vomitu per gutturis meatum inundauit repentè. Statimq; homo incolumis ſurrexit, qui penè deſperatus aduenerat: & gratias agens Deo in ſanctis ſuis Confeſſoribus, lætus ad propria repedauit. Quis non ſtupeat euentu huius inuſitati miraculi, mandans illud ſtylo memoriæque in profectum poſteritatis, vt magnificetur Dominus, qui illum dignatus eſt per ſeruum ſuum curare?

69 Idem præfatus athleta Dei, dum in terris hominem geſſit, nimio ſudore Chriſto ſanctiſſimoque eius Præſuli Remaclo ſeruiuit: vnde & ciuis eſſe Sanctorum domeſticusque Dei hoc facto declarari meruit. O felix Stabulaus, tanti Pontificis Remacli membra continens, cui ad tutelã loci ipſius adiunctus eſt famulus Dei Poppo, ſcutum inexpugnabile contra omnes inſidiantes inimicos. Non enim accidentale nomen tibi, ſed eſſentiale adhæſit tibi Stabilis laus, abiecto vulgari illo, ab ignorantiâ profecto, Stabolaus: quia tibi ſtabilis laus perpetuò non extinguetur, ſicut luminaria cereorum brumali tempore flantibus ventis ſub diuo non quibant extingui, quando ſuſceptum eſt corpus B. Popponis à Fratribus præfati loci.

Cerei ſub dio non extinguuntur, flante vento, ad funus S. Popponis.

70 Ego igitur Euerhelmus, Altimontenſis Abbas, hunc libellum poſitus in cœnobio [a] Blandinienſi, ſcribendo ſummatim perſtrinxi; non vt omnia, quæ de beato viro dicenda erant videlicet comprehenderem. Quem dum deferre ad locum memoratũ diſpoſuiſſem, ſocios itineris mei aſſumpſi in hoc tomello, Onulfum monachũ, qui in præfatiunculâ huius libelli ſcriptus eſt, & Odulfum Capellanũ Comitis [b] Lamberti. Qui cùm in viâ de vitâ & ſpe futurorum ſedulò colloqueremur, frequenter etiam hunc libellum Odulfus reuoluebat mecum, beatum beatificans virum, qui ſic præſentis ſeculi euaſiſſet naufragium. Quid plura? Tandem peruenimus Leodium: vbi tunc temporis S. Lamberti Martyris recolebatur martyrium. Poſt Miſſarum ſolemnia inde digredientes, vt ad viri Dei properaremus tumulum, Onulfus, Odulfi conſilio deceptus, recuſat cœptum iter peragere mecum, neſcio quid de viri ſancti meritis proferens ad alterum. Aiunt ergo ambo: Iter perage tuum: nos verò in S. Trudonis [c] cœnobio tuum præſtolabimur reditum. Ad hæc ego, eorum fidem infirmam conſiderans, aio, eos pœnitere in proximum. Et inde progreſſus, ad beati viri tumulum peruenio, vnius tantùm contentus conſortio pueri. Extrahens ergo libellum, de eius geſtis editum, non ſine contritione cordis ſuper ſepulturam piiſſimi Patris depoſui. In craſtinum verò ad comites mei itineris rediens, eos triſtes mœſtoſque nimiùm reperi. Nam alter percuſſi equi ſui damno grauiter dolebat: Odulfus autem luridâ peſte mulctatus grauiùs gemebat. Quem cùm intuerer, primò exorſus ille, Heu me, ait Domine, cur tecum cœptum iter diſtuli peragere? Ecce nunc morbo dyſenteriæ, imò diuinâ percuſſus virtute pereo. Quem blandè leniterque conſolans, hortatus ſum monaſticum ſuſcipere habitum. Poſt hæc abij: & ille non longè pòſt obiit, exemplum ſuæ præuaricationis relinquens poſteris ne præſumant detrahere virtutibus viri Dei Popponis.

Detrahentes meritis S. Popponis puniuntur.

[a] *Ener helmus Gandaui hanc vitam ſcribit: de celebri S. Petri in vrbe Gandenſi, in monte* Blandinio, *monaſterio, ſæpiùs alibi egimus.*

[b] *Hic videtur eſſe* Baldricus, *qui &* Lambertus Barbatus, *Comes Louanienſis, de quo egimus* 8. *Ianu. ad vitam S. Gudilæ.*

[c] *De hoc nobiliſſimo & antiquiſſimo cœnobio, & oppido agemus ad vitam* S. Trudonis 23. *Nouemb.* *fert Stabulaum.*

DE SANCTO ET THEOPNEVSTO SCRIPTORE

HENRICO SVSONE

ORD. PRÆDICAT. VLMÆ IN GERMANIA.

AN. CHR. MCCCLXV XXV. IANVAR.

1 HEnricus Suſo, vir ſanctiſſimus & planè Apoſtolicus, (*vt eum Surius appellat*) *XXV. Ianuarij anno MCCCLXV. diem clauſit extremum. de quo Molanus in Addit. ad Vſuardum:* Eodem die obiit Henricus Suſo, qui fuit eximiæ ſanctitatis. *Non eſt ille quidem ſolenniter ab Eccleſiâ catalogo Sanctorum adſcriptus, paſſim tamen eum* Beatum *appellant, non modò Abrahamus Bzouius Eccleſiaſticorum Annalium tom. 14. Sed & Antonius Balinghemius noſter in Ephemeride Marianâ, atque ex Prædicatorum ordine complures; Hyacinthus Choquetius Doctor Theologus in libro qui inſcribitur* Mariæ Deiparæ in ordinem Prædicatorum viſcera materna, *cap. 13. Antonius Senenſis in Chronico Prædicat. ad an. 1340. Leander Albertus de viris illuſtr. Ord. Prædicat. lib. 5. Ioannes Michaël Pius de viris illuſt. Ord. Prædicat. lib. 2. cap. 46. Excuſam vidimus eius imaginem cum hac epigraphe:* B. Henricus Suſo, Ord. Præd. Miniſter æternæ Sapientiæ. obiit Vlmæ anno 1365. & ibidem corpus eius integrum repertum anno 1613. *Id tamen, vt aliunde accepimus, terrâ denuò obruêre hæretici. Eum* virum piiſſimum & deuotiſſimum, *appellat* Bellarminus; ſanctitate & miraculis clarum *Poſſeuinus.*

Henrici Suſonis natalis,

titulus Beati,

imago,

corpus,

2 *At ſiue* Beatum *dicere eum oportet, ſiue eo adhuc honoris ſuperhumani titulo, abſtinere; Vita certè illius ita nobis viſa eſt ad inflammandos piorum hominum animos accõmodata, vt nefas eſſe duxerimus eam hîc præterire: præſertim cùm ſit à grauiſſimo ac religioſiſſimo ſcriptore Laurentio Surio tradita litteris, qui quæ ipſemet vir ſanctus de ſe, veluti de alio quopiam, ſcripſerat, aliiq; ab eo audita annotarant, iis ad vitam illam contexendam eſt vſus. Idem, magno & ſancto Abbate Ludouico Bloſio expetente, omnia Suſonis opera è Sueuico idiomate in Latinum vertit, ac publico dedit, nimirùm:* Dialogum Sapientiæ & Miniſtri eius, Conciones, Epiſtolas, Dialogum de veritate cum appendice, Libellum de nouem rupibus, Centum meditationes Dominicæ Paſſionis, Preces horarias de æternâ Sapientiâ, Officium Miſſæ de æternâ Sapientiâ. De *quibus* ſcriptis, *inquit ipſe in epiſtolâ Dedicatoriâ ad Bloſium,* quid ſentiendum ſit, is demum ſtatuere poterit, qui ea non oſcitanter, non perfunctoriè, non ſolâ diſcendi libidine & curioſitate, ſed religioſè & attentè perlegerit. Credo equidem neminem tam ſaxeo eſſe pectore, qui non cæleſtis gratiæ, inexpertâ priùs illuſtratione, ſit nonnihil immutandus, ſi ſe ſedulum horum præbere lectorẽ non recuſauerit. Nam de induſtriâ vbique & in omnibus ſcriptis ſuis id agit, id molitur, vt cæcas hominum mentes ad Creatoris & ſui cognitionem deducat, & ad viſibilium contemptum ac Dei amorem accendat: vt quoad eius fieri poteſt, mundi huius ac rerum labentium, quibus (proh dolor!) mortales penè omnes plus nimio addicti ſunt, vanitatem, inſtabilitatem, fallaciam, perniciem, ob oculos ponat; vt iis cognitis amorem ſuum inde reuocent miſeri, totoſque ſe conferant ad inquirendum, cognoſcendum, amandum, fruendum Deum, qui ſolus poteſt totum hominis explere deſiderium.

quàm eorum lectio vtilis

vita à Surio ſcripta,

3 *De vitâ autem Suſonis ita ibidem pronuntiat Surius,* Omnia *quidem* vitæ eius geſta memorabilia illic annotata non eſſe, ſed pauca dumtaxat è pluribus, vt illi placuit aliis ſecretò ſub alterius nomine aperire. Porrò in Germanico codice, vnde nos eius lucubrationes tranſtulimus,

libri,

tulimus, quædam breuiter incerto auctore commemorantur, quæ in eius longiori vitâ non habentur, quæ hîc paucis inſerere libuit, ne ſi alibi ponerentur, opus ipſum nimis prolixum euaderet. Itaque in baptiſmo nomen Henrici accepit. At vbi in miram excreuit ſanctitatem, *nomen eius, & cognomen;* Deus Henrici vocabulum in Amandum mutauit. Sed humilitatis cauſsâ, quoad vixit, noluit id cuiquam pateſacere: at poſt obitum eius inter reuelationes diuinitus illi præſtitas inuentum eſt, hoc ei nominis pro ſuo eximio in Deum amore ab ipſo Deo impoſitum. Cognomen ex patre vſurpare noluit, licet honeſtâ & inſigni eſſet familiâ oriundus: ſed matris, vtpote ſanctiſſimæ matronæ, retinuit, vt ſimul etiam virtutes illius æmularetur. Vnde factum eſt, vt non Henricus Montenſis ex patre, ſed Henricus Suſo ex matre ſit paſſim appellatus.

4 Vbi autem Conſtantiæ S. Dominici inſtitutum am- *profeſſio,* plexus multùm in pietate profecit, ac deinde Coloniæ Agrippinæ ad id vſque eruditionis prouectus eſt, vt iam *ſtudia,* iamque in ſacræ Theologiæ Doctorem eſſet promouendus, prohibuit eum Spiritus Domini Ieſu, ne eum honoris titulum ſuſciperet, dicens, eum abundè ſatis perſpectum habere, quâ ſe ratione ad Deum conuerteret, atque alios itidem ad Deum concionando pertraheret. Ita ergo concionari exorſus eſt, tanto cum feruore & efficaciâ, vt celebre ex concione nomen referret. Erat autem *conciones,* hæc illi in concionando conſuetudo, vt ſi quippiam notatu dignum dicere conſtituiſſet, quò auditores attentos faceret, his verbis vteretur: Auſcultate obſecro, en Suſo pro ſuo nomine perſonabit. quod in Germanico longè ſignificantiùs dicitur. Eum in modum ex ſuo nomine aliis vtebatur dicendi formulis, quibus populum attentum redderet, qui non poſſunt commodè Latinè exprimi.

5 Scripta quædam ſua multis annis recondita ſeruauit, donec ſuum obiiſſet diem nemini ea exhibiturus, modeſtiæ cauſsâ. Tandem ratio cœpit vrgere eum, vt dum adhuc eſſet in viuis, Superiori ſuo ea offerret perlegenda, quòd facilè poſſet, ſi qua occurrerent dubia, eorum rationem reddere. Et quamuis fortaſſis imperiti quidam, quorum non ſunt magnipendenda iudicia, maligno animo ea carpere ac temerè iudicare vellent, non attentâ piâ animi eius intentione, aut præ ſuâ hebetudine & inſcitiâ in ſeipſis nihil eiuſmodi capere valentes; (euenire namque poterat, vt eo defuncto in tepidorum manus ſcripta eius inciderent, qui ipſi nullam adhibuiſſent operam, quò piis ac eorum auidis communicarentur, in laudem Dei; vel etiam vt rationis lumine deſtitutis, aut animo deprauatis ac malignis primò exhiberentur, qui ex ſuâ inuidentiâ ea ſupprimerent, vt crebrò accidit) ſumptâ fiducia præcipuas quaſdam ac difficillimas è ſuis ſcriptis exeerpſit ſententias, eaſque obtulit legendas Doctori cuidam Theologo mirificè diuinitus illuſtrato, ac præclaris animi dotibus affecto, per Germaniam inſtituti Dominicani primario præfecto, quem Prouincialem vocant, nomine Bartholomæo. Qui eas ſtudioſè perlegit, & modis omnibus approbauit, dicens ſacris litteris eas ad amuſſim conſentire. *ſcripta à Superiore probata,*

6 Deinde volebat eidem Bartholomæo etiam ea quæ minus habebant negotij examinanda tradere: ſed illo interim defuncto, cùm non poſſet voto potiri ſuo admodùm triſtari cœpit, quòd neſciret quid ageret. Eam ob rem ſeriò ſe contulit ad obſecrandum Deo, vt is, quid fieri expediret, indicare dignaretur. Apparuit ergo illi per viſum memoratus ille inſignis Theologus, multâ luce conſpicuus, aitque Deo eſſe pergratum vt piis omnibus ſcripta ſua impartiret. Quod etiam fecit ex animo. Hactenus ex Germanico codice, quæ illic fuſiùs habentur, comprehenſiùs inſeruiſſe ſatis ſit. Nolui enim quicquam prætermittere, quòd eſſet in rem lectoris. *etiam quædam poſt mortem.*

VITA

Auctore Laurentio Surio Carthuſiano.

PRÆFATIO AVCTORIS.

1 DOminus Henricus Suſo vir magnæ ſanctitatis, & multis clarus miraculis, vitam egit penè à puero paucis imitabilẽ. Habuit autem filiam quamdam ſpiritalem, nobilẽ genere, ſed pietate nobiliorem, *Suſonis* quæ ex illo clàm multa erat expiſcata de illius vitâ, eaque *ea à quo* in ſcripta redegit. At vbi id ille reſciuit, iuſſit ſibi reddi, *primùm* eaque partim igni conſumpſit, quæ autem reliqua fuêre *ſcripta.* ſub alieno nomine edidit, ſuiipſius nullam omnino mentionem faciens, ſed Miniſtrum Sapientiæ vbique ſe appellans, vt vanam gloriam declinaret. Itaque in hac eius vitâ permulta inſunt, quibus nihil poſſit eſſe efficacius ad inflammandos hominum quamuis frigidos animos ad amandum Deum. Animales quidam & huic mundo dediti, ſolent faſtidire eiuſmodi, ſed hoc mouere non debet eos, qui cupiunt, non hominibus, ſed Deo placere. Dominus Deus voluit nobis Sanctorum ſuorum exempla ſuppetere, vt qui dictis parum mouemur, ſaltem factis aliorum accendamur. Plus enim mouent facta quàm dicta. Obſecro te pie Lector, ſedulus in hac lectitandâ vitâ verſeris: non enim id abſque grandi tuæ ſalutis lucro feceris. Vale.

CAPVT I.

2 FVit in Germaniâ quidam profeſſione Dominicanus, natione Sueuus, cuius nomen ſit in libro vitæ. *Suſoni patria,* Is vt æternæ Sapientiæ Miniſter & exiſteret & dicere- *profeſſio,* tur, optabat. Contigit autem, vt ſanctæ cuiuſdam ac diuinitus illuſtratæ perſonæ notitiam obtineret, calamitatibus & afflictionibus laborantis. Erat ea ſexus feminei, cupiebatque ex memorato æternæ Sapientiæ Miniſtro audire quippiam de perpeſſione ex propriâ illius experientiâ, vnde animus ſuus afflictus confirmaretur: idque multo egit tempore, quoties ille ad eam acceſſiſſet: occultiſque percunctationibus expiſcata eſt ex eo rationem inchoationis & progreſſionis illius, nonnullaque eius exercitia & perpeſſiones, quæ is illi ſpiritali familiaritate ſecretò aperiebat. Atqui vbi illa hinc conſolatio- *vitæ,* nem ac inſtitutionem adipiſci ſe ſenſit, cuncta redegit in ſcripta, in ſuos ac aliorum vſus: furtim tamen & clanculo, nihil inde illo comperti habente. Poſteà verò dum ſpiritale hoc furtum perſenſit obiurgauit eam, compulitque ipſi reddere quæ ſcripſerat: moxque igni tradidit, quæcumque ab illâ recepit. Cumque illi pars altera oblata fuiſſet, eamque ſimili ratione penitùs abolere vellet, diuinâ reuelatione prohibitus eſt: atque hoc pacto quæ reliqua erant, non ſunt flammis conſumpta, quæ nimirùm magnâ ex parte ſitis ipſa manibus ſcripſerat: quibus tamen poſt eius obitum complures piæ inſtitutiones eius nomine ab æternæ ſapientiæ Miniſtro adiunctæ ſunt.

3 Prima quidem Miniſtri huius ad Deum conuerſio *conuerſio,* vel conuerſionis initia tum cœperunt, cùm annum ageret decimum octauum. Et quamuis annis quinque iam habitum tuliſſet monaſticum, adhuc tamen animo erat impacato ac inſedato. Etſi quidem à grauioribus diuinitus eſſet ſeruatus culpis ac peccatis, quæ illius famam *ſanctioris vita propoſitum.* poſſent lædere, communes ac minores culpas non magni pendebat. Interim nihilominùs ita ſeruabatur à Deo, vt quocumque ſe vertiſſet ad res ſenſibus ipſius plauſibiles ac optatas, non eſſet animo quietus & contentus: videreturque ipſi aliud quippiam ſupereſſe, quod viuido ipſius animo tranquillitatem & pacem eſſet allaturum. Male itaque ipſi erat, dum hac laboraret inquietudine & perturbatione: ſemper intus conſcientiæ ſtimulis pungebatur

AVCTORE LAVR. SVRIO.

gebatur, nec tamen poterat ipſe ſibi ferre ſuppetias, donec piiſſimus Deus quadam conuerſione eum liberauit. Mirabantur cæteri ſubitam illius immutationem, & quidnam illi accidiſſet, dicebantque alius hoc, alius aliud: nec tamen quiſquam rem ipſam attigit; ſiquidem occultus quidam atque luculentus Dei tractus, hanc illius ab omnibus auerſionem & ad Deum conuerſionem ſubitò effecerat.

CAPVT II.

De quibuſdam noui tironis Chriſti certaminibus.

4 CVmque hæc illi gratia diuinitus obtigiſſet, mox quædam in illo certamina extiterunt, quibus malus dæmon ſalutem eius impedire nitebatur: eaque hunc in modum ſeſe habebant: Internus Dei impulſus ac inſtinctus, expeditam ab omnibus impedimentis & mediis auerſionem ab illo exigebat. Contrà obluctabatur tentatio, eiuſmodi illi cogitationem iniiciens: Maturiùs delibera: facile eſt inchoare, ſed difficile perficere. Atqui interna Dei vocatio ſancti Spiritus potentiam & opera proferebat. E diuerſo tentatio nihil quidem de Dei potentiâ ambigendum affirmabat, ſed vtrum vellet, incertum eſſe. Tum verò certò id illi demonſtrabatur; quandoquidem piiſſimus Deus benignis pollicitationibus ſuis id confirmârit, reuerà opem ſe laturum cunctis in eius nomine iſtuc aggredientibus. Deinde gratiâ in hoc conflictu palmam obtinente, alia quędam tamquàm amici ſpecie cogitatio in illius animum ſeſe inſinuans, hoc pacto illi conſulebat: Poteſt id fortaſſis commendari, meritoque corrigere te debebis: ſed non admodùm vrgeas: eà moderatione inchoës, vt poſſis ad exitum perducere. Cibum ac potum corpori indulgeas, tibique benignè facias, atque interim peccatum vites. Quantùm voles, ſis intra teipſum bonus, eâ tamen mediocritate, vt ne quis extrinſecus horrorem ex te capiat, vt eſt hominum conſuetudo dicere: Modò cor pium ſit, ſalua ſunt omnia. Poteris cum hominibus iucundos ducere dies, ac nihilo ſeciùs in virtutis officio permanere. Etiam alij ſe ſperant ſaluos fore, tametſi & eiuſmodi exercitationibus deditam non agant vitam. His atque id genus aliis pulſabatur cogitationibus: ſed æterna Sapientia fallacioſum hoc conſilium hac ratione euertebat: Qui anguillam piſcem lubricum caudâ retinere, & vitam ſanctam tepidè molitur aggredi, is vtrobique fallitur; dum enim ſiue hanc ſiue illam tenere ſe putat, è manibus elabitur. Ita etiam qui corpus indomitum ac inexercitatum delicatè ac molliter viuendo vult in ſeruitutem redigere, non ſatis eſt mentis compos; & qui mundo vult perfrui, ac nihilominùs Deo perfectè ſeruire, rem impoſſibilem molitur, & ſcripta diuina Chriſtique inſtitutiones corrumpit ac deprauat. Itaque ſi vis omnibus valefacere, agas id animo virili.

Tentatur in ſanctioris vitæ propoſito.

5 Hac in cogitatione cùm diu ſatis verſatus eſſet, tandem ſumptâ audaciâ & fiduciâ, fortiter ab omnibus ſeſe abſtraxit. Intereà viuax eius animus crebras (vt ita dicam) mortes initio perpeſſus eſt, cùm ſe à vanâ ſocietate abiungeret. Nonnumquàm victus naturæ infirmitate, acceſſit eos animi leuandi gratiâ: ſed vt plurimùm accidit, vt qui lætus eos adierat, triſtis abſcederet, eò quòd ſermones & recreationes illorum iniucunda forent, & ſua illis inuiſa. Euenit ſæpiuſculè, vt vbi illis ſeſe coniunxiſſet, huiuſcemodi eum verbis exercitarent. Alius percontabatur, ecquod ſingulare vitæ genus ac inſtitutum arripuiſſet: alius communem viuendi rationem tutiorem affirmabat: alius denique in malos exitus eum vitæ modum deſinere aiebat. Ita alij poſt alios eum excipiebant. At ille planè obmuteſcens, ſecum loquebatur: O Deus piiſſime, nihil conſultius, quàm hominum conſortia fugere. Equidem ſi hoſce ſermones non percepiſſem, nihil inde ad me damni rediret. Erat tum temporis hæc illi crux moleſtiſſima, quòd neminem haberet, cui afflictiones ſuas poſſet aperire, qui idem quod ipſe & eadem ratione ſectaretur. Viuebat igitur deſolatus ac miſer, multâque vi ſeſe ab aliis ſubduxit, quod illi poſtmodùm vſus effecit ſuauiſſimum.

Aliorum conuerſatio ei noxia eſt.

Caret duce ſpirituali.

CAPVT III.

Detractu quodam ſupernaturali, æternæ Sapientiæ Miniſtro præſtito.

6 ACcidit in conuerſionis eius initio, vt feriis D. Agnetis Virginis & Martyris facto prædio in Chorum ingreſſus, ſolus illic maneret, ſtans in infimis dextri Chori ſedibus. Erat tum graui quodam angore correptus ex acerbâ, quâ laborabat, cruce & afflictione. Cùm autem ſic ſtaret omni conſolatione deſtitutus, nec quiſquam illic adeſſet, rapta eſt anima illius ſiue in corpore, ſiue extra corpus: viditque & audiuit, quod nec omnes poſſint linguæ eloqui. Erat id formæ ac modi expers, & tamen formarum ac modorum omnium iucundas in ſe continebat oblectationes. Cor illius & æſtuabat deſiderio, & tamen exatiabatur: animus planè iucundus & amœnus erat: optio & appetitio in ipſo conſopitæ erant. Tantummodò aciem mentis intendebat in lucidum ac illuſtrem illum fulgorem, vbi & ſuiipſius & rerum omnium capiebatur obliuione. Vtrùm dies an nox eſſet, ignorabat. Fuit id reuerà vitæ æternæ erumpens quædam dulcedo ſecundùm præſentem tranquillam & quietam perceptionem ſiue experimentum. Dicebat poſteà: Si non eſt id regnum cælorum, equidem quid ſit regnum cælorum, neſcio. Quidquid enim poteſt afflictionis in hac vitâ quiſquam perpeti, non poteſt ex æquo mereri illud gaudium æternò fruendum. Tractus iſte ecſtaticus horam vnam aut dimidiam durauit, neſciente illo, vtrùm anima in corpore an extra corpus degeret.

Raptum patitur,

magnâ cum conſolatione.

7 Porrò ſibiipſi redditus, perinde affectus erat, vt ſolent, qui ex alio orbe commigrarint: adeoque corpus momentaneo illo raptu ægrè habebat, vt non putaret ſeſe quemquam in ipſo mortis aditu tantillo ſpatio tantos poſſe dolores experiri. Simul autem vt ſibi reſtitutus fuit, ex imo pectore alta trahebat ſuſpiria: corpuſque ipſo licet inuito humi collabebatur, haud ſecùs quàm illorum, qui præ virium imbecillitate deficiunt. Dabat ergo voces miſerabiles, & profundos edebat intra ſeſe gemitus, ita dicens: O Deus meus vbi eram, & vbi nunc ſum? O præcipuum & ſummum bonum meum! nulla vnquam poterit obliuio horam iſtam auferre ex pectore meo. Corpore quidē ingrediebatur, nec quiſquā tamen quidquam in illo forinſecus vel vidit, vel animaduertit. Atqui anima illius & mens cæleſtibus ſpectaculis plena erat, fulgoreſque illi cælici in intimis mentis eius penetralibus vltrò citroque ferebantur, videbaturque ſibi velut in aëre volitare. Denique vires animæ illius ſuaui illo ac cæleſti guſtu completæ erant, perinde vt vas vnguentarium, pretioſo liquore inde effuſo, odorem gratiſſimum retinet. Idemque guſtus multo deinceps tempore in eo perſeuerans, cæleſtem erga Deum ſitim & deſiderium illi præſtitit.

vt ſibi redditus ſeſe geſſerit.

CAPVT IV.

Vt ſpiritale cum æternâ Sapientiâ connubium contraxerit.

8 RAtio autem vitæ illius, quâ longo poſtmodùm tempore erga interna exercitia vtebatur, perpetuum erat ſtudium continuâ perfruendi præſentia æternæ Sapientiæ, cum amicabili illius confabulatione coniunctâ. Quod quo pacto primùm cœperit, poteſt ex libris

Studet aſſidua præſentia Dei.

bris eius de æternâ Sapientiâ Germanicè ab eo, Deo adiuuante, conſcriptis animaduerti. Erat ab ineunte ætate cor illius amori deditiſſimum. Ipſa autem æterna Sapientia in ſcriptis diuinis haud ſecùs ſeſe exhibet, quàm quæ admodùm amore capta ſit, pulchreque ſeſe componit & exornat, vt cunctis placeat: gratiſque vtitur eloquiis, & amicabili ſpecie, vt animos omnium in ſui amorem illiciat: interimque commemorat fallaciam & inconſtantiam aliarum amicarum, ſuamque è diuerſo conſtantiam & amabilitatem. His nimirùm animus illius iuuenilis alliciebatur, perinde vt panthera dicitur ſuauem ſpirans odorem feras alias ad ſe adducere. Vtitur autem eadem Sapientia hac illiciendi & ad ſpiritalem ſui amorem blandè ac ſuauiter inuitandi ratione crebrò admodùm, præcipuè in libris Salomonis, & Sapientiæ & Eccleſiaſtici voluminibus. Hoſce libros cùm ad menſam legi contingeret, perciperetque voces amatorias & blandas Sapientiæ, animo exhilaratus, cœpit illi inhiare, eiusque magno flagrare deſiderio, atque ita ſecum cogitabat: Equidem fortunam tentabo meam, ſi fortaſſis præcellentis huius amicæ, de quâ tam magnifica refetuntur, merear amore perfrui, atque eius amicitiâ potiri. Neque enim poterit cor meum viuidum ac iuuenile non eſſe amori alicuius addictum & deditum. Sub his ſæpiùs illam obſeruabat, atque eius animo crebrò ea illabebatur, ſatiſque illi arridebat. Cumque vice quadam ad menſam ſederet, audiuit hæc de eâ verba recitari: Sapientia ſpecioſior Sole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci comparata inuenitur prior. Hanc amaui & exquiſiui à iuuentute meâ, & quæſiui eam mihi in ſponſam aſſumere, & amator factus ſum formæ illius. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud ſeniores. Habebo per hanc immortalitatem, & memoriam æternam his, qui poſt me futuri ſunt, relinquam. Intrans in domum meam, conquieſcam cum illâ. Non enim habet amaritudinem conuerſatio illius, neque tædium conuictus illius, ſed lætitiam & gaudium. Dominus Sapientiâ fundauit terram, ſtabiliuit cælos prudentiâ. Sapientiâ illius eruperunt abyſſi, & nubes rore cõcreſcunt. Qui eam adeptus eſt, ambulauit fiducialiter in viâ ſuâ, & pes eius non impinget. Si dormierit, non timebit: quieſcet, & ſuauis erit ſomnus eius. His atque id genus aliis mellitis perceptis ſermonibus, flagranti animo has ſecum cogitationes verſabat: O verè præclaram egregiamque amicam! ô ſi ea mihi poſſit obtingere! nimirùm feliciſſimus ero.

Amabilitas diuinæ Sapientiæ.

Ardenter eam expetit omni occaſione.

Sap. 7. 29.

c. 8. 2.

9 At è diuerſo contrariis deterrebatur cogitationum aculeis, nempe eiuſmodi: Quo pacto amare poteris, quod numquàm videris, quod numquàm habueris cognitum? Melior eſt pugillus cum certâ poſſeſſione, quàm plena domus cum incertâ expectatione. Qui ſublime molitur ædificium, & amicitiam ambit hominis præcellentis, cui ipſe longè impar ſit, haud rarò ſpe fruſtratus ſuâ famelicus abſcedit. Non eſſet ſanè huius Dominæ detrectanda amicitia, ſi quidem ſui amatoribus poteſtatem faceret corporis accurandi. At nunc ipſa dicit: Qui amat vinum & pinguia, non erit ſapiens. Itemque: Vſquequò piger dormies? vſquequò de ſomno conſurges? Parùm dormies, modicùm dormitabis, pauxillùm manus conſeres vt quieſcas, & veniet tibi quaſi curſor egeſtas tua, & mendicitas quaſi vir armatus. Age, vide ſi quis vmquam alius tam duras præſcribat leges ſui amatoribus? His diuina quædam ſeſe obiecit cogitatio: Amoris ea antiquitus lex & conditio eſt, vt amantes patiantur aduerſa & moleſta. Non eſt procus vllus abſque cruce: & quiſquis amori dat operam, idem ipſe martyr eſt. Quantò igitur æquius eſt, tam ſublimem & inſignem ſibi ſponſam & amicam captare meditantem, quædam interim aduerſa perpeti? Adſpice quot caſus acerbos, quot tædia, quot labores, velint nolint, tolerare oporteat mundi amicos. His atque conſimilibus internis inſpirationibus animo ad perſeuerandum confirmabatur: ſæpiuſque eiuſmodi illi eueniebant. Interdum bonâ erat voluntate præditus, quandoque verò animum rerum labentium amori nonnihil applicabat: ſed cùm huc atque illuc ſeſe verteret, ſemper eiuſmodi aliquid offendit, cui integra cordis ſui conuerſio reclamaret. Atque hac ratione modò in hanc modò in illam partem inflectebatur.

Prou. 21. 17.

Prou. 6. 9.

Statuit eius amore quæuis dura perferre.

AVCTORE LAVR. SVR. IO.

10 Quadam die ad menſam ſedens, audiuit de Sapientiâ legi quidpiam, vnde vehementiſſimè accendebatur. Id tale erat: Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. Quaſi libanus non inciſus vaporaui habitationem meam, & quaſi balſamum non miſtum odor meus. Qui me inuenerit, inueniet pacem, & hauriet ſalutem à Domino. Contrà verò de turpi feminarum amore iſta commemorabantur: Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius; vincula, manus illius. Qui placet Deo, effugiet: qui autem peccator eſt, capietur ab illâ. Ad hæc intra ſeſe exclamans, aiebat: Planè veriſſima ſunt hæc. Iam omnino certum atque ſtatutum eſt mihi, Sapientiam ſponſæ loco aſſumere, eiusque amori & ſeruitio me mancipare. Atque vtinam, ait, vel ſemel illius videndi & alloquendi copia præberetur! Quæ aut qualis eſt, quæ tam mira de ſe prædicat, tot ac tanta pollicetur? Eſtne Deus aut homo, vir an femina, ſcientia vel aſtutia, aut quid tandem eſt? Dum his flagraret deſideriis, quantùm quidem ex memoratis, aliiſque Scripturæ ſententiis, quibus ea exprimitur, eam potuit agnoſcere, tali ſchemate viſendam ſe illi præbuit: Longè ſupra ipſum ferebatur in columnâ nubis, reſidens in throno eburneo, micans inſtar luciferi, & tamquàm Sol lucens in virtute ſuâ. Corona eius erat æternitas, amictus felicitas, ſermo ſuauitas; complexus, omnis boni ſatietas. Propè erat, & longè aberat, ſublimis & humilis, præſens & occulta, familiarem ſe præbebat, nec tamen apprehendi poterat: excelſis cæli faſtigiis erat altior, & abyſſo profundior: attingebat à fine vſque ad finem fortiter, & diſponebat omnia ſuauiter. Dum elegantis puellæ ſpecie teneri videbatur, mox pulcherrimi iuuenis præ ſe ferebat imaginẽ. Nonnumquàm ceu artium omnium peritiſſimam ſe præbebat amicam, cunctis amabilem. Itaque dulciſſimè ad eum ſe conuertens, & comiter, non tamen ſine quadam diuinâ maieſtate, illi arridens, benignè his eum verbis affata eſt: Præbe fili cor tuum mihi. Tum verò veſtigiis illius aduolutus, medullitus ac humillimè gratias illi egit. Fuit hoc illi id temporis præſitum, nec plus eâ vice conſequi potuit.

Eccli. 24. 22.

Eam videt,

quâ ſpecie.

Blandè ab eâ compellatur.

11 Poſteà verò cùm more ſuo de hac amabiliſſimâ Sapientiâ cogitabundus incederet, cor eius amoris ſtudioſiſſimum hanc intra ſeſe quæſtionem agitabat: Vndénam amor & amabilitas omnis profluxit? Vnde pulchritudo, decor, oblectatio, venuſtas omnis proficiſcitur? Cunctáne hæc ex ipſius diuinitatis fecundâ origine promanant? Age igitur, corde, ſenſibus & animo te inexhauſtam omnium deſiderabilium abyſſum ardentis cordis mei affectu complector: neque enim quiſquam me prohibet. Interim nonnumquàm animæ illius ſeſe communicabat ipſe propemodùm totius boni fons & profluuium, in quo ſimul reperit quidquid pulchrum, amabile vel deſiderabile eſſet: ſiquidem id illic modo ineffabili exiſtebat. Hinc quamdam contraxit conſuetudinem, vt quoties cantiones amatorias dici vel cantari audiſſet, corde & animo ad ſuauiſſimam amicam ſuam, ex quâ quidquid eſt amabile procedit, abſtracto quodam intuitu ſeſe confeſtim intrò reciperet, ſiue introrſus raperetur. Neque ſanè dici poſſit, quoties gratiſſimam illam amicam lacrymantibus oculis, & in immenſum expanſo cordis ſinu circumplexus ſit, & ſuo pectori ſuauiter aſtrinxerit. Erat tum ſæpenumerò illi perinde vt ſolet infanti ad matris, ipſum ſuis vlnis complectentis, vbera pendenti, atque in eius gremio delitеſcenti. Vt enim eiuſmodi puerulus capite & totius corporis motu ad parentis ſuæ pectus ſeſe applicat, & amicabilibus ac blandis id genus geſtibus cordis ſui lætitiam declarat; ita cor

Ardentiſſimè eam amat,

AVCTORS LAVR. SVRIO.

illius cum ſenſibili quadam inundatione erga iucundiſſimam æternæ Sapientiæ præſentiam ferebatur cogitabatque: Si mihi deſponſa foret, Domine Ieſu, Regina potens, eſſet id mihi gaudio. Nunc igitur æterna Sapientia tu mei cordis Imperatrix, & totius gratiæ parens es. In te diuitiarum, honoris, potentiæ affatim mihi ſuppeditat. Nihil præterea appeto quicquid hic mundus habet. Sub his meditationibus vultu exhilaratus oculis micantibus, corde in iubilum ſublato, & cunctis internis ſenſibus exultantibus, in hæc verba prorupit: Super ſalutem & ſpeciem dilexi Sapientiam, & propoſui pro luce habere illam, & venerunt mihi omnia bona pariter cum illâ.

CAPVT V.

Vt ſalutiferum nomen Domini Ieſu cordi ſuo inſcripſerit.

12 PEr idem tempus immenſus quidam ignis animo illius infuſus, cor eius diuino amore vehementiſſimè inflammauit. Quodam die illius æſtum ſentiens, Chriſtique caritate impendiò flagrans, ingreſſus in cubiculum ſuum, in ſecretum locum ſe recepit, & dulciſſimæ ſe meditationi tradidit, aitque ad Dominum: Vtinam, Deus piiſſime, aliquod amoris ſignum comminiſci queam, quod ſit perpetuum inter te & me dilectionis monimentum, teſtatumque efficiat me tui & te mei eſſe amantiſſimum, nec id vllâ poſſit vnquam obliuione deleri. Sub hoc ardentiſſimo feruore, remoto à pectore ſcapulari, vt vocant, detectoque pectore, ſtylum arripiens, corque ſuum contemplans, ait: Omnipotens Deus, præſta mihi hodie vires & facultatem meum explendi deſiderium: ſiquidem in ipſa cordis mei viſcera iam te liquari oportet. His dictis, cœpit in ipſo cordis loco carnem ſtylo compungere, & ſurſum ac deorſum ſtylum ducere, donec nomen IESVS in eâ carne quâ cor tegitur, exaraſſet. Interim ſanguis per corpus in ſinum defluebat: quod ille ſummâ cum animi voluptate adſpectans, præ amoris nimietate dolorem non magnipendebat. Hoc peracto, ita eruentus extra cubiculum ad pulpitum templi abſceſſit, procumbenſque in genua coram imagine Crucifixi, Eia inquit, Domine, amor vnice cordis & animæ meæ, adſpice ingens animi mei deſiderium. Equidem non poſſum te penitùs mihi imprimere. Tu igitur obnixè rogatus, perfice Domine quod ſupereſt, teque mei cordis fundo profundiùs imprimas, ſanctumque nomen tuum adeò in me conſignes & inſculpas, vt numquàm poſſis aboleri & ſeparari à corde meo. Deinde multo tempore his amoris affectus vulneribus, tandem curatus eſt, manſitque nomen IESVS ſic, vt optârat, in corde expreſſum. Litteræ autem ipſæ culmum planum latæ, & auricularis digiti articulum vnum longæ erant.

Nomen IESV carni ſupra cor inſcribit:

totâ vitâ id ſignũ retinet:

13 Ad mortem vſque tulit hoc nomen in ſuo pectore. Quoties cor motum fuiſſet, vnà etiam nomen ipſum commouebatur: fuitque maximè circa initia cumprimis luculentum. Erat autem ipſe huius rei celantiſſimus, nec cuiquam vnquam, niſi vni dumtaxat è ſociis ſuis ex quadam intimâ & ſpiritali familiaritate ſecretò viſendum ipſum præbuit. Si quid poſtmodùm aduerſi illi accidiſſet, hoc amoris ſignum contuebatur, & leuiùs ferebat. Dicere quandoque ſolebat Domino in familiari colloquio: Amatores ſeculi huius amicæ ſuæ effigiem ad veſtes ſuas aſſuunt; Et ego Domine longè amantiſſime in corde & ſanguine meo te deſcripſi. Quodam tempore poſt preces matutinas ab oratione ſuâ reuerſus, in cubiculo reſidebat in ſede ſuâ, capitique ceruicalis loco ſuppoſuit librum, qui VITAS PATRVM inſcribitur. Paſſus eſt autem mentis exceſſum, videbaturque ipſi quippiam luminis ex eius corde emergere, reſpicienſque vidit in ſuo corde crucem auream multis gemmis intertextam, in quibus miro decore nomen IESV luculenter apparebat. Mox cucullo cor ſuum operiens, ſplendorem illum mirificum premere nitebatur, ne quis eum conſpiceret. Tum verò feruentes illi radij mirum in modum flagrabant, adeò vt nullâ ratione efficaciſſimam illorum vim & ſplendorem celare poſſet.

inde conſolationem ſentit in aduerſis:

crux aurea in corde eius ſplendet.

CAPVT VI.

De quibuſdam diuinæ conſolationis præludiis, quibus Chriſti tirones illiciuntur.

14 CVm more ſolito poſt preces matutinas ad ſacellum ſuum veniſſet, aliquantæ quietis captandæ cauſsâ in ſede ſuâ ſe repoſuit. Fuit illa breuis quies, donec vigiles diei ortum ſignificarent, ad quorum voces ſimul etiam ipſe expergiſcens, repentè humi corruens, exorientem luciferum, ipſam videlicet præclariſſimam cæli Reginam ſalutabat, eâ videlicet mente, vt ſicut æſtate auiculæ diem illucentem hilariter excipiunt, ipſe quoque iucundo affectu æterni Solis genitricem veneraretur: dicebatque tum ſalutationem quamdam non ſimpliciter, ſed cum dulci quadam & tacitâ animi modulatione. Accidit vt tum temporis ita, vt dictum eſt, quieti ſe traderet, audiretque in animâ ſuâ mirificum reſonare clangorem, vnde toto corde concuteretur. Erat illius clangoris ſonus acutus admodùm, atque eâ horâ illum perſenſit, cùm lucifer oriri ſolet. Hæc autem verba perſonabat: STELLA MARIA MARIS HODIE PROCESSIT AD ORTVM. Cantio iſthæc ſupra naturam in illo percrebuit, ita vt totus animo exhilareſceret, vnaque ipſe cantaret. Cumque cantum hunc pariter abſoluiſſent, ineffabili quodam modo circumplexus eſt, audiuitque vocem eiuſmodi: Quantò me amabiliùs amplexaris, & puriùs ſine materiæ admixtione oſcularis, tantò in æternâ claritudine meâ iucundiùs & amicabiliùs circumplecteris. Quibus dictis, aperiebantur oculi eius, & largiter ſtillabant lacrymas: at ipſe pro ſuâ conſuetudine Stellam matutinam ſalutabat. Mox alteram ſubiungebat ſalutationem matutinam, ſimul exoſculans ſolum, in honorem æternæ Sapientiæ, cum oratione illâ multò piiſſimâ, quam ipſemet ſcribere ſolebat in libellis pietati ſeruientibus, cuius hoc eſt initium: Anima mea deſiderauit, &c. Quibus tertiam annectebat ſalutationem cum humi deoſculatione coniunctam, in honorem ſummi & flagrãtiſſimi Seraphici ſpiritus, erga æternam Sapientiam ardentiſſimo amoris æſtu excandeſcentis, vti idem ſpiritus eor ipſius Dei amore vehementiſſimè accenderet, quò & intra ſeſe totus flagraret, & alios omnes ignitis eloquiis ſuis, ac inſtitutionibus inflammaret. Hæ nimirùm quotidianæ illius ſalutationes erant manè expergiſcentis.

Mane D. Virginem ſalutat.

myſtico cantu recreatur:

complexu fruetur:

15 Quodam tempore in ipſis Bacchanalibus preces ſuas eouſque produxerat, dum vigiles diem illuceſcentem dato ſigno indicarent. Itaque ſic ſecum cogitabat: Quieſce paulliſper, antequàm præclaram excipias ſtellam matutinam. Cumque intereà ſenſus illius pauxillâ requie potirentur, ſpiritus Angelici altâ voce dulciſſimum illud Reſponſorium, vt vocant, Surge illuminare Ieruſalem, pſallete cœperunt, cantuſque ille ineffabili ſuauitate in animâ eius reſonabat. Atque cùm paullulùm ceciniſſent, anima eius cæleſti illâ melodiâ adeò complebatur, vt fragile corpus ampliùs ferre non poſſet, atque ita aperiebantur oculi eius, & corde redundante, per genas calidi lacrymarum imbres manabant. Eodem tempore ſedens aliquandò quietis capiendæ cauſsâ ita vt dictum eſt, in viſione ſibi in exteram regionem transferri videbatur, & ecce Angelum ſuum à dextris ſibi placido ac ſereno vultu aſſiſtere conſpexit. Subitò exiliens, dulciſſimum illum Angelicum ſpiritum concludens circumplectebatur, animæque ſuæ quàm potuit arctiſſimè & amiciſſimè aſtringebat, ita vt nullum inter ipſos me-

Angelorũ cantu recreatur:

dium

Angelum ſuum amplectitur.

dium intercedere putaret, voceque lugubri, & humeſcentibus oculis, pleno cordis affectu ait ad Angelum: O ſuauiſſime ſpiritus, qui mihi diuinitus es aſſignatus cuſtos & conſolator, obſecro te per amorem illum, quo ferues erga Deum, ne me deſeras. Reſpondit ei Angelus: Non es auſus fidere Deo? Crede mihi, tantâ te benignitate & caritate ex omni æternitate complexus eſt Deus, vt te non velit vnquam relinquere.

16 Aliâ vice, poſteaquàm ab afflictionibus illi data erat requies, ſummo manè cum cælicis ſpiritibus in viſione familiariter degens, ab vno ex illis ſplendidis cæleſtis patriæ Principibus petiit indicari ſibi, quâ ratione Deus ſecretò in ſuâ animâ commoraretur. Et ait ad eum Angelus: Age iam hilariter in te ipſum reſpice, & vide vt Deus cum amante animâ tuâ ſuum exerceat ludum. Nec mora: introrsùs reſpiciens, vidit corpus ſuum eo loco, vbi eſt cordis ſedes, velut cryſtallum perſpicuum fieri, atque in ipſo cordis ſui meditullio æternam Sapientiam amicabili ſchemate quietiſſimè reſidere, & iuxta eam aſſidere animam ſuam cæleſti benedictione fretam, atque eius lateri ſuauiter innixam, illiuſque ſtrictam amplexibus, & diuino cordi appreſſam, inibique in ecſtaſi & abſorptione quadam inter amantiſſimi Saluatoris vlnas deliteſcentem & obdormientem.

vidit diuinam Sapientiam in corde ſuo.

CAPVT VII.

De quibuſdam cæleſtibus conſolationibus illi præſtitis.

17 COnfecerat ipſe ſibi ligamina quædam, dura & aſpera. Contigit autem, vt quadam nocte ipſis feriis omnium Angelorum, videretur ſibi in viſione cantiones Angelicas, & cæleſtes tinnulaſque audire melodias: quibus adeò fuit recreatus, vt omnium afflictionum ſuarum obliuiſceretur. Ait autem vnus ex Angelis ad eum: Quemadmodùm te delectat audire ex nobis cantica æternitatis, ita nos iuuat ex te percipere cantiones æternæ ac præſtantiſſimæ Sapientiæ: moxque ſubiunxit: Hoc nimirùm canticum electi omnes in extremo deprome nt die, vbi ſe viderint in perennis felicitatis fruitione confirmatos. Deinde in eadem ſolennitate multis horis in eiuſmodi cęleſtium & Angelicorum contemplatione gaudiorum verſatus eſt: atqui die iam aduentante, iuuenis quidam ipſum adiit, figurâ ac habitu cæleſtis muſici cuiuſdam à Deo ad ipſum miſſi: vnaque illum comitabantur complures egregij præclarique adoleſcentes eodem cultu ac ſchemate, præterquàm quòd primus ille quamdam præ aliis dignitatem tamquàm Archangelus præ ſe ferret. Idem autem ipſe magno & excelſo animo ſe ad æternæ Sapientiæ Miniſtrum contulit, dicens eâ ſe cauſâ diuinitus ad ipſum delegatos, vt afflictiones eius cæleſtibus gaudiis releuarent ac diſcuterent. Quamobrem, inquit idem ſpiritus, miſſo cordis dolore, nobis ſocium te adiungas oportet, nobiſcúque cæleſtes ducas choreas. Simul autem per manus eum trahentes ſibi iunxerunt. Mox iuuenis antedictus dulciſſimam de puerulo IESV cantilenam exorſus eſt, iſtam videlicet, In dulci iubilo, &c. Vt autem Sapientiæ Miniſter nomen IESV tam ſuauiter & alacriter concini percepit, ſenſibus ac animo ita eſt recreatus, vt ſibi nihil vnquam perpeſſus videretur, diſpulsâ mox omni moleſtiâ. Interim magnâ animi voluptate cernebat illos beatos ſpiritus altiſſimos & elegantiſſimos dare ſaltus. Præcentor ille nouerat cuncta optimè moderari, cuius præcinentis dulces modulos ceteri proſequebantur, canentes ac ſaltantes cum cordis iubilo. Præcentor autem clauſulam illam, Ergo meritò, ter repetebat. Non erant autem choreæ iſtæ, quales ſunt huius vitæ: ſed erant cæleſtes quidam effluxus & refluxus in vaſtiſſimam diuinitatis abyſſum. Huius generis innumeræ illi cæleſtes conſolationes aliquot annis præſtabantur, idque tum potiſſimùm, cùm duris premeretur afflictionibus, tantò mitiùs ferebat.

Angeli quibus cantionibus delectentur:

cum ſolantes canunt & tripudiant:

AVCTORE LAVR. SVRIO. celebraturum dulciſſimè amplectitur.

18 Quidam amicus Dei in viſione perſpexit hunc ipſum Sapientiæ Miniſtrum, cùm acceſſiſſet ad altare Miſſæ ſacrificium facturus, clariſſimæ caritatis ornamẽto illuſtrari, Deique gratiam roris inſtar in illius animam delabi, atque vnum illum fieri cum Deo; ſimul autem perplures à tergo illi aſtare paruulos formâ venuſtâ & amabili, cereos ardentes manibus geſtantes circa altare alios poſt alios, eoſque ſingulos expanſis brachiolis, quàm poſſent dulciſſimè illum complecti, & ſuo pectori applicare. Itaque præ admiratione ſciſcitabatur quinam eſſent, aut quid ſibi vellent. Reſponderunt ſe illius eſſe conſodales & ſocios, ac participes laudis & exultationis in æternâ beatitudine, perpetuoque ſe illi adeſſe, ipſumque tueri. Sanctus ille homo, qui hæc in ſpiritu vidit, ait ad Angelos: Quid ſibi vult, quòd fratrem hunc tam ſuauiter eſtis amplexi? Dixerunt illi: Frater iſte nobis longè cariſſimus eſt, & multa nobis cum illo intercedit conſuetudo & familiaritas: noueriſque Dominum Deũ mira ac ineffabilia in eius animâ operari: & quicquid à Deo ſeriò petierit, numquàm repulſam apud Deum patietur.

CAPVT VIII.

De quibuſdam viſionibus.

19 MVltæ illis temporibus viſiones ei occurrebant de futuris & arcanis rebus, præſtititque illi Deus, quoad fieri poterat, certam notitiam & experimentum eorum quæ in cælis & apud inferos & in purgatorio gerebantur. Solebant tum crebrò illi plures apparere animæ, cùm ex hac vitâ migraſſent, eique quid ipſis euenisſet indicare, puta quibus demeritis pœnam ſibi conflaſſent, & vt poſſet ipſis ſuccurri, aut quod à Deo præmium eſſent conſecutæ. Inter alios apparuit illi felicis memoriæ Dominus Eckardus, & ſanctus Frater Ioannes Fucrerius Argentinenſis. Ex his Dominus Eckardus ſignificauit illi, ineffabili ſe gloriâ inundatum, & penitùs in Deum transformatum eſſe. Mouit autem illi Miniſter Sapientiæ quæſtiones duas: Prima erat, vt in Deo haberent, ſiue in Deo conſtituti eſſent illi, qui ſummæ veritati cum verâ reſignatione abſque vllius erroris vel fraudis admixtione cuperent eſſe ſatis. Ad quod reſponſum eſt illi, neminem poſſe verbis exprimere hominis in modineſciam abyſſum abſorptionem vel immerſionem. Altera fuit eò pertingere volenti quænam ſit vtiliſſima exercitatio. Reſpondit D. Eckardus: Ea videlicet, vt à ſeipſo ſecundùm ſuam proprietatem cum profundâ ſui reſignatione deficiat, cunctaque non ex creaturis, ſed ex Deo accipiat, & tranquillâ quadam vtatur patientiâ erga quoſlibet lupinos homines. Alter verò Frater Ioannes itidem præcipuam illi eâ in viſione pulchritudinem & ornatum animæ ſuæ oſtendit, cui ſimiliter quæſtionẽ propoſuit eiuſcemodi, Quodnam ſit inter omnia vtiliſſimum exercitium, & quod maximè doleat homini. Ait ille, nihil homini plus doloris & cõmodi adferre, quàm ſi derelictus à Deo, ſeipſum patienter exeat, atque ita Deo propter Deum careat.

Anima illi apparens:

ex beatis quadam quærit:

20 Pater quoque naturalis huius Sapientiæ Miniſtri, qui dum viueret, totus erat mundo deditus, poſt obitum eidem apparens, miſerabili ſpecie dirum illi ſignificauit Purgatorij quem ferebat cruciatum, & quare id potiſſimùm eſſet commeritus, expreſſitque illi modum, quo opem ipſi ferret: quòd cùm feciſſet, iterum illi ſe oſtendens, ait ſe à pœnis abſolutum. Prætereà ſanctæ memoriæ mater eius, in cuius ſuperſtitis corde & corpore mira Deus geſſerit, itidem illius conſpectui ſe obtulit in viſione quadam, maxima quæ eſſet à Deo conſecuta præmia illi exponens. Hoc pacto innumeras vidit animas: quæ res illi quamdam attulit voluptatem, atque in eo vitæ curſu, quem tum tenebat, multo tempore haud mediocriter eum ſuſtentabat.

patrem è purgatorio liberat:

matrem videt in gloriâ.

CAPVT

AVCTORE LAVR. SVRIO.

CAPVT IX.

Vti ad mensam accessurus, itemq; assidens, se gesserit.

21 ANtequàm ad mensam se conferat, coram æternâ Sapientiâ cum intimâ cordis meditatione genua flectens, obnixè eam precabatur, sociam se ipsi præberet, secumque ederet, aitque illi: Suauissime Iesu, magno cordis desiderio te nunc inuito, obsecrans vt sicut me benignè pascis, etiam hodie te mihi præsentem exhibeas. In mensâ residens, dulcissimum mundæ animæ hospitem, ceu obiectum quoddam, è regione sibi opposuit, & in eum oculos suos blandè ac placidè intendit: nonnumquàm ad latus cordis illius sese reclinabat. Ad singula quæque fercula ipsi proposita, scutellam cælesti illi patrifamilias offerens, rogabat illi benediceret, sæpius hac prece familiariter vtens: Amantissime Domine, quæso mecum edas mi Domine Iesu, benedic obsecro cibum hunc, & vnà cum seruulo tuo inde accipe. Huiusmodi amicabili blanditu, & id genus verbis erga æternam Sapientiam vtebatur. Bibiturus, primùm illi poculum porrigens, orabat vt biberet. Erat hæc ei consuetudo, vt in mensâ quinque haustus caperet, eosque ex carissimi Domini sui totidem vulneribus. Sed quia ex ex diuino eius latere sanguis & aqua manauit, hunc haustum geminabat. Primum atque vltimum morsellum sumebat in amore flagrantissimi cordis, quod in terris esse posset, & in ardentissimâ caritate supremi Seraphim, vti geminus hic amor suo cordi perfectè communicaretur. Si quis cibus iniucundus ipsi oblatus fuisset, in cruentum cor dilecti sui illum intingebat, nihil hæsitans quin illi nihil esset incommodi allaturus.

Christum assidentem intuetur;

ab eo benedici apposita petit;

22 Delectabatur admodùm pomis, sed non sinebat Deus vt illis frueretur. In visione quadam putabat sibi pomum porrigi à quodam cum his verbis: Accipe & fruere; id est enim, in quo tu voluptatem aucuparis. Respondit ille, se non nisi in æternâ Sapientiâ delectari. Cõtrà ille eum mendacij arguit, dicens immoderatiùs eum oblectari pomis. Quamobrem pudore suffusus, toto biennio poma nec attigit quidem. Quibus non sine desiderio euolutis, cùm sequenti anno poma malè creuissent, ita vt Fratribus non apponerentur, atque ipse quãuis non sine acri ac multiplici concertatione id à seipso extorqueret, ne quid priuatim in mensâ de pomis expeteret, rogauit Deum, si quidem ipsi placeret vt pomis vesceretur, vt cunctis Fratribus subministrari faceret: quod etiam ita euenit. Manè facto, homo quidam ignotus multos illi cœnobio nummos recentes attulit, eà solà conditione, vt poma illis mercarentur. Fecerunt id Fratres & longo temporis spatio poma illa eis ad vsum satis fuêre. Tum demum cœpit Frater iste pomis grato vesci animo: Maiora poma in quatuor secabat frusta: ex iis tria comedebat in sacrosanctæ Trinitatis nomine: quartum in eo amore, quo cælica Mater & Virgo tenerrimo suo filiolo Iesu pomum præbuit edendum: idemque frustum non circumcisum manducabat, quod pueruli eo pacto solti sint poma edere. Atqui à natiuitate Domini & aliquamdiu posteà quartum hoc frustum capere nolebat, offerens illud in suâ meditatione Virgini intemeratæ, vti ea suo id præberet filiolo, cuius amore interim ipse eo carere vellet. Si quandoque in cibum aut potum fuisset auidior, coram sponsâ suâ reuerendâ erubescebat. Si verò quicquam ex his in mensâ fuisset prætergressus, ipse sibi mulctam irrogabat. Venit quandoque ad eum peregrinus quidam, dicens in quadam visione diuinitus iussum se esse, vt si quidem ordinatum vellet habere prandendi modum, ad ipsum accederet, & eius exercitia ac instituta sibi aperiri mandaret.

pomis libenter vescitur,

biennio iis abstinet:

ea diuinitus suis impetrat:

quomodò ea comederet.

CAPVT X.

Vt annum nouum exceperit.

23 IN Sueuiâ, vbi ipse oriundus erat, quibusdam locis ipsis Calendis Ianuarij solent adolescentes stolidi noctibus vagari, & ambire à fœminis quas amant, sertum quoddam, id est, cantilenas depromunt, & dulcia edunt carmina ac modulos quosdam, aguntque quantâ maximè possunt arte & industriâ, vt amicæ suæ quamdam ipsis coronam præstent. Quod nimirùm cùm ipse audisset, iuuenili animo eius erat gratissimum, atque eadem nocte etiam ipse suam accedens amicam, petiit ab illâ sertum sibi donari. Enimuerò ante solis ortum imaginem adiit Virginis Matris, tenerrimum filiolum suum ad pectus blandè stringentis, & inibi flexis genibus tacitâ dulcique cordis modulatione cœpit decantare Sequentiam de eadem Virgine, orans ipsi copiam faceret à suo filio coronam impetrandi, & sicubi ipse minus posset, ipsa suppleret. Fuit id ei frequenter adeò serium, tantaque etiam plorandi necessitas eum incessit, vt feruentes per ora lacrymæ decurrerent. Cantatione eâ absolutâ, vertebat se ad vnicè dilectam Sapientiam, eiusque pedibus se aduoluens ex profundâ cordis abysso eam salutabat, multâque laude efferebat eius pulcritudinem, generositatem, virtutes, teneritudinem, libertatem cum æternâ dignitate coniunctam, longè suprà quaslibet quantumuis formosas mundi huius puellas in ipsâ existentes. Id verò agebat cantu, verbis, cogitationibus, desideriis, vt meliùs poterat: simulque optabat, vt omnium amantium cordium spiritali quodam modo ipse velut prænuntius, cunctarumque ex amore prodeuntium cogitationum, verborum, & sensuum, tamquàm sinus quidam esset & cõgeries, vti vel sic ipse alioqui indignus, dignissimam Sapientiam satis laudare posset. Ad extremum ita ait: Tu tamen, ô amica præclara, iucundum es Pascha meum; tu cordis mei vernans æstas; tu hora gratissima; tu amica illa dulcissima, quam solam amat & spectat iuuenilis animus meus, cuiusque gratiâ omni caduco renuntiauit amori. Quæso, suauissima id mihi prodesse velis, liceatque à te hodie sertam coronam adipisci. Præsta id mihi, obsecro, benignissima, per diuinam liberalitatem, per ingenitam bonitatem tuam, neque me sinas hac ineuntis anni primâ die vacuum à te recedere. Neque enim id te decebit, suauissima dulcedo. Memineris oro quemdam fidelem seruum tuum de te testari, non inueniri apud te Etiam & Non, sed non nisi, Etiam atque Etiam. Age igitur cordis mei dulcedo, præbe mihi hodie cælesti munere sertum iucundum & amabile, vt quemadmodùm vesanis mundi amatoribus datur corona quædam factitia, ita animæ meæ hac die xenij vel strenæ loco singularis quædam gratia, aut quippiam noui luminis gratissimis manibus tuis, ô suauissima Sapientia exhibeatur. Hunc in modum orare consuecuit, nec vnquam spe suâ frustratus abscessit.

Ritus Sueuorum Kal. Ianuarij.

Eum myslicè imitatur Suso, erga diuinam Sapientiam, vt amicam.

CAPVT XI.

De verbis, Sursum corda.

24 SCiscitabantur quandoque ex eo amici, quid sibi haberet propositum cùm Missam caneret, præcipuè quando ante Canonem inciperet Præfationis ea verba, Sursum corda: quorum mens est, corda omnium ad Deum suspirare debere. Hæc enim verba tanto cum affectu pronuntiabat, vt qui audirent, speciali quadam pietate ac deuotione permoueri possent. His ita suauiter respondet: Cùm verba memorata in Missâ canere consueui, plerumque corde & animâ præ Dei flagranti desiderio, quod id temporis cor meum extra sese rapuit, colliquescebam. Siquidem tres sublimes sursumque impellentes in me intentiones existebant, ex quibus nonnumquàm

Ad Sursum corda in Missâ;

intentiones eius,

numquàm vna ſola, quandoque duæ, interdum omnes ſeſe offerebant, atque per has ferebar ipſe & rapiebar in Deum, & per me creaturæ omnes. Prima intus mihi illuceſcens intentio hæc erat: Statuebam ob oculos internos meipſum totum quantuſquantus ſum, cum animâ, corpore & cunctis viribus meis, & circùm me collocabam creaturas omnes vnquam à Deo factas in cælis, in terrâ, in elementis, ſingulas quaſque nominatim, putà aues cæli, feras ſilueſtres, piſces aquarum, virentia & gramina terræ, & arenam maris innumerabilem, atque atomos omnes in Solis radiis volitantes, itemque cunctas aquæ guttas, ex rore, ex niue, ex pluuiis natas ac naſcituras: noueramque ex his ſingula quæque cum ſuaui ſono, quaſi citharæ cuiuſdam egregiè canentis, ex intimis cordis mei medullis ſurſum ferri, nouaſque & præcelſas longè amantiſſimo & ſuauiſſimo Deo à fine vſque ad finem laudes decantare: tum verò magno cum deſiderio erga innumeram creaturarum omnium frequentiam animæ meæ brachia ſeſe extendebant, eâ mente ac intentione, vt eas omnes inibi diuinæ laudis fecundas efficerem: haud ſecùs quàm ingenuus & cordatus præcentor ſocios cantores inuitat, vt pſallant hilariter, & corda ſua ſurſum ad Deum erigant, dicens: Surſum corda. Altera intentio erat eiuſmodi: Reuocabam in mentem meam cor meum, itemque mortalium omnium, cogitabamque quid gaudij & voluptatis, quid amoris & pacis obtineant, qui corda ſua ſoli Deo dedunt: contraque quid detrimenti & moleſtiæ, quid crucis & perturbationis amor rerum labentium efficiat in ſui ſectatoribus, ſicque magno affectu tum meum, tum ceterorum omnium vbique terrarum degentium corda cõpellebam hoc modo: Agedum emergite tandem corda miſeræ captiuitati addicta ex morte vitiorum: agedum exurgite corda vana & diſſoluta ex negligentiis & deſidioſæ vitæ veſtræ ignauiâ ac tepore, erigite vos ſurſum cum integrâ & ab omnibus abſolutâ conuerſione ad omnipotentem Deum: Surſum corda. Tertia intentio erat amica quædam commiſeratio & dolor erga omnes bonâ voluntate præditos & tamen ireſignatos homines, qui in ſeipſis miſerè aberrant, & erroribus impliciti ſunt, ita vt nec Deo, nec creaturis potiantur, eò quoòd cordibus huc illucque per res temporarias vagentur & diſperſi ſint. Hos omnes meque ſimul ad fidentem & imperterritã noſtri periclitationem cum perfectâ à nobis ipſis & creaturis omnibus auerſione coniunctam prouocabam, dicens, Surſum corda.

Prima.

ſecunda.

tertia.

CAPVT XII.

Vt Virginis Matris Purificationem celebrârit.

25 ADuentante beatiſſimæ Mariæ Purificationis ſolennitate, triduo antè precibus quamdam cæleſti illi puerperæ fingebat candelam, eamque tergeminam, id eſt, triplici contortam funiculo, quorum primus erat in honorem integerrimæ virginitatis, alter in honorem immenſæ humilitatis, tertius in venerationem maternæ dignitatis illius, quibus ea inter mortales omnes peculiariter effulſit. Hanc, inquam, ſpiritalem candelam tribus antè diebus conficiebat, quolibet die dicens ter Magnificat. Vbi verò dies ipſa Purificationis aduenisſet, manè priuſquàm quiſquam templum adiiſſet, ipſe ad ſummum accedens altare, inibi in ſuâ meditatione ſacroſanctam præſtolabatur puerperam, donec cum cæleſti pignore ſuo adueniret. Quâ ad exteriorem vrbis portam appropinquante, omnes alios cordis ſui affectu anteuertens, illi procedebat obuiàm cum totâ omnium Dei amantium cordium cateruâ. In ipsâ autem plateâ currebat ad eam, rogans vt parumper cum ſuo comitatu ſubſiſteret, dum aliquod ei canticum depromeret. Mox ſpiritali tacitâ que modulatione, ita vt labia quidem mouerentur, & vox tamen penitùs non audiretur, concinebat Proſam illam, Inuiolata, &c. idque quoad potuit longè amantiſſimè, flectebatque illi ceruicem medullitus, cùm diceret ô Benigna, ô Benigna: obſecrans vt piiſſimam benignitatem ſuam in miſerum peccatorem declararet. Deinde ſurgens, ſequebatur eam cum ſpiritali candelâ ſuâ eo affectu & deſiderio, vti ne ſineret vnquam ardentem diuini flammam luminis in ipſo exſtingui. Deinde vbi ad cunctorum Dei amantium concionem peruenit, inchoabat canticum illud, Adorna thalamum, &c. admonebatque eos, vt Seruatorem dignè excipierent, & eius matrem puerperam cupidè complecterentur: ſicq; cum laudibus & carminibus ad templum eos deducebat. Poſteà ingenti deſiderio, priuſquàm virgo puerpera ingrederetur, & S. Simeoni Saluatorem traderet, accedens ipſam ſacratiſſimam Virginem, flexis genibus, ac ſurſum erectis oculis & manibus precabatur eam, vt ſibi puerulum oſtenderet, & ipſi oſcula imprimere pateretur. Quod cùm illa placidè permitteret, vlnas ſuas vnaque ampliſſimos orbis fines extendens, cariſſimum animæ ſuæ ſponſum breui horulâ vel millies excipiebat & amplexabatur, adſpectabat niueos eius oculos, & manus teneras, oſculabatur os ſuauiſſimum, & cuncta cæleſtis illius pignoris membra infantilia contemplans, erectis oculis præ admiratione in corde ſuo plorabat, ſtupens nimirum cæli opificem tam immenſum & modicum, tam ſpecioſum in cælis, & puerilem in terris eſſe: atque interim cum illo ſeſe occupabat ita vt ab illo mouebatur, cantando, lacrymando, ſpiritalibus vacando exercitiis; ac deinde matri illum reddens, cum illâ intrò ingrediebatur, donec eſſent peracta omnia.

Feſto Purificationis pia meditationes, & exercitia.

Avctore Lavr. Syrio.

CAPVT XIII.

Vt Bacchanalia peregerit.

26 SAbbatho ante Dominicam Septuageſimæ, quo Alleluia intermittitur, & homines mundani plus ſolito ob imminentia Bacchanalia incipiunt eſſe amentiæ dediti, ipſe in ſuo corde cæleſtia ſibi Bacchanalia cœpit inſtruere in hunc modum: Cogitabat primùm momentaneam ac pernicialem carnalium Bacchanalium voluptatem, atque vt plerique pro breui delectatione diuturnis implicentur calamitatibus & miſeriis: orabatque pſalmum L. Miſerere mei Deus, &c. in honorem præpotentis Dei pro cunctis peccatis, iniuriis, & contumeliis, quæ illo petulantiſſimo tempore ei inferrentur. Hæc autem Bacchanalia Ruſticorum appellabat, vt qui nihil melius nouerint. Secundò præludia illa cæleſtis vitæ meditabatur, vti Deus cum amicis ſuis in hoc etiam-dum mortali corpore per conſolationes diuinas quaſi ludat: moxque quicquid ipſe eiuſmodi expertus eſſet multâ cum gratiarum actione & laude commemorans, in Deo ac Domino ſuo delectabatur.

Duplex modus myſticorum Bacchanalium.

27 Eodem conuerſionis ſuæ tempore ſpiritale quoddam carniſpriuium illi diuinitus præſtitum fuit, quod eiuſmodi erat: In ipſis Bacchanalibus ante Completorium in hypocauſtum calidum ſeſe receperat, quò ſe calefaceret; admodùm enim frigore & fame laborabat: ſed longè infeſtior illi ſitis erat, quam tum patiebatur. Cumque cerneret alios veſci carnibus & potare vinum, ſe interim fame & ſiti confecto, intus ſe moneri ſentiens, foras mox abiit, miſeranſque ſeipſum ex alto corde traxit ſuſpiria. Eadem verò nocte in viſione eſſe ſibi videbatur in valetudinario quodam, audiuitque foris cæleſtem concini cantilenam, tantâ vocis ſuauitate, vt nulla poſſit cithara eam æquiparare melodiam: eratque vox tamquàm pueri ſcholaſtici annorum duodecim. Igitur oblitus idem Sapientiæ Miniſter cibi ac potus, melodiam hanc arrectis hauriebat auribus, dicens magno cordis æſtu: Ecquis cantat foris? equidem in terris numquàm melos eiuſmodi percepi. Reſpondit illi eximiâ formâ adoleſcens, qui tum fortè aderat: Noueris melodem hunc puerum

Abſtinentia eius diuino cãtu munerata.

AVCTORE LAVR. SVRIO.

puerum tibi modulari, teque hoc cantandi officio ſpectare. Ait Miniſter: O ſi mei meminerit Deus! Oro te, cælice adoleſcens, iube illum ampliùs canere. Rurſus ergo cantare cœpit altiſſimo vocis ſono, abſoluitque tres integras planè cæleſtes cantiones. Quibus finitis, puer ille, vt ipſi videbatur, per aëra acceſſit ad domicilij illius, vbi erat Miniſter, feneſtras, porrexitque ei ramuſculum rubentibus admodùm confertum granis ſimilitudine fragorum. Tulit autem adoleſcens antè dictus ramuſculum è manibus pueri, lætuſque eum obtulit Miniſtro cum his verbis: Age mi frater & conſodalis, cape rubros hos fructus à tui amantiſſimo Domino, hoc ipſo ſpecioſiſſimo adoleſcentulo Regis æterni filio, quem hactenus cantantem audiſti, tibi dono datos. O quantoperè is te amat! His auditis, Frater ille præ gaudio, rubore vultus infuſus, excepit hilariter ſportellam cum fructibus, aitque: O me felicem, cui tam optatum contingit munus à præclaro diuinoque hoc adoleſcentulo, quod me ſanè non poteſt non perpetuâ animi exultatione afficere. Verſuſque ad adoleſcentem reliquoſque beatos ſpiritus illic præſentes: Amici, inquit cariſſimi, æquúmne eſt gratioſum hunc & cæleſtem iuuenculum à me impensè amari? Meritò profectò mihi diligendus eſt: atque ſi mihi gratiſſima illius eſſet perſpecta voluntas, eam modis omnibus exequerer. Conuertitque ſe ad memoratum adoleſcentem, & ait: Dic mihi cariſſime, recténe tibi ſentire videor? Subridens ille ſuauiter: Planè, inquit, rectè ſentis, ac iure illum amare debebis, qui te præ multis aliis benigniùs ſpectat & amat. Quamobrem ingenti illum fac amore proſequaris: adeoque certum habeas etiam pro multis aliis duriora te deinceps perpeti oportere: ſimulque præpares te. Ait ille: Faciam id libentiſſimè: precorque vt mihi illius viſendi copiam obtineas, quò gratias illi agam pro ipſius præclaro munere. Perge, inquit adoleſcens, ad feneſtram, & proſpice. Aperuit ille feneſtram, & ecce vidit illic puerum ſcholaſticum tantæ venuſtatis, vt non ſit illi vnquam quiſquam viſus ſimilis: cumque vellet per feneſtram ad illum egredi, blandè illi ſe inclinans ſuauiter illi benedixit, & è veſtigio ab eius euanuit oculis. Sicque viſio illa finita eſt. Redditus ſibi ipſi, gratias egit Deo pro eiuſmodi diuinis Bacchanalibus ipſi præſtitis.

& ramo cæleſti ab Angelo dato,

pueri Ieſu viſione & benedictione.

CAPVT XIV.

Vt ineuntis Maij diem primum exceperit.

28. NOcte illius diei, quæ menſis Maij caput eſt ac initium, pro more ſuo ſpiritalem quemdam, eumque virentem ramum ſibi reponens, aliquammulto tempore ſingulis diebus eum venerabatur. Inter omnes autem, quæ vnquam creuerint, quantumuis amœnas frondes, non potuit vllam inuenire vernantiorem præclaro ſanctæ Crucis ſtipite, qui gratiâ & virtutibus atque omnigeno decore illuſtrior eſt atque vernantior, quàm vllæ vnquam arborum frondes. Sub hac igitur arbore ſex, vt dici ſolet, capiebat venias, ad ſingulas quaſque in ſuâ meditatione ſingulatim deſiderans ornare myſticam hanc frondem, idque rebus elegantiſſimis, quæ vernans poſſet proferre æſtas. Dicebatque & canebat intra ſeſe hymnum, Salue crux ſancta, &c. addens etiam hæc, Salue cæleſtis arbor ſalutis perpetuæ, in quâ creuit fructus æternæ Sapientiæ: primò quidem in tui perennem ornatum pro cunctis rubentibus roſis offero tibi amorem intimum: ſecundò, pro cunctis humi repentibus violis humilem ſubiectionem: tertiò, pro cunctis ſuaueolentibus liliis puriſſimum complexum: quartò, pro omnigenis grati coloris ac virentibus floſculis, quos vlla vſpiam ſilua, pratum, ſaltus, arbor, nemus, campus hoc amœno vere protulerit, vel vnquam extiterint vel exiſtent, ſpiritale cordis oſculum: quintò, pro cunctarum in aëre hilariter volitantium auium cantu, quem illæ vnquam in quibuſuis arborum ramuſculis deprompſerint, animæ laudes inexhauſtas: ſextò, pro cuiuſuis generis ornatu, quo vllus vnquam verni temporis ramus virens præditus fuit, cor meum hodie ſpiritali te cantico extollit, obſecrans, vt tu arbor benedicta mihi auxilio ſis, quò in hac vitâ momentaneâ ita te laudare merear, vt teipſo fructu vitali perenniter frui dignus ſim. Hoc pacto Maij initia celebrabat.

Crux omnibus arboribus & plantis præſtat.

CAPVT XV.

De miſerandâ Crucis deportatione, quam ad Chriſti crucifigendi ſimilitudinem imitari ſolebat.

29 DEus omnipotens initio cæleſtibus conſolationibus multo eum tempore recreauit, quibus is adeò fuit oblectatus; vt quicquid ad diuinitatem pertineret, ei eſſet iucundum & delectabile: ſi verò eius Paſſionem commemorare, atque ad eius imitationem ſe componere deberet, amarum & difficile ipſi videretur. Vnde illum quadam vice Dominus grauiter obiurgauit aitque illi: Itane ignoras oſtium me eſſe, per quod omnes veri Dei amici ingredi debeant, qui velint beatitudinem adipiſci? Planè neceſſe eſt per afflictam humanitatem meam illi te conformando penetres, modò ad nudam velis diuinitatem meam reuerà pertingere. Territus ille quidem fuit his ſermonibus, attamen conabatur illis quantumlibet ſibi moleſtis animum intendere, cœpitque diſcere quod antè neſcierat, atque animo reſignato totum ſe diuinæ permiſit voluntati.

Quâ viâ ad nudam Dei diuinitatem peruenia-tur.

30 Ex hoc igitur tempore, ſingulis noctibus poſt peractas preces matutinas loco ſolito, qui erat in domo, vt vocant, capitulari, ſeſe ad Chriſtiformem quamdam exercebat compaſſionem eorum omnium, quę Dominus Ieſus pro ipſo perpeſſus fuiſſet. Ambulabat de angulo in angulum, vt torporem omnem excuteret, eſſetque in Dominicæ Paſſionis ſenſu ſiue experimento vigilantior. Cœpit autem cum Chriſto ab ipsâ cœnâ vltimâ, tranſtulitque ſeſe cum illo de loco in locum, donec eum ad Pilatum adduceret. Ad extremum aſſumpſit eum coram tribunali morti addictum, egitque cum illo miſerabile illud deportandæ crucis iter, quod idem Dominus Ieſus à tribunali ad montem vſque Caluariæ confecit. Hoc autem crucis iter hac ratione inchoauit: Vbi ad domus Capitularis veſtibulum veniſſet, flexis genibus primò Domini ſui veſtigia oſculabatur, ad mortem damnati, ſeque vertentis, & ad ſupplicij locum properantis. Dicebat hîc Pſalmum: Deus Deus meus, reſpice in me, &c. atque ita per oſtium in cœmeterium ſiue ambitum cœnobij procedebat. Finxerat autem ipſe ſibi plateas quatuor, per quas erat iturus cum Domino ſuo. Per primam gradiebatur cum illo ad mortem, hoc deſiderio, quòd & amicos & facultates ac bona temporaria vellet deſerere, atque in Chriſti laudem, exilium omni conſolatione deſtitutum, ac voluntariam paupertatem perpeti. In alterâ plateâ proponebat contemnere honores ac dignitates temporales, ac vltroneo mundi totius deſpectui ſtudere, cogitans Dominum ſuum vermem & non hominem, opprobrium hominum, & plebis abiectionem fuiſſe. In tertiæ plateæ capite iterum curuabat genu cum humi exoſculatione, liberè illic renuntians omni non neceſſariæ quieti, commoditati & fomentis corporis, idque in honorem excruciati corporis tenerrimi Domini Ieſu, reuocans inibi ob oculos, vti ſcriptum eſt, exaruiſſe ſicut teſtam virtutem eius, & in puluerem mortis deductum eum eſſe. Cumque eum ante ſe miſerandum in modum ſatellites impellerent, cogitabat iure meritoque cunctorum oculis lacrymas, & cordibus gemitus hoc ipſum excutere ac exprimere debere. Ad quartam plateam veniens, in illius medio

Iter crucis.

Pſal. 21.

Platea myſtica.

Pſal. 21. 16.

medio ſe demiſit in genua, tamquàm ſi ante portam, quâ erat egreſſurus Dominus, flecteret poplitem, procedenſque ante illum oſculato ſolo obnixè precabatur, ne ſine ipſo pergeret ad mortem, ſed ipſum ſecum mori permitteret: ſiquidem iuxta ipſum neceſſe erat tranſire Dominum. Hæc verò quoad potuit, ad viuum ſuo animo impreſſit, tamquàm coràm reuerà fierent: dixitque precem illam, Aue rex noſter fili Dauid, &c. Sicque eum præterire ſinebat. Deinde denuò ſubmittens ſe in genua versùs portam, crucem quoque excepit cum hoc verſu, O crux aue ſpes vnica, &c. atque ipſam itidem antecedere permiſit. Pòſt iterum poplitē curuauit erga beatiſſimam virginem Mariam cæli Reginam, quæ immenſo cordis dolore confecta, coram ipſo ducebatur: obſeruabatque geſtus eius miſerabiles, feruentes lacrymarum imbres, alta & miſeranda ſuſpiria, vultum ac ſpeciem longè triſtiſſimam, dicebatque illi ſemel, Salue regina miſericordiæ, vita, &c. atque eius veſtigia cupidè oſculabatur. Tum repentè exiliens, properabat poſt Dominum ſuum, donec eius lateri iungeretur. Quæ res quandoque per imaginationem tam illi præſens erat, ac ſi corporaliter ad eius latus graderetur: cogitabatque vt Dauidem Regem à facie Abſolonis fugientem fortiſſimi milites à dextris & ſiniſtris olim fuerint comitati, & familiariter illi adſtiterint. Hîc verò omnem voluntatem ſuam diuinæ permittebat ac reſignabat voluntati, nihil recuſaturus, quicquid ipſo Deus facere vellet. Poſtmodùm mente verſabat lectionem illam Eſaiæ Prophetæ, quæ in Paraſceue legitur, Domine, quis credidit auditui noſtro, &c. quæ ad viuum depingit eductionem eius ad mortem, atque ſub hac in Chori oſtium ingreſſus, per gradus aſcendebat ad templi pulpitum. Quò cùm peruenisſet coram crucis imagine humi collapſus, rogabat Dominum Ieſum, ne famulum ſuum, neque morte, neque vitâ, nequę proſperis, neque aduerſis à ſe vnquam diuelli pateretur.

Iſa 53.1.

Aliud iter Crucis internum.

31 Solebat adhuc aliud internum crucis iter peragere in hunc modum: Cùm cantaretur Salue regina, ad Completorium, ſuo in corde meditabatur tamquàm etiamdum Virgo ſacratiſſima ad filij ſui ſepulchrum materni plena doloris verſaretur, iamque tempus adeſſet, quo illam oporteret reduci domum, idque ipſi faciendum incumberet. Itaque in animo ſuo tres effingebat venias ſiue humi deoſculationes, quibus eam domum reduxit. Prima erat circa ſepulcrum, ſimul enim atque inchoatum eſſet Salue Regina, flectebat reuerenter ceruicem animæ ſuæ, ac ſpiritali quodam modo excipiebat eam in vlnas ſuas, plorans maternum pectus illius, quod tum amaritudine, contemptu, probris, & acerbiſſimo mœrore completum erat; conſolabaturque eam admonitione quadam, putà quòd eâ de cauſâ nunc ſit Regina præpotens, Regina miſericordiæ, vita, dulcedo & ſpes noſtra. Atqui vbi peruenisſet cum eâ ad portam Hieruſalem, præcedebat illam, reſpicienſque intuebatur eam miſerandum in modum in vrbem ingredientem, ſacroſancto ex ruptis filij ſui vulneribus ſtillante ſanguine adſperſam & infectam, omnique conſolatione priuatam: atque inibi rurſum eam cum ſoli feruenti deoſculatione excipiens ad verba illa, Eia ergo aduocata noſtra, hortabatur vt bono eſſet animo, ſiquidem iam omnium noſtrûm digniſſima eſſet aduocata: rogabatque vt in amore miſerabilis illius adſpectus miſericordes oculos ſuos ad ipſum conuerteret, & Ieſum benedictum fructum ventris ſui ipſi poſt hoc exilium oſtēderet benignū. Tertiam denique veniam capiebat ad fores domus S. Annę genitricis eius, ad quam mœrens introducebatur: idque faciebat cum quadam commendatione ſui in illius dulciſſimam pietatem, & piiſſimam dulcedinem, cum verbis illis admodùm deuotis, ô clemens, ô pia, ô dulcis Maria: obſecrabatque eam, vt animam ſuam miſeram ac exulem in obitu ſuſciperet, eamque duceret ac tueretur ab hoſtibus tartareis, & per cæli ianuam in æternam beatitudinem abſportaret.

Conſolatur, & à ſepulchro reducit D. Virginem.

CAPVT XVI.

Auctore Lavr. Svrio.

De vtiliſsimâ Silentij virtute.

32 VRgebatur idem Diſcipulus in interiori homine, vt ad veram cordis pacem pertingere niteretur: cui rei Silentium cumprimis ſuffragari ſentiebat. Quamobrem tantam ſuo ori cuſtodiam adhibuit, vt intra annos triginta numquàm ad menſam fregerit ſilentium, vnâ dumtaxat vice deminutâ, quando cum multis Fratribus ex capitulo reuerſus, in nauí cum illis edebat. Atque vt linguam ſtrictiùs domaret, nec eſſet ad loquendum præceps, in ſuâ meditatione tres ſibi præceptores conſtituit, ſine quorum permiſſu ſingulari nollet loqui: iique erant ſancti Patres Dominicus, Arſenius, & Bernardus. Locuturus igitur in ſuâ cogitatione ab vno ad alium acceſſit, petens veniam & dicens: Iube Domine benedicere. Et ſi quidem locutio poterat fieri congruo tempore & loco, putabat ſe habere copiam à primo: & ſi ex locutione nullum foris impedimentum acciperet, habebat facultatem etiam à ſecundo: atque ſi nullam ex verbis intus inquietudinem ac perturbationem contraheret, iam ſe credebat loquendi poteſtatem à tribus illis adeptum: ſicque demum loquebatur. Sin verò aliter ſenſiſſet, intra ſilentium ſeſe continebat. Ad portam cœnobij vocatus, his quatuor nauabat operam: primò, vt vnumquemlibet benignè exciperet: ſecundò, vt paucis abſolueret: tertiò, vt conſolatum à ſe dimitteret: quartò, vt ſine vllâ contagione vel affectus adhæſione intrò rediret.

30. annis non loquitur ad mēſam.

mirâ cautelâ loquebatur.

quæ obſeruabat cum externo.

CAPVT XVII.

De corporis caſtigatione.

33 IN adoleſcentiâ ſuâ erat naturâ petulanti, quę cum vitiis titillari inciperet, ſentiens ille graue onus carnis indomitæ ac proprij corporis ſui admodùm diſcruciabatur. Eam ob rem multa callidè comminiſcens, & diris corpus caſtigationibus affligens, nitebatur illud ſpiritui ſubditum efficere. Cilicium & catenam ferream diu tulit in corpore, donec ſanguine erumpente coactus eſt deponere. Iuſſit clàm ſibi confici ſubligaculum, & in ipſo ligamina quædam, quibus infixæ erant acus aſperæ centum & quinquaginta, eædemque æreæ & limâ exacutæ, quarum acumina ſemper erant ad carnem verſæ. Idem autem ſubligaculum valdè erat anguſtum, & ab anteriori parte conſtrictum, quò tantò propiùs corpus attingeret, & acus acutæ carnem penetrarent: pertingebatque vſque ad vmbilicum eius, & in ipſo noctibus dormiebat. Æſtate calidâ quando ex itinere defatigatus ac viribus exhauſtus, aut lectoris officio perfunctus erat, in illis laboribus ita iacebat conſtrictus, vt ſimul etiam vermibus admodùm vexaretur: ſæpiuſque in ſeipſo contrahebatur & contorquebatur, & neceſſitate adactus huc illucque ſeſe vertebat, perinde vt ſolent vermes dum acu punguntur. Crebrò haud aliter affectus erat ex pediculorum infeſtatione, quàm ſi formicis multis vndique cinctus fuiſſet. Siue enim dormire cuperet; aut iam obdormiuiſſet, mirum in modum mordebant ac ſugendo affligebant eum. Dicere tum quandoque ſolebat Domino pleno corde: O Deus meus, quàm acerba iſthęc mors eſt. Si quem latrones aut feræ perimant, citâ morte perit: atqui hîc ego inter infeſtos decumbens vermes & morior ſemper, nec tamen poſſum emori. At verò nūquàm neque noctium hibernarum prolixitate, neque æſtatis feruore adduci potuit, vt hinc abſtineret. Et vt minus ſub hoc cruciatu ſentiret leuamenti, aliud quiddam addidit: Gutturi ſuo circumdedit partem cinguli cuiuſdam, cui arte duos inſeruit annulos ex corio confectos, quibus manus inſertas & brachia incluſit ſeris duabus, quarum clauem ante lectum poſuit in aſſere quodam, donec ad preces nocturnas ſurgens, ſeipſum abſolue-

Carnem domat cilicio,

catenâ,

mirabili ſubligaculo.

morſu pediculorum perpetiendo,

conſtrictis brachijs,

AVCTORE LAVR. SVRIO.

ſolueret. In his vinculis brachia eius ad guttur ſurſum versùs ita extenſa, eademque vincula adeò obfirmata erant, vt etiamſi cubiculum eius totum conflagraſſet, non poſſet ſibiipſi ferre ſuppetias. Tamdiu hæc continuauit, donec manus ac brachia ex eâ conſtrictione admodùm tremere inciperent.

34 Tum demũ aliud excogitauit: Chirothecas duas ex corio ſibi confici curauit, qualibus vtuntur ruſtici vel opifices, dum vepres ac ſentes extrahunt, his ab artifice quodam æreos ac præacutos omni ex parte iuſſit clauiculos infigi, atque ita eis noctibus inſerebat manus. Fecit id ea cauſa, vt ſi fortè in ſomno voluiſſet remouere cilicinum ſubligaculum, aut quouis alio modo ipſe ſibi opitulari, dum à fœdis illis roderetur vermibus, clauiculi illi carnem eius cõpungerent: quod & factum eſt. Si enim nonnihil ſubſidij adferri ſibi tentaſſet, inter dormiendum cum acutis illis clauiculis pectus confricans, tam atrociter ſeipſum lacerabat, ac ſi vrſi cuiuſdam vnguibus fuiſſet diſcerptus, adeò vt etiam in brachiis & circa cor eius caro intumeſceret. Quibus poſt multas hebdomadas curatis vulneribus, denuò ſe confricans dilacerabat. Hoc genus acerbi valdè exercitij, imò martyrij, ſedecim annis proſequutus eſt. Quibus exactis, cùm natura eius frigeſceret & miſerè contraria foret, die ſancto Pentecoſtes cęleſtium ſpirituum iucunda viſio illi apparens, certiorem eum reddidit, nolle Deum vt diutiùs id retineret. Tum illicò deſiſtens, in flumen cuncta proiecit.

aculeatis chirothecis,

quas diui nomonitu poſt abiecit.

CAPVT XVIII.

De aſperâ cruce, quam inter ſcapulas geſsit.

35 PRæ aliis quibuſlibet exercitiis, cupidè admodùm trahebatur, vt aliquod ſuo in corpore geſtaret ſignum ſenſibilis condolentię erga acerbiſſimam crucifixi Domini ſui paſſionem. Effecit ergo ipſe ſibi crucem ligneam, longitudine palmi virilis, & congruâ latitudine, eique infixit clauos triginta in honorem vel memoriam omnium vulnerum Chriſti, quibus in nos ſuum eſt teſtatus amorem. Hanc crucem in dorſo inter ſcapulas extendit in ipsâ carne, & annis octo noctes atque dies iugiter eam tulit in laudem crucifixi Domini ſui. Deinde extremo anno etiam acus ſeptem eidem impreſſit, quarum acies per mediam adegit crucem, cui firmiter inhærebant: reliquam partem acuum ſuperiùs reſecabat. Harum cruentationem acuum pertulit ob honorem acutiſſimi doloris, quo Virginis Matris cor & anima in filij morte pœnitùs confixa fuêre. Quando hanc crucem primùm nudo ſuo corpori adſtrinxit, tenera eius natura exhorruit: quamobrem ad ſaxum clauorum aciem pauxillum retudit: ſed illicò hac neutiquam virili mollitie victum ſe dolens, denuò eos omnes limâ exacuit & ad corpus applicauit. Eas quidem dorſi partes, vbi oſſa extabant, crux ipſa ſcarificabat, cruentumque eum reddidit & læſit: vbicumque ſiue ambularet ſiue recumberet, videbatur ſibi hericij exuuiis opertus. Si quis eum imprudens eo loci vel tetigiſſet vel truſiſſet, lædebat illum. Vt verò crux eadem ipſi eſſet tolerabilior, ſalutiferum IESV nomen illius tergo inſculpſit. Hac cruce longo tempore bis quotidie ſe flagellabat hoc pacto. Pugno crucem tundebat, moxque claui in carnem adacti adeò infigebantur, vt cum veſtibus eos cogeretur extrahere. Fecit autem hæc adeò rectè & prouidè vt nemo facilè id poſſet animaduertere. Primò ſe flagellabat in hunc modũ, quando in ſuâ meditatione ad eam peruenit columnam, vbi Dominus ſuus præ filiis hominum formâ ſpecioſus, tam immaniter fuit virgis & flagris cæſus; rogabatque eum vt ſuis vulneribus ipſius vulnera ſanaret. Secundò flagellabat ſe, vbi cum Domino ſuo venit ad crucem, eique is clauis affixus fuit, ad quam etiam ipſe ſe clauis adſtrinxit, eo animo, quòd numquàm ab illo vellet ſeparari. Solebat etiam tertiò ſe hac ratione cædere, ſed non niſi quando nimium ſibi inordinatæ delectationis indulſiſſet in capiendo cibo, vel potu, vel ciuſmodi aliis.

Crucem clauis horrentem gerit in honorem paſſionis Chriſti:

natura mollitiem corrigit:

eâ cruce ſe flagellat:

36 Quodam tempore ex quadam negligentiâ Virginum duarum in loco publico ipſi coram aliis multis aſſidentium manus arripuit ac tenuit, nihil penitùs mali cogitans aut ſpectans. Sed huius incuriæ citò eum valdè pœnituit, putabatque eam rem minimè inultam abire oportere. Cùm ergo diſceſſiſſet à Virginibus, & in ſuum veniſſet ſacellum, ad locum quemdam ſecretum, proerrato illo cecidit ſeſe in crucem, adeò vt acuti clauidorſo eius infigerentur. Nec hoc contentus, inſuper excommunicauit ſeipſum, vt non auderet ingredi poſt matutinas preces in domum capitularem ad conſuetum orationis ſuæ locum, ſeſeque iungere Angelicis ſpiritibus, qui illic meditanti præſentes adeſſe ſolebant. Poſteà verò cùm pro hac culpa ſe penitùs reconciliare vellet, multis ſeſe antè pœnis dirè afflixit, procedenſque primò ad Iudicis pedes, coram illo ſeſe cum cruce flagellauit, deinde circa medium vndique ad Sanctos accedens, triginta vicibus ſeſe eodem modo cecidit, ita vt ſanguis per humeros dimanaret. Hac ratione dirè expiauit delectationem illam, quam ſibi inordinatiùs cepiſſe videbatur. Abſolutis nocturnis precibus, ad capitulare ſacellum pergens in ſecretum locum ſuum, centies in faciem proſtratus, humum exoſculabatur, totidemq; vicibus flexis genibus idem faciebat, habebatque ad ſingulas eiuſmodi deoſculationes, peculiares quaſdam meditationes ſuas. Vnde nimirùm ſatis afflictus fuit propter crucem. Cùm enim crucem ipſam fortiter ad corpus adſtringeret, propiuſque illi applicaret quàm ſolent ligamina vaſorum, atque cum eadem cruce humi pronus collapſus centies terram oſcularetur, in ipſo caſu claui eius carni imprimebantur, iidemque, cùm reſurgeret, rurſum extrahebantur, rurſumque cadenti noua infligebant vulnera, quod illi reuerà magnum attulit dolorem & cruciatum. Si vno manſiſſent fixi loco, erat intolerabile.

quamdam incuriam grauiter in ſe caſtigat:

centies noctu terram oſculatur:

37 Ante hanc exercitationem aliam habebat: Confecerat ipſe ſibi flagellum, quod ſcutica dicitur, idque iuſſerat æneis & acuminatis hinc inde obduci aculeis, inſtar ſtyli acutis, binique aculei verber illud mediâ ex parte anteuertebant, adeò vt ſinguli eſſent triſulci, quâ parte corpus tangebant, vulneraque infligerent. Huiuſmodi ergo flagello confecto, ante nocturnas preces ſurgens ad Chorum templi ibat coram venerabili Sacramento, & ſeſe acriter cædebat aliquàm multo tempore, donec id ad Fratrum notitiam peruenisſe ſentiret; quo cognito, ceſſauit. Ipſis D. Clementis feriis, quibus hyems aduentat, quadam vice generalem fecit confeſſionem, cumque noctis adeſſent ſilentia, in ſuo ſe cubiculo includens, nudatum corpus vſque ad cilicinum ſubligaculum ſimulque brachia & crura aculeato flagello ſuo vſqueadeò cecidit, vt ſanguis haud ſecus ex eius corpore decurreret, quàm ſi ferro ſcarificatum eſſet. Erat in illo flagello recuruus quidam aculeus, vnci ſpecie, qui quicquid apprehendiſſet carnis extrahebat. Percuſſit tum corpus ſuum tam pertinaciter, vt flagellum in tres ſciſſum partes, vnà cum aculeis ad cubiculi parietes volitaret, atque vna pars in eius remaneret manibus. Stans igitur illic totus cruentus, ac ſeipſum intuens, videbat miſerandam ſui corporis ſpeciem, adeò vt ſæpius quodammodò Chriſto crudeliter flagellato ſibi ſimilis videretur. Deinde ex quadam ſuiipſius commiſeratione fleuit acriter, atque in illo hyemis frigore, ita vt erat nudus & ſanguinolentus poſitis humi genibus rogabat Deum, vt ſua peccata penitùs aboleret. Poſt hæc in Dominicâ Quinquageſimæ iterum more ſuo, dum Fratres eſſent in menſâ, ſuum ingreſſus cubiculum, poſtquàm veſtes detraxerat, immaniter ſe verberauit, largiter per corpus manante ſanguine. Et cùm duriora ſibi intentaret verbera, Frater quidam audito flagellorum ſtrepitu aduenit, ſicq; deſtitit:

acriter ſe flagellat:

deſtitit: at nihilominùs vt eſſet acrior cruciatus, aceto & ſale vulnera confricauit.

38 Sacro die S.Benedicti, quo ipſe in hunc miſerabilem mundum fuerat editus, ſub prandio in ſacellum ſuum ſe contulit: quo obſerato, ſeſe exuens, arrepto flagello percutere cœpit, tetigitque in ſiniſtro brachio venam cordis, quæ mediana dicitur, aut aliam vicinam, ex quâ tum ſanguis vbertim prorumpens, in ima per pedum digitos decurrebat, pauimentum ipſum largiter madefaciens, moxque brachium impendio intumeſcens, liuidum accepit colorem. Vnde territus, non audebat ampliùs percutere. Eodem tempore eademque horâ, cùm ſe hoc pacto verberaret, ſancta quædam Virgo Anna nomine, in aliâ vrbe in caſtro quodam orationi incumbens, in viſione ducta fuit ad eum locum vbi ſe cædebat ille, viſiſque ictibus terrificis, nimiùm miſerta, acceſſit ad eum propiùs, cumque iam extento brachio percuſſurus erat, ipſa ſe interponens in ſuum brachium ſibi viſa eſt ictum illum recipere. Reddita porrò ſibiipſi, eumdem ictum reperit atro luridoque colore in ſuo brachio deſignatum; atque euidens hoc certæ veritatis documentū multo tempore admodùm ſeriò retinuit in ſuo corpore.

Ea res cuidam abſenti reuelatur.

CAPVT XIX.

De ſtrato illius.

39 PEr idem tempus antiquum quoddam ac reiectitium adeptus oſtium, in cubiculo iuxta lectum ſuum repoſuit, in eoq; dormire ſolebat, nihil omnino habens operimenti, quo corpuſculo ſubueniret. Texuerat autem ipſemet ex iuncis tenue opertorium, quod oſtio impoſuit, idq; non niſi ad genua illius extendebatur. Capiti ceruicalis loco ſuppoſuit ſacculum culminibus auenaceis refertum, cui aliud exiguum puluinar addidit. Nihil penitùs, vt dictum eſt, habuit eorum, quæ ad lecti vſum pertinent, & vt interdiu incedebat, ita noctibus cubabat, hoc ſolo dempto, quòd calceis nudabat pedes, & craſſo pallio ſeſe induebat.

Quale eius ſtratum.

40 Erat igitur ſtratum hoc miſerabile. Siquidem duri illi auenæ culmi glomeratim ſub eius capite iacebant, atque crux acutis clauis eius dorſum compungebat. Brachia erant obſeratis ſtricta nexibus, & lumbos cilicinum vexabat ſubligaculum. Pallium nimio ſuo premebat pondere, & oſtium erat durum ac rigidum. Iacebat itaque miſerè affectus, & in trunci morem ſe mouere non poterat abſque grandi dolore. Quòd ſi ſomno preſſus in crucem duriùs incubuiſſet, claui in oſſa eius impingebant: interim crebros dabat in cælum gemitus. Hiberno tempore admodùm malè ipſi erat ex frigore. Pedes enim more ſolito extendens, nudos eos in oſtio ponebat, quos frigore confectos, cùm ad ſe retraheret, ſurſumque erectis genibus ad corpus adduceret, ſanguis in cruribus exagitatus dirè eum torquebat: ipſique pedes complebantur ſanie, & crura intumeſcebant hydropici in morem: genua cruenta erant & attrita, lumbi ex cilicino ſubligaculo luridi ac vlceroſi. Dorſum ſauciabat crux: corpus exhauſtum erat rigore nimio, fauces ſiti areſcebant, manus præ virium defectu tremor obtinuit, atque in his cruciamentis noctes exigebat & dies. Ferebat autem hæc omnia ex ingenti ac intimo æternæ Sapientiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti amore, cuius acerbiſſimæ paſſioni ſeſe nonnihil conformare volebat. Tandem relinquens hoc in oſtio cubandi exercitium, in cellulam quamdam commigrauit, cuius ſellâ, in quâ alioqui ſedebatur, ſtrati loco vſus eſt. Erat autem tam anguſta & breuis, vt in eâ ſe extendere non poſſet. In hoc igitur ergaſtulo, atque in oſtio antè dicto annis octo ſomnum capturus recubuit, cum ſolitis ligaminibus ſuis.

Cubandi ratio:

41 Erat tum illi in more, vt poſt Completorium, quando in cœnobio degebat, in hypocauſtum vel ad Fratrum fornacē ſe nō reciperet cauſsâ corporis calefaciendi, quantumuis acre ſequiret frigus, idq; annis viginti quin-

que obſeruauit, niſi fortè quandoque aliâ ex cauſsâ eò ire AVCTORE debuiſſet. Iiſdem annis numquàm balneis vſus eſt, num- LAVR. quàm pedes lauit propter leuanda delicati corporis ſui SVRIO. incommoda. Deinde ſic ſe continuit, vt æſtate iuxtà ac hyeme nō niſi ſemel in die ederet, nec ſolùm à carnibus, *Frigoris* ſed etiam piſcibus & ouis abſtineret. Multis annis tan- *tolerantia,* tam dedit paupertati operam, vt neque cum permiſſū, neque ſine permiſſū vllum vellet nummum recipere vel *inedia,* attrectare. Non parum multo tempore vſque adeò ſtu- *paupertas,* debat cordis & corporis puritati, vt nullâ corporis parte ſeſe vel fricare vel contingere vellet, præterquàm in ma- *caſtitas.* nibus & pedibus.

CAPVT XX.

De potus parſimoniâ.

42 QVodam tempore moleſtiſſimum ſuſcepit exercitium, præfigens ſibiipſi exiguam ſanè potus capiendi menſuram: cui vt minus vel foris vel domi admiſceret ſiue adderet, confecit eiuſdem capacitatis poculum paruum, idque exiens foras ſecum tulit. In magnâ ſiti non niſi quoddam aridi ſui oris erat refrigerium, ac ſi ægroto magno ardore æſtuanti pauxillum liquoris inſtilletur. Deinde admodùm diu vino abſtinuit, *Abſtinet* ſolo Paſchatis die, in tantæ ſolennitatis honorem, eius *vino, dempto ſolo* vſum ſibi permittens. Cùm iam ſiti eiuſmodi diu labo- *Paſchatis* raret, nec tamen præ animi rigore, neque aquâ, neque *feſto.* vino ſibi mederi vellet, ſimulque miſerandum in modum in cælum reſpiceret, contigit vt quadam vice eiuſmodi Dei inſtinctū vel reſponſum intus ſentiret: Animaduerte, vt ego olim mortis angoribus correptus, ſitim aridiſſimam modico aceto & felle tolerarim, cùm tamen mei eſſent omnes fontes aquarum, vtpote à me conditi, ſicut & cetera omnia in vſum ac ſuſtentationem hominum. Ita ergo tu quoque, ſi meis vis ingredi veſtigiis, penuriam & ſubtractionem feras moderatè ac benignè.

43 Quodam tempore ante natalem Chriſti omnibus corporis commodis ac fomentis prorſus valefaciens, præter communia illa diu vſitata exercitia, tres inſuper alias corporales exercitationes vel afflictiones aſſumpſit. Prima ex his erat, quòd noctibus poſt Matutinas preces coram ſummo Altari ſtetit nudis plantis in lapidibus donec aduentaret dies. Idque faciebat, quando ſunt noctes longiſſimæ, & citiùs ad nocturnam Synaxim fratres excitantur. Altera erat, quòd neque noctu neque interdiu ad calida acceſſit loca, nec ad altare voluit manus igni calefacere: quamquàm id temporis, quòd eſſet acerrimum frigus, manus eius immaniter intumuerant. Poſt Completorium ita totus frigore correptus, in ſuam ſedem dormitum ſe repoſuit. Poſt nocturnas preces manſit, vt dictum eſt, nudis pedibus coram altari in pauimento lapidibus ſtrato, donec appropinquaret dies. Tertia erat, quòd per diem omni ſibi potu interdixit, *Omni potu* quamlibet vehemens eum teneret ſitis: ſolâ prandij ho- *extra prā-* rā demptâ, vbi tum non patiebatur ſitim. Atqui adue- *dium abſ-* ſperaſcente die, tam dirâ cruciabatur ſiti, vt omnis e- *tinet.* ius natura potui inhiaret: quod tamen premebat ipſe, & obluctabatur non niſi multiplici eodemque acri dolore. Os eius foris & intus perinde areſcebat, vt ſolet ægris morbo correptis: lingua ſcindebatur, adeò vt poſtmodùm vno & eo ampliùs anno non poſſet refici. Quando ſtabat ad Completorium ſiti aridus, atque ex more aquâ benedictâ adſpergeretur, magno deſiderio hianti ore ad aſpergillum ſe vertebat, ſi qua fortaſſe guttula areſcenti linguæ eius præberetur, vnde pauxillum caperet refrigerij.

44 Deinde cùm ad Collationem, vt vocant, in men- *Vinum ob-* sâ ſedens, licet valdè ſitibundus, vinum à ſe remoueret, *latum,* nonnumquàm erectis ſurſum luminibus, ait: Accipe Pa- *Chriſto of-* ter cæleſtis in ſacrificium ſanguinis cordis mei, hunc vi- *fert.* ni potum, & præbe illum filio tuo nimiâ ſiti affecto, iam

AVCTORE LAVR. SVRIO.

iamque in cruce morituro. Quandoque tam acri vexatus siti, ad fontem accedens, contemplabatur aquam leni susurrio inde scaturientem, atque in cacabum stanno intrinsecus obductum exilientem, simulque oculos erigebat ad Deum, alta imo ex pectore trahens suspiria. Interdum plus nimio grauatus, ex intimo cordis ait ad Dominum: O bonitas sempiterna, quàm occulta sunt iudicia tua, vt cùm mihi tam propinquus sit vastus ille lacus Constantiensis, itemque præterfluentis Rheni vnda perspicua, nihilominùs haustus aquæ vnicus mihi contingere non possit. Id verò miserrimum est. In hoc instituto perseuerauit ad id vsque temporis, quo recitatur Euangelium, vbi Dominus fertur aquam in vinum commutasse.

siti contabescens, diuinitus recreatur:

45 Eadem Dominicâ vesperi ad mensam residens misericâ confectus, cibum capere non poterat ob sitis nimietatem. Simul autem vt gratiarum actiones dicebantur, actutum properabat ad sacellum suum: neque enim præ afflictionis intolerabili vehementiâ vltrà se cohibere poterat: fuditque ingentem lacrymarum vim, dicens ad Dominum: O Deus æterne, qui solus laborem & dolorem consideras, quàm planè miser editus sum in hâc lucem, vt cùm mihi abundè suppetant vitę sustentandę necessaria, tantam nihilo seciùs, tamque diram me oporteat penuriam perpeti. Sub his querimoniis visus est sibi in animâ huiusmodi audire vocem: Bono sis animo, propediem diuinitus gaudio & consolatione afficieris. Facessant lacrymæ, fortis athleta Dei, sume animum, ac probè te geras. His verbis corde ita est confirmatus, vt à lacrymis nonnihil cessaret, nec tamen poterat omnino lætus esse: sed simul vt lacrymarum stillæ ex oculis profluerent, intus aliquid eum ridere compellebat ob euenturum ipsi breui diuinitus iucundum quiddam & prosperum. Ita affectus, iuit ad Completorium. Os quidem psallebat, sed corde tremulo, atque interim videre sibi videbatur citiùs ab hac cruce se liberatum iri: quod etiam paullò pòst accidit, eademque nocte id aliquâ ex

à D. Virgine potatur:

parte cœpit in hunc modum: In visione contuitus est Virginem Matrem cum puerulo Iesu eâ specie, quâ erat septennis in terris, ad se venire, eumdemque infantulum habere in manibus, poculum aquâ plenum, paullò maius quàm erat scyphus cœnobio vsitatus. Porrò idem poculum beatissimam Virginem in manus sumere, atque ipsi offerre, vt biberet. Quod ille accipiens, auidè bibit, & pro voto sitim omnem profligauit.

D. Virginem in omnibus feminis honorat:

46 Ibat tum temporis in agro per angustam semitam, & ecce pauperem quamdam, at honestam, sibi vidit feminam venire obuiam, quæ cùm propiùs accessisset, ex itinere sicco secedens, in lutum se demisit, donec pertransiret. At illa se vertens, ait ad eum: Quid sibi vult, Domine venerande, quòd ipse quamuis sacerdotij honore præditus, mihi inopi tantâ humilitate cedere voluisti, cùm tamen ego potiùs tibi deferre debuerim? Respondit ille: Equidem consueui cunctis feminis honorem præstare ac reuerentiam, ob illustrissimam Dei matrem cæli Reginam. Leuatis illa in cælum oculis ac manibus, Oro, inquit, & obsecro præstantissimam illam Dei genitricem, ne ex hac emigres vitâ, quin peculiare quoddam ab illâ consequaris beneficium, quam tantoperè in nobis omnibus veneraris. Ad quod ille, Præstet, ait, id mihi præclarissima ea cæli Imperatrix.

47 Paullò pòst contigit, vt tametsi potus ei multiplex affatim adfuisset, nihilo seciùs pro more sitibundus à mensâ abscederet. Nocte proximâ in visu cælestis quędã miri decoris persona illi apparens, Ego inquit, sum Virgo Mater, quæ nocte præteritâ potum tibi præbui ex poculo testaceo, & quoties iterum tam infestà cruciaris siti, ego itidem te reficiam miserta tui. Tum ille magnâ fiduciâ ait ad eam: Nihil tamen Virgo intemerata in manibus habes, quo meam possis leuare sitim. At illa: Potum, ait, salutiferum tibi præbebo ex ipso corde meo manantem. Quibus verbis sic ille perterritus est, vt responsum reddere non posset, vtpote qui eo se indignum putaret:

Potu è corde D. Virginis manante recreatur.

Atqui Virgo sacratissima benignè eum consolans, dixit: Quandoquidem Dominus Iesus tam suauiter tuo se cordi immersit, idque ariditate oris tui tam cruciabiliter emeritus es, singulari hac à me consolatione afficieris: neque verò corporali te potu reficiam, sed salutari quodam præstantiq; ac spiritali intimæ ac integræ puritatis. Tum ille consensit vt verę, interim secum ita cogitans: Iam planè satis superq; potauero, quò tandem liceat ingentem propulsare sitim. Vbi verò cælico illo est potu abundè recreatus, mansit ei in ore quasi molle granum quoddam niuei coloris, cuiusmodi manna fuit. Idque in veritatis argumentum diu satis in ore retinuit. Hinc in ardentes lacrymas solutus, gratias egit medullitus Deo & eius sacratissimæ genitrici pro tanto sibi ab ipsis præstito beneficio. Eadem nocte Dei genitrix sancto cuidam homini alibi moranti sese visibilem exhibens, quâ ratione potum illi præbuisset, significauit: hæcq; addidit: Vade ad filij mei Ministrum, & dic ei verbis meis, quemadmodùm litteris proditum est de præclaro illo Doctore Ioanne Chrysostomo, quòd cùm puer scholasticus esset, & ante aram se demitteret in genua, vbi ego ipsa in ligneâ imagine filium meum in sinu meo lactaui, per eamdem imaginem dixi Filio, vt paullisper cessaret, sineretq; puerum antè dictum mea vbera fugere: dic illi, inquam, eamdem gratiam in visione ipsi quoque per me præstitam esse. Atque in veritatis argumentum, si animaduerteris, senties deinceps doctrinam ex sancto eius ore proficiscentem, auditu longè quàm antehac gratiorem & feruentiorem, ac magis esse desiderabilem.

Aquam à D. V. ei oblatam, Christus in vinum vertit.

48 Hæc cùm ad illum relata essent, sublatis sursum manibus, corde & oculis, ait: Benedicta sit vena perpetim scaturientis diuinitatis, itemque benedicta sit dulcissima totius gratiæ mater pro hoc cælesti munere mihi indigno exhibito. Huius simile quiddam Lector offendet in primâ parte Speculi Vincentij. Porrò idem sanctus homo etiam hæc addidit. Est præterea aliud, quod tibi significem. Hac nocte Virgo cum puerulo suo mihi per visum apparuit, habens in manu elegans poculum aquâ plenum. Ipsa verò & puerulus honorificam & benignam tui habuêre mentionem. Deinde Mater Filio obtulit poculum, rogans vt illi benediceret. Fecit ille vt mater voluit, & confestim aqua transiit in vinum: dixitq;: Sufficit iam: nolo vt deinceps Minister meus hoc genus exercitij prosequatur, vt vino abstineat. Vtatur posthac vino ob naturam suam exhaustam & confectam. Hac igitur illi potestate factâ à Deo, deinceps (vt antè solebat) vino vsus est. Eadem tempestate admodùm fractus erat ex antedictorum exercitiorum & castigationum, quibus tam multis sese afflictârat annis, nimietate.

Christus ei cor, manus, pedes sanguine perungit.

49 Apparuit autem Dominus Iesus cuidam amico suo, ferens pyxidem in manibus. Interrogatus ab eodem sancto homine, quid sibi vellet illâ pyxide; Ex hac, inquit, mederi volo Ministro meo ægrè affecto. Et ecce ipsum adiit Ministrum, aperuitque pyxidem recenti plenum sanguine, eodem tinxit, siue liniuit cor Ministri, adeò vt prorsus cruentum redderetur: deinde manus, pedes, cunctaque eius membra eodem sanguine perunxit. Tum sanctus ille homo, qui hæc in visione conspiciebat; Quamobrem, ait, Domine ita eum sanguine consignas? Visne illi quinque vulnerum tuorum similitudinem imprimere? Respondit Dominus: Ita nimirùm: siquidem cor totamque naturam eius cruce & afflictione signabo, eumque adhibitis medicamentis curabo, faciamque eum hominem iuxta omne cor meum. Cùm igitur Minister eiusmodi duris corporis afflictionibus, quales superiùs partim commemoratæ sunt, deditam egisset vitam à decimooctauo vsque ætatis suæ anno ad quadragesimum, omnisque natura siue corpus eius planè confectum & consumptum esset, nihilque præter mortem supereſſe videretur, nisi à talibus abstineret, deinde missas illas fecit. Significatum est autem illi à Domino, eum viuendi rigorem & austeritatem, cunctaque illa instituta & exercitia, non nisi bonum quoddam initium

tium

tium fuiſſe,& indomiti corporis ſui mortificationem atque edomationem: porrò adhuc aliâ ratione eum premi & exercitari oportere,ſi modò rectè cũ ipſo agi deberet.

CAPVT XXI.

Vt ad rationalem quamdam veræ reſignationis ſcholam miſſus ſit.

50 POſt hæc ſedens quadam nocte poſt matutinas preces in ſedili ſuo,inter meditandum factus eſt in ecſtaſi,putauitq́; ſe in viſu illo interno egregium quemdam iuuenem ſupernè venientem conſpicere,ſibiq́;adſtantem hunc in modum proloqui:Diu ſatis in minoribus ac triuialibus verſatus & exercitatus es ſcholis, iam tempus eſt,vt ad altiora contendas. Age igitur, mecum perge.Equidem ad præcipuum huius temporariæ vitæ gymnaſium te perducam,vbi præclariſſimæ dabis operam ſcientiæ,quæ veram tibi præſtabit pacem,& bona initia ad felicem deducet exitum.His ille lætior effectus,ſurrexit.At verò Iuuenis apprehensâ manu eius, duxit eum (vt ipſi videbatur)in regionem quamdam ſpiritalem,vbi erat inſignis domus,habitu ac ſpecie cœnobij cuiuſdam,in quo ſpiritales homines degerent.In hac domo illi morabantur, qui iam dictæ ſcientiæ ſtudiosè vacabant. Ingreſſus autem intrò, comiter ac benignè receptus & ſalutatus eſt ab illis. Moxq́; properarunt ad illius pædagogij præfectum ſiue Rectorem,certiorem eum reddentes de cuiuſdam aduentu, qui ſe in eius diſciplinam tradere, & artem memoratam perdiſcere ſtatuiſſet. At ille ſe faciem eius contemplari velle reſpondit, & quid eo ſperandum foret perſpicere. Viſo igitur illo, ſuauiter arriſit, aitq́ue: Poterit profectò hoſpes hic noſter in inſignem huius præcellentis ſcientiæ Magiſtrum euadere, ſi æquanimiter ſeſe velit offerre ergaſtulo, in quod eum coniici neceſſe eſt. Verba hæc obſcuriùs prolata Miniſter necdum intelligens, vertit ſe ad iuuenem illum, qui ipſum introduxerat, hunc in modum ſciſcitans ex illo: Dic mihi, inquit, cariſſime, quænam eſt hæc præcipua academia, eiuſq́ue diſciplina, cuius apud me mentionem habuiſti? Reſpondit iuuenis Angelicus: Excellentiſſima huius gymnaſij diſciplina non alia eſt,quàm perfecta ſui abnegatio & reſignatio, quâ quis vſque adeò à ſeipſo deficiat & moriatur,vt qualemcumque ſe illi Deus exhibuerit ſiue per ſeipſum, ſiue per creaturas, & tam in aduerſis, quàm proſperis, ſemper æquabili & eodem eſſe animo nitatur, cum abnegatione ſui & quicquid ipſius eſt,quatenùs quidem humana id poteſt præſtare imbecillitas, ſolamq́ue Dei laudem & honorem ſpectet:quemadmodùm Chriſtus Ieſus erga cæleſtem Patrem ſuum perpetim ſeſe geſſit. Placebant iſta Sapientiæ Miniſtro, dicebatq́ue omnino ſe huic velle ſtudere ſcientiæ, nec quicquam tam moleſtum ipſi poſſe occurrere, vnde ab hac ſententiâ retraheretur: iamq́ue incipiebat moliri domicilij cuiuſdam ædificium, & multis ſeſe inquietis occupare actionibus. Quod iuuenis prohibens,ait eam artem tranquillum & religioſum expetere otium: quantoq́ue minùs quis ageret, eò reuerà plus eum facere: de eâ videlicet actione loquens, quâ quis ſeipſum impedit, nec purè ſpectat honorem Dei.

Ab Angelo ad ſcholam reſignationis deducitur,

51 Hoc finito ſermone,illicò ad ſe rediit Miniſter, ſedenſque tacitus altâ cœpit mente reuoluere quæ audierat, aduertitq́ue verò prorſus eſſe conſentanea, & quæ ipſe Chriſtus docuerit. Itaque ipſe ſecum intus colloquens, ita ait: Introrſus adſpice, & vide quàm re ipsâ tete modò deprehenderis, vtq́ue cum omnibus antè memoratis externis exercitiis, quæ ex tuo tibi arbitratu adhibuiſti, etiamdum irreſignatus ſis ad externam ſiue ab aliis irrogatam perferendam aduerſitatem. Adhuc lepuſculi trepidantis, atque alicubi inter arbuſta latitantis,& ad omnem cuiuſlibet folij ſtrepitum extimeſcentis in morem, ad aliunde occurrentes afflictiones quotidie expaueſcis,ad adſpectum eorum, qui tibi contratij ſunt, colorem mutas: vbi emori ac ſuccumbere deberes, fugis: vbi teipſum paratum ſimpliciter offerre, latitas: ſi quidem laudibus veharis, rides: ſi vituperaris, doles. Quamobrem facile crediderim, ſublimioris ſcholæ exercitationibus opus tibi eſſe.Mox profundo pectoris ſuſpirio tollens oculos ad Deum,ait: O Deus æterne,quàm liquidò veritas ipſa mihi explicata eſt? Heu me, quando tandem verè reſignatus ero?

intelligit eam ſibi adhuc deeſſe.

AVCTORE LAVR. SVRIO.

CAPVT XXII.

De quibuſdam moleſtis ſui abnegationibus.

52 POſteaquàm Deus externa illa partim antè iam dicta exercitia, quæ illi vitam penè extinxiſſent,Miniſtrum omittere iuſſit, vſque adeò hoc ipſo delaſſata & exhauſta eius natura exhilarata eſt, vt præ gaudio fleret, cùm in memoriam rediret aſperrimorum ligaminum ac vinculorum, & aliorum, quæ durè & acerbè tuliſſet. Voluebantur tunc eius in animo huiuſmodi cogitationes: Deinceps Domine Deus vitam quietam agam, mihiq́ue indulgebo: ſitim aquâ & vino propulſauero: abſque vinculis in ſacco ſtramineo cubabo:quod mihi commodi vel ante mortem præſtari ſæpius expetij. Satis ſuperq́; vires attriui meas: iam requies captanda eſt.Id genus temerariæ cogitationes eius ſenſibus illabebãtur:atqui neſciebat ille,quid de ipſo ſtatuiſſet Deus.Cumq́; iam aliquot hebdomadibus huiuſcemodi cogitationibus ſenſus eius pulſarentur ac velut recrearentur,more ſolito reſidens in ſellâ ſuâ, mente tractabat veriſſimam illam D.Iob ſententiam: Militia eſt vita hominis ſuper terram: interim rurſus ecſtaſim patitur, videreque ſibi viſus eſt quemdam ſpectatâ formâ ac virili habitudine iuuenem ad ſe ingredi,duaſq́ue ſibi ocreas militares inferre,itemque veſtes alias, quibus vtuntur ſtrenui equites: deinde ad ipſum accedere, & veſtibus his indutum ita affari: Noueris miles, hactenùs te pedibus militaſſe, at nunc equitem te gerere vult Deus.Intuebatur ille ocreas ſuas, & cum grandi cordis admiratione ait: Papæ, quid mihi accidit,quid me factũ eſt?Itane eques ero,qui hactenùs libentiùs otio & quiete perfrui conſueui? Dixitq́; ad iuuenem:Quando ita viſum eſt Deo,vt ſim equeſtris ordinis, ſi quidem aliquo in conflictu vel concertatione id mihi dignitatis cum laude peperiſſem, foret eo nomine mihi optatius,iuuenis auerſo parumper vultu ſubridens, Noli, inquit,hac in parte eſſe anxius, ſatis ſuperq́; multa tibi præbebitur dimicandi occaſio. Nimirùm quiſquis ſpiritalem ac ſtrenuum Chriſti militem præſtare ſe appetit, multò illi plures immanioreſq́ue eluctandæ ac ſubeundæ erunt pugnę & angores,quàm olim illuſtribus illis eximiiſq́; Ducibus ac heroibus, quorum res bellicas inſigneſq́; triumphos homines mundani verbis & carminibus celebrant.Perſuaſum tute habes,Deum iam tuo te abſoluiſſe iugo,& vincula abieciſſe:ac deinceps vacãdum tibi eſſe commodis & quieti.At ſecus multò ſeſe res habet.Non vult Deus vinculis te liberare, ſed ea mutare dumtaxat, longeq́; efficere grauiora, quàm antehac vnquam fuerint.Territus his valdè Miniſter, ait ad Dominum:Ecquid tandem me facturus es Domine:Putabam ego certamina cuncta me iam ſuperaſſe,& vt video,nũc demum inchoanda ſunt,iamq́; acriùs vrgeri & angi mihi videor. Quid hoc ſibi vult Deus meus? Solúſne ego peccator ſum, & alij omnes iuſti ſunt, vt in me miſerum tam ſeuerè animaduertas, ceteris parcas?Ita mecum agis ab ineunte ætate meâ,ſemperque iuuenile corpus meum duris ac diuturnis excruciaſti morbis, videbarque mihi iam multa ſatis perpeſſus. Ait ad eum Dominus: Minimè verò: necdum ſatis exercitatus es. Si vis rectè tecum agi, modis omnibus funditus vt proberis, neceſſe eſt. Tum ille, Quæſo, inquit, Domine, quot mihi etiamdum perferendæ ſint cruces, indicare ne graueris,

Iob 7. t)

Armatur ad perferenda aduerſa, maiora, & plurima

AVCTORE LAVR. SVRIO.

Cui Dominus, Suſpice, ait, cælum, & ſi potes innumeras numerare ſtellas, poteris etiam adhuc euenturas tibi afflictiones numero complecti. Atque vt ſtellæ quamuis prægrandes ſint, tamen exiguæ videntur; ita etiam cruces tuæ paruæ videbuntur hominibus non exercitatis, quas tamen tu duras & acerbas admodùm experieris.

53 Et Miniſter ad Dominum, Precor, inquit, cruces ipſas antè mihi ſignifices, vt eas cognitas habeam. Ad quod Dominus, Minimè, ait, id opus eſt, imò verò præſtat eas vt ignores, ne antè animo collabaris. Attamen ex innumeris, quas oportebit perpeti, crucibus non niſi tres commemorabo: Prima eſt, quòd hactenùs quidem ipſe te cecidiſti manibus tuis, ac tui miſertus ceſſabas dum volebas: at nunc è tuis manibus ereptum aliis te abſque vllâ tui defenſione malè tractandum obiiciam, vbi neceſſe erit, vt in quorumdam cæcutientium cordibus famæ & exiſtimationis tuæ magnam patiaris iacturam, quæ res longè tibi erit toleratu acerbior, quàm crux illa acutis referta clauis dorſo tuo fuerit. Enimuerò ex ſuperioribus exercitiis tuis laudem & gloriam apud homines obtinuiſti, atqui hîc deprimeris, planeque habeberis pro nihilo. Altera eſt, quamuis numeroſis diriſque tete mortibus afflictâris, nihilominùs Dei permiſſu natura tibi permanſit amicabilis, & quæ cupiat amari: ſed nunc quibus in locis peculiarem quamdam fidem & caritatem aucupaberis, grandem experieris infidelitatem, & dirè affligeris ac vexaberis, idque tam multis modis, vt qui te ſincerâ fuerint complexi fide & beneuolentiâ, iiſdem tecum moleſtiis ex cõmiſeratione inuoluendi ſint. Tertia eſt, hucuſque vbera ſuxiſti velut infantulus necdum ablactatus, atque in diuinæ dulcedinis affluentiâ tamquàm in pelago nataſti. Idque poſthac neutiquam tibi præſtitero, ſed præ internâ paupertate areſcere ac tabeſcere te ſinam, eriſque & à Deo & ab hominibus derelictus, pariterque & ab amicis & ab inimicis immaniter diuexaberis. Et vt paucis multa complectar, quicquid pro tui conſolatione & commodo molitus eris, prorſus in contrarium abibit.

Tria eorũ genera prædicuntur:

54 Fuit his verbis ita conſternatus Miniſter, vt totus corpore contremiſceret, exilienſque cum impetu, Crucifixi ſpecie ſe humi abiecit, clamanſque ad Deum lugubri corde & voce lacrymabili, precabatur, ſi fieri poſſet pro ſuâ paternâ benignitate his ipſum calamitatibus non pateretur inuolui: ſin minùs id poſſet, æternæ ſuæ definitionis voluntas in ipſo perficeretur. Cumque aliquamdiu his anguſtiis correptus, iiſdemque precibus intentus iaceret, audiuit quamdam intra ſe vocem eiuſmodi: Sis bono animo: ego ipſe tecum ero, efficiamque vt cuncta hæc feliciter ſuperes ac elucteris. Surrexit ergo, ſeſeque Dei manibus permiſit. Porrò manè exoriente, cùm in cubiculo ſuo poſt Miſſæ ſacrificium ſederet triſtis, atque hæc animo pertractaret, ſimulque ob hiemis aſperitatem frigore correptus eſſet, vocem cuiuſdam intra ſe loquentis ſenſit, ipſique dicentis, vt feneſtrâ patefactâ proſpiceret ac diſceret. Aperuit ille & proſpexit. Ecce autem canis quidam per medium cœnobij ambitum curſitans, ore geſtabat pannum detritum, quo pedes obuoluuntur, mirumque illo panno ludum exercebat, modò ſurſum, modò deorſum eum iactitans, vnguibuſque lacerans. Suſpexit in cælum Miniſter, & ex profundo ingemiſcens pectore, audit hæc intra ſe verba edi: Eodem planè modo tu quoque Fratrum tuorum ore tractaberis. At ille ita ſecum cogitabat: Quando aliter fieri non poteſt, reſignes tete, & vt pannus iſte vexationes omnes tacitus ſuffert, idem ipſe quoque facias. Deſcendit autem, tulitque pannum illum, & multis annis vt rem pretioſam aſſeruauit, ac ſi quando ex impatientiæ vitio prorumpere voluiſſet, protulit pannum, vt eius contemplatione rediret ad ſeſe, ſeque cognoſceret, atque erga omnes intra ſilentium ſeſe teneret. Si fortè quandoque faciem ab ipſum prementibus cum quadam dedignatione auertiſſet, intus obiurgabatur cum his verbis: Memineris vt ipſe Dominus tuus elegantiſſimam faciem meam non auerterim ab increpantibus & conſpuentibus me. Mox ille acriter dolens, benignè ac placidè ad illos ſeſe conuertebat.

exhorreſcit:

ſimili eruditur, & poſt animatur:

55 Principiò ſi qua illi crux accidiſſet, hoc pacto cogitabat: Vtinam Deus bone ab hac afflictione abſolutus eſſem! Apparuit autem illi puer Ieſus in viſione ipſo Purificationis die, reprehenſoque ait: Necdum benè perpeti noſti: equidem hoc te docebo. Cùm aliquâ laboras cruce, non debes illius ſpectare finem, quaſi tum requieſis potiturus, ſed dum crux ipſa perſeuerat, ſubmittas te-te, atque ad aliam æquanimiter excipiendam præpares. Sic prorſus decet. Imiteris virginem roſas carpentem, quæ non ſtatim contenta eſt vnam è ſentibus decerpſiſſe roſam, at plures colligere ſtatuit. Ita, inquam, & tu facias. Sis animo præparato, ſimul atque præſens crux finem acceperit, ad aliam è veſtigio capeſſendam.

monetur ne finem petat afflictionum.

56 Inter alios Dei amicos, qui ipſi euenturas propediem cruces antè ſignificabant, præcipuè cuiuſdam ſanctimoniæ Virgo ipſum adiit, dicens ſe in Angelorum ſolennitate poſt nocturnas preces multùm ſeriò Dominum pro ipſo deprecatam fuiſſe. Viſa autem ſibi eſt, vt aiebat, in viſione duci ad locum, vbi erat ipſe Miniſter: perſpexitque ſupra ipſum excreſcere roſarium latum & amplum ac peramœnum, vernantibus plenum roſis, iiſdemque rubicundis. Porrò ad cælum tollens oculos, vidit Solem miro ſplendore nullis impeditum nubibus oriri: atque in ipſis radiis ſiue lumine pulcherrimum ſtare puerulũ, formâ Crucifixi: ceterùm ex ipſo Sole radium quemdam in ipſius Miniſtri cor proficiſci, tantæ virtutis & efficaciæ, vt cuncta eius membra & venæ omnes inflammarentur. Atqui roſarium illud denſum roſis refertum, ſeſe interponens nitebatur ab eius pectore ſolis ſplendorem mouere & excludere; ſed nequibat: quandoquidem micantes illi radij magnâ vi frutices omnes penetrabant, ſeſeque in cor Miniſtri infundebant. Poſt hæc intuita eſt puerulum illum ex Sole prodeuntem, aitque illi: Quorſum tendis bone puer? Ad mihi cariſſimum, inquit, miniſtrum meum. Et illa, Quid ſibi vult, ait, puer dulciſſime ſplendor ille Solaris in eius pectore? Reſpondit puer: Tantâ cor illius perfudi lucis claritudine, quòd eiuſdem luminis repercuſſus quidam ex illo erumpens, multorum ad me corda reducet ac pertrahet: neque id præpedire poterit denſum hoc roſetum, multiuarias ipſi adhuc perferendas cruces ſignificans, quò minùs præclarè ac excellenter in ipſo perficiatur. Quando verò abſtracta vita homini incipienti cumprimis vtilis eſt, conſultiſſimum ſibi fore viſum eſt, vt in ſuo cœnobio decem & eò ampliùs annos permãneret, ab omni hominum familiaritate atque toto mundo ſeparatus. Surgens à menſâ, in ſuo ſe incluſit ſacello, ibique permanſit, & neque ad cœnobij portam, neque alibi ſiue cum feminis, ſiue cum viris ſermonem protrahere, aut eos adſpicere voluit. Præfixerat certos eoſque anguſtos ſuis oculis limites, quos excedere non deberent, nempe ſpatium pedum quinque. Semper hæſit domi, nuſquam neque in oppidum, neque in loca finitima progrediens, ſed vni dumtaxat ſibi ſuæque ſolitudini vacans. Quæ tamen omnia nihil illi contulêre, quin eodem anno tam diris infeſtaretur crucibus, vt & ipſum ſui & alios miſereſceret.

Decem annis omni ſibi collocat, quies, & familiaritate cum aliis interdicit.

57 Vt autem ſacelli illius ſolitudinem, in quam ſeſe velut in carcerem toto illo decennio ſine ferro recluſerat, ſuauiùs ac moderatiùs ferret, precibus contendit à pictore quodam, vt Patres antiquos, & eorum ſententias quaſdam, itemque nonnulla alia prorſus pia, quę hominem afflictum excitarent ad patientiam, ad parietes depingeret. At hîc quoque Deo permittente non ſtatim eſt voto potitus ſuo. Simul enim atque pictor Patrum imagines carbone delineârat, oculis laborare cœpit, nec potuit præ caligine cœptum opus proſequi. Quam ob rem diſcedendi copiam petiit, aſſerens opus ita dimitti oportere, quoad reualeſceret. Interrogans verò quantum neceſſe eſſet temporis intercedere, dum meliùs haberet,

beret, reſpondit, menſes tres. Tum iuſſit eum miniſter ſcalam denuò erigere, quam aſcendens manus ad imagines applicuit, iiſdemque ægros pictoris contingens oculos, dixit: In virtute Dei & ſanctitatis Patrum iſtorum præcipio tibi pictor, vt cras huc oculis omnino ſanis reuertaris. Manè facto lætus & incolumis rediit, gratias agens Deo & ipſi pro reddito oculorum vſu. Atqui Miniſter non ſibi, ſed ſanctis Patribus, quos manibus contrectarat, hoc acceptum retulit.

pictoris oculos manuum contactu ſanitati reſtituit.

58 Videbatur illis temporibus Deus cunctis & dæmonibus & hominibus ipſum affligendi facultatem præbuiſſe. Innumeras tum dæmonum vexationes tulit, vtpote qui exquiſitis ac acerbis eum modis petulantiſſimè ac procaciſſimè noctu diuque vigilantem, dormientemque cruciarent, ac immaniter affligerent. Contigit quandoque vt edendi carnes eum cupido inceſſeret: ſiquidem multis annis illis abſtinuerat. Vt autem ſumptis carnibus ſatis fecit deſiderio, in viſione teterrimus quidam cacodæmon coram illo aſſiſtens hunc recitauit verſum: Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos; grauique latratu dixit ad circumſtantes: Monachus iſte reus eſt mortis, quâ ego nunc illum mulctabo. Quod cùm alij nollent permittere, immanem protulit terebram, aitque ad illum: Quando aliud tibi irrogare non ſinor, corpus tuum hac terebrâ torquebo, oreque perforato tantum tibi inferam doloris & ſupplicij, quantum ex carnibus voluptatis cepiſti: moxque ad os terebram adegit, vnde confeſtim maxillæ & dentes atque os adeò intumuerunt, vt toto triduo neque carnes, neque aliud quicquam per os inferre poſſet, quantum fugendo perciperet.

A dæmone affligitur ob carnem comeſtam.

CAPVT XXIII.

De quibuſdam vexationibus internis.

59 INter alias afflictiones ſuas, tres internas perquàm moleſtas pertulit; quarum vna erat, cogitationes impiæ contra fidem. Incidebant animo illius id genus ſuſurria: Quî tandem Deus potuit homo fieri? atque his ſimilia multa, quibus quantò ampliùs ſeſe volebat argumentando opponere, eò magis implicabatur. Hac tentatione annis nouem laborauit, flens interim atque eiulans oculis & corde ad Deum & Sanctos omnes pro impetrando auxilio. Tandem vbi Domino viſum eſt opportunum, penitùs hac eum liberauit, ingenſque illi diuinitus collata eſt firmitas fidei illuminatæ. Altera erat inordinata triſtitia. Fermè continuè tãto animi pondere premebatur, quaſi montem totum in ſuo geſtaret pectore. Id illi hinc partim accidit, quòd ſubita eius ad Deum cõuerſio tam fuerat vehemens, vt corpus eius admodùm inde angeretur. Hanc moleſtiam annis octo ſuſtinuit.

Nouem annis in fide tentatus, diuino lumine corroboratur:

octo triſtitiâ affligitur:

60 Tertia fuit, tentatio quædam illi perſuadere volens numquàm eum poſſe ſaluum fieri, ſed æterno apud inferos cruciandum eſſe: quantumuis benè ageret, quãtumcumque ſeſe exercitaret, non poſſe illi conferre quidquam, vt ad electorum numerum pertingeret; ſed omnẽ ſe operam atque oleum perdere. His cogitationum aculeis pungebatur noctes atque dies: accedentem ad templum, aut aliud quippiam boni molientem, iſta mox tentatio inuaſit, ſatiſque miſerè compellauit his verbis: Ecquid prodeſt tibi ſeruire Deo? tamen maledictus es, numquàm tamen poterit tibi conſuli: iam maturiùs deſine, actum eſt tamen de ſalute tuâ, vtcumque te geſſeris. Quæ cùm ſentiret, ita quandoque cogitabat: Heu me miſerum, quò me vertam? Si cucullum excuſſero, certa me manet damnatio; ſin autem hîc permaneo, nec ſic tamen potero ſalutem conſequi. O Deus æterne quis me vnquam vixit infelicior? Stabat quandoque in ſeipſo attonitus, crebroſque ex alto pectore trahebat gemitus, manantibus per ora lacrymis: tundebat interdum pectus, dicens: Itáne Domine Deus perire me omnino neceſſe eſt? Quid hoc poteſt eſſe calamitoſius? Adeóne & in iſto & futuro ſeculo miſer vt ſim oportet? Heu mihi, quòd vnquam in hanc lucem editus ſum. Hanc tentationem ex inordinato quodam contraxit metu. Dictum namque illi erat, ad cœnobium receptum eum fuiſſe pro quibuſdam bonis temporariis, quod eſt ſimoniæ vitium, vbi ſpiritalia temporalibus comparantur. Hoc alto illi manſit fixum pectore, donec in hanc vexationem incideret. Cæterùm poſteaquàm annis decem teterrimam hanc afflictionem tolerarat, atque toto illo tempore non niſi ceu damnatum ſe reſpexerat, venit tandem ad virum ſanctiſſimum D. Eckardum theologiæ Doctorem, cui cùm ſuam explicaſſet moleſtiam, illius conſiliis liberatus eſt, euaſitque ex Tartari carcere, in quo tot annis fuerat demoratus.

decem annis cogitationibus deſperationis;

Auctore Lavr. Surio.

liberatur poſt apertam viro ſanctõ conſcientiam.

CAPVT XXIV.

Vt ad proximorum procurandam ſalutem ſeſe tranſtulerit.

61 CVm annis plurimis non niſi ſuo vacaſſet interiori homini, itemque ſilentio ac ſolitudini, deinde multis reuelationibus diuinis compulſus eſt ad aliorum promouendam ſalutem animum applicare. Quæ verò illi in hoc officij ac pietatis genere aduerſa occurrerint, neque numerum, neque modum habent. Atque è diuerſo quàm innumeras Domino lucratus fuerit animas, quandoque oſtenſum fuit ſpectatæ religionis Virgini cuidam, quæ & ipſa ſpiritalis eius filia erat. Namque inter orandum in ſpiritu rapta, vidit hunc Fratrem in alto quodam monte Miſſæ ſacrificium peragere, atque innumerabiles homines ipſi adhærere, diuerſos inter ſe, ſingulos quoſque, vt erant Deo coniunctiores, ita & ipſi quoque propinquiores: quantoque illi eſſent propiùs vniti, tantò etiam Deum ipſos ad ſe familiariùs adiungere. Adſpiciebat eum multùm ſeriò pro cunctis illis deprecari Deum, quem manibus tenebat. Petiit autem diuinitus hanc ſibi viſionem explicari: quod illi præſtitum eſt, dicente ad eum Domino: Innumeram hanc hominum frequentiam, quos illi inhærere conſpicis, eos ſignificare noris, qui illi confitentur, in eiuſq; diſciplinam ſeſe tradiderunt, aut citra hoc ſpeciali cum fide & beneuolentiâ complectuntur, quos omnes adeò ille mihi commendauit, vt vitam eorum ſim fine beato clauſurus, nec à me vnquam eos ſeparari patiar. Quidquid autem huius cauſsâ illi vel alienæ vel ſpontaneæ afflictionis erit illatũ, ſatis abundè meis conſolationibus compenſabitur.

A Deo monitus in ſalutem proximorum incumbit:

hanc orationi pænitentibus ſua diſciplina traditis impetrat:

62 Antequàm hæc iam dicta eximiæ ſanctitatis Virgo Miniſtrum hunc æternæ Sapientiæ agnoſceret, intus à Deo mota ac inſtigata fuit ad videndum eum. Contigit autem, vt mentis exceſſum patiens, per viſum audiret dicentem ſibi quemdam, vt eò veniret vbi erat Miniſter, eumque conſpiceret. Quæ cùm reſpondiſſet, ſe præ Fratrum multitudine eum non poſſe internoſcere, mox dictum eſt illi: Haud difficile inter alios agnoſci poteſt, quòd vernantem in capite coronam gerat, rubentibus & albicantibus intermixtam roſis, perinde vt ſertum roſaceum; ſignificantque albæ roſæ eius puritatem, & rubrę eius inter multiiuges perpeſſiones tolerantiam: atque, vt aureus ille circulus, qui in Diuorum capitibus pingi ſolet, eorum deſignat æternam, quâ in Deo perfruuntur, beatitudinem; ita corona hæc roſacea multiuarias exprimit afflictiones Dei amicis perferendas, dum in hac vitâ ſtrenuis exercitationibus Deo ac Domino ſuo militant. Poſt hæc duxit eamdem Virginem Angelus Dei in viſione ad id loci, vbi degebat Miniſter, ſtatimque ex coronâ roſaceâ agnouit eum.

roſis coronatus aptum paret ob patientiam & puritatem.

63 Hiſce temporibus, quibus dirè ac multifariàm affligebatur, præcipua ei erat intus animi corroboratio, perpetua angelicorum Spirituum conſuetudo & familiaritas. Quadam vice ſenſibus externis deſtitutus, in ſpiritu ſe duci vidit ad locum quemdam angelicorum Spiri-

AVCTORE LAVR. SVRIO. *In aduerſitate ab Angelis cõfirmatur, roſis manibus & pedibus accreſcentibus.*

tuum frequentiâ confertiſſimum, ex quibus qui illi erat proximus, ait ad eum: Profer manus tuas & adſpice. Protulit ille manum, & reſpiciens vidit in mediâ manu eximiam rubicundo colore prodire roſam, vernantibus cinctam foliis: adeoque roſam illam excreſcere, vt manum totam ad digitos vſque operiret, tantamque contrahere venuſtatem & gratiam, vt magnam oculis adferret voluptatem. Vertit ille manus in vtramque partem, & erat vtrobique adſpectus longè gratiſſimus. Itaque vehementer admirans, ait: Quid ſibi vult, optime iuuenis, iſthæc viſio? Reſpondit ille: Nimirùm cruces atque cruces, itemque alias atque alias cruces à Deo præſtandas tibi ſignificant quatuor iſtæ roſæ vtriuſque manus ac pedis. Ingemuit Miniſter, atque, ô benigniſſime Deus, inquit, tam moleſtam eſſe homini crucem, & nihilò minùs tantum eidem conferre decorem ſpiritalem, id verò admiranda quædam tua permiſſio ac diſpenſatio eſt.

CAPVT XXV.

De cruce multiplici.

64 QVodam tempore ad oppidulum quoddam venit: porrò non longè inde aberat lignea quædam imago Crucifixi, cui extructa erat ædicula, ita vt pleriſque locis eſt conſuetudo, rumorque ferebatur plura illic edi miracula: quamobrem cereas imagines, multumque cerę illuc homines cõportabant, ſuſpendebantque inibi in laudem Dei. Veniens ergo etiam ipſe ad Crucifixum, ſubmiſſo poplite aliquamdiu orauit, abiitque cum ſocio ſuo ad hoſpitium. Viderat autem eum ſic orantem puella quædam ſeptennis. Nocte proximâ fures perfractis ædiculæ clauſtris ceram omnem diripuerunt. Illuceſcente autem die, rumor in oppidulũ peruolauit, reſque delata eſt ad ciuẽ huius imaginis tutorẽ. Ille mox inquirere cœpit, quiſnam id ſacrilegij perpetraſſet. Tum memorata puella ſe eius auctorẽ ſceleris noſſe ait. Quæ cùm vrgeretur nomen illius prodere, Miniſtrum indicauit, dicens illum ſe pridie eius diei ſerò admodùm illic orantem perſpexiſſe, atque inde ad oppidum recedentem. His puellæ verbis ciuis ille, vt veris, fidem mox adhibuit, atque longè & latè id mendacij propagauit, adeò vt iam per omne oppidum rumor ille commentitius peruagaretur, & tanti ſceleris Miniſtrum plerique reum crederent. Multa interim iniqua in eum iactabantur iudicia, quo genere ſupplicij quamprimùm ex hominum conſortio tamquàm nefarius tollendus eſſet. Vt autem hæc ille percepit, valdè extimuit, licet planè innocentem ſe noſſet, atque alto cordis gemitu dixit ad Deum: Quandoquidem me pati neceſſe eſt, Domine, ſi cruces eiuſmodi mihi euenire permitteres, quæ me non dehoneſtarent, ferrem eas equidem ac lubens. Atqui ea te permittente mihi accidunt, quæ meam extinguunt famam, mihique acerbiſſima ſunt. Permanſit autem eo in oppido, donec rediret tranquillitas.

Inſons ſacrilegij inſimilatur:

65 Accidit aliâ in vrbe, vt ingens de illo rumor percrebreſceret, & nedum illud oppidum, ſed etiam totam regionem peruagaretur. Erat namque in illâ ciuitate cœnobium, vbi imago Crucifixi ſaxea habebatur, eiuſdem vt ferebatur ſtaturæ, cuius fuerit Dominus Ieſus. Quodam autem ieiunij quadrageſimalis tempore ſanguis recens circa latus vulneris eiuſdem imaginis viſus eſt. Accurrit eò Miniſter vnà cum ceteris, vt miri illud conſpiceret. Viſo ſanguine, acceſſit propiùs, & excepit illum in digitum ſuum, adſpectantibus cunctis qui illic aderant. Factus eſt autem ingens populi concurſus, compleruntque eum propalàm edicere, ecquid vidiſſet & attrectaſſet. Dixit ille rem omnem ita vt erat, nihil deſiniens, vtrùm diuinitus vel humanitus id accidiſſet, ſed id aliorum iudicio permittens. Latè ſparſus eſt hic rumor illicò per illam regionem, & adiiciebat quiſque quod voluit, eoque res deducta eſt, vt dicerent eum vltro ſibi digitum pupugiſſe, & profluenti ſanguine imaginem liniuiſſe, vt crederetur ſuâ ſponte manaſſe ſanguinem, eumque populi concurſum excitaſſe non aliâ ratione, niſi vt ſuæ ſatisfaciens auaritiæ, nummos ſibi plurimos conflaret. Id genus obtrectationes per homi- *cum vitæ*
num ora aliis in locis de illo volitabant. Simul autem vt *diſcrimine.*
ciuibus eius oppidi iſthuc delatum eſt, noctu compulſus eſt inde profugere: at illi eum inſequi cœperunt animo penitùs perdendi eum, niſi euaſiſſet: multam verò pecuniam polliciti ſunt, ſi quis eum, ſiue mortuum, ſiue viuum, ad ipſos detuliſſet. Huius generis calumniæ per plures de eo iactabantur, & quocumque peruenirent, pro vero habebantur: atque eâ re perplures eius nomen execrati ſunt: creberrima in eum ferebantur iudicia prorſus iniqua & temeraria. Aderant quandoque nonnulli prudentiores, qui eum noſſent, ac innocentem aſſeuerarent: at illis tantâ importunitate ab aliis reſtitum fuit, vt ſe in ſilentio tenere, atque eius infamiam perpeti cogerentur. Honeſta quædam eiuſdem loci matrona vbi hanc illius immeritam didicit vexationem, miſeratione ducta, venit ad illum afflictum, hoc ei præbens conſilij, vt à ſenatu vrbis litteras publico munitas ſigillo acciperet, quas ſuæ teſtes innocentiæ aliò ſecum deportaret: præſertim cùm plerique omnes illius oppidi ciues eum innocentem minimè ignorarent. Cui ita reſpon- *Deo fidit:*
dit: Si quidem hac ſolâ, Deo permittente, vexarer cruce, facilè litteris me tuerer. Atqui eius generis tot mihi indies occurrunt infeſtationes, vt me rem omnem oporteat Deo committere, nec quicquam reniti aut obluctari.

66 Accidit vt quodam tempore in inferiorem Germaniam pro celebrando (vt vocant) Capitulo demigraret: vbi tum iam antè illi parata & ſtructa erat afflictio. Namque duo ex præcipuis ſui Ordinis viris eodem proficiſcebantur, ſummoperè in eam intenti curam, vt eum grauiter afflictarent. Adductus eſt corde tremulo ad iu- *falsò à ſuis*
dicium, & inter alia multa etiam eo nomine delatus eſt, *ſociis ac-*
quòd (vt ipſi aiebant) libros hæreſi infectos conficeret, *cuſatur*
quibus omnis circumquaque regio deprauaretur. Hac *hæreſeos:*
de cauſſa acriter obiurgatus eſt, multaſque ei minas intentarunt, licet & apud Deum & homines prorſus eſſet ab hoc vitio immunis. Neque tamen ſatis fuit Deo hac eum cruce affligi permiſiſſe, ſed exaggerauit etiam, corpus eius acribus excrucians febribus: præter quas etiam vlcus periculoſum haud procul à corde in eius viſceribus extitit: atque ex his tum internis, tum externis anguſtiis eò vſque adductus eſt, vt eius vitam omnes deſperarent. Socius eius crebrò eum adſpectans, animæ il- *periculosè*
lius exitum obſeruabat. Itaque hunc in modum in alie- *ægrotat:*
no cœnobio lecto decumbens planè deſolatus, cùm non poſſet noctu ſomnum capere ob doloris acerbitatem, cœpit cum Deo rationem inire, aitque ad eum: O Deus iuſtiſſime, qui exhauſtum corpus meum tam intolerabili prægrauaſti dolore, & cordis penetralia ingenti probro ac ignominiâ transfixiſti, adeò vt iam totum me foris & intus vehemens angor occupet; quando tandem, Pater piiſſime, ſatis tibi afflictus videbor? quando tandem percutere deſines? atque ſub his verbis mortis illos angores, quos Chriſtus in Oliueti monte pertulit, animo pertractauit. Interim verò ex lecto, vt potuit, ſe recepit in ſedem iuxtà poſitam, atque illic reſedit: neque enim præ vlceris moleſtiâ iacere potuit.

67 Illo verò miſerandum in modum ſic ſedente, vi- *morbo liberatur,*
dere ſibi viſus eſt in ſpiritu, magnam cæleſtium Spiri- *Angelico*
tuum frequentiam ad cubiculum ipſius cõſolandi cauſſâ *cantu recreatus.*
aduentantem, carmenque cælicum iucundis modulantem vocibus, cuius melos adeò illius oblectauit aures, vt omnis ejus natura immutaretur. Porrò hunc in modum illis cantantibus, atque ipſo ægrè affecto & in ſellâ cum dolore recumbente, adoleſcens quidam eum adiit, benignè compellans his verbis: Cur taces Frater? cur non vnà nobiſcum concinis? tamen ſatis peritus es cæleſtium melodiarum. Cui ille non ſine altis afflicti cordis ſui

iterum

ſuſpiriis

ſuſpiriis reſpondens: Videſne, inquit, quo in loco res meæ ſint? quis vnquam moribundus lætari potuit? itáne ad canendum me prouocas? equidem carmen lugubre iam depromo: ſi antehac vnquam lætus cecini, id modò finem habet: iam non niſi mortis horam ſuſtineo. Tum adoleſcens ille ingenti hilaritate ait ad eum: Viriliter age: nihil eiuſmodi patieris. Talem crede mihi adhuc cantionem proferes in vitâ tuâ, quæ & omnipotenti Deo honorem, & multis afflictis ac miſeris ſit conſolationem allatura. Mox illi pateſcunt oculi, prorupitque in lacrymas: eodemque momento vlcus crepuit, & eſt redditus ſanitati. Vbi autem domum reuerſus fuit, præcipuus quidam Dei amicus illum accedens, ait ad eum: Tametſi, Domine mi, hac profectione plùs centum milliaribus à me abfueris, nihilominùs crux tua mihi præſens fuit. Equidem quadam die internis oculis ſupremum Iudicem in ſuo vidi reſidentem ſolio, eiuſque permiſſu duo cacodæmones ſoluti te diuexarunt, idque per duos illos Prælatos, qui huius fuêre perſecutionis auctores. Clamans autem ad Dominum: Quí tandem, inquam, piiſſime Deus, tam acerbam amici tui moleſtationem ferre potes? Reſpondit Deus: Ego illum mihi elegi, vt per afflictiones vnigenito Filio meo conformetur. Attamen exigit meæ cenſura iuſtitiæ, vt tanta illius iniuria morte duorum illorum, qui hanc ei irrogarunt, vindicetur. Id quod etiam reuerà paulò pòſt accidit, atque ad multorum notitiam peruenit.

CAPVT XXVI.

De graui quadam moleſtiâ, quæ illi ex germanâ ſorore ſuâ euenit.

68 ERat illi ſoror germana, monaſticum profeſſa inſtitutum: hæc, fratre eius alibi demorante, cœpit noxiæ ſeſe hominum adiungere ſocietati. Cùm igitur quandoque vnà cum illis foràs profecta eſſet, in peccatum lapſa eſt. Ex eâ verò calamitate & miſeriâ eò adducta eſt, vt relicto monaſterio aufugeret, neſciente fratre quonam abiiſſet. At illo domum reuerſo, rumor iſte per hominum ora non ſine murmure iactabatur. Quidam ad illum veniens, rei geſtæ certiorem eum fecit. Quo audito, totus obſtupuit, ac præ dolore animo tabeſcens, non aliter, quàm qui ſenſibus ſit deſtitutus, incedebat. Percontanti, vbinam eſſet miſera, nemo certi aliquid indicare potuit. Tum ille ita ſecum cogitabat: En nouam tibi afflictionem; at ne frangaris animo: agè vide, ſi quâ tandem ratione miſeræ illi ac perditæ poſſis animæ opitulari: honoris ac exiſtimationis tuæ iacturam piiſſimo Deo offeras: faceſſat omnis humanus pudor: &, in profundum tete lacum demittas, quo poſſis inde infelicem extrahere. Fratribus in choro conſtitutis, per medium tranſibat chorum, toto vultus colore mutato ingentique horrore correptus. Non auſus erat quempiam accedere: ſiquidem illius puduit omnes; qui priùs familiares eius ſocij fuerant, ab illo profugiebant: ſi conſilium voluiſſet capere ab amicis, auerſo vultu eum aſpernabantur. Subiit tunc illius cogitationi D. Iob, dixitque: Quandoquidem totus à me alienus eſt orbis, benigniſſimus Deus ſuâ me conſolatione dignetur.

Sorore eius è monaſterio profugiente,

affligitur:

69 Sciſcitabatur vbicumque poterat, quonam iter capeſſendum eſſet, vt pereunti velox remedium afferret. Tandem quidam illi indicatus eſt locus, quò ſe mox contulit. Erant tum feriæ D. Agnetis virginis, & frigus aëra obtinuerat: eadem nocte vehemens è cælo lapſus imber, riuos paſſim impleuerat. Cumque riuum quemdam ſaltu tranſmittere inſtitueret, præ virium defectu in aquas corruit: inde vbi potuit emerſit: & quia animi nimius eum dolor occuparat, non magnipendit id corporis incommodum. Deinde proficiſcenti illi, ſoror eius in quodam domicilio demonſtrata eſt. Ingrediebatur intrò totus dolore confectus, & ecce illic ſedentem offendit. Cumque eam eſſet intuitus, in ſcamnum, cui illa ſedebat collapſus, bis animo defecit. Atqui ſibiipſi redditus, miſerandas prorupit in lacrymas, cœpitque voces & querimonias edere miſerabiles, & compoſis in capite manibus, Deus Deus meus, inquit, vt ſic dereliquiſti me? Mox euaneſcebant oculi, lingua palato hærebat, manus contrahebantur, atque ita aliquamdiu iacebat ſenſuum officio deſtitutus. Inde iterum ad ſe rediens, ſororem complexus ait: Ehei filia mea, eheu ſoror mea, quò calamitatis deuoluta es? O virgo ſanctiſſima Agnes, quàm mihi triſtis & acerba fuit hæc dies tua! His dictis, rurſus collabebatur, alienus à ſenſibus.

quærit illam,

reperit,

AVCTORE LAVR. SVRIO.

dolore nimio labitur.

70 Quod cùm perſpiceret miſera ſoror illius, pedibus eius ſeſe aduoluit, ingentem lacrymarum profundens imbrem, atque his querulis eum compellans vocibus: O Domine, & Pater mi, ô calamitoſam illam diem, quâ in hunc mundum edita ſum, quæ iam & Deum meum perdidi, & tibi tantas confeci anguſtias: meritò igitur malè mihi ſemper erit, meritò pudore & gemitibus perpetim confici debebo. O fidiſſiſime infelicis animæ meæ recuperator, tametſi reſponſo & colloquio tuo prorſus indigna ſum, at piiſſimo ſubeat precor cordi tuo, nulla re maiorem te Deo fidem præſtare, nec ad eius ſimilitudinem propiùs poſſe accedere, quàm miſeram ac deſpectam reducendo peccatricem, & animum plùs ſatis prægrauatum releuando. Nimirùm præſtitit tibi Deus promptam erga miſeros quoſlibet miſericordiam. Quo igitur pacto deſolatæ mihi, abiectaneæ peccatrici, miſer cordiæ præcludes viſcera, quæ iam Deo cunctiſque mortalibus facta ſum miſerabilis, quando me iniquitas mea tam citò omnibus inuiſam deſpectamque effecit? Sed quam cuncti deſpiciunt ac reſpuunt, eam tu requiris: cuius omnes haud immeritò puder, eam tu non ſine graui tuæ exiſtimationis iniuriâ cordiſque angore repetis. Obſecro te, mi Domine, tuis ſubſtrata veſtigiis cum perpetuo cordis dolore, vt ob honorem Dei infelici mihi grãde hoc parricidium, quod in te animamque meam, prô dolor, admiſi, clementer remittas: meminerisque, tametſi honori ac vitæ tuę temporariæ non parum detrimenti attulerim, ſingulari te honore & ſempiternâ conſolatione eo nomine in cælis perfruiturum: miſereatque te multò infeliciſſimæ peccatricis, quæ in laqueum præceps me conieci, in omne æuum graue hoc damnum in corpore & animâ latura, atque tum mihi, tum ceteris omnibus oneri futura: & in tuam me, quæſo, fidem in iſtâ pariter ac futurâ vitâ recipias. Neque quidquam æquè deſidero, quàm vti ne vnquam iure ſoror tua dicar aut ſim, ſed tantùm ex miſericordiâ patiaris me locum obtinere perditæ ſororis tuæ, iure autem, non niſi repertæ ac cruciabiliter recuperatæ clientulæ tuæ. Idque adeò mihi planè medullitus deliberatum eſt, vt ſi quis me tuam velit appellare ſororẽ, aut eo nomine quidquam mihi præſtare, id animo meo cumprimis moleſtum & acerbum ſit: planeque me tui miſereſcat, ſi te illic adeſſe contingat, vbi me coràm conſpicias, perpetique habeas, vt ipſa te noui, quod meritò ex ipsâ naturâ vnicuique debet pudori eſſe debeat, à quâ tu forſitan verecundiâ non es alienus: nec vlla alia vnquam mihi tecum ſit, nec eſſe poſſit familiaritas aut conſuetudo. Non enim poſſunt me non horrere, meique cauſsâ pudefieri oculi & aures tuæ. Sed hæc quamuis moleſta & acerba, tamen libenter feram, & pro probroſo crimine meo offeram præpotenti Deo, vti pro tuâ benignitate mei miſertus, fideliter pro meo errato ſatisfacere, & cum Deo animam meam in gratiam reſtituere digneris.

dolet

71 Hiſce lamentis & querimoniis frater eius vbi ad ſe reuerſus eſt, hunc in modum reſpondit: Agedum fluentes lacrymæ, ex abundanti neque ſeſe præ dolore vltrà cohibere valente corde iam prorumpite. Eheu filia mea! O vnicum cordis & animæ meę ſolatium ab ineunte ætate meâ! quę mihi gaudio & conſolationi fuiſti, accede ad me, & aſtringere iam præmortuo pectori calamitoſi fratris tui: ſine, perfundam acerbis oculorum meorum lacrymis faciem ſororis meæ: ſine, emortuam

recipitur in eius gratiam.

complorem

AVCTORE LAVR. SVRIO.

complorem & deplangam filiam meam. O dolor exiguus, vel mille corporis mortes perpeti; at dolor immanis, animæ & bonæ famæ iacturam facere! O dolor & calamitas triſtiſſimi cordis mei! Eheu Deus piiſſime, quid accidit miſero mihi! Accede ad me filia mea. Quādoquidem filiam recuperaui meam, iam plorare deſinam, atque hac ipsâ die eà te benignitate & miſericordiâ ſuſcipiam, quâ miſerum me peccatorem recipi velim in extremâ horâ vitæ meæ: libentiſſimeq́ue tibi condonauero acerbiſſimos animi dolores, & quicquid id eſt moleſtiæ, quod tuâ cauſsâ iam perpeſſus ſum, atque ad extremum vſque diem vitæ meæ perpeti neceſſe erit: neque quidquam ambigas, quin pro tuo errato, & apud Deum & homines efficaciter expiando tibi ſim adiumento futurus. Qui tum fortè huic negotio præſentes aderant, atque vtrimque fuſas lacrymas, editoſque geſtus miſerabiles conſpexerant, adeò ſunt miſeratione cōmoti, vt nemo ex eis ſibi poſſet temperare à lacrymis.

in alio cœnobio piè ad mortē viuit.

72 Porrò huiuſcemodi lugubri geſtu & benignâ conſolatione emolliuit pectus illius, vt confeſtim promptò ſeſe animo offerret ad amplectendum, quod deſeruerat, monaſticum inſtitutum. Poſt hæc vbi ineffabili cum pudore ac ignominiâ, & grandi labore ouem hanc perditam ad Chriſti ouile reduxerat, Dei benignitate factum eſt, vt cœnobio longè opportuniori & commodiori eadem ipſa reciperetur, quàm fuerat priùs: atque intantùm illius erga Deum feruor & ſtrenuitas deinceps excreuit, ſanctaq́ue & cauta ſiue benè cuſtodita conuerſatio eius adeò in virtutibus ad mortem vſque ſtabilita eſt, vt frater illius & apud Deum & homines pro perpeſſis eius causâ moleſtiis abundè recrearetur. Cernens autem afflictiones eius nomine toleratas tam commodè ceſſiſſe, mirè delectabatur & exultabat: penſitabarq́ue occultas Dei ordinationes, vt diligentibus Deum omnia cooperentur in bonum: ſuſpexitque ad Deum cum profuſâ gratiarum actione, ciuſque animus totus in Dei laude colliqueſcebat.

CAPVT XXVII.

De acerbâ vexatione, quæ illi ex parte Fratris cuiuſdam accidit.

A Fratre itineris ſocio deſeritur,

73 PRoficiſcenti illi aliquando laicus quidam Frater itineris ſocius adhibitus eſt, quem propterea inuitus ſecum duxit, quòd parum eſſet ſano cerebro. Rediebat in memoriam eorum omnium, quę illi à pleriſque ſociis petulanter allata fuiſſent: ac nihilominùs ſubmittens ſe aliorum voluntati, memoratum Fratrem aſſumpſit. Itaque fortè in pagum quemdam ante prandium venerunt: quò propter nundinas magnus fiebat hominum concurſus. Erat autem laicus ille Frater ex pluuiâ madidus: quamobrem domum quamdam ingreſſus, ad ignem ſeſe applicuit, dicens Sapientiæ Miniſtro, ſe nuſquam poſſe progredi: efficeret abſque ipſo, ſi quid haberet negotij: ſe illic eum præſtolari velle. Simul autem vt Miniſter pedē foras protulit, Frater laicus ab igne ſurgens, ad menſam ſeſe contulit, vbi erat diſſoluta hominum negotiatorum frequentia, qui ad mercatum illum ſpe lucri confluxerant. Qui cùm cernerent Fratrem hunc vino benè madidum, è menſâ ſurrexiſſe, atque in poſtico oculos huc illucq́ue circumferentem, & oſcitabundum conſiſtere, apprehenderunt eum tamquàm qui illis caſeū ſuffuratus eſſet. Interim dum ſceleſti illi miſerum hunc eâ ratione vexarent, alij ſuperuenēre armati homines quinque numero, feroces admodùm, atque ij itidem Fratrem comprehendentes venena eum ſpargere ac circumferre vociferabantur. Id namque temporis rumor ille de venenis percrebuerat. Ceperunt igitur miſerum, magnamq́ue excitarunt tragœdiam, ita vt paſſim omnes eò aduolarent. Videns ille ſe captum, volebat ſeſe explicare è vinculis, verſuſque ad circumſtantes, his eos verbis affatus eſt: Auſcultetis me obſecro pauliſper, & quid actum ſit, ordine vobis patefaciam. Illis magno ſilentio aures erigentibus, ita loqui exorſus eſt: Perſpicitis omnes vos, me parum ſanæ mentis habere: quo fit vt nemo alicuius me penſi habeat. Porrò ſocius meus vir cordatus eſt, & perfectus, cui id à noſtro Ordine datum eſt negotij, vt iam inde ab hoc loco ad Tribonos ſiue Alſatiam vſque, fontes omnes toxico inficiat. Eò namque proficiſcitur, omnia in itinere veneno corrupturus. Agedum igitur citò illum apprehendatis: alioqui exitiale hoc latrocinium exercebit: idemq́ue ipſe paullò antè ſaeculum veneno refertum in huius pagi deuerſit fontem, vt pereant omnes, quotquot huc aduenerint, ex coq́ue fonte potarint. Quæ cauſsa eſt, cur hîc permanſerim, neque vnà cum illo abſceſſerim: quando id me malè habet. Atque vt me verum dicere certum habeatis, fidem eius rei vobis faciet ſaccus prægrandis, quo libri deportantur, quem habet ſecum id genus veneno refertis plenum loculis & compluſculis aureis nummis, quos tum ipſi, tum ordini noſtro Iudæi dono dederunt, quò hoc immane perpetret facinus.

veneficij innoxius incuſatur,

74 Hæc vbi feroces ac diſſoluti illi percepēre homines, itemq́ue alij, qui eò confluxerant, immanes edidēre rugitus, magniſq́ue clamabant vocibus: Actutùm perſequamur. Mox alij lanceam, alij ſecurim, alij quod fortè occurriſſet arripientes, tamquàm mentis impotes curſitabant, perfractiſque foribus & ædiculis, vbi ſe eum reperturos ſperabant, diſtrictis enſibus lectos & ſtramina confodiebant: adeò vt ad hunc tumultum ſimul omnes, quotquot in iis erant nundinis, aduolarent. Aderant illic etiam extranei quidam homines cumprimis honeſti, qui eum probè nouerant, iiq́ue audito eius nomine, procedentes in medium, aiebant iniquè eos agere: virum illum eâ eſſe virtute præditum, qui tale flagitium nullâ velit ratione perpetrare. Vbi verò inuenire eum non potuerunt, conquieſcebant: at ſocium eius ad pagi Præfectum captiuum perduxerunt, qui eum iuſſit in quodam domicilio recludi. Horum nihil nouerat Miniſter. Cumq́ue iam putaret prandij adeſſe horam, ſociumq́ue ſuum veſtes pluuiâ madidas deſiccaſſe, venit eo animo vt prandiū caperet. Vt autem hoſpitium ingreſſus eſt, narrabant illi omnem hanc tragœdiam. Quibus cognitis, eueſtigiò multùm perterritus properauit ad ædes, vbi ſocius eius & Præfectus erant, orabatq́ue Præfectum dimitti ſibi ſocium ſuum. Reſpondit ille, nullâ id poſſe ratione fieri, velle ſe eum in turrim coniicere ob ſcelus admiſſum. Id verò Miniſter grauiter & acerbè ferens, ſurſum deorſum curſitabat, vt illi miſero opem ferret. Cumq́ue non ſine magno dedecore & moleſtiâ diu ſatis id egiſſet, ad extremum grandi ſuo diſpendio effecit, vt ſocium ſuum liberum abire paterentur. Sperabat tum hunc malo finem eſſe impoſitum: at id hinc primùm cœpit recrudeſcere.

ſocium è carcere liberat;

in diſcrimen vitæ adducitur:

75 Vbi enim ab illis, qui magiſtratum gerebant, non abſque multâ ſui vexatione & detrimento ſeſe expedierat, tum demum in vitæ ipſius diſcrimen adductus eſt. Nam cùm ab Præfecto diſcederet, veſpertino tempore rumor ſparſus erat in vulgus & fæces hominum, venena eum circumferre: iiq́ue omnes haud ſecùs quàm latronem eum inſectabantur, adeò vt non auderet ad pagum accedere. Digitis eum omnes demonſtrabant, dicentes: En hic eſt ille venenarius, certè non effugiet manus noſtras: morte iam mulctandus eſt: nullis ſe nummis apud nos redimere poterit, vt apud Præſidem effecit. Illo autem fugam ineunte, atque in villam declinare volente, atrociùs clamare cœperunt. Quorumdam iſta vox erat: Mergamus eum in Rheni flumen, (is enim ad pagi latus decurrebat.) Alij contrà dicebant. Minimè verò: namque flumen omne impurus hic latro inficiet, ſatius eſt, vt flammis exuratur. Ruſticus quidam crudelis & ferus, idemq́ue lacernam indutus, arreptâ haſtâ per populi frequentiam fortiter nitens, ante omnes conſtitit, atque in hæc verba prorupit: Audite me, viri, & quotquot hîc adeſtis: nullâ poterit hæreticus iſte probroſiori morte affici, quàm ſi hac eum haſtâ medium transfigam, perinde vt configi ſolent bufones: ita, inquam, venenarium iſtum

ſtum nudum haſtâ confoſſum, & ſupinum in aëra leuatum ad firmam hanc ſepem fortiter alligabo, efficiamque ne poſſit ruere. Exareſcat corpus impurum in aëre, vt quotquot ſurſum deorſum hac perttanſierint, latronẽ hunc adſpectent, & eum deteſtentur ac execrentur tam turpiter defunctum, vt & in præſenti & futuro ſeculo tãtò ſit calamitoſior. Id enim homo peſtilentiſſimus nimis quàm meritus eſt. Audiebat hæc verba Miniſter non ſine terrore magno altiſque ſuſpiriis, adeò vt præ anguſtiâ lacrymis ora rigaret. Quotquot ibi tum circumſtabant homines honeſti, viſo illo, acerbè plorabant: quidam præ miſeratione tundebant pectora, & manus ſupra verticem complodebant: nec tamen quiſquam quidquam erat auſus prolo qui metu furentis turbæ, ne fortè cõprehenderentur. Porrò die iam adueſperaſcente, vltro citroque pergebat, cum lacrymis petens hoſpitio recipi: ſed durè repulſus eſt. Piæ quædam fœminæ libenter eum recepiſſent domo, ſed non audebant. Ille igitur mortis angoribus correptus, atque omni humanâ ope deſtitutus, cùm id vnum dumtaxat expectarent omnes, vt comprehenſum extinguerent, præ dolore ac mortis formidine iuxta ſepem quamdam corruit, oculoſque tumeſcentes ad cæleſtem Patrem erigens, ait: O Pater indulgentiſſime, quando tandem miſero feres auxilium his anguſtiis laboranti? O Pater multò piiſſime, cur adeò mei obliuiſceris? O Pater, ô fidiſſime, ô clementiſſime Pater! adſis miſero mihi in hac extremâ neceſſitate meâ. Iam enim præmortuo corde meo, nulla viuendi ſpes reliqua eſt: prorſus iam emoriendum eſt mihi ſiue in aquas demerſo, ſiue flammis conflagranti, ſiue lanceâ confixo. Commendo tibi hodie deſolatum ſpiritum meum, miſereat te huius calamitoſæ mortis meæ, non enim longè abſunt, qui me occidant. Lamentabiles has querimonias vbi Sacerdos quidam percepit, illuc properans, vi eum extraxit è manibus eorum, introductumque in ædes ſuas ſeruauit eâ nocte illæſum, & ſummo manè dimiſſum ex præſenti mortis diſcrimine liberauit.

eripitur.

CAPVT XXVIII.

De latrone quodam.

76 REdeuntem illum quandoque ex inferiori Germaniâ, atque per Rheni tractum ad partes ſuperiores contendentem, ſocius quidam iuuenis & ad iter expeditus comitabatur: quem cùm die quodam paribus veſtigiis ſequi non poſſet, quòd ægrè affectus & delaſſatus eſſet, relictus poſt illum fortè dimidio miliaris interuallo. Reſpexit autem ſubinde, ſi quis illi comes itineris obtingeret per nemus proximum ituro. Siquidem dies erat ad occaſum decliuior, & ſilua immanis ac periculoſa, vtpote latrociniis admodùm infeſta, reſtabat. Ante ſiluam parumper ſubſtitit, ſocium aliquem expectans. Interea videt duos celeri aduentantes gradu, è quibus altera erat femina iuuenis & decora, alter vir terribilis, haſtam gerens & enſem oblongum, atque lacernam indutus coloris atri. Territus ille immanis viri illius tetrâ ſpecie, circumſpexit vndique, ſi quis fortè à tergo ſequeretur: ſed neminem vidit. Cogitauit autem ſecum: Quod genus homines ſunt iſti, Domine Deus? quînam grande hoc nemus penetrare potero? quid me futurum eſt? Mox impreſsâ ſuo pectori Crucis figurâ, ingreſſus eſt ſiluam. In quâ cùm iam longè proceſſiſſent, femina prior illum adiit, ſciſcitans quis eſſet, aut qui vocaretur. Edixit ille nomen ſuum feminæ. At illa, Noui te, inquit, Domine mi, ex nomine. Oro confeſſionem meã recipias. Cepit ergo confiteri, dixitque: Eheu, obſeruande Domine, conqueror tibi infelicitatem meam. En vir iſte, qui nos conſequitur, latro eſt, iugulatque homines tum in iſto nemore, tum etiam aliis locis, aufertque nũmos & veſtes eorum, parcens nemini. Ille me fefellit, abduxitque ab amicis meis, cogoique illius eſſe coniunx. His auditis, parum abfuit, quin præ horrore Miniſter deficeret, reſpicienſque, miſerabiliter luſtrabat oculis omnia, ſi quem vel videre vel audire liceret. Atqui nec vidit, nec audiuit quemquam in opacâ illâ ſiluâ, præter latronem ipſum ſequentem. Cogitabat intereà: Si ſic delaſſatus fugeris, facilè te aſſequetur & perimet. Si clamaueris, non eſt, qui audiat in hac vaſtâ ſolitudine, eriſque nihilominùs perditus. Suſpicienſque in cælum triſtis ac mœrens, ait: Ah Domine Deus, quid futurum hodie eſt miſero? O mors quàm propinqua es?

ex cuius uxore

intelligit eum latronem eſſe,

horret.

Siluam ingreſſurus,

videt virum terribilem,

AVCTORE LAVR. SVRIO.

77 Vbi porrò femina ſuam peregit confeſſionem, regreſſa ad latronem, clàm orabat eum, dicens: Quæſo te vir bone, fac illi confeſſionem. Apud noſtrates ea de ipſo exiſtimatio & fides eſt, quiſquis ei confiteatur, quantumuis ſceleratus ſit, nunquàm eum à Deo relictum iri. Age igitur quod te hortor: ſi fortaſſis Deus illius cauſsâ extremis laboranti anguſtiis opitulari tibi velit. Dum ita illi inter ſe ſuſurrarent, terrore correptus miniſter, proditum ſeſe verebatur. At latro ad illum adire cœpit. Quo aduentante cum haſtâ ſuâ, toto tremuit & exhorruit corpore, putans actum de ſalute ſuâ. Neſciebat namque, quid inter ſe locuti eſſent. Erat autem loci illius ſitus eiuſmodi, vt Rhenus iuxta ſiluam decurreret, & ſemita eſſet in ipſo fluminis littore. Latro autem Miniſtrum voluit ire eâ parte, quæ ad flumen vergebat: ipſe aliud tenebat latus. Miniſtro igitur non ſine cordis tremore ingrediente, ſuam latro confeſſionem exorſus, cuncta illi, quæ perpetraſſet latrocinia explicuit: ſpeciatim verò quoddam ei commemorauit homicidium nimis quàm horrendum, vnde toto corde Miniſter contremuit, dixitque latro: Quandoque in hanc perueni ſiluam latrocinandi cauſsa, quemadmodùm etiam nunc, oblatuſque mihi fuit Sacerdos quidam honeſtus & venerabilis, cui confeſſus fui, ambulanti mecum perinde, vt tu mecum graderis. Deinde abſolutâ confeſſione, educto gladio iſto quem cernis, illum transfixi, impulique ex littore in profluentem Rhenum. Hiſce verbis & geſtibus ac adſpectu latronis intantùm expalluit & fractus eſt Miniſter, vt gelidus mortis ſudor per eius ora in ſinum decurreret, totuſque obriguit & vox faucibus hæſit, adeò vt ſenſibus penè deſtitueretur: ac ſubinde ad latronis gladium oculos referens, obſeruabat, quando etiam ipſum eodem confoderet, & extinctum in fluuium præcipitem ageret. Cumque iam præ angore collabi inciperet, nec haberet vltra vires, vultus eius erat miſerabilis, velut hominis præſentiſſimum mortis periculum euadere cupientis. Id vbi animaduertit femina latronis ſocia, occurrens illicò eum lumi collabentem amplexa eſt, nitebaturque eum erigere, dicens illi: Nihil timeas, bone Domine: non patieris quidquam moleſtiæ. Et latro ipſe: Multa, inquit, de te bona audiui, Domine, quorum gratiâ viuere te permittam. Ora Deum, vt mihi miſero latroni extremum trahenti ſpiritum tuâ cauſsâ ſubueniat & miſereſcat. Sub his verbis ad ſiluæ extrema peruenerunt: atque ecce ſocius eius ille ſub arbore reſidens, eius aduentũ præſtolabatur. Latro cum ſociâ ſuâ anteceſſit: at Miniſter ad ſuum reptans confratrem in terram corruit, corde ſimul & corpore toto quodam tremore correpto. Iacente illo ſic aliquamdiu, poſtquàm recepit vires, ſurgens cœptum confecit iter: rogabatque Deum ſeriò intimis cum gemitibus, vt latroni illi vellet prodeſſe ſpem bonam ac fidem quam erga ipſum Miniſtrum concepiſſet, nec eum ſineret moriturum condemnari. Præſtitit autem illi Deus eiuſmodi viſum, quo omnino certior factus eſt de futurâ latronis ſalute, ita vt nihil hæſitaret illum ſeruatum iri.

expetit preces eius:

aeterna huius ſalus ei reuelatur.

CAPVT XXIX.

De periculis ſubmerſionis.

Periculis ſubmerſionis eripitur, in Rhenum illapſus,

78 PRo conſuetudine ſuâ quandoque Argentoratum profectus erat. Rediturus domum, in ſæuum quemdam Rheni gurgitem cecidit, vnaque libellus, quem

AVCTORE LAVR. SVRIO.

quem paullò antè confecerat, cui admodum infeſtus erat malus ſpiritus. Dum ergo vi fluminis raptus, in mortis angoribus ſuper aquas deorſum ferretur, nullo illi opem ferente, benigniſſimi Dei prouidentiâ contigit, vt eadem horâ iuuenis quidam miles Pruſſienſis ex Argentorato ſuperueniens, in ipſum ſeſe fluuium perquàm impetuoſum coniiceret, & tam Miniſtrum quàm ſocium eius ex illâ morte miſerabili extraheret.

79 Aliâ vice ex obedientiâ aliquò profectus eſt hiberno tempore. Cumque totâ die ad veſperam vſque ſine cibo in vento illo frigido & aëre aſpero ac gelido curru vectus fuiſſet, ad turbidas quaſdam venêre aquas, eaſque profundas & rapido curſu labentes, vi imbrium incitatas. Famulus autem, qui currum ducebat, ex negligentiâ ad littoris limites nimis propè accedens, currum euertit. Mox Miniſter præceps è curru ruit, lapſuſque eſt ſupinus in aquas: ſtatimque currus rectâ in ipſum delatus eſt, ita vt nullam in partem ſeſe poſſet vertere Miniſter à curru oppreſſus, nec ſibiipſi opém ferre. Itaque vnà cum curru procul ferebatur in aquis vſque ad molendinum quoddam. Ibi famulus cum aliis quibuſdam accurrens eum apprehendit: & licet percuperent eum educere ex aquis, ſed ingenti currus pondere deprimebatur. Amoto tandem curru non ſine grandi labore, extraxerunt eum benè madidum in terram: ſtatimque veſtes eius præ nimio frigore in eius corpore congelabant, adeò vt ſtrideret dentibus. Stetit autem diu ſatis tam miſerè afflictus, ſuſpicienſque ad Deum, Quidnam, inquit, Domine faciam, quidve primum aggrediar? Iam nox impendet, nec locus hic vllus vel pagus adiacet, vbi poſſim calefieri aut refici. Si ergo hîc ita mihi moriendum eſt, profectò miſerabile illud mortis genus eſt. Porrò huc atque illuc oculos circumferens, procul ad montem vidit pagum quemdam. Eò ſe contulit, vt potuit, madidus & frigore conſtrictus. Et iam nox aderat. Circumibat domos, petens hoſpitio recipi cauſsâ Dei; & ecce vbique repellebatur, nullo eius vicem miſerante. Timens ergo vitæ ſuæ altâ voce clamauit ad Dominum: Satius fuerat, Domine, ſi me demergi permiſiſſes: ita celeriùs optatiuſque periiſſem, quàm vt hîc frigore moriar. Has voces lamentabiles fortè audiuit ruſticus, qui eum antè reiecerat, eiuſque miſertus, vlnis comprehenſum in ædes ſuas introduxit, atque ibi noctem exegit miſerabilem.

iterum è curru in amnem precipitatus.

CAPVT XXX.

De breui quadam afflictionum intermiſsione.

80 OMnino id illi in conſuetudinem verterat Deus, vt vnâ recedente afflictione, mox alia accederet. Ita ſine intermiſſione illum Deus exercebat. Solùm vnâ vice aliquantulam illi permiſit requiem, ſed minimè diuturnam. Eodem tempore ad quoddam monialium cùm acceſſiſſet cœnobium, ſpiritales filiæ eius ex eo, quînam haberet, percunctabantur. Reſpondit ille, vereri ſe malè ſecum agi, Deumque ſui oblitum eſſe, eò quòd menſe integro neque in corpore, neque in famâ à quoquam læſus eſſet, præter antiquam conſuetudinem ſuam.

A tentationibus liber ſe à Deo deſertum queritur.

81 Sedente illo breui ſpatio ad cancellos eiuſdem cœnobij, Frater quidam profeſſione Dominicanus illum ad ſe euocans, dixit ei: Non ita pridem in arce quadam poſitus, audiui illius loci Dominum durè inquirentem vbinam eſſes, atque erectis ſurſum manibus coram omni illâ hominum frequentiâ iurantem, ſi quidem te vſquam comperiret, gladium per tua latera ſe adacturum. Idem iurarunt etiam alij quidam nobiles eius conſanguinei, qui per aliquot cœnobia eo nomine te perquiſierunt, vt ſceleratam in te voluntatem ſuam poſſint efficere. Vide igitur cautè te geras, caueaſque tibi quàm optas cõſultũ vitæ tuæ. His auditis, pertimuit Miniſter, dixitque ad Fratrem, ſcire ſe velle, quare mortem illam eſſet commeritus. Ait frater, Relatum eſt illi Domino filiam te ſuam, vt pleroſque alios, ad ſingulare quoddam vitæ genus traduxiſſe, quod ſpiritale vocetur, eiuſque ſectatores ſpiritales dici: perſuaſumque eſt illi, hoc genus homines mortalium omnium longè deterrimos eſſe. Præterea aderat illic alius quidam homo audax & ferus, qui teaffirmabat cariſſimam ſibi abſtraxiſſe coniugem, ita vt illa opertâ facie nollet ipſum adſpicere, ſed introrſus dumtaxat vellet reſpicere: cuius rei te auctorem proclamabat. Hæc vbi Miniſter didicit, gratias egit Deo, feſtinatoque intro regreſſus ad cancellos, dixit filiabus ſuis: Viriliter agite, filiæ cariſſimæ, en recordatus eſt mei Deus, nec adhuc illum mei cepit obliuio: narrauitque eis immanes illos rumores, vt pro beneficiis maleficia ipſi homines reddere molirentur.

agit Deo gratias.

nouam perſecutionem inſtare intelligit.

CAPVT XXXI.

De amicabili quadam ratione cum Deo quandoque initâ.

82 EOdem afflictionis tempore, atque iiſdem in locis, vbi tum morabatur Miniſter, ingreſſus nonnumquàm in valetudinarium ſiue domum infirmorum, vt ægrè affecto corpuſculo ſuo aliquod impertiret leuamẽtum, cùm ad menſam ſederet taciturnus more ſuo, ſcommatibus & verbis inſolitis exercebatur: quod principio quidem multùm illi dolebat, ſeſeque intantùm miſerabatur, vt haud rarò feruentes lacrymæ per eius faciem deciderent, vnaque cum cibo & potu in eius os deferrentur. Leuatis autem ſurſum oculis, intimis ſuſpiriis compellabat Deum in hunc modum: Piiſſime Deus, non tibi ſufficit miſeria & calamitas mea, quâ noctu diuque afficior, niſi etiam modica, quã accipio, eſca mihi in ſummam vertatur amaritudinem? Accidit id illi crebrò ſanè. Quadam vice ex menſâ ſurgens, non potuit ſe vltrà cohibere, quin ad ſecretum ſuum abiret locum, Deoque has offerret querimonias: Dulciſſime Deus, mundi totius Domine, pium ac benignum te præbeas oro erga me miſerum: ſiquidem hodie mihi tecum ratio ineunda eſt, id quod prætermittere non poſſum: & quamuis nulli quidquam debeas, nec obligatus ſis vllâ in re ob immenſam maieſtatem tuam, decet nihilominùs infinitam bonitatem tuam, vt animum afflictionibus prægrauatum in te patiaris captare refrigerium ex gratia tuâ, præſertim qui neminem habeat alium, cui conqueri poſſit, aut qui ipſum conſoletur. Ecce, Domine, teipſum teſtem adhibeo, qui noſti omnia, ab ipſo matris vtero ſemper me cor pium habuiſſe. Neque enim quemquam vnquam afflictum vel mœrentem adſpexi, cui non medullitus condolerem: nec vnquam audire potui vel præſente vel abſente proximo, quod eum grauare potuiſſet. Habeo huius rei teſtes ſocios meos omnes, rarò ex me audiſſe quẽquam, verbis meis ſiue Fratris, ſiue cuiuſuis alterius hominis facta in peiorem partem me interpretari vel apud ſuperiores, vel quoſlibet alios. Immò verò mortalium omnium facta, quoad potui, in mitiorem partem ſemper traxi: vbi id non licuit, tacui: aut certè fugi, ne talia audirem. Quorum autem aduerti famæ vel exiſtimationi aliquid derogatum, illis me ex miſeratione magis familiarem exhibui, quò tantò faciliùs ſua eis exiſtimatio ſalua redderetur. Miſerorum fidus pater ipſe vocabar: omnium Dei amicorum amicus eram ſingularis. Quotquot triſtes aut afflicti ad me acceſſiſſent, aliquid ſaltem ex me conſilij reportarunt, ita vt hilares & bono animo à me recederent. Siquidem flebam cum flentibus, dolebam cum mœrentibus, donec eos maternâ pietate erigerem & conſolarer. Numquàm quiſquam tam mihi moleſtus fuit, quin ſtatim totum illi condonarem perinde ac ſi nihil mihi nocuiſſet, ſi vel ſemel placidus mihi arrideret. Et quid me neceſſe eſt, Domine, commemorare

Deum pietatis ſuæ teſtem inuocat.

proteſtatur ſe facta aliorum in meliorem partem trahere,

& laudare, quorum fama detrahi audit;

rare de hominibus, quando etiam quorumlibet animantium, auium, beſtiolarum indigentia & afflictio viſu vel auditu mihi cognita, cor meum adeò torſit, vt rogarem omnipotentem Deum, eis ſubuenire dignaretur. Quidquid in terris degit, pietatis & beneuolentiæ viſcera in me comperit. Tu verò, piiſſime Deus, permittis quibuſdam, quales Apoſtolus vocat falſos fratres, vt nimis quàm ferociter erga me ſe gerant, vt & tibi, Domine, ſatis perſpectum, & omnibus notum ac manifeſtum eſt. Quæſo id attendas, Domine, & per teipſum me recrees.

2. Cor. 11. 15. Galat. 2. 4.

Perfectionem à Deo docetur.

83 Poſteaquàm diu ſatis animum ſuum hac ratione apud Deum refeciſſet, tranquillâ quadam potitus eſt requie, & diuinitus eiuſmodi illi illuxit reſponſum: Ratio tua puerilis, quam mecum iniuiſti, inde proficiſcitur, quòd non ſemper æquè attendis verba geſtuſque Chriſti Ieſu patientis. Noueris ſanè non id ſatis eſſe Deo, quod ad te attinet, ſi ſis corde pio ac benigno, ſed adhuc perfectius aliquid à te requirit. Vult ille nimirùm, vt vbi quis verbis vel moribus indignè ac inhumaniter te tractat, non ſolùm id feras æquanimiter, ſed etiam adeò moriaris tibiipſi, vt ſomnum non ſis auſus capere, donec eiuſmodi hominem accedas, blandiſque ac modeſtis placidiſque ſermonibus & geſtibus tuis, quatenùs fieri poterit, animi eius ferocitatem & impetum lenias atque tranquilles. Siquidem iſtiuſmodi leni modeſtiâ ac humilitate gladium ex eius manibus extorques, afficiſque eum in ſuâ maleuolentiâ prorſus infirmum ac imbecillem. Iſta videlicet eſt antiqua perfectionis ſemita, quam Chriſtus ſuis tradidit diſcipulis, cùm ait: Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Deinde vbi ad ſe rediit Miniſter, viſa eſt ipſi hæc perfectionis ſemita plùs ſatis moleſta ac difficilis, nec ſine tædio inde cogitare potuit, maiorique cum tædio eam nitebatur ingredi: at nihilo ſecùs animo reſignato cœpit conatum adhibere ſuum, vti diſceret eo gradi itinere.

Luc. 10. 3.

84 Accidit poſtmodùm, vt laicus quidam Frater plùs ſatis tumidè & efferatè cum illo colloqueretur, ac notabili eum iniuriâ afficeret. Tacuit ille patienter, & id volebat eſſe ſatis. At intus admoneri ſe ſenſit plus aliquid præſtare ſe debere. Adueſperaſcente ergo die, laico illo Fratre in valetudinario cœnam capiente, Miniſter ad oſtium valetudinarij eum egreſſurum ſuſtinuit, moxque ad egredientis veſtigia prouolutus, humiliter eum obſecrauit, dicens: Cariſſime & religioſe Pater, quæſo te ob honorem Dei, vt ſi quâ re tibi moleſtus fui, teque offendi, miſero mihi remittas propter Deum. His viſis, Frater ille laicus primùm tacitus ſubſtitit, deinde ſuſpiciens, altâ dixit voce: Papæ, quid miri iam facis? Numquàm quidquam mihi nocuiſti, non magis quàm aliis. At ego inſigni te moleſtiâ affeci, teque dirè afflixi petulantiſſimâ mordacitate meâ. Quod vt mihi condones, etiam atque etiam rogatum te velim Pater. Atque hoc pacto animus eius ſedatus eſt, & tranquillitati redditus.

conuiciatorem præuenit humilitate ac patientiâ:

85 Quodam tempore ad menſam in valetudinario ſedenti Miniſtro, Frater quidam procacibus verbis moleſtus fuit. Ad quem ille admodùm benignè ſeſe conuertens, arriſit illi, tamquàm qui ſingulari quodam beneficio ipſum affeciſſet. Id verò Fratrem illum intus adeò compunxit, vt non ſolùm taceret, ſed etiam ſuum illi vultum omnino placidum exhiberet. Facto prandio, idem Frater narrauit hoc in vrbe, dicens: Hodie tantâ affectus ſum verecundiâ & dedecore ad menſam reſidens, vt numquàm maiori me affectum putem. Cùm enim erga Miniſtrum indignè & petulanter me gererem, ſereniſſimum mihi exhibuit vultum, adeò vt pudore ſuffunderer. Quod illius exemplum ſemper mihi profuturum ſpero.

procacitatem ſuâ benignitate emollit.

CAPVT XXXII.

Auctore Lavr. Surio.

Vt præ nimiâ afflictione quandoque ad mortis vſque diſcrimen adductus ſit.

86 COntigit quodam tempore, vt non paucis noctibus è ſomno non ſine terrore experrectus, neſcio quidnam, mox Pſalmum illum de Chriſti paſſione, cuius eſt initium, Deus Deus meus reſpice in me, inchoaret. Quem Pſalmum Dominus Ieſus in cruce pendens, atque illâ extremâ neceſſitate tum à Patre, tum à creaturis omnibus derelictus, fertur dixiſſe. Quæ quidem continua huius Pſalmi repetitio vel commemoratio initij illius, ſimul atque euigilaſſet, admodùm perterruit Miniſtrum, haud vulgariter ſibi metuentem. Clamauit ergo ad Dominum cruci hærentem, idque cum acerbis lacrymis, dicens illi: Eheu Domine Deus, nouáne rurſus mihi tecum ferenda crux eſt, vel crucifixio? Quod ſi ita eſt, comple obſecro in me miſero innoxiam atque ſanctiſſimam mortem tuam, ſiſque mecum, & tuo auxilio fretum fac afflictionem omnem ſuperare. Accedente deinde cruce, vt illi fuerat antè ſignificatum, immanes quædam afflictiones, de quibus hîc non expedit dicere, illi accreſcere cœperunt, atque in dies augmenta capere, quæ tandem vſque eò excreuerunt, vt illum, alioqui debilem, ad extremum vitæ punctum perducerent.

Pſal. 21.

Afflictionem futuram prænidet.

87 Cùm enim vice quadam extra cœnobium conſtitutus ſerò cubitum iuiſſet, quodam virium defectu comprehenſus eſt adeò, vt ſibi videretur præ nimiâ debilitate defecturus ac illicò periturus. Iacebat ibi tam quietus & immotus, vt nulla toto corpore vena moueretur. Id vbi animadvertit homo quidam pius ac fidelis, eiuſque ſtudioſus, quem ipſe ad Deum pertraxerat non ſine multo grauique labore, accurrit mœrens & lugens, eiuſque pectus & cor palpare cœpit, exploraturus, num quis in eo vitalis ſpiritus reliquus foret: ſed cor adeò erat conſopitum, vt nihilo magis quàm in homine mortuo agitari videretur. Tum ille præ nimio dolore collabens, profuſus lacrymis ac lamentabili voce dixit: O Deus, en vt hodie extinctum eſt præclariſſimum cor illud, quod te longo tempore haud vulgari pietate in ſe retinuit atque tulit, quodque innumeris diſſolutis hominibus, verbis & ſcriptis in omnes iam regiones diffuſis, ſuauiſſimè te prædicauit. Eheu quàm triſtis ille rumor eſt, computreſcere iam debere cor illud eximium, nec illi longa adhuc viuendi ſpatia tribui in tui laudem, & multorum conſolationem. Ita ergo lamentans & plorans, ſubinde cor, os, & brachia illius attrectabat, ſcire cupiens, vtrùm viueret an extinctus eſſet; at nullum percepit motum. Facies expalluerat, os atrum induerat colorem, nec quicquam vitale ſupererat, haud ſecùs quàm in funere iam iamque ſepeliendo. Durabat id fermè eò vſque, vt interim milliare Germanicum potuiſſet confici. Dum ergo ſic iaceret ecſtaticus, obiecto non alio fruebatur ſpiritus illius, quàm Deo & diuinitate, vero & veritate, ac ſempiternâ vnitate.

in ecſtaſim raptus mortuus putatur.

88 Sed antequàm viribus inciperet deſtitui & extra ſe rapi, exorſus erat familiariter cum Deo colloqui ac quaſi blandiri in hunc modum: O veritas æterna, cuius inexhauſta abyſſus incognita eſt creaturis omnibus, miſer ego ſeruus tuus videor nunc mihi ad extrema perductus, quemadmodùm ipſa virium imbecillitas teſtatur. Itaque in ſupremo ſpiritu conſtitutus, tecum loquor, omnipotens Deus, cui nemo mentiri, quem nullus fallere poteſt, vtpote cui manifeſta ſunt omnia. Tu ſolus noſti, vt inter te & me agatur. Tuam igitur imploro benignitatem & miſericordiam, clementiſſime ac fidiſſime Pater: quodque vnquam in vllam deflexi diſſimilitudinem extra ſupremam veritatem, eius me iam pœnitet, Domine Deus,

Deum quaſi moriturus invocat.

AVCTORE LAVR. SVRIO.

doleoque toto corde, obſecrans vt tuo pretioſo ſanguine id expies pro tuâ clementiâ ac meâ neceſſitate. Memineris, oro, Domine, vt puriſſimũ ac ſacroſanctum ſanguinem tuum omnibus diebus vitæ meæ ſublimiter extulerim pro viribus: iſque nunc, precor, me ex hac vitâ migrantem ab omni peccato mundet & abluat. Quæſo vos Sancti omnes, tuque ſpeciatim, benigniſſime Pater & Pontifex Nicolae, flexis genibus, & erectis manibus, mecum ſimul Dominum rogetis, felicem mihi præſtet obitum. O puriſſima ac præclariſſima Virgo Maria, tuam mihi nunc porrige manum; tuam, inquam, piiſſimam manum, & hac ſupremâ horâ ſuſcipe animam meam in tuam fidem & patrocinium: quandoquidem tu vnicum es poſt Deum cordis mei gaudium & conſolatio. O Domina & mater mea, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Eia, dulciſſimi Spiritus angelici, ſitis oro memores, vt per omnem vitam quoties vel nominari vos audiſſem, exultarit & riſerit cor meum: & quàm crebrò afflictionibus laboranti mihi gaudia planè cæleſtia confeceritis, atque ab hoſtibus me defenderitis. Eia præclariſſimi Spiritus, nunc demum extrema me obtinet neceſſitas & anguſtia, & ſum auxilij indigus. Nunc ergo feratis opem miſero, ſeruetiſque me à terribili & tetro inimicorum meorum adſpectu. Laudes grateſque tibi ago, Deus omnipotens, quòd morienti mihi tam benè ſui compotem mentem, perſpicuamque rationem & cognitionem præſtitiſti: exeoque nunc ex hoc ſeculo cum integrâ fide Catholicâ, abſque vllâ hæſitatione vel formidine: libenſque ignoſco omnibus, qui mihi vnquam moleſti fuêre: perinde vt tu ignouiſti in cruce illis, qui tibi mortem inferebant. Domine Ieſu, ſacratiſſimum corpus tuum, quod hodie in Miſsâ quamlibet infirmus accepi, tueatur & deducat me ad conſpectum vſque diuini vultus tui. Porrò extrema oratio mea, quam hac ipsâ mortis meæ horâ facio, eſt pro cariſſimis ſpiritalibus filiis & filiabus meis, ſingulari fide aut etiam confeſſione mihi in hoc exilio amicè deditis & addictis: & quemadmodùm tu, piiſſime Ieſu, morti proximus, cariſſimos diſcipulos tuos cæleſti Patri ſummâ fide commendaſti; in eadem caritate etiam ij tibi oro ſint commendati, vt & illis ſanctam felicemque mortem dones. Equidem nunc totum me efficaciter auerto à caducis creaturis omnibus, atque ad ipſiſſimam diuinitatem, in primam æternæ ſalutis originem me conuerto. Cumque hæc atque eius generis pluraque alia intra ſeipſum blandè ſuauiterque locutus eſſet, raptus eſt extra ſeſe, & antedictâ cœpit laborare debilitate. Exiſtimante autem & eo ipſo, & aliis ipſum è viuis exceſſurum, rediit ad ſeſe, corque exanime vitalem reſumpſit ſpiritum, & membra ægrè affecta, ſunt ſanitati reddita, & priſtinas recepit vires.

Sanctorum experis præſidia:

proſibi familiarib u precatur.

CAPVT XXXIII.

Vt afflictiones cum laude & gratiarum actione in Deum ſint referendæ.

89 QVodam tempore cùm Miniſter afflictus diuturnas ſuas concertationes altâ mente perpenderet ac commemoraret, atque in iiſdem occulta Dei ſtupendaque iudicia attenderet, conuertit ſeſe ad Deum intimo cum gemitu, aitque: Externæ iſtæ cruces & afflictiones, Domine, forinſecus non aliud videntur, quàm acutæ vepres & ſpinæ, ipſam carnem & oſſa configentes. Quamobrem piiſſime Domine, fructus aliquis ſuauis ſalutiferæ cuiuſdam inſtitutionis ex his aſperis ſentibus emanet, obſecro, quò nos miſeri tantò moderatiùs aduerſa feramus, cruceſque noſtras in Dei laudem tantò meliùs referre ſciamus. Poſtquàm ille diu ſatis à Deo ſeriò hæc petiiſſet, quandoque intra ſeipſum & ſupra ſeſe raptus fuit, ſenſibuſque deſtitutus corporeis, audiuit Dominum iſthæc verba ſuauiter ipſi pronuntiantem: Equidem in præſentiarum excellentiſſimam vitæ meæ præſtantiam ac dignitatem tibi patefaciam, reddamque te certiorem, vt homo afflictus, ea quæ patitur, cum laude in Deum refundere debeat. Hæc vbi ille audiuit, animo totus liquefactus, ſub illo mentis exceſſu, præ immensâ quadam cordis abundantiâ, animæ ſuæ brachia in vaſtiſſimos cæli terræque fines extendit, gratias agens Deo cum intimo ac ineffabili cordis affectu & deſiderio in hunc modum: Hactenus quidem mi Domine, in ſcriptis meis te laudaui, te celebraui, te extuli, commemorando & adhibendo in tui præconium, quidquid in creaturis omnibus iucundum & plauſibile eſſe queat. At nunc in nouam quamdam, compellor prorumpere melodiam & encomium haudquaquàm vſitatum, quòd nec ego ipſe antehac compertum habui, niſi quòd nunc demum in afflictionibus illud didici: idque eiuſmodi eſt: Totis animi viſceribus medullitus cõcupiſco, vt cruces & moleſtiæ omnes, quaſcumque ipſe perpeſſus ſim, itemque quorumlibet aliorum dolores & angores, vulnerum omnium acerbitates, ægrotorum omnium cruciatus, mœrentium quorumcumque gemitus, plorantium lacrymæ, oppreſſorum contemptus & contumeliæ, viduarum & pupillorum omnis opis expertium penuria, pauperum ac eſurientium arida fames & ſitis, Martyrum cunctorum profuſus ſanguis, omnium adhuc ætate floridâ vigentium propriæ voluntatis abnegatio, quorumlibet Dei amicorum aſpera & rigida exercitia, occultæ ſimul & manifeſtæ afflictiones & dolores omnes, quos vel ego, vel quiuis vnquam miſer & calamitoſus homo ſuſtinuerit in corpore, in facultatibus, in honore, in proſperis & aduerſis, & quidquid demum ad vltimum vſque diem quiſquam vnquam perpeſſurus eſt, vt ea, inquam, omnia in tui, Deus Pater, laudem cedant ſempiternam, & pro nobis patienti vnigenito Filio tuo honori ſint & gloriæ in ſecula ſeculorum. Adhæc miſer ego ſeruus tuus, afflictorum omnium, qui fortaſſis crucibus ſuis rectè vti non nouerunt, te patienti & grato animo laudando, vices fideliter implere appeto, atque illorum perpeſſiones & moleſtias ipſorum loco in tui laudem refero, quocumque demum illi paſſi ſint modo, eaſdemque eorum vice tibi offero in vnigeniti dirè perpeſſi filij tui laudem perennem, ipſorumque afflictorum hominum conſolationem, ſiue etiamnum præſens ſeculum eos in carne retineat, ſiue iam futurum exutos corpore ſuſceperit.

omnes omnium afflictiones ei cum gratiarum actione offerti,

90 Quæſo miſeri & afflicti omnes, qui vnà mecum cruces patimini, oculos aureſque in me coniicite, & dicta mea attentiùs auſcultate. Decet nimirùm gaudio & conſolatione affici nos, quamuis afflictos, contemplatione digniſſimi capitis ac Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui prior cruces multiuarias expertus eſt, adeò vt in terris degens, nullũ vnquam lætũ diem duxerit. Certè ſi in humili & vili quadam familiâ non niſi vnus eſſet homo opulentus, tota illa cognatio haud dubiè eo nomine ſibi gratularetur. O Ieſu piiſſime, præclariſſimum caput omnium noſtrûm cruce laborantium, eſto nobis propitius, atque vbi ex humanâ fragilitate in qualibet afflictione à verâ patientiâ deficimus, tu id apud Patrem cęleſtem ſarcias perficiaſque. Memento Domine, vt quandoque vni ex famulis tuis in ipsâ ſuâ aduerſitate propemodùm deſperante opem tuleris, dicens ei: Bono ſis animo fili: me reſpice. En ego ipſe & clariſſimis fui ortus natalibus, & tamen inops & pauper vir in hoc mundo, ſimul & tenerrimus eram & miſerrimus: ex ſummis fui gaudiis editus, ac nihilominùs totum me dolor & crux obſederat. Agedùm igitur, quotquot ſumus ſummi illius Imperatoris ſtrenui milites, nequaquàm animis frangamur: quotquot præclariſſimum illum Ducem ſequimur, pectus virile ſumamus, nec inuiti feramus poſt illum crucem noſtram. Enimuerò ſi nulla alia eſſet afflictionis vtilitas, quàm quòd ſpeculo illi lucidiſſimo Domino Ieſu Chriſto tantò efficimur ſimiliores, quantò eum veriùs ſectamur, eſſet ea profectò magna ſatis. Equidem

ad idem præſtãdum inuitat omnes afflictos,

exemplo Chriſti propoſito.

A Deo edoctus,

quidem ſic mihi perſuadeo, etiamſi idem poſt hanc vitam eſſet præmium daturus Deus patientibus & non patientibus aduerſa, adhuc tamen meritò potiùs crucem nos pati velle debere, tantùm illius ſimilitudinis obtinendæ cauſsâ. Amans namque ſuo ſe conformat adiungitque dilecto, vbicumque poteſt. Sed quâ ratione attentare aut appetere audemus, Ieſu Rex inuictiſſime, vt patiendo tibi conformes & aſſimiles efficiamur? O quantum intereſt inter afflictiones tuas & noſtras! Tu ſolus es Domine, qui grauiſſimè paſſus es, & tamen nullam vnquam crucem commeruiſti. Quis verò gloriari de ſe poſſit alius, nullam ſe vnquam meruiſſe afflictionem? Nam etſi vnâ ex parte præter meritum patiatur, ex aliâ tamen habet vnde affligi dignus ſit. Itaque omnes nos quicumque vnquam afflictiones perpeſſi ſumus, in ampliſſimum orbem vndique conſedemus, & te ſuauiſſimum amicum noſtrum in ipsâ mediâ afflictorum omnium coronâ vel circulo collocamus, arenteſque venas noſtras præ ingenti deſiderio erga te omnis gratiæ vitalem fontem latè expandimus. Solet autem humus præ ariditate vel maximè ſciſſâ vbertim fuſos imbres copioſiùs excipere: ita etiam nos fragiles multiſque culpis obnoxij, quantò maiori tibi debito obſtricti tenemur, tantò magis dilatatis ac hiantibus animis & cordibus te intra nos complectimur; & quemadmodùm tu ipſe ſacro ore teſtatus es, vel inuitis omnibus volumus ex largiter manantibus vulneribus tuis ablui, atque modis omnibus ab omni culpâ & reatu penitùs expiari: vnde & tibi perennis laus honorque ex nobis refertur, noſque ex te gratiam conſequimur. Iſtâ namque efficaciſſimâ virtute pretioſi ſanguinis tui omnis noſtra diſſimilitudo aboletur. Poſteaquàm Miniſter Sapientiæ diu ſatis ita quietus reſediſſet, donec in intimis animæ eius penetralibus cuncta hæc ſeriò admodùm reuelata eſſent, deinde ſurrexit lætus & alacer, egitque gratias Deo pro hac præſtitâ ſibi gratiâ.

CAPVT XXXIV.

Vt Deus afflictos in hoc ſeculo in ipſorum afflictionibus recreet & conſoletur.

Afflictionem paſſis tria promitti gaudia diuinitus intelligit.

91 QVadam Paſchalis ſolennitatis die Miniſter Sapientiæ iucundo erat animo. Sedens igitur pro ſuo more eo in loco, vbi quietem pauliſper captare ſolitus erat, ſcire cupiebat ex Deo, quid recreationis in hac vitâ præſtiturus eſſet iis, qui illius cauſsâ multa forent perpeſſi. Interim raptus in ecſtaſi, ex diuinâ illuminatione huiuſmodi reſponſum accepit: Gaudeant totis animi viſceribus & infracto ſpiritu, quotquot afflicti ſunt, & ſuas cruces animo reſignato perferunt, certi videlicet patientiam ſuam immenſis donandam præmiis. Vt enim multis ipſi hîc facti ſunt miſerabiles, ita innumeri perenni afficientur gaudio ſpiritali ac diuino ob illorum præcipuam gloriam & laudem ſemper duraturam. Mecum hîc emortui ſunt, vnaque mecum hilariter reſurrexerunt. Porrò tria eis peculiaria præſtabo gaudia, tantæ dignitatis & excellentiæ, vt ea nullus æſtimare queat. Primum eſt, quòd optandi à me accipient facultatem in cælis & in terris, & quidquid optauerint, ſemper impetrabunt. Alterum eſt, quòd diuinam eis impartiar pacem meam: quam nec Angeli, nec dæmones, nec homines, nec vllæ demum creaturæ eis queant eripere. Tertium eſt, quòd omnes illos intimè exoſculabor, tamque ſuauiter intus amplectar, vt vnum prorſus mecum ſint atque æternò perſeuerent, ſintque ipſi in me, & ego in illis. Et ſicut ægrè affectis cordibus moleſtum eſt diu rogare nec aſſequi, ita pro præſenti afflictionis horulâ ne ad momentũ quidem hic mutuus intermittetur amor, ſed hîc inchoabitur & ſempiternò perfruetur, quatenus mortalis imbecillitas pro cuiuſlibet conditione plúſue minuſue perferre poterit.

AVCTORE LAVR. SVRIO.

92 Hiſce rumoribus non mediocriter iucundis exhilaratus Miniſter Sapientiæ, vbi ad ſe rediit, exiliens è ſellâ, medullitus ridere cœpit, ita vt in ſacello, vbi tum erat, fortiter reſonaret: aitque lætus intra ſeſe: Si quis aduerſa pertulit, procedat in medium, & conqueratur. Planè de meipſo ſic ego ſtatuo ac pronuntio, numquàm me in terris, vt mihi videtur, aliquid perpeſſum eſſe. Neſcio profectò quid ſit crux vel afflictio: at probè compertum habeo, quid ſit gaudium & exultatio. En data eſt mihi optandi libera poteſtas, quâ careant neceſſe eſt innumeri à recto itinere aberrantes: Ecquid præterea poſſim aut velim concupiſcere? His dictis, ratione & intelligentiâ vertit ſe ad æternam veritatem, dicens: Obſecro, de his me certiorem reddas, æterna veritas Ieſu piiſſime, quatenùs poterit verbis declarari: latent enim iſta penitùs plurimos occæcatos homines.

ſuarum calamitatum obliuiſcitur.

93 Mox illi intus eiuſmodi præſtita eſt inſtitutio: Quicumque rectè ſeſe gerunt in eâ ſui mortificatione & abnegatione, quam præcedere neceſſe eſt in homine, ita vt ſibiipſi & rebus omnibus moriatur, quorum heu exiguus eſt numerus; eorum ſenſus, & animus vſque adeò in Deum aberrarunt ac exceſſerunt, vt propemodùm de ſeipſis nihil norint; niſi vt tum ſeipſos, tum quæuis alia in ſuâ primâ origine capiant. Atque hac de cauſsâ tantâ afficiuntur voluptate & complacentiâ ex quibuſlibet Dei operibus vel factis, ac ſi Deus nihil eorum geſſiſſet penitùs, ſed ipſis pro illorum iudicio efficienda ea tradidiſſet. Atque hac ratione in ſeipſis optandi accipiunt facultatem: quandoquidem eis obſequitur ac inſeruit cælum cum terrâ, obtemperantque illis creaturæ omnes eo ipſo dum faciunt quælibet id quod agunt, ſiue omittunt id quod omittunt. Iſtiuſmodi homines nullâ in re animi afflictionem ſentiunt. Id namque animi dolorem vel afflictionem ſentire ego appello, cùm voluntas hominis deliberatâ ratione vellet afflictione carere. Nam ſecundùm exteriorem hominem etiam iſti, de quibus agimus, & benè & malè habent, vt alij homines, & plerumque acriùs ſentiunt dolorem, quàm alij ob ipſorum exhauſtam naturam; ſed nullum in eis locum intus obtinet: atque ſecundùm externum hominem nihil immodeſtè vel impatienter ſeſe gerunt. Abundè exatiantur hîc, quoad fieri poteſt, per ſuiipſorum exceſſum, ita vt in omnibus pleno, integro, ac ſtabili gaudio perfruantur. Siquidem in diuinâ eſſentiâ, in quam ipſi animo acceſſerunt, ſi tamen rectè cum illis actum eſt, neque dolor neque mœror locum habet, ſed pax & lætitia: niſi quatenùs ſuapte culpâ & vitio in peccati conſenſum labuntur, vnde meritò accedit triſtitia cuilibet ipſum peccatum perpetranti: quantũ autẽ vitiis committendis ſeſe commaculant, tantùm procul dubio deficit eis iſthæc felicitas vel beatitudo: quatenùs verò peccatum fugiunt, in eoque ſeſe exeunt & abnegant, exceduntque in id, vbi nec dolor nec moleſtia animi poſſit ſentiri, (niſi quòd dolorem non putant eſſe dolorem, nec afflictionem pro afflictione habent) adeò vt in omnibus verâ pace gaudeant, iam certè benè cum ipſis agitur. Id verò totum præſtat propriæ voluntatis extinctio & omiſſio. Enimuerò extra ſeipſos auidiſſimo quodam deſiderio ac ſiti propelluntur ad exequendam Dei voluntatem & iuſtitiam. Porrò Dei voluntas tam benè eis ſapit, tantamque inde capiunt voluptatem, vt quidquid Dei permiſſu ipſis acciderit, tam eis gratum ſit ac delectabile, vt nec velint nec appetant aliud. Nec tamen hæc ita accipienda ſunt, quaſi hac ratione illis permiſſum non ſit orare ac deprecari Deum. Namque ea ipſa Dei voluntas eſt, vt ipſum oremus. Sed intelligenda ſunt iuxta ordinatam proprij ſenſus & iudicij abnegationem & reſignationem in ſummæ Deitatis voluntatem, quemadmodùm dictum eſt. Atqui occultus quidam hîc hæret ſcrupulus, in quem plerique impingunt, iſque eiuſmodi eſt: Quis enim, aiunt, compertum habet, vtrũ

etiam in aduerſis,

& voluntate propria exuitur,

diuinam amplectitur.

AVCTORE LAVR. SVRIO.

hæc ſit Dei voluntas? Reuerà Deus bonum eſt ſupereſſentiale, quod rei cuilibet interius ac præſentius eſt, quã ſit res ipſa ſibi: atque illo inuito nihil poteſt fieri, nec durare vel ad momentum. Non poſſunt ergo non torqueri & cruciari grauiter, qui ſemper Diuinæ renituntur voluntati, cuperentque propriæ ſemper voluntatis libidini obſequi, modò poſſent. Iſti pace non aliâ gaudent, quàm qui apud inferos cruciantur. Nam perpetuo animi mœrore conficiuntur. Contrà verò animo omni proprià voluntate exuto ac nudato, Deus & pax perpetuò reipsâ reſpondent, idque æquè in aduerſis, vt proſperis ac iucundis. Ipſe namque reuerà adeſt, qui cuncta agit ac moderatur, quique eſt omnia. Quâ ergo ratione crux vel afflictio præſens moleſta eiuſcemodi hominibus eſſe queat, quando in eâ Deum cernunt, Deum inueniunt, Dei voluntate fruuntur, & ſuam prorſus neſciunt voluntatem? vt interim taceam, omnes illas luculentas conſolationes & cæleſtes oblectationes ac delicias, quibus Deus afflictos amicos ſuos crebrò recreat ac ſuſtẽtat. Nimirùm in ipſo propemodùm cælo iſti degunt: quandoquidem quidquid illis eueniat vel non eueniat, quidquid in creaturis omnibus Deus ſiue agat, ſiue non agat, cuncta hæc illis optimè cedunt & cooperantur in bonum. Hoc pacto homini æquanimiter aduerſa patienti etiam in hac vitâ pars quædam præmij reſtituitur, eò quòd in omnibus pace & gaudio potiatur, & poſt obitum vita cum conſequetur æterna. Amen.

CAPVT XXXV.

De ſpiritali Miniſtri filiâ.

94 EOdem fermè tempore Miniſter Sapientiæ filiam habuit ſpiritalem, profeſſione Dominicanam, in clauſo quodã cuiuſdã oppidi cœnobio degentẽ, vocabulo Elizabeth Staglin: cuius externa vita & cõuerſatio admodùm ſancta, & interior animus planè angelicus erat. Præclara illa conuerſio, quâ ſe totam animâ & corde ad Deum tranſtulit, tam erat fortis, efficax, & vehemens, vt ab omnibus ſtatim rebus ſuperuacaneis cunctiſque vanitatibus, quibus multi æternam ſuam ſalutem negligunt ac impediunt, prorſus expediretur. Omne illius ſtudium eò intentum ferebatur, vt ſpiritalibus poſſet inſtitutionibus imbui, quibus ad beatam perfectamque obtinendam vitã, cui vni vnicè inhiabat, dirigeretur. Siquid vſpiam didiciſſet pium ac ſalutiferũ, quod tũ ipſam tum alios ad ſpiritales capeſſendas virtutes poſſet prouehere, id diligenter annotabat. Imitabatur planè ſedulas apes, mel dulciſſimum ex multigenis floribus comportantes. In cœnobio illo, vbi inter alias Virgines morabatur ceu virtutum omnium viuum quoddam ſimulacrum, quamuis affecto & debili eſſet corpore, tamen librum quemdam confecit non parùm magnum, in quo inter alia cõſcripſerat vitâ functarum Virginum ſanctam & religioſam viuendi rationem, & quàm ſtupenda ac mira in eis Deus effeciſſet: quæ ſanè cumprimis ad pietatem excitant homines Deo deuotos. Eadem Virgo notitiam contraxit Miniſtri Sapientiæ, ad cuius diſcendam vitam ac inſtitutiones multâ cum deuotione diuinitus permota fuit: ſicque factum eſt, vt occultè admodùm, quâ ille ratione per omnia penetraſſet in Deum, ſeſeque primùm abnegaſſet, ex illo expiſcaretur: idemque in ſcripta retulit, vt iam ſuperiùs dictum eſt, & infrà referetur.

Elizabeth Staglin Religioſa ordinis S. Dominici,

pia,

induſtria,

ſcribit Vitas ſanctimonialium defunctarum,

& Henrici:

95 In primo conuerſionis eiuſdem Virginis initio multa illi ſublimia & ad intellectum pertinentia incideruntcaptu admodùm difficilia, vtpote de ſimplici ac nudâ Diuinitate, vt res omnes creatæ nihil ſint, de ſui reſignatione, de formarum ac ſimulacrorum omnium expulſione ac abſterſione, atque id genus aliis, quæ & elegantibus erant ornata verbis, & lectori miram adferebãt animi voluptatem. Sed in his id latebat detrimẽti ac perniciei, quantum ad ſimplices & primùm inchoantes homines pertinebat, quòd ob neceſſariæ diſcretionis defectum, quo etiamdum illa Virgo laborabat, verba illa dictaque poſſent in hanc atque illam rapi partem, & æquè ad carnem vt ad ſpiritum accommodari, prout lector affectus eſſet. In ſeipſis quidem erant optimæ inſtitutiones, nec tamen ipſa ſe inde expedire poterat. Quãobrem ſcriptis orauit Miniſtrum Sapientiæ, vt is ipſi ſuppetias ferret, & ad planum regiumque ipſam iter deduceret. Sed quia antè dictâ ſuarum inſtitutionum voluptate etiam ipſa nonnihil capta erat, ſcripſit ei, vt intermiſſis rudioribus inſtitutionibus, de ſublimibus illis iam ſuprà memoratis rebus ad ipſam perſcriberet. Ad quæ Miniſter ita reſpondit: Si quidem filia de eiuſcemodi altis rebus præ admiratione ex me cupis certior fieri, vt illis cognitis, de ſpiritu poſſis commodè eloqui, facilè te paucis expediero verbis, quæ tamen te gaudio efferre non debeant, maximè quando hinc facilè potes in pernicioſos errores abduci. Vera ſanctitas & profectio non in pulchris eſt verbis ſita, ſed in bonis operibus & rectè factis. Si verò id te ad percunctandum incitat, vt poſſis ea viuendo aſſequi, fac quod hortor, omiſſiſque interim raris & præcelſis hiſce quæſtionibus, ea potiùs inquiras, quæ tibi magis conueniant & accommoda ſint. Vt mihi quidem videtur, monialis etiamnum es & iuuenis & parum exercitata: quamobrem tibi tuique ſimilibus longè vtilius & conducibilius fuerit, noſſe vt primò incipiendum ſit, & de vitâ actuosâ ſalutiferiſque ac piis exemplis, vt videlicet ille atque ille Dei amicus, qui ſimili modo ſuæ vitæ emendationem ſint auſpicati, principio quidem in Chriſti vitâ & paſſione ſeſe exercitarint, quænam perpetim perpeſſi ſint, vt ſeſe foris ac intus geſſerint, vtrum à Deo ſuauitate an ſterilitate tracti ſint, & quando denique vel quo pacto rerum formis & imaginibus abſoluti fuerint. His nimirùm homo inchoans prouocatur, dirigiturque ad apprehendendam perfectionẽ, & ea, quæ ſunt viciniora ſaluti, quamuis poſſit hæc eadẽ Deus in momento præſtare homini, quod tamen non ſolet, ſed labore & concertatione ea obtinenda ſunt.

Henricum conſulit:

deducitur ad tutiora principia.

intricata altis contemplationibus,

96 Ad hæc reſcripſit virgo iam dicta: Non ego ſublimibus & ſubtilibus inhio verbis, ſed vitæ ſanctimoniæ ac integritati, eaque omnino ſtat animi ſententia, rectè ac ordine proſequi, vtcumque moleſtum & acerbum id fuerit. Siue fugere oporteat, ſiue perpeti, ſiue emori, ſiue quodlibet aliud ſit, quod me ad ſupremam poſſit perfectionem euehere, id planè perſequi decreui. Nec eſt quod te abſterreat, Pater, naturæ meæ imbecillitas. Quidquid ipſe iubere auſus eris, etiamſi naturæ doleat, id equidem, diuinæ virtutis freta auxilio, exequi non verebor. Incipe primùm à minimis, & ſenſim ad altiora me deducito, quemadmodùm puerum ſcholaſticum ſolet ludimagiſter ea primùm docere, quæ pueritiæ congruant, ac ſubinde magis magiſque promouet ad ſtudia potiora grauioraque, donec in magiſtrum euadat. Vnũ eſt, quod te oratum velim, quæſo ne id abnuas, vt non modò abs te dirigar ac inſtituar, ſed confirmer etiam & corroborer in quibuſlibet, quæ mihi poſſint accidere, aduerſitatibus. Sciſcitante Miniſtro, quænam ipſius eſſet petitio, reſpondit: Ex aliis didici, mi Domine, pelicanum eâ eſſe naturâ, vt roſtro ſeipſum vulneret, ac proprio cruore ſuos alat pullos, naturæ victus amore. Quo exemplo id ego ſignificare volo, vt tu quoque eodem modo me miſeram ac indignam filiam tuam eſcâ ſpiritali piarum inſtitutionum tuarum foueas ac nutriceris, nec eas aliunde colligas, ſed ex teipſo petas. Quantò nãque propiùs quid ipſe expertus es, propriâque didiciſti vitâ tuâ, tantò magis afficiet ac permouebit ſitibundam animam meam. Ad hæc Miniſter reſcripſit in hunc modum: Non ita pridem ſublimia quædam dicta mihi exhibuiſti, quæ tu ipſa tibi collegeras ex mellitiſſimis ſanctæ memoriæ Doctoris Eckardi ſcriptis, quæque ita vt par eſt, magno ſtudio & amore conſeruas. Non poſſum ergo non vehementer admirari, quòd poſt hauſtum preclariſſimi illius viri eximium nectar, tantoperè te ſitire ſignificas humilis Miniſtri ſimplicem ac ruſticum potum.

ſe totam eius directioni tradit.

Quam-

Quamquàm dum id rectè perpendo, non ſine ingenti gaudio tuam hac in re prudẽtiam & induſtriam comperio, quòd ſtudioſè inquiras, quæ prima ſint initia ſublimis ac ſecuræ vitæ, aut quibus exercitiis ad eam primò pertingendum ſit.

CAPVT XXXVI.

De hominis inchoantis primis initiis.

Suadet ei peccatorũ confeſſionem generalem:

97 AT verò Sanctorum omnium exordia diuerſa ſunt, aliud huius, aliud illius. Interim tamen non committam, quin de illo agam rectioris vitæ initio, de quo tu cupis certior effici. Noui ego hominem in Chriſto, qui cùm incipere meditaretur, primò conſcientiam ſuam integrâ confeſſione expurgauit: eratque tum totus in eam intentus curã, vt confeſſionem illam ritè perageret, erratáque ſua omnia prudẽti ac diſcreto confeſſario explicaret, ſicque ab eodem Dei vices gerente mundus & immaculatus recederet, remiſſis ipſi cunctis peccatis: perinde vt beatiſſimæ Magdalenæ, corde compuncto & flentibus oculis Chriſti ſacra veſtigia abluenti, eodemque Chriſto omnia illi peccata condonante. Hoc, inquam, illius hominis primum fuit erga Deum initium. Quod vbi percepit antedicta Virgo, ſuo affixit animo, volenſque etiam ipſa ſimiliter agere, toto affectu Miniſtrum illum ceu maximè idoneum cœpit velle habere Confeſſarium, hoc ipſo id etiam ſpectans, vt ratione confeſſionis, illius quoque filia ſpiritalis efficeretur, eſſetque in fide Dei tantò commendatior. Sed quia certis quibuſdam ex cauſſis non poterat illi ore confiteri, totã ſuam commemorauit vitam, quæ reuerà innocens & immaculata erat, & vbicumque pro ſuâ opinione vnquã deliquerat, in grandi conſcripſit tabulâ cereâ, eamque ſignatam illi miſit, rogans vt abſolutionem ipſi impartiretur. Perlectâ ergo illâ confeſſionis tabulâ, ad calcem ita ſcriptum offendit: Venerabilis Domine, miſera ego peccatrix tuis prouoluta veſtigiis, obſecro vt fidiſſimo corde tuo me in cor diuinum reducas, patiariſque me eſſe & dici filiam tuam in temporariâ ac æternâ vitâ. Hac ille fidenti Virginis huius deuotione medullitus commotus, ad Deum ſe conuertens, ait: Ecquid dicam piiſſime Domine? Anne repellam eam? Certè id ego nec cani poſſim facere: & ſi id agerem, fortaſſis dedecori eſſet tibi Domino meo: quandoquidem illa diuitias Domini ſui in eius famulo requirit. Itaque, clementiſſime Domine, vnà cum illâ tuis aduolutus pedibus, obſecro eam exaudias. Proſit illi fides ſua & pia confidentia. Clamat enim poſt nos. Cogita quid olim feceris mulieri illi Cananitidi. Certè, piiſſime Domine, tam apud nos celebris eſt & peruulgata immenſa benignitas tua, vt etiam multò pluribus peccatis meritò debeas veniam dare. Clementiſſime Ieſu, benigniſſimos oculos tuos ad illam conuerte. Dic vnicum illi conſolatorium verbum: Confide filia, fides tua te ſalũam fecit. Sitque id, oro, firmum & ratum & meas erga illam vices impleas: ſiquidem ego, quod meum erat, feci, optans illi pleniſſimam peccatorum omnium veniam.

Luc. 7.

98 Deinde cum eodem nuntio reſcripſit illi: Quod à Deo per Miniſtrum petiiſti, præſtitum tibi noueris, certumque habeas iam antè id illi fuiſſe à Deo reuelatum. Eodem namque die manè admodùm poſt abſolutas preces ſuas pauliſper quieturus reſedit, conſopitiſque externis ſenſibus per viſum multa ei Diuinæ bonitatis ſpectacula obiecta fuêre. Inter alia ex diuinâ irradiatione didicit, vti Deus angelicos Spiritus maximis affecerit gaudiis, ſummâque felicitate donarit, & vt ſingulis pro ſingulari quodã ordine ac diſcrimine peculiares indiderit proprietates, quas verbis non poſſet explicare. Atque cùm aliquamdiu cum illis beatiſſimis Spiritibus cæleſti ſeſe recreaſſet voluptate, eſſetque animo exhilaratus ex ſtupendis illis & admirandis, quæ illius anima perſenſerat, illuſtrationibus, in eadem viſione ad ſeſe ingredi te

Inter Angelos eam conſpicit.

vidit, coramque ipſo aſſiſtere inter Angelorum frequentiam aſſidente, moxque ſeriò admodùm flexis humi genibus faciem te tuam ad cor ipſius reclinare, atque diu ſatis ita te permanere adſpectantibus illis angelicis Spiritibus. Mirabatur autem ipſe Miniſter audaciam tuam: quamquàm eâ ciuilitate ac honeſtate compoſita eras, vt benignè te toleraret. Quid verò gratiæ in illo miſero recumbens corde à Deo conſecuta ſis, tu ipſa optimè noſti, poteratque in te animaduerti. Non poſt longam moram cùm te erexiſſes, facies tua tam iucunda, ſerena, gratioſa apparuit, vt poſſet perſpicuè intelligi ſingularem quamdam gratiam tibi & contuliſſe Deum & adhuc collaturum per cor illud, adeò vt Deo laus, & tibi inde accedat conſolatio. AVCTORE LAVR. SVRIO.

99 Eodem ferè modo contigit alteri cuidam, præclarè ſanè ac admodũ religioſæ virgini in caſtro quodã commorãti, Annæ vocabulum habenti, cuius vita omnis non niſi mera perpeſſio fuit. In eâ Deus magna & admiranda operatus eſt à primæ ætatis initiis ad mortem vſque. Hæc antequàm noſſet Miniſtrum Sapientiæ, & vel auditu quippiam de eo percepiſſet, vice quadam inter orandum facta in ecſtaſi, vidit vt in cæleſti patriâ Sancti Deum contemplentur & laudent. Petiit autem à D. Ioanne Euangeliſtâ, qui illius erat Apoſtolus, cuique ſpeciali deuotione afficiebatur, vt ipſius confeſſionem reciperet. At ille perbenignè reſpondit, daturum ſe ipſi ſuo loco benè idoneum Confeſſarium, cui Deus plenam in ipſam contuliſſet auctoritatem ſiue poteſtatem, & qui abundè eam poſſet conſolari in multimodis ipſius afflictionibus. Perquirente autem virgine, quiſnam ille eſſet, quique vocaretur, cuncta illi ab Apoſtolo declarata ſunt. Illa gratias agens Deo, primo manè ſurrexit, adiitque cœnobium, quò miſſa erat à Deo, inquiſiuitque vbi Miniſter foret. Itaque Miniſter vocatus, ad portam cœnobij acceſſit, & interrogauit ex eâ quid negotij haberet. Expoſuit ea illi rem vt erat, & confiteri cœpit. Ille cognito quòd diuinitus ad ipſum miſſa foret, permiſit eam confiteri, & illi ſatisfecit. Narrauit autem Miniſtro eadem ſancta virgo, vidiſſe ſe quandoque in ſpiritu pulcherrimam roſaceam arborem, eximiis iiſdemque rubicundis conſpicuam roſis. In hac arbore apparuiſſe puerulum Ieſum cum ſerto ex rubicundis confecto roſis. Sub ipsâ autem arbore ſediſſe Miniſtrum. Porrò Ieſum paruulum perplures carpentem roſas, in ipſum Miniſtrum coniciſſe, donec totus eſſet roſis obſitus. Sciſcitanti autem virgini ecquid ſibi roſæ illæ vellent, puerulus reſpondit: Roſæ iſtæ multæ numero, multiiuges ſignificant cruces, quas Deus Miniſtro permittet euenire, quas ille ſuauiter ac comiter accipiet ex Dei manibus, & feret patienter.

Virgo aliâ monetur à D. Ioanne Euang. peccata ei confiteri.

quem à puerulo Ieſu roſis obtegi ob cruces fortiter toleratas vidit.

CAPVT XXXVII.

De primis hominis incipientis inſtitutionibus & exemplis ſiue figuris, vtque eius exercitia cum diſcretione debeant eſſe coniuncta.

100 CEterùm vbi in primo rectioris vitæ exordio per confeſſionem eſſe Miniſter ritè repurgarat, ſuâ ipſe ſibi cogitatione tres præfixit circulos vel terminos, intra quos pro ſpiritali cuſtodiâ ac obſeruantiâ ſeſe incluſit & cohibuit. Primus circulus erat, eius cubiculum, ſacellum, & chorus templi. Intra hunc ambitum conſtitutus, ſatis ſibi in tuto eſſe videbatur. Alter erat circulus totum cœnobium intra portæ limites. Tertius idemque extimus, ipſa erat porta, vbi multâ illi opus erat circumſpectione & cuſtodiâ. Extra hos autem tres terminos ſi quando proceſſiſſet, nihil ſibi differre videbatur à ſilueſtribus beſtiolis extra ſuam ſpecum progreſſis & à venatoribus circumdatis, quibus haud dubiè magnâ opus eſt induſtriâ & arte qui ſe tueantur.

Ad tutanda peccata; loca monaſterij triplici circulo diſtinguit:

AVCTORE LAVR. SVRIO.

Sapiẽtiam æternam ſibi ſponſam deligit:

101 In ipſo quoque ſuæ cõuerſionis principio quemdam ſibi ſecretum delegerat locum, nempe ſacellum, vbi ſuæ deuotioni etiam per imagines ſatisfaceret. Speciatim verò cùm adhuc adoleſcentulus eſſet, in membranâ ſibi depingi curarat æternam Sapientiam cælo terræque præſidentem, miràque pulchritudine & formæ elegantiâ ac amicabili ſpecie creaturarum omnium decorem facilè ſuperantem, vnde eam ſibi in ipſo iuuentutis flore in ſponſam & amicam adſciuerat. Hanc imaginem mirè formoſam ſecum ducere ſolebat, quamdiu ſtudij cauſsâ alìò proficiſci cogebatur, eamque ſibi ob oculos ponebat ad ſui cubiculi feneſtram, & intimo cordis affectu ſæpiùs eam intuebatur. Ad extremum ſecum eam domum reduxit, & ſincerâ animi intentione in ipſo ſacello eam collocauit.

ſententias Patrum in ſacello appingi curat.

102 Quis verò præterea illic imagines habuerit, pro illarum obiectis, prout ipſi aliiſque inchoantibus congrueret, ſatis poteſt aduerti ex pictis eo in ſacello figuris & ſententiis antiquorum Patrum, quæ hìc partim aſcriptæ ſunt, ita vt in ſacello erant delineatæ, magiſque ſenſum quàm verba expreſſimus. Abbas Arſenius interrogauit Angelum, quid faceret vt ſaluus fieret. Dictumque eſt illi: Fuge, Tace, Quieſce. In viſu quodam Angelus Miniſtro ex Vitis Patrum eiuſmodi legit ſententiam: Fons & origo bonorum omnium eſt, iugiter ſecum commorari. Abbas Theodorus: Puritas cordis maiorem confert ſcientiam, quàm ſtudium ipſum. Abbas Moiſes: Sede in cellâ tuâ, & ipſe te de omnibus inſtituet. Abbas Ioannes: Externum hominem tuum ſerua in ſilentio, & internum in puritate. Idem: Piſcis extra vndas, & monachus extra cellam, æquè deficiunt. Antonius: Corporis caſtigatio, cordis deuotio, & ſeceſſus ab hominibus, efficiunt ac tuentur caſtitatem. Idem: Nullam geras veſtem, quæ præſeferat vanitatem. Primum noui tironis certamen eſt, aduersùm vitia fortiter dimicare. Abbas Paſtor: Nulli vnquam indignaberis, etiamſi vel dextrum tibi impleatur oculum excutere. Iſidorus Abbas: Homo iracundus diſplicet Deo, quamlibet magna ſigna efficiat. Ipericius: Minùs peccat, qui tempore vetito carnes edit, quàm qui proximo detrahit. Abbas Pior: Peſſimum eſt aliena tractare vitia, propria diſſimulare. Zacharias: Magnoperè illum contemni neceſſe eſt, qui velit eſſe perfectus. Neſtor: Aſinus ante fias oportet, quàm diuinam obtineas ſapientiam. Senex quidam: Mortuorum inſtar in aduerſis & proſperis ſemper immotus permaneas. Helias: Pallidus vultus, confectum macie corpus, & humilis inceſſus ac conuerſatio, probè ornant religioſum hominem. Hilarion: Equo laſciuo & petulanti corpori de eſca detrahendum eſt. Senex quidam: Aufer à me vinum: ſiquidem mors animæ in illo latet. Paſtor: Nequaquàm ille monachus cenſendus eſt, qui adhuc conqueritur, nec iram compeſcere, multiloquium fugere, ſuique contemptum ferre nouit. Caſſianus: Vt ſeſe Chriſtus geſſit in cruce moriens, ita noſtros debemus mores componere. Abbas Antonius ad Fratrem quemdam: Agè Frater ſalutis tuæ curam geras, aut certè neque Deus, neque ego vnquam tibi conſulere poterimus. Arſenium Abbatem cùm mulier quædam rogaſſet, vt ipſius eſſet memor apud Dominum: At ego, inquit, oro Deum, tui memoriam ab animo meo prorſus excludat. Macarius: Vexo corpus meum me diuexans, multiſque affligens me tentationibus. Ioannes Abbas: Numquàm propriæ voluntati obſecundatus ſum, nec vnquam verbis alios docui, quod ipſe factis non præſtitiſſem. Senex quidam: Multa pulchra verba abſque rectè factis, inania ſunt, perinde vt arbor multis abundans foliis, & fructu vacua. Nilus: Qui in mundo multùm verſari habet, multa is quoque vulnera accipiat neceſſe eſt. Senex quidam: Si nihil potes aliud in cellâ exercere operis, vel parietes illius, Dei amore, cuſtodias. Ipericius: Qui caſtè viuit, is honore hîc afficitur, & à Deo coronatur. Apollonius: Principiis obſta, & caput ſerpentis contere. Agathon Abbas: Triennio lapidem ore tuli, vt ſilere diſcerem. Arſenius: Sepè me locutum dolui, tacuiſſe numquàm. Senex à quodam iuuene requiſitus quamdiu tacendum ſibi foret, reſpondit: Donec interrogaretur. S. Syncletica: Dum ægrotas, gaude: namque Deus tui meminit. Nec morbi cauſſam ieiuniis aſſignes, ſiquidem & qui non ieiunant, ægrè habent. Si corporis vexaris tentationibus, itidem gaude, quòd alius ex te Paulus poſſit effici. Neſtorius: Numquàm me Sol manducãtem vidit. Ioannes: Numquàm me Sol iraſcentem intuitus eſt. Antonius: Diſcretio inter virtutes facilè primas ſibi vendicat, id eſt, vt in omnibus poſſis medium attingere & adhibere modum. Paphnutius: Nihil iuuat benè cœpiſſe, niſi ad finem perſeueres. Abbas Moiſes: Quicquid animi officit puritati fugiendum eſt, quantumuis bonum appareat. Caſſianus: Totius perfectionis ſcopus eſt, vbi anima cum vniuerſis viribus ſuis in vnicum illud vnum quod Deus eſt, recepta eſt.

103 Haſce figuras & ſententias Patrum filiæ ſuæ ſpiritali Miniſter miſit eâ mente, vt etiam ipſa corpus ſuum Patrum illorum exemplo ſeuerè caſtigaret. Quod illa ſuſcipiens, cœpit ſubtrahere ſibi, ſeſeque affligere cilicinis veſtibus & funibus, horrendis vinculis, acutis clauis ferreis, atque id genus aliis multis. Quod vbi Miniſter percepit, hæc illi mandauit: Si quidem filia vitam ſpiritalem pro meo conſilio ducere decreuiſti, quemadmodùm à me ipſa petiiſti, miſſum fac eiuſmodi nimium rigorem & aſperitatem. Neque enim vel femineæ imbecillitati, vel benè conſtitutæ naturæ ac habitudini tuæ ea congruit. Non dixit Chriſtus, Tollite meam crucem in humeros veſtros, ſed ait, Tollat quiſque crucem ſuam. Non debes velle imitari Patrum antiquorum rigidam ſeueritatem, nec etiam aſpera ſpiritalis Patris tui exercitia. Sed ex his dumtaxat quædam tibi deſumes, quæ corpuſculi tui infirmitas benè perpeti poſſit, vt vitia quidem in te extinguas & perimas, ſed corpore diu viuas. Ea nimirùm præclara eſt exercitatio, tibique vtiliſſima. Cùm autem illa ſcire vellet, cur ipſe Miniſter tam dura fuiſſet amplexus exercitia, quæ tamen nec ipſi nec aliis conſuleret ſectanda, ad ſcripturas Patrum eam remiſit, dicens: Litteris proditum eſt, olim inter Patres quoſdam penè inhumanam ac ſuprà quàm credi poſſit, aſperam egiſſe vitam, adeò vt hiſce recentioribus temporibus delicati quidam homines non poſſint id ſine horrore vel audire ſaltem. Non enim attendunt, quantùm feruens amor & ſtrenuitas cum Dei virtute coniuncta, & agere & perpeti queat cauſsâ Dei. Huiuſcemodi feruenter amanti homini, omnia etiam impoſſibilia, planè poſſibilia fiunt in Deo. Ita Dauid in Pſalm. In Deo meo, inquit, tranſgrediar murum. Contrà verò in iiſdem Patrum vitis æquè annotatum legimus, quoſdam hanc aſperitatem & rigorem prætermiſiſſe, & tamen vtrique ad vnum ſpectabant ſcopum. D. Petrus & Ioannes Apoſtoli non eodem tracti fuêre modo. Quis hæc omnia, mira ſanè, abſoluere & explicare queat? niſi quòd mirabilis eſt Deus in Sanctis ſuis, & ſecundùm multitudinem magnitudinis ſuæ diuerſis vult modis laudari. Deinde non omnes eadem ſumus corporis & naturæ habitudine prædìti. vnde quòd vni proficit, alteri officit. Non ergo putandum eſt, ſi quis fortaſſis talem rigorem amplecti nequeat, eâ re impediri eum quò minùs ſummam poſſit perfectionem aſſequi. Quamquàm aliâ ex parte non debent molles ac delicati in aliis eiuſmodi rigida exercitia & aſperam viuendi rationem ſpernere aut damnare, vel in partem peiorem interpretari. Vnuſquilibet tantùm in ſeipſum intentus ſit, obſeruetque quid ab ipſo requirat Deus, & illi ſatisfaciat, aliis prætermiſſis. Vt plurimùm ſanè ſatius eſt, moderatum ac diſcretum ſequi rigorem & ſeueritatem, quàm nimiam ac indiſcretam. Sed quia difficile eſt medium tenere, præſtat paullulùm à medio deficere, quàm plùs ſatis ipſum excedere. Fit enim haud rarò, dum naturæ nimiùm inordinatè ſubtrahitur, vt poſtmodùm neceſſe ſit inordinatè nimium illi indulgere: tametſi plerique inſigni ſanctitate Patres, præ

Elizabetha moderatam præſcribit corpori caſtigationem,

Matth. 16.24. Luc.9.23.

Pſal.17. 30.

præ ardentiſſimo feruore hac in parte exceſſerunt. Eiuſmodi rigida viuendi ratio & exempla memorata illis conferre queant, qui ſibiipſis nimiùm propitij ſunt, nimiſque molliter ſe habent, ac petulanti & indomito corpore ſuo in ſui perniciem deditâ operâ abutuntur. Porrò tibi ac tui ſimilibus nõ ita cõueniunt. Habet Deus varias cruces, quibus ſuos caſtigat & probat amicos. Equidem ſic ſentio Deum aliam tuis velle humeris crucem imponere non paullò moleſtiorem, quàm ſit iſta corporis caſtigatio. Eam, vbi acceſſerit, æquo animo recipe.

cuius morbum,

104 Non multo pòſt elapſo tempore cœpit Deus hanc virginem diuturnis afficere morbis, ita vt corporis aduersâ laboraret valetudine ad extremũ vitæ ſuæ diem. Scripſit autem Miniſtro, vt ſibi accidiſſet, quemadmodùm ille antè prædixerat. Cui tale Miniſter reſponſum reddidit per litteras: Non ſolùm per me, filia cariſſimâ, Deus tibi futuras prædixit cruces tuas, ſed me etiam in te afflixit & læſit, maximè quando neminem alium habeam, qui deinceps pari ſtudio & tam ſincerâ fide ſuam mihi commodaturus ſit operam in abſoluendis conficiendiſue lucubrationibus meis, perinde vt tu feciſti,

cùm precibus conatur depellere,

cùm incolumis eſſes. Eam ob rem idem Miniſter Deum ex animo pro te orauit, ſi ſibi gratum eſſet, vt ſalutem tibi reſtitueret. Sed cùm pro voto non ſtatim exaudiretur, amicabili quadam indignatione erga Deum motus, dixit ſe nullos poſthac de ipſo conſcripturum libellos, atque etiam matutinam illam ſalutationem, quâ erat vti ſolitus, ſeſe omiſſurum, niſi te ſanitati redderet. Cùm igitur ſub hac animi perturbatione in ſacello pro conſuetudine ſeſſum ſe recepiſſet, à ſenſibus abſtractus, videre ſibi viſus eſt Angelorum frequentiam in ipſum ſacellum ingredi, & eius conſolandi gratiâ cæleſte carmen

intelligit ab Angelis

depromere. Nouerant enim id temporis haud vulgari eum afflictione vexatum. Sciſcitantibus autem illis quid ita mœſtus eſſet & cur ipſis cantantibus ſe ſocium non adiungeret, faſſus eſt illis animi ſui perturbationem, quâ commotus eſſet erga piiſſimum Deum, quòd ſuas nollet exaudire preces ſalutis tuæ cauſsâ fuſas. At illi hortabantur eum vt quieſceret, nec ita ſe gereret: quandoquidem Deus eam tibi permiſiſſet euenire corporis aduerſam valetudinem pro ſummâ vtilitate tuâ, atque eamdem fore crucem tuam in hoc ſeculo, quâ & in præſenti maximam gratiam, & in futurâ vitâ multiplex præmium tibi ſis comparatura. Ergo filia patiens eſto, & afflictionem hanc non niſi ex Dei prouidentiâ ceu munus gratiſſimum accipe.

datum ob augmẽtum gratiæ & gloriæ.

CAPVT XXXVIII.

De puerili deuotione in nouis Chriſti tironibus.

105 POſteà Miniſtrum viſitandi cauſsâ ad ſe venientem, ægrè affecta hæc Virgo rogauit, vt quippiam de rebus ſpiritalibus ſibi referret, quod non magnã præ ſe ferret ſeueritatẽ, & tamen animo Deum amanti eſſet iucundum auditu. Cœpit ergo Miniſter illi quædam commemorare de ſuâ puerili deuotione ac pietate, aitque: Miniſter cùm ætate adhuc iuuenili viuido eſſet animo, multo tempore eum ſeruabat morem, vt vbi venam ſibi incidi permiſiſſet, ad Chriſtum ſeſe reciperet in cruce pendentem, prolatoque ſaucio brachio ſuo, intimis cum ſuſpiriis diceret illi: O amicorum omnium longè cariſſime Domine Ieſu, recorderis, obſecro, hanc inter homines verſari conſuetudinem, vt amici ſuos accedant amicos, cùm ſibi ſanguinem minuerint, quo ſalubrem poſſint recuperare ſanguinem. Atqui tu ipſe noſti, mi Domine, neminem te vno mihi eſſe cariorem. Hac de cauſsâ ad te venio, vt huic meo benedicas vulneri, & bonum mihi ſanguinem crees. Eodem adoleſcentiæ ſuæ tempore poſtquàm raſus erat, & elegantiſſimo facies eius colore perfunderetur, ad Dominum Ieſum ſe contulit dicens: Suauiſſime Ieſu, ſi vultus & os meum roſarum omnium colorem quantumuis gratum vinceret, non niſi tibi vni hanc pulchritudinem tuus Miniſter exhiberet. Et quamuis cor ipſum tu potiùs inſpicias, & externa non admodùm attendas, hoc ipſo tamen cor meum quamdam tibi amoris ſignificationem exhibet, quòd ad te, non ad alium aliquem, me confero. Si quando nouam tunicam aut cucullum induiſſet, primò ad ſolitum ſe recipiebat locum ſuum, orabatque cæli Dominum, cuius beneficio id eſſet veſtimenti conſecutus, vt eam veſtem ſibi vellet eſſe ſalutarem, præſtaretque ipſi pro ſua gratiſſimâ voluntate eam deterere.

raſurâ capillorum,

Pia Henrici deuotio in inciſione venæ,

AVCTORE LAVR. SVAIO.

induendo nouas veſtes.

106 In puerili etiamnum ætate conſtitutus; vere nouo aduentante, & pulcherrimis erumpentibus floſculis, pro conſuetudine ſuâ retinebat ſeſe, ne floſculos vel carperet vel attrectare:, donec ſpiritali amicæ ſuæ iucundam & peramœnam ex ipſis floribus coronam conficeret, in quâ primum, quem carpſiſſet florem, in Dei matris honorem inſeruit. Deinde vbi tempus illi adeſſe videbatur, decerpebat flores non ſine multis amantiſſimis cogitationibus, abſportanſque eas in cubiculum, ſertum inde efficiebat: ingreſſuſque chorum templi aut D. Virginis ſacellum, coram ipſius imagine flexis humillimè genibus, eiuſdem imaginis capiti ſertum imponebat, eâ animi intentione, quòd ipſa eſſet flos omnium gratiſſimus, ſuique cordis vernans amœnitas: orabatque, vt primitias florum à ſuo ſeruulo oblatas non deſpiceret. Quodam tempore, cùm pulcherrimam illam Dominam ſuam eiuſmodi decoraſſet coronâ, in viſu cælum ipſi patere videbatur, cernebatque lucidiſſimos ſpiritus angelicos, ſplendidis amictos veſtibus, ſurſum deorſum volitare: ſimul etiam auribus hauſit melodiam, longè omnium, quæ vnquam auditæ ſint, ſuauiſſimam, ab illis iucundiſſimis Spiritibus in cæli palatio decantatam. Speciatim verò carmen quoddam de Virgine matre concinentes illos audiuit tantâ vocum harmoniâ, vt præ nimiâ voluptate totus animo colliqueſceret. Erat autem carmen ſimile illi, quod omnium Sanctorum ſolenni die in Sequentiâ (vt vocant) canitur: Illic Regina Virginum tranſſcendens culmen ordinum, &c. Cœpit autem etiam ipſe vnà cum illis canere. Hauſit ibi tum anima illius plurimum cæleſtis guſtus & ſuauitatis, ardentiſque erga Deum deſiderij.

Roſaceum ſertum Deiparæ offerens cæleſti muſicâ recreatur:

107 Alio item tempore ſub Maij initium amantiſſimæ illi Dominæ ſuæ cælorum Reginæ iuxta morem coronam roſaceam magnâ cum deuotione impoſuerat. Eodem autem die manè admodùm ſomnum ſibi indulgere volens, eò quòd ex itinere feſſus domum rediiſſet, proponenſque eâ vice glorioſam Virginem inſalutatam dimittere, vbi ſurgendi iuxta conſuetudinem illius hora aduenit, videbatur ſibi velut in cæleſti quodam choro conſiſtere, vbi Magnificat in Dei matris laudem decantabatur. Eo finito, Virgo illa ſacratiſſima acceſſit ad Miniſtrum, præcepitque vt verſum illum canere inchoaret, O Vernalis Roſula, &c. Cogitabat ille quid hac re ſibi vellet, ac nihilominùs obtemperare ei volens, hilari animo cantare cœpit, O Vernalis Roſula: moxque ex illâ angelicâ familiâ in choro adſtante, tres vel quatuor adoleſcentes ſimul cum illo ſuas iunxerunt voces: deinde certatim reliqui omnes: cantabantque tam magnanimiter ac ſuauiter, ac ſi vniuerſa illic inſtrumenta muſica reſonuiſſent. Sed eam cantus nimiam ſuauitatem infirmâ eius naturâ ferre non valente, ipſe ad ſe reuerſus eſt.

cum Angelis eius laudes concinit:

108 Alterà poſt Aſſumptionem eiuſdem Virginis die ingentia cæleſtis patriæ gaudia iterum videre permiſſus fuit, ſed nemo intrò admittebatur, qui indignè acceſſiſſet. Itaque Miniſtrum admodùm nitentem ingredi, adoleſcens quidam per manum apprehendit, aitque: Non eſt, vt putes, Frater, hac vice licere tibi ingredi: ſed hîc foris ſubſiſte: quandoquidem debito obſtrictus teneris, culpamque tuam ſatisfactione diluas oportet, antequàm poſſis cælicas audire canationes. His dictis, per viam flexuoſam

AVCTORE LAVR. SVRIO.

xuoſam ac tortuoſam duxit eum in antrum quoddam ſubterraneum prorſus obſcurum ac inane & horrido adſpectu. Non poterat hac illacve progredi Miniſter, perinde vt illi, qui in vincula coniecti, neque Solem, neque Lunam videre ſinuntur. Hîc ille miſerè afflictatus, cœpit alta trahere ſuſpiria, & geſtus præ ſe ferre lamentabiles ob ſuam captiuitatem. Paullò pòſt reuerſus adoleſcens, petiit ab eo, vt haberet. Reſpondit ille, peſſimè ſe habere. Tum adoleſcens: Noueris, inquit, ſummam cælorum Imperatricem inpræſentiarum irato in te eſſe animo ob culpam illam, cuius cauſsâ hîc captiuus detineris.

reprehenditur quòd ex humilitate in eius ſollennitatibus detrectauerit concionari:

At Miniſter hinc valdè perterritus, ait: Heu me miſerum, quid tamen erga illam deliqui? Reſpondit adoleſcens: Indignè fert, quòd tam inuitus de ipsâ concionaris in illius ſollennitatibus, adeò vt heri etiam in illius præcipuâ celebritate Superioribus tuis nolle te de ipsâ concionem habere reſponderis. Ad hæc Miniſter: Ego, inquit, mi Domine, tantæ eam dignitatis exiſtimo, vt me indignũ putem, qui de ipsâ verbum faciam ad populum: atque eam ob rem ſenioribus magiſq́ue idoneis hanc ego prouinciam relinquo, quòd planè ſentiam longè eos præclariùs de ipsâ concionari, quàm miſer ego poſſim. Cõtrà autem affirmante adoleſcente, quòd Dei Genitrix ipſius conciones perquàm gratas haberet, nec debere eum poſthac id officij ſubterfugere, ille ſolutus in lacrymas, dixit adoleſcenti: Quæſo te, cariſſime, concilia mihi gratiam beatiſſimæ Matris Dei. En polliceor tibi fide meâ, me poſthac aliquid eiuſmodi non admiſſurum. Subriſit adoleſcens, eumq́ue blandè conſolans, ex carcere eductum ad ſua reduxit, dicens ei: Animaduerti ex placido cæleſtis Imperatricis vultu & illius de te ſermonibus, ſuam erga te iram ſepoſuiſſe, ſemperque maternâ fide te proſecuturam eſſe.

egrediens cubiculo, ſalutat Ven. Sacramentũ:

109 Per id temporis in conſuetudinem verterat, vt quoties extra cubiculum deſcenderet, vel rurſus aſcenderet, per templi chorum ſuum faceret iter, & dignißimum ſalutaret Sacramentum, ita ſecum cogitans: Si quis habeat eo quo pergit itinere amicum haud vulgarem commorantem, libenter ſolet nonnihil ſuum proferre iter, vt poſſit ſuum amicum inuiſere & familiariter alloqui.

ſacra bacchanalia celebrare viſus ſibi cum Chriſto.

110 Aliquando contigit vt peteret quidem à Deo feſta ſibi bacchanalia exhiberi, eò quòd nollet ea ab quauis mortali creaturâ recipere. Itaque à ſenſibus ſubductus, videre ſibi viſus eſt Dominum Ieſum intrantem eâ formâ, quâ erat cùm eſſet triginta annorum, vt ipſius expleret deſiderium & cæleſtia ei bacchanalia efficeret. Accepit autem idem Dominus Ieſus ſcyphum vino plenum in manus, obtulitq́ue eum tribus illis ad menſam inibi aſſidentibus, alij poſt alium. Primus hauſto vino cecidit, viribus deſtitutus. Alter nonnihil debilis effectus eſt. Tertius nihil ſenſit incommodi. Quid verò hæc ſibi vellẽt, Dominus Miniſtro expoſuit, indicans illi quid inter inchoantem, progredientem, & perfectum hominem interſit, & vt ei diuersâ ſe ratione gerant in diuinæ ſuauitatis affluentiâ.

Hæc ſcripta & recondita, alteri reuelata ſunt.

111 Hæc atque eius generis alia cùm Miniſter ſuæ ægrotæ filiæ recitaſſet, ſermoni ſuo finem impoſuit. At illa, quæ audierat, cuncta annotauit clanculò, & vt poſſent ſeruari, in ciſtam ea incluſit. Quodam autem tempore alia quædam religioſa ſanctimonialis venit ad eam dicens: Ecquid habes ſoror diuini myſterij in tuâ arcâ reconditum? Hac nocte in ſomnis vidi cæleſtem quemdam puerulum in eadem arcâ conſiſtentem, manu tenentem muſicum quoddam inſtrumentum longè ſuauiſſimum, quo ſpiritales depromebat cantiones vſque adeò iucundas & tinnulas, vt nemo non ſpiritali inde gaudio & voluptate afficeretur. Quæſo te, mea ſoror, profer id quod illic incluſum ſeruas, vt etiam nos alia legamus. Tacuit illa, nec quicquam inde referre voluit: ſiquidem ne id faceret, interdictum illi erat.

CAPVT XXXIX.

Vt homines mundi vanitatibus deditos Miniſter ad Deum reduxerit, & vt afflictos ſit conſolatus.

112 Aliquando multum interceſſerat temporis, quo nihil ſuæ ſpiritali filiæ Miniſter ſignificarat. Scripſit ergo illa litteras, vt quippiam ipſi denuntiaret, vnde cor eius afflictum repurgaretur. Erant autem litteræ in hunc fermè modum ſcriptæ: Miſer aliquis nonnihil inde conſolationis accipit, ſi alios ſe miſeriores conſpiciat: itemq́ue homo afflictus animum recipit, ſi vicinos ſuos quandoque magis calamitoſos fuiſſe, & tamen diuinitus adiutos percipiat. Ad hæc Miniſter ita reſcripſit: Vt cruces tuas feras moderatiùs, dicam aliquid de afflictionibus in laudem Dei. Noui ego hominem, cui permittente Deo immanes euenêre cruces, quæ illius celebrem famam & exiſtimationem attingerent. Illius ipſius hominis eò ſpectabat conatus omnis & deſiderium, vt Deum poſſet toto amare pectore, eumdemq́ue ita poſſet inſinuare omnibus, vt ſupra omnia ab illis amaretur, eoſq́ue à noxio & vano amore abſtraheret: id quod & factum eſt in multis vtriuſque ſexus. Cernens autem diabolus prædam ſuam ſibi abſtractam, Deo reſtitui, tulit id acerbè nimis, ac piis quibuſdam apparens, minas intentauit Miniſtro, dicens quòd ſe de illo egregiè vindicare inſtituiſſet. Inter hæc venit Miniſter ad cœnobium quoddam illius inſtituti, vbi & viri religioſi ſuo viuant canone, itẽq́ue feminæ religioſæ ſuis legibus vtebantur. In eo cœnobio duæ religioſæ perſonæ, altera maſculini, altera feminei ſexus, miro inter ſe amore & familiaritate conſpirauerant. Id verò diabolus in eorũ occæcatis cordibus adeò virtutis colore obumbrârat, vt id minimè putarent vitio obnoxium, ſed ſibi diuinitus permiſſum. Interrogatus autem Miniſter, vtrùm cum Dei voluntate ea poſſet amicitia perſtare, ille planè negauit, aſſeuerans ipſorum opinionem falſam eſſe & Chriſtianæ inſtitutioni contrariam. Sicq́ue effecit vt ea dirimeretur amicitia, & purè ac caſtè deinceps viuerent.

Abſtrahit varios à mundano & ſenſuali amore:

contra dæmonum inſultus

113 Dum hæc agerentur, ſancta quædam virgo Anna nomine, rapta in ſpiritu, vidit grandem dæmonum turbam ſupra Miniſtrum congregatam magnis clamare vocibus: O ſceleſtum illum monachum: venite, impetum in illum faciamus & eum occidamus. Interim maledicta & execrationes in illum congerebant, quòd ſuis monitis & conſiliis ab eo tam grato loco eos expuliſſet: vnaq́ue omnes ferociſſimis geſtibus & vultibus iurabant, ſe in illum ſemper intentos fore, eiq́ue perpetim inſidiaturos, donec ex illo ſeſe vindicarent: & licet fortaſſis in corpore aut facultatibus illi nihil poſſent incommodare, tamen honori & nomini illius apud homines ſeculares plurimùm ſe detracturos, fœdaq́ue & turpia ſe illi affecturos, & quamuis occaſiones omnes ſummo vitaret ſtudio, nihilominùs dolis & mendaciorum cuniculis ſe id effecturos. Territa his fuit virgo antè memorata Anna, dum hæc audiret, orauitq́ue Dei genitricem ſanctiſſimam, vt illi auxilium ferret in periculis ipſi imminentibus. Cui mater piiſſima benignè reſpondit: Nihil illi incommodi adferre poſſunt abſque permiſſu filij mei. Quicquid verò ille ei accidere permiſerit, id illi erit longè vtiliſſimum, ac ſaluberrimum. Quamobrem iube illum bono eſſe animo. Hæc cùm illa Miniſtro indicaſſet,

ab Angelis defenditur.

cœpit is timere dæmonum concilium & infeſtam conſpirationem, &, vt crebrò ſolitus erat in anguſtiis ſuis, in montem, vbi erat ſacellum in omnium Angelorum honorem dedicatum, aſcendens, more ſuo nouem vicibus ſacellum cum precibus circuibat, idq́ue in nouem angelicorum ordinum honorem, orans eos ſeriò, vt ipſi aſſiſterent aduersùm omnes hoſtes ſuos. Deinde primo manè in viſione ſpiritali in amœnum ductus campum,

vidit

vidit circùm ſe numeroſiſſimam beatorum Angelorum frequentiam, ipſi opem ferre volentium, ipſumque hiſce ſermonibus conſolantium: Dominus tecum eſt, nec te in vllis vnquam anguſtiis & periculis tuis deſeret. Ne igitur intermittas ſtudium homines mundo deditos ad Dei amorem pertrahendi.

conuertit peccatorem mox moriturum,

114 His ille confirmatus, magno opere omnis generis homines ad Deum reducere conabatur. Virũ quemdam mirè audacem ac terribilem, qui totis octodecim annis confeſſus non fuerat, bonis verbis piè circumuenit ac lucratus eſt, adeò vt diuinâ compunctus gratiâ ipſi Miniſtro tantâ cordis contritione confiteretur, vt ambo pariter lacrymas funderent. Idem vir non longè pòſt felici deceſſit obitu. Quandoque duodecim meretrices ab illâ turpitudine conuertit. Quæ verò mala ab illis perpeſſus fuerat, dici non poſſet. Tandem non niſi duæ ex illis perſeuerarunt. Eâ in regione pluribus locis multæ erant feminæ tum religioſæ, tum ſeculares, quæ præ animi fragilitate ac mobilitate in vitia immaniter corruerant. Miſeræ illæ neminem habebant, cui præ pudore cordis ſui moleſtiſſimum dolorem confiteri auderent, ſed præ nimiis anguſtiis eâ ſæpenumerò tentatione pulſabantur, vt ſibiipſis vellent inferre manus. Aſt vbi perceperunt Miniſtrum piiſſimo eſſe animo erga afflictos omnes, ſumptâ fiduciâ ad illum properarunt ſingulæ, eo præſertim tempore, dum periculum immineret, expoſueruntque ei lamentabiliter ſuas anguſtias & diſcrimina, quibus premebantur. Vbi ille vidit miſeras tam miſerè afflictas, vnà cum illis plorans, benignè eas conſolabatur, ſubuenitque eis, & licet non ſine famæ ac honoris ſui diſcrimine, tamen operam dedit, vt & animas & formam illæ recuperarent ſuam, floccipendens interim, quidquid linguæ maledicæ ipſi affingerent.

12. meretrices,

varias feminas

cum periculo propria fama,

Deipara Sacellanus creatur, & pallio eius tegitur.

115 Inter ceteras vna erat claris orta natalibus, quæ ſe lapſam plurimùm dolebat. Huic apparens beatiſſima virgo Maria, iuſſit eam ſuum adire Sacellanum (Miniſtrum ſubindicans) à quo curaretur. Cum autem illa diceret ſe eum minimè cognoſcere, ait ad eam Mater miſericordiæ, Reſpice ſub pallium meum, vbi ſub meo eum ſeruo patrocinio, ac diligenter vultum eius contemplare, vt eum noſſe queas. Ipſe namque eſt miſerorũ omnium conſolator ac ſubleuator, & ipſe te conſolabitur. Venit illa ad Miniſtrum, eiuſque agnouit vultum, vt antè in ſpiritu erat intuita, orauitque eum, vt ipſi eſſet propitius, ſuum illi lapſum commemorans. At ille clementer eam excepit, & pro viribus opem tulit, quò poſſet amiſſam recuperare famam, quemadmodùm Mater miſericordiæ illi demandarat.

CAPVT XL.

De immani quadam afflictione, quæ illi animarum ſalutem ſitienti euenit.

Diſcit in viſione magnas ſibi tribulationes imminere.

116 HAc ratione innumeris ille afflictis hominibus opitulatus fuit. Sed ob hoc genus pietatis officia multas eum oportuit diras cruces perpeti, quas tamen pius Dominus antè illi per viſum ſignificauit eo, quo ſequitur, modo: Die quadam ſerò ad hoſpitium quoddam venit: at altero manè circa diei exortum in viſione ductus eſt ad locum quemdam, vbi erat Miſſæ ſacrum celebrandum, idque illi ſorte incumbebat. Cantores autem Miſſæ Introitum, vt vocant, de Martyribus concinebant, hunc videlicet: Multæ tribulationes iuſtorum. Id ille inuitus audiebat, cupienſque aliud decantari officium, ait: Ecquid nobis Martyres obtruditis? Quid ita inſanitis de Martyribus cantando, cùm nullius hodie Martyris celebris memoria agatur? At illi oculis in eum intentis, porrectiſque digitis, dicebant: Etiam hodie ſuos Deus habet Martyres non minùs quàm vnquam aliàs. Tu tantùm præpares te, & perge canere. Vertebat ille vltro citroque folia codicis, quod Miſſale vocant, ante ipſum poſiti, optabatque officium aliquod vel de Confeſſoribus, vel aliunde dicere, quàm de Martyribus dira perpeſſis. Sed quantumlibet ille folia volueret, omnes paginæ Martyrum officiis plenæ erant. Tum ille videns non poſſe aliter fieri, cecinit cum illis, ſed planè lugubri voce. Deinde pòſt paullulùm iterum eos alloquens: Eſt hoc, inquit, mirum ſatis & inſolitum, quod nunc agitis. Cur non potiùs, GAVDEAMVS, de rebus iucundis cantemus, quàm de Martyribus, quæ eſt materia lugubris? At illi contrà reſpondebant: Neſcis amice quid agatur. Cantus iſte de Martyribus antecedit: poſteà quandoque opportuno tempore ſequetur feſtiuum GAVDEAMVS. Vbi ille ad ſe rediit, totus corde contremuit præ his, quæ viderat, aitque: Eheu, pie Ieſu, rurſuſne cruces ferendæ ſunt? Cumque in itinere mœſto eſſet vultu, dixit ei ſocius illius: Quid habes, Pater, quòd adeò triſtis appares? Reſpondit ille: Eia, Frater mi, Miſſâ hîc mihi cantanda eſt de Martyribus: indicare volens, à Deo ipſi reuelatum eſſe, quòd immaniter eſſet diuexandus. Sed Fratre hoc non intelligente, ipſe quoque rem tacitam habuit.

AVCTORE LAVR. SVRIO.

117 Deinde vbi venit ad oppidum ante Chriſti natalem diem, quando ſunt prolixiores tenebræ, pro more ſuo acerbis cœpit afflictionibus diſcruciari, adeò vt humano iudicio putaret præ dolore cor ſuum diruptum iri, ſi cui alij id vnquam eueniſſet. Siquidem tam grauiter his erat vallatus afflictionibus, vt prorſus illi miſerandum in modum ſubtraheretur, quidquid habebat reliquum ſiue commodi, ſiue ſolatij, ſiue honoris temporarij, ſiue alicuius alterius rei, quæ poſſet hominem recreare, quo ipſe niti potuiſſet. Porrò crux illa acerrima huiuſcemodi erat. Inter alios plures, quos cupiebat ad Deum reducere, venit ad eum fallax quædam & verſipellis femina, cor lupinum ſub honeſtæ (vt videbatur) conuerſationis tegmine gerens: idque adeò occultare nouerat, vt multo valdè tempore Miniſter id minimè poſſet animaduertere. Ceciderat illa antè in turpe flagitium & probrum cum viro quodam: nec eo ſcelere contenta, exaggerare illud voluit, prolem ex ipsâ natam alteri prorſus innocenti aſſignando. Verùm Miniſter ob hoc flagitium minimè eam à ſe repellere volens, audiuit confeſſiones illius, præſtititque illi neceſſaria ac honeſta officia, plura etiam quàm alij eius regionis religioſi Fratres, quos Terminarios vocant. Sed cùm multo id duraſſet tempore, perſpicuè tum ipſe, tum alij fide digni homines deprehenderunt, clanculò iiſdem deditam ſceleribus, quibus & antè fuerat. Quod tamen ipſe preſſit ſilentio, nolens eam prodere omnibus. At nihilominùs ſubduxit ſe ab eâ, nec ſolita ei præſtitit obſequia. Quod vbi illa perſenſit, mandauit ei, ne ſic ageret: nam ſi emolumentis, quæ ex ipſo caperet, fraudaretur, ipſum pœnas luiturum, daturumque ſe ei puerulum, quem ex ſeculari viro haberet, cuius ipſum vellet genitorem affirmare, atque eo ipſo tantam ſe illi ignominiæ notam inuſturam, vt vbiuis locorum peſſimè diffamaretur. Satis ille his verbis conſternatus fuit, ſtanſque ſecum tacitus, ex imo ingemiſcens pectore, intra ſe dixit: Anguſtiæ mihi ſunt vndique & quò me vertam ignoro, ſi enim hoc egero, væ mihi eſt: ſin autem non egero, iterum væ mihi eſt: atque ita totum me anguſtiæ obſident, vt obruere me poſſint. Interim anxio ſuſtinebat corde, ecquid tandem illi dæmoni aduersùs ipſum permiſſurus eſſet Deus. Cepit autem id conſilij apud ſeſe & Deum, præſtare & corporis & animæ ſuæ ſaluti, vt inter duo mala potiùs eligeret diſiungi à ſceleratâ illâ muliere, vtcumque accideret famæ illius: idque etiam ſecutus fuit. Hac illâ re adeò permota fuit, vt vltro citroque ad ſeculares & religioſos curſitans, præ immani improbitate ſuâ ſeipſam libenter ſummâ notaret ignominiâ, tantùm vt illi miſero crucem conflaret: affirmauitque apud omnes ex illo ſe prolem concepiſſe. Ea res admodùm offendit omnes, qui eius dictis fidem adhibebant, idque tantò magis, quantò illius peruulgatâ ſanctitas longiùs percrebuiſſet. Id verò medullas cordis & animæ eius penetrabat, ibatque

inſidiis procacis mulierculæ,

falsò ei proles obtruditur.

AVCTORE LAVR. SVRIO.

que in ſeipſo tabeſcens præ miſeriâ & anguſtiis, duxitque noctes inſomnes & moleſtos dies, breuiſque ſomnus eius, terroribus permixtus erat. Suſpexit ergo lamentabili vultu & profundis ſuſpiriis ad Deum, & ait: En adeſt, Domine, tempus illud miſerabile, adeſt hora mea, quînam potero immenſas cordis mei preſſuras perpeti? O ſi mortuus eſſem, ne hanc calamitatem vel viſu vel auditu perciperem! O pie Ieſu, tu ipſe noſti, vt præſtantiſſimum nomen tuum cunctis diebus veneratus ſim, ac longè lateque omnibus amabile reddere conatus ſim, honorandumque obtulerim, & tu nomini meo tantam vis adferre ignominiam? Id meritò conqueri poſſim. En celebris Ordo Dominicanus ex me tantam capiet infamiam: quòd certè nũquàm lamentari deſinam. O anguſtias cordis mei! Pij omnes, qui me hactenus ceu ſanctum hominem honore proſecuti ſunt, quod mihi poterat animum addere, iam non aliter quàm fallaciosum hominum corruptorem adſpicient, quod certè animam meam diris conficit vulneribus.

ad Deum fugit:

118 Sub his querimoniis ac lamentis cùm aliquamdiu ita verſatus eſſet Miniſter, vt vitâ ac viribus deficeret, mulier quædam ad eum venit, dicens: Cur te adeò maceras, Domine? ſume animum: en ego tibi facilè opem tulero, modò mihi obtemperare voles, ne quam tuæ exiſtimationis iacturam facias. Sis ergo, obſecro, magno & infracto animo. Suſpiciens ille, ait: Quâ id ratione efficies? Reſpondit illa: Puerulum vlnis comprehenſum ſub veſte clàm ſubducam, & nocte vel viuum ſepeliam, vel acu in eius cerebrum impreſsâ occidam. Illo ſublato, ſopietur omnis hic tumultus, & fama tua integra tibi permanebit. Ad hæc Miniſter indignabundus reſpondit: O feminarum omnium longè crudeliſſima, túne innocentem hunc paruulum ita neci dabis? Quid illi imputandum eſt, quòd mater eius tam flagitioſa eſt? Túne eum viuum ſepelies? Abſit, abſit, vt id latrocinij meo vnquam conſenſu admittatur. Nihil quidem peius hinc mihi accidere poteſt, quàm famæ & nominis mei extinctio: & reuerà ſi vel totius regni exiſtimatio ex me penderet, libens ego eum hodie omnipotenti Deo offeram ac reſignabo, potiùs quàm ſinam cruorem hunc innoxium effundi. At illa ait: Non eſt infans iſte ex te genitus: quid te angit ſi ſic pereat? ſimulq; cultrum acutum proferens, Sine, inquit, aliò me eum abducere à conſpectu tuo: moxque illi vel guttur præcidam, aut hunc ei cultrum in cor imprimam, ita eo ocyùs defuncto, pax erit. Tum ille; Tace, inquit, mulier ſceleſta: cuiuſcumque demum ſit paruulus iſte, at formatus eſt ad imaginem Dei, & ſacroſancto Chriſti ſanguine redemptus. Nolim ergo tam crudeliter eius ſanguis fundatur. At mulier atrâ commota bile reſpondit: Si non placet vt occidatur, ſaltem patiaris manè eum in templum reponi, ita vt fit aliis infantibus expoſititiis: aut certè intolerabiles feras ſumptus neceſſe eſt, antequàm educatur.

impedit eadem infantis,

119 Ait Miniſter: Equidem confido omnipotenti Deo, qui mihi hactenus prouidit, facilè eum etiam & mihi & huic paruulo neceſſaria præbiturum. Perge igitur, & ad me infantem huc clàm adducito, vt eum inſpiciam. Cùm ergo puerulum in ſuum repoſuiſſet ſinum, arriſit illi paruulus. Vnde ille ex imo pectore ingemiſcens, ait: Egóne mihi arridentem eiuſmodi formoſum infantulum perimam? Abſit. Equidem libens patiar, quidquid eius cauſsâ mihi acciderit. Verſoque blandè vultu ad infantem, ait: O te puellum miſerabilem, quàm miſer es orphanus. Siquidem qui te genuit, non te vult habere pro ſuo: infida genitrix tua exponere te voluit ceu canem prorſus reiectitium. At Dei permiſſu mihi donatus es, vt ego tuus ſim parens. Et id ego libens faciam, nec tamen aliunde, quàm ex ipſo Deo te ſuſcipiam. Tu quidem, dulciſſime infans, in meo reſides ſinu, & quamuis ſermonis ſis inops, tamen placidis me oculis intueris. At ego te ſaucio contemplor corde, oculiſque lacrymantibus, & piis oris oſculis. En perfundo ego tenellam faciem tuam calidis lacrymis meis. Aſt vbi

hunc vlnis excipit,

alloquitur pra commiſeratione,

ſenſit elegantiſſimus infans Miniſtri profuſas lacrymas ſuam irrigare faciem, etiam ille acriter fleuit, atque ita pariter plorabant. Cernens autem Miniſter plorantem infantulum, ſuo eum pectori amanter appreſſit, dicens: Ceſſa iam fili mi cariſſime. Egone te occidam, quòd non ſis ex me genitus, meque oporteat tuâ cauſsâ duros perpeti labores? Non poſſum ego vllo pacto te affligere, quandoquidem meus eris & Dei filius, & quaìndiu Deo procurante vlla mihi buccella ſupererit, tibi eam impartiar in laudem Dei, feramque libens, quicquid hinc mihi acciderit. Has vbi voces lamentabiles audiuit ferox mulier, quæ infantem occidere inſtituerat, tota corde compuncta, in altos prorupit eiulatus, ita vt eam compeſci oporteret, formidante Miniſtro, ne res in publicum diuulgaretur. Poſtquàm illa ſatis fleuit, reddidit ei infantulum, illique benè precatus, ait, Benedicat tibi Deus, & ſancti Angeli eius ab omni te malo tueantur: iuſſitque vt ſuis ſumptibus benè curaretur.

curat educari:

120 Poſt hæc deteſtabilis mulier huius infantis mater, Miniſtrum magis ac magis vbique diffamare perrexit, maximè vbi id illi obeſſe potuiſſet, adeò vt plures honeſti homines eius vicem miſerarentur, ſæpiùs mortem à iuſto Iudice Deo illi mulieri imprecarentur. Quandoque adiit eum quidam cognatus eius, & dixit: Væ mulieri illi ſacrilegæ, quæ tantum in te facinus admiſit. Profectò ego te de illâ vlciſcar. Latitabo vſpiam in longiſſimo illo fluminis ponte, eamque tranſeuntem è ponte in flumen demergam, vt ſic eius immanis crudelitas vindicetur. Cui Miniſter: Ne ſic, inquit, feceris amice. Abſit vt meâ cauſsâ quiſquam perimatur. Nouit Dominus ſecretorũ omnium cognitor, iſtum infantem iniuriâ mihi eam obtruſiſſe. Ergo cauſſam hanc illius ego manibus commendo, vt ipſe eam vel occidat, vel viuere permittat pro ſuo arbitratu. Et quamuis animæ meę periculum in illius procurandâ nece diſſimulare vellem, tamen honorarem in illâ caſtas omnes & honeſtas feminas, ſineremque eam vitâ frui. Ad hæc ille indignabundus reſpondit: Apud me ſanè nihil intereſt, vtrùm feminam iugulem an virum, ſi me huiuſmodi contumeliâ affeciſſet. Cui Miniſter: Noli, inquit, id enim immanis quædam feritas & barbara temeritas fuerit. Ceſſa igitur, ſinaſque euenire mihi cruces omnes, quas me pati volet Dominus.

impedit eadem pertida matris:

121 Increſcente autem ipsâ afflictione, quodam tempore victus animi infirmitate, cùm nimiùm eſſet prægrauatus, volebat aliquid captare recreationis & leuamenti. Itaque ad duos abiit amicos ſuos, ex eis conſolationem petiturus: qui dum fortuna arrideret, ei ſe familiares ac fidos exhibuerant. At ibi permiſit eum Deus re ipsâ experiri in vtroque quàm nihil ſit ſolidum ac integrum in creaturis. Siquidem ab aliis duobus eorumque ſociis longè grauiùs depreſſus fuit, quàm à vulgo. Alter eorum duris eum excepit verbis, faciemque ab illo indignè auertit, non abſtinens à conuiciis & contumeliis. Inter alia, quæ in eum iniuriosè dixit, iuſſit eum à ſuâ ceſſare amicitiâ & familiaritate, quòd illius conſuetudinis ipſum puderet. Ea verba per intimas cordis eius medullas ferebantur, dixitque ad illum voce miſerabili: O Frater mi, ſi te Deus permiſiſſet in hoc denſum demergi cœnum, vt me permiſit, equidem ad te alacriter proſilirem, & comiter inde extraherem. Tibi verò, prô dolor, non id ſatis eſt quòd me cernis profundè demerſum, ſed ipſe etiam me conculcare niteris. Id ego conqueror afflictiſſimo quodam corde piiſſimo Ieſu. Ille autem tacere eum iuſſit, dicens cum conuicio: Actum eſt de te. Non ſolùm conciones tuæ, ſed etiam quos feciſti codices, reiicientur. At ille erectis ad cælum oculis, ſuauiter reſpondit: Confido omnipotenti Deo, libellos & ſcripta mea opportuno tempore longè gratiora carioraque fore, quàm vnquàm antehac. Eiuſmodi ille conſolationem certè lamentabilem ex præcipuis ſuis ſodalibus & amicis recepit. Eodem in oppido ad id vſque temporis homines pij ſatis illi de neceſſariis rebus prouiderant. Sed

afflictus ex ſodalibus retulit proſolatio conuicia.

cùm

cùm falsi isti rumores ad illos perlati essent, quotquot illis fidem adhibebant, opem & amicitiam ab illo retraxerunt, donec certâ edocti veritate, rursus sese ad illum contulerunt.

122 Die quadam nonnihil quieturus resedit. Atque interim sensibus subductus, videbatur sibi in regionem quamdam intelligibilem abductus: ibi tum quispiam in eius animę fundo loquebatur hoc pacto: Audi, audi verbum consolatorium, quod tibi iam legam. Ille arrectis auribus auscultabat. Legit ergo illi Latinè verba illa Isaię: Isa.62.4. Non vocaberis vltrà derelicta, & terra tua non vocabitur ampliùs desolata, sed vocaberis voluntas mea in eâ, & terra tua inhabitata, quia complacuit Domino in te. Hæc cùm perlegisset, iterum ea tertiò quartoque repetiit. Quod ille admirans, ait: Quid sibi vult quòd toties hæc mihi commemoras? Eâ, inquit, ex causâ id ago, vt animo in Deum confirmato illi fortiter confidas, quando ille etiam terræ amicorum suorum, id est, mortalibus eorum corporibus necessaria prouidebit, & si quid vno loco detractum eis fuerit, id alio suppeditabit. Ita etiam pro suâ benignitate tibi faciet Deus. Totum hoc reuerà postmodùm euenit, tamque euidenter, vt plures præ gaudio riderent, laudarentque Deum, quorum priùs oculi ex nimiâ commiseratione lacrymas fuderant. Haud secùs tum agebatur cum hoc afflicto homine, quàm cum bestiolâ quadam à feris belluis lacerata ac depasta, quæ adhuc nonnihil odoris exhalet, quo afflicti famelici crabrones, toto illuc agmine aduolant, & reliquias ossiũ penitùs depascunt, extractasque medullas secum in aëra absportant. Eum namque in modum miserè ille longè lateque diuulgatus fuit, idque ab hominibus specie religiosis, quique id facerent sub tegmine quodam piarum querelarum & piarum collocutionum, vt sese tamquàm ex amicitiâ mutuò recrearent, cùm tamen nulla in eis inesset fidelitas. Inde verò nonnumquàm infestos quosdam incidentium cogitationum malorum aculeos persensit in hunc modum: Si quis pie Iesu à Iudæis aut Ethnicis, vel publicè flagitiosis quippiam patiatur, potest id vtcumque tolerari. At isti tui videntur amici, qui me tam atrociter cruciant, atque eo ipso crux ista intolerabilior est. Porrò sibiipsi redditus, vbi rectâ ratione cuncta expendit, nullam eis assignauit culpam, sed Deum per eos id effecisse sentiebat, quodque ipse ita perpeti deberet, Deumque suos amicos per hostes suos ad ipsorum præcipuam salutem adoptare. Speciatim verò eiusmodi impatientiæ aculeis permoto ita intus responsum fuit: Memor esto Dominum Iesum in suâ sodalitate nedum D. Ioannem carissimum discipulum suum, & D. Petrum fidissimum sibi habere voluisse, sed etiam impurum illum Iudam sustinere. Tu ergo, qui Christi sectator esse cupis, cur inuitus Iudam tuum pateris? His subitò incidẽs quędam cogitatio sic respondit: Eheu pie Iesu, si afflictus amicus tuus non nisi vnum haberet Iudam, tolerabile foret: at nunc anguli omnes his abundant, adeò vt vno discedente, quinque alij existant. Ad hæc autem intus ita responsum est: Quisquis animo benè constitutus est, neminem debet existimare Iudam suum, sed potiùs Dei cooperatorem, per quem ipse pro suâ præcipuâ salute exercitari debeat. Nimirùm quando Iudas Christum osculo prodidit, Christus eum suum appellauit amicum, Amice, inquiens, ad quid venisti? Matth. 26.50.

Dei consolatione erigitur,

à cuius manu docetur tribulationes acceptare.

123 Hunc in modum posteaquàm Minister satis superque vexatus, eiusmodi calamitatem non parum diu pertulerat, exigua quædam illi remansit consolatiuncula, quâ solâ adhuc erigebatur, quòd rumor de ipso sparsus, necdum ad instituti Dominicani præcipuos Prælatos peruenisset. Sed hanc ipsam consolatiunculam repentè illi subduxit Deus. Nam qui toti præfectus erat Ordini, & Prouincialis, vt vocant, Germaniæ, simul in eam aduenerunt vrbem, vbi mulier flagitiosa Ministrum falsò detulerat. Quod cùm miser ille alibi habitans didicisset, animo plùs satis perterritus, ita secum cogitabat: Fortassis Superiores tui fidem commodabunt improbæ illi feminæ: quod si fecerint, actum est de vitâ tuâ. Namque in eiusmodi te pœnitentiæ ergastulum coniicient, vt satius sit mortem ipsam perpeti. Hæc angustia totis continuis duodecim diebus & noctibus eum corripuit, ita vt semper hanc expectaret sui castigationem. Quadam die ex humanâ imbecillitate foras prorupit gestibus quibusdam minùs compositis, victus nimiâ, quâ tum tenebatur, angustiâ, atque sub hac lamentabili interioris & exterioris hominis constitutione, seorsim ab hominibus secretum quemdam locum petiit, vbi à nullo nec videri nec audiri posset, atque nonnumquàm alta traxit suspiria: quãdoque lacrymis humescebant oculi, mox impetu per genas ferebantur. Non poterat præ nimio cordis angore vspiam secum consistere, modò repentè residebat, mox celeriter exiliens vtrò citroque per cubiculum cursitabat, quasi cum mortis angoribus colluctaretur. Quandoque eiusmodi voces per cordis eius viscera perferebantur: Eheu piissime Iesu, quid ex me facturus es? Cùm ergo ita miserè se haberet, diuinitus ei inspiratum fuit: Vbi nunc est tui resignatio? vbi eodem permanere animo in aduersis & prosperis? quod ipse quidem aliis hilariter cõsoluisti & persuasisti, vti se debeant expeditè resignare Deo, nec hærere vspiam. Ad quæ ille lacrymabundus respondit: Itáne percunctaris vbi mei sit resignatio? Ego verò ex te sciscitor vbinam sit inexhausta in suos amicos Dei misericordia. En nihil nisi extremam calamitatem expecto, & iam in me ipso perij, tamquàm qui capite damnandus sit, & facultatum ac existimationis suæ iacturam fecerit. Putabam ego Deum esse benignissimũ, & clementissimum ac fidissimum erga eos omnes, qui se ipsi permittere ac resignare auderent. At prô dolor in me ille defecisse videtur. Eheu fons ille pietatis, qui numquàm potuit obstrui, erga me miserũ sese retineri patitur. Ah cor illud indulgentissimum, cuius benignitatem totus testatur & prædicat mundus, me miserum extremè dereliquit. Auertit à me lucidissimos oculos suos & vultum sereniss imum. O facies Dei mei! O cor piissimum, non ego credidissem vnquam, non de te sperassem, vt me vsqueadeò reiiceres. O abyssus inexhausta, succurre misero iam tamen præmortuo ac perdito. Tu scis omnẽ spem & consolationem meam in te vno collocatam, nec in vllo alio in terris commorante. Eia quotquot afflicti estis, quæso me auscultate hodie. Non est certè, quòd quisquam scandalum accipiat ex hac meâ lamentabili perturbatione & incompositis gestibus. Nam donec in ore mihi versabatur resignatio, iucundum erat de eâ dicere. At nunc totus sum corde saucius. & sagittæ Domini intimas venarum omnium medullas confixerunt, atque ipsum exhauserunt cerebrum meum, adeò vt nullum sit toto corpore meo membrum, quod non penitùs dolore & cruciatu confectum sit: & qui tandem possim esse resignatus? Hunc in modum cùm tam miserè se habuisset ad medium vsque diem, essetque admodùm debilitato cerebro, tandem quietus resedit, atque à seipso auersus, ad Deum se conuertit, eiusque se voluntati permittens ac resignans, ait: Fiat voluntas tua.

Veretur ne calumnia ad Ordinis Prælatos deferatur,

124 Cùm ergo ita sederet, in mentis excessu vidit vnam ex spiritalibus filiabus suis sanctam virginem coram se adstare, quæ cùm adhuc esset in humanis, prædixerat ipsi multa eum passurum, sed Deum ex omnibus eum extracturum. Hanc, inquam, virginem sibi adesse perspexit, ipsumque blandè consolari. At ille hoc indignè accepit, eamque mendacij arguit. Tum virgo subridens, accessit propiùs, porrigensque illi sacram manum suam, ait: En fidem tibi do verbis & nomine omnipotentis Dei, neutiquam te ab illo derelictum iri, sed ope illius ac benignitate te & hanc & quasuis alias molestias superaturum. Respondit Minister: Tam immanis est præsens dolor & angustia mea, vt tibi deinceps fidem commodare non possim filia, nisi huius euidens mihi præstes documentum. Cui illa: Ecce, inquit, Deus apud pios & bonos omnes per seipsum te purgabit ac excusabit: improbi verò, pro suâ improbitate, cuncta iudicant: quod sapiens

Auctore Lavr. Syrio.

Docetur instanter tranquillitatem,

& improborum iudicia nihili facienda:

AVCTORE I. AVR. SVRIO.

sapiens & cordatus Dei amicus debet nihilipendere. Porrò Dominicanus Ordo, quem tu lamentaris hac ignominiâ affectum, tum Deo, tum cunctis ratione vtentibus tuo nomine tanto erit gratior. Quod quidem certò me affirmare, hoc poteris nosse argumento: En Deus iustus & terribilis propediem te vlciscetur, furoremque suum in execrandam illam effundet feminam, quæ tibi huius calamitatis est auctor, eamque subitò extinguet. Et quicumque ei speciales fuêre adiutores mala de te spargendo, itidem omnes breui peribunt. His auditis, Minister de sui liberatione hilarior factus, expectabat quem finem illi tragœdiæ Deus impositurus esset.

conuiciatoribus subitâ morte punitis,

125 Paucis pòst diebus cuncta hæc reuerà acciderunt. Siquidem mulier illa sacrilega subitò expirauit, Deo eam puniente, & ex aliis permulti, qui grauiùs eum infestarant, etiam citò vitâ functi sunt, partim sine ratione, partim sine confessione & Eucharistiâ. Ex his vnus fuerat Prælatus, qui direè ipsum afflixerat. Is Ministro per visum apparuit, cùm esset defunctus, aitque illi eâ causâ vitâ & dignitate priuatum se esse, diroscque illi multo tempore perferendos cruciatus. Vbi autem insolitam hanc vindictam & mortem subitariam aduersariorum illius cernerent quidam eius amici, horum omnium consci, laudabant Deum, dicentes: Profectò Deus huic adest bono viro, estque perspicuum, iniuriam ei irrogatam esse: quamobrem meritò posthac & apud nos & cordatos omnes maiori erit in pretio & existimatione ac opinione sanctitatis, quàm si ista non esset perpessus. Inde verò, Deo efficiente, tempestas illa sopita est, vt erat à Virgine in visione prædictum. Sæpiùs posteà cogitabat: Verissimum est, Domine, quod vulgò fertur, Cui Deus benè cupit, illi nemo potest officere. Contubernalis etiam illius, qui hac in causâ non se amicum declararat erga ipsum, vt est suprà dictum, nec diu pòst superuixit, post obitum suum, omni illo ablato impedimento, quo à vultus Dei contemplatione distinebatur, in veste luculentâ & aureâ ipsi apparens, amanter eum complexus, faciem eius ad suas genas blandè appressit, &, vt quòd ipsum offendisset sibi condonaret, essetque inter ipsos sempiterna amicitia, obsecrauit. Pergratum hoc fuit Ministro, eumque rursus amplexatus est amicissimè. Mox ille euanuit, & ad cælestia migrauit. Posteà, vbi Domino visum est opportunum, Minister multa perpessus, diuinitus est ab omni suâ afflictione recreatus, idque internâ cordis pace, tranquillâ requie, & gratia luculentâ. Laudabat ille Deum medullitus pro transactâ hac præsertim afflictione, dicebatque se nec pro toto mundo velle, quin esset hæc omnia perpessus. Facilè tùm ex Dei illustratione cognoscebat præclariùs se erectum ac recreatum & in Deum subleuatum ex hac sui humiliatione, quàm ex cunctis aliis, quas à puero esset perpessus ad id vsque temporis, afflictionibus.

restituitur existimationi pristinæ.

liberatur ab omni molestiâ.

CAPVT XLI.

De internis quibusdam vexationibus.

126 Filia spiritalis Ministri cùm iam memoratam legisset afflictionem, & præ condolentiâ satis plorasset, orauit eum, vt etiam de internis diceret vexationibus. Respondit ille se de internis molestiis duo quædam recitaturum. Fuit, inquit, in ordine quodam monastico vir quidam celebris nominis, cui Deo permittente crux quædam interna acciderat. Sub hac cruce adeò totus animo conciderat, vt noctu diuque lacrymis & eiulatu se affligeret, ac miserè cruciaret. Ille ergo idem venit ad Ministrum Sapientiæ, eique magnâ cum deuotione suam explicauit vexationem, obsecrans, vt suis precibus ipsi à Deo opem flagitaret. Manè quodam cùm pro ipso oraret Minister, sederetque in sacello suo, in visione adstitit coram ipso diabolus speciem præferens nigerrimi Æthiopis, flammantibus oculis, & tartareo ac terribili adspectu, arcum manu gestans. Cui Minister: Adiuro te, inquit, per Deum viuum, vt quis sis, aut quid hîc velis, explices. Respondit ille prorsus diabolicè: Ego blasphemiæ spiritus sum, experierisque tu ipse quid velim. Ministro autem se ad chori ostium auertente, ecce Frater supradictus per idem intrans ostiũ, volebat in chorum ob Missam cantandam ingredi. Illicò teter cacodæmon suum intendens arcum, ignitum misit telum in cor Fratris illius afflicti, ita vt penè supinus corrueret, nec posset in chorum pertingere. Quâ re offensus Minister, durè illum dæmonem obiurgauit. Quod indignè ferês superbus dęmon, intẽto arcu volebat etiam in ipsum iaculum ignitũ emittere, sed Minister actutùm se ad beatam Virginem conuertens, ait: Nos cum prole piâ benedicat virgo Maria. Mox dæmon fractis viribus euanuit. Manè facto, exposuit hæc Minister Fratri memorato, indicauitque ei certa remedia, non alia quàm quæ in concione illâ suâ conscripsit, cuius est initium, Lectulus Noster floridus, &c.

Pro altero deprecanti diabolus in visione apparet.

127 Inter alios multos internis crucibus prægrauatos, quadam vice accessit ad Ministrum homo quidam secularis alterius regionis, dixitque ei se longè omnium grauissimè vexari, nec tamen à quoquam posse referrre consilium. Non ita pridem, inquit, desperaueram, & præ doloris vehementiâ meipsum volebam interficere. Hoc angore correptus, cùm iam iamque in aquã me vellẽ præcipitem dare, & facto impetu in me ipsum homicida insurgerem, supra me vocem audiui eiusmodi: Cessa, Cessa, ne teipsum tam turpiter perdideris. Inquire Fratrem illum Dominicanum, (expressit autem ei nomen Ministri, quod ille numquàm audierat) isque te releuabit ac instituet. His ille exhilaratus, noluit seipsum extinguere, perquisiuitque Ministrum, vt iussus erat. Videns autem Minister lamentabiles hominis querimonias, placidè ad eum conuersus, tantâ eius animum consolatione & hilaritate affecit, docuitque quid ageret, vt deinceps Dei fretus gratiâ, in eiusmodi tentationes non inciderit.

Eripit hominem à desperationis præcipitio.

CAPVT XLII.

Quænam afflictiones homini plus vtilitatis, & Deo maiorem gloriam adferant.

128 POst hæc Virgo illa sancta his Ministrum quæstionibus pulsauit: Vellem, ait, nosse, quæ cruces homini imprimis conducibiles, Deo maximè sint laudi & honori. Ad quam Minister: Multiuariæ, inquit, sunt afflictiones, quæ hominem præparent, eique viam muniant ad ipsius æternam beatitudinem, si modò rectè eis vti norit. Interdum permittit Deus euenire homini diras vexationes absque illius demerito: quibus sanè vel probare eum vult, quàm sit constans, aut illi indicare quid habeat ex seipso: cuiusmodi multa leguntur exempla in veteri Testamẽto. Aut certè in iis Deus suam dumtaxat laudem spectat & gloriam, vt habet Euangelium de cæco nato, quem Christus innoxium affirmauit, & illi visum dedit. Quidam ita affliguntur, vt tamen benè commeruerint, quemadmodùm latro ille cum Christo crucifixus, cui Dominus beatitudinem promisit ob integram illam sui ad ipsum in cruce conuersionem. Luc. 23. 43. Quorumdam afflictiones immeritæ sunt, quantùm ad præsentis vexationis causſam attinet, & tamen culpâ non carent, propter quam Deus eis permittit aduersa accidere, vt est frequens admodùm & vsitatum, vt omnipotens Deus nimiam superbiam premat, hominemque eâ infectum, ad seipsum reducat, eius animi tumorem grauiter compescendo ac humiliando, idque eiusmodi aliquâ re, in quâ ille nihil fortassis mali commeruit. Aliæ sunt afflictiones, quas Deus ex suâ beneuolentiâ quibusdam occurrere patitur, vt per has à maioribus seruentur, vt fit illis, qui hîc suum ferunt purgatorium, dum morbis, ac inopiâ, aut aliis id genus malis castigantur,

Docet cur Deus aduersis affligi permittat pios,

tur,quò careant pœnis moleſtioribus: vel quos ſinit Deus à diabolicis exercitari hominibus, vt in morte nihil neceſſe habeant monſtroſos illos dæmonum intueri vultus. Nonnulli ex ardentiſſimo amore patiuntur. Sunt etiam *peccatores,* in hoc ſeculo complures inanes ac deſolatæ afflictiones, quas illos ferre neceſſe eſt,qui mundo in illis quæ mundi ſunt, volunt ſatisfacere, qui proculdubio pœnas inferorum multo ſibi dolore & labore mercantur, quod ſanè poſſit conſolari homines pios in ipſorum afflictionibus. Sunt alij, quos crebrò Deus intus admonet, vt ſe integro corde ad ipſum conuertant, quòd ipſis cupiat familiarem ſe exhibere,qui tamen ſuâ incuriâ illi reſiſtãt. Hos interdum Deus per afflictiones ad ſe trahit, vt quocumque ſe vertant,quò Deum poſſint effugere,Deo permittente non niſi aduerſam fortunam multaque ſeculi incommoda, illius commodis permixta,experiantur: atque hoc ipſo ceu per capillos apprehenſos adeò retinet, vt ex eius manibus elabi non poſſint. Denique multos reperias licet, qui nihil patiantur aduerſi, niſi quatenus ipſi ſibi crucem fabricant, dum magnipendunt ea, quæ nullius ſunt momenti. Id quod reipsâ didicit olim quidam grauiter afflictus, dum tranſiret ædes quaſdam, & audiret feminam miſerè lacrymantem. Cùm enim illius conſolandi gratiâ in domum ingreſſus eſſet, percunctabatur, quid ita grauiter ipſam cruciaret. At illâ reſpondente, quòd acum perditam recuperare non poſſet, ille mox egreſſus, ita ſecum cogitabat: O fatua mulier, ſi vnam ex meis faſcibus in tuos leuaſſes humeros, non plangeres amiſſam acum. Ita delicatuli quidam diuerſis ex cauſſis ſibi crucem fingunt, vbi tamen non eſt. Præclariſſima verò & præſtantiſſima crux eſt afflictio *innocentes:* Chriſtiformis, qualem ſuo impoſuit Filio Deus Pater, hodieque imponere ſolet cariſſimis amicis ſuis:non quòd quiſquam præter ſolum Dominũ Ieſum omnino ſit abſque culpâ; ſed quemadmodùm Chriſtus ſuâ paſſione inſtar ouis à lupis circumdatæ manſuetiſſimum ſe exhibuit: ita etiam præcipuis amicis ſuis immanes imponit cruces, vt nos impatientes, ex illis præclaris hominibus diſcamus pati æquanimiter,& benigno corde vincere in bono malum. Hæc ergo omnia conſideres filia, nec inuita feras cruces tuas. Nam vndecumque accidat crux, poteſt homini eſſe vtilis, ſi rite eam omnem norit ex manibus Dei ſuſcipere, in Deumque referre, & per illum ſuperare.

129 Ait autem ad illum Virgo: Crux illa præſtantiſſima,de quâ iam poſtremò dixiſti, Pater, cùm quis præter culpam ſuam patitur, paucorum ſanè eſt: velim igitur inſtitui, vt homo culpis obnoxius & reus afflictiones ſuas ex Dei auxilio debeat vincere: is enim dupliciter affligi videtur, tum quòd Deum offenderit, tum quòd foris cruciatur. Reſpondit Miniſter: Id quoque nunc expediam: Noui ipſe hominem quemdam, qui hunc ſeruabat morem, vt ſi ex humanâ fragilitate culpam pœnâ *quo modo culpa alienæ afflictio in Chriſti ſanguine abluatur.* dignam admiſiſſet, lotricem ſedulam imitaretur, & ſicut hæc veſtes lineas priùs ſmigmate lotas, poſtmodùm ad mundas adducit aquas, iiſque ſordes omnes prorſus eluit; ita & ipſe numquàm quieſceret, donec pretioſi ſanguinis Chriſti pro conſolatione & ſubſidio reorum omnium ineffabili cum amore profuſi, ac ex eius vulneribus decurrentis, copioſum ſibi ſpiritaliter obtineret profluuium. Atque in eodem feruenti ſanguine ſe ſordeſque ſuas abluebat, atque in illo ſalutari cruentoque riuulo totum ſe lauabat, perinde vt ſolent infantuli in calidis lauari balneis: idque faciebat magnâ animi deuotione,cum firmâ & indubitatâ fide catholicâ coniunctâ:confidens in illo pretioſo ſanguine eius omnipotenti virtute ab omni ſe peccato & reatu expiatum iri. Siue ergo cum ſuo demerito, vel præter demeritum, pateretur, ſemper hunc ille tenebat morem apud Deum.

CAPVT XLIII.

AVCTORE IAVR. SVRIO.

Vt quoſdam mundo addictos, ab rerum labentium amore abſtraxerit, & ad Dei amorem pertraxerit.

130 EO tempore, quo ſe Miniſter ſeriò accommodabat, vt homines ab amore caduco ad Deum reuocaret, aduertit in quibuſdam cœnobiis eius generis verſari homines,qui ſub habitu religioſo corda gererent mundana. In his vna erat amori illicito admodùm dedita, habebatque amicos ſuos, vel amaſios: quod eſt totius religionis toxicum. Huic Miniſter ait, ſi quidem ſpiritalem ac tranquillam cuperet obtinere vitam, vt his valefaceret,& amicorum ſuorum loco æternam Sapientiam ſibi amicam ſumeret. Id verò illi perquàm moleſtum fuit, quòd eleganti corpore & ætate iuuenis eſſet, ſeſeque eiuſmodi hominibus implicuiſſet. Tamen eò illam adduxit, vt iam prompta eſſet voluntate ipſi obtemperandi. Sed vbi hæc bona voluntas aliorum ſtudio mutata fuit, dixit illi Miniſter: Omitte hæc filia: en prædico tibi, niſi ſponte id egeris, facies vel inuita. At illâ fidiſſi- *precibus* mos eius ſermones floccipendente, Deum pro eâ ſeriò obſecrauit, vt eam inde retraheret ſiue proſperis ſiue aduerſis rebus. Quodam die abiit iuxta morem ſuum ad *& caſtigatione ſui corporis* pulpitum ſub crucifixi imaginem, nudatoſque humeros ſuos ditè flagellauit, vt ſanguis vbertim ſuccederet: orauitque Deum vt illam edomaret. Idque factũ eſt. Cùm *impetrat ei gibbum:* enim eſſet domum reuerſa, mox fœdus quidam in eius dorſo excreuit gibbus, qui eam deformem reddidit. Sicque coacta eſt neceſſariò omittere, quod nolebat cauſsâ Dei.

131 In eodem minimè clauſo cœnobio alia erat virgo iuuenis, nobilis genere,quæ multis annis cor & tempus ſuum eiuſdem dæmonis irretita laqueis, cum omnis farinæ hominibus miſerè detriuerat: eaque iam ita erat excæcata,vt Miniſtrũ haud ſecùs quàm ſilueſtris beſtiola fugeret. Timebat enim, ne ab eiuſmodi inſtituto per illum reuocaretur. Orauit autem Miniſtrum eiuſdẽ virginis germana ſoror vt ſuam in eâ fortunam perclitaretur, ſi quâ ratione ab illã perniciosâ viuendi conſuetudine ad Deum ipſam poſſet reducere. Quod cùm ille putaret vix poſſibile, dixit ei: Sentio equidem facilius poſſe inclinari *aliam,* cælos, quàm illam hinc recedere, ſolâque morte eam poſſe retrahi. Tum illa obnixè admodùm rogabat, dicens: eam ſe de illo concepiſſe fidem, quidquid ſeriò à Deo peteret,non poſſe illum pati repulſam. His Miniſter victus ſermonibus, addixit illi ſuam operam. Cùm autem illa ſemper eum fugeret, nec poſſet cum eâ colloqui, circa ferias D. Margaretæ virginis aduertit eam cum aliis virginibus egreſſam foras in agrum lini curandi cauſsâ. Itaque clanculùm eas ſecutus, circumibat agrum *admodùm* vt commodè poſſet ad eam accedere. At vbi illa eius ſen- *obſtinatã,* ſit aduentum, improbè illi tergum vertit, igneum ac furibundum præ ſe ferens vultum, importuniſque clamoribus eum compellauit, dicens: Quid huc ad me accedis, Domine? Perge quò cœpiſti: nec enim in me quidquàm efficies. Malim equidem capite truncari, quam confiteri tibi: potiuſque me viuam ſepeliri patiar, quàm tibi obtemperans, meo amori renuntiem. Hæc dicentem ſodalis, quæ illi proxima aſſiſtebat, obiurgauit & compeſcuit, dicens eum non niſi ſalutis eius cauſsâ feciſſe. Sed illa caput furibundè agitans: Non ego, inquit, illum fallam,ſed verbis & factis totum illi pectus meum aperiam. Procaciſſimis hiſce ſermonibus & incompoſitis geſtibus perterritus Miniſter, erubuit adeò, vt nec verbum poſſet eloqui. Reliquæ virgines moleſtè ferebant ſodalis ſuæ temeritatem, eamque non rectè agere proclamabant. Confeſtim Miniſter ab illâ receſſit, ſuſpicienſque in cælum, ingemuit: volebatque ab illâ ceſſare penitùs, niſi quòd intus ſemper à Deo vrgebatur huiuſ-

AVCTORE LAVR. SVRIO.

modi fermè ſententiâ: Si quis erga Deum & mundum quidquam velit efficere, non debere illum ita facilè quieſcere. Contigit iſtud poſt meridiem. At vbi cœnâ peractâ veſpertinum aderat tempus, Virgineſque in hortum pro lino expediendo eſſent ituræ, abiretque cum illis Virgo iam dicta, & tranſituræ eſſent hoſpitale, vbi Miniſter morabatur, orauit vnam ex conſodalibus eius, vt arte quadam eam ad ſe adduceret, ac deinde ipſa rurſum exiret. Quod & factum eſt, quamuis ægrè. Vbi illa ad Miniſtrum ingreſſa eſt, aſſeditque iuxta eum in loco publico, ſermonem ſuum Miniſter non ſine profundis ſuſpiriis ita auſpicatus eſt ex redundanti pectore: Eia pulcherrima & Dei electa virgo, quò vſque tandem elegantiſſimum corpus & cor tuum malo permittes dæmoni? En adeò te modis omnibus Deus fecit amabilem & gratioſam, vt indignum ſit tam benè conſtitutam ac nobilem virginem vlli alij præterquàm Deo longè omniũ præſtantiſſimo amico addictam eſſe debere. Ecquis, oro, iuſtiùs vernãtes carpat roſas, quàm cuius illæ ſunt: Queſo, virgo nobilis & formoſa, nitidos illos tuos obtutus aperi, & præcipuè illius recordare amicitiæ, quæ hîc inchoatur, & æternò perſeuerat. Aduerte quas calamitates, quam infidelitatem, quos dolores & cruces, quæ corporis, facultatum, animæ & exiſtimationis incommoda, velint nolint, ferre oporteat pernicioſo amori deditos, quamquàm dulce illius amoris venenum ita eos dementet, vt tot immanium incommodorum obliuiſcãtur, quæ tamen eos & in iſtâ & futurâ vita conſequuntur. Age ergo filia longè pulcherrima & amabiliſſima, quidquid in te eſt naturalis ingenuitatis, ad illum transferas, qui eſt ab omni æternitate omnium multò nobiliſſimus, ceſſeſque ab hac ſtultitiâ. En polliceor tibi fide meâ, Deum te in ſuam recepturum amicam, ac integram tibi & in præſenti & futuro ſeculo fidem & amicitiam præſtiturum. Felix illa erat horula. Verba hæc illius virginis penetrabant pectus, adeoque id emolliebant, vt mox ſurſum erectis luminibus, medullitus ingemiſceret, ac fidẽti & planè virili ad eum ſermone vteretur, dicens: Eia, Domine & Pater mi, en hodie me Deo & tibi permitto, parata hac ipsâ horâ diſſolutæ ac vanæ vitæ meæ nuntium prorſus remittere, & ex tuo conſilio & auxilio totam me Deo dedere, eique ſoli deinceps ad mortem vſque famulari. Ait Miniſter: Nihil mihi poſſit referri iucundius: ſit benedictus Deus, qui omnes ad ſe reuertentes hilariter excipit. Cùm autem duo iſti inter ſe de Deo colloquerentur, laſciuæ ſodales virginis foris ſtabant ad oſtium, quæ tam prolixi ſermonis pertæſæ, quòd vererentur eam ab ipſarum lubricâ familiaritate abſtrahendam, clamare cœperunt, vt tandem finem faceret. Surrexit ergo illa, & abiit cum eis, dixitque: Æternùm valete ſodales meæ: ego & vobis & cunctis noſtris conſodalibus valefacio, vtpote cum quibus ego, prô dolor, tempus meum perditè tranſegi. At nunc vni omnipotenti Deo me dedo & offero, & aliis omnibus renuntio. Atque hoc pacto cœpit noxiam omnem vitare familiaritatem, & abſtractam ducere vitam, & quamuis crebrò poſtmodùm tentaretur, ſi ad priſtinum poſſet viuendi morem traduci, nihil poterat effici. Ita illa ſe gerebat, vt ſummâ honeſtate & omnigenis ornata virtutibus Deo ad finem vſque conſtans perſeuerarit.

actu quodam ad colloquium pertrahit,

& Chriſto lucratur.

132 Accidit poſteà, vt Miniſter nouam hanc filiam ſuam inuiſendi, & in vitâ religioſâ cõfirmandi, atque etiam afflictam conſolandi cauſsâ, extra monaſterium ſuum egrederetur. Et quia aduersâ tum laborabat valetudine, non parum afflixit ſeſe illo carpendo itinere, dum per denſum pergeret lutum, & altos ſcanderet montes. Interim crebrò ad Deum ſublatis oculis, aiebat: Miſericors & miſerator Domine, admoneo te miſerabilium illorum greſſuum tuorum, quos tu ſalutis noſtræ cauſsâ toleraſti, obſecroque vt ſerues filiam meam. Porrò ſocius eius, ad quem ſubinde ſe reclinabat, præ miſeratione ait ad eum: Decet planè bonitatem Dei, vt multæ tuâ operâ animæ ſeruentur. Cùm autem longiùs progrederetur, donec fractis viribus non poſſet vltrà procedere, rurſus ad eum ait ſocius eius: Certè, Pater, meritò reſpiceret Deus grauem infirmitatem tuam, & ſuâ virtute quemdam tibi mitteret equum, qui te tantiſper veheret, donec ad homines pertingamus. Ad quæ ſic reſpondit Miniſter: Si pro hac re pariter Deum precabimur, confido ego illum, ob virtutis tuæ meritum, hoc quod dixiſti præſtiturum. Deinde circumſpiciens Miniſter, vidit ad dextram è ſiluâ quadam elegantem prodire equum, valdè manſuetum ac edomitum, & ephippio inſtructum, ac penitùs ſolum. Tum ſocius Miniſtri cum gaudio exclamauit: Age, Pater cariſſime, vide vt non ſit tui oblitus Deus. Cui ille: Vide, inquit, fili & luſtra oculis vndique latiſſimum hunc campum, ſi quis fortè vſpiam exiſtat cuius ſit equus. Sed cùm ille longè lateque proſpiceret, neminem præter illum equum ad ipſos ſuauiter aduentantem vidit, aitque Miniſtro: Profectò, Pater, tibi hunc equum Dominus miſit. Sede ergo & equita. Reſpondit Miniſter: Si quidem, fili conſtiterit equus vbi ad nos peruenerit, confido Dominum nobis ſubſidio eum miſiſſe. Acceſſit autem placidè & modeſtè equus, & coram Miniſtro ſubſtitit. Quod ille cernens: Age, inquit, in Chriſti nomine, ſocioque adiuuante, inſedit equo, & cœpto perrexit itinere, ſocio illum diu ſatis comitante donec laſſus refouiſſet vires. Vbi autem non longè aberant à pago quodam, deſcendit ab equo Miniſter, laxatiſque habenis, dimiſit equum eo, quo venerat itinere. Porrò quò ille abierit, aut cuius fuerit, nũmquàm deinceps comperire potuit.

Fractus labore, equũ, quo vehatur, à Deo obtinet.

133 Cùm ergo veniſſet Miniſter ad locum deſtinatũ, & ſerò cuiuſdam diei apud filias ſuas reſidens, amorem labentium rerum eis cuperet exoſum reddere, & diuinum eis cõmendaret amorem, illis tandem recedentibus, cor eius ex illo ardenti ſermone diuinâ erat inflammatum caritate. Putabat enim dilectum ſuum, quem ipſe ſpectabat, aliiſque amandum prædicabat & perſuadebat, infinito præſtantiorem cunctis mundi amicis. Atque ſub hac meditatione raptus in ſpiritu, in viſu ſibi duci videbatur in pratum amœniſſimum, comitante eum egregio quodam ac planè cæleſti adoleſcente, ac per manum ipſum ducente. Cœpit autem idem adoleſcens in animâ Fratris cantionem quamdam tantâ vocis ſuauitate, ac hilaritate, vt præ nimiâ melodiæ illius dulcedine extra ſenſus omnes abduceretur: videbaturque ipſi cor ſuum vſque adeò repleri flagrantiſſimo erga Deum amore & deſiderio, vt cor ipſum in pectore agitaretur ac æſtuaret, perinde ac ſi præ nimiâ vi rumpendum foret. Eâ re compulſus fuit manum dextram cordi admouere, vt illi ferret ſubſidium. Oculi verò intantùm redundabant lacrymis, vt per ora decurrerent. Decantatâ autem eâ cantione, quædam illi imago obiecta fuit, ex quâ diſceret eam cantilenam, nec vnquam eius obliuiſceretur. Inſpexit itaque imaginem, & vidit beatiſſimam virginem Mariam ſuum paruulum Ieſum æternam Sapientiam, ad maternum pectus ſuum apprimentem. Initium autem carminis huius ſupra caput pueruli ſcriptum erat pulcherrimis characteribus: eratque ea ſcriptura adeò ſubtilis & abdita, vt non poſſet legi ab omnibus, præterquàm ab illis qui per exercitationum experimenta id obtinuiſſent. Erat autem hæc ſcriptura Germanicè (Hertzen traut) quod poteſt Latinè vtcumque reddi, Amice fidiſſime, tamquàm ille ſolus verum ſit cordis gaudium & amicus ſinceriſſimus. Scripturam ipſam Miniſter celeriter legit: eumque puerulus Ieſus blandè reſpiciebat. Vnde ille quaſi certò experiebatur, vt ſolus dulciſſimus puer Ieſus reuerà intimus ſit amicus, in quo & læta & triſtia ſuperantur. Atque ita ſuo eum impreſſit cordi penitùs, moxque cum adoleſcente carmen illud ad finem vſque decantauit. Interim dum ſic ardenti flagraret amore, ſibi redditus eſt, inuenitque dextram manum ſuam cordi impoſitam, vti eam illius adiuuandi cauſsâ ſub illâ impetuosâ agitatione collocarat.

In ecſtaſi

Angelico cantu,

præſentiâ B. Virginis & pueri Ieſu recreatur.

CAPVT

CAPVT XLIV.

Vt quadam vice Miniſtri meritis Deus potum ſuis amicis auxerit.

134 QVodam tempore longiori itinere nimiùm fatigatus Miniſter, ſerò in extero quodam loco ad incluſorium venit, vbi eâ nocte hoſpitio vti conſtituerat: Cùm autem neque in pago, neque in incluſorio vinum eſſet, honeſta quædam virgo lagunculam vino plenam ſe habere affirmauit. Sed quid ea eſt, inquit, inter tantos? Nam plùs minùs viginti ibi aderant homines pij, cum aliis qui eò confluxerant, audire cupientes Miniſtrum concionantem. Iuſſit autem Miniſter proferri lagunculam, & menſæ imponi. Quo facto, rogabant eum vt illi benediceret. Fecit ille in omnipotenti virtute ſalutiferi nominis Ieſu, primuſq; ipſe inde bibit, eò quòd ſitiret ex itinere: præbuitq; etiã aliis, qui inde omnes biberunt. Reponebatur autem publicè in menſam lagunecula cunctis cernẽtibus, nec quidquã infundebatur vel aquæ, vel vini, quod nullũ ibi erat aliud: iterumque atque iterum ex eadem bibebant lagunculâ: ſed quia vehemens eos tenebat deſiderium audiendi verbum Dei, diuinum illud miraculum nemo aduertebat. Tandem vbi ad ſe redierunt, Deique potentiam in illius vini augmentatione perſpicuè deprehenderunt, laudabant Deum, & id miraculi ſanctitati Miniſtri aſſignare volebant. Quòd ille nullâ ratione ferens, ait: Non eſt, filij, quòd me huius rei auctorem putetis: ſed omnipotens Deus caſtam hanc hominum ſodalitatem pro ipſorum piâ fide & corporali & ſpiritali potu recreauit.

Suâ benedictione vinum auget.

CAPVT XLV.

De quibuſdam afflictis hominibus, ſingulari fide Miniſtro deuinctis.

135 ERant in vrbe quadam duæ haud mediocris ſanctitatis perſonæ, Miniſtro familiares, quæ tamen ſecundùm ſpiritũ diuersâ admodùm ratione traherẽtur. Altera erat celebris apud homines exiſtimationis, diuinâque affluebat ſuauitate. Altera nullius erat nominis, Deuſque perpetuis eam exercebat afflictionibus. Vtrâque autem mortua, noſſe cupiebat Miniſter, quàm diſpar earum eſſet præmium in illâ futurâ vitâ, quandoquidem tam diſſimili hîc vixiſſent modo. Itaque manè cuiuſdam diei apparuit ei illa celebris opinionis, dixitque ſe etiamnum in purgatoriis retineri locis. Illo interrogante, quî id fieri poſſet: Reſpondit ſe nullam aliam ob culpam id perpeti, quàm quòd ex illâ ſui exiſtimatione quædam eius animo ſpiritalis ſuperbia obrepſiſſet, cui non ſatis celeriter reſtiterat: attamen pœnam eius breui finiendam. Altera quæ hîc abiecta & depreſſa fuerat, ſine medio euolauit ad Deum.

Virgo ſanctitatis nomine celebru,

è purgatorio ei apparet:

aliâ minùs celebri ab obitu ſaluâ.

136 Ipſa quoque Miniſtri genitrix toto vitæ ſuæ tempore grauiſſimis laborauit afflictionibus: id quod accidit ex diuersâ illâ viuendi ratione, quâ tum ipſa, tum eius maritus vtebatur. Ipſa quidem Deo plena erat, optabatque omnino ſecundùm Deum viuere. Porrò maritus eius plenus erat mundo, & durè illi reſiſtebat: inde tum cruces oriebantur. Conſuetudinem ſibi fecerat matrona illa, omnes ſuas perpeſſiones in Chriſti paſſionem demergendi, atque ita eas ſuperabat. Narrauit Miniſtro filio ſuo ante obitum ſuum, triginta annis numquàm ſe Miſſæ ſacro interfuiſſe, quin ex intimâ compaſſione erga Chriſti cruciatus & matrem eius condolentiſſimam acerbè fleret. Ait etiam ſe ex immenſo aduersùs Deum amore quandoque morbum incidiſſe, & duodecim hebdomadibus lecto decubuiſſe tam flagranti in Deum deſiderio, vt id etiam medici deprehenderent, ac inde

Mater eius

paſſioni Chriſti addictiſſima,

ædificarentur. Aliquandò ſub ineuntem quadrageſimã ad templum quoddã abiit, vbi Chriſti de cruce depoſitio exſculptis figuris in altari quodam expreſſa erat. Coram his imaginibus ſenſibili quodam modo nonnihil percepit acerbiſſimi doloris illius, quem pertulit Virgo mater ſub cruce. Atque ex hac anguſtiâ pia hæc mulier præ condolentiâ tantos ſenſit dolores, vt cor illius propemodùm creparet, adeò vt præ defectu in terram collabens, nec videret quidquam, nec diceret. Sic igitur domum relata, in lecto ſuo iacuit tacita vſque in ſanctam Paraſceuen, quâ die cùm Paſſio in templo caneretur, circa horam nonam expirauit. Eo tempore Miniſter filius eius ſtudij cauſſâ Coloniæ degebat: cui mater in viſu apparens, cum ingenti gaudio dixit: Quæſo fili mi, dilige omnipotentem Deum, certus quòd numquàm ille te deſeret qualibet aduerſitate laborantem. Ego ex hoc migraui ſeculo, nec tamen mortua ſum, ſed perenniter viuam apud Deum: blandeque filium exoſculans, & ei ex animo benedicens, ab eius oculis euanuit. Ille in lachrymas ſolutus, clamauit poſt eam, dicens: O ſancta & fidiſſima mater mea, ſis mihi fidelis apud Dominum: atque ita flens & ingemiſcens, ſibi eſt reſtitutus.

moritur die Veneris ſancto,

ei apparet beata.

137 Tempore iuuentutis ſuæ cùm ſtudendi gratiâ aliò proficiſci cogeretur, Deo procurante, religioſus admodùm & fidus ipſi quandoque obtigit ſodalis. Is quodam tempore cùm de Deo plurimùm eſſent collocuti, ſecretò per mutuam fidem Miniſtrum orauit, vt ſalutiferum Ieſu nomen in ipſius pectore exaratum ſibi demonſtraret. Sed hoc ille recuſabat. Tandem illius ingenti animaduersâ deuotione, fecit ei ſatis, detectâque ad pectus veſte, pretioſum illud cordis monile, quantum vellet, ei inſpicere permiſit. At ille hoc minimè contentus, cùm ſatis idem nomen eſſet contemplatus in eius cordis medio perſpicuè exſculptum, etiam manum faciemque eò applicuit, admotoque ad ipſum ore, cœpit lacrymari acriter præ deuotione, ita vt decidentes lacrymæ per Miniſtri pectus dimanarent. Deinceps adeò id nomen Miniſter habuit recommendatum, vt eius videndi nulli vnquam poteſtatem fecerit, niſi vni dumtaxat ſingulari Dei amico, cui id Deus videre permiſerat. Ille ſimili, ac iſte, deuotione id contemplatus eſt. Cùm autem duo iſti conſodales multis annis ſpiritali eſſent vſi familiaritate & amicitiâ, iamque ab inuicem diſcedere deberent, viciſſim ſibi ex animo valedicentes, hoc inter ſe pactum inierunt, vt qui prior obiiſſet, pro illo alter ex fraternâ amicitiâ anno vno ſingulis hebdomadibus duas Miſſas diceret, alteram feriâ ſecundâ de defunctis, alteram ſextâ feriâ de Domini paſſione. Poſt multos annos defunctus eſt Miniſtri ſodalis, & quia iam oblitus erat Miniſter datæ fidei de perſoluendis Miſſis, non legit eas, at nihilominùs fidelem illius egit memoriam. Sedente igitur illo manè quodam in ſuo ſacello quaſi in mentis exceſſu, ſodalis eius per viſum ad eum venit, voceque lamẽtabili dixit: Prô infidelitatem tuam, Frater! Eheu, quã mei oblitus es! Dicente illo, quòd ipſius in ſuis Miſſis quotidie eſſet memor, alius reſpondit id non ſufficere, ſed debere eum Miſſarum debitum perſoluere, vt ſanguis Chriſti innoxius in purgatorium deſcendens, ipſius dira extingueret incendia: ita fore, vt breui ex purgatoriis locis educeretur. Fecit id Miniſter fide integerrimâ, & ingenti ob ſuam obliuionem dolore: atque propediem alius è pœnis liber euolauit.

Sodalis è purgatorio petit ab eo ſacrificia ſibi promiſſa.

CAPVT XLVI.

Vt Chriſtus ſub figurâ Seraphim Miniſtro apparens, pati eum docuerit.

138 COnuertit ſeſe aliquando Miniſter ad Deum perquàm ſeriò, orans vt ipſum pati doceret. Apparuit ergo illi per viſum ſimilitudo Chriſti crucifixi in formâ Seraphim, qui ſex habebat alas, & duabus quidem te-

A Chriſto apparente,

AVCTORE LAVR. SVRIO.

dem tegebat caput, duabus pedes, & reliquis duabus volabat. In duabus infimis alis ſcriptum erat: Afflictionem ſponte ſuſcipe. In mediis hæc habebantur: Feras crucem æquanimiter. In ſupremis expreſſum erat: Diſce pati Chriſtiformiter. Hanc viſionem vbi ille ſanctæ cuidam Virgini enarrauit, illa reſpondit: Noueris, Pater, noua tibi impendere cruces, quas ferre oportebit, Deo ſic volente. Illo percontante, cuiuſmodi illæ cruces forent, Virgo ait: En cuidam cœnobio præficieris, vt æmuli tui propiùs te poſſint attingere, & grauiùs deprimere. Ergo amplectere patientiam, vt es in illo Seraphim edoctus. Ille ingemuit, futuram expectans tempeſtatem: quæ reuerà illi accidit, vt erat à Virgine ſignificatum. Per id tempus tribus annis cœnobium vbi tum morabatur, neque frumentum, neque vinum acceperat, quâ re magnis erat debitis obſtrictum. Eius cœnobij Fratres conſilio inito, Miniſtrum Sapientiæ, quantumuis renitentem, eò quòd nouam ſibi conflatam crucem cerneret, tantâ annonæ caritate, ſibi Priorem elegerunt.

ad patiendum animatur:

fit Prior monaſterij,

139 Primo igitur die iuſſit pulſato tintinnabulo Fratres conuocari, quibus collectis dixit, vt D. Dominicum implorarent, quandoquidem ille ſuis promiſiſſet Fratribus, quòd ipſis opem ferret, ſi in ſuis neceſſitatibus eius fidem implorarent. Atque ecce duo iuxta ſe aſſidebant Fratres in loco vbi erant congregati, è quibus vnus alteri ſuſurrans dixit perridiculè: En quàm fatuus eſt hic Prior, dum iubet nos neceſſitatem noſtram ad Deum referre. Fortè putat Deum cælo patefacto cibum potumque nobis miſſurum. Alius reſpondit: Non modò ipſe delirus eſt, ſed nos omnes dementes ſumus, qui eum nobis præeſſe voluimus, cùm tamen antè cognitum haberemus imperitũ eum eſſe rerũ temporalium, & non niſi in cælũ ſuſpicere. Ita multis ille lacerabatur iudiciis iniquis & ſcommatibus. At ille in ſententiâ perſeuerans, facto manè, iuſſit Miſſam cantari de S. Dominico, vt is ipſis prouideret. Stante autem illo in choro cogitabundo, oſtiarius eum euocauit ad opulentum quemdam Canonicum ipſius ſingularem amicum, qui ſic ait ad eum: Noui, mi Domine, non habere te vſum rerum ſecularium: atque hac nocte diuinitus ſum admonitus, vt Dei loco ipſe tibi opituler. Quamobrem initio viginti libras Conſtantienſes tibi offero. Confidas Deo, quòd is te non deſeret. Ille gaudio affectus, pecuniam recepit, iuſſitque vinum & frumentum comparari. Dei autem & B. Dominici adiutus ope cœnobio illi, quamdiu ipſe Prior fuit, neceſſaria procurauit, effecitque vt nihil ipſi ſoluere cogerentur.

in caritate annonæ S. Dominicũ inuocat,

videtur à ſubditis,

inſperatò eleemoſynam largam accipit à Canonico,

140 Idem Canonicus in extremis ferè conſtitutus, largiſſimas legauit eleemoſynas diuerſis in locis, quibus ipſe magis faueret. Deinde Miniſtrum, qui inibi Prioris fungebatur officio, ad ſe accerſens, aliquammultos ei aureos commendauit, vt eos alibi inter indigos Dei amicos, qui vires ſuas aſperis & ſeueris exercitiis confeciſſent, diſtribueret. Quod cùm ille inuitus in ſe reciperet, timens eas, quæ pòſt euenerunt, vexationes, tandem victus acquieuit, foraſque proficiſcens diſpertiit hinc inde pecuniam, vt erat pollicitus, vbicumque ſperabat eius animæ commodiſſimum fore: fecitque id coram fide dignis teſtibus, & exactâ apud ſuos Superiores ratione. Sed acres hinc illi cruces euenerunt. Namque Canonicus ille filium nothum habuit, qui iam conſumpſerat bona à domino illo ipſi aſſignata: & cùm eſſet totus diſſolutus, rebus perniciosis animum dedit. Idem totus illi pecuniæ Miniſtro commendatæ inhiabat: quam cùm obtinere non poſſet, ſub iureiurando renuntiauit Miniſtro, vbicumque illum deprehendiſſet, ſe eum neci daturum. Periculoſum ac infeſtum hoc odium nemo ſopire potuit, quamuis crebrò tentaretur. Omnino ille Miniſtrum extinguere voluit. Quibus anguſtiis non parum diu correptus Miniſter, præ mortis formidine non erat auſus liberè hac illacque proficiſci. Eleuatis autem ad Deum oculis, ait cum gemitu: Quod genus calamitoſæ mortis, te permittente, mi Domine, iam paſſurus ſum?

huius aliquas pecunias ab obitu diſtribuit pauperibus.

Incurrit in odium feri hominis,

Erat ille hoc ipſo magis afflictus, quòd paullò antè in aliâ vrbe quidam venerabilis Frater ob ſimilem cauſſam miſerè iugulatus fuerat. Neminem habere potuit Miniſter, qui hanc ab ipſo moleſtiam aut vellet aut auderet propulſare, ob illius feri hominis audacem temeritatem. Tandem ille ad Deum ſe contulit, qui eum ab illo liberauit, celeri morte corpus eius adhuc iuuenile ac robuſtum perimens.

& alterius collegij,

141 Ad huius mali cumulum acceſſit alia peracerba crux. Erat totum collegium quoddam, cui multa dederat Canonicus antè dictus: ſed illi his non contenti, infeſtis animis in Miniſtrum incurrerunt, eò quòd nollet eis memoratos aureos tradere, miſereque eum omnibus vexandum obiecerunt. Siquidem & apud religioſos & ſeculares eum traduxerunt, & quæ ille geſſerat paſſim apud omnes longè lateque in peiorem partem interpretando diuulgarunt: ſicque factum eſt, vt quâ in re apud Deum ab omni culpâ eſſet immunis, tamen apud homines malè audire cogeretur. Hoc negotium ſi quando ad tempus intermiſſum fuiſſet, mox denuò repetebatur: idque agebant multis annis donec Miniſtrum, benè exagitaſſent.

à Canonico ſibi apparente re-creatur.

142 Per id temporis in viſione apparuit illi ſæpè dictus Canonicus egregio indutus habitu viridis coloris, qui omni ex parte rubicundas habebat roſas: dixitque Miniſtro, rectè ſe habere in illo ſeculo, orauitque vt æquanimiter ferret tam immanem, quæ ipſi inferebatur, iniuriam, certus quòd Deus ipſum abundè ſolaretur. Interroganti autem Miniſtro, quid eius tam præclarus habitus ſignificaret, reſpondit: Roſæ illæ rubicundæ in pãno viridi tuam deſignant patientem perpeſſionem, quâ tu me ſic ornaſti: cuius cauſsâ ſeipſo te omnipotens Deus æternò veſtiet.

CAPVT XLVII.

Quàm illum oporteat viriliter dimicare, qui ſpiritalem velit referre palmam.

Examinat ludorum palæſtricorum moleſtiam.

143 SVb initio conuerſionis ſuæ ſummoperè optabat Miniſter haud vulgariter placere Deo, attamen abſque labore & dolore. Quodam ergo tempore fortè profectus eſt concionandi gratiâ in regionem: venienſque in nauim quamdam in lacu Conſtantienſi, offendit ibi inter alios egregium quemdam iuuenem ſplendidis indutum veſtibus. Ad quem cùm ſe adiunxiſſet, percunctari cœpit quis eſſet, vel quid negotij gereret. Ille ſe eiuſmodi ait hominem eſſe, qui nobiles inter ipſos committeret, vt haſtis congrederentur, & id genus ludos palæſtricos exercerent. Tum verò ait etiam ſpecioſis eos feminis dare operam, & qui ceteris eſſet magis ſtrenuus, eum honoris referre palmam & præmium. Percunctanti Miniſtro quid id eſſet præmij, reſpondit: Feminarum omnium, quæ illic adſint, pulcherrima eius digito annulum aureum inſerit. Illo adhuc vlteriùs inquirente, quid faciendum incumberet id honoris eumque annulum adipiſci volenti, ait iuuenis: Qui præ ceteris acriores plagas & angores ſuſtinet, nec ſub his animo laſſeſcit, ſed fortem ac virilem ſeſe exhibet, ſedetque immotus & ictibus aliorum tundi ſe ſinit, is honore potitur. Dicente autem Miniſtro: Dic mihi obſecro, ſi quis primo conflictu audax ſit, ſatiſne id eſt? Ille ait: Minimè, ſed certamen ad finem vſque tolerandum eſt: & quamuis adeò verberibus prematur, vt ex oculis eius ſcintillæ emicent, & ex ore ac naribus ſanguis erũpat, id totum ferat neceſſe eſt, ſi velit referre gloriam. Iterum Miniſter omnia exploraturus: Quæſo te, inquit, licetne illi lacrymas fundere, aut vultum in rugas contrahere dum ita malè cæditur? Neutiquã, ait iuuenis, etiamſi, vt fit pleriſque, in eius pectore cor deficiat, hilari ſit vultu oportet: alioqui patebit ludibrio, amittetque honorem & annulum.

& in palmâ obtinendâ labores:

144 His auditis, Miniſter in ſeſe deſcendere compul-

ſus,

ſus, medullitus ingemuit, & ait: Eia, Deus præſtantiſſime & longè omnium digniſſime, ſi mundi huius milites talia perpeti coguntur pro tam vili ſtipendio, quod tamen in ſeipſo nihil eſt, quàm ergo æquum eſt, vt pro æternâ gloriâ duriores toleremus labores? O ſi dignus ego eſſem, Deus piiſſime, in ſpiritalium militum tuorum numerum aſſcribi. O ſpecioſiſſima & æterna Sapientia, cuius amabilitati nihil vſquam poteſt comparari, ſi poſſet animæ meæ abs te præſtari annulus, hoc ego nomine pati vellem, quidquid tibi viſum foret: cœpitque præ nimio feruore lacrymas edere. Vbi autem ad deſtinatum peruenit locum, omnipotens Deus immanes illi permiſit afflictiones inferri, eaſque tam multas, vt penè erga Deum deſperaret, multique ex compaſſione propter illum plorarent. Tum ille omnis ſtrenuæ ac infatigabilis militiæ oblitus, mœrens & impatiens nonnihil erga Deum, cogitauit cur eum eiuſmodi moleſtiis affligeret. Manè ſequenti ſub diei exortum animâ illius ſuauiter quieſcente, & à ſenſibus ſublatâ, quiddam in ipſo hunc in modum loquebatur: Vbi iam eſt illa præcellens militia & ſtrenuitas? Itáne miles ſtramineus, & vir panneus vel pannis molliter veſtitus, præfidenti erit animo, modò quidem in proſperis, at paulò pòſt in aduerſis fracto & femineo? Hac ſanè ratione non poteſt perennis illę obtineri annulus, quem tu concupiſcis. Reſpondit Miniſter: Atqui Domine certamina illa, in quibus oportet ſe tibi reſignare & permittere, teque perpeti, nimiùm diuturna ſunt. Ad quod illi mox eiuſmodi datum eſt reſponſum: Sed & honor ipſe & gloria & annulus militum meorum, quos ego honorauero, perennis eſt. His Miniſter in ſeſe reiectus ac conuictus, ſubmiſsè admodùm dixit: Fateor, mi Domine, culpam meam. Tantùm oro, vt afflicto mihi liceat lacrymas fundere: ſiquidē cor meum omnino redundat. Cui Dominus: Prô pudor, inquit, viſne in feminæ morem lacrymari? Certè tibiipſi apud omnes cæli ciues ignominiæ notam inures. Terge oculos, & hilarem vultum exhibe, vt neque Deus neque homines animaduertant afflictionis cauſsâ te plorare. Cœpit ille ridere nonnihil, ac nihilominùs per genas fluitabant lacrymæ, promiſitque Deo nolle ſe deinceps flere, quò poſſet ſpiritalem illum annulum adipiſci.

confunditur,

adſpirat ad æternã palmam;

hac in afflictione erigitur.

CAPVT XLVIII.

Vt Miniſtro quandoque concionante, facies eius ter inſtar Solis radiauerit.

145 CVm vice quadam apud Coloniam Agrippinam Miniſter ſeriò admodùm & feruenter concionaretur, quidam nouus Chriſti tiro recens ad Deum conuerſus, illi concioni intererat. Erat idem ille ſatis afflictus. Cùm ergo ſtudioſè in Miniſtrum intenderet, interni oculis vidit faciem eius in iucundiſſimam mutari claritatē, ac tribus vicibus vſque adeò ſplendidam effici, vt ſolet eſſe Sol, cùm eſt aër ſereniſſimus: potuitque nullo negotio in eius vultu ſuam faciem contemplari. Ex hac ergo viſione ſatis ille in ſuâ afflictione animatus & recreatus, atque in ſanctâ vitâ confirmatus fuit.

AVCTORE LAVR. SVRIO.

Splendore faciei afflictum recreat.

CAPVT XLIX.

De ſalutifero nomine IESV.

146 QVandoque Miniſtro ex ſuperiori Germaniâ Aquiſgranum ad inuiſendam beatiſſimam Virginem proficiſcente, cùm eſſet in reditu, ſanctæ cuidam virgini beatiſſima Maria apparens, ita dixit; En Miniſter filij mei rediit, nomenque eius ſuauiſſimum flagranti pectore longè lateque diuulgauit, quemadmodùm olim Apoſtoli eius. Atque vt ij nomen illud fidemque Chriſtianam omnibus propalare ac inſinuare optabant, ita & ipſe totus in hoc incumbit, vt idem ſacratiſſimum nomen nouo cum feruore & amore cunctis egelidis cordibus inferat, in iiſque excitet & accendat. Vnde etiam cum ſanctis Apoſtolis poſt obitum ſuum præmium æternum conſequetur. Poſt hæc eadem ſancta Virgo in Beatam Mariam oculos referens, vidit eam manu tenētem candelam elegantem, vſque adeò flagrantem, vt totum illuſtraret orbem. In ipsâ autem candelâ vndequaque exaratum erat nomen Ieſu. Dixit autem Dei genitrix ad Virginem: Iſthæc candela ardens nomen Ieſu deſignat, qui reuerà omnium corda illuminat, qui tamen eius nomen deuotè recipiant, idque venerentur, & apud ſe pio affectu circumferant. Porrò idem filius meus ad hoc ſibi Miniſtrū ſuum delegit, vt eius operâ nomē ſuum in multorum cordibus cupidè accendatur, & ipſi inde æternæ ſuæ ſalutis profectum recipiant. Eadem ipſa ſancta Virgo vbi multis aduertit modis, Miniſtrum, qui illius erat ſpiritalis Pater, miram habere fidem & deuotionem erga dulciſſimum Ieſu nomen, vt quod etiam ſuo inſcripſiſſet pectori, cœpit etiam ipſa magno illius amore corripi, piâque cum deuotione idem nomen rubicundis filis ſericis exiguo panno aſſuit, volens id clanculò apud ſe deferre: atque eius formæ innumera alia confecit Ieſu nomina, effecitque, vt ea omnia ſuo Miniſter pectori applicaret, & diuinâ benedictione additâ, filiis ſuis ſpiritalibus vltro citroque tranſmitteret. Fuit autem illi eidem Virgini reuelatum à Deo, quiſquis illud nomen hoc pacto apud ſe circumferret & quotidie in eius honorem diceret orationem Dominicam, illi Deum in hac vitâ benignè facturum, & in eius morte propitium ipſi futurum. Quod nobis omnibus præſtet Chriſtus Ieſus. Amen.

à beatâ Virgine appellatur Praconomine Ieſu.

id pectori inſcriptum habet,

aliis ferendum donat.

XXVI. IANVARII.

SANCTI QVI VII. KAL. FEBR. COLVNTVR.

S. POLYCARPVS, Episcopus, } Martyres,
Sancti XII. Philadelphienses, } Smyrnæ in Asiâ.

S. Datiuus,
S. Iulianus,
S. Tællianus,
S. Reotrus,
S. Vincentia,
S. Saturus,
S. Victorina,
S. Secundus,
S. Papas,
S. Cantus,
S. Victor,
S. Æmilianus,
& alij XXXV. } Martyres in Africâ.

S. Theogenes,
& alij XXXVI. socij, } Martyres.

S. Rhodon Martyr.

Sancti duo Martyres in Phrygiâ.

S. Simeon Priscus, Abbas in Syriâ.

S. Paula, vidua Romana, Bethlemij in Iudæâ.

S. Ammonas, Abbas in Thebaide.

S. Xenophon, } coniuges,
S. Maria, }
S. Arcadius, } eorum filij, } Hierosolymis.
S. Ioannes, }

S. Marus, Episcopus Treuirensis in Galliâ Belgicâ.

S. Gabriel, Abbas Hierosolymis.

S. Athanasius, Episcopus Surrentinus in Campaniâ.

S. Bathildis, Regina Galliæ.

S. Theofridus, Episcopus Albigensis in Galliâ.

S. Theoritgida, Virgo in Angliâ.

S. Notburga, vidua,
S. Hixta & aliæ VII. } eius filiæ, Virgines, } in Germaniâ.

S. Ansurius, } Aurienses,
S. Vimarasius, }
S. Gonsaluus Osorius, } Conimbricēses,
S. Froalengus, }
S. Seruandus, } Irienses,
S. Viliulphus, }
S. Pelagius, }
S. Alphonsus, Asturicensis,
S. Petrus, } Episcopi, in Gallæciâ.

S. Gobertus, monachus, Fossis in Belgio.

B. Albericus, primus Abbas Cistercienſis in Galliâ.

B. Hazeka, Virgo reclusa in Westphaliâ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Sulpitius Episcopus Bituricensis, Confessor. *Beda, Notkerus, Adonis MS. Lobiense, MS. Vltraiectense. An hic* S. Sulpitius Baiocensis, *de quo XXVII. Ianuarij? & legendum pro* Apud Biturigas, *apud* Baiocas? *alioquin de* S. Sulpitio Pio Bituricensi *egimus* XVII. Ianuarij.

S. Germanicus Martyr. *Beda, Notker. passus est cum* S. Polycarpo, *sed de eo egimus* XIX. Ianuar.

S. Seuerianus Gabalitanus Episcopus. *Ferrar. De eo egimus* XXV. Ianu.

S. Artemas Puteolis passus, *hoc die refertur à Carthusianis Colon. in Additionibus ad Vsuardum, & in MS. S. Hieronymi & Dungalensi. in quodam recentiore MS. Sarmata appellatur. Acta, licet mutila, dedimus* XXV. Ianu.

S. Præiectus, Aruernorum Episcopus, Martyr, *hoc die colitur in Ecclesiâ Lemouicensi, vt ex Breuiario patet. Vitam dedimus* XXV. Ianu.

Domitij, persecutione Decij extorris memoriam *extare Leontinis in Siciliâ scribit Octauius Caietanus noster, atque ex eo Ferrarius hoc die.*

S. Fabianus, vel Sabianus. *Carthus. Colon. in addit. ad Vsuardum. an fortè* Fabianus *&* Sabinianus *Siculi, de quibus* XXV. Ianu.

S. Tryphon Martyr. *Carthusiani in addit. ad Vsuardum. Quis hic sit* Tryphon, *non liquet. multi huius nominis alibi.*

Polycarpum Episcopum Senonensem *hoc die refert Constantinus Ghinius; & Democharem secutus,* Sanctum *appellat. Queritur Saussaius t. Nou. in elogio* S. Maturini, *nullum ab Ecclesiâ Senonensi ei honorem haberi, vix etiam memoriam extare, quem ipse vel Martyribus adnumerandum censet.*

Terræmotus *horrendi, qui sub finem imperij Theodosij Iunioris contigit, fieri solitam hoc die commemorationem Constantinopoli tradunt Menæa.*

S. Conanus Episcopus Sodorensis, S. Fiacrij Magister *fuisse traditur à Leslæo lib. 4. de gestis Scotorum, Georgio Conæo, Dauide Camerario, qui eius hoc die natalem refert. Verùm quia iis quæ hi narrant non congruit Vita* S. Fiacrij, Conanum *hunc prætermittimus.*

S. Paula Virgo, in territorio Parisiensi, monasterio Kale, *commemoratur in additionibus Carthus. Colon. ad Vsuardum & in Martyrol. Colonienſi. Nihil alibi de eâ legimus.*

Ionas, Episcopus Niuernensis, Confessor. *MS. Florar. Alij eum* Sanctum *non nominant.*

S. Robertus monachus *traditur à Saussaio in Supplemento Martyrolog. Gallicani, Fossis ad S. Foillanum coli officio IX. Lectionum. Is indubiè est* S. Gobertus, *de quo infrà.*

Vlboldus, Fundator Aulæ-Dei, siue Monasterii-noui Virginum Cistercienſium, apud Snecam Frisiæ oppidum, ac pòst in Veteri-monasterio Conuersus, *refertur hoc die in Menologio Cistercien. Chrysostomi Henriquez ac* Beatus *appellatur. Eius meminit Autbertus Miræus in Chronico Cistercienſi ad annum 1233. at non indicat* Sanctum, *aut* Beatum, *haberi.*

Sanctæ Virgines ordinis Cistercienſis, Vitauiæ in Poloniâ, ab infidelibus vastato monasterio pro fide occisæ *memorantur in eodem Menologio, ex quapiam tabulâ Colo-*

niæ

nia excusâ. Omittimus donec de tempore, necis modo, ac die, certi aliquid nanciſcamur.

Petrus Berlandus, Archiepiſcopus Burdegalenſis, *vir ſanctus, obiit hoc die anno 1453. vt tradunt Cl. Robertus & Sauſſaius in Supplemento Martyrologij, qui ad 12. Iunij teſtatur Lndouici XI. rogatu, Sixti IV. mandato, cœptum in acta eius ad publicam apotheoſin inquiri.*

S. Iulianus Epiſcopus Bituricenſis. *Carthuſ. Colonien. in Addit. ad Vſuardum, Martyrologium Colonienſe, Maurolycus, Felicius, Ferrar. Nullus inter Bituricenſes Epiſcopos* Iulianus *extat. An fortè hic* Cenomanenſis, *qui colitur* XXVII. Ianu.

S. Geminiani victoria, ſiue vrbis Mutinæ ab Attilæ furore per eum liberatæ memoria, *ſolenni celebritate recolitur, vt teſtis eſt Ferrarius. De eâ agemus ad* S. Geminiani *vitam* XXXI. Ianuar.

B. Suſannæ Babylonicæ reliquiarum repoſitio Toloſæ in baſilicâ S. Saturnini *facta refertur à Sauſſaio hoc die. De eâ agemus* XII. Febru.

S. Siluinus, Epiſcopus Cenomanis. *Martyrol. Colonienſe, Carthuſ. in addit. ad Vſuardum, Maurolycus, Felicius, Ferrarius. Nullus inter Cenomanenſes Antiſtites* Siluinus *reperitur. Eſt fortaſſis Morinenſis, qui & Toloſanus aliis, aut certè Cremonenſis. De vtroque agemus* XVII. Febru. EX V A- RIIS.

S. Ananias Preſbyter, } Martyres in Phœnice *hoc die re-*
S. Petrus Cledophylax, } *feruntur in Menais Græcorũ: XXVII.*
VII. milites, } *Ianuarij à Galeſinio. aſt à pluribus Latinorum* XXV. Febru.

S. Zenobij Epiſcopi Florentini Tranſlatio, *refertur hoc die à Galeſinio, MS. Florario, Ferrario, Carthuſ. Colon. de eâ agemus ad illius vitam* XXV. Maij.

S. Theophanius, Comes Centumcellenſis. *Galeſin. Colitur, teſte Ferrario, Corneti in Tuſcia* IX. Iulij.

S. Guilielmus Briocenſis Epiſcopus, *colitur ab aliquibus hoc die, vt ex Breuiario Coreſopitenſi patet: an ob quampiam tranſlationem, aut quam aliam ob cauſſam, nos latet. De eo agemus cum Eccleſiâ Briocenſi* XXIX. Iulij.

DE SANCTIS MARTYRIBVS SMYRNENSIBVS

POLYCARPO EPISCOPO

ET ALIIS XII.

§. I. S. Polycarpi feſtum, dies & annus martyrij.

AN. CHR. CLXIX. XXVI. IANVAR.

S. Polycarpi natalis apud Latinos, Ianuarij 26.

Myrna vrbs eſt Ioniæ, totius Aſiæ minoris olim pulcherrima, mari Melæ, amni adſita. Hìc Epiſcopus fuit, aut ſecundus, aut certè è primis, S. Polycarpus *Apoſtolorum diſcipulus; ibidemq; glorioſo martyrio coronatus, ſub M. Aurelij perſecutione. Colitur à Latinis XXVI. Ianuarij, & quidem officio Eccleſiaſtico nouem lectionum, vt vocant. De eo Vſuardus:* Apud Smyrnam, natale S. Polycarpi Epiſcopi, qui B. Ioannis Apoſtoli diſcipulus, & ab eo Epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ Princeps fuit. Poſteà ſub M. Antonino & L. Aurelio, perſonante vniuerſo populo eiuſdem vrbis in amphitheatro aduersùm eum, igni traditus eſt. Cum quo etiam alij duodecim ex Philadelphiâ venientes, in præfatâ vrbe martyrio coronati ſunt. *Eadem ferè habet Beda vulgatus, Martyrol. Romanum, Rabanus, Bellinus, Maurolycus, Felicius. Aſt Ado prolixius ex Actis elogium contexuit, vti & Notkerus, Caniſius, Galeſinius, aliiq;. Refertur quoque in veteri Romano Martyrologio, & omnibus Latinis, hoc die.*

& 25. Februarij 1. 2 *MS. Dungalenſe hoc & præcedenti die eum refert. MS. S. Hieronymi hoc die ita habet:* Rodonis, Artematis, Polycarpi. *& rurſus 1. Febru.* In Smyrnâ ciuitate natalis Polycarpi Epiſcopi, Pœnis, Dionyſij, & aliorum VI. item Pœnis & aliorum V. *Qui hìc* Pœnes *dicitur*, Pionius *videtur eſſe, de quo iſthic. at* Dionyſius *& alij vndecim, an ſint Philadelphienſes illi, qui poſt S. Polycarpum coronati ſunt, haud temerè audemus ſtatuere. Idem MS. S. Hieronymi XXIII. Februarij:* & 23. In Aſiâ natalis Polycarpi Epiſcopi cum aliis XII. *Eadem habet iſthic Rabanus. Referunt eum illo quoque die Carthuſiani Colonienſes in Addit. ad Vſuard. Galeſinius, & quædam Kalendaria.*

Apud Græcos 23. Febr. 3 *Græci illum eodem XXIII. die Februarij colunt. Vbi Menologium:* Sacroſancti Martyris Polycarpi Smyrnæ, qui fuit diſcipulus S. Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ, vnà cum diuino illo Martyre Ignatio. *Fuſiùs Menæa:* Eodem menſe, XXIII. memoria ſancti Martyris Polycarpi Smyrnæ Epiſcopi.

Tibi Polycarpus Chriſte totus vſtus eſt,
Ex igne fructum (mira res) dans vberem.
Vicenâ & trinâ Polycarpus luce crematur.

Fuit hic Ioannis Theologi & Euangeliſtæ vnà cum Ignatio Theophoro diſcipulus, & poſt Bucolum ſanctiſſimum Smyrnæ Epiſcopum, qui prædixerat ei ſacerdotium, ab Epiſcopis eſt conſecratus. In perſecutione autem Decianâ compreheníus, atque Proconſuli oblatus, per ignem certamen conſummauit, atque excellentium patrator miraculorum fuit. Nam & ante ſacerdotium, mulieris, quæ eum aluerat, horrea precationis auxilio repleuit, quæ ipſe priùs euacuauerat; & à ſuſcepto ſacerdotio, ignis accenſi impetũ inhibuit: & pluuiam arenti ſolo induxit: ac rurſus immoderatam eius copiam repreſſit. Celebratur eius ſolemnitas in ſanctiſſimâ magnâ eccleſiâ. *Vitæ epitome.*

4 *Quæ varietatis tantæ in natalitiâ Martyris agendâ celebritate cauſſa extiterit, haud liquet: diem profectò quidem certum, quo martyrium conſummârit, ſtatuere difficile; quòd anni ac diei varij à veteribus traditi characteres non congruant: vnus vbique certus, quòd* Sabbato magno *coronam adeptus memoretur: ſed quod illud ſit* magnum Sabbatum, *nemo perſpicuè explicat. Reperimus inter Roſwveydi ſchedas iſta ex litteris Georgij Garnefeltij Carthuſiani, viri doctiſſimi, Coloniâ datis 9. Maij an. 1626. excerpta:* Perluſtraui obiter Ianuarium Surij, & nihil ſingulariter admonendum occurrit, niſi in S. Polycarpo Epiſcopo, qui martyrij coronam accepit in ſabbâto: ergo anno Chriſti 172. ante Dominicam Septuageſimæ: vbi exponi poſſet, quodnam fuerit illud Sabbatum magnum, cuius Acta faciunt mentionem. Non enim potuit eſſe ſabbatum hebdomadis ſanctæ, quia Paſcha numquàm celebratur in Ianuario, quod anno declarato incidit in 30. Martij. Fugiendum igitur erit ad rituales libros Græcorum. Quinetiam apud Occidentales quibuſdam in locis ſabbato ante Septuageſimam cantatur Alleluia cum neumate & iubilo, quaſi per modũ ſecundæ valedictionis. *Hæc ille. Sed quòd ſupponit, certum non eſt XXVI. Ianuarij, ſiue VII. Kal. Februarij, contigiſſe eius martyrium.* *Dies martyrij.* *an 26. Ianuar. an. 169?*

5 *Petrus Halloix noſter in Notat. ad cap. 12. vitæ S. Polycarpi primùm* magnum *illud* ſabbatum *aſſerit eſſe peruigilium Paſchæ, & rationes affert quamobrem ita appellatum eſſe videatur: deinde ex Chronici Alexandrini fide, ſtatuit paſſum Polycarpum* VII. Kal. Aprilis, *ſiue XXVI. Martij,* Paſcha, *inquit,* incidente illo anno in VI. Cal. April. ſiue XXVII. Martij. *Annum verò illum eſſe vult* M. Aurelij VII. Chriſti CLXIX. Coſſ. Vero III. & Quadrato. *Sequitur Baronij Chronologiam, qui annum ſeptimum M. Aurelij, & conſulatum tertium Veri cum Chriſti 169. coniungit. Iuxta eam ſupputandi ratio-* *an 26. Martij?*

Ex variis.

nem quam Bucherius noſter ſtatuit, & nos veriorem exiſtimamus, fuêre Coſſ. Verus & Quadratus *anno Chriſti 167. quo pridie Nonas Martij* L. Verus & M. Aurelius *ſeptimum imbant imperij annum. aſt eo anno Paſcha incidit in XXIII. Martij, ſiue* X. Kal. Aprilis: *anno verò 169. in III. Aprilis. In VI. Kal. Aprilis, ſiue XXVII. Martij non incidit niſi anno Chriſti 175. M. Aurelij 15.* Piſone & Iuliano Coſſ.

Quid de die & anno Euſebius?

6 *Priuſquàm noſtram de obſcurâ hac quæſtione, quam nec attigit Baronius, coniecturam proponamus, veterum de tempore martyrij Polycarpi proferenda ſunt teſtimonia. Euſebius ad annum VII. imperij M. Aurelii:* Perſecutione ortâ in Aſiâ, Polycarpus & Pionius fecêre martyrium; quorum ſcriptæ quoque paſſiones feruntur. *De* Pionio *agemus 1. Februarij. Idem Euſebius lib. 4. hiſtor. cap. 14. in vrbem vectum à ſatellitibus Polycarpum ſcribit* magno ſabbato, *quo & occiſus eſt.*

Chronicon Alexandrinum?

Chronicon Alexandrinum: Ind. 1. Aug. IV. Æliano & Paſtore Coſſ. CXXXIII. anno poſt Chriſti in cælum profectionem, maximis in Aſiâ in Chriſtianos motis tumultibus, multi pro Chriſto occubuêre Martyres. Quos inter Smyrnæ Pontifex Polycarpus Ioannis Apoſtoli diſcipulus, à quo creatus erat Epiſcopus, captus ab Herode Irenarcho Nicetæ filio, Tatio Quadrato Procoſ. cùm ingentia religionis cauſsâ paſſus eſſet, VII. Kal Apriles (*addit Raderus explicationis cauſsâ,* in præfeſto Paſchæ) magno ſabbato, horâ VIII. ſpectante Iudæorum congregatorum & Gentilium contentionem Centurione, in medium adductus, viuus igne concrematus eſt. *rectiùs, vt optimè monuit Halloix, dixiſſet:* viuus igni traditus eſt; *neque enim igne extinctus eſt.*

Acta Latina?

7 *Vetera S. Polycarpi Acta Latina, de quibus infrà, ita diem exprimunt:* Menſe Aprilio, VII. Kal. Maias, maiore ſabbato, horâ octauâ, captus eſt ab Herode Pontifice, Philippo Traiano, Proconſule Statu Quadrati. *At Græca Acta:* Μαρτυρεῖ δὲ ὁ ἅγιος Πολύκαρπος μηνὸς ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἰσαμένου περὶ ἕκτην καλενδῶν Μαΐων, σαββάτῳ μεγάλῳ ὥρᾳ ὀγδόῃ. συνελήφθη δὲ ὑπὸ Ἡρώδου ἐπὶ ἀρχιερέως Φιλίππου Τραλλιανοῦ ἀνθυπατεύοντος. Martyrio coronatur S. Polycarpus menſis Xanthici, *ſiue Aprilis,* ineuntis ſecundâ die, ante ſeptimum Kalendas Maias, ſabbato magno, horâ octauâ. Comprehenſus eſt autem ab Herode, ſub ſummo Sacerdote Philippo Tralliano Proconſule.

Græca?

Vtraque correcta.

8 *Rectè animaduertit Halloix, nullo modo inter ſe congruere* 2. Aprilis *&* VII. Kal. Maias. *Sed vitiatum vtrumque MS. nemo non videt. Verùm vtraque Acta cum Chronico Alexandrino collata, lucem mutuò affundent. atque ita Latina legenda erunt:* Menſe Aprilio, vel VII. Kal. Apriles, maiore ſabbato, horâ octauâ, captus eſt ab Herode, Pontifice Philippo Tralliano, *ſiue* Traiano, *aut, vt habebat codex S. Maximini,* Troiano, Proconſule Tatio Quadrato. *Græca quoque hiulca videntur, & reſtituenda,* μηνὸς ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἰσαμένου, ἢ περὶ ἕκτην καλενδῶν Ἀπριλίων σαββάτῳ μεγάλῳ. menſis Xanthici ineuntis ſecundâ, vel ante ſeptimum Kal. Apriles, ſabbato magno. *& poſt* ἀνθυπατεύοντος *reſtituendum nomen* Ταπίου Κοδράτου, *nam eum tunc Aſiæ fuiſſe Proconſulem habet Chronicon Alexandrinum, & ſeptimo Kal. Apriles contigiſſe Polycarpi martyrium.*

Paſſus videtur 26. Martij,

9 *At qui nunc illa congruent,* 2. Aprilis, *&* VII. Kal. Apriles, *ſiue 26. Martij? aut quo tandem anno ita incertum Paſcha fuit? Anno Chriſti 169. M. Aurelij 9.* III. Nonas Aprilis *Paſcha fuit,* Lunâ XX. *Smyrnæi, qui cum Iudæis eâ tempeſtate Paſcha celebrabant, facilè potuerunt, vt erant Iudæorum tunc non accuratiſſimæ aſtronomicæ tabulæ & canones, Lunâ XIII. id celebraſſe, nempe VI. Kal. Apriles, ſiue 27. Martij. cùm pridie, id eſt, VII. Kal. Apriles, in Paraſceue Paſchæ occiſus eſſet ſanctiſſimus Pontifex. Quod cùm poſteriores, qui Acta martyrij ex Smyrnenſis Eccleſiæ epiſtolâ deſcribebant, viderẽt cum recepto canone non quadrare, reſtituerunt* ſecundam Aprilis: *indicantes tamen antè ſcriptum fuiſſe* VII. Kal. Aprilis: *donec librarij reperti ſunt ſcioli, qui cùm poſt ſecundam Aprilis noſſent nullas occurrere Kalendas niſi Maias, repoſuêre Kalendas Maias. Imò fortaſsis verè pridie Paſchæ, etiam Latinorum eo anno, id eſt, ſecundo Aprilis, paſſus eſt, ſabbato poſt Paſcha Smyrnenſe ac Iudaicum, ſiue hoc Dominicâ, vt coniectauimus, ſiue feriâ ſecundâ aut tertiâ celebratum fuit. Nam de ſabbato quod intra octauas Paſchæ occurrebat, dictum eſt Ioannis 19. v. 31.* Erat enim magnus dies ille ſabbati. *Sed quò dein illud* VII. Kal. Aprilis? *Nempe poſterior aliquis librarius, indicaturus Smyrnæos Paſcha ante Latinos celebraſſe, characterem appoſuit præcedentis hebdomados,* VII. Kal. Aprilis. *Si cui minùs hæ noſtræ coniecturæ probentur, nec nos eas mordicus tueri volumus: arripuimus eas, donec melius quid occurrerit.* aut 2. Aprilis.

Quot annorum fuerit Polycarpus cùm martyrium ſubiit, infrà dicemus, cùm de profectione in Vrbem, haud diu ante mortem ſuſceptâ, agemus.

§. II. *S. Polycarpi Acta ſcripta.*

Martyrium S. Polycarpi à quo ſcriptum.

10 *Hiſtoriam martyrij S. Polycarpi deſcripſit Eccleſia Smyrnenſis, miſsâ encyclicâ ad omnes Eccleſias, aut certè Asiaticas, epiſtolâ, è quâ multa recitat Euſebius lib. 4. hiſt. cap. 14. Extatq; ea epiſtola in vetuſtis quoque Latinis codicibus. Deſcripſerat eam Roſsveydus è codice S. Maximini Treuiris: nos eam cum MS. Eccleſiæ S. Audomari contulimus; aliamq; huic Audomarenſi codici conſentientem accepimus à Petro Franciſco Chiffletio noſtro è MSS. Burgundicis. Aſt eamdem epiſtolam Græcam & pleniorem è MS. Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi nactus erat idem Roſsveydus, ſimulq; vitæ eiuſdem Polycarpi hiſtoriam, hactenùs Latinis penitùs ignotam. Primus ex hoc MS. noſtro alioq;, Latinis litteris integram tradidit Petrus Halloix noſter tomo 1. de vitis illuſtrium Orientalis Eccleſiæ ſcriptorum, ex aliorum quoque auctorum de Polycarpo teſtimoniis amplificatam, atque eruditis Notationibus illuſtratam. Nobis pro more inſtituto q;, noſtro ſatius viſum eſt, ipſam antiquam vitam dare, Latinè redditam, preſsiùs fortaſſe quàm elegantiùs, quia ad fidem id nobis magis videtur accommodatum.* Vita vnde hic edita:

Pionio.

11 *Auctorem huius vitæ paſsim idem Halloix* Pionium *appellat. In Græco codice priore loco cædis Polycarpi narratio, tum ſcripta à vita reliqua erat deſcripta. At de priore illa epiſtolicâ narratione, illud habetur in MS. Audomarenſi:* Exemplaria hæc ex Irenæi, diſcipuli Polycarpi, doctrinâ ſcripſit Caius, qui conuerſatus eſt vnà cum Irenæo. Ego autem Socrates ex his Caij exemplaribus ſcripſi. Ego Pionius memorata exemplaria inueſtigaui & ſcripſi, ex reuelatione quæ mihi facta eſt de B. Polycarpo, ſicut enuntiaui in conuentu reliquis, ex tempore quo laboraui cum electis, & vt me colligat Dominus Ieſus Chriſtus in regno cælorum cum Patre & Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen. *Illa de* Pionio: Ego Pionius memorata exemplaria inueſtigaui & ſcripſi, *aberant à MS. S. Maximini, quo vſus eſt Roſsveydus, atque ita ſequentia omnia Socrati tribuebantur. Deerant omnia hæc Chiffletiano MS.*

ex veteribus MSS. & diuinâ reuelatione:

12 *In Græco MS. ita iſthæc efferuntur:* Iſta ſcripſit Caius ex iis quæ tradidit, *aut* ſcripſit, *aut* habuit, Irenæus: (ἐκ τῶν εἰρωναίου) diſcipulus S. Polycarpi, qui Caius cum Irenæo conuerſatus eſt. Ego verò Socrates Corinthi, è Caij exemplaribus deſcripſi. Gratia cum omnibus nobis. Ego verò rurſus Pionius ex iam memorato exſcripſi, ea ſcrutatus iuxta reuelationem B. Polycarpi mihi apparentis, vt oſtendam ea colligens quæ iam ferè tempore erant oblitterata; vt & me colligat Dominus noſter Ieſus Chriſtus cum Electis ſuis in cæleſte ſuum regnum; cui gloria cum Patre & ſancto Spiritu, in ſecula ſeculorum. Amen. *Quibus ex verbis intelligi poteſt,* Pionium Socratis *vſum exemplari, ex eo martyrij hiſtoriam tranſſcripſiſſe; ceteras Polycarpi res geſtas partim ipſo cælitus reuelãte didiciſſe, partim fortaſsis ex vetuſtis aliis monumentis eruiſſe. Eumdem certè vitæ eſſe auctorem videtur ex primis Vitæ verbis colligi:* Ἐπανελθὼν ἀνωτέρω. altiùs rediens, priora repetens. *Vnde conſequens eſt ab eodem hæc ſcribi, à quo quæ præceſſerant,* Pionio *nimirùm.*

quando is vixerit.

13 *Quando hic vixerit* Pionius, *non conſtat. Nullum ſaltem argumentum eſt, quo probemus æqualem fuiſſe: imò haud paullò iunior videtur, cùm è Socratis commentariis certamen deſcripſerit Polycarpi, qui è Caij ſcriptis id acceperat, hic ex Irenæi. Dein numero 12. queritur ſcripta Polycarpi deperdita, turbine mota*

ne mota tunc quartæ perſecutionis. Multa verò, *inquit*, ab eo ſcripta fuêre, homiliæ & epiſtolæ, quæ in perſecutione illius excitatâ temporibus, in quâ & ipſe martyrium ſubiit, ab impiis diſperſa fuêre. Cuiuſmodi verò illa extiterint, ex iis quæ reperta ſunt, licet agnoſcere, inter quæ eſt epiſtola ad Philippenſes planè inſignis, quam idoneo loco reponemus. *Imò ex iis quæ in Prologo ſuo cõtra Quartadecimanos, ſiue quartadecimâ Lunâ celebrãtes Paſcha, differit, coniicere eſt, poſt Nicænum concilium vixiſſe, quando omnis illa ſopita tandem controuerſia eſt.*

S. Polycarpi elogium ex S. Hieronymo.

14 *De S. Polycarpo eiuſq; ſcriptis iſta tradit S. Hieronymus lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis cap. 17.* Polycarpus Ioannis Apoſtoli diſcipulus, ab eo Smyrnæ Epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ princeps fuit. Quippe qui nonnullos Apoſtolorum & eorum qui viderant Dominum, magiſtros habuerit & viderit. Hic propter quaſdam ſuper die Paſchæ quęſtiones, ſub Imperatore Antonino Pio, Eccleſiã regente Aniceto, Romam venit: vbi plurimos credentium, Marcionis & Valentini perſuaſione deceptos, reduxit ad fidem. Cumque ei fortuitò obuiàm fuiſſet Marcion, & diceret, Cognoſcis nos? reſpondit: Cognoſco primogenitum Satanæ. Poſteà verò regnante M. Antonino, & L. Aurelio Commodo, quartâ poſt Neronem perſecutione, Smyrnæ, ſedente Proconſule, & vniuerſo populo in amphitheatro aduersùs eum perſonante, igni traditus eſt. Scripſit ad Philippenſes valdè vtilem epiſtolam, quæ vſque hodie in Aſiæ conuentu legitur.

Epiſtola eius.

15 *Hanc epiſtolam Græcè & Latinè edidit Halloix cap. 17. vitæ S. Polycarpi; etſi Græcè integra non eſt. Eius epiſtolæ Euſebius lib. 4. hiſt. cap. 13. Photius nu. 126. Irenæus lib. 3. aduersùs hæreſes cap. 3. aliiq; auctores meminêre. Alia cap. 16. Polycarpi ſcripta idem enumerat Halloix, nimirùm* epiſtolam vnam ad Dionyſium Areopagitam, vnam ad Athenienſes, varias ad diuerſas Aſiæ Eccleſias, nonnullas ad quoſdam fratrum ſpeciatim, Quaſdam explicationes in ſacram Scripturam. *De datâ ad S. Dionyſium epiſtolâ teſtatur Suidas ita ſcribens:* Polycarpus Ioannis Euangeliſtæ & Theologi auditor, Bucoli autem primi Eccleſiæ Smyrnæorum Epiſcopi ſucceſſor, qui & poſt ipſum ſecundus tenuit epiſcopatum, & pro Chriſto ſub M. Antonino perfunctus eſt martyrio, epiſtolam ſcripſit ad Philippenſes prorſus admirandam; & ad magnum illum Dionyſium Areopagitam, & ad alias Eccleſias. *De epiſtolâ ad Athenienſes S. Maximus in prologo ad libros S. Dionyſij:* Meminit autem Areopagitæ Dionyſius antiquus Corinthiorum Epiſcopus, & Polycarpus in ſuâ ad Athenienſes epiſtolâ. *De aliis eius epiſtolis extat S. Irenæi teſtimonium:* Idem & ex epiſtolis, *inquit*, quas cùm ad vicinas Eccleſias, quò eas confirmaret, tum ad quoſdam fratres, quò admoneret & cohortaretur, miſit, iſta ſic ſe habere manifeſtò cognoſci poterit. *De explicationibus Scripturarum S. Hieronymus epiſt. 28. ad Lucinium Bæticum:* Porrò Ioſephi libros, *inquit*, & SS. Papiæ & Polycarpi volumina, falſus ad te rumor pertulit à me eſſe tranſlata. Quia nec otij mei nec virium eſt, tantas res eâdem in alteram linguam exprimere venuſtate.

alia ſcripta.

eorum fragmenta.

16 *Hæc aliaq; de ſcriptis S. Polycarpi fuſiùs explicat Halloix, ac tandem cap. 18. aliqua recitat ſcriptorum fragmenta,* S. Victoris Epiſcopi Capuani beneficio adhuc conſeruata, & nuper à Franciſco Feu-ardentio in publicum data.

§. III. S. Polycarpi in Vrbem profectio: zelus aduersùs hæreticos.

S. Polycarpus admodùm ſenex,

17 *GRandis natu, nec multò minor centenario fuit, cùm martyrium pertulit Polycarpus: qui Ioannis Apoſtoli, primis Traiani temporibus, ſub annum Chriſti 102. vitâ functi, auditor fuerit, (vnà cum S. Ignatio, qui eiuſdem Traiani anno XI. damnatus ad feras eſt;) imò, vt S. Hieronymus atque alij è veteribus tradiderunt, ab eo ordinatus Epiſcopus, aut eius certè ſuffragio approbatus. Fuit autem cùm Epiſcopus fieret pluſquàm triginta natus annos, quem Pionius ſcribit hęreſi primùm facultates ſapientiſſimè adminiſtraſſe, iam maturo per ætatem iudicio; poſt relictam ſibi ab eâ familiam ſummâ integritate rexiſſe; dein Diaconum factum, tum Sacerdotem; & in vtroque gradu cum laude, haud exiguo tempore verſatum; iamq; canitie venerabilem in epiſcopatum ſucceſſiſſe S. Bucolo. Quid ſi antequàm in Patmon relegaretur S. Ioannes, iam Epiſcopus erat? Id quidem ſentiunt complures, qui quæ de Angelo Smyrnæ prædicat Apocalypſeos 2. idem Ioannes, in Polycarpum putant eſſe pronuntiata: ſicq; illorum iudicio circiter annum Chriſti 94. ordinatus fuerit. Demus tunc annorum fuiſſe 30. adiice 74. annos epiſcopatus: & quatuor annis centenario maiorem effeceris.*

Ex Vatic. 118.

18 *Eo tamen præditus erat mentis robore, vt contemptâ imbecillitate fatiſcentis ætatis, in Vrbem haud diu ante mortem, ſub* Antonino Pio, *qui anno Chriſti 161. deceſſit, ad* Anicetum *Pontificem venerit, propter quaſdam Eccleſiarum controuerſias, præſertim de Paſchâ Chriſtiano, quod Aſiani cum Iudæis Lunâ XIV. Romani ritu ab Apoſtolorum Principibus accepto, Dominicâ poſt Lunam XIV. Martij celebrabant. Meminit huius Polycarpi in Vrbem aduentu Euſebius in Chronico ad annum XVIII. Antonini:* Romanæ Eccleſiæ, *inquit*, X. epiſcopatum tenuit Anicetus annis XI. ſub quo Polycarpus Romam veniens multos ab hæretico errore correxit.

Romam venit, ob quæſtionẽ de die Paſcha,

19 *Quid Romæ egerit Polycarpus indicat S. Irenæus apud Euſebium lib. 5. cap. 24. Nam cùm obſtinatè adhærerent Aſiatici inolitæ conſuetudini agendi die eodem, quo ſuum Iudæi, Paſcha; contrà verò pugnaret S. Victor Papa, vt ad reliquæ mores Eccleſiæ ſeſe conformarent, & quod ad promouendam Iudæorum in iis partibus degentium conuerſionem S. Ioannes aliiq; Apoſtoli prudenter initiò permiſerant, id nunc tandem, non in perpetuum eadem vrgente ratione, abdicarent; cùm præſertim ieiunium ſabbati aliaq; repudiarent, ne cum Iudæis conſentire vllo modo viderentur; eò res adducta erat vt in eos laturum ſe excõmunicationis ſententiam Victor minaretur, vt ad eiuſdem Victoris vitam XXVIII. Iulij dicemus. Tunc igitur S. Irenæus Lugdunenſis in Galliâ Epiſcopus, ne diriùm in Eccleſiâ conſtaretur ſchiſma, Victorem per litteras rogauit, zelo vt ſuo tantiſper moderaretur. Recitat earum litterarum partem Euſebius loco citato, quas & fratrum qui in Galliâ erant nomine ſcriptas teſtatur. Ita igitur, quod ad Polycarpum attinet, ſcribit inter alia Irenæus:*

quæ acriùs poſt agitata:

20 Preſbyteri ante Soterem, qui Eccleſiæ, quam tu iam regis, præerant, Anicetum dicimus, Pium, Hyginum, Teleſphorum, Xyſtum, neque ipſo eodem die quo Aſiani Paſcha obſeruabant, neque aliis poſt ſe vt ita obſeruarent permittebant; nihilominùs pacem concordiamque retinebant cum iis qui ad ipſos ab illis Eccleſiis vbi ita obſeruabatur veniebant. Et quid magis repugnare inuicem poterat, quàm vt ij obſeruarent, ipſi non? Neque tamen propter varium illum ritum vlli vnquam reiecti ſunt. Sed & Preſbyteri illi anteceſſores tui, eam Paſchæ celebrandi rationem non obſeruantes, iis qui in ſuis Eccleſiis eam ſeruabant, mittebant Euchariſtiam. Atque cùm B. Polycarpus, Aniceto Eccleſiam gubernante, Romam veniſſet; cumque ambo de aliis rebus inuicem paullùm eſſent collocuti, illicò ſumma inter eos conciliata conſenſio animorum eſt: at propter hanc cæremoniam, quæ caput erat totius controuerſiæ, nequaquàm caritatis vincula ruperunt. Neque enim Anicetus perſuadere potuit Polycarpo, vt non ea obſeruaret, quæ à Ioanne Chriſti Domini noſtri diſcipulo, aliiſque Apoſtolis, quibus conuixerat, obſeruata ſciret: neque Polycarpus Aniceto ſuaſit vt eumdem capeſſeret ritum, cùm diceret eum conſuetudinem Preſbyterorum, qui ante ipſum fuiſſent, debere retinere. Quæ cùm ita ſe haberent, inuicem tamen communicabant, fecitque Anicetus Polycarpo poteſtatem conficiendæ Euchariſtiæ, ob reuerentiam videlicet; & cum pace ab inuicem diſceſſerunt, & iis nempe qui ritum illum obſeruabant, & qui ſecus agebant, vniuerſæ Eccleſiæ pace fruentibus. *Hactenus Irenæus.*

etſi ſuum retinens morem, benignè à S. Aniceto Papâ exceptus:

21 *De rebus Romæ à Polycarpo geſtis agit iterum ex eodem Irenæo Euſebius lib. 4. cap. 13.* Dum Anicetus, *inquit*, Romanæ Eccleſiæ præerat, Polycarpum, qui adhuc erat in viis,

EX VARIIS. uis, Romam venisse, & cum Aniceto congressum, de quæstione quæ tum agitabatur quo die celebrandum esset Pascha, egisse, testatur Irenæus. Idemque aliam de Polycarpo narrationem tradit, quam ex tertio eius libro contra hæreses petitam, his quæ de eo relata sunt, necessariò putamus adiungendam. *Verùm eam nos potiùs ex veteri Irenæi interprete hìc dabimus. extat autem lib. 3. cap. 3.* Et Polycarpus autem, *inquit*, non solùm ab Apostolis edoctus, & conuersatus cum multis ex eis qui Dominum nostrum viderunt; sed etiam ab Apostolis in Asiâ, in eâ quæ est Smyrnis Ecclesiâ constitutus Episcopus, quem & nos vidimus in primâ nostrâ ætate: multùm enim perseuerauerat, & valdè senex glorioſissimè & nobilissimè martyrium faciens exiuit de hac vitâ. Hic docuit semper quæ ab Apostolis didicerat, quæ & Ecclesiæ tradidit, & sola sunt vera. Et testimonium his perhibent quæ sunt in Asiâ Ecclesiæ omnes, & qui vsque adhuc successerunt Polycarpo: qui vir multò maioris auctoritatis testis & fidelior veritatis est testis, quàm Valentinus & Marcion, & reliqui qui sunt peruersæ sententiæ. Is enim est, qui sub Aniceto cùm aduenisset in Vrbem, multos ex his, quos prædiximus hæreticos, conuertit in Ecclesiam Dei, vnam & solam hanc veritatem annuntians ab Apostolis percepisse se, quam & Ecclesiæ tradidit. Et sunt qui audierunt eum dicentem, quoniam Ioannes Domini discipulus in Epheso iens lauari cùm vidisset intus Cerinthum, exilierit de balneo non lotus, dicens quòd timeat ne balneum concidat, cùm intus esset Cerinthus inimicus veritatis. Et ipse autem Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti sibi & dicenti, Cognosce nos, respondit: Cognosco te primogenitum Satanæ. Tantum Apostoli & horum discipuli habuerunt timorem, ne verbotenus communicarent alicui eorum qui adulterauerant veritatem. *Hæc Irenæus. Verùm illa*, Quam (*veritatem*) & Ecclesiæ tradidit, *aliter apud Eusebium efferuntur, ipsis verbis Irenæi Græcè scriptis:* τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παραδεδομένην, quæ est ab Ecclesiâ tradita.

multos ibi ab hæresi conuertit

exemplo S. Ioannis,

auersatur congressum hæresiarchæ.

22 *Idem Irenæus in epistolâ ad Florinum, cuius extat fragmentum apud Eusebium lib. 5. cap. 19. quod ad Polycarpum eiusq; aduersùs hæreticos zelum spectat, ista scribit:* Ista dogmata Presbyteri qui ante nos fuerunt, quique erant ipsorum Apostolorum discipuli, minimè tibi tradiderunt. Vidi enim te, cùm adhuc puer essem, in inferiore Asiâ apud Polycarpum in Ecclesiâ splendidè versantem, & conantem ei te probare. Magis enim eorum recordor, quàm quæ nuper contigêre: (nam quas à pueris haurimus præceptiones, crescunt cum ætate, ipsique animæ quodammodò alligantur,) vt & locum possim dicere in quo considens disserebat B. Polycarpus, eiusque aduentum, & ingressum, ac vitæ modum, formam corporis, & sermones quos ad multitudinem habebat, & quem se habuisse cum Ioanne & reliquis qui Dominum viderant, vsum familiaritatemque referebat, quo pacto eorum sermones memorabat, & quæ de Domino ab illis audierat, deque eius miraculis & doctrinâ, vt quæ ab illis qui ipsi verbum vitæ oculis conspexerant, accepta referebat, sacris Scripturis consentientia. Hæc eo tempore per Dei misericordiam, quam erga me ostendit, diligenter audiebam, non chartæ ea, sed cordi inscribens; atque assiduè per Dei gratiam ingenuè ea rumino; possumque coram Deo testari, si tale quid audiisset beatus ille & Apostolicus Presbyter, exclamaturum fuisse, aureseque obturaturum, & pro suo more dicturum: O bone Deus, in quæ tempora me reseruasti, vt ista patiar? Profugisset sanè quidem ex eo loco, in quo sedens aut stans tales audiisset sermones. Atque ex epistolis eius, quas vel ad vicinas Ecclesias misit, vt eas confirmaret, vel ad quosdam fratres, vt eos vel admoneret vel hortaretur, hæc manifestò cognosci potuerunt.

Testis S. Irenæo, eius olim discipulo.

solitus exclamare auditis hæreticorum erroribus, & fugere.

23 *Quod infrà Saussaius tradit, Polycarpum tunc Massiliam appulsum, inde S. Pothinum ad Lugdunenses misisse, id neque firmare, nusquam nobis alibi lectum, neque refellere, animus est.*

§. IV. S. Polycarpi discipuli, Galliarum Apostoli.

24 *NEc solam Asiam, vrbemq; Romam, virtute suâ & eruditione illustrauit Polycarpus: sed Galliarum quoque populos ad salutem adducere per discipulos suos, quod per sese non poterat, laborauit. Vt meritò eum Andreas Saussaius Martyrologio Gallicano inscripserit; qui Galliæ patronus etiam inter mortales cùm esset, extiterit. hæc ergo de eo prædicat:* Natalis S. Polycarpi Apostolorum * virorum Principis; qui ex Asiâ Romam cùm peteret, Massiliam appulsus, inde B. Pothinum primum Lugdunensem Episcopum & Martyrem, eò semina gratiæ sparsurum; deinde redux & Irenæum eius in episcopatu successorem, itidemque iuratum Christi testem, Galliam in Celticam legauit: Benignum ad Lingonenses, Andochium & Thyrsum ad Æduos, Andeolum ad Viuarienses, salutis nuntios destinauit. Dionysio vt apostolatum Galliarum susciperet persuasit, cui suppetias sæpe sæpius transmisit: eoque euecto ad supernos triumphos, curam gessit teneræ adhuc huius Ecclesiæ præcipuam. Cui ex Oriente paterno affectu intentus, de subsidiis & præsidiis opportunis prospexit, illamque Apostolicâ planè vigilantiâ eduxit, per summissos successiuè auxiliarios, ex ephebis: quibus beneficiis inter Galliæ Apostolos vt primarius haberetur, iure promeritus est. Quapropter & ab ipsis susceptæ religionis primordiis nomen eius apud Gallos in veneratione fuit, natalisque eius hodiernus consueuit magno honore iam pridem celebrari, sicut graui testificatione prodidit B. Gregorius Turonensis. Seruantur porrò Lutetiæ Parisiorum in basilicâ S. Ioannis in Grauiâ aliquot veneranda pignora eiusdem sancti Martyris in pretiosâ lipsanothecâ, quæ super summum altare cernitur collocata: in quâ os ex brachio apparet vstulatum, vt certum sit indicium, ex eius esse reliquiis, quas Christiani illius agonis inspectores, de rogo post eius funera rapientes extulerunt. *Idem Saussaius in Supplemento Martyrologij:* In agro Narbonensi, monasterio S. Polycarpi, veneratio eiusdem Martyris, Galliarum curatoris ab eluescente Euangelio primarij.

* *an fortè nostrorũ?*

Missi à S. Polycarpo in Galliam discipuli, viri Apostolici complures:

25 *Meritò quidem sancti illi viri nobilissimam Gallorum gentem vt Euangelij luce collustrarent laborarunt, seruaturam fidei decus inuiolatum etiam post funestas illius in Græciâ atque Asiâ ruinas. Et qui Acta sanctorum Martyrum Lugdunensium, de quibus 2. Iunij agemus, apud Eusebium lib. 5. cap. 1. euoluerit, reperiet inter eos Attalum Pergamenum, & Alexandrum Phrygem, atque alios fortassis Græcæ Asiaticæue originis. Sed, vt alia omittamus, quæ nondum discussimus, de S. Dionysij apostolatu, de quo IX. Octobris, de aliis submissis post eius mortem viris Apostolicis, quod præcipuè à Romano Pontifice curatum nouimus, cui tamen fortassis ex Asiâ operæ aduenêre, quas in vineam Domini mitteret; at S. Pothinum tunc esse Lugdunum missum, cùm Romam venit S. Polycarpus ad Anicetum Papam extremis Antonini Pij temporibus, haud facilè fortasse quis credet. Nam Eusebij lib. 5. cap. 1. & S. Hieronymi lib. de Script. cap. 35. testimonio constat, S. Pothinum fuisse, cùm obiit M. Aurelij Imperatoris, ac S. Eleutheri Papæ temporibus, nonagenario maiorem: vt oportuerit eum si S. Polycarpum Romam comitabatur, tum septuaginta minimùm annos natum fuisse, minusq; ad eiusmodi Apostolicam expeditionem idoneum: nisi si solùm Antistite & Doctore egebant Lugdunenses iam anteà conuersi, eumq; poposcerunt à Polycarpo, aut Aniceto Papâ.*

dubium an S. Pothinus:

26 *Ast* Irenæum *S. Polycarpi fuisse discipulum constat tum Eusebij auctoritate lib. 5. cap. 6. tum ipsius Irenæi verbis superiùs ex epistolâ ad Florinum citatis. Idem scribit S. Hieronymus de* Scriptorib. *cap. 35.* Constat, *inquit*, Polycarpi Sacerdotis & Martyris fuisse discipulum. *At de S. Irenæo plenius agemus XXVIII. Iunij.*

ac S. Irenæus Episcopus.

27 *Alios Polycarpi discipulos, Apostolos Galliarum, recenset Halloix cap. 11. vitæ S. Polycarpi.* Benignum Episcopum, Andochium Presbyterum, Thyrsum Diaconum, Andeolum

lum Subdiaconum, & Felicem. *Et de Benigno quidem Vsuardus, cui Romanum Martyrologium congruit, ista habet 1. Nouembris:* Apud castrum Diuionem S. Benigni Presbyteri, qui missus à B. Polycarpo ad prædicandum Galliam, postquàm est à Terentio Comite grauissimis tormentis multipliciter afflictus, tandem collum eius vecte ferreo tundi & corpus lanceâ forari iubetur. *Atque in Actis S. Benigni, ipse sanctus Martyr Iudici quærenti ex quâ regione esset, aut quod illi nomen, ita respondet:* Ab Oriente venimus ego & fratres mei, quos tu occidisti, à S. Polycarpo missi, vt verbum Dei & nomen Christi, quod est incorruptum, gentibus annuntiaremus, vt lux quæ illuminat omnem hominem, id est, Christus è cælo missus, omnibus patescat. *Quæ porrò Vsuardus, eadem Ado cæteriq; de Benigno tradidêre.*

S. Benignus Presbyter,

28 De Andochio, Thyrso, & Felice, *idem Vsuardus XXIV. Septembris:* Augustiduno, natalis S. Andochij Presbyteri, Thyrsi Diaconi, & Felicis, qui à B. Polycarpo Episcopo ab Oriente directi ad docendam Galliam, sub Aureliano Principe sunt glorioßissimè coronati. Siquidem flagellis cæsi, in vltimo totâ die inuersis manibus suspensi, in ignem missi, sed non combusti, tandem vectibus colla feriuntur. *Suo tempore disquiremus, quis ille* Aurelianus *fuerit: non potuit certè Imperator Aurelianus esse, qui toto seculo & quod excurrit Polycarpo iunior fuit. At* S. Felicem *Acta non socium, sed hospitem Sanctorum fuisse tradunt. Saussaius* negotiatorem Orientalem *facit, virum egregiè pium: an fortassis aliquando in Asiâ S. Polycarpi institutione ad virtutem eruditus?*

SS. Andochius & Thyrsus,

29 De S. Andeolo *Kalendis Maij idem Vsuardus:* In Galliis territorio Viuariensi, B. Andeoli Subdiaconi, quem misit ab Oriente S. Polycarpus, vnà cum aliis ad prædicandum verbum Dei in Galliam: cuius prædicatione Imperator Seuerus compertà, spinosis fustibus crudelissimè flagellatum in carcerem trudi præcepit: & sic demum ab ense ligneo in crucis modum caput eius scindi. *Eadem in Martyrologio Romano aliisq; narrantur.*

S. Andeolus.

30 *De his aliisq; in diuersas prouincias missis à Polycarpo discipulis, ista superiùs XVII. Ianuarij VVarnaharius in Actis Sanctorum Tergeminorum cap. 1. scribit:* S. Polycarpus doctrinâ beatissimi Ioannis Apostoli & Euangelistæ perfectè instructus, Spiritu sancto repletus, fidei ducatu cupiens Christi militiam ampliare, per diuersas mundi partes suos dirigebat discipulos, verbũ Domini nostri Iesu Christi gentibus fiducialiter prædicare ..... sanctos Dei Sacerdotes, id est, Andochium & Benignum Presbyteros, & Thyrsum Diaconum illuc (*ad Galliarum prouincias*) prædicationis caussâ destinauit, viros scilicet virtutibus præstantissimos, in Dei amore diffusos, ... Qui viri tres obedientes sanctis monitis, nauiculam ascendentes, Sanctis Sanctus valedicens Polycarpus ita tradidit in mandatis: Ite viri fortes in fortitudine Christi fortiter dimicantes, per sanctam Christi confessionem plures commilitones acquirite, cum quibus de victoriâ triumphantes, nomen & dignitatis gloriam possitis adipisci sempiternam. Fructus laboris vestri multiplici opulentiâ cumulentur: iustorum Paradisi sedes per vos plurimùm de sanctarum animarum adquisitione lætentur. His & aliis multis eos S. Polycarpus prosequebatur orationibus.

Præcepta ab eo illis data.

31 *Quòd hi verò in vitâ* S. Patientis *8. Ianuarij nu. 4. ab ipso S. Ioanne missi in Gallias dicuntur, ita est accipiendum, quòd à Polycarpo, quem Smyrnæ Episcopum constituerat, totiq; Asiæ, vt S. Hieronymus loquitur, principem præfecerat Ioannes, ad munus Apostolicum delecti, missiq; in Occidentem sint. Alioquin S. Irenæum, qui ibi quoque memoratur, satis perspicuum est ex eius scriptis suprà citatis, à Ioanne missum non esse, neque natum fuisse cùm è viuis raptus est Ioannes. Quòd verò* totius Asiæ princeps *fuisse S. Polycarpus dicitur, an senij reuerentiâ, an sanctitatis opinione, an prærogatiuâ eruditionis, quam etiam S. Dionysius, etsi eo longè senior suspexit, an ordinariâ aliquâ illi Sedi à principio traditâ auctoritate, an ex traordinariâ ac veluti delegatâ potestate, non disputamus.*

Non ij à S. Ioanne missi.

32 *Quòd Eusebius lib. 2. cap. 17. commemorat, ex S. Clem. Alexandrini libro qui* Quis diues saluandus *inscribitur, de adolescente, quem Ioannes è Patmo Ephesum reuersus, vicinæ cuiuspiam vrbis Episcopo commendauit: qui probè fidei mysteriis institutus ac baptizatus, mox etiam confirmationis sacramento communitus, tamen improborum lenociniis ad scelerum tandemq; latrocinioru:n societatem pertractus fuit, sed pòst ab Apostolo reuocatus ad frugem; id Halloix noster Polycarpo tribuit, vt is ille Episcopus fuerit, dexterior in instituendo quàm vigilantior in custodiendo fouendoq;: duplici probat argumento, primùm quòd non alia vrbs episcopalis fuerit Epheso vicinior quàm Smyrna; secundò quòd Chronici Alexandrini auctor scripserit Smyrnensi Episcopo fuisse illum adolescentem à Ioanne commendatum, qui non alius tunc fuerit quàm Polycarpus. Id ad S. Ioannis vitam 27. Decembris opportuniùs examinabitur. Satis est id hìc dixisse, an is Polycarpus fuerit, non manifestò liquere.*

Ex variis.

An Polycarpi discipulus fuerit iuuenis, quidam latroni Apostolo reuocatus ad frugem;

33 *Ast in Violâ Sanctorum olim Hagenoæ excusâ prorsus infame & non tolerandum mendum; ita enim habet:* S. Polycarpi Episcopi natale apud Smyrnam, qui fuit discipulus B. Ioannis Apostoli & Euangelistæ, qui fecit eum Patriarcham totius Asiæ, & commisit eum septem Ecclesiis in Asiâ. Hic creditur fuisse ille iuuenis quem S. Ioannes sub deposito cuidam Episcopo commendauit: quem postmodùm principem latronum factum in propriâ personâ reperit, & ipsum ad veram pœnitentiam reduxit: qui tantùm profecit vt ei totam Asiam commiserit. *Si vidisset, qui illam Violam collegit, quam hic damus vitam S. Polycarpi, didicisset sanctißimam eum à primâ ætate vitam duxisse, non modò à latrociniij scelere abfuisse quàm longißimè. Nec scribit S. Clemens iuuenem illum postea factum Episcopum, sed solùm de S. Ioanne ait:* ὁ πρότερον ἀπῆλθεν. ὧς φασι, πρὶν αὐλὸν κατέχησε τῇ Ἐκκλησίᾳ. Non priùs discessit, vt fertur, quàm eum Ecclesiæ restitueret. *Christophorsonus vertit:* quàm illum Ecclesiæ ministerio præfecisset.

non fuit saltem is Polycarpus ipse, vt quidam vitiosissimè scribit.

§. V. S. Polycarpi reliquiæ.

34 AGit Halloix noster cap. 13. de S. Polycarpi reliquiis, quas Smyrnæi Christiani diligenter collegerunt. Sed vbi nunc eæ sint, *inquit,* me latet. *Iacobus Breullius lib. 3. Antiquitatum Parisinarum scribit in parochiali ecclesia S. Ioannis in Gruiâ Parisiis supra maius altare spectari argenteam capsam inauratam, in quâ feruntur ossa quædam SS. Polycarpi & Ignatij Episcoporum & Martyrum asseruari. Idem testatur Saussaius præcedenti §. nu. 24. citatus. qui S. Polycarpi os vstulatum ait apparere, certumq; id putat indicium, ex eius esse reliquiis.*

S. Polycarpi reliquiæ aliquæ Parisius,

35 *Franciscus Maurolycus inter reliquias quæ olim apud Rhodum, nunc in Melite insulâ asseruantur, recenset* caput S. Polycarpi Episcopi. *Octauius Pancirolus in Thesauris absconditis almæ Vrbis, regione 5. eccles. 2. scribit excitatá ab impio Leone Isaurico contra sacras imagines Sanctorumq; reliquias persecutione, inter profugos ex Oriente monachos, sanctimoniales duas fuisse, quæ cùm alia Sanctorum pignora, tum S. Polycarpi quædam Romam attulerint; eaq; asseruari in ecclesiâ S. Mariæ in Campo Martio, & quædam in nonnullis aliis ecclesiis Romanis.*

aliquæ Romæ.

VITA AVCTORE PIONIO,

è veteri Græco MS. primùm edita.

CAPVT I.

S. Polycarpi adolescentia sub Callistûs clientelâ.

Prologus auctoris.

1 SVperiora repetam dicendo, atque ab eo tempore sumam exordium, quo Smyrnam Paulus venit, quemadmodùm in vetustis codicibus reperi; dein ordine prosequens sermonem, ad rerum à B. Polycarpo præclarè gestarum narrationem descendam.

2 Die-

AVCTORE PIONIO, EX MS. GRÆCO.

2 Diebus azymorum è Galatiâ veniens ingreſſus eſt Aſiam Paulus, aliquam Smyrnæ, poſt plurimos labores, apud fideles arbitratus ſibi requiem in Chriſto fore; atque inde Hieroſolymam profecturus. Diuertit igitur Smyrnæ ad *a* Stratæam, qui eius in Pamphyliâ fuerat auditor, eratque *b* Eunices filius, filiæ Loidos: hæ ſunt illæ quarum ſcribens ad Timotheum ita meminit: Fidei, quæ eſt in te non ficta, quæ & habitauit primùm in auiâ tuâ Loide, & matre tuâ Eunice: vt hinc intelligere liceat, fratrem fuiſſe Timothei Stratæam. Huius igitur vtens hoſpitio Paulus, ad ſe fideles conuocauit, deque Paſchâ & Pentecoſte diſſeruit, admonens eos de noui Teſtamenti ſacrificio in pane & vino, idque omnino peragi diebus azymorum ſolenniter oportere, & retineri nouum Paſſionis & Reſurrectionis myſterium. Quibus verbis viſus eſt docere voluiſſe Apoſtolus, neque extra Azymorum tempus celebrandum eſſe Paſcha, vt quidam hæretici faciunt, præſertim *c* Phryges, neque verò neceſſarium eſſe vt decimaquartâ Lunâ peragatur, cùm omnino decimam quartam ne nominarit quidem, ſed ſolùm Paſcha azymorum, confirmans euangelium Pentecoſtes.

Smyrnæ degit Apoſtolus Paulus:

a

b 2. Timot. 1. 5.

c

3 Poſtquàm inde diſceſſit Apoſtolus, ſuſcepit docendi munus Stratæas, & alij quidam cum ipſo, quorum nomina prout reperire potuero, & qui qualeſue extiterint, exponam. At quod nunc quidem attinet, ad Polycarpum propero. Cùm eo tempore Smyrnæ Epiſcopus eſſet *d* Bucolus, mulier quædam iſthic degebat religioſa ac Deum timens, boniſque aſſiduè vacans operibus, Calliſto nomine. Ei adſtitit in nocturnâ viſione miſſus à Deo Angelus, dixitque: Calliſto, ſurge & abi ad portam quæ Epheſiaca dicitur: cumque paullulùm progreſſa fueris, obuiàm tibi venient viri duo, ſecum puerulum ducentes, nomine Polycarpum: quære num venalis ſit: iiſque annuentibus, da quod poſtulauerint pretium; atque eum tecum aſſume: ducit autem is genus ex Oriente. His auditis Calliſto, cui cor metu gaudioque ſubſiliebat, experrecta reſedit & continuò ſurrexit, neque ſegniter quod ſibi imperatum fuerat peregit; at feſtinatò ad dictam portam cucurrit, reperitque vt Angelus prædixerat: ac ſuſceptum puerum domum duxit, & gaudebat honeſtè illum educans, & cæleſti erudiens diſciplinâ. Stupebat verò illius intuita præclarum ac moderatum ingenium, atque ad omnem pietatem accommodatum. Erat ergo illi indulgentiâ quadam materni affectus filius, & dignitate inter domeſticos, cùm iam ætate adoleuiſſet, omnium facultatum eius diſpenſator; nam & claues ei omnium cellarum in manus tradiderat.

Epiſcopus iſthic S. Bucolus.

d

Calliſto ab Angelo monita.

S. Polycarpum è ſeruitute redimit;

adminiſtrationem domus ei committit:

4 Cùm deinde contigiſſet, vt ea aliquamdiu abeſſet domo, peregrè profecta, familiæ totius cuſtodem reliquit Polycarpum. Egredientem verò illum vt domeſticis alimenta miniſtraret, ſequebantur viduæ, pupilli, & plurimi è vicinis, quotquot inter Chriſtianos mendici erant, petebantque ab eo ſtipem, hic triticum, vinum ille, alius oleum, & quo quiſque egebat. Ille verò qui à primâ ætate beneficentiæ hauſerat diſciplinam, Deique præcepta in cordis animæque tabulis, à Spiritu ſancto, Dei digito, inſcripta habebat, omni poſcenti largiebatur. Quod cùm ille faceret, omnes ſenſim vacuauit apothecas, liberaliter indigentibus tribuendo.

diſtribuit hic omnem annonam pauperibus:

5 Cùm poſt aliquod tempus domum reuertiſſet Calliſto, accurrens quidam domeſticorum, Tu quidem, inquit, Domina, vernas tuos omnes nihili faciens, adoleſcenti iſti, qui ex Oriente venit, tua omnia credidiſti. Ille verò poſt tuum abitum cuncta penitùs domo exportauit, nihil vt intus relictum ſit. Illa graui hac delatoris voce perculſa (poteſt enim calumnia etiam tranquillam ſedatamque mentem commouere, præſertim ſi pecuniæ atque opum damna inculcat) animo vehementer commota eſt, & bile repleta, eam maximam rata calamitatem, ſi pius ille atque à Deo ipſi donatus, luxuriosè cuncta diſſipaſſet: neque enim adhuc ſciebat, in quem vſum ea ille vertiſſet. Quare variæ illi ac multiformes oboriebãtur cogitationes. Confeſtim ergo Polycarpum proprio nomine euocat. Obaudienti, ait: Claues cedo cellarum. Profert eas, oſtiaque aperit. Illa intrat omnia inſpectura, & videt admirabile prodigium magnificentiæ Domini Ieſu Chriſti. Nam ante eam ingreſſus Polycarpus ingemuit & orauit, dicens: Domine Deus, Pater dilecti pueri tui, qui præſente Prophetâ tuo Eliâ vaſa Sarephthinæ viduæ repleuiſti, exaudi me, vt in nomine Chriſti omnia plena inueniantur. Inuenta ſunt plena omnia, adeò vt illa exiſtimans ſibi illuſiſſe accuſatorem, grauiter ei irata, iuſſerit per quempiam ex domeſticis eum accerſiri. At præoccupans Polycarpus, aperuit ſe, dicens: Ne, quæſo, pro me alium iniuriâ afficias. Mihi potiùs infer, quas illi paras plagas. Non ille tibi impoſuit: ſed laude potiùs dignus pro ſuâ in dominam beneuolentiâ. Ego verò, at non malè, ſed in mendicos, tua profudi. Deus & Pater benedicti Ieſu Chriſti & eſurientes repleuit, & miſit Angelum ſuum, tuaque tibi reſtituit, vt & tu haberes, quod iuxta tuam conſuetudinem largireris pauperibus. His viſis auditiſque obſtupuit Calliſto, ac magis magiſque deinceps fidei bonis operibus dedita, Polycarpum quoque filium adoptauit, tandemque in Chriſto mortua eſt, Polycarpo omnium facultatum ſuarum hærede inſtituto.

precibus cellas replet. 3. Reg. 17.

inſtituitur heres omnium bonorum à Calliſto.

insimulatur prodigalitatis:

a *Hunc quidam tradunt Smyrnæ ante S. Bucolum fuiſſe Epiſcopum, vt teſtatur, nec tamen probat Halloix noſter in Notat. ad cap. 7. vitæ S. Polycarpi, litterâ i.*

b *De his egimus 24. Ianuar. ad vitam* S. Timothei *auctore Metaphraſte cap. 1*

c *De* Phrygum *hæreſi, M. Aurelij temporibus exortâ, auctore Montano, agit Euſebius lib. 4. hiſt. cap. 26. & fusè Baronius an. 173. num. 1. & ſeqq.*

d *Colitur* S. Bucolus *6. Febru.*

CAPVT II.

Mores & ſtudia iuuentutis. Cælibatus.

6 POſt Calliſtûs deceſſum, magnos in fide Chriſti, ſanctaque conuerſatione progreſſus fecit Polycarpus: atque ex Orientali radice, pro indefeſsâ ſuâ & exemplari induſtriâ, florem protulit, vnde meritò quis bonum *a* fructum prouenturum poſſit augurari. Sunt enim ſtudioſi cumprimis, & diuinis ſcriptis dediti, qui Orientem incolunt. In Aſiam autem ductus, ac Smyrnam Dei nutu aduenies, diſcenſque incolarum mores, & ab iis ſeſe quàm longiſſimè ſeiungens, intellexit cuiuis ſeruo Dei mundum hunc omnem diuerſorium eſſe, patriam verò cæleſtem Hieruſalem: hic conſtitutos nos eſſe, vt commoremur ad tempus, non vt perpetuò habitemus, ſed velut hoſpites & aduenas eſſe. Et iſta quidem expendens ſingulari quadam & diuinâ prudentiâ, die ac nocte ſeipſum totum omnino velut ſanctificatum holocauſtum offerebat Deo, exercens ſeipſum in ſacrarum Scripturarum myſteriis, aſſiduiſque precationum veluti victimis, atque erga omnes ſuæ opis egentes, vel induſtriæ vel largitionis ſtudio, inque victu parſimoniâ ac frugalitate; cibis enim præſentibus, vilibus minimeque operoſis vtebatur: veſtitu autem, quem ſolus vſus poſceret, qui propulſando frigori & modeſto corporis ornatui eſſet opportunus.

a

Prudenter æternum à perituro diſcernit,

deditus orationi & eleemoſynis,

parcus in cibo & veſtitu.

7 Vt plurimùm non in publico & illuſtri loco verſabatur, neque vnde vllam à ſpectantibus referre laudem poſſet. Temporis partem maximam vel domi exigebat, vel in ſuburbiis, in quibus tumultum popularem effugere didicerat. Neceſſarius eſt enim profectò animæ quietus & ab omni malo immunis viſus atque auditus: quamquàm erat ipſe ſatis quidem ab his tutus, tum eximiâ animi prudentiâ, tum totius conformatione corporis. Erat enim ei inceſſus etiam adoleſcenti grauis ac propè ſenilis, virilis aſpectus, liber omni affectu erga ea quæ in hac vitâ cernuntur. Si qui, vt fit, occurrentium in eius vultum defigerent oculos, rubore ſuffundebatur, conciliabatque ea illi reuerentiam verecundia. Rubro enim

in moribus grauis:

enim colore corporis veluti per ſpeculum, ſapientum perſpiciuntur animæ. Solebat verò aduentantes & congredi cupientes, ſi vani eſſent ac nugaces, quoad eius fieri poterat, declinare ac defugere, veluti cuipiam ſerio negotio intentus, non aduerteret ad obuios animum. At ſi contingeret eum cogi cum iis colloqui, ſolùm ne videretur eos deſpicere, cùm paucis reſpondiſſet, ſilebat. Talis erat erga eos à quibus nullus ſperari fructus poterat. Malos verò, veluti canes rabidos, ac feras agreſtes, aut venenatos ſerpentes, vitabat. Meminerat enim Diuini illius pronuntiati: Cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, cum peruerſo peruerteris. Si qui verò ei prodeſſe valerét, eos plurimùm frequentabat, præſertim ex quorum non verbis ſolùm, ſed & actionibus percipere vtilitatem poſſet.

conſortium improborũ fugit;

Pſal. 17. 26. & 27.

bonorum amat:

8 Si quando ex agro in vrbem reuertens incideret in quoſpiam ligna portantes, præſertim ſenes, compatiebatur eorum labori, vnáque incedens ſciſcitabatur, an ſimul atque in vrbem veniſſent, venditurí ea eſſent ligna: cumque dicerent ſæpe ante veſperam non poſſe ea diuendi; perſoluto iis pretio, ad viduas prope portam habitantes ligna ferri curabat, his eorum vſum impertiens, illis victus opportuni beneficium.

ſenibus inopibus cõparitur.

9 Cùm ad virilem peruenisſet ætatem, mulcò etiam ardentiori ſtudio complexus eſt pietatem. Cognouit enim quàm proprium id ſit innoxiæ libertati, quæ paucis obtingit illa quidem, ſed iis præcipuè qui non ſeruiles nec impeditas animæ alas accepêre à Deo, tribuente iis facilem in terrà conuerſationem. Neque terræ adſtrictus eſt Polycarpus coniugij vinculis. Nam nemo vnus eſt noſtrûm, qui non iis rebus egeat, quæ ſunt ad vitam ſuſtentandam neceſſariæ: egent verò ij maximè, quibus ſumptuoſa & ſtudioſa ornatus deducta domum eſt cõiux. Quæ verò ex eâ naſcantur contentiones ac moleſtiæ, probè conſiderarat; vt nimirùm difficile ſit iis qui hoc alligati ſunt iugo, pacificam ac tranquillam vitam viuere. Nam ſi incontinens illa ſit, tum verò, vt Salomon ait, zelotypiâ mariti torquetur animus; ſi temperans, ſuperbit ac faſtu intumeſcit: adeò vt multò optabilius ſit in ſolitudine vitam agere, quàm cum muliere litigioſâ & loquace. Omnino autem nulla vitæ pulchritudo abſtrahere animum illius à cæleſtibus potuit. Solebat autem dicere: Pſal. 44. 3. Rom. 10. 15. Specioſa Chriſti verba, & Prophetarum & Apoſtolorum. Specioſus formâ præ Filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis. &, Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium bona! Expenderat quoque quid nutriendorum liberorum ſollicitudo, quid nepotum ac poſterorum cura, quid ſeruorum & familiæ ratio poſcant; quàm multis indigeat, qui illis implicatus eſt: quàm multas exſorbere eum difficultates ac moleſtias oporteat, quantam gerere curam conuerſationis ipſorum: quantò, ſi liberi ægrotarint, angi metu; ſi deceſſerint, mœrore cruciari. Tum alia per omnem vitæ decurſum pericula: nam per omnes vitæ gradus, adoleſcentibus aliqua iudicij mutatio accidit, natiuo calore, inſtar muſti, ipſo quodam vigore ac temperie ætatis efferueſcente, & ſecernente magiſque ac magis purgante materiam; frenumque & habenas, vt equi ſubiugales, exĉutere moliuntur: donec moderatrix & inſpectrix mens, ratione ac iudicio veluti freno compeſcat, reprimat, ac coerceat illum veluti hinnitum fremitumque naturæ, vagum illum & irrationalem impetum ordine modoque conſtringens. Agit verò iſtæc animus & præualet, quando eum Diuina quædam ſapientia ac vis ſanctique Spiritus præſentia illuſtrârit. Pſa. 50. 12. Ideò precatur diuinus Dauid, dicens: Spiritum rectum 14. innoua in viſceribus meis. Spiritu principali confirma 13. me. &, Spiritum ſanctũ tuum ne auferas à me. Apoſtolus verò ait: Spiritu ambulate, & deſideria carnis ne perficite. Gal 5 16.

Eligit vitam cali-bem, & quibus motus rationibus:

a *Alludit ad vocem* Πολύκαρπος, *qua* copioſum fructum *ſignificat.*

CAPVT III.

AVCTORE P. ONIO, ex Mſ. GRÆCO.

Diaconatus. Doctrina Chriſtiana.

10 RElíquum eſt vt epiſcopatus illius curſum explicemus, quâ ratione eum geſſerit, quâ ad eum peruenerit, vt & ipſi imitatores eſſe diſcamus diuinitus electorum Sacerdotum! Bucolus eius deceſſor eum vnicè diligebat, & maximi ſemper indè à primâ ætate fecerat, & quam de eo conceperat, ſpe exultabat, vti lætari filiorum probitate parentes conſueuerunt, quòd prudentes nacti ſint ſuarum facultatum heredes. Ipſe quoque mutuum Bucolo affectum rependebat, eum vt parentem reuerebatur, non fucatis ſermonibus, nec omnino vnâ vice ac ſubitò conciliatâ inuicem caritate, ſed ſenſim ac tacitè. Aſpernabatur enim eos qui dicunt: Nouerat tempora opportuna, vt neque faſtidium afferret, neque ſemper eadem placitura exiſtimaret. Domum quidem aut munus aliud neque hic illi, valenti etiam aliis ſubuenire, largiri ſtuduit, neque Bucolus accipere. Nam proprium hic lucrum cenſebat, addleſcentis erga egentes promptitudinem: is verò Domini Ieſu præceptum decenter exequebatur, tribuens non valentibus remunerari: cùm quidam artificio quodam honorem venentur, Luc. 6. 35. maioremque minori quodammodò mereari appetant.

Amatur à S. Bucolo Epiſcopo;

ob benign. indolem;

11 Erat igitur Polycarpus vti olim Iacob ſimplex ac rectus, & cuncta ſine vllâ ambitione ac ſuperbiâ agebat. Gen. 25. 27. Clarus autem erat corporalium obſequiorum operibus, quæ ipſemet obibat, cibum ceteraque neceſſaria affatim largiens indigentibus. Bucolus verò ea non ex ipſo audiebat Polycarpo, ſed ex iis qui eius fuerant beneficentiæ participes. Vt enim probis hominibus ineſt indefeſſa quædam ad benefaciendum promptitudo; ita & quibus ij benefecerint, aſſidua ex ipſo beneficio naſcitur gratitudo. Contigit quoque vt multi infirmi & dæmoniaci, per gratiam ei cælitus collatam, incolumitatem recuperarent, & Chriſtum glorificarent, gaudio geſtientes. Multa quoque ab eo rectè geſta, ipſe ſuis oculis vidit Bucolus. Intelligens igitur verè eum Eccleſiaſtico ordine dignum eſſe, propter ætatis necdum ſatis prouectæ imbecillitatem, in Diaconorum gradu primùm eum conſtituit, vniuersâ ſuffragante Eccleſiâ. Beatus ipſe reuerà, qui dignus fuerit manum imponere ſancto illi capiti, & ſuo ore benedicere tali animæ. Eſt enim ritè electorum ordinatio probata & legitima, apud homines irreprehenſibilis, conſcientiæ innoxia, cauſſaque tranquillitatis & lætitiæ, quæ fit ab iis qui ſunt in diuini officij munere collocati, per fidem in Deum.

eleemoſynam,

& dona curatiua

ordinatio Diaconi.

12 Diaconus igitur fuit, ſuis probatus operibus, vt inter eos qui ab Apoſtolis electi fuêre, Stephanus; ac pollens ſermone, & benefactis ornatus, cum libertate Gentiles, Iudæos, hæreticos confutabat. Crebrò autem eum admonens & adhortans Bucolus, vix tandem perſuaſit vt Chriſtianam fidem publicè doceret, & in eccleſiâ catecheſeos ſermones haberet, (hic eſt enim traditus à Chriſto, veluti principium rectæ doctrinæ, Eccleſiaſticus Catholicus canon) & myſteria ſufficienter interpretaretur, quæ multis occulta. Quæ dein ita perſpicuè expoſuit, vt teſtarentur auditores, ſe non ſolùm ea audire, ſed quodammodò oculis intueri. Multa verò ab eo ſcripta fuêre, homiliæ & epiſtolæ; quæ in perſecutione, illius excitatâ temporibus, in quâ & ipſe martyrium ſubiit, ab impiis diſperſa ſunt. Cuiuſmodi verò illa extiterint, ex iis quæ reperta ſunt licet agnoſcere, inter quæ eſt epiſtola ad Philippenſes planè inſignis, quam a idoneo loco reponemus.

Act. 6. 5.

Catechezat, varia nouorum generat;

claret ſcriptis:

a

13 Quod verò ad doctrinam attinet; illud præcipuè curabat, vt auditores ſcirent Deum omnipotentem, inuiſibilem, immenſum; qui dignatus eſt proprium Verbum ac Filium è cælis mittere, vt hominem induens & verè Verbum incarnatum, propriam creaturam ſaluaret: qui & iuxta Prophetarum vaticinia ex purâ & immaculatâ

inculcat myſterium SS. Trinitatis & Incarnationis.

AVCTORE PIONIO, EX MS. GRÆCO.

Virgine & Spiritu ſancto generationis multis incomprehenſibile myſterium compleuit, & pati quoque pro hominum ſalute ſuſtinuit; quemadmodùm per Legem & Prophetas ipſe de ſe Chriſtus, & de Filio Pater prænuntiarat: quem & Deus ſuſcitauit à mortuis, & viderunt diſcipuli talem in corpore qualis & ante Paſſionem fuerat, & ſpectarunt deinde in lucidâ nube aſcendentem ad cælos in eodem ipſo *b* corpore, in quali Adamum ante lapſum creauerat. De Spiritu ſancto & dono Paracleti, ceteriſque chariſmatibus, oſtendit ea non percipi extra Catholicam Eccleſiam, quemadmodùm neque membrum à ceteris abſciſſum virtutem vllam retinet; varia in eam rem congerens ex ſacris litteris; quale illud Danielis: Regnum eius alteri populo non tradetur. & in Euangelio: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ; & alia his ſimilia.

Matt. 20. 18. Iſa 53. Zachar. 13.

b ſanctitatē Eccleſiæ Catholicæ,

Dan. 2. 44. Luc. 10. 42.

14 Si ad continentiam & virginitatem hortaturus erat concionem (vt eſt laudabile non ex neceſſitate aut alieno imperio, ſiue parentum ſiue dominorum, ſed ex propriâ cuiuſque electione, & prompto animo, voluntarium certamen ſubire) dicebat pudicitiam eſſe veluti futuri immortalis regni prænuntiam, ipſamque vocem *c* ἐυνυχίαν, id eſt, continētia, inde effoꝛmari quòd εὔνοιαν ἔχει *d* beneuolentiam habeat & fauorem magnum apud Dominum. Παρθενίαν verò, id eſt, virginitas, quaſi ὡδὸν τῶ θεῶ, *e* quòd quæ à Deo cogitantur, eadem & illi qui eiuſmodi continentiam ſectantur cogitent. Incendium enim carnis perimunt qui talem vitam degunt. Monogamiam verò, ſiue vnius cum vnâ coniugium, ex ipsâ oſtendebat hominis conditione, quòd vna vni creata ſit, quare & ad virum deducta eſt virgo, ſiue παρθένον; conſentaneo appellata nomine: cuius prior pars quaſi ὡδὸν θεοῦ, à Deo, poſterior ἑνὸς, vnius, nempe viri. quodque primus Lamech ex Cain ducens originem duas ſibi accepit vxores. illud verò ſibi accepiſſe, indicat non ex Dei voluntate id fieri. Polygamiam igitur dicebat, nomen quidem γάμου, id eſt, matrimonij habere, eſſe verò honeſtâ laruâ ornatum adulterium.

excellentiam caſtitatis,

c

d

e

in monogamiâ

Gen. 4. 19.

15 Dicentibus ei Gentilibus quibuſdam, difficile nimis & oneroſum eſſe apud Chriſtianos imperium in appetitus obtinere, reſpondit ſtultum eſſe exiſtimare iſta ab hominibus propriâ geri virtute, cùm omnia efficiat Dominus, & magnis ſuis habenis flectat appetitum. Tres dein modos fidelibus propoſito, caſtitatis expoſuit; excluſit autem & penitùs eliminauit fornicationem: Reginam atque Imperatricem oſtendit pudicitiam eſſe. Nam cùm ceteri mortales vagos, nulliſque limitibus circumſcriptos, & temerè ruentes ſequantur ſuarum impetus cupiditatum, atque inſtar equorum inſanâ ferātur libidine, & veluti hinniant ad alienas coniuges; ij ſoli qui cæleſtem Legem, & Verbum Dei vindicem & propugnatorem omnium cum timore Iudicē expectant, vnius contenti ſunt thoro, ad liberorum ſuſceptionem. Mulieres quoque ad vnicum reſpicere virum virginitatis ſuæ docentur.

Philip. 4. 13.

apud Chriſtianos non difficili,

16 Secundus pudicitiæ gradus viduitas eſt, priorem longè ſupergreſſus. Neque enim prius illud vſque adeò arduum videtur. altiùs aſſurgit, qui ab iis, quæ licuêre aliquando, poteſt ſeſe abſtinere. Tertium verò victoriosæ caſtitatis genus quam non habet exuperantiam? quo non amore ac laude dignum continentiæ & virginitatis honorem obtinet, excutiens, &, vt dixerit quis, à ſe longiſſimè reiiciens omnia vitæ huius vincula, ſimulque facili & expedito greſſu antè dicta percurrens ac tranſſiliens certamina? nam & fortius animi propoſitum oſtendit, & maiorem Dei donantis virtutem confitetur, quàm cùm quis vnâ contentus eſt, aut conceſſis olimque expertis abſtinet. Quòd enim & voluntarium ſit & Dei donum, proponere ac poſſe, dicit ipſe Saluator, eos ſeipſos caſtraſſe propter regnum cælorum, & non omnes capere verbum hoc.

viduitate,

& virginitate.

Matth. 19. 12.

a *Ergo plura de Polycarpo ſcripſit Pionius quàm quæ ad manus noſtras peruenerunt. & ſanè videtur deeſſe finis vitæ S. Polycarpi. Suprà quoque cap. 1. num. 3. innuit ſe de aliis Smyrnæorum Doctoribus ſcripſiſſe. At de Polycarpi epiſtolâ & aliis ſcriptis ſuperiùs actum eſt à nobis.*

b *Sed glorioſo iam, quale ante Paſſionem non erat, nedum Adami in ſtatu etiam innocentiæ. At verum perfectumq; corpus vult indicare Pionius.*

c *Plura de harum vocum etymologiâ diſputat Halloix cap. 4. & in Notat.*

d *Idem*, quòd virgines multâ Dominum proſequerentur beneuolentiâ.

e *Halloix*: quòd virginum cogitationes ad Deum tenderent; eique ſoli intentæ eſſent.

CAPVT IV.

Sacerdotium. Conciones.

17 CEterùm cùm in dies ætate proueheretur, vt iam etiam ſenij prænuntia florere canities, atque albi in temporibus ridere capilli cœpiſſent: (non quaſi relanguеſcat hominum natura, ſed Dei prouidentiâ exultat, cunctaque opportunis profert temporibus, ad poſteritatis memoriam, ac magnâ gratiâ ſapientiæ operibus ac verbis hominem ad id quod perfectius eſt prouocat, quaſique illud ingerit: Vſquequò piger dormies? quando conſurges è ſomno tuo? & rurſus, *a* Præpara ad diſceſſum opera tua. Atque ideò quoque arbitror vnumquemque veſtrûm finis meminiſſe priuſquàm adſit; vt quò cuique decurſu temporis caput ampliùs caneſcit, eò animus rationis cultu magis ſplendeat.) Cernens igitur Bucolus & maturam Polycarpo eſſe ætatem, & maturiorem quàm pro numero annorum compoſitionem vitæ totius, intellexit poſſe eum ſibi optimum conſiliarium eſſe in iis quæ ad Eccleſiam pertinebant, & ſocium doctrinæ. Confirmauit autem quaſique conſignauit Dominus hanc eius ſententiam, idem ei per viſum præcipiēs. Itaque eum Preſbyterum ordinauit, omni Eccleſiâ vnanimiter eum cum magno gaudio ſuſcipiente: cùm ipſe contra id munus vehementer refugeret; dicebat enim vix ſe pro loco vno, deque vno officio reddendæ rationi ſufficere, nedum de pluribus. addidit deinde: Si quis indignus eo honore ſuſcipere eum audet, iudicium habet: ſin dignus eſt, at priorum iam mercedem recipit; ſuſcipiens veluti præmium quoddam benefactorum, ſacerdotij dignitatem. Cùm non ſineretur plura dicere, Dei voluntati & piorum conſilio ceſſit, initiari ſe ſacerdotio paſſus, viſione quoque diuinâ, & plurimis adhortationibus permotus.

Caneſcit,

Prou. 6. 9. 24. 27.

a

conſecratur Sacerdos,

18 Cùm deinceps plurimi ab eo ſalutari doctrinâ eruditi Eccleſiæ aggregarentur, omnes Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum laudabant. Multipliciter enim, maximè quando ex ipsâ ſacrâ ſcripturâ prælectâ ſermonis ſumebat argumentum, ædificationem promouebat, cum omni demonſtratione & plenitudine, vt auditoribus poſita eſſe ante oculos quæ tractabat viderentur. Dicebat enim oportere ſacrum oratorem priùs ea quæ dicit credere: inde enim fieri, vt non veluti alienæ explicationes, ſed vt propriæ directiones audiantur. Erat illi vox, vti & aſpectus ac forma, grauis ac virilis, ſuaue tamen quiddam & canorum habens, ac Dei timore quodammodò condita. Cùm aliquando contra Iudæos, Gentiles, hæreticos verba faceret, exclamauit quidam, ita altè, vt etiam infrà poſiti audirent: (pertractabat autem illud argumentum, quæ res debeant benignè non cum concitato ardore dici:) Talia quomodò exiſtimatis Chriſtum eſſe locutum? (Habenti manum aridam, vti ſcriptum eſt, Et circumſpiciens eos cum indignatione, dixit: Extende manum tuam. & illud: O generatio peruerſa & incredula; & alia id genus) aut Apoſtolum Petrum? Quid vtique conuenit vobis tentare Spiritum Domini? aut Paulum: Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant. Adhortans verò dicit Chriſtus, ſuaui & benignâ voce: Venite omnes qui laboratis & onerati eſtis. Miſeratus quoque vrbem Hieruſalem, dicit: Quoties volui congregare filios tuos! Et alia eiuſmodi plura. Petrus

eloquens in concionibus,

Matt. 12. 10. & 13. Matt. 17. 17. Act. 5. 9. Gal. 5. 12. Matt. 11. 28. Luc. 13. 34.

Act.3.10. Gal 4.19. trus quoque cum Ioanne ad Specioſam portam paralytici miſertus. & Paulus Galatis ſcribens, Filioli, quos iterum parturio, inquit. quia nimirùm tempus adhortationem poſtulabat.

feruenter influit in animos auditorum.

19 Ita ergo à primâ ætate ad ſenium lectionem in eccleſiâ Scripturarum vſurpabat, & aliis ſuadebat, dicens, lectionem legem eſſe Prophetarum, prænuntiam gratiæ, præparantem rectas vias Domini, id eſt, audientium corda, ſimilia tabulis, in quibus ante earum cognitionem ſententiæ & pronuntiata quædam difficilia per aſſiduitatem inſcripta ſunt, ex veteri Teſtamento, eiuſque rectâ interpretatione. Exæquantur primùm & læuigantur hæ tabulæ; vt adueniente, veluti graphio, Spiritu ſancto, gratia & lætitia Euangelicæ vocis, immortalis & cæleſtis doctrinæ Chriſti, inſcribi poſſit. Nec enim aliter ſigillum, quod per baptiſmum fit, imprimi, ac formam poteſt quæ inſculpta eſt referre, niſi priùs ſubacta fuerit cera, atque ad quod imprimendum fuerit altiùs recipiendum mollita. Sic animos auditorum cenſebat ad verbi impreſſionem cedere quaſique obſequentes reddi oportere. Concuti enim, ac veluti clauſas fores aperiri dicebat eorum, qui recens in Eccleſiam ingreſſi ſunt, mentes. Sic & Prophetæ à Deo imperatur: Clama fortiter, ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam. Quid attinet enim dicere, quòd ipſe quoque, qui præ ceteris omnibus maximè manſuetus erat Chriſtus, ita tamen clamet die feſto ſcenopegiæ? Scriptum eſt enim: Poſtremo die magno feſtiuitatis ſtetit Ieſus, & clamauit dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Ita verè eſt. Docens clamat. Conſputatus verò, condemnatus, vexatus, patiens, ſilet. quia ſicut ouis ad occiſionem ducitur, & velut agnus coram tondente ſine voce eſt. Ego enim, inquit, ſicut ſurdus non audiebam, & factus ſum tamquàm homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.

Iſa. 58.1. Ioan.7. 37. Pſal.37. 14. & 15.

a *Vulgata editio habet*: Præpara foris opus tuum.

CAPVT V.

Epiſcopatus Smyrnenſis.

S. Bucolus de ſucceſſore cælitus edoctus

20 THeſaurus impertitæ diuinitus Polycarpo gratiæ, dum conuerſationem eius aliquâ ex parte commemorare nitimur, eò nos perduxit, vt & formam doctrinæ eius traderemus, &, quâ ratione interpretari ſcripturas eſſet ſolitus, ibi veluti defixi exponeremus, idque eo fine, vt & poſteris ſanctarum & à Deo inſpiratarum ſcripturarum rectam doctrinam miniſtraremus. Quod nunc attinet ad commiſſum ei Epiſcopatum veniamus, quæque in eo egerit. Cùm longum pietatis ſtadium percurriſſet Bucolus, ac ſæpenumerò edoctus eſſet cælitus qualem eſſet ſucceſſorem habiturus, gaudens & exultans, atque veluti in ſapiente diſpenſatore acquieſcens, ita deceſſit, vt imminente iam morte Polycarpi manum caperet, & primùm quidem pectori ſuo eam apprimeret, dein vultui; *a* oſtendens quòd quæcumque munia ac chariſmata illis ſenſuum facultatibus & inſtrumentis adminiſtrantur, corde quidem intelligendo, videndo oculis, auribus audiendo, naribus Chriſtum adſpirando, ore Deum Patrem & Filium eius Ieſum prædicando, ea omnia illi eſſent commiſſa. Quæ cùm egiſſet Bucolus, Gloria tibi Domine, inquit, itaque obdormiuit. Polycarpus verò nihil eorum tunc cogitabat: ſemper enim illi ſolùm futurorum ſpes ſtudiumque inerat. At qui præſentes circumſtabant, & hæc videbant, mutuos de iis ſermones priuatim conferebant, ſpe pleni fore vt talis ſibi Paſtor obtingeret. Efferentes verò B. Bucoli corpus ad cœmeterium baſilicæ Epheſiacæ dictæ, *b* iuxta Smyrnam ſitæ, illud condiderunt, vbi nunc myrtus creſcit poſt tranſlationem corporis S. Thraſeæ Martyris; peractiſque omnibus obtulerunt panem pro Bucolo & ceteris: vna verò omnium ſententia fuit vt Polycarpus offerret. Ille verò vt ſemper modeſtè & circumſpectè ſe gerebat, quæ ad honorem ſuum ſpectabant reſcindere conabatur: illi verò præoccuparant ne aliter fieret. Ceſſit ergo voluntati eorum, ſacrificiumque peregit.

a moritur,

ſepelitur, b

AVCTORE PIONIO, EX MS. GRÆCO.

21 Illi autem nullâ interpoſitâ morâ, intra paucos dies vicinarum vrbium *c* Epiſcopos euocant, præparantque ſedulò omnia quæ opus erant, ad eos excipiendos qui cõuenturi eſſent ad electionem noui Antiſtitis. Cùm ij iam adeſſent, concurrit ingens hominum multitudo ex propinquis vrbibus ac vicis; quorum alij quidem nouerant Polycarpum, alij videre eum, de quo iam multa audierant, cupiebant. Cumque congregati templum repleſſent, cæleſtis luminis ſplendor cunctos circumfulſit, & nonnulli è Fratribus mira quædam vidêre portenta; vnus quidem circùm Polycarpi caput albam columbam lumine circumcinctam: alius priuſquàm reuerà conſediſſet Polycarpus, conſpexit eum veluti iam in Epiſcopali throno conſidentem; alius ceu militari habitu conſpicuum, flauâque zonâ præcinctum; alius purpureâ veſte indutum, lumine faciem eius vndique allambente: alia fidelis & pia Virgo vidit ſtaturam eius duplo maiorem quàm reuerà erat, ac veſtimenta cocco tincta ſupra dextrum eius humerum; ceruicem verò eius ſplendidam inſtar nimbi, & annulum.

Sacrificiũ offerente S. Polycarp. *c*

hic prætiit varius prodigijs.

22 Poſt orationem & multiplicem genuflexionem, vt ei mos erat, *d* ad legendum ſurrexit, omnium arrectis ad audiendum animis. Lectio verò erat epiſtolarum Pauli ad Timotheum & Titum: in quibus tradit qualem eſſe oporteat Epiſcopum. Eratque ipſe ita ad eius loci normam compoſitus ac conformatus, vt quicumque audiebant, dicerent inuicem, nihil illi deeſſe eorum, quibus Paulus vult præditum eſſe eum qui Eccleſiæ gubernacula ſuſcepturus eſt. Vrigitur poſt lectionem, & Epiſcoporum admonitionem, ac concionem Preſbyterorum, miſſi ſunt ad laicos Diaconi, ſciſcitatum, quem vellent; ij vnâ voce reſponderunt: Polycarpus ſit Paſtor noſter ac Doctor. Annuente igitur vniuerſo cœtu Eccleſiaſticorum, promouerunt eum, multa precantem, & defugere onus volentem.

d

eligitur Epiſcopus,

23 Diaconi ergo eum adduxerunt ad conſuetam conſecrationem, quæ ab Epiſcopis manuum impoſitione peragitur. Conſtitutus igitur coram primis ipſorum, lacrymis pietatis ac humilitatis locum reſperſit, & vnxit, quo in loco per ſpiritum vidit ſtantes Chriſti pedes, qui ipſi ad hoc ſacræ dignitatis ſuſcipiendum gerendumque munus aderat. Cùm igitur diuinum officium peragentes Sacerdotes ac Leuitæ in medio conſtiterunt, magnoque podere circumamictus Archipræſul; hortati ſunt eum præſentes, vt quia ita habet cõſuetudo, ad populum verba faceret, nam & maxima pars communitatis id vrgebat. Aperiens igitur os ſuum dixit, voce indicante, qui inerat animo, timorem: Benedictus Deus & Pater Domini noſtri, ſummi Sacerdotis, & Paſtoris, & Doctoris, & Regis æterni Chriſti; cui gloria in ſecula ſeculorum, qui in omnibus nos probat, & corda explorat per omnia, per quæ & Patrum noſtrorum ac ſanctorum ſuorum Prophetarum probauit, quibus ſtatuta ac ſanctos ritus dedit, vt quæ in iis erat fides aliis innoteſceret; ita & nunc humilitatem meam probat, impoſiti ſacerdotij magnitudinem: quod eiuſmodi eſſe ſcio, vt rectè illud obire nemo hominum poſſit, niſi cælitus gratiam acceperit: quemadmodùm B. Paulus Apoſtolus in epiſtolis ſuis declarauit, atque adeò verbo vnico omnem conuerſationem complexus eſt eius, qui reliquis eſt præpoſitus, dicendo irreprehenſibilem eſſe oportere; quod verbum arbitror nullius veſtrûm aures eſſe præterlapſum, ſed intrò ad ipſum penetraſſe totumq; peruaſiſſe animum. Quare æquum eſt vos, cariſſimi, preces pro me ad Deũ fundere, vt ipſe mihi tribuat, dignè immaculatæ ſuæ ſponſæ Eccleſiæ ſeruire. Idem omnibus conſeruis & conſacerdotibus dico, quos mihi neceſſe eſt coram Deo ac vobis adhortari, vt mecum certent ac laborent cum omni alacritate & caritate non fictâ, in propoſito mihi agone

ordinatur,

concionatur ad populum.

1. Timor. 3. 2.

AVCTORE PIONIO, EX MS. GRÆCO.

agone. Scitote oportere nos omnes ſimul currere, vt omnes brauium conſequamur, vti omnibus æqualis propoſita eſt corona immortalitatis, ab eo qui ſine perſonarum acceptione illam tribuit iis qui præclarè certauerint ac vicerint, per gratiam omnipotentis Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti. Inuiſibili & immenſo, ſoli immortali Patri gloria, honos & imperium fuit, eſt, & erit in ſecula ſeculorum. Amen. Tunc reliqui quoque Epiſcopi accommodatos ad exhortationem & conſolationem ſermones habuêre ſabbato & Dominicâ, oblationes & gratiarum actiones cum exultatione peragentes, & cibo ſumpto, ſinguli domum ſuam reuerſi ſunt, magno perfuſi gaudio, quòd cum Polycarpo ſocietatem communionemque contraxiſſent, glorificantes Dominum Chriſtum Ieſum, cui gloria in ſecula. Amen.

24 Incipiente autem ſabbato dixit Polycarpus: Audite exhortationem meam dilecti filij Dei. Ego præſentibus Epiſcopis conteſtatus ſum, & iterum vos hortor, honeſtè & dignè vias Domini ambulare, qui ſcitis quòd, cùm in Preſbyterorum miniſterio eſſem, tantam pro viribus ſollicitudinem adhibuerim: nunc verò maiorem etiam impendere oportet, quia maximum mihi propoſitum eſt, ſi ſegnis fuero, periculum. Nam præter diuini iudicij metum, etiam apud homines turpiſſimum mihi foret, diſſoluere ac demoliri benè cœpta, & non potiùs ſuperſtruere & augere incitantem me ad ea animi impetum. Noſtrum igitur eſt, ab omni improbitate & perturbatione procul recedere: ne quis exiſtimet nos faſtu potiùs, quàm pietate & præcautione, in peccantes animaduertere. Accidit enim aliquando, vt nonnulli qui in ſublimiore conſtituti ſunt loco, aliiſque præpoſiti, quando quis eos potiùs incitatiùs currere diceret oportere, tunc remiſſiùs agant, haud ſatis memoria repetentes, quò quis ampliorem conſequitur honorem, eò maiorem erga Dominum teſtari eum beneuolentiam debere; nec verba retinentes Chriſti dicentis: Cui multùm datum eſt, multùm quæretur ab eo; aut parabolam creditorum variis talentorum: vel oblatam vigilanti ſeruo felicitatem: atque expoſtulationem de negligentibus ad nuptias venire. & mulctam inflictam ei qui accommodatum lætitiæ nuptiali omiſerat veſtitum: prudentes virgines à ſponſo admiſſas: denique iſta, Vigilate, Parati eſtote, Non grauentur corda veſtra; tum nouum præceptum de mutuâ caritate: dein aduentum Domini ſubitum & fulminis inſtar manifeſtum, terribile per ignem iudicium, vitam æternam, regnum numquàm obnoxium corruptioni; & quæcumque à Deo edocti noſtis, ſcrutantes inſpiratas diuinitus ſcripturas. Stylo Spiritus ſancti inſcribite ita cordibus veſtris vt maneant indelebilia præcepta.

Excitat ſubditos ad feruentem Dei cultum.

Luc. 12. 48. Matthæi 25. 15. Luc. 12. 13. Matt. 22. 3. ibid. v. 12. Matt. 25. 10. Matt. 24. 44. Luc. 21. 34. Ioan. 15. 12. Matt. 24. 27.

a *Multas Halloix congerit cauſſas, ob quas hãc cæremoniam vſurpârit S. Bucolus. Menæa habent à Bucolo conſecratum Polycarpum, falsò, vt hinc patet.*

b *Græcè eſt,* εἰς σμύρναν, ad, *vel* iuxta Smyrnam. *Halloix ita exponit:* Delato igitur in vrbem Smyrnam Bucoli corpore (quippe in ſuburbanis mortem oppetierat) atque in cœmeterio non procul ab Epheſinâ portâ tumulato. *vnde accepit, in ſuburbanis obiiſſe? probabilius eſt, vetuſto more extra vrbem fuiſſe cœmeterium.*

c *Cùm plurimi veterum ordinatum à S. Ioanne Apoſtolo tradant, vel Smyrnam is tunc Epheſo venit, vel iudicium ipſe ſuum ad congregatos Patres miſit, vel denique eorum ſuffragiis peractam electionem confirmauit.*

d *Halloix:* Quæ tametſi Polycarpus eo produceret explicaretque animo, vt earum in ſe virtutum penuriam defectumque oſtenderet, ac tanto impares oneri humeros comprobaret &c. *Non dubium quidem, quin ita de ſe, deq; epiſcopatus onere ſenſerit: non videtur tamen eam lectionem ideò ſuſcepiſſe; ſed conſuetudo potiùs fuit, qua de adſciſcendis ad tale munus viris idoneis eſſent Eccleſiæ ab Apoſtolo præſcripta, in conuentu prælegere, vt Patres non alium ad id cooptarent, niſi qui iis eſſet præditus dotibus. Ipſi verò Polycarpo legendi munus vel ab Epiſcopo iniunctum erat, vel ex peculiari aliquo officio incumbebat.*

CAPVT VI.

Miracula.

25 ET talia quidem loquens, ac permanens in doctrinâ, ædificabat & ſaluum faciebat ſeipſum, & auditores ſuos. Quæ verò de patratis ab eo miraculis ad nos peruenerunt, nunc commemorabo. Contigit vt in a Teo veniret ad thermas quæ dicuntur b Lebadiæ, ad c Daphnum quemdam Epiſcopum, qui poſt ſumptum cibum narrauit ei penuriam ſuam, quodque perquàm modicum ſibi alimentum agrum colendo pararet, cumque oſtenderet dolia ſua ferè vacua, extendens ad ea manus ait: In nomine Ieſu Chriſti, vtere. Et ab eâ horâ tanta adfuit copia, poſt ſemen terræ commiſſum, vt ſecurè & familiam ſuam aleret, & aliis largiretur.

a b c

Benedictione eius frumentum multiplicatur.

26 Poſt aliquod tempus iterum ad Daphnum diuertit: hic verò gratias pro collato beneficio egit, eoque præſente cibum præbuit multitudini Fratrum. poſitum verò in medio eſt vaſculum vini aliquantum continens. Dicente verò illo domeſticis ſuis vt intrò auferrent ac plus vini infunderent, dixit Polycarpus: Relinque ita, non enim deficiet vinum. Cùm ergo promerent ac biberent, vinumque vberiùs ſcaturiret; id animaduertens ancilla quædam adoleſcentula, non cum reuerentiâ & timore, ſed iuuenili ioco exclamauit dicens: O dolium inexhauſtum! Poſt quod dictum abſcedente Angelo qui portentum illud patrârat, & vinum ipſum, quod ſupererat, euanuit. Quare Polycarpus ait: Præclarè pronuntiatum eſt à Dauide, Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

vinum prodigioſè augetur.

Pſal. 2. 11.

27 Conſtituit verò Polycarpus alios quidem Diaconos interque eos vnum cui Camerio nomen, qui tertius ab eo, poſt Papirium nempe, illam rexit Eccleſiam. Eo ſecum aſſumpto rus iit, erat enim ei Eccleſiarum quæ in pagis erant curam commiſſurus. Cùm autem in vrbem reuerteretur, procurrens iuxta viam ex agro vidua viro probatiſſimo obtulit auiculam adhuc paruam. & primùm recuſanti, vt eam acciperet tandem perſuaſit, rogans vt eâ vteretur pro oblatione. Sero autem veſpere, quoniam pedes vt plurimùm iter agebat, ſtatuit cum Camerio ad publicum diuerſorium deflectere, cùm locus ille necdum Euangelicæ gratiæ particeps eſſet factus. Poſt cœnam autem paullulùm quieſcens celeriter in ſomnum incidit, nam voluntarij corporis labores ac cruciatus quietem, dum quis ſolitarius eſt, facilè conciliant. Poſt mediam autem noctem adſtitit ei Angelus Domini, percuſſoque eius latere ait: Polycarpe. & ille: Quid eſt? Angelus autem: Surge atque è diuerſorio egredere; ruiturum eſt enim. Ipſe verò experrectus Camerium quoque vocauit. aſt ille ſomno ac laſſitudine grauatus, vix tandem obaudiit. tum ei rem exponens ſuaſit vt ſurgeret. Ille verò: Nondum primus ſomnus præteriit, ſancte Pater. Et quorſum properamus? Tu aſſiduè diuinas ſcripturas meditans ita vigilas vt nec ipſe dormias, nec alios ſinas quieſcere. Siluit Polycarpus. Poſtquàm verò Angelus ſecundò apparens eadem rurſum edixit, iuſſit Camerium ſurgere. Obtendente eo credere ſe Deo, quamdiu intus eſſet Polycarpus, non ruiturum eſſe murum; reſpondit Polycarpus: Et ego Deo credo, ſed muro non credo. Tertiò apparente & eadem inculcante Angelo, & is qui priùs neglexiſſe periculum videbatur ſurrexit, & ipſe quoque celeriter exiliit. Cùm exiſſent autem, nec adhuc tamen longè eſſent progreſſi, recordati ſunt ſe auiculam in diuerſorio reliquiſſe, cumq; abeſſent circiter iactu lapidis, Ne pigeat, inquit Polycarpus, illam efferre, cùm beata illa vidua eam in oblationem donarit. Et reuerſus eam accepit, cumque exiſſet, ſubitò totum diuerſorium à fundamentis corruit, obtritis omnibus qui in eo erant. Stans vero Polycarpus & ad cælum ſuſpiciens ait: Domine Deus omnipotens, Pater Ieſu Chriſti benedicti Filij tui, qui Niniuitarum ſubuerſionem

Angeli curâ

eripitur à ſubitâ ruinâ diuerſorij.

luſtrans diœceſim.

uerſionem per magnum Prophetam tuum Ionam prænuntiaſti,& vt diſcrimẽ effugerent dediſti,verè te benedico,quia per manum Angeli, per quem collapſurum ædificium ſignificaſti, ex iſto nos periculo exemiſti.

28 Aliud factum eſt per eum iſtiuſmodi miraculum. Cùm in vrbe omnes ſopore obruti eſſent, iamq́ue ferè nox media præteriiſſet, coquerent verò panem piſtores, *Incendium publicum*, contigit vt in vicina ſarmenta incidens ignis, totam inflammaret officinam,indeque latiùs exundans magnam partem inuaderet ciuitatis. Concurrente dein multitudine, & tumultu ac clamore magno exorto, Præfectus afferri parata in eam rem inſtrumenta imperat. Feruntur ſiphones, aqua, omniaque artis inſtrumenta. Accurrerunt & Iudæi eo prætextu quòd ignem poſſent reſtinguere, vltro enim ſeſe orto vſpiam incendio offerunt, dicentes id alioquin ſopiri niſi adſtiterint non poſſe. Id illorum eſt artificium, vt eâ occaſione rapiant quæ in *à Duce* domibus ſunt. Periclitante igitur ciuitate dixit Dux: O viri qui adeſtis ad luctuoſum hoc nobis ſpectaculum, videtis nihil eſſe remedij, aduerſo ſpirante vento: cumque vnica fuerit ſpes in præſentiâ Iudæorum ſita, eâ quoque *ob ſeruum à dæmone* excidimus. Quid igitur eſt quod dico? Audite. Nuper in prætorio noctu conſurgens ſeruus quidam meus à dæmone arreptus vociferabatur, neque ſui ipſe compos erat. Cùm lumen intuliſſemus, reperimus eum omnino furentem, & omnia vorantem. Orto die adfuerunt Iudæi, incantare eum cupientes. Ipſe verò vnicus cùm eſſet, ij verò multi, ita illos verberibus multauit, vt parum abfuerit quin eos interficeret, & dilacerans eorum veſtes, nudos & ſanguine conſperſos dimiſit. Vnus igitur in domo meâ exiſtens Chriſtianus dixit: Si iubes, aduocabo quempiam qui ei ſuccurret. Annuente me, venit *eius aduentu libertatum* Chriſtianorum Doctor, quem Polycarpum vocant. Cùm autem longè adhuc abeſſet, altè vociferari cœpit adoleſcens: Venit ad me Polycarpus, & fugere debeo. Appropinquante autem .*d*...

d

29 . . . . . .

conſueta ad plures dies nihil proficientes tunc quieuerunt. Et vix congregatis Senatoribus, ac dicente Præfecto ſe neque frumentum habere, neque quâ comparetur reperire ſe qui pecuniam paratam numerare poſſit; *suocatus, extinguit:* ſurgens è medio ipſorum ſenex quidam ait: Viri, quotquot eo tempore præſentes fuiſtis,quando orto ſub mediam noctem incendio vrbs erat in diſcrimen adducta, meminiſtis quòd neque nobis neque Iudæis valentibus iguem ſiſtere,accerſitus à nobis vir quidam verè religioſus, ſacerdos eorum qui Chriſtiani dicuntur, ſtans coram nobis omnibus, & ſuſpiciens in cælum verba quædam pronuntiauit; & confeſtim flamma conglobata, & neſcio quo modo illius vocem reuerita, ipſa in ſeipſam *quaſi Deus à Gentilibus habetur,* reſedit. At ſæpè mihi incidit, reuerà Deum eſſe virum illum. Scitis enim, quod poëtæ noſtri aliique tradunt auctores,Deos quandoque è cælo deſcendere formâ aſſumptâ humanâ,ad irroganda iniurtam facientibus ſupplicia, inſontes verò vindicandos.

30 His auditis, cenſuerunt omnes conuocati amplisſimum populi concilium oportere: neque cunctati ciues vndique frequentes ad theatrum conuenêre; nam fame preſſi, poſitam ante pedes neceſſitatem videbant, vt etiam vnum Deum eſſe vnanimi voce conclamare co- *rogatus vt pluuiam à Deo impetret,* gerentur. Miſſi igitur ad Polycarpum qui eum obteſtarentur, vt ad illum populi conuentum adeſſe vellet: à quibus repertus adductuſque eſt. Tum vociferari populus: Primates verò vrbis ita eum affati ſunt: Polycarpe, vides vrbem, in quâ tu quoque moraris, in anguſtiis eſſe,atque ipſe quoque es particeps,ſi non morum eorumdem, at certè quidem penuriæ, quam nobis nimia ſiccitas attulit: rogant igitur te Smyrnæi,vt à Deo tuo plutiam poſcas, vt tellus hauſtâ cælitus aquâ, commiſſa ſemina colonis reddat. At viro Dei ſuffundi rubore facies,corpus omne largo ſudore fluere,cor validis tremo- *modeſtè reſpondet.* ribus palpitare, & ad cælum oratione ſubſilire; & breuiter quidem, ſed præclarè reſpondit, dicens: Viri pul-

cherrimæ vrbis huius incolæ,audite me hoſpitem & aduenam; vt eſt vrbs mihi omnis peregrina propter cæleſtem ciuitatem, munduſque hic vniuerſus ciuitas vna, Dei qui cuncta fabricatus eſt, munere. Non equidem,vt vos exiſtimatis, tantum mihi ſumo, vt me poſſe arbitrer gentis totius propter ſua delicta ab vltore Deo caſtigatæ, plagas propulſare. Verùm quid fieri poſſit, oſtendam: Sunt mecum congregati Preſbyteri religioſi, quos ego ſi quam rem conſequi cælitus exopto, allegare ad Deum oratores ſoleo. Hos ergo adducam, vt & ipſi pro vobis preces ad Deum fundant. Vos autẽ hortor, vt alacri animo ſitis,atque vniuerſum populum iubeatis & dimittere ſyngraphan;& meliora ſperare. Nam cùm Deus longanimis ſit, tribuit hominum generi pœnitentiæ tempus. Tunc Præfectus tum ex prioribus Polycarpi miraculis, tum ex præſenti eius ſermone ſumptâ fiduciâ, ait: Scitis omnes, aduenæ ac ciues, nos iuxta proprias leges atque inſtituta,Diuinitatem venerari cæremoniis, ſacrificiis, altaribus erigendis, thuriſque ſuffitu: hic verò, & quos ſe comminiſtros & ſacerdotes habere in ſeceſſu profitetur,priuatim quietiùs concipiunt puras ad Deum ſuum preces. Diſcedamus igitur nos atque ipſi, atque hunc dimittamus, libertatem ipſi dantes vt cum illis excuſſo quem hic illi tumultus attulit, pauore,quieto ſecuroque animo ſacra pro nobis peragat. Quæ cùm dixiſſet, populum diſmiſit.

31 Polycarpus è veſtigio ad templum, in quo congregari Chriſti Eccleſia ſolebat, properauit; & Diaconos *Adhortatur fideles ad preces cum fiduciâ fundendas;* iuſſit omnibus quamprimùm denuntiare, vt ſummâ animorum contentione vna à multis offerretur deprecatio. Illi verò ſeſe iam ad id præparauerant à matutino tempore, propterea quòd & paraſceue erat; & ad theatrum ductus Polycarpus, cui ne quid à populo iniuriæ fieret verebantur. Audientes igitur conuenerunt. Ille verò, Memores, inquit, ſimus, fratres, promiſſorum Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ait: Petite & dabitur vobis. Si enim conſenſerint duo ex vobis de omni re quam petierint, fiet illis à Patre meo qui eſt in cælis. Cum fide igitur petamus, non fluctuantes animis. Nam precantis oratio quodam modo velut bilance libratur, & ſuſpenſa hæret, quò mens inclinet. Manifeſtum id nobis, quòd Matt. 14. 18. Petrus ingreſſus aquas, credens quidem ſuper eas ambulabat, territus verò vehementiore vento mergi cœpit; documentum nobis præbens, vt mentis, veluti libræ, in alterutram partem inclinationem intelligamus. Tali præditus fiduciâ Moyſes ſeruus Dei, trepidanti populo dixit: State & videbitis magnalia Domini. Stare enimuerò Exod. 14. 13. oportet veluti ſupra petram verè fundatos, vt neutram in partem declinantes immobiles firmique permaneamus, per fidem in Saluatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: qui & beato Prophetæ Eliæ petenti pluuiam tribuit, cùm clauſum fuiſſet cælum annos tres & menſes ſex. 3. Reg. 18. 45.

32 Hæc cùm dixiſſet Polycarpus, primus genibus flexis, cum ceteris ita diu precatus eſt: O Deus & Pater *inuocat Deum;* Domini noſtri Ieſu Chriſti! O Deus omnipotens & benedictus in ſecula ſeculorum, amen. Cui ſeruiunt Angeli, Gloriæ, & Virtutes cæleſtes, Throni, Dominationes, Seraphim & Cherubim! O Deus, qui creaſti cælum, terram, mare,& omnia quæ in eis ſunt: qui finxiſti hominem ad imaginem & ſimilitudinem tuam; propter quem dignatus es mittere Verbum tuum ad terram, vt carne aſſumptâ ex Virgine & Spiritu ſancto, ſalluaret & ſuſcitaret per Paſſionem ſuam hominem ad flagitia prolapſum; exaudi Domine, reſpice Sancte. Attende ad preces ſanctæ tuæ Catholicæ Eccleſiæ, & da pluuiam ſuper faciem terræ & ſemen ſeminanti & panem ad manducandum; vt in diebus neceſſitatis agnoſcant gentes, quoniam ſerui tui ſumus. Quærunt à nobis iuſtitiam, & nunc Domine cognoſcant omnes aduerſarij noſtri. Hæc eo precante cælum imbrem dedit, atque vniuerſi gloriam Dei prædicarunt, qui mirabilia facit *pluuiam impetrat.* per ſeruos ſuos, cui gloria & imperium nunc & in infi-

AVCTORE DIONIO, EX MS. GRÆCO.

Ex ms. Græco.

nita ſecula, Patri, Filio, & Spiritui ſancto, Amen.

a Teos *vrbs eſt Ioniæ & peninſula, Anacreontis poëtæ patria.*

b *Ita MS. Alij* Lebedias *vocant.* λέβεδος *vrbs eſt in eadem Ioniâ, Smyrnæ vicina.*

c *Hunc* Daphnum *eſſe coniicit probabiliter Halloix, cuius meminit S. Ignatius in epiſtolâ ad Smyrnæos ita ſcribens :* Saluto Alcen, amabile mihi nomen, & Daphnum incomparabilem, & Euteenum, & omnes nominatim.

d *Quæ in noſtro deſunt MS. ita ſupplet Halloix*: Quando ergo, inquit Præfectus, neque per nos neque per Iudæos reſtingui incendium poteſt, is nobis accerſendus eſt, ſi fortè huic malo mederi queat. Ne multa. Inuentus & inuitatus adfuit, preces fudit, ignes inhibuit.

Alteri quoque malo partim præſenti, partim impendenti, eodem remedij genere obuiàm iuit. Cùm enim ciuitas magnâ annonæ penuriâ premeretur, atque ingens & permoleſta fames timeretur, congregatis ſuper hac re primoribus, & Præfecto palàm exponente *&c.*

MARTYRIVM

ex Eccleſiæ Smyrnenſis epiſtolâ.

§. I. *S. Germanici & aliorum conſtantia.*

a a ECcleſia Dei quæ Smyrnam incolit, Eccleſiæ Dei quæ eſt b Philadelphię, & omnibus vbique locorũ ſanctæ & Catholicæ Eccleſiæ paroeciis, miſericordia, pax, & caritas à Deo Patre & Domino noſtro Ieſu Chriſto multiplicetur.

1 SCripſimus vobis, fratres, de iis qui martyrium ſubierunt, & de B. Polycarpo, qui veluti ſuâ confeſſione conſignans, reſtinxit perſecutionem. Nam cuncta ferè præcedentia euenêre, vt nobis Dominus cælitus commonſtraret martyrium verè Euangelio conſentaneum. Suſtinuit enim vt traderetur, ſicut & Dominus, vt & nos eius imitatores efficeremur, non tantùm quæ ad nos attinent ſpectantes, ſed quæ ad plures. Veræ enim & firmæ caritatis eſt, non ſe ſolos cupere ſaluos fieri, ſed & fratres omnes. Fortunata enimuerò & generoſa ſunt martyria omnia, ſecundùm Dei voluntatem peracta. Vos verò erga Deum religioſiores cùm ſitis, primam indubiè ei laudem fortitudinis præ ceteris tribuetis. Quis enim animi illius magnitudinem, quis conſtantiam, quis erga Deum caritatem non admiretur?

Illuſtre S. Polycarpi martyrium.

2 Alij quidem flagris ita alternis dirè cæſi ſunt, vt ipſam internam venarum arteriarumque & carnis conſtitutionem contemplari oculis fas eſſet: ita tamen tulêre fortiter, vt ipſi circumſtantes eos miſerarentur ac deflerent. Alij eò peruenêre conſtantiæ, vt nec mutiret, nec gemeret eorum quiſquam c: oſtenderuntque nobis omnibus generoſiſſimi Martyres Chriſti, ſe eo tempore quo caro tormentis ſubiiciebatur, veluti peregrinari animis, aut potiùs adſtantem Chriſtum cum iis intereà conuerſari; ſeque diuinæ gratiæ obtemperantes, mundanos contemnere cruciatus, atque vnius horæ momento æterna redimere ſupplicia. Erat iis ignis veluti refrigerium immitis carnificinæ: habebant enim vnum illud ante oculos propoſitum, æternum & inextinguibile incendium effugere, ac viſu mentis proſpectabant quæ perſeuerantibus reſeruata ſunt bona, quæ neque oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, iis verò erant à Deo commonſtrata, veluti non homines, ſed iam Angeli eſſent. Similiter & ad beſtias damnati, graues ſuſtinuêre cruciatus, gladiis quoque expoſiti, aliiſque acerbis ſuppliciis, vt ſi fieri poſſet, ipsâ pœnarum diuturnitate eos tyrannus ad fidem negandam induceret.

Tormenta quæ alij Martyres paſſi

c

3 Multa ſanè aduersùs eos machinatus eſt diabolus. Sed grates Deo debentur, quòd aduersùs omnes non præualuerit. Nam generoſiſſimus Germanicus d eorum puſillanimitatem ſuâ conſtantiâ confirmauit, qui & ſplendidè aduersùs feras depugnauit. Volente enim Proconſule ei perſuadere, & dicente vt ætatis ſuæ miſereretur; ipſe vltro vi illatâ in ſe beſtiam prouocauit, citiùs ab hac iniuſtâ & impiâ vita liberari deſiderans. Ex eo omnis multitudo magnanimitatem piæ & religioſæ gentis Chriſtianorum mirata, exclamauit: Tolle impios. Quæratur Polycarpus. Quidam verò Phryx, nomine Quintus, qui recenter è Phrygiâ aduenerat, feras conſpicatus, fractus animo eſt. hic verò ſe & alios quoſdam ad ſpontaneum martyrium obtruſerat. Hunc Proconſul multa obteſtatus induxit, vt iuraret ac ſacrificaret. Ideò, fratres, non laudamus eos qui ſponte ſe ingerunt, quandoquidem nec ita nos Euangelium docet.

d *S. Germanici magnanimitas.*

Quincti Phrygis lapſus.

a *Huius epiſtola partem recitat Euſebius lib. 4. cap. 14.*

b *Euſebius* Philomilij. *& antè dixerat hanc epiſtolam ſcriptam* Eccleſiis Ponti. *Eſt* Φιλομήλιον *Phrygiæ magnæ vrbs apud Ptolemæum lib. 5. cap. 2. & tabulâ 1. Aſiæ. At* Philadelphia *ibidem Mæoniæ vrbs inter Smyrnam & Philomelium. Ex varietate inſcriptionis rectè coniicit Halloix ad diuersas Eccleſias miſſa fuiſſe epiſtola exemplaria, quod & ex fine eiuſdem epiſtolæ colligere licet.*

Philomelium.

Philadelphia.

c *Addit Euſebius*: Marinas cochleas, quos murices vocant, & acuta quædam fragmenta in dorſum ſupinatis Martyribus ſubſternebant, in quibus omne tormenti genus & pœnæ ſpeciem conſumentes, *&c. ita vertit Ruffinus.*

d *Ita MS. Græcum:* Ἐπιῤῥώνυσεν αὐτῶν τὴν δειλίαν. *Aſt Euſebius:* Ὑπῤῥωννύων σὺν θείᾳ χάριτι τὴν ἐμφυῆ πρὸς τὸν θάνατον τῆς σαρκὸς δειλίαν. qui diuinâ gratiâ ingenitam animi imbecillitatem, quæ efficit vt mortem corporis pethorreſcamus, erexit ac recreauit. *Suffragatur Ruffinus*: Qui per gratiam diuinæ virtutis, *inquit*, metum corporeæ fragilitatis excluſit.

§. II. *S. Polycarpi latebræ, apprehenſio.*

4 ADmirabilis autem Polycarpus vt primùm hoc audiuit, minimè eſt animo perturbatus: ſed voluit in vrbe permanere. Plures verò ei auctores fuerunt vt ſecederet. Et ſeceſſit in prædiolum haud procul ab vrbe remotum, ibique cum paucis ſubſtitit, nihil aliud agens die ac nocte, niſi preces pro vniuerſis per totum orbem terrarum Eccleſiis fundens, vti erat ſolitus. Cumque precationi vacaret, triduo antequàm comprehenderetur, mente à ſenſibus auocatâ, a videre ſibi viſus eſt ceruical ſuum igne comburi. Et conuerſus ad præſentes, propheticè dixit: Oportet me viuum comburi.

S. Polycarpus ab vrbe ſecedit:

mortem ſuam præuidet:

a

5 Dumque expectantur qui eum quærebant, in aliud prædium tranſiit: & ſtatim adfuerunt qui eum veſtigabant: eoque non inuento, b duos adoleſcentulos comprehenderunt, è quibus alter tormentis adactus confeſſus eſt, neque enim latere iam poterat; quando & qui eum prodebant domeſtici erant; & Irenarchus, hoc nomen ſortitus, Herodes cognominatus, feſtinabat in ſtadium illum introducere, vt & ipſe propriam conſequeretur hereditatem Chriſti conſors effectus, qui autem illum prodiderant, ludæ mactarentur ſupplicio. Habentes igitur ſecum illum adoleſcentulum, die paraſceues, horâ prandij, exiuerunt perſecutores & equites cum conſuetis armis, veluti ad latronem capiendum properantes. Et ſub noctem eò peruenientes illum inuenerunt in domunculâ quadam in ſuperiori contignatione abſconditum. Poterat quidem inde in alium locum fugere, ſed noluit, dicens: Fiat voluntas Dei.

aliò migrat:

b

proditur:

non vult fugere:

6 Audiens igitur eos adeſſe, vltro deſcendit, eoſque allocutus eſt, c mirantibus qui ſpectatores aderant ætatem eius, & conſtantiam, quodque tanto ſtudio illi ad virum ſenem comprehendendum vterentur. Continuò igitur iis cibi potioniſque iubet apponi quantum iis collibuiſſet: rogauit verò eos vt ſibi horã ad liberè precandum largirentur. Quibus annuentibus, plenus gratiâ Dei, ſtans ita orauit, vt vix intra duas horas finem fecerit,

c

vltro ſe ſatellitibus offert,

iiſque menſam apponit.

cerit, ſtupentibus qui audiebant, multiſque eorum animi pœnitudine tactis, quòd ad pium hunc ſenem exiſſent. Vt precationem abſoluit, *d* memoriâque repetiit vniuerſa quæ illi vnquam acciderant ſiue parua ſiue magna, ſiue gloriam illi ſiue dedecus afferentia, & totam Eccleſiam Catholicam per vniuerſum orbem diſperſam commendauit Deo; cùm hora iam abeundi adeſſet, aſino eum imponentes versùs vrbem duxêre die ſabbati.

d *orat:*

in vrbem ducitur:

7 Occurrêre ei *e* Irenarchus Herodes, & pater eius Nicetas, carpento vecti, inque hoc eum aſſumentes, & ei aſſidentes, perſuadere conabantur, dicentes: Quid enim mali eſt dicere, *f* Dominus Cæſar, & conſequenter ſacrificare, & ſaluum euadere? Ipſe primùm nihil eis dedit reſponſi. Sed cùm magis inſtarent, dixit: Non ſum quod ſuadetis facturus. Illi verò eius in ſuam ſententiam pertrahendi ſpe fruſtrati, contumelioſa in eum verba iaciunt, & tantâ cum celeritate è curru deturbant, vt inde delapſus, tibiam haud leuiter ſauciaret. At neutiquam commotus, quaſi nihil percepiſſet incommodi, prompto animo, citato etiam greſſu proficiſcebatur ad ſtadium deductus.

e

variè verbis tentatur:

f

deiicitur è curru, & tibiam lædit.

8 Tumultus in ſtadio erat maximus, vt nemo quidquam audire poſſet. Polycarpo verò ingrediente in ſtadium, vox è cælo miſſa eſt: Fortis eſto, & viriliter certa Polycarpe. atque eum quidem à quo vox eſſet profecta nemo vidit, vocem ipſam multi è noſtris qui præſentes aderant audiuêre. Ceterùm eo producto tumultus ingens erat, cùm audiſſet multitudo Polycarpum eſſe comprehenſum. Ad ſe deductum interrogat Proconſul, num ipſe Polycarpus eſſet. Id confitentem hortatur vt Chriſtum neget, dicens: Rèuerere ætatem tuam; & alia his ſimilia, vt iis moris eſt dicere: Iura *g* per Cæſaris fortunam. Reſipiſce. dic, Tolle impios. Polycarpus graui & ſedato vultu vniuerſam impiorum Gentilium, quæ in ſtadio erat, multitudinem intuens, intentâ in eos manu, ſimulque cum gemitu in cælum ſuſpiciens, dixit: Tolle impios. Inſtante deinde Proconſule & dicente: Iura & dimittam te. Conuiciis Chriſtum inceſſe; Polycarpus dixit: Octoginta & ſex annos *h* ei ſeruiui, & nullo me vnquam affecit incommodo; & quomodò potero blaſphemare Regem meum qui me ſaluauit?

voce caleſti animatur:

g

tentatur à Proconſule:

h

9 Vrgenti rurſus Proconſuli & dicenti, Iura per Cæſaris fortunam; *i* reſpondit: Abſit vt per fortunam Cæſaris iurem, vt tu dicis. Simulas te ignorare qui ſim. audi, liberè eloquar: Chriſtianus ſum. At ſi animus eſt Chriſtianæ profeſſionis rationem cognoſcere, da diem, & audi. Dixit Proconſul: Id populo perſuade. Polycarpus reſpondit: Tibi rationem dare dignum cenſui. Docti enim ſumus Magiſtratibus & poteſtatibus à Deo conſtitutis, ſubiici in eo quod honeſtum eſt, iiſque honorē deferre, qui animarum noſtrarum ſaluti nihil afferat detrimenti. Sed multitudinem hanc vulgi nequaquàm dignam iudico, cui ratione fidei reddendâ ſatisfiat. Proconſul dixit: Feras habeo; iis te obiiciam, niſi pœnitentiâ ducaris. Euoca eas, inquit Polycarpus. *k* Nec enim recipienda pœnitentia eſt, quæ à melioribus ad deteriora impellit. Pulchrum verò mihi erit à duris ad æqua transferri. Ille rurſus: Igni te *l* conſumi faciam, cùm beſtias contemnas, niſi reſipiſcas. S. Polycarpus, Ignem minitaris, inquit, qui ad horam ardet, & breui extinguitur. Ignoras enim futura ſupplicia, atque æternæ damnationis parata impiis incendia. Sed quid moraris? profer quod vis.

i

liberè reſpondet:

minas eius contemnit:

k

l

10 Hæc & alia plura dicens, fiduciâ & gaudio repletus eſt, eaque vultui eius gratia inerat, vt non modò non concideret ac perturbaretur ob ea quæ ei dicta erant, ſed ipſe è contrà obſtupeſceret Proconſul, *m* qui deinde præconem in medium ſtadium miſit, iuſſitque tertiò proclamare: Polycarpus ſe Chriſtianum eſſe confeſſus eſt. Id cùm præco proclamaſſet, omnis multitudo Gentilium & Iudæorum Smyrnæ habitantium, effreni animi impetu altiſſimè vociferatur: Hic eſt magiſter impietatis. hic pater Chriſtianorum. hic noſtrorum Deorum exterminator, qui multos à ſacrificiis & veneratione Deorum auertit. Hæc dicentes vociferabantur, rogabantque *n* Aſiarcham Philippum, vt in Polycarpum leonem immitteret. Reſpondit Philippus id ſibi integrum non eſſe *o* cùm iam venationes abſoluiſſet.

m

vulgo vociferante depoſcitur ad leones;

n

o

Ex Ms. Græco,

a *Euſebius ſcribit, noctu orantem oppreſſum eſſe ſomno, & vidiſſe ceruical igne accenſum conſumi, eâque re è ſomno excitatum. Eodem modo exponit Ruffinus.*

b *Euſebius videtur ſignificare pueros hos comprehenſos eſſe in ſecundâ villâ. quem ex fide ita vertit Ruffinus:* Rurſum fratrum caritate compulſus, commigrauit in alium locum. Quò non multò pòſt inquiſitores eius ingreſſi, correptis duobus pueris, & altero ex his verberato, per indicium eius ad Polycarpum perueniunt. *Græcè eſt:* μεβῆναι φασὶν εἰς ἕτερον ἀγρὸν, ἐνθα μικρὸν ὕστερον τὰς συνελαυνούσας ἐπιλαβεῖν, δύο τε τῶν αὐτόθι συλλαβεῖν παίδων. In aliam ferunt villam migraſſe, & non multò pòſt eos, qui illum inſequebantur, eò veniſſe, & duos pueros qui ibi erant comprehendiſſe.

c *Ita Græcè:* ἀκάσας· ἦν αὐλὴς παιδόθεν, καβαὺς διελέγθη αὐλῆς, θαυμαζόντων τῶν παρόντων τὴν ἡλικίαν αὐλῆ καὶ τὸ εὐσεβὲς, καὶ ὅτι τοσαύτη σπουδὴ ἐχρήσαντο ϑ συλληφθῆναι τοιῆδε πρεσβύτην ἄνδρα. *Aſt Euſebius:* Καὶ δὴ μαθὼν παρόντας, ὡς λόγος φησὶ, καταβὰς αὐγῆς διελέξατο, ἕν μάλα φαιδρῷ καὶ πραοτάτῳ προσώπῳ· ὡς καὶ θαυμαστὸν δοκεῖν ὁρᾶν τὸν πάλαι ϑ ἀνδρὸς ἀγωνίσας. ὧν ἀποβλέποντας τοῦ τῆς ἡλικίας αὐλῆ παλαιοῦ, καὶ σεμνοῦ, καὶ εὐσεβοῦς ϑ προσώπου, καὶ εἰ τοσοῦτον γένοιτο σπουδὴ ὑπὲρ ϑ τοιῆδε συλληφθῆναι πρεσβύτην. Simul atque adeſſe eos intellexit, vt traditur, deſcendens, cū illis collocutus eſt, admodum ſereno & placido vultu: vt perquàm mirum videretur iis qui virum antea non nouerant, eiuſque nunc cernebant prouectam ætatem, & grauem ac reuerendam vultus moderationem, cur tanta adhiberetur feſtinatio ad ſenem ſic comprehendendum. *Ruffinus:* Quin imò & cùm comperiſſet adeſſe comprehenſores ſuos, in occurſum eis progreſſus, læto admodùm vultu ac placido compellare viros cœpit cum ingenii oris gratiâ, ita vt illi mirarentur & ſtuperent, quid tantum ſtudij fuerit, vt vir illius grauitatis & honeſtatis in tam longæuâ ætate & tantâ vitæ auctoritate poſitus, perquiri & comprehendi iuſſus ſit.

d *Græcè:* μνημονεύσας ἁπάντων καὶ τῶν πώποτε συμβεβηκότων αὐτῷ, μικρῶν τε καὶ μεγάλων. *Ruffinus:* Memoriam faciens omnium quoſcumque noſſe potuit, maiorum, minorumque, *&c. at Chriſtophorſonus, vt nos, vertit.*

e *Ruffinus:* Occurrit ei Præfectus pacis Herodes nomine. *Chriſtophorſonus:* Herodes, qui Præfectus pacis dicebatur. *Multa de hac voce & officio diſſerit Halloix noſter.*

f *Ita MS. aſt Euſebius,* Domine Cæſar. *Ruffinus:* Quid enim mali eſt dicere Deum Cæſarem?

g *Multa exempla affert Halloix & teſtimonia, de hoc iuramento* per genium *aut* fortunam Cæſaris: *quod abominabantur Chriſtiani, ne genio illi, ſiue dæmoni, diuinitatem viderentur more ſenſuq; Gentilium tribuere*

h *Hinc in Chronico Alexandrino & variis Martyrologiis dicitur S. Polycarpus natus fuiſſe, cùm martyrium ſubiit,* 86. *aut* 87. *annos. at non dixit Sanctus tot ſe annos habere ætatis, ſed Chriſtianæ profeſſionis, quam fortaſſis non niſi* 16. *aut* 18. *annos natus, iamq; Calliſtus in familiâ ſuſceperat. Multa de eius ætate Halloix: nos quædam ſuprà.*

i *Ita MS.* ἀπεκδίκαζε. Μή μοι γένοιτο ἵνα ὀμόσω τὴν Καίσαρος τύχην, ὡς σὺ λέγεις προσποιῇ δὲ ἀγνοεῖν με, τίς εἰμι. *aſt Euſebius:* ὁ Πολύκαρπος, εἰ κενοδοξεῖς, φησὶν, ἵνα ὀμόσω τὴν Καίσαρος τύχην, ὡς λέγεις, προσποιούμενος ἀγνοεῖν ὅς τις εἰμί. Polycarpus, Si, inquit, ad inanem oſtentationem requiris, vt per Cæſaris fortunam iurem, (ſic enim vocas) & me, qui ſim, ignorare præ te fers, *&c. Ruffinus:* Si hanc, inquit, iactantiam quæris, vt ego fortunam Cæſaris iurem, & quis ſim ignorare te ſimulas.

k *MS.* ἀποδιάδεκτος γὰρ ἡ ἀπὸ τῶν κρειττόνων ἐπὶ τὰ χείρω μεβάνοια· καλὸν δὲ μετατίθεσθαί με ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἐπὶ τὰ δίκαια. *Eadem habet Euſebius, niſi quòd pro* ἀποδιάδεκτος, *ſcribit* ἀμετάβλητος. *Vertit Chriſtophorſonus:* Nam nobis rata ac decreta ſtat ſententia: & multùm ab eo abſumus, vt aliquando animo mutato, nos meliorum pœniteat, quò ceteriora ſequamur. A ſæuitiâ & crudelitate ad æquitatem & modeſtiam traduci, eſt pulchra ſanè mutatio. *Sed in hoc poſteriori membro Euſebij textus mè non habet, ſed ſolùm* μεταπίθεσθαι ἀπὸ τῶν χαλεπῶν. *Eodem ferè ſenſu Ruffinus:* Nobis enim immobilis ſtat ſententia. Nec poſſumus de bono ad malum per pœnitudinem mutari. Melius autem erat, ſi hi mutarentur ad bona, qui perſeuerant in malis.

l *Ita MS.* δαπυνθῆναι. *Euſebius:* δαμασθῆναι, *& vertit Chriſtophorſonus:* domitum & manſuetum reddam. *Ac Ruffinus quoque:* Igni te, inquit, faciam conſumi.

m *Ruffinus:* Miſſo igitur Curione ad populum, iubet voce maximâ proteſtari, Polycarpum tertiò confeſſum Chriſtianum ſe eſſe. *at benè obſeruat Halloix, tertiò iuſſum proclamare, Polycarpum ſeſe Chriſtianum eſſe confeſſum, non verò hunc tertiò confeſſum. tum de Curionis voce multa diſputat.*

n *MS.* Ἀσιάρχην Φίλιππον. *conſonant Latina MSS. Ruffinus,*

EX MS. GRÆCO. *Chriſtophorſonus*, munerarium Philippum *vocat. ſequitur Halloix, putatq; ἀγωνάρχην legendum.*

o *Ruffinus*: Quia iam editionis ſuæ munus expleſſet. *Chriſtophorſonus:* quoniam iam ferarum certamina confecta erant. *atqui editiones illæ, munera, certamina*, venationes *dici ſolent; vt fuisse docet Halloix.*

§. III. S. Polycarpi martyrium, reliquiæ.

Adiudicatur incendio,

11 TVnc illis viſum eſt vno conſenſu clamare & poſtulare vt Polycarpus viuus comburetur. Oportebat enim oblatam illi de ceruicali viſionem compleri; quod cùm penes ſe tacitè orans vidiſſet, conuerſus ad eos qui illi aderant fideles, dixit propheticè: Oportet me viuum comburi. Et hæc tantâ celeritate geſta ſunt, vt dicto penè citius, turba ex officinis & balneis ligna ſarmentaque actutùm coaceruarit: & Iudæi præcipuè, vt ad ſimilia conſueuerunt, operam indefeſsè conferebant. Vt verò iam extructus erat rogus, ipſe ſuis ſe veſtibus *a* exuens, depoſito cingulo, ſoluere quoque ſibi calceos conabatur, quod numquàm antè faciebat, propterea quòd fideles omnes inter ſe certabant, quis prior ſacrum eius corpus contingere mereretur. Res enim præclaras & ſanctas geſſerat *b* ante martyrium, Deumq; erat omni conuerſatione imitatus.

rogum parantibus Iudæis:

a

b

12 Confeſtim adhibentur ad combuſtionem accommodata inſtrumenta. Sed cùm vellent eum *c* clauis affigere, Sinite me hoc modo, inquit; qui enim dedit ignem perferre, is quoque gratiam dabit, vt abſque vllo clauorum præſidio immobilis in igne perdurem. Illi verò non clauis quidem affixerunt, adſtrinxerunt tamen vinculis. Manibus igitur poſt tergum religatis, veluti inſignis quidam aries è magno grege delectus ad oblationem, & holocauſtum acceptabile, ſuſpiciens in cælum dixit: Domine Deus omnipotens, Pater dilecti & benedicti filij tui Ieſu Chriſti, per quem ſuſcepimus tui cognitionem; Deus Angelorum & Poteſtatum, & omnis creaturæ, & totius generis iuſtorum, qui viuunt in conſpectu tuo; benedico tibi, quia me dignum feciſti die & horâ hac, vt partem accipiam in numero Martyrum tuorum, in calice Chriſti, in reſurrectionem vitæ æternæ, corporis & animæ, in incorruptione Spiritus ſancti: inter quos ſuſcipiamur in conſpectu tuo hodie in hoſtiam pinguem & acceptabilem, ſicut præparaſti, præſignificaſti, & compleuiſti, verus & omnis mendacij expers Deus. Quare pro omnibus te laudo, benedico, glorifico te cum æterno & cæleſti filio tuo Ieſu Chriſto, quocum tibi & Spiritui ſancto gloria nunc & in ſecula ſeculorum, amen.

c

ferro adſtringi renuit:

erat:

13 Cùm dixiſſet Amen, orationemque abſoluiſſet, lictores, quibus rogi extruendi cura erat, ignē ſuccenderunt. Magnâ autē emergente flammâ, miraculū ingens vidimus, quibus id conceſſum fuit, quiq; reſeruati ſumus, vt ceteris fidelibus quæ geſta ſunt narraremus. Ignis namque fornicis ſpeciem quamdam exprimens, ac veluti velum nauigij ventorum flatu turgeſcens, corpus Martyris vndique circumuallat: eratq; in medio non vt caro vſtulata, ſed *d* velut panis coctus, vel aurum argentumue in camino ignis ardore probatum. Et verò tantam ſuauiſſimi odoris fragrantiam inde percipiebamus, ac ſi è thure aliiſue pretioſis aromatis exſpiraretur. Tandem cū cerneret impij corpus eius igne cōſumi non poſſe, iuſſit quiſpiam *e* ſtructorem ignis accedere propiùs, & gladium infigere. Id cùm factum eſſet, *f* columba euolauit, tantaq; ſanguinis profluxit copia, vt & ignem reſtingueret, & populus miraretur, tantum eſſe diſcrimen inter infideles & electos, quorum numero adiunctus eſt admirabilis Martyr Polycarpus, qui noſtris temporibus extitit Doctor Apoſtolicus & Propheticus, Epiſcopus Smyrnenſis Catholicæ Eccleſiæ; nam quodcumque ex eius ore prodibat verbum, idem vel iam expletum erat, vel certò pòſt explendum.

igne in modum fornicis circumdatur,

d

ſuaui exſpirante odore;

e

f

configitur gladio;

euolat anima ſpecie columbæ:

ſanguine ignis extinguitur:

14 Aſt inuidus ille, & malignus ac ſceleratus iuſtorum generi ſemper infeſtus aduerſarius, videns illuſtre eius martyrium, atque à primâ ætate irreprehenſibilem cōuerſationem, eumque iam immortalitatis coronâ remuneratum, certoque & ſtabili brauio potitum; omni cura & ſtudio adniſus eſt, ne reliquiæ eius à nobis auferrentur, etſi multi id animo agitarent, vt quoquo modo participes fierent ſacræ illius carnis. Suggeſſit enim Nicetæ, Herodis patri, fratri *g* Alces, vt Præfectum rogaret, ne iis corpus traderet, Ne, inquiebat, dimittentes Crucifixum, hunc incipiant venerari. Et hæc ille dixit ſubmonentibus, obnixeque inſtantibus Iudæis, qui & corpus, cùm id vellemus ex igne eximere, cuſtodierunt; ignorantes nimirùm non poſſe nos aliquando inducere in animum vt Chriſtum relinquamus, qui pro ſalute omnium, qui toto orbe ſaluantur, paſſus eſt, iuſtus pro iniquis, aut alium quempiam colamus: hunc enim Dei filium adoramus, Martyres verò veluti Domini diſcipulos & imitatores meritò amamus, propter eximiam ipſorum erga proprium Regem & Magiſtrum caritatem, quorum vtinam & nos conſortes & condiſcipuli eſſe poſſimus.

agentibus Iudæis, prohibetur ne Chriſtiani reliquias rapiant:

g

15 Cernens igitur Centurio Iudæorum peruicax ſtudium, corpus in medio ignis collocauit & exuſſit. Sic nos poſteà colligentes potiora lapidibus pretioſis auroque probatiora oſſa eius, ſepoſuimus ea commodo loco, vbi, vt fieri poterit, nobis in vnum aliquando coactis, concedet Dominus dlem martyrij eius cum gaudio & exultatione celebrare, ad eorum qui certamine perfuncti ſunt memoriam, poſterorum incitamentum mentiſque ad paria præparationem.

comburitur corpus:

oſſa colligunt Chriſtiani:

16 Iſta de B. Polycarpo, qui cum aliis à Philadelphiâ profectis duodecim, Smyrnæ martyrium ſubiit, ab omnibus memorantur, vt apud ipſos Gentiles vbique locorum frequenti ſermone celebretur non modò illuſtris gentium Doctor, ſed eximius Martyr, cuius martyrium omnes deſiderant imitari, peractum ſecundùm Euangelicam normam: qui ſuâ conſtantiâ iniquum Præfectum debellauit; atque ita immortalitatis gloriam conſecutus, cum Apoſtolis & iuſtis omnibus exultans glorificat Deum Patrem, benedicit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, noſtrarum Saluatorem animarum, corporum gubernatorem, Paſtorem toto orbe diſperſæ Catholicæ Eccleſiæ.

Duodecim alij Martyres.

17 Vos quidem petiiſtis pluribus vobis peſcribi quæ geſta erant; nos verò in præſenti ſummatim tantùm ea indicauimus, per fratrem noſtrum Marcum. Aſt vbi legeritis, vlteriùs diſſitis fratribus epiſtolam mittite, vt & ipſi Dominum glorificent, qui talem ex ſeruis ſuis inſtituit delectum, qui poteſt nos omnes gratiâ ſuâ & munere introducere in æternum ſuum regnum per filium ſuum vnigenitum Ieſum Chriſtum, cui gloria, honos, imperium, maieſtas in ſecula, amen. Salutate omnes Sanctos. vos ſalutant qui nobiſcum ſunt; & Euareſtus, qui epiſtolam ſcripſit, cum omni ſuâ familiâ. Martyrium conſummauit B. Polycarpus menſis Xanthici incipientis ſecundâ die, ante VII. Kalendas Maias, ſabbato magno, horâ octauâ; comprehenſus eſt autem ab Herode, ſub ſummo ſacerdote Philippo Tralliano Proconſule, regnante in æternum Ieſu Chriſto. Optamus vos rectè valere fratres, ambulantes iuxta Euangelium verbo Ieſu Chriſti, cum quo omnis gloria Deo pro ſalute ſanctorum electorum, ſicut martyrium conſummauit Polycarpus, cuius vtinam & nos aliquando in regno Chriſti inueniamur veſtigia eſſe ſecuti.

Epilogus epiſtolæ:

quis eam ſcripſerit?

quando paſſus ſit Sanctus.

18 Hæc tranſcripſit Caius ex ſcriptis S. Irenæi diſcipuli S. Polycarpi, qui & cum Irenæo conuerſatus eſt. Ego verò Socrates Corinthi ex Caij exemplari deſcripſi. Gratia ſit cum omnibus nobis. Ego verò rurſus Pionius ex antè ſcripto accepi, cùm illa perueſtigaſſem iuxta reuelationem apparentis mihi B. Polycarpi, quemadmodùm oſtendam ordine ea colligens, quæ iam ferè ſitu & diuturnitate erant oblitterata, vt & me colligat Dominus noſter Ieſus Chriſtus cum electis ſuis in cæleſte ſuum regnum; cui gloria cum Patre & ſancto Spiritu, in ſecula ſeculorum, amen.

Addita ad epiſtolam de ſcripto.

a *Addit*

a *Addit Euſebius*, omnibus. b *Idem* ante canitiem.
c *De hoc ritu plura Halloix.*
d *Abſunt hæ tres voces ab Euſebij textu, & Ruffini.*
e *MS. & Euſebius* Κομφίκτορας *vocant*, Confectorem *Ruffinus.*
f *Non meminêre columbæ Euſebius & Ruffinus: meminêre MSS. Latina, & Græcum.*
g *MS.* ἀδελφὸν δὲ ἀλκῆς. *Euſebius*, ἀδελφὸν δὲ Δάλκης. *Ruffinus*, fratrem autem Dalcæ.

EADEM ACTA

ex a tribus veteribus Latinis MSS.

§. I. *S. Germanici & aliorum conſtantia.*

b Ecclesia Dei quę eſt apud Smyrnam, Eccleſiis Dei ſalutem *b* Philomelij, & vniuerſis quę in locis ſunt, Catholicis ciuitatibus, miſericordia, & pax, & amor Dei Patris, ac Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus abundet in ſeculum.

c d 1 Scripſimus vobis, Fratres, de Martyribus, & de B. Polycarpo, qui *c* velut ſignaculum fidei perſecutiones *d* ſedauit inimici: omnia enim quæ tranſacta ſunt Domino auctore prædicta ſunt ſecundùm Euangelium, in quo quid ſequi deberemus oſtendit: in quo ſe & tradi paſſus eſt, & cruci, per quam nos liberaremur, affigi. Æmulos ergo nos ſibi eſſe voluit, ac primus virtute cæleſti iniuſtorum *e* iuſtus obtemperauit arbitrio, dans ſcilicet ſecuturis viam, & pius Dominus exemplum famulis ſe præbendo, ne oneroſus Præceptor à quoquam putaretur, pertulit antè illa, quæ aliis perferenda mandauit, qui omnes ita formauit & docuit, vt non ſolùm nos ipſos, ſed etiam per nos fratres ſingulos ſaluaremus. Beatæ enim paſſiones cæleſtia tolerantibus regna parturiunt, & poſt contempta hæc omnia, opes, honores, parentes, coronæ conſummatio plena Martyrum eſt. Quid enim dignum tam pio Domino famulorum reddat obſequium, ſi maiora conſtat pro ſeruis Dominum, quàm ſeruos pertuliſſe pro Domino? Vnde oportet doctiores nos reddi omnia cum timore narrare, & ſingulorum militum Chriſti fidelia deuotionum tropæa, vt geſta conſtant, exponere; quo amore erga Deum fuerint, quâ patientiâ cuncta pertulerint.

Exemplũ Chriſti nos animat ad martyrium.

Martyrij fructus.

Conſtantia Martyrum.

2 Quis enim non tantâ admiratione teneatur, dulcia fuiſſe ſingulis durorum verbera flagellorum, craticulas, eculeos, laminas, amabilem gladium, & mitia crepitantium tormenta flammarum, cùm fluente vtriuſque lateris cruore patefactis vitalibus omnia apparerent interna membrorum, *f* vt ipſa etiam corona populorum fleret viſo tantæ crudelitatis horrore, nec ſine lacrymis poſſet aſpicere, quod fieri ipſa voluiſſet? Nullus tamen erat patientium Martyrum gemitus, aut eiulatio aliquâ vi doloris exorta: vt libenter ſuſcipiebantur ſingula, ita fortiter tolerabantur. Præſens enim Dominus ſuſceptâ tam fidelium oblatione ſeruorum, non ſolùm æternam vitam, & illa quæ ſolet deuotis præſtabat, ſed etiam doloris illius violentiam temperabat; ſcilicet ne cruciatus corporis *g* patientiam frangerent animi: loquebatur enim cum illis Dominus, & ſpectator & roborator animorum, & præſentia medebatur mala, & coronam illis, & cæleſtia, ſi perduraſſent, promittebat imperia. Inde Iudicis, ille contemptus; inde *h* glorioſa fuit patientia: exui enim hac luce cupiebant, vt ad illa clara atque æterna ſalutis habitacula, Domino iubente, tranſirent: præponebant vera falſis, cæleſtia terrenis, ſempiterna morituris: parabatur enim vnius horæ *i* exitio gaudium nullâ vetuſtate periturum.

Conſolationes diuinæ in tormentis.

f g h i

3 Diabolus tamen multa machinatus eſt: ſed gratias Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui contra omnes fidus ſeruorum ſuorum defenſor aſſiſtit. Nam fortiſſimus Germanicus, & omni mente Deo deuotus, incredulorum animos potentiâ ſuæ virtutis extinxit. Hic feris traditus, cùm Proconſulis in ſe miſeratione cerneret, & ab eo perſuaderetur, vt ſaltem vel ſuam ætatem cogitaret, ſi alia fortè in ſe contemneret omnia, dolentem pro ſe inimicum aſperatus eſt, & dedignatus eſt veniam, quam perſuadebat iniuſtus: quare ipſe ad ſe feram beſtiam vocabat, feſtinans maturè huius mundi labe exui, vel iniquitate priuari. His viſis vulgus vniuerſum ſtupore confectum, Chriſtianum animum mirabatur intentiùs; & clamatum eſt: Torqueantur innocentes. Quærebatur etiam Polycarpus. Tunc vnus incognitus, *k* nomine Phrygius, ſuperueniens fortè de patriâ, *l* propriâ ad patiendum voluntate feſtinans, cruento Iudici ſe ſecurus obiecit. Sed voluntatem vicit infirmitas: miſſis namque ad ſe feris, his aſpectis timore perculſus cœpit nolle quod voluiſſet, & conuersâ ad diabolum voluntate, probare illud, ad quod venerat deſtruendum. Huic itaque Proconſul multis *m* pellectionibus ſacrificare perſuaſit. Ideò non eos fratres laudare debemus, qui ſe vltro offerũt, ſed eos qui inuẽti latentes in paſſione potiùs perſeuerant. Sic nos quoque ſermo Euangelicus confirmat, & hoc hortatur exemplo ceſſiſſe vltroneum, & viciſſe compulſum.

Germanicus Martyr

beſtiam in ſe irritat:

k l

Quidam temerè ſe morti offerens, cadit.

m

Matth 10. 23.

a *Præcipuè codicem Audomarenſem ſequimur: ſed hunc contulimus cum iis quæ ex codice S. Maximini Treuirenſi deſcripſerat Roſuveydus, quæq; ex alio Burgundico MS. nobis communicauit Petrus Franciſcus Chiffletius noſter.*
b *MS. Chiffl.* Philomeliæ. *MS. Græcum ſuprà*, Philadelphiæ; *quæ vrbs media eſt inter Smyrnam & Philomelium.*
c *MS. Chiffl.* per ſignaculum.
d *MS. S. Max.* ſedauit; *Audom* ſe dedit.
e *MS. Chiff.* iuſtorumque.
f *Idem MS.* vt ipſam etiam coronam popularis viſio fleret.
g *MS. Audom.* potentiam. *at Chiff.* ne potentiæ cruciatuum corpora eorum frangerent.
h *MS. Ch.* gloria patientiæ. *MS. Max.* glorioſa potentia.
i *MS. S. Max.* exitu.
k *Fortè ita interpungendum*, incognitus nomine, Phrygius. *in aliis Actis dicitur fuiſſe Phryx genere, nomine* Quintus.
l *MSS. Chiff. & Aud.* pronus.
m *MS. Chiff.* pollicitationibus.

§. II. *S. Polycarpi latebræ, apprehenſio.*

4 Vnde Polycarpus, vir eximiæ prudentiæ robuſtique conſilij, his auditis latebram petiit. Nec tamen mente turbatus fugiebat hæc, ſed potiùs differebat, qui per ſingulas ciuitates ambulans *a* hortantes vt celeriùs exiret, ac ſe quærentibus aliquâ ratione ſubtraheret, aſpernatus, diutius morabatur. Tandem in agrum ciuitati Smyrnæ proximum ſecedendum putauit: vbi diebus ac noctibus ſine intermiſſione orationi impendendo operam, Dei implorabat auxilium, quò fortior eſſet in pœnâ. Signum tamen, triduo antè quàm comprehenderetur, reuelationis accepit: intuebatur enim cerulcal capitis ſui flammâ ambiente circumdari. Expergefactus itaque ſanctiſſimus ſenex, vix adhuc ſtratis grauia membra ſubtraxerat, & ait his qui cum eo erant, ignibus ſe crem andum.

S. Polycarpus in villam ſecedit.

a

ex ſomnio prænoſcit mortem ſuam:

5 Et ecce fortè in alium agrum ſeceſſerat, & ſtatim quærentes eum affuerunt cuſtodes: ſed cùm ab his ille inueſtigari non poſſet, comprehenſis duobus infantulis, vnoque ex his etiam verberato, latebram confeſſio infantis aperuit: quia ipſe celari non poterat, quem paſſio ipſa poſcebat; proditores verò eius domeſtici. Irenarcha *b* & Herodes feſtinabant in arenam eum citiùs exhibere, vt & ille ſi vitâ & paſſione Chriſti ſit ſocius, & proditores exemplo Iudiæ pœnam quam merentur accipiant. Habentes itaque infantulum, ante ſabbatum horâ ipſius cœnæ egreſſi ſunt, Polycarpum perquirentes cum equorum magnâ copiâ, vel armorum; quaſi verò non

aliò ſecedit:

proditur:

b

ab armatis perquiritur:

Ex Latinis Mss. *non vult aliò fugere:* non ſeruum Chriſti comprehenderent, ſed latronem. Inuenerunt eum nocte in tegulis ſe prementem: fuerat quidem tranſgrediendi in alium agrum facultas, ſed iam feſſus oſtendere ſe maluit, quàm celari, dicens: Compleatur volũtas Dei: quamdiu voluit ille diſtuli; & quando iuſſit, optaui.

perſecutoribus vltrò ſe offert: 6 Viſis itaque illis, deſcendit, habuitque ſermonem, qualem aut illa ætas proferre potuerat, aut ſpiritus gratiæ cæleſtis infuderat. Cùm mirarentur in his annis tantam velocitatẽ pedum, tantam habitudinem eſſe membrorum, ad cuius inueſtigationem vix ſummâ celeritate peruenerint; nihil ille ſtupentibus reſpondit: ſed ſtatim *apponit iis menſam:* his alimenta cibi præbuit, & menſam iuſſit apponi: nec hoc ſine diuini magiſterij mandato faciens, cùm ſcriptum ſit, inimicos noſtros potu & cibo debere ſatiari. *orat per duas horas:* Tunc deprecatus eſt, vt ei horam concederent, quâ poſſet orare, & omnipotenti Deo debita precum vota perſoluere. Præbentes facultatem, *e* inſtanter petebat donum Dei præceptumque compleri: iugiter autem per duas fere horas oratio illa durauit, ſtupefactis audientibus; & quod maioris palmæ videretur inimicis, poſtmodùm orationis voce completâ, factâ in precibus omnium mentione notorum ignotorumque, bonorum ac malorum, & Catholicorum omnium, qui per ſingula loca Eccleſiæ colliguntur; tandem hora illius aduenit, quâ cuſtoditæ acciperet coronam iuſtitiæ.

ducitur in vrbem: 7 Impoſitus itaque aſino, cùm appropinquaret ciuitati, *d* Maiores habuit obuios Irenarcham Herodem, *d* & patrem eius Niceten; vehiculoque ſuſceptus eſt, *ſollicitatur ad defectionem:* vt vel obſequio vinceretur, qui vinci pœnæ dolore non poterat. Cùm ergo ſubdolo crebroque ſermone profanũ aliquid ab illo exigerent aſſidentes, dicerentque: Quid mali eſt dicere, Domine, & ſacrificare? & reliqua, quæ ſolent diabolo inſtigante narrari; frænato paulliſper ore, omnibus patienter auditis, tandem iratus enuntiat, ad hoc ſe numquàm poſſe perduci, non igne, non ferro, non arctorum doloribus vinculorum, non fame, non exilio, non flagellis. Commoti tunc illi, vehiculo ſummâ velocitate currente Polycarpum *perturbatur è curru, ac ſuras ladit:* perturbarunt, ita vt ſuras aliquâ ex parte quaſſaret: tantâ tamen velocitate per arenam currebat, vt nullius corporis damna ſentiret.

voce diuinâ animatur ad conſtantiam: 8 Sed cùm iam arenam fuiſſet ingreſſus, è cælo ſtatim miſſa vox ſonuit dicens: Polycarpe, habeto virtutem. Hanc vocem qui in arenâ erant audierunt; ex aliis autem nullus audiuit. Cùm igitur Proconſuli fuiſſet oblatus, Deum toto corde confeſſus, imperia Iudicis cruenta contempſit: cumque ab eo ad blaſphemum quodcumque cogeretur, diceretque ei Proconſul, Vel ætatem hanc *iterum tentatur à Proconſule.* cogita, ſi alia in te fortè contemnis: non poterit hæc ſenectus iuuenibus etiam expaueſcenda ſufferre: debes iurare per Cæſarem, Cæſariſque fortunam: præterea habere patientiam, & dicere, Impios tolle. Tunc Polycarpus ore ſemicluſo, & qui non ſuo, ſed alieno ſermone loqueretur, clauſis penè faucibus, populum qui in arenâ erat reſpexit vniuerſum, impium & profanum; tractoque ex intimo corde ſuſpirio, maieſtatem cæli intuens, dixit: Tolle impios. Et cùm aſſiduus præceptor inſiſteret enuntians: Iura, & poteris relaxari, Chriſtumque contemne; tunc ait Polycarpus: Octogeſimum *Chriſtum generosè confitetur:* iam & ſextum annum ætatis ingredior, nomini eius probatus & ſeruiens ſemper, numquàm ab eo læſus, ſemperque ſeruatus; quomodò poſſum eum odiſſe quem colui, quem probaui, quem ſemper *e* actorem optaui, Imperatorem meum, ſaluatorem ſalutis & gloriæ, perſecutorem malorum, vltoremque iuſtorum?

e 9 Sed cùm ille diceret, per Cæſaris iurandũ eſſe fortunam, ait: Quid me cogis iurare per Cæſarem? an *venuit per Cæſaris fortunam iurare:* profeſſionem meam fortaſſe non noſti? Palàm me Chriſtianum dico; & quo magis iraſceris, ego gaudeo. Tu ſi vis legis huius ſcire rationem, diem da, quo incipias audire vel diſcere. Reſpondit ei Proconſul: Satisfac populo. Polycarpus ait: Tibi dignũm reor ſatisfacere, probatus & obaudiens eſſe quæ iuſſeris, tantùm ne iniuſta ſecteris. Docti enim ſumus poteſtatibus, quæ Deo ordinante procedunt, morem gerere, mandatiſque ſeruire: illos verò indignos iudico, nec ad ſatisfaciendum idoneos puto: proinde Iudici me æquum eſt parere, non populo. Reſpondit Proconſul: Feras atroces habeo; his te tradam, per fruſta lacerandum, *Proconſulis minas contemnit:* ſi pœnitentiam habere contemſeris. Reſpondit ille: In me leonum rabies cruenta deſæuiat, & quidquid grauius Iudex dirus inueneris; gloriabor in pœnâ, tripudiabo lætus in vulnere, & merita mea doloris æſtimatione penſabo: quantò grauiora pertulero, tantò præmia maiora percipiam. Eſt mihi paratus ad *f* inferiora *f* animus; ex humilioribus autem ad ſumma procedimus. Reſpondit Proconſul: Si ferarum morſus nouâ præſumptione contemnis, ignibus te cremabo. Tunc Polycarpus reſpondit: Ignem mihi minaris, inquit, qui vnius horæ ſpatio æſtuat, & pòſt frigeſcit, ignorans futuri iudicij & æterni ignis impiis tormenta perpetua. Sed quid voluntatem tuam longâ oratione ſuſpẽdimus? Fac ex me illa quæ cogitas: & quodcumque aliud pœnæ genus caſus obtulerit aucupare.

poſtulatur à populo ad ſupplicia. 10 Hæc fortè dum loquitur, vultũ eius vel ſenſum gratiæ cæleſtis ſplendor intrauit, vt ipſe etiam Proconſul terreretur. Tunc voce præconis in arenâ mediâ ter clamatum eſt, Polycarpus Chriſtianum ſe ſemper eſſe confeſſus eſt. Vniuerſus itaque populus Iudæorum & gentium, qui Smyrnam colebat, irâ commotus exclamauit: Hic eſt Aſiæ Magiſter, Chriſtianorum Pater, noſtrorum Deorum deſtructor pertinax, violator templorum, qui dicit non ſacrificandum, nec Deorum adoranda eſſe ſimulachra: tandem quod peccarat inuenit. Petebant *g* Aſiarcham Philippum, vt ei leonem immitterret. Qui ſibi non licere, reſpondit, tempore iam muneris exſoluto.

a *MS. Aud* hortabatur, vt nemo celeriùs *&c.*

b *Ita MSS. Aud & Max. ſed corrigenda ex MS. Graco & Euſebio. MS. Chiff. vtrumque nomen omiſit.*

c *MS S. Max* ſtans.

d *Addit MS. Chiff.* maiore ſabbato.

e *Ita MS Chiff. alia*, auctorem; *nec malè.*

f *Ms. Aud.* ſuperiora.

g *Ita MS. Chiff at Max.* Aſiarchum.

§. III. *S. Polycarpi martyrium.*

Addicitur igni. 11 TVnc placuit illis omnibus æquo vnoque conſenſu, vt Polycarpum viuũ ignis exureret: oportuerat enim id fieri quod ille antè prædixerat. Orans itaque omnipotentem Deum, venerabilem vultum ad ſuos retorquens, ait: Videtis meam eſſe quam prophetaueram paſſionem? Tunc populus ad balneum, & ad *a* arciſteria conuolauit, ligna & *b* malleola perquirentes, *a b* præcipuè Iudæi. Per hæc miniſteria cùm flamma fuiſſet allata, Polycarpus cingulum ſoluit, veſtemque depoſuit: vincula etiam pedum parabat exuere, quæ facere non ſolebat, quia ſinguli fideles viri nuda eius tangere vel oſculari membra cupiebant: plenitudine enim bonæ conſcientiæ redundabat, etiam antequàm ad martyrij certamen accederet. *veſtem, & calceos exuit:*

ferro adſtringi renuit: 12 Poſitis ergo in medium his quæ ex more parabãtur arſuro; cùm eum ferro vincire cuperẽt, conſuetudinem legemque ſeruãtes, Permittite me ſic, inquit, qui enim dedit mihi velle, largietur & poſſe, atque ipſum tolerabilem faciet voluntati ignis ardorem. Itaque nemo eum ferro vinxit, ſed poſt tergum manibus ligatis, vt deuotus aries, præſentis paſſionis limen ingreſſus eſt. Tunc ſidera cælumque intuens, dixit: Domine Deus omnipotens, te benedico, te prædico, Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti Pater, per quem ſcientiam habemus & gloriam, Deus Angelorum, Deus Archangelorum, reſurrectio noſtra, ſolutioque peccati, rector elementorum omnium, & totius habitaculi, omne iuſtorum genus, qui in conſpectu tuo viuunt, protegens; te benedi- *orat:*

co, tibi

eo, tibi ſeruio, qui me dignum hac paſſione duxiſti, vt
c d percipiam *c* partem, coronamque martyrij, *d* in tuo ca-
lice per Ieſum Chriſtum, in vnitate Spiritus ſancti, vt
completo ſacrificio iſtius diei, promiſſa tuæ veritatis ac-
cipiam. Ob hanc rem te benedico in omnibus, & glo-
rior per æternum Pontificem omnipotentem Ieſum
Chriſtum, per quem tibi & cum ipſo, & cum Spiritu
ſancto, gloria nunc & in futurum, & in ſecula ſeculo-
rum, amen.

13 Completâ itaque oratione, flammâ ſuppoſitâ, cùm vſque ad cælum tolleretur incendium, miraculi nouitas repentina proceſſit, illis videntibus, quos videre iuſſerat cæleſte mandatum, vt poſſent ceteris oſtenſa narrare.
e arcu circumdatū, *e* Curuus namque in littore arcus apparuit in aliquan-
tam latitudinem cornua vtraque flectendo, velum nauis
imitatus, qui Martyris corpus molli velabat amplexu, ne
aliquid ex ſanctis artubus flamma vaſtaret. Ipſum autem
ſplendet Martyris corpus, corpus vt panis grata decoctio, vel argenti & auri con-
flatio, pulchro colore reſplendens, ſingulorum iuuabat a-
gratum efflans odorem: ſpectum. Odor etiam thuris aut myrrhæ aut pretioſi a-
licuius vnguenti tetrum nidorem totius fugabat incen-
dij. Cùm hoc itaque peccatoribus fuiſſet oſtenſum, vt
gladio confoditur: intellexerunt eum non poſſe comburi, præceperunt
Congeſtorem ignis *f* accenſi gladiunculum ſancto cor-
pori iniicere. Cumque hoc ita fuiſſet effectum, ecce ſub-
f euolat anima ſpecie columbæ: ſanguine ignis exſtinguitur. itò fluente ſanguinis copiâ, columba proceſſit de corpo-
re: & ſtatim ſopitum cruore ceſſit incendium. Tunc po-
pulus totus obſtupuit, atque omnibus inter iuſtos & in-
iuſtos quæ diſtantia eſſet innotuit, & quod præcipuum
eſt, etiamſi non eſt ſecutum vulgus, quod certum tamen
conſtat agnouit. Tale itaque Polycarpus, ſanctæ Smyr-
nenſium Magiſter Eccleſiæ, paſſionis munus impleuit.
Semper quæcumque ei reuelata fuiſſe conſtat impleta
ſunt.

14 Diabolus tamen, qui Iuſtorum ſemper inimicus eſt, cùm perſpexiſſet, & vim Martyris, & magnitudinem paſſionis impletam, irreprehenſibilem omnem vitam, & meritum maius in morte, hoc excogitauit, vt corpus e-
ius à noſtris non poſſet auferri; quamuis multi eſſent,
qui ſanctis eius optarent communicare muneribus.
Summiſit namque Niceten patrem Herodis, fratrem ve-
rò Alces, interpellare rectorem, vt reliquiæ eius omni-
Corpus, ne rapiant Chriſtiani, agunt Iudæi: bus negarentur Chriſtianis, aſſerens quòd relictis o-
mnibus huic fundenda eſſet oratio ſingulorum. Itaque
ſummittentibus Iudæis, cùm voluiſſent auferre eum de
flammâ, ignorantes, quia numquàm Chriſtum relin-
quere poſſumus Chriſtiani, qui pro peccatis noſtris tan-
ta pati dignatus eſt, neque alteri cuiquam precem ora-
tionis impendere; hunc namque filium Dei adoramus &
colimus; eius tamen Martyres, vt diſcipulos fideles, &
deuotos milites, honorificè ac libenter amplectimur; o-
ramus etiam, vt nos ſocij eorum, & condiſcipuli eſſe me-
reamur.

15 Ex contentione itaque noſtrâ & Iudæorum viſâ, Centurio poſuit corpus in medium: nos collegimus vt aurum gemmamque pretioſam, & ſepulturæ oſſa mandamus. Conuentus itaque alacriter factus eſt, vt præcepit Dominus conuenire ad diem natalem que Martyris. Talia circa B. Polycarpum acta ſunt. Cum his, qui ex Philadelphiâ fuerunt duodecim martyrium in Smyrnâ videtur impleſſe, *g* ſolus tamen inter ceteros culturæ meruit principatum. Martyrium ergo excelſum ſuſtinuit; & magiſter adhuc vocatur à populo. Hunc omnes optemus imitari, ſecundùm exemplum Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui perſecutionem vicit rectoris iniuſti, & incorruptionis coronam fugatâ peccatorum noſtrorum morte ſuſcepit, cum Apoſtolis & omnibus iuſtis alacriter benedicamus Deum & Patrem omnipotentem, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſaluatorem & animæ noſtræ gubernatorem & corporis, & paſtorem totius Eccleſiæ Catholicæ, & Spiritum ſanctum, per quem cuncta cognoſcimus.

Ex LATINIS MSS. *oſſa à Chriſtianis collecta:* *g* XII. *cum eo paſſi.*

16 Vos frequenter petieratis, vt quæ geſta fuerant nuntiarem de B. Polycarpo; quæ omnia nuntiaui per fratrem *h* Marcianum. Vos iam, quia ſcitis, omnibus per epiſtolas nuntiate, vt vbique benedicatur Dominus bonorum electione ſeruorum: potens eſt enim & nos ſaluare, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſaluatorem, per quem ipſi eſt, & cum ipſo gloria, honor & potentia, magnitudo in ſecula ſeculorum, amen. Salutate omnes ſanctos. Hi cui nobiſcum ſunt, omnes vos ſalutant: Euariſtus qui ſcripſit, cum omni domo ſuâ. Martyrium S. Polycarpi, menſe Aprilio, VII. Kal. Maias, maiore ſabbato, horâ octauâ, captus eſt ab Herode, Pontifice Philippo *i* Traiano, Proconſule *k* Tatio Quadrato. Gratias Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui gloria, honor, magnitudo, thronum ſempiternum à generatione in generationem, amen.

Epilogus epiſtolæ: *h* *quis eius ſcriptor;* *i k*

17 Exemplaria hæc ex Irenæi diſcipuli Polycarpi doctrinâ ſcripſit Caius, qui conuerſatus eſt vnà cum Irenæo. Ego autem Socrates ex his Caij exemplaribus ſcripſi. Ego Pionius memorata exemplaria inueſtigaui & ſcripſi, ex reuelatione, quæ mihi facta eſt de B. Polycarpo, ſicut enuntiaui in conuentu reliquis, ex tempore quo laboraui cum electis, & vt me colligat Dominus Ieſus Chriſtus in regno cælorum cum Patre & Spiritu ſancto, in ſecula ſeculorum, amen.

tranſcriptor.

a *Ita MSS. S. Max. & Audom. deeſt ea vox MS. Chiffletiano. alibi de hac voce pro monaſterio poſitâ diximus, videri ab ἀσκητήριον vitiosè deflexam: hic ab ἐξαστήριον, quod in Graco MS. habetur, fortaſſis detorta.*

b Malleoli *hîc ſarmenta, ſiue minores palmites; aut certè faſciculi ex pice aliiſq; id genus ignis fomitibus confecti, ad incendenda adificia accommodati. Vtroque ſignificatu etiam Ciceroni ea vſurpata vox eſt.* Malleolus.

c *MS. Chiff.* palmam.

d *Idem MS.* iſtius calicis. *Aud.* initium calicis.

e *MS. Chiff. vitiosè*: Coruus namque in littore curuo apparuit.

f *MS. Aud.* accingi.

g *Cetera deſunt in MS. Chiffletiano.*

h *In MS. Graco* Marcus *appellatur.*

i *MS. S. Max.* Troiani; *MS. Gracum,* Tralliani.

k *MSS.* Statu Quadrati.

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS

DATIVO, IVLIANO, TÆLLIANO, REOTRO, VINCENTIA, SATVRO, VICTORINA, SECVNDO, PAPA, CANTO, VICTORE, ÆMILIANO, ET ALIIS XXXV.

XXVI. IANVAR.

Horum SS. nomina in ſacris Faſtis;

1 ALII *his cognominibus aliis diebus; ex eadem Africâ, memorati: ac fortè ijdem, ſiue incuriâ librarij, ſeu quâ aliâ cauſſâ, ſæpius relati. Nobis quia perinde expeditum non erat, num iidem eſſent, (quod tamen alibi modeſtè facimus) pronuntiare; id Lectoris iudicio reliquimus. Hoc die iſta habet vetuſtiſſimum MS. S. Hieronymi:* In Africâ Datiui, Iuliani, Taelliani, Tellyptæ, Reotri, Vincentiæ, Saturi, Victorinæ, Secundi, Papæ, Canti, Victoris, Emiliani, & aliorum XXXV. Rodonis, Artematis, Policarpi. *De* Rhodone *agemus at* Polycarpo *ſeparatim; de* Artemate, *ſiue* Artemâ, *egimus XXV. Ianuarij. MS. Hibernicum perantiquum Conuentus Dungalenſis hoc die:* Policarpi Epiſcopi, Datiui, Iuliani, Paulæ Virg. Telliani, Reotri, Rodonis, Teliptæ, Vincentiæ, Victuriæ, Papæ, Arthemati, Serdi, Emiliani, Teoginis, Sabinis & aliorum XXXVIII.

2 *Alij in iiſdem MSS. & aliis Martyrologiis poſtridie referuntur,* Datiuus, Iulianus, Vincentia, Saturus, Secundus, Victor; *in Dungalenſi XXVII. Ianuarij* Cantus *alius, aliaq;* Telipta. *Sed an fortaſsis* Telipta *hic vrbs nomen, quæ alibi* Telepte *dicitur, exiſtimari poſſet? MS. Dungalenſe rarò locorum nomina addit: MS. S. Hieronymi vix in genitiuo caſu, ſed ferè ablatiuo.*

3 *Videtur* Reotrus, Reatrus *eſſe, quem cum* Datio *Martyrologio Romano adſcripſit Baronius, his verbis:* Ibidem ſanctorum Martyrum Datij, Reatri, & ſociorum, qui in perſecutione Wandalicâ paſſi ſunt. *atque in Notat.* de his, *inquit*, vetera MSS. ex quibus etiam recentiores hac die. *Recentiores illi ſunt Caniſius & Galeſinius, quorum hic ita ſcribit:* In Africâ ſanctorum Martyrum Datij, Reatrij, Æmiliani, Archimini, Armati, Caij, Auiti, & Adiuti: qui Vandalis Eccleſiam Dei oppugnantibus, pro Chriſti fide fortiter dimicatione ſuſceptâ, martyrij coronam acceperunt. *Citat in Notis Martyrologium MS. Ex eodem Caniſius:* Item in Africâ, ſanctorum Martyrum Datij, Reatij, Æmiliani, Archimini, Arnioti, Caij, Auiti, & Adiuti, qui omnes tempore Wandalicæ perſecutionis, aere certamen ſubierunt, tandem martyrij coronam patientiâ indepti ſunt. *Abſunt iſta à priori Caniſij editione. Haud videmus ſanè cur MS. illud quod Galeſinius citat, præferre duobus noſtris longè antiquiſſimis debeamus. Ergo* Reatrum *eſſe* Reotrum *exiſtimamus; de reliquis iſthic agemus.*

etiam recentioribus.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

THEOGENE ET ALIIS XXXVI.

XXVI. IANVAR.

S. Theogenis & ſociorum memoria in ſacris Faſtis.

1 CElebratur *hoc die in pleriſque Martyrologiis* S. Theogenes *Martyr cum ſociis ſex & triginta: at quo loco temporéue occubuerint, incertum. De iis ita vetus Martyrologium Romanum:* Et Theogenis, cum aliis XXXVI. *Eadem habent Notkerus, Martyrologia MSS. Vltraiectinum, Centulenſe, & Richenbergenſe, quæ duo Bedæ præferunt nomen, è quibus quod Bedæ nomine excuſum eſt corrigi debet, quod ſic habet:* Eodem die natale S. Theogenis Martyris, & aliorum ſex; *omiſsâ voce* triginta. *Et MS. Brugenſe S. Donatiani:* S. Theogenis glorioſi Martyris cum aliis triginta tribus. *Aſt Vſuardus, Ado, Bellinus, Sanctorius, aliiq;:* Eodem die ſanctorum Martyrum Theogenis cum aliis triginta ſex, qui contemnentes temporalem mortem coronam vitæ æternæ adepti ſunt. *Ita omnia excuſa ferè & MSS. exemplaria. MS. Domus Profeſſæ Societatis Ieſu Antuerpiæ* Theologenem *vocat.*

2 *Tempus adſcribitur in antiquo MS. Vſuardi Pariſienſi ad S. Germanum, & Bellino Pariſijs an. Ch. 1521. edito, in quibus* ſub Licinio Imperatore *dicuntur* coronam vitæ æternæ adepti. *Eadem habet Florarium MS. in quo annus exprimitur* trecenteſimus duodecimus. *Verùm ea verba ab altero* Theogene, *(quem ſub Licinio Imperatore Cyzici in Helleſponto paſſum dedimus III. Ianuarij) huc tranſlata fuiſſe, meritò quis ſuſpicari poſsit. Conſtantius Felicius:* Theogenes Martyr cum triginta ſex ſociis occiditur Laodiceæ ſub Maximino Imperatore. *Imperauit hic aliquamdiu cum Licinio.* Laodicea *martyrij horum palæſtrâ conſtituitur etiam in vetuſtiſſimo MS. Rhinavienſi. Sequitur etiam Galeſinius:* Laodiceæ ſanctorum Martyrum Theogenis & aliorum triginta ſex ſociorum, qui contemptâ morte pro Chriſti gloriâ ſempiternam vitam adepti ſunt. *Idem de Laodiceâ ſcribunt Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 25. Maurolycus & Caniſius. At fortaſſe, quòd in Martyrologiis antiquioribus ſubiicerentur S. Polycarpo, in eadem cum ipſo perſecutione paſſos ſtatuerunt ſub Imperatoribus M. Aurelio, & L. Vero:* Theogenes Martyr, *inquit Petrus*, cum aliis 36. Chriſtianis martyrium paſſi ſunt in ciuitate Laodiceæ, eadem præmiſsâ perſecutione vrgente, qui contemnentes temporalem mortem coronam vitæ æternæ adepti ſunt, VII. Kal. Febru. vt dicit Hieronymus. *Eadem ferè habent Maurolycus & Caniſius:*

quo loco:

quo tempore paſſi dicantur;

3 *Adduni MS. Florarium, Martyrologia MS. Bruxellenſe, & excuſum Colonienſe, Caniſius, Molanus, & Galeſinius in Notationibus,* cuius memoriam facit B. Auguſtinus in homiliis de Pentecoſte. *in his necdum de* S. Theogene *quidquam reperimus. Galeſinius & Molanus in ſecundâ editione ad marginem adſcripſere, huius meminiſſe S. Auguſtinum homiliâ habitâ in Natali SS. Fructuoſi Epiſcopi, Augurij & Eulogij Diaconorum, & Agnetis Virginis, qui eſt ſermo 101. de diuerſis, in quo hæc habet:* Quãdo audiſtis dici apud memoriam S. Theogenis, Offero tibi Petre, Offero tibi Paule? *è quibus verbis colligit Baronius in Annotationibus ad Martyrol. Romanum,* Hippone fuiſſe eccleſiam nomine S. Theogenis. *Sed quo indicio de eò, qui hoc die colitur, potiùs intelligendum eſt quàm de alio aliquo, cùm plures huic cognomines reperiantur?*

An idem Theogenes qui Hipponę cultus?

4 *Imò ob hanc cauſſam Baronius de Hipponenſi Epiſcopo agi hoc die credidit, ideq; ſcripſit in Martyrologio Romano:* Hippone Regio

an Hipponenſis Epiſcopus,

ne Regio in Africâ; Sanctorum Theogenis Epiſcopi, & aliorum triginta ſex, qui in perſecutione Valeriani cõtemnentes temporalem mortem, cõronam vitæ æternæ adepti ſunt. *Subiicit in Notationibus:* Hic ille Theogenes Hipponenſis Epiſcopus eſſe cognoſcitur, qui vnà cum S. Cypriano interfuit Cõcilio Carthaginenſi *an. Ch. 257. Valeriani & Gallieni Imperatorum 4. Kal. Septemb.* vt ex eius Actis apparet quæ habẽtur apud Cyprianum *tom. 2. in fine,* & Auguſtinum in lib. 6. de Baptiſmo contra Donatiſtas. *& tomo 1. Conciliorum. In hoc Concilio Actum eſt, an ij, qui ab hæreticis baptizati erant, cùm ad Eccleſiam Catholicam ſe conferrent, eſſent denuò baptizandi. Quâ de re hoc ſolum à Theogene pronuntiatum legitur num. 14. apud Cyprianum:* Theogenes ab Hippone Regio dixit: Secundùm ſacramentum gratiæ cæleſtis, quod accepimus, vnum baptiſma; quod eſt in Eccleſiâ ſanctâ, credimus. *Catholica ſanè ſententia, ſi verbà ſimpliciter accipiamus: qua relatâ S. Auguſtinus ſuprà cap. 21. addit:* Poteſt & mea eſſe ſententia, ſic enim librata eſt, vt nihil habeat contra veritatem. *De* Hippone *pluribus agetur XXVIII. Auguſti ad Vitam S. Auguſtini. Potuit iſtic alius ab hoc Epiſcopo* Theogenes *templum habuiſſe, vel ob reliquias eò tranſlatas, vel ob eorum, qui id condiderant, pietatem ac votum, vti ſuam habebant feſtiuitatem SS. Fructuoſus, Augurius, & Eulogius, Martyres Tarraconenſes, & Agnes Virgo Romana, de quibus actum eſt XXI. Ianuarij. Fieri tamen etiam poteſt, vt eodem quo Cyprianus turbine perſecutionis oppreſſus fuerit* Theogenes *ille Hipponenſis Epiſcopus, religionemq; erga ſe ſuorum ciuium excitârit, vt vult Baronius. Sed propoſitum nobis eſt, nihil in ſimilibus temerè definire.*

qui Concilio Carthaginenſi ſub S. Cypriano interfuit?

Ex 44. Bzb.

DE S. RHODONE MARTYRE.

XXVI. IANVAR. *COmmemoratur* S. Rhodon *in MSS. Martyrologiis Dungalenſi & S. Hieronymi; quorum verba iam recitauimus cùm de Martyribus Africanis ageremus. Refertur & à Carthuſianis Colonienſibus in Addit. ad Vſuardum. Affine* Sodonis *nomen XXV. Ianuarij. Alius* Rhodon, *Martyr Tomitanus, 3. Ianuarij relatus. Quin hic quoque Martyr ſit, minimè ambigimus.*

DE II. MARTYRIB. IN PHRYGIA.

XXVI. IANVAR. *VEnerantur hos anonymos duos Martyres Græci hoc die. Maximus Cythereus:* Eodem die ſancti duo Martyres in Phrygiâ fuſtibus cæſi finiuntur. *Idem habent Menæa, & addunt hoc diſtichon:*

Fuſtibus athletæ fauciati duo,
Coronati inuenerunt citò cicatricum obductionem.

Matthæus Raderus noſter hos ex illorum numero eſſe cenſet, qui in Martyrologio Romano aliiſq; VII. Februarij memorantur cum S. Adauco *martyrij coronam in Phrygiâ, Diocletiano imperante, conſecuti. Aſt hi fuſtibus mactati, illi viui concremati ſunt.*

VITA S. SIMEONIS PRISCI

ABBATIS MONTIS AMANI IN SYRIA,

ex Theodoreti Philotheo cap. 6.

§. I. *Vita anachoretica. Miracula.*

a SVB FINEM IV. SECVL. XXVI. IANVAR. *S. Simeon Priſcus*

1 SIMEONEM Senem ſi quis de induſtriâ prætermiſerit, & illius philoſophiæ memoriam mandârit obliuioni, iniuriæ & inuidiæ meritò accuſari poterit, vt qui neque velit laudare ea quæ ſunt laude digna, nec iis qui volunt iuuari ea proponat quæ ſunt maximè expetenda. Ego autem, non ne accuſer metuens, ſed laudibus eum proſequi cupiens, narrabo eius vitæ inſtitutum.

in ſpeluncâ habitat ſolus:

b *imperat ferùm:*

2 Is enim lõgiſſimo tempore perpetuò vitam amplexus eſt ſolitariam, & in paruâ quadam ſpeluncâ vitam agens, nullâ humanâ fruebatur animâ, ſolus enim viuere ſtatuerat: ſed cum Deo vniuerſorum loquebatur aſſiduè, *b* herbas autem eſculentas ſibi parabat cibum: eâ in re eius labor conſumebatur.

3 A Superis autem tam copioſâ donatus erat gratiâ, vt vel fortiſſimis & audaciſſimis imperaret beſtiis. Idque non ſolis piis, ſed etiam incredulis Iudæis euaſit manifeſtum. Nam cùm propter aliquod eorum negotium peregrè proficiſcerentur ad aliquod caſtellum, quod ſitum erat extra eam, quæ à noſtri Imperij hominibus habitatur, regionem; ortus autem eſſet imber vehemens & ingruiſſet tempeſtas, à viâ quidem aberrarunt, vt qui anteriora videre non poſſent: errabant autem per ſolitudinem, nec vicum, nec antrum, nec viatorem aliquem inuenientes. Cùm autem in medio continente non ſecùs vndis iactarentur, quàm ij qui nauigant in mediis fluctibus, diuini Simeonis antrum, veluti quemdam portum, animaduertere, ſordidumque & ſquallidum hominem aſpexêre, & quemdam exiguum ex pelle caprinâ contextum pannum habentem ſuper humeros. Ille autem ſimul ac vidit eos, ſalutauit, (erat enim affabilis) & eos rogauit cauſſam aduentus. Poſtquàm autem narrarunt quod euenerat, & rogarunt vt eos doceret viam quæ ducit ad caſtellũ; Manete, inquit, ſtatim vobis dabo duces, qui oſtẽdent viam, quam deſideratis. Atque ij quidem tunc parebant & quieſcebant. Ipſis autem ſedentibus, venêre duo leones, non toruè & ferociter intuentes, ſed veluti cuidam domino blandientes, & ſeruitutem ſignificantes. His annuens, iuſſit vt hoſpites ducerent, & ad viam à quâ aberrarant, reducerent. Nemo autem exiſtimet fabuloſam eſſe narrationem, cùm communes veritatis hoſtes habeat ferentes veritati teſtimonium: ipſi enim conſecuti beneficium, hoc perpetuò celebrant; hocque mihi hic magnus narrauit *c* Iacobus, dicens ſe affuiſſe, cùm hoc B. *d* Maroni narrarent miraculum. Qui ergo non credit Iudæis de Chriſtianorum miraculis ferẽtibus teſtimonium, quomodò non meritò vocabitur Iudæis infidelior? Siquidem illi, etiamſi in nos ſint infeſto animo, vincuntur tamen, & cedunt radiis veritatis: hi autem cùm exiſtimentur beneuoli, & fidei ſocij, ne inimicis quidem credunt, virtutem gratiæ teſtantibus.

leones viã duces errantibus aſſignant.

c

d

ſecedit ad Amanum montem:

4 Cùm autem vir ille diuinitus talibus miraculis euaſiſſet inſignis, & multos attraxiſſet ex vicinis barbaris (illam autem habitant ſolitudinem qui de Iſmaële generis auctore gloriantur) quietis amans, neceſſe habuit ſpeluncam relinquere. Et cùm multum viæ confeciſſet, peruenit ad montem qui *e* Amanus dicitur: idque quod olim erat refertum inſaniâ multorum Deorum cultus, multis iiſque omnis generis excoluit miraculis, pietatemque ac veram religionem, quæ nunc in eo exercetur,

eius accolis fidem infert:

e

ex Theodoreto. plantauit. Sed omnia quidem narrare valdè esset laborioſum, & fortasse id à me præstari minimè posset. Cùm itaque vnius mentionem fecero, & veluti quamdam formam characteremque Apostolici & Prophetici miraculi adiecero, relinquam deinceps cogitandum Lectoribus, cuiusnam gratiæ virtutem acceperit.

Cuidam opem imploranti

5 Æstas erat, & messis, & ferebantur manipuli in areas. Vir autem quidam, qui non erat suis iustis contentus laboribus, sed aliena concupiscebat, proximi quidem aliquot sustulerat manipulos, per hæc autem conabatur suum augere cumulum: sed statim in eius furtum diuina lata est sententia; cecidit fulmen, & exusta est area. Miser autem ille ad Dei hominem accessit, qui non procul à vico fixerat tabernaculum; & quæ sibi quidem acciderat, narrabat calamitatem, furtum autem celare conabatur. Postquàm autem vera dicere iussus, est furtum confessus (coëgit enim casus vel seipsum accusare) iussit vir ille diuinus, vt corrigendo iniuriam, faceret vt liberaretur à pœnâ. Nam si tu, inquit, illos solueris manipulos, extinguetur ille ignis immissus diuinitus: licebat ergo videre illum quidem currentem, & spicas furto surreptas ei cui facta fuerat iniuria offerentem, pyram autem absque aquâ extinctam, diuini senis oratione & intercessione.

præscribit vt furto sublata restituat,

& precibus ignem extinguit,

varios à variis morbis curat.

6 Hoc non incolas solùm impleuit terrore, sed etiam totam ciuitatem, Antiochiam, inquam, (erat enim in eius ditione hoc prædium) coëgit illuc currere, & vnum quidem petere vt liberaretur à rabie dæmoniacâ, alium verò vt quiesceret febris, alium autem vt alicuius ex iis quæ eum cruciabant consequeretur remedium. Ille verò iis qui inhabitabant, gratiæ fluenta abundè suppeditabat.

a *Hæc damus à Theodoreto descripta in Philotheo, seu lib. 9. de Vitis Patrum, cap. 6. Latinè reddita à Gentiano Herueto, collata eum interpretatione Alberici Longi: quorum epitome refertur hoc die, quo colitur à Græcis, in Menæis & apud Maximum Cythereum. Eam vertit ediditq; parte 1. Viridarij Sanctorum Raderus noster. Meminerunt Simeonis idem Theodoretus lib. 4. hist. Eccl. cap. 26. & Nicephorus lib. 11. cap. 41. Verba illius dedimus suprà XXIII. Ianuarij ad Vitam S. Eusebij Abbatis montis Coryphes, num. 2. in Prolegomen.*

b *Longus*: herbarumque maximè esculentis vescebatur. *Menæa*: nulloque cibo parato vescebatur; inemptis sponteque nascentibus herbis pascebatur.

c Iacobus Persa, *cuius antè meminerat Theodoretus cap. 2. in Vitâ* S. Iuliani Sabæ, *quam dabimus 18. Octob. & cap. 4. in Vitâ S. Eusebij, editâ suprà 23. Ianuar. num. 10. & 11.*

d *Colitur* S. Maro *XIV. Februar. De eo agit Theodoretus cap. 16.*

e Amani *montis iterum meminit Theodoretus cap. 9. & Moschus in Prato spirituali cap. 89. Situs est* in Antiochenâ solitudine *vbi eum vixisse tradit Theodoretus in histor. Eccles.*

§. II. *Peregrinatio ad montem Sina: monasteria extructa.*

Eminùs videt manus, è terrâ exertas,

7 Sed rursus amans quietis, ad montem Sinæum voluit peruenire. Cùm autem id sciuissent multi viri optimi, & qui eamdem persequebantur philosophiam, simul accurrerunt, cupientes esse socij eius peregrinationis. Cùm autem iter multorum dierum confeciſſent, postquàm in Sodomiticam venerunt solitudinem; vident eminùs viri manus, quæ ex profundo in altum expandebantur. Et primùm quidem existimabant esse fraudem dæmonis: cùm autem maiore animi studio precati essent, & eadem vidissent, profecti sunt ad illum locum, & vident quidem paruam fossam, qualem solent vulpes facere, cùm quæ subeant lustra machinantur: nullum autem illi videbant illic apparere. Nam cùm sensisset pedum strepitus qui manus habebat extensas, se intra cauernam occultauerat. Diu autem moratus senex, valdè rogauit vt se illi ostenderet, si humanam habeat naturam, & non sit impostor aliquis dæmon, qui se in has formas verteret. Etenim nos quoque, inquit, persequentes vitam monasticæ exercitationis, & quietem amantes, erramus per hanc solitudinem, in monte Sina cupientes adorare Deum vniuersorum, in quo cùm Moysi seruo suo apparuissset, dedit legum tabulas: non quòd existimemus Deum esse loco circumscriptum; audimus enim eum dicentem: Cælum & terram ego impleo, inquit Dominus; & quòd contineat terræ ambitum, & eos qui in eâ habitant tamquàm locustas. Sed quoniam ij qui ardenter amant, non solùm eos qui amantur desiderant, sed etiam illis loca grata sunt & iucunda, in quibus ij fuêre præsentes, & in quibus versati sunt. Ierem. 23. 24. Isa. 40. 22.

senem monachum latentem in cauernâ alloquitur,

vitæ eius institutum addiscit.

8 Hæc & similia cùm diceret senex, ex cauernâ se ostendit homo, qui in eâ delitescebat. Erat autem aspectu quidem agrestis, comâ squallidâ, facie corrugatâ, exsiccatis & planè exanguibus omnibus membris corporis: erat autem sordidis quibusdam pannis indutus, ex consutis palmarum germinibus. Cùm autem salutasset, & pacis verbum dedisset, rogauit quinam essent, & vnde venirent, & quò abirent. Ille autem & ad rogatum respondit, & vicissim rogauit vndenam venisset, & cur hanc vitam delegisset. Idem, inquit, me quoque ceperat desiderium eò eundi quò vos nunc itis: huius autem vitæ socium assumpseram quemdam meum familiarem, & qui erat eiusdem animi & sententiæ, & cui erat idem qui mihi scopus & institutum. Adegeramus autem nos inuicem iureiurando, ne morte quidem nostram seiungere consuetudinem. Accidit ergo vt is quidem in peregrinatione vitæ finem hîc acciperet. Ego autem iureiurando astrictus, & fossam feci vt potui, & corpus tradidi sepulturæ: propter hoc verò monimentum effosso mihi altero sepulcro, vitæ finem hîc exspecto, & Domino consuetum offero officium. Vescor autem dactylis, quos ad me afferre ab eo qui curam gerit iussus est quidam Frater.

dactylos a eo accipit, à leone allatos.

9 Hæc cùm sic dicerentur, leo procul apparuit. Cùm autem ij qui erant cum sene, animi angore & metu cecidissent, sentiens is qui iacebat in cauernâ, surrexit, & leoni annuit, vt transiret ad aliam partem. Is autem statim paruit, & venit botrum afferens dactylorum. Deinde rursus abiit cùm sibi fuisset permissum, & procul à viris decumbens obdormiit. Cùm ergo dactylos diuisisset omnibus, & eorum precibus & psalmodiæ communicasset, & post finem matutini officij salutasset, eos dimisit nouitate spectaculi stupefactos. Si quis autem non habet fidem iis quæ dicta sunt, recordetur vitæ insignis Eliæ, & coruorum ministerij, qui manè quidem panem, vespere autem ei carnem perpetuò afferebant: vniuersorũ enim effectori est facile, vt suis prouideatur, omnem viam inuenire. Sic Ionam in ventre ceti trium dierum & noctium spatio conseruauit, & effecit vt leones in lacu Danielem obstupuerint, & vt ignis inanimus operaretur tamquàm ratione præditus, & eos quidem qui erãt intus illuminaret, eos autem qui erant foris vreret. Sedenim rem facio superuacaneam, qui ad probandam Dei potentiam argumenta affero.

In monte Sina non surgit ab oratione nisi voce calitus auditâ:

diuinitus cibum accipit:

10 Postquàm ergo peruenit in montem quem desiderabat, aiunt senem illum admirabilem, in illo loco in quo Moyses dignus est habitus qui Deum videret, (vidit autem vt videri potuit ab humanâ naturâ,) genua fixisse, & non priùs surrexisse quàm vocem diuinam audiuerit, quæ illi significabat Domini beneuolentiam. Quoniam autem totâ vertente hebdomadâ ita perpetuò fuerat inclinatus, & ne minimum quidem cibi sumpserat, iussit vox quæ ad eum facta est, vt ea sumeret quæ erant apposita, & prompto & alacri animo comederet. Cùm autem manum extendisset, & tria mala inuenisset, & ea comedisset, vt iusserat qui dederat; & ei plenæ restitutæ sunt vires, & alacri, vt par erat, animo eos qui cum eo versabantur salutauit. Lætus ergo & hilaris reuersus est, vt qui & vocem diuinam exaudierat, & rursus comederat cibum à Deo datum.

duo monasteria ædificat:

11 Reuersus autẽ, duo philosophiæ extruxit gymnasia: vnũ quidẽ in [a] vertice montis, de quo priùs diximus: alterum autem infrà, propter ipsas oras lateris montis.

[a]

Cùm

Cùm in vtroque autem athletas virtutis congregaſſet, horum & illorum exercitator fuit & pædotriba; & aduerſarij docens inſultus, & agonothetæ promittens beneuolentiam, & bono animo, non autem degeneri & puſillo, eſſe iubens, & in ſuos quidem moderatione, in hoſtem autem animi magnitudine vti præcipiens. *moritur:* Hæc docens, ſic viuens, hæc miracula faciens, & ſplendorem omnis generis emittens, laborioſæ huius vitæ finem cepit, & migrauit in eam quæ eſt ſenij & moleſtiæ expers, relictâ gloriâ, quæ extingui non poteſt, & memoriâ quæ manet in perpetuum.

12 Huius benedictionem, cùm is adhuc eſſet ſuperſtes, beata, atque adeò ter beata, mater mea eſt conſecuta, & *b* ſæpè mihi multa de eo narrauit. Ego autem nunc oro, vt quam dare poteſt, eius conſequar interceſſionem; & ſcio me conſecuturum: omnino enim dabit petitionem, imitans Domini benignitatem. *ex Theodoreto. Theodoreti matri benedicit b eius ipſe interceſſio nem petit.*

a *Moſchus ſuprà, refert in huius montis ſpeluncis varios ſuo ævo vixiſſe anachoretas.*

b *Hinc conijcimus, circa finem ſeculi 4. obiiſſe, iuxta ea quæ de ætate Theodoreti diximus 8. Ianuarij ad vitam S. Attici.*

DE S. PAVLA

VIDVA ROMANA, BETHLEHEMI IN IVDÆA.

§. I. *S. Paulæ natalis, vita.*

AN. CHR. CCCIV. XXVI. IANVAR.

1 Bijt S. Paula ſeptimo Kalendarum Februariarum poſt ſolis occubitum. *Hinc eius natalem alij hoc XXVI. Ianuarij, alij ſequenti XXVII. conſignant. De eâ ita VII. Kalen. Februar. antiqua MSS. Martyrologia. Leodienſe S. Lamberti:* In Bethleem dormitio S. Paulæ. *Latienſe:* Et in Bethleem ciuitate depoſitio S. Paulæ viduæ. *Tornacenſe S. Martini:* Eodem die, Bethleem ciuitate, tranſitus S. Paulæ Deo dicatæ. *Centulenſe S. Richarij:* In Bethleem dormitio S. Paulæ nobiliſſimæ matronæ, cuius vitam S. Hieronymus ad imitandum deſcribens longo eam teſtatur martyrio coronatam. *ita infrà ait num. 48. quòd* deuotæ quoque mentis ſeruitus immaculata quotidianum martyrium ſit. *Malè tamen ideò in MS. Treuirenſi S. Martini abſolutè* Martyr *appellatur. MS. S. Maximini & Rabanus:* Bethleem ciuitate, depoſitio S. Paulæ cuius petitionibus annuens B. Hieronymus plurima confecit opuſcula. *Agunt de illâ eodem die MS. Adonis cœnobij S. Laurentij prope Leodium, Brugenſe S. Donatiani MS. Martyrol. & Breuiarium antiquum, in quo colebatur officio trium Lectionum. Martyrol. Romanum:* Apud Bethleem Iudæ dormitio S. Paulæ viduæ, matris Euſtochij Virginis Chriſti. Quæ cùm eſſet ex nobiliſſimo Senatorum genere, renuntians ſeculo, & facultates ſuas pauperibus diſtribuens ad præſepe Domini ſe recepit; vbi multis virtutibus prædita, & longo coronata martyrio, ad cæleſtia regna tranſiuit: cuius vitam virtutibus admirandam S. Hieronymus ſcripſit. *Franciſcus Maurolycus:* Huc referenda eſt S. Paulæ memoria, quæ nobiliſſima Romana, Rogatiani (*in vitâ* Rogati) & Blæſillæ filia, Toxotij vxor, quatuor cùm edidiſſet filias, Blæſillam, Paulinam, Euſtochium ſiue Iuliam, & Ruffinam, & filium Toxotium, vidua Romæ vixit annos quinque: inde peragratâ Iudæâ & Ægypto, in Bethleem conſedit; vbi quatuor inſtituit monaſteria, vnum virorum, tria Virginum, & viginti annos cùm vixiſſet, ibidem ſepulta eſt Diui Hieronymi teſtimonio clara. *De numero monaſteriorum plura infrà.*

S. Paulæ nomen in Martyrologijs 26. Ianu.

2 *Quòd autem inter ceteras Virgines vixerit, aut eis etiam præfuerit, à quibuſdam etiam* Virgo *appellatur. ita Martyrol. Capuanum MS. à Michaële Monacho editum, qui monet* Paulam viduam *legẽdum, additq; coli iſthic officio Eccleſiaſtico* Lectionibus tribus ex vitâ per S. Hieronymum ſcriptâ acceptis. *In aliis quoque MSS.* Virgo *nonnumquàm appellaturi planeq; ſuſpicamur, quòd* Paula Virgo in Kalenſi cœnobio *vixiſſe memoratur à nonnullis, vt antè diximus cùm de prætermiſſis hoc die Sanctis ageremus, eum errorem duplici ex fonte manaſſe, quòd ſcilicet hæc* Paula *vidua Virginum Præfecta* Virgo *vſpiam eſſet appellata, moxq; ſequeretur* in Kale monaſterio S. Bathildis, *inde Martyrologij conſarcinatorem quempiam legiſſe ſcripſiſſeq;:* Paula Virgo in Kale Monaſterio. *Virgo à quibuſdã appellatur.*

3 *Quia tamen* S. Paula *obiit* poſt ſolis occubitum, *dies eius natalis à pluribus annotatur XXVII. Ianuarij. ita vetus Martyrologium Romanum à Roſvveydo editum, & Kalenda-* *ab aliis 27. Ianu. colitur.*

rium antiquum Virginum S. Ioannis Capuæ: Dormitio S. Paulæ. *MS. Vltraiectinum S. Mariæ:* Item in Bethleem dormitio S. Paulæ viduæ. *addunt Vſuardus, Bellinus, Florarium MS. aliiq;.* Huius vitam virtutibus admirandam S. Hieronymus ſcribens, teſtatur eam longo coronatam eſſe martyrio. *Subditur in Pariſienſi editione anno Ch. 1536.* cuius feſtiuitas Pariſiis IV. Kal. Febru. celebratur. *Beda excuſus & Adõ:* Et apud Bethleem Iudæ, dormitio S. Paulæ matris Euſtochij Virginis Chriſti. Quæ cùm eſſet ex nobiliſſimo Senatorum genere, abrenuntians ſeculo, & opibus ſuis in pauperes erogatis, Chriſti conſecuta eſt paupertatem, & apud præfatum oppidulum Dominicâ Natiuitate glorioſum monaſterij virginalis extitit Mater. Huius vitam virtutibus admirandam S. Hieronymus ſcribens, teſtatur eam longo coronatam eſſe martyrio. *Addit Notkerus:* Euſdemque petitionibus annuens, confecit plurima opuſcula. *Prolixo eam encomio celebrant Felicius, Caniſius & Galeſinius, hic Maurolycum ſecutus* quatuor Bethlehemi ab eâ extructa monaſteria *tradit.*

4 *Vitam eius* ad Euſtochium Virginem *ſcripſit S. Hieronymus, &* Epitaphium Paulæ Matris *inſcripſit. Eſt epiſtola 27. ſæpius cum operibus eius, aut ſeorſum cum epiſtolis reliquis, recuſa; ſcholiis etiam Mariani Victorij Reatini, nec non annotationibus & caſtigationibus Henrici Grauij illuſtrata. Quòd ſeculo quarto S. Paula inſtitutionem monaſticam admodùm promouerit, extitit hæc epiſtola in Vitis Patrum in omnibus prorſus exemplaribus, ab ipſo fortè S. Hieronymo inſerta, cui eas vt Collectori attribui dictum eſt ad Vitam S. Antonij XVII. Ianuarij §. 9. & 11. in Proleg.* Heribertus Roſvveydus *ſuis eamdem iſthic notationibus illuſtrauit, vſus exemplaribus MSS. Criſpinienſi, Aquicinctino, Latienſi, Benedictinorum; Camberonenſi, Ciſtercienſium; Bruxellenſi Carthuſianorum; Ruremundano, Societatis Ieſu, & Antuerpienſi tunc Balthaſaris Moreti, nunc Domus Profeſſæ Societatis Ieſu. Eamdem hic damus collatam à nobis cum MSS. S. Mariæ de Ripatorio, & S. Maximini prope Treuiros. Ediderunt eam hoc XXVI. Ianuarij Surius, Ribadeneira, Clemens Marchantius, aliiq;; & XXVII. Haræus, Lippelous, Doubletius, Gazæus, Sinuanus Razzius, Villegas, Fabricius, Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 39. ſed in epitomen contractam. Nonnulla etiam Annalibus ſuis inſeruit Baronius tom. 4. an. 382. & tom. 5. an. 398. 399. & 404.* Vita ſcripta à S. Hieronymo; ſæpius edita, vnde hîc.

§. II. *S. Paulæ ætas, monaſteria, ſepulchrum.*

5 OBiit *S. Paula* Honorio Auguſto VI. & Ariſtæneto Coſſ. tertiâ ſabbathi, *quam modò* feriam tertiam, *ſiue* diem Martis *appellamus. Annus hic Chriſti fuit 404. litterâ Dominicali in Ianuario C.* Omne vitæ tempus impleuit annis quinquaginta ſex, menſibus octo, diebus viginti & vno. *Nata ergo eſt quinto Maij an. Ch. 347. imperantibus, in Italiâ Conſtante, in Oriente Conſtantio, Conſtantini filiis.* Vixit Romæ *viduæ* in ſancto propoſito annos quinque, *ab an. Chr. circiter 379.* in Bethleem annos viginti *ab anno 384.* *S. Paulæ ætas.*

6 Ibi anguſto per triennium manſit hoſpitiolo, donec extrueret cellulas ac monaſteria, *vt num. 20. dicitur. in*

Ex variis. *Monasteria ab eâ condita in Bethlehē:*

quorum altero viri habitabant, (& de eo quidem pluribus agemus ad Vitam S.Hieronymi 30. Septemb. & S. Eusebij Cremonensis V. Martij, qui ambo in eo vixerunt;) in altero ipsa degebat, habitu à matronis ceteris separato religiosior, *vt in Vitâ S.Blæsillæ dicitur. Degebant cum ipsâ* Virgines è diuersis prouinciis congregatæ, nobiles, medij & infimi generis, in tres turmas diuisæ. *Quæri potest an totidem monasteriis distributæ hæ turmæ fuerint. ita censent Maurolycus & Galesinius in Martyrologiis & Quaresmius lib. 6. Elucidationis terræ sanctæ peregrinat. 2. cap. 2. & 14. & peregr. 3. cap. 2. Et sanè* vnumquodque agmen, *seu turma,* Matrem propriam, *cuius directionem* sequebatur, *habuit. Deinde dicuntur à S.Hieronymo* in tres turmas monasteriaque diuisæ. *quo tamen loco, in MS. S.Maximini habetur* in tres turmas per monasteria diuisas *fuisse. ac fortè* monasterium *legi debuit, quo modo antè* dicturum se de ordine monasterij, *non* monasteriorum, *proposuerat. & epist.16.ad Pammachium:* Nos in istâ prouinciâ ædificato monasterio, & diuersorio propter peregrinos extructo, ne fortè & modò Ioseph cum Maria in Bethlehem veniens non inueniat hospitium. *In Vitâ S. Hieronymi ait Marianus Victorius à* S. Paulâ *extructum* monasterium, vbi ipsa cum Virginibus maneret, aliud vbi Hieronymus & viri degerent, & diuersorium pro hospitibus; *licet deinde quatuor monasteria ex hoc loco putet fuisse.*

7 *Verùm ne de verbis disceptetur, certum est* tres Virginum turmas *eodem septo, velut claustro, fuisse conclusas, cùm quotidie sæpius num. 32.* in psalmodiis & orationibus iungerentur, *dum* manè, horâ tertiâ, sextâ, nonâ, vespere, noctis medio, per ordinem psalterium cantarent. *Situm autem erat hoc monasterium* à latere ecclesiæ, *quæ ad antrum Natiuitatis Christi à Constantino Imperatore & matre eius Helenâ fuerat extructa, vt tradit Eusebius lib. 3. de Vitâ Constantini, cap. 40. & seqq. & oratione de Laudibus Constantini. Ad hanc* die tantùm Dominico *procedebant Virgines, reliquis diebus ad proprium Oratorium, siue ecclesiam, confluebant, quam eam fuisse, quæ à latere magnæ ecclesiæ sub titulo S. Catherinæ erecta traditur, tradit Quaresmius suprà peregrin.2. cap.14. licet Virginibus tres distinctas ecclesias fuisse velit, quarū aliquam cum suo monasterio integro ab hac Bethlemiticâ ecclesiâ* milliario ad Aquilonem *collocat, pereg.3. cap. 2. quòd istic* locus in valle quidem, sed situ parum eleuatus, appelletur monasterium S.Paulæ, dirutum quidem & demolitum. *vbi tamen* plures sunt ruinæ & ædificiorum fundamenta, integra cella, siue sacellum, cum cisternis: ex quibus non obscurè diiudicatur, illustre & egregium monasterium olim ibidem extitisse. *& relatis pluribus ex hac S. Paulæ vitâ, pergit:* Quoniam constanti communique traditione creditur in memorato loco fuisse ædificatum vnum ex dictis monasteriis, & pro mulieribus, & in quo singulariter habitauit S. Paula, ab eâ MONASTERIVM S. PAVLÆ appellatur, & ob singularem in Sanctam istam, & alias sanctas mulieres deuotionem, à piis fidelibus inuisitur & colitur. Nunc à longè cognoscitur ex ibi plantatâ siliquarum arbore, vulgò Caroba nuncupatâ. *Hæc Quaresmius. quæ quia S.Hieronymi verbis infrà num.26.non satis congruunt, ad subsecuta ab obitu S. Paulæ tempora potiùs videntur referenda: potuit enim à posteris in honorem S.Paulæ extructum isthic fuisse monasterium; quod tamen deficiente omni antiquitate asserere nolumus.*

eorum ecclesia.

8 *Hæc de monasteriis, in quibus infrà num.* 47. Fratrum & Virginum immensa multitudo censebatur, quos sustentare arduum erat. *Virgines centum fuisse autumant nonnulli, inducti fortè verbis S. Hieronymi ad Lætam nurum S. Paulæ epist.7. de institutione filiæ, quam Româ eò ad auiam vt mitteret suadebat:* Sit, *inquit,* in grentio auiæ, quæ reperat in nepte, quidquid præmisit in filiâ; quæ longo vsu didicit nutrire, seruare, docere Virgines; in cuius coronam centenarij quotidie numeri castitas texitur. Felix Virgo, felix Paula Toxotij, quæ per auiæ amitæque virtutes nobilior est sanctitate, quàm genere. *at possunt ea verba ad centesimum virginitatis fœnus referri.*

Quot sub eâ Virgines.

9 *De sepulchro S.Paulæ, eiusq; filiæ S. Eustochij, agit Quaresmius peregr. 2. cap.19.* E regione, *inquit,* sepulchri S.Hieronymi, & in plagâ Orientali sacri antri *Natiuitatis Christi,* est alterum quod S.Paulæ Romanæ & filiæ Eustochij *Virginis* appellatur, quoniam harum sanctarum mulierum corpora ibi sepulta fuisse traditio est. *imò ex hac Vitâ infrà num. 49. de S. Paulâ certum est.* Super hoc sepulchro, *licet* sacris illis pignoribus spoliatum *sit,* Missa celebratur, & Officium solenniter decantatur, die eius *natali,* confluentibus etiam ad festiuitatem Fratribus *Minoribus* ex Hierosolymis, *vt cap. 20. narrat, quo loco ichnographiam ecclesiæ & conuentus S. Mariæ in Bethlehem inserit, in quâ locus sepulturæ eius exhibetur.*

Eius filiæque sepulchrū.

10 *S. Paulam, filiamq; Eustochium ad studium sanctimoniæ induxerat S.Hieronymus, ideoq; ingens odium sibi conciuerat apud Romanos, nec sine suspicione, quòd eas turpiter amaret, vt docet epist. 99. ad Asellam, vbi hæc cum S. Paulæ laude scribit:* Nulla fuit alia Romæ matronarum, quæ meam posset edomare mentem, nisi lugens atque ieiunans, squallens sordibus, fletibus penè cæcata, quam continuis noctibus misericordiam Domini deprecantem sol sæpè deprehendit; cuius canticum psalmi, sermo Euangelium, deliciæ continentia, vita ieiunium? Nulla me potuit alia delectare, nisi illa quam manducantem non vidi, sed postquàm eam pro merito suæ castitatis venerari, colere, suspicere cœpi, omnes me illicò deseruêre virtutes? *& infrà:* Paula & Melania contemptis facultatibus, pignoribusque desertis, Crucem Domini quasi quoddam pietatis leuauêre vexillum. *scilicet, vt mox subdit,* in sacco & cinere, dum mundities balnearum sordes putant, aquam potant frigidam, sed vinis melle delibutis suauiorem, dum futura desiderant, & credunt vera esse quæ scripta sunt.

Vtriusque Pater spiritualis S. Hieronymus.

VITA
AVCTORE S. HIERONYMO.
PRÆFATIO.

1 SI cuncta corporis mei membra verterentur in linguas, & omnes artus humanâ voce resonarent, nihil dignum sanctæ ac venerabilis Paulæ virtutibus *Paula nobilis genere,* diicerem. Nobilis genere, sed multò *bili genere* nobilior sanctitate: potens quondam *orta,* diuitiis, sed nunc Christi paupertate insignior. Gracchorum stirps, soboles Scipionum, Paulli heres, cuius vocabulum trahit, *a* Marciæ Papiriæ matris Africani vera & germana progenies: Romæ prætulit Bethlehem, & auro tecta fulgentia, informis luti vilitate mutauit. Non mœremus, quòd talem amisimus; sed gratias agimus, quòd habuimus, imò habemus. Deo enim viuunt omnia: & quidquid reuertitur ad Dominum, in familiæ numero computatur. Quamquàm amissio illius, cælestis domus habitatio sit: quæ quamdiu in corpore fuit, peregrinata est à Domino. & voce semper flebili querebatur, dicens: Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata est, habitaui cum habitantibus Cedar, multùm peregrinata est anima mea. Nec mirum, si planxerit se versari in tenebris, *ad cælum, vt patriâ, anhelat:* (hoc enim Cedar interpretatur) cùm mundus in maligno positus sit: & sicut tenebræ illius, ita & lumen eius, luxque in tenebris luceat, & tenebræ eam non comprehenderunt. Vnde & illud crebriùs inferebat: Aduena sum & peregrina sicut omnes patres mei. Et iterum: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Quoties autem infirmitate corpusculi (quam incredibili abstinentiâ & duplicatis contraxerat ieiuniis) vexabatur, hoc in ore volebat: Subiicio corpus meum, & in seruitutem redigo: ne aliis prædicans, ipsa reproba inueniar. Et: Bonum est vinum non bibere, & carnem non manducare. Et: Humiliaui in ieiunio animam meam, &, Totum lectum meum versasti in infirmitate meâ, & versata sum in miseriâ, dum mihi configitur spina. Atque inter doloris aculeos,

Psal. 38. 13. Philip. 1. 23. 1. Cor. 9. 27. Rom. 14. 21. Psa. 34. 13. & 40. 4. & 31. 4.

aculeos, quos mirâ patientiâ sustinebat, quasi apertos sibi cælos adspiceret, loquebatur: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Testor Iesum & sanctos Angelos eius, ipsumque proprium Angelum, qui custos fuit & comes admirabilis feminæ, me nihil in gratiam, nihil dicere more laudantium; sed quidquid dicturus sum, pro testimonio dicere, & minus eius esse meritis, quam totus orbis canit, Sacerdotes mirantur, Virginum chori desiderant, monachorum & pauperum turbæ deplangunt. Vis, lector, eius breuiter scire virtutes? Omnes suos pauperes pauperior ipsa dimisit. Nec mirum de proximis & familiolâ, quam in vtroque sexu de seruis & ancillis in fratres sororesque mutauerat, ista proferre; cùm Eustochium Virginem, & deuotam Christo filiam, in cuius consolationem libellus hic cuditur, procul à nobili genere, solâ fide & gratiâ diuitem reliquerit.

ab omnibus laudata.

a *MS. S. Maximini*, Metiæ. *Fuit* Papiria *C. Papirij Masonis filia, vxor L. Æmilij Paulli, cui Fabium & Africanum iuniorem Æmilianos peperit.*

CAPVT I.

Paulæ ortus, coniugium, viduitas, discessus è patriâ.

2 CArpamus igitur narrandi ordinem. Alij altiùs repetant, & à cunabulis eius, ipsisque (vt ita dicam) crepundiis matrem Blæsillam, & Rogatum proferant patrem: quorum altera Scipionum Gracchorumque progenies est, alter per omnes ferè Græcias vsque hodie stemmatibus & diuitiis ac nobilitate Agamemnonis fertur sanguinem trahere, qui decennali Troiam obsidione deleuit. Nos nihil laudabimus, nisi quod proprium est, & de purissimo sanctæ mentis fonte profertur. Quamquàm Dominus atque Saluator in Euangelio doceat Apostolos, scisciantes quid sibi redditurus sit, qui omnia sua pro nomine eius dimiserunt, centuplum inpræsentiarum recepturos, & in futuro vitam æternam. Ex quo intelligimus, non laudis esse possidere diuitias, sed pro Christo eas contemnere: non tumere ad honores, sed pro Dei fide eos paruipendere. Verè quod pollicitus est seruis suis & ancillis Saluator, reddit in præsenti. Nam quæ vnius Vrbis contempsit gloriam, totius orbis opinione celebratur: quam Romæ habitantem nullus extra Romam nouerat, latentem in Bethlehem & barbara & Romana terra miratur. Cuius enim gentis homines ad sancta loca non veniunt? Quis autem in sanctis locis, præter Paulam, quod plus inter homines miraretur, inuenit? Hæc, sicut inter multas gemmas pretiosissima gemma micat, & iubar solis paruos igniculos stellarum obruit & obscurat; ita cunctorum virtutes & potentias suâ humilitate superauit, minimaque fuit inter omnes, vt omnium maior esset: & quantò se plus deiiciebat, tantò magis à Christo subleuabatur. Latebat, & non latebat. Fugiendo gloriam, gloriam merebatur, quæ virtutem quasi vmbra sequitur, & appetitores sui deserens, appetit contemptores. Sed quid ago, narrandi ordinem prætermittens? Dum in singulis teneor, non seruo præcepta dicendi.

Parentum nobilitas & honores:

quibus contemptis celebrior.

Matth. 10. 28. Matth. 19. 28.

3 Tali igitur stirpe generata, iuncta est viro Toxotio, qui Æneæ & Iuliorum altissimum sanguinem trahit. Vnde etiam Christi Virgo filia eius Eustochium Iulia nuncupatur, & ipse Iulius à magno demissum nomen Iulo. Et hæc dicimus, non quòd habentibus grandia sint, sed quòd contemnentibus mirabilia. Seculi homines suspiciunt eos, qui his pollent priuilegiis, nos laudamus qui pro Saluatore ista despexerint: & mirum in modum, quos habentes paruipendimus, si habere noluerint, prædicamus. His, inquam, [a] orta maioribus, & fecunditate ac pudicitiâ probata, primùm viro, deinde propinquis, & totius Vrbis testimonio, cùm quinque liberos [b] edidisset, Blæsillam, super cuius morte eam Romæ consolatus sum: Paulinam, quæ sanctum & admirabilem virum, & propositi & rerum suarum Pammachium reliquit hæredem, ad quem super obitu eius paruulum [c] libellum edidimus: [d] Eustochium, quæ nunc in sanctis locis virginitatis & Ecclesiæ monile pretiosum est: [e] Ruffinam, quæ immaturo funere pium matris animum consternauit: & [f] Toxotium, post quem parere desiit, vt intelligeres, eam non diu seruire voluisse officio coniugali, sed mariti desiderio, qui [g] marem optabat, liberos edidisse.

Nupta Toxotio,

a b

AVCTORE S. HIERONYMO.

ei liberos quinque parit:

c d e f g

4 Postquàm vir mortuus est, ita eum planxit, vt propè ipsa moreretur: ita se conuertit ad Domini seruitutem, vt eius mortem videretur optasse. Quid ego referam, amplæ & nobilis domus, & quondam opulentissimæ, omnes penè diuitias in pauperes erogatas? Quid in cunctos clementissimum animum & bonitatem, etiam in eos quos numquàm viderat euagantem: Quis inopum moriens, non illius vestimentis obuolutus est? Quis [h] clinicorum non eius facultatibus sustentatus est? quos curiosissimè totâ vrbe perquirens, damnum putabat, si quisquam debilis & esuriens cibo sustentaretur alterius. Spoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos, maiorem se eis hæreditatem Christi misericordiam dimittere loquebatur.

viduæ summâ benignitate pauperes fouet.

h

5 Nec diu potuit excelsi apud seculum generis, & nobilissimæ familiæ visitationes & frequentiam sustinere. Mœrebat honore suo, & ora laudantium declinare ac fugere festinabat. [i] Cumque Orientis & Occidentis Episcopos, ob quasdam Ecclesiarum dissensiones, Romam Imperiales litteræ contraxissent, vidit admirabiles viros, Christique Pontifices, Paulinum Antiochenæ vrbis Episcopum, & Epiphanium Salaminæ Cypri, quæ nunc Constantia dicitur: quorum Epiphanium etiam hospitem habuit: Paulinum in alienâ manenentem domo, quasi proprium, humanitate possedit. Quorum accensa virtutibus, per momenta patriam deserere cogitabat: non domus, non liberorum, non familiæ, non possessionum, non alicuius rei quæ ad seculum pertinet, memor; sola, si dici potest, & incomitata, ad eremum Antoniorum atque Paulorum pergere gestiebat. Tandemque [k] exactâ hieme, aperto mari, redeuntibus ad Ecclesias suas Episcopis, & ipsa voto cum eis ac desiderio nauigauit. Quid vltrà differo? Descendit ad portum, fratre, cognatis, affinibus, & quod his maius est, liberis prosequentibus, & clementissimam matrem pietate vincere cupientibus. Iam carbasa tendebantur, & remorum ductu nauis in altum protrahebatur. Paruus Toxotius supplices manus tendebat in littore: Ruffina iam nubilis, vt suas exspectaret nuptias, tacens fletibus obsecrabat: & tamen illa siccos tendebat ad cælum oculos, pietatem in filios pietate in Deum superans. Nesciebat se matrem, vt Christi probaret ancillam. Torquebantur viscera, & quasi à suis membris distraheretur, cum dolore pugnabat: in eo cunctis admirabilior, quòd magnam vinceret caritatem. Inter hostium manus & captiuitatis duram necessitatem nihil crudelius est, quàm parentes à liberis separari. Hoc contra iura naturæ plena fides patiebatur, imò gaudens animus appetebat, & amorem filiorum maiore in Deum amore contemnens, in solâ Eustochio, quæ & propositi & nauigationis eius comes erat, acquiescebat. Sulcabat interim nauis mare, & cunctis, qui cum eâ vehebantur, littora respicientibus, ipsa auersos tenebat oculos, ne videret, quos sine tormento videre non poterat. Fateor, nulla sic amauit filios, quibus antequàm proficisceretur, cuncta largita est, exhæredans se in terrâ, vt hæreditatem inueniret in cælo.

S. Epiphanium hospitio excipit:

magnâ animi constantiâ inter affectus Româ soluit,

cum filiâ Eustochio.

i k

a *MS. S. Max.* ornata.

b *De hac egimus 22. Ianu.*

c *Ea est epistola 26. quam ita concludit.* In calce epistolæ recordatus sum quadrigæ vestræ, & proposito quintam deesse Blæsillam, quæ prima de vobis præcessit ad Dominum. Verè nunc quinque in tres ac duas videmus esse diuisas. Illa cum sorore Paulinâ dulci somno fruitur; tu duarum medius ad Christum leuius subuolabis. *Quadrigam constituebant Pammachius, Paulu,*

AVCTORE S. HIERONYMO.

Paula, Euſtochium, Paulina. Pammachio *tribuit prudentiam, iuſtitiam* Paulæ, *fortitudinem* Euſtochio; Paulinæ *temperantiam. Colitur* S. Pammachius 30. *Auguſti, quem S. Hieronymus ſæpe* S. Paulæ filium *appellat.*

d *De* S. Euſtochio *infrà ſæpius. colitur* 28. *Septemb.*

e *Hæc vt infrà num.* 5. *in diſceſſu matris nubilis erat; nupta dein viro clariſſimo Æthio, ad quem S. Paulinus Epiſcopus Nolanus ſcripſit epiſtolam* 33. *conſolans eum ſuper obitu Ruffinæ, cuius præclaras virtutes enarrat.*

f *De* Toxotio, *eiuſq; vxore* Lætâ, *& filiâ* Paulâ, *agitur infrà num.* 43.

g *al.* mares optabat liberos, obediſſe.

Clinicus. h Clinicus *hic, vt alibi ſuprà, pro ægro vſurpatum, qui lecto affixus decumbit, nec ſe mouere poteſt.* κλίνη, lectus. *S. Cyprianus epiſt.* 76. *paralyticum Ioannis* 5. clinicum *vocat:* Ego enim qui clinicum de Euangelio noui.

i *S. Hieronymus in Vitâ S. Marcellæ* 31. *Ianuar. num* 71. Cùm & me Romam cum ſanctis Pontificibus Paulino & Epiphanio Eccleſiaſtica traxiſſet neceſſitas; quorum alter Antiochenam Syriæ, alter Salaminiam Cypri rexit Eccleſiam. *Fuit autem Roma Concilium celebratum ſub Damaſo an. Ch.* 382. *Theodoſij* 4. *cuius litteris euocati Epiſcopi Orientis Romam ad S. Damaſum pro definitione rerum Eccleſiaſticarum conuenerant.*

k *Commorati ſunt Romæ vſque ad tempus vernum anni ſequentis* 383.

CAPVT II.

Iter maritimum in Syriam: inde terreſtre Hieroſolymam.

a *S. Flauiæ Domitillæ exilij locum contemplatur:*

6 DElata ad inſulam *a* Pontiam, quam clariſſimæ quondam feminarum ſub Domitiano Principe pro confeſſione nominis Chriſtiani *b* Flauiæ Domitillæ nobilitauit exilium: videnſque cellulas, in quibus illa longum martyrium duxerat, ſumptis fidei alis Ieroſolymam & ſancta loca videre cupiebat. Tardi erant venti, & omnis pigra velocitas. Inter Scyllam & Charybdim Adriatico ſe credens pelago, quaſi per ſtagnum venit *c* Methonen: ibiq́ue refocillato corpuſculo, *d* & ſale tabentes artus in littore ponens, per Maleam & Cytheram, ſparſaſq́ue per æquor Cycladas, & crebris freta conſita terris; poſt Rhodum & Lyciam, tandem vidit Cyprum: vbi ſancti & venerabilis Epiphanij pedibus prouoluta, decem ab eo diebus retenta eſt: non in refectionem, vt ille arbitrabatur, ſed in opus Dei, vt re comprobatum eſt. Nam omnia illius regionis luſtrans *e* monaſteria, prout potuit, refrigeria ſumptuum Fratribus dereliquit, quos amor ſancti viri de toto illuc orbe conduxerat.

b

c d

in Cypro Epiphanij hoſpes:

e *multa iſthic largitur monachis:*

7 Inde breui curſu transfretauit Seleuciam, de quâ aſcendens Antiochiam, ſancti Confeſſoris Paulini modicùm caritate detenta, *f* mediâ hieme, calente ardore fidei, femina nobilis, quæ priùs eunuchorum manibus portabatur, aſello ſedens, profecta eſt. Omitto Cœles Syriæ & Phœnices iter, (neque enim *g* hodœporicon eius diſpoſui ſcribere) ea tantùm loca nominabo, quæ ſacris voluminibus continentur *h*.

appellit in Syriam:

f

g

h

luſtrat loca maritima Paleſtinæ;

8 Beryto Romanâ coloniâ, & antiquâ vrbe Sidone derelictâ, in Sarepthæ littore Eliæ eſt ingreſſa turriculam: in quâ adorato Domino Saluatore, per arenas Tyri, in quibus genua Paulus fixit, peruenit ad Coth, quæ nunc Ptolemais dicitur: & per campos Mageddo, Ioſiæ necis conſcios, intrauit terram Philiſtiim. Mirata ruinas Dor, vrbis quondam potentiſſimæ *i*, & versâ vice Stratonis turrim, ab Herode Rege Iudææ in honorem Cæſaris Auguſti Cæſaream nuncupatam, in quâ *k* Cornelij domum, Chriſti vidit eccleſiam, & *l* Philippi ædiculas, & cubicula quatuor Virginum Prophetarum. Deinde Antipatrida ſemirutum oppidulum, quod de patris nomine Herodes vocauerat: & Lyddam verſam in Dioſpolim, Dorcadis atque Æneæ reſurrectione ac ſanitate inclytam. Haud procul ab eâ Arimathiam, viculum Ioſeph qui Dominum ſepeliuit: & Nobe vrbem quondam Sacerdotum, nunc tumulum occiſorum. Ioppen quoque fugientis portum Ionæ: & (vt aliquid perſtringam de fabulis poëtarum) religatæ ad ſaxum Andromedes ſpectatricem.

2.Par.35.

i

k

l

Actor.9.

1.Reg.21.1.

& 22.19.

9 Repetitoq́ue itinere Nicopolim *m*, quæ priùs Emaus vocabatur, apud quam in fractione panis cognitus Dominus, Cleophæ domum in eccleſiam dedicauit. Atque inde proficiſcens, aſcendens Bethoron inferiorem & ſuperiorem, vrbes à Salomone conditas, ſed variâ poſteà bellorum tempeſtate deletas: ad dexteram aſpiciens Haialon & Gabaon, vbi Ieſus filius Naue contra quinque Reges dimicans, ſoli imperauit & lunæ, & Gabaonitas ob dolos & inſidias fœderis impetrati, in aquarios lignarioſq́ue damnauit. In *n* Gabaa, vrbe vſque ad ſolum dirutâ, paullulùm ſubſtitit, recordata peccati eius, & concubinæ in fruſta diuiſæ, & tribus Beniamin trecentos viros propter Paulum Apoſtolum reſeruatos.

m Lucæ 24. 35. *vicinâ Hieroſolymis,*

n

Iud. 19. & 20.

10 Quid diu moror? Ad lævam mauſoleo *o* Helenæ derelicto, quæ Adiabenorũ regina in fame populũ frumento iuuerat, ingreſſa eſt Ieroſolymã, vrbem trinominem, Iebus, Salem, Ieruſalẽ, quæ ab Ælio poſteà Hadriano de ruinis & cineribus ciuitatis in Æliam ſuſcitata eſt. Cumq́ue Proconſul Palæſtinæ, qui familiam eius optimè nouerat, præmiſſis apparitoribus iuſſiſſet parari prætorium, elegit humilem cellulam: & cuncta loca tanto ardore ac ſtudio circumiuit, vt niſi ad reliqua feſtinaret, à primis non poſſet abduci. Proſtrataq́ue ante crucem, quaſi pendentem Dominum cerneret, adorabat. Ingreſſa ſepulcrum reſurrectionis, oſculabatur lapidem, quem ab oſtio monumenti amouerat Angelus. Et ipſum corporis locum, in quo Dominus iacuerat, quaſi ſitiens deſideratas aquas, fideli ore lambebat. Quid ibi lacrymarum, quantum gemituum, quid doloris effuderit, teſtis eſt cuncta Ieroſolyma, teſtis eſt ipſe Dominus quem rogabat. Inde egrediens aſcendit Sion, quæ in arcem vel ſpeculam vertitur. Hanc vrbem quondam expugnauit & reædificauit Dauid. De expugnatâ ſcribitur: Væ tibi ciuitas Ariel, id eſt, leo Dei; & quondam fortiſſima, quam expugnauit Dauid. Et de eâ, quæ ædificata eſt, dictum eſt: Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit Dominus portas Sion, ſuper omnia tabernacula Iacob. Non eas portas, quas hodie cernimus in fauillam & cinerem diſſolutas; ſed portas, quibus non præualet infernus, & per quas credentium ad Chriſtum ingreditur multitudo. Oſtendebatur illi columna eccleſiæ porticum ſuſtinens, infecta cruore Domini, ad quam vinctus dicitur & flagellatus. Monſtrabatur locus, vbi ſuper centum viginti credentium animas Spiritus ſanctus deſcendiſſet, vt Ioëlis vaticinium compleretur.

o *loca ſacra Ieroſolymitana.*

2.Reg.5. 7. Iſaiæ 29.1. Pſal.86.1. Ioel.2.28.

a Pontiæ, *ſiue* Pontia, *inſula eſt maru Tyrrheni, Volſco littori obiecta, inter Circeium promontorium & Taracinam. De eâ agunt veteres, Plinius lib.* 3. *cap.* 6. *Mela lib.* 2. *cap.* 7. *Suetonius in Caligulâ cap.* 15. *& alij.* Pontia *inſula.*

b S. Flauiam Domitillam, Flauij Clementis Conſulis ex ſorore neptem, in inſulam Pontiam relegatam, quando ſe Chriſtianam eſſe teſtata eſt, *ſcribit Euſebius in Chron. anno Domitiani* 16. *De eâ agemus* 7. *Maij.*

c Methone *vrbs maritima Meſſeniæ in Peloponneſo, de quâ* 31. *Ianu. in S. Athanaſij vitâ.*

d *Prompta ex Æneide hemiſtichia lib.* 1. *v.* 177. *& lib.* 3. *v.* 126. *&* 127. *vt ſuprà de Iulio.*

e *De hu agemus ad vitam* S. Hilarionis 21. *Octob.* S. Epiphanij 12. *Maij, & alibi.*

f *Hinc* 20. *anni Bethlemitica commorationis inchoandi, ab exitu Ianu.* 384.

g *MS. Ripat.* Panegyricum. *Eſt ὁδοιπορικὸν, itineris acti narratio.*

h *Quæ proinde nihil neceſſe erit vt explicemus, vulgò è ſacris libris nota, vel ex eiuſdem Hieronymi libro de locis Hebraicis. Atque vt ſint omnia à Paulâ luſtrata inſigni cum pietate, non tamen ſingula peculiari aliquo monumento virtutis conſignata.*

i *Sedem Epiſcopalem hic poſt erectã, diximus in Vitâ S. Euthymij* 20. *Ianuarij.*

k *De* S. Cornelio *agemus* 2. *Februarij.*

l *De* S. Philippo, *eiuſq; filiabus,* 6. *Iunij. Fuit hic vnus è* 7. *Diaconis, non* (*vt putauit Quareſmius*) *Apoſtolus.*

m *De hac vrbe agemus* 25. *Sept. cùm de* S. Cleophâ.

n *Ita MSS. at Roſweydus & alij ediderãt, perperàm,* Gabaon.

o *Agit de hac* Helenâ *Ioſephus lib.* 20. *Antiquit. cap.* 2. *&* 3. *& lib.*

& lib. 6. belli Iud. cap. 2. & 6. Euſeb. lib. 2. hiſt. Eccl. cap. 11. vbi hoc mauſoleum ſuo tempore extitiſſe, & hanc famem ſub Claudio Imperatore contigiſſe, aſſerit.

CAPVT III.

Iter in Bethlehem, & ad mare mortuum.

11 DEinde pro facultatulâ ſuâ pauperibus atque conſeruis pecuniâ diſtributâ, perrexit Bethlehem, & in dexterâ parte itineris ſtetit ad ſepulchrum Rachel, in quo mater Beniamin, non vt vocauerat moriens, Benoni, hoc eſt filius doloris mei; ſed vt pater prophetizauit in ſpiritu, filiũ dexteræ procreauit. Atque inde Bethlehem ingreſſa, & in ſpecum Saluatoris introiens, poſtquàm vidit ſacrum Virginis diuerſorium, & ſtabulum, in quo agnouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, vt illud impleretur, quod in eodem Prophetâ ſcriptum eſt: Beatus qui ſeminat ſuper aquas, vbi bos & aſinus calcant; Me audiente iurabat, cernere ſe oculis fidei infantem pannis inuolutum, vagientem in præſepi Dominum, Magos adorantes, ſtellam fulgentem deſuper, matrem virginem, nutricium ſedulum, paſtores nocte venientes vt viderent verbum quod factum erat, & iam nunc Euangeliſtæ Ioannis principium dedicarent: In principio erat Verbum, & Verbum caro factum eſt: paruulos interfectos, Herodem ſæuientem, Ioſeph & Mariam fugientes in Ægyptum: mixtiſque gaudio lacrymis loquebatur:

Genes. 35. *Bethlehem petit:*

locum natiuitatis Chriſti veneratur, Iſaiæ 32. 20. *maximâ fide:*

Ioan. 1.

Bethlehem piè ſalutat:

12 Salue Bethlehem, domus panis, in quâ natus eſt ille panis, qui de cælo deſcendit. Salue Ephrata regiovberrima atque καρποφόρε, cuius fertilitas Deus eſt. De te quondam Michæas vaticinatus eſt: Et tu Bethlehem domus Ephrata, non minima es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui ſit Princeps in Iſraël: & egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis. Propterea dabis eos vſque ad tempus parientis. Pariet, & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Iſraël. In te enim natus eſt Princeps, qui ante luciferum genitus eſt: cuius de Patre natiuitas omnem excedit ætatem. Et tam diu in te Dauidici generis origo permanſit, donec Virgo pareret, & reliquiæ populi credentis in Chriſtum conuerterentur ad filios Iſraël, & liberè prædicarent: Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: ſed quoniam repuliſtis illud, & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Dixerat enim Deus: Non veni niſi ad oues perditas domus Iſraël. Et eo tempore Iacob ſuper eo verba completa ſunt: Non deficiet Princeps ex Iudâ, & Dux de femoribus eius, donec veniat, cui repoſitum eſt, & ipſe erit exſpectatio gentium. Benè Dauid iurabat, benè vota faciebat, dicens: Si introiero in tabernaculum domus meæ; ſi aſcendero in lectum ſtrati mei; ſi dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis; donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob: & ſtatim, quid deſideraret, expoſuit, atque oculis prophetalibus, quem nos veniſſe iam credimus, ille venturum eſſe cernebat. Ecce audiuimus eum in Ephratâ, inuenimus eum in campis ſiluæ. *a* Vau quippe ſermo Hebraicus, vt te docente didici, non Mariam matrem Domini, hoc eſt αὐτλὼ, ſed ipſum, id eſt αὐτὸν, ſignificat. Vnde loquitur confidenter: Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius. Et ego miſera atque peccatrix, digna ſum iudicata deoſculari præſepe, in quo Dominus paruulus vagiit? orare in ſpeluncâ, in quâ Virgo puerpera Dominum fudit infantem? Hæc requies mea, quia Domini mei patria eſt: hîc habitabo, quoniam Saluator elegit eam. Paraui lucernam Chriſto meo. Anima mea illi viuet, & ſemen meum ſeruiet ipſi.

Matt. 5. 2.

Actor. 13. 46.

Matth. 15. 24.

Gen. 49. 10.

Pſal. 131.

a

alia religioſa circa Bethlehem loca viſit: Luc. 2. 14.

13 Haud procul inde deſcendit ad turrim Ader, id eſt, gregis: iuxta quam Iacob pauit greges ſuos, & paſtores nocte vigilantes audire meruerunt, Gloria in excelſis Deo, & ſuper terram pax hominibus bonæ voluntatis. Dumque ſeruant oues, inuenerunt Agnum Dei puro & mundiſſimo vellere, quod in ariditate totius terræ, cæleſti rore complutum eſt: & cuius ſanguis tulit peccata mundi, & exterminatorem Ægypti litus in poſtibus fugauit. Strauimque concito gradu, cœpit per viam veterem pergere; quæ ducit Gazam, ad potentiam vel ad diuitias Dei, & tacita ſecum voluere, quomodò eunuchus Æthiops, gentium populum præfigurans, mutauerit pellem ſuam: & dum vetus relegit Inſtrumentum, fontem reperit Euangelij. Atque inde ad dexteram, trãſitâ Bethſur, venit *b* Eſcol, quæ in botrum vertitur. Vnde in teſtimonium terræ fertiliſſimæ, (& in typum eius, qui dicit, Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum) exploratores botrum miræ magnitudinis portauerunt. Nec poſt longum ſpatium intrauit Saræ cellulas, videns incunabula Iſaac, & veſtigia quercus Abraham, ſub quâ vidit diem Chriſti, & lætatus eſt.

Actor. 8.

b

Iſa. 63. 3.

Gen. 18.

14 Atque inde conſurgens, aſcendit Chebron: hæc eſt Cariatharbe, id eſt, oppidum virorum quatuor, Abraham, Iſaac, Iacob, & Adam magni, quem ibi conditum, iuxta librum Ieſu Naue, Hebræi autumant: licet pleriſque Caleb quartum putent, cuius ex latere memoria monſtratur. His inſpectis, noluit pergere ad Cariathſepher, id eſt, viculum litterarum: quia contemnens occidentem litteram, repererat ſpiritum viuificantem. Magiſque mirabatur ſuperiores & inferiores aquas, quas Othoniel filius Iephonæ Kenaz pro Auſtrali terrâ & aridâ poſſeſſione ſuſceperat: & quarum ductu ſiccos prioris Inſtrumenti agros faciebat irriguos, vt redemptionem veterum peccatorum in aquis baptiſmi reperiret. Alterâ die, orto iam ſole, ſtetit in ſupercilio Caphar Barucha, id eſt, villæ benedictionis: quem ad locum Abraham Dominum proſecutus eſt. Vnde latam deſpiciens ſolitudinem, ac terram quondam Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, contemplata eſt Balſami vineas in Engaddi, & Segor vitulam *c* conternantem, quæ priùs Bala vocabatur: & in Zoaram, id eſt paruulam, Syro ſermone tranſlata eſt. Recordabatur ſpeluncæ Lot, & verſa in lacrymas Virgines ſocias admonebat, cauendum eſſe vinum, in quo eſt luxuria, cuius opus Moabitæ ſunt & Ammonitæ.

luſtrat Hebronem, Ioſ. 14. 15.

Ioſ. 15. Iudic. 1.

& loca vicina maris mortui. Gen. 18. 17.

c

Gen. 19.

a *Ita verſum illum 6. pſalmi* 131. *vertit S. Hieronymus*: Ecce audiuimus illum in Ephrata, inuenimus illum in regione ſaltus. *LXX. habent*: ἰδοὺ ἠκούσαμεν αὐτὴν ἐν εὐφραθά· εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ. Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus eam in campis ſiluæ. *atque in ipſo quoque nunc Hebraico textu habetur:* שְׁמַעְנוּהָ ſcemanuha, audiuimus illã. *videtur S. Hieronymus legiſſe,* שְׁמַעְנוּהוּ ſcemanuhu, audiuimus illum. *Conſule Lorinum.*

b *Num.* 13. 24. Pergentes vſque ad torrentem botri (qui appellatus eſt *Num.* 13. ℣. 25. Nehel Eſcol) abſciderunt palmitem cum vuâ ſuâ, quem portauerunt in vecte duo viri.

c *Id eſt*, trimam. *aliàs* conternare *eſt ternos comparare; vt* combinare; *binos.* Conſternantem *hîc alij legunt. MS. S. Mar.* conſternatam. *Vide Ryſſveydi Onomaſticon.*

CAPVT. IV.

Iter ad Jordanem; in Galilæam, & Samariam.

15 DIu hæreo in meridie, vbi ſponſa cubantem repe-rit ſponſum, & Ioſeph inebriatus eſt cum fratribus ſuis. Reuertar Ieroſolymam, & per Thecuam *a* atque Amos rutilantem montis Oliueti lucem adſpiciam, de quo Saluator aſcendit ad Patrem. In quo per annos ſingulos vacca ruffa in holocauſtum Domino cremabatur, & cuius cinis expiabit populũ Iſraël: in quo, iuxta Ezechielem, Cherubim de templo tranſmigrantes, Eccleſiam Domini fundauerunt. Poſt ingreſſa ſepulcrum Lazari, Mariæ & Marthæ vidit hoſpitium, & Bethphage, villam ſacerdotalium maxillarum: & locum, in quo pullus laſciuiens Gentium, Dei fræna ſuſcepit: Apoſtolorumque ſtratus veſtibus, mollia terga præbuit ad ſedendum.

Cant. 1. 6. Gen. 43.

a

Viſitat loca ſancta circa Ieruſalem; Num. 19. Ezech. 10. 18.

Luc. 19.

AVCTORE S. HIERONYMO.

16 Rectoque itinere descendebat Iericho, recogitans illum de Euangelio vulneratum, ac Sacerdotibus & Leuitis, mentis feritate prætereuntibus, clementiam Samaritæ, id est, custodis, qui seminecem suo iumento impositum, ad stabulum Ecclesiæ deportauit. Et locum Adomim, quod interpretatur, sanguinum, quia multus in eo sanguis crebris latronum fundebatur incursibus. Et arborem sycomorum Zacchæi, id est, bona pœnitentiæ opera, quibus cruenta dudum & noxia rapinis peccata calcabat, excelsumque Dominum de excelso virtutum intuebatur. Et iuxta viam cæcorum loca, qui receptis luminibus vtriusque populi credentis in Dominum sacramenta præmiserant. Ingressa Iericho, vidit vrbem, quam fundauit Hiel in Abiram primogenito suo, & cuius portas posuit in Segub nouissimo filiorum. Intuita est castra Galgalæ, & aceruum præputiorum, & secundæ circumcisionis mysterium, & duodecim lapides, qui de Iordanis illuc translati alueo, duodecim Apostolorum fundamenta firmauerant: & fontem quondam legis amarissimum & sterilem, quem verus Elisæus suâ condiuit sapientiâ, & in dulcorem vbertatemque conuertit. Vix nox transierat, feruentissimo æstu venit ad Iordanem. Sterit in ripâ fluminis, & orto sole, Solis iustitiæ recordata est, quomodò in medio amnis alueo sicca Sacerdotes posuerint vestigia: & ad Eliæ & Elisei imperium, stantibus ex vtraque parte aquis, iter vnda præbuerit: pollutasque diluuio aquas, & totius humani generis interfectione maculatas, suo Dominus mundauerit baptismate.

Iericho,
Lucæ 10.
Lucæ 19.
3. Reg. 16. 34.
4. Reg. 2. 21.
Ios. 3.
4. Reg. 2. 14.

17 Longum est, si velim de valle Achor dicere, id est, tumultus atque turbarum, in quâ furtum & auaritia condemnata est: & de Bethel domo Dei, in quâ super nudam humum, nudus & pauper dormiuit Iacob: & posito subter caput lapide, qui in Zachariâ septem oculos habere describitur, & in Isaiâ lapis dicitur angularis; vidit scalam vsque ad cælum tendentem, in quâ Dominus desuper innitebatur, ascendéntibus porrigens manû, & negligentes de sublimi præcipitans. Sepulcra quoque in monte Ephraim *b* Iesu filij Naue, & *c* Eleazari filij Aaron Sacerdotis, è regione venerata est: quorum alter conditus est in Tamnathsare à Septemtrionali parte montis Gaias; alter in Gabaâ filij sui Phineës: satisque mirata est, quòd distributor possessionum sibi montana & aspera delegisset. Quid narrem Silo, in quâ altare dirutum hodieque monstratur, & raptum Sabinarum à Romulo, tribus Beniamitica præcucurrit?

Ioſ. 7.
Gen. 28.
Zach. 3. 9.
Isa. 28. 16.
montes Ephraim,
b c
Iud. 21.

18 Transiuit Sichem, non vt plerique errantes legunt, Sichar, quæ nunc Neapolis appellatur, & ex latere montis Garizim extructam circa puteum Iacob intrauit ecclesiam: super quo residens Dominus, sitientique & esuriens, *d* Samaritanæ fide satiatus est: quæ quinque Moysaicorum voluminum viris *e*, sextoque, quem se habere iactabat, errore *f* Dosithei derelicto, verum Messiam & verum reperit Saluatorem. Atque inde diuertens vidit duodecim Patriarcharum sepulchra, & Sebasten, id est, Samariam, quæ in honorem Augusti ab Herode Græco sermone Augusta est nominata. Ibi siti sunt *g* Elisæus & *h* Abdias prophetæ, & (quo maior inter natos mulierum non fuit) Ioannes Baptista. Vbi multis intremuit consternata mirabilibus: namque cernebat variis dæmones rugire cruciatibus, & ante sepulcra Sanctorum vlulare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum. Alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere: suspensisque pede feminis, vestes *i* non defluere in faciem. Miserebatur omnium, & per singulos effusis lacrymis, Christi clementiam deprecabatur. Et sicut erat inualida, ascendit pedibus montem: in cuius duabus speluncis, persecutionis & famis tempore Abdias Prophetas centum Prophetas aluit pane & aquâ. Inde cito itinere percucurrit Nazareth, nutriculam Domini, Canan & Capharnaum, signorum eius familiares. Lacum Tiberiadis, nauigante Domino sanctificatum: & solitudinem,

Samariam,
d
e
f
g
h
sepulcra SS. Elisæi, Abdiæ, Io. Baptistæ.
i
3. Reg. 18.
loca Galilææ.

in quâ multa populorum millia paucis saturata sunt panibus, & de reliquiis vescentium repleti sunt cophini duodecim tribuum Israël. Scandebat montem Thabor, in quo transfiguratus est Dominus. Adspiciebat procul montes Hermon & Hermoniim, & campos latissimos Galilææ, in quibus Sisara & omnis exercitus eius, Barach vincente, prostratus est. Torrens Cison, qui mediam planitiem diuidebat, & oppidum iuxtà Naim, in quo viduæ suscitatus est filius, monstrabatur. Dies me priùs quàm sermo deficiet, si voluero cuncta percurrere, quæ Paula venerabilis fide incredibili peruagata est.

Lucæ 4.
Iudic. 4.
Lucæ 7.

a *S. Hieronymus in prologo Amos Prophetæ*: Fuit de oppido Thecue, quod sex millibus ad Meridianam plagam abest à sanctâ Bethleem; *vt ad eius vitam dicemus* 31. *Martij. agit de eo oppido Quaresmius lib. 6. pereg. 3. cap.* 8. *Adrichomius in tribu Iudâ nu.* 236. *qui sequentia omnia loca satis perspicuè exponunt.*

b *Colitur* S. Iosue, *siue* Iesus, 1. *Septemb.*

c *De* Eleazar, *eiusq; filio* Phinees, *sanctissimis Hebræorum Sacerdotibus, agemus* 1. *Iulij.*

d *De* S. Photinâ *Samaritanâ agemus* 20. *Martij.*

e *Addunt quadam MSS.* extinctis.

f *Samaritani* Dosithei *dicti, à Dositheo quodam. De eorum erroribus ex Epiphanio & aliis agit Baronius in apparatu Annalium num.* 13.

g *Colitur* S. Eliseus *Propheta* 14. *Iunij.*

h *S.* Abdias 19. *Nouemb.*

i *Ita MSS. aberat hac vox* non *ab editione Rosweydi. Superiùs ad vitam S. Genouefæ* 3. *Ianu. & S. Felicis* 14. *Ianu. eiusmodi prodigia memorata.*

CAPVT V.

Iter in Ægytum.

19 Transibo ad *a* Ægyptum, & inter Soccoth atque fontem Samsom, quem de molari maxillæ dente produxit, subsistam parumper, & arentia ora colluam, vt refocillatus videam Morasthim, sepulcrum quondam *b* Michææ Prophetæ, nunc ecclesiam; & ex latere derelinquam Choræos, & Gethæos, Maresa, Idumæam, & Lachis: & per arenas mollissimas, pergentium vestigia subtrahentes, latamque eremi vastitatem, veniam ad Ægypti fluuium *c* Sior, qui interpretatur turbidus: & quinque Ægypti transeam ciuitates, quæ loquuntur linguâ Chananitide, & terram Gessen, & campos Taphneos, in quibus fecit Deus mirabilia: & vrbem No, quæ posteà versa est in Alexandriam: & opidum Domini Nitriam, in quo purissimo virtutum nitro sordes lauantur quotidie plurimorum. Quod cùm vidisset, occurrente sibi sancto ac venerabili Episcopo *d* Isidoro Confessore, & turbis innumerabilibus monachorum, ex quibus multos sacerdotalis & Leuiticus sublimabat gradus: lætabatur quidem ad gloriam Domini, sed se indignam tanto honore fatebatur. Quid ego narrem *e* Macarios, *f* Arsatas, Serapionas, & reliqua columnarum Christi nomina? cuius non intrauit cellulam? quorum pedibus non aduoluta est? Per singulos Sanctos Christum se videre credebat: & quidquid in illos contulerat, in Dominum se contulisse lætabatur. Mirus ardor, & vix in feminâ credibilis fortitudo. Oblita sexus & fragilitatis corporeæ, inter tot millia monachorum cum puellis suis habitare cupiebat: & forsitan, cunctis eam suscipientibus, impetrasset, nî maius sanctorum locorum retraxisset desiderium.

Iudic. 15. 19.
a
Proficiscitur in Ægyptum:
b
c
d
e
f
inuisit cellulas sanctorum monachorum:

20 Atque propter feruentissimos æstus de Pelusio *g* Maimam nauigatione perueniens, tantâ velocitate reuersa est, vt auem putares. Nec multò pòst in sanctâ Bethlehem mansura perpetuò, angusto per triennium mansit hospitiolo, donec extrueret cellulas ac monasteria, & diuersorum peregrinorum iuxta viam conderet mansiones, in quâ Maria & Ioseph hospitium non inuerant.

g
condit monasteria in Bethlehẽ.

a *Hanc peregrinationem è Bethleemitico suo monasterio instituit. omittit Hieronymus loca priùs occurrentia, antè enumerata, num.* 13. & 14.

b *De* S. Michææ *egimus* 15. *Ianu.*

c *S. Hieronymus in cap.* 2. *Hieremiæ* Sior, *siue* Sichor, *eumdem cum*

tum Nilo arbitratur. De Ægypti locis Geſſen, campis Taphneos; *ſiue, vt alij ſcribunt*, Taneos, *agunt paſſim interpretes. Adrichomius, & Quareſmius lib. 8. peregr. 2. & 3.*

d *De* S. Iſidoro *egimus 2. Ianuarij.*

e *Hic eſt* Macarius *Alexandrinus, qui in Cellijs proximis habitabat, & ſæpè in monte Nitriâ aderat, vbi etiam cellam habebat. De eo egimus 2. Ianuarij. De* Macario *Ægyptio*, 15. *Ianu. De vtroque ibi, & ad Vitam S. Antonij* 17. *Ianu. §. 6. in prolegom.*

f *Fortè* Arſiſium *legendum, de quo &* Serapione *ita Palladius in hiſtoriâ Lauſiacâ cap.* 7. Cùm ergo toto anno in monte *Nitriâ* habitaſſem apud beatos & ſanctos Patres magnum Arſiſium, & Putaphaſtum, & Hagionem, & Cronium, & Serapionem, & multis antiquorum Patrum ſpiritalibus narrationibus eſſem ſtimulatus, veni in intimam ſolitudinem: *vbi reperit* Macarium Alexandrinum *an. Ch. 392. cùm anno præcedenti obiiſſet in Scethe* Macarius Ægyptius.

g *De* Peluſio *&* Maiumâ *pluribus agemus in Actis SS. Iſidori Peluſiota & Porphyrij Epiſcopi Gazenſis 4. & 26. Februar.*

CAPVT VI.

Paulæ Chriſtianæ virtutes.

21 HVcuſque iter eius deſcriptum ſit, quod cum multis virginibus & filiâ comite peragrauit. Nunc virtus latiùs deſcribatur, quæ ipſius propria eſt, & in quâ exponendâ, Deo iudice ac teſte, profiteor me nihil addere, nihil in maius attollere more laudantium; ſed, ne rerum excedam fidem, multa detrahere, & ne apud detractores *a* & genuino me ſemper dente rodentes fingere reputer, & cornicem Æſopi alienis coloribus adornare. Quæ prima Chriſtianorum virtus eſt, tantâ ſe humilitate deiecit, vt qui eam non vidiſſet, & pro celebritate nominis videre geſtiſſet, ipſam eſſe non crederet, ſed ancillularum vltimam: & cùm frequentibus choris Virginum cingeretur, & veſte, & voce, & habitu, & inceſſu minima omnium erat.

a

Eius humiltàs:

22 Numquàm poſt viri mortem vſque ad diem dormitionis ſuæ cum vllo comedit viro, quamuis eum ſanctum, & in pontificali ſciret culmine conſtitutum. Balneas, niſi periclitans, non adiit. Mollia, etiam in grauiſſimâ febre, lectuli ſtrata non habuit: ſed ſuper duriſſimam humum ſtratis ciliciolis quieſcebat: ſi tamen illa quies dicenda eſt, quæ iugibus penè orationibus dies noctesque *b* iungebat, illud implens de Pſalterio: Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo. In quâ fontes crederes lacrymarum: ita leuia peccata plangebat, vt illam grauiſſimorum criminum crederes ream.

periculorum fuga:

Strati ratio;

Pſal. 6. 7.

b

aſſiduus fletus:

23 Cumque à nobis crebriùs moneretur, vt parceret oculis, & eos ſeruaret euangelicæ lectioni, aiebat: Turpanda eſt facies, quam contra Dei præceptum purpuriſſo & ceruſſâ & ſtibio ſæpè depinxi. Affligendum corpus, quod multis vacauit deliciis. Longus riſus, perpeti compenſandus eſt fletu. Mollia linteamina & ſerica pretioſiſſima, aſperitate cilicij commutanda. Quæ viro & ſeculo placui, nunc Chriſto placere deſidero. Si inter tales tantaſque virtutes caſtitatem in illâ voluero prædicare, ſuperfluus videar: in quâ etiam cùm ſæcularis eſſet, omnium Romæ matronarum exemplum fuit: quæ ita ſe geſſit, vt numquàm de illâ etiam maledicorum quidquam auderet fama confingere.

pœnitentiæ ſtudium:

caſtitas:

benignitas:

24 Nihil animo eius clementius, nihil erga humiles blandius fuit. Non *c* appetebat potentes: nec tamen ſuperbos & gloriolam quærentes, faſtidio deſpiciebat. Si pauperem videbat, ſuſtentabat: ſi diuitem, ad benefaciendũ hortabatur. Liberalitas ſola excedebat modum. Et vſuras tribuens, verſuram quoque ſæpius faciebat, vt nulli ſtipem rogantium denegaret. Fateor errorem meũ: cùm in largiendo eſſet profuſior, arguebam, illud proferens de Apoſtolo: Non vt aliis ſit refrigerium, vobis autem tribulatio: ſed ex æqualitate in hoc tempore, vt veſtra abundantia ſit ad illorum inopiam, & illorum abundantia ſit ad veſtram inopiam. Et hoc de Euangelio Saluatoris: Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti. Et prouidendum eſſe, ne quod libenter faceret, ſemper facere non poſſet: multaque huiuſcemodi, quæ illa mirâ verecundiâ & ſermone parciſſimo diſſoluebat, teſtem inuocans Deum, ſe pro illius nomine cuncta facere: & hoc habere voti, vt mẽdicans ipſa moreretur: vt vnum nũmum filiæ non dimitteret, & in funere ſuo aliena ſiitdone inuolueretur. Ad extremũ ſic inferebat: Ego ſi periero, multos inueniam qui mihi tribuant: iſte mendicans ſi à me nõ acceperit, quæ ei poſſum etiam de alieno tribuere, & mortuus fuerit, à quo eius anima requiretur? Ego cautiorem in re familiari eſſe cupiebam: ſed illa ardentior fide, toto Saluatori animo iungebatur, & pauperem Dominum, pauper ſpiritu ſequebatur, reddens ei quod acceperat, pauper pro ipſo effecta. Denique conſecuta eſt quod optabat, & in grandi ære alieno filiam dereliquit, quod hucuſque debens, non ſuis viribus, ſed Chriſti ſe confidit miſericordiâ reddituram.

c

Auctore S. Hieronymo.

amor paupertatis:

25 Solent pleræque matronarum buccinatoribus ſuis dona conferre, & in paucos largitate profusà, manum à ceteris retrahere: quo illa omnino carebat vitio. Ita enim ſingulis ſuam pecuniam diuidebat, vt ſingulis neceſſarium erat, non ad luxuriam, ſed ad neceſſitatem. Nemo ab eâ pauperum vacuus reuerſus eſt. Quod obtinebat, non diuitiarum magnitudine, ſed prudentiâ diſpenſandi; illud ſemper replicans: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Et: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Et: Facite vobis amicos de iniquo mammonâ, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Et: Date eleemoſynã, & ecce omnia munda ſunt vobis. Et verba Danielis, Regem Nabuchodonoſor monentis, vt eleemoſynis redimeret peccata ſua. Nolebat in his lapidibus pecuniam effundere, qui cum terrâ & ſeculo tranſituri ſunt: ſed in viuis lapidibus, qui volvuntur ſuper terrã, de quibus in Apocalypſi Ioannis, ciuitas magni Regis extruitur: quos in ſapphirum, & ſmaragdum, & iaſpidem, & ceteras gemmas eſſe vertendos Scriptura commemorat.

eleemoſynæ

Matth. 5. 7. Eccli. 3. 33. Lucæ 16. 9. Lucæ 11. 41. Dan. 4. 24. Apoc. 21. Iſa. 54. 11. & 12.

26 Verùm hæc poſſunt eſſe communia *d* cum multis, & ſcit diabolus, non in ſummo virtutum culmine poſita. Vnde loquitur ad Dominum, poſt amiſſam Iob ſubſtantiam, poſt euerſam domum, poſt liberos interfectos: Corium pro corio, & omnia quæ habuerit homo, dabit pro animâ ſuâ. Sed extende manũ tuã, & tange oſſa eius & carnes, niſi in facie benedixerit tibi. Scimus pleroſque dediſſe eleemoſynam, ſed de proprio corpore nihil dediſſe: porrexiſſe egentibus manum, ſed carnis voluptate ſuperatos: dealbaſſe ea quæ foris erant, & intus plenos fuiſſe oſſibus mortuorum. At non Paula talis: quæ tantæ continentiæ fuit, vt propè menſuram excederet, & debilitatem corporis nimiis ieiuniis ac labore contraheret. Quæ, exceptis diebus feſtis, vix oleum in cibo caperet: vt ex hoc vno æſtimetur, quid de vino & liquamine, piſcibus & lacte, & melle, & ouis, & reliquis, quæ guſtui ſuauia ſunt, iudicârit. In quibus ſumendis quidam ſe abſtinentiſſimos putant: & ſi his ventrem ingurgitauerint, tutam pudicitiam ſuſpicantur.

d

Iob 2. 4.

ieiunia & abſtinentia.

a *MS. Ripat.* quorum eſt genuinum, inſontes ſemper dente ſuperbo rodere.

b *MS. S. Maxim.* iungebatur.

c *Idem MS.* appellabat. d *al.* paucis.

CAPVT VII.

Aduerſorum inuicta perpeſſio.

27 SEmper quidem virtutes ſequitur inuidia, feriuntque ſummos fulgura montes. Nec mirum, ſi hoc de hominibus loquar, cùm etiam Dominus noſter Phariſæorum zelo ſit crucifixus, & omnes Sancti æmulos habuerint: in Paradiſo quoque ſerpens fuerit, cuius inuidiâ mors introiuit in orbem terrarum. Suſcitauerat ei Dominus Adad Idumæum, qui eam colaphizaret, ne ſe extolleret: & quaſi quodam ſtimulo carnis ſæpiùs admonebat, ne magnitudo virtutum altiùs raperet, & aliarum vitiis feminarum ſe in excelſo crederet conſtitutam. Ego aiebam,

Patitur æmulos:

3. Reg. 11. 14.

AVCTORE S. HIERONYMO.

aiebam, liuori esse cedendum, & dandum insaniæ locum: quod fecisset Iacob in fratre suo Esau, & Dauid in pertinacissimo inimicorum Saul: quorum alter in Mesopotamiam fugerit, alter se Allophylis tradiderit, malès hostibus, quàm inuidis subiacere. At illa respondebat: Iustè hæc diceres, si diabolus contra seruos Dei & ancillas nõ vbique pugnaret, & ad omnia loca fugientes nõ præcederet: si non sanctorum locorum amore retineret, & Bethlehem meam in aliâ reperire possem parte terrarum. Cur enim non patientiâ liuorem superem? Cur nõ humilitate frangam superbiam, & percutienti maxillam offeram alteram? dicẽte Apostolo Paulo: Vincite in bono malum. Nónne Apostoli gloriabantur, quando pro Domino passi sunt contumeliam? Nónne ipse Saluator humiliauit se, formam serui accipiens, & factus est obediẽs Patri vsque ad mortem, & mortem crucis, vt nos suâ passione saluaret? Iob nisi certasset, & vicisset in prælio, non accepisset coronam iustitiæ, nec audisset à Domino: Putas me aliter locutum tibi, quàm vt appareres iustus? Beati dicuntur in Euangelio, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Secura sit conscientia, quòd non propter peccata patiamur: & afflictio in seculo, materia præmiorum est.

Gen. 27. 1. Reg. 27.

patientiâ inuidiam superat.

Rom. 12. 21. Actor. 5. 41.

Iob 33. 32.

Matth. 5. 10.

28 Si quando procacior fuisset inimicus, & vsque ad verborum iurgia prosiliisset, illud Psalterij decantabat: Cùm consisteret aduersùm me peccator, obmutui & silui à bonis. Et rursus: Ego autem quasi surdus non audiebam, & quasi mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & nõ habẽs in ore suo increpationes. In tentationibus, Deuteronomij verba voluebat, Tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligatis Dominum Deum vestrũ de toto corde vestro, & de totâ animâ vestrâ. In tribulationibus & angustiis, Isaiæ replicabat eloquia: Qui ablactati estis à lacte, qui abstracti ab vbere, tribulationem super tribulationem exspectate, spem super spem: adhuc pusillum propter malitiam labiorum, propter linguam [a] malignam. Et Scripturæ testimonium in consolationem suam edisserebat, ablactatorum esse, eorum scilicet qui ad virilem ætatem peruenissent, tribulationem super tribulationem sustinere, vt spem super spem mereantur accipere: scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem; spes autem non confundit. Et: Quòd si is qui foris est, homo noster corrumpatur: ille qui intus est, innouetur: & inpræsentiarum leue & momentaneum tribulationis vestræ, æternæ gloriæ pondus operatur in vobis, non adspicientibus quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna. Nec longum fore tempus, etiamsi humanæ impatientiæ tardum videatur, quin Dei statim videatur auxilium, dicẽtis: Tempore opportuno exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sũ tibi. Nec dolosa labia & linguas iniquorum esse metuendas, cùm Domino adiutore lætemur, & ipsum debeamus audire per Prophetam monentem: Nolite timere opprobria hominum, & blasphemias eorum ne metueritis. Sicut enim vestimentum, sic comedit eos vermis: & sicut lanam sic deuorauit eos tinea. Et: Per patientiam vestram possidebitis animas vestras. Et: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et alibi: Tribulationem super tribulationem sustinete, vt patienter agamus in omnibus, quæ accidunt nobis. Patiens enim vir, multùm prudens: qui autem pusillanimis est, vehementer insipiens.

Psal. 38. 3. Psal. 37. 14. ibid. 15.

In tentatione verbis Scripturæ se animat:

Deut. 13. 3. Isa. 28. 9.

[a] malignam.

29 In languoribus & crebrâ infirmitate dicebat: Quando infirma sum, tũc fortis sum. Et: Habemus thesaurũ istum in vasis fictilibus, donec mortale hoc induat immortalitatem, & corruptiuum hoc vestiatur incorruptione. Et iterum: Sicut superabundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat & consolatio. Ac deinde: Vt socij passionum estis, sic eritis & consolationis. In mœrore cantabat: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus. In periculis loquebatur: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et iterum: Qui vult animam suam saluam facere, perdet eam. Et: Qui perdiderit animam suam propter me, saluam eam faciet. Quando dispendia rei familiaris & euersio totius patrimonij nuntiabatur, aiebat: Quid enim prodest homini, si totum mundum lucrifecerit, & animæ suæ damnum habuerit? aut quam dabit homo commutationem pro animâ suâ? Et: Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus & reuertar illuc. Sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Et illud: Nolite diligere mundum, neque ea quæ sunt in mundo. Quoniam omne quod in mũdo est, desiderium carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ huius, quæ non est ex Patre, sed ex mundo. Et, Mundus transit, & concupiscentia eius. Scio ei scriptas infirmitates grauissimas liberorum, & maximè Toxotij sui, quem diligebat plurimùm: cũmque illud virtute compleret, Turbata sum, & non sum locuta; in hæc verba prorupit: Qui amat filium aut filiam plus quàm me, non est me dignus. Et orans ad Dominum, loquebatur: Posside Domine filios mortificatorum, qui pro te quotide mortificant corpora sua.

mœrorem, Luc. 9. 23. *pericula,* ibid. v. 24. *bonorum iacturam,* Matth. 16. 26. Iob 1. 2. 1. Ioan. 2. 15. 16. 17. *morbum filij,* Psal. 76. 5. Matth. 10. 37. Psa. 78. 11.

30 Noui susurronem quemdam (quod genus hominum pernicioſissimum est) quasi beneuolum nuntiasse, quòd pro nimio feruore virtutum quibusdam videretur insana, & cerebrum illius dicerent confouendum. Cui illa respondit: Theatrum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Et: Nos stulti propter Christum, sed stultum Dei sapientius est hominibus. Vnde & Saluator loquitur ad Patrem: Tu scis insipientiam meam. Et iterum: Tamquàm prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Quem in Euangelio & propinqui quasi mentis impotem ligare cupiebant, & aduersarij sugillabant, dicentes: Dæmonium habet, & Samaritanus est. Et: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Sed nos audiamus Apostolum cohortantem: Hæc est gloria nostra, testimonium conscientiæ nostræ: quoniam in sanctitate & sinceritate, & in gratiâ Dei conuersati sumus in mundo. Et Dominum dicentem ad Apostolos: Ideò mundus odit vos, quoniam non estis de mundo. Si enim essetis de mundo, amaret vtique mundus quod suum erat. Et ad ipsum Dominum verba vertebat: Tu nosti cordis abscondita, & hæc omnia venerunt super nos, nec sumus obliti tui, neque iniquè egimus in testamento tuo, nec auersum est retrorsum cor nostrum. Et: Propter te mortificati sumus totâ die: reputati sumus vt oues occisionis. Sed Dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi homo. Legi enim: Fili, honora Dominum, & confortaberis, & extra Dominum nullum timueris.

iudicia eam stultam dicentium: 1. Cor. 4. 9. 1. Cor. 1. 10. Psal. 68. 6. Psa. 70. 7. Psal. 72. 23. Marc. 3. 21. Ioan. 8. 48. Matth. 12. 24. 2. Cor. 1. 12. Ioan. 15. 19. Psal. 43. 22. Rom. 8. 36. Psal. 117. 6. Prou. 7. 2.

31 His & talibus testimoniis, quasi armaturâ Dei, & aduersùs omnia quidem vitia, sed præcipuè instruebat se contra inuidiam sæuientem: & patiendo iniurias, furorẽ rabidi pectoris mitigabat. Denique vsque ad diem mortis, & huius patientia, & aliorum zelus omnibus patuit: qui suum rodit auctorem, & dum æmulum lædere nititur, in semetipsum proprio furore bacchatur.

inimicos superat armaturâ Christi.

a *MSS. Ripat. & S. Max.* alienam.

CAPVT VIII.

Virginum institutio.

32 Dicam & de ordine monasterij, quomodò Sanctorum continentiam in suum verterit lucrum. Seminabat carnalia, vt meteret spiritualia: dabat terrena, vt cælestia tolleret: breuia concedebat, vt pro his æterna mutaret. Post virorum monasterium, quod viris tradiderat gubernandum, plures Virgines, quas è diuersis prouinciis congregârat, tam nobiles, quàm medij, & infimi generis, in tres turmas [a] monasteriáque diuisit: ita

[a] dumtaxat,

Virgines in 3. turmas distribuit:

dumtaxat, vt in opere & in cibo ſeparatæ, pſalmodiis & orationibus iungerentur. Poſt [b] Alleluia cantatũ (quo ſigno vocabantur ad [c] collectam) nulli reſidere licitum erat: ſed prima, ſeu inter primas veniens, ceterarum operiebatur aduentum, pudore & exemplo ad laborem eas prouocans, non terrore. Manè, horâ tertiâ, ſextâ, nonâ, veſpere, noctis medio, per ordinem pſalterium cantabant: nec licebat cuiquam Sororum ignorare pſalmos, & non de Scripturis ſanctis quotidie aliquid diſcere. Die tantùm Dominico ad eccleſiam procedebant, ex cuius habitabant latere: & vnumquodque agmen Matrem propriam ſequebatur: atque inde pariter reuertentes, inſtabant operi diſtributo, & vel ſibi vel ceteris indumenta faciebant. Si qua erat nobilis, non permittebatur de domo ſuâ habere comitẽ, ne veterum actuum memor, & laſciuientis infantiæ errorem refricaret antiquum, & crebrâ confabulatione renouaret. Vnus omnium habitus. Linteamine ad tergendas ſolùm manus vtebantur. A viris tanta ſeparatio, vt à ſpadonibus quoque eas ſeiungeret, ne vllam daret occaſionem linguæ maledicæ, quæ Sanctos carpere ſolita eſt in ſolatium delinquendi.

b

c

ius ſurgendi

canendiq; canonem præſcribit,

& habitum:

delinquentes corrigit: 1. Cor. 4. 2.

33 Si qua vel tardior veniebat ad pſalmos, vel erat in opere pigrior, variis eam modis aggrediebatur. Si erat iracunda, blanditiis; ſi patiens, correptione, illud Apoſtoli imitans: Quid vultis? in virgâ veniam ad vos, an in ſpiritu lenitatis & manſuetudinis? Excepto victu & veſtitu, nullam habere quidquã patiebatur, dicente Paulo: Habentes victũ & veſtitũ, his contẽti ſumus: ne conſuetudine plus habendi præberet locum auaritiæ, quæ nullis expletur opibus: & quantò ampliùs habuerit, plus requirit: & neque copiâ neque inopiâ minuitur. Iurgãtes inter ſe, ſermone leniſſimo fœderabat. Laſciuientẽ adoleſcẽtularũ carnem crebris & duplicatis frangebat ieiuniis, malẽs eis ſtomachum dolere, quàm mentem. Si vidiſſet aliquam comptiorem, contractione frontis & vultus triſtitiâ arguebat errantem, dicens, munditiem corporis atque veſtitus, animæ eſſe immunditiam: & turpe verbum atque laſciuum numquàm de ore virgineo proferendum: quibus ſignis libidinoſus animus oſtenditur, & per exteriorem hominem interioris hominis vitia demonſtrantur. Quam linguoſam, garrulam ac procacem, rixiſque perſpexerat delectari, & ſæpiùs commonitam nolle conuerti, inter vltimas & extra conuentum Sororum ad fores triclinij orare faciebat, & ſeparatim cibum capere: vt quam obiurgatio non correxerat, emendaret pudor. Furtum quaſi ſacrilegium deteſtabatur: & quod inter ſeculi homines vel leue putatur vel nihili, hoc in monaſteriis grauiſſimum dicebat eſſe delictum.

rixis deditas caſtigat:

ægrotos fouet,

in ſe ſeuera:

34 Quid memorẽ clementiam & ſedulitatẽ in egrotantes, quas miris obſequiis & miniſteriis confouebat? Cumq; aliis lãguentibus largè præberet omnia, & eſum quoque exhiberet carnium; ſi quãdo ipſa ægrotaſſet, ſibi non indulgebat, & in eo inæqualis videbatur, quòd in aliis clementiam, in ſe duritiam commutabat. Nulla iuuenum puellarum ſano & vegeto corpore tantæ ſe dederat continentiæ, quantæ ipſa fracto & ſenili debilitatoque corpuſculo. Fateor, in hac re pertinacior fuit, vt ſibi non parceret, & nulli cederet admonenti. Referam, quod expertus ſum. Menſe Iulio feruentiſſimis æſtibus incidit in ardorem febris, & poſt deſperationem cùm Dei miſericordiâ reſpiraſſet, & medici perſuaderent, ob refectionem corporis vino opus eſſe tenui & parco, ne aquam bibẽs, in hydropem verteretur, & ego clàm beatum Papam Epiphanium rogaſſem, vt eam moneret, imò compelleret vinum bibere; illa, vt erat prudens & ſolertis ingenij, ſtatim ſenſit inſidias: & ſubridens, meum eſſe quod ille diceret, intimauit. Quid plura? Cùm beatus Pontifex poſt multa hortamenta exiſſet foràs, quærenti mihi quid egiſſet, reſpondit: Tantùm profeci, vt ſeni homini penè perſuaſerit, ne vinum bibam. Hæc refero, non quòd inconſideranter & vltra vires ſumpta onera probem, monente Scripturâ, Super te onus ne leueueris; ſed quòd mentis eius ardorem, & deſiderium fidelis animæ, ex hac quoque probare velim perſeuerantiâ, decantantis: Sitiuit anima mea in te, quàm multipliciter tibi caro mea!

vinum etiam ægra non admittit:

35 Difficile eſt modũ tenere in omnibus: & verè iuxta philoſophorum ſententiam, μεσότης ἡ ἀρετὴ, καὶ ἀκρίβεια ὑπερβολὴ πέλεται [d]. Quod nos vnâ & breui ſententiolâ exprimere poſſumus, Ne quid nimis. Quæ in contemptu ciborum tantam habebat pertinaciam, in luctu mitis erat, & ſuorum mortibus frangebatur, maximè liberorum. Nam & in viri & filiarum dormitione ſemper periclitata eſt: & cùm os ſtomachumque ſignaret, & matris dolorem crucis niteretur impreſſione lenire, ſuperabatur affectu, & credulam mentem, parentis viſcera conſternabant: animoque vincens fragilitate corporis vincebatur. Quam ſemel languor arripiens, longo tempore poſſidebat, vt & nobis inquietudinem, & ſibi diſcrimina offerret: in quo illa lætabatur, per momenta commemorans: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat prudẽs lector, pro laudibus me vituperationẽ ſcribere. Teſtor Ieſum, cui illa ſeruiuit, & ego ſeruire cupio, me vtramque in partẽ nihil fingere, ſed quaſi Chriſtianum de Chriſtianâ, quæ ſunt vera proferre, id eſt, hiſtoriam ſcribere, non panegyricum; & illius vitia, aliorum eſſe virtutes. Vitia loquor, ſecundùm animum meum, & omnium Sororum ac Fratrum deſiderium, qui illam diligimus, & abſentem quærimus.

ſentit ſuorum funera.

Rom. 7. 24.

36 Ceterùm illa impleuit curſum ſuum, fideque ſeruauit, & nunc fruitur coronâ iuſtitiæ, ſequiturque Agnum quocumque vadit. Saturatur, quia eſuriuit, & læta decantat: Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei noſtri. O beata rerum commutatio! fleuit, vt ſemper rideret. Deſpexit lacus contritos, vt fontem Dominum reperiret. Veſtita cilicio eſt, vt nunc albis veſtimentis vteretur, & diceret: Scidiſti ſaccum meum, & induiſti me lætitiâ. Cinerem ſicut panem manducabat, & potionem ſuam cum fletu miſcebat, dicens: Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte, vt in æternum pane Angelorum veſceretur, & caneret: Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus. Et: Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. Et Iſaiæ, imò Domini per Iſaiam, in ſe cerneret verba compleri: Ecce qui ſeruiunt mihi, manducabunt; vos autem eſurietis: ecce qui ſeruiunt mihi, bibent, vos autem ſitietis. Ecce qui ſeruiunt mihi, lætabuntur; vos autem confundemini. Ecce qui ſeruiunt mihi, exultabunt; vos autem clamabitis ob dolorem cordis, & propter contritionem ſpiritus vlulabitis.

mercedem laborum æternam acquirit.

Pſal. 47. 9. Pſ. 29. 12. Pſal. 41. 4. Pſal. 33. 9. Pſal. 44. 1. Iſa. 65. 13.

a *MS. S. Max.* per monaſteria. *An planè ſeparata fuerint harum ſanctarum Virginum domicilia; an intra maius aliquod ædificium aut ſeptum, ſeiuncta habitacula operumq; officinæ, ſub ſuis ſingulæ Præfectis ac Matribus, vt infrà dicitur, diſputatum antè.*

b *S. Hieronymus epiſt. 23. ad Marcellam de ægrotante Blæſillâ ita loquitur:* Ad orandum feſtina conſurgit, & tinnulâ voce ceteris Alleluia præripiens, prior incipit laudare Dominum ſuum. *Hac ergo voce conuocabantur.*

c *Synaxim, ſeu conuentum diuini officij, idem Hieronymus* collectam *vocat in regulâ S. Pachomij à ſe Latinè versâ.*

d *Addunt aliqui:* id eſt, modus virtus eſt, vitium nimietas reputatur: *quæ paræmia Græca explicatio eſt.*

CAPVT IX.

Odium hæreticorum. ſtudium ſacræ Scripturæ.

37 DIxeram, lacus eam ſemper fugiſſe contritos, vt fontem Dominum reperiret, vt poſſet læta cantare: Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Tangam ergo breuiter, quomodò hæreticorum cœnoſos deuitauerit lacus, & eos inſtar habuerit ethnicorum. [a] Quidam veterator callidus, atque, vt ſibi videbatur, doctus & ſciolus, me neſciente cœpit ei proponere quæſtiones, & dicere: Quid peccauit

Pſal. 41. 2.

[a] *Ab hæretico Origeniſtâ va-*

AVCTORE S. HIERONYMO.

via de controuerſia fidei interrogata,

ut infatis, vt à dæmone corripiatur? In quâ ætate reſurrecturi ſumus? Si in ipsâ quâ morimur, ergo nutricibus poſt reſurrectionem opus erit: ſin in alterâ, nequaquàm erit reſurrectio mortuorum, ſed transformatio in alios. Diuerſitas quoque ſexus maris ac feminæ erit, aut non erit? Si erit, ſequentur & nuptiæ, & concubitus, ſed & generatio: ſi non erit, ſublatâ diuerſitate ſexus, eadem corpora non reſurgent: aggrauat enim terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem: ſed tenuia erunt & ſpiritualia, dicente Apoſtolo: Seminatur corpus animale, reſurget corpus ſpirituale. Ex quibus omnibus probare cupiebat, rationales creaturas ob quædam vitia & antiqua peccata, in corpora eſſe delapſas: & pro diuerſitate & meritis peccatorum, tali vel tali conditione generari, vt vel corporum ſanitate gauderent, & parentum diuitiis ac nobilitate, vel in morbidas carnes & domus inopum venientes, pœnas priſtinorum luerent delictorum, & præſenti ſeculo atque corporibus quaſi carcere claderentur.

1. Cor. 15. 44.

S. Hieronymus conſulit:

38 Quod cùm audiſſet, & ad me retuliſſet, indicans hominem, mihique incubuiſſet neceſſitas nequiſſimæ viperæ ac mortiferæ beſtiæ reſiſtendi, de quibus Pſalmiſta commemorat, dicens: Ne tradas beſtiis animas confitentium tibi. &: Increpa Domine beſtias calami, qui ſcribentes iniquitatem, loquuntur contra Dominum mendacium, & eleuant in excelſum os ſuum; conueni hominem, & orationibus eius, quam decipere nitebatur, breui interrogatione concluſi, dicens: *b* Vtrùm crederet futuram reſurrectionem mortuorum, an non? Qui cùm ſe credere reſpondiſſet; intuli: Eadem reſurgent corpora, an altera? Cùm dixiſſet, Eadem; ſciſcitatus ſum: In eodem ſexu, an in altero? Ad interrogata reticenti, & inſtar colubri huc atque illuc transferenti caput, ne feriretur; Quia, inquam, taces, ego mihi pro te reſpondebo, & conſequentia inferam: Si non reſurget mulier vt mulier, neque maſculus vt maſculus; non erit reſurrectio mortuorum: quia ſexus membra habet, membra autem totum corpus efficiunt. Si autem ſexus & membra non fuerint, vbi erit reſurrectio corporum, quæ ſine ſexu non conſtant & membris? Porrò ſi corporum non fuerit reſurrectio, nequaquàm erit reſurrectio mortuorum. Sed & illud, quod de nuptiis obiicis: Si eadem membra fuerint, ſequi nuptias, à Saluatore diſſoluitur, dicente: Erratis, neſcientes Scripturas, neque virtutem Dei. In reſurrectione enim mortuorum non nubent, neque nubentur, ſed erunt ſimiles Angelorum. Vbi dicitur, Non nubent, neque nubentur, ſexuum diuerſitas demonſtratur. Nemo enim de lapide & ligno dicit, Non nubent, neque nubentur, quæ naturam nubendi non habent: ſed de iis, qui poſſint nubere, & gratiâ Chriſti ac virtute non nubant. Quòd ſi opposueris: Quomodò ergo erimus ſimiles Angelorum, cùm inter Angelos non ſit maſculus & femina? breuiter auſculta: Non ſubſtantiam nobis Angelorum, ſed conuerſationem & beatitudinem Dominus repromittit. Quomodò & Ioannes Baptiſta, antequàm decollaretur, Angelus appellatus eſt; & omnes Sancti ac virgines Dei, etiam in iſto ſeculo vitam in ſe exprimunt Angelorum. Quando enim dicitur, Eritis ſimiles Angelorum; ſimilitudo promittitur, non natura mutatur.

b in haereticum confutat,

Matt 22. 29.

& aliorum membrorum,

39 Simulque reſponde, quomodò illud interpreteris, quòd Thomas Domini reſurgentis tetigerit manus, & viderit lanceâ latus eius perforatum? Et Petrus in littore ſtantem viderit Dominum, & partem aſſi piſcis, ac fauum mellis comedentem? Qui ſtabat, profectò habebat pedes. Qui monſtrauit latus vulneratum, vtique & ventrem & pectus habuit, ſine quibus non ſunt latera ventri & pectori cohærentia. Qui locutus eſt, linguâ & palato ac dentibus loquebatur. Sicut enim plectrum chordis, ita lingua illiditur dentibus, & vocalem reddit ſonum. Cuius palpatæ ſunt manus, conſequenter & brachia habuit. Cùm igitur omnia membra habuiſſe dicatur, neceſſe eſt, vt totum corpus habuerit, quod conficitur ex membris non vtique femineum, ſed virile, id eſt, eiuſdem ſexus, in quo mortuus eſt. Quòd ſi obtenderis, Ergo & nos poſt reſurrectionem comedemus? Et quomodò clauſis ingreſſus eſt ianuis, contra naturam pinguium & ſolidorum corporum? Audies: Noli propter cibum, reſurrectionis fidem in calumniam trahere. Nam & archiſynagogi filiæ reſuſcitatę iuſſit cibum dari, & Lazarus quatriduanus mortuus, cum ipſo ſcribitur iniſſe conuiuium, ne reſurrectio eorum phantaſma putaretur. Sin autem clauſis ingreſſus eſt ianuis, & idcircò ſpirituale & aëreum corpus niteris approbare; ergo & antequàm pateretur, quia contra naturam grauiorum corporum ſuper mare ambulauit, ſpirituale corpus habuit: & Apoſtolus Petrus, qui & ipſe ſuper aquas pendulo inceſſit gradu, ſpirituale corpus habuiſſe credendus eſt, cùm potentia magis & virtus oſtendatur Dei, quando fit aliquid contra naturam. Et vt ſcias, in ſignorum magnitudine non naturæ mutationem, ſed Dei omnipotentiam demonſtrari: qui ambulabat fide, cœpit infidelitate mergi, niſi eum manus Domini ſubleuaſſet, dicentis: Modicæ fidei, quare dubitaſti? Miror autem te obdurare frontem, loquente Domino: Infer digitum tuum huc, & tange manus meas: & porrige manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Et alibi: Videte manus meas, & pedes meos, quia ipſe ego ſum. Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Et cùm hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & pedes. Oſſa audis, & carnem, & pedes, & manus: & *c* globos mihi Stoicorum, atque aërea quædam deliramenta confingis.

Marc. 5. 43. Ioan. 12. 2. Matt 14. 25. & 29. Ioan. 20. 27. Luc. 24. 39. *c*

probat & in reſurrectione fore ſexuum diſtinctionem,

40 Porrò ſi quæris, cur infans à dæmone corripiatur, qui peccata non habuit; aut in quâ ætate reſurrecturi ſimus, cùm diuerſâ ætate moriamur; ingraris ſuſcipies, Iudicia Dei abyſſus multa. Et: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius! Quis enim cognouit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Ætatum autem diuerſitas non mutat corporum veritatem. Cùm enim quotidie corpora noſtra fluant, & aut creſcant aut decreſcant; ergo tot erimus homines, quot quotidie commutamur? aut alius fui cùm decem annorum eſſem, alius cùm triginta, alius cùm quinquaginta, alius iam toto cano capite ſum? Igitur, iuxta Eccleſiarum traditiones & Apoſtolum Paulum, illud eſt reſpondendum, quòd in virum perfectum, & in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti reſurrecturi ſumus, in quâ & Adam Iudæi conditum autumant, Dominum Saluatorem legimus ſurrexiſſe: & multa alia, quæ de vtroque Teſtamento in ſuffocationem hæretici protuli.

Pſal. 35. 7 Rom. 11. 33.

ſtaturam & perfectam.

Epheſ. 4. 13.

Paula hæreticos aduerſaturi

41 Ex quo die ita cœpit hominem deteſtari, & omnes qui eiuſdem dogmatis erant, vt eos voce publicâ hoſtes Domini proclamaret. Et hæc dixi, non vt breuiter hæreſim confutarem, cui multis voluminibus reſpondendum eſſet; ſed vt fidem tantæ feminæ oſtenderem, quę maluit inimicitias hominum ſubire perpetuas, quàm Dei offenſam amicitiis noxiis prouocare.

curat à S. Hieronymo ſibi Scripturas exponi:

42 Dicam ergo, vt cœperam. Nihil ingenio eius docilius fuit. Tarda erat ad loquendum, velox ad audiendum, memor illius præcepti: Audi Iſraël, & tace. Scripturas ſanctas tenebat memoriter. Et cùm amaret hiſtoriam, & hoc veritatis diceret fundamentum, magis tamen ſequebatur intelligentiam ſpiritualem, & hoc culmine ædificationem animæ protegebat. Denique compulit me, vt vetus & nouum Inſtrumentum cum filiâ, me differente, perlegeret. Quod propter verecundiam negans, propter aſſiduitatem tamen & crebras poſtulationes eius præſtiti, vt docerem quod didiceram, non à meipſo, id eſt, à præſumptione peſſimo præceptore, ſed ab illuſtribus Eccleſiæ viris. Sicubi hæſitabam, & neſcire me ingenuè confitebar, nequaquàm mihi voluit acquieſcere: ſed iugi interrogatione cogebat, è multis variiſque ſententiis quæ mihi videretur probabilior indicarem. Loquar & illud, quod forſitan æmulis videatur incredi-

Eccli. 32. 9.

Incredibile: Hebræam linguam, quam ego ab adoleſcentiâ multo labore ac ſudore ex parte didici, & infatigabili meditatione non deſero, ne ipſe ab eâ deſerar, diſcere voluit, & conſecuta eſt: ita vt *d* pſalmos Hebraicè caneret, *e* & ſermonem abſque vllâ Latinæ linguæ proprietate perſonaret. Quod quidem vſque hodie in ſanctâ filiâ eius Euſtochio cernimus: quæ ita ſemper adhæſit matri, & eius obediuit imperiis, vt numquàm abſque eâ cubaret, numquàm procederet, numquàm cibum caperet, ne vnum quidem nummum haberet poteſtatis ſuæ, ſed & paternam & maternam ſubſtantiolam à matre diſtribui pauperibus lætaretur, & pietatem in parentem, hæreditatem maximam & diuitias crederet. Non debeo ſilentio præterire, quanto exultauerit gaudio, quòd Paulam neptem ſuam, ex *f* Lætâ & Toxotio genitam, imò voto & futuræ virginitatis *g* repromiſſione conceptam, audierat in cunis & crepitaculis balbutiente linguâ Alleluia cantare, auiaéque & amitæ nomina dimidiatis verbis frangere. In hoc ſolo patriæ deſiderium habuit, vt filium, nurum, neptem renuntiaſſe ſeculo, & Chriſto ſeruire cognoſceret. Quod & impetrauit ex parte. Nam neptis Chriſti *h* flammeo reſeruatur, nurus æternæ ſe tradens pudicitiæ, ſocrus operâ, fide & eleemoſynis ſequitur, & Romæ conatur exprimere, quod Ieroſolymis illa compleuit.

Hebraicâ linguam diſcit.

Nurum & neptem ſui propoſiti imitatrices habet.

a *Palladium hunc fuiſſe coniicit Baronius an.* 388. *citatus hîc à Roſweydo. Is certè (vt ipſemet in Hiſtoriâ Lauſiacâ ſcribit cap.* 77.) *vixit cum* Poſidonio Thebano anno vno in Bethleem. *ex cuius ore de* S. Paulâ, *&* S. Hieronymo, *ita loquitur cap.* 79. Ingenua quidem Paula, quæ eius (*S. Hieronymi*) curam gerit, præmorietur, liberata ab eius inuidiâ. Vt autem arbitror propter hunc virum non habitabit vir ſanctus in his locis, ſed eius peruadet inuidia vel vſque ad proprium fratrem. Reſque ita accidit, *vt Paula ſcilicet ante S. Hieronymum è vitâ diſcederet. Hic verò præcipuè effecit ne Origeniſtæ, quos Palladius vnicè ſanctos credebat, in iſtis locis habitarent. S. Epiphanius de Palladio, tunc in Palæſtinâ habitante, hæc ſcribit ad Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum epiſt.* 60. *apud S. Hieronymum:* Palladium verò Galatam, qui quondam nobis carus fuit, & nunc miſericordiâ Dei indiget, caue, quia Origenis hæreſim prædicat & docet: ne fortè aliquos de populo tibi credito ad peruerſitatem ſui inducat erroris. *Eam hauſerat ab Euagrio Pontico, quocum (vt epiſt.* 43. *ſcribit) in Celliis in ſolitudine Nitriæ habitauit. Rediit inde in Palæſtinam circiter an. Ch.* 400.

Palladius S. Hieronymo inimicus,

Origeniſta.

b *Eamdem quæſtionem pluribus diſcutit S. Hieronymus epiſt.* 61. *ad Pammachium, contra Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum.*

c *Cenſebant Stoici, bonorum animas poſt hanc vitam in cæleſtibus globis habitare. Vide Iuſtum Lipſium Phyſiologiæ lib.* 3. *Diſſert.* 14.

d *Idem de obitu Blaſillæ:* Ita Hebrææ linguæ vicerat difficultates, vt in diſcendis canendiſque Pſalmis cum matre contenderet.

e *Nonnulla MSS.* Græcumque.

f Læta *filia Albini ethnici hominis, & gentilitiæ ſuperſtitionis Pontificis, qui piâ conuerſatione* Toxotij *generi &* Lætæ *filiæ factus eſt Chriſtianus, Vrbe vniuersâ admirante, ipſoque S. Hieronymo, quòd* præſente & gaudente auo paruula adhuc *Paula* linguâ balbutiens Chriſti Alleluia reſonaret, *quòd* Virginem Chriſti in ſuo gremio nutriret ſenex iam candidatus fidei, *&c. ita ipſe Hieronymus epiſt.* 7. *ad* Lætam *de inſtitutione filiæ Paulæ.*

g *Hieronymus epiſt.* 7. de promiſſione Martyris naſceretur, *&* prius Chriſto conſecrata quàm genita. quam antè votis, quàm vtero conceperat *mater.*

Flámeum. h Flammeum *veli genus eſt, quo nouas nuptas amiciri Romæ mos erat, fauſto omine indiſſolubilis coniugij. Ita iunior Paulla Chriſto deſtinata ſponſa, in Palæſtinâ tandè delata eſt, atque in monaſterio Bethlehemitico apud Euſtochium educata, cum eadem ibidem vixit.*

CAPVT X.

Obitus. ſepultura.

44 QVid agimus animæ? cur ad mortem eius venire formidas? Iamdudum prolixior liber cuditur, dum timemus ad vltima peruenire, quaſi tacentibus nobis, & in laudibus illius occupatis, differri poſſit occubitus. Hucuſque proſperis nauigauimus ventis, & criſpantia maris *a* æquora labens carina ſulcauit: nunc in *b* ſcopulos incurrit oratio, & *b* tumentibus fluctuum motibus præſens *c* vtrique noſtrûm intentatur naufragium, ita vt cogamur dicere: Præceptor, ſaluos nos fac, perimus. Et illudi Exurge, vt quid obdormis Domine? Quis enim poſſit ſiccis oculis Paulam narrare morientem? Incidit in grauiſſimam valetudinem, imò quod optabat inuenit, vt nos deſereret, & pleniùs Domino iungeretur. In quo languore Euſtochij filiæ probata ſemper in matre pietas, magis ab omnibus comprobata eſt. Ipſa aſſidere lectulo, flabellum tenere, ſuſtentare caput, pulluillum ſupponere, fricare pedes, manu ſtomachum confouere, mollia ſtrata componere, aquam calidam temperare, mappulam apponere, omnium ancillarum præuenire officia, & quidquid alia feciſſet, de ſuâ mercede putare ſubtractum. Quibus illa precibus, quibus lamentis & gemitu inter iacentem matrem & ſpecum Domini diſcurrit, ne priuaretur tanto contubernio, ne illâ abſente viueret, vt eodem feretro portaretur? Sed ô mortalium fragilis & caduca natura! & niſi Chriſti fides nos extollat ad cælum, & æternitas animæ promittatur, cum beſtiis ac iumentis corporum vna conditio eſt! Idem occubitus iuſto & impio, bono & malo, mundo ac immundo; ſacrificanti & non ſacrificanti. Sicut bonus, ita & qui peccat; ſicut qui iurat; ita & is qui iuramentum metuit. Similiter & homines & iumenta in fauillam & cinerem diſſoluuntur.

45 Quid diu immoror, & dolorem meum differendo facio longiorem? Sentiebat prudentiſſima feminarum adeſſe mortem, & frigente aliâ parte corporis atque membrorum, ſolùm animæ teporem in ſacro pectore palpitare: & nihilominùs quaſi ad ſuos pergeret, alienoſque deſereret, illos verſiculos *d* ſuſurrabat: Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Et: Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. Et: Elegi abiecta eſſe in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Cumque à me interrogaretur, cur taceret, cur nollet reſpondere, an doleret aliquid; Græco ſermone reſpondit, nihil ſe habere moleſtiæ, ſed omnia quieta & tranquilla perſpicere. Poſt hæc obmutuit, & clauſis oculis, quaſi iam mortalia deſpiceret, vſque ad exſpirationem animæ eoſdem repetebat verſiculos, vt quod dicebat, vix audire poſſemus: digitumque ad os tenens, crucis ſignum pingebat in labiis. Defecerat ſpiritus, & anhelabat in mortem: animaque erumpere geſtiens, ipſum ſtridorem, quo mortalium vita finitur, in laudes Domini conuertebat. Aderant Ieroſolymarum *e* & aliarum vrbium Epiſcopi, & Sacerdotum inferioris gradus, ac Leuitarum innumerabilis multitudo; omne monaſterium, Virginum & monachorum chori repleuerant. Statimque vt audiuit ſponſum vocantem: Surge, veni proxima mea, ſpecioſa mea, columba mea; quoniam ecce hiems tranſiit & receſſit, pluuia abiit; ſibi læta reſpondit: Flores viſi ſunt in terrâ, tempus ſectionis aduenit. Et: Credo videre bona Domini in terrâ viuentium.

46 Ex hinc non vlulatus, non planctus, vt inter ſeculi homines fieri ſolet, ſed pſalmorum linguis diuerſis examina concrepabant: tranſlataque Epiſcoporum manibus, & ceruicem feretro ſubiicientibus, cùm alij Pontifices lampades cereoſque præferrent, alij choros pſallentium ducerent, in mediâ eccleſiâ ſpeluncæ Saluatoris eſt poſita. Tota ad funus eius Palæſtinarum vrbium turba conuenit. Quem monachorum latentium in eremo cellula ſua tenuit? Quam virginum cubiculorum ſecreta texerunt? Sacrilegum putabant, qui non tali feminæ vltimum reddidiſſet officium. Viduæ & pauperes, in exemplum Dorcadis, veſtes ab eâ præbitas oſtendebant. Omnis inopum multitudo matrem & *f* nutritiam ſe perdidiſſe clamabat. Quodque mirum ſit, nihil pallor mutauerat faciem: ſed ita dignitas quædam & grauitas ora compleuerat, vt eam putares non mortuam, ſed dormientem. *g* Græco, Latino, Syroque ſermone pſalmi in ordine perſonabant: non ſolùm triduo, donec & ſubter eccleſiam, & iuxta ſpecum Domini conderetur: ſed per

Anhelat calum: d Pſal. 25. 8.

Pſal. 83. 1.

ibid. 11.

aſſiduè orat:

in ſupremo ſpiritu crucis ſignum ſibi imprimit: e

Cant. 2, 10.

Honorificè Pontificii manibus cum lampadibus & cereis effertur.

Act. 9. 39. f

g

AVCTORE S. HIERONYMO. Matth. 8, 25. Pſa. 43. 23. *Ægrotat, ſeduld ei miniſtrante Euſtochio.*

Eccle. 9. 2.

AVCTORE S. HIERONYMO.

omnem hebdomadam, cunctis qui venerant, ſuum funus & proprias credentibus lacrymas. Venerabilis Virgo filia eius Euſtochium, quaſi ablactata ſuper matrem ſuam, abſtrahi à parente non poterat: deoſculari oculos, hærere vultui, totum corpus amplexari, & ſe cum matre velle ſepeliri.

magnum as alienum reliquit.

47 Teſtis eſt Ieſus, ne vnum quidem nummum ab eâ filiæ derelictum, ſed, vt antè iam dixi, derelictum magnum æs alienum: &, quod his difficilius eſt, fratrum & ſororũ immenſam multitudinem, quos & ſuſtentare arduum, & abiicere impium eſt. Quid hac virtute mirabilius, feminam nobiliſſimæ familiæ, magnis quondam opibus, tantâ fide omnia delargitam, vt ad egeſtatem penè vltimam perueniret? Iactent alij pecunias, & in corbonam Dei æra congeſta, funalibuſque aureis dona pendentia. Nemo plus dedit pauperibus, quàm quæ ſibi nihil reſeruauit. Nunc illa diuitiis fruitur, & his bonis, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt. Nos noſtram vicem dolemus, & inuidere potiùs gloriæ eius videbimur, ſi voluerimus diutiùs flere regnantem.

Deuota ſeruitus quotidianum martyrium.

48 Secura eſto Euſtochium, magnâ hæreditate ditata es. Pars tua Dominus, & quò magis gaudeas, mater tua longo martyrio coronata eſt. Non ſolùm enim effuſio ſanguinis in confeſſione reputatur, ſed deuotæ quoque mentis ſeruitus immaculata, quotidianum martyrium eſt. Illa corona de roſis & violis *h* plectitur, iſta de liliis. Vnde & in Cantico ſcribitur canticorum: Fratruelis meus candidus & rubicundus; & in pace, & in bello eadem præmia vincentibus tribuens. Mater, inquam, tua audiuit cum Abraham: Exi de terrâ tuâ, & de cognatione tuâ, & veni in terram, quam oſtendam tibi. Et per Ieremiam Dominum præcipientem: Fugite de medio Babylonis, & ſaluate animas veſtras. Hæc autem exiit de terrâ ſuâ, & vſque ad diem mortis ſuæ non eſt reuerſa in Chaldæam: nec ollas Ægypti & *i* iurulentias carnium deſiderauit, ſed choris comitata virgineis, ciuis eſt Saluatoris effecta: de paruulâ Bethlehem cæleſtia regna conſcendens, dicit ad veram Noëmi: Populus tuus, populus meus: & Deus tuus, Deus meus.

Cant. 5. 10.

h Gen. 12. 1.

Ierem. 50. 8.

i Ruth 1. 16.

Epilogus huius vitæ.

49 Hunc tibi librum ad duas lucubratiunculas, eodem quem tu ſuſtines dolore, dictaui. Nam quotieſcumque ſtylum figere volui, & opus exarare promiſſum, toties obriguerunt digiti, cecidit manus, ſenſus elanguit. Vnde & inculta oratio votum ſcribentis abſque vllâ elegantiâ & verborum lepôre teſtatur.

Inuocat ſanctam Paulam Hieronymus.

50 Vale, ô Paula, & cultoris tui vltimam ſenectutem orationibus iuua. Fides & opera tua Chriſto te ſociant: præſens faciliùs, quod poſtulas, impetrabis. Exegi monumentum tuum ære perennius, quod nulla deſtruere poſſit vetuſtas. Incidi elogium ſepulcro tuo, quod huic volumini ſubdidi, vt quocumque noſter ſermo peruenerit, te laudatam, te in Bethlehem conditam lector agnoſcat.

TITVLVS SEPVLCRI:

Epitaphium Paulæ.

Scipio quam genuit, Pauli fudêre parentes,
Gracchorum ſoboles, Agamemnonis inclyta proles,
Hoc iacet in tumulo: Paulam dixêre priores:
Euſtochij genitrix, Romani prima ſenatus,
Pauperiem Chriſti & *k* Bethlemitica rura ſecuta eſt. *k*

l IN FRONTE SPELVNCÆ: *l*

Aſpicis anguſtum præciſâ rupe ſepulcrum?
Hoſpitium Paulæ eſt, cæleſtia regna tenentis.
m Fratrem, cognatos, Romam, patriamque relinquens, *m*
Diuitias, ſobolem; Bethlemiti conditur antro.
Hîc præſepe tuum, Chriſte, atque hîc myſtica Magi
Munera portantes, hominique Deoque dedêre.

Dormiuit ſancta & beata Paula, ſeptimo Kalendarum Februariarum, tertiâ ſabbati poſt ſolis occubitum. Sepulta eſt quinto Kalend. earumdem, Honorio Auguſto ſexies & Ariſtæneto conſulibus. Vixit in ſancto propoſito Romæ annos quinque, Bethlehem annos viginti. Omne vitæ tempus impleuit annis quinquagintaſex, menſibus octo, diebus viginti & vno.

a *MS. S. Maxim.* terga.
b *Idem*, tumeſcentibus fluctuum montibus.
c *MSS.* vtriuſque monaſterij.
d *MS. S. Maxim.* ſuffocabat.
e *Ioannes.* f *MSS.* nutriculam.
g *In editis libris additur*, Hebræo; *quod à MSS. abeſt, neque ſanè multi tunc Hebraica lingua ita ſcientes. Syriacum erat vulgi iſthic idioma.*
h *MS. S. Maxim.* texitur.
i *Ita Roſvveydus, & MSS. vox alibi quoque Hieronymo vſurpata. Reatinus* virulentias *legit. Celſus lib.* II. *cap.* 27. Caro omnis iurulenta.
k *Ita Roſvveydus. primam ſyllabam in* Bethlehem *corripit hîc Hieronymus, quòd muta & liquida ſequatur, vt mox in* Bethlemiti.
l *MS. S. Maxim.* Et in foribus ſepulchri hæc habes.
m *Idem MS.* Fratres.

DE S. AMMONA

ABBATE IN THEBAIDE.

CIRCITER AN. CHR. CD. XXVI. IANVAR. *Natalis S. Ammonæ.*

1 VEnerantur *Græci XXVI. Ianuarij* S. Ammonam, *ſiue* Amonam, *aut* Ammonem, *vt ex Maximo Cythereo & Menæis patet. Atque hæc quidem ita habent:* Eodem die S. Amonas in pace quieſcit.

Vitæ Amonas filum cùm omne compleſſet,
Vitam inuenit numquàm complendam.

Plures eius nominis;

Quibus ex verbis haud facilè, quis hic fuerit Ammonas, *deſideres. In Vitas* PP. *coniicit oculos Raderus noſter. Adſtipulamur nos quoque: ſed plures iſthic* Ammonæ, *ſanctitatis opinione celebres. Aliquot producemus, nondum certo à nobis diei aſſignatos.*

Abbas monaſterij S. Antonij;

2 *Palladius hiſtoriæ Lauſiacæ cap.* 74. Vidimus, *inquit*, in Thebaide altum montem fluuio imminentem, valdè terribilem & præcipitem, & monachos illic viuentes in ſpeluncis. Eorum autem Pater erat nomine Pytirion, qui fuit vnus ex diſcipulis Antonij, & tertius qui illum locum excepit: qui quidem multas virtutes efficiebat, & efficaciter ſpiritus expellebat. Cùm enim ſucceſſiſſet Antonio, & eius diſcipulo Ammonæ, meritò etiam ſucceſſit hæreditati donorum. *Eadem ferè habet Ruffinus lib.* 2. *de Vitis Pat. cap.* 13. *a quo* Ammon *appellatur, quem eumdem videri cum* Amathâ *S. Antonij diſcipulo, qui ab aliis etiam* Amos *dicitur, ſuprà ad S. Antonij Vitam dictum eſt* §. 5. *in Prolegom. vbi de illius rebus geſtis, quod aſſequi potuimus, datum.*

alius Epiſcopus, vir miſericors;

3 *Alius S. Antonij, ſeu diſcipulus, ſeu familiaris certè,* Ammona *fuit, ex Abbate Epiſcopus. de quo in Appendice ad vitas* PP. *apud Roſvveydum cap.* 20. *num.* 8. *iſta ad Lauſiacam hiſtoriam adiecta:* Abbati Ammona prophetauit Abbas Antonius dicens: Habes proficere in timore Dei. Et eduxit eum de cellâ ad lapidem, & dixit ei: Iniuria hunc lapidem, cæde eum. Et ita fecit. Et dixit Abbas Antonius: Ità & tu debes perficere mẽſuram hanc. Et cùm factus eſſet Epiſcopus, obtulerunt ei Virginem in vtero habentem, & dicunt ei: Homo iſte malum hoc operatus eſt, da ei diſciplinam. Qui ſignans vterum eius, iuſſit illi dari ſex pares ſindones, dicens: Ne fortè cùm veniat eius partus, moriatur aut iſta, aut certè infans, vt inueniat vel ſepulturam. Dicunt illi accuſatores: Quid hoc feciſti? Da ei diſciplinam. Reſpondit Epiſcopus: Videtis, Fratres, quia prope mortem eſt, & quid ego habeo facere? Sufficit dolor, quem habet & confuſio: dimiſitque eam, & non eſt auſus eam condemnare.

alius ſanctus Presbyter,

4 *Tertius Palladio cap.* 72. *memoratur* Ammonas *Presbyter in Ægyti inferioris ſolitudine maritimâ:* Eſt alia, *inquit*, ſolitudo

litudo in Ægypto, maritima quidem, ſed difficillima, in quâ multi & magni habitant anachoretæ, quæ eſt propè vrbem Diolcon. Vidimus autem illic Preſbyterum, virum ſanctum & valdè humilem, & aſſiduè videntẽ viſiones, nomine Ammonam. Is aliquando offerens Deo ſacrificium, videt Angelum ſtantẽ à dextris altaris, & notantem Fratres accedentes ad gratiam, & ſcribentem in libro eorum nomina. Cùm autem non adfuiſſent aliqui in ſynaxi, vidit deleri eorũ nomina, qui poſt tres dies ſunt mortui. Eum ſæpè torquẽtes dæmones in tantam adduxerũt imbecillitatẽ, vt non poſſet ipſe ſtare ad aram nec offerre: Angelus autem veniens, eius manu apprehensâ, protinus eum confirmauit, & ſanum ad aram ſtatuit. Cuius tormenta cùm vidiſſent Fratres, obſtupuerunt. *Ruffino lib. 2. de Vitis Patrum cap. 32. Sozomeno lib. 6. cap. 28. & Nicephoro lib. 11. cap. 35.* Piammon *dicitur.*

ab Angelo curatus,

idem Piammon dictus;

5 *Alius ad mare rubrum in Arabiâ, celeberrimi cœnobij Raythum aſcetes,* Ammonas *fuit, cuius hoc apophthegma à Pelagio lib. 5. de Vitis Pat. libel. 8. num. 16. refertur:* Interrogauit Abbas Ammonas de loco qui dicitur Raythum, Abbatem Siſoi, dicens: Quando lego Scripturas, vult cogitatio mea ornare ſermonem, vt paratus ſim ad interrogata reſpondere. Et dixit ei ſenex: Non eſt opus, ſed magis de puritate mẽtis prouide tibi ſecuritatem edicendi ſermonem.

alius Raythenus monachus;

6 *Alius apud eumdem auctorem libello 7. num. 3. Abbas* Ammonas, *Scithi ſolitudinis incola, refertur:* Dixit, *inquit,* Abbas Ammonas, quia quatuordecim annis fecerit in Scithi, deprecans Deum die ac nocte, vt daret ei virtutem ſuperandi iram.

alius Scithiota:

7 *Idem libello 10. cap. 16.* Narrauit quidam Patrum, quia ſenex aliquis erat in cellâ ſtudiosè laborans, & veſtiebatur mattâ: qui cùm perrexiſſet ad Abbatem Ammonam, vidit eum Abbas Ammonas vtentem mattâ, & dixit ei: Hoc tibi nihil prodeſt. Et dixit ei ille ſenex: Tres cogitationes mihi moleſtæ ſunt; vna, quæ me compellit, vt alicubi in eremo recedam; alia, vt peregrina petam, vbi me nemo cognoſcat; tertia, vt includã me in cellâ, vt nullum videam, & poſt biduum comedam. Dicit ei Abbas Ammonas: Nihil tibi ex his tribus expedit facere, ſed magis ſede in cellâ tuâ, & comede parum quotidie, habens ſemper in corde tuo publicani illius, qui in Euangelio legitur, ſermonẽ, & ita poteris ſaluus eſſe. *Sitne hic aliquis è memoratis, an diuerſus, quis ſtatuet?*

alius aſceticarum rerum peritus;

Lucæ 18.

8 *Illuſtris denique fuit* Ammonas, *Tabennenſium in ſuperiore Ægypto Abbas, quem hoc die celebrari à Græcis exiſtimant Roſyweydus & Raderus. De eo iſta ſcribit Palladius cap. 48.* Vidimus alium virum in Thebaide, nomine Ammonam, Patrem ter mille monachorum, quos etiam nominabat Tabenneſiotas, qui habebant magnum vitæ agendæ inſtitutum, vt qui & quillas pelles ferrent, & vultu tecto comederent, & ſe deorſum inclinantes, ne quis proximum comedentem ſpiceret: & tantum exercerent ſilentium, vt viderentur eſſe in ſolitudine, vnoquoque occultè peragente ſuum vitæ inſtitutum, ſolùm autem ſpecie quadam in mensâ ſederent, conantes ſe inuicem latere. Aliqui enim ex his ſemel vel bis manum ori admouebant, tangentes panem vel oleum, vel aliquid ex iis quæ erant appoſita, & cùm de vnoquoque obſonio ſemel guſtaſſent, contenti erant hoc alimento: alij autem panem ſenſim mandentes, alia autem accipientes citra ſimulationem, ſic perſeuerabant: alij autem ſuſculum ter tantùm deguſtabant, à reliquis autem abſtinebant. Quæ cùm, vt erat conſentaneum, eſſem admiratus, non prætermiſi eam quæ ex eis capitur, vtilitatem.

alius, qui hîc coli videtur,

EX PATRIS. *Abbas Tabenneſiotarum,* *quorum mirum ſtlentium;* *varia abſtinentia;*

9 *Ruffinus lib. 2. de Vitis Patrum cap. 3.* Ammonem *appellat, & nonnulla ex dictis clariùs explicat, ita ſcribens:* Vidimus in Thebaide alium virum, nomine Ammonem, Patrem trium millium circiter monachorum, qui Talennenſij appellantur, ingentis abſtinentiæ viros, quibus vſus eſt indui colobiis, quaſi ſaccis lineis, & pelle confectâ à collo poſt tergum & latus deſcendente contegi; cucullis etiam caput operiri, maximè cùm ad cibum ventum fuerit: eiſque etiam faciem velant, ne alius alium parciùs cibum ſumentem deprehendat. Eſt autem eis & in capiendo cibo ſummum ſilentium, ita vt nec putetur in eo loco eſſe aliquis hominum, vbi ſedetur ad menſas: & omnis eorum conuerſatio ita eſt in multitudine poſita, quaſi eſſet in ſolitudine, dum ita latet vniuſcuiuſque abſtinentia, vt ab alio deprehendi non poſſit. Sedent ergo ad menſam contingentes magis quàm ſumentes cibos, vt nec defuiſſe menſis, nec tamen ventri ſatisfeciſſe videantur. Maior quippe eſt continentiæ virtus, his abſtinere quæ in oculis habentur & in manibus. *Is* Ammon *dicitur Sozomeno lib. 6. cap. 28.* In eâ *Thebaide* Ammon monaſticum vitæ genus excolebat. Iſte Tabenneſiotis præfuit, triaque circiter millia habuit diſcipulorum.

habitus peculiaris;

10 *Alius ab his* S. Ammon Nitriota *fuit, cuius animam S. Antonius vidit in cælum ab Angelis deportari, de quo agemus IV. Octobris. Alius* Ammonius *à S. Hieronymo inter Origeniſtas numeratus, de quo Ruffinus lib. 2. de Vitis Pat. & Palladius cap. 12. quem tamen à recentioribus reperimus Martyrologiis inſcriptum IX. Februarij & XXXI. Martij; quâ ratione autem iure, examinabimus iſtis diebus & ad vitam S. Chryſoſtomi, in quâ crebra eius & Fratrum mentio.*

alius S. Ammon Nitriota;

alius Ammonius ſuſpectus hæreſeos.

DE SANCTIS CONIVGIBVS

XENOPHONTE ET MARIA,

EORVMQVE SANCTIS FILIIS

ARCADIO ET IOANNE.

SECVL. V. I XXVI. IANVAR.

S. Xenophontis & ſociorum natalis 26. Ianu. apud Græcos,

XEnophontem, *ac* Mariam *illius coniugem, eorumq; liberos* Arcadium *&* Ioannem *ſenatoriâ dignitate ampliſſimiſq; poſſeſſionibus abdicatis, monaſticam vitam Hieroſolymis pari animorum ardore profeſſos, venerantur Græci hoc die officio Eccleſiaſtico. Ita namque Anthologion à Clemente VIII. approbatum:* Eodem menſe, die XXVI. ſancti Patris noſtri Xenophontis & ſociorum. Sanctus hic Xenophon, Conſtantinopoli erat, externarum opum copiâ affluens, at multò etiam internâ erga Deum religione clarior. qui cùm duos filios ſuos Arcadium & Ioannem, Berytum vrbem in Phœnice ſitam, ad iuris legumque diſciplinam & ſcientiam conſequendam, miſſos, naufragium feciſſe intelleXiſſet, ad eos conquirendos vnà cum vxore profectus eſt domo, tandemque Hieroſolymis eos reperit, monachico habitu indutos: vbi & ipſe ac coniux ſolitariam amplexi vitam, eouſque ambo in ſtadio virtutis prouecti ſunt, vti & eorum quoque filij, vt miracula etiam patrarent. Perſeuerarunt autem omnes in Dei ſeruitio, ac tandem ad eum emigrarunt.

2 *Eadem habet Maximus Cythereus, ac Menæa, ſed hæc multis prætereà antiphonis eos celebrant. Reſeruntur quoque in Græco Menologio. E Latinis Galeſinius ad hunc diem iſta ſcribit:* In Græciâ S. Xenophontis Confeſſoris. Hic excellenti in Deum pietate, ergaque pauperes benignitate incredibili, Hieroſolymam profectus monaſticæ vitæ inſtituta ſuſcepit: in eâque viuendi ratione ita ſe excoluit, vt Dei gratiâ ac dono multis mirabiliter geſtis rebus, actâque

& quoſdam Latinos;

Ex ms. Græco, interpr. Othon. Zylio.

que ſanctiſſimè vitâ abierit ad Dominum. *In Notis acte-piſſe ſe hæc è monumentis Græcis ſcribit: at mirum eſt eum Maria ac filiorum non meminiſſe. Eadem ex Galeſinio recitat Caniſius in poſteriori editione. Molanus in addit. ad Vſuardum:*

Die XXVI. ſancti Patris Xenophontis, & comitatus ipſius.

3 *Idem porrò Anthologion 8. Ianuarij, iſta habet:* Eodem menſe, die octauo, S. Xenophontis & ſociorum. & S. Marciani Preſbyteri *&c. Quo die Philippus Ferrarius in generali Catalogo Sanctorum:* Conſtantinopoli S. Xenophontis Confeſſoris. *Menæa 6. Martij* Arcadium *referunt, filium-ne Xenophontis an alium, nobis incompertum. iſta ſolùm habent:* Eodem die, ſancti Patris noſtri Arcadij.

& 8. Ianuarij;

Lumbos qui ſub intelligentiam cadunt, virtutibus præcinctus,

Egregio ornatus cingulo Arcadi ad cælum curris.

4 *Vitam* S. Xenophontis *& ſociorum, à* Simeone Metaphraſte, *aut alio quopiam vetuſtiore auctore, conſcriptam, acceperat Roſyveydus è codice Græco bibliothecæ Chriſtianiſſimi Regis. Eam Latinè vertit* Otho Zylius *noſter, hactenùs numquàm luci datam.*

Vita,

5 *Quâ ætate vixerit S. Xenophon, ex Nicephoro Calliſto liquet. is lib. 14. cap. 52. cùm de magno Euthymio egiſſet, de quo nos 20. Ianuarij; de Xenâ, ſiue Euſebiâ, de quâ 24. Ianu. de Eudociâ Auguſtâ, & aliis qui, quinto ſeculo, ſanctitatis opinione illuſtres extitêre, iſta adnectit* Prætereà celeberrimus ille Xenophon iiſdem temporibus floruit, qui priùs ſenatorij ordinis fuerat, non minùs externis opibus, quàm internis animi dotibus conſpicuus. Miſerat is Berytum, quæ Phœnices vrbs eſt; diſciplinæ & legum diſcendarum gratiâ, Arcadium & Ioannem filios ſuos. Cùm autem ij naufragium in mari paſſi eſſent, ad eos perquirendos vnà cum coniuge profectus eſt. Porrò vbi eos Hieroſolymis monaſticum inſtitutum complexos inuenit, ipſe quoque, & cum eo coniux, tranquillioris vitæ habitum induunt. Ad eam verò omnes virtutem peruenêre, vt & faciendorum miraculorum gratiam à Deo conſecuti ſint. Cumque acceptam Deo vitam egiſſent, ad eum tandem emigrarunt.

ætas.

VITA ET RES GESTÆ S. XENOPHONTIS,

& filiorum eius IOANNIS & ARCADII,

AVCTORE SIMEONE METAPHRASTE,

INTERPRETE OTHONE ZYLIO SOC. IESV.

Præfatio Interpretis.

AMPLISSIMO VIRO

D. GEORGIO VWENO,

EQVITI,

ET REGIO IN BRABANTIÆ CVRIA SENATORI.

REs à B. Xenophonte, ſanctiſſimâque eius familiâ, ad Dei laudem præclarè geſtas, primus, è mediâ Græciâ accerſitas, Latinis oculis legendas trado. Sunt eæ & viciſſitudinibus variæ, & mitæ exitu, & ſuſpensâ narrationis ſerie iucundæ. Lege, Vir Ampliſſime, cùm à ſacro illo Iuſtitiæ tribunali ad Te reuerteris; & haſce pagellas in Muſeum tuum, tot antiquitatis, tot elegantiæ ornamẽtis inſtructũ, admitte. Quamuis autem Petro Caniſio, Germaniæ Apoſtolo, domeſtico familiæ tuæ exemplo, ſic virtutem exerces, vt externis & è Græciâ longè petitis ad eam incitamentis carere poſſis; Xenophon tamen, (quem Senatorem Senatori propono) Caniſianæ præſtantiæ hæredem, vel ſimilitudine dignitatis alliciet, vel commouebit vitæ ſanctimoniâ, vel argumenti amœnitate oblectabit. Vale, & iube tuum eſſe, quidquid protulerit

A. T.

Bruxellæ VII. Nouemb.
CIↃDXL.

æternùm deuotus

OTHO ZYLIVS è Soc. IESV.

CAPVT I.

Xenophontis patria, coniux, liberi.

1  Enophon, admirandus ille, ex eâ ciuitate oriundus eſt, quæ reliquas tum pulchritudine, tum magnitudine, tum ſitu ceteriſque rebus ſuperat, & Conſtantino Magno, primo inter Chriſtianos Imperatore (qui veræ fidei profeſſione æquè ac religioſiſſimâ confirmatione clariſſimus fuit) tamquàm conditore ſuo gloriatur. Quod igitur inter ciuitates illa ciuitas, hoc ipſum Xenophon inter viros fuit; ætatis flore eximius, virtute prorſus eminens, Senatoriâ dignitate conſpicuus, neque primis gloriæ inſignibus vlli ſecundus. Sed & maximis affluebat diuitiis, earumque rerum copiâ, Quæ, vt Iobus loquitur, bonæ videntur. quare non abs re cum illo dicere potuit: Fluunt viæ meæ butyro, & montes mei fluunt lacte.

S. Xenophontis patria, dignitas, opes, Iob 29. 6. *ſecundum LXX.*

2 Verùm quantùm opibus eminebat, tantùm cogitatione demittebatur, maiore virtutum opulentiâ deorſum vergens. Non ſolùm enim Xenophon illa ſplendoris ornamenta, ſed multò magis virtutum ſimilitudinem cum Iobo ſibi communem oſtendit; eumdem præterea referens tum tentationibus, tum conſolatione, tum tentationum victoriâ, quam à ſummâ Dei bonitate, propitioque diuini oculi in tales virtutum cultores reſpectu, conſecutus fuit. Itaque diuinus hic vir beatitudinem ſuam non facultatibus aut amplitudine metiebatur, neque (quâ erat ſapientiâ) ex vanitate ſibi gloriolam conflabat: verùm hiſce rebus addictos eſſe miſerrimos, & mentis inopiâ laborare, iudicabat. Credebat enim in eo ſummam ſuæ felicitatis conſiſtere, ſi ſciret atque cognoſceret Dominum, ſi eum timeret, ſique adhæreret præceptis eius. Atque hinc, vt diuinus Dauid eſt auctor, maiorem gloriam atque diuitias habuit in domo ſuâ. Sic enim idem Dauid exiſtimat, hæc ſæpenumerò Dominum timentibus reddi à potentiſſimâ maximeque liberali optimi Numinis manu.

virtutes, cum Iobo ſimilitudo; Pſal. 111. 3.

3 Ceterùm legitima illi coniux fuit, Maria nomine, claris parentibus nata, marito vitæ ac morum verè conſors. Ex hac duo illi nati ſunt filij, Ioannes atque Arcadius, quorum ſummam curam habuit, vt ad eos non corporis tantùm bona, ſed etiam virtutis doctrinæque luculenta peruenirent hæreditas: quæ & poſſeſſoribus opes ſeruat, & facit vt has ipſi potiùs poſſideant, quàm ab iis malè poſſideantur: neue aut illiberaliter eas contineant aut improuidè expendant. In vtroque enim par ineſt turpitudo, ſi ſine rationis ac temporis modo, aut largiter effluant, vbi non decet; aut parcè tenuiterque ſtringantur: cùm, quod Paulus dilaudans beatiſſimum prędicat, in benedictionibus ſeminandum fuerit. Quamobrem liberos doctrinâ omni Xenophon implet, ſiue eâ quæ linguam elegantiis Græcanicis excolit, ſiue alterâ, quæ ſecundùm Deum eſt, philoſophiâ; quâ partim mores exornantur, partim animus ad Numinis amorem extollitur. Poſtquàm verò etiam legum ſcientiâ eos imbui voluit, ad Berytum vrbem, quæ hac tempeſtate viris legum peritiſſimis florebat maximè, haud grauatè dimiſit.

Vxor, Maria; filij Ioannes & Arcadius. 2. Cor. 9. 6. *Eorum inſtitutio, profectio Berytum.*

Quâ

Quî in re ſeſe patrem verè filios amantem prodidit, ſatius ducens, filiorum conſpectu tantiſper carere, quàm illos ſeriarum vtiliumque rerum perceptione fraudare.

CAPVT II.

Æger filios accerſit, inſtruit: diuinâ ope curatur.

Ægrotat Xenophon,

4 His itaque ſtudiis cùm gnauiter incumberent filij, in morbum grauiſſimum parens incidit. Ac morbus quidem mortem minabatur, ſed filiorum abſentia morte grauior erat, cùm vehementer metueret, ne iucundiſſimo eorumdem conſpectu, ac deſideratiſſimâ dulciſſimorum pignorum conſuetudine fruſtratus ex hac vitâ raperetur. Igitur & celeriter aduocantur, & citiſſimè aduolant, deſideriorum alis ſubleuati, viaque longitudinem ardore mentium contrahentes. Non tantùm enim amabantur, ſed & non minùs amabant; neque ſolùm à naturâ, verùm etiam à virtute, quam deſideriis mutuis alerent, huc incitabantur; ſic vt verè filij eſſent, qui tum in parentem ſummo amore ferrentur, tum viciſſim à parente plurimùm diligerentur. Quare vbi in dulciſſimos filiorum vultus coniicere oculos parenti licuit, confeſtim morbo leuari cœpit, & à præſentis voluptatis magnitudine mali fugam ſentire. Sæpè enim vt vis gaudij corporis morbum expellit, ita mœroris acerbitas infirmitatem abſentem aduocat. Amplexatus igitur liberos, ac totus iis ex lætitiæ abundantiâ circumfuſus, & ſimul ex dilectiſſimorum cõſpectu gaudij plenus, ſimul in triſtitiam ex eorum priuatione mortiſque memoriâ relabens, in multiplices varioſque affectus diſtrahebatur; hinc quidem exultans, inde autem dolens, mœſtitiâque perfuſus: nunc lacrymis genas inundans, nunc gratulabundus Deo, nunc humanæ naturæ cogitatione ingemiſcens.

filios aduocat,

quorum adſpectu leuatur,

variè afficitur,

5 Deinceps & verba facere cœpit, quibus eos ad virtutem componeret; indignum ratus, ſi obnoxiam corruptioni illis hæreditatem relinqueret, & non omni curâ præcepta ac monitiones tam pretio, quàm vtilitate terrenis rebus longè ſuperiores, ad eoſdem patrimonij loco tranſmitteret: Mea quidem, inquit, vita, liberi, iam ad metam ſpectat: quòd ſi vobis aliquam parenti gratiam referre cordi eſt (de quo veſtri in me amoris ardor dubitare non ſinit) hoc vnum mihi, quod ceteris omnibus præferam, reponite, vt diuinæ voluntati, quemadmodùm facitis, obſequamini, vitamque ex præſcripto eiuſdem inſtituatis. Quod porrò dicturus ſum, id haudquaquàm ab inani gloriatione, ſed à ſummo vos incitãdi deſiderio, profectum accipite. Si enim vitâ meâ tãquàm exemplo vti libuerit, coniectiſque in eamdem oculis vos ad eam velut quoddam ſpecimen atque imaginem conformare, fortaſſis alius vobis magiſter non erit opus: cùm & exemplar vobis domi futurum ſit, & ſic faciliùs in vobis ſuam ſit formam expreſſurum. Nam doctrina domeſtica, quà ſermone, quà opere expreſſa, & ad docendum accommodatior, & ad perſuadendum efficacior eſt, quàm externa. Ceterùm noſtis, quæ mea fuerit cum omnibus agendi ratio, quæ vndique non amorem modò, ſed venerationẽ quoque mihi conciliauit, ex modeſtiâ noſtrâ morumque benignitate, non ex oſtentatione, aut vanæ laudis aucupio prognatam. Numquàm ſanè cuiquam inſolenter iniurius fui, linguam à calumniis abſtinui, abiectis non inſultaui, non furtim res proximorum diripui, nulli offendiculi cauſſam dedi, in ſubditorum neminem iracundiæ frena laxaui, inimicitias & iras in pectore latere non ſiui, æquè linguæ & oculis cuſtodiam impoſui, in alienam pulchritudinem non intendi, ad mulierem non acceſſi, præterquàm ad matrem veſtram; quâ donec vos mihi cariſſimos peperit, vſus ſum, caſtimoniâ deinceps ex pacto mutuo ſeruatâ. Sed & in hiſce imitari nos abundè poteſtis, ſi volueritis pupillos curare, tutari viduas, morbis oneratos viſitare, oppreſſos iniuriâ à potentiorum manu vindicare, matri reuerentiam, Sacerdotibus honorem tribuere, monachis, ac præſertim iis qui in ſolitudinibus, montibus, ac ſpeluncis & in cauernis terræ degunt, omni ſollicitudine prouidere: ad hæc ſeruos manſuetè & clementer habere, propter eum qui pro nobis ſecundùm ineffabilis benignitatis leges ſerui formam indutus eſt. Iuniores igitur ſerui tamquàm filij curandi ſunt, ſeniores atque ætate prouecti libertate donandi; ac ne tum quidem curæ veſtræ expertes eſſe debent, verùm vſque dùm viuere deſinant, alimenta ipſis ſuppeditanda. Inſuper amicis eſtote fidi, inimicis beneuoli, nulli malum reddentes. Hac viuendi ratione & propitium vobis Numen habebitis, & longitudine dierum ſaturabimini.

Castitas coniugalis.

eoſq; egregiâ oratione inſtruit.

Ex MSS. GRÆC. INTERPR. OTHONE ZYLIO.

6 His auditis, filij lacrymis perfuſi, tantum acerbitatis ex imminente intolerabili parentis ſibi cariſſimi morte ſenſêre, quantum ferre vix poſſent, & ore, & oculis & toto corporis habitu ne ipſos deſereret, ſed vitam potiùs à Deo longiorem peteret, obſecrabant. Perſpexerant enim quo ille eſſet apud Deum loco, quem ſincera probitas tot factis teſtata commendaret. Quod ſi impetrarent, tum demum aiebant perpetuò ſibi mandata diuina cordi fore. At Xenophon altum ex imo pectore ſuſpirium ducens, Ex quo, inquit, hic me morbus lecto affixum tenet, non aliò ſpectarunt preces meæ: quin hac ipſâ nocte vtrorumque votis Deus annuit. Diuino enim oraculo cõpertum habeo, me iuſſu Dei nunc in vitâ manſurum. Quo intellecto filij præ lætitiæ magnitudine ſe continere non poterant, perinde ac ſi non patris vita prorogata, ſed mors ipſorum decreto quodam abrogata eſſet. Vbi verò, ſuperatâ vi morbi, perfectâ ſanitate pater frui cœpit, haudquaquàm inſomnio deluſus, denuò filios Berytum, ad litterarij curſus cœptum ſtadium conficiendum, reuerti iuſſit; Vos, inquiens, abite, filij, ac ſtudia cordi habetote: ego interim de matrimonio veſtro ſollicitus ero, & quàm breuiſſimè reduces, cum idoneis vos vxoribus coniungam. Hæc locutus, nauigio impoſitos dimittit.

Diuinitus cognoſcit vitæ prorogationẽ,

filioſq; ad ſtudia remittit.

CAPVT III.

Filij ad ſtudia reuertentes, naufragium patiuntur.

Tempeſtate vexati,

7 Atque nunc quidem ad ea quæ dicturus ſum intendendus eſt animus, cùm ſeſe iam prodat iucundiſſima narrationis pars, quæ ſimul diuinæ prouidentiæ ac bonitatis multiplicitatem, ſimul admirandam propoſiti nobis argumenti ſeriem oſtendit. Secundâ igitur nauigatione aliquantiſper vſi ſunt fratres, leni vento prouecti: inde turbo repentè in nauem incumbere, magnique ac teterrimi fluctus excitari, & præter morem mugire ſalum, tum immenſi aquarum montes irruere, nauigioque exitium minari; cùm intereà demiſſis feſtinanter velis nautæ in incertum agerẽtur. At iuuenes (animaduerte, obſecro, radicis bonæ ſurculos bonos) ceterorum immémores, illicò ſe vertebant ad Deum, nimirùm vnicum verumque præſidium. Cuius opem cùm implorarent, non opera ſua; ſed paternum benè agendi ſtudium commemorabant, ſatis gnari hac ſe ratione citiùs exauditum iri. Recordare, inquiunt, Domine, operum parentum noſtrorum, ac propter eos ne ſiueris nos in dimidio dierum noſtrorum demergi in profundum maris, neque abſorbeat nos tempeſtas aquæ. Memento miſerationum, memento incomparabilis benignitatis. Reſpice de templo ſancto tuo, ex tremendo habitaculo ineffabilis magnitudinis tuæ, ac vide quemadmodùm animo contrito, & ſpiritu humilitatis imploramus inuictam manum tuam. Ne tradas nos in mortem, propter nomen tuum: ſed fac nobiſcum ſecundùm clementiam tuam, & ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ, eri-

feruenter Deum inuocant.

Ex MSS. Græc. interpr. Othone Zylio.

pe nos ad gloriam maiestatis tuæ. Neque enim mortui laudabunt te, neque omnes descendentes in infernum; sed nos qui viuimus benedicemus tremendum nomen tuum. Hæc erat sanctorum iuuenum ad Deum precatio, aliorum antiquissimorum iuuenum orationi simillima, Daniel. 3. non ex ignibus, vt illi, sed ex aquis feruenter eripi postulans.

8 Postquàm verò procella ne tum quidē dedit inducias (Dei vtique iudicio, quibus ipse nosset modis mirabiliter eorum cursum gubernantis) & periculum pristino maius incubuit, tum nautæ in scapham iam paratam desiliunt, & quocumque ventus impelleret, ferebantur. *Crescente tempestate* Verùm fratres à cælesti iam ope abiecti, irritasque se preces fudisse rati, cùm gubernationis abditæ rationes, ac iudicia Dei abyssum esse multam ignorarent, acerbissimam oculis mortem intuentes, dolore toti consternabantur. Igitur inuicem complexi, & manus manibus, pedibus pedes implicantes, oculos quoque oculis, & oribus ora componentes, nunc frequenti valedictione affectus suos prodebant, nunc lacrymarum fontibus inuicem inundabāt, & longissimam illam disiunctionem lamentabantur. Hinc acerbissimè ingemiscentes, & clamore sensum animi indicantes, ipsàque morte amariorem quodammodò secuturam mox absentiam ducentes; *inuicem vale dicto* Vale, inquiebant, iucundissime patris aspectus, vale mater; amantissimorum cognatorum dulcedo, vale: non ampliùs vobis occurremus, non ampliùs communibus fruemur lætitiis. Heu! amantissime frater. Heu! mi ocule. Heu! tam luctuosè diuellimur. Quorsum ergo illæ parentum preces? quorsum illa in egentes liberalitas? illa in monachos ac virtutum studiosos obseruantia? Nulliúsne horum, nec vna quidem ad Deum ascendit oratio? An ascendit quidem, sed fortiorem sese inuenit peccatorum nostrorum potentiam? Eheu! quomodò, qui patrem nuper moribundum lugebamus, nunc ipsi potiùs patri matrique plorandi argumentum futuri sumus? O luctum termino carentem! ô dolorē toti vitæ æqualem! Scilicet pater (quæ erat spes tua) supererunt tibi liberi, sepulcri tui supplementum; & qui curis de nostri educatione plenus eras, ne mortuorum quidem cineres intueberis. Scilicet pater, quod animo voluebas, filiorum nuptias videbis, & hymenæos in eorum gratiam decantandos audies; quos, eheu! ne defunctos quidem conspicabere, aut vltimo vale impertieris. Luctuosum est sanè parentibus præmorientes cernere filios; verùm ne hoc quidem vobis reliquit inuidia; neque senio confectis dabitur liberorum corpora sepulturæ mandare. O Rex ac Domine vniuersorum, cuiusmodi nobis mortem nunc decreuisti! quam si per tua nobis iudicia non licet effugere, saltem coniungere liceat. Vna ambos procella operiat, vna maris bellua sit vtriusque sepulcrum.

naufragantur; 9 Hæ iuuenum lamentationes erant. At naue iam vsquequaque disruptâ, alter tabulâ, alter alio fragmine arrepto, pelago se cōmiserunt, necessitatis quidem legibus obsequentes, *sed euadunt.* sed diuino nutu mirādum sanè in modum conseruati. Sic enim iactatos tandem Tyrus excepit; ac Ioannē quidē locus dictus Malmephetan, Arcadium verò Tetrapyrgia. Ast alter alterius salutis ignarus, non tam suo lætabatur euentu, quàm fraterno dolebat.

CAPVT. IV.

Ambo seorsim monasticam vitam complectuntur.

Ioannes vitam monasticam sibi proponit,

10 POrrò Ioannes multa cum animo reputare cœpit, tum quò appulsus esset, tum quò se verteret secum expēdens. Hæc cogitanti mens bona, à paterno vtique semine ortum ducēs, iniecta fuit. Cōmemini enim aiebat, patrem meum iudicare solitum, vitæ solitariæ ad felicitatem deesse nihil. Et fortassis hæc est voluntas Dei, vt potiùs ipsi inseruiam in paupertate & abiectione (quæ certæ sunt ad eius obsequium viæ) quàm vt inter opes atque fallacias vitam exigam; quæ lata nimirùm est via & ad interitum ducens. Atque hæc, credo, est caussa cur potentem eius manum implorans irritas fuderim preces, neque tempestas tranquillitate mutata sit. Nam cùm sit optimus, perspæpè supplicantes negligere nouit ob animarum bonum, atque ea maximè præbere petentibus, vnde manifestum animis emolumentum existat. Quocircà monasterium mihi adeundum, animæque consulendum est, & ante omnia placendum Deo, qui non maritimâ solum procella, sed magis etiam vitæ huius fluctibus ereptum, inexplicabili ratione me in salutis adduxit viam. Atque hæc animo volutans in preces dat sese, quibus & seruari postulabat Arcadium, &, quod caput erat, in eamdem vitæ rationem perrahi, quæ tum corpori eius, tum animæ salutem afferret.

ad monasterium accedit, 11 Confert se igitur ad quoddam regionis illius monasterium, vbi cùm ianitor eum vidisset, benignè excipit, nudo vestem largitur, parique hilaritate ac beneuolentiâ mensæ adhibet: Deo interim Ioanni ad se viam belliſſimè sternente. Remotâ deinde mensâ, monachus colloquium exorsus, Vnde, inquit frater, huc accessisti? Cui ille iam generis, & opum, & splendoris atque amplitudinis oblitus, modestiamque satis edoctus, ac pro sordido se gerens, Sum, inquit, hospes atque abiectus, qui naufragio iactatus, Deoque vsus propitio, ac vestris precationibus seruatus, huc deueni. Quibus auditis addit monachus: Quem autem post hæc finem spectas? Tum Ioannes, Si Deo, inquit, visum fuerit, meque tanto proposito mea non excludit indignitas, monachus fieri vehementer desidero. Eâ re intellectâ ianitor collaudat iuuenem, ac tam sancto desiderio beatissimum esse confirmat. Anne igitur, inquit Ioannes, hoc loco voti compos fieri potero? Respondit monachus, votum Præsidi exponendum, quodque is decreuerit exequendum esse; atque ita rem exitu bono concluſum iri. Tum monachus Superiori fert nuntium: Ioannes accersitur, & in conspectum Præsidis venit; cui magnæ sanè voluptati fuit, intueri virtutum splendorem in Ioannis vultu elucentem. Plurima hîc edocetur Ioannes ad maximam animi *admittitur,* vtilitatem spectantia: tum de monasticâ sedulitate instruitur, tondentur crines, atque vnâ siquid superesset *tondetur.* profanum vel terrenum abraditur, neque tantummodò tunc monachorum habitum, sed & cogitationes cum professione vestium congruentes induit.

12 Cumque hac ratione ieiuniis, vigiliis, & precationi constanter sese addiceret; cætera quidem erat alacri animo, excepto quòd vnicâ de fratre sollicitudine non mediocriter angeretur, quem miserrimè vndis immortuum crederet. Non considerabat enim generosus iuuenis, suum Deum etiam Arcadij prorsus esse. Cùm enim vterque Deo placiturus esset, singularem vtriusque curā egit Deus. Huius enim fauore diuinus quoque Arcadius letho ereptus, & in regionem, vti diximus, Tetra- *Arcadius* pyrgiæ appulsus, inibi seruatori Deo gratulabatur. Neque *seruatus* minùs ille pro fratre deprecabatur, tū vt pari manu, duce, & custode agatur, tum vt oculis eumdem ante mortem conspicere liceat. Animis enim, non modò corporibus fratres erant. Absolutâ precatione mox in vicum quemdam se confert, atque (ô iudicia Dei!) cuius parentes multorum esurientium ventres planè exsaturabant, ille *Ioannem in somnis videt.* panem supplex alienasque manus respiciens deposcebat, eoque sumpto corroboratus in somnum incidit. Vix soporem libauerat, cùm adsistens illi Ioannes, Quid me luges, frater, inquit, in Christo viuentem? de quo nequaquàm dubius, dolorem imposterùm ex animo eiice. Post hæc euigilans Arcadius, probatâ visi fide, lætitiis exultat, Deoque grates, vti par erat, exsoluit.

13 Inde animum cogitātis anxiæ occupant curæ, quid tandem sibi agendum videretur. Sic itaque secum contendebat: An ad parentes reuertar, quibus vbi solùm *Monasticen cogitat,* me viderint, summum mœrorem iniiciam? An studiorum cursum repetam, quod decreuerat pater? Sed animus

mus fratre orbatus, inuitus ac faſtidioſus ad doctrinam accedet. Quò me vertam igitur? Parenti ſemper monaſtica vita tum commendatione digniſſima, tum felicitatis pleniſſima eſſe viſa eſt. Hanc arripiam; neque quidquam à paternâ ſententiâ votoque alienum fecero. His dictis, viam Hieroſolyma tendentem ingreditur. Quò vt peruenit, obitis ſacratioribus locis, luſtratiſque propemodũ omnibus monaſteriis, inter eundũ in quẽdam ex magnis illis ſenem incidit, haud obſcura virtutis inſignia quà inceſſu, quà habitu, quà decenti oculorũ cõpoſitione prodentẽ. Ad quẽ cùm lætus accurriſſet, dictâ illi ſalute, Deprecare, inquit, pro me Deum, grauiſſimâ enim triſtitiâ prorſus exanimor. Cui ſenex, Bono ſis animo: nam pater, & mater, & frater tuus viuunt. Ceteri quoque eamdem tecum tempeſtatem paſſi, ſeruati ſunt omnes: ſed & qui vobiſcum fuerunt famuli tanto exempti periculo, monaſtico habitu, quemadmodùm & germanus tuus, exornati ſunt. Exaudiuit autem Deus ſupplicationes tuas, eoſque omnes antequàm vitâ excedas, tuis oculis intueberis. Quæ cùm præſtantiſſimus Arcadius audiiſſet, amplexus regulam, & ſedulò eam tenuit, & alacriter executus eſt.

& Hieroſolymis

mirâ de ſuis prædictione erectus,

fit monachus.

CAPVT V.

Naufragium filiorum intelligunt parentes, & forti animo ferunt.

Xenophon mittit famulum Berytum ad filios,

14 DVobus verò elapſis temporibus (intendite nunc animos, vt quemadmodùm triſtium auditione doluimus, ita lætiora tractantes mœrorem voluptate ſoluamus) poſt duo igitur tempora, eorum pater, omnium quæ filiis acciderant ignarus, cum litteris domeſticum mittit. Permagno enim tenebatur deſiderio intelligendi, quid tandem cauſſæ eſſet cur tamdiu optatiſſimis cariſſimorum litteris fruſtraretur. Qui miſſus erat, vbi Berytum attigit, facilè comperit, dominos ſuos in vrbem non reuertiſſe. Quare ſuſpicatus Athenas profectos eſſe, etiam eò ſe fruſtrà contulit. Verùm inde diſcedens cùm apud hoſpitium quoddam diuerſaretur, ibi in quemdam conſeruum ſuum inter monachos receptum incidit: ad quem poſt mutuam notitiam accedens, Vbi, inquit, locorum eſt vterque dominus noſter? Ad quæ alter ingemiſcens, lacrymiſque vultum perfuſus, Eheu! ait, quàm funeſta ex me auditurus es! Miſerrimè domini noſtri pelago hauſti ſunt. Ego ſolus, vti credo, euaſi, ac ſalutem periculo acerbiorem nactus, ſolitariam vitam elegi, hac viuendi ratione me mortuo, quàm viuo, ſimiliorem fore exiſtimans. Neque verò me rectè facturum credidi, ſi ad patrem ipſorum, dominum noſtrum redirem malus nuntius, infauſtum ſpectaculum, odioſa & meritò inamabilis vita, luctuoſæ naufragij reliquiæ. Quocircà nunc Hieroſolymam cogito, & ad ſacra loca proficiſcor.

qui eos non reperiens,

periiſſe intelligit:

lamentatur:

15 His ille auditis ſe totum mœrori tradens feriebat pectus vtraque manu, editoque lugubri clamore, ob redintegratam dominorum memoriam, in hanc boni gratique ſerui vocem erupit: Hei mihi! domini mei, quàm triſtia vobis euenerunt! quàm amara, quàm infauſta de vobis audio! quæ lingua parenti veſtro miſerandam veſtram necem annuntiabit? qui oculi tum ipſius, tum matris veſtræ conſternationem ſuſtinebunt aſpicere? quis amariſſimam eorum mœſtitiam videre poterit? quis atram veſtem? quis calidas lacrymas per ora manantes? quis cineres aſperſos capitibus & canos infeliciſſimè ſordidatos? Vbi hiſce lamentationibus plus ſatis indulſit, inducere in animum non potuit, vt ad dominos tam diræ cladis nuntius reuerteretur. Verùm audito eorum, qui fortè aderant, conſilio, reditum ſuadente, cùm & ipſe conſideraret quæ ſemel facta eſſent infecta fieri non poſſe, ſeque herilis imperij detrectatorem viſum iri, quodque Deo hominibuſque ingrata foret, neque in re vtique deſperatâ fructuoſa hæc tergiuerſatio, quâ & domini imprecationem incurrere, & perniciem ſibi imprudenter conflare verebatur, ad dominos ſuos reditum ſuſcepit.

domum redit:

Ex MSS. Græc. interpr. Othone Zylio.

16 Vt ergo peruenit domum, atque ingreſſus eſt, cogitabundus mœrenſque ſedebat, rem pro viribus occultans, neque quidquam de iis quæ compererat cuiquam enuntians; verumtamen longè manifeſtiùs vultus mœſtitiâ, quàm linguâ (quî enim tanto malo non vinceretur?) quæ cognorat, iniucunda eſſe, demonſtrans. Hinc ſermones domeſticorum exorti ſunt, inter ſeſe ſiniſtrè murmurantium; qui heram penitùs latere non poterant. Hæc igitur, aduocato qui miſſus fuerat, vt valeant liberi, ſciſcitatur. Reſpondet bellè eos habere: & cùm litteras illa poſceret, eas in viâ periiſſe, adiicit. Tum cor matri palpitare, omnia ſuſpicionum plena eſſe, ac viſceribus grauiter commoueri. Ergo formidabili iureiurando famulum adigit, vt veritatem ne celet. Quo ille vehementer commotus, ductis altè ſuſpiriis, lacrymiſque iam totus madens, Me miſerum, inquit, domina, filios tuos, dominos meos, Eheu! pulcherrima illa lumina, deinceps haud vnquam aſpicies, iam mari hauſtos atque abſumptos. Sic ille. Cuius narratio tantùm abeſt vt matrem ad aliquid molle, indignum, aut muliebre præ ſe ferendum induxerit, vt potiùs oſtenderit, ſe germanam eiuſmodi filiorum matrem eſſe, ſilentiumque famulo imperarit, Deo gratias referẽs, his Iobi verbis in eamdem ſententiam vſa: Dominus dedit, Dominus abſtulit: ſicut Domino placuit, ita factum eſt. Iob 1.21.

Domina rem aperit,

mirè conſtanti.

17 Interim veſper aduenerat, quando diuinus Xenophon conſueto ſplendore ac ſatellitio ſtipatus è regiâ domum reuertit. Vbi menſa iam ſtrata, (nam ſemel dumtaxat per diem ſub veſperam ſumebat cibum) afflicta nuntio mulier, communicandæ cum marito tantæ animi ægritudini intenta, quoad poſſet leuiſſimum maximéque tolerabilem illi dolorẽ ſatagebat inurere. Iniectâ igitur de reditu famuli mentione, ille ſuper his gloriam tribuens Deo, Vbi, inquit, eſt redux famulus? Cùm reddidiſſet vxor, fortè morbo eum ex itineris moleſtiâ teneri; at litteræ ſaltem, inquit, afferantur. Subiecit mulier, nunc temporis reficiendum cibo corpus, cras litteras non defuturas, ipſumque nuntium coràm, quæ dicenda haberet, expoſiturum. Eratque ſanè anxia, ne verbis diuinum Xenophontem (qui vt litteræ redderentur, vrgebat) circumuenire voluiſſe videretur. Nunc enim, inquiebat ille, exhibeantur mihi litteræ, filiorum ſtatum planè cognoſcere cupienti: cras autem, vt tu ais, ex ore famuli cetera diſcemus.

Quærit de filiis Xenophon;

vxor diſſimulat.

18 Maria hac viri ſagacitate ſe deprehenſam ſentiens, totiſque viſceribus commota, compreſsâ voce penitùs nihil dicebat, ſolis lacrymis abundè proloquens. Quo animaduerſo admirandus Xenophon, An malè, inquit, habent liberi noſtri? Tum illa, Primoribus vtique digitis attingis calamitatem noſtrã, quodque haudquaquàm expetis, ſponte imminutis. Vtinam enim malè haberent, vt vel ſic aliquid nobis ſpei relinqueretur! nunc autem tui illi, heu! quondam liberi in mari vitam amiſerunt. His auditis Xenophon facilè oſtendit, generoſi animi probationem calamitates eſſe. Cùm enim dixiſſet, Sit nomen Domini benedictum in ſecula, ad conſolationem deinde vxoris, quæ & ipſa non inſipienter aut abiectè, ſed vt tam pij viri conſortem decuit, ſe gerebat, conuerſus, Ne lugeas, inquit, non patietur enim Deus tantâ clade nos obrui, aut mœrore tam acerbo grauari canitiem meam, cùm ne vnicum quidem eius mandatum contemptim tranſgreſſus ſim. Vigilandum igitur nobis hac nocte, eiuſque benignitas ac miſericordia imploranda. Sic futurum eſt, vt viuántne an defuncti ſint liberi nobis aperiat. Hac ratione quod diuinus olim Ieremias pronuntiauit, in illo impletum eſt: Benedictus vir qui cõfidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius: & erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas. & paullò pòſt: In tempore ſiccitatis non erit ſollicitum, nec aliquando deſinet facere fructum. Ierem. 17. 7.

Egregia vtriuſque conſtantia.

Ex MSS. Græc. interpr. Othone Zylio.

CAPVT VI.

Hierosolymis filios quærunt: filij se inuicem agnoscunt.

19 TOtâ igitur nocte precando rogandoq́ ue Deum traducta, albescente iam cælo, victisq́ ue sopore luminibus, non ad consuetum cubile se recipiunt, corpora humi sternentes. Simul ac somnus obrepsit, vtrique visi sibi sunt præsentes filios intueri Christo adstantes. Ac Ioannes quidem throno residens, sceptroque ornatus insignem pretiosis gemmis coronam gerebat: Arcadius verò & ipse diademate plurimis ac splendidissimis stellis fulgente redimitus, dextrâque crucem præferens, prope constratum ad quietem lectulum visebatur.

Filiorum visione in somnis recreantur.

20 Ex quibus cùm filios in magno apud Deum honore versari intelligerent, cumque diuino munere eos Hierosolymis degere satis perspicerent, res ceteras ceu minores aspernati, sumptâque, quanta ad solatium & leuamen inopum opus esset, pecuniâ, in viam eò ferentem se dederunt. Quò vt peruentum est, circumeuntes loca sacra, simul precibus, simul largitioni operam dantes, auro velut cœptorum diuinitus operum adiutore præclarè vtebantur. Inde ad monasteria digressi, nusquam quod desiderabant consecuti, optatissimo natorum conspectu frustrabantur. Vnde & desiderij feruor, morâ temporis occultè nutritus, vehementiùs exardescebat. Quid enim desiderabilius, quàm liberos tam caros, tamque extra spem videndi positos, tantâque à Deo benignitate seruatos, adhuc superstites intueri?

Hierosolymam tendunt:

filios quærunt:

21 Post hæc in quemdam ex famulis, qui cum filiis foras profectus, sed nunc habitu monastico indutus erat, incidentes, eum ex formâ cognitum, iamque non vt seruum, sed vt conseruum, aut vt digniorem etiam tractantes, tum sacræ vestis veneratione, tum modestiâ suâ maximâ impulsi, in genua abiecti, religiosâ adoratione prosequuntur. Quem honoris excessum cùm ille non ferret, Non tibi, inquit diuinus Xenophon, sed vestitui tuo, ac diuinæ familiaritatis sigillo, quod habitus iste impressit, hæc deferuntur. Tum de liberis scisciti, nihil præter ea quæ in mari acciderant, assequuntur. Nam de salute ipsorum nihil huic compertum erat.

habitum monastici cum veneratur:

22 Quibus illi haudquaquàm segniores effecti, desiderio ignauiam excutiente, ipsisque visceribus magis ac magis natorum amore flagrantibus, vestigandi porrò diligentiam intenderunt. Itaque visum iis fuit, regionem Iordanis adeundam esse, vbi simul liberos quæritarent, simul manantem largiter dexteram egentibus aperirent. Eò cum abiissent obuium habuêre admirandum illum senem, qui Arcadium totonderat, monachorumque amictu induerat. Ad hunc accedentes, contactis sacris eius pedibus, obsecrant, vt suarum apud Deum precationum participes faciat. Annuit mox beneuolè senior, Deumque precatus, suis eos compellat nominibus, atque (ô diuini muneris gratiam!) ipsam ob quam venerant caussam, diuini luminis perspicientiâ & visione cognitam, haud cunctanter exponit. Sed ipsa propemodùm, quibus vsus est verba, iuuat particulatim afferre: Quidnam, inquit, ad inuisendam Hierosolymam Dominum Xenophontem ac Dominam Mariam impulit? non aliud profectò, quàm liberorum amor. Bono igitur animo estote. Viuunt, enim, viuunt omnino filij vestri, quod & diuinitus vobis reuelatum est. Ite igitur, Deumque precamini, operarij vineæ eius. Reuersi natos videbitis. Hæc effatus, multamque illis salutem impertiens, abiit, eorum pectoribus maximâ voluptate perfusis. Iamque breui se desideratissimorum cõspectu frui uros certâ tenebant fide, quam satis adstrueret tam definita de rebus ad ipsos spectantibus pronuntiatio.

à sancto sene docentur, superesse filios.

23 Ceterùm senex ad sanctam Christi Anastasin progressus haud procul Golgotha consedit humi. Et ecce Ioannes precaturus procedit, qui viso sene eum veneratus, atque elucente virtutum eius specie motus, adorationem promptè exhibet, incognito quidem homini; non tamen ipse, vti dicemus, incognitus. Admirandus enim senex mox iussum consurgere, benedictionemque impertiens, ac suo eum nomine appellans, suaui blandâque voce, Vbinam, inquit, hactenus fuisti, Domine Ioannes? Ecce enim pater & mater tui, huc aduenerunt, quærentes te. Sed & te quærendi fratris ergô veniisse noui. Hæc diuino prorsus instinctu à seniore prolata oratio, Ioanni stuporem iniecit; cumque longo iam fratris desiderio teneretur, arrepto confestim loquentis sermone, Vbi, inquit, vbi, obsecro, mi Pater, est germanus meus? Vbinam terrarum? Viuit igitur? ô iucundissimam mihi vocem! ô dulcem linguam! Audire quàm mox discupio, vbi fratrem conspecturus sim. Nonne cor meum exarsisse animaduertis? meque velut seminecem eius desiderio contabuisse? At senior, Hîc apud me tantisper assîde; & mox fratrem videbis.

Ad eumdem senem accedit Ioannes,

24 Neque longa fuit mora cùm Arcadius adfuit, totus exsanguis ac tabidus, soloque motu & voce vitæ adhuc superstitis faciens fidem. Tanta illi venerandæ sobriæque abstinentiæ fuerat cura. Ad senem igitur verecundè modesteque accedens, Ecce, inquit, mi Pater, iam tertius est annus, postquàm agrum tuum nullâ inspectione dignatus es, cùm ipse interim plurimas spinas tribulosque protulerit. Reliquum est igitur, vt strenuam ei purgando operam naues. Cui senex, Nequaquàm, ait, ita res habet; nam & quotidie eum inspexi, & multùm de eo sollicitus fui: quare non spinas, opinor, aut tribulos protulit, sed vuas bonas, frumentumque maturum, quibus nimirùm ipse Rex vniuersorum delectatur.

& Arcadius.

25 Hæc prolocutus vir diuinus nondũ eis suam fraternitatẽ aperuit, præsertim cùm inuicem tam ob mutationẽ habitus, quàm ob summã corporũ extenuationẽ haudquaquàm agnoscerent; cumq́; aliâ quâdam ratione eosdẽ in mutuam cognitionẽ statuisset adducere. Ad Ioannẽ itaque se cõuertens, Vnde, inquiebat, venisti? Ille verò cum tantâ animi moderatione atque humilitate, quantâ dici vix potest, eadem penè vsus voce, quâ à naufragio recenter seruatus, cùm ad monasterium primùm accederet, vsus fuerat; Homo, inquit, externus ac vilis sum, diuinæ misericordiæ tuarumque precationum indigus. Tantus illi inerat modestiæ amor. Quare & in meliorem partem illum scripturæ locum de eo pronuntiare possum: Facta erat illi tamquàm vestis quâ induebatur, humilitas. Cui senex, Rectè quidem, inquit. Sed & genus tuum, & patriam, & educationem, vt hinc quoque Deo gloriam tribuamus, expone. Tum Ioannes sermonem exorsus, ab initio ad finem vsque cuncta persequitur, atque inter narrandum fratri nonnulla cognationis indicia facit, quæ vultus ipsius velut testimonio aut viuâ quadam voce confirmabantur, etsi lineamenta eiusdem tot malorum perpessione hebetata ac propemodùm extincta viderentur. Verùm vbi recensendo tum nauigij, tum periculi mentionem iniecit, ac fratrem quem habuisset, nominauit, tum enimuerò Arcadius, naturæ violentiam vltrà non ferens, erumpentibus suspiriis, lacrymis ora perfundens, surrexit, atque ad senioris pedes prouolutus; Hic, inquit, mi Pater, est frater meus, carissimus Ioannes, hic ipse qui susceptâ mecum nauigatione naufragium pertulit, velut miraculo, quemadmodùm videre datur, conseruatus, & nunc maiore etiam miraculo mihi oblatus. O diuinum planè consilium! ô iudicia Dei naturam vincentia! ô prouidentiam nullâ oratione aut ratione explicandam! Subiecit deinde senex, Neque verò me hæc fugiebant; verùm idcircò silendum duxi, vt indiciis domesticis inuicem agnosceretis. Sub hæc diuini hominis verba illi in amplexus ruentes arctissimè inuicem stringebant, & nunc quidem fraternè colloquentes, nunc amplexum redintegrantes, nunc optimi senis precationem deposcentes, vno ore gratias Numini referebant, tum quòd periculo tanto exempti essent, tum quòd

Ioannes iussus exponit, qui sit.

Coloss. 3. 12.

Inuicem agnoscunt.

quòd mutuo conſpectui & coniunctioni reſtituti, tum maximè quòd tali habitu vitâque dignati, ad tantam Dei tamque domeſticâ quodâmodò familiaritatem peruenirent. Neque finis erat, aut communis lætitiæ, aut agendarum Deo gratiarum vel ob ſuam cuiuſque & fraternam ſalutem, vel ob nouam eiuſmodi congreſſionem, vel ob talis vitæ inſtitutum cum tantâ perfectione ſuſceptum. Atque hac quidem ratione quæ ad illos pertinent ſeſe habent.

CAPVT VII.

Parentes filios tandem agnoſcunt: vtrique ſanctitate florent.

26 NVnc autem, Deo & narratione eò ducentibus, etiam parentes cum fratribus coniungentur. Id quod ita euenit. Vix enim duo effluxerant dies, cùm & ipſi adſunt, munificâ manu largitionem exercentes. Qui vbi ad ſanctum Caluariæ montem, atque ad viuificum Chriſti Dei noſtri ſepulcrum acceſſerunt, diuinus ille ſenex eis occurrit, qui & anteà de natorum vitâ certiores reddiderat, & iam tantùm non adeſſe ac videri ſignificauerat. Hunc vbi adierunt, exhibitâ, vti par erat, veneratione, promiſſi finem exigunt, filiorumque conſpectum requirunt. Intereà dum hi ſermones habentur, generoſi iuuenes retrò adſtabant ſeni, eius iuſſione prohibiti, ne aut verbum facerent, aut aliquâ ratione ſe parentibus proderent. Quamobrem planè ipſis incogniti, ne vultibus quidem prodebantur, immodicâ, vti diximus, laborum aſperitate conſumtis. Non ſolùm enim eorum quæ ad victum pertinent, ſed multò etiam magis linguæ potentes erant. Et ſanè non leuis neque mediocris virtutis erat, poſt vehementiſſimum deſiderium, tam expetentes tamque expetitos in parentum conſpectum venire, ac ſilentium ſeruare, & non tantùm à verbis, verùm etiam à lacrymis in tam immenſæ lætitiæ abundantiâ temperare. Quod violentiæ genus naturâ omnia ſuperante potentius extitit.

Parentes ſenem adeunt:

præſentes liberos nondum agnoſcunt,

27 Cùm itaque admirandi iuuenes parentibus iam cognitis adhuc eſſent incogniti, Abite, inquit ſenex læto animo linguâque, & bonam nobis menſam apparatet ego mox cum duobus diſcipulis meis vos conſolaturus ſubſequar, &, quod reliquum eſt, ad locum vbi cariſſima pignora videatis deducam. Quibus illi auditis lætitiâ non mediocri perfuſi ſunt, non tantùm quòd filiorum ipſis conſpectum polliceretur, ſed quòd tanti viri non indigni conuiuæ iudicarentur. Neque enim ſuum aut genus aut ſplendorem reſpiciebant; ſed ipſius cum Deo coniunctionem, virtutem vtique diuitiis ac nobilitate longè potiorem ducebant. Ipſis igitur Deum precantibus, ſenior filiis, Eamus, inquit, cum parentibus veſtris pranſuri, cùm nihil inde vobis noxæ futurum ſit. Sic enim ſentio, quantoſcumque ad conſequendam virtutem labores ſubieritis, nequaquàm tamen vos ad parentum veſtrorum menſuram acceſſiſſe. Quamobrem non tam iactura vobis, quàm vtilitas ex eorum cõgreſſu obuentura eſt. His dictis, rurſum iis ſilentium præſcribit, imò ab omni re quæ cognitionis anſa eſſe queat, ad ipſos parentibus indicandos, abſtinere iubet.

quibus prandium parare iubentur.

28 Vbi autem ad ſumendum cibum conuenerunt, iam conſidentes rogare cœperunt, Vt habent, ô Pater, filij noſtri? Perbellè, ait ſenex. Namque hoc vnum laborant, vt ſeruent animas ſuas. Tum illi ſupplicant, vt rerum omnium quæ filiis accidiſſent tandem narrationem abſoluat. Ac ſubdidit præſtantiſſimus Xenophon: Quàm egregij, Pater, ſunt hi tui diſcipuli, quamque in Deum totâ mente propenſi? Eorum ſanè occurſus cùm animum meum ſummo perfundit gaudio, tum oculos iucundiſſimâ voluptate exhilarat. Quocirca Deum obſecra, diuiniſſime Pater, vt & noſtri liberi tales euadant. Ita admirandus Xenophon planè inſcius laudat res ſuas, & quod in manibus erat, id votis omnibus expetebat. At ſapientiſſimus ſenex Arcadium intuens, Age, inquit, fili, quæ tua ſit patria, qui parentes, quæ educatio, nobis ediſſere. Cui diuinus Arcadius: Equidẽ Byzantio huc aduenimus. Parentibus autem nobilibus, & vt dicam omnino quòd res eſt, illuſtribus natus ſum. Patri meo nomen erat Xenophon, matri Maria, in corpore venuſto parem mentem adeptæ. Frater mihi fuit Ioannes nomine. Cetera deinceps enarrat, quemadmodùm inſtitutus fuerit, vt nauigauerit, in quanto periculo verſatus; quanto Dei beneficio ſeruatus ſit. Hæc illo narrante mox à parentibus agniti ſunt, qui incredibilem animorum exultationem & alacritatem; cordiſque ardorem, velut impetum diuinitus afflatum non ferentes, repentè conſurgunt, amplexantur liberos, eorumque ceruicibus circumfuſi, ſimul oſculis, ſimul lacrymis immenſum animorum ſtuporem excitabant, in has voces erumpentes: Ergóne, Pater, hi ſunt filij noſtri? hi verè dilectiſſimi? hi ipſi à nobis tanto cum dolore quæſiti? Quid deinde? Vno ore laudem Numini & gratias tribuunt.

Ex mss. Græc. interpr. Othone Zylio. Produnt ſe filij.

Communis lætitia.

29 Nec morati ſunt parentes quin ardentiſſimis precibus ſanctum virum obteſtarentur, vt ipſos quoque ſacrati illius habitus ſigillo ornaret, quò cum filiis, licet impares, eiuſdem tamen boni ſectatores, non autem (quod Deus auerteret) exſortes redderentur. Et perſuaſus eorum ſupplicatione ſenex (nam in re planè tam ſanctâ quid reſiſteret?) eâdem ſuâ dexterâ vertices eorum totondit, initiauitque, atque eos dimittens præcepit, vt in poſterum ab omni corporum communicatione temperarent, donec commune naturæ debitum perſoluerent.

Xenophon & Maria habitum ſacrum ſuſcipiunt.

30 Atque huiuſmodi fuit optimi Numinis erga tam bonos parentes liberoſque prouidentia, admirationis iuxta, ac ſuauitatis pleniſſima. Adeò vt in illis impletum fuerit quod ab Iſaia dictum eſt: Imponam ſpiritũ meum ſuper ſemen tuum, & benedictiones meas ſuper filios tuos. Et orientur, vt in medio aquæ fœnum, & ſicut ſalix ſuper præterfluentem aquam. Hæc Iſaias, loquente per ipſum Dei gratiâ; quæ velut ſi ad ipſos dicerentur, conuenienter ſanè in eoſdem congruunt. Cuiuſmodi & iſtud: Meus es tu, & ſi tranſieris aquam tecum ſum. Et hoc, Auditam faciam ſalutem tuam, & ſub vmbrâ manus meæ protegam te. Filij autem ad vltimum vale parentibus dicto, ſpiritualem patrem libentiùs ſecuti, cum eo in deſertum ſe conferunt, beatumque ibi finem conſequuntur, ante obitum diuinis quoque muneribus dignati, ac tum aliis ſancti Spiritus donis, tum vaticinandi facultate pollentes.

Iſa. 44. 3. *ſecundùm LXX.*

ibid. 43. 2 52. 7. & 51. 16.

Filij ſeceduntur.

31 Pater verò illorum præclarus Euangelicæ diſciplinæ aſſectator, dimiſſis venditiſque bonis omnibus, ea egentibus diſtribuit, eumque in modum leuiſſimis minimiſque rebus vniuerſum ſibi cælorum regnũ comparauit. Sed & ſeruis omnibus domeſticis libertate donatis, hac ratione in numerum filiorum cæleſtis patris referri ſtuduit. Inde thori vitæque & eiuſdem planè voti conſortem venerandis quibuſdam mulieribus Virginibuſque committit; ſic cum ipſâ Chriſto vni omnium tapiti æternùm connecti deſiderans.

ſanctitate florent, & prophetiæ dono.

Parentes omnia dimittunt.

32 Atque illa quidem ſublimi planè pauciſque acceſſo vitæ genere inito, etiam arrhas obtinuit ſeu maximæ hîc cum Deo neceſſitudinis, ſeu manentis eam deinceps felicitatis, tum dæmonibus vexatos liberans, tum alia multa infirmitatum genera precatione depellens. Diuinus autem atque inter viros admiratione digniſſimus Xenophon, detritâ veſte indutus, magnæque victus parſimoniæ, & aſperitatum tolerantiæ ſeſe dedens, perinde quaſi priſtinæ magnificentiæ à ſe pœnas exigeret, in deſertiſſimum locum ſeceſſit, vbi peractâ reliquâ vitâ, vaticinationibus, arcaniſque & maximis dotibus inſignis, canus capite, diligentiâ iuuenis, in manſiones illas receptus eſt: vir omnino Deo deditus, vt qui conſecratâ ipſi domo totâ, omnique ſedulitate eidem ſeruiens cum vniuerſâ familiâ vtriuſque vitæ felicitate conſpicuus extitit.

Maria miraculis clara.

Xenophon prophetiâ.

Nimi-

ex MSS. Nimirùm omnibus salsissimum vitæ huius mare nauigantibus, salutisque studiosis nouissimũ ac difficillimum, sed salutare, exemplum effectus. Quem si non admirari dumtaxat, verùm etiam imitari studuerimus, in eamdem cum ipso bonorum communionem veniemus, in Christo Iesu & Domino nostro, cui debetur omnis gloria, honor, virtus, maiestas ac magnificentia, nunc & in secula seculorum. Amen.

DE S. MARO

EPISCOPO TREVIRENSI IN BELGICA PRIMA.

SECVL. V. I XXVI. IANVAR.

S. Mari in sacris fastis memoria;

IN *Heriberti Rosweydi Aduersariis exiguum hoc schediasma reperimus:* S. Mari in nullo Martyrologio mentionem inueni, præterquàm in Vsuardo à PP. Carthusianis Coloniæ aucto, vbi XXVI. Ianuarij ita habetur: Treuiris, Mari Episcopi & Confessoris. Item in Florario meo MS. Sanctorum: Treuiris depositio S. Mari, eiusdem vrbis Episcopi, anno salutis CCCCLXIX. *Hæc Rosweydus. Verùm & in antiquiore editione Martyrologij Colonienſis anni 1490. de eo hæc leguntur:* Treuiris S. Mari Episcopi & Confessoris; qui in Ecclesiâ S. Pauli (*lege* Paulini) requieſcit. *Galesinius hoc eodem die ex tabulis, vt ait, Ecclesiæ Treuirensis:* Treuiris S. Mari Episcopi & Confessoris. *Molanus quoque in addit. ad Vsuardum:* Treuiris Mari Episcopi & Confessoris. *Ferrarius demum, eodem die:* Treuiris S. Mari Episcopi. *Hunc Cratepolius* Marcũ *vocat, atque ex eo Claudius Robertus in catalogo Episcoporum Treuirensium. Saussaius quoque in Martyrologio Gallicano hoc die:* Treuiris primæ Belgicæ metropoli, S. Marci Episcopi & Confessoris, magis emeritæ beatitudinis gloriâ, quàm gestorum consignatione celebris.

2 *Queritur idem Christophorus Bravverus noster lib. 5. Annal. Treuirensium ad an. 461. intercidisse S. Mari acta; atque hæc solùm vir curiosissimus quæ de illo scriberet, inuenit:* Sed & Marus per eos dies, *inquit,* Treuiris successit Euermero. Is maiorum litteris, at amissis iniuriâ temporum, celebratus, decessoris Cyrilli vestigia institit, & basilicam Virgini Matri à D. Felice olim extructam, communi verò pòst vrbis incendio ac populatione Hunnorum corruptam, reparauit, sepulturam in æde B. Paulini operis antiqui nec inelegantis, cum multiplici anathemate, hac inscriptione illustrem adeptus: PRÆSVL MARVS DEO DILECTVS MVLTAS CARNE VIVENS EGIT VIRTVTES. CVNCTA EIVS VITÆ LIBER HABET. Librum eum, vt alia pleraque vetustas aboleuit. Sed quantùm vir hic sanctitate præstiterit ac morum innocentiâ, innumera prodidêre ab eo post mortem edita miracula, quibus sepulchrum eius veneratione plenissimum omni seculorum ætate glorioſum extitit. Repositus in Diuorum numero, colitur die vigesimâ sextâ Ianuarij. Rara quædam Treuiri priuatim ac publicè apud exteros quondam S. Mari religio fuit, non quòd eius vim ac patrocinij alacritatem multa sæpè prodigia non declararunt, sed quòd in difficillimis morbis, arthritide, spasmo, paralysi, multis ab ipso sæpè præsens est auxilium oblatum: propter quam religionis vetustatem, subdita sepulchro eius loca supplicum vestigiis ferè contrita cernuntur; eique Treuirensis populus olim celebri & votiuâ coitione festum diem anniuersarium egit.

Acta deperdita,

publica opera,

epitaphiũ,

miracula,

festiuitas,

patrocinium contra morbos,

3 *De eadem & celebritate & miraculorum frequentiâ, quæ subiicimus, extabant in veteri codice imperialis monasterij S. Maximini Treuiris. In recentiore quodam MS. reperimus ad XXVII. diem Decembris ista adnotata:* Treuiris translatio S. Marij Archiepiscopi. *Quæ illa sit aut quando facta, nos latet. Aliquæ eius reliquiæ asseruantur in templo Domus professæ Societatis Iesu Vlyssippone in Lusitaniâ, eò è Germaniâ deportatæ ab illustri viro Ioanne de Borgia, & solenniter translatæ 25. Ianuarij, anno 1588. cum aliis plurimorum Sanctorum pignoribus, præsente eaq; venerante Alberto Austriaco Cardinale, qui dein Galliæ Belgicæ imperio à Philippo II. socero donatus fuit.*

translatio,

reliquiæ.

DE MIRACVLIS S. MARI,

ex MS. monasterij S. Maximini Treuiris.

ALiqua de S. Maro ab Euchario XL. Treuirensium Archiepiscopo, qui iacet post altare, quod est ad Australem partem chori ecclesiæ S. [a] Pauli- a
ni Archipræsulis & Martyris.

1 HAc in tumbâ saxeâ conditur corpus sanctissimi Mari, ab [b] Euchario quadragesimi Treuirorum Archiepiscopi, qui hoc sacrum inclyti Paulini templum, à Barbaris vnà cum diuersis vrbis Treuirorum vastationibus destructum, reparauit. Hic nempe vir etsi famâ teste probatissimæ vitæ extiterit, maximâque sanctitate, & crebris miraculis coruscauerit; qui tamen tanti viri merita litteris dignè lustrasset, inuenimus neminem. Id quidem accidisse arbitramur, quòd vt temporibus illis pauci qui sanctorum virorum, quibus tunc abundè Ecclesia Catholica fulgebat, res sanctè gestas dignè perscriberent extiterint; vel si quæ de S. Maro litteris mandata fuêre, aut posterorum incuriâ, aut variis, nedum huius Ecclesiæ, verùm totius quoque vrbis & patriæ euersionibus perierint. b

Cur de S. Maro parum extet.

2 Verùm sanctissimus Marus præ ceteris hoc singulari merito fulget, quòd vt in vitâ ad se, ita pòst quoque ad in hoc tumulo reconditas eius reliquias deuotè confugientes, ipsumque venerantes, à grauissimis, arthriticâ scilicet, chiragrâ, podagrâ, spasmo, similibusque morbis, paralysi quoque, liberos & sanatos reddere consueuerit: quod quotidianis miraculis res ipsa testatur. E quibus vnum, quod [c] nuper contigisse didicimus, disseramus. c

Inuocatur contra podagram, spasmum, &c.

3 Erat namque in Saxoniâ deuotus quidam iuuenis plebeius, qui contractione membrorum corporisque totius paralysi correptus, in lecto continuo triennio decubuerat, semper tamen inquirens, essetne ex Sanctorum numero quisquam, qui suis meritis hominibus hoc morbo oppressis succurrere consuesset. Demum sub noctis silentio admonitus voce quadam sonorâ, dicente: Homo infirme, surge, Treuirosque pete, vbi in dexterâ parte ecclesiæ S. Paulini tumulum sanctissimi Mari inuenies: hunc venerare: hic te saluabit. Die sequenti vxori & amicis quod audierat exponens, rogauit vt pro visitando loco prædicto commeatum pararent. Qui cùm vrbis & S. Mari nomina planè incognita haberent, morbo hominem victum existimantes, flocci faciebant quæ dixit. Verùm cùm à præfato infirmo secundâ & tertiâ nocte par vox audita esset, vxore & amicis modo prædicto paruifacientibus; demum post tertiam monitionem, quâ viâ Treuiros peteret edoctus, iter arripere non cessauit, comitantibus tamen secum vxore ac fratre suo quodam carnali. Qui huc peruenientes, triduo continuo hanc ecclesiam tumulumque hunc ambiendo & orando terebant, gratias omnipotenti Deo ac sanctissimo Maro agentes. Quoniam, vti constanter referebant, arrepto itinere euestigiò infirmus prædictus sanari cœpit, adeò vt vxorem ac fratrem comites suos eundi

Quidam contractione membrorum laborans, celitus monetur vt eius tumulum visat;

in itinere sanatur:

quotannis Treuiros venit.

labore

labore ſuperaſſet. Idem iuuenis votum emiſit ſe quoad vixerit ſingulis annis hoc S. Mari templum viſitaturum: vnde & poſteà certis annis hic viſus eſt peregrinus.

S. Mari frequens cultus.

4 Hoc & innumeris aliis miraculis, S. Marus, cuius nomen obſcurari cœperat, illuſtratus, in dies magis magiſque ab infirmis predictis à longinquis etiam frequentari denuò cœpit. Quantùm vero à maioribus noſtris antehac fuerit frequentatus lapidum & pauimenti ſubtus tumulum hunc pedibus precantium & genibus contritio & terſio manifeſtant.

Officiũ & celebritas feſti eius.

5 Hoc quoque ſcias ſanctiſſimum iam Marum inter maximos & ſanctiſſimos Treuirorum Archipontifices numerari: quâ de re Eccleſia ac diœceſis Treuerenſis generaliter eius diem feſtum IX. Lectionibus, aliiſque ſolemniter agunt: quæ etiam antiquitus, vt vetera atteſtantur Calendaria, in foro celebris habebatur, quod nulli niſi è maximis ſit contigit. Eius quoque diei feſto (quoniam, vt ſuprà commemorauimus, proprio officio caret) officium Pontificis in communi per quamdam excellentiam adſcriptum in breuiariis, aliiſque libris Eccleſiæ huius comperimus. Agitur autem dies feſtus, ſeu depoſitio, S. Mari VII. Kal. Februarij, quæ eſt XXVI. Ianuarij *d*.

d

Hymnus & oratio de eo.

6 Plaudat Treuirorum Eccleſia,
Quæ tot ſanctiſſimorum gloriâ
Præſulum illuſtratur.
Ob quorum merita, hominibus
Variis oppreſſis languoribus
Sanitas crebrò datur.
Quorum inter primos, ſanctiſſime
Mare, Pontifex mitiſſime,
Meritò numeraris.
Nam ſpaſmo, arthriticâ, chiragrâ,
Contractis quibuſuis, & podagrâ,
Mirè opitularis:
Succurris quoque paralyticis,
Nos ergo tuis *e* precibus
Fac ſimus commendati;
Vt dictis præſeruati peſtibus,
Ciuibus iungamur cæleſtibus,
Perpetuò ſaluati.

Antiphona. Iſte cognouit *&c. V.* Amauit eum Dominus. *Or.* Deus qui S. Mari Confeſſoris tui atque Pontificis interceſſione, homines ipſum inuocantes à quauis morbidâ corporis memborumque contractione atque paralyſi liberare præſeruareque dignaris; concede nos, eiuſdem Sancti meritis, ſic corporalis vitæ ſanitate potiri, vt æternæ animarum ſalutis remedium in cæleſtibus inueniamus, per Chriſtum Dominum noſtrum.

a *Colitur* S. Paulinus *Treuirenſis Epiſc.* 31. *Auguſti.*

b S. Eucharius 8. *Decemb. De eo agemus* 29. *Ianu. cùm de* S. Valerio.

c *Ante aliquot ſecula, vt ex vetuſto charactere licet coniicere: quamuis ætatem ſuam hic auctor non indicet.*

d *Colitur nunc in monaſteriis SS. Maximini, VVillebrordi, Naboris, officio trium Lectionum, cum cõmemoratione S. Polycarpi; vt patet ex eorumdem monaſteriorum Breuiario, quod penes nos eſt.*

e *Videtur deeſſe* ſanctis, *vel quid ſimile: nam cùm primi duo verſus cuiuſque ſtrophæ ſint iambici pentametri, ſiue dimetri hypercatalecti, hic ſolum dimeter eſſet. at tertius verſus vbique eſt dimeter catalectus.*

DE S. GABRIELE PRESBYTERO

ABBATE MONASTERII S. STEPHANI HIEROSOLYMIS.

SECVL. V. XXVI. IANVAR.

S. Gabrielis natalis;

Vem XX. Ianuarij in Vitâ S. Euthymij *Cyrillus monachus eximiis laudibus ornauit* Gabrielium *Presbyterum, eum hoc die venerantur Græci, vt ex Maximo Cythereo patet ac Menæis, quæ iſta ſolùm de eo prædicant:*

τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ὅσιος Γαβριὴλ ἐν εἰρήνῃ τελειοῦται.
Σὺν τῷ Γαβριὴλ τῷ νέων πρωτοστάτῃ,
Καὶ Γαβριὴλ ἵστησι Χριστὸς τὸν νέον.

Eodem die S. Gabriel in pace vitam finiuit.
Cum Gabriele Angelorum primipilo
Gabrielem iuuenem Chriſtus conſtituit.

Iuuenis *dicitur, quia admodùm adoleſcens ad religioſam vitam à Deo vocatus. quod ita nu.* 40. *deſcribit Cyrillus.*

2 Non habebat magnus Euthymius in animo nec cœnobium, nec omnino Lauram in illo loco conſtruere. Propterea quando aliqui ad eum venerant, ſiue mundo renuntiantes, ſiue aliqua afferentes quæ ad vſum corporis eſſent neceſſaria, ab eo rurſus tranſmittebantur ad B. Theoctiſtum. Cùm autem iam ſupernè diuina ſapienter ſtatueret prouidentia, vt hæc habitaretur ſolitudo, vt quæ pulchrè ſciret id quod erat futurum, nempe quòd ea res eſſet futura multis cauſſa ſalutis; ad eum accedunt quidam numero tres fratres ſecundùm carnem, qui germina quidem erant Cappadociæ, educati autem in Syriâ, & in virtute & doctrinâ ſe illic exercuerant, Coſmas, Chryſippus, & Gabrielius. Is autem faciens vt conſueuerat, nec eos etiam admiſit, & ætatem apertè cauſſans iuuenilem, & mutuum naturæ deſiderium, quod etiam nouit vt plurimùm labefactare conſtantiam exercitationis, & maximè quòd eſſet adhuc Gabrielius adoleſcens & imberbis. Eos ergo his de cauſſis nolebat omnino admittere. Eâ autem nocte venit ad eum in ſomnis aliquis mandans vt & fratres exciperet, (Sunt enim, inquit, ab ipſo Deo miſſi) & vt deinceps eſſet paratus accipere quemlibet accedentem & volentem. Manè ergo cùm pulchram illam accepiſſet fraternitatem & cognationem, vt ei iuſſerat viſio, dicit Coſmæ, is enim erat primus ætate inter fratres: Sic ego quidem feci, vt mihi à Deo iuſſum fuerat, & vos huc introduxi. Nunc autem par eſt, vt tu iuniorem ex fratribus Gabrielium intra cellam contineas, & nequaquàm ei exire permittas.

ingreſſus in religionem,

Deo iubente eum recipi;

3 *Hæc circa an. Ch. 428. contigêre. Quia autem erat Gabrielius* naturâ eunuchus, *vt nu. 79. dicitur*, poſt viginti & quinque annos acceſſit primùm ad ſynaxim Fratrum, *circa an. Ch. 453. quando num. 78.* ſtans prope aram vidit ignem, veluti in quodam diffuſum linteo deſuper deſcendentem, quin etiam ipſum magnum Euthymium (*qui* incruentum offerebat ſacrificium) & cum eo Domitianum (*qui* adſtabat ad dexteram cum myſtico ventilabro) intus complexum, ſic circa ipſos permanſiſſe ab initio Triſagij vſque ad completum ſacrum miniſterium. *Hoc à S. Gabrielio auditum narrauit Cyrillo ſcriptori S. Quiriacus, cuius vitam dabimus XXIX. Septembris.*

cæleſtes viſiones;

4 Beata Eudocia *Imperatrix* (*num. 87. circiter annum 458.*) accerſit è Laurâ Fratres cuſtodes Crucis, *adeoque* Diaconos, nempe Chryſippum & Gabrielium, & effecit, vt ordinentur Preſbyteri. Gabrielio *etiam* commitit præfecturam monaſterij Stephani Protomartyris, *quod non ſtadio integro ab vrbe Hieroſolymâ diſtabat, quo in loco lapidibus obrutus putatur S. Stephanus, vt ibidem dictum eſt.* Cùm Eudociâ *vellet* ad S. Euthymium accedere, & frui illius ſermone & doctrinâ, & ſimul etiam Lauræ *num. 98.* mittit Gabrielium, rogans vt *id* ſibi permitteretur. *Ipſa quoque, vt num. 99. dicitur,* Stephani Protomartyris Chriſti templum, quod nondum erat plenè conſtructum, dedicat, quintodecimo menſis Ianuarij. Deinde cùm ei etiam multum tribuiſſet reditum, & eius curam dediſſet Gabrielio, neque alias quoque neglexit Eccleſias, quæ ab eâ ædificatę fuerant, ſed eas quoque valdè diligenter obibat, & dedicans & ſufficientem reditum vnicuique attribuens. Cùm quatuor autem menſes iam præteriiſſent poſt dedicationem, ipſa quoque humanâ vitâ relictâ excedit ad Dominum. *Facta eſt ergo illa dedicatio anno 4. Leonis;*

ſacerdotium;

præfectura monaſterij S. Stephani.

Dedicatio eccleſiæ illius monaſterij.

EX VARIIS.

nis, Christi 460. quo obiit Eudocia, mense Maio, in eodem S. Stephani templo sepulta.

5 *Migrauit postmodùm è vitâ S. Euthymius anno Christi 473. ad cuius sepulturam in comitatu Patriarchæ Anastasij aduenit etiam Gabrielius num. 110.* Cùm verò Gabrielius fuisset Presbyter & Præfectus viginti quatuor annos (*annus æræ Christianæ ex supputatione iam positâ labebatur 482.*) ædificauit sibi breue quoddam monasterium in valle venerabilis templi ad Orientem, quod nominatum fuerat sanctæ Assumptionis. In quod quidem, ad imitationem B. Euthymij, post diuinorum Theophaniorum octauum diem secedens, in eo morabatur vsque ad festum Palmarum. Cùm autem esset studiosus, habuit ingenium ei quoque opem ferens. Quo factum est, vt linguam exerceret & ad Græcorum sermonem & Romanorum, & etiam Syrorum. Moritur verò octogesimo ætatis anno in monasterio, & fit illic viro sepulcrum, qui signis maximis est insignis. *Hæc ibi num. 103. post relatum vtriusque fratris obitum, Cosmæ in episcopatu Scythopolitano, Chrysippi, scriptis libris clari, in ministerio custodiæ sanctæ Crucis Hierosolymis. Si S. Gabrielius anno ætatis decimo octauo vitam monasticam auspicatus sit, anno circiter Ch. 490. in pace quieuit.*

Gabrielis secessus annus,

peritia linguarũ,

miracula,

obitus.

DE S. ATHANASIO

EPISCOPO SVRRENTINO IN CAMPANIA.

XXVI. IANVAR.

1 SVrrentini *in Campaniâ quinque publicâ celebritate venerantur vrbis suæ Patronos ac Protectores*, S. Valerium *Episcopum XVI. Ianuarij.* S. Athanasium *Ep. XXVI. eiusdem*, S. Baculum *Ep. XXIX. eiusdem*, S. Antoninum *Abbatem XIV. Februarij*, S. Renatum *Ep. VI. Octobris. Meminit.* S. Athanasij *hoc die Ferrarius in generali catalogo Sanctorum his verbis:* Surrenti in Campaniâ, S. Athanasij Episcopi. *Ast in catalogo Sanctorum Italiæ hæc de eo scribit:* Athanasius Episcopus Surrẽtinus inter S. Valerium, & S. Baculum eiusdem vrbis Episcopos & patronos effulsit: de quo nihil apud Scriptores memoriæ proditum est. Illud tantùm ex antiquis picturis habetur, illum senem fuisse, caluitio venerabilem, & barbâ abrasâ. Fuit Athanasius alter Episcopus Neapolitanus sanctitate celebris, quem eumdem cum Surrentino quidam faciunt. Verùm Surrentini ex antiquâ traditione hunc Athanasium à Neopolitano diuersum, & suum Episcopum, agnoscunt & venerantur. *Hæc Ferrarius.*

S. Athanasij natalis,

Acta ignota,

imago,

apparitio.

2 *Paulus Regius Episcopus Vicoaquensis parte 2. operis de Sanctis regni Neapolitani in vitâ S. Antonini Abbatis cap. 11. refert quamdam* S. Athanasij *apparitionem, quâ senem se, caluum, bârbâ rasâ, conspiciendum exhibuit: vnde concludit non esse eumdem cum Neapolitano* Athanasio, *qui annos tantùm 41. natus decessit. De quo agemus XV. Iulij.*

3 *Aliter sentit Dauid Romæus in libello* De quinque Diuis custodibus ac præsidibus vrbis Surrenti, *vbi de S. Athanasio ista scribit:* De Athanasio quoque nihil adhuc certi habere potuimus. Scrutati sumus quæ potuimus, & quæsiuimus omnia quæ nostro more certa perscriberemus; nihil inuenimus; nihil enim de hoc Surrentini scriptum habent. Eius sacra anniuersaria cõseruãtur, & deinceps familiis à patribus accepta produntur, & ita perpetua sunt: vt Neapoli Agrippini & Euphebij sacra. Quare ab eius nomine cõmoniti Athanasium custodem Neapolis, & Surrenti eumdem esse suspicabamur: & Baculus fuit Neapolitanus. Quòd autem Neapolitani Idibus Quintil. suo Athanasio, Surrentini verò VII. Kal. Februarij suo sacra conficiant, id tanti non est. Hæc mihi veniebant in mentem, cùm Athanasius Pontifex Neapolit. mansisset Surrenti aliquot menses (quod in eius vitâ diximus) apud Stephanum id temporis Pontificem Surrentinum. Et eo fortasse die Athanasius vel Surrentum peruenit vel inde discessit, vel aliquo diuino beneficio Surrentinos complexus est: qui pro diuinis eius beneficiis in suam ciuitatem, diuinos diuturnosque honores ei haberi gratiamque referri voluerunt, vt memores & grati esse cognoscerentur. Quare aliquo cælesti immortalique beneficio ab eo affecti; scientes se & Stephano suo gratificaturos & Deo satisfacturos, piè tanti viri memoriam conseruare voluerunt. Præterea demonstrant singulorum custodum sepulchra, Athanasij verò nusquam monstratur. Quòd autem in Antonino scribemus Athanasium Surrentinum fuisse senem caluitio, barbâque abrasâ; Athanasium verò Neapolitanum vno & quadragesimo anno mortuum esse, hic fortasse fuit senex antè quàm esset, & præcanus (vt verbum Horatianum vsurpem) fuit: vel quia numquàm per Sergium fratris filium quietus fuit, qui patruum exercuit, vt maturè non suo tempore Athanasius factus sit senex, & animi corporisq; doloribus, mœrore curisque non ætate, nec senectute sit confectus: fuitque imbecillis & incommodâ, tenui, aut nullâ potiùs valetudine, vt ibi diximus pag. 24. & corpus nostrum tenuissimâ sæpè de causâ conficitur. Hæc nonnullis Surrẽtinis narrauimus, qui partim in eadem erant opinione, quâ ego, partim contra eam ratione pugnare non poterant. Satis est, Christiane lector, te de iis admonuisse. Ego verò vtrùm falsa an vera sint, non magnoperè pugno, cùm nihil affirmare possim, nisi sententiam & opinionem meam, quam si sequi malueris, quia nos satis multa de hac re in Athanasio Neapolitano diximus, quæ ad hunc locum pertinebunt, illinc assumes.

Quidam eumdem censent esse qui Neapoli colitur 25. Iul.

ob quas rationes.

DE S. BATHILDE REGINA, ET S. RADEGVNDE VIRGINE,

KALÆ IN GALLIA.

CIRCITER AN. CHR. DCLXX. XXVI. IANVAR.

S. Bathildis nomen in sacris fastis 26. Ianu.

1 *Lorioſæ Reginæ* Bathildis *pluribus diebus relatum est in Martyrologia nomen. Nam XXVI. Ianuarij ista habent Carthusiani Colon. & Molanus in addit. ad Vsuardum, Bellinus de Padua, perantiquum Vsuardi MS. quod olim Augustini Hũnæi fuit:* In territorio Parisiacẽsi Bathildis Reginæ. *MSS. Domus professæ Societatis Iesu Antuerpiæ, S. Lamberti Leodij, S. Laurentij ibidem quod Adonis est, Centulense quod Bedæ tribuitur:* In territorio Parisiorum, monasterio Kalæ, depositio Domnæ Bathildis Reginæ. *Maurolycus:* Apud Parisios Batildis Reginæ, quæ fuit mater Lotarij Imperatoris, monasteriorum constructrix. *Sed fallitur; non Imperatoris Lotharij, qui 200. propè annis post vixit, sed Clotarij III. Regis mater fuit. Idem habet Felicius, additq; monasteria illa Parisiis esse constructa, quod de omnibus dici non potest, vt infrà patebit. Petrus Galesinius:* In finibus Parisiorum S. Bathildis Reginæ, quæ Lotharij Regis mater, Vitaliano Pontifice, rerum quas diuinè pieque egit, laude illustris, quieuit in Domino. *MS. Florarium:* In territorio Parisiorum, monasterio Cale, depositio Dominæ Bathildis Reginæ. Hæc affinitate propinqua stirpi Karolidarum, coniunx fuit Clodouei Regis Francorum, huius nominis secundi.

Claruit

Claruit anno ſalutis 662. *Martyrologium Romanum:* In territorio Pariſienſi Bathildis Reginæ, ſanctitate & miraculorum gloriâ illuſtris. *addunt Arnoldus VVion, & Benedictus Dorganius:* in cuius obitu ſpecioſa diuini ſplendoris lux apparuit, & à circumſtantibus viſus eſt Angelorum chorus ei obuiàm veniſſe, à quibus eius anima remigio alarum & manibus ad cælum deportata eſt. *eadem aliquantò breuiùs refert Menardus. Agit de eâ fusè eodem die Sauſſaius.*

27. & 30. *eiusdem.*

2 *At XXVII. Ianuarij natalem S. Bathildis conſignauit VVandelbertus his verbis:*

Punica terra ſuum ſexto veneratur Auitum.

Sulpitius, Bathildis, & Aldegunt quoque vernant.

Vſuardi autem pleraque exemplaria, etiam Pariſienſe monaſterij S. Germani vbi habitauit, XXX. Ianuarij: In territorio Pariſiacenſi Baltildis Reginæ. *MS. Eccleſiæ S. Gudilæ Bruxellis:* In territorio Pariſienſi dormitio S. Bathildis Francorum Reginæ, quæ Corbeyam monaſterium conſtruxit. *Carthuſiani Colonienſes in addit. ad Vſuardum:* Batildis Reginæ Franciæ, quæ poſt mortem Clodouei viri ſui monaſterium ingreſſa, in magnâ ſe humilitate deiiciens, Chriſto conformari ſatagebat. Etiam ſuprà ponitur VII. Kal. Febr. ſed meliùs hîc. *Vtroque etiam die illam refert Caniſius, & hîc quidem iſto celebrat elogio:* Item S. Bathildis Reginæ Franciæ, matris Imperatoris Lotharij, quæ nobili Saxonum prognata ſanguine, Clodouei Regis coniux fuit: magnas Eccleſiis & pauperibus eleemoſynas largita eſt: iniqua tributa ſuſtulit, magno Francicæ gentis commodo: duo condidit cœnobia, in quorum alterum, poſt viri obitum ingreſſa, in omni humilitate ſe exercuit, adeò vt etiam Sororibus prõptiſſimè famularetur: demum cæleſti luce perfuſa ſpiritum Deo reddidit. *Eodem quoque die tradit eam obiiſſe Petrus de Natal. lib. 3. cap. 59. qui &* Lotharij Imperatoris *matrem vocat, & alia narrat quæ mox refutabimus.*

§. II. *Acta. patria. nomen.*

Vita à coætaneo ſcriptore,

3 VItam S. Bathildis *geminam damus, vtramque à coætaneo conſcriptam auctore: priorem deſcripſimus è vetuſto codice S. Mariæ de Ripatorio, quem Petri Franciſci Chifletij noſtri beneficio nacti ſumus; poſteriorem ediderat Surius è MS. Rubeæ-vallis, nos cum MS. monaſterij Corſendoncani Canonicorum regularium contulimus. Prior rudi ſtylo & impolito compoſita eſt. Eius ſcriptor ætatem ſuam indicat num. 3. ita ſcribens:* ipsâ eius (*Bathildis*) nunc regali regnante progenie. *& num. 7.* vbi vir venerabilis Domnus Teudofredus, nunc enim Epiſcopus, tunc verò Abbas *&c.*

alia fuſior, etiam à coætaneo.

Poſterior è priori expreſſa, ſed amplificata eſt, ſæpè eadem retentâ phraſi, ſed aliquantò curatiùs limatâ, ſæpè haud paucis adiectis. Nec eſt quòd ſuſpicari quis poſit, Antonium Gentium aut Ioannem Gilmannum priorem ad hanc formã exornaſſe. Licet quidem nonnulla eorum ſubinde veſtigia obſeruare, ſed plurima vetuſtum produnt auctorem: nam præter illa de Diuæ regnante tum progenie, & Teudefredo Epiſcopo; num. 23. Nobis, *inquit,* ad ſanctam matrem Dominam Bathildem, quæ noſtris effulſit temporibus, nec non & ad eius merita glorioſa, quę ipſi ab eâ geſta nouimus & vidimus, recurrendum eſt. *Videtur veluti conſultò quod prior rudiore ſtylo conſcripſerat emendare, non omnino nouam cudere vitam voluiſſe.*

Vita Gallica apocrypha, plena fictis narrationibus.

4 *Res à Bathilde piè ſanctęq; geſtas, à Surio deſcripsêre Franciſcus Haræus & Zacharias Lippelous, Italicè Siluanus Razzius, Gallicè Iacobus Doubletius. Agit de eâ quoque Ioannes Trithemius lib. 3. de vir. illuſt. ord. S. Benedicti cap. 112. vbi tamen mendosè* Valenſe *cœnobium, pro* Calenſi *ſcriptum. Edita eſt eadem vita Gallicè (ad calcem tomi de vitis Sanctorum collectis à Petro Viellio aliiſq; viris doctis) locupletior illa quidem, ſed multis farta fabulis, vt cùm dicitur S. Bathildis Floridæ Regis Colonienſis filia fuiſſe, ſed rapta à Saracenis cùm extra vrbem deambularet, auectaq; in Syriam, redempta ab Archenoaldo; cùm narratur Clodoueus eius maritus in terram ſanctam expeditionem ſuſcepiſſe; filij interim aduersùs matrem, mox & patrem, rebellaſſe, atque idcircò mutilati, ac tandem vitam monaſticam in Gemmeticenſi cœnobio profeſſi. Quæ omnia ſunt eiuſmodi, vt ne refutari quidem mereantur: cùm ſit nemo vel leuiſſimè in Gallica hiſtoriâ verſatus, qui non ſtolidiſsimè ab otioſo aliquo homine conficta eſſe intelligat. Certè neque Colonia Regem habuit tunc, præter Auſtraſianum, qui tunc vel Dagobertus fuit, vel Sigebertus, cùm ei vrbi ſanctiſsimus Antiſtes Cunibertus præeſſet: neque Saracenorum, qui primùm ſub annum 632. è deſerta ſuâ Arabiâ prorepsêre, ea vis aut potentia erat, vt mediterraneo mari enauigato, magnâque parte Oceani, Coloniam aduerſo Rheno peruaderent, atque inde captiuos abducerent: nec denique illa Clodoueo II. magnanimitas aut religio, vt aduersùs eoſdem Saracenos tunc terram ſanctam populatos moueret: neque alij vſpiam memorantur S. Bathildis filij, præter Clotarium III. Hildericum, Theodoricum, qui patre moriente admodùm adhuc adoleſcentes erant. Eamdem de Clodouei Aſiaticâ expeditione filiorumq; rebellione ac ſupplicio fabulam, explodunt Scipio Dupleix, Bernardus Girardus, aliiq; Francicarum rerum ſcriptores.*

Ex 44. Kiis.

5 *At de Bathildis ſeruitute eadem Petrus de Natal. lib. 3. cap. 59. tradidit, vt eſt plerumque parum exactus:* Hæc die quadam, *inquit,* de ciuitate egreſſa, dum iuxta littus maris ſpatiaretur, à tranſmarinis Saracenis rapta, & ad Syriæ partes delata eſt, & poſt aliquod tẽpus ab Hercano-aldo Gubernatore palatij imperialis pretio redempta, ab eodem in Franciam reducta eſt. *& poſt pauca:* Ortâ autem ſeditione inter Francorum Reges, & Rege Clodoueo propter ſeditionẽ interfecto, ipſa in monaſterio Calæ religionis habitum ſumpſit. *eſt hoc de Clodouei cæde, æquè futiliter confictum, atque illa de raptu, & fugâ in ſolitudinem. Petrũ temerè ſecutus eſt Ioannes Baſilius Sanctorius, aliàs curioſus ſcriptor. Nec probabiliora de Bathildis origine aduentuq; in Galliã tradit Sauſſaius:* In agro Pariſienſi, *inquit,* Calæ monaſterio, tranſitus S. Bathildis Reginæ & monialis Deo ſacratæ. Hæc Beringeri primi Hercimæ & Aſcaniæ Principis filia, virgo formâ admodùm inſignis, à Clodouæo Francorum Rege capta & in Galliam abducta, atque Chriſtianæ fidei inſtitutis informata, cùm animi æquè ac corporis dotibus ornatiſſima eſſet, eam apud ipſum Regem gratiam conſecuta eſt, vt in vxorem aſſumpta, ſoliique & thalami conſors ab eo effecta ſit. *At quæ tandem bella aduersùs Germanos geſsit Clodoueus? an fratri fortaſsis ſuo S. Sigeberto Auſtraſiæ Regi contra Thuringos bellum gerenti opem tulit? Et quâ ratione de tranſmarinis partibus aducta Bathildis dicitur, ſi ſolùm è meditullio Germaniæ quomodò ſi à Rege capta, Erchanoaldo dein famulata, & non potiùs in Nanthildis Reginæ gynæceo honeſtiſsimè educata, cùm illuſtre eius genus non ignoraretur? Illud de patriâ S. Bathildis & Beringero patre accepiſſe videtur Sauſſaius ex Hieronymi Henningis libris Genealogiarum: ſed non debuit abſque aliâ auctoritate ei credere, fabuloſa veris paſsim miſcenti. San-marthani fratres faciunt filiam Regis Saxoniæ,* Sigar *à quibuſdam appellati.*

Fabuloſus eius ratus:

genus perperàm ab Aſcaniâ Dynaſtu petitum.

Alia Gallica vita inſignis.

6 *Stephanus Binettus noſter vitam* S. Bathildis *Gallicè conſcripſit, pari elegantiâ ſermonis & pietatis exemplis conditam, & Mariæ Lotharingæ Calenſi Abbatiſſæ dedicauit anno 1624. In eâ haud ſatis de* Bathildis *ortu certum habuit quod pronuntiaret.* Tradit, *inquit,* hiſtoria, ferè ignorari, quâ ratione in Galliam ſit appulſa: exiſtimatur è Saxonia, tranſmarinâ dictâ, orta, cùm mari ſe commiſiſſet, valida tempeſtate à curſu depulſa, in piratarum incidiſſe manus, à quibus velut mancipium vendita eſt Francis. *Prioris vitæ auctor ſolùm habet de partibus tranſmarinis diuinâ prouidentiâ aduocatam, & vili pretio venumdatam, aduenisse. Poſterior vita ait,* in puellari ætate de partibus tranſmarinis diuinâ prouidẽtiâ deprædatâ, & vili pretio ſed incomparabili commercio venumdatam *aduenisse. & paullò pòſt:* Claro namque ſanguine, licet alterius gentis ſeruiret obſequiis, progenita Saxonum demonſtrabatur. *Fruſtrà illius incunabula apud Saxones Germaniæ populos quæruntur, barbaros tum atque à noſtrâ religione & cultu humanitatis alienos. Britanniam inſulam Angli & Saxones Germanicæ originis populi tenebant, in ſeptem eam regna partiti, inter quæ Occidentales, Auſtrales, Orientales Saxones erant: quamquàm gens vniuerſa, quan-*

Origo vera è Saxonũ gente,

Angliam tenentes:

Ex variis. *quandoque Saxones appellati, aliàs Anglo-Saxones. Porrò conſueuiſſe Anglorum Saxonumq́ liberos in exteras prouincias venales deportari, ex S. Gregorij Magni vitâ aliúſq́ hiſtoricis conſtat. Inde quoque orta* Bathildis, *& ſiue à prædonibus rapta, ſiue ab amicis, ſiue ab hoſtibus, vendita, in Galliam calo auſpice deuenit. Quare Martyrologio Anglicano hoc die meritò adſcripta eſt: etſi illius Martyrologij auctor minùs propriè ſcribat* Clodoueo nuptui datam, *quaſi ſui eam parentes aut amici collocarint.*

Nomen eiuſdem notio. 7 *Hactenus de Bathildis patriâ. Nomen quoque eius non eodem modo ab omnibus effertur.* Baldechildis, *ſiue* Baltechildis, *aut* Baltichildis, *à pleriſque antiquorum appellatur; ab alijs* Bathildis, Baltidis, Batildis, Bathilda, Betildis, Baldetildis, Balthildis, Blitildis, *quod nurus eius nomen fuit. Gallicè* Bathilde, Bautour, Baudour, Baudeur *nuncupatur. Hieronymus Henninges,* Hæc à poſteris, *inquit,* S. Bauduria (aliàs Varburgis) nominata. *At quis* Varburgim *nominauit, quis Latinè* Bauduriam *ſcripſit? Sonat autem* Baldehildis, *ſiue* Balthildis, audacem Heroida: Bathildis, vtilem Heroida: Blethildis lætam Heroida.

§. III. *Variis cœnobiis facta beneficia.*

S. Bathildis pulchra & ingenioſa, 8 *Libet ex aliis quoque Diuorum hiſtoriis aliqua præſtantium* Bathildis *virtutum proferre monumenta, quæ ſunt à vitæ vtriuſque ſcriptore vel omiſſa vel curſim perſtricta, etſi neque omnia tradita ſunt litteris, quæ ab ea præclarè acta fuêre. In Geſtis Regum Francorũ apud du Cheſne to. 1. iſta habẽtur:* Chlodoueum filium eius Franci ſuper ſe Regem ſtatuunt. Accepitq́ue vxorem de genere Saxonum, nomine Bathildem, pulcram valdè & omni ingenio ſtrenuam. *Et paullò pòſt:* Nam ex Bathilde Reginâ eius habuit tres filios Clotharium, Childericum, atque Theudericum. Decedente itaque in extremis præfato Rege Chlodouæo, qui regnauit annos XVI. Franci Chlotharium ſeniorem puerum ex tribus ſibi Regem ſtatuerunt, cum ipsâ Reginâ matre regnaturum. *Eadem habet Aimoinus lib. 4. cap. 42. & 43.*

Galliæ regit cum filio: 9 *Illuſtre pro libertate Eccleſiaſticâ martyrium ſubiit S. Leodegarius. Martyrij à Palatinis dignitatibus prudentiſsimè adminiſtratis occaſio.* S. Bathildi *autem gratia debetur, quæ eum ad aulam adſciuit, ac deinde ad Epiſcopatum euexit. Teſtis eſt Vrſinus in eius vitâ:* Cùm Pater monaſterij in S. Maxentij honorem conditi obiiſſet, iuſſu eiuſdem Pontificis, (*Didonis Pictauenſis*) illud regendum ſuſcepit. Quod ſex ferè annis ille gubernans, & ſtructuris & magnis opibus ditauit. Intereà verò & Epiſcopo ſuo egregiè probatus & præ omnibus clarus habitus eſt: tantaq́ue nominis eius fragrantia in partes omnes dimanauit, vt in ipſum etiam Regis palatium penetrarit. Per id tempus minor Clotharius Rex cum Baldechilde ſuâ matre regni Francorum habenas moderabatur. Qui cùm eius prudentiam auditione accepiſſent, cuperentq́ue eum apud ſe in palatio habere, petierunt ab Epiſcopo, vt ei faceret copiam cum ipſis in palatio manendi. Epiſcopus ſtatim iuſſà complens, magnis rebus inſtructum, & ſapientiæ floribus redimitum eum miſit ad illos; qui eum ſanè honorificè acceperunt. Illè verò intra paucos dies, virtute & integritate ſuâ, ſermoniſq́ue comitate, id conſequutus eſt, vt Rex & Regina & plerique Pontifices eum præcipuè carum haberent; conſenſuq́ue omnium, maximè Francorum, Epiſcopi functione dignus proclamaretur. Itaque ab omnibus electus, Auguſtiduni, quæ eſt Heduorum ciuitas, Epiſcopum curarunt ordinandum. Quo munere decem annis ſtrenuè functus cùm eſſet, Clotharius Rex, qui eum promouerat, exceſſit è viuis. *Id breuiùs in alterâ eiuſdem ſancti antiſtitis vitâ ab anonymo ſcriptore narratur:* Tunc Balthildis Regina, quæ cum Clothario filio Francorum regebat palatium, diuino, vt credimus, inſpirata conſilio, ad memoratam vrbem hunc direxit virum, vt ibidem eſſet Epiſcopus: quatenus & Eccleſia, quæ penè biennio iam quaſi viduata in ſeculi fluctibus remanſerat, huius gubernatione vel fortitudine teneretur, & ab his quibus impugnabatur defenſaretur.

S. Leodegarium ad Aulam euocat,

ad Epiſcopatum euehit,

diuino conſilio:

10 *Multa Gemmeticenſi cœnobio ab eâ donata auctor vitæ commemorat: ipſum quoque Gemmeticum donauit. Ita vita S. Philiberti 20. Auguſti:* Sed cùm diuina virtus lumen illius ſuper candelabrum vellet conſtitui, vt lampas ſanctitatis eius longè lateq́ue fulgorante radio deberet ſplendere, poſuit in corde viri ſanctiſſimi, vt ex proprio labore deberet monaſterium fabricari. Tunc à Rege Francorum, Clodouæo nomine, atque eius Reginâ vocabulo Baldechilde, locum in pago Rodomagenſi, quem vetuſto vocabulo Gemmeticum antiquitas conſueuerat nuncupare, obtinens ſuggeſtione ſupplici, nobile ibidem cœnobium viſus eſt extruxiſſe. *Gemmeticum S. Philiberto donat:*

11 *Sancto quoque* Frodoberto *donata à Chlodouæo* Inſula Germanica *in ſuburbio vrbis Trecaſinæ, vt regiâ auctoritate confirmaretur, ipſa effecit, vt cap. 3. vitæ S. Frodoberti num. 11. 8. Ianuarij dictum:* Quocircà, diuino aſpirante conſilio, regiam profectus ad aulam, munificentiâ Clodouæi illuſtris quondam Regis Francorum, locum quemdam paluſtrem in ſuburbio Trecaſſinæ vrbis obtinuit, qui antiquo ritu Inſula Germanica vocabatur. Deinceps verò poſt deceſſum Clodouæi, filium eius Clotarium ſecundo anno regni eius expetens, annuente venerabili Batilde Reginâ eiuſdem Clotarij matre, ſuper præfato loco priuilegium regiæ auctoritatis denuò meruit adipiſci. *S. Frodoberto donationem fundi confirmat:*

12 *De conſtructo Cale cœnobio iſta tradit to. 1. Francicorum ſcriptorum Andreas du Cheſne ex vitâ MS. S. Bertiliæ:* His namque temporibus, poſt diſceſſum Domini Clodouæi Regis, religioſa & optima coniux ipſius Domina Baltechildis Regina, cum paruulo filio Rege Chlotario, inreprehenſibiliter regnum gubernabat Francorum, & ab omnibus Pontificibus, vel Proceribus cunctoq́ue populo regni ſui, eius meritis compellentibus, mirò diligebatur affectu. Erat enim religioſa, & Domino multùm deuota, Eccleſiarum pauperumq́ue curam gerens. Cum magno igitur vigore animi viriliter gubernabat palatium. Cum Pontificibus autem & Primatibus populi ſui conſilium accepit, vt regali villâ, quæ dicitur Kala, monaſterium conſtrueret puellarum: quatenùs cùm ad legitimam ætatem præfatus filius ſuus Dominus Chlotarius peruenirſet, & regnum ſibi commiſſum per ſemetipſum regere potuiſſet, tunc ipſa, relictam curam regalem, ſub religionis ordine in ſupradictum ingrederetur monaſterium. Eò verò quòd omnes ipſa miro diligebat affectu, & diligebatur à cunctis, complacuit conſilium vniuerſis, ac conſenſum ei omnes præbuerunt. At illa, vt erat prudens & ſapiens, ſub omni celeritate monaſterium ibidem conſtruere præcepit, & futura præuidens neceſſàriam ancillis Dei ſubſtantiam delegauit. *Cala cœnobium ædificat:* *probantibus Proceribus:*

13 Iamq́ue præparato diligenter cœnobio, animo reuoluere cœpit, quam meritis & honeſtate ſeu moribus puellarum reperiret dignam, de quâ fidens gregem ſacrararum Virginum, ibi adunatum ſub normâ ſanctæ religionis, ei committeret. Cumq́ue de multis multa audiret, iſtius ſanctæ puellæ Bertilæ felici famâ percurrente, peruenit per relationem fidelium notitia vſque ad aures regales Dominæ Baltechildis glorioſæ & Chriſtianiſſimæ Reginæ. Quæ gauiſa eſt de eius ſanctitatis exemplo, & illicò accepto conſilio decreuit, vt hanc ſuper ſanctas feminas, quas pro Chriſti amore & S. Mariæ reuerentiâ in cœnobio ſuprà nominato congregauerat, Matrem conſtitueret, & Domino diſpenſante poſteà perfecit. Magnâ ſiquidem cum deuotione & humilitate Dominam Teutlehildem popoſcit Abbatiſſam, vt ex ſuo monaſterio aliquas famulas Dei ſibi deſtinaret, quæ ſuum regere deberent cœnobium. At illa percunctata diu ſanctam ſupplicationem Reginæ denegare non potuit, ſed ſponte glorioſæ Dominæ ad petitionem ſatisfecit, præfatamq́ue Dominam Bertilam cum quibuſdam ſanctis puellis ſpiritali Matri Dominæ Baltechildi cum ſummâ diligentiâ & honore debito, vt decebat, per magnum Sacerdotem Dominum Geneſium ad Kalæ ſuprà *S. Bertilam à B. Teutlehilde impetrat,*

vidę præfixit:

prà dictum ſanctum cœnobium perducere præcepit. Vtque omnis illa congregatio velut matri ſpiritali ei commendaretur, prædictæ Dominæ Reginæ præſentialiter ſuggeſſit, fiſa de eius religione & pudica conuerſatione. Quas illa glorioſa Baltechildis Regina velut munus cæleſte cum magno honore ſuſcepit, & ſicut ei mandatum à Dominâ Teutlehilde fuerat, onus regiminis ſuper omne cœnobium ei impoſuit, atque Abbatiſſàm eſſe præcepit.

ſub eâ ſit ipſa ſanctimonialis:

14 Intereà glorioſa Dei famula Baltechildis Regina, quamlibet ad miniſterium gubernandumque rerum ſtatum principalitatis curâ conſtringeretur, & velut ſub onere graui deſudaret, mentem tamen eius amor Chriſti & religionis deuotio poſſidebat. Iamque Domino Chlotario filio eius adulto, cum conſenſu optimatum ſuorum, relictà curâ regalis palatij, Chriſto Domino militatura in monaſterio, quod ipſa conſtruxerat, ſuprascriptæ ſub obedientiâ dominæ Bertilæ ſe ſubdidit Abbatiſſæ. Cum magnâ igitur veneratione, ſicut dignum erat, & meritum, ab eâ vel ab omni congregatione puellarum ſuſcepta, vſque ad diem vltimâ in ſanctâ religione permanere decreuit. Quod cœnobium pariter cõmuni conſilio tam in ædificiis & officiis, quàm & ſanctitatis exemplo mirificè ornauerunt. *Et quibuſdam interiectis:* Sed poſtquàm Domina Baltechildis Regina ſuam in omnibus compleuit deuotionem, in pace migrauit ad Chriſtum, ac honorificè inibi eſt corpus eius ſepultum. *Meminit Corbeiæ & Chalæ à Balthilde ædificatæ Sigebertus in Chronico an 662.*

S. VVandregiſilo multa largitur:

15 *Illuſtriora etiam ſunt quæ in vitâ S. VVandregiſili 22. Iulij de eadem ſanctiſsimâ Reginâ memorantur:* Poſtquàm vitâ deceſſit Clodoueus Rex, remanſit Baltildis Regina cum tribus filijs, Clotario, Childerico, ac Theodorico. E quibus Clotarius, qui maior natu erat, faſtigium adeptus eſt regni, rexitque populũ occidentalium Francorũ annis quatuordecim: &, quod pater eius inchoauerat, prædictum locum piis largitionibus ac priuilegiis ſuæ auctoritatis deuotè ſtuduit ampliare. Terminos etiam ipſius loci, prout voluntas venerandi Patris Wandregiſili erat, deuotiſſimè auxit. *Quòd autem annis 14. adminiſtraſſe regnum Clotarius III. dicitur, eodem pertinet quod in fine eiuſdem vitæ habetur:* Requieuit ſanè iſdem venerandus, ac cum omni honorificentiâ nominandus beatiſſimus Pater & Sacerdos Domini Wandregiſilus anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti ſexcenteſimo ſexageſimo quinto, indictione VIII. pontificatum agente Romanæ Eccleſiæ anno IX. Papâ Vitaliano, porrò tertij Lotharij anno regni vndecimo.

diuino monitu mittit eius monachis annonam:

16 *In eadem quoque vitâ hæc narrantur:* In prædicto namque cœnobio viro Dei cum ſuis commoranti, cùm nulla alimentorum ſolamina eſſent, Baltfridus Cellerarius eidem patefecit. Cui ille: Poteſt, inquit, conditor rerum ſuis in deſerto famulis parare menſam, qui multiplicatione quinque panum ſatiauit hominum quinque millia. Itaque iuxta condictum viri Dei eueniſſe contigit. Monuit namque per viſum Baltildem Reginam pietas diuina, vt famulo Chriſti intra eremi vaſtitatem conſiſtenti neceſſaria miniſtraret. Quæ expergefacta onerata vehicula ſeruo Dei dirigit. At ille gratias bonorum omnium largitori rependit, qui ope ſolitâ ſeruis ſuis ſemper præſens adforet conſolator. Sicque acceptâ benedictione, qui hæc alimenta tulerant calle quo venerant repedarunt. His diebus, id eſt, anno VII. tertij Regis Lotharij, qui erat regiminis prædicti Patris annus decimus quintus, iſdem vir Domini ad eumdem Regem acceſſit, & priuilegium regiæ confirmationis ſuper areâ præfati cœnobij liberaliſſimâ datione ſuſcepit. Celebrata erat in territorio Caſtrenſi, in eo palatio quod diminutiuo vocabulo cenſetur Palatiolum.

17 *Ac paullò pòſt:* Spiritum quoque prophetiæ diuinitus illi collatum non dubitamus, ita vt quæ ventura eſſent, plurimis innoteſceret. Profectò notum eſt, eum crebrò prædixiſſe ventura, quæ poſteà conſtant fuiſſe impleta: namque Reginæ relictæ Bathildi Cludouæi Regis, obitus triarcharum filiorum ac ſucceſſiones inſinuauit. E quibus Lotarius, qui maior erat natu quartumdecimum regni agens annum, conſortiis ſubitò caruit humanis. Deinde Hildebertus temerè ab inſidiatoribus interemptus, à præſenti ſublatus eſt vitâ. Tertius quoque Theodoricus ſuperſtes matris, regni ſuſcepit gubernacula. Sicque iuxta viri Dei prophetiam eueniſſe manifeſtum eſt. *Ex vita Reis.*

filius euentura ex ea intelligit.

§. IV. *S. Eligij de eâ & filiis prophetia. Funus illius ab eâ curatum. Splendor veſtium abdicatus.*

18 *Præclara ſunt quæ ad S. Bathildem pertinentia commemorat S. Audoënus in vitâ S. Eligij Epiſcopi Tornacenſis & Nouiomenſis:* Sunt & alia multa, *inquit*, quæ familiariter loquens ſæpè prophetando prædixit: ſicut & de morte quondam Gariberti Regis, quam ſicut prænuntiauit, ita poſt paullulum euenit, & de morte Dagoberti inclyti Principis, necnon & de natiuitate Clotarij iunioris. Nam cùm adhuc in vtero eſſet inditus, & Regina magnoperè ob id pauitaret, verens ne feminam ederet, & ob hoc regnum ſuccumberet; veniens ad eam Eligius, alacriter eam recreauit, atque coram omnibus puerperam vocitans, partum eius maſculum prænuntiauit futurum: ſuumque filium ex myſterio regenerationis ſuæ fore prædixit. Nomen etiam puero adhuc in aluo impoſuit: & ad hæc etiam certiùs tenenda quoddam opificium quod paruulo poſſet aptari, fieri rogauit, atque ad vſus eius vſque dum naſceretur, cuſtodiri iuſſit. Hæc autem omnia, ſicut prædixit, ita demum rerum euentus probauit. Nam & Regina filium protulit, & Eligius eum filiolum habuit, ac nomen Clotharius, quod dudum indiderat, vocitauit.

S. Eligius prædicit S. Bathildi naſciturũ filium;

19 Poſt hunc multiplicauit quoque Deus ſobolem eius, & genuit adhuc filios duos: ſed cùm tres iam procreati eſſent paruuli, & Rex ac Regina pacificè grateque conſiſterent, talem relationem à diebus illis Eligius prædixit. Aſpiciebam, inquit, in viſione nocturnâ, ceu ſolem circa tertiam diei horam properantem clareque prælucentem, ſubitò nuſquam comparuiſſe. Cumque adhuc informe prodigium ſolerter intenderem, conſpexi illicò & ecce eum quaſi media oborta luna, tribus circumquaque vallata ſtellis, eum tenere tramitem viſebatur, quo ſol recurrens quotidie vertitur. Itaque cùm & hoc portentum attonitus expectarem, mox inter mirantis obtutum ſtellis permanentibus, luna fortuitò exempta eſt. Poſt hæc verò cùm enixiùs tres illas conſiderarem ſtellas ad horam penè meridianam accedere; ac viciſſim ſuis radiis ſeſe repercutere, ea quæ eximior videbatur ex improuiſo ſublata duas tantùm reliquit in propatulo. Deinde cùm ſimul duæ illæ comitari viderentur, dicto citiùs vna earum obſcurata atque ſubtracta, vna tantummodò remanſit in palàm: quæ ſola recto tramite ſolis curſum imitans, magno demum fulgore rutilabat; quantoque amplius ad Occidentem declinabat, tantò vberiùs claritas eius latè propagabatur. At vbi ad vltimum occidui locum peruenit, tantam claritatem ſuarum lampadarum profudit, vt potiſſimam ſolis claritatem ſuperare videretur.

in viſione cernit quæ eidem & filiis erant euentura.

20 Hic eſt itaque ordo viſionis: Poſt mortem Clodouei Regis, nam abſque dubio citò defungetur, aliquanto tempore hoc obtinebit regnum Francorum relicta eius Regina cum tribus paruulis. Poſtquàm verò & ipſa regno fuerit exempta, tribus filiis in regno relictis, vnus demum ex ipſis cadet: & poſt hoc haud longo ſpatio, ex duobus quoque regno vnus priuabitur: tertius verò ſolus monarchiam regni indeptus dilatabitur ſuper omnes affines ſuos, atque magnificabitur, & obtinebit ſub ditione ſuâ tria hæc regna; & ſic viſio hæc conſummabitur. Hucuſque Eligius. Sed nos minimè

eadẽ prædicit;

EX VARIIS. diffidere conuenit, quin verba eius consequantur effectum; præsertim cùm hæc iam aliquâ ex parte completa cernamus: cetera verò, quæ nondum impleta sunt, ex consideratione præcedentium impleri è proximo non dubitamus. Nam secundùm eius sententiam & Rex Clodoueus infra paucum tempus, hoc est, anticipans triginta dies, in pace obiit, & eius demum relicta Regina cum paruulis paucis annis regnum obtinens, postmodùm iure regio exempta, filios in principatum reliquit. Ac non post multos annos maior natu ex ipsis, qui potissimùm ius tenere videbatur, dum quietè tranquilleque regnaret, diem obiens, duos superstites fratres reliquit. De ipsis iam quid agatur solius Dei iudicio diffiniri conuenit. Hæc igitur & alia complura his similia, quæ prosequi longum est, plerumque Eligius prophetiæ gratiâ afflatus prænuntiauit: *Ex his clarè patet, quòd & ab aliis traditur, atque in vitâ quòque, S. Bathildem viuente adhuc Clotario in monasterium Calense secessisse: vnde refellas, quod Binettus scribit, eam post duorum filiorum mortem, regnante iam Theodorico petiisse secedendi facultatem, nec statim impetrasse. Si Remp. gubernasset etiam cum Theodorico & Hilderico, vel impedisset quæ facta sunt flagitia, vel esset ipsa rerum turbine oppressa.*

quæ & euenêre.

21 *Demum narratâ eiusdem sancti Antistitis Eligij morte, de Bathildis erga eum pietate ista subdit S. Audoenus*: Facto autem manè conuenit ingens in oppidum vtriusque sexus multitudo. Affuit etiam & Regina Bathildis cum filiis & Optimatibus & exercitu copioso; quæ velociter oppidum ingressa, celerique cursu funeri accurrens, ingenti voce in fletum prorumpit, plorans atque eiulans quòd eum vinum minimè reperisset. Cumque diutissimè feretro incumbens lamenta geminaret, rogat interim præparari quemadmodùm corpus beati viri ad Calam monasterium suum transferret. Sed cùm voluisset eum leuare, & non præualuisset ex loco mouere, tristis admodùm effecta, indixit Ecclesiæ triduanum ieiunium celebrare cum silentio. Quod cùm fieret, ipsâ quoque cum Optimatibus suis pariterque cum Clero inhianter persistente, indesinenter per illud triduum excubiæ celebratæ sunt.

S. Bathildis vult S Eligij corpus Calam transferre;

fit immobile:

22 Dum hæc igitur agerentur, ipsa venerabilis Regina nimis intolerabiliter lugens, nullo genere à fletu cohibere se poterat. Denique cùm ex nimio dolore absentiam sancti viri ferre non posset, tandem vt desiderio suo satisfaceret, reuelatâ eius facie in lugubre osculum ruens, cœpit manus pectusque lambere, ac genas copioso lacrymarum imbre profundere: & ecce repentè, dum sacrum corpus exosculans palparet, miraculum non silendum illicò contigit. Nam cùm esset hiemale tempus, & corpus iamdudum mortuum totum decumberet gelidum; fortuitu vnda sanguinis ex naribus iacentis profluens cœpit vbertim genas Sancti rigare. Quod videlicet conspicientes Episcopi & Regina Christianissima, confestim suppositis hinc inde linteis, summâ cum diligentiâ, quousque sponte decurreret, sanguinem collegerunt, ac pro magno munere seruandum deinceps in pignoribus segregarunt.

dum lacrymans id osculatur.

profluit ex eo copiosus sanguis:

23 Interea vt prædictum est, ieiunio expleto, satagebat omnimodis Regina, vt quoquo modo corpus sancti viri in Calam monasterium suum transferret. E contra alia pars conabatur eum Parisius ciuitatem deferre: vtrisque tamen obsistebant ciues Nouiomagenses, iustissimam sibi hæreditatem membra sui Antistitis vindicantes. Hoc ergo modo orta erat inter eos altercatio, piâ vicissim deuotione pro sanctâ rapinâ decertantes, quinam iustiùs eius mererentur reliquias ac sepulturam possidere. Sed cùm Episcopi, & præstantiores quique qui aderant, partibus Reginæ fauerent, atque ad eius monasterium eum deferendum decernerent; orta est ingens vociferatio & tumultus magnus ab vniuersâ plebe Nouiomagensi. Tunc Regina consilio prudenti vtens, & iudicio Dei omnipotentis causam committens, ait: Seponantur iam ambages verborum, & si est Domini voluntas aut Sancti huius, vt illuc eat quò ego cupio, sine vllâ iam dilatione leuetur: sin verò aliàs, modò probabimus. Post hæc verba cùm accessissent ad feretrum, & tentarent eum leuare, tanto pondere depressum senserunt, vt ne mouere quidem à loco illum possent. Deinde alij atque alij vicissim sibi succedentes nihil vspiam prævalere potuerunt. Postremò omnium Regina accedens, ipsaque per se probare volens, vlnis exsertis ac rebrachiatis cœpit pulsare vtrùm vel vnum feretri cornu valeret mouere. Cumque totis viribus inhianter nitens pugnaret, & quasi montem immanem pulsaret, nihil prorsus proficere potuit.

post tridui ieiunium adhuc manet immobile:

24 Tunc ergo conuersa ad Optimates, ait: Ecce iam liquidè cognoscimus, non esse voluntatis eius, vt eum alicubi feramus: concedamus igitur huic plebi vel inuiti, quod hactenus noluimus voluntarij. Placuit autem consilium cunctis, & decreuerunt vno ore omnes in eodem oppido eum sepelire. Itaque post hanc definitionem cùm rursus feretrum leuare tentarent, tantâ mox celeritate leuigatum subleuatumque est, vt facilè iam à duobus portaretur, qui ante horam nec à plurimis mouebatur. Quod miraculum cuncti ciues cum Reginâ cernentes, gloriam Domini magnificabant, dicentes: Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus virtutum, & mirabilis es Deus in Sanctis tuis. Deinde cùm iam deferretur corpus ad sepulcrum, tota penè ciuitas ruit in obsequio funeris cum luctu. Nam & Regina deuota, cùm esset hyemis tempore palus immensa, nullatenùs suaderi potuit, vt vehiculo veheretur equi; sed pedestri & graui labore sequens feretrum per paludem, lamenta continua cum omni sociabat familia.

addicitur ab eâ Nouiomensibus & facilè mouetur:

Bathildis funus prosequitur.

25 Illud etiam annectendum credidi, quòd nuperrimè post obitum suum vir beatus in visione noctis cuidam personæ, in aulâ Regis habitanti, apparuit: cui in habitu præfulgido assistens, præcepit, vt sine aliquo cunctamine adiens Reginam Bathildem commonere eam deberet, quòd insignia auri gemmarumque ornamenta, quæ adhuc in cultu habebat, ob Christi iam reuerentiam deponere non grauaretur. Quod cùm is, cui iussum erat, silendo præteriisset, apparuit nihilominùs & nocte secundâ, atque eadem quæ pridie seriò commonuit. Sed cùm nec tunc quidem præsumpsisset ex visione Reginæ quicquam intimare; tertiâ nihilominùs nocte cum magnâ apparens comminatione, eadem, quæ priùs mandauerat, ingeminando subiunxit. Cumque nec sic quicquam Reginæ auderet indicare, immissâ subitò febre corpori cœpit vehementer angi. Quem cùm Regina ægrotantem visitaret, causas ægritudinis scisciari studuit. Tunc æger opportunitate inuentâ, secreta cordis detexit, mandataque Reginæ indicauit, atque omnem ei tenorem visionis exposuit.

S Eligius per quemdam tertiò in visione admonitum,

denuntiat Bathildi, vt vana ornamenta deponat:

26 Nec mora: & post rerum narrationem discedente extemplò febre conualuit, sanitatem pristinam recepit; Regina verò non ambigua de Confessoris admonitione, omnia à se confestim ornamenta reiecit, nec, præter brachiles aureos, super se quicquam ornamentorum reseruauit; omnia in eleemosynis dispertiens, comptiora quæque in crucis opere aptans, quam nimirùm eleganter perficiens, ad caput S. Eligij stabiliri præcepit. Iussit præterea & crepam ex auro atque argento mirificè fabricari, quam super Confessoris membra deponere deberet. In quo opere copiosam molem auri & argenti ipsa præbuit, dicens: Hic beatissimus multorum Sanctorum fabricauit sepulcra, & ego, vt dignum est, si quiuero, fabricabo ei memoriam. Factumque est ita. Et cùm stabilita in locum tumuli fuisset, tanta deinceps copia auri vel gemmarum in fibulis ac diuersis speciebus à potentibus eodem in loco collata est, vt eam sermo narrantis vix sufficiat exponere. *Hæc ibi. Quid hic* crepa *sit, nondum eruimus. Binettus capsam interpretatur ad condendum sancti Antistitis corpus. Alibi* crepa, *capra siluestris dicitur; quæ notio huc non facit.*

paret illi, eiusq; tumulum ornat:

27 *Hac ergo occasione factum videtur, vt cingulum suum* (*quod*

etiam cingulum dat in eleemosynam.

(*quod in priore vitâ nu.8. in secundâ nu.10. narratur*) *in eleemosynam religiosis viris mitteret. Binettus in vitâ Gallicâ cap.4. scribit, querente ærarij Præfecto exhauriri ab eâ piis eiusmodi largitionibus regios thesauros, ipsam, cùm aliud non haberet, cingulum donasse in eleemosynam.*

§. V. *Cædes S. Annemundi, siue Delfini, an per Bathildem curata.*

Cædes S. Delfini Bathildi imputata à Malmesburiensi;

28 IN fame *apud* VVillielmum *Malmesburiensem lib.3. de gestis Pontificum Angl.* S. Bathildis *nomini aspersum est probrum. Nam de S.* VVilfrido, *qui pòst Eboracensis Episcopus fuit, colitur 12. Octobris, ita scribit:* Cùm plurimùm in Vrbe moratus esset, Lugdunum ad Dalfinum Archiepiscopum remeauit. Qui cùm eum nihilò segniore indulgentiâ excepisset, hoc confœderati sunt placito: peregrinus adoptatus in filium & Clericus factus; Archiepiscopus electus in patrem, qui sedulitate beneuolâ omnem memoriam reditus in patriam ab animo VVilfridi deleuerat. Sed inuidit diabolus VVilfrido Galliam, Dalfino longiorem vitam; Bathildi Reginæ furias infernales immittens, vt eum post nouem, quos trucidârat Episcopos, accumularet in decimum. Mandauerat per satellites illi vt veniret: fortior ille malis, quamuis eum non lateret muliebris nequitia, venire properauit. Quem cùm continuò carnifices gladiis excepissent, adolescens Anglus mirabili constantiâ propè in ipsos enses immergens, consortium paternæ necis sitiebat. Sed licet iam exspoliatus, iam protenso iugulo, miseratione laniſtarum Angliæ suæ reseruatus est.

Brunechildi à Bedâ,

29 *Idem Episcopi martyrium commemorat Beda lib. 5. hist. Eccl. gentis Angl. cap.20.* Et cùm menses aliquot, *inquit*, ibi studiis occupatus felicibus exegisset, rediit ad Dalfinum in Galliam, & tres annos apud ipsum commoratus, attonsus est ab eo, & in tanto habitus amore, vt hæredem sibi illum facere cogitaret. Sed ne hoc fieri posset, Antistes crudeli morte præreptus est, & VVilfridus ad suæ potiùs, hoc est, Anglorum gentis Episcopatum reseruatus. Nam Brunechilda Regina missis militibus Episcopum iussit interfici: quem ad locum quidem, quo decollandus erat, secutus est VVilfridus Clericus illius, desiderans cum eo (tametsi ipso multùm prohibente) pariter occumbere. Sed hunc vbi peregrinum, atque oriundum de natione Anglorum, cognouêre carnifices, pepercêre illi, neque eum trucidare cum suo voluêre Pontifice. At ille Britanniam veniens, coniunctus est amicitiis Alfridi Regis. *hæc ibi.*

& aliis, qui seniorem eum faciunt,

30 *Hinc occasio præbita nonnullis scriptoribus est*, Dalfinum *Martyrem Lugdunensem Episcopum, ab Annemundo diuersum, statuendi, à Brunechilde Sigeberti viduâ, cum Childeberti filij liberis Theodoberto & Theodorico tyrannidem exercente, trucidatum. Ita Baronius to.8. ad an.614. nu.4.* Aliud etiam nefandum sacrilegium his additum est ab impiâ feminâ: etenim virum sanctissimum necandum iussit Delphinum Episcopum Lugdunensem, vt Beda testatur *&c. recitat quæ modò retulimus Bedæ verba. Baronium alij sequuntur: Iacobus Seuertius in Chronologiâ Episcoporum Lugdunensium*; Dalfinus, *inquit*, prætermittitur quidem à solitario Campegio & in tabulis Democharis. Verùm insignitur Præsul ac Episcopus Lugdunensis apud primæuum Venerabilem Bedam in historiâ gentis Anglorum, tomo 3. suorum operum, qui testatur eum sibi perfamiliarem habuisse pium VVilfridum Antistitem Anglicanum *&c. Ioannes Chenu:* Dalfinus familiaris fuit Venerabili Bedæ, apud quem Româ rediens Lugduni per tres annos commoratus est, donec violenter occisus fuerit iussu Brunichildis Reginæ anno salutis 614. secundùm Baronium *&c.*

31 *Theophilus Raynaudus noster in Indiculo SS. Lugdunensium:* S. Dalfinus Episcopus Lugdunensis & Martyr, nobilissimâ stirpe & opulentâ, vt intelligitur ex illis quæ de eo habet Beda. Eius martyrium à Cardinali Baronio ex rerum Gallicanarum scriptoribus agnoscitur & statuitur anno Christi 512. attingiturque à Bedâ proximè laudato. Affirmat enim S. Dalfinum ab impiæ Brunichildæ emissariis interfectum, eadem, vt reor, ex causâ, ex quâ paullò antè eiusdem Reginæ operâ cæsus in Lugdunensi agro fuerat S. Desiderius Viennensis Episcopus, de quo mox; quem idcircò cæsum constat, quòd loqueretur de diuinis testimoniis in conspectu Regum & non confunderetur. *& paucis de S. VVilfrido interiectis,* Suspicio apud aliques fuit, *inquit*, S. Dalfinum non alium esse quàm S. Enemundum, quòd S. Enemundi actorum scriptor præfetur, se Enemundi siue Dalfini gesta scripturum. Verùm capedo temporis quæ inter vtriusque mortem intercessit, & Principes sub quibus passi memorantur, modus item & locus passionis, adeò vtrobique distinguuntur, vt nullo modo possint Enemundus & Dalfinus, de quo agimus, in vnum conflari. Esto Sanctus quoque Enemundus agnominatus sit Dalfinus, vt illa acta significant: fortè ex eo quòd simili ex causâ passus sit, ex quâ antecessor eius Dalfinus. Ceterùm Dalfinus eamdem cum S. Desiderio aleam, Brunichildis Reginæ tempore & iussu subiit, Lugduni capite plexus, sub annum vt aiebam 612. At S. Enemundus regnante Clodouæo II. annis circiter quinquaginta post Brunichildis obitum, sub annum Christi 667. confossus est Cabilone. Itaque omnino cogimur, distinctum à S. Enemundo Sanctum hunc Dalfinum agnoscere.

Ex RIISI.

& omninò à S. Anemundo diuersum.

sed fallitur in re-pore,

32 *At si totum illud Bedæ caput accuratè legissent viri illi eruditissimi, facilè intellexissent mendum esse in vulgatis Bedæ exemplaribus, in quibus* Brunichildæ *nomen pro* Baldechildæ *scriptum à sciolo quopiam librario, qui cùm piorum Antistitum eadem alienam à benignissimis Bathildæ moribus sciret*, Brunichildæ *potiùs eam tribuit, nominis etiam fortassis affinitate deceptus, aut litterarum, quibus nomen expressum erat, contractione. Verùm testatur isthic Beda S. VVilfridum ab Ercomberto Cantij Rege cum S. Benedicto Biscopio Romam missum; postquàm rediit* iunctum esse amicitiis Aldfridi Regis, filij Oswij; *posteà Episcopum consecratum ab* Agilberto *iam Parisiensi Episcopo cùm esset annorum 30. exegisse in episcopatu annos 45. obiisse eo anno quo Coenredus Rex Merciorum, & Offa filius Sigheri Regis Orientalium Saxonum, è Britanniâ discessêre, Romam versùs*, pontificatum habente Constantino, *qui anno 708. 7. Martij Sisinnio successit. Florentius VVigornensis anno Christi 709. contigisse VVilfridi mortem scribit; vnde sequitur anno 664. consecratum, anno 634. natum, à Brunechildis nece vigesimoprimo. De tempore primæ peregrinationis VVilfridi in Vrbem egimus suprà XII. Ianuarij ad Vitam S. Benedicti Biscopij, pleniusque agemus de totâ eius ætate XII. Octobris.*

& alii.

33 *Atque hic illud omittimus, portentosum memoriæ vel calami lapsum esse apud Ioannem Chenu, qui cùm* S. Dalfinum *velit sub Brunechilde occisum, scribit tamen familiarem fuisse Venerabili Bedæ: cùm Beda anno Christi 681. ætatis suæ septimo S. Benedicto Biscopio in disciplinam traditus sit. Fallitur quoque, etsi leuiùs, Raynaudus, dum Baronium ait ex rerum Gallicanarum scriptoribus asserere S. Dalfini martyrium, cùm Baronius vnicum citet Bedam, nec anno 612. sed 614. nec modus locusque passionis Dalfini & Annemundi, vt ait, discrepant; non enim Lugduni occisum Delfinum Beda scribit. Nec denique* regnante Clodoueo II. *occisus est S. Anemundus, sed filio eius Clotario cum matre.*

Idem Dalfinus & Anemundus:

34 *Agemus de* S. Anemundo, *siue* Enemundo, *qui Gallis* S. Chaumont *dicitur, 28. Septembris. Non vidimus quidem hactenus eius Acta, verùm ex iis quæ auctores iam refutati de eo scribunt, omnino licet colligere eumdem esse, quem Beda & duo Malmesburienses* Dalfinum *vocant. Et testatur Seuertius ita in illis actis legi:* Igitur Dalfini seu B. Annemundi Martyris vitam exponam. *Eius vitæ hoc dat compendium idem Seuertius:* S. Annemundus filius Sigonij Dynastæ Romani, creati Lugdunensium Præfecti amicâ optione Clodouei II. Francorum Regis, patrinus fuit Clotarij III. eius primogeniti, & horum Regum dilectissimus semperque à secretis Consiliarius: ob quam Regis gratiam, ac singularem Præsulis virtutem, Ebroinus Pala-

eius cædem.

Ex variis. tij Magiſter, inuidiâ perperàm concitus, eum apud Clotarium Reginamque matrem Bathildem fraude atque mendaciis accuſauit læſæ maieſtatis: tandemque ita obtinuit, vt miſſi ſuâ arte ſatellites, Antiſtitem Lugduno, quò è curiâ relegatus fuerat, ad Principis conſpectum perducentes deuinctum, perfidè antequàm eò appuliſſet necarunt, verentes legitimam accuſationis ipſius purgationem, & in gratiam regreſſum. *Eadem ferè de S. Anemundo alij memorant.*

ab Ebroino curata, 35 *Quid ergo? Sanctiſſimam Reginam Bathildam tanti ſacrilegij ream agemus? Eam apud exteras gentes famam fuiſſe, ex Bedâ licet colligere. atque ita indubiè & præſetulêre ſicarij, & credi in Galliâ voluit Ebroinus, quo ſuam alieni nominis obtentu crudelitatem excuſaret. Acerbiùs tamen ſcripſit Malmeſburienſis, qui 500. annis pòſt vixit, quàm vt potuerit non in no-*
non poſt ſeceſſum S. Bathildis; *mine aut perſonâ Bathildis errare. Sauſaius, qui rectè animaduertit vnũ eumdemq; eſſe* Annemundum & Dalfinum, *exiſtimat eum interfectum eſſe poſtquàm* S. Bathildis *iam erat cœnobio incluſa. Guilielmus Paradinus hiſtoriæ Lugdunenſis lib. 2. cap. 16. ſcribit apud Reginam Bathildem ab impio Ebroino accuſatum Anemundum, euſq; fratrem prouinciæ Lugdunenſi præfectum, quaſi aliquid aduerſùs regni incolumitatem machinarentur; eamq; nimiùm credulam, filio Clotario, vix principiò fidem habenti, idem perſuaſiſſe: atque hoc annuente vt mater quod vellet de eis ſtatueret, relegatum ad ſuam Eccleſiam Anemundum, fratrem ſecuri percuſſum: mox ipſum Antiſtitem Lugduno abductum captiuum, & cùm iure tueri ſe innocentiam ſuam*
ſed eâ circumuentâ, *velle diceret, indictâ cauſâ trucidatum, inſtigante præcipuè Ebroino, vt erat impatiens conſortis in ſummæ præfecturæ adminiſtratione. Ita Paradinus, qui cùm deinde inter eos, quos perſecutus eſt Ebroinus,* S. Lambertum *recenſet, non benè Vltraiectenſem vocat, qui Traiecti ad Moſam Antiſtes fuit, cùm Vltraiectum necdum Epiſcopos haberet.*

36 *Raynaudus negat interueniſſe ad hanc eadem perpetrandam S. Bathildis auctoritatem:* Clodouæo, *inquit*, poſt annos aliquot vitâ functo, vir ſanctus artibus Ebroini Germani, Maioris regiæ Domus, hominis crudeliſſimi & vaferrimi, erga ſacros autem homines peſſimè affecti; in ſuſpicionem vnà cum fratre vocatus eſt apud Clotarium, at etiam, vt Paradinus de ſuo addidit, apud S. Bathildem Regis matrem. Quod ſanctæ Reginæ probrum omnino reiicio. Non quòd priuſquàm in regiæ Domus Magiſtrum promoueretur Ebroinus, ſancta femina illicò à cõiugis Chlodouæi morte, pertæſa ſeculi in monaſterium Calenſe ſeceſſerit, vt diuinat Rubiſius; hæſiſſe enim aliquamdiu in Palatio, & regni negotia cum Ebroino tractaſſe, habetur apertè in eius actis, quæ in Surij appendice extant: ſed quòd inſciâ planè S. Bathilde, vir ſanctus calũniis oneratus ſit apud Clotarium, multoque magis eadem Bathilde nullatenùs conſciâ ſit vitâ
vel potiùs ignarâ. multatus. Id enim ſancta Regina tantum abeſt vt mandârit, vel fieri conſenſerit circa optimum Præſulem, vt potiùs inſtitura omnino videretur, ne inultum abiret ſi reſciuiſſet, vel eâ regiorum conſiliorum participe ac negotiorum adminiſtrâ tractatum eſſet. Quandoquidem vt Segebrandi, impij ceteroqui, eoque gradu indigni Epiſcopi cædes inulta abiret, Regij miniſtri curatâ ſeceſſionis per ſanctam Reginam toties expetitæ, ac tunc tandem conceſſæ, facultate perfecerunt.

37 *Omnino aſſentimur viri doctiſſimi ſententiæ de innocentiâ Bathildis: exiſtimamus tamen eius allegatam auctoritatem, cùm iniectæ Epiſcopo ſunt manus, tum ne quis eum auderet defendere, tum vt in eam inuidia facti redundaret; quò faciliùs poſſet eius poſteà labefactari quoque auctoritas, quam ſuis conſiliis aduerſaturam ſentiebat Ebroinus. At quòd Sigebrandum* impium *vocat Raynaudus, non ſuffragamur. Nemo peior pronuntiari debet, quàm probetur eſſe. Auctor vitæ S. Bathildis, ſo-*
Fortè Sigobrãdus idem eſt qui Delfinus, & Anemundus. *lùm ſuperbiæ crimine eum arguit;* Niſi commotio illa fuiſſet, *inquit*, per miſerum Sigoberrandum Epiſcopum, cuius ſuperbia inter Francos meruit mortis ruinam. *Quòd miſerum ſolùm appellat, ſcribens tamen, vt veriſimile eſt, viuente adhuc Ebroino, & ſolam ſuperbiam mortis cauſſam præbuiſſe ait, ſatis indicat non aliis infamem fuiſſe ſceleribus; & mortis auctorem Ebroinum extitiſſe, eumdemq; Bathildi ſeceſſum ſuaſiſſe, ne vlciſceretur: planè vt ſuſpicemur etiam innocentem fuiſſe Sigebrandum illum: quod etiam Binettus cap. 6. innuit, ſcribens fuiſſe Antiſtitem Sigebrandum, ob ſuperbiam Francis inuiſum; ſiue verum id crimen fuit, ſiue fictum; expoſitum ſaltem eum fuiſſe publicæ inuidiæ. Quid ſi* Sigebrandus *ille* Anemundus *fuit? Is ſanè Sigonis filius fuit, quò alludere videtur* Sigebrandi *nomen. Et fortè cùm ſecularibus ſtudiis vacaret,* Sigebrandus *dictus, pòſt* Anemundus. *Quid quòd* inter Francos *ſuperbiâ elatus dicitur? quaſi ipſe non fuerit Francus: & erat Anemundus Romanus. Sed de hoc pleniùs 28. Septembru. Nicolaus Harpsfeldius hiſt. Anglic. ſeculo 7. cap. 29. conſultò cædis S. Delfini auctores reticet:* Cùm eo tempore, *inquit*, turbatâ rep. quorumdam tyrannide, Dalfinus ad ſupplicium mortemque raptus eſſet *&c.*

§. VI. De S. Radegunde Virgine.

38 *Seiungi hîc ab almâ matre* Bathilde Radegundis *Virgo non debuit, cui tot eſt nexibus obſtricta: ab ea de ſacro fonte ſuſcepta, ad pietatem erudita, in cælum velut brachiis illata, eodem condita poſt mortem loco, eadem in arâ nunc expoſita populorum veneration. Singula hæc breuiter explananda.* *S. Radegundis Virgo*

39 *Auctor prioris vitæ cap. 4. num. 14. ita ſcribit:* Et erat aliqua tunc infantula, ſua filiola, quam præcepit vt ſecum iret; quæ & ipſa ſubitò de corpore exiit, & eam ad tumulum præceſſit. *Clariùs in poſteriore Vitâ num. 18.* Habebat præterea ipſa Domina Bathildis quamdam infantulam, quam ex fonte ſacri baptiſmatis ſuſceperat: ſupra quam apud miſericordiam Altiſſimi fudit preces, quatenùs eamdem ipſe ante ſe reciperet, ipſaque eam infantulam tumulari cerneret. Quod & celeriter obtinuit. Nam eadem horâ anima infantulæ exiit, &, vt B. Bathildis poſtulauerat, ad tumulum præceſſit. *Pronuntiare de eâ cum Sapiente licet: Placens Deo facta eſt dilecta, rapta eſt ne malitia* Sap. 4. *mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſuertit ſenſum ſine malitiâ. Conſummata in breui expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius; propter hoc properauit educere illam de medio iniquitatum.* *à S. Bathilde ſuſcepta,* *eum eâ moritur.*

40 *Mirum eſt eius non inſcriptum in Martyrologio Gallicano nomen; cùm teſtetur Stephanus Binettus noſter, eius in altari monaſterij Kalenſis cum aliis Diuorum pignoribus religioſè aſſeruari reliquias. Tradit enim capita S. Eligij Sanctæq; Bathildis opulento ornatu decorata iſthic extare, ac ſupra aram in ſingulis capſis incluſa corpora SS. Bathildis Reginæ, Bertiliæ primæ Abbatiſſæ, atque innocentis virgunculæ à S. Bathilde ſuſceptæ, aliorumq; Diuorũ exuuias. Hanc fortaſſis ſignificare voluerunt Carthuſiani in addit. ad Vſuard. atque auctor Martyrologij Colonienſis his verbis:* In territorio Pariſiacenſi monaſterio Cale, Paulæ Virginis. *Itaq;* Paulam *vocitarunt, cuius ignorabant nomen; niſi illa de Paulâ viduâ, vt ſuprà diximus, accipienda ſint, quæ* Virgo *dicitur, quia virginibus præfecta; & iuncta eius nomini eſt pars elogij S. Bathildis.* *Eius publica veneratio,*

41 *Nomen illius Virginis* Binettus *non prodidit. Expreſſit illud Benedictus Dorganius inferiùs citandus, & auctor Tranſlationis S. Bathildis his verbis:* Pontifice præterea vrbis Pariſiacæ ad propria remeante, cum lætitiâ & exultatione contulit ſecum venerabilis Abbatiſſa, ne vacuus relinqueretur locus, vbi ſanctum Baltechildis poſitum fuerat corpus. Diuinâ verò gratiâ adminiſtrante conſilium, duxit *nomen,* dignum, vt quia mater exinde ſublata fuerat, filia eius, quæ ſeptimo ætatis ſuæ anno, nomine Radegondis, ab hoc ſeculo migrauerat, collocari deberet. Pro hac ſiquidẽ, ſicut in eius vitâ ſanctâ reperimus, ante horam o- *tranſlatio.* bitus ſui Deum poſtulauit, vt eam in morte præcederet. Præuidebat enim in ſpiritu mala mundi, & ideò orabat, ne retibus illius illaquearetur; ſed ſicut animam in tantillo corpuſculo donauerat mundam, ita abſque labe peccati reciperet puram, ac inter agmina ſanctarum Virginum collocaret ſine fine manſuram.

VITA

VITA

Auctore coætaneo anonymo,

ex veteri MS. S. Mariæ de Ripatorio.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 MIhi quidem, vt imperatum eſt, dilectiſſimi Fratres, ad tam ſubtile piumque opus peragendum, præſule Chriſto, etſi imperitia denegat vires, delicatæ hiſtoriæ ſcholaſticorumque verborum ordinem proferendi; ſed validiùs nobis imperat pleniſſimæ caritatis affectus, vt veritas pateat & iactantia non
Matth. 21. inflet. Nouimus enim Dominum Ieſum Chriſtum in ficulneâ magis fructum requiſiſſe quàm folia. Et ideò veritatis fructum ſuper lucernæ candelabrum, ad ædificationem multorumque profectum, perpatefacere & non
Finis huius ſcriptionis. occultare decreuimus, minùs licet periti ſcholaſtica, ſed magis ſtudere volumus patere ædificationi plurimorum, qui velut apes prudentes dulce requirunt ex floribus nectar, id eſt, ex verbis ſimplicibus augmentum, quod magis ædificet audientem, quàm inflet: vt imitari cupientibus compendium pietatis apertè oſtendat. Hîc ergo non tam detractoribus, ſed potiùs fidelibus quam potuimus veritatem oſtendimus.

CAPVT I.

Bathildis ſancti mores. regium coniugium.

2 BEnedictus Dominus, qui vult omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire, qui & operatur omnia in omnibus, velle & perficere. Et ideò meritò ipſius laus canenda eſt; priùs in Sanctorum meritis ſiue virtutibus, qui de paruis efficit magnos, imò qui de ſtercore eleuat pauperem, & eum conſedere facit cum Principibus populi ſui: ſicut & præſentem venerabilem magnique meriti feminam Domnam Baltidem Reginam. Quam de partibus *a* tranſmarinis diuina prouidentia aduocans; & vili pretio venumdata, huc aduenit ipſa pretioſa & optima Dei margarita: receptaque eſt à Principe Francorum, viroque illuſtri *b* Archinoaldo quondam, in cuius miniſterio ipſa adoleſcens honeſtiſſimè conuerſata eſt: ita vt pia eius conuerſatio & admirabilis complaceret tam Principi quàm & omnibus eius miniſtris. Erat enim benigna animo, & moribus omnibus ſobria, prudens & cauta, nulli machinans malum, non leuis in eloquio, non præſumptuoſa in verbo; ſed in cunctis actibus ſuis honeſtiſſima. Et cùm eſſet ex genere Saxonum, formâ corporis gratâ ac ſubtiliſſimâ, & aſpectu decora, vultu hilaris, & inceſſu grauis; & cùm talis eſſet fuit omnino grata Principi, & inuenit gratiam in oculis eius. Quam inſtituit vt ſibi in cubiculo pocula porrigeret, & vt pincerna honeſtiſſima ſæpius præſens adſtaret in miniſterio eius. De cuius dignitatis gratiâ nullam habuit extollentiam: ſed potiùs in humilitate fundata omnibus erat ſuis conſodalibus obediens atque amabilis, honore congruo miniſtrans ſenioribus, ita vt de earum pedibus calceamenta detraheret, & ipſa detergeret ac dilueret, aquam quoque ad lauandum afferret, & veſtimenta earum feſtinanter pararet. Et hoc abſque murmurio, bono & pio animo exercebat eis miniſterium.

a S. Bathildis venditur in Galliâ:

b ſeruit Archinoaldo,

optimis moribus prædita,

formâ elegans:

ſit eius pincerna:

omnibus humiliter obſequitur:

3 Ex quâ eius nobili conuerſatione, maxima ei inter ſocias laus atque amor adoleuit. Et intantùm felicem famam promeruit, vt matronâ ſupradicti Principis Archinoaldi defunctâ, ei complacuiſſet, vt denuò ſibi Baltidem honeſtiſſimam virginem in thoro matronali ſociaret. Quam rem ipſa comperta, latenter ſe & ſtudiosè ab eius ſubtraxit aſpectu. Et cùm iam vocaretur ad Principis cubiculum, *c* ſecretò ſe ipſo abſcondit in angulo, ſuperiectis ſibi vilibus panniculis, ita vt nemini pateret illic aliquem latere potuiſſe. Ipſa verò vt prudens & aſtuta virgo, iam tunc honores vanos fugiens, & humilitatem diligens, tentabat, vt poterat, humanum deuitare thorum, vt mereretur ad ſpiritualem cæleſtemque peruenire ſponſum. Sed & illud proculdubio diuinâ peragebatur prouidentiâ; vt ipſe Princeps ipſam tunc quæſitam minimè inueniret, & ſibi ad coniugium *d* aliam ſociaret. Et tunc ita demum Baltidis puella inuenta eſt; nutu Dei verè, vt quę Principis nuptias deuitauerat, poſteà *e* Chlodoueum Dagoberti quondam Regis filium, in coniugium acciperet: vt meritum humilitatis ad altiorem gradum eam attolleret. In quo gradu ipſam diuina diſpenſatio decreuerat honorare, vt dum miniſtrum Regis contemſerat, ad Regis copulam perueniret, atque ex ipſâ regalis ſoboles procederet. Quod nunc peractum eſt, ſicut omnibus patet, ipſâ eius *f* nunc regali regnante progenie.

fugit Principis nuptias:

c AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

d

e nubit Clodoueo II. Regi:

f

4 Sed & ipſa collatâ ſibi à Domino prudentiæ gratiâ, vigilanti ſtudio & Regi obtemperabat, vt domino, & Principibus ſe oſtendebat vt mater, Sacerdotibus vt filia, iuuenibus ſiue adoleſcentibus vt optima nutrix, eratque amabilis omnibus, diligens valdè Sacerdotes vt patres, & monachos vt fratres, pauperes vt pia nutrix, largaſque eleemoſynas diſtribuens ſingulis; Principum honorem conſeruans conſiliaque eorum congrua retinens, iuuenes ad religioſa ſtudia ſemper exhortans, Regi humiliter & aſſiduè pro Eccleſiis & pauperibus ſuggerens. Iam enim ſub ſeculari habitu Chriſto miniſtrare cupiens, frequentabat orationem, quotidie commendans ſe Chriſto Regi cæleſti. Quam ipſe Rex pius conſolans iuxta fidem & deuotionem eius, dedit ei adiutorium ſuum fidelem famulum Abbatem *g* Geneſium: per cuius manus miniſtrans ipſa Sacerdotibus & pauperibus, paſcebat egenos, & induebat veſtibus nudos, ſtudioſeque ſepelire ordinabat mortuos: dirigens per ipſum ad cœnobia virorum ac virginum auri vel argenti largiſſima munera. Qui ipſe Chriſti famulus Domnus Geneſius, poſteà Chriſto iubente Lugduno Galliæ ordinatus eſt Epiſcopus: tunc enim in palatio Francorum erat aſſiduus, per quem, vt diximus, ipſa Domna Baltidis vnà cum Regis Clodouei imperio, & ſuggerente ipſo Dei famulo, in cunctis pauperibus larga procedebat Regis eleemoſyna per loca multa.

fanctiſſimè viuit.

S. Geneſium ſibi eleemoſynarum adhibet.

g

a *Non Syria, ſed Anglia, vt antè dictum.*

b *De hoc illuſtri viro pluribus actum 16. Ian. ad vitam* S. Furſei.

c *Fabuloſum eſt quod habet Petrus de Natal.* Cùm autem vxor Hercanoaldi defuncta eſſet, & ille Bathyldem in coniugem aſſumere vellet, illaque nubere recuſaret; in deſpecto habitu occultè fugam arripuit, & aliquibus annis in eremo latitauit: proceſſu verò temporis reperta, & quæ eſſet agnita, à Rege Francorum Dagoberto vxore carente, ob elegantem eius pulchritudinem, in ſponſam deducta eſt.

d *Hæc* Leutſindis, *ſiue* Leutſinda *appellatur in hiſtoriâ miraculorum S. Furſei.*

e *Succeſſit* Dagoberto *patri, ſub initium anni* 644. *mortuo,* Clodouæus II.

f *Hinc patet, vitam Eani ſub Theodorico eiúſve filiis eſſe ſcriptam. In alterâ vitâ hæc paullò fuſiùs exponuntur.*

g *Sauſſaius,* 1. *Nouemb. obiiſſe* S. Geneſium *ſcribit, coli à Virginibus Kalenſibus* 4. *Nouemb. ab Eccleſiâ Lugdunenſi* 14. *April.*

CAPVT II.

Regni adminiſtratio. pia opera.

5 QVid plura? Deo iubente Rex Clodoueus vir eius migrauit à corpore; relictâque ſobole filiorum cum matre, ſuſcepit illicò poſt eum filius eius Clotharius quondam Francorum regnum. Tunc etenim præcellentibus Principibus, *a* Chrodoberto Epiſcopo Pariſiaco, & Domno *b* Audoëno, ſeu & Ebroino Maiore domus, cum reliquis ſenioribus vel ceteris quàm pluri-

Clodoueo mortuo, regit Bathildis cum filio Galliam:

a

b

AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

bus, & regno quidem Francorum in pace conſiſtenti. Tunc enim nuper & Auſtraſij pacifico ordine ordinante Domnâ Balthide, per conſilium quidem ſeniorum, receperunt *c* Childericum filium eius Regem Auſtri, Burgundiones verò & Franci facti ſunt vniti. Et credimus Deo gubernante iuxta Domnæ Baltidis magnam fidem, ipſa tria regna tunc inter ſe tenebant pacis concordiam.

c quietem Reip. procurat:

6 Factum eſt tunc per eam, nutu Dei, & exhortantibus bonis Sacerdotibus, vt hæreſis *d* Simoniaca, quæ prauo vſu maculabat tunc Dei Eccleſiam, ita vt dando præmia contra ordinem epiſcopatus acciperet, vt præfata Domna Baltidis hoc impium nefas prohiberet, vt nullum præmium pro percipiendis ſacris gradibus omnino intercurreret. Ordinauit etenim, imò per eam Dominus, vt & alia peſſima & impia ceſſaret conſuetudo, pro quâ plures homines ſobolem ſuam interire potiùs quàm nutrire ſtudebant, dum diuidebat actiones publicas quæ eis ex conſuetudine ingerebantur accipere, vt illis ex hoc grauiſſimum rerum ſuarum inferrent damnum. Prohibuit hoc ipſa Domna pro mercede ſuâ, vt hoc nullus facere præſumeret. Ex quo facto copioſam & valdè magnam mercedem expectat.

d Simoniam exterminat.

malas conſuetudines tollit:

7 Quis enim valeat dicere quanta & quàm magna commoda, per religioſorum cœnobia largiendo integra prædia, & ſiluas magnas ad cellulas, ſeu monaſteria conſtruenda conceſſit? Quod etiam & ipſa, velut proprias ſeu & peculiares Dei cauſſas, id eſt, Kala in *e* Pariſiaco Deo ſacratas puellas cœnobium magnum Virginum ædificauit. Vbi Dei famulam religioſam valdè puellam *f* Bertilam, in locum Matris eſſe primam conſtituit. In quo & ipſa venerabilis Domna Baltidis dein conuerſari ſub integrâ regulâ religionis & in pace requieſcere conſueuerat, & in veritate deuotâ id voluntate compleuit. Prætereundum non eſt, (quia ad laudem Dei pertinet quidquid in Sanctis & electis ſuis mirabiliter operatur, quia vt dicit Scriptura, mirabilis Deus in Sanctis ſuis; cuius Spiritus paraclitus operatur interiùs per bonã voluntatem, vt ſcriptũ eſt, Omni volenti bonũ, Deus cooperator eſt illi: ſicut & iſti magnæ feminæ conſtat veraciter fuiſſe. Vt enim præfati ſumus, neque noſtra, neque cuiuſlibet, vt arbitror, lingua quamuis erudita, enarrare eius omnia bona valet.) quantas conſolationes vel adiutoria ad caſas Dei vel eius pauperibus pro Chriſti amore, quantaſq́ue opportunitates & commoda ipſa largita eſt; qualeq́ue monaſterium, quod vocatur *g* Corbegia, in Ambianenſi parochiâ ſuo opere conſtruxit, vbi venerabilis vir Domnus *h* Teudofredus, nunc enim Epiſcopus, tunc verò Abbas, magno gregi Fratrum præfuit: quem de *i* Luxouio monaſterio præfata Domna Baltidis à reuerẽdiſſimo viro Domno *k* Galberto quondam Abbate expetiuit, & mirabiliter ad ipſum cœnobium Fratrum condirexit, qui nunc vſque & laudabiliter conſtat.

e

f Kalenſe cœnobium ædificat;

& Corbeienſe:

g

h

i

k

multa largitur monaſterijs:

8 Quid enim? Ad Gemeticum *l* Domno Fileberto viro religioſo & ſiluam magnam ex fiſco, vbi ipſum cœnobium Fratrum ſitum eſt, & multa munera, & paſtus de fiſco Dominico ad ipſum monaſterium conſtruendum conceſſit. Quantaq́ue verò Domno *m* Legeberto ad Curbionis monaſterium, & villam magnam vocabulo Nugaretum, & talenta multa argenti vel auri, etiam ipſum regale, quod ipſa cingebatur cingulum, de ſuprà ſacris lumbis ſuis deuotè abſtulit, & Fratribus in eleemoſynam ipſum direxit. Et hoc totum hilari vultu ac benigno diſpenſabat animo. Vt enim Scriptura dicit, hilarem datorem diligit Deus. Similiter ad *n* Fontenellam, *o* eulogia multa conceſſit & compendia. Quanta enim ad Luxouium, vel ad reliqua monaſteria in Burgundiâ, & multas villas integras conceſſit, & pecuniam innumerabilem direxit! Quid ad *p* Iotrum monaſterium, vnde illas ſacras Virgines, cum præfatâ Domnâ Bertilane Abbatiſsâ ad Kala ſuum monaſterium accerſiuit; quanta ibi munera & de agris & pecuniâ, multa contulit! Similiter

l multis aliis benefacit:

m

cingulum ſuum dat ad ornatũ ſacrorum:

2. Cor. 9. 7.

n

o

p

& ad monaſterium S. *q* Faræ ſua ſæpè larga munera direxit. Ad vrbem verò Pariſiacam, ad Sanctorum baſilicas ſeu monaſteria, & villas magnas & multas contulit, & muneribus plurimis ditauit. Quid plura? vt diximus, hoc narrare non valeo per ſingula, ſed neque vix media; totaq́ue dici eius bona, omnino à nobis non poſſunt. *q*

9 Præterire enim non debemus, quòd per ſeniores baſilicas Sanctorum, Domni Dionyſij & Domni Germani, & Domni Medardi, & S. Petri, vel Domni Aniani, ſeu S. Martini, vel vbicumque eius pertinxerit notitia, Pontificibus ſeu Abbatibus ſuadendo pro zelo Dei præcepit, & epiſtolas pro hoc eis direxit, vt ſub ſancto regulari ordine Fratres in ipſa loca conſiſtentes viuere deberent. Et vt hoc libenter acquieſcerent, in priuilegio eis firmare iuſſit, vel etiam immunitates conceſſit; vt meliùs eis delectaret pro Rege & pace, ſummi Regis Chriſti clementiam exorare. Et illud commemorandum eſt, quia ad mercedis eius cumulum pertinet, quòd captiuos homines Chriſtianos ire prohibuit, dataſq́ue præceptiones per ſingulas regiones, vt nullus in regno Francorum captiuum hominem Chriſtianum penitus tranſmitteret, ſed magis & ipſa dato pretio captiuos plurimos redimere præcepit: & liberos relaxauit, & alios ex ipſis in monaſteria intromiſit, & præcipuè de gente ſuâ viros & puellas quãplures denutritas ſecum. Quantas enim attrahere potuit, eas per ſancta cœnobia commendauit, & vt pro eâ exorarent eis præcepit. Etiam ad Romam vſque ad Beati Petri & Pauli baſilicas, vel ad Romenſes pauperes plura ac larga ſæpius direxit munera.

hortatur vt religioſè viuant:

vetat Chriſtianos ſeruos fieri:

mittit Romam eleemoſynas.

a *Hic S. Landerico ſucceſſit, haud diu ante Clodouæi II. mortem. Nam S. Landericus X. Kal. Iul. anno XVI. regni Clodouæi ſubſcripſit cum aliis Præcepto eiuſdem Regis de libertate monaſterij S. Dionyſij.* Chrodobertus *verò anno ſequenti publicis his regni negotiis interfuit. Idem ſubſcripſit Priuilegio libertatis monaſterio Corbeienſi dato à Bertefrido Ambianenſi Epiſcopo VIII. Id. Septemb. anno VII. regnante Clotario Rege. Binettus noſter* Crodobertum, *vel* Agilbertum *hîc habet. Et fuit ab* Agilberto *an. Chr. 664. conſecratus S. VVilfridus Compendij.*

b *S. Audoëni Epiſcopi Rotomagenſis vitam dabimus 24. Aug.*

c *Id plerique ante Clodouæi mortem volunt contigiſſe. Sed prudentiâ tamen S. Bathildis peractum eſt.*

d *Sapius contra hanc peſtem pugnatum in Galliâ. Eò ſpectat canon 16. Concilij Cabilonenſis celebrati VIII. Kal. Nouemb. Clodouei Regis VI.*

e *Papirius lib. de Fluminibus Gall. ſcribit 4. leucu Lutetiâ Pariſiorum diſtare. Eius ſitus deſcribitur in alterâ vitâ, & eleganter à Binetto cap. 6.*

f *Ea in alterâ vitâ* Bertilia *dicitur. colitur 4. Nouemb. vt ſcribit Hugo Menardus.*

g *De Corbeiâ pluribus actum in vitâ & miraculis S. Adelardi 2. Ianuarij. extat to. 1. Conc. Gallia Clotarij III. præceptum de eius fundatione in quo iſta habentur:* Igitur dum nos & præcelſa genitrix noſtra, Domna Baldechildis Regina, monaſterium in honore SS. Petri & Pauli Apoſtolorum & S. Stephani Protomartyris, ſuper fluuium Somna, in loco qui dicitur Corbeia, quem Guntlandus quondam poſſederat, & ad fiſcum noſtrum peruenerat, vbi præeſt venerabilis vir Theodefridus Abba, pro æterni numinis intuitu ædificari præcepimus *&c. Extat ibidem aliud Præceptum eiuſdem Regis datum die XXIII. menſis Decembris anno V. regni eius, in quo iſta habentur:* Quod *monaſterium* Domna & genitrix noſtra Baldechildis Regina ſuo opere conſtruxit. *In Priuilegio Bertefridi Epiſcopi Ambianenſis dato die VIII. Id. Septemb. anno VII. eiuſdem Clotarij:* Et quia glorioſiſſimus Domnus Chlotharius Rex, necnon & præcelſa Domna Balthildis Regina, diuino illuminati auxilio, monaſterium ſuo opere, Chriſto præſule, in loco nuncupante Corbeia conſtruxerunt, *&c Cauet autem Berthefridus,* vt ipſi monachi ſub regulâ S. Benedicti, vel S. Columbani, conuerſari & viuere debeant. *fundatio.*

h *De* S. Theodefredo *mox ſeparatim agemus.*

i *De* Luxouio. *pluribus actum 18. Ianu. in S. Deicoli vitâ, agetur& 21. Nou. in S. Columbani.*

k *In alterâ vitâ* Walbertus *dicitur, alibi* Waldebertus. *colitur 2. Maij.*

l *Vitam* S. Philiberti *dabimus 20. Aug. in quâ & de Gemmetico nobili monaſterio, ſito in diœceſi Rotomagenſi.*

m *In alterâ vitâ* Laigobertus *appellatur, in vitâ S. Launomari 19. Ianu. cap. 4. vbi de Curbione, ſiue Corbione monaſterio,* Ragnobertus *vocatur.*

n *De* Fontanellâ *agemus ad vitam* S. VVandregiſili *fundatoris 22. Iulij,* S. Ansberti *Abbatis 9. Febru. & aliorum plurimorum Sanctorum.*

Sanctorum illius alumnorum cœnobij.

o *Altera vita* & Logium. *vſitatius* eulogia *quàm* eulogium *pro benedictione, vel eleemoſynâ, aut munere ponitur.*

p Iotrum, *Gallicè* Ioaire, *Virginum monaſterium eſt, ad Matronam flumen, in diœceſi Meldenſi, à* Radone *fratre S. Audoëni conditum.*

q *De* S. Fatâ, *eiuſq; monaſterio, ſito in eadem Meldenſi diœceſi, agemus* 7. *Decemb.*

CAPVT III.

Religioſâ in cœnobio vita.

Diu deſideratam religioſam vitam,

10 ERat enim eius ſancta deuotio, vt in monaſterio, quod prædiximus, religioſarum feminarum, hoc eſt, in Kalâ quod ipſa ædificauit, cõuerſari deberet. Nam & Franci pro eius amore hoc maximè dilatabant; nec fieri permittebant, niſi commotio illa fuiſſet per miſerum [a] Sigoberrandum Epiſcopum, cuius ſuperbia inter Francos meruit mortis ruinam. Et exinde ortâ intentione, dum ipſum contra eius voluntatem interfecerunt, metuentes ne hoc ipſa Domna contra eos grauiter ferret, ac vindicare ipſam cauſſam vellet, permiſerunt eam ſubitò pergere ad ipſum monaſterium. Et fortaſſe dubium non eſt, quòd ipſi Principes tunc illud non bono animo permiſiſſent. Sed ipſa Domna Dei voluntatem conſiderans, vt hoc non tam eorum conſilium, quàm Dei fuiſſet diſpenſatio, vt eius ſancta deuotio per quamlibet occaſionem, Chriſto gubernante, eſſet impleta. Deductaque ab aliquibus Senioribus, venit ad præfatum monaſterium ſuum Kala, ibique à ſanctis puellis, vt decebat, honorificè & ſatis amabiliter, in ſanctâ congregatione recepta eſt. Habuit enim tunc non modicam querelam contra eos quos ipſa dulciter nutriuerat: pro quâ re falſam ipſi eam habuiſſent ſuſpectam, vel etiam pro bonis mala ei repenſarent. Sed & hoc conferens cum Sacerdotibus, citiùs eis clementer cuncta indulſit: & vt ipſi ei illam cordis commotionem indulgerent, ſupplicauit. Et ipſa pax inter ipſos, Domino largiente, pleniſſimè reſtituta eſt.

tandem amplectitur,

Queſta de Principum ingratitudine:

11 Ipſa verò piiſſimo affectu diligebat Sorores vt proprias filias, & ſanctæ Abbatiſſæ earum obediebat vt matri, & miniſterium exhibebat eis vt viliſſima ancillula, ex ſanctâ deuotione: ita vt etiam cùm adhuc regeret publicum palatium, & ipſa viſitabat ſuum ſæpè ſanctum cœnobium, ita humilitatis magnæ fortiter exhibebat exemplum, vt ipſa quoque in coquinâ miniſtraret Sororibus, & munditias viliſſimas, etiam deambulationes ſtercorum, ipſa mundaret. Et hoc totum cum gaudio ac læto perficiebat animo, tam humile pro Chriſto miniſterium. Quis enim crederet vt ſublimitas tantæ potentiæ ita viliſſimis adminiſtraret rebus, niſi ei hoc magnus Chriſti exegiſſet omnimodò pleniſſimus amor? Inſiſtebatque aſſiduè orationi deuota cum lacrymis, & diuinam lectionem ſæpius frequentabat. Conſolationem verò continuò per ſanctam exhortationem, & frequentem viſitationem infirmorum faciebat. Dolebat enim cum dolentibus per ſtudium caritatis, & cum gaudentibus gaudebat, & pro [b] ſanis vt conſolarentur Domnæ Abbatiſſæ humiliter ſæpius ſuggerebat. Cuius petitioni ipſa, vt mater, amabiliter cuncta præſtabat: quia verè erat eis more Apoſtolico cor vnum & anima vna, dum ſe inuicem tenerè ac pleniſſimè diligerent in Chriſto.

Filia miniſteria exercet:

b

Act. 4. 32.

laborat tolicâ:

12 Cœpitque ipſa Domna Baltidis corpore infirmari, & viſcerum inciſione, peſſimo infirmitatis vitio, grauiter laborare: & niſi medicorum ſtudia ſubueniſſent, penè defitere. Sed magis ipſa ad cæleſtem medicum, ſemper fidem habebat de ſalute ſuâ. Ipſa verò ſanctâ conſcientiâ & piâ non ceſſabat Deo gratias agere de ſuâ caſtigatione, & bona & aſtuta miniſtrare conſilia ſemper, & humilitatis magnæ exemplum ex miniſterio ſuo Sororibus oſtendere formam pietatis. Et conferens ſæpè cum Matre monaſterij, vt & Regem & Reginam & Proceres condigno honore cum eulogiis ſemper viſitarent, vt erat conſuetudo: vt ipſa domus bonam famam, quam conceperat, non amitteret, ſed ampliùs ſemper in affectu caritatis cum omnibus amicis, atque validiùs in Dei nomine permanerent in dilectione, vt ſcriptum eſt: Oportet te teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt. Et præcipuè curam pauperum & hoſpitum; cum ſummo ſtudio pro miſericordiâ & dilectione in ipſis ſemper impendi. Pro Chriſti amore ſalutis monita ſancta ipſa Mater monaſterij audita alacri & læto animo adimplebat omnia. Sed neque ea deinceps vllo modo adimplere ceſſabat pro mercedis communis augmento.

bona conſilia Abbatiſſa & monaſterio ſuggerit.

AVCTORI COÆTANEO ANONYMO; EX MSS. 1. Tim. 3. 7.

a *In* 2. *Vitâ* Sigebrandus *appellatur.*

b *In* 2. *Vitâ*, debilibus & infirmis.

CAPVT IV.

Ægritudo, obitus, miracula.

Diuina viſione diſcit ſe breui morituram.

13 AT verò iam propinquante glorioſo eius obitu, viſio præclara ei fuit oſtenſa. Scala enim erecta & ſtans ante altarium S. Mariæ, cuius culmen cælum contingeret, & quaſi Angelos Dei comitantes; vt ipſa Domna Baltildis aſcenderet per eam: vt ex hac reuelatione patenter daretur intelligi, eò quòd per ſublimia eius merita, patientia & humilitas eam ad celſitudinem æternæ Regis; & ad præmij coronam citiùs exaltanda perduceretur. Quâ etiam ipſa Domna viſione compertâ, cognouit ſe quantocyùs è corpore eſſe migraturam, & illuc, vbi iam olim theſaurum optimum reconderat, peruenturam. Illud verò ſilere præcepit, vt vſque in tranſitum ſuum pro doloris mœſtitia Sororibus vel Matri monaſterij ipſa viſio non indicaretur. Sed potiùs ipſa pia & alacri mente magis ac magis ſanctæ inſiſtere preci, & ſemetipſam cum cordis contritione, humiliter cæleſti Regi Domino Ieſu Chriſto commendare attentiùs. Et occultò exhortabatur sẽper vel cõſolabatur Domnam Bertillanem & Sorores, eò quòd ipſa iam aliquantulùm ab infirmitate ſuâ conualeſceret meliùs. Et diſſimulabat venturam mœſtitiam de tranſitu ſuo; quæ magna poſteà & ſubitanea eis contigit.

celat id Abbatiſſam & Sorores ne contriſtent:

14 Cùm verò ipſa Domna ſenſit proximum finem ſuum, tunc mens eius ſancta ad cælum erecta eſt. Certaque facta de beatitudinis retributione & præmio magno, prohibuit ſecum conſiſtentibus, vt aliis Sororibus hoc nullatenùs innoteſcerent, nec Domnæ Abbatiſſæ, [a] quæ valdè & ipſa infirmabatur, ne illa pariter periclitaretur ob magnitudinem triſtitiæ. Et erat aliqua quædam tunc infantula [b] ſua filiola, quam præcepit vt ſecum iret; quæ & ipſa ſubitò è corpore exiit, & eam ad tumulum præceſſit. Tunc conſignans ſe confidenter, & pios oculos ac ſanctas manus erectas, ſancta illa anima à corporis vinculo in pace ſoluta eſt. Statimque diuinus ſplendor in ipſo cubiculo clariſſimè coruſcauit. Et ſine dubio ab Angelorum choro, vel obuiante amico ſuo fideliſſimo, quondam Domino Geneſio Epiſcopo, glorioſè ipſa ſancta anima recepta eſt, vt magnum eius exigebat meritum.

a

b

ptè moritur,

cœlesti lucè repleto cubiculo.

15 Et hoc ita patuiſſet Sorores illas, cùm in tanti doloris gemitu conticuerunt, & vt ipſa iuſſerat, ſub ſilentio, ita tamen vt ſoli tantùm Sacerdotes, qui eius beatiſſimam animam Domino commendauerunt, illis eſt denuntiatum. Quam rem poſteà recognoſcens Abbatiſſa & cuncta congregatio, cum magno fletu requirentes quomodò ſic ſubitò & improuiſò, nec ſibi cognita eſſet exitus ſui hora, & quaſi rapta fuiſſet ab eis gemma illa omnibus deſiderabilis. Omnibuſque obſtupefactis, pariter proſtratæ illicò ſuper humum, multiſque ibi profuſis lacrymis cum immenſi doloris gemitu flentes, & pio Domino gratias agentes, & collaudantes commendauerunt eius ſanctam animam pio Regi Chriſto, vt ipſe eam in S. Mariæ choro, vel Sanctorum conſortio perduceret. Et vt tunc erat decus ipſius, ſepelientes eam cum magno honore & multâ reuerentiâ. Tunc Domna

Oratur pro eâ.

Bertila

AVCTORE COÆTANEO ANONYMO, EX MSS.

Bertila Abbatiſſa pro ſtudio pietatis ſollicita commendauit ſanctis Sacerdotibus, & per plures eccleſias, vt eſſet memoria ſancta in ſacris oblationibus aſſiduè facienda. Quod nunc vſque per loca multa merito eius aſſiduè celebratur.

Eius prudentia, aliæq; virtutes:

16 Reliquit ſanctum exemplum ſequentibus humilitatis & patientiæ, manſuetudinis & pleniſſimæ dilectionis ſtudium, imoque infinitæ miſericordiæ, aſtutam prudentiæ vigilantiam, & confeſſionem puritatis, & cuncta per conſilium, & nihil ſine commento omnino eſſe faciendum, ſed temperata & rationabilia fieri vniuerſa. Hanc pietatis regulam conſodalibus exemplum ſanctiſſimũ dereliquit, pro quibus tunc ſanctis virtutibus & multo pluribus ſanctis ſuis meritis recepit magni præmij coronam, ſibi à Domino olim repoſitam. Et modò perfruitur inter Angelos in conſpectu Domini & ſponſi ſui cum candido Virginum grege, quod deſiderauit immenſum ac ſempiternum gaudium. Et nunc ad declarandum fidelibus ſublime eius meritum diuina pietas ad ſacrum eius ſepulchrum plura perficit mirabilia. Ita quiſquis ibi febre correptus, ſeu à dæmonio vexatus, vel dentium dolore contritus, ad fidem acceſſerit, illicò per diuinam virtutem, & per eius ſanctam interceſſionem ſtatim depulsâ qualibet morborum peſte ſani atque incolumes in Dei nomine exinde procedunt: vt & modò nuper de aliquo puero manifeſtè contigit.

miracula ad ſepulcrum:

puer dæmoniacus curatus.

17 Venit quippe ex partibus Prouinciæ quidam vir venerabilis Leudegandus Epiſcopus, amicus & fidelis monaſterij Kalenſis, cuius puerum ita ſæuiſſimus dæmon arripuit, vt contineri à ſocijs non poſſet, niſi eius manus pedeſque colligaſſent, eò quòd ob nimiam ſæuitiam dilaniaret quos contingere poterat. Qui dum ad locum ſacrum perueniret, & templum penetrans nobile ſarcophagum, ductu tamen aliorum, attingeret, ſupplicationibus eiuſdem Sanctæ tantam ſortitus eſt manſuetudinem, tamquàm omnem ignorans ſæuitiam priorem. Manſuetudinis verò indicium mox enituit, comitata valetudinis lætitia. Et qui fruitus fuit alieno ſuſtentatu in veniendo, gauiſus proprio fulſit in redeundo.

Epilogus.

18 O quanto amore eſt veneranda, quantâque veneratione colenda, per totius orbis degentibus climata, cuius fit mentio beatiſſima, quæ tantam meruit gratiam penes ſtelliferi, necnon herbigeri orbis, totiuſque naturæ imbi ſiſtentis, Imperatorem, vt omnia commoda petiit agiliter obtinuit! Quiſnam cæcus interdum præcelſæ Baltildis Reginæ ſuffragia implorauit poſcens lucem, rediens ſine luce? aut paralyticus, ſiue membris contractus, poſtulans ſuum vigorem, repedans abſque nactâ ſanitate? Quæ dæmoniaca paſſio in quolibet perſtitit ante illam? Quiſnam claudus adiit perdito greſſu, remeans ſine greſſu? aut ſurdi aut muti reuertentes fruſtrati aurium munere loquelarumque? Lætetur ergo mundus in ſuâ ſolennitate, cuius extitit lætificatus multiplici virtute. Gaudeamus quoque exultantes in eius præconio, quoniam ciues Angelici congaudent eius conſortio. Igitur quoniam per ſingula tanti meriti Reginæ oſtenſa percurrere miracula, etiam cuncta virorum non ſufficerent ora, ſi adeſſent præſentia; neque prolixâ maioris anni morâ finienda glorioſa eiuſdem ſacratiſſimæ geſta; imploremus vota, quibus & decenter freti peragamus inſtantia, & ſine metâ conſequi perpetis gloriæ mereamur æterna: opitulante Domini noſtri Ieſu Chriſti gratiâ, regnante plenitudine diuinitatis per ſeculorum ſecula, Amen.

a *Binettus ergo non rectè adſtitiſſe morienti Bertiliam ſcribit; Bathildem verò ſolium voluiſſe aulicos ſuam mortem celari & Regem, ne cum magno tumultu iſthuc concurrerent.*

b *Hæc in hiſtoriâ tranſlationis* Radegundis *appellatur.*

ALIA VITA

Auctore anonymo, ſed antiquo,

ex MS. Corſendoncano, & Surio.

CAPVT I.

Bathildis egregiæ virtutes. regium coniugium.

Præfatio Auctoris.

1 RELIGIOSA vita viduarum quantò eſt meritis clarior, tantò eſt voce celebriori populorum laudabilis: quia dum illæ bonæ conuerſationis exemplum ceteris tribuunt, in laude ſuâ linguas excitant lingulorum. Glorioſæ igitur viduæ & religioſæ feminæ atque optimæ Reginæ, Dominæ Bathildis, vxoris a quondam Domini Clodouei Francorum Regis inclyti, virtutes & merita recolentes, Redemptorem noſtrum Ieſum collaudemus, qui in Sanctis ſuis ſemper mirabilis eſſe dignoſcitur: & non ſolùm per viros viam iuſtitiæ nobis patefecit, verùm etiam per feminas exempla nobis religionis atque cunctis ſe amantibus oſtendit. Deo enim noſtro ſemper cura eſt de omnibus, & neminem horum vult perire, quos redemit proprio ſanguine. Nam ſanctos in ſanctitate hortatur permanere, & peccatores à malis operibus diſcedere, ac bonis actibus inhærere, vt ad cæleſtem patriam poſſint peruenire. Quod intelligens venerabilis Domina, ſollicitè adimplere ſtuduit. Erat enim religioſa & Deo multùm deuota, & Eccleſiarum pauperumque curam gerens, cum magno vigore animi viriliter gubernauit Palatium, & irreprehenſibiliter regnum moderabatur Francorum, adeò vt ab omnibus Pontificibus cunctoque populo regni ſui, meritis ipſius exigentibus, miro diligeretur affectu. Cuius præconium, tam pro ſui ſanctitate, b quàm pro Sanctorum de eadem cognatione deſcendentium affinitate, huic paginæ ſub breuitate inſerere dignum duxi.

S. Bathildis empta, famulatur,

2 Beata ſiquidem Bathildis nuper in puellari ætate de partibus tranſmarinis diuinâ prouidentiâ deprædata, & vili pretio, ſed incomparabili commercio venumdata, huc aduenit, ipſa pretioſa & optima Dei margarita: atque à Principe quodam Francorum viroque clariſſimo Erchinoaldo, qui tunc Palatium gubernabat, dinoſcitur eſſe recepta. In cuius miniſterio ipſa adoleſcens, ita decentiſſimè conuerſata eſt, vt eius honeſta conuerſatio & admirabilis conditio tam Principi quàm & omnibus eius miniſtris cõplaceret. Erat enim animo benigna, & moribus omnibus pudica, ſobria, prudens, & amicabilis, nulli machinans malum. Non leuis in eloquio, non præſumptuoſa in verbo; ſed cuncta opera ſua honeſtiſſimo moderabatur ingenio. Claro namque ſanguine, licet alterius gentis ſeruiret obſequiis, progenita Saxonum demonſtrabatur. Erat proinde formâ corporis grata, & omni adſpectu decora, vultu hilaris & inceſſu grauis: talemque ſe in omnibus, vt eam decebat, exhibuit, quo prædicto Iudici Principum gratiſſimè placeret, & gratiam in oculis eius inueniret: qui inſtituit, vt ſibi pocula porrigeret, & vt pincerna honeſtiſſima ſæpius præſens eius miniſterio aſtaret. De cuius dignitatis gratiâ nullam habuit extollentiam, ſed potiùs in humilitate fundata, omnibus erat ſuis conſodalibus obediens & amabilis, honore congruo miniſtrans ſenioribus, ita vt de earum pedibus calceamẽta detraheret, & ipſa detergeret manibus atque dilueret, aquã quoque ad lauandũ afferret, & veſtimenta earum feſtinanter pararet, & hoc abſque murmure, bono & proprio animo exercebat.

egregiâ indole prædita:

fit Principum pincerna,

erga omnes officioſa:

3 Ex quâ eius nobili conuerſatione, maxima ei inter

ſocias

ſocias laus atque amor accreuit: & intãtùm felicem famã promeruit, vt pro matronã, quam ſupradictus Erchinoaldus Princeps morte interueniente amiſerat, complacuiſſet denuò eidem Principi Bathildem honeſtiſſimam virginem in thoro maritali ſibi ſociare. Quam rem apertè, iam illuſtrata diuinâ gratiâ, virgo beata intelligens, latenter & ſtudiosè ab eius ſe ſubtraxit adſpectibus. Cùm itaque vocaretur ad Principis cubiculum, ſecretò ſe, vt ſagax puella, abſcondit in angulo domatis, & ſubiecit ſe vilibus panniculis, vt nemo putaret illic aliquem latere potuiſſe: atque vt prudens virgo & aſtuta iam tunc honores vanos fugiens, & humilitatem ac caſtitatem diligens, tentabat, vt poterat, humanum deuitare torum quatenùs mereretur ad ſpiritalem cæleſtemque peruenire ſponſum. Sed & illud proculdubio agebatur diuinâ prouidentiâ, vt Princeps eamdem tunc quæſitam minimè inueniret, quatenùs ad coniugium ſibi aliam ſociaret. At poſtquàm idem Dux alteri nupſit, tandem Bathildis puella quæſita & inuenta, ſed à prædicto Principe minimè eſt eſt cõtacta. Nutu diuino factum eſſe creditur, vt, quæ Principis nuptias deuitauerat, poſteà Clodoueum Dagoberti quondam Regis filium in coniugium acciperet, & merito humilitatis ad altiorem gradum eam attolleret. In quo diuina diſpenſatio eamdem honorare decreuerat, vt dum Regis miniſtrum contempſerat, ad Regis copulam peruenire, atque ex ipsâ regalis progenies procederet. Quod ideò peractum eſt, ſicut omnibus patet, vt ipſa, quæ erat ex regali progenie, regiam ſumeret copulam, regalemque gigneret ſobolem.

Principis nuptias deuitat:

Regi nubit:

4 At ipſa, collatâ ſibi à Deo prudentiæ gratiâ, vigilanti ſtudio & Regi obtemperabat vt Domino, & Principibus ſe oſtendebat vt matrem, Sacerdotibus vt filiam, iuuenibus ſiue adoleſcentibus vt piam nutricem: eratque amabilis omnibus, diligens Sacerdotes vt patres, monachos vt fratres, pauperes vt domeſticos, peregrinos vt filios, quia & ipſa peregrina fuerat, amplectebatur. Viduis, orphanis, & pupillis ſubſidia vitæ miniſtrabat, & omnibus omnino debilibus opem ferebat. Iuuenes quoque ad religioſa ſtudia exercenda ſemper commonebat, ac Regi humiliter aſſidueque pro Eccleſiis, & pauperibus ſuggerebat. Iam enim ſub ſeculari habitu Chriſto militare cupiens, frequentabat orationem, quotidie commendans ſe cum lacrymis Chriſto Regi cæleſti. Cui ipſe Rex pius conſulens iuxta fidem & deuotionem eius, vt pleniùs hæc, quæ mente conceperat, perficeret, venerabilem virum Geneſium Abbatem ad ſubleuamen ac ſupplementum adiutorij contulit. Per cuius manus miniſtrans ipſa Sacerdotibus & pauperibus, paſcebat ipſa egenos, & induebat veſtibus nudos, ſtudioſeque ſepeliri ordinabat mortuos. Dirigebat quoque per ipſum ad cœnobia virorum & ſacrarum Virginum auri vel argenti non modica pondera. Quæ omnia idem Dei famulus Geneſius, qui poſteà Chriſto largiente Lugduno Galliæ eſt ordinatus Epiſcopus, ſuſcipiebat: tunc enim in palatio Francorum erat aſſiduus. Per ipſum ſiquidem, vt diximus, ipſa beata mater Bathildis, vnà cum Regis Clodouei imperio, de cuius proſperitate & ſanitate indeficienter ſollicita erat, ſuggerente etiam prædicto Dei famulo, multis pauperibus per diuerſa loca pro vitâ Regis largiſſimam diſtribuebat eleemoſynam.

prudenter & ſanctè viuit:

per S. Geneſium multas largitur eleemoſynas:

curat orari pro Rege.

a *Sæpius hac voce* quondam *vtitur hic auctor, vt coniicere liceat non ita pridem poſt S. Bathildis ætatem vixiſſe. ſed clariùs ex vltimo capite patet eius ferè æqualem fuiſſe.*

b *Hoc à Gentio vel Gillimanno videtur adiectum; qui ſtudioſè coniunctos Carolidarum familiæ, è quâ Brabantiæ Duces trahere ſe originem gloriabantur, Sanctos inueſtigarunt.*

CAPVT II.

Regni adminiſtratio. pia opera.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

5 INtereà Dominus Rex Clodoueus vir eius, gratiâ euocante diuinâ, XVII. regni ſui anno rebus exemptus humanis migrauit à ſeculo: relictâque ſobole filiorum cum matre, ſuſcepit illicò filius eius Lotharius Rex, Francorum regimen. Et ſuffragantibus præcellentiſſimis Principibus Chrodoberto Epiſcopo Pariſiaco, & Domino Audoëno Rothomagẽſi, ſeu Ebroino Maiore Domus, cum reliquis ſeniorĩbus vel ceteris quamplurimis regni honorem quærentibus, ad regimen Francorum in pace conſtituitur. Auſtraſij quoque pacifico ordine, facientе Dominâ Bathildẽ, (per conſilium quidem ſeniorum) receperunt filium eius Childericum Regem in Auſtraſiam, factique ſunt Burgundiones & Franci ex illo tempore vniti. Et credimus quia, Deo gubernante, iuxta Dominæ Bathildis magnam fidem accidit, vt ipſa tria regna, quæ anteà diſſidebant diſcordiâ, tunc inter ſe tenerent pacis concordiam.

Regnum cum filio gubernat:

pacem in regno aſſerit:

6 Factum eſt præterea per eam nutu Dei, exhortantibus Sacerdotibus, vt hæreſis Simoniaca, quæ prauo vſu maculabat tunc Eccleſiam Dei, (dando ſcilicet contra inſtituta Canonum pro adipiſcendis & conferendis epiſcopatus vel presbyteratus, ſeu reliquorum ordinum, gradibus præmiorum munera) à Catholicis viris pelleretur penitùs, & hoc impium nefas prohiberetur, ne vllus Præſul pro percipiendis vel dandis ſacris gradibus daret aliquid aut acciperet. Ordinauit etiam, imò per eam Dominus, vt & alia peſſima conſuetudo ceſſaret, pro quâ multò plures homines filios ſuos magis mori quàm nutrire optabant, dum de eis videbant exactiones fieri, publicaque, ex antiquâ conſuetudine, mala vrgebantur accipere, vnde grauiſſimum rerum ſuarum patiebantur damnum. Quam nequiſſimæ cupiditatis auaritiam, ipſa pietate plena pro mercede æternæ retributionis prohibuit, & vt in perpetuum ſeruaretur legibus tradidit, ex quo facto copioſa merces valdè à Domino reddita ei manet.

Simoniacam labem tollit:

iniqua tributa abrogat:

7 Quis enim valet enarrare, quanta & quàm magna commoda per religioſorum cœnobia virorum & ſacrarum Virginum largiendo integra prædia, & ſiluarum aditus ad cellulas ſeu monaſteria conſtruenda conceſſit? Cui etiam non videbatur liberalitas magnarum rerum, quas per diuerſa cœnobia conferebat, ad votũ ſui deſiderij eſſe ſufficiens, ſi non & ipſa inter ceteras & peculiares Dei caſas monaſterium conſtrueret, quod cælum eſſet adſpiciens. Pro quâ re iam quaſi pelagus ſeculi calcans, cœnobium Cale ſanctimonialium Virginum in pago Pariſiaco, vndâ circumfluente Matronæ fluminis, decentiſſimè ædificauit. Quem locum villis affluentiſſimis & quampluribus cum earum redditibus amplificauit & exornauit, & in poteſtate ſub religione ibidem viuentium ſacrarum Virginum tradidit; quarum quidem vocabula propter tædium quorumdam legentium reticui. Illud verò inferere curaui, quod rectoribus eiuſdem loci valdè timendum eſt. Nam præceptum ſuper iis conſtituit, & manibus propriis ac filiorum conſignauit, ac Regum ſigillo roborauit: in quo teſtamento interminata eſt per inuocationem ſanctæ Trinitatis, & diem tremendi iudicij, vt nemo per ſuccedẽtia tempora rector quilibet eiuſdem loci quicquam de iis villis, quas in vſus diuerſos eiuſdem cœnobij habitantium contulerat, ſubtraheret, aut beneficiarios exinde haberet: quod ſi feciſſet, pœnis infernalibus cum Iudâ traditore nequiſſimo & cupidiſſimo afflictus ſine fine puniretur. Ipſumque teſtamentum qui quæſierit, in archiuo eiuſdem Eccleſiæ reperiet. In hoc etiam cœnobio venerabilem religioſamque valdè Dei famulam Bertiliam, quam ex monaſterio Iodro euocauerat, in locum Matris primam conſtituit. Vbi & ipſa acceptabilis Deo & electa margarita Bathildis

monaſteria multis benefacit;

Calenſe ædificat;

Bertiliã Abbatiſſã conſtituit.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

dis deinde conuerſari ſub integræ religionis regulâ, & in pace quieſcere decreuit, quod in veritate, prout tempus poſteà permiſit, deuotâ voluntate compleuit.

8 Prætereundum quoque non eſt, quia ad laudem Dei pertinet quicquid in Sanctis ſuis & electis mirabiliter operatur, ſicut Scriptura dicit: Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. Cuius quidem Spiritus paracletus eſt cooperator interiùs per bonam voluntatem, dando præcepta vitæ æternæ, vt ſcriptũ eſt: Omni volenti bonũ Deus cooperator eſt & adminiſtrator. Quod vtique in iſtâ ſacrâ & clariſſimâ, vnde ſermo agitur, Dominâ Bathilde veraciter ac liquidò claret oſtenſum. Vt enim vera loquamur, neque noſtra neque cuiuſlibet, vt arbitror, lingua, omnia eius, quæ operata eſt, bona in conſolationibus pauperum, in ædificiis & adiutoriis Eccleſiarum Dei, in opportunitatibus omnium indigentium, vel qualia aut quanta in incommoditatibus commoda exhibuerit, enarrare valet.

Pſal. 67. 36.

multa Eccleſiis & pauperibus largitur.

9 Nec illud etiam eſt reticendum inter præcipua quæ fecit, quòd monaſterium, cuius vocabulum eſt Corbeia in pago Ambianenſi ſuo opere fundotenùs ſtruxit, ac deuotum gregem monachorum inibi eſſe conſtituit. Vbi & venerabilis vir dominus Theodofredus, nunc Epiſcopus, tunc verò Abbas, magno gregi Fratrum præfuit, quem de Luxouio monaſterio præfata Domina Bathildis à reuerendiſſimo viro Walberto Abbate expetiuit, & ad prædictum Fratrum cœnobium condirexit. Ipſum autem monaſterium ſicut à fundamẽto, ita villis & prædiis omnibuſque ſumptuum neceſſitatibus fundauit & ornauit. Quo in loco eius memoria, vt decet, venerabiliter recolitur, atque laus eius, quamdiu in hac valle plorationis ſpiritus humanos rexerit artus, canetur.

Corbeiam adificat:

10 Domino etiam Philiberto Gemmeticenſis monaſterij Abbati, magno & religioſo viro, ſiluam magnam ex fiſco, vbi ipſum cœnobium Fratrum ſitum eſt, magnaque munera & paſtus de fiſco dominico ad ipſum monaſterium conſtruendum conceſſit. Multa quoque talenta argenti vel auri Domino Laygoberto Curbionenſis monaſterij Abbati cum villâ quadam, *a* cuius vocabulum à memoriâ receſſit, ad opus ſeruorũ Dei illic habitãtium cõtulit. Sed & ipſum regale, quo cingebatur cingulũ à ſacris lumbis abſtulit, Fratribuſque in eleemoſynam dedit, totum hoc agens & diſpenſans benigno animo & hilari, ſciens ſcriptum: Quia hilarem datorem diligit Deus. Taliter ipſa beata anima theſaurizabat ſibi ex terrenis pecuniis theſaurum in cælo, vbi fur non appropiat, nec tinea demolitur. Similiter & ad Fontinellam, *b* & Logium plura conceſſit beneficiorũ compendia. Ad Luxouium etiam & ad reliqua Burgũdiæ monaſteria villas perplures ad integrum conceſſit, & pecuniam innumerabilem direxit. Ad Iotrum quoque monaſterium, vnde ſacras Virgines cum præfatâ Dominâ Bertiliâ Abbatiſſâ ad cœnobium Kalenſe direxit & accerſiuit, villam nouam ſitam in pago Vermandenſi, cum pluribus aliis muneribus, quibus ipſum locum honorauit & ditauit, deuotè contulit. Monaſterij quoque ſanctæ Faræ non immemor fuit: quia villam quamdam cum ſæpè datis muneribus ac largiſſimis donis eidem delegauit. Ad baſilicas, necnon & eccleſias, ſeu ad monaſteria ſanctorum virorum ſacrarumq́ ue Virginum Pariſiacæ vrbis villas laudabiles ac multas condonauit, & muneribus plurimis amplificauit. Sed, vt diximus, enarrare non valemus vel media dicere per ſingula, quæ ipſa Dei cultrix & amatrix in omnibus, prout potuit, perfecit bona. Numquàm ab eâ defuit bonum, quia Deum amabat ac ſummo ſtudio diligebat illum.

2. Cor. 9. 7.

a

b

aliis monaſteriis multa donat: etiam ſuum cingulum:

11 Præterire verò non debemus, quòd per præcipuas Sanctorum baſilicas, almi ſcilicet Dionyſij, & Diui Germani, B. Medardi, S. Petri, ac Domini Aniani, & S. Martini, vel vbicumque eius potuit dinoſci notitia, Pontificibus ſeu Abbatibus ſuadendo pro zelo Dei præcepit, & epiſtolas eis direxit, vt ſub ſancto regulari ordine Fratres in ipſis ſanctis locis conſiſtentes caſtè & ſobriè viuere facerent. Et vt in hoc libentiùs acquieſcerent, priuilegium eis religionis firmari à filiis fecit, & immunitates conceſſit, vt meliùs eos delectaret pro Rege, & pace, ſummi Regis Chriſti clementiam exorare.

aliis benefacit, vt ſanctè viuant.

12 Illud etiam commemorandum eſt, quod ad mercedis eius cumulum pertinet; quia captiuos homines Chriſtianos vendere prohibuit. Deditque præceptiones per ſingularũ vrbium regiones, vt nullus in regno Francorum captiuum hominem Chriſtianum penitùs in aliud regnum tranſmitteret. Dato etiam iuſtæ remunerationis pretio plurimos captiuos redimi præcepit, & quoſdam liberos relaxauit, quoſdam verò cum religionis habitu ſub regulâ in monaſteria tranſmiſit. Præcipuè autem de gente ſuâ viros & puellas, quas ipſa nutrierat, ſicut ſemetipſam Deo commendauit, & cœnobialem vitam ducere inſtituit. Quantos autem, maximè domeſticos, de vtroque ſexu blandiendo inducere potuit, eos per ſancta monaſteria commendauit, & vt pro eâ, viroque defuncto, ac filiorum ſalute, necnon & regni pace, pium Dominum exorarent, præcepit. Tantam enim gratiam diuina clementia eidem conceſſit, vt ſuaſione proficuâ, & eruditione magnificâ, multos à ſeculi vanitate depreſſos abſtraheret, & ſub iugo Chriſti, quod leue eſt, ſupponeret. Et verè adoptabat illâ claritate frui, quam Angelus Danieli de iuſtitiæ eruditoribus dixit: Quoniã qui erudiunt multos ad prudentiam, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Baſilicas quin etiam ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Romæ poſitas, propter eorum amorem, decentiſſimè muneribus honorauit. Sed & Romanis recluſis & pauperibus ſæpiùs largiſſima dona direxit.

vetat Chriſtianos captiuos vendi:

multos inducit ad religionẽ.

Dan. 12. 3.

a Nugaretum *vocatur in priore vitâ. Hinc patet diuerſum eſſe auctorem vitæ vtriuſque.*

b *Prior vitæ* culogia. *Neque* Logium *monaſterium vſpiam legimus, præterquàm apud Du Cheſne to.* 1. *Francicorum ſcriptorum ex hac ipſâ vitâ.*

CAPVT III.

Religioſa in cœnobio vita.

13 CReſcebat enim quotidie eius ſancta deuotio, & omnimodis ſatagebat vt cœnobialem vitam in monaſterio, quod ipſa ædificauerat, duceret, & vt animo ita & corpore ibidem ſubſiſtere potuiſſet. Sed Primores & Proceres Francorum differebãt, maximè quia eius ſapientiâ Palatium regebatur, & pro ſuâ ſanctâ conuerſatione ab omnibus amabatur. Quodque votum minimè adimplere permiſiſſent, niſi commotio quædam accidiſſet de miſero Sigebrando Epiſcopo, cuius ſuperbia inter Francos meruit mortis ruinam. Exinde ergo ortâ contentione, dum ipſum contra voluntatem eius indiſcuſſum, & contra legem interfecerunt, metuentes ne hoc ipſa beata Regina contra eos *a* prauiter feriret, ac tale malum tantumq́ ue nefas vindicare vellet, quod anteà amore temporali fieri non permittebant, iam timore legis iudicialis perculſi, vt deſiderium optatum perficeret, ſuadebant. Et fortaſſe dubium non eſt, quòd hoc callidè & non bono animo ipſi Principes permiſerunt. Attamen ipſa Domina, Dei gratiâ illuſtrata, conſiderabat quòd hoc non tam eorum conſiliis, quàm Dei fuiſſet diſpenſatione factum, quatenùs eius ſancta deuotio per quamlibet occaſionem Chriſto gubernante eſſet adimpleta. Deducta igitur ab aliquibus ſeniorum principibus, venit ad præfatum monaſterium diu deſideratum Kalam, ibiq́ue ab ipſis ſanctimonialibus, vt decebat, honorificè & ſatis admirabiliter in cõgregatione recepta, gratias egit Deo omnipotenti, qui eam ſub vmbrâ protectionis ſuæ ſuſceperat, & ad portum ſuæ voluntatis perduxerat. Habuit intereà non modicam contra *b* eas querelam, quas ipſa dulciter enutrierat, quâ pro causa, falsò ipſæ eam habebant ſuſpectam, vel etiam pro bonis mala ei rependere tentabant. Sed & hoc conferens cum Sacerdotibus, citiùs eis clementer cuncta indulſit, & vt ei è

Ne fiat regiæ, Principes obſtant,

a

poſt ſuadent, & Kalam deducunt:

b

ei è contrà ipſæ eamdem cõmotionem indulgerent ſupplicauit. Atque hic poſtmodùm amor inter ipſas, Domino largiente, pleniſſimè reſtitutus fuit & permanſit.

14 At verò ipſa beata mater piiſſimo affectu diligebat Sorores vt proprias filias, & ſanctæ, quam ſibi præfecerat, Abbatiſſæ obediebat vt matri, omnibuſque, vt non dicam Domina, ſed ſicut ſagax ancillula, ſanctâ deuotione miniſterium obſecutionis exhibuit. Ita autem humilitatis magnæ forti animo omnibus monſtrabat exemplum, vt ipſa quoque in officio coquinæ miniſtraret Sororibus, ipſa munditias omnes faceret, & quod maius dicam, ipſa puriſſima margarita inquinamenta ſtercorum propriis manibus mundaret. Et hoc totum cũ gaudio læto perficiebat animo tam humile ſeruitutis obſequium pro Domino, quem nouerat dixiſſe: Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare. Quis enim crederet quòd ſublimitas tantæ potentiæ ita viliſſimis adminiſtraret rebus, niſi ei hoc magnus Chriſti omnimodò conceſſiſſet amor? Inſiſtebat itaque aſſiduè orationi deuotæ cum lacrymis, & diuinam lectionem ſæpiùs frequẽtabat: conſolationem continuam per ſanctam exhortationem & frequentem viſitationem infirmis impendebat. Studio enim caritatis cum dolentibus dolebat & cum gaudentibus gaudebat, ac pro debilibus & infirmis, vt conſolationis ſubſidium animæ & corporis eis adminiſtraretur, ſæpiſſimè Dominæ Abbatiſſæ humiliter ſuggerebat. Cuius petitioni ipſa, vt pia mater, admirabiliter cuncta præſtabat: quia reuerà erat eis ſecundùm Apoſtolicam inſtitutionem cor vnum & anima vna; diligebant enim ſe inuicem tenerè & pleniſſimo in Chriſto amore.

vilia obit miniſteria:

Matth. 20. 28.

Act. 4. 32.

15 Cœpit interea ipſa Domina Bathildis corpore infirmari, & viſcerum inciſione, peſſimo infirmitatis vitio (quod medici c Ileos vocant) grauiter laborare. Et niſi medicorum peritia ac ſtudium ſubueniſſet, penè defeciſſet. Attamen, licet per tenera membra vi doloris torqueretur, ſemper cæleſti medico, qui ſubuenit in tribulatione laborantibus, ſancta & purâ conſcientiâ gratias non ceſſabat agere, à quo fidenti animo credebat præmia æterna percipere. Atque ſemetipſam præbens omnibus humilitatis magnæ exemplum, ſtudebat Sororibus formam pietatis, ſubiectionis & humilitatis oſtendere, conferens ſæpè cum Matre monaſterij, vt Regem & Reginam, ſiue Proceres, cum digno honore eulogiorum obſequiis viſitaret; quatenùs, ſicut decentiſſimum erat, ipſa domus Dei, bonam famam, quam acceperat, non amitteret, ſed ampliùs ſemper in affectu caritatis cum omnibus amicis, ac validiùs in Dei nomine & proximi dilectione permaneret, vt ſcriptum eſt: Oportet & teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt. Præcipuè autem pauperum curam & hoſpitum ſummo ſtudio, pro miſericordia & dilectione, prædictam Matrem commonebat habere. Pro Chriſti verò nomine ſalutis monita ipſa ſuſcipiebat, & alacri & bono animo, quæcumque ei iniungebantur, omnia adimplebat. Sicque in talibus, ſecundùm quod ei à ſæpè memorandâ Dominâ Bathilde ſuaſum eſt, quamdiu præfata Domina Bertilia Abbatiſſa vixit, adimplere non ceſſauit, relinquens poſteris exemplum, vt memoria eius maneret in ſeculum ſeculi, & nomen eius exaltaretur in gloriâ.

laborat colicâ:

c

exemplo eſt aliis Virginibus:

1. Tim. 3. 7.

Abbatiſſam prudenter inſtruit.

a *Imò* grauiter ferret.

b *Non placet hac lectio. Melius prior Vita de Proceribus queſtam eſſe tradit, qui neſcio quâ diffidentiâ laborantes vltro illi auctores erant vt Palatium deſereret. Præcipuè autem eâ carere voluiſſe videtur Ebroinus. Binettus hanc Surij editionem præcipuè ſecutus, ſcribit cap. 7. monachas Calenſes videri ingreſſum Bathildis ægrè tuliſſe, veritas ne quietem diſciplinamq; cœnobij perturbaret: at que hac re afflictum fuiſſe piiſſima heroina animum. Quomodò ergo* amabiliter *recepta dicitur?*

c εἰλεὸς, *vel* ἰλεὸς, *gracilioris inteſtini morbus.*

CAPVT IV.

Ægritudo, obitus, ſepultura.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

16 IGitur appropinquante Dominæ Bathildis obitu, viſio præclara, & ei conueniens fuit oſtenſa. Scala ſiquidem recta videbatur adſtare ante altare S. Mariæ, cuius culmen cæles contingebat, & quaſi Angelos Dei ſecum comitantes benignos, cum ipſis eadem S. Bathildis ſecreta cæleſti. ſeſe penetrare conſpexit. Verè beata cuius itineri Angeli comites erant. Ecce ſcala, quam dum viueret erexit in cælum. Ecce ſocij Angeli, quos, bonis operibus inhærendo, acquiſiuit amicos. Ecce gradus ſcalæ, quibus tranſiens, peruenit ad Chriſtum diu deſideratum, qui aſcendit ſuper omnes cælos. Ex hac ergo reuelatione patenter datur intelligi, quòd ſublimia eius merita, videlicet patientia & humilitas, cæteraque, quas toto animo dilexerat, virtutes eam ad celſitudinem æterni Regis, & ad præmij coronam citiùs remunerandam perducturæ erant. Quâ ipſa ſancta Mater compertâ viſione, cognouit ſe quantocyùs à corpore eſſe migraturam, & illuc, vbi iam olim theſaurum recõdiderat optimum, eſſe peruenturam. Hoc verò ſileri à Sororibus, quæ conſciæ huius mirabilis viſionis fuerant, præcepit, ne Matri monaſterij vel cuique Sorori hæc viſio manifeſtaretur, ne magis triſtitiâ deficerent, donec euocatio diuina animam eius ſanctam à corpore ſuſciperet. Inter hæc itaque gaudia poſita, piâ & alacri mente magis ac magis inſiſtere precibus cœpit, & ſemetipſam cum cordis contritione humiliter cæleſti Regi Domino Ieſu Chriſto commendare attentiùs non deſtitit. Occultabat autem, inquantùm poterat, vim doloris, ſed exhortabatur & conſolabatur Dominam Bertiliam reliquaſque Sorores, edocens ſe aliquantulùm ab infirmitate, quâ nimiùm grauabatur, conualeſcere; diſſimulans futuram, vt poterat, triſtitiam, quæ poſteà iis, quæ de vitâ eius confortabantur, ſubitò & inſperatè aduenit.

Diuinâ viſione intelligit ſe breui moriturum.

Celari id vult Abbatiſſam, & Sorores:

17 Cumque iam ipſa felix & ſancta mater corporis ſui ſenſiſſet finem eſſe ſoluendum, illicò mentem ſanctam, ſicut ſemper ſolita, cum manibus & oculis ad cælum erigens, conditorem ſuum animam, quam creauit, vt ipſe reciperet, orauit, ne de eâ gauderet inimicus, qui omnibus bona volentibus ſemper eſt infeſtus. Gregem quoque eiuſdem ſancti cœnobij vt ipſe æternus Pater à faucibus rugientis leonis erueret deprecabatur: & vt fluxus & flictus labentis ſeculi impolluto calle tranſiret, exorauit; quatenùs vaſa, quæ ſibi ſacrauerat, à ſordidiſſimis draconis ſquammis erepta, munda & immaculata mundis Angelis, quibus caſtitas ſemper amica eſt, coaptaret. Certa denique facta de beatæ retributionis præmiis, virtute quâ potuit prohibuit ſibi aſſiſtentes, ne aliis Sororibus foris degentibus hoc innoteſcerent, ſed neque Dominæ Abbatiſſæ, quæ valdè infirmitate grauabatur, ne fortè mole magnitudinis triſtitiæ abſorpta, vitâ ſimul & corpore periclitaretur.

ſit certa de ſalute:

18 Habebat præterea ipſa Domina Bathildis quamdam infantulam, quam ex fonte ſacri baptiſmatis ſuſceperat: ſupra quam apud miſericordiam Altiſſimi fudit preces, quatenùs eamdem ipſe ante ſe reciperet, ipſaque eam infantulam tumulari cerneret. Quod & celeriter obtinuit. Nam eadem horâ anima infantulæ à corpore exiit, &, vt B. Bathildis poſtulauerat, ad tumulum præceſſit. Poſt hæc con ignans ſe confidenter, & pios oculos ac ſanctas manus ad cælum eleuans, ſanctam illam animam à corporis vinculo in pace reſoluit. Statim autem diuinus ſplendor in ipſo cubiculo clariſſimè coruſcauit, & cum ipſo lumine ab Angelorum choro, obuiante ſibi fideliſſimo amico Geneſio ſcilicet Epiſcopo, qui viſus eſt adſtantibus inter agmina Angelorum glorioſa fuiſſe, & ſanctam illa anima acceptam, atque, vt magnum eius exigebat meritum, remigio alarum eorumdem Angelorum ac manibus in cælum eleuata, gaudet ſine fine, cume-

obtinet celitus puellæ mortem:

ipſa quoque moritur,

ſplendente diuinitus cubiculo,

SS. apparentibus;

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

lectis & Sanctis omnibus manſura.

19 Paulliſper autem Sorores quæ aderant, quæque talibus diuinis myſteriis intererant, doloris gemitum cum repreſſione lacrymarum, vt ipſa iuſſerat, ſilentio conticuerunt, & tantùm Sacerdotibus, qui eius beatiſſimam animam, licet eam haberet receptam, Domino commendarent, ſecretò denuntiauerunt. Cuius ſanctum obitum continuò venerabilis Abbatiſſa Bertilia & cuncta congregatio cognoſcentes, cum magno fletu requirere cœperunt, redarguēdo quòd eis cognitus non fuiſſet exitus tantæ matris, tamque beatæ animæ hora, vt & ipſæ iis myſteriis intereſſent, quibus illæ ſe dicebant cum participatione luminis & claritate Angelorum præſentes fuiſſe. Dolebant quoque grauatæ gemitu, quòd non quaſi immutata, ſed tamquàm rapta fuiſſet ab eis deſiderabilis gemma omnibuſque gratiſſima. Omnesque obſtupefactæ, pariter ſunt proſtratæ ſuper humū illicò, & multis ibi profuſis lacrymis cum immenſo doloris gemitu, pio Domino gratias agentes, & eum collaudantes, commendauerunt eius ſanctam animam ipſi Regi Chriſto; quatenùs idem, quem deuotè dilexerat, in conſortio ſuæ matris ſanctæ Virginis Mariæ, cui corde & opere ea ſeruierat, ac in collegio Sanctorum omnium, quos honorauerat, ſociaret. Sicque, vt decentiſſimum erat, excubias condignas agentes, in eccleſiâ ſanctæ Crucis, quam ipſa à fundamentis extruxerat, corpus beatiſſimum poſuerunt, & merito honore ſummâque reuerentiâ ibidem ſepelierunt. Tunc venerabilis Bertilia Abbatiſſa ſtudio pietatis ſollicita, commendauit ſanctis Sacerdotibus vndique vicinis, vt eius ſancta memoria in ſacris orationibus ſiue oblationibus eſſet aſſiduè facienda, quæ nunc vſque locis in diuerſis condignè celebratur. Reliquit ergo ſanctum ſequentibus exemplum humilitatis & patientiæ, manſuetudinis & pleniſſimæ dilectionis ſtudium, imoque infinitæ caritatis & miſericordiæ bonum, aſtutiam vigiliamque prudentiæ, confeſſionem puritatis & cordis contritionem. Docuit quoque vt nullus temerè vel præſumptuosè aliquid definiret, ſed omnia cum conſilio eſſe facienda, temperato & rationabili ſermone diſcretionis, ſciens ſcriptum: Omnia fac cum conſilio, & poſt factum non pœnitebis. Hanc bonitatis regulam conſodalibus, & exemplum ſanctiſſimum beatis reliquit matribus, pro quibus exempli ſancti virtutibus, recepit magni præmij à Domino ſibi repoſitam coronam; ac perfruitur modò inter Angelos ante conſpectum Domini repromiſſo ſexageno merito, quod deſiderauit ſerendo atque metendo immenſo atque æterno gaudio.

magno Bertilia & Sororum luctu:

ſepelitur:

oratur pro eâ.

Eccli. 32. 24.

20 Igitur ad celebranda fidelibus ſublimia eius, ad ſacrum (vbi eius membra quieſcunt) ſepulcrum, plura per ſuam famulam efficit Deus miracula, ita vt quiſquis inibi febre correptus, aut à dæmone vexatus, vel dolore dentium contritus, ſeu aliarum infirmitatum laqueo depreſſus, cum fide acceſſerit, illicò per diuinam virtutem & eius ſanctam interceſſionem, depulsâ qualibet morbi peſte, ſanus & incolumis in Dei nomine exinde redeat. Quod nuper in quodam puero manifeſtum eſſe cōſtat. Veniens namque ex partibus Prouinciæ quidam venerabilis vir Leudegangus Epiſcopus, amicus familiariſſimus monaſterij Calenſis, eius puerum ita ſæuiſſimus dæmon arripuit, vt contineri à ſociis nullatenùs poſſet, niſi eius pedes manuſque nodis tenaciſſimis colligarentur; quia ob nimiam ſæuitiæ duritiam omnes, quos contingere poterat, dentibus & vngulis dilaniabat. Qui dum ad locum ſacri ſepulchri, ſociorum manibus fuiſſet delatus, atque in pauimentum proiectus quaſi ſemiuiuus, conterritus illicò pauore diuino ſæuiſſimus dæmon obriguit atque conticuit; ac Dei virtute per interceſſionem B. Bathildis protinus fugatus ab eo diſceſſit. Et erigens ſe ſtatim puer atque conſignans, & Deo gratias agens, incolumis ad dominum ſuum ſocioſque reuertitur. Et quem anteà verebantur, ne eos morſibus attrectaret, iam amplexibus adſtringunt dulcibus, & vitæ reſtitutum gaudent.

Claret miraculis:

dæmoniacum curat.

CAPVT V.

a Comparatio ipſius ad alias ſanctas Reginas eiuſdem cognationis.

a

21 REcolimus quidem in Francorum regno nobiles & Dei cultrices quaſdam fuiſſe Reginas, b Clothildem ſcilicet, neptem c Gundebaldi Regis, atque magni & antiqui Clodouei Regis coniugem, quæ ita cumdem paganiſſimum veris inſtruxit exhortationibus, vt totâ mentis intentione ad cultum ſe Chriſtianæ religionis, feruente fidei calore, conuerteret. Et non ſolùm ipſum, ſed etiam diuinâ gratiâ adiuta, plurimos Francorum Proceres traxit ad Chriſti cognitionem & ad Catholicæ fidei dilectionem. Eccleſiam quoque in honorem S. Petri, vbi religio monaſtici ordinis vigeret, Pariſiis fecit: necnon cœnobium in honore S. Georgij, ſacrarum Virginum in Calâ prima conſtruxit. Quod poſteà quia ambitus eccleſiolæ ſtrictior erat ad capiendum plurimum gregem ſanctimonialium, à ſæpè memoratâ Dominâ Bathilde euerſum eſt, & baſilica pergrandi ſpatio amplitudinis conſtructa. Cuius medium altare in honore ſanctæ Crucis, atque illud in parte dexterâ in honore S. Georgij, quod verò ad læuam eſt, in veneratione S. Stephani Protomartyris titulatur conſecratum. Alia etiam quamplurima pro mercede æternæ remunerationis in honore Sanctorum condidit loca, & muneribus plurimis ditauit.

b c

Comparatur S. Bathildis cum S. Crotilde.

22 Pariſque modo de d Vltrogothâ fertur Reginâ, Childeberti videlicet Chriſtianiſſimi Regis coniuge, eo quòd nutrix fuiſſet orphanorum, conſolatrix pupillorum, ſuſtentatrix pauperum & Dei ſeruorum atque adiutrix fidelium monachorum. Rectè quoque & illud prædicatur memorabile factum ſanctæ & venerabilis e Radegundis Reginæ, Lotharij quondam anterioris Regis, quam tanta ſancti Spiritus ſuccenderat gratia, vt viuum relinqueret coniugem, & ſe Chriſto Domino ſub ſacro velamine conſecraret, multaque alia, quæ in actibus eius leguntur, perageret.

d *Vltrogothâ,* *S. Radegunde.* e

23 Sed quamquàm illud conſiderare libeat, quod ab ipſis feminis ſanctis actum eſt, ſummoperè tamen nobis ad ſanctam matrem Dominam Bathildem, f quæ noſtris effulſit temporibus, necnon & ad eius merita glorioſa, quæ ipſi ab eâ geſta nouimus & vidimus, recurrendum eſt. De quibus hîc quidem pauca de pluribus commemorauimus, per quæ non putamus eam inferiorem meritis fuiſſe illis prioribus, ſed multò magis in ſanctis ſtudiis & bonis operibus eas præceſſiſſe cognouimus, quæ poſt multa memoranda quæ geſſit opera, Euangelicæ perfectionis adimpleuit mandata. Deſpexit mundum & concupiſcentias eius; contriuit diabolum & pompas eius; ſecuta eſt Chriſtum & præcepta eius; ſicque verè monacha ſub integrâ religione beatam vitam feliciter conſummauit, atque tertio Calendas Februarias terrena deſerens & cæleſtia appetens, animam beatam benigno Ieſu, qui eam dederat, mundam & immaculatam reconſignauit, humataque in pace requieſcit in Calâ monaſterio, & regnat in perpetuâ iucunditate cum Domino, non immemor, vt credimus, ſuorum fidelium, qui eius cupiunt veraciter attollere præconium.

f

quando obierit.

24 Nos verò, etſi non ita vt debuimus, ſaltem vt potuimus, veſtrum imperium adimplere curauimus. Imperitiæ ſermonis indulgentiam date, & pro culpis negligentiarum cum caritate Deum exorate. Nos ergo, qui adhuc mole ergaſtuli carnis preſſi, ac multiplici ſcelerum pondere prægrauati, & in huius ſæculi labentis fluctibus vagamur ambigui, eius ſuffragia piâ deuotione poſcamus aſſidui, vt pro nobis apud miſericordem Dominum intercedere dignetur; quatenùs abſolutos omni labe criminum perducat pro ſuâ pietate ad cæleſte regnum, vbi eſt gloria indeficiens, perpetua pax, lumen ſempiternum cum Patre & Filio & Spiritu ſancto, quæ præpa-

Epilogus.

Præparauit iis qui diligunt eum, Amen.

a *Extabat hic titulus in MS. Corſendoncano. Fortè additus à Gilmanno; at non caput ipſum, quod omnino antiqui ſcriptoris eſt, quique Calenſe monaſterium perluſtrauit.*

b S. Crotildis *vitam dabimus 3. Iunij.*

c *De hoc crudeliſſimo tyranno egimus 21. Ianu. in vitâ S. Epiphanij, rurſuſque agemus in Vitâ S. Crotildis.*

d *Huius mentio fit in vitâ* S. Marculfi 1. *Maij, & alibi.*

e S. Radegundis, *Clothario I. filio Clodouai I. nupta, vitam dabimus 13. Aug.*

f *Clariùs hic ſuam ætatem Auctor indicat.*

DE TRANSLATIONE SS. BATHILDIS ET RADEGVNDIS.

SÆCV. IX. 1 *Tranſlatum eſt* S.Bathildis *corpus, integrumque repertum, Ludouici Pij Imperatoris temporibus: &* S.Radegundis *Virginis reliquiæ in loco, in quo antè condita S.Bathildis pignora fuerant, repoſitæ ſunt; ne vetus illa à Bathilde conſtructa ſanctæ Crucis eccleſia, cæleſti ſacrarum reliquiarum præſidio careret. Contigit ea Tranſlatio VI. Kal. April. Quo die Benedictus Dorganius in Kalendario SS. Ord. S. Benedicti:* Tranſlatio S.Bathildis Reginæ, & Radegundis eius filiæ, quæ anno ætatis ſeptimo obierat. *vocat* filiam, *vti auctor vitæ* filiolam, *quia à Bathilde erat de baptiſmali fonte ſuſcepta. Eodem die Ferrarius:* In monaſterio Calenſi apud Pariſios Tranſlatio S. Bathildis Reginæ.

S. Bathildis tranſlatio 27. Martij,

& 28. eiuſdem,

2 *Poſtridie eam Tranſlationem conſignat Hugo Menardus:* In monaſterio Calenſi, *inquit*, Tranſlatio S. Bathildis ſanctimonialis & Reginæ. *& Sauſſaius:* In territorio Pariſienſi, Kalæ monaſterio, Tranſlatio corporis B. Bathildis Reginæ ſanctimonialis, eiuſdem cœnobij inſtauratricis.

alia 17. eiuſdem:

3 *Idem Sauſſaius 17. Martij:* Eodem die in agro Pariſienſi, Kalenſi cœnobio, Tranſlatio S. Bathildis Reginæ, eiuſdem monaſterij fundatricis munificæ, ac humilis deinde ſanctimonialis, tandemque etiam tutelaris. *Alia hæc videtur eſſe Tranſlatio. Neque enim veriſimile eſt octingentos per annos nullam factam nouam tranſlationem: imò cùm in priori illâ tranſlatione corpus integrum repertum ſit, nunc à capite ſeparatim incluſum capſæ, atque in altari locatum, vt ſuprà §. 6. ex Binetto dictum, cùm de* S.Radegunde *ageremus.*

Commemoratio 31. Dec.

4 *Rurſum Sauſſaius vltimo Decembris:* Item Kalæ cœnobio in territorio Pariſienſi, veneratio S.Bathildis ex Franciæ Reginâ ſanctimonialis, necnon ſanctæ huius domus fundatricis & patronæ. *Sed videtur Ferrarium ſecutus, qui eo die illam retulit, quòd Gallica vita poſt vitam S. Silueſtri Papæ, velut extra ordinem, nullo adſcripto die, eſſet repoſita. At*

Inuentio 26. Feb.

26. Februarij, quo ſarcophagi inuentio eleuatioque contigit, nulla eius in Martyrologiis mentio extat.

Tranſlationis hiſtoria,

5 *Hiſtoriam illius Tranſlationis ex vetuſto MS. eruit Ioannes Gamanſius noſter. Extat eadem poſt vitam Gallicam, ex fide verſa. De eadem agit Binettus noſter: ſed memoriâ lapſus, dum ſub Ludouico Pio fatetur contigiſſe; ſecundò tamen aſſerit viginti poſt Sanctæ obitum annis repertum eſſe eius corpus. Videtur* Clodouæum III. *exiſtimaſſe eumdem eſſe qui* Ludouicus Pius *dicitur, cùm hic Caroli Magni filius fuerit, 120. poſt Clodouæi illius mortem annis Rex Galliæ ac Romanorum Imperator renuntiatus.*

tempus.

Quoto Pij anno contigerit illa tranſlatio non omnino certum. Inuentum eſt corpus IV. Kal. Martij, feriâ quartâ, ergo cùm littera Dominicalis eſſet E. id anno 816. biſſextili, 822. 833. 839. contigit.

HISTORIA TRANSLATIONIS

Auctore anonymo,

è MSS. erutâ à Ioan. Gamanſio Soc. IESV.

PROLOGVS AVCTORIS.

INcipit prologus Tranſlationis eiuſdem glorioſiſsimæ Baltechildis Frãcorum Reginæ, quæ facta eſt temporibus Ludouici ſereniſsimi Imperatoris VI Kalendas Aprilis.

1 CVm morem inoleuiſſe cernimus per omnem Eccleſiam Catholicam, tam de priſtinis quàm etiam de modernis deſcribere plures actibus bonorum virorum ac ſacrarum ſanctimonialium; cenſuimus & nos, quòd ad laudem Dei & Sanctorum pertinet, fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, quibus habile ſcire eſt, pandere, qualiter venerabile corpus ſanctiſſimæ Baltechildis, a loco vbi priùs humatum fuerat, vbi nunc decentiſſimè recolitur, & frequẽti inſpectione venerantur, cum ſummâ reuerentiâ delatum eſt.

TRANSLATIO.

2 ANno *a*..... imperante cum magnâ felicitate Ludouico Sereniſſimo Auguſto in regno Frãcorum, venit Kalen monaſterium, vbi venerabilis Abbatiſſa Hegiluwich, *b* genitrix Iudith Imperatricis, magno gregi ſanctimonialium præerat; actuſq; & conditionẽ beatiſſimæ Balthecildis (quia vera erat Dei cultrix & Sanctorum amatrix) magno deſiderio inquirere cœpit, ſibique reperta recitari iuſſit. Cuius admirabilẽ conditionem, ſanctamque vitæ conuerſationem miratus, illicò Dei ac S. Baltechildis amore, prædictæ Hegilwich Abbatiſſæ, quæ tunc octauo anno ipſum ſanctum locum ſub regimine ſancto gubernabat, ſuadendo præcipitur, vt ſanctum & venerabile corpus beatiſſimæ Baltechildis à loco vbi iacebat, in ſanctam eccleſiam Dei genitricis Mariæ, quæ multitudo ſacrarum Virginum die noctuque laudes Deo perſonabant, transferret: quatenùs eiuſdem intemeratæ ſemper Virginis partem laudis haberet; quam dum vixerat ſummo deuotionis ſtudio, & omni admiratione dilexerat.

a

b Hegilwich Abbatiſſa, iuſſu Ludouici Pij,

3 His ergo freta iuſſis ſacratiſſima Abbatiſſa, prout eius opportunitas temporis acceſſit; quod ipſa iam mente cõceperat, deſideriis operam dedit. Igitur IV. Kalend. Martij, quæ tunc æquè in quartâ feriâ euenerat, iam dicta venerabilis Helgiluwich Abbatiſſa, perfuſa gratiâ Dei eiuſque adiutorio accerſiuit Cleri Dei Sacerdotes, ſanctaſque Virgines, & pudicas viduas, & quod votis conceperat, quodque ei à Domino Imperatore iuſſum fuerat, omne enarrauit. Illi itaque alacres vnanimiter effecti, Deo gratias egerunt, ſanctamque Matrem exhortati ſunt, vt nullam moram ageret; ſed freta Dei clementiâ, ac S.Baltechildis auxilio, citiùs perficere ſatageret, quod facere deſiderabat. Venientes autem in hac deuotione ſimul in eccleſiam ſanctæ Crucis, quam ipſa S.Baltechildis, ſicut & omnem locum, à fundamento conſtruxerat, & vbi tum corpus humatum iacebat; Miſſarum ſolemnia cum ſupplicatione ſalutari celebrauerunt. In quibus ſupplicationibus ipſa ſacratiſſima Hegilwich Abbatiſſa, omnem Clerum tam virorum quàm & feminarum admonuit, vt totis viribus Dei pietatem & clementiam exorarent, quatenùs eis largiri dignaretur ſanctum corpus ſuæ fideliſſimæ effodere, & manibus propriis contingere, & de ipſo loco ad alium honorabi-

conſilio Sacerdotum,

poſt Miſſam, & preces,

liter

Ex mss. liter transferre. Tranſactâ autem Miſſarum ſanctarum ſolemnitate, cum pſalmis & letaniis ingentibus ad tumulum Sanctæ adproperant Matris: ibique iterum in orationem ſe cum omnibus proſtrauit, Deumque, qui exauditor eſt omnium iuſta petentium, deprecata eſt, vt ipſe dignam ad opus deſideratum peragendum eam faceret; & ad mouendum ſanctum corpus gratiam ſuæ viſitationis præberet.

refodi curat corpus S. Bathildis:

4 Et fulta Dei clementiâ, qui præſtò eſt omnibus in ſe credentibus in veritate, & nullo modo hæſitantibus, ſanctos Sacerdotes euocat, ac tumulum vbi ſancta Dei electa Baltechildis iacebat, effodere iubet. At illi, vt dignum erat, cum ingenti pauore ad tumulum acceſſerunt; & cum contritione magnâ cordis, fodere cœperunt. Cumque raſtris humum à foſsâ eiicerent, ſarcophagum, vbi B. Baltechildis iacebat, reperiunt: & circumcircà fodientes, ipſum ſuper ſolum terræ poſuerunt.

reperit omnino integrum:

Cum ingenti autem reuerentiâ & pauore pſallentes Deo, ſarcophagum aperientes, ipſum ſanctum corpus ita poſt multa annorum curricula ſanum & incolume repererunt, quaſi ipsâ die ſepulturæ traditum fuiſſet. Et gratias agens ſacratiſſima Abbatiſſa Deo cum omnibus ſanctis ſacerdotibus ac ſanctimonialibus, permiſit omnes, quotquot valuerunt, deſiderabilem theſaurum intueri, & cum ſummâ reuerentiâ adorare. Adorato igitur ſancto corpore, extenſis manibus ad cælum, & præ nimio gaudio pectora percutientes, redibant ad propria, laudantes & glorificantes Deum, qui præmia quæ iuſtis in cæleſtibus præbet, quantum meriti ſunt, mortalibus in oſtenſione ſignorum manifeſtare dignatur in terris. In laudibus igitur vigiliarum & pſalmodiis perſiſtentibus in eccleſiâ die noctuque ante ſanctum corpus, viris ac ſanctimonialibus, viſum eſt venerabili Hegilwich Abbatiſſæ, hæc Epiſcopo Pariſiacæ vrbis enuntiare; quatenùs ipſe veniens præſentiam ſuam his lætus intermiſceret, & cum exultationibus gaudiorum corpus venerandum per ſemetipſum in aliam eccleſiam tranſmutaret.

id venerantur:

euocat Epiſcopum Pariſienſem.

5 Dum autem Epiſcopi aduentus tardaretur, & ſanctum corpus, vt effoſſum fuerat, ſuper terram condignè frequentaretur; dignata eſt diuina clementia omnibus qui aderant patefacere quantum habeat meritum B. Baltechildis inter agmina Sanctorum, quam cuſtodiuit ipſa diuinitas inter mundi ærumnas, ac turbines, ac flagitia vitiorum, & collocauit inter ciues cæleſtes, in ſede ſpirituum ſupernorum. Erat ſiquidem ſanctimonialis quædam in eodem cœnobio ab infantiâ Deo militans, quæ & antiquata erat corpore, & ægritudine nimiâ prægrauata, ita vt officio omnium priuata membrorum, aliorum ſuſtentaculis & manibus portaretur famulorum. Hæc igitur allata ſupplemento Sororum ad eccleſiam, vbi Sancta iacebat Baltechildis, in orationem ſe proiecit, diu multumque ibi lacrymabiliter orauit. Expletâ verò oratione illicò à terrâ incolumis ſurrexit; & quæ antè alienis manibus vehebatur, reparatâ ſanitate ſuis iam greſſibus reuertebatur.

Ægra ad reliquias ſanatur;

alius contractus.

6 Debilis etiam quidam Baldrannus, qui ita erat contractione membrorum curuatus, vt calcanea natibus iungerentur, iuſſit ſe ante corpus S. Baltechildis deferri, ſi quo modo diuina pietas per interceſſionem ſanctæ ſuæ famulæ ſanitatem greſſuum, quam numquàm habuerat, ei largiri dignaretur. Et quia audierat dictum, Quæ petieris puro corde, & non hæſitaueris, continuò conſequêris; deprecatus eſt *c* pueriter, & conſecutus eſt celeriter. Extendebantur autem rigores inueterati neruorum, recipiebant venæ curſum denegatum ſanguinis, & dabantur officia extenuatis membris. Mirum erat, genua quibus pro pedibus anteà vtebatur intueri, & adminiculo baculi illo ſtante vacillari. Reddito igitur & firmato greſſuum officio, lætus glorificans Deum ac S. Baltechildem, rediit ad præſtitam domunculam. Ecce meritum tuum beata Mater, quæ in terris poſita, pauperes ſuſtentaſti & aluiſti, nunc in cælo cum Chriſto regnans ſanitatem infirmis reſtituis. Tunc cibis alebas, nunc membra reconſolidas.

c

Imperator munera largitur.

7 Lætabantur igitur in ſanctis omnes qui aderant miraculis, & per contigua loca abſentibus hæc promulgabant. In talibus igitur iocundationibus decem & ſeptem dies curſum expleuerunt. Nuntiantur autem hæc ſacra miracula Ludouico ſereniſſimo Auguſto; & in palatio tam Principibus quã & omnibus Imperatori militantibus diuulgabantur. Exultat Cæſar, iocundantur Principes; lætantur omnes, & in honore tantæ Matris laudes attollunt. Cupiens verò ſanctæ ac beatiſſimæ Baltechildis gratiam promereri, atque eius auxiliis adiuuari, villam *d* Colon cum omni integritate, ſitam in pago *e* Meldico eidem in tranſlatione ſanctiſſimi eius corporis contulit, quatenùs de collatione eius terrenâ, famulantes in eodem cœnobio ſubſidium haberent, & pro ſtatu Imperij eius ac pace, & coniugis ac filiorum eius ſanitate, Regem cæleſtem exorarent.

d

e

8 Octauo decimo autem die, poſtquàm corpus venerandum à terrâ effoſſum fuerat, ſecundùm poſtulationem ſacratiſſimæ Abbatiſſæ Helgilwich, euocatus ſacer Epiſcopus *f* Erkanradus, qui tunc Sedem Pariſiacæ vrbis regebat, cum cateruâ Clericorum venit: non enim anteà locus veniendi fuit. Et ab eadem ſacratâ Deo Abbatiſsâ honorificè ſuſceptus, cauſſam accerſionis, licet iam audiſſet, amicabiliter requiſiuit: videnſque ſanctiſſimum corpus, vt poſitum fuerat, integrum; & cernens in duorum ſanitate reſtitutâ diuinum miraculum, exhilaratur corde, exhilaratur & animo, gratias agit omnipotenti Domino, qui præſtat intueri humanis viſibus, quantũ meritum habeant in cæleſtibus, qui eum puro & mundo corde dilexerunt ſemper, eiuſque veſtigiis inhærentes fideliter amauerunt. Cum omni igitur Clericorum ordine, & ſacrarum Virginum condenſo munimine, poſt celebrationem Miſſarum ſacrarum, veniens prædictus Pontifex ante ſanctum corpus, in orationem ſe cum omnibus dedit: cunctiſque ſuggeſſit, vt, qui hominem ad imaginem ſuam protoplaſmauerat, Deum exorarent, quatenùs auxiliator illis adeſſet, ſanctumque corpus ſuæ fideliſſimæ exinde tranſferre concederet. Peractâ itaque oratione, mox venerabile corpus contingunt, & cum diuinis laudibus in eccleſiam Genitricis Dei ac Domini noſtri Ieſu Chriſti ſemperque Virginis S. Mariæ, quam Domna *g* Giſla à fundamentis ſtruxerat, detulerunt, ac retro altare medianum condignè poſuerunt. Fiuntque ibi meritis B. Baltechildis diuina quotidie miracula, & declarantur continuò beata eius merita. Ibi cæci recipiunt viſum, ſurdi auditum, claudi greſſum, infirmitatibus & variis febribus laborantes ſanitatem. Ibi dæmoniaci curantur, &, vt ita dicã, per interceſſionem beatiſſimæ Baltechildis, omnes quotquot deuotè pro neceſſitate qualibet eam deprecati fuerint, celerem conſequuntur effectum.

f

ab Epiſcopo transfertur corpus S. Bathildis;

g

claret miraculis.

9 Pontifice prætereà vrbis Pariſiacæ ad propria remeante cum lætitiâ & exultatione, cõtulit ſecum venerabilis Abbatiſſa, ne vacuus relinqueretur lócus, vbi ſanctum Baltechildis poſitum fuerat corpus. Diuinâ verò gratiâ adminiſtrante conſilium, duxit dignum, vt quia mater exinde ſublata fuerat, filia eius, quæ ſeptimo ætatis ſuæ anno, nomine Radegondis, ab hoc ſeculo migrauerat, collocari deberet. Pro hac ſiquidem, ſicut in eius vitâ ſanctâ reperimus, ante horam obitus ſui Deum poſtulauit, vt eam in morte præcederet. Præuidebat enim in ſpiritu mala mundi, & ideò orabat, ne retibus eius illaquearetur; ſed ſicut animam in tã illo corpuſculo donauerat mundã, ita abſque labe peccati reciperet puram, ac inter agmina ſanctarũ Virginũ collocaret ſine fine manſuram. Meritò autem laudanda in his venerabilis Abbatiſſa Helgiwich, & digno honore ab omnibus hæc legentibus habenda eſt; cui diuina clementia in corde adminiſtrauit, ne diutius margaritam in terrâ abſconſam opertam relinqueret; ſed erutam à ſolo omnibus oſtenderet, talique in loco, ſicut cernitur, collocaret: vbi laus

Radegundu transfertur.

laus eius in seculum seculi permaneret. Celebratur autem translationis sanctæ ac venerabilis Baltechildis dies, VI. die Kalendarum Aprilium, quæ despecto diabolo,& pompis eius, iunxit se Christo ac Sanctis eius ; & ideò regnat cum Deo Patre & Filio ac Spiritu sancto in Trinitate perfectâ, & vnitate in cælis, quem totâ deuotione dilexit in terris, Amen.

a *MS. habebat* millesimo, *manifesto errore, sed librarij. successit patri Carolo Ludouicus an.* 814. *obiit* 840. 20. *Iunij.*

b *Binettus* prudentem & piam Virginem *vocat; altera Vita,* honorabilem Abbatissam. Iudith *Augusta nupta est* Ludouico *an.* 819. *eiq;* Carolum Caluum *peperit: erat* VVelfonis *filia, siue* VVelfi, *aut* Guelfi, qui erat, *vt Theganus scribit,* de nobilissimâ stirpe Bauarorum; *mater verò Iuditha, vt idem ait,* nobilissimi generis Saxonici. Ex Mss.

c *Ita habebat MS.* d *Vita Gallica* Coulons *vocat.*

e *Haud longè à Parisijs* Meldæ, *siue* Meldi *distant, quorum vrbem Matrona amnis interluit.*

f *Huius Episcopi crebra mentio fit in Conciliis Actisq; Gallicani sub Ludouico Pio & eius filijs.*

g *Dua celebres extitêre* Gislæ *eo tempore; prior Caroli Magni soror, de quâ Eginhardus in huius vitâ:* Erat ei (*Carolo*) vnica soror, nomine Gisla, à puellaribus annis religiosæ conuersationi mancipata; quam similiter vt matrem magnâ coluit pietate: quæ etiam paucis ante obitum illius annis in eo quo conuersata est monasterio decessit. *Altera fuit eiusdem Caroli filia, cuius in eius vitâ & Annalibus Francorum crebra mentio fit. Alterutram harum hic intelligi probabile est.*

DE S. THEOFRIDO

EPISCOPO ALBIGENSI IN GALLIA.

SECV. VII. I XXVI. IANVAR.

S. Theofridi Abbatis Corbeiensis,

PRimus *Corbeiæ ad Somonam Abbas fuit* Theofredus, *siue* Theofridus, *aut* Theodefredus, *è Luxouiensi cœnobio adscitus, ac pòst Episcopus creatus. De eo auctor prioris vitæ S. Bathildis nu.* 7. Qualeque monasterium, quod vocatur Corbegia, in Ambianensi parochiâ suo opere construxit; vbi venerabilis vir Domnus Teudofredus, nunc enim Episcopus, tunc verò Abbas, magno gregi Fratrum præfuit: quem de Luxouio monasterio præfata Domna Baltidis, à reuerentissimo viro Domno Galberto quondam Abbate expetiuit, & mirabiliter ad ipsum cœnobium Fratrum condirexit, qui nunc vsque & laudabiliter constat. *Eadem in secundâ vitâ habentur nu.* 9.

2 *Trithemius lib.* 4. *de viris illust. Ord. S. Benedicti cap.* 209. Tendefridum *vocat, aitq;* virum doctum *fuisse, atque* ingenij sui monimenta non pauca reliquisse. *at quæ illa? addit,* non minùs moribus, quàm genere clarissimum fuisse. *Vnde id Trithemius accepit?* *Quod* Albianensem Epi-

Episcopi Albigensis,

scopum dicit fuisse, VVion lib. 2. *Ligni vitæ cap.* 37. Albigensem *interpretatur. Est* Albiga, *siue* Albia, *vrbs Galliæ Narbonensis, ad Tarnim amnem sita, decem milliaribus à Tolosâ, totidem à Ruthenis distans,* opulento Episcopatu, & mirabili S. Cæciliæ Virginis basilicâ insignis, *vt scribit Papirius Massonus lib. de Fluminibus Galliæ. Inter Albigenses Episcopos connumerant* S. Theofridum *Ioannes Chenu, & Claudius Robertus, sed non rectè pòst* S. Saluium *eum locant, ante* Desideratum *&* Constantium. *Nam* post obitum S. Saluij *inquit S. Gregorius Turonensis lib.* 8. *cap.* 22. Desideratus Albigensibus Episcopus datus, *ante annum* 595. Constantius *verò interfuit Remensi concilio sub Sonnatio circiter annum* 630. *cùm necdum condita esset Corbeia. Desideratur in Catalogo Episcoporum Albigensium apud Guilielmum Catellum* Theofredi *nomen.*

3 *Eum* 26. *Ianuarij obiisse tradunt VVion,* Chenu, *Cl. Robertus, &* Sanctum *omnes vocant. Ferrarius eodem die:* In Aquitaniâ S. Theodofredi Episcopi Albigensis. *Accensetur quidem episcopatus illæ Aquitaniæ I. in catalogo prouinciarum Galliæ, quia pars præcipua diœcesis cis Tarnim, qui Aquitaniæ limes, iacet; licet vrbs ipsa* Albiga *trans Tarnim sit in Narbonensi Galliâ. Eodem die illum satis prolixo elogio celebrat Saussaius, quod ex S. Bathildis vitâ sumptum. Nihil adhuc de eo aliud reperimus.*

natalis.

DE S. THEORITGIDA

VIRGINE, BERKINGI IN ANGLIA.

SECV. VII. I XXVI. IANVAR.

Berkingũ monasterium.

BErkingum, *Bedæ* Berecing *dictum, aliis* Berchingium, *vulgò* Barking, *ad lauam* Tamisis *ripam, vbi in eum* Rodingus *amnis illabitur, in Essexiensi prouinciâ, siue Orientalium Saxonum, octo infra Londinum miliaribus, vt scribit Malmesburiensis, celebre olim monasterium fuit; à* S. Erkenwaldo *Londoniensi Episcopo, ante episcopatum tamen,* Ethelburgæ *sorori conditum, circa annum* 670. *de quo plenius in ipsius sancti Antistitis vita* 30. *Aprilis, & in* S. Ethelburgæ 11. *Octobris.*

2 *Hic sub* S. Ethelburgæ *disciplinâ sanctissimam vitam duxit* Theoritgida, *quam Harpsfeldius seculo* 7. *cap.* 14. Tergitham, *Capgrauius* Tortgitham, *alij* Theorgitham *appellant. Eius natalem* 26. *Ianuarij consignat Ferrarius, & Martyrologium Anglicanum: & nos sequimur, quia certo charactere nusquam alibi notatum reperimus. Nam Menardus* 22. *Ianuarij eam refert; Nouum Martyrol. Anglicanum* 23. *Ianuarij; Molanus in addit. ad Vsuard.* 1. *edit. Canisius, atque iterum Ferrarius* 24. *Decembris: VVion in appendicem reiecit, cum ceteris Sanctis quorum ignorauit natales. Eius meminerunt quotquot* S. Ethelburgæ, *siue* Edilburgæ *res gestas scripserunt: inter eos præcipuæ auctoritatis est Venerabilis Beda, qui lib.* 4. *histor. Angl. ista scribit; cap.* 9.

S. Theoritgidæ natalis.

VITA EX BEDA lib. 4. c. 9.

Theoritgidis S. Edilburgæ adiutrix,

1 CVm autem & ipsa Mater pia Deo deuotæ congregationis Edilburga esset rapienda de mundo, apparuit visio miranda cuidam de Sororibus; cui nomen erat Thorithgid, quæ multis iam annis in eodem monasterio commorata, & ipsa semper in omni humilitate ac sinceritate Deo seruire satagebat, & adiutrix disciplinæ regularis eidem Matri existere, minores docendo vel castigando, curabat. Cuius vt virtus iuxta Apostolum in infirmitate perficeretur, tacta est repentè grauissimo corporis morbo, & per annos nouem piâ Redemptoris nostri prouisione multùm fatigata, videlicet vt quidquid in eâ vitij sordidantis inter virtutes, per ignorantiam vel incuriam, diutinè resedisset, totum hoc caminus diutinæ tribulationis excoqueret.

2. Cor. 12. 9.

9. annis ægrotat:

2 Hæc autem quadam nocte, incipiente crepusculo, egressa de cubiculo quo manebat, vidit manifestè quasi corpus hominis, quod esset sole clarius, sindone inuolutum, in sublime ferri, elatum videlicet de domo, in quâ Sorores pausare solebant. Cumque diligentiùs intueretur, quo trahente leuaretur sursùm hæc, quam contemplabatur, species corporis glorioſi, vidit quòd quasi funibus auro clarioribus in superna tolleretur, donec cælis patentibus introducta ampliùs ab illâ videri non potuit. Nec dubium remansit cogitanti de visione, quin aliquis de illâ congregatione citiùs esset morituras, cuius anima per bona quæ fecisset opera, quasi per funes aureos leuanda esset ad cælos. Quod reuerâ ita contigit. Nam non multis interpositis diebus, Deo dilecta Mater congregationis ipsius ergastulo carnis educta est, cuius talem fuisse constat vitam, vt nemo, qui eam nouerit, dubitare debeat, quin ei exeunti de hac vitâ, cælestis patriæ patuerit ingressus.

diuinitus cognoscit aliquam breui moriturami;

ea fuit Edilburga

EX BEDA. 3 In eodem quoque monaſterio quædam erat femina ſanctimonialis, & ad ſeculi huius dignitatem nobilis, & in amore futuri ſeculi nobilior, quæ ita multis iam annis omni corporis fuerat officio deſtituta, vt ne vnum quidem mouere ipſa membrum valeret. Hæc vbi corpus Abbatiſſæ venerabilis in eccleſiam delatum, donec ſepulturæ daretur, cognouit, poſtulauit ſe afferri illò, & in modum orantium ad illud adinclinari. Quod dum fieret, quaſi viuentem allocuta rogauit, vt apud miſericordiam pij conditoris impetraret ſe à tantis tamque diutinis cruciatibus abſolui. Nec multò tardiùs exaudita eſt: nam poſt dies duodecim & ipſa educta ex carne temporales afflictiones æternâ mercede mutauit.

Alia meritis S. Edilburgæ mortem impetrat.

4 Cùm verò præfata Chriſti famula Thorithgid tres adhuc annos poſt obitum Dominæ in hac vitâ teneretur, intantùm eâ, quam prædiximus, infirmitate decocta eſt, vt vix oſſibus hæreret, & ad vltimum cùm tempus iam reſolutionis eius inſtaret, non ſolùm membrorum ceterorum, ſed & linguæ motu caruit. Quod dum tribus diebus ac totidem noctibus ageretur, ſubitò viſione ſpiritali recreata os & oculos aperuit, aſpicienſque in cælum, ſic ad eam, quam intuebatur, viſionem cœpit loqui: Gratus eſt mihi multùm aduentus tuus, & benè veniſti. Et hoc dicto parumper reticuit, quaſi reſponſum eius, quem videbat, & cui loquebatur, expectans; rurſumque quaſi leuiter indignata, ſubiunxit: Nequaquàm hoc læta ferre queo. Rurſumque modicùm ſilens, tertiò dixit: Si nullatenùs hodie fieri poteſt, obſecro ne ſit longum ſpatium in medio. Et ſicut antea parum ſilens, ita ſermonem concluſit: Si omnimodis ita definitum eſt, neque hanc ſententiam licet immutari, obſecro ne ampliùs quàm hæc ſolummodò proxima nox interſit. Quibus dictis, interrogata à circumſedentibus, cum quo loqueretur, Cum cariſſimâ, inquit, meâ Matre Edilburgâ. Ex quo intellexêre, quòd ipſa ei tempus tranſmigrationis ſuæ proximum nuntiare veniſſet. Nam & ita, vt rogabat, tranſactâ vnâ die ac nocte, ſoluta carnis ſimul & infirmitatis vinculis ad æterna gaudia ſalutis intrauit.

Theorithgida à S. Edilburgâ ad cælum inuitatur:

poſtridie moritur.

DE S. NOTBVRGA VIDVA, S. HIXTA VIRGINE,

ET ALIIS VII. EIVS LIBERIS NOVEM-GEMINIS,

IN DIOECESI CONSTANTIENSI.

SECVLO IX. XXVI. IANVAR.

1 CElebre apud Belgas Noitburgæ *Virginis nomen, quæ cum* Plectrude *amitâ Coloniæ Agrippinæ ſanctiſſimè vixit, tedaſq; iugales, ad quas eam cogere agnati nitebantur, auerſata, vt ſubitò ad æterni ſponſi amplexus euocaretur, precibus obtinuit. Eius 31. Octobris celebratur natalis. Alia in Buellâ vico Conſtantienſis diœceſis in Germaniâ colitur* Notburga *26. Ianuarij. Huius res geſtas Daniel Feldnerus noſter, à Parochis Kleggouienſis vicinæ ditionis, viris grauibus & eruditis, acceptas, nobis communicauit: quas hic damus.*

S. Notburgæ natalis, vita.

2 *Vixit S.* Notburga *ante annos circiter octingentos, regio Scotorum ſanguine procreata: vt primùm illi ætas coniugio habilis fuit, tradita viro, eoq; breui orbata eſt, ſed felici prole grauida: quam ne ſecurè ei liceret eniti, grauibus mox improborum hominum laceſſita eſt iniuriis, atque è patrio ſolo prægnans eiecta. Longis moleſtiſq; itinerum erroribus, in Germaniam peruenit, ad eum Kleggouiæ locum, vbi nunc Buella vicus, in Landgrauiatu, vt appellant, Sulzenſium Comitum ſitus, haud longè à dextrâ Rheni ripâ. Hîc illa prolem enixa nouemgeminam eſt partu vnico, planè admirabili. Nec tamen fidem ſupra eſt tanta fecunditas. Nam quod quidam olim ſcripſêre, haud vnquam plures quinis liberis edi vno partu poſſe; plurimis refutatum pridem exemplis eſt: atque vt illa omittamus nimiùm portentoſa, Comitiſſam Hollandiæ 365. peperiſſe, Hennenbergicam quamdam etiam plures: quæ non ſine inſolito Dei numine euenêre; nouem, duodecim, triginta ſex genitos, grauium ſcriptorum fide conſtat.* S. Quiteriam *aliaſq; nouem eius ſanctas ſorores vno partu natas, ſuo loco daturi ſumus. Ipſi ex Leonardo Paludano V. CL. didicimus, duas nunc in honorario ſeruitio Duciſſæ Bullonienſis verſari puellas, quarum parens vnus fuiſſe fertur è 32. quos mater triplici partu edidit, bis vndenos, ſemel denos. Ad Notburgam redeamus.*

Notburga grauida exulat:

9. liberos gignit,

non inauditâ fecunditate:

3 *Tot iam liberorum parens* Notburga, *eò ſtatim intendit animum vt Deo illos regeneraret, ſalutari baptiſmo ablutos. Aſt aqua deerat. Ancilla fugæ & æruminarum fida comes, ſcipionem, quo domina firmare greſſus conſueuerat, ipsâ iubente arripit, ac petram percutit, è quâ ſubitò limpidiſſimus fons emanauit: cuius aquâ tincti ſacro ritu inq; album filiorum Dei relati omnino octo; nam vnus priuſquàm ablui ritè aquâ poſſet, deceſſerat. Frequentari dein fons hominum concurſu, quos tum miraculi fama, tum ſalutiferi latices exciuerant. Sed quid non violare improborum hominum auaritia & liuor poteſt? Inuidere accolæ aduenantibus peregrinis aquæ illius hauſtum, multaq; miſcere iurgia auſi, admonuti primùm ſunt à Notburgâ, vt grati erga Deum eſſent, tantoq; eius munere pacificè vterentur. Vbi verò animaduertit, nihil ſe iis monitionibus proficere, fontem in propinquam alò tranſiluulam auertit; vbi in hodiernum diem ſcaturit, plurimaq; ferè affert mortalibus emolumenta, aquæ non tam copiâ, quàm ſalubritate.*

fontem miraculosè elicium,

ob accolarum improbitatem

4 *Erat Notburga egregiè religioſa mulier, magnâ erga Deum fiduciâ, dedita precationi, forti in aduerſis animo. Octo liberos piè educauit, ſuarumq; hæredes virtutum inſtituit: qui dein Kleggouiam omnem velut aſtra quædam variè colluſtrarunt, multiſq; mortalibus viam vitæ ſuis exemplis commonſtrarunt. Denium cùm multa pro Chriſto in patriâ, plura etiam in exilio incommoda toleraſſet, liberoſq; ſuos egregiè ad omnem virtutem inſtituiſſet, ac Deo conſecraſſet, luculentis benefactis ac meritis cumulata, migrauit è vitâ, æternâ felicitate à Deo muneranda. Corpus ab accolis piè tumulatum, iuxta eum locum vbi ipſius ſcipione fontem ancilla elicuerat. Extructa eius honori iam ante complura ſecula eccleſia eſt, haud inuenuſta, in quâ eius etiamnum aſſeruatur piâque populorũ veneratione honoratur corpus. Conſueuêre Kleggouienſes Catholici, ſi qua publicè calamitas incubuerit, ad hoc S. Notburgæ templum turmatim ſolenni ritu ſupplicantium conuenire, opemq; eius ac patrocinium magnâ pietate ac fiduciâ implorare: nec ferè vnquam in caſſum miſſa preces. Viſebantur olim in eâ æde anathemata. Iurima, cæleſtis auxilij, Notburgæ interceſſione percepti, argumenta.*

liberis 8. piè educatis,

ſanctè moritur:

publicè colitur;

miraculis celebrat:

5 *Nec vetera ſunt iſthæc omnia. Quædam feruntur nuperrimè obtentæ curationes, quæ miraculi inſtar habent. Matrona nobilis anno 1639. cùm hydrope laboraret, vouit ſe ad S. Notburgæ ædem peregrinationem religioſè ſuſcepturam: ſuſcepit, preces iſthic piè concepit, morbo leuata eſt, atque ingenti exultans grati animi voluptate anathema ſuſpendit, recuperatæ valetudinis documentum.*

hydrops ope illius curatus;

6 *Viro cuidam in vico Gricſſen degenti graue erat vulnus inflictum, quod neque chirurgorum arte, neque vſu thermarum vulnus curari poterat. vxor votum nuncupat adeundi hanc ædem, Diuamq; pro mariti incolumitate deprecãdi. Adiit ingenti quadam plena fiduciâ: marito continuò ſanitas reddita eſt, non ſine plurimorum admiratione.*

7 *Eodem anno hæretica quoque mulier è propinquo pago, qui VVilchlinghen dicitur, reperta à Buellenſi Parocho D. Chriſtophoro VVideman in eccleſiâ S. Notburgæ flexis genibus preces fundens;*

epilepsia. *fundens ac ceræ libram offerens. Rogata quid eo loco supplicabũda agat præter suæ sectæ hominum fidem; respondit, vsu iam se edoctam, hinc filiæ sanitati consulere: quippe eam, si ipsa cum anniuersariis donis precibusq; D. Notburgam fuerit, vti vouerat, deuenerata, toto anno epilepsiâ, quâ laborat, liberam immunemq; esse; sin neglexerit, vehementiùs eam insolitis conuulsionibus agitari, vt horrorem omnibus incutiat, neque ancillari quisquam sibi eam velit, perpetuis ædes vexaturam intemperiis. Ita ad eos quoque qui foris sunt beneficentiæ suæ partem aliquam patitur deriuari Notburga.*

S Hixtæ Virgo miraculis celebris. 8 *Liberorum eius nomina, temporum obliuione obscurata sunt. Vnius adhuc notum est ac celebre,* S. Hixtæ, *siue* Yxtæ *Virginis, quæ in Kleggouiâ sanctè vixit, sepulta in pago* Ieſtetlen, *vbi peculiare ei sacellum araq; dedicata, sub quâ quiescere vulgò existimatur. Multi olim ad hoc sacellum, ac Diuæ sepulchrum, priusquàm hæresis innaleſceret, religionis causâ confluebant; atque ope* S. Hixtæ *remedium aduersùs morbos aliasq; molestias consequebantur.* EX VARIIS.

9 *Ceteri* S. Notburgæ *filij ac filiæ, in variis* Kleggouiæ *locis innocentissimam vitam egerunt, plurimis cælitus illustrati miraculis. Quare iis* Kleggouienses *iam olim, veluti tutelaribus Diuis, varia erexêre sacella. At cùm superiore seculo immani furore latè baccharentur hæretici, ea, vt pleraque alia priscæ religionis monumenta, demoliti sunt; ac propè omnem eorum venerationem aboleuêre. Perdurauit apud* Buellenses S. Notburgæ *cultus. Ea loci patrona habetur, ac publicâ solennitate, etiam forensium rerum strepitu interdicto, XXVI. Ianuarij celebratur. Pingitur in vetustis tabulis octo infantulos brachiis gestans, nono ad pedes iacente, qui nimirùm sine baptismo decessit.* Alij S. Notburgæ liberi Sancti. S. Notburgæ imago.

DE SANCTIS EPISCOPIS

ANSVRIO, siue ISAVRO, ET VIMARASIO,

AVRIENSIBVS;

GONZALO OSORIO, ET FROALENGO,

CONIMBRICENSIBVS;

SERVANDO, VILIVLPHO, PELAGIO,

IRIENSIBVS;

ALPHONSO ASTVRICENSI, ET AVRIENSI, ET PETRO.

SECVL. X. XXVI. IANVAR.

Horum SS. nomina.

Latent horum sanctissimorum Antistitum Acta, consecrata memoria est. Nam Philippus Ferrarius in generali catalogo SS. ita scribit: Auriæ in Gallæciâ S. Isauri Episcopi. In monasterio Ripensi sanctorum Episcoporum Vimarasij, Gonzali, Osorij, Froalensi, Seruandi, Athaulphi, Pelagij & Alphonsi. *In Notis testatur* Isaurum *ab aliis* Ansurium *appellari. De ceteris ita scribit:* Ex his Vimarasius Episcopus Aurienſis fuisse traditur; Gonzalus, Osorius, & Froalensus Conimbricenses; Seruandus & Pelagius Irienses; Athaulphus & Alphonsus Asturicenses. *atque ita* Petrum *omittit*, Gonzalum Osorium *in duos diuidit. Ioannem Mariettam, vtpote hominem Hispanum, quem ipse quoque Ferrarius citat, tutius visum est sequi; qui* Ansurium & Vimarasium *Aurienses Episcopos facit*; Gonzalum Osorium *eumdem esse vult, quem, vti &* Froalengum, *Conimbricenses Antistites ait fuisse*; Seruandum, Viliulphum, Pelagium, *Irienses*; Alfonsum *Asturicensem & Aurienſem*, Petrus *cuius Sedis Episcopus fuerit, negat constare.* Isaurum *quoque ita* VVion *retulit:* In Hispaniâ S. Isauri Episcopi Aurienſis *(imò Aurienſis vel Orensis)* qui sanctitate clarus quieuit in pace. *Eumdem habent Menardus & Dorganius.*

2 *Sequimur velut peregrini in ignotâ regione aliorũ vestigia, etsi quandoque nec satis securè alteq; impressa, & in contrarium ducentia; aut certè cùm sequi non audemus, quò tendere videantur indicamus. Quiescere traduntur horum Sanctorum corpora in monasterio* S. Stephani *ad ripam* Sili *amnis sito. Ferrarius id monasterium* Ripense *vocat, atque in Notis scribit:* Ripa oppidum est Gallæciæ præclarum ad Auum flumẽ, cum cœnobio diœcesis Aurienſis, quod vulgò Ribadauia appellant. *Est quidem celebre illud oppidum, vini maximè præstantiâ, quod in vicino agro nascitur, atque in exteras regiones exportatur, ad dextram* Minij *ripam vbi in eum* Auus, *siue* Auia *illabitur, aliquot infra* Aurienſem *vrbem, siue* Aquas calidas, *leucis.*

Corpora condita, non Ribadauiæ;

3 *At Licentiatus Molina in descriptione Gallæciæ anno 1551. excusâ, quam Lucæ Torres V. CL. beneficio sumus consecuti, verum huius cœnobij situm ostendit, supra Aurienſem vrbem, ad lævam* Sili *amnis ripam. Nam* Silus, *siue vt vulgò appellant* Sil, *fortè veterum* Salo, *apud Astures ortus magnum Gallæciæ tractum rigat, multisq; auctus riuis* Minio *miscetur, ac nomen amittit, licet multò luculentior sit. Haud longè à confluentibus amnium horum visitur S. Stephani monasterium ordinis Benedictini, quod vulgò* De Riba del Sil *appellant. Est id cœnobium semotum à turbis & cõcursu populi, itaque eleganter ædificatum, vt mereatur eodem Molina iudice alibi quàm inter confragosas istas rupes locatum fuisse.* sed ad ripam Sili;

4 *Idem scribit, septem Antistites variarum Ecclesiarum, propter quietem loci ac religionem isthuc secessisse, vitamq; sanctè terminasse. Nomina ipsorum Sanctorum non exprimit, Ecclesias quibus præerant enumerat, nec nisi septem, atque aliter paullò quàm Marietta. Primum ait* Iriæ Flauiæ *Antistitem fuisse, quam vrbem ad* Vllam *amnem in Gallæciâ sitam* El Padron *nunc vocant; Sedes est Compostellam translata: secundum Ouetensem: tertium Lucensem: quartum Mindoniensem, siue vrbis quæ nunc* Mondoñedo *appellatur: quintum Aurienſem, siue Oriensem: sextum Asturicensem: septimum Tudensem.* eorum Sedes;

5 *Subdit dein isthæc Molina.* Horum nomina, & tempus quo quisq; decessit, erã: olim eorũ tumulis inciſa. Verũ à quadraginta eoq; ampliùs annis Reformator quidã cùm isthuc veniſſet, contẽptâ vetustorũ sepulchrorũ fide, & illustri Diuorũ memoriã; omnia isthæc subruit monumẽta, atque ossa cõmista vnâ in arcâ inclusa, post maius altare illius eccleſiæ repositi, vbi etiamnum asseruãtur. reperit idem digitis sanctorũ Antistitum hærentes pretiosos annulos, quibus multæ etiamnum fiunt curationes, tum insertorum lapidum virtute, tum præcipuè ipsorum Sanctorum meritis. *At quis ille* Reformator? *an quispiam ab Apostolicâ Sede aliâ causâ in Hispaniam missus? an potiùs à* sepulchra euersa, ossa commista;

Ex variis. *quopiam vicino Antiſtite allegatus ad explorandum num quid circa priſcas religiones vſpiam innouatum ſit? Ioannes Marietta innuit reſtauratorem monaſterij fuiſſe. Sed quid tamen ei in mentem venit ſepulcra demoliri, oſſa confundere? Eſto, iudicârit fortaſsis non eſſe vindicatos: retuliſſet ad Apoſtolicam Sedem; quæ & ipſa tamen reuerenter habet quæ à maioribus tradita ſunt de cuiuſpiam Diui ſanctitate cultúue, nec temerè damnat cuius vel ignoratur initium, vel quod ſeculorum vſu firmatum eſt, niſi alsunde certò conſtet non rectis rem totam principiis inchoatam. Quo præditus animi ſenſu Baronius quæ de* S. Fausto *Regienſi Epiſcopo acerbiùs antè ſcripſerat, vbi eum intellexit ab omni retro memoriâ in ſuâ Eccleſiâ vt Sanctum coli, ingenuè retractauit. Verùm iſta hactenùs. Quid de iis tradat Marietta videamus.*

6 In monaſterio S. Stephani ad Sili ripam, ordinis S. Benedicti in Gallæciâ, in ditione cui Lemos nomen eſt, à Rege Ordonio fundato, ſepulti fuêre variis temporibus olim nouem Epiſcopi. Extabant ſingulorum ſepulcra lapidea, cum epitaphiis, in clauſtro. Sed cùm reſtauraretur id monaſterium, lapides quidem inde reuulſi atque ad ædificij materiam collati, oſſa verò collecta, aſſeruataq́ue ad publicam venerationem. Sanctorum illorum hæc ſunt nomina: Anſurius, & Vimaraſius Aurienſes Epiſcopi: Gonzalus Oſorius, & Froalengus Conimbricenſes: Seruandus, Viliulphus, & Pelagius Irienſes: Alphonſus Aſturicenſis & Aurienſis: Petrus ignotæ Sedis Epiſcopus.

quâ occaſione:

antiquus cultus,

imagines.

7 Igitur antiquâ traditione, quæ in eo monaſterio ſemper viguit, eorum teſtata eſt ſanctitas. Sculpta non ita pridem affabrè noua altaris tabula, in cuius ſupremo exciſi vultus horum nouem Sanctorum cum eorum nominibus; ibi verò eximiâ cum veneratione, ſanctæ eorum reliquiæ ſunt collocatæ. Illuſtre quoque eorumdem ſanctitatis teſtimonium eruitur ex priuilegio Regis Alphonſi Legionenſis, patris Ferdinandi ſancti Regis, quod in eodem monaſterio aſſeruatur Latinè conſcriptum. Eo teſtatur, cùm facilè oblitteretur obliuione, quod non eſt conſignatum litteris, quoniam ſcriptura memoriam ſuſtentat, & damna obliuionis propulſat, ideò ſe, Alphonſum Dei gratia Regem Legionis & Gallæciæ, cupere ex hoc ſcripto notum eſſe præſentibus ac poſteris, ſeſe tradidiſſe monaſterio S. Stephani, & nouem corporibus ſanctorum Epiſcoporum ibidem ſepultis, quorum meritis multa quotidie à Deo fiunt miracula, quidquid iſthic regij iuris fuit. Eſt illud teſtimonium indubiè magnæ auctoritatis.

8 Solius Anſurij Aurienſis hoc extat epitaphium: En quem cernis cauea ſaxa tegit compago ſacra Præſulis Anſurij, per omnia illuſtriſſimi viri. Affatim fuit dogma ſancta, & vita militauit clara. Non extitit anceps Domini vita, quia ſic prorſus falerauit confeſſio pia. Sinens cathedra prædicta, conglutinans ſe norma monaſtica, ibique egit cuncta qui Domino congruit, ſubſequens Domini voce, requieuit in pace; in puncto nempe ſacri corporis ſimul depoſitio ſub die ſeptimo Kalendas Februarij ærâ nongenteſimâ ſexageſimâ, ætate porrectâ per ordinem ſextâ.

S. Anſurij epitaphium.

9 *Quòd cœnobium illud à Rege* Ordonio *fundatum ſcribit Marietta*; Ordonius *primus ærâ 887. ſiue anno Chriſti 849. Ramiro patri ſucceſſit, regnauitq; annis 16. vt ſcribit Sebaſtianus Salmanticenſis*; Ordonius II. *Alphonſi Magni filius, Garciæ fratri ſucceſſit ſub annum 915. vter cœnobij S. Stephani fundator extiterit, non liquet. De* S. Ferdinando *Rege, filio* Alfonſi IX. *Legionenſis, &* Berengariæ *Caſtellanæ* (*cuius ſoror fuit* Blanca *mater* S. Ludouici) *agemus 30. Maij, obiit anno 1252. Hiſpali, cùm regnaſſet annos 34. menſes 11. dies 23.*

DE S. GOBERTO CONFESSORE

FOSSIS IN BELGIO.

XXVI. Ianvar. 1 *Oppidum eſt ditionis Leodienſis, quod Foſſa dicitur, ſupra Namurcum, inter Moſam & Sabim amnes. Hîc Canonicorum collegium eſt S. Foillano ſacrum; olim Abbatia, de quâ mentio fit in diplomate Ludouici Regis, Arnulphi Imp. filij, apud Miræum in Notitiâ Eccleſiarum Belgij cap. 47. & Chapeauuillum to. 1. hiſtoriæ Epiſcopor. Leodienſ. his verbis:* atque abbatiam nomine Foſſas, per præſtariam à Giſlanâ Abbatiſsâ noſtrâ conſanguineâ, noſtræ voluntatis conſenſu, acquiſitam, in pago ac Comitatu Lummenſi conſtitutam, cuius nunc adeſt Comes Berengarius *&c.*

Foſſa oppidum.

2 *Hîc XXVI. Ianuarij colitur* S. Gobertus *Confeſſor. ita Galeſinius:* In Belgis, S. Goberti Confeſſoris. *Hugo Menardus in Martyrologio Benedictino:* In Belgio, monaſterio Foſſis, S. Goberti Confeſſoris. *eumdem refert Dorganius. Plus aliquantò ſcribit VVion:* In Belgio monaſterio Foſſis, S. Goberti Confeſſoris, qui in eodem loco quieſcit. *addit in Notis:* Videtur fuiſſe eiuſdem cœnobij Foſſenſis monachus, quod tamen adhuc pro comperto non habeo. *Quod ille coniectauit, aſſeruit dein pro parte Ferrarius:* Foſſis in Belgio S. Goberti monachi. *præter Martyrologium monaſticum, Galeſinium citat qui monachum tamen non facit, & Molanum in Natal. SS. Belgij, vbi huius* Goberti *nulla mentio; an in Addit. ad Vſuardum mox videbimus.*

S. Goberti natalis,

3 *Quòd reliquias iſthic quieſcere aſſerit VVion, idem ſcribit Sauſſaius:* Foſſis monaſterio in Hannoniâ depoſitio itidem S. Goberti Confeſſoris; cuius anima pro meritis diuinâ immortalitate potitur: corpus verò pridem coruſcum miraculis, ibidem honorificè quieſcit. *At non ſunt in Hannoniâ Foſſæ. De reliquiis accipe quid compererit olim curioſiſsimus Molanus, qui in Indiculo SS. Belgij ita ſcribit:* S. Gobertus Confeſſor habet Foſſis ad S. Foillanum, officium cum nouem Lectionibus, VII. Kalend. Februarij. Vbi quieſcat ignoro. Sed quidam, nomine Gobertus, dixit mihi imagines S. Goberti imprimi Bronij, & quòd arbitretur reliquias eius aſſeruari haud procul à Foſſis & Bronio.

reliquiæ.

4 *Sauſſaius in Supplemento Martyrologij Robertum hoc die commemorat. ita enim ſcribit:* Foſſis ad S. Foillanum, S. Roberti monachi & Confeſſoris ibidem officio IX. Lectionum. *Nullus Foſſenſibus notus* Robertus. *Idem Sauſſaius, vt ex Indice patet, eumdem cenſuit eſſe* Gobertum *qui 23. Nouemb. in quibuſdam Martyrologiis refertur: nobis, alius ſit an idem, non liquet; qui neutrius Acta viderimus. At de illo ad vetuſtum Adonis Martyrologium, quod in monaſterio S. Laurentij Leodij aſſeruatur, iſta antiquâ manu 23. Nouemb. erant adſcripta:* Item S. Gothberti Confeſſoris. *Antiquum MS. Vſuardi Martyrol. quod fuit Auguſtini Hunnæi, Molanus quoque & Carth. Colon. in addit. ad Vſuardum, & MS. Florarium:* In territorio Remenſi S. Goberti Confeſſoris, *at Caniſius & Ferrarius:* In territorio Laudunenſi S. Goberti Confeſſoris. *Sauſſaius in Supplem. Martyrol.* Eodem die in agro Laudunenſi S. Goberti Confeſſoris, diuinæ gratiæ teſtimoniis præclari.

An idè qui 23 Nou. colitur?

5 Ab hoc autem, *vt ſcribit in cit. to SS. Indiculo Molanus,* diuerſus eſt Gobertus, Comes Aſperi-montis, qui contemptâ nobilitate, in Villariâ profeſſus eſt monaſticam religionem; vbi & honorificam habet ſepulturam, & vitæ hiſtoriam libris tribus conſcriptam. Sed non eſt ab Eccleſiâ Sanctis adſcriptus: vt nec aliquot alij, qui in eodem monaſterio multâ ſanctitate claruerunt: quorum veneranda oſſa ſimul ſunt collocata. *Huius Goberti hiſtoriam dabimus XX. Auguſti.*

alius à Villarienſi.

6 *Colitur autem* Foſſis S. Gobertus (*vt ex litteris* R. D. *Ægidij Bourdouxij, qui iam circiter 30. annis fuit iſthic Canonicus, didicimus*) *XXVI. Ianuarij officio nouem Lectionum, quæ in 2. & 3. Nocturno ſumuntur de communi Confeſſoris Pontificis.*

Quo ritu eo atur.

DE

XXVI. IANVARII.

DE B. ALBERICO

PRIMO ABBATE CISTERCIENSI.

Ex variis.

SVB INITIVM XII. SEC. XXVI. IANVAR.

1 CIſtercium diœceſis Cabilonenſis in Burgundiâ cœnobium eſt longè nobiliſſimum, Congregationis Ciſtercienſis toto orbe propagatæ caput. Primum eius Abbatem alij S. Robertum ſtatuunt, alij Albericum. Et ſanè hic Ciſtercium etiam ante S. Robertum incoluit. ita namque in S. Roberti vitâ quam dabimus 29. Aprilis, dicitur: Erant autem inter eos (Moliſmenſes monachos, quibus Robertus Abbas præerat) quatuor viri fortiores, ſcilicet Albericus & Stephanus & alij duo, qui poſt clauſtralis exercitij rudimenta ad ſingulare certamen eremi ſuſpirabant. Egreſſi ergo de monaſterio Moliſmenſi, venerunt ad locum cui nomen * Viuificus eſt: quem cùm aliquanto tempore incoluiſſent, ad inſtantiam Moliſmenſium à viro venerabili Ioceranno Lingonenſi Epiſcopo, niſi reuerterentur, excommunicationis ſententiam receperunt. Compulſi ergo præfatum locum relinquere, venerunt ad quamdam ſiluam, Ciſtercium ab incolis nuncupatam: vbi in honore beatę Dei genitricis oratorium conſtruentes, nec minis nec precibus à ſuo deinceps propoſito potuerunt reuocari; ſpiritu feruentes & infatigabiliter die ac nocte Domino ſeruientes.

B. Albericus cum ſociis Moliſmo ſecedit:

** Sur.* Vinicus.

Ciſtercium adit:

2 Audiens autem B. Robertus ſanctam ipſorum conuerſationem, aſſumptis ſecum viginti & duobus Fratribus perrexit ad eos, vt ſancti eorum propoſiti eſſet particeps & adiutor. A quibus ſummâ cum deuotione ſuſceptus, eiſdem aliquamdiu paternâ ſollicitudine præfuit, regulariter ipſorum vitam & mores inſtruens, & ſemetipſum religionis & honeſtatis formam exhibens & exemplum. Moliſmenſes autem ægrè ferentes ſe à tanto Paſtore deſtitui, ſummum Pontificem adierunt, vt vir Domini B. Robertus ad Eccleſiam Moliſmenſem, quam priùs fundauerat, regredi cogeretur. Summus verò Pontifex audiens nouellam plantationem Ciſtercienſium in Chriſto firmiter radicatam, gauiſus eſt valdè, comperto quòd in omni morum honeſtate pollerent; & quòd B. Roberti exemplo formati, S. Benedicti regulam feruentiùs obſeruarent. Videns autem quòd Moliſmenſibus immineret excidium, ſi viri Dei præſentiâ fraudarentur; ſcripſit Epiſcopo Cabilonenſi quatenùs alio Abbate Ciſtercienſibus ordinato, B. Robertum cogeret reuerti Moliſmum.

ſequitur S. Robertus,

ſed mox iubetur Moliſmū reuerti.

3 Quo coinperto B. Robertus ſciens quia melior eſt obedientia quàm victimæ, & quaſi ſcelus eſt idololatriæ nolle acquieſcere; diſpoſitis ibidem quæ ad nouæ inſtitutionis obſeruantiam pertinebant; Abbatem eis præfecit virum Deo dignum Albericum, qui fuit vnus de primis monachis Eccleſiæ Moliſmenſis: ſicque omnibus ſalubriter ordinatis, ad monaſterium Moliſmenſe, quod ipſe B. Mariæ fundauerat, reuerſus eſt. Defuncto verò poſt biennium Alberico, ſucceſſit Stephanus à B. Roberto Abbas Ciſtercienſibus ordinatus. Sicque nouellæ plantationis inſtitutor exiſtens, dum ad eius arbitrium vtriuſque monaſterij, Moliſmenſis videlicet & Ciſtercienſis, ordinatio pertineret, cum duobus monachis Moliſmum rediit. *Plura ad S. Roberti vitam de vtriuſque monaſterij fundatione dicemus.*

Albericus creatur Abbas.

4 *In libro qui inſcribitur* Collationes SS. PP. de initio Ciſtercienſis ordinis, *auctore Clara-vallenſi monacho anonymo, nulla fit mentio prioris illius ſeceſſus Alberici, Stephani, & duorum aliorum ad eremum Ciſtercij ante S. Robertum; ſed cap. 10. dicitur S. Robertus, cùm ſancti illi Fratres poteſtatem ſibi ab eo fieri aliò migrandi popoſciſſent, vltro ſe iis comitem obtuliſſe. Nominantur verò cap. 12. primi Ciſtercij habitatores omnino ſeptem,* Robertus, Albericus, Odo, Iohannes, Stephanus, Letaldus, Petrus. *Sed nuſquam iſthic mentio fit præfecturæ* Alberico *commiſſæ; verùm Roberto coacto Moliſmum reuerti, dicitur Abbas electus à Fratribus S. Stephanus.*

Primi eius ſocij.

5 *Aſt ad Sigeberti Gemblacenſis chronicon in edit. Laurētij de la Barre ab antiquo auctore, ſiue Roberto de Monte, ſeu quo alio, ad an. 1098. poſt variæ de Ciſtercij initiis, iſta addita ſunt:* Hoc igitur anno, ab Incarnatione ſcilicet Domini 1098. venerabilis Hugonis Lugdunenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, Sedis Apoſtolicæ tunc Legati, & religioſi viri Walterij Cabilonenſis Epiſcopi, nec non & clariſſimi Principis Odonis Burgundiæ Ducis freti conſilio, auctoritate roborati, inuentam eremum in abbatiam conſtruere cœperunt; præfato Abbate Roberto ab illius diœceſis Epiſcopo, videlicet Cabilonenſis, ſuſcipiente curam virgamque paſtoralem, ceteris ſub ipſo in eodem loco firmantibus ſtabilitatem. At verò poſt non multum temporis factum eſt, vt idem Abbas Robertus, requirentibus eum monachis Moliſmenſibus, Papæ Vrbani II. iuſſu, Walterij Cabilonenſis Epiſcopi licentiâ & aſſenſu, Moliſmum reduceretur: & Albericus vir religioſus & ſanctus in ipſius loco ſubſtitueretur. Hoc ſanè inter vtramque Eccleſiam ſequeſtro pacis gratiâ retento, & auctoritate Apoſtolicâ confirmato, vt ex eo iam tempore neutra earum vtriuſlibet monachum ad habitandum ſine cōmendatione regulari ſuſciperēt. Quo facto nouum monaſterium noui Patris ſollicitudine & induſtriâ in breui & non mediocriter, Deo cooperante, in ſanctâ conuerſatione profecit, opinione claruit, rebus neceſſariis creuit. *quæ eadem habentur in Speculo Vincentij lib. 23. cap. 94.*

Ciſtercium promouet:

6 *At de* Alberici *morte ibidem ad annū 1107. iſta habentur:* Albericus Abbas Ciſtercij ſupernæ vocationis brauium, ad quod ibidem per nouem annos non in vacuum cucurrit, decimo apprehendit. Cui ſucceſſit Dominus Stephanus *&c. Atque ita diuerſa de tempore, quo Ciſtercium rexit, ſententia. Neque enim eſt quòd exiſtimet quiſquam obiiſſe quidem Albericum anno 1107. ac duobus annis præfuiſſe illi cœnobio, at reliquum omne tempus iſthic ſub Roberto Abbate anteà exegiſſe. Nam cùm* anno 1098. XII. Kalend. Aprilis, ſolenni die natalis ſanctiſſimi Benedicti, (*vt habet idem liber Collationum*) quem geminata lætitia tunc celebrem reddiderat, ob Dominicam Palmarum, quæ in ipſum occurrerat, lætantibus Angelis, tabeſcentibus dæmonibus, Ciſtercienſis domus, ac per hanc totius Ciſtercienſis Ordinis religio, per viros ad Chriſtianam philoſophiam penitùs expeditos exordium ſumpſerit; *anno verò ſequenti 1099. IV. Kal. Aug. obierit* Vrbanus II. *Papa; huius tamen iuſſu Moliſmum redire coactus eſt Robertus: & infrà* Paſchalis II. *recitabitur priuilegium, datum* Troiæ XIV. Cal. Maij, Indict. VIII. an. MC. Alberico Noui-monaſterij, *id eſt, Ciſtercij, Abbati conceſſum. Ergo ſi vſque ad annum MCVII. vixit, nouem ferè annis Abbas fuit.*

quamdiu Abbas fuerit.

7 In Martyrologio Ciſtercienſi, *vt ſcribit Claudius Robertus,* dicitur *Albericus* obiiſſe VII. Kalend. Februarij. *Eo die Kalēdarium Ciſtercienſe Diuione editum:* Albericus II. Abbas in Ciſtercio, Ordinis fundator. *Sauſſaius in Martyrol. Gallicano:* Albericus II. Abbas Ciſtercienſis, ſuſpiciendus vir ſanctitate, exutâ mortalitatis mole, ad ſupernæ ciuitatis gaudia pertrāſiuit. *Abſtinet Sauſſaius* Sancti *ac* Beati *titulo. At Ciſtercienſes, vt ex viris grauiſſimis eius Ordinis accepimus,* Sanctum *appellant, etſi officio Eccleſiaſtico minimè venerentur: alij* Beatum *ſcribunt. Hugo Menardus:* Ciſtercij, B. Alberici Abbatis. *Eumdem quoque recenſet inter* Sanctos & Beatos Ord. Ciſtercienſis, qui reperiuntur ſub finem Miſſalis eiuſdem Ordinis editi Pariſiis anno 1526. *Chryſoſtomus Henriquez, qui in Faſciculo SS. eiuſdem Ordinis ſcripſerat X. Iulij eum obiiſſe, in Menologio illud veluti tacitè retractans, XXVI. Ianuarij iſto eum elogio celebrat:* In Galliâ natalis beatiſſimi Patris noſtri Alberici ſecundi Abbatis Ciſtercij, qui cu n

eius natalis,

Beati titulus.

elogium ex Chryſoſt. Hēriquez.

Ex variis.

cum BB. Roberto & Stephano ſacrum noſtrum Ordinem inchoauit; quem ipſe ſub Deiparæ Virginis titulo & patrocinio conſtituit; à quâ etiam viciſſim albam cucullam pius Pater accepit: vnde nigro habitu Cluniacenſium relicto, albis veſtibus de cetero Ciſtercienſes vti cœperunt. Imò conſtitutiones, quas ipſe primò condidit, à beatiſſimâ Virgine accepiſſe fertur. Eidem aliquando pia peccatorum protectrix apparens, dixit: Ego Ordinem iſtum vſque in finem ſeculi protegam & defendam. Cumque ſæpè ab ipsâ, & aliis cæli ciuibus viſitaretur, & variis miraculis clarus effulgeret, in morbum incidit, & monachis ſuis Ordinis propagationē & incrementum promittens, ſymbolum Apoſtolicum clarâ voce recitauit, pòſt litanias perlegit: cumque ad illum perueniſſet locum, S. Maria ora pro nobis; facies eius cœpit quaſi diuinâ, inſtar ſolis, luce perfuſa, intermicantes effundere radios: & mox veluti in ſomnum leuiter ſolutus animam efflauit ſanctiſſimam. *In Notis addit*, in teſtimonium ſanctitatis admirandæ, floruiſſe corpus & ſepulchrum eius infinito numero miraculorum, & nomen ipſius eſſe catalogo Sanctorum canonizatorum ordinis Ciſtercienſis inſertum.

diuinâ luce perfuſus, moritur.

inter Sanctos relatus.

8 *Idem Chryſoſtomus in Faſcicul. SS. Ord. Ciſtercienſis lib. 1. diſt. 2.* B. Albericī *vitam fuſiùs, ex variis auctoribus ac monumentis Ordinis deſcribit, quam ex eo hic damus. Eamdem Hiſpanicè ante Chryſoſtomum edidit Barnabas de Montalbo Chronic. Ciſterc. part. 1. lib. 1. cap. 22. & 5. ſequentibus. Agunt de eodem Alberico quotquot Ordinis Ciſtercienſis exordia proſequuntur. Cæſarius Heiſterbacenſis lib. 1. cap. 1.* Albericus vir ſanctus & religioſus, eius (*Roberti*) loco ſubſtituitur. Cuius ſollicitudine, Dei gratiâ cooperante, non mediocriter vallis illa claruit, & in rebus neceſſariis creuit. *Fusè quoque de Alberico ortuq; Ciſtercij ſcribit Autbertus Miræus in Chronico Ciſterc. Angelus Manrique in Laureâ Euangelicâ, vbi* Sanctum *abſolutè indigitat lib. 3. diſt. 7. §. 3. vti & Montalbo. Meminit & Baronius in Notat. ad Martyrol. 29. Aprilis, qui tamen vehementer fallitur dum anno 1098. mortuum S. Robertum ſcribit.*

Qui alij de eo ſcripſerint.

VITA

Auctore Chryſoſtomo Henriquez.

CAPVT I.

Ciſtercienſi congregationi Abbas præficitur, & ordinem ſuum B. Mariæ, communi omnium voto, ſacrum facit.

1 COmmemoratum eſt à nobis in ſuperioribus quomodò à Moliſmenſibus reuocatus S. P. Robertus Ciſtercium deſeruit. Monachi igitur in eius abſentiâ, cùm ſine capite in ſolitudine extitiſſent, conuenientes inter ſe, præſente Cabilonenſi Epiſcopo, B. Albericum Abbatem crearunt, virum integritate vitæ præſtantem, & monaſticæ regulæ obſeruantiſſimum [a].

a B. Albericus Prior Moliſmēſis

2 Hic adoleſcens monaſterium Moliſmenſe ingreſſus, mundi blandimentis illecebriſque abdicatis, ſumpto habitu religionis, Dei ſe obſequio obſtrinxit, eoque peruenit, vt ſub Patre Roberto Prioratus munere fungeretur. Cumque multis iniuriis & contumeliis, contra dignitatem nominis, à Religioſis afficeretur, & carcerem ac verbera perpeſſus fuiſſet; ſtatuit eorum cœtu relicto, alium petere locum, vbi faciliùs traditâ obliuioni iniuriâ, regulæ auſteritatem poſſet obſeruare. Sic itaque S. Albericus primus fuit, qui Patre Roberto Moliſmum deſerente Ciſtercium venit, ordinemque iam penè collapſum reſtituit; & B. Roberti ſequens veſtigia, ordine reformato, ad regulæ obſeruationem, & benè viuendi normam Religioſos reduxit. Cùm autem Abbas Robertus, & cum eo aliqui monachi, qui eremum non diligebant, Ciſtercium derelinquerent, manſit B. Albericus cum duodecim aut tredecim monachis, qui regulari electione eum in Abbatem ſibi promouerunt.

multa à monachis patitur:

ſecedit Ciſtercium:

3 Mox cùm in conſtructione monaſterij Religioſi animis corporibuſque incumberent terram fodiendo, cædendo arbores, & humeris portando ea quæ vſui erant ædificio; ipſe nullam partem laboris fugiens, non verbis, ſed opere & exemplo, illis præibat; & non obſtante ſenio, vigiliis & inediâ corpus mirum in modum macerabat. Dum verò operi eſſet intentus, ne fortè ſpiritus otio vacaret, pſalterium Dauidis inter manus ſumens, crebro ex intimis cordis penetralibus ſuſpirio, feruentibuſque piæ mentis orationibus cælos penetrabat. Poſt occaſum ſolis, aliis per quietem ſe à laboribus reficientibus, ipſe maiorem partem noctis diſciplinis exigebat: ſomnoque indulgens, non ad voluptatem, verùm ad naturæ vires refouendas, nudis aſſeribus incumbebat; breuiterque excitatus ſurgebat, & flexis genibus magnâ animi pietate Pſalterium Dauidicum legebat, quod abſoluebat antequàm Fratres ad vigilias decantandas ſurgerent.

manibus laborat cū ſocio,

precationi interim vacans,

ſomni parcus:

4 Inter hæc omnia, ipſe & ſui Deiparæ Virginis egregij erant cultores, eam Ordinis recens fundati Præſidem adoptando, cuius ſub patrocinio congregatio Ciſtercienſis omnium virtutum genere faceret progreſſum, & ab omni vitiorum ſpurcitiâ conſeruaretur. Et ſic decreuerunt [b] omnia ſua monaſteria ſub eius nomine conſtituere, cuius interueniente patrocinio paruus ille fons Ciſtercienſis in aquas plurimas redundauit, cuius profeſſores variis virtutum titulis effulſerunt. Audi hoc ab ipſo ſummo Eccleſiæ Paſtore Gregorio XI. qui loquens de Ciſtercienſium profeſſione & perfectione, iure meritiſſimo dixit: In veſtitu deaurato Eccleſiæ ſponſæ Chriſti, quæ varietate circumdata, ſponſo ſuo ſpecioſo formâ præ filiis hominum, mirabilis integritate fidei, & ſoliditate ſpei à dextris adſtitit, Ciſtercienſis Ordo, diuinis mancipatus obſequiis, & inter religiones ceteras, Virgini ſingularitate deuotionis adſcriptus; ex inſtitutione primariâ, & profeſſorum ipſius, quantum ex alto conceditur, proſecutionis inſtantiâ, rutilat caritate, candet caſtimoniâ, & pulchritudine conuerſationis elucet. Huius Ordinis candidi Nazaræi, dicti videlicet profeſſores eiuſdem ſub arctæ obſeruantiæ diſtrictione viuentes, in conſpectu eorumdem Regis Regum, & Reginæ cæleſtis phialas odoramentorum plenas, in orationum aſſiduitate præſentant, beneplacitis illorum per opera pietatis inſeruiunt, &c. Iacobus etiam Vitriacus, Acconenſis Epiſcopus, Hiſt. Occid. cap. 14. Famâ autem, inquit, & opinione ſanctitatis Ciſtercienſium, quaſi ex odore vnguenti, adeò repleta eſt tota domus Eccleſiæ Ieſu Chriſti, quòd non eſt prouincia vel regio, ad quam vinea illa benedicta palmites ſuos non extenderit. Dilatauit Dominus & beata eorum Patrona Virgo Maria (cui vnanimiter & vno humero vbique deuotiſſimè inſeruiunt) locum tentorij eorum: & non ſolùm vſque ad mare propagines ipſorum protendit; vt iam per experientiam in ſe completum agnouerint, quod ait Dominus in Euangelio, Centuplum accipient in hoc ſæculo, & vitam æternam in futuro.

D. Virginem patronam Ordinis adoptas.

Matth. 19. 29. Marci 10. 30.

a *Addunt Montalbo & Miræus, egregiè litteratum fuiſſe.*

b *Cæſarius lib. 1. cap. 1.* Et quia cœnobium, de quo exierunt, conſtructum fuerat in honore beatæ Dei genitricis Mariæ, tam ipſi, quàm eorum ſucceſſores, de eodem nouo monaſterio propagati, omnes ſuas Eccleſias in honore eiuſdem glorioſæ Virginis cenſuerunt eſſe dedicandas.

CAPVT II.

De mutatione habitus monachorum Ciſtercienſium de nigro in album colorem; & quomodò B. Albericus cucullam candidam de manu Dei Genitricis accepit.

Fouetur eum ſuus à D. Virgine,

5 ITaque cùm ſic Diuam Matrem, collatis inter ſe ſuffragiis, in Præſidem & Patronam elegiſſent; ipſa etiam, vt affectum compenſaret, eos non ſolùm in clientes, verùm in filios adoptauit, crebrâ viſitatione id teſtata. Aliquando beatarum mentium agminibus ſtipata adueniens, vt ſeruorum ſuorum corda cæleſti ſolatio perfunderet; ac illibatæ caſtimoniæ floris dilectrix, in ſignum amicitiæ, quâ religioſum cœtum proſequebatur, monachis albicantem habitum dedit, eximio hoc veſtimenti candore animi eorum integritatem & puritatem, certiſſimo tamquàm ſymbolo, denotans. Cùm enim primi noſtri Patres egreſſi fuerunt de Moliſmo, habitum nigrum Cluniacenſis congregationis retinuerunt, donec tempore B. Alberici ipſa Regina Angelorum colorem mutare præcepit. id autem in hunc modum accidit.

& ab eâ veſtem albam accipit;

6 Beato Patre Alberico eiuſque monachis laudes & matutinas horas deuotè canentibus adfuit, vt dixi, Deipara Virgo, cæleſtium ſpirituum circumſtipata phalange, præferens manibus candidam & nitidiſſimam cucullam, quam ſtupentis Alberici capiti imponit. Sed ecce miraculum miraculo excipitur. Simul atque enim habitus ille albus Alberico impoſitus eſt, monachorum in choro pſallentium cucullæ colorem mutarunt, & quę anteà nigri erant coloris, repentè candidiſſimo inſtar niuis colore ſunt infectæ, & ſtatim ex oculis ſeruorum ſuorum Virgo beatiſſima euanuit. Hanc mirabilem habitus mutationem plures grauiſſimi & fide digniſſimi auctores admittunt, & variis fundamentis probare nituntur. Inter quos Barnabas de Montaluo Hiſt. Ciſt. lib. 1. Angelus Manrique Sanctoral. Ciſt. lib. 1. diſc. 3. par. 12. & Laureâ Euangelicâ lib. 2. diſcur. 10. Ioannes Aluarus Epiſcopus Celſonenſis in Vitâ S. Bernardi. Laurentius de Zamorâ, Monarchiâ myſticâ. Ludouicus Bernardus Republic. monaſtic. lib. 5. in c. 55. Regulæ de veſtimentis Fratrum. Athanaſius Iouera, in vitâ SS. Athilani & Froylani c. 17. Ioannes etiam Generalis Ordinis Ciſtercienſis, vir ſanctitate præcipuus (quem ex vtero matris ſuæ à Domino in benedictionibus dulcedinis fuiſſe præuentum teſtatur Bonifacius Simoneta lib. 3. de fidei Chriſtianæ & Romanorum Pontificum perſecutionibus) idem quod diximus probat, dum aſſerit habitum Ordinis Ciſtercienſis à beatiſſimâ Virgine traditum fuiſſe, in exhortatoriâ concluſione libri priuilegiorum, his verbis. Hæc profectò ſacra religio, quæ potiùs ad ſanctæ regulæ S. Benedicti obſeruantiam Reformatio dicitur, prout ſanctiſſimi Bernardi aliorumque Patrum ſcripta tradunt, peculiaris eſt in terris familia glorioſiſſimæ Matris Domini, cuius viuendi formam ſibi deotis famulis primis Patribus noſtris inſpirare certum eſt. Nam vltra ſpirituales reuelationes, intimaſque conſolationes, ſæpius fulgidiſſimo cæli ciuium ſtipata comitatu, eos viſitabat, etiam viſibiliter conſolabatur, & docebat, adiuuabat, dirigebat. Ob hoc & ipſa ſacri huius Ordinis Patrona, Domina, Protectrix & Aduocata nominatur. Sicut & Ordo ipſe primus eſt omnium Ordinum in eius honorem dedicatus, cuius habitum tam monachorum, quàm ſanctimonialium, tradidiſſe fertur, cum tantæ dignitatis auctoritate, merito, & virtute; vt diabolus nullam habeat poteſtatem in aliquem, qui eo indutus moritur &c. Ecce non modò habitum, ſed & conſtitutiones ac regulam vitæ à beatiſſimâ Virgine acce-

vt varij Auctores teſtantur.

D. Virgo ſæpè illos viſitat:

piſſe homo tantæ auctoritatis teſtatur. Sed iam progrediamur vlteriùs. AVCTORE CHRYSOSTOMO HENRIQVEZ.

7 Cùm aliquando B. Albericus orationi intentus, ſpiritum ad æthera erigeret, apparuit ei piiſſima Mater, & Ordinis ſui propagationem & incrementum promiſit, & adiecit: Ego Ordinem iſtum vſque in finem ſeculi protegam & defendam. Qualiter autem verbum ſuum adimpleuerit, quâue ſollicitudine filios ſuos protexerit in neceſſitatibus & tribulationibus ſuis, nullus Ciſtercienſium antiquitatum vel mediocriter peritus ignorat. Teſtis nobis eſt ipſe ſummus Pontifex Innocentius, qui cùm Ordinem Ciſtercienſem conaretur extinguere, ab ipsâ piiſſimâ Matre acriter increpatus, talia verba audiuit: Tu Ordinem Ciſtercienſem, cuius Aduocata ego ſum, deſtruere conaris; ſed non præualebis, & niſi citiùs de tuo malo propoſito reſipiſcas, ego te & omnem poteſtatem tuam conteram. Cuidam etiam iuueni Colonienſi, qui incredibili odio aduersùs Ordinem concepto, Religioni Ciſtercienſi detrahere non ceſſabat, apparens Deipara Virgo, ſeuero vultu, & quaſi faciem ſuam ab eo auertens, dixit: Male puer, optimis amicis meis, quos habeo in toto mundo, maledicis & detrahis? Et his dictis diſparuit. Sed quid mirum, ſi ſeruos ſuos in terris tuetur, quæ eos in cælis ſingulari amoris affectu fouet & diligit Quâ de re accipe memorabile exemplum, quod his verbis narrat Cæſarius lib. 7. c. 60.

Quemdam aduerſantem increpat;

item alium illi Ordini detrahentem;

8 Monachus quidam Ordinis noſtri, Dominam noſtram plurimùm diligens, ante paucos annos, mente excedens, ad contemplationem gloriæ cæleſtis deductus eſt. Vbi cùm diuerſas Eccleſiæ triumphantis ordines videret, Angelorum videlicet, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & eoſdem certis characteribus diſtinctos; item Canonicos Regulares, Præmonſtratenſes, ſiue Cluniacenſes; de ſuo ordine ſollicitus cùm ſtaret & circumſpiceret, nec aliquam de illo perſonam in illâ gloriâ reperiret, ad beatam Dei Genitricem cum gemitu reſpiciens ait: Quid eſt, ſanctiſſima Domina, quòd de Ordine Ciſtercienſi neminem hic video? Quare famuli tui tibi deuotiſſimè ſeruientes, à conſortio tantæ beatitudinis excluduntur? Videns eum turbatum Regina cæli, reſpondit: Ita mihi dilecti ſunt, qui de Ordine Ciſtercienſi ſunt, vt eos etiam ſub vlnis meis foueam, aperienſque pallium ſuum, quo amicta videbatur, quodque miræ erat latitudinis, innumerabilem multitudinem monachorum, Conuerſorum, & ſanctimonialium illi oſtendit. Qui nimis exultans & gratias referens, ad corpus rediit, & quid viderit, quidue audierit, Abbati ſuo narrauit.

& ſub pallio ſuo Ciſtercienſes fouet.

CAPVT III.

Mirabili quadam viſione Ordinis Ciſtercienſis ſanctitas & perfectio in ipſis fundationis ſuæ primordiis à Chriſto commendatur.

9 SVb tantæ Protectricis clientelâ, in ſolitudinibus Ciſtercij, primi Patres noſtri non vſitato genere ſanctimoniæ florebant, Chriſtianæ crucis mortificationem in ſuis corporibus circumferentes. Ipſi enim diuino mancipati obſequio Chriſtum cruci affixum induere conabantur, diuitias reiiciebant, ſeculi contemnebant voluptates, & cæleſtem viuendi rationem inibant, ita vt totus orbis miraretur in hominibus cæleſtem conuerſationem, & Angelicam puritatem. Albericus humilis illius familiæ magiſter ac Pater, omni ſanctarum virtutum venuſtate, & incorrupto bonę conuerſationis odore, ſe ipſum Altiſſimo gratum reddebat, & diſcipulorum mentes illuſtrabat. Cuius exemplo intantùm proficiebant diſcipuli, vt in vigiliis, ieiuniis, carnis maceratione, orandi ſtudio, piis meditationibus, altiſſimâ

Alberici & ſociorũ ſanctitas,

Avctore Chryso-stomo Henri-qvez.

tissimâ contemplatione, profundâ humilitate, atque in ardentissimâ erga Deum & proximos caritate, veri essent sancti Patris Alberici imitatores. Sic igitur Magister Christi, discipuli Magistri vestigiis inhærentes, à perfectionis semitâ nec in minimo quidem deuiabant, sed viam quæ ducit ad vitam firmissimâ spiritus fortitudine & constantiâ tenebant. Nec id tam absolutè asserere ausus fuissem, si ipse, qui est via, veritas, & vita, idem suâ auctoritate non confirmasset, mirabili quadam eâque gloriosâ reuelatione sanctissimi Alberici, & omnium Cisterciensium ascetarum, qui sub eiusdem Patris magisterio Altissimo famulabantur, perfectionem ostendens.

Lib. 25. cap. 106.

10 Anno Domini 1104. quidam Clericus de Vendopera (verbis Vincentij Belluacensis vtor) cùm studeret in scholis apud Lugdunum, vidit visione noctis vallem sub monte, super quem ciuitas pulcherrima sita erat, cuius aspectus nimium delectabat intuentes; ita vt quisquis eam videret, de aspectu illius satiari non posset, & modis omnibus laboraret, quomodò ad eam peruenire valeret. Interea vidit fluuium quemdam sub pede montis, quem dum circumiret, quærens quomodò illum transmearet, vidit super ripa fluminis duodecim pauperes lauantes in flumine tunicas suas. Inter quos erat quidam veste candidissimâ indutus, aliis dissimilis, qui iuuabat alios in tunicarum suarum ablutione, qui postquàm adiuuerat vnum, ibat posteà adiuuare alium. Tunc Clericus, qui hoc videbat, accessit ad illum, qui ceteros adiuuabat, & dixit: Quæ gens estis vos? Qui ait: Isti pauperes homines sunt pœnitentiam agentes, & se à peccatis suis lauantes, & ego filius Dei Iesus Christus, sine cuius auxilio, nec isti, nec alij possunt benè facere. Ciuitas hæc pulchra, quam vides, Paradisus est, vbi ego maneo, & quando quis tunicam suam lauerit, & pœnitentiam peregerit, in illam intrabit. Tu ipse satis diu quæsisti viam, quâ itur ad illam, sed nulla alia via, quàm ista ducit ad eam. His dictis Clericus à somno euigilauit, & mirari cœpit de visione. Non multò pòst rediens de scholâ in patriam, narrauit Episcopo Cabilonensi visionẽ hanc, cui familiaris erat. Quâ auditâ Episcopus suasit ei, vt sæculum relinqueret, & religionem intraret, cõmendans ei super omnes Ordines, nouellum illum Ordinem Cistercien-sem. Ille venit Cistercium, & inuenit locum incultum & desertum, & Fratres inter bestias conuersantes. Ad portam verò monasterij, quæ de vimine facta erat, pendebat malleus ferreus, cuius sonitu ad portam portarius compellebatur ab intrare volentibus. Hoc verò sonitu portarius vocatus venit ad eum foras, & inclinans se salutauit eum. Quem Clericus intuens, statim recognouit eumdem vidisse inter eos, qui tunicas in flumine lauabant: rogauitque eum, vt duceret ad Abbatem. Abbas igitur & totus Conuentus venit ad eum, & recognouit Clericus omnes se vidisse tunicas suas in flumine lauantes: statimque cecidit ad Abbatis pedes, rogans cum lacrymis, vt susciperetur: qui susceptus, non multò pòst factus est Prior. Huc vsque Vincentius lib. 25. cap. 106.

visione declarata.

Cistercien-sis monasterij situs.

CAPVT. IV.

Ordinem suum sanctus Abbas Albericus auctoritate Pontificiâ confirmari curat, & primas leges pro Cistercien-sibus sancit.

11 HAc iucundâ visione, quâ Dominus Clericum illum ad meliorem frugem conuertere, & eorum institutum præ ceteris commendare dignatus est, Abbas sanctus exhilaratus, gratias omnipotenti Deo reddidit: quòd & ceteri Religiosi fecerũt. Cœpit interim sanctus Abbas, velut vir mirabilis prudentiæ, prouidere, quæ tribulationum procellæ ipsum aliquando, suumque Ordinem concutientes vexare possent; & præcauens in futurum, cum consilio Fratrum, transmisit monachos duos Ioannem & Ilbodum Romam, Dominum Papam Paschalem per eos exorans, vt Ecclesia sua sub Apostolicæ protectionis alis, tuta ab omnium Ecclesiasticorum secularium̃ve pressurâ personarum perpetuò sederet. Qui Fratres prædicti, Hugonis Archiepiscopi, Ioannisq; & Benedicti Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Walteri quoque Cabilonensis Episcopi, sigillatis litteris freti, Romam prosperè iuerunt: & redierunt, reportantes priuilegium Summi Pontificis, iuxta vota Abbatis sociorumque eius per omnia exaratum. Has epistolas & priuilegium congruum duximus hîc inserere, vt omnes intelligant, quàm magno consilio & auctoritate sit fundata nostra Religio.

Albericus mittit pro protectione Apostolicæ Sedis impetrandâ.

Epistola Ioannis & Benedicti Cardinalium ad Paschalem II. Papam, in fauorem Cistercien-sis Ordinis.

12 Domino Patri Papæ Paschali, & vbique laude eximiâ prædicando, Ioannes & Benedictus se ipsos per omnia. Quia vestri moderaminis est, omnibus Ecclesiis prouidere, & iustis poscentium votis manum porrigere, vestræque iustitiæ adiumento religio Christiana fulta, incrementum debet sumere; Vestram Sanctitatem obnixiùs deprecamur, quatenus harum litterarum baiulis, nostro consilio à quibusdam religiosis Fratribus Paternitati Vestræ missis, aures pietatis vestræ flectere dignemini. Petunt enim, vt præceptum, quod de quiete & suæ Religionis stabilitate, à Prædecessore vestro Domino nostro beatæ memoriæ Papâ Vrbano acceperant, & quod, secundùm eiusdem præcepti tenorem, Archiepiscopus Lugdunensis, tunc Legatus, & alij Coëpiscopi & Abbates, inter eos & Molismensem abbatiam, à quâ religionis causâ discesserant, definiuerunt, vestræ auctoritatis priuilegio in perpetuum maneat inconuulsum; ipsi enim vidimus, eorumque veræ religionis testimonium perhibemus.

Epistola Hugonis Lugdunensis Archiepiscopi, ad eumdem, in fauorem eorumdem.

13 Reuerendissimo Patri & Domino suo Paschali Papæ secundo, Hugo Lugdunensis Ecclesiæ seruus per omnia se ipsum. Fratres isti præsentium geruli ad Paternitatis Vestræ celsitudinem tendentes, per nos transitum fecerunt, & quia iuxta prouinciam nostram, videlicet in Episcopatu Cabilonensi mansionem habent, humilitatis nostræ litteris apud Celsitudinem vestram se commendari petierunt. Sciatis autem eos esse de quodam loco, qui Nouum-monasterium vocatur, ad quem de Molismensi Ecclesiâ cum Abbate suo exeuntes, propter arctiorem & secretiorem vitam, secundùm regulam B. Benedicti, quam proposuerant, tenendam, habitatum venerunt, depositis quorumdam monasteriorum consuetudinibus, imbecillitatem suam ad tantum opus imparem iudicantium. Vnde Molismensis Ecclesiæ Fratres, & quidam alij adiacentes monachi eos infestare & inquietare non desinunt, æstimantes se viliores & despectiores haberi apud seculum, si isti quasi singulares & noui monachi inter eos habitare videantur. Quapropter, desideratissimam nobis Paternitatem Vestram humiliter & cum fiduciâ deprecamur, vt Fratres istos, totam spem suam in vobis per Dominum ponentes, & idcircò ad Apostolatus vestri auctoritatem confugientes, benignè pro more vestro respiciatis, & eos & locum istorum, ab hac infestatione, & inquietudine liberando, auctoritatis vestræ priuilegio muniatis, vtpote pauperes Christi, nullam contra suos æmulos diuitiis vel potentiâ defen-

Molismenses & alij infestant Albericũ & socios.

defenſionem parantes, ſed in ſolâ Dei & veſtrâ clementiâ ſpem habentes.

Epiſtola Walteri Epiſcopi Cabilonenſis.

14 Venerabili Patri Papæ Paſchali, Walterus Cabilonenſis Epiſcopus, ſalutem & debitam ſubiectionem. Sicut Sanctitas veſtra vt fideles in verâ religione proficiant, ardenter deſiderat, ſic eiſdem veſtræ protectionis vmbram veſtræque conſolationis fomentum deeſſe non expedit. Suppliciter ergo petimus, quatenùs quod factum eſt de Fratribus illis, qui arctioris vitæ deſiderio à Moliſmenſi Eccleſiâ ſanctorum virorum conſilio receſſerũt, quos in noſtro Epiſcopatu diuina pietas collocauit, à quibus trãſmiſſi præſentiũ litterarũ baiuli vobis præſẽtes adſtant, ſecundùm prædeceſſoris veſtri præceptum, & Lugdunenſis Archiepiſcopi Apoſtolicæ Sedis tunc Legati, & Coëpiſcoporũ & Abbatum definitionẽ & ſcriptũ, cuius rei præſentes, & eius auctores cum aliis extitimus, vos approbare, & vt locus ille Abbatia libera in perpetuum permaneat, ſaluâ tamen veſtræ perſonæ ſucceſſorumque veſtrorum canonicâ reuerentiâ, auctoritatis veſtræ priuilegio corroborare dignemini. Sed & Abbas, quem in eodem loco ordinauimus, & ceteri Fratres totis viribus hanc confirmationem, in ſuæ quietis cautelam, à veſtrâ flagitant pietate.

Priuilegium Paſchalis II. Papæ Ciſtercienſibus datum.

15 Paſchalis Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabili Alberico Noui-monaſterij Abbati, quod in Cabilonenſi parochiâ ſitum eſt, eiuſque ſucceſſoribus, regulariter inſtituendis in perpetuum. Deſiderium, quod ad religioſorum propoſitum & animarum ſalutem, pertinere monſtratur, auctore Deo ſine aliquâ eſt dilatatione complendum. Vnde vobis, ô filij in Domino dilectiſſimi, citra difficultatem omnem, veſtrarum precum petitionem admittimus, qui religioni veſtræ paterno congratulamur affectu. Locum ergo illum, quem inhabitandum pro quiete monaſticâ elegiſtis, ab omnium mortalium moleſtiis tutum ac liberum fore ſancimus, & Abbatiam illius perpetuò haberi, ac ſub Apoſtolicæ Sedis tutelâ ſpecialiter protegi, ſaluâ Cabilonenſis Eccleſiæ canonicâ reuerentiâ, roboramus. Præſentis itaque decreti paginâ interdicimus, ne cuiquam omnino perſonæ liceat ſtatum veſtræ conuerſationis immutare, neque veſtri, quod Nouum dicitur, cœnobij monachos ſine regulari commendatione ſuſcipere, neque congregationem veſtram aſtutiis quibuſlibet aut violentiis perturbare. Eam ſanè controuerſiæ deciſionem, quam inter vos & Moliſmenſis clauſtri monachos, frater noſter Lugdunenſis Epiſcopus, tum Apoſtolicæ Sedis Vicarius, cum prouinciæ ſuæ Epiſcopis, aliiſque religioſis viris, ex præcepto prædeceſſoris noſtri Apoſtolicæ memoriæ Vrbani II. perpetrauit, nos tamquàm rationabilem ac laudabilem confirmamus. Vos ergo filij in Chriſto dilectiſſimi ac deſideratiſſimi meminiſſe debetis, quia pars veſtri ſeculares latitudines, pars ipſas etiam monaſterij laxioris minùs auſteras anguſtias reliquiſtis. Vt ergo hac ſemper gratiâ digniores cenſeamini, Dei ſemper timorem & amorem in veſtris cordibus habere ſatagite: vt quantò à ſæcularibus tumultibus & deliciis liberiores eſtis, tantò ampliùs placere Deo totis mentis & animæ virtutibus anheletis. Sanè ſi quis in craſtinum Archiepiſcopus aut Epiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps aut Dux, Comes aut Vicecomes, Iudex aut Eccleſiaſtica quælibet ſeculariſue perſona, hãc noſtrę conſtitutionis paginã ſciens contra eam venire tentauerit, ſecundò tertióve commonita, ſi non ſatisfactione congruâ emendauerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reumq; ſe diuino iudicio exiſtere de perpetratâ iniquitate cognoſcat, & ſanctiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine deſtinatæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. *b* Datum Troiæ XIV. Kal. Maij, Indictione octauâ anno 1100.

Pontifex immunitatem monaſterio Ciſtercienſi concedit,

monachos hortatur ad perfectionem;

iis faceſſentes negotium excommunicat.

16 Dehinc venerabilis Abbas Albericus & Fratres eius non immemores ſponſionis ſuæ, regulam B. Benedicti in loco illo ordinare, & vnanimiter ſtatuerunt tenere, reiicientes à ſe, quidquid regulæ refragabatur, *c* foricos videlicet & pelliceas, ac ſtamina pectinia & coopertoria ſtramina lectorum, ac diuerſa ciborum fercula, ſaginam etiam, & cetera omnia quæ puritati regulæ aduerſabantur, ſupra cunctum vitæ ſuæ tenorem ducentes, tam in Eccleſiaſticis quàm in ceteris obſeruantiis, regulæque veſtigiis ſint adæquati & conformati. *Ciſtercienſium auſteritas.* *c*

17 Extra ergo veterem hominem, nouum ſe induiſſe gaudebant, & quia nec in regulâ nec in vitâ S. Benedicti, eumdem Doctorem legebant poſſediſſe Eccleſias, aut altaria, ſeu oblationes, aut ſepulturas, vel decimas aliorum hominum, ſeu furnos vel molendina, aut villas vel ruſticos; nec etiam feminas monaſterium eius intraſſe, nec mortuos ibidem, exceptâ ſorore ſuâ, ſepeliiſſe; ideò hæc omnia abdicauerunt, dicentes: Vbi beatus Pater Benedictus docet, vt monachus à ſecularibus actibus ſe faciat alienum, ibi liquidò teſtatur, hæc non debere verſari in actibus vel cordibus monachorum, qui nominis ſui etymologiam hæc fugiendo ſectari debent. Decimas quoque aiebant à Sanctis Patribus, qui organa ſunt Spiritus ſancti, quorumque ſtatuta tranſgredi ſacrilegium eſt cõmittere, in quatuor partitiones diſtributas, vnam ſcilicet Epiſcopo, alteram Preſbytero, tertiam hoſpitibus ad illam Eccleſiam venientibus, ſeu viduis, & orphanis, ſiue pauperibus abundè victum non habentibus, quartam reſtaurationi Eccleſiæ. Et quia hoc in computu perſonam monachi, qui terras ſuas poſſidet, vnde & per ſe, & per pecora ſua laborando viuat, non reperiebant; idcircò hæc, veluti aliorum ius, iniuſtè ſibi vſurpare detrectabant. *Præclara eorum inſtituta.* *Decimas nolunt admittere.*

18 Ecce huius ſeculi diuitiis ſpretis cœperunt noui milites Chriſti cum paupere Chriſto certare quo ingenio, quoue artificio, ſeu quo exercitio, in hac vitâ ſe hoſpitesque & pauperes ſuperuenientes ſuſtentarent. Tumque definierunt conuerſos laicos barbatos ſe ſuſcepturos, & homines etiam mercenarios; (quia ſine adminiculo iſtorum, non intelligebant ſe plenariè die ſiue nocte præcepta regulæ poſſe ſeruare) ſuſcepturos quoque terras ab habitatione hominum remotas, & vineas & prata, ſiluas aquaſque ad facienda molendina, ad proprios tantùm vſus, & ad piſcationem, & equos pecoraque diuerſa, neceſſitati hominum vtilia. Et cùm alicubi curtes ad agriculturas exercendas inſtituiſſent; decreuerunt vt prædicti Conuerſi domos illas regerent, non monachi, quia habitatio monachorum ſecundùm regulam debet eſſe in clauſtro ipſorum. Quia etiam B. Benedictum nec in ciuitatibus, nec in caſtellis, nec in villis, ſed in locis à frequentiâ populi ſeiunctis, cœnobia conſtruxiſſe ſancti viri ſciebant, idem ſe æmulari promittebant. Et ſicut ille monaſteria conſtructa per duodenos monachos adiuncto Patre diſponebat, ſic ſe facturos confirmabant. *Victum ſibi ac hoſpitibus parãt.*

a *Has omnes litteras recitat quoque Miraus in Chronico Ciſterc.*

b *In libro Priuilegiorum Ordinis ita ſequentia exprimit Henriquez:* Ego Paſchalis Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi. Datum Troiæ per manum Ioannis ſanctæ R. E. Diaconi Cardinalis XIV. Kal. Maij, Indict. VIII. Incarnationis Dominicæ anno MC. pontificatus autem Domini Paſchalis II. Papæ ſecundo.

c *Hæc ſumpta ſunt ex additamentis ad Sigeberti Chronicon anno* 1107.

AVCTORE CHRYSOSTOMO HENRIQVEZ.

CAPVT V.

Feliciſsimè ex hac vitâ migrat, & poſt obitum monachis ſuis frequenter apparet.

Albericus ægrotat:

19 CVm ergo tempus retributionis veniſſet, quo Chriſtus decreuerat, ſeruo ſuo coronam victoriæ tribuere, infirmitate correptus, plenus dierum decidit in lectulum, Eccleſiaſticiſque Sacramentis munitus, ad vltimum vitæ peruenit; cùm in pietate, virtutibuſque ſat laudi & gloriæ vixiſſet. Monachos eius obitum lacrymis ac triſtitiâ proſequentes, aſſerendo eum columnam & lapidem fundamentalem, Ordinis extitiſſe, melliſluâ oratione conſolatur, mandans omni mœroris nube proſcriptâ, lætiorem vultum induerent, promittens eis propagationem & incrementum Ordinis ſui. Deinde ægritudinis moleſtiâ magis ingraueſcente, conuersâ ad monachos facie, ſubridens ait: O fratres mei, quàm miſericors eſt Dominus, pro cuius amore omnia dereliquiſtis! ô quàm benè ſcit ſeruientibus ſibi retribuere! Nolite contriſtari, dolores meos conſiderantes, parient enim mihi maximam gloriam: ſi enim vidiſſetis cæleſtem illam gloriam, quam omnibus vobis iam paratam conſpexi; vita præſens eſſet vobis in tædio, & in deſiderio futura. Monachis ſuauitate huius verbi recreatis, ipſe ſymbolum Apoſtolicum clarâ voce & cygneâ quaſi recitauit, & poſtmodùm Litanias perlegit; cumque ad illud peruenisſet, Sancta Maria ora pro nobis, facies eius cœpit quaſi diuinâ, ad inſtar ſolis, luce perfuſa, intermicantes effundere radios. Et mox velut in ſomnum leuiter ſolutus, animam efflauit ſanctiſſimam decimâ die Iulij, poſtquàm monaſterium Ciſtercienſe nouem annis cum dimidio, incredibili ſanctitatis exemplo, gubernaſſet. Cuius meritis ac interceſſione Deus plura miracula, etiam poſt ſancti viri obitum, operari dignatus eſt, cuius nomen adſcriptum eſt catalogo Sanctorum, vt teſtatur Brito in vitâ ipſius.

videt cæleſtem gloriam.

Orantis facies reſplendet.

Moritur:

ſæpius ſuis apparet.

20 Poſt obitum ſuum monachis frequenter apparuit, eos ad omne opus ſanctitatis excitans. Videbant enim ipſum dum pſallerent in choro, orationi inſiſterent, vel laboribus externis exercerentur. Funeri autem eius Ciſtercienſis familia debitum commendationis & exequiarum officium, dulciſſimâ mentis affectione deuotè impendit.

21 Quid verò de eius ſanctâ conuerſatione ſenſerit ſanctiſſimus Pater noſter Stephanus eiuſdem Alberici Prior; in conuentu Fratrum ſequenti ſermone declarauit: Si in amiſſione tanti boni æquales nos reddidit triſtitia, debilis conſolator erit, qui indiget conſolatione. Amiſiſtis venerabilem Patrem, & rectorem animarum veſtrarum; amiſi ego non ſolùm Patrem & rectorem, ſed ſocium & commilitonem, & in bellis Dei ſingularem athletam, quem venerabilis Pater Robertus, ab incunabulis religionis, vnicâ domo, ſingulari doctrinâ, pari pietate nutriuerat. Deeſt nobis, ſed non Deo; & ſi non Deo, nec nobis deerit. Hoc enim peculiare & proprium Sanctorum eſt, dum à vitâ diſcedunt, relinquere corpus amicis, & amicos in mente deferre. Corpuſculum & ſingulare pignus dilectiſſimi Patris habemus, & ipſe nos omnes pio affectu in mente deduxit. Et ſi ipſe ductus ad Deum inſeparabili amore coniunctus eſt cum eo; & nos, qui in eo ſumus, ſimiliter coniunxit. Quid ampliùs dolendum? Felix ſors, felicior cui taliter contigit, feliciſſimi nos ad talem præſentiam euecti. Nihil enim iucundius euenire poteſt Chriſti athletis, quàm trabeâ carnis relictâ, ad eum euolare pro cuius amore, tot perpeſſi ſunt labores. Accepit pugnator brauium, apprehendit curſor præmium, victor aſſequutus eſt coronam, poſſeſſor nobis poſtulat palmam. Quid igitur dolemus? Quid lugemus gaudentem? quid triſtamur ſuper plaudentem? quid mœſtis vocibus queruli coram Domino prouoluimur, ſi euectus ad ſidera dolet de hoc (ſi dolere poſſunt beati) ille, qui aſſiduo deſiderio ſimilem nobis deprecatur finem? Non doleamus ſuper militem ſecurum: doleamus ſuper nos conſtitutos in prælio, & triſtes mœſtaſque voces in orationes vertamus, deprecantes triumphatorem Patrem, ne rugientem leonem & ſæuum aduerſarium de nobis triumphare patiatur.

Sermo S. Stephani in eius exequiis.

DE B. HASEKA

VIRGINE RECLVSA IN VVESTPHALIA.

AN. MCCLXI. XXVI. IANVAR.

B. Haſeka natalis:

1 *Biit* Haſeka *anno 1261. cùm incluſa vixiſſet annis 36. apud Schermbeke, in finibus Ducatus Cliuenſis, non procul à Lippiâ flumine, inter VVeſaliam & Bocholdiam, ſub obedientiâ cœnobij Sichemenſis ordinis Ciſtercienſis, cuius habitum geſtauit. Eius hoc die natalem referunt Carthuſiani Colon. in addit. ad Vſuard. his verbis:* Item beatæ memoriæ Haſekæ Virginis recluſæ, quæ iuxta eccleſiam in Schermbeke in multâ ſimplicitate & patientiâ Domino ſeruiēs, quodam tempore butyrum vetuſtate corruptum, oratione reddidit recentiſſimum. *Martyrologium Germanicum:* Item beatæ memoriæ Virgo & incluſa Haſeka, quæ iuxta eccleſiam in Schermbeke incluſa Deo in magnâ ſimplicitate & patientiâ ſeruiuit. *MS. Florarium:* In monaſterio Sichemenſi S. Haſekæ Virginis.

vita eius.

3 *Vitam* B. Haſekæ *nacti ſumus è codice MS. Carthuſiæ Colonienſis, quem ſuâ manu exararat Hermānus Grefgenius, qui anno 1480. 5. Nouembris obiit, traditurq; præcipuè concinnaſſe illud additamentum ad Vſuardum, quod ferè citamus nomine Carthuſiæ Colonienſis, cuius ipſe erat alumnus. Extat eadem vita MS. in Carthuſiâ Confluentinâ.*

VITA

ex MS. Carthuſiæ Colonienſis.

Haſeka 36. annis viuit inclusa,

1 BEata Soror Haſeka de partibus Rheni oriunda, in virginitatis puritate & gloriâ perſeuerans, iuxta eccleſiam in Schermbecke, quæ eſt proxima monaſterio Sichemenſi, triginta & ſex annis incluſa permanſit. Quæ inde ſtipem cotidianam percipiens victus ſui, & labore poſſibilitatis ſuæ, in multâ ſimplicitate & patientiâ ſingulari vitam ſuam tranſegit; ſtudioſè ſemper prouidens & procurans quidquid ei Deus in collatione gratiæ ſingularis contuliſſet, occultans, & in cælo ſudores laborum ſuorum reponens, non in infidâ cuſtodiâ arculæ labiorum ac orium humanorum, ne eam extolleret magnitudo reuelationum.

Sanctæ titulus pridem ei tributus:

2 Quæ autem Dominus voluit reuelari pro nominis ſui gloriâ, hæc cognita ſunt conſcripta. Cùm enim quadam

butyrum fœtidum, precibus recentiſſimum reddit:

dam vice propter Deum & pro labore ſuo & conſeruæ ſuæ donatum eſſet butyrum præ vetuſtate ſuâ fœtidum ac corruptum, & poſt dies aliquot in ciſtâ locatum, cùm fœtorem Soror Berta miniſtra ſua nec poſſet aut vellet tolerare, parauit illud à ſe quomodolibet elongare. Quod Soror Haſeka cùm comperiſſet, poſitis genibus ſuis, dixit: Domine butyrũ iſtud qualecumque ſit, in nomine tuo comedemus. In ditione tuâ cuncta ſunt poſita; poteſtate & virtute tuâ de malo elicis, cũ volueris, bonũ: bonum etiam, ſi volueris, efficere poteris hoc butyrum. Cùm igitur ad menſulam tenuem pro loci opportunitate, vna intrà, altera verò extrà aſſediſſet, prolatum butyrum ita recens eſt inuentum, ac ſi eodem die lacte agitato fuiſſet elixum. Benedicentes igitur omnipotentem Deum, deinceps illud in cordis iubilo atque tripudio ſingulis diebus comederunt.

moritur an. 1261.

3 Cùm autem beata Soror Haſeka apud monaſterium Sichemenſe, tãquàm eidem loco ſanctâ obedientiâ obligata, quia ipſum quem elegerat portans toto conuerſationis ſuæ tempore habitum monachorum, ſepulturam elegiſſet, & anno gratiæ milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo, VII. Kal. Febr. in Domino obdormiſſet, Fratres monaſterij tam monachi quàm conuerſi cum vehiculo venerunt, & corpus alumnæ ſuæ ad ſepeliendum tollere voluerunt. Quod niger quidam monachus eo tempore diuina ibi celebrans, nomine monaſterij ſui procurans, accerſito ſibi brachio & robore ruſticorum fieri non permiſit; & ſic Fratribus iniuriam ſuam diſſimulantibus eam in eccleſiâ die tertia ſepeliuit.

trãsfertur,

4 Cùm autem res ad notitiam Epiſcopi diœceſani deueniſſet, præcepit etiam per litteras in virtute obedientiæ monaſterio dari corpus. Cùm igitur ad ſuſceptionem corporis ad portam monaſterij ſolenniter occurrentibus monachis, adeſſent ſæculares vtriuſque ſexus, viderunt faciem Virginis ſacræ, quæ mortua & ſepulta fuerat diebus multis, ita viuidam & rubentem, vt quaſi iuuencula balneata, non vetula mortua videretur. Fuitque tam expers omnis fœtoris eius corporis gleba, vt omnes qui aderant & viderunt eam in ſepulcro locatam & mox terrâ operiendam valdè mirarentur. Obiit autem beata Soror Haſeka nocte proximâ poſt diem Conuerſionis S. Pauli Apoſtoli, & ſepulta eſt ſub lapide latiore ad introitum domus capituli Sichemenſis monaſterij tertiadecimâ menſis Martij, cuius meritis & precibus apud Dominum nos credimus & confidimus adiuuari. Ex MS.

diu poſt mortem incorrupta & viuidae

5 Apparuit verò ſacra Dei famula, poſtquàm defuncta fuit, in ſomnis cuidam nobili ac deuotæ viduæ, dicẽs ei: Noli dubium gerere, ſed firmiſſimè crede, & nullatenùs dubites, quin quicumque ad mei memoriam confugerint, in ſuis ſint neceſſitatibus & anguſtiis auxilium per Dei gratiam obtenturi. Porrò illa excitata à ſomno & viſioni congratulans, cùm ſecundò tenuiter obdormiſſet, vidit iteratò beatam Virginem eadem conſtantiſſimè repetentem, vt repetitio ſermonis eſſe probaretur affirmatio veritatis. Nec hactenùs tantùm extentam credimus Dei manum, ſed magis adhuc pro nominis ſui gloriâ extendendam. Iam enim ad eius tumulum fideles luminaria tranſmittunt, & pro incommodis ſubleuandis accedunt. Amen.

apparet cuidam matronæ

inuocatur à multis.

XXVII. IANVARII.

SANCTI QVI VI. KAL. FEBR. COLVNTVR.

S. Iulianus Epiſcopus, Apoſtolus Cenomanorum in Galliâ.
S. Iulianus, Martyr, Soræ vel Atinæ in Italiâ.
S. Auitus, S. Donatus, } Martyres in Africâ.
S. Miſſurianus, S. Publia, S. Victor, S. Quinctillus, S. Publianus, S. Feſtus, S. Felix, S. Bonoſus, S. Proceſſus, S. Veneria, S. Marina, S. Fortunata, S. Tecuſſa, S. Godditis, S. Secunda, S. Epictula, S. Vincentius, S. Rogatus, S. Primus, S. Aurelius, S. Hilarius, S. Perpetua, S. Iuliana, & alij XXIV, } Martyres in Africâ.
S. Lucius, S. Honoratus, S. Matroſus, S. Datius, S. Iulianus, S. Cælianus, S. Saturus, S. Vincentia, S. Victoria, & alij XXXII. } Martyres in Africâ.
S. Secundus, S. Fortunatus, } Martyres, in Africâ.
S. Deuota, Virgo Martyr, in Corſicâ.
S. Petrus Ægyptius, anachoreta in Syriâ.
S. Domitianus, monachus in Iudæâ.
S. Marius, Abbas Bodanenſis in Galliâ.
S. Lupus, Epiſcopus Cabilonenſis in Burgundiâ.
S. Vitalianus Papa.
S. Emerius, Abbas Balneolenſis, S. Candida, eius mater, } in Hiſpaniâ.
S. Gamelbertus, ſiue Amelbertus, Parochus in Bauariâ.
S. Sulpitius, Epiſcopus Baiocenſis, Giſlenopoli in Belgio.
S. Theodoricus II. Epiſcopus Aurelianenſis in Galliâ.
S. Gilduinus, Canonicus Dolenſis in Britanniâ.
B. Ioannes, Epiſcopus Teroanenſis in Belgio.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Iulianus frater S. Iulij. *Maurolyc. Felic. de eo egimus* VII. Ianuarij.
S. Marius, S. Martha, S. Audifax, S. Abachum, } Martyres. *Kalendarium monaſterij S. Ioannis Capuæ à Michaele Monacho editum. Horum Acta dedimus* XIX. Ianu.
S. Caſtus, S. Caius, S. Cæleſtius, } Martyres *referuntur in MS. Martyrologio S. Hieronymi, & Dungalenſi. Eos omittimus, ne fortè iidem ſint qui memorati* XXI. Ianuar.
S. Agnes. *MS. Martyrol. S. Hieron. Nos* XXI. Ianuar.
S. Artemius. *Carth. Colon. in Addit. An non fortaſis* Artemas *eſt, de quo egimus* XXV. Ianuar.
S. Datius, S. Reatrius, } Martyres in Africâ. *Martyrol. Roman. Galeſinius, Caniſius. at relati ſunt à nobis* XXVI. Ian.
S. Æmilianus Martyr. *Galeſinius, Caniſius. Retulimus eum* XXVI. Ianuar.
S. Paula Romana vidua. *Vetus Romanum, Vſuardus, Ado, Beda, Notkerus, Bellinus. Nos ſuprà cum Martyrol. Roman.* XXVI. Ianuar.
S. Bathildis Regina. *VVandelbert. Nos* XXVI. Ianuar.
S. Adiutus Martyr in Africâ. *Galeſin. Maurolyc. An eſt* Auitus, *de quo hic?*
S. Armata, *vel* Armatus, *refertur à Carth. Colon. in addit. ad Vſuardum, & Galeſinio, ac Caniſio. Nobis ignotus.*
S. IOANNES CHRYSOSTOMVS, Epiſcopus Conſtantinopolitanus, *plures dies habet variis de cauſsis ſui nominis veneratione celebres. Primus eſt electionis ad Epiſcopatum, XV. Decembris. ita Menæa Græcorum & Max. Cythereus.* Sciendum eſt, *inquiunt*, hoc die S. P. N. Ioannem Chryſoſtomum creatum eſſe Patriarcham Conſtantinopolitanum. *& licet Græcè legatur* χειροτονηθῆναι conſecratum eſſe, *potiùs de electione accipiendum. Conſecratus eſt XXVI. Februarij, vt tradit Georgius Alexandrinus in eius vitâ, Socrates lib. 6. cap. 2. Metaphraſtes, aliiq;. Exilium, quæq; ei in Epiſcopatu aduerſa plura euenêre, plurimis diebus conſignata ſunt in Martyrologiis. in Florario MS. V. Maij:* Conſtantinopoli depoſitio B. Ioannis Epiſcopi & Confeſſoris. *Deinde XIX. Martij:* Exilium primum Ioannis Chryſoſtomi Epiſcopi Conſtantinopolitani, reuocati ab hoc exilio anno ſalutis 405. *imò 403. Poſtridie XX. Martij refertur in quibuſdam Kalendariis.* Pro ipſius reuocatione *populum Conſtantinopolitanum* feſtum celebraſſe diem *docet Georgius in vita. Metaphraſtes huic læto ingreſſui aſſignat* XIII. *Nouembris, quo die Græci præcipuam eius celebritatem referunt, quam &* Natalem *appellant. Imò ſecundùm Nouellam Manuelis Comneni hic dies* ob memoriam S.P. Chryſoſtomi *ab omnibus negotiis & actionibus immunis agebatur. Florarium MS. XX. Ianuarij:* Exilium ſecundum Ioannis Chryſoſtomi Epiſcopi Conſtantinopolitani, ſed terræ motu reginam vrbem grauiter concutiente à ciuibus reuocatur anno ſalutis 406. *Verùm ab hoc ſecundo exilio non rediuiſſe certò conſtat;*

S. Chryſoſtomi electio 15. *Decemb.*
inauguratio 26. *Feb.*
depoſitio 5. *Maij.*
exilium 19. & 20. *Mart.*
reditus 13. *Nou.*
exilium 2. 20. *Ian.*

obitus 14. Sept.

ſtat; & ille terræ motus poſt primũ exilium contigit, vt teſtatur Georgius. Obiit S. Chryſoſtomus XIV. Septembris, quo die ita Græci in Menæis: Obitus S.P.N. Ioannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani: hoc enim die requieuit in Domino; ſed, propter celebritatem Exaltationis ſanctæ Crucis, illius dies feſtus tranſlatus eſt in Nouembrem. *Eadem habet Maximus Cythereus & Menologium Caniſij. Romanum Martyrologium:* Eodem die Natalis S. Ioannis Chryſoſtomi Epiſcopi Conſtantinopolitani, qui inimicorum factione in exilium eiectus, cùm Innocentij primi ſummi Pontificis decreto inde reuocaretur, in itinere à cuſtodientibus militibus multa mala perpeſſus animam Deo reddidit.

Tranſlatio 27. Ianu.

Celeberrimus quoque dies XXVII. Ianuarij, quo ſacrum eius corpus Conſtantinopolim relatum eſt. Græci in Menologio: Relatio reliquiarum S. Ioannis Chryſoſtomi in vrbem Conſtantinopolitanam in templum ſanctorum Apoſtolorum, tempore Procli Patriarchæ, & Theodoſij Minoris: celebratur autem dies feſtus ſicut in decimâ tertiâ Nouembris.

repoſitio 28. Ian.

Eodem XXVII. Ianuarij eum Romana ceteraq; Occidentales Eccleſiæ ritu duplici celebrant. Poſtridie, ſiue XXVIII. Ianuarij, ſacræ hæ reliquiæ narrantur à Theodoro Lectore lib. 2. Collect. in fine, depoſitæ ad ſanctos Apoſtolos; *peractâ ſcilicet pridie, ſeu XXVII. Ianuarij, ſolenni reuectione. Quo die Romam reliquiæ tranſlatæ ſint non legimus. Eius tranſlationis memoria XXVII. Ianuarij inſcripta Martyrol. Romano. Octauius Caietanus noſter eodem die in Ideâ Sanctorum Siciliæ:* Meſſanæ, *inquit,* in monaſterio S. Saluatoris tranſlatio capitis S. Ioannis Chryſoſtomi. *Sauſſaius etiam in Supplemento Martyrol. Gallicani eodẽ die:* Lutetiæ Pariſiorum in gymnaſij Bernarditarũ eccleſiâ oſtẽſio & veneratio pretioſi capitis S. Ioannis Chryſoſtomi, Doctoris Eccleſiæ illuſtriſſimi: cuius ipſo die in vniuerſo orbe beatiſſima conſummatio glorioſaque tranſlatio ſacris anniuerſariis celebratur.

capitis veneratio.

commemoratio 30. Ian.

Denique à Græcis in Menæis & apud Cythereum colitur iterum cum SS. Baſilio & Gregorio Nazianzeno *XXX. Ianuarij, de quo iſthic. Nos hîc, quia tomi huius moles nimiùm excreſcit, cogimur, paratam alioquin ſancti Doctoris vitam in alium aliquem ex antè ſcriptis diebus reiicere.*

S. Marciana Auguſta, } in pace finiti *memorantur à Menæis*
S. Claudinus, } *& Max. Cythereo. Nobis ignoti ſunt.*

Vnwanus Epiſcopus Bremenſis, *vir ſapientiſſimus & religioſiſſimus hoc die 1029. è vitâ exceſſit; an numero Sanctorum adſcriptus ſit, ignoramus.*

Bruno, *vel* Brunus, *ordinis Ciſtercienſis, Confeſſarius ſanctimonialium eiuſdem ordinis ad S. Antonium Pariſiis, vir pius & ſanctus, & poſt mortem miraculis clarus, memoratur à Thomâ Cantipratano lib. 2. cap. 8. §. 2. Refertur hoc die in Kalendario Ciſtercienſi & Menologio Chryſoſtomi Henriquez; atque in hoc* Beatus *appellatur, vti & ab Hugone Menardo 30. Martij, à Sauſſaio inter* Pios *recenſetur.* Ex variis.

Rembertus Conuerſus Villarienſis, *ord. Ciſtercienſis, generis nobilitate vitæq; ſanctitate inſignis, (vt in libro de viris illuſtribus eiuſdem monaſterij commemoratur) hoc die refertur à Chryſoſtomo Henriquez in Menologio Ciſtercienſi, &* Beatus *appellatur.*

Antonius Scalmatus, *ord. Minorum, hoc die refertur ab Arturo Monſtierio, &* Beatus *appellatur, qui & ſcribit auctoritate Apoſtolicâ cœptum de virtutibus eius quæri, ad publicam apotheoſim.*

S. Thyrſus Martyr Nicomediæ. *MS. Florar. Nos* XXVIII. Ian.

S. Laecius Nicomediæ. *MS. Martyrol. S. Hieronymi. Videtur* Leucius *eſſe, de quo* XXVIII. Ianuar.

S. Calentinus, Apolloniæ. *MS. Martyrol. S. Hieronymi.* Callinicus *eſt, de quo* XXVIII. Ianuar.

S. Aldegondis. *VVandelbert. de eâ agemus* XXX. Ianuar.

S. Adamnanus Coludius. *Camerar. De eo agemus* XXXI. Ian.

S. Ananias, S. Petrus, & VII. milites, } Martyres. *Galeſ. De iis agemus* XXV. Febr.

S. Archiminus Martyr in Africâ. *Galeſin. Caniſ. fortaſſis* Archimimus *eſt, qui colitur* XXIX. Martij.

S. Paulus I. Papa. *Petrus de Natal. lib. 3. cap. 30. Carthuſ. Colon. in addit. ad Vſuard. Caniſius, Maurolycus, Felicius, Galeſinius. Nos cum Martyrol. Romano* XXVIII. Iunij.

S. Palladius Epiſcopus Scottorum Apoſtolus, *refertur hoc die à Ferrario & Martyrol. Anglicano; à pluribus & vetuſtioribus* VI. Iulij.

S. Ionas Propheta. *Carthuſ. Colon. in addit. ad Vſuard. Caniſius, Petrus de Natal. Felicius, Maurolycus. Nos cum Martyrol. Roman.* XXI. Septemb.

S. Iulianus Chaba. *Maurolyc. Felicius. Hic eſt* Iulianus Sabas, *de quo agemus* XVIII. Octob.

S. Dionyſius Epiſcopus Alexandriæ Martyr. *MS. Florar. Eum eſſe arbitramur, qui Confeſſor in pace quieuit* XVII. Nouemb.

S. Barlaam Martyr Cæſareæ Cappadociæ. *Martyrol. Gallobelgic. at Roman.* XIX. Nouemb.

S. Adiutus Abbas Aureliæ. *Carth. Colon. in addit. ad Vſuard. Petrus de Natal. lib. 3. cap. 31. Caniſius, Felicius, Menardus, Maurolycus, Dorganius, Sauſſaius. Idem videtur qui in Martyrol. Roman.* XIX. Decemb.

DE S. IVLIANO EPISCOPO

CENOMANORVM APOSTOLO IN GALLIA.

XXVII. IANVAR.

S. Iuliani natalis,

1 *Cenomanorum in Galliâ Celticâ Apoſtolus fuit* S. Iulianus, *primuſq; Antiſtes. Eius anniuerſaria celebritas agitur XXVII. Ianuarij. Quo die Martyrol. Romanum:* Apud Cenomanos depoſitio S. Iuliani, primi eiuſdem vrbis Epiſcopi; quem S. Petrus illuc ad prædicandum Euangelium miſit. *Eius pleraque excuſa & MSS. meminêre Martyrologia. Complures Eccleſiæ Gallicanæ eum officio IX. Lectionum hoc die venerantur; Pariſienſis XXVIII. Ianuarij, aliæ XXXI. Martyrol. Colonienſe, Carth. in addit. ad Vſuard. Maurolycus, Ferrarius, XXVI. Ianuarij* Iulianum *quemdam Epiſcopum Bituricenſem memorant, quo tamen nomine nullus Bituricenſium Antiſtitum appellatus reperitur.*

2 *Eum quidam à* S. Petro, *alij à* S. Clemente *miſſum in Gallias volunt: nobis nil compertum. Quidam* Simonem Leproſum, *cuius mentio in Euangelio fit, eum putant fuiſſe. At ſi à S. Clemente miſſus in Gallias fuit, poſt annum Chriſti 90. &, quod nonnulli ſcripſêre, præfuit Cenomanicæ Eccleſiæ 47. annos, menſes 3. dies 10. quàm grandæuum eum fuiſſe oportebit? In* patria, *vitâ, quam hîc damus, & quibuſdam Breuiariis, dicitur fuiſſe* Romanâ generoſitate clariſſimus, *quod multò probabilius videtur.*

3 *De Vitæ illius auctore ita ſcribit Molanus:* Iuliani Epiſcopi Cenomanenſis vitam collegit & cultiùs ſcripſit Frater Lethaldus ad Reuerendiſſimum Patrem Aneſgandum, MS. Vltraiecti ad S. Saluatorem. Fuit autem Aneſgandus Cenomanenſis Epiſcopus an. 990. *Eadem ex Molano tradunt Galeſinius, Voſſius, Cl. Robertus. Veriſimile eſt in codice Vltraiectino præfixam fuiſſe dedicatoriam ad* Aneſgandum, *ſiue* Anſgradum. *Nos vitam eam damus è tribus veteribus MSS. monaſterij Ripatorij, Iac. Sirmondi noſtri, Cornelij Duynij. Etſi editis, verò & nomine auctoris & dedicatoriâ epiſtolâ caruerit in hiſce codicibus Vita, haud tamen dubitamus quin ea ſit quam* collegiſſe & cultiùs ſcripſiſſe *Lethaldus dicitur, cùm accurratum & exactum ſcriptoris ſtudium ſapiat.* *vita à Lethaldo ſcripta, vnde hîc*

4 *Teſtatur Cl. Robertus* vrbis *Cenomanenſis* eccleſiam maiorem primò B. Mariæ, inde S. Geruaſio, tandem S. Iuliano conſecratam eſſe 1201. tranſlato in eam ipſius Iuliani corpore. *Ea, vt opinamur, tranſlatio eſt, quæ XXV. Iulij adſcripta in addit. Carth. Colon. ad Vſuard. in ipſius Vſuardi* *tranſlatio, edit.*

EX VA-
RIIS. *edit. Pariſ. an. 1536. & Martyrologio Germanico his verbis:* Cenomannis tranſlatio S. Iuliani Epiſcopi & Confeſſoris.

5 *Agunt præterea de S. Iuliano Vincentius Bellouac. lib. 9. cap. 113. & 114. S. Antoninus par. 1. tit. 6. cap. 25. §. 4. Petrus de Natal. lib. 3. cap. 35. Cl. Robertus in Galliâ Chriſtianâ, Ioannes Chenu in Catal. Epiſcopor. Cenom. Demochares tom. 2. cap. 23. de diuino ſacrif. Sauſſaius in Martyrol. Eiuſdem mentio fit in epiſtolâ Decani & Capituli Eccleſiæ Cenomanenſis ad Præpoſitum, Decanum, & Capitulum maioris Eccleſiæ Paderbornenſis an. 1205. pridie Kal. Octob. datâ, quam XXIII. Iulij ad vitam S. Liborij edemus; de S. Iuliano iſthæc habentur:* Et iuſtus Liborius, qui apud nos floruit, Domino largiente cultu ampliore florebit & multiplicabitur in domo Domini, beatiſſimi Apoſtoli Iuliani. Cui ſcilicet quartus glorioſus ſucceſſit Liborius, duobus aliis, viris quoque Apoſtolicis, intermediis, Thuribio Archipresbytero, *ſocij,* & Pauatio Archidiacono Cenomanenſi cathedræ per ordinem præſtitutis. Hic enim Iulianus primus Cenomanorum Apoſtolus, velut Abraham Patriarcha, Pater ſequẽtium Pręſulum & Cenomanenſium gentium in Chriſto, quadam functus auctoritate Apoſtolicâ vſque in hodiernum extitit & exiſtit, miſſus (comitantibus illis) à B. Clemente Petri Apoſtoli ſucceſſore. Vnde fraternitati veſtræ humiliter ſupplicat Cenomanenſis Eccleſia, ſoror veſtra, quatenus librum de vitâ ipſius eleganter exaratum, reuerenter & memoriter apud vos in perpetuũ habeatis; & Apoſtoli noſtri beatiſſimi Iuliani natalitium diem VI. Kalendas Februarij ſolenniter celebretis. Vt qui clarus ſignis & miraculis regno Franciæ ſuffragatur, ſuæ quodammodò Paderbornenſi Eccleſiæ, & populis Saxoniæ (ſicut per ipſum & propter ipſum facere magna potens eſt Dominus) abundantiùs ſuffragetur.

6 De SS. Turibio & Pauatio (*quem quidam* Panatium *vocant*) *agemus XXIV. Iulij. Pauatij vitam edidit Ioannes Boſcius in Bibliothecâ Floriacenſi. in eâ dicitur* à B. Clemente Petri Apoſtoli tertio ſucceſſore, S. Iuliano Cenomanicæ vrbis primo Epiſcopo, & diſcipulo Apoſtolorum, adiutor datus; atque cum eo ad prædicandum in Archidiaconatus officio directus. *In vitâ quoque* S. Domnoli *Cenomanenſis Epiſcopi 16. Maij iſta habentur:* Hic in eccleſiâ, *ſepultura locus,* in quâ B. Iulianus primus iam dictæ vrbis Epiſcopus corpore requieſcit, iuxta monaſterium ſcilicet S. Victurij, prope fluuium Sartæ, monachorum normam, quæ dudum florere cœperat, mirificè amplificauit.

reliquiæ Paderbornam trãſlatæ, 7 S. Iuliani *reliquiæ aliquæ ſub annum 1143. Paderbornenſibus à Gaufredo Epiſcopo & Capitulo Cenomanenſi donatæ. Extat horum de iis epiſtola, quam, ex MSS. codicibus monaſterij Budikenſis Canonicorum regularium iuxta Paderbornam, nobis communicauit Ioannes Gamanſius noſter, teſtatuſq; eſt S. Iuliani feſtum rubricâ notari, vt ſolenniores celebritates conſueuerunt, in omnibus tam typo quàm calamo nuper & olim deſcriptis Kalendariis, Breuiariis, ceteriſq; libris ritualibus Eccleſiæ Paderbornenſis, à quâ proprio officio colitur, Lectionibus Sancti vitam complectentibus. Eſt autem epiſtola illa Cenomanenſium duplici obſignata ſigillo; prius oblongum ipſius eſt Gaufredi, erectam Epiſcopi imaginem referens: à tergo verò forma Agni Dei, vt dici ſolet, expreſſa eſt. alterum ſigillum Capituli eſt, in quo equitis armati figura. Epiſtola ita habet:*

eius iſthic feſtum.

Epiſtola Epiſcopi Cenomanenſis ad Paderbornenſes, 8 Reuerendo Patri ac Domino N. Dei gratiâ Paderbornenſi Epiſcopo, & venerabilibus viris cariſſimis in Chriſto Fratribus, Præpoſito, totiq; eiuſdẽ Eccleſiæ Capitulo, Gaufridus diuinâ permiſſione Cenomanẽſis Eccleſiæ miniſter humilis, N. Decanus & Capitulũ eiuſdem Eccleſiæ ſalutem & ſinceram in Domino caritatem. Grates Deo referimus, deuotionem veſtram in Domino commendantes, eò quòd vos ſocietatis noſtræ non immemores, nos per litteras & nuntium viſitaſtis. Per hoc enim veſtra deuotio noſtrum inflammat affectum, & ad familiaritatis augmentum inpoſterum inuitat. Hinc eſt quòd petitioni veſtræ grato nimirũ occurrentes aſſenſu, quod à nobis petitis, denegare non poſſumus, ſicuti nec debemus. Veſtræ namque & noſtræ Eccleſiæ fraternitatis vnitatem, quam deuotis brachiis amplexamur, deſiderio deſideramus perpetuo, mutuoque ac irrefragabiliter obſeruari. Magnũ quidem eſt quod quæritis, quodque Eccleſiaſticæ ſeculariue quantumcumque graui perſonæ nõdum cõceſſeramus huc vſque, licet à multis magnis & authenticis pluries fuerit attentatũ, nec hactenùs impetratum, vt videlicet de ſanctiſſimo corpore glorioſi Confeſſoris, Principis & Patroni noſtri, beatiſſimi Iuliani venerandas vobis reliquias deſtinemus. Sed caritas, cuius propriè eſt proprium ignorare, preces ſuas interpoſuit. Et multo tractatu ſuper hoc inter nos habito, *de S. Iuliani reliquiis ad eos miſſis* tandẽ animos impulit ad cõſenſum. Hæc ſola vobis concedere cogit, quod aliis minimè feciſſemus. Nec tamen alienari dicimus, quod per venerabilem virũ, Dominum videlicet Suederum Canonicum veſtrum & Fratrem noſtrũ, de ſupradictis reliquiis veſtræ mittimus Eccleſiæ, quam propriam reputamus. Hinc eſt, quòd de ſanctiſſimo Patris noſtri & patroni prædicti humero vobis partem per latorem præſentium præſentamus, vt eum velitis venerari nobiſcum, qui Chriſti iugo colla ſubmittens ſuppoſuit humerum ad portandum. Vt verò tantum ſanctuarium tutiùs & cautiùs mitteremus, præfatus Canonicus veſter in Capitulo noſtro ſolenniter in fide ſuâ certiſſimè promiſit, quòd illud ad vos, quàm citò commodè poterit, cum reuerentiâ perſonaliter deportabit.

9 Veſtram ergo fraternitatem rogandam duximus ex affectu, quatenùs vobis oblatum munus reuerenter *quomodò ea honorari debeant.* recipiatis, diligenter & honorificè reſeruetis, & diem feſtum, quo beatiſſimus ille patronus noſter de mundo tranſiuit ad cælum, ſexto videlicet Calendas Februarij, in Eccleſiâ veſtrâ ſolenniter celebretis, & per veſtram diœceſim celebrari ſolẽniter faciatis. Vt autem hoc poſſit ſolenniùs & meliùs adimpleri, Reſponſoria vobis & antiphonas deſtinamus, & alia ad cantum pertinentia, quæ penes nos in ſolennitate prædictâ communiter decantantur, quæ nequaquàm, ſicut audiuimus, hactenùs habuiſtis. Doceatis etiam, ſi placet, populum veſtrum, & efficaciter inducatis, vt ab omni ſeruili opere abſtineat eâ die; indubitãter ſcientes quòd penes nos, vbi corporis eius reliquiæ requieſcunt, Præſul hic inſignis vim ſacri deſtruit ignis, ſanat energumenos, fouet hoſpitio peregrinos. Credimus ſanè quòd ſi affuerit in veſtris precibus pia populi deuotio, hæc & maiora meritis eius ſuffragantibus Pater piiſſimus ſupplicantibus erogabit. Duret in longum valeatque caritas veſtra. Datum Cenomanis anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio, menſe Aprili.

VITA

Auctore Lethaldo monacho,

ex tribus veteribus MSS. codicibus.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 VM adhuc mundus errorum tenebris inuolutus claritatem veræ lucis penitùs ignoraret, & antiqui hoſtis verſutia in humano genere, quod ſibi à primo parente ſubdiderat, graſſaretur, honorque Creatoris creaturæ potiùs quàm Creatori famularetur; quia ſcilicet vnuſquiſque vel ex mortuis hominibus, vel ex inſenſibili materiâ Deos, quos adoraret, fingebat; *Dei filius incarnatus vt ruenti mundo ſuccurreret.* Deus omnipotens humanos miſeratus errores, ne ſua in æternum factura periret, Verbum ſuum æquale ſibi atque coæternum, per vterum intactæ Virginis pro ſeculi vitâ verum hominem ad humanos produxit aſpectus. Qui Diuinitatis naturâ non imminutâ, humanitate tamen noſtrâ abſque peccati næuo veraciter aſſumptâ, inter homines conuerſatus eſt, præbens beneficia Deitatis, & perferens incommoda humanæ fragilitatis. Denique

nique eam carnem, quam de Virgine ſumpſerat, pro redemptione noſtrâ poſuit, & hominem, quem creauerat, non alio redemit pretio, niſi viuifico & pretioſo ſanguine ſuo. Factus igitur obediens Patri vſque ad mortem, mortem autem Crucis, deſtruxit mortis imperium, & ab ipſis Auerni ſedibus ſuos eripuit, & comitante illâ ineffabili triumphati hoſtis victrice pompâ, ad dexteram Dei Patris in perpetuum regnaturus aſcendit. Eccleſiam ergo ſuam, quam ſibi ſalutari acquiſierat ſanguine, Spiritus ſui illuſtrauit aduentu, vt mundi aduerſis interim exercenda, inuincibili Spiritus ſancti confortaretur armaturâ. Fundata igitur ſupra petram fidei, diffunditur per climata totius mundi, vt relictâ vanitate idolorum, Deum verum homo cognoſceret, & ab errore paterni delicti, & ab ſqualore vetuſtæ gentilitatis, in nouitatem vitæ tranſiret.

Philip. 2. 6.

2 Sed veternus hoſtis dolens ſibi perire, quod Deo conſtabat acquiri, omne malitiæ machinamentum ad ſubuertendum Eccleſiæ inuincibilis conuertit aſylum. Et iniquâ inſtantiâ pro defenſione falſitatis nonnullos Martyrum proſtrauit gladio, alios affixit patibulo, alios obduxit pelago, fame alios peremit, alios ignibus excruciauit, alios membratim diſcerpſit, & indicibili mortium genere debacchatus, Eccleſiam Chriſti expugnare niſus eſt. Sed quò eius ampliùs efferbuit immanitas, eò Sanctorum inſuperabilis conſtantia, vnde atrociori pulſata eſt inuidiâ, inde amplioris virtutis emicuit gloriâ.

Tempeſtas à diabolo contra Eccleſiam excitata,

3 Neronem igitur primum contra pietatem habens impietatis miniſtrum; dehinc per ſuccedentes ſibimet Principes malitiæ ſuæ augens incrementum per trecentos & eo ampliùs annos Eccleſiam Chriſti concuſſit, ſed nullatenùs euertere valuit. Cùm enim complacuit ei, qui fideles ſuos igne tentationis permiſit excoqui, vt ſerenus dies poſt tot turbines familiæ ſuæ illuceſceret, lux veritatis culmen Imperij ſubiit, & mundi gloriâ ſibi ſubſtratâ, eos cœpit habere defenſores atque tutores, quos per inuidiam hoſtis antiqui eatenùs perfidos habuerat impugnatores. Tunc ergo velut poſt aſperitatem nimboſæ hiemis,

poſt trecenteſimum annum ſedata.

Cùm placidas verni clementia temperat auras,
redolentes arbuſta prorumpunt in flores, & nudata
dudum roſeta rediuiuis adornantur roſis, miranteſque
oculos erumpentium candor reuerberat liliorum; ſic
pace Eccleſiæ redditâ diuerſi per mundum effulsêre
viri, qui virtutum luce mirabiles, fulgore fidei inſignes,
ad ſequenda Chriſti veſtigia manſuetis corde pararentur
imitabiles.

CAPVT I.

Cenomani à S. Iuliano conuerſi.

Primi Galliarum Apoſtoli; a

4 AD collocandum igitur in Galliis nouæ fidei fundamentum, ad erigendum rudis adhuc Eccleſiæ ſtatum, pietas ſuperna magnificos atque induſtrios viros deſtinauit, Lugdunenſibus a Photinum, Arelatenſibus Trophimum, Narbonæ Paulum, Toloſæ Saturninum, Aruernis Auſtremonium, Lemouicinis Martialem, Turonicis Gatianum, Pariſiacis Dionyſium, Cenomannicis Iulianum.

Genomanorum Iulianus,

5 Hic itaque Iulianus Romanâ generoſitate clariſſimus, linguâ facundus, iuſtitiâ inſignis, merito fidei percelebris, primus Apoſtolus Cenomannicæ vrbi à Deo deſtinatur: qui etſi aliis Apoſtolus non eſt, Cenomannenſibus tamen eſt. Nam, ſicut de ſe quoque beatus clamat Apoſtolus, ſignum Apoſtolatus eius ipſi ſunt in Domino.

1 Cor. 9. 2

6 Is ergo vir Domini fide munitus, gladio Spiritus ſancti accinctus, ad deſtruendos errores, ad conculcandas dæmonum vanitates, ad vrbem ſupradictam acceſſit intrepidus. Sed dum nouitas ſanctæ prædicationis quibuſdam incredulis in ſcandalum, nonnullis verteretur in deriſum, miraculorum potentia reddebat attonitos, quos ad audiendam veritatis viam veternus & innatus error effecerat faſtidioſos. Per manus enim reuerendi Pontificis tantas Chriſtus operabatur virtutes, vt verbo dæmones fugaret, leproſos mundaret, cunctiſque languentibus opem Crucis medicamine largiretur. Denique cùm ad eum plurimi concurrerent pro adipiſcendâ ſalute corporum, illuminati verbo fidei, cum ſalute redibant animarum.

miraculis fidem confirmat:

Avctore Lethaldo. Ex mss.

7 Porrò idem venerabilis vir extra vrbem paruo tectus hoſpitio diu noctuque in ſancto perſtabat propoſito, vix vllam ſui curam habens corporis, totum ſe eorum impẽdens ſaluti, quos dæmonico nitebatur ſubducere errori.

in ſuburbio habitat, ſui incurioſus:

8 Sanè cùm iam miraculorum dulcedine deliniti, & luce fidei radiati, eius ſancto contubernio inhærerent, eſſetque de cõuehendæ aquæ penuriâ non modica querimonia, vir Dei ad locum, quem aptum credidit, accedens, cuſpidem baculi, quem manu geſtabat, humi defigens, cunctis audientibus dixit: Domine Deus noſter, qui ſitienti populo tuo in eremo de durâ ſilice potum tribuiſti, adeſto & nobis famulis tuis, & aperi theſaurum tuæ pietatis, & iube nobis de duritiâ huius telluris miniſtrari fontem aquæ viuentis, vt cognoſcant præſentes, quia tu es verus Deus, qui in fine ſeculorum miſiſti filium tuum in mundum, vt credentes in te ad veram introduceret repromiſſionis terram. Cumque fideles reſpondiſſent, Amen, ſubitò erupit fons viuaciſſimus, qui & potentiam Diuinitatis oſtenderet, & meritum beati viri liquidò cunctis aſtantibus demonſtraret.

precibus fontem elicit;

9 Tunc qui iam crediderant, in fide ſunt corroborati; & qui adhuc gentilitatis errore detinebantur, ad pedes Sancti procumbunt, orantes ſe ſanctæ fidei ſacramentis initiari. Hunc ergo *b* fontem placuit Centonomium vocitari, quia exhibitionis eius gaudio, multiplicato fidei fœnore numerus credentium cœpit multiplicari. Multi enim in eo per baptiſmatis ſacramentum veterem hominem exuerunt, & nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitiâ & ſanctitate veritatis, veſtiti ſunt.

b cui Centonomij nomen inditum:

10 Itaque non quique populares, ſed & nobiliſſimorum plurimi cingula deponentes militiæ, tumida olim colla ſua iugo Chriſti ſupponentes, ſancto viro adhæsêre, & ſacris eius gaudebant informari exemplis. Cumque fulgor tantæ claritatis, quaſi lucifer matutinus ſolem iuſtitiæ nuntians, totam prouinciam iam perluſtraſſet, Princeps ciuitatis, *c* Defenſor nomine, vir glorioſus, & ſecundùm caducos huius mundi honores potentiſſimus, tot miraculorum nouitate perculſus, Deo dignum Pontificem per internuntios euocans, vt ad ſe venire dignaretur, ſupplicite exorat.

euocatur à Defenſore Principe ciuitatis: c

11 Fideliſſimus autem miniſter Chriſti cùm ad Principem accederet, ante principalis aulæ ianuam obuiàm habuit quemdam cæcum, qui coram eo procumbens flagitabat auxilium. At ille inuocato Chriſti nomine, & Crucis impreſſo vexillo, ſub momento eum priſtinæ reſtituit ſanitati. Quod Princeps audiens, feſtinus accurrit, genibus Sancti aduoluitur ſupplex exorans, quò particeps vitæ æternæ fieri mereretur. Quem verbo Dei diligentiſſimè inſtructum Pontifex venerabilis catechizauit, & ſolenni ieiunio peracto, cum totâ familiâ, multâque nobilium turbâ baptizauit. Qui in tanto pietatis ardore excreuit, vt domum ſuam ſancto viro traderet, quò ibi eccleſiam diuino cultui aptam extrueret, & lucrandis Chriſto animabus abſque vllo inuigilaret incommodo. Iam tunc ergo impoſſibile dictu reor, quanto gaudio, quantâue alacritate quotidie Chriſto inibi fierent lucra, diabolo verò detrimenta. Omnis ætas, omniſque ſexus ardentiſſimo amore ad audiendum verbum Domini confluebat, & certatim præire alter alterum in ſancto propoſito elaborabat. Factam igitur bonorum ſuorum collationem ſancto viro tradunt, quò & eccleſia diuinis exornaretur honoribus, & pauperes Chriſti alimentis conſolarentur corporalibus.

Cæcum ſigno Crucis illuminat:

Defenſorem cum familiâ baptizat:

domum in eccleſiam conſecrat:

AVCTORE LETHALDO, EX MSS. Luc.12. 42.

12 Porrò diſpenſator fidelis & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam vt daret illi in tempore tritici menſuram, vt in erogando verbo Dei cum pietatis actibus inuigilabat, ita etiam in diſpenſandis terrenis ſecundùm inſtitutionem Apoſtolicam deſudabat, & viuentibus ſub ſe communiter Eccleſiæ filiis, prout cuique opus erat, fideliter diuidebat. Sanè præſentium occaſione curarum, nequaquàm illius mentis oculus caligabat à contemplatione æternorum, ſed quò ampliùs fulciebatur rebus tranſitoriis, eò ampliùs inhiabat ad gaudia patriæ cæleſtis. Benè enim nouerat, quid conueniret in viâ, quid deberetur in patriâ. In viâ quippe videbat neceſſarium laboris ſtipendium; in patriâ autem toto affectu deſiderabat æternæ beatitudinis emolumentum. Sunt enim nonnulli, qui in paſtorali regimine laborant, & pro eodem labore ſempiterna præmia non appetunt, ſed honore prælationis tumidi, quamuis cæleſtia verbis prædicent, toto deſiderio terrena quærunt. Hic verò dignus Deo Pontifex cùm virtutum fulgore clareſceret, miraculorum potentiâ cingeretur, obſequentium populorum cuneis fulciretur, & rerum temporalium affluentiâ ditaretur, nullo delectationis impedimento ſuccumbebat, ſed in datorem omnium bonorum oculum mentis figens, bona præſentia quaſi poſt tergum, & ante faciem proponebat fideliter, quæ Sanctis promittuntur in cælis.

bona oblata fideliter diſpenſat.

a *Coluntur hi Sancti*, Photinus 2. *Iunij*, Trophimus 29. *Decemb.* Paulus 22. *Mart.* Saturninus 29. *Nouemb.* Auſtremonius 1. *Nouemb.* Martialis 30. *Iun.* Gatianus 18. *Decemb.* Dionyſius 9. *Octob.*

b *al.* locum.

c *An hic eſt* S. Defenſor *primus Epiſcopus Andegauenſis.*

CAPVT II.

Tres mortui ſuſcitati.

13 PORrò in eâ ciuitate, in quâ vir beatiſſimus paſtorales agebat excubias, erat vir quidam potens ac nobilis, nomine Anaſtaſius, nondum Chriſtianæ fidei ſubiectus. Huius filius graui arreptus incommodo, ad extrema deductus, & ad vltimum extinctus eſt. Pater verò orbitatis dolorem non ſuſtinens, ad virum Dei cucurrit clamans & dicens: Serue Dei Iuliane, qui confiteris Chriſtum Deum verum eſſe, per illum te adiuro quem prædicas, redde mihi filium meum. Cui ait vir Dei: Anaſtaſi, ſi credis eum, quem ego prædico, verum Deum eſſe, & filium tuum in præſenti recipies, & tu vitam obtinebis æternam. Anaſtaſio deierante atque dicente: Si filium meum viuum recepero, Chriſtum verum Deum confiteor, & idolis penitùs abrenuntio; abiit cum eo beatiſſimus Pontifex ad domum, in quâ corpus pueri iacebat exanime: & cunctis flentibus, & quid beatus vir acturus foret conſiderantibus; ille tenens manum defuncti, & ſuſpiciens in cælum lacrymis perfuſus, ait: Domine Ieſu Chriſte, qui viduæ filium extra portam elatum multis aſtantibus ſuſcitaſti, & quatriduanum Lazarum iamque fœtẽtem verbo potentiæ tuę à mortuis reuocaſti; tu præcipe vt ſuſcitetur puer iſte, quatenùs iſto reſuſcitato in corpore, multi per tuam fidem reſurgant in animâ, præſenteſque cognoſcant, quia tu es Chriſtus filius Dei viui, qui præcepto Patris mundum ſaluaſti, cui per te condignas gratias referimus per infinita ſeculorum ſecula. Cumque fideles reſpondiſſent, Amen; quaſi à ſomno ſurrexit puer incolumis, & cunctis præ gaudio flentibus, parentibus ineffabile gaudium, & ceteris adſtantibus ad ſequendam Chriſtianitatis religionem magnum præbuit incitamentum. Mox ergo pater eius Anaſtaſius cum omni familiâ credidit, & baptiſmi gratiam conſecutus numero fidelium applicatus eſt.

Oratione defunctum ad vitam reuocat:

14 Sequenti deinceps tempore per eum ſimile huic miraculo ad laudem & gloriam nominis ſui Chriſtus operari dignatus eſt. Nam cùm idem vir beatiſſimus ab vrbe digrediens, vt lucrum Chriſto de pereuntibus faceret, diœceſis ſuæ partes viſitaret; ecce defunctus efferebatur, magnâ populi comitante cateruâ, adoleſcens cuiuſdam magnifici viri filius, qui dicebatur Iouinianus. Superueniens ſanctus Epiſcopus, conſuetâque in Dominum fiduciâ fretus, iuſſit deponi defunctum corpus, & manu ſilentio imperato, clarâ voce ad patrem adoleſcentis ait: Iouiniane, Chriſtus quem prædico, homo pro hominibus factus, mortuos ſuſcitauit, dæmones verbo fugauit, & ad oſtendendam Deitatis ſuæ potentiam, quicquid voluit inter homines operatus eſt. Hunc tu ſi relictâ vanitate idolorum Deum ex toto corde credideris, & purificari te permiſeris fonte baptiſmatis, & tuâ ſalute & filij tui reſurrectione gaudebis. Tunc idem Iouinianus & vniuerſus adſtans populus, Sancti aduoluuntur pedibus, & cunctis miſericordiam flagitantibus, cum lacrymis aiebat Iouinianus: Magne ſerue Dei Iuliane, ſi vnicum mihi pignus, & vitæ præſentis ſolatium reddideris, non ſolùm ego Chriſtum verum Deum eſſe confitebor, ſed & populus hic vniuerſus deorum ſuorum figmenta contemnet, & fidem, quam prædicas, deuotâ mente ſuſcipiet. At verò vir Deo plenus, genibus in terram curuatis, oculis ac manibus in cælum porrectis, cunctis audientibus dixit: Domine Ieſu Chriſte, qui vbique præſens es, qui pro noſtrâ redemptione homo fieri voluiſti, & inter homines apparens per vexillum crucis tuæ ab humano genere mortem exclusiſti, iube vt reſurgat adoleſcens iſte, vt tanti facti potentiâ, & fides credentium in te roboretur, & non credentium corda ſubdantur, per te vnigenitum Dei viui, quem cum Patre & Spiritu ſancto regnantem & dominantem confitemur in ſecula ſeculorum. Reſpondentibus fidelibus, qui aderant, Amen, quaſi à ſomno adoleſcens ſurgit à feretro, & clarâ voce cunctis miraculi nouitate perculſis, cœpit clamare: Verè magnus Deus Chriſtianorum, quem prædicat ſeruus eius Iulianus. Ad patrem quoque ait: Verè nunc vſque à Deo vero errauimus; nam dij, quos colimus, pro certo dæmonia ſunt. Vidi enim eos in inferno, & vidi quia non erat eis requies à tormentis. At verò cunctorum clamore in cælum ſublato, Chriſtus ab omnibus magnificatur, Chriſtus verus Deus prædicatur, & famulus eius Iulianus, renitens multumque reluctans, ab omnibus adoratur. Et hîc igitur per prædicationem Deo digni Pontificis copioſa multitudo rationabilium piſcium fidei ſagenâ collecta, & ad veræ credulitatis ſolidum littus à profundis errorum tenebris educta eſt.

alium mortuum precibus ſuſcitat;

15 Iam tunc ergo velut diuini exercitus ſignifer, aliis præcedentibus, aliis ſequentibus, vitalia fidei ſerens ſemina, ad prædium, cui vocabulum eſt a Proiliacus, diuertit. Ingruentibus autem noctis tenebris, hoſpitium ſibi perquiri iubet. At verò in ipſo aduentus eius articulo, puer paruulus poſſeſſoris ſupradicti fundi filius, ingraueſcente, quâ vexabatur, moleſtiâ, defunctus eſt. Quod cùm viro Dei nuntiatum fuiſſet, alibi diuertere noluit, ſed ſecundùm quod Salomon ait: Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij, gaudium ſalutis laturus lugentibus, ad domum, in quâ infantulus iacebat, acceſſit, & in quadam eius ſecretâ parte manſionem accepit. Iubet ergo ante ſe inferri defunctum corpus, & patre & matre cunctiſque remotis arbitris, paucis dumtaxat ſanctitatis ſuæ comitibus ibidem remanentibus oraturus ſe in pauimentum proſternit: noctemque peruigilem ducens, tantâ inſtantiâ precum cæli pulſauit ſecretum, vt pariter ſurgerent, & Pontifex à puluere, & infans à morte. Cùm ergo iam aurora fugaces à cælo pelleret tedas, intrat pater cum matre & multâ vicinorum frequentiâ, inueniuntque ſoſpitem, quem defunctum intulerant; & tanti operis nouitate perculſi, cælum clamore quatiunt, & verſis b votis iterum per gaudia plangunt. Continuò ergo fidei Chriſtianæ colla ſupponunt, & infantem, quem hæredem terrenorum bonorum optauerant, cæleſtibus diſciplinis imbuendum cum

a

item alium:

b

Eccle.7.3.

cum totâ hæreditate ſupradictæ poſſeſſionis beatiſſimo magiſtro contradunt.

benedictione ſuâ multos ſanat.

16 Excitati famâ facti accurrunt vicini, & alij quidem proſequuntur, alij cellulam, in quâ vir Dei iacuerat, irrumpunt, locumque vbi ſancti ſteterant pedes, crebris amplectuntur oſculis, & vt benedictionis eius compotes fierent, certatim præcedentis veſtigia legunt. Porrò beatiſſimus ad preces ſequentium conuerſus, eleuatâ manu cunctos benedixit, & omnes, qui inter eos aliquo laborabant incommodo, abſque alicuius moræ interuentione, priſtinæ reſtituit ſanctitati.

a *Bellouac.* Periliatus. b *al.* vocibus.

CAPVT III.

Alia miracula. aduerſa tolerata.

17 PRocedens inde Beatiſſimus, cùm iam propinquaret vico, qui vocatur Ruiliacus, qui poſitus eſt ſuper fluuium *a* Ledam, obuios habuit nuntios primarij eiuſdem vici, vt quantocyùs venire dignaretur, quia vnica filia illi erat, quam immundus inuadens ſpiritus atrociter vexabat. Cùm peruenisſet ad vicum, exhibuerunt ei furentem puellam, & ſacris eius veſtigiis prouoluti, precabantur miſericordiam. Spiritus autem nequam ſancti viri non ſuſtinens præſentiam, ad primum eius imperium, vas quod iniuſto iure vendicârat, relinquens effugit, & puellam in medio ſtupentium, & Chriſti potentiam laudantium reliquit ſanam. Sicque factum eſt, vt per vnius puellæ ſalutem corpoream cuncti vici illius habitatores ad veram animarum ſuarum peruenirent medelam. Nam omnes idolorum vanis abrenuntiantes figmẽtis, & renati fonte baptiſmatis, facti ſunt participes Chriſtianæ adoptionis. Eumdem ergo vicum cũ cunctis ad eum *b* prædictus poſſeſſor ſancto Pontifici humiliter largitur, & vt ibi eccleſiam conſtruere deberet, deuotiſſimè deprecatur. Quod Præſul benignus gratantiſſimè compleuit, ibique multum populum per ſanctæ prædicationis miniſterium Domino conſignauit.

a Energumenam liberat:

Ruiliaci templum ædificat.

b

18 Nec tamen credendum eſt, tantum præconem abſque laboris certamine & impugnatoris antiqui inſidiis, tot & talia perficere potuiſſe, cùm manifeſtiſſimè clamet Apoſtolus: Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patiuntur. Quamuis enim magnitudo virtutum, quas per eum Chriſtus operabatur, ſi quid aduerſi è mundo emergebat, retunderet, is tamen qui ad ipſum mediatorem Dei & hominũ hominẽ Ieſum Chriſtũ, quaſi aliquid ſuorũ reperturus, venire præſumpſerat, contra hunc quoque, qui illius ſummi capitis membrum erat, machinas diuerſarum tentationum quaſi aduersùm validiſſimum murum callidus impugnator admouere nõ deſinebat. Vt enim nouus agricola opacam ſiluam ingreſſus, nunc ferro nunc igne vtitur, quò iaciendis ſeminibus tellus eatenùs ſterilis præparetur; ſic Iulianus Cenomannicum penetrans ſolum, veteres quercus annoſaſque fagos, id eſt, vetuſtæ gentilitatis ſterilia vanaque figmenta euertere niſus, & ferro correctionis vſus eſt, quo peccata delinquentium ferirет, & igne aduſtionis, quo iam emundatum ſolum ad promerenda diuini amoris ſemina aptum exhiberet.

2. Timot. 3. 12.

Matth. 4.

Superſtitionem exſtirpat:

19 Sed reliquiæ paganorum, quæ quaſi fragmina tabularum de naufragio errorum euaſerant, indignè ferentes laudem nominis Chriſti dilatari, & ſimulacrorum ſuorum portenta peſſumdari; vnanimiter inſurgunt contra Sanctum, maleficum clamantes, qui ſub nomine pietatis vanis præſtigiis euerteret corda populorũ, ipſoſque videntium oculos fruſtraretur, falſa pro veris aſſereret, hominem crucifixum Deum affirmaret, Deorum immortalium, quos Romanus orbis à ſeculo colit, culturam erroneus euacuaret; viuum exuri debere, vt eius interitus exemplo aliquis impoſtor & temerarius terreretur, ne cõtra Rempublicam timendorumque numinum reuerentiam, quibus orbis conſtat & alitur, quoquo modo vlteriùs oblatrare niteretur.

conſpirantibus aduersùs eum Gentilibus,

20 His Iulianus non modò non territus, verùm ad pugnam contra diabolum alacriùs accinctus, ad locum iter accelerat, quo caput erroris eorum maleſuada religio detinebat. Nam in vico, cui Artinas vocabulum eſt, templum erat, & in eo Iouis ſimulacrum falſorumque innumera portenta deorum, quæ vario errore deluſa Gentilitas priſcis temporibus erexerat ad ſuam & *c* ſequentium perniciem populorum. Ad quæ deſtruenda cùm Iulianus loricẽ fidei indutus, galeâ ſalutis protectus, gladio Spiritus ſancti præcinctus præparatur, è diuerſo ruſticana & ignobilis manus pro defenſione deorum, qui ſibi auxilij opem ferre nequibant, obſtinatiſſimè reſiſtens armatur. Sed Iulianus imperterritus inter frementes & garrientes inſanientium voces templum ingreſſus, inuocato veri Dei Ieſu Chriſti nomine, ſimulacrum enorme ipſoque viſu terribile in cinerem reſoluit, ſolâ ſanctæ iuſſionis auctoritate.

Auctore LETHALDO, ex Mss.

c

in Chriſti nomine idolum euertit:

21 Vt verò inſani populi cognoſcerent, cui eatenùs culturam Deitatis exhibuiſſent, ex euerſo ſimulacro immaniſſimus erupit draco, qui facto impetu contra cultores proprios, flatu ſulphureo & atrocis verbere caudæ, deuotorum ſibi phalanges in mortem cœpit ardenter vrgere. At illi eius contra Deum ſuum petunt auxilium, quem paullò antè vociferantes maleficum, totis niſibus elaborarant, vt eum incenderent viuum. Porrò Iulianus Dei athletâ, eleuatâ cũ ſigno Crucis in ſublime dexterâ, draconi imperat, vt nullũ ampliùs lædẽs concitus fugiat, & loca humanâ culturâ prorſus carentia petat. Ad cuius imperium draco ſæuiſſimus effugit viuaciſſimus, & in eos *d* ius amiſit lędendi, in quibus vlteriùs fraudem exercere permiſſus non eſt ſeducendi. Tunc vniuerſi cum gaudio iam fiunt ſocij in euertendo falſitatis fano, ac demum ſancto renati lauacro per manus ſancti Pontificis dogmate beatificantur Chriſtiano.

d

damonem draconis formâ ſaeuientem fugat:

multos baptizat:

22 Cuius facti fama velox per omnes totius prouinciæ percurrens populos, ita priſtini erroris cunctas abraſit nebulas, vt vix a iquis inueniretur, qui Ieſum Chriſtum Deum & Domi ium non confiteretur. Huius igitur tam celebris facti nuntio Defenſor vir glorioſus, cuius ſuprà memoriam fecimus, ad ſe perlato, ingenti affectus gaudio benedixit Deum, & feſtinus accedens ad beatum virum ſupplicitèr petebat, vt ad domum eius accedere dignaretur, vt pro triumphati hoſtis victoriâ largitori omnium bonorum Chriſto communiter gratias referentes, caſto ſimul & ſancto participarentur conuiuio. Cuius petitionem vir beatus non renuens quippe quem merito religionis vera ſibi nexuerat caritas) vt eius deſiderio ſatisfaceret properabat. Sed cùm iter carperent, in parte noualis puerum quemdam inuenerunt ab ingenti ſerpẽte pedes & brachia corpusque totum ſpiris viperеis colligatum. Perterritis autem omnibus qui aderant, vir Dei propiùs accedens, ait: Domine Ieſu Chriſte, qui humanum genus à paradiſi gloriâ per ſerpentem deiectum, per Crucis tuæ reparaſti vexillum, tu libera hanc creaturam tuam ab hoc quo tenetur angue, vt & ſerpens intereat, & per te puer incolumis euadens cognoſcere præſentes faciat, quia tu es liberator & protector omnium ſperantium in te. Cumque talia peroraſſet vir Deo plenus; &, qui aderant, dixiſſent, Amen; ſerpens crepuit medius, & cunctis Deum laudantibus, puer euaſit ſanus.

puerum ſerpente illigatum liberat, ſerpente diſruptо

23 Intereà cùm ad domum Principis peruenisſet, ſummo excipitur gaudio, fit concurſus omnis ætatis omniſque ſexus ad videndum tantum virum, cuius nomen famaque virtutum tanto iubare coruſcaret, vt etiam quoſque remotiſſimos eum videndi deſiderio ſuccendere poſſet. Subſequuntur è veſtigio ſanctum Epiſcopum energumeni duo, ſalutis remedium flagitantes ab eo. At ille inuocato Chriſti nomine, & inimicum fugauit, & eos verbo prædicationis illuminatos proprio reſtituit Creatori. Diem ergo illam felici exornantes lætitiâ, inter ipſa ſacræ menſæ conuiuia totus ſermo illis erat de

duos energumenos liberat, & conuertit.

AVCTORE LETHALDO, EX MSS.

rat de Christi gloriâ, de interitu Satanæ, de his quoque quæ pertinent ad veram Deum timentium animarum curam. Pòst glorioſus ille vir omni ſupellectilis ſuæ copiâ ſancto viro exhibitâ ſupplex exorat, vt cuncta benignè ſuſcipiens ad quoſcumque vſus placuerit profutura retentet. Sed vir beatiſſimus nihil horum ſuſcipiens, benedictione ſuper eum traditâ, omniq́ue domo eius in fide Christi corroboratâ feſtinabat ad propria.

orat pro captiuo,

24 Cùmque iam portam à Deo ſibi commendatæ ſubiret vrbis, hi qui in carcerali cuſtodia nexibuſq́ue duris mancipati erant, ingenti clamore ſanctum virum, vt ſui miſereretur, exorant. At ille benigniſſimus, qui totis ſemper in Domino viſceribus pietatis affluebat, ad eos, quibus id officij commiſſum erat, ſupplex acceſſit, precaturq́ue humiliter, vt eos quos iniquitas propria fecerat reos, aduentus ſui gratia redderet abſolutos. Sed vecordes neque reuerentia Pontificis præſentis, neque prædicabile tanti viri meritum permouit, vt facerẽt quæ Sanctus non modò imperauerat, verùm etiam voce ſupplici poſtulârat. Porrò ille ſpretus à perfidis, eccleſiam intrauit atque gratias Chriſto pro acquiſitis ſibi animabus reddidit; deinde propriæ domus hoſpitio ſeſe recepit. Cumque ei appoſitus eſſet panis, diſcumbere noluit, ſed tacitus & gemens miſericordiam Domini opperiri cœpit. Tunc verò, ſecundùm ſerui Dei votum, Angelico miniſterio oſtia carceris aperta ſunt, & cunctorum catenæ confractæ ſunt, & hi qui in carceralibus priuatiſq́ue tenebris reſidebant, abſque humano auxilio ad communem diei lucem egreſſi ſunt. Per medium ergo ciuitatis, nemine prohibente, abſque vinculorum onere ſancti viri conſpectibus ſeſe obtulêre. At ille gaudens in Domino iam lætus cibum accepit, & quos merito ſoluerat, ſancti etiam conuiuij participatione donat. Nec fuit qui abſolutos repeteret, cùm manifeſtiſſimè hoc diuinæ virtutis potentia, non humanum auxilium ſancto Antiſtiti contuliſſet.

qui mox Angelico miniſterio euadunt.

a *Alibi hic amnis* Ledus *dicitur, & à quibuſdam* Lidus.
b *Deeſt* pertinentibus, *vel quid ſimile.*
c *al.* frequentium. d *al.* vim.

CAPVT IV.

S. Iuliani mors, ſepultura.

25 PLantatâ igitur in pago Cenomannico diuini cultus vineâ, abraſiſq́ue de eâ idolorum errorumq́ue omnium tribulis, tempus imminebat, quo beatus ille agricola fructum pij laboris à Domino ſuo percepturus, ab iſtis præſentis vitæ laqueis, ad æterna felix deberet conſcendere regna. Itaque propinquante vocationis ſuæ die, ſecedit ad vicum, in quo nunc B. Martialis eccleſia ſita eſt. In quo cùm pluribus degeret diebus, & inſtanter cæleſtis vitæ dulcedinem ſuis propinaret auditoribus, leui tactus incommodo, lætus & alacer præſtolabatur horam, quâ laborum certaminumq́ue ſuorum repoſitam à iuſto Iudice reciperet coronam. Et quia nauis ſanctæ Eccleſiæ abſque gubernatore per pelagus huius mundi non poterat enauigare, Sedem ſibi à Deo commendatam, cum communi Cleri plebiſq́ue conſilio, Sancto delegauit Turibio, quem adiutorem & ſocium in ſanctæ prædicationis eatenùs habuerat officio. Idem enim Turibius preſbyterij officio glorioſus cum S. Pauatio Diacono ad reuelãdam Cenomannenſibus Chriſti gratiam, vt ab antiquis ſuſcepimus, comes & adiutor S. Iuliano à Romanæ vrbis Antiſtite deſtinatus eſt.

Succeſſorem ſibi deſignat S. Turibium:

26 Glorioſiſſimus igitur Paſtor communi omnium a lectus conſenſu, fratres filioſq́ue ſuos euocat, & conſignato ſucceſſore, oculis ac manibus in cælum eleuatis, diutiſſimè gratias agens, & collaudans Dominum, oueſq́ue, quas Chriſto acquiſierat, eidem ſummo paſtori commendans, lætus & alacer beatis meritis ditatum cælo reddidit ſpiritum. Quo cæleſtia regna petente, ille eius merito fidei & bonorum actuum dilectiſſimus Defenſor, vir glorioſus, præſens non erat, ſed eius ſanctiſſimi obitus tali ordine cognouit diem. Sedente eo ad menſam, aperti ſunt intellectuales oculi eius, & ecce vidit beatiſſimum Iulianum ſacerdotali infulâ comptum cum tribus Diaconibus ſuis & tribus cereis venientem ad ſe, qui cereos, quos portabant, poſuerunt ſuper menſam ante eum, & abierunt. Dixit ergo prædictus Defenſor ad conſedentes: Videtis gloriam, quam ego video? Qui nihil ſe videre teſtati ſunt. At ille dixit: Numquid non hîc vidiſtis Patrem noſtrum Iulianum, qui tot bona nobis oſtendit, tot miraculis lætificauit? Ecce enim nunc cum tribus Diaconibus ſuis & tribus cereis huc ante me venit, & lætiſſimo vultu ſubridens benedixit nos, relictiſq́ue cereis abſceſſit. Vnde pro certo ſcio, quia migrauit à ſeculo. Et nobis, quos corporali præſentiâ dereliquit, beneficia pietatis ſuæ viuens in Chriſto impendere numquàm ceſſabit. Surgamus ergo, & ad ſepeliendum piiſſimum magiſtrum noſtrum quantocyùs properemus, vt eum mereamur adiutorem habere in cælis, quem ſalutis doctorem habuimus in terris. Hæc eo dicente, omnes admirati ſunt; pariterq́ue ſurgentes ad exequias Sancti feſtinanter accurrunt. Iam verò, vt de Martino illo Pontificum ſpeculo legitur, impoſſibile dictu eſt, quanta hominum multitudo conuenerit: cuncti ex agris & vicis, nonnulli etiam ex vicinis adfuêre caſtellis. Hinc pſalmicines Clericorum phalanges, illinc ſacrarum Virginum præ parſimoniâ turmæ pallentes; hinc plebs vrbana nobilibus conſerta viris, illinc manus agreſtis ſanctis beati viri famulantur exequiis.

Eius mors Defenſori ciuitatis Principi reuelatur.

Magnus ad eius funus concurſus,

27 Sed ne quis fortè moueatur, quòd Iulianum Martino æquiparauerim; qui hoc dicis, ſi rectè percenſeas, penè ſimilia ab vtroque potes videre completa. Martinus adhuc catechumenus algentem pauperem diuisâ chlamyde veſtiuit: Iulianus fide robuſtus tot millia veterem hominem exuta, fidei veſte contexit. Martinus primò ſolitariam delegit vitam, vt Chriſti dulcedine ſingulariter frueretur: Iulianus apertã expetiit pugnam, vt multorum animas lucraretur. Martinus ad epiſcopatum à Turonenſibus raptus eſt: Iulianus Cenomannenſibus à Deo Pontifex, quin imò & Apoſtolus, deſtinatus eſt. Martinus in virtute Trinitatis Deificæ trium mortuorum eſt magnificus ſuſcitator: Iulianus totidem ad vitam reuocans mortuos, toties mortis extitit victor. Martini corpus ij qui *b* ductu eius mundum vicerant, proſequuntur: Iuliani exequiis hi, qui eo duce cæleſtia iam tenebant, famulantur. Quid plura? vni Regi militarunt, vni Domino ſeruierunt, vno Spiritu ſanctificati ſunt, ſupra petram vnius fidei fundati ſunt. Reſtat ergo vt par ſit eis honor & gloria quos virtutis actio pares in Chriſti conſtituit diſciplinâ.

Comparatio S. Martini & S. Iuliani.

b

28 Hoc igitur beati viri corpus cùm ad vrbẽ propriam deportaretur, ventum eſt ad tranſitum fluuij, cui *c* Sartæ vocabulum eſt. Ad declarandum ergo quanti meriti eſſet cuius reliquiæ ferebantur, equi, qui lecticam ſanctarum geſtabant exuuiarum, ceteris vix enatantibus, inter vndas validas & profundæ cæcitatis gurgites, nec genibus aquâ tactis littus alterum, cunctis mirantibus, ſubierunt.

c

Equi reliquias S. Iuliani portantes fluuium miro modo tranſeunt.

29 Cùm verò tota vrbs feſtinaret in occurſum ſui Paſtoris, quædam mulier paruulum filium caldariæ impoſuerat, ſuppoſitoq́ue igne membra infantuli aquâ tepente lauabat: quæ voce pſallentium attonita officium cœptum deſerit, oblitaq́ue infantuli, cum ceteris obuiàm Sancto accurrit. Igitur dum ea venerantiſſimis moratur exequiis, ignis infanti ſuppoſitus caleſcens, vas ferreum, in quo paruulus poſitus erat, obambit, immenſoſq́ue calores efficit, & efferuentes in ſe ipſum refundit vapores. Quis putaret in tali diſcrimine viuere potuiſſe? Porrò beata mater cùm iam ſanctæ reliquiæ domui ſuæ propinquaſſent, domeſticoſq́ue lares recognouiſſet, tandem recordata pignoris ſui pauida accurrit, æſtimans inter vapores igniferos liquefactum, & tenera pueri diſtabuiſſe membra. Sed ardore fidei, quæ illam ſancto corpori

Puer in feruenti caldariâ eius meritis illæſus perſtat.

a latus moritur.

corpori exire obuiàm compulit, reſtincta eſt ardentis flamma camini. Subito terrore perculſa filium non amouet, donec grandi clamore multos compelleret adunari.

Multa ad ſepulcrum eius miracula.

30 Beati porrò viri corpus humanæ conditionis lege ſepultum, verè in Chriſto ſe viuere demonſtrat frequentiſſimâ conſolatione viuentium. Nam ibi recipit cæcitas viſum, debilitas greſſum, effugantur dæmonia, donantur cum fide petentibus congrua vota, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto cui eſt cum Patre & Spiritu ſancto honor & gloria, & nunc & per æterna ſecula, Amen. *Ex MS. Italico.*

a *al.* euectus. b *al.* inductu.

c Sarta *puriſſimus amnis, Alanconium, ipſamq; Cenomanorum epiſcopalem vrbem alluit; ac dein, vti &* Ledus, Meduanæ *miſcetur, qui in* Ligerim *infra Andeganorum vrbem influit. De* Sarta, *Sanctiq; Iuliani ſepultura loco in Prolegomenis actum ex vitâ* S. Domnoli.

DE S. IVLIANO MARTYRE

SORÆ, VEL ATINÆ, IN ITALIA.

Sub Antonino Pio. XXVII. Ianuar.

1 SOra & Atina *vetuſtæ Volſcorum vrbes, ac Romanorum coloniæ, nomen retinent etiamnum; hæc circa Melfis fluuij fontes, ſupra Aquinum; illa ſupra Arpinum, ad dextram Liris fluuij ripam ſita, haud multis ab eius fonte millibus paſſuum. Vtraque* S. Iulianum *hoc die veneratur, vtraque apud ſe peregiſſe martyrium gloriatur. De* Atinâ *teſtatur* Ferrarius *in Catalogo SS. Italiæ in Annotat. his verbis:* Habent & Atinates Iulianum Martyrem Patronum ſuum, quem apud ſe paſſum dicunt. Verùm cùm hac eadem die, & eodem Imperatore, eodemque mortis genere coronatum illum aſſerant, eumdem Iulianum, qui Soræ paſſus eſt, eſſe putamus; cùm Martyrol. Romanum hac die Iulianum Soræ, non Atinæ paſſum eſſe teſtetur. Neque qui Atinæ colitur, à Sorano diuerſus dici poteſt, cùm, vt prædiximus, acta ſint eadem. *Idem in generali Catalogo SS.* Atinæ in Latio S. Iuliani Martyris ſub Antonino. *in Notat.* Mihi tamen, *inquit*, idem videtur cum Iuliano, de quo hoc ipſo die in Rom. Martyrol. Soræ paſſo. Quem non ſolùm Sorani, ſed & Atinates ob vicinitatem loci, in quo paſſus eſt, venerantur.

S. Iulianus colitur Atinæ, vt Patronus,

& Soræ.

2 *Cardinalis Baronius Soranus patriæ ſuæ ſuffragatur. ita enim* ex Martyrologio baſilicæ Vaticanæ, *Eccleſiæ faſtis reſtituit:* Soræ S. Iuliani Martyris, qui in perſecutione Antonini comprehenſus, cùm idolorum templum, dum ipſe torqueretur, corruiſſet, truncato capite martyrij coronam accepit. *in Notat. iſta adſcribit:* Viget in Soranâ ciuitate eius Martyris memoria, eo loco poſita, vbi martyrium paſſus dicitur. Habentur illic & eiuſdem Martyris Acta MSS. *Eius meminit idem Baronius to. 2. Annal. anno Chriſti 175. nu. 7.* Tunc etiam, *inquit*, Iulianus illuſtris Martyr paſſus eſt Soræ, Spoleti Cõcordius Preſbyter & Pontianus, Peruſiæ Conſtantius eius ciuitatis Epiſcopus: quorum omnium Acta in ſuis Eccleſiis, quibus coluntur, extant, aliaque eorumdem certaminum monumenta.

Eius Acta.

3 *Teſtatur Ferrarius extare S. Iuliani Acta à Petro Paulo Florio Vrbinate ſcripta, in libro de Atinæ vrbis Protectoribus; quem librum non vidimus. Verùm ea hîc dabimus, quæ ex MS. Italico codice V. CL. Bartholomæi Chioccarelli I. V. D. ad nos Neapoli miſit Antonius Beatillus noſter. His ferè congruunt quæ Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ ſcribit, ex Lectionibus quæ in Eccleſiâ Soranâ hoc die recitantur.*

ACTA

ex MS. Italico Barth. Chioccarelli V. CL.

a 1 IMperante Antonino a Pio cogebantur Chriſtiani, vel diis thura adolere, vel atrocibus interire ſuppliciis. Præfectus tum erat Campaniæ prouinciæ b Flauianus quidam, ferus cumprimis, & Chriſtiano nomini infenſus. is per omnem latè prouinciam ſatellites atque adminiſtros ſuæ impietatis miſerat, vt quos reperiſſent Chriſtianos, c Atinam, vbi tunc morabatur, vinctos pertraherent.

b *Sub Antonino Pio,*

c

2 Venerat eâ tempeſtate è Dalmatiâ in has oras Iulianus, ætate quidem iuuenis, at moribus & Chriſtianâ prudentiâ ſenex; venuſtus facie totiuſque formâ corporis, ſed gratiâ & ſanctitate multò venuſtior; clarus antiqui generis nobilitate, ſed longè clarior fide. Hic cùm propter d Anagniam Campaniæ vrbem iter haberet, in impij Flauiani ſatellites incidit, quos hac à Chriſto præſcriptâ formulâ ſalutauit: Pax vobis, fratres. Quo ex ritu ſalutationis, ſingulariſque iuuenis modeſtiâ, coniecturam duxêre, haud ſanè falſam, Chriſtianum eum eſſe. Sciſcitantur ergo, cuis ſit, vnde domo, quo nomine, quam profiteatur religionem, quid iſthic ei ſit negotij. Iulianus Spiritu ſancto afflatus, æſtuanſque pro Chriſto patiendi deſiderio, intrepidè reſpondit: Chriſtianus ſum, ſe gente Dalmata, atque omnes vbique exhortor, vt repudiato dæmonum cultu, vnum ac verum Deum veneretur, filiumque eius Ieſum Chriſtum, cuius honori vitam quoque impendere geſtio.

S. Iulianus Dalmata

d

lictores benignè ſalutat,

ſe Chriſtianum profitetur,

3 Attoniti magnanimitatis & conſtantiæ miraculo lictores, minaci vultu ac voce, Iſtud, inquiunt, pro Crucifixo moriendi deſiderium tibi euelletur, niſi vltro induxeris in animum, Chriſto repudiato Diis noſtris immolare. Ac mox iniiciunt iuueni manus, experturos ſe dicentes, num verba factis reſpondeant; atque arctè colligatum, totâ eâ viâ quæ ad e Melfim flumen ducit, eum fuſtibus armiſque ceciderũt. Ille verò identidem Deum precabatur vt ſibi ad extremum vires ſufficeret. Annuit Deus, moxque miſſâ cælitus vox eſt: Ne metue Iuliane; tibi adero, roburque largiar ac victoriam. Gratias benigno numini egit beatus iuuenis.

comprehenditur,

e

verberatur,

4 Lictores eum vinctum Flauiano ſtitêre, moxque eo iubente in carcere n reclusêre, tetrum ac horribilem, qui Vallis-frigida appellabatur. hîc eum dies ipſos ſeptem ſine cibo omni ac potione reliquêre, vt barbaro illo famis cruciatu interiret. At non deſeruit clientem ſuum Deus, ſed Angelorum aſpectu & colloquiis, ciboque cæleſti eum recreauit.

fame torquetur,

Ab Angelis paſcitur,

5 Exacto ſeptem dierum ſpatio, cùm ad tribunal Præſidis ingens populi multitudo conueniſſet, (quo loco poſtmodùm conſtructa eccleſia eſt, Virginique Deiparæ dedicata) productum Iulianum ita Præſes compellat: Non te pudet, pulchrâ & ingenuâ facie cùm ſis, vili adhærere Nazareno in crucem acto; qui gratioſus Principi eſſe queas, ſi abominandæ huic ſectæ nuntium remiſeris? Reſpondit Iulianus: Pro ſanctâ religione, quam tu falsò abominandam ſectam appellas, paratus ſum antè occumbere, quàm vt tua venerer idola, quæ iniquiſſima dæmonia ſunt. Præſes animaduersâ eximiâ vultus eius gratiâ & dignitate, blandis eum ſermonibus auocare à propoſito nitebatur. At neque illecebris deliniri ſe, nec frangi minis paſſus eſt fortiſſimus iuuenis, vt ſanctam Chriſti religionem abdicaret.

minis & blanditiis tentatur,

6 Ergo furore inflammatus Flauianus contũdi illi os pugnis imperat. At cernens renidenti eum vultu cuncta perferre, maioribus furiis accenſus, extendi eum in cataſtâ iubet. Ille verò ita diſtentus, Deum precabatur, dicens: In te Domine ſperaui, in virtute tuâ libera me. Tu es Deus meus, protector, refugium, & liberator meus. Confundantur qui adorant ſculptilia, & cogitauerunt

pugnis verberatur.

aduer-

Ex MS. Italico. *oratus cælesti voce animatur,*

aduersùm me mala. Non habeo niſi in te ſpem Deus meus. Domine in te ſperaui, non me obiicias prædam inimicis meis. Rurſus hac cæleſti confirmatus eſt voce: Ne timeas; pugna viriliter, Deo nixus. Tunc beatus Chriſti Martyr ad populum conuerſus ait: Reſpicite vos, ô miſeri, neque ſpem in eiuſmodi diis ponite, quos ipſi veſtris manibus eſtis fabricati. at Deum illum adorate, qui è nihilo cælum condidit ac terram. His verbis populum exhortatus Iulianus, vt Chriſtum rerum omnium parentem agnoſcerent, triginta eoque ampliùs Deo peperit. *multos conuertit,*

7 Reduci in cuſtodiam Præſes imperat. At poſtridie rurſus exhibitum ita affatur: Miſeret me tui, qui ſaluti tuæ ipſe non conſulas, cùm inuictiſſimos Deos non venereris. Reſpondit ſanctiſſimus iuuenis: Fruſtrà hæc mihi conſilia ingeris; ſtat animo ſententia. Veneror ego, & venerari omnes debent Deum illum qui cælum ac terram creauit. Iratus Flauianus ſuſpendi eum in equuleo iubet, ac torqueri. O mirabilem Deum in Sanctis ſuis! Impiis lictoribus ita dolere ac rigere manus cœperunt, vt eas admouere ad Sancti cruciandum corpus, aut omnino operis quidquam ſuſcipiendum nequirent. Dum miraculo attonitus hæret Flauianus, affertur ad eum nuntius, corruiſſe funditus fanum *f* Serapidis, confractam eius redactamque in puluerem ſtatuam. Correpti ergo ſtupore Gentiles, lictores dolore, Præfectus pudore, ac veluti mente capti ſtabant: at gratias agebant Deo Chriſtiani. Inde conclamatum à ſeditioſâ plebe: Pereat magus. *equuleo torquetur: lictoribus paralyſi percuſſis, f collapſo fano Serapidis,*

8 Flauianus fremens iracundiâ, quòd ſe Martyris conſtantiâ victum cerneret, & conſentire factioſos vulgi clamores audiret, ſententiam pronuntiauit, vt Iulianus artibus magicis à conſortibus ſectæ Chriſtianæ eruditus, contemptor Deorum, Cæſaris imperio rebellis, in ipſis fani collapſi ruderibus, in irrogatæ ei iniuriæ vltionem ſecuri feriatur. Eò à lictoribus perductus glorioſus Martyr, dum illi ſecures expediunt, in genua procumbit, itaque Deum precatur: Infinitæ clementiæ Deus, gratias tibi ago, quòd me immerentem hoc nobili vitæ exitu dignatus ſis: te precor, vt hac ſanguinis mei profuſione me abluas atque emundes, vt ad regni tui beatitudinem valeam peruenire: accipe, obſecro, ſpiritum meum in pace; atque omnium, qui ad ſancti nominis tui honorem, memoriam recolent martyrij mei, dignare pro immensâ miſericordiâ tuâ memor eſſe. Peractâ oratione, delapſa cælo vox eſt, quæ exauditam eius orationem declararet, eumque ad quietem ipſi præparatam inuitaret. Exin amputatum ei à lictore eſt caput, anima in cælum libera euolauit: at corpus cum hymnis & diuinis laudibus tumulatum eſt. Conſummauit martyrium S. Iulianus XXVII. Ianuarij, imperante Antonino Pio. *conclamante in eum populo, cæleſti voce inuitatus, occiditur.*

a *Imperauit* Antoninus Pius *à* 10. *Iulij, anno Chr.* 138. *vſque ad initium Martij, an.* 161. *Baronius ſuprà citatus ſub* M. Aurelio *contigiſſe* S. Iuliani *martyrium ſcribit.*

b *Ferr.* Dacianus.

c *Ferr.* Soram *ductum Iulianum ait.*

d *Clara* Hernicorum *in Latio, non Campania vrbs* Anagnia, *Sora propior quàm Atina.*

e Melfes *vel* Melfis *iuxta Atinam ortus, in* Lirim *circa Aquinum influit. Ferrarius hic* Carnelium *fluuium habet, nobis ignotum.*

f *MS. Italicum, Serapidem* Deam *facit.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS

AVITO ET DONATO.

XXVII. IANVAR.

Horum nomina in Martyrologiis.

Varias vetera Martyrologia turmas Martyrum producunt hoc die, haud tamen ſat perſpicuis diſtinctas teſſeris; præſertim cùm Acta deſint, quorum certior plenitudo eſt fides. Horum primi ſunt Auitus & Donatus. *De* Auito *id ſolùm extat in Martyrologio Romano, omnibus Vſuardi exemplaribus, Bellino, aliis:* In Africâ S. Auiti Martyris. *At VVandelbertus:*

Punica terra ſuum ſexto veneratur Auitum.

MSS. S. Hieronymi, Leodienſe S. Lamberti, & Dungalenſe Vitum *vocant, &* Donatum *iungunt, ſed locum prouinciamúe eorum certamine nobilitatam non exprimunt. Martyrol. Colonienſe, & MS. quoddam pro* Auito Amicum *habent. Teſtatur Baronius alibi cum* Adiuto *confundi. Galeſinius vtrumque & plures alios iungit:* In Africâ, *inquit,* ſanctorum Martyrum Datij, Reatrij, Æmiliani, Archimini, Armati, Caij, Auiti, & Adiuti; qui Vandalis Eccleſiam Dei oppugnantibus, pro Chriſti fide fortiter dimicatione ſuſceptâ martyrij coronam acceperunt. *Citat Martyrologium MS. ſed non arbitramur eum quidquam præter nomina in eo reperiſſe, nec ita fortaſſis coniuncta.* Datiuum, Reotrum, Æmilianum, *plura & certiori fide ſecuti exemplaria, dedimus XXVI. Ianuarij.* Archiminus *nobis ignotus, niſi* Archimimus *eſt, quem ſub VVandalis paſſum celebrat Martyrol. Rom. 29. Martij.* Armatus, *quem Carth. Colon. in addit. ad Vſuardum* Armatam, *Caniſius in ſecundâ editione* Arniotum *vocat, nobis ignotus eſt.* Adiutum *pro* Auito *vſpiam fortaſſe legit Galeſinius, (vti Bellinus in Venetâ editione* Adiutum, *in Pariſienſi* Auitum *appellat) & diuerſum ratus, vtrumque dedit.* Caium *cur omiſerimus, infrà dicemus.*

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS

Ex variis.

MISSVRIANO, PVBLIA, VICTORE, QVINCTILLO, PVBLIANO, FESTO, FELICE, BONOSO, PROCESSO, VENERIA, MARINA, FORTVNATA, TECVSSA, GODDITE, SECVNDA, EPICTVLO, VINCENTIO, ROGATO, PRIMO, AVRELIO, HILARIO, PERPETVA, IVLIANA, ET ALIIS XXIV.

XXVII. IANVAR. *Horum SS. nomina in Martyrologiis,*

1 ALtera hæc turma eſt Africanorum pugilum, *in duobus vetuſtiſſimis MSS. S. Hieronymi & Dungalenſi recenſita, ſed variantibus paullulùm ſubinde nominibus.* Dungalenſis codex ita habet: VI.Kal. Fortunati, Agnetis Virginis, Veneriæ, Marinæ, Fortunatæ, Tecuſſæ, Secdi, Perpetuæ, Iulianæ, Vincentiæ, Victuriæ, Donati, Viti, Saturnini, Meſſuriani, Paulij, Feſti, Victoris, Quintilli, Rogati, Felicis, Publicani, Bonoſij, Proceſſi, Egotis, Pictuli, Vincentij, Primi, Aurilij, Secdi, Hilarij, Victoris, Leoci, Dati, Iuliani, Saturi, Calleniti, Lucij, Honorati, Maroſij, Caſti, Gaij, Gagi. *Diſtinctiùs aliquantò Martyrologium S. Hieronymi:* VI.Kal. Paſ. S. Agnitis. Donati. Viti. In Africâ, Miſſuriani, Pupliæ, Victoris, Quintilli, Pupliani, Feſti, Felicis, Bonoſi, Proceſſi, Veneriæ, Marinæ, Fortunatæ, Tecuſſæ, Godditis, Secundæ, Epictuli, Vincenti, Rogati, Primi, Aureli, Hilari, Perpetuæ, Iulianæ & aliorum XXIV.

2 *Pro* Publiâ *ergo*, Publiano, Goddite, Secundâ, Epictulo; *habet MS. Dungalenſe* Paulium, Publicanum, Egotem, Secundum, Pictulum. *Vtra lectio præferenda ſit, alij diſputent. Pro* Publiâ, Publium *habent Carthuſiani Colonienſes in addit. ad Vſuardum.* Proceſſum *refert MS. monaſterij S. Martini Tornaci. Ceteris cognomines nonnulli aliis diebus relati, ſed quia cum aliis ſociis, diuerſos remur. Ita ex eadem Africâ,* Victor, Felix, Fortunata, Primus, *19. Ianuarij, ſed alio comitatu. At 28.* Victor, Feſtus, Marina, Perpetua, *ſed cum* Cenſuriano, *pro quo MS. Dungalenſe* Meſſorianum *habet* & alios XXV. *vt probabiliùs ſuſpicari quis poſit, eoſdem illo quoque die denuò recenſeri.* *variè expreſſa.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS

LVCIO, HONORATO, MATROSO, DATIO, IVLIANO, CÆLIANO, SATVRO, VINCENTIA, VICTORIA,

ET ALIIS XXXII.

XXVII. IANVAR.

1 MAior aliquantò hîc difficultas eſt, *ac periculum ne ſecundò iidem in tabulis Martyrum cenſeantur. Nam ſuprà 21. Ianuarij* Cælianus, Datius, Saturus, Vincentia, Lucius, Honoratus, *relati: & 19.* Honoratus, Lucius: *& 26.* Iulianus, Vincentia, Saturus, Victorina. *Sed alij vbique iuncti. Verùm tu Lector cenſui attende & ſtatue. Nobis hîc quemquam expungere religio fuit, cùm in pluribus reperiantur Martyrologiis: ſingulorum verba dabimus. Illud interea monemus, non eſſe hîc metuendum aut proditæ ſalutis publicæ, aut peculatus, aut quocumque alio nomine appellari crimen debet, quod in militibus luſtrandis ſæpenumerò deſignatur, cùm ſæpius iidem alio atque alio nomine cenſentur, Ducum vel honori vel auaritiæ ſeruientes. Tu ſi geminum honoris reuerentiæq; donatiuum eidem exhibueris, à ſummo Imperatore ampliorem etiam inibis gratiam. At quia à ſacris abeſſe præcipuè fraudem decet, quid Martyrologia de his proferant, accipe.*

His SS. alij alibi cognomines.

2 *MS. S. Hieronymi:* Et alibi Luci, Honorati, Matroſi, Dati, Iuliani, Cæliani, Saturi, Vincentiæ, Victoriæ, & aliorum XXXII. *Iidem ex Dungalenſi codice ſuprà relati ſunt. Beda vulgatus, Galeſinius, Caniſius in ſecundâ editione:* Et SS. Doti, Iuliani, Vincentij, & aliorum XXVII. *at MS. exemplar Bedæ Bauaricum, Rabanus, MS. S. Maximini:* Et SS. Dati, Iuliani, Vincentiæ, & aliorum XXXII. *Martyrol. Romanum:* Item SS. Datui, Iuliani, Vincentij, atque aliorum XXVII. Martyrum. *Bedæ vetera exemplaria citat Baronius. Carthuſiani Colon. in addit. ad Vſuardum:* Eodem die Æmiliani, Publij, Artemij, Armatæ, Iuliani, Cæliani, Saturi. *De* Æmiliano *egimus XXVI.* Publium *eumdem eſſe, qui in MS. S. Hieronymi* Publia *vel* Publianus *dicitur, ſuprà coniecimus.* Armata, *qui aliis* Armatus, *ignotus nobis*; Artemius *quoque: niſi* Artemas *ſit, de quo XXV. Ianuarij. Martyrolog. Colonienſe:* Eodem die S. Iuliani Martyris.

Horum memoria in Martyrologiis.

3 *MS. Florarium etiam tempus voluit indicare, licet de ſolo agat* Iuliano; *ſed quia eum cum* S. Dionyſio Alexandrino *coniungit, videtur* Iulianum *eum hîc intellexiſſe, qui 27. Februarij Alexandriæ cum* Euno *coronatus. ita ergo ſcribit:* Eodem die natale SS. Dionyſij Alexandriæ Epiſcopi & Martyris, & Iuliani militis & Martyris anno ſalutis 267. *Tempus fortè perperàm expreſſum.*

EX VARIIS. *locus martyrij.*

4 *Locum alioquin, in quo glorioſi athletæ decertarint, nemo citatorum auctorum expreßit. Expreßit* B. *Notkerus:* In Africâ, *inquit*, natiuitas S. Iuliani, Vincentiæ, & aliorum XXXII. *Et quidem ſanctum hunc ſcriptorem cur non ſecuriùs ſequi liceat, quàm Chronici Hiſpanienſis conſarcinatorem, qui* Dexter *à recentioribus exiſtimatur, non videmus. Hic ad annum Chriſti 95. ita ſcribit:* Aquis Quintianis in Gallæciâ Hiſpaniæ ſancti Chriſti Martyres Iulianus, Datiuus, Vincentius, & alij XXVII. ſocij eorum. *De* Aquis Quintianis *diſputat* Biuarius; *at quo iis Martyres hos vendicet, argumentum nullum profert.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS

SECVNDO ET FORTVNATO.

XXVII. IANVAR.

Horum nomina in ſacris Faſtis,

Lætienſis monaſterij vetus Martyrologium manu exaratum hos nobis ſanctos Martyres exhibuit, his verbis: In Africâ SS. Secundini & Fortunati. *& MS. monaſterij S. Martini Tornacii* Eodem die in Africâ paſſio SS. Secundi & Fortunati. *MS. S. Hieronymi:* Item Secundi, Caſti, Gai, Cæleſti. *Dungalenſis quoque codex ſuprà citatus,* Secundum, Fortunatum, Caſtum, Caium *refert. Nos* Caſtum, Caium, Cæleſtium *omiſimus; non quò iniquâ cenſurâ mouere ſacro è ſenatu Heroas hos velimus; ſed ne fortaſſis iidem ſint, qui XXI. Ianuarij pluribus aliis iuncti referuntur, aliud à curioſo Lectore monumentum expectamus, aut certè de totâ hac re ſententiam.* *ſocij omiſſi.*

DE S. DEVOTA,

VIRGINE MARTYRE IN CORSICA.

SVB DIOCLET. XXVII. IANVAR.

S. Deuota feſtum,

Acta,

nomen,

defenſio Monœci,

imago;

oratio de eâ.

Reliquiæ aliquæ in Corſicam tranſlatæ.

1 HErculis Monœci portus *oppidum eſt & arx præualida inter Nicaam & Albintemelium, in orâ Ligußici maru. Hic* S. Deuota *Virgo & Martyr, anniuerſariis ſacris XXVII. Ianuarij ſummâ celebritate colitur, velut Tutelaris Diua. Antiſtes Nicienſis, in cuius diœceſi ſitum oppidum eſt, eò tunc venit, ac ſacra peragit. Acta* S. Deuotæ *edidit Vincentius Barralis Salernus in Chronologia Lerinenſi, ex veteri MS. cœnobij S. Pontij Nicienſis, in quibus* Deiuota *ſcribitur, quæ tamen in ſuâ, Monœci nimirùm, vrbe* Deuota *ſemper appellatur. Eam verò vrbem ipſa ſuo tuetur præſidio, & conſpecta non ſemel memoratur à mœnibus hoſtes arcere, Francos præſertim anno 1507. 1547. 1584.*

2 *Elegantem* S. Deuotæ *imaginem æreâ formâ cudi anno 1612. curauit Bernardus Landolius, &* Honorato Grimaldi, *Monœci Principi, dedicauit; expreßa circùm martyrij eius actis, quæ iis quæ Barralis edidit, omnino congruunt. Addita quoque oratio eſt, ſiue ab ipſo Landolio concepta, ſiue, quod potiùs remur, in Monœcenſi Eccleſiâ recitari ſolita. ea ſic habet:* In commemoratione S. Deuotæ Virginis & Martyris, antiphona: Surge, propera, amica mea, ſpecioſa mea, & veni; columba mea, in foraminibus petræ, in cauernâ maceriæ. *V.* Oſtende mihi faciem tuam, & ſonet vox tua in auribus meis. *R.* Vox enim tua dulcis & facies tua decora. Oratio: Deus qui famulam tuam Deuotam virginitatis & martyrij coronâ in cælo conſecraſti, largire nobis, quæſumus, vt ſicut eius memoriam piè recolimus, ita & eius præſidio freti, Honoratum Principem noſtrum cum prole ſuâ ac populis ſibi commiſſis, & militibus ſuis ab inimicis in tuâ ſanctitate tueri valeamus. Per Dominum noſtrum, &c.

3 *Ne autem Corſi* S. Deuotæ *gentilis ſuæ pignore omni deſtituerẽtur, obtinuerunt Patres Societatis Ieſu, qui in Corſicâ degũt, IV. Ianuarij MDCXXXVII. à Monœcenſibus aliquas illius reliquias, in collegiis ſuis religioſè venerandas. Quod ſe à Monœcenſibus ipſis, vti & quod de propulſatis ab oppido hoſtibus retulimus, accepiſſe Antonius Beatillus noſter teſtatus nobis eſt.*

ACTA

Ex Chronol. Lerinen. Vinc. Barralis.

Deuota metu perſecutionis cohabitat Eutychio:

1 TEmporibus Diocletiani & Maximiani Imperatorum, puella quædã, nomine Deiuota, ab infantiâ Chriſtiana fuit, in inſulâ quæ vocatur Corſica. Audiens autem quòd Barbarus Præſes ibidem eſſet venturus ad perſequendos Chriſtianos, ſurgẽs occultè venit ad domum cuiuſdam Senatoris, nomine Euticij, propter metum & ſacrilegia paganorum, vt eius defenſione, eam liceret lege viuere Chriſtianâ.

pietati dedita, & abſtinentiæ:

2 Beata verò ancilla Chriſti cùm eſſet bonis moribus inſtituta, & ſcripturis ſpiritualibus erudita, die noctuque Deo pſallebat Hymnos & pſalmos, ac Lectionibus vacabat totâ mẽtis intẽtione, & corpus ſuum ieiuniis macerabat, euangelicis intẽta præceptis, ſciens quod Dominus ait: Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã, quoniam ipſi ſaturabuntur. Igitur cùm ſe abſtinentiis iugiter affligeret, nullus ei ſuadere potuit, vt vel vnius diei ſpatiũ à ieiuniis relaxaret, &, (niſi ſolùm reſurrectionis die) aliquantulùm cibos acciperet. Pallebat ergo mundo candore facies eius, & diuino ſplendore radiata fulgebat. Audiens hæc Euticius, quòd virgo Chriſti Deiuota ita animam ſuam ieiuniis cruciaret, vocauit eam ad ſe, dicens: Quid, puella, temetipſam tantis ieiuniis affligis, & animam tuam excrucias abſtinendo? Cui venerabilis Deiuota reſpondit: Ego animã meam non crucio, ſed diuerſis parco deliciis, quia eſt Deus in cælo, qui me quotidie bonorum ſuorum ſatiat donis. Ad hæc Euticius, timore concuſſus, nihil ei vltrà dicere auſus eſt, ſed nec in claritatem vultus eius intendere poterat. Matth. 5. 6.

facie ſplendenti conſpicitur,

3 Non poſt multum verò temporis, Barbarus Præſes cum claſſe nauali in eamdem inſulam veniens, ad ſacrificandum Diis acceſſit. Cumque omnes primates loci illius ibidem conueniſſent, & Euticius Senator cum eis, cœperunt Diis illic ſuis immolare, & thura offerre. S. Deiuota hæc audiens, propter illorum errorem, ex imo pectoris alta ſuſpiria protrahebat. Et cùm eſſent in vnum congregati, & ibidem crapulis vacarent, & Barbarus Præſes de perſecutione Chriſtianorum tractaret; hoc eſt à ſatellitibus ſuis ei nuntiatum, quòd cum Euticio Senatore domi eſſet puella, quæ Deos eorum irrideret, & ſacrificare differret. Tunc alloquitur Præſes Euticium dicens: Audio tecum eſſe domi puellam, quæ Deos noſtros deſerit, & neſcio quem Chriſtum, qui à Iudæis crucifixus eſt, colit. Ad hæc Euticius reſpondit: Puellam, quam dicis, nullatenùs potui Diis noſtris vel caput facere flectere. Dixit ad eum Præſes: Da illam mihi, ego eam faciam Diis noſtris vota perſoluere. Et ad hæc Euticius reſpondit: Si mihi omnem ſubſtantiam tuam dares, non poſſet ad bonum eius comparari.

accuſatur apud Præſidem:

4 Sed quoniam erat Euticius Senator honorabilis, ſed & etiam Præſes ideò manifeſtè ei iniuriam facere nõ audens, Euticium occulto veneno interfici iuſſit; & mittens ad domum eius, inde iuſſit, vt puellam præciperent, & adducerent ante Præſidem. Ipſa verò dum duceretur pſallebat, dicens: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina. Cumque ante conſpectum Præſidis eam præſentaſſent, dixit

Eutychio clàm occiſo,

ipſa comprehenditur:

dixit ad eam Præſes: Sacrifica Diis. Virgo Chriſti Deiuota reſpondit: Ego quotidie Deo vero purâ mente deſeruio; Deos verò cereos, Deos æreos, & lapideos reſpuo, quia ſunt effigies hominum abſque viſu, auditu-
verberatur, que. Tunc Barbarus Præſes motus iracundiâ, iuſſit os eius lapide contundi, dicens: Deos, & Deas noli blaſphemare. Iterum iuſſit eam ſæuiſſimus Præſes ligatis ma-
per aſpera raptatur: nibus & pedibus per petras acutiſſimas trahi, vt omnia membra eius diſiungerẽtur. Ipſa autem dicebat: Domine Deus, gratias ago nomini tuo, qui dignaris me cum coronâ martyrij ſuſcipere. & adiiciens voce magnâ, exclamauit, dicens: Deus virtutum, qui es ſcrutans corda & renes, qui dixiſti, & facta ſunt omnia, mandaſti, & creata ſunt, exaudi orationem ancillæ tuæ. Annumera famulum tuum Euticium cum electis tuis, quia propter me maleficiis à Barbaro Præſide nequiſſimo, & omnium dęmoniorum cultore, occiſus eſt.

in equuleo torquetur: 5 Audiens Barbarus, indignè ferens iniurias illius, eam ſic ligatis manibus equuleo ſuſpẽdi iuſſit. Quæ dum ſuſpẽderetur, clamauit dicens: Domine Ieſu Chriſte ſuſcipe ſpiritum meum, quia propter nomen tuum hæc
voce cæleſti confirmata moritur. patior. Et audita eſt vox de cælo dicens: Famula mea, exaudita eſt oratio tua, quia quidquid petiſti, aut petieris, obtinebis. Et ſtatim columba de ore eius egreſſa rapido curſu alta petiit, & ad aſtra volauit, ibique martyrium conſummauit in pace.

Corpus eius diuino monitu auehitur è Corſicâ; 6 Cumque hoc ſęuiſſimus Præſes audiſſet, quòd iam migraſſet ad cælos, cõſilio accepto cum ſuis ſatellitibus, iuſſit in craſtinum corpus eius cremari igne. Ipſo tempore propter perſecutionem paganorum latitabat in ſpeluncis & cauernis Benenatus Preſbyter Sabaudus, & Apollinarius Diaconus, qui moniti ſunt per viſum, vt deberent inde corpus beatæ Virginis deponere. Tunc accepto conſilio vnà cum Gratiano nauclero, cum multitudine Virginum nocte abſtulerunt corpus eius, & poſuerunt in naui, ibique condierunt aromatibus, & dum cœpiſſent nauigare, cœperũt pergere ad Africam. Flante autem vento Auſtrali ceperunt pelagus contra partem Septemtrionalem. Ipſa autem nauicula, quia fuerat deſtituta, & ſicca in littore iacebat, faciebat multam aquam in ſentinâ ſuâ; totâ autem nocte laborantes nihil proficiebant. Diluculò verò irruit ſopor ſuper Gratianum nauclerum, & dixit ſanctiſſimo Benenato Preſbytero: Surge, Domine, & guberna modicùm, donec ego paullulùm requieſcam. Qui dum requieuiſſet, viſum eſt Gratiano nauclero, quòd beata Virgo Deiuota pulſaſſet latera eius, & dixit illi: Surge, Gratiane nauclere, quia, tempeſtate ſemotâ, modò habebis quietum mare, & nauiculam tuam non occupabit ampliùs aqua, nec fluctibus quatietur: tu verò cum ſanctiſſimo Preſbytero diligentiùs intuemini, & dum videritis columbam egredientem de ore meo, ſequimini eam, vſque dum veniatis ad locum, qui Græcè dicitur *a* Monacho, Latinè autem *b* Singulare, & ibidem ſepelite corpus meum. At illi diligenter intuentes, viderunt columbam egredientem de ore eius, quæ præcedebat eos, & ſecuti ſunt eam vſque ad prædictum locum: & ipſa columba veniens in locum Monachon, in vallem quæ vulgò dicitur Gaumates, reſedit ante ipſam *c* eccleſiam, quæ eſt ſita in valle ſupradictâ in honorem S. Georgij, ibique corpus B. Deiuotæ Virginis & Martyris Chriſti, depoſuerunt ſub die ſexto Calend. Februarij, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor, & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Ex Vinc. Barral.

ipsâ præcipiente deuehitur Monœcum,

a duce columbâ.

b

c

a Herculis Monœci *vrbs, quæ ſæpe ſolùm* Monœcus, *ſiue Græcè* Μόνοικος, *Italicè vulgò* Mónaco *&* Mónico *nuncupatur. Nam cùm* Μόνοικος, *accentu primam acuente diceretur, à Maſſilienſibus eius conditoribus, Græca originis; ſenſim plebs* Mónito *vocare eam cœpit, penultimâ correptâ. Fuit deinde fortaſſis poſteriori ætate, qui à monachis ductum nomen tredidit, &* Mónaco *dixit.*

Mónaco vnde dicta.

b Μόνοικος ſingularem *ſonat, ſiue* ſolum in domo. *Eo nomine dictum Herculem volunt, quòd ceteros etiam è loco quem occupaſſet, Deos effugaret; vel quòd nullus ſimul in eius fano Deus coleretur.*

Herculis Monœcus vnde.

c *Siue ad eum locum, vbi pòſt* S. Georgij *condita eccleſia eſt, vt ipſi Monœcenſes exponunt.*

DE S. PETRO ÆGYPTIO

ANACHORETA IN SYRIA.

CIRCA ANNVM CD. XXVII. IANVAR.

Vbi habitârit Petrus:

1 *THeodoretus lib. 4. hiſt. Eccleſ. cap. 26. cùm varios monaſticæ vitæ illuſtres athletas, qui ſub Valente floruerũt, nominaſſet, ita ſubdit:* Itemque mons qui illi vrbi ampliſſimæ (*Antiochenæ*) imminet, huiuſmodi floribus pratenſibus pulchrè veſtitus eſt. Nam in eo magnâ nominis celebritate vixit Petrus Galata, & eius gentilis (*Græcè* ὁμώνυμος cognominis) Ægyptius, quin etiam Romanus, Seuerus, Zeno, Moſes, Malchus, & alij quàm plurimi, vulgo quidem ignoti, Deo autem penitùs perſpecti & cogniti. *Eadem habet Nicephorus lib. 11. cap. 41. Ex his coluntur* Petrus Galata *1. Februarij,* Petrus Ægyptius *hoc 27. Ianuarij,* Romanus *27. Nouemb.* Zeno *10. Februarij,* Malchus *21. Octob. at* Seuerum *&* Moſem *necdum in ſacris tabulis legimus, aut certè nondum ab aliis eiuſdem nominis ſecernere potuimus. Idem Theodoretus in Philotheo cap. 14.* Scimus quidem, *inquit,* alia quoque plurima in vrbe Antiochenâ (*Albericus Longus,* apud Antiochiam, *& meliùs*) reſplenduiſſe pietatis & veræ religionis lumina magnum Seuerum, & Petrum Ægyptium, Eutychen, & Cyrillum, & Moyſen, & Malchum, & alios quoque plurimos eadem viâ eſſe ingreſſos, (*quâ SS. Romanus, Zeno, Petrus Galata, Theodoſius, & Macedonius Critophagus, de quibus antè egerat*) ſed ſi res ab omnibus in vitâ geſtas conaremur ſcribere, totum tempus nobis non ſuffecerit, maximè cùm etiam multis permultorum lectio afferat ſatietatem. Ex iis ergo qui ſcripti ſunt, de eorum quoque qui prætermiſſi ſunt vitâ, coniecturam facientes, proſequantur laudibus & imitentur, & vtilitatem percipiant. *De* S. Macedonio *egimus 24. De* S. Theodoſio *11. Ianuarij.* Cyrillum *&* Eutychen *nondum faſtis adſcriptos legimus.*

eius nomen in ſacris Faſtis.

2 *De* Petro Ægyptio *ita hoc die traditur in Menæis:* Eodem die S. Petrus Ægyptius, admodùm ætate prouectus, in pace quieſcit.

Sicut maturum frumentum in horreum,
Ita ætate grauis Petre inferris in ſepulchrum.

Eumdem refert etiam Maximus Cythereus. Alius ab hoc Petrus *quidam* Ægyptius, *à S. Hieronymo è Bethleemo expulſus refertur à Palladio cap. 80. hiſt. Lauſiacæ; perperàm cum hoc Sancto in Indice Heriberti Roſweydi ad Vitas Patrum & à Radero confuſus.*

Ex variis.

DE S. DOMITIANO

MONACHO ET DIACONO IN IVDÆA.

An. Chr. CDLXXIII. XXVII. Ianvar.

MAgni Euthymij, *cuius vitam à Cyrillo monacho præclarè ſcriptam dedimus XX. Ianuarij, comes indiuiduus, ſociuſq; aſceticarum exercitationum, & miraculorum adminiſter fuit* Domitianus, *qui octauo poſt illius obitum die, ab ipſo euocatus ſanctiſſimè migrauit è viuis. At, quod meritò miramur, nec in Græcorum quidem Faſtos adhuc eius relatum nomen reperimus. Vnus Conſtantius Felicius in Kalendario, ſiue Ephemeride hiſtoricâ, ita de eo ſcribit hoc die:* Domitianus monachus vir ſanctiſſimus, diſcipulus Magni Euthymij Abbatis, moritur Hieroſolymis anno 465. *Non Hieroſolymis, ſed in ſolitudine Hieroſolymitanâ; nec 465. anno Chriſti, ſed 473. mortuus, vt ex vitâ S. Euthymij colligere eſt, in quâ plura de eius virtutibus prædicantur, quæ nos ſtrictim libabimus: neque enim neceſſe eſt longiùs immorari iis, quæ iſthic prolixè commemorata & explanata ſunt.*

S. Domitiani natalis.

2 Erat *Domitianus* genere quidem Melitenus, virtutis autem amator non negligens; *vt cap. 5. nu. 28. tradit Cyrillus. Hunc ex omni Fratrum cœtu ſocium ſibi legit Euthymius, cum quo è monaſterio S. Theoctiſti in ſolitudinem Ruban, ac deinde in montem Mardam ſecederet, quibus in locis ac pòſt in deſerto Ziphon, herbis ambo haud exiguo tempore victitarunt. Cùm deinde ad monaſterium reuertiſſent, Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus ſub annum Chriſti 429. cum S. Paſſarione Chorepiſcopo, & Heſychio Presbytero, Euthymium inuiſit, & cùm alios ſacerdotio initiauit, tum* Domitianum, *& Domnum, qui deinde Patriarcha Antiochenus fuit, Diaconos ordinauit, vt cap. 6. nu. 42. narratur.*

S. Euthymij ſocius in ſolitudine,

fit Diaconus;

3 *Conſtitutus autem eſt* Domitianus *ab Euthymio nouæ Lauræ Oeconomus. Sed cùm magnâ rerum penuriâ premerentur, euenit tamen, Dei nutu amborum probare volentis virtutem, vt quadringenti ferè Armeni, Hieroſolymis ad Iordanem tendentes, dexterà à viâ declinantes, ad Lauram diuerterent. Quos vt itineris labore defeſſos vidit Euthymius,* Domitianum *accerſit, iubetq; is menſam inſtruere. Negat ille eſcas domi eſſe, quæ Fratribus ad diem vnicum ſufficiant, nedum tantæ multitudini. Abi, inquit Euthymius, ad penum, &* ſcies, quid ſibi quidem velint humanæ cogitationes, quid autem diuina poſſit gratia diſpenſare ac prouidere præter opinionem. *Obtemperat Domitianus, & penum ita confertam panibus reperit, vt ne recludere quidem oſtium poſſet; ſed implorato Fratrum auxilio, diffringere illud, vt ingredi ipſe poſſet, debuerit. Erat intus præterea vini oleiq; vis ingens. Perculſus miraculo* Domitianus, *ad Euthymij pedes abiectus, condonari ſibi illiberalem parſimoniam precatur. Hic eum benigno animo manuq; erigens,* O fili, *inquit,* qui ſeminat in benedictionibus, in benedictionibus quoque metet; *ac pluribus verbis eum ad ponendam in Deo fiduciam, largeq; tribuenda peregrinis alimenta hortatus eſt. Exin augeri res familiaris cœpit, vt quinquaginta iam monachi alerentur, ſuâ ſingulis cellâ conſtructâ.*

Laura Oeconomus:

miraculo docetur fiduciam in Deo ponere.

4 *Cùm autem prouideret Domitianus, aucto Fratrum numero, ampliore quoque opus fore miniſterio, mulos comparauit. Horum autem vt curam ſuſcipiat, Auxentium quemdam, genere Aſiaticum, rogat. Abnuit ille. Cùm tamen & huic muneri aptus cumprimis videretur, & res eſſet vtilis, adeoq; neceſſaria, Ioannem & Cyrionem Presbyteros ſecum aſſumit* Domitianus, *& cum eis denuò Auxentium rogat. Cùm autem nec ſic quoque obediret; iamq; ſabbatum aduenisſet, quo Magnum conuenire Euthymium lucebat,* omnia de Auxentio ei refert Oeconomus. Et ille quidem Fratrem ſtatim accerſit: ſuadet autem vt obediat, & ne ſit vſque adeò contumax & inobediens, & propriam ſequens voluntatem, & quod eſt communiter Fratribus vtile recuſans miniſterium. *Cùm nec Euthymij monitis auctoritatiq; cederet Auxentius, ſubitâ correptus infirmitate, eâque ab Euthymio, Crucis ſigno, liberatus eſt, & doctus deinceps parere Maioribus. Ita Domitiano Euthymioq; aſſerta diuinitus auctoritas eſt.*

Quidam ei recuſans obedire, diuinitus punitur.

5 *Conſpexêre aliquando, vt cap. 13. refertur, Terebon Saracenus, Sanctuſq; Gabrielius, Euthymium Deo incruentum offerentem ſacrificium, aſiſtentemq;* Domitianum, *ab initio ſacri triſagij, vſque ad completum ſacrum miniſterium, cæleſti igne vndique circumfuſos. S. Sabam adhuc ætate adoleſcentem, vitæ aſceticæ inflammatum deſiderio, Domitiano diſcipulo tantiſper inſtituendum tradidit Euthymius; poſteà tamen ad S. Theoctiſtum tranſmiſit; vt cap. 15. refertur, diceturq; iterum ad vitam S. Sabæ 5. Decembris. Idem Sabas poſt mortem S. Theoctiſti ad Euthymium cum Longino Abbate venit: cumq; dies aliquot circa Ruban eſſent morati, eum ac Domitianum ſecum in ſolitudinem ducit Euthymius, fontemq; precibus elicit, vt eum vehementi ſiti laborantem ac penè deficientem recreet.*

Cæleſti igne circumfunditur in ſacro:

S. Sabæ familiaris:

6 *Denique morte imminente Domitianum accerſit Euthymius; & ſuos ad mutuam caritatem, caſtimoniæ ſtudium, hoſpitalitatem, aliaſq; virtutes cohortatus,* deinde etiam eos interrogauit, quemnam eis vellent imperare & præeſſe. Illi autem vno veluti conſenſu reſponderunt omnes, Domitianum. Ille verò, At hoc, inquit, nequit fieri. Domitianus enim non hîc longo tempore poſt me manebit: ſed cùm ſeptimum ſolùm diem tranſegerit, ſequenti me conſequetur. Hoc omnes qui aderant, obſtupefecit, cùm tam apertè & tam liberè dictum eſſet. Cùm de Domitiano itaque ſpem perdidiſſent, petunt quemdam Eliam, Oeconomum inferioris monaſterij, genere Hierichuntinum. *Mortem exequiaſq; Euthymij commemorat Cyrillus, ac deinde iſta ſubiungit:*

postulatur in Abbatem:

prædicitur eius mors à S. Euthymio:

7 Domitianus verò, qui Magni erat verè magnus & germanus diſcipulus, vt qui eſſet eius vitæ imitator accuratiſſimus, cùm pluſquàm quinquaginta annos Sancto inſeruiiſſet, à loco non receſſit: ſed permanſit deinceps ad ſextum vſque diem ab illo tempore, vt qui ſtatuiſſet non eſſe ſibi viuendum de cetero, nec ferendum eſſe, vt hanc lucem omnino adſpiceret. Cùm ſeptimus autem iam dies aduenisſet, ei lætus noctu apparet Euthymius, Veni huc, dicens, tibi paratam gloriam conſecuturus. Ecce enim, inquit, Deus tibi conceſſit, vt nos quoque hîc degamus communiter. Hæc Domitianus annuntiat Fratribus, cùm veniſſet ad ſynaxim. Sicque ipſe in gaudio & ſpe bonorum futurorum è vitâ excedit.

ab eo ad cælum inuitatus, moritur.

DE S. MARIO

ABBATE BODANENSI IN GALLIA.

Seculo VI. XXVII. Ianvar.

CIuitas *eſt* Segeſteriorum, *vulgò* Ciſtero, *vel* Siſtaricum, in Narbonenſi ſecundâ, *vt habetur in Notitiâ prouinciarum Galliæ apud Sirmondū, aut vt in noſtro MS.* in prouinciâ Viennenſi tertiâ, *ad Druentiam Bodani monaſterij, amnem ſita, epiſcopatu iam olim inſignis, ſub Metropoli Aquenſi. Haud ab eâ procul antiquiſſimum monaſterium eſt* Bodanum. *non Bobatta appellari docuit nos Godefridus Vendelinus vir eruditiſſimus, ei, qui locum luſtrauit, Gallicè autem* Beuvons. *Claudius Robertus, Vſuardus, aliiq; plurimi, ipſumq; Romanum Martyrologium* Bobacum, *ſiue* Bobacenſe monaſterium *ſcribunt; Galeſinius* Babacenſe, *alij* Bobiacenſe, Bobriacenſe, *& minùs mendosè*

mendosè Badonenſe ; *Petrus de Natalibus, Maurolycus & Felicius* Beluacenſe.

Abbas S. Marius, qui aliis Maurus.

2 *Bodani Abbas fuit* S. Marius; *de quo Vſuardus VI. Kal. Februarij :* Item S. Marij Abbatis monaſterij Bobacenſis, cuius vitam virtutibus plenam vir illuſtris ac Patricius Dynamius ſcribit. *plurima MSS. exemplaria & quædam excuſa* Maurum *vocant, aliqua* Macerium. *Eadem quæ Vſuardus, ſcribit Ado, ſed rectiùs locum exprimit, dum Abbatem vocat monaſterij* Bodanenſis; *MS. S.Laurentij Leodij vitiosè* Lobacenſis; *MS. S. Mariæ Vltraiecti, & MS. S. Gudilæ Bruxellis,* Badonenſis. *Beda vulgatus:* Item B.Mauri Abbatis monaſterij Bobacenſis. *at MSS.* Marij, Badonenſis. *Notkerus:* Item Marij Abbatis monaſterij Badocenſis, vitâ & virtutibus clari. *Martyrol. Romanum :* In monaſterio Bobacenſi S. Mauri Abbatis. *Eumdem memorat hoc die Sauſſaius, & reliqui omnes.*

Eius natalis;

vita ſcripta à Dynamio,

3 *Vitam* S. Marij (*vt ex Vſuardo, Adone, aliiſq; iam citatis patet*) *ſcripſit* Dynamius *vir illuſtris, quem Bellinus & Caniſius* Damianum, *Martyrol. Colon.* Dinandum; *Carth. Colon.* Didamum; *quædam MSS.* Dinauium, *&* Climanium *appellant*; *Petrus de Natal.* Diuanum. *Sigebertus Gemblacenſis :* Dynamius vir illuſtris ac Patricius ſcripſit plenam virtutibus vitam S.Marij,qui fuit Abbas Bobacenſis cœnobij. *Autbertus Miræus adnotauit in Bibliothecâ ſuâ:* An hîc apud Sigebertum ſit legendum S. Maximi, non habeo quod aſſeram. De Mario Bobacenſi hactenùs nihil legi. *Legerat enimuerò, ſed non meminerat. Nam cum ipſo nos de* Marij *nomine ac* Bodano *cœnobio , contuliſſe olim ſermonem meminimus.*

familiari S. Gregorij,

4 *Fuit* Dynamius, *vt idem rectè obſeruauit Miræus, rector patrimonij Romanæ Eccleſiæ in Galliâ. Patet id ex S.Gregorij ad ipſum epiſtolâ 33. Indict. XI. datâ , quæ ita habet :* Gregorius Dynamio Patricio Galliarum *&c.* Monſtrat quam benè diſpenſet propria,qui fideliter adminiſtrat aliena. Quod veſtra nobis gloria oſtendit, quæ perenni muneri intenta B. Petro Apoſtolorum Principi ſuorum redituum fructus intulit. Cui dum ſua fideliter impenditis, hæc apud eum veſtra munera feciſtis.Sic quippe agere huius terræ glorioſos de æternâ gloriâ cogitantes decet, vt in eo quod temporaliter præualent, mercedem ſibi non temporalem parent.Proinde debitum ſalutationis alloquium perſoluentes, omnipotentem Dominum deprecamur, vt vitam veſtram & bonis præſentibus repleat,& ad ſublimia gaudia æternitatis extendat. Suſcepimus namque per Hilarium filium veſtrum de prefatis Eccleſiæ noſtræ reditibus Gallicanos ſolidos quadringentos. Tranſmiſimus autem B. Petri Apoſtoli benedictionem , crucem paruulam, cui de catenis eius beneficia ſunt inſerta, quæ illius quidem ad tempus ligauerunt , ſed veſtra colla in perpetuum à peccatis ſoluant. Per quatuor verò in circuitu partes de B.Laurentij craticulâ,in quâ peruſtus eſt, beneficia continentur, vt hoc vbi corpus illius pro veritate crematum eſt, veſtram mentem ad amorem Domini accendat. *Extat alia eiuſdem Gregorij epiſtola , data Indict.XIV. ad* Candidum Preſbyterum *euntem* ad patrimonium quod eſt in Galliis gubernandum,*Dynamio vel mortuo, vel munus abdicante.*

auctore vitæ S. Maximi Reienſis,

5 *Scripſit idem* Dynamius *vitam* S. Maximi *Epiſcopi Regienſis , ſiue Reienſis , quæ apud Surium extat 27. Nouembris,* Vrbico *Reienſi Epiſcopo dedicata. Subſcripſit* Vrbicus *Concilio Valentino 2. habito anno 584. & Matiſconenſi 2. an.585.& reſcripto ad Epiſcopos Pictauis congregatos anno 589. Hinc patet non vixiſſe* Dynamium *ſub Anaſtaſio Imp.quod Gerardus Ioannes Voſsius ſcripſit: neque id eo argumento ſat probat, quòd* beatiſſimum Fauſtum Antiſtitem *Vrbici* prædeceſſorem *vocet Dynamius : non enim immediatum fuiſſe deceſſorem aſſerit; neque conſtat, an ſit is* S. Fauſtus , *ex ſecundo Abbate Lerinenſi Epiſcopus Reienſis, de quo egimus 16.Ianuarij; an* Fauſtus II.*pro quo Concilio Aurelianenſi V.anno 549. integro ferè poſt alterum* Fauſtū *ſeculo, Claudianus ſubſcripſit. Clariùs mox ex ipſius* S. Marij *ætate licebit perſpicere,vitam eius ſcribi non potuiſſe temporibus Anaſtaſij Imperatoris,qui anno Chriſti 518.extinctus eſt.*

non æquali Anaſtaſij Imp.

6 *Petrus de Natal.lib.3.cap.32.ſcribit ſe vitam hanc* S.Ma-

rij (*quem* Maurum *vocat*) *nuſquam valuiſſe reperire. Eam nos à Iacobo Sirmondo noſtro accepimus, quicum illam* Nicolaus Pereſius *Regis Chriſtianiſſimi in Concilio Aquenſi Conſiliarius communicârat, è veteri Breuiario , facilè à 400. annis exarato. Eſt ea in Lectiones nouem diſtributa, & fortaſſis non integra, vt eſt à Dynamio primùm ſcripta , ſed ad officij Eccleſiaſtici vſum conformata ac contracta,cùm Lectione 7.ex homiliis S.Gregorij aliquid ſit interiectum.* Ex variis. *Vnde ea Vita hîc edita.*

S. Marij ætas.

7 De S.Marij *ætate ita ſcribit Arnoldus Vion :* Tempus quo floruit mihi hactenùs incognitum. *Quâ igitur ratione inductus illum inter Ordinis Benedictini Sanctos connumerat, & cum eo Menardus ac Dorganius? Certè à principio Benedictinis inſtitutis eruditi non potuit, qui* Gundobadi Burgundiorum Principis conſenſu, à Fratribus Bodanenſis cœnobij in Patrem electus *eſt; cùm non vltra 509. Chriſti annum prorogârit vitam* Gundebadus, *quo anno necdum ſuam Religionem inſtituerat S.Benedictus. An tamen poſteà præclara huius ſtatuta ac regulam ſuſceperit præſcripſeritq; ſuis,haud nobis compertum. Familiaris ei fuit* Lucretius *Dienſis Epiſcopus,qui concilio Aurelianenſi IV.Indict.IV. Baſilio V.C.Coſ.anno 541.ſubſcripſit; Aurelianenſi V. an. 549. per Vincentium Presbyterum; Pariſienſi II. an.555. Lugdunenſi II. anno 567. per Vincentium Presbyterum; Pariſienſi IV. an.573.*

Non fuit Abbas Bellouacenſis.

8 *Petrus de Natalib. cùm, vt diximus,* S.Maurum Bobacenſem *lib.3. cap.32. dediſſet, iterum lib.11.cap.130.nu.38.* Marium Beluacenſem *refert, veluti diuerſum à* Mauro: *Vitam tamen vtrobique à Dynamio ſcriptam tradit. Hinc Maurolyco aliiſq; anſa præbita* Marium Bellouacenſem *Abbatem ſtatuendi. Petrus Louetus V.CL.lib.2. Antiquitat. Bellouac.cap.18. primum eum recenſet inter Abbates cœnobij S.Luciani apud Bellouacos, ſolius tamen Petri auctoritate niti ſe profitetur.Louetum ſequitur Cl. Robertus. Aſt Antonius Loiſelus in Commentariis rer. Bellouac. cap. 3. ex quibuſdam vetuſtis monumentis* Marinum *profert Bellouacenſem Epiſcopum , quem ait circa tempora Clodouæi II. ſiue annum Chriſti 648. ſediſſe , eumdemq; eſſe ſuſpicatur qui primus Abbas S.Luciani fuiſſe dicitur.* De Marino *Epiſcopo non diſputamus. quem* Marium, *ſiue* Marinum , *alij Abbatem* Bellouacenſem , *Petri Equilini veſtigiis inſiſtentes, dixêre, is eſt* Bodanenſis *hic noſter , multò Clodouæi II. ætate antiquior, qui Clodouæi I. & filiorum tempore vixerit.*

Perperàm cum S. Marone Syro confuſus à Lud. Iacobilli.

9 *Ludouicus Iacobillius libro de Sanctis Fulginatibus tradit,* S.Mauri *Bobacenſis caput Fulginij aſſeruari : verùm iis ipſis rebus, quas de eo narrat, ipſe ſe refutat. Citat Dynamium , quem ab eo lectum non eſſe manifeſtum eſt; Theodoretum , & alios, apud quos non reperit quæ ſcribit. Tradit enim* Maurum, *cognominatum* Maronem,*vel* Marotum,*in Syriâ floruiſſe vitæ ſanctitate, magno iſthic numero monachorum præfuiſſe , quos ad virtutis perfectionem egregiè inſtituit : erexiſſe monaſterium in vico Maroniâ, triginta millibus paſſuum diſtante Antiochiâ,idq; Bobacenſe eſſe appellatum. Sed poſt paullò vicum eum mirificè amplificatum , in vrbem excreuiſſe , ac præclaros dein Epiſcopos habuiſſe , quorum è numero* Dimaſius *(antè* Dinamium *vocarat) Sancti vitam litteris commendârit, interfueritq; Concilio Epheſino. Monaſterium à primo conditore ,* S. Maronis *eſſe deinceps dictum, monachos verò* Maronitas, *candido habitu indutos.*Maronis *diſcipulum fuiſſe Malchum monachum à S.Hieronymo celebratum. Demum ſeceſſiſſe Maronem in altiſſimum montẽ monaſterio vicinum, in eo fanum idolorum euertiſſe, pauperem cellam ædificaſſe, ibi cæleſtibus rebus aſſiduè intentum vitam reliquam exegiſſe, tandemq; ſub annum 380. in cælum migraſſe 27.Ianuarij. Poſitam illi dein templum, ac ſepulchrum in eo magnificum. Tandem anno 1130. caput in Italiam aſportatum,Fulginij nunc aſſeruari, ac populo oſtendi 10. die Martij,qui anniuerſarius eſt dedicationis baſilicæ cathedralis : at propriam Sancti feſtiuitatem peragi 18. Auguſti.*

aliàs, ἀσύστατα ſcripta.

10 *Hæc ille. Agit quidem de* S. Marone *monacho Theodoretus cap. 16. qui à Græcis colitur 14. Februarij. Verùm ille non in* Maronia *vico habitauit,quæ in* Chalcidicâ *regione erat,vbi* Malchus *monachus vixit; ſed in* Cyrrhiſticâ *iuxta* Cyrum, *vt auctor eſt Theodoretus De* Maronia, *ſiue* Maroniade *agemus ad vitam* S.Malchi *21.Octobris. Neque* Dimaſius *Maroniadis Epiſcopus Concilio Epheſino interfuit , ſed* Docimaſius Maroniæ Thraciæ Epiſcopus. *An* Maronis *illius Cyrenſis*

Ex mss. *caput in Italiam allatum ſit, haud nunc quærimus: illud ſolùm aſſerimus longè eum à Bodanenſi diuerſum eſſe; & Bodanum, ſiue vt vulgò ſcribunt* Bobacum, *Galliæ eſſe monaſterium, non Syriæ.*

VITA

Auctore Dynamio Patricio,

ex veteri MS. Breuiario.

CAPVT I.

S. Marij obitus, vaticinia.

Lectio I. 1 Vm Dominus noſter Ieſus Chriſtus in primordio noſtræ vocationis, humanis pectoribus fidei fundamenta ieciſſet, eiuſdem fidei ſeges ſancti Spiritus immiſſione per vniuerſum mundum longè lateque excreuiſſet; Chriſtianorum religio Sanctorum actus memorabiles duabus ex cauſſis ſcripto commendare conſueuit, vt videlicet chorus fidelium eoſdé actus in feſtis annalibus audiens recitari, gaudeat, lætetur, & creſcat; & minùs perfecti eorumdem actuum exemplis inflammati, ad benè operandùm ſtudeant inſudare.

Cur ſcribantur vitæ SS.

2 Sanctus itaque Marius, cuius facta fidelia pro modulo noſtræ capacitatis narranda ingredimur, mediocri parentelâ genitus, ciuis Aurelianenſis fuit. Hic in monaſterio, quod ibidem eſt, factus monachus, ab ineunte ætate monachalibus doctrinis eruditus puer, & factus iuuenis benè operando Deo ſtuduit militare. Cùm autem in præfato monaſterio, ſicut lilium inter ligna ſiluarum, inter Fratres moribus, vitâ clareſceret; [a] Gundobadi Burgundiorum Principis conſenſu, à Fratribus Bodanenſis cœnobij, quod eſt ſitum in Siſtaricenſi Epiſcopatu, in Patrem eligitur: cuius electio [b] Ioannis, qui tunc Siſtaricenſi Eccleſiæ præerat, auctoritate roboratur; Diuinâ hoc prouidente & fauente clementiâ, vt qui benè ſe rexerat, aliis quibus regimen neceſſarium erat præficeretur. Quid plura? ad iàm dictum monaſterium adducitur: & à ſuo Pontifice in Abbatem communi Fratrum voluntate conſecratur.

S. Marius ſit monachus,

a pòſt Abbas Bodanenſis:

b

Lect. II. *ſanctiſſimè viuit:*

3 Conſecratus autem ita ſuæ dignitatis officium amplexatus eſt, vt quotidie filios ſpirituales, vitæ venerabilis exemplo, generaret, & eoſdem doctrinis cæleſtibus eruditos mirabiliter educaret. Erat enim hominem exteriorem ieiuniis & vigiliis affligens, interiorem orationibus aſſiduis reficiens; in vtroque manſuetus & humilis, in vtroque laudabilis & perfectus. Hic dum quodam tempore pro gerendis negotiis ſui monaſterij ad alias partes ſecederet, contigit vt in agro [c] Alegarnenſi, à quodam viro illuſtri Agricolâ hoſpitio ſuſciperetur: cuius filiam Siſagriam nomine, quæ ferè mortua erat, eiuſdem hoſpitis precibus baptizauit, & baptizatam ſuis orationibus, vitæ & priſtinæ ſanitati reſtituit. Cùm verò peractis negotiis, pro quibus perrexerat, ad monaſterium rediret, quædam matrona nobilis, quæ Licinia vocabatur, excepit illum in domum ſuam: cuius filius adeò infirmabatur, vt memorata mulier & amici de ſalute eius deſperarent. Rogatus à matre ſenex infirmum viſitat, ſuper eum orat, oleo ſancto eum perungit. O mira virtutis Dei cum Confeſſore orante celeritas! Dum enim infirmus perungitur, optata ſanitas ex inſperato reuertitur, & infirmitas abiecta fugatur. Sicque factum eſt vt hoſpitem, quam triſtem inuenerat, lætam cum filio ad monaſterium rediens relinqueret.

c quamdam iam depoſitam baptizans ſanat;

alium precibus & ſacro oleo:

Lect. III. *viſitur à Dienſi Epiſc.*

4 Cùm autem, vt mos eſt religioſorum, in Quadrageſimâ idem vir Dei in cellâ retruſus, parciùs ſolito viueret; Lucretius Dienſis Epiſcopus ad eum viſitandum aſſiduè veniebat; tum quia eiuſdem viri Dei monachus & nutritius fuerat, eumque patris loco venerabatur & colebat; tum quia eius dulcibus alloquiis ſemper refici appetebat. Vnâ itaque dierum cùm ad oſtium cellæ eius pulſaret Antiſtes, audiuit ab eo vt recederet, poſt diem tertium rediturus: & in illo ſpatio nullus ei victum, nulluſque acceſſum præberet. Receſſit Pontifex: & poſt triduum reuertens, ad virum Dei eſt ingreſſus. Cui vir Dei: Ductus fui in ſpiritu, vidique cælos apertos & maieſtatem Dei; cuius claritatis ſplendorem mei mortales oculi vix poterant ſuſtinere; vidique beatam & Virginem & Dei genitricem Mariam cum Angelis ad eius veſtigia proſtratam, pro [d] pace Italiæ ſupplicantem. Sed diuina pietas ita temperauit reſponſum, vt nec matrem petentem offenderet, quòd autem Italia & multæ aliæ prouinciæ indeclinabilem interitum mererentur, reſpondit. Hæc mihi à Deo reuelata, tibi ſtudui reuelare, te adiurans ex parte Dei & meâ, quatenùs iſta quæ audiſti me viuente nulli reuelare præſumas. Poſtquàm autem eiuſdem viri Dei corpus Pontifex memoratus ſepeliuit; & nos eiuſdem viſionis effectum nouimus, qui Bodanenſe cœnobium ſubuerſũ fuiſſe minimè dubitamus.

prædicit clades Italiæ:

d

a *De* Gundobado *actum* 21. *Ianu. ad vitam* S. Epiphanij; *agetur q. ad vitam* S. Crotildis 3. *Iunij, & alibi.*

b *Imperfectus eſt catalogus Siſtaricenſium Epiſcoporum apud Cl. Robertum, vbi primus ponitur* Pologronius, *qui concilio Valentino II. an.* 584. *ſubſcripſit, & Matiſconenſi II. an.* 585. *Multò antiquior hic* Ioannes *fuit.*

c *An fortè* Aruernenſi *ſcriptum fuit?*

d *Multa eius tempore ab Herulis, Gothis, Burgundionibus paſſa eſt Italia; pòſt etiam à Francis, Gracis, Longobardis.*

CAPVT II.

Varia miracula. obitus.

5 ALio quoque tempore viro Dei placuit, vt cauſsâ orationis S. Martini Turonenſis limina viſitaret. Cumque ipsâ nocte vigiliarum in ciuitate Turonicâ dormiret, caballum, qui de ſellâ eius erat, latro quidam furto ſubripuit. Sed virtus Diuina ſic latronem meritis iam dicti viri Dei obſedit; vt per totam noctem plateas ciuitatis rimando quæreret, nulluſque ei de ciuitate pateret egreſſus: facto manè vir Dei latronem præuenit, & caballum recuperauit. Et licet latro præuentus pœnam corporalem meruiſſet, ex inſitâ manſuetudine liberum abire permiſit. Simili miraculo, in vrbe Lugdunenſi ſuas equitaturas vice aliâ recuperauit.

Lect. IV. *Equum ſibi ablatũ miraculosè recuperat,*

item aliàs:

6 Illud etiam non eſt prætermittendum, quòd quodam tempore quidam Nimphidius cum Senatore Agricolâ S. Marium comitantes, cauſsâ orationis Pariſios ibant, vt S. Dionyſij limina viſitarent. In quo itinere Nemphidius viri ſanctitatem cognoſcens, & de eâ mente integrâ confidens, eum rogauit, vt eius precibus filium habere mereretur. Negat Sanctus, aſſerens humiliter ſe tanti meriti non eſſe, vt per eum quod petebat Nemphidius poſſet obtinere. Licet autem, vt iuſtorum mos eſt, tantæ petitioni ſe fauere nequaquàm poſſe ſimpliciter affirmauerit; poſt triduum tamen memorato Nemphidio filium certo tempore naſciturum prædixit. Quod autem Sanctus in hoc verus Propheta fuerit, Euodius promiſſo tempore Nemphidio natus oſtendit.

cuidam filium impetrat,

& tempus natiuitatis prædicit:

Lect. V. *ſanatur à S. Dionyſio ſibi apparente.*

7 Illud etiam dignum duximus annectendum, quòd antequàm de ciuitate illâ egrederetur, non ſine ſuorum mœſtitiâ multùm cœperit infirmari. Nocte igitur inſequenti membra languore ferè prærnortua lecto collocauit. Sed in ipſo noctis ſpatio, ſic diuina ei ſubuenit clementia; vt ſummo manè lætus & incolumis ſurgeret, & ſocios ad iter agendum hortaretur. Cùm autem omnes qui aderant de eius ſubitâ valetudine mirarentur; ait: S. Dionyſius in illâ nocte ad me venit, me tetigit, & ſui præſentiâ me priſtinæ ſanitati reſtituit.

8 Cùm itaque, vt diximus, factus incolumis ad monaſterium rediret, quidam pater familias eum ſuſcepit hoſpitio. Tempore opportuno vir Dei ad menſam acceſ-

ſit, ſedit

Canis panem ab eo benedictũ vorans moritur.

ſit, ſedit, allatumque panem more ſolito benedixit. Cùm autem quidam aſſidentium de pane benedicto, cani, quem amabat, iactaſſet; ſtatim vt canis panem quem acceperat viſus eſt in corpus traiicere, vitam amiſit. Indignum quippe erat, vt canis pane illo veſceretur, quem dextra Sacerdotis ſanctificauerat.

Alius eius capſellam ſcindens, à lupis rapitur.

9 Alio quoque tempore dum ad quoſdam Eccleſiæ filios viſitandos accederet, canis, quæ catulos habebat, ſubitò exiliens, capſellam eius ſcidit. Cùm verò Dei famulus pro hac re vultum parumper inclinaſſet, duo lupi eius iniuriæ vltores canem ipſam rapuerunt, & raptam ſuis paſtibus deſtinantes ad ſiluam teſte populo perduxerunt. Si quis autem non credit quòd aliquando ſilueſtres beſtiæ ferocitate depoſitâ iuſtorum vtilitatibus noa uerunt famulari, audiat a Paulo primo eremitæ leones
b ſepulturam feciſſe, & S. b Mariæ Ægyptiacæ; audiat, & in omnibus laudet Dominum, miretur, & credat.

Lect.VI.

10 Aliud etiam ſupradictis adiiciendum eſſe cenſuimus: quòd quotiens ſeruus Dei in aurâ dubiâ, aut ſegetum ſpicas triturandas ſtrauit, aut in quolibet itinere ad

Ipſe à pluuiâ intactus,

menſam ſub aperto aëre ſedit, numquàm illum pluuiarum inundatio moleſtauit, numquàm impediuit. Sic namque Deus nimborum impetus vbicumque ruentes meritis & virtute ſancti Confeſſoris refrenauit; vt cùm alios euntes & redeuntes, eorumque labores ſuis inundationibus indifferenter humectarent, virum Dei eiuſque ſocios illæſos, & eiuſdem areas intactas pertranſirent. Nec mirum ſi nubium infuſionem fugare potuit, qui vitiorum tenebroſam caliginem à primo flore iuuentutis in ſe ſtuduit eneruare. Tantæ ſiquidem virtutis & ſanctitatis erat, vt per eum Dominus cæcis viſum redderet, ſurdis auditum reſtauraret, infirmos priſtinæ ſanitati reformaret. Quamdam etiam maligni ſpiritus infeſtatione captiuam, per eum orantem Dominus liberauit.

claret miraculo,

11 Illud autem memorabile prædictis eſt inſerendum, quòd cuiuſdam c Donati ſerui Dei tranſitum, ab-

c

mortem S. Donati diuinitus cognoſcit:

ſens corpore, præſens ſpiritu, cognouit, & cognitum Fratribus cum lacrymis publicauit. Quidam autem ex his qui aderant, probare volens vtrùm viri Dei viſio veritate niteretur, miſit ad locum, in quo iam dictus Donatus Deo militauerat; & legati aſſertionibus, vt vir Dei prædixerat, ita eſſe inuenit. Hæc quæ audiſtis, Fratres cariſſimi, ex miraculis ſæpè nominati Confeſſoris excerpſimus, plurima prætermittentes, ne ſermonum prolixitas audiẽtibus faſtidium generaret. Tantarum itaque virtutum gloriâ redimitus, tantorum miraculorum longè lateque coruſcans, VI. Kalendas Februarij, hoc eſt,

moritur 27. Ian.

hodie, prædictus Confeſſor Domini Marius felix de corpore migrauit ad Chriſtum, cui cum Patre & Spiritu ſancto regnum & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

a b S. Pauli *vitam dedimus* 10. *Ianuar.* S. Mariæ Ægyptiacæ *dabimus* 2. *April.*

c *Colitur* S. Donatus 19. *Aug. vbi Ado hoc paullò aliter narrat:* Cumque dies vocationis eius inſtaret, adueniente ſancto Abbate Mario, cui ita fuerat reuelatum, inter verba orationis migrauit ad Chriſtum, ſepultuſque eſt ab eodem Patre in loco ſuo.

CAPVT III.

Miracula poſt mortem.

Lectio ſancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

Lect.VII. 12 IN illo tempore, dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Homo quidam peregrè proficiſcens, vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis bona ſua; & reliqua. Homilia S. Gregor. Papæ: Homo iſte, Fratres cariſſimi, qui peregrè proficiſcitur, Redemptor noſter eſt, qui de mundo ad Patrem tranſiens fidelibus ſeruis quinque talenta, id eſt, bona ſpiritualia tradidit. Quia verò S. Marius fidelis ſeruus extitit, cum fidelibus ab ipſo Redemptore memoratum pondus creditur accepiſſe. Inde eſt, quòd de corpore migrans ad pedes eiuſdem Redemptoris ſpirituales vſuras exigentis acceſſit, rationem de commiſſis & ipſe redditurus, & quoniam ſuper quinque talenta lucratus fuit alia quinque, audire meruit: Euge bone ſerue & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, intra in gaudium Domini tui.

AVCTORE DYNAMIO, EX MSS.

Matth. 25. 21. & 23.

13 Poſt cuius felicem tranſitum, cùm annorum luſtra plurima fluxiſſent, & quarumdam ſæuarum gentium crudelitate, tota Gallia ſuis habitatoribus ferè deſtituta haberetur, & Chriſti monaſteria luctu perpetuo flenda in eremum verſa fuiſſent, à quibuſdam viris, corpus præfati viri Dei ab Eccleſiâ Bodanenſi ſublatum, ad hoc oppidum a Forcalcarienſe, Deo diſponente, delatum eſt. Requieſcit autem in eccleſiâ, ſibi famulãtibus ex eadem perpetuam requiem largiturus in quâ eccleſiâ multi multa miracula per eum Dominum feciſſe aſſeuerãt. Ex quibus ad tanti Confeſſoris memoriam commendandam pauca excerpſimus, quæ veridicâ teſtium aſſertione didicimus.

S. Marii corpus transfertur Forcalcariam;

a

claret miraculis;

ad eius ſepulchrum ludens punitur:

14 Quodam autem tempore quidam puerulus laſciuiùs vltra modum ſub ſarcophago prædicti Patris ludis profanis ac ſaltibus inſiſtebat. Cùm autẽ fronte inuerecundâ prædictis inſiſteret, diuinâ vltione percuſſus cecidit: ſtatim cœpit membris defici, & in quinque ſenſibus corporis debilitari: creuit pœna, creuit & ſupplicium: & vt ab ipſo loco manibus aliorum ſuſtentatus receſſit, cum pœnâ & ſupplicio ſpiritum exhalauit. In quo datur intelligi quoniam Deus vltionum Deus eſt: & licet videatur eſſe remotus, præſens tamen Sanctorum iniurias aſſiduè creditur iudicare.

Lect.VIII

candela diuinitus accenditur;

15 Illud prætermittere etiam nequaquàm debemus, quòd quadam vice quidam vir religioſus eiuſdem viri Dei baſilicæ cuſtos, cùm circa medium noctis ad eccleſiam veniret, vt lumen lampadi daret, extinctum inuenit: O, inquit, Pater mi, da conſilium ſeruo tuo: nox atra omnia poſſidet: omnes dormiunt: vbi ignis reperiatur, neſcio: viæ ſemitam pes ignorat. Quid ergo faciam? Cùm igitur anima anxiaretur in illo; & ad quam partem ſe verteret ignoraret; ſubitò non ſine eius ineffabili gaudio, candela quam tenebat in manibus accenſa apparuit.

contractus ſanatur:

16 Alio quoque tempore quidam ruſticus, membris omnibus contractus, ita erat toto corpore diſſolutus, & in vnum ſimilitudini hominis contrarium conglobatus; vt non homo, ſed monſtrum aliquod putaretur. Hic ad multa Sanctorum limina adductus fuerat: ſed quoniam vt credimus ſancto Confeſſori noſtro reſeruabatur, nulla ſui corporis præſidia ſe percepiſſe fatebatur. Ad vltimum diuinâ ei opitulante clemẽtiâ non ſine multo labore ad præoptata limina ſancti Confeſſoris defertur, & in eiuſdem eccleſiâ delatus deponitur. Precatur miſer cum lacrymis miſerandi corporis erectionem, & qui aderant ei compatientes eadem deprecantur. O Dei pietas omni deuotione colenda. O Sanctorum merita mortalibus omnino veneranda! Inter lacrymas namque infelicis hominis, & verba multorum orantium, miſer erigitur: fragor oſſium & neruorum extenſio à multis auditur: occurit mox Comitum curia, mirantium tumultu citata: occurrunt Proceres: occurrit vtriuſque vulgi ſexus: clamant omnes, alij alios clamoribus præuenientes, Non nobis, inquiunt, Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Sic miſer qui venerat, meritis iamdicti viri Dei factus incolumis, lætis greſſibus ad propria receſſit.

Pſal. 113.

17 Prædictis etiam addere decreuimus, quòd quadam die quædam puella innupta, mentis leuitate ducta, lapidem dirigens aram ſancti Confeſſoris percuſſit: nec-

Lect.IX.

in eius ſepulchrum irreligioſa punitur,

dum directus lapis in pauimento ceciderat, cùm neruorum viribus exhauſtis, & membrorum virtute debilitatâ, puella cecidit. Quid plura? Quæ paullò antè laſciuiens

AVCTORE DYNAMIO, EX MSS.

voto facto, sanatur:

sciuiens venerat, facta flebitur & infelix. Ad Confessoris Marij limina excubias fideliter actura perducitur, offert seipsam, offert preces & lacrymas: spondet Sancto vigilias annales, si facta incolumis ad propria reuertatur. O mirum diuinæ pietatis auxilium! Dum plorat mulier, dum se totam in arâ mentis, deuotis precibus, immolat; exauditur, & tota pristinæ incolumitati restauratur. Sospitate itaque receptâ cuidam coniugio copulatur: sed cùm tempora temporibus venientibus transirent, & memorata mulier coniugalibus deliciis minùs sapienter adhærens, vota quæ Sancto promiserat persoluere distulisset; eius obliuio infirmitate pristinâ præuenitur: neruorum auxiliis iterum attenuatur, & membrorum valetudine omnino priuatur. Iterum ad præfata sancti Confessoris limina, mariti curâ, perducitur: iterum meritis eiusdem peroptatæ sanitati redonatur. Læta mulier ex insperatâ sibi redditâ sanitate, perpetuum Sancto vouet obsequium, ad propria numquàm reditura ampliùs. Sed cùm sponsus aduersùs coniugem de tali voto nimis incanduisset, territa mulier coniugalibus minis, & blanditiis emollita, cum eo ad propria reuertitur. Reuersa statim miseranda mulier, peste iam dictâ iterum premitur: iterum ad limina Sancti perducitur: iterum saluti præoptatæ restauratur. O infelix nostræ humanitatis conditio! ô nefanda in persoluendis votis obliuio! Rursus nempe Sanctus obliuiscitur: rursus impudica mulier infirmitate solitâ eneruatur; rursus ad sæpe dicta limina confluit. iterato voto Sanctus iterũ honoratur, & mulier quæsitæ sanitati iterũ restauratur: restaurata gaudens & incolumis, repatriat meritis sancti Confessoris caussis similibus nõ ampliùs reuersura. Audiant illi, qui in hac Ecclesiâ Deo & S. Mario morum stabilitate promiserũt, audiant & mentis ..... diligenti curâ reuereantur, si omnia recta sunt erga votum; si recta omnia benè sibi contigisse, lætentur: si autem aliter est, sciant quoniam hoc in animâ patiuntur, quod præfata mulier in corpore legitur passa fuisse. Votis itaque fractis per pœnitentiam consulant, ad pedem sancti Confessoris accedant, lacrymas & preces offerant, vt salutem, quam exercendo perdiderant, morum stabilitate redintegratâ, rursus per Dei misericordiam habere mereantur. Amen.

voti obliti, iterum agrotat:

iterum S. Marij ope sanatur:

tertiò ac quartò id accidit.

a *Situm est* Folcaucquier *inter* Sistaricum *&* Aptam Iuliam.

DE S. LVPO

EPISCOPO CABILONENSI IN GALLIA.

INITIO SEC. VII. XXVII. IANVAR.

1 CAstrum Cabilonensium (*quod aliis* Cabilinum) *vrbs est prouinciæ Lugdunensis primæ, sita ad Ararim flumen, egregiè munita, ornataq; Episcopatu, aliquando Regum Burgundiæ sedes, vt ad vitam* S. Gunthramni *28. Martij ostendemus. Hic Episcopus fuit circiter annum Christi* DC. S. Lupus. *Extat enim S. Gregorij Magni epistola, quæ est 52. libri 9. data Indict. 4. anno Christi 601. quâ* Mennæ Tolosano, Sereno Massiliæ, Lupo Cabiloni, Agilio Metis, Simplicio Parisiis, Melantio Rotomagensi, & Licinio Episcopis Francorum, *commendat monachos, quos cum Laurentio Presbytero & Mellito Abbate in Angliam ad Augustinum mittebat. Vnde falli manifestum est Cl. Robertum & Ioannem Chenu, qui eum volunt* S. Grato *in episcopatu successisse; qui, vt ad eius vitam 8. Octobris diximus, concilio secundo Cabilonensi, sub Clodoueo II. circiter annum 650. interfuit.*

S. Lupi Episc. Cabilonensis ætas,

natalis,

reliquiæ,

2 *Colitur* S. Lupus *ab Ecclesiâ Cabilonensi, officio duplici VI. Kalend. Februarias, asseruaturq; etiamnum in illius Ecclesiæ sacrario pedum eius eburneum, aureusq; annulus. Natale ita consignauit Molanus in addit. ad Vsuardum:* Cabilonis S. Lupi ipsius ciuitatis Episcopi. *Eadem Galesinius & Ferrarius. At fusiùs Saussaius:* Ipso die Cabilone in Æduis depositio S. Lupi Episcopi & Confessoris, qui primùm monachus & Abbas S. Petri religiosissimus, S. Grato gratiæ donis succedens in hac cathedrâ, mirificos virtutum omnium splendores, doctrinæque salutaris copiosos imbres effudit: demumque multis meritis cumulatus, obdormiuit in Christo. Ad cuius venerabile corpus micantia signa effecerunt, vt semel ac iterum eleuaretur, condignâque coleretur à suis oppidanis, quâ etiamnum fruitur, reuerentiâ. *At de illius decessore iam diximus, non videri* Gratum *fuisse.*

monastica professio

in cœnobio S. Petri,

3 *Monasterium* S. Petri *scribit Andreas du Chesne in libro Antiquitat. Galliæ, primùm cœmeterium fuisse Christianorum, in primitiuâ Ecclesiâ, vt ferè solebant in suburbiis; pòst sacellum isthic conditum, quod exinde amplificatum; tandemq; conditum monasterium à* S. Flauio *Episcopo, aut si ab aliquo prædecessorum, certè ab eo restauratum. Ioannes Chenu & Cl. Robertus isthic Abbatem fuisse* S. Lupum *scribunt, ideoq; ibi sepeliri voluisse. Sed euersum nunc id cœnobium est primis Caluinistarum tumultibus, atque isthic arx erecta.*

Vita,

leuatio er Gerboldum Episc.

4 *Vitam* S. Lupi *ab anonymo auctore scriptam, sed aliquot pòst seculis, vt legenti patet, è veteri MS. Iacobi Sirmondi nostri accepimus. Eleuatas eius esse reliquias à Girbaldo, siue Gerboldo, Episcopo tradit Cl. Robertus IV. Kal. Septembris anno 877. Interfuit Girbaldus concilio Suessionensi III. an. 866. Cabilonensi an. 873. Pontigonensi an. 876. Tricassino II. an. 878. Mantalensi an. 879. In præcepto Caroli Crassi dato an. 885. pro liberâ electione Episcopi Cabilonensis, dicitur Girboldus tum* infirmitate iam simulque senio confectus, non modicum metu sui obitus ciuibus & filiis Ecclesiæ suæ *intulisse* dolorem.

canonizatio

5 *Quâ occasione facta sit* S. Lupi *eleuatio indicat Ioannes Chenu:* Eiusdem, *inquit, Gilboldi* ætate summus Pontifex Ioannes VIII. cùm Trecassibus rediens, quam in vrbem synodum conuocauerat, in eâque Imperatorem consecrauerat Ludouicum Balbum, in Cabilonensi ciuitate viginti permaneret dies, inter Diuos relati sunt, rogante Gilbodo, SS. Siluester, Agricola, Lupus, & Gratus, Tranquillus, Desiderius, Ioannes & Veranus, Episcopi Cabilonenses. *Fallitur quidem Chenu; non fuit ea imperatoria sed regia corona, quam Balbo Ioannes imposuit. At si tamen eâ occasione eleuatum est* S. Lupi *corpus, ergo non anno 877. cùm non nisi sequenti anno habita sit synodus Tricassina: nisi quis biennio antè eleuatum corpus sancti Antistitis velit, anno demum 879. cælestes illi honores decretos, quod est probabile.*

per Ioannem VIII. Papam,

6 *De illa verò Antistitum Cabilonensium apotheosi ita scribit Saussaius 20. Nouembris agens de* S. Siluestro *Cabilonensi Episcopo:* Attamen cùm iugiter diuinæ virtutis coruscatione beatus Confessor in tumulo radiaret; conditus tamen in sepulchro suo iacuit, donec agente Gilbodo Cabilonensi Antistite è loculo eductus fuit ad cultum ampliorem. Cùm enim Ioannes VIII. Papa Româ exagitatus confugisset in Galliam, Trecisque Concilium, cuius acta extant, habuisset, in reditu Cabilone viginti diebus consedit. Quam faustam occasionem benè nactus præfatus Gilbodus Episcopus, ab eo supplicationibus obtinuit, vt sanctorum Pontificum Cabilonensium, Siluestri & Agricolæ sacra corpora de tumulis, vbi mirâ diuinæ gloriæ clarificatione renidebant, leuaret, atque honorificentioribus loculis inferret, quatenùs à populo fideli impensiùs percolerentur: quin & ipsos beatos Antistites Apostolicâ auctoritate Sanctos pronuntiare, Beatorumque vellet albo adscribere solẽni decreto, alios septem qui Cabilonensem vrbem illustrauerant sanctæ vitæ meritis (ceu perpetuos soli illius opitulatores & patronos) Episcopos Confessores, nempe Tranquillum, Desiderium, Ioannem, Flauium, Veranum, Gratum, Lupum, cum Desiderato Presbytero, qui cultor eremi apud Gordanum recluſus, miræ sanctitatis vestigia reliquerat. Piam Episcopi petitionem benignis auribus excepit Pontifex Apostolicus, factâque de piorum illorum

octo virorum moribus, meritis, miraculis ſedulâ indagine, quos Deo placuiſſe reperit, ex zelo eius gloriæ, & perfectæ vitæ innocentiâ, ab eoque viciſſim mirâ ſignorum operatione, cùm in vitâ tum poſt mortem clarificatos, Apoſtolico oraculo inter Beatos vindicatos annumerauit: atque à fidelibus ſanctitatis honoribus decreuit in perpetuum percolendos. At verò cùm temporis anguſtiis & rerum ingruentium mole premeretur, ſingulorum ipſorum Sanctorum, vt Giboldus deſiderabat, ſacra buſta ex tumulis non eruit, ſed dumtaxat pretioſa SS. Silueſtri & Agricolæ lipſana: quibus recondendis decentiùs Gilbodus ipſe Antiſtes Cabilonenſis thecas inſigniores parauerat.

Canonizationis anniuerſaria memoria,

7 *Celebratur omnium ſimul memoria in Eccleſiâ Cabilonenſi 30. Aprilis, vt teſtatur Cl. Robertus. quo die Ferrarius:* Cabilone in Galliâ ſanctorum Epiſcoporum in Sanctos relatio. *At peculiari prætereà celebritate honorantur*, SS. Silueſter & Deſideratus *Presbyter 20. Nouemb.* S. Agricola *17. Martij*, S. Gratus *8. Octob.* S. Veranus *20. eiuſdem.*

alia feſtiuitas.

8 *De* S. Lupo *iſta prætereà habet Sauſſaius 27. Auguſti:* Cabilone in Æduis feſtiuitas S. Lupi Epiſcopi, cuius glorioſa migratio, cum elogio eiuſdem ſanctitatis, propriâ die conſignata eſt in ſacris his Galliæ faſtis VI. Kalend. Februarij. *Ferrarius quoque:* Cabilone in Galliâ S. Lupi Epiſcopi. *Aſt 29. Auguſti idem Sauſſaius:* Item Cabilone in Æduis eleuatio corporis S. Lupi eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopi & Confeſſoris, facta ob diuinas virtutes ad tumulum eius micantes, per Garboldum ipſius Sedis Epiſcopum. *Demum ipſum Gilbodum, cuius tam variè nomen expreſsit, inter Sanctos recenſet idem Sauſſaius 12. Iunij in Supplemento Martyrologij.*

VITA AVCTORE ANONYMO,

ex MS. Iacobi Sirmondi Soc. IESV.

CAPVT I.

S. Lupi epiſcopatus, virtutes, miracula.

Laudandi Sancti. 1 Sanctorum geſta virorum ad memoriam poſteris deſcribere, opus eſt pietatis impendere, & diuinitatis magnificentiam honorare; dum & legentes habent vnde incitentur, & omnipotentis opera vnde laudentur. Eccleſiaſtici auctoritas libri hac de re hortatur; Laudemus, inquiens, viros glorioſos & parentes noſtros, qui in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudibus. Qui de illis nati ſunt reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: & ſunt quorum non eſt memoria: ſed illi viri miſericordiæ ſunt & permanent bona cum ipſis. Eccli. 44.

S. Lupi Acta interciderũt. 2 Igitur vitam actuſque beatiſſimi Lupi Cabilonenſis Antiſtitis aliquâ ex parte, quoniam ex toto nequeo, relaturus, licet impar huius exiſtam officij, tamen quâ de re id fuerim exorſus paucis expediam. Quoniam eadem vrbs frequenti fuerat incendio cremata, cuncta penè, quæ de illo litteris fuerant mandata, iiſdem ſunt ignibus abſumpta, & niſi aliqui remanſiſſent ſuperſtites, qui ea legerant, vt his quibus fortè incognita erant iterum ſcribenda narrarent, perpetuo ſilentio damnata manerent. Veracium itaque relatorum aſſertionibus accommodans fidem, ſimulque Domini Pontificis quàm maximè imperantis ſanctam exequi cupiens iuſſionem, quæ de prædicto mihi comperta ſunt Patre, quamquàm incultus horreat ſermo, fideli tamen pandam eloquio. Ad quod ſi non ſuppeditat facundia, iuuabit obedientia. Et quia ſcriptum memini, Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, negligentiæ maculas iubentis tergat auctoritas. Eccli. 15. 9.

3 Is denique, de quo ſermonem narrationis inferimus, regno extitit Burgundiæ oriundus, nobilitatis titulo non mediocriter clarus. Quòd enim iuxta huius carnis propagationem ſummâ extiterit ortus proſapiâ, teſtantur prædia eius ingentia, quæ etiam ipſe in ſacrorum dominium locorum, piâ ſatis diſtributione donauit, nimirùm patrimonij ſui ad cælum transferens facultatem; vbi indeſinenter actu, & mentis, iuxta Apoſtolicum dictum, verſabatur intentione. Nam Baugiacum villam, ex parentum ſibi dimiſſam hæreditate, Eccleſiæ *b* B. Vincentij Martyris contulit: cuius poſtmodùm ob morum probitatem & religioſorum actuum excellentiam, tam ex diuinâ electione quàm totius cleri populique acclamatione, idoneus inſtitutus eſt Paſtor. Pollebat enim in eo ſumma & virtutum præcipua caritas: abſtinentiâ & vigiliis paſcebatur: miſerorum & in carcere poſitorum recreationibus inſiſtebat, pro quibus apud ſeculares Iudices mortis eorum miniſtros clementiſſimè interueniebat: ſatagebat quoque erga quotidianæ eruditionis profectum, & inſtitutâ diuinorum voluminum ſcholâ auditoribus ſuis cæleſtis eloquij copiam miniſtrabat: in quo qualiter ſinguli proficerent, propoſitis ſententiarum quæſtionibus, vigilantiſſimè requirebat. Erat ſane hoſpitalitati intẽtiſſimè deditus, eleemoſynarum erga indigentes affluentiſſimus erogator; exhortationi in ſubditis atque doctrinæ ſtudens in cunctis: non aliud docebat aliud faciebat, ſed iuncta prædicationibus vita omnium virtutum lampade reſplendebat. Vnde propter hæc meritorum inſignia diuina, quæ viuus patrauit, poſt obitum nunc gerit miracula.

Auctore ANONYMO, Ex MSS.

Is bona dat Eccleſiæ:

Philip. 3. 20.

b

fit Epiſcopus:

floret virtutibus:

4 In prædictâ ſiquidem villâ Baugiaco antiquam per illum Dominus renouauit virtutem. Nam qui olim aquam de petrâ plebi produxerat murmuranti, precibus illius fontem arido in loco emanare fecit ſiti populo æſtuanti. Etenim dum operariorum eius fœnum ſecantium turmæ diutino feruore ſolis fatigatæ, ad extenuandam ſitim aqua deeſſet, & propter huiuſcemodi penuriam iam laſſata deficeret; vir Domini vt de eius miſeratione confidant hortatur: orationi proſternitur: expletâ erigitur: baculus ſanctæ manus ſolo arenti ab eodem infigitur: quo retracto, largiſſima fontis vnda proſequitur; qui vſque hodie in eodem loco ad teſtimonium beatiſſimi viri dulcem præbet ſitientibus hauſtum; quo & tunc refecta familia inchoato labori iterum cœpit alacriter inſudare; cui is frequenter perceptione infirmi optabilem meruerunt reſumere ſoſpitatem. Monſtratur adhuc illius adhærens eiuſdem villæ oratorio cella, in quâ poſt laborem conſueuerat cubitare: ad quam, donec aduixit, nullus feminis patuit aditus. Vnde & propter priorem reuerentiam nulla modò femina illuc ingredi præſumit. Fertur quòd circa ambitum eiuſdem cellæ ſi aliqua rapacium auium fuerit immiſſa, nullis poſtmodùm vſibus valeat.

fontem precibus elicit,

contra morbos ſalutarem.

Cella eius feminis clauſa, auibus rapacibus noxia.

5 Pontificalis proinde culminis dignitate perceptâ, quantùm ſe arctioribus mancipauerit inſtitutis, humanam excedit narrationem. Habebat verò ad læuam matris Eccleſiæ, è regione altaris S. Vincentij, paruam orationis domunculam, quæ hactenùs permanet in honore ſancti Papæ *c* Silueſtri conſecrata, in quâ brachium illius reconditum veneratur. Ibi nocturnalibus horis familiare agebat ſecretum; vbi ob honorem ſanctorum pignorum lumen accenſum indeficienter ardebat. In hac dum fortuitu quadam poſt longas orationum excubias nocte membra quieti dediſſet, negligentiâ, vt aſſolet, vrbs ab occidentali ſui parte graui exardeſcente incendio cremabatur: cumque iam vltra medium ciuitatis cuncta depopulans ignis veniret, aliis aquam certatim iacientibus, aliis ad ſedandos flammarum globos diuerſa molientibus, ſed nihil proficientibus, imminente iam iamque totius vrbis interitu, territi ciues præſidium ſui expetunt Sacerdotis. Qui protinus ſurgens orationi parumper incumbit, dehinc flammis vltro obuius pergit. Mirabile dictu: mox eo palmas ad cælum tendente, ſignumque crucis opponente, diuiſæ ſunt flammæ;

c

Incendium precibus & ſigno crucis reflinguit.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

flammæ: ignis diſſiluit, ac veluti imbre vehementiſſimo cælitus emiſſo cuncta ſæuientis incendij molimina deſtruuntur: ſicque per virtutem Chriſti ignium repreſſit minas, qui iam pro eius amore cunctas in ſe vitiorum extinxerat flammas.

a *In MS. hic erat titulus:* Incipit relatio vitæ & miraculorum Domni ac beatiſſimi Lupi Cabilonenſis Epiſcopi, cuius tranſitus glorioſus celebratur VI. Kalendas Februarij.

b *Ea eſt cathedralis, cuius iterum mentio fit mox num. 5. Auctor eſt Du Cheſne aliquas* S. Vincentij *reliquias, à Childeberto, vt 22. Ianu. diximus, ex Hiſpaniâ allatas, Cabilonenſi donatas eſſe Eccleſiæ, quæ prius S. Stephanum patronum colebat.*

c Silueſtrum *hunc eſſe exiſtimamus, non Papam Romanum, qui 31. Decemb. colitur, ſed Cabilonenſem Epiſcopum, qui 20. Nou.*

CAPVT II.

Obitus, exequiæ.

Morituru intercedit pro captiuis:

6 VEniendum eſt ad vitæ eius terminum glorioſum, in quo omnino reminiſcantur legentes & audientes, quàm Deo placita eius extiterit vita, quem ita à ſeculo recedentem cæleſtia proſequuntur miracula. Cùm idem beatiſſimus vir tranſitus ſui diem imminere ſentiret, cognouit quòd reorum quidam carcerali eſſent cuſtodiæ mancipati. Euocato itaque ad ſe Iudice ciuitatis, vt ſemper conſueuerat, cœpit cum illo de miſericordiâ conferre ſermonem; vtque hos, quos incluſos retinebat, abſolueret, piis precibus flagitauit. Quod ille impietatis ſpiritu retinente agere diſtulit. Sacratiſſimus autem Antiſtes per totum illud incommoditatis ſpatium, donec animam exhalauit, non ceſſauit aduentantibus ciuium ac filiorum turmis monita ſalutis impendere. Tandem cognoſcens mortis ſibi ineſſe articulum, præſidio Dominicæ communionis muniens ſemetipſum, VI. Kalendarum Februariarum die iturum ad cælos efflauit ſpiritum.

ſuos inſtruit:

communicat:

moritur.

7 Corpus eius ex more compoſitum in eccleſiâ B. Petri Apoſtoli, [a] quæ in ſuburbio eiuſdem eminet ciuitatis, decernit tumulandum. Iam verò in craſtinum enarrari non poteſt in obſequium ſacri funeris quanta conuenerit multitudo. Interim dum effertur, aliis pſalmos intonantibus, aliis præ dolore fletum vbertim & planctum emittentibus, adeò vt tota clamore ciuitas impleretur; ventum eſt ad locum, in quo erat ergaſtulum damnatorum, vbi tanto beati corporis feretrum diuina virtus pondere prægrauauit, vt portitores vno in loco affixi tenerentur immobiles. Illi ergo, qui in cuſtodiâ interficiendi ſeruabantur, vocem cum vlulatibus dantes mox vt Sancti inuocant nomen, omnia carceris repagula abiiciuntur, oſtiiſque apertis reorum turba vinculis exonerata progreditur, atque obſecutores ſocia comitatur: ab omnibus manifeſta Dei virtute inſpicitur, cuius ſit meriti qui portatur. Hæc iniquiſſimo ſtatim comperta ſunt Iudici, qui priorem impietatem nouâ accumulans temeritate, magnâ cum indignatione iurauit, quòd nullus per Lupum ex iis qui effugerant ſaluaretur. Conſcendens protinus equum rapido curſu inſequitur abſolutos. Diuina mox vltio adfuit ſæuienti, conuerſuſque eſt dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendit. Nam equo cui ſedebat in præceps ruente, allisâ ceruice indignam vitam dignâ morte finiuit.

[a]

ſubſiſtit funus: aperitur diuinitus carcer.

Iudex liberatos perſequens, perit:

rurſum ſubſiſtit funus, dum rei loti veſtibus donentur.

8 Intereà dum corpus ad præfatam baſilicam deferretur, illis qui cuſtodiâ fuerant ſoluti cum cereis præeuntibus, proximo iam loco, vbi viarum ſcilicet interueniunt commeatus, ſubſiſtunt latores, vltrà progredi non valentes, donec ergaſtulo erepti à Clericis, qui aderant, balneis lauarentur, & acceptis veſtibus abire permitterentur. Quocircà ob memoriam huius ſigni tanta erga ſanctiſſimum Confeſſorem reuerentia excreuit, vt ſi quis poſteà per eoſdem viarum tranſitus plauſtra lignis onuſta vrbi induceret, vnam ex eis portionem S. Lupo impertiretur. Quod ſe quoque vidiſſe multi ex clero & populo publicâ pronuntiatione fatentur. Membra porrò illius ſuperno fauore comitata eccleſiæ inferuntur: in quâ ad dexteram altaris partem à Sacerdotibus & quibuſque religioſis ſepulturæ mandantur. Vbi Dominica maieſtas diuerſas efficit ſanitatum medelas; claudis redditur greſſus, cæcis oculis infunditur viſus, debilium membris præſtantur dona ſalutis. Notitiâ nempe virtutum eius longè lateque diffuſâ, cœperunt multi vndecumque confluere, & votorum ſuorum munuſcula deportare. Plurimi diuerſis in locis oratoria conſtruentes, nominis eius titulo dedicarunt. Frequentabatur proinde à nonnullis, quoniam ſi in regione aliquis pecorum intercideret languor, votis illuc directis, beati viri meritis pellebatur, omnibus cum fide accedentibus ſuâ ſuorumque ſalute condonatâ.

Miracula claret:

colitur, maximè pro morbis pecorum.

a *In quâ Abbas fuiſſe traditur ante epiſcopatum, vt diximus.*

CAPVT III.

Miracula ad ſepulchrum.

9 VEnerabilium Sacerdotum, qui ſe interfuiſſe dicunt, teſtimonio comperimus, quia dum reuerendus Præſul remeante die tranſitus ſanctiſſimi Lupi illuc cum Clero vniuerſo vigilias celebraturus conueniſſet, & fortè propter lecticam deambulando pergeret, ſubitò mirificæ ſuauitatis fragrantiam à loco corporis ſenſerit erumpentem. Ibi ergo admirans & admodùm delectatus conſtitit, Fratribuſque qui aderant quid ſibi contigiſſet indicauit: omnes paſſim accedentes huius odoris dulcedinem hauſerunt, quæ nocte eadem ac ſubſequente die inibi continuatim permanſit. Nimirùm credo viſitationem adfuiſſe Angelicam, quæ ſicut viuo ſemper aſtitit ad cuſtodiam, defuncto quoque famulatur ad gloriam.

Suauis odor exſpirat ex eius ſepulcro.

10 Ab his qui viderunt nobilibus & fidelibus perſonis didicimus, quod narramus. Dum ſicut ſolito ex diuerſis terræ partibus innumera hominum multitudo, annuâ reuolutione, mercandi gratiâ, ſecus vrbem congregaretur; contigit quemdam pauperem aduenire aſini vehiculo, qui greſſuum carebat officio: qui cùm totam ferme diem per mercatores mendicando duxiſſet, ingruente iam nocte, quoniam alteram non habuit manſionem, in porticu baſilicæ cum ſuo ſe vehiculo contulit, ibi debilia membra ſopori indulgens. Cùm euigilaſſet, inuenit aſellum ſuum iuxta ſe iacentem & damnatis cruribus per ſolum repentem: indoluit miſer anxiè plorans, quid faceret neſciebat, videns ſe ſuumque animal pari debilitate teneri. A tranſeunte quid haberet animo percontatus, cauſſam pandit. Sciſcitatus eſt à quodam, ſi aliquid argenti illi ineſſet, vnde vel modicum ceræ emi potuiſſet; Duos, inquit, denarios habeo, quos de eleemoſynâ conquiſiui. At ille: Vnum, ait, retine; ex altero emptâ cerâ lumen compone, quod B. Lupo dirigens eius experieris opem. Agit ſicut hortatur: lumen illicò vt detulit, mirâ celeritate tam corporis ſui, quàm etiam vehiculi ſui ſalutem beati viri meritis intuetur.

Claudus ſanatur, & eius aſſanuus;

11 Hactenùs eorum, quæ veris ſunt dictata relatoribus, narratio texitur: hinc illa dicemus, quæ noſtri temporis curriculo defluxêre, non minore fide amplectentes audita, quàm viſa. Vidimus quamdam feminam, cuius nomen à memoriâ excidit, quam ab ipſo natiuitatis exordio flebilis greſſuum natura damnauerat, cùm ad Sancti tumulum frequenter alieno veheretur auxilio, proprio remeaſſe veſtigio. Quæ cùm plurimo tempore valenter incederet, quoniam conſecuti beneficij immemor carnis cœpit vitiis inſeruire, ad priorem reflexa debilitatem pœnæ ſuæ luit incommoditatem.

& claudo quæ pòſt denuò claudicat:

12 Addendum eſt huic miraculo, quid nobis coràm poſitis de altero contigerit claudo. Odolricus quidam, ex Lugdunenſe pago, ſeruilis conditionis perſona, cùm

à domino

Claudus ac cœcles ſanatur.

à domino ſuo reuerteretur directus, offendit globum malignorum ſpirituum; in quem, ſicut ipſe retulit, tantâ deluſione bacchati ſunt, vt ſemiuiuus remanens vix ad dominum ſuum reuerteretur. Sequenti autem die greſſuum miniſterio & vnius oculi extitit luce priuatus; quę debilitas per decem ferme annos ei continuata durauit: in quo ſpatio per multorum deportatus loca Sanctorum, nullum incommoditatis ſuæ promeruit leuamen. Tandem in ſomniis viſum ei eſt, vt ad ſæpedictam baſilicam accedere deberet. Ad quam cùm noctu deueniſſet, quoniam fortè ingrediendi illi facultas non fuit, extra limen remanſit. Sed circa medium noctis neruorum cœpit poplitum eius contractio extendi: inſonat clamore ægrotus, atque ab hoc excitato cuſtode intus admittitur: poſteà iuxta ſacra delatus, ope Apoſtolorum principis, & merito beati Pontificis, viſibus neceſſariis vtiliter reformatur.

13 Pauca mihi de pluribus beati viri miraculis enarranti, lector ignoſce; quoniam ne tibi pareret oratio prolixa faſtidium, breuitatis ſtudio omiſſum eſt, quod operosè de illo fuerat intimandum. Siquidem tanta mirabilium eius & relatu didicimus & viſu inſpeximus, vt ſi cuncta retexere appetamus, immenſum inde volumen excreuiſſe mireris. Attamen hinc liquidò omnibus patet, quoniam qui tanta rogantibus beneficia corporaliter exhibet, animarum ſalutem fideliter exquirentibus, & veniam peccaminum peroptantibus, interuentione ſaluberrimâ præbet. Sollicita ergo intentione, & præcipuâ cordis deuotione ſacratiſſimi Pontificis Domni Lupi venerationi & cultui inſiſtamus; vt pietatis eius & in hoc ſeculo remediis vti, & poſt labilis vitæ mortalitatem, cum eodem patrono, meritis eius protecti, placidi adeſſe valeamus ſummæ conſpectibus Trinitatis, quæ potenti pollens imperio cuncta moderatur ſecula ſeculorum. Amen.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS. *Alia edit miracula.*

DE S. VITALIANO

ROMANO PONTIFICE.

ANN. DCLXXI. XXVII. IANVAR.

I EXceſſit è viuis Vitalianus *Pontifex VI. Kalend. Februarij: quo die in Martyrologiis, nec plurimis, nec antiquiſſimis, eius celebratur memoria. Conſtantius Felicius poſt Sanctos cuiuſque diei enumeratos ephemeridem ſubiicere ſolet, in quâ plura commemorat, quæ ipsâ eadem luce, etiam profana, euenêre. hic de* Vitaliano: Vitalianus Volſcus Papa moritur. *at Petrus Galeſinius è MS. codice, vt ait:* Sancti prætereà Vitaliani Pontificis. *Martyrologium Romanum à Baronio auctum:* Romæ Vitaliani Papæ. *Lubet alia quoque paullò antiquiora Martyrologia proferre. Carthuſiani Colon. in addit. ad Vſuardum:* Vitaliani Papæ & Confeſſoris, poſt Petrum ſeptuageſimi octaui. *Molanus:* Romæ natale S. Vitaliani Papæ, qui poſt B. Petrum LXXVIII. cantum Romanorum compoſuit, & dulciſono organo concordauit. *MS. Florarium:* Romæ S. Vitelliani Papæ & Confeſſoris. obiit anno ſalutis 672. *ſubiicit de cantu & organo. MSS. Vſuardi Martyrologia complura ad quarumdam Belgicarum Eccleſiarum vſum amplificata:* Romæ natale S. Vitelliani Papæ, qui poſt B. Petrum LXXVIII. ſedit annos 9. & menſes 6. Hic cantum Romanum compoſuit, & dulciſono organo concordauit. *In quibuſdam* Vicellianus *appellatur, vti in Martyrol. Colon. in quo dicitur ſediſſe* annos 9. menſes 6. dies 21. *Caniſius:* Item S. Vitaliani Papæ & Confeſſoris, qui magnus amator & promotor diuini in Eccleſiâ officij, B. Theodorum in Angliam miſit, vt iſthic Euangelium prædicaret.

S. Vitaliani nomen in Martyrologiis.

2 *Illud de organis ambiguè relatum à Platinâ:* At Vitalianus, *inquit*, cultui diuino intentus, & regulam Eccleſiaſticam compoſuit, & cãtum ordinauit, adhibitis ad conſonantiam (vt quidam volunt) organis. *Non probatur id Ferrario:* Organa, *inquit*, cantui addidiſſe quidam putant; quod tamen, cùm Eccleſia Romana organis minimè vtatur præſente Pontifice, minùs probabile videtur. *Leander Albertus in Latij deſcriptione, de Signiâ agens,* Vrbem hanc, *inquit*, Vitalianus Pontifex Maximus, Anaſtaſij F. ortu illuſtrauit; à quo modulationes quibus Eccleſia Romana vtitur compoſitæ, organaque inuenta, quemadmodùm Petrarcha tradidit. *Non inuenta ab eo primùm eſſe ſat conſtat; ſed an ad diuini officij celebritatem tranſlata, ambiguum eſt.*

Cantus ſacer ab eo ordinatus:

an & organa adhibita?

3 *Si litteris eſſent* S. Vitaliani *geſta commendata, par ille ſanè clariſſimis Pontificibus meritò haberetur, cuius & in propagandâ Catholicâ religione ſtudium, & animi magnitudo variis exercita caſibus, eluxit. At paucula habemus quæ ſunt ab Anaſtaſio Bibliothecario ſcripta, de Conſtantis Imperatoris in Italiam & Vrbem aduentu. Extant in tomis Conciliorum ſex* Vitaliani *epiſtolæ, quarum priores quatuor ſcriptæ ſunt indict. 11. anno Chriſti 668. in cauſſâ Ioannis Epiſcopi Lappenſis in Cretâ, quem à Paulo Archiepiſcopo iniuſtè damnatum, & probibitum ad Apoſtolicam Sedem, ad quam prouocarat, proficiſci, in integrum reſtituit.*

Acta eius,

epiſtolæ,

4 *Quinta Vitaliani epiſtola ad* Oſwium *Nordanhimbrorũ in Angliâ Regem data, ad quem, vxoremq; eius* Eanfledam, *varias Sanctorum reliquias miſit. Recitat eam epiſtolam Beda lib. 3. hiſtor. Angl. cap. 29. Peculiari ſtudio ſalutem Anglorum complexus erat ſanctiſſimus Pontifex, vt ex iis quæ ipſo Pontificè geſta in Angliâ ab hiſtoricis memorantur, licet coniicere. Inter cetera, vt 12. Ianuarij ad vitam* S. Benedicti Biſcopij *num. 5. dictum eſt,* Theodorum *Tarſenſem monachum, VII. Kal. April. die Dominicâ anno 668.* ordinatum Archiepiſcopum, Biſcopio (quia vir ſapiens erat ac ſtrenuus) in Britanniam perducendum, ſimul & Abbatem commendauit Adrianum, *vt ſcribit Florentius Vigornienſis. De* S. Adriano *Abbate egimus 9. Ianuarij, de* Theodoro *verò Cantuarienſi Archiepiſcopo agemus 19. Septembris.*

curata Anglorum ſalus;

5 *Variis in prouinciis celebratæ* Vitaliani *tempore ſynodi ſunt; in Gallia Nammetenſis. De Cabilonenſi ambiguum, etſi id aſſerat Ciacconius, ſupponat Baronius an. 662 nu. 3. Cõſtat tempore Clodouæi II. habitam, & quidem menſe Octobri; quo eius anno, non conſtat: interfuit* Audobertus *Epiſcopus Pariſienſis; ergo ante annum 658. nam eo anno, Clodouæi XV.* S. Landericus *Audoberti ſucceſſor ſignauit priuilegium libertatis monaſterio S. Dionyſij conceſſum. Baronius exiſtimauit* Audobertum *S. Landerici ſucceſſorem fuiſſe, quòd ad eum S. Audoënus ſcripſerit vitam S. Eligij: verum non ad* Audobertum, *ſed* Chrodobertum, *cuius in vitâ S. Bathildis 26. Ianuarij facta mentio eſt, eam ſcripſit: Sigebertus cap. 58.* Robertum *vocat.*

celebratæ ſub eo ſynodi in Galliâ,

6 *In Angliâ quoque, in monaſterio* S. Hildæ, *habita ſynodus eſt, præſentibus Regibus* Oſwio & Alchfrido *eius filio, de die Paſchæ, tonſurâ Clericorum, & aliis rebus Eccleſiaſticis, anno Chriſti 664. vt Beda ſcribit lib 3. cap. 25. Florentius Vigornienſis & alij. In Hiſpaniâ ſub illius pontificatu celebratæ ſunt ſynodi Toletanæ X. Æra 694. ſiue anno Chriſti 656. Kalendis Decembribus; & Emeritenſis Ærâ 704. an. Chriſti 666. at non Toletana IX. vt exiſtimauit Ciacconius; nam ea habita eſt Ærâ 693. an. Chriſti 655. 2. Nouemb. ſedente S. Eugenio. Tempus Sedis* Vitaliani *ita colligi poteſt: Auectus eſt Româ* S. Martinus *per Theodorum Calliopam 13. Kalend. Iulij feriâ IV. ergo anno Chriſti 653. quo littera Dominicalis erat F.* S. Eugenius *ſedit annos 2. menſes 9. dies 24. obiitq; 2. Iunij, quare electus videtur circiter 10. Auguſti, vbi nempe certò conſtitit* Martinum *Cherſonam relegatum, nec eſſe Romam reuerſurum; etſi Pontificem ſe eo viuente non geſſerit, ſed Vicarium Pontificis. Poſt eius mortem vacauit Epiſcopatus menſes vnum, dies 29. ſubrogatus eſt ſub finem Iulij* Vitalianus *eodem anno 656. ſeditq; annos 14. mẽſes 6. vſque ad 27. Ianuarij an. 671. Ita ferè Anaſtaſius Bibliothecarius. Auctor libelli de Romanis Pontificibus qui Luithprando tribuitur, VIII. Idus Februarij mortuum ſcribit.*

Angliâ,

Hiſpaniâ.

tempus Sedis

7 De

EX VARIIS.

7 *De* Vitaliano *ista tradit Hieronymus Rubeus hist. Rauen. lib.4.* Hic cùm iam diu nimiam Archiepiſcopi Rauennatum petulantiam, odio & indignationi habuiſſet, ſtatim Pontifex creatus, Maurum Archiepiſcopum Romam ad ſe vocat, cauſſam ſuam dicturum. Id cùm Maurus negligeret, ſacris ab Vitaliano eſt interdictus. Sed Maurus Dioſcorum Alexandrinum Antiſtitem, à concilio Chalcedonenſi ob id damnatum, imitatus, è contrario litteras ad Vitalianum dedit, & eidem ſacris interdixit; nullâ vnquam ſceleris conſcientiâ, dum vixit, ab hac nefariâ opinione deductus. Non defuit tamen Vitalianus Pontifex, quin iniuriæ, vt ſanctiſſimum decet Pontificem, immemor, & vt Ferrarienſibus gratum faceret, Vicohabentiæ epiſcopatum, Rauennati Eccleſiæ ſubiectum, Ferrariam transferret. Hanc Vicohabentiam vicum Egonum fuiſſe plerique tradunt, ab eo loco haud procul vbi Ferraria nunc ſita eſt, corruptoq; ; vocabulo Vicohabentiam vocatam. Hac itaque ratione Vicohabentino epiſcopatu illuc trãſlato, Ferraria circiter annum DCLXIII. à Vitaliano ciuitas conſtituitur, Rauennatiq; Eccleſiæ ſubiicitur, vt ex vetuſtiſſimis Rauennatis Eccleſiæ monumentis adhuc colligi poteſt. *Hac Rubeus, qui deinde luctuoſam peruicacis illius Archiepiſcopi Rauennatis mortem refert. Locum illum priſcæ Sedis Leander in Romanulæ deſcriptione* Vicauentiam *appellat.*

Epiſcopum Rauennatem parere recuſantẽ excommunicat:

Ferraria Epiſcopu n conſtituit.

8 *Quâ in veneratione* Vitalianum *Conſtantinus Pogonatus orthodoxus Imperator habuerit, quàm eum contrà oderint hæretici, præſertim Monothelitæ, licet ex ipſius Conſtantini ad Donum Papam litteris, quæ initio ſextæ ſynodi habentur, perſpicere; in quibus inter alia iſta habentur:* Multam nobis inſtantiam fecerũt, tam hîc ſanctiſſimus Patriarcha (*Theodorus*) quamq; Macarius ſanctiſſimus Patriarcha Theopoleos, vt eiiceretur Vitalianus beatiſſimus è diptychis, aſſerentes Honorium memorari in diptychis ob honorem Apoſtolicæ Sedis antiquæ noſtræ Romæ. Nam non acquieuêre vt memorentur Patriarchæ qui poſtmodùm fuerunt in prædictâ ſanctâ Romanâ Eccleſiâ, donec cõquiſitio & ſatisfactio proueniat verborum, de quibus conſtéditur inter vtraſque Sedes, & ita veſtra beatitudo conſequenter memoretur. Sed hoc non acquieuimus, id eſt, vt eiiceretur idem Vitalianus è diptychis; hoc quidem, vtpotę omnem æqualitatem ſeruantes, & vtroſque orthodoxos habentes; hoc autem & propter collatam nobis caritatem ab eodem Vitaliano, dum ſupereſſet, in motione tyrannorum noſtrorum. *De Macario Antiocheno Patriarchâ hæretico egimus ad vitam S. Agathonis 10. Ianuarij. Quod caritatem ſibi à* Vitaliano *collatam in motione tyrannorum, agnoſcit Imperator; id videtur contigiſſe cùm poſt Conſtantis cædem,* Mecetius *quidam, ſiue* Mezentius, *in Siciliâ regnum arripuit,* contra quem, *vt ſcribit Paulus Diaconus lib. 5. c. 12.* Italiæ militiæ milites, alij per Iſtriam, alij per partes Campaniæ, alij verò à partibus Africæ & Sardiniæ venientes, vehementer in Syracuſas irruerunt, eumq; vitâ priuauerunt. *Tum ſuppetias tuliſſe Conſtantino* Vitalianum *ex citatis eius litteris colligit Baronius anno 668. num. 1. Ceterùm quod fieri nolebat Imperator, ipſo tamen vel inuito vel inſcio, eraſum eſt è diptychis* Vitaliani *nomen; ſed poſteà ſextæ ſynodi iuſſu reſtitutum, vt ex eiuſdem Actis patet. de quâ re agit Baronius an. 677. num. 2. & 681. num. 6.*

Obſiſtente Conſtantino Imp.

quem iuuerat contrà tyrannos,

eraſum eius è Græcor. diptychis nomẽ,

reſtitutum.

9 *Pertinet id quoque ad* S. Vitaliani *laudẽ, quòd vt Oſvvio Regi, ſicut iam dictum, ita S. VVandregiſilo Sanctorum reliquias petenti tranſmiſit. Ita in eius vitâ, quam 22. Iulij dabimus, refertur:* Ædificauit namque in ipſo loco præfatus vir Domini baſilicas egregio cultu, numero quatuor, in honorem videlicet Principis Apoſtolorum Petri, ſimulq; Doctoris gentium Pauli, Sanctiq́ue Laurentij ac Pancratij Martyrum Chriſti: miſit autem iſdem vir Domini dum huic operi inſiſteret, anteſatum nepotem ſuum (*Godonem*) ad vrbem Romam, propter pignora beatorum Apoſtolorum ac Martyrũ Chriſti; vt ædificatis baſilicis in promptu haberet reliquias Sãctorum, quorum nomini & reuerentiæ dicare diſpoſuerat. Qui votis pij Patris libentiſſimè parẽs, Romam abiit, Vitaliano Papâ eodem tempore pontificante Sedem eiuſdem Eccleſiæ: atque ab eo ſuſcepta plurima Apoſtolorum & Martyrum Chriſti pignora, vnà cum benedictione Apoſtolicâ rediens ſecum detulit, codicumq́ue ſacrorum copiam non minimam: proſperoq́ue curſu itinere acto, ouans reuertitur ad virum Dei, cunctaq́ue quæ attulerat idem vir Domini venerabiliter ſuſcepit.

S. VVandregiſilo Sanctorum reliquias mittit.

10 *Aſt ipſiuſmet* Vitaliani *ſacra pignora, vt teſtatur Octauius Pancirolus in Theſauris abſconditis almæ vrbis reg. 7. eccleſ. 17. in Vaticanâ S. Petri baſilicâ ſeruantur.*

S. Vitaliani reliquiæ.

VITA

Auctore Anaſtaſio S. R. E. Bibliothecario.

1 VItalianus, natione [a] Signienſis, prouinciæ Campaniæ, de patre Anaſtaſio, ſedit annos XIV. menſes ſex. Hic direxit Reſponſales ſuos cum Synodicâ iuxta conſuetudinem in regiam vrbem, apud piiſſimos Principes, ſignificans de ordinatione ſuâ [b]. Et dum ſuſcepti eſſent, renouantes priuilegia Eccleſiæ reuerſi ſunt: quorum clementia per eoſdem Miſios direxerat B. Petro Apoſtolo [c] & euangelia aurea cum gemmis albis miræ magnitudinis in circuitu ornata. Hic regulam Eccleſiaſticam atque vigorem, vt mos erat, omnimodò conſeruauit.

[a]

S. Vitaliani ad Imp. legatio:

[b]

[c]

miſſa ab eo Romam dona.

2 Huius tẽporibus venit [d] Conſtantinus Auguſtus de regiâ vrbe per littoraria in Athenas, & exinde Tarantũ, inde [e] Beneuentum, & Neapolim per [f] Indictionem VI. Poſtmodùm venit Romam, id eſt, quintâ die menſis Iulij feriâ 4. Indictione ſuprаſcriptâ. Et occurrit ei obuiàm Apoſtolicus cum Clero ſuo, miliario [g] ſexto ab vrbe Româ, & ſuſcepit [h] eum. Et ipsâ die ambulauit Imperator ad S. Petrum ad orationem, & donum ibi obtulit. Die ſabbathi ad S. Mariam, itemq́ue donum obtulit. Dominico die proceſſit ad S. Petrum cum exercitu ſuo. Omnes cum cereis exierunt obuiàm ei, & obtulit ſuper altare illius pallium auro textile, & celebratæ ſunt Miſſæ. Iterum ſabbati die venit Imperator ad [i] Lateranas, & lauit ſe, & ibidem [k] praxit in baſilicâ Iulij. Item Dominico die fuit ſtatio ad S. Petrum, & poſt Miſſas celebratas, valefecerunt ſibi inuicem Imperator & Pontifex.

[d]

Ipſius Romam aduentus.

[e]

[f]

[g]

[h]

honorifica exceptio.

dona templa oblata.

[i]

[k]

3 Duodecim dies in ciuitate Româ perſeuerans, omnia quæ erant in ære ad ornatum ciuitatis depoſuit; ſed & Eccleſiam B. Mariæ ad Martyres, quæ de tegulis æreis erat cooperta, diſcooperuit. Et in regiam [l] vrbem cum aliis diuerſis, quæ depoſuerat, direxit. Et poſtmodùm ſecundâ feriâ egreſſus de ciuitate Romanâ, reuerſus eſt Neapolim. Inde terreno itinere perrexit Rhegiũ, ingreſſus Siciliã per [m] Indictionẽ VII. Et habitauit in ciuitate Syracuſanâ, & talem afflictionem poſuit in populo, ſeu habitatoribus, vel poſſeſſoribus prouinciarum, Calabriæ, Siciliæ, Africæ, Sardiniæ, per [n] diagrapha, ſeu capita, atque nauticationes, per annos plurimos, quales à ſeculo numquàm fuerant, vt etiam vxores à maritis, vel filios à patre ſepararent: & alia multa inaudita perpeſſi ſunt, vt alicui ſpes vitæ non remaneret. Sed & vaſa ſacrata, vel cimilia ſanctarum Dei Eccleſiarum tollentes, nihil dimiſerunt. Et poſtmodùm 15. die menſis Iulij per [o] XI. Indict. prædictus Imperator in balneo occiſus eſt. [p]

direptio Vrbis.

[l]

vexatio prouinciarum;

[m]

[n]

eius cædes.

[o]

[p]

4 Et non poſt multum temporis antedictus ſanctiſſimus vir vitam finiuit. Fecit autem ordinationes quatuor, Preſbyteros viginti duos, Diaconum vnum, Epiſcopos per diuerſa loca nonaginta ſeptem. Qui etiam ſepultus eſt ad B. Petrum Apoſtolum ſub die ſexto Kal. Februarij, & ceſſauit epiſcopatus menſes duos, dies 13.

Mors S. Vitaliani.

a *Conſentiunt ceteri patriam Vitaliano fuiſſe Signiam, Volſcorum oppidum. Ciacconius ſcribit* natum in Suerniâ, caſtro Aprutij, filium Anaſtaſij Pontratij, vndecimum Papam regnicolam. *Vnde ea acceperit, non indicat.*

b *Addidit ad Petrum hæreticum Patriarcham litteras, quibus eum inuitauit, vt ad Eccleſiæ communionem rediret, vt ex Petri reſponſo patet.*

c *Veriſi-*

c *Verisimile est, fidei Catholicæ professionem addidisse; sine quâ nec munera susceptúrum Pontificem, neque cum populo Romano, ob S. Martini exilium exacerbato, redire se in gratiam posse, intelligebat callidus Imperator.*

d *Vulgatiùs* Constans *appellatur, vel* Constantius. *filius erat* Constantini, Heraclij *nepos. Describit hanc illius Italicam expeditionem Paulus Diaconus lib. 5. cap. 6. & sequentibus, testaturq; infelicem successum ei à sancto quodam anachoreta prædictum.*

e *Hanc vrbem à Constante obsessam, irrito conatu, testatur idem Paulus.*

f *Anno nimirum Christi 663. quo scilicet, vt mox sequitur, dies quinta mensis Iulij in feriam 4. incidit, littera verò Dominicalis fuit A.*

g *Alij,* quinto.

h *Dissimulatis eius sceleribus, relegatione Martini Papæ, germani sui, ac S. Maximi cæde, tantum Imperatori honorem habuit prudentissimus Pontifex, vt posset Orientem Romanæ Ecclesiæ reconciliare. Et sanè tum* Constans *ipse, etsi tyrannicè grassaretur in bona & facultates suorum ipsasq; ædes sacras, pro Catholico tamen se gessit quoad vixit, & filius eius* Constantinus *serò Catholicam communionem cum suis complexus est.* Ex MSS.

i *In monte Cœlio nobilissimæ* Lateranorum *familiæ fuêre magnificæ ædes, quas Constantinus Magnus Pontifici donauit; à quo basilica S. Ioanni dicata, dicta* Laterana, *vel* Lateranensis; *ipsiq; isthic Pontifices habitarunt. De eâ ædè & palatio agit Alexander Donatus noster de vrbe Româ lib. 3. cap. 12. & Octauius Pancirolus in Thesauris absconditus reg. 2. eccl. 11.*

k *al.* pransus est.

l *Id est, Constantinopolim. Fallitur ergo Donatus noster, qui lib. 3. cap. 16. has tegulas cum aliis Vrbis ornamentis à Constante in Siciliam translatas scribit; nisi velit isthac deuectas Constantinopolim.*

m *Anno Christi 664.*

n *id est, descriptiones, census.*

o *Paulus Diaconus lib. 5. cap. 11. & Abbo lib. de Pontificibus scribunt vsque ad XII. Indictionem isthic vixisse Constantem.*

p *ab Andrea Troili filio, vt habet Baronius.*

DE S. EMERIO ABBATE, ET S. CANDIDA EIVS MATRE,

BALNEOLI ET GVIALBIS IN CATALANIA.

SVB FINEM VIII. SECVL. XXVII. IANVAR.

1 BAlneolum *monasterium est diœcesis Gerundensis, quod vulgò* Bañoles, *siue* Banyoles, *accolæ vocant, sacrum Deiparæ Virgini Mariæ, & S. Stephano Protomartyri. Hîc* S. Emerius, *siue* Amerius, *aut* Emereus, *colitur, eius monasterij conditor, XXVII. Ianuarij, quem Catalani* Sant Mer *nuncupant. Mater verò eius* Candida, *vel, vt Domenecceus & alij quidam scribunt,* Candia, *præcipuum cultum habet in vico qui* Parochia S. Stephani de Guialbes *appellatur, in eodem Gerundensi episcopatu; estq; isthic quoque* S. Emerij *corpus sepultum, in sacello haud sanè magnifico.*

S. Emerij natalis,

nomen in Martyrologiis,

2 *Horum natalem ita inscripsit Martyrologio suo, siue nouo catalogo Sanctorũ Ferrarius hoc die:* Apud Gerundam in Hispaniâ S. Emerij Abbatis Balneolensis. Ibidem S. Candidæ matris S. Emerij prædicti. *Hugo Menardus in Martyrologio Benedictino:* In Hispaniâ S. Emerei Abbatis. *Saussaius quoque in Martyrologio Gallicano eum memorat, cum prolixiore elogio.*

Vita,

3 S. Emerij *vitam nobis Cæsaraugustâ transmisit Petrus Castelarnau Societatis nostræ Sacerdos, vir humanissimus, ex veteri codice descriptam, sed multis locis, vt coniicimus, mutilam. Eamdem Hispanicè recitat Vincentius Antonius Domeneccus lib. 2. de Sanctis Cataloniæ, ex veteri MS. ecclesiæ, siue sacelli S. Emerij in parochiâ Guialbensi. Vitæ compendium exhibet Hugo Menardus lib. 2. Obseruation. & Antonius Yepes to. 3. Chronic. Ord. S. Benedicti centuriâ 3. ad an. 778. vbi de hac vitâ ita pronuntiat:* Omnino digna lectu est, si omittantur quædam prodigia & inusitata miracula planeque stupenda, quæ ille auctor (*Domeneccus*) studiosè consectari consueuit; cuius laudo diligentiam, sed vellem secerneret res quasdam, in vetustis repertas Floribus Sanctorum, vt dicuntur, in quibus certa apocryphis passim miscentur. *Hæc ille, quæ sanè verissima esse fatebitur, qui hanc vitam ad veterum scriptorum fidem exegerit. Nam (vt illud prætereamus, pleroſque vnicam Caroli Magni expeditionem Hispanicam statuere, quibusdam tamen contrà sentientibus) quale illud est, quòd Carcassona dicatur ab eo septem annos obsessa? quòd quæ Plinij, Ptolemæi, aliorumq; veterum celebrata est scriptis, dicatur primum Caroli ævo nomen accepisse? Sumpta illa sunt è fabuloso scriptore qui Philumena inscribitur, vt testatur Guilielmus Catellius lib. 3. historiæ Galliæ Narbonensis, vbi eius figmenta explodit; licet alio loco fateatur à Zema, siue Zama Mauro, sub annum Christi 721. tempore Caroli Martelli, captam, vnà cum Narbone, Carcassonam.*

in quâ aliqua apocrypha.

VITA EX MSS.

1 IN illo tempore cùm esset persecutio magna in populo Christano, regnante *a* Carolo Rege Galliæ, surrexerunt viri impiissimi pagani Christianarum gentium omnia detestantes; ita siquidem quòd totam terram longè lateque præoccupati, neminem Christianorum reci tradere dubitabant. Cùm ergo hæc & similia de die in diem exercerent, *b* venerunt nuntiare ad Regem, dicentes & dolentes: Audi Domine, & ne contemnas verba famulorum tuorum, quia surrexerũt pagani nuper, & nostra ad nihilũ redigũt: surge & veni liberare populum Domini de manu ipsorum. Surrexit ergo Rex cum exercitu suo, & exiuit obuiàm contra paganos, & persecutus est eos; nec tamen quidquam auferre potuit. Debellabant ergo quotidie, sed nec poterant obtinere victoriam, sed à supernis præceptum est eis, vt cessarent bella, donec Deus traderet illis auxilium.

a *Hispaniæ contra Mauros*

b

opem latari Franci,

iubentur eam à Deo expectare.

2 Erat in ciuitate *c* illâ quidam Nobilis, homo religiosus, *d* Baldiuius nomine, cum vxore suâ Candidâ, quibus natura negauerat prolem. Quadam verò die illis apparuit Angelus Domini dicens eis: Surgite, præparate vos, ac domos vestras: vidit Deus luctus vestros: commisceatis vobiscum, quia filium generabitis. Crediderunt viri innocentes, & fecerunt iuxta sermonem Domini, & concepit Candida. Cùm ergo concepisset, vidit quadam nocte per visum quòd à pede siniſtro suo exibat virgula vitis, quæ præ multitudine totam terram tegebat; sub quâ etiam columba de cælo requiescere videbatur. Vidit ergo per alium, clarum lumen à se ipsâ egrediens, nimio decore præradians, quod acceptum ab Angelo Domini in cælis deferebatur. Vidit ergo per tertium, quòd Dei genitrix Virgo Maria veniebat ad eam, dicens: Ne timeas, quia rogaui filium meum vt gigneres prolem.

c

d *S. Emerius sterilibus parentibus promittitur,*

futurâ eius sanctitate triplicitèr matri prænunciatâ.

3 Manè ergo cùm surgeret & voluisset dies partus, asseruit & peperit: vocauit Candida filium, quo nomen eius euenerit. Creuit ergo Pater Amerius, diuinâ gratiâ repletus, & in *e* momento peruenit ad ætatem. Pater verò eius ad honorem militiæ gaudebat, vt candore sic à ciuitate amabilis videretur. Cui Sanctus dixit: Pater mi, si carus sum, per Deum te coniuro, vt non impedias animum, quia solum diligo Dominum Iesum Christum, cui militiâ cupio adquirere, cui seruio, & vitam dignam desidero consummare. Cumque talia genitalis referret, iratus ac etiam turbatus, pater lamentabatur, dicens:

Nascitur:

e

non vult nisi Christo militare:

Ex mss. cens: Numquid genui? heu mihi, quid faciam non habens hæredem, qui me & domum meam in posterum gubernet?

abit in desertum: 4 Ab hoc ergo metuens iam ne voluntati paternæ adquiescere cogeretur, ciuitatem relinquit, antrà deserti exiens vnà cum socio Patricio, vbi solus permanens pauperem vitam miseris peragebat. Quid mirum? non mundo, non patri, non gloriæ præsentis seculi, sed solùm Deo placere cupiebat; qui die ac nocte cupiebat orare, vt meliùs pertranſiret. Denique reuelatum *f* est Regi Domino, vt aduersùs paganos insurgeret, Emerium secum deduceret, quem Dominus ei in auxilium præstaret. Accingit se ergo Rex, ac omnis sua familia, Emerio præcedente, ipsos paganos, ... qui de ciuitate in ciuitatem .....

Regem contra Mauros comitatur:

5 Contigit autem, vt quodam die in deserto commorantes multi defecti sunt fame, & mortui. Mortuis ergo ..... Amerius vir religiosus præ dolore panem petiit à Domino nostro Iesu Christo, vnde familia ea posset satiari, quæ sibi tradita fuerat. Audiuit verò Deus orationem famuli sui, & misit eis panes tamquàm naturales, quibus refectis surrexit ab oratione: & iterum positus in oratione, rogauit Dominum Iesum Christum, vt ipsi mortui resuscitarentur. Resuscitauit eos .... inuocato ..... glorificabant Dominum, qui talem potestatem habebat.

laborantibus escas à Deo impetrat:

mortuos precibus resuscitat:

6 Contingitque vnâ die, venerunt in ciuitatem vocatam Querquens, & Rex tenuit eam assetiatam per *g* septem annos, & in vltimis annis Rex voluit se eleuare à ciuitate cum omni prole suâ, volens pergere in prouinciam Cataloniæ. Cùm Dominus dictus Rex pergeret, S. Emerius misit oculos suos versus ciuitatem, *h* & clamauit voce magnâ, & dixit: O Rex veni Querquenssonam. & tunc reuersus perrexit ad ciuitatem, & habuit eam: ex illâ horâ vocata est ciuitas illa Querquenssona. Perrexerunt de loco in locum, & venerunt in prouinciam Cataloniæ, debellantes quotidie contra paganos. Et debellantes quotidie venerunt ad villam, quæ dicitur de Balneolis, vbi quoddam stagnum est: in dicto stagno habitabat quidam leo sæuissimus, homines & feminas deuorans; vnde lacus ille à leone nomen suscepit, dictumque est *i* Leo, eò quòd illic leo habitabat. Tunc B. Emerius motus animi dolore, accedens cum processione & aquâ benedictâ, perrexit ad lacum illum, vbi dictus leo habitabat. Videns leo Sanctum Domini, factus est tamquàm ouis mansuetus. Tunc B. Emerius adspergens aquam benedictam super eum, accepit eum, & deferri fecit vsque ad dictam villam, & eum fecit occidi statim, qui cùm lacus ille esset, ibi cogens, monasterium ædificauerunt, decimas & primitias & honores consignantes, ex quibus tamquàm triginta monachi possent viuere, ædificaueruntque ecclesiam ad honorem Dei Genitricis Mariæ atque S. Stephani Protomartyris.

g *Francis auctor est victoriæ:* *h*

leonem capit, & occidi curat:

Balneoli monasterium ædificat:

7 Cùm igitur vir Dei opportunum locum videret aquis ..... ab omni habitatione remotum, Christo placere, habitum sanctæ conuersationis quæsiuit: potiùs ad cælestia quàm ad terrestria anolabat. Turbatus verò Rex præ dolore aduocans eum dixit: Sancte Emeri, sit cura familiæ & noli nos derelinquere, ne pereamus. Respondens itaque Emerius dixit: Quid vultis faciam? nequaquàm aliter potest fieri. Cùm ergo monitioni eorum parere noluisset, elegerunt eum Pastorem dignum eiusdem loci beatissimi sancti Patris Benedicti, vt à bono Abbate boni discipuli instruerentur. Cõmoratus est ibi Rex cum exercitu suo per quindecim dies: tandem inde progrediens, virum dignum Domino commendauit.

sit ipsius Abbas:

8 Extitit itaque vir venerabilis in bonis operibus agens vigilias, & orationes, & ieiunia, & diuinum officium Deo celebrabat. Confluebat ad eum copiosus languidorum, claudorum, cæcorum, surdorum, & mutorum, qui per eum ..... sanitatem recuperabant. Denique accidit vt quidam cum matre vnicum filium ægrotantem deferrent: nutu Dei actum est, vt in itinere exspirauerit. Plangens verò mater filium, ... in aëra emittebat. Commotus itaque sanctus vir Dei quòd ad eum deueniret, adorauit Deum, dicens: Domine Iesu Christe, Pater misericordiosissime, qui saluos facis sperantes in te; non meis meritis, sed propter magnam gloriam tuam, ostende virtutem tuam, & in nomine tuo surgat, & ambulet in pace. Completâ oratione, conuersus est ad puerum, & dixit ei: Eia, iuuenis, surge in nomine Domini nostri Iesu Christi. Surrexit ergo puer ille, & cœpit gratias agere, & Deum benedicere, vnà cum matre suâ; & pariter laudes mellifluas decantabat.

multi ægri ab eo curantur:

mortuum precibus suscitat:

9 Vir Dei igitur in oratione Dei nocte dieque commorãs, nullum præter panem & aquam mouebat cibum, numquàm autem sine oratione & ieiuniis requieuit. Fastidiens tamen præ multitudine virorum ac mulierum ad eum confluentium, ne vitam propriam maculare posset, tacitè exinde recessit ... siluarum requirens tamquàm decem stadiis, vbi similia exercendo dignam vitam duceret. Cumque in oratione continuè persisteret, hostis humanæ naturæ diabolus, inuidiâ commotus ..... vtrùm animam in errorem verteret. Sed robustus vir Dei numquàm à cœptâ semitâ disuiauit: quem etiam Dominus per visionem Angelicam corroborabat, apparens ei sæpissimè & manifestè. Nec mirum, si ipsius anima nequaquàm obruere poterat, *k* ..... in quo ædificata fuit *l* Basayca ad honorem dicti Emerij, iuxta fluuium vocatum Fargat, in loco S. Stephani de Guialbis, & celebratur dedicatio dicta 16. Kalendas Nouembris, loco sexto, de S. Paulâ loco septimo.

sanctissimè viuit:

secedit in desertum:

tentatur diabolo:

apparens ei Angelus,

k

l

10 Defuncto patre beatissimi Emerij, mater eius non habẽs nisi solũ vnicũ filium, cogitare cœpit in animo, vt eum perquireret, quia amor naturalis eam valdè constringebat eum videre. Veniens mater eius de loco in locum venit postulans vsque ad prouinciam Cataloniæ, postulans & requirens quid esset de exercitu Regis: vbi postulans de dicto exercitu & de filio suo Emerio, dictum sibi fuit quòd nuper erat in loco qui vocatur de Balneis, & sic dicta Candida veniens, & stans in dictâ villâ quæsiuit vbinã esset exercitus Regis, necnõ de filio suo Emerio; & responsum accepit, quòd exercitus iam exinde recesserat, & filium suum Emerium reperiret in quadam insulâ vocatâ de Fargat, in loco S. Stephani de Guialbis. Candida verò gaudens & lætabundè venit ad dictum locum, & ibi inuenit filium suum, præ gaudio nihil sibi poterat dicere. Et filius videns eam habuit magnam consolationem de visione matris, & mater de visione filij.

mater vidua eum perquirit,

reperit

11 Candida verò morans ibi per aliquos dies, filius suus dixit ei: Mater mea cara, per Deum te rogo & admoneo vt hinc recedas; quia amor tuus me conturbat à diuinis eloquiis, & orationibus. Mater verò turbata de sermone filij, dixit ei: O fili mi, tã modica erat consolatio tua & mea: ego tecum volo Deum omnipotentem seruire, & pauperem vitam ducere. Filius suus Emerius: Mea cara mater, nõ potest fieri; tamen volo recedas à me nisi tantùm quantùm iactus fuero istum baculum siue virgulam. Mater verò eius cogitans, quòd non iactaret nisi parum; proiecit virgulam illam quam in manu tenebat, & proiecit multùm valdè longè. Mater verò eius propter promissionẽ datam filio suo inde recessit, & stetit in loco illo sibi assignato, & ibi morauit, & ibi clausit dies suos; *m* & anima eius requiescat in ace, Amen.

ab inuicem recedunt.

m

12 Erat autem cum beatissimo Emerio quidam monachus, nomine Patricius, cum eo obtinens. Quodam verò die cùm esuriisset & panem non haberet, constringi cœpit in animo suo, vir Domini Emerius contristari, dicens: Quia nos omnes plenam refectionem habemus, quare de hoc seruo Dei non procuratum est? Responderunt ministri, nihil se reperire potuisse: at ille sanctuarium intrauit, quo reliquiæ tenebantur, & orauit. Cùm interim vnus ministrorum, nomine Iustus, ad leuandam aquam cucurrit. Erant autem in riuo illo pisces semidalem

Emerij merito piscis capitur, quo plures saturantur.

dalem habentes menſuram. Quidam verò piſcis, dum Iuſtus hauriebat aquam, exiens de aquâ venit in riuum, quem Iuſtus ſuſcipiens B. Emerio detulit. Ille gratias Deo referens, piſcem præparare fecit: de quo Patricius monachus vſque ad ſatietatem comedit. Cumque pars dimidia ſupereſſet, cogebat eum vir Domini dicens, quòd aliud non haberet ad cibum, hunc comederet. Cumque ſatiatum aſſereret, & mi ..... tam ille, quàm omnes ſatiati ſunt.

13 Et B. Emerius quotidie in oratione ſtans & perſeuerans, ieiunando, & eleemoſynas faciendo, ſpiritum reddidit altiſſimo Domino; & ſepultus fuit iuxta altare per Patricium & alios miniſtros, & anima eius coronata eſt in cælis; vbi nos requieſcere valeamus cum Patre & Filio, & Spiritu ſancto, qui viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Emerius moritur.

a *Dubium eſt, num* Carolus Magnus *hic ſit, vt omnes interpretantur; an* Martellus, *qui & alibi Rex vocatur, quia Regibus imperabat. Sub hoc ſauitum in Chriſtianos à Saracenis: & licet irrumpentes in Gallias memorabili prælio fuderit, non tamen in Hiſpaniam vſque perſecutus eſt.*

b *Eiuſmodi legationis ad Carolum Magnum ſæpius alibi mentio fit. Mirum eſt non maiora auxilia & ſæpius eò miſſa, cùm tantis animis, tot annis, bella aduersùs Saxones ab eo geſta ſint. Sed hæc Dei iudicia ſunt.*

c *Gallum fuiſſe* S. Emerium, *non ſolùm Menardus & Sauſſaius gloriantur, ſed & Domeneccus ac Yepes fatentur.*

d Bandilonem *vocat Menardus.*

e *Ἄπιστον hoc. qua tam inſoliti miraculi neceſſitas? Domeneccus ait exiguo tempore ad iuſtam ſtaturam adoleuiſſe.*

f *Vel inſtinctu aliquo cæleſti, vel piorum Procerum Antiſtitúmve conſilio.*

g *Domeneccus ſolùm pluribus diebus obſeſſam Carcaſſonam ſcribit. De* Carcas *heroinâ, vnde factum fuerit vrbi nomen, fabulatur Philumena, refutatus à Catellio.*

h *Ait Domeneccus vidiſſe Sanctum turrim vnam moueri. à Philumenâ deſcriptum, vt ex Catellio patet, qui plures vulgi Carcaſſonenſis de eâ aliáque turri fabulas perſtringit. Paria de Pampelonâ, quam verè Carolus expugnauit, alij quoque tradidêre; nihilo probabiliùs.* Ex MSS.

i *Teſtatur Domeneccus ad oram huius ſtagni viculum eſſe, ſiue mapalia quædam, &* Lio *appellari: quoſdam tamen tradere, non leonem, ſed draconem à Sancto interemptum.*

k *Supplet quæ hîc deſunt Domeneccus*: Nec mirum, ſi nihil aduersùs illum poterat inimicus. Geſta hæc ſunt eo loco vbi nunc extat ad eius honorem ædificata eccleſia, *&c.*

l Baſilica *legendum videtur.*

m *Tradit Domeneccus, eius honori ædificatam eccleſiam, agiq; quotannis eius celebritatem, atque in diuino officio hanc recitari orationem:* Tuorum corda fidelium Deus miſerator illuſtra, & B. Candidæ precibus glorioſis fac nos proſpera mundi deſpicere, & cæleſti ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum. *Addit videri obiiſſe circiter annum 798;* Emerium *ei aliquamdiu ſuperſtitem extitiſſe.*

Alia miracula ex Domenecco.

1 ANno Chriſti MDLX. graui ophthalmiâ torquebatur Marianna Valentina: argenteos S. Emerio oculos vouet, ſi ſibi præſto eſſe dignetur: interim ſacrum in eius æde fieri curat; atque illicò omnis abſterſus oculorum eſt dolor. *Oculorum dolor ope S. Emerij pulſus,*

2 Sequenti anno Gaſpar Oliuerius difficili correptus eſt morbo: S. Emerio pro eius incolumitate eadem ſupplicat Marianna, ſacris ad eiuſdem Sancti honorem procuratis, votoque nuncupato, eius ſolemni pietate celebrandæ feſtiuitatis, continuò vires redeunt infirmo. Verùm cùm neſcio quid operis, voti immemor, S. Emerij feriis aggreſſa eſſet Marianna, Oliuerius ſubitâ inualetudine in vitæ diſcrimen perducitur: à quo mox S. Emerij ope imploratâ liberatur. *ager ſanatus,* *voti violatio punita.*

DE S. GAMELBERTO

PAROCHO IN BAVARIA.

SVB FINEM VIII. SEC. XXVII. IANVAR.

1 *Oppidum eſt Bauariæ inferioris* Michelsbuch, *haud longè ab Iſaræ amnis in Danubium ſeſe exonerantis oſtio. Hic Parochum egit coliturq; etiamnum* S. Gamelbertus, *ſiue* Gamulbertus, *aut* Amelbertus, *vel, vt Auentinus ſcribit,* Amalbertus. *Eius natalis, vt habet MS. vita, agitur VI. Kalend. Februarij, vt VVolfgangus Selender, XVI. Kal. Februarij: at neutro die in noſtris Martyrologiis eius nomen reperimus.*

S. Gamelberti natalis,

Vita.

2 Vita S. Gamelberti, ſeu Gamulberti, *inquit Matthæus Raderus noſter tom. 2. Bauariæ ſanctæ,* habetur Ratiſponæ in monaſterio S. Emmerammi in membranis: in illo videlicet codice, ex quo deſumpta fuit & deſcripta vita S. Seuerini Noricorum Apoſtoli & à Welſero typis tradita. *Aſſeruatur in Carthuſiâ Colonienſi MS. codex cuius titulus eſt:* Antiquitates ſelectæ de vitis Sanctorũ ex MSS. Carthuſiæ Gamnicẽſis in Thuringiâ, operâ F. Iacobi Bilagij Erfordienſis Carthuſiani. *Hinc nobis* S. Gamelberti *vitam deſcripſit Ioannes Gamanſius noſter. cui ſententiâ atque ordine rerum, non verbis, congruentem edidit ex autographo VVolfgangi Selenderi Raderus noſter.*

de eo ab Auentino perperàm ſcripta:

3 *Iſta de* S. Gamelberto, *&* B. Vthone (*de quos nos III. Octobris*) *ſcribit Ioannes Auentinus Annalium Boiorum lib. 4.* Erant duo Sacerdotes (*quo tẽpore Taſſilonem Bauariæ Ducem debellauit Carolus Magnus, quod ſub annum Chriſti 787. accidiſſe Annales Fuldenſes teſtantur*) Erant *ergo* duo Sacerdotes, Diuus Amalbertus, & Vto in Boiariâ inferiore; ceteris pietate & eruditione anteſtabant. His Magnus & eorum ſymmyſtis templum magnificè conſtruxit ſupra oſtia Iſaræ, vbi riuus Metena, qui nomen monaſterio facit, in Iſtrum fertur. Illi adhuc ibidem religiosè coluntur. *At quocumque tandem tempore conditum id cœnobium ſit, non* S. Gamelberto *conditum eſt, qui ad Danubij dextrum latus perpetuò commoratus eſt; ſed poſt huius obitum,* Vthoni.

4 *Agit de* Vtone *&* Mettenſi *monaſterio Andreas Brunnerus noſter Annal. Boiorum tom. 2. lib. 6. ad annum 799. vbi alia breuiter* S. Gamelberti *acta, ſed ex fide, commemorat.* *ab alio.*

VITA AVCTORE ANONYMO,

Ex MS. codice Carthuſiæ Colonienſis tranſcripta à Ioan. Gamanſio Soc. IESV.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 OPuſculum quoddam iam dudum incepturus fueram, niſi quòd ingenioli adhuc inculti ſiccitatem pertimueram; ſed diutius facere non audeo dilationem, propter multorum Domino ſeruientium, qui nanc a me poſtulant petitionem. Hoc autem eſt vitam S. Gamulberti, omnium anxiorum adiutoris egregij, nimis incommodè hactenùs latentem, cunctis ſcire volentibus facerem ſcribendo patentem. Incommodum ſiquidem erit, ſi reus eum oratorem ignorabit, qui plurimùm apud Iudicem valebit. Vereor autem aliquos lectores ſuam faſtidio habituros vtilitatẽ, propter meam, qui ſcriptor eram, vilitatem: quod tamen indecens eſt ſapienti, vt aliquem bona, etſi non benè, loquentem dedignetur oculo liuenti. Quapropter eos ſi qui ſunt, quod abſit, volo commonefacere, vt non hoc intendant tantoperè, quis vel qualis compoſitor fuerit, quàm quid & de quali cõpoſuerit. Et ſi quiſquam me arguerit impoſſibilium rerũ eſſe præſumptorem, illi meam ex cordis venâ verè pando intentionem, quam habui toto hoc triennio, cùm frequenti rogatu perſuaſus ſim inchoare; ſed egomet me diffiderem poſſe conſummare. Quis, inquam, ego ſum tantillus, plũrimis peccatorum laqueis irretitus, nec vllo ſapientiæ ſale conditus, vt Sancti *Excuſat ſe ſcriptor, quòd impe- ritus hoc opus ſuſcipiat,* *ab alius omiſſum:*

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

cuiuſquam geſta dignis ſcriptis valeam explicare, quæ ſat ſcio meis viribus præpõderare? Viri etiam illuſtriſſimi timuerunt tale opus aſſumere ſibi: & ob haud aliam rem à pluribus noſtris anteceſſoribus hæc eadem materia intacta dimiſſa eſt hactenùs. Perterruit me quoque ſententia veridici ſermonis, quia nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Eccli. 15. 9.

quibus rationibus motus id agat.

2 Igitur cùm hæc mẽti iugiter ineſſet meditatio, ſubintrauit alia quædã huic contraria cogitatio: quippe illũ timorẽ penitùs eſſe reprobandũ, qui ſuaderet quippiam incipiendi boni propter difficultatem euitandum; maximè cùm omnia potentis & bonæ ſolummodò voluntatis Dei adiutorium omnibus beneficiis promptiſſimum ſit & volũtarium. Priores autem, quod dicitur, Dei margaritam in ignorãtiæ ſterquilinio ſordentem viderũt, ſed cùm eam ſcientiâ emũdare, atque notitiâ expolire voluerunt, forſitan aut acediâ aut iniuriâ intermiſerunt. Quoniam, quãuis vt debuerunt, non potuerunt; debuerunt, vt poterant, Dominum in Sanctis eius laudare. Hi cùm finem vitæ ſibi ſenſiſſent adeſſe, quàm tũc voluiſſent, hoc, aut tale quid exſudaſſe? Quomodò tu verò excuſabilior eris, cùm vacuis manibus Domini conſpectibus apparueris? Quid ſi iidẽ, quos prædixeras petitores, à Domino miſſi ſunt tui ſtudij & fraternæ obedientiæ exploratores? Quocircà ſi quis aduerſarius inſcientiæ tibi intorſerit obiectionem, tu quaſi clypeum obiice deuotionis & obedientiæ protectionem. Et cuiuſcumque criminis obtenderit intentionem, ſatis congruam in præſcriptis inuenire valebit depulſionem.

CAPVT I.

Geſta ante ſacerdotium.

Prologus alter mutilus.

3 CVm genus humanum, ad Dei ſimilitudinem factum, de ſtatu ſibi traditæ dignitatis cecidiſſet, & adueniente plenitudine tẽporis Deus cõditor illud in gradum priſtinum reſtituere voluiſſet; Verbum ſuum, id eſt, filium, quẽ ad omnia creanda dudũ habuerat cooperatorem, communi vtrorumque voluntate miſit in mundum ad hominis redemptionem; vt qui per dæmoniacã captiuitatem ſerui peccatorũ fueramus, adoptionem filiorum Dei reciperemus; qui ſicut abſque carnali concupiſcentiâ, Spiritu ſancto ſuperueniente, viſceribus matris fuit ingeſtus, *a* &c.

a

4 Hic itaque vir Domini ſanctus de Baioariâ extitit oriundus, de vico qui Latinâ interpretatione dicitur *b* Fagetum, non longè à confluentiâ Danubij & Iſaræ fluuiorum, de bonâ & nobili parentelà, tempore quo iam per Teutonicum regnum floruerat fides Catholica. Parentes eius de propriis victitabant rebus, & de ſufficientibus prædiis, quæ habebant, non voluptuoſos, ſed moderatos fecerunt ſumptus, iuſtis actionibus ac ſanctis vitam tranſigentes, quæ dicitur ſecularis. Primam igitur ætatem, quæ eſt infantia, tam integrè, tamque innocenter Sanctus iſte peregit, vt nec animæ ſuæ, nec alicui viuentium voluntate ſuâ nocuerit. Numquã eum inuaſit iactantia, numquàm ineptus ludus, aut pueritiæ comes petulantia, ira, & rixa, quæ id ætatis homines aliquoties ſine cauſsâ ſtimulant, eius animam rarò vel coactim intrabant. Verè iuxta Apoſtolum malitiâ paruus, ſenſu autem fuit perfectus. Et quoniam Deus illum præordinauerat fore vas electionis, nequiuit ſubiici humanis affectibus prauæ actionis. 1. Cor. 14. 20.

b

S. Gamelberti patria,

genus,

ſancta pueritia,

5 Pater autem cùm eum hæredem & filium nutrire cuperet, &, vt moris eſt, ad vſum militiæ inſtrueret, armigerum ſibi aliquoties fecit, armaque militaria aut ſuſpendit puero, aut præcinxit: quæ numquàm vel ad momentum poterant ei adhærere; ſed mox vt circumdata ſunt *c* decidêre. Quapropter indignati pater & fratres, eius hoc ignauiâ fieri exiſtimantes, eum omni inhumanitate arguebant, dicentes ſegnem, ineptum, ac fatuum: nec diuinam prouidentiam proſpectabant, quæ ad ſpiritualem militiam præelegerat eum.

cõtemptus armorum,

c

6 Tandem pater harum rerum pertęſus, non abſque Dei nutu, poſuit eum paſtorem ſuis gregibus. Dignâ quippe ratione, vt cum Dauid cuſtos fieret ouium, qui cum Petro futurus erat paſtor animarum. Ille autem qui ſe totum humilitati & obedientiæ tradidit, ambienter impleuit omne quod ſibi furens pater quaſi pro dedecore præcepit.

ouium pascendarum cura.

7 Accidit autem quadam die in paſcuis, vt diuinus ſopor opprimeret membra corporis: & quando poſt quietem euigilauit, libellum conſcriptum ſuper ſe poſitum inuenit, quem aſſumens circuiuit viros Eccleſiaſticè doctos, petere, vt ab hac ſcripturâ incipientes diuinæ legis diſciplinâ eum curarent inſtruere. Hoc inceptum quoniam ab ipſo Domino immiſſum fuerat, profecit in breui, quantum decuit. Nec ſolùm in eo creuit litteralis doctrina, ſed etiam omnium virtutum diſciplina. Et quia Magiſtris ſuis recitantibus audiuit, quòd mors & vita in manibus linguæ poſita ſit, prohibens linguam, ne diceret malum, & labia ſua ne loquerentur dolum, non ſolùm à ſermone nociuo, ſed etiam abſtinuit ab omni verbo otioſo. Scripturam Apoſtolicam quæ dicit, Nolite iurare, tantâ vigilantiâ niſus eſt obſeruare, vt ſolummodò per Eſt & Eſt, affirmationem; & per Non & Non, omnem faceret negationem. Si cuius ex ore audiuit maledictionem, vel turpem immundumque ſermonem, à tali maliloquio os ſuum refrenare, quod corpori & ſanguini Dominico deberet communicare, commonuit.

ſtudia litterarum,

lingua cuſtodia.

Matth. 5. 34. & 37.

8 His & talibus intentus ſtudiis peruenerat iam ad robur integræ iuuentutis: cumque magis ac magis creſceret in virtutibus, quas illi quotidie ſuperauxerat Dominus, non plus adoleuit corpore & ætate, quàm iuſtitiâ & omni pietate. Hoc videns diabolus totius generis humani hoſtis antiquus, tam immunem eſſe à capitalibus peccatis, condoluit: & quo hamo illum deciperet, haud facilè inueniebat; quem carnalium illecebrarum edulia omnia parui pendere cernebat. Etenim viam iniquitatis omnem à ſe penitùs amouerat, & viam veritatis elegerat. Eſcas & potum non tantùm ad carnis voluptatem, quantùm ad imbecillæ naturæ moderabatur neceſſitatem. Nihil quod mundanum eſſet appetebat, etiamſi in mundo magis ex debito, quàm ex voto viuebat. Vnde ſerpens venenoſus mille artibus inſtructus nocendi, anguſtiabatur, & quò ſe verteret, quidve inciperet neſciens, vndique tergiuerſabatur. Tandem alicuius retractans memorabatur victoriæ, quam quondam de Protoplaſto fecerat per feminam, nullam perſonam æſtimans aptiorem, per quam ſuæ ſuaſionis dirigeret immiſſionem; mulieris cuiuſdam mentem libidinoſam inuaſit, eamque ad illiciendum eum & ſollicitandum incitauit. Quæ furiis ſuccenſa venereis, cùm lentus amor percurriſſet intima iecoris, ſola ſolum Dei famulum aggreditur, cupiens illum participem facere incendij, quod patiebatur, & quod vſitato hominum more congruentiùs pateretur, pudore reiecto mulier impudens petere conatur; Eia, inquit, iuuenum amantiſſime, mihi præ omnibus rebus iucũdiſſime, diu eſt quòd talem locum & tempus exſpectaui, diu quòd tantæ opportunitatis confabulationem deſideraui: conſenti modò mihi, vt cupitis complexibus fruamur, & delectabiliter nobis commiſceamur. Nemo nos poterit videre, qui hoc factum valeat indicare. Ille audiens inceptis & profeſſioni ſuæ contrariam ſuaſionem, & ſubintelligens diabolicam eſſe legationem, Noli, ait, mulier mihi perſuadere, quod tibi nec volo nec audeo auſcultare. Si ſuggeris omnium hominum abſentiam, ego ſcio diuinam vbiuis adeſſe præſentiam, cuius ego magis pertimeſco iudicium, quòd omnia verè ſciens non indiget præſentiâ teſtium. Salomon dicit: Fauus diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius; nouiſſima autem eius amara quaſi abſinthium, & acuta quaſi gladius biceps. Quid mihi dulcedo paruiſſimi momenti ad comparationem ſempiterni tormenti?

caſtitas tentata ab impudicâ muliere,

propugnata Dei præſentiæ memoriâ,

Prou. 5. 3.

9 Mu-

fugã. 9 Mulieris tamen mirabilis cupido non potuit ſalutaribus monitis leniri, ſed molliens ſermones ſuos, plus cœpit blandiri, monſtrans illi in proximo ſtantia arbuſta, vbi perfici valeret concupiſcentia eius iniuſta. Videns ille quòd nullo conſilij eam curare poſſet medicamine, timens etiam propter carnis infirmitatem crimen, quod offerebatur, incurrere, totis viribus in pedes ſe coniecit, curſuque rapidiſſimo aufugiens euaſit. Igitur fortis athleta Domini, quia victoriam adeptus eſt in hoc agone, ſempiterni donatiui à Rege cælorum ditatus eſt remuneratione, ſcilicet vt propter hoc caſtitatis luctamen, vſq; *e* ad obitum vitæ præſentis perduceret *d* inuiolatam virginitatem.

a *Addiderat hîc Bilagius, vt opinamur:* Quæ ſequuntur quaſi Prologus ſecundus, ad ipſam hiſtoriam parum aut nihil pertinentia, ſine vllo detrimento hiſtoriæ voluntariè omiſi. Sequitur ipſa hiſtoria.

b *Fagus* buche *dicitur, ſiue* buchbaum *Germanis: locus hic* Michelsbuch, *quod* Michaelis-fagum *ſonat.*

c *Selender:* ſed & arma militaria, quibus induebatur ſæpius, ſemper abiiceret. *At Raderus:* Hic, vt Metenſis cœnobij Annales docent, ex nobili ſtirpe oriundus, primam & florentem ætatem Marti apud Pipinum Caroli Magni patrem (quamuis inuitus) initiauit: mox rerum cæleſtium amore incenſus, genus militiæ non deſiit, ſed mutauit, *&c.*

d *Selender:* Quâ inſigni reportatâ victoriâ, Deo virginitatem vouit.

CAPVT II.

Sacerdotium. virtutes.

10 QVoniam autem totas vires animi & corporis cõ- *a* uerterat ad diſcendũ & faciendũ ſeruitiũ Domini, eodem *a* die quo acceſſit ad clericatũ, ſuſcipere meruit omnes ordines Eccleſiaſticos, etiam preſbyteratum. Defuncto autẽ eo, qui ipſum genuerat, patre, & diuiſâ inter fratres, vt par fuit, hæreditate, eccleſia ſimul & pagus, *Sacerdotium,* vnde natus erat, in partem eius conceſſit, quam ipſe iure ſacerdotij & ſpirituali patrocinio rexit omnibus diebus vitæ ſuæ, conuerſatus ſine querelâ, ſubiectos & animarum & corporum defenſans tutelâ. A die ordinationis ſuæ cogitans, Domini gratiam in ſe largiorem, adiicere cœpit ſibi abſtinentiæ, plus quàm anteà ſolebat, rigorem, *abſtinẽtia,* inde domi peragit annos quinquaginta; cùm interim numquàm guſtauit carnium vllius generis alimenta. Sufficientem habuit ſubſtantiam, ſed eam omnimodis diſtribuit in pauperum indigentiam, eſurientes alebat, ſitientes potabat, nudos operiebat, quia carnem ſuam in *miſericordia,* illis conſpiciebat. Oculus fuit cæco, & pes claudo: oſtium eius viantibus patuit; quoniam ſummæ hoſpitalitatis fuit. Infirmis & afflictis exhibuit omnem, quam prævaluit, curam: mortuis cum omni deuotione orationem impendit, & debitam ſepulturam.

b 11 *b* Quinquaginta verò annis, quos ſuprà ſcripſimus, peractis in his & talibus operibus, Romam perrexit cauſsâ orationis, cum omni affectu intimæ deuotionis. In quâ profectione quantas preces Domino miſerit, *peregrinatio Romana:* quàm acceptas lacrymas, tam in eâdem vrbe, quàm per omnia quæ attigit loca, fuderit, quis hominum enarrare dignè vel pleniter poterit? In eodem itinere, *c* dum *c* ad quoddam diuerteret hoſpitium, fortè offerunt ei ad baptizandum quemdam paruulum: quem, vti ſemper promptus erat benefacere, fide dictâ baptizauit, ipſeque eum de fonte ſancto eleuans Vtonem nominauit. Et prę- uidẽs eum in ſpiritu magnum eſſe futurum & ſuam hæ- reditatem poſt ſe poſſeſſurum, indixit parentibus, vt eum *de B. Vtone prophetia,* ſanctitatis ſtudio nutrirent, & virum factum ad ſe domum tranſmitterent. Indicauit patriam, nominauit prouinciam, vicum & locum indiciis patentibus præmonſtrauit; ſicque cœptum iter repetens conſummauit.

12 Peracto autem, Dei gratiâ comitante, itinere, regreſſus ad propria, arctioris propoſiti etiam tunc ſe conſtrinxit regulâ, ſcilicet quoniã ceteras corporis partes iam pridẽ habuit cõpreſſas, hic etiã greſſibus præfiniti termini modũ poſuit. Et primùm ſummâ diligentiâ conſiderans, *d* quantum de atrio ſuo ſibimet eſſet ineuitabile pro *d* per-

petrando officio diuino, & corporis proprij neceſſitate; AVCTORE dehinc quatuor cruces ligneas per totidem cæli plagas ANONYMO, conſtituit, quarum metas numquàm poſteà, niſi ſemel, EX MSS. prætergreſſus exiit. Hoc autem factum eſt ſolitâ diaboli fraude & inſidiis, vt quidam ab eo haud procul tumultum concitarent, prope vſque ad effuſionem ſanguinis. *voluntaria ſui inclusio,* Ibi cùm Pater ſanctus, ſciens Deo carius eſſe diſcordantes pacificare, quàm ab opere neceſſario vacantem pertinaciter in propoſito perſeuerare, arrepto baculo, curſu pergito exiens, quamuis obſiſtentes eos non antè dimiſit, quàm pacem firmiſſimam inter eos cõciliauit. Et hoc fuit inſigne miraculũ, quòd furioſos & non ſanæ mentis homines ad quietum reducere valuit animum, ſed ex Domino his, qui cum illo agunt, omnia ſunt facilia, quæ humano modo viuentibus videntur impoſſibilia. Verè vocabuntur pacifici filij Dei, hæreditate poſſidentes *ſtudium diſſidentes conciliãdi,* opera Domini, ipſo dicente: Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet. Seruis etiam ſuis inuicem litigantibus, ſi non eos ſedare prævaluit monitis ſalutaribus, veſtes ſuas & alias pecunias illis tribuit, aut liberos vnà cum filiis eſſe permiſit, dicens: Melius eſt mihi quamuis immeritam libertatem vobis concedere, quàm in corrigendis vobis Deum offendere. Ipſe cum omnibus pacem habuit. Inſuper quoſque diſcordantes in gratiam redigere ſtuduit.

13 Fuit autem tam ſagax cuſtos matris virtutum hu- *humilitas in veſtitu,* militatis, vt omnium etiam inferiorum colloquiis eſſet affabilis, & omnibus ſe inferiorem & viliorem non ſolùm ſuâ linguâ pronuntiaret; ſed etiam intimo cordis affectu exiſtimaret. In veſtibus etiam eius grãdis humilitas oſtẽdebatur: quia talibus libẽtiùs vtebatur, quas magis hiſpidas & rigidas viliùs poſſet emere, quàm quas maiori pretio deberet acquirere. Patientiam autem te- 1. Cor. 4. 12. ſtem humilitatis adeò obſeruauit, vt ſecundùm Apoſto- *patientia,* lica præcepta, maledicenti ſe benediceret, & iniurias ſibi aut rebus ſuis inferentibus, præmiis & donis ſuis benefaceret. Pietatem quoque & miſericordiam non ſo- lùm *e* humanam exhibebat naturæ; ſed propter Deum *e* conditorem omnium, quæ ab ipſo facta eſt, creaturæ; intantùm vt ſi auiculam aliquam nido ablatam à quolibet portari conſpiceret, eam pretio redimeret de capti- *benignitas,* uitate, & in natiuâ reſtitueret libertate. Seruos etiam proprios in cædendis & portandis lignis, aut in aliquo graui ſeruitio forinſecus prohibuit laborare, dum cælum nimiâ tenebatur tempeſtate. Quietem verò & manſuetudinem ſummè diligebat, ita vt manſitare nollet in domo propriâ, quæ magna & ſumptuoſa tumultu famulantium plena fuerat, conſtituens ſibi iuxta eccleſiam quod- *amor quietis,* dam cubiculũ, in quo liberiùs vacare poſſet ad inuocandum Dominum. Ipſi ſoli in eodem viliter inſtructus erat lectulus, in quo per noctes quieuit ſolitarius. Et ſurgens intẽpeſtæ noctis ſilentio, cùm omnes illum pauſare putabant, genua flectendo, mœrendo & flendo Deum exauditorem inclamabat.

14 Mediocriter doctus erat: ſed in Dominico ſeruitio *doctrina,* totum impendebat, quod ſciebat. Annuis autem diebus Quadrageſimæ ſemper dies & noctes incluſit, nec quemquam ad ſe intrare permittens, nec ipſe quoquam exiẽs, niſi ad ſacroſanctum altare, in quo quotidie non omiſit ſalutarem hoſtiam immolare. Ipſe enim à nullo laicorum videbatur, occultatus velo, quod ante ſanctuarium demore ſuſpendebatur. Diaconus verò, qui ad altare miniſtrabat, expetẽtibus ſacramẽta Dominici corporis & ſanguinis dabat. Quicumque *f* Parochianorum ſuorum *f* confeſſionem peccatorum facere voluit, huius ipſe ver- *Quadrageſimale ieiunium.* ba ad feneſtrã *g* clauſæ, in quâ latebat, audiuit, & modum pœnitentiæ indicens, Domino illum reconciliauit. His *g* diebus incluſionis ante veſpertinum tempus numquàm manducauit: & tum nihil, niſi panem atrum & ſordidum, qui cibus ſeruorum eſt, cum ſale & aquâ guſtauit. Ore ſuo totâ die pſallebat & mente cum Pſalmiſtâ Domino dicẽs: Tibi dixit cor meum, quæſiui vultum tuum, vultum tuum Domine requiram. Talem agebat vitam

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

diebus Quadrageſimæ, vt purior & ſanctior appareret feſti Paſchalis tempore.

a *Selender, ſolùm* per gradus ſingulos aſcendiſſe ad ſacerdotium *ſcribit.*

b *Raderus videtur exiſtimaſſe hanc peregrinationem à S. Gamelberto initio ſacerdotij ſuſcepti initam. ita enim ſcribit*: totumque ſe ad res diuinas conuertit; ſacriſque initiatus, Romam profectus eſt.

c *Raderus*: Redux ex itinere infantem ſacro fonte, neſcio quo caſu, luſtrare coactus. *Selender:* In regreſſu vbi ad quoddam diuertiſſet hoſpitium, fortè fortuito, aut potiùs Dei inſtinctu, cũ eius loci Sacerdos non adeſſet, offerunt viro Dei infantem, *&c. at Bruſchius à Radero in Vitâ S. Vthonis citatus, Romæ baptizatum ſcribit. Selender ad fines Italiæ & Germaniæ. De eo plenius* 3. *Octob. ad Vitam Vthonis.*

d Perpetuando *adſcriptum erat ad marginem.*

e *Fortè* humanæ. *ita* ℞ *habet Selender.*

f *Selender*: Si quiſpiam ex Sacerdotibus peccatorum ſuorum confeſſionem facere voluiſſet. *at* parochianus *non Sacerdotem, ſed quemuis, etiam laicum, Parochi curæ commiſſum ſignificat.*

g *id eſt, cella, in quâ degebat. alius* cluſa *dicitur.*

CAPVT III.

Prophetia mors. ſepultura.

Prophetia donum,

15 QVomodò verò Sanctus Domini ab annis pueritiæ per continentiam & ceteras virtutes exarſerat, vt præſcripſimus, ad amorem ſupernæ patriæ, prophetico ſpiritu à Deo promoueri meruit, vt antè obitum ſuum prænoſcere, ſuiſque prædicere hæredem rerum ſuarum ipſe potuerit. Nempe decurſo præſentis æui curriculo, cùm iam carnis in occaſum vergeret, cumque familiares amici & vicini, eius tranſitum appropinquare cernerent, vndique ad illum conuenerunt, & tali voce compellare cœperunt: Hactenùs, Pater ſancte, diuinâ fouebamur protectione, cùm tuorum conſiliorum vſi fuerimus confabulatione, nullus nos conterere quiuit inimicus, nec ipſe humani generis hoſtis antiquus. Iam te petere à Domino ſcimus militiæ miſſionem, vt illam, pro quâ ſemper deſideranti animo laborabas, in cælis accipias remunerationem. Noſtras tamen anteà neceſſitudines procurato, nobiſque Paſtorem idoneum prouideto. Omnes Eccleſiaſticos viros tibi vicinos cognoſcis, ideoque quis digniſſimus tuâ hæreditate ſit, ipſe non neſcis. Nolite, ait, filij de meo diſceſſu contriſtari: quia Dominus, vt cœpit, non deſinet vos conſolari, qui mihi iam dignatus eſt præmonſtrare, quem hæredem meis rebus velit ſubrogare. Hoc quidem anno tranſacto veniet, qui locum hunc poſt me poſſidere debet.

varicinii de ſucceſſore:

16 Iuxta condictum viri Dei, completo anni circulo, venit qui promiſſus erat à Domino vir, quem Sanctus iſte in Romanâ profectione dudum baptizauerat, & ad ſe domum, vt ſuprà diximus, pergere iuſſerat. Tunc conuocatis amicis & ſubditis, allocutus eſt eos S. Gamulbertus talibus dictis: Iam fratres & filij cariſſimi, accepimus promiſſum Domini. hunc virum procul dubio eſſe ſciatis, quem venturum anno priori prædixeram vobis, iſtum dedit mihi Dominus hæredem; ipſum vult veſtrum eſſe Paſtorem. Iuſtâ quidem lege ſucceſſurus eſt mihi, quem ego filium Chriſto & ſanctæ Eccleſiæ per baptiſmum generaui. Hunc ſummâ diligentiâ obſeruate, monitis eius aures corporis & animæ adhibete, qui vos obtemperantes perducere valebit ad regnum, & requiem, quæ nullum habebit finem. His dictis omnia ſua illi contradidit, omneſque, qui aderant, huius traditionis teſtes adhibuit. Et non longo pòſt tempore graui præuentus infirmitate decidit in lectum, emeritam animam poſt ſeculares agones remiſſurus ad Dominum. Conuocans ergo Clericos humanorum exceſſuum fecit confeſſionem, & ſacramenti diuini ſuſcipiens communionem, ad illum hilari mente VI. Kalend. Februarij migrauit, quem omni vitæ ſuæ tempore deſideranter amauit.

eo inſtituto,

felix obitus,

17 Nullus hominum effari poteſt, quanta fuerit cæleſtium lætitia, cùm hunc in ſuum conſortium ſuſcepe-

runt, nullâ ſordidatum ſpurcitiâ, qui & talentum ſacerdotij benè diſpenſati ſummo Sacerdoti & Angelicis ſpiritibus retulit integrum. Homines verò, qui exequiis illius congregati aderant, funus decenter procurabant, omni religione, quâ poterant, crebris gemituum ſingultibus & flumine lacrymarum, Domini implorantes ſibi adeſſe clementiam, quibus tanti tamque neceſſarij Patroni ſubtraxiſſet preſentiam. Quamuis enim adiutorem in cælis eum eſſe credebant, corporalem tamen eius abſentiam grauiter ferebant.

exequiæ,

18 Die autẽ illâ, quâ terræ cõmendandum erat eius ſanctum corpuſculum, fecit Dominus grande & memorabile miraculum, vt & eos, qui adeò triſtabantur, lætificaret, & quanti meriti vir ille apud ſe fuerit, demonſtraret. Nam tempore illo eruperat tanta vis ventorum & pluuiarum, vt diffiderent eum ſepelire plerique, qui aderãt iure exequiarum. Ideoque dolor aëreæ commotionis augebat amplitudinem inſiti pro orbitate mœroris. Aliqui tamen altiori conſilio de Domini miſericordiâ præſumentes, ſuiſque complicibus vt idem facerent conſulentes, quæ facienda erant inchoabant, candelas accendebant, feretrumque leuabant. Eâdem horâ quieuit pluuia, virtute diuinâ interim ſuſpenſa ceſſauit, donec delato in eccleſiam corpore ſalutaris hoſtia pro eo à Sacerdotibus immolaretur, & ſanctum corpuſculum ſepulturæ traderetur. Peracto autem exequiarum officio diſcedunt turbæ, quæ confertim vndique confluxerant omni ſtudio, moxque tempeſtas tanta freno laxata rediit, quanta etiam ante ſepulturam fuit. Omnes hæc videntes de tanto miraculo lætificati, grates immenſas retulerunt magnificæ Trinitati, quæ voluntatem timentium ſe facit, & deprecationem eorum exaudit.

repreſſi celitus imbres & vẽti ad tempus;

CAPVT IV.

Miracula poſt mortem.

19 ECcleſia autem eadem poſtquàm ſanctiſſimam accepit glebam, diuinam ex integro conſecuta eſt gratiam, ſcilicet ſæpius Angelicis viſitationibus honorata, & cæleſtis ſplendore luminis illuſtrata, aliquando quidem circa canticinium, multoties verò mediâ nocte; & poſtquàm cerei quaquà verſum per ſacellum diſpoſiti, nullo hominum ingrediente, videbantur ſimul omnes accenſi. Populi autem de regione circumſtantes, nullâque confidentiâ acceſſum præſumentes, miri odoris fragrantiam eminùs hauſerunt, & diuinam omnipotentiam ſimul & clementiam, & ſanctiſſimi viri pietatem laudando prædicauerunt.

eccleſia cæleſti luce colluſtrata,

odore perfuſa,

20 Non longo pòſt tempore ad oſtendenda ſerui ſui merita, multa Dominus operari cœpit miracula; vt videlicet muti illic linguæ officium, debiles vitalem membrorum motum, & omnium infirmitatum languidi reciperent ſanitatis donum.

miracula iſthic facta:

21 Fuit quidam pauperrimus homo, nomine Reginhertus, rebus tenuis, & totius corporis adeò debilis membris, vt nuſquam omnino progredi valeret, niſi genibus & vlnis, quaſi fera quadrupes, reptaret. Hic auditis ſignis, quæ Dominus ad tumbam ſui fidelis miniſtri iugiter oſtendebat, quo pacto ad illum locum pertingere poſſet cogitabat. Nouem etenim annis continuatim grauiſſimâ languerat infirmitate, proindeque tantâ emarcuerat debilitate. Niſu igitur, quo poterat, cœpit ſe mouere, & de adiutorio diuino præſumens, reptando obtinuit peruenire, cumque intimâ deuotione iacuit aliquantum temporis, ſalutem animæ & corporis iugiter exſpectans, & fideliter obſecrans, apud tumulum ſanctiſſimi Confeſſoris. Quadam nocte nimius horror cum tremore illum inuaſit, qui omnia eius membra ſimul conquaſſauit. Recedente terrore ſanus homo ſurrexit, quoniam debilitas omnis penitùs ſimul abſceſſit.

contractus ſanatus.

22 Alio rurſus tempore quidam ita peſſimè debilitatus, vt manibus tantùm & brachiis in ſcabello nitens poſt ſe trahe-

item alius.

se traheret corpus, velut alienum pondus, eò quòd cetera membra essent immobilia, & ad vsum naturæ inutilia. Sperans igitur sanitati restitui meritis viri sanctissimi, ad confessionem eius properare concupiuit, sed quo pacto perueniret, quidúe inciperet, nesciuit. Homines autem qui eum sciebant, eius fidem & voluntatem audientes, miseræque passioni, quam tolerabat, condolentes, volebant eum vehiculis asportare; sed ipse maluit suo nisu, quomodò posset, iter consummare. Motu ergo solito viam ingressus, serpendo potiùs quàm incedendo peruenit ad locum, quem sitiuit ardentiùs. Veniens autem impetrauit à custodibus ecclesiæ, vt liceret sibi ad sepulchrum hominis Dei diebus ac noctibus excubias agere, si quidem Deus Sanctum suum in se voluisset mirificare, seque pro sanitate clamantem dignaretur exaudire. Neque in eâ confidentiâ spe frustratus inani. Quia dum aliquamdiu ibi demoraretur, integræ restitutus est sanitati.

AVCTORE ANONYMO Ex Mss.

DE S. SVLPITIO EPISCOPO

GISLENOPOLI IN HANNONIA.

XXVII. IANVAR.

1 *Gislenopolis oppidum est Hannoniæ in Belgicâ II. ad* Haynam *flumen, vnde nomen prouinciæ, oppido verò à* Cellâ S. Gisleni, *nobili & antiquo monasterio, de quo plenius ad* S. Gisleni *vitam IX. Octobris. Hic reliquiæ asseruantur* S. Sulpitij *Episcopi, cuius natalis agitur XXVII. Ianuarij. De quo Molanus in addit. ad Vsuardum:* Cellensi monasterio, depositio sancti Patris Sulpitij Episcopi & Confessoris. *plenius in Indiculo SS. Belgij:* S. Sulpitij Episcopi & Confessoris corpus, vel corporis reliquias, habet Cella, siue S. Gisleni monasterium, quod est antiquissimum in Hannoniâ. Vnde in Martyrologio ibidem legitur die XXVII. Ianuarij: Depositio S. P. N. Sulpitij Episcopi & Confessoris. & die XXI. Iulij: Cellensi monasterio, Translatio S. Sulpitij Episcopi, & S. Leocadiæ Virginis *&c. De eodem agit Galesinius, Ferrarius, Canisius. Rabanus & MS. S. Maximini ista habent hoc die:* Et natiuitas S. Sulpitij Episcopi & Confessoris. *quæ si de hoc scripta sunt, oportet illius veneration em latè celebrem fuisse, etiam antequàm in Belgium deportarentur eius reliquiæ, aut certè hæc ab aliquo posteà ad Rabanum adiecta. vti & versum illum existimamus VVandelberti Martyrologio post hanc translationem additum:*

S. Sulpitij Episc. natalis.

Sulpitius, Balthildis & Aldegunt quoque vernant: *at XXVI. Ianuarij* S. Sulpitius Episcopus Bituricensis Confessor *à Bedâ, Notkero, MSS. memoratur, cùm* Pius *XVII. Ianuarij,* Seuerus *XXIX. eiusdem colantur, vt suspicio sit Baiocensem fortassis hunc nostrum in illis auctoribus recenseri, vrbe, in quâ sederit, mendosè expressâ.*

2 *Refertur quoque* S. Sulpitius *in Martyrologio Benedictino ab Arnoldo VVione, Hugone Menardo, & Benedicto Dorganio. & VVion quidem,* Monachum hunc fuisse S. Gisleni, *inquit,* coniecturâ ducor illorum verborum PATRIS NOSTRI, quæ in Martyrologio illius cœnobij leguntur; sic enim habent: Depositio S. P. N. Sulpitij. *Melius Menardus lib. 1. obseruat.* Quòd si verò à Cellensibus monachis Pater appellatur, id fit quòd eum locum sui corporis præsentiâ foueat. An autem alibi fuerit monachus obscurum est. *Egit, vt infrà dicetur, vitam solitariam; num ante episcopatum, an eo legitimè abdicato in perpetuum, an solùm secedendo ad tempus ad captandam tantisper quietem, an monasticis institutis anteà in cœnobio formatus, quo tempore, nescimus.*

An fuerit monachus?

solitariè vixit.

3 *Cuius quoque Antistes vrbis extiterit, non est exploratum. Molanus in Indiculo:* Alicubi legi Bayensem fuisse Episcopum, & cum S. Leocadiæ reliquiis ex Hispaniis translatum esse ad S. Gisleni monasterium. *Baiensem quoque VVion, Canisius, Galesinius vocant. Molanus in Natal. SS. Belgij:* Fuit autem Episcopus Baionensis in Gasconiâ, siue, vt litterati quidam loquuntur, ad Aquas Augustas, in limite Hispanensi. id enim constat ex sermone de translatione. *Idem in Fastis Belgicis scribit Miræus. At primùm haud remur* Aquas Augustas *esse* Baionam, *sed* Auscitanam, *siue* Auxitanam *vrbem, vulgò* Acqs; *cùm* Baionam *alij* Boionam *à* Boiis *dictam velint, alij cum Massono olim* Lapurdam *fuisse, præsidio Romano munitam. Vtut sit,* Sulpitium Baionensem *aiunt fuisse Menardus, Saussaius, Cl. Robertus, omnes Molanum solum secuti. At Ferrarius hoc die in Notis:* Alij illum Episcopum Bayonensem faciunt, (quæ ciuitas Aquitaniæ est extrema in Hispaniæ confinio) alij Episcopum Baiocensem, quod verisimilius est; nam Baiocæ ciuitas Episcopalis Normanniæ, vulgò Bayeulx nominatur. *Hanc veri similitudinem ducere videtur Ferrarius, ex affinitate* Bayensis & Bayeux. *At nobis alia ratio est, cur Ferrario subscribamus, videlicet quòd in Normannia vitam solitariam egerit, (quis credat huc potissimùm venturum fuisse Bayonâ Vasconiæ) quòd repertum sit eius corpus, ac deinde translatum ab eo qui ad* Montem S. Michaëlis de periculo maris, *littori Normannico obiectum, peregrinabatur è Belgio.*

An Episcopus Baionensis fuerit.

an potiùs Baiocensis?

4 *Facta est autem ea Translatio anno Christi 986. per* Simonem *Cellæ S. Gisleni Abbatem, cuius historiam ex veteri MS. Cellensi nobis humanissimè communicauit* Georgius Galopinus *eiusdem cœnobij Bibliothecarius. Vnde refellas quòd ex Molano retulimus,* (quem Menardus & Saussaius secuti sunt) *quodq; idem scribit in Natalibus SS. Belgij:* Eiusque corpus eadem occasione, & eodem tempore, quo corpus S. Leocadiæ, per Comitem Hannoniæ ad Belgas delatum esse putatur. *Asseuerantiùs etiam Miræus:* Sunt eò translatæ eius reliquiæ (vnà cum ossibus S. Leocadiæ Virginis Toletanæ) iis ferè temporibus, vt creditur, quibus Mauri Hispaniam occuparunt. *Inuaserunt Hispanias Mauri Ærâ 750. siue Christi anno 712 at trecentis ferè pòst annis allatæ sunt Cellam S.* Sulpitij *reliquiæ. De* S. Leocadiâ *agemus IX. Decembris, deq; eius corpore Regi Catholico Philippo II. à Cellensibus monachis nuper redonato.*

Translatio facta anno 986.

non eùm occupata est Hispania.

5 *Celebratur anniuersariâ solennitate SS. Sulpitij & Leocadiæ Translatio XXI. Iulij, quæ die Molanus in addit. ad Vsuardum:* Eodem die in Cellensi monasterio Translatio S. Sulpitij Episcopi, & S. Leocadiæ Virginis. *Eadem tradunt Ferrarius, Canisius, & pluribus verbis Saussaius; atque de* Sulpitio *VVion ac Dorganius. Quæ ea fuerit translatio haudquaquàm nobis compertum est. Nam quod ad priorem illam translationem attinet è Normanniâ Cellam, ita habet MS. Cellensis titulus:* Facta est hæc corporis S. Sulpitij translatio anno DCCCCLXXXVI. XII. Kal. Iulij, XXVIII. anno post mortem S. Gerardi Abbatis S. Gisleni & Bronienſis, *eius nempe qui Cellense monasterium aliaq; plurima feliciter restauravit. Hinc refutes quod hoc XXVII. die Ianuarij scribit Saussaius:* In Hannoniâ, Cellâ S. Gisleni, susceptio S. Sulpitij Episcopi Baionensis, seu Baionæ Lampurdensium apud Vascones in Nouempopulaniâ prouinciâ, & Confessoris: necnon S. Leocadiæ Virginis & Martyris Toletanæ, cuius sacratissima pignora eo tempore quo Mauri Hispanias occuparunt, Baionam ad seruandum transiecta: inde cum pretiosis eiusdem S. Sulpitij exuuiis, ob alias incursiones, ad prædictum cœnobium, procul à barbarorum furore translata, congruoque honore recondita fuerunt, vbi hactenùs summâ obseruantiâ custodiuntur & coluntur. *Hoc quidem de* Leocadiâ *falsum est, priora de Sulpitio.*

Translatio alia 21. Iul.

hac 20. Iunij facta.

non 27. Ianu qui natalis est.

6 *Alia amborum, ac Sancti simul* Gisleni *facta Translatio est 1. Iunij. quo die Molanus in addit. ad Vsuardum, & Canisius:* Ipso die Translatio corporis S. P. N. Gisleni, & S. Sulpitij Episcopi & Confessoris, & B. Leocadiæ Virginis. *Eadem ferè Saussaius. Aguntt eodem die de* Gisleno *&* Sulpitio *VVion & Dorganius. Anno MDCXXXIV. curauit Abbas* S. Gisleni *præclaram ac vastam ex argento thecam hic An-*

alia 1. Iun.

Reliquiæ ornatæ.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

tuerpiæ affabrè faciendam, formâ capitis mitrâ inſigniti, ad recondendas S. Sulpitij *reliquias.*

TRANSLATIO S. SVLPITII

ex veteri MS. codice eruta

à Georgio Galopino Religioſo Giſleniano.

1 OMnis falſitas cùm ſuo ſopiatur elogio, ſimplici tantùm proferamus relatu quę nobis ad ſcribendum, fidelium tradidit relatio; pro captu ingenij promouentes ad fidem, qualiter tellus Normanica Haynau diuinitus S. Sulpitij ditauit corpuſculo. Eâ tempeſtate, quâ Roma *a* Ottonis adminiculabatur imperio, regnum quoque Francorum *b* Ludouici regebatur ſceptro, necnon & Normania patri *c* Richardi Comitis ſubdita erat Willelmo, Cathedræ itidem Cameracenſi præſidente *d* Herluino, Haynau Comite *e* Godefrido, Valentienarum quoque Arnulpho; Simon Abbas quidam ad Montem vſque S. Michaëlis propoſuit tendere, orationis ſtudio. Quem iter aggredientem propoſitum, contigit in finibus Normanniæ quemdam hoſpitandi gratiâ intrare vicum, quem dicunt Liuibacum, cui Sancta vallis habetur cognomentum. Vbi tres cernens eccleſiolas, in vnâ earum huius Sancti didicit contineri reliquias: moxque ſciſcitatus quis fuerit, ſeu vnde locorum aduenerit, vtrum inde oriundus extiterit, audit hunc vrbis Bayenſis Antiſtitem fuiſſe, ibidemque ſolitariæ vitæ deducendæ cauſsâ eremum concupiſſe.

a b c d e

Quibus ſub Principibus tranſlatũ corpus S. Sulpitij,

è Normãniâ,

vbi ſolitarius vixerat.

2 Ad hæc ille ſui latibulum cordis quaſi ruminans, ac ſuis quæ ruminaret expromens, Condecet huic, ait, aliàs decentiore quàm hîc deſeruiri honore; quod & ipſum fiet ſi mihi donauerit Deus quod meditor perpetratum ire. Hæc ſecretò loquitur, tandem peruenit quò tendebat deuotus. Vbi ſub obtentu delendorum criminum humi proſtratus hoc ipſum ad effectum vſque perduci precabatur attentiùs.

Simon Abbas locũ ſepulcri explorat,

3 Tunc verò remeans domum, quæ & qualiter in itinere egerat, refert cœtui Fratrum, qui ſub S. Giſleni patrocinio, in monaſterio Cellenſi, Deo exhibebant obſequium. Quorum non multò pòſt ſe commendans orationibus, idem repetit iter, aſſumptis quos nuper ſecum duxerat comitibus. Et quoniam quamuis difficilem quemque laborem voluntas reddit facilem, ad memoratum perueniunt vicum, nullam in eundo patientes difficultatem. Ædituum requirunt, hoſpitium ipſius expetunt: multo quoque mero empto ab ipſis, ædituus cum ſuis *f* inebriatur domeſticis. Iamque Heſperus ſuo ſuadebat ſomnos ortu, cùm inebriatis placida per membra quies irrigatur; ſobriis verò ſacri deuotio ſacrilegij, magis magiſque augetur. Tandem eunt dormitum, ſobrij æquè vt temulenti; iſti quidem ſopore lethæo irrorati, illi verò peruigili curâ concitati.

eò redit:

f

ædituum decipit:

4 Enimuerò dum medium tenerent omnia ſilentium, & nox in ſuo curſu haberet medium iter, Abbas cautè ſtratu exiliens, cõmonere fecit ſuos ad venerabile furtum, callidè interminans ne quem emitterẽt ſcreatum, nec quemlibet alium redderent ſonum. Dein pedetentim exeuntes, compeſcebant à latratu canes, panes caſeumúe ptætendentes manibus. Hoc dum alij peragunt circa eccleſiam, Abbas efferre nititur glebam. Verùm primo niſu non magis quàm lapidem prævalet mouere molarem. Tunc ad ſuos regrediens conſcios huius rei, narrat quanti ponderis oſſa ſenſerit Sancti. Ad hæc communi conſilio pariter ingredientes, terque quaterque pectora deuotè tundentes, corrigiâ ceruicibus circumpoſitâ eius ſe mancipauêre ſeruitio ouantes, ei condignius obſequium alibi celebrandum ſpondentes.

S. Sulpitij ſeruitio ſe cum ſuis mancipat.

Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras,
Ducebatque diem ſtellis Aurora fugatis,

cùm primùm diurnam cernunt diem albeſcere, ac ſtatim panno inuoluentes mundo cadauer venerabile, certatim inde veſtigia detorsêre.

eius reliquias auferunt.

5 Sed cùm iam Aurora finem daret, atque vinum, quo *g* mane ædituus ſomno digeſtum præſentiret, grabatum liquit, hoſpites abîſſe repperit, eoſque aliquid fraudis egiſſe ſuſpicatus eſt. quod ſtatim iuxta euentum rei expertus eſt. Denique proſiliens ad templum, inſpicienſque quo Sanctus recubuerat loculum, vidit tanto ſe theſauro priuatum, ac ſuis ab hoſpitibus, vel potiùs, vt ita dixerim, hoſtibus deluſum. Verè ſancta vallis, quæ in fine, in quo omnis laus ſecurè canitur, huiuſmodi meruit ferre virum pollentem virtutibus almis! Sancta vtique vallis, quæ licet tunc amiſerit cuius ſanctificabatur meritis, eremum tamen ipſum ſibi retinuit, in quo pridem effulſerat ille lampade ſanctitatis! O infelicem vicum, qui huic ædituo quaſi ouem lupo tantum commiſerat theſaurum! Verè infelicem, qui tanti luminis illum fecerat obſcurum nitorem; obſcurum, inquam, quia cui clarè ſedulò videbatur deſeruire, hunc quàm ſæpè præ nimio potu nutans poplite, ſecurus linquebat obſcurâ nocte. Sed quantò Normanniâ hoc furto infeliciorem, tantò Hainau ſe ſentit feliciorem. Quid ais æditue? Matre virtutum ſobrietate vtere, quatenus valeas tuum depoſitum ſeruare..... Verùm ad alia accingere, forſitan iſto meruiſti carere. Tunc omnis circa regio infremuit, atque tinnitus campanarum clangorque tubarum .....

Conſurgit in eum Ædituus.

g

a Otto III. *anno* 984. *regnare cœpit.*

b *Poſtremus hic fuit è Caroli Magni ſtirpe Galliæ Rex.*

c *Memoriâ lapſus videtur hic auctor; nam* Willelmus I. *XVI. Kal. Ianu anno* 943. *occiſus eſt Arnulphi Flandri ſcelere.* Richardus *filius Normanniam tenuit vſque ad annum* 996 *Fortaſſis legendum hic,* Normannia Richardo ſubdita erat, patri Willelmi Comitis. *Nam fuit* Richardi I. *filius* Richardus II. *Dux Normanniæ, atque ex concubinâ ſuſceptus* Willelmus *Comes poſteà Aucenſis.*

d *Alter memoriæ lapſus. Extat in Baldrici Chronico lib.* 1. *cap.* 107. *Diploma* Ottonis III. *datum* Rothardo, Herluini *deceſſori, anno Dominicæ Incarnationis* 991. *Indict.* 4. *anno ipſius Ottonis* 8. *Atque* Erluinus *à Gregorio V. Papa anno* 996. *conſecratus eſt.*

e *De* Godefrido & Arnulpho nobiliſſimis Comitibus, *quibus terra* Ragineri Longi-colli *Comitis Hannoniæ, ob ſcelera pulſi à* S. Brunone *Vicario Imperij, data erat, excluſis etiam & proſcriptis Ragineri filiis* Raginero & Lamberto, *agit Baldricus lib.* 1. *cap.* 94. *& ſequentibus, & d'Outremannus hiſt Valentianenſis lib.* 1. *cap.* 13.

f *Non id fortaſſis Abbas ſpectabat, vt rationis vſu miſer ædituus præ ebrietate priuaretur, ſed ſolùm vt largiori potu exhilaratus, ſecuriùs inde altiùs dormiret, quod euenit.*

g *Videtur* madebat *legendum.*

DE S. THEODORICO II.

EPISCOPO AVRELIANENSI IN GALLIA.

AN CHR. MXXII. XXVII. IANVAR.

S. Theodorici natalis;

TOrnodori, *Galliæ oppido, ſito ad* Armentionem *fluuium, in Lingonenſi diœceſi, eccleſia eſt S. Michaëlis perantiqua, cui pòſt adiectum, Milonis Comitis ſumptu, vt ferunt, cœnobium eſt. In eo* Theodoricus *Aurelianenſis Præſul, eius nominis ſecundus, dum Romam proficiſcitur, fato conceſſit XXVII. die Ianuarij, atque à Milone conſanguineo ſuo in D. Michaëlis ade honorificè ſepultus, multis dein clareſcere miraculis cœpit; quare & à Tornodorenſibus in Patronum adoptatus eſt. De eo Menardus:* Tornodori depoſitio S. Theodorici Epiſcopi Aurelianenſis. *Sauſſaius in Martyrol. Gallicano:* Tornodori S. Theodorici Epiſcopi item & Confeſſoris, qui S. Petri Viui apud Senonas monachus, ob ſingularem pietatem Epiſcopus Aurelia-

memoria in Martyrologiis,

Aurelianenſis factus, poſt Anſelmum ſuſceptam diuini miniſterij præfecturam omni ſolertiâ exequens, Clero ac populo immaculatæ vitæ progreſſibus viam ad æternitatem conſignauit: votoque deinde ad Apoſtolorum limina ſuſcepto cùm Romam pergeret, Tornodori in finibus Lingonum morbo interceptus, vitam cum morte commutauit: imò è mortis ergaſtulo ſolutus, ad eum qui veta vita eſt feliciter commigrauit. Sepultus fuit ibidem in cœnobio S. Michaëlis in monte Voluto, vbi multis miraculis, quibus clientibus ſuis diuino munere opitulatur, magnificè emicuit. *Hæc Sauſſaius, qui* Theodoricum *primum eius nominis cum hoc ſecundo confudit: ille Anſelmo II. ſucceſſit, poſtq; eum Ermentheus, Manaſſes, Arnulphus ſederunt, dein alter hic* S. Theodericus.

& diuino officio;

2 *Carolus Sauſſeyus lib. 8. Annalium Eccleſiæ Aurelianenſis in Theodorico II. num. 11.* Agitur, *inquit*, in illo S. Michaëlis cœnobio feſtus illius dies XXVII. Ianuarij; ſingulis autem tertiis feriis officium Canonicum de eo celebratur extra Aduentum & Quadrageſimam; ſingulis verò diebus ad Laudes, Miſſam, & Veſperas fit eius honora memoria, vt à venerabilibus & religioſis monachis illic didicimus, qui & ſacrum eius caput, & oſſa tanti Præſulis nobis deuotionis cauſsâ eccleſiam illam viſitantibus, die XI. Iulij anno MDCXI. veneranda exhibuerunt. *Idem Sauſſeyus in Notitiâ Epiſcoporum Aurelianenſium, & Ioannes Chenu aſſerunt* in cœnobio S. Michaëlis Tornodorenſi totum eius corpus quieſcere. *At Cl. Robertus in Galliâ Chriſtianâ ex Dauidis Andry, Aduocati & Procuratoris fiſci Tornodorenſis commentariis*, Theodorici & Milonis conſanguinei capſam auro, argento, gemmis ceteriſque ornamentis an. 1568. ſacrilegâ hæreticorum rabie ſpoliatam tradit.

reliquiæ,

Vita,

3 *Vitam S. Theodorici damus eamdem, quam ex veteri codice MS. Pauli Petauij Aurelianenſis edidit Carolus Sauſſeyus, omiſſa fuſiore aliâ, quam hic idem prætereà conſcripſit ex monumentis cœnobiorum S. Michaëlis Tornodorenſis, & S. Petri Viui Senonenſis, & aliorum ſcriptis auctorum; ex quibus eſt Helgaudus monachus Floriacenſis, qui in vitâ* Roberti Regis, *illius ac Theodorici pietatem hoc proſequitur elogio:* Hunc denique locum, Aurelianenſem ſcilicet Sedem, ſpecialiùs dilexit *Rex*, quia in eâ natus adoleuit, & pòſt regeneratus ex aquâ & Spiritu ſancto, ibi aſſumptionis ſuæ in Regem ſolemnem vtique percepit benedictionem. Dominus etiam Theodoricus eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, cuius vox laudem Domini dignè & laudabiliter eructabat, volens haberi memoriam ſui nominis, in monaſterio ſanctæ Crucis iubet vas fieri ex centum ſolidis auri optimi, in quo conſecraretur ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Iunxerat ſe tanto Pontifici Rex mente humili, qui ſuperno tactus amore, fecit in ipſo ſancto calice patinam ad conficiendum in eâ corpus Saluatoris mundi, vt eſſet ei crucis ſignaculum in auxilium, & ſancta paſſio vera animæ carniſque redemptio. *Et nonnullis interiectis:* Dedit etiam huic Sancto, *Aniano Rex*, eccleſias duas Sentiliacum & Rutinagum cum villis & omnibus, quæ ad ipſas pertinent, quas præcepto regali firmauit & corroborari iuſſit. Promeruit autem & à Domino Theodorico venerabili Aurelianorum Epiſcopo altaria ipſarum eccleſiarum cum pontificali priuilegio de ipſis à ſe facto, quod Sancto contulit Aniano & Regi inclyto, qui eum in voce exultationis ſemper dilexerat de corde bono. *De S. Aniano Aurelianenſi Antiſtite agemus XVII. Nouemb.*

calix aureus,

amicitia cum Rege Roberto,

4 *Amorem porrò Regis olim ſibi conciliauerat Theodoricus, quando Conſtantiam Reginam illius coniugem, reuelatione diuinâ miſſam ad S. Sauinianum, pluribus, quis Sauinianus eſſet atque vbi coleretur, inſtruxit. Hiſtoriam eam ab Odoranno Theodorici æquali olim deſcripſit monachus Autiſſiodorēſis in ſuâ Chronologia, quam & nos ad vitam S. Sauiniani XXXI. Decemb. dabimus, vbi iſthæc inter alia*: Conſtantia de viſione perterrita, cœpit à circumſtantibus Clericis ſollicitè perquirere, ſi illis in regionibus haberetur Epiſcopus, qui Sauinianus diceretur: ex quibus vnus Theodericus nomine, qui poſteà Aurelianis Epiſcopus fuit, reſpōdit pro omnibus de hoc neſcientibus, dicēs: Eſt, Domina, in monaſterio S. Petri Viui Senonenſis S. Sauinianus, primus Metropolitanæ vrbis Senonēſis Archiepiſcopus & Martyr, cuius ſi deuotâ mente adieris præſentiam, id quod promiſit abſque dilatione noueris te conſecuturam. At illa de tanti viri conſilio gaudens effecta citiſſimè vnà cum filio expetiit S. Petri limina, & diutiſſimè lacrymans ante corpus beati Martyris, totiſque viribus ſe committens eius fidei, gaudens remeauit ad propria, de viſitatione tanti Patroni confortata *&c.*

notitia actorum & nominum SS.

EX VARIIS.

5 *Prorupit denuò ab inferis, Theodorici ætate, veſana Manichæorum hæreſis, & quoſdam è Clero Aurelianenſi aſperſit. Contra hos coactū Concilium eſt Aureliæ anno MXVII. cuius Acta ſcripto complexus eſt Glaber Rodulphus lib. 3. hiſtoriæ cap. 8.* *Hæretici repreſſi.*

6 *Quot annis* Theodoricus *vixerit, quot eccleſiæ Aurelianenſi præfuerit, non comperimus. Anno eum obiiſſe MXXII. ita ferè diduci poteſt ex Carolo Sauſſeyo num. 10.* Sedebat, *inquit*, adhuc anno MXXI. Indict. IV. & Epactâ IV. concurrentibus, quo anno dedit nobis Eccleſias de Germiniaco, Trigano & Noëmio, eâ lege, vt obitus eius anniuerſarium diem celebraremus. *& in Odolrico ſucceſſore, num. 20. profert* priuilegium Eccleſiæ S. Maximini Miciacenſis, actum Aurelianis publicè anno Incarnationis Dominicæ MXXII. regni Roberti Regis XXVIII. & Indict. V. *E quibus, vt veritati maximè congruis, neceſſariò conſequeretur, S. Theodoricum obiiſſe XXVII. Ianuarij anni MXXII. qui Gallis, tum à Paſchate annum auſpicantibus, erat MXXI. quo à Carolo Sauſſeyo, Ioanne Chenu, & Claudio Roberto ſignata mors Theodorici.* *Tempus mortis Theodorici.*

7 Qui viuens, *inquit idem Sauſſeyus num. 11.* virtutibus inclaruerat, mortuus etiam miraculis innoteſcit. Nam puella gibboſa diu febricitans ad beati viri ſepulchrum Ternodorum venit, & Ternodoro ſanata reuertit. Veteranus medicus morbo febrium afflictatus per lāguorem longiſſimum, lectoque decumbens paullùm ex fonte bibit, conſurgit, montem S. Michaëlis aſcendit, gratias Deo retulit, & ſanitatem impetrauit. Hinc tantam ſanctitatis apud poſteros memoriam eſt adeptus, vt omnes febricitantes eius tumulum accedant, plures ex ſuâ infirmitate conualeſcant. *patrocinia aduersùs febres.*

VITA

Ex MS. edita à Car. Sauſſeyo.

1 BEatus Theodoricus indigena extitit *a* Briēſi Caſtri Theodorici à Theodorico auo ſuo taliter nuncupati, exortus parentibus genere claris & opibus & poteſtate præfultis. A quibus tenerè educatus, cœpit in ætate primæuâ bonæ indolis prætendere argumēta; non adoleſcētium more laſciuiâ diffluens, ſed maturè cōuerſans; non de veſtium pretioſitate tumeſcēs, aut de prædiorū amplitudine, aut de nobili parentelâ, ſed ea reputās pro nihilo, quæ ſciebat in nihili redigenda *b*. Satagebatque vt quò nobilior erat in ſeculo, eò nobilior haberetur in Chriſto. Cùm enim parētes ſui vellent eum doctrinis liberalibus imbui, & è cōtrà perpenderēt, quia mores ſoleant à conuictu formari, noluerunt eum tradere ſeculari magiſtro, ne morum ſecularium deprauaretur exemplo. Proinde ſtatuerunt eum in *c* Sancti Petri Viui cœnobio, tunc & religione pariter & doctrinâ famoſo; ob id maximè quia *d* Sewinus Senonis Archipræſul & *e* Raynardus Abbas eiuſdem cœnobij forent ei conſanguinitate connexi. Illic ergo iugi exercitatione proficiens, quidquid documenti perceperat, mente ſedulâ reuoluebat. Se quoque prudenter agebat in omnibus, ſollicitè prouidens, ne à Fratribus, quorum intererat vitæ & ordini, poſſet in aliquo denorari.

a *S. Theodorici patria, genus,*

b

innocens adoleſcentia,

c

ſtudia in monaſterio S. Petri Viui.

d

e

2 Eo tempore regnabat in Franciâ *f* Robertus Rex, vir pietate egregius & egregiè eruditus. Hic vt iuuenis opinionem cōperit, eum ad Curiam accerſiuit. Quem fidelem admodùm & prudentem experiens, cœpit eius vti conſiliis, & iura regalia ei tradere diſponenda. Defuncto intereà

f *Vocatur ad Aulam:*

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

cto interea *g* Arnulpho Episcopo, Cleri ac populi pari sententiâ Theodericus petitur, vt in Præsulem prouehatur. Rex annuit quod petebant. Verùm quia virtutem inuidia sequitur, nec vnquam desunt bonis discrimina, affuit quidam Clericus *h* Odolricus nomine, quorumdam manu fultus Episcopatum imprudenter ambiens, & sancti viri electioni omnimodis contradicens. Qui etiam tantâ temeritate ductus est, quòd cùm vir Dei à *i* Leotherico Senonensi, *k* Fulberto Carnotensi, aliisque Episcopis in ecclesiâ Aurelianensi sacraretur, fores ecclesiæ cum manu armatâ irrupit, & vsque ad altare progrediens, virum Dei sub manu sacrantis quasi perempturus appetiit. Sed quod diuinum consilium ordinat, nullatenùs præsumptio humana conquassat. Diuino siquidem nutu, nec sacrantem, nec eum qui sacrabatur, tremor ab incepto depulit; & quasi assultibus paullatim dimissis, aduersa pars tremefacta paullatim diffugit.

g fit Episcopus.

h

i k

Æmuli in eius necem conspirant:

3 Postquàm verò in Sede Pontificali locatus est, cœpit vti lampas splẽdescere, & circa gregem sibi commissum miram sollicitudinem gerere, subditis & operum exempla præmonstrans, & monita scripturarum inculcans. Erat enim pauperum releuator, repressor opprimentium, & oppressorum adiutor. Ab omni munere manus excutiens, quærebat non quod sibi vtile, sed quod multis, vnicuique studens impendere, prout cuique nouerat expedire. Accidit autem dum quodam itinere pergeret, à complicibus præfati Odolrici eum intercipi; quem mox de equo cui insidebat deiiciunt, humique prosternunt, lanceas & gladios vibrant, vt innocentem trucident. Sed mirum dictu, quem gladiis se putabant confodere, nullum ei vulnus vel modicum potuerunt inferre. Etenim manus inimica nocere non poterat, quẽ diuina dextera protegebat. Tandẽ eum credentes prorsus exanimem, humi reliquêre iacentem. Surrexit ergo vir Dei, corpore quidem prorsus illæso, sed tamen amictu circumquaque disrupto. His ita gestis Odolricus attendens quia frustrà appeteret, quem Dominus custodiret, ad eum confugit, petit veniam, impetratque petitam. Cui etiam Præsul ne videretur reminisci iniuriæ,

malè acceptus, ladi non potest:

inimicum supplicem honorat:

l secundo post se tribuit honore potiri, ita vt post eius decessum ipse susciperet Præsulatum.

l

morbis exercetur:
Eccli. 27. 6.
2. Cor. 12. 9.
Heb. 12. 6.

4 Sanè quia vasa figuli probat fornax, & virtus in infirmitate perficitur, seruus Dei graui & diutinâ ægritudine vexabatur. Castigabat enim filium Dominus quem diligebat, vt ei vel meritum virtutis augesceret, vel culpæ scrupulum, si quis inerat, tribulationum limâ penitùs expoliret. Frequentabat autem cœnobium S. Petri Viui, tum quia ibidem alitus fuerat, tum quia sciebat locum esse sanctum, & Sanctorum pignoribus copiosè refertum. Cùm ergo quadam vice de more ibi venisset, & etiam confectus macie Romam proficisci disponeret, contigit dũ in eadẽ basilicâ nocte quiesceret, vt audiret vocem de cælo dicentem sibi: Ne timeas Theodorice, quia superna mansio te expectat, vbi Martyr S. Sebastianus gloriosè triumphat. Erat autem festum B. Sebastiani. Facto itaque manè accersiuit Adebertum eiusdem loci monachum religiosissimum cum quibusdam aliis, & eis quid audierat intimans, obitum suum imminere testatur, mandatque vt ibidem si citra Alpes obierit reuehatur. Optabat enim sepeliri iuxta venerabiles auunculos suos Sewinum Archipræsulem, & Raynardum Abbatem.

calitus ei aternæ gloriæ promittitur.

5 Post hæc iter arripuit, & primâ die *m* Briennonem peruenit, dehinc Ternodorum vsque profectus est, vbi mox infirmitate correptus est. Et intra paucos dies, dum illic ægrotans decubat, vitam exitu felici consummat, VI. Kalendas Februarij. Disponentibus suis eum referre, quò iusserat se referri, obstitit Milo consanguineus eius, præfati castri Dominus, & in ecclesiâ S. Michaëlis Archangeli fecit eum honorificè tumulari. Cuius tumulum qui frequentant, frequenter referunt, quod imploratum.

m

Moritur Tornodori:

claret miraculis.

a *Oppidum est hoc tempore celebre: adiacet fluuio Matrona, inter Meldorum vrbem & Auisiacum, generoso vino nobile, vulgò* Chasteau Tierry *sur* Marne, *en* Brie.

Castrum Theodorici.

b *Addit Sausseyus ex actu S. Michaëlis Tornodorensis*: quodcumque ei in manibus, quandocumque licuit, è penu viscerum suorum pauperibus amore Dei impertiuit.

c *Fundatum est in Senonum vrbe circiter an. Chr. 507. à Theodechilde. Fundationis diploma profert Chopinus lib. 1. Monastic. tit. 3. num. 19.*

d *Consecratus hic fuit III. Idus Iulias an. 978. At Sausseyus tunc* Leothericum *sedisse scribit, cùm isthic institutus est* Theodoricus.

e *Abbas electus an. 978. mortuus 1015 teste Claudio Roberto.*

f *Regnauit Robertus ab an. Chr. 988. ad an. 1031.*

g *Interponit Sausseyus* Fulconem, *ob hæc verba Helgaudi in Vitâ Roberti Regis*: Terram sanctæ Crucis, quam Fulco Episcopus pro adiutorio sui Hugoni potentissimo Beluacensi dederat, Rex suo reddidit Domino. *Sed quid si ante regnum* Roberti, *sub quo* Arnulphum *sedisse constat, ea alienatio contigit, &* Fulco *ante* Arnulphum, *& fortè* Manassem, *sedit?*

h *Successit* S. Theoderico *in episcopatu.*

i *Successit* Seruino, *circiter an. Ch.* 1000. *obiit* 26. *Iunij* 1032.

k *E Cancellario Regis Roberti circiter an.* 1007. *Episcopus factus, mortuus* 1028. *Scripsit S. Theodorico epist.* 61. *quâ recenset grauissimas, vt ait, causas, quibus permotus initio abnuerit eum consecrare: quod deinde fecit, vbi quæ obiecta erant discussa sunt.*

l *Sausseyus*: Tale responsum tulit, fore eum posteà loco sui Episcopum Aurelianensem, atque iam secundo eum post se loco velle eum honorare.

m Briaria *dicitur Massono in descriptione fluminum Galliæ: oppidulum est prope Ligerim, inter Aureliam & Tornodorum.*

DE S. GILDVINO

CANONICO DOLENSI IN BRITANNIA.

AN. CHR. MLXXVII. XXVII. IANVAR.

S. Gilduini natalis,

1 *Britanniæ Armoricæ vrbs est* Dolum: *vbi* S. Sampson, *vt 28. Iulij dicetur, Cathedram statuit; Episcopalem an Archiepiscopalem ambiguum. Archiepiscopus ipse in insulâ Britanniâ fuisse traditur: hinc successores pallio vsi; Archiepiscopo Turonensi contendente, obtemperare sibi eos vt & ceteros Armoricos Antistites oportere. Tandem tamen secundùm Turonensem à Romano Pontifice pronuntiatum. In hac S. Sampsonis Ecclesiâ Doli Canonicus fuit, ac Præsul electus, S. Gilduinus, cuius natalis XXVII. Ianuarij celebratur; quo die Saussaius in Martyrologio Gallicano:* Apud Carnutum depositio S. Gilduini Episcopi electi Dolensis in Armoricâ & Confessoris &c. *Testatur quoque Bertrandus Argentræus lib. 3. histor. Britanniæ cap. 40. Gilduinum* Sanctum haberi.

Vita,

2 *Vitam* S. Gilduini *conscripsit monachus anonymus cœnobij S. Petri in Vallê, quod in suburbiis olim Carnutensibus erat, nunc in ipsâ vrbe, vbi mortuus est dum Româ reuertitur sepultusq; Gilduinus. Indicat id auctor ipse infrà nu. 17.* Sepultus verò fuit VI. Kalẽdas Februarij in medio ecclesiæ nostræ choro. *Scripta autem videtur ea vita ante translationem, de quâ mox, cùm illius non meminerit. Eam Augustinus Du-Paz in libro qui inscribitur* Historia genealogica illustrium familiarum Britanniæ, *ex MS. Historiâ Britanniæ Petri le Baud, & antiquis monumentis antè scripti monasterij S. Petri in Vallê, vulgauit, prætermissis innumeris miraculis, vt ait, quæ in eius sepulturâ, & deinceps contigerunt. Edidit eamdem vitam Gallicè Albertus Magnus de Morlaix in Vitis SS. Britanniæ Armoricæ, sed eius natalem refert ad 31. Ianuarij.*

vnde hic edita:

3 *Sebastianus Roulliardus Historiæ Ecclesiæ Carnotensis parte 2. cap. 13. ita S. Guilduini translationem commemorat, recensens reliquias, quæ asseruantur in monasterio S. Petri in Vallê:* Prætereà, *inquit*, corpus S. Gilduini, qui Româ reuertens, quò ad Gregorium VII. fuerat profectus, cùm Dolensis in Britanniâ esset Episcopus electus, per Carnutum fines transiit, atque ad hoc S. Petri monasterium diuertit, vbi morbo correptus, extinctusque est, atque in ecclesiæ choro sepultus: dein cùm plurima patraret miracula,

elevatio,

racula, refoſſum eius eſt corpus, & capſæ incluſum, agente Fulcherio Abbate, qui Sancti huius opem contra
miracula. incurabiles & grauiſſimos podagræ dolores erat expertus; ſtatuitque gratitudinis ergò, vt in perpetuum quotuis ſabbato æduituus cereum ante Sancti huius feretrum accenderet. *Eadem ex Roulliardo narrat Du-Paz.*

VITA

Auctore monacho Carnotenſi anonymo,

ex MSS. edita ab Auguſtino Du-Paz.

CAPVT I.

S. Gilduinus epiſcopatum declinat.

a 1 EXtitit hic Sanctus in *a* Armorico Dolenſium pago, nobiliſſimo atque in territorio eodem potentiſſimo, nomine
b *b* Rudaleno, progenitus, qui etiam Capra-cana fuit cognominatus. Mater verò eius in Aurelianenſi pago, de *c* Puteacenſium Dominorum nobilitate claram traditur duxiſſe originem. Armoricus ſanè pagus ſecundùm nominis etymologiam, Maritima regio dici poteſt. Nam Ar quidem Britonicè, Latinè littus; Mor verò, mare appellatur. Inde vocabulum Armor quaſi vicinia ſeu proxima regio mari, hoc eſt, maritima, linguâ Britannicâ dicitur appellata.

S. Gilduini patria,

c

2 Ibi præfatus Rudalenus potens & nobilis inter eiuſdem regionis Proceres fuiſſe memoratur, præclarus coniugio, vt dictum eſt, de nobilitate Puteacenſium Dominorum contracto. Hic inter alios quos traditur genuiſſe *d* liberos, iuſtum, de quo dicere cœpimus, Gilduinum, tamquàm à Deo donatum, dicitur habuiſſe filium,

parentes,

d

moribus & formâ elegantiſſimum. Nam liberalibus ſtudiis à parentibus in prouinciâ traditus, in eis breui tempore non parum dicitur claruiſſe. Statimque cùm adoleſcere cœpiſſet, in Eccleſiâ Dolenſi Canonicus factus, non ad laſciuiam aut nugacitatem mundi, ſicut illa ſolet ætas, frena laxauit, ſed potiùs ad ſanctæ continentiæ religionem, & florem ætatis & nobilitatis excellentiam, quod rarò contigit, totus in Dei opus conuerſus refrenauit; adeò vt carnem cilicio, ieiuniis, vigiliis, & orationibus domare ſtuduerit, & ſanctis in omnibus ſtudiis inſudare.

ſtudia,

canonicatus,

ſancta vita.

3 Eodem tempore præerat Dolenſi Eccleſiæ quidam peruerſis moribus Archiepiſcopus, nomine *e* Iohoneus, qui Eccleſiæ illius poſſeſſiones peſſumdare potiùs quàm conſeruare totis viribus inſiſtebat, adeò vt filias & neptes ſuas inde dotare non vereretur, & Eccleſiam in omnibus affligere contenderet atque deuaſtare. Non ſufferentes tantam malitiam Clerici Eccleſiæ, tam per ſe quàm per vicinos Epiſcopos illum, non tam Archiepiſcopum quàm Archilupum, de Sede illius Eccleſiæ ſtuduerunt propulſare. Qui cùm terroribus & minis & frequentibus incurſionibus Eccleſiam Dolenſem vexare non ceſſaret, occupato ad furoris ſui præſidium *f* Monte S. Michaëlis in periculo maris, vnde & nomen habet, ſito; coacti ſunt & Clerus & populus Dolenſis territorij alium ſibi loco repudiati, non paſtoris ſed prædonis, rectorem eligere. Sed cùm perſonam non haberet aliam ad reſiſtendum furori prædicti infeſtatoris idoneam, communicato cum Suffraganeis Epiſcopis conſilio, eorumque auxilio ſibi adhibito, præclarum adoleſcentem Gilduinum, licet adhuc ætate imparem, moribus tamen ornatum, & amicorum nobilitate præpotentem ſimul atque præualentem, ſibi vnanimiter ſtatuêre rectorem. Reniti voluit electioni adoleſcens humillimus, ſed vnanimitate tam ſuorum quàm alienorum victus, aſſenſum prębuit inuitus, Si tamen (inquit) Romanæ atque Apoſtolicæ Sedis iudicium hoc veſtrum probauerit ſtatutum.

e

Iohoneo ob ſcelera pulſo,

f

eligitur Dolenſis Epiſcopus, inuitus:

AVCTORE ANONYMO, EX AVG. PAZ.

4 Hinc factum eſt vt electus, electionis ſuæ auctores ſimul & teſtes, cum egregio comitatu, & ſuffragatoriis vicinorum Epiſcoporum litteris, Romam properarent, & ipſum electum ſuum ducentes Domino Papæ tunc *g* Gregorio VII. præſentarent eum, & ſibi Archiepiſcopum conſecrandum poſtularent. Quod vt obtinerent electi mores probatiſſimos veraciter teſtificabantur, & commendabãt, aſſerebantque ſimul neceſſitates Eccleſiæ ſuæ atque labores, quibus nullum aliud niſi per iſtum electum ſcirent conferre remedium. E contrà electus ipſe, ſicut priùs fecerat, ætatis ſuæ immaturitatem cœpit opponere, obſecrareque Dominum Papam, ne tantam tanti regiminis ſarcinam teneræ & imbecilli imponeret ætati. Congratulatus Dominus Papa tam probatæ adoleſcentis humilitati, Benè, inquit, fili, benè facis, quia & ſacris canonibus omnino conſentaneum eſt, quod facis. Non ingeris te impudenter, ſed prudenter quod excuſandum eſt excuſas. Vnde ſcias quia & ætati tuæ parcam libenter, & ſi quod aliud potueris cum comitibus tuis ſubueniendi laboribus & calamitatibus Eccleſiæ veſtræ inuenire conſilium, gratantiſſimè concedam.

g *Papam rogat vt electionem ratam ne habeat, & obtinet:*

5 Quod audiens optimæ indolis adoleſcens lætiſſimus effectus eſt; & communicato cum comitibus ſuis conſilio, gratiſſimum quidem ſibi eſſe dixit obtinuiſſe ſe à Domino Papa quod ab ipſis non potuerat impetraſſe, ne ſcilicet imberbis adhuc atque tenerrimus adoleſcens ad tantum Eccleſiaſtici regiminis promoueretur gradum; conſilium verò & votum ſuum in eo eſſe, vt vnum de comitibus ſuis Dominum *h* Euentium Redonenſis *i* S. Melanij monaſterij venerabilem Abbatem loco ſuo Archiepiſcopum eligerent, præſentarentque Domino Apoſtolico, & Eccleſiæ ſuæ conſecrandum poſtularent. In quo cùm omnes ei aſſenſum præberent; reuerſus cum ſuo comitatu ad Domini Papæ præſentiam præclarus adoleſcens Gilduinus, profeſſus eſt cum omni humilitate, gratiſſimum ſibi eſſe ipſius de ſuâ ætate iudicium, ſeque libentiſſimè factam de ſe electionem deponere. Poſtulauit verò, vt præfatum præſentem ſeniorem Euentium loco ſui Archiepiſcopum dignaretur conſecrare, ſicque Dolenſis Eccleſiæ laboribus finem vel ſaltem optatum neceſſariumque remedium accelerare.

h *i*

efficit vt eligatur Euentius,

6 Audiens hæc Dominus Papa, optimi adoleſcentis humilitatem, ſimulque erga ſuam Eccleſiam prouidentiſſimam beneuolentiam gratantiſſimè accepit, & piæ poſtulationem petitionis effectu proſequente ſine dilatione compleuit, & electum ſeniorem Euentium in Lateranenſi eccleſiâ ſine morâ conſecrauit. Interfuerunt huic conſecrationi omnes ferè Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Epiſcopi & Diacones, quorum ex parte iſta ſunt nomina: *k* Girardus Epiſcopus Florentiæ &c. Adeptus itaque voti deſiderii que ſui effectum ſanctus adoleſcens Gilduinus, vnà cum ſuo Archiepiſcopo Euentio, acceptâ Domini Papæ licentiâ & gratiâ *l*, ad Gallicanas partes reditum maturauerunt.

qui à Papâ conſecratus,

k

l

7 Qui redeuntes, cùm iam ad Alpes appropinquarent, prouidentiſſimus adoleſcens Gilduinus Archiepiſcopum ſuum taliter eſt allocutus: Scis, inquit, reuerendiſſime Pater, noſtra Dolenſis Eccleſia, tuæ nunc paternitatis regimini commiſſa, quàm ſit ad regreſſum noſtrum ſuſpenſa, quamque ei noſtra neceſſaria foret præſentia. Vnde ſi tuæ placet paternitati, vtile mihi videtur & neceſſarium, vt cum maiore noſtri comitatus parte ad deſolatam & tuæ curæ commiſſam Eccleſiam debeas quàm citiùs potueris remeare. Nam ego in votis habeo, ſi Deo placet, caros meos ex materno genere propinquos, quos numquàm vidi, viſitare, à quibus quia non dubito me morioſiùs detinendum, laudo & conſulo vt feſtinatiùs debeas precedere. Placuit Archiepiſcopo conſilium

redit Dolum, ſuadente Gilduino.

AVCTORE ANONYMO, EX AVG. PAZ.

filium piæ miſerationis, & corpore non animo dulciſſimum ſibi dimiſit comitem, & cum maiore comitatus parte receſſit ſimiliter & proceſſit.

a *Sauſſaius vitioſè*, marmorico.

b *Idem* Indaleno. *Du-Paz vocat* Ruellanum, Riualonem, Rualenum. *Albertus Magnus*, Rioualenum. *Erat* Caſtri Comburni Dominus.

c *Hos alij* Puyſet, *alij* Puiſeaux *vocant.*

d *Hos recenſet Du Paz* Bertham *nuptam Comiti Redonenſi*, Guillelmum *Abbatem S. Florentij*, Ioannem *& alterum* Gilduinum. *Et* Guillelmus *quidem in monumentis cœnobij S. Florentij, qua idem recitat Du-Paz, dicitur* bonæ indolis adoleſcens, quem claritudo natalium, & religioſa morum flagrantia ceteris inſtantiùs illuſtrabat.

e *Sauſſaius* Iohundum *vocat*; *Albertus* Iohoueum; *Argentreus* Iohouæum.

f *Alibi* Mons tumbæ *dicitur. Cœnobium eſt peregrinationibus celebre, è regione littoris Abrincatini, non procul Dolo.*

g *Sedit* Gregorius VII. *ab anno* 1073. *ad* 1085. *colitur* 24. *Maij.*

h *Gregorius VII. in epiſtolâ ad Epiſcopos Britannia qua eſt* 5. *lib.* 4. *data* 5. *Kal. Oct. Indict.* 15. *ſiue an.* 1076. Iuonem *vocat, ſed culpâ librarij*, Abbatem S. Melarij. *at lib.* 6. *ep.* 23. Euentium *appellat.*

i *De Redonibus, S. Melanio, eiuſq; monaſterio egimus* 6. *Ianu. Floruiſſe illud religioſâ diſciplinâ & ſanctitate, colligitur ex Vincentio Bellouac. lib.* 25. *cap.* 89. *vbi Namnetenſem Clericum ſcribit à ſodali damnato admonitum, vt ſi ſaluti ſuæ conſultum vellet, in eo religioſum habitum ſuſciperet.*

k *Alij* Gerardum *vocant.*

l *Albertus donatas ei à Papâ reliquias ſcribit.*

CAPVT II.

Fraudes dæmonis aperit.

Gilduinus diuertit ad tugurium cum ſocijs:

8 POrrò ſanctus adoleſcens Gilduinus tranſſcenſis in remeando Alpibus, quadam die cùm veſpertina hoſpitandi hora iam immineret, nec optimus ad hoſpitandum locus vſquam pareret, tandem incumbente iam ferè crepuſculo ad fluuium quemdam perueniens, videnſque ſecus littus tuguriunculam quamdam, ad eam cum ſuo comitatu diuertit, ibique ſibi & ſuis corrogauit hoſpitium & accepit, in domo ſcilicet cuiuſdam plebeij viri, ſoliti volentes tranſire fluuium nauiculâ ſuâ tranſuectare. Tum de victualibus parandis ſolliciti famuli cum hoſpite domino domus agitare & conſultare cœperunt; quibus ille ait: Neſcio quid vobis conſulere poſſim; nam & locus iſte victualibus eſt pauperrimus, & hora iam tardior ad opulentum victualibus locum (& nominauit eum) vtpote longiùs remotum prohibet excurſum. Habeo tamen, inquit, clientem vnum curſorem velociſſimum, qui vobis inde ſi expectare velitis citiùs neceſſaria poſſit deuectare. Vocatus ille, & expenſis traditis miſſus, multoque velociùs quàm credi poſſet cum victualibus regreſſus, grandi de celeritate regreſſionis miraculo omnes ſtupefecit. Nam locus, vt dictum eſt, tam longè remotior aberat, quam inde tam celerrimè quiſquam mortalium redire potuiſſet.

Venenata animalia in eicum appoſita detegit:

9 Audita res eſt à S. Gilduino, & multò ampliùs & ipſe clientem illum cœpit habere ſuſpectum. Suſtinuit cum aliis intentus curis haud dubium quin Sanctus ſanctis, donec ad refectionem paratam vocaretur. Cumque iam pranſurus ſiue cœnaturus veniſſet, & hymno ex more præmiſſo, appoſita cibaria facto ſigno crucis benedici à Deo & ſanctificari precaretur, ita ſunt in contrarium mutata cibaria, vt venenata potiùs cadauera quàm alimenta viderentur, adeò vt ranarum, bufonum, & colubrorum ſpeciem haberent, non alimentorum. Nam & vinum ipſum aquæ lutoſæ ſimile eſt factum. Quæ videlicet formarum mutatio, cùm & ipſi Sancto, & omnibus conuiuaturis tam execrabilis eſſet quàm horribilis, tum iam ſuſpicio, quæ de velocitate curſoris orta fuerat, facta eſt certitudo, vt iam non hominem miniſtrum illum ſcirent omnes eſſe, ſed dæmonem.

10 Protinus eum iuſſit vocari Sanctus, & ad ſe adduci, ſed ille venire recuſauit. Iterum atque iterum mandatus, venire noluit, iraſcendo & rixando, nihil ſibi & illi commune eſſe vociferans. Tunc demum in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in virtute ſanctæ obedientiæ iuſſus venire, ampliùs morari non valens, depoſitâ omni terrificâ vanitate iraſcentis, inuitus venit & trepidus. Nec mirum, ſi reus in ſuis malitiis deprehenſus iudicis præſentiam pertimeſcebat, condignam in ſe laturi ſententiam. Ecce, inquit, ô crudeliſſime hoſtis & rabidiſſime inimice, quid te offenderamus, vt nos occidere volens venena iſta nobis pro alimentis parauiſſes? Quid tantum de maligniſſimis artibus tuis confidis, quòd ſeruos crucis Chriſti deſtruere te præſumis? Sed fatere iam cunctis audientibus & nomen fallaciæ tuæ, & cauſſam tam diuturnæ in hoc loco remorationis. Tunc hoſtis, Fatebor, inquit, licet inuitus, quoniam omnipotentis Domini Ieſu Chriſti virtuti, quæ in te eſt, certum habeo nihil poſſe celari. Nomen mihi aſſumpſeram Bernutionis, quia quaſi homo inter homines acceptâ conuerſandi licentiâ non poſſem ſine nomine dignoſci. Cauſſa verò aſſumpti corporis, vel in hoc loco diutius remorandi, intentio mihi eſt exercendæ malignitatis meæ. Oderam enim vehementer virum iuſtum, & eius benignitati inuidebam, quòd non tam cauſsâ lucrandi, quàm ſubueniendi beneuolentiâ, volentes fluuium iſtum tranſire nauiculâ ſuâ conſueuerit tranſuectare. Quod ex quo facere conſueuit, omnino impediuit malignitatem meam, quia tranſire volentes, ſed neſcientes rectam per vadum viam, nonnullos præfocabam, quorum animabus non benè ad migrandum præparatis plurimùm nocebam. Propterea hoc mihi corpus aſſumpſi, obtuliſque me huic homini ſeruiturum, ſi quo fortè modo inſidiari poſſem vitæ illius & ſaluti, & in eo quem frequentabat fluuio ſubmergere prævalerem eum & ſuffocare. Et vnde, ait Sanctus, nocere ei non prævalebas? Ex eo, ait dæmon, quòd ingrediens fluuium ſemper & ſe & totum nauigium ſuum mihi prorſus contrario crucis ſigno præmuniebat, imò ad omnia, quæ agenda incipiebat, eodem ſe muniens ſigno inſidias meas excludebat. Et vnde, ait Sanctus, corpus quod geſtas tibi aſſumpſiſti? Cuiuſdam, inquit, ſcelerati fuit, & cuius arripueram animam, corpus mihi ad inſtrumentum fraudulentiarum inſidiarumque mearum vſurpaui.

dæmonem bono ſeni miniſtrantem cogit aperire cur id fecerit,

& cur nocere non potuerit,

vnde corpus aſſumpſerit;

11 Et Sanctus ad hæc, Benè, inquit, quòd fraudulentum & inſidiatorem te eſſe profiteris, quodque malignitatem tuam patefaciens victorioſiſſimæ crucis Chriſti virtutem & inuitus prædicare compelleris. Verè, ait dæmon, hoc facio inuitus, quia tibi ſeruo crucis Chriſti celare nihil valeo. Eâ roboratus virtute, vexilloque armatus, venena, quæ tibi pro alimentis paraueram, euadere prævaluiſti, ſicque mihi nocendi in loco iſto vires & facultatem omnino auferre. Et S. Gilduinus ait: Benedictus Dominus noſter Ieſus Chriſtus Deus, cuius Crucis victorioſiſſimam virtutem etiam victus per eam inuitus prædicare cogitur inimicus. Sed iam, ô cruentiſſima & funeſtiſſima beſtia, tecum ſermonem conferre diutius nolo. Mendax enim eſſe probaris, & pater mendacij, adeò vt ſi quando velis nolis veritatem loqueris, numquàm tamen niſi fallere intendis. Corpus itaque quod fallaciarum inſidiarumque tuarum inſtrumentum aſſumpſeras, citiùs iam depone, & vade vbi iam nulli Chriſtiano deinceps valeas nocere. Protinus hoſtis teterrimus horribili emiſſo vlulatu receſſit, & inſtrumentum diabolicæ malitiæ corpus in medio reliquit exanime. Iuſſit Sanctus celeriùs efferri corpus, & humo foſſâ vbilibet occultari.

eumq; fugat.

12 Ita innocuus hoſpes & malignitatis diabolicæ ignarus, per ſanctum hoſpitem ſuum Gilduinum ſe gauiſus eſt ab inſidiatore peſſimo eſſe liberatum. Ita ſanè Dei filius ſalutis æternæ Gilduinus penes benignum hoſpitem benigniſſimus ipſe eſt hoſpitatus, fraudulentiſſimi hoſtis nequitia & detecta eſt ſerui Crucis Chriſti meritis & effugata. O admiranda vbique & indeſinenter prædicanda pietas Redemptoris! O ſemper attollenda,

ô ſemper

Magna vis Crucis: magna ſanctitas Gilduini.

ô ſemper & vbique admiranda ſaluberrima & triumphalis virtus & gloria Dominicæ Crucis, quæ crucifigentes ſe vitiis & concupiſcentiis ſeruos Chriſti tam munitos, tam fortes & validos ſemper & vbique facit Dei amicos, vt quantò nequiùs, quantò crudeliùs aduerſùs eos diabolica efferueſcit inſania, virtuoſiores glorioſioreſque per crucem ſuam Chriſti Domini virtus faciat & gratia! Ecce ſacratiſſimus adoleſcens Gilduinus crucem ſuam in adoleſcentiâ ſuâ baiulare, & Chriſtũ Dominum ſequi ſtuduit, Crucis Chriſti ſeruus probatiſſimus eſſe claruit. Fatentur hæc etiam ipſi Crucis Chriſti dæmones inimici de ſe, ante illum nec celare poſſunt, nec manere. Ecce fortitudo Chriſti in cornibus crucis Chriſti abſcondita quidem, ſed in eo, quòd ante pedes & faciem eius mors abit, manifeſta: ita ſplendor eius in ſeruo ſuo Gilduino vt lux fuit, ante cuius præſentiam nec celare præſtigias potuit mors, diabolus nec exercere. Quid minus in hoc miraculo per merita ſerui ſui Gilduini fecit Chriſtus Dominus, quàm per S. Martinum *a* monaſterij de Vertou Abbatem legitur olim feciſſe in ſimili deprehenſione dæmonis & effugatione? Nonne & à *b* S. Ægidio factum in expulſione dæmonis miraculum fuit huic ſimile, quando Aurelianis in eccleſiâ ſanctæ Crucis dæmon per os dæmoniaci à Sancto ſibi petiit exeundi licentiam dari?

a b S. Martini *vitam dabimus* 24. *Oct.* S. Ægidij 1. *Sept.*

CAPVT III.

Morbus. obitus. ſepultura.

Gilduinus febri corripitur:

13 DIgreſſus à loco, quo tantum patrauerat miraculum Sanctus, cùm iam finibus territorij propinquaret Aurelianenſis, ad oſtium eius cœpit pulſare Dominus, & viſitationis ſuæ tempus imminere. Febribus namque correptus ægrotare cœpit, & infirmatus corpore, mente fortior eſſe. Homini quippe bonæ voluntatis corporis infirmitas non ad virtutis detrimentum valet, ſed potiùs ad augmentum. Quando enim infirmor, ait Apoſtolus, tunc fortior ſum. Itaque planè ſanctus adoleſcens Gilduinus, ſicut & omnes Sancti, ex corporis incommodo non defectum virtutum accepit, ſed profectum. Deinde Aurelianis atque Puteaci, ſicut propoſuerat, & viſitauit caros ſuos prout valuit, & ab ipſis viſitatus, per dies aliquos in eodem territorio eſt commoratus. Currebat ſimul & creſcebat fama ſanctitatis eius patrati non longè antè miraculi præconio commẽdata, omnemq́ue ferè eiuſdem territorij nobilitatem ad eum confluere faciebat. Illuſtriſſimæ quidem propinquitatis ſerenitas, ſed multò ampliùs eximiæ ſanctitatis claritas circumquaque audita. Mirabantur omnes, & qui modeſtiores erant, & congratulabantur, quòd tantæ nobilitatis adoleſcens & ægrotus & peregrinus, ſicut de B. Martino legitur, nobili ſtratu ſuo cilicio recumbens, corpus ſuum duriùs aſperiuſque tractare conſueuiſſet, quàm molliùs. Attendebat enim hoc quod in Euangelio Veritas dicit: Qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt. Et quod inde S. Gregorius dicit: Quoniam non cæleſti, ſed terreno Regi militant hi, qui corpora ſua molliùs tractare curant; &, quòd tantò deteriùs à ſupernorum amore diſiungimur, quantò inferiùs delectamur. Propterea corpus ſuum exemplo Apoſtolico caſtigare ſtudebat, & in ſeruitutem redigere, etiam ægrotus ne à ſupernorum diſiungeretur amore, ſi inferius delectaretur.

viſitur à multis:

etiam morbi tempore, mortificationi ſtudet:

2. Cor. 12. 10.

Matth. 11. 8.

1. Cor. 9. 27.

Auctore Anonymo, ex Avg. Paz.

14 Tranſacto aliquanto tempore, cum plurimâ propinquorum nobilitate Carnotum, ſicut in votis habebat, vel equorum, vel quolibet alio vehiculo deuectus, eccleſiam beatiſſimæ ſemper Virginis Dei *a* genitricis Mariæ oraturus intrauit, & exitum ſuum, quem ſibi iam iamque ſentiebat imminere, eidem Dominæ ac protectrici noſtræ, Sanctiſque, *b* quorum inibi reliquiæ habentur, deuotiſſimis precibus ſtuduit commendare. Capſam præcipuè, in quâ eiuſdem Dominæ noſtræ pretioſiſſimam ſubtegmen contineri creditur, quod etiam multis ſæpè probatum eſſe conſtat miraculis, ſæpius deoſculatus, & quibus potuit modis veneratus eſt, protectionem inde & iuuamen contra omnes aëreas poteſtates ſperans ſibi & implorans.

a Reliquias D. Virginis Carnoti venerantur:

b

15 Tandem deuotiſſimus in eadem ſacratiſſimâ eccleſiâ, ſicut diu multumque deſiderauerat, orationibus expletis; inde ad hoc *c* S. Petri monaſterium, quod in ſuburbio eiuſdem ciuitatis ſitum eſt orandi ſimul & hoſpitandi gratiâ vel deductus à caris ſuis, vel delatus; & ipſe deuotiſſimè intrauit eccleſiam; & Fratrum conuentus eum officioſiſſimè ſuſcepit. Orabatur quotidie, & deſiderabatur reparatio corporis eius. Sed piiſſimus Dominus Saluator noſter Chriſtus incomparabiliter ei meliùs prouidebat, accelerans ei migrationem à corpore mortis, & beatam eius animam ad patriam quietis & lucis transferre feſtinans. Increſcebat quotidie febrium ardor, & ei lætus veniendi ad gaudium Domini ſui dies appropinquabat. Qui dum aduenisſet, quantus eo migrante carorum ſuorum dolor & mœror extiterit, quantuſque planctus, nouerunt illi, qui præſentes ſacris eius exequiis adfuerunt.

diuertit ad cœnobium S. Petri:

c

moritur.

16 At verò cum quanto gaudio lætitiæ miniſtri ſancti Angeli in ſuum ſanctiſſimam eius animam exceperint conſortium, nos quamuis tenebris & cæli clauſi carcere, moribundiſque membris preſſi, non omnino tamen ignoramus, qui ex effectibus cauſſas perpendere vtcumque nouimus. Effectus dicimus miracula, quæ eius tumulationem & comitata ſunt & ſecuta. Cauſſas verò beatiſſima ipſius merita dicimus & glorioſiſſima præmia. Quàm verò diligenter & honorificè curata fuerit & celebrata ſanctiſſimi corporis eius ſepultura, non eſt opus dicere verbis quod in promptu eſt intueri.

Miraculis clarescit:

17 Annus erat ab incarnatione Domini milleſimus ſeptuageſimus ſextus, quando Sanctus iſte Gilduinus à terrenis ad cæleſtia, à temporalibus ad æterna creditur peruenisſe, imò prodentibus miraculis approbatur. Sepultus verò fuit VI. Kalendas Februarij in medio eccleſiæ noſtræ choro, & tanto, vt dictum eſt, ſtudio atque honorificentiâ humatæ fuerunt ipſius ſacratiſſima membra, vt circa ea profundiore terræ loco erecta fuerit non paruæ amplitudinis ſaxea camera. Ipſa etiam eius membra gemmis omnibus pretioſiora eo quo viuens vſus fuerat cilicio; deinde ſericis ſui ordinis ſacris ornamentis, tunicâ ſcilicet & dalmaticâ, extiterunt decorata.

honorificè ſepelitur.

Magno in pretio habetur eius cilicium.

a *De Deiparæ Virginis tunicâ, ſiue induſio, Carnoti aſſeruato, agit fusè Roulliardus hiſtoriæ Eccleſ. Carnot. parte* 1 *cap.* 7.

b *Enumerat has reliquias Roulliardus ibidem cap.* 8.

c *De hoc S. Petri monaſterio facta ſuperiùs mentio eſt* 19. *Ianu. cùm de* S. Malardo *eſſet ſermo.*

DE B. IOANNE
MORINORVM EPISCOPO, IN BELGIO.

AN CHR. MCXXX. XXVII. IANVAR.

1 MOrini *celebratiſſimi Belgicæ ſecundæ populi,* extremi hominum *quibuſdam Romanis ſcriptoribus habiti, nomen ſortiti ſunt vel à paludibus, quas Teutonico idiomate (quo & Gallicanas gentes antequàm eas Romani ſubiugarent, vſas conſtat)* moer & broeck *etiamnum dicimus; vel potiùs à mari, quod* mor *Britanni, aliiq; accolæ circa has oras quondã appellauêre. Eorũ metropolis* Taruana, *ſiue* Teruana, *aut* Teroana *fuit; epiſcopatu ornata iam inde ab* Honorij *Auguſti temporibus, vt ex veteri prouinciarum notitiâ conſtat: ſed cum eo Bononienſis dein multis ſeculis coniunctus fuit, vt idem Morinorum eſſet & Bononienſium Antiſtes. At patrum noſtrorum memoriâ, ſub annum 1553.* à Carolo V. *Cæſare exciſa funditus vrbs eſt, ob frequentes factiones & numquàm ſat tutam fidem. ſignata Chronographico lemmate ad poſterorũ memoriam clades eſt:* MorInI DeLetI. *Epiſcopatus in tres diuulſus,* Bononienſem *ſub Francorum ditione,* Iprenſem *in Flandriâ,* Audomarenſem *in Arteſiâ ſitum.*

Taruana Morinorũ vrbis,

iam exciſa,

2 *Taruanæ Epiſcopus fuit ſub initium duodecimi ſeculi* B. Ioannes, *VVarneſtuni in Flandriâ natus, in monte S. Eligij apud Atrebates regularis Canonicus. Is anno Chriſti 1130. 27. Ianuarij exceſſit è viuis. quo die Ferrarius in generali SS. catalogo:* Taruannæ in Belgio B. Ioannis Epiſcopi. *Martyrologium Gallobelgicum:* Teruanæ & vicinis locis celebratur obitus B. Ioannis Epiſcopi eiuſdem loci. *Molanus in Natalibus SS. Belgij:* Eodem die, anno milleſimo centeſimo trigeſimo obitus B. Ioannis Epiſcopi Morinenſis, qui 30. annis Epiſcopatum ſanctiſſimè rexit, iudiciorum, pauperum, Eccleſiarum, bibliothecarum, & dilatandæ religionis ſedulus obſeruator. Qui in libro vitæ numero Sanctorum piè creditur adſcriptus, quamquàm non ſit per Romanam Eccleſiam canonizatus. Vita eius ad D. Bertinum conſcripta habetur. Hic Ipris ad S. Martinum Regulares inſtituit. *Refert eum Miræus quoque & Beatum appellat in Faſtis Belgicis, & in libro de Canonicorum collegiis cap. 125. Inter* Pios *ſolum eum cenſet Sauſſaius.* Beatum *indigitat Ferreolus Locrius in Chronico Belgico.*

Epiſcopus fuit B. Ioannes;

cuius memoria in Martyrologio 27. Ianu.

Vita eius à quo ſcripta.

vnde hic edita.

3 *Vitã eius ſcripſit* Ioannes de Colle-medio, *qui cùm ſedecim annis Canonicus regularis in S. Martini Eccleſia Ipris fuiſſet, factus eſt Archidiaconus Morinenſis, & XIV. annis ſancto Antiſtiti cohabitauit, quare profitetur num. 16. nihil ſe ſcribere,* niſi quod vel ipſe probauit, vel quod eorũ relatione certiſſimâ didicit, qui vitã eius familiariter nouerunt, veracium virorum. *Scripſit autem eam nono poſt* Ioannis *deceſſum menſe. Hanc vitam è veteri codice D. Huberti deſcripſerat Roſvveydus. Nobis Martinus L'heremite noſter, vir doctiſſimus vnà & humaniſſimus, Ioannis Buzelini aduerſaria communicauit, in quibus eadem extabat* B. Ioannis *vita, è veteri Taruanenſi codice deſcripta, quam cum Roſvveydiano exemplari contulimus. Collegerat idem Buzelinus ex variis auctoribus aliisq; vetuſtis monumentis varia de rebus à Ioanne præclarè geſtis, quæ ſunt à vitæ auctore prætermiſſa. Hæc aliaq; infrà ſtrictim libabimus.*

PROLOGVS AVCTORIS.

Exemplo veterum,

1 SEcularium periti ſcientiarum, eorum, quos antiquitas diuerſis de cauſſis habuit claros, nominà miris extulêre præconiis, miris exornauêre monumentis. Aliorum namque res geſtas fuſilibus quolibet ex metallo ſtatuis inſignire; aliorum in tabulis æreis litteris fuluo redimitis auro exarare; aliorum quoque multo librorum numero illuſtrare ſtuduerunt; aliis autem templa ſtatuere; aliis arcus triumphales erigere, & memorabiles vel militum labores, vel captiuorum calamitates candidis inſculpere marmoribus, nec labori parcentes, nec ſumptui, curauêre. His enim modis tam ſuo quàm aliorum nomine perennem putabant memoriam poſſe computari. Verùm quanta hæc, tanta illorum profecit ætas. Quantulum ex omnibus laboribus emolumenti fructum tulêre? Ædificia verò partim ab hominibus *a* alia videlicet non curantibus deſtructa, partim verò ipsâ vetuſtate corrumpente collapſa. Vnde factum eſt, vt ipſis in ſuâ infidelitate pereuntibus, opera quoque eorum corruptibilia nequaquàm valuerint permanere. Quorũ ſi qua manent, Eccleſiaſtes vanos eorum conatus contemnendo derisit. Quocircà perennem eis vitam quàm perennem memoriam meritò conſuerim conquirendam, quam Patres noſtri benè operando viam triuerunt. Quorum idcircò ab eorum poſteris deſcribuntur geſta, vt parentur omnibus, quæ præceſſerunt vitæ itinera: vnde illorum non ſolùm non ſpernendum, ſed à Deo remunerandum non immeritò iudicamus laborem, qui ea ſcribendo non ſuam gloriam, ſed vel proximorum vtilitatem, vel Dei affectauerunt honorem.

a

Eccle. 2.

Auctor, qui Ioanni cohabitauit,

2 Æſtimo itaque & ego, quamlibet imperitus, & labiis incircumciſus, quoniam nec mihi, nec aliis proficere geſtientibus ſanctæ Matris Eccleſiæ filiis inutilis ero, ſi vitam viri venerandi, & qui meritò cenſeatur imitandus, deſcribendo, ad multorum profectum in medio protulero. Quod quidẽ vt aggrediar opus, tum ille, quo eumdem Dei ſeruum ardentiſſimè dilexi, ſuaſit caritatis affectus, tum etiam nonnulli ex Fratribus importunis admodùm precibus, & innumeris me impulerunt hortatibus. Aiebant enim nemini competentiùs hoc iniungi valere, eò quòd tanto cum eo tempore moratus. Mecum habitâ priùs diſceptatione, bonum exiſtimaui parêre voluntati. In ipſo quaſi poſitus limine ordiendi, hinc propriæ intuitu imperitiæ, illinc magnitudine territus, aliquatenùs pedem retraxi,

etſi conſcius ſuæ tenuitatis,

Plurima pertractans mecum, nec inaniter horrens
Tam tenui lembo committere vela profundo.

Conſiderabam præterea talem præſertim operam perito ſcriptori rectiùs iniungendam; ne rerũ videlicet maieſtatem ſermo incultior obfuſcaret, cùm eas dignitati earum dictione nequaquàm enuntiaret. Sed quoniam in huiuſmodi coniectatione nouem iam menſibus poſt eius tranſitum euolutis neminem eruditorum, vel quia non licuit, vel quia non libuit, id ſtudere cognoui *c* ..... Quod certè ideò quàm maximè facio, quatenùs & in præſenti pio Fratrum meorum pareat deſiderio, & in futuro pro labore tantillo à Deo mihi reddito perfruar præmio, quòd ætate ſubſecutiuâ tanti merita viri cæco non ſum paſſus obliterari ſilentio.

b

9. menſibus poſt eius mortem,

b

c

eius vitam ſcribit.

3 Sancti ergo & venerabilis viri Ioannis Morinorum Epiſcopi exordiar partim euoluere geſta, habitatorem ipſius inuocans Spiritum ſanctum, quatenùs cœptis meis propitius aſpirando, me faciat veraciter eloqui, quæ per illum dignatus eſt operari. Expectet autem mercedem à Deo, non quicumque legendo ſcrutatus, ſed quicumque agendo ea fuerit imitatus.

a *Fortè* illa. b *Deeſt hic* reſpondente, *vel quid ſimile.*
c *Hic quoque deeſt aliquid.*

CAPVT I.
Ioannis educatio, ſtudia.

Ioannes in Flandriâ natus piis parẽtibus,

4 VIr igitur Domini Ioannes intra fines Epiſcopatus Taruanenſis, in villâ, cui *a* Ganerſtanum vocabulum, quamque *b* Legia flumen miti placidoque meatu interluit, honeſtis ſecundùm ſeculum & Deum timentibus parentibus natus eſt. Pater eius Guillelmus, mater verò Phagala nomen habuit. Ambo quidem laici, ſed

a

b

sed sicut ex bonis operum ipsorum fructibus manifestè apparuit, ambo veri Christiani, ambo Christi deuotè adhæserunt famulatui. Nam eleemosynis studiosè operam dabant, esurientibus alimenta, nudis vestimenta præbebant, aliis piis operibus misericordiæ insistebant. Qui quum filium carnali generatione edidissent, spirituali regeneratione Christo illum protinus adoptare curauerunt, & salutari ablutum lauacro, Ioannem illum nominauerunt. Quod quidē non tam suo, quàm supremi Iudicis fecisse creduntur arbitrio, quia posteà munere fulsit diuino gratiæ, ipso eius videtur prophetatum vocabulo.

litteris studet.

5 Cuius rei ex ipsis teneræ illius ætatulæ rudimentis non modicum emicuit documentum. Nam litterali studio à parentibus traditus, sic proficiebat eadem suffragante gratiâ, adeò vt nonnulli, quos in admirationem suspenderat actio, magnum eum futurum iam iam haud fallaci augurarentur auspicio. Nam puerilium illecebris iocorum minùs, quàm illa poscere videretur ætas, intentus; & cui datus fuerat imbuendus, disciplinæ non mediocriter inuigilabat: Ecclesiæ conuentibus interesse, & maiorum præceptis pro viribus obtemperare humiliter satagebat. Et ætate puerili emensâ postquàm ad grammatis illius Pythagorici biuium peruenit, siniſtri tramitis viam cautè declinans, arctam arduamque viam ad dexteram prudens vitæ huius viator elegit, & poeticis figmentis non tam dimissis quàm abiectis, diuinarum sensibus scripturarum, quibus interior homo saginatur, & in amore proficit diuino, animū intendit indagandis. Quas prouincias ob studium peregrinādo perlustrauerit, quas vrbes adierit, quos præceptores audierit, esuriendo, sitiendo, algendo, dies & noctes plerūque vigiliis continuando, dum videlicet diebus legeret, & noctibus scriberet, non est nostræ facultatis euoluere.

dein sacra Scriptura:

6 His verò temporibus, licet plures magistros habuerit, duos tamen, quos hîc pro suæ integritate vitæ commemorandos iudicauimus, præ ceteris coluit. Vnus fuit magnæ religionis & scientiæ Magister Lambertus Traiectensis; alter verò, qui & maior ab vniuersis habitus est, Dominus *c* Iuo, qui pòst Episcopus fuit Carnotensis, qui quantæ religionis, quantæque scientiæ temporibus suis culmen tenuerit, hodie quoque testantur & monasteria quæ instituit, & libri quos ordinauit. Huius itaque serui fidelis, & prudentis in Domino magni Patrisfamilias dispensatoris, Ioannes noster non hebes auditor nec segnis imitator, vnctione illius, qui de omnibus docet, cor eius intentiùs imbuente, in breui adeò profecit, vt in totâ Galliâ vix aliquis inueniretur, qui ei vel vitæ, vel doctrinæ prærogatiuâ anteponendus iudicaretur. Vnde ad patriam Domino prosperante regressus, omni auro cariores, omni gemmâ pretiosiores aduexit thesauros.

Magistri egregius vsus,

c

doctissimus euadit:

d

Insulis habitat inter Clericos:

e

f

g

7 Apud *d* Insulam deinde, celeberrimum tunc illius regionis oppidum, aliquanto temporis moratus est. Vbi quia ex beneficio *e* Balduini Marchionis nuper fuerat fundata, multisque bonis locupletata *f* ecclesia, plurima ibidem erat Cleri, studio eiusdem Marchionis vndecūque collecti, *g* frequentia. Inter quos quidem ipse corporaliter tenebatur, spiritualiter autem à mundo, qui in corde eius crucifixus erat, peregrinabatur; exteriori specie habitus aliis consimilis, sed moribus valdè dissimilis. Quum enim alij vanitates intenderent, & spectacula vel ludicra spectarent, vel aliis ipsi ludendo spectanda præberent; ipse cælestibus magis quàm terrenis intentus, lectioni vel orationi vacans, in conclaui residebat, & nusquam quum ad ecclesiam foret prodeundum, procedebat. Qui si spectacula illa in eundo, vt assolemus, offendisset, graui quadam velocitate præteribat, saltem nec respicere volebat. Omnes ergo suæ merito sanctitatis eum venerabantur: nonnulli & venerando imitari conabantur.

vitat spectacula.

a *Fallitur ergo Locrius qui in Chronico Belgico ad ann.* 1130. B. Ioannem Atrebato oriundum *scribit. At quod hic* Garnestanum, *vulgò* Warnestunum, *Flandris* Waestene, *Gallis* Warneton *appellatur. Situm est medio ferè inter* Ipras *&* Insulas, *praclaras Flandriæ vrbes, interuallo.*

AVCTORE IOAN. DE COLLE-MEDIO, EX MSS. *VVarnestunum.*

b *De* Legiâ, *qui aliàs* Lisa, *&* Lætia *dicitur, egimus* 25. *Ianu. ad vitam* S. Popponis, *qui hoc eodem tractu natus est.*

c S. Iuo *Carnotensis Episcopus colitur à Canonicis Lateranensibus* 20. *Maij officio duplicis; licet* 13. *Decemb. obierit, anno* 1115.

d *De hoc nobili emporio egimus* 23. *Ianuar. ad translat.* S. Victoris.

e *Meierus Annal. Flandriæ lib.* 2. *ad an.* 863. *de* Balduino Ferreo *Caroli Calui genero agens, ita scribit:* Ibi in Regis verba Ferreus iurat, totamque regionem Scalde, Somonâ, & Oceano terminatam, dotalem ab eo accipit: appellatur COMES REGNI, in hoc maximè vt aduersùm Danos, omnemque Septemtrionis barbariem perpetuus foret regni Galliarum propugnator; eo diu seruato more, vt veteres Principes nostri modò COMITES REGNI, modò COMITES FRANCORVM, modò FLANDRIARVM nominarentur MARCHIONES, vel MARCHISI. *Et lib.* 3. *ann.* 1067. *de hoc ipso loquens* Balduino Insulano, *siue* Pio, *qui eo anno Kal. Septemb. Insulis decessit;* Hic Comes Balduinus, *inquit,* hoc modo suum scripsit titulum: BALDVINVS FLANDRIÆ COMES MARCHIO, & PHILIPPI FRANCORVM REGIS, EIVSQVE REGNI PROCVRATOR ET BAIVLVS. *Idem testatur Oliuarius Vredius in Sigillis Comitum Flandriæ.*

Comes vel Marchio Flandriæ.

f *Agit de hac S. Petri Ecclesiâ à* Balduino *fundatâ Buzelinus noster Gallo-Flandria lib.* 1. *cap.* 5. *Miraus de Canonicor. collegiis cap.* 73.

g *Meierus Annal. Flandriæ lib.* 3. *an.* 1066. Eodem anno Balduinus Insulæ, quod oppidum muro ac fossâ cinxerat, Principi Apostolorum ædificauit templum, vbi 40. legit Canonicos, 10. Sacerdotes, in quibus duo semper forent Episcopi Tornacensis, ac Morinorum, 10. Diacones, 10. Hypodiacones, ac totidem Acolythos. *Sed de his consulendus Buzelinus, exactiùs cuncta discutiens.*

CAPVT II.

Tirocinium monasticum. Archidiaconatus Atrebatensis.

8 VErùm ne quid ei deesset ad perfectionem, quod virtutum eius cumulo conferetur adiungendum, ipse & corporaliter decreuit mundo abrenuntiare, quem calcauerat mente contemptus. Itaque D. *a* Ioannem monasterij, quod in monte, qui dicitur *b* S. Eligij, à ciuitate Atrebatensi tribus vel eo ampliùs millibus passuum semoto, tunc temporis instituebatur, Abbatem, eximiæ sanctitatis & religionis virum, adiit, eiusque magisterio se humiliter submisit. Quem idem vir Domini summâ suscepit alacritate & gaudio, vberes omnipotenti Deo gratias agens, de tanto sibi diuinitus collato solatio. Nam quia B. Augustini regulam ipse in eodem monasterio obseruabat, suisque *c* imposuerat obseruandam; eius religionem & prudentiam non mediocriter sibi in hoc opere arbitratus est necessariam. Sanè nec immeritò: illam enim diuinæ sapientiæ margaritam, quam omnibus quæ habebat venditis, sagax profectò negotiator, comparauerat, quis non ambiret? Quicquid temporale est abiecisse, & sola æterna concupiscere videbatur. Quid multa? vt paucis multa expediam, talis fuit ipsius in monasterio conuersatio, vt omnibus prodesse posset & verbo pariter & exemplo.

Seculo renuntiat:

a

b

fit Canonicus regularis:

c

9 Intereà sanctæ memoriæ *d* Vrbano II. Papâ Apostolicæ Sedis apicem tenente, Atrebatensis Ecclesia, ab eo, sub quo pressa diu gemuerat, iugo soluta est Cameracensis Ecclesiæ: eodem videlicet Papâ id ipsum omnimodis efficiente, ipsamque Ecclesiam in antiquæ statum libertatis auctoritate Apostolicâ plenariè restituente. Igitur præmisso cum precibus solemni ieiunio, sicut probabilis exigebat Ecclesiæ consuetudo, conuocato ex diuersis Ecclesiis Clero & populo, ex prælibati venerabilis Papæ præcepto, canonica in eadem Ecclesiâ, Christo annuente, facta est electio. Electus quippe est ad eumdem Episcopatum præfatæ Insulanæ Præcentor Ecclesiæ D. *e* Lambertus, vir per omnia honestus & religiosus, infulâ Pontificali non immeritò decorandus. Magnâ igitur omnibus cum exultatione Deum laudantibus,

d

à Lamberto primo Atrebat. Episcopo post separationem à Camerācensi,

e

AVCTORE IOAN. DE COLLE-MEDIO, EX MSS.

quia huius rei prorsus ignarus vocatus aderat, rapitur, trahitur, & quamquàm inuitus, quamquàm renitens plurimùm & reclamans, Episcopali cathedrâ sublimatur. Domino autem *f* Rainaldo Remorum Archiepiscopo, ob Cameracensium, vt putabatur, fauorem, consecrationem eius differente; tandem Romam ipse cum aliquantâ Cleri sui parte proficiscitur, pedibus Papæ humiliter aduolutus, ab eius se obedientiæ vinculo absolui humiliter precatur. Sed non impetrato quod petierat, ipsius Papæ quasi B. Petri manibus, solemniter consecratur, & sic demum Apostolicis munitus priuilegiis, ad Ecclesiam suam remittitur.

f Roma ab Vrbano II. consecrato,

ac visitâte Episcopatum,

10 Reuersus dum agrum Dominicum, quem susceperat excolendum, debitâ sollicitudinis vigilantiâ circuit, multa per diuersa cultoris neglectu incommoda inflicta deprehẽdit; hinc spinas, hinc tribulos latis pullulare germinibus; illinc zizaniorũ inutilia triticeis immixta segetibus; vt se considerat non posse sufficere, alios deliberat accersere sollicitudinis in partẽ. Religiosos quoque & prudentes viros vndecumque contrahit, quibus adiutoribus suæ pondus sarcinæ diuidendo, leuari posset. Inter quos nostrum, de quo hîc agere suscepimus, venerabilem Ioannem, olim sibi optimè notum, vtputà cum quo & domi familiarissimè vixerat, & sub antefato magistro Iuone, sanctarum studiis scripturarum aliquamdiu insudauerat, singulariter existimauit in hoc opus esse eligendum. Hic Deo & hominibus visus est approbatus, cui summam imponeret curam Archidiaconatus. Nec errauit iudicio, nec sua eum in hac parte fefellit opinio. Est namque hoc illius Episcopi memorabile, quòd quicumque ab eo electi sunt Archidiaconi, omnes postea facti sunt Episcopi. Tres enim tantùm fuisse eius Archidiaconos nouimus, quos omnes postmodùm religiosos Episcopos vidimus: primum quidem D. Ioannem Episcopum Taruanensem; deinde *g* D. Clarebaldum, Episcopum Siluanectensem; postremò D. *h* Robertum eius factum Dei ordinatione successorem.

Ioannes adsciscitur adiutor,

& Archidiaconus constituitur

g

h

inuitus & censura coactus.

Quùm itaque virum illum venerandum ad prędictę onus prælationis inuitaret suscipiendum, vehementer cœpit reniti, nec statum contemplationis ad modicum deserere. Tandem Episcopus diuinorum interdictu officiorum, totam, in quâ morabatur, Ecclesiam mulctat, vt inde vnam eliciat personam. Nec diutius potuit reluctari. Archidiaconatus igitur curam suscepit contra voluntatem suam. Quam qualiter exercuerit, superuacuè niteremur dicere, cùm ruendum nobis videremus esse sub fasce. Ecclesias & Ecclesiasticas personas, iuxta antiquam Archidiaconorum consuetudinem, nouis quibusdam impositionibus non solũ non grauauit, sed exactiones ab anterioribus Archidiaconis impositas relaxauit.

a *Primus isthic Abbas fuit annis* 40.

b *Ita vocatum ferunt monumenta illius cœnobij, quòd illic* S. Eligius (*de quo nos* 1. *Dec.*) *semotam à strepitu vitam aliquando egerit. Ita* Buzelin.

Mons-S-Eligij,

c Lietbertus *Episc. Cameracensis an.* 1066. & 1068. *cùm videret Canonicos seculares, qui Eremitu montem S. Eligij incolentibus dudum successerant, licentiùs quàm par esset, viuere, nouâ disciplinâ eos constrinxit, regulamq; S. Augustini obseruandam imposuit, dato Ioanne Antistite. Ita* Buzelinus *ex illius cœnobij monumentis.*

Regularibus traditus.

d Vrbanus II *consecratus* 12. *Martij* 1088. *obiit* 29. *Iulij* 1099.

e *Huius* Lamberti *extat vita MS. à Ioanne Buzelino nostro ex veteribus Ecclesiæ Atrebatensis monumentis concinnata. Obiit* 17. *Maij an.* 1115. *creatus est Episcopus anno* 1094. *Egimus de eo, & hac episcopatus Atrebatensis à Cameracensi separatione,* 13. *Ianu. in vitâ B. Heldemari cap.* 3.

f *Hunc alij* Rainoldum, *alij* Renoldum, *alij* Reginaldum, *cognomento* Contractum *appellant. Creatus est Remensis Episcopus an.* 1080. *obiit Atrebati an.* 1095. 21. *Ianu.*

g Clarabaldus *à Cl. Roberto, ab aliis* Clarembaldus *appellatur; ab ipso Lamberto in quodam diplomate, vt testatur Buzelinus,* Clareboldus. *Fuerat anteà Insulensis Canonicus.*

h *Is primus horas Canonicas Dei Genitricis in Conuentu Canonicorum cani curauit, vt ex codice Tuani tradit Cl. Robertus. B. Ioannem sepeliuit.*

CAPVT III.

Episcopatus inuito obtrusus.

11 HIs verò ita se habentibus, Morinẽsis Ecclesia exteriùs quidẽ à malis hominibus, præcipuè Flandrorum Comite *a* Roberto persequente, multas inquietudines perpessa, & à tẽporibus bonæ memoriæ *b* Drogonis Episcopi viginti circiter annis ferè fuerat tribulationibus vexata; sed interiùs pessimis quorumdam moribus, sicut ægri assolent malis pernicioſiùs grauari humoribus, quantò periculosiùs tantò nimirùm miserabiliùs conflictata. Nam prælibati Drogonis successore *c* Huberto, quorũdam perfidiâ, ita vt protinus morituri videretur, sauciato, ac per id monacho effecto, Lambertus quidam Bellulanus, præfati Comitis astipulante violentiâ, Episcopatum Morinensem, *d* foribus etiam Ecclesiæ violenter exclsis, inuasit: Clerum ferè totum (eò quòd sibi non communicaret) per diuersa fugauit, & Ecclesiam per biennium ferme non tam tenuit, quàm vexauit. Verùm hic sicut hostiliter intrauerat, linguâ & dextræ manus digitis pertruncatus *e* hostiliter. Expulso *f* Gerardus substituitur, à Clero quidem electus, & expetitus à populo, sed, vt posteà declaratum est, non satis canonicè conciliato sibi fauore *g* regio; etenim pecuniæ pactio interuenerat, ipso tamen, vt aiunt, ignorante, donec exactus soluere coactus est, quod pactum fuerat. Quam pestem tanta incommoditas consecuta est, vt vix vnquam pacẽ habuerit, & nimiâ coactus egestate confuderit fasque nefasque. Pudet me quod sentio dicere. Vendebantur præbendæ, distrahebantur bona Ecclesiæ, nec omnia hæc domesticã valebãt egestatem depellere. Sed omnipotentis iudicio, quod illicitè acquirebatur, quadam quasi rubigine continuò absumebatur. Hic autem quùm quindecim & eò ampliùs annis præfuisset, apud sæpefatum Vrbanum Papam, fortissimum simoniacæ pestis impugnatorem, huius hæresis insimulatus, concessâ sibi purgandi facultate, quum se excusare non posset, ab Episcopatus administratione cessauit, & ad supradictum Montis S. Eligij monasterium, se contulit; & quietem, tanto sibi tempore negatã, gratanter (vt erat moribus placidus) amplexus, in pace consenuit.

a

b Miserè afflictâ Morinensi Ecclesiâ,

c Lamberto Bellulano inuasore pulso,

d

e

f

g Gerardo simoniacè promoto.

apud Paniacam accusato, vltro cedente, & monacho facto;

12 Tunc verò mira sequitur Ecclesiæ confusio: Archidiaconi namque cum cathedralibus Clericis in vnum congregati, quemdam *h* Erkemboldum Ecclesiæ S. Audomari Canonicum elegerunt. Qui quum pertinaciter reniteretur, nec è diuerso instanter peteretur, illa electio facillimo prorsus cassata est negotio. Deinde iterum conueniunt, & *i* Aubertum Ambianensem, Canonicatum Ecclesiæ Morinensis contra canonum sanctiones, quibus Clericus in duarum conscribi vetatur Ecclesiis ciuitatum, nuper adeptum, in Episcopum eligunt. Sed Abbates religiosi, quum nonnulli duarum electionum præbuissent assensum, domui Dei, cuius æstuabant zelo, dispensatorem ordinari cupientes idoneum, ideoque timore Dei præ oculis habito, & sancto Spiritu inuocato: D. Ioannem Atrebatensem Archidiaconum sanctæ Dei Ecclesiæ præficiẽdum eligimus, quem irreprehensibilis vitæ, & prædicandæ scientiæ dotibus præditum tanto aptum regimini veraciter agnouimus.

Erkemboldo episcopatum recusante;

h

i

eligitur Ioannes cui Auberto;

13 Mox instinctu nimirùm diuino, laicalis qui aderant ordinis viri, horum cum multo fauore cessêre sententiæ. Illis è diuerso reclamantibus, & Abbates frustrà conari, non sine rancore & indignatione vociferantibus, ad audientiam Domini Papæ controuersia tandem per appellationem translata est. Et hoc vtique opportunè. Nam eodem tempore Romæ concilium generale *k* de diuersis mundi partibus Papa indixerat. In quo concilio Morinensi caussâ tractatâ, & Auberti electione haud difficilè reprobatâ, D. Ioannes, cuius sanctitatem celebris fama vulgauerat, multorum vocibus dignus pronuntiatur,

k

Causâ vtriusque Romæ discussâ,

nuntiatur,& electio eius ex ſententiâ Concilij à Domino Papâ ſolemniter confirmatur. Nec priùs ab incepto deſtitit populus,quâ eidē electioni pars conſentiret aduerſa, ratione pariter & auctoritate conuicta. Sed ne ipſe fugâ elaberetur,omnia hæc ipſo ignorante actitabantur. Dominus Papa ne ſubterfugere pertentet, huiuſmodi ei litteris interminatur: Vrbanus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei,dilecto filio ſuo Ioanni Attrebatenſi Archidiacono, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quoniam relatum eſt in auribus noſtris, te communi voto religioſorum virorum, tam Cleri quàm populi, in Eccleſiâ Morinenſi eſſe electum,plurimùm congaudemus. Auctoritate igitur Apoſtolicæ Sedis electionem illam confirmamus & corroboramus, & ne aliquâ occaſione eam ſubterfugias, eadem auctoritate omnino interdicimus.

iubetur à Papâ epiſcopatum admittere:

turbatur acceptis Papæ litteris:

14 Litteras igitur Apoſtolicas ex improuiſo ſibi oblatas quùm legiſſet,tanto protinus mœrore concuſſus eſt, vt vitæ ſuæ illum tæderet. Hinc procliuia mentis obtutibus opponebat. Inde ſumma, in illâ præſertim Eccleſiâ, epiſcopandi difficultas animo ſuccedebat, quum & exteriùs ſuis eſſet poſſeſſionibus vltra modum imminuta, & interiùs, quod etiam magis horrebat, quantum ad diſciplinæ tenorem enormiter diſſoluta. In tali igitur cogitationum conflictatione cōſtitutus, quid ageret,quò ſe verteret, neſciebat. Sic autem illo ambigente, & quid faceret, quaue tot circumuallatus periculis commodiùs exiret, deliberante,tandem ſalubri ceſſit conſilio,eligens magis procellis maris,Chriſto fauente,qualicumque ſuperferri nauigio,quàm inobedientię incerto ſeſe immergere naufragio.

Presbyter ordinatur,

15 Annus erat ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimus nonageſimus nonus. Hoc igitur anno II. Nonas Iunij, preſbyteratus ordinatione ſuſceptâ, ſequenti menſe,XVI.videlicet Kal. Auguſti à viro venerabili D. *l* Manaſſe Archiepiſcopo Remenſi, Chriſti per omnia cooperante gratiâ, in vrbe Remorum Epiſcopus cōſecratus eſt. Vnde reuerſus Taruennam ſummâ Cleri, Procerum, & totius plebis exultatione ſuſcipitur, & vniuerſis in iubilatione Deum laudantibus cathedræ Pontificali IX.Kal. menſis prædicti ſolemniter inthronizatur. O tempora felicia, quibus ſupernè indulta probantur beneficia! Ecce Vrbano præſidente, Vrbano paſtoralibus ſupra gregem Dominicum excubiis inuigilante, & per ſingula ouilis ſui latè ſollicitorum cuſtodias excubitorum prudenter ordinante, ab ouibus quas tibi Chriſte redemiſti, rapacium morſus luporum prohibet efficaciter. Sed fortè meliùs liquebit quod dicimus, ſi aliquos religioſos illius temporis Epiſcopos ex nomine proferamus. Fuerunt enim illo tempore diuerſarum Eccleſiarum Epiſcopi, religione conſpicui, ſcientiâ præcipui, famâ celeberrimi. Ex quibus fuit *m* Hugo Lugdunenſis Archiepiſcopus, Apoſtolicæ Sedis in Galliam legatus, Manaſſes Archiepiſcopus Remenſis prælibatus, Iuo Carnotenſis, Lambertus Atrebatenſis, *n* Odo Cameracenſis,*o* Noalo Pariſienſis, Godefridus Ambianēſis, præter alios quos illuſtres illa habuit ætas.

l dein Epiſcopus.

inthronizatur;

quo tempore inſignes plures Epiſcopi.

m

n

o

a *Hic eſt* Robertus Friſo,*qui fratriam eiuſq; liberos Comitatu Flandriæ exuit, regnoq; exiit ab anno* 071 *ad* 1094.

b *Obiit* Drogo *an.*1079. *multa quoque & ipſe paſſus à* Balduino Comite, *ſiue* Barbato, *vt vult Colueneriusin cap.*3.*lib.*3.*Chronici Cameracenſis, ſiue* Pio, *aut* Montenſi, *qui anno* 1070. *deceſſit.*

c *Conſenuit* Hubertus *in cœnobio Bertiniano.de eo Ioan.Iperius:* Quadam die dum poſt matutinas Deum, ſicut ſolebat, oraret, quatenùs ſi ipſi Deo diſpliceret, quòd Epiſcopus eſſet, illi dignaretur oſtendere, vocem audiuit de ſupernis dicentem: Librum vitæ legi & relegi, & Hubertum Epiſcopum non inueni. *At Gregorius VII.li.*7.*ep.*16. *ad ipſum datâ VII.Kal. April. Indict.*3. *an.* 1080. *ſcribit eum coram Apoſtolicæ Sedis Legato* hæreticum publicè conuictum, & poſteà antequàm eſſet ab hac infamiâ expurgatus, ſimoniacè Epiſcopum factum. *Vnde exiſtimat Buzelinus Sede ideò pulſum, quòd Pontificis Maximi voluntati non ſatufecerit.*

d *Pluribus ſacrilegi huius hominis flagitia, & tyrannicam intruſionem, deſcribit Gregorius VII. lib.*9. *ep.*34.

e *Arguit Milites Teruanenſes idem Gregorius lib.*9. *ep.* 30. *quòd immane hoc ſcelus perpetrarint. mandatoq; iis vt* ante Legatos *Apoſtolicæ Sedis* ſatisfacturi veniant, & ſecundùm conſilium vel mandatum ipſorum ſatisfacere Deo & ſanctæ Eccleſiæ nullatenùs detrectent; *neque eâ in re vllam* excuſationem tentent obtendere, quaſi de ipſius vitâ reprobâ, vel ordinatione iniuſtâ, ſeu depoſitione irrogatâ. *Eiuſdem Lamberti cauſſam Hugoni Archiepiſcopo Lugdunenſi diſcutiendam commendat Gregorius lib.* 9. *ep.*32. AVCTORE IOAN. DE COLLE-MEDIO, EX MSS.

f *Gregorius lib.* 11. *ep.* 1. *monet* Robertum *Comitem ne vltrà* Lamberto *excommunicato auxilium ferat, ed* Gerardum *canonicè electum ſuſcipiat.*

g *Philippi Francorum Regis, qui anno* 1060. *Henrico patri ſucceſſit, obiit* 1108.

h *Meierus lib.*4. *an.* 1099. Eodem anno pulſo Gerardo Morinorum Epiſcopo, magna rurſus de nouo ſubrogando Præſule coorta diſſenſio. Erchembaldus quidam loco natus honeſto, à collegio electus, plebis perterritus ſeditione, induci non potuit vt dignitatem acciperet.

i *Meierus* Obertum Helchinenſem *vocat, fortè quia Helchinij ad Liſam in Flandriâ natus.*

k *Eſt id Romanum tertium ſub Vrbano habitum an.* 1099. *hebdomadâ tertiâ poſt Paſcha. interfuerunt* 150. *Epiſcopi.*

l *Hic eſt* Manaſſes *ſecundus, nam primus* Raynoldum *præceſſit.*

m *Huius præclari Antiſtitis mentio facta eſt* 26. *Ianu. in vitâ* B. Alberici. *vnus fuit è tribus quos* Gregorius VII. *morienspontificatu dignos cenſuit.*

n Odo, *vel* Odardus, *Abbas S. Martini Tornaci, ac dein Cameracenſis Epiſcopus, ſcriptis clarus, obiit an.* 111 .19 *Iun.*

o *MS. Morinenſe* Voalonem *appellat, Cl. Robertus* Gualonem vel Valonem.*conſecratus eſt an.*1105. *obiit* 23. *Febru.* 1114. *Recenſetur inter R.E.Cardinales.*

CAPVT IV.

Virtutes in Epiſcopatu. adiutores illuſtres.

16 INfulis namque Pontificalibus inſignitus, quàm ſobrium ſibi,quàm iuſtum ſubditis vel proximis, quàm pium denique Deo ſe exhibuerit,quis inueſtigare ſaltem, ne dicam enuntiare, ſufficiat? Nihil enim me in hac parte falſi ſcienter dumtaxat vel dixiſſe, vel eſſe dicturum, niſi quod vel ipſe probaui,cum ipſo conuerſatus per ſpatium ferme quatuordecim annorū, vel quod eorū relatione certiſſimâ didici,qui vitam eius familiariter nouerunt, veracium virorum. Tantam verò à pueritiâ prædicitiam, tantam per Dei gratiam obtinuit munditiam, vt mulierem eum concupiſcentialiter ne contingere quidē quiſquam facilè vnquam ſuſpicatus ſit, quāquàm multis eum huiuſmodi vexatum ſæpe tentationibus, non incompertum nobis ſit. Ceterorum ſenſuum caſtigator fuit adeò diſtrictus, vt nec oris eius ſermo impudicus,nec oculorum fuerit petulans obtutus, nec vanis auſcultandis occupatus auditus. Quantum ad guſtum & odoratum attinet, admirandæ ſemper extitit abſtinentiæ. Etenim ab eſu carnium vſque ad vltimum ætatis ſuæ ſenium omnimodis abſtinuit. Sed ante triennium ferme quàm ab hac luce migraret, quum Preſbyter quidam Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus ad eum viſitādum veniſſet, eumque præ multâ parſimoniâ corpore adeò debilitatum comperiſſet, vt pedibus vix incedere, vel ſacrorum celebrationem conficere valeret,inſtantiſſimè apud illum agere cœpit, quatenùs deinceps carnibus aliquando veſci non recuſaret. Hoc idem dū ab illo cum eodem Preſbytero humiliter peteremus, omnino acquieſcere noluit, donec ex parte Dei & beatorum Apoſtolorum per obedientiam conſtrictus, non obedire non potuit. Ex quo tempore carnibus quidem interdum,ſed parciſſimè vſus eſt. In veſtimentis autem eum ſeruabat modum, vt nec pretioſa nimiùm, nec è contrario eſſent vilia plurimùm.

Ioannis caſtitas,

cuſtodia ſenſuum,

abſtinentia.

moderatio in veſtitu.

17 Statim igitur vt Epiſcopalis cathedram dignitatis accepit,probatæ religionis viros de diuerſis electos monaſteriis congregauit, quos in vineâ magni Patris-familias pro denario diurno laboraturos ſuo comitatui ſociauit. Quorum vt vitæ integritatem, & in bonis operibus ſtrenuitatem paucis probemus, & eorum aliquos hîc

AVCTORE IOAN. DE COLLE-MEDIO, EX MSS.

nominemus: ex eorum namque numero fuerunt D. Achardus, qui in loco, qui nunc monaſterium *b* S. Nicolai in Aridagamantiâ, Deo eremiticam duxerat vitam, quemque defuncto Hugone Archidiacono in eius locum ſubrogauit, qui & hodie quoque ſuperſtes in Hieruſalem templo Domini præſidet: & D. *c* Richarius, qui domus eius diſpenſationem ſibi creditam aliquando prudenter adminiſtrauit, & poſtmodùm in eodem Aridægamantiæ monaſterio per annos aliquos Abbatis inuigilando officio, præſentis vitæ curſum dormiens in Domino conſummauit. Dominus quoque Gerardus, vir per omnia religioſus, Eccleſiæ S. Auberti Cameracenſis Canonicus, ab ipſo poſteà in monaſterio Iprenſi primus Abbas ordinatus, magiſter meus, qui in eodem loco aliis circiter ſedecim, quibus præfuit, pariter prodeſſe ſtudioſè curauit, & bonis iugiter inſiſtens operibus, poſt multos, quos pro Chriſto tolerauit labores, ad vltimum in pace quieuit. Verùm illo ad præfatam Abbatiam electo, D. Herbertum iam bonæ ſpei iuuenem *d* Formoſellenſis monaſterij Canonicum ſibi aſſumpſit, & loco eiuſdem Gerardi Capellanum eum habuit: quem etiam poſteà præfato Achardo Hieroſolymam profecto, quum reuerti vltrà nollet, in Archidiaconatu ſucceſſorem ſtatuit. Alium item Gerardum Capellanum habuit, quem petentibus *e* Loënſis monaſterij Canonicis Abbatem præpoſuit.

Viri religioſi eius adiutores, Achardus, *b* *c* *Richarius, Gerardus,* *Herbertus,* *d* *e* *alius Gerardus,*

18 Sic omnis ferè regularium Fratrum congregatio, quæ illis fortè in locis paſtore fuiſſet orbata proprio, de illius præcipuè domo ſibi Patrem ordinari optabat. Nouiſſimè verò tamquàm peripſema omnium, tum præ multitudine iniquitatum mearum in talium numero virorum nec nominandum, me quoque verè quaſi abortiuum ſibi aſciuit, & tredecim ferè menſibus ſecum detento, poſt deceſſum D. Arnulphi Archidiaconi, eius curam officij, quum admodùm iuuenis eſſem, contra ſpem certè meam, & omnium ferè voluntatem, in hoc fortè (ſi dicere audeam) reprehendēdus, impoſuit. Quē, vt verè fatear, quum etiam ipſe poſterâ die cur hoc feciſſet reprehendendo ſciſcitari auſus fuiſſem, ob penuriam prudentium, quæ tunc ſibi contigiſſe videbatur, virorum ſeſe in illam deueniſſe ſententiam reſpondit. Sic ille, quum ego ad meam miſeriam omnino iuſto Dei iudicio accumulandam, in hunc quaſi offenſionis lapidem me impegiſſe intelligam, nec incongruè, qui enim vix vnâ vnquam horâ benè rexi animam meam, de aliorum, quorum prouiſionem & curam ſuſcepi, animabus, rationem diſtricto Iudici redditurus, quomodò euadam? Libet ergo pro parte meâ exclamare cum Apoſtolo: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, de lacu ſcilicet miſeriæ, & de luto fæcis?

Auctor huius libri, Rom. 7. 24. Pſal. 39. 3.

19 Prætereà multi Abbates religioſi ei frequentiſſimè adhærebant, qui zelum Dei habentes, ex ipſius imitatione proficere geſtiebant, D. *f* Cono monaſterij ſæpefati Aridægamantiæ Abbas, pòſt Epiſcopus Prœneſtinus, & Apoſtolicæ Sedis in Galliam legatus, D. Lambertus, S. Bertini, Bernardus *g* Watinenſis, Gerardus *b* Hamenſis, & D. *i* Hugo Clericus, pòſt Abbas factus in Angliâ monaſterij Radingenſis, nunc autem Archiepiſcopus Rotomagenſis; aliorumque tam Abbatum quàm Clericorum turba non modica, quorum hîc ſuperfluum videretur recitare vocabula.

f *Varij Abbates.* *g* *h* *i*

20 Talium Chriſti famulus delectabatur conſortio, vt ad huius ferendas præſentis exilij moleſtias, eorum videretur ſolatio confortari. Hos interioris ſuæ conuerſationis in ſecreto, hos operum ſuorum teſtes habebat in publico. Etenim quæcumque alios vt facerent bona verbis exhortando monebat, in ſuis primùm operibus faciens realiter oſtendebat, quatenùs ab eo quod lingua ſonabat in prædicatione, vita non diſcreparet in actione. Semper illum aut ſpiritualis meditatio, aut ſacra occupabat lectio, vel certè ad contemptum mundi & amorem Dei commoda diſputatio, aut pro ſe ſibique commiſſis ad Deum fuſa oratio. Quum ad nocturnas ſurgendum eſſet vigilias, vel manè, Epiſcopus primus ſurgebat, & ſurgendo ne alios quieſcentes ſtrepitu quomodolibet inquietaret, ſatis cauebat. Nam nemini ferè minùs quàm ſibi parcebat. Apud ſe deinde in ſecreto cordis reſidens cubiculo, ſecularium cogitationum amotis turbinibus, Patrem ſuum deuotè orabat: & in hoc ipſo vel meditatione aut lectione vſque ad Primam perſeuerabat: poſt Primam ſcilicet vſque ad Tertiam. Inde ad Miſſarum ſolemnia celebranda procedebat, quæ vel quotidie, vel frequentiſſimè per ſeipſum explebat. In mensâ eius, ſacra quotidie perſonabat lectio, quâ ſicut exterior corporali alimento, ſic ſpirituali ſaginaretur homo.

Ioannis occupationes in otio, *modeſtia in ſurgendo,* *priuatæ precationes,* *lectio ad menſam.*

a *Hîc aliquid videtur deeſſe.*

b *De hoc cœnobio, quod vulgò* Aroaſia *dicitur, egimus* 13. *Ianu. in vitâ B. Heldemari eius fundatoris.*

c *In catalogo Abbatum & Præpoſitorum Aroaſienſium* Richerus *nominatur, ac Præpoſiti tantùm titulo inſignitur, aſſeriturq; mortuus anno* 1121. *teſte Buzelino.*

d *Extat etiamnum hoc Canonicorum regularium cœnobium, haud procul ab vrbe Iprenſi.*

e *MS. D. Huberti* Logenſe. *Eſt* Loa *oppidum medio ferè inter Ipras & Furnas ſpatio. Deſcribitur à Iac. Marchantio lib.* 1. *Commentarior. Flandria.* *Loa*

f *De hoc* Conone *actum ad vitam* B. Heldemari. *Locrius Præpoſitos recenſet* Heldemarum & Richerum; *huic ait ſucceſſiſſe* Geruaſium, *Conone omiſſo, qui tamen adiutor fuit Hildemari, pluriſmumq; illi cœnobio profuit.*

g *De huius cœnobij initio ita ſcribit Meierus lib.* 3. *ad an.* 1071. Eodem anno inſtituti ab Roberto (*Friſone Comite Flandriæ*) Canonici diſciplinæ regularis apud VVatanas, illiſque Odfridus Sacerdos religioſiſſimus datus Antiſtes, qui ædiculam ibi quādam Diuo ſacram Richario, ab Alfunino Presbytero acceptam auxit, vertitque in monaſterium. Id monti impoſitum ad Enulam amnem in extremis Caſletenſium, quà Corum ſpectant, finibus, duobus diſtans millibus à Fano Audomari. *Id cœnobium nunc ſemirutum incolunt Patres Societatu Ieſu prouincia Anglicana.* *VVatenenſe cœnobium.*

h *Id monaſterium in Arteſiâ iuxta Lilariam ſitum, conditum anno* 1084. *ab* Engerranno *Lilarienſi Domino, qui monachos è Caroſenſi cœnobio in Pictonibus, Compoſtellâ rediens, deduxerat.* *Hamenſe cœnobium.*

i *Eſt hic XLIX. in Rotomagenſium Antiſtitum catalogo apud Cl. Robertum. Eum* 4. *ſeculo præceſſit* S. Hugo, *de quo* 9. *April. agemus.*

CAPVT V.

Diſciplina Eccleſiaſtica. Aliæ virtutes.

21 Eccleſiam B. Mariæ Taruanenſis, quam, vti prælibauimus, interiùs exteriuſque miſerabiliter diſſipatam inuenit, mox primis ordinationis ſuæ temporibus biformi ſtructurâ ſapiens architectus reparare præparauit. Et de inſenſibili quidem lapidum lignorumque materiâ fabricam eius à fundamentis magnâ ex parte incipiens, laudabiliter extrinſecus conſummauit; ſed viuis intrinſecus lapidibus ligniſque rationabilibus eam multò vtiliùs inſtaurauit. Clericos namque quoſcumque moribus ſcientiâque pollentes, in nullâ dumtaxat Eccleſiâ intitulatos, Eccleſiaſtica videlicet beneficia non habentes, Dominicis ſatagebat caſtris aggregare, eiſque congrua & ſufficientia de ſuæ facultatibus Eccleſiæ, pro poſſe ſuo, ſtipendia erogare. Scimus quippe & veraciter teſtimonium perhibemus, quoniam toto pontificatus ſui tempore, adeò ab omni cupiditatis ſpiritu abſtinuit, vt nec rogatu nec nutu exactionem vel minimam in ſubditis Clericis aut laicis aliquatenùs fecerit. Et *a* bannos, quibus pro tranſgreſſionibus ſuis, & præuaricationibus homines ſecundùm leges mulctari ab Epiſcopis debent, etſi ob hoc ipſum à nonnullis reprehenderetur, omnino accipere noluerit. Vnde factum eſt, vt in Eccleſiâ Dei honeſtior & vtilior Clericorum exiſteret congregatio, & Sacerdoti Domini detrahendi nulla maleuolis præſtaretur occaſio.

Templum B. Mariæ reparat: *Clericos inſtruit:* *nullam exactionē inſtituit,* *a* *ne mulctarum quidem:*

22 Alios quoque diœceſeos illius Clericos latas ſeculi vias & carnis deſideria multis retro temporibus ſectatos ad normam rectè viuendi reducere laborauit, tam exemplo quàm verbo inuitatos. Quorum quoſdam Simoniacâ peſte infectos reperit, quam totis viribus expugnare

Simoniacos exterminat:

pugnare & exterminare decreuit. Teſtatur quod loquor
b Eccleſia b Iprenſis, teſtatur Formoſellenſis: illas videlicet de manibus peruaſorum huius hæreſeos canonico iudicio conuictorum ereptas. Illis enim de Eccleſiâ quam per ſimoniam ſibi comparauerant eliminatis, vineam
Eccleſiam Iprenſem donat Canonicis Regularibus: Domini aliis locauit agricolis. Quum autem Eccleſiam Iprenſem liberaſſet, & aliquanto ſibi tempore retinuiſſet, regularibus eam Fratribus donauit, & Abbate, quem ſuprà nominauimus, in eâ ordinato, perpetuò habendam Epiſcopali priuilegio confirmauit. Formoſellenſem
Formoſellam reformat: autem totam ad ſtatum regularem conuertit, excepto, quòd illum qui priùs eius Præpoſitus extiterat, in alio loco regularium Clericorum Abbatem conſtituit, & alterum illi Eccleſiæ ſpectatioris religionis præfecit, & reditus eorum poſtmodùm ſuâ liberalitate ampliauit. Vnde factum eſt vt in vtraque Eccleſiâ Clerici B. Auguſtini regulam profeſſi, hodieque ſpiritualiter viuant, &
monaſteria varia inſtituit: ſtipendia ſanctis laboribus debita ipſius prouidentiâ, communiter percipiant. Alia ſubinde ſeptem vel eo ampliùs monaſteria diuerſis locis inſtituit, & congregationes monachorum ſiue Clericorum ſecundùm regulam Apoſtolorum viuere proponentium per ſingula diſpoſuit. Reliquos autem, qui ad regendum populum Dei per gradus Eccleſiaſticos ſolerter inuigilarent, virtutum etiam exercitiis operam darent, partim monebat, partim cogebat.

23 Meminimus quemdam Iniquitatis filium, aliorum quorumdam nequiſſimorum conſiliis inſtigatum, diabolo verò per eos operante, vitæ illius inſidias aliquando tetendiſſe, &, Deo ſolo protectore, inimici dolos iuſto viro nequaquàm nocuiſſe. Tranſitu enim eius per villulam quamdam præcognito, vt facinus perpetraret itinere præoccupato, dum prætereuntem Domini Sa-
diuinitùs è manibus ſicarij liberatur: cerdotem, magno cum impetu accurrens, lanceâ tranſuerberare niteretur, & ille, clamore poſt tergum audito, furentem reſpiciens ictum iamiam feriturum, vtpote cupiens diſſolui & eſſe cum Chriſto, impauidus opperiretur, nec vſquam effugere (quum tamen eques eſſet, & ille pedes) vel declinare conaretur. Confeſtim virtute
prohibet eum puniri; diuinâ cuſpis perſecutoris in aëre ſuſpenditur ſuper caput Pontificis, & ſic ſuæ fructu nequitiæ fruſtratus, confuſus receſſit hoſtis. Cuius atrocitatem ſceleris ipſo certè ſilente, & nullam omnino vindictam expetente, nec ſaltem volente, quum multi vltum ire deſtinarent, ne hoc aliquatenùs fieret prorſus inhibuit. Verùm quamquàm ille patiens & pius ipſe nullam tantæ immanitatis
c exegerit c, non tamen ſiluit ille qui ait: Mihi vindictam, & ego retribuam. Etenim tam illum, quàm omnes, quos cum illo in tam graui piaculo conſpiraſſe conſtitit, in
Heb. 10. 30. *qui tamen à Deo cum complicibus punitur.* breui Dominus diuerſis priùs pœnis mulctatos de medio tulit. Quocircà eos qui ſe illum quoquo modo, ſcilicet ſiue opere malo, ſiue linguę gladio inſecutos meminêre, operæ pretium arbitror breuiter hîc ex fraternâ caritate monere, vt reatum ſuum in præſenti dum licet non negligant pœnitendo diluere, ne diſtricto exigente Iudice, iuſtas cogantur & graues in futuro pœnas exoluere. Porrò de ipſo fiducialiter audeo confirmare, eum bonis operibus ſuis, vt apud Deum, ſic apud bonos quoſque gratiam emeruiſſe. Et quamquàm fama de abſente tibi magna prædicaſſet, quum præſentiâ eius frui licuiſſet, quo neſcio pacto minus videbatur quod de abſente fama perhibuiſſet. Ita rei magnitudo famæ magnitudinem anteibat.

24 Prætereà vultus eius Angelicus quidam honor adornauerat, & in facie eius diuinum quoddam aſſiduè rutilabat, tantumque illi reuerentiæ oculo quodammodò induerat, vt quicumque illum intueretur, gratis illum diligeret, gratis ex corde veneraretur. Sanè apud
d beatæ memoriæ d Paſchalem Papam, tantam obtinuerat familiaritatem, vt eum inter cariſſimos ſemper habuerit. Itaque toto Papatus eius tempore, quicquid ab illâ petiiſſet Sede, ſine aliquâ obtinuit difficultate. Priuilegia ergo monaſteriis, quæ ipſe fundauerat, idem Papa
d Paſchali Papa admodùm gratus, eius interuentu largitus eſt. Qui & quia de eius benè ſentiebat integritate & ſapientiâ, multa ei diuerſarum Eccleſiarum & perſonarum vice ſuâ tractanda delegauit negotia. Aliarum Eccleſiarum ſuis Epiſcopis deſtitutarum, alterius prouinciæ inſularum aliquoties commendauit gubernacula. Habentur hæc hodie quoque in Eccleſiâ Morinenſi in litteris à Sede Apoſtolicâ illi diuerſis temporibus directis. Ipſe autem ne in huiuſmodi videretur gloriari, hac poteſtate (quantum ſaluâ obedientiâ poterat) recuſabat vti. Hinc eſt quòd inſulas illas numquàm adiit. Eccleſias autem vix ſemel viſitauit. Et de iis quidem licet plura potuerint, & meritò dici debuerint, hæc pauca commemoraſſe ſufficiat.

Auctore Ioan. de Colle-Medio, Ex mss. varia ab eo negotia Eccleſiarū curanda præficitur.

a Bannus *hîc multam ſignificat, quam dependere eos oporteret, qui Eccleſiaſticas conſtitutiones violaſſent. Aliàs pro placito, ſiue conuentu ad controuerſias decidendas, vſurpatur.* Bannus

b *De hac poſteà in Analectis agemus.*

c *Deeſt* vindictam, *vel quid ſimile.*

d Paſchalis II. *Vrbano II. ſucceſſit, conſecratus* 14. *Aug. anno* 1099. *obiit* 18. *Ianu.* 1118.

CAPVT VI.

Vitæ aditum diſcrimen; cælitus diſcuſſum.

25 SEd occurrit quod geſtis eius adhuc oporteat ſtylo currente allegari, & quòd nouerimus id ipſum vt ſcribitur, ex multo iam tempore à multis deſiderari. Plurimi enim ex Fratribus fuerunt, qui etiam eo viuente hæc ſcribi voluerunt. Quum ante XV. ferè quàm decederet annos ſollicitudine paſtorali diœceſim ſuam ex more luſtraret, contigit vt in villâ, cui a Merchem vo-
a cabulum eſt, hoſpitij manſionem haberet. Erat autem *Venit in Merchem:* ſecus atrium eccleſiæ munitio quædam (quam caſtrum vel municipium dicere poſſumus) valdè excelſa, iuxta morem terræ illius, à domino villæ ipſius à multis retro annis extructa. Mos namque eſt ditioribus quibuſque regionis huius hominibus & nobilioribus, b eò quòd
b maximè inimicitiis vacare ſoleant exercendis & cædibus, vt ab hoſtibus eo modo maneant tutiores, & potentiâ maiore vel vincant pares, vel premant inferiores, terræ aggerem quantæ preualent celſitudinis congerere, eique foſſam quàm latè patentem, multamque profunditatis altitudinem habentem circumfodere, & ſupremam eiuſdem aggeris crepidinem, vallo ex lignis tabulatis firmiſſimè compacto, vndique vice muri circummunire, turribuſque, ſecundùm quod poſſibile fuerit, per gyrum diſpoſitis, intra vallum, domum, vel, quæ omnia deſpiciat, arcem in medio ædificare, ita videlicet vt porta introitus ipſius villæ non niſi per pontem valeat adiri, qui ab exteriori labro foſſæ primùm exoriens eſt in proceſſu paullatim eleuatus, columniſque binis & binis, vel etiam trinis altrinſecus per congrua ſpatia ſuffixis innixus, eo aſcendendi moderamine per tranſuerſum foſſæ conſurgit, vt ſupremam aggeris ſuperficiem coæquando oram extremi marginis eius, & in eâ parte limen primâ fronte contingat.

26 In huiuſmodi ergo aſylo Pontifice cum ſuo frequenti & reuerendo comitatu hoſpitari c, quum ingentem populi turbam tam in eccleſiâ, quàm in atrio eius, manus impoſitione, & ſacri chriſmatis vnctione confirmaſſet, vt veſtimenta mutaret, eò quòd cœmiterium humandis fidelium corporibus benedicere ſtatuiſſet, ad hoſpitium regreſſus eſt. Vnde illo, vt propoſitum perficeret opus, iterum deſcendente, & circa medium pontis, triginta quinque vel eo ampliùs pedum altitudinem habentis, certâ de cauſsâ ſubſiſtente, populique non modicâ cateruâ antè & retrò, dextrâ læuâque circumſti-
c *ponte corruente, diuinitus à morte præſeruatur, cum aliis multis.* pante, continuò antiqui machinante hoſtis inuidiâ, pons ponderi ceſſit, & diſſipatus corruit, magnamque illorum hominum turbam cum Epiſcopo ſuo ad ima deiecit: fragore autem ingenti è veſtigio conſecuto, tranſtris, trabibuſque tabulatis, & ruderibus magno cum impetu pariter & ſtrepitu concidentibus; nebula quædam

AVCTORE IOAN. DE COLLE-MEDIO, EX MSS.

tenebrosa ita omnem illam ruinam repentè circumfudit, vt quid ageretur, vix quisquam discernere potuerit. Sed clementia Dei velociter assuit, tenebrasque deiecit, & seruum suum cum totâ illâ multitudine de periculo illæsum eduxit. Præsentat se hîc animo meo naufragium

Act. 27. Apostoli Pauli, in quo nauigiis rebusque amissis, animas omnes Deus concessit oranti saluandas. Hîc verò quum tanta fuerit hominum ruina, tantaque per diuersa & sine ordine ruentium lignorum materia, nec homines aliquatenùs læsi, nec in rebus eorum aliquid factum est damni: ipse quoque iucundo vultu & hilari, aquâ ei vix vsque ad genua pertingente, prodiit, & gratias agens Deo, fabricatori totius doli huiusmodi verbis imprope-rauit: Diabolus, ait, opus Dei conatus est impedire, sed non prævalebit, ipso in omnibus adiutore. Et his dictis ad benedictionem cœmeterij nihil moratus alacriter properauit. Sed hæc hactenùs.

a *Sita est inter* Dixmudam *&* Ioras, *Franconatui subiecta.*

b *Ita Lisiardus in vitâ S. Arnulphi Suessionensis, quam 15. Aug. dabimus lib. 2. cap. 14. de his ipsis agens Roberti Frisij temporibus, ita scribit*: Quia nempe illo in tempore per quædam, imò per cuncta Flandriæ loca, quotidiana homicidia & insatiabiles humani sanguinis effusiones pacem & quietem totius regionis turbauerant; ob hoc magnis precibus maxima nobilium multitudo impetrauit, vt loca, in quibus maximè atrox crudelitas sæuiebat, Præsul Domini visitaret, & mentes Flandrigenarum indociles ac cruentas de pace ac concordiæ bono aliquatenùs commoneret, qui in spiritu sentiens hoc acceptum coram Deo, &, vt præscriptum est, sciens se diuinâ iussione & B. Petri Apostoli interuentione huc oportere venire, tantò citius acquieuit eorum precibus, quantò certiùs adspiciebat hæc omnia actitari diuinitus. Nobilium itaque Magnatorum stipatus cateruâ venit ad Brugense oppidum, & in Flandriam interiorem ad Aldenburgensem vicum, quibus in locis tanta rabies occidendi, tantusque inerat furor vlciscendi, vt humano sanguine assiduo cruentari iucundum haberent, & vel vnâ die a cædibus cessare ignauum atque improbum æstimarent. Vix pater filio, vix filius parcebat patri; frater germanum, nepos auunculum vel patruum, quin & patruus nepotem pro modicâ caussâ neci tradebat. Horum autem diabolicam rabiem, & tam Brugensium, quam Furnensium & Aldenburgensium insanam perniciem, vir Domini Arnulphus, verbo dulcifluæ prædicationis, & exemplo eximiæ sanctitatis mirabili modo mansuefecit, & corda crudelium ad concordiæ tenorem, licet valdè laboriosè, complacauit, *&c.*

c *Hic deest aliquid.*

Flandrorũ circa tempora S. Ioannis crudelitas.

CAPVT VII.

Extrema ægritudo. obitus.

27 VEllem autem diutius immorari tantarum contemplationi virtutum, sed vereor ne lectio, si prolixa fuerit, nimium lectori, vt assolet, pariat fastidium. Multis ergo, quæ meritò viderentur dicenda, prætermissis, ad hæc stylum vertamus, vt de dormitione eius & sepulturâ, quàm breuiter possumus, doceamus. Silendum tamen nequaquàm videmus, quòd antequàm vinculis corporis absolutus, ab hac luce migrauit, toto ferè triennio tribulationibus laborauit. Ea namque quotidie videbat, quæ sine graui animi dolore videre non poterat. Namque post mortem Dei cultoris glorioſi Marchionis *a* Karoli, terra (vt ait Scriptura) data est in manus *b* impij. Vnde quæ secuta sunt furta & latrocinia, fraudes & periuria, rapinæ & incendia, pugnæ & homicidia, iugi cruciabant mœrore pij Patris plena caritate precordia. Porrò per duos ante obitum suum menses tantum edendi sustinuit fastidium, vt ferè omnem escam anima eius abominaretur, & pro cibo potuque modico lactis vteretur. Quod quidem ex multâ, quam semper tenuerat abstinentiâ, ei accidisse à plerisque putatum est.

a
b
Iob 9. 24. *Multa passus Guilielmi Normanni tempore, nauseâ diu laborat,*

28 Sex autem vltimis diebus dysenteriâ laborauit, quòd quum quartâ feriâ cœpisset, in crastino, id est, in quintâ feriâ Presbyteros Ecclesiæ, vt, secundùm auctoritatem Apostolicam, sancto vngeretur oleo, fideique super eum funderetur oratio, induci præcepit. Quibus, confessione peccatorum præmissâ, cum ingenti omnium fletu peractis, & sacratissimo corpore & sanguine participato, pacis osculum omnibus dedit, sicque benedictione datâ dimissis, quantò secretiùs tantò arctiùs Deo se per contemplationem astringere statuit. Itaque vt hoc ipsum licentiùs faceret, primùm omnia quæ habere videbatur, pauperibus erogari mandauit, vt pauperem sequeretur Christum, qui vbi caput reclinaret, Luc. 9. 58. sese teste, non habuit, quamuis pauper non fuerit, quamuis paupertatem illius omni tempore imitari studuerit. Ecclesiæ verò codices dedit, vestesque & vasa sacro ministerio dicata, quorum summa erat non modica.

post dysenteriâ:
condit testamentũ:

29 Exinde de illâ supernæ beatitudine patriæ, cuius indesinenter æstuauerat desiderio, valdè spiritualiter, vt putà qui iam nihil ferè carnis haberet, mirâ quadam suauitate sermonis differere orsus est. Totus autem idem sermo de contemptu terrestrium, & appetitu cælestium in auribus paucorum religiosorum & spiritualium virorum contextus est. Vbi & me peccatorem, non quidem ex meo merito, sed consuetæ familiaritatis beneficio, loquenti sibi assidere passus est. Quorum licet verborum ordinem adhuc ex parte memoriâ tenens, multùm tamen æstimo vt huic opusculo quod iam finem postulat, inserere debeam. Vnum verò quod in præsentiarum censui non *c* simile: nonnulla videlicet eum tunc spiritu prophetico prædixisse, quæ post modicum videntur partim impleta fuisse. Quæ quidem specialiter describere possem, nisi quorumdam verecundiæ parcere decreuissem. Vt autem in posterum propositum exequar, de tumulando corpusculo suo, Episcopis secundùm Patrum statuta in hoc ipsum accersiendis, & quum accersiti venissent *d* hospitalem procreandis; de omnibus quoque aliis, quæ opportuna videbantur, summâ cum discretione dispositit. Sensus quippe omnes corporis sui habebat integerrimos, & discretionem adeò sanam, & imperturbatam memoriam, vt quum semper in iis viguerit, tunc tamen præcipuè de sapientiâ eius omnes non sine stupore miraremur.

de cælesti gloriâ differt cum paucis religiosis:
c
de sepulturâ suâ & ceteris disponit:
d

30 Quibus ordinatis iterum amicam sibi solitudinem amplexus, Deo vacabat, summo prorsus vtens silentio. Vetuerat enim, ne quisquam ingredi permitteretur, nisi quem admitti fortè iussisset, præter illos Religiosos, quos assiduè volebat adesse. Turba verò non modica tantæ famâ rei non solùm de ciuitate illâ, sed & de remotioribus partibus quotidie fluebat. Videres diuersorum ordinum viros & mulieres deuotissimâ humilitate pro foribus excubantes, benedictionem sancti Antistitis multo cum desiderio flagitantes, quam si impetrare non mererentur, carissimum Patrem filij vel videre permitterentur. Nimis durum & inhumanum esse, si Antistitem suum protinus discessurum plebs deuota prohiberetur saltem videre. Has verò preces, has & huiusmodi querelas assiduo fletu & lamentis continuis cumulabant, seque non recessuros nisi exaudirentur, nonnulli etiam iureiurando asserebant. Quorum obsecrationibus importunis precibusque tandem aliquantulùm deuicti, quum desiderium ei paticis insinuassemus, vt admitterentur nutu permisit. Summo igitur cum silentio ingressis, oculos aperiens, manu eleuatâ benedixit & dimisit. Subinde alios atque alios simili ex desiderio vndique conuenientes, prolixis tamen interlabentibus interuallis morarum, eodem ordine ipso permittente interdum admittebamus, & confestim dimittebamus. Ipse verò in silentio suo rursus perseuerabat, & oculis ferè semper clausis, ne ab interno contemplationis vel orationis aliquatenùs auocaretur, multoperè obseruabat. Doloris, quem vehementissimum sustinebat, adeò patiens erat, vt quietus omnino & tacitus decumberet, nec planctu aliquo vel gemitu, prout solent alij ægroti, illam suam taciturnitatem interrumperet. Hoc autem modo totum sequens exegit quatriduum, sanam omnino mentem & sanum habens consilium, cum integritate omnium sensuum.

Populo ad se cõfluenti benedicit:
doloris patientissimus.

31 Secundâ demum feriâ horâ primâ diei, paullatim ad exitum

confitetur: sacrum viaticum sumit:

ſuper cilicium & cinerem collocatur:

ad exitum ſuum cœpit vrgeri. Super cilicium ergo cinere conſperſum pro voluntate ſuâ eum ponentes, Clericis & monachis,aditu iam reſerato,cum feſtinatione accurrentibus, intentiſſimè vtpote in tali negotio pſallere ſtuduimus. Tantus autem erat omnium luctus, tantus laicorum & Clericorum, virorumque & mulierum gemitus & fletus, vt voces pſallentium non altè audirentur quàm flentium; planctus autem, quem internus eliciebat cordium dolor, in excelſum leuabatur; lacrymis & precibus cælum,Diuinæ bonitas clementiæ pſalmis precibuſque pulſatur. Quibus pſallentibus & maiorem pſalterij partem explicantibns, officium quoque, quod animæ commendationem dicit, ſecundò agentibus, quum ipſe quaſi leni ſomno ſoporari videretur, tandem fidelis illa anima, felix oneroſo carnis ſuæ indumento exuitur, & ad illam quam ſemper optando ſuſpirauerat, quamque quibus valuerat modis viuens ſibi comparauerat, beatæ requiem immortalitatis (vt piè credi fas eſt) poſſidendam educitur.Namque fidem Catholicam eum tenuiſſe, & in bonis operibus vſque in finem perſeuerantiam habuiſſe, cognouimus. Miſericordiâ Domini opitulante, coronam gloriæ adeptum eſſe fideliter credimus: non enim fallit qui promiſit.Migrauit autem anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo centeſimo trigeſimo, *e* Indictione octauâ, ſextâ Kal. Februarij, horâ diei tertiâ; quum Eccleſiæ præfuiſſet annis triginta, menſibus ſex, diebus tribus.

moritur.

e

a S. Caroli Boni *Comitis Flandriæ & Martyris vitam dabimus 2. Martij.*

b *Hic fuit* Gulielmus Normannus, *Ducis* Roberti *filius*, Guilielmi nothi *Angliæ Regis ex* Mathilde Balduini Pij *filiâ nepos; altero regiminis ſui anno, Chriſti* 1128. *è viuis ſublatus.*

c *Videtur legendum*, non inutile; *vel* non ſilendum.

d *An fortè* hoſpitaliter recreandis?

e *Congruunt hi characteres omnes.*

CAPVT VIII.

Sepultura. Miracula.

Corpus eius pulcrius à morte apparet:

32 COrpus verò eius ex more lotum, veſtimentiſque ſacerdotalibus indutum, & inſignibus Pontificalibus redimitum, quum ante altare ſanctæ Dei Genitricis Mariæ in eccleſiâ poſuiſſemus,difficile dictu,quanto illud Dominus decore veſtierit, vultumque illius quanto candoris eximij lumine illuſtrârit. Facies enim eius mirabili quodam præfulgidoque nitore ita reſplenduit, vt quoddam futuræ decus reſurrectionis & in carne exanimi iam prætulerit. Oſtendebat profectò pius Dominus, miles ipſius emeritus in tabernaculo corporis militando quale donatiuum emeruerit, quando ipſum, in quo militauerat tabernaculum tantâ gloriâ illuſtrabat. Veniebant vndique turmæ fidelium certatim, cupientes venerando eius funeri deuotum præbere obſequium. Cerneres eos feretrum eius piâ ſedulitate ambientes, aſpectu diutino, defixiſque in vultum eius obtutibus, illam ipſius gloriam auidiſſimis oculis haurientes, non poſſe ſaturari. Itaque plerique quum ad modicum receſſiſſent, iterum reuertebantur, eò quòd eis non ſufficeret ſemel aut ſecundò vel ſæpè vidiſſe. Et hæc quidem frequentia toto illo biduo, nullâ ferè defuit horâ.

à ciuibus piè honoratur:

33 Quartâ verò feriâ, D.Robertus venerabilis Atrebatenſis Epiſcopus, horâ circiter ſextâ, cum Clero ſuo aduenit, exequiis venerandi Antiſtitis debitum iuxta Canonum ſtatuta obſequium impenſurus.Ambianenſis autem *a* Epiſcopus & ipſe,vt Attrebatenſis,in hoc ipſum litteris inuitatus, quoniam eo die adeſſe non potuit,humiliter ſatis per epiſtolam ſuam excuſare abſentiam non neglexit. Miſſarum itaque ſolemniis ab eodem Epiſcopo celebratis, quum illam eius faciem glorificatam, & ſacram dexteram ex modico balſami;quod ad hoc ipſum in vaſculo argenteo aliquanto ſeruaueram tempore, indignis meis manibus ego peccator abundanter imbuiſſem, pauxillum quippe illud balſâmi vltra ſpem omnem non parum excreuerat, ſepulchro tandem eum inferre parauimus. Poſt principale autem altare beatæ ſemper Virginis Mariæ, ad latus altaris *b* S. Maximi Epiſcopi, vbi & eius veneranda eſt theca, parietem eccleſiæ feceramus perfodi, & mauſoleum eius in eo, ita vt eiuſdem parietis lateralem non excederet ſuperficiem, collocari.

ſepelitur, officium faciente Roberto Epiſcopo Atrebat. a

AVCTORE IOAN. DE COLLE-MEDIO, EX MSS. *b*

34 De quo prætereundum non eſt, quòd quum vir venerabilis D.Herbertus Archidiaconus & ego de quærendo, in quo congruè tantus poni Sacerdos poſſet, ſarcophago vehementer anxiaremur, & quid facto opus eſſet, ſollicitè nobiſcum quæreremus, Diuino contigit nutu, vt prope mauſoleum tranſitum haberemus. Erat autem ante multos annos ad ſepulchrum cuiuſdam Antiſtitis comparatum, ſed ob nimiam breuitatem tunc repudiatum, memini prorſus niſi puero, vel alicui breuis ſtaturæ homini aſſerebatur idoneum. At Dominus noſter proceram habebat ſtaturam. Hinc igitur multâ cum triſtitiâ, vel mœſtitiâ ſermocinantibus nobis ait Archidiaconus idem: Quare ſarcophagum iſtud deſtructo, ei qui ſuperædificatus eſt, muro (nam eò quòd inutile eſſet, in fundamento muri recens poſitum erat) non reuoluimus, vt an eo aliquo modo poſſit aptari certiùs exploremus. Adhibitis, inquam, auxiliaribus multis id fieri non valeret, ſi tanti laboris aliquis nos fructus maneret. Noſtis verò, quod & omnes benè ſibi compertum affirmant,præ multâ quâ circumſcribitur breuitate,nullatenùs aptum eſſe. Et quis, inquit, nouit ſi quo ingenio aptari poſſit. Poterimus, dixi, fortè ex parte pedali frontem eius *c* extendere, & adiuncto altero lapide longitudinem eius aliquatenùs procreare, ſi vel latitudinem illud contingeret ſufficienter habere. Quid plura? id tandem nobis conſilio fedit. Lapis itaque reuolutus, & Deo prouidenti famulo ſuo tam longitudinis, quàm amplitudinis eſt inuentus, vt & proceritatem eius ſatis excederet, & non ſolùm corpuſculi eius, ſed & duorum, ſi res ita exigeret, eiuſdem magnitudinis, vel etiam trium capax eſſet. Tantæ quoque munditiæ,tantique candoris extitit, vt nulli dubium eſſet quin res Dei fauore ſic procreata fuerit.

c

diuinitus ei ſepulchro apto repertо.

35 Gratias ergo agentes Domino in præfato,eò quòd ſecretius eſſet, illud poni decreuimus loco. In ſecreto enim, & vbi frequens non foret tranſitus hominum, eò quòd ſuper tumbam eius ambulandi facultas nemini eſſet, ſe mandauerat ſepeliri. Cenſebat enim omnibus hoc Sacerdotibus conuenire, & membra ſancto dicata miniſterio, nullâ ratione debere conculcari ab aliquo. Omnibus denique ſolemniter adimpletis, ad locum ſepulchri, Abbatum præcipuè manibus, nobilibus tamen feretrum eius vel contingere ſummâ cum deuotione certantibus, euectus eſt. In quod præfatus honorabilis vir, Domnus ſcilicet Herbertus & ego dum inferremus (mira quidem ſed Chriſto teſte vera dicturus ſum) per humeros eum ſingulariter tenendo, & in eodem mauſoleo ponendo, nullum omnino me pondus ſenſiſſe.

Pondus non ſentiunt eum ſepulcro inferentes.

a Garinus *hic fuit, tertius à S.* Godefrido.

b *Corpus S.* Maximi, *Teroanâ euersâ, Ipras tranſlatum. Habitus eſt à Morinis, habeturque etiamnum ab Iprenſibus, Epiſcopus Regienſis: quod ad 27. Nouemb. diſcutiemus.*

c *MS. Buzelini* exſcindere.

CAPVT IX.

Epitaphium. Epilogus Auctoris.

36 SCripſeram autem titulum, pontificatus & dormitionis eius tempus, & morum operumque illius aliquam ſummam breuiter continentem. Quem eorum qui fuerunt teſtimonio comprobatum, & in membranâ & in plumbeâ ſcribi fecimus laminâ. Vtrumque verò ad caput eius poſuimus, laminam perſe, membranam autem ſignatam in vitreo vaſe. Cuius

Sepultus eſt cum duplici laminâ continente

AVCTORE IOAN. DE COLLE-MEDIO, EX MSS. *eius epitaphium.*

ius quaſi exemplum apud nos retinuimus, textum eius huic quoque opuſculo inſerere nequaquàm ſuperuacuum putauimus.

37 Anno Verbi incarnati milleſimo centeſimo trigeſimo, Indictione octauâ, ſexto Kalend. Februarij, obiit vir venerabilis, totius amator religionis, D. Ioannes Epiſcopus, qui Romæ in generali Concilio, Vrbano II. Pontifice præſidente & approbante, in Epiſcopum huius Morinenſis Eccleſiæ, pridie Nonas Iunij Preſbyter, XVI. Kal. Aug. Epiſcopus conſecratus, VIII. Kal. eiuſdem menſis Sede Pontificali inthronizatus, præfuit Eccleſiæ annis XXX. menſibus VI. diebus III. Hic quum viueret multa bona fecit: monaſteria Regularium Clericorum, ſiue monachorum, octo fundauit. In huius quoque Eccleſiæ fabricâ, quam penè euerſam funditus & nudatam inuenerat, multa expendit. Libros optimos, ornamenta altaris, vtenſilia in vſum plurima contulit. Fuit autem à cunabulis vitę munditiſſimæ, caſtus, ſobrius, humilis, patiens, miſericors, ſuper humanum morem innocens, liberalis, hoſpitalis. Et in ſenectute bonâ, plenus dierum, migrauit ad Dominum, in catalogo Morinenſium Epiſcoporum trigeſimus, IV. Kal. Feb. ſepultus in Eccleſiâ ſuâ Abbatum manibus. a

38 Eo igitur tumulato, cum immenſo omnium gemitu & fletu diſceſſum eſt. Publicum namque Patrem patriæ quis non lugeret? Quamquàm ille certè lugendus non ſit, qui tranſitoriis æterna, corruptibilibus terrenis cæleſtia, felici commercio commutauit. Nobis tamen quin doleamus imperare non poſſumus, qui tantum vitæ ſolatium, in huius adhuc exilij ærumnis commorantes, amiſimus. O virum horum quidem temporum præſtantiſſimum! ſtabilem in fide, longanimem in ſpe, affluentiſſimum in caritate, quæ, hiſce quàm maximè diebus, & in ſanctis viris toto ſcilicet ſeculo frigeſcente refriguit, ſic in eo vſque in finem quotidie creſcendo, in augmentum profecit. Exemplar totius religionis & ſpeculum virtutum! Quibus illius ſancto amore bonis me miſerum ſpecialiter vti Diuina gratia propitia conceſſit; quum me licet immeritum & indignum pius ille Pater ſatis familiariter dilexit. Sed quomodò me à ſuo caritatis ſinu excluderet? In quo ſanè, quantum in ipſo erat, vniuerſos amplexans affectuoſiſſimè confoueret? Me miſerum! me infelicem! qui vnicum miſeriarum mearum ſolatium, qui vitæ meæ perdiderim gaudium. O ſingulare animæ meæ reclinatorium! Quæ mihi poſthac ſine illo poterit eſſe lætitia? Erítne mihi vltrà vel vita iucunda, aut dies vlla vel hora ſine triſtitia? Sed ſi rationem vehementis doloris admitteret, ipsâ docente ſatis clareret, talem virum non tam lamentatione quàm imitatione proſequendum. Qui dum ſic coram nobis ambulauit, quòd eum ſequi debeamus, manifeſtè monſtrauit. Quę niſi ſequi continuè pro viribus ducem, ... timendum eſt ne in futuro examine inueniamus Iudicem. Sed quid erit? Ego certè (quod ſine labore non fateor) mihi conſcius ſum, quòd præ moleſtiſſimâ illâ, quâ premor peccatorum ſarcinâ, arduum arctumque illius non valeo conſectari greſſum. Supereſt tamen adhuc quod ſperemus: ſupereſt quod oremus, vt videlicet quod per nos non meremur, ipſius omniumque Sanctorum patrocinantibus meritis conſequamur, ipſo præſtante, cuius regnum & imperium permanet glorioſum in ſecula ſeculorum. Amen.

Luctus Auctoris de morte Ioannis.

a *Adduntur ſequentia in MS. Buzelini, quæ tamen videntur poſteà adiecta, & non ab auctore hoc ſcripta:* Tale illi thema laudis eſt, quòd numquàm ab aliquo, nec etiam ab aduerſario aliquando infamatur, quaſi cupiditatis cauſsâ iudicium vel iuſtitiam ſubuerterit. Quo vitio adeò caruit, Vt nullum hominem (dicit Simon Abbas S. Bertini de eodem) me vidiſſe recolam puriorem. Bannos & emendationes forefactorum vix aliquando ſuſcepit: diſcretus in iudiciis, hoſpitibus liberalis, pauperum recreator, ſecundùm Deum & ſecundùm ſeculum vitam duxit honorificam. Cum Odardo, ſiue Odone, Cameracenſium Epiſcopo ac plebe multâ dedicauit eccleſiam S Inſulæ Sithienſis cœnobij. Relationi Lamberti illius Abbatis loci adhæſit. Locum qui dicitur Oſclarum in Mempiſco, & Egfridi capellam in Furnenſi pago, monaſterio pro remedio animæ ſuæ tradidit. Habet ibidē ſolenne anniuerſarium. Et cū Cluniacēſis Abbas prętextu ordinis ſpecialiter Eccleſiæ S. Bertini collati, vellet poſſeſſiones & libertates eius monaſterij ſibi vēdicare, & aliqualiter illud ancillare, quod vir probitatis liberum nouerat liberiſque prædiis fundatum & dotatum, expetitus à Fratribus, mandato Paſchalis II. Papæ, ſuffragatur eis. *Hæc alij expendant, pugnantia cum iis quæ in Bibliothecâ Cluniacenſi narrantur.*

B. Ioannis iſtitia, varia donationes.

DE B. IOANNIS REB. GESTIS

Analecta ex variis auctoribus.

CAPVT I.

Varia monaſteria Canonicorum regularium à Ioanne fundata, ornata.

1 *Aud alia res eſt, quæ perinde ad confirmandos in fidei orthodoxæ profeſſione mortalium animos valeat, vel ad inflammandos ſtudio virtutis, ac religioſorum hominum coràm propoſita ad imitandum vita. Hæc quippe tacitos ſtimulos aſsiduè ſubiicit ſegniùs diuina accurantibus. Eâ cauſsâ plerique ſuorum ſalutis ſtudioſi Antiſſites, iam inde ab ipſis Eccleſia incunabulis, ſemper id ſollicitè procurarunt, vt religioſas familias vel inſtituerent, vel aliunde accerſerent: vel annonam iis neceſſariam ſuppeditarent, vel ad rectæ diſciplinæ obſeruationem exercitationemq; virtutum hortarentur; quò ceterorum ſibi creditorum populorum ſaluti certiùs vberiuſq; prodeſſent.* *Veteri Ioannorum Epiſcoporum more,*

2 *Fuit* B. Ioannis *Epiſcopi Morinenſis hoc in genere induſtria non vulgaris. Teſtatur eum Ioannes de Colle-medio* ſeptem vel eo amplius monaſteria diuerſis locis inſtituiſſe, & congregationes monachorū, ſiue Clericorū, ſecundùm reguiam Apoſtolorum viuere proponentium, per ſingula diſpoſuiſſe. *ac deinde in eius epitaphio:* Hic cùm viueret, *inquit*, multa bona fecit: monaſteria regularium Clericorum, ſiue monachorum, octo fundauit. *Enumerat horum nonnulla Meyerus lib. 4. an. 1099.* Eo adiutore, *inquit*, Hypra, Lodium, Euersham, Broburgus, Ghiſna, & Merchem iuxta Dixmudam cœnobia ſunt inchoata. *At Chronicon Bertinenſe ſub Lamberto Antiſtite conſcriptum, citatum à Ioanne Buzelino noſtro:* Domnum Ioannem in ſuum Epiſcopum receperunt anno Domini MXCIX. qui XXX. annis epiſcopatum ſanctiſſimè rexit. Sex monaſteria ſuo tempore conſtructa ſunt de nouo, ſcilicet in Iprâ, in Loo, in Euershaem, Canonicorū regularium; in Bourburch, in Ghiſnas, & in Merchem monialium nigrarum S. Benedicti. Hinc Eccleſiæ noſtræ S. Bertini altaria de Merchem, ex Eggafridi capellâ, Baſ-Warneſton, Haueſkercke, & alia bona huic Eccleſiæ fecit, de quibus ſuis in locis inferiùs dicetur. Et quamdiu vixit, huic Eccleſiæ benefacere non ceſſauit, vir iuſtus & ſanctus: & licet non ſit per Romanam Eccleſiam canonizatus, eum tamen in libro vitæ numero Sanctorum piè credimus eſſe adſcriptum. *Paria ſcribit Ioannes Iperius.* *multa monaſteria ædificat Ioannes:* *Bertinianos benefacit,*

3 *Eadem ſex monaſteria, à Ioanne partim inchoata, partim abſoluta, enumerat Miræus in Chronico Belgico ad an. 1099. De ſingulis agemus ſeparatim; ac primò de iis quæ Canonicis regularibus condita fuere. Illud ad omnia pertinet quod Auctor vitæ illius ſcribit:* Sanè apud beatæ memoriæ Paſchalem Papam tantam obtinuerat familiaritatē, vt eum inter cariſſimos ſemper habuerit. Itaque toto Papatus eius tempore, quidquid ab illâ petiiſſet Sede, ſine aliquâ obtinuit difficultate. Priuilegia ergo monaſteriis, quæ ipſe fundauerat, idem Papa eius interuentu largitus eſt. *& aliis;*

4 *De Iprenſi monaſterio ita ſcribit Ioannes de Colle-medio ſuprà:* Cùm Iprenſem Eccleſiam liberaſſet, *(labe ſimoniacâ)* & aliquanto ſibi tempore retinuiſſet, regularibus eam Fratribus donauit, & Abbate, quem ſuprà nominauimus, (*Gerardo*) ordinato, perpetuò habendam Epiſcopali priuilegio confirmauit. *Diſtinctiùs Iacobus Meierus lib. 4. an. 1101.* Ioannes Morinorum Epiſcopus vir per omnia laudaIpras Canonicos regulares inducit:

laudabilis, Sacerdotes ambitioſos & auaros, propter eorum ſimoniam atque alia vitia, expulit ex oppido Hyprenſi, rogatuque ciuium Gerardum quemdam ſpectatæ vitæ Sacerdotem, Diuorum Martini & Petri Eccleſiis præpoſuit: qui ſtatim extructo in pratis cœnobio ſodales ſibi adſciuit, qui iuxta regulam Diui Auguſtini viuerent, doctriniſque Euangelicis populum imbuerent. *Meminit huius cœnobij, quod* Abbaticam Præpoſituram *vocat, Iacobus Marchantius lib. 1. deſcript. Flandriæ. Verùm ea Abbatia in Cathedralem Eccleſiam anno 1561. erecta eſt.*

exornat;

5 *Loënſe cœnobium tradit Marchantius an. 1050.* inchoatum, præcipuæ dotationis initio orto, vt ex archiuis illius cœnobij palàm eſt, per Philippum Ypræ Burggrauium, Roberto Friſio natum, eiuſque filium Guillielmum Yprenſem. *Eadem ex Marchantio tradit Miræus lib. de Canonicis regular. cap. 35. An tam adultos habuerit filios ac nepotes Robertus anno 1050. ipſi viderint, cùm eius parentes non niſi anno 1027. teſte Meiero, matrimonio iuncti ſint; nec fuerit ipſe primogenitus. Probaliora ſcribit Meierus lib. 3. ad an. 1093.* Eodē anno Philippus Comes Loanus Comitatū ſuum attribuit monaſterio D. Petri recens ibi inſtituto. Num circiter annum ſalutis ML. Thomas Preſbyter Loenſis, vir magnæ religionis, eccleſiam ſuam vertit in monaſterium regularium, vt vocant, Canonicorum. De donatione Philippi vide tabulas inter epiſtolas, vbi & hiſtoriam huius Comitis Roberti inuenies ſcriptam ab quodam Germano quadringentis & ampliùs ab hinc annis. *Hæc Meierus, quæ non ſatis videntur probari Marchantio, ſcribenti* mirum videri Comitatus dignitatem fuiſſe iis temporibus tam triualem, vt oppidulo nullam habenti foris iuriſdictionem, (cingitur enim à Furnenſi Caſtellaniâ) nullam domi amplitudinem, atribueretur: niſi ille titulus magis ad poſſidentium, qui ex Flandriæ Principibus emanabant, quàm ad poſſeſſionis magnitudinē referatur. *Eſt ſanè etiamnum* Abbas Loënſis *eiuſdem loci* Comes. *Poſſunt tamen ab iis, quos nominat Marchantius, attributæ fuiſſe aliquæ illi monaſterio poſſeſſiones, quas aſſerit à* B. Carolo, *&* Philippo Alſatio *confirmatas. Quòd verò* B. Ioanni *huius quoque cœnobij inſtitutio tribuitur, veriſimile eſt vel ad ædificia religioſæ habitationi aptanda, exſtruendáve, vel ad ſtatuta condenda, vel ad ſanciendam quoquo modo iſthic diſciplinam, collatam ab eo operam eſſe.*

Loam anteà fundatam,

& Euerſham:

6 *Idem de* Euersham *ſtatui poteſt. Nam de eo Meierus anno Chriſti 1091. nono antequàm Epiſcopus crearetur* Ioannes, *ita ſcribit:* Inceptum & monaſterium in agro Furnenſi, cui nomen Euersham ſuper fluuium Iſaram iuxta Stauelam, Walberto Canonico Caſletenſi, ibi altare D. Petri ad id ipſum offerente, quod & Gerardus Epiſcopus Morinorum libertate donauit. *Eadem habet ex Meiero Miræus lib. de Canon. regular. ca. 42. qui addit Canonicum illum ab aliis* Walterum *appellari*; auctumque poſteà *id* monaſterium mirificè ac dotatum à Roberto Hieroſolymitano Flandriæ Comite, eiuſque matre Gertrude.

Formeſellam dat Canonicis regularibus,

7 *De* Formeſellenſi *Eccleſiâ, teſtatur Ioannes de Collemedio ſuprà, illam, vti & Iprenſem, B. Ioannis Epiſcopi ſtudio,* de manibus peruaſorum, *ſimoniacæ* hæreſeos canonico iudicio conuictorum, ereptas: *eumq;* illis de Eccleſiâ, quam per Simoniam ſibi comparauerant, eliminatis, vineam Dominicā aliis locaſſe agricolis .... Formoſellēſem autem totam ad ſtatum regularem conuertit, excepto quòd illum qui priùs eis Præpoſitus extiterat, in alio loco Regularium Clericorum Abbatem conſtituit, & Albold dum illi Eccleſiæ ſpectatioris religionis præfecit, & reditus eorum ſuâ liberalitate poſtmodùm ampliauit. *Id verò anno 1100. contigit. ita Meierus lib. 4.* Canonici Formiſelenſes inſtitutum amplectuntur regulare primumque ſibi Abbā accipiunt Albaldum. *Eius meminit & Marchantius lib. 1. Refert Andreas du Cheſne lib. 2. hiſtoriæ genealogicæ domus Gandauenſis in probationibus, aliquot donationes factas huic cœnobio à Roberto Hieroſolymitano, & Balduino Securi.*

8 *Chocquenſis quoque Abbatia iuxta Bethuniam Artheſiæ oppidum ſita, anno 1120. à Ioanne erecta. ita Buzelinus:* Tertio inde anno cū animaduérteret B. Ioannes Chocquenſes Canonicos Bethuniam iuxta, non adeò rectè probeque vitam agitare; huiuſque Eccleſiæ ſacerdotia, Hugonis, Anſelmi, & Balduini Ruffi, nobilium ſanè virorum, nutu vel libidine contra ius faſque conferri; plurimùm certè pro rei grauitate indoluit: ſtatimque conſilium iniit regularibus eam Canonicis iiſdem ac reditus tribuendi. Et quidem adeò feliciter laborauit, vt ædificato in eorum nobilium arce monaſterio, ſæculares Canonicos beneficiis nudauerit, ibique homines D. Auguſtini regulam profeſſos conſtituerit, qui cenſibus Sacerdotum fruerentur. Habuitque poſteà gratum ratumq; ne id inſtitutum Eugenius III. Pontifex Romanus, qui eā de re ſacrum diploma conſcripſit. *Factus eſt Pontifex* Eugenius *initio anni 1145. obiit 8. Iulij 1153. Agit de Chocquenſi abbatiâ Miræus lib. de Canonic. regular. cap. 58. traditq;* dotem *eius* auxiſſe poſteà Guillelmum, Balduinum, Danielem, & Robertum Bethuniæ Dominos.

EX VARIIS. *& Chocquenſem Eccleſiam.*

9 *Et hæc quidem regularibus Canonicis collata à Ioanne beneficia, qui eorum in Monte S. Eligij formatus erat inſtitutis, & quoſdam eiuſdem ordinis Abbates ſemper arctâ familiaritate deuinctos habuit. Idem Aroaſienſem nouam eccleſiam, Cononis induſtriâ ædificatam, emerſo ligneo oratorio, cum* S. Godefrido *Ambianenſi, permiſſu & rogatu Lamberti Epiſcopi Atrebatenſis, anno MCVI. IX Kal. Octob. dedicauit.* Fanopinum *quoque vnà cum* Odone *Epiſcopo Cameracenſi, aſſentiente Tornacenſi Epiſcopo* Baldrico, *vrgente & ſumptus præſtante* Ogiuâ *Rogerij Caſtellani Inſulenſis viduâ, reſtaurauit* Ioannes, *impoſito Abbate & Canonicis S. Auguſtini regulam profitentibus. Quod pluribus commemorat Buzelinus noſter Annal. Gallo-Fland. li. 5.*

Aroaſia eccleſiam conſecrat:

Fanopini regulares conſtituit.

CAPVT II.

Beneficia Ordini Benedictino collata.

10 *At non fuit ita Canonicorum regularium ordini addictus* Ioannes, *vt non alios quoque complecteretur, in quibus præſertim ſingulare aliquod perſpiceret ſtudium virtutis. Cluniacenſes certè, quos optimâ diſciplinâ vitæq; ſanctimoniâ florere videbat, tantâ fouit benevolentiâ, vt* Lamberto Bertiniano, *ſiue Sithienſi Abbati auctor fuerit, vt iuxta eorum ſtatuta cœnobium ſuum reformaret. Erat illi perquàm familiaris* Lambertus, *magnus virtutis eius admirator, auctorq; dignitatis. Nam, vt ſcribit Meierus lib. 4. Annal. Flandriæ,* eum precante Clementiâ, Lambertoque Abba Bertinico, Pontifex Romanus confirmauit. *Vt verò Cluniacenſis reformatio in S. Bertini cœnobium ſit introducta narrat Ioannes Iperius eiuſdem cœnobij poſteà Abbas in ſuo Chronico:* Anno M CI. Ioannes Epiſcopus Morinēſis Romam ad Papam tendit: cum quo Lambertus noſter Abbas ſe proficiſci ſimulans iter arripuit, & monachum, quem ſecum aſſumpſerat, ſub cuſtodiâ recluſit in cella quadam Cluniacenſi. Idem verò Lambertus Cluniaci remanſit, profeſſionem fecit, & eorum ordinē didicit. Tandem Epiſcopo Româ ſine Abbate reuerſo, monachi noſtri ſemel, iterum, ac tertiò Abbati Lamberto mandant, vt veniat. Redeunti quidam obediunt, ſed maior pars obedire recuſat. Tūc ipſe clàm vocatis Militibus ſuis, rebelles cepit, & in diuerſas Eccleſias incluſit. Regebat tunc Cluniacum vir ſanctæ memoriæ Hugo Abbas, per cuius licentiam Lambertus de diuerſis Cluniacenſium monaſteriis religioſos viros huc adduxit, & hīc ordinem introduxit anno Domini MCI. Quibus ſanctè & religioſè viuentibus, reſidui Sithienſes, metu rigoris diſciplinæ, fugâ lapſi per diuerſa ſparguntur. Nec ob hoc ceſſauit hic opus Dei. Nam nouo religionis feruore, plures huc affluxerunt; ita vt in breui pluſquam centum viginti Fratres adeſſent. *Hæc Iperius.*

Eius conſilio, Abbas S. Bertini

ſtatuta Cluniacenſia addiſcit,

introducit in ſuum cœnobium;

11 *Geſta autem hæc ſunt conſciâ & probante* Clementiâ, Roberti *Hieroſolymitani vxore,* quam terræ *ſuæ* & omnibus quæcumque iuris *eius* erant, dum diſcederet, præfecerat. *At Comes reuerſus, vt ipſe in diplomate, quod in Bibliothecâ Cluniacenſi recitat du Cheſne datum Atrebati anno 1106. Idib. Februarij, primùm* immenſas *Hugoni* gratias referēs, & ſacræ Religioni

probante Comite Flandriæ, cum vxore:

Ex variis. Religioni plurimùm congaudens, communicato tandem consilio cum venerabilibus Episcopis Lamberto Atrebatensi, & Ioanne Taruanensi, ceteriſque fidelibus ſuis, *omnia rata habuit.*

varia donat Benedictinis: 12 *Idem sanctus Antistes* Eccleſiam de Freueuz dedit monaſterio S. Martini de Campis, in manu Pontij Cluniacenſis Abbatis anno 1112. ſaluâ ſubiectione & obedientiâ, quam prædicta Eccleſia deberet Eccleſiæ Taruanenſi; *vt fuſiùs ipſiuſmet Ioannis verbis refertur in eadem Cluniacenſi Bibliothecâ. Adfuit quoque idem Ioannes, cùm monaſterium S. VVlmari iiſdem Cluniacenſibus* Euſtachius *Comes Bononiæ an. 1107. donauit; vt ex ipſius Euſtachij chartâ patet datâ an. 1107. quæ in eadem Bibliothecâ extat. Idem Ioannes anno 1112. Prioratum S. Georgij, qui hodieq; ad veteris Heſdinij ruinas cernitur opulentis cenſibus inſignis, Aquiſcinctinis aſcetis, ordinis S. Benedicti, tribuit; & Paſchalis Papa Breui dato XIII. Kal. Iulij Indict. V. anno Incarnat. Chriſti MCXII. eam Ioannis donationem, ſiue ceſſionem confirmauit. Vnde corrigas quod ad Chronicon Sigeberti adiicitur in MS. Aquiſcinctenſi an. 1093.* Eccleſia S. Georgij Heſdinienſis traditur Eccleſiæ Aquicinctenſi.

vt Blandinienſe cœnobium reformetur allaborat: 13 *Blandinienſe S. Petri in vrbe Gandenſi cœnobium, collapſâ rurſus aliquâ ex parte, quam S. Gerardus Bronienſis reſtaurârat, diſciplinâ, Ioannis noſtri auxilio rurſus ad priſtinum pietatis vigorem reuocatum eſt. Ita Meierus anno 1117.* Reformatum Blandinienſe monaſterium, nouuſque inſtitutus Abbas Arnulphus nomine ..... Fuêre autem Blandinij reformatores Balduinus Princeps & mater eius Clementiâ, cum Ioanne Morinorum Epiſcopo, ac Lantberto Abbâ Bertinico. *De hac reformatione meminit auctor Chronici Trudonenſis coæuus*: In illis diebus præerat apud S. Petrum Gandæ Arnulphus, qui poſteà viuês abbatiam reddidit, inquietatus à Fratribus: exuberabat tamen eius tempore locus ille victuum & veſtituum tam ſanis Fratribus quàm infirmis ſuperabundanti copiâ, vigebantque ſub eo introducta per eum religioſa Cluniacenſis ordinis ſtudia. *Teſtatur Balduinus Comes in litteris donationis factæ monaſterio Formeſellenſi* in manu Domini Morinenſis Ioannis Epiſcopi *&c. præcepiſſe ſe* conuenire regni ſui Epiſcopos & Abbates, plurimas Clericorum & laicorum nobilium perſonas, ad corrigendam vel emendandam Blandinienſis cœnobij regulam, *an. 1117. Indict. 10. pridie Kal. Febru.*

Bergis Abbatem conſtituit: 14 *Denique Bergenſi S. VVinoci cœnobio anno 1120. Abbatem dedit Ioannes. ita Meierus eo anno:* Pulſus Hermes Abbas Bergenſis, qui Remis in cœnobio D. Nicaſij reliquum ætatis religioſiſſimè tranſegit. Bergis per Ioannem Morinorum Epiſcopum inſtituto nouo Abba Thoma monacho Bertinico. *Extitit & in Hamenſem recentem familiam eiuſdem ordinis, eximia B. Ioannis beneuolentia; cuius Abbas* Gerardus *ſuprà inter præcipuos eius familiares recenſetur.*

Merkemij Virginum monaſterium conſtituit; 15 *Hæc præſtita viris eius inſtituti à Ioanne beneficia. Feminis ſanctimonialibus, eamdem regulam profeßis, cœnobium in pago Merkem, ſeſquileucâ à Dixmudâ oppido diſtante condidit. Eius cœnobij prouentus, cùm omnino ſoluta eſſet diſciplina, & Religioſa vnica ſupereſſet, à ſummo Pontifice & Philippo II. Rege, Iprenſi Societatis Ieſu collegio attributi ſunt. Huius cœnobij à Ioanne conditi præter ſuprà citatos, meminit Miræus in Origin. cœnob. Belgic. cap. 58.*

item Burburgi, 16 *Extat etiamnum alterum à* S. Ioanne *conditum Benedictinarum ſanctimonialiun cœnobium, in oppido, quod vulgò nunc* Burburgum, *olim* Broucburgum *dixêre, leucâ vnâ à Grauelingâ oppido.*

& Ghiſnia, ſumptu Emmæ Comitiſſæ, 17 *Tertium* Ghiſnenſe *fuit. hoc illud eſſe exiſtimamus, de quo Lambertus Ardenſis in Ghiſnenſium hiſtoriâ cap. 51.* Inſtauravit *Emma vidua Manaßis Comitis* apud Ghiſmas in propitiationem animæ ſuæ & viri ſui Ghiſnenſis Comitis Manaſſis & prædeceſſorum ſucceſſorumque ſuorum de reditibus menſæ ſuæ, S. Leonardi Cõfeſſoris & Epiſcopi eccleſiam & cœnobij clauſtrum: cui ſanctimoniales in Aſtromenſis Eccleſiæ monaſterio ſumptas, Deo in perpetuum ſeruituras adhibuit. Quibus & religioſiſſimam præfecit Abbatiſſam nomine Sibyllam, vel Sibiliam, de genere & cognatione Adelæ Ghiſnenſis quondam Comitiſſæ, quam ſuperiùs Chriſtianam nuncupatiuè nominatam diximus, in Lotharîâ regione ſumptam: eamq; ne in Eccleſiam S. Leonardi Ghiſnenſis ſuper ſanctimoniales nuper introductas, Dominicæ Incarnationis anno MCII. inthronizauit.

CAPVT III.

Auctoritas Eccleſiaſtica defenſa.

18 *Neque verò ad benefaciendum ſacratis Deo hominibus liberalior fuit* Ioannes, *quàm ad reſiſtendum improborum conatibus fortior. Multa à* Guilielmo Normanno, *poſt* S. Carolum *Flandriæ Comite, perpeſi ſunt Flandri. Violata ab eo quoque, reſcripto quodã, Eccleſiaſtica auctoritas. appellati Rex Francorum, ac Remorũ Antiſtes: ab his miſsus Ioannes Inſulas eſt, qui ſecundùm Eccleſiam & Canonicos illius vrbis cõtra Comitem pronuntiauit. ipſe rem ad poſterorum memoriam conſignauit:*

Eccleſiã Inſulenſi à VVillelmo Comite laſsã, 19 In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Ego Ioannes Dei gratiâ Morinorum Epiſcopus, Notum fieri volo præſentibus & futuris quod habetur in ſubditis. Cùm Inſulani Clerici ſummâ Eccleſiæ ſuæ neceſſitate conſtricti, ab hoſpitibus Eccleſiæ more aliorum dominorum auxilium poſtulaſſent, illi vitio auaritiæ obdurati, Comitem Flandriæ Guillelmum Normannum adierunt, & vt ipſe Clericis ne exigerent, & hoſpitibus ne Clericis quidquam darent, modis omnibus prohiberet, ſeu prece ſeu pretio effecerunt. Vnde Clerici antiquam Eccleſiæ ſuæ libertatem hac inſolentiâ imminui poſſe formidantes, Francorum Regem Ludouicum & Remorum Archiepiſcopum Rainaũdum priuilegia Romanæ Eccleſiæ, & auctoritatis Regiæ ſecum deferentes expetierunt, & vt hanc iniuriam ab Eccleſiâ depellerent implorauerunt. Qui conſiderato priuilegiorum tenore, factum Comitis deteſtati, ei vt ab hoc iniuſto Eccleſiæ *Iudex datur Ioannes,* grauamine deſiſteret ſcripſerunt. Vnde die ſtatutâ, cùm & nos litteris Domini Archiepiſcopi inuitati præſentes eſſemus, cauſâ in vtriuſque partis præſentiâ in medium deductâ & rationaliter ventilatâ, communi Baronum terræ conſenſu & iudicio diffinitum eſt, Clericos illos idem poteſtatis ius ſuper hoſpites ſuos, quod alij Principes terræ ſuper ſuos habere; nec vllam eis ſuper hoc à quoquam Principe violentiam inferri debere. Comes itaque ratione & iudicio publicè conuictus, ius Eccleſiæ *cogitq; Comitem ſatisfacere.* recognouit, & de tranſgreſſione, quam fecerat, veniâ poſtulatâ & emendatione promiſsâ, per nos indulgentiam & abſolutionem reatus illius percepit. Quæ nimirum lectoribus & poſterorum memoriæ placuit commendari, vt ſi fortè in poſterum talis cauſſa emerſerit, à ſimili exceſſu quælibet poteſtas, actionis huius præuentu conſiderato, valeat cohiberi. Actum Inſulæ in conſpectu Eccleſiæ S. Petri anno Domini MCXXVIII. Indict. VI. coram his teſtibus: Roberto Tornacenſi Archidiacono, & prædictæ Eccleſiæ Præpoſito. Herberto Morinorum Archidiacono. Abſalone S. Amandi Abbate, Mainero Canonico, Lamberto, Erembaldo Canonicis. Rodberto Bethunienſi. Ingelberto de Petingem *&c.*

Contra Stephanũ Cathedræ Bellouacenſi inhiantem, 20 *Multo antè magnis in rebus perſpecta eadẽ Ioannis noſtri magnanimitas fuit, atque ab* Iuone *Carnotenſi Epiſcopo epiſtolâ 97. commendata. Elegerant ſub initium ſeculi XII. Clerici Bellouacenſes in Antiſtitem* quemdam Clericum, nomine Stephanum, *vt idem Iuo alio loco ſcribit*, procul à ſacris ordinibus inuentum, vtpote nondum Subdiaconum, hominem illitteratum, aleatorem, mulierum ſectatorem, publicè olim de adulterio publico infamatum, & ob hoc à Domino Lugdunenſi Archiepiſcopo tunc temporis Sedis Apoſtolicæ Legato Eccleſiæ communione priuatum. *Aſt alij* Clerici melioris famæ & conſilij ſanioris, præcedente conſilio, conſilio *Papæ*, conſilio Optimatum diœceſis ſuæ, & laude populi, Gallonem, virum vitâ honeſtum, liberalibuſque ſtudiis & Eccleſiaſticis diſciplinis

his ornatum in Episcopum sibi elegerunt. *Huic, quòd Iuonis esset discipulus, apud eum nutritus, apud eum eruditus, à Papâ electus, quòd magnus Regi futurus esset aduersarius, Rex apertè aduersabatur, Regisq; filius; Archiepiscopus Remensis, regiæ voluntatis magis, quàm sui officij memor, nolebat eum consecrare. Tum Iuo Gallonis causſam, imò Ecclesiæ fortiter vbique defendere aggressus, adiutores sibi adscuit* Ioannem *nostrum & Lambertum Atrebatensem, cum insignis zeli ipsorum laude. ita ergo ad eos scribit:* Litteras Domini Papæ & vobis transmissas per confratres nostros B. Quintini Canonicos credo vos accepisse: quibus & reprehensi sumus de qualicumque assensu Stephani Beluacensis Ecclesiæ proci, & præmoniti quatenùs omnibus modis caueamus, ne in Ecclesiam Beluacensem irrepat persona minùs apta sacris ordinibus. Quoniam igitur vestra semper consuetudo fuit lupos in ouilia Dei subintrantes perfecto odio reprobare, & eos, sicut fideles in domo Dei canes, vbi licuit, impugnare; vestrâ religione importuni & opportuni rogamus & monemus, vt quod hactenus feciſtis amore iustitiæ, propensiùs faciatis in hoc negotio ex debito obedientiæ. Vos itaque vt Suffraganei Remensis Ecclesiæ admonete Metropolitanum vestrum, quatenus secundùm tenorem litterarum, quas Domnus Papa misit Beluacensibus, Beluacensis Ecclesiæ Clericos ad faciendam canonicam electionem pro officij sui debito cohortetur, quatenus ex munimine auctoritatis eius, & infirmi habeant, vnde sanentur, & fortes vnde solidentur. Quod si præblandiente desidiâ facere distulerit, aut dissimulauerit, monendus est à vobis, quatenus sic honorificet ministerium suum, vt, quod per eum faciendum est, per manus non impleatur aliorum. Valete.

opem B. Ioannis implorat S. Iuo Carnotensis,

laudans eius zelũ.

21 *Quæ alia pro aliarum Ecclesiarum libertate ac pace egerit Ioannes ita commemorat Buzelinus:* Agebatur Christi annus post millesimum & centesimum decimus quartus, cùm Paschalis secundus Romanorum Pontifex potestatem fecit Canonicis Tornacensibus Episcopum sibi legendi, eoque modo Ecclesiam suam Nouiomensis Episcopi iugo eximendi. Sed priusquàm hi suffragia in aliquem conferrent, Baldrico vitâ functo, qui vtrumque moderabatur Episcopatum, Nouiomenses Lambertum Tornacẽsem Archidiaconum, tam Tornacensem quàm Nouiomensem Episcopum dixêre. Contrà mox Tornacenses, Paschalis diplomate freti, Herbertum Morinensem Archidiaconum Pontificem suum nominant. Actum Ioanni nostro litteræ Paschalis exhibitæ, quibus iubebatur Herbertum ab Tornacensibus electum ipsis tradere. Fecit is extemplò quod iubebatur. Non potuit tamen ab Radulpho Remensi Archiepiscopo impetrari, vt Herbertum bonis verbis consecraret: adeoque tum Lamberti potentiâ, tum Radulphi Archiepiscopi aliorumque molitionibus, perfectum est, vt totum de dando Tornacensibus Episcopo negotium ipsi Radulpho disturbatum ac componendum Põtifex Maximus committeret. Euocatus tunc Remos Episcopus noster; ibi cùm animaduerteret frustrà se Ludouicumque Regem pro Tornacensibus niti, liberâ voce pronuntiauit, immunem fore criminis Regem, non carituros culpâ Episcopos, si Præsulis Tornacensis consecratio impediretur.

Tornacenses sibi Episcopum eligunt Papâ annuente:

22 Hæc fusiùs D. Martini Tornacensis Abbas Herimannus, in Chronico suo, cuius verba quædam hîc subiicere opportunum arbitror. Nec mora, inquit, legati cum litteris Papæ Româ redeunt, Abbati nostro pro responso suo gratias agunt, eiusque consilio in capitulo suo vnanimiter omnibus congrègatis elegerunt sibi in Episcopum quemdam Morinensis Ecclesiæ Archidiaconum Herbertum, litterasque Domini Papæ Ioanni Morinensi Episcopo deferentes eumdem electum suum sibi liberum tradi petierunt & impetrarunt. Inde præfatum Archiepiscopum Remẽsem adeuntes, vt eum secundùm Domini Papæ præceptum consecraret, exorarunt. Sed Lambertus eò præueniens, vt dicitur iam animum Archiepiscopi pecuniâ corruperat, adeò vt eius consilio et-

Remensis differt eius consecrationem,

iam Rex Ludouicus numeratos duos Episcopos Aurelianensem & Parisiensem pro cassandâ Tornacensium electione Romam transmitteret. Clericis itaque Tornacensibus electi sui consecrationem petentibus, respondit Archiepiscopus se nec Lambertum nec Herbertum consecraturum, donec Legati Regis duo Episcopi, quos pro eodem negotio ad Papam transmiserat, Româ redirent. Ex vita Rii.

23 Itaque vtriusque electi consecratio suspensa & incerta fluctuabat, cùm ecce Episcopi Româ redeunt, & litteras Domini Papæ Archiepiscopo deferunt, in quibus Papa idem negotium in manu & prouisione Archiepiscopi ponebat dicens: Archiepiscopum sibi mandasse, quòd si Tornacenses proprium Episcopum haberent, & Episcopalis auctoritas nimiùm vilesceret, & Nouiomensis Ecclesiæ redditus nequaquàm Episcopo ad necessaria sibi sufficerent. His litteris susceptis sibi subditos Episcopos Archiepiscopus conuocat, diemque statuit, quâ Lambertum consecrare volebat. Ipso verò die Rex Ludouicus Remos adueniens, omnes Episcopos aduocat, & vt diligenter de eodẽ negotio inter se tractarent admonet: Si enim, inquit, videritis magis ad honorẽ Dei & animarum salutem competere, vt Tornacensis Ecclesia proprium Episcopum habeat, ego libenter concedo, quia nihil me in hoc perdere video, nec voluntati Dei vel saluti animarum in aliquo resistere volo. Neque volo vt aliquis per me dicat sic bonum remansisse, vel se sub meâ palliatione coram Deo putet excusare. Cui Dominus Ioannes Morinensis Episcopus vir religiosus respondens, Verè, inquit, Domine Rex hoc dicto animam vestram liberastis. Nunc videant Domini mei Episcopi, quid agere debeant. Archiepiscopus tamen in eo quod cœperat perseverans prædictum Lambertum super vtramque Ecclesiam Episcopum consecrauit. *Hæc Hermannus. pergit Buzelinus.*

& Papâ perperàm informato,

omnino electionem rescindit.

Ioanne liberè contrà sententiam dicente.

24 Non multo inde spatio temporis ad Balduinum Securim Flandriæ Comitem Ioanni fuit adeundum, vt cum Lamberto Nouiomensi & Tornacensi Episcopo, aliisque viris magnis, auctor esset eidem Principi, ne diutius id allodium, vt vocant, quod Ecclesiæ Insulensi D. Petri subtraxerat, detineret; verùm, vt æquitas postulabat, restitueret. Factumque tandem Insulæ his impellentibus, vt Comes eo se crimine liberaret, suaque Canonicis bona redderet. Quibus id à se perfectum fateretur, hasce Balduinus litteras scripsit, easque Pontifex noster cum plerisque aliis sigillo suo roborauit: Ego Balduinus Dei miseratione Flandrensis Comes cõtra Deum & Ecclesiam B. Petri Insulensis me peccasse, & multùm malè egisse per Dei gratiam agnosco. Allodium enim, quod venerabilis prædecessor meus Comes Balduinus, qui eam fundauit, & in eâ sepultus est ad honorem & seruitium Dei & Fratrum sustentationem prædictæ Ecclesiæ pro remissione peccatorum suorum contulit & priuilegio suo firmauit; ego peccator contra Deum & salutem animæ meæ iniustè subtraxisse recognoui. Nunc itaque Dei miseratione respectus coram venerabilibus Teruanensium Ioanne & Nouiomensium & Tornacensium Lamberto Episcopis me in hoc & in aliis peccasse confiteor, & culpam dico, & præfatæ Ecclesiæ ius suum, scilicet prædictum allodium, quod est in villâ Vals in territorio Aquisgrani ..... & nulli omnino ampliùs inde Warandus ero. Precor etiam successores meos, & fideles meos, quatenùs omni modo cum Dei adiutorio laborent, vt Ecclesia illa ius suum & allodium quietum & liberum rehabeat. Ego verò Karolus consanguineus & successor Comitis Balduini in præsentiâ ipsius id ipsum pro iustitiâ recognosco, concedo, & confirmo. S. Ioannis Morinensis Episcopi. S. Lamberti Nouiomensis & Tornacensis Episcopi. S. Clementiæ Comitissæ. S. Alardi Pincernæ. S. Balduini Gandensis.

Ioannes Balduinũ Comitem inducit, vt bona Ecclesiæ ablata restituat,

qui humiliter satisfacit.

AVCTORE IOAN. DE COLLE-MEDIO, EX MSS.

CAPVT IV.

Aliæ Eccleſiaſticæ functiones.

25 NOn *perſequimur Acta publica quamplurima, quibus vel ſubſcripſit vel interfuit* Ioannes. *Paucula tamen rerum ab eo geſtarum capita ſubiicere viſum eſt. Ac primùm, conſecrationi* S. Godefridi *Ambianenſis Epiſcopi interfuit. ita in huius vitâ 8. Nouemb. apud Surium lib. 1. cap. 32.* Poſtquàm Manaſſes Remorum Archiepiſcopus domum rediit, Proceres Ambiani Nouigentum veniunt, Godefridum peramanter Remos perducunt. Magnus eò totius regionis Epiſcoporum fit concurſus, in quibus erant etiam Lambertus Atrebatenſis & Ioannes Morinenſis Antiſtites, ſapientiâ & eruditione inſignes, religione & ſanctitate celebres, ſponſæ Chriſti baſes & firmamentum, B. Godefrido præ ceteris addicti.

Ioannes S. Godefridi conſecrationi intereſt:

26 *Hoc viuenti amico impenſum à* Ioanne *obſequium; mortuo, quod ſequitur ex Buzelini Annalium lib. 5.* Currente, *inquit,* anno poſt milleſimum & centeſimum duodecimo, naturæ debitum perſoluit Baldericus Nouiomenſis & Tornacenſis Epiſcopus, morbo ſublatus Taruannæ. Vltimum ei officium exhibuit Ioannes Morinenſis Pontifex, corpus eius intra templi maximi chorum terræ mandando.

Baldricus Epiſc. ſepelit:

27 S. Humfridi, *ex Prumienſi monacho Bertinienſis Abbatis, indeq; Taruanenſis Epiſcopi, corpus ab eodem* B. Ioanne *tranſlatum. ita vetus codex Eccleſiæ Morinenſis à Buzelino citatus:* Iſte Ioannes ſanctus & primus, vir certè magnæ auctoritatis, tranſtulit & recondidit corpus S. Humfridi ſub altari B. Mariæ anno MCVIII. Idib. Aprilis. *De eadem tranſlatione ſic ſcribit Iacobus Meierus ad annum MCVIII.* Tranſlatum eodem anno corpus Diui Hunfridi Epiſcopi Idibus Aprilis ab Ioanne Epiſcopo Morinorum. *At de* Hunfrido *plenius agemus VIII. Martij.*

transfert corpus S. Humfridi:

28 *Plures eccleſias dedicauit* B. Ioannes. *De Aroaſienſi dictum ſuprà. De* Dunenſi *teſtatur Meierus an. MCVII.* Ligerius anachorita in littore Furnenſi, loco ſolitario & arenoſo vitam duxit apprimè ſanctam. Conuenerunt ad eum in eamdem ſolitudinem viri aliquot religioſi, ſanctitatis ipſius famâ exciti, quibus viginti per annos piè ac ſanctè præfuit, conſtructâ cellâ, quam Epiſcopus Morinorum Ioannes in honorem Virginis Matris dedicauit. Tale Dunenſi cœnobio longè omnium celeberrimo exordium fuit, cui Guilelmus Normannus & Theodoricus Elſatius Comites primi omnium fundos aliquot ac poſſeſſiones aſſignauerunt.

dedicat ſacellum Dunenſe:

29 *Videtur Ioanni noſtro Carolus Comes ſanctiſſimus arctâ fuiſſe amicitiâ deuinctus, cuius armis ab iniquâ Aduocati Teruanenſis oppreſſione liberatus, teſtante Meiero ad an. 1119.* Bononienſem, *inquit,* depopulatis exuſtiſque eius finibus, ceteroſque omnes, arma ponere compulit; euersâ Euſtathij Aduocati arce, quam nouam Taruannæ aduersùs Eccleſiæ libertatem eduxerat. *& rurſus an. 1122.* Arcem Euſtathij Taruannenſis Aduocati Taruannæ extructam Carolus Princeps euertit, Eccleſiamque, vt ſuprà memorauimus, tyrannide liberauit. *Vt non mirum ſit* Ioannem *poſteà auctorem* Waltero *extitiſſe, vt Caroli vita neciſq; hiſtoriam conſcriberet, quam 2. Martij dabimus.*

iuuatur à S. Carolo Comite.



XXVIII. IANVARII.

SANCTI QVI V. KAL. FEBR. COLVNTVR.

S. Thyrſus, S. Leucius, S. Callinicus, alij x v. } Martyres in Aſiâ.
S. Charis, Martyr.
S. Leonides, Martyr Antinoi in Thebaide.
S. Æmilianus Epiſcopus, S. Hilarianus monachus, S. Hermippus, S. Dionyſius, } Martyres, Trebiæ in Vmbriâ.
S. Flauianus, Vrbis Præfectus, Martyr.
S. Valerius, Epiſcopus Cæſarauguſtanus, Confeſſor.
Sancti Martyres Alexandrini ſub Conſtantio.
S. Palladius, Eremita, in Syriâ.
S. Irmundus, in agro Iuliacenſi.
S. Cyrillus, Patriarcha Alexandrinus.
S. Ioannes, Abbas Reomaenſis in Galliâ.
S. Iacobus, Eremita, in Syriâ.
S. Carolus Magnus Imperator, Aquiſgrani in Galliâ Belgicâ.
S. Speus, Confeſſor, ibidem.
B. Richoardus, ſiue Richardus, Abbas Valcellenſis, in Belgio.
S. Iulianus, Epiſcopus Conchenſis in Hiſpaniâ.
B. Margarita Hungarica, Virgo, Ordinis Prædicat.
B. Manfredus, Eremita in Galliâ Ciſalpinâ.
Gentilis, vidua, Rauennæ in Italiâ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Paulus I. Eremita *colitur hoc die in Eccleſiâ Carnotenſi, vt ex Breuiario patet. Vitam dedimus* x. Ianuarij.
S. Venerandus Epiſcopus Aruernenſis. *Ferrar. De eo egimus ſuprà* XVIII. Ianu.
S. Aſclas Martyr in Thebaide. *Martyrologium Gallo-Belgicum. De eo ſuprà egimus* XXIII. Ianuarij.
S. Ioannes Eleemoſynarius *in veteri Miſſali Mediolanenſi hoc die colitur. Vitam dedimus* XXIII. Ianuarij.
S. Paula Romana *à quibuſdam Eccleſiis hoc die colitur, vt patet ex officio Eborenſi. De eâ egimus* XXVI. Ianuarij.
S. Iulianus Epiſcopus Cenomanenſis. *Vſuardus, aliiq; Colitur à quibuſdam Eccleſiis hoc die, vt patet ex Breuiario Nannetenſi. Vitam dedimus* XXVII. Ianu.
S. AGNES, Virgo Martyr, ſecundò *colitur hoc die in Romanâ aliiſq; plurimis Eccleſiis, non tam ritu conſueto Octauarum, quàm ob memoriam apparitionis, quâ parentibus ad ſuum ſepulchrum excubantibus, ſuam gloriam reuelauit.*
S. Cenſorianus, S. Victor, S. Feſtus, S. Marina, } Martyres in Africâ, *recenſentur hoc die à Galeſinio, Caniſio, Carthuſ. Colon. & Molano in primâ edit. ac Ferrario: & citant hi tres poſtremi Bedam, in quo eos hoc die non reperimus. Referũtur & in MS. Martyrol. S. Hieronymi, additâ* S. Perpetuâ. *MS. Dungalenſe pro* Cenſoriano Meſſorianum *habet, alioſq; adiungit his verbis:* Meſſoriani & aliorum XXV. Victoris, Feſti, Perpetuæ, Marinæ, Agnatæ, Telipte, Meſſoriani, Vincentianę, Canti, & aliorum XXXV. Victoriæ, Papeæ, Genuini, Secundi, Infirmi ſacerdotis. *Sed cùm plures his cognomines XXVII. Ianuarij & XXVI. atque alibi, recenſiti ex iiſdem & aliis codicibus ſint, ne iidem fortaſsis ſint, conſultò ab iis hîc commemorandis abſtinemus.*
S. Quinctillus, S. Publianus, S. Datiuus, S. Iulianus, } Martyres. *MS. Martyrol. monaſterij S. Martini Tornaci. Duo poſteriores referuntur quoque in MS. Latienſi. Iidem videntur eſſe, de quibus actum* XXVII. Ianu.
Sanctæ duæ Martyres, mater & filia, *hoc die celebrantur à Græcis in Menais, gladio interempta. Fortaſsis alio die, & ſuis inſignita nominibus, occurrent.*
S. Flauianus Epiſcopus, S. Deodatus, S. Pelagianus, } Clerici, } Martyres Antiochiæ. *Galeſin. Ferrar. Ghinius. Scribit Galeſinius, ſub Iuliano paſſos, citatq; Græcorum tabulas, in quibus eorum nomina non reperimus.*
S. Ioannes Chryſoſtomus *hoc die colitur in Eccleſiâ Andegauenſi, vt patet ex Breuiario.*
Arwaldi duo fratres ac Martyres in Vectâ inſulâ, *referuntur hoc die à Ferrario & Martyrologio Anglicano. Sed non apparet ex Bedâ lib. 4. cap. 16. quâ ratione Martyres poſſint appellari, cùm à Ceadvvallâ tyranno morti adiudicati, licet innocentes, etsi nici tamen, eo permittente inſtructi fidei myſteriis ac tandem occiſi ſint. Non eſt tamen dubitandum quin ſtolis albis, vetens in ſanguine Agni ablutis, amicti, tranſierint ad eiuſdem Agni nuptias nobiliſſimi iuuenes. In nouo Martyrologio Anglicano referuntur XXI. Auguſti.*
Turpinus, *ſiue* Tulpinus, *aut* Tilpinus, Remenſis Archiepiſcopus, *refertur hoc die &* Sanctus *appellatur à Galeſinio, & Conſtantino Ghinio. At neque colitur, cetera præclarus Antiſtites; neque hoc die obiit, ſed 2. Septembris, vt patet ex Epitaphio apud Flodoardum lib. 2. hiſtor. Remenſ. cap. 17.*
Dunſtanus Abbas Scotus, *memoratur vt* Sanctus *à Ferrario hoc die: rurſumq; ab eo, Camerario, Martyrologio Anglicano XVIII. Iunij. In nouo Martyrol. Anglicano penitùs omittitur.*
S. Rainaldus Epiſcoptis & Confeſſor Nouocomi. *Galeſinius,* ex MS. *vt ait,* & Kalendario Eccleſiæ Nouocomenſis: *Refert eum quoque Ferrarius, citatq; tabulas Epiſcoporum Comenſium, & Benedictum Iouium de iiſdem Epiſcopis. Addit tamen* non ſoli officio Eccleſiaſtico, licet Galeſinius tabulas Eccleſiæ Comenſis citet. *Franciſcus Ballarinus lib. de Epiſcopis Comenſibus, egregiis quidem laudibus eum proſequitur; non tamen* Sanctum *vel appellat ipſe, vel haberi à ſuis ciuibus innuit.*
Boſo, monachus Clarauallenſis, S. Bernardi diſcipulus. *Chryſoſtomus Henriquez in Menologio Ciſtercienſi.*
Nicolaus de Orbitâ ordinis Minorum laicus, *Cæſarauguſtæ anno 1257. vel 1259. obiiſſe traditur, corpuſq; illius XIX. annis poſt integrum repertum. Imò Gonzaga 3. par. conuen. 2. teſtatur etiamnum incorruptum perſeuerare. Marietta lib. 17. cap. 9. & Marcus Vlyſſipponenſis par. 2. lib. 2. cap. 22. tradunt illud in thecâ incluſum ſupra altare cuſtodiri, oſtendiq; veluti aliorum Diuorum reliquias; res ab eo geſtas obſcuras remanſiſſe. Meminit eius quoque VVadingus to. 2. an. 1259. §. 11. & Monſtierius hoc die qui* Beatum *indigitat.*
Angelus de Canoſâ, Ordinis Minorum laicus, *vt ſcribit Gonzaga*

Ex variis.

Gonzaga par. 2. prouinc. S. Bernardini, conuen. 16. Capistrani, quod Brutiorum oppidum est, mortuus, sub exequiis, quæ sibi in matrice eiusdem oppidi ecclesiâ fiebant, infirmum feretro approximantem, à graui, quo laborabat, languore ex tempore liberauit. Quapropter & in posterum vt Sanctus, vereque Beatus, haberi cœpit, (nec abs re quidem, cùm plura ab eo temporis miracula ediderit) & eodem in loco humatus, numquàm à secularibus, vt ad Fratres apponeretur, impetrari valuit. *Refertur hoc die à Monstierio.*

Virgo quædam anonyma, *anno 1540. Coloniæ hoc die piissimè obiit, annos natæ 77. Ea librum scripsit Belgico idiomate, cui nomen* Margarita Euangelica; *aliumq; inscriptum* Templum animarum: *vtrumque edidit, priorem etiam Latinè vertit* Nicolaus Eschius, *sanctissimæ vitæ Sacerdos, Petri Canisij nostri, aliorumq; præstantium virorum magister, qui illustre illius Virginis elogium scribit in præfat. Margaritæ, editione Antuerpiensi 1542. cuius hæc summa: In ædibus parentum semper habitasse; à primâ ætate in studio pietatis & castitatis constantem fuisse; ieiuniis, vigiliis, aliisq; pœnitentiis deditam; multis dæmonum tentationibus exercitam, contemptu & ludibriis probatam, internis conflictibus exagitatam, mitem ac benignam erga omnes; multas extases expertam; solitam quotidie sacram Eucharistiam percipere, idq; diuino monitu; id vnicum in votis habuisse, vt Deo placeret. Eius meminit, ex litteris Georgij Garneveltij Carthusiani, vir venerabilis Iosephus Geldolphus Rickelius, in appendice Notarum ad vitam* S. Beggę *§. 58. vocatq;* Virginem admirabilem; *licet, non rectè, superstitem fuisse dicat anno 1545. Erit fortasis cùm Diuina bonitas eiusmodi plures illustres animas, miraculis cultuq; publico honorabit, ad plurium ædificationem.*

Iacobus Ordinis Minorum laicus, *Catalagirone in Siciliâ oriundus,* tot post mortem miraculis claruit, *teste Gonzaga 2. par. prouinc. Siciliæ, conuen. 7.* vt Syracusanus Episcopus ea authenticè per publicum Notarium excepta, libelloque commissa, in Episcopale Syracusanorum archiuum inferri; atque eius corpus ex communi sarcophago exhumatum, quod integrum adhuc atque omnino incorruptum perseuerat, honestissimo loco recondi, curârit. *Refertur hoc die à Monstierio, ac* Beatus *appellatur.*

S. Arnulphus Martyr, Cisonij in Belgio. *Galesin. Ferrar. Saussaius. Nos* XXIX. Ianu.

Carolus Abbas Villarensis in Belgio. *Kalendar. Cistercense, Diuione editum. Vitam dabimus* XXIX. Ianu.

S. Hippolytus Martyr Antiochiæ. *Galesinius, Ferrarius. Nos* XXX. Ianu.

S. Elesmes Presbyter & Confessor, Burgis in Hispaniâ. *Ferrarius. Nos* XXX. Ianu.

S. Ephrem Syrus. *Menæa Græcorum, Menologium, Galesin. Hunc colunt Latini* I. Febru.

S. Aldetrudis Virgo, Abbatissa Malbodiensis in Belgio. *MS. Florar. Nos* XXV. Febru.

Sexulphus primus Abbas Medehamstedensis, siue Petroburgensis in Angliâ, dein Lichfeldiensis Episcopus, *hoc die ab Hugone Menardo refertur,* & Beatus *appellatur; in nouo Martyrologio Anglicano* Sanctus: *in veteri XXVII. Februarij ponitur.*

S. Philemon, S. Apollonius, & socij, } Martyres in Thebaide. *Martyrol. Gallobelgic. Nos* VIII. Martij.

S. Beatus Heluetiorum Apostolus. *Dauid Camerarius. Nos* IX. Maij.

S. Iulianus Sabas. *Galesinius, & Martyrol. Germanic. De eo agemus* XVIII. Octob.

SS. Vrsulæ & sociarum Virginum Translatio, *inscripta est auctario Carthus. Colon. ad Vsuardum, Florario, Martyrol. Colonien. & Germanico. De eâ agemus* XXI. Octob.

S. Flauianus Martyr, pater sanctarum Virginum Demetriæ & Bibianæ, maritus S. Dafrosæ, *refertur hoc die à Ferrario in Catalogo SS. Italiæ: in Martyrol. Romano* XXII. Decemb.

S. Indes, S. Domne, & socij, } Martyres Nicomediæ. *Galesin. & Molan. Nos cum Martyrol. Romano* XXVIII. Decemb.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

THYRSO, LEVCIO, CALLINICO,

ET ALIIS XV. IN ASIA.

§. I. *Horum Martyrum patria, locus martyrij, peculiaris singulorum cultus.*

Sub Decio. XXVIII. Ianuar.

1 *Diuersis locis & diebus glorioſi hi Martyres pro Christo occubuerũt. Par tamen omnium constantia fuit: vno omnes Decianæ persecutionis turbine oppressi sunt: & fortasis, vt Metaphrastes scripsit, vna* eos *omnes* tulit inclyta regio Bithynorum, *in quâ* cùm essent clari & genere & gloriâ, multò magis studuerunt sibi parare splendorem ex pietate. *Hæc tamen infrà in solidioribus Actis non leguntur: è quibus* Thyrsum, *quòd de eius genere curiosè inquirat Præses, externum potiùs fuisse non improbabiliter coniicere liceat.* Ciuem *hunc* Toletanum *in Hispaniâ faciunt Silo Rex Oueti & Asturiarum in epistolâ ad Cyxillam Archiepiscopum Toletanum, & Luitprandus in Chronico num. 128. de quibus infrà, ac Iulianus Archipresbyter S. Iustæ; qui cùm Toletum vrbem Alfonsus VI. Castellæ & Legionis Rex de Mauris cepit, tradit adfuisse. Hic in Chronico num. 73. ad annum Christi 252. hæc ait:* S. Thyrsus ciuis Toletanus, cathecumenus Toleto egreditur, in vrbe Apolloniâ Græciæ sub Decio fidei illustre testimonium dat. *Eadem repetit num. 397.* Exiuit Toleto sanctus vir *Thyrsus* sub Paulato, vel Palmacio, Præsule Toletano Catechumenus. *An Catechumenus fuerit quæretur infrà ad §. 4.* Paulatum *ab anno Christi 245. ad 286. Episcopatum obtinuisse è Dextri Chronico Franciscus Biuarius ad an. Ch. 286. numero 2. conatur fidem facere; illudq; acriter contendit* Thyrsum *fuisse* ciuem Toletanum; *quem tamen origine potiùs* Græcum, *seu* Bithynum, *facit Franciscus Pisa lib. 3. hist. Toletanæ cap. 5. verùm ei Acta sola Metaphrasta lecta videntur, non cetera.*

Omnes hi SS. Bithyni,

nisi fortè Thyrsus Toletanus fuit.

2 *Hæc de solo natali. nunc de palæstrâ multiplicis martyrij. Primus certaminis locus fuit* Cæsarea Bithyniæ *vrbs ad Propontidem maritima, quæ, vt ab aliis eiusdem nominis distingueretur,* Smyralia *seu* Smyrdiana *agnominata, de quâ Ptolemæus lib. 5. Geographiæ cap. 1. & tabulâ 1. Asiæ. In hac capite plexus palmam martyrij obtinuit* S. Leucius, *qui mendosè in variis codicibus* Lucius, Leontius, Leuticius, Lencius, Lenticius, Lensus, Leusus, & Seleucus *appellatur. An peculiari venerationis vsu iam colatur, seorsim à ceteris, necdum reperimus, nisi hic sit, de quo Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ XIX. Ianu. ita scribit:* S. Leucij Martyris memoria Tuderti peruetusta est; nam in summo vrbis Tudertinæ fastigio templum suo nomini dicatum, cum cœnobio Fratrum Prædicatorum, in quo corpus illius piè asseruabatur, magnamque habebat apud ciuitatem venerationem, extitisse ferunt. Cuius reliquiæ, ad exiguitatem redactæ, in nouum dicti ordinis monasteriũ, cui S. Mariæ titulus est, trãslatæ, singulis annis in Dominicâ in Albis solẽni apparatu extractæ, populo Tudertino monstrantur. Cuius sancti Martyris memoriam quasi extinctam renouauit, & in Kalendarium Tudertinæ Ecclesiæ, vnà cum ceteris eius

Leucius Cæsareæ Bithyniæ colitur.

an Tuderti?

vrbis

vrbis Patronis, Angelus Cæsius Episcopus adscripsit. Ceterum gesta huius Martyris, vnà cum tempore & genere martyrij, iniuriâ temporum disperiêre. *Celebratur quidem* S. Leucij *memoria, vnà cum* Thyrsi & Callinici *in pluribus & vetustissimis Martyrologijs XVIII. & XX. Ianuarij, vt mox dicetur, quibus diebus apud Tudertinos aliâ festiuitate impeditis potuit* S. Leucius *ab iis XIX. peragi. Eius tamen non meminit Ioannes Baptista Possevinus in libro de Sanctis Tudertinis, ipsèque Ferrarius in Topographiâ Martyrologij & posteriùs edito generali Sanctorum Catalogo. Atque, vt ibi fuerit* Leucius *aliquis, potuit is patriâ Tudertinus, aut alio ex oppido Vmbriæ, isthic vel alibi in Italiâ certamine perfunctus fuisse.*

an alius?

3 *Alterum Martyribus stadium fuit* Apollonia, *vrbs Phrygiæ maioris mediterranea, ad Rhyndacum amnem, vt patet è Ptolemæo lib. 5. cap. 1. paucis à prædictâ Cæsareâ leucis disita; à Iuliano suprà* Apollonia Græciæ, *à variis Martyrologijs* Apollonia in Græciâ *appellata, vt ferè aliæ minoris Asiæ vrbes ab aliis scriptoribus. Quo non animaduerso Ferrarius in Topographiâ* Apolloniam *vrbem* Macedoniæ *statuit. In illâ Phrygum* Apolloniâ *capite plexus est* S. Callinicus, *qui perperàm in MSS. & excusis exemplaribus* Gallenicus, Galenicus, Calenicus, Calonicus, Galienicus, Gallinicus, Callenitus, Galenitus, Galanicus, *&c. scriptus reperitur. Cum eo* quindecim socij *à sacerdotio idolorum simul ad Christi sacra conuersi, & capite plexi referuntur in secundis Actis num. 47.*

Callinicus passus Apollonia Phrygia.

4 Apolloniæ *quoque occubuisse* S. Thyrsus *in tertiis Actis, ac Metaphraste traditur; imò omnium isthic consignatur martyrium in plurimis Martyrologijs, eisq; optimæ notæ, reclamantibus Actis omnibus. de* Thyrso *quidem minùs id mirum dici; nam isthic, atque anteà* Cæsareæ, Apameæ, *& fortè* Nicomediæ *diuersa tormenta diuinâ virtute superârat, verùm tandem* Mileti, *vrbe Cariæ maritimâ, postremam lauream tulit. Id accuratè docent Acta, præsertim prima ex MS. Velseri, capite vltimo; quibus consentiunt antiqua Martyrologia MSS. Latiense & Tornacense S. Martini XXV. Ianuarij, quo in iis* Thyrsus *seorsim memoratur:* In ciuitate Mileto, *inquiunt*, passio S. Thyrsi, qui passus est sub Cumbricio, Siluano, & Plaudo Proconsulibus in ciuitate Cæsareâ. *addit Tornacense:* Hic enim primùm iussus est catenis ad pœnam extendi, vt dissiparentur membra eius. Sed catenis diruptis, vas quoddam iussum est impleri aquâ, in quod Martyr deorsum suspensus, capiteque mersus flagellaretur. Vase autem virtute Domini dissipato, bis in carcere recluditur, & ad audientiam reseruatur. Postmodùm verò resticulis flagellatus, bestiis traditur: vnde illæsus exiens, iussus est fieri locellus, in quo missus, medius secaretur: sed illis deficientibus, qui eum secare debuerunt, cùm B. Thyrsus de locello exiret, diuino nutu calcaneus eius locello adhæsit. Quod ille cognoscens, iterum se in eo locauit, taliterque passionis suæ terminum fecit.

Thyrsus multa alibi passus,

occisus Mileti:

5 *Celebri admodùm officio colitur eodem die, vt tradit Franciscus Pisa loco citato, seu potiùs, vt alij, pridie, id est XXIV. Ianuarij, in Breuiario Musarabum; quo die refertur quoque in Martyrol. Romano his verbis:* Item sanctorum Martyrum Thyrsi & Proiecti. *ad quẽ diem inter Prætermissos diximus* Proiectũ *(cuius in illo Gothico Breuiario nulla fit mentio) esse* Aruernensem, *de quo egimus XXV. Ianuarij*; Thyrsum *verò hunc, de quo hic est sermo; maximè quòd Baronius addat in Notationibus* agi de his pluribus in Breuiario Toletano S. Isidori, vbi etiam sacer hymnus habetur, quo Thyrsi egregia facta scribuntur. *At Franciscus Biuarius commentario in Dextri Chronicon ad an. Ch. 286. n. 2. in fine monet,* Baronium lapsum esse, dum credidit hymnũ Breuiarij Gothici S. Isidori agere de Thyrso & Proiecto, cùm manifestum sit de Thyrso, Leucio, & Callinico agere. *Ipsum hymnum infrà dabimus.*

colitur Toleti;

6 *In similem errorem impegit Ferrarius in generali Catalogo Sanctorum XXX. Ianuarij:* Lemouicis, *inquit*, S. Thyrsij Martyris. *In Notationibus citat* Kalend. & monum. Ecclesiæ Lemouicensis, in quibus, *inquit*, sub Decio Imperatore in Africâ, in vrbe Cæsareâ, passus traditur, in ergastulo inclusus, à quo eductus ab Angelo, ad Episcopum qui illum baptizaret ductus & reductus est, & ferrâ dis-

fectus martyrium cõsummauit: *Quæ prorsus in hunc* Thyrsum *quadrant, qui* Cæsareæ in Bithyniâ, *non* in Africâ, *martyrium auspicatus. Deinde in Breuiario Lemouicensi, anno Christi 1626. auctoritate Raymundi de la Martonie eiusdem Ecclesiæ Episcopi edito, colitur* S. Thyrsus *officio nouem lectionum non XXX. sed hoc XXVIII. Ianuarij, quo die Saussaius in Martyrologio Gallicano:* Lemouicis commemoratio S. Thyrsi Martyris, qui cum aliis sanctæ religionis assertoribus Apolloniæ dirè excruciatus, pro fidei Christianæ professione in agone extremo voce cælesti ad æterna tabernacula vocatus est, *&c. Idem Saussaius alium* Thyrsium *arbitratus proferri à Ferrario, XXX. Ianuarij in Supplemento ita scribit:* In Aquitaniâ natalis S. Thyrsij Martyris, qui in Africâ sub Decio Imperatore, quòd Christianos mores spiraret, in ergastulum coniectus est: è quo per Angelum eductus deductusque ad Episcopum vt baptizaretur, suscepto lauacro salutari in carcerem pugnaturus pro fide reductus est. Itaque vocatus ad tribunal, cùm multis terriculamentis à præconio diuinæ, quam cognouerat, gratiæ, non posset coërceri; multis impetitus tormentis, in quibus semper extitit ineluctabilis; demũ serrâ, vt quondam Esaias, dissectus, nobile martyrium consummauit (*huc vsque ex Ferrario amplificatâ tantùm eius phrasi*) cuius pignora in Galliam Aquitanicam delata, eius ibi clarum nomẽ ac agonẽ ediderunt. *Ea videlicet ipsa sunt pignora, quæ ad Lemouicum vrbẽ deportata his verbis tradiderat:* Cuius aliquot pignora ex Oriente in Galliam aduecta, Lemouicisque reposita, memoriam eius ibidem & claram & caram apud maiores reddiderunt. *Proniùs fuit vt in Africâ passus* Thyrsus *crederetur, quòd in Actis ex MS. Ripatorij dicatur* Combrutius Præses ex genere Claudij prouinciæ Africæ; *& in Actis ex MS. Velseri* Baudus genere Afer. *Hic postremus Præses alibi* Paudus, Plaudus, Bausus, *&* Bandus *appellatur. at* Combricius, Cumbritius, Cymbritius, & Bricius. *In* Siluani *nomine omnes congruunt.*

Ex variis.

& Lemouici

ob reliquias eò translatas.

§. II. *Communis horum Martyrum cultus. Acta.*

7 VT S. Thyrsus *variis diebus solus colitur, ita cum sociis quoque variis etiam mensibus, & ferè quidem Ianuario apud Latinos; Decembri apud Græcos. ac primùm ad diem XVIII. Ianuarij* SS. Thyrsi, Leucij, Callinici *memoria est in antiquissimis Martyrologijs MSS. S. Hieronymi, & Dungalensi in Hiberniâ. MSS. Centulense, & Leodiense S. Lamberti:* Ciuitate Apolloniâ sanctorũ Martyrum Thyrsi, Leuci, & Gallenici. *addit Florarium MS.* tempore Decij Imperatoris anno salutis 253. *Maurolycus, Felicius, Galesinius, Canisius:* In ciuitate Apolloniâ SS. Thyrsis & Seleuci & Calleniti Martyrum. *Adonis MS. quod in cœnobio Leodiensi S. Laurentij extat:* Eodem die Passio sanctorum Martyrum Leuci, Tirsi & Gallenici, in ciuitate Apolloniâ, tempore Decij Imperatoris, sub Præside Combrutio, & Siluano, & Baudo. Qui diuersis tormentorum generibus excruciati, primus & vltimus abscissione capitis, medius cælesti voce euocatus, spiritum reddentes, martyrium consummauerunt. *Solum* Thyrsum *eo die referunt Carthusiani Colonienses in addit. ad Vsuardum & Martyrol. MS. Latiense, in hoc tamen vitiosè* Thyrsa *scribitur.*

Coluntur omnes simul à Latinis Ianu. 18.

8 *Ianuarij XX. eosdem iterum nominant MSS. Martyrologia S. Hieronymi & Dungalense; hoc sub* Leontij, Vrsi, Gallinici *nominibus; illud verò:* Neueduno, Tarsi, Leuci, Gallinici. *Est* Neuedunum, *Ptolemæo* Nouiodunum, *lib. 2. Geographiæ cap. 5. & Tabulâ 5. Europæ circa Danubium collocata vrbs; quæ item refertur in Antonini Itinerario, Tabulâ Itinerariâ, & Notitiâ Imperij: de cuius situ disputat Cluuerius lib. 3. Germaniæ cap. 43. An eò aliqua horum Sanctorum pignora fuerint delata, aut templum eis erectum, aliaue cultus huius extraordinarij caussa extiterit, nos latet. Et fuerunt aliæ vrbes hoc nomine nuncupatæ, vt illa in Galliâ circa lacum Lemanum. In eodem rursus Martyrologio XXVII. Ianuarij duo ex his referuntur* 27.

Ex variis. *his verbis:* Nicomediæ Laecij, in Apolloniâ Calentini, *qui aliis* Leucius *&* Callinicus *dicuntur; ille hoc die in MS. Dungalenſi* Leontius. *Florarium MS.* Nicomediæ S. Thyrſi Martyris, *vbi capite aquis immerſus flagellatus dicitur in Actis vltimis. An etiam* Nicomediæ Leucius *antè fuerit tormentis aliquibus excruciatus, quàm* Cæſareæ *capite plecteretur, haud liquet.* Cumbritius Præſes Nicomediâ Apameam, *hinc* Cæſaream *profectus dicitur in Actis num. 1.*

& potiſſimùm 28. 9 *Denique celeberrima horum memoria eſt in Eccleſiâ Romanâ hoc XXVIII. Ianuarij. duorum mentio fit in veteri Martyrologio Romano à Roſvveydo edito:* In ciuitate Apolloniâ, Leucij, Thyrſi, Martyrum. *Plenius Vſuardus, Bellinus, Martyrologium Romanum modernum:* Apolloniæ ſanctorum Martyrum Leucij, Thyrſi, & Callinici, qui tempore Decij Imperatoris, variis tormentorum generibus cruciati, primus & vltimus abſciſſione capitis, medius cæleſti voce euocatus ſpiritum reddens, martyrium conſummauerunt. *Addunt Ado, Notkerus, & varia MSS.* in Græcià. *An fortè* in graciâ? *ita coniiciebat Roſvveydus in Notis Adoni à ſe edito adſcriptis. Interponebant Beda & Ado,* ſub Præſidibus Combritio, Siluano, & Baudo. *Eadem ferè ſcribunt Caniſius, Galeſinius, Maurolycus, Felicius, MS. Florarium, Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 39. qui addit:* 5. Kal. Februar. in partibus Græciæ tumulati, vt dicit Ado. *Officio IX. lectionum coluntur eodem die in antiquo Breuiario Eccleſiæ Burgenſis in Hiſpaniâ. Eorumdem anniuerſaria celebritas agitur cum ſupplicatione in Aſturicenſi diœceſi.*

& 14. Decemb. maximè à Græcis. 10 *Decembris quartodecimo referuntur in Martyrologio Gallico Leodij excuſo, & in addit. Carthuſ. Colonien. ad Vſuardum:* Item SS. Thyrſi, & trium ſociorum eius, *cùm duo tantùm fuerint* Thyrſi ſocij, Leucius *&* Callinicus: *at cum hoc alij* ſocij quindecim, *capite plexi ſunt. A Græcis eodem die ſolenni ceremoniâ coluntur hi ſancti Martyres, ſub Decio in partibus Aſiæ occiſi, cum pluribus aliis in Ægypto ſub Diocletiano interemptis: quorum omnium Acta Metaphraſtes, quòd ferè non niſi ſingulis diebus ſingula aſſignet, vnum in compendium contraxit, quod Latio datum à Gentiano Herueto ediderunt ad XIV. Decemb. Lipomanus & Surius. Græci in Menologio & Menæis ſingulorum Acta breuiter perſtringunt; prius quia in manibus eſt, à Caniſio editum; ſolùm quæ in Menæis habentur, hic proferemus.*

Actorum epitome ex Menæis. 11 Eodem menſe, quarto & decimo die, certamen ſanctorum Chriſti Martyrum, Thyrſi, Leucij, & Callinici. Decio Imperatore iſti Martyres vixerunt. Combritio Præſide perſecutionem aduersùs Chriſtianos mouente, in partibus Nicomediæ, Nicææ, & Cæſareæ Bithyniæ; S. Leucius vltro Præſidem acceſſit, & ſe Chriſtianum profeſſus, idolorumque vanitatem irridens ſuſpenditur Præſidis iuſſu; dein corpus illi omne crudeliter laceratur: ſed immotus in Chriſtianâ profeſſione perſeuerans capite plectitur. Deinde Præſidi versùs Helleſpontum iter ingreſſo eximius illi inter athletas Thyrſus occurrit, & Chriſtum palàm Deum eſſe teſtatus, reprehenſo tyranno quòd iis qui non eſſent dij cultum diuinum præter rationem exhiberet, itaque pugnis cæditur & malleis contunditur, manibuſque & pedibus vinctus diuerberatur & conteritur: palpebræ fibulis compunguntur, oculi fodicantur & lancinantur, pedes ferreis glandibus plectuntur, tergum liquato plumbo perfunditur, quod magis carnificibus quàm Sancto nocuit. Cùm autem per diuinam gratiam ex omnibus his tormentis ei inflictis illæſus euaſiſſet, medius arripitur & ferro laceratur: ille verò precibus ſuis omnia idolorum delubra euertit. Deinde in vas aquâ plenum capite deorſum verſo immittitur: at vaſe ſtatim diſrupto, è muro cuius acuminata erant latera, deiicitur in pauimentum, quod illum excepturum erat, acutis clauis & ferreis tribulis, ſeu cuſpidibus inſtratum: ſed ex his quoque ope cæleſti ſaluus extitit. Combricio verò & Siluano vitâ malè mulctatis præturam Babdus ſuſcepit, qui Sanctum pro Chriſto propugnantem culeo inſutum in mare abiecit: ſed Angelis præſidibus, ſacco diſrupto, Sanctus in terram expoſitus eſt, qui rurſus atrociter cruciatur. Martyr autem precibus ſuis iterum ſculpta ipſorum idola deiecit. Tum feris in pabulum obiectus, ab illis intactus permanſit. Verberatur iterum tam immaniter Martyr, vt carnes eius in terram defluerent: vbi S. Callinicum ad Chriſti fidem pertraxit, qui anteà idolorum ſacrificulus fuerat, & ſecum ita ratiocinabatur: Certè maior his omnibus eſt Deus, cuius ad inuocationem concidunt idola. Nam cùm S. Thyrſus Apolloniæ eſſet, inuocato Deo vanorum deorum ſtatuas in terram proſtrauerat. Quod cùm poſteà idem ſuis precibus per miraculum Sanctus faceret Callinicus, & idolũ quod colebatur deiiceret, capite præciſo viuendi finem fecit. Sanctus autem Thyrſus in arcam coniectus vt ferrâ diffinderetur, cùm lictores ferram mouere non poſſent, Sanctus illæſus perſtitit, ſed animam Deo edidit, cùm vocem è cælo accepiſſet quâ repoſita illi bona ſignificabantur. Peragitur horum Martyrum dies ſolennis in ipſorum templo quod eſt in Elenianis. *Conſentiunt Maximus Cytheræus & Menologium antè citatum, in quibus etiam certamen in muro, ſuperne anguſto infernè gladiis præcincto, cæleſti virtute ſuperatum, attingitur; à Metaphraſte & in Anthologio prorſus omiſſum; aſt infrà in Actis deſcriptum. Subiunguntur in citatis Græcorum Martyrologiis encomia* SS. Philemonis, Apollonij, Ariani Præſidis, *&* IV. Protectorum, *quorum Acta dabimus VIII. Martij. Metaphraſtes his adiungit Acta* SS. Aſclæ *&* Leonidæ: *nos de priore egimus XXIII. Ianuarij, de altero paullò inferiùs cum Martyrologio Romano.*

Acta triplicia. 12 *Acta autem* Thyrſi, Leucij, Callinici *triplicia nacti ſumus, omnia fide digna, planeq́, ſolida, etſi ſtupendis plena miraculis. Prima ſuâ manu deſcripſerat Roſvveydus ex vetuſtiſſimo codice Marci Velſeri, ſed (prô dolor) priore parte mutila. Ex his depromptum iiſdem verbis quod iam ex antiquiſſimo Martyrologio S. Martini Tornacenſi recitauimus elogium. Secunda accepimus è codice monaſterij S. Mariæ de Ripatorio, nobis à Franciſco Chiffletio noſtro cõmunicato, eademq́, cum Agonibus Martyrum Pariſiis excuſis contulimus. Hæc in locis certamini vniuſcuiuſque adſcribendis cum prioribus conueniunt. Poſtrema deſumpta ſunt ex MSS. Thoſano, & Treuirenſi S. Maximini, cumq́, editione Bonini Mombritij collata. His olim videntur vſi Vſuardus, Ado, Notkerus: & iis quæ infrà ex Breuiario Muzarabum proferuntur, maximè conſonant. Decreueramus aliquando his Acta ex Metaphraſte adiungere, vt XXIII. Ianuarij ad vitam S. Aſclæ inſinuatum eſt; verùm quòd nihil ferè, ſaltem momenti alicuius, continerent, quod non eſſet in aliis Actis deſcriptum, vel ideò potiùs omiſimus, quòd ea paſſim apud Lipomanum & Surium extant, & ex variis Sanctorum Actis plura, huc non ſpectantia, in iis conglobata ſunt. Ediderunt vitam* S. Thyrſi *& ſociorum ex recentioribus Alfonſus Villegas XXIV. Roſvveydus XXX. alij XXVIII. Ianuarij, aut XIV. Decembris.*

§. III. *Reliquiæ. templa.*

Reliquiæ S. Thyrſi à Philippo ſepultæ, 13 *Quid ſingulorum reliquiis actum ſit, non facile eſt ſtatuere. An aliquæ Nicomediam initio, an deinde Neuedunum, ſeu Nouiodunum tranſlatæ, propter antè ſcripta ambigi poteſt; an dein* Leucij *aliquæ Tudertum.* Corpus S. Thyrſi à Baudo petiit Philippus quidam religioſus, & poſuit in ſuo loculo, cùm ſuſtinuiſſet ſeptem dies vſque quò venirent Cæſarius Epiſcopus & Laudicius, ſeu Laodicius Preſbyter, *Apolloniâ (vt ſuſpicamur) Miletum, quòd antè ab eiſdem* Callinicus, *cum quindecim ſociis Apolloniæ paſſus, dicatur ſepulturæ traditus in ſecundis Actis.*

recondita Conſtantinopoli in templo ei extructo, 14 Apud Græciam cineres S. Thyrſi latere *addunt Acta vltima. De iis Sozomenus lib. 9. cap. 2. inter reliqua ita ſcribit:* Cæſarius vir eâ tempeſtate cum primis potens, qui & ad Conſularem & ad Præfectoriam dignitatem peruenerat (*fuerat autem* Flauius Cæſarius *cum* Nonio Attico *Conſul an. Ch. 397.*) extra mœnia ciuitatis Cõſtantinopolitanæ templum Deo, in honorem Thyrſi Martyris, magnificũ ædificauit; *&, vt ex ſequentibus colligitur, ſacras eius inibi reliquias collocauit. Nam cùm eo loci corpora XL. Martyrum Sebaſtenorum recondita laterent,* Pulcheriæ Reginæ, ſororis Imperatoris, tertiò apparuit admirandus Thyrſus, atque

atque eos qui ſub terrâ abſconditi latebant indicauit,& ad ſe transferri eos iuſſit, vt & eiuſdem loci, & eiuſdem quoque honoris ſecum participes eſſent: ſimul & ipſi quoque XL.Martyres ſplendidis veſtibus induti ſemetipſos illi conſpicuos fecerunt. *Quorum corporibus repertis,* accurrunt ad martyrium Imperatrix & Epiſcopus. Tunc Imperatrix Deo preces in gratiarum actionem fundebat, quòd ſe tam illuſtri reuelatione eſſet dignatus.Dein ſanctas reliquias nacta, elegantiſſimâ thecâ Martyres honoratos, iuxta venerabilem Thyrſum compoſuit, publicâ feſtiuitate, vt æquum erat, cum debito honore ac pompâ, ac pſalmodiis celebratâ: cui & ego ipſe interfui..... Proclo Eccleſiam Conſtantinopolitanam gubernante;*quam capeßiuit an.Ch.434. obiit ſanctè 446. colitur XXIV.Octob.S.Pulcheria X.Septembris & XL.Martyres Sebaſteni IX.Martij, quo die pleniùs hanc hiſtoriam illuſtrabimus. Ceterùm hîc ſuam ætatem manifeſtè indicat Sozomenus. Neſcimus autem quid ſibi velit ſcriptor quidam nuper ſub nomine Luitprandi editus, qui ad an.Ch.790. ſcribit:* Socrates, Sozomenus, Philippus, ſcriptores Eccleſiaſtici, & doctrina Ioannis Caſſiani monachi, florent. *Vultne eos tunc vixiſſe? palpabile mendacium eſt.an lectos præcipuè fuiſſe? vnde id probat? at multò magis, cùm ex duobus prioribus & Theodoreto Tripartitam concinnauit Caßiodorus,ſeculo 6.Sed hæc per tranſennam.*

& iuxtà reliquiæ SS. XL. Martyrũ.

15 S. Thyrſo *extructum à Iuſtiniano Imperatore templum ſcribit Procopius lib.1.de ædificiis Iuſtiniani.* Parùm abeſt, *inquit,* quin illud martyrium præteriiſſem, quod S.Platoni dedicatum,quodque verè ſacrum eſt ac magnoperè venerandum; cui ſacella omnia magnitudine cedunt.Præterea Thyrſi Martyris ædem: & S. Theodori ſacellum, ante vrbem, in regione quæ Rheſſion dicitur, ſitum: & Theclæ Martyris templum, quod iuxta vrbis littus eſt; & alterum S.Theodotæ in ſuburbio Hebdomo appellato.Hęc enim omnia Imperator iſte Diuo Iuſtino regnante à fundamentis ædificauit, difficilia explicatu: & quæ pro rerum dignitate, viſu ac cogitatione expendi ſatis non poſſunt. De S.Platone *Martyre Ancyrano agemus XXII. Iulij.* De S.Theodoro *IX. Nouemb.* Theclâ *XXIII. Septemb.* Theodotâ *II. Auguſti. Demum* S. Thyrſi *& ſociorum templum Conſtantinopoli fuiſſe poſterioribus ſeculis,* πλησίον τῶν Ε'λενιανῶν *in* Elenianis, *ex Menæis antè dictum eſt.*

Templum aliud iſthic S. Thyrſi.

16 *Hinc videntur aliqua* S.Thyrſi *pignora, vt §.1. dictum eſt, in Galliam Aquitanicam ad Lemouicenſem Eccleſiam tranſlata: imò & in Hiſpanias; vbi in æde S. Stephani monaſterij Balneolenſis in diœceſi Gerundenſi, manum* S. Thyrſi *religiosè aſſeruari teſtatur, qui eam vidit ac veneratus eſt, Antonius Vincentius Domeneccus in Hiſtoriâ Sanctorum Catalauniæ.*

Reliquiæ in Galliâ, & Catalauniâ.

17 *In Chronico ſub Luitprandi nomine recens edito* monaſterium S. Thyrſi Toleti *extitiſſe ſcribitur num. 251. cuius* Abbas Agapius Vicarius Domini Elipandi Pontificis Toletani *pro eo* interfuerit Synodo vniuerſali ſeptimæ Nicææ contra Iconomachos ærâ 824. *an.Ch.786.*habitæ. *Et num.128.dicitur* Rex Wiſegotthorum VVamba Toletum ciuitatem regiam ærâ 714.*an.Ch.676.* laxaſſe & muris ambiſſe: portam quæ reſpicit Septemtrionem S. Thyrſo Toletano ciui, Martyrique foris (*id eſt, vt num. 233. dicitur, Apolloniæ in Græciâ*) paſſo dedicaſſe.

Templum Toleti,

18 *Prudentius Sandouallius in Silone Rege Oueti & Aſturiarum, aſſerit à Gothis, prope maiorem eccleſiam Toleti, templum in honorem S.Thyrſi extructum fuiſſe, in quo eius honorarint reliquias, ab Oſtrogotthis eò tranſmiſſas: & teſtatur Franciſcus Piſa lib. 3. hiſtoriæ Toletanæ cap. 5. ſacras* S.Thyrſi *exuuias olim Toleti, antequàm ea vrbs à Mauris caperetur, fuiſſe ſeruatas; quas ne illorum deuaſtaret impietas, Vrbanus eius Sedis tum Archiepiſcopus, Ouetum, vbi deinde Gothici Aſturiarum Reges, commorati, dicitur tranſtuliſſe. Eaſdem in hunc vſque diem in thecâ ſacrâ ibidem ſeruari tradit idem Piſa, tum ex relatione & litteris virorum fide dignorum, quiq; in Eccleſiâ Ouetanâ plurimùm auctoritate pollebant, tum ex indiculo reliquiarum eiuſdem vrbis excuſo. Hanc denique ob cauſſam,vt idem auctor eſt,à Rege Alfonſo Caſto in eadem vrbe templum in honorem S.Thyrſi præcipuum extructum, eiuſq; exemplo plura in diœceſi Ouetanâ eidem Sancto erecta. Imò hucuſque* S. Thyrſum *ſocioſq; in diœceſi Aſturicenſi præcipuo cultu honorari, ſuprà dictum eſt. Verùm contra hæc facit quod præcipuum & maximum Oueti templum,* in honorem ſancti Saluatoris, ad ſimilitudinem Eccleſiæ S.Mariæ Lucenſæ ciuitatis, *à ſe* conſtructum *teſtatur ipſe Alfonſus in diplomate dato V. Idus Martij Ærâ 868.an.Ch.830.quod ex antiquo codice MS.Eccleſiæ Bracarenſis vulgauit Sandouallius in Alfonſo Caſto. In eodem diplomate meminit Rex* Eccleſiæ S. Thyrſi in ciuitate Bracarâ ſitæ. *At Sandouallius in Silone Rege opinatur Oueti prope maiorem eccleſiam ab Alfonſo Caſto extructum minus aliquod ſacellum fuiſſe, in honorem* S. Thyrſi. *quo etiam modo Alfonſus ſextus, à quo Toletum cum vicinis oppidis Mauris ereptum eſt, Sahagunti prope maiorem eccleſiam ædificauit templum, in honorem* S.Totiſi, *quem* Thyrſum *ipſe interpretatur Sandouallius, qui huic vtrique ædificando exemplar proponit deſumptum à templo prope maiorem eccleſiam Toleti à Gothis in honorem S.Thyrſi extructo.*

Ex variis. *& alibi.*

dein Ouetum tranſlata,

vbi & templum ædificatum,

19 *Ipſum verò Toletanum templum à Cyxilane Archiepiſcopo volunt deinde reparatum; à quo primò conſtructum aſſerit Iulianus Archipresbyter in Chronico num. 397.* A Cyxilano, *inquit,*conditum eſt S.Thyrſi templum Toleti, ciuis Toletani, in Apolloniâ Græciæ paſſi. *In Chronico Luitprandi num.233.*Toleti conditum eſt templum S.Thyrſi vernulę Chriſti, ciuis Toletani, paſſi Apolloniæ in Græciâ, prope Meſquitam maiorem: conſecratumque eſt à Domino Cixillano Archiepiſcopo Toletano, cum magno periculo. *Secundùm Chronologiam Toletanorum Antiſtitum, quam edidit Garcias Loayſa in Collectione Cõciliorum Hiſpaniæ,* Cyxilla *factus Archiepiſcopus an.Ch.775. obiit 784.quo ei ſucceſſit* Elipandus,*qui hæreſi infectus, in Concilio Francofordienſi damnatus eſt; niſi inter hos ab aliis rectiùs interiiciatur* Petrus Pulcher. *Vitam S. Ilæfonſi ab hoc Cyxillane ſcriptam dedimus ſuprà XXIII. Ianuarij. Ei templum hoc ædificanti ſcripſit Silo Oueti, & Prauiæ, ſiue Aſturiarum Rex, vbi inter alia ita habet:*Dolet me,quòd ibi fueritis in magno periculo veſtrarum vitarum, quia ibi cœpiſtis ædificare eccleſiam S. Thyrſi Martyris, prope Meſchitam maiorem: & Alquazellus Zuleima Iuſeph Abenabdil, qui regit Toletum, voluit vos occidere: ſed appellantes ad Iudicem Mahomad Abenramin, iuſſit dimitti vos, & dedit licentiam ædificandi ob pecuniam,quæ illi dediſtis.Iſti Mauri nihil faciunt niſi prætextu lucri. Tamen ad illum ſcribo,gratias agens ob fauorem, quod dedit vobis: & rogo vt vos foueat *&c. Et infrà:* Regina mittit pro nouâ veſtrâ eccleſiâ S.Thyrſi Martyris,quam iam audiui,quòd abſoluiſtis, quædam munuſcula, calicem argenteum & patenam cum aquamanili, & cum ſuo naſo, & in operculo corona noſtri regni cum nomine tuo & meo per compendium ſic C. S. (*hoc eſt Cyxilla & Silo*) ſeruiet ad dandum ſanguinem Domini populo..... Orate pro me & Reginâ.Deus vos cuſtodiat, Amen. In Prauiâ,24. Februarij ærâ 815. *Fuit is annus Chriſti 777. quo duriſſimo Saracenorum iugo Hiſpania premebatur.* Succeſſit poſt finẽ Aurelij in regnum Sylo ærâ 812. *anno Ch.774.*Regnauit autem annos nouem, & in decimo vitam finiuit, *vt tradit in breui hiſtoriâ Sebaſtianus Salmanticenſis Epiſcopus apud Sandouallium, qui ipſam Silonis epiſtolam integram recitat ex codice MS.Toletano.*

Toletanũ reſtauratum, à Cyxilla

cum periculo à Mauris;

donis ornatum à Silone Rege,

& reliquiæ;

20 *Dum anno Chriſti 1595. ſub* Philippo II. *Hiſpaniarum Rege xenodochium regale prope ſummam D. Virginis ædem Toleti ædificaretur, templi S.Thyrſi,iam olim diruti, muri & ruinæ ſub terrâ comparuêre; & inter rudera, Deo ita volente, repertum eſt operculum aqualis,quem Silonis Regis vxor ad Cyxillanem miſerat, cum coronâ regni,& initialibus litteris vtriuſque C. & S.quo indicio compertum eſt ibi fuiſſe* S.Thyrſo *templum à Cyxillane conſtructum. Alfonſus de Carcamo vrbis tum Toletanæ gubernator miſit ad Philippum II. repertum recens aqualis operculum cum epiſtolâ Silonis Regis, & præclariſſimâ de S. Thyrſo, quam ipſe typis curarât excudi, diſputatione, cum virorum doctorum approbatione, præſertim Stephani de Garibay nobilis ac percelebris rerum Hiſpanicarum hiſtorici, & Alfonſi de Villegas diligentis & pij de Vitis Sanctorum ſcriptoris. De totâ*

quæ nuper reperta.

EPIVARIIS. *hac re accuratas ad nos Madrito litteras ſcripſit Ioannes Euſebius Nirembergius noſter. Agit quoque de his antiquitatis monumẽtis Franciſcus Biuarius ad Dextri Chronicon an. Ch. 286. nu. 2. vbi formã operculi exculptã exhibet. Idem tradit, quod & Alphonſus Villegas in epiſtolâ ad Philippum II. à* S. Thyrſo *vulgatiſſimum in Hiſpaniâ nomen* Thereſiæ *deductum videri.*

Hymnus de S. Thyrſo compoſitus à Cyxilla Epiſcopo.

21 *Addimus hymnum de* S. Thyrſo *& ſociis, quem Baronius citat in Notis ad XXIV. Ianuarij, compoſitum à Cyxillane, vt teſtantur Silo Rex, & Iulianus Archipresbyter. huius verba ſunt num. 397. in Chronico:* Idem Cyxila Præſul, qui iuſſit ædificare templum, & compoſuit hymnum. *at Silo in prædictâ epiſtolâ:* Audiui, *inquit,* quòd compoſuiſtis hymnum in dedicatione S. Thyrſi Martyris & ciuis Toletani, vt retulerunt mihi tuos Legatos: & de S. Vincentio & Læto *&c.* ..... Mittat tua Paternitas illos ad me vt noſtri Clerici habeant quid cantent. *Arbitratur Villegas vltimos ſolùm verſus à Cyxillane additos, cùm templum S. Thyrſo dedicaſſet, reliquum hymnum antè à S. Iſidoro fuiſſe compoſitum. Eumdem ex Breuiario Muſarabum exhibet Biuarius cum nonnullis capitulis & Benedictionibus.*

§. IV. *Hymnus de S. Thyrſo & ſociis.*

22 EXulta nimiùm turba fidelium,
Solemne hodie Martyris inclyti
Eſt feſtum: modula carmine fortiter,
In laudem Domini atque potentiam.
Cæleſtis patriæ gaudia cogitat
Thyrſus vir pepulit omnia ſeculi
Sanctus, quùm [a] minimè crederet in Deum,
Afflatus ſubitò flamine ſancto eſt.
Sæuum conſpiciens Iudicem, increpat:
Cur Sanctos Domini, inquit, atrociter
Pœnis diſcrucias valdè crudelibus?
Infelix erebi igne cremandus es.
Illicò rabidus tempora preſſerat
Hoſtis Combritius membra colentium
In terrâ Dominum; multa perempta ſunt
Sanctorum nitida [b] millia Martyrum.
Sanctus pro Domino Leucius nititur,
Electam animam tradere promptior:
Diuerſa genera pertulit innocens
Pœnarum, capiens præmia cælica.
Athleta pedibus impiger ambulans
Thyrsus, vbi Regem reperit impium,
Apprendens tenuit, admonet & docet,
Iam falſa vt colere deſinat idola.
Tum læto ſimulans ore loquutus eſt:
Te Thyrſe cupio conſilio meo
Aſſenſum tribuens, ſacrifices Diis.
Vt magnas capias copias munerum.
Sanctus, Perſpicuum eſt, ait, impie,
Quòd totus habitet ille nequiſſimus
In te, nunc coluber prauus, & inuidus:
Cum tali pereas principe horrido.
[c] Guſtrum perniciter adfore præcipit,
Plenum lymphâ, caput Martyris ſuffocat.
Corpus, quod ſupereſt, fuſtibus cædere
Nodoſis acriùs peſtifer imperat.
Sed ſeruus Domini voce piiſſimâ,
De vaſe miſerum Iudicem increpat:
Agnoſce Dominum lubrice & inuide,
Cùm cernis opera magna & inclyta.
Terra conſtruitur alta & eminens,
Per gyrum gladiis fixis in ordine:
Almo faſtigio poſitus, decidens
Enſe vt ſuſcipiat membra fidelia.
Magnus tu, Domine, es præ diis omnibus,
Multùm mirificus in te credentibus.
Prauis muſcipula fit: Sanctus in æthera
Chriſti glorificat omnipotentiam.
Victus non deſtitit inſatiabilis
Fera terribilis, ſed noua cogitat
Tormenta, ſitiens vincere Martyrem:
Sed ſanctus Dominus conteruit malum.
Ne Thyrſe timeas, ſic ait Angelus,
Directus ego ſum à Domino Deo
Ad te, vt ſupplicia auferam omnia:
Hoſtemque poteris vincere peſſimum.
Exaudi Domine: cogitat impius
Inferre onera, vincula omnia,
Et feruens oleum, plumbum, & vngulas,
Vt ſanctum ſuperet Martyrem, & necet.
Cernens proficere nil ſuis viribus,
Sanctum præcipitem in mare præcipit
Iactari, videant ne oculi hominum,
Ter dena ſtadia à littore longiùs.
Quàm mira Domine ſunt opera tua!
Adducunt manibus Angeli Martyrem,
Et dulci reſonant carmine canticum,
Iudex non meruit cernere Angelum.
Debemus penitùs facta retexere,
Quæ Sancti meritis reddiderit bona.
[d] Tribus Iudicibus culpâ latentibus,
Quos terra repulit mortuos ſæpiùs;
Exorant populi Martyrem; inquiunt:
Oramus, Domine, præcipe protinùs
Terra vt ſuſcipiat corpora Iudicum,
Qui eſcam dent putridam vermibus funditus.
Clementer lacrymans, oraculum accipit,
Deſignans locum vbi corpora condere
Debeant. Veniam da, pie, poſcimus,
Martyr, nos humiles credimus in Deum.
Lætentur omnium corda volentium
Cæleſtis patriæ quærere gaudia:
Et parui faciant vlla nocentia,
Quæ venti à facie, vt ſtipula peruolant.
Te Martyr lacrymis [e] vernule, poſcimus,
Per te omnipotens conditor ocyùs,
Durum quo premimur hoc iugum auferat,
Et lætos faciat ſecla per omnia.
Iam ſumme Domine reſpice ſaucium,
Delicti populo dele chirographum;
Et noſtrum gemitum cerne propitius,
Dans nobis auxilium tempore congruo.
Defunctis requiem omnibus, Optime,
Concede; tempora proſpera tribue;
Victum pauperibus, ſubſidium viduis:
Omnes percipiant, quod piè poſtulant.
Templum hoc, Domine, Cyxilla condidit,
Dignam hic habeat ſortem in æthera:
Cum ſummis ciuibus cantica præcinat,
Gaudens perpetuis ſeculis omnibus.
Te noſtra iubilet gloria perpetim,
Qui ſolus Dominus, trinus & vnus es:
Iugi imperio ſecula continens,
Et cuncta dominans, omnibus imperans.
Præſta, ingenite, per vnigenitum,
Regnans qui perpetim cum ſancto Spiritu,
Oympum contines iugi iudicio,
Suſtentans aridam perenni imperio. Amen.

a *Adſcribit Biuarius margini* Catechumenus: *nam catechumenum abiiſſe Toleto ſuprà citatus Iulianus tradit. Verùm catechumenum, dein athletam factum in Græciâ quis credat? Niſi ideò diſceſſit ex Hiſpaniâ, vt conuerſionem differret, & reſiſteret Spiritui ſancto, qui eum & Leucij exemplo, & vi maiore cæleſtis gratiæ, tandem dare manus coëgit. Vt Deorum cultor habitus ac ſalutatus primùm à Cumbritio eſt, & ſe talem paullò antè exſtitiſſe ipſe profitetur.*

b *Acta tertia:* infiniti aggeres Martyrum, *ſed* per totũ mundi alueum, *non intra ſolius Cumbritij prouinciam.*

c *In Actu* vas, lebes, tinna *dicitur.*

d *Soli perière Cumbritius & Siluanus. Baudus ſuperuixit; ſed victus tamen, & variè pòſt diſcruciatus.*

e *Hinc ciuem Toletanum fuiſſe concludit Villegas & Biuarius, & hîc pluribus probat exemplis, quòd in Breuiario Gothico* S. Leocadia Patrona vernula *appelletur*; S. Iacobus Patronus vernulus. *aſt vti Iacobus licet Hiſpanus non fuerit,* vernulus *dicitur propter conditas iſthic reliquias, cultumq; ſingularem; potuit eadem ratione etiam Thyrſus* vernulus *appellari.*

BENE-

BENEDICTIO.

Chriſtus Dei filius, quo beatiſſimus Martyr Thyrſus antè eſt paſſione fruitus, quàm lauacro, ipſe nos munificet dono æternitatis, vt muneret præmio ſempiterno benedictionis. Amen. Et qui illum, mari proiectum, Angelis vehentibus reportauit ad littus, vos ſecum adſociet in polorum ſedibus lætabundos. Amen. Vt illum ſemper inuocetis Deum & Patrem, quem idem Martyr Thyrſus etiam ſub aquis liberâ inuocauit voce. Amen.

ORATIO.

Venientes ad te, Domine, quæſumus, vt ſicut Martyrem tuum ſectoribus ferrâ non permiſiſti ſecari; ita nos eius ſuffragio à gremio matris Eccleſiæ nullâ patiaris occaſione diuelli.

ACTA EX MS. M. VELSERI.

.... *initium deeſt.* .....

CAPVT IV.

Reliqua Thyrſi tormenta ſub Combritio & Siluano. horum interitus.

.... & indutus lumine, muſcibulum communitum eſt, & nos erepti ſumus; adiutorium noſtrum à Domino, qui fecit cælum & terram.

20 Siluanus autem Comes vocans eum dixit: In qualibus maleficiis Deum euertiſti, & non ſacrificaſti ei? Thyrſus reſpondit: Conuentus peruerſus,& intelligentia extincta, quomodò non cognouiſti, quoniam per maleficia nihil factum eſt; ſed per virtutem inuiſibilis Dei: & quia dæmones ſunt, & non poſſunt ſibi auxiliari? In veritate vidi me, quia & ego in peſſimis vinculis fueram præpeditus, & ſuperfuſus tenebris, æſtimabam me in luce eſſe; ſed qui numquàm mortem animæ vult Deus, excuſſit à me tenebroſam caliginem, & reſpexit me; quoniam in malis eram, lapidibus & lignis adorans: & conuerſus cognoui eum, qui dixit: Quoniam omnes Dij gentium dæmonia, & viam non habentes per ſemitas peruerſas ducentes introducunt in gehennam ignis eos qui credunt in eis.

Chriſti virtutem prædicat:

Pſal. 95.5.

21 Siluanus dicit: Impleatur vas aquæ, & ſuſpenſus, capite merſus, flagelletur. Thyrſus beatiſſimus reſpondit: O turbulente & omnium pœnarum tuarum ducator,benè veracem te oſtendiſti ad theſaurum ſatanæ:qui enim tibi ſimiles ſunt Dij, in abyſſum profundi,& æterno igni traditi ſunt: vnde manifeſta opera eorum perficis. Fac ergo quod vis celeriter; ego enim non ſacrifico talibus. Et cùm impletum fuiſſet vas aquâ *a*, iuſſit eum mergi capite, & cùm alligaſſent eum, & proieciſſent, comminutum eſt vas:erat enim lotus à lauacro immortalitatis, & dixit: Cognoſco, luminis dator, quoniam tu elegiſti me, vas inutile, errans in gentibus; nunc autem in tuâ Deitate miſertus es humilitatis meæ, & oſtendiſti mihi, quoniam per aquam lotus, Spiritum ſanctum ſuſcepi. Siluanus dixit: Te ipſum ſeducis, affligens te: quantum arte magicâ ad *b* obſtropandos oculos hominum facis, vt non te videant dum cruciaris;tantò magis maiores & fortiores te pœnæ exſpectant. Thyrſus dixit: Et ſemel & bis dixi, & dico: quoniam omnis theſaurus maleficiorum apud patrem tuum eſt Sathanam;quia hęreditatem tuam tenens iudicat te. Ego enim per Chriſtum, qui me illuminauit & aduersùs te armauit, credo me adinuentiones tuas vincere.

iubetur capite aqua immerſo flagellari:

a vaſe diſrupto liberatur.

b

22 Siluanus iuſſit eum in carcere recludi, & cum feſtinantiâ murum angularem acutum ædificari, & in pauimento eius figi gladios acutiſſimos: & cum ſaliuerit in altitudinem muri, & cùm non potuerit ſtare, ſed etiam cadente eo ſuper gladios infixos muri ..... Et cùm ædificatus eſſet murus, nuntiatum eſt Comiti: Perfectum eſt opus quod iuſſiſti. Poſt quartam autem diem exiuit Siluanus Comes, vt videret opus,& cùm veniſſet ad locum, iuſſit adduci S. Thyrſum: & aduenientе eo eleuauit vocem hanc in plateis, dicens: Aſcendit ſuper Cherubim Dominus, & volauit ſuper pennas ventorum. Et cùm hæc diceret, raptus eſt ab Angelis,& poſitus eſt ſuper murum: & erat ſupra ſummum muri ambulans, ſicut in plateâ marmoratâ:& laudans Deum dixit: In Domino confido, quomodò dicitis animæ meæ, Tranſmigra in montem ſicut paſſer? quoniam ecce peccatores tetenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetrâ, vt ſagittent in obſcuro rectos corde.

Ex Mss.

ab Angelis collocatus, inambulat;

Pſal. 10.2.

23 Audiens hæc Siluanus, & videns mirabilia Dei, non intelligebat, quòd à Domino fieret defenſio; ſed magicis artibus adſcribebat gloriam Dei, & iuſſit eum deponi. Vitalius quidam paganus accedens ad Comitem, rogauit eum vt ipſe eum deponeret. Siluanus autem rogatus conſenſit ei. Aſcendens autem Vitalianus in muro, poſuit dextrum pedem ſuum ſupra murum, & dum non potuiſſet ſtare cecidit, confixus in gladiis exſpirauit.Beatiſſimum autem Thyrſum depoſuerunt Angeli de muro,non erat iuſtum iniuſtis manibus eum deponi, qui à ſanctis fuerat eleuatus. Contriſtatus autem Siluanus iuſſit eum in carcerem mitti.

Vitalio ex eo in gladios collapſo,

deponitur ab Angelis.

24 Poſt quartum autem diem Siluanus & Cumbricius exeuntes ad Apamiam, iuſſerunt eum ſequi ligatum, &, cùm exiſſent è ciuitate Siluanus & Cumbricius vnum miliarium, cogitauerunt eum ibi iudicare. Venientes ergo ibi iuſſerunt adduci in medium eorum Thyrſum, & confeſſum mori.Fortiſſimus autem athleta validam habens faciem, interrogabatur ab eis, ſi vellet ſacrificare diis, & viuere,aut non ſacrificare & mori. Thyrſus magnâ voce reſpondit: Aliene ab ſpe Dei & Chriſti, notum tibi ſit, quia non ſacrifico talibus ſurdis & ſine ſenſu; ſed ſacrifico Domino, qui occulta manifeſtat hominibus: vnde ſcias ab hodie reddi tibi ſecundùm opera quæ egiſti: incipies ab hac horâ diſſolui. & ſic ingredieris in Apameam cuſtoditus vſque ad tres dies; quartâ autem ſolutum à compaginibus corpus tuum flueſcet: quoniam irritaſti Adminiſtratorem vitæ, & dilexiſti dæmonia & idola ſurda, quorum ſubſtantia in ſinu tuo repoſita eſt. Iudicet te Deus in ſecula ſeculorum: non tamen te ſolum, ſed & Cumbricium,qui maiora & ampliora te mirabilia vidit: capietur & ipſe à ſuâ conſcientiâ, & ſubitanea febris apprehendet eum, conflans eum quaſi ab igne. Et dum hæc dixiſſet, iuſſerunt eum ſequi dicentes: Quoniam in Apamiâ eum in profundo maris mergi faciemus: vt neque canibus oſſa eius appareant.

ducitur Apameâ:

in itinere quæſtioni applicatus,

prædicit mortem iudicibus,

25 Ambulantibus autem eis venerũt ad ſextum miliarium ab Apamiâ, & diſſolutio genuorum apprehendit Siluanum ſedentem in carro:& omnino memoriam non faciebat, quæ à Sancto Dei dicta fuerant.Et ambulauerunt quaſi vnum miliarium:& Cumbricus contremuit, & erant ambo in magnâ afflictione poſiti. Viator quidam Aſſeſſor Comiti dixit: Dij viſitent vos de infirmitate veſtrâ: magnus Aſclepius imbecillitatem corporis veſtri ad ſanitatem perducat.Fortiter tamen cruciabantur. Feſtinauit mulio curſu tangens mulas; & mox introierunt in portam ciuitatis. Non præualuerunt de carpento deſcendere diſſoluti vndique, & immutati facie. Venientes autem *c* cuſtodiæ ciuitatis ad laudem vectantes eos manibus vſque ad prætoria eorum,omnibus improperium faciebant: & cùm poſiti fuiſſent in lectulis, cœpit corpus Siluani diſſolui: & Cumbricius in validis febribus iacens iudicabatur. Vulneratus autem Siluanus clamabat voce magnâ dicens: Secor ego miſer à ſanctis viris, & necem patior nimiam.Tranſiuit tertium diem: quartâ die reddidit ſpiritum: corpus autem & oſſa eius non ſuſcipiebat terra,ſed bulliebat à terrâ propter irritationem.Similiter & Cumbricius febre ardens reddidit animam; & omnes, qui videbant corpus eius, dicebant, quòd ab igne *d* conſuffugatum eſſet; dum enim non ſuſciperentur corpora eorum à terrâ ..... Iſtis autem ſic morientibus erat beatiſſimus Thyrſus in vinculis in Apamiâ.

Corripiuntur morbo Combricius & Siluanus:

c

perueniunt Apameam

moriuntur:

d

a Addit

Ex mss. a *Addit Metaphrastes*: & vehementer bullire feciſſet; *perperàm, vt ex Actis omnibus patet.*
b *Fortè* occupandos.
c *Ita legendum cenſuimus. ſcriptum erat* ſtodia.
d *Fortè* conſuffocatum.

CAPVT V.

Sub Baudo Præſide, Apameæ è mari eripitur.

26 POſt viginti & tres dies alius Præſes venit, ſucceſſor Cumbricij nomine Baudus, genere Aſer, quod interpretatur a ſpuma, ſtultus, amictus & ipſe perditionis principe. Obuiauerunt & principales ciuitatis & cuſtodiæ ſubclamantes in laudibus. Venit autem vſque ad plateam quæ dicitur Dea. Dixit iuxta conſuetudinem laudes Imperatori: & accipiens thus ſacrificauit. Et cùm feciſſet hoc, introuit ad Prætorium. Alterâ autem die vocauit clauicularium ſtrenuiſſimum, & inquiſiuit ab eo quid & quomodò egerint anteceſſores eius, & adpoſitionis Thyrſi. Manè autem proceſſit ad forum, & iuſſit adduci Beatiſſimum Thyrſum: & cùm adductus fuiſſet ad tribunal eius, præclarum habens vultum, & corpore vegetum; videns autem eum Præſes talem eſſe, ſtuporem paſſus eſt ad viſionem & virtutem, propter quod audierat eum validas & plurimas pœnas fuiſſe perpeſſum. Et dixit ei: Tu es Thyrſus, qui non obaudis diis, & per magica Deum magnum euertiſti? Thyrſus reſpondit: Magnum Deum non irritaui: magna autem ſtudia tua in dæmoniis habitantia comminui. Præceptis autem tuis non obaudio: ego enim ſum Thyrſus, qui propter Chriſtum dæmoniis non obaudio. Baudus dixit: Obaudies nunc, ſacrifica diis; ſi autem nolueris, in profundum maris proiiciam te; vnde non proderit tibi quem colis. Thyrſus reſpondit: O admirabilium myſteriorum & Principum peſſimorum princeps actuum perditionis, quæ ſunt myſteria falſa! Baudus nomen eſt b canis latrantis, Cumbricius filius inſaniæ. Fac ergo & tu Baude; mores enim tui parati ſunt in theſauros gehennæ. Baudus dixit: Alligabo te manibus & pedibus, & pœnis oſſa tua confringam, & in profundo maris te proiiciam. Thyrſus reſpondit: Noli minis perturbare, ſed fac operibus: de profundo maris mihi minaris? Qui in ſcientiâ & præcepto Deo ſeruit, nihil præter Deum timet. Barbare peſſime & præliator, ſcrinia legiſti & vidiſti expugnatorum pœnas, cum quibus permanes, per quos & peris; & attende in ſcriniis Chriſti, & vide defenſionem & adiutorium, in quibus ſaluamur.

a Baudo Præſidi animosè respondet:

b

27 Tunc Baudus iuſſit eum alligari manibus & pedibus, & mitti in ſacco, & ſignari annulo ſuo, & mitti in pelago in ſtadiis triginta. Illi fecerunt; & deſcendens annulo ſuo ſignauit ſuis manibus, & venit vſque ad littora maris videre in pelago nauem. Dum autem ponerent S. Thyrſum cum eo. Nautæ autem cum labore & timore veſtibus cum eo. Nautæ autem cum labore & timore iuſſa perficiebant: & proceſſerunt quaſi in ſtadiis viginti, expectante Præſide: & ſic reuerſus eſt in Prætorium ſuum. Qui, cùm compleſſent quaſi ſtadia triginta, tulerunt Sanctum, & proiecerunt in pelagum, & continuò diſruptæ ſunt ligaturæ eius, & ſuſcipit eum chorus Sanctorum qui erat cum eo, & ibat quaſi per ſtrata baſilicæ, & dixit: Domine Deus meus, qui cum famulo tuo Moyſe comitatus es, & populum tuum ſaluaſti; Pharaonem autem in virtute tua demerſiſti; ſalua & me ſeruum tuum de mari, & Baudum de profundo ſtultitiæ ſuæ, demergens eum in tartarum ignis, & ipſe dicat, quia tu es Deus, cui cura eſt de ſeruis tuis. Et continuò cum ſanctis viris, qui eum ſuſceperant, erat ambulans ſuper aquas, quaſi in ſtratâ baſilicâ vſque ad littus maris.

naui auehitur:

in mare merſus ſoluitur vinculis à Sancto,

& cum iis ambulat ſuper aquas.

28 Cum timore autem venerunt & nautæ nuntiantes Præſidi, & dicentes: Deprecamur te Domine, quod iuſſeras nobis fecimus, & proiecimus eum pelago, quem ſuſcepit chorus virorum in veſte ſplendida, & orans cum eis peruenit ad littus, ambulantes ſuper mare, quaſi in ſtratâ baſilicâ. Baudus autem venit ad littus, & inuenit Sanctum Dei in ſacco & ſigillum integrum, quem ſignauerat & iuſſit eum, ... dixitque: Dic veritatem, deſperate, quomodò magiæ tuæ & pelagum ſtatuerunt ad credulitatem hominum? Per veros Deos, quia non ceſſabo cruciare te, quoad vſque vincam maleficia tua. Thyrſus reſpondit: Per Deos ego non iuro, qui non ſunt, nec adhibeo illis gloriam; ſed per immaculatum nomen Dei mei. Adhibe eis nomen hoc quod habent, hoc eſt, idola vana, dæmonia immunda, quorum ſubſtantiam marceſcere faciunt mali mores. Rabide & nō ſubite, & immunde, quomodò non cognouiſti, quoniam Creator cæli & terræ, qui omnia tenet, non poteſt circumſcribi annulo. Omnia enim ſancto & terribili & glorioſo nomine eius ſignata ſunt: etenim ſine ipſo factum eſt nihil. Excæcate & durâ ceruice, & incircumciſo corde, reſpice cæcis oculis tuis, & vide lapidem, ligneorum Deorum tuorum virtutem, quomodò adiuuauerunt fratres tuos, Combricium & Siluanum: & ab ipſis diſce, quoniam nihil ſunt: & cognoſce myſteria terræ, quæ præ timore Dei non ſuſcipit cadauera eorum; ſed ebulliens carnes & oſſa eorum omnibus manifeſtauit. Baudus dixit: Contumax, quoniam Dij cùm ſint humani, ceſſerunt tibi vitam, & oſtenderunt ſuam benignitatem, quia & quæ ſunt in inferno, ſubiecta ſunt eis, & poſſunt, quomodò hîc, & ibi ſe vindicare; hoc ad oſtentationem eius, qui non vult ſacrificare illis. Et tu Thyrſe, ſi non credideris, & hîc validè cruciaris, & ibi fortiter pœnas patieris. Thyrſus dixit: In maleuolam animā non intrabit ſapientia. Tu ergo & maligne & ſacrilege, & omni odio amice, inique, & odibilis à gloriâ Dei, non habes talem ſubſtantiam pœnarum, per quam cogitatum meum, quem habeo in Chriſto permanentem, vincere poſſis: inſuperabilis enim ſum. Dic ergo mihi, inſenſate, quare non ſunt memores inordinati Dij tui Cumbricio & Siluano, qui eum magno honore eis ſacrificabant; & non ſunt auxiliati eis per virtutem ſuam, quam tu dicis? Quare ergo Apollonius excelſus cadens puluis factus? Baudus dixit: Boni ſunt, & omnia ſuſtinent. Thyrſus reſpondit: Quid boni egerunt, vt ſic eis credas? Baudus dixit: Iam rationabiliter te non iudico, ſed velut animal agreſte in agreſtibus locis ab agreſtibus feris carnes tuas facio diuidi. Thyrſus reſpondit: Fac ergo celeriter, hoc me oportet vincere.

Baudi impietatem arguit.

Sap. 1. 4.

a Ἄφρις, ſpuma. ἄφρων, ſtultus.
b βάυζειν, latrare.

CAPVT VI.

Cæſareæ tolerata flagra. Feræ cicures. ſtatua Bacchi deiecta.

29 BAudus dixit: Includite eum in carcerem vſque in craſtinum. Et ſequenti aſcendit in Cæſaream Præſes, & iuſſit eum ſequi quaſi latronem Sanctum Dei. Audierunt autem Cæſareenſes, quoniam Iuſtus venit in ciuitate, & omnes dimittentes præſidem, obuiàm fuerunt ei. Inde plus iratus eſt aduersùs Sanctum. Ingreſſus autem in ciuitatem, nocte iuſſit eum intrare in Prætorio, vt pœnis eum affligeret; & cùm duceretur nocte, omnis ciuitas Chriſtianorum & paganorum clamauerunt dicentes: Quoniam cōſumpſit Præſes Sanctum & Iuſtum. Ingredientes patienter ſalutauerunt eum. Veniente autē Sancto in prætorio, iubet reſticulis flagellari. Et cū cæderetur, defecerūt flagellantes eum, & dicebant: Deprecamur te, Præſes, defecimus ante flagella; viri enim ſunt in veſte candidâ, qui nos flagellant flagellis igneis. Præſes dixit: Caliginat homines per maleficia ſua. Beatiſſimus Thyrſus reſpondit: Deus cæleſtis luminis dator, Chriſte immaculate Saluator, qui inſeparabilis es ſeruis tuis, exaudi me deprecantem & perfectum curſum meum perfice: confirma cogitationes meas, adimplens intellectum meum; & tædio adimple Baudum; & cùm perfectus

Ductus Cæſaream.

ſalutatur à ciuibus.

caditur reſticulis.

ſed carnifi- cibus flagellis igneis

à cælitus ca- ſis

liberatur

fectus fuero cõtra arma aduerſarij, infirmetur & in ipſis moriatur. Audiens autem Præſes riſit, dixit: Victa eſt magia tua Thyrſe. Aliqui autem paganorum circumſtantes dixerunt ad Præſidem: Tolle eum celeriter: multi enim pereunt, & auerſi ſunt à ſacrificiis. Alij verò clamabant: Dimitte eum, cui & Deus miſertus eſt.

30 Præſes autẽ iuſſit beſtias ſilueſtres venari, & in loco deſerto montis turrem ædificari; ſimiliter autẽ circumſepiri tabulis & retiis, vt ibi Iuſtum condemnaret, & beſtiis traderet vt nec oſſa eius aliquis poſſit colligere. Illi autem Præſidis iuſſionem faciebant cum feſtinantiâ per triginta & duos dies; quibus tranſactis dixerunt ad Præſidem: Perfectum eſt opus. Ille autem cum cuſtodiis malis aſcendit videre. Venientibus autem & videntibus placuit eis: viderũt enim & beſtias. Poſt diem autẽ vnum iuſſit omnes in *a* templum Dionyſi vouere, & ſacrificiũ offerre. Iubet venire & ſanctum athletam Thyrſum; vt, ſi acquieuiſſet & ſacrificaſſet Diis, dimitteret eum: ſin minùs, aſcendens beſtiis traderetur. Fecerunt enim ſic ſacrificium, & venit beatiſſimus Thyrſus, multa à multis *b* conſolatus: nam grauiores & multas pœnas ſuſcipiens, omnino non eſt deminoratus à corpore; ſed magis in ipſis pœnis fiduciam magnam ſumebat, videns incorruptã coronam ſibi pręparatam. Veniens autem ſtetit in cõſpectu Præſidis. Dixit ei Præſes: Per multa tormenta peſſima interrogatus, Thyrſe, & per inſaniam & per artes tuas magicas reſiſtens, putas te vincere. Nunc autem ſi conuerſus fueris à cogitationibus tuis, accipies ſpatium paucis diebus: accedens ſacrifica, & amicus factus Imperatoris, in multâ gloriâ ſuſcipieris. Thyrſus dixit: Conuerſus ſum Præſes, & cui Deo vis vt ſacrificem? Baudus dixit: Dionyſo. Thyrſus dixit: Ne aliqua offenſio fiat Apollini aduersùs Dionyſum, quoniam ille comminutus eſt. Baudus dixit: Secundùm veniam conſtabilitatis eius cadens comminutus eſt. Thyrſus reſpondit: Statuam quam tu dicebas Apollinem. Baudus dixit: Noli verboſari, ſed accedens ſacrifica. Thyrſus reſpondit: Appropians ſacrifico Deo magno. Omnes autem ad promiſſionem ſacrificij gauiſi ſunt, quoniam conſenſit ſacrificare. Accedens autem ante figmentum Dionyſi, eleuatis oculis ad cælum, & annuens manibus ad populum, & ad Præſidem dixit: Rationabile ſacrificium rationabili Deo rationabilibus mundis cogitamentis ſacrificare debeo. Et cùm hæc dixiſſet, ait: Gloria tibi Deus, qui regnas in ſæcula, qui tres pueros per Spiritum ſanctum ſapientiam eruditi, qui imaginẽ auream exterminaſti, & Bel euertiſti & draconem occidiſti, ſeruos autem tuos armaſti aduersùs Tyrannum; qui excelſa eius debilia ab hominibus tuis abiecisti, & pro coronâ deliciarum igni eos tradidiſti; te, qui ante ſecula es Deus, deprecor per gloriam vnigeniti Filij tui, mediatoris vitæ noſtræ, ducator veritatis, ſaluator animarum, ſuſcipe ſacrificium meum, & comminue immobilem & cæcam & ſurdam ſtatuam, quæ ad errores ſtat, & diſſipa inſenſibilem ſimulationem iſtam, vt videant, quoniam tu es Deus qui in cælis es: quoniam oportet, qui tibi ſeruiunt, ſacrificium ſine ſanguine offerre. Et hæc eo dicente, comminutus eſt, & diſperſa ſunt ſacrificia eorum, & omnes fugerunt præ timore. Solus autem remanſit in templo Thyrſus.

ducitur in templum Bacchi: *a* *b* *eius ſtatuam precibus ſuis comminuit:*

31 Et tunc Præſes iratus iuſſit militibus ſuis adduci Thyrſum, vt diceret quo genere naſceretur. Qui cùm veniſſet, ait ei Præſes: Dic mihi, quia incomprehenſibilis eſt magia tua, quia mare & aëra, & ignem, & quodcũque eſt aliud, maleficiis tuis ſuperaſti; dic ergo mihi, quid genus es? quâ prouincià naſceris? Beatiſſimus Thyrſus dixit: Diis tuis comminutis genus meum inquiris? Dicant ſacrilegi tui & *c* diuinatores vnde ſim. Baudus dixit: Omnes operuiſti per maleficia. Thyrſus reſpondit: Iam dixi tibi, quia nemo dat arma ſua, vt per ipſa vincatur. Baudus dixit: Dic quid genus es? Thyrſus reſpondit: Initium plaſmæ à deo: prouincia vnde & tu participaris ſubſtantiam intellectus rationabilem; per ſecundam autem agnitionem exiliatum eſſe, qui in principio perſuaſit Euam iſtud in teſtamentum. retines? cognoui me erraſſe ab ipſo tempore, & per fidem proieci eum, cuius originem in peccatis trahebam. Ex Mss.

interrogatur de patriâ & genere: *c*

32 Baudus iuſſit præconi, vt ad omnem populum præconaret, vt aſcenderent in loco, qui dicitur Filea, vbi præparatio ferarum erat aduersùs Sanctum. Omnibus autem aſcendentib.s aſcendebat S. Thyrſus gaudens & dicens: Viam veritatis tuæ elegi, erudi me in veritate tuâ. Venientibus autem eis, erat vultus S. Thyrſi fulgens & ſplendens, vt omnes mirarentur. Videntes autem iniqui fulgentem vultum eius dicebant ad inuicem: Vide quomodò magiæ eius faciunt eum præclarum. Iubet eum mitti in muſcibolo, quod præparauerant ei. Intrante autem eo, videbatur, qui ſolus erat, quartus eſſe, & dixit: Benedico te, omnipotens Deus, qui per intelligibilem virtutem Chriſti tui montes & colles conſtituiſti, & omnibus arboribus naſcentia tribuiſti, & in vmbraculis earum dediſti habitaculum, & refrigerium omnibus feris ſiluæ, vt & ipſæ per vmbracula delectationis, te qui ſuper omnia Deus es, cognoſcerẽt & glorificarẽt; qui agnitor cordis es, inuoco gloriam tuam, vt manſuetas fieri iubeas has feras per timorem tuum, vt vel ſic cognoſcant, qui ex aduerſo ſunt, quia tu es, qui ſubieciſti ſeruo tuo Danieli leones, & aduerſarios ex abyſſis conſumpſiſti; qui fluctuante mari iram Ægyptiorum demerſiſti, & per fidem ſanctam populum tuum in viâ deſertâ gubernaſti; & nunc, Domine, feſtina ad auxilium ſerui tui. Et hæc dicente eo, miſſæ ſunt beſtiæ magnæ nimis & validæ. Exeuntibus autem eis cucurrerunt cum timore magno, & erant in circuitu eius ſtantes, & intẽdentes ad cælum. & dixit: Luminis dator, miſericors Deus, qui congregaſti aquas in congregationem vnam, & muraſti arenis, adueniat gloria tua, & des in gulis iſtis lenitatem ad gloriam tuam, & aduersùs immundum Baudum, vt probetur, quia crudior eſt à beſtiis feris, & iubebis vt exeuntes reuertantur in habitaculis ſuis. Et cùm hæc dixiſſet Thyrſus, ait iterum voce Dominicâ animalibus in corde habens Chriſtum: Ambulate in paſcuis veſtris. Audientes autem beſtiæ vocem Beatiſſimi, rugientes vocibus venaturæ, glorificabant Deum, & caudis ſuis reddebãt obſequium homini Dei, & aperto oſtio muri egrediebantur neminem nocentes: omnibus autem exterritis multi mittebãt vocem dicentes: Iſte homo ex Deo eſt, & Deum timet; & crediderunt in Deum multi in eremo per ipſum.

eas cicures facit, *& ad ſingulas remittit:*

33 Victus autem Baudus furiabatur aduersùs eum, quomodò eum perderet. Et iterũ iuſſit eum virgis cædi; qui dum cæderetur, fluentem ſanguinem dorſo ſuo ſuſcipiebat ſanctis manibus ſuis, & de carnibus, & proiiciebat in faciem peſtilentioſi Baudi, dicens: Sanguis iſte, qui propter nomen Dei & Chriſti eius funditur, erit tibi teſtimonium in iudicium, & vt manifeſtum te faciat in pœnis; primùm in iſto ſeculo argueris per conſcientiam tuam. Ille autem audiens, multò magis iraſcebatur aduersùs eum: & iubet eum grauiùs flagellari. Spectantibus autem eum crudelis pœna videbatur: aduersùs autem ſuſceptionẽ, & auxilium Dei nihil erat; ſine dolore enim erat, quia cuſto diebatur prẽſentiâ Angelorũ. Confuſione autem plenus Baudus iubet ab eo ceſſare flagellantes, & vinctum catenis duci ad carcerem, vſquequò cogitaret quid de eo ageret.

iterum flagellatur: *ſanguinem & carnis fruſta in faciem Baudi proiicit:* *nec ſentit dolorem.*

a *Metaphraſtes* templum & ſtatuam Iouis *facit.*

b *Idem introducit cognatos & amicos, blanditijs Thyrſum ad ſacrificium conantes pertrahere.*

c *Hinc patet nullos iſtinc eius cognatos adfuiſſe.*

CAPVT

ex MSS.

CAPVT VII.

Apolloniæ certamen initum. Martyrium S. Callinici.

Ducitur Apolloniã,

34 SEquenti autem die ambulauit in Apolloniam, & erat ibi templum magnum Apollinis, quod habebat ſculptilia multa & diuerſa. Veniens autẽ ibi Baudus, ſacrificia perficiebat,& quaſi glorians inordinatis & execrabilibus, glorioſum Iuſtum adducens flagellabat, & cùm cęderetur,dicebat magnâ voce:Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram. Ipſi ſoli credo, qui ſeparauit tenebras,& dedit requiem lucis, qui ad ſimilitudinem Dei vnigeniti fecit hominem; qui diem ſubiecit ad orandum & ad glorificationem omnium, qui errantiam conuertit, & qui morti tradita exquiſiuit; ipſi credo, quia quod erat alienum, auertit, atque deiecit in gehennam ignis, quoniam ex omnibus pœnis liberauit me; & cum conſiliis tuis, inordinate canis, comminuit iſta ſculptilia,quæ ſi dimiſſa fuerint,ſtabunt; cùm ruerint, iacebunt; quoniam ſurda ſunt, & ſine voce, & nihil boni poſſunt facere.

iterum flagellatur.

Oratione incutit Baudo dolorem, reliquu terrorem:

35 Et cùm dixiſſet hæc, oculis in cælum leuauit, & dixit: Princeps eorum, qui propter veritatem in agone contendunt,Chriſte,exerce auxilium tuum & virtutem, & mitte per ſubſtantiam Angelorum, qui propter gloriam tuam adiuuet ſeruum tuum. Et continuò factus eſt dolor ſuper Baudum, & ſonus factus eſt magnus,vt omnes contremiſcerent. & duabus horis tranſactis ruit figmentum Apollinis, & Herculis, & Siluani, & Veneris. & iacentibus eis in pauimento, dixit S. Thyrſus ad Baudum: Inordinate, ſacrifica diis, vt reſuſcitentur, & videam ſtultitiam eorum, ſi ipſi ſurgunt, & dolorem tuum auferunt,qui in dolore valido poſitus non cognoſcebat,quia ex virtute Dei erant, quæ aduenerant ei pœnæ, ſed & clamans dicebat:Magnus Deus Siluanus propter maleficia iſtius punit me.

idola deiicit.

Multi cõuertuntur inter eos Callinicus ſacerdos idolorum.

36 Et hæc eo loquente, multi conuerſi ſunt ab inſaniâ idolorum, & facti ſunt Chriſtiani. Callinicus quidam ſacerdos ab initio ſub Combritio Præſide,& Siluano Comite, & ſub ipſo Baudo omnem ſubſtantiam inſaniæ perficiebat, & pœnas diuerſas aduersùs Sanctum Dei ipſe inueniebat. Qui accedens ad Baudum dixit: Clariſſime Præſes, magnum & fortiorem ſuper omnes deos Siluanum comminuit, necnon & pretioſiſſimum Apollinem, & ceteros verbo tantùm eliſit; maximum etiam in virtute, quem nemo ab hominibus potuit ſuperare, Herculem, & ipſum obtinens ſupinum miſit ſuper terram ſine voce,& ceteros alios in humum proſtrauit, non in virtute gladij, non in lapidibus, ſed ſolâ ſubſtantiâ in virtute verbi; & pœnas omnes ſuperauit, & beſtias ſubiecit, & iudices mortificauit, & multi periclitati ſunt in confeſſione eius. Deſcendentes ergo videamus Herculem, qui tanta ac talia præliatus eſt, vt exurgens interimat eum, & vindicet alios deos, quos comminuit. Baudus dixit: Tædium patior, recede à me.Callinicus dixit: Non adpropio ei, qui cecidit per virtutem Dei,iacens in terrâ ſine voce.Baudus dixit:Et tu ſeductus es per maleficia eius?

arguit Baudi impietatem:

ſeſe tondet & profani ſacerdotij veſtes exuit:

37 Callinicus autem detondit comam capitis ſui, & barbam, & expolians ſe inordinabilia veſtimenta ſacrificiorum, & tollens ea venit ad Præſidem, & dixit ei: Tuli, Præſes, per quæ error idolorum fiebat.Notum autem tibi facio, quia nihil ſunt, quibus deſeruiebam. qui ſeipſos non adiuuauerunt, quomodò poſſunt alios iuuare? Baudus dixit: Callinice, quomodò ſeductus es ab illis, per quos ſalutem conſecutus es? ſupplantatus es ab illo malefico. Callinicus reſpondit: Didici ab iſto, quia magna mirabilia perficit, quia nihil ſunt, quibus ſeruiebamus: quare nunc perdens tantum tempus, deſeruiens ſurdis & mutis idolis. Nunc ergo conuertor ad eum, qui per Thyrſum apparens fecit mirabilia credentibus ei. Baudus dixit: Habes & tu virtutes facere, ſicut & ille maleficus? Callinicus reſpondit: Non eſt maleficus, neque per inſaniam vincit dæmones, ſed in nomine Dei, qui eum conſtituit confeſſionem perficere. Baudus dixit: Forſitan & tu profeceris ipſis pœnis traditus ſimilia ſuſtinere. Callinicus reſpondit:Ego tamen paganus ſum, ſeruiens in ignorantiâ, lignis & lapidibus ſacrificans: ſi autem vis, Præſes, & in me oſtendere crudelitatem tuam, fac quod vis; potens eſt enim,qui per Thyrſum operatus eſt,dare in me ſuſtinentiam,vt per me diſcas non blaſphemare.

defendit miracula S. Thyrſi.

38 Baudus dixit: Noli inſanire, ſed loquere ad deos, permanens in ſacrificiis eorum.Callinicus reſpondit:Faciam ſacrificium magno Aſclepio,qui habet artes medicinæ, vt adiuuans auxilietur tibi in neceſſitatibus tuis. Baudus autem, & qui cum eo erant introierunt in templum Aſclepij vnà cum Callinico ac milite Chriſti. Callinicus dixit: Nouam & nouellantem ſacrifico Deo vero & viuo; qui propiùs accedens dixit: Incoinquinate, immaculate, immarceſcibilis Deus, irritaui te per inſipientiam meam: te inuoco, qui in cælis es,qui mirabilia facis,& glorioſus es & terribilis,qui omni bonitate plenus es. Saluator mundi,qui per ſanctum tuum Thyrſum in fide oſtendis opera tua,ne reſpicias in irritatione,quâ te irritaui, quando eram in turpiſſimo curſu; ſed mitte auxilium tuum,& abſtrahe me de profundo lacu fæcis, & immundis dæmoniis, & abſconſo errore. Demonſtra mihi, quia tu es Deus viuus, qui eras, & qui es, & permanes in ſecula. Et cùm hæc dixiſſet, & facta eſt vox de cælo dicens: Viriliter age, hodie enim mecum eris.Et conuerſus voce magnâ dixit: Deus Thyrſi adiuua me. Et reſpiciens ad ſtatuam Aſclepij dixit:Tibi dico,idolum ſurdum, ego qui heſternâ die errans eram per te; nunc autem cognoui Deum,qui in cælis eſt,qui abſconſis theſauris ſuis exiliatum te fecit in nomine Chriſti filij ſui,qui eſt terribilis, obaudi me, & abſconſum errorem tuum manifeſta omnibus, qui confidunt in te, & corrue ante pedes inſenſati Baudi miniſtri tui, quoniam dæmones ſunt. Et hæc dicens,commota eſt terra,& corruit illa ſtatua magna Aſclepij. Et conuerſus ad Baudum dixit: Da manum Deo tuo, & cognoſce, quia maleficus non vincet, ſed Deus viuens.

ſimulans ſe ſacrificaturum Æſculapio,

inuocat Deum,

& voce diuinâ confirmatus,

verbo demonſtra omnibus iicit ſtatuam Æſculapij:

39 Et iratus Baudus miſit eum in carcerem cum S. Thyrſo. Et diluculò procedens veloci morti tradidit eum, dicens: Particeps eſto cum malefico illo Thyrſo. Et miſit eum decollari.Orauit autem Callinicus dicens: Gloria tibi & Verbo tuo, qui in excelſis es, qui ab errore eduxiſti me, & tenebras meas illuminaſti, & vulnera mea curaſti, qui voluntate bonitatis tuæ mortem à me abieciſti, & vitam tuam cæleſtẽ donaſti mihi, tu Domine in pace me tecum cõputa, & cum electo tuo Thyrſo, per quem te Deum verum cognoui. Et hæc eo loquente decollatus eſt.& accepit corpus eius Acholius quidam Chriſtianus.

plectitur capite.

CAPVT VIII.

S. Thyrſi mors Mileti. ſepultura.

S. Thyrſus abducitur Miletum:

40 ET continuò veniens Baudus in ciuitate, quæ dicitur Mileto, videre compoſitionem idolorum; erant enim ibi multa figmenta dæmoniorum. Sequebatur autem eum Sanctus ac Beatiſſimus Thyrſus. Cùm eſſet in ciuitate Baudus, cogitauit locum, in quo eum morti traderet,& venerunt in quemdam locum, qui dicitur Daphne, quod interpretatur,Laureto;& iubet eum exhiberi, vt moreretur. Aſcendebat autem ipſe Sanctus tamquàm in epulatione prandij. Et ecce vox de cælo dicens ei: Thyrſe, magne athleta, feſtina gaudens; apertæ ſunt tibi portæ cælorum. hodie enim mecum eris intrans in paradiſo. Et factâ voce iſtâ,audierunt omnes,& erat multitudo, quæ aſcenderat ad natalem Beatiſſimi.

voce cæleſti euocatur:

41 Iube

ferrâ diſſecandus, 41 Iubet autem Baudus fieri locellum, & mitti eum ibi, vt eum ſecarent. facto autem loculo, miſſus eſt in eum. Vitalius autem & Sabinus cùm ſecarent, & cœpiſſent ferram ducere, grauabantur & deficiebant. Dicebat autem Vitalius: Trahe Sabine: graue enim eſt opus. Factæ ſunt quaſi tres horæ, & nihil potuerunt ſecare, & defecta ſunt genua eorum ſecando.

non laditur:

42 Et dum non præualerent, ſubitò apertus eſt loculus, & exiens S. Thyrſus, detentum eſt calcaneum eius in loculo, & dixit: Plenitudo curſus mei, Deus confirmatio mea, Chriſte, qui ſollicitudinem meam adornaſti, & curam meam immaculatam ſeruaſti; tu es Rex, luminis dator, bonorum theſaurorum prærogator, cuſtodi perfectum intellectum pudicitiæ meæ, & remoue à me pondus grauitudinis & ſollicitudinis meæ, & cum pace recipe animam meam. Et ecce vox de cælo facta eſt dicens: Intra Thyrſe, apertæ ſunt tibi portæ regni. Agonizatus es propter me, recipe per me requiem, in ſinu Patrum confidens, habens coronam cum omnibus Sanctis. Et continuò glorificans Deum, dicens, Amen, & emiſit ſpiritum. Et continuò cœpit Baudus cruciari validiſſimis pœnis. Et dicebat: Crucior ego propter ſeruum Dei; & quod egi, hoc recipio. Angeli enim cruciabant eum.

ſecundò vocecæleſti euocatur:

moritur:

43 Philippus quidam religioſus petit à Præſide corpus S. Thyrſi; & accipiens poſuit eum in loculo ſuo diligenter, & ſuſtinuit ſeptem dies vſquequò veniret Cæſarius Epiſcopus & Laudicius Preſbyter, & alij multi cum iuſſione Præſidis, qui etiam rogauit eos, vt aſcenderent ad corpus S. Thyrſi, vt peterent pro Baudo, vt exiret de corpore anima eius, quoniam multùm cruciabatur. Et aſcenderunt ſimul in vnum, & fecerunt ſpeluncam, & depoſuerunt Martyrem Dei in pace.

ſepelitur.

ALIA ACTA

ex MSS. S. MARIAE de Ripatorio, & aliis.

CAPVT I.

Martyrium S. Leucij. Conuerſio S. Thyrſi.

Combrutium Præſidem

1 TEmporibus Decij inualuerat multa inſania dæmoniorũ, & religio multa paganorum: erant autem multi ſacrificantes dæmoniis, multi etiam ex ipſis erant reſpuentes, amantes & deſiderantes Chriſtianorum confeſſionem, attamen ſub nomine paganitatis virtute & moribus Deum Chriſtianorum venerantes. Inducente enim paganorum miſeriâ, omnes Iudices efferuebant ad fidelium perditionem. Combrutius autem Præſes quidam, ex genere Claudij, prouinciæ Africæ, peſtilens homo moribus, deditus ſuper omnes ad religionem dæmoniorum, venit in ciuitatem Nicomediæ, & ſacrificauit ibi Ioui & Siluano. Inde exiens venit in Apamiam, & ſacrificauit ibi Ioui & Apollini. Et diluculò aſcendit Cæſaream, & reſedit ibi dies octo ſacrificans & ſeducens.

ſacrificantem idolis arguit S. Leucius:

2 Leucius autem quidam vir ſapiens acceſſit ad eum dicens: Combruti, quid inſanis ſicut bellua irrationalis, quia quæ ſunt irrationabilia facis? ſacrificas enim diis & ſurdis & ſine ſenſu. Conuertere ergo, & cognoſce, canis inſane, quia exacerbas eum, qui ex nihilo fecit te, Deum viuum, & ſubſtantiam perditionis dæmoniorum honoras. Combrutius autem hæc audiens iratus iuſſit eum ſuſpenſum exungulari. Et cùm torqueretur, dixit voce magnâ: Qui regnas in æternum Deus, qui tuo præcepto omnia protegis, oſtende huic inſenſato & malæ artis Combrutio, quoniam viæ tuæ veræ ſunt, & omnes, qui legem tuam cuſtodiunt, & præcepta tua obſeruant, adornabis immarceſcibili & æternâ coronâ. Ex Mss.

eius iuſſu exungulatur:

3 Et deficientib as tortoribus exungulantibus eum, iterum dixit ad Præſidem: Combruti, ecce defecerunt pœnæ tuæ: feſtino enim in his perfectus fieri & victor effici per te. Feſtina ergo pernicioſe, & omnium aduerſariarum virtutum miniſter: iube maiores mihi pœnas adhiberi, vt ego perfectus efficiar: tu autem in defectione viuendo, in maiores pœnas traderis. Combrutius dixit: Deponentes eum, ducite vt decolletur. Illi autem ex equuleo deponentes eum, duxerunt foras ciuitatem ad ſtadium vnum, & decollauerunt eum. Et cùm ſenſiſſet Præſes, quòd iuſſionem eius miniſtri compleſſent, manſit biduo in Cæſareâ, ſacrificans & ſeruiens mendacibus diis.

ei inſultat:

plectitur capite.

4 Exeunte autem eo per portam, quæ dicitur Helleſponti, magnus quidam athleta Thyrſus remoratus eſt ibi eum, dicens: Aue clariſſime Præſes: patienter audi, quæ tibi à me dicenda ſunt. Combrutius Præſes dixit: Aue & tu amice deorum: libenter te audio. Thyrſus dixit: Vnus & verus Deus excelſus præcepit per viros iuſtos, dicens: Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies. Si ergo ſibi ſoli ſeruire iuſſit, quid iſtas vanas & odibiles ſanguinum effuſiones non abiicimus? Combrutius dixit: Vana ergo tibi videtur deorum cultura? Thyrſus dixit: Priuſquàm viderem te derideri à Chriſtiano inter tormenta poſito, putabam aliquid eſſe deos deaſque, quorum effigies adoramus. Combrutius dixit: In multâ audaciâ eſſe videris, quia ego patienter tuas vanitates auſculto. Thyrſus dixit: Si mentior, de mendacio me prudenter confuta, vt decet Iudicem, vt dum videro me iuſtè conuinci, non recedam à culturâ deorum, quos in paſſione S. Leucij vana eſſe figmenta, & inania ſimulacra cognoui. Combrutius dixit: Cùm ſis paganus, quare verba Chriſtiana contra me proferas, ſcire non poſſum. Thyrſus dixit: In hoc apparet me rationabilem eſſe, & te irrationabilem & brutum permanere; quoniam cùm ſim, vt tu ipſe aſſeris, paganus, ratione ductus, animo factus ſum Chriſtianus. Combrutius dixit: Audi me. Sacrifica cùm ſis paganus, ne malâ morte interire cogaris. Thyrſus dixit: In aliis rebus homo vt aut fallat aut fallatur vix fieri poteſt, in Deum verò aut in mente ſuâ quando fallere poſſit aut ſibi ipſi mentiri, penitùs non video.

Thyrſus athleta conſtantiâ S. Leucij conuerſus, Combrutium arguit: Deut. 6. 23.

5 Combrutius dixit: Multum loqueris. At Thyrſus: Multum non loquor, ſed verum loquor; multum enim qui loquitur, verum non loquitur. Combrutius dixit: Et quomodò non eſt verum deos eſſe quos colimus? Cui Thyrſus: Non audiſti Chriſtianos tibi dicentes: Dij, qui non fecerunt cælum & terram, iuſſit Deus qui fecit cælum & terram, vt de terrâ eius pereant? iuſtum tibi non videtur vt in re alienâ iſti non regnent; & ille regnet, ille teneat principatum, ſiue in cælo ſiue in terrâ, ſiue in mari, qui fecit illa, & omnia quæ in eis ſunt; iſti autem hinc abigantur, & ſi quid ſibi fecerunt vbi ſint præter iſtud cælum & iſtam terram, eant, ſi tamen pedes habent quibus ambulent, & ibi adorentur vbi creaturam ſuam eſſe cognoſcunt? Ego autem hunc duco adorandum, in cuius domo ſumus, & hunc Deum, cuius, etiamſi nolumus, ſerui eſſe cognoſcimur, & confiteri cogimur. Combrutius dixit: Non fero multiloquium tuum. Thyrſus adiecit: Age quod vis, paratus ſum enim pro veritate mori.

irridet Deos gentium.

CAPVT II.

Varia S. Thyrſi tormenta ſub Combrutio Præſide.

Plumbatis caditur:

6 TVnc Combrutius iuſſit eum plumbo contundi. Cumque tunderetur, dicebat ei: Quem coronaſti homines cædentem, modò contundis Deum confitentem. tunde corpus quod contudit corpora multa, recipiat

Ex MSS. cipiat quod dedit, vt anima liberetur à reatu cædis & iniuriæ, quas irrogaui cùm insanis hominibus placere studerem. Combrutius dixit: Acrioribus tecum agam verberibus. Ad hæc Thyrsus: Non me terrent pœnæ tuæ, temporales enim sunt; illum enim timere iam didici, quem pœnas æternas illaturum incredulis recognoui, quas pœnas, quantùm video, non effugies tu.

frangitur ei crura: 7 Combrutius autem ita irâ commotus est, vt iuberet ei crura frangi. Quo facto non minuebatur, nec virtute corporis, nec virtute sermonis. Et quasi ipse defecisset, cœpit Combrutius dicere: Tu ipse fecisti tibi, vt ista patereris. Cui Thyrsus ait: Stultissime & sine intellectu, & non habens oculos nec sensuales nec intellectuales, non enim attendis, quia tortores tui defecti sunt; *Combrutium ridet:* & tormenta quæ mihi putantur inferri, ad te redeunt; dum animo dissecaris, & dum isti vires suas in meam perniciem consumpserunt; tamen ego inuocato Christi nomine & de te & de istis risum mentis exerceo. Combrutius dixit: Impudoratus athleta, vnctus maleficiis, quousque à canibus rodatur mortuus, non tacebit. Cui Thyrsus: Verum dixisti, cùm non vis. Habeo enim vnctorem inuisibilem, qui me verum athletam sibi fecit; ex quo me tecum luctantem aspexit, quousque vincam te & coronam accipiam, suâ me inuisibili vnctione viuificat & confortat. Ecce iam & de te rideo, & de magistro tuo. Combrutius dixit: Quis est magister meus? Thyrsus ait: Diabolus, cuius voluntatem implere conaris.

fidiculis suspenditur: 8 Combrutius dixit: Alligentur illi pollices pedum & manuum resticulis teneris, & ex ipsis pendeat; & ita agatur suppliciis, quousque ossa eius emedullentur. Quod cùm factum esset, dixit ei Thyrsus: Festina nequissime, maioribus me pœnis pro sancti nominis confessione vexare: non enim leuis debet esse pugna nostra, in quâ te superabo Christi vnctione perunctus. Dixit ei Combrutius: Cùm non sis Christianus, non te habebunt Martyrem Christiani. Et Thyrsus: Stulte & vane; Martyrem me Christus fecit ex illâ horâ, ex quâ testimonium cœpi diuinitatis eius inter tormenta clamare. Nam vt si quis Christianus fiat, & Christo non credat, vanum est hoc quòd factus est Christianus; sic & si quis non potuerit in aperto fieri Christianus, & ad passionem venerit, hominibus incredulis videtur quidem Christianus non esse, apud Deum autem verus est Christianus: ego enim nisi verus iam Christianus essem, ipse Christus me tamquàm non suum desereret; sed tamquàm suum iam agnoscit, defendit, adiuuat, & contra pœnas tuas inuisibiliter mihi virtutem impartit. Vincam principem militiæ tuæ Satanam, cuius substantiâ amictus es.

a euelluntur ei palpebræ: 9 Tunc iussit vncinis acutis palpebras eius *a* euelli. Tunc Thyrsus voce clarâ dixit: Faciem meam turbasti apud homines, Deo autem pulchra facta est. Oculi mei corporales læsi sunt; animæ meæ oculi meliùs, quàm fuerant, illuminati sunt. Istis oculis, quos læsisti, videbam; in illis autem oculis, quibus Deus videtur, nulla tibi potestas conceditur. Confundere miser, confundere. Vbi sunt vires nequitiæ tuæ? quibus oculis te vinco, id est, oculis mentis, ipsis videtur Deus, ipsis tenetur fides, ipsis tibi insultabo, quousque ad supernã coronam pertingam: si enim in theatro vinci non potui; quantò magis in agone Christi vinci non potero, pugnãs propter coronam æternam? Audiens hæc Combrutius, suspirauit, & dixit: Per deos deasque iuro, quoniam *b* pœnis variis te *b* macerabo: dissecor enim & dissilio, quia cùm sis paganus, pro Deo te pati existimas. Thyrsus audiens subrisit, & dixit ei: Tu propterea pœnas mihi irrogas vt doleam; Christus propterea me dolere non facit, vt te derideam. toties de te risum mouebo, quoties in me tormenta mutabis. Ecce iam miserrime; cùm sis persecutor Christianorũ, factus es prædicator: asseris enim tantam esse virtutem Domini Iesu Christi, vt me etiam paganum & nondum baptizatum dignetur ad confessionem nominis sui accedentẽ non solùm non repellere, sed etiam in omnibus adiuuare.

10 Tunc Combrutius iussit etiam brachia eius ad vectem ferreum contundi, vt comminuta fierent ossa eius. Et dum hæc fierent, faciem suam erexit ad cælos, & *iubentur ei confringi brachia* gratias agẽs Deo immutabiliter permanebat; ita vt nulla in eo signa possent vel timoris intelligi vel doloris: brachia autem contusa ita agitabat, & ita mouebat, vt manifestaretur omnibus non dolere. Defecerant quæstionarij, carnifices cessarant, ministri fatigati manus agitare non poterant. Thyrsus verò testis Christi ridens, *Combrutio insultat:* & Combrutio insultãs, dicebat: Miserrime videò te iam lassum esse, ministros tuos defecisse omnes attendunt: si dij aliquid valerent me etiam sine tortoribus fatigarent. At verò cùm vos defecistis, me infatigabiliter perdurante, constat vos sine Deo esse, & virtutem Deos vestros nullam habere.

11 Combrutius dixit: Quis te docuit ista verba quæ *demonstrat se à Deo qua loquatur edoctum:* loqueris? Thyrsus dixit: Deus. Combrutius dixit: Ergo Deus tecum locutus est? Thyrsus ad hæc: Homines sancti sæpe mecum locuti sunt ista verba, quæ animam meam à tenebris ignorantiæ liberarunt. Combrutius dixit: Dic ergo, quòd homo te docuit, & non Deus. Thyrsus dixit: Sed illi, quibus Deus locutus est, testãtur quòd ipse loquitur ad eos, qui credunt veritati; & ideò dixi à Deo me didicisse. Combrutius dixit: Ecce non potuisti probare verum esse quod loqueris, quomodò veritatem discere potuisti? Thyrsus dixit: Et ego verum dixi & illi veritatem me docuerunt. Combrutius dixit: Mentitus es. Dixisti enim te à Deo doctum, cùm posteà dixeris te ab hominibus eruditum. Thyrsus dixit: Iussa quæ ab Imperatore per te geruntur, vera sunt an non? Combrutius dixit: Vera sunt. Thyrsus dixit: Si ergo de homine, coequali tibi & mihi, & ceteris hominibus illum dicis facere, quod tu facis; illum iubere, quod tu iubes; quantò magis, quod dixi Deum locutum mihi, verum est; cùm per Sanctos eius, quæ mihi dicta sunt, asseram mihi Deum esse locutum?

12 Combrutius dixit: Imperatorem Augustum, & omnium rerum Dominum tu ausus es ore sacrilego coæquare mendacibus? Thyrsus dixit: Sicut docui me vera *ostendit Imperatorem non esse omnium rerum Dominum:* dixisse per comparationem Imperatoris, cùm tu diceres illum iubere cùm tu iubes, illum damnare cùm tu damnas, illũ imperare cùm tu imperas; ita tu si potes doce illum modò esse rerum omnium dominum, quod eum esse ipse dixisti. Combrutius dixit: Ergo non est omnium rerum Dominus? Thyrsus dixit: Si omnium rerum dominus est, imperet ventis, præcipiat aliquid soli, aliquas leges mandet stellis. Combrutius dixit: Ego illum dominum dico omnium rerum, quæ sub cælo sunt. Thyrsus dixit: Imperet ergo auibus, imperet muscis, ne importunæ sint hominibus aut iumentis: imperet ranis ne perstrepant: imperet saltem muribus, ne res erodant alienas. Combrutius dixit: Ego tecum de regno terreno ago, quòd Deus terrenus sit Imperator. Thyrsus dixit: Ergo, si terrenus Deus est, imperet terræ, ne serpentes & scorpiones ebulliat, ne Romano orbi spinas gignat & tribulos, sed vbique rosâ floreat, & liliorum candores gignat, palmitibus cingat siluas, & botris honestet arbusta, det fertiles messes, & in siccis locis fontium venas aperiat. Combrutius dixit: Modò cœpisti magicam artem tuam exercere; ipsa te ars cœpit detegere. Thyrsus dixit: Spiritus sanctus per os meum tibi loquitur, vt vel sic erubescas miser, vel sic te pœniteat: pius est enim, & indulget omnibus crimina & scelera iis, qui in fide conuertuntur ad eum. Combrutius dixit: Vide quantâ vanitate duceris, vt Imperatorem, quem ego dico Dominum omnium, tu illum dicas ranis imperare non posse. Thyrsus dixit: Tu si dixisses eum Dominum malorum omnium, nihil contra hæc quod dicerem inuenissem: cùm autem rerum omnium Dominum, quæ sub cælo sunt, memorasti, ego intantùm non eum Dominum ostendere volui, vt ostenderem tibi eum nec muribus imperare posse nec muscis. Combrutius dixit: Ego illum Domi-

Dominum omnium memoraui, eò quòd possit omnibus hominibus imperare. Thyrsus dixit: Omnibus imperat; sed nō Sanctis. Combrutius dixit: Non sufficit tibi, quòd non sacrificas, insuper etiam improbas imperium Augustorum? Thyrsus dixit: Et improbaui, & improbo imperium Augustorum tuorum; qui enim mihi imperare non possunt homini peccatori, cui imperant Sancto? vnde & arguo te in hoc esse mendacem, quia non potest omnium esse hominum Imperator.

imò nec hominibus omnibus imperare.

a *al.* euerti. b *al.* manifestabo.

CAPVT III.

Plumbo liquato perfusus, & frustatim iussus secari, integer & incolumis permanet.

13 COmbrutius dixit: Omnis qui non obtemperat imperio Augustorum, validissimis pœnis interficiendus est. Thyrsus dixit: Notum tibi sit, quia honores mihi ampliantur apud Deum, cùm dolores mihi multiplicantur in membris meis. Ergo vt honoratior sim, noua, inexquisita, & plurima excogita tormenta: iusto enim iudicio & torquendus sum & puniendus, quia antè non credidi, & per tot annos vitæ meæ, vitam meam Christum esse nesciui: quem, licet vt seruus refuga vel tardè, mox vt inchoaui confiteri, talem de te risum mihi exhibet, vt & de te rideam, & de patre tuo diabolo, & de Regibus tuis impiissimis, & de ministris tuis miserrimis, qui nihil amplius possunt; qui dum in meam perniciem operantur, cōtinuò in suum defectum incidunt. Ego autem, sicut athleta Christi factus, subitò luctatus vestros deiicio, & mentium vestrarum pugnos, mentis meæ pugnis illido: calces vestros calcibus meis supero: prosternam vos sicut puluerem ante faciem venti, & sicut lutum platearum ita vos delebo; omnia enim possum in eo qui me confortat. Combrutius dixit: Et quis est qui te confortat? modò enim apparebit qui te confortat. Thyrsus dixit: Infelix prophetizas, & nescis; verè enim, vt dicis, modò apparebit. Apparebit enim in auxilio suo super me.

intrepidus ad omne genus tormenti,

14 Audiens hæc Combrutius, anhelare cœpit, & internæ concitationis suæ, licet repugnans, signa monstrare. Intereà iubet plumbum liquefieri, & fundi super dorsum eius nudum. Tunc extensus est in lecto ferreo, & ante oculos eius in vase ferreo super carbones posito liquefactum plumbum, vt iusserat, erat præparatum: putabat enim eum hoc terrore inflecti posse. Iussit insuper vt omnes, qui circa ipsum erant, hortarentur eum, dicentes: Miserere tui & sacrifica. Sed & ipse Præses per deos deasque iurans, dicebat: Si sacrificaueris, habeo curam tui, & saluus eris. Tunc ille, sicut erat extensus, magnâ voce dixit: Audite me, qui sapientes estis: audite me, qui pœnas istas aspicitis & timetis. Promittitur vobis fluuius ignitus currens a stagneus, sulphure & bitumine permixtus, promittitur ignis perpetuus; & non vultis Christo credere; ego verò, propter modicam morā & vim plumbi liquefacti relinquere habeo Christum meum, & ad idola reuerti, sicut canis ad vomitū suum? Sed quomodò tu magis miser & infelix, Combruti, ignem æternum non times, in quem, cùm missus fueris, numquàm combustionis eius finem inuenies? Et his dictis exclamauit dicens: Te inuoco Domine Iesu Christe, qui dixisti: Secundùm fidem tuam fiat tibi, fiat mihi plumbum istud in refrigerium aquæ. Et quia de fonte tuo perfusus non sum, de isto plumbo dum perfusus fuero, confitenti te fiat fons: his autem qui negant te, in spiritu combustionis exiliat.

in lecto ferreo extensus,

videt tormenta proposita:

a

Matth. 9. 29.

perfunditur liquato plumbo, illæsus:

15 Dum hæc & his similia diceret, leuauerunt vas plumbo bulliente, & fuderunt ab scapulis eius per totum dorsum vsque ad interiora: statim autem vt fusum est super eum, exiliens per circuitum ab eo per capita eorum & facies, qui fuderant, dissiluit, ita vt nullum ex astan-

tibus Combrutio immunē relinqueret; sed sicut turbo validus, Dei nutu in omnibus incredulis cauterium sui feruoris inflixit. Vnde factum est vt emittētes teterrimū vlulatum, alij ad mortem vsque fatigarētur; alij prostrati in terram, & Cæsarem & Deos eius blasphemarent.

Ex MSS. *eo exultiente multi laduntur à ministris.*

16 Thyrsus autem Dei Martyr, excutiens se de lecto, ita surrexit incolumis, ac si suauiter in eo dormisset: & stans extensis ad cælum manibus, & erectâ facie, dicebat: Gratias tibi ago Deus inuisibilis, qui mente conspiceris; qui minora peteris, & maiora concedis: qui me miserum & extremum vnum ex peccatoribus & iniquis, suscipere dignatus es inter Sanctos tuos; & me, qui numquàm voluntatem tuam sciui, nec feci, inter eos computari fecisti, qui voluntati tuæ obtemperantes, legem tuam fideliter custodierunt. Combrutius autem videns eum exultantem in Domino, & constanter insultantem sibi, ministros autem suos crudeliter plumbo combustos & semianimes se in terrâ volutantes, torquebatur animo, & fremens dentibus, mugitum sui cordis, rugitumque reddebat: atque erigens se, clamabat dicens: Maleficiis apertis nos iste damnabilis vincit. Thyrsus dixit: O profunde & tenebrose diabole, administrator scandalorum, cloaca infidelitatis, inerudite, sine fronte, sine pudore, sine ingenuitate, sine veritate, & dæmon fallacissime, qui gratiam Dei maleficia reputas, qui lumen Christi tenebras vocas!

Thyrsus surgens gratias agit Deo.

17 Tunc vocauit ad se Combrutius seruos suos, & dixit: Miseremini mei, quia morior. Iste magus omne officium meum eneruat, Deos blasphemat, Cæsares nostros & Augustos euacuat; dicit eos nihil esse; nullam prorsus potentiam habere: insultat & legibus: me exprobat, & contra leges solum Christum adorat & laudat. Dicunt ei serui eius: Et quid iubes vt faciamus? Dicit eis Combrutius: Eat vnus ex vobis, & quasi porcum ita desecet eum, aperiensque ventrem eius viscera effundat. Statimque propiens se ad illum vnus ex seruis eius, eximens gladium è vaginâ, voluit percutere illum, sed mucrone totâ vi brachiorum parieti impacto, ita totum ferrum perfractum est, & comminutum, vt non ferreus gladius sed vitreus esse videretur. Tunc Princeps Caspetius dixit Combrutio: Non est licitum secundùm leges vt quis percutiat vel torqueat eum, nisi officium. Iube hinc ergo seruos tuos abscedere; cùm præsertim ei qui abiit percussurus eum, diuino nutu cæcato, paries, homo visus sit, & ferrum, quo eum percutere tentauerat, comminuerit. Quid si alij imperes; & videatur ei quòd ipsum peremptiat, at ad telum accedat, aut aliquem ex nobis interficiat?

iubetur frustatim dissecari.

Quidam id aggrediens parietem prò eo pertutit.

18 Tunc Combrutius perrexit ad Comitem, & accipiens ab eo milites, hoc definiunt, vt per partes eum minutatim concidant. Ingressi autem milites miserunt vincula circa collum eius, & brachia & manus & pedes. At vbi protulerunt gladios vt conciderent eum, subitò terræmotus exortus est in loco, & cœpit terra mugire. Tunc milites cadentes in faciem timuerunt valdè, & fugientes inde cum ipso Combrutio solum Thyrsum in vinculis reliquerunt. Tunc Sanctus orauit vt vincula sua soluerentur; & statim vincula ferrea dissilierunt ab eo: & stans Martyr cœpit expansis manibus orare. Ad quem venientes qui ex officio remanserant, tulerūt eum inde & in carcerem recluserunt in loco tenebris obsito, quasi in puteo, cœno sordibusque horrendo; in quem eum violentè intrudentes reliquerunt.

facto terræ motu,

& soluti vi diuinâ vinculi,

conlicitur in carcerem.

a *Ita MS. an* stagnans? *at quomodò vnà* currens? *Agones Martyrum habebant* stanneus.

Ex mss.

CAPVT IV.

Baptiſmus diuinitus procuratus. ſtatua Apollinis confracta.

Viſitatur ab Angelis:

19 ILle autem ſtans in cœno illo, viſitationem meruit Angelorum; & vbi erant tenebræ, lumen diuinum enituit; & vbi vox conſolationis humanæ non erat, vox diuina inſonuit, dicens: Thyrſe conſtans eſto, confide

voce cæleſti confirmatus,

in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, & oſtenſa eſt ei militia Angelorum. Cumque aſpiceret tanta mirabilia & tremeret, venit ad eum vnus ex Angelis Dei, & dixit ei: Noli timere; ſed vade & oſtende te ſancto Dei Epiſcopo, vt per eum efficiaris amicus Dei, pro cuius nomine ad coronã pertinges. Cui cum nimiâ reuerẽtiâ Thyrſus reſpondit: Quomodò vadam, & oſtendam me ſancto

deducitur ad Epiſcopum Phileam,

Dei viro, cùm & ego in vinculis ſim cõpeditus, & omnia clauſtra carceris clauſa ſint; & ſi paterent vt egrederer, vbi eum quærerem neſciam? Tunc Angelus dixit ei: Iſta vincula te colligauerunt caritati Dei, & iſta clauſtra aperuerunt tibi regnum cælorum; vincula interim à te exoluuntur quouſque renaſcaris in Chriſto. Ambula nunc, & ſequere me; & oſtendam tibi vbi die noctuque Phileas Epiſcopus Chriſti in orationibus & in Dei laudibus perſeuerat.

20 Tunc Thyrſus ſecutus eſt eum, & peruenit ad Epiſcopum, & pulſans ianuam orantis, dixit: Sancte Dei famule, cui Angeli teſtimonium perhibent ſanctitatis, aperi mihi quia renuntiaui diabolo, & omnibus idolis eius, & Chriſtum filium Dei inter tormenta confeſſus ſum; & adhuc non guſtaui de mensâ eius. Audiens hæc vir Dei intellexit hæc à Deo fieri, & iam fama de B. Thyrſo frequenter per aures eius agitata peruenerat ad eum; ſtatimque aperuit ei. Qui breuiter indicauit illi quis eum ſoluiſſet, & adduxiſſet, & quòd expectaret foris vt baptizatum reduceret, vnde eum eduxerat. Tunc

baptizatur, confirmatur, ſacrâ Euchariſtiâ reficitur,

vir Dei Epiſcopus inſtructum eum de myſteriis Dei baptizauit, conſignauit, confirmauit, & refecit eum tam ſpiritali quàm etiam carnali cibo, & perungens eum totum diuino chriſmate, dixit: Perge athleta Domini, Imperator tuus ſedet cum omnibus amicis tuis, & expectat luctatus tuos: certa bonum certamẽ, quia iam centuplo fortior factus es quàm fuiſti. Si enim nondum vnctus non potuiſti deiici, quantò magis iam ſanctus & illuminatus victoriam capies? Et hæc dicens ac benedicens eum deduxit vſque ad oſtium. Quo aperto ſanctus Epiſcopus Phileas vidit ante illud lumen, quo duce Thyrſus venerat, & quo duce iterum rediit. Et ipſe ingreſſus

reducitur ad carcerem.

fortior, vegetior, atque incolumior, adorans Dominum mente & corpore, vincula quæ depoſuerat circa ſe iterum applicata ſenſit.

21 Circa quod tempus, Combrutius perrexit ad Siluanum quemdam ciuem Perſam, doloſum, nequiſſimum, filium Sathanæ, qui ob hoc ſolùm præfecturam acceperat, vt inquireret eos qui in viam Chriſti ambularent, & diuerſis crudelitatibus interficeret. Huic cùm

ſiſtitur Siluano Comiti & Combrutio:

narraret de Thyrſo Dei famulo, iuſſit eum vinctum ſuis obtutibus præſentari: ſedenſque in foro cum nequiſſimo Combrutio publicè, ait ad eum: Deſperate, & omnis ſerenitatis Deorum inimice, quare non ſacrificas diis magnis? Thyrſus dixit: Quibus diis? Siluanus dixit: Ioui omnipotenti, Iunoni, Mineruæ, Apollini, & ceteris diis, quorum beneuolentiâ mundus regitur. Thyrſus dixit: Neſcis quis ſit qui mundum regit. iſtorum autem quos nominaſti, ſi verè putas, ceſſauit cultura: quia mortui ſunt, & in tartara coniecti pro ſceleribus ſuis luunt pœnas. Si autem ſimulacra eorum colenda ducis, mundum

videt idola:

ipſa ſimulacra regere non poſſunt, quia ipſa magis reguntur *a* gomphis ferreis, & plumbo & ſaxo: cuſtodire vos non poſſunt, quia ipſa cuſtodiuntur à canibus, ne fortè à furibus rapiantur.

22 Siluanus dixit: Dic Thyrſe; Parentes tui cultores deorum fuerunt, an non? Thyrſus dixit: Quod peius eſt, idololatræ fuerunt. Siluanus inquit: Eſto ergo quod parentes tui fuerunt. Thyrſus ait: Si parentes noſtri podagrici fuerunt, aut chiragrici, aut cæci, numquid nos volumus quod noſtri parentes fuerunt, debiles eſſe vel contracti vel cæci? Cùm ergo infirmitates corporum eorum non ſuſcipimus, cur ſuſcipiamus animarum languorem, cùm ſit melius corporis debilitatem ſuſcipere, quàm damnationem animæ inuenire? Corpus enim ſiue ſit incolume, ceſſabit incolumitas eius; ſiue ſit debile, finem accipiet. Anima verò ſi pro facti ſui qualitate vel plangere vel gaudere cœperit, hoc non finitur.

oſtendit non eſſe in materiâ religionis ſemper ſequendos parentes:

23 Tunc Siluanus *b* inuictum & reluctantem beatiſſimum Thyrſum introduxit in templum, vbi ſtabat Apollinis ſimulacrum ex cryſtallo, mechanico opere elimatum, & dicit ad eum: Talem Deum, quis non vereatur & colat? Dixit ei Thyrſus: Si Apollinem fictilem aut gypſeum, aut ligneum inueneris, Deus non erit? iſte verò quia cryſtallinus eſt, Deus eſt? Ex quo veſtrâ ſententiâ, merito materiæ, non ex virtute operum ſit diuinitas ponderanda. Dicit ei Siluanus: Ceſſent verba; adora Apollinem Deum magnum, & ſacrificium, quod ei debetur, expende. Thyrſus ait: Adoro, ſed Deum magnum, non Apollinem. Et Siluanus: Interim Apollinem, qui in præſenti eſt, adora; & liba ei, & poſteà alterum quem vis, ſiue fortiſſimum Herculem, ſiue omnipotentem Iouem, ſiue Mercurium ſapientem excoles: nunc interim hunc adora. Thyrſus dixit: Non expedit Deo tuo Apollini, ſi eum adorauero. Siluanus dixit: Tu eum adora, & tibi expediet. Dixit ei Thyrſus: Vide, quia tu me cõpellere vis adorare eum. Tunc ex-

b ducitur in templum Apollinis.

iuſſus eum adorare, precibus deiicit & commiſcet.

pandens manus ad cælum dixit: Deus veritatis, præſta mihi ſeruo tuo, vt falſitas iſta cadat ante pedes meos, & in fruſtra vertatur; vt vel ſic intelligant Deum in ſimulacris habitare non poſſe. Adhuc eo loquente, ecce & Apollo ruens in fruſta diſſiliit & factus eſt clamor magnus, ita vt tota ciuitas Cæſarienſium permota populis inundantibus aduenirent; erat enim pretioſius auro ſimulacrum, quod fuerat comminutum. Tunc beatiſſimus Thyrſus colligens fragmenta eius dixit ad populum: Ciues Cæſarienſes, audite me vltimum & miſerum, qui non ſum dignus vel nominari vel dici ſeruus Chriſti. Si Apollo Deus eſſet, iſta fruſta ex eo non fierent; non eum tetigi, nec funem in eius ſtatuunculam colligaui; ad ſolam inuocationem Domini mei Ieſu Chriſti cecidit & periit. Qui ergo ſibi ſubuenire non potuit, vobis quomodò poterit ferre ſubſidium?

a *Agones excuſi* gunſis. *de* gompho *egimus ad vitam S. Sebaſtiani* 20. *Ianu. cap.* 23. *litterâ i.*

b *Ita MS. & excuſ. melius fortè*, inuitum.

CAPVT V.

Variè torquetur iuſſu Siluani & Combrutij. Horum interitus.

Dirè diſtenditur catenis cõſtrictus,

24 INtereà aliis acclamantibus contra eum, aliis deflentibus, Siluanus iracundiâ inflammatus, iubet eum catenis per manus ſingulas, & pedes ſingulos *a* quadruplici extenſione per trochleas fortiter torquendum tendi, ita vt nerui manuum eius & pedum propemodùm rumperentur. Tunc Thyrſus emiſit vocem dicens: Domine Ieſu Chriſte, diſrumpe vincula mea, vt ſacrificem tibi hoſtiam laudis. Et protinus diſruptæ ſunt catenæ,

a

quæ vltrò rumpuntur:

quaſi fila araneæ, & exurgens cœpit benedicere Dominum. Tunc Siluanus exclamans dixit: Quæ ſunt iſta maleficia tua quæ euerterũt Deum & vincula diſruperunt? Thyrſus dixit: Si idola veſtra oculos habẽt, & nõ vident; vos qui oculos habetis, & videtis, quare non intelligitis non eſſe maleficia, ſed virtutem Dei?

25 Tunc Siluanus iuſſit impleri *b* tinam aquâ, & merſo capite ligari pedes eius ſurſum, & mediam partem corporis, quæ ſupra aquam eſſet, flagellis cædi. At

b iubetur capite a-qua im-

vbi

merſo flagellari:

vbi ligauerunt pedes, & poſuerunt caput eius in tinam, cùm vellent aquam immittere, *c* diſſoluta eſt à circulis & dogis, quaſi conciſa eſſet ſecuribus, & ita ſigillatim diminuta eſt, vt nec eſſet quod foco poſſet aptari.

c ſed diſſoluitur vas.

præcipitãdus è ſublimi machinâ in gladios, eleuatur ab Angelo:

26 Tunc Siluanus iuſſit eum dedi præcipitem à parte muri. Statim autem vt præceps actus eſt, per manum inuiſibilem ſupra murum eleuatus eſt; & cùm non eſſet latitudo muri vnius cubiti, cœpit ambulare ſuper murum, & Deo gratias cum vociferatione canere. Audiens hæc Siluanus, & videns mirabilia Dei, non intelligebat, ſed hæc magicis artibus adſcribebat. Tunc Vitalicus quidam, vt ſic dicam, paganiſſimus, accedens ad Præfectum Siluanum, rogabat eum, dicens: Permitte me aſcendere ad eum. Tunc appoſitæ ſunt machinæ; & aſcendens ad eum Vitalicus dicebat: Ego te hodie faciam vniuerſa maleficia deponere. Poſtquàm autem aſcendit, putabat ſe ſic ſuper murum ſtare poſſe, ſicut ibi Dei Martyr ſtabat. At ponens pedem ex aliâ parte muri, ſupra petram acutam, corruit, & cerebrum ſui capitis, priuſquàm expiraret, aſpexit. Et Dei nutu Thyrſus, quaſi per planum deſcendens, venit ad locum, vbi ſtabat Siluanus; & increpans eum, dicebat: Intelligite infelices virtutem Dei mei Ieſu Chriſti, ego enim ideò differor, vt videntes virtutem Dei, credatis quoniam ipſe eſt Deus, qui liberat credentes in ſe.

Vitalico conciſo,

illaſus deſcendit.

27 Sed iſta Siluanus ita audiebat, vt aſpis ſurda, obturans aures ſuas: & dolore de morte Vitalici nimio conſtrictus, iuſſit eum arctiùs cuſtodiæ carceris mancipari, noua aliqua & inexquiſita tormenta, quibus Dei famulus fatigaretur, excogitans. Et conuocans ad ſe Combrutium, dixit: Neceſſe eſt nos ad Apamiam proficiſci. Quid igitur faciemus de hoc infauſto Thyrſo? Cui reſpondit Combrutius: Quocumque perrexerimus, per ciuitates nobiſcum eum duci in vinculis iubeamus; vt ad metum Chriſtianorum, dum per ſingulas vrbes tormentis afficitur, ceteri corrigantur. Die autem, quâ profecturi erant, S. Thyrſum adduci iuſſerunt; & ſedentes pro tribunali ambo in foro, iuſſerunt ante eum poni catenas nouas, habentes collarium & manicas ferreas, pondo ferri centum; & dicunt ei: Aut ſacrifica, aut iſtis catenis te onerabimus, & quocumque per ciuitates perrexerimus, faciemus te ad exitium & metum omnium Chriſtianorum nouis macerari tormentis. Thyrſus autem erigens ad cælum faciem ſuam, conſtanter dixit: Gratias tibi ago, Domine, quia per multas ciuitates nomen tuum confitebor. Et ad ipſos conuerſus, ait: Me quidem ſciatis gaudere in his vinculis; vos autem puniendos Dei iudicio. Sicut enim ambo agere contra Deum conſentitis; ita ambo indignationem ſentietis æternam; vt omnes iniqui & increduli cognoſcant Chriſtum Deum eſſe, qui regnat cum Patre ſuo, & cum ſancto Spiritu, in ſecula ſeculorum, Amen. Hæc illi audientes, iuſſerunt eum fuſtibus cædi: & imponentes ei prædicta vincula, profecti ſunt à Cæſareâ in Apamiam.

Circumducendus grauibus catenis oneratur:

cæditur fuſtibus.

28 Tertiâ autem die Siluanus repentinâ febre corripitur, ita vt à *d* fine geniculorum vſque ad plantas, emortua ſua membra ſentiret; & adhuc viuens, ſe mediâ parte mortuum comprobaret. Anima autem eius ſic erat mortua, vt ſe hæc pati propter Dei hominem non poſſet agnoſcere; nec in eius memoriam venire poterat, ſibi hæc prædicta fuiſſe ab homine Dei euentura. Audiens hæc Combrutius, quòd Siluanus iacens in lecticâ, hæc pateretur; deſcendit de equo & aſcendit lecticam ad conſolandum eum. Cumque diceret ei: Dij tibi ſint propitij, & magnus Deus Æſculapius ſaluet te, repentè & ipſe *e* torminum & interni doloris immenſitate corripitur: & cœperunt ambo iuxta ſe iacentes, intolerabili vexatione torqueri. Quos videns, Viator nomine, Aſſeſſor Siluani iſta pati, contremuit; & deſcendens de lecticâ, & aſcendens equum ſuum, ait ad eos: Dij viſitent vos, & magnus Æſculapius vos reſtituat ſanitati. Et his dictis, ita cum equo fugit, quaſi eſſet & ipſe ſimul à dolore corripiendus, niſi veloci fugâ malum auertiſſet. Feſtinat itaque mulio flagris cædens mulas, vt ad ciuitatem citiùs peruenirent: occurrunt honorati ciuitatis, & ſolito more populi Iudicibus, qui ingrediebantur, exhibent obſequia: at eos gementes, & mugitum præ dolore edentes ſtupefacti attendunt. Deponuntur vix ſuorum manibus ſeruulorum; & impoſiti ſagulis in ſingulis lectis ad hoſpitia perducuntur.

d Corripitur morbo Siluanus:

mox & Combrutius.

e

Ex mis. vehuntur Apamiam.

29 Veniunt medici, accedunt etiam peſtiferi idolorum ſacerdotes, & aliis eos vngentibus, aliis pro eis ſacrificantibus, aliis circa membra eorum carmina incantamentaque murmurantibus, aliis circa dolores eorum in vanum ligantibus cõcum; illi vexabantur acriùs, & vehementiùs per membra ſingula torquebantur. Combrutius mugitum dabat, & quaſi ex antiphonâ Siluanus poſt eius mugitum vlulabat. Non erat in eis ſermo, nec loqui poterant quod videbant & ſentiebant: tartarei enim angeli ſuper eos iam acceperant poteſtatem, & antequàm animæ eorum raperentur ad pœnas, corpora eorum cœperunt ferre ſupplicia. Hæc per quatuor dies vtrique perpeſſi ſunt; quintâ autem die infelicem ſpiritum efflauerunt.

medicamentis & ſolatiis fruſtrà adhibitis,

moriuntur.

30 Præ putore, vbi eorum corpora iacebant, nullus poterat pollinctor, qui ſepeliret, accedere: iacebat Combrutius totus quaſi ab igne combuſtus, & Siluanus quaſi iam ſeptem dies hãbens corpus fœtidum vermibus ſcaturiebat. Interea vix in ſagis groſſis & ruſticanis inuoluuntur corpora eorum, quatenùs poſſit putor inclusi cum ipſis. Sed & inuoluti & colligati, & ducti ad ſepulcra, in terram depoſiti, reiiciebantur à ſepulturâ: & putor vehemens ex eis & morbificus exhalabat, & aërem inficiebat, & tandem ſubſecuta eſt lues. Tunc aliqui perrexerunt ad virum Dei Thyrſum, vbi erat in vinculis, & dicunt ei: Dum tu à Deo tuo vindicaris, regio noſtra morbo inficitur, & mortalitas facta eſt ex putore eorum, quia eos terra non recipit. Tunc S. Thyrſus dixit: Credo in vnicũ filium Dei, quia vt vos omnes liberemini à morbo, hodie eos terra ſuſcipiet. Poſt hanc vocem hominis Dei à terrâ recepti ſunt in morte æternâ.

tetra eorum pora eorum reiiciti

implorato auxilio S. Thyrſi, ſepeliuntur.

a *MS. Ripat.* quadrifariâ intentione.

b *Sic Galli* vne tinne. *alia Acta* vas *aut* lebetem *habent.*

c *Agones excuſi*: Diſſoluti ſunt circuli & aſſeres diſcompaginati, & ita fruſtulatim comminuti.

d *Ita Agones. at MS. Rip.* fune.

e *Idem MS.* ſubcutanei doloris inundatione.

CAPVT VI.

Morti bis ſub Baudo Apamiæ ereptus. ſtatua Bacchi deiecta.

Baudus Combrutio ſuccedit.

31 His igitur peractis, poſt aliquot dies venit ſucceſſor Combrutij, nomine Baudus, ſacrificans diis, qui vt ingreſſus eſt Apamiam, alterâ die vniuerſa geſta ſui anteceſſoris diſcutiens, peruenit ad beatiſſimi Thyrſi tolerantiam; & legens in geſtis pœnas quas perpeſſus fuerat, dixit: Miror ſi iſte homo contra Deorum vota perdurat. Et volens deos placare, primam actionem ſuam in paſſione S. Thyrſi conſtituit. Præparato ſibi tribunali in foro, alterâ die manè publicè iuſſit ſuo conſpectui Thyrſum præſentari. Sedenti autem pro tribunali, Sanctus Dei lætus, fortis, & robuſtus præſentatus eſt, quem Baudus conſiderans dixit: Aliud eſt quod geſta teſtantur, atque aliud quod indicat vultus. Et conuerſus ad officium dixit: Vos eum in ſagina habuiſtis, non clauſum in vinculis? Cui, cùm dicerent omnes, quòd & cibum contemneret, & die noctuque in vinculis permanens Chriſtum ſuis laudibus prædicaret, Baudus dixit: Dij omnipotentes ideò te ſaluare ſtudent, vt diu viuens poſſis frequentiùs vngulis radi, fuſtibus & nouis plagis repetito iterum atque iterum cruciatu vexari. Vnde ſi vis tui miſereri, conſulo, ſacrifices diis, vt poſſit tibi quod ſupereſt carnium non perire. Thyrſus dixit: Condoleo tibi, quia tenes veſtigia anteceſſorum tuorum, cum ipſis

Thyrſum ſibi ſiſti iubet;

miratur ita valentem & incontemnere, & die noctuque tegrum:

habiturus partem, quorum facta proſequeris.

ex MSS.

32 Baudus dixit: Faciam te in profundum maris mitti, quia iam pœnæ in te, quantum didici, vniuerſæ completæ ſunt. Thyrſus dixit: In profundum tartari tibi debetur deſcenſus, & ideò de profundo mihi minaris, quia totus in profundo iaces. Baudus dixit: Canis perditiſſime, auſus es mihi cum tantâ ſuperbiâ loqui, cùm tui ita poteſtatem habeam, vt ſingula tua membra diſcerpam? Thyrſus dixit: Baudus nomen eſt [a] canis latrãtis; feram te patienter, quaſi canem latrantem, & ridebo te ſicut riſi priores tuos. Tunc iratus Baudus iuſſit eum reſticulis cannabinis ligari per manus atque pedes; & iuſſit eum arctari in ſacco, quem annulo ſuo ſignauit, & [b] in carabo ponens iuſſit eum duci in medium maris, & illic præcipitari. Quod cùm fuiſſet impletum, viſi ſunt Angeli Dei ſuſcipientes eum, & cum Dei laudibus reuocantes ad terram. Venientes autem nautæ, qui eum miſerant ligatum & ſignatum & clauſum, viderunt eum liberum in medio ſanctorum Angelorum in littore Deo laudes cõcinentem, & pro mirabilibus eius gratias agentem.

ei inſultat Thyrſus:

a ligatus, & ſacco incluſus in mare abiicitur:

b ab Angelis ad littus incolumis defertur:

33 Quod factum Baudus Iudex audiens perrexit ad littus, & teneri eum præcepit, dicens ei: Quæ ſunt iſta maleficia tua, quæ tibi etiam mare ipſum faciũt eſſe ſubiectum? Thyrſus dixit: Audi ſtulte. Deum quẽ confiteor & credo & colo & prædico, ipſe eſt qui dudũ [c] præceſſorẽ tuum Pharaonem cum armis & curribus, & equis, & exercitibus deiecit in profundum. Ibi te expectat, vbi tibi locus eſt cum iis qui contra Deum arma ſumpſerunt; mihi autem cum iis pars eſt, qui de maris fluctibus ita liberati ſunt vt hymnum Deo canerent: Quis ſimilis tibi in diis Domine? quis ſimilis tibi? Aduerte ergo miſer, quia dij veſtri miſeriores vobis ſunt, neque ſibi neque vobis cultoribus ſuis poſſunt ſubuenire. Baudus dixit: Ideò te miſeratione ſuâ dij & de plagis & de anguſtiis & de mari liberant, vt eis ſacrifices; nolunt enim te apud inferos peioribus ſubiacere tormentis: ſi enim non ſacrificaueris eis, & hîc atrocibus pœnis ſubiacebis, & ibi acrioribus. Thyrſus dixit: Miſer & imperitiſſime, melius eſt vt linguam tuam morſibus amputes, quàm contra Deum illam loqui nefanda permittas.

c Baudum reprehendit:

34 Tũc indignatus Baudus, iuſſit venatoribus, vt feras quas exhibendis muneribus præparabant fame [d] triduanâ conficientes, apertis caueis intra locum vbi erant ipſæ caueæ Thyrſum dimitterent nudum & vinctum; in quibus erant nouem vrſi & ſex leopardi. Quibus cùm fuiſſet Dei ſeruus traditus, ſola vincula, quibus ligatus erat, ſenſim & leniter eroſerunt, carnem autem eius tamquàm oleo vnctam linguis lambentes, & ſibi refectionem aſſumere, & Dei famulo refrigerium exhibere videbantur. Alterâ itaque die manè reſpiciens Baudus per feneſtram, vidit eum ſicut inter catulos [e] Melicanos deambulantem, & Dominum benedicentem; & infelix non vult id imputare bonitati Dei, ſed partim imputans fatis, partim fraudibus humanis adſcribit; efficitur ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.

obiectus feris non laditur.

d

e

35 Denique præcepit eum inde auferri, & duci in templum Dionyſij, & virgis cædi, atque ad ſacrificandum compelli: conuocans etiam omne officium ſuum iuſſit vt omnes eum cogerent Dionyſio ſacrificium non denegare. Quibus Thyrſus ait: Modò Deo Dionyſio ſacrificabo. Quod illi audientes gauiſi ſunt, atque applicantes eum ante eum, putabant velle illum thuribulum ſumere, & vanam ſtatuunculam adorare. Sed Thyrſus vir Dei expandens manus ſuas ad Dominum, dixit: Domine Ieſu Chriſte, qui corde videris, & mente aſpiceris, mitte mihi Angelum tuum, qui Apollinis ſimulacrum comminũit, vt & iſtud tam minutatim confringat, vt non ſit ex eo quod poſſit vel colligi vel teneri. Igitur dum compleſſet orationem, dixit ad Baudum: Audi me Baude. Apollo, ad quem me duxerunt fratres tui, ex cryſtallo fuit fragilis, iſte autem ex ære eſt fortis & fuſilis: ne ergo Apollo ſibi ſolus putet iniuriam factam, ad ſolatium illius, in nomine Domini mei Ieſu Chriſti, ecce & iſte totus corruet, & ita in particulas diſſiliet, vt non ſit quod ex eo iterum poſſit vel conflari vel confundi. Et cùm hoc dixiſſet, ecce immanis illa ex alto cum baſi ſuâ ſtatua cadens ita totum ipſum templum concuſſit, vt vniuerſis cum ipſo Baudo fugientibus, ſolus vir Dei remaneret in templo. Et inſultans incredulis, Domino Ieſu Chriſto gratias agebat.

dycitur ad templum Bacchi:

oratione eius ſtatuam deiicit:

36 Tunc Baudus cœpit ab eo inquirere, dicens: Deſperatiſſime virorum dic mihi genus tuum. Thyrſus ait: Diis tuis comminutis genus meum perquiris? Baudus dixit: Omnes confudiſti maleficiis tuis, neſcio à quibus maleficis virtutibus tibi collatis. Tunc Thyrſus ait: Nemo accommodat arma ſua, vt per ipſa vincatur. Baudus dixit: Et quis eſt, de quo dicis, Nemo accommodat arma ſua, vt per ipſa vincatur? Thyrſus dixit: In idolis tuis diabolus regnat, & in maleficiis tuis diabolus pugnat; quomodò mihi diabolus præſtare poterat, vt per me ſeipſum & regnum ſuum euerteret? Baudus dixit: Dic mihi genus tuum. Dixit ei Thyrſus: Vnum mihi de terrâ, aliud de cælo conceſſum eſt: quod de terrâ eſt, hoc eſt quod tu videris pro tempore fatigare; quod autem de cælo eſt, hoc eſt quod non potes nec contingere nec videre. Igitur cùm in conſpectu populi à Dei homine fuiſſet Baudus confutatus, dentibus cœpit vehementer infrendere, & iubens eum in catenis iterum arctari, & in carcerem recipi, cogitabat quibus pœnis eum faceret interire.

oſtendit id non fieri virtute magicâ.

a *Nam βάυζειν* latrare *ſignificat.*

b *Agones:* naui imponens. *καραβῳ cancri genus eſt, longè velociſſimum. an nauis inſignita erat cancri effigie, aut formam eius aliquâ ratione exprimebat? an à celeritate, quâ præſtat carabus, ſic dicta? an quòd ea caraborum piſcatores vti ſoliti? ſic noſtratibus genus eſt oblongæ velifera nauis* Krab-ſchuyte *dicta, id eſt,* cancri, *vel* cancrorum, ſcapha.

Carabus.

c *MS. Rip.* auunculum. d *Idem MS.* biduana.

e *Agones excuſi* medicatos. *an non potiùs* Melitæos? *Noti ſunt catuli Melitæi, κυνίδια Μελιταῖα, de quibus Strabo lib. 6. Plinius lib. 3. cap. vltimo, aliiq;.*

CAPVT VII.

Quæſtio Apolloniæ habita. Conuerſio S. Callinici.

Ducitur Apolloniam:

37 Alterâ itaque die, confuſionis ſuæ pudorem non ferens, Apolloniam profectus eſt, in quâ ciuitate templum ingens Apollinis viſebatur, refertũ ſculptilibus variis, & idolis plenum, quibus Baudus ſacrificans orabat, vt Thyrſum ſuum contemptorem vincere poſſet. Volens ergo Baudus confuſionis ſuæ iniurias vindicare, iubet eum flagris cædi. Cumque fuiſſet cæſus, ſanguis è lateribus eius emanabat, quem ſanguinem ſuſcipiens vir Dei in manu ſuâ, dicebat Baudo: Audi Baude. Hic ſanguis, quem fundis, mihi quoque ad gloriam cedit; tibi autem ad interitum eueniet ſempiternum. Vnde ſi vis euadere, Chriſtum eſſe Deum crede, vt à pœnis poſſis perpetuis & æternis ſuppliciis liberari.

flagris cæditur:

38 Tunc Baudus fecit eum quatuor partibus ad trochleas extendi in templo Apollinis, vbi, vt dictum eſt, multa idola erant; & dicebat ei: Ecce inſultant tibi dij mei; tibi autem quis auxiliari poterit ne iſta patiaris? Reſpondens autem Thyrſus dixit: Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram; qui ex omnibus pœnis liberauit me, ipſe etiam te canem inſanum iuſtitiæ ſuæ fuſtibus cædi præcipiet, & ſculptilia iſta omnia quæ ſunt arte hominis facta decutiet.

diſtenditur trochleis.

Baudo ingentem dolorem perſenti, concutitur templum;

39 Cùm hęc & his ſimilia diceret Thyrſus, irruit dolor nimius ſuper Baudum, ita vt amens effectus quid de ſe gereretur præ dolore neſciret; totum ipſum templum ita Angelicâ manu per duas ferè horas concuſſum eſt, vt immania illa idola, quæ illic ſtabant, corruerent, id eſt, Apollinis, Herculis, Veneris, & Siluani, & iacentibus eis in pauimento, dicebat Thyrſus Baudo: Surgant nunc dij tui,

idola corruunt;

tui, & liberent te à dolore tuo. Clamans autem Baudus dicebat: Magnus Deus Siluanus propter maleficia istius punit me. Tunc Thyrsus exsufflauit in faciem eius,& dicebat: Olim prædixit Spiritus sanctus de tui similibus dicens: Flagellasti eos, & non doluerunt: verberasti eos, & noluerunt assumere disciplinam. Ecce miser teneris, & durus es; curuaris, & adhuc rigidus perseueras.

Prouerb. 23. 35.

Multi cõuertuntur.

40 Tunc ex illis innumerabilibus populis, qui huic spectaculo intererant, multi conuersi sunt ab insaniâ idolorum; & Thyrsi monitis informati cucurrerunt ad Dei Sacerdotes, vbicumque inueniri poterant, (occultati enim erant) & ab eis facti sunt Christiani. Ab horâ itaque primâ, cùm hæc fierent, vsque ad horam nonam iacente in doloribus Baudo, vir Dei Thyrsus non cessauit populis astantibus voce liberâ prædicare, ostendens idola nihil esse; Deum vnum, qui in cælis regnat, mente syncerâ colendum, & sanctis operibus venerandum. Tantam denique gratiam Dominus sermonibus eius tribuit, vt non solùm maxima pars populi crederet, sed & Gallenicus quidam sacerdos idolorum, qui obstinato pectore permanens ab initio in perniciem Thyrsi desæuierat sub Combrutio & Siluano, & insuper Baudo. Nunc ille,qui pœnas nouas adinuenerat & multa mala, confitetur Christum Deum esse, adeò vt idola vanissima & infelicissima, voce liberâ in publico proclamaret.

Inter quos Callinicus sacerdos idolorum,

Baudum de Thyrsi innocentiâ & rectâ fide interpellat:

41 Constantissimo denique vultu & animo accedens ad Baudum,cùm ad suam mentem rediisset,dixit ei: Audi me, vir clarissime. Iste homo si non Deum magnum & verum coleret, ista ei magnalia nullâ ratione contingerent. Nam Herculem insuperabilem, & sapientem Apollinem, & Dionysium mysticum,& Siluanum inuictum, pro nihilo ducens comminuit: omnes inauditas & intolerabiles passiones, ac si nihil fuisset, perpessus, irrisit: fatigauit tortorum officia,& liquefacto plumbo, & in eius nudas carnes fuso, in eos, qui in perniciem illud infundere conabantur, virtute suæ orationis insperfit, atque in virtute Dei sui confidens, & pœnas superauit & bestias subiecit, & Iudices mortificauit: & multi periclitati sunt in confessione eius. Baudus dixit: Quantùm video, obtinuit te maleficiis suis. Galenicus dixit: Iniquo iudicio maleficia putas, vbi virtutem Dei inuisibilis cernis: sed iam, vt dixi, inuasit mentem tuam diabolus, & non permittit videre omnia idola ante pedes Thyrsi captiua iacere.

Deos ridet, eorumq; defensorem Baudum.

42 Baudus dixit: Ista ego non laudare, sed vindicare disposui. Galenicus dixit: Magnum vindicem dij cœperunt habere propitium. Tu ergo colendus es potiùs & timendus, ne fortè, dum tu propitius esse nolueris, surgere posteà quàm ceciderint omnino non possint. Ergo quia tenes in vinculis, sana eos, & quos vides deiectos exalta; aut si dij sint, ipsi sibi auxilium surgendi exhibeant: quòd si te defensore substiterint, constat eos deos esse non posse,qui nisi hominis fuerint auxilio protecti, non poterunt nec plumbo ligante constare. Baudus dixit: Forsitan & tu Christianum te esse dicturus es? Galenicus inquit: Ego quidem paganus sum,& sacerdos lapidum & lignorum, quibus infelici deuotione seruiui; attamen rationalis homo sum, non asinus, nec camelus, vt iniustis oneribus terga prosternam. Baudus dixit: Infelix, vt video, pessimâ morte moriturus es. Galenicus dixit: Non est mors pessima sed beata, in quâ Deus defensor est, & homo persecutor; & ideò non solùm non timeo pœnas corporis & mortem subire, sed etiam glorior per ipsa tormenta cum Dei homine partem aliquam inuenire vel paruam.

instruitur obiter à Thyrso in fide Trinitatis

43 Et conuersus ad Dei hominem dixit: Rogo te, vt dicas mihi, quid dicam Deo tuo, vt merear tecum partem aliquam habere in illâ die? Dicit ei Thyrsus. Dic: Credo in Deum viuum, inuisibilem & omnipotentem, & in vnigenitum Filium eius Dominum nostrum Iesum Christum, vnum cum Patre suo, & cum Spiritu sancto, Deum esse. Et cùm hæc voce publicâ Galenicus clamaret, Baudus dixit: Væ misero, qui sic durus factus est! & iussit eum tradi aliis sacerdotibus templorum custodiendum, vt eum audiret in crastinum.

Ex Mss. traditur sacerdotibus idolorum:

44 Cumque ei traditus esset,duxerunt eum in templum, in quo erat Asclepius,& cœperunt osculari genua eius, dicentes: Considera, Domine Galenice,quia in omnibus ciuitatibus nominaris, & summus Pontifex diceris; & non est ciuitas, in quâ tua imago non habeatur veneratione digna; crinem capitis tui, quem numquàm totondisti, & barbam tuam omnis miratur aspectus, quam & omnes sacerdotes & philosophi procidentes venerantur & adorãt. Hanc Baudus disposuit tondendo primùm deturpare, & demũ tibi ludificãdo,si in istâ superstitione perstiteris,penitùs abradere. Quibus Galenicus dixit: Ego sum, qui vos docui variis diis diuersa sacrificia ministrare; deorum vanorum cultor superfluus extiti; illius iam seruus sum, qui vicit deos meos, ille me iustè habet subditum,qui deiecit illos,quibus me iniustè subdebam: liberauit me ab iniusto *a* onere & fecit me iustitiæ subiacere. Hoc autem scitote, quia leuitas in me vlteriùs vana esse non potest.

variis blanditiis tentatur.

a

a *MS. Rip.* honore.

CAPVT VIII.

Martyrium S. Callinici & XV. ab eo conuersorum. Obitus S. Thyrsi.

45 ID intelligens Baudus iussit seruis suis, *a* vt caput eius tonderetur & barba. Quod cùm fuisset implet-um, ligauit Galenicus crinem & barbam simul, & iactans illud in idolum Asclepij ait: Dæmon malignissime & fallacissime deceptor animarum:recipe schema tuum; renuntio tibi maledicte diabole, nego te & complices tuos; ego sum Christi seruus, qui te iubebit modò deiici, sicut omnes collegæ tui deiecti sunt. Et his dictis expandit ad Deum victum manus,& ait: Deus tu scis mentem meam, fidem, propositum, voluntatem;tu scis quia ex toto corde tibi credidi; ostende iis qui per me decepti sunt, quòd hoc simulacrum vanum est, & quòd non est in eo nec diuinitas neque aliqua potestas Angelica. Si enim iussu tuo ceciderit, & isti non crediderint,habebunt partem cum Baudo,qui videns mirabilia tua adhuc incredulus permanet:siverò crediderint,liberabor à reatu meo, quem incurri miser, qui eos decepi, & vanis feci figuris subiici, & iis honorem deitatis impendere, quos non deos esse sed dæmonia Dei famulus omnibus propalauit. His dictis post duas horas, motum est simulacrum. post hæc, cum ingenti strepitu corruit, & in tres partes fractum est. Seorsim iacebant manus Asclepij cum dracone & virgâ, seorsim renes cum pedibus, seorsim pectus & caput.

a

Crines iussu Baudi detonsi

proiicit in idolum Æsculapij:

quod eo orante corruit:

46 Ad quod factum omnes simul quindecim sacerdotes cum Galenico cœperunt Christum Dei filium confiteri, & dicere hunc verum Deum quem prædicat Thyrsus. Igitur cùm hæc ad aures Baudi perlata sunt, iussit Galenicum vnà cum sacerdotibus ad se venire: à quibus cùm inquireret exitum rei, narrauerunt omnia per ordinem, & seipsos Christo credere palàm cœperunt asserere. Tollens autem Galenicus capillos capitis sui & barbam proiecit in faciem Baudi, dicens: Ecce quod tu pro magnâ mihi te facturum iniuriâ minaris, habe capillos meos & barbam & peccata simul; ab hac horâ si non crediderís, euidenti damnabilitate reus eris. Nonne tu meliùs Deos colis, quàm ego colui, aut meliùs defendisti culturam eorum quàm ego, qui die noctuque nihil aliud agebam,nisi hoc quòd sicut vanus & cæcus idolis immolabam? Detecti sunt qui esse videbantur, & non erant, ostensa est falsitas, apparuit veritas, manifestatæ sunt tenebræ, lumen verum infulsit. Benedicamus omnes vnum Deum, & hunc esse omnipotentem vniuersi pariter confiteamur,

cõuertuntur quindecim sacerdotes:

sistuntur Baudo, in cuius faciem Callinicus crines suos coniicit:

Ex MSS. quem deorum noſtrorum victorem probauimus.

47 Cumque hæc à Galenico dicerentur, & à ceteris ſacerdotibus confirmarentur; timens Baudus, ne ſimiliter fatigaretur à Galenico, vt fatigatus fuerat à Thyrſo, iuſſit eum in conſpectu ſacerdotum gladio percuti: quem videntes in ſuo decollatum conſpectu, cœperunt dicere: Vtinam & nos digni habeamur pro hoc nomine glorificari. Quibus ad ſe conuocatis Baudus dixit: Quid opus eſt, vt domos veſtras viduetis, atque habentes vxores & liberos, mortem ſpontaneam appetatis? Qui reſpondentes dixerunt: Nos, vt cum Galenico ſacerdotes fuimus idolorum, ita cum eo Chriſti eſſe teſtes properamus. Tu decerne pœnas, dolores, egeſtates, exilia, incendium, gladium, & qualem poteris excogita interitum; iam nos habere partem cum Galenico definiuimus. Tunc furens Baudus dixit: Ne ceteri ſacerdotes deorum talia faciant, omnes pariter capite plectantur.

plectuntur capite Callinicus

& 11. ſacerdotes.

48 Quibus decollatis iuſſit Thyrſum claudi locello ligneo, & ipſum in *b* canterio leuari. Igitur cùm per tres horas ducerent ſerram, & nec leuem ſemitam facerent, Dei ſubito nutu *c* locellus apertus eſt: in quo exurgens S. Thyrſus ſtetit manibus in cælum protenſis fundens orationem, glorificando Patrem & Filium & Spiritum ſanctum. Et conuerſus ad Baudum dixit: Stulte & incredule loculum licet inuitus mihi præparaſti, in quo ego, vincente Domino meo Ieſu Chriſto, in pace dormiam & requieſcam, qua Dominus iam me dignatus eſt ad ſuam requiem vocare. Et his dictis poſuit ſe in loculo ad ſuam menſuram facto, & in bono agone priùs athleta mundi, ſed tunc verus athleta Chriſti emiſit ſpiritum. Statim Baudus cœpit clamare, & dicere: Angeli Dei torquent me, quia ad finem vſque Dei iuſtum famulum perſecutus ſum.

b Thyrſus in loculo fruſtrà ſecatur:

c loculo aperto Baudo inſultat:

moritur Mileti.

Punitur Baudus.

49 Tunc diuerſis è locis aduenientes Chriſtiani, abſtulerunt ſanctum corpus in loculo, & cum eo in ſpelunca poſuerunt, & S. Galenicum cum reliquis quindecim ſacerdotibus in eodem loco poſuerunt. Geſta autem ſunt hæc in ciuitate, quæ dicitur Miletus, in loco qui appellatur *d* Daphne. Sepulti ſunt omnes à S. Cæſario Epiſcopo & Laodicio Preſbytero. Condita ſunt autem corpora eorum vnguentis & aromatibus à religioſo viro Philippo, à quo & ſepultura, ipſo permittente Baudo, conſtructa eſt. Per triginta autem dies vexabatur Baudus vermibus, & vulneribus & putoribus immenſis, ita vt daret eiulatum & vlulatum continuum per dies & noctes: quâ occaſione omnis penè populus credidit Chriſto.

Sepeliuntur à Chriſtianis Martyres:

d

exſtruitur illis monumentum:

multi conuertuntur.

50 Et mortuo Baudo atque à ſuis incenſo, vt moris erat paganis, ventus ſubitò ingens exortus eſt, ita vt puluis omnis euẽtilatus fuerit, adeò vt nec carbones lignotum, quibus incenſum eius corpus fuerat, remanſerint. Ex quo facto in confeſſione Chriſti tota ciuitas Miletus tam perfectè conuerſa eſt, vt manibus propriis templa deſtruerent, & Dei eccleſias ſuis ſumptibus fabricarent; omnia hæc ſibi proueniſſe S. Thyrſi meritis confitentes. Cuius orationibus & nos omnes, qui hæc legimus & audimus, petamus miſericordiam poſſe cõſequi, quam, ſi non dubitauerimus, conſequi poterimus, Chriſto præſtante, qui regnat in ſecula ſeculorum benedictus. Amen.

Baudi mortui cineres diſſipantur:

Mileſij omnes conuertuntur.

a *Addit MS. Rip.* allatis mamillaribus. *deeſt in Agonibus excuſis.*

b *Agones* plauſtro. c libitina.

d *MS. Rip.* Dapſne. *Hæc melius in prioribus Actis diſtinguuntur.*

ALIA ACTA

ex MSS. Thoſano, & S. Maximini.

CAPVT I.

Martyrium S. Leucij. Conuerſio S. Thyrſi.

1 [a] Empore, quo Chriſti membra hoſtis in terrâ premebat, ſæua fuerat fidelibus orta tempeſtas: iam enim infiniti aggeres Martyrum per totum mundi alueum ſua ſibi defenderant loca; illudque ſolum deſidia preſſerat membrum, quod non illuſtraret memoria Sanctorum. Sed Cumbricius cùm ex præcepto *b* Diualium ſuorum iuſſa portaret, vt aut Chriſtianos ſubiugaret idolis, aut rabido in illos quo poſſet fureret dente; mox vt Nicomediam tetigit ciuitatem, Ioui & Siluano libamina fudit. Inde illum *c* Apamea veloci curſu ſuſcepit, ibique Ioui & Apollini ſacrificia miſit. Putares peſtiferum numquàm poſſe iuſſa effectibus mancipare, niſi tot ſibi muneribus dæmones complacaret. Illicò illum Cæſarea matutinum excepit, ibique octo diebus demoratus eſt ſacrificans, & multas animas interficiens.

a Cumbricius Præfectus Diu ſacrificat,

b

c

Chriſtianos perſequens.

2 Leucius autem quidam ſecundùm legem teſtimonium habens, & omne verendum planta deterens limen, de plano ſic ad Præſidem dixit: Ille mortem habeat in ſuſpecto, optime Præſidum, cuius vita venit in dubium. At qui pro lege ſuâ paternâ paratus eſt vſque ad gladium tradere membra, illud in eo feraliter Iudex exercet, quòd ſine *d* cauſâ punit inſontem. Iſtas nobis futuras ex veſtrâ nece coronas Spiritus ſanctus prophetali ſermone antè prædixit; & ideò quia antè prædicta completa ſunt, reſtat vnum vt gladio vindice tranſeamus ad cælum. Cumbricius dixit: Non te talem ex improuiſo impegiſſe putabam; nec hoc mihi, quos hodie complacaui, promiſerant dij. Sed interim aut ſacrifica illis ſecũdùm Imperialia iuſſa; aut per te Græcia hodie ſumet exemplum. Leucius dixit: Quid cum inſaniâ loqueris Iudex, & ex furiâ verba *e* confringis? iſtis ſermonibus non accommodo ſenſum: quidquid vt rabidus canis impegeris, ſumam libenter Deo fautore. Tu autem contemnens eum, qui te fecit ex nihilo, Deum, & dæmones adorans, ſubſtantiam tibi perditionis acquiris.

S. Leucius eum reprehendit:

d

e

3 Cumbricius dixit: Equuleo eum applicate, & membra eius pœnis ſubiicite. Leucius dixit: Qui regnas in æternum Deus, oſtende huic inſenſato, quia cæcus per tenebras offendit, dum his, qui ſunt irrationabiles, ſacrificat. Cumbricius dixit: Fortiùs eum torquete, vt vanitatem verborum pœna compeſcat; & aliquid dicat ſapore conditum. Leucius dixit: Verba mea ita ſunt ſaporata, vt tuam mentem præcedant inſulſam. Tu autem, vt ſal infatuatum, poſt modicum regno priuatus mitteris foras, vt conculceris ab hominibus.

equuleo torquetur.

4 Idem dixit: Feſſos iam reddidit labor tuus carnifices, Iudex; applica alteros, quia vides iſtos ex defectu vanas per membra trahere manus. Cumbricius furens dat ſententiam, dicens, Leucium, qui magis vltroneum ſe obtulit gladio, dum ſacrificare noluerit diis immortalibus, per quos mundus ipſe, etſi iam feſſus, vtcumque tamen ſuſtentatur, iubeo decollari. Leucius dixit: Deus, gratias ago tibi, quia deuicto in terris diabolo, hodie viderunt oculi mei ſalutare tuum. Illi autem citò eum depoſuerunt, & duxerunt extra ciuitatem ad ſtadium vnũ, & ibi eum decollauerunt. Et cùm Præſes audiſſet iuſſionis ſuæ obtemperantem populum, duobus diebus ibidem in Cæſarienſi ciuitate moratus eſt, ſacrificans falſis Diis.

inſultat Cumbricio:

plectitur capite.

5 Exeunte autem Cumbricio ad portam, quæ dicitur Helleſpontiaca, magnus athleta Thyrſus, & continuò Martyr

S. Thyrſus athleta Cumbricium arguit.

Martyr futurus, tenuit eum, dicens: Aue cariſſime Præſes, & patienter audi, quæ à me tibi dicenda ſunt. Cumbricius dixit: Aue & tu amice Deorum, & totius doctor voluptatis; alacri animo te audiam. Thyrſus dixit: Vnus & verus Deus excelſus præcepit per paginam veteris inſtrumenti, dicens: Dominum Deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies. Si ergo ſibi ſoli iuſſit ſeruiri, quid iſtas vacuas & odibiles dæmonum culturas præcipitis excoli, & à vero, qui Deus eſt, mentes noſtras cupitis retorqueri? Cumbricius dixit: Quid ergo tibi videtur Thyrſe, in vanum currere cæleſtia iuſſa, aut ſeductiones eſſe Deorum inſeruire culturis? Idem dixit: Noli blaſphemare Deos. Thyrſus dixit: Noli blandiendo ſenſum tuum perturbare, ne incidas in mortem. Iſtos autem, quos colis, ſic inutiles dico vt nec malè facere poſſint, nec benè. Cumbricius dixit: In multâ audaciâ videtur proſilire, quæ in te, ô deflende, irruit ætas. Sed dici ſolet: De iugo deſcendit Iudicis reus, dum fronte proteruâ neſcit vereri tribunal. Thyrſus dixit: Sic Iudicis mei vereor tribunal, vt omnes adhorter ad palatium currere Regis æterni, dum præconis fungor officio. Sed nec præſentia me modò valdè terret tua. Illud ſatago multùm, ſi vox mea inueniat aures tuas. Cumbricius dixit: Multiloquium didiciſti, & blaſphemare. Audi autem me, & ſacrifica cùm ſis paganus, & non incipias malè mori. Thyrſus dixit: Ego, Cumbrici, non multum loquor, neque ſacrifico; ſed timeo vnum Deum qui eſt in cælis, qui dixit: Dij qui cælum non fecerunt neque terram, diſpereant à terrâ. Si ergo eos diſperdere iubet creator cæli & terræ, quomodò ergo cùm ſis cæcus alios cogis ad mortem? Ergo ſcias me non multùm loqui, ſed permanere in veritate. Age quod vis; paratus ſum enim pro veritate mori.

Deuter. 6. 13.

a *Hac Acta videntur ex Præſidalibus contexta, aut maximâ ex parte deſcripta.*

b *MS. S Max.* Dominorum.

c *Metaphraſtes paucis hac perſtringit:* Venit ex Nicomediâ per Nicæam ad eam quæ ipſos aluit ciuitatem, quæ dicta eſt Cæſarea, à quodam ex veteribus Cæſaribus. *Verùm Nicomediâ Apameam, hinc Cæſaream profectum eſſe, ſuperiora etiam Acta indicant, & ipſa itinerum ratio, niſi fortè quapiam ex cauſâ ei circumeundum fuerit. Vrbes ſunt Bithyniæ ad Propontidem, quas exhibet Ptolemæus lib. 5. cap. 1. & tabulâ 1. Aſiæ.*

d *MS. Thoſan.* culpâ. e *Mombr.* conſtringis?

CAPVT II.

Varia S. Thyrſi tormenta ſub Præſide Cumbricio.

a Caditur plumbatis:

6 CVmbricius dixit: Plumbatis eum a cædite, & membrorum eius diuaricate iuncturas. Thyrſus dixit: Omnis perfidiæ magiſter, & tenebrarum ducator, non me terrent pœnæ tuæ; temporales enim ſunt: timeo autem Deum, qui æternas dat eis pœnas, qui irritant eum; quas nec tu effugies, nec pater tuus, qui dicitur Sathanas.

crura eius confringi iubentur:

7 Cumbricius dixit: Crura eius confringite, vt vno detentus loco nullum pedibus imperet greſſum. Thyrſus dixit: Inuidioſe & cooperte tenebris, quomodò per imprudentiam tuam non cognoſcis, quia miniſtri tui defecti ſunt & ſine viribus? Cumbricius dixit: Impudoratus athleta vſque in finem pertinax oſtenditur, qui cùm proiectus fuerit foras agonem, ab omnibus exſufflatur; ſic & tu quouſque videas corpus tuum diſſipatum, & à canibus tractum, vt ab omnibus videaris ſuperatus, nullatenùs credis. Thyrſus dixit: Benè inutilis canis, conſuetus mentiri, modò verum dicis. Fortis enim ſum athleta. Habeo ſolum Dominum, qui me armat aduersùm te, & magiſtrum tuum diabolum, vt in defectione te videam & eradicatum te faciat omnipotens.

pollicibus pedum &

8 Cumbricius dixit: Ligentur ei pollices manuum & pedũ loris gracilioribus, vt in pœnis validis oſſa eius e-medullẽtur. Thyrſus dixit: Feſtina nequiſſime, in maioribus pœnis, in quibus tu ipſe torquẽdus eris in igne perpetuo: ego autem confido in nomine Domini, & in agone beatiſſimorum virorum, quoniam cùm conculcatæ fuerint tẽporales pœnæ tuæ, quę à te mihi irrogantur, vincam principem militiæ tuæ Sathanam, cuius ſubſtantiâ amictus cæcus curſu tuo iniuſto offendis.

Ex MSS. *fidibus cõſtrictis ſuſpenditur:*

9 Cumbricius dixit: Afferte vncinos acutos, & b palpebras eius ab oculis deſecate, quò turpata primitus facies ludibrioſum offerat intuentibus viſum; & dum pupilla ſuos oculos tutare quærit nec valet, nudos in aëra ac peruigiles ſine ſomno defigens aſpectus ipſa in ſe oculorum acies euaneſcat. Thyrſus dixit: O malarum artium magiſter, & quidquid diabolus reperit antè, procurans, cùm te mihi putas confuſionem inducere, præclarum me conſtituiſti: quod ignobile erat corporis mei, glorioſum feciſti: tuliſti turpiorem ..... & induxiſti præclaram: quantò enim exterior homo corporis mei corrumpitur, tantò interior renouatur in agnitionem veritatis, vbi Deus eſt in interioribus viſibus. Cumbricius dixit: Per veros deos, quia feſtino in multis manifeſtum te facere; quoniam cùm non ſis Chriſtianus, & fictionibus & magicis artibus multos ſeducas, vis te oſtendere, quia propter Deum pateris. Thyrſus ſubridens dixit: Gaudeo nequiſſime, quia à te teſtimonium infertur mihi, quòd non ſolùm Chriſtianis auxiliator eſt Deus; ſed & eos, qui ex gentibus credunt, probatos ad ſuam ſcientiam oſtendit omnipotens. Tu autem, Cumbrici, verum me conſtitue per pœnas tuas martyrem ad Dominum.

b *palpebræ ei præciduntur:*

10 Cumbricius dixit: c Æneos afferte obeliſcos, quos fortes Capitolini Gigãtes manu pro haſtâ cõſtringunt, & ei lacertos ac brachia minutatim confringite, vt pendulæ ac debiles manus nec faucibus ingerant cibos, nec ſint in corpore pro vili membro, ſed magis impedimento eſſe dignoſcantur. Thyrſus dixit: Putabam, Præſes, quòd aliquid nouum miniſtro ſuo diabolus inſpiraſſet: ſolet quippe multa medicus veſter de occulto armamentario ſuo exquiſita proferre genera tormentorum. Sed aut tu inueniſti iſta, & penitùs nulla ſunt; aut diabolus reperit, & iam victus eſt: de vtroque lætus exulto. Omnes dij gentium dæmonia; Dominus autem cælos fecit. Cumbricius dixit: Sacrifica Diis Thyrſe, & vanitates verborum prudenti ſenſu compeſce. Thyrſus dixit: Surde & mute ſpiritus non audis, quia Dominus dæmones dicat? & quomodò tu iis me cogis his ſacrificare? Cumbricius dixit: Quomodò dicis, quia Dominus eſt, cùm vt homo & viſus & locutus eſt? Thyrſus dixit: Diffidis de Deo, quia locutus eſt vt homo? Cumbricius dixit: Diffido; nec enim fas eſt, vt Dei natura linguæ noſtræ fabulis miſceatur.

c *brachia minutatim ei confringi iubentur:*

Pſal. 95. 5.

11 Thyrſus dixit: Quæ ab Imperatore tuo per te geruntur vera ſunt, an non? reſpondeas volo. Cumbricius dixit: Ita vera ſunt, & niſi iuſſa facta ſequantur, gladius animam petat, & vita mortalis diem claudat extremum. Thyrſus dixit: Si ergo de homine coæquali tibi, ea quæ iubentur tibi, vera eſſe dicis, quæ hodie ædificantur, & cras deſtruuntur; quomodò quæ à Deo dicta ſunt verba æterna, & opus permanens per hominem Deum, dicis eſſe mendacia? An fortè quia dimittit vt corrigat, vltor Auguſtus melior iudicatur quàm tolerans Deus? Cumbricius dixit: Similem iudicaſti Auguſtum Imperatorem, qui habet poteſtatem omnium, totiuſque mundi limites tenet, illi qui ſub prætextu Deitatis locutus eſt mendacium? Thyrſus dixit: Auguſtus iſte quibus dominatur, ſcire deſidero, quamuis videns cæcum interrogem. Cumbricius dixit: His quæ ſub cælo ſunt dominatur. Thyrſus dixit: Imperet mari, vt ſuas metas excedat, & rediens iterum ſui portus cuſtodiat locum. Cumbricius dixit: Non de marinis fluctibus agitur tecum. Thyrſus dixit: Certè vel naturam terræ prohibeat temporibus certis aureos per campos ſpargere flores. Cumbricius dixit: Iterum repetens eadem dicis; ſed dixi tibi quia omnibus hominibus dominatur. Thyrſus dixit:

oſtendit Imperatorem non eſſe Dominum omnium rerum.

ex MSS. dixit: Interim victa est vanitas tua quæ dixit, quia omnibus quæ sub cælo sunt dominatur: & quamuis hominibus imperet, absit vt Sanctos sub vestrâ teneat ditione, ingerens illis idolorum culturam, vt eos compellat dæmones adorare; cùm Dominus præcipiat, dicens: Sacrificans diis eradicabitur, nisi Domino soli. Cumbricius dixit: Sacrifica diis, & imperio subiace augustali, si non vis malè & sceleratè mori. Thyrsus dixit: Habeo Regem Deum, (& non dæmones deos) qui & Reges creat, & dæmones eradicat.

a *al.* contundite. *al.* fundite.

b *Metaph.* cilia & oculos iubet ferro confodi.

c *Idem*: Iubet glandibus æneis eius verberatas maxillas, vnà cum dentibus excuti Martyri. *at de brachiis confractis, non meminit, perinde vt nec alij de maxillis & dentibus.*

CAPVT III.

Ille sus manet in variis tormentis.

12 CVmbricius dixit: Multa loquens, in insaniam incidisti; vnum restat vt pœnis *a* confusus pro documento sis ceteris, qui de hac lege impiâ sceleratè sibi blandiuntur. Thyrsus dixit: Erras Præses, & nescis, non ludibriosus apud Christianos ero, sed superans tuæ artis patronum, *b* pœnas pro Christo Domino meo portabo. Cumbricius dixit: Nolo credas, Thyrse, quia per insaniam sermonum tuorum caput tibi semel abscidam; sed partibus te exterminabo, ne credas te Cumbricium superasse. Thyrsus dixit: Miser, time Deum qui in cælis est, & licet me honorificare debueras per ampliores pœnas & arctiores, quas mihi intulisti; tamen & nunc quidquid inimicus imperat, agere festina; quia gloria mihi est permanere in confessione Dei vt vitam hæreditem æternam. Cumbricius dixit: Æneum cacabum afferte, & plumbum in eo sub ingenti igne collocate, vt aquæ similis *c* in liquore putetur; Thyrsum autem per quatuor neruos extensum super ferreum sternite lectum, catenis per membra ligatum; torrensque ab igne rapite vas & super dorsum eius perfundite, vt & ipse cum metallo liquefactus, nullum in eo vel quid aspiciatur remaneat membrorum. Thyrsus dixit: Hæ sunt pœnæ tantæ, quæ sub ingenti irâ à te excogitatæ putabantur; & in istis iuuat me Christus: hoc enim supplicium, quod mihi minaris, euisceratis carnificum membris frigidius aquâ reperiam; quia diligentibus Deum omnia procedunt in bonum. Carnifices autem Thyrso dicebant: Miser vides, quæ tibi præparantur tormenta? recede à stultitiâ, & sacrifica Diis. Thyrsus dixit: O omnium malarum artium & cœnosa vasa ministrorum, non persuadebitis mihi, neque vos neque pater vester, qui dicitur Sathanas, qui vos missurus est in ignem gehennæ; quia sic insanitis in seruum Dei.

a

b

c *Iubetur plumbo liquefacto perfundi:*

13 Cumbricius dixit: Insanit multùm, vas, quod paratum est, Thyrsus per membra suscipiat. Thyrsus autem suspiciens in cælum dixit: Deus cæli, cui adstat chorus Angelorum, qui exilio dedisti per tuam claritatem perditionis Principem; noli derelinquere animam confitentem tibi, vt dominetur ei nequissimus Præses, quem confudisti in desiderio suo. Te inuoco *d* illuminatorem vitæ meæ, libera me ab insaniâ pestilentiosi huius, & dispergе pœnam mihi paratam in aduersarios meos; vt videant gentes gloriam tuam & cognoscant quoniam nomen tibi est Deus. Sic ait: & ministros debita subsecuta est vltio; namque vt vas supra membra Martyris extensa fuderunt, ebulliens per aëra metallum scintillis petentibus cælum ministros qui propè adstabant ita conflauit, vt liquescentibus membris antè vitâ carerent, quàm pœna eorum membra *e* depasceret. Omnes autem, qui circumstabant, voce magnâ dixerunt: Magnus est Deus Christianorum. Thyrsus autem attonitus ad voces populi, quasi à somno euigilans, Vbi est, inquit, Cumbrici, pœna quam mihi tu promittebas! Iam illam in somnio vidi; certiùs perpeti volo. Et cùm aduertisset beatissimus Martyr eam & sibi illætam & ministros igne conflatos, sic ait: Repletum est gaudio os meum, & lingua mea exultatione. Et iterum dixit; Verùm dic, Cumbrici, adhuc sine sensu es, & non intelligis quia regnat in cælo Deus, qui in conspectu vestro hodie fecit mirabilia? Sed quomodò implebuntur eloquia Prophetarum? Iustus ex insidiis eripitur semper; pro illo autem traditi sunt impij. Psal. 125. 2. Prouerb. 10. 3.

d *ipso illaso, satellites occidun-tur.*

e

14 Cumbricius dixit: Putas Thyrse, quia per artem magicam poteris prœualere, vt vincas nos, aut Asclepium? Thyrsus dixit: Iniuriam ei facis dicendo Deum, dum nominas Asclepium. Cumbricius dixit: Videris tibi sub deliramento *f* garrire. Per salutem Deorum, quia per te propitiabuntur mundo, dum sanguinem tuum sibi viderint immolari. Thyrsus dixit: Sic pro Christo effundetur hodie sanguis meus, maledicte, propter regnum cælorum; quomodò priùs pro nobis ipsius sanguis effusus est, in remissionem peccatorum. Te autem & Asclepium, quem dicis, æternus suscipiet ignis; sed & omnes qui vobis consentiunt. Cumbricius dixit: *g* Afferte gladium, & per membra eius ventrem secate; non tamen letales simul inducite plagas; sed in frusta membra eius concidite, vt & terra putridas eius suscipiat carnes, & non auferatur citiùs è viuis. Thyrsus dixit: In hoc certo pro Christo, & confidens in Domino agonizor, vt corpus meum, quod malè peccauit, diuersa accipiat tormenta. Sed tu Domine Deus meus respice me, & aufer à me, vel magis exue me ab hoc corruptibili corpore, & ab æternis pœnis; & sapientem me fac ad manifestandam gloriam tuam, & ostende mihi filium tuum Dominum meum, propter quem hæc patior, vt in illâ die securus dicam: Sicut audiuimus, ita vidimus in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. Hæc Thyrso orante cælum resplenduit inenarrabili luce; & vox increpuit de nube: Confide Thyrse. Ego sum, propter quem pateris: nolo deficias: esto fortis athleta; auxiliatus sum, & auxiliabor tibi. Tunc immutatus est subitò beatissimi vultus Thyrsi. Cumbricius dixit: Audio, Thyrse, Deos loquentes tecum. Vnum restat, sacrifica illis, vt euadas tormenta tibi parata. Thyrsus dixit: Numquàm tibi benè sit, nec illis, per quos mundus illuditur, vt ipsi tales habeant voces. Deus autem & Dominus noster de tubâ verbi sui armat semper in certamine suos athletas.

f

Iubetur in partes concidi:

g

cœlesti voce confirmatur:

15 Repentè terræ motus factus est magnus & locus motus est, in quo Iudex sedebat. Cumbricius dixit: Prœualuerunt artes magicæ Thyrsi; sed donec resideat cælum à fragore, recipiatur æneis vinculis in custodiam; & sit armata militum manus obsidens fores carceris; proximâ autem sessione offeratur mihi in *b* Nicomediam ciuitatem. Recipitur in carcerem sub diligenti custodiâ, peruenerat autem dies in vesperum.

facto terræmotu, coniicitur in carcerem.

b

a *MSS.* confossus. b *Ita Momb. at MSS.* coronam.

c *Mombr.* in liquido reputetur.

d *MS. S. Max.* liberatorem. e *Mombr.* desecaret. f *MS. S. Max.* gannire.

g *Metaphrastes solùm generaliter ait*: acerbioribus eum affecit suppliciis.

h *Acta superiora & Metaphrastes iter hoc Nicomediense omittunt; & qua ibi contigêre, Cæsarea gesta narrant.*

CAPVT IV.

Baptismus S. Thyrsi. Statua Apollinis deiecta.

16 IN alio autem loco carceris, haud procul erat beatissimus Papa *a* Phileas. Siluanus prætereà quidam Comes ex Perside, ciuis pestilentiosus in moribus, petiuit ab Imperatore vniuersam terram sub ditione tenere. Hoc autem diabolus ministrauit, vt posset, qui supererant in mundo, perdere Christianos. Illicò præstitit quod rogabatur Imperator, & Siluanum constituit Præfectum. Siluanus itaque acceptâ potestate vt interimeret Christianos,

a

Præficitur prouinciæ Siluanus Persa:

nos, circuibat rugiens quasi leo in eremo, aut sicuti draco sibilans in occulto, pietatis cupiens perdere sectatores. Sed nec Thyrsum imparem inuenit, qui conculcaret leonem & draconem. Siluanus interea cateruatim confodiens aggeres Martyrum, ingressus est *b* Nicomediam ciuitatem, & ex officio dictum est, esse illic *c* relictum à Cumbricio Thyrsum quemdam, qui pro fide nescio cuius Crucifixi paratus esset occidi. Siluanus dixit: Vt moris est, primùm propitios nobis faciamus Deos immortales. Confestim igitur sacrificauit Siluano & Apollini, dæmonibus sibi similibus.

b *c* *in Nicomediæ idolis sacrificat.*

17 Vnum autem Martyri restabat, vt ex aquâ renasceretur & Spiritu sancto. Thyrsus autem in alium diem dilatus est audiendus. erat autem in carcere inclusus laudans & benedicens Deum. Mediâ autem nocte, cùm iam custodes quieti membra dedissent, & diu vigiliis *d* confractos in soporem oculos premeret somnus; dum non dormiret neque dormitaret, qui custodit Israël; multitudo irruens Angelorum aperuit ostia carceris, & lumen refulsit in habitaculo, & onera catenarum à Thyrso soluta sunt. Et exiens de carcere, ductoribus Angelis, venit in illum locum vbi Episcopus erat inclusus: & pulsans ad ostium, Episcopum sic inclamabat: Alienus sum ab omni arte inimici; baptismum Christi cupio consequi, vt conditus trinâ confessione martyrium, quod cœpi, valeam explicare. Turbatus Episcopus, nec suam cogitans fugam, præcipiti gradu digitis per tenebras præcedentibus gressum, aperuit ostium: sed nec Thyrsum beatum lux pedissequa deseruit. Thyrsus ad Episcopum sic ait: In huius seculi stadio, ô Venerabilis Papa, fortiùs curro, sed palmã adhuc *e* in manu agonistæ dereliqui. Notam fac mihi viam per quam ambulem, vt videam metam vitæ, ad quam festino venire; ne alius præcedat, & mihi de manu auferat palmam. Hoc autem tantùm est, vt per te baptismum consequar, & ad certaminis arenam illicò reuertar. Phileas Episcopus Thyrso Martyri dixit: Deus noster creator & custos & auxiliator omnipotens, Christus, qui rationabili virtute omnia constituit, & cum Deitate Patris omnia perfecit; ipse illuminet animi tui intellectum, & perficiat certaminis gressum; vt fias vtile vas sanctificationis cruore repletum ad omne opus bonum paratum, vt susципiens per has visibiles manus baptismum sanctificationis, per hoc visibile corpus operetur in te per inuisibile verbum, quod placet in oculis eius, vt in illo die in gremio Abrahæ nostri inter cateruas Martyrum merear te videre. Thyrsus ad ista respondit, Amen. Et tinctus ab Episcopo, Regi seculorum gratias egit.

d *Thyrsus ab Angelis deducitur ad Phileam Episcopũ.* *e* *ab eo baptizatur:*

18 His ergo expletis, beatissimus Martyr exiens à suo Patre spirituali, comitantibus Angelis, redditus est carceri, à lauacro fontis ad cruorem passionis, immolandus Christo in baptismo secundo, gloriam referebat Deo. Tremor subitò possedit custodes, & quem non viderant exeuntem sensêre regressum. Arma mouent, & gladiis micantibus carcerem petunt; sed mox, vt integrum quem infixerunt reperierunt sigillum, gladios condunt vaginis, & ad Martyris canoram, quam psalmi reddiderant, vocem sopor, qui erat timore fugatus, membrorum continuò possedit artus.

redit ad carcerem: *territis custodibus:*

19 Redditur terris dies: Siluanus Comes simul cum Cumbricio ad forum processit: conscenderunt paratum sedile. Siluanus dixit: Qui hesterno die ab officio designatus est, nostris aspectibus præsentetur. Ex officio dictum est: Adstat. Siluanus dixit: Quis vocaris? Respondit: Thyrsus. Siluanus dixit: Cuius religionis es? Thyrsus dixit: Christianus sum, sicut & Præses, qui tibi assidet, Cumbricius non ignorat. Siluanus dixit: Desperate & omnis serenitatis Deorum inimice, quare non sacrificas diis, per quos omnia facta sunt? Thyrsus dixit: Quibus diis, clarissime Siluane? Siluanus dixit: Siluano & Apollini. Thyrsus dixit: Te Siluanum hominem video, non Deum. Apollinem autem, quem dicis penitùs nescio. Siluanus Officio dixit: Ceruices frangite illi, vt nos non irrideat. Illicò ministri diaboli dicta factis exequuntur. Thyrsus dixit: Patienter me audi; & dicam tibi veritatem. Siluanus dixit: Si pro salute tuâ, dic. Thyrsus dixit: Ante istud paucissimum tempus eram & ipse paganus dæmones adorans, sicut nunc facitis vos. Ibam cæcus per tenebras seculi, & vox delectabat popularis quæ erranti dicebat: Euge, Euge. Sed vbi hæc vana peruidi esse, *f* odiosas à me hominum laudes abieci, voluens prudenti consilio mecum, non esse verum sacrificare dæmonibus. Sculptilia enim sunt ex metallo fabrefacta; quæ artifex cùm ei placuerit fingit; & si displicuerint, frangit. Siluanus dixit: Ista superflua sunt & vana; audi autem me. Ingredere & sacrifica diis. Thyrsus dixit: Deo adiuuante me, & non dæmone, faciam modò, quod ipse videbis.

sistitur Siluano & Cumbricio. *videt deos:* Ex Msſ. *f*

20 Ingressus templum Apollinis cum Siluano Comite, & omnibus cum eo comitantibus, sic ait: Videte nunc adstantes auxilium veri Dei; & sacrificium, quod ego sacrifico Regi cælorum. Et intuens cælum oculis, dixit: Tu omnipotens refugium meum, tu gloria mea, Ingenite, ne deseras me, quia tu illuminasti tenebrosa mea, & per memorabilem viam salutaris tui Christi, reuelasti mihi immaculatum & verum Deum, qui est & permanet in seculum. Te deprecor lumen veritatis, propter quem patimur vt sanemur. Veni mihi in adiutorium, vt cognoscant hi, quoniam tu es Deus omnipotens; si tamen velint, vt conuertas eorum cor iterum. Et his dictis, terra dissiliens repentè aperta est, tristemque locum solum abscedens reliquit *g*; ceciditque Apollo de liminari suo & comminutus est, sicut arena. Tremor tenuit præsentes; & tristem visum in sculptile confractum oculi defigebant. Muta denique lingua siccis hæserat faucibus, & membrum præ grandi pauore vix sua tenebat compago. Thyrsus beatus, sic attonitis dixit: Videte vestrum mendax, & nominatum idolum; & colligentes ossa testarum eius, cognoscite, quoniam nihil sunt vanæ vestræ insaniæ.

Oratione deiicit & comminuit Apollinis statuam. *g*

a *Mombr.* Sileas. *Metaphrastes hunc Cæsariensium Ecclesiæ Episcopum scribit fuisse. Nec ipse, neque superiora Acta, carceri inclusum fuisse Phileam tradunt, sed persecutionis metu delituisse.*
b *Metaph. Niceam. sed & plura confundit loca.*
c *Mombr.* religatum. d *Idem* fessos.
e *MS. S. Max.* immanis agonis. f *al.* otiosas.
g *Metaphr.* Cum sonitu repentè erupisset, in terram cecidit statua Apollinis.

CAPVT V.

Varia tormenta à Siluano Martyri inflicta.

21 Siluanus dixit: Ferreas catenas afferte; non quas impostura præcedens artificum fabrefecit, sed qualibus in publicis mœnibus æneæ *a* constrictæ sunt trabes. His per quatuor neruos membrorum extensis, carnes eius partibus minutatim & ab inuicem conscindantur. Thyrsus dixit: Verùm & in hoc victus recedes inimice. Vltra manus artificum fortiores diabolus præparat ligaturas. Arctantur delicatæ manus, & molles digiti pedum *b* in ansulis catenarum: sed Dei non defuit gratia. Nam cùm esset quatuor neruis extensus, talem Domino psalmum dicebat: Dirupisti vincula mea; tibi sacrificabo hostiam laudis. Necdum verba compleuit, & diruptæ sunt ab eo catenæ, tamquàm stipula, si odorauerit ignem. Exultat gaudio continuo Martyr, & riuulis faciem onerat lacrymarum: chartam conscriptam Deo puram ingerit conscientiam, de gemitu & lacrymis conficit atramentum, & oculis petentibus cælum, tales hilaris personat laudes: *c* Muscipulæ contritæ sunt, & nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram. Fulget præterea inter agmina togatorum in medio carcere beatissimus Martyr; & indutus candidâ veste laudes cum Thyrso chorus resonat Angelorum: Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.

a *arctè constrictus, virtute diuinâ soluitur.* *b* Psal. 115. 16. *c* Psal. 123. 7. *in carcere ab Angelo inuisitur.* Ps. 47. 10.

22 Silua-

Ex Mss. 22 Siluanus dixit: Applicetur maleficus Thyrſus. Rapitur de carcere, plantis vix tangentibus terrã. Ex officio dictum eſt: Adſtat Thyrſus. Siluanus dixit: Furcifer puniende, parum eſt hoc tibi quia contemnis tribunal noſtrum; & Deos noſtros audes arte maleficâ minutatim confringere? Thyrſus dixit: Erras Iudex, & neſcis; nullus Deus confringitur ab homine. Si autem vis veritatem audire, & ego anteriori tempore mollibus & caducis fueram deliciis præpeditus; ſed qui nullam vult mortem animæ Deus, cùm iacerem in profundo cœnoſo, tamquàm in ſepulchro mortifero, placuit Deo altiſſimo aliquando dicere mihi: Thyrſe veni foras, ne verearis, etſi fœteas cùm ſis paganus. Continuò excuſſi à me caliginem, & reſpexi me, qui antè cæcus eram, lapides & ligna adorans, & ſic Domino dixi: Confundantur omnes qui adorant ſcuptilia, & qui gloriantur in ſimulacris ſuis. Siluanus dixit: Capacem groſſum afferte, & aquâ eum cõplete: Thyrſum autem à capite deorſum in eodem arctate, & reliqua, quæ ſunt ſuper, membra conſcindite flagris, vt & viſcerum interna, quouſque valent, ſuſtineant pœnam & dolorem, ſine voce animam ſub aquis pellat è corpore. Conſtipatur Martyris caput, & ceruicetenus ſub aquis arctatur; ac reliquum, quod pœnis membrum patebat, fuſtibus dedolatis ſecatur. Mox liberam Martyr ſub aquis de vaſe reddidit vocem: O turbulente & ſuper omne lutum cœnoſe, porcorum ſequens ruinam, in pleno ſequeris ſententias Sathanæ; qui enim ſimiles tibi ſunt dæmones porcorum grege poſſeſſi, & in abyſſum curſu præcipites veloci antè profundum viderunt, quàm vitam amitterent. Vt autem animi tui virtutem oſtendam, ... Thyrſus clarâ voce dicebat: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam .... Thyrſus dixit: Vſquequò viuo, numquàm à te vincor inimice. Fortis factus per Dominum, à quo ſemel lotus opus non habui vaſe peluis intingui. Siluanus dixit: Teipſum crucias miſer per magicas artes vt deficias in pœnis. Crede mihi, ſacrifica diis: non effugies manus meas. Thyrſus dixit: Manus quidem tuas effugiam vel mortuus, tu autem manum Dei nec viuus nec mortuus effugere poteris.

capite aquis immerſo flagellatur:

loquitur ex aquâ.

23 Siluanus dixit: In collo eius onera congerite catenarum; & recipiatur in carcerem cum diligenti cuſtodiâ: à me autem ei alia, in quantum tempus miniſtrat, parabitur pœna. Illicò nouam aduersùs Martyrem diabolus reperit artem. Siluanus dixit: [d] In modum muri ſub quadro angulari conſtruite turrem, cuius caput in ſublime porrectum petat altiùs cælum; huius in ædificio turris infixi manu fabrili emineant dextrâ læuâque acuti per omnia gladij; ad turris autem ipſius pedem omne genus ferramentorum dumtaxat acutum terra ſuſcipiat: Thyrſum autem manibus poſt tergum poſitis de faſtigio mittite muri, vt quamlibet membrorum eius partem telorum arma tetigerint, in fruſta [e] diſcindar; vt auibus, ſinguli quod abſtulerint gladij, offerant paſtus. Renuntiat architectus paratum eſſe quod iuſſum eſt. Poſt quartam diem ſub aurorâ crepuſculi Siluanus ad campum proceſſit, ſeptus agmine militari, ſequente Thyrſo catenis onuſto. Mox placuit miniſtro Sathanæ, quod diabolus fabrefecit. Siluanus Thyrſo dixit: Vides quæ tibi parata ſunt mala? Accede, & ſacrifica, ne poſtmodùm te pœniteat. Thyrſus continuò eleuans vocem, Aſcendit, inquit, Dominus ſuper Cherubim, & volauit ſuper pennas ventorum. Et cùm hæc dixiſſet, raptus eſt ab Angelis ex oculis intuentium, & poſitus eſt ſuper faſtigium muri, laudans Dominum, & ſuper enſes deambulans quaſi ſuper marmora, clarâ voce canebat: In Domino confido; quomodò dicitis animæ meæ, Tranſmigra in monte ſicut paſſer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetrâ, vt ſagittent in obſcuro rectum corde. Audiens hæc Siluanus, & videns, quamuis cæcus, mirabilia Dei, ſic Cumbricio dixit: Omnes iam in Thyrſo expreſſimus pœnas; vt apparet, nobis victis ipſe victor abſcedit. Cumbricius dixit: Interim ne victorem ſe ſentiat Thyrſus, magicis deputa quod factum eſt artibus. Thyrſo reuelata ſunt carnificum verba repentè; qui ſic ait: Sentio verum eſſe, Deus meus, quod ſermo increbuit diuinus: Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. Pſal. 26. v. 12.

d

e iuſſus deiici in gladios acutos,

ponitur ab Angelis illaſus ſuper paratam machinã.

verba Iudicum dl. uinitus intelligit:

24 Siluanus dixit: Deponatur Thyrſus de muro. Vitalius vnus ex officio dixit: Si iubet caritas veſtia, ego eum de turre deponam. Siluanus dixit: Tu videris. Fac quod placet. Vitalius ſcalam conſcendere cœpit; quæ culmen vſque tetigerat turris. Ex mox manu prætentâ, vt ſancti viri veſtimenta teneret, Thyrſus cunctis audientibus dixit: Conuertantur peccatores in infernum, & maximè gentiles, qui obliuiſcuntur Deum. Necdum Martyr verba compleuerat, & pœna mox ſuos vltores quærebat. Vitalius namque retrorſum cadens de muro, dum ſinguli ſibi prominentes gladij cadentis vindicant membra, nihil quod terra ſuſciperet potuit inueniri. Corruit Iudex, ſimulque omnes qui propè adſtabant, defixa crudeliter venabulis membra, horridis aſpectibus ingerebant. Thyrſo canente: Muſcipulam parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam. Foderunt antem faciem meam foueam; & ipſi inciderunt in eam. Illicò Angeli Martyrem depoſuerunt, qui eum leuauerunt in murum, nec enim poterat manibus impuris deſcendere, qui per ſanctas aſcenderat.

Vitalio in gladios delapſo,

deponitur ab Angelis.

25 Siluanus dixit: Non ceſſas ſeductionibus tuis obnubilans maleficia tua? Thyrſus dixit: Procacitas nefanda, miror quòd intantùm duraueris frontem, vt non erubeſcas, quia Deus meus Angelis ſuis mandauit de me, vt tollerent me in manibus ne offenderem inter gladios pedes meos. Ego erubeſco, Siluane, quia tibi non imperat Aſclepius confuſionem. Siluanus dixit: Per deos, quia me non vinces maledicte. Et adiecit: Recipiatur in carcerem membris omnibus oneratus catenis; quamuis, ô feriendi & deteſtabiles ex officio qui mihi paretis, & vos non diſſimiles ſuſtinebitis pœnas; qui ſub prætextu beneficij medicos & incantatores ad eum permittitis introire, vt eius vulnerum cicatrices excipiant, vt ſe iactet Thyrſus quòd ei cæleſtis medicus ingerat ſanitatem. Officium ſuggeſſit: Per magnificentiam tuam, quia nullus eum vidit, ſed nec aliquis curauit; proba ſi verum eſt, poteſtatem habes, membra portamus.

carceri includitur.

a *MSS.* confractæ. b *Mombr.* morſibus.
c *Hinc incipiunt priora Acta ex MS. Velſeri.*
d *Acta ex MS. Velſeri:* ſupra ſummum muri ambulans. *Acta ſecunda:* Supra murum. *Metaphraſtes hanc machinam omiſit.*
e *MS. S. Maxim.* comminuat.

CAPVT VI.

Interitus Siluani & Combricij.

26 INterrogatio ſecunda facta eſt pergentibus ad Apamiam ciuitatem, poſt primam Nicomediæ ciuitatis audientiam. Vix vnum tetigerat Siluanus à ciuitate vel duo millia paſſuum, idem dixit: Applicetur Thyrſus. Ex officio dictum eſt: Adſtat. Siluanus & Combricius dixerunt: Cogitaſti apud te, vt ſacrifices diis; aut perſeueras mori paratus? Crede nobis: expedit vt facias. Honor ſequetur, ſi immolatio præceſſerit. Thyrſus dixit: Per Chriſtum qui ſufferentiam tribuit mihi, vt tanta patiar propter nomen ipſius, quia non ſacrifico. Honorem veſtrum vobis ſeruate, quem vultis mihi dare, & [a] gehennæ præſtate. Vnum autem dico vobis, quod probabit effectus. Eris hac horâ, Siluane, membris omnibus diſſolutus, & fœtidæ iacebunt carnes tuæ per triduum: quartâ autem die, cùm Apamiam ingredi cœperis, diſſoluetur à compagibus corpus tuum, & vermibus ſcatens effluescet anima tua. Sed & Cumbricium debita ſequetur vltio, qui magna & ampliora mirabilia vidit, & nec ſic credidit. Eius autem pœnæ hoc erit ſignum: Subitanea eum febris comprehendet, conflans eum vt in igne

In itinere Apamienſi iterum quæſtioni applicatur:

a

prædicit interitum Siluani & Combricij:

in igne liquefactus putetur. Et ſic vos deſerẽte vitâ, mortis ſupplicia tenebunt. Siluanus duxit: Ducatur Thyrſus, & quod nobis ipſe imminere promittit, in ſe ſentiat à nobis explendum.

morbo corripiuntur.

27 Moxque quaſi ſextum tetigerant Apamiam miliarium, diſſolutio geniculorum comprehendit Siluanum: ſed nec Combricius à debito ſibi extraneus fuit ſupplicio, ſed coquente oſſa eius & artus intolerabili febri grauiter ſoluebatur. Viator interea nomine, qui Comitibus aſſidebat, ſic feſſis Iudicibus ait: O Principes noſtri, vt videtis præſens eſt pœna; præſtet Apollo medicinam. Credet illicò Thyrſus, ſi Cumbricium ſanauerit magnus Aſclepius. Quid, rogo, moratur Deus, qui ſic colitur? Aut *b* maledictum perimat Thyrſum, aut Cumbricium curet Siluanus. Hæc ille pro ſuo riſu iactabat. Impendens autem vltio diuina grauiter Iudices cruciabat: Feſtinat mulio occurſu veloci ſub ingentibus flagris præcipites vrgere mulas. Mox vt portas ciuitatis ingreſſi ſunt, confractis vndique membris de curru deſcendere non valuerunt. Occurrit totius ciuitatis candidata vndique toga: Iudices, quos internus dolor vrebat, lætum ſibi ſimulant populo vultum: proruunt cateruatim agmina populorum, cum palmis & facibus: tremit vicus ingenti clamore, & alta ſtupent mœnia vocibus iactatis in cælum. Obcelabat autem gemitus Iudicum fragor populorum.

b Viatore Aſſeſſore eos & deos irridente,

magnificè excipiuntur ab Apamienſibus.

28 Ingreſſi ſunt ex more velata Prætoria, quos iam pœna ſuſtinebat parata. Mox vt corpora Iudicum ſuſcepêre laqueata tecta, Siluanus repentè per membra diuiſus eſt, cateruatimque proruunt è corpore agmina vermium, & pretioſa obruêre lithoſtrota. Cumbricium autem, quem ingens tenebat locus Prætorij; & ob quietis cauſſam palatij fores obſeratas obſederat armatura; æſtimantibus cunctis quieti illum membra dediſſe, vocem ſubitò miles pubes de inteſtino audit prætorij concrepare: Vt quid vos, ô noſtri commilitones, deſertum dimittitis Ducem? Quid vobis ipſe, cùm regnum vigeret, non præſtitit? *c* An delubra aſcenditis? quid mortem videtis impendere nobis? Ignoras, ô delectabilis miles, quòd materia pauoris ſit raritas in his ſpatioſis? Relinquitis Iudices ſolos, quos præter accedentes morbos ſimul ipſa ſilentia terrent? Quid ergo Siluanus agit ad me, cùm & ipſe ſimiles perpetitur pœnas? Cur nos aut medicina non ſequitur, aut ſepultura negatur? Hæc ſinguli rogabant cum ingenti vlulatu. Putares ambos vno agi dolore pœnarum, cùm diuerſis quaterentur tormentis. Quarta iam illuxerat dies, quòd ſemineces pœna tenebat: duodecim ab illis ferales tranſactæ ſunt horæ; & tempus iam diem cogebat in veſperum: tenebris ſubitò auferentibus viſum, inferis amborum animæ ſpiritum tradiderunt.

c horrendè eiulant præ dolore & metu ſpectrorum:

moriuntur.

condiuntur vnguentis corpora:

29 Condiunt ex more membra miniſtri, celabant ex parte fœtores corporũ odoramenta vnguentorum. Traduntur humo magnâ medij comitante cateruâ. Subitò locus ipſe ſepulcri, igne è terrâ ſcatente, ſulphuratos in cælum pulueres iactat, & cum ingenti fragore mox corpora ſibi tradita reuomit. Totus per circuitum locus ſcintillis per aëra vibrantibus ſulphurabat; & quid miniſtri agerent ignorabant: quaquauersùs humare corpora vellent, ſimilis pœna patebat. Quem ſaluum ab incendio putauerant locum, mox vt foſſorum tetigerat manus, ignibus crepitabat.

terra ea reiicit ſæpius, flammasq; eructat.

30 Inuenitur mortuis ſalubre remedium. Thyrſus venire rogatur, & quidquid fortè iniuriarum in corpore ſuſceperat, petitur indulgere. Rogant Martyrem agmina ciuitatis, & veſtem Beati onerant fontibus lacrymarũ: Ne quæſumus ignaros abſorbeat terra, vel natos proſpice noſtros. Cur rogamus neſcios ſubſequitur pœna, cùm Iudicibus maneat vltio diuina? Per Chriſtum oramus te, quem colis, vt cælum ſedetur ab ingenti fragore: & quoquo modo nobis illæſis, corpora Regũ terra ſuſcipiat. Thyrſus Deo oblatione libatâ, ſibi popoſcit dari bidentem, concauis duabus ex numero foſſis, manibus humat corpora damnatorum, & in hoc illis beneficia profuêre diuina, vti haberent ex more ſepulcrum, quos terra ſuſcipere recuſabat. His peractis Martyrem qui reddiderat carcer recepit. Ex MSS.

S. Thyrſus rogatus ea ſepelit.

a *MS. Thoſan.* gehennas.
b *MS. S. Maxim.* maleficum.
c *al.* an de lucro aſcendit?

CAPVT VII.

Sub Præſide Baudo in mare proiectus, liberatur.

Baudus Siluano & Combricio ſuccedit:

31 Poſt circulum dierum menſis vnius Cumbricio & Siluano ſucceſſor venit, nomine Baudus. Mox debitum Officium præſtat obſequium. Plaudunt manu corpora ciuitatis, & linteis niueis, quos flexa librauerat dextera, obnubilant ſubitò cælum. Mox vt ingreſſus eſt Prætorium, ſuggeſſit Officium: Eſt vir quidam derelictus à prædeceſſoribus veſtri culminis, nomine Thyrſus; hunc hodie carceres tenent. Quid de eo præceperit veſtra clementia, ſpiculator obſeruat. Baudus dixit: Quod primũ eſt, ſacrificemus ex more diis immortalibus. Mox, vt Capitolium ingreſſus eſt, dæmonibus thura iactabat. Reuerſum ad Prætorium thermæ ſuſcipiunt, & regales de more paratus.

diis ſacrificat.

32 Aliâ die ſedens pro tribunali Baudus, dixit: Offeratur ditioni meæ, de quo ſuggeſſit Officium. Dictum eſt: Adſtat. Baudus dixit. Qui vocaris? reſpondit: Thyrſus vocor: ſed ex quo milito Chriſto Regi, Chriſtianus appellor. Baudus dixit: Audi me. Vſque ad iſtam horam ſufficiant primitus à te maleficiorum oppoſita figmenta; ſufficiant irriſiones, per quas tot, vt dicitur, Iudices pertranſiſti. Audi me, & ſacrifica diis, quos & ipſi Principes colunt, & magnum tibi de compendio afferes lucrum. Sin aliàs vitam tibi nullatenùs ſperes. Thyrſus dixit: Inſtructam reddiderunt, vt coniicio, præſtantiam tuam, Iudex, tot tibi qui relicti ſunt de nomine meo faſces; ſed ſpiritus meus viuus eſt præſens. Nihil aliud dico, quàm prædeceſſoribus tuis dixi: Chriſtianus ſum, & pro nomine Chriſti vſque ad gladium paratus ſum peruenire. Baudus dixit: Tu es qui Apollinem Deum in ſuâ ſede libratum auſus es comminuere, & de Aſclepio odioſa verba iactare? Thyrſus dixit: Nullum Deum, ſi Deus eſt, comminui: nec enim fas eſt, vt ab homine Deus frangatur. Aſclepium autem non Deum, ſed dæmonem, & maledixi & maledico. Non autem ipſum ſolum, ſed & qui confidunt in eum.

Thyrſus ad ſiſtitur.

deos videt:

33 Baudus dixit: Vanitas verborum tuorum non me perturbat, nec trabalis iſta, de quâ multùm præſumis, iuuentus. totum quod in homine fortius eſt, fortioribus indiget pœnis; &, vt ipſe iam expertus es, antè membra quàm pœnæ deficient. Thyrſus dixit: Abſit à te maledicte, vt totum quod in homine fortius eſt poſſit à te dilaniari; corpus tantùm tuis rabidis dentibus ingero conficiendum: (ſiquidem Baudus latratus eſt canis; ſed membra mea tuis ferinis ingero morſibus) animam meam commendo Creatori ſuo, qui potens eſt de altâ ſede proſpicere, & iudicare iudicium meum. Baudus dixit: Et canis à te ſimilis factus ſum, deteſtabilis, qui adhuc te tolerabiliter patior? Thyrſus dixit: Non à me canis æſtimatus es, Præſes; ſed ſi iraſcendum eſt, in parentibus vindicetur qui canum nomina ſuis liberis adfixerunt. Baudus dixit: Sub ſpecie multùm inſanis. Aut ſacrifica Aſclepio magno, aut omnibus te membris laceratum cum duro pondere catenarum, marini ſuſcipient fluctus. Thyrſus dixit: Illud rogo, ne furia miteſcat, & ſub prætextu miſericordiæ mea gloria minuatur; mancipes volo effectibus verba: mendax enim iudicatur, cuius verba præcedunt, nec facta ſequuntur. Baudus dixit: Putas fortè quia præſtigiis tuis illuſurus es nautas, vt te apportantes littori, lato in mari nuntient fuiſſe dimerſum? Thyrſus dixit: O prouida lingua diaboli, neſcio quid in me futurum modò portendis, ſed ſuſcipio pœ-

minas contemnit:

Ex MSS. nam, quamcumque præceps incuſſeris. Rogo tantùm, vt perficiat per miniſtrum ſuum, quod mihi diabolus promittit.

tenſus caditur fuſtibus:

34 Baudus dixit: In quatuor illum primùm neruos extendite, & membra in eo fuſtibus confringite. Inde ferreis per quatuor artus membrorum colligate catenis, ita vt *a* curua dorſi ceruicibus ſpina imminẽs genua premat, & oculos ſuos proſpiciant pedes, & vt lingua calcaneis adhærens plantas lambere credatur: ipſius autem palmas nodoſis confringite tranſtris, vt confractæ poſt tergum manus faciliùs ſeruiant ligaturis, & in modum glomeris denſo illum conſuite ſacco ſub ingenti preſſurâ, quatenùs etiam auræ flatus naribus auferatur; vt dum ſuſpiria procedunt nec redeunt, maiora ſibi inferant membra ſupplicia, quàm aliqua potuêre prævalere tormenta. Ipſius autem *b* peronis fortioribus ligaturis conſtringite fauces, & ſuper in plumbo liqueſcenti, quia cera non valet ſpumoſos vndarum perpeti ſales, ſigillatum defigite eum. Inde nautis tradite ſub diligenti cuſtodiâ, veſtrorum nonnullis comitantibus; & vbi triginta in altum viſa fuerint ſtadia prominere, præcipitem in mare iactate ſaccum, vt & membra quæ ſuſceperint ſcopuli configant, & quod ſaxa reſpuerint, beluarum proficiat paſtibus. Thyrſus dixit: Exaudi Deus. Ad vnius Martyris corpus plura parantur ſupplicia quàm ſint membra.

a

colligatus injicitur arctè ſacco, ſigillo plumbeo munito,

b

c

in mare iactatur:

35 Compellit ad littus nauigium turba nautarum, & triremem marinis fluctibus applicãt *c* barcam. Suſcipiunt de littore ſaccum, Regis annulo obſeratum, ſcapham ex officio ſimul conſcendunt, qui credulitate mediâ fidem ſeruarent. Complentur vento vela nautarum & ſub ingenti clamore altum pelagus petunt. Vbi ſtatutus in profundo repertus eſt limes, milites *d* pleno mari dixerunt: En adeſt, qui cauſſæ apertus eſt locus; præcipitem mari iactate ſaccum confeſtim. Iam paratis, vt lacerum corpus fluctibus darent, & cautes in ima defixi membra ſibi exſpectarent Martyris propinari; illicò luce præmiſsâ vltra ſolitum reſplenduit cælum, & nauim illuſtrant agmina Angelorum, qui vt adfixos puppi epibatas reddiderunt, arreptumque de medio minutatim voce præmiſsâ ſcindunt peronem .... Egredere Thyrſe, te exſpectamus: veni nobiſcum. Illi, quem colis, in miniſterio ſumus. Et ſublato Thyrſo parem greſſum per æquora petunt. Cùm medias ſimul tetigiſſent arenas, vox læta turbarum hymnum cum Martyre cantat, & nautas, quos exſangues & pauidos interior ſentina tenebat, ex delectabili cantu trepidus ſuſpendebat auditus.

d

ab Angelis reuehitur ad littus:

36 Redeunt ad littora celeri curſu, & ſi quos offenderent ſudes pauore neſciebant. Qui vt factum Iudici per ordinem retulerunt, Baudus dixit: Procedat officium, ſed non ſine telo, & quis quemque repererit per membra diſcindat. Proceſſit ad littus ſeptus agmine militari; & videns de longè confertos ordines Angelorũ, celerem greſſum imperat pedibus. Sed quid agitur? quid inaniter currit, quem iniquitas præcedit? Mox vt medias littoris tetigit arenas, ſaccum inſpicit cum integro ſuo ſigillo, & Thyrſum, quem intus miſerat colligatum; ſed videre cæli militiam non meruit, quia non fuit dignus. Baudus reſerato perone, Thyrſo dixit: Vbi putas refugit continuò deſertorum, quam conſpeximus, turma? Thyrſus dixit: Si meos haberes oculos maledicte, quod ego merui, poſſes & tu videre. Baudus dixit: Quo putas præmio nautas primitus honoraſti, vt non te mari præcipitem darent? ſed & modò immola diis; quia ſi *e* plaga te maris reſpuit, ferarum ſuſcipient fauces. Thyrſus dixit: Fac quod vis, omnium ferarum atrociſſime; vnum autem ſcio, quia ſicut Deo fuit poſſibile me de abyſſo liberare, quomodò & Prophetam de viſceribus beluæ.

iterum à Baudo detinetur, Angelos non videntes.

e Ionæ 2. 11.

a *MS. S. Max.* torta.

b *MSS.* beronis; *al.* heronis. *eſt* pero *calceus vel ſaccus coriaceus.* Pero.

c Barca *nauigiolum eſt: Iſidorus* 19. *Orig. cap.* 1. Barca eſt, quæ cuncta nauis commercia ad littus portat. Hanc nauis in pelago propter nimias vndas ſuo ſuſcipit gremio. *S. Paulinus poëmate* 13. *ad Cytherium:* Barca.

Vt mox ſalubri barca perfugio foret,
Puppi ſuperſtes obrutæ.

d *Ita MS. Thoſanum. at S. Max.* Pleromæ.

e *al.* pelagus.

CAPVT VIII.

Feris obiectus, illæſus.

37 Baudus dixit: Thyrſum carcer accipiat catenis onuſtum, & nocte intempeſtâ Baudum *a* Cæſarea ſuſcepit. Ilicò vix primum pullus dederat cantum, Baudus dixit: Offeratur mihi iniquiſſimus Thyrſus. Ex officio dictum eſt: Adſtat. Baudus dixit: Laborem nobis facimus, ô noſtri commilitones, ſi peſtiferum iſtum ſuaſione præmiſsâ interrogare velimus. Taureis interim flagellis dorſum eius & ventrem aperite, ſi vel pœna extorqueat veritatem. Sed cùm diutius vapulare putaretur, iam manus feſſa carnificum, & quos diuturna tormenta fecerant laborare, pedibus deuoluti ſunt Iudicis: Succurrat, Domine, clementia veſtra, rogamus, nobis: dum Thyrſum putabamus cædere, nobis ingeſſimus pœnam. Proſpice Præſes noſtra conſciſſa vſque ad interanea oſſa; dum Thyrſum cædere putabamus, Angelos feroces vidimus noſtras in nos manus cum taureis retorſiſſe.

a *Ducitur Cæſaream:*

caditur taureis flagris:

ipſi ſe cædunt carnifices, manibus per Angelos retortis:

38 Baudus dixit: Ante meos peremptus es Thyrſe, quàm tu ipſe pereas? Non eſt ita. Idem dixit: Quantos ciuitas habet, meis aſpectibus ferarum ingerantur venatores, quibus in mandatis hoc detur, vt *b* decipulis impleant ſiluas, & quas minùs impegerint feras de abditis capiant, vt nec minima vulpes ſibi ſuas foueas gaudeat profuiſſe. Turrim autem in campo aperto ſub velocitate manus vrgeat artificis, in modum amphiteatri, quia quam ciuitas habet perbreuis eſt, vt multos poſſit proſpectantes ſuſcipere. In huius circuitu turris in modum *c* ſudarium configite tabulas, ibique omnes paſſim feras relaxate, cibis à pridie ceſſantibus; vt quæcumque fera Thyrſum conſpexerit, vnum de eo fame acta conficiat morſum. Triginta & ſex expleti ſunt dies; & renuntiant miniſtri iuſſa completa. Mox Iudex cum turbâ deſcendit: clamor immenſus ortus eſt ferarum: tremebant omnia ingenti rugitu; putares belluas numquàm poſſe ſedari, niſi Martyr veniret. Mox vt Thyrſum venatores in arenam proiiciunt, ita ſilentium à beſtiis factum eſt, vt nullam præſentem putares. Illicò ad Martyris pedes cateruatim proruêre leones, & ouibus ſimiles lacerum vulnus linguâ lambebant. Vrſos videres per Martyris corpus molles deducere manus, & ſicubi vulnus conſpexerant ſordibus linguâ proterſis, digitis confricabant. Pardi & lupi, quia membrorum, quod lamberent præcedentibus ſibi fortioribus non habebant, caudis per arenam adulantibus, hilares vultu in Martyrem oculos figunt.

b

in turri extra vrbem conſtructâ,

c

obiicitur feris:

quæ ei blandiuntur:

39 Fragore magno concrepat turris: Tolle virum iuſtum ſcelerate Iudex, quia malè iudicaſti. Thyrſus Martyr beſtiis dixit: Exhibuiſtis, quæ vobis Deus imperauit, obſequia miniſtrorum; præſtem & ipſe vobis ne vos inanes videar reliquiſſe. In nomine Domini Ieſu Chriſti, propter quem iſta patior, confractis parietibus tabulatum, ſiluæ vos recipiant, quæ miſerunt; & laudes dicentes Deo, & ſine cuiuſquam læſione, cubilia veſtra vos ſuſcipiant. Statim cum præcipiti curſu & grandi rugitu confractis omnibus valuis ſiluas petunt. Item clamor populi attollitur: Magnus eſt Deus Chriſtianorum. Beati omnes qui confidunt in eum. Triſtis ad Prætorium reuerſus eſt Præſes, plus inſaniens, quia multi de populo erediderunt in Deum; inter quos erat & Galenicus quidam ſacerdos idolorum.

populo applaudente,

feras repropter mittit ad ſiluas:

40 Baudus Thyrſo dixit: Petimus te, præſta nobis; immola diis, & habebimus te nominatum. Thyrſus dixit: O venenum obtectum melle, rogas, vt decipias; preces fundis, & perimere quæris. Et mox ingreſſus in templum

templum Siluano ſculptili dixit: Vſquequò iſta patior Siluane? Per Chriſtum præcipio qui dæmones eradicat, vt non præſtes miſeris ſeductionem. Confeſtim Siluani membra confracta pauimentum ſuſcepit. Baudus dixit: Virgis eum conſcindite, vt medullas eius plagæ denudent, & pro minutis monitis de lateribus, fragmenta teſtarum vulneribus infigite: & cùm plagæ quieſcunt, torturas ſuas numquàm effugiat. Thyrſus dixit: Etſi minutatim me concidas, Angelus iſte mecum eſt, quem non vides, & curat omnes languores meos. Angelus intereà, quem ſolus Thyrſus à latere videbat, ſic Martyri dicebat: Thyrſe frater, præſtò ſum; nolo verearis. Iam modicum reſtat, & tranſimus hinc ſimul. Quarta te adhuc interrogatio comitatur; neque enim aliter tres ſolos Euangeliſtas poteris apud Patrem videre.

Siluani idolum verbo confringit:

flagellatur & teſtarũ fragmentis cruciatur,

animante eum Angelo.

a *Huius itineris non alibi mentio.*

b *MS. S. Max.* muſcipulis.

c *Idem MS.* ſudatus. *Neutram vocem intelligimus, niſi velit ſudium inſtar in terrâ defigi has tabulas, vt validiùs ſit ſeptum.*

CAPVT IX.

Quarta de eo quæſtio Apolloniæ. Callinici conuerſio & martyrium. Obitus S. Thyrſi.

41 QVarta, quam Angelus prædixerat, interrogatio facta eſt in Apolloniâ ciuitate. Mox Baudum tribunal accepit. Idem dixit: Offeratur mihi maleficus Thyrſus. Ex officio dictum eſt: Aſtat. Baudus dixit: Ciuitas quæ me hodie continet, Thyrſe, non vnum, ſed quatuor habet deos: ſepoſitâ arte maleficij, ſacrifica illis, & per Auguſtorum ſalutem, quia illibatum te dimitto. Thyrſus dixit: Vt coniicio, Præſes, per me delectat omnia idola de Græciâ finire. Vtile poteſt eſſe, vt vobis reſeruetis vel vnum, ne vacui cultores ſine Deo remaneatis. Tamen, ſi libet, Deo fautore inſpiciamus & ipſos. Et cùm ſingulorum templa conſpiceret, voce ad cælum delatâ, dixit: Deus meus gratias tibi ago, quia iubes per me, ſublatis dæmoniis, nomen tuum inuocare. Sed vtinam, quomodò inuocato nomine tuo iſtos confringo, ita & eorum cultores ad te conuertere valerem! His dictis Herculis, Siluani, Apollinis, & Veneris ſimulachra de ſuis liminaribus veluti vertigine acta, ita confracta ſunt omnia, vt nec puluis apparuiſſe credatur. Populus pauore turbatus in duas ſecatur altrinſecus turmas; vna dulci perſonat laude: Magnus eſt Deus Chriſtianorum, quem colit Thyrſus; replet alia murmure cælum: Tolle Iudex, quem fas viuere non eſt, maleficum virum. Reddunt hebetem dextrâ læuâque perſtrepentes ſibili populorum.

4. idola Apollonia penitùs euertit oratione:

42 Galenicus autem, qui cum Cumbricio & Siluano Præſidibus aſſidebat, nec non & ſub Baudo præſenti omnes, quas perpeſſus eſt Martyr, inuenerat pœnas, qui amictus veſte ſacerdotali officia impendebat cultu-ris dæmoniorum, ad Iudicem dixit: Credas volo mihi, Præſes, non maleficij arte Thyrſum perſentimus, qui hodieque perdurat; ſed, vt capio pro mei tenuitate ſenſus, virtus in illo Dei eſt, quæ dicitur magna. Baudus dixit: Diſcedas à me volo paullulùm; ita viuens tædio ex mœrore conficior. Galenicus dixit: Credamus in Deum, ſi videtur, quem colit Thyrſus, & omnia nos tædia derelinquent; namque lex cantat ipſorum: Iacta in Domino curam tuam, & ipſe te enutriet. Baudus oculis furiâ ſaginatis, & toto, quod in homine rectum eſt, diaboli arte mutato, trementibus membris, & dentibus ſtridore ſonantibus, ſic Galenico dixit: Et te, puniende, maleficus Thyrſus decepit, vt talia mihi velis vana vendere verba? Galenicus dixit: Noli furia ſaginari; ſuſtine modicum, Præſes, & bibes meum ſanguinem, & deſines commoueri. Baudus dixit: Vides damnate, quia nec dij noſtri te propitiatum, aut palatium ipſum fidelem, ſed vt hypocritam tenuit ſacerdotem? Quod ita claret, quia te hodie Thyrſus decepit. Galenicus dixit: Non me Thyrſus decepit; ſed Chriſtus, quem inuocat Thyrſus, mihi hodie inſpirauit, vt relictis vanitatibus veſtris, Deo meo immolem corde perfecto. Ex MSS

Callinicus ſacerdos idolorum conuertitur:

conatur Baudo perſuadere fidem:

Pſal. 54. 23.

43 Baudum diabolus continuò armat, & ſeptem de illo immenſis orbibus anguis volumina verſat. Suis itaque imperat militibus dicens: Omnia genera tormentorum, quæ carnificum reperit manus, Galenicus per membra ſuſcipiat: & ſi vel vos vultis vitæ ſupereſſe, nullum in eo ſanum remaneat membrum, niſi quod carnificis fugerit oculum. Si tormenta extorſerint vitam, tulimus palmam. Si membra duraverint, ipſa ſuſtineant pœnam. Educitur ſtatim, & vix membris ſequentibus greſſum, omnia genera mutant tormentorum. Hilarem reddunt quàm debilem plagæ. Per templum illud tranſitus erat, a centum quod in ſublimi porrectum erat columnis, ibique Aſclepius conſidebat. Galenicus tortoribus dixit: Cadat, rogo, ante oculos veſtros miſericordia, & eſtote mitiores Iudice veſtro, & ſuſtinete pauxillùm. Videtis igneum ſolem per aëra vibrare, quem caueo magis quàm tormentum quod manus veſtra repererit. Eſt locus circa templum, qui ex arte forniceâ delectabiles offerat vmbras, ſi paulliſper fortè reſumam ſpiritum meum. Præſtant immites miſericordiam. Mox vt Galenicum vmbra templi ſuſcepit, voce magnâ Aſclepio dixit: Da honorem Deo. ſcio ego, quia dæmon es, & non Deus. Tu ſolus verò in iſtâ ciuitate latuiſti beatiſſimum Thyrſum, ſed mihi hodie delegauit, vt ego eradicem quod ipſe dimiſit: ſignum enim tale dedit per Chriſtum qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, vt mox cùm Galenicus tranſierit cadas de ſolio tuo. Nec mora, dum adhuc ſtupidi tortores defixos premunt in Martyrem vultus, & liqueſcentia in illis membra tabeſcunt: Aſclepius verò cadens de ſolio ſuo minutatim confractus eſt, ſimulque locus & dominium amiſit & templum.

a

iubetur dirè torqueri

oratione Æſculapij idolum & templum euertit:

44 Mox itaque carnifices per aëra rapiunt Sanctum: Quid nobis, aiunt, ô ſcelerate, feciſti? Et cuius iam vita venit in dubium? non ſufficiebat tua mors ſolius, niſi & noſtrum tibi velis adiungere ſanguinem? Et lacrymis cum ingenti gemitu ſibi altrinſecus cantant: Quid faciemus, ô noſtri commilitones? Quique veſtrûm alienus à pietate eſt, noſtrum interimat membrum. Mox vt Baudum viderimus, viuos terra ſuſcipiet; ſi fugam greſſibus demus, gladio vindice noſtros perſequetur lares. O ſi ſine iuſſu liceret, vt morſibus te ſinguli lamberemus. Mox vt renunciata ſunt iſta tyranno, & non ſine detrimento carnificum, Galenico iuſſit caput præcidi, qui mugiens ſub mucrone voce delicatâ dixit: Præmiſiſti me Beatiſſime Thyrſe; ſequere citò, vt ambos recipiant vno die regna Angelorum.

plectitur capite:

45 Thyrſum verò iuſſit Baudus in cochleâ conſtringi, & per duas partes ſerrâ medium diuidi. b Vitalio & Sabino ſectoribus nouem exemptæ ſunt horæ; & nec capillum quidem Martyris ſerra diuiſit. Thyrſus enim in cælum defigens oculos, Euangelium in me, ait, Pater, video fuiſſe completum, quia de capite meo ſine tuâ voluntate capillus non eſſet caſurus. Iam feſſos ieiunium & labor ſectores reddiderat, Vitalius Sabino dicebat: Duc ſerram Sabine. Exemptus eſt dies, & in caſſum exercemus laborem. Sabinus Vitalio reſpondebat: Si me non debilem redderet labor ſine fructu, non oſtenderem tibi brachia mea. Intereà Baudum debita ſubſequitur pœna: namque cum ingenti vlulatu flagris per membra diuiſus, & omnia quæ in Martyrem intulerat perpeſſus eſt genera tormentorum, tales conclamans voces: Succurrat mihi clementia tua Deus, ſi Martyrem cognoſcerem olim ſuſpenderem manus; ſi reddar Superis, faciam ſatis; aut ſi nec hoc meritum exigit, tamen citiùs à terrâ ſuſcipiar, ne ludibrioſus habear viuis. Inter has lacrymoſas voces antè vitâ caruit, quàm peſte.

b

S. Thyrſus ſerrâ diſſecari iuſſus, Luc. 21. 18.

non laditur

9. horarũ ſpatio.

Punitur Baudus.

46 Continuò miſcetur murmure cælum; & vox de nube facta eſt dicens: Intra Thyrſe in gaudium tui Domini: fortem athletam palma ſequitur victoriæ, de diabolo

Voce diuinâ euocatus moritur S. Thyrſus.

Ex variis. bolo triumphato: mecum eris hodie in paradiſo. Continuò Martyr exutus terrenâ corporis veſte, illibatum Domino tradidit ſpiritum. Mox ſanctum corpus luminaribus præeuntibus, & omnibus ſolenniter in deductione *ſepelitur.* Martyris celebratis, adueniente Cæſario Epiſcopo, & Laudocio Preſbytero feretrũ comitantibus, ſepulchrum *miraculis claret.* accepit: vbi magnæ fiunt virtutes, & omnium curantur ægritudines: cuius cineres apud Græciam latent & vbiq; beneficia patent. Illum tantùm ſanitas non ſequitur, cuius fides nulla præceſſerit; cuius autem in pleno reperta fuerit fides, reportat præmium cum laude eumdem Dominum benedicens, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

a *MS. S. Max.* centum ſublime columnis.
b *Mombr.* Ditalio.

DE S. CHARITE MARTYRE.

XXVIII. Ianvar. *EXhibuêre inuictam hanc Heroida Græcorum Menæa, Latinorum ignoratam Faſtu. Vnum hoc de eâ prædicatur:* Eodem die S. Charis pedibus amputatis finitur.

Charis amputatis pedibus ad Deum currit.
Simul amputati non enim animæ ſunt pedes.
Memoratur & Maximo Cythereo.

DE S. LEONIDE

MARTYRE IN THEBAIDE.

Sub Dioclet. XXVIII. Ianvar. *SS. Leonides & Aſclas* *sub Arriano Præſide* *varia tormenta patiuntur:* *nauim in medio flumine precibus ſiſtunt:* *occiduntur:* *ſepeliuntur.* *Eorum reliquiæ ab Arriano, iam conuerſo, honorantur:*

1 *EXcitata in Thebaide, Diocletiano imperante, perſecutio, complures martyrij palmâ decorauit, vt alibi memoratum. In his principes* Aſclas *&* Leonides *à Metaphraſte cenſentur in Actis* SS. Philemonis, Apollonij, Arriani *& aliorum, quæ vnà cum* Leucij, Thyrſi, Callinici *certaminibus ſub Decio exanthlatis coniuncta, à Gentiano Herueto Latinè reddita, XIV. Decembris apud Lipomanum ac Surium leguntur. Hic de* Leonide *&* Aſclâ: Diocletianus tyrannicè Romanum inuadit imperium: edictum autem rurſus mittitur in omnes partes, vt vel omnes ſint cum eo participes impietatis, aut pœnam mortis ſubeant. Arrianus ergo, qui tunc erat Præſes Thebaidis, nihil cunctatus, cùm mox Aſclam & Leoniden accepiſſet, qui colebant & tuebantur pietatem, eos multis & magnis ſubiicit tormentis: deinde etiam acerbiſſimè eos à vitâ liberat.

2 *Quæ ea* tormenta *fuerint, ex* Aſclæ *perſpicere Actis licet, quæ XXIII. Ianuarij ex pluribus MSS. dedimus. Nulla quidem iſthic* Leonidæ *mentio; at ſocium Aſclæ fuiſſe auctor idem eſt Metaphraſtes, apud quem Arrianus ita Philemonem alloquitur:* Non vidiſti paullò antè, qualia & quàm multa perpeſſi ſupplicia Aſclas & Leonides, deinde etiam morte fuêre condemnati? Hoc ipſum, *reſpondet Philemon*, fuit mihi occaſio, quę me impulit ad martyrium, quòd Aſclas & Leonides ſic paullò antè decertarunt propter Chriſtum: & maximæ tolerantiæ hinc percepi doctrinam, & argumentum fortitudinis. Et alioqui miraculum, quod in naui illâ tuâ illi nuper oſtenderunt, quam cùm per medium fluminis alueum ſtiterunt, quos non induxerit vt ſe parent ad ſuſcipiendum certamen pro pietate?

3 *Hoc miraculum ab* Aſclâ *in eius Actis patratum narratur, cùm fœdè laniatus* ſuper oram fluminis, propter recentes plagas ſtare non valens, nudus iacebat in terrâ. *At pòſt lampadibus exuſtus lapidi alligatus*, in flumen proiectus eſt. *Verùm* delatus, Deo volente, ad ripam, *à Chriſtianis* cum lapide ſepultus eſt in pace. *An eodem ſupplicij genere occubuerit* S. Leonides *haudquaquàm nobis compertum. Eadem certè ſepultura vtriſque impenſa. Nam, vt idem ſcribit Metaphraſtes,* cùm reliquiæ SS. Philemonis & Apollonij fuiſſent, vt par erat, à piis habitæ in honore, & cum Aſclâ & Leonidâ diuinis Chriſti Martyribus depoſitæ, Arrianus *Præſes ſublato puluere* inungit oculum *excæcatum*, In nomine tuo Ieſu Chriſte, dicens, propter quem iſti mortem ſuâ ſponte elegerunt, impono puluerem meo oculo, & ſi rurſus adſpexero, ipſe quoque dicam non eſſe alium Deum præter te. Hæc cùm dixiſſet, ſtatim duplicem inuenit curationem, nempe & oculi & animæ .... Deinde cùm pretioſas accepiſſet ſindones cum multis aromatibus, cum multis aliis & duobus Epiſcopis rurſus venit ad thecas Sanctorum, & horum venerandas reliquias fideliter ſimul & piè terrâ tegit. *Qui ideò comprehenſus*, nummis emit octingentis, vt paruo tempore ſibi liceret accedere ad reliquias Martyrum. Cùm ergo datâ facultate acceſſiſſet, rogabat, pronus cadebat, ſupplicabat, puluerem amplectebatur, & precabatur, vt ei opem ferrent in certamine: *quam expertus eſt, & dein cum quatuor Protectoribus in mare proiectus, martyrij gloriam adeptus. Eorum corpora à delphino ad littus delata, voce diuinâ iuſſi ſunt eius famuli* cum Aſclâ & Leonidâ honorificè deponere: *quod cùm feciſſent,* vberes fructus miraculorum quotidie collegerunt.

4 *Coluntur* SS. Philemon, Apollonius, Arrianus, Theotychus *& alij tres Protectores, VIII. Martij à Latinis, à Græcis verò cum* SS. Leucio, Thyrſo *&* Callinico *XIV. Decembris. at mirum eſt ab his nuſquam referri* SS. Aſclam *&* Leoniden, *neque in Menæis, neque in Anthologio aut Menologio aut Horologio, nec denique apud Maximum Cythereum, aut in aliis faſtis ritualibus. Baronius in Notationibus ad hunc diem ait hac die agere Græcos de* S. Leonide *& ſociis, & adnumerare inter eos* Aſclam *Martyrem, ſed quibus in libris id Græci tradant non exprimit. Inſcripſit tamen Martyrologio Romano etiam hoc die:* In Thebaide ſanctorum Martyrum Leonidis & ſociorum, qui tempore Diocletiani palmam martyrij ſunt aſſecuti. *Agit iterum de* Leonide *tom. 3. an. Ch. 310. num. 24. quaſi in perſecutione* Maximini *occubuerit, cùm Acta prædictorum ſociorum, vnanimi conſenſu ſub Diocletiano coronatum martyrio aſſerant.* *Leonidæ nomen in ſacris faſtis* 28. Ianuar.

5 *Alij Leoniden Kalendis Martij celebrant, quo die Martyrologia MSS. Leodienſe S. Lamberti & Brugenſe S. Donatiani, excuſa Colonienſe & Germanicum:* Apud vrbem Antinoum paſſio B. Leonidis Martyris. *Sequitur Molanus, qui in ſecundâ editione Additionum ad Vſuardum citat in margine* Acta S. Thyrſi. *Refert eos iſthic quoque Maurolycus. Ado, MS. cœnobij S. Laurentij Leodij, MS. Societatis Ieſu Antuerpiæ, Bedæ præferens nomen, MS. Florarium:* Apud vrbem Antinoum paſſio B. Leonidis, qui ab eodem iudice, quo S. Aſclas, variis ſuppliciis interemptus eſt. *In Martyrologio Germanico ſubiungitur alter* Leonides *Martyr Alexandrinus, parens Origenis. eſt vterque hic confuſus in Martyrologio MS. Bruxellenſi: de illo agemus XXII. Aprilis.* *&* 1. Martij.

6 *Hactenùs de* Leonide. *at ſocij qui? Solus in Actis* Aſclas *nominatur, qui XXIII. Ianuarij colitur. In Martyrologio Gallico Leodij edito iſta habentur hoc XXVIII. Ianuarij:* In Thebaide, SS. Aſclas, Leonides, Philemon, Apollonius, & illorum ſocij. Sub Diocletiano Imperatore martyrium ſubierunt. *Aſt in eodem Martyrologio* Antinoi paſſi *referuntur* Aſclas *XXIII. Ianuarij*, Philemon *&* Apollonius *VIII. Martij, qui ſocios non habuêre martyrij, ſed vinculorum dumtaxat. Ita Metaphraſtes relatâ nece SS. Aſclæ & Leonidæ:* Poſtquàm verò peractum fuit ab illis martyrium iubet etiam omnes comprehendi Chriſtianos, qui erant in ciuitate, & maximè qui erant aliis pietate magis inſignes, & ante ipſum *Socij eius,*

an 36. Confessores?

ipsum quidem poni instrumenta suppliciorum, deinde ipsos quoque sisti ante illius faciem. Quæ cùm celerrimè facta essent, ipse superbo quidem vultu, superbiore autem spiritu, Hoc est, inquit, in manu vestrâ, & hanc rem vestræ potestati permittimus, vt vel sacrificantes securè viuatis & liberè; aut, si non pareatis, variis dedamini suppliciis, & deinde etiam morti. Hæc cùm dixisset Præses, & continuò eis tormenta fuissent ostensa, viri numero triginta & septem, viri & sententiis inuicti & animis, ea quæ dicebantur, irridentes, quæ cernebantur omnia despicientes, & sibi inuicem animum addentes, (cùm hoc solùm dixissent: Non solùm quàm impiè viuere, sed etiam quàm rectè in pietate vitam degere, pro ipsâ mori esse satius) in media prosiliunt pericula & tempus omnino arripiunt. *Ex his solus* Apollonius *martyrij palmam adeptus est; reliquis triginta sex carceri inclusis, quos* è vinculis relaxasse *infrà dicitur* Arrianus *Præses ad fidem Christi conuersus.* Ex variis.

DE SANCTIS MARTYRIBVS TREBIATIBVS

ÆMILIANO EPISCOPO, HILARIANO MONACHO, HERMIPPO, ET DIONYSIO.

Sub Diocl. XXVIII. Ianvar.

1 TRebia *vrbs est Vmbriæ, quæ nunc vulgò* Treui, *inter* Spoletium *ac* Fulginium, *in edito colle sita, haud procul ab amne* Clitumno. *Hæc* S. Æmilianum *Episcopum & Martyrem,* vti Patronum & Episcopum suum præcipuè veneratur, *quemadmodùm Ferrarius scribit in Notat. ad generalem Catalogum SS. testaturq; se Acta eius Spoletij legisse, vbi etiam colitur, putaturq; propterea à nonnullis Episcopus Spoletinus fuisse,* quod Actis repugnat, *inquit. Eorum ipse compendium recitat in Catalogo SS. Italiæ, vbi & socios addit* Hilarianum *monachum,* & Hermippum *ac* Dionysium *nobiles adolescentes,* de quibus, *inquit,* Trebiæ agi intelleximus. *Ast in nouo, siue generali, Catalogo eos quoque omittit, solumq; Æmilianum Episcopum & Martyrem commemorat, citatis Ecclesiæ Trebiatis tabulis, in quibus fortassis, vt solet, de solo primario Patrono officium fit.*

S. Æmiliani natalis 28. Ian.

2 *Monuit nos ex Vmbriâ vir eruditus vitam* S. Æmiliani *à Ludouico Iacobilli alioq; auctore esse conscriptam, quam nobis necdum videre licuit; eumdemq; existimari, cuius in Martyrologio Romano VIII. Februarij his verbis consignata memoria:* Apud Armeniam minorem SS. Dionysij, Æmiliani, & Sebastiani Martyrum; *atque hos illius fuisse discipulos & martyrij socios. At si ita est, cur* Æmiliano *Episcopi titulus non tribuitur, qui vix vspiam omittitur? cur in omnibus Martyrologiis Armeniæ minoris & non Vmbriæ adscribuntur? qui fit vt S. Hieronymo, Vsuardo, Bedæ, Adoni, Notkero, Bellino, Maurolyco, Galesinio, aliisq; notior extiterit, quæ eos mundo tulit regio, quàm quæ martyrij laureâ donatos ad cælos misit?*

an etiam 8. Febr.

ACTA EX PH. FERRARIO.

S. Æmilianus spoletij prædicat:

1 ÆMilianus, natione Armenus, Christianis & honestis parentibus ortus, prædicandi & patiendi pro Christo cupidus, Diocletiano & Maximiano imperantibus venit in Italiam: ac primùm Spoletij Vmbriæ Metropoli constitit. Vbi cùm aliquamdiu orationibus, vigiliis, & prædicationibus vacasset, à Romano Pontifice Episcopus Trebiæ creatur. Quò cum Hilariano monacho, qui ei in sacris litteris Præceptor fuerat, & cum Hermippo, & Dionysio nobilibus adolescentibus nuper ad Christum conuersis, venit, ac multos Christo lucrifacere prædicando cœpit.

fit Trebiæ Episcopus:

2 Verùm ab idolorum sacerdotibus accusatus comprehenditur, & cùm coram Præside non sine illius & adstantium admiratione de Christianâ fide disseruisset, seque illam opere comprobaturum pollicitus esset, venitur ad miraculum. Nam paralyticus in medio fori constitutus, quem idolorum sacerdotes diis inuocatis sanare non potuerant, statim ab Æmiliano, Christi nomine inuocato, sanatus est. paralyticum sanat:

3 Sed Præses, fortè Imperatorum decreta veritus, dira Æmiliano supplicia minatur, nisi diis immolaret: ac id facere recusantem, in equuleo suspensum, ardentibusque facibus ad eius corpus admotis cruciari iubet. Igne autem diuinitus extincto, manibusque tortorum deficientibus, Iudex iratus, id magicis artibus tribuens, sanctum Episcopum in sartaginem plumbo liquefacto plenam mitti, deinde fixo ad collum alligato in a Clitumnum flumen demergi, ac demum feris obiici imperat. Ex quibus omnibus Martyr diuinitus ereptus, populo magnum & verum esse Deum Christianorum clamante, ingens rota, quæ illum dilaceraret, iubente Præside paratur. Quæ diuinâ virtute confracta ad quingentos ex gentilibus occidit. variè torquetur: a post supplicia sospes.

Socij eius decollantur capite;

4 Interim Hilarianus, Dionysius, & Hermippus, cùm diis sacra facere nollent, & ad eorum preces simulacra deorum concidissent, gladio, iussu Præsidis, feriuntur. Post quos Æmilianus frustrà blanditiis tentatus, ac nouis suppliciis ei propositis imperterritus, extra vrbem ductus capitalem sententiam excepit. Ex cuius corpore, lac pro sanguine fluxisse, arboresque flores & fructus emisisse ferunt. & ipse, non sine miraculis.

a *Excusum erat* Ditumnum, *manifesto errore. Natus Vmbriæ fluuius* Clitumnus, *cuius fontes inter* Trebiam & Spoletium, *loco qui in Itinerario Hierosolymitano* Ad Sacraria *dicitur; vbi nimirùm olim* Fanum Iouis Clitumni.

DE S. FLAVIANO

VRBIS PRÆFECTO, MARTYRE.

Sub Diocl. XXVIII. Ianvar.

1 NOn *est hic* Flauianus *sanctarũ Virginum Demetriæ & Bibianæ parens, maritus S. Dasrosæ, qui XXII. Decemb. colitur, de quo IV. Ianuarij in Actis S. Dasrosæ egimus; licet is quoque à Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiæ referatur hoc die. Sed alius est, Vrbis tamen & ipse Vicariâ Præfecturâ illustris, quẽ anno Christi CCCIII. passum scribit Baronius to. 2. ad annũ 303. nu. 115. De eo Martyrologium Romanum XXVIII. Ianuarij:* Ibidem (*Romæ*) S. Flauiani Martyris, qui sub Diocletiano passus est. *Galesinius:* Romæ S. Flauiani Martyris, cuius in persecutione Diocletianâ certamen pro Christo susceptum nobile extitit. *Plurimi XXX. Ianuarij & 30. eum referunt. Vsuardus, Bellinus, Martyrologium Germanicum, MS. Florarium & plurima antiqua MSS. Martyrologia:* Ipso die S. Flauiani Martyris. *Editio Parisiensis Vsuardi anni 1536. eodem XXX.* Flauium *vocat. Maurolycus eodem die illum refert. Quâ occasione conuersus sit Flauianus & quâ ratione martyrium consummârit, dicemus XXIX. Ianuarij cùm de* S. Serenâ *Virgine,* Maximo & Secundâ *eius parentibus,* Marco & Calendio *fratribus, agemus.*

S. Flauiani memoria in sacris fastis 28. Ian.

Ex variis.

DE S. VALERIO

EPISCOPO CÆSARAVGVSTANO IN HISPANIA.

CAPVT I.

S. Valerij ortus, natalis, Acta.

Initio Secvl. IV. XXVIII. Ianvar.

1 *Cæsarauguſta, Tarraconenſis Hiſpaniæ nobiliſſima ciuitas, regnique Arragoniæ caput, ab Aurelio Prudentio Conſule Romano, ciue ſuo, prædicatur lib.* περὶ στεφάνων, *hymno* 4. ſtudioſa Chriſti, ſola in occurſum numerofiores Martyrum turmas Domino paraſſe. *In hâc* Vincentius *fuit, etſi alibi ortus, cuius martyrij, Valentiæ conſummati, Acta* XXII. *Ianuarij dedimus. Comprehenſus cum eo* S. Valerius, (*cuius ipſe Archidiaconus erat*) *atque in exilium relegatus. Vtrumque eodem hymno laudat Prudentius:*

S. Valerij patria,

Inde, *inquit*, Vincenti tua palma nata eſt,
Clerus hinc tantum peperit triumphum:
Hinc Sacerdotum domus infulata
Valeriorum.

Quibus ex verbis haud vanam ducunt nonnulli coniecturam, illuſtrem extitiſſe Cæsarauguſtæ Valeriorum *familiam, Romano tamen ſanguine propagatam. At nonnulli Græcum fuiſſe* Valerium *noſtrum*, *à* Sixto II. *Romano Pontifice Cæsarauguſtam adductum, atque Antiſtitem ciuibus datum, tradiderunt, abſque veterum teſtimonio.*

2 *Verùm vndecumque ortus fuerit, Diocletiano imperante eam Eccleſiam regebat, eximiâ præditus vitæ innocentiâ & ſanctitate, ſingulari eruditione, morum ſuauitate & manſuetudine carus omnibus & venerabilis. Pietas illius & eruditio commendantur in vetuſtis S. Vincentij Actis, quæ in monaſterio Rotenſi extare teſtatur Martinus Carillus, vnde iſta recitat*: Hiſpanus noſter Vincentius, Chriſti Martyr inuictiſſimus, tam ſancti Præſulis piâ doctrinâ, doctâque pietate allectus, tanti Doctoris extitit diſcipulus, non ſolùm moribus incorruptis, ſed etiam vitæ ſanctimoniâ atque diuini verbi præfulgentiâ, quâ tunc potiſſimùm inter orbis terrarum prouincias fulgebat ciuitas Cæsarauguſtana.

eximiæ virtutes,

doctrina.

3 *Plures tamen fuerunt Cæsarauguſtani Epiſcopi* Valerij. *At non id perſuadet vulgatum Dextri nomine Chronicon, in quo ad annum 300. Chriſti iſta habentur*: Vrenæ patitur S. Valerius Epiſcopus Cæsarauguſtanus, x. die menſis Ianuarij, relinquens poſteris cõſtantiæ exemplum. *dein ad an. 423.* Vincentio Epiſcopo Cæsarauguſtano Valerius ſubrogatur. *Nec M. Maximus, qui in Auctario ad Dextrum an. 497. ſcribit*: Petro Cæsarauguſtano, qui ſucceſſit Valerio tertio huius nominis, ſubrogatur Simplicius etiam Epiſcopus. *Vtrumque refutat Carillius, & Chronicon illud, Dextro adſcriptum, meritò explodit. At duos ſaltem extitiſſe* Valerios *conſtat. Nam cum* Hoſio *Cordubenſi, Eliberitano Concilio* Valerius Cæsarauguſtanus *interfuit. De tempore eius concilij non conuenit inter auctores: plerique ſub Conſtantino habitum aſſerunt, quidam ſub Diocletiano circiter annum 300. De loco etiam concilij diſceptant, dum quidam habitum volunt* Illiberi, *quæ nunc* Colibre *dicitur, in Ruſcinonenſi ditione ſita, quam Plinius lib. 3. cap. 4. ſcribit ſuâ ætate* magnæ quondam vrbis tenue veſtigium *extitiſſe*; *alij* Eliberi: (*ſi tamen in voce ipsâ differentia eſt, cùm Ptolemæo hæc* ἰλιβερίς, *illa* ἐλιβερίς *dicatur*) *fuit hæc* Turdulorum *vrbs in colle, qui nunc* Eluire *dicitur Granatæ vrbi vicinus: hic potiùs celebratam ſynodum illam exiſtimant, quòd qui interfuêre Epiſcopi, plerique ex interiore illo Hiſpaniæ tractu fuêre*, Hiſpalenſis, Toletanus, Malacitanus, Baſtitanus, Cordubenſis, Emeritenſis, Accitanus *&c. non è Gallia Narbonenſi, ad quam* Illiberis *altera pertinebat*, Volcarum Tectoſagum *vrbs, vt ex Ptolemæo patet. Huic qui interfuit* Valerius, *eum plerique noſtrum hunc, S. Vincentij magiſtrum, fatentur fuiſſe; licet qui poſt Nicænam coactam hanc ſynodum volunt, ideò* Valerium *alterum illius ſucceſſorem ſtatuant. Alter indubiè fuit Valerius Cæsarauguſtanus, qui concilio Cæsarauguſtano ſubſcripſit, ſub annum Chriſti 380. vt conijcit Loayſa, & patet ex collegarum qui iſthic adfuerunt ætate.*

Concilio Eliberitano an interfuerit;

alius Valerius Cæsarauguſtano.

4 *Agitur primi illius* Valerij *natalis* XXVIII. *Ianuarij. quo die Martyrologium Romanum*: Cæſarauguſtæ S. Valerij Epiſcopi. *Quamuis aliis quoque diebus in aliorum faſtis memoretur. Nam* XIX. *Ianu. iſta habentur in MS. Florario*: Item S. Valerij Epiſcopi & Martyris. Hic B. Vincentium Leuitam ad omne opus bonum aptauit, cum quo apud Cæſarauguſtam ciuitatem martyrium tolerat anno ſalutis 305. *at* XXII. *Ianuarij, vetuſtiſſimum MS. Martyrologium S. Hieronymi*: Spaniâ ciuitate Valentiâ S. Valeri Epiſcopi, & Vincenti Diaconi. *MS. Martyrolog. monaſterij S. Maximini Treuiris*: In Hiſpanis ciuitate Valentiâ paſſio S. Valerij Epiſcopi, & Vincentij Diaconi & Martyris, qui paſſi ſunt ſub Daciano Præſide. *refertur & in MS. Dungalenſi; quòd nimirùm eo die* S. Vincentius *eius Diaconus colatur.* XXIII. *Ianuarij Galeſinius ita ſcribit*: Cæſarauguſtæ in Hiſpaniâ S. Valerij Epiſcopi, qui Datiani Præſidis iuſſu, ab epiſcopatu in exilium pulſus, pro fide multa perpeſſus, miraculorum laude clarus, quieuit in Domino. *In Notat. teſtatur ſe MS. codicem ſequi. Denique* XXIX. *Ianuarij agit de eo Marietta & alij, atque etiam Breuiarium Toletanum, (vt ſcribit Baronius in Notationibus) vetus fortaſſis, nam in nouo ſit eo die de octauâ S. Ildefonſi. ac Valerij nulla mentio eſt.*

S. Valerij memoria in Martyrologiis pluribus diebus.

5 *Pauca de* S. Valerij *rebus omnino comperta & veterum teſtimonio probata ſunt. Solùm ex Actis* S. Vincentij, *quæ* XXII. *Ianuarij dedimus, iſta habentur: eumdem beatiſſimum Martyrem* geminâ ſcientiâ ſub B. Valerio Cæſarauguſtæ ciuitatis Antiſtite efficaciſſimè claruiſſe, *& ab eo* diaconij arcem ſuſcepiſſe. Et quoniam idem Epiſcopus impeditioris linguæ fuiſſe dignoſcitur, tradito doctrinæ miniſterio venerabili Vincentio, ipſe orationi & diuinæ contemplationi ſedulus inſiſtebat. *Sæuiente dein aduersùs Chriſtianos Datiano*, protinus Valerius Epiſcopus & Vincentius Archidiaconus, fidei ſoliditate & ſpe fruendi victoriâ ſubnixi, in confeſſionem Deitatis alacriter concurrerũt, tantò feliciores ſe futuros eſſe credentes, quantò acriora tyranni ſupplicia piâ longanimitate certaſſent euincere. Vnde certaminis ac pœnarum dilatio, remunerationis eis videbatur diminutio.

S. Vincentio diſcipulo ſuo imponit munus prædicandi,

eum eo properas ad martyrium:

6 At Datianus Iudex Sanctos Dei primò Valentiam ſub carcerali cuſtodiâ, & famis miſeriâ, ac catenarum ſtridore pertrahi præcepit, vt eos vexatione itineris frangeret, & faciliùs ſubigeret iniuriâ, quos videbat non poſſe de pœnâ ſuperari. Qui cùm manibus & ceruicibus immenſa ferri pondera ſuſtinerent, & per omnes artus iam tunc mortis ſupplicia paterentur; cumque iam defeciſſe eos crederet iugi iniuriâ, & tamdiu à publicâ conuerſatione ſecluſos nec corpore præualere, nec ſpiritu, timens ne ſæuitiæ ſuæ damna pateretur, produci iuſſit è carcere, nolens eos ante tormenta vitam finire: quibus proponebat quòd nec mortuis parceret, ſi deorum ſuorum culturam ſuſcipere renuiſſent. Hinc pauefactus ad conſpectum eorum, quòd integri corpore & viribus eſſent, & inter ſupplicia fortiores, ait ſuis: Vt quid iſtis largiori paſtu indulſiſtis & potu? Mirabatur enim furore cæcus, robuſtiores eſſe quos Deus pauerat.

Valentiam vinctus trahitur,

carcere macerat-tur,

poſt viri-bus inte-ger:

7 Et mox conuerſus ad Epiſcopum: Quid agis, inquit, tu, Valeri? quid ſub nomine religionis contra Principes facis? Neſcis quia qui regalia decreta ſpernunt, de vitâ periclitantur? Iuſſerunt Domini orbis & Principes, vt diis libamina perſoluatis, nolentes dignitatem veteris culturæ nouis & inauditis legibus profanari. Vnde quod monemus, obſequenter attende; quatenùs tuo exemplo inferiores facilè ſuſcipiant, quod te, qui religionis

interrogatus à Daciano,

gionis huius cerneris esse Episcopus, viderint non spreuisse. Sed & tu Vincenti verbis meis salubriter obaudi, quem & nobilitas generis, & decor commendat gratissimæ iuuentutis. Itaque vestræ definitionis sententiam in commune edicite, vt aut consentientes honoribus amplificemini, aut contemnentes, tormentorum suppliciis subdamini.

munus respondendi imponit Vincentio:

8 Cumque reticeret Episcopus, erat enim miræ simplicitatis & innocentiæ; eruditus scientiâ, sed, vt præmissimus, impeditioris linguæ; ait Vincentius: Si iubes, Pater, responsis Iudicem aggrediar. Et B. Valerius, Dudum, inquit, fili carissime, diuini verbi tibi curam commiseram; sed & nunc pro fide pro quâ adstamus responsa committo. *Sequitur præclara Vincentij ad tyrannum oratio;*

mittitur in exilium.

quâ irritatus, iamque præ irâ penè extra se positus Datianus Præses, dixit: Amouete hinc Episcopum istum. Iustum est enim subire eum exilium, quoniam Imperiale contempsit edictum.

de eo scripta.

9 *Hæc ferè sunt quæ de* S. Valerio *habemus explorata; nisi quòd Hispanicarum Ecclesiarum traditione nonnulla præterea vtcumque firmata dicantur. Alioquin nemo sacram Hispaniæ historiam tractat, ac vix etiam profanam, qui non* S. Valerij *meminerit. Nostri otij non est singula consectari. Vnus Martinus Carillius Canonicus Cæsarauguſtanus, Abbas Montis-Aragonij integro libro* S. Valerij *historiam complexus: ex ea nos carptim nonnulla legemus.*

CAPVT II.

S. Valerij exilium, mors.

Dicitur in Cantabriâ exulasse,

10 *Relegatum à Datiano Præside* S. Valerium *constat; quò ductus sit non constat. Volunt nonnulli, vt cap. 11. tradit Carillius, in Cantabriam ablegatum, mortuumq; in territorio vrbis* Mondragon, *quæ tunc* Arrasate *dicta perhibetur, in loco cui* Zaraa *nomen. Nec desunt loco indicia. Nam & templum religiosè ædificatum visitur, & paruæ circùm casæ, quasiq; eremitarum tuguria. Constat vetus loco nomen* Zaraa, *cui rupes imminet altissimâ, quam* Vdalahacham *vocant. Extat isthic à maioribus ducta religio. Nam cùm ea loca, in quibus S. Valerius habitasse memoratur, chalybem ac ferrum gignant, qui in iis eruendis metallis locant operam, ab opere feriantur omni hebdomadâ quintâ feriâ ad Adsc̃tionis Dominicæ Sanctiq; Valerij venerandam memoriam. Nec defuêre miracula. Hinc erecta sodalitas sub S. Valerij patrocinio, in ipsiusmet sacrâ æde, stabilita Ioannis de Ortega Calagurritani Præsulis auctoritate: qui cùm hæc à nescio quo exarata legisset, pietate ductus Locronio Mondragonium venit sub annum 1500. religiosè visitaturus locum, qui tam nobilem hospitem excepisset. Cœpit quoque ipsemet terram effodere, ratus fore vt sancti Antistitis corpus erueret: sed nihil reperit. Aiunt saxum in eadem stare basilicâ, cui Latinis literis* S. Valerij *inscriptum sit nomen. Alia id genus quædam religiosæ antiquitatis isthic cerni monumenta testatur Stephanus Garibaius, quæ vulgus pietatis studio exosculetur.*

vbi publica erga eum pietas,

& sodalitas eius nomine:

11 *Petrus Franciscus Chiffletius noster hæc è veteri Burgundico codice nobis communicauit, quæ cum Markettensi MS. contulimus:* Cùm Dacianus Præses præcepisset B. Valerium deportari in exilium, sicut in passione S. Vincentij scriptum est, B. Valerius vehementer flere cœpit, quòd separabatur à S. Vincentio. Præsul ergo venerabilis in exilium mittitur, & reuerendus Archidiaconus ad equuleum ducitur. Longè separantur in mundo, sed proximè sociantur in cælo. Beatus, inquam, Leuita ad equuleum ducitur: & beatus Antistes Domini in insulis marinis, in terram quæ linguâ Arabicâ dicitur Alandaluf mittitur; vbi nihil de terrenis cogitans, cælestia desiderabat, ieiuniis & vigiliis assiduè intentus, dissolui & cum Christo esse cupiebat. Peractis itaque septem annis ab exilio reuersus Cæsarauguſtam vrbem ingressus est. Mox perfidus Datianus ingressu eius audito, Romam Dei virum Imperatoribus Diocletiano & Maximiano misit, vt ipsi imperio Romano eum iudicarent, & diuersis tormentis perimerent.

vel in insulis,

vnde domum reuersus,

Romam missus,

12 Protinus eum corrigiis plumbatis, & baculis durissimis verberari fecerunt, & in exilio cum aliis Christianis apud Viennam vrbem Gallorum miserunt. Vnde factum est vt ab ipso Principe Viennensi ad custodienda gregum ouilia, inter Valentiam scilicet vrbem & Viennam, super Rhodanum missus sit. Qui ibi trium annorum spatio moram fecit, & omnes penè per viam illam transeuntes, cunctosque patriotas ad Christi fidem conuertit suâ prædicatione: imò quatuor millia hominum sanctæ regenerationis lauacro baptizauit. Quod cùm Princeps vidisset, cunctos scilicet penè per regionem illam idola relinquere, & ecclesias fabricare, nimio furore repletus, facto magno paganorum concilio, in quadam arbore valdè excelsâ illum in crucis modum suspẽdit, & post dies septem illum Christi nomen sine metu prædicantem, viuum in eodem loco sepeliuit; in quo posteà Christianâ religione crescente, plebs fidelis basilicam miro opere lapideo, in Christi nomine sub beati Præsulis honore fecit, in quâ creberrimè diuina fiunt miracula. Nemini tamen vsque ad nostrum tempus eius gleba sanctissima reuelata est. Passus est autem B. Valerius IV. Calendas Februarij.

Ex VARIIS.

multa passus,

relegatus in Galliâ,

ibiq; pro fide occisus.

13 *Verùm constare ait Carillius eum* Eneti, *siue* Aneti *obiisse. Est* Enetum *nunc vicus exiguus, leucâ vnâ distans Barbastro Rotam versùs, ad Cinigam flumen. Carillio suffragatur, quod in schedis Andreæ Scotti nostri reperimus, ex Breuiario Cæsarauguſtano, anno 1572. edito, transscriptum, in hæc verba:* Et pietate & doctrinâ insignis Valerius, ex Consulari Valeriorum turbâ, teste Prudentio, Cæsarauguſtæ ortus est: talemque se in episcopatu gessit, qualem nec optare quidem populus potuisset. Miro quippe affectu oues sibi traditas pauit & magno zelo Dei honorem ac fidei integritatem tutatus est. Eâ igitur tempestate cùm Dacianus impius in Christianum nomen virus suæ feritatis effundens, Valerium & Vincentium vinctos Valentiam adduci iussisset; sic verbis Vincentij ira Præsidis accensa est, vt quidquid in eo furoris erat in Vincentium subitò conuerteret; magis itaque se lædi ac sperni ob eius loquendi licentiam existimans, naturali eius feritate vehementior accessit impetus: & eò truculentior effectus est, quò ille constantior in contemnendis tormentorum minis videbatur. Valerium itaque velut longæuum ac imbecillem relinquens, solo damnauit exilio; senectutem illi grauiorem tormento futuram, & sibi nullum eius morte triumphum acquirendum credens. Ceterùm Valerius Anetum oppidum sibi ad habitandum deligens, sic in supernæ illius ac melioris vitæ amorem exarsit, vt solis ieiuniis, vigiliis, orationibus & sacris meditationibus intenderet. Vbi & feliciter migrauit ad Dominum anno Domini CCCXV. Insigne verò nunc monumentum, eius reliquias continens ac nomen referens, in cœnobio Roda vulgò nuncupato conspicitur.

Eneti exulauit,

& obiit.

14 *Quà sit Anetum profectus sanctus Antistes, quæue ei in itinere euenerint, commemorat Carillius cap. 8. in hunc modum: Proscriptus à Datiano* Valerius, *iussus est nec vllo commorari pago frequentiore quàm domorum 20. Egressus igitur Valentiâ, dies aliquot substitit in suburbanis hortis, qui Maurorum temporibus Ruzafa dicti sunt: vbi & à Christianis constructa ei deinde basilica. Abeuntem in exilium memorant transisse per locum cui Castelnou nomen est, in diœcesi Cæsarauguſtanâ, Ducatu Ixarensi, situm. Huc cùm sanctus Præsul fessus de viâ appulisset, cœnamq; postularet, illusus ab Ethnicis est. Tum vaticinatum ferunt, non victurum deinceps isthic quempiam alienum à Christianâ religione. Mira res: locus est amœnissimus; fuitq; antequàm Hispaniâ Mauri pellerentur, eorum frequentissimis vicis septus vndique, at numquàm in eo domicilium fixêre; aut si qui tiles: id aggressi sunt, intra anni spatium extincti sunt, non modò qui familiam alerent, sed ij quoque qui aut elocatâ aut coactâ operâ Christianis famularentur. Asseruantur eo loco aliquæ etiamnum* S. Valerij *reliquiæ, miraculis illustratæ, de quibus infrà.*

In Ruzafa tantisper moratus,

Castelnoui illusus,

vaticinatus non victuros illic Genes

15 *Ex prædiis Ruzafæ ad montem Ripacurtiæ abiit, ac domicilium Eneti fixit, & reliquum ibidem vitæ exegit. Existimant Eneti à nonnulli imperante Constantino, cùm proscripti anteà Episcopi ad suas*

EX VARIIS. *non rediit Cæsaraugustam:*

ad ſuas Sedes redirent, Valerium *quoque reuerſum eſſe Cæſaraugustam, ibiq; in pace quieuiſſe; occupatâ verò à Mauris Hiſpania reliquias eius ad caſtellum, quod Strada appellatur, deportatas, ibiq; aliquamdiu aſſeruatas, Rotam tandem deuenisse. At refragatur vulgata opinio, atque omnium qui* S. Valerij *res geſtas ſcripſerunt, auctoritas, præter lectiones ſuprà citatas. Nam etſi repreſſa à Conſtantino perſecutio eſt, non tamen ipſo imperij principio vbique ſublata, adhuc ſæuientibus proprio quodam furore Præfectis nonnullis. De morte eius iſta recitat è codice Rodenſi Carillius:* Cùm tandem Chriſti Confeſſor ibi lateret, ſperans ſe non alibi, ſed ibi ſpiritum Deo redditurum; priùs tamen Deum precatus eſt, vt poſſet ædificare eccleſiam in honorem S. Vincentij, cuius victoriam & paſſionem gloriosiſſimam audierat.

templum S. Vincentio coddidit.

CAPVT III.

Reliquiæ. earum tranſlatio.

S. Valerij reliquiæ Strada condita,

16 ENeti igitur cùm migraſſet è viuis Valerius, *in propinquo Stradæ caſtello conditæ ſunt illius exuuiæ. Illud verò cùm à Mauris, vt primùm rerum in Hiſpaniâ potiti ſunt, eſſet exciſum, quod Ambroſius Morales teſtatur; ſimul ſacroſanctî depoſiti oblitterata memoria eſt. Tandem, diuino monitu, reperta reliquiæ ſancti Antiſtitis ſunt ab Arnulpho Rotenſi Epiſcopo, indeq; religiosè ſublatæ, intra caſtellum Rotenſe, in æde S. Vincentij conditæ ſunt.*

reperta, & Rotam tranſlatæ:

17 *Partem earum aliquam in Italiam tranſlatam exiſtimat Philippus Ferrarius, quo tempore, non indicat. Ita autem ſcribit in generali catalogo SS. XXIX. Ianuarij:* Alexandriæ Statiellorum S. Valerij Epiſcopi & Martyris, vrbis Patroni. *In Notationibus ſignificat, ſed non omnino perſuadet, hunc noſtrum eſſe* Valerium. *Ita enim ſcribit:* Ex tabulis Eccleſiæ Alexandrinæ, ac ex tabulis Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, cuius Epiſcopus fuiſſe traditur. De quo die præcedenti in Martyrologio Romano, in quo hac die de S. Valerio Epiſcopo Treuirenſi Confeſſore agitur. Corpus Alexandriæ, quæ illum vti Protectorem ſuum colit, licet corpus Ludi oppido proximo Montis-Ferrati aſſeruari feratur; ac Lucæ in Hetruriâ illud etiam haberi ex tabulis Eccleſiæ Lucenſis, quæ & illum veneratur hac die, appareat. *Hæc Ferrarius, qui eâ animaduerſione tacitè reuocat, quæ antè ſcripſerat in catalogo SS. Italiæ,* Valerium *qui Lucæ colitur, Lucænatum, atque à S. Paulino S. Petri Apoſtoli diſcipulo ad fidem conuerſum, ei ſubrogatum in illius Eccleſiæ regimine, eam mirificè auxiſſe. Et ſanè in Actis S. Paulini Epiſcopi & Martyris XII. Iulij, quæ Italicè ſcripſit ex monumentis Eccleſiæ Lucenſis Siluanus Razzius libro de SS. Etruſcis, mentio fit* B. Valerij, *qui cum aliquot aliis ſanctorum Martyrum Paulini & ſociorum corpora ſepeliuit.*

aliqua Alexandriæ,

an huius?

vti & Lucæ

18 *Vtut ea ſe habeant, ſi Cæſarauguſtani* Valerij, *vel Lucæ vel Alexandriæ vel vicino quopiam in oppido, exuuiæ ſunt; non corpus integrum, ſed partem ſolùm illius eſſe fatendum eſt, ex iis quæ mox dicemus de reliquiis quæ in Tarraconenſi Hiſpaniâ ſeruantur etiammum. Et mirum eſt, cùm brachij Cæſarauguſtam anno 1121. & capitis 1170. tranſlati ſolennis extet memoria, non etiam extare ad Ligures deportatæ partis alicuius aut oſſis; quod poſteriùs veriſimile eſt accidiſſe, cùm non niſi ſub annum 1178. condita ſit in Statiellenſium finibus Alexandria: niſi fortè Aquis Statiellis, alioúe ex loco eiuſdem Liguriæ, iſthuc poſteà allatæ reliquiæ ſunt. Nobis ſi fas eſt coniectari, dum certa proferantur monumenta, veriſimilius videtur diuerſos hos fuiſſe* Valerios, *ſed (quod in pluribus aliis eiuſdem nominis Sanctis obſeruatum alibi) cùm aliorum res geſtæ ignorarentur, præcipui ex iis Acta ad cæteros eſſe traducta.*

an potiùs alterius Valerij?

19 *Caſtelnoui, diœceſis Cæſarauguſtanæ vico, per quem, vt ſuprà narratum eſt, in exilium profectus eſt* S. Valerius, *os quoddam illius aſſeruatur, Rotâ iſthuc allatum, modo mirabili: nam, vt ex maiorum traditione memoratur, cùm Rotam illius vici inquilini iſſent, aliquas ſancti Antiſtitis reliquias, ſi poſſent, allaturi; arcâ reclusâ vltro in manum inſiliit eius qui aſportaturus venerat. Magna ei in æde Caſtelnouanâ, eiuſdem* S. Valerij *honori dicatâ, habetur veneratio, multaq; iſthic Sancti patrocinio eduntur miracula, vt infrà dicemus.*

aliqua Caſtelnoui:

20 *Iam de Rotenſibus & Cæſarauguſtanis reliquiis dicamus. Repertis ab Arnulpho Antiſtite ſacris exuuiis & in Rotenſi æde repoſitis; expugnata poſteà eſt ab Alfonſo* I. *Imperatore dicto, Cæſarauguſta ſub annum Chriſti 1118. & quædam* S. Valerij *reliquiæ ad Cathedralem Cæſarauguſtanam baſilicam delatæ ſunt: omneſq; ab Alfonſo Arragoniæ Reges, ſingulari* S. Valerium *pietate ſunt proſecuti.*

aliqua Cæſarauguſtam tranſlata;

21 *Fuit inter eas reliquias brachium S. Valerij, de quo iſta ferè tradit Carillius: Quidam viri graues ex capitulo Cæſarauguſtano, precibus ab Raimondo Rotenſi Epiſcopo* S. Valerij *brachiũ impetrarunt. Eſt id magnâ populi lætitiâ & celebritate Cæſarauguſtã illatum, quaſi ipſe ab exilio redux* Valerius *ſuorũ ciuium humeris in patriam reduceretur. Quæ in eâ brachij tranſlatione edita diuinitus miracula ſint, mox dicemus. Contigit autem hac brachij tranſlatio anno 1121. vt ex veteribus monumentis Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ liquet, in quibus orta tunc inter Guilielmum Pampelonenſem, & Petrum Cæſarauguſtanum Antiſtites controuerſia, de Eccleſiis quibuſdam, ad vtrius pertinerent diœceſim, operâ Raimondi Rotenſis Epiſcopi compoſita dicitur. In publici de hac re confecti inſtrumenti extremâ paginâ iſta legũtur:* Facta eſt charta iſta, anno ab incarnatione Domini MCXXI. Kalend. Decembris, ſignum A † Raymundi Roten. Epiſcopi. ſignum a P. † Cæſarauſtanen. Epiſcopi, ſignum Guilielmi † Pampelonen. Epiſcopi. IV. Idus Octobris, Dedicatio huius Eccleſiæ. XIII. Kalend. Nouem. Tranſlatio S. Valerij Epiſcopi de Roda ad Cæſarauguſtam propriam Sedem.

nominatim os brachij an. 1121. 20. Octob.

22 *Caput verò S. Valerij temporibus Alphonſi* II. *anno 1170. eſt tranſlatum, 27. Decembris; licet, quòd is dies celebritati S. Ioannis Euangeliſtæ dicatus ſit, ſolẽnitas in 20. Octobris reiecta ſit, quo tam ante prioris tranſlationis celebrabatur memoria. De capitis illâ tranſlatione hac habet Hieronymus Zurita lib. 1. in Alphonſo II. an. Chriſti 1170. Aerâ 1208.* Rex ſtatam Kal. Ianu. religionem Rotenſi cœnobio pro cultu ſuſcipit: ſolemniaque incipientis anni D. Vincentij ſacello ſacris precationibus celebrat. Ab Guilielmo Pereſio Ilerdenſi, & Rotenſi Epiſcopo, Sacerdotumque collegio impetrat, vt D. Valerij caput, qui Diocletiani Imperatoris ſæuiente furore, verus Chriſtianæ fidei Antiſtes & propugnator inuictus morte pro Chriſto ſæpè appetiuit, Cæſarauguſtam, cuius Eccleſiæ diuinus Paſtor & Pontifex præfuerat, deueheretur: ſacrâque eâ in æde eius præſens numen atque auxilium ciues venerarentur, atque ſupplices implorarent. Eius voti religione Rex obſtrictus Rotenſe cœnobium Monterogo oppido donat.

poſteà caput an. 1170. 27. Dec.

23 *Regium diploma, quo hoc oppidum aliaq; ad munerandam piam Epiſcopi liberalitatem Rotenſibus donauit, recitat Carillius, in hac verba:* In Dei nomine. Sit manifeſtum omnibus hominibus præſentibus atque futuris, quòd Nos Ildephonſus Dei gratiâ Rex Aragonum, Comes Barcinonen. Murchio Prouinciæ, venimus ad Eccleſiam S. Vincentij de Rodâ; & fuerunt ibi nobiſcum venerabiles Guillermus Barcinonenſis Epiſcopus, & Petrus Cæſarguſtanus Epiſcopus, atque Arnaldus Mironis Comes Pallearenſis, & filius eius Raymundus Pallearenſis, & Berengarius de Antença, & Raymundus de Eril, & Guillermus de Alcarraz, & Raymundus de Artuſſellâ, Michaël Sanz de Cæſarauguſtâ, & Dodo de Alcalâ, & Petrus de S. Vincentio, & Raymundus de Munelt, & Guillermus de Benabent, & Bernardus de Meitat, plureſque alij nobiles viri; & ibi feſtum Natiuitatis Domini celebrauimus. Et quæſiuimus à G. Petri Epiſcopo Illerdenſi eiuſdem loci, & à Fratribus ſuis Canonicis, caput beatiſſimi Valerij, vt illud ad honorem Dei & Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, quæ caput totius noſtri regni eſt; & cui paſtoraliter, & corporaliter olim præfuit, ſpiritualiter quoque præeſſet. Quod nobis profuſis lacrymis, ſpontaneâ tamen & non coactâ voluntate, magnâ quoque noſtrâ precum inſtantiâ, tradiderunt. Quod nos propriis manibus per manus ipſorum ſuſcipientes, ad Eccleſiam Cæſarauguſtanam, per Petrum eiuſdem

impetrat à Rotenſibus Alfonſus II.

ciuitatis

ciuitatis Episcopum, transmisimus. Postulauimus quoque à prædicto Ilerdensi Episcopo, & Fratribus suis translationem beati corporis Raymundi, Episcopi olim eiusdem loci, in præsentiâ nostrâ fieri. Quod nostris precibus, prædictorumque Magnatorum Curiæ nostræ & aliorum multorum qui nobiscum aderant, factum est, die S. Ioannis Apostoli & Euangelistæ. Ob prædictas igitur causas, de diuinâ misericordiâ confidentes, pro remedio animæ nostræ omniumque parentum nostrorum, puro cordis affectu & sincerâ in Domino voluntate, damus atque concedimus in perpetuum Domino Deo & S. Vincentio Rotensi, castrum & villam de Monte-Rubeo, quod est inter Beruegal, & Forneles cum Ecclesiis suis ex integro, & cum omnibus terminis communibus suis eremis & populatis, cũ introitibus, & exitibus suis *&c. ..... alia plura largitur, & vetat alienari, & priùs donata confirmat.* Facta charta mense Decembris intus in Rotâ VI. Kal. Ianuarij, die Dominicâ, festiuitate S. Ioannis Apostoli & Euangelistæ, Ærâ MCCVIII. anno Incarnationis Domini MCLXX. *sequuntur Episcoporum, Procerum, aliorumq; subscriptiones.*

& translationem B. Raimundi Episcopi:

& varia Rotensi Ecclesiæ donat.

24 *Ex iis quæ hactenùs dicta sunt refellas, quod in citato superiùs Cæsaraugustano Breuiario, dicitur, brachij translationem posteriùs quàm capitis esse factam. Ita enim habet:* Post B. Vincentij Ecclesiæ Cæsaraugustanæ Archidiaconi martyrium, quod circa salutis annum trecentesimum sextum fuisse colligitur, S. Valerius Ecclesiæ ipsius Episcopus paucos annos cùm fuisset superstes (nã Eliberino Concilio interfuisse constat) tandem ad Pyrenæi montis radicem ab hoc exilio ad vitam migrauit beatiorem. Cuius sanctissimæ reliquiæ in Ecclesiâ Rotensi, sub inuocatione S. Vincentij constructâ, religiosè seruabantur. Vbi cùm Ildefonsus II. Aragoniæ Rex, festum Natiuitatis Domini, cum longâ Principum serie tam Ecclesiasticorum quàm secularium, celebraret, à Guilliermo Petri Ilerdensi Episcopo, sub quo Rotensis erat Ecclesia, eiusque Fratribus caput obtinuit beatissimi Valerij, vt ad honorem Dei & Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, quæ caput (inquit) totius Regni nostri est, & cui pastoraliter & corporaliter præfuit, spiritualiter quoque præesset. Quod ipse Rex propriis manibus per manum ipsorum susceptum, ad Ecclesiam Cæsaraugustanam per Petrum eiusdem ciuitatis Episcopum transmisit. Cuius sanctitatem miraculorũ editione Dominus, cui seruierat, comprobauit. Atque hoc tantum donum Rex non reliquit irremuneratum. Nam præterquàm quòd ipse Ecclesiæ Rotensi perpetuo iure donauit oppidum Montemrubeum nuncupatum, aliaque multa; voluit etiam & mandauit vt in perpetuum Rotenses ipsi sibi constituerent Priores. E quibus quidam nomine Raimundus successu temporis brachium ipsius sanctissimi Antistitis Valerij eidem Ecclesiæ Cæsaraugustanæ donauit. Contigit autem prior illa capitis beatissimi translatio anno salutis MCLXX. *Donatum est brachium* S. Valerij *à* S. Raimundo *Rotensi & Barbastrensi Episcopo, cuius vitam ab Elia Canonico, pòst etiam Episcopo, ad* Gaufridum *Episcopum scriptam, dabimus 21. Maij, quo obiit, anno Christi 1126. eiusq; corpus, vt iam dictum, transferri curauit Alfonsus II. annis post obitum 45.*

S. Valerij caput Cæsaraugustam missum.

25 *Post translationem illam sacri capitis, constitutam inter Cæsaraugustanam sancti Saluatoris & Rotensem S. Vincentij Ecclesias societatem scribit Carillius fuisse, vt esset suffragiorũ participatio; atque venientes Cæsaraugustam Prior aut Canonici Rotenses locum & portionem canonicalem perciperent, & vicissim Cæsaraugustani Rotæ. Inita est hæc societas Ærâ 1209. siue Christi anno 1171. ex cuius tabulis ista recitat Carillius:* Hoc amicitiæ signum proponimus Canonicis Rotensibus, propter ingentem dilectionem, quam nobis exhibuerunt, cum capite B. Valerij, cuius iam habebamus brachium.

Societas inter Rotenses & Cæsaraugustanos Canonicos.

26 *Ipsum quoque Regem Alphonsum, tanti sibi collati à Rotensibus beneficij auctorem, Cæsaraugustani in numerum Canonicorum retulerunt, & consortem fecerunt omnium sacrificiorum & precationum. Extat huius rei publicum instrumentum, quod recitat Carillius:* De receptione Domini Alfonsi II. Regis in Canonicum & Fratrem. In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Ego R. Cæsaraugustanus Episcopus, & totus Cæsaraugustanæ Ecclesiæ conuentus, deuotâ mente recepimus Vos Dominum Ildefonsum Regem, Comitem Barchinonensem, & Marchionem Prouinciæ, in omnibus orationibus, ieiuniis, vigiliis, ac beneficiis nostris spiritualibus atque temporalibus, quæ in Ecclesiâ nostrâ & eiusdem membris quotidie fiunt, & deinceps fient, Canonicum, Fratrem, atque participem omnium prædictorum bonorum, tamquàm vnum de Fratribus nostris. Insuper etiam hoc addentes statuimus, vt singuli nostrûm singulis diebus omnipotenti & Saluatori nostro Domino Iesu Christo, ac beatissimo Valerio, specialem pro vobis orationem offeramus; & in Missâ generali Capituli nostri per singulos dies propria pro vobis oratio in perpetuum sine intermissione dicatur. Cùm verò Dominus omnipotens ex hac miserâ vitâ vos eduxerit, in die obitus vestri, necnon & in anniuersario vestro, nos & omnes Fratres nostri, nobilitate & caritate coniuncti, idem officium pro vobis, quod pro Pontificibus nostris defunctis per singulos annos celebrabimus. Huius verò canonicationis, fraternitatis, ac spiritualis donationis, sunt testes ego R. Cæsaraugustanus Episcopus, P. Prior, Rodericus Archidiaconus, Guillermus Archidiaconus, I. Præpositus, P. Sacrista, Bernardus Præcentor, & totus Conuentus, facta chartâ in mẽse Februario Ærâ MCCXXV. *Contulit deinde Alphonsius Ecclesiæ Cæsaraugustanæ (cui iam anteà plurima donarat) oppidum Marecam, eâ lege vt perpetuò ante aram maiorem cereus arderet. Dictus est deinceps cereus iste Mareca.*

Ex variis.

CAPVT IV.

Miracula ad reliquias.

In solenni brachij Translatione,

27 *CVm* S. Valerij *brachium Cæsaraugustam deportaretur, effusa est obuiàm ciuitas vniuersa incredibili gestiens animorum alacritate, ad cuius rei spectaculum, vt habent lectiones antiquæ, multi ex Saracenis egressi, Christianam detestabantur simplicitatem: nitrabantur Christicolas, quia hominem mortuum tanto prosequerentur honore. Cùm ad pontem Iberi fluminis sacra pignora peruenissent, energumenus quidam ingenti furore humi se ante sacrum feretrum abiicit, neque abigi potuit, etsi Antistes ipse pedo eum propelleret: qui tamen vbi didicit eum ab impuro genio exagitari, isthic eum siuit hærere, si fortassis Deus* S. Valerij *intercessione eâ illum liberare calamitate dignaretur. Cùm deinde sacris eodem die adesset, omnino sibi redditus, stygio hospite eiecto, qui eum multis diebus dirè cruciauerat, modò voce ereptâ, modò oculis horrificè diductis, vt timorem incuteret etiam spectantibus; aliàs fœdè eum contorquebat, allidebat humi, in ignem coniiciebat, aut aquam; qui tandẽ, vt habẽt sæpiùs citatæ lectiones, per* B. Valerium *à tantâ persecutione liberatus, Deo & Confessori sanctissimo in conspectu totius populi gratias referebat, & omnis populus cœpit glorificare & laudare Deum, qui per* B. Valerium *dignatus fuerat operari miraculum.*

sanatus energumenus,

alius, in capitis Translat.

28 *Cùm allatum est* S. Valerij *caput, alius energumenus in ædem sacram ingressus, ante aram se prostrauit, pro quâ stans Episcopus sacras reliquias manu tenebat: moxq; abscessit improbus dæmon; sed tanto relicto fœtore, vt coacti sint omnes è templo egredi, eo semianimi tantisper relicto. Est id in basi ipsius aræ sculptum miraculum.*

Quædam à spectris liberata, ope S. Valerij.

29 *Idem vetus Breuiarium sæpè à Carillio citatum, (quod vtinam consequi possemus, atque inde ad verbum cuncta promere) in lectionibus Octauæ festi huius translationis, aliud refert portentum. Feminam illustrem infestabat nequam spiritus, modò in tecto ædium illius consistens, atque isthic horribiles edens clamores, amitam formâ imitatus huius matronæ multis antè annis mortuam. Cùm hoc sæpiùs contigisset, tanto est mulier illa metu perculsa, vt vix sui compos esset. Nocte quadam cùm vestibus sese, thalamum subitura, exueret, obiicit se dæmon illi enormi & horrificâ specie. Illa perterrefacta exilit nuda, vt erat, solâ vestita interulâ, atque ad basilicam accurrit. Sacristæ, quibus ianuarum erat credita custodia, aditu eam arcebant. at illa impetu*

quodam

EX VARIIS.

quodam immani fores reſerat, ad aram S. Valerij *aduolat, humi proſtrata opem eius implorat, impetrat. Nam ab eo momento nullo eiuſmodi ſpectro eſt exagitata, id ſcilicet arcente B. Valerio.*

30 *Recuperatâ Cæſarauguſtâ, deportatiſq; eò (vt iam narratum) S. Valerij reliquiis, ita eius ibi cultus inualuit, ob plurima quæ edebantur miracula, vt etiam ſolenne iuſiurandum ad eius aram fieri ſoleret, hoc ferè ritu: Arâ magnificè exornatâ, accenſis in eâ luminibus, ac collocatis* S. Valerij *reliquiis, adſtantibus Canonicis ceteriſq; Eccleſiæ miniſtris, eo habitu & cultu, quo in maximis vti ſolennitatibus mos eſt; coram iis & Antiſtite ante ſacras reliquias iurabat is, qui id poſcebatur. Confirmat id exemplis Carillius.*

Iuramentum publicum ad S. Valerij reliquias.

31 *Erecta quoque iſthic* S. Valerij *Sodalitas, cuius tamen, vt & alterius Sodalitatis, quæ* S. Mariæ Maioris, *vulgò* del Pilar *dicitur, ignota origo. Vtraque, aut mox poſt exactos Mauros inſtituta, aut inde à Gothorum temporibus ducta, aut etiam à primitiuæ Eccleſiæ orta pietate. Conſtat ea Sodalitas viris ac mulieribus. Multis indulgentiis ac prærogatiuis dotata eſt, ac nuperrimè Clemens VIII. Pontifex Maximus indulgentiam plenariam conceſſit Sodalibus, eidem* S. Valerij *viſitantibus à primis veſperis ſolennitatis illius ad occaſum ſolis diei inſequentis, diebus quoque* SS. Vincentij, Herminigildi, Transfigurationis Domini, Tranſlationis S. Valerij, *ſeptem annorum indulgentiam. Alias deinde largitus eſt iis, qui diuino ſacrificio aſſiſterent, qui ſanctiſſimum Sacramentum religioſè proſequerentur, aliaq; miſericordiæ & Chriſtianæ pietatis opera obirent: ſuntq; hæ indulgentiæ perpetuæ, vt patet ex Bullâ Pontificis datâ anno Dominicæ Incarnationis 1599. pridie Idus Auguſti. Recitat Carillius ampliſſimum decretum Petri Lopez de Lunâ primi Archiepiſcopi Cæſarauguſtani in Concilio prouinciali anno 1319. VIII. Kal. Aprilis latum, quo Sodalitati* S. Valerij *multa illuſtria conceduntur beneficia.*

Sodalitas S. Valerij.

32 *Zaraæ quoque, vbi alia eſt* S. Valerij *nomine erecta ſodalitas, multa euenêre cælitus portenta; multa Rotæ, vt ex vetuſtâ quadam S. Valerij hiſtoriâ refertur, ex quâ hæc recitat Carillius:* Ibi Deus magnificauit Sanctum ſuum Valerium, quem quotidie in teſtimonium eximiæ ſanctitatis eius coruſcare fecit tot miraculis; cuius rei non ſolùm homines qui ante nos fuerunt, ſed nos, qui adhuc vitalem auram carpimus, teſtes ſumus. *Subdit Carillius ex veteri Breuiario hanc de* S. Valerio *proſam, veluti laculentum eius miraculorum teſtimonium.*

Multa Rotæ facta miracula:

Chriſti miles ad fidei non tardus præconia,
Haud expauit Datiani Præſidis ſupplicia,
Chriſtum Deum in ipſius confitens præſentiâ.
Vnde potens & præclarus in cæleſti curiâ,
Ab obſeſſis corporibus eiecit dæmonia.
Pontificem reuelauit ſepultum ad oſtia,
Quàm plurimis captiuatis præbuit auxilia:
Languentibus & ægrotis contulit remedia.
Ipſum ergo deprecemur, vt ſuâ clementiâ
Nos commendet Deo, eius redundante gratiâ.

33 *Magna etiamnum habetur ei veneratio in æde Caſtelnouanâ: tot q; iſthic eius inuocatione miracula patrantur, vt de iis quærenti Carillio ſanctè affirmârit eius loci Rector Dominicus* Turrianus, *decem annis plures trecentis eſſe illius ope curatos, priùs omnes peccatorum confeſſione ſacræq; Euchariſtiæ perceptione ad cæleſte beneficium comparatos.* S. Valerij *feſto die innumera eò hominum multitudo confluit. Plurima iſthic anathemata votiuæq; tabulæ cernuntur, obtentæ incolumitatis indices. Pluſquàm ter mille iſthic edita miracula, quæ referri in commentarios poſſent, idem Rector teſtatur; atque illud vnà admirabile prodigium: quoties vehementior aliqua tempeſtas ingruit ter ſonitum exaudiri ex ſacrario, in quo ſancta recondita ſunt pignora, nec aliter ad pedem altaris percipi, quàm extra ipſam ædem; & ſi prolatæ tempori reliquiæ ſint, diſpergi nubes, neque damni quidquam afferre fulmina. Alia iſthic facta miracula aliquot recenſet.*

Multa Castelnoui.

Tempeſtates depulſæ:

34 *Gallus quidam Antonius ita erat viribus defectus, vt mouere ſe non poſſet: vouit Sancto nouendialem ſupplicationem, & quarto die incolumis extitit, 30. Auguſti 1605. Gallus alter, domo Toloſas, cùm de priore inaudiſſet, mulis binis eò vectus eſt, & ſanus nouenâ exactâ abſceſſit 8. Maij 1611.*

anni duo sanati;

35 *Moſi Petro Aguillar, Curioni Ixarenſi, Medicorum iudicio præcidi brachium oportebat: nouenam peragendam ſuſcepit, eâque necdum peractâ Miſſam obtulit incolumis in gratiarum actionem, 29. Maij 1606. Doctor Petrus Paulaza, Abbas nunc S. Victoriani, graui detentus infirmitate, eâ liberatus eſt ſtatim ac in eâ æde ſacrificium obtulerat Deo: dicauit in gratiarum actionem caput auratum, ſimile argenteo, quod in Cæſarauguſtanâ baſilicâ viſitur.*

alij duo:

36 P. F. Franciſco Coloma *contracti nerui digitorum, attactu reliquiarum reſtituti. Maria, Ioannis Arbonæ de Calaceyte coniux, contractam tibiam, ſanctarum reliquiarum adoratione curauit, 28. Septemb. 1610. & pedes domum reuerſa eſt. Eodem contractionis vitio liberatus eſt, nouenâ necdum peractâ, 10. Nouemb. 1614. Petrus Merle Andorra.*

contracti curati:

37 *Varia Sancti in familiam ſuam beneficia teſtari poteſt Martinus Baptiſta de la Nuza, cùm publica ab eadem familiâ erecta ſint gratitudinis & pietatis erga Sanctum monumenta. Extat hæc epigraphe vrnæ laminis aureis ab eius matre adornatæ inſcripta:* Catherina la Nuza Ixarenſis, beatiſſimi Valerij patrocinio proſperam valetudinem conſecuta, vrnam hanc ſacras Diui reliquias obſeruantem, ſempiternum beneficij monimentum eſſe voluit; anno 1577. *Ipſe Martinus in pauperum ſuſtentationem, cultuſq; diuini amplificationem, eximiè munificus, (quod magnificum illud in baſilicâ B. Mariæ del Pilar ſacellum reſtatur) aliam confici thecam argenteam iuſſit, intra quam altera illa à matre donata concluderetur, cũ hoc elogio:* D. Valerio, Martinus Baptiſta de la Nuza, Iuſtitia Aragonum, Catherinæ matris cariſſimæ pia vota proſequutus, pyxidem hanc ſacris pignoribus honorificentiùs cuſtodiendis, obtulit, dicauitque anno 1609.

Anathemata ab ægrâ ſanatâ poſita;

38 *Multa eidem Eccleſiæ donarunt Ioannes Franciſcus Fernandez, Dux Ixarenſis, eiuſq; coniux Franciſca Pinos-y-Fenollet. Multa ſuſpenſa iſthic anathemata cernuntur, eorum qui conclamatam iam & depoſitam à Medicis vitam & ſanitatem,* S. Valerij *patrocinio, recuperarunt: multa tamen ſubmota vetuſtiora. Vnum eſt Gabrielis Pontij, qui iam omnibus ad funus comparatis, cùm Diui opem imploraſſet, conualuit, eamq; ædem viſit, gratias acturus 13. Sept. 1610. Alterum Michaëlis Calagurritani, coloni vici Bateæ in Catalaunià, eodem ex diſcrimine erepti, ſuſpenſum anno 1612. 16. Maij. Aliud ab Ioanne Balleſio colono Calaceytæ, poſitum 21. Septemb. 1613. Aliud eodem anno à Cuſtodio del Pueyo, colono Turrecomitano, 23. Septemb. 1613. Suſanna Ioſa adoleſcentula à parentibus eò perducta incolumis euaſit: & Maria Barcelona Calaceytana, 29. Auguſti 1615. Ioannes quoque Monreal Calaceytanus 16. Sept. 1615.*

aliæ ab aliis.

39 *Alia innumera obtenta iſthic Diui patrocinio beneficia, quorum teſtes extant tabellæ iſthic poſitæ, licet exigui pretij ob accolarum tenuitatem. In Commentariis Ægidij Alamini, & Damiani Alamini Notariorum de Samper de Calanda multa reperientur Caſtellonoui patrata à* S. Valerio *miracula, publicis teſtimoniis confirmata. Plura iſthic præſtitit Sanctus beneficia, quòd populus ille medicis aliiſq; auxiliis deſtitutus ſit, & magna iſthic vigeat eò confluentium pietas.*

Cur tot iſthic facta miracula.

CAPVT V.

Reliquiæ Cæſarauguſtæ, & Rotæ.

40 *Aragoniorum Regum maiorum ſuorum pietatem in venerando* S. Valerio *ſecutus noſtrâ ætate* Philippus II. *Hiſpaniarũ monarcha: nam cùm Hieronymũ Xauerium Cæſarauguſtanum (qui Ordinis S. Dominici Generalis, Regi à confeſſionibus, ac deinde S. R. E. Cardinalis ob ſingularem doctrinam & prudentiam electus anno 1607. 10. Decembris, obiit anno ſequenti 8. Septembris) cùm eum ergo Philippus ad Abbatias domoſq; religioſas, quæ in regno Aragoniæ iure patronatus ad Regem pertinent, viſitandas mitteret, id illi peculiari quodam ſtudio præſcripſit, vt de* S. Valerij *reliquiis diligenter inquireret. Auſpicatus à Rotenſi cœnobio viſitationem, hæc poſtinodùm Regi ſcripſit.*

Philippus II. de Actis & reliquiis S. Valerij inquiri iubet.

41 Cùm Iaccam veniſſem litteras à V. M. 10. Maij anni ſuperioris datas accepi, quibus me iubebat, cùm ad cœnobium Rotenſe veniſſem, de S. Valerij I. Epiſcopi Cæſarauguſtani rebus geſtis inquirere, & cur eò deportatæ eius reliquiæ ſint, an rectè cuſtodiantur & decenter: ac de omnibus M. V. ſedulò edocere. Omnia quæ in eius

Hieron. Xauerij de iis epiſtola.

eius monasterij archiuo extant monumenta euolui,num quid de sancto illo Antistite eruere posſem;sciſcitatus de iisdem studiosè ex senioribus, reperi lectiones in membranâ, eleganti stylo exaratas: hæ verò omnia quæ sunt à Villegas aliisque historicis de S.Valerio tradita, confirmant, & aliqua narrant ab iis prætermissa; quorum hic quædam attingam.

42 Dacianus excitatâ aduersùs Christianos persecutione, S.Valerium Antistitem Cæsaraugustanum, eiusque Diaconum Vincentium, vinculis onustos inde rapi Valentiam præcepit. Proscriptus pòst ab eo Valerius Enetum venit, vt lectiones & qui Sancti acta prosecuti sunt, testantur. Est Enetum vicus exiguus, domorum circiter viginti,miliari vno distans Barbastro versùs Rodam,cis flumen Cingam.Hic degit Valerius singulari vitæ sanctitate annis quatuordecim : atque intellectâ S. Vincentij morte, basilicam isthic eius honori erexit, mortuusque est ex Villegæ sententiâ anno 310. vt verò tradunt lectiones istæ 315. idque isthic indubitatum habetur. Corpus à Christianis Enetensibus deportatum est Stradam, locum situm in baroniâ Castrensi vltra flumen Cingam, modico ab Eneto interuallo. Sepultum porrò est corpus in templo, quod, vt ferè in montanis illis, intra ipsius arcis septa continetur. Et hæc sententia scriptorum asserentium in Stradæ castello conditum.

Enetum quid sit:

Isthic mortuus S.Valerius, Stradæ sepultus,

43 Lapsis à morte septingentis quinquaginta annis, inde Rotam translatæ reliquiæ: agiturque quotannis ea celebritas 20. Octobris. Scribit Villegas aliique, eò deportatas Arnulpho Antistite Ripacurtiæ quarto. Causſa reticetur; quam produnt citatæ lectiones, acceptum diuinitus monitum. Ipse Stradam traditur iisse, sacras reliquias magnâ religione ad S. Vincentij Rotensem basilicam deportasse.Fidem diuinæ reuelationis facit eximia Arnulphi sanctimonia,quæ & publico officio diutissimè celebrata, intermisso tum primùm cùm receptum Romanum est Breuiarium. Vixit Arnulphus ab eâ translatione annos sex & viginti, vt ex Zuritâ lib. 1. Annal. patet.

à S. Arnulpho Rotam translatus:

44 Episcopatum Ripacurtiæ deinceps Raimundus Dalmatius, tum Pontius tenuêre,vt ex monumentis cœnobij Rotensis, & donationum tabulis patet. His S. Raimundus succeſſit, qui brachium S.Valerij Cæsaraugustanis donauit, quod Villegas aliique testantur.Cuius rei etsi nullum extet in eo archiuo monumentum ; minimè tamen ambiguum facit & incolarum, & Cæsaraugustanæ Ecclesię traditio.Ex.MS.codice Rotensi constat; anno 1120. Rotæ & Barbastri Episcopum fuisse S. Ramundum,anno 1106. electum, mortuum 1126. donato Ecclesiæ Rotensi quadrante decimarum loci Eferraduij appellati, extant donationis tabulæ. Illi suffectus eodem anno Stephanus, huic anno 1130. Petrus, Petro Ramirus,qui inde ad regnum Aragoniæ euectus,vt scribit Zurita. Ergo Rotensem Episcopatum anno 1143. capessiuit Guilelmus Perezius; qui cùm anno 1149. recuperata à Christianus esset Ilerda, eò transtulit Sedem, Episcopusque deinceps Ilerdensis & Rotensis est dictus, quæ appellatio aliquot successoribus placuit. Secum Archidiaconos Rotâ abduxit; tresque etiamnum Ilerdæ Archidiaconi hinc & titulum & censum habent, Ripacurtiæ, Autonæ, Benascæ, quæ ditiones ad hunc pertinent Comitatum.

brachium à S. Raimundo Cæsaraugustanus donatum.

Omittit hîc Xauerius Gaufridum, & Eliam, de quibus suprà nu. 24.

45 Anno 1170. cùm in Rotensi S.Vincentij cœnobio Natalitias Christi ferias celebraret Alphonsus II. Rex, eique cum aliis adesset Ilerdensis & Rotensis Episcopus Guilielmus Perezius, ab eo sibi donari S. Valerij caput postulauit Alphonsus;idque ab eo traditum propriis manibus excepit, & commisit Petro Cæsaraugustano Præsuli ad suam Sedem deportandum, vt in eâ deinceps vrbe coleretur, in quâ natus, & pontificio functus munere,singulari eruditionis & sanctitatis opinione olim fuerat.Mutuam deinde Ilerdensi Episcopo & Capitulo gratiam rependit Alphonsus, Monterogo iis transscripto, quod duobus Barbastro miliaribus distat, diciturque nunc Pardina. Cùm mensa Prioris à Capitulari seiuncta est, hæc Priori portio obtigit, vnde percipit quotannis quingentos aureos. Extant harum rerum testes tabulæ, quarum exemplar, & lectionum ad M. V. mitto.

Caput S. Valerij Cæsaraugustam allatum.

Ex VARIIS.

46 Ex iisdem tabulis constat, eodem tempore translatum S.Raimundi Episcopi Rotensis & Barbastrensis corpus ex priore, in quo quadraginta quatuor annis iacuerat, tumulo, in lapideum monimentum, in quo etiamnum quiescit. Aliud extat instrumentum, quo Canonici ædis maioris Cæsaraugustanæ Gussentis vici possessionem cedunt Rotensibus, quam modò non tenent: aliud perpetuæ sancitæ inter Cæsaraugustanos Canonicos & Rotenses amicitiæ, & societatis.

S. Raimundi corpus translatum.

47 Conscripsi catalogum reliquiarum Rotensis Ecclesiæ: ac S. Valerij quidem non nisi septem isthic partes supersunt, videlicet ossa duo femorum, quæ à coxendicibus ad genua tenduntur, suntque hæc admodùm dura, longa duos palmos, vnum digitum singula : os aliud octo digitos longum, palmum latum, quod medici clauiculam vocant, quo supernè ossa femoris connectuntur: Os aliud, quod tibiæ videtur,palmum & septem digitos longum: Aliud brachij à cubito ad manum, vt videtur; palmum ac duos ferè digitos longum: Aliud palmum latum: Aliud, quod tibiæ superior pars videtur. Ceteras Sancti reliquias dicunt se variis Ecclesiis donasse. Alias verò complures habent plurimorum Sanctorum: præcipuæ sunt, partes duæ, capitum glorioſissimorum Martyrum Laurentij & Vincentij,singulæ palmum longæ ac latæ. Sunt hæ reliquiæ serico panno inuolutæ, isque linteo circumdatus. Hæc verò & cetera sacra pignora antiquæ arcæ peraffabrè factæ ex Mauritano orichalco inaurato, interiùs fultæ albo linteo,clauiculis auratis affixo,inclusa sunt Arca verò isthæc intra aliam nuceam inclusa, ternis clauibus obseratam, quam singulas tres habent archiui custodes. Post maius altare exigua duo conclauia sunt, vnum infernè, supernè alterum, inque hoc recondita est arca illa reliquiarum.

Reliquiæ S. Valerij quæ Rotæ nunc sunt.

vbi & quomodò asseruetur.

48 Edixi sub pœnâ excommunicationis latæ sententiæ, ne vllas deinceps cuiquam impertiantur reliquias; quòd hactenùs,nullo facto eorum qui illas peterent discrimine, liberaliter eas distraxêre. Deus M. V. incolumem tueatur. Rotâ 2. Febr.1598. *Hactenùs Hieronymi Xabiere epistola.*

Vetitæ deinceps distrahi.

49 *At quod Cæsaraugustæ asseruatur* S. Valerij *brachium, siue os quod à cubito ad manum ducitur, longum ferè duos palmos, totum argento obductum, nisi quâ parte publicæ veneration patet: est verò integrum & viuidi coloris, veluti si nuper vitâ caruisset. Aliud isthic brachium est argenteum inauratum & magni pretij gemmis exornatum: in hoc sacræ reliquiæ inclusæ in supplicationibus, quæ Litanarum diebus fiunt aut pro publicâ necessitate, circumferuntur.*

Reliquiæ S. Valerij Cæsaraugustæ.

50 *Caput quoque sancti Antistitis intra aliud caput & dimidiatum ferè ex argento fabrefactum corpus, egregiè auro & gemmis exornatum, munus Benedicti XIII. dicti, siue Petri de Luna, qui inuitus, vt ait Carillius, ad pontificatum euectus, sed inauspicatò ; nam schismaticus declaratus, multis exagitatus est ærumnis. Cum hoc* S.Valerij *capite,Sanctorum quoque Vincentij & Laurentij,eodem opere & materiâ conspicuâ Auenione Cæsaraugustam misit, quæ etiamnum cernuntur, & S.Engratiæ ad propriam eius basilicam, quæ ipsæ quoque in publicis circumferuntur supplicationibus. Pectori statuæ illius* S. Valerij *hæc insculpta epigraphe est :* Hîc est caput B. Valerij Confessoris & Episcopi huius Ecclesiæ Cæsaraugustanæ. *retro isthæc paullò prolixior :* Dominus Benedictus Papa XIII. priùs vocatus Petrus de Luna, S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis, dedit hoc Relicarium B.Valerij huic Ecclesiæ Cęsaraugustanæ,anno Domini MCCCXCVII.pontificatus sui anno tertio, inhibendo sub pœnâ excommunicationis, quam contrà facientes ipso facto incurrant, ne quouis modo alienetur: cuius sententiæ absolutionem Sedi Apostolicæ reseruauit. *Numquàm verò ex priori illo argenteo capite* S. Valerij *reliquiæ eximuntur, nec id vnquam reseratur.*

Ornata à Petro de Luna Antipapâ.

DE

DE SS. MARTYRIB. ALEXANDRINIS.

AN. CHR. CCCLVI. XXVIII. IANVAR. *Caetus horum SS. triduo pòst scripta;*

1 *QVæ ab Arianis aduersùs S. Athanasium, eiusq; fautores, crudeliter sæpiùs sunt designata, fideliter ipsemet commemorat Athanasius, aliiq; illius æui scriptores Ecclesiastici, & nos ex iis suo loco. Hoc die summâ perfidiâ & immanitate à Syriano Duce perpetratam Alexandriæ innocentium cædem producemus, prout ab ipsâ Alexandrinâ Ecclesiâ, triduo pòst mandata est litteris, quæ extant in Athanasij operibus pòst Epistolam illius ad vitam solitariam agentes, in quâ & de his litteris ita scribit:* Designatur crudelitas in Ecclesiam, quam quilibet facilè didicerit lectis testimoniis populorum, quæ in fine subiecimus. *Eadem ex interpretatione Petri Nannij referuntur à Baronio tom. 3. an. 356. num. 3. & sequentibus: quæ à nobis ad Græci codicis fidem emendata.*

peracta an. 356.

2 *Ea porrò cædes Catholicæ plebis perpetrata est* post Consulatum Arbæthionis & Mauortij Lolliani, *anno Christi 356. quo creati sunt Consules* Constantius Augustus VIII. & Iulianus Cæsar, *quod adhuc in Ægypto ignoratum videtur fuisse cùm illa scriptæ sunt litteræ, vel quia serùs denuntiati Consules erant, vel quia tunc, vt summâ hieme, minùs idoneum erat ad nauigandum mare. Diem cædis aliter Græci scripsêre, aliter expressêre Latini interpretes:* Ἐπφωσκούσης γὰρ τῆ πέμπτῃ Εἰδῶν Φευρουαρίων, τετάρτῃ τῆς ιδ' ἓ Μεχὶρ μηνός. Illucescente enim die V. Idus Februarias, hoc est, XIV. mensis

9. Februarij,

Mechir: *Beda lib. de temporum ratione cap. 9.* Mechir *inchoat à XXVI. Ianuarij. Bedæ consentit Kalendarium Copticum, quod ex antiquo Codice MS. bibliothecæ Collegij Maronitarum Romæ nobis descripsit Athanasius Kircherus noster. Secundùm hunc calculum tabulam mensium Ægyptiorum cum Latinis collatam accuratè exhibet* Rosweydus *noster in Onomastico ad Vitas Patrum. Est ergo illis XIV. dies* Mechir, *qui nobis IX. Februarij: siue V. Idus Febr. litteræ autem scriptæ consignantur:* Μεχὶρ ιζ τῇ πρὸ μιᾶς Εἰδῶν Φευρουαρίων. XVII. mensis Mechir, hoc est, pridie Idus Februarij. *Petrus Nannius priorem locum vertit:* Illucescente enim V. Calend. Febru. hoc est, decimo quarto mensis eius, qui Mechir dicitur. *Posteriorem verò:* Septimo decimo die mensis Mechir, quæ est pridie Kalend. Febru.

feriâ 6.

3 *Additur in Græcis:* Σύναξις γὰρ ἐμελλε τῇ ωδ δγσευῇ γίνεσθαι. eò quòd synaxis Parascues die celebranda esset, *vt vertit etiam Nannius. Et contigit ea cædes feriâ sextâ. Est eo anno cùm littera Dominicalis esset in Ianuario & Februario G. XXVIII. dies Ianuarij in ipsum Dominicum incidit; IX. Februarij seu V. Idus in feriam sextam. Nannij tamen versionem secutus Baronius, Martyres hos tabulis Ecclesiæ Romanæ adscripsit V. Kal. Februarij cum hoc elogio:* Alexandriæ plurimorum Sanctorum Martyrum, qui hac ipsâ die, factione Syriani Ducis Ariani, dum in Ecclesiâ synaxim agerent, diuerso mortis genere sunt interempti.

tamen 28. Ian. inscripta Fastis.

EPISTOLA ALEXANDRINORVM

de cæde sanctorum Martyrum.

1 POpulus Alexandrinus Catholicæ Ecclesiæ, quæ est sub Athanasio reuerendissimo Episcopo.

a Paullò antè protestati sumus de nocturnâ, quam passi sumus, tam nos quàm ipsam b templum, inuasione: tametsi in iis testimonio opus non fuit, quæ vniuersa ciuitas cognita habuit & habet. Occisorum enim corpora reperta, & in publico exposita fuêre: arma item & arcus in templo, scelera quæ facta sunt quasi vociferantur. Sed tamen quia post testimonia nostra, c Clarissimus Dux Syrianus vi nos omnes compellit, vt nullum tumultum factum fuisse, neque quemquam occisum esse, testimoniis nostris sibi adstipulemur; (quod ipsum non leue argumentum est, ea non ex sententiâ humanissimi Imperatoris Constantij acta esse: non enim de factis suis metum concepisset, si ex mandato ea fecisset) qui quidem nos homines Christianos precibus ipsum conuenientes, ne vi grassari, aut facta inficiari vellet, fustibus concidi iussit: quare abundè declarauit, belli nocturni in ecclesiâ se auctorem fuisse; propter ista omnia quæ recensuimus, nunc denuò eadem pro hoc testimonio dicimus. Deinde cùm quidam ad pientissimum Augustum iter haberent, per Deum omnipotentem super salutem pientissimi Cæsaris Constantij adiurauimus, Ægypti Præfectum d Maximum, & e Curiosos; vt omnia pientissimo Augusto & Clarissimis Præfectis, in potestate constitutis enarrarent. Adiurauimus quoque naucleros omnes, vt omnia ista vbique diuulgarent, & ad aures religiosissimi Augusti, ceterosque Præfectos, & quotquot singulis locis Iudices præsunt deferrent: vt bellum contra Ecclesiam gestum vbique innotesceret: & quòd temporibus Augusti Constantij, Syrianus Virgines, aliosque mori Martyres fecerit.

Tumultũ & cædem factam occultante Syriano.

de diuulgant eam Catholici.

2 Illucescente enim quinto Idus Februarias die, hoc est decimo quarto mensis eius qui Mechir dicitur, vigilantibus nobis in templo, & orationi vacantibus, eò quòd synaxis Parascues die celebranda esset; derepentè per intempestam noctem Clarissimus Dux Syrianus, cum multis f legionibus militum, sagittas, strictosque enses, aliaque id genus tela gestantium, non sine galeis ceterisque armis, superuenit. Illic nobis planè precibus intentis, in ipsis recitationibus sacrarum lectionum ianuas fregit: foribusque vi multitudinis patefactis, statim ex illius edicto alij sagittas mittere, alij bellicum clamare occœperunt: magnus intereà fragor armorum audiri, enseque ad lucem candelarum micare: Virgines multæ calcibus elidi, & in sese mutuò formidine irruentium militum impingere: viri sagittis perfossi concidere: aliqui militum ad prælium versi Virgines denudare, quibus formido vel minimi tactus ipsâ morte grauior erat. g Episcopus per id tempus sedebat in throno, omnes ad preces cohortans. Dux autem militum acies disponebat, comitem secum trahens h Hilarium Scribam, qui illi hanc mentem afflabat, quod ipse rerum exitus declarauit.

Cum armatis irruperat in templum;

quod multi occisis,

g

h

3 Episcopus autem, cùm hinc illinc i raperetur, pænè discerptus fuit: qui graui animi deliquio stupescens, cùm velut mortuus raperetur, & eorum operâ iam nusquam compareat, k nescimus quid de illo factum sit: certè illi necem omnibus modis moliti sunt. Deinde cùm viderent tot occisorum hominum corpora, iussêrunt milites ea in occultis abdere. Sanctissimas autem Virgines interfectas, ibidemque relictas, in monumentis sepelierunt, quibus laus martyrij temporibus religiosissimi Constantij obuenit. Diaconi porrò in ipso templo plagis concidebantur, & vinculis constringebantur. Neque hîc clades stetit: sed post tanta facinora, quisque pro libidine suâ, fractis ostiis, irrumpebat, scrutabatur abdita rapiebatque ea loca penetrans, in quæ non omnibus Christianis fas est introire.

i

S. Athanasio crudeliter raptato,

k

direptum,

etiam sacrarium.

4 Dux autè ciuitatis Gorgonius ista, quia præsens erat, suis oculis conspexit. Nec pro leui argumento istius hostilis incursionis arma, sagittæ & gladij haberi debent, quæ in templo, ab illis qui irruperant, relicta fuêre, quæ etiamnum in ecclesiâ pendent, adeò vt scelera sua inficiari nequeant. Sæpè autem ille misit l ordinum militarium Præfectum & ductorem, vt ea tolleret. Verùm id illi hactenus à nobis, vt res omnibus innotesceret, negatum fuit. Quòd si edictum Principis est, vt persecutio in nos fieret, parati sumus omnes ad martyrium subeundum: sin minùs, oramus Ægypti Præfectum Maximum, ceterosque

Arma ab ijs relicta, palàm suspensa.

l

ceteroſque Magiſtratus, vt à Principe poſtulent, ne talia in poſterum committantur: obſecramuſque, vt noſtræ iſtæ preces ad eum perueniant, vt obtineamus, ne illis liberum fiat, alium Epiſcopum introducere. Quod ne fieret, vſque ad mortem reſtitimus; Athanaſium reuerendiſſimum deſiderantes, quem Deus ab initio nobis dedit, ſecundùm ſucceſſionem Patrum noſtrorum; quem ipſe Conſtantius religioſiſſimus Auguſtus cum litteris iuramentiſque huc miſit. Confidimus enim, ſi eius pietas iſta reſciuerit, eum rem ipſam indignè laturum, & nihil contra iuſiurandum facturum eſſe; ſed iuſſurum, vt Epiſcopus Athanaſius nobiſcum maneat. Illuſtriſſimis Conſulibus poſt Conſulatum Arbetionis & *m* Lolliani deſignatis, ſeptimo decimo die menſis Mechir, qui eſt pridie Idus Februarij.

Catholici alium pro Athanaſio Epiſcopum nolunt.

m

a *Petrus Nannius* Iam pridem. *Græcè* ἤδη μὲν. *quod hîc* iam nunc, *ſeu* paullò antè *vertendum eſt. Nam cæde decimoquarto menſis Mechir peractâ, eodem aut ſequenti die prima proteſtatio facta eſt, ideoq; huic ab Athanaſio titulus præfigitur* διαμαρτυρία δευτέρα, proteſtatio ſecunda: *inter quam & priorem, nimirùm 15. & 16. Mechir, cogebantur à Syriano Duce, negare eadem vllius factam eſſe: contra quam vim hanc epiſtolam ſcripſerunt 17. eiuſdem menſis.*

natalis.

Κυριακὸν, Dominicum.

b τὸ κυριακὸν, *templum Chriſti cultui dicatum appellarunt antiqui, vt diximus ad vitam S. Antonij num 92. vbi Euagrius hanc vocem interpretatur* Dominicum, *cuius fortè tum vſus apud Latinos erat. Nannius* templum Dominicum, *atque infrà ſolùm* Dominicum *vertit. Germanus ac Belgis hinc* Kirche & Kercke *templum dici exiſtimatur, vt ſuprà obſeruatum.*

Conſtantij in Catholicos furor.

c *In* Syrianum *culpa omnis conicitur, vt litteræ ad Imperatorem perferri poſſint; licet eius arbitrio & iuſſu pleraque peracta eſſe conſtet ex eius ad Alexandrinos litteris, quas recitat Athanaſius in ſuâ ad Imperatorem apologiâ. Et in epiſtolâ ad ſolitariam vitam agentes de eo ita ſcribit*: Cùm ille quicquid libuit in Eccleſias tum Italicas tum alibi ſitas deſignaſſet, aliis in exilium erectis, aliis vi in ſuam ſententiam pertractis, vbique per omnia ipſius terrore diffuſo, in Alexandriam furorem ſuum velut peſtem euertit, &c.

d *Athanaſius in apologiâ ad Imperatorem Conſtantium, ſcribit* Ex vase poſtulaſſe, vt ſaltem vel ipſe Syrianus, vel Præfectus Ægypti Maximus, ſuo ſcripto iniungeret, *quod à ſe fieri vellent. Et mox* omnes populos cum Presbyteris à Syriano, quo tempore ibi etiam aderat Maximus Ægypti Præfectus, poſtulaſſe, vt vel ſcripto vel verbo ederent, quid vellent; aut ne Eccleſias intereà turbarent, dum ipſi populi legatos eâ de re ad te mitterent. RIIS.

e Curioſus, *qui* Palatinus *aliis à palatio, à curiâ dictus, vt ab aulâ* Aulicus. *Ita apud Athanaſium apologiâ 2.* Palladius Imperatoris Curioſus, *ſ* Αὐγούστου κουριόσος *dicitur.* Curioſus.

f *S. Athanaſius in apologiâ pro fugâ ſuâ*: Dux exercitus Syrianus ingeſſit ſe pluribus quàm quinque millibus, quorum alij arma, alij ſtrictos enſes geſtabant, alij aſcus, iacula, fuſtes; & eccleſiam militibus propè inter ſe conſertis manibus, ne quiſquam inde exiret aut elaberetur, cinxit.

g *Athanaſius ſuprà de ſe ita teſtatur*: Ego, cùm in tantâ tribulatione populos deſeſere abſurdum putarem, & rectius eſſe vt pro aliis pericula ſuſciperem, manebam ſedens in cathedrâ meâ, Diacono iuſſo vt Pſalmum recitaret: Quoniam in ſeculum miſericordia eius; & poſt recitationem, quiſque domum abiret.

h *Meminit huius* Hilarij *Athanaſius in apologiâ ad Conſtantium, & epiſtolâ ad vitam ſolitariam agentes.*

i *Athanaſius de fugâ ſuâ*: Digreſſis pleriſque, ceteriſque eos perſequentibus, monachi mei & nonnulli ex Clericis inter abeundum me ſecum abſtraxerunt: atque ita teſtor veritatem, per milites, quorum alij ſacrarium cingebant, alij per templum oberrabant, inoffenſè tranſiuimus, Domino duce & protectore, &c.

k *Ita S. Athanaſius cùm ſcriberet apologiam ad Conſtantium & de fugâ ſuâ, videtur etiam ignoraſſe eadem tantam ſuorum factum eſſe. at poſt de omnibus certior factus, in epiſtolâ ad ſolitariam vitam agentes meminit huius, vt diximus, proteſtationis, & hac ſcelera Virginumq; contumeliam memorat. Scripſit hos tractatus omnes tum in eremo; quò ſe fugiſſe, ad Imperatorē ſcribit*: Ac iam inde in ſolitudine verſor, ſed non ſine fiduciâ mei primùm apud Deum, deinde apud te excuſan ſi, &c. *Nec Romam tum contendit, quod à Metaphraſte in eius vitâ ſcriptum.*

l *Græcè*, τὸν τῆς τάξεως δυνάμιον, καὶ τὸν σφαλιγῆν. *Nannius*: Ordinum militarium carnificem, vna cum Duce.

m *Editio Græca habet* Κοσιανὸν, *mendosè.*

DE S. PALLADIO
ANACHORETA IN SYRIA.

SVB FINEM IV. SECVL. XXVIII. IANVAR.

S. Palladij anachoreta

1 *THeodoretus lib. 4. hiſtor. Eccleſ. cap. 26. varios monachos, qui ſub Valente in Syriâ floruerunt, recenſet; atque inter cetera ita ſcribit:* In ſolitudine etiam Antiochenâ erant hoc tempore vitæ monaſticæ diſciplinâ valdè celebres, Marianus, Euſebius, Ammianus, Palladius, Simeones, Abraames, & alij quoque; qui imaginem Dei, ad cuius ſimilitudinem conditi erant, integram conſeruarunt; quorum vitam ſcriptis prodidimus, *in hiſtoriâ nimirùm quam* Philotheon *ipſe capite præcedenti appellat. Eadem hinc deſcripſit Nicephor. lib. 11. cap. 41. Colitur* S. Euſebius *24. Ianuarij, vbi in eius Vitâ de* Mariano (*in Gentianâ verſione perperàm* Marciano *dicto*) *&* Ammiano *etiam actum, ex cap. 4. Philothei; ex cap. 6. dedimus Vitam* S. Simeonis Priſci *26. Ianuarij. Hîc Vitam damus* S. Palladij *ex cap. 7. in quo & de* Abraame *agitur.*

natalis.

2 *In Menæis Græcorum, & à Maximo Cythereo refertur epitome vitæ Palladij ex Philotheo cum hoc diſticho.* Eodem die *XXVIII. Ianuarij* S. P. N. Palladij.

Superior cùm euaſerit carnalibus tripudiis,
Exultat in ipſo cælo Palladius.

An fuerit ſcriptus clarus:

non eſt auctor Lauſiacæ.

addit in fine: In pace ad Deum migrauit, relictis Eccleſiæ dignis ingenij monumentis in vtilitatem præſentium conſcriptis. *Sed mirum eſt, id à Theodoreto non indicari. An auctor Menæorum eum cum altero Palladio hiſtoriæ Lauſiacæ ſcriptore confudit? Fortè à Socrate lib. 4. cap. 18. deceptus, qui hunc* monachum *appellat nullâ factâ Epiſcopatus mentione; quem dignitatis titulum etiam reticuit S. Ioannes Damaſcenus lib. De iis qui in fide dormierunt, & Nicephorus lib. 11. cap. 44. vbi eius libri meminerunt. Cùm tamen ipſe Palladius in Præfatione ad Lauſum fateatur eam hiſtoriam à ſe conſcriptam eſſe vigeſimo anno ſui Epiſcopatus, circa annum Ch. 420. vt pluribus dicetur ad Vitam S. Ioannis Chryſoſtomi.*

VITA EX THEODORETO cap. 7.

1 QVi multorum ſermone celebratus eſt Palladius, & tempore *a* Simeoni Priſco fuit æqualis, & moribus ſimilis, notuſque & familiaris. Ad ſe enim, vt aiunt, inuicem ventitantes, ex ſe inuicem capiebant vtilitatem, ſe mutuò prouocantes & ad zelum Dei incitantes. Incluſus autem erat in quadam domunculâ, quæ erat propinqua vico maximo, & populo longè frequentiſſimo: eſt autem ei nomen *b* Imme. Ac de maximâ quidem viri à cibo abſtinentiâ ſeu ieiunio, & inediâ, vigiliâque, & oratione perpetuâ, dicere exiſtimo eſſe ſuperuacaneum. In his enim idem traxit iugum quod B. Simeon. Miraculum autem quod in hodiernum vſque diem decantatur, ab illius autem voce & manu factum eſt, exiſtimaui ſi narrarem facturum me operæpretium.

a S. Palladij cum S. Simeone familiaritas.

b domicilium, abſtinētia, oratio.

2 In prædicto vico fit celeberrimus conuentus, qui vndique attrahit mercatores, & maiorem multitudinem quàm quæ poſſit numerari. In eo quidam mercator, iis quæ attulerat venditis, & auro coacto, noctu volebat recedere. Quidam autem homicida, qui aurum illic collectum aſpexerat, œſtro quodam & furore percitus, ſomnum quidem à ciliis depulit, obſeruabat autem quando vir ille eſſet profecturus. Poſt galli autem cantum, ille quidem abibat ſecurus: hic autem præueniens, cùm quemdam locum aptum inſidiis occupaſſet, repentè adortus, eum & percuſſit & cædem fecit. Execrando autem facinori impium quoque aliud factum adiicit; nam cùm aurum cepiſſet, mortuum illud corpus proiecit ad oſtium Palladij. Cùm autem dies veniſſet, & fama

Homicidij crimen ſibi impactum depellit.

ex Theodoreto. fama peruaſiſſet, & totus hominum conuentus de eo quod factum erat paſſim loqueretur; concurrerunt omnes, & effracto oſtio, cædis factæ pœnam exigere volebant à diuino Palladio: vnus autem ex iis qui hoc faciebant, erat is qui ſuâ manu cædem fecerat. Cùm ergo vir diuinus circuinſideretur à tantâ multitudine, cælum intuens, & mente cælum ſuperans, ſupplicauit Domino, vt calumniæ mendacium refelleret, & veritatem quæ latebat oſtenderet. Cùm ſic oraſſet, & iacentis manum prehendiſſet, Dic, inquit, ô adoleſcens, quis hanc tibi plagam intulerit: oſtende quis hoc execrandum facinus admiſerit, & libera innocentem ab hac improbâ calumniâ. Sermonem autem ſermo quidem eſt conſecutus. Dexterâ autem homo etiam ſedens, circumſpiciebat quidem eos qui accedebant, digito autem oſtendebat homicidam. Clamor ſublatus eſt ab omnibus, & miraculum ſtupentibus, & calumniam quæ fuerat intentata deflentibus. Cùm autem illum ſceleratum exuiſſent, & gladium inuenerunt adhuc cruentum ſanguine, & aurum illud quod cædis cauſſam dederat. Diuinus autem Palladius cùm priùs fuiſſet [c] admirabilis, hinc meritò euaſit longè admirabilior. Sufficiebat enim miraculum ad viri oſtendendam apud Deum fiduciam.

occiſo precibus ſuſcitato,

& homicidâ per eum declarato.

c

5 Ex eodem autem ordine fuit etiam Abraames admirabilis, qui ædificauit quidem id quod vocatur Paratomon, virtutis autem ſplendores in omnem partem emiſit. Quàm clara autem fuerit eius vita, teſtantur quæ poſt eius mortem fiunt miracula. Ex eius ſepulchro in hodiernum vſque diem ſcaturiunt omnis generis morborum curationes. Huius autem ſunt locupletes teſtes, qui eas abundè illinc per fidem hauriunt. Mihi autem quoque detur conſequi auxilium, qui eorum memoriâ linguam ſanctificaui.

Eum & S. Abraamem

inuocat Theodoretus.

a *De quo 26. Ianuarij.*

b *Iornandes de regnorum ſucceſſione in Aureliano* Immas vicum Antiochiæ *vocat. Chronicon Euſebij an. 2. Aureliani:* Immas non procul ab Antiochiâ. *vbi in editione Scaligeri* Timas *legitur. S. Hieronymus in Vitâ S. Hilarionis:* Perueni ad eremum Chalcidos, quæ inter Immam & Beroeam, magis ad Auſtrum ſita eſt. *apud Gentianum* Iemme *dicitur.* Immas non visus.

c *Menæa:* Nec hoc ſolùm Sanctus egit, ſed pluribus aliis editis prodigiis inclaruit.

DE S. IRMVNDO

MVNDÆ IN AGRO IVLIACENSI.

XXVIII. IANVAR.

In Iuliâ,

1 IVliacum *oppidum eſt & caſtrum munitiſſimum, inter Traiectum-Moſæ & Coloniam Agrippinam, Antonino & Tabulæ itinerariæ memoratum, à* Iuliâ Agrippinâ, *matre Neronis, in Vbiis natâ, conditum fortaſſis, vt quidam viri eruditi cenſent: Romanam certè originem nomen indicat. Id caſtrum qui tenuêre Dynaſtæ, poſt Zuenteboldi Regis necem, ſenſim opibus ac potentiâ aucti, vt alij complures è Ripuariis, Comites, dein Marchiones, pòſt Duces appellati, ac latè diffuſam inter Moſam ac Rhenum prouinciam ſibi, non vno tempore modoq; ſubiectam,* Iuliacenſem, *ſiue* Iuliam *dixêre.*

Mundâ vico,

S. Irmondi natalis;

ætas haud ſat certa;

2 *In hac prouinciâ, haud Iuliaco procul, inter Ruram & Eruatem, ſiue Eruetum, amnes,* Munda *eſt, non ignobilis vicus: vbi* S. Irmundus *opilio colitur XXVIII. Ianuarij, frequenti populorum, vota ſoluentium, accurſu. Vixiſſe eum tradunt* S. Seuerini *Colonienſis Epiſcopi ætate, ſub initium: nempe ſeculi Chriſtiani quinti, quando tractus ille Belgij, qui* Germania ſecunda *dicebatur, ſub Agrippinenſium, Tungrorumq; Antiſtitibus, egregiè religionis noſtræ myſteriis excolebatur; priuſquàm ſeſe tranſrhenana barbaries in eas oras ac reliquam deinde Galliam effunderet. Verùm ætatis* S. Irmundi *præter vulgi traditionem aliud nullum ſuppetit argumentum. Niſi quis ficcitatem, cuius infrà mentio fit, eamdem eſſe exiſtimet, ad quam arcendam à Burdegalenſi vrbe* S. Seuerini *Epiſcopi tranſlata Coloniam pignora ſunt; quod quanto poſt obitum illius tempore contigerit, diſquiremus 23. Octob. ad illius vitam.*

Acta ignota, ab hæreticis diſſipata;

3 *Ignotæ ferè* S. Irmundi *res geſtæ, quòd milites Batani (vt ferè amicos ac hoſtes nullo habent diſcrimine, vbi rapinæ oblata occaſio eſt) ſub annum 1602. dum per Luxemburgenſem ditionem graſſati, iſtac domum reuerterentur, Mundenſis templi ornatum omnem diripuerint, litteras omnes ceteraq; monumenta, ipſaſq; Diuorum ſtatuas flammis abſumpſerint. Publicâ tamen Mundenſium Sacerdotum ac Magiſtratuum auctoritate teſtata, ſtudio & beneuolentia Theodori Ray noſtri, quæ reperiri de* S. Irmundo *potuêre, nacti ſumus.*

Fons ſalutaris.

4 *Idem in litteris ad nos Coloniâ III. Kal. Decemb. anno MDCXXXIX. datis ita ſcribit:* Cùm Octobri ineunte fontem eius ſacrum inuiſerem, octo circiter ruſticellos lagenulis ſuis aquam haurientes aduerti: amicè rogo, ecquid remotiſſimis è locis fontem iſtum allatum veniant? occurrunt vnanimes, eum hominibus pecudibuſq; propinatum, ſanitatem conſeruare, aut curare. Placuit mihi ſimplicium de ſimplici ac innocente paſtore ſuo teſtimonium. Aquam eius fontis duodecim tredecimúe menſibus ad pecudum curationem aſſeruatam, variis in pagis ita limpidam ac integram reperi, vt colore, ſapore, odore nihil à recentiſſimâ differret.

LITTERÆ MVNDENSIVM de S. Irmundi cultu & miraculis.

1 NOs infraſcripti Paſtores, ac nos Godſchalcus Brinen, Rutgerus Iſeeberg, Iacobus à Wirdt, Iudicij in Mundt, Satrapiæ Iuliacenſis, Scabini, hiſce teſtamur, publicamus, ac notum facimus, iuſſu Superiorum ſuorum è collegio Societatis Iesv Colonienſi admodùm Reuerendos ac pereruditos Dominos PP. Theodorum Ray, Henricum Offerman, & M. Ioannem Aldenhouen ad nos miſſos, vt in vitam, mores, geſta, miracula ſancti Patroni noſtri Irmundi ſtudiosè inquirerent: qui iuſſa omni meliori modo exequentes, ac deſuper publicum Scabinatus noſtri documentum flagitantes; tam ſanctæ eorum petitioni volentes lubentes annuimus: euimque in finem præcipuos huiuſce Communitatis ſeniores citari coram nobis fecimus, qui medio iuramento retulerunt, ſe maiorum antiquiſſimâ relatione didiciſſe, eremum ſeu ſiluam, cuius pars noſtrâ memoriâ intra Mundt Beckeradt, Keskorb, & Kirchberde adhuc videtur, præfatum S. Irmundum, vitâ innocenti, ac pecudum publicâ curâ clariſſimum, incoluiſſe; eumdemque, æſtate quadam ſiccisſimâ prorſuſque aridâ, cùm homines ſimul pecudeſque non ſine interitus periculo, aquâ extremâque ſiti laborarent, firmâ in Deum fide, pulſatâ paſtoritio pedo terrâ, fontem copioſiſſimum elicuiſſe; qui & hac noſtrâ memoriâ eius nomen retinens, S. Irmvndi-pvtevs, vulgò Sanct Irmvntz pfvtz dicitur.

S. Irmundus pecudû cuſtos,

fontem diuinâ virtute elicit.

2 Ab eo non longè viſuntur veſtigia templi ac cœmeterium Der alte Kirchoff Zve Mvndt: quod in prædicti Sancti memoriam laudatiſſimi noſtri maiores excitaſſe, ac propter commodiores incolarum vſus pietatemque augendam huc in Mundt tranſtuliſſe arbitramur, quò eius ſacra lipſana, vt etiamnum fit, debitâ veneratione aſſeruentur.

Eius reliquiæ;

3 Præfatus fons iſtius hodiedum, Dei munere, eſt efficaciæ ac virtutis, vt premiſſo debito ſanctiſſimarum reliquiarum cultu ac veneratione hauſta ex eo aqua, ægris ſeu hominibus ſeu iumentis propinata, incolumes quantocyùs reddat. Ob quæ plurimaque alia miracula, S. Irmundi ſtatua ſolenni proceſſione loco ſuo ab altari, in quo

fontis aqua contra morbos ſalutaris;

ſtatua circumlata, in quo publicæ hominum vndequaque affluentium veneration oni expoſita fuit, dimoueri ſolebat, & per parochiam ſacrâ pompâ circumferri. Anno autem à partu virgineo milleſimo ſexcenteſimo ſecundo, cùm Batauus miles, vaſtato Luxemburgenſi Ducatu, per Iuliam ad ſuos rediret, inter alia ſacrilegia, etiam templum Mundanum barbaro furore diripuit, imagines altaribus impoſitas deiecit, ſacris ſe Sacerdotum veſtibus induit, funeribus conſueto campanarum ſono ſignum dedit, & ſtatuis, in Sanctorum ludibrium, funeris ritu circumlatis, eas medio in templo (veſtigiis etiamnum remanentibus) flammis abſumpſerunt: quas inter ſtatua S. Irmundi, eiuſque tumba, in quâ quieſcebat, ignibus colliquefacta eſt: tamen Dei virtute eius omnia oſſa ab igne, ſicut & byſſus ipſa, quâ tegebantur, mediis in flammis integra intactaque mansêre.

ab hæreticis Hollandis exuſta,

cum tumbâ, ſaluis reliquiis,

è rogo ereptis;

4 Atque hæc medio & interpoſito iuramento confirmant ac deponunt oculares teſtes, Boddardus pro eo tempore Mundani templi Ædituus, Ioannes Knobben, Ioannes Wollbeck, honeſti ac integerrimi nominis viri, qui etiam poſteaquàm ſacrilegorum rabiem ac furorem triſtes aliquamdiu obſeruaſſent, ſacro zelo accenſi reliquias, abſumptis iam dudum & ſtatuâ & tumbâ, è flammis & cineribus mirabili Dei beneficio integras extraxerunt.

quarum pars ſublata, pòſt reſtituta.

5 His inſuper accedit, relatu digniſſimum, puellam quamdam (Catharinæ ei nomen erat) ancillari labore tunc quidem Coloniæ occupatam, nunc verò ibidem Ioanni Schurman eiuſdem oppidi Senatori matrimonio elocatam, cùm harum reliquiarum particulam imprudenti pietate ſublatam, & agno Dei impoſitam collo geſtaret, continuâ inquietudine interdiu & in ſomnis agitatam fuiſſe, donec ſublectam à ſe particulam, ad eas, quæ è flammis ſupererant, reliquias reponeret. EX VA. RIIS.

S. Irmundi imago.

6 S. Irmundi porrò ſtatuæ (quam ſuprà flammis exuſtam monuimus) haud abſimilem imaginem vitrea templi noſtri feneſtra hodie oſtendit: faciem ſplendor circumdat, inſtructa manus pedo paſtorali, roſarium benè magnum oſtentat, veſtis Eremitarum eſt propria, canem loro circumducit; equorum pulli, vaccæ, porcelli, aſini circumſtant plurimi.

7 In quorum omnium fidem nos Parochi (qui ſupradicta certò contigiſſe ſcimus ipſi, vel ſincerâ ac fideli maiorum noſtrorum relatione euenisſe cognoſcimus) has litteras rogati ſubſcripſimus, & ſyngraphâ noſtrâ communiuimus: Nos quoque ſupramemorati Scabini in horum omnium fidem conſueto Iudicij noſtri ſigillo de certâ ſcientiâ roborari ac communiri fecimus. Actum Mundt 10. Nouembris, anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo nono.

Wernerus Buſch Paſtor loci, manu propriâ atteſtor.

Ioannes Kobens B. MARIAE V. ac S. Irmundi altaris pro tempore Vicarius.

DE S. CYRILLO
PATRIARCHA ALEXANDRINO.

§. I. *S. Cyrilli natalis, ætas, reliquiæ.*

AN. CHR. CCCXLV. XXVIII. IANVAR. 1 *MVltum Eccleſia Catholica* S. Cyrillo *Alexandrino debet, eius ſingulari eruditione animiq; conſtantiâ aduersùs hæreticos fideliſſimè feliciſſimeq; propugnata: ideoq; ὁ τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως Συνήγορος*, rectæ & immaculatæ fidei Aduocatus *appellatur in Concilio Oecumenico Chalcedonenſi act. 3. in libello Theodori Diaconi, Eccleſiaſticis Concilij monumentis inſerto. Imò tamquàm Sedis Apoſtolicæ Vicarius, æquali cum S. Leone Pontifice Romano honore dignatus eſt in Concilio Conſtantipolitano an. Chr. 536. ſub Mennâ Patriarchâ habito. Ita Actione 1.* Quoniam Chalcedonenſis Synodus non ſolùm Leonis ſanctæ memoriæ, verùm etiam & Cyrilli Alexandrinorum à Deo amati Paſtoris, memoriam in orthodoxâ fide fecit; & Cyrillus quidem Alexandrinus in diptychis prædicatur, Leo autem ſanctæ memoriæ non prædicatur; iuſtum putamus, vt quod defuit ſuppleatur: & quia æqualiter ab hac ſanctâ Synodo pro ſtatu orthodoxæ fidei honorati ſunt, ſimiliter & in ſacris diptychis pro vtilitate & pace Eccleſiæ prædicentur.

S. Cyrilli viri celeberrimi,

natalis apud Græcos 9. Iun.

2 *Græci agunt* S. Cyrilli IX. *Iunij feſtiuitatem, quo die Menologium:* Natalis S. Cyrilli, viri eruditiſſimi, Catholicæ fidei propugnatoris egregij: quem ſummus Pontifex Cæleſtinus idoneum iudicauit, cui ſuas vices in Epheſino Concilio delegaret. *In Menæis.* Sancti Patris noſtri Cyrilli, Papæ Alexandrini.

Κύριλλον ὑμνῶ καὶ Κυρίᾳ μαχον φίλον,
Καὶ Κυρίας πρόμαχον ἀειπαρθένου.
Cyrillum celebro Domini mei amicum,
Et Dominæ ſemper Virginis propugnatorem.

3 *Variis eiuſdem virtutes odis, hymnis, & antiphonis celebrantur in eiſdem Menæis, tum hoc die, tum XVIII. Ianuarij, quo ſolenni eum cultu iterum, vnà cum S. Athanaſio, venerantur, & hoc vtrumque ornant encomio:* SS. Athanaſius & Cyrillus Patriarchæ Alexandrini. Ex his duobus S. Athanaſius vixit imperante Conſtantino Magno, & in primo Concilio Nicæno, nondum Epiſcopus creatus, verbis & ſcriptis ſapientiæ plenis Arium confutauit & pudefecit. Poſt mortem verò Alexandri Archiepiſcopus Alexandriæ ordinatus, à Conſtantio variis exiliis exercitus, per duos & quadraginta annos aſſiduis perſecutionibus exagitatus, migrauit ad Dominum. Sanctus autem Cyrillus ſub Theodoſio minore floruit, Theophili Archiepiſcopi Alexandrini è ſorore nepos, & in Sede Archiepiſcopali ſucceſſor, qui tertiæ Synodo Epheſi celebratæ præfuit, & Neſtorium (qui multa blaſphema in Dominam noſtram Dei genitricem dogmata euomuit) damnauit & exauctorauit. Cyrillus verò, cùm multis præclarè factis & virtutibus eluxiſſet, ad Dominum migrauit.

eius & S. Athanaſij alia feſtiuitas 18. Ian.

4 Erat Athanaſius mediocri ſtaturâ corporis, modeſtè latus, incuruus, grato aſpectu, decenti caluitie, adunco naſo; barbâ non admodùm promiſsâ, ſed diffusâ & genas veſtiente; ore breui, & quaſi inciſo; non omnino cano capite, nec penè albo, ſed ſubflauo. Sanctus autem Cyrillus breue quid habens cum colore gratiore, abnuenti ſimilis aſpectu; denſis & piloſis ſuperciliis magniſque & in arcum flexis, frontemque claudentibus; naſo iuſto, cuius diaphragma, ſeu interuallum narium, contractius erat; genis extentis, labiis tumentibus, ore diducto, fronte anguſtiore, ſed recaluus, denſâ ac promiſsâ barbâ venerabilis, criſpo vtrimque capillo & flauescente ac ſemicano. Quorum dies feſtus agitur in ſanctiſſimæ Sophiæ templo. *vtriuſque formæ:*

natalis apud Latinos:

5 *Latini* Cyrillum *hoc XXVIII. Ianuarij referunt. Antiquum S. Martini Treuiris Martyrologium:* In Alexandriâ, Cyrilli Epiſcopi & Confeſſoris. *Vſuardus, Beda, Ado, Notkerus, Bellinus:* Alexandriæ B. Cyrilli Epiſcopi, qui Catholicæ fidei præclariſſimus extitit propugnator. *Eadem habent MSS. plurima. additur in Romano:* doctrinâ & ſanctitate illuſtris quieuit in pace. *Galeſinius mutatâ paullùm phraſi:* Alexandriæ, S. Cyrilli Epiſcopi, acerrimi religioſiſſimique fidei Catholicæ defenſoris. *Florarium MS. & Martyrol. Colon.* Alexandriam in Græciâ *collocant, enormi mendo, niſi* Græciam *generaliter accipiamus, quà latè tunc per Orientem Græci ſermonis vſus extitit. XXIX. Ianuarij refert eum*

Ex variis. Felicius; *vtroque Maurolycus: à quibus, vti etiam hoc die in Martyrologio Germanico, dicitur* Theodoſio ſeniore imperante quieuiſſe,

annus ac dies mortus:

6 *Hos fortè ſecutus Alegreus in Paradiſo Carmelitici decoris, ſtatu 2. ætate 6. cap. 12. ita ſcripſit:* Tandem ſapientiâ, eloquentiâ, acumine & ſanctitate inſignis, glorioſus ſub Theodoſio Magno & Cæleſtino Papâ I. claruerat, annis ab obtentâ orbis ſalute 444. *aſt iſta quàm diſtant, imperium Theodoſij Magni, & Cæleſtini pontificatus! Mortuus eſt* Theodoſius Magnus, *ſiue* ſenior, *an. Ch. 395. Euectus eſt ad Romanæ Eccleſiæ pontificatum Cæleſtinus an. Chriſti 423.* Marciniano & Aſclepiodoto Coſſ. *Theophilus Epiſcopus Alexandrinus, Cyrilli deceſſor. & patruus, obiit XV. Octobr. anni 412. quo Coſſ. erant* Honorius Aug. IX. & Theodoſius Iunior Aug. V. *at tertio poſt Theophili obitum die Epiſcopatu potitus eſt* Cyrillus, *vt infrà ex Socrate dicetur.* Triginta *eum & duos annos* Epiſcopum vixiſſe *teſtantur eius ex ſorore nepos Athanaſius Presbyter & Theodorus Diaconus Alexandriæ in libellis ad Leonem Papam & ad Chalcedonenſe Concilium, huius Actioni 3. inſertis, licet in Theodori libello Græcè hæc verba non legantur. Sequuntur Liberatus Diaconus in Breuiario cap. 10. Nicephorus lib. 14. hiſt. Eccl. cap. 47. Attigit igitur minimùm annum Chr. 444. quo eum Baronius aliiq; recentiores ſcribunt obiiſſe, ſub* Theodoſij iunioris *imperio,* Leonis Magni *pontificatu. Diem obitus ſtatuunt V. Idus Iunij, quòd in Græcorum Menologio* Natalis *vocetur, vt ſuprà dictum, adeoq;, vt Liberatus ſcribit,* trigeſimo & ſecundo Epiſcopatus ſui anno mortuus *dicetur. Verùm cùm* dies natalis *in ſacris faſtis ſolennem duntaxat eo die haberi Sancto cuipiam cultum ſæpenumerò ſignificet; parùm id ſolidum eſt argumentum. Et fortaſsis hoc XXVIII. Ianuarij anni 445. deceßit, triginta duobus in Epiſcopatu annis expletis, vt Athanaſius, Theodorus, & Nicephorus indicant.*

reliquiæ Romæ.

7 *Octauius Pancirolus in Theſauris abſconditis almæ Vrbis, regione 5. eccl. 2. ſcribit excitatâ ab impio Leone Iſaurico contra ſacras imagines Sanctorumq; reliquias, perſecutione, inter profugos ex Oriente monachos, ſanctimoniales duas fuiſſe, quæ præter alia Sanctorum pignora, quædam huius* S. Cyrilli *Romam attulerint, eaq; aſſeruari in eccleſiâ S. Mariæ in Campo Martio.*

§. II. *Patria, ſtudia, monachatus.*

8 *Religioſiſſimus Carmelitarum Ordo* S. Cyrilli *natalem officij duplicis ſolennitate celebrat XXVIII. Ianuarij, quo die Lectione quartâ ad ſecundum Nocturnum hæc in Matutinis recitantur:* Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus claris parentibus ortus, Theophili item Epiſcopi Alexandrini ex fratre nepos, à quo adoleſcens Athenas ſtudiorum cauſsâ miſſus, cùm plurimùm profeciſſet, ad Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum, vt Chriſtianæ vitæ perfectione imbueretur, ſe contulit. Cuius conſuetudine in Carmelum montem ſecedens, ibi cum aliquot piis viris illic degentibus cæleſtem vitam in terrâ aliquamdiu egit. *Hæc ibi. Andreas Scottus noſter in Cyrilli elogio, quod eius ſermonibus Paſchalibus à ſe Latinè verſis præfixit, hæc de eius ante Epiſcopatum geſtis ſcribit:* Alexandriæ Ægypti ciuitate natum Cyrillum apparet, parentibus honeſtis; & litteris ibidem imbutum, vbi diſciplinæ tum maximè in illâ vigerent Academiâ. Parentum nomina nondum comperi. Patruum habuit Theophilum *&c.*

Alexandrinusne fuerit,

an Græcus, imò Conſtantinopolitanus?

9 *Hæc de patriâ ſufficerent, niſi Alegreus contra pugnaret in Paradiſo Carmelitico:* S. Cyrillus, *inquit,* Epiſcopus Alexandrinus, natione Græcus, patriâ Conſtantinopolitanus. *Tritthemius quoque lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis in editione Colonienſi Petri Quentelij an. 1546. & Francofurtenſi VVecheliana an. 1601.* natione Græcum *ſtatuit; non tamen* ex Conſtantinopoli oriundum, *quod apud Thomam Saracenum veluti ex Tritthemij in Cyrillum elogio legitur. Verùm eſto: ſcripſerit hoc Tritthemius: vnde id hauſit? quo argumento probat?*

10 *Theodorus Diaconus in ſuo libello act. 3. Concil. Chalcedonenſis, agens contra Dioſcorum Cyrilli ſucceſſorem, hæc de Cyrilli amicis habet:* In principio Epiſcopatus ſui *Dioſcorus* ſtatim me clericatu priuauit, comminans & à magnâ illâ ciuitate *Alexandriâ* fugare, propter nihil aliud, niſi ob id quòd familiaritatem, & beneuolentiam ſanctæ memoriæ Cyrilli merebar. Intentio enim eius talis eſt, non ſolùm parentes eius (*Græcè* τὰς ἀπὸ γένους αὐτοῦ propinquos eius) ex illâ ciuitate exagitare, ſeu vitâ priuare; verùm etiam & familiares eius. *Athanaſius Presbyter in ſuo libello eadem pluribus exaggerat:* Sanctæ, *inquit,* & beatæ memoriæ Cyrillus, magnæ Alexandrinæ ciuitatis triginta & duobus annis Archiepiſcopus irreprehenſibiliter & cum rectâ fide viuens, mihi quidem Athanaſio, & clariſſimæ memoriæ Paulo fratri meo, auunculus fuerat, meæ verò matris Iſidoræ germanus. *& paullò pòſt:* In principio Epiſcopatus *Dioſcorus* mihi & fratri meo, adhunc tunc ſuperſtiti, mortem minitans, à nominatiſſimâ Alexandriâ excluſit... frater clariſſimæ memoriæ Paulus, non ſuſtinens cruciatus & iniurias, humanis rebus exceſſit. Ego autem Athanaſius, & noſtræ materteræ, & vxor & filij fratris mei, malo noſtro in humanis rebus permanſimus... noſtras domos præparauit eccleſias fieri, & meam Athanaſij, quarto tecto ſuperiacentem, & quæ pro ſui poſitione fieri non poſſet eccleſia, ſimul occupat cum prædictis domibus, alias etiam vicinas domos & aditus tenens..... Poſt has autem pecunias, à noſtris materteris, ſororibus verò ſanctæ & beatæ memoriæ Cyrilli, anguſtians vſque ad ipſam animam, & obſidens, comminatus ipſam quoque mortem, exegit auri pondo octoginta quinque, nihilominùs & à filiis clariſſimæ memoriæ mei fratris orbitate infelicibus, & eius vxore mortem mariti ſui plangente, auri pondo quadraginta *&c.* Quæ S. Cyrillum *& genere & ortu Alexandrinum fuiſſe non obſcurè indicant.*

Eius ſorores aliiq; conſanguinei Alexandriæ.

11 *Quo in loco, Athenis an Alexandriæ, ſtudiis litterarum excultus ſit, apud antiquos non reperimus. De eius monachatu grandis Baronium inter & Carmelitas Patres controuerſia eſt. Baronium acriter inceſſunt præ ceteris Thomas Saracenus in Menologio Carmelitarum, & Alegreus in Apologiâ pro Ioanne Hieroſolymitano, diſcurſu 2. cap. 11. Hiſtoriam citant ex quopiam Gallico Chronico ſumptam, ac mordicus eam tuentur. Alegrei verbis eam referemus:* Etenim hiſtoria illa Latina, *inquit,* de quâ ſuprà agebamus, Latinè & Gallicè exarata (quæ habebatur apud Galliæ Regem, vt tradunt Coria lib. 9. cap. 18. Dilucidarij Carmel. Emanuel Romanus ſacræ antiq. Carmel. de viris illuſtribus, in Cyrillo Alexandrino, & alij) quam immeritò Baronius faſtidire & faceſſere voluit, cùm à grauiſſimis antiquitatum Carmelitanarum ſcriptoribus, tamquàm fide digniſſima, vel ambabus manibus ſuſcipiatur; S. Cyrilli in Carmelo monachiſmum atteſtatur apertè, verbis eiuſdem Legati aut Ambaſciatoris pro Galliæ Rege in Epheſino Concilio reſidentis, qui ab illo redux ad Regem ſuum alloquutus eſt, in exemplari primo ſuo, quod nos vidimus & legimus in antiquâ bibliothecâ religioſiſſimi Ciſtercienſis cœnobij de la Oliua, Gallico ſuo idiomate prorumpit ſic: Au Concile d'Epheſe, qui ſe celebra par deux cens Eueſques, l'an du Seigneur 418. au lieu du Pape Celeſtin y preſidoit le bien-heureux S. Cyrille moine du Mont Carmel; lequel pour ſa ſaincte vie, admirable ſcience & doctrine, diſputant contre Neſtor Patriarche de Conſtantinople, qui mit tache en l'honneur de la Vierge Marie, & en celle de Ieſus-Chriſt ſon fils, emporta la victoire ſur luy. Quæ nunc ſic iam traducta Latino verba tenemus: In Concilio Epheſino, quod fuit celebratum per CC. Epiſcopos, ann. Domini CCCCXVIII. præſidebat, loco Papæ Cæleſtini I. B. Cyrillus monachus Montis Carmeli, qui ob ſanctitatem vitæ, admirabili ſcientiâ & doctrinâ diſputans contra Neſtorium Patriarcham Conſtantinopolitanum, qui maculam poſuit in B. Virgine Mariâ, & in eius filio Chriſto Ieſu, eum ſuperauit.

Carmelitam fuiſſe,

malè probatur ex quodam ſcripto Gallico,

12 *Verùm meritò hæc improbata ſunt Baronio. Quis eo tempore Rex Galliæ fuit Chriſtianus, qui Legatos ad concilium mittere*

tere potuerit? Chlodoueus regnum circa an. Ch. 482. auſpicatus, anno primùm 496. Chriſtianam religionem amplexus eſt. An etiam Regem Legatus Francico moderno idiomate (vt videtur Alegreus aſſerere) allocutus? at Reges primi illi Francorum Sicambricè locuti. & modernum Francorum idioma diu pòſt è Latino conformatum, aut potiùs deprauatum. Vt omittamus, Concilium Epheſinum anno Chriſti 431. non 418. eſſe habitum. Miramur viros eruditos rationes tam friuolas afferre in medium.

nullius fidei.

13 *Baronius acriter profectò in eam narrationem inuehitur to. 6. Annal. an. 444. num. 17.* Sanè quidem reſpuimus, *inquit*, atque exſufflamus figmentum illud, incerto auctore proditum, Chronico nimirùm, quod extaſſe fingunt apud quemdam * Franciæ Regem, quo tradunt eumdem S. Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum monachum fuiſſe montis Carmeli: cui quidem aſſertioni Tritthemius leuiter nimis fidem præſtitit. Vnde hæc, quæſo, incerto auctori, ſi, qui certi atque probati ſunt auctores, eiuſdem Cyrilli æquales, eiuſdemque res geſtas quàm diligenter proſecuti, hæc neſcientes obruta ſilentio reliquerunt? Vel quæ apud huius temporis ſcriptores mentio de culto Carmelo à vitæ monaſticæ profeſſoribus? Etenim cùm apud S. Hieronymum, Palladium, Euagrium, Caſſianum, Theodoretum, Cyrillum monachum, & alios ſeculi huius ſcriptores frequens mentio fit de monachis in Palæſtinâ degentibus, nuſquam penitùs apud eos de monachis Carmelitis. Faceſſat igitur eiuſmodi de monachiſmo Cyrilli in Carmelo fabella, ſicut illa huic haud impar, quâ traditur & Ioannes Hieroſolymorum Epiſcopus Origeniſta, fuiſſe etiam monachus Carmelita: ſicut enim hæc leuiter effinguntur, ita & facilè refelluntur. Flagrans quidem cupido nobilitatis auitæ cogit interdum homines delirare. *Hæc Baronius.*

ideoq; explosa à Baronio.

* Ludouicum XI.

14 *De Ioanne Hieroſolymitano aliter ſentiunt plurimi viri doctrinâ & ſapientiâ illuſtres, qui eius (quod huc facit) monachicam vitam adſtruunt. Ipſe S. Hieronymus (qui ab Alegreo inter Carmelitas quoque cenſetur, vt ferè cuncti illius ætatis inſignes monachi) epiſt. 62. ad Theophilum Epiſcopum Alexandrinum de Ioanne agens, ita exclamat:* Monachus (prô dolor!) monachis & minatur, & impetrat exilium, & hoc monachus Apoſtolicam cathedram habere ſe iactans. *Sed vtrùm in monte Carmelo monachus, aut etiam Abbas fuerit, quæritur. S. Hieronymus in Vitâ S. Hilarionis teſtatur priuſquàm Hilarion ex Ægypto rediret,* necdum tunc monaſteria fuiſſe in Palæſtinâ. *& deinde:* nec quiſquam monachum ante S. Hilarionem in Syriâ nouerat: *vt mirum ſit Thomam Saracenum ſcribere, abſque vllius auctoris teſtimonio, anteà fuiſſe Carmelitarum in Palæſtinâ monaſteria, quæ Hilarion deinde* viſitabat & inſtruebat. *Verùm* exemplo eius, *inquit Hieronymus,* per totam Palæſtinam innumerabilia monaſteria eſſe cœperunt. *Quidni tunc aliqui, veteri ſanctiſſimorum Prophetarum exemplo Eliæ & Eliſæi incitati, montem Carmelum inhabitare potuerint?* S. Iacobus Eremita, *de quo infrà agemus,* prope oppidum Prophyreonem in ſolitarium locum ſeceſſit, *non procul à Carmelo monte: cuius* vita ita celebrabatur vt è viginti aut triginta monaſteriis monachi & Clerici ad eum venirent, vt eius benedictionem acciperent, & ab eo confirmari poſſent. *Horum monaſteriorum aliquod in Carmelo, aut ad eius radices, fuiſſe, admodùm probabile. Et cur iſthic minùs, aut cur non iſthic potiùs, quàm in reliquâ Palæſtini maris orâ? An verò ibi ante Epiſcopatũ ſuſceptũ monachus Ioannes fuerit, aut etiam Abbas, & ſub eo vixerit monachus S. Cyrillus, apud antiquos non leginus. à Tritthemio Cyrillus* montis Carmeli quondam decus & cultor inſignis *appellatur. Tritthemium ſequuntur plurimi recentiores, quos proferunt Alegreus & Saracenus. Sed mirari quis poſſit, cur in Palæſtinâ potiſſimùm monaſticam vitam complecti voluerit, cùm in Ægypto primùm ea viuendi ratio inuenta cultaq; fuerit, atque eo tempore præcipuè floruerit.*

Ioannes Hieroſol. Epiſcopus anteà monachus,

an in Carmelo,

& Cyrilli magiſter, non cõſtat.

15 *Alterum quæri poteſt, an ſaltem monachũ fuiſſe Cyrillum, quocumque in loco ſiue Palæſtinæ ſiue Ægypti, ex antiquis conſtet. Saracenus id ex eo clarum arbitratur, quia Græcorum axioma ſit,* Neminem temporibus B. Cyrilli, & ſuprà, per Orientalium oras, ad Epiſcopatus dignitatem aſſumere, niſi de monachorum monaſteriis delectum, licuiſſe: *idq; ex* Græcorum quoque Menologio nullo negotio comprobari poſſe *aſſerit. At nobis quotidie Menologium illud & Menæa voluentibus probatu id difficile; adeoq; contrarium tum ex iiſdem Menæis, tum præſertim ex illius temporis ſcriptoribus perſpicuum videtur. Cum Athanaſio, vt ſuprà vidimus, colunt Cyrillum Græci: de vtriuſque monachatu ſilent, licet Alegreus Athanaſium quoque ſcribat* non pauco tempore monachum egiſſe, & fuiſſe miniſtrum magni illius Abbatis Antonij in ſolitudine Ægypti, quia ipſe id palàm affirmat in Vitâ S. Antonij. *Hanc accuratè illuſtratam dedimus XVII. Ianuarij, nec vllum monachatus S. Athanaſij veſtigium reperimus. Conſuli prolegomenorum §. 8. poteſt.*

Ex variis. Non olim omnes Episcopi ex monachis aſſumpti.

16 *Iſidorus Peluſiota vii frequentes S. Cyrillo iam Epiſcopo ſcripſit epiſtolas, ita ei rondum Epiſcopo, inter monachos degenti in ſolitudine, videtur nonageſimam quintam libri primi ſcripſiſſe, quæ ita habet:* Quid tibi vtilitatis affert Ioannis in locum deſertum ſeceſſio, quam olim ſtudiosè imitatus es, cùm nunc eum minimè imiteris; verùm ad priuatas curas te referas, atque in ſolitudine tumultueris, & ab hominum cœtu remotus perturberis? Etenim externo habitu ac ſpecie quieſcere, mentis autem mutationibus ac perturbationibus inquinari, tum ſenſum caligine perfundit, tum ſuſceptos iam labores extinguit, atque perturbationibus animi pronam ac facilem victoriam reddit, efficitque vt miles abiecto ſcuto fugiat. Porrò nemo militans implicat ſe negotiis ſecularibus, vt ei placeat, à quo in militiam aſcitus eſt: verùm arma omni ex parte geſtat, ad id certamen, quod Tribuno militari placuerit, ſe comparans. *Hæc de monachatu ad certiora properamus.*

Videtur Cyrillus monachus fuiſſe.

§. III. *Epiſcopatus. proſcripti Nouatiani. dæmonia effugata.*

17 *Socrates lib. 7. cap. 7. (ſed, quòd Cyrillus continuò ad ſuam Eccleſiam à Nouatianorum hæreſi repurgandam animum adiecit, ſubinfeasè, ſectà ipſe Nouatianus) ita ſcribit:* Theophilus Alexandriæ Epiſcopus in veternum delapſus abiit è vitâ, ad nonum conſulatum Honorij, Theodoſij autem quintum, 15. Oct. Ibi tum de Epiſcopo deligendo orta eſt controuerſia. Alij enim Timotheum Archidiaconum, alij Cyrillum filium fratris Theophili, ad Epiſcopatus illius Sedem efferre laborarunt. Quâ de re cùm à populo certatum eſſet, quãquàm * Abudacius præſidiariorum militum Præfectus partibus Timothei ſubſidio fuit, tamen triduo poſt mortem Theophili Cyrillus in Sede epiſcopali collocatus epiſcopatu potitus eſt: maioremq; principatum, quàm vnquam Theophilus habuiſſet, pariter ſibi aſſumpſit. Etenim ex illo tempore Epiſcopus Alexandrinus, præter ſacri Cleri dominatum, rerum præterea ſecularium principatum acquiſiuit. Quapropter Cyrillus ſtatim cùm Nouatianorum eccleſias, quæ erant Alexandriæ, occluſiſſet, non modò omnem ſacrum theſaurum, qui in illis fuit, penitùs abſtulit; verùm etiam Theopemptum illorum Epiſcopum omnibus ſuis fortunis priuauit. *Hæc Socrates, ſed ob ſuæ ſectæ patrocinium ſæpiùs alibi quoque malæ fidei ſuſpectus, vt rectè monet Baronius an. Ch. 412. num. 45. & in Notis ad Martyrologium Romanum. Imò eamdem inurere notam S. Cæleſtino Pontifici Romano, quòd* Nouatianis, qui erant Romæ, eccleſias abſtuliſſet, *conatur idem Socrates lib. 7. cap. 11.* Epiſcopatus, *inquit,* Romanus, non aliter atque Alexandrinus, quaſi extra ſacerdotij fines egreſſus, ad ſecularem principatum erat iam antè delapſus.

Fit Epiſcopus competitore Timotheo morbeo:

* *al.* Abundãtius.

hæreticorum eccleſias claudit,

magnâ poteſtate præditus:

18 *Cùm hæreticos, dæmonum ſocios atque adiutores, expuliſſet Cyrillus, ipſos quoque dein aggreſſus dæmones è ſuis ſedibus effugauit.* Aberat Alexandriâ, *vt teſtantur Acta SS. Cyri & Ioannis in fine,* decem ſtadiis Canopus: *hinc verò* diſtabat quidam vicus ſpatio duorum ſtadiorum, nomine Manuthe. Hic autem vicus erat dæmonum habitatio, &

locum dæmonibus infeſtum,

Ex variis.

verſabantur in eo maligni ſpiritus. Theophilus verò hic, Præſul, vt priùs diximus, Alexandrinus, cùm voluiſſet reddere locum purum à dæmonibus, Chriſtiáque Euangeliſtarum & Apoſtolorum characteribus & figuris, vt ad eum conſeruandum idoneis, occupare, id quod ſtatuerat non perduxit ad effectum. Interim enim mors aduenies, quæ eſt hominibus res inexorabilis, abducit eum à vitâ præſenti. Deinde autem Cyrillo quoque, qui poſt ipſum Sedi ſucceſſit, non parum erat curæ liberare locum à dæmonum iniuriâ. Cùm verò de eâ re ſæpè Deum rogaſſet, Angelus ei apparens in viſione, iubet vt magni illius Cyri & Marci Euangeliſtæ reliquiæ in hoc vico reponerentur. Sic enim fore vt à dæmonum nocumento liberetur. Cur autem non Ioannis quoque dixerit, ſatis quidem oſtenſum eſt à Cyrillo: eſt autem omnibus quoque per ſe manifeſtum, quòd nomine Cyri, omnino Ioannis quoque nomen ſimul oſtenditur. Sicut enim mores fuerunt eis communes, & quæ propter Chriſtum facta eſt confeſſio & conſummatio; ita etiam ſimplex eſt omnino vocatio, & citra vllum diſcrimen. Hinc in Manuthe martyricæ eorum reliquiæ, viceſimo & octauo menſis Iunij, præclarè ſimul & ſacroſanctè transferuntur, vici cuſtodia, dæmonum fuga, à morbis liberatio, & nunc locus eſt Deo conſecratus, illiuſque Martyribus & adminiſtris, gratiâ & clementiâ Domini noſtri Ieſu Chriſti. *Baronius hæc acta refert ad an. Ch. 414. num. 20. vbi templum hoc Canopi, non Manuthæ, ait extitiſſe, non ſatis Actis his perpenſis, quæ illuſtrabimus ad XXXI. Ianuarij.*

diuino monitu expurgat, tranſlatis eò Sanctorum reliquiis.

§. IV. *Iudæi Alexandriâ pulſi.*

19 *Socrates lib. 7. cap. 13.* eodem tempore *pulſos Alexandriâ à Cyrillo Iudæos ſcribit, quo* Chryſanthus *Epiſcopus Nouatianorum ſuæ ſectæ Eccleſiam Conſtantinopoli adminiſtrabat, de quo cap. 12. egerat. Creatus is erat an. Chr. 412. mortuus* Monaxio & Plintâ *Coſſ. an. Ch. 419.* Eodem *ergo* tempore, *inquit Socrates,* Iudæorum gens à Cyrillo Epiſcopo Alexandriâ hanc ob cauſſam eiecta eſt. Populus Alexandrinus præter ceteros ſeditionibus delectatur: in quibus, ſi quando ſit oblata illarum conflandarum occaſio, ſcelera eduntur propè intolerabilia: quippe ſine ſanguine numquàm populi impetus ſedatur. Id temporis tumultus, non de cauſsâ aliquâ neceſſariâ, ſed de ſtudio ſaltatores ſpectandi (quod malum per omnes ciuitates ſerpit) in ipsâ multitudine fortè ciebatur. Nam die Sabbathi ingens turba ad quemdam ſaltatorem ſpectandum confluxit. Et quoniam Iudæi, qui illo die feriantur, non Legi audiendæ, ſed ſpectaculis & ludis ſcenicis contemplandis totos ſeſe dedebant, dies ille populi factionibus inter ſe mutuò dimicandi cauſſa extitit. Ac quamquàm populi diſcordia à Præfecto Alexandriæ vtcumque tum ſedata fuit, nihilominùs tamen Iudæi alteri populi factioni aduerſarij eſſe non deſtiterunt. Atque tametſi Iudæi Chriſtianis erant ſemper infeſti, tum tamen propter ſaltatores, multò in eos infenſiores facti ſunt.

Iudæi turbas cient,

præcipuè occaſione ſpectaculorum:

20 Itaque cùm Oreſtes Præfectus Alexandriæ πολιτείαν (ſic enim publica Præfecti edicta appellant Alexandrini) in theatro proponendam curaret, aderant etiam Cyrilli Epiſcopi neceſſarij, vt edicta à Præfecto publicata conſiderarẽt, inter quos erat vir nomine Hierax, humilioris litteraturæ magiſter, qui attentiſſimus auditor Epiſcopi Cyrilli fuit, & in concionibus eius plauſum diligentiſſimè excitare conſueuit. Hunc igitur Hieracem vt primùm Iudæorum multitudo in theatro conſpicata eſt, extemplò vociferari cœpit, eum ob nullam aliam cauſſam ad theatrum acceſſiſſe, quàm vt populum ad ſeditionem concitaret. Oreſtes autem, etſi antè Epiſcoporum poteſtas illi odio propterea fuerat, quòd per eos nonnihil de auctoritate eorum, qui ab Imperatore ad magiſtratus gerendos deſignati erant, admodùm detractum fuit; tamen tum vel maximè, quòd Cyrillus videbatur in eius edicta curiosè inquirere; proinde Hieracem palàm in theatro comprehenſum grauibus diuexauit ſuppliciis.

Præfectum in Cyrilli neceſſarios commouent:

21 Quâ re intellectâ Cyrillus Iudæorum primarios accerſit: illis, ſi non contra Chriſtianos tumultus ciere deſiſtant, debitas pœnas ſe irrogaturum minatur. At multitudo Iudæorum, cognitis Epiſcopi minis, multò maiore iracundiæ æſtu exardeſcere, machinaſque ad Chriſtianis nocendum excogitare cœpit: quas quidem præcipuam cauſſam Iudæos Alexandriâ exturbandi fuiſſe, iam oſtendam. Iudæi cùm teſſeram ipſi ſibi dediſſent, nimirùm vt quiſque annulum ex cortice palmæ confectum geſtaret, nocturnam pugnam contra Chriſtianos inſtituunt. Itaque nocte quadam per vniuerſas vrbis regiones à quibuſdam conclamandum curant, totam eccleſiam Alexandri nomine nuncupatam igne conflagrare. Quo audito Chriſtiani, alius aliunde, concurrunt, vt eccleſiam ab incendio liberẽt. Tum Iudæi protinus impetu in Chriſtianos facto, eos trucidant. Atque vt à ſuis, annulis demonſtratis, manus abſtinebant; ſic Chriſtianos, qui ipſis fortè obuiàm facti erant, è medio tollebant.

moniti à Cyrillo,

conſpirant in eadem Chriſtianorum;

quam & nocturnâ fraude perpetrant:

22 Vbi autem illuxit dies, ſceleris auctores minimè obſcuri & incogniti fuerunt. Quâ de re Cyrillus grauiter commotus, cum ingenti manu ad Iudæorum ſynagogas (ſic enim eorum templa vocantur) rectà pergit: & ex Iudæis nonnullos neci dat; alios expellit è ciuitate, eorumque fortunas à multitudine diripi permittit. Itaque Iudæi, qui vſque ab Alexandri Macedonis temporibus illam vrbem incoluerant, tum vniuerſi inde eiecti, alij in alia loca diſperſi vixerunt. Adamantius ex numero Iudæorum, qui medicinam docebat, Conſtantinopolim profectus, ad Atticum Epiſcopum ſe contulit. Qui poſteaquàm Chriſtianam religionem profeſſus erat, Alexandriæ denuò habitauit.

vrbe pelluntur:

aliqui pòſt conuerſi.

23 Oreſtes illius vrbis Præfectus, illud Cyrilli factum valdè iniquo animo tulit: magnumque cepit dolorem, tam præclaram ciuitatem tantâ hominum multitudine prorſus orbatam eſſe. Quamobrem ad Imperatorem de rebus ibi geſtis refert. Cyrillus etiam Imperatori Iudæorum ſcelera per litteras ſignificat; & nihilominùs tamen de amicitiâ conciliandâ (ad illud namque faciendum populus Alexandrinus illum impulerat) cum Oreſte agit. Verùm vbi Oreſtes de amicitiâ ne audire quidem voluit, Cyrillus librum Euangeliorum (hunc enim illum reueriturum putauit) ei manu porrexit. At cùm Oreſtis animus ne hoc modo quidem deliniri poſſet, ſed inter eum & Cyrillum capitales inimicitiæ ſemper intercederent; hæc clades, quam deinceps commemorabo inde conſecuta eſt. *Hæc Socrates. Eadem narrat Nicephorus lib. 14. cap. 14. apud quem tamen nulla cædis Iudæorum mentio eſt; nec credibile eam Epiſcopi auctoritate deſignatam. Agnoſcere verò in Oreſte licet politicorum noſtri quoque temporis indolem, qui quacumque poſſunt ratione modoque, Pontificum conantur aliorumque Eccleſiaſticorum hominum bona inuadere, iura violare, conuellere auctoritatem, veluti Regum emolumentis noxiam; cùm nullis Regibus feliciùs cuncta ceſſerint, quàm qui Eccleſiæ plurimum detulerunt; contrà verò plurimis calamitatibus eas inuolui prouincias videamus, quarum gubernaculis eiuſmodi homines admoti ſunt.*

Præfectus Iudæorum expulſione offenſus Cyrillo.

§. V. *Turbæ Alexandrinæ. Errantes correcti.*

24 *Tragicam, quam narratum imus, hiſtoriam Imperatori & Oreſtes Præfectus & Cyrillus ſignificarunt. Vtinam litteræ Cyrilli extarent! maius ea pondus, quàm furentis illius Oreſtis, apud rectè ſentientes obtinerent. Huius tamen relationem potiùs arripuit Socrates, Cyrillo infenſus, lib. 7. cap. 14. & 15.*

Nonnulli ex monachis, *inquit,* qui Nitram montem accolebant, ingenio feruentiore præditi, ſicut iampridem idem ipſum declararunt, exorſi à Theophili temporibus, quando erant ab illo contra Dioſcorum & eius fratres iniquè armati; ſic id temporis quoque æmulationis ardore

Monachi Nitrienſes Præfectum conuicio impetunt;

ardore inflammati, prompto & alacri animo pro Cyrillo dimicare conſtituerunt. Itaque viri ad quingentos numero ex monaſteriis egreſſi, vrbem Alexandriam contendere, Præfectum rhedâ circumuectum obſeruare, eum adire, ſacrificum, Gentilem, & aliis compluribus contumelioſis nominibus appellare cœperunt.

& lapidibus:

25 Ille ſuſpicatus ſibi à Cyrillo inſidias collocatas eſſe, exclamare ſe Chriſtianum eſſe, & ab Attico Epiſcopo Conſtantinopoli baptizatum. Verùm, vbi monachi eius verba videbantur contemnere, vnus fortè ex illis, nomine Ammonius, caput Præfecti lapide percutere: Præfectus illo vulnere inflicto, totus ſanguine manare. Quapropter Præfecti apparitores, exceptis paucis, omnes ſe clàm inde ſubducere, alius aliò ſe in multitudinem abdere, præcauentes ne lapidum iactu interimantur. Interim populus Alexandrinus frequens eò confluere, monachos Præfecti cauſsâ animo prompto vlciſci; quos omnes, præter Ammonium, in fugam vertunt: illum ad Præfectum deducere. Præfectus palàm, vti leges poſtulant, de eo quæſtionem exercere, tormentis tantiſper afflictare, dum extremum ſpiritum edit.

vnus ex iis à Præfecto intermẽtis necatus,

26 Quæ res non diu pòſt ad Imperatorũ aures perlata eſt. Quin etiam Cyrillus eamdẽ rem illis, ſed ſecus expoſitam omnino per litteras ſignificauit. Corpus quoque Ammonij capit, inque eccleſiâ quadam recondit, at non Ammonij ſed Thaumaſij nomine nuncupauit. Et cùm in eccleſiâ magnitudinem animi illius, vtpote graue certamen pro pietate perpeſſi, laude & prædicatione extuliſſet, iuſſit Martyrem appellari. Verùm qui modeſtiores erant, etiam ex ipſis Chriſtianis, Cyrilli ſtudium erga Ammonium minimè approbarunt. Nam exploratum habebant Ammonium, non in tormentis interiiſſe, ne Chriſtum denegare cogeretur; ſed temeritatis ſuæ pœnas dediſſe. Quocircà Cyrillus ipſe illud ipſius facinus ſilentio in obliuionem pedetentim venire paſſus eſt. At ne adhuc quidem acerba illa inter Cyrillum & Oreſtem ſuſcepta contentio ſedata eſt: quippe alia clades huic non diſſimilis, quam ſum iam narraturus, eam renouauit.

honorificè à S. Cyrillo ſepultus.

27 Mulier quædam erat Alexandriæ, Hypatia vocata, filia Theonis Philoſophi. Hæc tantos in litteris fecit progreſſus, vt omnes Philoſophos ſui temporis longè ſuperaret: ac non modò in ſcholam Platonicam, à Plotino deductam, ſuccederet, verùm etiam omnes Philoſophorum omnium præceptiones & diſciplinas omnibus, qui eam audire volebant, explicaret. Quapropter quotquot philoſophiæ ſtudio incendebantur, vndique ad illam confluebant. Quinetiam propter grauem animi fidentiam, quam ex doctrinæ fontibus hauſerat, etiam in conſpectum Principum ſummâ cum modeſtiâ venire non dubitauit. Neque illam pudebat in mediam hominum frequentiam prodire. Omnes enim eam, ob ſingularem animi moderationem, cum reuerentiâ quadam & venerabantur & ſuſcipiebant. Itaque inuidiæ flamma tum contra eam incenſa eſt. Etenim cùm crebriùs cum Oreſte in colloquium veniret, populus Eccleſiæ illam cœpit inſimulare quòd Epiſcopo ad amicitiam Oreſtis reconciliandam aditum penitùs intercludebat. Proinde certi homines, qui erant naturâ paullò feruentiores, quibus Petrus Lector in illâ eccleſiâ ducem ſe præbuit, vno conſenſu, mulierem domum alicunde redeuntem obſeruant; de curru, quo vehebatur, deturbant: ad eccleſiam, quæ Cæſareum dicitur, rapiunt: exutamque veſtibus, teſtis acutis ad necem vſque dilacerant, eius membra diſcerpunt, diſcerptaque ad locum, qui Cinaron dicitur, comportant, atque igni comburunt. Hoc facinus cùm Cyrillo, tum Eccleſiæ Alexandrinæ, non exiguam labem aſperſit infamiæ. Nam qui religionem Chriſtianam profitentur, à cæde, pugnis, & id genus aliis omnino alieni eſſe debent. Hæ res geſtæ ſunt quarto anno epiſcopatus Cyrilli, ad decimum Conſulatum Honorij, & Theodoſij ſeptimum, menſe Martio, cùm obſeruabantur ieiunia.

Hypatia philoſophia magiſtra,

exiſtimata Præfectum alienare à Cyrillo,

crudeliter occiſa

28 Hypatiæ *plures epiſtolas ſcripſit Synesius. De eâ pluribus agit Baronius, & potiùs Alexandrinorum furore ac tumultu, quàm Cleri conſpiratione, occiſam eſſe exiſtimat. Hæc* quarto anno epiſcopatus Cyrilli *contigiſſe etiam Nicephorus ſcribit. Cœpit is quartus annus 18. Octob. anni 415. adeoq; hic* menſis Martius *neceſſariò eſt anni ſequentis 416. conſulatu* Imper. Theodoſi VII. *vt hic dicitur, &* Palladij; *non* Honorij X. *Apud Nicephorum fœtus mendum: nam cùm anteà Cyrillum ſcripſiſſet electum* anno quinto Theodoſij Imper. *hic tamen Hypatiam occiſam ait anno* quarto epiſcopatus Cyrilli, ſexto imperij Theodoſij, *cùm huius octauus ferè exſpiraret. Petro Lectori, (ei fortaſſis qui huius cædis auctor habetur) ſcripſit S. Iſidorus Peluſiota epiſtolas 177. & 305. lib. 3. & epiſt. 555. lib. 5. Qui alij id facinus perpetrarunt, videntur fuiſſe* Parabolani, *vel* Parabolarij, *ſeu* Paraboli, *qui ægrotantium curam ſuſcipiebant, & peſte quoque infectis ſubueniebant; qui cùm Epiſcopo ſubeſſent, eidem fauebant, & negotium faceſſebant Præfectis, quare de his anno hoc 416. reſcripſit Theodoſius ad Monaxium Præfectum Prætorio, L. 42. de Epiſc. & Cleric. Cod. Theod. prohibens ne collegium illud excederet numerum quingentorum; eoſdemq; iubens non ex diuitibus ſed pauperibus legi; nec vllum adire publicum ſpectaculum, aut ad curiam accedere, niſi ſingulos, & vrgente neceſsitate. Reſcripſit tamen poſteà L. 43. ibidem, vt eorum cœtus ad ſexcentos poſſet amplificari, quibus in omnibus præeſſet Epiſcopus Alexandrinus; nam &* Clericos *appellat: ſed* minoris ordinis *interpretatur Baronius an. Chr. 416. in fine. Huc videtur reſpexiſſe Iſidorus Peluſiota lib. 5. epiſt. 268. ad S.* Cyrillum, *& epiſt. 278. ad* Petrum, *diſputans*, an regia poteſtas Clerum in ordinem redigere poſſit.

Ex Baronio anno 416.

à Parabolanis, vt conijcere licet.

Eremitam ex ſimplicitate in fide hallucinantem,

29 *Subiicimus quæ in reuocando anachoretâ quodam, viro ſancto, ſed ad hæreſim prolabente, prudenter à Cyrillo geſta referuntur lib. 5. de Vitis Patrum, libello 18. num. 4.* Abbas Daniel narrauit de alio ſene magno, qui habitabat in inferiores partes Ægypti, quia diceret per ſimplicitatem, quòd Melchiſedech ipſe eſt filius Dei. Hoc autem indicatum eſt ſanctæ memoriæ Cyrillo Archiepiſcopo Alexandrino, & miſit ad eum. Sciens autem quia ſignifer eſſet ille ſenex, & quicquid peteret à Deo reuelabatur ei, & quia ſimpliciter diceret hoc verbum, vſus eſt huiuſmodi ratione, dicens: Abba, rogo te, quia in cogitatione meâ eſt, quòd Melchiſedech ipſe ſit filius Dei: & rurſus alia cogitatio mea dicit, quia non ſit, ſed homo ſit, & Sacerdos ſummus fuerit Dei. Quoniam ergo hæſito de hoc, idcircò miſi ad te, vt depreceris Deum, quatenùs reuelare tibi dignetur de hoc, quid veritas habeat. Senex autem de conuerſatione ſuâ præſumens, cum fiduciâ dixit: Da mihi per tres dies inducias, & ego deprecor Deum de hac re, & renuntio tibi, quod mihi fuerit reuelatum de hoc. Intrans ergo in cellam ſuam deprecabatur Deum de verbo hoc: & veniens poſt tres dies dixit ſanctæ memoriæ Cyrillo: Homo eſt Melchiſedech. Archiepiſcopus autem reſpondit ei: Quomodò conſtat apud te, Abba? Et ille dixit ei: Deus oſtendit mihi omnes Patriarchas, ita vt ſinguli eorum coram me tranſirent ab Adam vſque ad Melchiſedech, & Angelus aſſiſtens mihi dixit: Ecce iſte eſt Melchiſedech: & ideò Archiepiſcope, certus eſto, quia ſic eſt. Abiens autem ſenex, per ſemetipſum prædicabat, quia homo eſſet Melchiſedech. Et gauiſus eſt magnificè ſanctæ memoriæ Cyrillus.

veluti ipſe dubitans,

dextrè corrigit Cyrillus.

§. VI. *Nomen S. Chryſoſtomi diptychis inſcriptum.*

S. Chryſoſtomi nomen vt ſacris tabulis inſcriberetur, laboratum;

30 *Controuerſia hæc omnis, diuturnis agitata ſtudiis, tandemq; Romani Pontificis inſigni conſtantiâ, feliciſſimè ex ſacrarum legum reuerentiâ terminata, plenè eſt à nobis ad Vitam S. Attici Epiſcopi Conſtantinopolitani VIII. Ianuarij diſcuſſa, & ſingula ſuis temporibus aptè reſtituta. Hic ea ſolùm quæ ad Cyrillum pertinent proferemus.* Nicetas *Philoſophus, Baronio tomo 10. an. Chr. 848. num. 34.* fideliſſimus ſcriptor *habitus (de quo XXIII. Octob. ad Vitam S. Ignatij Patriarchæ*

EX VARIIS. *Conſtantinopolitani, ab eo ſcriptam, plura dicemus*) *hic ergo Nicetas, quibus progreſſibus res tanto tempore pertractata optatum conſecuta ſit finem, hiſtoriæ ſuæ inſeruit, adductis litteris Attici atque Cyrilli hac de re vltro citroq; datis, quas omni fide conſcriptas pronuntians recitat Baronius num. 46. & ſeqq. anno 412. nam eo exiſtimauit nomen Chryſoſtomi diptychis inſcriptum, quod non niſi vltimis annis Attici factum ad eius Vitam probauimus. Obiit ille X. Octob. anni 425. Ei conuixit Alexander Epiſcopus Antiochenus, de quo mox, ad annum vſque vigeſimum illius ſeculi; poſt cuius obitum Atticus nomen Chryſoſtomi diptychis Conſtantinopolitanis inſcripſit, atque vt idem præſtaret Alexandriæ, litteris ſuis monuit Cyrillum.*

31 *Ex Nicetâ philoſopho, rem totam ita deſcribit Nicephorus lib. 14. cap. 25. & ſequentibus:* Alexander itaque & vitâ & doctrinâ optimus, zelo ingenti Ioannis cauſſam fouens, primus illius nomen in Eccleſiaſticum retulit album: atque ad Imperatorem omneſque vbique Epiſcopos, vt idem & ipſi facerent, & eâ re pacem certam & conſtantem Eccleſiæ conciliarent, ſcripſit. Ceterùm cùm Atticus quoque Epiſcopus propter Ioannitas Eccleſiam eſſe ſciſſam videret, de Principum ſententiâ, ipſe quoque mentionem illius fieri in precationibus iuſſit; quemadmodùm id & in aliis Epiſcopis, qui vitâ exceſſiſſent, fieri ſolitum erat. Atque ex eo tempore pax extitit, donec poſteà quoque reliquiæ eius vrbi imperanti illatæ ſunt. Atticus inuidium, in quam propter diuinum Ioannem deciderat, hoc modo magnificè aboleuit. Nec ille modò id fecit, ſed aliis quoque Ioannis memoriam precibus inſerere recuſantibus, & Cyrillo maximè Alexandriæ Præſuli, qui hoſtiliter Ioannem oderat, quòd ille à Theophilo patruo ſuo diſſenſiſſet, perſuaſit.

inſcribit S. Atticus, ſerò licet:

idem S. Cyrillo ſuadet.

32 *Attici epiſtolam dedimus VIII. Ianuarij: Cyrilli reſponſum hic ne detur, nimiùm alienatus illius à Ioanne animus & offenſus vetat. Oblitterentur ſanè, ſi quæ non ſolùm malè geſta à Sanctis, ſed peiùs etiam defenſa ſunt, vt non tam cicatrix decorè obducta, quàm fœdè etiamnum hians & ſanie fluens vulnus videri poſſint. Eas litteras vbi cap. 27. recitauit Nicephorus, ita cap. 28. ſcribit:* Hæc quidem Cyrillus de ſacro Chryſoſtomo & ſcripſit & ſenſit, præſumptæ opinioni inſeruiens, quam dudum, patruum ſuum Theophilum ſecutus, conceperat. Quoniam verò diſſidium hoc quidem ex æmulatione, quamuis non ſecundùm ſcientiam, non autem ex inuidiâ, neque diabolicâ contentione, manauit, non oportere virum & doctrinâ & virtute præſtantem, hac vnâ in re claudicare, quò minùs ad ſummam perfectionem perueniret, Deo viſum eſt. Homines enim illi erant, & humanis affectionibus obnoxij. Quapropter aliquantò pòſt, Cyrillus cum magno illo viro, etiam poſt eius mortem, in gratiam rediit, erroremque ſuum cùm multis aliis concitantibus, tum maximè Iſidoro Peluſiotâ nunc reprehenſione nunc admonitione eum cohortante, diuinâ etiam & arcaniore quadam reuelatione accedente, correxit. Videre namque viſus eſt, ſeipſum ſacris ædibus expulſum eſſe à Ioanne, comitatu & diuino, quod circa eum erat, ſatellitio maximè freto, & matrem Domini pro ipſo deprecantem Ioannem, atque cùm multa etiam alia, tum illud præcipuè quòd pro ipſius gloriâ plurimùm ille decertârit, ſicut dicetur, referentem, vt in ſacra templa reciperetur, orare. Hanc viſionem cùm B. Cyrillus cogitabundus in animo ſecum volueret, ſeipſum, quòd in ſanctum virum inuectus eſſet, damnauit: & deinde ipſe quoque re cognitâ, Eccleſiæ Chryſoſtomi addictus, virum eum admiratus eſt, valdeque eum, quòd contra illum imprudens prorſus irritatus fuerit, pœnituit. Proinde diuerſum omnino à priore conſilio faciens, ſynodum prouincialem coëgit, & Ioannis nomen ſimul & ipſe & reliqui magnarum Sedium Antiſtites in ſacro albo propoſuerunt.

Hic tãdem monitu S. Iſidori,

& apparitione D. Virg. motus,

ſolenniter inſcribit.

33 Illi verò minùs verè dicere videntur, qui Cyrillum libros alios magni Patris aboleuiſſe, perhibent. Nam ſi qua ſcripta eius abolenda erant, hæc quæ adhuc extant, quod conſilium inſtitutumque eius in eis maximè expreſſum eſt, abolita oportuiſſet; niſi Deus vtilitatis hominum curam gerens, ea cònſeruaſſet. Hoc cùm in arcanâ Nicetæ Philoſophi, qui & Dauid dictus eſt, hiſtoriâ, & apud alios item inuenerim, operi huic meo inſerendum eſſe quoque duxi: ne cui ambigere in mentem veniat, quomodò tanta luminaria, inimicitias mutuas exercentia, ambo ad ſummam ſanctitatem peruenerint, & Eccleſiæ columnæ extiterint, inimicitiis huiuſmodi nullum illorum gloriæ detrimentum afferentibus.

Non abolita ab eo Chryſoſtomi ſcripta

§. VII. *Hereſis Neſtoriana detecta.*

34 *ATtico vitâ functo, ſucceſſit* Siſinnius. poſt *cuius* mortem, *inquit Socrates lib. 7. cap. 29.* viſum eſt Imperatori, propter homines inanium rerum appetentes, neminem ex illâ Eccleſiâ (licet multi Philippum, complures Proclum deſignatum cuperent) ad epiſcopatum illum eligere: ſed aduenam Antiochiâ accerſere conſtituit. Erat namque illic Neſtorius ex Germanicâ oriundus, voce cumprimis ſonorâ, linguâque diſertâ: & ob eam cauſſam, tamquàm ad docendum populum admodùm accommodatus, de illorum ſententiâ accerſitur. Trimeſtri igitur ſpatio percurſo, Antiochiâ Conſtantinopolim deducitur Neſtorius: qui quamquàm à pleriſque ob temperantiam laude & prædicatione efferebatur, tamen quales præterea eius mores fuerint, primus illius doctrinæ exorſus prudentibus viris ſatis demonſtrauit. Nam ſimul ac Epiſcopus IV. Idus Aprilis ordinatus fuit, Felice & Tauro Coſſ. extemplò, cùm orationem apud Imperatorem haberet, hanc ſententiam, quæ multis in ore eſt, coram vniuerſo populo protulit: Mihi, ô Imperator, terram hæreticis tu purgatam tribue, & ego tibi cælum retribuam: tu mihi in profligandis hæreticis ſubueni, & ego tibi in profligandis Perſis ſubueniam.

Neſtorius fit Epiſcopus Conſtantinop.

35 *Præclarum Neſtorij initium, licet pergat pluribus ſugillare Socrates, & ipſe homo hereticus, laudarunt Cæleſtinus Papa & Cyrillus, litteris ad ipſum Neſtorium datis: hic ſuarum meminit in apologeticâ epiſtolâ ad Theodoſium Imperatorem, tomo 5. Concil. Epheſini cap. 2.* Electus eſt, *inquit*, Neſtorius tamquàm Apoſtolicæ Euangelicæque doctrinæ præco egregius, promouendæque pietatis artifex inſignis, necnon tamquàm is, qui in rectâ inculpatâque fide præclarè eſſet fundatus. Et eiuſmodi hunc hominem eſſe cupiebat Veſtra Maieſtas, vniuerſique ſanctarum Eccleſiarum Præſides, & ego ipſe quoque. Sanè cùm de illius ordinatione litteras à piiſſimis Epiſcopis ad hoc deſtinatis accepiſſem, nihil mali ſuſpicatus, imò verò laudans & gaudens, illique tamquàm fratri & commiſtro optima quæque per diuinam liberalitatem obtingere exoptans, reſcripſi.

laudabiliter ſe initio gerit:

36 *Verùm, vt mox ſubiungit idem Cyrillus*, electus eſt vt ouis, ſed inuentus eſt vt lupus; vt ſincerus fideliſque famulus, ſed dilexit oppoſitum; vt vuarum ferax vinea, ſed iuxta Scripturas ſpinas protulit; vt induſtrius agricola, ſed inſidiatus eſt agro; vt bonus denique paſtor, ſed agreſtibus feris efferatior euaſit. *Cyrillo conſentiens Vincentius Lirinenſis, horum temporum ſcriptor, ingemiſcit ob ſcandalum Eccleſiæ per Neſtorium illatum:* Qualem fuiſſe, *inquit*, nuper tentationem putamus, cùm infelix ille Neſtorius, ſubitò ex oue conuerſus in lupum, gregem Chriſti lacerare cœpiſſet? cùm hi ipſi, qui rodebantur, ex maghâ adhuc parte ouem crederent, ideoque morſibus eius magis paterent. Nam quis eum facilè errare arbitraretur, quem tanto Sacerdotum ſtudio perſecutum videret? qui, cùm magno Sanctorum amore, ſummo populi fauore celebraretur, quotidie palàm diuina tractabat eloquia, & noxios quoque Iudæorum atque Gentilium confutabat errores? Quo tandem iuſto modo non cuiuis fidem faceret ſe recta docere, recta prædicare, recta ſentire? Qui vt vni hæreſi ſuæ aditum patefaceret, cunctarum hæreſeon blaſphemias inſectabatur *&c.*

pòſt hæreſes docet,

37 *De ipsâ eius hæreſi, huiuſque ſtrenuis oppugnatoribus, ita*

paucis

paucis Proſper in Chronico Coſſ. Tauro & Felice *an. Chr. 428.* Neſtorius Conſtantinopolitanus Epiſcopus nouum Eccleſiis molitur errorem inducere, prædicans Chriſtum ex Mariâ hominem tantùm, & non Deum, natum, eíque Diuinitatem collatam eſſe pro merito. Huic impietati præcipuè Cyrilli Alexandrini Epiſcopi induſtria, & Papæ Cæleſtini repugnat auctoritas. *Vnde hæreſis illa profluxerit, accuratè diſputat Baronius ad eumdem annum num. 30. & ſequentibus. Nos ſceleratiſſimi ſycophantæ ſallacias à Cyrillo detectas proſequamur. Neſtorius igitur, iacto Conſtantinopoli erroris nefarij ſemine haudquaquàm contentus, vt eum latiùs ſpargeret, libellos occulto veneno ſuffuſos per exteras quoque oras vulgauit, atque ad ipſos Ægypti monachos miſit; nihil ſe niſi ex Nicæni Concilij præſcripto docere, fraudulenter iactitans.*

& per libellos diuulgat.

38 *Horum cauſſâ magnæ inter Ægypti monachos excitatæ ſunt turbæ, ad quas ſedandas Cyrillus, acerrimus orthodoxæ fidei à Deo electus propugnator, mox ſe accinxit, & cùm ſchedis, quæ de eâ re ſub nomine Neſtorij ferebantur, parum fidei haberet, prudenter ab eius nomine abſtinuit. Primam igitur epiſtolam ſcribit ad ipſos monachos, vbi inter alia:* Audio exitiales quoſdam rumores inter vos proſeminatos, nonnullos quoque oberrare, qui ſinceram veſtram fidem demoliri ſtudeant, & inanium vocabulorum bullas apud rude vulgus eructantes, vtrùm θεοτόκον ſacram Virginem appellare liceat, in controuerſiam vocare audeant *&c. pergit validiſſimis rationibus, grauiſſimiſq; cùm Scripturarum tum ſanctorum Patrum teſtimoniis, Chriſtum verum eſſe Deum probare, vnde mox appellationem* Deiparæ *verè ac propriè Matri Virgini conuenire concludit. atque ita epiſtolâ hac grauiſſimâ, eruditione & ſancto fidei zelo plenâ, prouinciæ ſuæ ſolitarios, veluti prophylactico quodam pharmaco, aduersùs pullulantem hæreſim præmunire, & in antiquâ fidei doctrinâ confirmare ſtuduit. Veritus præterea, ne ferale Neſtorij virus, ipſa quoque orbis capita afflaret, vnde ingens Chriſtianæ Reip. periculum formidari meritò poſſet, de rectâ in Deum fide, Diuinâque Verbi Incarnatione tres libros conſcripſit, quos* λόγους προσφωνητικοὺς *appellauit. Horum primum nuncupauit Theodoſio & Valentiniano Imperatoribus, duos poſteriores Eudociæ & Pulcheriæ Reginis, tacito vbique Neſtorij nomine, ne ex eo Theodoſij animus offenderetur, qui Neſtorium Antiochiâ accerſitum, Epiſcopum deligi curârat.*

Cyrillus monachos contra eas præmunit,

alioſq; libros edit:

39 *Intereà latiùs malum ſerpebat, & Romam non fama ſolùm perlata ad Cæleſtinum Papam, ſed ipſi quoque peſtilentes libelli. Quorum ille blaſphemiis, quibus ſcatebant, examinatis, Cyrillo ſcripſit, vt diligenter perquireret, num illa reuerà eſſent à Neſtorio conſcripta: neque enim credibile videbatur, Neſtorium, de quo nuper tot ac tanta Orientalium Epiſcoporum litteris præconia accepiſſet, ita ſubitò in tranſuerſum actum eſſe, taliq; furore correptum. Hæc ipſe teſtatur Cyrillus in primis ad eumdem Neſtorium litteris, eâ occaſione exaratis, quòd intellexiſſet, grauiter eum fuiſſe offenſum ob ſcriptas à ſe litteras ad Ægypti monachos aduersùs blaſphemos libellos. In his poſt luculentam, cur ad monachos ſcripſerit, redditam rationem, ſeriò illum ad reſipiſcentiam, elapſaq; per imprudentiam vocis palinodiam hortatur: quod alterâ mox epiſtolâ prorſus dogmaticâ & grauiſſimâ iterum inculcauit.*

iubente Cæleſtino Papâ

monet Neſtorium.

40 *Verùm ſingulis ſuæ à Neſtorio reddita ſunt litteræ, vtræque arrogantiâ ſummâ ac faſtu, quo ſe ſupra reliquos Antiſtites efferebat, refertæ. Imò omni dolo Cyrillum aggreſſus, collegit circuitores, proiectos ad omne nefas ac flagitium homines, qui ad hoc vagarentur, vt vbique locorum aduersùs Cyrillum probra diſſeminarent.* Iactabant autem, *ipſo teſte Cyrillo epiſtolâ tertiâ ad Neſtorium tom. 1. cap. 12. edit. Peltani,* voces inſaniâ plenas: hic quidem, quòd cæcos egenoſq; per iniuriam oppreſſerim, *inquit*; alius, quòd ferrum in matrem ſtrinxerim; nonnulli, quòd ancillæ præſidio aurum alienum abſtulerim; quidam denique, quòd eiuſmodi improbitatis ſuſpicione laborauerim ſemper, cuiuſmodi ne infeſtiſſimos quidem hoſtes laborare optauerit quiſpiam. Verùm iſtos, & ſi qui eius farinæ ſunt alij, non multùm moror, ne ſupra magiſtrum & Dominum, vel etiam ſupra maiores meos, tenuitatis meæ menſuram extendere videar.

Multa in Cyrillum iactant Neſtorij emiſſarij.

41 *Quàm autem propenſo ſtudio Chriſtianæ caritatis, Cyrillus Neſtorij ſalutem ſummâ patientiâ procurarit, teſtatur epiſtola eiuſdem ad quemdam Neſtorij ſectatorem cap. 9.* Me igitur, *inquit*, nulla neque iniuria, neque contumelia, neque conuicia mouent; etiamſi quamplurima, & immerenti, & à quibus id minimè expectabam, hactenùs ſint illata. Sed iſthæc omniâ obliuione voluntariâ conterantur: Deus enim iſtiuſmodi nugatores olim iudicaturus eſt. Tantùm fides integra & ſalua ſit, & carus amicus omnibus ero: neque vili concedam, vt religioſiſſimum Epiſcopum Neſtorium ardentiùs amet, quàm ego: quem etiam (Deum teſtor) in Chriſto peropto apud omnes benè audire, notamque ob ea, quæ pridem admiſit, contractam eluere; palamque facere, calumniam eſſe meram, non veritatem, quæ de ſuâ perfidiâ à nonnullis inuulgata ſunt. Nam ſi Chriſti mandato ad inimicorum dilectionem vrgemur, quomodò conſentaneum non eſt, vt amicos & conſacerdotes omni beneuolentiæ ſtudio complectamur? Quòd ſi verò exoriantur qui fidem demoliri ſatagant, quomodò noſtras ipſorum animas vltro non offeremus? Profectò licet ipſa quoque mors capiti noſtro impendeat, nulla in nobis erit cunctatio: nam ſi pro gloriâ Dei veritatem prædicare formidauerimus, ne videlicet in aliquam moleſtiam incidamus; quâ, quæſo, fronte ſanctorum Martyrum certaminâ & triumphos apud populum laudibus euehemus? quippe quos vno hoc nomine præcipuè decantamus, quòd hoc, quod iam dictum eſt, magnâ animi conſtantiâ præſtiterunt, hoc eſt, ad mortem vſque pro veritate dimicauerunt.

Ex variis.

eius ſaluti ſeriò inuigilantem.

Matth. 5. 44.

& libenter omnia perferentem.

42 *Compoſuerunt eo tempore Clerici Conſtantinopolitani aduersùs impiam Neſtorij doctrinam libellum, quem offerre Imperatori cogitabant. Verùm ne temerè quid feciſſe viderentur, primùm ad Cyrillum miſerunt, vt illius probaretur iudicio. Quibus ille ſuminâ manſuetudine & animi moderatione reſcripſit, vt habetur cap. 10. eiuſdem 1. tomi:* Libellum ſupplicem veſtrâ operâ ad me miſſum, quaſi is citra noſtram ſententiam Imperatori porrigi non debuerit, accepi & legi: verùm quòd prolixè in eum incurrat, qui iſthic agit, (ſiue fratris, ſiue alio quocumque nomine cenſeatur) hactenùs ſuppreſſi, ne aduersùm nos inſurgens, ſe per nos hæreſeos apud Imperatorem delatum, cauilletur. Intereà proteſtati ſumus fore, vt inimicitiarum cauſſâ poſthac iudicium illius detrectemus; præſentemque controuerſiam, ſi omnino importuni eſſe perrexerint, ad aliud forum transferamus. Cùm itaque libellum perlegeritis, ſi qua neceſſitas popoſcerit, tradite: & ſi eum in hiſce inſidiis perſeuerantem, & nihil non aduersùm nos molientem animaduerteritis, diligenter perſcribite. Eligam enim viros pios ac prudentes, cùm Epiſcopos, tum monachos quoque, quos etiam primo quoque tempore ad vos mittam. Neque enim oculis meis (vt ſcriptum eſt) ſomnum dabo, neque palpebris meis dormitationem, neque requiem temporibus meis, donec certamine hoc, omnium ſalutis cauſſâ, perfunctus fuero. Quare cùm meam nunc ſententiam didiceritis; viri eſtote. Quamprimùm enim parabuntur à me litteræ, & quales oportet, & ad quos oportet: ſtatui enim propter Chriſti fidem quemuis laborem ſubire, quæuis quoque perferre tormenta, etiam ea, quæ inter ſupplicia cenſentur grauiſſima, donec tandem mortem hac de cauſſâ ſuſceptam mihi iucundam pertulero.

Pſal. 131. 4.

qui cùm libellum Cleri CP. contra Neſtorium tantiſper ſuppreſſiſſet,

offerri permiſit.

ad omnem laborem paratus.

§. VIII. *Vices Sedis Apoſtolicæ Cyrillo delegatæ.*

43 *CVm fruſtrà Neſtorij emendationem tentaſſet Cyrillus, Poſſidonium legauit Eccleſiæ Alexandrinæ Diaconum ad Cæleſtinum Pontificem, qui de omnibus eum faceret certiorem. Verùm ne ad damnationem Neſtorij incitaſſe ipſum Pontificem videretur, iſtud dedit Poſſidonio mandatum:* Si Neſtorij litteras, & expoſitionum illius codices redditos Cæleſtino

Cyrillus mittit Romam Legatum.

Ex variis.

ſtino compereris, tu quoque illi meas redde litteras; ſin ſecius, non reddas. *Poſidonius autem cùm comperiſſet tam epiſtolas quàm exegeſes illius Cæleſtino fuiſſe exhibitas, compulſus eſt ipſe quoque quas ferebat exhibere, vt teſtatur relatio Petri Primicerij Notariorum, Presbyteri Alexandrini, intexta Concilij Epheſini tomo 2. in editione Peltani noſtri. Ipſa autem epiſtola Cyrilli ad Cæleſtinum refertur tomo 1. cap. 39. in quâ inter alia ita præfatur:* Hactenùs altùm tacui: neque enim quicquam omnino de illo qui Conſtantinopolitanam Eccleſiam hoc tempore adminiſtrat, vel ad religionem tuam, vel ad vllum alium conſacerdotum noſtrorum ſcripſi; non ignorans, præcipitem celeritatem in eiuſmodi rebus cum vitio plerumque coniunctam eſſe ſolere. At quia nunc ad extremum propemodùm malorum deueniſſe videmur, operæ pretium exiſtimaui, rupto ſilentio, ordine omnia quæ acciderunt exponere.

conſtituitur Papæ Vicarius,

44 *Cæleſtinus perlectis Cyrilli & Neſtorij litteris, atque aliis vltro citroq; in vtramque partem ſcriptis, euocatis Romam Epiſcopis Concilium habuit; in quo, omnium ſententiâ, & blaſphemia Neſtorij, decem ipſi ad reſipiſcendum diebus conceſſis, damnata, & vices Cæleſtini in cauſsâ Neſtorij proſequendâ Cyrillo legatæ, litteris vtrique ſcriptis* III. Idus Auguſti, Theodoſio XIII. & Valentiniano III. Aug. Coſſ. *anno Chriſti 430. In his Cyrilli doctrinam appellat Pontifex*, præſens remedium, quo peſtifer ille morbus, velut ſalutari quodam antidoto, depelli poſſit; puri fontis ſcaturiginem, per quam omnis illa fæx malè currentis riuuli aufertur, omneſq́ue ad certam veramq́ue fidem inſtituuntur: *ipſum* Cyrillum *nominat* bonum Paſtorem, qui animam ſuam ponat pro ouibus ſuis; fortiſſimum in fide ſeruandâ antagoniſtam, qui omnium ſermonum Neſtorij technas retexit, fidemq́ue ad eum modũ corroborauit, vt corda in Chriſtum Deum noſtrum credentia in alteram partem abduci non facilè queant. *ideoq; tandem his verbis concludit:* Quamobrem noſtræ Sedis auctoritate adſcitâ,

iubeturq; Neſtorium damnare, ni reſipiſcat:

noſtrâque vice & loco cum poteſtate vſus, eiuſmodi non abſque exquiſitâ ſeueritate ſententiam exequeris: nempe, vt, niſi decem dierum interuallo ab huius noſtræ admonitionis die numerandorum, nefariam doctrinam ſuam conceptis verbis anathematizet, eamq́ue de Chriſti Dei noſtri generatione fidem in poſterum confeſſurum ſe ſpondeat, quam & Romana, & tuæ ſanctitatis Eccleſia, & vniuerſa deinceps religio Chriſtiana prædicat, illicò ſanctitas tua illi Eccleſiæ proſpiciat. Is verò modis omnibus ſe à noſtro corpore ſegregatum eſſe intelligat; vt qui omnem medentium curam aſpernatus, nec non iſtar peſtiferi morbi per vniuerſum Eccleſiæ corpus inſano modo graſſatus, tam ſeipſum, quàm ceteros omnes ſibi commiſſos, in extremum exitium præcipitare ſtuduerit. *Hæc Cæleſtinus ad Cyrillum, quæ repetit in epiſtolâ ad Neſtorium, quam ita concludit:* Noſtri in te iudicij formulam ad S. Cyrillum tranſmiſimus, vt noſter hac in parte Vicarius efficiat, quò noſtrum decretum & tibi & reliquis quoque omnibus Fratribus patefiat *&c.*

habitâ ſynodo, mittit ad Neſtorium:

45 *Cyrillus acceptis à Cæleſtino Pontifice litteris, ſcribit Ioanni Antiochiæ, Iuuenali Hieroſolymorum, & Acacio Beroeæ Epiſcopis, quos, vt ad vindicandam læſam Catholicam fidem animâ capeſſant, adhortatur, ipſeq; exemplo ſuo præit, accitis Alexandriam vicinis Epiſcopis ſynodum cogit, quantoq; in diſcrimine verſetur vniuerſa Eccleſia, prolixè oſtendit. Synodus Neſtorium, diſcuſſis eius epiſtolis & exegeſibus, hæreticum pronuntiat: quatuor decernit Legatos, Theopemptum Cabaſorum, Danielem Darnenſium Epiſcopos, Potamonem & Macarium Eccleſiæ Alexandrinæ miniſtros, qui Conſtantinopolim proficiſcantur reddituri epiſtolas Cæleſtini ipſi Neſtorio, cum decreto damnationis, niſi intra præſcriptum decem dierum ſpatium reſipiſceret. Miſſa igitur Neſtorio ſynodalis epiſtola, quæ fidei orthodoxæ confeſſionem & duodecim errorum anathematiſmos continebat.*

hic in eum, vt hæreticum, Epiſcopos & Imperatorem commouet.

46 Neſtorius *acceptâ hac epiſtolâ, lectiſq; anathematiſmis, in Cyrillum horum auctorem inſurgens, hæreſeos Apollinaris eum accuſauit, tum vt alij idem præſtarent effecit.* Cuius exemplar epiſtolæ, *inquit Liberatus in Breuiario de cauſsâ Neſtoriana cap. 4.* perueniens ad Ioannem Antiochenum, offenſus eſt in ipſis Cyrilli capitulis; putauit enim eum, dum immoderatè occurreret Neſtorio, in ſectam Apollinaris incidiſſe. Mandauit ergo Andreæ & Theodorito Epiſcopis Concilij ſui, vt ſcripto reſponderent contra ipſa XII. capitula, tamquàm Apollinaris dogma inſtaurantia. Cognoſcens itaque Neſtorius, quòd Cyrillus non patereturEcclesiam ſic eſſe in perturbationibus, & populos in ſcandalo, ſubripuit pio Principi Theodoſio, vt Sacram ad eum dirigeret, & à ſuâ eum perſecutione compeſceret. Et ſcripſit quidem ad eum Sacram Imperator, arguens eum tamquàm inquietum & ſcandala ſectantem, qui ſine conſortio Sacerdotum ageret atque ſcriberet.

§. IX. *Concilium Epheſinum. Hæreſis Neſtoriana damnata.*

47 *Theodoſius Imperator eò rem perductam ratus, vt opus eſſet vniuerſali Concilio, Romam miſit S. Petronium (poſteà treatum Bononienſem Epiſcopum, de quo IV. Octobris agemus) ad Cæleſtinum Papam, vt Epheſi eius auctoritate Concilium haberetur, maximè quòd non Neſtorius tantùm, ſed & Cyrillus hæreſeos accuſaretur.* Poſt hæc ſcripſit Sacram ad v- *Euocati Epheſum Epiſcopi;*
niuerſos Epiſcopos, vt Epheſum conuenirent, & conferrent de Neſtorij libris & Cyrilli iudicium *expenderent. Ita Liberatus cap. 5. Quæ geſta hîc ſunt, vniuerſa proferre animus non eſt. Ipſa Concilij Acta paſſim extant, eaq; præclarè diſcuſſa à Baronio ad hunc annum 431. qui num. 37. de Epiſcopis ad Synodum venientibus agens, ita Cyrillum laudat:* Inter omnes Cy- *inter quos eminebat Cyrillus,*
rillus primæ poſt Romanam prærogatiuâ Sedis, & ipſius primæ Sedis vicariâ præfecturâ, reliquos omnes Epiſcopos antecellens, enituit, atque magis magiſque cùm morum egregiâ ſanctitate, tum eximiâ diuinarum rerum ſcientiâ claruit. *Certè* Magnus Euthymius, *vt in Vitâ eius legitur XX. Ianuarij num. 55.* cùm ad Synodum quoque conuenturi eſſent Epiſcopi Palæſtinæ, iubet Petro Epiſcopo Saracenorum, vt accederet Cyrillo Alexandriæ & Acacio Melitenes Epiſcopis, vt quæ eis viderentur, ſe quoque illis aſſentiri profiteretur. *nam, vt num. 54. dicitur,* expoſuerat ei *Synodius* de Cyrillo Alexandrino & Acacio Melitenæo, quemadmodùm acrem & vehementem zelum oſtenderent pro fide orthodoxâ.

Papa Vicarius conſtitutus, miſſo Phrygio,

48 *Suas Cyrillo vices conceßiſſe Cæleſtinum miſſo* Phrygio, *ſeu mitrâ, indicat Theodorus Balſamon in Nomocanone Photij titulo 8. cap. 1.* Huius quoque temporis Patriarcha Alexandrinus, ex præſenti edicto ius habet, vt cum Phrygio celebret. Habuit autem hanc facultatem S. Cyrillus Alexandrinus à Romano Papâ Cæleſtino, quando fuit Epheſina Synodus aduersùs Neſtorium. Cùm non poſſet Cæleſtinus adeſſe Epheſi, & iudicare Neſtorium, viſum eſt vt S. Cyrillo à Cæleſtino permitteretur huic Synodo præſidere. Vt itaque eum conſtaret habere ius & auctoritatem Papæ, ſedit cum Phrygio & condemnauit Neſtorium. Ab eo ergo tempore cum eodem Phrygio *quo eius inde vſi poſteri;*
ſacrificant & procedunt Patriarchæ Alexandrini, & non verentur reprehendi. *Baronius an. Chr. 430. num. 26. per* Phrygium *interpretatur* pallium. *Theodorus λῶρον ſcripſit, quâ voce* mitram *potiùs ſignificari docet Spondanus ad hunc annum, interpoſitâ doctâ* phrygij *explicatione. Iſidorus lib. 19. etymolog. cap. 31.* Mitra eſt pileum Phrygium, caput protegens. *quemadmodùm & Nicephorus accepit lib. 14. cap. 34. vbi ita ſcribit:* Cæleſtinus Romæ Epiſcopus, propter nauigationis pericula, ipſe ſynodo adeſſe detrectauit: ad Cyrillum tamen, vt locum ibi ſuum obtineret, ſcripſit. Ex quo tempore fama eſt, mitram illum (*Græcè τὸ τῆς μίτρας ἐπίθεμα*) & Papæ appellationem, atque vt orbis vniuerſi iudex appellaretur, accepiſſe. *Ex quibus colligit Spondanus,* priſcos illos Epiſcopos Orientales mitris vti minimè conſueuiſſe, & Papæ nomenclaturam haud iis, ſicut erat Occidentalibus, fuiſſe communem. *Exiſtimat Baronius nihil Cyrillo conceſſum à Cæleſtino, quod non conced*

ſoleat

ſoleat iis quibus creditur Vicaria præfectura vel legatio à latere, & negat exemplum (quod quidem ipſe nôrit) extare poteſtatis eiuſmodi ad poſteros propagatæ, non inſignibus ſolis, ſed auctoritatis quoque vſurpatione. Epiſcopi Orientis Mennas Conſtantinopolitanus, Theodorus Cæſareæ Cappadociæ, Andreas Epheſinus, aliiq; quamplurimi in profeſſione primâ fidei quam ad S. Euphemiæ templum Conſtantinopoli in quintâ Synodo Oecumenicâ an. Ch. 553. fecerunt, ſuſcipiunt quatuor ſanctas ſynodos, & inter illas Epheſinam primam ducentorum, in quâ in Legatis ſuis atque Vicariis, id eſt, beatiſſimo Cyrillo Alexandrinæ vrbis Epiſcopo, Arcadio & Proiecto Epiſcopis & Philippo Preſbytero, beatiſſimus Cælestinus Papa ſenioris Romæ noſcitur præſediſſe.

ſicq; in eo & aliis Legatus, Papa ſynodo præſedit.

49 Conuolârat Epheſum ſtatim poſt Paſchales ferias Neſtorius magnâ populi ſtipatus frequentiâ. Adfuit & Cyrillus cultu & apparatu Pontificio ſub Pentecoſtes ſolennitatem, poſt quam quarto die aduenit Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus. Conuenerunt denique cum his ducenti & eò ampliùs Epiſcopi. Solùm expectabatur Ioannes Antiochenus cum Epiſcopis Syriæ, qui, vt Neſtorio morem gereret, pluſquàm hebdomadas duas vltrà condictum diem moratus, tandem Patribus indicauit per duos Metropolitanos ſuos, non eſſe Synodum differendam. Magno ergo Epiſcoporum conſenſu, decretum eſt, ſynodum inchoari oportere. Collecta ea eſt XXII. Iunij in eccleſiâ ſanctiſſimæ Dei genitricis: præſedit Cyrillus Cælestini Papæ Vicarius: interfuerunt Epiſcopi pluſquàm ducenti. Perlectæ Imperatoris litteræ, quibus Epiſcopos ad Synodum euocauerat. Neſtorius tertiò citatus, abnuit prodire: eo neglecto itur ad Synodicam diiudicationem: recitantur publicè Nicænæ fidei Symbolum, conciones, epiſtolæ, libelli ac tractatus Neſtorij: teſtes de blaſphemiis ab eo in Chriſtum ac Deiparam Virginem iactatis producuntur: Cyrilli ad Neſtorium, & huius ad illum litteræ leguntur.

Ioanne Antiocheno differente venire,

cœpta ſynodus:

Neſtorij fruſtrà citati,

cauſſa diſcuſſa:

50 Quibus omnibus grauiter & accuratè perpenſis, ab epiſcopatu Sacerdotumq; conſortio Neſtorius deiicitur, conſtantiſſimâ totius ſynodi ſententiâ, Cyrilli ceterorumq; omnium Epiſcoporum ſubſcriptione munitâ. Ea ita refertur to. 2. c. 10. Sancta ſynodus dixit: Cùm inter cetera religioſiſſimus Neſtorius, neque noſtræ citationi parere, neque ſanctiſſimos rurſum religioſiſſimoſque Epiſcopos noſtros ad ſe miſſos admittere voluerit, non potuimus ad eorum, quæ impiè docuit, examinationem animum non adiungere. Edocti itaque partim ex litteris commentariiſque illius hîc publicè lectis; partim rurſum ex concionibus, quas in hac Epheſiorum Metropoli habuit, partim denique ex teſtibus fide dignis, illum impiè docere & ſapere, per ſacros Canones, ſanctiſſimiique Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi Cæleſtini Patris noſtri litteras, lacrymis ſuffuſi & penè inuiti ad lugubrem hanc ſententiam vrgemur. Igitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, quem ſuis ille blaſphemis vocibus impetiuit, per ſacram hanc Synodum, eumdem Neſtorium, omni prorſus Epiſcopali dignitate priuatum, & ab vniuerſo nihilominùs Sacerdotum conſortio & cœtu alienum eſſe decernit.

damnationis in eum ſententia lata,

51 Hanc ſententiam ſolenni ſtatim pompâ præcones totâ vrbe circumtulerunt, & affixis publicè ſyngraphis promulgarunt. Populus Epheſinus incredibili gaudio perfuſus collucentibus tedis domum deduxit Epiſcopos, prætereuntibus thura & odores incendit, impiiq; Neſtorij condemnationem plauſu fauſtiſſimo excepit. Sequenti die Cyrillus ad populum Epheſinum in laudem ſanctiſſimæ Dei genitricis concionem habuit, acerrimeq; in Neſtorij blaſphemias inuectus eſt. Denique ad Theodoſium Imperatorem & Clerum Conſtantinopolitanum ſcriptæ ſunt litteræ ſynodales.

publicata.

§. X. Nouæ in Cyrillum calumniæ. carceres. victoria.

52 HÆc dum ſummâ orthodoxorum lætitiâ peraguntur, certamen inſtaurat hæreſiarcha Neſtorius. Ei fauebant Comites, Candidianus ab Imperatore Theodoſio ad pacem publicam curandam appoſitus, & Irenæus amicitiæ ſtudio Neſtorium ſecutus. Intercluduntur ergo ab his viæ omnes, ne quà Synodi litteræ ad Imperatorem deferantur, terrâ aut mari. Interim Ioannes Epiſcopus Antiochenus aliiq; Orientales Epiſcopi, ad damnandum Neſtorium popularem ſuum ingratiis acciti, XXVII. Iunij aduenium, & tumultuario coacto conciliabulo legitimæ Synodi Acta reſcindunt, ac Cyrillum & Memnonem Epheſi Epiſcopum damnant; Cyrillum quidem, quaſi ſcriptis ſuis ad Neſtorium Conſtantinopolim miſſis hæreſes admiſcuiſſet, Memnonem verò quòd Cyrilli capitula promulgâſſet, Neſtorioq; omnes eccleſias Epheſi clauſiſſet, & alia permulta contra canones peregiſſet: reliquos autem Oecumenicæ Synodi Epiſcopos excommunicationi ſubiiciunt, donec Cyrilli capitula damnarent. Chartæ denique publicè affiguntur, quibus Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus declaratur ſectæ Apollinaris hæreticus, atque hanc eius hæreſim Imperatori denuntiatam eſſe.

Ex variis. Ioannes Antiochenus Cyrillum & alios damnat.

53 Quarum rerum indignitate commoti Patres Epheſinæ Synodi, acceptis libellis ſupplicibus, quos pro ſuâ innocentiâ Cyrillus ac Memnon obtulerant, Ioannem miſſis tribus Epiſcopis monent, vt ſe Synodo ſiſtat, rationem ſui facti redditurus. Abnuit ille, militum potiùs virtuti, quàm cauſſæ æquitati confiſus. Quare Synodus Ioannem cum ſociis, anathemate atque Epiſcopatus abdicatione multat; Cyrillum, Memnonem, ac reliquos contra ius ac fas omne damnatos fuiſſe pronuntiat. Cyrillus verò oſtenſurus, quàm longè abeſſet, vt ali quando Apollinarem, vel aliquem hæreticorum ſectatus fuerit, in eumdem Apollinarem, & alios omnes hæreſiarchas intulit anathema.

citatur ipſe & damnatur à ſynodo:

54 Pelagianos cum Neſtorio damnatos fuiſſe teſtatur Proſper in Chronico ad hunc annum: Congregatâ apud Epheſum plus ducentorum Synodo Sacerdotum, Neſtorius cum omni hæreſi nominis ſui & cum multis Pelagianis, qui cognatum ſibi dogma iuuabant, damnatur.

damnati ibidem Pelagiani.

55 Interea Imperator, falsâ Orientalium relatione deceptus, non ſolùm Neſtorij, verùm etiam Cyrilli & Memnonis exauctorationem, tamquàm legitimè factam, approbat: Ioannem Sacrorum Comitem Conſtantinopoli Epheſum legat, qui patris concordiæq; cauſſâ ſynodo adſit, vt dicitur tomo 3. cap. 15. Hic vbi Epheſum aduenit, primâ die lectis Imperatoris litteris, declarat Neſtorium, Cyrillum, atque Memnonem iure depoſitos: quos omnes, ne diſſidia maiora concitarentur, carceri quemque ſuo includit; & Neſtorium quidem cuſtodiendum tradit Candidiano Comiti, Cyrillum verò & Memnonem Iacobo itidem Comiti, vt ipſe Ioannes litteris ad Theodoſium miſſis indicat tom. 3. append. 2. cap. 1. quibus aliisq; litteris tantâ improbitate cuncta retulit, vt Cyrillus de Cyrilli exilio conſilium Conſtantinopoli initretur, quaſi ſacra Synodus eius exauctorationem ratâ habuiſſet; vt ipſe Cyrillus in epiſtolâ ad Clerum populumq; Conſtantinopolitanum teſtatur tomo 4. cap. 12. vbi detectas Ioannis Comitis fraudes poſtulat aliis patefieri, maximè Archimandritis, quorum omnium opem ſibi demq; obnixè implorat, quòd Synodus maximis miſeriis obruatur. & cap. 18. ad Epiſcopos Conſtantinopoli agentes de ſe hoc ſcribit: Nos vincti cuſtoditique aſſeruamur, ignari prorſus, quò tandem res hæc ſit euaſura. Verumtamen gratias agimus Chriſto, quòd pro nomine illius digni habeamur, non ſolùm vinculis conſtringi, ſed cetera quoque omnia perpeti: neque enim iſta præmiis ſuis carebunt... Precentur pro nobis orthodoxi omnes. Vt enim B. Dauid ait: Ego ad flagella paratus ſum.

Decepto ab aduerſarius Imperatore,

coniicitur in carcerē Cyrillus:

ſcribit ad Clerum Conſtantinopolitanum;

Pſal. 37. 18.

56 Quantâ animi conſtantiâ, quamq; indefeſſo ſtudio, egerint apud Imperatorem orthodoxi Conſtantinopolitani, indicat libellus illi oblatus tomo 4. cap. 18. quo cùm docuiſſent, iuſtis Principum legibus obtemperandum, iniuſtis verò eorumdem ſanctionibus repugnandum totis viribus eſſe, ſubiungunt ſe quiduis malle perpeti, quàm iniuſtam damnationis ſententiam nefariè ab Orientalibus in Cyrillum & Memnonem latam, & iniuſtè ab Imperatoribus confirmatam, recipere. Denique his verbis concludūt: Cùm itaque Neſtorius propter ſuam impietatem iuſtè ſit exauctoratus; Cyrillus verò & Memnon ſanctiſſimi pliſſimiique Epiſcopi, ex prauâ ſuggeſtione, indignè & iniuſtè pari pœnâ ſint mulctati; æquum eſt, Chriſti amantes Reges, ſedulò vos curare, ne Dei Eccleſia, quæ more nutricis pietatem veſtram confouet, victoriamque de hoſtibus, citra magnam difficultatem maieſtati veſtræ ſubinde conciliat, in poſterum diſſipetur; neue regni veſtri tempore Martyrum ſeculum denuò reuertatur: quin in id potiùs incumbere vos par eſt, nempe vt maiorum veſtro-

à quo acriter monitus Imperator,

Ex variis.

veſtrorum erga Dei Eccleſias amorem ac ſtudium in animis veſtris magis magiſque ſubinde exuſcitetis. Quemadmodùm ergo ſinguli eorum, ſanctorum Patrum Synodis Imperij ſui tempore celebratis paruerunt, Patrumque ſanctiones legibus ſuis munierunt, & quam illis deferrent, obſeruantiam decretis ſuis oſtenderunt, ita & vos quoque eum quem decet affectum erga Synodum ſanctam, quam conuenire iuſſiſtis, declarate: quò pias ipſa gratiarum actiones pro Imperij veſtri incolumitate perſoluat, & nos quoque pro regni veſtri ſtabilitate deuotas ad Chriſtum Dominum preces tranſmittamus.

57 *Imperator acerrimo illo orthodoxorum libello expergefactus, & amiſſi in Africâ exercitus nuntio commotus, nec non S. Pulcheriæ ſororis ſuæ precibus fatigatus, ſaniora tandem conſilia iniit, & ſeptem ab vtraque parte Epheſo Conſtantinopolim mitti Epiſcopos iuſſit. Orthodoxis in vrbem regiam ſolis admiſſis auditisq;, Acta aduersùs Cyrillum Memnonemq; & vniuerſam Synodum penitùs aboleuit. Verùm multiplicibus factioſorum libellis inductus, eos quoque in vrbem admiſit, & cum orthodoxis quinquies ſe coram congreſſos, ac poſt multas de duodecim Cyrilli anathematiſmis, aliasq; eiuſmodi diſputationes, impietatis conuictos, præcepit ad propria reuerti. Atque hunc tandem finem habuerunt hæreticorum & ſchiſmaticorum ſedtioſæ machinationes. Et, teſte S. Proſpero contra Collatorem ſub finem,* omnes Orientales Eccleſiæ geminâ peſte liberatæ ſunt, quando Cyrillo Alexandrinæ vrbis Antiſtiti, glorioſiſſimo fidei Catholicæ defenſori, ad execrandam Neſtorianam impietatem Apoſtolico *Cæleſtino* auxiliatus eſt gladio, quo etiam Pelagiani, dum cognatis confœderarentur erroribus, iterum proſternerentur,

partis vtriuſque nonnullos euocat:

Cyrilli aduerſarios conuictos reiicit.

58 *Neſtorius in priſtinum ſuum monaſterium S. Euprepij apud Antiochiam, ſi fortè reſipiſceret, tantiſper relegatus, multos contagione ſui erroris afflabat. Quare in Oaſim ſolitudinem Libyæ amandatus eſt, ibiq; poſteà verminante linguâ miſerabilem vitæ ſortitus exitum; libris eius, Theodoſij edicto, igni abſumptis. Illi in Sede Conſtantinopolitanâ ſubrogatus eſt Maximianus Presbyter, qui ad Cyrillum has litteras dedit tom. 4. Concil. Epheſ. cap. 24.* Expletum eſt deſiderium tuum, Deo deuotiſſime: perfectum eſt, quod religionis cauſsâ ſuſcepetras: ad finem perductum eſt pietatis tuæ votum: theatrum factus es Angelis & hominibus, vniuerſiſq; Chriſti Sacerdotibus: neque enim ſolùm in Chriſtum credidiſti; ſed incommoda quoque pro ipſo pertuliſti. Solus dignus cenſus es, qui ſtigmata illius in corpore tuo portares. Confeſtis illum coram hominibus, promeritus es, vt Pater te confiteatur coram Angelis. Redimitus es coronis, quæ pro pietate certantibus debentur; potuiſti omnia in Chriſto, qui te confirmauit; humiliaſti Satanam per patientiam; contempſiſti tormenta; conculcaſti furorem Principum; famem pro nihilo duxiſti: panem enim habebas qui de cælo deſcendens, cæleſtem vitam hominibus impertitur.

Neſtorij exilium, mors,

ſucceſſor Maximianus Cyrillo gratulatur,

59 Quia verò nos nihil horum ignorauimus; (ſiquidem alias veſtras afflictiones, quas, dum principatibus & poteſtatibus, dum mundi dominis & tenebrarum ſeculi huius rectoribus, dum nequitiæ ſpiritibus reſiſtitis, toleraſtis, auditione accepimus: alias verò certâ experientiæ fide hîc conſtituti didicimus) & quia rurſum ad magnæ huius ciuitatis Archiepiſcopatum promoti ſumus; dignare, Deo dilectiſſime, cùm precibus nos fulcire, tum conſiliis quoque dirigere, tum omni denique beneuolentiæ ſtudio proſequi; quò hac ratione illud Scripturæ dictum in nobis adimpleatur. Frater, qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma. Verè etenim ſpiritualis dilectio, munita ciuitas eſt; quæ neque cuniculis à diabolo ſuffodi, neque ſcalis ab eodem poteſt ſuperari. Neque enim illa bellicis Sataneæ machinis cedere nouit, vt quæ à Chriſto Domino cuſtodiatur, Chriſto vtique illo, qui & hunc mundum deuicit, & ſempiterna bona tibi præparauit, & aliquando nihilominùs dixit: Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. Cùm itaque Chriſto Domino dignus euaſeris, propterea quòd crucem tuam ſuſtuliſti, ſectatorque illius effectus ſis; Chriſtum pro nobis deprecari ne omittas, fraternæ virtutis ornamenta proprias prærogatiuas eſſe ratus. Vale in Domino, & pro me, Deo dilectiſſime & ſanctiſſime Frater ac comminiſter, ora.

eiuſq; preces & conſilia implorat.

Prou. 18. 19.

Matth. 10. 38.

60 *Non minori laude celebrat eumdem Cyrillum Cæleſtinus Papa epiſtola ad Clerum Conſtantinopolitanum, editâ ex codice Vaticano à Baronio an. Chr. 432. vbi num. 24. hæc habentur:* Vitaſtis, quem à memoria dignâ ſanctâ Alexandrinâ Eccleſiâ ſecundùm B. Pauli Apoſtoli ſententiam iam ſciretis eſſe correctum. Legiſtis namque & memoriter iam tenetis Sacerdotis, hoc eſt, Catholici ad hunc ſcripta Doctoris, quibus eum ita corruptum, vt velit eſſe correctus,* ſtuduit, nixus eſt labentem reuocare collegam, porrexit dextram magiſterij ſui, in vno volens plurimis ſubuenire: percellebat animum veteris Sacerdotis, quòd nutat Epiſcopus ruinâ multorum. Egit, ſicut ſcriptum eſt: Benedicam opus Domini diligenter. In nullo ei officio Apoſtoli vir Apoſtolicus defuit: obſecrauit, admonuit, increpauit. At ille qui in profundum blaſphemiarum ſuarum pondere mergeretur, tanti viri doctrinam renuens, & abuſus hortatu, docilis eſſe renuit, cùm doctor eſſe non poſſet: egit iniuriis, tenacem recti eſſe peruerſitatis aſſertor gloriatus. Hinc nec contriſtatus eſt Frater, ſecum reputans quòd meritò ſibi conſeruo non parceret, qui ſuo Domino derogaret. Inuentus eſt per diligentiam ille de Euangelio frugi filius & prouidus ſeruus; nam & paternam ſeruauit ſubſtantiam, & auxit numerum talentorum. Nec duplicaſſe eum, ſed multiplicaſſe dixerim ſortem, quem videbamus etiam longè poſitis pio fœnore ſubueniſſe. O ſanctæ prædicationis vſura! quam hic gratiam ante communem Dominum fidei negotiator inueniet, qui propter animarum lucrum, negotium & illic exercuit, vbi talenta accepit? Nonne hic meritò à patrefamilias auditurus eſt, Euge, ſerue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui? Hæc huic competunt, qui illa quoque quæ aliis ſunt commiſſa ſeruauit. *Hæc Cæleſtinus.*

Idem Cyrillus à Cæleſtino Papâ laudatus.

1. Cor. 5.

* hîc aliquod mendum.

§. XI. *Reconciliatio Eccleſiarum.*

61 *Cæleſtino Papæ VIII. Idus Aprilis vitâ functo, ſucceſſit Sixtus III. quocum tandem & S. Cyrillo pacem iniit Ioannes Antiochenus, iis litteris (cum fidei Catholicæ ſincerâ profeſsione) datis, quæ referuntur tomo 5. Concil. Epheſ. cap. 5. & 17. Exactam rei geſtæ ſeriem pandit ipſe Cyrillus epiſtolâ ad Dynatum Nicopolis veteris Epiri Epiſcopum tomo 5. cap. 16. quam hic damus:* Operæ pretium duxi pietatem tuam de iis rebus certiorem facere, quæ ſuper Eccleſiarum pace conſtituendâ euenerunt. Venit itaque Dominus meus præclariſſimus Tribunus & Notarius Ariſtolaus Antiochiam, litteras regias ſecum deferens, quibus Ioanni piiſſimo Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopo mandabatur, vt ſcelerata Neſtorij dogmata anathematizaret, nec non vnà cum ſacrâ Synodo depoſitionis ſententiam contra illum ferret, eâque ratione ad noſtram communionem viam ſibi muniret. Et hæc quidem earum litterarum ſumma erat.

Antiochenus & alij Orientales,

(vrgente eos Ariſtolao Tribuno,

62 Quidam autem ex Orientalibus Epiſcopis, qui Neſtorium fortè necdum condemnarunt, ſed illi porrò fauere, rectamque fidem turbare pergunt, neque Chriſti omnium Seruatoris noſtri gloriam agnoſcũt; Acacium ſanctiſſimum piiſſimumque Bereœenſium Epiſcopum, vt ad me ſcriberet, nonnullaque abſurda, quæ ipſi poſtulabant, proponeret, inſtigarunt. Vrgebat etenim vt omnibus, quæ aduersùs Neſtorium ſcripſimus, abolitis, & veluti inutilibus reiectis, ſolùm Symbolum à ſanctis Patribus in ciuitate Nicææ congregatis expoſitum admitteremus. Meminit ſanctitas tua, eamdem hanc rem vrſiſſe quoque cùm nuper in Epheſiorum ciuitate adhuc aderant. Ego verò ad hæc reſcripſi, rem illos poſtulare eiuſmodi, quæ fieri planè non poſſet, quòd quæcũque ſcripſiſſemus, rectè ſcripſiſſemus; vtpote rectæ in-

Cyrillo hortante, etſi fruſtrà ab iis de ſuis ſcriptis reuocãdis, interpellato;)

ctæ inculpatæque fidei vbique ſuffragati, nihilque ob id eorum omnium, quæ à nobis ſcripta eſſent, damnare aut negare nos poſſe. Neque enim quicquam omnino temerè à me dictum, aut ſcriptum eſt, vt iſti dicunt, ſed ea tantùm à me dicta & ſcripta ſunt, quæ cum fidei rectitudine vbique conſpirant, veritatique per omnia conſentanea ſunt. Addidi verò, rectiùs ipſos facturos, ſi ambagibus illis dilationibuſque quibus vtebantur, miſſis, intraque recti & neceſſarij limites ſeſe continentes, piiſſimi Deoque dilectiſſimi Imp. placitis, ſacræque Synodi decretis acquieſcerent; ac Neſtorij nugas blaſphemaſque eiuſdem contra Chriſtum voces anathematizarent; necnon & depoſitionem illius iuſtam eſſe agnoſcerent, & ordinationi tandem ſanctiſſimi pientiſſimique Epiſcopi Maximiani ſubſcriberent.

miſſo ad eum Paulo Epiſcopo,

63 Cùm itaque has ad illos litteras miſiſſem; animaduertentes ſeſe communione nequaquàm potituros, niſi ea priùs, quæ facere debebant, confeciſſent, miſerunt Alexandriam Paulum pientiſſimum religioſiſſimumque Emiſenorum Epiſcopum, adferentem quidem ad communionis inſtaurationem pertinentia, parùm tamen decorè & commodè propoſita: præferebant enim iuſtas quaſdam querelas aduersùs nos ſe habere, eò quòd quædam à ſacro Concilio, neque rectè dicta, neque rectè quoque facta eſſent. Verùm huiuſmodi epiſtolas equidem non admiſi, ſed dixi: Cùm de prioribus veniam ſuppliciter petere deberent, nouas iterum contumelias inferre feſtinant. Cùm autem memoratus piiſſimus Epiſcopus factum excuſaret, iuramentoque hoc illorum propoſitum non eſſe affirmaret, ex merâ autem animi ſimplicitate iſthuc litteris ſuis inſeruiſſe, dilectionis cauſsâ purgationem admiſi.

ſubſcribentes Neſtorij damnationi, reconciliati ſunt Eccleſiæ.

64 Ceterùm non priùs illum ad ſynaxim recepi, quàm oblato libello, Neſtorij dogmata proprio chirographo anathematizaſſet; ſeſeque illum pro depoſito habere, publicè confeſſus eſſet, & ordinationi tandem religioſiſſimi Epiſcopi Maximiani aſſenſiſſet. Petiit autem, vt libellis omnium Orientalium Epiſcoporum loco oblatis receptiſque nihil amplius exigerem. Sed nullâ ratione id fieri ſum paſſus: ſed Domino meo præclariſſimo Tribuno ac Notario chartam miſi, quâ ei ſignificaui: Si Ioannes pientiſſimus Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopus illi ſubſcripſerit, tunc demum communionem illis reddite; ægrè enim illorum moram ferebat clariſſimus Tribunus Ariſtolaus. Cùm igitur piiſſimus Ioannes ſubſcripſiſſet, ceterique, qui maiore auctoritate apud ipſum erant, Neſtorij doctrinam anathematizaſſent, & quòd ipſum pro depoſito haberent, profeſſi eſſent; Maximianique religioſiſſimi pientiſſimique Epiſcopi ordinationem approbaſſent, communionem illis reſtituimus. Hæc enim ſola cùm Epheſi adhuc eſſent, à ſacrâ Synodo ab ipſis exigebantur.

Gratulatur iis Cyrillus:

65 *Paulus re bene confectâ, ad Ioannem Antiochenum alioſque, à quibus ad Cyrillum miſſus fuerat, rediit, adferens ſecum ad ipſum Ioannem epiſtolam, quâ pax tranquillitaſque Eccleſiæ eſſet reddita. Eius epiſtolæ hoc eſt exordium cap. 6. tomi 4.* Lætentur cæli & exultet terra: ſolutum enim eſt interuallum maceriæ; quod mœrorem adferebat, conquieuit; & omne tandem diſſidiorum genus ſublatum eſt; omnium quidem noſtrûm Saluatore Chriſto pacem Eccleſiis ſuis conciliante, religioſiſſimis autem, Deoque dilectiſſimis Imperatoribus, nos ad iſtud prouocantibus. Qui cùm auitæ religionis optimi æmulatores exiſtant, dant operam, vt fidem rectam animis ſuis infixam, firmam immotamque cuſtodiant. Quin & ſingularem quoque ſanctis Eccleſiis curam impendunt, quò hinc nimirùm & gloriam obtineant perpetuam, & regnum ſuum florentiſſimum conſtituant.

66 *Quæ à reditu Pauli contigerunt, ita narrat Liberatus in Breuiario cap. 8. & 9.* Aſcendens ergo Antiochiam Paulus, obtulit Ioanni Archiepiſcopo & omni Concilio eius, epiſtolam Cyrilli. Qui, vt cognouerunt eum ſuſcepiſſe fidem à ſe directam, & in eius ſcripſiſſe confirmationem, pacem cum eo, & eius fecerunt Concilio, damnantes Neſtorium, & ſuſcipientes Maximianum, qui pro illo factus fuerat Epiſcopus; dubitantibus adhuc ex eis aliquibus Cyrillo communicare, putantibus eum erraſſe, & poſteà veritatem agnouiſſe, & culpantibus Ioannem cur ab eo non expetierit capitulorum eius damnationem. Ex alterâ autem parte quidam de Palatio, per Eulogium Preſbyterum & apocriſarium Alexandrinæ Eccleſiæ, culpauerunt Cyrillum, cur ſuſceperit ab Orientalibus Epiſcopis duarum confeſſionem naturarum, quod Neſtorius dixit & docuit. Sed & Valeriano Iconij, & Acacio Melitenenſi Epiſcopis hoc ipſum de Cyrillo videbatur. Scripſit ergo eis Cyrillus in defenſionem Orientalium Epiſcoporum, & pro duabus vnius Chriſti naturis... Acacio Melitenenſi Epiſcopo ſcribens inter alia ſic dicit: Neſtorius etenim Chriſtum ſeorſum nominari dicit Dei Verbum, habere autem coniunctionem ad Chriſtum continuam. Putas ergo, non duos Chriſtos apertiſſimè dicit? Orientales verò Chriſtum vnum & filium, & Deum & Dominum confitentur ſe adorare, eumdem ex Patre ſecundùm Diuinitatem, & eumdem ex ſanctâ Virgine ſecundùm humanitatem. Duarum namque naturarum vnitionem factam dicunt; tamen vnum Chriſtum, vnum filium, vnum Dominum confitentur apertè factum. *&c.*

Ex variis.

alios docet, confitendas duas in Chriſto naturas.

67 *Pergit Liberatus.* Hæc ſunt quæ Cyrillus ſcripſit in defenſionem Orientalium Epiſcoporum, pro duabus vnius Chriſti naturis. Quam quicumque tunc minimè receperunt, hos eſſe puto auctores Acephalorum, qui neque Cyrillum habent caput, neque quem ſequantur oſtendunt. Tunc & Euoptius Ptolemaidis Pentapoleos regionis Epiſcopus accipiens exemplar litterarum Theodoriti, qui ſcripſerat contra duodecim capitula Cyrilli, direxit illud Cyrillo, vt reſponderet ad ea, & ſua capitula exponeret. Quod gratiſſimè ſuſcipiens Cyrillus, fecit interpretationem capitulorum ſuorum, duodecim addens expoſitiones, quo videretur plenam pro eis reddere rationem. Itaque Cyrillo ſuſcipiente & defendente fidem Orientalium Epiſcoporum, & ſua capitula exponente, pax & vnitas Eccleſiis reddita eſt. In quâ pace gaudente Eccleſiâ, inimicus pacis, æmulus vnitatis, non quieuit aduersùs eam mouere vaſa ſua, & ſuperſeminare zizania. *quæ propter libros Theodori Mopſueſteni, & Diodori Tarſenſis exorta ſunt. Ea, quia ad S. Cyrillum vix attinent, hoc loco omittimus; præſertim quòd illa Liberati Diaconi hiſtoria haud vſquequaque fidem mereatur, qui & tria capitula, de ſcriptis Mopſueſteni, Ibæ epiſtola, ac Theodoreti contra Cyrillum commentariis, à Romano etiam Pontifice iam damnata, peruicaciter cum aliis Africanis tuenda ſuſceperit, atque incautè ex epiſtolâ à quopiam Neſtoriano ſub nomine Cyrilli ad Ioannem Antiochenum confictâ, quæ narrat acceperit. Quem tamen ſecutus eſt Photius in Bibliotheca tmemate 227.*

exponit ſua xii. capitula.

68 *Quomodò enim credemus ab Cyrillo, quod ſcribit idem Liberatus, laudatum Theodorum, eiuſque ſcripta probata, cùm adeò aduerſatus fuerit Neſtorio, quem ſuos ab ipſo Theodoro hauſiſſe errores ipſemet teſtatur epiſtolâ ad Ioannem Epiſcopum Antiochenum?* Confingentes, *ait*, quæ Neſtorij ſunt odiſſe, alio iterum ea introducunt modo, quæ Theodori ſunt mirantes, & certè æqualem, magis verò multò peiorem morbum impietatis habentia. Nec enim Theodorus Neſtorij fuit diſcipulus, ſed iſte illius, & velut vno loquuntur ore, & vnum malæ doctrinæ ex ſuo corde euomunt venenum. *In epiſtolâ ad Theodoſium Imperatorem,* Theodorum Mopſueſtenum, *&* Diodorum Tarſenſem, *aſſerit* patres impietatis fuiſſe Neſtorio, immaniter blaſphemaſſe contra Chriſtum omnium noſtrûm Saluatorem, neſcientes ipſius myſterium *&c. Hæc omnia referuntur collatione 5. Concilij 5. Oecumenici. Denique ambos eiuſdem hæreſeos auctores fuiſſe, oſtendit in expoſitione Symboli Nicæni ſub finem. Vbi & meminit epiſtolæ Procli ad Armenos de eâ re ſcriptæ:* Hæc ſentit nobiſcum, *inquit*, amantiſſimus Chriſti ſanctorum Patrum chorus, & Proclus ipſe, qui nunc ſanctæ Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ thronum adornat

damnat Theodori Mopſueſteni ſcripta.

religioſiſſimus & pientiſſimus Pater & Coëpiſcopus. Scripſit enim & ipſe ad Orientales piiſſimos Epiſcopos in hæc verba: Et incarnatus quidem eſt &c. *Extat ea epiſtola in bibliothecâ Patrum Latinè verſa à Dionyſio Exiguo, occaſione eiuſdem controuerſiæ rurſum tempore ſuo ſuſcitatæ propter tria capitula Concilij Chalcedonenſis, quæ tandem Eccleſiâ reſcidit, quorum vnum erat de eiuſdem Theodori ſcriptis. Succeſſerat porrò Maximiano defuncto S. Proclus, Aſpare & Areobindâ Coſſ. an. Ch. 434. ad cuius vitam XXIV. Octobr. plura de hac controuerſiâ dicentur.*

Ex variis.

69 *Apoſtolicâ auctoritate Cyrillum reſtitiſſe Iuuenali Epiſcopo Hieroſolymitano primatum Palæſtinæ affectanti (qui & tandem illi Sedi collatus) ſcribit S. Leo Papa epiſt. 62. ad Maximũ Epiſcopũ Antiochenum:* In Epheſinâ ſynodo, *inquit*, Iuuenalis Epiſcopus ab obtinendum Palæſtinæ prouinciæ principatum ſe credidit poſſe ſufficere, & inſolentes auſus per commentitia ſcripta firmare: quod ſanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus meritò perhorreſcens, ſcriptis ſuis mihi, quod prædicta cupiditas auſa ſit, indicauit; & ſollicitâ prece multùm popoſcit, vt nullus illicitis conatibus præbeatur aſſenſus.

reſtitit Epiſcopo Hieroſolymitano.

70 *Libri à S. Cyrillo ſcripti, quotquot reperiri potuerunt, poſt varias editiones prodierunt Pariſiis Græco-latinè anno 1638. ſeptem tomis diſtincti. Qui illius cenſendi ſint genuini fœtus, Bellarminus lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſticis & alij tulêre iudicium. De ſtylo operum & formâ dicendi propriâ agit Photius in bibliothecâ tmemate 49. 136. & 169. Non eſt huius Cyrilli liber qui inſcribitur* Apologi morales, *quem anno 1631. è vetuſto codice Bibliothecæ Matthiæ Corui Balthaſar Cordemus noſter vulgauit, ἀνέκδοτον ratus: licet Authertus Miræus in Bibliothecâ nuper editâ, notat. ad cap. 57. Gennadij, iam olim à Ioanne Paruo, titulo* Speculi ſapientiæ *publicatum ſcribat. De illius libelli auctore Cyrillo agemus IX. Martij. Ceterùm Alexandrini huius noſtri Cyrilli doctrina à ſanctis Patribus reuerenter ſuſcepta ac laudata eſt. Magnus Euthymius, vt XX. Ianuarij in eius Vitâ dicitur num. 75. calumnias contra Synodum Chalcedonenſem auerſabatur, hac inter alias adductâ ratione:* Cyrillum Alexandriæ Epiſcopum *Synodus* ſibi adiungit, tamquàm qui ſit eiuſdem ſententiæ; & rectæ ſententiæ fatetur eſſe Magiſtrum: Deiparam ſanctam Virginem liberâ linguâ nominat, & vnigenitum Dei filium ex eâ natum aſſerit. *Habentur ea Act. 1. Concilij Chalcedonenſis, nam* cùm legeretur epiſtola ſanctæ memoriæ Cyrilli, reuerendiſſimi Epiſcopi *Illyriciani* clamauerunt: Sic credimus, ſicut & Cyrillus. Cyrilli æterna memoria. *& paullò pòſt:* omnes reuerendiſſimi Epiſcopi clamauerunt: Nos ſicut Cyrillus credimus, ſic credimus, ſic credimus: anathema ei, qui ſic non credit. *quibus ſimilia frequentiſſimè in eodem tractatu, & à ſingulis in fauorem Flauiani, qui Proclo in Epiſcopatum Conſtantinopolitanum ſucceſſerat, & Eutychetis errorem damnârat, mutatâ tantùm phraſi repetuntur. Vnius ſententiâ Sabbæ Epiſcopi Paltæ finimus:* Didicimus, *inquit*, ſanctos Patres ſequi. Etenim Patres noſtri qui in Nicæâ conuenerunt, non à ſemetipſis locuti ſunt, ſed quod Spiritus ſanctus dictauit. Similiter & ſanctiſſimus & Dei amiciſſimus B. Cyrillus ex Spiritu ſancto, quæ ſunt ſanctorum Patrum, locutus eſt & docuit. *Denique eius doctrina in Concilio V. Oecumenico, accurato centum ſexaginta quinque Epiſcoporum examine diſcuſſa, præclariſſimis encomiis celebrata eſt. De obitu & ſolenni eius in Orientali & Occidentali Eccleſiâ cultu ſuprà §. 1. actum eſt.*

doctrina paſſim à SS. PP. laudata.

Cyrilli ſcripta.

DE S. IOANNE
ABBATE REOMAENSI IN GALLIA.

§. I. *S. Joannis Reomaënſis natalis.*

CIRCITER AN. DXLV. XXVIII. IANVAR.

1 REomaus *monaſterium eſt peruetuſtum, in Lingonenſi diœceſi, intra iuriſdictionem olim Tornodorenſis oppidi, vel caſtri, à quo alioquin diſtat XXX. millibus paſſuum, Valentiniani III. æuo conditum à* S. Ioanne, *in paterno fundo, vt in Lingonenſium Epiſcoporum catalogo ex veteribus monumentis probat Claudius Robertus. Vulgò nunc* Moneſterium S. Ioannis *appellatur, olim* Reomaus, Reomagus, Reomus. *Eius cœnobij hiſtoriam collegit & illuſtrauit Petrus Rouerius noſter, qui de nomine ipſo ita diſſerit:* Id nomen formam habet eo ac poſteriori æuo non inſolentem, cùm & Stabulaus & Gemblaus & eiuſmodi alia tunc ac poſteà ſint vſurpata. Sed an inde inflectendum ſit Reomenſe, vt Stabulenſe, an Reomaenſe, vt Gemblaenſe; an Reomacenſe, vt aliàs Gemblacenſe, ambiguum fecêre libri ſcripti & editi, aliud aliàs repræſentantes. Ego vt diſtinguam à Reomenſi in Aruerniâ, Reomaenſe ferè appellabo. Fuiſſe verò hoc nomen riuulo, qui monaſterium præterfluit, rati ſunt quidam; ſed multò eſt ſimilius vero locum ipſum & agrum, cui inædificatum eſt monaſterium, hoc olim nomen accepiſſe. *Hæc ille. Planè agri nomen fuit* Reomaus, *ſed à riuo: terminatio, qualis vocis* Stabulaus, *eo æuo vſurpata, ſed aliunde ducta. Nam, vt alibi dictum, & Fulcuinus Abbas, qui circiter 990. Chriſti annum vixit, in Chronico Lobienſium Abbatum teſtatur,* Lo, *ſiue* Loo, vocant Teutones obumbrationem; *olim fortaſſis aut certè alibi variâ dialecto,* LAV: *vnde* Lobacum, *&* Laubacum, *dictum quod vulgò nunc Lobienſe cœnobium: & in* LAVS, *Latino more deflexa terminatio: ſic ex* Staueloo, Stabulaus; *ſic* Calloo, *leucis duabus ab hac vrbe ſitus locus & olim nobilis, & nuperà Batauorum hæreticorum clade celebris, à Baudemundo in Vitâ S. Amandi ante 1000. ferè annos ſcriptâ* Chaulaus *vocatur. At* Reomaus, *ab* aw, *quod terram flumine circumfluam vel irriguam ſignificat, & riuo* Reomo *ductum videtur, &* Reomaw, *ſiue* Reomau *primitus appellatum, vt* Haynau, Moſau, *ſiue* Moſaw, *ditio quæ Haynâ amne, aut* Mosâ *alluitur; aliaq; eius generis innumera. Fuit fortaſſis iſthic riui eiuſdem olim traiectus, vnde* Reomagus *dictus. Magus enim aut* maghen *in Gallicorum locorum nominibus, ferè indicat ea ad amnes ſita, & quidem vbi ij tranſmitti ſolerent, licet etymon nondum eruerimus. Hæc de loco ac nomine.*

Reomaus *monaſterium,*

vnde dictum.

2 *Qui id cœnobium condidit* Ioannes *Abbas ſacris faſtis adſcriptus eſt V. Kalendas Februarij. Martyrologiorum veterum ac recentium dabimus verba, vt, quia mendis nuper nonnulla eorum aſperſa, certiùs ſitus ac genuina loci conſtet nomenclatura. Vſuardus:* In monaſterio Reomenſi depoſitio Ioannis Preſbyteri, viri Dei. *Idem habet Ado, niſi quòd monaſterium* Reomanenſe *vocet, vti & Molanus in primâ Vſuardi editione, Notkerus, (in quo pro* Ioanne Hicanes *dicitur) Caniſius, Beda MS. nam vulgatus* Leomanenſe *appellat. Fortaſſis primitus* Reomaüenſe, *aut* Reomawenſe *ſcriptum. MS. Martyrol. monaſterij S. Martini Tornaci:* Et in Burgundiâ S. Ioannis Abbatis. *MS. Centulenſe:* In territorio Lingonenſi, monaſterio Reomenſi, S. Ioannis Abbatis, magnifici viri qui baſiliſcum oratione extinxit. *MS. Florarium:* In monaſterio Reomenſi, depoſitio S. Ioannis Preſbyteri & Abbatis. Hic baſiliſcum ſuâ oratione extinxit, & puteum, in quo latitabat, monachorum vſibus dereliquit. *MS. Domus profeſſæ Societatis Ieſu Antuerpiæ, Bedæ nomine prætitulatum:* In territorio Lingonicæ ciuitatis, caſtro Tarnodoro, monaſterio Robonicenſi, natale S. Ioannis Preſbyteri & Abbatis: qui primus habitator ipſius loci ac diuerſorum Pater monachorum extitit; ac longo confectus ſenio clarus virtutibus requieuit. Sepultus eſt non longè à monaſterio.

S. Ioannis Abbatis natalis.

3 *Mendum à librariis irrepſit in Martyrologium Romanum. ita enim ſcriptum:* In monaſterio Rhemenſi depoſitio S. Ioannis Preſbyteri, viri Dei. *Eadem ratione Bellinus in editione Pariſienſi anni 1521. vetuſtior editio Veneta* Reomenſe *monaſterium. Malè ab Remis tributur.*

monaſterium appellat. Remenſe *in duobus MSS. Vſuardi dicitur: in monaſtico quodam,* Remanenſe. *Maurolycus:* In agro Remenſi, caſtro Tornodoro, S. Ioannis Preſbyteri viri Dei. *Galeſinius:* Tornodori in Rhemorum finibus, S. Ioannis Preſbyteri, viri Dei. *Pugnat ipſe ſecum Ferrarius in Topographiâ Martyrologij; nam ad vocem* Remi *ſcribit:* 28. Ian. Ioannes Preſbyter in monaſterio Tornodorenſi. *at voce* Tornodorum, *aliquantò meliùs:* Oppidum eſt, *inquit,* Galliæ Celticæ in Burgundiæ & Briæ confinio, in diœceſi Lingonenſi, Comitatus Tornodorenſis caput, vbi monaſterium Reomacenſe, non longè, inter Antiſiodorum ciuitatem, & Caſtellionem oppidum ad Sequanam, ab Antiſiodoro in ortus ad x. millia paſſuum Gall. diſſitum. 22. Septemb. Ioannes Abbas Reomacenſis. *Sed diuerſos exiſtimauit* Ioannem Abbatem Reomacenſem, *& Ioannem illum Presbyterum, Remis temerè adſcriptum, etiam à Conſtantio Felicio. Aſt idem Ferrarius in nouo & generali Catalogo SS. 22. Septembris in Notis:* Non procul *Tornodoro* cœnobium viſitur Rheomenſe, ſiue, vt alij ſcribunt, Rheomacenſe, vel etiam Rheomontenſe. *qui alij* Rheomontenſe *vocant? ac deinde:* At in Rom. Martyrol. die 22. *(imò 28.)* Ianuarij, vbi Rhemenſe pro Rheomenſi, ſeu Rheomontenſi, ſcriptum videtur. *Propiùs abeſt ab* Autiſiodoro Tornodorum, *quàm à* Reomao, *quod inter* Serum *&* Armantionem *annes ſitum, haud longè ab* Aualone *&* Sinemuro *oppidis.*

An Canonicus fuerit:

4 *Conſtantinus Ghinius inter Canonicos cenſet* S. Ioannem. *quando ille aut vbi Canonicum profeſſus, qui 100. annis monaſticam, & quidem μοναχικωτάτην illam, Ægyptiorum aſcetarum legibus adſtrictam, vitam egit? Rectiùs eum Benedictinis adnumerant VVion, Dorganius, Menardus: non quòd Benedictinum fuiſſe exiſtimemus, qui cùm Benedictinus ordo trãs Alpes primùm eſt per S. Maurum propagatus, iam CXV. annos erat natus, ſed quòd Reomaënſe monaſterium pòſt S. Benedicti ordini traditum ſit, vt plura veterum illorum varij inſtituti monachorum domicilia ac poſſeſſiones, vt florentes ipſi religioſæ vigore diſciplinæ, collapſam in iis ſanctimoniam reſtaurarent. Dorganius ergo de S. Ioanne ita ſcribit:* S. Ioannis viri Dei. *Menardus:* Tornodori, monaſterio Reomenſi, S. Ioannis Preſbyteri, viri Dei, eiuſdem monaſterij Abbatis. *VVion:* Tornoduri in Rhemorum finibus, in monaſterio Reomenſi, depoſitio S. Ioannis Preſbyteri, viri Dei, eiuſdem cœnobij monachi. *Abeſt longè* Reomaus *à finibus Remorum. Idem in Notationibus ad 22. Septembris, dicit Ioannem fuiſſe primùm monachum Lirinenſem, deinde Abbatem Reomenſem in caſtro Tornodorenſi. Fuit quidem monachus Lirinenſis, ſed cùm iam anteà Abbas Reomai fuiſſet, nec in caſtro Tornodorenſi eſt illud cœnobium, ſed in pago, ſiue ditione quæ illi olim caſtro parebat.*

an Benedictinus.

§. II. *Vita S Ioannis.*

Vita S. Ioannis

5 *Vitam* S. Ioannis *ſcripſit monachus Reomaenſis, ipſius ſanctiſſimi Abbatis diſcipulus, libris duobus; in quorum altero* Lætum *Diaconum ſecum de Ioannis rebus geſtis & virtutibus colloquentem inducit. Petrus Rouerius noſter, atque ex eo Autbertus Miræus,* Ionam *Abbatem ſcribunt huius vitæ auctorem fuiſſe, propterea quòd, vt ex ipſius prænotatione infrà patebit,* per monaſterium S. Ioannis, quod vocatur Reomaus, prætereuntem, paucis diebus inibi pro labore itineris quieuiſſe *ſe, ſcribat, &* ductum precibus Domini Hunnæ Abbatis Fratrumque ipſius cœnobij, vt quæ per diſcipulos memorati Confeſſoris Chriſti, vel poſteros eorum veraciter comperta erant, conſcriberet. *Verùm recenſuiſſe ſolùm eam vitam atque interpolaſſe Ionam multa ſunt quæ perſuadent.*

recenſita à Ionâ Abbate;

6 *Nam in Prologo, nu. 3. ita de ſe auctor loquitur:* Quod ipſe aggrediar, nullius me inuidiâ refellente; vt virum ſingularem, multorum, qui illum ſæpè viderunt, viuorum ac præſentium memoriâ teſte commendem. *Legit Rouerius* viuum ac præſentem: *ſed neque ita apta ſententia eſt; & quæritur, quid ſit multorum memoriâ teſte commendare aliquem, ſiue præſentem, ſiue abſentem? nonne prædicare, quem*

ſcripta à coætaneo,

multi à ſe viſum meminerunt? Et fatetur quidem Lætum Diaconum Ioanni conuixiſſe, & cum Ionâ deinde collocutum poſt Ioannis mortem annis 118. adhuc vegetum integràque memoriâ, cùm ageret annum ætatis minimùm centeſimum quadrageſimum; quippe qui tempore Theodeberti Regis, circiter annum Chriſti 540. adierit ad Ioannem, fratri ſuo Fidamiolo eulogias petiturus, quas & ſibi ipſe ſalutares anteà erat expertus; vnde fas ſit coniicere eum tunc ſaltem ferè viginti fuiſſe annorum; quibus ſi 123. adieceris, quot fluxerunt vſque ad Ionæ ad Reomaenſes aduentum, efficies 143. Si conſtitit Læto tam longæuo ſua memoria, eaq; ætas fuit, cur nuſquam id indicat, vt ſenes ſolent? cur in Ioanne, tantò iuniore, id ipſe vt mirum prædicat? cur de peſte 120. annis anteà graſſatâ, veluti nuperâ & notâ omnibus loquitur? at nec vnus ille Macrobius, ſed multi alij, quorum memoriâ teſte *Ioannem commendat auctor.*

Ex Vaarus.

monachus Reomaenſis,

7 *Idem Reomaenſem ſe monachum profitetur lib. 1. cap. 1. nu. 8.* Quâ Pontifex noſter Gregorius, *inquit,* relatione compertâ, qui tunc temporis Lingonicæ Eccleſiæ gubernacula retinebat *&c. At ſiue Bobienſis Abbas erat Ionas, ſiue Luxouienſis, non potuit Lingonicum Antiſtitem* Pontificem noſtrum *appellare. Idem cap. 2. nu. 10. S. Ioannem* proprium Patronum *vocat; quo titulo? an propter paucorum dierum hoſpitium? Et potuit quidem, quem fortaſis ſedulò deinceps venerari conſtituerat,* Patronum *appellare; at cur* proprium? *Capite 3. nu. 15.* Ne quis hoc fabuloſum putet eſſe, quod dicimus, referente viro venerabili Agrippino Diacono ipſius Agreſtij filio cognouimus. *Vt fidem faciat, citat virum vulgò tunc notum; at filium eius qui Ioanni tantò antè mortuo familiaris extiterat. Fuerit tamen is quoque è Macrobiorum gente.*

ipſius S. Ioannis diſcipulo:

8 *Secundi libri titulus nonne perſpicuè, quod diximus, probat? ita habet:* Dialogus diſcipulorum eius. *Interloquuntur vitæ ſcriptor &* Lætus Diaconus: *ergo non hic ſolùm, ſed & ille quoque, Ioannis diſcipulus fuit. Rouerius dialogiſmum hunc inter Ionam & Lætum habitum ſcribit. Aſt Auctor ait:* Reuoluenti iterum mihi ac ſæpius prioris libelli corpuſculum, ſuperuenit kariſſimus noſter Lætus Diaconus. *cur* Kariſſimus, *&* noſter? *vnde illa Læto cum homine Italo, aut certè (vt quidam, licet perperàm, ſcripſêre) Hiberno vel Scoto, familiaritas? Pergit:* Tum percunctari à me cœpit, quaſi ignarus, quidnam à me operis in cellulâ ageretur. *Demus in cellulâ collocatum, inter ceteros eius cœnobij monachos, alterius inſtituti Abbatem hoſpitem:* Cùm te, *inquit,* legentem dudum, Frater, audiſſem. *vocet ſanè* Fratrem, *Abbatem natu grandem, & non patiùs* Patrem, *monachus Diaconus; ſit illud priuilegium portentoſi eius ſenij: ſed quomodò* dudum audiuit, *qui ſolùm* paucis diebus *iſthic fuerat? Deinde num. 4.* Germanus meus Fidamiolus, quem tu, Frater, optimè noſti. *an omnis illa tam longæua progenies?*

vnde hic edita.

9 *Duos hos de vitâ* S. Ioannis *libros, è vetuſtis membranis Accincti, & Montis S. Mariæ, cœnobiorum ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Veſontionenſi deſcripſit ac nobiſcum communicauit Petrus Franciſcus Chiffletius noſter; nos cum eâ quam ex MSS. Reomaenſibus edidit Rouerius, cumq; MS. monaſterij Boni-fontis contulimus. Edidit eamdem, ſed multò breuiorem, Surius XXII. Septembris, at* ſtylum opportunis locis mutauit, *vt ipſe fatetur. Eamdem ad verbum è Surio edidit in Chronologiâ Lirinenſi Vincentius Barralis Salernus; addit tamen,* vt habetur in peruetuſto MS. codice: *verùm eum ipſe codicem non viderat.*

§. III. *Ætas S. Ioannis.*

S. Ioannes ſub quibus Principibus vixerit;

10 *Ætatem S. Ioannis ita expreſsit Auctor, cùm ait:* à tempore Valentiniani Cæſaris atque Marciani Imperatoris, qui poſt Theodoſium iuniorem monarchiæ dignitatem obtinuit, vſque ad tempora Iuſtiniani Auguſti permanſiſſe: Quo etiam tempore Franci cum Clodouco Rege, poſtpoſitâ Republicâ, militari manu terminos Romanorum irrumpentes, Galliam inuaſêre. Sicque vſque in tempora Theodorici Regis, qui filius extitit præfati Clodouæi, & filij eius Theodoberti perdurauit. *Teſtatur deinde lib. 2. cap. vltimo obiiſſe eum annos natum 120. Hos Chronologicos characteres egregiè diſcutit Rouerius.*

Ex variis. *quando & quamdiu ſinguli imperarint:*

11 Valentinianus III. Theodoſij *ſenioris ex* Placidiâ *filiâ nepos, anno 425. 23. Octobris Imperium adhuc puer ſuſcepit, tenuitq́; inter varias clades vſque ad annum 455. 17. Martij.* Marcianus, Theodoſio *iuniore Kal. Auguſti anno 450. mortuo, Imperator, agente* S. Pulcheriâ, *factus eſt; mortuus anno 457. ſub finem Ianuarij.* Iuſtinianus *imperauit à 1. April. 527. vſque ad annum 565.* Clodoueus Childerico *patri in regnum Francorum ſucceßit anno 482. fidem Chriſti complexus eſt an. 496. obiit an. 511. Succeſſerunt filij quatuor, tres* S. Chlothilde, Theodoricus *concubinæ natus, qui Metis ſedem regni fixit. Huic anno 534. vitâ functo* Theodebertus *filius ſucceßit, ei anno 548.* Theodebaldus.

12 *Ex his conficitur primùm, non ante annum Chriſti 425. natum eſſe* Ioannem, *nec poſt 548. mortuum. Certum annum mortis ac natiuitatis ita eruit Rouerius: In MSS. Reomenſibus, vt infrà adnotabimus, dicitur obiiſſe,* anno Domini quingenteſimo duodecimo, iuxta quod in cyclo B. Victurij Epiſcopi numeratur. *Cyclum annorum 532. fecit Victorius, eumq́; incepit à* duobus Geminis Coſſ. *quo anno, vt plures alij veterum, putarunt paſſum eſſe Chriſtum, cùm ſolùm biennio pòſt ſit paſſus: quare ad certum annum Chriſti conſtituendum, alij annis cycli Victoriani adiiciunt annos 30. alij pauciores, alij 33. nec plures. Annis 512. cycli illius ſi 30. adieceris, efficies annum æræ vulgatæ 542. à quo numero ſi dempſeris annos Ioannis 120. reſidui erunt 422. at certum eſt ex antè dictis, ante imperium Valentiniani III. ſiue Octobrem anni 425. non eſſe natum. Ergo vt certi quid conſtituatur, oportet ad illos annos Victorij 512. adiicere 33. vt conficiantur anni 545. à quibus ſi detrahantur 120. efficietur annus natiuitatis 425. vel ſummùm 426.*

natus an. 425. mortuus an. 545.

§. IV. *Miracula ex S. Gregorio Turon.*

13 *Operæpretium eſt S. Gregorij Turonenſis caput 87. de gloriâ Confeſſorum hic proferre, præſertim quia viſus eſt Baronius dubitare an ad hunc* S. Ioannem *ſpectaret, quippe qui apud Remos eum vixiſſe exiſtimabat. ita ergo ſcribit in Notat. ad Martyrol.* Scribit S. Gregorius Turonen. libro de gloriâ Confeſſ. cap. 23. res geſtas cuiuſdam Ioannis Preſbyteri, non Rhemis (vt hîc habetur) ſed Turoni ſepulti; quâ ratione alius ille eſſe videtur ab hoc de quo agimus. De alio Ioanne idem Gregorius Turon. de gloriâ Confeſſ. cap. 87. *De priore illo Turonenſi Presbytero* Ioanne *agemus 27. Iunij. De Reomaenſi iſta habet S. Gregorius:*

Alius S. Ioannes Presbyter 27. Iun.

14 Fuit in Tornodorenſi pago, in parochiâ Lingonicenſi, vir ſanctitate præcipuus Ioannes Abbas, iuxta ſui nominis etymologiam diuinâ gratiâ præuentus. Denique fertur quia cùm monaſterium ædificare vellet, quod Reomaus nuncupatur; & Fratres nimiam aquæ penuriam paterentur, reperit puteum immani profunditate altum, vbi peſſimus ſerpens baſiliſcus habitabat. Hic itaque diuinâ inuocatione perempto ſerpente, ac mundato puteo, puteum potabilem Fratribus reddidit: de quâ aquâ & nos cum Lugdunum pergeremus, à Fratribus illius monaſterij benignè ſuſcepti, cauſsâ miraculi hauſimus: cuius etiam hauſtu pluriqui frigoritici curantur.

Putei Reomaenſis aquâ

febres curantur.

15 Fertur & de præfato viro tale miraculum. Quidam fratricida pro enormitate criminis ferreis circulis alligatus, præceptum habuit vt ſeptem annis loca Sanctorum peragrando circuiret. Hic cùm Romam veniſſet, reuelatione diuinâ comperit, non aliter ſe poſſe abſolui, niſi ad ſancti corporis reliquias Ioannis Reomaenſis Abbatis perueniret. Hic ergo paſſim luſtrando loca, tandem deuenit ad baſilicam, vbi haud longè à monaſterio ſacratiſſimum corpus eius locatum eſt: ibiq́ue orationibus ac vigiliis incubans, vinculis omnibus abſolutus eſt. Vixit hic vir iuſtus & religioſus, ſicut legiſlator Moyſes, centum viginti annis, cuius nec oculus caligauit, nec dens motus eſt: fuit autem inſtitutor viri memorabilis, de quo in ſuo loco narrabimus; *S. Sequani nimirùm, de quo agit ſequenti capite.*

Vincula pœnitenti ſoluta, eius interceſſione.

VITA E VETERIB. MSS.

Auctore monacho Reomaenſi coætaneo,

à Iona Abbate recognita & interpolata.

PRÆNOTATIO IONÆ ABB.

ANno tertio regni Domini [a] Clotarij Regis, ex iuſſu ipſius Principis, vel genitricis ſuæ præcelſæ Dominæ Baltichildis Reginæ, cùm ad vrbem Cabilonenſem mitteretur noni menſis ſecundâ hebdomadâ Ionas Abbas, diſciplinis B. Columbani eruditus, atque per monaſterium S. Ioannis, quod vocatur Reomaus, præteriens, paucis diebus inibi pro labore itineris quieuiſſet, ductus precibus Domini [b] Hunnæ Abbatis Fratrumq́ue ipſius cœnobij, vt quæ per diſcipulos memorati Confeſſoris Chriſti, vel poſteros eorum veraciter comperta erant, conſcriberet, tandem articulum ſcribendi ita conuertit.

a

a *Succeſſit* Clodoueo II. Clotarius III. *anno 660.* S. Baltichildis, *matris eius, vitam dedimus 26. Ian.*

b *Septimus hic eſt in catalogo Reomaenſium Abbatum.*

b

LIBER I.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 RÆcellentiſſima Sanctorum exempla proſequentes, qui luce clariùs orbem, tam ſermone docendo, quàm exemplo monſtrando, illuminauêre, prorſus declarare atque omnibus patefacere, omni ſtudio omniq́ue conatu, quæ comperta fuerint, debemus: vt ſcilicet tam hominum cæleſti deſiderio innexorum, quàm etiam ſimplicium animos ad vitam prouocemus æternam. Vt dum præcedentium Præſulum atque Patrum monachorum labores & ſtudia contritionum, mortificationumq́ue exempla, trutinando, mentis intentione penſamus, in eorum imitationem tam noſtra corda, quàm aliorum mentes erigamus; quatenùs & doctrinæ ſolamina, & laborum ſupplementa, Chriſto fauente, ſtudeamus ſubire. Nec immeritò eorum virtutes ac geſta religioſa Chriſtianâ laude fulciuntur, qui vno ſpiritu, diuerſitate virtutum florentes, diuerſis quoque donorum muneribus adornantur, iuxta illud Iſaiæ dictum: Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? Nulli quippe dubium eſt, iuxta quod Vas electionis ſupplementi donorum ſpiritualium, Spiritus ſancti tubâ canente ac demonſtrante, formam patefecit; quin dum ſinguli in ſingulis, ex conditoris largitate, pro meritis dona capiendo, famulatum diuini nominis exercent, cumulum poſteà recipiant meritorum.

Scribenda Acta SS.

Iſa. 60. 8.

1. Cor. 12. 4.

2 Igitur venerandi viri, cultuq́ue religionis imitandi, B. Ioannis monachi atque Abbatis vitam memoriæ commendandam ſtylo patefacere nitimur; quæ ſcilicet & quanta ſtuduerit ſubire certamina ſui laboris, & noſtri egregia exempla monſtrare, memoriam dimittere ſeclis. Vt non ſolùm ille ſui laboris fructum reciperet, verùm etiam quoſque ad imitationem ſui certaminis poſtmodùm traheret, qui iure eius glorioſos triumphos venerantes & imitantes, & peccatorum medicinam & vitæ æternæ caperent ſupplementa. Vnde his & talibus virtutibus ſublimatus, præuentus gratiâ & miſericordiâ Dei, & in præceptis eius inoffenſo calle gradiens, non ſolùm in cæleſti regione promeruit triumphum, ſed & in præſenti ob ædificationem multorum longæuo manſit tempore. Adeò vt à tempore Valentiniani Cæſaris atque Martiani Imperatoris, qui poſt Theodoſium Iuniorem Monarchiæ dignitatem obtinuit, vſque ad tempora

Quando vixerit S. Ioannes.

pora Iuſtiniani Auguſti permaneret. Quo etiam tempore Franci cum Clodoueo Rege, poſtpoſitâ Republicâ, militari manu terminos Romanorum irrumpẽtes, Galliam inuasêre. Sicque vſque in tempora Theodorici Regis, qui filius extitit præfati Clodouei, & filij eius Theodoberti, perdurauit. His itaque omiſſis, ad ea quæ cœpimus reuertamur. Vtile namque & gratum fore credimus, ſi illuc articulum ſcribendi conuertamus, vnde digreſſi ſumus.

a 3 *a* Igitur vitam S. Ioannis ſcribere exordiar, qui qualiter ſe ab ipſis infantiæ rudimentis Deo carum exhi-
b buit, ſilentio præterire nefandum eſſe cẽſemus. *b* Triplex
c tamen impeditaque nobis ineſt ratio *c* cauenda. Primùm quòd ego tam iners tamque elinguis, huiuſcemodi
d materiæ molem, ſyllabarum annotationibus, *d* ac memoriæ tradere præſumam. Secundò ne, quod fore arbitror, meus ſermo incultior, & forſitan vitioſus, legentium aures inerti quodammodò mucrone confodiat. Tertiò, quòd angor vndique, dum & cuncta Chriſti amore compulſus euoluere animus cupit; & rurſum vereor, ne paginæ prolixitas, & congeſtarum copia rerum in incredulorum corde faſtidium faciat generari. Sed, vt opinor, præmium habebit à Domino præparatum, non quicumque legerit, ſed quicumque crediderit. Licet à quibuſdam non immeritò præſumptuoſus iudicer, quòd audeam aggredi opus, quod, vt dignum eſt, ferre non valeo; ac tam præcelſas virtutes imperito præſumam ſtylo diſſerere. Sed cùm ego primitùs ad ſcribendum animum adieciſſem, apud me ipſe decreui, vt non ſolœciſmos, neúe erubeſcerem abiectionem verborum; tantùm vt laudem eius, ac virtutes, quas per eum Chriſtus operatus eſt, iam propè ſeneſcentes, ab obliuione hominum atque ſilentio vindicarem. Et idcircò eas ſine
e ambitione *e* propatuli cenſeo dilatari, quia me quemquam non vereor refellere, quicquam ſcriptitaſſe men-
f doſum. *f* Nam ſi aliquatenùs hæc abſque noſtro labore potuiſſent eſſe poſteris nota, minimè hoc mihi fortaſſe putaſſem elaborandum. Denique deberi hoc à me tantis hominum ingeniis putaui; vt cùm etiam illius viuam nunc memoriam teneamus, hanc immortalem redde-
g rem, ſi poſſem. Quod *g* ipſe aggrediar nullius me inuidiâ refellente; vt virum ſingularem multorum, qui illum
h ſæpè viderunt, *h* viuorum ac præſentium memoriâ teſte commendem.

Excuſatio inelegantiæ ſtyli & prolixitatis.

a *Hic incipit vita in noſtris MSS. Priora è Rouerio noſtro ſuppleuimus.*
b *MSS.* duplex tripartitaque. *Rouerij lectionem pratulimus.*
c *Rou.* cauendi.
d *Deeſt coniunctio* ac *apud Rouerium.*
e *Idem* propatulo.
f *Addit Rouer.* Chriſtum teſtor, me vera eſſe dicturum, & ea de quibus, vt confido, nemo ambigit locuturum.
g *Idem*, ecce. h *Rou.* viuum ac præſentem.

CAPVT I.

S. Ioannis inſtitutio, vita monaſtica, latendi ſtudium.

S. Ioannis patria, genus, parentes, *a*

4 VIr per cuncta prædicandus Ioannes, nullique ſuo tempore ſecundus, ortus *a* ſub territorio Lingonicæ vrbis, nobilitatem generis nobilitate adornauit mentis; eâdem humo editus, eâdem moriendo ſepultus. Qui etiam generoſiſſimis parentibus eſt procreatus. Pater eius Hilarius nomine, mater verò Quieta vocitata eſt. Quorum animos cultus religionis catenatos atque

b educatio, ſub omni deuotione *b* Chriſtiani timoris innexos tenebat. Quique etiam inter ipſa primordij rudimenta, tam in pueritia, quàm in adoleſcentiâ ſub Chriſtiani cultu vigoris atque religionis, à parentibus alitus atque nutritus eſt. Qui cùm adhuc in domo parentum indole ætatis frueretur, non laſciuiam ſectabatur, ſed Sanctorum veſtigia ſequebatur: non ſe cibis delicatioribus aut quibuſque delectamentis paſſus eſt reſolui, vt illa ætas ſolet.

ſancti à à pueritiâ mores,

Meditabatur autem adhuc in ætate puerili, quod poſteà cùm in robur virile migraſſet, deuotus impleuit. Litteris namque adprimè eruditus eſt. Sed quàm fuerit memoriæ ſingularis capax, quâue erga condiſcipulos ſuos beneuolentiâ vſus ſit, non eſt noſtræ facultatis euoluere. AVCTORE ANONYMO, EX MSS. *ſtudia,*

5 Igitur cùm fuiſſet annorum circiter viginti, & ad ſecretiora eum loca nullatenùs parentum tam affectus amoris, quàm grauitas ſenectutis penetrare permitteret; ipſe tandem abruptis omnibus retinaculis, ad Chriſtum ſe contulit. Sic igitur in remoto villæ propriis manibus ſibi cellam ſummo labore ædificauit, oratoriumque conſtruxit, atque illic adhibitis ſecum duobus tantùm pueris ſoli Deo vacabat. Sub eodem namque tempore Gallias ſub Imperij iure Ioannes *c* Conſul regebat. Tranſacto itaque aliquo temporis ſpatio, cùm ad perfectiora Chriſti miles animum tenderet, & huc atque illuc ad Sanctorum exempla imitanda ſpiritu feruenti ſuæ religionis frena laxaret, in deſerto, quod ſub axe Lingonico iacet, & à caſtro, cui *d* Thornodoro nomen eſt, triginta ferè millibus diſtat, prędictis ſecum pueris comitantibus, nouus ſe *e* contulit hoſpes. Vbi primùm in paruo quidem tugurio cœpit habitare.

ſeceſſus, *c* *item in remotiorem locum,* *d* *e*

6 Hinc paullò pòſt, confluentibus è diuerſis partibus hominum turbis, dux ipſe cæleſtis militiæ collocatur, Iam verò monaſterio inibi fidei firmitate conſtructo, regulæ inſtituta, Patrumque exempla, quorum ipſe exſtabat imitator, rudi & nouello adhuc monaſterio deeſſe non patitur. Deinde ſtudio perfectionis accenſus, laborem itineris ſubit intrepidus, & animo feruenti monaſteria *f* circumquaque ire diſponens, nec longo terrarũ ſpatio, nec *g* præſentium immanitate periculorum, qui erat fidei igneus turris, aliquatenùs potuit deterreri. Itaque monaſteriis *h* Galliæ viſitatis, deguſtatâque luminis veritate, ſpiritualia condere cupiens mella, velut apis prudentiſſima, diuinæ gratiæ floſculos decerpebat, & intra pectoris ſui conclauim recondens, ad ſummæ ſanctitatis dulcedinem, atque perfectionis culmen enitebatur.

vbi monaſterium conditum, *regula præſcripta,* *f* *g* *h*

7 Hinc iterum in inſulam marinam, quæ *i* Lirinum nuncupatur, monaſterium petiit; vbi tunc temporis, & nunc vſque diſtrictio regularis, & Patrum ſanctorum inſtituta inuiolata perdurant. Cauſſa autem huius itineris laborem ſubeundi hæc fuit. Creſcente in ſuo cœnobio monachorum caterua; cœpit anxio corde penſare quid melius foret, quidue ſalubrius mercedis cumulo obueniret, ſi plebi dominando præeſſet, aut ſubiectus aliis obediendo ſub obtentu religionis proficeret. Fuit tandem conſilij, melius eſſe ſub vinculo mortificationis ſe ſubdere, quàm aliis imperando dominari. Denique huius religionis gratia capeſſendæ, duobus ſecum comitantibus Fratribus, denſiſſimas noctis tenebras captans, aufugit. Vbi cùm fuiſſet exceptus, humilitatis cauſſa, ſui reticuit propoſiti dignitatem.

i *fuga in Lerinum latendi ſtudio.*

8 Cumque ibidem anno & ſex ferè menſibus delitescens, per vniuerſam patriam quæreretur; à quodam tandem viſus eſt, qui de Galliæ partibus commearat; à quo tamen vix potuit pro ſui habitus humilitate cognoſci. Cumque eum intuens ſuper agnitione eius diutiſſimâ fuiſſet hæſitatione detentus, propiùs tandem accedens, & non ſolùm vultum, ſed etiam vocis ſonum diligenter explorans, & ad pedes eius concitus corruens; Nonne, inquit, hic eſt venerabilis Ioannes, qui prælationem honorum fugiens ad hæc loca peruenit? Primùm quidem ſuper hoc ſtuporem videntibus ſummum incuſſit: pòſt verò miraculo ſunt maiore perculſi, cùm eius nomen, quod apud eos magnâ fuerat opinione compertum, protinùs prodidiſſet. A quo vniuerſi Fratres prioris ignorantiæ veniam poſtulant: quòd videlicet eum inter iuniores tanto tempore deputaſſent. Deinde iam, vt decebat, in honore maximo cœpit haberi; quia verax eſt ille, qui dixit, Ciuitatem ſupra montem ſtatutam non poſſe abſcondi. Regreſſus itaque agnitor, ineffabile gaudium de inuentione Ioannis patriæ reportauit.

Illic agnitus, Matth. 5. 15. *ad ſuos reuocatur:*

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

tauit. Quâ Pontifex noſter *k* Gregorius relatione compertâ, qui tunc temporis Lingonicæ Eccleſiæ gubernacula retinebat; electis duobus Fratribus duo paria epſtolarum ſcripſit. Vnam ad Patrem eiuſdem monaſterij, *l* nomine Honoratum: alteram quoque eius proprio nomini editam tranſmiſit, deprecans, vt rediret: quod ſi differret, ſciret ſe ante tribunal Chriſti, & pro deſolatione loci prædicti, & pro Fratrum diſperſione ſecum cauſſas eſſe dicturum. Quarum exemplaria litterarum dignum fuerat huic libello inſeri, ſi poſſent aliquatenùs reperiri.

k *l*

9 Igitur inuitum eum ac flentem, quòd non meruerit vitam ſuam in illâ, quam arripuerat, ſubiectione finire; ad ſolum patrium reduxêre: regreſſuſque patriam ac ciues omnes aduentus ſui gratiâ reddidit lætiores. Ingreſſus itaque monaſterium, comperit diſtrictionem regulæ, quam docuerat, minimè ſeruari. Tum verò quaſi rudis & adhuc nouelli monaſterij inſtituta denuò reformans, tandem aliquando ad ſtatum priſtinum rei ordinem reuocauit. Nam quantùm definitionis noſtræ iudicium penetrat, non inferior iudicandus eſt Ægyptiaco illo, de quo quidam ſcriptor eximius Caſſianus in eiſdem libellis, quos de hominum vitiis, naturiſque eorum, atque remediis diſſeruit, *m* Pinufium quemdam refert Preſbyterum & Abbatem; qui cùm in illis locis omnium præcipuus haberetur; & ob hoc humilitatis virtutem minimè poſſet excolere, clàm, ſubiectionis deſiderio, fugiens de monaſterio, quod ipſe fundauerat, ac ſeculari veſte aſſumptâ Tabennenſyotarum monaſterium fertur petiſſe, quod ſciebat cunctis eſſe diſtrictius: & multis lacrymis ac precibus petens, tandem vt ſuſciperetur obtinuit: cumque à ſuis per diuerſa diſcipulis quæreretur, à quodam, ſimili modo eum viſum refert, qui de Ægypti partibus venerat: qui & hîc pro humilitate officij, quod gerebat, atque habitus ſui vilitate agnoſci vix potuit: & ipſum operis laborem, quod gerebat, commemorat; nam ſarculo, inquit, incuruus deorſum, laxabat oleribus terram, ac ſtercus propriis humeris aduectans, eorum radicibus ingerebat. Denique Pinuphius à quo viſus fuerat Fratre, inuitus ad ſuum cœnobium reuocatus eſt.

collapſam diſciplinã reſtituit.

m

a *Diuione ortum, à Senatoribus Romanis ductâ nobilitate, probat Rouerius ex iis quæ S. Gregorius Turon. ſcribit de gloriâ Confeſſorum cap. 42. de S. Ioannis parentibus* Hilario *& Quietâ, quos in Chronico S. Benigni teſtatur Sanctos vocari; & inſcripſit Martyrologio Gallicano Sauſſaius 28. Nouemb.*

SS. Hilarius & Quieta *parentes S. Ioannis.*

b *Rou.* Chriſtianus timor.

c Præſidem Prouinciæ primæ Lugdunenſis *interpretatur Rouerius, ornamentis Conſularibus donatum ab Imperatore: quoniam nullus ante vigeſimum annum S. Ioannis,* Ioannes Conſul *reperiatur; niſi fortaſſis ſuffectus aliquis, cuius ideò in Faſtis vulgatis nomen non extet; in quibus anno demum* 456. Ioannes & Varranes *Coſſ. leguntur, &* 467. Puſæus & Ioannes, *& alij pòſt.*

Ioannes *Conſul.*

d *Iſthic etiamnum ſedes eſt vnius ex Archidiaconis Lingonenſibus in præcepto Clodouei, de quo pòſt, vocatur* pagus, *ſiue regio,* Tornotrinſis, *alibi* Tornodriſus, Ternodorenſis, Trenodorẽſis, *vulgatiùs* Tornodorenſis. *De ipſius ſitu oppidi, ſeu caſtri, diximus 27. Ianu. ad vitam* S. Theodorici *Epiſcopi.*

Tornodorum.

e *Rouer.* condidit. f *Idem,* circuire.

g *Rouer.* præſentibus immanitatum periculis.

h *Enumerat aliquot Galliarum vetuſtiſſima monaſteria Rouerius. ea non attingit quæ à* S. Victricio *Rotomagenſi Epiſcopo in Belgio noſtro condita teſtatur S. Paulinus epiſt. 28. ad ipſum Victricium, vbi hæc inter cetera:* Et nunc in terrâ Morinorum ſitu orbis extremâ, quam barbaris fluctibus fremens tundit Oceanus, gentium populi remotarum, qui ſedebant in latebris, via maris arenoſa extra Iordanem, antequàm pingueſcerent fines deſerti in eâ, ortâ ſibi per tuam ſanctitatem à Domino luce gaudentes, corda aſpera Chriſto intrante poſuerunt. Vbi quondam deſerta ſiluarum, ac littorum pariter intuta aduenæ barbari aut latrones incolæ frequentabant, nunc venerabiles & Angelici Sanctorum chori vrbes, oppida, inſulas, ſiluas, eccleſiis & monaſteriis plebe numeroſis, pace conſonâ celebrant. *Vnum ex hu monaſteriis dixinus 16. Ianu. illud fuiſſe, in quo non procul Taroanâ vixit* S. Treuerius.

Monaſteria in Belgio ſeculo 4.

i *De hac inſulâ, & religioſiſſimo in eâ cœnobio, egimus 16. Ianu. ad vitam* S. Honorati, *à quo nunc nomen habet.*

k *Si hic eſt* S. Gregorius, *cuius vitam dedimus 4. Ian. (nec alius in catalogo Lingonenſium Antiſtitum circa ea tempora* Gregorius *reperitur) planè iam grandem natu fuiſſe* Ioannem *neceſſe eſt, cùm Gregorius, qui, vt in eius epitaphio Venantius Fortunatus ſcribit,* Triginta & geminos direxit ouile per annos, *Concil. Aurelian. III. per* Euantium *Presbyterũ ſubſcripſerit an.* 538. *ac proinde non ante* 506. *fuerit ordinatus Epiſcopus. atqui tũ octogenarius iam erat Ioannes. Vegetus quidem ſenex fuit, vix tamen illud credibile. Quid quòd mater videatur hîc dici ſuperſtes etiam tum fuiſſe cùm is rediit? an fortè* Gregorij *nomen pro* Patientij *ſcriptum? an lapſus memoriâ ſcriptor? an denique antequàm epiſcopatum ſuſciperet, Ioannem reuocauit* Gregorius? *nam* in Comitatu *Auguſtodunenſis ciuitatis* poſitus regionem illam per 40. annos iuſtitiâ comitante rexit, *vt in eius vitâ dicitur.*

S. Gregorius Epiſc. Lingon.

l *Omittit hæc duo verba Rouerius, licet fateatur in nonnullis MSS. haberi: habebantur in noſtris. Non extat tamen huius* Honorati *memoria; niſi ſit Maſſilienſis Epiſcopus de quo Gennadius capite vltimo. Aſt eius fidem probauit Gelaſius Papa, ante annum Chriſti* 500. *mortuus, & quod conſequens eſt, ante S. Gregorij Lingonici epiſcopatum: neque inter Lirinenſes Abbates cenſetur. Primus fuit S.* Honoratus, *de quo ſuprà, factus Epiſcopus Arelatenſis anno* 426. *Abbates* II. S. Maximus, *factus Regenſis Epiſcopus an.* 433. III. S. Fauſtus, *Lirinenſes.* *qui & Maximo in Epiſcopatu ſucceſſit.* IV. Porcarius, *qui S. Cæſarium admiſit an.* 491. *& conſenſit conſecrationi eius in Presbyterum an.* 501. *& in Epiſcopum an.* 504. V. Marinus, *de quo in vitâ* S. Eugendi I. *Ianuar. Fatendum eſt vel excidiſſe è tabulis huius nomen* Honorati, *qui fortaſſis non diu illud rexit cœnobium; aut à ſciolo fortaſſis quopiam huc illud intruſum nomen, exiſtimante* S. Honorati *primi diſciplinâ eruditum Ioannem.*

m *Refertur hoc* Pinuphij *exemplum ex lib. 4. Inſtit. cap. 30. Ioannis Gaſſiani, lib. 4. de vitis PP. cap. 30. Simile panè factum S. Macarij Alexandrini retulimus 2. Ianu. ex Palladij Lauſiacâ cap. 20. Colitur à Græcis* Pinuphius 27. *Nouemb.*

S. Pinuphius.

CAPVT II.

S. Joannis virtutes, miracula.

10 SEd redeundum eſt nobis ad ordinem cœpti operis, quia rectius iudicamus proprio ſermone, prout ſufficit tenuitas ingenij noſtri, proprij *a* Patroni diſſerere laudem, quàm de aliorum virtutibus, aliorumque ſcriptis texere volumen operis noſtri; quia quamlibet ſimus idiotæ, omnique ex parte ſcientiæ paupertate conſtricti, vt tam ardua, & in faſtigium ſublime porrecta, pro rerum magnitudine aſſequi nequeamus, verùm ea ita nos aliquatenùs poſſe explicare confidimus, ſi interceſſionibus ipſius ad nos quoque ille, qui per Iſaiam prolatus eſt ſermo Domini dirigatur: Ego ante te ibo, & potentes terræ humiliabo, & portas æreas conteram, & vectes ferreos cõfringam, & aperiam tibi theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum: vt nos quoque verbum Domini præcedens, primùm potentes terræ humiliet, id eſt, noxias paſſiones, dominationem ſibi tyrannicam ac fæuiſſimam in noſtro mortali corpore vendicantes; eaſque faciat indagini, expoſitionique noſtræ ſuccumbere; & ita nobis ignorantiæ portas effringens, ac vitiorum vectes, excludentes nos à verâ ſcientiâ, conterens, ad ſecretorum arcana perducat.

a

Eius opem implorat ſcriptor.

Iſa. 45. 2. & 3.

11 Igitur cùm, vt diximus, ſe primitus in deſerto Thornodorenſi condidiſſet, paucis adhuc ſecum cõmorantibus nimiam aquæ penuriam patiebatur. Sed inquirentibus Fratribus, nuntiatur puteus in eodem loco eſſe antiquitus immani profunditate conſtructus: quem incuria vulgaris, & temporum prolixitas, lapidum obrui permiſerat denſitate; vbi etiam peſſimus ſerpens *b* baſiliſcus *c* habitabat. Quod cùm beato viro fuiſſet compertum, non tam ſuæ neceſſitatis obtentu, quàm Fratrum, quos ibidem congregare cupiebat, curâ ſollicitus: fidei arma concutiens, ad locum pergit, pſallentibus cunctis, & nihil aliud, quàm ſolam beati viri mortem expectantibus. Intereà Ioannes deſcendens in puteum, oratione completâ, aſſumptoque raſtro, primus terræ foſſor acceſſit. Hinc hortatur vniuerſos; quò omnes adueniunt: & operantibus ipſis putei immanitas aperitur. Ibi itaque inuenitur ſerpens prædictus diuini nominis inuocatione peremptus. Vicerunt ſuffragia orationum, letalia venena ſerpentis. Tum eiecto ſerpente, ac puteo mundato, ibi vſque in hodiernum diem copia aquæ cognoſcitur emanare.

antiquum puteum emundat occiſo baſiliſco:

b

c

12 Re-

12 Regreſſus ergo, vt ſuperiùs diximus, ad præfatum locum, ſtuduit denuò ſalubria monita ſub regulari tenore, quem [d] B. Macarius Ægyptiorum indidit monachis, miniſtrare, atque educatam in melius plebem ad cæleſtia gaudia prouocare; [e] annuente ſibi monacho, Filomero nomine, omni ſanctitati, & religioni dedito: cuius fultus auxilio, cæleſte præconium tam monachis, quàm populo annuens, abſque dilatione conferebat. Per [f] idem tempus mater eius comperiens deſiderabilem aduentum venerabilis filij, ad eum venire properat; vt tam diu aſpectum eius à ſe ſegregatum, tandem ouans cerneret, ſuiſque votis ſatisfaceret. Arrepto itaque itinere ad eum, eo in loco quo vir Dei poſitus erat, aduenit, ac miniſtrorum depoſcit affectum, vt agerent, qualiter deſideratam diu prolem ſuis obtutibus contemplari meruiſſet. Hoc ille audito abnuit, matriſque affectui fauere recuſauit, reminiſcens illud: Qui non reliquerit patrem, aut matrem, non eſt me dignus. Sed tamen ne fidem matris, quam in Chriſti amore & timore fixam nouerat, temerè contemnendo perturbaret, tranſiens ante eam, parumper obtutibus eius apparuit, vt & deſiderium matris ſatiaret, & vigorem religionis ob blandimenta matris non molliret. Hortatur namque eam per miniſtros aciem animæ medicinali mandatorum Dei obſeruatione polire, vt ſe poſſent in viſione intueri pacis: quia deinceps numquàm ſe viſurã eum in præſenti vitâ ſciret.

13 Alio quoque tempore, cùm monachi ſanctorum Patrum Ægyptiorum inſtituta ſequi cupientes, quæ ſanciunt, monachum iugi manuum operatione, & contritione non modò corporis ſed etiam cordis adhibitâ, perfectæ caſtimoniæ puritate exerceri; hoc monachi mandatum, quaſi cælitus delatum ſeruabant. Itaque loci vſus, & neceſſitas exigebat, vt ſiluam, quæ illi monaſterio adiacet, infeſtâ ſtirpatione purgare deberent. Quod laboris opus ſummo conamine & maximâ cum intentione agentes; quadam die, ignoro quinam, contigit caſus, vt ad monaſterium regreſſi, ſecures ſuas omnes in operis cœpti loco relinquerẽt. Veniens intereà quidam ex loci ipſius incolis, abſentibus Fratribus, omnium ſecures furti ſcelere deportauit. Fratres autem regreſſi damni deceptionem Patri nũtiant. Tum ille, Orationi, inquit, lectioniq́ue vacate, donec ego Domino iuuante damnum commune vbicumque requiram. Egreſſus autem ad locum pergit. Tum oratione illo ſuo more completâ, dum in animo volueret cur hoc Deus famulis ſuis fieri permiſiſſet, vidit eminùs rapidiſſimo curſu hominem ad ſe venientem, qui hoc ſcelus admiſerat: dumq́ue hic accelerat, ille paullulùm remoratur. Breui adiunctus continuò ad pedes eius aduoluitur, & crimen quod commiſerat, confitetur; & nullam ſe arripere potuiſſe retulit copiam euadendi, niſi damnum ſeruorum Dei omnimodis reformaret: pariterq́ue veniam precabatur ſceleris admiſſi. Tum B. Ioannes miſeratione commotus non ſolùm veniam, verùm etiam [g] eulogias cum benedictione largitus eſt.

14 Abſurdum namque eſt illarum inſignia præterire virtutum, quarum, vt confido, gratiâ decoratus, hanc gloriam conſecutus ſit. Quæ, inquantùm interrogari potuit, non tam fuco iactãtiæ quã ædificationis ſtudio, proprio ſermone narrauit. Ad caſtrum cui [h] Sine-muro nomen eſt, caſu aduenerat, ibi eâdem nocte manſurus: dumq́; de eccleſiâ reuerteretur, vbi fuerat orationis ſtudio profectus, die iam digreſſo, nocte, vt ita dixerim, iam ingreſsâ, quædam in eum irruit mulier, & [i] internis ſenſibus & pudoris ornamento captiua, imò decepta; ſuadens atque ambiens, vt ſecum ſecretiùs ruris abdita penetraret, quò faciliùs eum illecebris ſceleribuſque ſuis diabolus & mulier inclinaret. Quâ vir Deo plenus diaboli arte compertâ, reſpuens atque renitens, curſim aufugiſſe refertur. Tum illa conſcientiæ pudoriſque reatu confuſa, & tempeſtate conſcientiæ ſuæ furoreque ſedato, tandem aliquando in ſe reuerſa ad diuerſorium redit. Quærebat autem Ioannes, quatenùs occultare poſſet dimicationis ſuæ victoriam. Sed quæ per famulos ſuos Chriſtus operatur, quamquàm ea ſummo niſu celare contendant, velint nolint, cuncta produntur.

d *e* *Chriſtum prædicat:* *f* *matri loqui recuſat;* Matth. 10. 36. *obiter ei ſe videndum præbet:* *per ſuos eam ſolatur:* *ſuos labore manuum exercet:* *ſecures ſublatas recuperat, fure diuinitus detento:* *g* *h* *impudicæ mulieris illecebras declinat.* *i*

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

a *Hinc patet auctorem monachum Reomaensem fuisse.*
b *Multa de basilisco & curiosa disputat Rouerius Notat. 19.*
c *MS. Boni-fontis,* habebatur.
d *Egimus de regulâ* S. Macarij *15 Ianu. ad eiusdem sancti Abbatis vitam.*
e *Rou.* annitente.
f *Quàm hæc grandæua, si octogenarius erat filius?*
g *De* eulogiis *sæpè alibi egimus. pulchrè de iis disserit Rouerius Notat. 23. Cuiusmodi ea fuerint patet ex cap. 1. lib. 2. num. 4. vbi dicitur* eulogiarum munus sanè lautissimum, vnum paximatium, & quinque pomula, Fidamiolo per Lætum missse. Eulogiæ.
h *Huius castri infrà in miraculis iterum mentio fiet.*
i *Ita Rouerius. MSS.* mentis.

CAPVT III.

Alia eius miracula.

15 AGreſtius quidam Magnimontenſium partium ciuis, vir bonis moribus, cùm ad monaſterium S. Ioannis, flagitandæ benedictionis obtentu, die Dominico aduenisſet, expectans atque ambiens, vt ab ore Ioannis corpus conſecratum Chriſti mereretur accipere; & ille, vt ſibi moris erat, ſecretiùs Miſſarum voluiſſet ſolennia celebrare; Egredere, inquit Ioannes, Agreſti foras: dum modõ ſecretiùs, vt monaſterij vtilitas poſcit, ſecreta [a] myſteria peragamus. Illo rogante ne reſpueretur, quippe qui huius rei gratiâ maximè aduenisſet; Non ideò, inquit Ioannes, hæc facimus, quòd execrari velimus tuæ caritatis præſentiam; ſed ne videamur ſanctorum Patrum irrita præcepta facere; neúe præſumamus regularem laxare cenſuram. Tandem egreſſus eſt, victus vel ratione vel precibus. Tunc indignatione commotus, blaſphemare auſus eſt, cur ei non licuerit intereſſe, dum à ſancto viro ſunt ſancta myſteria celebrata. Inſecutâ igitur nocte cùm ſe ſopori dediſſet, ante locum ſtrati conſpicit per viſum ſtare Ioannem lætâ facie, vultu ſereno, & gemmam Euchariſtiæ dextrâ ferentem: Cerne, inquit Ioannes, Agreſti, quia ſi heſterno die blaſphemare diſtuliſſes, licet corporaliter non accepiſſes, tibi tamen ſpiritualiter largiretur: at verò nunc, quia blaſphemare præſumpſiſti, ſpiritualiter tibi denegabitur. Et viſio ab oculis eius elapſa eſt. Euigilans autem, culpam reatus ſui cognoſcit: cumq́ue mundo fuiſſet redditus dies, regreſſus corde compuncto, conſternatuſq́ue diuino metu veniam precabatur. Ne quis hoc fabuloſum putet eſſe, quod dicimus, referente viro venerabili Agrippino Diacono, ipſius Agreſtij filio, cognouimus. *Apparet Agreſtio, & de blaſphemiâ arguit, damno eius indicato.*

16 Alio quoque tempore Clari cuiuſdam ſeruus ad monaſterium S. Ioannis culpâ compellente confugit; (quam culpam minimè nobis iuſtum videtur euoluere, ne tragœdiam magis, quàm hiſtoriam texere videamur) ibiq́ue paucis diebus deliteſcens, deprecabatur, vt ad Clarum Sanctus epiſtolam Ioannes tranſmitteret rogatoriam; quatenùs donatâ culpâ ad domini ſeruitium reuerteretur ſeruus excuſatus. Tum verò B. Ioannes miſericordiæ, & pietatis intuitu epiſtolam ſcripſit. Quæ cùm fuiſſet ad Clarum delata, rei ordinem, ob quam fuerat miſſa, à portitore requirit. Agnoſcit ob hoc eſſe tranſmiſſam, ne ſeruus ſuus à dominicæ ſeruitutis officio diutiùs eſſe videretur exceptus. Quam epiſtolam manibus comprehenſam non ſolùm eam relegere dedignatur; verùm etiam de ſicco gutture exſcreationes ſine vllâ phlegmatis interpolatione protractæ, ſuprà ipſius epiſtolæ ſignacula iaciuntur. Huius ergo temeritatis auſum vltio diuina ſubſequitur; nam ex eo die quo hæc ſunt acta, annis integris nouem in os eius non ſolùm aliquid panis, ſed nec ipſius quidem Euchariſtiæ vſquam potuit ſanctificatio intromitti; vixq́ue, vt ita dicam, aliquid tenuiſſimi liquoris potuit deguſtari. *eius pro ſeruo fugitiuo intercessionem contemnẽs, diuinitus punitur.*

17 Igitur affectat animus enarrare, quanta in Ioanne vſque ad obitum eius effugandorum dæmonum gratia

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

perdurauit, ſi à nobis aliquatenùs exequi complectíque queant. Clariſſimus etiam tunc erat Nicaſius, vir *b* ferocis ingenij, cui etiam *c* Aualenſis oppidi regendæ Reipublicæ fuerat cura commiſſa. Huius Nicaſij ſeruus cùm à dæmone obſeſſus dolendo cruciaretur exitu, ad monaſterium S. Ioannis captus catenatuſque adducitur, ſpe recuperandæ ſalutis. Qui cùm fuiſſet S. Ioannis obtutibus præſentatus, deprecantibus cunctis, vt ſolitam erga inſanum purgationis curam impenderet, ſæuire miſer ac *d* fremere dentibus cœpit, ac rabidiores inſonare ſermones: flammarum quoque inuiſibilium vndique incumbentibus globis exuritur: & huc illucque rotari miſerum cerneres; & cum ingenti vociferatione clamare, ſe diutiùs non poſſe tolerare, ſi Ioannes propiùs acceſſiſſet. Intereà dæmoniacum ad ſe ſecretiùs iubet exhiberi, & celeri purgatione ſanatum, ſecum paucis pòſt diebus iuſſit habitare. Quo facto & obſeſſus recipit ſanitatem, & ſeruus domino reformatur.

b *c* *Energumenum liberat:* *d*

Item alium, quẽ monachũ facit:

18 Nec diſſimile huic fuit illud quod dicturus ſum. Quidam de ruſticioribus perſonis paruulum ſecum filium exhibens rogaturus aduenit, vt per orationem S. Ioannis paruulo ſanitas redderetur, cui linguæ vſus, labiorumque officia negabantur: ita vt etiam amentem eum diabolus effeciſſet. Tunc Ioannes reniti cœpit, dicens, ſuæ non eſſe virtutis, per quem Deus ſignum ſanitatis oſtenderet. Intereà flens & eiulans pater tandem vt ſuſciperetur emeruit. Tranſacto itaque aliquo temporis ſpatio, diuino purgatur auxilio. Tum puerulus quaſi beneficium proſperitatis ſuæ retribuere cupiens, prouolutus pedibus S. Ioannis, vt ſanctorum Fratrum aggregaretur numero, ipſis ſupplicantibus impetrauit: ibi quoque Domino cupiens deſeruire, vbi non modò corporis ſalutem, ſed etiam animæ incolumitatem fuerat conſecutus.

eius ſumma in omnibus animi moderatio.

19 Nam in Ioanne illud mirabile fuit, quòd numquàm obitu cuiuſquam afflictus eſt, nec funere lætatus. Nihil in eo maleuolæ voluntatis fuit, nec benè poſſe defuit. Tranquilla poteſtas, mens modulo contenta ſuo, nec vnquam turpi dedita lucro. Illecebras vicit corporeas, iocos, obſcœnaque dicta vitauit: inuidus cuiquam fuit numquàm: non ignarus, ſed multis experimentis edoctus, quòd hi ſibi mores perpetuam ſpondent venturam in ſecula vitam.

Epilogus.

20 Sed de plurimis pauca dixiſſe ſufficiat, quia cui pauca non ſufficiunt ad credendum, plura non proderunt audiendo. Igitur libelli noſtri paginula dum veretur, ne à quibuſdam ſuâ prolixitate faſtidioſè ſuſcipiatur, finem iam poſtulat. Sanè in huius volumine libelli tam prioris, quàm ſubſequentis præmonitum volumus eſſe lectorem, vt res potiùs, quàm verba perpendat, & quamlibet ſit ſenſus ſtyli ſolœciſmorum *e* diſparſione variatus, ne nobis in aliquo ſuccenſeatur expoſco.

e

a *MSS. Accinſi & Montis S. Mariæ,* miniſteria.

b *Patet ex vitâ S. Germani Pariſienſis. quem pro captiuis deprecantem audire* obſtinato admodùm ſpiritu *noluit: cumq; diuinâ virtute ad eius preces ſoluti, euaſiſſent; Pariſios, eum de hac re interpellaturus, contendit: ſed ſubito caſu humi proſtratus, eiuſdemq; ſanctiſſimi Epiſcopi oratione curatus,* caſu proprio didicit, *inquit Fortunatus,* ærumnis ſuccurrere alienis. *ibi verò appellatur* caſtelli Auallonis Comes.

c *Ita MS. Bonifontis. alia MSS.* Aualentis. *Rou.* Auallenſis. *eſt* Aualo, *ſiue* Abalo, *vt ſcribit Philib. Monetus noſter, vulgò* Aualon, *oppidum* Æduorum Mandubiorum, *ſiue* Aleſienſium, du peuple d'Auſſois; *antiquâ & validâ arce munitum, vt tradit du Cheſne in Antiquitat. Gall.* Aualo *opp.*

d *MS. Boni-font.* frendere.

e *Idem,* diſpartitione; *Rou.* diſcrepatione.

LIBER II.

Dialogus *a* diſcipulorum eius. *a*

CAPVT I.

Miraculoſæ curationes.

1 REuoluenti iterum mihi ac ſæpius prioris libelli *b* corpuſculum, ſuperuenit Kariſſimus noſter Lætus Diaconus: ad cuius ingreſſum valdè gauiſus, conſalutatiſque nobis officioſiſſimè paullulùm conſedimus. Tum percunctari à me cœpit quaſi ignarus, quidnam à me operis in cellulâ ageretur. At vbi ex reſponſione noſtrâ hoc nobis reperit laboris, quod ſuperiùs dixi, multò lætior redditus, atque exoſculans mihi caput; Cùm te, inquit, legentem dudum, Frater, audiſſem, ſenſim ad conſcientiam meam tacitis cogitationibus meis recurrebam, vtrumnam, quæ de Ioannis virtutibus noueram, in præſenti volumine teneres inſerta. Sed quia tibi forſitan minimè nota ſunt, me quæſo, explicante conſcribas. In hunc ſermonem vterque paullulùm conticuimus. Me tamen poſcente, tandem ita exorſus eſt.

b *Alia ex Læto Auctor cognoſcit.*

2 Quadam die extitit cauſſa, quâ ad Secundinum Patricium epiſtolam S. Ioannis pro quodam pauperculo deferebam. Quam epiſtolam Secundinus Patricius manibus comprehenſam, vt cognouit cuius cauſſæ obtentu delata fuerat, pedibus conculcandam proiecit; mihique minas conabatur intentare, ac tumenti ceruice rabidos intonare ſermones, ſcabellum pede ferire, palmâque collidere femur. Verè tibi fateor, quia vidi hominem inſanire. At ego nec in totum Euangelici immemor præcepti, excuſſo puluere de pedibus meis, abſceſſi. Continuoque pauore nimio ac tremore Secundinus concutitur, ac tenebroſâ quodammodò noctis caligine circumdatur: & velut vndique præacutis eſſet ſudibus circumactus, ita totum in diuerſis modis, partibuſque corpus illius cerneres contorqueri. Obſtupeſco rei miraculum. Quàm citò commutati artus in vſum alium tranſierunt! Ita vt qui dudum nimio iactantiæ furore ſuccenſus, ſcabellum pede feriebat, femurque palmâ illiſerat, iam, vt credo confidoque, Angelo ingruente exterritus, imò nimio tremore contortus, intellexit ſe ob S. Ioannis epiſtolæ contemptum iſta perferre. Itaque per internuntios fidos veniam precabatur, omnimodis ſe S. Ioannis iuſſionibus præbiturum aſſerens famulatum: vniuerſa quoque quæ iuſſerat, ſtatim decreuit eſſe complenda, tantùm vt pro ſe Dominum precaretur. Quo facto & ille recepit ſoſpitatem, & hic quod rogauerat impetrauit.

S. Ioannis epiſtolam cõtemnens, à Deo punitur;

Marc. 6. 11.

eius precibus ſanatur.

3 At ego, inquam, *c* Læte, licet à te iſta audiam, libenterque ſuſcipiam; illius tamen virtutis magnitudinem vt referas quæſo, quam ipſe, vt aſſerunt, perſenſiſti. Ita, inquit Lætus, planè faciam. *d* Lue illâ, quam vtinam neſciretis, noſtros irato Deo populos, patriamque vaſtante, dum de Pariſius, vbi tunc temporis dominabatur, reuerterer; huius me morbi ſenſi contagione comprehenſum. At cùm vlceris ipſius grauamine oppreſſus vix ad domum propriam perueniſſem; ibiq; præualeſcente incõmodo penè iacerem exanimis, ac triſti mœrentis familiæ frequentarer officio, materque mea propriis ſibi vnguibus faciem genaſque decerperet, miſeram ſe clamãs; nullã ſibi poſt obitũ meum ſpem vitæ dicebat remãſuram eſſe, vel exiguam portionem. At ego cupiens eam conſolari, euaſurum me eſſe dicebam; tantùm ſi mihi de puteo monaſterij S. Ioannis aqua fuiſſet bibituro exhibita. Cumq; aduecta fuiſſet aqua, quæ erat S. Ioannis benedictione cõdita, vbi ebibi, tãquã ſi in me celerrima ſanitas fuiſſet ingreſſa, ita, quod mihi anteà rarò contingebat, in ſomno quieui. Cumque euigilaſſem, vlcus illud,

c

d

Peſte laborans, aquæ ab eo benedicta potu ſanatur.

lud, cuius tabo diuturno grauamine laborabam, crepuiſſe perſenſi. Ita ſenſim paullatimque cum officiis ſuis cœperunt membra viueſcere; donec confirmatis greſſibus tam orationibus B.Ioannis, quàm Domino auxiliante ſurrexi.

4 Nec diſſimile huic fuit illud, quod ſum referre paratus. Nam tempore, quo Franci poſtpoſitâ Republicâ, ſublatoque Imperij iure, propriâ dominabãtur poteſtate; Theodebertus filius Theoderici, Clodouei quondam filij, Italiæ clauſtris diſruptis, bellum Auſoniis intulit. *e* Qui celerrimè reuerſus, dimiſſo Duce, cui ſummam bellorum commiſerat, nomine Bucelleno; alium etiam nomine Mumulenum, in auxilium ei direxit, & ſic ad propria repedauit. Latere neminem ſuſpicor, qualis quantuſque peſtifer morbus illis diebus latè longeque populos patriamue depopulatus ſit. Huius morbi infeſtatione germanus meus Fidamiolus, quem tu, Frater, optimè noſti, longo iam tempore quartano tabeſcebat incommodo. At cùm mihi compertum eſſet, eum abſque vllâ ſpe vitæ iacere præmortuum, continuò ad notum recurrens præſidium, non aliter ad Ioannem, quàm ad cæleſtia præſidia, pro re periturâ iam iamque feſtinaui deuotus: ſtatimque Eulogiarum munus acceptum, ſanè lautiſſimum, vnum paximatium, & quinque pomula noctu tranſcurrens languido deportabam. Dumque adhuc procul abeſſem non tam meum, quàm ſanitatis ſuæ aduentum ſenſit ægrotus, ac percunctari à circumſtantibus cœpit, vbi eſſem: meoque me nomine vocans, paximatium illud, quod deferebam, quaſi præſentem aſpiceret, depoſcebat. Paullò pòſt ego veniens, plangentis ſum turbæ exceptus officio. Atque ita ingreſſus domum, in quâ æger iacebat, vt & vidi germanum meum iam iamque præcipitanter rapi in mortem; in apertos ſingultus, lacrymaſque prorumpens, munus illud, quod exhibueram, protuli. Igitur tres particulas benedicti panis, vini infuſione madefactas, in os illius ipſe inſerui: ſtatimque corroboratis artubus, in ſtratum reſedit, ac reſpirauit. Deinde paullatim huius edulij perceptione corroborari, atque ad vſum ſuum cœperunt membra reuerti; donec incolumitati priſtinæ redditus, turbâ omni inſpectante ſurrexit.

e

alius quartanâ liberatur, pane ab eo benedicto;

item alius:

5 Nam nec hoc prætereundum videtur, quod amico ſuo, imò parenti, valetudine periclitanti huius morbi, cuius ſe nouerat ægritudine laboraſſe, partem illius muneris, per quod ſanus effectus fuerat; ſimilem ſibi efficere cupiens, detulit. Quo & ipſe accepto, proſperitati nuper amiſſæ reſtituitur. Nam & harum eulogiarum munuſcula, S.Ioannis benedictione ſanctificata, crebras ſuper infirmantes egêre ſanitates.

a *Ita MSS. Vnde patet alterum interlocutorem non eſſe Ionam, vt exiſtimauit Rouerius.*

b *al.* opuſculum. c *Ita Rouer. alij,* lætus.

d *Teſtatur S. Gregorius Turon. lib. 4. cap. 5. octauo anno ante mortem S. Galli Aruernorum Epiſcopi (qui colitur 1. Iulij)* luem inguinariam per diuerſas regiones deſæuiſſe. *Cùm verò ex eodem Turonenſi conſtet, S. Gallum ſub initium Theodebaldi Regis, octauo poſt illam peſtilentiam anno deceſſiſſe, qui anno Chriſti 548. Theodeberto patri ſucceſſit; conſequens eſt 540. aut ſequenti eam graſſatam eſſe luem, ſuperſtite adhuc S. Ioanne. Ex ſequentibus tamen patet prius etiam fortaſſis hoc contigiſſe miraculũ, aliâ ſauiẽte mortalitate.*

e *Idem Turon. lib. 3. cap. 32. exercitu febribus laborante rediiſſe in Gallias* Theodebertum *ſcribit*; Buccellinum *victus ſæpius Imperatorijs Ducibus*, Beliſario & Narſete, *totam Italiam peruagatum. Mouit in Italiam Theodebertus an. 539.*

CAPVT II.

Pauperum, & ſuorum cura.

Mendicũ ex inerti gnauum

6 CVmque ſolitò per ſaltum, more athletarum antiquorum, oratione & ieiuniis exerceretur, reperit quemdam pauperem ſeminudum neceſſaria alimenta, fructuſque, quos ſaltus gignere ſolet, omni ſtudio inueſtigare, vt carnis famem potuiſſet cibo ſuperare. Illo inquirente, quid quæreret, illatam miſeriam oris confeſſione deprompſit. At ille, Vtinam te, inquit, ſola carnis fames vrgeret, & non fames, vel ſitis animæ, quæ omni ſine dape manet, cruciaret! Aut certè ſi ea te pauperies, de quâ Dominus præcinens dixit: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum, &, beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur, poſſideret, nullâ dapum copiâ indigeres. Sed dabo quocumque potero modo conſilium, vt ſpem non perdas. Multi enim ex inſperato temporis vſu euaſerunt. Pone in Domino ſpem tuam, & ipſe te enutriet: & arripe laboris ſtudium, iuxta Apoſtolum, quod bonum eſt, vt habeas, vnde tuo vſui, & egeno præbeas neceſſaria; factoque in pectore eius crucis ſigno, ire ad propria imperat. Ille imperio viri Dei obtemperans, tantam copiam laboris ſuſcepit, vt nequaquàm deinceps, quæ ei neceſſaria erant defuiſſent.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS. *& copioſiũ reddit ſigno Crucis* Matth. 5. 3. & 6.

Epheſ. 4. 28.

pauperibus largè ſubuenit,

7 Quodam etiam tempore loca circumadiacentia valida fames torquebat, ita vehemens, vt nec ſpes viuendi pleriſque foret. Cùm ergo ad virum Dei ob alimonias quærendas properarent, ille prophetici præconij dictum ante oculos ferens, quo ait: Frange eſurienti panem tuum, & omni petenti te tribue, quoſcumque aduenire cerneret, neceſſaria miniſtrabat. Et cùm iam vndique egentium plebs crebriùs aduenire, illeque aſſuetum opus impenderet, omnibus miniſtrans; vnus miniſtrorum ad eum accedens, ait ſe tantam farris copiam non habere, quantam egentium cohortes poſcebant. Ille gemens popoſcit vas ſegregari ad ſubleuandam petentium pauperum indigentiam: moxque ad imperium pij Patris vas farcitur, capiens plus ferè modios quinquies quinos; vt cetera verò ad vſus Fratrum proficerent. Cùm ergo turba egentium per aliquod temporis ſpatium ex eo vaſe aleretur; euenit, vt quidam iuxta morem ſibi dari neceſſaria poſceret: ille menſuram conſuetam dari iubet egenti. Tum miniſter, Nequaquàm, inquit, vel parùm in vaſe remanſit, ſed totum imperiis tuis pauperibus eſt erogatum. Quo audito oculos ad cælum attollit, genuque flexo largitorem omnium Deum implorat: peractâque oratione miniſtro iubet: Vade, inquit, cum fidei adminiculo, defer alimenta egeno. Pergens miniſter reperit vas plenum: ſumptâque menſurâ, pauperi tribuit: deinde Patri nuntianda credit: ſed ille ſilentium eſſe imperat; ne elationis macula cumulum gratiæ tollat.

Isa. 58. 7. Luc. 6. 30.

multiplicato miraculiter frumento.

8 Vir quidam nobili intentione præuentus, *a* Sequanus nomine, compertâ famâ famuli Dei Ioannis in obſeruatione priorum Patrum, quam & ipſe flagranti ſitiebat amore, quadam nocte à partibus Magnimontenſium inter denſa tenebrarum adueniens, baſilicam latenter introiit, communem Dominum orationibus pulſans. Quod diuinitùs viro Dei reuelatum eſt: citoque miniſtro imperat, vt concito gradu pergat, *b* tactoque ſigno ſodales excitet; quia Frater communis Sequanus abſconditè fores eccleſiæ penetrans, Dominum orationibus pulſat. Quod ita eſſe citiſſimâ eſt inuentione compertum, & venerando famulo Dei perplurimùm ardentiſſima Fratrum caritas officium debitum hoſpitalitatis perſoluit.

a

S. Sequanum in hoſpitium & diſciplinã admittit

b

9 Quanta quamque ſublimia miraculorum Domini in Sanctis ſuis redoleant exempla; *c* finibus Eccleſiæ in orbe terrarum diffuſæ perſonuit, atque elucubratâ luce veritatis fidelibus notum eſt. Cùm eo in tempore ſegetes annuâ maturitate confectæ, ad præcidendum in ſupradicto cœnobio fuiſſent paratæ, concio Fratrum ad ſegetem præcidendam cateruatim properauit: opuſque per totius diei metas peractum, aduentus tetræ noctis prohibuit. Cumque omnes ad cœnobium remeaſſent, imperio ſeniorum, vnus è Fratribus, Claudius nomine, ad frugem cuſtodiendam remanſit. Qui cùm ſomnum caperet, atque intempeſtâ nocte euigilans, mentis ardorem ad cælum tolleret, iuxta illud, Ego enim dormio, & cor meum vigilat; cœpit cogitare, ne feſſi artus ſodalium nimio indulgerent ſopori; neglectoque orationis vſu,

c

monachũ cæleſti viſione exultantem

Cant. 5. 2.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

vſu, in auroræ aduentum conſuetum officij vſum differrent. Cumque hoc anxio animo volueret, vidit ſubitò cælos apertos, & micantem globum totum luſtrare mundum: moxque dum mirandi facti mens pauefacta pulſaretur euentu, aliger gallus ſolitam vocem attollens, mundo venturam lucem nuntiauit: ſignoque tacto omnis concio Fratrum ad orationem, cantuſque peragendos, eccleſiam penetrauit. Ouans ille *d* poſtquàm lux dedita mundo fuit, Patri de induſtriâ quid viderit nuntiauit. Ille ne fortè ſtimulo elationis Frater corruptus mentem pollueret, increpans ait: Nequaquàm talia te corde tumido vidiſſe præſumas narrare. Quid enim? Num fas eſt, vt homo ſub fragilitate poſitus, & contagione peccatorum maculatus, audeat de contemplatione cæleſti gloriari?

ſalutaviter reprimit: d

S. Sequanus 19. Septembr.

a *S. Sequani vitam dabimus 19. Septembr. in eâ de illius Reomaum aduentu hæc habentur*: Erat autem in diebus illis in Tornodorenſi monaſterio, cognominato Reomaus, Abba Ioannes vocabulo, cuius ſingularis ſanctitas vniuerſas prouincias peragrarat. Ad eum illius opinionis compertâ famâ Sequanus ſanctiſſimus declinat. Quem cum ſummâ lætitiâ ſuſceptum, puro mentis affectu regulari ſolertiâ ita breui tempore imbuit, & in eius cordis intimo lumen veritatis infudit, vt ſpeculum eſſet benè viuentibus, qui ad eum totâ mentis intentione tetendit Sequanus vir venerabilis.

b *Ita Rouerius: MSS.* tacitoque ſigno. c *MSS.* ſinibus. d *Rou.* priuſquàm.

CAPVT III.

Virtutis ſtudium. obitus.

Multa ei donant Reges. a

IO Quanto iam honore ac veneratione Regum Francorum, atque nobilium fulciretur virorum, ambigit nemo, qui beneficia à prædictis Regibus præſtita, per *a* præcepta chartarum, quæ vſque nunc in publicis archiuis prædicti condita ſunt monaſterij relegere cupit. Inerat in eo, *b* vt opinor, & verè dicam, omnium virtutum fragrantia, corporis caſtigatio: ieiunia, & orationes, æquè vt iuuenili ætate tulerat, eo modo & ſenili portabat; exemplo ſubditos edocens, vt gaſtrimargiæ, id eſt, *c* gulæ, philargyriæ, id eſt, auaritiæ, cenodoxiæ, id eſt, ſuperbiæ, vitia maxima, per quæ compererat Adam in Paradiſo deceptum, omnimodis cauerent; ne ſimili modo, ſicut Adam his tribus vitiis delapſus, atque à gaudiis Paradiſi ſegregatus & deiectus eſt, ſimili modo imitatores eius dum ventris ingluuiei gulæ obediendo ſuccumbunt, dum elationis ſtimulo imbecillitate animi perturbantur, dum ſuperbiæ malo animæ Deo dicatæ vulnerantur; à conſortio iuſtorum abſciſſæ, & omni gaudio perpetuæ lucis priuatæ æterno cruciatu damnarentur. Ipſe verò ieiuniis & vigiliis vacans, omnibus illecebris eliſis, pullulantibus virtutibus fauebat; animiq; vigore corporis voluptates prohibuit; vtpote ignitus illius ignis amore, de quo Dominus ait: Ignem veni mittere in terram; & quid volo, niſi vt ardeat? Vt omnium virtutum fructus attraheret, hoc verbum ſemper corde & ore proferebat: Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore. Et iterum: Ideò dilexi mandata tua ſuper aurum, & topazion. Et Fratres cohortans, vultu hilari, lætâ facie monebat, dicens: Venite, exultemus Domino: iubilemus Deo ſalutari noſtro: præoccupemus faciem eius in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei. Venite, adoremus, & procidamus ante Dominum, & ploremus ante Deum, qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter. Opere piiſſimo corde & corpore Deo vacans, memor erat S. Paulũ præcepiſſe, vt ſi quis non laboraſſet, nec manducaret. Et requirens inſtituta ſanctorum Patrum, inter multas collationes præcipuè S. Iſaac Abbatis Scythæ doctrinam meditabatur, pro Chriſti dilectione ſe coarctans, & crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti non erubeſcens, ſed portans, ſemperque habens. hic Beatus profundæ humilitatis inconcuſſa fundamina ab omni lubricæ impulſionis incurſu animum inhibuit; & ita paullatim ex contemplatione diuinâ ac ſpirituali intuitu meruit ſublimari.

b

Cauet ne ſui gula, auaritia, ſuperbia vacent:

c

Luc. 12. 49.

Pſal. 118. 20. & 127.

Pſal. 94.

2. Theſſa. 3. 10.

11 Sollicitudinem rerum carnalium præter certas neceſſitates generaliter abſcidit, & nullius negotij cauſſæue non ſolùm curam, ſed nec memoriam quidem penitùs admiſit. Detractiones, vaniloquia, ſeu multiloquia, & ſcurrilitates, pariter amputauit: ſummoque conamine ſatagebat, vt his imbuerentur diſciplinis, in quibus ipſe ab ineunte ætate exercitatus, ad culmen perfectionis euaſerat. Nec verò quamquàm fatiſcentibus artubus, à prædicationis ceſſabat officio: quin ea quibus diſcipuli erudirentur infatigabiliter, ac ſalubriter prædicaret.

ab omni curâ ſeculi alienus,

etiam decrepitus prædicationi vacat:

12 Obiit ergo circiter centum viginti annorum, quinto Kalendas Februarij; plenus ætate corporis, & decore religionis: non oculis caligauit, non damna dentium ſenſit, memoriæ vigorem tenaciter retinens. Et vt in pleriſque fieri ſolet, nequaquàm ætas decrepita, omiſſo largitatis vſu, auaritiæ vnquam ſuccubuit, ſed omnibus rebus bonis, quibus ætas iuuenilis ſuccubuerat, æquè & ſenectus pollebat. Sepultuſque eſt haud procul à cœnobio infra terminos monaſterij, loco, quem ipſe prædixerat. *d* Vbi ad oſtenſionem præcellentiſſimi meriti ſui, corporalibus, ac ſpiritualibus quotidie coruſcat miraculis, præſtante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui viuit & regnat cum Patre, & Spiritu ſancto per infinita ſecula ſeculorum, Amen. *e*

moritur 120. annos natus, integrus oculis, dentibus, memoriâ: ſepelitur:

d

claret miraculis.

e

a *Retitat Rouerius Præceptum Clodouæi I. pro immunitate monaſterij Reomaenſis, deq; eo multa eruditè diſputat.*

b *MS. Boni-font.* vt opinor, veridica omnium virtutum fragrantia. *Rouer.* vt opinor, iure dicam, omnium *&c.*

c *Rou. omiſsâ phylargyriâ*: cenodoxiæ, id eſt, elationis; arrogantiæ, id eſt, ſuperbiæ.

d *Sequentia deſunt apud Rouerium, proq; iis hæc habentur*: anno Domini quingenteſimo duodecimo, iuxta quod in cyclo B. Victurij Epiſcopi numeratur; *quæ ſuprà diſcuſſa ſunt.*

e *In MSS. ſequebatur epitome vitæ* S. Silueſtri, *quam dabimus 15. April. quo S. Silueſter ſecundus Abbas Reomaenſis colitur.* *S. Silueſter Abbas.*

DE S. IOANNIS REOMAENSIS TRANSLATIONIBVS ET MIRACVLIS.

XXII. SEPT. XI. MAR. XXVIII. AVG.

S. Ioannis Tranſlationis triplicis

1 TRiplex S. Ioannis *reliquiarum facta Tranſlatio: prima* Leopardini *Abbatis ſtudio curata, ſub finem ſexti ſeculi, aut initio ſeptimi: ſecunda ducentis pòſt annis, ſub Carolo Magno: tertia poſt annum CM. Chriſti. Harum Tranſlationum, multorumq; ad reliquias editorum miraculorum narrationem, vulgauit è MSS. cœnobij Reomaenſis Petrus Rouerius noſter libris duobus, quos in ſuâ Reomao quartum & quintum ſtatuit de* S. Ioannis *rebus geſtis.*

hiſtoria à duobus ſcripta.

2 *Vnum eumdemq; vtriuſque libri auctorem fuiſſe, videtur exiſtimaſſe Rouerius. Et fortaſsis id præfatio ſecundo libro præfixa perſuadeat, his verbis*: Etſi necdum ad calcem peruenitur propalandi, *quaſi iam ſaltem propalare cœperit quippiam. Nobis videtur, Non liquere; imò vel ex Præfatione libro ſecundo appoſitâ, non primo, liceat probabiliter ſuſpicari à diuerſis ſingulos eſſe ſcriptos auctoribus. Capitum titulos ac numeros addidimus: in plura, ſed breuiora, vtrumque opuſculum diſtribuerat capita Rouerius: ſed cùm non eſt ab ipſis primis ſcriptoribus eiuſmodi facta partitio, licere nobis arbitramur, vt alibi fecimus, aliter atque aliter ſecare ac diuidere.*

3 *Siue ergo vnus, ſeu duo fuerint horum libellorum auctores; fuerunt certè Reomaenſis monaſterij alumni. Prior de ſe ſignificat, cùm capit. 2. numer. 4. ait*: Illud certè obliuione obſoleſcere profaniſſimum iudicatur, quod ad Patris noſtri ſingulare meritum declarandum, mirabili Diuinitatis efficacià ipſi vidimus perpetrari. *Et videntur quidem ante incurſionem Normannorum, tertiamq; tranſlationem, ea facta ſcriptaq; miracula. Secundi quoque libelli auctor ſe Reomaenſem profitetur nu. 1.* Etenim beati Patris noſtri opera Ioannis. *& nu. 2.* Sanè cùm nobis iugiter præſens adſit. *Dein alia ſe præſente geſta teſtatur: ac demum ætatem*

monachis Reomaenſibus.

tem ipſe ſuam indicat, cùm & vaſtitatem prouinciæ Lugdunenſi à Normannis illatam memorat, & de miraculis Sinemuri patratis ſcribit nu.7. contemplati ſumus.

Translatio prima à quo, & quando curata;

4 *Prima Tranſlatio à Leopardino curata; non ante annum Chriſti 580. nam eo ferè tempore* Mummolo *ad epiſcopatum Lingonicum euecto, Abbas factus eſt* Leopardinus. *Quam rationem temporis ita colligit Rouerius:* S. Gregorius *Lingonum Epiſcopus an.538. quarto poſt conſulatum Paulini Iunioris, ſubſcripſit concilio Aurelianenſi* III. *menſe Maio; atque anno ſequenti, aut certè non multò poſt migrauit è vitâ, 4. Ianuarij. Succeſſit* S. Tetricus *eius filius, atque, vt teſtatur Fortunatus, 33. annis eam rexit Eccleſiam, vt 18. Martij dicemus. Sedit deinde* Pappulus *annis 8. vt S. Gregorius Turonenſis ſcribit lib. 5. cap. 5. Qui anni ad calculum reuocati, efficient annos 580. præterquam quòd inter* S. Tetrici *mortem &* Pappuli *ſubrogationem aliquid videatur fluxiſſe temporis.* Pappulo *ſuffectus* Mummolus, *tertius à S. Ioanne Abbas Reomaënſis, quem S. Gregorius Turonenſis teſtatur* Bonum *cognominatum. Ei igitur in monaſterij præfecturâ Leopardinus ſubrogatus eſt, à quo S. Ioannis tranſlatum eſt corpus.*

Vnde;

5 *Vnde verò & quò tranſlatum ſit, quia diſertè auctor non tradidit, meritò quærendum iudicat Rouerius. Teſtatur S. Gregorius, in baſilicâ* haud longè à monaſterio ſacratiſſimum corpus eius locatum fuiſſe. *Quæ ea fuerit baſilica, indicat Martyrologium Reomaenſe, in quo ad X. Kal. Iulij iſta leguntur:* In Reomai monaſterij vico, dedicatio eccleſiæ S. Mauritij Martyris, in quâ S. Ioannes Confeſſor corpore quieſcit. *Extat ea nunc eccleſia in vico, cui nomen eſt* Corporis-ſancti. *Tranſtulit id Leopardinus intra cœnobium, vt ex cap. 2. nu. 7.*

quò:

colligi poteſt, vbi religioſo ſanctum conſilio *dicitur,* atrium cœnobij à frequentiâ feminarum perpetuò coërcere, *ad eccleſiam ſcilicet cœnobij ipſius ob venerandas Sancti reliquias confluentium.*

anniuerſaria eius memoria, 22. Sept.

6 *Conſignata eſt in ſacris faſtis huius Tranſlationis memoria, XXII. Septembris quo contigit. Vetus MS. Centulenſe:* Eodem die Tranſlatio S. Ioannis Rehomenſis. *Alij eo die* S. Ioannem *referunt, nullâ aſſignatâ eius feſtiuitatis ab illâ quæ XXVIII. Ianuarij agitur, differentiâ. Carthuſiani Colon. & Molanus in addit. ad Vſuardum, Martyrologia Colon. & Germanicum, MS. Florarium:* In pago Tornodorenſi B. Ioannis Abbatis. *Ferrarius:* Tornodori S. Ioannis Abbatis Reomaenſis. *VVion:* In pago Tornodorenſi, S. Ioannis Abbatis, qui vixit 120. annos ætatis, cuius oculi toto eo tempore non caligauerunt, nec dentes damna pertulerunt, neque eius memoria lapſa eſt. *Eadem habet Benedictus Dorganius. Atque eo die vitam* S. Ioannis *retulit Surius, aliiq;.*

Tranſlatio ſecunda;

7 *Altera Tranſlatio Caroli Magni Imperatoris tempore facta eſt, etſi auctor ſolùm annis aliquot poſt priorem ſcribat contigiſſe:* Poſt annos aliquot, *inquit,* ab Epiſcopo vrbis Lingonicæ, cui Becco nomen erat, præfatum venerandi Ioannis ſepulchrum ab eo loco in alium cognoſcitur eſſe tranſlatum. *Hunc Becconem ſcribit Claudius Robertus anno 23. Caroli Magni, Chriſti nimirùm 791. monaſterio S. Stephani Diuionenſi aliquas eccleſias donaſſe, eumq; ab aliis* Bettonem, Bertonem, Bictonem *appellari. Cenſet Rouerius à Beccone abſidi altaris in cœnobiali eccleſiâ impoſitum.* Quam abſidem, *inquit,* qui hodie ſubeunt energumeni, & capite parùm ſani, præſentiſſimam plerumque opem experiuntur.

tertia.

8 *Poſtmodùm Reomao Sinemurum deportatæ ſunt ſacræ reliquiæ metu Barbarorum, à Francia in Gallias, vt lib. 2. nu. 5. dicitur, tendentium, id eſt, in Lugdunenſes prouincias: quod ſub annum 888. contigiſſe Rouerius probat; quo nimirùm anno Beſuenſe cœnobium, in agro quoque Lingonico ſitum, à Normannis vaſtatum eſt. Sæpius autem in eas oras penetrantibus iiſdem Barbaris, videtur ſatis diuturno tempore relictum ſacrum illud pignus in caſtro Sinemuro, naturâ & arte munito. Teſtatur eam temporis moram, & Sancti quodammodò exilium, Auctor num. 5.* Igitur exhibita ſunt illic per diuerſa annorum tempora, donec ibidem peregrinatus eſt, in multis miracula. *Erat tunc eius caſtri Dominus Adalgarius Æduorum Epiſcopus, quem ante annum 894. deceſſiſſe probat Rouerius, qui & S. Ioannis relatas Reomaum exuuias cenſet non ante annum 911.*

9 *Quo die ſecunda & tertia Tranſlatio contigerit, nuſquam Auctor prodit. Alterutra videtur XI. Martij facta. quo die Adonis MS. Martyrologium monaſterij S. Laurentij Leodij:* Et Tranſlatio corporis S. Ioannis Reomagenſis. *MS. S. Lainberti ibidem:* Et Tranſlatio corporis S. Ioannis Remenſis. *Altera videtur XXVIII. Auguſti facta. quo die MS. Florarium:* Apud Lingones Icannis Abbatis & Confeſſoris. *Referunt eum illo quoque die Carthuſiani Colonienſes in addit. ad Vſuardum.*

Ex variis. Vtriuſque anniuerſaria memoria.

TRANSLATIO I. ET II. ET MIRACVLA;

Auctore monacho Reomaenſi anonymo,

ex MSS. edita à Petro Rouerio Soc. Jesv.

CAPVT I.

S. Ioannis prima & ſecunda Tranſlatio.

1 POſt primariam Ioannis beatiſſimi ſepultura m, ſacrum corpus eius à Leopardino, qui quartus poſt ipſum Abbas loci eius ſuffectus eſt, venerabiliter noſcitur tranſmutatum. Vbi quid diuinæ euidentiæ fuerit demonſtratum, ad auctoris laudem fideli putatur relatione condignum. Nam cùm ſepulchrum illud à loco in quo poſitum erat auellere ac commutare voluiſſent; & ſublatâ humo vndique, nequaquàm tamen ſarcophagum mouere poſſent, triduani ieiunij ſubire laborem conſilium fuit. Cumque iam tertius dies ieiunij illuxiſſet (erat enim decimus Kalendas Octobris, quo die veneranda feſtiuitas B. Mauritij Martyris, cum ſociis ſuis mundo clara nitescit) & feſſa iam ieiunio membra poſt matutinorum cantus rurſum in ſopore quieſcerent; quidam ſenex eccleſiam introiens, cernit beatos ſenes, vt ſibi videbatur, Ioannem & a Silueſtrum, qui ei in regimine loci ſucceſſerat, ante ſepuchrum ſtare, atque his, qui cum eis erant albis veſtiti ſtolis, imperare, vt ſepulchrum mouentes in locum perducerent deſtinatum. Cumque ille audaci animo cerneret quid ageretur, à Ioanne, vt ipſe arbitrabatur, increpatus eſt; Cur, inquit, auſus es eccleſiam introire? Sed quia ſimplici corde tuum cognoui introitum; vade, inquit, & concito gradu tam Leopardinum quàm ſodales excitato, vt cœptum opus peragant. Feſtinus ille Frater ad Leopardinum Abbatem cucurrit, ac rei geſtæ cauſſam deprompſit. Ille cum ſuis ouans ſurrexit, & agnitâ voluntate ſancti viri, atque permiſſu propriæ deuotionis, ſurgentes & ſepulcrum amouentes, in locum deſtinatum illud commutarunt. Vbi & ſanctum altarium cum conſilio Epiſcoporum ſtruxerunt, quo Chriſti hoſtiæ litantur, atque orationum officia perſoluuntur, vbi & remedia ægris, & quorumcumque votis ſolamina beneficiorum attribuuntur.

Poſt triduanum ieiunium,

22. Sept.

a cæleſti monitu,

transfertur corpus S. Ioannis.

2 Poſt annos aliquot ab Epiſcopo vrbis Lingonicæ, cui Becco nomen erat, præfatum venerandi Ioannis ſepulcrum ab eo loco in alium cognoſcitur eſſe tranſlatum, non abſque diuinitatis in loco manifeſtatâ præſentiâ. Nam quidam Archidiaconus, nomine Gerardus, cùm iuxta illud ſepulcrum videndi cauſſâ incautiùs fortè accederet, genuque lexo manum ſuper ora ſarcophagi irreuerenter teneret, cooperculum ſarcophagi ſe paululùm erigens, quia pronum in terrâ iacebat, validiſſimè corruit, digitoſque ipſius maximâ confractione contriuit, ita vt omnia oſſa digitorum eius minutatim confringeret. Qui grauiſſimâ fracturæ ipſius cœpit moleſtiâ fatigari, ita vt ne ad os quidem adducere, non ſolùm digitos, verùm etiam brachium, dolore arcente, valeret. Qui cùm totâ die ad ſepulcrum S. Ioannis mœſtus &

iterum transfertur:

quidam irreuerenter adſtãs, punitur,

anxius

AVCTORE MONACHO REOMAENSI ANONYMO, EX P. ROVERIO.

anxius resideret, subitò virtute omnipotentis Dei sanus effectus est, atque in propriam naturam manu reparatâ reuersus ad vesperam, sedentibus Fratribus iam ad mensam subitò cœpit ministrare, & cunctis poculum vini porrigere. Gauisi omnes qui aderant, ita sanum brachium digitosque repererunt, ac si nihil vmquam tanti languoris habuisset.

Sancti ope sanatur.

a *De* S. Siluestro *agemus* 15. *April.*

CAPVT II.

Varia ad eius reliquias miracula.

Leprosus diuino monitu, S. Ioannis sepulchrum adit,

3 AD sancti memoriam Confessoris innumera patrata miracula præcipuum beati corporis meritum attestantur, operante Deo mira per mortuum, qui potestatis suæ dederat documenta per viuum. E plurimis pauca perstringimus, vt miraculorum multitudini electa paucitas attestetur. Leproso cuidam ex territorio Turonico in somnis reuelatum est, vt si sospitatis recuperandæ teneretur desiderio, famosissimi Confessoris Ioannis sepulcrum instanter exquireret. Quò ille, multis licet difficultatibus, nisu quo potuit, post temporis aliquantum peruenit. Receptus hospitalitatis ritu, humanitatisque recreatus officio, in partem ecclesiæ remotiùs collocatur, deformitati suæ remedium vti fuerat præmonitus obnoxiis excubiis precaturus. Et ne diuini beneficij diu dilatione torqueretur, id tantum morarum fuit dum Fratres ad vespertinæ officium laudis peragendum ex more confluerent. Quod dum solenniter impleretur, misera membra vsquequaque sudore collapsa cœperunt diuinam, quæ iam è vestigio instabat, prætendere medicinam. Vniuersi gaudio stupefacti, elatis in excelsum vocibus, cœptum in infelicis curatione miraculum à diuinitate instantiùs fieri postulabant. Adhibitis primò balneis, squallidissimæ cutis sordes (horrendum visu!) totam aquæ superficiem infecerunt. Secundò lymphis immersus, omni squalore depositò, ita toto corpore immaculatus apparuit, vt cunctis esset euidentissimum hoc supra humanam diligentiam per venerandi Ioannis merita supernâ fuisse virtute curatum. Is ipse postmodùm loco aliquamdiu remoratur, dehinc ad solum proprium decorem receptæ secum retulit sospitatis.

sanatur.

Puero excisa lingua,

4 Illud certè obliuione obsolescere profanissimum iudicatur, quod ad Patris nostri singulare meritum declarandum mirabili diuinitatis efficaciâ ipsi vidimus perpetrari. Pastorales quidam pueri, alendis pecoribus occupati, diu latentem pecuniam in abditis terræ partibus repererunt: veritique proditionem vni è collegis, Theuberto nomine, pariter crudeles pari conniuentiâ linguam ferro impiissimo, dictante auaritiâ, abscinderunt. Is quòd esset ætate puerulus, negotium posse prodere putabatur. Erat sanè Magnimontensium partibus oriundus, & graui calamitate confectus, dum quæritandæ stipis gratiâ loca singula peragraret, ad cœnobium se tandem venerandi contulit Confessoris. Ibi victitandi facultate captatâ, aliquamdiu moras duxit. Accidit autem vigilia festiuitatis eiusdem sanctissimi Confessoris, dum signa vespertini conuentus prænuntia à sacrorum custodibus more Ecclesiastico quaterentur, ipsum quoque interesse, atque vnius sonum suæ manus officio temperare. Id dum sedulè ageretur, vidit, vt ipse postmodùm referebat, igniculum quemdam instar ardentis stellæ, tamquàm à sepulcro beati Patris Ioannis prodeuntem, claustrum sui oris ictu validissimo perculisse. Quâ re immodicè affectus, iamque exanimi simillimus in terram collapsus est. Adstantes monasterio, caducæ passionis accessu eum elisum argumentati, elatum manibus lecto componunt. Ille per noctem quiete soporiferâ reparatus ita post gallicinium loquelæ resumpsit officium, vt vniuersos nocturnæ stationis vigilias expetentes, quod est mirabile, acutissimè affaretur. Denique intimas oris partes diligentiùs explorantes linguæ calamum integerrimè repererunt reformatum, magnificantes diuinam in S. Ioanne potentiam; cuius præcellentissimis meritis & elinguem constat necessario officio redditum, & populum cœlestia opera intuentem in fidei robore solidatum.

emicante ex Sancti ossibus igniculo,

restituitur.

5 Pro meriti perfectione iugiter prædicandâ de multis pauca quædam subiicimus, ne posteris profutura subtrahere videamur. Quemdam Aquitanicum genere, ita à puero membrorum detrimenta damnauerant, vt poplites genibus & calcanei natibus cohærentes, melioribus priuatum officiis, & inualidum effecerint & deformem. Is dum obtentu postulandæ alimoniæ vsuali vehiculo circumquaque ferretur, ad reuerendissimi Ioannis cœnobium fortè deuectus, miseratione religiosorum Fratrum, per tempus non modicum, destinato sibi quotidiani victus diario alebatur. Erat illis spei sanctæ non improbanda fiducia, quòd sæpè experti erant præcellentissimum Dei Confessorem ex animo flagitatum è vestigio curationis talibus conferre remedium. Factum est in vnâ festinitatum eius, dum Fratres vigiliis sacris ex more insisterent, cœperunt infelicis nerui eatenùs, vt diximus, imbecilles magnâ resolui violentiâ, atque diu negatam gradiendi copiam quibus erat possibile nisibus moliri. Magnus diu adstantium clamor insonuit, Christi laudes & B. Ioannis merita, paribus animis, iisdem vocibus conclamantium. Sed quia plenam fidem cumulata semper remuneratio comitatur, (nam ex fide iustum viuere, & absque eâ quemque mortuum esse verissimum est) colligimus hunc non integræ fuisse fidei, qui medicinis initiatus cælestibus parte reualuit, iners parte remansit. Id vigoris solummodò consecutus est, vt qui arte tantùm eatenùs externâ vehebatur, hinc proprij nisu corporis debilis adhuc licet abscederet.

Contractus ex parte sanatur.

6 Ob admissum facinus [a] quidam ferri pondere vtrisque brachiis acerrimè coarctatus, dum diuersa Sanctorum perlustrat domicilia, vnius vinculo promeruit releuari. Cumque alterius acri diutissimè dolore torqueretur, iamque infelicis ærumnam pietas diuina miserari decerneret, somno monitus est, id quod restabat leuaminis ad venerandi Ioannis sacrosanctum corpus esse perquirendum, eius meritis plenitudinem huius reseruatam esse salutis. Eo comperto ad Sancti cœnobium anxius tetendit. quò cùm peruentum esset, orationem lacrymæ, lacrymas remedia mox prosecuta sunt. Ita namque nexus vinculorum eatenùs insolubiles ab hominis corpore quàm celerrimè reciderunt, vt diuinum id fuisse opus nemini dubitare licuerit. Eumque vt nexibus exemptum corporeis, perinde quoque beati viri obtentu noxiis animi reatibus absolutum, palàm fuit aduertere, supernâ vtrumque operante prouidentiâ, cui familiarissimum est cùm corporum, tum animarum quoque propensiùs curare salutem.

a

Cuidam ferreum brachiorum vinculum repentè soluitur.

Cæca visum recipit.

7 Ferebatur intereà per populos opinio virtutum eius rumore percelebri, quòd ad sacri lectum corporis fide dignâ se nemo contulerat, qui non votorum summam se fuerit reportasse gauisus. Fiebat languentium magnus ad templum viri Dei concursus. Itaque ob remeantes sanos, & egrotantium multitudinem confluentem, ampla viarum capacitas interdum arctissima cernebatur. Factum est, vt irruentibus multis, mulier quoque luminibus ex longo tempore priuata pariter introiret. Nam quia translatio pretiosi corporis nuper celebrata fuerat, ipsâ rei nouitate sexus vterque promiscuè ingredi permittebatur ecclesiam. Ingressa mulier, totâque strage corporis in terram prostrata, mox vt orationem expleuit Dominicam, depulsis cæcitatis tenebris clarissimum luminis recepit diem; oculorum munus in reliquum vitæ suæ tempus B. Ioannis gratiâ perfunctura.

Mulieres atrio cœnobij excluſæ.

Processu temporis eius loci Fratres religioso sanciuêre consilio, atrium cœnobij à frequentiâ feminarum perpetuò coërcere, regulari professioni non integrum fore arbitrantes,

arbitrantes, muliebri frequenter vel aſpectui inſueſcere, vel alloquio implicari.

8 Quædam itaque eiuſdem pagi mulier, & ipſa oculorum officiis deſtituta, cùm per dies quamplures limina venerandi Ioannis inexplebiliter optaret contingere, idque eſſe poſſibile à multis interdiceretur, moras non ferens vlteriùs, ductore vſa puerulo ire ad monaſterium obnixè contendit. Cumque ſiluam cœnobio circumiacentem peragrans eò vſque progreſſa fuiſſet, vnde in totum locum intuenti facilis proſpectus patet, mirum in modum mox excedentibus tenebris lumen adepta ſplendidiſſimum, plenum ſuæ fidei commercium læta reuexit, experta Ioannem beatiſſimum abſentum quoque vota, ſi rata fuerint, beneficiorum impensâ placidiſſimè proſequi.

Alia cæca curatur.

9 Peruaſum quemdam à dæmone, ferreis toto corpore arctatum loris parentes cum amicis ad Sancti memoriam perduxerunt: ibi per triduum non ſine violentiâ vix retentus, diros à ſpiritu maligno compellebatur clamores effundere, qui ſe beati viri meritis domicilij ſui poteſtate è veſtigio priuari ferebat ægerrimè. Triduo expleto, dum Fratres ex more publicis Sacramentorum functionibus intereſſent, extemplò ita diuinâ virtute curatur, curatuſque in reliquum perſeuerat; ac ſi numquàm aut hoſtis antiqui violentiâ impetitus, aut ſenſus intimi fuerit detrimenta perpeſſus. Reparationis ſuæ ſanè gaudia in templo ſublimiſſimi Confeſſoris per dies multos votiuis frequentans excubiis, deinceps cum gratiarum actione validus corpore, & animo integer, ad propria remeauit. Ineffabile eſt certè apud Dominum præcellentiſſimi Patris noſtri B. Ioannis meritum, cui inter reliquas virtutum dotes id priuilegij ſpecialiùs cernitur eſſe collatum, vt numquàm quiſquam dæmoniacâ obſeſſus peſte, ad eum ſe conferens redierit incuratus.

Energumenus liberatus.

a *Grauiſſimis ſceleribus Epiſcopi aut Presbyteri pœnitentiarij id pœnitentiæ imponebant eâ ætate & pòſt, vt nuda membra circulis ferreis arctiſſimè reuincirent: quæ ſi ad Sanctorum monumenta vltrò ſoluerentur, ita accipiebant, quaſi animi nexibus vnà abſoluti eſſent. Caroli Magni tempore conſtitutum, vt potiùs vno loco laborantes & ſeruientes pœnitentiam agerent; quàm ſic nudi vagarentur, cum perpetuâ oculorum offenſione, nimis etiam fortaſſis vulgariter diuina miracula expoſcentes. Non continuò tamen ea ceſſauit conſuetudo; vt poſterioribus exemplis probat Rouerius Notat.* 71.

Circuli ferrei in pœnitentiam impoſiti.

ALIA MIRACVLA, ET TRANSLATIO III.

Auctore monacho Reomaenſi anonymo,

ex MSS. edita à Petro Rouerio Soc. IESV.

CAPVT I.

Varij S. Ioannis ope adiuti.

PRÆFATIO.

1 QVia vniuerſum cernimus ad procliue tendere mundum, nec ſemper quod videtur diuinum relatui cedere poſſe, fas eſt dum viuitur eius laudem appetere, quem omnium noſtrorum interuentui abſque dilatione apud Dominum credimus adeſſe. Etſi necdum ad calcem peruenitur propalandi, ſaltem in affectu permaneat, vt quæ reſtant diuino ſecundétur auxilio. Etenim beati Patris noſtri opera Ioannis ab oratoribus ingenuè prætermiſſa, miſeratione ipſius, qui nobis adhuc rudibus concedere dignatur quæ credimus fieri poſſe, cunctarum verbo linguarum non decerneremus indigna.

2 Sanè cùm nobis iugiter præſens adſit, quodam tempore cùm ſe Fratres ſacrarum vigiliarum dediſſent ſolennijs, quatenùs ſanctam Dei genitricem exlis aſ-

ſumptam celebrare gauderent annuatim, & ex more ille clariſſimus exordiretur hymnus, quo Deum dignè laudamus & Dominum debitè confitemur; repentè quidam claudus, nomine Guandelbertus, poſt chorum pſallentium ſtans voces cœpit emittere, & manibus genua contundere, ſeſeque paulmento ſuperſternere, atque huc illucque volutare. Quo conſpecto omnis Fratrum frequentia gaudio compunctionis perculſi ſunt, eumque loco quo erat amouentes, ante ſancti corporis præſentiam ſuſtulerunt. Interea dum matutina complerentur officia, cuncta eius membra vibrantia videres, & nexibus ſoluta a arctatim complodere. Eximitur paulliſper virium ab eo fortitudo; vt ne quidem ad ſtatum ſufficeret, & valentiàs iterum priſtina recipitur ſalus, vt omnibus pateſceret intemeratam Dei genitricem ſuo hæc Sacerdoti obtinuiſſe magnalia. Et quamquàm in ſolennitate præfatâ hoc actum nouerimus, præcipuè tamen illius hoc extitiſſe meritis credimus, cuius miracula quondam in ipſo eodemque homine patrata cognoſcimus: Quem enim immunem ceperat, & per omnia deformem, & parum officioſum, & reddiderat commendabilem, nunc ſuper eo proprios conſolatur ſeruos, vt illum integerrimè vigentem veri illius ſermonis in exemplum traderet; qui non inchoationem, ſed boni operis executionem conſecuturam fore laudem prædixerat.

AVCTORE MONACHO Reomaenſi ANONYMO, ex P. Roverio. *Claudo reſtitutus inceſſus, ope S. Ioannis.*

4

3 Quemdam etiam fratricidam vidimus; ob huiuſmodi flagitij immanitatem, in colli & brachiorum, pectoris quoque & lumborum circuitu, in pœnitentiæ munere b circulos habentem ferreos. Qui cùm ideò multa Sanctorum peragraſſet loca; duo qui erant adhærentes circuli collo & pectori eius, meritis eorum ceciderant. Tandem Romam cùm peruenisſet, diuinamque ſuper hoc diu præſtolaretur clementiam, nihil hæſitans cæleſti meruit conſolari reſponſo, quærere Confeſſoris Chriſti Ioannis locum ſibi præcipiente, & ſub quo territorio eum reperire quiuiſſet innoteſcente, liberationemque ab eo promereri ſpondente à tanti ponderis pœnitentiæ enormitate, cui & ille nimis reſiſtebat. Peruenit ergo illuc, & dum adeſſet ſuper hac re gratulabundus, interuentu ipſius, reſidui qui erant in brachiis & lumbis circuli, ſubitò diruti apparuerunt. Quamobrem non eſt ambigendum eum ipſorum cœtui aggregatum, quibus ligandi atque ſoluendi indita eſt poteſtas.

b *Fratricidæ reſoluta vincula.*

qui eò cælſti moniti venerat.

4 Quot in dæmoniacis denique noſtro in tempore perfulſerit ſignis; inexplicabile eſt. Id enim vt ſolito teneret vſu, obtinuit. Erat namque plurimos virorum ſeu mulierum ipſius hoſtis dominio ſubiugatos, erutos videre, circumpoſitis eorum collis eiuſdem venerandis catenarum loris, quibus ſerpentem ignitum à puteo exemerat, populumque ſuper eo vicinâ morte pallentem ſalutis gratiâ donauerat.

Energumeni plures liberati.

a *Mallet Rouerius* atriatim *vel* articulatim.

b *Viſum eſt hic eruditam Rouerij Notat.* 75. *integrè ipſiſſimet eius verbis dare:* Multiplex, *inquit*, iam olim fuit circulorum ferreorum vſus pœnitentiæ, nam & palam geſtati ab aliquibus, & ab aliquibus occultè ſub veſte; & ſponte ſuſcepti ab aliquibus, & ab aliquibus ex Sacerdotum imperio. Ac illi quidem qui nudo corpori impoſitos palam geſtabant, ſi ſponte id facerent, vanitatis vulgò notâ ſunt inuſti. Apollo Anachoreta apud Palladium Lauſiacæ hiſtor. cap. 52.* * εἰ causâ coarguebat τὰς τὰ σίδηρα φέροντας, καὶ τὰς κομώσας, eos qui ferrum geſtarent, & qui comas promitterent. Sed licet non ſponte id fieret, tamen ob indecentiam, Caroli Magni lege id fuit interdictum. At verò qui occultè & ſponte circulis eiuſmodi ferreis carnem domarent, ij non tantùm reprehenſionem effugêre, ſed admirationem etiam ſapientum hominum meruerunt. Incredibile verò eſt, quàm fuerint in pœnas ſuas ingenioſi hoc in genere viri ſancti ac mulieres. Theodoſius Anachoreta, vt ſcribit Theodoretus in Hiſtoriâ Patrum cap. 10. grauiſſimos circulos impoſuerat αὐχένι καὶ ὀσφύϊ, καὶ ἀμφοῖν πεῖν χείροιν, collo, lumbis, & ambabus manibus. Auxit pœnam Iacobus poſterior c. 20. nam præter brachiorum, colli, & lumborum circulos, ἀλύσεις δύο ἔ πισθεν τὴν ἀυχένα κύκλω, δύο μὲν ἔμπροσθεν, δύο δὲ ὄπισθεν εἰς τὸν κάτω κύκλον ἐγκάρσιας διήκουσας, καὶ ἓν στοιχεῖον τὸ χάλκεον ποιοῦσαι, ἔμπροσθέν τε, καὶ ὄπισθεν τοὺς δύο κύκλους ἀλλήλοις συνέδουν. Catenæ à circulo colli geminæ antè, & geminæ retrò in inferiorem circulum tranſuerſim demiſſæ, ac figuram litteræ X

Circuli ferrei vltro ſuſcepti clàm, ſub veſte,

* 25. Ianu. 20.

à Sanctis.

conſti-

AVCTORE MONACHO REOMAENSI ANONYMO, EX P. ROVERIO.

conficientes, duos illos circulos antè & retro colligabant. De Euſebio Anachoretâ eadem ferè ſcribuntur ibidem cap. 4. Ad Latinos paullò ſeriùs manarunt hæc exempla pœnitentiæ, ſed tamen Hoſpitium apud Nicæam Maſſilienſium, catenis ferreis ſuccinctum vixiſſe, ſcribit Paulus Diaconus Hiſtoriæ Longobard. lib. 3. cap. 21. Idem de S. Gallo habet VValfridus Strabo lib. 1. cap. 31. Sed hoc ipſum propriè ferreorum circulorum ſupplicium renocarunt in Latinorum vſum S. Petri Damiani comites. Sic enim ipſe ſcribit de Rodulpho Eugubino Epiſcopo cap. 3. Ferreo iuxta pectus circulo iugiter angebatur. & cap. 9 de Dominico Loricato: A tribus, inquit, circiter annorum luſtris loricâ ferreâ veſtitur ad carnem, duobus autem ferreis circulis in corpore cingitur, duobus item per brachiorum armos arctatur. Hæc virorum fuit in ſeipſos ſeueritas. Sed quod magis mirere, hanc quoque pœnitentiæ palmam ſibi defringere mulieres voluerunt. Theodoretus olim inter Græcas, Maranam & Cyram σιδηροφορέσας deſcribebat, eò vſque, vt Cyra, quæ corpore erat debilior, perpetuò incurua ambularet; ambæ autem circulos ſibi impoſuiſſent ἀυχένι περιαυχένιον, ἰξυῖ δὲ τὴν ζώνην, χερσὶ δὲ καὶ ποσὶ τὰ τούτοις ἀποπεπεμένα, collo quidem collare, lumbis verò zonam, manibus & pedibus, quæ ipſis congruunt. E Latinis mulieribus vnam S. Radegundem dixiſſe eſt ſatis, de quâ ſic Fortunatus: Quadam, inquit, vice dum ſibi tranſlatos tres circulos ferreos dicbus Quadrageſimæ collo vel brachiis innexuiſſet, & tres catenas inſerens circa ſuum corpus alligaſſet ſtrictius, durum ferrum incluſit caro tenera ſupercreſcens. Hæc iſti ſponte tormenta ſubiêre, ſed fratricida hic noſter, non ſponte. Sic enim Gregorius Turonicus de eo ſcribit libro de Glorià Confeſſorum capite 87. Quidam, inquit, fratricida, pro enormitate criminis, ferreis circulis alligatus, præceptum habuit, vt ſeptem annis loca ſancta peragrando circuiret. Conſentit cum eo auctor eius libri, qui fratricidam iſtum aſſerit nimis reſtitiſſe huius pœnitentiæ enormitati.

etiam feminis.

Qui hîc à Rouerio recenſentur ſanctitate miràque auſteritate vitæ illuſtres, ij varijs diebus Faſtis Eccleſiaſticis adſcripti; Theodoſius 11. *Ian* Iacobus 26. *Nouembr.* Hoſpitius 21. *Maij*, Gallus 16. *Oct.* Rodulphus *Ep. Eugubinus* 26. *Iun.* Dominicus Loricatus 14. *Octobr.* Marana & Cyra 3. *Aug.* Radegundis 13. *Aug. At non aſſentimur Rouerio ſcribenti de eodem fratricidâ agere S. Gregorium Turonenſem. Horum ſcriptor miraculorum, vt infrà patet, eo vixit tempore, quo peruagabantur vaſtabantq; Galliæ Normanni, ſub finem ſeculi noni, annis trecentis poſt S. Gregorium: hîc tamen ſcribit:* Quemdam etiam fratricidam vidimus; *ne quis fortè illud è S. Gregorio tranſſcriptum putet.*

CAPVT II.

Infirmi complures ſanati.

Amentes reſtituti:

5 AMentium denique plures eius obtentu ad proprium mentis ſtatum reuocari cõſpeximus. Quos nimirùm non ſolùm vicinorum locorum, imò incolas aliarum partium longè remotarum, cognouimus. Denique cùm, ob noſtrorum ſcelerum immenſitatem, diuina diſpoſuiſſet vltio Normannicam feritatem à Francià, in quâ longè lateque abſque vllâ repugnantiâ ſæuiebat, in Gallias deuenire; & inſatiabili cæde huc illucque debacchari, ac per hoc vniuerſos oportuiſſet tuta feſtinare ad loca, expediuit ipſam ſancti corporis glebã ad caſtrum [a] Sinemurum à ſuis deferri, quod dum aduiueret ſolitus fuerat ad orationum munus perluſtrare, ſicut in vitâ eiuſdem propalatum eſt. Quò cùm neceſſitate cogente in tentoriis, ſub duro hiemis rigore, locatus adeſſet, tandem cum nimiâ laboris difficultate locellum obtinuit tugurarium. Igitur exhibita ſunt illic per diuerſa annorum tempora, donec ibidem peregrinatus eſt, in multis miracula, quorum perpauca tamen viſa tangimus.

[a] *Sinemurum delato ſancti corpore,*

6 Cùm denique idem oppidulum à quodam viro, nomine Gozberto, Antiſtite tunc temporis Adalgario illius dominante, regeretur, immenſitate febris adeò contortus eſt, vt omnia eius penitùs membra diſſoluerentur, & omni prorſus virtute effœta redderentur. Eſus nulla ſumptio & potus, totum eum inualidum effecerat & deformem. Cuius vita cùm in ancipiti penderet, defertur prædicti Patris pietati. Sed languore incaleſcente, quaſi deſperatus & amens, in redeundo domum ternum ſubduxit tempus, ſemper ipſius baſilicam repetens. Hoc autem triduo peracto, poſtremò ante eum quaſi exanimis factus eſt. Quod cùm ita crederetur ab omnibus,

quidam infirmus ſanatus:

repentè eius quod petierat glorioſiſſimum præſenſit munus. Sicque reuertitur ad propria ſanus & incolumis, laudans & benedicens eum, cuius dono tam euidens percepit corporis emolumentum.

7 Nec diſparem proprium fratrem eius, nomine Letaldum, incurriſſe ægrimoniam contemplati ſumus, ita vt ante ipſum peregrinis omnino deferretur pedibus, vbi diutiſſimè tabeſcens nil diarij prorſus ſumebat. Vicinâ ergo palleſcit morte, vt nemini daretur ſpes ad vitam eum reducendi. Tunc explentes miniſtri id quod diuinæ erat ſeruitutis, peractis more ſolito horarum officiis, prandere eos è re fuit. At ille quærens, quid acturi eſſent, ſe velle cum eis pergere fatetur. Delatus autem cum magnâ vi ad eos, cœpit percontari quid eſſent comeſturi. Verùm illi ſtupore repleti, in vertiginem eum cecidiſſe dolebant. Reſpondentibus autem, pro ratione loci, quid (etenim pro eiuſdem congruitate leguminum lebeta ad ignem poſita erat) petiit inde ſibi dari. Hinc continuò cœpit epulari, vt nequaquàm illi fas eſſet ex alio edere cibo, qui ante infirmitatis tempus hunc vſum minimè habuerat. Lætique omnes hac cauſsâ facti, permoti Domino ſunt gratulati, qui per beatum Patrem tanta impertiebat ſuis. Receſſit itaque ad ſua, ceu tunc temporis nil languoris habuiſſet.

item alius.

8 Aliâ denuò tempeſtate prædicti paullò antè viri commilito quidam, nomine Adalardus, eadem impulſione coactus, quâ omnibus patefieret ipſum cunctarum virium eſſe expertem, & penè in vltimo iam verſantem, ad eumdem deuolutus eſt locum. Ibique cùm acerrimè torqueretur, ſuique, ſexu vtroque, illi indifferenter famularentur, affuit quidam adſtantium monachorum, inter cetera leuaminis verba illi innoteſcens, qualiter ſanctus vir in præſenti vitâ mulierum horruiſſet ſpeciem, vt genitricem propriam valdè eum inuiſere inhiantem, nec ſaltem in tranſeundo rectâ acie oculorum contueri vellet. Quâ gratiâ, nec ſe vtiliſſimum iudicare addit, hanc feminarum ſeruitutem illo in loco ei fieri, nedum canum latratus, & diuerſorum animalium inquietudinem, quæ propter domicilium beati viri diſponebantur. Super quo hic perterritus ſe domum referri præcepit. Tunc ingruente magnâ corporis valetudine, quaſi præ oculis obitum tenens, ad Patris auxilium reuertitur portitoribus tantùm famulantibus, ceteris verò abſentibus. Redditur intereà ſanitati priſtinæ, ſeſeque aliquantulùm conualeſcere præſentiens, archiatrum accelerat adeſſe, [b] phlebotomandi neceſſitudine. Non benè autem venæ inciſione ſecutâ ægritudinis rurſus fremeſcit moleſtia. Aſt in ſe reuerſus vocibus intentis ingemuit, quare cæleſti medicinæ medicamen aliud prætuliſſet proteruâ mente. Quamobrem cùm plures dies id inferendo toleraret, nihilque eſſe recuperationis ex eo certum erga alios haberetur, optatam ſibi gauiſus eſt recepiſſe ſalutem, & ad ſua Domino reddens gratias regreſſus. Huius militis armiger, nomine Berengarius, eiuſque nepos Aldricus, defectu prædicto correpti, ad ſanctum Parrem perducuntur, & eius celeri interuentu ſanitate citiſſimâ fruuntur.

Æger, dimiſsâ turbâ famulantium, etiam feminarum,

b omiſsâ humanâ medicinâ,

ſanatur:

item alij duo.

a Sinemurum, *aut* Sine-muro, *Moneto noſtro* Semurium, *vulgò* Semur, clarum & vetus oppidum, *ad* Armantionem *flumen ſitum, in Ducatu Burgundiæ, in meditullio Alexianorum. Olim, vt hinc patet, Auguſtodunenſi Epiſcopo paruit: pòſt Burgundiæ Duces tenuêre, nunc Franci.*

Sinemurum opp.

b φλεβοτομεῖν venam ſecare, ſanguinem mittere.

CAPVT III.

Energumeni liberati.

9 SIlere non eſt, B. Ioannem locupletiſſima circa obſeſſos exhibere munia, præſertim cùm hoc antiqua teſtentur Scripturarum [a] obſequia. Quemdam igitur ruſticum Clementem, Auallenſis oppidi indigenam, alius mercede conductum, cùm maturiori pulli cantu ob boum

a

b boum cuſtodiam b à zœtâ propriâ proſilire contingeret, earumque paſcua ſolertiùs perluſtrare, conſpicit nigerrimum extemplò monſtrum validiſſimo ictu percutere armentum. Arripitur itaque ab eodem nefandiſſimo, & cæco carpitur efferatus animo. Iamque clauditur noctis vmbra diei vibrante aurorâ. Porrò illo ſole dignâ proſciſſione tranſacto, reuertitur non modò ipſe paterfamilias ad propria, ſed & ille ſpurciſſimæ ſodalitatis monſtruoſus. Cùm inter omnium denique cœnam, & c ipſe præfatus c pernix cœnare deberet, repentè incœnatus aſſurgit, flagellum excuſſorium rapit, paſſimque interdicto noctis ſpatio excutere, velut in areâ cœpit. Mox cùm ſoror eius contigua retinere eum, ceu amentem, vellet, omiſſo flagro quod tenebat, ſubitò in eam inſaniuit, & niſi protinus eruéretur, acerbiter dentibus ab eo diſcerperetur. Vinctis itaque poſt tergum manibus adducitur S. Ioanni, cùm ſemper in aliis cladibus, tum crebriùs in hac omnibus exſecratiſſimâ medenti. Cuius ingrediens baſilicam, voces inauditas, & corporis informia emittere cogitur. Vnde cùm collo eius ſtatim hærerent, pro more, excluſores dæmonum ferri præfati Patris, ita agitatur, vt exenteratim eum diſrumpi & penitùs diſſolui cerneres. His tam diris vexatur vulneribus, quoad veniret poſtridie toti orbi veneranda omnium Sanctorum feſtiuitas. Tunc miſerante Deo, & ipſorum patrocinio ſuccurrente, & ab heri ac nudiuſtertiùs paullatim, & vehementiùs ipſorum nocte, ita ab eo dæmonum legio diſpungitur, vt omnibus pateret ad iſtius ægerrimi auxilium, illum omnes Sanctorum cœtus aduocaſſe, cuius miſericordiam nouimus primùm eumdem infelicem quæſiſſe.

Energumenus liberatur.

10 Quamdam etiam conſpeximus feminam, nomine Bertrudem, à Borbonenſium partibus prodeuntem, non modicâ dæmonum vexatione iam ferè menſibus quinque incredibiliter atque inremediabiliter tortam. Porrò inuaſionis diabolicæ illius ſeminarium fuit, quòd tribus quondam potita fratribus, cùm eſſet ſoboles licito procreata connubio, quadam audiret die quodam accedente caſu vnum ex ipſis tribus fratribus interemptum. Quò non tam celerrima adiit, quàm feſtina ſuper eum incubuit. Nimioque ex eo confecta dolore, vt mœſtitiam cordis ex fratre leniret, oſculari corpus cœpit. In d cuius amplexu d mox peruaſa eſt à plenitudine dæmonum, pluribus in huiuſcemodi amentiâ diebus perſiſtens, vt opinaretur id alterius eſſe infirmitatis, quò euidentiſſimum fieret dæmonem eam decipere iſtiuſmodi aſtu velle.

Fratrem occiſum impotenter complexa, poſſidetur à dæmonibus.

11 Hac autem re cognitâ relinquitur à marito, omnibuſque propinquis, & vni fratrum ſuorum ad deducendum committitur. Sacra intereà circumeunt loca, vſque dum ad beatiſſimum Germanum perueniunt Antiſſiodorenſem Epiſcopum, eius ſuper hoc benigniſſimum præſtolantes auxilium. Vbi cùm diutiſſimè fatigaretur, & acerrimâ laniatione torreretur, glorioſiſſimis præfati Germani Pontificis meritis malignorum ſpirituum pars ab eâ eximitur, pars occulto Dei iudicio inibi omittitur. Aliquamdiu pòſt ibidem remorata cùm quadam rurſus die prædicti Antiſtitis baſilicam vellet ingredi, ſicut ipſa poſtmodùm ſæpè retulit, à quodam ſene e pulcherrimo virgam manu ferente, ne ei domum penetrare liceret eſt prohibita, locumque S. Ioannis Confeſſoris Tornotrenſis exquirere eſt admonita. Huius ergo iterũ opus illis fuit laborem itineris ſubire, quamquàm longas adhibuerint moras ignari viarum, diuerſa Sãctorum domicilia peragrantes. Quò dum peruenirent, qui geſtus corporis, quæue antiqui hoſtis voces ab eâ proſilierint, ineffabile eſt. Nullum itaque intra ambitum ipſorum eccleſiæ remedium, nullumque vitæ deſiderium eidem miſeræ fuit, ſed ſola mortis proclamatio. Beatiſſimo denique Confeſſori Ioanni ſiſtitur, probatiſſimis ipſius ferri catenulis arctatur, in quibus ſe nefandiſſimus hoſtis ardere cum magno cruciatu profitetur. Et cùm per horarum ſigna laudis Chriſti præconia fierent, hæc ampliùs mira & ſtupenda ore & corpore confingebat. Intereà cùm quarto aduentus ſui luſtraretur ſole, omniſque fraternitas cum non modico turbarum comitatu ſacratiſſimum ageret ſolenne, pro more Chriſtiano in ramorum & palmarum officiis Oſanna omnibus perſonantibus, hæc ineffabilibus agitabatur malis. Tandem ergo dum veſpertina à Fratribus perſoluerentur ſuffragia, ipſaque ad S. Michaëlis Archangeli fuiſſet oraculum illata, dæmon cœpit clamare, ab eodem Archangelo ſe concatenari & valentiùs ignibus cremari. Sputa quoque mixta pariter cum ſanguine ab eâ efferuntur, vt ipſam introrſus gratiſſimè diſcerpi crederes, & penè mortuam agnoſceres. Ex quo gratia Domini leuiùs habere viſa eſt, donec mirabili præfati Confeſſoris Ioannis munere integræ ſaluti reſtituta eſt. Sicque remeans ad propria, voto ſe obligat Domino, qui ſaluat omnes ſperantes in ſe.

A VCTORE MONACHO REOMAENSI ANONYMO, EX P. ROVERIO. omnino liberatur.

12 Et paruò temporis interſtitio, turſus ab eiſdem partibus quædam cum viro ſuo femina, nomine Dodila, inſaniſſimo occupata ſpiritu, prædicti S. Ioannis locellum, quamuis coacta, viſitauit. Quæ cùm Sanctorum multa peragraſſet loca, partimque ex eis Domino miſerante eruta fuiſſet, etiam in omnium Principum aſpectu, quorum primatu regnum Burgundiæ tunc temporis roborabatur, id laudis ſemper profeſſa erat, vt numquàm mereretur mederi, donec B. Ioannis ſubuentu potiretur. Quò dum peruenirent, rapidiſſimo perflata dæmone, cùm à pluribus arctaretur, & nefandiſſima verba effaretur, beatiſſimo Patri oblata eſt. Inter quæ illud proloquuta eſt mirandum; quòd ab octonis diebus beata Dei genitrix & præfatus Confeſſor egregius pro ſe Dominum indefeſſè interpellarent. Quorum precibus non ampliùs poſſe ſe illic demorari, quia iam Natiuitatem eiuſdem Dei genitricis nouerat adpropinquare. Factum eſt id dum Fratres veſpertina perſoluerent prædictæ feſtiuitatis munia, ſicut ipſe immundus prædixerat ſpiritus. Cum magnis enim exiit clamoribus, ſuperficiemque pauimenti ex parte repleuit eadem mulier ſputis ſanguineis. In quo cernimus dæmones, quamquàm coactos, nonnumquàm veritatem proſequi, velut in multis ſanctarum locis Scripturarum reperimus.

Alia alib exparte,

apud S. Ioannem integrè curata.

a *Id eſt, monumenta obſignata.*

b *De* zetâ *vel* zætâ *aliàs dictum. Rouerius hic mauult* à cœrâ *legi, id eſt, à lectulo, ἀπὸ κοίτης.*

c *Laborioſum, negotioſum interpretatur Rouerius.*

d *Immoderatus dolor, atque in eâdis auctorem furor, aditum præbuêre dæmoni, vt peruaderet miſeræ mulieris corpus.*

e *Talem S. Germani Autiſſiodorenſis formam fuiſſe oſtendemus 31. Iuly, quo colitur: etſi alioquin cælites aliâ dignitate vultus, quàm vixerint inter mortales, apparere nil mirum ſit.*

CAPVT IV.

S. Ioannis tertia tranſlatio.

13 NEc illud eſt prætereundum, quod omnibus eſt patefactum. Cùm enim paganorum plurima ferocitas Francorum regna peragraret, eorumque vaſtationi adeò inſiſteret, vt cruentiſſimâ cæde omnia deleret & penè ad nihilum redigeret, tandem eorum partibus tranſitis, Galliarum fines inuaſit, Antiſſiodorenſium vſque finitima perluſtrans. Quò cùm nefandiſſimâ depopulatione crebreſceret, & diuturnis calamitatibus Chriſtianorum vitam infeſtaret; contigit præfatum Chriſti Confeſſorem Ioannem propria deſerere, & aliena cum ſuis petere. Nam locum quem fundauerat relinquens, caſtrum cui Sinemuro nomen eſt, inuiſit, & ſuâ viſitatione illuſtrauit.

Graſſantibus Normannis,

Sinemurum transferuntur Sancti reliquiæ:

14 Vbi dum ab vniuerſis frequentaretur, omneſque eius protectione gauderent, miſertus Dominus, populum coire fecit Chriſtianum circa barbariem paganorum, eorumque ſæuitiam, ſi fieri poſſet, impediendo pernoctare. Quibus dum famis & ſitis nimietas valida incubuiſſet, & lugubris ſub diuo vis algoris inhorruiſſet,

iis pulſis referuntur:

Ex variis. paganorum aſtutia in fugam vertitur, quouſque noto ſibi præſidio tueretur. Quo peracto prædictus Pater, cuius natalitium è veſtigio celebrandum erat, à prænominato caſtello, cum ſuis & non modicâ populorum turbâ, ad propria regredi dignatur. Intereà pro itineris fatigatione, cùm iam eius deſiderabilis inſtaret exceptio, paulliſper repauſandum fuit. Dumque ſui præceſſiſſent, vt Eccleſiaſtico more ornati tanto Seniori celeberrimè obuiarent, repentè quædam Lemouicenſis femina, nomine Aualendis, iam ferè ſex ab annis dæmoniaco redacta ſpiritu, dum multorum loca Sanctorum peragraſſet, ante ſacrum eius corpus adducitur, vt eius interuentu glorioſo potiretur. Adeſt ſiquidem innumeroſitas turbarum, dum illa infeliciſſimè torqueretur. Præſtolantur cuncti eius miſericordiam, dum vident miſeram inremediabiliter cruciatam. Quorum, vt credimus, precibus piiſſimus Pater motus, vt locum ſuum mirabili illuſtratione clareſcere faceret, & ſuos clariſſimâ viſitatione roboraret, ſubitò adſtrictæ miſerrimè obtinuit libertatem vitæ. Ergo cum magnis omnium laudibus loco ſuo reſtituitur, vbi Domino fauente multimodis quotidie coruſcat miraculis, & diuinis obſecundatur officiis ei qui viuit & regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen. *energumena liberatur.*

DE S. IACOBO

EREMITA IN PALÆSTINA.

Secvl. vi. I XXVIII. Ianvar. *Sancti Eremitæ in Syriâ, Iacobi;*

DUres *in Syriâ vixêre ſanctimoniâ illuſtres Eremitæ,* Iacobi *appellati. Horum vnus is fuit de quo Theodoretus cap. 25. Philothei, ſeu lib. 9 de Vitis Patrum, ſcribit, qui tugurio incluſus degebat* iuxta vicum Duzan in Syriâ, *perq; modicam* follam *reſponſa reddebat, neque igne vſus vnquam, neque lumine lucernæ. Nonagenario maior adhuc in viuis erat, cùm librum illum* Theodoretus *ſeculo quinto conſcriberet.*

iuxta Duzan;

2 *Alius ab eodem* Theodoreto *cap. 21. memoratur* Iacobus, *cui ipſe* Magni, *Theodorus Lector lib. 1. Collectan.* Syri, *Euagrius lib. 2. cap. 9.* Syrij, *Roſvveydus* Hypæthrij, *quòd ſub dio viueret, cognomen tribuêre. Huius meminit Baronius tom. 5. an. Ch. 404 num. 108. & an. 414. num. 15. & tom. 6. an. 458. num. 15. vbi iure Nicephorum corrigit, qui eum cum* Iacobo Niſibeno *confudit. Colitur* Niſibenus *XV. Iulij. at* Iacobus Magnus, *ſiue* Syrus, *XXVI. Nouemb. licet loca ex Annalibus Baronij iam citata à nobis, adſcripta margini ſint in poſtremâ Martyrologij Romani editione ad Notationes VI. Auguſti, quo die colitur alius* Iacobus Eremita Amidæ in Meſopotamiâ ad Tigrim fluuium *miraculis clarus, duobus illis multò iunior; quippe qui poſt Amidam à Rege Perſarum captam adhuc viuebat. Capta verò eſt Amida, teſte Marcellino in Chronico* Conſulibus Auieno Iuniore & Probo (*pro quo alij* Ruffum *ſcribunt*) *an. Ch. 502. quo Baronius num. 40. de hoc* S. Iacobo *agit ex Procopij lib. 1. de bello Perſico.*

Magnus;

Amidenus;

3 Philippus Ferrarius *in Topographiâ Martyrologij Romani, verbo* Palæſtina, *ſcribit hunc* Iacobum Eremitam, qui Amidæ ponitur ſub die VI. Auguſti, eumdem videri, cum eo qui hoc XXVIII. Ianuarij colitur. *In quo indubiè fallitur, & quidem vehementer. Ille enim, teſte Procopio,* in vico ab Amidâ vnius diei itinere diſtante, in breui ſpatio cancellis interſeratis incluſus *vixit; hic* prope oppidum Porphyreonem, *ab anno ætatis circiter vigeſimo* in ſpeluncâ quadam quindecim annos habitauit.

lapſus,

4 *Eſt autem Stephano lib. de vrbibus* Πορφυρεὼν πόλις Φοινίκης, vrbs Phœniciæ, *admodùm antiqua; cuius meminit Polybius lib. 5. de bello agens Antiochi Magni. Epiſcopalis fuit ſub Metropolitâ Cæſareæ Palæſtinæ, vt habetur lib. 2. Notitiæ Epiſcopatuum Mirei, vbi tamen* Porphyron *ſcripta. VVilhelmo Tyrio lib. 9. belli ſacri cap. 14. & lib. 10. cap. 6. & 10. & alibi* Caiphas *appellatur. Tyrium ſequuntur Adrichomius in tribu Iſachar cap. 17. Quareſmius, & alij; qui tamen falluntur dum à Caiphâ Pontifice exſtructam ſcribunt: reſtaurata ab eo eſt fortaſſis. Iuxta mare, ad Carmeli montis radices, parte aquilonari ſitam tradunt.*

iuxta Porphyreonem & Carmelum,

5 *Vt meritò mirari quis poſſit, Sanctum hunc à M. Antonio Alegre Carmelitâ non inſertum eſſe Paradiſo Carmelitici decoris; cùm ſuo ordini adſcribat, quotquot non ſolùm in Syriâ, Palæſtinâ & Ægypto, verùm & reliquum per orbem monaſticam vitam primis ſeculis egerunt, aut aliquo modo adumbrarunt. At ſiue inſtitutum illud viuendi inde à priſcis illis temporibus, aſſiduâ ſerie huc vſque eſt propagatum; probabilius eſt ibi viguiſſe, vbi prima dicuntur à Prophetis poſita eiuſmodi diſciplinæ cunabula: ſin verò ſolùm poſt ſubactam à Francis Syriam erecta ea Sanctorum hominum ſocietas eſt, quæ* Fratrum S. Mariæ de Monte Carmelo *appellata, (vt multi de recentioribus exiſtimant, qui vndecim ſeculo integris negant vſquam Carmelitarum vel nomen prolatum ab vllo eorum temporum Scriptore, at contrà, conſtare, ante S. Hilarionem nec auditum quidem in Palæſtinâ & Syriâ nomen monachorum, Hieronymi teſtimonio firmant) Si igitur cœpit quidem ante quinque ſolùm ſecula, vt illi volunt, ea congregatio; ſed quò magis inflammaret in ſuorum animis ſtudium virtutum, earum voluit exempla proponere in iiſdem vſurpata locis, & conuictus ſimilitudinem, loci ac pietatis ſimilitudine aſſerere; non oportuit tamen veteres potiùs illos ante Chriſtum Prophetas, aut alibi terrarum monaſticen profeſſos producere ſtatuereq; imitandos, quàm qui tantò propiùs ante noſtra tempora ad ipſius habitarunt Carmeli confinia. Atque ad hanc claſſem pertinet non ſolus* Iacobus, *ſed & ſancta illa mulier, quæ anteà ad eius labefactandam pudicitiam allegata, ſed mox illius in profligandis voluptatum illecebris fortitudinis miraculo perculſa, dedit fidei manus, baptiſmoq; abluta, in Virginum deinde monaſterio reliquum vitæ ita exegit,* vt & cara Deo eſſet, & aduersùs dæmones gratiam acciperet. *Illud ergo ceteraq; monaſteria certiori ratiocinatione, ſuo poſſunt ordini vendicare religioſiſſimi Patres Carmelitæ, circa ipſum ſita Carmelum; ſed ad* Iacobum *redeamus.*

ideò Carmelitis meritò accenſendus:

6 *A Porphyreonis vrbis incolis* cùm ſe honorati videret, *fugit honorem.* *vt num. 10. dicitur,* fugiens abiit quadraginta milliaribus & ad ripam fluuij triginta annos habitauit. *Hunc fluuium* Ciſonem *arbitramur, qui ex mari Galilææ, ſeu Tiberiadis, in mare Mediterraneum defluit, cui ad leucas aliquot mons* Hermon, *ſiue* Hermonium, *adiacet;* apud *cuius* petras in ſpelunca *videtur vixiſſe, ex quâ cùm fœdum illud flagitium perpetraſſet, diſceſſit, atque annos decem in aliâ ſpeluncâ, ſeu vetere ſepulchro, in eadem regione exegit. At ſi flumen hoc quiſpiam Iordanem eſſe contendat, haud equidem pugnaciter obſiſtemus, ſi quod attulerit probabile argumentum, atque vſpiam repererit non plus 40. millibus paſſuum fluere à Porphyreone Iordanem.* *lapſus pœnitentiam agit:*

7 *Iacobo mox ab obitu, ob miraculorum frequentiam, ſacra extructa eſt ædes, in quam eius tranſlatæ ſunt reliquiæ, & memoria quotannis cum ſolenni feſtiuitate celebrata. Syros Græci ſecuti, qui eumdem referunt hoc die in Menæis, & apud Maximum Cythereum, ex quibus vitæ epitomen ſubiungemus. Ex Latinis ita Molanus in addit. ad Vſuardum:* Apud Porphyreonem apud Metaphraſten, S. Iacobi Eremitæ. *Martyrologium Romanum:* In Palæſtinâ S. Iacobi Eremitæ, qui poſt lapſum diu in ſepulchro pœnitentiæ cauſsâ latuit, & clarus miraculis migrauit ad Dominum. *Eadem habentur in Martyrologio Gallobelgico, ſed die ſequenti, nempe XXIX. Ianu.* *publicè cultus poſt mortem.*

8 *Vita S. Iacobi ſcripta videtur à vetuſto auctore, haud diu poſt eius mortem, vt hæc verba innuunt:* Cùm religioſiſſimus Epiſcopus obitum cognouiſſet, ad eum locum cum toto Clero & probis laicis acceſſit, qui cùm aromatibus pretioſis eum çondiiſſent, Deum ipſum & eius gloriam celebrantes, venerandas eius reliquias in illo ipſo monumento depoſuerunt. Poſteà ſanctus Dei Sacerdos ſacram ædem ad ſpeluncã ædificauit, eiuſque reliquias il- *Eius Vita, à quo ſcripta, & edita.*

luc

luc tranſtulit. Quo in loco vſque in hodiernum diem multi curantur ac tota ciuitas, & finitima regio, eius memoriam ſingulis annis celebrans diem magnum feſtum agit &c. *Quæ poſtrema de ætate Metaphraſtæ (qui hanc vitam ſæo de geſtis Sanctorum operi inſeruit, recognitam à ſe fortaſſis, ac de more interpolatam) minùs commodè accipi videntur poſſe, cùm omnia latè Saraceni Metaphraſtæ ævo tenerent. Eam porrò vitam Latinè à Gentiano Herueto verſam, ediderunt Lipomanus & Surius: contractam Georgius Garneſeltius lib. 2. de Vitis Eremitarum num. 7.*

VITÆ EPITOME

ex Menæis Græcorum.

Eodem die S.P.N. Iacobi Exercitatoris.

E carne exceſsit, velut è quopiã laqueo, Iacobus, carnis non captus laqueis.

S. Iacobus in antro habitat:

1 SAnctus hic omnibus mundi curis abiectis, in quodam antro habitauit annis quindecim, haud procul oppido quod Porphyrione dicitur, omnique in genere vitæ religioſæ ſe exercuit. Submiſſa ad illum eſt ab impuris quibuſdam nebulonibus laſciua muliercula, quæ illum petulanter aggreſſa ad libidinem prouocabat: ipſe eam futurorum apud inferos ſupplicio-
meretricem conuertit: rum commemoratione, per pœnitentiam Chriſto adiunxit.

2 Quoniam verò improbi hoſtis inſidias eludere omnes nemo poteſt, accidit, vt & iſte in immane flagi-
energumenam precibus liberat, tium horrendo caſu prolaberetur, vt omnibus lapſis exemplum eſſet, & dux ad pœnitentiam. Vir quidam illuſtris filiolam à malo genio inſeſſam ad ſanctum virum adduxit, illius ope curandam: qui Deum pro obſeſsâ deprecatus, ſtatim illam impuro inſeſſore liberauit. Sed pater veritus, ne expulſus à puellâ dæmon eamdem denuò inuaderet, eam cum fratre admodùm adoleſcente apud monachum in ſpeluncâ reliquit. Hîc miſer impuris deſideriis victus (ô caſum nefandum!) virgunculam corrumpit. Quid verò deinde? Ne turpe ſcelus, quod com-
eam dein opprimit, & cum fratre necat: miſerat, in publicum emanaret, occidit & puellam & fratrem eius; & vtriuſque cadauer proiicit in præterlabentem fluuium.

3 Cùm deinde ſalutis ſpem omnem deſperatus abieciſſet, ad ſeculum reuerti ſtatuit. Verùm iter ingreſſo
pœnitentiam agit: occurrit religioſus quidam piuſque monachus, cuius piis adhortationibus permotus, ſeipſum in monumento quodam concluſit, vitamque duriſſimam inſtituit.

4 Cùm verò regione illã olim ingẽs ſiccitas & æſtus vexaret, Deus illius loci Epiſcopum monet, vt ſe ad hunc Iacobum in ſepulchro latentem conferat, eiuſque preces expoſcat; alioqui æſtum & ſiccitatem nũquàm ceſſaturam. Ergo mox Epiſcopus cum vniuerſo populo ſupplicabundus ad Sanctum venit preceſque eius enixè poſtulauit, & vix tandem perſuaſit: qui vbi cœpit Deum pro
pluuiam precibus impetrat: illis deprecari, ſtatim largiſſimus imber è cælo miſſus terram irrigauit. Inde Sanctus nouas ſpes de ſalute ſuâ concepit, quòd ampliſſimum haberet veniæ, imbres largiter cadentes, pignus atque argumentum. Itaque adhuc
ſanctè moritur. ſeueriorem vitæ rationem iniit; & pœnitentiam pœnitentiæ, lacrymas lacrymis addidit: atque hoc modo in ſanctâ conuerſatione ſpiritum Deo reddidit.

VITA

Auctore incerto apud Metaphraſten.

PRÆFATIO AVCTORIS.

Vtilitas & huius hiſtoriæ.

1 
Vlta bona, & animæ ſalutaria beneficia iis viris qui Dei amantes ſunt, & Saluatoris Chriſti præceptis congruentem vitam ingrediuntur, pulcherrima humilitatis poſſeſſio conciliat: quam qui amplecti ſtuduerit, & perfectè obierit, is numquàm illud timere poterit, ne aliquo modo cadat, aut vllo affectu capiatur, vel ſuæ fiduciæ ſuperbiâ efferatur. Quòd enim multum damni, & inſanabilem iacturam, maximumque periculum hæc iis afferat, qui non cautiores fuerint, licet è multis aliis argumentis hoc intelligere, præcipuè verò ex hac hiſtoriâ, quæ nobis ſcribenda eſt; vt qui cæleſtem vitam ſibi propoſuerint, ex ipsâ narratione proficiant, quò tutiores ſint. In hac enim & inſtitutionem optimam inueniemus, & exercitationem perfectam, extremum denique curſum ex pigritiâ proficiſcentem, & pœnitentiæ virtutem; quæ tantum valet apud benigniſſimum Deum, vt non ſolùm ex ipſis inferorum portis, & gehennæ doloribus hominem eripiat, ſed etiam talem reddat, vt priori virtute maius aliquid poſſideat, & adiuuante diuinâ gratiâ, emendationem vitæ ſuperiore ſtatu meliorem recuperet.

CAPVT I.

S. Jacobi exercitatio. caſtitatis ſeruandæ cura.

Degit 15. annis in ſpeluncâ:

2 FVit quidam vir, qui ſolitarium in locum ſeceſſit prope oppidum Porphyrionem. Erat viro illi nomen Iacobus. Hic cùm breuis huius vitæ vanitati renuntiaſſet, in ſpeluncâ quadam quindecim annos habitauit. Tantos autem in virtutis exercitatione progreſſus fecit, tamque inſignis & Deo gratus extitit, vt & gratiâ
claret miraculis: contra dæmones dignus effectus fuerit, multaſque alias curationes, Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti nomine, hominibus attulerit. Cùm omnes igitur eius hominis vitam admirarentur, ad eum concurrebant; quorum plerique erant ex impiorum a Samaritarum ſuperſtitione.
multos Samaritas conuertit: a Illos cùm ad ſe verientes diuinus ille vir animaduerteret, ex diuinarum litterarum lectione ipſos multùm erudiendo, ad veram fidem conuertebat.

ab aliis in eum conſpirantibus

3 Sed qui humano generi inde vſque à principio aduerſari cœpit diabolus, & iis præcipuè qui Chriſto ſeruiunt, cùm ex multâ illius hominis virtute ac perfectâ vitâ ſe fugari videret; aggreſſus eſt eum perſequi, & ex iis locis, quæ ſuprà diximus, expellere. Cùm enim in vnum quempiam Samaritam ingreſſus fuiſſet ex eorum numero, qui ab initio veritatem ipſam auerſabantur, fecit vt ille vniuerſos ad ſe pertinentes amicos, conſanguineos ac ſeruos, ad inſidias ſancto illi viro ſtruendas, in vnum colligeret; quò eum ita irretitum poſſet è regionibus illis propulſare. Omnes igitur cùm ad ſacerdotis ſui diuerſorium conueniſſent, & multa eſſent machinati; vna omnium ſententia hæc fuit, vt impudentem atque inhoneſtam mulierculam ad ſe accerſerent, cui vi-
ſubornatã meretricẽ, ginti aureos nummos darent, totidemque alios ſe illi daturos promitterent, ſi ipſa Dei ſeruum Iacobum illecebris ſuis corrumpere poſſet, vt anſam aliquam arripientes, eum virum cum dedecore è ſuâ regione fugarent.

4 His promiſſis mulier illa inducta, multam noctem obſeruans, ad ipſum adiit, ac ianuam pulſans eum rogabat, vt ipſam intromitteret. Cumque ille moraretur, &

EX METAPHRASTE. diutius id ſe facturum recuſaret, illa nihilominùs impudenter ianuam pulſare pergebat, & multis precibus eum obſecrare, vt ipſam admitteret. Cùm igitur ille ianuam patefeciſſet, & eam vidiſſet, ſpectrum aliquod cernere ſibi viſus eſt; ſeque crucis ſigno muniens, ianuam ipſam cum impetu clauſit, atque in cellam reuerſus, ad orientem ſolem ſe conuertit, & Deum attentè precatus eſt. Non multo autem tempore poſteà, cùm media nox præteriiſſet, non deſinebat mulier illa pulſare ianuam; quin etiam magnâ voce, Miſerere, inquit, mei tu, qui Dei ſeruus es: aperi mihi ianuam, ne ante cellam tuam ferarum cibus efficiar.

ante cellã diu multumq; noctu lamentantem,

monachã arbitratus,

5 Cùm iuſtus ille vir hæc conſideraret, & ferarum multitudinem, quæ erat in illis locis, animaduerteret, ianuam ipſam inuitus (vt ita dicam) patefecit, eique dixit: Vnde huc veniſti? Quem quæris? Et vnde es? Cui mulier, E monaſterio, inquit, hoc propinquo ego ſum, meque monaſterij Præſes ad ferendas *b* benedictiones in hoc caſtellum miſit, ac dum reuerteret in monaſterium, hoc in loco nox me oppreſſit. Rogo igitur te, domine vir, vt miſererıs mei, & apud te accipiar, ne ferarum præda efficiar. His igitur verbis ille commotus, eam ad ſe introduxit, panemque & aquam illi appoſuit: & interiorem cellam ingreſſus ſeipſum illic incluſit, muliere in exteriore cellâ derelictâ.

b

in exteriorem cellam admittit

6 Illa verò cùm cibum ſumpſiſſet, voluit paulliſper quieſcere. Poſteà cœpit vociferari, & cum lamentis ad ianuam ſe deiicere, virumque ſanctum implorare. Ille verò è feneſtrâ proſpiciens, eamque videns anguſtiis & multo dolore compreſſam, dubitabat quidnam ei diceret aut faceret. Tunc illa, Precor te, inquit, vt me reſpicias, & ſigno Crucis munias, quoniam dolore cordis opprimor. His ille auditis exiit, & ſtatim igne multo accenſo, prope mulierem ſedit, ac ſiniſtrâ manu igni admotâ, dexterâ ſacrum oleum ſumpſit, & eam calefacere cœpit propriæ manus calore, neque deſinebat eius pectus Crucis ſigno munire. Illa igitur impudentiæ ſtimulis impulſa, cùm irretire eum vellet, & in turpem libidinem concitare, Rogo, inquit, te diutius cor meum vngas, vt dolor, qui me comprimit, iam deſinat. Ille, quæ eius erat ſimplicitas, mulieri credens, quæque ad eam curandam pertinebant, attendens, ſimulque fraudem praui dæmonis ſciens ac metuens, ne fortè ex multâ in eam commiſeratione ſempiternam infirmitatem ſibi afferret, duabus vel tribus horis conſtanter ſiniſtram manum in ignem iniectam detinuit, ita vt digitorum compages combuſtæ deciderint. Hoc ille faciebat contra diabolicas machinas militans, vt propter intolerabilem illum dolorem ex ignis flammâ proficiſcentem, nulla peſſima cogitatio in eius animum irreperet.

dolores cordis fingentẽ dextrâ manu inungit, & cruce ſignat:

ſiniſtram igne aduſit contra tentationes:

7 Quod cùm admirabiliter ab eo fieri mulier videret, & ipſa reſipiſceret, (totam enim ſancti viri manum ferè igne conſumptam videbat) lacrymans atque ingemiſcens ad ſancti viri pedes ſe deiecit, & ſuis manibus proprium pectus pulſans, clamabat: Hei mihi miſeræ & excæcatæ! hei mihi, quòd diaboli domicilium facta ſum! Hæc cùm ſanctus vir audiret atque obſtupeſceret, Surge, inquit, mulier. Hoc dixit, & admodùm feſtinanter è ſolo illam erexit, & attentas preces ad Deum mittens, Nuntia, inquit, mulier, quid hoc ſit. Vixque ad ſe reuerſa, quo pacto res ſe habebat, ſingulatim expoſuit, aperiens quas praui Samaritæ, vel diabolus potiùs aduersùs iuſtum virum inſidias machinatus fuerat. Quâ re auditâ, Dei ſeruus magnoperè ingemuit: cumque Dei gloriam celebraſſet, & lacrymas multas emittens, Deo gratias egiſſet; illam catechiſmo inſtruxit, eique benedictiones impartitus, miſit ad ſanctiſſimum Alexandrum Epiſcopum. Mulier verò cùm ad eccleſiam veniſſet, vnamquamque rem ordine Deo ipſi primùm, deinde & ſanctiſſimo viro confeſſa eſt: qui & ipſe cùm plurimùm eam inſtruxiſſet, eorumque malorum, quæ commiſerat, valdè pœnitentem videret, immortalitatis lauacrum ei dedit, & mulierem quidem ipſam ad Virginum monaſterium miſit; omnem verò populum religioſum, & Chriſti amatorem Clerum cùm congregaſſet, ex vrbe & regione illâ omnes Samaritas expulit, ac poſteà Dei ſeruum Iacobum adiit, eumque vt bonus Pater multùm confirmauit. Ita verò & mulier ſupradicta per pœnitentiam Chriſto ſeipſam obtulit, vt & cara Deo eſſet, & aduersùs dæmones gratiam acciperet.

quo viſo meretrix, conuertitur,

baptizatur,

fit religioſa, & ſancta.

a Samaritæ *infeſtarunt Chriſtianos præcipuè ſeculo quinto & ſexto, ſub Imperatoribus Zenone, Anaſtaſio, Iuſtino, ac Iuſtiniano: ſed ab hoc* Iulianus *quidam eorum Rex bello ſuperatus & peremptus eſt. Agunt de eis Procopius de ædificiis Iuſtiniani Imperatoris lib. 5. Cyrillus monachus in Vitâ S. Saba Abbatis 5. Decemb. & alij. Hinc de* S. Iacobi *ætate ſtatui vtcumque poteſt.* Samaritæ.

b *Id duplici modo accipi poteſt; vel vt miſſam ſe dicat, vt inde benedictionem ad monaſterium deportaret, id eſt, eleemoſynam. Simili phraſi vtitur Cyrillus in vitâ S. Saba, vti ſuprà 20. Ianu. ad vitam S. Euthymij diximus num. 9. in Prolegom. Verùm vbi ea erat benedictio? Vel intelligi poteſt, vt ſe tuliſſe eò* benedictionem *dicat, ſiue* eulogias, *id eſt, panes reſùe alias, vel à Sacerdotibus benedictas ſtatis Eccleſiæ precationibus, vel quòd à ſanctarum Virginum manibus venirent, benignè tamen ſuſcipi atque etiam aduersùs morbos vim habere ſolitas: vel certè in teſtimonium ſolùm beneuolentiæ, aliquos præcoces aut rariores fructus, vel quidpiam ſimile, quod eſſe ſecularibus, ſed piis, hominibus acceptum ſcirent, mittere ſanctimoniales illæ Virgines ſolebant. Sic 26. Ianu. in vitâ* S. Bathildis *cap. 3. num. 12.* vt & Regem & Reginam & Proceres condigno honore cum eulogiis ſemper viſitarent, *&c.* Benedictio, eulogia.

CAPVT II.

Donum curationum. Seceſſus longinquior.

8 FActo autem interuallo quodam temporis, filia cuiuſdam viri, qui principem locum in Senatu obtinebat, impuro ſpiritu agitata, nominatim ſanctum illum virum inuocabat. Cùm igitur eius parentes ad Dei ſeruum eam duxiſſent, ipſum rogabant, vt puellæ iuuentutem miſericordiâ proſequeretur, & impurum ſpiritum ab ipsâ expelleret. Cumque ſanctus vir pro eâ Deum precatus eſſet, & manus ſuper illam impoſuiſſet, ſtatim diuinâ ope dæmonem expulit, & puellam curauit. Eius igitur parentes cùm & Deo & ipſi gratias egiſſent, trecentos aureos nummos ei miſerunt, quos non ſolùm iuſtus ille vir accipere auſus non eſt, ſed ne videre quidem eos paſſus fuit; dicens, eisque perſuadens, non decere diuinarum rerum mercaturam facere, ſed pauperibus illos potiùs dare. Ego enim, inquit, eos non accipio; nam in ſolitudine degens iſtis non indigeo. Itaque gratias Deo agentes homines illos in eorum domos remiſit.

Iacobus dæmoniacam curat:

oblatam pecuniam reſpuit:

9 Aliquando verò cùm adoleſcens quidam à dæmone tentatus fuiſſet, vtroque pede diſſolutus fuit: quem eius conſanguinei baiulantes, ad ſanctum virum tulerunt, eum rogantes, vt pro ipſo Deum precaretur. Ille autem cùm tres dies ieiunaſſet, & diuinis precibus operam dediſſet, paralyticum hominem ſanum reſtituit, cui & benedixit, iuſſitque propriis pedibus in ſuam domum reuerti. Multi alij ad eumdem veniebant, qui cùm diuerſis morbis laborarent, omnes diuinâ ope per ipſius preces curati, ad ſuas domos reuertebantur.

ſanat paralyticum, & multos ægros:

10 Cùm autem ille Dei ſeruus ſe ab omnibus multùm honorari videret; & caſum, qui ex honore ipſo multis euenire ſolet, valdè metueret, locum illum reliquit, & fugiens abiit procul ab vrbe illâ quadraginta milliaribus: cumque apud petras, quæ ſunt ad ripam fluuij, ſpeluncam magnam inueniſſet, triginta annos illic habitauit, in precibus & hymnis totos dies ac noctes inſumendo. Nutrimenta verò ipſa multo tempore ex herbis, quæ prope fluuium naſcebantur, ſibi conficiebat: poſteà paruum quemdam hortum ad ripam fluminis eleganter conſtruxit, atque in eo aliquot horis diei opus faciens ex eo ipſo cibum ſibi comparabat. Ita verò eius vita celebrabatur, vt è viginti & triginta monaſteriis monachi & Clerici ad eum venirent, multique alij ex iis, qui mundi rebus occupantur, ad eum ſe conferrent, vt eius

honorem fugit:

30. annis habitat in ſpeluncâ.

vt eius benedictionem acciperent, & ab eo confirmari poſſent.

CAPVT III.

Lapſus in fornicationem & homicidium.

11 SEd talis ac tantus vir, tantâque gratiâ dignus effectus, fortaſſe elatione vel ſuperbiâ captus, in lapsũ, eumq́ue omnium grauiſſimum, incidere permiſſus fuit. Nam ſceleſtiſſimus humani generis inimicus, qui contra homines rectam & Deo gratam vitam degentes, propriam inuidiam exercet, in puellam quamdam ingreſſus, cuiuſdam diuitis filiam, cœpit clamare, & S. Iacobum nominatim appellare; ita vt parentes puellæ circumirent, & vbique diuinum illum hominem inueſtigarent, neque monaſterium, neque deſertum aliquem locum relinquentes. Quem cùm inuenire non poſſent, poſteà ſolitarium quemdam hominem in eo loco, quem ſupradiximus, eſſe cognouerunt. Pater igitur ſeruos ſuos ſecum habens, & puellam iubens vnà cum matre in iumento ſedere & eum ſequi, venit in eum locum, de quo audierat, vbi & ille vir ſanctus vitam degebat. Quem cùm vidiſſet, & ad eius pedes ſe abieciſſet, Miſerere, inquit, filiæ meæ, quoniam grauiter ab impuro ſpiritu cruciatur: nam viginti dies ſunt, quibus neque cibum, neque potum ſumpſit, ſed clamat ſeipſam lacerans, & nomen tuum appellans.

Energumena S. Iacobum inclamat:

ad eum adducitur:

12 Tunc iuſſit puellam illuc duci: cumq́ue ſe diutius precibus dediſſet, ſic ardenter pro ipsâ precatus eſt, vt & locus, in quo ſtabant, contremuerit. Finitis verò precibus, inſufflauit in illum impurũ ſpiritum, & ait: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti exi ab iſtâ puellâ. Statimq́ue dæmon ipſe, tamquàm igne aliquo impulſus, è puellâ diſceſſit. Illa verò cùm in ſolum cecidiſſet, multis horis iacuit ſine voce: ſed Sanctus ille Deum precatus, eam, manu apprehensâ, erexit, & parentibus ſuis reddidit. Qui cùm miraculum illud vidiſſent, diuinam gloriam collaudarunt. Sed metuentes, ne impurus ille dæmon reuerſus, in eam ingrederetur, ipſum rogarunt vt puella apud eum duos dies remaneret, quoad omnino à dæmone liberaretur. Puellâ igitur apud eum relictâ, parentes in domum ſuam reuerſi ſunt.

eius oratione ſanatur:

ſola apud eum remanet:

13 Decet autem, ſicut initio diximus, ad multorum cautionem & cæleſtem hanc vitam exercentium ædificationem, non ſolùm perfectorum hominum rectè facta narrantes, bona tantùm colligere; ſed ne malarum artium & laqueorum ſceleſtiſſimi illius hoſtis imperiti ſint, qui Deo ſeruiunt; quemadmodùm maximas & veras huius hominis virtutes enumerauimus; ita, inquam, conuenit, & fluctuationem in eum illatam, & inde maximum eius lapſum, enarrare. Dicemus autem deinceps, vt decet, & ea miracula magna atque ingentia, quæ poſt perfectam ipſius pœnitentiam & generoſam confeſſionem per eumdem edita ſunt. Quò enim nobiliorem exercitationem ac vitam anteà egerat, eò maior poſteà ipſius fuit lapſus. Quantò autem grauior fuit lapſus, eò maior poſteà ipſius fuit & emendatio.

(Sanctorũ lapſus narrandi ad ædificationem)

14 Ille enim peſſimus & impius Dei ſeruorum inimicus, cùm puellam, quæ curata fuerat, illic ſolam cum ſolo relictã vidiſſet, & velut anſam quamdam aduersùs iuſtum hominem arripuiſſet, libidinoſum ſpiritum in eum immiſit: qui tantoperè ipſum adortus eſt, vt qui exercitationis initio, [a] quo tempore impiorum Samaritarum laquei per mulierem, quam ſupradiximus, parati fuerant, generoſo & forti animo reſtiterat; quiq́ue vt diabolum ſuperaret, per quem mulier aduersùs ipſum impulſa fuerat, ſiniſtræ manus iacturam perferre maluerat; is, inquam, vir libidinis ſtimulo percitus, diuini timoris & tantæ ſanationum gratiæ ac tam diuturnæ exercitationis, totq́ue laborum oblitus fuerit; & quamuis ad multam ſenectutem veniſſet, victus tamen dæmoni ſuccubuerit: & in eum locum, qui ante cellam erat, egreſſus, puellam ipſam vitiauerit, & impietatis cœno ſeipſum commaculârit.

ab eo violatur,

EX METAPHRASTE.

15 Deinde verò, tamquam primordiis quibuſdam dæmoni oblatis, coactus eſt ſuperiori malo & alterum addere. Cùm enim corruptor ille ſerpens vereretur, ne Iacobus ipſe reſipiſcens ad emendationem veniret, quæ per pœnitentiam his præbetur, qui eam ſincero animo inquirunt, ei viro, quem, vt ſibi videbatur, captiuum ducebat, ſuggeſſit, vt ſuperiore peccato maius quiddam patraret: quaſdam enim timiditatis cogitationes cùm in eius mentẽ inieciſſet auctor illi fuit vt puellam à ſe vitiatam interficeret. Et eo igitur peccato ſuperatus, eius quoque cædem patrauit, ſperans ſcilicet eâ re fieri poſſe, vt eius puellæ parentum moleſtiam vitaret.

occiditur,

16 Sed neque eo ſcelere contentus fuit verus ille malorum auctor diabolus, ſed aliud etiam addidit, vt non ſolùm interfectæ puellæ reliquias ſepulturæ non mandaret, ſed eas etiam in aquas fluuij ſine miſericordiâ aliquâ proiiceret. Talis eſt ſuperbiæ & arrogantiæ fructus. Niſi enim eiuſmodi peccato monachus ille ſe ſubieciſſet, prauus hoſtis, tamquàm in breue aliquod naufigium vim omnem ac venterum æſtum effundens, eum ſenem nequaquàm dedecoraſſet, à quo adhuc iuuene victus fuerat; quem poſteà & ipſe vicit, eò quòd nimis elatum ſenſit.

in flumen abiicitur.

a *An tum hac ſecta eſſe deſierat?* Certè *Procopius ſcribit ſub Iuſtiniano* Samaritanos vt plurimùm Chriſtianos effectos: *ideoq́;* Iuſtinianum iis veruſtum in monte Garizin propugnaculum obcinctum reliquiſſe.

CAPVT IV.

Motus deſperationis.

17 SEd tamen egregia Chriſti ſummorum bonorum largitoris in homines beneuolentia, qui omnes homines mauult ſaluos eſſe, quàm perire, ei, qui lapſus fuerat atque humi iacebat, manum porrexit, & pœnitentiæ remediis inſanabilia & graueolentia proprij figmenti, hoc eſt, eius viri vulnera curauit, iiſdemq́ue ac maioribus gratiis poſt pœnitentiam eum decorauit. Hæc autem in medium proferre coacti ſumus, vt ſicut ſuperiorem eius vitam cognoſcentes, Deum laudauimus, & quomodò lapſus fuerit audientes in triſtitiam incidimus; ita & ſinceram ipſius pœnitentiam ediſcentes, non nobiſipſis confidamus, ſed in benigniſſimo Deo, ex quo gratiæ omnes proficiſcuntur, ſpem collocemus; qui & nobis ſtantibus dat patientiam, vt perfectè ſtare poſſimus; & pigritiâ cadentes ſuâ manu ſuſtentat, hoc eſt, opem nobis porrigit, ac pœnitentes pro ſuâ in humanum genus caritate amplectitur.

Iacobus Dei benignitate reuocatus ad ſalutem;

18 Etenim qui tot & talia mala patrauit, quorum vnumquodque gehennæ obnoxium eum faciebat, Dauidis exemplum imitandum ſibi propoſuit, quò à lapſu erigi poſſet. Nam & Dauid poſt adulterium rerum ordinem peruertit, & pro eo quòd adulterij ſui pœnas dare debuiſſet, cædem etiam addit eius viri, cui priùs iniuriam fecerat. Ille igitur cùm animaduerteret, quemadmodùm Deus ipſe ac benignus Dominus Dauidis oratione placatus, ſtatim peccata ei condonauit, ad pœnitentiæ portũ confugit, ſolâ ſpe ad animæ ipſius emendationem gubernatrice vſus. Cùm enim ad ſe rediiſſet, & è ſomno, vt aliquis diceret, excitatus eſſet, in cellam ſuam ingreſſus eſt, ſeq́ue in terram cùm abieciſſet intolerabiles gemitus emittebat, pectus ſuum valdè percutiens, & lacrymarum riuulos emittens.

2. Reg. 11. 15. exemplo Dauidis meditatur pœnitentiam.

19 Sed neque ſic ab eo diſceſſit impurus & ſceleſtiſſimus diabolus. Nam cùm eius viri propoſitum ac voluntatem ferre non poſſet, cœpit deſperationis cogitationes in eius animum iniicere, cùm huiuſmodi peſſima initia aduersùs humanum genus ex Iudæ ipſius deſperatione inferre conatus eſſet. Ille igitur ad ſeculi conſuetudinem redire decreuit. Sed benigni Chriſti volun-

ex deſperatione rediturus ad ſeculum, diuertit ad monaſterium.

METAPHRASTE. tate factum est vt iter faciens, in monasterium quoddam veniret. Ad eos igitur monachos, qui illic erant, ingressus, ipsos salutauit: qui cùm eius pedes lauissent, & panem ei apposuissent, rogabant vt cibum sumeret. Ille verò cùm neque eos ferè audire pateretur, grauem gemitum emittens: Hei mihi, inquit, misero, quomodò potero in cælum oculos erigere? Quomodò ipsius Christi Domini nomen audebo inuocare, quem reprobaui ac dereliqui? Quomodò audebo aliquid ex ipsius bonis attingere, qui animâ & corpore adulter contra ipsum fui, & intemperantiæ libidinibus meipsum commiscui? Cumque cœpisset narrare, quo pacto res se habuerat, illis omnia confessus est: qui multâ tristitiâ ob eam rem affecti, & his, quæ diuersis modis passus fuerat, commoti, pro viribus eum consolati sunt. Cumque benedictiones ei dedissent, & multas atque attentas preces pro eo ad Deum misissent, à se dimiserunt.

narrat monachus suum lapsum:

ab anachoretâ ducitur ad cellam,

20 Cùm autem iter faceret, Frater quidam ei occurrit, verè Christum in seipso habens: qui cùm eum salutasset, coëgit in suam cellam diuertere: cumque eius pedes lauisset, & omnia caritatis officia illi præstitisset, panem apposuit, ipsumque adhortatus est, vt particeps fieret earum benedictionum, quas Deus misisset. Ille verò cùm peccatorum suorum sibi conscius esset, pectus suum pulsans, diu recusabat cibum sumere. At Dei seruus, apud quem ille diuerterat, ad ipsius pedes se abiecit; eum consolans, & iureiurando affirmans, se non priùs è terrâ surrecturum, quàm promisisset, se illorum quæ apposita fuerant participem futurum. Id cùm ille promisisset, Dei seruus è terrâ surrexit, vt cibum sumeret. Postea verò quàm ambo panem gustauerunt, & Deo gratias egerunt, rursus vnà sedebant.

coactus cibum sumit;

21 Tunc is, à quo Iacobus hospitio acceptus fuerat, ipsum affatus; Instrue, inquit, Pater, me in Christo filium tuum, & cor meum confirma, quoniam multis & variis cogitationibus valdè sollicitor. Tunc vlulans S. Iacobus, & cum lacrymis, gemitibus & lamentis suum pectus verberans; Sine, inquit, Frater, me flere, & grauia peccata mea, quæque impiè aduersùs Deum ausus sum, lamentari: quoniam in hac meâ vanâ & turpi canitie, tamquàm puer, à diabolo supplantatus, in interitum omnino immersus sum. Malis enim, quæ iuuenis toleranter vici, nunc in senectute inhonestè me gerens succubui, cùm in graueolentis stupri cœnum meipsum coniecerim, & alia his grauiora peccata cómiserim. Hæc cùm ille audiuisset, mœrore multo affectus est, eumque rogauit, vt singulatim fraudem diaboli narraret; hæc duo ex eâ re procurans, primùm, quòd sperabat peccati confessione ad pœnitentiam illum virum prouocandum; deinde, quòd ex Fratris lapsu cautionem sibi in posterum parare cupiebat. Ille igitur sic narrare cœpit.

rogatus aliquid dicere ad eius institutionē, lapsum deflet,

& narrat,

22 Cùm exercitatione accuratâ & valdè laboriosâ vsus fuissem, & Deo ipsi quinquaginta annos innocenter seruiuissem; postquàm multam à benigno Deo gratiam accepi, multaque miracula per me scelestum perfecta sunt; postremò Satanas in puellam quamdam ingressus fuit: cuius parentes cùm audiuissent Christi gratiam mihi adesse, illam ad me duxerunt vt curari posset. Cumque me rogassent, vt pro illâ Deum orarem, id feci: & diuinâ ope factum est, vt impurus spiritus ab illâ discederet. Illi cùm omnino eam curari cuperent, duos dies apud me puellam reliquerunt, ipsique in domum suam reuersi sunt. Mente verò excæcatus ego, ad illam exij, & libidinis stimulo superatus, neque Deum horâ illâ in mente habens, neque quòd tam diuturnæ exercitationis labores perderem cogitans, sed omnia (vt summatim dicam) oblitus, & gehennam contemnens, ad stupri pernicioſam ruinam cecidi. Cumque puellam vitiassem, malo malum curare volui, quinimò minori malo maius addidi. Nam dedecoris illius auctor dæmon me inuadens, eiusdem puellæ eædem in mentem suggessit. Itaque post stuprum quod intuleram, illam ipsam interfeci, eiusque corpus in fluuium proieci. De meâ igitur salute desperans, discessi, & nunc in mundum reuertor. Quomodò enim in cæli altitudinem oculos erigere potero? Nam si Christum ipsum nominare ausus fuero, nunc ignis de cælo descendens statim me consumet.

de veniâ desperat,

CAPVT V.

Pœnitentia in sepulchro peracta.

Erigitur in spem misericordiæ Dei:

23 HÆc & talia cùm ille multis lacrymis & gemitibus maximis enarraret; alter Dei seruus hæc audiens, diuinâ gratiâ compunctus, in eius collum cecidit, eumque osculans; Quæso, inquit, Frater, ne animo decidas, neque de salute tuâ desperes: sed credens pœnitentiæ locum esse, lacrymas fundens benigno Deo confitere. Multùm enim misericors est Dominus, & multa est misericordia, quâ nos semper prosequitur. Quoad tempus habemus, pœnitentiam agamus. Nam si pœnitentia non esset, quomodò Dauid post prophetiæ donum, post regnum, post Domini testimonium, in adulterij & cædis barathrum lapsus, verbis & re pœnitentiam ostendens, talium peccatorum remissionem assequi potuisset? Si pœnitentiæ locus non est, quomodò B. Petrus Apostolorum princeps, primusque discipulus, qui claues cæli à Deo accepit, cùm Dominum Christum non semel, non bis, sed ter negasset, & post hæc amarè fleuisset, non solùm eius peccati remissionem impetrauit, sed maiore etiam honore dignus fuit habitus, rationalium Christi ouium pastor effectus? Nisi pœnitentia esset, quomodò eum, qui apud Corinthios fornicatus fuerat, assumi Apostolus mandasset, Ne, inquiens, circumueniatur à Satanâ?

2. Reg. 12. 13.
Matth. 16. 19.
Matth. 26. 74.
Ioan. 21. 17.
2. Corint. 2. 11.

in cellâ anachoretæ detineri nequit:

24 His & talibus verbis cùm eius animum valdè confirmasset verus & misericors Frater, eum rogauit, vt secum vnà manere vellet: cumque ille nollet; ad eius pedes Dei seruus se abiecit, eosque osculatus, illum orabat, ne ab eo separaretur, cogitans ac metuens, ne aliquo modo in desperationem incideret, & animam suam omnino perderet. Cùm verò vehementer eum admonens, rogans atque obsecrans, illi persuadere non posset, sanctus vir angustiis compressus & spiritu ingemiscens, atque pro eo magnoperè Deum precatus, illum dimisit, cùm benedictiones etiam dedisset, quibus in viâ vteretur. Cumque vnà cum illo vsque ad quindecim milliaria iuisset, non desinebat ipsum hortari, longam de pœnitentiâ orationem habens. Eum deinde amplexus, & cum lacrymis osculatus, ac pro ipso Deum precatus, in cellulam suam reuersus est.

in veterè sepulchro implorat Dei misericordiam:

25 Iacobus autem cùm viæ, quæ in mundum ducebat, se dedisset, in itinere erat. Cumque partem quamdam vię transegisset, & paullùm declinasset, vetus quoddam sepulcrum inuenit, ad figuram speluncæ factum, in quo plurima mortuorum ossa reposita erant, quæ temporis vetustate ferè vt puluis euaserant. Quò ingressus, cùm ossa illa in vnũ collegisset, in quodam monumenti angulo ea reposuit: cumque veterem speluncæ ianuam occlusisset, & genua in terrâ posuisset, pectus verberans, magno cum eiulatu ac lamentatione ita Deo confitebatur: Quomodò ad te, Deus, oculos erigam? Quale confessionis meæ initium faciam? Quo animo, quâue conscientiâ fretus, impiam linguam & labia sordibus plena mouere aggrediar? Primùm cuiusnam peccati remissionem petere audebo? Da veniam, benignissime Domine. Esto propitius mihi indigno, bone Domine, neque perdas me cum turpissimis factis meis: non enim paruæ sunt impietates meæ. Stuprum commisi, cædem feci, sanguinem innocentem effudi. Ad hæc omnia miserum corpus aquis, feris ac volucribus escam dedi. Et nunc, Domine, tibi scienti omnia confiteor, harum rerum veniam à te postulans. Ne me despicias Domine, sed pro tuâ misericordiâ & in homines caritate, miserere mei hominis impij atque indigni, & mihi copiosam misericordiam

cordiam tuam impertias,omnemque iniquitatem meam remitte, ne in peccati profundam voraginem demersum obruat me vastatoris inimici procella,ne draco abyssi me deuoret.

10. annis ibidem agit pœnitentiam

26 Hac constanti pœnitentiâ & confessione vsus,decem annos in spelunca transegit, vel in sepulcro potiùs duram vitam tolerans, è loco illo non exiit, neque cum aliquo versatus est, neque quemquam allocutus: sed amaris lacrymis, gemitibus & lamentis intolerabilibus multâque compunctione omne tempus transegit,bis in hebdomadâ ianuam speluncæ aperiens, & olera,quæ erant prope ostium sepulcri, vbi ipse manebat, colligens, ex quibus tantum comedebat, quantum sibi satis esse putabat; atque in speluncam reuertebatur, multas Deo gratias agens,omnique tempore precibus,vigiliis & confessionis perseuerantiæ dans operam. Quamobrem benignus Deus, qui non vult mortem peccatoris, sed conuersionem & vitam, tantum & tam multum laborem non inanem neque inutilem esse passus est. Eius enim puram & diligentissimam pœnitentiam attendens, tantorum & talium peccatorum veniam ei dedit.

Ezech.18. 32.

CAPVT VI.

Pluuia impetrata. Alia miracula. Sanctus obitus.

Episcopus diuino monitu pro pluuiâ eius preces implorat:

27 CVmque & sancto illi homini, & omnibus aliis pœnitentiæ vim manifestam Deus ipse facere vellet, permisit, vt vehementissimus squallor & pluuiæ penuria totam illam regionem detineret. Itaque post multa ieiunia, preces, & supplicationes, reuelatum fuit ciuitatis illius religiosissimo Episcopo, viro sancto & Deum metuenti,esse quemdam hominem, eâ in regione in sepulcro habitantem, habitu quidem humilem, sed spiritu & animo sanctum; qui si ab ipsis persuasus,Deum precatus fuisset, omnia mala, quæ illi regioni imminerent, auerteret. Sanctissimus igitur Episcopus cum toto Clero iussit omnes congregari ad visionem illam audiendam, quam eis narraturus erat, vt cum supplicationibus ad speluncam sibi reuelatam,ad eum diuinum hominem adirent. Cùm id factum fuisset, & ad eum locum venissent,iustum illum hominem inuenerunt,multisque precibus ab eo petierunt, vt eorum regionis misereretur, & Deum precari vellet, ab eoque impetrare vt populo suo reconciliaretur, & præsentem squallorem depellens, pluuiam in eorum terram demitteret.

responso frustratus,

28 Ille nihil omnino eis respondens, suum pectus verberabat, neque in cælum oculos erigere audens, id tantùm dicebat: Propitius esto, Christe,multis meis impietatibus. Episcopus verò cùm in supplicationibus atque hortationibus perseueraret, neque responsum aliquod ab eo reciperet, illo relicto, qui eò venerant, lamentantes reuersi sunt. Cumque ac ecclesiam venissent, illic rursus lacrymantes & supplices à benigno Deo malorum liberationem quærebant. Cùm verò multis diebus lamentantes ac ieiunantes Deum implorarent, vt eis subuenire vellet; iterum eidem Episcopo reuelatum est, & clara vox audita fuit,quæ ita dixit: Abi ad seruum meum Iacobum, quem tibi iam reuelaui, eique persuadeas, vt de his rebus me orare velit: eo enim orante, iis malis, quæ regioni impendent, liberi eritis.

iterum iubetur eum adire:

ex Metaphrasta.

29 Reuersus igitur cum toto Clero & populo sanctus Dei Sacerdos, pergebat diuino homini supplicationes afferre. Tunc ille inuitus (vt breui dicam) & multis supplicationibus adductus, & ab illo sancto Episcopo persuasus,quòd diuinâ reuelatione ad eum missus venisset,erectis in cælum oculis, multo tempore attentas preces habuit: cumque adhuc in eius ore preces essent,bonus & misericors Deus, qui omnia se metuentibus abundè & facilè largitur, re ipsâ illud diuinarum litterarum dictum implens: Adhuc te loquente, dicam, Ecce adsum; pluuiam multam in terram dimisit.

eius precibus pluuia impetratur:

Isa 58.9.

30 Quam maiorem in modum admirati, hymnum pro gratis agendis misericordi Deo & eius magnificentiæ cecinerunt, ac reuersi sunt: diuinam verò gloriam celebrantes, eius seruos beatos prædicabant,qui per virtutis exercitationem, tali ac tanto honore & gratiâ digni efficerentur. Eo igitur maximo beneficio à benigno Deo adiuti, & diuinâ illi plagâ liberati,quæ per Dei seruum Iacobum repulsa est,ad hodiernum vsque diem per singulos annos illius diei memoriam celebrant, quo ariditate illâ aëreâ liberati sunt: & hymnos, supplicationes & gratias assiduas Christo agunt.

cuius beneficij annua memoria.

Multis claret miraculis:

31 Multi verò diuersis morbis detenti è populo ipso, vnà cum Episcopo, consolationis & curationis caussâ ad Dei seruum Iacobum confugiebant: quos ille oleo sancto vnctos, & Christi nomine benedictos, ita sanabat, vt domum reuersi gloriam Dei collaudarent, qui per seruum suum curationem ipsis attulerat. Omnes igitur,qui ciuitatem ac finitimam regionem habitabant, ægrotos suos ad eum ferebant, vel rogabant,vt,ipsis absentibus, pro eorum salute ipse Deum oraret: ac statim diuinâ ope curationem assequebantur: tanta enim gratia illi collata est,vt vel solo sermone statim impuros spiritus fugaret.

moritur, sepelitur:

32 Eodem autem ipso anno, quo acerbissima illa squalloris plaga repulsa est, Dei seruus Iacobus accersiuit sanctissimum Episcopum, eumque rogauit, vt speluncam, hoc est, sepulchrum curaret,in quo iamdiu ipse domicilium habuerat, & ab eo petiuit, vt mortuus illic sepeliretur. Id cùm ille se facturum promisisset, & in vrbem reuersus esset, post paucos dies B. Iacobus in senectute bonâ obiit, quintum & septuagesimum annum agens. Quod cùm religiosissimus Episcopus cognouisset, ad eum locum cum toto Clero & probis laicis accessit: qui cùm aromatibus pretiosis eum condiissent, Deum ipsum & eius gloriam celebrantes, venerandas eius reliquias in illo ipso monumento deposuerunt.

ædificatur ibi ecclesia, festum celebratur.

33 Posteà sanctus Dei Sacerdos sacram ædem ad speluncam ædificauit, eiusque reliquias illuc transtulit. Quo in loco vsque ad hodiernum diem multi curantur,ac tota ciuitas & finitima regio eius memoriam singulis annis celebrans, diem magnum festum agit,in gloriam benigni Dei,qui sic illum honorauit: quem & nos consueto more & gloriosè celebremus, benedicentes Patri,Filio,& Spiritui sancto, cui gloria est & imperium in secula seculorum, Amen.

DE

Ex variis.

DE S. CAROLO MAGNO

ROMANOR. IMPERATORE, REGE FRANCOR.

§. I. S. Caroli publica veneratio.

An. dcc. cxiv. xxviii. Ianvar. 1 COlitur *consuetis Diuorum honoribus sacrisq; anniuersariis* Carolus Magnus *Francorum Rex, primusq; reuocatâ quarto demum seculo in Occidentem imperij dignitate, Romanorum Imperator. Relatum in sacras tabulas illius est nomen à* Guidone *Cremensi,* Paschale III. *dicto: qui licet,* Alexandro III. *Ecclesiam Catholicam legitimè administrante, schismaticorum factione,* Frederico Ænobarbo *Cæsari adhærente, præter ius fasq; Papa appellatus sit;* Carolus *tamen, propter illustria benefacta, & anteà fortassis, & pòst saltem, consentientibus Romanis Pontificibus, Diuus habitus est: templa illi dicata, Officij Ecclesiastici impensa celebritas.*

S. Caroli Magni publica veneratio:

elogium ex Henrico Spondano:

2 *Quod ita Henricus Spondanus Apamearum Episcopus in Epitome Annalium Baronij, anno 814. nu. 5. declarat:* Si quæ de ipso scripta sunt spectes, dignum virtutum exemplar intueberis, religionisque omnibus absolutum numeris simulachrum, cui nec (meâ sententiâ) qui præcesserunt, vel posteà successerunt Imperatores, æquari penitùs valeant. Sed nec in moribus haberet æqualem, nisi coniugalem castitatem concubinarum introductione fœdasset. Verùm posterior maculas istas pœnitentia abstersit, dum senilem carnem suam cilicino super nudum corpus inhærente iugiter indumento attriuit. Cuius quidem egregiarum virtutum merito, Ecclesia Gallicana eiusdem natalem diem celebrat: eumdemque sub Frederico Imperatore, Paschalis Papa dictus in numerum Sanctorum adscripsit. Sed quòd is haud legitimus fuit Pontifex, eiusmodi canonizatio non est recepta ab Ecclesiâ Romanâ. Quòd tamen non reperiantur legitimi Pontifices eam impugnasse, res sic tacitâ permissione, siue tolerantiâ, perseuerauit, vt in propriâ Ecclesiâ, vbi sepultus fuit, coleretur. Ita enim Canonum præcipui interpretes declararunt. Propagatus autem posteà noscitur eius cultus in alias Ecclesias Galliæ, Belgij, atque Germaniæ, in quibus idem Carolus sanctitatis titulo colitur, fauentque scripta plurimorum rerum Francicarum historicorum. *Hæc Spondanus.*

Ecclesiasticum de eo officium:

3 *Vidimus certè cumplurium Ecclesiarum Breuiaria, in quibus XXVIII. Ianuarij colitur* S. Carolus *Imperator, vel IX. Lectionum officio vel trium. Et in Ecclesia quidem Mindensi hæc recitatur publica eo die precatio:* Deus qui superabundanti fecunditate bonitatis tuæ B. Karolum Magnum Imperatorem & Confessorem tuum, deposito carnis velamine beatæ immortalitatis gloriâ sublimasti; concede propitius, vt quem ad laudem & gloriam nominis tui honore imperij exaltasti in terris, pium ac propitium intercessorem semper habere mereamur in cœlis. per Dominum. *Par ei in antiquo Parisiensi Breuiario, Remensi, Rotomagensi, Osnabrugensi, Tornacensi, aliisq; honos habetur. In Rotomagensi hæc legitur Oratio, quæ & de* S. Ludouico *Rege:* Deus, qui B. Carolum Confessorem tuum de terreno regno ad cælestis regni gloriam transtulisti, eius quæsumus meritis & intercessione, Regis Regum Iesu Christi filij tui facias nos esse consortes. Per eumdem Dominum.

nomen in Martyrologiu.

4 *Extat & in plurimis Martyrologiu consignatum Caroli nomen. Antiquissimum est quod à Rabano sub Lothario Caroli nepote compositum creditur: in quo solum id habetur:* Obiit Carolus. *Brugense MS.* Ipso die depositio Domini Caroli Magni Imperatoris. *MS. S. Lamberti Leodij:* Eodem die Caroli Magni Imperatoris. *In MS. imperialis monasterij S. Maximini Treuiris, quod alioquin ferè Rabani Martyrologio ab Henrico Canisio publicato, in omnibus respondet,* Caroli nulla mentio est. *Verùm in Necrologio atque in Anniuersariorum catalogo ista habentur:* Karolus Magnus Imperator, qui dedit huic Ecclesiæ tres curtes, id est, Stensele, Luniciacum, Wimariskirca. *VVandelbertus hoc die:*

Lux, decus, orbis amor, patriæ cultusque dolorque,
Excelso imperij caput exaltatus honore,
Tum Carolus migrans Hludouico sceptra relinquit.

Martyrologium Vsuardi Parisiis excusum anno 1536. Item S. Karoli Imperatoris. *Ferrarius:* Aquisgrani S. Karoli Magni. *Varia MSS. Belgica tum Latinâ tum Teutonicâ linguâ:* Apud Aquasgrani, depositio S. Karoli Regis Francorum & Imperatoris Romanorum.

An dicendus Dux Brabātiæ?

5 *MS. Florarium:* Aquisgrani depositio B. Karoli Imperatoris Romanorum, Regis Francorum, & Ducis Brabantinorum, qui pro magnitudine operum cognominatus est Magnus. Ab hoc denominatur inclyta stirps Karolidarum, quâ generosior & religiosior, exceptâ genealogiâ Christi, non prodiit vlla sub cælo. Obiit anno salutis 814. ætatis suæ 71. *Ex hac immodicâ Carolidarum, siue Karlingorum, laudatione, & Ducis Brabantinorum appellatione, coniicere licet auctorem illius Florarij Brabantinum fuisse. At neque peculiari quopiam iure aut titulo, prouinciam, quæ Belgicarum dignitate princeps,* Brabantia *appellatur, possedisse rexisseue, antequàm patri in regnum succederet, legitur Carolus; neque tunc ea* Brabantia *dicebatur: quam nomenclationem multò pòst vsurpauêre Comites Louanienses, qui quòd eius ditionis, quæ* Bracbantum *antiquis erat dicta, partem posiderent, cetera sui iuris loca* Brabantiam, *& se inferioris Lotharingiæ & Brabantiæ Duces vocauêre, oriundi ipsi à Comitibus Haynoensibus; ab illis verò ceteri propagati Brabantiæ Duces longè celeberrimi, quibus Burgundi, his Austriaci succesêre. Habuêre tamen &* Pipinus & Carolus *& ceteri illius familiæ, priuatas in Belgio toto, ac præsertim eo tractu qui Brabantia nunc dicitur, possessiones, siue allodialia, vt vocant, bona.*

Elogia fusiora in variis Martyrologiis.

6 Caroli *natalem ita varia MSS. Vsuardi nomine insignita, sed in aliis quoque passim ampliata, celebrant:* Apud Aquisgrani depositio S. Karoli Regis Francorum & Imperatoris Romanorum, qui regno & imperio suo pacato & dilatato, statu quoq; sanctæ Ecclesiæ religiosè ordinato, & fide studiosissimè ampliatâ, anno Domini octingentesimo quartodecimo, ætatis suæ septuagesimo primo, regni autem quadragesimo septimo, & imperij quartodecimo transiuit ad Dominum. Hic pro magnitudine operum cognominatus est Magnus. *Eadem ferè habent Carthusiani Colonien. in addit. ad Vsuardum. Aquisgranense Martyrologium citatum à Molano in Natalibus SS. Belgij & addit. ad Vsuardum:* Eodem die Aquisgrani basilicâ, natale S. Karoli Confessoris primi de stirpe Francorum, ordinatione diuinâ, Romanorum Augusti: qui ab ineunte ætate suâ seculi pompam despiciens, imperialis potentiæ gladio, & sanctæ prædicationis verbo, vitæque salutaris exemplo cõuertit Guasconiam,* Germaniam, atque Galliam. Conuertit quoque ad Dominum Frisiam, Alemanniam, atque triplici trophæo Saxoniam. Ædificauit quoque propriis sumptibus ad laudem & honorem sanctæ & indiuiduæ Trinitatis viginti septem Ecclesias, quarum excellentiæ typhum obtinet Aquensis, præsentibus suffragiis glorioſa. *Galesinius:* Aquisgrani in Germaniâ S. Caroli Regis, Confessoris. Is multis ædificatis augustissimis templis & nationibus ad Christianam religionem à se conuersis, aliisque summo pietatis studio præclarè gestis, Magni cognomen adeptus, tum demum in Domino quieuit, in Sanctorumque numerum ab Paschali Pontifice relatus est. *imò Pseudopontifice.*

** 2. edit. Hispaniâ atq; Gallæciam.*

7 *Alij quoque* Carolum *in Diuorum Fastis honorificè referunt, Ghinius, Miræus, Canisius, Felicius, Maurolycus, & omnium fusissimo elogio Saussaius, quod infrà dabimus. Quidam nonnulla*

nonnulla de eo prædicant, quæ correctione egent, ex auctoribus non probatæ fidei accepta. Ita Maurolycus: Huc ſpectat memoria Caroli, cognomento Magni, Imperatoris, cuius præclara pro Chriſto geſta magnoperè celebrantur à Turpino Remenſi Epiſcopo. Nam ex expeditione Hieroſolymitanâ rediens, ex Byzantio partem Crucis & clauum & ſpineam coronam aſportauit in Galliam. Quatuor & viginti monaſteria conſtruxit. Quatuor Præſules, Treuerenſem, Colonienſem, Maguntinum, & Salzeburgenſem magnis opibus & honoribus dotauit. Et anno ſalutis 814. anno ætatis 71. regni 47. imperij 14. obiit Aquiſgrani in Lotaringiâ. *Eadem ferè habet Felicius; plura Martyrol. Germanicum, ſed illud vitioſè, quòd terram ſanctam vindicaſſe eum à Saracenorum ſeruitute tradit: at plura longè peccat auctor libri qui* Viola Sanctorum *inſcribitur.*

ſed quædã apocrypha.

§. II. *S. Caroli hiſtoria.*

Vita S. Caroli à multis ſcripta:

8 *RES à Carolo præclarè geſtas ita multi mandarunt litteris, vt ſi quis omnes colligere voluerit, plures tomos confecturus ſit. Nobis haudquaquàm conſtitutum eſt, omnia quæ ab aliis memoriæ commendata ſunt, ſingillatim conſectari, nedum quod alibi ſtudiosè facimus, ipſoſmet in medium afferre genuinos auctorum & integros fetus: tum quia plerique in manibus ſunt, quidam olim à Pithœo, Frehero, aliis editi, plerique omnes nuper accuratè ab Andreâ du Cheſne; tum quia, vt iam ſumus præfati, moles quædam immenſa exiſteret.*

fideliſſimè ab Eginardo,

9 *Vnum dabimus* Eginhardum, *ſiue* Eginartum, *aut* Einardum, *qui, vt ipſemet fatetur, à* Carolo *regiâ in Aulâ enutritus eſt, & licet corpore puſillus eſſet, animo tamen, & rerum vſu magnus fuit, imò à VValafrido Strabone* Magni *cognomento honoratus: ab aliis* Sapiens, Vir vndequaque doctiſſimus, Virorum ſui temporis prudentiſſimus, *eſt appellatus. Vxorem is habuit* Immam, *natalibus & virtute clariſſimam: ſed mutuo conſenſu thori deinde conſuetudine reiectâ, Eginhardus Saligheuſtadienſe monaſterium in ſuo ipſe fundo condidit, atque eius etiam primus Abbas fuit. Fontanellenſe quoque à Ludouico Pio, Foſſatenſe à Carolo Caluo adminiſtranda ſuſcepiſſe monaſteria traditur. In Chronico etiam monaſterij S. Bauonis Gandaui, de eo iſta habentur:* Anno DCCCXXVI. Eynardus, Capellanus Ludouici piiſſimi Imperatoris, factus eſt Abbas Gandenſis cœnobij: qui geſta inclyta & acta Caroli Magni Imperatoris deſcripſit. Anno DCCCXLIII. Eynardus XV. Abbas Gandenſis obiit VIII. Kal. Auguſti; cui Henricus, aliàs Eynkericus de Dacnam ſucceſſit. *Is ergo cùm alios libros ſcripſit, tum Annales Francorum ab anno* DCCXLI. *ad* DCCCXXIX. *(nam hos Adelmo, ſiue Ademaro monacho olim adſcriptos, du Cheſne aliiq; Eynardo vendicant) atque inſignem libellum de* Caroli *vitâ & conuerſatione. Hunc nos libellum poſt varias editiones, cum duobus vetuſtis MSS. codicibus collatum, vno monaſterij Gladbacenſis in prouincia Iuliacenſi, altero collegij Paderbornenſis Societatis Ieſu in VVeſtphaliâ, cumq; Andreæ du Cheſne editione ad quinque aliorum optimæ notæ MSS. fidem diligentiſſimè accuratâ, dabimus.*

ea hic edita, vnde.

10 *Extat in variis MSS. & aliquoties editus liber de geſtis Caroli Magni ſub nomine* Turpini *Remenſis Archiepiſcopi, infamibus & flagitioſis commentis fartus, ab homine quopiam non modò otioſo, ſed imperito ac ſtolido ſcriptus; quod mirum eſt Trithemium non perſpexiſſe. Sanè neque Hincmarus neque Flodoardus Remenſis hiſtoriæ ſcriptor accuratus, neque Sigebertus, nec alij vetuſtiores, vſquam iſtius commentarij meminerunt. Fuit* Tilpinus, *ſiue* Turpinus, *ex monacho Dionyſiano iuxta Pariſios Remenſis Archiepiſcopus legiturq; anno 769. Concilio Romano ſub* Stephano *Papâ cum aliis aliquot è Galliâ Epiſcopis interfuiſſe, ab* Hadriano *Papa anno 773. pallium accepiſſe. Obiit 2. Septembris, cùm ſediſſet annis circiter 42. vel 47. vt Flodoardus ſcribit, à morte fortaſis S. Abel calculum iniens. Putatur anno 811. deceſsiſſe, cùm eo anno* VVlfarius *eius ſucceſſor reperiatur Teſtamento* Caroli Magni *ſubſcripſiſſe. Vnde fabuloſi auctoris, ſe* Turpinum *ſcribentis, perſpici impoſtura poteſt, qui mortem quoque* Caroli *narret, cùm triennio ante* Carolum *obierit* Tilpinus.

Quæ nomine Turpini edita, fabuloſa eſt;

11 *Amplexi tamen quidam, cetera litterarum amantes viri, has ſunt pro veris hiſtoriis fabulas: etiam is quem quidam Luitprandum exiſtimant, Hiſpanienſis Chronici auctor, qui venisse eum Toletum ſcribit ſub anno Chriſti 809. &* Gallianam *duxiſſe* Galafrij *Regis filiam; quam alij* Ludouici Pij *matrem fuiſſe ſcribunt, cùm eo anno ipſe* Ludouicus, *tunc Aquitaniæ Rex, infeſto exercitu Hiſpaniam ingreſſus Dertoſam obſederit. Alij, perſpecto fortaſis ſœdiſſimo hoc errore, veniſſe eum in Hiſpaniam ſcribunt anno 761. quo nimirùm anno patrem in Aquitaniam aduersùs VVaifarium ſecutus, multa expugnauit loca, ætate admodùm etiam tum iuuenis, & Lemouicas vſque venit. at procul aberat tum adhuc à Toleto vrbe. Luitprandum ſanè exiſtimamus ſapientiorem fuiſſe, quàm vt talia crederet ſcriberetúe: quamquàm alia ſunt Pſeudoturpini deliramenta, quæ non ſunt in illud Chronicon omnia tranſſcripta.*

EX VARIIS. *temerè alius credita.*

12 *Vidimus in MS. codice monaſterij Corſendoncani Canonicorum regularium, Vitam* S. Caroli *tempore* Frederici Ænobarbi *Imperatoris, poſt annum 1165. ſcriptam ab auctore anonymo, partitamq; in tres diſtinctiones. Ætatem ſuam auctor indicat his verbis:* Intendimus igitur ſuccinctè quædam inſignia virtutum, & celebrem glorioſamque miraculorum ſeriem in laudem Dei & præfati piiſſimi Imperatoris contexere; quatenùs verus ille Chriſti cultor Fredericus Romanorum Imperator verè Auguſtus, certior de ſanctitate morum & vitæ beatiſſimi Caroli Magni, inampliùs & perfectiùs; gaudeat, ſe ſolem illum trecentis annis & quinquaginta vno occultatum in lucem gentium, diuinâ cooperante gratiâ, perduxiſſe. *Quibus ex verbis coniicere licet, ipſum quoque auctorem ſchiſmaticum fuiſſe. De* S. Caroli *canonizatione (ſi ſic fas eſt appellare, cùm nil æquè pugnare cum ſacris canonibus poſsit, atque* Paſchalis *illius* III. *dicti electio) ſed tamen de inchoatâ per ſchiſmaticos* Caroli *in ſacris veneratione ac Tranſlatione infrà agemus. Auctor ille permiſcet multa de Carolo verè prædicat ex vetuſtis Annalibus, quos Caroli æquales ſcripſere, nonnulla è turpi illo* Turpino *depromit. Totum dare commentarium illum, etſi nondum quod ſciamus, publicatum, viſum non eſt; Prologum dabimus, & capitum titulos. ita ergo habet:*

Alia tempore Frederici Ænobarbi ſcripta.

veru falſa

13 Incipit Prologus in vitam S. Karoli Magni glorioſi Imperatoris.

eius prologus;

Etſi paſſim & variè odoris pigmentarij veneranda orthodoxi Karoli Magni celebretur memoria, eiuſque ſparſim per diuerſa terrarum ſpatia mirificè & magnificè ſcripta vulgentur, placuit tamen de tanto horto deliciarum, in quo conſita ſunt tot genera florum, carptim & breuiter quędam odoramenta virtutum deligere; quę ſitibundis animis Chriſti fidelium in odorem ſuauitatis valeamus exhibere. Quia veræ arguendæ temeritatis eſt, noſtræ ariditatis canalem tanti fluminis torrentem ſibi præſumere, ſperantes tamen in eum qui ex ore infantium & lactentium ſibi laudem perficit, roſas quaſdam & lilia de latè patenti viridario excerpſimus, quæ præſenti opuſculo pro loco & tempore inſeruimus. Intendimus igitur ſuccinctè quædam inſignia virtutum, & celebrem glorioſamque miraculorum ſeriem, in laudem Dei & præfati piiſſimi Imperatoris contexere: quatenùs verus ille Chriſti cultor Fredericus, Romanorum Imperator verè Auguſtus, certior de ſanctitate morum, & vitæ beatiſſimi Caroli Magni inampliùs & perfectiùs gaudeat ſe ſolem illum, trecentis annis & quinquaginta vno occultatum, in lucem gentium, diuinâ cooperante gratiâ, perduxiſſe. Verè etenim ſperamus, eum huius canonizationis auctorem à Deo ad id prælectum, quem à primo illo iuſtiſſimo Carolo Magno alterum Carolum Magnum mundo credimus illuxiſſe. Egregia verò ipſius B. Caroli geſta, & triumphalem bellorum eius hiſtoriam, aliis relinquimus, qui in Catalogo virorum fortium & in Chronicis eiuſdem multifariàm reperitur, & nos officiosâ ſedulitate aliàs Micrologum conſcripſimus. Implorată igitur ſancti Spiritus gratiâ quæ tarda neſcit molimina, ad ampliandam laudem propaginis, attingamus radicem huius ipſius plantationis; quam verè plantauit & rigauit Pater cæleſtis. Ad cuiden-

Ex variis. euidentiam tamen ſubſequentium capitulatim totius ſummam operis prædeſtinguimus.

CAPITVLA PRIMI LIBRI,

SIVE PRIMÆ DISTINCTIONIS.

Capita.

I. GEnealogiæ ſeries B. Caroli. Viſio Stephani Papæ.
II. De vitâ & meritis beatiſſimi Caroli.
III. Quanto affectu omnium Imperator factus ſit.
IV. De clauibus ſepulchri Domini Imperatori tranſmiſſis.
V. De primitiis ſui imperij Deo conſecratis.
VI. De doctrinâ & eloquentiâ imperiali.
VII. De curâ ipſius in iure poli.
VIII. De vigilantiâ ipſius in iuſtitiâ fori.
IX. Qualem filium ſuum Ludouicum hæredem paternæ ſanctitatis & regni Aquiſgrani inſtituerit. Qualiter Karolus Rex inſtruxit Ludouicum filium ſuum.
X. De condemnatione hæreſiarcharum Felicis & Elipandi.
XI. De auctoritate Romanæ Sedis adhibitâ.
XII. De abdicatione * ſeptimæ Synodi.
XIII. De pio affectu ipſius in eccleſiis ædificandis.
XIV. Nomina XXIII. monaſteriorum, ſecundùm ordinem litterarum.
XV. De excellentiâ ſanctæ Aquenſis Eccleſiæ.
XVI. De virtute hoſpitalitatis imperatoriæ.
XVII. De liberali munificentiâ eleemoſynæ imperialis.

* imperitè id factũ Francofurti an. 794. ab ignaris.

CAPITVLA SECVNDI LIBRI,

SIVE SECVNDÆ DISTINCTIONIS.

XVIII. DE peregrinatione beatiſſimi Caroli Magni in laudem Dei factâ, & qualiter à Conſtantinopoli apud Aquilæ capellam, clauum & coronam Domini attulerit.
XIX. De expulſione Hieroſolymitani Patriarchæ.
XX. De legatione ad Imperatorem directâ.
XXI. Exemplar epiſtolæ Ioannis Patriarchæ.
XXII. Exemplar epiſtolæ Conſtantinopolitani Imperatoris.
XXIII. Viſio Conſtantini Imperatoris.
XXIV. Qualiter Legati Pariſius ad Regem peruenerunt.
XXV. De oraculo alitis voce quaſi humanâ Ftancorum Regem vocantis, & iter præmonſtrantis.
XXVI. De reſtitutione Sedis Hieroſolymitanæ.
XXVII. De munificentiſſimâ liberalitate Conſtantini.
XXVIII. De diſcretiſſimâ deliberatione conſilij B. Caroli.
XXIX. Amicabilis altercatio duorum Imperatorum.
XXX. Deuota petitio pœnarum Chriſti.
XXXI. De thecâ ſpineæ coronæ reſeratâ.
XXXII. Qualiter corona floruerit in odore ſuauitatis, & ſplendore lucis inæſtimabilis.
XXXIII. De ſuſceptione florum in gwanto imperiali.
XXXIV. De gwanto imperiali in aëre ſuſpenſo.
XXXV. Vox in laudem Chriſti pſallentium.
XXXVI. De curatione trecentorum & vnius.
XXXVII. De quodam puero ſanitati reſtituto.
XXXVIII. De repoſitione reliquiarum in tergore bubalino.
XXXIX. De reſuſcitatione cuiuſdam pueri, & XLIX. aliorum ſalute apud caſtrum Ligmedon.
XL. Quæ & quanta Dei fuerunt miracula apud Aquiſgrani.
XLI. De conuocatione Principum & totius populi.

CAPITVLA TERTII LIBRI,

SIVE TERTIÆ DISTINCTIONIS.

XLII. EPiſtola Tulpini Remenſis Archiepiſcopi Leobrando Aquiſgranenſi Decano tranſmiſſa, ſanctitatis B. Karoli Magni aſſertiua.
XLIII. De beatâ viſione ſtellaris viæ.
XLIV. Qualiter S. Iacobus B. Karolo Magno apparuit.
XLV. De ſubitâ ruinâ murorum Pampilonæ.
XLVI. De ſubuerſione idolorum Hiſpaniæ, & de idolo Mahumet.
XLVII. Imperialis largitio Eccleſiæ B. Iacobi & aliis venerabilibus locis collata.
XLVIII. De vltione cuiuſdam infidelis diuinitus factâ in exercitu Cæſareano.
XLIX. De haſtis nocte in terrâ fixis & manè facto corticibus & fronde veſtitis.
L. De productione fontis à concauo torrentis.
LI. De duobus ſcutis ſanguinei coloris apud Hereſburg viſis.
LII. Qualiter duo iuuenes in albis veſtibus apud Fritdiſlar viſi ſint diuinitus. Miraculum in conſecratione Amanenſis archiſterij reuelatum.
LIII. De venerabili apoſtolatu cari Deo Caroli Magni.
LIV. De cæleſtibus præſagiis Auguſtalis tranſitus.
LV. Exemplar beatæ memoriæ.
LVI. De ſalutari diſtributione teſtamentariæ miſerationis.
LVII. Nomina XXI. Metropoleon illius temporis.
LVIII. De glorioſo, ſed lacrymoſo, tranſitu imperiali.
LIX. Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram.
LX. De beatâ viſione Tranſlationis Imperatoriæ.

§. III. *Elogium S. Caroli ex Martyrol. Gallicano Andreæ Sauſſaij V. C L.*

15 EOdem die S. Caroli Francorum Regis Chriſtianiſſimi, & primi ex hac gente Imperatoris, cognomento Magni, ac re verâ maximi, qui ab ineunte ætate corporis & animi heroicis dotibus ornatus, diuinis obſequiis toto corde deditus, regalis potentiæ gladio, Euangelicæ propagationis ſtudio, vitæque religioſæ exemplis, gentes barbaras pleraſque, & in his maximè Saxones, Bohemos, Sclauones, *a* Boios, Hunnos, *b* Danoſque ab idolorum nefandis ritibus ad Chriſti veri Dei cultum ſalutarem conuertit. Romanam Eccleſiam omnium matrem à multiplici preſſurâ vindicauit, ab hoſtibus liberauit, priſtinum in decus & honorem reſtitutam immenſis beneficiis cumulauit. Hæreſes verò per orbem Occidentalem exitioſè graſſantes pleraſque extinxit, diſciplinam reſarciri Eccleſiaſticam collapſam curauit: quæque pridem marceſcebat, egregiè reflorere fecit pietatem; quam & ſollicitè excultam, longè lateque toto orbe prouexit. Romam, voti cauſsâ, quater adiit, & religioſa cælitus veſtigia ſummâ cum veneratione exoſculatus, toti poſteritati ſingulare deuotionis exemplum reliquit. S. Iacobi Apoſtoli ſepulchrum, nefandis *c* idolorum ſpurcitiis offuſum hodierno honori reſtituit, eiuſque celebrem religione ædem à ſe vindicatam, pietatis affectu luſtrans, veſtem ſetis horrentem, maiorem viæ partem, geſtauit. Beatorum res geſtas per Paulum Diaconum conſcribi, eaſque publicè ſtatis diebus legi præcepit. Faſtos Martyrum, concionesque Patrum colligi, omniumque quibus imperabat gentium res memoratu dignas ad religionis cultum in litteris mitti curauit.

S. Caroli pietas, zelus animarum, *a* *b* *Romanæ Sedis reuerentia,* *pia peregrinationes,* *c* *Sanctorum honos procuratus,*

16 Rem diuinam in æde ſacrâ aſſiduè obiuit, neque ſtatas preces & canonicas, ſeu diurnas, ſeu nocturnas, cùm valuit, vnquam neglexit. Sacris operantes magnâ religione attendit. Myſticam ſupellectilem, veſtem, va-

ſtudium rerum ſacrarum,

Eccleſiaſtici ornatus:

ſa, omnemque templorum ornatum tam copioſum inſtruxit, vti neque ſacræ ianuæ tutelam gerentes voluerit profano cultu munus ſuum obire. Eccleſiaſtici cantus harmoniam, ipſe artem canendi pſallendique apprimè callens, ac praxis ſacræ peritus, ad vſum, qui exoleuerat, reuocauit. *d* Sex Apoſtolorum corpora, nempe Simonis & Iudæ, Philippi, vtriuſque Iacobi, & Barnabæ, cum S. Bartholomæi capite, innumeriſque ſanctorum Martyrum lipſanis, ex piâ prædâ collectis, Toloſam aduexit, atque in S. Saturnini baſilicâ ſibi dilectiſſimâ, perpeti honore proſequenda collocauit.

d SS. reliquiæ tranſlatæ:

17 Spolia hoſtium, præſertim Hunnorum, ad B. Petri ædem ornandam Romam dono miſit. Regibus Francorum tutelam Apoſtolicæ Sedis, Romanorumque Pontificum commiſit. Ipſe Pontificem Leonem à ſuis malè multatum, punitis zelo Dei noxiis, dignitati reſtituit; ad ſe venientem ſummâ cum veneratione excepit. Concilia varia, ſummæ Sedis permiſſu ad eliminanda falſa dogmata, & ſententiam Catholicæ Eccleſiæ Romanæ (quam in omnibus à primâ infantiâ ad vltimum vitæ punctum, conſtantiſſimè retinuit, obſeruauitque) aſſerendam coëgit. Legibus æquiſſimis ac religioſiſſimis regnum ac imperium muniuit: ad augmentum Chriſtianæ religionis nouem Sedes Epiſcopales in Germaniâ excitauit, duas in Metropoles euexit. Baſilicam Aquiſgranenſem ſanctiſſimæ Deiparæ magnificētiſſimâ ſtructurâ ædificauit. Viginti ſeptem Eccleſias principales conſtruxit; alias innumeras ferè vetuſtate collapſas inſtauravit.

Romana Eccleſia defenſio:

ædificia ſacra:

18 In veſte & victu modeſtiam planè Chriſtianam & temperantiam exhibuit. In mensâ lectionem ſacram, præſertim ex libris S. Auguſtini, ſemper adhibuit; clemētiâ in victos hoſtes incomparabili vſus eſt: neminem enim illorum extra aciem vnquam occidit: in coniuratione deprehenſos leui mulctâ caſtigauit. Saxoni toties rebellanti, toties perduelli, victoque aliam ferre legem non tulit, quàm vt Chriſtum ſeriò, eiuratâ idolorum impietate, coleret. Tot rebus denique piè ac præclarè geſtis obſequentiſſimus Eccleſiæ filius, magnanimus religionis defenſor, verè Chriſtianiſſimus Rex, ter maximus Imperator, fide ſtudioſiſſimè ampliatâ, ſtatu Eccleſiæ religioſè ordinato, egregiè exornato; regno etiam ſuo magnificè dilatato, ac vndique pacato Chriſtiano orbe, anno Domini octingenteſimo decimoquarto, regni ſui quadrageſimo octauo, imperij decimoquarto, ætatis verò ſuæ ſeptuageſimo, decenni pœnitentiâ expletâ, opibus in præcipuas Occidentis Eccleſias ad diuini cultus augmentum, Myſtarumque fomentum religioſâ regalique munificentiâ diſpertitis, rebus ſacris munitus, ex laborioſo mortalique imperio ad tranquillum regnum immortalemque triumphum feliciter emigrauit. Obque fidei & operum magnitudinem, vti Sanctorum conſortio adſciſci in cælis promeruit, ita eodem honore, ob immenſa eius in orbem Chriſtianum beneficia, conſueuit à fidelibus, haud renuente Eccleſiâ, celebrari. Quem eo demum fore honore dignum, diuinæ gratiæ & virtutis teſtimonia, dum adhuc in carne degeret, præſignarunt.

eius modeſtia,

clementia,

aliæ eius decoræ,

obitus,

canonizatio,

19 Nam præterquàm cælites illi non ſemel, vt conſcripto iam ſupernæ Sion municipi, apparuerunt, (maximè *e* S. Saluius Martyr, cuius ſacros artus condigno cultu conueſtiuit; & *f* S. Swibertus, quem in Beatorum album à Leone Pontifice referri curauit; imò Chriſtus ipſe Dominus, cùm ipſe die Paſchæ ſacram ſynaxim perciperet, *g* in pueri elegantiſſimi ac amantiſſimi formâ, ſeſe ei dedit:) præter hæc, inquam, gratæ Deo mentis inſignia, fauoris etiam diuini non obſcura indicia in pium certè Principem ſæpè ſæpiùs patuerunt. Quorum illud illuſtre fuit, quòd cùm primo tumultu Saxonico Ereſburgum Saxonum arcem expugnaſſet, indeque ad *h* Eimenſredam idolum euertendum properaſſet, in maximâ terræ ſiccitate, & aquationis inopiâ, ipſo (ceu altero Moſe) orante, repentè largiſſimum flumen vberrimis vndis exiliit, quo totus exercitus iam triduum ſiti anhelans, recreatus vires recepit. Quin & abſente eodem, cùm Saxo occaſionem aucupatus ad oppidum *i* Friſtoriam caſtra poſuiſſet, & B. Bonifacij ædem ſummam conaretur flammis diruere; nullâ id ope exequi potuit, cùm duo Cælites fulgenti cultu parentes, terrorem hoſtibus ita incuſſiſſent, vt omnes fugam certatim capeſſerent.

e

f familiaritas SS.

g

aliæ miracula,

h

EX VARIIS.

i

20 Eiuſmodi ſignificationibus, tutela Numinis ſæpiùs, quàm ſibi Caroli conatus virtuſque complacerent, declarauit: quem certè hic curſus & exitus (abſterſâ egregiè labe, quam in ſtadio tam longo vix potuit tot implexus rebus ex humanâ ſorte non contrahere) æterno dignum triumpho & coronâ gloriæ, affatim propalarunt. Corpus eius pridem ab Epiſcopis Germaniæ ſolenniter eleuatum, Aquiſgrani Cælitibus delato ex more cultu obſeruatur. Caput verò Oſnaburgi in prouincià Colonienſi, cum reliquiis aliquot ſanctorum Martyrum *k* Criſpini & Criſpiniani, honoratur.

pœnitentia,

reliquiæ,

k

a *Chriſtiani fuêre dudum ante* Caroli *ortum* Boij; *nec in Barbaris tunc cenſendi.*

b *Vicit quidem, aut repulit à ſuis littoribus, Danos piratas Carolus: quid tamen ad gentis totius conuerſionem peregerit aut etiam tentârit, nondum legimus. Sub Ludouico Pio iacta auſpicia religionis per S. Anſgarium. Inierat tamen de Danorum Sclauorumq; curandâ conuerſione conſilium: parens.*

c *Hæc ab iis, quos ſuperiore §. refutauimus, ſcriptoribus incuriosè deſcripſit vir cetera doctiſſimus. Quæ ſpurcitia idolorum? nulla idola venerantur Mahometani: nec aly erant in Hiſpaniâ pagani. Quid quòd numquam fortaſſis in Maurorum fuit poteſtate locus ille, quem* Campum ſtellæ, *ac dein* Compoſtellam *dictum volunt? Eccleſia certè, quam repurgaret* Carolus, *nulla fuit: extruendam, ſed extemporariam & rudem, formaceis parietibus compactam,* Alfonſus Caſtus, *inuento Apoſtoli corpore, curauit. Neque in interiora Gallæciæ videtur* Carolus *penetraſſe; ſed captâ* Pampelonâ, *Iberum verſùs & Cæſarauguſtam flexiſſe. Conrigit hæc expeditio anno 778. neque conſtat deinceps veniſſe in Hiſpaniam Carolum, vt etiam obſeruauit Martinus Cari'lius vir eruditiſſimus in Annalibus Chronologicis.*

An S. Carolus Compoſtella fuerit

d *De his agemus ad ſingulorum natalem diem.*

e S. Saluij *Engoliſmenſis Epiſcopi vitam, in quâ hæc narratur viſio, dabimus 26. Iunij.*

f *Vitam* S. Swiberti *dabimus 1. Martij.*

g *De hac apparitione egimus 7. Ianu. ad vitam* S. Wittekindi.

h Imò Ermenſul. *Contigit hæc barbarici fani idoliq; ſubuerſio anno 772.*

i Imò Friſlariam, *ſine* Fritislar, *aut* Fridislar. *Id factum anno 774. Vitam* S. Bonifacij *dabimus 5. Iunij.*

k *De his agemus 25. Octob.*

VITA AVCTORE EGINARDO

ex duobus MSS. & variis editionibus.

PROLOGVS AVCTORIS.

Vitam Caroli Magni breuiter,

1 VItam & conuerſationem, & ex parte non modicâ res geſtas Domini & nutritoris mei Karoli, excellentiſſimi & meritò famoſiſſimi Regis, poſtquàm ſcribere animus tulit, quantâ potui breuitate complexus ſum, operam impendens, vt de iis, quæ ad meam notitiam peruenire potuerunt, nihil omitterem, neque prolixitate narrandi noua quæque faſtidientium animos offenderem: ſi tamen hoc vllo modo vitari poteſt, vt nouâ ſcriptione non offendantur, qui vetera & à viris doctiſſimis atque diſertiſſimis confecta monumenta faſtidiunt. Et quamuis plures eſſe non ambigam, qui otio ac litteris dediti, ſtatum æui præſentis non arbitrentur ita negligendum, vt omnia penitùs, quæ nunc fiunt, velut nullâ memoriâ digna, ſilentio atque obliuioni tradantur; potiuſque velint, amore diuturnitatis inlecti, aliorum præclara facta qualibuſcumque ſcriptis inſerere, quàm ſui nominis famam poſteritatis memoriæ nihil ſcribendo ſubtrahere; tamen ab huiuſcemodi deſcriptione non exiſtimaui *ſed fidelis-* temperandum, quando mihi conſcius eram, nullum ea *ſimè,* veraciùs quàm me ſcribere poſſe, quibus ipſe interfui,

AVCTORE EGINARDO, EX MSS.

quæque præsens oculatâ, vt dicunt, fide cognoui; & vtrùm ab alio scriberentur nec ne, liquidò scire non potui: satisque iudicaui eadem cum aliis velut communiter litteris mandata memoriæ posterorum tradere, quàm Regis excellentissimi, & omnium suâ ætate maximi, clarissimam vitam, & egregios atque moderni temporis hominibus vix imitabiles actus, pati obliuionis tenebris aboleri.

eius domesticus

2 Suberat & alia non irrationabilis, vt opinor, caussa, quæ vel sola sufficere posset, vt me ad hæc scribenda compelleret; nutrimentum videlicet in me impensum, & perpetua, postquàm in aulâ eius conuersari cœpi, cum ipso ac liberis eius amicitia: quâ me ita sibi deuinxit debitoremque tam viuo quàm mortuo constituit; vt meritò ingratus videri & iudicari possem, si tot beneficiorum in me collatorum immemor, clarissima & illustrissima hominis optimè de me meriti gesta silentio præterirem: patererque vitam eius, quasi qui numquàm vixerit, sine litteris ac debitâ laude manere: cui scribendæ atque explicandæ non meum ingeniolum, quod exile & paruum, imò nullum penè est, sed Tullianam par erat desudare facundiam. En tibi librum præclarissimi & maximi viri memoriam continentem, in quo præter illius facta, non est quod admireris, nisi fortè quòd homo barbarus & in Romanâ locutione perparùm exercitatus, aliquid me decenter aut commodè Latinè scribere posse putauerim, atque in tantam impudentiam proruperim, vt illud Ciceronis putarem contemnendum, quod in primo Tusculanarum libro, cùm de Latinis scriptoribus loqueretur, ita dixisse legitur: Mandare quemquam, inquit, litteris cogitationes suas, qui eas nec disponere nec illustrare possit, nec delectatione aliquâ allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & otio & litteris. Poterat quidem hæc oratoris egregij sententia me à scribendo deterrere, nisi animo præmeditatum haberem, hominum iudicia potiùs experiri, & in scribendo ingenioli mei periculum facere, quàm tanti viri memoriam, mihi parcendo, præterire.

scribit Eginartus,

CAPVT I.

S. Caroli auus, pater, germanus.

a 3 GEns *a* Merouingorum, de quâ Franci Reges sibi creare soliti erant, vsque in *b* Hildericum Regem, qui iussu *c* Stephani Romani Pontificis depositus ac detonsus, atque in monasterium *d* trusus est, durasse putatur: quæ licet in illo finita possit videri, tamen *e* iamdudum nullius vigoris erat, nec quicquam in se clarum, præter inane Regis vocabulum præferebat. Nam & opes & potentia regni penes Palatij Præfectos, qui Maiores Domus dicebantur, & ad quos summa imperij pertinebat, tenebantur: neque Regi aliud relinquebatur, quàm vt regio tantùm nomine contentus, crine profuso, barbâ submissâ, solio resideret, ac speciem dominantis effingeret: Legatos vndecumque venientes audiret, eisque abeuntibus responsa, quæ erat edoctus, vel etiam iussus, ex suâ velut potestate redderet: cùm præter inutile Regis nomen, & precarium vitæ stipendium, quod ei Præfectus Aulæ, prout videbatur, exhibebat; nihil aliud proprij possideret, quàm vnam & eam per parui reditus villam, in quâ domum, & ex quâ famulos sibi necessaria ministrantes atque obsequium exhibentes, paucæ numerositatis habebat. Quocumque eundum erat, carpento ibat; quod bubus *f* iunctis, & bubulco, rustico more, agente trahebatur: sic ad palatium, sic ad publicum populi sui conuentum, qui annuatim ob regni vtilitatem celebrabatur, ire, sic domum redire solebat. At regni administrationem, & omnia quæ vel domi vel foris agenda ac disponenda erant, Præfectus Aulæ procurabat.

b *c* *d* *e* *Exoletâ Francorũ Regum auctoritate, omnia regunt Maiores-Domus,* *f*

4 Quo officio tum, cùm Hildericus deponebatur, Pipinus pater Karoli Regis, iam velut hereditario *g*, fungebatur. Nam pater eius Karolus *h*, qui tyrannos per totam Franciam dominatum sibi vendicantes oppressit, & Saracenos Galliam occupare tentantes, duobus magnis præliis, *i* vno in Aquitaniâ apud Pictauium ciuitatem, altero iuxta Narbonam apud *k* Byrram fluuium, ita deiecit, vt in Hispaniam eos redire compelleret; eumdem magistratum à patre *l* Pipino sibi dimissum egregiè administrauit. Qui honor non aliis à populo dari consueuerat, quàm iis, qui & claritate generis, & opum amplitudine ceteris eminebant.

h *Martellus victoriosus,* *i* *k* *l*

5 Hunc cùm Pipinus pater Karoli Regis ab auo & *m* patre sibi & fratri Karolomanno relictum, summâ cum eo concordiâ diuisum, aliquot annis velut sub Rege memorato tenuisset; frater eius Karolomannus, incertum quibus de caussis, tamen videtur quòd amore conuersationis contemplatiuæ succensus, operosâ temporalis regni administratione relictâ, *n* Romam se in otium contulit, ibique habitu permutato, monachus factus, in monte *o* Soracte apud ecclesiam B. Siluestri constructo monasterio, cum Fratribus secum ad hoc venientibus, per aliquot annos optatâ quiete perfruitur. Sed cùm ex Francià multi Nobilium ob vota soluenda Romam solenniter commearent, & eum velut dominum quondam suum præterire nollent, otium, quo maximè delectabatur, crebrâ salutatione interrumpentes, locum mutare compellunt. Nam cùm huiusce modi frequentiam suo proposito officere vidisset, relicto monte, in Samnium prouinciam ad monasterium S. Benedicti, situm in *p* castro Casssino secessit: & ibi quod reliquum *q* erat temporalis vitæ, religiosè conuersando compleuit.

m *pòst Pipinus & Carolomannus;* *n* *o* *hic monachus fit,* *amans quietis:* *p* *q*

6 Pipinus autem per auctoritatem Romani Pontificis ex Præfecto Palatij Rex constitutus, cùm per XV. annos aut eo ampliùs Francis solus imperaret; finito Aquitanico bello, quod contra *r* VVaifarium Ducem Aquitaniæ ab eo susceptum per continuos *s* IX. annos gerebatur, apud Parisios morbo aquæ intercutis diem *t* obiit; superstitibus liberis Karolo, & Karolomanno, ad quos successio regni diuino nutu peruenerat. Franci siquidem facto solenniter generali conuentu, ambos sibi Reges constituunt, eâ conditione præmissâ vt totum regni corpus ex æquo partirentur *v*; & Karolus eam partem, quam pater eorum Pipinus tenuerat, Karolomannus verò eam cui patruus eorum Karolomannus præerat, regendi gratiâ susciperet. Susceptæ sunt vtrimque conditiones, & pars regni diuisi, iuxta modum sibi propositum, ab vtroque recepta est: mansitque ista quamuis summâ cum difficultate concordia, multis ex parte Karolomanni societatem separare molientibus, adeò vt quidam etiam eos bello committere sint meditati. Sed in hoc plus suspicionis quàm periculi fuisse ipse rerum exitus approbauit; cùm defuncto Karolomanno vxor eius cum filiis, & quibusdam, qui ex optimatum eius numero primores erant, Italiam fugâ petiit, & nullis existentibus caussis, spreto mariti fratre, sub Desiderij Regis Longobardorum patrocinium se cum liberis suis contulit. Et Karolomannus quidem post administratum communiter biennio regnum, morbo decessit.

Pipinus eligitur Rex: *r* *s* *t* *succedit Carolus & Carolomannus;* *v* *hic breuì moritur.*

a Merouingi, *à* Meroueo Childerici *patre*, Clodouei *Magni auo dicti.*

b *Alij* Childericum, *alij* Hildricum *vocant. ab an.* 742. *ad* 750. *imaginem, quæ hîc describitur, regni gessit.*

c *Imò primitus id* Zacharias *Papa vt fieret annuit, rogatus à* Burchardo *VVirzeburgensi Episcopo, &* Fulrado *Capellano, Francorum Legatis, anno* 749. *Vnctus sic est an.* 750. *à* S. Bonifacio *in vrbe Suessionum. Confirmauit* Stephanus III. *qui* Stephano II. (Zachariæ *successori, tertio die sui pontificatus mortuo*) *successit* 27. *Martij* 752. *idemq; anno* 754. ipsum sacrâ vnctione, *vt in Annalib. Eginardus scribit*, ad regiæ dignitatis honorem consecrauit, & cum eo duos filios eius Karolum & Karolomannum.

d *Addit MS. Paderbor.* Sithiu, *siue* S. Bertini, *quod in vrbe Audomaropoli est.*

e *A temporibus* Clodouei II, *cui tamen fortassis propter vxoris* Bathildis *sanctitatem, relictosq; à patre* Dagoberto *sapientes consiliarios, satis feliciter cuncta euenêre. Præcipuè regiam potestatem labefactauit*

Maiorum-Domus pernicioſa Regibus potentia.

befactauit & oppreſſit Ebroinus, *ac deinde* Pipinus Heriſtallus: *Documentum in ingens quàm periculosè Reges ſua regna, ad quæ regenda à Deo vocati ipſi idoneoq; afflati cælitus ſpiritu ſunt, alijs adminiſtranda committant, ipſi otio vacent.*

f *Quis hæc credat? Calliditas hæc fuit Præfectorum Aulæ, vt minori inuidiâ tam abiectos opprimerent Reges.*

g *Addit du Cheſne & alij editi*, iure.

h Martellus *nempe*, Pipini Herſtalli *filius nothus, is* Danielem *Clericum in regnum à* Raginfredo, *Aulæ præfecturam affectante, intruſum, ipſumq;* Raginfredum *oppreſſit an.* 717. *XII. Kal. April. die Dominico; atque* Eudonem *Vaſconum Regulum, ad quem is confugerat, fregit: idem Saxones, Alemannos, Boios, Aquitanos vicit.*

i *Annales Francorum à Frehero editi:* Anno 732. Karlus pugnauit contra Sarcinos die ſabbato ad Pictauis. Anno 737. Karlus pugnauit contra Sarcinos, in Dominico die. *Eadem alij habent, & primum prælium menſe Octobri contigiſſe. Alij anno* 726. *fuſos à* Carolo *Saracenos in agris Turonicis ſcribunt, cæſis eorum* 375. *millibus; Francis dumtaxat* 1500. *deſideratis. Anaſtaſius Bibliothecarius in Gregorio II. victoriam illam* Eudoni *tribuit, nullâ factâ* Caroli *mentione.*

Birra *fl.*

k *Alijs* Birra, *quibuſdam* Birſa *dicitur, vulgò* Bere. *Prælium illud Catellius tribus leucis vltra Narbonam commiſſum ſcribit ad* Birram, *qui in ſtagnum Oliuarium dictum influit, inter Leucatam & Narbonem.*

l *Obiit* Pipinus Herſtallus *an.* 714. *menſe Decemb.*

m *Obiit* Martellus *an.* 741. 15. *Octob. ſucceſſerunt* Pipinus & Carolomannus, *ſiue* Karlomannus.

n *Id an.* 746. *contigiſſe ſcribit idem Eginardus in Annal. alij anno* 747.

Soractes.

o *Is nunc mons* S. Silueſtri *dicitur, ad dextram Tiberis ripam ſitus, in Faliſcis.*

Caſinum.

p *Du Cheſne alijq; editi*, arce Caſſinâ. Caſſinum *oppidum Volſcis ereptum tenuerunt aliquando Samnites; ideò* Samnio *tributum Eginardus. De monte* Caſſino, *vel* Caſino, *ſitoq; in eius latere quondam oppido, & religioſiſſimo S. Benedicti cœnobio, ſæpius alibi agendum.*

q *Imò in Galliam venit an.* 753. iuſſu Abbatis ſui, *inquit idem in Annalib. Eginardus*, vt apud fratrem precibus Romani Pontificis obſiſteret. Inuitus tamen hoc feciſſe putatur, quia nec ille Abbatis ſui iuſſa contemnere, nec Abbas illius præceptis Regis Langobardorum, qui ei hoc imperauerat, audebat reſiſtere. *Retentus in Galliâ à fratre* Carolomannus, *obiit Vienna an.* 755. *remiſſumq; eius corpus ad S. Benedicti monaſterium. Eius memoria extat in Martyrologijs monaſticis & aliis* 17. *Aug.*

r *Alij* Gaiferium *vocant.*

ſ *Anno* 760. *inchoatum Aquitanicum bellum, confectum* 768. *occiſo* Waifario: *ſed pòſt recruduit.*

t *VIII Kal. Octob.*

v Karolus in Nouiomago ciuitate, Karolomannus in Sueſſiona inſignia regni ſuſceperunt. *Eginardus in Annalibus. Obiit Carolomannus anno* 771. 4. *Decemb.*

CAPVT II.

Bellum Aquitanicum, Langobardicum, Saxonicum.

Karolus mortuo fratre ſolus regnat.

7 KArolus autem fratre defuncto, conſenſu omnium Francorum Rex conſtituitur. De cuius natiuitate atque infantiâ, vel etiam pueritiâ, *a* quia neque ſcriptis vſquam aliquid declaratum eſt, nec quiſquam modò ſupereſſe inuenitur, qui horum ſe dicat habere notitiam, ſcribere ineptum iudicans; ad actus & mores ceteraſque vitæ illius partes explicandas ac demonſtrandas, omiſſis incognitis, tranſire diſpoſui: ita tamen vt primò res geſtas & domi & foris, deinde mores & ſtudia eius, tum de regni adminiſtratione & fine narrando, nihil de iis quæ cognitu vel digna vel neceſſaria ſunt, prætermittam.

a

8 Omnium bellorum, quæ geſſit, primò Aquitanicum à patre inchoatum, ſed nondum finitum, quia *b* citò peragi poſſe videbatur, fratre adhuc viuo & auxilium ferre rogato, ſuſcepit: & licet eum frater promiſſo *c* fruſtraſſet auxilio, ſuſceptam tamen expeditionem ſtrenuiſſimè executus, non priùs incepto deſiſtere, aut ſemel ſuſcepto labori cedere voluit, quàm hoc, quod efficere moliebatur, perſeuerantiâ quadam ac iugitate, perfecto fine concluderet. Nam & *d* Hunoldum, qui poſt VVaifarij mortem Aquitaniam occupare, bellumque iam penè peractum reparare tentauerat, Aquitaniam relinquere, & Vaſconiam petere coëgit. Quem tamen ibi conſiſtere non ſuſtinens, tranſmiſſo amne Garumnâ, Lupo Vaſconum Duci per Legatos mandat, vt perfugam reddat: quod ni feſtinatò faciat, bello eum ſe expoſtulaturum. Sed Lupus ſaniori vſus conſilio, non ſolùm Hunoldum reddidit; ſed etiam ſeipſum cum prouinciâ, cui præerat, eius poteſtati ſubmiſit.

b

c

d

Hunoldus victus.

Tom. II.

9 Compoſitis in Aquitaniâ rebus, eoque bello finito, *e* regni quoque ſocio iam rebus humanis exempto, rogatu & precibus Adriani Romanæ Vrbis Epiſcopi exoratus, bellum contra Langobardos ſuſcepit: quod priùs quidem & à patre eius, Stephano Papâ ſupplicante, cum magnâ difficultate ſuſceptum eſt; quia quidam ex primoribus Francorum, cum quibus conſultare ſolebat, adeò voluntati eius reniſi ſunt, vt ſe Regem deſerturos, domumque redituros liberâ voce proclamarent. *f* Suſceptum tamen bellum eſt tunc contra Haiſtulfum Regem, & celerrimè completum. *g* Sed licet ſibi & patri belli ſuſcipiendi ſimilis, ac potiùs eadem cauſſa ſubeſſe videretur; haud ſimi i tamen & labore certatum, & fine conſtat eſſe completum. Pipinus ſiquidem Haiſtulfum Regem, paucorum dierum obſidione apud Ticinum compulit, & *h* obſides dare, & erepta Romanis oppida atque caſtella reſtituere, atque vt reddita non repeterentur, ſacramento fidem dare. Karolus verò poſt inchoatum à ſe bellum non priùs deſtitit, quàm & Deſiderium Regem, quem longâ *i* obſidione fatigauerat, in deditionem ſuſciperet: & filium eius *k* Adalgiſum, in quem ſpes omnium inclinatæ videbantur, non ſolùm regno, ſed etiam Italiâ excedere compelleret, omnia Romanis erepta reſtitueret: *l* Ruodgaudum Foroiuliani Ducatus Præfectum res nouas molientem opprimeret, totamque Italiam ſuæ ditioni ſubiugaret, ſubactæque filium Pipinum Regem imponeret. Italiam intranti, quàm difficilis Alpium tranſitus fuerit, quantoque Francorum labore inuia montium iuga, & eminentes in cælum ſcopuli, atque aſperæ cautes ſuperatæ ſint, hoc loco deſcriberem, niſi vitæ illius modum potiùs, quàm bellorum quæ geſſit, euentus memoriæ mandare præſenti opere animo eſſet propoſitum. Finis tamen huius belli fuit ſubacta Italia, & Rex Deſiderius perpetuo exilio deportatus, & filius eius Adalgiſus Italiâ pulſus, & res à Langobardorum Regibus creptæ, Hadriano Romanæ Eccleſiæ rectori reſtitutæ.

e

f

Haiſtulfus à Pipino victus.

g

h

i

à Carolo Deſiderius.

k

& Rotgaudus.

l

Italia ſubacta.

10 Poſt cuius finem Saxonicum, *m* quod quaſi intermiſſum videbatur, repetitum eſt, quo nullum neque prolixius neque atrocius, Francorumque populo laborioſius, ſuſceptum eſt. Quia Saxones, ſicut omnes ferè Germaniam incolentes nationes, & naturâ feroces & cultui dæmonum dediti, noſtræque religioni contrarij, neque diuina neque humana iura vel polluere vel tranſgredi, inhoneſtum arbitrabantur. Suberant & cauſſæ, quæ quotidie pacem conturbare poterant, termini videlicet *n* noſtri & illorum penè vbique in plano contigui, præter pauca loca, in quibus vel ſiluæ maiores, vel montium iuga interiecta, vtrorumque agros certo limite diſterminant: in quibus cædes & rapinæ & incendia viciſſim fieri non ceſſabant. Quibus adeò Franci ſunt irritati, vt non iam viciſſitudinem reddere, ſed apertum contra eos bellum ſuſcipere dignum iudicarent. Suſceptum igitur aduerſùs eos bellum, quod magnâ vtrimque animoſitate, tamen maiore Saxonum quàm Francorum damno, per continuos triginta tres *o* annos gerebatur.

m

Saxones olim idololatræ.

n

prædas agunt.

o

11 Poterat ſiquidem citiùs finiri, ſi Saxonum hoc perfidia pateretur. Difficile dictu eſt, quoties ſuperati, ac ſupplices Regi ſe dediderint, imperata facturos polliciti ſint; obſides, qui imperabantur, abſque dilatione dederint; Legatos qui mittebantur ſuſceperint: aliquoties ita domiti & emolliti, vt etiam cultum dæmonum dimittere, & Chriſtianæ religioni ſe ſubdere velle promitterent. Sed ſicut ad hæc facienda aliquoties proni, ſic ad eadem peruertenda ſemper fuêre præcipites. Vt ſatis non ſit æſtimare, ad vtrum horum faciliores veriùs dici

inconſtantes.

AVCTOR EGINARDO. Ex MSS. *Vaſco vltro ſe ſubdit.*

AVCTORE EGINARDO, EX MSS.

poſſint: quippe cùm poſt inchoatum cum eis bellum, vix annus vnus exactus ſit, quo non ab eis huiuſcemodi facta ſit permutatio. Sed magnanimitas Regis, ac perpetua tam in aduerſis quàm proſperis mentis conſtantia, nullâ eorum mutabilitate vel vinci poterat, vel ab iis quę agere cœperat defatigari. Nam numquàm eos huiuſcemodi aliquid perpetrantes impunè ferre paſſus eſt, quin aut ipſe per ſe ducto, aut per Comites ſuos miſſo exercitu, perfidiam vleiſceretur, & dignam ab eis pœnam exigeret: vſque dum omnibus qui reſiſtere ſolebant profligatis, & in ſuam poteſtatem redactis, decem hominum millia ex iis qui vtraſque ripas Albis fluminis incolebant, cum vxoribus & paruulis ſublatos tranſtulit, & huc atque illuc per Galliam & Germaniam multimodâ diuiſione diſtribuit. Eâque conditione à Rege propoſitâ, & ab illis ſuſcepta, tractum per tot annos bellum conſtat eſſe finitum, vt abiecto dæmonum cultu, & reiictis patriis cęremoniis, Chriſtianæ fidei atque religionis ſacramenta ſuſciperent; & Francis adunati, vnus cum eis populus efficerentur.

tranſlati in Franciam.

Chriſtiani facti.

12 Hoc bellum licet per multum temporis ſpatium traheretur, ipſe non ampliùs cum hoſte quàm bis acie conflixit *p*: ſemel iuxta montem qui *q* Oſneggi dicitur, in loco Theotmelli nominato; & iterum apud Haſam fluuium; & hoc vno menſe, paucis quoque interpoſitis diebus. His duobus prœliis hoſtes adeò profligati ac deuicti ſunt, vt vlteriùs Regem neque prouocare, neque venienti reſiſtere, niſi aliquâ loci munitione defenſi, auderent. Plures tamen eo bello tam ex nobilitate Francorum, quàm Saxonum, & functi ſummis honoribus viri, conſumpti ſunt: tandemque anno triceſimotertio finitum eſt: cùm interim tot ac tanta in diuerſis terrarum partibus bella contra Francos & exorta ſint, & ſolertiâ Regis adminiſtrata, vt meritò intuentibus in dubium venire poſſit, vtrum in eo aut laborum patientiam, aut felicitatem potiùs mirari conuenirat. Nam biennio ante Italicum hoc bellum ſumpſit exordium; & cùm ſine intermiſſione gereretur, nihil tamen ex iis quæ alicubi erant gerenda dimiſſum, aut vllâ in parte abæquè operoſo certamine ceſſatum eſt.

p q

a *Id conſtat, admodùm adoleſcentem à* Stephano *Regem vnctum anno 754. cum patre & fratre.*

b *Addunt MSS.* non.

c *Qui, vt Eginardus in Annal.* Procerum ſuorum prauo conſilio, ne id faceret impediebatur, colloquio tantùm cum eo habito in loco qui Duaſdiues vocatur.

d *Alij* Hunaldum, *alij* Vnoldum, *alij* Hunoltdum *vocant.*

e *Vnicâ æſtate anni 769. nam cùm Paſcha apud* S. Remigium *patruum ſuum, Rotomagenſem Epiſcopum, (de quo 19. Ianu.) celebraſſet, in Aquitaniam mouit, belloq; confecto natalem Domini in villâ Duriâ celebrauit.*

f Adrianus *an. 772. 9. Febr. Papa factus, mortuo 1. Febr.* Stephano. *Miſit anno ſequenti* Petrum *Legatum ad* Carolum *rogatum auxilium. Eo anno bellum ſuſceptum, ſequenti peractum, capto* Deſiderio.

g *Id geſtum anno 775.*

h Quadraginta, *vt Eginardus tradit.*

i *Ea obſidio totam hiemem anni 774. tenuit: quo tempore Rex orandi gratiâ Romam profectus eſt.*

k Adalgiſus *Conſtantinopolim ſe contulit, vbi in Patriciatus honore conſenuit.*

l Rotgaudus, *ſiue* Ruodgaudus, *aut* Hruodgaudum, *gente Langobardus, Foroiulienſibus Dux datus à Carolo, res nouas moliri cœpit anno 775. dum* Carolus *bello Saxonico diſtinetur: ab eo anno ſequenti ſummâ celeritate oppreſſus peremptuſq; eſt.*

m *Ferè ab an. 772. anniuerſarium Carolo cum Saxonibus bellum fuit. Id hîc repetitum dicitur, quia anno 775. victi; cùm in Italiam eſſet aduersùs* Rotgaudum *profectus, rebellarunt.*

n *al.* Francorum.

o *Nam anno 805. vt idem Eginardus in Annalib.* Imperator in Saxoniam ducto exercitu, omnes qui trâs Albim & in VVihmuodi habitabant Saxones, cum mulieribus & infantibus tranſtulit in Franciam. *atque is diuturni belli finis fuit.*

p *Id anno 783. contigit.*

q *al.* Oſnich. *al.* Neggi. *fortè* Oſvvick, *vt alibi* Brunſvvick, *&c. Significari videtur ea pars VVeſtphaliæ, vbi vrbs & diœceſis Oſnabrugenſis. Et fuiſſe iſthic locum, quem Eginardus hic* Theotmelli, *alij* Thietmelle, Thiotmelli, Teotmala, Theotmallin, Theotmaldi, Teotmalli, *vocant, inde licet conijcere, quòd eodem tractu ſit* Melle *oppidum, item* Gerſmel *ad Elſam amnem qui mox Haſa miſcetur: & alibi* Dymelle *fluuius, cui ad VVarburgum oppidum* Tuiſco, *ſiue* Tiotus, Tuitſche, *miſcetur. Eo commiſſo prælio, vt ex Annalibus Eginardi patet, recepit ſe Carolus Paderbornam: atque iterum eodem menſe cum iiſdem Saxonibus conflixit ad amnem* Haſam, *qui ſupra Oſnabrugum ortus, ad Meppenam in* Amaſiam *influit.*

CAPVT III.

Bellum Hiſpanienſe, Britannicum, Beneuentanum, Baioaricum, Slauicum.

13 NAm Rex omnium, qui ſuâ ætate gentibus dominabantur, & prudentia maximus, & animi magnitudine præſtantiſſimus, nihil in iis, quæ vel ſuſcipienda erant vel exequenda, aut propter laborem detrectauit, aut propter periculum exhorruit. Verùm vnumquodque ſecundùm ſuam qualitatem & ſubire & ferre doctus, nec in aduerſis cedere, nec in proſperis falsò blandienti fortunæ aſſentire ſolebat. Cùm enim aſſiduo ac penè continuo cum Saxonibus bello certaretur, diſpoſitis per congrua confiniorum loca præſidiis, Hiſpaniam quàm maximo poterat belli apparatu aggreditur: ſaltuque Pyrenæi ſuperato, omnibus, quæ adierat, *a* oppidis atque caſtellis in deditionem acceptis, ſaluo atque incolumi exercitu reuertitur: præter quòd in ipſo Pyrenæi iugo Vaſconum perfidiam parumper in reducendo contigit experiri. Nam cùm agmine longo, vt loci & anguſtiarum ſitus permittebat, porrectus iret exercitus, Vaſcones in ſummi montis vertice poſitis inſidiis (eſt enim locus ex opacitate ſiluarum, quarum maxima eſt ibi copia, inſidiis ponendis opportunus) *b* extremam impedimentorum partem, & eos, qui nouiſſimi agminis incedentes, ſubſidio præcedentes tuebantur, deſuper incurſantes, in ſubiectam vallem deiiciunt; conſertoque cum eis prælio, vſque ad vnum omnes interficiunt: ac direptis impedimentis, noctis beneficio, quæ iam inſtabat, protecti, ſummâ cum celeritate in diuerſa diſperguntur. Adiuuabat in hoc facto Vaſcones & leuitas armorum, & loci, in quo res gerebatur, ſitus. E contrà Francos & armorum grauitas, & loci iniquitas, per omnia Vaſconibus reddidit impares. In quo prælio *c* Eghardus regiæ menſæ Præpoſitus, Anshelmus Comes Palatij, & *d* Rutlandus Britannici limitis Præfectus, cum aliis compluribus interficiuntur. Neque hoc factum ad præſens vindicari poterat: quia hoſtis re perpetratâ ita diſperſus eſt, vt ne fama quidem remaneret, vbinam gentium quæri potuiſſet.

Carolus prudens & magnanimus,

in Hiſpaniam mouet:

a

cladem aliquam à Vaſconibus accipit:

b

c

d

14 Domuit & Brittones *e*, qui ad Occidentem in extremâ quadam parte Galliæ ſuper littus Oceani reſidentes, dicto audientes non erãt; miſsâ in eos expeditione, quâ & obſides dare, & quæ imperarentur ſe facturos polliceri coacti ſunt. Ipſe poſteà Rex cum exercitu Italiam *f* ingreſſus, ac per Romã iter agens, Capuam Campaniæ vrbem acceſſit: atque ibi poſitis caſtris, bellũ Beneuentanis, ni ſeſe dederent, comminatus eſt. Præuenit hoc Dux gentis Aragiſus filios ſuos *g* Rumoldum & *h* Grimoaldum cum magnâ pecuniâ obuiàm Regi mittens, rogat vt filios obſides ſuſcipiat, ſeque cum gente imperata facturum pollicetur: præter hoc ſolum, ſi non ipſe ad conſpectum venire cogeretur. Rex vtilitate gentis magis, quàm animi eius obſtinatione conſideratâ, & obſides ſibi oblatos ſuſcepit, eique vt ad conſpectum venire non cogeretur, pro magno munere conceſſit: vnoque ex filiis, qui minor erat, obſidatus gratiâ retento, maiorem patri remiſit: Legatiſque ob ſacramenta fidelitatis à Beneuentanis exigenda atque ſuſcipienda cum Aragiſo dimiſſis, Romam rediit: conſumptiſque ibi in ſanctorum veneratione locorum aliquot diebus, in Galliam reuertitur.

e

Brittones domat:

f

g

h

dein Ducem Beneuentanum:

15 Baioaricum deinde bellum & repentè ortum, & celeri fine completum eſt: quod ſuperbia ſimul ac ſocordia *i* Taſſilonis Ducis excitauit: qui hortatu vxoris,

i

tum Taſſilonem Bauariæ Ducem.

k quæ filia Deſiderij Regis erat, ac patris exilium per maritum vlciſci poſſe putabat, iuncto fœdere cum Hunis, qui Baioariis ſunt ab Oriente contermini, non ſolùm imperata non facere, ſed bello Regem prouocare tentabat. Cuius contumaciam, quia nimia videbatur, animoſitas Regis ferre nequiuerat, ac proinde copiis vndique contractis, Baioariam petiturus ipſe ad Lechum amnem cum maximo venit exercitu. Is fluuius Baioarios ab Alemannis diuidit: cuius in ripâ caſtris *l* collocatis, priùs quàm prouinciam intraret, animum Ducis per Legatos ſtatuit experiri. Sed ille pertinaciter agere nec ſibi nec genti vtile ratus, ſupplex ſe Regi ſubiecit: *m* obſides qui imperabantur dedit, inter quos & filium ſuum Theodonem; datâ inſuper fide cum iuramento, quòd ab illius poteſtate ac defenſione nemini defectionem ſuadenti aſſentiri deberet. Sicque bello, quod quaſi maximum futurum videbatur, celerrimus eſt finis impoſitus. Taſſilo tamen poſtmodùm ad Regem euocatus, *n* neque redire permiſſus, neque prouincia, quam tenebat, vlteriùs Duci, ſed Comitibus ad regendum commiſſa eſt.

& rebellẽ Ducatu exuit:

16 His motibus ita compoſitis, Sclauis, qui noſtrâ conſuetudine *o* VVilſi, propriè verò, hoc eſt ſuâ linguâ, VVelatabi dicuntur, illatum eſt bellum: in quo & Saxones velut auxiliares inter ceteras nationes, quæ Regis ſigna iuſſæ ſequebantur, quamquàm fictâ & minùs deuotâ obedientiâ, militabant. Cauſſa belli erat, quòd *p* Abodritos, qui cum Francis olim fœderati fuerant, aſſiduâ incurſione laceſſebant, nec iuſſionibus coërceri poterant. Sinus quidam ab Occidentali Oceano Orientem versùs porrigitur, longitudinis quidem incompertæ *q*, latitudinis verò, quæ nuſquam centum millia paſſuum excedat, cùm in multis locis contractior inueniatur. Hunc multæ circumſident nationes, Dani ſiquidem & Sueones, quos *r* Nordmannos vocamus, & Septemtrionale littus, & omnes in eo inſulas tenent. At littus Auſtrale *ſ* Sclaui & *t* Aiſti, & aliæ diuerſæ incolunt nationes: inter quos vel præcipui ſunt, quibus tunc à Rege bellum inferebatur, VVelatabi: quos ille vnâ tantùm, & quam per ſe geſſerat, expeditione ita contudit ac domuit, vt vlteriùs imperata facere minimè renuendum iudicarent.

VVilſos Sclauos ſubingat:

a *Ea expeditio anno 778. ipſorum Maurorum rogatu ſuſcepta. Capta Pampelona, & in reditu deſtructa, aut mœnibus nudata. Oſca, Barcino, Cæſarauguſta, Gerunda, aut certè earum Præfecti Mauri, obſides dedêre. De Pampelonenſi obſidione multa fabuloſus Turpinus, deq; muris Hierichuntino ferè miraculo collapſis.*

b *Ergo hyperbolicè Mariana lib. 7. cap. 11.* In Pyrenæi anguſtiis, Vaſconum armis, impedimentis exutus, theſauriſque direptis omnibus deformatus in Germaniam rediit.

c *al.* Eghartus, Agibardus, Eggibardus.

Rolandus & ſocij.

d *al.* Rotlandus, *al.* Hrodlandus, *vulgò* Rolandus. *Hunc alij fabulantur in Roncifualle cum omni ferè exercitu cæſum. Quidam hunc Martyribus accenſent: inter Pios numerat Sauſſaius 3. Maij his verbis*: Eodem die in Vaſconiâ Rolandus Comes Cenomannenſis, aliiq́ue primæ nobilitatis Galliæ Equites, ſubiugatâ Nauarrâ, Cæſarauguſtâque ab Saracenorum iugo liberatâ, cùm victores ad Carolum Magnum redirent, cum exercitu in ſaltibus Pyrenæis intercepti, pro Chriſto aduersùs impios pugnantes, glorioſo agone occubuerunt. *Hæc ille. an odio fidei, an potiùs prædandi libidine eos Vaſcones trucidarint, haud quærimus. Erant Chriſtiani Vaſcones, ſed an non aliqui Maurorum deliriis irretiti, difficile eſt ſtatuere. Ipſi Nauarri & nominatim Pampelonenſes leguntur, etiam poſtquàm erant à Carolo debellati, ad Saracenos defeciſſe, ſed rurſus anno 806. in fidem à Carolo recepti. Fallitur Sauſſaius cùm Cæſarauguſtam ſcribit per Carolum à Saracenorum iugo liberatam: imò Saracenum ei Regem impoſuit.*

e *Duce Audulfo, quem alij* Seneſcallum, *alij* regiæ menſæ Præpoſitum *vocant. Geſtum id anno 786. ſtatim poſt Paſcha.*

f *Exeunte anno 786. nam Florentiæ natalem Domini celebrauit.*

g *Alij* Romuldum, *alij* Romaldum: *ipſe Eginardus in Annalibus* Rumoaldum *vocat. Is Romam ad Carolum venit.*

h *Alij* Grimoldum. *Miſſus eſt cùm iam Capuam veniſſet* Carolus, *ſeq; relicto Beneuento Salernum recepiſſet* Aragiſus. *Retentus eſt, cum aliis* XI. *obſidibus, à Carolo. Interea tamen perfidus parens, vt ex Adriani ep. 88. conſtat, Conſtantinopolitanũ Imperatorem auxilium contra Carolum rogauit, ei ſe ſubiecturus: quod Gregorius Presbyter Capuanus Adriano indicauit, hic Carolo.*

Taſſilo Dux Bauariæ.

i Taſſilo *Odilonis Ducis Baioariorum filius ex Hiltrude filiâ Caroli Martelli. à Grifone auunculo, Pipini fratre an. 748. Ducatu exutus, à Pipino reſtitutus; eidem & filiis Carolo & Carolomanno an. 757. fidelitatem ſuper corpus S. Dionyſij iurauit, teſte Eginardo.* AVCTORE EGINARDO, EX MSS.

k Luitburgæ, *Francis inimiciſſimæ.*

l *Conſedit Rex in ſuburbano Auguſtæ. alius exercitus Italicus à Pipino filio in vallem Tridentinam adductus; alius ex Orientalibus Francis & Saxonibus ad Danubium.*

m *Duodecim, vt habet Eginardus in Annal. Hac anno 787. geſta.*

n *Conuictus noua perduellionis, Baioariis accuſantibus, in Ingelheim an. 788. Caroli clementiâ ſeruatus, in monaſterium Laurishamenſe miſſus eſt*: vbi tam religioſè vixit, *inquit Eginardus*, quàm libens intrauit. *Eius certè nomen in pluribus Martyrologiis celebratur 13. Decemb.*

VVilſi.

o *Helmoldus lib. 1. c. 2. ſcribit* Odoram fluuium diuidere Wilſos à Pomeranis, & contra Wilſos poſitam inſulam Rugianorum. *VVilſi ergo Pomeraniam Cis-Oderanam & veterem Brandenburgiam incoluêre. Plures erant eius gentis numeroſiſſimæ Reguli, quibus* nobilitate generis & auctoritate ſenectutis præeminebat VViltzan, *qui in ciuitate* Dragavviti *morabatur, primuſq; ſe Carolo ſubdidit, an. 789. Eginard. in Annal. Alij Sclauorum Reguli ad Carolum venerunt* Dragitus, & Drago.

Abotriti.

p Obotriti, *ſiue* Abotriti, *vel* Abodriti *Meckelenburgicam ditionem & VVagriam tenebant. De iis actum in S. Canuti Lavvardi, ipſorum Regis, vitâ 7. Ianuar. Carolus iu an. 804. Saxonum pagos Tranſalbianos dedit, Saxonibus in Franciam tranſlatus.*

q *Mirum id ſcribi à diligenti alioquin ſcriptore. Et comperta, etiam antiquioribus, longitudo, & latitudo alicubi CC. millium paſſuum.*

Sclaui.

r *Id* Septemtrionales viros *ſignificat.*

ſ *Generale id nomen fuit, & non vnica gentu. Erant enim* Sclaui Behemani, Sclaui Lini, Sclaui Sorabi, Sclaui VVilſi, Sclaui Suburbi, *&c.*

Æſtij.

t *Alij* Æſtij, Hæſti, Eſtones *dicti, nomen etiamnum retinet pars gentis aliqua: latiùs olim coluêre qua vltra Viſtulam Pruſſiâ nunc & Liuoniâ continent videntur.*

CAPVT IV.

Bellum Auaricum, Bohemicum, Danicum. Fines imperij Caroli.

Hunos debellat,

17 MAximum omnium, quæ ab illo geſta ſunt, bellorum, præter Saxonicum, huic bello ſucceſſit, illud videlicet, quod contra *a* Auares, ſiue Hunos, ſuſceptum eſt: quod ille & animoſiùs quàm cetera, & longè maiori apparatu adminiſtrauit. Vnam tamen *b* per ſe in Pannoniam *c*, nam hanc prouinciam ea gens tunc incolebat, expeditionem fecit: ceteras filio ſuo Pipino ac Præfectis Prouinciarum, Comitibus etiam atque Legatis perficiendas commiſit. Quod cùm ab iis ſtrenuiſſimè fuiſſet adminiſtratum, octauo tandem anno completum eſt. Quot prælia in eo geſta, quantum ſanguinis effuſum ſit, teſtatur vacua omni habitatore Pannonia, & locus, in quo regia *d* Cagani erat, ita deſertus, vt ne veſtigium quidem in eo humanæ habitationis appareat. Tota in hoc bello Hunorum nobilitas periit: tota gloria decidit: omnis pecunia, & congeſti ex longo tempore theſauri direpti ſunt. Neque vllum bellum contra Francos exortum humana poteſt memoria recordari, quo illi magis ditati & opibus aucti ſint: quippe cùm vſque in id temporis penè pauperes viderentur, tantum auri & argenti in regiâ repertum, tot ſpolia pretioſa in præliis ſublata; vt meritò credi poſſit, hoc Francos Hunis iuſtè eripuiſſe, quod Huni priùs aliis gentibus iniuſtè eripuerunt. Duo tantùm ex Proceribus Francorum eo bello perierunt, *e* Ericus Dux Foroiulij, in Liburniâ iuxta Tarſaticam maritimam ciuitatem inſidiis oppidanorum interceptus; & *f* Gerholdus Baioariæ Præfectus in Pannoniâ, cùm contra Hunos præliaturus aciem inſtrueret, incertum à quo, cum duobus tantùm, qui eum obequitantem ac ſingulos hortantem comitabantur, interfectus eſt. Ceterùm incruentum penè Francis hoc bellum fuit, & proſperrimum exitum habuit, tametſi diutius *g* ſui magnitudine traheretur. Poſt quod & Saxonicum ſuæ prolixitati conuenientem finem accepit.

a *penè vacuâ redditâ prouinciâ.* *d* *ſuis ditatus.* *e* *f* *g*

Bohemos vincit: item Hilinones.

18 *h* Boëmanicum quoque, & *i* Hilinonicum, quæ poſteà exorta ſunt, diu durare non potuerunt: quorum vtrumq;

h i

AVCTORE EGINARDO, EX MSS.

vtrumque ductu Karoli iunioris, celeri fine completum est. Vltimum quoque contra k Nordmannos, qui Dani vocantur, primò piraticam exercentes, deinde maiori classe littora Galliæ atque Germaniæ vastantes, bellum susceptum est. Quorum Rex Godefridus adeò vanâ spe inflatus erat, vt totius sibi Germaniæ promitteret potestatem. l Frisiam quoque & Saxoniam haud aliter atque suas prouincias æstimabat. Iam Abodritos vicinos suos in suam ditionem redegerat, iam eos sibi vectigales fecerat: iactabat etiam se breui Aquasgrani, vbi Regis Comitatus erat, cum maximis copiis aduenturum. Nec dictis eius quamuis vanissimis omnino fides abnuebatur, quin putaretur tale aliquid inchoaturus, nisi festinatâ fuisset morte præuentus. Nam à proprio satellite interfectus, m & suæ vitæ & belli à se inchoati finem accelerauit.

k

l *Godefridâ Danum, magna spirantem mors opprimit.*

m

19 Hæc sunt bella quæ Rex potentissimus per annos XLVII. (tot enim annis regnauerat) in diuersis terrarum partibus, summâ prudentiâ atque felicitate gessit. Quibus regnum Francorum, quod post patrem Pipinum magnum quidem & forte susceperat, ita nobiliter ampliauit, vt penè duplum illi adiecerit. Nam cùm priùs non amplius, quàm ea pars Galliæ, quæ intra Rhenum & Ligerim, Oceanumq́ ie & mare Balearicum iacet; & pars Germaniæ, quæ intra Saxoniam & Danubium, Rhenumque ac Salam fluuium, qui Turingos & n Sorabos diuidit, posita, à Francis, qui Orientales dicuntur, incolitur; & præter hæc Alemanni atque Baioarij ad regni Francorum potestatem pertinerent; o ipse per bella memorata primò Aquitaniam & Vasconiam, totumque Pyrenæi montis iugum, & vsque ad Iberum amnem, qui apud Nauarros ortus, & fertilissimos Hispaniæ agros secans, sub Dertusæ ciuitatis mœnia Balearico mari miscetur; deinde Italiam totam, quæ ab Augustâ Prætoriâ vsque in Calabriam inferiorem, in quâ Græcorum ac Beneuentanorum constat esse confinia, decies centum & eo ampliùs passuum millibus longitudine porrigitur: tum Saxoniam, quæ quidem Germaniæ pars non modica est, & ad eam, quæ à Francis incolitur, duplum in lato habere putatur, cùm longitudine possit esse consimilis. Post quam vtramque Pannoniam, & p oppositam in alterâ Danubij ripâ Daciam, Istriam quoque, & Liburniam, atque Dalmatiam, exceptis maritimis ciuitatibus, quas ob amicitiam & iunctum cum eo fœdus, Constantinopolitanum Imperatorem habere permisit: deinde omnes barbaras ac feras nationes, quæ inter Rhenum ac Vistulam fluuios, Oceanumque ac Danubium positæ, linguâ quidem penè similes, moribus verò atque habitu valdè dissimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit, vt eas tributarias efficeret: inter quas ferè præcipui sunt VVelatabi, Sorabi, Abodriti, Boëmanni; cum eis namque bello conflixit: ceteras quarum multò maior est numerus, in deditionem suscepit.

n

o

Carolus Francicũ imperium larè amplifit.st.

p

a *Suscitauerat hos Tassilo, antequàm in monasterium retruderetur. Ergo an.* 788. *vno exercitu Marchiam Foroiulienſem aggressi, altero Bhuariam, vtrobique cæsi: iterum Bauariam repetentes, rursum profligati sunt.*

b *an.* 791.

c *Eginardus in Annal.* Prima castra super Anesum posita sunt: nam is fluuius inter Baioariorum atque Hunorum terminos medius currens, certus duorum regnorum limes habebatur. *Ergo potissimam Austria moderna partem Hunni tenuêre.*

Hunorum fines.

d *Cagani regia, vt Eginardus in Annalib.* Ringus, à Langobardis Campus *dicebatur, in Annal. Fuldenſ.* Hringus. *Ea à Pipino Rege, & Erico Duce euersa an.* 796. *Erat anno* 805. *Caganus, siue Princeps Hunnorum, Christianus, nomine* Theodorus.

e Eenricus, *monacho Ecolismensi &* Heiricus *dicitur; in Annalib Fuldenſ.* Ehericus, *in MSS.* Heinricus. *occisus est an.* 799.

f *Frater Hildegardis Reginæ. Extat de eius nece VValafridi Strabonis pœma. Occubuit Kal. Septemb. an.* 799 *quo die Beatus accensetur à Ferrario, & Radero tom.* 1. *Bauaria sancta.*

B. Geroldus Dux.

g *al.* suâ.

h *Carolus iunior an.* 805. *Sclauos, qui Behemanni vocantur, vicit,* Lechone *eorum Duce occiso.*

i *Eginardus in Annalib. ad an.* 808. *cum Danico bello, de quo mox,* Hilinonicum *coniungit: cùm enim Abotritorum regionem Rex Daniæ inuasisset,* Karolus Imperatoris filius Albim ponte iunxit, & exercitum cui præerat in Hilinones & Smedlingos, qui & ipsi ad Godefridum defecerant, celerrimè transposuit: populatisque circumquaque eorum agris, transitoque iterum flumine in Saxoniam se recepit. *Et an.* 811. Rex exercitum vnum misit trans Albim in Hilinones, qui & ipsos vastauit & castellum Huochbochi superiore anno à VVilsis destructum in ripâ Albis fluminis restaurauit. *Eadem & in aliis Annalibus Francorum habẽtur, vbi tamen* Linones, & Smeldingi *appellantur; castellum verò illud* Hobuoki, Hoohoki, & Hcobuoki, *quod Albertus Stadenſis* Hamburgum *esse asserit. De iisdem populis Poeta Saxo lib.* 3.

Hilinones.

Sunt Slaui quidam Lini cognomine dicti.

k *Helmoldus lib.* 1. *Chronic. Slauor. cap.* 3. Dani, & qui trans Daniam sunt, ab Historicis Francorum Nortmanni vocantur.

Nortmanni.

l *Pars Hollandiæ Gelriæq́ in Frisiâ tunc censebatur. atque etiamnum Septemtrionalis Hollandia Frisia appellatur, & oppida Frisia insignibus decorantur.*

m *Contigit id anno* 820.

n *De his alij Annales Francorum an.* 807. Karolum filium suum in terram Slauorum, qui dicuntur Sorabi, qui sedent super Albim fluuium, cum exercitu misit..... duoque castella ab exercitu ædificata, vnum super ripam fluminis Salæ, alterum iuxta fluuium Albim. *Vnde patet* Sorabos *moderna Saxoniæ, Misniæ, Anhaldini Comitatus, Hallenſis & Magdeburgenſis diœceseon, partem tenuisse.*

Sorabi.

o *Amplè dilatatos à Carolo Francici imperij terminos, clarè designat Eginardus; vt hinc statuere liceat, quo loco habenda sit qua vulgò extat, à viro alioquin doctissimo adornata, geographica Carolini imperij descriptio, quâ vniuersam Hispaniam, Siciliam, aliasq́ regna complexus est, quæ numquàm possedit Carolus.*

p *al.* appositam.

CAPVT V.

Fœdera cum exteris. publica opera.

20 AVxit etiam gloriam regni sui, quibusdam Regibus ac gentibus per amicitiam sibi conciliatis: adeò namque a Adelfonsum Gallæciæ atque Asturicæ Regem sibi societate deuinxit, vt is cùm ad eum vel literas vel Legatos mitteret, non aliter se apud illum quàm Proprium suum appellari iuberet. b Scotorum quoque Reges sic habuit ad suam voluntatem per suam munificentiam inclinatos, vt eum numquàm aliter quàm Dominum, seque subditos ac seruos eius appellarent. Extant epistolæ ab eis ad illum missæ, quibus huiusmodi affectus eorum erga illum indicatur. Cum Aaron Rege Persarum, qui, exceptâ Indiâ, totum penè tenebat Orientem, talem habuit in amicitiâ concordiam, vt is gratiam eius omnium, qui in toto orbe terrarum erant, Regum ac Principum amicitiæ præponeret; solumque illum honore ac munificentiâ sibi colendum iudicaret: ac proinde, cùm Legati eius, quos cum donariis ad sacratissimum Domini ac Saluatoris nostri sepulchrum locumque Resurrectionis miserat, ad eum veniissent, & ei Domini sui volũtatem indicassent; non solùm quæ petebantur fieri permisit, sed etiam sacrum illum & salutarem locum, vt illius potestati asscriberetur, concessit: & reuertentibus Legatis suos adiungens, inter vestes & aromata, & ceteras orientalium terrarum opes, ingentia illi c dona transmisit; cùm ei paucos ante annos d eum quem tunc solum habebat roganti mitteret elephantem. Imperatores etiam Constantinopolitani e Nicephorus, f Michaël, & g Leo, vltro amicitiam & societatem eius expetentes, complures ad eum misêre Legatos: cum quibus tamen, propter susceptum à se Imperatoris nomen, & ob hoc ei, quasi qui imperium eis eripere vellet, valdè suspectum, fœdus firmissimum statuit, vt nulla inter partes cuiuslibet scandali remaneret occasio. Erat enim semper Romanis & Græcis Francorum suspecta potentia. Vnde & illud Græcum extat prouerbium: b Τὸν φθονερὸν φίλον ἔχῃς, γείτονα οὐκ ἔχῃς.

a *Carolus fœderatus Regi Galliciæ,*

b *Regibus Scotorum,*

Regi Persarum,

c d

e

f g

Imperatoribus Byzantinis.

h

21 Qui cùm tantus in ampliando regno & subigendis exteris nationibus existeret, & in huiusmodi occupationibus assiduè versaretur, opera tamen plurima, ad regni decorem & commoditatem pertinentia, diuersis in locis inchoauit, quædam etiam consummauit. Inter quæ præcipua non immeritò videri possunt, basilica i sanctæ

ædificat templum Aquense,

i *pontem Moguntiæ,*

i ſanctæ Dei Genitricis Aquiſgrani, opere mirabili conſtructa; & pons apud Moguntiacum in Rheno quingentorum paſſuum longitudinis (nam tanta eſt ibi fluminis latitudo) qui tamen vno antè quàm decederet anno, incendio conflagrauit: nec refici potuit propter feſtinatum eius deceſſum: quamquàm in eâ meditatione eſſet, vt pro ligneo lapideum reſtitueret. Inchoauit & palatia operis egregij, vnum haud longè à Moguntiaco ciuitate iuxta villam cui nomen eſt Ingelheim: alterum Nouiomagi ſuper VVahalem fluuium, qui Batauorum inſulam à parte meridianâ præterfluit. Præcipuè tamen ædes ſacras vbicumque in toto regno ſuo vetuſtate collapſas comperit, Pontificibus & Patribus, ad quorum curam pertinebant, vt reſtaurarentur, imperauit, adhibens curam, vt imperata perficerent.

palatia,

k *claſſes inſtruit.*

22 Molitus eſt & *k* claſſem contra Nordmannos, ædificatis ad hoc nauibus iuxta flumina, quæ & de Gallîâ & de Germaniâ Septemtrionalem influunt Oceanum: & quia Nordmanni Gallicum littus atque Germanicum aſſiduâ infeſtatione vaſtabant; per omnes portus & oſtia fluminum, quà naues recipi poſſe videbantur, ſtationibus & excubiis diſpoſitis, ne quà hoſtis exire poſſet, tali munitione prohibuit. Fecit idem à parte meridianâ in littore prouinciæ Narbonenſis ac Septimaniæ, toto etiam Italiæ littore vſque Romam, contra Mauros nuper piraticam exercere aggreſſos: ac per hoc nullo graui damno vel à Mauris Italia, vel Gallia atque Germania à Nordmannis diebus ſuis affecta eſt: præter quòd Centumcellæ ciuitas Hetruriæ per proditionem à Mauris

l capta atque vaſtata eſt *l*: & in Friſiâ quædam inſulæ Germanico littori contiguæ, à Nordmannis deprædatæ ſunt. Talem eum in tuendo & ampliando ſimulque ornando regno fuiſſe conſtat. Cuius animi dotes, & ſummam in qualicumque, & proſpero & aduerſo, euentu conſtantiam, ceteraque ad interiorem atque domeſticam vitam pertinentia, hinc dicere exordiar.

a *Eſt hic* Alfonſus II. *cognomento Caſtus, qui anno* 791. *regnum ſuſcepit, & feliciter adminiſtrauit* 52. *annis. In vitâ Ludouici Pij an.* 796. Adefonſi Galleciarum Principis Miſſos, quos pro amicitiâ firmandâ miſerat cũ donis, ſuſcepit, & pacificè remiſit. *Eginardus an.* 797. *eam legationem refert: monachus Ecoliſmenſis* 798, Venit, *inquit*, ad eum Legatus Adefonſi Regis Galliciæ & Aſturiæ, nomine Froia, præſentans papilionem miræ pulchritudinis. *aſt Eginardus an.* 798. *ita ſcribit*: Venêre de Hiſpaniâ Legati Adelfonſi Regis Baſiliſcus & Froia, munera deferentes, quæ ille de manubiis, quas victor ad Oliſipponam ciuitatem à ſe expugnatam ceperat, Regi mittere curauit: Mauros videlicet ſeptẽ, cum totidem mulis atque loricis, *&c.*

Alfonſus Caſtus Carolo amicus.

b *Erant tunc Scoti in Britanniâ ac Hiberniâ: quod qui negant, parum ſe patriæ hiſtoriæ peritos oſtendunt. Annales Francici ex MS. Loiſelij, an.* 812. Claſſis etiam Nortmannorum Hiberniam Scotorum inſulam adgreſſa, commiſſoque cum Scotis prælio, parte non modicâ Nortmannorum interfectâ, turpiter fugiendo domum reuerſa eſt. *Idem habent alij Annales ex MS. Thuani, & monachus Egoliſmenſis, & Eginardus. Eſt id à Bedâ quoque certò traditum. Plures quoque eorum erant Reges. Ioannes Leſlæus rer. Scotic. lib.* 5. *ſcribit Achaium Scotorum in Britanniâ Regem fœdus cum Carolo (id vltro ambiente, ad coërcendos Anglos piraticam exercentes) percuſſiſſe. Leges fœderis aliaq; ignota veteribus, nec probabilia, ſubnectit.*

Scoti in Hiberniâ.

c *Ea dona, ſanè rara, anno* 807. *miſſa, enumerat Eginardus in Annal. & monachus Sangallenſis.*

d *an.* 802.

e *Imperium inuaſit an.* 802. 803. *appulere Legati.*

f *Impio Nicephoro à Bulgaris occiſo, ſuffectus eſt Michael Curopalates, religioſiſſimus Princeps, an.* 811.

g *Leo Armenus an.* 813. *occupauit imperium, Michaële in monaſterium vltro ſecedente.*

h *Id eſt*, Francum amicum habeas, vicinum ne habeas.

i *De eius conſtructione mira quadam, & fortè haud ſatis credibilia, narrat Sangallenſis monachus. Multa de auguſtâ illâ baſilicâ habet Petrus Beka in ſuo Aquiſgrano.*

Claſsis Bononiæ, & Ganda ſtructa.

k *De hac claſſe Eginardus an.* 811. Propter claſſem, quam ſuperiore anno fieri imperauerat, videndam, ad Bononiam Gallicam, ciuitatem maritimam, vbi eædem naues congregatæ erant, acceſſit: pharumque ibi ad nauigantium curſus dirigendos antiquitus conſtitutum reſtaurauit, & in ſummitate eius nocturnum ignem accendit. Inde ad Scaldim fluuium veniens, in loco qui Ganda vocatur, naues ad eamdem claſſem ædificatas adſpexit. *Extat Pharus illa Bononienſis etiamnum.*

l *Imò etiam Niceam Prouinciæ vaſtauerunt eodem anno* 813. *vt ipſe Eginardus in Annalib. tradit.*

AVCTORE EGINARDO, EX MSS.

CAPVT VI.

Caroli vxores ac liberi.

23 POſt mortem patris, cum fratre regnum partitus, tantâ patientiâ ſimultates & inuidiam eius tulit, vt omnibus mirum videretur, quòd ne ad iracundiam quidem ab eo prouocari potuiſſet. Deinde cùm matris hortatu filiam Deſiderij Regis Langobardorum duxiſſet vxorem, incertum quâ de cauſsâ poſt annum eam *a* repudiauit, & *b* Hildegardim, de gente Sueuorum præcipuæ nobilitatis feminam, in matrimonium accepit: de quâ tres filios, Karolum videlicet, Pipinum & Ludouicum, totidemque filias, *c* Rotdrudim, *d* Bertam & *e* Giſlam genuit. Habuit & alias tres filias, *f* Theoderadam, *g* Hildrudim & *h* Rothaidem; duas de *i* Faſtradâ vxore, quæ de orientalium Francorum, Germanorum videlicet, gente erat; tertiam de concubinâ quadam, cuius nomen modò memoriæ non occurrit. Defunctâ Faſtradâ, *k* Luidgardim Alemannam duxit: de quâ nihil liberorum tulit. Poſt cuius mortem quatuor habuit concubinas, *l* Mathalgardim ſcilicet, quæ peperit ei filiam nomine Rothildim; *m* Gerſuindam Saxonici generis, de quâ ei filia nomine *n* Adeldrudis nata eſt; & Reginam, quæ ei *o* Drogonem & *p* Hugonem genuit; & *q* Adelluidam, ex quâ Thedericum procreauit. Mater verò eius *r* Bertrada in magno apud eum honore conſenuit. Colebat enim eam cum ſummâ reuerentiâ, ita vt nulla vnquam inuicem ſit exorta diſcordia, præter in diuortio filiæ Deſiderij Regis, quam illâ ſuadente acceperat. Deceſſitque tandem poſt mortem Hildegardis, cùm iam tres nepotes ſuos, totidemque neptes in filij domo vidiſſet: quam ille in eadem baſilicâ, quâ pater ſitus eſt apud S. Dionyſium, magno fecit honore humari. Erat ei vnica ſoror, nomine *s* Giſla, à puellaribus annis religioſæ conuerſationi mancipata, quam ſimiliter vt matrem magnâ coluit pietate: quæ etiam paucis ante obitum illius annis in eo quo conuerſata eſt monaſterio deceſſit.

Caroli vxores tres, *a* *b* *c d e* *f* *g h i* *ex iis multiplex proles;* *k* *Concubinæ,* *l* *m* *earum liberi.* *n* *o p q* *r* *matrem honorat,* *s* *& Giſlam ſororem.*

24 Liberos ſuos ita cenſuit inſtituendos, vt tam filij quàm *t* filiæ primò liberalibus ſtudiis, quibus & ipſe operam dabat, erudirentur. Tum filios, quàm primùm ætas patiebatur, more Francorum, equitare, armis ac venationibus exerceri fecit: filias verò lanificio aſſueſcere, colo que ac fuſo, ne per otium torperent, operam impendere, atque ad omnem honeſtatem erudiri iuſſit. Ex iis omnibus duos tantùm filios & vnam filiam, priùs quàm moreretur, amiſit, *v* Karolum, qui maior natu erat, & Pipinum, quem Regem Italiæ præfecerat, & Rotdrudim, quæ filiarum eius primogenita, & Conſtantino Græcorum Imperatori deſponſata erat. Quorum Pipinus vnum filium ſuum Bernardum, filias autem quinque, Adelhaidem, Atalam, Gundradam, Bertaidem, ac Theoderadam ſuperſtites reliquit. In quibus Rex pietatis ſuæ præcipuum documentum oſtendit, cùm filio defuncto nepotem patri ſuccedere *x*, & neptes inter filias ſuas educari feciſſet. Mortes filiorum ac filiæ pro magnanimitate, quâ excellebat, minùs patienter tulit; pietate videlicet, quâ non minùs inſignis erat, compulſus ad lacrymas. Nuntiato etiam ſibi *y* Adriani Pontificis obitu, quem *z* amicum præcipuum habebat, ſic fleuit, ac ſi fratrem aut cariſſimum filium amiſiſſet. Erat enim in amicitiis optimè temperatus, vt eas & facilè admitteret, & conſtantiſſimè retineret: colebatque ſanctiſſimè, quoſcumque hac affinitate ſibi coniunxerat.

t *Liberos vt inſtituerit,* *v* *munificus in nepotes ac neptes;* *x* *morti ſuorum illacrymat, & Adriani Papæ.* *y* *z* *amicitiarum tenax.*

25 Filiorum & filiarum tantam in educando curam habuit, vt numquàm domi poſitus ſine ipſis cœnaret, numquàm iter ſine illis faceret: adequitabant ei filij, filiæ verò ponè ſequebantur: quarum agmen extremum ex ſatellitum numero ad hoc ordinati tuebantur. Quæ cùm pulcherrimæ eſſent, & ab eo plurimùm diligeren-

Liberos ſecum retinet,

AVCTORE EGINARDO, Ex MSS.

tur, mirum dictu, quòd [a a] nullam earum cuiquam aut ſuorum aut exterorum nuptum dare voluit: ſed omnes ſecum vſque ad obitum ſuum in domo ſuâ retinuit, dicens ſe earum contubernio carere non poſſe: ac propter hoc, licet aliàs felix, [b b] aduerſæ fortunæ malignitatem expertus eſt: quod tamen ita diſſimulauit, ac ſi de eis numquàm alicuius probri ſuſpicio exorta, vel fama diſperſa fuiſſet.

filiæ innuptæ.

a a

b b

a *Baronius, Spondanus, aliiq; cauſſas excogitant ob quas hoc repudium legitimum fuiſſe videatur. Certum eſt quoſdam eo offenſos, inter quos* S. Adelardus *eius patruelis. qui ideò ab Aulâ diſceſſit, & monaſticam vitam complexus eſt, vt* 2. *Ianuar. in eius vitâ dictum eſt.*

Hildegardis Caroli vxor.

b *MS. Paderb.* Hildigardam, *Theganus* Hiltegardam. *Hac matrem habuit* Immam, *proneptem* Godefridi *Ducis Alamannorum, vt Theganus ſcribit; fratrem* B. Geroldum *Auarici limitis Præfectum. Ea obiit* 30. *April.* 783.

filia; Rotrudis,

c *MS. Paul.* Ruotdrudis *vocatur, alibi* Hruothrudis, Rotrud, Rotdrudis. *hæc deſponſata fuit Conſtantino Imperatori an.* 781. *non tamen nupta. obiit an.* 810. 6. *Iunij.*

Berta,

d *Hæc* S. Angilberto *Primicerio Palatij nupta, & Nithardi hiſtorici mater fuit: deinde viro monaſticum habitum Centulæ in cœnobio S. Richarij ſuſcipiente, ab eo intra idem cœnobium, loco congruenti incluſa, precibus, vigiliis, ieiuniis deinceps vacauit.*

Giſla,

e Giſla, *ſiue* Giſala, *Mediolani à Thoma Archiepiſcopo baptizata an.* 781.

alia.

f *al.* Thedradam, & Theodradam.

g *al.* Hiltrudem.

h *Hæc poëta Saxoni* Rhodhaid *dicitur. alibi* Hruothaidis, & Reothaldis. *habuit & ſororem* Rothaidem *Carolus.*

Vxores aliæ.

i *Nupta eſt Carolo* Faſtrada, *ſiue* Faſtradane *an.* 783. *obiit an.* 794.

k *al.* Luitgardim, Liutgardim, Leothgardam, Liutgardam. *Obiit an.* 800. *in Turonum vrbe.*

Concubinæ:

l *al.* Madelgarda. m *al.* Greſuindem. n *al.* Adaltruth.

ex his filij;

o *Theganus* Drugonem *vocat. Nithardus adhuc ætate tenerâ fuiſſe teſtatur cùm* Carolus *obiit, & cum Hugone ac Theoderico, in Drogo Ep. Palatio Ludouici Pij enutritũ, eius menſæ participẽ. Factus eſt poſteà an.* 823. *Epiſcopus Metenſis, & Ludouico fideliſſimè adhæſit,* S. Anſcharium *Epiſcopum conſecrauit, vt teſtatur Adamus.*

B. Hugo Abb.

p Hugo *à Frodoino Abbate Noualicienſi inſtitutus, & ipſe poſt eum Abbas fuit, ſanctitate & miraculis poſt mortem clarus, vt* 13. *Iunij dicemus.*

Berta mater.

q *al.* Adallindam, Alyndem, Adallindem.

r *Alibi* Berta, Bertrane, Bertane *appellatur. obiit an.* 783.

Giſla ſoror.

ſ *Hanc eamdem eſſe quæ* Itisberga *nuncupatur, colituráq; 21. Maij, cenſent viri quidam eruditi.*

t *Du Cheſne & alij,* Nepotes. *ſecuti ſumus MSS.*

Filij Reges.

v Carolus *iunior* 4. *Decemb.* 811. *obiit,* Pipinus *Rex Italiæ* 8. *Iul.* 810.

Bernardus nepos.

x *Addito ei tantiſper* VVala *fortiſſimo Comite, quòd timeretur ne Saraceni Italiam inuaderent. At Bernardus contra patruum ſuum* Ludouicum Pium *anno* 817. *rebellauit, atque ab eo deinde orbatus luminibus eſt.*

y *Obiit* Adrianus *an.* 795. 26. *Dec. cùm ſediſſet annos ferè* 24.

z *al.* in amicis.

aa *At* Bertam *dudum ante Caroli obitum S. Angilberto nuptam volunt.*

bb *Quid illud fuerit, indicat auctor vitæ Ludouici Pij, licet obſcurè:* Mouerat eius animum iamdudum, *inquit,* quamquàm naturâ mitiſſimum, illud quod à ſororibus illius in contubernio exercebatur paterno: quo ſolo domus paterna inurebatur næuo. Cui incommodo mederi volens, ſimul & cauens ne quod per Odilonem & Hiltrudem olim acciderat, reuiuiſceret ſcandalum *&c. Quod hoc fuerit ſcandalum ex Fredegarij chronico patet:* Chiltrudis, *inquit,* filia eius *(Caroli Martelli)* fauente conſilio nefario nouercæ ſuæ, fraudulenter per manus ſodalium ſuorum Rhenum tranſiit, & ad Odilonem Ducem Bagoariæ peruenit. Ille verò eam ad coniugium copulauit contra voluntatem vel conſilium fratrum ſuorum. *Sed iuxe miratur, ac tacitè reprehendit, hic* Eginardus *conſilium* Caroli, *qui filias ſuas nuptui non tradiderit: quod vtinam non alij imitarentur Principes, qui filios, fratres, filias, ſorores, vel cogunt inuitos Eccleſiaſticum ſtatum complecti, vel cælibes permanere, cum plurimorum flagitiorum periculo, & ſcandalo, dum metuunt, ne eos parte aliquâ paterna hæreditatis cogantur aſpergere: ita quod ipſe Chriſtus ſolùm ſuadet vitæ genus, caſtitati ac ſanctimoniæ deuotum, id ipſi contra fas omne præſcribere audent.*

Non ſunt liberi ad calibatum cogendi.

CAPVT VII.

Caroli virtutes morales, victus ratio.

26 ERat ei filius nomine Pipinus, ex concubinâ editus, cuius inter ceteros mentionem facere diſtuli, facie quidem pulcher, ſed gibbo deformis: is cùm pater bello contra Hunos ſuſcepto in Baioariâ hiemaret, ægritudine ſimulatâ, cum quibuſdam è primoribus Francorum, qui eum vanâ promiſſione regni illexerant, aduersùs patrem coniurauit: quem poſt fraudem detectam & damnationem coniuratorum, detonſum in cœnobio Prumiâ religioſæ vitæ iamque volentem vacare permiſit. Facta eſt & alia priùs contra eum in Germaniâ valida coniuratio: cuius auctores partim luminibus orbati, partim membris incolumes, omnes tamen in exilium acti ſunt: neque vllus ex eis interfectus eſt, niſi tres tantùm, qui cùm ſe ne comprehenderentur ſtrictis gladiis defenderent, aliquos etiam occidiſſent, quia aliter coërceri non poterant, interempti ſunt. Harum tamen coniurationum Faſtradæ Reginæ crudelitas cauſſa & origo extitiſſe creditur. Et idcircò in ambabus contra Regem conſpiratum eſt, quia vxoris crudelitati conſentiens, à ſuæ naturæ benignitate ac ſolitâ manſuetudine immaniter exorbitaſſe videbatur. Ceterùm per omne vitæ ſuæ tempus ita cum ſummo omnium amore atque fauore & domi & foris conuerſatus eſt, vt numquàm ei vel minima iniuſtæ ſeueritatis nota à quoquam fuiſſet obiecta. Amabat peregrinos, & eorum ſuſcipiendorum magnam habebat curam: adeò, vt eorum multitudo non ſolùm palatio, verùm etiam regno non immeritò videretur oneroſa: ipſe tamen, pro magnitudine animi, huiuſcemodi pondere minimè grauabatur: cùm etiam ingentia incommoda laude liberalitatis, ac bonæ famæ mercede compenſaret.

Pœna in filium rebellem:

in alios conſpirantes clementia:

benignitas in peregrinos:

27 Corpore fuit amplo atque robuſto, ſtaturâ eminenti, quæ tamen iuſtum non excederet modum: nam ſeptem ſuorum pedum proceritatem eius conſtat habuiſſe menſuram: apice capitis rotundo, oculis prægrandibus ac vegetis, naſo paullulùm mediocritatem excedente, canicie pulchrâ, facie lætâ & hilari: vnde formæ auctoritas ac dignitas tam ſtanti quàm ſedenti plurima acquirebatur. Quamquàm ceruix obeſa & breuior, venterque proiectior videretur; tamen hæc ceterorum membrorum celabat æqualitas: inceſſu firmo, totâque corporis habitudine virili: voce clarâ quidem, ſed quæ minùs corporis formæ conueniret: valetudine proſperâ, præter quòd, antequàm decederet, per quatuor annos crebrò febribus corripiebatur; ad extremum vno etiam pede claudicaret: & tunc quidem plura arbitratu ſuo quàm medicorum conſilio faciebat: quos penè exoſos habebat, quòd ei in cibis aſſa, quibus aſſuetus erat, dimittere, & elixis aſſueſcere ſuadebant.

eius ſtatura & forma:

28 Exercebatur aſſiduè equitando ac venando, quod illi gentilitium erat, quia vix vlla in terris natio inuenitur, quæ in hac arte Francis poſſit æquari. Delectabatur etiam vaporibus aquarum naturaliter calentium, frequenti natatu corpus exercens: cuius adeò peritus fuit, vt nullus ei iuſtè potuerit præferri: ob hoc etiam Aquiſgrani regiam extruxit, ibique extremis vitæ annis vſque ad obitum perpetim habitauit: & non ſolùm filios ad balneum, verùm optimates & amicos, aliquando etiam ſatellitum & cuſtodum turbam inuitauit: ita vt nonnunquàm centum vel eo ampliùs homines vnà lauarentur. Veſtitu patrio, hoc eſt, Francico vtebatur: ad corpus camiſiam lineam, & feminalibus lineis induebatur: deinde tunicam, quæ limbo ſerico ambiebatur, & tibialia: tum faſciolis crura, & pedes calceamentis conſtringebat: & ex pellibus lutrinis thorace confecto, humeros ac pectus hieme muniebat; ſago Veneto amictus, & gladio ſemper accinctus, cuius capulus ac baltheus aut aureus, aut argenteus erat: aliquoties & gemmato enſe vtebatur:

ſtudium venationis,

natatus,

balneorũ:

veſtitus:

vtebatur: quod tamen non niſi in præcipuis feſtiuitatibus, vel ſi quando exterarum gentium Legati veniſſent, faciebat. Peregrina verò indumenta, quamuis pulcherrima, reſpuebat, nec vnquam eis indui patiebatur: excepto quòd Romæ ſemel Adriano Pontifice petente, & iterum Leone ſucceſſore eius ſupplicante, longâ tunicâ & chlamyde amictus, & calceis Romano more formatis, induebatur. In ſolennitatibus veſte auro textâ, & calceamentis gemmatis, & fibulâ aureâ ſagum aſtringente; diademate quoque ex auro & gemmis ornatus, incedebat: aliis autem diebus habitus eius parum à communi ac plebeio abhorrebat.

ſobrietas: 29 In potu & cibo temperans, ſed in potu temperantior: quippe qui ebrietatem in qualicumque homine, nedum in ſe ac ſuis, plurimùm abominabatur: cibo enim non adeò abſtinere poterat, vt ſæpè quereretur noxia eſſe ſuo corpori ieiunia. Conuiuabatur rariſſimè, & hoc præcipuis tantùm feſtiuitatibus: & tunc tamen cum magno hominum numero. Cœna quotidiana quaternis tantùm ferculis præbebatur, præter aſſam, quam venatores verubus inferre ſolebant, quâ ille libentiùs quàm vllo alio cibo veſcebatur. Inter cœnandum aut aliquod acroama, aut lectorem audiebat. Legebantur ei hiſtoriæ, & antiquorum Regum geſta. Delectabatur & libris S. Auguſtini, & præcipuè iis qui de ciuitate Dei prætitulati ſunt. Vini & omnis potus adeò parcus in bibendo erat, vt ſuper cœnam rarò plus ter biberet. Æſtate poſt cibum meridianum pomorum aliquid ſumens ac ſemel bibens, depoſitis veſtibus ac calceamentis, velut noctu ſolitus erat, duabus aut tribus horis quieſcebat. Noctibus ſic dormiebat, vt ſomnum quater aut quinquies, non ſolùm expergiſcendo, ſed etiam ſurgendo interrumperet. Cùm calcearetur & amiciretur non tantùm amicos admittebat, verùm etiam ſi Comes Palatij litem aliquam eſſe diceret, quæ ſine eius iuſſu definiri non poſſet, ſtatim litigantes introducere iubebat, & velut pro tribunali ſederet, lite cognitâ ſententiam dicebat. Nec hoc tantùm eo tempore, verùm etiam quicquid eâ die cuiuſlibet officij agendum, aut cuiquam miniſtrorum iniungendum erat, expediebat.

cibi:

lectio menſa tempore:

ſomnus meridianus,

nocturnus:

eloquentia: 30 Erat eloquentiâ copioſus & exuberans, poteratque quicquid vellet apertiſſimè exprimere. Nec patrio tantùm ſermone contentus, etiam peregrinis linguis ediſcendis operam impendit: in quibus Latinam ita didicit, vt æquè illâ ac patriâ linguâ orare ſit ſolitus: Græcam verò meliùs intelligere quàm pronuntiare poterat: adeò certè facundus erat, vt etiam didaſcalus appareret. Artes liberales ſtudioſiſſimè coluit, earumque doctores plurimùm veneratus, magnis afficiebat honoribus. In diſcendâ Grammaticâ Petrum [d] Piſanum Diaconum ſenem audiuit; in ceteris diſciplinis Albinum, cognomento Alcuuinum, item Diaconum, de Britanniâ, Saxonici generis hominem, virum vndecumque doctiſſimum, præceptorem habuit: apud quem & Rhetoricæ & Dialecticæ, præcipuè tamen Aſtronomiæ, ediſcendæ plurimum & temporis & laboris impertiuit. Diſcebat & artem computandi, & intentione ſagaci ſiderum curſum curioſiſſimè rimabatur. Tentabat & ſcribere, tabulaſque & codicillos ad hoc in lectulo ſub ceruicalibus circumferre ſolebat, vt cùm vacuum tempus eſſet, manum effigiandis litteris aſſuefaceret. Sed parùm proſperè ſucceſſit labor præpoſterus, ac ſerò inchoatus.

d Magiſtri.

a *Ex* Himiltrude nobili puellâ, ante legale connubium, *ſuſceptus erat; qua alibi* Hilmegradis *dicitur.*

b *Ita MSS. aſt alij*: qui ſibi nouâ promiſſione regni illuſerant. *Contigit ea conſpiratio Reginoburgi anno 792. Per Clericum detectã narrat Sangallenſis monachus, Eginardus per Ardulphum Langobardum.*

c *Sangallenſis monachus immaniſsimè caſum & ad Cellam S. Galli miſſum ſcribit, poſteà ad aliud nobiliſsimum monaſterium, Prumiam nempe, in Arduennâ Galliæ Belgicæ prouinciâ ſitum.*

d *MS Gladbac.* Piſarum *vocat.*

e *De hoc agemus 19. Maij.*

AVCTORE EGINARDO, EX MSS.

CAPVT VIII.

Studium religionis. ſtatuta.

Baſilica Aquenſis opus illuſtre:

31 RElegionem Chriſtianam, quâ ab infantiâ fuerat imbutus, ſanctiſſimè & cum ſummâ pietate ac veneratione coluit, ac propter hoc plurimæ pulchritudinis baſilicam Aquiſgrani extruxit, auroque & argento & luminaribus, atque ex ære ſolido cancellis & ianuis adornauit. Ad cuius ſtructuram cùm columnas & marmora aliunde habere non poſſet, à Româ atque Rauennâ deuehenda curauit. Eccleſiam manè & veſperi, nocturnis item horis, & ſacrificij tempore, quoad eum valetudo permiſerat, impigrè frequentabat: curabatque magnoperè vt omnia quæ in eâ gerebantur, cum maxima fierent honeſtate, ædituos creberrimò commonens, ne quid indecens aut ſordidum aut inferri aut in eâ remanere permitterent. Sacrorum vaſorum ex argento & auro, veſtimentorumque ſacerdotalium, tantam in eo copiam procurauit, vt in ſacrificiis celebrandis ne ianitoribus quidem, qui vltimi Eccleſiaſtici ordinis ſunt, priuato habitu miniſtrare neceſſe fuiſſet. Legendi atque pſallendi diſciplinam diligentiſſimè emendauit: erat enim vtriuſque admodùm eruditus: quamquàm ipſe nec publicè legeret, nec niſi ſubmiſſim & in commune cantaret.

ſacra vaſa & veſtes curata.

pauperes etiam exteri adiuti:

32 Circa pauperes ſuſtentandos & gratuitam liberalitatem, quam Græci eleemoſynam vocant, deuotiſſimus, vt qui non in patriâ ſuâ ſolùm & in ſuo regno eam facere curauerit, verùm trans maria in Syriam & Ægyptum atque Africam, Ieroſolymis, Alexandriæ atque Carthagini, vbi Chriſtianos in paupertate viuere compererat, penuriæ eorum compatiens, pecuniam mittere ſolebat: ob hoc maximè tranſmarinorum Regum amicitias expetens, [a] vt Chriſtianis ſub eorum dominatu degentibus, refrigerium aliquod ac releuatio proueniret.

fœdera cũ impijs cur icta: a

33 Colebat præ ceteris ſacris & venerabilibus locis apud Romam Eccleſiam B. Petri Apoſtoli, in cuius donaria magna vis pecuniæ tam in auro quàm in argento, nec non & gemmis ab illo congeſta eſt: multa & innumera Pontificibus munera miſſa. Nec ille toto regni ſui tempore quicquam duxit antiquius, [b] quàm vt Vrbs Roma ſuâ operâ ſuoque labore veteri polleret auctoritate: & Eccleſia S. Petri non ſolùm per illum tuta ac defenſa, ſed etiam ſuis opibus præ omnibus Eccleſiis eſſet ornata atque ditata. Quam cùm tanti penderet, tamen intra XLVII. annorum quibus regnauerat ſpatium, quater tantùm illò votorum ſoluendorum ac ſupplicandi cauſsâ profectus eſt. Vltimi aduentus ſui non ſolùm hæ fuêre cauſſæ, verùm etiam quòd Romani Leonem Papam multis affectum iniuriis, [c] cruris videlicet oculis, linguâque amputatâ, fidem Regis implorare compulerunt. Idcircò Romam veniens propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, Eccleſiæ ſtatum, ibi totum hiemis tempus protraxit. Quo tempore Imperatoris & Auguſti nomen accepit: quod primò intantùm auerſatus eſt, vt affirmaret ſe eo die quamuis præcipua feſtiuitas eſſet, eccleſiam non intraturum fuiſſe, ſi Pontificis conſilium præſcire potuiſſet. Conſtantinopolitanis tamen Imperatoribus ſuper hoc indignantibus, magnâ tulit patientiâ, vicitque eorum [d] inuidiam magnanimitate, quâ eis procul dubio longè præſtantior erat, mittendo ad eos crebras legationes, & in epiſtolis fratres eos appellando.

Romana Eccleſia defenſa:

peregrinationes.

b

Imperium inuito obtatum:

c

d

54 Poſt ſuſceptum Imperiale nomen cùm aduerteret multa legibus populi ſui deeſſe (nam Franci duas habent leges, plurimis in locis valdè diuerſas) cogitauit quæ deerant addere, & diſcrepantia vnire, praua quoque ac perperàm prolata corrigere. Sed in iis nihil aliud ab eo factum eſt, quàm quòd pauca capitula & ea imperfecta legibus addidit. Omnium tamen nationum quæ

leges correctæ:

AVCTORE EGINARDO, EX MSS.

quæ ſub eius dominatu erant, iura, quæ ſcripta non erant, deſcribere, ac litteris mandari fecit. Item barbara & antiquiſſima carmina, quibus veterum Regum actus & bella canebantur, ſcripſit memoriæque mandauit. Inchoauit & Grammaticam *e* patrij ſermonis. Menſibus etiam iuxta patriam linguam nomina impoſuit: cùm ante id tempus apud Francos partim Latinis, partim barbaris nominibus appellarentur. Item ventos duodecim nominibus propriis inſignit; cùm priùs non ampliùs quàm vix quatuor ventorum vocabula inueniri poſſent. Et de menſibus quidem *f* Ianuarium VVintermanot, Februarium Hornũg, Martium Lentzmanot, Aprilem Oſtermanot, Maium VVinnemanot, Iunium Brachmanot, Iulium Heumanot, Auguſtum Arnmanot, Septembrem Herbſtmanot, Octobrem VVynmanot, Nouembrem VVyndtmanot, Decembrem Heiligmanot appellauit. Ventis verò hoc modo nomina impoſuit, vt Subſolanum vocaret *g* Oſtrowint, Eurum Oſtſuntdroni, Euroauſtrum Sundoſtroni, Auſtrum Sundroni, Auſtroafricum Sundweſtroni, Africum VVeſtſundroni, Zephyrum VVeſtroni, Corum VVeſtnordroni, Circium Nordweſtroni, Septemtrionem Nordroni, Aquilonem Nordoſtroni, Vulturnum Oſtnordroni.

e *menſibus & ventis facta nomina.*

f

g

a *Laudabilis fœderum cauſſa. Nihil erat hic, quale in Ioſaphat. pio alioquin Rege, Iehu Propheta reprehendit, Paralip. lib. 2. cap. 19.* Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitiâ iungeris, & idcircò iram quidem Domini merebaris. *Non aliâ cauſſâ fœdera cum barbaris illis noſtræ religionis hoſtibus percutiebat Imperator religioſiſsimus, quàm vt Chriſtianis ſub eorum imperio degentibus, cùm aliter non poſſet, vel ſic ſuccurreret.*

Fœdera cum impiis, quatenùs licita.

b *Ideò tam diuturna illi, & tam conſtans felicitas omnibus in rebus.*

c *Id an.* 799. *anno* 4 Leonis III. *contigit. De eo pluribus agemus* 12. *Iunij.*

d *al.* contumaciam.

e *Id eſt, Teutonici, vt ex nominibus menſium patet. vnde colligere eſt, Reges Francorum etiamtum Teutonico, ſiue Sicambrico idiomate vſos.*

Lingua veterum Francorũ.

f *Hæc menſium nomina in MS Paderbornèſi voce* monath *terminantur, in aliis* monet: *in pleriſque editis* manot. *Belgæ nunc menſem* maend, *vel* maent, *Germani* monat *dicunt, vtrique à lunâ, quæ noſtratibus* maene, *Germanis* mon, *Anglis* mone, *variâ lingua Teutonica Dialecto, dicitur. Sic Græci à μήν, Luna, μήνης, menſis deflectunt. Menſes porrò ita Belgæ nunc appellamus:* Lauvvmaent, Sprockel, Meert, April, VVedemaent, Hoymaent, Oogſtmaent, Herfſtmaent, VVynmaent, Slachmaent, VVintermaent. *Germani plerique, vt ex Caniſij Martyrologio patet:* Ienner, Hornung, Mertz, Aprill, May, Brachmonat, Heumonat, Augſtmonat, Herpſtmonat, VVeinmonat, VVintermonat, Chriſtmonat.

Menſium nomina apud Belgas, & Germanos,

g *Et hæc quoque ventorum nomina, Teutonica, à 4. mundi partibus ducta*, Noord, *ſiue* North, *Septemtrione*; Suyd, *Meridie*; Oost, *Oriente*; VVeſt, *Occidente.*

CAPVT IX.

Ægritudo, mors, ſepultura.

35 EXtremo vitæ tempore cùm iam & morbo & ſenectute premeretur, euocatum ad ſe Ludouicum filium Aquitaniæ Regem, qui ſolus filiorum Hildegardis ſupererat; cóngregatis ſolenniter de toto regno Francorum primoribus, cunctorum conſilio, conſortem ſibi totius regni, & Imperialis nominis hæredem conſtituit: impoſitoque capiti eius diademate, Imperatorem & Auguſtum iuſſit appellari. Suſceptum eſt hoc eius conſilium ab omnibus, qui aderant, magno cum fauore: nam diuinitus ei propter regni vtilitatem videbatur inſpiratum. Auxitque maieſtatem eius hoc factum, & exteris nationibus non minimum terroris incuſſit.

Filium Imperatorem creat.

36 Dimiſſo deinde in Aquitaniam filio, ipſe more ſolito, quamquàm ſenectute confectus, non longè à regiâ Aquenſi venatum proficiſcitur: exactoque in huiuſcemodi negotio quod reliquum erat Autumni, circa Kal. Nouemb. Aquaſgrani reuertitur. Cumque ibi hiemaret, menſe Ianuario, febre validâ correptus, decubuit. Qui ſtatim, vt in febribus ſolebat, cibi ſibi abſtinentiam indixit, arbitratus hac continentiâ morbum poſſe depelli, vel certè mitigari. Sed accedente ad febrem lateris dolore, quem Græci *b* pleureſim vocant, illoque adhuc inediam retinente, neque corpus aliter quàm rariſſimo potu ſuſtentante, ſeptimo poſtquàm decubuit die, ſacrâ communione perceptâ, deceſſit, anno ætatis ſuæ LXXII. & ex quo regnare cœperat XLVII. V. Kal. Feb. horâ diei tertiâ. Corpus more ſolenni lotum & curatum, & maximo totius populi luctu eccleſiæ illatum atque humatum eſt. Dubitatum eſt primò vbi reponi deberet, eò quòd ipſe viuus de hoc nihil præcepiſſet: tandem omnium animis ſedit nuſquam eum honeſtiùs tumulari poſſe, quàm in eâ baſilicâ, quam ipſe propter amorem Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ob honorem ſanctæ & æternæ Virginis genitricis eius, proprio ſumptu in eodem vico conſtruxit. In hac ſepultus eſt eadem quâ defunctus die: arcuſque ſuper tumulum deauratus cum imagine & titulo extructus, & titulus ille hoc modo deſcriptus eſt: SVB HOC CONDITORIO SITVM EST CORPVS KAROLI, MAGNI ATQVE ORTHODOXI IMPERATORIS, QVI REGNVM FRANCORVM NOBILITER AMPLIAVIT, ET PER ANNOS XLVII. FELICITER REXIT. DECESSIT SEPTVAGENARIVS, ANNO AB INCARNATIONE DOMINI DCCCXIV. INDICTIONE VII. V. CALEND. FEBRVARIAS.

febri laborat, & pleuritide: b

communi cat:

morituri

ſepelitur Aquiſgrani.

Eius epitaphium.

37 Appropinquantis finis complura fuere *c* præſagia, vt non ſolùm alij, ſed & ipſe hoc minitari ſentiret. Per tres continuos vitæque termino proximos annos & ſolis & lunæ creberrima defectio, ac in ſole macula quædam atri coloris ſeptem dierum ſpatio viſa. Porticus, quam inter baſilicam & regiam operoſâ mole conſtruxerat, die Aſcenſionis Domini, ſubitâ ruinâ vſque ad fundamenta collapſa. Item pons Rheni apud Moguntiacum, quem ipſe per decem annos ingenti labore, & opere mirabili è ligno ita conſtruxit, vt perenniter durare poſſe videretur, ita tribus horis fortuito incendio conflagrauit, vt præter quod aquâ tegebatur, ne vna quidem haſtula ex eo remaneret. Ipſe quoque cùm vltimam in Saxoniam expeditionem contra Godefridum Regem Danorum *d* ageret, quadam die cùm ante exortum ſolis caſtro egreſſus iter agere cœpiſſet, vidit repentè delapſam cœlitus cum ingenti lumine facem à dextrâ in ſiniſtram per ſerenum aëra *e* tranſcurrere: cunctiſque hoc ſignum quid portenderet admirantibus, ſubitò equus cui inſidebat capite deorſum merſo decidit, eumque tam grauiter ad terram eliſit, vt fibulâ ſagi ruptâ, baltheoque gladij diſſipato, à feſtinantibus qui aderant miniſtris exarmatus ſine adminiculo leuaretur. Iaculum etiam, quod tunc fortè manu tenebat, ita elapſum eſt, vt viginti vel eo ampliùs pedum ſpatio procul iaceret. Acceſſit ad hoc creber Aquenſis palatij tremor, & in domibus vbi conuerſabatur aſſiduus laqueariorum crepitus. Tacta etiam de cælo, in quâ poſteà ſepultus eſt, baſilica, malumque aureum, quo tecti culmen erat ornatum, ictu fulminis diſſipatum, & ſupra domum Pontificis, quæ baſilicæ contigua erat, proiectum eſt. Erat in eadem baſilicâ in margine coronæ, quæ inter ſuperiores & inferiores arcus interiorem ædis partem ambiebat, epigramma *f* ſinopide ſcriptum, continens quis auctor eſſet eiuſdem templi, cuius in extremo verſu legebatur KAROLVS PRINCEPS: notatum à quibuſdam eodem, quo deceſſit, anno paucis ante mortem menſibus, eas quæ PRINCEPS exprimebant litteras ita eſſe deletas, vt penitùs non apparerent. Sed ſuperiora omnia ſic aut diſſimulauit aut ſpreuit, ac ſi nihil horum ad res ſuas quolibet modo pertineret.

c Præſagia mortis; eclipſes, porticus lapſa, pons exuſtus,

d

e equi lapſus.

tremor palatij.

f nomen deletum.

a *Id Aquiſgrani anno* 813. *factum.*

b *Imò πλευρῖτις, Græcè dicitur; πλευρὰ*, latus.

c *MSS.* prodigia. d *an* 810. e *al.* incurrere.

f Sinopis *rubrica eſt, à* Sinope *Ponti vrbe, vbi præſtans & copioſa.*

CAPVT

CAPVT X.

Caroli Magni Teſtamentum.

Teſtamentum condit,

38 TEſtamenta facere inſtituit, quibus filias, & ex concubinis liberos ex aliquâ parte ſibi heredes faceret: ſed tardè inchoata perfici non poterant. Diuiſionem tamen theſaurorum & pecuniæ ac veſtium, aliæque ſupellectilis coram amicis & miniſtris ſuis, annis tribus antequàm decederet, fecit, conteſtatus eos, vt poſt obitum ſuum à ſe facta diſtributio per illorum ſuffragium rata permaneret: quidque ex iis, quæ diuiſerat, fieri vellet, breuiario comprehendit, cuius ratio ac textus talis eſt:

a cuius hoc exemplar.

39 *a* In nomine Domini Dei omnipotentis Patris, Filij, & Spiritus ſancti. Incipit deſcriptio atque diuiſio, quæ facta eſt à glorioſiſſimo atque piiſſimo Domino Karolo Imperatore Auguſto, anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti DCCCXI. anno verò regni eius in Francià XLIII. & in Italià XXXVI. Imperij autem XI. Indictione IV. quam piâ & prudenti conſideratione facere decreuit, & Domino annuente perfecit, de theſauris ſuis atque pecuniâ, quæ in illâ die in camerâ eius inuéta eſt: in quâ illud præcipuè præcauere voluit, vt non ſolùm eleemoſynarum largitio, quæ ſolenniter apud Chriſtianos de poſſeſſionibus eorum agitur, pro ſe quoque de ſuâ pecuniâ ordine atque ratione perficeretur; ſed etiam vt heredes ſui omni ambiguitate remotâ, quid ad ſe pertinere deberet liquidò cognoſcerent, & ſine lite atque contentione ſua inter ſe competenti partitione diuidere poſſent.

40 Hac igitur intentione atque propoſito omnem ſupellectilem atque ſubſtantiam ſuam tam in auro quàm in argento gemmiſque & ornatu regio, quæ, vt dictum eſt, illà die in camerâ eius inueniri poterat, primò quidem trinâ diuiſione partitus eſt: deinde eaſdem partes ſubdiuidendo, de duabus partibus XXI. partes

Duas tertias priuati theſauri legat Eccleſiis:

fecit, & tertiam integram reſeruauit. Et duarum quidem partium in XXI. partes facta diuiſio tali ratione conſiſtit, vt quia in regno illius Metropolitanæ ciuitates XXI. eſſe noſcuntur, vnaquæque illarum partium ad vnamquamque Metropolim per manus heredum & amicorum ſuorum eleemoſynæ nomine perueniat: & Archiepiſcopus, qui tunc illius Eccleſiæ rector extiterit, partem quæ ad ſuam Eccleſiam data eſt ſuſcipiens, cum ſuis Suffraganeis partiatur: eo ſcilicet modo, vt pars tertia ſuæ Eccleſiæ ſit, duæ verò partes inter Suffraganeos diuidantur. Harum diuiſionum, quæ ex duabus primis partibus factæ ſunt, & iuxta Metropoliticarum ciuitatum numerum XXI. eſſe noſcuntur, vnaquæque ab alterâ ſequeſtrata, ſemotim in ſuo repoſitorio cum ſuperſcriptione ciuitatis ad quam perferenda eſt, recondita iacet. Nomina verò Metropoliticarum ciuitatum, ad quas eadem eleemoſyna vel largitio data eſt, hæc ſunt, Roma, Rauenna, Mediolanum, Forumiulij, Gradus, Colonia, Moguntiacum, Iuuanum quæ & Saltzburg, Rotomagus, Treueris, Senones, Veſontium, Lugdunum, Remi, Arelas, Vienna, Tarantaſia, Ebrodunum, Burdigala, Turones, Bituriges.

41 Vnius autem partis, quam integram reſeruari voluit, talis eſt ratio, vt illis duabus in ſupradictas diuiſiones diſtributis & ſub ſigillo reconditis, hæc tertia in vſu quotidiano verſaretur, velut res, quam nullâ voti obligatione à dominio poſſidentis alienatam eſſe conſtaret: & hoc tam diu, quoad vſque vel ipſe ſuperſtes eſſet, vel vſum eius ſibi neceſſarium iudicaret: poſt obi-

b

tum verò ſuum, aut *b* voluntariam ſecularium rerum abdicationem, eadem pars quatuor ſubdiuiſionibus ſecaretur: & vna quidem earum ſuprà dictis XXI. partibus adderetur, altera à filiis ac filiabus, nepotibuſque ac neptibus ſuis aſſumpta, & iuſtâ ac rationabili inter eos partitione diuideretur: tertia verò conſueto Chriſtiani-

filiis,

tatis more, in vſum pauperum erogaretur: quarta ſimili modo nomine eleemoſynæ in ſeruorum & ancillarum, vſibus palatij famulantium, ſuſtentationem diſtributa veniret. Ad hanc tertiam totius ſummæ portionem, quæ ſimiliter vt ceteræ ex auro & argento conſtat, adiungi voluit omnia ex ære & ferro, aliiſque metallis, vaſa atque vtenſilia, cum armis & veſtibus, aliâque pretiosâ aut vili ad varios vſus factâ ſupellectile, vt ſunt cortinæ, ſtragula, tapetia, *c* filtra, coria, ſagmata, & quicquid in camera atque veſtiario eius eo die fuiſſet inuentum, vt ex hoc maiores illius partis diuiſiones fierent, & erogatio eleemoſynæ ad plures peruenire poſſet.

AVCTORE EGINARDO, EX MSS.

pauperibus, famulis prouidet.

c

42 Capellam, id eſt, Eccleſiaſticum miniſterium, tam id quod ipſe fecit atque congregauit, quàm quod ad eum ex paternâ hereditate peruenit, vt integrum eſſet, neque vllâ diuiſione ſcinderetur, ordinauit. Si qua autem inuenirentur aut vaſa aut libri, aut alia ornamenta, quæ liquidò conſtaret eidem capellæ collata ab eo non fuiſſe, hæc qui habere vellet, dato iuſtæ æſtimationis pretio, emeret & haberet. Similiter & de libris, quorum magnam in bibliothecâ ſuâ copiam congregauit, ſtatuit vt ab iis qui eos habere vellent, iuſto pretio fuiſſent redempti, pretiumque in pauperes erogaretur.

Capella ſupellectilem diſtrahi vetat,

bibliothecam vendi ſinit:

43 Inter ceteros theſauros atque pecuniam tres menſas argenteas, & auream vnam præcipuæ magnitudinis & ponderis eſſe conſtat: de quibus ſtatuit atque decreuit, vt vna ex iis quæ formâ quadrangulâ, deſcriptionem vrbis Conſtantinopolitanæ continet, inter cetera donaria, quæ ad hoc deputata ſunt, Romam ad baſilicam B. Petri Apoſtoli deferatur: & altera quæ forma rotundâ, Romanæ vrbis effigie inſignita eſt, Epiſcopo Rauennatis Eccleſiæ conferatur: tertiam, quæ ceteris & operis pulchritudine & ponderis grauitate multùm excellit, quæ ex tribus orbibus connexa, totius mundi deſcriptionem ſubtili ac minutâ figuratione complectitur, & auream illam, quæ quarta eſſe dicta eſt, in tertiæ illius & inter heredes ſuos atque in eleemoſynam diuidendæ partis augmentum eſſe conſtituit.

menſam argenteam mittit Romam, aliam Rauennam, aliam, & vnam auream dat pauperibus.

44 Hanc conſtitutionem atque ordinationem coram Epiſcopis, Abbatibus, Comitibuſque, qui tunc præſentes eſſe potuerunt, quorum hîc nomina ſcripta ſunt, fecit atque conſtituit. Epiſcopi: *d* Hildebaldus, *e* Richulfus, *f* Arn, *g* VVolfarius, *h* Bernoinus, *i* Laidradus, *k* Ioannes, *l* Theodulfus, *m* Ieſſe, *n* Hetto, *o* VValtgaudus. Abbates: *p* Fridugiſus, *q* Adalungus, *r* Engilbertus, Irmino. Comites: *ſ* VValach, Meginherius, *t* Othulphus, Stephanus, *v* Vnrochus, *x* Burchardus, Meginhardus, Hatto, *y* Richwinus, Eddo, Erchangarius, *z* Gerholtus, Bero, *aa* Hildegernus, *bb* Rheculfus. Hæc omnia filius eius Ludouicus, qui diuinâ ei iuſſione ſucceſſit, inſpecto eodem breuiario, quàm celerrimè poterat poſt eius obitum ſummâ deuotione adimplere curauit.

Qui ſubſcripſêre.

d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z aa bb

a *Hoc teſtamentum vſpiam in VVeſtphaliâ Græcè extare, de Gamanſio noſtro didicimus. Latinè indubiè ſcriptum fuit, & fortè etiam Teutonicè.*

b *Ergo meditabatur quod* 740. *annus poſt, eius ſucceſſorum glorioſiſſimus,* Carolus V. *Auſtriacus, perfecit.*

c *Ita MSS. alij* fulcra.

d *al.* Hildeboldus. *Archiepiſcopus ſacri Palatij, & Colonienſis an.* 794 *factus: præfuit Concilio Moguntino an.* 813.

e *al.* Richolfus & Rheculfus. *fuit Moguntinus Epiſcopus. interfuit eidem concilio.*

f *al.* Arnulphus. Arno *dicitur in eodem concilio, alibi* Arnus. *fuit Saliſburgenſis Epiſcopus: obiit an.* 821. 24. *Ianu.*

g VVolfarius, *ſiue* VVlfarius, *fuit Archiepiſcopus Remenſis, celebrauitq; concilium Remenſe an.* 813. *& Nouiomenſe* 814. *poſteà Ludouici Pij Cancellarius fuit.*

h *al.* Bernarius, & Bernuinus, *fuit Veſontionenſis Archiepiſcopus: recenſetur inter Miſſos Dominicos Ludouici Pij in Capitulari* 2. *num.* 25. *an.* 823.

i Leidradus *Archiep. Lugdunenſis fuit.*

k Ioannes *Archiepiſc. Arelatenſis. præfuit concilio Arelatenſi ann.* 813.

l Theodulphus *Ep. Aurelianenſis, obuiàm à Ludouico miſſus Stephano V. Papæ anno* 816.

m Ieſſe *Ep. Ambian. Romam à Carolo Legatus an.* 809. *interfuit*

AVCTORE EGINARDO, EX MSS.

fuit Concilio Nouiomensi an. 814.

n Hetto, *al.* Hatto, & Hayto, *Episcopus Basileensis, Legatus à Carolo missus ad Nicephorum Imp. anno* 811. *Hettonem qui hic Caroli Testamento subscripsit, censet Cl. Robertus in Galliâ Christianâ, & Sirmondus in Indice tom.* 2. *conciliorum Galliæ, Archiepiscopum Treuirensem fuisse. Sed tum Archiepiscopus Treuirensis erat Amalarius, cui alter Hetto ex Abbate Epternacensi diu pòst successit.*

o VValcandus *Ep. Leodiensis creatus an.* 809. *Corpus S. Huberti ann.* 824. *transtulit, teste Sigeberto; de quâ translatione nos ad S. Huberti vitam* 3. *Nouemb.*

p *MS. Paderbor.* Fridegisus. *fuit Abbas Sithiensis, siue S. Bertini.*

q *Hic erat Abbas S. Vedasti apud Atrebates.*

r *Hunc* S. Angilbertum *esse, Caroli generum, censet Paulus Petauius in Syntagmate ad Nithardi historiam, & alij. De eo agemus* 18. *Febru.*

s VVala, *siue* VValah, *Comes, filius Bernardi fratris Pipini Regis; dein Abbas Corbeiensis post* S. Adelardum *germanum suum, vt in huius vitâ* 2. *Ianu. diximus.*

t *al* Odulfus, Otholfus, Onulfus.

v *al.* VVruocus, & Vuruchus.

x Burchardus *Comes Stabuli an.* 807. *Corsicam contra Mauros defendit, eosq; satis idoneâ clade affecit.*

y *al.* Richvvingus. *à Ludouico an* 814. *ad Leonem Armenum missus.*

z *al.* Geroldus, & Geraldus. *alius est ab illo, de quo suprà, Auarici limitis Præfecto.*

aa *al.* Hildigarius. bb *Du Chesne,* Riculfus.

DE TRANSLATIONE S. CAROLI IMPERATORIS.

AN. CHR. MCLXV. XXVII. IVL. XXIX. DEC.

S. Caroli translatio.

1 *Celebris est in Martyrologiis VI. Kal. Aug. S. Caroli memoria, quo die eius eleuatæ translatæq; reliquiæ. Martyrol. Colonienſe:* Eodem die Translatio B. Karoli Magni Imperatoris & Confessoris apud Aquisgranum. *Meminerunt & Carthus. Colon. ac Molanus in Addit. ad Vsuardum, Canisius, Saussaius. Tempus exprimit MS. Florarium:* Aquisgrani Translatio S. Karoli Magni Imperatoris, facta sub Frederico Imperatore huius nominis primo, & Alexandro Papâ huius nominis tertio, anno salutis 1163. *at nondum eo anno successerat Octauiano Antipapæ Guido Cremensis, dictus Paschalis, cuius auctoritate facta dicitur illa Translatio, an.* 1165.

De eâ diploma Frederici I.

2 *Extat de ea Translatione & canonizatione Diploma* Frederici I. *dicti* Ænobarbi, *siue* Barbarossæ, *quod ex Petri Bekæ Aquisgrano, & Autberti Mirei Fastis Belgicis damus. Huic miracula subiicimus ex vitâ, quam suprà diximus eo ipso tempore scriptam, & in tres distinctiones, capita* LX. *partitam. Porrò cùm* Paschalis *Antipapæ auctoritate eleuatum* S. Caroli *corpus testetur Fredericus, mirum est apud Ioannem Chapeauuillum to.* 2. *de Episc. Leodien. veluti ex magno Chronico Belgico (quod in hoc non reperimus) id factum dici* de voluntate & mandato Alexandri Papæ: *nisi fortassis Alexander id dein, recepto in gratiam Frederico ann.* 1177. *ratum habuit. Ita ergo habet:* Præsulatus huius Alexandri (*Episcopi Leodiensis*) anno secundo, scilicet anno Domini 1166. de voluntate & mandato Alexandri Papæ & omnium Cardinalium, quarto Calendas Ianuarij, præsente Frederico Imperatore, & multis Prælatis, Aquisgrani ossa Caroli Magni Imperatoris, à loco vbi quieuerat annis 352. cum magnâ reuerentiâ sunt eleuata, & honorificè collocata in feretro argenteo per Raynaldum Archiepiscopum Coloniensem, & Alexandrum Leodiensem Episcopum, cum multis oblationibus, quas Imperator & Imperatrix & alij obtulerunt: vbi & canonizatus Carolus & sanctus Confessor dictus est.

ccput S. Caroli Osnabrug.

3 *Translatum est Osnabrugum S. Caroli caput, vt suprà ex Saussaio dictum. De eo VVernerus Roleuinck lib. de moribus VVestphal. par.* 3. *cap.* 8. Post hunc, *inquit,* glorioſus Imperator S. Carolus Apostolus noster, qui terram hanc plenè conuertit ad fidem. Eius caput in Osnaburgis honorabiliter veneratur, cum SS. Crispino & Crispiniano & aliis reliquiis pluribus.

DIPLOMA FREDERICI I. IMP.

De eleuatione & canonizatione S. CAROLI.

§. I. *S.* CAROLI *corpus eleuatum.*

1 IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Fridericus, diuinâ fauente clementiâ, Romanorum Imperator semper Augustus. Ex quo primitus, Diuinâ ordinante clementiâ, Imperij Romani fastigia gubernanda suscepimus, voluntatis nostræ atque propositi summum desiderium fuit, vt Reges & Imperatores, qui nos præcesserunt, præcipuè maximum & glorioſum Imperatorem Carolum, quasi formam viuendi atque subditos regendi *a* sequeremur, & sequendo præ oculis semper haberemus: ad cuius imitationem, ius Ecclesiarum, statum Reipublicæ incolumem, & legum integritatem, per totum Imperium nostrum seruaremus. *Imitanda Regibus,* *a*

2 Ipse enim totâ cordis intentione ad æternæ vitæ præmia anhelans, ad dilatandam gloriam Christiani nominis, & cultum diuinæ religionis propagandum, quot Episcopatus constituerit, quot abbatias, quot ecclesias à fundamento erexerit, quantis prædiis ac beneficiis illas ditauerit, quantarum largitate eleemosynarum non solùm in cismarinis sed etiam in transmarinis partibus resplenduerit, ipsa eius opera & gestorum volumina, quæ plurima & maxima sunt, fide oculatâ, pleniùs declarant. In fide quoque Christi dilatandâ, & in conuersione gentis barbaricæ fortis athleta fuit, & verus Apostolus: sicut Saxonia, & Fresonia, atque VVestphalia, *b* Hispani quoque testantur, & VVandali, quos ad fidem Catholicam verbo conuertit & gladio. Licet etiam ipsius animam non pertransierit gladius, diuersarum tamen passionum tribulatio, & periculosa certamina, & voluntas moriendi quotidiana pro conuertendis incredulis, eum Martyrem fecit. Nunc verò electum & sanctissimum Confessorem eum fatemur & veneramur in terris, quem in sanctâ conuersatione vixisse, & purâ confessione & verâ pœnitentiâ ad Dominum migrasse, & inter sanctos Confessores, sanctum & verum Confessorem credimus coronatum in cælis. *Caroli Magni egregia virtutes,* *b* *præcipuè zelus animarum.*

3 Inde est quòd nos glorioſis factis & meritis sanctissimi Imperatoris Caroli confidenter animati, & sedulâ petitione carissimi amici nostri *c* Henrici Regis Angliæ inducti, assensu & auctoritate Domini Paschalis, & ex consilio vniuersorum Principum tam sæcularium quàm Ecclesiasticorum, pro eleuatione & exaltatione sanctissimi corporis eius atque canonizatione, solennem curiam in natale Domini apud Aquisgranum celebrauimus: vbi corpus eius sanctissimum, præ timore hostis exteri, vel inimici familiaris, cautè reconditum, sed Diuinâ reuelatione manifestatum ad laudem & gloriam nominis Christi, & ad corroborationem Romani Imperij, & salutem dilectæ consortis nostræ *d* Beatricis Imperatricis & filiorum nostrorum Friderici & Henrici, cum magnâ frequentiâ Principum, & copiosâ multitudine Cleri & populi, in hymnis & canticis spiritualibus cum timore & reuerentiâ eleuauimus & exaltauimus *e* IV. Kalendas Ian. *c* *corpus eius eleuatum sub Friderico I.* *d* *e*

4 His autem omnibus glorioſè peractis, cùm in prædicto loco, cuius ipse fundator extiterat, de ipsius loci libertate, institutis legum & pacis atque iustitiæ, quibus totum orbem rexerat, diligenter inquireremus, ecce Fratres eiusdem Eccleſiæ priuilegium S. Caroli de fundatione & dedicatione ipsius nobilissimæ Eccleſiæ, & de institutionibus legum humanarum, & ciuilis iuris eiusdem ciuitatis, nobis in medium protulerunt, quod ne vetustas aboleret, vel ne per obliuionem deperiret, nostrâ *à quo priuilegium S. Caroli de Eccleſiâ Aquenſi renouatũ.*

ſtrâ Imperiali auctoritate renouauimus. Eiuſdem verò priuilegij tenor & inſtitutio talis eſt.

a *Id ſi feciſſet, non tot annis impugnaſſet, quam* Carolus *fideliſſimè ſemper fouit, Romanam Eccleſiam.*

b *Hallucinatur ſchiſmaticus Cæſar. non conuertit Hiſpanos* Carolus, *at ſolùm nonnullas eorum vrbes è manibus Saracenorum eripuit.*

c *Henricus II. Angliæ Rex, ſub quo S. Thomas Cantuarienſis interfectus eſt, inauguratus eſt XIV. Kal. Ianu. Dominicâ ante Natiuitatem Chriſti, anno MCLIV. obiit pridie Non. Iul. MCLXXXIX.*

d *Hæc Reinaldo Matiſconenſi Comite nata, Frederico nupſit anno* 1156. *eiq; peperit Henricum VI. Fredericũ Sueuiæ Ducem, & alios.*

e *Aſt in MSS. Corſendoncano & Paderbor. hæc habentur:* Tranſlatus eſt autem & canonizatus B. Carolus Magnus Imperator anno Domini MCLXV. VI. Kalend. Auguſti, ſub primo Frederico Imperatore Romanorum. *Fortaſſis hoc die repertum eius eſt corpus, canonizatio aut translatio altero facta. V. Kal. Aug. celebrari ſolet illa Tranſlatio Treuiris.*

§. II. *S. Caroli Priuilegium Eccleſiæ & vrbi Aquiſgranenſi datum.*

a 5 EGo Carolus, qui Deo fauente curam regni gero, & Romanorum Imperator exiſto, conſilio Principum regni noſtri, Epiſcoporum, Ducum, Marchionum ac Comitum, rogatu verò tam liberorum quàm ſeruorum, in plurimo generali conuentu in diuerſis locis regni noſtri habito, diſcuſſi, prout iuſtius & melius cunctis videbatur, primùm de lege ſanctarum Eccleſiarum, de reddendis iuſtitiis Epiſcoporum, de vitâ & iure Preſbyterorum ac Clericorum, & hæc omnia iudicio & aſſenſu noſtro, ſecundùm inſtituta patrum meorum corroborau, firmaui, & auxi, nihil de his minuens, quæ Catholici viri, rectè atque legitimè viuere volentes, ad obſeruandum ſpirituali ac ſeculari decreto bonum & vtile contulerint. Deinde prout cunctis placuit prudentioribus regni noſtri, legem Saxonum, Noricorum, Sueuorum, Francorum, Ripuariorum, Salicorum, ſicut mos & poteſtas Imperatorum eſt, & omnium anteceſſorum meorum ſemper fuit, diſtinxi, diſtinctam ſub auctoritate regiâ & imperatoriâ ſtabiliui, non ex meâ adinuentione aut corde prolatam, ſed communi conſilio & generali conuentu totius Galliæ, à me renouatam, & in melius auctam, ſicut patres & prædeceſſores mei feciſſe perhibentur. Scitis enim & neminem latet, quia quidquid ab Imperatoribus & Regibus præceptum & decretum eſt, ſemper ratum & pro lege tenendum eſt: ne quod ab vniuerſis ſenſatis & iuſtâ ſatis diſcretione viuere volentibus imperatum & actum eſt, & noſtrâ imperatoriâ & regiâ maieſtate confirmatum & ſolidatum, violetur.

Priuilegia Eccleſiarum confirmat Carolus:

variorum populorum leges recognoſcit:

6 Nunc Patres, fratres, & amici, fautores & coadiutores gloriæ regni noſtri, de omnibus ſtatutis patris mei Pipini, quæ ad vtilitatem & honorem ſanctæ Eccleſiæ firmari ac renouari petiſtis, quæ ad defenſionem ſecularium rerum & legum ſtabiliri quæſiſtis; nihil minui nec abnui, ſed in melius ampliaui, omnium ſanis conſiliis acquieui, & fui in medio veſtrûm quaſi vnus de quærentibus & petentibus æquitatem legis, nulli contradicens aut renitens dignæ & rectæ petitioni. Ergo veſtri decreti & petitionis voluntarius exſtiti, vos quaſi Patres & fratres audiui: nunc quæſo vt meæ petitionis & intentionis non ſolùm auditores, ſed & beneuoli factores fieri velitis. Nec quod indecens aut intolerabile ſit, quæro, ſed quod tota Gallia, & vniuerſi Principes potiùs concedere, quàm negare debent. Noſtis qualiter ad locum, qui Aquis, ab aquarum calidarum aptatione traxit vocabulum, ſolito more, venandi cauſsâ, ingreſſus, ſed perplexione ſiluarum, errore quoque viarum, à ſociis ſequeſtratus, veni, thermas calidorum fontium & palatia b inibi reperi, quæ quondam c Granus, vnus de Romanis Principibus, frater Neronis & Agrippæ, à principio conſtruxerat. Quæ longâ vetuſtate deſerta ac demolita, frutetis quoque ac vepribus occupata, nunc renouaui pede equi noſtri, in quo ſedi, inter ſaltus, riuis aquarum calidarum perceptis & repertis: ſed & ibidem monaſterium S. Mariæ matri Domini noſtri Ieſu Chriſti, omni labore ac ſumptu, quo potui, ædificaui, lapidibus ex marmore pretioſo adornaui, quod Domino adiuuante & cooperante, ſic formam ſuſcepit, vt nullum ipſi queat æquiparari.

Therma Grani à Carolo reperta, renouata.

b c

Ex diplomate Friderici I. *baſilica ibidem ædificata,*

7 Itaque tam egregio opere huius baſilicæ non ſolùm pro voto meo & deſiderio, verùm ex Diuinâ gratiâ ad vnguem peracto, pignora Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, à diuerſis terris & regnis, & præcipuè Græcorum, collegi, quæ huic ſancto intuli loco, vt eorum ſuffragiis regnum firmetur, & peccatorum indulgentia condonetur. Præterea à Domno Leone Romano Pontifice, huius templi conſecrationem & dedicationem fieri impetraui, præ nimiâ deuotione, quam erga idem opus habui, & Sanctorum pignora, quæ ibi recondita meo ſtudio & elaboratu habentur. Decebat enim vt idem templum, quod cunctis monaſticis ædificiis in regno noſtro formâ & ſtructurâ præeſſe videtur, in honorem ſanctæ Dei Genitricis à nobis regali ſtudio fundatum, dignitate conſecrationis præcelleret; ſicut ipſa Virgo ſuper omnes choros Sanctorum præcellens exaltata eſt: & ideò Domnum Apoſtolicum, qui omnes præcellit Eccleſiaſticos gradus, ad conſecrandum & dedicandum, ex ſolâ cordis mei conſideratione, elegi ac d acciui. Acciui etiam cum illo Romanos Cardinales, Epiſcopos Italiæ quoque quamplures & Galliæ, ſimulque Abbates & cuiuſque ordinis Clerum multum, qui huic ſacræ dedicationi intereſſent. Acciti ſunt etiam multi Romani Principes, præfecturâ & qualicumque dignitate promoti, ad id ſolenne, Duces, Marchiones, Comites, Principes regni noſtri tam Italiæ quàm Saxoniæ, tam Bauariæ quàm Alemaniæ, & vtriuſque Franciæ, tam Orientalis quàm Occidentalis, in omnibus voto meo & deſiderio obſequentes.

à Leone III. conſecratæ

d

8 Illic verò Domno Apoſtolico, & omnibus prædictis nobilibus & egregiis perſonis congregatis, merui ab omnibus obtinere, præ nimiâ deuotione, quam erga ipſum locum & matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti habebam, vt in templo eodem ſedes e regia locaretur, & locus regalis, & caput Galliæ trans Alpes haberetur, ac in ipſâ ſede Reges ſucceſſores & hæredes regni initiarentur, & ſic initiati iure dehinc Imperatoriam maieſtatem Romæ, ſine vllâ contradictione, planiùs aſſequerentur. Confirmatum & ſancitum eſt hoc à Domno Leone Romano Pontifice, & à me Carolo Romanorum Imperatore Auguſto, & primo auctore huius templi & loci, quatenùs ratum & inconuulſum hoc ſtatutum & decretum noſtrum maneat, & hîc ſedes regni trans Alpes habeatur, ſitque caput omnium ciuitatum & prouinciarum Galliæ. Decreuimus etiam, ex aſſenſu & beneuolentiâ omnium Principum regni, qui ad hoc feſtum dedicationis conuenerant, vt locum & ſedem regiam, pro murali præſidio contra omnes turbines, Epiſcopi, Duces, Marchiones, Comites, omnes Principes Galliæ, fideles regni tueantur, ſemper locum hunc venerantes. Decreuimus etiam, ſi quæ iniuria aut verſutia contra leges, quas ſtatuimus, ſurrexerit, libero aut ſeruo nocere tentauerit; Aquis, ad hanc regiam ſedem, quam fecimus caput Galliæ, veniat; veniant Iudices & defenſores loci, & cum æquitate legis, cauſſæ decernantur, ſtatus legis reſurgat, iniuria condemnetur, & iuſtitia reformetur.

e *Sedes iſthic imperij Francici.*

9 Nunc ergo, quia locum hunc maieſtate regiæ ſedis, Domni Apoſtolici decreto, & noſtrâ imperiali potentiâ, noſtroque aſſenſu exaltauimus, honeſtate verò huius templi & plurimorum Sanctorum veneratione magnificauimus; decet nec incongruum videtur (cùm ad hoc nimiùm figitur noſter animus) vt petitio mea, cuius vos non ſolùm auditores, ſed beneuolos factores fieri exoraui, apud vos obtineat, quatenùs non ſolùm Clerici & laici loci huius indigenæ, ſed & omnes incolæ & aduenæ, hîc inhabitare volentes, præſentes & futuri,

Libertas vrbi totæ indulta,

EX DIPLOMATE FREDERICI I.

turi, ſub tutâ & liberâ lege, ſine omni ſeruili conditione vitam agant, ac omnes pariter ex auis & atauis ad hanc ſedem pertinentes, licet alibi moram facientes, ab hac lege quam dictauero in præſentiarum à nullo ſucceſſore noſtro, vel ab aliquo machinatore, legum ſubuerſore, infringantur, numquàm de manu Regis alicui perſonæ nobili vel ignobili in beneficio tradantur.

probantibus Principibus.

10 Acquieuerunt vniuerſi Domini & magni Imperatoris Caroli petitioni & voluntati, qui ad hoc ſolemne dedicationis, ex diuerſis regnis conflυxerant, ac bonum acceptum coram Deo & hominibus, Domni Apoſtolici & Imperatoris decretum adſtruxerunt, & omnium graduum, Epiſcoporum, Abbatum quoque banno corroborari & confirmari hanc Imperatoris petitionem, vniuerſi magni & parui acclamauerunt.

a *Hoc Diploma quam obtinere auctoritatem debeat, alij iudicēt: complura in eo miramur; nam ſuſpectare apertè, quod alter Imperator recitat, & traditio Aquenſis Eccleſiæ tuetur, vix audemus.*

b *Palatia vocat palatij aut thermarum ruinas. Sangallenſis monachus lib. 2. cap. 24. à Pipino Caroli patre repertos hos fontes ſcribit.*

Aquæ-Grani vnde dicta.

c *Huius* Grani *nuſquam alibi nomen extat.* Granij *fuêre, Tiberij Cæſaris æuo, qui an Neronibus aut Agrippis iuncti affinitate fuerint, haud legimus. à* Grano *Apollĭne ductum nomen exiſtimat Gamaſius noſter.*

d *Venit ad* Carolum Leo III. *exeunte anno* 804. *ſed non legitur accitus ab eo fuiſſe: perductus tamen ab eo eſt Cariſiaco Aquaſgrani.*

e *Hue fortaſſis reuocare licebit, quod ſcribit Nithardus initio libri* 4. Aquis Palatium, quod tunc ſedes prima Franciæ erat *&c.*

§. III. *Priuilegia Aquiſgranenſibus confirmata.*

Aquiſgranum caput & Sedes regni Teutonici,

11 LÆtetur igitur & exultet ineffabili gaudio Aquiſgranum, caput ciuitatum, venerabilis Clerus cum deuotiſſimo populo, quòd in diademate regni, aliis Principibus & glorioſis locis ſpecioſiſſimo ornamento diſtinctis, in capite coronæ poſitum, quaſi perlucidarum gemmarum ſplendore coruſcat, & illo ſingulari & corporali gaudet patrono, qui Chriſtianæ fidei illuſtratione, & legis, quâ vnuſquiſque viuere debeat, Romanum decorat Imperium. Hæc enim mutatio eſt dexteræ Excelſi, quòd pro Grano, fratre Neronis, fundatorem habet ſanctiſſimum Carolum; pro pagano & ſceleſto, Imperatorem Catholicum. Cuius nos, quantum propitia Diuinitas conceſſerit, pietatis veſtigiis inhærentes, venerabilem Clerum Aquenſem, cum Eccleſiâ ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ, excellentiſſimo opere conſtructâ, & omnibus prædiis eius, nec non & ipſam ciuitatem Aquiſgranum, quæ caput & ſedes regni Teutonici eſt, vnà cum omnibus ciuibus eius, tam minoribus quàm maioribus, ſub noſtram imperialem tuitionem ſuſcipimus, & omnem libertatem & iuſtitiam, quam ſanctiſſimus Carolus, eiuſque ſucceſſores eis dederunt, eis confirmamus: ſtatuentes, & lege perpetuò valiturâ confirmantes,

priuilegiis ornatur à Frederico I.

vt omnes ciues noſtri Aquenſes per omne Romanum Imperium negotiationes ſuas ab omni telonij, pedagij, curardiæ, vectigalis exactione liberi, abſque omni impedimento, liberè exerceant; & ſicut ſanctiſſimus Carolus Imperator inſtituit, indigenas huius ciuitatis ſacræ & liberæ nemo de ſeruili conditione impetat; nemo libertate priuare præſumat. Inſuper omnes ad hanc ſedem pertinentes, nullus Regum vel Imperatorum, vbicumque morentur, alicui perſonę in feudum concedendi poteſtatem habeat. Ceterùm, vt omnes ſanctiſſimæ conſtitutiones beatiſſimi Caroli totius perennitatis robur obtineant, præſentem inde paginam conſcribi, & aureâ bullâ, ſignique noſtri charactere ſignari iuſſimus.

12 Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris. Ego Henricus ſacri palatij Protonotarius, vice
a Chriſtiani Archicancellarij & Moguntinæ Sedis Electi, recognoui. Datum Aquiſgrani anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo ſexageſimo ſexto, Indictione decimâ quartâ, ſexto Idus Ianuarij, regnante Domno Friderico Romanorum Imperatore, anno regni eius *b* decimo quarto, Imperij verò vndecimo. Actum in Chriſto feliciter, Amen. *b*

a Chriſtianus I. *Moguntinus Epiſcopus LXXI. Conrado, quòd Alexandro III. faueret, electo, quamquàm & ante eum electus fuerat, iterum anno* 1164. *ſuffectus ab Ænobarbo, Papæ iniquior, deceſſit an.* 1180. *reſtitutusq; eſt Conradus, Cardinalis Sabinenſis iam antè creatus. Vide Moguntiaca Serarij.*

b *Conrado Regi, patruo ſuo, an.* 1152. 15. *Feb. mortuo ſucceſſit* Fredericus: *Imperator coronatus eſt ab Adriano IV. Papâ an.* 1155. 17. *Iunij.*

MIRACVLA S. CAROLI

ex MS. Corſendoncano Canonic. Regular.

ſuntq; vitæ eiuſdem S. CAROLI, ab auctore anonymo, tempore Frederici I. Imperat. ſcriptæ, capita 58. 59. 60.

PRÆFATIO.

1 FIdelis igitur ſermo & omni acceptione dignus de vitâ & moribus ſigniſque cæleſtibus ſanctiſſimi Imperatoris Karoli Magni, pro minimâ geſtorum eius parte, inopiâ librorum nos anguſtante, productus ad noſtri temporis dignè memorabiles euentus vſque defluxit. Quos etſi opportunitas, congruo naturæ dicendi ordine oblata, euoluere zelo caritatis impellit. Audiuimus namque, & celebri ſermone diu multumque apud nos vulgatum, idoneorum & fidelium virorum relatione didicimus noſtris temporibus Aquiſgrani glorioſum contigiſſe miraculum, quod ad laudem Dei & beatiſſimam memoriam orthodoxi Karoli Magni, ſub ſilentio premere nullatenùs præſumpſimus, ne iudicio Dominicæ pecuniæ in terram defoſſæ meritò arguamur.

Laſciuus Clericus, in ſacrario irreuerenter dormiens,

2 Fuit igitur in præfata regiâ ciuitate adoleſcens quidam, iuuenis quidem ætate, Clericus profeſſione, Subdiaconus ordine, Guibertus nomine, cuius vita plerumque nimis fuerat dedita inconſultæ & intemperanti laſciuiæ. Accidit autem ſorte quadam die præfatum Clericum ſanctam Aquenſem, non orationis cauſsâ, ſed ex conſuetudine ſolâ, intrare eccleſiam: qui etiam auſu temerario, nocturni admiſſi exceſſu neglecto, ſacrarium contra reuerendam loci eius & Clericorum conſuetudinem irrumpere præſumpſit, & ante venerandam effigiem venerabilis Karoli reclinato capite, propter noctis præcedentis vigilias, ſomno dormitionis irreuerenter & infrunitè, id eſt, imprudenter oppreſſus ſomnum mortis adinuenit. Repentè enim manus quædam, vt viderunt, qui hoc nobis retulerunt, præfatum iuuenem, ſuper quoddam ſcrinium in præfato venerabili oratorio reclinatum, tantâ virtute repulit, & longè à loco incircumſcriptæ reclinationis reiecit in oppoſito aduerſæ partis. Subitò igitur ibidem graui ægritudine oppreſſus, ſui exceſſus humiliter errorem confeſſus; pauco dierum numero interpoſito, diuinæ vltionis iudicio condemnatus, viam vniuerſæ carnis eſt ingreſſus: ceteris exemplum debitæ relinquens reuerentiæ. Præfatam verò iuſtæ vltionis manum ſcholares quidam tunc fortè præſentes viderunt, & pauidi trepidique ac profugi, quod viderant vulgauerunt. Quidam etiam diuinitus viſione tali admoniti, ſecularis vitæ habitum mutauerunt.

diuinitus morte punitur.

Quidam bonis ſpoliatus,

3 Breui autem temporis ſucceſſu, accidit quemdam virum, facie venuſtum, morum honeſtate & vrbanitate affabilitatis verendum, Aquiſgrani venire: qui generis quidem ſchemate clarus meritò argui poterat, & poſſeſſione rerum fuiſſe non modicus. Erat verò Theutonicus, vt ipſe aſſerebat, de Theutonicâ Burgundiâ oriundus, Miles officio, Thiethmarus nomine. Hic igitur, cuiuſdam præpotentis Comitis terræ ſuæ violentâ inuaſione, poſſeſſionibus ſuis iniuſtè exhæredatus, omnibus rebus ſuis immiſericorditer ſpoliatus; cùm ſpiritualis aut materialis gladij nuſquam imploraret

taret clementiam, vt condignam de damno & iniuriâ ſuâ reciperet iuſtitiam, votiuo affectu, ſpe firmâ, fide non ficta, ad iuſtiſſimi Karoli, diumâ reuelatione admonitus, apud Aquiſgrani tandem conuolauit ſuffragia. Poſitis igitur, ex abundantiâ magis cordis quàm rerum, ante venerandam effigiem præfati Imperatoris ſcriptuoſis breuiaribus, in multâ ac deuotiſſimâ Miſſarum & orationum continuatione, item ieiuniorum irrequietâ afflictione, Eleemoſynarum quoque (prout poſſibile exuli erat) largitione, aliquot ibidem expletis diebus, nocturnæ viſionis conſolatorio admonitus oraculo; fortè cernuus in multâ lacrymarum profuſione inter luminaria dormiret medius, ampliori ſpe & meliori fide roboratus repatriauit. Eodem autem referente, poſt anni circulum ad beati Karoli glorioſam memoriam reuerſo, certiſſimè comperimus, quòd precibus & meritis iuſtiſſimi Imperatoris ampliorem iuſtitiæ ſatisfactionem conſecutus fuerit, quàm vel ſperare vel orare præſumpſerit. Non ſolùm enim ſua plenè & integrè cum omnimodâ ſatisfactione gloriabatur ſe recepiſſe, ſed etiam ſuæ poſſeſſionis ſuarumque rerum violentum inuaſorem, dignas dignæ vltionis, meritæ violentiæ pœnas, ſub publico populi teſtimonio, miſerrimâ morte proteſtabatur expendiſſe. Inſuper etiam breui ſucceſſu temporis nullum hæredum ſui iniuriatoris vſquam in terrâ illâ aſſeruit comparere. Annuatim namque quotquot denuò vixit annis diem memoriæ beatiſſimi Karoli deuotiſſimus obibat. Inſuper etiam ad laudem & gloriam tanti ſui vltoris liberali munificentiâ copioſam in pauimento eccleſiæ plerumque nummorum Baſilienſium ſparſit pecuniam.

S. Caroli opem implorat:

omnia recuperat:

quotannis Aquiſgranum venit.

4 Inter tanta namque præclara Dei magnalia, quibus in ſuo fideli athletâ Diuina vſquequam reſplenduit clementia, læto & penè immortali tripudiamus gaudio, exultantes in Domino, qui beatiſſimi ſui Karoli beatam verè tranſlationem, ſuâ mirabili virtute, mirabilis ipſe mirabiliter canonizare dignum iudicauit. Cùm igitur tam celebrem, tam glorioſam diuinæ maieſtatis operationem ad poſteros vſque tranſmittere, quantum in nobis, & ſcripto æternare, affectu caritatis intendimus: quatenùs vbique & ſemper admiranda Dei potentia conſtantiùs & deuotiùs prædicetur. Glorioſè etenim quamplura præfatæ canonizationis inſignia ſub ſilentio prementes, aliquid in luce proferendum & latè longeque in fines orbis perſonandum, Diuinæ nutu prouidentiæ eueniſſe ſub fideli teſtimonio perſcripſimus. Tertiâ namque nocte poſt exaltationem cariſſimi Deo Karoli Magni, tres candelæ diuinitus accenſæ ſuper pinnaculum templi, mirabili fulgore mirificè fulgurantes, à multis gentibus & populis viſæ ſunt in gaudio exultationis. Eadem verò tria cæleſtis ſplendoris luminaria quaſi extincta, trinâ reuolutione crucem turris eiuſdem eccleſiæ in gyrum ambierunt: & loca longè lateque diſtantia, nouâ noui luminis claritate, in nouum nouæ tranſlationis gaudium ſtupeſcente noctis caligine, illuſtrauerunt. O admiranda, ô veneranda ſanctæ Trinitatis trina apparitio! O verè beata canonizationis exultatio, diuino cælitus comprobata teſtimonio; quæ trino trium luminum ambitu nocte tertiâ gloriosè eſt reuelata, & cælitus ſanctæ Trinitatis in omnibus oraculo roborata!

S. Caroli exaltatio triplici luce cælitus approbata.

AVCTORE ANONYMO, EX MS.

5 Verè igitur exultandum & gaudendum ſibi conſtare nouerit in Domino, ille verus Chriſti cultor Romanorum Imperator Auguſtus, qui eiuſdem tranſlationis in Spiritu ſancto fuit auctor, cuius ſummæ Trinitatis Deus tam manifeſtis indiciis prædicatur aſſertor. Eadem igitur tantâ tamque beatâ reuelatione idem Imperator meritò exhilaratus & inæſtimabili repletus gaudio, præter cetera ſuæ imperialis munificentiæ ampla & larga munera, annuatim decem marcas ad vſus refectorij tam Canonicis quàm hoſpitibus Clericis obtulit: & hanc ſuam largitionem firmam & perennem in remedium animæ ſuæ ſuorumque inſtituit.

Frederici I. in Aquenſem Eccleſiam munificentia.

6 Sed quia iam continua ſeries operis in noſtri temporis euentus vſque defluxit, finem præſenti negotio imponentes, veniam non cuiuſquam prolixitatis, ſed circumciſæ & interciſæ breuitatis imploramus, eò quòd de innumerâ ſanctitatis beatiſſimi Karoli Magni multitudine perpauca attigimus. Vix enim ſanctitatis imperatoriæ, & laudabilium ipſius morum, & cæleſtium ſignorum in eius gloriam conſcriptorum, ſumma deguſtauimus. Quâ in re id nobis ſolatium relinquimus, quòd Chriſti fideles in laudem & honorem eiuſdem Principis conſtantiùs & deuotiùs animatos eſſe in Domino confidimus, & exemplo noſtro lectores & ſcriptores ad hæc & iis ſimilia excitauimus, quibus ſine inuidiâ in iis hiantia ſupplere interualla annuimus. Conſulto verò humanæ imperfectionis defectu nõ in aciem noſtræ orationis, ſed ardentem affectum noſtræ intentionis pij iudices aduertant & approbent, & qui ſperant idem in ſimilibus noſtrum ſudorem deguſtent & ſuppleant. Sunt enim & alia quamplurima, quæ præterea in geſtis Francorum, & ante noſtra tempora, noſtris quoque diebus diuinis laudibus plena audiuimus & cognouimus, paſſim & variè in odorem ſuauitatis, meritis eiuſdem iuſtiſſimi Imperatoris, mirificè & magnificè obtigiſſe: quibus omnibus & ſingulis glorioſus & mirabilis in Sancto ſuo Deus apparuit, & quotidie ſuæ benignitatis fœcundâ reuelatione apparere non deſinit: cui decus, honor, & imperium per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Alia miracula ab Auctore omiſſa.

DE S. SPEO CONFESSORE.

XXVIII. IANVAR.

S. Spei reliquiæ, Aquiſgrano

1 *Arolo Magno* Speum (Spem *fortaſis rectiùs dici exiſtimet quiſpiam*) *ſubiunginus; non quia nobis huius explorata ſit ætas, conditio, res geſtæ, natalis dies aut Tranſlationis; ſed quia Aquiſgrani, vbi præcipuâ in veneratione Carolus eſt, quieuerit aliquando; ideò & Molanus in Natalibus SS. Belgij, & nos, XXVIII. Ianuarij cum Carolo eum damus. Teſtatur tamen idem Molanus, Aquiſgrani nullam eius extare memoriam, niſi quòd in indiculo reliquiarum ita ſcriptum reperiatur:* Pulueres reliquiarum S. Spei Epiſcopi & Martyris.

2 Confeſſorem, *non* Martyrem *nec* Epiſcopum, *eum appellat Lambertus Scafnaburgenſis qui ſuo tempore, anno videlicet 1072. Hartesburgum aſportatas ab Henrico IV. teſtatur, ac biennio pòſt Hartesburgo exciſo à vicino quopiam Abbate ad ſuum cœnobium delatas* S. Spei *reliquias. Eſt* Harteſburgum, *ſiue* Hartzburgum, *quibuſdam* Hercinoburgum, *oppidum Goſlariâ duobus milliaribus diſtans, ad ipſos ferè Hildesheimienſis diœceſis limites. Id ab Henrico poſt mortem Henrici III.*

Hartesburgum

extructum munitumue, vti & alia complura quæ idem Auctor recenſet, ad opprimendos magis quàm continendos in fide Saxones, alioſq; finitimos populos. De eo Otto Friſingen. de geſtis Frederici Imper. lib. 1. cap. 4. Caſtrum quoddam, Harzburg dictum, ad eiuſdem gentis oppugnationem, ab Imperatore in ingreſſu prouinciæ in loco munitiſſimo fundatum.

3 *Huc ergo S. Spei reliquiæ allatæ an. 1072. ita Lambertus:* Rex Aquaſgrani profectus, S. Speum Confeſſorem, & brachium iuſti Simeonis, cuius mentio eſt in Euangelio, & caput Anaſtaſij monachi & Martyris, aliorumque Sanctorum reliquias ibi accepit, atque in Harteſburg tranſtulit. *De* S. Simeone Iuſto *agemus VIII. Octobris, egimus XXII. Ianuarij de* S. Anaſtaſio *Martyre. Horum pignora videntur à Carolo Magno Aquaſgrani allata; qui ingentem planeq; admirabilem ſacrarum reliquiarum theſaurum iſthuc congeſſit: extant ibi etiamnum, & ſeptimo quoque anno publicè oſtenduntur, celebri populorum concurſu, præclaræ Cælitum exuuiæ: ſed*

anuella an. 1072.

Ex variis. *multa aliò auecta à Regibus & Cæſaribus, vt hoc aliiſq; exemplis docet Beka cap. 9.*

4 S. Speum, *quia nihil de eo aliunde exploratum, inter eos cenſeri poſſe exiſtimamus, quorum reliquias Carolus Aquagrani ex Italiâ attulit. Et erit fortaſsis qui ſuſpicetur* Speum *eſſe, ſiue* Spem, *Epiſcopum Spoletinum, cuius natalis in XXIII. Nouembris incidit, licet ſolennitas in XXIX. reiiciatur, Ferrario teſte; vel certè Abbatem illum Nurſinum, de quo S. Gregorius lib. 4. Dial. cap. 10. & Martyrologia XXVIII. Martij.*

5 *Quâ occaſione aſportata ſint Hartesburgo reliquiæ illæ, narrat idem Schafnaburgenſis an. 1073.* Eâ tempeſtate, *inquit,* hi qui in Harteſburg erant, multa & præclara militaris audaciæ facinora fecerunt. Nam ſæpenumerò erumpentes, prædas in vicinis regionibus, & ſtrages hominum non modicas agebant, & priuſquàm Saxones ad vim arcendam frequentes confluere poſſent, ſe in caſtellum receperant. Maximè autem Goſſarienſibus propter vicinitatem exitiales erant. Plurimos enim eorum peremerunt, & bona eorum, quæ extra villam reperta fuiſſent, crebrâ incurſione populabantur, & mercatores exterarum gentium, ne conſuetas merces eò conferrent, metu vitæ amittendæ inhibebant.

Ob inſolentiam præſidij,

6 *Hac ergo militari inſolentiâ factum eſt, vt licet reconciliati cum Imperatore Saxones eſſent, noua tamen ruſticana ferè plebis coniuratione an. 1074. exciſum ſit caſtellum, quod ita idem auctor commemorat:* Porrò vulgus Saxoniæ, id potiſſimùm quod contiguas caſtello Harteſburg villulas incolebat, vehementer offenderat, quòd in Harteſburg vllæ ſeruatæ eſſent reliquiæ: nec quicquam tantis laboribus actum putabant, ſtante atque incolumi caſtello, quod omnium

à vicinis Saxonibus

cladium, quas acceperant, caput principiumque extitiſſet; & quod circumiacentis regionis opulentiſſimas quondam villas, nunc in horrorem vaſtamque ſolitudinem redegiſſet: non detuliſſe Regem cultui diuino, ſed ſub prætextu religionis, crudelitatis ſuæ patrocinium quæſiſſe; vt ſcilicet, inſtaurato poſt modicum bello, cùm hæc ira Saxonibus deferbuiſſet, locum habeat, vbi milites ſuos rurſus ad euerſionem Saxoniæ tutò recipiat; & tunc tantò victis incumbat infeſtior, quantò nunc diſcedat Saxonum lætis ſucceſſibus efferatior. Hæc viciſſim intemperatis clamoribus ferendo, in magnam ſe ferocitatem inflammarũt. Igitur tertio die poſtquàm Rex abſceſſerat, inſciis inconſultiſque Principibus, facto grege, in Harteſburg irruunt, quod reſiduum erat murorum à fundamento deiiciunt, lapides longè lateque diſpergunt; ceteris ædificiis, quæ indulgentia Principum integra ſeruauerat, idem faciunt; eccleſiam, quæ accelerandi operis ſtudio interim lignis elegantiſſimè conſtructa fuerat, incendunt, theſauros diruunt, altaria confringunt. Poſtremò, ne qua Regi inſtaurandi caſtelli occaſio reliqua eſſet, filium eius & fratrem, quos ille, ad gratificandum popularibus locum, ibi tumulauerat, effodiunt: aguntque omnia quantum poſſunt, ne adminiſtrando bello deinceps, mons complanatus, vllam præſtare poſſit opportunitatem. Reliquias Sanctorum, quæ effractis altaribus erutæ fuerant, & effoſſa defunctorum corpora, Abbas ex vicino cœnobio opportunè ſuperueniens, furenti vulgo eripuit, atque in ſuum monaſterium cum honore tranſuexit.

Hartesburgo exciſo,

aliò tranſlata.

DE B. RICHOARDO, ſiue RICHARDO,

ABBATE VALCELLENSI IN BELGIO.

Sec. XII. XXVIII. Ianvar.

1 VAlcellæ, *ſiue* Vallis-cellæ, *inſtituti Ciſtercienſis in agro Cameracenſi ad Scaldim fluuium, prope Creuecœurium oppidum, viſitur illuſtre cœnobium. Primi eius Abbates* Radulfus, Richoardus, Nicolaus, *vitæ ſanctitate conſpicui: ex quibus* Radulfus *XXX. & XXXI. Decemb.* Nicolaus *XXX. Maij & VI. Decembris, Menologio Ciſtercienſi aliiſq; inſcripti leguntur.* Richoardi, *qui &* Richardus, *& Riquardus dicitur,* natalis *hoc XXVIII. Ianuarij, eius & duorum aliorum tranſlatio XXX. Maij refertur; licet pridie, ſeu XXIX. Maij, contigerit, vt infrà dicetur.*

B. Richoardi natalis.

2 *Eſt inter libros noſtræ Domus profeſſæ Antuerpianæ Chronicon MS. Euſebij, Proſperi, Sigeberti & aliorum, quod olim fuit Abrahami Ortelij, anteà verò abbatiæ Valliſcellenſis, aut certè ab aliquo monacho Valcellenſi auctum. In hoc illius cœnobij ita memorantur exordia ad an. Chriſti 1131.* Hoc anno inceptum eſt cœnobium S. Mariæ Valcellenſis Eccleſiæ. *ad ſequentem verò 1132.* Hoc anno venit conuentus monachorum cum Abbate ſuo, nomine Radulfo, à Claraualle ad hunc locum, qui vocatur Valcellæ, ſub die primâ Kal. Auguſtarum, quâ die celebratur feſtiuitas S. Petri ad vincula. Hic Radulfus primus Abbas huius cœnobij, de Angliâ oriundus, vitâ, moribus & feruore religionis omnibus exemplo fuit. Hos adduxit beatæ memoriæ S. Bernardus primus Abbas Claræuallenſis cœnobij. *Extat eiuſdem Bernardi epiſtola 186. quâ* Simonem filium Caſtellani Cameracenſis *rogat, vt* Ligecurtis *à patre in opus huius monaſterij conceſſæ donationem confirmet.*

Valcellenſis monaſterij fundatio an. 1131.

3 *Ad annum 1149. in eodem Chronico hæc referuntur:* Hoc anno conſecrata eſt eccleſia S. Mariæ Valcellenſis cœnobij à Samſone Remorum Archiepiſcopo, VII. Kal. Iunij, V. feriâ hebdomadæ Pentecoſtes. *Inciderat eo anno Paſcha in III. Aprilis, Pentecoſte in XXII. Maij, litterâ Dominicali B. Quare perperàm ſcribit Claudius Robertus in Galliâ Chriſtianâ à Samſone eccleſiam hanc Valcellenſem dedicatam fuiſſe anno 1151. quo anno VII. Kalend. Iunij Sabbatum erat. Eſt autem templum, quod iſtic nuadè extat, longè pulcherrimum, atque inter cetera huius ordinis apud Belgas ampliſsimum; ac templum quoque cathedrale Cameracenſe longitudine ſuperat, vt ſcribit oculatus teſtis Autbertus Miræus in Chronico Ciſtercienſi.*

eccleſiæ dedicatio an. 1149.

4 *Ad annum 1151. ita proſequitur MS. Chronicon:* Domnus Radulfus primus Abbas huius cœnobij, poſt peractos XIX. annos, ex quo ad hunc locum venerat, & menſes quinque, III. Kal. Ianuarij nexibus terrenæ corruptionis abſolutus migrauit è mundo: cui ſucceſſit vir venerandus Riquardus nomine, & ipſe de Claraualle ſumptus, moribus maturus, diſcretione præcipuus, hilaris vultu, affabilis in colloquiis, ſtaturâ decorus, temperatus in omnibus. *Additur huic elogio à Reuerendo Domino Nicolao Dauſſy Priore Valcellenſi, in litteris eâ de re ad nos datis, ex antiquo Codice MS. quod Raiſsius Chronicon MS. appellat:* & per omnia laudabilis. *Henriquez lib. 2. Faſciculi Sanctorum Ord. Ciſterc. hæc fuſiùs amplificat more ſuo:* Mirâ, *inquit,* animi moderatione, pietate, & obſeruantiâ regulari probatiſſimus ab omnibus habebatur. *& mox:* Cùm igitur propter eximias virtutes, & ſingularem pietatem, omnibus carus eſſet, mirabilemque ſanctitatis opinionem conſequeretur, congregationis ſuæ nomen per circumiacentes regiones dilatauit. Ipſe autem plenus bonis operibus ex hac vitâ deceſſit. *Hæc Henriquez citatis Miræi Chronico Ciſtercienſi & Appendice ad Sigebertum, quibus locis ex Chronico noſtro MS. nonnulla profert. Ex Henriquez eadem deſcribit Raiſsius.*

B. Richardus fit Abbas an. 1151.

5 *In Nicolai Dauſſy MS. codice, cuius auctor Radulfo ſe teſtatur annis XVII. conuixiſſe, hæc de Abbatum primorum ſucceſsione monaſteriiq; incrementis habentur:* Reliquit *Radulfus* centum & ſeptem monachos profeſſos, & tres Nouitios, Conuerſos verò centum & triginta, quos ſub ſuo regimine habuit. Hinc Pater noſter S. Bernardus cùm poſt obitum illius, ſucceſſorem eius Richardum, ſuauis memoriæ virum, adduxiſſet, & vidiſſet tam præclarum monachorum & Conuerſorum conuentum, mente exhilaratus in hanc vocem erupit dicens: Benedictus Deus! dudum

à S. Bernardo admirante cœnobij incrementa.

dudum quidem in initio paruum hominum numerum ad hunc locum adduxi, nunc autem ex illo grege pusillo in tantam vos conspiciens multitudinem excreuisse, gaudeo & exulto, & omnipotenti Deo gratias ago &c. *Infrà verò*, cuius nationis fuerit, *ait idem auctor* se non reperisse. *Raissius, & Henriquez in Menologio* Anglum *scribunt fuisse. sed quo auctore?*

Eius & aliorum 2. Abbatum reliquiæ honorificè translatæ

6 *In Chronico MS. hæc ad finem adiiciuntur extra Chronici ordinem:* Anno Incarnati Verbi MCLXXIX. tempore Alexandri Papæ, regnante Frederico Imperatore, mense Maio, IV. Kal. Iunij, feriâ III. leuata sunt ossa Abbatum huius loci de Capitulo, in quo à principio positi fuerant, videlicet Domni Radulfi primi Abbatis huius cœnobij, & Domni Riquardi secundi, & Domni Nicolai, qui loco tertio successerat, sed præ nimiâ corporis infirmitate ipsam abbatiam dimiserat: & posita sunt à Domno Aelmo, qui officium regiminis quinto loco susceperat, condigno honore infra maceriam nouæ ecclesię, quæ est inter ostium ipsius ecclesiæ & armarium, ad Septemtrionalem plagam, in locis honorificè præparatis, cunctis ministris albis indutis, adstante etiam copioso conuentu tam Conuersorum, quàm monachorum, & multitudine secularium plurimorum, regnante Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen. *Et aliâ manu:* Ista etenim iam dicta Abbatum translatio facta est post Concilium, quod ipso anno sub Alexandro Papâ III. Romæ celebratum est, & secundo anno, quo pax Ecclesiæ reddita est, quæ viginti annis sub iam dicto Papâ malorum infestationibus in schismate valdè vexata est.

an. 1179. 29. Maij, non 30.

7 *Hæc in illo MS. quæ contracta editaq; à Miræo in Chronico Cisterciensi, duplici aspersо errore, primo quòd factam dicat translationem* III. Kalend. Iunias, *cùm expresse IV. Kal. legatur, quæ eo anno incidit* in feriam III. *cùm esset littera Dominicalis G. Idem mendum à Miræo descripserunt Henriquez in Fasciculo & Menologio, Raissius, Menardus, XXX. Maij, quo die eam illi referunt. Alter error Miræi est, quòd* factam *legerit* translationem per Concilium, *cùm* post Concilium *scriptum sit. Habitum fuit id Concilium V. Martij anni MCLXXIX. vt testantur Villelmus Tyrius lib. 21. de bello sacro cap. 26. Rogerius & alij. Pax autem Ecclesiæ reddita fuit anno MCLXXVII. cœpta erat discordia inter Fredericum Imperatorem & Adrianum IV. Papam anno MCLVII. Hæc de Chronici huius sincerâ lectione. Henriquez citato Miræo ita hæc interpretatur in Fasciculo:* Post cuius obitum, tot sanctitatis signis cœpit clarere, vt factâ hac de re diligenti inquisitione Concilium Lateranense, sub Alexandro Papâ III. Romæ celebratum, corpus ipsius eleuari præciperet, ac populo colendum ac venerandum proponi. Quod quidem anno Domini MCLXXIX. III. Kal. Iunij solenniter factum est. *Similia habet idem Henriquez hoc XXVIII. Ianuar. & XXX. Maij. Eumdem priore die sequitur Raissius, & posteriore Menardus; à quibus omnibus* Beati *titulo decoratur.*

Ex vsuardo.

8 *De hac translatione isthæc nobis scripsit antè citatus Nicolaus Prior:* Certum est illorum corpora fuisse translata ex veteri monasterio in nouum, & honorificè recondita in maiori clausto iuxta gradus templi: qui certè locus iam adhuc extat & apparet; in quo loco fuit quondam appensa quædam tabella testis eorum translationis, quæ quidem tabella, Episcopos, Abbates, Nobiles & populum huic solennitati præsentes numerabat. Sed quando Philippus Rex Hisp. secundus, S. Quintinum inuasurus, per nos transiit, inter ceteras ruinas & miserias, tabella hæc deperiit. Hoc nihilominùs nobis residuum est adhuc, quòd transeuntibus Religiosis vel toto conuentu simul per locum, in quo eorum asseruantur reliquiæ, humiliter & deotè se inclinent, quæ sanè reuerentia ex Patribus nostris ad nos vsque defluxit. *Et videtur sanè talis translatio ad aliquam venerationem instituta, neque, vt erat eius temporis disciplina, temerè absque Romani Pontificis auctoritate suscepta.*

Locus, vbi condita, adhuc est in veneratione.

DE S. IVLIANO

EPISCOPO CONCHENSI, IN HISPANIA.

ANN. MCCVII. XXVIII. IANVAR.

1 *Concha vrbs Castellæ nouæ,* Cuença *vulgò Hispanis dicta, ad fines Celtiberorum, inter* Sucronem, *qui nunc* Xucar, *&* Guecarem *amnes, in arduo & prærupto colle sita, eoq; loci naturâ præualida, à Mauris, vt creditur, condita; verùm iis ab* Alfonso IX. *fortissimo & religiosissimo Castellæ Rege, S. Ludouici IX. Galliæ Regis auo materno, erepta anno MCLXXVII. XXI. Septembris, feriâ IV. Qui olim* Valeriæ *(vicinâ vrbe, Romanâ coloniâ, nunc tenui oppido,* Valerâ *vetusto ferè nomine appellato) fuerat Episcopatus, is* Conchæ *ab* Alfonso, *Romani Pontificis* Alexandri III. *auctoritate, constitutus est, primusq; creatus Antistes* Ioannes Ioannesius, *vir pius: atque ei anno MCLXXIX. vitâ functo subrogatus est* Iulianus, *Toletanæ Ecclesiæ, vt quidam tradunt, Archidiaconus, qui anno demum MCCVII. XXVIII. Ianuarij decessit.*

Conchenses Episc. 2. S. Iulianus.

colitur 28. Ianu.

2 *Colitur hic eodem ipso die ab Ecclesiâ Conchensi, ritu duplici primæ classis, publicâ solennitate, omni etiam forensi silente strepitu. Diuinum Officium eius festi, quod octo dierum statâ religione peragitur, probauit* Clemens VIII. *Pontifex Maximus anno 1594. 18. Octobris. Eo die hæc de Iuliano prædicat Martyrologium Romanum:* Conchæ in Hispaniâ natalis S. Iuliani Episcopi, qui erogans in pauperes bona Ecclesiæ, opere manuum more Apostolico sibi victum quærens, clarus miraculis quieuit in pace. *Additum erat in prioribus Martyrologij editionibus, quod in postremâ omissum est:* cuius celebrior solennitas agitur V. Septembris. *Dederat enim* Iulius III. *Pontifex Maximus anno 1551. die 5. Iunij, diploma, quo potestatem faciebat Ecclesiæ Conchensi transferendi à XXVIII. Ianuarij in Nonas Septembris eam solennitatem, quò peragi illa splendidiùs, eleemosynæ munificentiùs conferri, aliaq; pia opera commodiùs fieri, publicâ vrbis illius religione, possent; vt auctor est Petrus Ribadeneira noster in Flore SS. Atque in Martyrologio Romano ad eum diem denuò isthæc legebantur:* Conchæ in Hispaniâ S. Iuliani Episcopi & Confessoris. *Licet addubitet Philippus Ferrarius in generali SS. Catalogo eo die, (sed perperàm) num alius fortasse sit ille* Iulianus *ab eo qui XXVIII. Ian. coli consueuit. Verùm & hæc omissa sunt in nuperâ editione Romani Martyrologij, & in* Ordine diuini officij celebrandi *in Ecclesiâ Conchensi, nulla* S. Iuliani *mense Septembri mentio habetur.*

olim etiam 5. Sept.

3 *Sublatum è pricre tumulo ac honorificè reconditum an. MDXVIII. Dominicâ in Albis, XI. Aprilis,* S. Iuliani *corpus fuit. ideoq; eo die ita scribit Ferrarius:* Conchæ in Hispaniâ Translatio S. Iuliani eiusdem vrbis Episcopi. *Citat in Notis* Tabulas Ecclesiæ Conchensis. *quas? in* Ordine *certè* Diuini officij, *anteà à nobis citato, nulla* S. Iuliani *eo die fit mentio.*

Translatio 11. April.

4 Franciscus Scuderius, *Societatis Iesu,* natione Hispanus, patriâ ex oppido de la Parra, diœcesis Conchensis, vir pietate & animarum zelo laudabilis, *teste Petro Ribadeneirâ in Catalogo scriptorum eiusdem Societatis,* scripsit Hispanicè Vitam S. Iuliani Conchensis Episcopi. *Eam* Ioannes Fernandius Vadillius *anno 1589. regij Concilij auctoritate probauit, fassus à se collatam cum Actis in quæ eiusdem Sancti miracula iuridicè relata ab* Alfonso Carillio *Episcopo Vestano,* Pauli III. *mandato. Hanc Vitam à Scuderio editam nondum vidimus.*

Vita à Fran. Scuderio scripta.

5 *Ex illâ contractam edidit in Flore Sanctorum* Ribadeneira *noster, &* Ioannes Marietta *Ord. Prædicatorum lib. 5. historiæ SS. Hispaniæ cap. 69. & quinque sequentibus. Huius narrationem ex Hispanico damus, quia miracula accuratiùs commemorat, quæ obiter perstringit Ribadeneira, licet vitæ historiam elegantiùs grauiusq; describat. Agunt præterea de S. Iuliano*

& alii.

Ex Hispanico Io. Mariettæ.

Stephanus Garibaius *in Compendio historiæ Hispan. lib. 12. cap. 21. & 31.* Thomas de Trugillo *to. 1. Thesauri Concionum.* Alfonsus Villegas *in Flore SS.* Iulianus del Castillo *Historiæ Regum Gothorum lib. 4. discurs. 6.* Ioannes Mariana *noster rer. Hispan. lib. 11. cap. 15.*

6 *S. Iuliani ætatem non eadem ratione omnes statuunt. Consentiunt plerique anno Christi 1179. Episcopum esse factum: egisse tum annum XLI. vult Garibaius, Ribadeneira LXVI. Hic obiisse scribit, vti & Marietta, an. MCCVIII. Garibaius MCCVI. at* Ætat. *Trugillo, Villegas, Baronius in Notat. ad Martyrol. MCCVII. & congruit expressius à Ribadeneirâ character: ait enim XXVIII. Ianuarij, die Dominico obiisse: at XXVIII. Ianuarij an. MCCVIII. in feriam II. incidit, MCCVII. in Dominicum. Iuxta Ribadeneiræ calculum natus dicetur anno Christi MCXIII. mortuus cùm esset annorum XCV. Garibaius, qui anno ætatis XLI. Episcopum scribit ordinatum, debet natalem eius statuere anno MCXXXVIII. vitæ annos tribuere LXVIII. at si anno MCXXVIII. natus est, & MCCVII. decessit, peruenit ad annum LXXX. vel LXXIX. ætatis.*

VITA

ex Hispanico Ioannis Mariettæ.

CAPVT I.

S. Iuliani ortus, vita priuata.

a b c S. Iuliani ortus;

1 NAtus *a* est Iulianus Burgis *b*, Hispaniæ vrbe, sub annum Christi *c* MCVIII. Quo die mundandus erat piacularibus lymphis auditæ Angelorum in aëre psallentium voces: Puer natus est hodie, cui gratiâ similis non est. Cùm verò in templum sancti lauacri gratiâ esset illatus, visus est supra baptisterium adstare, non tamen id contingere, puer magnitudine ac formâ corporis eximius, capite tiaram, pedum Pontificale manu gerens, illudque effari: Iulianus est nomen eius.

præsagia futuræ sanctitatis,

etiam antequàm nasceretur;

2 Priusquàm ederetur in lucem, visus est sibi parens nocte quadam in somnis videre cubile immenso quodam lumine collucere, quasique conflagrare: tum verò vespertiliones plurimos, aliaque fœda aspectu animalia in idem irrumpere conclaue, ac tetrum stridorem edere; vnde ingens illum horror incessit. Simul à coniuge suâ prodire catulum cernebat lõgè candidiorem niue *d*, cuius latratu territa effugataque illicò obscœna illa animantia sunt. Ipsa verò illius coniux eadem nocte mirificè subsilire in vtero suo infantem sensit.

d

e varia virtutes.

3 Hæc patrandorum à Iuliano operum præsagia fuêre *e*. Creuit in eo cum ætate sanctitas, modestia, caritas, doctrina, *f* mediæ & seuerioris vitæ studium. Litterarum *g* scientiâ abundè institutus, initiatus est *h* sacerdotio: dumque *i* prædicandi aliis verbi diuini munus gerit, ipse omnigenâ efflоruit virtute.

f g h i

Votum matris.

a *Ribadeneira scribit, parentes diu steriles eum filium diuinitus impetrasse: matrem grauidam Deo vouisse, ad diuinum obsequium instituturam se, quam paritura esset prolem. Trugillo & Villegas scribunt visam sibi in somnis catulum album, qui flammas ore spiraret, parere: quod ex paternâ visione sumptum.*

b *Consentiunt de patriâ ceteri, prater Ias. Canisium Ribadeneira interpretem, qui Brauo oppido ortum scribit.*

c *Videtur Marietta scripsisse XXVIII.*

d *Addit Ribad. ore & oculis ignis scintillas spirantem: & tetra illis volucribus dissipatis, eò vnde venerat rediisse.*

Præsagium episcopatus:

e *Aliud addit Ribadeneira, puerum, simul in lucem prodiit, sublatâ manu crucis signum efformasse, quasi adstantibus benedicentem, vt Episcopi solent.*

f *Ribad. ter quot hebdomadis ieiunasse adhuc puerum scribit.*

g *Idem Theologiam ait publicè docuisse.*

humilitas,

h *Idem scribit cùm mortuis parentibus quidam ei nuptias suaderent, eorum non acquieuisse consilio, sed virginitatem seruasse: solis minoribus Ecclesiasticis Ordinibus longo tempore contentum, sacerdotium suscipere noluisse, quòd sibi morum maturitate & scientiâ ad illud minùs aptus videretur: Sacerdotem factum, quotidie sacrificium offerre solitum in monasterio S. Augustini ad altare sancti Crucifixi. Idem tradit Stephanus Garibaius, qui & plura subdit de admirabili illo Crucifixo. Addit Ribadeneira quotidie antemeridianas horas omnes tribuisse illum precationi: casam incoluisse propinquam illi monasterio, eiq; loco vbi aliquando solitarium vixisse S. Domini de Silos aiunt, de quo nos 20. Decemb. agemus.* *pietas, domicilium,*

i *Omnem à se secularium negotiorum sollicitudinem abdicasse tradit Ribadeneira, & Burgis ac per totam Castellam ad Mauros iuxtà ac Christianos de diuinis rebus concionari solitum, ac tandem Toletanæ Ecclesiæ Archidiaconum creatum. hoc postremum ex monumentis Ecclesiæ Toletanæ confirmat Iulianus del Castillo.* *prædicatio.*

CAPVT II.

Episcopatus. miracula.

4 CVm de Mauris Concham vrbem cepisset Alfonsus *a* IX. die S. Matthæi Apostoli, XXI. Septembris, feriâ *b* IV. anno Christi MCLXXVII. Episcopalem isthic thronum erexit, primo Antistite delecto Ioanne Ioannesio: cui paullò pòst vitâ functo Iulianum subrogauit *c*, sanctitatis famâ latè celebrem. Oblectatus est quidem vir sanctus: sed, quia obstinata & peruicax non est vera animi modestia, sed ad omnem Dei voluntatem accommodata, cessit tandem & ceruices oneri subiecit *d*. Annis decem *e* cathedram tenuit, qui innocentis vitæ exemplo doctrinæque salutaris efficaciâ, decem millium instar habuêre. Nec solùm spirituali pabulo gregem suum bonus pastor nutriebat, sed & temporarias illius necessitates subleuabat, atque in has *f* omnes sui Episcopatus prouentus *g* expendebat: victum sibi proprio òpere parabat, texendis videlicet sportis, veterum anachoretarum exemplo. Diœcesim ipse suam lustrabat *h*, adscitis in consilium sanctique laboris consortium doctis & religiosis viris.

a *b* *Fit Conchensis Episcopus:* *c* *d* *e* *largus in egenos,* *f* *g* *opere manuum victum suum vix uit:* *h*

5 Immani sæuiente pestilentiâ, ieiuniis assiduisque precationibus placare suis Numen instituit. Et palàm audita vox, non à mortali missa auctore, quæ Episcopi precibus cohiberi diuinæ vltionis flagellum denuntiaret; ceterùm abstinerent se deinceps homines à flagitiis. Idem quoque compluribus sanctis hominibus cælitus indicatum est, Iuliani intercessione sedatam eam *i* mortalitatem.

pestem precibus pellit: *i*

6 Plures quotidie pauperes alebat, mensamque ipse suis manibus sternebat, ac cibos inferebat. Conspicatus in turbâ egenorum quemdam laceris quidem vestibus, ceterùm vultu perquàm liberali, & hominem ratus nobili loco natum, opibus quapiam aduersâ fortunâ exutum, seorsim illum euocat, & quis sit iterum iterumque scisciatur. Cùm ecce toto mendici illius vultu emicare ingens splendor cœpit, ipseque ita Antistitem compellauit: Amice mi Iuliane, gratias tibi ago, qui tanto studio, & caritate pauperes meos sustentes: præmium tibi huius caritatis vitam æternam promitto. Quæ effatus, videri desiit. Intellexit Iulianus Christũ fuisse sub mendici personâ, ac plurimas ei gratias egit, qui eo se solatio esset dignatus.

inter pauperes Christum mensâ accipit:

7 Confluebat ad poscendam stipem magna inopum turba. Antistes Eleimum famulum iubet quibusdam frumentum elargiri. Negat ille vel granum superesse. Ductus egentium commiseratione Episcopus, rursum famulo præcipit vt granarium reuisat, & vel solum verrat vt tantillum colligat. Famulus qui domini sui sanctitatem norat, mandata exequitur, & granaria ingressus reperit tritico referta, vnde & præsenti indigentiæ & aliis necessitatibus occursum est. Conflictabatur aliàs pari frumenti inopiâ vrbs Conchensis. Ad fontem misericordiæ supplicabundus accidit Iulianus. Continuò longus ordo iumentorum frumento onustorum in vrbem ingreditur ducente nemine, & rectà ad ædes Episcopi properat. Is demi iumentis iubet onera. Quæsitum diu, sed frustra, quis eam annonam submisisset. Erat nimirùm cælitus suppeditata: & Deo soli acceptam ferebat Iulianus *k*. His prodigiis fidelem famulum, gnauumque gregis custodem Deus cohonestabat.

frumẽtum diuinitus impetrat; *iterum & aliàs.* *k*

8 *Alij* octauum *vocant: quidam* Sanctum *appellant. Certum est,*

eſt, teſte Iuliano Caſtillo, de eius nomine in Calitum tabulas referendo actum non ita pridem. Pater fuit Blanca Gallorum Regina.

b *Eo anno littera Dominicalis erat E.*

c *Quo id anno tum Chriſti tum ætatis Iuliani factum ſit, antè diſputatum eſt.*

Honorem vitat:

d *Scribit Ribadeneira peditem in vrbem cum paucis intraſſe, cùm vetuiſſet ne ſui excipiendi gratiâ quidquam publici apparatus aut pompa fieret.*

e *Manifeſtum mendum, vt ſuprà demonſtratum. circiter 28. annos ſedit.*

f *Præcipuè in redemptionem captiuorum, vt ſcribit Ribad.*

g *Nihil ab iis exigens qui ipſi egerent, etſi aliàs debitum; vt opulentiores libenter vltro ſoluerent, comitate ſuâ & benignitate efficiens. Ribaden. Dicuntur illius Epiſcopatus prouentus hac ætate eſſe ampliſſimi.*

prædicat infidelibus.

h *Quotannis; (inquit Ribad.) ſeuerus aduersùs improbos; ergà bonos perquàm benignus. Ordines ſacros non conferebat niſi viris probatæ virtutis & eruditionis. Ad Saracenos, qui adhuc frequentes in vrbe & diœceſi Conchenſi commorabantur, ſingulis ferè hebdomadis de fidei noſtræ myſteriis verba faciebat, vicatim etiam circuiens.*

Peſtem eius reliquiæ pellunt.

i *Addit Ribad. quicumque facta ab eo caniſtra religiosè tetigiſſent, eos etſi peſte correptos, incolumes euadere ſolitos: ac multis à morte illius annis id ſolenne fuiſſe aduersùs quamcumque ægritudinem remedium.*

S. Leſmes.

k *Scribit Ribadeneira, Trugillo, Villegas id omne frumentum à* Leſme, *ſiue* Eleſmo *Epiſcopi famulo, ipſo iubente, diſtributum, eo ſtudio vt ſolo labore fractus obierit, Burgis ſepultus, vbi vt Sanctus colitur: niſi fortaſſis confuderit eum cum altero Eleſmo, ſiue Adelelmo, de quo agemus XXX. Ianu.*

CAPVT III.

Diaboli tentationes ſuperatæ.

8 VAlidæ ſunt machinæ, quas aduersùs pios homines adhibet dæmon, vt eos ab amicitiâ Dei abſtractos, in ſuam redigat poteſtatem: quò vel vnum ſibi ſubiiciat, terras ac maria ipſumque infernum commouet. At non ſunt eæ illius vires, vt quibuſuis aſſultibus ſuperare quemquam valeat, niſi ignauum & imbecillem, quique vltro det manus. Et Iulianum ille quidem ſuis irretire caſſibus tentauit: verùm is technas illius omnes machinationeſque eluſit. Euenit vt poſt longam inediam modico pane & aquâ refouere vires cogitans,

Tentatur à dæmone gulâ;

a diuitem paratam reperiret menſam, in eâque *a* tructam appoſitam. Quærit quis menſam appoſuerit & inſtruxerit: ſcire ſe famuli negant. Accedit Sanctus, vt eam euertat, ferculaque abiiciat: & ſubitò ab illius ſubtracta eſt aſpectu. Senſit cacodæmonis fraudem, animumque ſuum certiùs in Deo ſtabiliuit.

9 Fruſtratus ſpe ſuâ teterrimus hoſtis, alios rurſus

b molitur *b* aſſultus. Ad eum precibus vacantem aliquando, accedit quidam loculos pecuniâ refertos portans:

auaritiâ, ratus, vt non ſatis mentem aduerterat, œconomum ſuum eſſe, quid afferat quærit. Reſpondit ille, nummos eſſe ex annuis eius prouentibus. Exiſtimauit Antiſtes, cùm nihil ex iis reditibus deberi ſibi intelligeret, ſuppeditatam alicunde, diuino munere, in pauperum ſubſidium, eſſe pecuniam. Verùm vt manum ad eam porrexit, & ipſa & qui eam attulerat, euanuêre, fœdo relicto odore ac fumo.

10 Neque hîc ſtetit aduerſarij malitia. Specioſæ puellæ perſonam indutus, oranti adſtitit, &, Iuliane ſerue Dei, inquit, me noſti? Arbitratus puellam eſſe, quam

c de Mauris *c* nuper redemerat, & honeſto adoleſcenti nuptum tradiderat, quærit quid velit. Illa, O Domine,

vanâ gloriâ, inquit, quàm ego tibi obſtricta ſum, qui me à moleſtiſſimâ ſeruitute liberaris, & liberaliter collocaris! Cupio ego nunc teſtari gratitudinem meam, & vitam reliquam tuo obſequio impendere. Tui ſanè me miſeret, qui humi recubes, nemine tui curam ſuſcipiente; qui ita te abiicias cùm tantus ſis. Intendit in eam oculos Antiſtes, & quærit vbi pater eius ac maritus ſint. Burgis, inquit illa; at non eos ſolùm, ſed & agnatos omnes lubens deſeram tuâ cauſsâ. Quæ cùm diceret, atque ad eum propiùs accederet, & turpia quædam intermiſceret verba;

luxuriâ. ſenſit ſeſe iectâ humeris, quam non cerneret, manu, ab eâ longiùs abſtrahi: cumque impulſu vocem audit:

Quid agis Iuliane? Non ea eſt, quam exiſtimas, ſed cacodæmon, qui tibi inſidias ſtruit. illa verò iam mortua eſt. Perculſus eſt haud leuiter ſanctus Antiſtes, & circùm vndique ferens oculos, neminem vidit. *d* *Ex Hiſpanico Io. Marietta.*

d

a *Addit Ribad. trilibrem fuiſſe. Iac. Caniſius* percam *vertit.*

b *Vſitatus callido noſtri ordo tentationum.*

c Granatenſibus, *inquit Ribad. additq; genere nobilem, patriâ Burgenſem fuiſſe.*

d *Addit Ribad. graui commotum animi dolore, propterea quòd ſegnis ſibi in repellendis hoſtilibus illecebris fuiſſe videretur, ac de ſe acre ſumpſiſſe ſupplicium.*

CAPVT IV.

Mors, ſepultura, miracula.

11 ADitum ei tandem æternitatis patefactura febris, eaque vehemens inceſſit. Extrema ſacramenta magnâ cum pietate percepit, cilicinâ interulâ indutus, ſupraque eam omni pontificio cultu: duro dein lecto, nudo videlicet ſolo, recubans *a*, lapide capiti ceruicalis vice ſubiecto; in extremâ iam luctâ conſtitutus, venire ad ſe eximiæ pulcritudinis matronam conſpicit, candidis amictam veſtibus, ſplendenti facie, ſerto è roſis odoratiſſimis contexto redimitam, frequenti comitatam Angelorum ac Virginum choro, iſta accinentium: Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo. Eâ auditâ ſymphoniâ, aſſurgit in genua, Deoque gratias agit. Adſtiti: propiùs Deipara, (hæc enim erat illa matrona) Accipe, inquit, ſerue Dei, palmam hanc, virginitatis ac puritatis quam perpetuò illibatam ſeruaſti, argumentum. Quæ elocuta ex eius ſe oculis ſubduxit: at conclaui toto mira diffuſa cæleſtis cuiuſdam odoris fragrantia.

Piè comparato animo.

a

à Deipara inuitatus,

12 Commota ſunt eâ viſione ſancto Pontifici viſcera, cœpitque profuſis lacrymis ſua lugere peccata, ac dicere: Supplex maieſtatem tuam obteſtor, vt mei miſereari, meaque condones delicta. Has aliaſque dum mittit ad Deum preces, ſimul ſanctiſſimam animam

moritur.

b emiſit, anno MCCVIII. die XXVIII. Ianuarij *b*, quo die ab Eccleſiâ Conchenſi diuini officij ſolennitate celebratur. Nec defuêre cæleſtia prodigia. Simul atque exſpirauit, vidêre qui circumſtabant egredi ab illius ore egregium palmæ ramum, ac ſurſum ferri, vſque dum

non ſine miraculis.

patentes cœlos ſubiret. Sonuiſſe quoque campanæ feruntur, *c* ab Angelis abſque humanâ operâ impulſæ.

c

13 Diebus nouem perſolutæ ei exequiæ, multis cælitus illuſtratæ miraculis, claudorum, mutorum, ſurdorum, aliorumque infirmorum inſolitis curationibus. Ipſa Henrici VI. Imperatoris coniux *d* Conſtantia, viceſimum iam annum incurabili conflictata ægritudine,

d

Infirma apparet.

cùm Iuliani adhuc ſuperſtitis virtutes famâ didiciſſet, ingenti ſenſu commota pietatis, Deum obſecrabat vt ſe illius meritis aut diutino morbo liberaret, aut ab omni labe ſceleris priùs mundatam ab hac calamitosâ vitâ eriperet. Ei ſe nocte quadam Iulianus iam vitâ functus, videndum obtulit, Pontificio cultu ornatus, ſpopondit-que fore eamdem deinceps omnis inualetudinis expertem, ſi Concham certos homines allegaſſet, qui alteram duarum ſportularum, quæ ab eo contextæ in maiori eccleſiâ aſſeruarentur, ad eam afferrent, manuque contingendam præberent. Sciſcitatur Auguſta, quis ſit, qui hæc iubeat. Iulianus, inquit, cuius tu opem imploraſti. Exaudiit preces tuas Deus, & me tibi iuſſit reſtituere ſanitatem. Conatur ipſa aſſurgere, vt veſtem illius venerabunda exoſculetur: ſed momento aſpectabilis eſſe deſiit. Continuò Concham miſit, ſportulam obtinuit, eiuſque attactu ſanata eſt.

eamq; relic. quiarum ſuarum attactu ſanat.

a *Cinere ſubſtrato, vt ait Ribad.*

b *Die Dominico, inquit idem. Et fuit XXVIII. Ianuar. ann. MCCVII. Dominicus. Mendum eſt in verſione Iac. Caniſij vbi mortuus dicitur anno MCCXXVIII.*

c *Omittit hoc miraculum Ribad. proq; eo auditum Angelorum concentum narrat.*

Angelorũ cantus eo morientis.

d *Hoc miraculum omiſit Ribadeneira: nec de diuturnâ agritudine*

Ex Hispanico Io. Mariettæ.

dine huius Conſtantiæ Auguſtæ, filiæ poſthumæ Rogerij Regis Siciliæ, alibi legimus.

CAPVT V.

Tranſlatio S. Juliani.

a 14 SEpultum annis trecentis *a* & vltrà, ſacrum Iuliani corpus delituerat: cùm anno MDXVIII. Carolo V. imperium, Leone X. Romanam Eccleſiam, Raphaële Cardinale S. Georgij Conchenſem adminiſtrante, repertum *b* ſublatumque eſt. Suauiſſimus quidam, aperto tumulo, totâ baſilicâ odor diffuſus. Conuocatus Concham totius diœceſis Clerus, vt tranſlationis ſolennitati adeſſet, quæ variâ cantionum tripudiorumque lætitiâ celebrata eſt. Conditum corpus eſt capsâ è Sabinæ arboris ligno odorato, atque in editiore loco, vbi etiamnum viſitur, poſitum. Auulſus à reliquo corpore eſt cum annulo digitus in ægrorũ remedium, quibus oſculandus præbetur, ac ſæpenumerò morbos pellit. Facta eſt ea Tranſlatio Dominicâ QVASI MODO, quæ eo anno erat XI. Aprilis. Trecenti & ſuprà ſanati tunc *c*, ſancti Antiſtitis ope, infirmi.

Eius corpus eleuatum 11. *Apr.* 1518.

non ſine miraculo:

c

d 15 Anno MDLXXXVIII. *d* Ioannes Vayllius Epiſcopus Conchenſis, cum Franciſco Arganda Inquiſitore, aliiſque Eccleſiaſticâ dignitate præditis, capſam recluſit, ac reliquias inſpexit, à quibus gratiſſimus expirauit odor. Res publicis tabulis legitimè conſignata, perenne, quâ in cælis Iulianus fruitur, gloriæ apud mortales teſtimonium. Agitur eius feſtiuitas ab omni retro memoriâ, officio Eccleſiaſtico XXVIII. Ianuarij: ſed quoniam ob hiberna frigora neque concurſu tanto populorum, neque tanto ſupplicationum ſplendore ac frequentiâ peragi res poteſt; annuit Iulius III. Pontifex Maximus diplomate anno MDLI. V. Iunij dato, vt rurſus V. Septembris colatur, velut inſtauratâ celebritate.

iterum viſitatum 1588.

a 310. *aut* 311. *vt alij.*

b *Omnino incorruptum, inquit Ribadeneira; iuxtà palmæ ramus recens ac viridis, veluti primùm ab arbore reciſus: ad hæc veſtimenta integra, mitra è candidâ byſſo auro intertexta; pedum; calix & vrceoli argentei; & crux ſacro corpori ſuperpoſita.*

Incorruptum repertum.

c *Et die quidem vnico quatuordecim facta miracula, vt ex Actis patet, quæ Euſtachio Muñozio Canonico Conchenſi Cognitore Antiſtitis ſui auctoritate condita ſunt, vt teſtatur Ribadeneira.*

Miracula multa vno die.

d Ioannem Fernandium Vadillum *vocat Ribadeneira.*

CAPVT VI.

Varia poſt mortem miracula.

16 ETſi patrata à viuentibus miracula, non ſemper ſunt ſanctitatis ipſorum argumentum, quia Dei non ipſorum fiunt virtute; conſueuit tamen Deus, vbi è vitâ exceſſerunt, eorum ſanctimoniam veluti teſtimoniis quibuſdam, ita miraculis confirmare: quibus anſa præbeatur ſummis Eccleſiæ Præſidibus eis publicos ſacrorum honores decernendi. Fuêre huiuſmodi plurima *a* S. Iuliani meritis edita miracula: eorum quædam narratum imus.

Multa per S. Iulianũ facta miracula:

a

17 Ciuem quemdam Conchenſem grauis affligebat hernia, vt operis nihil agere valeret. Eius vxor ſepulchrum adit S. Iuliani, candelas aliquot venerationis gratiâ accendit: maritus nihil deinceps ſenſit moleſtiæ.

curata hernia,

18 Balthaſari Willaſañæ, ex oppido Talauera, ſcrofulæ collum omne ita exederant, vt iam vita in diſcrimen eſſet adducta: Concham venit, turpeſque ſcrofulas digito S. Iuliani admoto depulit.

ſcrofulæ,

19 Gaſpar Lopez Darocâ oriundus, herniâ iam annos triginta laborabat, inteſtinis fœdo cruciatu defluentibus; is cum alio item eadem conflictato infirmitate, Concham venit, & ſanitatem ambo adepti ſunt. Muti quatuor, duo in ipſo Concham versùs itinere, duo epotâ, cui S. Iuliani digitus erat intinctus, aquâ, loquendi facultatem conſecuti ſunt.

hernia;

muti 4.

20 Adoleſcens quidam tibiarum ac brachiorum vſu captus, poſtquàm tibiæ fuêre linteo, quod Iuliani digitum tetigerat, inuolutæ, gradiendi vim recepit; adſtantibus miraculo attonitis, ac Deo deinde laudem accinentibus.

debilitas,

21 Iſabellam Henriciam ciuem Conchenſem dirus cancer exedebat, quem iam medici nullo curari remedio poſſe pronuntiarant: illa linteum admoueri S. Iuliani reliquiis popoſcit, eoque plagæ adhibito ſanata eſt. Ioanni de Moyâ Conchenſi ciui filius erat bimulus, quem ægritudine correptum, atque ad extrema deductum mater ad S. Iuliani ædem defert, & tantiſper tapete quo eius velatus erat tumulus operit, dum ipſa piè Deum precatur: atque incolumem domum reportat. Duo tum quoque muti curati.

cancer,

ægritudo deſperata,

22 Agnes Barricętia, viro nobili Ludouico Carillio, Colmenaris Orejæ, eiuſque territorij domino nupta, cùm de ſuâ ſentiret valetudine conclamatum à medicis; S. Iuliani opem implorauit, viſitque tumulum, ac ſana reuertit.

alia infirmitas inueterata,

23 Lupus Ordaſius Eccleſiæ Conchenſis Rationarius dum iter ageret herniam incurrit, vt nec progredi iam poſſet: calamitatem ſuam deflenti venit in mentem præſentiſſimum S. Iuliani patrocinium. Votum nuncupat, nouem dierum, ſimul ac domum redierit, aſſiduâ ſtatâque deuotione ad eius honorem peragendorum, addito certo ſacrificiorum numero: & momento ſanatus eſt.

hernia,

24 Franciſcum Ybañeſium Yeclæ in diœceſi Carthaginienſi incolam vehemens corripuerat mania. Iamque eum ſui ad publicum morotrophęῖον deducebant: cùm in ipſâ viâ S. Iuliani recordantur, atque ad illius ſepulchrum eum ſiſtunt, concipiunt preces. Nec mora: vſu rationis recepto cum iis domum lætus reuertit.

mania,

25 D. Ioannes de Salamanca, ciuis Salmanticenſis, exitiali hydrope laborabat. S. Iulianum deprecaturus, Concham proficiſcitur: cùm ad collem quemdam peruenisſet, vnde primùm proſpici ab aduentantibus vrbs poteſt, omnino noxio humore liberatus eſt.

hydrops:

26 Mulierem quamdam, Lagarterâ oppido Epiſcopatus Abulenſis ortam, iam ſeptem annos peſſimus dæmon poſſederat. Concham à matre deducta, neque toto itinere neque deinceps vnquam moleſtiæ quidquam ſenſit, effugato nimirùm, ope ſancti Præſulis, teterrimo hoſpite.

dæmon pulſus:

27 Petrus Ximenius, oppido S. Clementis dicto in diœceſi Conchenſi natus, quòd humeri oſſe quopiam confracto aut luxato ita eſſent eneruati corpuſque omne debilitatum, non niſi fulcris nixus valebat incedere: cùm famam miraculorum S. Iuliani inaudiſſet, Conchenſem baſilicam petiit, oleum lampadis, quæ ante Diui tumulum ardet, affectis membris alleuit, priſtinoque redonatus vigori eſt.

curata debilitas.

28 Adoleſcentem Albacetanum, cui Petro nomen, acerba pleuritis inuaſit, præſenti mortis periculo. Eum parens ſuus in conclaui depoſitum, S. Iuliano commendat; voto addito viſendi illius cum filio ſepulchri, & largiendæ ad oleum comparandum, quo lumen ante illud alatur, eleemoſynæ: ac deterſus omnis adoleſcenti continuò eſt dolor.

pleuritis:

29 Conchenſis quædam mulier in difficili & periculoſo puerperio præſens S. Iuliani experta eſt auxilium. Mulieri cuidam è Ciuitate-regali, quam vocant, filius erat omnino viribus captus; quem ipſa ad S. Iuliani ædem attulit, & fuſâ prece incolumem reduxit.

parturiens liberata:

depulſa infirmitas,

30 Franciſcus Peualuer Tortolanus Concham venit, brachium aridum ac debile capſæ ſanctarum D. Iuliani reliquiarum admouit: idque mox incaluit ac priſtino vigori redditum eſt. Fernando Caluo Carauacâ oppido in diœceſi Carthaginienſi oriundo à biennio intumuerat ac dein exulcerata erat tibia, nec vllâ chirurgorum arte curari poterat: ad S. Iulianum confugit, eumque propitium ſenſit.

brachij languor,

31 Antonio Lopez, è diœceſi Conchenſi, febris violentiâ

manin

morbi varij. lentiâ turbata ratio erat. Imploratur S. Iuliani patrocinium, admotis collo reliquiis, & continuò ſanitas mentri rediit. Ioanna Lopez Conchenſis variis morbis conflictabatur: ſtatuit anno integro recitare in dies ad S.Iuliani honorem quinquies orationem Dominicam & ſalutationem Angelicam: quod dum facit, curantur morbi. Vbi autem ſenſit ſibi meliùs eſſe, ei ſenſim obliuio ſubrepit, recrudeſcit ægritudo. Ad ſe redit, reſumit inſtitutam pietatem, atque integram conſequitur ſanitatem.

rabiei periculum, 32 Incola quidam oppidi, quod Colmenar de Oreja vocant, rabidi canis morſu ſaucius pænè in deſperationem agebatur: audiit de S.Iuliani miraculis, Concham venit, opem Diui depopoſcit, eâ paſſione omnino immunis extitit. Franciſcus de la Roca Gallus, in oppido *dolor varius:* degens quod Alcazar de Conſuegra appellatur, ingentem toto corpore ac præſertim iñ tibiis dolorem pertinebatur: auditâ famâ miraculorum S. Iuliani, ei ſe commendat, & ab eo ſanitatem impetrat, ac deinde eius tumulum viſit. Ex Hispanico Io. Mariettæ.

33 Petrus Valdeſius dum pietatis ſtudio oſculari ſe S. Iuliani digitum ſimulat, particulam eius dentibus præmorſam auellit. Redeunti rixa cum neſcio quo alio incidit, à quo manus illi cultro vulnerata, ipſiuſque digiti alterum tantum detruncatum eſt, quantum Sancto abſtulerat. Senſit Diuinam eſſe vltionem, & officulum illud digiti retulit, & cum ceteris Sancti reliquiis reponendum curauit. *Sacrilegium punitum.*

a *Ribadeneira ſcribit plurima miracula eſſe facta per ipſius ſacri corporis reliquias, veſtes quoque, abſterſum à tumulo puluerem, plumas quibus eius ſartum ceruical fuerat, palma ramum in tumbâ repertum, oleum lampadis ad tumulum accenſæ; imò quoſdam ſibi ipſis viſos in ſomnis à S. Iuliano curari, verè eſſe curatos.* *Multa per Iuliani reliquias miracula.*

DE B. MARGARITA HVNGARICA

VIRGINE, ORDINIS PRÆDICATORVM.

§. I. *B. Margaritæ genus illuſtre.*

ANN. MCCLXXI. XXVIII. IANVAR. 1 *MAgnos olim in Hungariâ promouendæ pietatis gratiâ labores ſuſcepit, ac luculentos retulit fructus religioſiſſimus Ordo Prædicatorũ, iſthuc primùm à ſanctiſſimis viris introductus Paulo Hungaro & Sadocho, quorum hic Sendomiriæ, ille alibi martyrij deinde coronam adepti ſunt. Fuêre verò illius inſtituti plurima iſthic condita monaſteria, de quibus agit S. Antoninus par.3.tit.23. cap.13. §.2. at §.3. quæ in variis Europæ prouinciis ſuo tempore extabant eiuſdem Ordinis ſanctimonialium cœnobia recenſet, ac, quod huc facit,* In Vngariâ, *inquit,* monaſteria quatuor. Inter quæ præcipuum eſt apud Inſulam fundatum à Rege Vngariæ. *Dominicanarum in Hungariâ cœnobia.*

diſciplinâ primæuam, 2 *Verùm de illis ſanctimonialium ſui Ordinis (nam & ipſe eiuſdem ſanctiſſimæ D.Dominici familiæ alumnus fuit) cœnobiis vniuerſim ita pronuntiat:* Arbitror quòd omnia hæc monaſteria ab initio inſtitutionis eorum, cum magno feruore & deuotione Domino ſeruiebant in ſanctitate puritatis, & iuſtitiâ religionis obſeruantiæ. Sed in proceſſu perpendentes Patres Ordinis per hæc poſſe facilè naufragari, quæſierunt in Curiâ Romanâ ſe abſoluere ab eorum curâ, ſed non valuerunt. Prouidit tamen in poſterum, vt non ita facilè aſſumeretur cura, vel noua conſtruerentur ſine magnâ conſideratione. Quoniam autem temporibus his abundauit iniquitas, & caritas refriguit, ſic vt conuentus ipſi Fratrum Prædicatorum *alibi ſolutam,* quaſi exinaniti ſint vſque ad fundamentum vitæ regularis; ita & monaſteria monialium relaxata ſunt, & facta in laqueum Fratrum, & ſcandalum populorum, propter ea quæ quotidie contingunt minùs honeſta & ſatis notoria: exceptis paucis conuentibus reformatis ad obſeruantiam regularem, & pauciſſimis monaſteriis monialium Domino fideliter reddentium vota ſua. *Hæc & alia plura S. Antoninus.*

3 *Fuit inter illa pauciſſima, Veſprimienſe; in quo primùm ad pietatem inſtituta eſt Margarita, vt ex Petri Ranzani teſtimonio conſtat, qui, vt infrà dicemus, S. Antonini æqualis, aut etiam aliquantò recentior, & diu in Hungariâ verſatus, ita ſcribit:* Eſt in oppido cui nomen eſt Veſprimium, monaſterium famâ benè beateque viuentium præclarum. *Verùm olim hæc fuerunt: vix nunc veſtigia ſuperſunt priſcæ illius pietatis, poſtquàm florentiſſima illa quondam viris virtutibuſq; Hungaria partim in Turcarum redacta eſt poteſtatem, partim hæreticorum furore latè deformata. Citat Ioannes Michaël Pius lib.2 de progenie S. Dominici cap. 63. litteras Vincentij Iuſtiniani eiuſdem Ordinis Magiſtri Generalis, præfixas Actis Conuentus ipſorum generalis Auenione habiti anno 1561. in quibus iſta teſtatur:* In ampliſſimo regno Vngariæ vix vnum & alterum cœnobiolum nobis remanſit. *diu retinuent,* *nunc ferè omnia euerſa.*

4 *Magnum verò iſthic iam olim ſancto Ordini nomen pepe-*

rit Margarita, *magnum Regis ac Procerum fauorem conciliauit, multos & illuſtres habuit ſuarum virtutum ex omni ſexu & ætate imitatores, luculentam & diuturnam accendit in ſuorum gentilium animis flammã pietatis aſsiduâ miraculorum luce. Quam porrò ſapientiſsimi Ordinis diſciplina mirificè excoluit diuinæ ſanctimoniam Virginis, eam ipſa hauſtam diuinitus, progenitorum tamen agnatorumq; formauit exemplis; nec diſpar aut radicis aut reliquæ arboris eſſe ramus debuit. Vt enim illos antiquiores omittamus,* S.Stephanum *Regem & ſuæ gentis Apoſtolum, qui XX. Auguſti ſolennibus ſacris celebratur; vt eius filium* S. Emericum, *qui IV. Nouembris; vt* S. Ladiſlaum *Regem, qui XXVII. Iunij; parens certè Virginis* Bela IV. *& auus* Andreas II. *piiſsimi Reges extitêre.* Gertrudæ *auiæ ſoror fuit* S. Hediguis *maioris Poloniæ Duci* Henrico Barbato *nupta, cuius vitam dabimus XV. Octobris.* Belæ *ſoror,* Margaritæ *amita fuit* S.Eliſabetha *Landgrauia Thuringiæ, quæ XIX. Nouembris colitur, cuius quoque mariti Ludouici* feſtum *ſcribit Ioannes Thurocius Chronic. Hung. p.1.cap. 73.* Hieroſolymis deuotè celebrari. *at patruo* B. Margaritæ Colomanno *nupta fuit* B.Salomea *Haliciæ in Ruſsiâ Regina, quæ cum eo pari conſenſu virginitatem ſeruauit, vti &* B. Cunegundis, *ſiue* Kinga, Margaritæ *ſoror cum* Boleſlao Pudico *Poloniæ Rege, eiuſdem Salomeæ fratre:* Cunegundis *vitam dabimus XXIV. Iulij,* Salomeæ *XVII. Nouembris.* *B. Margaritæ maiores, & agnati Sancti.*

5 *Reliquæ B. Margaritæ ſorores fuêre* Anna, Conſtantia, Iolenta, Eliſabetha. Nupſit Anna natu maior Croatiæ Duci, *vt ſcribit Ioannes Longinus, ſiue Dugloſſius, in vitâ B. Cunegundis;* Conſtantia Leoni Raſſiæ Duci, quæ & ipſa apud Leopolienſem ciuitatem ſepulta, ſingulari ſanctitate pro operum merito refulgens, miraculis coruſcare aſſeritur. Eliſabeth Ottoni Bauariæ Duci. Iolentam natu minorem Boleſlaus vocatus Pius maioris Poloniæ Dux deſponſans, vnicam filiam Hedwigim ex illâ ſuſtulit, quæ dierum proceſſu Vladiſlao vocato Loktek, Cuiauienſi Duci, in Poloniæ Regem ſublimato, nubens, Caſimirum Poloniæ Regem virum & Principem raræ probitatis, & excellentiæ immenſæ, & cuius nomen propter egregia in Poloniæ regnum edita opera (primus enim illud ad legitimas leges & inſignem politiam, quibus in hãc diem regulatur, reduxit; & lateritium, quod ligneum offenderat, reliquit) percelebre & ſonorum eſt, genera-uit. Hæc quoque Iolenta viduata marito Ordinem S. Claræ apud monaſterium Sandecenſe profeſſa, beato fine illic ſepulta diem obiit. *Hæc Dugloſſius. Cromerus* Iolentam, Helenam *quoque appellatam ſcribit.* *ſorores quinque,*

6 *Duas alias Belæ filias, Margaritæ ſorores, refert Ioannes Tomcus Marnauitius,* Catharinam *ac* Margaritam, *quas eo tempore, quo populantibus Hungariam Tartaris ipſe in Dalmatiâ exulabat,* in proximâ arce Cliſſij amiſſas, ſupra portam maiorem nobiliſſimi templi, olim à Diocletiano Principe, impuro Ioui dicati, iam verò Chriſtianâ pietate Salo- *item aliæ duæ;*

Ex variis.

te Salonitanæ Metropolitanæq; Eccleſiæ decori, in Spalatenſi vrbe hucuſque, ſepeliuit, eiuſmodi carmine, pro eorum more temporum, addito:

Catharina fulgens & inclyta Margari } ta,
In hoc arcto tumulo iacent abſque vi }
Belæ Quarti filiæ Regis Vngaro } rum.
Ac Mariæ Laſcari Regiæ Græco }
A perfidis Tartaris erant tunc fuga } tæ,
Mortuæ in Cliſſio, ac Spalatum tranſla }
Sub annis Domini mille cum ducen } tis.
Quadraginta duo inſuper præbens legen }

fratres duo;

7 *Hæ* Margaritæ *ſorores fuêre: fratres duo,* Bela *Dux, ſepulti us cum patre & matre Strigonij* in eccleſiâ Fratrum Minorum, conſtructâ ad honorem Virginis glorioſæ, quam ipſe Dominus Rex Bela adhuc viuens ſumptuoſo opere & pulcro fecerat inchoari, *vt ſcribit Ioannes Thurocius Chr. Hungar. cap. 76. alter frater fuit* Stephanus V. *qui* Belæ *patri in regno ſucceſsit.*

mater cuius.

8 *Mater* Margaritæ Maria, *quæ fuerit, quæri poteſt. Thurocius* filiam Imperatoris Græcorum *vocat. Si epitaphium illud filiarum certò conſtaret ipſo quo ſepultæ ſunt tempore fuiſſe conditum: faciliùs aſſentiremur eidem Tomco ſcribenti* Theodori Laſcaris Græcorum in Aſiâ Regis filiam *fuiſſe. Ioannes Piſtorius Niddanus in Genealogiâ Regum Hungariæ tradit* filiam *fuiſſe* Græci Imperatoris, *aut, vt alij volunt,* Miciſlai Halicienſis. *Et memoratur ſanè à Cromero lib. 7. & aliis rerum Polonicarum ſcriptoribus,* Meſciſlaus, *cui à Caſimiro Poloniæ Rege auunculo ſuo Dominatus Halicienſis armis aſſertus. Is dein veneno ſublatus narratur, ſuffectuſq;* Volodimirus, *huic an. 1197. mortuo* Romanus, Romano Colomannus Belæ *frater: hunc cepiſſe* Meſciſlaus, Meſciſlai *ſenioris filius, annoq; integro cum* Salomeâ *vxore in cuſtodiâ detinuiſſe dicitur: an tunc Bela Colomanni frater Meciſlai filiam duxit, ſicq; pax ſancita? At plures Græcorum Imperatoris filiam vocant, nec pauci Theodori Laſcaris, (ſenioris nimirùm, qui Nicææ imperij ſedem habuit, obiitq; an. 1222. ſucceſſore deſignato Ioanne Duca genero) Longinus* Alexij Græcorum Cæſaris *filiam facit,* qui, *inquit,* apud Conſtantinopolim annis pluribus imperauit. *At neque* Alexij Angeli Comneni, *qui anno 1203. imperio exutus eſt, neque* Laſcaris *filia vlla à Græcis ſcriptoribus Niceta Choniata aut Nicephoro Gregora memoratur Hungaro nupta. Sed ſi fuit eorum altero genita* Maria, *generi certè ſuo multùm deindè diſsimilis extitit, cùm ex filiabus de matris pietate ac moribus fieri iudicium poſsit.*

§. II. *B. Margaritæ ſanctitas publicè teſtata.*

9 *EXterna iſtæc Margaritæ decora fuerunt, à parentũ nobilitate, ſororum agnatorumq; ſanctitate petita; nec omnino tamen vana: nam & in margaritis quæritur, an Indicus eas Oceanus miſerit, an ſinus Perſicus, an Taprobane aliaúe vltimarum inſularum; quæ roris hauſti qualitas; an cælo minante concepta, an claritate matutinâ; atque alia expenduntur quæ Plinius lib. 9. cap. 35. exequitur. Huius quoque Margaritæ noſtræ principium culmenq; pretij, à Diuini Spiritus aurâ genitalis, & virtute conſtat qui præcipuè Superis probatur vigor. Et fuit ſanè virtutis in eâ ſplendor, qui omnium in ſe aduerteret oculos animoſq;, ac poſt mortem innumeris prodigiis radiaret. Quare interpellata continuò eſt Apoſtolica Sedes, (cui tunc* Gregorius X. *præerat) vt cæleſtes ei honores decerneret in terris, quam in cœtum receptam eſſe Beatorum in cælis tot tamq; inuſitata teſtarentur prodigia.*

Pro B. Margarita canoniza-tione

facti proceſſus;

10 *Iuſsit* Innocentius V. Gregorij *ſucceſſor, ipſiuſq; dein* Innocentij Ioannes XX. *in vitam eius & miracula legitimè inquiri, vt infrà ex ipſorum litteris Pontificum, & Quæſitorum Actis conſtabit. Interceſsit piæ voluntati ac Virginis ſacro triumpho, præpropera mors* Innocentij *ac* Ioannis. *Dein ad* Clementem V. *Legatus anno 1306. miſſus eſt à Rege Hungariæ (aut aliquo è tribus regni candidatis) Andreas Vngarus ex ordine Prædicatorum, qui eum rogaret, vt tandem de* Margaritæ *teſtatâ ſanctimoniâ ſententiam pronuntiaret, ſineretq; eam publicâ coli ſacrorum celebritate. Andream Pontifex Antibarenſem Archiepiſcopum renuntiauit; negotium illud expetitæ apotheoſeos, publicis Eccleſiæ rebus variè perturbatis, expedire non potuit. Scribit id Fernandus de Caſtillo hiſtor. Prædic. lib. 3. cap. 6. & 2. par. cap. 11.*

iterum Pontifici ſupplicatum:

11 *Quidquamne deinceps ad eam rem promouendam tentatum ſit, nos latet. Lucas Caſtellinus libro de certitudine gloriæ SS. canonizatorum, ita ſcribit:* S. Margarita, filia Andreæ Regis Vngariæ, monialis Ordinis S. Dominici, quam ILLVSTRISSIMAM VIRGINEM appellant Martyrologium Romanum, Surius, Hernandus de Caſtilia, S. Antoninus, Petrus Ribadeneira & alij. De eâ non eſt compertum quòd fuerit canonizata, ſed tantùm, quòd ad hunc effectum extiterint proceſſus formati de ipſius ſanctæ Virginis admirabili ſanctitate, & miraculis, quibus Deus ipſam Virginem dignatus eſt illuſtrare, meritis ipſius cęcos illuminando, & alios infirmos curando, mortuoſque ſuſcitando. Auctores de quibus ſuprà, in Vitâ ipſius. *At σφάλμα μνημονικὸν corrige in Caſtellino; non* Andreæ *filia fuit* Margarita, *ſed* Belæ: *nec in Martyrologio Romano huius* Margaritæ *mentio eſt. Ribadeneira* Vitam Illuſtriſſimæ Virginis S. Margaritæ *ſcribit. Surius* Illuſtriſſimam Virginem *appellat, ſed in Indice Vitarum Ianuarij ita habet:* De S. Margaritâ Virgine, Regis Hungarici filia, Ordinis Prædicatorij. *Franciſcus Hæreus ſimpliciter* Sanctam *vocat, vti & ante annos 300. Vitæ auctor Garinus.*

nondum tamen videtur canonizata.

licet Sancta appelletur.

Eius nomen Martyrologiis inſcriptũ:

12 *Extat illius nomen Martyrologiis quibuſdam inſcriptum. Nam Carthuſiani Colonienſes in Addit. ad Vſuardum iſta habent:* Margaretæ Virginis de Hungariâ, beatæ memoriæ. *Molanus:* Eodem die obitus Illuſtriſſimæ Margaretæ Virginis, filiæ Regis Hungarorum Ordinis Prædicatorum. *Martyrologium Germanicum:* In Hungariâ illuſtris & ſanctæ Virginis Margaretæ Ordinis Prædicatorum: quæ Regina Hungariæ nata, orationi, humilitati, & religioſæ vitæ totam ſe dedidit. *Philippus Ferrarius in generali SS. Catalogo:* Veſprinij in Pannoniâ S. Margaretæ Virginis & Reginæ Hungariæ. *Idem Ferrarius XIII. Iulij:* Poſonij in Pannoniâ B. Margaritæ Virginis, filiæ Belæ Regis Vngariæ, Ord. Prædicatorum. *Citat in Notis* Tabulas Eccleſiæ Strigonienſis, ſeu Tirnauienſis, *inquit,* vbi Archiepiſcopus Strigonienſis, poſt amiſſum Strigonium, ſua munera exercet. *addit de* Margaritâ, *quam videtur diuerſam ab eâ, quam menſe Ianuario dederat, exiſtimare:* Corpus Poſonij, vbi obiit anno ætatis 28. in cœnobio S. Mariæ Magdalenæ, in quo vixit, condita. *At neque Poſonij vixit, neque mortua iſthic eſt, aut Veſprinij: ſed Veſprinij ſacro habitu induta, tirocinium poſuit vitæ religioſæ; inde ad Inſulam Leporum, quæ tunc* S. Mariæ *Belæ iubente appellata, pòſt* S. Margaritæ, *ad nouum cœnobium, eius gratiâ conditum, deducta, ibiq; ſanctè mortua.*

corpus olim in Inſulâ S. Margaritæ,

13 *De illius corpore ita ſcribit S. Antoninus par. 3. tit. 23. cap. 13. §. 3.* Vbi (*in monaſterio apud Inſulam*) quieſcit Soror Margarita monialis dicti monaſterij, filia Regis Vngariæ, ſanctitate præcipua, quæ miraculis in vitâ & poſt mortem claruit. *Illud monaſterium Ioannes Longinus in Vitâ* B. Cunegundis *Budæ videtur collocare, quia non longè Budâ diſtat, ita enim ſcribit:* Margareta ſeculum & omnes pompas eius peroſa, Ordinem Prædicatorum in monaſterio ſanctimonialium Budæ profeſſa, dum annum decimum octauum ageret, morte immaturâ ſed ſalutari abſumpta eſt. *Veriſimilius eſt quod tradunt alij 28. anno ætatis obiiſſe. Ioannes Tomicus Marnauitius de Margaritæ corpore ita ſcribit:* Sacrum Virginis corpuſculum, poſt varias illius per Vngariam tranſlationes, hodie in Poſonienſi ampliſſimâ vrbe tranſlatum requieſcit: ſed, argumento eius Angelicæ puritatis, ita integrum, vt non à quatuor ſeculis, ſed à paucis annis videatur depoſitum. Quod adeò longæuum miraculum, & virginalis eius excellentiæ mirabile trophæum.... hîc immortali gloriæ veræ Margaritæ cæleſtis reſtitutum volui.

nunc Poſonij,

adhuc integrum.

§. III.

§. III. B. Margaritæ Vita.

Vita à Garino ſcripta an. 1340.

14 VItam B. Margaritæ *ex prolixioribus Actis, in quæ teſtimonia de illius vitâ & miraculis ab Apoſtolicis Quæſitoribus relata ſunt, in compendium redegit anno MCCCXL. F. Garinus Ordinis Prædicatorum ſacræ Theologiæ Doctor. Mendosè ætatem Garini expreſsit Tomcus Marnauitius, dum in libro, qui Regiæ ſanctitatis Illyricanæ ſecunditas inſcribitur,* ante centum nonaginta annos *eam ait vitam exaraſſe: voluit* ante ducentos nonaginta *ſcribere; nam ſuum ipſe librum anno MDCXXX. Romæ vulgauit.*

Vnde hic edita:

15 *Hanc vitam edidit Laurentius Surius, ſed* ſtylo in Lectoris gratiam, *vt fatetur,* paſſim mutato; *&, quod vel non obſeruauit, vel Lectorem velauit, mutilam, abſque miraculis. Nos primigeniâ phraſi edimus, ex fide digno codice MS. collegij Paderbornenſis Societatis Ieſu; ex quo & Pontificum Innocentij V. & Ioannis XXI. litteras de vitâ illius ac miraculis examinandis publicamus.*

Alia à Petro Ranzano

16 *Alteram vitam damus ex Petri Ranzani Epitome rerum Hungaricarum: qui triennio apud Matthiam Coruinum Huniaden Hungariæ Regem legatione functus, (cuius Principis aut Reip. nomine, nondum comperimus) non modò rerum Hungaricarum commentarios omnes euoluit, ſed integra adhuc vetuſtæ pietatis monumenta luſtrauit, vir apprimè curioſus, vt ex iis quæ Indice primo ſcribit, licet perſpicere:* Fateor me non eâ vel curâ vel diligentiâ totas peragraſſe Pannonias, vt eâ de re quam hoc loco ſcripturum me polliceor (*vt explicet nimirùm nomina, vt immediatè antè ſcripſit, nouorum tum populorum tum ciuitatum*) nimis exactam poſſim dare notitiam. Mihi tamen ita ipſe conſului, vt ex Hungaris hominibus aliquot mihi adhiberem, qui eſſent locorum periti, à quibus acciperem ac perdiſcerem nomina ſitumque locorum, de quibus inſtitui meminiſſe. *Diſtribuit Ranzanus omnem ſuam hiſtoriam, ſiue epitomen, in XXXVI. Indices: Ioannes Sambucus, qui eam vulgauit, Appendicem ſubtexuit. Quando verò hiſtoriam illam ſcripſerit Ranzanus (etſi ſæpè Matthiæ vt viuentis meminerit) clariùs tamen indicat Indice XXXVI. vbi iſta habet:* Ceterùm vbi tandem animaduertiſſet (*Matthias Rex*) ſibi dari (*à Frederico III. Imp.*) verba, Nihil vlteriùs protelandum ratus, ſumptis armis Auſtriam, quæ regno eſt Vngariæ contermina, inuaſit belloque diuturno perdomuit, & hodie nemine reluctante tranquilliſſimè poſſidet. *Cepit Viennam Matthias Kalendis Iunij 1485. à 17. Martij obſeſſam: recepit eam Maximilianus I. 22. Auguſti 1490. cùm eo anno, 5. Aprilis obiiſſet Matthias.*

ante an. 1490. ſcripta:

Alia ab aliis edita.

17 *Vitam* B. Margaritæ *poſt Surium varij edidêre: Haræus aliique Latino ſermone, peregrino Petrus Ribadeneira & Heribertus Roſvveydus noſtri, Iacobus Doubletius, Siluanus Razzius, Renatus Benedictus, Guilielmus Gazæus. Ioannes Tomcus Marnauitius libro antè citato de regiæ ſanctitatis Illyricanæ fecunditate Vitam habet eiuſdem ſanctiſsimæ Virginis, teſtaturque aliam à ſe* Illyrico ſermone, typis Veneticis excuſam, & germanæ *ſuæ* ſorori Dominicæ, tunc temporis in vrbe Tragurienſi monaſterij monialium fundatrici & primæ Abbatiſſæ, tamquàm exemplar nouellæ familiæ inſtituendæ, dicatam.

Ex Mss.

PROCESSVS CANONIZATIONIS B. MARGARITÆ VIRGINIS.

Litteræ, quas Inquiſitores vitę, & miraculorum recolendæ memoriæ Margaretæ Virginis, ordinis Prædicatorum, Regis Vngariæ filiæ, miſerunt Domino Papæ Ioanni XXI. cuius feſtum eſt V. Kalendas Februarij.

1 SAnctiſſimo Patri ac Domino a Ioanni Dei gratiâ ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſummo Pontifici, Vbertus Blancus eius deuotiſſimus Capellanus, licet indignus, & Magiſter de la Corra Decretorum Doctor, ſanctorum Apoſtolorum Veronenſis Canonicus, pedum oſcula beatorum. Nouerit Sanctitas Veſtra, nos à felicis memoriæ prædeceſſore Veſtro litteras recepiſſe, in hac formâ: b Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Magiſtro Vberto Blanco Capellano noſtro Placentino, & de la Corre Doctori Decretorum, ſanctorum Apoſtolorum Veronenſium Eccleſiarum Canonicis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dudum ex parte claræ memoriæ Regis Vngariæ, felicis recordationis c Gregorio Papæ, prædeceſſori noſtro, fuit humiliter ſupplicatum, vt cùm Omnipotens, qui ſalutis noſtræ cauſſam miſericorditer in Sanctis ſuis operans, quos coronat in cælo frequenter etiam honorat in mundo, & ad eorum memoriam ſigna facit atque prodigia, per quæ prauitas hæreticorum confunditur, & fides Catholica roboratur; meritis recolendæ memoriæ Margaretæ Virginis, Sororis, ſeu ſanctimonialis monaſterij Virginis gloriosæ de d Inſulâ Danubij, Ordinis Prædicatorum, e Veſprimienſis diœceſis, cuius corpus in eodem monaſterio requieſcit, tot & tanta miracula operetur, quòd ipſius inter ceteros non inuocare ſuffragia ſit indignum, ipſam aggregare Sanctorum catalogo dignaretur.

a

b

c

Gregorij X. Papæ mandato.

d e

2 Verùm licet quos honorat Diuina dignatio, humana deuotio prompto affectu debeat honorare; quia tamen prouidentiâ præduce prædeceſſorem feſtinum incertum & lentum inuenire decebat in dubiis, vt procederet tramite tutiori, bonæ memoriæ Archiepiſcopo f Strigonienſi, & venerabili fratri noſtro Epiſcopo g Vacianenſi, ac dilecto filio Abbati de Dacon ordinis Ciſtercienſis prædictæ diœceſis, ſuis ſub certâ formâ dedit litteris in mandatis, vt de veritate morum & virtute ſignorum, operibus videlicet ipſius & miraculis, ſecundùm datam eis à Deo prudentiam, & interrogatoria quę ipſis ſub bullâ ſuâ dictus prędeceſſor intercluſa tranſmiſit, diligentiùs inquirentes, ſibi quæ inuenirent per ſuas litteras Apoſtolicarum litterarum ſeriem continentes fideliter intimarent. Deinde autem, dicto Archiepiſcopo, re ad hæc integrâ permanente, naturæ debitum perſoluente, memoratus prædeceſſor venerabilem fratrem noſtrum h Baradienſem Epiſcopum in huiuſmodi negotio ſubrogauit. Iidem verò Epiſcopi, & Abbas ad inquirendum ſuper iis proceſſum habentes, inquiſitionem quam ſuper hoc fecerunt, eidem prædeceſſori remittere ſuis intercluſam literis curauerunt.

f g

in vitam & miracula S. Margaritæ inquiſitũ.

h

3 Sed quia per inquiſitionem ipſam de promiſſis plena inſtructio non poterat peruenire; nos in omni & præſertim in tam ſolenni negotio nube omnino propulsâ dubij, & ſoliditatę certitudinis, & claritatis plenitudine, procedere cupientes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs iuxta interrogatoria, quæ vobis ſub bullâ noſtrâ mittimus intercluſa, ſub præmiſſis iteratò diligenter inquirere ſtudeatis, illam adhibituri

iterum mandato Innocentij V.

Ex mss. bituri diligentiam in prædictis, quòd depoſitiones teſtium, quos ſuper hoc recipere, ac alia, quæ in eorum elucidatione vos reperire contigerit, illa prout & verba ſingulorum teſtium, per quæ depoſita fuerint ſeriosè, diffusè, ac explicitè, eo ordine quo illa protulerint conſcripturi, tam lucidè tamque clarè nobis per veſtras litteras tenorem continentes præſentium, cum eiſdem interrogatoriis nuntietis, quòd ex eis nullo dubio conſurgente, in huiuſmodi negotio, auctore Domino, ſecurâ conſcientiâ procedere valeamus. Datum Laterani pridie Idus Maij, Pontificatus noſtri anno primo.

miſſo interrogatorio;

4 Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis Vberto Blanco Capellano noſtro Placentino, & de la Corre Decretorũ Doctori, ſanctorum Apoſtolorum Veronenſium Eccleſiarum Canonicis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Teſtes legitimos quos ſuper vitâ & conuerſatione & miraculis recolendæ memoriæ Margaritæ Virginis, ſanctimonialis monaſterij Virginis glorioſæ de Inſulâ Danubij, Ordinis Prædicatorum, Veſprimienſis diœceſis, debetis recipere, priùs præſtito iuramento diligenter examinare curetis, & de omnibus quæ dixerint interrogetis eoſdem: Quomodò ſciunt? quo tempore? quo menſe? quo die? quibus præſentibus? quo loco? ad cuius inuocationem? & quibus verbis interpoſitis? & de nominibus illorum circa quos miracula facta dicuntur. Et ſi eos antè cognoſcebant? & quot diebus antè eos viderint infirmos? & quanto tempore fuerint infirmi? & quanto tempore vili ſunt ſani? & de quo loco ſunt oriundi? Et interrogentur de omnibus circumſtantiis diligenter, & circa ſingula capitula fiant, vt expedit, & fit, ſeries teſtimonij: & verba teſtium, prout ſeriosè ac diffusè prolata fuerint, fideliter redigantur in ſcriptis. Datum Laterani VIII. Kalendas Iunij Pontificatus noſtri anno primo.

iuxta quod facta inquiſitio.

5 Cupientes igitur prædictum mandatum reuerenter exequi, vt tenemur, ad dictum monaſterium perſonaliter accedentes, cum omni diligentiâ inquiſitionem fecimus ſuper vitâ, conuerſatione & miraculis recolendæ memoriæ prædictæ Virginis Margaretæ, ſanctimonialis antedictæ, prout inferiùs continetur: depoſitiones teſtium, quos ſuper hæc & alia, quæ in eorum elucidatione recepimus ſeriosè, diffusè ac explicitè, eo ordine quo illa fuerunt depoſita coram nobis, per manum publicam Bertoldi de Boſant Notarij, fideliter in ſcriptis redactis ſub ſigillis noſtris, Veſtræ Sanctitati duximus intimandum. Copiam nihilominùs omnium eorum, quæ Veſtræ Sanctitati tranſmittimus, de verbo ad verbum, nihil addentes vel diminuentes, ſub ſigillis prædictis, vnà cum litteris felicis memoriæ Innocentij V. predeceſſoris veſtri nobis miſſis.

Ioannes 21.

a Ioannes XXI. *Vlyſſipponenſis*, Petrus Iuliani *anteà dictus, electus anno* 1276. 15. *Septembris*, 20. *conſecratus, obiit* 17. *Maij* 1277. *Hinc patet quando data ſint hæ litteræ.*

Innocentius 5.

b Petrus à Tarantaſiâ, *primus ex ordine Prædicatorum Pontifex Maximus creatus* 21. *Ianu. ann* 1276. *mortuus* 22. *Iunij eiuſdem anni. Hæ litteræ, vt infrà dicitur, datæ ſunt* 14. *Maij, alia, quæ interrogatorium continent,* 25. *Maij*

Gregorius 10.

c Gregorius X. *anteà* Theobaldus *dictus, ex Archidiacono Leodienſi Pontifex creatus* 1. *Septemb. an.* 1271. *abſens, ſequenti anno tempore Quadrageſimæ conſecratus, mortuus* 10. *Ianu.* 1276.

d *De hac inſulâ & cœnobio infrà ex Ranzano.*

e Veſprimium, *vel* Veſprinium, *quibuſdam* Veſperinum, *vrbs Epiſcopalis Hungariæ, ſub Archiepiſcopo Strigonienſi.*

f Strigonum, *vulgò* Gran, *ad Danubium ſita vrbs, an.* 1543. *venit in Turcarum poteſtatem.*

g Vacia, *vel* Vaſia, *aut* Vaccia, *vrbs Hungariæ.*

h *Videtur* Varadinenſis *in Hungariâ Tranſdanubianâ Epiſcopus intelligi.*

VITA

AVCTORE F. GARINO ORD. PRÆDIC.

Legenda ſubſcripta de vitâ & miraculis B. Margaretæ Virginis Ordinis Prædicatorum, filiæ Regis Vngariæ, de rotulis ſeu diffuſis dictis teſtium iuratorum coram prædictis Inquiſitoribus à Sede Apoſtolicâ ſuper hoc datis, compendiosè & quaſi per puncta extracta eſt, anno Domini MCCCXL. in Curiâ Romanâ Auinionis per Fratrem Garinum Ordinis Prędic. Magiſtrum in Theologiâ, de mandato Fratris a Hugonis Magiſtri ſextidecimi eiuſdem Ordinis. Benedictus Deus, Amen.

CAPVT I.

B. Margaritæ ortus. pietas.

Margarita Deo deuota, antequàm nata,

1 BEata Margareta (Soror in monaſterio Inſulæ B. Virginis, infra Danubium, Veſprimienſis diœceſis Ordinis S. Dominici primi fundatoris Ordinis Prædicatorum) nobilis genere, ſed nobilior moribus, filia fuit illuſtris Regis Vngariæ Belæ, ac Reginæ Mariæ. Cùm enim Rex prædictus ac Regina timerent inuaſionem regni ſui futuram per b Tartaros in propinquo, voluerunt Deo, quòd ſi liberaret regnum à Tartaris, & filiam eis daret, offerrent eam Deo, & Sororibus S. Dominici, ei perpetuò ſeruituram. Tartari receſſerunt: Regina concepit, & peperit filiam, quam vocauit Margaretam.

quadrimæ fit Religioſæ, cum nutrice,

2 Cùm autem eſſet annorum trium & ſex menſium, obtulerunt eam parentes monaſterio Veſprimienſi, & amore illius Domina Olympiadis Comitiſſa, quæ fuerat nutrix eius, monaſterium intrauit, ac habitum Sororum ſuſcepit, vt Deo ſeruiret, & puellam nobilem cuſtodiret. Margareta verò ſtatim deuotioni ſe dedit, & horas Beatæ Virginis infra dimidium annum à ſuo ingreſſu perfectè didicit, ac cum aliis dicere cœpit. In infantili ætate pueriles ludos fugiebat, & ceteris ludentibus orationi vacabat, ac ludere volentes ad orandum trahebat, dicens: Intremus eccleſiam: ſalutemus Deum, & beatam Virginem: iſte ſit ludus noſter. Si Magiſtra c vellet eam ab oratione trahere, ne corpuſculum grauaretur, tam diu flebat donec Magiſtra victa lacrymis eam liberè in orationibus dimitteret.

grauiùs, mirificè pia,

humillima,

3 Erat ſummè humilis, nec Regis filia vocari voluit, ſed conquerebatur cum lacrymis, quòd dictum ſibi fuiſſet vituperium, eò quòd Regis filia vocaretur. Ob hoc tarò cum parentibus loqui volebat, ne ex eorum colloquio glorioſior putaretur. Dixit aliquando, vtinam Deus feciſſet mihi iſtam gratiam, quòd non fuiſſem filia Regis, ſed ruſtici; non nobilis, ſed pauper ancilla! quia tunc liberiùs Deo ſeruire poſſem. Cùm autem haberet decem annos ætatis vel circiter, tranſlata eſt cum multis aliis ad monaſterium in Inſulâ Danubij, à parentibus eius amore Dei fundatum.

ſanctæ Crucis veneration eximiè addicta,

4 Cùm eſſet adhuc quatuor annorum, videns crucem quamdam interrogauit Sorores, quid eſſet. Reſponderunt hoc eſſe ſignum crucis, in quâ Deus Dei filius pro noſtrâ redemptione ſanguinem ſuum fudit. Quo audito ſtatim crucem amplexari & oſculari cœpit, & coram

coram illâ ſe proſtrauit, & adorans Crucifixum altâ voce dixit: Domine me tibi committo. Ex tunc autem tantam deuotionem ad crucem habuit, quòd vbicumque crucem videbat, quocumque detineretur impedimento, ſe proſternebat & adorabat. Quum etiam crucem paruulam, de ligno ſanctæ crucis habentem, ſemper ſecum portabat, & die ac nocte pluries oſculabatur deuotè. Aliis euntibus ad locum refectionis, ſemper ipſa orabat ante imaginem Chriſti Crucifixi, quæ erat in Capitulo, & aliquando tam diu manebat in oratione, quòd vſque ad ſecundam menſam non comedebat. Orabat quaſi communiter ante altare ſanctæ Crucis, vel ante imaginem Crucifixi.

d & ſacri nominis Ieſu, & Euchariſtiæ:

5 Tantam quoque deuotionem habebat ad nomen Ieſu, *d* quòd quaſi ſemper ipſa in ore illud haberet. Nec aliquid illi ſapidum videbatur, niſi ſonaret ibi nomẽ Ieſu. Corpus verò Chriſti in Sacramento altaris deuotiſſimè reuerebatur, & in horâ eleuationis ipſius in Miſſâ flebat vberrimè, & frequenter ab horâ eleuationis vſque poſt ſacram communionem, ſic præ deuotione manebat à ſenſibus abſtracta corporis, vt quaſi mortua videretur.

e ad communionem ſingulari ſtudio ſe parat:

eleuatur à terrâ:

6 Quando verò ſacram *e* communionem debebat recipere, ieiunabat die præcedenti in pane & aquâ, & totâ nocte in orationibus permanebat. Sumebat autem ipſum Sacramentum cum magnâ deuotione, & effuſione lacrymarum: & ſic aliquando rapiebatur, vt tunc quaſi mortua videretur: & viſa eſt pluries inter cælum & terram pluſquàm per vnum cubitum eleuata, nullis corporis ſenſibus vtens. Poſt communionem verò ſumptam tenebat ab vnâ parte mappulam ante facies ad communionem accedentium, hoc fine, vt videret iterum atque iterum corpus Chriſti. Die quoque quâ communionem ſumpſiſſet, ſtabat continuò in orationibus vſque ad noctem, & tunc cibo valdè modico vtebatur.

D. Virginem piè colit.

f

7 Beatam quoque Virginem Dei matrem præcipuo venerabatur affectu, & vbicumque eius videbat imaginem, flexis genibus ſalutationem Angelicam proferebat. In vigiliis Natiuitatis Chriſti, & quatuor *f* ſolennitatum Beatæ Virginis, dum in Capitulo pronuntiabatur diei ſequentis ſolennitas, deuotionem mirabilem oſtendebat, ſe proſternens, & cum lacrymis orans, gratias agens Deo: & in præfatis vigiliis omni tempore ieiunabat in pane & aquâ. In ſingulis quoque feſtiuitatibus Beatæ Virginis, ac infra Octauas, offerebat Beatæ Virgini mille ſalutationes Angelicas, & ad ſingulas earum proſtrationes ſingulas faciebat.

a *Leander Albertus lib. 1. de viris illuſtrib. Ord. Prædicat. ſcribit an. 133.* electum, *præfuiſſe annis nouem, obiiſſe in Curiâ circa annum 1341. gente Gallum fuiſſe.*

Tartarorum prima irruptio in Hungariam.

b *Ioannes Thurocius ſcribit Tartaros an. 1241. Hungariam inuaſiſſe 500000. exercitu: ab iis victum prælio Belam, ad mare vſque refugiſſe, Mangalis, ſiue Tartaris inſequentibus: at triennio pòſt receſſére barbari, fame compulſi. Tomcus Marnauitius ſcribit apud Tragurium Dalmatiæ oppidum triennio integro, circa inſulam adhuc regium nomen retinẽtem, haſiſſe Belam cum coniuge, Proceribus, gazâ. at quâ gazâ, ſi verum eſt quod Dubrauius ſcribit Hiſtoriæ Bohemicæ lib. 16. eum à Frederico Auſtriaco omni pecuniâ, inſuper & aureis & argenteis vaſis, quæ Regina ſecum extulerat, ſpoliatum? Fernandus de Caſtillo lib. 3. hiſt. S. Dominici ſcribit an. 1237. contigiſſe Tartarorum irruptionem; ſed fallitur.*

B. Helena, *vt infrà ex Ranzano dicemus.*

d *Addit Bzouius*, & Mariæ. *fuit certè Deipara Virginis cultui mirè dedita.*

e *An veriſimile quod Bzouius ſcribit?* Sacramentorum, *inquit*, ei vſus quotidianus.

f *Nimirùm* Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis, Aſſumptionis *Feſtum* Conceptionis *nondum tunc vbique inualuerat:* Viſitationis *integro pòſt ſeculo inſtitutum eſt.*

CAPVT II.

Veſtitus vilitas, durities. flagra.

Sectatur viliores veſtes.

8 HVmilitatem & paupertatis amorem in veſtibus præcipuè prætendebat. Pannus, quo induebatur, rudior erat, aſperior & vilior veſtibus aliarum. Portabat veſtes laceratas & repeciatas: nec veſtem nouam portare volebat, niſi priùs in eâ peciæ fuerentur. Accipiebat chlamydes veteres, & de duabus vnam faciebat. Quando parentes mittebant ei pretioſum pannum, de licentiâ Prioriſſæ, dabat illum pauperibus Sororibus, vel ſeruitialibus; & veſtes earum viliores accipiens induebatur eis. Veſtes tam diu portabat, donec lacerarentur. Vnde veſtes eius præ nimiâ vetuſtate quaſi ſemper erant circa cubitos & genua laceratæ. Velum capitis numquàm de ſubtili telâ, ſed de groſſâ portabat: & ſi dabatur ei ſubtile velum, tradebat illud aliis rude habentibus, & accipiebat ab eis rude & groſſum. *Avctore Garino, Ex Mss.* *& durâs;*

9 Numquàm lineis vtebatur, nec in capite, nec in corpore, nec in lecto. Per totam Quadrageſimam non mutabat veſtes, & aliis temporibus rarò valdè. Veſtes eius rariſſimè lauabantur, & ideò propter vetuſtatem & deportationem, contrahebant ſordes, & vermes multos habebant: & propter hoc multæ vitabant iuxta eam ſedere, ne inficerentur vermibus eius. Quando hortabantur eam Sorores vt veſtes faceret mundari, & à vermibus purgari, dicebat eis: Permittatis corpus meum amore Ieſu Chriſti Domini noſtri ab iſtis vermibus lacerari. Non curetis: ego ſola porto, & ſentio. *nec mundari ſinit;*

10 Rarò balneis, rariſſimè vnguentis, rarò capitis lotione vtebatur. In Quadrageſimâ verò numquàm à quinto anno ætatis cum iſſiam depoſuit, & tunc numquàm lineis ad carnem vtebatur, in ſanitate, vel in infirmitate. Circa ſeptimum annum cilicium groſſum ad carnem portare cœpit, & ex tunc per totam vitam ſuam in Aduentu Domini & Quadrageſimâ, ieiuniis quatuor temporum, vigiliis Chriſti, & Beatæ Virginis, Apoſtolorum, & præcipuorum Sanctorum; aliis verò temporibus à die Iouis vſque ad Completorium Sabbati ſequentis. *mollia vitat:* *cilicium geſtat,*

11 A duodecimo verò anno, in quo profeſſionem expreſſam fecit, Confeſſor eius occultè prouidebat & tradebat ei cilicium groſſum, aſperrimum, de crinibus equorum, & pilis porcorum, cùm multis nodis, factum in modum retis. Occultabat Virgo quantùm poterat cilicium ſuum, & vt à nullo videretur, manicas de panno veteri conſuebat cilicio à cubito & infra. Hortabatur ſocias ſecretas portare cilicium ad carnem. Præter hoc habebat ſub ciliclo circulum ferreum, quo caro eius nuda fortiter ſtringebatur, & pro cingulo ad iacendum de nocte habebat cingulum de pellibus ericij, cum ſpinis eius. Faciebat frequenter ligari brachia ſua nuda cum funibus canabinis, & in tantum ſtringi, vt funes carnem intrarent, & eam rumperent ac lacerarent. Habebat etiam infra calceos ſuos paruos clauellos de ferro cum acutis cuſpidibus, ſic diſpoſitos, quòd quandocumque ambulabat vel ſtabat cuſpides clauorum plantam pedis pungebant, & vſque ad ſanguinem lacerabant. *perquàm aſperum:* *alias adhibet corporis afflictationes,* *clauos acutos in calceis:*

12 Corpus quoque ſuum multis percuſſionibus flagellabat nocte qualibet. Poſt diſciplinam verberum cum aliis receptam in communi, ſecedentibus ceteris, faciebat aliam diſciplinam cum virgis ſibi dari. Omni nocte verberabat carnem ſuam cum virgis, vel virgultis ſpinoſis, vel cum virgulis circumpoſitis pellibus & ſpinis ericinis. Faciebat ſe per alias verberari vſque ad ſanguinis effuſionem: quæ quamuis hoc horrerent, tamen contradicere non audentes obediebant inuitè, & percutiendo flebant. Ducebat eas ad loca ſecreta, vt ſic ſecretò verberaretur, quòd ab aliis non videretur. Tantùm fatigabantur aliquæ in verberando eam, quòd vix poterant reſpirare. Et quamuis talia verbera reciperet omni die, ſpecialiter tamen in die ſancto Cœnæ per triduum ante Paſcha ſingulis horis diurnis & nocturnis tantis vtebatur verberibus & flagellis, quòd ſanguis ex corpore eius in magnâ copiâ fundebatur. *flagra ſuſcipit quotidie,* *triduo ante Paſcha ſingulis horis:*

13 Quadam namque nocte, dum eſſent tenebræ magnæ valdè, duxit quamdam Sororem ad cameram *cubiculum eius diuinitus colluſtratur;*

AVCTORE GARINO, EX MSS.

quamdam benè ſecretam, vt ibi de manibus eius verberaretur ſecretè. Vbi cùm ſe ſpoliaſſet & carnem nudam oppoſuiſſet, lux copioſa de cælo ſuper eam deſcendit, & totam domum illuminauit, & tam diu durauit donec completâ verberatione veſtes reſumpſit; quibus reſumptis lux euanuit: & duæ Sorores, quæ hoc viderant, accurrerunt, & ſe precibus eius commendauerunt.

alius ſolem facit lucere in tenebris.

14 Quadam quoque die, cùm adhuc eſſet decem annorum, inueniens iuuenculas ludentes in infirmitorio, & propter obſcuritatem tenebroſi temporis parum aut nihil videntes, dixit eis: Vultis quòd faciam vobis apparere ſolem? Illis deſiderantibus, ſed impoſſibile reputantibus, ſignauit locum quemdam cum digito ſatis propè, & dixit eis: Ibo vſque ad locum illum, & reuertar ad vos, & antequàm reuertar videbitis ſolem clarè lucentem. Iuit, & orauit: & ſtatim ſol apparens, & clarè lucens totam domum illuminauit. Quodam quoque tempore, dum circa mediam noctem eſſet in deambulatorio, quod eſt ante dormitorium Sororum, & de cæleſtibus cogitaret, apparuerunt ei ſol & luna lucentes in medio cæli.

ſibi mediâ nocte.

CAPVT III.

Ieiunia. abiecta in cœnobio miniſteria.

Ieiuniis ſe macerat:

15 CArnem quoque ſuam abſtinentiis & ieiuniis aſſiduis macerabat. Frequenter dum ſedebat ad menſam cum aliis, per maiorem partem temporis, quo ceteræ veſcebantur, velabat faciem ſuam, & ſilenter orabat. Si cibus delicatior, vel vinum melius præpararetur, iraſcebatur, & accipere recuſabat, non niſi cibo & potu communi vti volens. Ab Exaltatione ſanctæ Crucis vſque ad Paſcha omni tempore ieiunabat: & ſi Prioriſſa eam vellet vti diſpenſationibus, tam diu flebat, quòd Prioriſſam vincebat lacrymis, vt eam permitteret ad ſuum beneplacitum ieiunare. Non ſolùm autem in vigiliis Natiuitatis Chriſti, & Beatæ Virginis, verùm etiam Pentecoſtes, & Apoſtolorum, & quorumlibet ſolennium Sanctorum vigiliis, & per totam Quadrageſimam, ac omni quartâ & ſextâ feriâ, communiter ieiunabat in pane & aquâ: & illis diebus de licentiâ ſpeciali comedebat in occulto ne ab aliis videretur. A carnibus ſemper abſtinuit toto tempore vitæ ſuæ, niſi graui & euidenti infirmitate teneretur.

morbos diſſimulat:

16 Suas infirmitates celabat, quantùm poterat, ne propter eas in infirmariâ iacere, & carnes comedere cogeretur. Semel grauem fluxum ſanguinis paſſa fuit quadraginta diebus, & continuè comedit cum aliis in refectorio, iacuit in dormitorio, & fecit officia monaſterij, quaſi ſana, hoc ſolùm ſciente in ſecreto quadam Sorore, cui inhibuerat ne aliis reuelaret.

hebdomadam ſanctam piè tranſigit:

17 A quarto anno ætatis ſemper in die Paraſceues ieiunauit: toto verò triduo ante Paſcha ſingulis annis non intrabat lectum, nec dormiebat, nec comedebat, vel bibebat; ſed continuò vel ſtans erecta, oculis eleuatis in cælum, vel ante altare ſanctæ Crucis iacens proſtrata, niſi quando diuinum officium cantabatur, orabat, legebat pſalterium, flebat, & corpus durius ſolito vſque ad largam effuſionem ſanguinis verberabat. Corpus eius propter abſtinentiam, vigilias, & afflictiones alias, ſic macilentum erat & pallidum, quòd intuentibus admirationem præbebat.

humilia miniſteria vltro & ſeduló obit:

18 Exhibebat ſe Sororibus in omnibus obſequiis humillimam ſeruitricem. Scopebat eccleſiam, clauſtrum, dormitorium, refectorium, & alias officinas. Lauabat in coquinâ ſcutellas, & ollas, exſquamabat piſces propriis manibus, & ex hoc frequenter in hieme cutis manuum rumpebatur, & fluebat ſanguis. Sæpè ſeruiebat in refectorio, & poſtquàm cibum coram Sororibus poſuerat, currebat latenter ad eccleſiam, & orabat donec comediſſent, & tunc iterum rediens ſeruiebat.

infirmis eximiâ caritate famulatur;

19 Nec ſolùm ſanis, verùm etiam infirmis libentiùs & deuotiùs ſeruiebat. Prima ſciebat infirmitates earum, & ſtatim ſe ad ſeruiendum offerebat: parabat cibum pro infirmis in coquinâ, accendebat ignem, carnes pro eis in proprio portabat capitegio, vel ad collum: aptabat lectos, ſcopebat infirmariam ac ſubter lectos, & immunditias ſcopaturæ propriis manibus & humeris aſportabat: parabat balnea, aquam hauriebat de puteo, ipſam ac ligna propriis humeris portabat: debiles portabat ad eccleſiam, & reportabat, collocabat ſuper cellam ſecretam, ponebat in lectis, vertebat, & reuertebat. Dum ſemel aſſaret carnes in veru pro quadam infirmâ, rogauit eam quædam Soror, vt deſiſteret, & ipſa veru volueret loco eius. Cui illa reſpondit: Non ſic erit, Soror cariſſima, quia tu tibi humilitatis acquireres meritum, & ego priuarer.

etiam in rebus vilioribus, & horrorem ac nauſeã prouocantibus,

20 Nullius ægrotantis horrebat immunditiam, vel fugiebat fœtorem. Capita puellarum ſcabioſâ ſanie & vermibus ſcaturientia, propriis manibus radebat, ac vngebat: & quandoque ſeptem vno die raſit & vnxit. Quamdam ſeruitialem ſcabioſam, cuius carnes quaſi leproſæ rubebant & defluebant, raſit & vnxit, & in aliis ei ſeruiuit. Si infirmæ vomitum emitterent, & vas ad recipiendum non occurreret in promptu, recipiebat in manibus ſuis, vel in tunicâ, & foris portabat. Egeſtiones etiam, & vrinas ægrotantium ad loca ſecreta portabat. Cuidam Sorori emplaſtrum ordinatum per medicos de egeſtione bouis, cunctis abominantibus, & manum apponere nolentibus, ipſa tractauit, appoſuit, & ligauit. Pro quadam infirmâ deſiderante bondellos, ſeu inteſtina porci, procurauit eos ſibi apparari: & cùm fuiſſent allati cum immunditiâ, ſicut de porco extracti fuerant, euacuauit ſordes illas, & ſparſa fuit immunditia illa ſuper veſtes eius, nec curauit, aut tunicam repoſuit, ſed pro infirmâ cibum illum parauit, & ei miniſtrauit.

quas alia ideò detrectabant;

21 Quædam decem & octo annis decumbens, tandem ex fluxu ventris & vomitu ad tantam debilitatem venit, quòd ſe mouere non poterat; & ſic fœtebat, quòd nulla ei ſeruire volebat. Margareta petiuit à Prioriſſâ, vt ſibi commendaretur: cõceſſit, ſed quòd ſociam haberet impoſuit: ſed ſocia fœtorem ferre non potuit. Margareta rogauit, vt ſecederet, ne grauaretur; & ipſa ſola ægrotanti de omnibus ſeruiuit, & pluries concham cum immunditiis portauit ad aquam, & lauit.

ſordes monaſterij mundat.

22 Diſcurrebat per loca monaſterij, vt inueniret cui ſeruire poſſet: propter ſeruitia currens per pluuias, niues, luta, habebat veſtes deturpatas. Frequenter brodia infirmorum, quibus miniſtrabat, faciebat. Fœtebant [a] veſtes eius, & cum talibus de die ibat, & de nocte iacebat. Latrinam monaſterij frequenter purgauit, & cum purgantibus, vellent nollent, intrauit, vt eos iuuaret, & quandoque in illo cœno vſque ad genua mergebatur, & exiens apud alias abominabilis habebatur: & non curabat, ſed ex hoc gaudebat.

a *Quâ ergo fide Bzouius?* Veſtes ei licet non ſordentes, tamen viliſſimæ. *Surius pleraque hæc ſancta humilitatis exercitia prætermiſit.*

CAPVT IV.

Obedientia. benignitas.

Promptiſſimè obedit:

23 OBſeruantias regulares perfectiùs cunctis aliis in totâ vitâ ſeruauit. Erat ſummè ad obediendum parata. Et ſi Prioriſſa aliquam obedientiam Sororibus imponeret indiſtinctè, ſemper erat ad exequendum prima, & omnes ad promptè obediendum ſuo prouocabat exemplo. Nolebat quòd parceretur ſibi à pœnis in conſororibus taxatis. Vnde ſemel rogauit Priorem Prouincialem, vt ſibi, ſicut aliis, imponeret pœnam pro fractione ſilentij debitam: & ſic factum fuit: nam cum aliis in terrâ ſedit, & panem & aquam comedit.

petit ſibi pœnitẽtias iniungi pro culpis, vt cetera:

24 Erat quoque mitiſſima, compatiens, & benigna: iniu-

benigna erga omnes & mitis.

iniuriantes ſupportabat. Si qua ſoror ei iniuriaretur, proſtrata ad pedes eius, petebat ab eâ veniam, & promittebat emendam: diſcordantes & turbatas reducebat ad pacem. Si qua ſoror per aliquot dies ei locuta non fuiſſet, quærebat eam, proſtrataque petebat veniam, timens ne aliquid haberet aduersùs eam.

Virginitatem ſummo ſtudio cuſtodit:

25 Virginitatem cordis & corporis ſemper ſeruauit, & præcipuè dilexit. Vnde matrimonium [a] Ducis Poloniæ, & [b] Regis Bohemiæ, ac tandem [c] Karoli Regis Siciliæ, recuſauit. Et cùm diceretur ei, quòd Papa diſpenſaret [d] in voto ſolenni continentiæ, quod iam emiſerat, reſpondit, quòd priùs præcideret ſibi naſum ac labia, & oculos erueret, quàm cuiuſcumque matrimonio conſentiret. Vt autem tales inſultus euaderet, benedictionem virginalem ab Archiepiſcopo Strigonenſi ſuſcepit. Cùm autem diceretur, quòd Tartari venirent in Vngariam, & inter cetera mala etiam virgines violarent, ait Margareta: Ego ſcio, quid faciam: labia mea detruncabo, & cùm inde viderint me deturpatam, dimittent intactam.

a
b c
d

erga pauperes miſericors,

26 Erat valdè miſericors, & compatiebatur miſeris. Quando parentes mittebant ei aurum, vel argentum, aut iocalia, nihil priùs tangebat manibus, ſed per manum Prioriſſæ procurabat diſtribui pauperibus monaſterij, Eccleſiis, & Sacerdotibus, ac aliis indigentibus. Quando mittebatur ei pannus pretioſus pro veſte, dabat illum pauperibus Sororibus, & earum pauperes ac viles veſtes ſumebat. Si per feneſtram Chori videbat pauperem, currebat ad Prioriſſam, & rogabat vt faceret eleemoſynam iuxta ſuæ indigentiæ qualitatem. Semel quoque videns pauperem nudum in forti hieme frigeſcentem, meliorem, tunicam, quam habuit, depoſuit, & de licentiâ Prioriſſæ pauperi nudo dedit. Veſtes & linteamina mittebat ſeruitialibus quando infirmabantur. Fercula ſibi appoſita in mensâ, & xenia, quæ à parentibus mittebantur, frequenter diſpergebat infirmis, ſic quòd multoties ieiuna de mensâ ſurrexit.

etiam veſtes dat mendivo:

miſericordia affectu ſuadet Sororibus:

27 Hortabatur Sorores, vt quia eleemoſynas corporales facere non poterant, ſaltem videntes pauperes pro eis orarent. Omnibus igitur indigentibus compatiebatur, deſolatas conſolabatur. Si qua ſoror propter mortem, ægritudinem, vel infortunium amicorum lugeret, lugebat cum eâ, & eam confortabat. Quando videbat cæcos, claudos, aridos, & alios deformatos, lugebat, & gratias agebat Deo, dicens: Gratias ago Deo, quia me talibus defectibus ſubiectam feciſſet, ſi ſibi placuiſſet.

afflictas ſolatur.

a *Fortè* Boleſlao Pio *maiorum Poloniæ Duci, cui nupta Iolenta eius ſoror minima natu. Boleſlao Pudico Margarita ſoror* Cunegundis *nupta iam antè erat.*

b Georgium *hunc vocat Ranzanus. Sed quis ille Georgius? an Ottocarus repudiatâ* Margaretâ *Auſtriacâ vxorem petiit Hungariæ Regis filiam aliquam? Caſtillo lib. 3. cap. 5. ſcribit poſt multa cruenta prælia inter Belam Margaritæ patrem & hos tres Principes commiſſa, actum eſſe de his nuptiis: quod de Bohemo probabile eſt, de aliis duobus omnino falſum.*

c S. Ludouici *Regis Galliæ frater hic fuit, regnum Siciliæ Pontificis munere adeptus, morte Conradini Sueui ratus ſe ſtabiliuiſſe, paullò pòſt amiſit, per veſperas illas Siculas, prouerbio deinde celebratas, exactus. Videtur is mortuâ Beatrice Raimundi Prouinciæ Comitis filiâ, primâ vxore ſuâ, Belæ filiam expetiuiſſe.*

d *Ergo fallitur Bzouius, qui antequàm voto ſolenni ſe obligaret, in matrimonium à Regibus Bohemiæ, Poloniæ, Siciliæ expetitam ſcribit Margaritam.*

CAPVT V.

Orationis ſtudium. ecſtaſes.

Aſſiduè orat die & nocte;

28 ORabat aſſiduè, & à ſeptimo anno ætatis vbicumque videbat Sorores orantes, accurrebat, & orabat cum eis. Omni tempore ſurgebat ad matutinas, nec vnquam in vitâ ſuâ de matutinis, Miſsâ, & horis canonicis remanſit, niſi grauis infirmitas eam impediret. Præueniebat omnes ad eccleſiam: diu antequàm pulſaretur pro matutinis, orabat ante lectum, & auditâ pul-

ſatione ponebat ſe in lecto, ne Sorores ſurgentes eam ante lectum inuenirent orantem. Antequàm de lecto ſurgeret, muniens ſe ſigno Crucis, accipiebat Crucem, & oſculabatur, & oculis imprimebat, & portans eam ſecum ibat ante altare ſanctæ Crucis, vel imaginem Crucifixi, & ibi orabat cum lacrymis, donec Sorores Chorum intrarent. Poſt matutinas vſque ad auroram vel propè, manebat in orationibus, & ſic ferè totâ nocte vigilabat & orabat. A b aurorâ verò vſque ad prandium Miſſis & orationibus vacabat, tam arctum tenens ſilentium, quòd nulli loqui volebat, nec etiam parentibus, fratri, aut ſorori, aut eorum nuntiis, niſi per Prioriſſam cogeretur. Semel dum ſoror eius veniret ad eam, aſſer cecidit ſuper caput crantis, nec propter caſum aſſeris, nec propter aduentum ſororis, orationem dimiſit. Quærebat loca ſecreta ad orandum. Antequàm iret ad prandium ſemper orabat priùs ante imaginem Crucifixi de domo Capituli.

AVCTORE GARINO, EX MSS.

nec facilè auocatur:

otium vitat:

29 Poſt prandium continuè vel operabatur manibus, vel ſeruiebat infirmis, aut ſanis, vel orabat. Numquàm acediabatur orare. Poſt Completorium manebat orans in eccleſiâ, donec ianua clauderetur, & frequenter rogabat Sacriſtam vt tardiùs ianuam clauderet, quatenus diutiùs orare poſſet. Clauſis verò ianuis orabat in Capitulo ante imaginem Crucifixi. Poſt hoc clauſis omnibus oſtiis orabat ante lectum vſque ad gallicantum, & tunc excitabat quamdam ſociam, & ducebat ad locum ſecretum, in quo recipiebat ex eius manibus diſciplinam. Antequàm ſomno ſe daret, ambulabat ſilenter per dormitorium, ſcrutando ſi qua Soror fleret, gemeret, vel aliquo indigeret: ſi indigebat, prouidebat; & ſic ibat ad lectum. Vix tamen ſciri poterat ſi lectum intrabat, ſed expanſo corio ante lectum, & lapide capiti ſuppoſito dormiebat. Intrabat a item lectum dum aliæ debebant ſurgere, vt per totam noctem in lecto iacuiſſe crederetur.

nocte vacat orationi:

vix lectum ſubit:

ſolenniora feſta piè tranſigit:

30 In vigiliâ Natiuitatis Chriſti milleſies PATER NOSTER; & in vigiliâ Pentecoſtes milleſies VENI SANCTE SPIRITVS; & in quatuor vigiliis Beatæ Mariæ Virginis milleſies AVE MARIA, cum totidem proſtrationibus, dicebat. In dictis quoque vigiliis per totam noctem intra eccleſiam vigilabat & orabat. In orationibus ſemper flebat. Habebat genas aduſtas fluxu lacrymarum, & multa ſudaria conſumebat per deterſionem earum. Velum capitis quandoque ſic erat lacrymis madidatum, ac ſi fuiſſet in fonte balneatum. Propter aſſiduam proſtrationem ſubter cubitos & genua habebat veſtes ruptas. Pellis quoque rupta fuit in genibus, & tandem creuerunt ibi calli, quaſi teſta oui indurata.

aſſiduè lacrymatur inter orandum:

Paſſionem Chriſti ſtudiosè recolit:

31 Per totam quinquenam ante Paſcha occupabatur in memoriâ Dominicæ Paſſionis, & hiſtoriam paſſionis ſibi legi vulgariter faciebat, & exponi: audiebat cum gemitibus & lacrymis: & diebus illis ſemper erat erecta, vel proſtrata, numquàm ſedens. Quandoque in ramis Palmarum, dum Paſſio in eccleſiâ legebatur, ſic tacta fuit corde, vt omnes crederent eam ſubitò morituram. In die Paraſceues, horâ quâ crux nudabatur, proſtrata emittebat magnos planctus, ſic quòd foris audiebatur.

martyrium optat:

32 In vigiliis quoque Martyrum faciebat ſibi legi & exponi paſſiones eorum, & imitari deſiderans dixit pluries: Vtinam fuiſſem illo tempore quo erant perſecutiones Martyrum, & cum eis martyrizata fuiſſem! Vtinam eſſet tempus alicuius perſecutionis, vt martyrium pro Chriſto poſſem pati! Vellem enim amore eius detruncari, & comburi, &, vt dolor duraret diutius, per membra ſingula laniari, & omni genere tormentorum affligi. Laudabat ſignanter Virgines, quæ pro Chriſto ſuſtinuerunt martyrium, & earum in martyriis optabat, ſi eſſet poſſibile, ſe fuiſſe conſortem. Dum rumor curreret quòd Tartari venirent in Hungariam, ait Virgo martyrij deſiderio: Orabo ne veniant, vt non noceant populo Chriſtiano: ſed quantum pro me eſt, vellem quòd

AVCTORE GARINO, EX MSS.

iam veniſſent, vt per manus eorum martyrium ſuſtinerẽ.

ecſtaſes ſæpè patitur,

33 Et quia mens eius ad cælum per deſiderium ferebatur, corpus etiam ſequebatur. Vnde pluries in die ſancto Paraſceues, & omnium Sanctorum, ac Aſſumptionis Beatæ Virginis, vigiliis & ſolennitatibus, viſum eſt corpus eius inter cælum & terram pluſquàm vnum cubitum eleuatum: & ſic diu manebat nullis ſenſibus vtens corporeis, & quaſi mortua videbatur.

etiam diuturnas:

34 Quadam vice in vigiliâ Omnium Sanctorum dum orabat ſubitò quaſi mortua cecidit, & ſic quaſi mortua manſit, donec Soror eam aſſocians totum pſalterium tractim dixit: & tum reputans eam mortuam, ſtrepitum & voces fecit; ſed nihil proficiens alias vocauit, mortuam eſſe nuntiauit. Venerunt, & in tali ſtatu eam viderunt: tandem rediit, & quid ſic parum manſiſſet eis dixit. Semel quoque dum oraret, vocata ſeptem vicibus nihil audiuit: in octauâ autem vocatione, quam

pulchrior redit ab oratione:

primam reputauit, reſpondit. De oratione autẽ rediens apparebat frequenter in facie tam pulchra, quòd Sorores eam aſpicere non audebant.

flamma ſuper orantem apparet:

35 Quadam vice in Aduentu Domini, dum oraret de nocte, ſubitò rapta fuit, & globus ac flamma ignis apparuit ſuper caput eius. Soror ei aſſiſtens vocauit eam pluries, & cùm non reſponderet cucurrit ad Chorum, vbi multas Sorores orantes inuenit. Venerunt, ac viderunt, & diu ibi ſteterunt: multa ſigna fecerunt, ſed illa rapta in ſpiritu non aduertit. Tandem quaſi excitata rediit. Dixerunt ergo ei quòd ignis ſuper caput eius eſſet; at illa cum manu excuſſit, & rogauit, vt nemini dicerent, quid vidiſſent. Poſtquàm autem flamma diſpa-

non laditur ab igne.

ruit, odor ſuauiſſimus in loco illo remanſit. Denique ollam ardentem, & tripodem ferreum candentem de medio ignis nudâ manu ſine læſione manus extraxit.

CAPVT VI.

Varia miracula, dum adhuc viueret.

Precibus ventum ſedat;

36 QVadam vice cùm ipſa cum quadam aliâ Sorore portaret ſuper tabulam panes fermentatos ad clibanum, mappulâ coopertos, & Soror alia timeret ventum validum, qui iam ſuo impetu cooperturam domus Capituli tranſportauerat in pomerium. Et ſteterunt in plateâ: orauit, & ſtatim ventus ceſſauit.

currum frangit, & reparat;

37 Cùm Frater quidã ſuis precibus nollet acquieſcere vt maneret, & in craſtino prædicaret; orationibus eius, nullo tangente fractus eſt currus Fratris, & ſic coactus eſt remanere. Factâ verò prædicatione rogauit Virginem, vt currum ſibi reſtitueret: orauit cum lacrymis, & ſtatim currus, nullo tangente, ſed multis videntibus fuit diuinitus reparatus. Simile quoque contigit

itemq; alium;

aliàs cuidam Fratri, qui manere renuens cùm vſque ad finem villæ proceſſiſſet, oratione Virginis fractus eſt currus, & eius prædicatione factâ reparatus.

pluuiam excitat:

38 Cùm autem quidam alius Frater ad preces eius manere noluiſſet vt prædicaret, eo recedente cùm tempus eſſet ſerenum valdè, Virgo, ſicut ei comminata fuerat, orauit Deum vt benè plueret, ſic quòd manere cogeretur; & ſtatim tanta pluuia fuit, quòd redire, quò venerat, non potuit, ſed manere coactus fuit.

Danubij inundationẽ ciet, auertit:

39 Quodam tempore dum Danubius inundans curiam Sororum per tres dies ingrederetur, & Prior Prouincialis Margaretæ hoc narranti non crederet, erubeſcens illa quòd mendax putaretur, orauit Deum vt oſtenderet quòd verum dixiſſet, & ſtatim inundans Danubius intrauit clauſtrum, & officinas Sororum, & Sorores fugerunt in ſolarium: Priorque Prouincialis poſuit ſe ſuper murum clauſtri, & durauit inundatio vſque ad veſperas. Tunc Margareta rogata à Sororibus orauit vt aqua recederet, ſtatim receſſit, & infra horam matutinarum omnia loca adeò ſunt deſiccata, quòd nullum aquæ vel luti veſtigium ibi manſit

40 Puella quædam miſſa per eam in nocte Paſchæ ad quærendum eius tunicam, cùm eſſet nox obſcura, & pluuia magna, cecidit in puteum profundum. Diu quæſita non inueniebatur, donec orante ſanctâ Virgine, in ſuperficie aquæ apparuit, & cum labore ſurſum tracta eſt, habens omnia membra corporis confracta, & conquaſſata, carẽs ſenſu & motu, & mortua videbatur. Improperabant Virgini, quòd fuiſſet cauſſa mortis eius. Sed orauit Virgo beata cum lacrymis, & ſtatim puella viua & ſana, nullam habens læſionem, ſurrexit, ambulauit, proſtrata ad eius pedes gratias egit, & poſteà pluribus annis vixit.

Puellam à morte liberat.

Contra ſe murmurantem, & mox punitam ſanat:

41 Cùm Sorores ſemel medicamenta apponerent oſſi ſpatulæ eius dilatato, & quædam Soror de hoc murmuraret, ſtatim in ſpatulâ ſuâ os ſimiliter dilatatum habuit, donec ad Virginem veniens culpam dixit, & veniam poſtulans ad verbum illius ſtatim curata eſt.

alterius digitum curat:

42 Soror quædam patiens grauem dolorem in digito, rogauit eam, vt ſi gemmam contra talem dolorem haberet ei concederet, tenuit & ſtrinxit digitum eius, & ſtatim dolor ceſſauit. Prior Prouincialis rogauit eam, vt

alium laborantem quartanâ.

curaret ſocium ſuum Conuerſum à quartanâ, quam habuerat à feſto B. Dominici vſque ad Purificationem Beatæ Virginis. Orauit pro eo, & ſtatim plenè curatus eſt.

CAPVT VII.

Prophetia. mors. exequiæ.

Prædicit victoriam patru: [a]

43 CLaruit etiam ſpiritu prophetiæ. Nam dum Rex Bela pater eius iuiſſet ad bellum contra Ducem Auſtriæ, dixit Reginæ matri ſuæ, quòd Rex [a] Ducem occideret, & victoriam haberet: quod & factum eſt. Nouitiæ cuidam cogitanti de pulchritudine veſtium ſecularium ornamentorum, & ob hoc cogitanti redire ad ſeculum, quid cogitauerat, dixit; & ſic eam in amore Ordinis confirmauit.

alienas tentationes cognoſcit, & pellit:

44 Quamdam Sororem corde pœnitentem quòd ſeculum reliquerat, reduxit ad amorem Ordinis, totum ordinem ſuæ cogitationis exponens eidem. Aliam tentatam de irâ placauit, eius cogitationes quas de hoc habuerat plenè ei dicens. Aliam patientem motum iræ, nec ſeipſam placare valentem, ſedauit, dicens ei cauſſam quare in talem paſſionem inciderat, & quid cogitauerat paſſione durante.

mortem ſuam prædicit: [b]

45 Obitum quoque proprium per vnum annum antè præuidit, & prædixit: & tandem [b] nonâ die Ianuarij ſana corpore exiſtens, multis præſentibus dixit, quòd die decimâ in feſto S. Priſcæ moreretur, de loco ſuæ ſepulturæ Sorores requirens, eiſque prædicens, quòd de ſuo corpore poſt mortem nullus fœtor exiret.

moritur 18. Ianu.

46 Tertiâ verò die poſtquàm iſta prædixerat, febre decubuit, quæ vſque ad diem S. Priſcæ continua fuit; & interim ſemper orans, & de Deo cogitans, receptis deuotiſſimè Eccleſiaſticis Sacramentis, ad extremam horam veniens incepit pſalmum illum, In te Domine ſperaui. Et cùm dixiſſet: in manus tuas commendo ſpiritum meum; felicem animam tranſmiſit ad cælum. Obiit autem anno Domini MCCLXX. anno ætatis ſuæ XXVIII. & in ordine vitam ſanctam duxerat annis XXIIII. vel circiter.

Pſal. 30.

pulchrior à morte:

47 Poſt tranſitum B. Margaretæ, facies eius nimio decore reſplenduit. Subter oculos color aureus, & numquàm tam pulchra viſa fuerat dum viuebat, intantùm, vt Archiepiſcopus Strigonienſis diceret Sororibus, quòd non deberent eam flere quaſi mortuam, quia erat verè beata, & cùm Chriſto in gloriâ, ac in eius corpore reſurrectionis inſignia apparebant. Ex eius quoque corpore proceſſit odor ſuauiſſimus aromata ſuperans vniuerſa, & ſenſibiliter à cunctis aduenientibus percipiebatur, & durauit multis diebus. Quartâdecimâ quoque die cùm lapis rudis fuit ſuper ipſam appoſitus; & poſt tres menſes quando fuit tumbâ marmoreâ coopertum, exalauit dictus odor.

odor ſuauis ab eius corpore:

48 Nocte

mors eius absenti reuelatur: d

48 Nocte quâ transiuit, Frater Petrus Lector *d* Laurienſis poſt matutinas dormiens, audiuit in ſomnis vocem dicentem: Agna mortua eſt. Manè hoc dixit Fratribus, & omnes interpretati ſunt de tranſitu Margaretæ, ſtatimque ad monaſterium venit, & eam illâ nocte migraſſe inuenit.

eâ inuocatâ leuatur quidam dolore dentium,

49 Idem Frater grauem dolorem dentium, & tumorem in facie, per quatuor dies & noctes paſſus eſt. In noctis principio orauit S. Margaretam, quòd eum liberaret, promittens quòd diebus ſingulis ad honorem eius genua flecteret ſi liberaretur: & manè fuit totaliter liberatus.

dua capitis dolore.

50 Soror Katherina Prioriſſa ad exequias Virginis venire non valens, propter grauem dolorem capitis continuatim ſex diebus, orauit vt meritis eius ſanaretur, ſtatimque curata eſt, & exequiis interfuit. Quædam patiens dolorem capitis per decem horas vel circiter, caput ſuum poſuit in loco quo Virgo orare conſueuerat: ibi orauit, & ſtatim ſanata eſt.

a *Id omnes ſcriptores tradunt contigiſſe paullò poſtquàm in regnum reuerſus eſt Bela, cùm admodùm adhuc adoleſcens eſſet Margarita. Occiſus eſt Dux ad Nouam ciuitatem, vt teſtatur Thuroczius.*

b *Surius cenſet legendum* decimanonâ, *cùm Martyrologia eius natalem celebrent 28. Ianuarij. Sed diſertè hîc dicitur obiiſſe feſto* S. Priſcæ, *quod 18. Ianuarij agitur. Cur autem Margarita memoria in 28. diem reiecta ſit, nos latet*

c *Id eſt, 1271. veteri more annum à Paſchate auſpicandi. & ſic Ranzanus expreſſit.*

d *Ita MS. & meminit Michaël Pius,* Leurienſis *cœnobij Prædicatorum in Hungariâ: ſuſpicabamur* Iaurienſis *legendum. Celebre eſt* Taurinum, *vulgò* Raab.

CAPVT VIII.

Plurima poſt mortem miracula.

a Eius meritis liberatur quadam febri,

51 Filia Regis *a* Stephani multis diebus febrem acutam habuit, ex quâ credebatur moritura: ſcapulare ac velum Virginis ſuper eam poſuerunt & de lauaturâ capillorum eius ad bibendum orantes dederunt, ſtatimque ſanata eſt. Quædam triduo patiens, inuocauit S. Margaretam: apparuit ei in ſomnis, amplexans eam, & ſignans ſigno Crucis: euigilans ſtatim ſudauit, & curata eſt.

alia alio languore,

alia febri,

52 Quædam occultans ſe, ne de vitâ & miraculis Virginis teſtimonium diceret, acutiſſimam febrem ſex diebus habuit: credens ſibi hoc propter illam negligentiam eueniſſe, pœnituit, & promiſit, quòd ſi curaretur mox teſtimonium perhiberet, & eadem die quâ vouit curata fuit. Comes quidam paſſus febrem acutam quinque diebus, quadam nocte dum lauaturam capillorum eius bibit, & manè totus ſanus ſurrexit.

alius,

b Rex Ladiſlaus febri,

53 Rex *b* Ladiſlaus cùm pluribus diebus acutam continuè paſſus fuiſſet, & iam priuatus eſſet ſenſu & motu, & quadam die dixiſſent medici eum eadem die moriturum; fricauerunt caput eius, & faciem, & pectus cum velo S. Margaretæ, eius auxilium inuocantes: & ſtatim ſanus & fortis fuit.

alia à febri lethali,

54 Soror quædam moriens ex febre continuâ, priuata iam vſu ſenſuum & loquelâ, poſt receptum extremæ vnctionis Sacramentum, cùm infuſum fuiſſet in os eius de lauaturâ capillorum Virginis, & oraretur pro eâ; eadem die curata fuit, & omnia opera vitæ ſuæ liberè exercuit.

item alia, viſis SS. ſuffraga turis eius canonizationi, c d

55 Soror quædam octo diebus laborans acutâ, de cuius vitâ medici deſperabant, quodam manè dormiens vidit à parte Orientis tres portas apertas in cælo, per quas tres ſocietates Sanctorum cum magnâ claritate exeuntes venerunt ad locum eius, inter quos agnouit SS. *c* Bartholomæum, *d* Demetrium, Laurentium. Interrogati per eam, ad quid veniſſent, dixerunt, ad dicendum Archiepiſcopo Strigonienſi, quòd inquirat de ſanctitate & miraculis S. Margaretæ Virginis, & volumus teſtimonium pro eâ perhibere. Euigilans Sororibus viſionem dixit. Reſponderunt quòd ipsâ horâ ad hoc Archiepiſcopus monaſterium intrauerat: ſtatim ſanata ſurrexit; iuitque ad Archiepiſcopum, viſionem ei exponens. AVCTORE GARINO, Ex MSS.

56 A quartanis etiam & aliis febribus multi meritis eius curati ſunt. Nam in die S. Priſcæ, quâ pro eâ exequiæ parabantur, Eliſabet filia Regis Ladiſlai, quæ ferè per ſex menſes antè quartanam habuerat, orauit Virginem quòd ſanaretur, vt exequiis intereſſe poſſet: ſtatim ſanata fuit, & veniens ad feretrum, ſcapulare quod erat immundum à corpore abſtraxit, & ſibi retinuit. Quædam alia per tres menſes nunc quartanam nunc tertianam patiens, bibens de lauaturâ capillorum eius cum oratione, ſanata eſt. Quædam vndecim menſibus quartanam patiens vouit in manibus Prioriſſæ, quòd ſi Margareta eam curaret, ſecundis nuntiis fidele teſtimonium de ſanctitate ipſius & miraculis perhiberet, quod priùs facere non curauerat: & ſtatim curata eſt. *aliæ à quartanâ febri, item aliæ, alia:*

57 Filia Regis Stephani quindecim diebus vexata febribus, ita vt ſe crederet morituram, cilicium, velum, ſcapulare, & alia veſtimenta Virginis oſculans, & orans corde, cùm propter debilitatem corporis non poſſet ore, & ſtatim ſudauit, & ſanata fuit. Quædam pauper matrona de pane iuxta ſepulchrum Virginis inuento quibuſdam ægris ad guſtandum dedit, & qui guſtauerunt curati ſunt. De illo guſtauit puer quidam patiens tertianam, & poſtea paſſus non fuit. Vir quidam tribus ſeptimanis tertianam habuerat: de pane illo comedit, & promiſit, quòd ſi ſanaretur viſitaret ſepulchrum: & ſtatim ſanatus eſt. *alia à febribus continuâ. alij à tertianâ, & aliis mortui.*

58 Quidam per annum & ampliùs vexatus à dæmone, ligatus ductus eſt ad ſepulchrum, & exiuit ab eo dæmonium: ſed debilitas corporis remanſit. Iuit ſecundò per ſe ipſum, & fuit pleniſſimè liberatus: & parer eius in publicâ prædicatione totum ordinem rei geſtæ narrauit. *Curatur eius inuocatione dæmoniatus,*

59 Quædam morbum caducum patiens diebus ſingulis, per tres annos; & ex hoc ſic in toto corpore confracta eſt, quòd non poterat ambulare: ad ſepulchrum ducta, ſubitò fuit de vtroque curata. Puer decem annorum paſſus morbum caducum, & ex hoc alienatus mente, & impotens corpore, ad ſepulchrum portatus fuit inter brachia patris orantis, & ſubitò totaliter curatus eſt. *epileptica, alius,*

60 Puella quindecim annorum, cæca à natiuitate, tribus vicibus ad ſepulchrum ducta fuit: vice tertiâ promiſit pater eius pro eâ, quòd ſi illuminaretur ieiunaret omni ſabbato vſque ad mortem; ſtatim videre cœpit: & veniens domum poſteà clariſſimè ſemper vidit. Mulier decem annis cæca, iuxta ſepulchrum fuit perfectiſſimè illuminata. Quidam iuuenis qui cæcus fuerat tribus annis, perfectè fuit illuminatus. Quædam cæca per duos annos, promiſit S. Margaretæ, quòd ſi illuminaretur, voueret caſtitatem, & in habitu Sororum viueret. Mater eius orauit, vt ſi deberet fieri Religioſa, viſum ei redderet; ſi in ſeculo manere, non redderet. Poſtquàm ad ſepulchrum ſeptem diebus ſtetit, viſum recepit, & ſeculo renuntians votum impleuit. *caca, alia, alia vouit ingreſſum religionis,*

61 Quidam cæcus & graues in corpore dolores patiens, orauit Deum, & Beatam Virginem, vt ſibi oſtenderet locum, quo ſanari poſſet, promittens quòd illi loco perpetuò ſeruiret. Reuelatum eſt ei quòd iret ad ſepulchrum S. Margaritæ. Iuit illuc, orauit, ſtatim illuminatus eſt, & ſanus fuit; & votum implens poſteà monaſterio ſeruiuit. Quidam caliginem oculorum patiens tres menſes, & quaſi nihil videns, promiſit quòd ad honorem S. Margaretæ ieiunaret omnibus quartis feriis vſque ad annum: & ſtatim curatus eſt. Tunianus gentilis audiens miracula Virginis, promiſit quòd fieret Chriſtianus, ſi oculum equo ſuo monoculo redderet: ſtatim reddidit, & ipſe cum totâ familiâ ſuâ baptiſmum ſuſcepit. *cæcus votum faciens obiequium monaſterio. cæcutiens. Equo oculus reſtitutus.*

62 Quædam Nobilis ſurda, ac in pedibus & crura-

AVCTORES GARINO, EX MSS.

bus contracta, ſanctâ Virgine ſibi apparente in ſomnis, & dante ei pedes de cerâ, ad ſepulchrum cum pedibus cereis portata, ſtatim fuit de vtroque curata. Quidam per biennium mutus, & in mediâ parte corporis, dexterâ ſcilicet, percuſſus paralyſi, impotens ambulare, ad ſepulchrum recuperauit loquelam, & curatus à paralyſi, exceptâ contractione manus & brachij, de quâ curatus eſt poſteà ad ſepulchrum S. [e] Ladiſlai Regis.

item mutus, & paralyticus.

e

a *Hic* Stephanus V. *B. Margarita frater fuit, Belæ patris in regno ſucceſſor, victoriis clarus, etſi tertio regni anno obierit.*

b Ladiſlaus IV. *Stephani V filius fuit & ſucceſſor.*

c *Andreas II. Rex, Margarita auus, ab expeditione Hieroſolymitanâ redux, varias ſecum attulit SS. reliquias, caput nimirùm Protomartyris Stephani, caput S. Margaritæ Virginis & Martyris, dexteram S. Thomæ Apoſtoli, & S.* Bartholomæi, *partem virgæ Aaronis, vnam de ſex hydriis Cana Galilæa, &c. vt teſtatur Thurocius cap.* 73.

Reliquiæ ab Andreâ II in Hungariam allatæ.

d *Huius celebrem apud Hungaros cultum fuiſſe, argumento eſt* S. Demetrij oppidum *ad Sauum amnem, cuius meminit Bonfinius decad. 5. lib. 5. ſub finem.* S. Demetrij *Acta dabimus* 8. *Octob.*

e *Colitur* S. Ladiſlaus, *ſiue* Vladiſlaus, 27. *Iunij.*

CAPVT IX.

Alia miracula.

63 QVædam habens faciem inflatam ſuper dextrum oculum, timens ne oculum perderet, de veſtibus & capillis Virginis ſuperpoſuit, orauit, & ſtatim curata fuit. Pro quodam puero toto corpore inflato promiſerunt parentes, quòd, ſi curaretur, ducerent eum ad ſepulchrum: ſtatim curatus fuit, & cum parentibus ad ſepulchrum venit.

Curatur dolens oculo,

corpore inflatus,

64 Soror Eliſabeth filia Regis Stephani patiens malum in gutture, ſic quòd nec comedere poterat nec cantare; in vigiliâ Aſſumptionis Beatæ Virginis, guttur ſuper ſepulchrum Virginis poſuit, poſt Completorium: & in matutinas pleniſſimè liberata, deuotè cantauit. Similiter Soror Katherina cantrix, propter malum gutturis officium cantoriæ facere non valens, feriâ quartâ ante Cœnam Domini poſt Completorium orauit Virginem, & in Matutinis liberè cantauit.

dolens gutture,

item alia,

65 Poſt Virginis tranſitum quædam Soror certificari cupiens de ſanctitate eius, rogauit eam vt aliquod miraculum ei oſtenderet: ſtatim mulier tota corpore confracta, & impotens, eccleſiam reptando intrauit; tangens ſepulchrum ſtatim ſanata fuit. Quidam paralyticus toto corpore confractus, ſæpè ſepulchrum viſitans, tandem die quadam, infra Miſſam, horâ offertorij, manum mittens ad burſam, vt denarium acciperet, quem offerret, ſubitò ſe ſenſit liberatum. Puella octo annis ab vtero matris manu ac pede contracta; ſepulchrum oſculans, & manu contractâ poſitâ ſuper illud, ſtatim ſanata fuit.

debilis,

paralyticus,

manca & clauda,

66 Nobilis quidam decem annis paralyticus, & multis languens ægritudinibus per decem menſes continuos vires amiſit, manens immobilis, & ſic debilis, quòd amici rogati per eum non fuerunt auſi portare ipſum ad ſepulchrum Virginis, ne in eorum manibus moreretur. Ob hoc dolens, & auxilium Virginis inuocans: dormienti viſum fuit, quòd iuxta ſepulchrum oraret, & Virgo genua eius palparet, ad cuius tactum ſanabatur. Euigilans petiuit vbi eſſet, & ſi fuiſſet alicubi deportatus: & ſentiens ſe alleuiatum, ad ſepulchrum deportari petiit: differentibus amicis illâ die, nocte iterum Virgo ei apparuit, iterum tangens, & dicens bis: Surge miſer, vade ad ſepulchrum, & ſanaberis. Manè portatus eſt, & quàm citò ſepulchrum tetigit, totaliter ſanatus fuit, & in publicâ prædicatione quod acciderat enarrauit.

paralyticus,

67 Alius quidam habens brachium contractum, & manum aridam, vtrumque poſuit ſuper ſepulchrum, & ſtatim ſanatus eſt. Domina quædam nobilis contracta, & impotens, per tres dies ibi manſit, & die tertiâ ſanata eſt. Quidam paralyticus ſeptem annis, vt ſepulchrum viſitaret portatus eſt vſque ad portam ciuitatis, ibi conſiderans quòd vires non ſufficerent ad procedendum, orauit Virginem vt daret ei vires ad eundum, ſtatimque ſanatus eſt, & propriis pedibus illuc iuit. Quidam contractus in genibus, illuc portatus, triduo manſit: tertio die ſanatus eſt.

contractus,

contractus,

alia, paralyticus,

68 Puer quidam XVII. ſeptimanas contractus, & languidus fuit. Mater miſit ſororem & quaſdam alias ad ſepulchrum, vt orarent quòd ſanaretur, vel moreretur: iuerunt, orauerunt, obtulerunt candelam ad longitudinem pueri: ſoror matris vouit, quòd, ſi ſanaretur, diceret pro eo ſingulis diebus ter PATER NOSTER, & totidem AVE MARIA, donec puer ad ætatem veniret, in quâ per ſe dicere poſſet; & quòd ſi Beata Virgo canonizaretur eius vigiliam ſemper ieiunaret, & diem feſtiuaret. Redeuntes inuenerunt eum cum matre perfectè ſanatum. Quidam habens manum aridam præſente Rege Stephano, & Philippo Archiepiſcopo Strigonienſi, manum ſuper ſepulchrum poſuit, & ſtatim ſanam extendit.

alius,

manum aridam habens.

69 Quædam in vtroque genu contracta, & in tibiis percuſſa paralyſi, portata ad ſepulchrum, primò ſtans in domo Pauli ad horam Miſſæ vſque ad veſperas orans, alleuiata eſt: portata ad ſepulchrum amplexans illud, & vnam Miſſam celebrari faciens, vouit quòd, ſi curaretur, deinceps ſemper in quartâ feriâ ieiunaret: & ſtatim ſanata eſt. Pro quodam puero decem annorum filio Comitis contracto inuocauerunt amici S. Margaretam, & ſtatim curatus, ambulauit.

alia contracta & paralytica,

item alius,

70 Quidam puer annorum ſedecim ab vtero matris contractus, & pedem reuerſatum habens, ſecundâ vice portatus ad ſepulchrum, rediit ſanus. Quidam XIV. annis contractus, habens genua ventri cohærentia, & replicatas tibias versùs nates, immobilis & quaſi ſemimortuus, portatus ad ſepulchrum, ſtetit ibi per totam Quadrageſimam, nec fuit curatus. Iterum poſt feſtum S. Georgij portatus fuit infra Miſſam: tradidit mulieri, vt pro ſe offerret Sacerdoti: dixit illa vt ſurgeret ac portaret. Traxit ſe ad ſepulchrum, ſtatim vt ligna circumſtantia tetigit, ſurrexit, & ſe liberatum liberè ambulando monſtrauit.

alius,

alius.

71 Multi teſtati ſunt, quòd in omnibus aduerſitatibus eis ſuccurrerat, & ab omni periculo liberarat. Multa quoque alia miracula fecit, & facit continuè ad honorem ſponſæ ſuæ ſponſus Virginum Dominus Ieſus Chriſtus, cui cum Patre & Spiritu ſancto eſt honor, virtus, poteſtas, & imperium, per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Alia multa Margaritæ inuocatione facta miracula.

ALIA VITA

ex Petri Ranzani Epitome rer. Hung.

CAPVT I.

Religioſæ vitæ tirocinium.

1 BElæ IV. Hungariæ Regis filia fuit beata illa Chriſti Virgo Margarita: cuius ſanctitatis nomen apud Ordinis Prædicatorum Fratres magnâ vbique veneratione celebratur. De quâ non pigebit (hoc enim hortatur hic locus) quædam mentione digna referre. Bello illo, quo modò dictum eſt à Tartaris infeſtatam vaſtatamque fuiſſe Hungariam, grauida erat Regis vxor, quæ & ipſa fuit miti ingenio, & non minùs ſuo viro multis, quæ decuerant Reginam Chriſtianam, virtutibus inclyta. Dum igitur Tartari barbaricâ vbique graſſantur ſæuitiâ, Deo pollicetur vterque coniux, naſcituram prolem Diuino ſe dicaturos ſeruitio, ſi detur diuinitus, vt barbara Deoque inimica gens, ipſis incolumibus ex Hungariâ abeat.

B. Margarita Deo deuota antequàm nata;

Exauditæ

Exauditæ ſunt piorum Principum preces. Haud enim multò pòſt, barbari relictâ Hungariâ eò vnde venerant redîêre. Poſt quorum abitum, edita ex Reginâ infantula, Margarita nominata eſt: regali poſteà cultu in regiâ nutritur.

2 At verò vbi compleuit tertium ætatis annum, viſa eſt eâ eſſe indoleiquâ Dei potiùs eſſet mancipanda famulatui, quàm deliciis addicenda ſeculariboſ. Eſt in oppido cui nomen eſt Veſprimium, monaſterium, famâ benè beateque viuentium præclarum, in quo per id tempus erat multitudo feminarum Virginum Deo caſtè ſancteq; ſeruientium, ſub regula & inſtitutis atque habitu Fratrum Prædicatorum. Is locus eſt viſus præcipuè idoneus, vbi regia puella Ieſu Chriſti ſacris initiaretur. Eius itaque parentes, Deo factæ promiſſionis non immemores, eam illuc honeſto comitatu perductam, religioni B.Dominici deuouerunt.

trimula religionem ingreſſa:

3 Suſcepto deinde in tam tenerâ ætate Virginum habitu, adhibita ei fuit quædam ex illarum contubernio, quæ circa omnes ſeipſam bonorum operum præbebat exemplum. Ab eâ voluit monaſterij Antiſtes, quam vocitant Prioriſſam, educari puellam, ita vt ab ipsâ diſceret ſpiritualia cantica, & cetera, quibus Deo conſtitutis horis ac temporibus pſalleret, vt dignis Deo dicatæ Virgini moribus informaretur. Helenæ illi nomen fuit: quæ adeò ſanctè omnem ſuam egit vitam, vt dum viueret non ſolùm multis claruerit miraculis, ſed moriens etiam, ac poſt mortem; vt in hanc etiam diem ſanctitatis oſtendere ſigna nequaquàm deſierit: vnde & à Veſprimienſibus hodie quoque [a] B. HELENA nuncupatur.

B. Helenã magiſtram ſuam

a

4 Tali itaque ſancta puella vſa magiſtrâ, vitæ illius integritatem imitari, quantùm puericles pati poterant anni, adnitebatur. Matrem illam appellabat. Quicquid autem ei ab illâ faciendum conſtituebatur, ſiue ieiunandum, ſiue per noctem vigilandum, orandumque Deum, ſiue dandam operam vili alicui ſeruitio, vt fit in Virginum monaſteriis; abſque vllâ morâ exequi humiliter & alacriter obedienterque ſtudebat. Quintum agens annum, oblatum ei ab [b] educatrice cinctorium cilicinum non horruit, ſed haud cunctanter lumbos tenerrimos ſuos ad nudam carnem præcinxit. Fecit id prudens Magiſtra, non quòd ipſam non miſereret imbecillis ætatis ac ſexus; ſed vt ſancta puella inciperet aſſuefieri vti rebus, quibus traduntur permulti Dei vtriuſque ſexus ſerui ſuam carnem, contra pernicioſas concupiſcentias domuiſſe. Voluit igitur vt eo cinctorij genere, non continuatis vteretur diebus, ſed quoties ei vtendum illo videretur.

imitatur,

ei ſedulò paret:

b

cingulo cilicino vtitur:

5 Creſcente poſteà ætate adeò & ipſa proficiebat de virtute in virtutem, vt non modò Virgines contubernales ſancta eius opera mirarentur; ſed fama etiam ſanctitatis eius per omnem Hungariam longè lateque diffunderetur. Inter hæc cùm parentes eius non mediocri afficerentur gaudio ac lætitiâ, animaduertentes videlicet ſe obtuliſſe hoſtiam laudis, reddendo Altiſſimo, quod vouerant, votum autem illi fuiſſe acceptiſſimum; decreuerunt condere domum, quam eorum filia, dum viueret, inhabitaret. In quadam itaque inſulâ, quæ mille fermè paſſibus abeſt ab vrbe Budâ, erigunt ædem in B. Mariæ Dei genitricis honorem: coniunctumque illi conſtituunt cœnobium, vbi cum aliquot aliis Deo dicatis Virginibus, vitam ageret, vti cœperat, cælibem.

ad nouum cœnobium, à patre conditum,

6 Abſoluto igitur opere, accerſunt in Hungariam [c] Vmbertum Theologum doctiſſimum, ac religione præſtantem virum, qui per illud tempus erat Generalis Ordinis Prædicatorum Magiſter. Huic Rex & Regina à ſe conſtitutum tradunt monaſterium, petuntque vt ab illo eorum filia à Veſprimienſi ad hoc in inſulâ, quam dixi, ſtructum cœnobium transferretur, adhiberenturque ei, ex omni numero ſelectæ, quot viderentur eſſe neceſſariæ atque vtiles, Virgines, cum quibus Deo Beatæque Mariæ in S. Dominici Religione famularetur. A templo autem in honorem beatæ Virginis condito, indidit Rex loco nomen, vt diceretur Inſula S. Mariæ, quæ anteà vetuſto vocabulo Inſula Leporum cognominabatur: quamquàm eam hodie [d] vulgus B. Margaritæ Inſulam vocitant. Vmbertum, vt talem tantumque depoſitum theſaurum diligenter fideliterque ſeruaret, illi monaſterio præfecerunt Antiſtitem, qui regiam ſanctamque puellam, ac ceteras Chriſto dicatas Virgines, regeret: ita vt illæ non quæ ſunt mortalis huius vitæ, ſed quæ eſſent cæleſtia ac futura Beatis parata bona, aſſiduè & quantùm pateretur humana imbecillitas meditarentur. Quod & illæ mirum in modum exequi ſtuduerunt. Et quamquàm inter ſe benè ſancteque viuendo plurimùm certarent, quænam ex ipſis eſſet, quæ Deo ſeruiret feruentiùs; comperit tandem prudens earum Antiſtes B. Margaritam in cunctis, quæ eſſent puritatis ſanctitatiſque atque integritatis vitæ, ceteris antecellere.

c

à B. Vmberto trãsfertur,

Ex Pet. RANZANO.

d

& ab eo in virtute inſtituitur.

[a] *Siluanus Razzius huius Helenæ vitam habet* 18. *Auguſti, quo die S. Helena Auguſta colitur.*

[b] *Caſtillo ſcribit ab Olympiade, ſiue Olimpiâ, eius nutrice id cilicium illi obnixè petenti datum; ſed mox ereptum, ne valetudinem laderet.*

[c] *Vmbertus, vel Humbertus, mortuo ann.* 1241. 4. *Nouemb. B Ioanne Teutonico, in* 33. *conuentu Ordinis Budæ celebrato anno ſequenti, quintus Magiſter Generalis creatus eſt: verùm poſteà in conuentu generali* 42. *Londini habito, ætate & laboribus fractus præfecturâ ſe abdicauit. obiit an.* 1276. 13. *Iunij.*

[d] *Fallitur ergo Caſtildo, qui etiamnum* Inſulam S. Mariæ *vocari ſcribit.*

CAPVT II.

Religioſæ virtutes.

7 IN Hungariâ verò tantus vir, rogante ſuadenteque Rege, tamdiu demoratus eſt, donec ſancta puella peruenit [a] ad duodecimum annum ætatis: quo idonea eſſet, vt, decreto [b] ſanctorum Romanæ Eccleſiæ Patrum, de more profiteretur religionem, in quâ fuiſſe eam à tenerrimis initiatam annis, antè oſtendimus. Ibi cœpit ſe omni ſtudio exercere in iis, per quæ poſſet ad conſummatæ virtutis cumulum peruenire. Nihil cogitabat, nihilque vel dicebat, vel faciebat, niſi quod eſſet caritatis & Chriſtianæ perfectionis. Erat paucis contenta verbis, ideoque laudabilem taciturnitatem mirè amabat: ſubridere quidem aliquando, ſed in cachinnum numquàm laxari viſa eſt. Laudari ſe permoleſtè patiebatur, iactantiæ vel minimum verbum ex eius ore nemo vnquam audiuit. In oratione adeò feruens erat & aſſidua, vt non ſolùm diei, ſed maximam quoque noctis partem vigilando Deoque ſupplicando, tranſigeret. Orabat plurimùm ante Domini noſtri Ieſu Chriſti crucifixi imaginem, perfectâque oratione quinque plagarum loca, profuſis lacrymis, oſculabatur. Cùm per noctem oraret, à Virginibus, quæ ſanctam eius vitam admirabantur, frequenter audita eſt, in multa ex imo pectore tracta ſuſpiria, &, quaſi extra ſe eſſet poſita, in voces diuina quædam ſonantes erumpere.

a

b

Studet perfectioni,

ſilentio,

orationi etiam noctes.

8 Contenta erat eſcis & potu, qui pro ceteris Virginibus parabantur. Poſt corporis refectionem operabatur manibus, ne vitam ageret otioſam. Ea verò laborabat præcipuè, quæ eſſent vel ad altarium vel ad reliquiarum ſanctarum ornatum. Ferebat perquàm moleſtè, ſi quando ipſam oporteret aut cœpta opera aut ſolitas orationes intertumpere, propter vel parentum vel cognatorum aduentum, qui viſendæ eius gratiâ ad monaſterium ſe aliquando conferebant. Ieiunia & quæcumque alia iuxta regulam, & ſanctę religionis, quam profitebatur, inſtituta ei propoſita fuerant, per omnem vitam ita ſeruauit ad vnguem, vt ob laborem aduerſam nonnumquàm contraxerit valetudinem. In Paraſceue nihil omnino cibi potuſque capiebat, neminemque alloquebatur: ſed totum illum diem paſſionem Saluatoris generis humani meditando conſumebat, gemebatque non ſine magnâ effuſione lacrymarum. In vigiliis ſolennita-

otium vitat:

abſtinentiam ſeruauit

Ex Pet. Ranzano.

tum B.Mariæ Virginis pane tantùm,cum aquæ potu,vescebatur.

D. Virginem mirificè colit:

9 Verbi Dei prædicatores & auidè & mirâ audiebat attentione. Vacabat plurimùm lectioni operis Ioannis Cassiani, quod inscribitur Collationes Patrum: legebat & assiduè Vitas Sanctorum,& ea quæ traduntur de miraculis B.Mariæ Virginis. Ipsi autem B. Virgini mira & incredibili veneratione ita se ab incunte ætate deouit, vt quoties sanctum eius nomen vel ipsa proferret,vel ab aliis proferri audiret, caput in profundum reuerentissimè flecteret. Nec alio ipsam inter loquēdum appellabat nomine, quàm Beatam spem, vel Spem mundi, vel Matrem Dei. Imaginem autem cùm illius tum Saluatoris numquàm nisi flexis genibus præteribat.Decem & octo annos corporis abstinuit lauacro. Permittebat quidem sibi lauari pedes aliquando, ceteram autem supra ipsos carnem à suâ pudicitiâ semper duxit alienum.

balneis abstinet:

vilia se elatur:

10 Virtute humilitatis adeò enituit,vt ab adolescentiâ gauisa sit occupari se semper vilioribus exercitiis. Nam quò magis generis nobilitate, sanctitateque vitæ præstabat ceteris, eò magis studebat illas humilitatis operibus vincere. Hanc sibi saluberrimam regulam, ad sui conseruandam integritatem, in memoriâ habere sibi proposuit, quam à sancto quodam Ordinis sui Patre didicit [c]: Deum ante omnia & præ cunctis rebus, post eum proximum, diligere:seipsum despicere:contemnere ac iudicare neminem. Quæ adeò diligenter obnixeque seruauit, vt talium virtutum operibus summam benè Christianeque viuendi sit adepta perfectionem.In oculis hominum erant quidem ei vestes nec nimium viles & abiectæ, nec nimiùm pretiosæ; sub ipsis autem vtebatur plerumque cilicio, quod partim laneis filis partim equinis crinibus sibi ipsa texuerat. Illud tamen seruauit per annos ante suum obitum sex, quòd à die primâ Quadragesimæ ad sabbathum vsque sanctum cilicinam ad carnem vestem numquàm omisit.

c tria salutaria monita obseruat:

cilicio se macerat:

11 Legebat quàm sæpissimè Vitas maiorum suorum, non planè singulorum, sed illorum quorum fuerat vita Christianâ pietate insignis: qualis fuit Vita B.Stephani, beati filij sui [d]Emerici, B.Ladislai, B.Elisabethæ Andreæ II. Hungarorum Regis, aui sui, filiæ, quorum omnium suprà suis in locis mentionem habuimus. Secum igitur B.Margarita horum Sanctorum vitam & merita corde volutabat: gaudebatque & maximè lætabatur, tales se habuisse gentiles, quos sanctè viuendo posset imitari: admiransque virtutum opera, quibus vnusquisque eorum Deo fuerat acceptissimus,seipsa hortabatur & aptabat, vt quemadmodùm illi, ita & ipsa Deo pie sanctèque famularetur,illorumque ad id à Deo impetrandum efflagitabat auxilia.

d SS. gesta legit:

ægris seruit:

12 Ægrotantibus contubernalibus suis Virginibus, animi sedulitate & intentissimâ curâ, seruiebat.Faciebat autem id adeò humiliter vt vilissima quæque in ipsas officia suis manibus faceret: licet ipsa nonnumquàm propter crebra ieiunia, assiduasque vigilias, ac cetera ad domandam carnem à se excogitata virtutum opera,imbecillibus esset imbecillior: sæpeque dicebat, se in eis pietatis exercitiis adniti, vt S. Elisabetham parentis sui sororem (de quâ suprà facta est mentio) imitaretur. E feneſtrâ illâ chori, è quâ solent sacræ Deo dicatæ Virgines conspicere Eucharistiæ Sacramentum, quoties conspicabatur pauperes mendicos, claudosque, & cæcos, atque alios ex aliis morborum generibus laborantes, vehementer ingemebat,& vbertim lacrymabatur.Quærentibus autem aliquando ex eâ Sororibus,quænam esset caussa lacrymarum, his respondebat verbis: Miseret me egenorum, quos video, & vehementi afficior dolore quòd opem illis ferre non possum: ceterùm ago, habeboque dum viuam, conditori meo gratias, quòd absque vllo membri corporis mei defectu me & fecit,& in hunc diem pro suâ benignitate seruauit; quò fit, vt multò magis, quàm hi quos cernimus, sim ego suæ in me caritati obnoxia. Quicquid pecuniarum ceterarumque rerum, quæ essent vsui vitæ necessaria,ei mittebantur à parentibus & cognatis, sui ordinis Priori Prouinciali tradebat, vt ea Christi pauperibus in eleemosynas, prout cuique opus esset, distribueret.

pauperibus compatitur,

& subuenit:

13 Suadentibus ei persæpe nonnullis è monasterij Virginibus vt omisso nimio domandæ carnis rigore, secum ageret mitiùs, ne non tam Deo seruire, quàm sese tradere morti videretur; quippe quæ, viuendo diutius, multò plus meriti apud Deum sibi compararet, his respondere solebat verbis:Quicumque se sperant victuros in hac lacrymarum valle diutius, illi sibi bona facienda opera seruent in futuros dies: ego ex numero malo esse eorum, quæ nescio quanto tempore sim in hac mortali vitâ mansura. Illud autem nosse nos omnes oportet,vanum esse nobis claudi monasterij septis, & moribundi corporis quietem,ac seculi huius affectare delicias.Sunt enim monasteriorum claustra habitacula eorum, qui non præsentia hæc bona, quæ fluxa sunt & labilia, sed sempiterna amant, desiderant, contemplantur. Quibus ab eâ dictis, audientes erubescebant, & eius exemplo ad seruiendum Deo feruentiùs incitabantur.

ad cælestia anhelat; ideò indefessa.

a *Castillo ipso ann.1254. Margaritam scribit solennia vota nuncupasse. Et sanè qua tempore belli Tartarici concepta fuit, annum duodecimum ætatis anno 1254. aut saltem sequenti debet expleuisse.*

b *At nunc Concilij Tridentini decreto sess. 25. de Regularibus cap. 15. in quacumque Religione tam virorum quàm mulierum professio ante expletum decimum sextum annum ætatis facta, nulla esse iubetur.*

c *Id ita narrat Castillo*: Colloquebatur cum eâ de rebus ad religiosæ virtutis perfectionem pertinentibus Prædicator quidam, vir admodùm pius, qui inter cetera dixit, diu se Deo supplicasse, vt quâ viâ modoque antiqui Patres tantam eius gratiam totque cælestia dona impetrassent, doceretur: dormienti ergo nocte quadam appositum coràm fuisse librum aureis litteris exaratum: simul vocem missam, quâ experrectus sit, eâque iussus surrexerit & legerit pauca hæc verba, sed planè diuinat Ista veterum Patrum perfectio fuit, Amare Deum, despicere seipsum, neminem contemnere aut iudicare.

d *Castillo* Henricum *vocat.*

CAPVT III.

Nuptiæ repudiatæ.

Patrem & amicos pie monitis instruit:

14 PArentem suum ac fratres & cognatos, quotiens ad eam visendam se conferebant, ad hoc potissimùm cohortari solebat, vt regnum legitimè, non per tyrannidem administrarent; nec paterentur, vt voluntati militum, quorum animus prædæ plurimùm inhiat, exponeretur. Orabat præterea illos,vt si quid apud ipsos valerent eius preces, curarent ante omnia colere iustitiam, cuius virtutis munus maximè Deo placeret. Nec minùs precabatur, vt nulla eos caperet obliuio pauperum, orphanorum, viduarum, & quorumcumque egenorum. Habitâ autem ratione sanctæ eius vitæ, in cunctis penè, quæ petiit, ei parentes, non contractâ fronte annuerunt.

à Rege Bohemiæ in coniugem expetitur:

15 Huius Virginis sanctitati malignus inuidens spiritus, suggessit Georgio Bohemorum Regi, vt vnà cum Rege ac Reginâ Hungariæ se conferret ad Insulam S. Mariæ, vbi situm suprà ostendimus fuisse monasterium, in quo eorum filiam Dei seruitio deuouerant.Cupiebat enim ille magnoperè videre Virginem, de cuius sanctitate multa mira circumferebantur. At verò vt primùm Bohemus ipsam intuitus est, ob eximiam formam, quâ Virgo erat insignis, amore eius rapitur. Petit igitur eam sibi matrimonio iungi, dicitque nihil se dotis à parentibus habere velle, sed regnum suum,& quicquid ei esset, Virgini se dono daturum: modò efficiant eius parentes, vt quod petit assequatur. Respondit pater fieri non facilè posse, quod petitur, propterea quòd à tenerrimis annis, Virgo esset diuino mancipata seruitio, adeoque esset in sancto confirmata proposito, vt putet filiam suam malle mori, quàm vllis parentum vel suasionibus vel consiliis acquiescere.

16 Cete-

16 Ceterùm poſt multa vltro citroque dicta, quibus .... Bela Rex conſiderans, quantum boni ex eo coniugio poſſet ei euenire, filiam adit. Adiens quoque matrem, rem illi proponit, reddítque cauſſam, quâ ipſam aſſentiri parenti oporteret: ſe prætereà daturum operam, vt mittat ad Romanum Pontificem, cuius poteſtate poſſit illa talis matrimonij gratiâ, ſine vllâ Dei offenſione, ad ſeculi tranſire delicias, Deoque adoptionis filios gignere. Cui illa: Pater, inquit, deſine, rogo, carnalia mihi coniugia proponere. Tu namque à primis meæ ætatis annis, me Ieſu Chriſto deſponſaſti; nunc autem Deo factæ promiſſionis oblitus, ita mutaſti ſententiam, vt horteris me, abdicato cæleſti ſponſo, violatâque mentis & corporis puritate, nubam homini peccatori? Religionem, quam profeſſa ſum, numquàm deſeram: corporis mentiſque munditiam, quam Regum Regi dedicaui, numquàm maculabo. Memoriâ teneo, cùm tu agentem ſeptimum ætatis annum Polonorum Regi ſpõſam me deſtinare tentaſti: credo equidem te meminiſſe quid tunc tibi reſponderim. Dixi enim, illi me, dum viuam, velle ſeruire, cui me ſponſam ab ineunte ætate deuouiſti. Quòd ſi tuæ voluntati, quæ aduerſabatur iuſtitiæ, nequaquàm geſſi morem, aſſentiamne tibi nunc, cùm ætate ſim grandior, atque ideò ſum facta cùm prudentior, tum præcipuè gratiæ diuinæ capacior? Deſine igitur pater, me à propoſito religionis auertere. Nam regno & opibus, ac ceteris, quæ pollicetur Bohemus, cæleſte regnum, Chriſtíque omnis ſuauitatis delicias antepono. Malo igitur mori, quàm tuis mortiferis parere conſiliis.

patri nuptias ſuadenti

fortiſſimè reſiſtit,

vti & anteà;

17 Talia dicenti Virgini cùm ille dixiſſet parentem ſe eſſe, atque idcircò diuino præcepto ſibi à filiâ oportere obtemperari; his verbis & patri, & matri quæ aderat, reſpondit: Quoties mihi iuſſeritis, quæ Deo placent, vobis, vt meis parentibus ac dominis, obediam: ſin iuſſeritis quidpiam à me fieri, quod diuinæ aduerſetur iuſſioni, neque parentes, neque dominos meos vos, nec vnquam fuiſſe, nec eſſe cognoſcam. Ita illi conſtantiam filiæ animaduertentes, ab incepto deſtiterunt: Virgo autem Chriſti reliquum vitæ tempus, omni cum ſanctitate conſumpſit.

negans in eâ re patrem ac dominum eſſe.

CAPVT IV.

Mors. miracula.

18 ALiquot pòſt annis incidens in grauem cõrporis morbum, accerſitis ad ſe Sororibus, quæ erant ceteris natu grandiores, prædixit illis diem & horam, quâ eſſet vitâ exceſſura. Suſceptis deinde Chriſtianis de more Sacramentis, momento, quod illa pronuntiauerat, piè extincta eſt, anno ætatis ſuæ octauo & viceſimo, XV. Kalendas Februarij, quo die celebrare ſolet Romana Eccleſia B. Priſcæ Virginis & Martyris ſolennitatem, anno ab ortu Saluatoris LXXI. ſupra milleſimum & ducenteſimum. Verba eius nouiſſima hæc fuerunt: Domine mi Ieſu Chriſte, in manus tuas commendo ſpiritum meum. Quâ corpore egreſsâ, ex illius facie claritas quædam admirabilis, quam omnes Virgines quæ aderãt manifeſtè viderunt, effulſit. Atque ita viſa eſt fuiſſe à dolore mortis extranea, ſicut ea corruptione carnis extiterat aliena.

Mortis horam prædicit:

piè moritur,

Ex Pet. Ranzano.

ſplendente facie.

19 Ipſo autem momento quo migrauit è vitâ, oſtenſus eſt diuinitus tranſitus è corpore mulieri cuidam Deo acceptæ, cuius manſio diſtabat à monaſterio centum ferme millibus paſſuum. Viſionem verò ſuam viro illa patefecit, Scias, inquiens, hac nocte B. Margaritam [a] Regis noſtri filiam diem ſuum obiiſſe: vidi equidem ipſam gloriosâ amictam ſtolâ transferri ab Angelis in cælum. Ille cupiens ſcire, verumne eſſet, quod ei nuntiauerat vxor, ad Inſulam profectus eſt, & Chriſti Virginem eo tempore, quod vxor ei dixerat, fuiſſe defunctam inuenit. Coniugis autem ſuæ viſionem Fratribus ordinis Prædicatorum, qui in Inſulâ tunc erant, narrauit.

Mors eius abſenti indicata;

a

20 Oſtenſa quoque eſt felix eius ad alteram vitam migratio, Religioſæ [b] cuidam mulieri, quæ in eadem inſulâ circa S. Michaëlis monaſterium degens, agenſque ſuorum peccatorum pœnitentiam, ſe ieiuniis & orationibus, aliiſque multis bonorum operum generibus, affligebat. Nec perpaucis ante mortem B. Margaritæ diebus vidit in ſomnis ſanctam Dei genitricem, ſtipante eam magnâ Virginum cateruâ, è cælo deſcendentem, introeuntemque locum, vbi illa ægrotans iacebat: tenere autem ſuis manibus videbatur coronam miro candore coruſcam, mireque variis gemmis ac margaritis ornatam. Vt autem introgreſſa eſt, eam coronam capiti eius impoſuit, erectamque illam inter Virgines magnâ cum omnium lætitiâ coronauit. Mox loco illo egredi viſa eſt, atque in cælum, vnde venerat, per gradus quoſdam, cum ingenti comitantium eam Virginum applauſu, conſcendere. Eam viſionem illa ad monaſterium ſe cõferens iureiurando vulgauit. Quâ ex re iudicatum eſt ab omnibus, qui vulgari viſionem audiuerunt, beatam Chriſti ſponſam Margaritam haud multò pòſt morituram: & pro meritis eius inter felices animas collocandam. [c] Claruit & viuens, & poſt pium eius obitum [d], in hanc vſque diem, multis variis miraculis, quibus ipſam innocenter & religioſè ſanctéque vixiſſe manifeſtè demonſtratum eſt.

b

alteri prænuntiata,

viſione coronantis eam Deipara.

c

d

Miracula ad 220. annos.

a *At Caſtillo, quaſi ſe illam ait ex marito, num quam noſſet* Sororem Margaritam; *atque ex eo didiciſſe quæ illa eſſet; ac profeſſam ſibi à Sanctâ promiſſum, ſi tumulum eius adiret, impetraturam quæ peteret: & mox cum marito iſthuc eſſe profectam.*

b *Addit Caſtillo, Ordinis Præmonſtratenſis.*

c *Addit Caſtillo, Eliſabetham ſanctimonialem in cœnobio S. Antonij, vidiſſe ægrotantem Margaritâ, ex eius cœnobio aſcendentem cæloſq; ſubeuntem ſtellara rutilantibus radiis; atque ex Angelo ſciſcitatam didiciſſe eâ* Margaritam *ſignificari.*

d *Narrat idem auctor, biduo poſt deceſſum ſanctæ Virginis, pium quemdam virum F. Romanum paucis diebus antè mortuum, apparuiſſe Priori cœnobij Giaunienſis, eiuſq; imploraſſe preces, quibus è purgatorij ergaſtulo erueretur: eumdem quærenti de* Margaritâ *Priori dixiſſe, eam rectà in cælum euolaſſe veſtitu aurato decoram.*

DE [a] B. MANFREDO

EREMITA IN GALLIA CISALPINA.

ex Italico Fran. Balarini 3. par. Chron. Com.

ANN. MCCCC-XXX. XXVIII. IANVAR.

B. Manfredus Sacerdos

b in ſolitudine

c

1 MEdiolani natus eſt B. Manfredus, familiâ Septalâ antiquâ & nobili. Sacerdotio initiatus Eremitarum veſtem induit, ac terreſtrem deſeruit [b] patriam, vt ad cæleſtem peruenire, ſeceſſítque in montes, qui Ripæ S. Vitalis imminent: oppidum eſt diœceſis Comenſis ad oram lacus [c] Lugani. Hîc in ſpeluncam ſe abdidit, ac ſeueram annis pluribus vitam egit, partim herbis veſcens, eorum ritu qui ſolitudines incolunt, partim ſtipe, quam vltro pij quidam homines largiebantur, cùm virtutum eius famâ exciti ad eam ſpecum ventitarent; quos ille ſpiritualibus monitis inſtitutos, ſancto quodam permulcebat ſolatio.

auſterè viuit;

multos inſtituis:

2 Tandem ad vitam beatam & immortalem euocatus eſt à Deo: corpus (vt fert etiamnum fama) quò vicinorum oppidorum certatim illud ſibi depoſcentium, contentio ſopiretur, plauſtro nouo impoſitum, quod duo

moritur:

EX VARIIS. duo indomiti boues trahebant: atque ab iis diuino nutu Ripam deuectum [d] ad collegiatam S. Vitalis eccleſiam, ac ſupra maius altare collocatum, vbi etiamnum magna ei habetur veneratio. Geſta hæc ſunt ſub annum [e] 1430. 27. Ianuarij. Multa illius implorato patrocinio, viui ac mortui, patrata diuinitus prodigia [f] ſunt, quæ legitimè omnia in publicas relata tabulas ſunt, eæque eodem quo corpus incluſæ feretro: ſed ſitu & rubigine ita exeſæ, cùm recluſum eſt feretrum, inuentæ ſunt, vt legi omnino non potuerint. Quæ cauſſa fuit, cur illius res geſtas fuſiùs proſequi non potuerim, cùm ſola ferè ſuperſit fama ſanctitatis ac miraculorum.

miraculosè Ripam deuèhitur:

miraculis claret.

Acta obſcura.

a *Licet non ſit adhuc Sanctorum Catalogo adſcriptus, agnâ tamen populi frequentiâ celebratur illius dies feſtus V. Kal. Februarij, teſte Ferrario in Catal. SS. Italiæ.*

b Cùm ſua pauperibus etogaſſet, *vt idem ſcribit.*

c *Qui olim* Ceſius *dictus putatur, nunc* Luganus, *vel* Lucanus, *ab oppido* Lugano: *inter* Larium *ac* Verbanum *lacus ampliores ſitus.* Ripa, *vulgò* Riua *ad ſinum iacet, qui verſus* Comum *protenditur.*

d Mirabiliter per crepidines montis, *inquit Ferrarius.*

e *Negat idem quo tempore is vixerit ſe potuiſſe reperire.*

f *Campanas proximi pagi ſcribit idem Ferrarius nullo pulſante ſonuiſſe.*

DE VENERABILI VIDVA

GENTILE RAVENNATE.

ANN. MDXXX. XXVIII. IANVAR.

1 *Admirabilis Virginis* Margaritæ *Rauennatis XXIII. Ianuarij duplicem vitam dedimus, alteram à Seraphino Aceto Firmano, Canonico Lateranenſi, Italicè ſcriptam; alteram ex hiſtoriâ Rauennate Hieronymi Rubei. Eius diſcipula fuit* Gentilis *matrona ſanctiſſima. Huius quoque vitam idem ſcripſit Seraphinus, quæ ab aliis Hiſpanicè Gallicèq; at Latinè à Philippo Zoutæo Antuerpienſi, Societatis Ieſu Sacerdote, verſa eſt. Hanc aliam ex Hieronymi Rubei libro 9. ſubiicimus: eſtq; hæc in ſecundâ & tertiâ Surij editione cum hoc titulo vulgata:* Vita Gentilis, ſanctiſſimæ mulieris Rauennatis, ex Hieronymi Rubei viri doctiſſimi de geſtis Rauennatum libro nono: quæ vtrùm à Paulo III. catalogo Sanctorum ſit adſcripta, compertum non habeo.

Gentilis vita duplex.

An Beatus adſcripta.

2 *Inſtitutum certè in illius vitam ac miracula examen, Firmanus Rubeusq; teſtantur. In Indice poſtremæ Surianæ editionis iſta habentur:* S. Gentilis mulieris Rauennatis vita ex Hieronymi Rubei hiſtoriâ. *Siluanus Razzius tom. 1. de feminis ſanctitate illuſtribus* Beatam *appellat. Ferrarius quoque in generali SS. catalogo Vrbano VIII. dicato ita ſcribit hoc die:* Apud Rauennam B. Gentilis matronæ.

VITA

Italicè ſcripta à Seraphino Firmano,

Latinè verſa à Philippo Zoutæo Soc. IESV.

CAPVT I.

Gentilis coniugium. multa in eo acerba.

1 IN animo mihi eſt de alterâ quoque beatâ feminâ, quam Gentilem vocarunt, ea conſcribere, quæ mihi coràm retulit Hieronymus integerrimæ vitæ Sacerdos; cuius laudes, quoniam multis notus etiamnum viuit, conſultò prætereo. Hic quamquàm hactenùs vetuerit quidquam de his conſcribi, (veritus nimirùm ne ea ſimul in ſui commendationem redundarent) tamen adductus iniquiſſimis calumniis, quibus Dei famulæ appetitæ ſunt, aliqua modò ſiuit in teſtimonium illarum ſanctimoniæ me in lucem proferre; vt ita cognitâ tandem veritate, qui ex ignorantiâ peccarunt, aliquando reſipiſcant. Atque hic Pater, qui Beatam hanc, cognomento Gentilem, per duos & viginti annos probè nouit, atque ab vndeuiginti illi peccata confitenti identidem dedit operam, ſanctè teſtatur ea quæ hîc refero, omnia ſe ſuis oculis conſpexiſſe.

Vnde acceperit Seraphinus, quæ ſcribit.

2 Hæc igitur admodùm adoleſcens quàm maximè ſtuduit magiſtræ ſuæ Margaritæ veſtigiis inſiſtere: cui etiam adeò ſe dedidit, vt & verbis eius magnam fidem haberet, & ea perinde acciperet ac ſi diuinitus ad eam eſſent profecta. Hinc ſi quid illa fortè vtcumque à rectâ ratione alienum protuliſſe videretur, eo accipiebat animi ſtudio, ac ſi rationi maximè conſentaneum eſſet, ſueta vulgò dicere, eâ ſe eſſe erga illam reuerentiâ & fide, vt ſi diem tenebras, & noctem appellaſſet lucem, aut ſerenum cælum, pluuium, oculis ipſa ſuis potiùs, quàm eius verbis, fidem abrogaret. Atque hoc dignum mihi admiratione videtur, quòd arctiſſima conſuetudo vitæ & familiaritas, quæ in aliis contemptum parere ſolet ac minuere reuerentiam, ea auxerit in hac matronâ debitam Magiſtræ obſeruantiam: adeò vt quantùm creſceret familiaritas, tantum etiam incrementi reuerentia caperet. Quare hæc fides breui tempore eam adeò virtutibus omnibus abſoluit, vt eius cauſſâ plurima miracula Deus patrarit. Nimirùm ea abnegatio voluntatis, quâ anima fidum vitæ ducem ſequitur, certiſſimum eſt perfectionis obtinendæ compendium.

ſingulari reuerentiâ:

3 Nupta hæc eſt haud grandis natu, non ſine diuino inſtinctu, nimirùm vt in exemplar ſtatus coniugalis æquè omnibus proponeretur, ac Magiſtra eius Virginibus erat propoſita. Duos omnino filios ſuſcepit, quorum alter ſeptennis obiit, alter verò (qui, vti diximus, ſanitatem corporis B. Margaritæ ſecundùm Deum debuit) biennio ante matrem diſceſſit. Cuius deſiderium, cùm vidua eſſet, eâ moderatione tulit, vt facilè oſtenderet ſe diuinitus dono fortitudinis eſſe confirmatam.

nupta, duorum filiorum mater,

4 Verùm, vt ad propoſitum redeamus, ſimul atque hauſit beatæ illius Virginis documenta, adeò ſe totam rerum cæleſtium contemplationi addixit, adeoque ſe immerſit in diuinæ caritatis abyſſum, vt non tantùm mariti rerumque omnium terrenarum, verùm etiam ipſa ſui obliuiſceretur; animumque in ſolo Deo defigens, haudquaquàm terrigenarum eſſe in cœtu videretur. Quæ res tantoperè mariti animum ab eâ alienauit, vt ne eius conſpectum quidem vllo modo ferre poſſet; arbitratus videlicet, vel ſe ab eâ contemni, vel, quòd eſſet inſigni formæ venuſtate, eam alienis amoribus captam teneri. Quare duriſſimis eam modis exercuit, verſoque planè in martyrium matrimonio, maximam noctis partem pannis conſuendis ab eâ voluit impendi, modò iniurioſis verbis eam laceſſens, modò etiam verberibus furibundè ac immaniter ſæuiens.

dat ſe pietati:

ideò marito exoſa,

5 Quæ omnia in exercitium virtutis à Deo ſibi infligi rata, non tantùm æquo, ſed & læto alacrique animo ſuſtinebat. Vnde nec Deum orauit vnquam, vt hiſce eam liberaret moleſtiis, imò verò rogata ſubinde à Margaritâ, quæ diuinitus de eius iniuriis erat certior facta, ſatin bellè omnia ſuccederent, hilari quo erat ſemper vultu reſpondit, multò ſanè belliùs ſibi ſuccedere quàm mereretur. Hinc B. Margaritæ à Deo reuelatum illius diſcipulam verè Martyrem eſſe. Hæc autem quamquàm adeò conditione ſuâ indigna pateretur, nihilo tamen minùs mariti voluntati in omnibus ſtudioſiſſimè obſequi conata eſt. Verùm is nullo placabilis obſequio, tantò in eam immaniùs inſaniebat, quantò ſollicitius in eâ cernebat ſtudium patiendi: quod profectò diabolicis technis adſcribendum puto, vti vel ex hoc facilè perſpicietur

id fert patientiſſimè,

velut martyrium:

Margarita pia Virginis monitis mirè obtemperat Gentilis,

eletur. Nam cùm eam aliquando ſolito diutius orationi vacare aduertiſſet, tanto repentè in eam furore accenſus eſt, tantumque ab eâ periculi ſibi credidit ad morum religioniſque corruptionem imminere, vt eam palàm veluti ſagam traducendo, atque etiam coram Epiſcopi Vicario accuſando, id egerit, vt hic vnà cum Clero, ingentique numero hominum in illius ædes tandem ſe inferret: qui diligenti præmiſſo examine, eam tantâ vitæ integritate atque innocentiâ reperit eſſe, vt ipſe non leui rubore ſuffuſus ſe incuſaret vehementiùs nimiæ in credendo facilitatis. Quod maritus conſpicatus præ deſperatione Patauium migrauit, eâ illic in ſummis rei familiaris anguſtiis derelictâ.

ab eo magis accuſata,

& relicta,

6 At deſertæ illi Dei cura non defuit, qui innocentibus ſuique amoris cauſsâ patientibus ſingulariter opitulatur. Eò ergo eius illuſtrior emicuit prouidentia, quò illa, ab omnibus deſerta, præſentius auxilium experta. Etenim ſæpenumerò extremâ laborans neceſſitate, cùm etiam panis ei deeſſet, (mirum dictu) eum ſubitò ſibi allatum vidit, cùm, vnde is allatus eſſet, intelligere nullâ ratione poſſet: quare etiam eò ſe diligentiùs diu noctuque Dei obſequio impendit, quò ſe maiori ei curæ eſſe cognouit. Tandem pluribus iam elapſis annis maritus domum reuertit, & perſpectâ erga Gentilem Dei prouidentiâ, opinionem mutauit, meliorique ſenſu præditus ex hac vitâ deceſſit. Quod vxoris precibus ei diuinitus impertitum exiſtimo, quę continenter eius cauſsâ Deum deprecabatur.

à Deo iuuatur:

marito piam mortem obtinet.

CAPVT II.

Aduerſa multa tolerata.

7 CVm igitur ſermonem de eius patientiâ inſtituere ſim aggreſſus, æquum eſt, vt oſtendam, quemadmodùm hac ratione eam Deus, inſtar aurifabri aurum igne examinantis, probare voluerit. Sed fidem fortaſſe excedet morborum, quibus afflicta eſt, varietas & multitudo: tot enim ij fuêre ac tanti, vt in omni eius corpore ne membrum quidem ſanum ac doloris expers fuerit. Modò capite, modò oculis, modò aliis corporis partibus dirè cruciabatur, adeò vt ad mortem vſque ſuccedentibus perpetuò huiuſmodi calamitatibus affligeretur. Ex his autem morbis vnum aliquem eumque grauiſſimum per quatuordecim annos ſuſtinuit, vt cùm Magiſtræ ſuæ ſimilis eſſet, tum maximè virtutum eius hæres exiſteret ac dolorum. Et ſi fortè aliquis minùs miretur, mortale aliquod corpus tantis malis ſimul ferendis potuiſſe ſufficere, ſtupeat certè eam in tantis tamque diuturnis tormentis conſtanti ſemper ſerenoque animo perduraſſe. Enimuerò quid in S. Paulo præ ſummâ eius tolerantiâ admiramur? de quo Chriſtus ait fore vt oſtenderet ei, quantum oporteret eum pro nomine ſuo pati. Iob item nihil præſtitit magis dignum, quod Deus ipſe laudandum duceret, quàm cùm vndique aduerſis oppreſſus, vlcere etiam peſſimo affligeretur, numquàm tamen à conſtantiâ mentis ac fortitudine deſciuerit. Porrò quàm ſimilis hiſce Sanctis extiterit Gentilis, ex hoc ſatis apparet, quòd cùm videret Magiſtram ſuam, cui longè erat cariſſima, ſuis apud Deum precibus obtinere quamplurimis corporis ſanitatem, numquàm tamen eam aut valetudinem aut aliud quoduis commodum vt poſtularet rogârit, contenta ſcilicet ſuâ cruce, imò cum Chriſto eam ſibi gloriæ ducens. Longior ſum hac in re, eò quòd hæc in ferendo fortitudo habita ſit ſemper ab omnibus Euangelicæ perfectionis peritis tamquàm efficaciſſimum ſanctitatis teſtimonium: atque in hac adeò ſingulari virtute tantum illa eſt à Deo conſecuta priuilegiorum, vt ſi litteris mandare poſſem omnia, quæ & ab hominibus & à dæmonibus, æquè in corpore atque animâ, fortiſſimè pertulit, de eius admirabili ſanctitate nullo modo poſſet dubitari.

Multis & grauibus morbis exercetur,

ſummâ ſemper patientiâ:

8 At nec eius præterire velim erga proximum caritatem, quâ tamquàm certo ſigno D. Gregorius veram iuſtitiam à falſâ dignoſci cenſet poſſe: altera enim ad indignationem, altera ad commiſerationem impellit. Hac igitur pientiſſima ei is viſcera occupante, aliorum calamitates & miſerias vt ſuas plangebat: &, quod maiore dignum admiratione, erga eos maiori videbatur commoueri ſenſu pietatis, qui erga eam præ ceteris erant crudeliores. Id argumento ſit: Graſſante dirum in modum peſtilentiâ, cùm mulier quædam ei familiaris in ipſius ædibus obiiſſet, abſque vllo tamen contagionis indicio, complures eam furibundi planè aggreſſi ſunt, iubentes quamprimùm è ciuitate excedere: quos illa demiſſiſſimè contrà rogabat, de veritate antè inquirere dignarentur, quàm tantum negotij faceſſerent. At illis preces eius ſpernentibus, addidit, ſaltem liceret ſibi ædibus ſuis incluſam teneri, ne quæ ſano corpore eſſet, mortis præſenti periculo exponeretur. Quod cùm nequidquam precibus obteſtationibuſque poſtulaſſet, truculento more vrbe pulſa, iiſque tradita eſt, qui peſte extinctos ſepeliunt, eius ſupellectile in feralem currum abiectâ.

Ex Italico Sabaudiæ Firmani.

iniuſtè vrbe extrudebatur,

9 Ibi illa bimenſis ſpatium in continenti oratione conſumpſit: ac multa tunc diuinitus percepit, quibus, perinde vt tres olim pueri in fornace, incolumis conſeruata eſt. Graue interim ab irato numine malum iis imminebat, qui iniuriæ auctores extiterant. Id illa vnà cum Margaritâ ſuis precibus ab eorum ceruicibus propulſare nitebatur, itaque Deum precabatur: Domine Ieſu hoc aliaque iis crimina condona. Per amorem te obteſtor, quo peccatorum cauſsâ crucem vltro amplexus es, ſua iis ſcelera omnia, ſed hoc præſertim, condones, ne meâ cauſsâ quiſquam à te punitus videatur. Si nullius culpæ reus, tamquàm mitiſſimus Agnus, non defenderis te, ſed pro crucifigentibus deprecans, tam grauia tormenta tolereueris; quidni & ego peccatis cooperta tolerabo? Si autem iuſtitia tua à peccatoribus pœnas repoſcit, à me incipiat, obſecro, quæ omnium in te peccantium ingratitudinem ſuperet: ſin mouet te aliqua commiſeratio & pietas erga peccatores, mei, quæſo, & perſecutorum meorum miſerere.

cum peſte afflatis deuata eſt.

Graue interim ab irato numine malum iis imminebat, qui iniuriæ auctores extiterant.

pro perſecutoribus orat:

10 Tandem ex hoc lue contactorum ergaſtulo in ædes ſuas regreſſa, pauperes plurimos in publico fame pereuntes deprehendit: inſignis enim erat ille annus annonæ caritate & frugum inopiâ. Quo ſpectaculo commota, cùm tantæ calamitati, ipſa etiam redacta in ſummas anguſtias, ſubuenire non poſſet; certè quod potuit, eis impertiit. Lacrymis ergo perfuſa, Cùm omnibus, inquit, vobis præ inopiâ ſuccurrere non poſſim, at certè lacrymas fundere non deſinam: quare cùm panem dare nequeo, lacrymas omnibus dabo. Atque inde in fletum effuſa, ita eos omnes planxit, vt mater vnigeniti filij mortem ſolet, adeò vt omnem reſpuens conſolationem ſubinde quaſi exanimis iaceret.

alienâ miſeriâ illacrymatur.

CAPVT III.

Aliorum ſalus curata.

11 MVlti ad eam confugiebant, alij valetudinis, alij conſilij cauſsâ, aliqui etiam vt in tentationibus aduerſiſque adiuuarentur: quibus modò conſolationi eſſe poſſet, nihil non ſuaue ei accidebat. Sæpiſſimè liberiterque corporis curam cibumque negligebat, (vti & Tobias ille quondam) & orationem, quâ maximè delectabatur, abrumpebat, alienam ſalutem ſuis ducens commodis potiorem. Tantum autem gratiæ ad miſerorum conſolationem diuinitus obtinuerat, vt ab eâ nemo triſtis afflictuſue diſcederet. Magis tamen eam commouebant animorum mala quàm corporum, quod, quia ſpirituales ærumnas plerique vulgò negligunt, cum paucis ſanè illi fuit commune.

Multis variis impetrat,

12 Cùm tantâ igitur eſſet in huiuſmodi homines pietate, tum maximè mouebatur erga eos, qui à diabolo moleſtis

præſertim donum caſtitatis,

Ex Italico Seraph. Firmani.

moleſtis carnalium voluptatum cogitationibus vexabantur: quibus non aliter opem ferebat, atque in cœnum prolapſis conſueuimus. Viuunt etiamnum multi, qui diu cum hoc hoſte luctati, adhibitis plurimis in caſſum adminiculis, eius meritis modò obtinent petitam ſæpiùs gratiam caſtitatis, inter quos (quoniam glorioſum eſt Dei dona confiteri) vel ego me primum numerari cupio. Cùm enim omnibus fruſtrà tentatis, huius domeſtici prælij cauſsâ dies noctesque nullam quietis partem caperem, commendaui me eius precibus. Quæ ſuſcepto mei patrocinio ad tantam repentè confidentiam adduxit, vt paullò pòſt reſumpto ſpiritu reuiuiſcere dein cœperim; & quotidie fidei meæ per Dei miſerationem facto incremento, eas vires conſecutus ſim, vt alius ab eo qui tum eram mihi modò eſſe videar: imò etiam mihi perſuadeam, quod miraculum D. Petrus olim ſubmergendus Chriſti manu expertus eſt, id Sanctorum auxilio in me inſtauratum. Adeò multa in hanc rem mihi occurrunt, vt ſi omnia velim complecti, librum poſſim conficere; at breuitatis cauſsâ ea omittam. Hoc tantùm ad conſolationem eorum, quos variè tentat humani generis hoſtis, referendum puto, quòd illa ſemper ſolita ſit dicere, numquàm in hoc certamine ſpem eſſe abiiciendam: imò ſi (quæ eſt humana infirmitas) ſubinde lapſi ſimus, è veſtigio eſſe ſurgendum. Quoniam ſi pro viribus id ſincerè ſemper conemur, fore tandem vt Dei auxilio ſimus à relapſu conſeruandi.

etiam ipſi Auctori:

omnes ad ſpem animat:

13 At pluribus aliis fructibus, qualis hæc arbor eſſet, Deus oſtendit. Hinc difficile dictu eſt, quot eius operâ mores vitamque ſceleratam mutarint; quot acceſſerint ad Sacramenta percipienda, qui ea antè negligebant; quot oblitteratis iniuriis inimicos vt fratres germanos dilexerint: quæ ſigna profectò diuinam hanc eſſe arborem declarant, aut Dei conſitam manu. Sed non præteribo quod venerabilis ſacerdos D. Hieronymus, ipſe expertus, de ſe mihi retulit, eò quòd eorum teſtimonium, qui quæ experti ſunt teſtantur, plurimùm ſemper valuerit. Aſſerit itaque aliquando ſe adeò à cultu numinis alienum fuiſſe, vt quadriennio toto ne ſemel quidem animi ſordes per lauacrum ſacræ Pœnitentiæ elueret: poſteà verò famâ ſanctæ huius feminæ percrebreſcente, ſe ad eam viſendam accitum, deinde eius documentis ita inſtitutum permotumque, vt non tantùm peccata confeſſus ſit omnia, verùm nouâ ſpe erectus, rerum terrenarum depoſito deſiderio totum ſe Dei cultui deuouerit: & accidiſſe cùm de habitu Clericali aſſumendo cogitaret, vt neſcio quâ cauſsâ graui cordis dolore afficeretur, qui eò grauiùs paullatim intendebatur, quò propiùs ab initiationis ſacræ tempore abeſſet. Huic ergo ignoto malo cùm medicinam facere non poſſet, coactum ſe ad eam confugiſſe. Remedium illa vnum dolori, etiam corporis, præſcripſit, quemadmodùm in poſterum vitam ſuam ille inſtitueret. Vix ſe è traditâ normâ victurum ſpoponderat, cùm dolor, nec ſine ſenſu, minui primùm cœpit, mox penitùs euanuit.

multos conuertit,

in iis Hieronymum Maluſellum,

quem traditâ benè viuendi normâ, dolore liberat;

14 Tantam is deinceps verbis eius fidem habuit, vt à Deo ipſo ad ſe ea deferri arbitraretur. Ergo cùm aliquando membris omnibus quodammodò fractus contuſuſque langueret, illa verò id diaboli illuſioni adſcriberet, verbis eius potiùs, quàm ſuæ credidit experientiæ: neque eum fides fefellit: etenim ipſo temporis puncto priſtinum vigorem recuperauit. Hac eius fide velut inſtrumento ſæpè Deus vſus eſt ad ſalutem animarum, vti è quodam, qui Arimini à diabolo ad violandam filiam nefariè tentabatur, cognouimus, quem ipſe, huius beatæ mulieris inſtinctu, ad ſe remedij cauſsâ miſſum, poſt amicam increparionem eò adduxit, vt facinus hoc ſuum ritè confeſſus, à tam importunâ & execrabili tentatione prorſus liberaretur. Aliàs cùm mulier quædam, quo tempore ſacra hoſtia offerri ſolet, ſublimis à terrâ ad vnum cubitum erigeretur, rata id ſancti Spiritus operatione contingere; hic idem Sacerdos, cognitis detectiſque per eam diaboli fraudibus, miſeram mulierem eius iuſſu ab hac illuſione liberauit. Quæ res ſine dubio eius precibus adſcribenda, è quibus & illa tantum luminis hauſit, vt eiuſmodi fraudes laqueoſque diaboli facilè noſſet ac ſolueret: quod toties eueniebat, quoties ab eâ Pater hic ad animæ aut corporis morbos curandos mitteretur.

eidem fraudes damonum aperit,

per eum alios ab eorum illuſionibus liberat.

CAPVT IV.

Prophetiæ ſpiritus.

Vnde eius orta humilitas.

15 TAm humiliter abiecteque hæc mulier de ſeipsâ ſentiebat, vt diceret, nullo modo ſe poſſe ſibi perſuadere, aliquid in ſe laude dignum eſſe, licet idipſum & homines omnes & Angeli aſſererent. Hanc autem vilitatis ſuæ cognitionem adeò claram ex eo conſequebatur, quòd omnes ſuas cogitationes haberet ſemper in Deo fixas, cùm quo comparata in nihilum redigitur omnis creata magnitudo: vti contrà alij ſe magnos ſuſpiciunt, eò quòd abiecta & vilia tantùm meditentur. Hæc ergo quò ſe maiore dignam contemptu credebat, eò erat coram Deo maior, amplioribuſque ab eo donis ornabatur. Hinc multa, quæ humanum captum ſuperant, diuinitus ei manifeſtata ſunt.

Reuelationes non magni facit:

nec in eo vituperãda:

16 Enimuerò hoc illuſtre indicium eſt animi eius excelſi & generoſi, quòd cùm quotidie maioribus ſemper reuelationibus abundaret, omnes parui fecerit, vehementer metuens, ne ſibi accideret, quod multis, qui nimiùm eiuſmodi dona expetunt, vt datoris aliquando obliuiſceretur. Ne autem quiſpiam ingratum Deo putet, ſi quis eiuſmodi dona contemnat, cùm laudati etiam ſint, qui iis fidem habuêre; primùm dico, cùm id magiſtra ſua Virgo ſanctiſſima præſcripſerit, fas omnino ei fuiſſe iuſſa capeſſere, ni diuino Spiritui, qui in Margaritâ loquebatur, repugnare vellet. Cenſeo deinde, fieri non poſſe, vt reuelationes eâ, quâ illas reſpuebat, demiſſione animi impediantur, ſed potiùs ſuperbiâ, quâ eas creatura ſecurè accipiat, tacitè iis ſe dignam reputando. Quamquàm ita omnia Deo accepta referebat, vt quam alij adhibere poſſent, fidem iis non haberet, tamen hac ratione nec ſuæ, nec proximi ſaluti deeſſet: vti cùm, tribus annis antequàm diriperetur Rauenna, eius excidium Dei reuelatione cognouiſſet; etſi numquàm id futurum rata, non deſiit tamen aſſiduis precibus Deum obteſtari, vt vltionem ſuam ab eâ ciuitate auerteret, donec tandem aliquando ea deſæuiit: quâ vnà cum reliquis omnibus, quantum habebat opum, quod ſanè erat exiguum, perdidit. Neque verò digna laude fuiſſet, ſi fugâ euaſiſſet communis flagelli periculum, reliquis ſe meliorem ducendo. Ergo quemadmodùm Ieremias captiuitatem, quam multò antè denuntiauerat, ſuſtinere voluit, ita hæc communes ferre patriæ calamitates.

prauidet Rauẽnam diripiendam an. 1512.

nec periculum declinat:

17 Itaque, vt ad rem redeamus, quâ nimirùm ratione illa abſentia ac futura cognouerit, aio etiamnum eſſe in viuis quemdam è filiis eius ſpiritualibus, qui aſſerit ſe, cùm quadam nocte adeò vehementer inhoneſtis cogitationibus oppugnaretur, vt de victoriâ deſperaret, rediiſſe in memoriam ſolitæ ſuæ erga eam pietatis, ac cogitaſſe fore, vt momento temporis omnes hæ obſcœnarum rerum imagines euaneſcerent: quâ occaſione ſe alterâ die ad eam acceſſiſſe: hanc autem ſimul atque in conſpectum venit, vltro ſibi hæc dixiſſe: Fili mi, niſi hac nocte pro te depugnaſſem, & Dei auxilio, diabolum viciſſem, ægrè admodùm illius impetum ſuſtinuiſſes. Ex quo nomine id colligi perſpicuè poteſt, certamini illi præſentem illam, animo ſaltem & cogitatione, adfuiſſe?

alienas tentationes cognoſcit, & profligat.

abſentibus miro modo aſſiſtit:

18 Idem accidit Sacerdoti eius domeſtico, qui vt ipſemet teſtatur, cùm longè ab eâ abeſſet, clarè eius vocem audiuit, quâ domum accerſebatur: cui obſequens cùm ad eam rediret, per viam cognouit, eam animo ſemper ſibi præſentem quodammodò adfuiſſe, neque ſolùm quæ egiſſet, ſed & cogitaſſet, omnia intimè perſpexiſſe.

ſpexiſſe. Quare eam abſentem æquè ac præſentem venerabatur, cùm abſentia vt præſentia, interna vt externa, cognoſci ab eâ animaduerteret.

peccati fœtorem percipit.

19 Eiuſmodi autem erga illam erat benigni Numinis prouidentia, vt omnibus in rebus, quantumuis minimis, ſingulari quadam ratione illam gubernaret. Eâ cauſsâ diuinitus prohibitam eam aliquando didicimus, vltro oblato pane veſci, aliamúe ſtipem admittere, propterea quòd maximum ab eorum, qui ea dabant, peccatis exſpirari fœtorem ſentiebat. Sæpenumerò cùm ſe dediſſet in preces vt vitâ functis amicis quibuſdam Deum propitiaret, prohiberi ſe vi tantâ ſenſit: vt Hieremiæ quondam nouimus eueniſſe, cui cælitus denuntiatum: Noli orare pro populo hoc, quoniam non exaudiam. Tanti ſunt apud Deum electorum ſuorum preces, vt eas fruſtrà concipi nolit.

Hier. 7. 16.

CAPVT V.

Chriſtianæ virtutes.

Egregiè moderatur cibo,

20 SVperuacaneum exiſtimo de illius temperantiâ diſſerere. Licet morbis exhauſta aſſiduâque diuinarum rerum contemplatione (quæ duæ res maximè corporis vires deiiciunt) perinde quidem ad cibum ſumendum accedebat, ac ſi amarum quodpiam illi exhauriendum pharmacum eſſet: ſatius tamen ducebat, quotidie paullum comedere, quàm poſt tridui inediam exponere ſe ingluuiei periculo, quod multi ſæpè imprudentes incurrunt. Eadem illi ſomni, veſtitus, rerum ceterarum moderatio; eadem prudentiæ amuſſis. Solet quidem vulgus ea præcipuè admirari quæ modum excedunt, & extrema vocantur: at ſapientes & difficilius & tutius arbitrantur, in medio conſiſtere. Manifeſtum id in linguæ moderatione ac debitâ refrænatione, quam neque ij aſſequuntur qui ſe in otioſa & mutilia verba effundunt, neque qui neceſſaria omittunt: adeò vt pauci admodùm intra limites ſe mediocritatis contineant. Hæc autem ita in illâ eluxit, vt nec otioſa proferret, nec neceſſariis abſtineret.

ſomno, rebus ceteris:

Sacerdotes & res Eccleſiæ reuerebatur:

21 Iam verò tantâ erat reuerentiâ & religione erga ſacros ritus, Eccleſiæque ſanctiones, vt etiamſi Angelus quiſpiam ei contrarium ſuaſiſſet, nullo modo fidem ei fuerit habitura: quæ tanta fidei conſtantia quàm frequens ſit hiſce temporibus, alij ſtatuent. Præterea proferri nihil omnino patiebatur à quoquam, quo Epiſcoporum Sacerdotumúe lædi honos, etiam leuiſſimè, videretur. Quod tunc perſpectum, cùm Roma vi expugnata ac militari furore direpta eſt: nam cùm quidam eâ re lætari viderentur, ipſa Deum dies noctesque deprecans lacrymabatur, ſecum perpendens, pro ſuâ inflammatâ erga omnes caritate, captiuorum ærumnas, deteſtanda victorum crimina, iniuriam Pontifici Maximo & aliis Eccleſiæ Antiſtitibus irrogatam, profanationem templorum locorumque ſacrorum. Quæ omnia cùm intelligeret in Chriſtianæ reip. perniciem redundare, tantò plangebat vberiùs, quantò maiore amore in Chriſtum ferebatur. Solenne ei erat octauo quoque die peccata confiteri, & diuinis epulis accumbere: quibus dum frueretur, tantum in ſe ardorem excitabat vt ſæpè, quantumuis ægra & pallida, roſeo igneoque vultu coruſcaret, non ſine ingenti Sacerdotis, vt ipſe de ſe fatetur, admiratione ac ſtupore. Confeſſionem numquàm ſine lacrymis multiſque ſuſpiriis inſtituebat, quam quidem generalem ſemper fuiſſe exiſtimem, cùm ſingulis momentis in amore Dei, quo inſtar fornacis maximè ardebat, progrederetur, atque ita peccatum in ſe hærere non pateretur.

Româ expugnatâ an. 1527. luget:

ſæpè confitetur ac communicat.

CAPVT VI.

Miracula. Obitus.

Ex Italico Seraph. Firmani.

22 QVæ quamquam huiuſmodi ſint, vt meritò concludere poſſimus eam cælo dignam fuiſſe, ſiquidem potiſſimum ſignum ſanctimoniæ eſt, deuictis peccatis, Dei mandata obſeruare; tamen eò quòd vulgò maiori admirationi ſoleant eſſe, ea quæ exterioribus ſenſibus ſubiiciuntur miracula, quàm interior iuſtitia quæ ſub ſenſus non cadit, nec hæc præteribo, quæ ei perinde vt aliis Sanctis Deus liberaliter conceſſit. Solebat ergo hæc pietatis cauſsâ ægros inuiſere, ac pro iis preces aliquas fundere, quarum vi miraculosè illicò ſanitati reſtituebantur: at cùm hac de re nonnihil ambigeret, Religioſum quemdam, apud quem ſubinde peccata ſua per ſacramentum Pœnitentiæ deponebat, conſuluit, qui, quandoquidem hoc opus miſericordiæ eſſet, eam porrò in eius exercitio progredi licitè poſſe affirmauit. Poſteà verò idem expoſuit Petro de Luca, viro doctrinæ & ſanctitatis famâ celebrato, qui cùm officium hoc caritatis, ex quo miracula conſequerentur, non admodùm laudaret, illa etiam in poſterum ab eo penitùs abſtinuit.

Ægros prouidus cibis ſanat:

poſteà id omittit:

23 Paullò autem pòſt in grauiſſimum morbum incidit, quo cùm quinque annos integros decumberet, etiamſi ſæpè eam Dominus familiariter viſens & alloquens rogaret, numquid eo tempore ſibi iucundæ accideren viſitationes & officia caritatis quæ intermiſiſſet, tamen in eodem perſeuerans conſilio, eas morborum moleſtias tolerare maluit, quàm viri adeò ſancti documentum negligere. Etenim conſueuit demiſſus animus, vt quàm remotiſſimus ſit ab omni propriæ æſtimationis periculo, alieno conſilio malle regi, quàm propriâ reuelatione, nimirùm quando alieni conſilij copia non negatur.

ipſa aegrotans à Chriſto inuiſitur:

24 Accidit aliàs vt ſingulari quadam commiſeratione pauperis cuiuſdam pedem tangeret, adeò quidem purulentum & corruptum, vt altera ei die præcidendus eſſet: quo tactu miſer ille ſtatim cœpit ſe meliùs habere, vt breui perfectam ſanitatem obtinuerit. Aliàs etiam puellam quamdam tetigit leprâ planè coopertam, quam deinde eius auxilio ſanam ac denique iunctam matrimonio vidimus.

exulceratum pedem tactu ſanat,

& lepram:

25 Ruſtica quædam infantem genuerat adeò monſtruosè membris inter ſe contractis & diſtortis, vt erinaceus videretur: caput enim eius pedibus erat implicitum; neque, quandoquidem iam decem menſes ita ſe haberet, ſpes vlla reſtituendi in decentiorem formam corporis erat. Vt breuis ſim, infans ad eam deportatus eſt vltimi remedij cauſsâ: quare hæc accerſito ad ſe Sacerdote ſuo, atque coràm inſpectante, membra pueri diſſoluit, ſuoque loco ſingula aptans tamquam maſſam conformauit, ac biennio pòſt adeò hunc puerum integrum beneque conſtitutum, cùm ad ſe adductus eſſet, vidit, vt nullum prorſus ſuperioris calamitatis veſtigium in eo appareret.

fœdè contortum puerum curat:

26 Nec hoc prætereundum quod non ita pridem intellexi. Quidam ei notus vxorem duxerat certo gradu conſanguinitatis ſibi deuinctam. Quod factum cùm ei meritò diſpliceret, perſuadendo euicit, vt ſe in Ieſuatorum ordinem reciperet. Contrà autem omni contentione nitebantur conſanguinei eum inde extrahere, vt contracto matrimonio vteretur. Hoc ergo cùm agerent, die certo piſcatum abiêre, piſcatores enim erant: at rete iactum, quo victum quæritabant, repentè ex eorum oculis ſublatum eſt. Quod cùm diu multumque fruſtrà quæſiiſſent, omni denique eius recuperandi ſpe abiectâ, quandoquidem admodùm magnum cùm eſſet, nullibi tamen ſui indicium faceret, ad beatam hanc mulierem confugêre: quæ negauit ſe Deum pro iis deprecaturam, niſi priùs promitterent fore vt fratrem ſuum

rete in peccati pœnâ amiſſum, vt recuperetur impetrat:

Ex Italico Seraph. Firmani.

suum in cœpto vitæ genere pergere sinerent. Quo promisso, eos ad mare iussit reuerti, vbi eo loco rete aquis supernatans inuenêre, quo antè coniectum tanto labore frustrà inuestigarant. Porrò frater eorum in religioso statu cùm pergeret, ad tantam à diabolo adactus est desperationem, vt sibi mortem consciscere meditatus in eum finem sub lecti sui ceruicali cultrum abderet. Quod hæc diuinitus edocta, Sacerdotem suum ad eum misit: qui inter alia eum rogaret suis verbis, quorsum ille culter, & quid illo designaret, quem eo loco abdidisset? Qui facinus suum ei clarè perspectum cernens, pœnitudine ductus, cum insigni laude in eadem religione vixit, & obiit.

eniusdam praua consilia dissipat, sanat:

27 Sed quoniam prolixior instituenda esset narratio, quæ cuncta hæc complecteretur, ad mortem eius venio, quæ anteactæ vitæ fuit quàm simillima, quam & multò antè diuinâ inspiratione cognouit, cùm visa ei esset fax ardens in caput incidere. Quare omnia sua in eum finem composuit, domo Sacerdoti suo relictâ, vt eam in templum consecraret, docens simul quo loco altaria collocanda essent. Quod deinde ita confectum. Sacerdos enim ex eius voluntate templum ædificaturus cùm nummorum penuriâ moliri vix quidquam posset, tanta vndique eleemosyna subitò collata est, vt ad operarum mercedem, & ad ea quæ ædificij absolutio requireret, abundè suppeteret.

obitū suum præscit:

à suâ domo iubet ecclesiam fieri:

28 Vt ergo eò, vnde abij, reuertar; quantùm morbus eius augebatur, tantùm videbatur crescere & augeri internum animi illius lumen, & desiderium coniungendi se cum eo, quem semper tantoperè dilexerat: similis erat hac in re lapidi, qui eò velocius mouetur, quò propiùs abest à centro suo, vt conquiescat. Innumeris grauissimisque doloribus obruebatur, numquàm tamen à mentali oratione abstinebat, adeò vt verè illud Christi Domini expleret: Oportet semper orare & non deficere. Hinc vita illam potiùs, quàm oratio defecit. Vltimis suspiriis nil nisi Dei misericordiam ingeminabat, quo verbo dicto ad eum abiit, qui est pater misericordiarum. Eluxit enimuerò à morte in eius vultu expressa Dei misericordia, qui singulari sanè gratiâ adeò candidus ac hilaris est visus, vt plurimi non crederent eam tanto tempore tamque grauiter ægrotasse. Discessit ex hac vitâ an. 1530. 28. Ianuarij.

anhelat ad mortem:

assiduè orat: Luc. 18. 1.

moritur,

pulchrior à morte.

29 Atque hæc sunt, quæ de sanctis hisce mulieribus balbutiendo effutire potiùs, quàm disertè eloqui potui. Neque verò ausus fuissem hoc munus suscipere, nisi quorumdam calumniatorum iniquitas me adegisset: ita enim ipse mecum ratiocinabar; haud æquum esse, vt calumniatoribus potiùs licere videatur ea quæ ignorent insectari, quàm spectatoribus, quæ experientiâ certâ cognouerint, deprædicare: quamquàm sciam non minimam quidem partem laudum eis debitarum me esse assecutum. Sed fiet aliquando vt magnus ille Deus, cui vtraque fideliter famulata est, quemadmodùm alios Sanctos suo tempore & loco semper exaltauit, ita vtriusque huius gloriam mundo reddat manifestam. Quod breui futurum freti, & multorum in eas pietate, & disquisitione de iis recens institutâ, meritò confidimus. Quare nostrum est, Deum precibus obtestari, vt breui promissa expleat, ad maiorem nominis sui gloriam, Sanctorum exaltationem, & plurimorum salutem.

Epilogus.

ALIA VITA

ex Hieronymi Rubei historiâ Rauenn.

Gentilis Margaritæ discipula,

1 VIb id tempus, quo ab Clemente VII. Cæsar insigni pompâ coronam Bononiæ accepit Augustalem, Rauennæ Gentilis decessit, Thomæ Iusti aurificis Veronensis filia, Rauennæ ex Rauennati muliere nata: quæ cùm admodùm familiariter & frequenter Margaritæ, de quâ suprà docuimus, consuetudine fuisset vsa, maximam sanctitatis opinionem contraxerat, aucta in dies vitâ innocenter sancteque agendâ. Maritum habuit Iacobum Pianellam Venetum, sutorem: ex quo genuit filios aliquot, Leonemque præsertim, qui Sacerdos fuit. Eo autem perfancto genere viuendi, mariti odium ita vehemens sibi conflauit; vt ab illo non modò verbis asperis, contumeliaque plenissimis, sed factis acerbis, publicisque calumniis, ac verberibus multis, sæpissimè in ingentes calamitates præcipitaretur: quas tamen eâ animi moderatione, itaque tranquillè semper tulit, vt Margaritæ magistræ, omnia diuinitus cognoscenti, atque quo modo se haberet sciscitanti, responderet, habere se multò meliùs, quàm meresetur. Quo factum est, vt assiduis à Deo precibus tandem aliquando mariti in melius commutatos mores impetrauerit.

multa à marito patitur,

2 Tantâ fuit in eos, qui illam iniuriis ignominiisque afficientes, multi semper fuêre, bonitate & beneficentiâ, vt prima illos ad iram odiumque deponendum, conciliandamque inter se concordiam, blandis verbis inuitaret. Egentes maximâ semper misericordiâ prosequês, cùm postulantibus præbere non posset, (paupertatem enim amabat & sectabatur) illacrymans mirifico simul afficiebatur dolore. Plurimis sanitatem corporis, admirabili euentu, precibus à Deo impetrauit: animique curas & molestias sermone leuauit. Cogitationes, intimosque animi sensus, Deo indicante, cognoscebat: vti locupletissimi testes accessêre Antonius Monuetulus, & Zacharias Pedercinus; dum iussu Pauli III. Pontificis, anno sesquimillesimo trigesimo septimo, mense Maio, Ioannes Franciscus Petittus, Rauennæ Moderator, de huius & Margaritæ vitâ miraculisque (vti suprà memorauimus) quæstionem habuit: in quâ Paulus Vegius Rauennas, Episcopus Casensis, se Margaritæ & Gentilis precibus, cùm iam ad cælestis vitæ præmia vocatæ essent, animi tranquillitatem, corporisque sanitatem, ex grauissimis morbis sæpius obtinuisse, scribit. Plures etiam ex Canonicis Regularibus Lateranensibus, vt Seraphinus Acetus Firmanus, (qui de harum sanctissimarum mulierum vitâ libellum, typis excusum, edidit) Michaël Foro-Cornelianus, & Marcus Antonius Venetus, Gentilis rogatu ac precibus, summas à Deo virtutes, ipsamque præsertim castitatem, se fuisse adeptos testantur: adduntque multos se nouisse Venetiis, Ferrariæ, Lucæ, aliisque ciuitatibus atque oppidis, quibus, cùm Margaritæ & Gentilis suffragium flagitassent, munera à Deo mirabilia acciderint.

benigna omnes:

miraculis claret:

castitatem aliaq; quibusdam impetrate

3 Scribit Monuetulus, vir doctissimus ac grauissimus, iuratusque in hac quæstione testis; cùm nocte quadam acriter à dæmone illius oppugnaretur castitas, se protinus è lecto surgentem, ad Deique opem confugientem, fuisse liberatum: postridieque manè, cùm ad Gentilem adiisset, illam vniuersam oppugnationem narrasse, affirmasseque, precatam se fuisse Deum, vt illi victoriam præberet. Sæpius item, cùm multi adessent, cuiuslibet peccata diuinitus ab eadem cognita & castigata sunt: quod ipse sæpius sensit Monuetulus.

alienas tentationes absens cognoscit:

4 Multa insuper vaticinata est, tametsi id ægrè admodùm faceret, nec affirmanter: neque enim vilis, quæ sibi frequenter diuinitus obiiciebantur, facilè credebat. Vt autem multa quæ prædixit, omittam, illud non inuoluerim silentio, quòd Rauennate prælium, vrbisque direptionem sigillatim prænouit, asserens, è remotis locis multos ad diripiendam Rauennam accedentes, se intueri. Cùm verò Hieronymus Malusellus eam hortaretur, vt saluti fugâ consuleret, id ipsa renuens, si erant aduersa ob peccata ferenda, se quoque multa peccasse, & in dies peccare, affirmabat. Pridie verò quàm ob factiones magna cædes Rauennæ committeretur, sibi è D. Ioannis Euangelistæ redeunti, vas plenum sanguinis ostensum cælitus est, audiitque vocem, quæ illud acetarium futurum asseruit. Cùm etiam Borbonius per Æ-

futura multa prædicit:

miliam

miliam vagaretur, Romam contendens, ipſa in cubiculo nonnullis comitata, cùm eſſet ſtatim pallida facta & tamquàm territa, paſſis crinibus mulieres ſibi oſtenſas, hominum neces, cruoris magnam effuſionem, atque huiuſmodi multa, quæ in vrbium direptionibus ſolent contingere affirmauit: quod non diu pòſt verum fecit ipſa Romæ miſerabilis clades.

quemdam conuertit,

5 Hoc loco Hieronymi Maluſcelli teſtificationem libenter poſuerim, viri ſanctiſſimi atque illius contubernalis, quique illi à confeſſione ad expianda peccata, quam quotidie ferè faciebat, adfuit. Hic igitur cùm admodùm adoleſcens multa de Gentilis ſanctitate acciperet, &, vt iuuenes ſolent, ſperneret, hortante ſorore ac penè impellente, ad Gentilem ſe, non abſque ingenti metu, contulit: iam enim quartum annum abſtinuerat confeſſione de peccatis. Domum ingreſſus, ſtatim maximum percipit odorem, ad eamque accedens, breui ita eius præceptis & admonitionibus iuſtitiam & pietatem eſt edoctus, acieque mentis illuſtratus, vt aliam ſtatim vitæ conditionem, alios mores ingreſſus fuerit. Tres interim effluxêre anni, quibus frequenter ad eam venire conſueuerat, audiebatque illam Deum precantem, vt ſibi Sacerdotem concederet, quocum arcana cordis communicaret: nec diu pòſt Hieronymus in animum induxit, Sacerdotem fieri: ſed quò magis ad eum ſacroſanctum ordinem accedebat, eò cordis dolore quodam penè intolerabili magis afficiebatur: quo tamen Gentili patefacto, ſtatim exhilaratus eſt animus, & inanis timor ac ſollicitudo pulſa.

tum animi anxietate liberat,

6 Sacerdos iam factus, cùm Cæſenæ in cubiculo ſõlus myſteriorum arcana verba recitaret, & cubito ſupra ſacrum librum innixus, manu ad genam admotâ ea conſideraret, ſtatim ex ſublimi in faciem adeò vehementer ictus eſt, vt ſui vix eſſet compos, nullum tamen dolorem ſenſit: confeſtimque erectis oculis, iuxta ſe mulierem nigris indutam veſtibus conſpexit: quam Gentilem, aut Margaritam ſuſpicans, Rauennam, inquit, proficiſci animus eſt: aut enim Iacobus Gentilis maritus eſt mortuus, aut ſupremam agit animam. Itaque Rauennam cùm veniſſet, poſtridie eius diei Iacobus vitâ deceſſit: ipſeque Hieronymus, haud ita multò pòſt, Gentilis, Leonis, & mulieris cognatæ, quartus acceſſit contubernalis, vbi decem & nouem annos, vitâ ſanctè degendâ, perpetuò vixit. Gentili aſſiduè multos dolores, eoſdemque magnos, patienter atque hilari ſemper vultu, ferente: cùm tamen corpus etiam caſtigans, diebus Mercurij, Veneris, & Saturni, ſemel tantùm, ſacræ inediæ cauſsâ comederet, omnibusque Dominicis diebus feſtis Hieronymus illi diuinam ac ſacroſanctam corporis Chriſti Dei hoſtiam communicaret. Ex Hier. Rvbeo.

& ad ſe mirabiliter aduocat;

ſæpè ieiunat:

7 Antequàm diem obiret ſuum, illum ſæpè Hieronymo Maluſello prædixerat. Tandem verò hærede illo facto ex aſſe, (erat enim Leo filius præmortuus) iuſſit, vt domum ſuam in templum erigeret, iaceret fundamenta; reliqua Deo committeret; futurum enim, vt non Rauennates, ſed exteri opus iuuarent. Itaque ad V. Kal. Februarias nocte inſequenti, ad extremum ſacro oleo vncta, morte minimè diſſimili ab eâ, quam innocenter egerat, vitâ, nono & quinquageſimo ætatis anno, diem ſupremum claũſit. *mortem ſuam prædicit:* *piè moritur.*

8 Quoniam verò nimis longa ſumeretur oratio, ſi quæ poſt mortem admirabilia munera ſunt, eius apud Deum rogatu, impetrata, narrauerim; hæc omittens, ad Hieronymum Maluſellum venio, qui cùm neque aureos nummos decem haberet, verbis tamen Gentilis magiſtræ impulſus, fundamenta templi iacit: &, quod mirum eſt dictu, plurimi accurrentes ita iuuêre, vt breui fuerit templum extructum, in quod quingenti ampliùs nummi aurei impenſi ſunt: quorum trecentos Carolus in Neapolitano Regulus, quem nos virum nouimus, fuimuſque ſuperioribus annis allocuti, donauit. Is enim cùm in Galliâ, quò ſe amiſſo imperio receperat, de quodam Sacerdote accepiſſet, Rauennæ Sacerdotem planè ſanctè viuere, & templum exædificare, diuino ſpiritu impulſus, Rauennam è Galliâ venit, Diuæ Mariæ Lauretanæ templum toto orbe ingentibus miraculis celeberrimum inuiſurus; inuentoque Hieronymo, aureum tradidit torquem, vt, quod iam anguſtum ædificârat templũ, amplificaret, & ſacellis additis exornaret: quod & factum eſt. .... Quibus peractis, aliquot ſacratis viris probis ac religioſis, in quibus Simon Creſpolus Rauennas maximè enituit, ſecum iunctis, collegium inſtituit, titulo Boni Ieſu, ac Diuæ Margaretæ adiecto, anno à partu virginis trigeſimo ſecundo ſupra milleſimum quingenteſimum: quod poſteà Paulus III. Pontifex Maximus inſequentibus approbauit. Iulia etiam Sfondrata, nobilis ac religioſa mulier, vidua Mediolanẽſis, quæ Mantuæ ex Piccinardatâ familiâ maritum habuerat, annuam certam penſionem pecuniæ illi conſociationi cùm tribuiſſet, multum rem ipſam iuuit, magnificaſque ædes proximas templo, & nonnullos etiam fundos comparauit. *Ecclesiã ex eius domo conſtruitur.* *multis iuuantibus.*

XXIX. IANVARII.

SANCTI QVI IV. KAL. FEBR. COLVNTVR.

S. Valerius, Epiſcopus Treuirenſis in Galliâ Belgicâ.

S. Valerius, Epiſcopus Martyr, Lucæ in Etruriâ.

S. Sarbelius, S Bebæa, vel Barbæa, } Martyres, Edeſſæ in Meſopotamiâ.

S. Conſtantius, Epiſcopus Peruſinus in Etruriâ, Martyr.

S. Sabinianus, Martyr, S. Sabina, Virgo, alij plures Sancti Martyres, } Trecis in Galliâ.

S. Seuera, Virgo, S. Maximus, S. Secunda, eius parentes, S. Marcus, S. Calēdinus, fratres, circiter mille Milites, } Martyres, in Italiâ.

S. Seuſtius, alij LXXX. } Martyres, Tuderti in Vmbriâ.

S. Papias, S. Maurus, } Martyres, Romæ.

S. Philotheus, S. Hyperechius, S. Abibas, S. Iulianus, S. Romanus, } Martyres, Samoſatæ in Comagene prouinciâ.

S. Iacobus, S. Panegorius, }

S. Paulus, S. Victor, S. Honoratus, } Martyres.

S. Baculus, Epiſcopus Surrentinus in Campaniâ.

S. Gildas, ſiue Gildaſius, Abbas in Britanniâ Armoricâ.

S. Sulpitius Seuerus, Epiſcopus Bituricenſis in Galliâ.

S. Potamion, Epiſcopus Agrigentinus in Siciliâ.

S. Aquilinus, Presbyter Martyr Mediolani.

S. Arnulphus, Martyr Ciſonij in Belgio.

S. Iulianus, Hoſpitator.

B. Redigundus, ſiue Wedigundis, Virgo Ordinis Præmonſtratenſis, in Hiſpaniâ.

Carolus, Abbas Villarienſis, Ordinis Ciſtercienſis in Belgio.

S. Petrus Nolaſcus, fundator ordinis B. Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum, in Hiſpaniâ.

S. Petrus Thomaſius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Ordinis Carmelitarum.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

B. Vitalis Abbas. *MS. Florar. Carthuſiani Colon. in Addit. ad Vſuardum. Is eſſe videtur de quo egimus* VII. Ianuar.

S. Paulus I. Eremita. *Martyrologium ſacri Ordinis Prædicatorum, Breuiarium Eborenſe & Romanum antiquum. De eo egimus* X. Ianu.

S. Paulæ Romanæ viduæ *natalis celebratur hoc die officio duplici in ordine S. Hieronymi apud Hiſpanos, in antiquo Pariſienſi Breuiario & Coriſopitenſi officio 3. Lectionum. Vitam dedimus* XXVI. Ianuar.

S. Valerius Epiſcopus Cæſarauguſtanus & Martyr. *Ferrarius, Marietta, aliiq;. Colitur quibuſdam locis hoc die. De eo egimus* XXVII. Ianuar.

S. Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus. *Petrus de Natal. lib. 3. cap. 45. & Maurolycus, qui iterum de eo agit, cum Martyrologio Romano, vbi & nos,* XXVIII. Ianuar.

S. Iacobus Eremita in Palæſtinâ. *Martyrologium Gallobelgicum. Egimus de eo* XXVIII. Ianuar.

Sulpitius Seuerus S. Martini diſcipulus *ante annos ferè 50. Romani Martyrologij tabulis adſcriptus eſt: at correctæ illæ nunc ſunt,* VRBANI VIII. *Pontificis Maximi auctoritate, eiuſq; expunctum nomen, quod erat pro* Sulpitij Seueri Epiſcopi Bituricenſis, *qui Gunthramni Regis Sanctiq; Gregorij Turonenſis temporibus vixit, nomine expreſſum. At infrà, cùm de hoc agemus, de illo quoque diſcipulo S. Martini, toties S. Paulini epiſtolis laudato, diſſeremus, quando & is quoque à nonnullis inter Sanctos cenſetur.*

S. Makwolocus, *ſiue* Wolocus, Volocus, Maknolocus, Epiſcopus in Scotiâ, *refertur à Ferrario, Camerario, Regio: nobis ignotus eſt.*

Gelaſius II. Pontifex Maximus, *Cluniaci in Galliâ hoc die obiit anno 1119. refertur hic &* Sanctus *appellatur à Ferrario, VVione, Dorganio. Piis accenſetur à Sauſſaio.*

Hymana, *ſiue* Himmana, Abbatiſſa Salſinienſis. *Chryſoſtomus Henriquez in Menologio Ciſtercienſi, vbi* Beatam *appellat. Refertur & in Catalogo Sanctorum Comitatus Namurcenſis, ſed ſine* Sanctæ *aut* Beatæ *titulo, qui tamen in eo catalogo pleriſque publico aliquo cultu celebribus tribuitur. Eius mentio fiet in vitâ* B. Iulianæ Montis Cornelienſis V. Aprilis.

Irmendrudis monachi. *MS. Martyrol. monaſterij S. Martini Treuiris. Verùm quis ille fuerit* Irmendrud monachus, *nos latet, quaúe* Irmentrudis monacha; *nam ferè faminea ſunt nomina quæ in* trud *aut* drud *deſinunt, ac fidelitatem amabilitatemúe adſignificant.*

Tituli ſanctæ Crucis *pars an. 1492. hac die, quæ erat Dominica, reperta eſt Romæ in eccleſiâ ſanctæ Crucis in Hieruſalem. Quare* Alexander VI. *qui eo anno* Innocentio VIII. *ſucceſſit, plenariam indulgentiam conceſſit eam eccleſiam piè & religioſè quotannis adeuntibus, vt teſtatur Iacobus Gretſerus noſter to. 1. de ſanctâ Cruce lib. 1. cap. 94. vbi &* Alexandri *diploma recitat.*

S. Barſimæus Epiſcopus Edeſſę Mart. *Menæa. Nos* XXX. Ia.

S. Ignatij Deiferi, Epiſcopi Antiocheni, reliquiarum tranſlatio prima, Româ in Syriam, *celebrari à Græcis hoc die ſolet, vt ex eorum Menais patet. De eâ agemus ad illius natalem* I. Febru.

S. Cyriacus, S. Apronianus, } Martyres Romæ, ſocij SS. Papiæ & Mauri. *Galeſin. & Martyrologium Gallobelgicum.*

belgicum. Sed nos cum Martyrologio Romano
de Aproniano II.Februar.
de Cyriaco XVI.Martij.
& VIII.Augusti.

S.Siluanus Episcopus, } Martyres Emesæ. *Menæa Nos cum*
S.Lucas Diaconus, } *Martyrologio Romano* VI.Februar.
S.Mucius Lector, }

S.Apolloniæ Virginis & Martyris Translatio. *MS. Florarium. Eius natalis agitur* IX.Febru.

S.Cyrillus, Episcopus Hierosolymitanus. *Maurolycus, Petrus de Natalibus lib.3.cap.44. Nos* XVIII.Martij.

S.Aphraates. *Menæa. Nos cum Martyrol.Romano* VII.April.

S.Erconwaldus Episcopus Londinensis. *MS Kalendarium SS.Ord.S.Benedicti. Nos cũ Martyrol.Romano* XXX.April.

S.Germanus Confessor *refertur hoc die à Saussaio in Supplemento Martyrologij, quem scribit* cum S. Philiberto Apostolico spiritu feruentem, mari traiecto, Occidentalibus populis verbum Domini erogasse, partâque copiosâ messe diuinæ sementis manipulis onustum susceptæ gratiæ æternam peruenisse ad requiem. *Huius, atque* S. Philiberti *in vitâ* S.Gildæ *infrà mentio fit. Sed de hoc &* Philiberto *&* Germano *nihil certi possumus pronuntiare. Alius* Philibertus *colitur 20. Aug.*

S.Othilia, *siue* Odilia, Virgo & Martyr, Hui in Belgio, ex sodalibus S.Vrsulæ. *Ferrar.Galesin.Saussaius. Celebratur Hui apud Cruciferos eius translatio* XVIII.Iulij. *at de S.Vrsulæ sodalibus vniuersim agemus* XXI.Octob.

S. Iuliæ Virginis Trecensis & Martyris translatio ad Iotrum monasterium, *refertur hoc die ab Andreâ Saussaio. De ea agemus* XXI.Iulij.

S. Christophorus Martyr *colitur in Ecclesiâ Trebatensi hoc die officio duplici, vt patet ex Breuiario illius Ecclesiæ. De eo agemus* XXV.Iulij.

S. Hippolytus Episcopus, & socij sub Claudio in mare mersi. *Galesin. & Ferrarius. Martyrol.S.Hieronymi:* Hippolyti Episcopi. *Carthusiani Colon. in Addit. ad Vsuardum cum* Paulo, Honorato, Victore *coniungunt. Omnino videtur Portuensis esse* Hippolytus, *de quo agemus cum Martyrologio Romano* XXII.Augusti.

S.Lucia Virgo *refertur hoc die in vetustissimo Kalendario adiecto ad MS. Martyrologium S. Hieronymi his verbis:* Treuer. nat.Valerij Episcopi & Luciæ Virg. *Si celebris illa* Lucia *Sicula est, ea colitur* XIII.Decemb.

S.Dagobertus Rex. *Ferrarius, qui in Notis innuit eum esse de quo Molanus agit, & nos agemus ad* XXIII.Decemb.

DE S. VALERIO

EPISCOPO TREVIRORVM IN GALLIA BELGICA.

SVB FINEM SECVLI I. XXIX. IANVAR.

S. Valerius in Belgicã missus:

1 CVm in diuersa terrarum, qui gentes Christianâ religione imbuerent, multos diuinâ inflammatos caritate, Princeps Apostolorum, constitutâ iam in Vrbe terrarum dominâ regalis sacerdotij sede, legaret; Galliæ nobilissimas prouincias nequaquàm sibi negligendas esse duxit: adeoq; in nostratem Belgicam, & situ ipso & cultu humanitatis longissimè à populo Quiritium distantem, Eucharium, Valerium, Maternum misit. Erat tunc Treuirorum vrbs, Belgicarum (si non omnium Gallicanarum) facilè princeps. Isthic Episcopatus erectus, quem primus gessit Eucharius, dein Valerius, *tum* Maternus. *Celebratur* S.Eucharij *natalis VIII. Decembris,* Materni *XIV. Septembris,* Valerij *hoc XXIX. Ianuarij. Et de illis quidem suo tempore agemus.*

eius natalia:

2 S.Valerij *nomen plerisque, etiam vetustissimis inscriptum Martyrologiis est. MS.S.Hieronymi, Rabanus, MS. S.Maximini:* Treuiris depositio Valerij Episcopi. *Vsuardus, Beda vulgatus, Ado, Notkerus, Martyrol.Romanum, variaq; MSS.* Eodem die Treuiris depositio B. Valerij Episcopi discipuli S.Petri Apostoli. *Eadem habet Constantius Felicius, & Maurolycus. Galesinius:* Treuiris S.Valerij Episcopi. Hic vnus è LXXII. discipulis, B. Petri Apostolorum principis auditor, in Galliam missus, ingenti sollicitudine ad Euangelij propagationem attentus, mortuo Eucharo, in eius locum creatus Episcopus, cùm annos XV. Treuirensi Ecclesiæ præfuisset; vitæ innocentiâ, pietatis Episcopalium̃que virtutum laude florens, obdormiuit in Domino. *Fuisse è numero LXXII. discipulorum dicitur quoque in Martyrologio Germanico, & Guilielmi Eyfengreinei Centenario I. quod de* S.Euchario *Albertus Abbas Stadensis, & plures alij tradidere. MS.Martyrologium Ecclesiæ S.Gudilæ Bruxellis:* Treuiris depositio B.Valerij Episcopi, discipuli S.Petri Apostoli: qui cum BB. Eucharo & Materno Treuerim veniens, post obitum Eucharij ibidem per annos quindecim episcopatus fungebatur honore. Cuius prædicationis tanta fuit instantia, vt eo adhuc viuente per Galliam & Germaniam Christiani paganos numero simul & religione superarent.

Vita à Goldschero scripta:

3 *Res gestas* SS.Eucharij, Valerij, Materni *scripsit Goldscherus Treuiris in cœnobio S.Matthiæ monachus, ex* maiorum, *vt sub initium profitetur,* certissimâ relatione. *ast in Epilogo scribit se* hæc de gestis sanctorum Patrum post excidium Treuericæ vrbis relictos cineres diligentiùs perscrutantem, sparsim in chartulis scripta inuenisse, quæ in vnum redacta vtilitati legentium tam præsentium quàm futurorum fideliter commendarit. *Quâ ætate vixerit non reperimus: antiquissimum esse ex eo patet, quòd Herigerus Abbas Lobiensis, qui anno 990. Fulcuino successit, 31.Octobris an. 1007. (non 1107. vt Valerius Andreas & Miræus scribunt) obiit, multa hinc ferè ad verbum describat in gestis Episcoporum Tungrensium, vbi de* SS.Euchario, Valerio, *atque* Materno *agit per XVI.capita. Hanc vitam damus integram (quoniam trium illorum planè connexa sunt acta) ex vetustis MSS. monasteriorum S.Martini Treuiris, S.Laurentij Leodij, Marchianensis, Rubeæ-vallis in Soniâ siluâ, Accincti in Burgundiâ. Partem ad hunc diem edidit Surius, quæ* S.Valerij *præcipuè gesta complectitur. At si quid erit* SS.Eucharo Maternoque *proprium, præter ea quæ Goldscherus scripsit, propriis locis dicemus.* *unde hîc edita:*

4 *Meminerunt* S. Valerij *tum alij in Notationibus citandi, tum Marianus Scotus ætate 6.lib.2. ad an. 14. Neronis, & ad 1. Vespasiani, & 3. Domitiani. Albertus Abbas Stadensis ad an. Chr.47. Christophorus Brayerus lib.2. Annal.Treuiren. Ioannes Nauclerus vol.2. Chronographiæ, generat. 2. ad an.Chr.46. Otto Frisingensis lib 3. cap. 15. Guilielmus Eyfengreineus Centen. 1.par.1.dist.2.qui & alios citat, nobis nondum lectos. Petrus Mersæus Cratepolius in Annal. Episcopor. Treuir. Andreas Saussaius in Martyrol. Gallicano. Autbertus Miræus in Fastis Belgicis. Ioannes Chapeauillus in Annotat.ad Herigeri historiam. Petrus de Natal. lib.11.cap.130. nu.41. Constantinus Ghinius in Natal. Canonicorum. Auctor vitæ* S.Deicoli *Abbatis XVIII.Ianu.cap. 1.nu.5. Claudius Robertus in Galliâ Christianâ. Demochares de Missæ sacrificio cap. 33. qui tamen perperàm illi* Maternum *præponit. Michaël Monachus in Sanctuario Capuano ad 30. Ianuarij.* *qui alij de eo scripserint.*

Eius reliquiæ:

5 *Asseruantur nunc, teste Eyfengreneo,* S. Valerij *reliquiæ in subterraneâ cryptâ monasterij S.Matthiæ Treuiris. Aliquæ Vlyssipponem in Lusitaniam translatæ, atque in ecclesiâ Societatis Iesu locatæ, vt XXV.Ianuarij diximus. Aliquas reperimus alias illius Translationes, verùm quando eæ contigerint, quoúe & vnde pignora eius deportata fuerint, nos latet. MS.Florarium XV.Iulij ita habet:* Treueris translatio sanctorum Episcoporum Eucharij & Valerij. *Et quoddam aliud MS.VIII. Augusti:* Treueris B.Valerij Episcopi & Confessoris Translatio. *Translatio.*

VITA

SS. Eucharij, Valerij, Materni,

Auctore Goldſchero monacho Treuirenſi,

ex variis veteribus MSS. codicibus.

CAPVT I.

SS. Eucharius, Valerius, Maternus in Belgicam miſſi. Maternus à morte ſuſcitatus.

PRÆFATIO. *a*

1 QVamuis beata *a* vita Sanctorum apud omnipotentem Deum æternaliter maneat, & eorum nomina liber vitæ ſine obliuione contineat; nihil tamen veræ religioni obſiſtere credimus, ſi eorum merita ſæpius mente reuoluamus, actuſque illorum verbis & ſcriptis commemoremus. Vnde & ea quæ de geſtis ſanctorum Patrum Treuericæ vrbis certiſſimâ maiorum relatione agnouimus, ſilentio ſegniter præterire non debemus: quia iuſtum eſt hos piis commendare memoriis, quorum quotidie inſtruimur exemplis & documentis.

S. Petrus Romam venit:

2 Igitur poſtquàm beatiſſimus Petrus Apoſtolus Antiochenam Eccleſiam *b* primâ confeſſione Chriſtiani nominis ſuper ſolidiſſimam petram fundauerat; & Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam, ac Bithyniam verbo prædicationis illuſtrauerat; in exordio *c* regni Claudij Cæſaris, ſuperna prouiſione ordinante, Romam ingreſſus, ſalutarem cunctis credentibus fidem conſtantiſſimâ aſſertione prædicauit, eamdemque potentiſſimis ſignis atque virtutibus comprobauit; & eiuſdem Vrbis Pontificatum viginti quinque annis ſtrenuiſſimè rexit. Vbi dum firmiter veræ fidei fundamenta collocaſſet, & per totam Italiam fama doctrinę eius longè lateque percrebuiſſet; tandem à Spiritu ſancto præmonitus, Galliæ quoque ac Germaniæ verbum ſalutis inferre ordinauit atque ad hoc opus tres probatiſſimos viros ex ſuis diſcipulis elegit, Eucharium videlicet *d*, Valerium & Maternum: quorum ſtatim Eucharium ad Epiſcopalem dignitatem ſublimauit, Valerium ad gradum Diaconatus promouit, Maternum Subdiaconum conſecrauit.

b

c

Eucharid, Valerium, Maternū in Gallias mittit:

d

3 Qui ſatis idoneè à magiſtro inſtructi, iniunctum ſibi mandatum alacri mente ſuſceperunt, & acceptâ benedictione ad ſupradictas regiones ire cœperunt: pergentes per viam inceſſanter ſanam doctrinam cunctis euangelizabant, & multos ad ſoliditatem ſacræ fidei ſignis & virtutibus prouocabant. Cumque in quoddam Galliæ caſtellum, nomine *e* Elegia peruenissent, ibique aliquantulum temporis commorantes, omnes ad credulitatem conſtanter incitarent, vnus illorum, Maternus ſcilicet, febre correptus grauiter ægrotare cœpit, atque creſcente eadem infirmitatis moleſtiâ, non poſt multos dies vitam finiuit.

& multos conuertunt:

e

S Maternus moritur:

4 Quâ orbitate B. Eucharius nimiùm contriſtatus, faciem vbertim lacrymis perfudit, ſimulque ingemiſcens ait: O inimica & odioſa mors, quæ inuidiâ diaboli in orbem terrarum introiſti, quare contra nos tam crudeliter exarſiſti? Cur, quod ſuperna pietas ad depellendam mortem infidelitatis deſtinauit, tu violenter abſtuliſti? Scio te, impiiſſima, in pretioſiſſimâ Chriſti morte occubuiſſe: & vnde te iterū aduersùm ſeruos eius erexiſti? Sed confido in Dominum meum Ieſum Chriſtum, quia quod per nos fieri diſpoſuit, hoc auctor tuus impedire non poterit: & quod ipſe ad ſalutem credentium *f* præordinauit, hoc inuentor tuus diabolus peruertere non valebit. Hæc dicens lacrymas repreſſit,

alij duo Romam redeunt:

f

& corpus diſcipuli terræ commendans, aſſumpto Valerio cum celeritate Romam rediit: & cuncta quæ ſibi in viâ acciditſſent flebiliter magiſtro per ordinem narrauit, *g* dicens: Non poſſumus iterum remeare per viam, quâ miſiſti nos, & gentes *h* prædictas docere, niſi Maternum diſcipulum tuum ſanctis precibus tuis reſuſcites à mortuis, vt virtus Domini noſtri Ieſu Chriſti gentibus illis manifeſtetur.

g

h

5 Quem ille clementer conſolabatur, dicens: Noli lugere, cariſſime, nec triſtis eſſe; quia quem nunc mortuum doles, ipſum per gratiam Redemptoris noſtri citiùs reſurgere videbis, & tui itineris fidelem & incolumem ſocium habebis: mortem enim, quam ille ad tempus corporaliter pertulit, hanc omnipotens Deus ad ſalutem plurimorum prouidit. Sed iam nunc accipe *i* baculum meum, & cœptum iter perage, & cùm illuc peruenieris, ipſum baculum ſuper corpus defuncti pone, dicens: *k* Præcipit tibi Petrus Apoſtolus in nomine Ieſu Chriſti filij Dei viui, vt à morte reſurgas, & commiſſum miniſterium nobiſcum *l* perficias. Sanctus verò Eucharius cum fratre Valerio imperium Magiſtri gratanter ſuſcipiens, ad prædictum caſtellum veloci greſſu peruenit: atque ad ſepulchrum fratris accedens, dilectiſſimumque theſaurum effodiens, baculum funeri ſuperpoſuit: & dum Apoſtoli verba, quæ mandauerat, retuliſſet, ſtatim Maternus reſumpto ſpiritu reſedit, datâque manu Pontifici viuus & incolumis coram populi multitudine de tumulo ſurrexit. *m* In hoc oſtenditur Prophetam dixiſſe: Mirabilis Deus in Sanctis ſuis &c. & in alio loco: Omnia poſſibilia ſunt apud Deum. Tunc omnes, qui aderant, laudes in cælum extulerunt, & multi ex paganis baptiſmi gratiam conſequentes vnitati fidei ſe coniunxerunt: ſicque impleta eſt præmiſſa Apoſtoli ſententia, quòd mortis illius occaſio multorum fieret ad ſalutem reſurrectio. In quo loco poſteà *n* eccleſiam Chriſtiani conſtruxerunt, eique ex eo quod ibi acciderat nomen Reſurrectionis impoſuerunt.

i

eo ſi reuerteris, remittit data baculo;

k

l

quo admoto reſurgit Maternus:

m

Pſal. 67. 36. Luc. 18. 27.

multi conuertuntur.

n

consolatur eos S. Petrus;

a *Al.* memoria. b *al.* piâ.

c *Anno Claudij* 2. *Chriſti* 42. *venit Romam S. Petrus, non* 4. *vt quidam ſcripſêre; nam cùm anno* 13. *Neronis, Chriſti* 67. *occiſus ſit, non poſſunt ab anno* 44. *ad* 67. *anni* 25. *quibus Romanum pontificatum geſſit, confici.*

d *Addunt quidam MSS.* (Qui interpretatur Gratia, magnarūm vir exiſtens virtutum, & impleuit opere quod deſignabatur in nomine.)

e Peruetus hic Tribocorum vicus, hodieque monſtratur in Elli, ſeu Illæ fluminis ripâ, & Romanâ antiquitate & religione Chriſtianâ viſendus; *inquit Brauverus Annal. Treuir. lib* 2. *In MS. S. Laurentij* Legiacum *vocatur, in aliis MSS.* Alegia. *Albertus Stadenſis*: Venerunt vſque in Gelenhem Alſatiæ, & ibi Maternus obiit.

Elegia vicus Elſa-cius Alſatiæ.

f *al.* ordinauerit, *al.* prærordinauerat.

g *Sequentia, vſque ad,* Quem ille clementer *&c. deſunt in MSS. S. Laurentij & Actinſi.*

h *al.* prædicatione.

i *Ottoni Friſingenſi* virga paſtoralis *dicitur, aliis* cambuta, *apud Harigerum vocat S. Petrus baculum hunc, ſui* Petalium pontificij; *quod de proprio Apoſtolorum inſigni, quod capitis fuit, ad vſum communem tranſlatum cenſet Brauverus.* Nam πέταλον, *inquit,* quod bracteam, ſiue laminam, & mithram alij verterunt, inſigne extitit capitis ſacerdotalis, coronæ inſtar, cuiuſmodi antiqui ſcriptores Ioanni & Iacobo Alphæi Apoſtolis attribuerunt. *Materni per ſacrum hunc baculum ſuſcitati meminêre, Petrus Cluniacenſis lib.* 1. *ep.* 2. *contra Petrobruſianos; Honorius Auguſtodunenſis ſerm. de Petro & Paulo; Theofridus Epternacenſis Abbas, qui an.* 1100. *vixit, lib.* 3. *cap.* 3. *Florum Epitaph. SS. Atque ex MSS. Actis ſynodalibus oſtendit Brauverus morem fuiſſe* in Synodis prouincialibus, præter auctoritatem ſcripto teſtatam, Eccleſiaſtica decreta Baculo S. Petri, ceu ſacroſancto, confirmare, addito baculi elogio: CVM QVO B. MATERNVS A MORTVIS SVSCITATVS EXTITISSET. *Nauclerus de hoc baculo ex Ottone Friſing.* Oſtenditur ea hodie adhuc virga in argumentum rei Treueri ac Agrippinæ. Itaque ſuperiorem eius partem Colonienſes, inferiorem Treuerenſes habent. *S. Sanctus quoque* Auſtriclinianus *S. Petri baculo admoto ad vitam reuocatus memoratur in Actis* S. Martialis 30. *Iunij. Suſpicatur Brauverus pro* Materni, Martialis *nomen ſcribi facilè potuiſſe. Et ſanè eam coniecturam firmat, quòd Surius & varia MSS. dicunt id contigiſſe* in loco qui Elſe dicitur. *Nam S. Materni ſuſcitatio contigit ad* Illum, *ſiue* Ellum, *vulgò* Ils, *aut* Els, *flumen, à quo* Eliſgaugium, *ſiue* Alſatia *nomen accepiſſe traditur.*

Baculo S. Petri

ſuſcitatus S. Maternus:

an & S. Auſtriclianus

an S. Georgius Episc. *ditur. In vitâ* S. Frontonis 25. *Octobris idem miraculum contigisse dicitur in suscitatione* S. Georgij *primi Episcopi Velaunorum, de quo* 9. *Nouemb. sed in comitatu eiusdem* S. Eucharij, *cùm non nisi tridui itinere Româ abessent, ad lacum Vulsinum in Thusciâ.*

k *al.* præcepit. l *al.* perferas, *al.* peragas.

m *Deest hoc testimonium Scripturæ in MSS. quibusdam.*

S. Maternus Alsatiæ Apostolus. n Cuius ad præsentem memoriam, *inquit Bravverus*, in Alsatiis sacra supersunt vestigia, conuenarum religione & votiuâ peregrinatione contrita. *Alia ibidem monumenta recenset religionis Christianæ primùm à* S. Materno *in Alsatiâ plantatæ, de quibus* 14. *Septemb. cùm de* S. Materno *agemus.*

CAPVT II.

Treuiri fidei mysteriis imbuti.

Treuiros veniunt: 6 ILli verò postquàm ibidem multos ad fidem imbuerunt, & iam ad alia loca tempus transmigrandi adesse viderunt, valedicentes fratribus, per Galliam semina vitæ serendo profecti sunt, tandemque perfecto itinere Treuiros peruenerunt: vbi tantus gentilitatis error

a inerat, vt exceptis singulorum penatibus, in *a* vno loco ciuitatis centum statuta idola à populo generaliter colerentur, & per ea miseri responsis dæmonum ac præstigiis deluderentur. Nec tamen bonis actibus insistentes recepti sunt à populo Treuirorum, quia quantò ciuitas potentior dignitate, tantò fuit in primâ prædicatione superbior. Cumque S. Euchatius per singulos dies populum admoneret, vt idola vana colere cessarent, & ad Deum verum, creatorem cæli ac terræ se conuerterent, illique nullo modo verbis eius acquieuissent, quodam die cum sociis vrbẽ ingressus est eumdem ad populum sermonem habiturus: quapropter, Pontifices

b *b* Capitolij inuidiâ succensi, maximam partem populi contra eos concitauerunt, & expellentes illos extra ciuitatem lapidibus obruere voluerunt.

Ethnici volentes eos lapidare, 7 Quod videns B. Eucharius, ad arma orationis se cum suis conuertit, obsecrans cum lacrymis omnipotentis Dei clementiam, vt & sibi contra incredulos pium præberet auxilium, & insanis infidelium turbis ad agnoscendam fidei veritatem capabilem aperiret sensum. Inter hæc omnis illa sæuientium turba mirum in modum

manent in vario gestu immobiles: ita cælitus obligata est, vt alij ex eis incassum iactui initentes, brachiis extentis inflexibiles starent; alij pro colligendis lapidibus deorsum inclinati, terræ pronis ceruicibus inhærerent, & omnes secundùm vniuscuiusque corporis motum immobiles & obstinati perdurarent. Dumque hoc ferè per vnius horæ spatium ageretur, & cuncti per varios modos nexibus superni numinis adstricti tenerentur; cœperunt omnes nimio iam dolore fatigati absolutionem suorum membrorum humiliter petere, seque crediturос, si absoluerentur, clamare. Tunc S. Eucharius iterum orationem ad Dominum fundens, omnem illam rebellantium multitudinem à vinculo doloris absoluit, & ad priorem statum

SS. precibus soluuntur: *c* reddità sanitate restaurauit. *c* Benè autẽ scribitur de electis Dei in psalmo: Si cõsistant aduersùm me castra, non timebit cor meum. & iterum Apostolus: si Deus pro nobis, quis contra nos? & Moyses: Deus pugnat pro nobis.

Psal. 26. 3. Rom. 8. 31.

8 Hoc igitur viso miraculo omnes pariter se ad pedes Sanctorum prouoluentes, rogabant vt eis viam salutis ostendere non differrent; sed quid illis pro suâ recuperatione agendum, quidue vitandum esset citiùs insinuarent. Post hæc facto silentio B. Eucharius ait: Ne-

S. Eucharius eos docet mysteria fidei, cessarium vobis est, dilectissimi, vt errorem, in quo hactenus conuersati estis, penitùs relinquatis, & ad verum atque omnipotentem Deum toto corde vos conuertatis: error enim est maximus & diabolicâ fraude hominibus persuasus, lapides & ligna & manufacta idola surda & muta ac sensu carentia colere, & creatorem omnium nec agnoscere nec adorare. Huius quippe vanitatis diabolus est primus auctor, quia omnium

ruinam Angelorum, scelerum atque errorum ipse est inuentor: hæcque idcircò hominibus studet persuadere, vt quia ipse à veritate, contra conditorem suum se extollendo, aberrauerat, omnes sibi consentientes in eumdem errorem perniciosè introducat. Auctori Gotschero; Ex MSS.

9 Ab initio namque contra hominem per inuidiam exarsit, eique aduersùs præcepta Dei sui agere callidè persuasit. Primus etenim parens noster innocens & immortalis est creatus, & totius corruptionis ignarus, in paradisum quoque gratissimæ amœnitatis est positus; vbi assueuerat verba Dei audire, beatis Angelis mundi-

primordia hominum innocentiam tià cordis & celsitudine visionis interesse, ligna perpetuæ viriditatis aspicere, & eorum fructus vno tantummodò interdicto delectabiliter percipere, inter lilia & rosas ceteroscque immarcescibiles flores deambulare, & ex his suauissimum odorem naribus attrahere, lucem videre perpetuam, noctem habere incognitam, semper de beneficiis creatoris sui gaudere, & omnem molestiam & tristitiam ignaram habere. Hanc itaque digni-

& lapsum tatem diabolus non ferens, egit arte nequissimâ, vt homo in tantâ sublimitate positus, mandata Dei sui negligenter postponeret, & de ligni vetiti fructu inobedienter comederet: cui ille (prô dolor!) consentiens, statim immortalitatis veste priuatus, à celsitudine prioris dignitatis cecidit; & à paradisi gaudiis merito suæ præuaricationis proiectus, in huius exilij atque cæcitatis ærumnam deuenit: ex cuius carne omne genus hominum

peccatum originale, propagatum processit, & ab illo sicut originem nascendi, ita etiam ab ipso initium peccandi sumpsit.

10 Post hæc diabolus se victorem esse conspiciens, super prædâ suâ, quam fraudulenter inuaserat, sicut leo

tyrannidem diaboli, & idolatriam, rugiens, sæuiebat: & qui anteà in paradiso homini velut minor ac subiectus suggerebat, posteà iam sibi per consensum prostrato, atque à paradiso exigentibus meritis expulso, sicut dominus, imperabat. Quapropter ad tantam insaniam homines perduxit, vt nec dignitatem quidem suæ conditionis intelligerent, nec Deum creatorem suum vel in agnitione, vel saltem in mente haberent, sed potiùs dicerent ligno: Deus noster es; & lapidi, vel cuicumque metallo, Adiuua nos, quia potens es.

11 Cùm ergo diabolus per varia deceptionum genera in mundo grassaretur, & eum subiectum sibi esse gloriaretur; tandem omnipotens Deus, condolens humanæ miseriæ, filium suum in Deitate sibi coæternum & consubstantialem misit in mundum, vt his miseriis tandem finem imponeret, & captiuum hominem de crudelissimâ diaboli potestate misericorditer liberaret. Hic verò Altissimi Filius, per quem omnia creata sunt, & sine quo

Christi Incarnationem; factum est nihil, quia in suâ maiestate videri ab hominibus non potuit, visibilem se, ex castissimâ Virgine carnem assumendo, exhibuit, particeps quidem factus nostræ naturæ, sed alienus ac remotissimus à consortio totius culpæ. Hunc ergo cùm vidisset diabolus sanam doctrinam populis prædicantem, peccata relaxantem, regna cælorum credentibus promittentem, cæcos illuminantem, leprosos mundantem, paralyticos curantem, mortuos suscitantem, surdis auditum reddentem, & omnem languorem & infirmitatem sanantem; expauit quidem in eo & puritatis innocentiam & diuinorum operum excellentiam; sed quia eum similem mortalibus vidit, hinc Deum esse dubitauit: vnde & aduersùs eum

Passionem; crudelissimos persecutores excitauit, qui eius doctrinæ resisterent, & contumeliis affectum probrosâ morte occiderent. Verùm quia ad hoc in mundum venerat, vt non solùm contumelias, sed & ipsam mortem pro nobis subiret; non recusauit vincula, flagella, sputa, conuitia sustinere, vt nos ab æternis opprobriis eriperet: deinde quasi agnus mansuetissimus ad victimam est ductus, crucifixus, & velut mundissima hostia pro salute mundi Deo Patri est oblatus, consummatâque passione in sepulchro est positus.

12 Qui tertiâ die non solùm à mortuis resurrexit,

Resurrectionem; verùm etiam ipsum auctorem mortis diabolum igneis catenis ligatum in æternam damnationem retrusit. Post hæc discipulis suis per dies XL. in multis argumentis apparuit, colloquens cum eis & conuescens; atque ipso die,

AVCTORE GOLDSCHERO, EX MSS. *Aſcenſionem; miſſionem Spiritus ſancti.*

quo aſcenſurus erat in cælum, illis ita præcepit: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Et hæc dicens videntibus diſcipulis illis penetrauit cælos, & ſedet ad dexteram Patris. Exinde decimo die poſt aſcenſionem eius, illis in vno loco conſiſtentibus atque orantibus, Spiritum ſanctum in igneis linguis ſuper eos miſit, & ſcientiam omnium linguarum eis dedit: quo repleti & confortati cœperunt mox magnalia Dei prædicare, & per orbem diuiſi veram ſalutem cunctis gentibus annuntiare. Ex quibus nunc B. Petrus Princeps Apoſtolorum eius, in vrbe Româ hanc fidem conſtanter prædicat, & eam hactenùs in errorum tenebris manentem radio ſanctiſſimæ doctrinæ illuſtrat: qui etiam nos ad iſtas regiones miſit, vt vobis eamdem fidem annuntiemus, & viam ſalutis, per quam ad cæleſtem patriam pergitur, fideliter demonſtremus.

a *al.* imo.

b *Pluribus in Vrbibus Capitolia fuêre, Romani imitatione Treuiru* cis ripam Moſellæ, antiquiores apud Mariæ Martyrum, recentiores ob loci ſitum B. Simeonis in æde molis operoſiſſimæ collocatum malunt. *ita Brauverus, qui plura de Capitoliis diſputat.* *Capitolium Treuirenſe.*

c *Aberant hæc Scriptura teſtimonia à MSS. S. Laurentij, & S. Martini.*

CAPVT III.

Miraculis fides confirmata.

13 HÆc prædicante S. Euchario compuncti ſunt corde, ac ſe numquàm talia audiiſſe vel comperiſſe teſtati ſunt. Adfuit etiam huic ſalutiferæ admonitioni diuinæ virtutis confirmatio, & eam mox ſubſecuta eſt ſtupendi miraculi atteſtatio. Nam fuit in eodem ſpectaculo quædam vidua *a* nomine Albana, genere præclara, rebus opulentiſſima, quæ à famulis illuc cum feſtinatione concurrentibus triſte accepit nuntium, videlicet vnicum filium ſuum, quem domi reliquerat infirmum, redeunte ad vitalia dolore, eſſe mortuum. Quod illa audiens miſit ſe ſtatim ad pedes S. Eucharij cum lacrymis dicens: Obſecro te, renouator noſtræ vrbis & illuminator totius gentis, vt mei miſeræ iam bis orbatæ miſerearis, & viſcera pietatis ſuper me infeliciſſimam habere digneris, nuper enim marito ſum viduata, & (heu!) hodie miſerabiliter vnici filij morte ſum deſtituta. Quòd ſi eum reſuſcitaueris, ſcias me certiſſimè poſt hæc præceptis tuis libentiſſimè obedire, & cum ipſo filio meo ac totâ familiâ in Chriſtum tuum credere. His gemitibus motus B. Eucharius, vnà cum Valerio atque Materno, ibat cum illâ, & pro tanti miraculi nouitate cum eis turba copioſa. Cùm verò illuc perueniſſet, domum introierunt, populo extra fores euentum rei exſpectante: & priùs quidem genua flectentes in orationē ſe dederunt, ac deinde ab oratione ſurgentes ad corpus exanime acceſſerunt, tenenſque B. Eucharius manum defuncti cum fiduciâ dixit: Dico tibi, iuuenis, vt in nomine Ieſu Chriſti, qui vnicum filium viduæ ſuâ virtute reſuſcitauit, tu quoque ad præſentem lucem redeas, & deinceps relicto dæmonum errore creatorem tuum rectâ fide recognoſcas. Qui redeunte animâ ſtatim ſurrexit, & nondum per fidem imbutus Deo gratias agere cœpit: quem aſſumens S. Eucharius ſecum extra domum duxit, & coram omni populo viuum & totius infirmitatis expertem matri reddidit. Tunc omnes qui aderant magnis vocibus cœperunt clamare dicentes: Verè magnus & potentiſſimus Deus Chriſtianorum eſſe probatur; qui talia ſigna & mirabilia per famulos ſuos operatur. Eadem die baptizata eſt Albana cum filio ac totâ familiâ, & de populo turba non modica: domus verò eius non poſt multos dies à S. Eucharo *b* eccleſia eſt conſecrata.

a *Albana matrona filium mortuum precibus reſuſcitat S. Eucharius, eamq; cum ſuis baptizat,*

b *& domum eius conſecrat.*

14 Poſt hæc quidam nobilis eiuſdem vrbis Senator, vidit ſomnium, ad ſalutem multorum profuturum: quadam namque nocte aſpexit per ſomnium quemdam virum *c* coram ſe ſtantem, vultu elegantem, *d* ſplendidiſſimis veſtibus coruſcantem, crucemque miræ æſtimationis in manu ferentem *e*, ac ſibi dicentem: Iſti viri, qui huc venerunt, ſerui ſunt Dei excelſi, & propter veſtram ſalutem huc deſtinati: & ideò ſi mortem euadere perpetuam, & ad vitam æternam vultis peruenire, omnia quæcumque vobis dixerint facite, & præceptis illorum cum omni deuotione obedite. Et hæc dicens ab oculis eius ſublatus eſt. Facto autem manè, conuocatis ciuibus, narrauit per ordinem quæ per ſomnium viderat, quæque audierat. Quâ *f* relatione freti cœperunt certatim ad Sanctos Dei currere, & ſacri baptiſmatis vndam ſitienter expetere: cantaque fuit per tres dies ad illos populi concurſio, vt in flumine, quod per mediam ciuitatem currit, eos baptizarent, nec aliter eorum oppreſſionem ferre ſufficerent. Vnde & accidiſſe creditur, vt ex eo tempore ipſe riuulus, ob infuſionem ſacri olei, deriuatiuè *g* Oleuia nuncupetur. Interim ciuitas à pollutione idolorum mundatur, error ſuperſtitioſus abiicitur, deſtruuntur dæmonum aræ, fabricantur per loca Chriſti eccleſiæ: perſonat latè per vrbem tuba ſalutaris, omneſque inuitat ac pulſat ad gratiam credulitatis: armis fidei contra ſpiritalium hoſtium inſidias vndique munitur ciuitas, hymnuſque nouus in eâ publicè canitur: & quæ anteà creatorem ſuum non cognoſcendo erat adultera, ipſa ſe per fidem conuertendo facta eſt Chriſti ſacratiſſima ſponſa.

c d *e* *diuinitus monito Senatore vt Sanctos audiat,* *f* *multi conuertuntur & baptizantur in riuo Oleuia,* *g*

15 *h* Accidit autem die quadam, vt dum Deo dilectus Pontifex, vt ſemper ſolitus, adhortationis gratiâ per medium ciuitatis tranſiret, obuium haberet miſerabili facie quemdam paralyticum: qui cùm ſui miſereri, vt egens, ſupplex poſtulaſſet, vir Dei miſericordiæ viſceribus plenus nil cunctatus, eleuatâ manu ſignum benedictionis indigenti porrexit. Sed quid omnipotens Deus per famulum ſuum oſtendere dignatus ſit intexere digrum duximus. Nam circumſtipante eum populi caterua, in medio plateæ iacebat corpus cuiuſdam exanime; quod tamen venerabilem Eucharium latuit, ſed cuius meriti ſanctus vir fuerit, omnino latere non potuit. Cùm ergo, vt prædiximus, ſignum ſanctæ crucis manu eleuatâ contra paralyticum erigeret; vmbra ſanctificationis cadauer attigit. Mira res: & iuxta promiſſum Dominicum fidelibus in ſe credentibus pollicentis: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet, in ſeruo ſuo dignatus eſt adimplere, quod promiſit. Defunctus igitur totius populi præſentiâ illicò reuiuiſcens, in horâ erigitur: & ſecum quid ageretur ignorans, ad pedes ſancti viri gratias agens prouoluitur. Sicque factum eſt, vt dum vnus ſe curari à ſancto viro poposcit, & ipſe ſaluté promereretur; & defunctus, nullo pro ſe interueniente, reuiuiſceret. Quo in facto hunc ſanctum Antiſtitem nequaquàm magiſtro inferiorem credimus, cuius vmbra depulſis ægritudinum morbis, mox vt ſuperinfulſit, ſanitati reſtituit. Tunc omnes qui aderant ad ſpectaculum illius miraculi, Chriſto gratias agendo, laudes in cælum extulerunt.

h *Sanctus Eucharius ſigno Crucis paralyticum ſanat, & mortuum reſuſcitat.* Ioan. 14. 12.

a Orbata marito Senatorij ordinis viro, *inquit Brauverus. Huius filium fuiſſe* S. Symetrium *Romanum Presbyterum & Martyrem, à S. Materno ſuſcitatum, poſteà ſub Antonino paſſum, fabulantur quidam: quod meritò explodit Brauverus. De* S. Symetrio *agemus 26. Maij. Aſt Albana filium Caniſius, Carthuſiani Colon. in Addit. ad Vſuard. & Martyrol. Colon. 26. Iulij inter Sanctos numerant, &* Valerium *appellant*

b *Extremâ ciuitatis parte versùs Meridiem ſita fuit, Brauvero teſte.*

c *al.* contra.

d *Brauv.* igne plurimo, ceu veſte, circumfuſum.

e *Addunt quidam MSS.* fibique porrigentem.

f *MS. S. Laur.* reuelatione.

g *al.* Oliua, Oliuia, Oliuifa. *Tunc is riuus* in vrbem ibat ductu, cœnoſo iam influit alueo, *Brauvero teſte.* Oleuia riuus.

h *Deerant quæ hoc §. narrantur, in quibuſdam MSS. memorantur à Brauvero.*

CAPVT

CAPVT IV.

S. Eucharij obitus.

Tres Sancti miraculis clarent:

16 INtereà per vniuersas circumquaque regiones verbum vitæ prædicabant, & tam sermone quàm virtutibus longè lateque pollebant: nam cæcos illuminabant, debiles restaurabant, mortues suscitabant, dæmones fugabant, & omnes languores curabant. Cumque B. Eucharius per viginti & tres annos Pontificatum Treuericæ vrbis tenuisset, & Ecclesiasticas res benè firmatas atque fundatas haberet, ipseque iam prouectæ ætatis esset; quadam nocte astitit ei Angelus Domini, dicens: Euchari fideliter in mandatis Domini laborasti, viriliter in agone præsentis vitæ certasti; veni iam in requiem tibi promissam, & accipe certaminis tui incorruptibilem coronam. His per visionem compertis S. Eucharius valdè gaudebat, & tempus dissolutionis suæ intrepidus expectabat. Cùm autem sui exitus diem sibi instare prænosceret, conuocatis ad se discipulis, ait: Scio me, carissimi, de hoc seculo citiùs migraturum, atque debitum humanæ conditionis expleturum; & ideò vos rogo, vt fidem firmam, spem inconcussam, caritatem veram inter vos habeatis; & nequaquàm deinceps diabolicis erroribus consentiatis. Quod de me terrenum est, terræ commendate; & quod spiritale, spiritalibus quoque exequiis procurate.

Eucharius de obitu instante ab Angelo monitus,

suos instruit:

Valerium successorē designat:

17 Ad Beatum verò Valerium dixit: Commendo tibi, carissime frater, sponsam Christi, Ecclesiam videlicet eius, quam in istis regionibus ipsius virtute adquisiui; vt illam castè custodias, & nullis eam errorum deceptionibus in diebus tuis pollui sinas: mensuram Euangelici tritici, sicut fidelis seruus & prudens Dominicæ familiæ, largiter eroga: commissa tibi talenta in eis fideliter multiplica, vt dum Iudex rationem ponere cum seruis suis venerit, non vt seruus nequam & desidiosus pro infossis talentis puniaris, sed potiùs pro duplicatis thesauris ad gaudium Domini tui feliciter introducaris. Hæc dicente S. Eucharo, subitò cunctis, qui aderant, cernentibus, lux clara velut fulgur emicuit, ac penè per vnius horæ spatium totam eius cellulam circumfulsit. At ille valedicens fratribus, repressisque reuerenter oculis, reliquit hoc triste seculum, & cum ipsâ luce *a* VI. Id. Decembris lætus migrauit ad Christum. Tunc discipuli pro eius exitu sacras exequias celebrauerunt, & corpus eius in ecclesiâ *b*, quæ est extra mœnia ciuitatis ad meridianam plagam sita, cum hymnis & piis lacrymis sepulturæ tradiderunt.

luce cælesti collustrato cubiculo,

a moritur.

b

a *Harigerus & MSS. quadam* V. Id. *at Brauverus:* Obiit sexto Idus Decembris; quam diem anniuersariâ ac sempiternâ B. Eucharij memoriâ Treuirensis Ecclesia consecratam habet.

b *Idem:* Corpus eius anno Christi LXXIII. æde, quæ antiquitus B. Ioanni Euangelistæ, inde verò ipsius nomini sacrâ dicataque fuit, humatum est; vbi & septemdecim ordine deinceps succedentium Antistitum sepulchra, magnâ olim veneratione & præcipuâ religione colebantur.

CAPVT V.

S. Valerij episcopatus.

a

S. Valerius multos conuertit,

18 POst cuius venerabilem obitum B. Valerius in ministerium Sacerdotale successit, illudque per *a* XV. annos, sanctè viuendo & verbum vitæ prædicando, probatissimè rexit: in quo videlicet temporis spatio multos ad Dominum populos, signa magna & stupenda prodigia exercendo, conuertit, & ad agnitionem Catholicæ fidei saluberrimâ instigatione perduxit: qui etiam tam studiosissimè verbo prædicationis instabat, vt iam tunc per totam penè Galliam ac Germaniam Christiani paganos & numero superarent & religione. Erat namque doctrina eius singulis congrua, cunctisque audientibus dulcis & gratissima: vnde ob mellifluam sermonum eius facundiam, vndique ad eum populi confluebant, & saltim aliquod verbum ex ore eius audire cupiebant.

AVCTORE GOLDSCHERO EX MSS.

19 Quantum verò ad proprios mores pertinuit, vt breuiter narrem, fuit cogitatione mundissimus, verbo vtilis & discretus, operatione nihilominùs irreprehensibilis & præcipuus: ac sic per actiuam vitam singulis compassione extitit proximus, vt tamen præ cæteris contemplatione esset suspensus, & nec in contemplatione positus deserebat fraternam condescensionem vitæ actualis; nec etiam in actione submissus recedebat à sublimitate contemplationis: quique salutaria magistri sui monita recto tramite sequens, Euangelicum triticum Dominicæ familiæ fideliter dispensauit, & credita sibi talenta spiritalibus augmentis quotidie multiplicauit.

vir sanctissimus.

20 Cùm verò his profectuum gradibus vsque ad venerabiles canos peruenisset, & iam consummatio sui cursus adpropinquaret, nocte quadam apparuit ei B. Eucharius per visionem dicens: Tempus iam instat, frater Valeri, resolutionis tuæ, & parata sunt tibi gaudia retributionis æternæ. Patet enim tibi ianua regni cælestis, quam post hanc horam quinto die gratulabundus ingredieris, & de concessis Domini tui beneficiis sine fine lætaberis. Quapropter Maternum agonis nostri cooperatorem tui officij successorem constitue, illumque de visitatione nostrâ ante diem exitus sui certissimum redde: & hæc dicens recessit. Euigilans autem S. Valerius mox visum somnium B. Materno, ceterisque fratribus qui præstò erant, narrauit, & eisdem diem obitus sui lætissimo vultu instare prædixit. Sequenti verò die venerabilem Maternum ad Sacerdotalem gradum prouexit, & eum de studio commissi ministerij diligenter instruxit.

S. Euchario sibi apparente diem mortis suæ intelligit:

Maternū consecrat Episcopū:

21 Cumque per prædictum spatium, ob famam depositionis eius, aduenientes fideles verbo salutiferæ admonitionis, de exercitio sanctæ conuersationis instanter instrueret, & eos ad salutem animarum suarum dulciflua exhortatione paterniscque visceribus incitaret; illucescente iam quinto die oratorium ingressus, viaticum quod ipse consecrauerat accepit: & post hæc extensis inter discipulorum manus sacris membris, IV. Calendas Februarij spiritum cælo reddidit. Cuius corpus colligentes discipuli sacratissimo corpori S. Eucharij coaptauerunt, & in eodem sarcophago cum diuinis laudibus condiderunt: quod superna dispositione actum esse credimus, vt, quorum vna mens semper in Domino fuerat, eorum quoque corpora nec sepulchrum ab inuicem separaret.

sumpto viatico moritur 29. Ianu.

sepelitur cum S. Euchario.

a *Alij MSS.* XII.

CAPVT VI.

S. Materni episcopatus.

22 POst decessum S. Valerij B. Maternus Pontificalem suscipiens apicem, cœpit per ciuitates & regiones veram fidem, quæ est in Christo, constanter prædicare; eunctos ad viam salutis assiduâ admonitione prouocare, magnis virtutibus quotidie crescere, signis & miraculis longè lateque clarescere: & quantò quotidianis incrementis fidelium multitudinem plus augeri conspexerat, tantò diligentiùs iniunctum ministerium regulariter ordinare studebat. Hic etenim, quamuis esset magnæ vir auctoritatis & prudentiæ, nihil tamen ex proprio imperio, quasi liberâ vtens potestate, exercuit; sed omnia humiliter atque simpliciter egit, communemque se subditis studio sanctæ dilectionis exhibuit; in omnibus etiam quæ probabiliter gerebat, non suam sed Christi gloriam quærebat: quique inter cetera sanctarum virtutum exercitia, mitissimus existens, consolabatur afflictos, pauit ex his quæ habebat egenos, vestiuit nudos, redemit captiuos, suscepit peregrinos, errantibus viam salutis misericorditer ostendit, desperatis spem veniæ consi-

S. Maternus miraculis claruit,

multos conuertit;

mansuetudine, & aliis virtutibus ornatus:

AVCTORE GOLDSCHERO, EX MSS.

consequendæ clementer promisit, currentes viam mandatorum Dei semper ad anteriora impulit; in eadem remorantes verbo exhortationis instigauit; & modò docendo, modò exhortando, modò sustinendo, modò in periculis se obiiciendo, omnibus indesinenter pio solamine occurrit.

40. annis præst:

23 His ergo atque aliis huiusmodi bonorum operum studiis fultus, ad sanctam ac laudabilem senectutem peruenit; & sicut quadraginta diebus iacuit in sepulchro, ita etiam totidem annos mansit in sacerdotali ministerio. Is itaque solitus erat per nocturnam quietem locum, vbi corpora Sanctorum requiescunt, silenter frequentare, & ibidem diutius in oratione solus persistere: vnde dum quadam nocte iuxta morem eamdem ecclesiam intraret, ibique prolixiùs diuinas laudes celebraret, circa mediam noctem cœpit somno grauari, & ab instantiâ precum offendente sæpius linguâ retardari; at ille in subsellio, quod ibi erat, considens, infixis ad genua cubitis inter vtrasque manus sanctum caput reclinauit, & paullulum somno cedens celeriter obdormiuit: statimque apparuerunt ei per visionem S. Eucharius & B. Valerius, clarissimis vultibus splendentes, sacerdotalibus infulis coruscantes, coronas singulas rosis & liliis ac ceteris odoriferis floribus mirabili arte intextas in capitibus gestantes, consimile sertum demonstrantes, & dicentes: Ecce Materne, sicut olim tibi promisimus, ita ante diem dormitionis tuæ visitandi gratiâ ad te venimus. Nunc ergo gaude & lætare, quia die tertiâ ex hoc seculo migrabis, & ad inenarrabilia Domini tui gaudia introibis. En cerne præmij tui incorruptibilem coronam, quæ à paradiso perpetuæ amœnitatis est sumpta, & tibi à Christo per nos famulos suos destinata; cuius flos numquàm marcescit, cuius odor numquàm à suauitate deficit, cuius perseuerantia finem non nouit; quam post corruptionem præsentis vitæ incorruptibiliter possidebis, & in conspectu Regis Regum cum eâ laureatus æternaliter perseuerabis.

noctu oranti

apparent SS. Eucharius & Valerius,

ad gloriam inuitant:

24 His dictis mox disparuerunt: ille autem à tenuissimo somno euigilans, valdè quidem lætus de ostensâ sibi visione extitit, sed tamen statim adesse corporis molestiam sensit, accersitoque ministro cum eius iuuamine ad cellam rediit, & seorsum familiaribus discipulis hoc quod sibi ostensum fuerat retulit. Die autem crastinâ, conuocatâ ad se fratrum caterua, cœpit eos studiosè de fidei integritate admonere, & animos eorum ad cæleste desiderium delectabilibus verbis accendere: ac per totum diem salutaria monita eis dare non cessans, vsque ad octauam horam subsequentis noctis sermonem exhortatorium protraxit; & quod reliquum noctis supererat in psalmis & hymnis cum fratribus transegit. Post pullorum verò cantum, instante iam die, venit desuper clara vox, cunctis qui in ipsâ cellulâ erant audientibus, dicens: Materne dilecte Dei veni. Qui mox quasi assuetam vocem audiens, conuersus ad circumstantes fratres, ait: Valete filioli mei & viscera mea; ego enim iam migrabo, & in præsenti seculo ampliùs vobiscum non ero. Et hæc dicens communionem Dominici sacramenti accepit, statimque sanctam animam exhalauit. Tunc qui præsentes erant fideles condignas exequias expleuerunt, & eius corpus non longè à reliquiis SS. Eucharij & Valerij honorabiliter posuerunt, die XVIII. Kal. Octob.

ager suos instruit:

vocè cælesti euocatus,

suis valedicit,

& sumpto viatico moritur.

25 Hæc de gestis Sanctorum Patrum, post excidium Treuericæ vrbis relictos cineres diligentiùs perscrutantes, sparsim in chartulis scripta inuenimus: quæ in vnum redacta vtilitati legentium tam præsentium quàm futurorum fideliter commendamus: & quamuis in præsenti libello pauca de eorum sanctissimis actis propter casum superiùs memoratum contineantur, credendum sine dubio est multas virtutes, dum adhuc in corpore viuerent, per eos Dominum exercuisse, quando nunc vsque ad reliquias ipsorum hoc idem non cessat agere. Nam in eodem loco cæci frequenter illuminantur, ægroti sanantur, dæmones ab obsessis corporibus fugantur, variæque infirmitates tam corporis quàm animæ curantur: & quicumque illuc pio desiderio ac fideli deuotione venerit, ibique Dominum per merita ipsorum de quacumque necessitate exorauerit, non solùm ea, quæ postulauerit, consequitur, verùm etiam & his potiora se percepisse lætatur, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus per infinita secula seculorum, Amen.

Epilogus Auctoris.

Sanctorum virtus miraculis illustrata.

a *Hic Epilogus desideratur in quibusdam MSS.*

DE S. VALERIO

EPISCOPO MARTYRE, LVCÆ IN ETRVRIA.

Ex Italico Cæsaris Franciotti.

SVB FINEM I. SEC. XXIX. IANVAR.

1 Elebrat Ecclesia Lucensis, vt aliorum multorum Cælitum ferias, Sancti quoque Valerij Episcopi & Martyris natalem. Verùm omni adhibitâ diligentiâ, nihil de eius vitâ, rebus gestis, cæde potuit reperiri, præter hæc pauca, famâ ferè accepta. Credibile est variis bellorum incendiorumúe casibus, & alia monumenta, & præsertim quæ de illius cognomine, genere, vitæ ratione, ac mortis modo, vti & aliorum complurium Sanctorum (quorum asseruantur isthic corpora) extabant, fuisse dissipata. Fando igitur istæc ferè audiuimus: [a] Ciuem eum Lucensem fuisse, atque ab idolorum cultu, vti & alios complures, à [b] S. Paulino isthic Euangelium prædicante, ad Christiana sacra esse traductum.

S. Valerij acta ob scura.

a Fuit discipulus S. Paulini Ep.

b ab eo designatus successor

c & legitimè post electus,

2 Cùm porrò præsagiret Paulinus haud sibi diuturnum superesse vitæ spatium, dispicere cœpit, num quis è discipulis suis idoneus esset, cui ceterorum Christo initiatorum cura credi posset. Valerius præcipuè eâ dignus præfecturâ est visus: hunc [c], si quid sibi humanitus fieret, subrogari sibi censuit oportere. Vix ergo martyrium subierat Paulinus, cùm Valerius vnâ omnium voce successor est designatus, te ad Linum Romanum Pontificem, vniuersalis Ecclesiæ Pastorem, legitimè relatâ. Eadem quæ Paulino, & plerisque eâ ætate Ecclesiarum Præfectis, fortuna Valerio obtigit, adeptâ martyrij laureâ XXIX. Ianuarij, sub annum Christi XC. Domitiano Principe.

martyrio coronatus.

3 Perfectum ab eo tradunt Oratorium, siue sacellum, Deiparæ Virgini dedicatum, cuius S. Paulinus fundamenta iecerat; duoque alia ædificata ab eo sacella, alterum S. Petri nomini sacrum, S. Pauli alterum, cùm essent ambo haud multò antè religionis causâ interfecti: alterum stetisse ferunt ad veterem vrbis portam, quæ nomen fertur retinuisse, vt inde Porta S. Petri diceretur; alterum haud longè abfuisse ab SS. Martini & [d] Reguli ede, atque vrbis muris, ex vetustis Actis ante annos 1060. conditis manifestum est.

Templa ab eo constructa.

d

4 Atque ex his liquet hunc nequaquàm illum esse Valerium, quod quidã existimarunt, qui cùm impeditioris esset linguæ, munus prędicandi iniunxit Diacono suo Vincentio Hispano, qui dein nobilissimum martyrium fecit. Etenim [e] Valerius ille Cæsarauguſtanus Antistes fuit, neque martyrio occubuit: nam licet à Daciano, Hispaniis à Diocletiano & Maximiano Cæsaribus prefecto coniectus in custodiam, varieque cum suo Diacono anno 303.

Diuersus est à S. Valerio Cæsaraugustano,

e

no 303. Valentiæ cruciatus ſit; tamen cùm cuſtodiâ detineretur, vbi imperium adeptus eſt Conſtantius Conſtantini Magni parens, vt erat benigno in Chriſtianos animo, dimiſſus è vinculis ad ſuam Eccleſiam poſtliminiò reuertit, & fato tandem ſuo deceſſit. Diſcrepant igitur hi tempore, loco, mortis genere.

& Treuirenſi.

5 Alij hunc eumdem eſſe Valerium arbitrati ſunt cuius extat XXIX. Ianuarij in Martyrologio Romano memoria: Lucâ nimirùm ob fidem pulſum, Treuiros petiiſſe, ibi vitâ functum: ſed corpus poſtmodùm obtinuiſſe à Treuiris Lucenſes. Id propterea in animum induxerunt, quòd Valerij ambo, ambo S. Petri diſcipuli (vt de Treuirenſi auctor eſt Petrus Cluniacenſis lib. 1. epiſtolarum, & Marianus Scotus lib. 2. ætatis 6.) ambo denique vno die coluntur: verùm qui in Martyrologio Romano memoratur, Treuirenſis Epiſcopus fuit, non Lucenſis; ad illius Eccleſiæ gubernacula admotus ſub annum LXXV. neque martyrio coronatus, quod Lucenſi obuenit.

Eius reliquiæ, natalis.

6 Cùm igitur poſt S. Paulinum, nullum Valerio vetuſtiorem Lucenſis Eccleſiæ Pontificem reperiamus, iure merito habetur ſecundus Lucenſium Epiſcoporum. Aſſeruatur eius corpus in baſilicâ *f* S. Paulini. Agitur eius celebritas XXIX. Ianuarij. *Ex Italico Franciotti.*

a *Quæ hic de S. Valerio Franciottus, eadem ferè narrat Ferrarius in Catal SS. Italiæ, ex MS. Eccleſiæ Lucenſis: negat tamen in Tabulis illius Eccleſiæ, Epiſcopum Lucenſem nominari. Addit deinde:* Hac die etiam Valerius Cæſarauguſtanus, (cuius corpus Alexandriæ quieſcit) & Valerius Epiſcopus Treuirenſis (cuius corpus Treuiris eſt) colitur Ex quo hunc ab illis diuerſum eſſe apparet. *Aſt in generali catalogo SS. de S. Valerio Cæſarauguſtano ſcribit:* Corpus Alexandriæ, quæ illum vti Protectorem ſuum colit, licet corpus Ludi oppido proximo Montis-ferrati aſſeruari feratur; ac Lucæ in Hetruriâ illud etiam haberi, ex Tabulis Eccleſiæ Lucenſis, quæ & illum veneratur hac die, appareat. *In quodam MS. Kalendis Februarij iſthæc reperimus:* In Lucâ ciuitate ſanctorum Martyrum Marciani, Valerij, & Ymiliæ. *Et fuit eo die* S. Æmilij Ducis *Lucæ inuentum an.* 1200. *corpus, vt iſthic dicemus. Aſt in Vitâ* S. Paulini *apud eumdem Franciottum & apud Siluanum Razzium, inter eos qui S. Paulini corpus ſepelierunt memoratur* Valerius.

b *De* S. Paulino *Epiſc. Lucenſi & Martyre agemus* 12. *Iulij.*

c *Ferrarius Sacerdotem ordinatum à Paulino ſcribit, & multos ab eo quoque conuerſos.*

d *Colitur* S. Regulus 1. *Septemb.*

e *De* S. Valerio Cæſarauguſtano *egimus* 28. *Ianu. & 22. in Actis* S. Vincentij.

f *Eò poſteà tranſlatum, vt ſcribit Ferrarius.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS EDESSENIS

SARBELIO ET BARBEA.

SVB TRAIANO XXIX. IANVAR. *Horum Martyrum natalis,*



Deſſa *Meſopotamiæ vrbs vetuſta, versùs Armeniæ fines, multis Sanctorum tropæis nobilitata. E quibus* Sarbelius *eſt cum* Barbeâ *ſorore. Horum celebrata variis diebus in Eccleſiaſticis faſtis memoria eſt, XXIX. Ianuarij, XV. Octobris, (non XV. Kalendas Octobris, vt hîc in Notationibus ad Martyrol. ſcripſit Baronius) & fortaßis IV. & V. Septembris. Nec ipſa eorum nomina ſemper eadem ratione ſcripta:* Sarbelius, *alibi* Sarbilus, Sarbelus, Σάρβηλος, *& apud Galeſinium in Notis* Sabbellus, *apud Ferrarium* Sarbeolus *dicitur. Quæ Baronio* Barbea, *ea Græcis vbique* Bebæa *eſt, quaſi* Conſtantem, *ſiue* Conſtantiam *dixeris.*

nomina,

Acta è Martyrologiis 29. Ian.

2 *Horum Acta è ſolis Martyrologiis accepimus. Romanum XXIX. Ianuarij ita habet:* Edeſſæ in Syriâ ſanctorum Martyrum Sarbelij & Barbeæ ſororis eius, qui à B. Barſimæo Epiſcopo baptizati, in perſecutione Traiani ſub Lyſiâ Præſide martyrio coronati ſunt. *Pleniùs Galeſinius, è Græcis, vt fatetur:* Edeſſæ ſanctorum Martyrum Sarbelij & Barbeæ ſororis. Is idolorum ſacerdos à Barſimæo illius vrbis Epiſcopo impietatis vehementer reprehenſus, adiutrice Dei gratiâ, illius dictis audiens, Chriſtianâ religione imbuitur, vnaque cum ſorore baptizatur. Quod cùm Lyſias Præſes reſciſſet, comprehenſum Sarbelium, primò virgis cædi, ſcalpro laniari, igne torreri; pòſt binis lignis incluſum ſecari: ac demum vnà cum ſorore, grauiſſimè & variè antè cruciatâ, Traiano Cæſare, capite plecti imperauit.

è Menæis eodem die,

3 *At Menæa Græcorum:* Eodem die (*XXIX. Ianuarij*) commemoratio ſanctorum Martyrum Sarbeli & Bebææ ſororis eius, qui Edeſſæ paſſi ſunt. Vixerunt hi Traiano imperante. S. Sarbelus diabolici erroris & impiarum victimarum ſacrificulus, cùm feſtâ quadam dæmonum celebritate, impia ſacra de more exorſus, reprehenſus à Barſimæo Epiſcopo eſſet, acriuſque obiurgatus, vt qui multis eſſet exitij cauſſa, Chriſti gratiâ compunctus eſt; atque Epiſcopi verbis inductus, fidem Diuinam vnà cum Bebæâ germanâ ſorore ſuâ complexus eſt, atque ab eodem Epiſcopo ſalutaribus vndis expiatus. Inde ad quæſtionem Lyſiæ Præſidi exhibitus Sarbelus primùm virgis cæditur, dein cultris conſcinditur, mox ei facies raditur, ac manibus poſt tergum reuinctis venter illi contunditur, tum vnâ manu ſuſpenſus rurſus laniatur, poſtremò varia illi corporis membra admotis facibus vſtulantur: ac tandem martyrij coronam reportat, cùm in machinam quamdam compactus contuſuſque & diſciſſus à capite eſſet, & poſtremò ſecuri percuſſus. Decollata quoque eſt & ſoror eius Bebæa, eiuſdem Ducis mandato.

ex iiſdem 15. Octob.

4 *At XV. Octobris iſtæc aliquantò diſtinctiùs memorant eadem Menæa:* Eodem die ſanctorum Martyrum Sarbili & Bebææ eius ſororis. Traiani temporibus S. Sarbilus idolorum ſacerdos, à ſancto Epiſcopo myſteria fidei edoctus baptizatuſque eſt, cum Bebæâ ſorore ſuâ. Delatus autem vt Chriſtianus apud Præfectum vrbis Edeſſenorum, ipſius tribunali exhibitus eſt, qui eum primò virgis cædi iuſſit. Sed cùm Sanctus multa in eum, eiuſque idola, & Imperatorem iocaretur, in rabiem actus Præſes non ſemel, aut bis, verùm ſepties mutatis vicibus, in orbem neruis eum bubulis cecîdit, vncis laniauit, facibus ambuſſit. Quæ cùm fierent, & Sanctus in Deum defixus oraret, mitigauit dolores illius Dominus virtutum. Generoſum illius in ſuſtinendis cruciatibus animum contemplatus tyrannus, rurſum exhiberi eum imperat, & clauos capiti illius infigi, dein ſerrâ diſſcindi. Sed cùm ex vtroque tormento Sanctus Diuinâ virtute illæſus euaſiſſet, obſtupuêre adſtantes. Hæc cùm cerneret ſoror eius Bebæa, ipſa ſe palàm Chriſtianam profeſſa eſt coram Iudice. Hic verò dirè flagris laniatam, claudit carcere. Sanctum verò ex vnâ manu ſuſpenſum, & pelle corporis reuulsâ, cùm adhuc ſpirantem videret, vtrumque plecti capite imperat. At fideles quidam elàm ſublata eorum corpora terræ mandarunt, laudantes & benedicentes Deum, Amen.

ex Menologio, & Galeſinio.

5 *Menologium ab Henrico Caniſio editum:* Eodem die commemoratio ſanctorum Martyrum Sarbili & Bebææ ſororis ſub Traiano Imperatore. *At Baronius Menologion citat, in quo ipſorum martyrium ita deſcribitur:* Sarbelius idolorum ſacerdos vnà cum ſorore Barbeâ conuerſus eſt ad fidem Chriſti per Barſimæum Edeſſæ Epiſcopum, & ambo tenti: poſt grauiſſima tormenta Sarbelius inter duo ligna ligatus, ſectus eſt; ſoror autem eius capite truncata. *Hæc ſi in MS. illo Sirleti, quo vſum ſe alibi profitetur Baronius, ita habentur, manifeſtum eſt illud multùm differre ab Ingolſtadienſi, quod Caniſius vulgauit. Galeſinius eodem die:* Edeſſæ ſanctorum Martyrum Sarbilij & Barbeæ ſororis; qui, Traiano Imperatore, Chriſtianæ religionis accuſati, ad illius vrbis Præfectum in iudicium ducti, grauiter primò cruciati, demum præclarâ fidei confeſſione nobiles, abſciſſis ceruicibus, palmam martyrij

Ex variis. tyrij tulerunt. *Ferrarius illos quoque eo die refert.*

6 *Iidem videntur esse, certè pariq; passi, qui cum* Thathuele *4. Septembris in iisdem Græcorum Menæis celebrantur. ita enim habent:*

An iidem 4. Septem. in Menæis,

Τιμηθέντες ἄμφω Θαθαηὴλ καὶ βεβαία
Σωὴν βεβαίαν εὗρον ἀντ' ἐψευσμένης.
Βέβηλον ὁ ζαλβηλ Θ' ὑὸς σέβων σέβας,
Ανδρῶν βεβήλων χερσὶ βάλλεται λίθοις.

Cæsi ambo Thatuel & Bebæa
Vitam constantem inuenerunt pro fallace.
Impura Zarbelus non venerans sacra,
Virorum impurorum manibus lapidatur.

Vixerunt hi Adriano imperante. Erat Thatuel diabolici erroris sacerdos: sed à quodam Episcopo obiurgatus, dedit fidei manus. Eam ob rem ab Augaro toparchà facies illi virgis cæsa, manibus post tergum reuinctis vstulatus est, venter conuerberatus. Manu vnâ vinctus suspenditur, raditur, igne subiecto aduritur. Dein in fabrilem compactus machinam, serrâ à capite dissinditur, & gladio tandem certamen consummat.

7 *Pro* Thathuele Thamelem *habet Martyrologium Romanum à Baronio auctum.* Eodem die, *inquit*, SS. Thamelis, anteà idolorum sacerdotis, & sociorum Martyrum sub Hadriano Imperatore. *Baronius in Notis* Thamuelem *vocat, Menologium citans, in quo* Thatuel *dicitur. Ita enim habet:* Eodem die Natalis sanctorum Martyrum Petronij, Charitinæ, Zarbeli, Thatuelis, & Beuææ, qui sub Adriano Imperatore pro Christo sanguinem fuderunt. Ex quibus Thatuel cùm esset dæmoniacæ fallaciq; sacerdos, ab Episcopo quodam Christiano ad Christi fidem conuersus est. Quamobrem ab Augaro regionis illius Duce, virgis cæditur, oculis comburitur, & manibus post terga ligatis in ventre verberatur, ex alterâ manu suspensus laniatur; posteà tectonico instrumento à capitis vertice sectus cum Beuæâ sorore gladio consummatur.

& Menologio?

8 *Quis non eamdem* Bebæam, *eumdem* Sarbelum *suspicetur, &* Thathuelem Sarbeli *fratrẽ, aut ipsummet binominem* Sarbelum Thathuelem, *aut voce vnicâ* Sarbelthathuel? *Nam quòd hi sub Adriano, sub Traiano illi passi feruntur; capti fortè sub Traiano, sub Adriano interfecti sunt: aut à Traiano indicta persecutio, cædes pòst ab Adriano patrata, eiusue Præfectis. Vtrique sanè concussa bello ad ortum solis nationes sunt. Edessenos fuisse posteriores hos* Sarbelum, Bebæam, Thatuelem, *siue iidem seu diuersi à prioribus sunt, ex* Augari, *siue* Abgari, *Ducis coniicimus nomine: id Regulis Osroënorum, quorum caput Edessa, fuit familiare. Hinc* Augarus *Osroënus Romanis fœdere iunctus sub Pompeio, dein Parthis fauens Crasso cladis auctor extitit, vt Dio memorat lib. 40. Alius circiter octoginta quinque annis pòst celeberrimus* Abgarus *fuit, Edessæ Dynasta, qui ad Christum Saluatorem nuntios misit, ab eoq; imaginem non manufactam, cuius in Ecclesiasticis scriptoribus frequens mentio est, accepit. Tum hic* Augarus *Traiani Hadrianiúe temporibus, religioni nostræ, quam Edessam S. Thaddæus inuexerat, superiore sanato & baptizato* Abgaro, *fortassis in Romanorum gratiam, aduersatus. Lysias eius an Cæsaris nomine præfecturam vrbis gesserit, incertum est. Is ipse fortassis est* Abgarus, *de quo Iulius Capitolinus in Antonino Pio:* Abgarum Regem ex Orientis partibus solâ auctoritate deduxit. *Fuit &* Abgarus Persarum Rex *à Seuero subactus, vt testatur Spartianus. Denum Xiphilinus Dionis Epitomator in Antonino Caracallo:* Cùm ad ipsum, tamquàm ad amicum Augarus Rex Osroënorum venisset, ei fidem fregit comprehensumque coniecit in vincula, & Osroënen Rege destitutam cepit.

Abgari, siue Augari, Edessa Reges.

9 *Porrò quos Menæa & Menologium IV. Septembris celebrant* Thathuelem *&* Bebæam, *eos Galesinius postridie refert, his verbis:* In Græciâ beatorum Martyrum Thathuelis & Bebeæ sororis. Hæc Hadriano Imperatore, fidei ardore inflammata, plurimos cohortationibus ab falso cultu auocauit. Itaque in custodiam coniecta primò acerbè cæditur; tum vsque ad ossa scalpris laniata, demum lanceâ in gutture transuerberatur. Ille verò summâ dicendi libertate Christi Redemptoris fidem perpetuò professus, non vllo cruciatu, quo variè horribiliterque affectus est, à proposito dimotus, tandem in lignum sublatus, serrâ ferreâ medius dissectus, nobilis martyrij palmam tulit. *Quæ Galesinius* è Græco libro conuertisse *se scribit. Qui in Menologio his Martyribus 4. Septembris iungitur* Petronius, *is S. Pauli Apostoli discipulus fuisse traditur in Menæis, &* S. Hermiones *Virginis, Philippi Diaconi filiæ, post S. Ioannis decessum Pater spiritualis & pietatis magister, nec ad Osroënos spectat.* Charitina (*nisi ea sit quæ V. Octobris colitur, aut quæ XII. Iunij, aut fortè* Charis, *quam etsi obscuram dedimus XXVIII. Ianuarij*) *nobis ignota est. De* Barsimæo, *qui Sarbelium & Barbeam baptizauit, agemus XXX. Ianuarij.*

Acta è Galesinio 5. Septemb.

DE SANCTO CONSTANTIO

EPISCOPO ET MARTYRE

PERVSIÆ IN ETRVRIA.

Sub M. Avrel. XXIX. Ianvar. *S. Constantij Episcopi Perusini natalis,*

1 PErusia, *olim è XII. principibus Etruriæ vrbibus, habita, caputq; adeò populorum, Liuio teste, cum* Cortonâ & Arretio; *etsi ab Octauiano Cæsare durâ obsidione, atque, vt Florus ait,* turpi & nihil non expertâ fame, *tum promiscuis cædibus exhausta, dein tetro incendio deformata; breui tamen ita restaurata habitataq;, vt Episcopum sub ipsa Ecclesiæ cunabula meruerit, fueritq; Iustiniani ævo, vt Procopius auctor est,* princeps Tusciæ vrbs. *Fuit inter primos illius Antistites* S. Constantius, *cuius XXIX. Ianuarij agitur natalis. De eo Martyrologium Romanum:* Perusiæ S. Constantij Episcopi & Martyris, qui vnà cum sociis sub Marco Aurelio Imperatore ob fidei defensionem martyrij coronam accepit. *Eiusdem meminêre Carthusiani Colonienses & Molanus in addit. ad Vsuard. Constantius Felicius, Constantinus Ghinius, Philippus Ferrarius in Catal. SS. Italiæ; adeoq; & vetustissimum Martyrologium MS. S. Hieronymi, in quo isthæc habentur:* Perusio in Tusciâ Constantini. *alij quoque nonnulli* Constantinum *vocant.*

2 *Martyrologium Germanicum in secundâ editione ita habet:* Item Perusiæ sancti Episcopi & Martyris Constantij, qui S. Herculani Episcopi discipulus fuit, & ob fidem cum sex aliis Germanis occisus. *Galesinus:* Perusiæ S. Constantij Episcopi & Martyris, qui B. Herculani Episcopi discipulus, post illius obitum creatus Episcopus, à Gothis fidei caussâ interfectus est vnà cum sex aliis, qui secum è Germaniâ ad eam vrbem peregrinati sunt. *De* S. Herculano I. *agemus VII. Nouembris.* S. Herculanus II. *colitur I. Martij, isq; à Gothis interfectus Iustiniani temporibus. De prioris* Herculani *ætate ac sociis suo loco quæretur. Galesinio errandi ansam Volaterranus præbuit lib. 14. vbi tres retenset* Constantios, *quorum* tertius, *inquit,* Martyr vnà cum sex fratribus, inter quos Biuignatus & Reinaldus fuêre, qui Perusiam à Germaniâ peregrinationis gratiâ profecti, in eadem vrbe captâ à Gothis interfecti sunt. *In* Constantij *ætate fœdè erratum, quòd* Herculani *duo, quorum priori fortassis successit, in vnum conflati.*

ætas perperàm assignata,

3 *At qui socij* S. Constantij? *Memorantur in Actis* Crescentius, Anastasius, Carpophorus; *at cædis eorum nulla mentio, nisi fortassis* Carpophorus *is sit, quem Hispellates sibi vendicant, quemq; alij socium* Herculano *seniori iungunt.* SS. Pontianus, *&* Concordius, *qui* Constantio *iuncti amicitiâ fuêre, ad alios dies pertinent. An socios addidit Constantio Baronius ex Galesinij Volaterraniq; auctoritate?* Beuignatem

socij,

mona-

monachum & Confeſſorem, non Martyrem, colunt Perusini XIV. Maij. Reinaldi *nuſquam memoria. In recentiore quodam MS. XIV. Octobris iſta habentur:* In Perusiâ S. Conſtantij cum ſeptem ſociis. *at qui illi fuêre? Non magnam ſanè illi MS. fidem habendam experientiâ didicimus: neque verò antiquum eſt, neque niſi additamenta continet ad Auctarium Colonienſe Vſuardi adiecta, abſque vllâ auctorum citatione.*

Vita. 4 *Triplicem* S. Conſtantij *vitam damus. priores duas ab Eccleſiâ Perusinâ acceperat Cardinalis Baronius, ex huius bibliothecâ eas cum Heriberto Roſweydo communicârat Cæſar Spada V. CL. Prima in Lectiones erat diſtributa, quarum numerum ad marginem expreſimus. Secundam cum alio codice Perusino collatam, cum MS. monaſterij S. Galli, multò correctiore, contulimus. Tertiam iam antè ediderat Surius à Ioanne Andreâ Palatio, ex vetuſtiſsimis exemplaribus, quæ Perusiæ, partim in eccleſiâ cathedrali, partim in ædibus S. Petri aſſeruantur, concinnatam. Scripſit & Zacharias Lippelous S. Conſtantij vitam; Italicè Gabriel Flamma, & Siluanus Razzius. Meminit illius martyrij Baronius to. 2. Annal. ad an. 175. nu. 7.*

VITA

ex MS. Cæſaris Baronij Card.

CAPVT I.

S. Conſtantij miracula. multorum conuerſio.

LECTIO I. Onditor & formator omnium rerum omnipotens Deus, condolens de interitu humani generis, de ſede Patris veniens Verbum vitæ, & ex Virgine beatâ Mariâ almificam aſſumpſit carnem. Quia verò noſtram dignatus eſt portare imaginem, ideò magis neceſſe eſt ei augere ſeruitium. Enimuerò multa nobis impartitus eſt beneficia, multa ei exhibeamus ſeruitia. Planè in exordio mundi nos condidit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ſicut ipſe dixit: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Sed qui primus ad ima ruit antiquus hoſtis, cernens ſe vndique conuictum, cœpit diuerſis argumentis noſtrum circumuenire parentem; quem per guſtum ligni vetiti, ac ſuaſu coniugis miſerè decepit. Ideò Deus prouidens hũc irrecuperabilem ſine ſuâ incarnatione, propter hoc deſcendit de cælis, & incarnatus eſt ex Spiritu ſancto, & Mariâ Virgine: ſemetipſum exinaniuit formam ſeruì accipiens. Propterea accepit ſeruilem, vt formam redimeret peccatricem: qui quibus modis deceptus eſt primus noſter parens, eiſdem redempti ſumus Domini pietate: per guſtum primi hominis ecce in malis lapſi ſumus caſibus; per Virginem Matrem, vnicumque eius filium recuperati ſumus miſericorditer. Etenim diuerſis ordinibus recuperauit ſuis legibus: nam ante eius aduentum fuerunt Prophetæ, ſancti Doctores, qui annuntiauerunt naſci noſtrum Redemptorem.

Gen. 1. 26. *Verbum Dei incarnatum ob noſtram reparationem.*

S. Cõſtantius Perusinus 2 Iterum poſt eius natiuitatem duodenos elegit Apoſtolos, qui per ſalutiferã doctrinã ſibi acceptabilem aggregarent populum. Per Dei namque & iſtorum ſcientiam, vt lucifer, B. Conſtantius, cuius patria Perusia fuit, ab incunabulis cœpit militare Domino: biduanis ac triduanis ieiuniis ſuam affligebat carnem quotidie: quia dies erat, de ſuis facultatibus multos alebat iugiter pauperes. *a* Aſtaſia quædam mulier plurimis diebus viſum amiſerat, quæ mox vt accepit famam Dei famuli Conſtantij, de virtutibus atque miraculis eius, quemdam rogauit vt eam ad eius duceret veſtigia. Quæ adducta ante pedes eius cœpit nimis plorare. At ille vt vidit eam plorantem, atque ante eius veſtigia iacentem, ait ei: Surge mulier. Tunc illa cùm ſurrexiſſet non ceſſabat cum lacrymoſis vocibus clamare: Vir Dei Conſtanti, per Deum tuum te oro, redde mihi vt videam, & cognoſcã quòd magnus eſt Deus Chriſtianorum. Cui S. Conſtantius ait: Si vis credere Chriſto, ipſe tibi lumen reſtituet. Quæ ait: Fac Domine, vt videam. iam credo Deum tuum, Deum eſſe verum. Hîc demum vir ſanctus flexis genibus orauit ad Dominum, dicens: Domine Deus, qui aperuiſti oculos cæci nati, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, aperi oculos huius mulieris, vt verè cognoſcat quia tu es Deus, qui facis mirabilia ſolus, & permanes in ſecula ſeculorum. Cumque omnes Chriſtiani reſpõdiſſent, Amen; ſtatim clariſſimũ lumen recepit, & credidit, & baptizata eſt; & multi Chriſtiani effecti ſunt per eam. Tunc plebs Chriſtianorum creſcebat, & multiplicabatur cũ Domino, in ſignis & prodigiis, quæ Dominus per Conſtantium operabatur.

a cæcam illuminat:

Ex Mss.

multos conuertit

LECT. II. 3 Creſcentius quidam nomine per multos annos pedes cruribus complicatos habebat, ita vt iter agere minimè poſſet. Vt audiuit, quia infirmi à B. Conſtantio curarentur, in plauſtro ſe ad eum deferri præcepit, & flebilibus precibus aiebat: O S. Conſtanti, redde mihi greſſum greſſum. Quem vt vidit S. Conſtantius, confidens in virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti, orauit, & dixit: Domine Ieſu Chriſte, qui omnia viuificas, & vniuerſa reſtauras, huic homini redde greſſum, vt cognoſcat, & credat, quòd præter te non eſt Deus, qui cùm volueris noua facis ſigna atque mirabilia. Ad hanc vocem velut radiis ſolis, ſplendor ſuper eum cecidit, & quaſi dimidiâ horâ ſuper eum manſit. Tunc ille tremefactus, & magnis vocibus proclamans ait: Domine miſerere, Domine miſerere. Cõtinuò erexit ſe, atque conſolidata ſunt crura & pedes eius; & ſtatim cucurrit ad aquam, & deportauit ante B. Conſtantium. At ipſe baptizauit eum in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Et per miracula illa baptizati ſunt in die illâ ferè centum viginti de paganis. Tunc facta eſt magna lætitia inter Chriſtianos, & glorificabant dicentes: Benedictus Deus Iſraël, quia viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ.

120. Gentiles conuertit.

a Alij Artaſiam & Attaſiam *vocant.*

CAPVT II.

Quæſtio prima. Cuſtodum conuerſio. fuga.

4 TVnc relatum eſt Chariſio primo ciuitatis, quòd cultus deorum ſuorum euacuaretur, atque religio Chriſtianorum multiplicaretur: qui iratus eſt valdè & perquiri iuſſit Chriſtianos, vt vbicumque inuenti eſſent, ligati ducerentur ante eum. Erat enim illo tempore Romæ impiiſſimus Imperator Antoninus, qui ſuos per totum orbem miſerat milites, vt Chriſtianorum ſectam deſtruerent, atque culturam deorum ſuorum magnificarent. Tunc Perusiam directus eſt *a* Lucius de magnis Conſulibus Romanorum. Venit autem Lucius prædictus ad Chariſiũ, & ait ei: Chariſi, dirige tuos milites per ciuitates, atque per circumquaque vicinas prouincias, vt ſi Chriſtiani fortè in eiſdem prouinciis inuenti fuerint, ligatis manibus poſt tergum atque catenati perducantur ante conſpectum noſtrum. Tunc ſpiculatores impleuerunt iuſſa, venerunt ad domum Creſcentij, quẽ nuper B. Conſtantius curauerat, & fractis foribus ſunt introgreſſi. Tunc comprehenderunt eos, & duxerunt ante conſpectum Lucij & Chariſij.

In perſecutione M. Aurelij.

a

cum Crescentio

comprehenduntur

LECT. III. 5 Quos cùm vidiſſet Lucius Conſularis, ait ei: Cuius conditionis eſtis? ſerui, an ingenui? B. Conſtantius reſpondit: Serui ſumus Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſemetipſum exinaniuit, paullò minùs minoratus eſt ab Angelis, & formam accepit ſeruilem, vt erueret nos à ſeruitute diaboli; & ideò ſumma libertas eſt Domini ſeruitium explere, qui nos condidit, & pro nobis dignatus eſt mori, vt nos de morte liberaret. Tũc cum magno furore reſpondentes dixerunt: Neſcitis quòd Princeps Romanorum Antoninus ob hoc direxit nos, vt omnes Chriſticolas de regno ſuo expellamus; at magnificos Deos noſtros, Iouem, Mercurium, Saturnumque, & alios plurimos per quos regnum Romanorum pollet, ſtatuamque

Chriſtum confitetur.

Ex mss. tuamque Solis, & Lunæ præ omnibus adorari faciamus. Ideò admoneo vos, vt colatis Deos noſtros, ac ponatis thura Deo Soli, & offeratis ei dignũ ſacrificium. Tunc *deos ridet.* B. Conſtantius ſubridens ait: Elemẽta mundi huius, quæ Dominus ad noſtrum condidit ſeruitium, non adoro, nec eis ſacrificium offero; ſed ſolum factorem omnium noſtrûm omnipotentem Deum, cum vnico Filio eius Domino noſtro Ieſu Chriſto, & Spiritu ſancto in Trinitate adoro & colo, & ſacrificium immaculatum offero.

pugnis & fuſtibus caditur: 6 Lucius & Chariſius irati iuſſerũt eum pugnis cędi, & dorſum eius fuſtibus cædi. At ille pſallebat dicens: Confitebor Domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum; qui aſtitit à dextris pauperis vt ſaluam faceret à perſequentibus animam meam. Videntes autem Lucius & Chariſius quòd nõ proficerent, ſed magis ac magis magnificaret ipſe & alij Chriſtiani Dominum, qui ſaluos facit ſperantes in ſe & pia corda non *thermis includitur,* deſerit; tunc iuſſerunt Thermam ante palatium [b] Maximiani ſeptuplùm calefacere quàm ſolebat, & intromiſerunt Conſtantium cum ceteris Chriſtianis, qui cum eo aderant; & ipſi pſallentes dicebant: Igne nos examinaſti, & non eſt inuenta in nobis iniquitas. & iterũ: Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo, eripe me Domine. & rurſum: Confirma cor meum Deus in teſtimonia tua, & non in auaritiam.

Lect. iv. 7 Tunc ſigno crucis facto Chriſtiani intrauerunt Thermam: ſed multus calor cùm ineſſet, nullus illorum de calore timebat; & cuncti Chriſtiani proſtrauerunt ſe in pauimento, atque orabant, dicentes: Benedictus Dominus Deus, quia fecit mirabilia magna ſolus: & benedictum nomen maieſtatis eius in æternum, & in ſeculum ſeculi. Hæc dum pſallunt ſancti viri, tanto lumine circumfulſit eos Deus, vt nullus cogitaret quòd nox eſſet, ſed quaſi totus ſplendor ſolis in balneo fulgeret. At vbi milites, qui balneum cuſtodiebant, viderunt *quibus diuinitus illuminatis,* tam clarificum lumen, introgreſſi ſunt, & proiecerunt ſe ad pedes B. Conſtantij, veniam implorantes, dicentes: Domine S. Conſtanti, vir Dei, libera nos à terrenis deſideriis, & ablue ſacro baptiſmate, vt mereamur æternæ vitæ eſſe participes. Tunc S. Conſtantius imbuit eos omni diuino myſterio, & baptizauit eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen. Et reuerſi ſunt *cuſtodes conuertit:* vnuſquiſque in domum ſuam, & tulerunt pecuniam multam, & filios, & filias, & vxores, & duxerunt ante conſpectum beatiſſimi Conſtantij Pontificis; & baptizari ſunt omnes promiſcui ſexus circiter quinquaginta; & dixerunt beatiſſimo Conſtantio: Egredere foras de balneo, & eamus in ſiluam, quæ dicitur Collis, & ibi inuocemus Dominum Deum noſtrum. Mox S. Conſtan- *cum iis vrbe exit.* tius egreſſus eſt de balneo, & abiit cum paucis Chriſtianis, & cum cuſtodibus balnei, qui per eius prædicationem effecti fuerant Chriſtiani; & venerunt ad locum, qui dicitur Monticellus, & ibidem morati ſunt multis diebus cum Anaſtaſio Dei famulo, & cum collectâ ſanctorum multorum, pſallentes & dicentes: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum.

a *Plures fuêre* Lucij *Conſules ſub* Marco Aurelio: *anno eius tertio, Chriſti* 163. L. Papirius Ælianus; *an.* 4. L. Cornelius Celſus; 5. L. Arrius Pudens; 6. L. Fuſidius Pollio; 8. L. Vettius Paullus; 11. L. Septimius Seuerus; *præter* L. Ælium Verum, *&* L. Aurelium Commodum *Cæſares.*

b *Siue locum, vbi id deinde conditum* Maximiani *palatium.*

CAPVT III.

Quæſtio ſecunda. Aliorum cuſtodum conuerſio, fuga.

8 EO tempore Lucius Conſul Romanorum per præceptum Antonini Imperatoris, iuſſit Chariſio Præfecto ciuitatis Peruſinæ, vt inquiſitionem faceret de B. Conſtantio, & de ceteris Chriſtianis, qui cum eo erant. At Chariſius cupiens implere iuſſa Lucij Conſulis, miſit ad perquirendos cuſtodes balnei, neque Sanctum Dei reperientes feſtinanter reuerſi ſunt ad Chariſium Præfectum nuntiantes ei: quia cuſtodes balnei tui *Perquiruntur:* effecti ſunt Chriſtiani cum omnibus famulis illorum, & abierunt foras de ciuitate; & neſcimus in quâ parte. Tunc Chariſius impiiſſimus Præfectus dolo & irâ repletus, iuſſit multos milites ire poſt eos, qui cùm abiiſſent longè lateque perquirentes, tandem inuenerunt vnum peſtiferum paganum, qui dixit eis: In ſiluâ, in loco qui dicitur Monticellus, ibi congregati faciunt ſua conuenticula. Quòd ſi certè vultis, ego vos illuc ducam. Tunc vnanimiter rogauerunt eum, vt illos duceret illuc, vbi S. Conſtantius erat cum multis Chriſtianis, pſallentes & benedicentes Dominum.

9 Qui mox vt venerunt ad Sanctos Dei, aiunt eis: Lect. v. O Conſtanti, quare decepiſti homines iſtos, vt non colerent Deos ſuos, & iuſſa Imperatoris implerent? Vnde nunc venite ad Præfectum Chariſium, & ipſe docebit vos quomodò obedire debeatis diis inuictiſſimis, & fruſtrà non credatis Chriſto Deo veſtro, qui pro ſuis ſceleribus à Iudæis comprehenſus eſt; & verberibus afflictum tradiderunt Pontio Pilato, & ipſe iuſſit eum ſuſpendi in patibulo; & vulneratus clauiſque confixus, tandem mortuus eſt in cruce; cui cùm diceret vnus de latronibus, qui crucifixi erant cum eo: Salua temetipſum & omnes, nec ſe ſaluum fecit, neque alios ſaluos facere potuit. Ad hanc vocem S. Conſtantius, & B. Anaſta- *blaſphemos corripiunt:* ſius, & qui cum eis erant, Chriſtiani, vnâ voce dixerunt: O inimici Dei & veritatis, cur talia auſi eſtis loqui de tanto Domino? qui cùm ſuâ ſponte ad patibulum crucis duceretur, & Iudæi cæci circumuenerunt eum cum gladiis & fuſtibus, & ait Dominus: Quid quæritis? Illi autem dixerunt: Chriſtum Nazarenum; ad hanc Ioan. 18. beatam vocem ceciderunt in terram, & facti velut mortui. Et Iudæ nocte illâ, quâ traditurus erat eum, ait ei: Quod facis fac citiùs. Modò miſeri diſcite quanta ſit Ioan. 13. prouidentia Dei, qui traditorem ſuum manifeſtauit, & omnia quæ de eo prophetata erant. Quando voluit tentatus, quando voluit crucifixus eſt, quando voluit mortuus eſt, quando voluit infernum expoliauit, quando voluit reſurrexit, & quando voluit cælos aſcendit; vnde venturus eſt in die vltimo iudicare viuos & mortuos.

10 Tunc milites Chariſij irati & furore repleti, irruerunt in Sanctos Dei, & comprehendentes S. Con- *comprehenſi ſiſtuntur Præſidi.* ſtantium Pontificem, virum elegantiſſimum, & Anaſtaſium virum clariſſimum, [a] Carpophorum verum Dei famulum, & multos alios Chriſtianos, & ligauerunt eos, & vinctos duxerunt eos ad Chariſium Præfectum; qui cùm vidiſſet eos à longè, ait eis: O Conſtanti deceptus *S. Conſtãtius liberè* fallaciâ Chriſtianorum, cur non cogitaſti in balneo de ſalute tuâ? & ſacrificium offerens Diis immortalibus, *fidem profitetur:* & pulcherrimam tuam iuuentutem non amitteres pro reuerentiâ Sacerdotis, & ſectâ Nazarenorum? Cui B. Conſtantius iratus dixit: Miſer diu eſt, quòd inſana verba tua patienter ſuſtinui, nunc & tu, ſi vis, patienter mea ſana verba audi: Vnus eſt Deus omnipotens, qui creauit omnia ex nihilo, cælum & terram fecit, & fundauit maria, ſicut Dauid Propheta cecinit dicens: Tu creaſti Pſal. 73. omnes terminos terræ, æſtatem & ver tu plaſmaſti ea. 17. Nunc, ſcelerate, crede conditori tuo; & redde illi quod dedit tibi, ſcilicet ſenſum cum intellectu, vt notitiam haberes noſcendi bona vel mala, & inhoneſta reſpueres & commoda perficeres. Et inſuper audi prædictum Prophetam, qui decantans ait: Ipſe fecit nos; & non Pſal. 99. 3. dij tui, quos malè adoras, fecerunt nos. Conuertere ad Dominum Deum tuum qui fecit te, vt non malè adorans hîc, in futuro pereas. Ad hæc iratus Chariſius zelo diaboli, nudis pedibus iuſſit eum ducere per ignitos *ambulat per carbonès accenſos:* carbones, & de ipſis prunis ſuper nudum corpus eius effundere. Chriſtiani autem videntes hoc clamabant ad Dominum dicentes: Domine non erubeſcant in nos, qui te expectant, Domine Deus virtutum, & non reuereantur ſuper nos qui quærunt te Deus Iſraël.

Et S.

LECT. VI. 11 Et S. Conſtantius magnâ voce dicebat: Propter te, Domine, portabo improperium, libera me de ſanguinibus Deus Deus ſalutis meæ. Et Chariſius aperiens os ſuum, dixit: Miſer non vides quomodò pœnæ vndique te coarctant? Deſine,& relipiſce iam ab inſaniâ tuâ, & aufer à te titulum Chriſtianitatis, ne florem tuæ iuuentutis ante tempus perdas,& cùm dicas habere æternam vitam, relinquas temporalem, & quam ſperas non inuenias vnquam. Reſpondit S. Conſtantius, & dixit: Seductor malorum, & veritatis inimice, iam dixi tibi,& iterum dico; pœnæ tuæ non me terrẽt,quia habeo Dominum meum Ieſum Chriſtum Saluatorem,qui liberabit me de omni tuo furore. Tunc Chariſius Præfectus iuſſit eum recludi in carcere, & dixit ei: Conſtanti cogita tecum his ſenis diebus de ſalute tuâ, ne fortè moriaris turpiſſimâ morte, & quem laudas Chriſtum, non te eripiet. Dum autem carnifices ducerent eum ad carcerem,ibat pſallendo dicens: Domine Deus meus in te ſperaui, libera me ab omnibus perſequentibus me, & eripe me: illumina faciem tuam ſuper ſeruum tuum,& ſaluum me fac in tuâ miſericordia: Domine non confundar, quoniam inuocaui te.

imperterritus in tormentis,

coniicitur in carcerem:

12 Interea S. Conſtantius in carcerem mittitur, & nox efficitur; nocte autem illâ multi Chriſtiani ad feneſtram venerunt, ſecum ferentes leproſos, aridos,& cæcos, & claudos, & diuerſis languoribus interemptos, quos vir clariſſimus S. Conſtantius ſuis ſanctiſſimis orationibus curauit. Tunc carcerarij tres videntes miracula, quæ per eum Deus fecit, crediderunt in eum, & baptizati ſunt in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,& traxerunt eum de carcere, & venerunt cum eo ad portam ciuitatis, & per viam quæ ducit ad Campaniam; & tranſierunt per fluuium, qui vocatur Tiberis, & per viam, quæ vocatur Salaria.

agros precibus curat:

3. cuſtodes conuertit: ab iis dimittitur.

a *De* SS. Carpophoro & Abundio *agemus* 10. *Decembris, & num Hiſpali, an Hiſpelli, an vtrobique ſed diuerſi, occiſi ſint, diſputabimus.*

b *Haud aſſequimur quî pertigerit* Salaria *ad confinia agri Peruſini, qua* Româ Eretum *ducebat; inde* Reate, Cutylias, Interocream, Falacrinen, Vicum Badies, Ad centeſimum; *quæ poſtrema in Piceno ſunt. Videtur Auctor* Flaminiam *ſcribere voluiſſe; hæc enim ducebat* Narniam, Interamnam, Spoletium, Forum Flaminij, Heluillum, *ſiue* Suillum, *aut* Sigillum, *iuxta quod oppidum ex Apennino prorumpit* Clariſius *riuus, cuius infrà mentio eſt. Eadem tamen ratione loquitur Auctor vitæ S. Concordij* 1. *Ianuar.* Et abiit ad S. Eutychen, qui tum morabatur in prædiolo ſuo viâ Salariâ, iuxta ciuitatem Tribulum, *ſiue* Tribulim, *quæ eſt* Trebia, *vt alibi diximus, ſita inter* Fulginium & Spoletium; *Campania verò hic videtur poſita pro Vmbria campis.*

CAPVT IV.

Quæſtio tertia. Cæleſte ſolatium.

13 ET ecce viri impiiſſimi ab Imperatore miſſi,vt huius religionis viros delerent per omnem prouinciam. Quos cùm vidiſſet S. Conſtantius ſalutauit eos, dicens: Gaudium ſit vobis, fratres. Cui illi reſpondentes, dixerunt: Vnde es tu? Quâ de prouinciâ venis? Ille autem ait eis: Peruſiâ diſceſſi,dirigo autem greſſus aliò, vt fratres meos *a* Concordium & *b* Pontianum videam, & de cæleſtibus ſimul loquamur. Cui illi: Vt cernimus, Chriſtianus es. Ipſe reſpondens ait: Vtique Chriſtum colo, & eius veſtigia ſequi cupio, vt de regno eius merear eſſe particeps. Tunc furore repleti comprehenderunt eum, & manibus poſt tergum ligatis duxerunt ad domum Duritij, & interrogare cœperunt de titulo Chriſtianitatis, aientes ei: Quæ poſſibilitas eſt Chriſtianis? Quibus ille ait: Noſtra poſſibilitas ex Deo eſt, & quantum nobis ipſe largitur, tantum nos prodeſſe valemus ad eius ſeruitium; ſeruitium autem Domini dico non minùs ſpontaneum, quia non vult coacta ſeruitia. Luc. 9. 23. Sed tamen legitur in Euangelio: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me.

a b Iterum capitur:

14 Tunc illi cum magno furore reſpondentes dixerunt: Auferi vana verba à te, quæ loqueris. Et hæc dicentes ſimul percuſſerunt eum cum alapis & colaphis, dicentes ita: Cogitabamus te terreri variis pœnis, & verberibus, & reuocare animum tuum ad culturam Deorum noſtrorum, & neque per pœnas, neque per verba nequimus te emendare. Modò enim aliud nihil ſupereſt, niſi vt ſuſpendaris in eculeo, & diuerſis pœnis affligatis, & inſuper his vulneremus ſpiculis corpus tuum, vt vel ſic recedas ab inſaniâ tuâ; propter hoc enim ab Imperatore miſſi ſumus, vt viros huius religionis perdamus. Nunc verò elige tibi quod vis, aut ſacrifica Diis noſtris, aut diuerſis pœnis affligeris. Quibus ille ait: Notum vobis facio, quòd neque Deos veſtros colo, neque Chriſti ſeruitium renuo, ſed magis pro eo mori eligo. Tunc milites dixerunt ei: Et melius tibi mori,quàm cum magicâ arte tuâ multos homines perdas. Quibus B. Conſtantius ait: Ego magus non ſum, ſed Deum meum ex toto corde & ore confiteor. Quòd ſi vos facere vultis, adhuc vitam poteſtis recuperare æternam; ſin autem, cum Diis veſtris peribitis.

Ex Mss. *verberatur:*

LECT. VII. *minas rident:*

15 Tunc vnus ex eis percutiens eum, dixit: Nos te perdere putamus cum tuâ religione, & tu vis permanere in tuo errore. Non enim propter hoc Imperator huc nos direxit, vt Chriſtum à Iudæis malè tractatum adoremus, ſed de vobis quemcumque inuenerimus nobis iuſſum eſt, vt interficiamus, ne fortè magicis artibus Chriſtiani euacuent culturam Deorum noſtrorum,per quam mundus totus ſuſtentatur, & ne res noſtra pereat malè indignatis diis noſtris. Tunc B. Conſtantius dixit eis: Maledicti ſunt omnes, qui confidunt in idolis, quæ manus habent, & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt, oculos habent & non videbunt, aures habent & non audient, non clamabunt in gutture ſuo. Illi autem valdè irati comprehenderunt eum iterum, & ligantes manus ei dixerunt: Reuertamur retro, & ducamus eum nobiſcũ,& abſque ſuâ volũtate faciamus eum relinquere Chriſtum. Et reuerſi ſunt ad fluuium, qui dicitur *c* Clariſius,& extendentes eum,cum fuſtibus percuſſerunt dorſum eius. At ille orabat dicens: Domine exaudi me in tribulatione: paratus ſum mori, vt in regno tuo me ſuſcipias: non derelinquas ſperantes in te: miſerere mei,& exaudi me: tibi dixit cor meum,quæſiui vultum tuum,vultũ tuum Domine requiram,ne auertas faciẽ tuã à me,& ne declines in irâ à ſeruo tuo: adiutor meus eſto, ne derelinquas me; ſed fac mecum Domine ſignum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur, quia tu es iuſtus, fortis, & miſericors. Pſal. 26.

t fuſtibus caditur:

16 Poſt hæc autem venit Angelus Domini confortans eum, & dicens: Noli timere; à Domino enim de cælo miſſus ſum, vt curem te à vulneribus tuis. Ecce enim propè eſt vt Dominus retribuat tibi pro magno labore mercedem, & cum ſanctis Angelis & Apoſtolis, nec non & cum omnibus electis eius lucidiſſimas manſiones ſuſcipias. Audiens autem hæc B. Conſtantius alacriter effectus aiebat: Gratias tibi ago, Domine, quòd miſiſti Angelum tuum ad me, vt cognoſcerẽ quòd non derelinquis ſperantes in te. Tunc Angelus Domini: Noli timere, ſed ſurge,& ambula in locum,vbi ſpiritum reddas Creatori tuo: ego non te derelinquam, quouſque ſuſcipiam ſpiritum tuum, & deferam illum ante conſpectum Domini, vt maneat cum eo vſque in ſempiternum.

curatur, animatur q; ab Angelo.

a S. Concordij *vitam dedimus* 1. *Ianu. ex quâ apparet eum diu captiuum detentum, conceſſâ interea facultate diuertendi ad* S. Anthymum *Epiſcopum. Sed nulla ibi* S. Conſtantij *mentio eſt.*

b S. Pontiani *Acta dedimus* 14. *Ianu. & in Prolegomenis nu.* 5. *de* S. Conſtantio *egimus, cuius alioquin Acta non meminerunt.*

c *Hic ex Apennino apud* Heluillum *oppidum exortus, vt ad caput t racedens diximus, infra Meuaniam Topino iungitur, vulgò* Chiagio *dictus.*

Ex MSS.

CAPVT V.

Martyrium. Sepultura. Miracula.

Lec. VIII. 17 POst hæc ſpiculatores inter ſe dixerunt: Venite interficiamus eum, ne ſuâ magicâ arte perdat nos, & auferat à nobis vinctos Chriſtianos, quos nobiſcum ducimus. At illi dixerunt: Ita faciamus. Venerunt itaque in *a* triuio Fulgineato, non longè à ciuitate ipsâ, & dixerunt: Ecce tempus eſt vt interficiamus eum, & amputemus caput eius gladio. Et decollauerunt eum, & dereliquerunt corpus eius in ipſo loco. Statim autem affuit ſplendor mirabilis, qui non dereliquit eum, vſquequò multi de paganis crederent Domino pro illo lumine.

Plectitur capite.

a

Splendet corpus,

18 Erat namque vir venerabilis in prædictâ ciuitate *b* Leuianus nomine, quem vocauit Angelus Domini in ſomnis, & dixit ei: Surge diluculo, & vade in triuio Fulgineato, & tolle corpus S. Conſtantij, & porta tecum, & in optimo loco cum aromatibus ſtude ſepelire. Tunc Leuianus manè expergefactus, ſurrexit, & abiit in locum, quem ei Dominus oſtenderat in viſione, vbi corpus S. Conſtantij iacebat, & cecidit in faciem orans & dicens: Domine Ieſu Chriſte oſtende virtutem tuam magnam, & da mihi ſolatium ad corpus ſancti viri portandum. Tunc Leuianus ſurgens ab oratione, leuauit corpus S. Conſtantij, & cum eo velociter ambulabat.

b

& diuino monitu inde tollitur.

19 Cumque eum portaret, obuiauerunt ei duo homines inter ſe litigantes, & dixerũt ad eum: Vnde adducis iſtud corpus? forſitan Chriſtianus fuit. At ille dixit: Vtique Chriſtianus eſt, & Dei famulus. Et dixerunt inter ſe irridendo: Iura mihi ad iſtud corpus, & dimitto tibi talenta mea, quæ mihi rapuiſti. Ille autem gauiſus eſt valdè, exiſtimans non eſſe iuramentum, quod ei imperauit collega eius. Tunc iurauit dicens: Per iſtud corpus, quod Leuianus portat, & per Deum illius, qui à Iudæis eſt crucifixus, & ego non ſum talis qualis iſte mortuus eſt, quòd non habeo talenta tua. Cumque hæc verba finiſſet, ſtatim oculis obſcurati ambo. Leuianus autem corpus B. Conſtantij iterum leuauit, & pſallendo eum ferebat. Cæci verò illi, qui irridendo Sancti corpus cæci facti fuerant, clamabant dicentes poſt Leuianum: Leuiane vir fideliſſime, depone ſanctum corpus ſancti hominis, & intercede pro nobis ad Deum, cui in vitâ ſeruiuit vt recipiamus lumina, quæ noſtrâ culpâ perdidimus, & quæcumque iuſſeris, faciemus. Tunc Leuianus depoſuit corpus, & eoſdem cæcos ad eum perduxit, qui promiſerunt ſe credere in Dominum Ieſum Chriſtum, & per merita B. Conſtantij meruerunt viſum recipere.

Gentiles duo id ridentes viſum amittunt.

recipiunt;

20 Leuiano autem corpus Sancti cum magnâ reuerentiâ portanti obuiauerunt & alij duo cæci: (de corpore autẽ omnino exhalabat odor ſuauiſſimus) qui ſtatim vt ſenſerunt fragrantiam mirifici odoris, ceciderunt in terram, & adorauerunt, & dixerunt: Sanctus vir Dei eſt iſte; & rogauerunt Leuianum, vt deponeret corpus in terrâ. Quod cùm depoſuiſſet, proni adorauerunt, dicentes: Domine illumina oculos noſtros, vt credamus tibi. At verò ſplendor de cælo factus eſt ſuper eos, & ſtatim illuminati ſunt ambo. *c* Qui magnificantes Dominum, vnà cum Leuiano leuauerunt corpus S. Conſtantij Peruſiam cum hymnis, & pſalmis, & ſepelierunt eum cum multis Chriſtianis, non longè ab vrbe, in loco qui dicitur Areola, vbi exuberant beneficia vſque in præſentem diem, ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

vti & alij duo.

c

Sepelitur:

claret miraculis.

a Deſcribit hunc locum Ludouicus Iacobillius libro de S. Fulginatibus pag. 345. traditq; agrum vicinum vocari etiamnum la Contrada di S. Conſtanzo.

b Hunc Iacobillius Beatum *appellat, eiuſq; natalem* 18. *Octobris conſignat.*

c Hos Iacobillius Euſebium, Ioannem, Nicolaum, Michaëlem *nominat; traditq; eodem conditos tumulo fuiſſe quo &* B. Leuianus, *& anteà* S. Conſtantius.

ALIA VITA

ex MSS. S. Galli, Peruſino, Baronij.

PRÆFATIO.

1 BEatiſſimi Conſtantij, Fratres, cuius hodie natalitia celebramus, audiat dilectio veſtra memoranda opera, quæ ſub breui eloquio recolentes conſtringimus. Qui, cùm eſſet venerabilis Confeſſor beatorum Martyrum, tamen ad occiſionem violentis hominibus corpus ſuum tradens, palmam promeruit. Sanctorum Patrum, Fratres cariſſimi, glorioſiſſima facta commemorantes pernotare poſſumus, quoniam quantùm nobis proſunt ad æternæ beatitudinis ſalutem, ſi ea volentes imitati fuerimus; tantùm obſunt, ſi obtrectantes abiecerimus. Ipſi quidem iubentis Domini præcepta ſequentes, noui ac veteris Teſtamenti ſeriem conferentes ad cumulum, ad illam beatam patriam feliciter peruenerunt, cui non narratio temporum, non mortis occaſus, non ſollicitudo anxiæ trepidationis ſuccedit; ſed, ſemper vita, ſemper gloria, ſemper felicitas beati gaudij illic abundat.

Sanctorum geſta legẽda, & imitanda.

2 Vnde Sancti quidem animaduertentes, quod Dominus per Moyſen præceperat, conſtanter fecerunt. Iuſſerat enim, vt, ſi quis à leprâ ſuâ mundatus, ſeptimo die egrederetur *a* à carcere, duos paſſeres in tẽplo Sacerdoti deberet offerre, quorum alterum in ſanguine alterius ablutum viuum dimitteret euolare in agrum. Quid enim per duos paſſeres, ſacrâ Scripturâ ſæpius atteſtante, niſi animam & corpus intelligere debemus? Quorum alterum in ſanguine alterius, id eſt, anima per corporis paſſionem viuificata, ad æternam patriam remeare debet. Cui ipſius veritatis ſententia conſona reſpondens dicit: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Ipſe enim benè Dominum imitatur ſuam crucem deferens, &, vt ipſe ambulauit, ambulare ſatagit, qui animam ſuam in eius amorem, vt ipſe pro nobis fecit, ponere procurat. Qui autem aliter quàm Chriſtianę profeſſionis vita cenſetur, curſum ſuæ vitæ decurrens, Chriſtum imitari non ſtudet, tantùm ſe credat diuino iudicio ſtrictiùs iudicandum, quantùm reuocatus per gratiam, ſuæ iniquitatis conſcius peccat. Sed ne ab incepti operis tramite longiùs diſcedamus, quid B. Conſtantius fecerit, attentiùs audiamus.

Leuit. 14.

a

Patientiæ fructus.

Matth. 16. 24.

a Ita MSS. videtur à caſtris *legendum.*

CAPVT I.

S. Conſtantij genus, mores, epiſcopatus.

3 QVi cùm eſſet Peruſinæ ciuitatis ex ingenuæ procreationis proſapiâ oriundus, à primo ætatis ſuæ calculo, ad tãtę ſollicitudinis exercitium in Chriſti videbatur famulatu deuolutus, vt ferè omnis populus miraretur ſuper prudentiam, & famoſitatem ſanctitatis eius. Cùm ſicut maioris ætatis prouectu cælebs inoleſceret, & iam circiter triginta annorum ſpatium temporalis vitæ curſu flueretur, diuino iudicio eiuſdem ciuitatis Præſul obiit. Illicò omnis Clerus, & vtriuſque ſexus populi, cæleſti ſpiramine commotus, vnâ voce proclamant, Conſtantium Epiſcopum *a*, quem eligunt relictæ Sedis Pontificem. Quoniam ille ſolus idoneus illo tempore ad tanti culminis honorem ſuſcipiendum habebatur.

S. Conſtãtius genere & moribus clarus,

fit Peruſinus Epiſcopus.

a

4 Erat quidem altâ progenie concretus, eius miræ claritatis aſpectus, & in finitimis regionibus vbique locorum famoſitate vulgatus; ieiuniis confectus, diu noctuque orationibus confidenter inſiſtens, conſtans & ſeuerus in omni opere Deitatis, vt meritò & nomine Conſtantius

Eius virtutes:

caſtitas, Conſtantius vocaretur;caſtiſſimus quoque ab omni petulantiâ carnis ita alienatus, vt à cunabulis cœperat infantulus caſtitatis exordium. Eccleſiaſticæ inſtitutionis moribus obtentus, mitis, pacificus, puritate manſuetudinis ſimplex. Sic etiam omnibus operibus, omnibus modis, omnibus in rebus morigeratus, vt nec etiam in famine linguæ quiſpiam eum audierit peccaſſe. Paſtor quoque egregius adeò ſuper gregem ſuum vigilans, vt neminem illorum, quos ſibi Deus commiſerat, hoſtili incurſu deuiatum haberet.

moderatio linguæ,

curæ ſuorum,

contemptus mundi, 5 Quid plura? vt de pluribus quæ fecerat reticeamus; ſic temporalibus bonis vtebatur, quaſi de hoc mundo non fuiſſet, nec penitùs de eius rebus aliquid ſibi pertineret. Sua dabat, aliena non appetebat, ſecundùm illud Apoſtolicum: Tamquàm nihil habentes & omnia poſſidentes. Ipſi verò nihil habent & omnia poſſident relicto mundo, quibus Deus inhabitat, & fortes facit ad dimicandum incurſum diabolicæ fraudis; de quibus ſub typo ſanctæ Eccleſiæ per Salomonem loquitur, dicens: Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius. Procul & de vltimis finibus pretium noſtræ redemptionis venit, quia à ſummo cælo egreſſio eius fuit, qui nos pretio ſui ſanguinis redimere venit. Vnde in Canticis Canticorum: Oſculetur me oſculo oris ſui. Hoc ſancta Eccleſia dicit de Chriſto, id eſt, qui toties mihi per Prophetam ſuum aduentum promiſerat, iam veniat, & per ſemetipſum loquatur. Huius igitur pretij fortitudinem B. Conſtantius, conſtans & fortis, non in ſe, ſed in Deo gloriabatur.

2.Cor.6. 10.

Prouerb. 31.10.

Cant.1.1.

2 *Addit MS. Baronij:* de nobili proſapiâ Barziorum.

CAPVT II.

Comprehenſio. Verbera.

In M. Aurelij Antonini perſecutione 6 QVi cùm tribus annis exactis Deo & omni populo venerabilis paſtor placeret; exiit edictum & promulgata ſententia impietatis ab impiiſſimo Imperatore Antonino, vt vbicũque Chriſtianus, aut qui Chriſti nomen inuocaret, inueniretur, variis tormentis & diuerſis pœnis afflictus in aſpectum eius præſentiæ ligatus duceretur. Cumque hoc impius Rex iuberet, diabolus ſemper inimicus humano generi, & humanæ ſalutis inſidiator, cuius inſtinctu hoc fecerat, impiger per omnium regionum prouincias illius tyranni impij milites & *a* ſpiculatores ad exitium Chriſtianorum ducens cucurrit.

a

offert ſe Deo ad mortem: 7 Audiens autem B. Conſtantius iſtam perſecutionem contra Chriſtianos in ciuitate Aſſiſinatum exarſiſſe, vbi S. Concordius & Pontianus iam ab illorum militum vinculis tenebantur impediti, gratulanter præparat ſe ad palmam martyrij, quod deuotâ mente expectans ſuſcipere volebat: & proſtratus cum lacrymis Deum diutius flagitans orabat, dicens: Domine Deus omnipotens, qui vnicum tuum tibi dilectum creatorem creaturæ oſtendiſti, & inuiſibilem tractabilẽ ad immolandum pro ſalute hominum miſiſti; dignare me peccatorem in beatiſſimorum tuorum Martyrum numero connumerare.

abit Perusiâ Aſſiſium: 8 Et his dictis ſurgens ab oratione quaſi in occultis, ne precibus ſubditorum rogatus detineretur, ſolus egreditur vrbe (ibat enim pſallens) glorianter: obuiat militibus, quatenùs palmam ſui martyrij mereretur accipere. Eadem verò horâ, Dei diſpoſitione contigit, vt milites ab Aſſiſinatum vrbe eum quærentes *b* diſcederent. Sic factum eſt, vt milites Conſtantio, & Conſtantius militibus, quaſi ex improuiſo in loco, qui dicitur Danabus, occurſaret. Sanctus enim Conſtantius ne fortè poſſet præterire quos quærebat, ſi forſan eum quærerent, vt quærebant, ibat intentis oculis circumquaque lumina conferens. Prior vidit carnifices: quos cùm vidiſſet arbitratus eſt eos eſſe quos volebat, & protinus intulit

b occurrit militibus,

eos vltro ſalutat:

verba *c* ſalutationis, dicens: Gaudium ſit vobis, fratres; quos benè adueniſſe gratulamur. Ex MSS. *c*

9 Ipſi quidem intuentes in eum mirabantur pulchritudinem & confidentiam ſalutationis, cuius ab ore verba ſapienter pollebant. Vnde animaduerterunt eum hunc eſſe quem quærebant: quoniam quæ de illo antè audiuerant, ab his quæ tunc viderant & audiuerant in præſentiarum, minimè cognouerant diſcrepare. In præſentiarum ſagaciter ſubdolâ fraude fallacis arbitrij blandientes interrogant: Quis es? quò vadis? cuius rationis cauſsâ prudentiæ tantæ vir ſolus ingrederis? Quibus B. Conſtantius, qui ſe iam recepiſſe volebat quod illi ſimulatè fouebant, aperto ore declarans ait: Licet peccator, Peruſinæ ciuitatis Præſul, Conſtantius vocor, qui ſeruos Domini mei Ieſu Chriſti *d* conſocios meos Concordium & Pontianum requiro, cum quibus ſum ſolitus diuinis operibus gaudere.

agnitus confitetur ſe Chriſtianum?

d

10 Hoc audito ei milites dixerunt: Et tu hodie habebis gaudium quod ipſi habent, qui in carcere conſtricti, capitalem ſententiam ſubire debent. Neſcis forſitan nos à Rege habere poteſtatem; vt quemcumque illud nomen, quod confiteris, inuocantem inuenerimus, diuerſis tormentis afflictum, in eius præſentiam ducamus? Et cùm hoc dixiſſent irruentes in eum ligant, deprehenſum extrahunt, obirer cædunt. Qui conſcius imminentis exitus quaſi ad epulas inuitatus ſpontaneus ibat.

comprehenditur

caditur:

11 Cùm verò remeantes traherent eum extra flumen, quod vocatur *e* Claſius, inſpexerunt in faciem eius, videntes quòd quantò magis cæderetur, eò ampliùs oraret, & alacer incederet, aiunt: Nonne diximus tibi, quòd qui iſtud nomen inuocaſſet, noſtris manibus non euaderet impunitus? Tu quoque in tuâ pertinaciâ perſeueras acrior, & robuſtior, temerario ore eum proclamans & inuocans. Veraciter, dixerunt, ſi iſta inuocatio poterit te eripere à noſtris manibus, tu videbis.

e

raptatur & trahitur orat:

12 Confeſtim proſternentes *f* mattâ fluminis, vſque adeò fuſtibus & ſudibus dilaniantes affligunt, quò exanime corpus, exhalante ſpiritu, putarent. Sic poſitus B. Conſtantius acriùs orationibus inſiſtens, protulit palmas & oculos ad cælum, dicens: Domine Ieſu Chriſte, quem laudo, quem confiteor, & benedico, quem credo ideò veniſſe ad patibulum, vt credentes per te ſalui fierent, miſerere mei ſerui tui, quoniam omnes qui te expectant non confundentur. Tu enim dixiſti: Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat. Ego quidem ad te conuerſus, auxilium tuæ miſericordiæ in exitum expecto. Eſto mecum, ne peſtifer princeps tenebrarum mihi occurrere valeat: quia tu es Deus fortis & potens, vltra quem non eſt Deus.

f

fuſtibus diriè verberatur:

iterum Deum orat.

Ezech. 33 11.

13 Et cùm hoc dixiſſet, aſpiciens vidit Angelum Dei de cælo, qui aſtitit ſuper caput eius dicens: Conſtanti noli timere, ſcito quoniam oratio tua prodiit in conſpectu Altiſſimi, hodie amicus Dei effectus omnipotentis, in cæleſtibus habitaculis permanens cum electis eius; ſicut ipſe ait pro ſuis ſecuacibus ad Patrem: Volo, Pater, vt vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus. Ego quidem Angelus eius ad cuſtodiendam animam tuam miſſus, cælitus deſcendi. Quam quocumque ieris, non dimittam, donec ad æternam patriam reduxero in Conditoris aſpectum. Beatus verò Conſtantius Angelico ſermone & fidei conſtantiâ ſubnixus, cum lacrymis ait: Domine Deus, virtus & fortitudo credentium, per quem facta ſunt omnia; ſine quo nihil ſtabile, nihil probum, nihil beatum; qui me ad tuam miſericordiam reuocaſti, quem redemiſti pretio Dominici ſanguinis; gratias ago tibi, quia per Angelum tuum me dignatus es viſitare in anguſtiis meis.

ab Angelo confirmatur:

Ioan. 12. 26. & c. 17. 24.

gratias Deo agit

14 At milites infenſi audientes eum Angelicis ſermonibus perfrui, quem videre non poterant, alter ad alterum inuicem ſtipulabantur, quis ei loqueretur. Et intuentes circumcircà, præter ſolum Conſtantium, quem tenebant, neminem videre poterant. Vulnerum quoque cicatrices, quas ei paullò ante innumerabiles fece-

curantur eius vulnera:

Ex MSS.

rant intuentes, inuenerunt nullam maculam læſuræ per continuam corporis integritatem; inquiunt: Iſte, qui magicis artibus ſecum quaſi ad alium loquitur, ſalutem corporis vnde recepit? Hinc perterriti, & veriti, quæ commiſerant in alios, ne torquerentur in eos, amouentes Conſtantium, vrbem Aſſiſinatam requirunt.

milites eo relicto fugiunt.

a *MS. S. Galli*, ſpeculatores. b *al.* deſcenderent.
c *MS. S. Galli*, Salùatoris. d *MS. Peruſ.* conſcios.
e *MS. S. Galli*, Elaſius, *mendosè*. f *Fortè* in actâ.

CAPVT III.

SS. Concordius & Pontianus ſocij carceris. Martyrium S. Conſtantij.

SS. Concordium & Pontianum ad conſtantiam hortatur.

15 INgrediens igitur S. Conſtantius ad Concordium & Pontianum, qui illic dudum tenebantur in vinculis & carcere, talibus colloquiis confortans ſuadebat eis conſtantiæ perſeuerantiam. Fratres mei dilectiſſimi, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti confortamini, & accipite fortitudinem. Venit dies ſalutis, & acceptabile tempus, quod amiſſum difficilè recuperabitur. Nulla trepidatio pœnalis exitij perterreat; nulla oblectatio temporalis vitæ blandiatur, quam etiam & qui fugientes abhorrent, & qui conantur amplecti, æqualiter amittunt. Si quæ ſunt diuturniora momentaneis & fugitiuis elegantiora creditis, nulla comparatio mortalis vitæ, æternæ beatitudini conferatur. Qui verò timet, teſtante Apoſtolo, non eſt perfectus in caritate. Caritas quidem, quæ omnibus virtutibus præſtat, foras mittit timorem: profectò non moritur, quem obeuntem ingreſſus perpetuæ vitæ cominùs inſequitur.

1 Ioan. 4.

ad moriendum alacres:

16 Ad hæc Concordius & Pontianus, qui igne ſancti Spiritus fuerant ſuccenſi, dixerunt: Si alterius & melioris vitæ remedia non forent, iſtius quamuis miſerrima & fallacia gaudia neceſſariò, ſi poſſent, propaganda teneri deberent. Sed nos, qui viam veritatis cognoſcimus, & qui ad illam patriam tendimus diuinâ ſubueniente miſericordiâ, vnde ad iſtam oriundi fuimus, antequàm in exilium vitæ iſtius veniremus, potiùs timere debemus, ne curſus iſte miſeriæ protendatur, quàm ſi corporis paſſio appropinquet. Qui enim in cælo vitam habere deſiderat, mori in terris minimè pertimeſcat. Nam ſi quotidie illam vitam expectantes proclamamus: Adueniat regnum tuum, infinita miſeria eſt hic diutiùs velle conſiſtere, vt aliud ore, aliud corde profiteamur. Vnde dicitur: Maledictus qui ingreditur duabus viis.

Eccli. 2. 14.

educuntur ſimul è carcere.

17 Milites verò, à quibus retinebantur, cùm audirent Sanctos talibus eloquiis inuicem ſeſe confortantes, dixerunt: Quæ eſt iſtius inſaniæ pertinacia Chriſtianorum, vt quantò magis afflicti fuerint, eò ampliùs in laude ſui Dei conualeſcentes, auſteritate perdurent? Igitur ducamus eos in Imperatoris præſentiam, vbi Diis immortalibus, à quibus receſſerunt, coram omnibus ſacrificent; quod ſi fortè renuerint, prout Imperialis maieſtas decreuerit, vita eorum incurrat periculum. Et eduxerunt eos de carcere, & abire cœperunt.

Hiſpellum veniunt.

Angelus cuſtos Conſtantio in ſtantem mortem prædicit.

18 Sancti verò laudantes ac benedicentes Deum, glorianter cum tortoribus abire non deſiſtunt. Sic tandem peruenerunt in vrbem, quæ dicitur Spellum, vbi S. Conſtantius poſitis genibus orauit in cælum. Et ecce Angelus Domini cuſtos eius, qui ei in itinere iam fuerat locutus, cum nimio fulgore claritatis apparuit; ibique Angelicâ voce reſonuit: Surge Conſtanti, ac glorianter incede, Dominus enim Ieſus Chriſtus tecum ambulat, qui numquàm derelinquit ſperantes in ſe: & eò vſque gaudenter peruenies, donec ad illum locum acceſſeris, vbi animam tuam, quam in conſpectu Altiſſimi repræſentare debeo, redditurus expires. Tunc omnes, qui aderant, lucem, quæ emicuit, contemplantes, ac Angelici ſermonis audientes verba, vnâ voce proclamant, dicentes: Verè vnus eſt Deus Chriſtianorum potens in cælo, quem Conſtantius prædicat.

Adſtantes Deum laudant:

19 Sed milites obcæcati mente, placere cupientes impiiſſimo tyranno de morte Sanctorum, qui eos miſerat ad perdendum animas iſtorum, cœperunt dicere, magicis artibus à S. Conſtantio fuiſſe peracta quæ videbant. Iiſdem impellentibus aſſurgens ab oratione quam fecerat, vt mitiſſimus agnus glorianter properabat ad iugulum. Qui non longè à ciuitate properantes, Angelico ſermone, quem audierant, perterriti, conſilium inierunt, vt eum occiderent, antequàm ad Regem, ad quem eum ducebant, peruenirent. Vnus quorum ad ceteros inquiens ait: Ne iſte magus, quem trahimus, ſuis nos artibus interficiat, interimatur; loquitur enim ſecum quaſi duo homines loquentes audiantur; lucem quoque ſuis orationibus elucere diſſimulat. Ergo caput eius auferentes, miracula quæ feciſſe videbatur, quid ei proficient videbimus. Illicò vibrato gladio abſtulerunt caput eius; corpore verò dimiſſo in tramite, qui dicitur Fulgineato. Abeuntes autem Concordium & Pontianum in vrbem Spoletanam ad crudeliſſimum Antoninum remeantes duxerunt.

milites magicis artibus adſcribunt.

Ducitur ad mortem S. Conſtantius:

plectitur capite.

Cõcordius & Pontianus Spoletum ducuntur.

CAPVT IV.

Corporis inuentio. Miracula.

Ab Angelo Leuianus monetur, vt eum ſepeliat:

20 ERat autem in vrbe Fulgineatâ quidam vir magnificus, nomine Leuianus: quem Angelus cuſtos B. Conſtantij, eadem nocte alloquitur, dicens: Credas Leuiane adueniſſe tempus, quo Deus ex operibus bonis, quæ ſemper egiſti, mercedem reſtituat. Surge & vade in viâ, quæ dicitur Fulgineata: inuenies ibidem corpus cuiuſdam beati hominis diuinâ diſpoſitione ad ſepeliendum tibi commiſſum, per quod commoda vtriuſque vitæ feliciter proſequeris: hoc exultationis gaudium tibi miniſtrabit: hoc etiam vitæ æternæ dabit tibi præmium. His auditis Leuianus expergefactus inter ſpem & metum exurgens anxius, ſed perterritus, ne illuſione phantaſticâ illuderetur, repoſuit ſe in thalamo; cui Angelus niueo aſpectu præclarus ſecundò apparuit: quem probris & blanditiis inſtigans, compulit pernicitèr aſſurgere, ac ad locum, vbi corpus B. Conſtantij iacebat, viator antelucanum præduxit.

dubitans ſecundò monetur, & eò ducitur:

videt animam eius in cælum ab Angelis deferri:

21 Qui antequàm intra iactum lapidis appropinquaret, aſpiciens Angelicos cœtus fulmineâ luce præclaros, ad corpus ſancti hominis euntes ac redeuntes proſpexit: cuius animam, obſequia peragentes, cæleſtibus myſteriis gaudentes & exultantes, ad cælos reducere ſatagebant. Quod cùm vidiſſet, nimio terrore concuſſus, iudicans ſe indignum tantæ claritatis altitudine, pedem retro quaſi in occultis retuliſſe voluit. Cuius in auribus Angelorum vox proclamans multiplicata reſonuit: Leuiane vir fideliſſime, noli expaueſcere; Deus enim tibi corpus, quod vides, ad ſepeliendum commiſit: accede fiducialiter, quoniam recordatus eſt Dominus tui, miſeranſque tuæ egeſtatis onera, per hoc quod vides tuæ felicitatis cumulum exaggerat. Vnde corpus quod cernis exanime, eodem gaudio quantocyùs conuenit arripere, quo nos animam ſuſcepiſſe conſpicis.

tollit corpus:

22 Tunc Leuianus videns quoniam miſericordia Dei fuerat cum illo, omni formidine depoſitâ, lætus ac exultans nimij gaudij immenſitate repletus, cum tantâ felicitate velox cucurrit, vt nec terram pedibus tetigiſſe videretur. Angeli verò animam B. Conſtantij deferentes, gaudentes ac exultantes cæleſtibus laudibus remeantes abierunt in cælum. Et ſuſcepto corpore in faciem ſuam Leuianus orabat, dicens: Domine Deus Rex omnipotens, qui theſaurum cæleſtis ſapientiæ nobilibus ac ſapientibus occultum, paruulis ac humilibus reuelaſti; ſi iſte tuus famulus, cuius hoc ſacrum corpus mihi per Angelos tuos oſtendiſti, complacuit, per tui nominis gloriam oſtende potentiam Deitatis, oſtende leua-

men

men tuæ clementiæ ad deportandum huius oneris faſcem, quod ſecundùm Angelicæ ſuſſionis imperium ſepulturæ tradendum recepi. Et cùm hoc dixiſſet, ſubſtulit eum, ſeſe ſubiiciens oneri, prout vires ſuppeterent, pergens ambulare viſus eſt velociter.

23 Cui protinus duo homines pro numiſmatum depoſito munere altercantes ac contendentes apparuerunt in obuiàm, dicentes: Quid Leuiane geris? nitì ſub faſce videris. Quis ſub obſcurum noctis iuſſit te inhumatum ferre cadauer? Leuianus ad illorum dicta competenter reſpondens dixit: Iſte fuit vir Chriſtianiſſimus, qui in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ab adoleſcentiâ ſuâ fideliter ambulauit, quem Angelicâ fide didici Chriſtianum fuiſſe, cuius corpus in eius nomine quem coluit, ad ſepeliendum deporto, quoniam à viatoribus carnificibus occiſum ac inhumatum inueni. Quod non intuſſus terræ committere ſatago. Qui cùm audiſſent, obiurgantes ad ridiculum Chriſtianæ religionis profeſſioniſque Leuiano inſultant.

videtur à duobus ſibi occurrentibus;

24 Fœnerator quidem, qui depoſitum fecerat, ad debitorem tuum ironicè ac ridiculosè loquitur dicens: Iura mihi per hoc Chriſtianum corpus, & per eum quem coluit, quòd mihi nihil debeas, & ſecurus habeto talenta quæ abnegas, nec ego ampliùs, ſi euaſeris impunitus, ea tibi requiram. Ille demens, qui nondum fuerat expertus, nec penitùs cognouerat, quanta ſit gloria Chriſtianorum, quem iam cumulus ſuæ iniquitatis ad noxam illiciti ſacramenti impulit, prorupit in vocem nefariam, ſubridens ait: Per iſtud quod Leuianus portat, & deferens commemorat fuiſſe Chriſtianum, & per nomen eius quem adorauit, quem coluit Chriſtianus ille, nihil tibi debeo. Et cùm hoc dixiſſet, vltio diuinæ vindictæ percutit ambos, quorum oculi ſubitò ſunt obſcurati. Vterque enim temerariâ præſumptione contra Chriſtianum fecêre ridiculum. Vnde pariter, ſicut fuerant priuati lumine cordis, ſic cæci remanſerunt lumine frontis.

qui ridiculè per Sanctum iurantes

cæci fiunt:

25 Cumque cæci remanſiſſent, ſcientes propterea lumina perdidiſſe, quia peccauerant in Sanctum Dei Leuianum, cui antè inſultauerant, palpitantes requirunt, quem inclamabant, dicentes: Leuiane, Leuiane, cui Deus amplum theſaurum beati corporis reuelauit, miſerere, precamur, per idipſum quod portas, & per nomen eius cui in vitâ ſeruiuit, rogamus: ſiſte gradum, depone corpus beati hominis, qui cæci remanſimus, inſultantes tibi qui eum portabas. Intercede pro nobis per eum apud illum cui credidit, vt nobis luminaria reſtituat, quæ noſtrâ culpâ perdidimus, & quicquid nobis iuſſeris, vltro faciemus. Leuianus autem aperiens os ſuum dixit: Si vultis cognoſcere gloriam Dei, vt per eum in nomine eius, quem ipſe coluit, credatis; confido in Deum, qui eſt mirabilis in Sanctis, quoniam & oculorum & mentis, quod eſt ſatius, lumine videbitis. Illi verò cui neceſſe fuerat proteſtantes vnum Deum eſſe, quem coluiſſent Chriſtiani, ad cuius miſericordiæ notitiam, per interceſſionem B. Conſtantij profitebantur ſe venire voluiſſe. Leuianus autem audiens hæc, manibus illos pertrahens, vt attactu corporis viſum reciperent; per quod, ſicut priùs inſultantes Chriſtianis ridiculum fecerant, ſic & nunc ſpondentes ſe velle credere in Dominum Ieſum promiſerunt. Et meruerunt à Domino illâ horâ viſum recipere.

Leuiani opem & preces implorant:

attactu corporis S. Conſtantij viſum recipiunt, conuertuntur.

CAPVT V.

Alia miracula. Corporis ſepultura.

26 DVm iſti à Domino viſum recipere mererentur, ecce duo alij, qui à cunabulis lumen non viderant, venientes per eamdem viam, tantæ ſuauitatis odorem à B. Conſtantij corpore perceperunt, quaſi omnia aromata, & pretioſa balſama ibi exhalaſſent; inquiunt: Veraciter aut Deus eſt in loco iſto, aut aliquid magni pretij, vnde iſta odoramenta exhalant, qualia numquàm Ex mss. ſenſimus. Leuianus verò collocutionem cæcorum audiens, affatur eos dicens: A corpore cuiuſdam beati hominis, quod ego in nomine Domini mei Ieſu Chriſti defero, iſtorum odoramentorum, quam dicitis, ſuauitas egreditur.

Duo alij cæci occurrunt:

percipiunt ſuauem odorem:

27 Cæci verò illi, qui iam viſum viderant, reticere *à prioribus* non poterant, aiunt: Et vos ſi feceritis ea, quæ vobis B. *mi ipem excitati,* Leuianus ſuaſerit, à Domino Ieſu Chriſto, ſicuti nos fecimus, qui cæci fuimus, viam veritatis cognoſcentes, lumen mentis & corporis hodie, ſubueniente Dei miſericordiâ, habebitis. Cæci quidem mirabile & inopinatum audientes, tamen ſperantes & intendentes ea, quæ ſibi audiebant promitti, interrogant: Et qui eſtis, qui nobis talia promittitis, ſi Leuiani iuſſa fecerimus, vt viſum recipere mereamur? Certè ſi fieri poſſet, quod veſtræ pollicitationis verba nobis promittunt, nedum Leuiani, verùm etiam veſtra monita vltronei proſequeremur. Illi autem contrà enarrantes eis omnia, quæ geſta fuerant, & reuoluentes à principio quæ eis Dominus fecerat, fideli corde ſe lumen vidiſſe per gratiam pateſaciunt. Cæci illi, qui lumen oculorum expectabant, iam lumine cordis clareſcente, ad puerum, qui eis comitatum præſtabat, dixerunt: Age perduc nos ad corpus, vnde ſuauitas odoramentorum egreditur, & noſtrorum oculorum lumen promittitur. Cumque peruenissent ad *tangunt* corpus, attrectantes eum manibus, quem adhuc oculis *ſacrum* videre non poterant, dixerunt: O iuſtiſſime vir, quem *corpus,* numquàm vidimus, numquàm audiuimus, cuius corpus noſtris manibus tetigiſſe meruimus, intercede pro nobis ad Dominum Deum tuum peccatoribus, vt lumen ſuæ miſericordiæ ſuper nos infundere dignetur, ſicut audiuimus multis aliis ſic feciſſe. Promittimus tibi quoniam quæcumque Leuianus nobis iuſſerit faciemus, & ſepulchrum tuum conſtruentes cum pompâ Chriſtianorum te ſepeliemus. Et hoc dicentes oſculabantur veſtigia eius, volutantes ante pedes B. Conſtantij hærebant. Statim autem terræ motus adeò magnus factus *& facto* eſt in eodem loco, vt omnis tellus funditus abrupta, & *terræmotu,* radicitus conuulſa, quaſi deorſum videretur abire. Inter iſtius concuſſionis tremorem, ab oculis cæcorum tamquàm ſquamæ ceciderunt, & credentes in Dominum Ieſum Chriſtum, lucem, quam à puerili ætate non *viſum recipiunt:* viderant, fulgidam perceperunt.

28 Receptis luminibus illicò ceciderunt in faciem, Deo gratias agentes, aiunt: Domine Ieſu Chriſte, gloria *Deo gratias agunt* Chriſtianorum, quem numquàm vidimus, numquàm adorauimus, numquam ampliùs cognouimus, gratias agimus tibi, qui nos per B. Conſtantium illuminare dignatus es. Quærimus tibi, Pater deſiderabilis, vt ſicut *ſolliciti de* noſtris oculis & mentibus, lumen tuæ miſericordiæ oſ- *loco ſepultendiſti, ita nobis oſtendere digneris, vbi beatiſſimum* *turæ* corpus, per quod nobis miſericordiam feciſti, ſepeliendum ſit. Nos quidem tuæ clementiæ lumen quærentes, ſumus polliciti eum deportantes ſepulturæ committere, ſed niſi, eadem miſericordiâ ſuggerente quâ noſtram ſalutem cognouimus, nobis oſtendatur quò eum deferre debeamus, penitùs ignoramus. Et cùm hoc dixiſſent, *ab Angelo* idem Angelus, qui ei cuſtos fuerat etiam dum viueret, *iubentur* apparuit illis, dicens: Exquirite eius natiuitatis locum, *Peruſiæ ſe*vnde fuit Præſul & cuſtos dum viueret, vt eiuſdem po- *pelire:* puli ſit tutor, & defenſor, & interceſſor apud Dominum Ieſum Chriſtum, qui eum diuino conſilio paſtorem ſibi elegerunt. Illic enim ſedes & requies huic corpori, antequàm mundus fieret, à Domino præparata eſt.

29 Angelico ſermone audito, quanto tripudio & exultationis gaudio corpus eleuauerunt ad portandum, *Deferunt* nemo dicere valet. Horum autem qui eius interuentu *Peruſiam,* illuminati fuerant, duo præcedentes, & duo ſubſequen- *ibique ſepe*tes, corpus deportabant. Leuianus verò præcedens rec- *liunt.* to tramite, nullis terrenis indiciis indigens, ſic ambulabat. Sic pſallentes & gloriantes peruenerunt ad deſti-

Ex mss. natum locum Perusinæ Diœcesis, vnde primitus dum viueret pastor venerabilis fuerat, vbi in pace reconditus est. Leuianus verò, & qui cum illo venerant, vsque ad obitum in Dei seruitio ibi vitam suam gloriosè duxerunt. Actum est quarto Kalendas Februarij, regnante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

ALIA VITA

Auctore Ioanne Andrea Palatio.

PRÆFATIO AVCTORIS.

1 SAnctus Constantius Perusinus ciuis simul & Episcopus, è nobilissimâ Barciorum familiâ ortum duxit. Vir autem fuit tantâ animi constantiâ, fide, ac pietate præditus, vt eius sanctitas quasi quædam gemma inter ceteros homines eluceret: amabat humilitatem, fugiebat gloriam, respuebat honores, Christum Iesum, eiusque Crucem cunctis visceribus amplexabatur, nec quicquam habebat antiquius, quàm vt Deo placeret, proximumque iuuaret. Quamobrem multas pecunias erogabat in pauperes, & semetipsum per singulos dies immolabat hostiam viuentem: nam & carnem ipse perassiduè coërcebat, & pro fide Christi, prædicationeque veritatis multas iniurias non solùm patienti, sed etiam gaudenti animo sustinebat, cupiens pro nomine Dei sui mortem quoque oppetere, & martyrio consummari: quod & factum est. Siquidem, diuino numine ipsius votis annuente, in persecutione, quam in Christianos Marcus exercuit Imperator, post verbera & carceres, post ignes, variosque cruciatus, quos pro fide libenter excipiens superauerat, capite à ceruicibus abscisso, in cælum euolauit.

S. Cõstantius genere & virtute nobilis,

2 Huius beati viri actiones, multiplices pœnas, & ipsum denique martyrium, quantum feret ingenij mei imbecillitas, scribere instituì, quò faciliùs religiosus populus in tantâ solennitate sui Antistitis inueniat, quibus opportunè laudibus possit eum celebrare: nec tamen vniuersa tanti Patris decora, virtutes, ac miracula, totiusque vitæ sanctitatem stylo nostro persequemur, sed quædam dumtaxat percurremus, quæcumque posse putabimus pij lectoris tum animum ad ipsius virtutes imitandas impellere, tum ingenium ad coniecturam de ceteris eius præclaris facinoribus faciendam excitare.

Ad imitandum proponitur.

CAPVT I.

S. Constantij genus. Episcopatus. Virtutes.

Ex Barziorum genere oriundus,

3 IMperante igitur Antonino, cui Pio cognomen erat, florebat Perusiæ Barziorum familia, & opibus affluens, & generis nobilitate admodùm clara, sed multò eo quidem insignior, quòd erat Christi nobilitata insignibus. Ex hac B. Constantius, veluti odorifera cedrus è regali viridario, nascitur. Natum autem infantem parentes eius curant omni studio ac diligentiâ educandum, ad idque potissimùm incumbunt, vt eum sanâ Christi fide imbuant, & assuefaciant humilem esse, patientem, misericordem, castum in omni timore Domini, ab omni gentilium puerorum, quorum quidem plena erat ciuitas, consuetudine ipsum reuocantes, ne diabolica gentilium zizania triticum pietatis & fidei in agro Dominico satum, pueri videlicet sacro pectore, suffocarent. Litteris posthæc, tum humanis tum verò sacris, erudiendum doctissimis præceptoribus tradunt.

virtute & litteris imbuitur:

claret abstinentiâ,

4 Sed cùm iam adoleuisset, & parentes eius ex hac vitâ excessissent, cœpit, vt erat benè institutus, militare Domino optimam militiam, affligebat nimirùm & domabat carnem suam quotidianis ieiuniis, longis vigiliis, & omnibus veræ pietatis officiis. Non illi frequentia pocula, non lauti apponebantur cibi, & delicati: sed vix post longa tandem ieiunia cum pauperibus frugalissimæ mensæ, vilissimum cibum sumpturus, assidebat. Fidem sanctam, quam totis visceribus hauserat puer sanctus, piis ac religiosis operibus & perfectæ caritatis muneribus excitabat quotidie, & augebat. Diuitiarum à parentibus sibi per manus traditarum, maluit dispensationem quàm possessionem suscipere: siquidem eas Christi pauperibus promptè largiebatur esurientes pascendo, nudos vestiendo, & cuilibet indigenti adiumentum præstando. Crescebat itaque in dies vir beatus, sicut ætate, ita magis ac magis constantiâ animi & virtute. Castus erat tum corpore, tum mente, dulcis in sermone, mitis, atque humilis corde, amabilibus moribus ac suauissimis exornatus, & iam tum boni pastoris bonam indolem præ se ferens, & perfecti Christiani specimen exhibens, suspiciebatur ab omnibus, singularique studio à cunctis fidelibus colebatur.

liberalitate in pauperes,

castitate, mansuetudine.

Episcopus renuntiatur.

5 Ecce autem moritur interim patriæ suæ Episcopus: & cùm non deessent alij fortasse digni, quibus munus illud committeretur, populus tamen & Clerus vniuersus vnum spectant Constantium, cuncti vno ore Constantium conclamant Episcopum: nemo enim non videbat eius generis fore B. Constantium, qualem describit Apostolus oportere Episcopum esse, sine crimine videlicet, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non percussorem, non turpis lucri cupidum! sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari doctrinâ sanâ, & eos, qui contradicunt, arguere. His itaque & huiusmodi diuinis donis insignitus B. Constantius Perusinæ ciuitatis eligitur & consecratur Episcopus, annos natus circiter triginta, vt videlicet eo suæ ætatis anno auspicaretur muneris Episcopalis functionem, quo & diuinus Propheta Ezechiel auspicatus est prophetiam, & Christus ipse Iesus cœpit docere ac prædicare, vt in ipso annorum quoque numero, qui tribus denariis constat, innueretur fore, vt vir sanctus præceptorum Dei simul & individuæ Trinitatis prædicator existeret & cultor eximius.

Tit. 1. 7.

annos 30. natus:

Episcopali munere egregiè fungitur:

6 Ad id autem munus peragendum aggreditur homo Dei, non veluti arrogans quidam atque insolens, sed quasi mansuetissimus agnus. Omnibus exhibebat eam veræ humilitatis speciem, eamque morum mansuetudinem, quam & priuatus præ se ferre consueuerat: vigilantior omnino in precando erat, ieiuniis, ac ceteris rebus, quæ carni frenandæ expediunt, maiori assiduitate vacabat, pascebat gregem suum trino illo ferculo, de quo Pastoribus Ecclesiarum præcipit Iesus in Apostolo Petro, cùm dicit illi semel, iterum, ac tertiò, Pasce oues meas, cibo videlicet corporali, prædicatione verbi Dei, & saluberrimo vitæ, omni prorsus culpâ carentis, exemplo.

Ioan. 21.

pascit suos liberalitate,

7 Erat enim primò in dandis eleemosynis profusior, quàm ante Episcopatum adeptum, vsque adeò vt domus eius refugium esset pauperum, ac veluti penu quoddam inopum videretur. Deinde fidelissimus Pastor, cum optimè cognosceret, non in solo pane viuere Christianum hominem, sed in auditione potiùs doctrinæ cælestis, & in omni verbo quod procedit de ore Dei, instituebat populum suum in his omnibus, quæ ad Euangelicam spectant pietatem, docens illos salutaria Ecclesiæ sacramenta frequentare, beneficia Dei crebrò meditari, æmulari caritatem, possidere pacem, atque illud inprimis monens cum Apostolo, vt omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tolleretur ab eis cum omni malitiâ: essent autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem.

adhortatione,

Ephes. 4. 31.

bono exemplo.

8 Tertium denique illud ferculum, quo suum pascebat populum S. Gonstantius, bonus erat odor suæ vitæ,

quæ

multos conuertit. quæ quaſi ſpeculum quoddam perfectionis elucebat omnibus. Præditus ſiquidem erat Sacerdos ſanctus tantâ integritate, fide, & ſanctimoniâ, vt admirabilis vita illius, quam ante Epiſcopatum agebat, flos fuerit lectiſſimus; hæc verò poſterior, fructus extiterit vberrimus. Ad hæc autem vir beatus, tanto mentis feruore, tantâque vi & ſcientiâ verbum fidei prædicabat Gentilibus, quorum ciuitas plena erat, vt multi eius operâ ad Chriſti fidem ſeſe conuerterent, ac ſalutari abluti baptiſmatis vndâ, relictis idolis, viuum & verum Deum colerent.

CAPVT II.

Miracula. Gentilium conuerſio.

9 DVm autem populum ſibi commiſſum, multo conſilio, multâque ſapientiâ gubernat, & ipſe quotidie virtute creſcit & gratiâ apud Deum & homines, nomen eius in omnes finitimas regiones perfertur ac celebratur: mirari omnes doctrinam hominis, ſuſpicere virtutes, obſtupeſcere miracula, quæ per beatum Pontificem fiebãt quotidie: quæ cùm multa ſint & præclara, decreui tamen, ne longior ſim, vnum tantùm & alterum attingere, ex quibus poſſis, quæ & quanta fuerint reliqua, facilè coniicere. Erat id temporis mulier quædam, Attaſia nomine; hæc cùm multos iam annos cariſſimo oculorum ſenſu careret, auditâ S. Conſtantij & vitæ integritate & miraculorum edendorum virtute planè diuinâ, non dubitauit, ardenti fide ac ſpe impulſa, ad eum accedere. Adit, ad pedes hominis ſanctiſſimi ſeſe proiicit, verbum ſanè nullum, ſed lacrymarum vim magnam cum ſingultu profundens. Hanc intuitus Epiſcopus, quâ erat benignitate, iubet ſtatim aſſurgere, fletum comprimere, & animi ſui ſenſum fidenter aperire. Vnde illa recreata, cùm ſe collegiſſet, Calamitatis meæ, inquit, Domine, miſerere, nam mulier infeliciſſima ego ſum: plures iam annos vſum oculorum amiſi, nec poſſum vllam partem huius ſuauiſſimæ lucis aſpicere, neque verò queo vllum tanto malo remedium inuenire: non carmina, non medicorum ſolertia, non ipſi denique dij, deæque omnes, quibus ſæpè vota feci, opitulati ſunt. Te autem nunc adij, ſpei meæ extremum ſolatium, vt per te merear tandem aliquando reportare ſalutem. Rogo te primùm per illa admirabilia rerum ſigna, quæ paſſim efficis, quibus & ipſa confiſa huc ad te veni; rogo deinde per Dominum Deum tuum & obteſtor, vt velis me tuarum virtutum participem facere, ne graueris & in me miraculum promere, lumen oculorum cæcæ reſtituens.

Cæcã eius opem implorãti,

10 Tum S. Conſtantius, qui cerneret, mulierem non ſolùm oculorum, ſed etiam mentis lumine eſſe priuatam, quippe quæ gentilis eſſet & idololatra, cupiens vtrique malò vno & eodem tempore mederi, ſic eam affatus eſt: O mulier, ſi, ſpretis idolis, quorum vis ac virtus (quod in te ipſa experiris) nulla planè eſt, inducas animum, credere in Dominum meum Ieſum Chriſtum, is tibi verè poſſit, pulſis tenebris, ſimul & corporis & mentis oculos aperire, aditumque ad vitam æternam patefacere. Illa verò, Fac, inquit, Domine, vt videam: iam credo Deum tuum, Deum eſſe verum. Hic demum vir ſanctus flexis genibus hunc in modum non ſine lacrymis precatus eſt: O fons omnis lucis, Domine Ieſu Chriſte, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, aperi, obſecro, huius mulieris oculos tum mentis tum corporis, vt dum viderit creaturas, te magis ac magis celebret creatorem, ſimul & ſentiat redemptorem. Peractâ huiuſmodi precatione, confeſtim reſtituta eſt mulieri lux optatiſſima. Quod illa exultans, proſtrata ad pedes viri Dei, hæc dicitur verba protuliſſe: Benedictus Deus tuus, ô Conſtanti, qui mihi deſideratum lumen reddidit. Benedictus & tu dignus ipſius miniſter, per quem tantum mihi boni contigit. Valeant iam dij gentium, opera manuum hominum. Vnum iam ego quidem Deum viuum ac verum agnoſco, hunc humiliter adoro, huic me totam trado atque addico: licet iam me, vir Dei, huius militiæ adſcribas, ſalutifero obſignans ſigno. Tum verò B. Conſtantius nullam moram interponendam putauit, quin eam baptizaret, itaque duplici morbo liberatam dimiſit.

viſum impetrat,

eamq; conuertit,

Avctori Ioan. Andr. Palatio.

& baptizat.

11 Sed iam iam tempus eſt, vt ad alterum non minùs inſigne miraculum explicandum aggrediamur. Fuit per idem tempus Peruſiæ vir, cui nomen erat Creſcentius, hic erat vtroque pede ita contractus, vt ad poplitem ſurſum vtraque planta retorta verteretur: quam ob rem non modò ambulare, ſed ne baculo quidem innixus ſtare poterat. Quòd ſi quando vellet domo egredi, & vſquam diſcedere, grabato ei aut lecticâ vtendum erat. Is igitur cùm accepiſſet famâ, S. Conſtantium varios morbos, nullis carminibus, nulliſue adhibitis medicinis, protinus curare, ſperans poſſe eum, ſi vellet, ſibi quoque opem ferre, curat ſe ad illum deportandum. Quò perductus, hominem Dei multâ cum prece, multis cum lacrymis precatur, ne grauetur, vt alios quamplurimos ſanârat, item ſibi ſuorum pedum rectitudinem ac firmitatem reſtituere. Huius calamitatis miſertus vir benignus & ſanctus, oculos pariter ac manus in cælum cùm ſuſtuliſſet, hũc in modum precatus eſt: Domine Ieſu Chriſte, qui viuificas omnia, & vniuerſa reſtauras, confracta alligans, & infirma conſolidans; redde, quæſo, huic tuæ creaturæ rectum membrorum ſitum atque vſum, vt cognoſcat, te ſolum Deum eſſe verum, qui mirabilia facis. Vix erat Patet ſanctus talia fatus, cùm ecce ſuper infirmum lux magna è cælo delabitur: quâ ille perterritus, contremuit, & quàm poteſt maximâ voce clamat: Conſtanti, Conſtanti, ſuccurre miſero. Cui ille: Res benè habet, frater: ne timeas, bono animo eſto. Denique abeunte luce, apparuit vtrumque hominis pedem ſuum in locum reductum eſſe, & robur obtinuiſſe firmiſſimum: quo factũ eſt, vt nullo iam vſus adminiculo Creſcentius continuò exiliret è lecticâ, & ad pedes B. Conſtantij ſummâ religione proſtratus, aquam afferendam curaret, baptiſmum magnâ pietate flagitans. Hic vir ſanctus præ nimiâ cordis lætitiâ lacrymas continere non potuit, nec vllam interpoſuit moram, quin hominem ex ritu Eccleſiæ baptizaret. Hoc ſanè admirabili facto commoti Gentiles, ad Chriſti fidem paſſim confluebant, vt eo ipſo die ad centum viginti baptiſmatis ſacramentum à B. Conſtantio acceperint.

claudo greſſum obtinet,

eum & 120. alios baptizat.

CAPVT III.

Prima comprehenſio. Cuſtodum conuerſio. egreſſio è carcere.

12 QVo rumore magnâ fortaſſe ex parte concitatus Marcus Antonius, qui Antonino itidem, ſed Pio impius, ſucceſſerat, ſtatuit Chriſtianos acerrimè perſequi. Cùm igitur alios aliò, tum verò etiam Peruſiam Lucium Conſulem cum hoc mandato mittit, vt quoſcumque intelligat Chriſti fidem profiteri, hos cogat gentium deos colere; qui id facere recuſent, eos omni ſupplicio excruciatos necet. Lucius ergo illuc profectus, Cæſaris edictum cum Cariſio, qui erat illius ciuitatis Præſes, ſtatim communicat. Is verò cupiens Imperatoris voluntati obſequi, ſuos iubet milites per vrbem & per agrum totum diſcurrere, & quoſcumque Chriſtianæ ſectæ homines incidant, hos vinctos ad ſe & ad Conſulem quamprimùm adducere. Hæc generatim; ſeparatim verò contra B. Conſtantium, cuius operâ ac virtute ſciret multos quotidie Chriſtianos fieri, præcipuè exardeſcens, mandat eiſdem vt inprimis Epiſcopum ipſum diligenter perquirant, & vinculis conſtrictum ad ſe pertrahant. illi igitur mali Præſidis peſſimi miniſtri, cum ceteros, tum potiſſimùm S. Conſtantium omni ſtudio

In M. Aurelij perſecutione,

capitur.

Avctorꝛ Ioan. Andr. Palatio.

ſtudio inueſtigant: demùm cùm audiſſent, ſolere eum apud Creſcentium, quem ſanitate donârat, frequenter eſſe, domum illius adeunt, fores perfringunt, inuadunt, atque ibi ſanctiſſimum virum vnà cum Creſcentio, pias effundentem preces, inueniunt, comprehendunt, vinciunt, vinctos ad Conſulem & Cariſium ſtatim perducunt.

Intrepidè Conſuls reſpondet:

13 Quos cùm vidiſſet Lucius Conſul, Bonorum, ait, ciuium officium eſt, ſuorum Principum mandatis parere, cùm ceteris in rebus, tum præſertim in his quæ ad deorum cultum pertinent. Cùm igitur Romani Imperatoris pietas, & Senatus integritas iampridem decreuerit, vt ab omnibus, quicumque ſui ſint imperij, honos debitus diis immortalibus habeatur, ſatis mirari non poſſumus, cur vos, vt audimus, ſpretis gentilium diis, Iudæum neſcio quem colatis, quem nemo ignorat obſcurum fuiſſe hominem, & quòd diuinum ſibi nomen arrogaret, à ſuis crucifixum eſſe, itaque vitam cum morte non ſine ignominiâ commutaſſe. Cupimus igitur à vobis ipſis, quænam ſit vitæ veſtræ conditio, audire, & an parati ſitis ex Imperatoris decreto crucifixi cultum deſerere, & his, qui verè ſunt dij, offerre libamina. Huic B. Conſtantius audacter, Deo confiſus, hunc in modum reſpondit: Vitæ noſtræ conditio, ô Conſul, hæc eſt, vt omni tempore ſeruiamus ei, cui ſeruire regnare eſt, Domino noſtro Ieſu Chriſto. Imperatoris autem decretis hac quidem in re obtemperare nec poſſumus, nec volumus: neque enim rationi conſentaneum eſt, vt poſthabito Creatore noſtro ac Redemptore, Deo viuo & vero, ſequamur eos, qui non ſunt dij, ſed verè dæmonia. Tunc Lucius Conſul iratus, Ergo vos, ait, adeò impudentes eſtis ac dementes, vt nec præſentiam noſtram, nec deos ipſos vereamini? Ite iam, diis noſtris ſine morâ ſacrificia facite. Nos verò, Beatus reſpondit Conſtantius, elementa huius mundi, quæ hominum cauſsâ condidit Deus, non adoramus, nec illis vnquam in animum induxerimus immolare: ſed certum eſt nobis ac deliberatum, omnem cultum & honorem ei tribuere, qui & elementa, & cælum terramque, & omnia quæ in eis ſunt, inexplicabili ſuâ ſapientiâ creauit è nihilo.

14 His illi auditis, iracundiâ magis magiſque accenſi, iubent ſanctiſſimi viri corpus, videntibus cunctis, qui aderant, Chriſtianis, loris cædi. At ille in mediis flagellis non deſiſtebat glorificare Dominum, & vnà cum diuino Vate pſallere: Confitebor Domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum, qui aſtitit à dextris pauperis, vt ſaluam faciat à cædentibus & flagellantibus animam meam. Hîc eum interpellans Lucius, Miſſa iſthæc facito miſer, ait, abnega Chriſtum, & magicas artes deponens, ſacrifica diis. Cui vir ſanctus, Artes magicas ego quidem ignoro, inquit, nec illas vllo modo probo: meum verò Chriſtum, cùm ſit verus Deus, non negabo in æternum. At Conſul ſimulacrum Iouis afferendum curat, & ad Epiſcopum conuerſus, Reſpice iam, inquit, & ſacrifica magno deo Ioui. Beatus verò Conſtantius ſubridens, O Luci, ait, cùm te prudentem virum & eruditum celebrent plerique, tamen non erubeſcis diuinitatem tribuere ligno, quod certè formam hanc non haberet, niſi manus eam effeciſſent artificis, qui & ſcamnum, ſi libuiſſet, ex eodem facere potuiſſet.

Pſal. 108. 30.

flagellantur

deos videt:

cum aliis thermis incluſus non læditur:

15 Hîc viſus eſt Conſul pudore quodam perfundi: quod cernens Cariſius, ſimul & intelligens, Epiſcopum nec minis poſſe nec verberibus flecti, iubet hominem abduci, & vnà cum Creſcentio ceteriſque Chriſtianis in thermas, multò quàm mos eſſet ardentiùs calefactas, includi. At illi ſigno Crucis cùm ſe muniſſent, nullâ ſunt penitùs moleſtiâ caloris affecti, ſed læti gaudenteſque Deum glorificabant concinentes: Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui facit mirabilia ſolus; qui ſicut olim tribus pueris mitigauit flammas ignium, ita nobis hodie famulis ſuis balnei huius feruorem mitem reddidit.

Dan. 3.

loco calitus collu-ſtrato,

16 Dum autem illic aſſeruantur, ecce quadam nocte ſplendor magnus totum locum illuminans, in eos è cælo effunditur: quem cùm milites loci cuſtodes viderent, ſtupentes dicebant inter ſe: Certè fides, quam tenent homines iſti, vera eſt, & verus Deus Chriſtus, quem prædicant; ac ſtatim intus ruentes, ad pedes B. Conſtantij ſeſe proiiciunt, & ſanctum ab eo baptiſmum poſtulant: quo impetrato, domum quiſque ſuam profectus, id, quod factum erat, ſuis ſignificant. Denique vxores & filios eodem deducunt, numero ferè quinquaginta: quos omnes pius Epiſcopus ritè baptizatos, ſuo reſtituit Creatori ac Redemptori.

cuſtodes cum ſuis conuertitur:

17 His peractis, milites B. Conſtantium rogant, vt velit vnà cum ſuis è thermis egredi, & commodiorem aliquem in locum ſe conferre; quò meliùs poſſit ipſos, in fide adhuc rudes, Chriſtianis inſtitutis imbuere. At ille, Pugnam, aiebat, quam iamdiu deſideratam, nunc tandem nactus ſum, ſubterfugiam? Non equidem id faciam: hîc ſtatui pro fide, & pro Deo mori. Milites contrà, idem ab eo etiam atque etiam cum lacrymis expoſtulabant, dicentes, poſſe eum de ſeipſo ſecuro animo eſſe, quippe cui certa repoſita ſit corona iuſtitiæ, debere autem ipſis tamquàm nouis Chriſti militibus omni ratione conſulere, ne fidei ſemina, quæ nuper in ipſorum corda ſparſiſſet, perirent. His demum, & huiuſmodi precibus permotus Epiſcopus, è balneis, atque etiam ex vrbe cum aliis omnibus egreſſus, venit Monticellum, ibique aliquot dies apud Anaſtaſium virum ſanè humanum ac pium commoratus, quos baptiſmatis inſignibus ornârat, eoſdem omnia, quæcumque ad veram Chriſti militiam pertinent, diligenter edocuit.

è carcere omnes dimittuntur,

veniunt Monticellum.

CAPVT IV.

Secunda comprehenſio. Verbera. Liberatio.

18 INtereà Lucius & Cariſius omnium, quæ acciderant, certiores facti, alios milites, quos fideliores putant, huc illuc dimittunt, hoc iuſſu, vt Epiſcopum ciuitatis & omnes eius ſectatores inueſtigent, & ad ſe quacumque poſſint ratione perducant. Illi duce quodam vſi à fide Chriſti alieno, ad Anaſtaſij ædes cùm peruenirent, facto impetu, primò quidem Epiſcopum, tum reliquos comprehendunt: in his ipſum hoſpitem Anaſtaſium, & Carpophorum clariſſimum virum, comprehenſos ligant, & ad Cariſium ſtatim perducunt: qui, vt erat impius & crudelis, animum & linguam aduersùs S. Conſtantium exacuens, O ſacrilege, ait, vt meritas effugeres pœnas, non es veritus, tuis peſſimis artibus meos ſubuertere milites, & fugam cum illis arripere? Quantò meliùs ſaluti conſuluiſſes tuæ, ſi in animum induxiſſes, à Chriſto deſciſcere, & ad verum deorum cultum tranſire!

Iterum captus Præſidi ſiſtitur:

19 His B. Conſtantius pro ſuâ manſuetudine ſic reſpondit: Milites ego tuos, ô Præſes, non ſubuerti, ſed illos ad ſe conuertit Chriſtus: ſaluti verò meæ, vt aliis quibuſcumque in locis, ita & in balneo, optimè conſului. Salus enim mea Chriſtus eſt: huic me totum deuoui, hunc veneror, huic ſtatui perpetuò inſeruire. Tum Cariſius furore incitatus, iubet prunas afferri, cogitq; ſanctiſſimum virum nudis pedibus ſuper eas inambulare: quin etiam toti ipſius corpori nudato mandat candentes carbones admoueri. Ille verò diuini amoris feruore ignis ardorem facilè ſuperans, pſallebat: Probaſti cor meum, Domine, & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.

ambulat ſuper candentes carbones:

20 Tunc Cariſius videns, Epiſcopum nullis terroribus aut cruciatibus poſſe à ſententiâ abduci, iuſſit illum in carcerem contrudi, cupiens eum Conſuli ante tribunal ſtatuto die ſiſtere. Beatus interim Conſtantius non ceſſabat orare, perſeuerans in vigiliis, pſalmis, & hymnis ſpiritualibus, & licet corpus in cuſtodiâ teneretur, virtus tamen illius alligata non erat. Nam cùm multi ex fidelibus, atque etiam ex paganis noctu venirent ad carcerem,

carceri incluſus multos ægrotos curat:

carcerem, portantes ægros variis morbis, hos omnes ſanctiſſimi huius hominis precatione curatos, recipiebant incolumes. Cuius rei famâ adducti non pauci, quotidie relictis idolis, ad veri Dei cultum tranſibant, atque etiam ipſi carceris cuſtodes crebra ſpectantes B. Conſtantij miracula, Chriſti fidem amplectuntur, & in ipſo carcere baptiſmum ſuſcipiunt. Nec multò pòſt indignum iudicantes tantam virtutem viliſſimo in carcere iacere, re inter ſe deliberatâ, Epiſcopum licet inuitum educunt è cuſtodiâ, atque etiam è ciuitate, cupientes illum tutiore aliquo in loco collocare.

Cuſtodes baptizati: hi eum inuitum è carcere educunt.

CAPVT V.

Tertia comprehenſio. Cruciatus. Martyrium.

21 SEd cùm ad flumen Tiberim peruenisſent, ibique B. Conſtantius cognouiſſet Concordium & Pontianum ſanctiſſimos viros, quibuſcum maxima ei intercedebat neceſſitudo, Aſſiſij in vinculis teneri, incredibili accenſus eſt deſiderio eos inuiſendi, & martyrij coronam, ſi Deo placeret, vnà cum ipſis reportandi. Hac igitur impulſus cupiditate, furtim ſe à comitatu ſubtrahēs, Aſſiſium pergit: & cùm ad locum quemdam, quem Danabum dicunt, peruenisſet, hîc ei obuiàm fit manus militum, qui ab ipſo Imperatore, Spoleti tunc degente, ad Chriſtianos perſequendos miſſi fuerant. Hos vir ſanctiſſimus atque humaniſſimus cùm vidiſſet, benignè ſalutauit. At illi id quod erat ſuſpicati, eum videlicet è Chriſtianorum numero eſſe, ſubſiſtunt & quærunt ab eo, quis ſit, vnde veniat, & quò ſic abeat ſolitarius. Quibus vir ſanctus & ſimplex, nihil diſſimulans, in hunc modum reſpondit: Ego ſum Conſtantius, indignus Peruſinæ ciuitatis Epiſcopus, Peruſiâ venio, Aſſiſium contendo, non ſolus, vt vos putatis, ſed benè comitatus, gratiâ videlicet Domini mei Ieſu Chriſti. Cauſſà verò huius meæ profectionis eſt, vt viſam duos humillimos ſeruos Dei, Concordium & Pontianum; qui quidem ibi pro nomine Ieſu vinculis atque omni ſupplicio excruciantur.

It Aſſiſiũ, viſitaturus SS. Concordium & Pontianum:

occurrit militibus:

liberè quis ſit aperit:

22 Tum illi ſubridentes, Nos ipſi, inquiunt, curabimus, vt hodie ſis vnà cum illis in carcere, vbi grauioribus etiam, quàm ipſi, tormentis excrucieris, niſi ſaniori conſilio vſus, animum inducas, Chriſtum tuum abnegare. Atque inde vinctum domum cuiuſdam Duritij deducunt, nec quicquam prætermittunt, quod putent poſſe eius mentem ac ſenſum permouere: ſed cùm nihil proficerent, demum ad Claſium flumen perueniunt, atque ibi etiam blanditiis primùm, deinde minis & terroribus, ſtudent hominem à propoſito deducere. Sed cùm ille adeò conſtans, vt verè à conſtantiâ nomen inueniſſe videretur, firmè in ſemel propoſito ſuſceptoque conſilio permaneret, iracundiâ milites magis ac magis exardeſcentes, tot tantiſque cruciatibus ſanctiſſimum virum affecerunt, vt ſemiuiuum redderent. Cùm igitur B. Conſtantium vires iam deficerent, ad Deum toto corde conuerſus, Suſcipe iam, orabat, ſpiritum meum, Domine, requieſcat in te, qui pro te, te ipſo iuuante, omni tempore laborauit.

caditur ad mortem:

23 Vixdum pias haſce voces emiſerat, cùm ecce præſtò eſt ei Angelus Domini, afflictum his verbis confortans: Noli timere, Conſtanti, ego ſum Angelus Dei: miſit me Chriſtus, vt plagis tuis curationem adhibeam, ac deinceps tibi adſim in omnibus viis tuis: & illicò omnis plaga curata eſt. Tunc ille Angelico ſolatio recreatus, Gratias tibi ago, ait, Domine Ieſu Chriſte, qui per Angelum tuum, me in anguſtiis poſitum confortaſti, & curaſti vulnera mea: nunc verè ſcio, te quidem numquàm deſerere ſperantes in te. Milites verò audientes eum cum altero loquentem, & neminem tamen videntes, atque etiam plagas, quas caſtiſſimo eius corpori infixerant, cicatrices repentè obduxiſſe conſpicientes, timore perterriti, Aſſiſium eum feſtinanter abducunt, &

ab Angelo ſanatur:

ineludunt in carcere, in quo cùm aliſ permulti aſſeruabantur Chriſtiani, tum duo illi præcipui, quos ſuprà diximus, Concordius & Pontianus. Hi verò, vt alter alterum conſpexit, ſtatim in mutuos complexus, mutuaque oſcula certatim ruunt, immortales Deo gratias agentes, cuius munere ſimul eſſent, vt ſperabant, glorioſum pro Chriſto certamen ſubituri; ad quod etiam alios piè incitabant; Magna Deo, dicentes, gratia habenda eſt, fratres, quòd digni habiti ſumus pro nomine Ieſu contumeliam pati & cruciatus.

AVCTORE IOANNE ANDR. PALATIO *includitur carceri cum SS. Concordio & Pontiano:* Act. 5.

24 Atqui milites, exoptantes, quoſcumque ceperant Chriſtianos, ipſi Imperatori quaſi optatiſſimam aliquam prædam deferre, B. Conſtantium & reliquos è carcere extractos, Hiſpellum adducunt, atque ibi vſque ad alteram diem ſtatuentes conſiſtere, nocte totâ Chriſtianos, vinculis adſtrictos, ſub dio tenent. Hîc verò Angelus Domini S. Conſtantio, magno circumfuſus ſplendore, iterum apparuit, prædicens ei, inſtare iam tempus, quo conſummatâ pugnâ, martyrij coronam acciperet. Splendorem autem illum multi ex Hiſpellanis intuiti, accurrunt ad locum, atque ibi audientes etiam vocem Angeli, conclamare cœperunt: Vnus eſt profectò, & verus Deus, quem hic homo adorat, potens in cælo & in terrâ. Hanc vir ſanctus occaſionem minimè dimiſit, ſed aperiens os ſuum, & incipiens à Scripturâ, euangelizauit illis Ieſum, nec paucos ad veram fidem conuertit.

ducitur Hiſpellum:

ab Angelo de inſtante martyrio edocetur: Actor. 5.

25 Hæc ægrè admodùm cùm ferrent milites, quærebant, arti magicæ omnia tribuentes, populum ab eo auertere: ſed cùm parum proficerent, S. Conſtantium vnà cum ſociis Hiſpello eductum, Fulgineum versùs vinctum trahunt, atque inter eundum cogitantes fore vt, ſi diutius vir ſanctus viueret, magnam Gentilium multitudinem, non ſine ipſorum diſcrimine, ad ſe alliceret, conſilium capiunt hominis quamprimùm occidendi, niſi velit ſuorum deorum cultum ac religionem amplecti. Cùm igitur ad triuium quoddam Fulgineatum quod vocant, non procul ab ipsa vrbe Fulgineo poſitum, noctu peruenisſent, quibuſcumque rationibus poſſunt, contendunt B. Conſtantium à verâ Chriſti fide ad falſas atque inanes deorum fabulas traducere. Sed cùm ille nihilo minùs, quàm anteà, conſtanter id facere recuſaret, affirmans vitam ſuam ipſum eſſe Chriſtum, hunc ſolum amplecti, in hoc vno omnes ſuas ſpes repoſitas habere, milites furore inflammati, ſtrictis gladiis in hominis iugulum inuadunt. Ille verò magno animo & erecto; Suſceptor meus, canebat, & refugium meum Domine, ſuſcipe ſpiritum meum, & ne permittas me vnquam ſeparari à te, vita mea, lumen meum, ſalus mea, te amaui, te concupiſco, te inueniam, Domine Ieſu Chriſte. Inter has pias, ſanctaſque voces ſæui milites à ceruicibus caput abſcindunt, ac ſtatim abeunt.

multos conuertit:

plectitur capite.

CAPVT VI.

Corporis tranſlatio. Quatuor cæcis viſus redditus.

26 ERat autem Fulginei Leuianus quidam, vir inter ceteros Chriſtianos fide & bonis operibus præſtans. Huic viſus eſt in quiete Angelus ita dicere: Non reiecit, Leuiane, Dominus opera bona, quæ facis, quin occaſionem tibi offert hodie meritorum tuorum cumulandorum. Iacet in triuio, quod Fulgineatum dicunt, ſanctiſſimi viri corpus, qui ob Chriſti nomen martyrium paſſus eſt: huius ſepeliendi munus à Deo tibi præcipuè committitur. Experrectus Leuianus, ſurrexit è lectulo. Sed cùm, verane illa fuiſſet viſio, videretur addubitare, ecce Angelus eximiâ ſpecie rurſus apparet, ac iubet abiectâ omni cunctatione, Dei mandatum diligenter curare.

Leuianus ab Angelo iubetur corpus eius ſepelire:

27 Tum verò ille, nullâ interpoſitâ morâ, ad præmonſtratum locum accurrit: quò cùm iam appropinquaret,

AVCTORE IOAN. ANDR. PALATIO.

quaret, inſolitum ſibi viſus eſt videre ſplendorem, ac propiùs accedens, ſanctum ibidem B. Conſtantij corpus aſpicit, ſimul & magnum circa illud tripudiantium cæleſtium ſpirituum chorum. His admirabilibus viſis deterritus Leuianus, nec tantum ſibi tribuens, vt ſatis dignè poſſit Angelicis ſeſe immiſcere ſpiritibus, & ſanctum corpus attingere, cui cerneret ipſos Angelos miniſtrare, cœpit pedem referre. At Angeli conclamantes, Siſte gradum, aiunt, Leuiane, nihil eſt, quod timeas: tua hæc eſt ſepulturæ curatio: nobis id eſt mandatum, vt huius ſanctiſſimi viri corpus vſque ad aduentum tuum cuſtodito, tum demum beatiſſimam eius animam deduceremus in cælum, quod & ſtatim ſummâ cum gratulatione, lætitiâque præſtiterunt. O verè felix anima, quæ & dum fuit in his corporis compagibus incluſa, meruit pro ſuâ eximiâ pietate ac puritate, Angelorum miniſterio frui, & iam ſoluta ac libera digna habita eſt, quæ, Angelicis ſtipata choris, ad æternam requiem perduceretur.

Animam eius videt in cælum deferri:

28 Leuianus igitur ad ſanctiſſimum corpus propiùs ſe cùm admouiſſet, genibus flexis, in hunc modum orauit: Domine Deus omnipotens, qui hunc pretioſum theſaurum non diuitibus ſeculi, ſed mihi humili ſeruo tuo indicaſti, ſuppedita, obſecro, vires ad illum deportandum, & oſtende locum, vbi ſint tantæ reliquiæ recondendæ. Tum corpus eâ quâ decebat religione complexus & oſculatus, de terrâ tollit, ſanctiſſimo oneri collum ſubiiciens.

corpus humeris tollit:

29 At ei iam iter ingreſſo obuiàm fiunt viri duo, pecuniarum cauſsâ inter ſe altercantes. Hi Leuianum agnoſcentes, videnteſque eum cadauer humeris ferre, quid hoc rei eſſet, interrogant. Quibus vir probus rem, vt erat, fideliter narrat. At illi increduli, cœperunt hominem deludere, ſimul & Chriſti Martyrem irridere, atque adeò maledictis inſectari. Quod non tulerunt impunè; nam Deus volens ſerui ſui iniurias contumeliaſque vlciſci, ſimul & miraculo eius gloriam clariorem reddere, vtrumque oculorum ſenſu illicò priuauit. Sed tamen & ipſis ira Dei miſericordia efficitur, mox enim pœna omnis oculorum ad clariſſimum mentis lumen conuerſa eſt: ſiquidem illi diuinâ manu tacti, quem anteà irridebant, huius iam opem & miſericordiam ſupplices implorant, confitentes meritò ſe quidem pro ſuâ temeritate atque impietate plecti, quòd Sanctum Dei illuſiſſent, atque etiam à Leuiano veniâ petitâ, rogant hominem, vt velit ſanctum corpus deponere, auxiliumque ipſis quamprimùm ferre.

duo Gentiles irridentes hoc opus, cæci fiunt,

reſipiſcũt,

30 Tum ille, vt erat pius ac mitis, Si voluerit is, inquit, credere in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, confido fore, vt hoc eius Martyre deprecatore, auguſtum ipſius corpus quâ decet religione tangentes, lucem quam amiſiſtis omnino recuperetis. Quid ni credamus, reſponderunt, in eum, cuius tantam in nobiſipſis experti ſumus potentiam? Apertè iam fatemur, quem vos colitis, hunc vnum Deum eſſe verum. Hic eos Leuianus manu prehendens, duxit ad corpus ſanctiſſimi Martyris, quod quidem illi ſummâ religione venerantes atque oſculantes, S. Conſtanti, orabant, quamuis erratum noſtrum nullam mereatur veniam, tuæ tamen erit gloriæ, opem nobis iam reſipiſcentibus, miſericordiamque benignè præſtare: lumen, quod noſtrâ culpâ te contempto perdidimus, tuâ, quæſumus, benignitate, te intercedente recipiamus. Hæc ex animo precati, in priſtinum ſtatum confeſtim ſunt reſtituti.

S. Conſtãtium inuocant, & viſum recipiunt.

31 Iam verò illuceſcente die, alterum huic non diſſimile conſecutum eſt miraculum. Duo quippe iuuenes iam inde ab infantiâ cæci, pueri ductum ſubſequentes, eadem viâ iter faciebant: & cùm iam loco appropinquarent, miram quamdam odoris ſuauitatem ſentientes, O quàm diuinus eſt, dicebant inter ſe, odor is, qui ad nares fertur meas: certè aut Deus aliquis hîc eſt, aut quidpiam planè diuinum. Horum verba cùm audiſſet Leuianus, Odor is, inquit, quem percipitis, fratres cariſſimi, afflatur è corpore B. Conſtantij Peruſini Epiſcopi, qui ob Chriſti fidem hac nocte hoc ipſo in loco morte affectus eſt. Huius ego corpus humandi gratiâ, à Deo ſecundùm quietem monitus, huc acceſſi. Tum illi, O nos beati, inquiunt, ſi cuius præſentiam ex odore percipimus, huius & aſpectu frui contingeret. Vos verò, dixerunt hi, quibus fuerat paullò antè oculorum ſenſus reſtitutus, haud difficulter poteritis id quod optatis impetrare, modò animum inducatis, huius, qui vos allocutus eſt, monitis parere: ſiquidem & nos idem ſumus hoc puncto temporis, Deo iuuante, conſecuti.

Alij cæci percipiunt ſuauem odorem,

à prioribus ad ſpem erecti,

32 Id illi audientes, in ſpem veniunt & ipſi oculorum ſenſus, omnium gratiſſimi, eadem ratione recuperandi, & pollicentur omnino, ſe quicquid eis fuerit à Leuiano mandatum, promptè executuros. A quo cùm fuiſſent ſanctiſſimo corpori admoti, terræ motus fit adeò horribilis, vt cæci magno concuterentur terrore. Hos verò confirmans Leuianus, Nolite, ait, fratres, timere: bono animo eſtote, ſignum hoc fauoris eſt, non furoris: credite in Ieſum, debitumque huic glorioſo ipſius Martyri honorem præſtate, & videbitis mirabilia hodie. Tum illi, Credimus, inquiunt, vnum eſſe verum Deum Ieſum Chriſtum, ac debitum nos glorioſo huic ipſius Martyri honorem præſtaturos, planè profitemur: ac protinus humi proſtrati, S. Conſtantij corpus religioſè oſculantur, ſummis precibus contendentes, vt liceat eis iamdiu deſideratâ huius ſuauiſſimæ lucis vſurâ, ipſo intercedente, frui, quod & ſtatim obtinent. O verè venerandum corpus, cuius contactu quatuor viri, paucarum horarum ſpatio, tum oculorum tum mentis cæcitate ſunt liberati.

ad S. Conſtantij corpus illuminantur.

CAPVT VII.

Sepultura. Cultus.

33 HVius illi beneficij vt memores ſe & gratos ex aliquâ parte præſtarent, petunt à Leuiano, vt corporis ad ſepulturam deferendi munus ſibi concedat, ipſe tantùm viæ ducem ſe præbeat. Hîc ille precari Deum, orare, obteſtari, vt, quemadmodùm adiutores ſibi ad portandum corpus modo planè diuino ſuppeditaſſet, ſic velit locum, in quo ſit condendum, demonſtrare. Hæc precatus ſubitò exaudiuit vocem è cælo, ita præcipientem: Peruſiæ patriæ ſuæ beati viri corpus reddite, vt quem habuit in hac vitâ Paſtorem & parẽtem, eumdem poſt mortem Patronum & defenſorem obtineat. Quod quidem illi Dei mandatum exhaurire cupientes, quæ primùm ſeſe obtulerunt arbores, ex his ligna incidunt, in eaque, in feretri formam conſtructa, corporis primò truncum imponunt, deinde huic caput ſanctiſſimum quàm maximè poſſunt accommodatè annectunt.

Corpus Peruſiæ reddi, diuinâ voce præcipitur.

34 His ita conſtitutis, quatuor illi, quibus fuerat oculorum ſimul & mentis ſanitas reſtituta, feretrum ferentes præeunt, Leuianus in hymnis & pſalmis Deum benedicens, ſubſequitur. Interim nonnulli, qui & ipſi per eamdem viam Peruſiam petebant, acerbum de Epiſcopo nuntium ſuis ciuibus cùm detuliſſent, complures eorum, non modò ex ſuâ, frequenti illâ quidem, Barziorum gente, verùm etiam ex reliquis, quæ Chriſti fidem profiterentur, obuiàm ei vſque ad Tiberim proceſſerunt. Hos cùm procul vidiſſet Leuianus, id quod erat ſuſpicatus, accurrit ad illos, & cùm ſe turbæ adiunxiſſet, cùm alia quæ acciderant, breuiter exponit, tum præcipuè miracula, quæ fuerant per B. Conſtantium etiam poſt mortem edita, explicat diligenter. Hæc illo referente, attingunt ripam fluminis: quò cùm nec multò pòſt perueniſſent hi, qui feretrum portabant, rogati deposuerunt. Vidiſſes tum omnes certatim ad ſanctiſſimum corpus venerandum atque oſculandum currere, flere, angi, lamentari, eumdem parentem, paſtorem, vitæ magiſtrum, ſapientiæ doctorem appellare.

Peruſini obuiàm procedunt:

35 Huic pietatis officio cùm ſatisfeciſſent, iubet eos Leuianus

ſacrum pignus venerantur.

Leuianus à feretro recedere, vt iter reliquum conficere pergat. Tum verò certat quisque humeros sanctissimo oneri supponere, quod tamen hi, qui vsque ad eum locum detulerant, ne viderentur munus humanum assignatum à Deo defugisse, minimè permiserunt: sed rursus sanctissimum sustulerunt corpus, è quo quidem tanta odoris suauitas continenter afflabatur, vt omnes qui circùm erant colles cum summâ hominum admiratione repleret. Cùm igitur cuncti simul mœnibus vrbis appropinquassent, vrbem ipsam, Deo ita inspirante, non sunt ingressi, sed locum sepulturæ extra portam S. Petri delegerunt eum, quem etiam nunc Areolæ dicunt, ibique funus religiosissimo Martyri satis amplum faciendum curarunt. His peractis, quicumque aderant Christiani, genua ad sepulchrum flectentes suppliciter sese & patriam vniuersam S. Constantio commendarunt, precati vt cuius fuisset in terrâ Pastor bonus & pater optimus, eiusdem in cælo patronus & intercessor benignus existeret.

Sepelitur:

36 Postremò tumulum piè osculati, domum quisque suam rediit, excepto Leuiano & quatuor illis, quibus fuerat modò, B. Constantio intercedente, lux restituta: hi enim paruo ibi extructo tugurio, perseuerantes in orationibus, ieiuniis, & aliis bonis operibus, totum reliquæ vitæ tempus apud sancti Martyris monumentum traduxerunt: cuius quidem fama & gloria ob multa & maxima miracula, quæ ibi quotidie fiebant, adeò in dies magis magisque creuit, vt magna piorum hominum multitudo ad eius sepulchrum visendum ac venerandum ex diuersis locis confluerit. Neque verò non etiam hodie magno in honore est & veneratione gloriosus Christi Martyr, tum alibi, tum maximè Perusiæ, vbi quidem eius nomine festus dies anniuersarius in templo, ibidem ei cum magnis opibus iampridem dicato, summâ religionis pompâ celebratur, IV. Kalend. Februarij. Tulit autem S. Constantius martyrij palmam, Marco Antonino, vt initio diximus, Imperatore, qui quidem imperare cœpit CLXIII. anno ab ortu Christi Domini nostri, cui honor, gloria, & imperium, in sempiterna secula, Amen.

Auctore Ioan. Andr. Palatio, *vndique visitur ob frequentiam miracula.*

Festum & templum Perusiæ ei dicatum.

DE S. SABINIANO MARTYRE, S. SABINA VIRGINE,

ET MVLTIS ALIIS MARTYRIBVS,

TRECIS IN GALLIA.

§. I. Horum SS. publica veneratio.

Sub Aureliano. XXIX. Ianuar.

1 Illiacum *Campaniæ Gallicæ oppidulum ad Sequanam flumen, quatuor à* Tricassinâ *vrbe leucis, martyrio* S. Sabiniani *nobilitatum, ab ipso dein* S. Savinianus *appellatum, nunc* S. Syriæ *vocabulo nuncupatur, vti auctor est Nicolaus Camuzatus in Promptuario sacrarum antiquitatum Tricassinæ diœcesis, Notis ad Vitam* S. Sauiniani. *Huius soror* Sabina *diuino oraculo admonita, vt ad fratrem suum proficisceretur, non inde procul, in conspectu vrbis Tricassinæ, sanctè obdormiuit, cum fratre quoque Cælitum honoribus dignata. In peruetusto MS. Martyrologio monasterij S. Martini Tornaci ita XXIV. Ianuarij vtriusque memoria coniungitur:* Eodem die Trecas passio S. Sauiniani Martyris, & depositio S. Sabianæ Virginis, sororis eiusdem. *MS. Latiense itidem perantiquum:* Eodem die Trecas passio S. Sauiniani, & depositio S. Sauinæ, sororis eius, Virginis. *Festiuitatem* S. Sauiniani *eo die per totam diœcesim Tricassinam celebrari testatur Nicolaus Des-Guerrois in Historiâ SS. Trecensium. quo die illius meminerunt Carthusiani Colonienses in auctario ad Vsuardum, his verbis:* In territorio Tricassino Sauiniani, aliàs Sauini, Martyris, quem iussit Aurelianus Imperator ligatum ad vectes ferreos cædi, & in capite eius cassidem igneam immitti; in ignem deinde positum, sed in nullo læsum, iussit decollari. *Eadem ferè habet Canisius. At Martyrologium Colonienſe:* Trecas B. Sauiniani Martyris, qui post lectum ferreum, post ignem & alia tormenta diuersi generis, decollatus est, per quem etiam gentilium plusquàm nouem millia Christum confitentia, martyria passi sunt similia. *Pária tradunt Maurolycus & Felicius. Fuso admodùm elogio gesta eius percenset Saussaius in Martyrologio Gallicano hoc eodem die, IX. Kalend. Febru. quo infrà in vtrisque Actis passus dicitur; vt mendum typographicum suspicemur irrepsisse apud Camuzatum, vbi dicitur XXVII. Ianuarij obiisse, quo die eius nomen in nullis Martyrologiis reperimus.*

SS. Sabiniani & Sabinæ natalis in sacris fastis 24. Ianu.

& solius Sauiniani eo die.

2 *Postridie obitus, seu XXV. Ianuarij,* S. Sauiniani *nomen ita inscriptum SS. Florario:* In territorio Trecassino natale S. Sauiani, aliàs Sauiniani, Martyris, qui iubente Aure-

& 25. Ian.

liano Imperatore, post innumera tormenta, decollatur. Sanctus verò surgens, caput suum quadraginta nouem pedibus portat, vbi nunc quiescit. Passus anno salutis CCLXXVII. *In Violâ Sanctorum maiore encomio, è Vitâ desumpto, celebratur, &* Sanianus *vitiosè (vt plura in eo libro) scribitur. In antiquo MS. Domus Professæ Societatis Iesu Antuerpiæ, quòd Bedæ præfert nomen:* Pictauis S. Sauiniani Martyris. *Id an de hoc nostro intelligendum, &* Trecis *pro* Pictauis *legendum (cùm infrà in eodem MS. iterum* S. Sauina *referatur) an verò* Sabinus *sit, siue* Sauinus, *qui cum S. Cypriano Pictauis colitur XI. Iulij, nos latet.*

3 *In aliis Martyrologiis refertur hoc XXIX. Ianuarij, quo die occubuisse dicitur in Actis à Mombritio, & Vincentio Bellouacensi relatis. eo die ita habet Martyrologium Bedæ MS. monasterij S. Richarij:* In territorio Tricassino S. Sabiniani Martyris. *addunt Vsuardus, Bellinus, Martyrol. Romanum:* Qui iubente Aureliano Imperatore, pro fide Christi decollatus est.

& 29.

4 *In nonnullis MSS. Vsuardi exemplaribus,* Sauinianus, Sabianus, *&* Fabianus *dicitur. Hinc duos arbitratus Petrus de Natalibus ita scribit lib. 3. Catalog. cap. 42.* Sabianus Martyr passus est in territorio Trecassino sub Aureliano Imperatore; qui dum in partibus Hispaniæ & Galliæ resideret, & ad Trecas ciuitatem deuenisset, Sabianum detentum, & Christum prædicantem, decollari fecit, ibique sepultus est IV. Kal. Februar. *atque iterum lib. 7. cap. 134.* S. Sauiniani Martyris, & Sauinæ Virginis; *vitam pluribus narrat. Galesinius hoc die:* In agro Trecassino S. Fabiani Martyris, Aureliano Imperatore pro Christi fide necati. Eodem loco hoc ipso die S. Sauiani Martyris, illo etiam imperante, in summâ confessionis constantiâ, gladio percussi. *Citat in Notat. pro* Fabiano *MS. codicem & Petrum de Natalibus, (apud quem* Sabianus *in nostris exemplaribus legitur) pro* Sauiano *Vsuardum, Vincentium Bellouacensem, aliosq;. Maurolycus & Felicius, qui ante XXIV. Ianuar. retulerant* S. Sauinianum, *ita hoc die scribunt:* In agro Trechassino S. Fabiani, iubente Aurelio Imperatore decollati, & ibidem Sauinæ Virginis, sororis S. Sauiniani Martyris. *Ferrarius in catalogo generali Sanctorum:* Apud Trecas in Galliâ sanctorum Martyrum Fabiani, & Sauinæ Virginis, sororis S. Sabiniani Martyris, sub Aureliano. *Addit*

nec alius ab eo est Fabianus.

Ex vsvardo. in Notationibus de his agi in Paſſione S. Sabiniani. *Verùm eum falli infrà ex Actis patebit. Sauſſaius 24.Ianuar.cùm de S. Sauiniano egiſſet, ita addit:* Ipſo die Trecis S.Fabiani Martyris, eiuſdem S. Sauiniani aſſeclæ atque palmæ ſocij, quem idem Aurelianus gladio ibidem interemit.

S. Sabinæ natalis 29 Ian. 5 *Solius* Sabinæ *mentio eſt hoc die in antiquo Martyrologio MS.monaſterij Cellenſis iuxta Trecas:* In territorio Trecaſſino, in loco qui dicitur Inſula-Germanica,S.Sauinæ Virginis, quæ pro Chriſti amore laborioſiſſimâ peregrinatione ſuſceptâ, etiam virtutibus & miraculis glorioſa, quieuit in pace. *Et in Martyrol. MS. Societatis Ieſu Antuerpiæ:* Ipſo die natale S. Sauinæ Virginis. *& hoc eam die obiiſſe patebit infrà in Vitâ. Teſtantur Camuzatus, & Des-Guerrois ad vitam* S.Sauinæ,*feſtum eius* diem in Trecaſſinâ diœceſi hoc XXIX. Ianuarij publicâ vbique ſolennitate celebrari.

S. Sabiniani commemoratio 8. Iun. 6 *De* S.Sauiniano *iterum VIII.Iunij ſcribit Sauſſaius:* Auguſtæ Trecarum, ſolemnitas S.Sauiniani Martyris, ſub Aureliano coronati, qui triumphum ſuum glorioſo agone peregit IX. Kalend. Februarij. *Qua huius iteratæ ſolennitatis origo fuerit, non indicat. an ſimul coli cœpit, aut eius cultus coniungi cum* S. Syriæ *celebritate? Nam hæc eo die innumerabili peregrinorum concurſu honoratur, vt iſthic dicetur;de quâ cùm egiſſet Sauſſaius, iteratum* S.Sauiniani *addit elogium:* Item Trecis celebritas iterata ſancti ipſius Martyris Sauiniani, cuius paſſio glorioſa nouum cælo tropæum inuexit IX.Kal.Februar. quâ die ſuum peregit agonem. *An Sauſſaius de* S. Sauiniano *accepit,quæ Camuzatus ad eius Vitam de feſtiuitate* S.Syriæ *ſcribit?*

vtriuſque 29. Aug. 7 *XXIX. Auguſti refertur* S.Sauinianus *à Ferrario:* Trecis in Galliâ S.Sabiniani Martyris ſub Aureliano. *Citantur in Notis Petrus in Catalogo lib.7.cap.134. & Maurolycus,qui eum vnà cum ſorore celebrant.Verba Maurolyci ſunt:* Ciuitate Trecenſi, ſub Aureliano Sabiniani Martyris, eiuſque ſororis Sabinæ, quæ pro Chriſti amore laborioſiſſimâ peregrinatione ſuſceptâ, virtutibus & miraculis glorioſa quieuit in pace. *Maurolyco aſſentitur Felicius.Solam* Sauinam *referunt eo die plura Martyrologia. Vſuardus:* In pago Tricaſſino S. Sabinæ (*aliquibus MSS.* Sauinæ) Virginis, quæ pro Chriſti amore laborioſiſſimâ peregrinatione ſuſceptâ, etiam virtutibus & miraculis glorioſa quieuit in pace. *Eadem leguntur in Florario, Martyrologiis MSS. Bruxellenſi, Vltraiectino, & aliis. Bellinus an. Ch. 1536. Pariſiis editus:* In pago Trecaſſino S. Sabinæ Virginis. *Galeſinius:* In pago Threcaſſino S.Sabinæ Virginis.Hæc Chriſti ſponſi amore flagrans,piè religioſeque peregrinata,vitæ caſtiſſimæ, ac miraculorum gloriâ florens obdormiuit in Domino. *Martyrolog. Romanum:* In pago Tricaſſino S. Sabinæ Virginis, virtutibus & miraculis glorioſæ. *Longiori encomio celebratur in Martyrologio Germanico: vt mirum ſit de eâ nuſquam agi in Gallicano Sauſſaij, maximè cùm in Supplemento XXIX. Auguſti* S.Sabinam Virginem & Martyrem Romanam *celebret, cui hanc* Sabinam *coniunxiſſe videntur auctores, ignari eam hoc XXIX.Ianuarij obiiſſe.*

& 5. Sept. 8 *Denique V. Septembris vtrumque referunt Carthuſiani Colonienſes in auctario ad Vſuardum:* Trecas ciuitate commemoratio SS.Sauinæ Virginis, & Sauiniani Martyris fratris eius. *Eadem habentur in Martyrologio Germanico.*

Qui S. Sabiniani ſocij. 9 *Nunc de S.Sabiniani ſociis quærendum. In prioribus Actis num. 2. dicuntur* cum B. Sauiniano credidiſſe mille decem & octo, & animæ centum & nouem baptizatæ de manu ipſius Sancti. *in alteris Actis ex Camuzato num.4. feruntur* conuerſi ad Dominum numero mille nonaginta virorum. *Conſentiunt Viellius & Des-Guerrois. At Petrus de Natalibus ait* MCVIII. viros in Domino credidiſſe. *De his videtur agi in Martyrol. Colonienſi ſuprà:* Gentilium pluſquam nouem millia Chriſtum confitentia, martyria paſſi ſunt ſimilia. *Maurolycus etiam & Felicius:* Per quem (*Sauinianum*) Gentilium nouem millia & plures, Chriſtum confitentes, iiſdem ſuppliciis affecti ſunt. *Nec aliud legimus de tot Martyribus. Infrà in Actis num.5. dicuntur* milites quadraginta octo à S.Sauiniano conuerſi, pro fide Chriſti capite plexi martyrium compleuiſſe. *Conſentiunt Acta apud Mombritium tom.2. & Vincentium lib.11.cap.105. In poſterioribus è Camuzato Actis & apud Des-Guerrois tantùm* duodecim *referuntur.* Tres *præterea* viri, *ſauitiam Tyranni arguentes, in vtriſque Actis* decollati *dicuntur, atque ita* propter gratiam Sauiniano datam conſcendiſſe regna cælorum.

§. II. *Acta. Reliquiæ tempus obitus.*

Vita S. Sabiniani duplex; & S. Sabinæ. 10 *DVplicem* S.Sauiniani *Vitam damus:priorem & vetuſtiorem ex peruetuſto codice monaſterij S. Maximini Treuiris; (quam cum MS. exemplari, Rotomago nobis à Frederico Floueto noſtro ſubmiſſo, contulimus) alteram ex antiquitatibus Tricaſſinis Nicolai Camuzati aliquantò prolixiorem, & magnam partem ex priore elegantiùs expolitam. Tertiam* vberiorem & ampliorem Actorum S. Sauiniani hiſtoriam, ſed paraphraſticè tantùm conſcriptam *habuiſſe ſe Camuzatus teſtatur, ſed conſultò omiſiſſe.* S. Sabinæ *vitam ex eodem Treuirenſi S.Maximini codice accepimus: cui par ferè, aliquantò etiam elegantior ac breuior, à Camuzato refertur ex Breuiario Tricaſſino.Vtriuſque vitam in compendium contractam exhibent Mombritius tomo 2. & Vincentius lib.11. cap.105. 106. & 107. Petrus de Natalibus lib.7. cap. 134. in quo multa cenſurâ digna reperiri ait Baronius in Notis ad 29. Auguſti. Secundam illam Sabiniani ferè expreſſerunt Viellius & Des-Guerrois,& nonnulla fortaſſis ex tertiâ illâ à Camuzato citatâ, adiecêre.*

Ætas S. Sabiniani, 11 *Sauinianum ſub Aureliano Imperatore paſſum Acta omnia & Martyrologia teſtantur. Baronius tom. 2. Annal. an. Ch.275.num.6. ita ſcribit:* In Galliis verò inter alios plures Martyres, ſub eodem Aureliano Imperatore paſſi habentur Trecis XII. Kal. Auguſti. Claudius, Iuſtus, Iocundinus,& quinque ſocij:ibidem aliâ rurſus die,nempe XII.Kalend. Febru. S. Patroclus. In Gallias enim hoc anno profectum eſſe Aurelianum,vt barbaros irruentes reprimeret, Auguſtamque Vindelicorum ab eis obſeſſam liberaret, Flauius Vopiſcus *in Aureliano* tradit. *& paullò pòſt:* Paſſus etiam reperitur in territorio Tricaſino Sabinianus Martyr, cuius natalis dies Martyrum catalogo adſcribitur IV. Kal. Februarij. *Secuti Baronium, eidem ann. 275. eius martyrium adſcribunt Camuzatus, Des-Guerrois & alij. In Florario MS. ſuprà paſſus dicitur an.277 Verùm iam tum obierat* Aurelianus.*Huc faciunt quæ ſuprà à nobis dicta ad Vitam* S.Patrocli *21.Ianuarij.*

S. Sabinæ. 12 *De ætate* S.Sauinæ *ita ſtatuit Camuzatus:* Cùm Romæ ſacro baptiſmi lauacro dicatur tincta ab Euſebio Pont. Max. qui anno 310.in Apoſtolicâ cathedrâ conſtitutus, toti Eccleſiæ præſidebat; Trecas ipſa S.Sauina deuenire potuit circiter annum 313. & 38. poſt necem S. Sauiniani. *Des-Guerrois obitum eius ſtatuit* anno Chriſti 310.

Reliquiæ S. Sabiniani. 13 Auguſtæ S.Sauiniani, *teſte Camuzato,* reliquiæ Rilliaci diutiſſimè aſſeruatæ ſunt: tandem in primariam Tricaſſium ædem tranſmiſſæ; vbi eâ, quâ par eſt, reuerentiâ coluntur, in thecam inſertæ, quæ partim ex inaurato ære, partim argento contexta eſt, pluribuſque imagunculis, etiam argenteis inauratis, conueſtita, quæ omnia ſubtili admodùm artificio elaborata ſunt.

S. Sabinæ reliquiæ. 14 *Verùm, vt dein tradit,* in ſuburbiis Occidentalibus Tricaſſinæ vrbis ſtat delubrum S. Sauinæ memoriæ & nomini conſecratum: corpus verò ipſius in cœnobio Cellenſi, non procul à præfato fano diſſidente, cuſtoditur in maiori arâ ad latus Meridionale poſitum; S. Frodoberti verò,ad latus alterum,*vt ſcribit Des-Guerrois.Templi huius origo ita refertur in Vitâ S.Frodoberti Abbatis Cellenſis 8. Ianuar. num. 1.* Ragnegiſilus natione Aquitanus, ſeptimus decimus iam dictæ ciuitatis (*Trecaſſinæ*) Epiſcopus: de quo fertur inter cetera quòd baſilicam S.Sauinæ Virginis in fundo ſui iuris conſtruxerit, Eccleſiam, cui præſidebat hæredem inſtituens, in quâque honorificè ſepultus iacet. *Teſtatur Camuzatus arcam lapideam, in quâ à mille ferè annis conditus eſt, adhuc extare. Addit Des-Guerrois hæc ſuburbia, cum eccleſiâ parochiali* S. Sauinæ, *à* Comite Campaniæ Theobaldo *donata fuiſſe monaſterio Cellenſi,*

& tem- plum.

Bernardi

Bernardi Abbatis rogatu; donationem 15. Auguſti, anno 1071. à Philippo Francorum Rege confirmatam.

ACTA S. SABINIANI

ex duobus veteribus MSS.

CAPVT I.

S. Sabiniani baptiſmus, prædicatio, carcer. XLVIII. militum martyrium.

a S. Sabinianus Chriſtum prædicat nec-dum baptizatus:

1 Empore illo, cùm eſſet S. Sauinianus in [a] Samon ciuitate, in oratione ſollicitus, in ieiuniis promptus, in eleemoſynis largus, liberque enarraret gloriam Dei, exiit ſonus eius in vniuerſam terram, & nuntiatum eſt Imperatori, quòd B. Sauinianus in Angelicâ reuelatione ſtabat, & glorioſiſſimis vocibus prædicabat Deum, qui habitat in cælis. Tunc loquitur Imperator Criſpino Præſidi in irâ ſuâ, vt exeat currens in furore ſuo, & milites principales in toto orbe [b] eructuent Chriſtianos, & deſtruant eos, dicens: Vbicumque inueneritis eos, ſi non ſacrificauerint diis noſtris, in has pœnas conſtituite eos, quæ ſunt rotæ æreæ, & vncini ferrei, capita à ceruicibus amputantes. Cùm hanc relationem audiſſent multi, qui ſe antè paullulùm dicebant eſſe Chriſtianos, Deum negare cœperunt.

è patriâ diſcedit:

c

2 Sanctus autem Sauinianus non deſperabat patrocinium Dei, ſed ieiunabat & orabat iugiter, & dabat eſcam eſurientibus. Exiit homo paruulus, nomine Iulianus, & dixit: Sacratiſſime Sauiniane, numquid ad bellum præparare vis animam tuam? aut non audiſti quod eſt Chriſtianis præparatum? defere [c] os inimicorum noſtrorum, aut in laude Sanctorum laus tua loquatur. Tunc B. Sauinianus humili corde, & abſoluto animo pedibus cupiditate calcatâ, viſitauit regiones multas, vt inueniret ſibi locum, vbi coronam accipere mereretur. Poſt paucum tempus orando & ieiunando in honore prouocatus venit quondam Trecas ciuitatem, & circuiuit eam; cumque deſcendiſſet ſubteriùs ſuper fluuium Sequanæ, inuenit locum ſibi præparatum pretioſiſſimum, & gratias egit Deo, & proſtrauit ſe in faciem terræ, & orationem poſuit, dicens: Domine Ieſu Chriſte, qui multa animalium genera poſuiſti in arcâ Noë, & conſtituiſti eos in [d] laqueos aquarum; da mihi ſeruo tuo baptiſmum vt lauentur peccata mea. Cùm hæc oraſſet, ecce nubilum de cælo deſcendens illuxit ſuper eum, & vox de cælo dicens ad eum: Sauiniane ſerue elecle Dei, inueniſti gratiam Domini tui; dilige quod voluiſti [e] inuenire, quia baptizatus es in nomine Domini Ieſu Chriſti, & multi per te baptizandi erunt in ſanctâ Trinitate. S. Sauinianus dixit: Gloria tibi Chriſte, qui conuertis ignorantes, & ad viam veritatis adducis. Et cùm baptizatus fuiſſet, apprehendens arundinem in manu ſuâ, fixit eam in terram, & orauit ad Dominum, & dixit: Domine Deus meus, fac virgam meam florere, & ramos bonos habere & folia formoſa producere, vt credat populus iſte in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Multi autem videntes [f] virgam illam florere, crediderunt cum B. Sauiniano [g] mille decem & octo; & animæ centum & nouem baptizatæ ſunt de manu ipſius Sancti.

venit in ditionem Tricaſſinam:

d

baptizatur:

e

miraculo baculi floreſcentis

multos conuertit.

f

g

3 Audiens hæc Imperator, quòd multa pars populi per S. Sauinianum credebat, iuſſit Criſpinum Præſidem cum nonaginta militibus ad illum venire, vt eum vinctum ad ſe exhiberent. Vbi ad Sanctum Dei venerunt, inuenerunt ipſum orantem, & timuerunt appropinquare ad eum. Audiens hæc Imperator, quòd nihil præualuerunt nocere famulo Dei, iterum miſit alios [h] centum nonaginta ad eum, & inuenerunt ſimili modo orationem complentem, ipſi quoque orare cœperunt cum eo.

Militibus non auſis manum ei iniicere,

h

Complens autem orationem ſuam S. Sauinianus ſurrexit, & locutus eſt Præſes ad eum: Sauiniane, numquid eiectus es de patriâ tuâ, aut quid in hoc loco verſaris? Reſpondit ei S. Sauinianus: Non ſum eiectus de patriâ meâ; ſed Deum quæſiui, cuius virtutem agnoui, & gratiam inueni. Milites autem dicebant ad eum: Sauiniane, Dominus noſter Imperator deſiderat te videre. Reſpondit eis S. Sauinianus: Si voluntas eſt mea, venio; ſi non, non venio: tamen vobiſcum vado. Commendauit autem Domino petitionem ſuam, & ad Imperatorem perrexit. *Ex MSS.*

vltro adit Imperatorem:

4 Cumque veniſſet i Viennam ciuitatem, ingreſſi ſunt in palatium. At vbi vidit eum Imperator quòd magnus & Chriſtianus eſſet, timuit, & ſtatim cucurrit ad conſiſtorium ſuum, vbi ſedebant ſeptuaginta duo [k] dæmones, ad quorum conſilia recurrebat. Poſt paullulum rediit, ſedens pro tribunali, & interrogauit eum, dicens: Quis es tu? aut vnde es? aut quod nomen tibi eſt? Reſpondit ei S. Sauinianus: Ego ſum de Samon ciuitate, & ex natiuitate meâ Sauinianus vocor. Ait autem Imperator ad eum: Fera mala, facies turpis, non ſacrificas diis meis? aut quibus in locis verſaris? Reſpondit ei S. Sauinianus: Verè benè locutus fuiſti Aureliane, quia tu es pars mortis & conſimilis patris tui diaboli: dij autem tui, quibus ſacrificare dicis, vani ſunt; nec ipſos qui adorant adiuuare poſſunt: tu autem tamquàm ſtultus adoras eos. Vtinam audires me, & adorares Deum meum, qui fecit cælum & terram, qui poteſtatem habet liberare te de igne, & dimittere omnia peccata tua. Ipſe autem tamquàm ſtultus cogitabat intra ſe, dicens: Quomodò poſſum illud facere, quia tu inter feras nutritus fuiſti? [l] hunc non poſſum ſuperare, niſi per exquiſita tormenta.

i

k

generosè illi reſpondet.

l

5 Tunc iuſſit S. Sauinianum in carcerem mitti, quadraginta & octo milites venerunt cum cuſtodire: & vbi viderunt S. Sauinianum, conuerſi fuerunt & depoſuerunt arma ſua in terrâ, dicentes: Et nos credimus in Dominum Sauiniani [m], & adoramus eum. Ait autem Imperator ad eos: Numquid & vos maledicti eſtis, quòd ipſum vultis ſequi? venite & adorate deos meos, & dabo vobis aurum & argentum, & in honore maximo conſtituam vos. Milites autem dicebant ad eum: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, nos ſimul baptizati ſumus, & credimus in ſanctam Trinitatem. Iratus autem Imperator iuſſit eos decollari. Ipſi verò propter gratiam S. Sauiniano conceſſam impleuerunt martyrium.

48. milites ab eo conuerſi occiduntur.

m

a *Haud vna tantata veteribus* Samos: *celeberrima, inſula eſt Ionica, vrbsq; eiuſdem nominis, haud procul Epheſo, ſacris Iunonis, ortu Pythagoræ, ac vaſis fictilibus nobilis. altera littori Thraciæ, ac ferè Hebri fluminis oſtio, obiecta, vulgò* Samothrace, *vrbs & inſula.* Cephaleniam *quoque maris Ionij inſulam* Samum *anteà dictam, & in eâ vrbem* Samum *extitiſſe, auctor eſt* Strabo. *Alij vicum Meſſeniæ, atque vrbem Elidis, vtramque in Peloponneſo,* Samon *prædicant. Martyrologia 25. Iulij Lyciæ vrbem* Samon *ſtatuunt, in quâ coronam martyrij adeptus ſit S. Chriſtophorus. Quam ex his omnibus SS. Sabiniani & Sabinæ patriam dicemus fuiſſe? Haud ſanè in promptu eſt quid pronuntiemus. An* Samoſatâ *oriundi fuêre, ad Euphratem ſitâ vrbe? an fortaſſis iuxtà locus aliquis* Samon *dictus? Certè &* Darius *quidam infrà nominatur, familiari Perſis aut Meſopotamis vocabulo; &* Abgarus, *quo nomine vſos Oſroëna, vicina prouincia, Reges ſuprà diximus. At quâ ille è tam longinquis regionibus in Galliam venit? Quaſi non ex toto orbe Romam commeare fas fuerit. Quid quòd à Traiano* iter conditum per feras gentes, *ſcribit Aurelius victor,* quò facilè ab vſque Pontico mari in Galliam permearetur? *Verùm cùm* Criſpini *Præſidis mentio fiat & Sauiniano in Samo exiſtente, & in Trecaſſibus commorante, coniiciet contrà quiſpiam, haud longè ab inuicem diſſita fuiſſe loca hæc. Niſi dicas eumdem* Criſpinum *bellante contra Perſas Aureliano, Samoſata ſauiſſe in Chriſtianos; & Perſis deletis, dum è Galliâ Germani demouentur, iſthic quoque crudelitatem exeruiſſe.*

Samos SS. Sabiniani & Sabinæ patria vbi ſita.

b *MS. Norman.* euertant.

c *Idem,* hos inimicos noſtros, vt in laudem Sanctorum.

d *Idem MS.* lacus.

e *MS. S. Max.* eminere.

f *Addit Deſguerrois ex antiquâ Trecenſium traditione, cellulam ab ipſo* S. Sauiniano *erectam eo loco, vbi floruerat baculus, quo*

Ex MSS. Foyci *monaſterium.*

ferè loco ædificatum deinde eſt Fidiacum *monaſterium, quod vulgò* Foyci *dicitur, quaſi* Foy-icy, *à fide iſthic receptâ. Ipſe tamen potiùs ſuſpicatur, eum iſthic floreſcente baculo agnitum à* S. Patroclo (*de quo* 21. *Ianuar. egimus*) *acceptumq; hoſpitio, gratias egiſſe Deo, quòd iſthic fidem iam antè ſuſceptam inueniſſet, vnde pòſt loco nomen.*

g *Altera vita habet* 1090.

h *Vincent.* 120.

i *MS. Norman.* Vigennam. *Camuzatus hic mendum ſuſpicatur, quòd ſequentes* cruciatus Trecis ſuſtinuerit *Sabinianus,* furente & bacchante ibidem in Chriſtianos Aureliano Imperatore, qui in eius vrbis agro S. Patroclum, S. Iuliam eumque ſocios, ſecuri pariter percuti iuſſit. *De* S. Iuliâ *agemus* 21. *Iulij, cuius hoc die Tranſlationem conſignauit Sauſſaius.*

k *Altera vita* Senatores ſui conſilij *vocat.* Dæmones *hic dicuntur propter immane odium virtutis. Quid ſi tamen dæmonum ſtatua fuerint, vnde oracula petere conſueriſ Tyrannus?*

l *MS. Norman.* aut quomodò potero ſeparare te?

m *MS. S. Max.* in Deum & S. Sauinianum.

CAPVT II.

Irrogata Sabiniano tormenta. Martyrium III. virorum.

6 IRatus verò Imperator dicebat in corde ſuo: Si non perdidero maledictum iſtum cum maleficiis ſuis, totum populum ad ſe tracturus eſt. Tunc iuſſit Imperator S.Sauinianum ad ſe venire,& ait ad eum: *a* Fera mala,facies turpis,vſquequò in hac fide perſeueras? Quamdiu potero te cuſtodire, *b* vt ſacrifices diis meis? Ad hæc reſpondit S.Sauinianus: Ego te vellem perduci in fidem bonam, vt derelinquas diabolos, & adores Chriſtum meum, qui in poteſtate habet vitam & mortem tuam. Ait autem Imperator: Adhuc in hac ſtultitiâ ſtas? Et reſpondens S. Sauinianus dixit: Ego non ſum ſtultus, ſed ſeruus Domini noſtri Ieſu Chriſti; tu autem tamquàm ſtultus & inſipiens es, qui non confiteris Dominum meum, ſed confiteris Satanam patrem tuum. Iratus Imperator iuſſit ligari manus eius & pedes, & cædi *c* ad vectes ferreos, & mitti in capite eius caſſidem igneam. Tunc dixerunt tres viri: Beatus fueras, Aureliane, ſi natus numquàm fuiſſes, qui talia tormenta iuſſiſti fieri famulo Dei. Iratus verò Imperator iuſſit eos decollari: ipſi autem propter gratiam S.Sauiniano datam,conſcenderunt regna cælorum.

7 Tunc dixit S.Sauinianus ad eum: Si ampliùs mihi tormenta potueris facere, fac; quia mihi vita ſunt, & dulciora ſuper mel & fauum. Tunc iuſſit Imperator fieri ſcamnum & caminum ferreum ſecundùm ſtaturam eius, hoc eſt cubitos duodecim,& factum eſt ſecundùm iuſſum Imperatoris, & poſuerunt ea in mediâ ciuitate, & iuſſit S.Sauinianum alligari, & ligna multa ſupponi & ignem, & ipſum comburere: & præcepit exhibere quadraginta *d* orcas olei, & mitti ſuper flammam ignis. S.Sauinianus miſit ſe in mediam flammam, dicens: Per hæc tormenta, quæ mihi infers, in tuâ turpitudine & in tuis diis conſummanda erunt. Ego tibi dixi, quia non timeo tormenta, nec iram tuam. Cùm hæc dixiſſet, de multitudine ignis ſcamnum factum eſt ſicut cera. Veniens autem Imperator, vidit S. Sauinianum in mediâ flammâ ſtantem & orantem; eratque facies eius tamquàm roſa & lilium de cælo deſcendens: at vbi vidit eum Imperator,cecidit in faciem ſuam à timore magno, ab horâ primâ vſque in horam nonam. Et poſtquàm ſurrexit, dixit ad eum: Fera mala,non tibi ſufficiunt peccata animarum, quas errare feciſti,& non permiſiſti ſacrificare diis meis magnis,ſed omnem populum traxiſti ad te? Reſpondens S. Sauinianus dixit: Adhuc multæ animæ habent credere in Deum per me, & tu ipſe. Et blaſphemauit tamquàm ſtultus Imperator, & dixit ad eum: Numquid & me vis in tuis maleficiis perducere? Sic mihi faciant dij mei, & ſic mihi reddant, ſi in craſtino iſtâ horâ non perdidero animam tuam, & ad exemplum omnium faciam te peruenire.

S. Sabinianus caditur:

a

b

c eaſſide ignit à torquetur,

3. viris tyrannum arguenti bus, ideò occiſis:

in ignito ſcamno collocatur:

d

manet illæſus;

territo Imperatore:

8 Aliâ autem die iuſſit S.Sauinianum venire. Cumque adductus fuiſſet in conſpectu eius, dicit ad eum: Iam ſacrifica diis meis, aut intellige verba mea, vt non tibi tormenta addantur. S.Sauinianus dixit: Ego tibi dixi, quia non timeo tormenta, nec iram tuam; quia fidem meam habeo, quam per baptiſmi gratiam conſecutus ſum. Tunc iuſſit Imperator lignum magnum exhiberi ſecundùm ſtaturam eius, & poni ante palatium, & vocati ſunt milites & venerunt in ordine, & ternas ſagittas iniecerunt in eum, vt citiùs interficeretur. Et putabat Imperator, quòd omnes ſagittæ in corpore eius infigerentur: ſagittæ autem ſuſpendebantur à vento à dextris & à ſiniſtris eius, & ne vna quidem corpus eius tetigit. Poſt ſolis occaſum iuſſit eum à militibus cuſtodiri, ne ſubitò Chriſtiani veniant, & nocte abſoluatur.

nequit ſagittis configi:

9 Aliâ verò die multus populus obſeruabat,vt viderent virtutem Dei. Tunc ait Imperator: Eamus & videamus illum maledictum, quæ eſt actio ſua. venit autem Imperator, & dixit ad eum: Vbi eſt Deus tuus? veniat & liberet te de manibus meis,aut de ſagittis his. Et exiliens vna de ſagittis ipſis, ingreſſa eſt in oculum Imperatoris, & excæcauit eum. Tunc dixit S. Sauinianus: Tibi dico, ſtulte, ſi credis in Deum meum, videbis lucem Dei. Iratus autem Imperator iuſſit militibus nonaginta, vt in carcerem eum mitterent, & in catenis ferreis diligentiùs cuſtodirent, & in craſtino caput eius auferrent ab eo. Dum S. Sauinianus ad carcerem duceretur, iſtam orationem impoſuit, dicens: Domine Ieſu Chriſte,qui eduxiſti populum tuum de mari rubro, & liberaſti eum de diis Pharaonis, libera me famulum tuum de compedibus iſtis, & in hunc locum me iube transferri, vbi baptiſmi gratiam conſequi merui. Cùm hæc oraſſet,excæcati ſunt milites, & confractæ ſunt catenæ ferreæ, & S.Sauinianus velociter iter carpens peruenit ad locum, vbi baptiſmum perceperat.

vnâ in oculum Imperatoris reſiliente,

iubetur conijci in carcerem:

vi diuinâ eripitur.

a *MS. Norman.* Fax.

b *Idem MS. addit,* cuſtodiam, ſi non ſacrificaueris.

c *Petr. de Nat.* virgis ferreis *Viola SS.* nexibus ferreis.

d Orca *bellua eſt marina; hic, & ſæpe alibi, vaſis genus,* Orca.

CAPVT III.

S. Sabiniani cædes, ſepultura, miracula.

10 AVdiens hæc Imperator, iuſſit milites, vt eum perquirere deberent, dicens: Vbi inueneritis magum illum, decollate. Euntes autem milites obuiàm habuerunt inopem ſenem, ſed non Chriſtianum. Tunc loquitur ad eos: Alio die quartâ horâ viſus eſt Chriſtianus contra ſolem ſurgentem pedibus deferri,ſicut ventus à facie terræ. Milites autem perſecuti ſunt eum. S. Sauinianus priùs venit ſuper ripam Sequanæ, & gauiſus erat ſuper fluuium magnum tranſire, & reſpexit retrorſum. Inimici autem multi inſurgebant in eum. S. Sauinianus ibi in oratione proſternitur, dicens: Domine Ieſu Chriſte, quia *a* odiui congregationes malignorum,& enarraui virtutem tuam, Domine, præſta famulo tuo ſecretâ reuelatione in hunc locum introire,vbi baptiſmum percepi. Cùm hæc oraſſet, facta eſt aqua tamquàm petra, & pedibus ipſe Sanctus ad locum ſibi demonſtratum abiit. Videntes milites pelagum magnum, conturbati fuerunt. S.Sauinianus iterum proſtrauit ſe in faciem terræ, & magnam orationem faciebat coram Domino: Domine Ieſu Chriſte, qui me ab adoleſcentiâ meâ gubernare dignatus es, oſtende virtutem tuam in me, & celeriùs iube me coronâ, quâ iuſſeris, coronari,& concede mihi ſeruo tuo, vt quicumque in hoc loco orationem fuderit, quo mihi coronam tradideris, & inuocauerit nomen meum propter nomen tuum,in ſuis orationibus exaudiatur, & ſaluus eſſe mereatur.

Perquiritur à militibus:

a

ſuper aquas ambulat:

orat vt Martyr fiat:

11 Hæc cùm oraſſet, leuauit oculos ſuos, & vidit quoſdam milites, qui extracto gladio velociùs curre-

bant

milites trepidantes ipſe animat:

bant decollare eum: milites verò timebant appropinquare ad eum. Ad hæc S. Sauinianus locutus eſt ad eos: Venite, & conuertite, & colligite de ſanguine meo, & ligate in linteo, & portate Aureliano Imperatori, vt videat virtutem Dei. Cumque percuſſus eſſet, gutta ſanguinis cecidit ſuper caput carnificis, & ipſi conuerſi fuerunt, & clamauerunt voce magnâ, dicentes: Domine parce peccatis noſtris, quia de ſanguine tuo ſancto baptizati ſumus. S. Sauinianus apprehendens caput ſuum, portauit illud pedes quadraginta nouem. Milites autem collegerunt de ſanguine ſuo, & ligauerunt in linteo, & portauerunt Aureliano Imperatori. Cùm veniſſet in conſpectu eius, abſoluto linteo ſanguis ille factus eſt velut roſa & lilium, & in ipsâ horâ aperti ſunt oculi Imperatoris, vbi ſagitta fuerat fixa, & vidit lucem Dei, & exclamauit voce magnâ dicens: Quàm bonus & glorioſus es Deus Chriſtianorum, qui facis voluntatem timentium te!

pleſtitur capite, idq; manibus portat.

Conuertuntur milites.

Sanguine eius reſtituitur viſus Imperatori.

12 Audiens hæc quædam mulier, nomine Syria, quæ
b [b] quadraginta annos ab oculis cæca ſedebat, ait parentibus ſuis: Ducite me ad amabile gaudium, vbi ſacratiſſimus Sauinianus cæleſtem gloriam conquiſiuit. Parentes autem illius dereliquerunt eam, & noluerunt cum ipsâ pergere. Exiit paruulus de germine eorum, & introiit ad eam, & comprehendens eam manibus in viis eius
c ambulauerunt, & neſcierunt vbi [c] prædicarent paſſionem ſanctam. Venientes autem vbi S. Sauinianus requieſcebat, affixi ſunt pedes eorum, & non potuerunt ampliùs iter pergere, quia in locum ſanctum aduenerant. Illa humili corde flectere genua ſua in terram cœpit & orare confidenter, dicens: Deus Chriſtianorum, & S. Sauiniane, qui tibi impetraſti coronam pretioſam, lapidibus pretioſis ornatam, oſtende virtutem tuam in me. Cùm hæc oraſſet, in eâ horâ aperti ſunt oculi eius, & vidit lumen diei, & ſepulchrum S. Sauiniani. Multus autem populus feſtinabat videre virtutem Dei. Tunc loquitur ad eos Syria: Diligamus ſepulturam, & faciamus cellam magnam, vbi S. Sauinianus vitam non depoſuit, ſed mutauit. Acta ſunt hæc ſub Aureliano quondam Imperatore IX. Kalendas Februarij, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria & poteſtas & nunc & in ſecula ſeculorum, Amen.

S. Syria ad eius tumulum viſum recipit,

cellam ædificat.

a *MS. Norman.* audiui.
b *Conſentit Pet. de Nat. ſed MS. S Max.* 70.
c *MS. Norman.* requirerent paſſionem Sancti.

ALIA ACTA

Auctore anonymo,

ex Antiquit. Tricaſſinis Nic. Camuzati.

CAPVT I.

S. Sabiniani conuerſio, peregrinatio, prædicatio. Martyrium XII. *militum.*

S. Sauinianus litteris ſtudet:

1 BEatus Sauinianus Chriſti Martyr venerandus, in Samo ciuitate Græciæ, ex gentili patre, Sauino nomine, ortus fuit: qui eum ſtudiis liberalium artium inſtrui fecit. Et B. Sauinianus iam philoſophus, cùm cognouiſſet deos patris ſui nihil eſſe, Deumque vnum conditorem omnium rectè ſentiret; totis viribus hunc deſiderabat ac inquirebat. Vnde factum eſt vt pſalterium legendo, hunc verſum, Aſperges me Domine hyſſopo &c. legeret, ſæpè ſæpiuſque retractans, vt piſcis hamo, ſic beatus puer per Spiritum ſanctum retinetur. Dominus autem videns lacrymas, deſideriumque, & preces ſui futuri famuli, miſit ei Angelum ſuum, qui ipſum verſiculum expoſuit, dicens: Tu mundaberis ſicut optas, & niue candidior efficieris, dum ſacro fonte baptiſmatis lotus fueris: quibus dictis Angelus euanuit.

Scripturã legit, Pſal. 50. 9.

eius ſenſum ab Angelo docetur:

AVCTORE ANONYMO, EX CAMVZATO.

2 Sauinianus verò ex tunc, aſſumpto vigore fidei, nondum baptizatus prædicabat populo Euangelicam doctrinam. Quo audito pater eius irâ ſuccenditur, ac diſſimulatâ irâ illum aduocans quærit cauſſam, & inuenit veritatem. Inuenit enim filium ſuum Chriſtum confitentem, vnde mente conſternatur, infert minas, minatur ſupplicia; denique blanditur verbis, attrahit promiſſis, accumulat opes, multiplicat honores. Sed beatus ille iuuenis, nec minis concutitur, nec promiſſis ſeducitur; tamen formidat ne victus legibus naturæ ſuccumbat. Conſulit Chriſtum per ſuum Euangelium, dimittit patrem ac patriam, & nudus Chriſtum ſequitur. Vadit itaque peregrinus, non tamen ſolus, quia ſemper cum eo erat Deus.

Chriſtum prædicat:

variè tentatur à patre:

fugit è patriâ:

3 Luſtratis autem locis pluribus, diuino nutu vſque Trecas dirigitur, vbi meſſis plurima, ſed rarus agricola; vbi ager fertilis, ſed pauca ſemina verbi: ibique per reuelationem Spiritus ſancti manſionem ſuam elegit, & habitaculum ſupra amnem Sequanæ conſtruxit, non multùm ab vrbe remotum, nec etiam vrbi multùm contiguum. Et licet, vt credimus, iam Spiritu ſancto fuiſſet baptizatus, cupiens aquâ & Spiritu ſancto regenerari, genu flexo orauit vt gratiam baptiſmatis à Domino conſequi mereretur: quo facto mox nubes ſuper eum deſcendit, & de nube vox ad eum: Quod poſtulas Sauiniane, hoc conſequeris. Et mox qui de nube loquebatur, baptizauit eum. Regeneratus autem, ieiuniis, vigiliis, & orationibus vacabat. Tunc eius mirabilis ſanctitas vndique cœpit coruſcare, quia non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita. Matth. 5. 14.

venit in agrum Trecaſſinum:

mirabiliter baptizatur:

4 Sed quoniam citiùs ad fidem populus conuertitur, ſi miraculum prædicationem conſequitur; Sanctus virgam, quam manu geſtabat, humo fixit, & facta oratione frondes & folia coëgit producere. Illi verò qui aderant videntes miraculum, conuerſi ſunt ad Dominum, numero mille nonaginta virorum.

baculo frondeſcente,

multos conuertit.

5 At verò ſeminator omnium malorum, videns exercitum ſuorum nimis decreſcere, circuit officinas ſæuientium, atque conflans iras, acuit odia in ſanctum virum. Aurelianum etenim Imperatorem inceſſanter ſollicitat, & ad necem ſancti viri grauiter inſtimulat. Agitur itaque in palatio tumultus magnus de Sauiniano, quoniam blaſphemat culturam deorum, dicens deos non eſſe, ſed opera manuum. His igitur & aliis talibus Cæſar iratus, antiquo ſerpente inſpirante, venenoſum accipit conſilium, vt videlicet Sanctus Dei teneatur, & ad eum, qui tunc apud Viennam ciuitatem erat, adducatur. Mittitur ſiquidem Præſes Criſpinus cum quibuſdam armatis Trecas, vt Sanctum Dei adducerent. Veniens igitur Trecas videt quod dolet, & audit quod tædet. Videt, inquam, delubra diruta, aras ſubuerſas, & ſimulacra conculcata. Audit quoque populum eſſe Chriſtianum, abiectâ culturâ deorum. Hinc conturbatur, inde inflammatur. Vt ergo leo quærens quem deuoret, ſic Criſpinus, vbi Sauinianus habitet.

Mittitur Criſpinus vt eum comprehendat.

6 Collecto igitur agmine ſuorum, in ſpiritu magni furoris tetendit ad habitaculum viri Dei. Proſtratum eum in oratione inuenerunt, & cupientes eum apprehendere non valuerunt, quia quiddam diuinum ſenſerunt, & retrorſum ceciderunt. Vnde qui venerant ſæuientes, abire feſtinauerunt formidantes. Cùm veniſſet Præſes ad Aurelianum, & narraſſet mirabile factum, Cæſar iraſcitur, accuſat Præſidem, quòd aufugerit; increpat commilitones, quòd timuerint; arguit omnes, quòd non adduxerint. Vnde plures priorum iterum miſit: qui cùm ad Sanctum Dei veniſſent, & eum orantem inſpicerent, etiam ipſi ſe in orationem dederunt. Hæc ſunt opera tua Domine. Aduenerunt enim perſecutores, & cum orante facti ſunt orantes.

vi diuinâ repelluntur milites:

alij cum eo orant,

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

7 Oratione autem finitâ, Sauiniane, inquit Præſes, cùm ſis peregrinus & aduena, cur hæc aduenisti loca? An tu pro culpâ patriâ expulſus, nouum quiddam prædicas gentibus? Nulla, inquit Sauinianus, de patria expulit me violentia; ſed Dei potiùs me ſibi attraxit caritas, cui ex fide ſeruiens in agro gentium ſuum ſemino ſemen. Milites autem, qui venerant cum Præſide, illum hortabantur plurimâ prece, ne grauaretur cum ipſis ad Cæſarem vſque venire. Hæc autem audiens S. Sauinianus, exultans in ſpiritu, dixit militibus: Miles nil benè meretur à Domino, qui trepidat dare pectora bello; nec dignus eſt palmæ, qui pauidus eſt ad vulnera pugnæ. Quapropter accelero vobiſcum viam, quia ſcio me propediem vitæ æternæ accipere coronam. Viennam itaque cum illis aggreditur Sauinianus, vbi affuit Imperator Aurelianus. Qui cùm eum fuiſſet intuitus, formâ quidem egregium, ſtaturâ procerum, recolens etiam quod audierat eum ſanctitate famoſum, habitâ ei reuerentiâ diuertit in palatium; vbi reſidens pro tribunali, congregatis Senatoribus ſui Concilij, intuens B. Sauinianum, dixit: Quod tibi nomen eſt, cuiuſue regionis, ac religionis? Ad quem Sauinianus reſpondens, ait: Ex nomine Sauinianus dicor, apud Samum oriundus, & ſum Chriſtianus. Amodò, inquit Aurelianus, ratio nobis habenda eſt de religione, in quâ plus omnibus te conſtat aberrare. Deos enim, quorum ſapientiâ mundus regitur, tempora diſponuntur, genus humanum gubernatur, audes maleſane contemnere, & præſumis blaſphemare. Conſule ergo antiqua ſecula, & docebunt quid credere debeas: inſuper & domina gentium Roma ſapientibus & philoſophis plena, attende quod faciat, ne reprobes quod probat; ne deos vituperes, quos ipſa veneratur & amat. Accipe itaque conſilium & ſequere mundum.

& eum rogant vt ad Cæſarem veniat.

Siſtitur Aureliano Imperatori:

8 Ad quē Sauinianus: Hactenus, Aureliane, plurima dixiſti; ſed prorſus ſuper arenam ſeminaſti: obtuliſti mihi conſilium, ſed penitùs peſtiferum. Accipe tu conſilium quod tibi do, & recuperabis ſalutem à Domino. Nefas eſt, Aureliane, dicere, & magis plus credere, deos deaſque eſſe, quos te profiteris adorare. In diuinitate nullus eſt ſexus, qui ob hoc eſt in rebus, vt mortalia, quæ deficiunt moriendo, reparentur ex ſemine ſuo. In Deitate nihil moritur, nihil ex ſemine reparatur, nihil ex contagiis carnis reperitur. At numina tua, Iupiter, Venus, & alia monſtra amplexu polluuntur, coitu commiſcentur, quædam imprægnantur, quædam generantur, quare nefas eſt vt dij etiam eſſe credantur. Horum autem ſimulacra vt quædam numina veneramini: thura ac libamina eis offertis: & truncum, quem ſibi artifex domi compauit, vos ſupplices adoratis. Hoc facientes, nonne his qui inſaniunt eſtis inſaniores? Quare accipe ſalubre conſilium, & relictis idolis, ſequere Dominum Ieſum Chriſtum.

deos irridet:

9 Hæc autem audiens Aurelianus, intelligens nil ſua verba promouiſſe, cenſuit ſupplicia adhibenda eſſe: vt quod verba minùs operabantur exteriùs, hoc acriùs ſupplicia exequerentur interiùs. Dum igitur tractatur de ſuppliciis, Sauinianus traditur in ima carceris; cui traduntur cuſtodes duodecim milites: quibus B. Sauinianus prædicauit verbum vitæ, annuntians remiſſionem fieri in baptiſmate. credentibus illis & renuntiantibus diaboli pompis, eos baptizauit in fide ſalutis. Quo audito Aurelianus, nimio furore ſuccenſus, iuſſit vt ſibi præſentarentur; quibus dixit: Graue eſt mihi audire, vos adhæſiſſe illi ſacrilego Sauiniano, mutatâ fide. Quænam eſt, inquit, veſtra inſania, quæ adeò veſtros animos immutauit, vt certa incertis, antiqua nouis, deos etiam cuidam homini poſtponatis? Iudicetur ex æquo iudicio. Quis magis colendus eſt, Deus an homo? Nonne Chriſtus fuit Iudæus, à Iudæis crucifixus? Illi autem milites reſpondentes dixerunt: Tua nobis, optime Imperator, maximè placet ſententia: & vtinam fiat, quod tibi ipſi placeat! Nihil eſt enim verius, quàm quæ tu aſſeris: non eſt alius quàm Deus colendus. Chriſtus itaque ſi eſt homo, vt æſtimas, purus, verum eſt quod dicis, quia non eſt adorandus. Sed cùm ſit Deus & homo in vnâ perſonâ, certum eſt quòd adorandus ſit ab omni creaturâ. Tua verò numina, dij non ſunt ſed dæmonia. Scriptum eſt enim: Omnes dij gentium dæmonia; ergo non ſunt à te adoranda, ſed execranda. Aurelianus hæc audiens vt citò faceret finem, iuſſit eos ſubire capitalem ſententiam.

conjectus in carcerem, 12. euſto les conuertit:

Pſal. 95. 5

bi plectuntur capite.

CAPVT II.

Tormenta Sabiniano inflicta. Martyrium III. virorum.

10 HIs itaque glorificatis, ex præcepto Cæſaris, vir Domini extrahitur ab imo carceris; quem intuens Aurelianus ait: O Sauiniane ecce tibi ſunt ſub oculis mors & vita, elige quod placeat. Equidem ſi immolaueris, vitâ viues, & non morieris; ſin autem, priùs deficiet tibi vita, quàm nobis deſint immania ſupplicia. Cui Sauinianus: Carnem quidem poteris vincere occidendo, animam autem detrahere non poteris conſentiendo. Aurelianus autem redundans maligno ſpiritu, iubet vt vir Dei fuſtibus cædatur. Hinc inde tortores accurrunt, membra flagellis percurrunt ſingula, vt nihil ſit in corpore quod illæſum remaneat: aër reſonat ictibus, ſed ex patiente Martyre nullus auditur gemitus.

Sauinianus flagellis & fuſtibus caditur:

11 Ait Aurelianus: Hæc ſunt tibi, Sauiniane, dolorum principia. eſto pertinax in errore, & ego multò pertinacior in tui perſecutione. Ad quem Dei Martyr: Terra fructifera quantò magis excolitur, tantò amplioribus abundat fructibus: eſto igitur durus agricola, ſulca terram corporis mei altiùs verberum aratrâ; excoque illam igne totius tribulationis, vt reſudet ſi quid in ipsâ eſt rubiginis. Tunc impius Aurelianus fecit galeam æneam ſuccendi, & eius capiti ſic apponi, vt vel mors inde ſequeretur, aut in eo ſenſus omnes periclitarentur. Sed pius Dominus non defuit Martyri ſuo, qui eum ſanum liberauit ab ipſo periculo. Tunc tres qui aderant viri, de cælo illuſtrati, dixerunt Imperatori: Æternam perditionem meretur, quicumque ob iuſtitiam aliquem perſequitur: te mortis æternæ debita præſtolantur incendia, qui virum Dei pro veritate, quam prædicat, ita mortificas. His verbis Aurelianus finem iubet accelerari: mox illos ibi præcepit decollari.

galeâ candente torquetur:

3. viri tyranni ſanitatem arguentes trucidantur.

12 Videns autem B. Sauinianus tyrannum in ſuis deſæuiſſe, Chriſti verò milites cælos conſcendiſſe, exultans & gaudens benedixit Deum, qui ſuis quondam dixerat: Confidite, quia ego vici mundum. Ipſe autem iam cupiens ſuum curſum conſummare, ſuſpirans ad repoſitam coronam iuſtitiæ, vt bonus miles reſumptis viribus promptus ad bellum progreditur. Quid agis, inquit, Aureliane? vbi eſt ferocitas tua? vbi inſania? vbi dementia? videſne miſer, quanta ſit Chriſti militum fortitudo, & quàm nullus in eos ſæuientium furor? Aurelianus his verbis inflammatus, tormentum molitur omni tormento grauius. Quid enim grauius igne? Igne æterno apud inferos torquentur animæ, quia nullum genus tormentorum immanius eſt hoc genere. Acceleratur itaque lectus ferreus, ſuper quem Martyr Dei venerandus extenſus eſt, vt igne ſuppoſito exuratur. At verò vt ignis arderet ad vorum, ſufficienter infunditur oleum, cuius quidem ardoris immanitate, lectus ferreus incepit liqueſcere. Rex autem impius furore plenus, irâ ſuccenſus, arguit tortores, inſtigat carnifices, vt ſuſcitent flammas, agitent incendia, quatenùs ille rebellis & contumax vel modò victus requieſcat. Sed quid? Dominus virtutum profectò affuit ſuo militi in tanto periculo incendij, vt quondam tribus pueris in camino ignis ardentis. Et cùm in medio ignis non æſtuaretur, quàm in Sanctis ſuis mirabilis Deus ſit, notum fecit omnibus. Aurelianus autem exiſtimans de Martyre, totum eſſe concre-

Ioan. 16. 33.

extenditur in lecto ferreo, igni ſubiecto, non laditur:

concrematum, gaudens intuetur inter globos flammarum, & quem putabat redactum esse in cinerem, videt lætum & incolumem, Deum benedicentem. O tyranne infelix, cur in hoc Nabuchodonosor non imitaris? ille etenim eos viros, quos in fornacem miserat, cùm vidisset illæsos, dedit gloriam Deo, & benedixit viuentem in secula seculorum.

13 Iterum autem Aurelianus Sanctum Dei alloquitur, dicens: Vt quid Sauiniane non misereris tui? Quare vitam perdis? Noli consistere in maleficiis, quæ cedent suppliciis: sufficiat tibi iam multos consimiles dedisse morti. Ad hæc Sanctus ait: Vtinam Aureliane intelligeres, quòd tuum viuere mors est, eorum autem mori vita est: habet enim nostra religio, vt etiam inimicos diligamus in Deo: & licet mihi mineris mortem, tibi tamen opto vitam & salutem sempiternam. Crede mihi, & baptizare; & felici commercio mutabis terrestre in imperium cæleste. Noli, ait Cæsar, Sauiniane me velle seducere, noli mihi fraudes contexere. Iam cessent friuola tua, & loquantur supplicia nostra. Præcepit itaque Aurelianus, vt trabes magna humo infigeretur, cui alligatus Sauinianus vndique sagittis transforaretur. Factum est autem sine morâ dictum: non sponte tamen moratur martyrium. Nullæ etenim earum quæ mittebantur sagittæ virum Dei poterant attingere: quippe quem Deus sub tegumento manus suæ protegebat vndique. Quædam autem sagitta immissa arcu valido, resiliens diuino iudicio, impium Aurelianum perstrinxit in oculo: Aurelianus siquidem sic vulneratus non intendit miraculum, sed potiùs sanctum iussit Sauinianum recludi in horrendum ergastulum.

hortatur Aurelianum, vt fidem complectatur:

iubetur sagittis configi;

tangi non potest.

vna resiliens ladit oculũ tyranni.

14 Sanctus igitur Sauinianus in formidoloso carcere vinculatus, ad Dominum preces & lacrymas fundit, & precatur vt det ei requiem: non tamen nisi per martyrij sanguineam palmam, quam optat recipere, non tamen alibi nisi vbi adeptus est gratiam baptismi: ac etiam vt filiis suis patronus existat præsens corpore, quos viuens Christo adoptauerat sanctâ regeneratione. Affuit itaque virtus diuina, catenas confringens, & custodes cæcitate percutiens. Sentiens itaque vir sanctus se esse solutum, à carcere exiens nullum inuenit impedimentum. Recessit itaque vir ille sanctus, non vt hostes fugiens, nec mortem declinans, quam sibi sperabat esse futuram ad gloriam; sed ne videlicet filij sui lugerent mortuum absentem, quem multùm dilexerant viuum præsentem.

Saulnianus, discedit è carcere.

CAPVT III.

Sabiniani cædes, sepultura, miracula.

15 HÆc audiens Rex nefandus, & ipsius non minùs ardens sancti viri martyrium, quàm multùm esuriens copiosum prædium; nec minùs cupiens eius mortẽ, quàm summè sitiens in maximo æstu sibi fontem; congregat milites electos, omni crudelitate repletos, eosque mittit vt virum sanctum festinanter persequantur; non vt eum teneant & reducant, sed vt comprehendant & occidant. Illi autem tam ex præcepto Regis, quàm ex suâ malitiâ instigati, Dei famulum vt hostem insequuntur, transcurrunt peruia, scrutantur deuia. Tandem venerunt ad Sequanam, cuius alueus nimiùm pluuiis hiemalibus redundans, non erat cuiquam pedestri facilis transitus per eumdem. Sed fides sancta sanctum virum ingredientem sustulit super vndas ad terras alterius littoris nihilo periclitantem. O veneranda atque prædicanda virtus Dei, quæ admirante naturâ vndas calcabiles reddit!

Perquiritur:

super aquas graditur:

16 Hac autem virtute vir Dei ad locum baptismatis, quem desiderabat, venit, precatus vt ad palmam martyrij perueniret, & ad quod aspirabat votum præparabat effectum. Nam vir sanctus eleuatis oculis ad alterum littus Sequanæ turbam eum persequentium ibi consistere intuetur, quibus transeundi magna erat voluntas, sed nulla possibilitas. Orante autem viro Dei, factus est transitus quàm faciis. nam Sequana facta est eis vadum ex merito viri Dei, & non qualitate temporis. Iis autem aduenientibus, non tamen eum interpellantibus, sic eos alloquitur B. Sauinianus: Quid agis miles velox vsque modò, nunc autem piger? Ecce me quem quæris: exequere ad quod venisti. Nos certè obedientes nostris Imperatoribus digni eorum laude efficiemur; tu quidem me persequendo, ego verò moriendo. Et vnumquemque nostrûm manent sua præmia meritorum; me quidem vita æterna, te verò manet mors perpetua: & me perennis beatitudo, te verò sempiterna confusio. Verumtamen tua culpa scelus est alterius: & tuum commissum perenne est Regis tui exitium. Ne ergo moreris gaudia mea, neue diutius differas præmia mea. Exere ensem, & effunde sanguinem, meique cruoris guttas aliquot suscipiens veste, deferes Aureliano ex nostrâ benedictione; vt inde tactâ pupillâ, luceque receptâ, confiteatur vel modò Christi mirabilia. Vnus autem eorum qui venerant ex præcepto Regis, calefactus admonitione viri Dei, viriliterque semel percutiens, beatum decollauit Martyrem. Ex cuius effusione sanguinis, vt vir sanctus prædixerat, vestis est cruentata gladiatoris.

Auctore anonymo, Ex mss. persecutoribus fluuium vadabilem reddit suis precibus:

vltro iis se offert:

flectitur capite;

17 At B. Sauinianus in se ostentans Dominicum illud, Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit viuet, abscissum retinet caput, viuentis officium exequitur. Illud etenim suis gestans manibus coram ipsis persequutoribus, vsque ad locum habilem sepulturæ deportauit longiùs, ibique illo deposito pariterque corpore suo, beatus ille spiritus cælos conscendit laureatus, accipiens coronam iustitiæ, quam ei reposuerat Rex æternæ gloriæ. Audiens autem hoc populus acquisitionis, vniuersa scilicet Ecclesia Trecensis, tum mœrore nimio concutitur, tum lætitiâ maximâ sustollitur. Dolet quippe tantum patronum se amisisse, gaudet quoque in tantis pressuris beatum Martyrem triumphasse: hinc itaque dolor, hinc lætitia, accumulant sibi inuicem fletus & gaudia. Currit igitur omnis sexus & diuersus populus, tumulantes sanctum corpus cum honore & reuerentiâ, vbi ipse locum sepulturæ elegerat. Ibi etiam eius meritis interuenientibus plurima beneficia præstantur supplicibus à Domino Iesu Christo, qui est benedictus in secula seculorum, Amen. Passus est autem venerandus Martyr IX. Kalendas Februarij; de cuius passione gaudent ciues cælici & collaudant filium Dei.

id suis manibus portat.

sepelitur à Trecensibus.

18 Persequutores autem redeuntes ad Cæsarem, vesteque cruentatâ tangentes eius pupillam, luce receptâ eruperunt omnes in laudem. Visâ enim tanti miraculi virtute, Rex & alij adstantes Deo nostro gloriam dedere. Pluribus autem annis latuit corpus beati Martyris, ob nimiam Christianorum persecutionem, eius sepulturæ locus soli Deo erat cognitus. Igitur campus ille fit miraculis floridus, & redolens virtutibus propter quod excitantur remoti odore, vicini attrahuntur dulcedine: conueniunt ægroti receptâ exultantes sospitate.

Eius meritis visus restituitur Aureliano;

alia fiunt miracula.

19 Famâ ergo volitante, quædam mulier, Syria nomine, oculos habens carentes lumine, toto corde quærens beati Martyris thesaurum occultum, & ipsum flagitat vt recuperet visum. Quærens ergo quem corde desiderabat, Christum planctibus inuocat, ac sanctum Martyrem precibus exorat. Ad locum venit, & nondum oratio complebatur, & ecce iam mulier exauditur: oculi etenim reparantur ad visum, & depulsâ caligine reformantur ad visum. O quantas laudes & gratiarum actiones illa Deo & beato Martyri refert!

S. Syria visum recipit:

20 Igitur miraculo diuulgato, accurritur à ciuibus, acceleratur ab omnibus, lætantur communiter omnes, ac Deo resonant vocibus laudes, quia ipse tam præclaro miraculo, dignatus est reuelare Martyrem suum populo suo. Ergo ex communi sententiâ, hortante plurimùm B. Syriâ, decenter constituitur sancta ecclesia. Quâ diligenter ædificatâ, non immemor beneficij accepti, B. Syria deuouit se Deo seruire & beato Martyri: ibi se affligens

ædificatur ei ecclesia;

Ex MSS. vbi Syria ſanctè viuit.

multis ieiuniis, orationibus vacans & vigiliis, ſe viuam hoſtiam Domino immolauit. Ac ſic iuſtè & ſanctè viuendo per immenſum vitæ martyrium, ac per magnæ deuotionis famulatum meruit adipiſci ſancti Martyris in cælo conſortium, adiuuante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

VITA S. SABINÆ

ex veteri MS. Treuirenſi.

CAPVT I.

SS. Sabiniani & Sabinæ patria, educatio, fuga è patriâ.

Nobilibus parentibus oriundi Sabinianus & Sabina

1 SAuinus nobilis & diues in oppido Samon, ex amiſſo patre & matre, nutriebatur in domo familiæ; & quidquid adoleſcebat, cùm eſſet paganus, erat homo iuſtus in operibus ſuis. Cùm veniſſet ad legitimam ætatem accepit coniugem ..... parentibus procreatam: & ipſa valdè nobilis, & habuit nomen eius ſecundùm nomen ſuum Sauiniana. Et amiſsâ coniuge accepit ſibi aliam vxorem de *a* Pelopiâ ciuitate, ex genere Chaldæorum, & ipſa valdè locuples, & habuit *b* exinde filium, & vocauit nomen ſuum vel filiæ ſuæ Sauinianus & Sauina; ambo tamen nutriebantur in domo paternâ in ſtudiis.

a

b inſtituuntur litteris.

Sabinianus bonis operibus deditus, Pſal. 50. 9.

2 Deinceps S. Sauinus indutus bonis operibus, ieiunabat, & orabat iugiter, & quidquid de domo paternâ eripere potuiſſet, pauperibus erogabat. Cùm legiſſet in pſalmo Dauidico: Aſperges me, Domine, hyſſopo, & mundabor; lauabis me, & ſuper niuem dealbabor; quærebat apud ſemetipſum, & non poterat inuenire aſſertionem verborum. Vnâ quidem die ingreſſus eſt in cubiculum, ſeramque poſuit, & induit ſe cinere & cilicio, & proſtrauit ſe ſuper faciem terræ, & ait: Facilior eſt mors, quàm vita, ſi non potuero inuenire aſſertionem verborum. Eadem nocte Angelus Domini ingreſſus eſt in cubiculum, tenens in dexterâ manu candelabrum aureum, & illuxit cubiculum illud, & repletum eſt odore ſuauitatis, & ait ad eum: Sauiniane, noli affligere te vſque ad mortem; inueniſti enim gratiam apud Dominum, & ego dicam tibi aſſertionem verborum, Aſperges me hyſſopo & mundabor: cùm aſperſum fuerit chriſma ſuper caput tuum, mundaberis à delicto maximo: cùm lauatus fueris ex aquâ viuâ, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, candidior eris quàm nix, quod eſt baptiſmus, ſecunda regeneratio per lauacrum fontis.

ab Angelo inſtruitur:

3 Angelus Domini receſſit ab eo; & erexit ſe, & oſtendit ſe hilari vultu. Ingreſſuſque in domum paternam, ſalutauit patrem & matrem ſecundùm conſuetudinem: *c* & obiurgauit eum pater ſuus, & ait: Numquid ad hoc veniſti mihi, fili, vt diſperdas nos, & domos noſtras? Facilius eſt te ſolum diſperdam, quàm diſperdas nos totos. At ille obiurgatus receſſit, & alias ignotas ſibi adiit vias. Quærebat eum pater ſuus, & cùm non potuiſſet inuenire, non erat auſus obiurgare filiam ſuam; ſed blandimentis conuocat eam, vt oſtenderet ei aurum Arabiæ, & lapides pretioſos, ſed non ſingula accipere, ſed nec reſpicere volebat. Erat enim afflicta præ dolore, & deſiderio fratris.

c profugit à domo paternâ.

Sabina ideò mœſta,

immolat fruſtrà idolis.

4 Et per ſingulos dies accipiebat ampullam olei, & incenſum, & accedebat ad idola paterna; & flebat ibi grauiter, & non ſumebat cibum, niſi in veſperum. Vnâ autem die acceſſit ad idolum ſecundùm conſuetudinem, & fleuit ibi grauiter: deinde poſuit caput ſuum ſuper lapidem, & oppreſſa eſt à ſopore, præ Angelicâ poteſtate: & Angelus Domini ſtetit ante eam, & ait B. Sauinæ: Noli flere, quia exaudiuit Dominus vocem fletus tui, ſed oportet te, vt etipiaris ab iſtis hominibus iniquis vana colentibus, & inuenies fratrem tuum in maximo honore cõſtitutum; quia hæc dicit Dominus: Qui dereliquerit patrem aut matrem propter me, erit me dignus: & qui dereliquerit domum, aurum, argentum, & poſſeſſiones multas, quod vanitas eſt huius mundi: ego dabo ei theſaurum in cælo, quem ærugo non comedit, neque tinea demolitur. Angelus Domini receſſit ab eâ.

Monetur ab Angelo vt inde fugiat; Luc. 18. 29. Matth. 6. 19.

5 Quæ erexit ſe, & dixit ad collactaneam ſuam: Dilectiſſima mihi Maximinola, non ſenſiſti aliquid? At illa dixit: Senſi Domina; vidi hominẽ mihi incognitũ ſtantẽ ante me albâ veſte veſtitum, & veſtimentum eius ventus non agitabat, & ſic loquebatur tecum, labia promouebat, ſed neſcio quid tibi loquebatur; & repleta eſt anima mea odore ſuauitatis. Tunc B. Sauina ait ad eam: Dilectiſſima mihi Maximinola, vis mihi conſentire aut quod tibi quæſita fuero non hoc palàm manifeſtabis, vt veniat ad aures genitoribus meis? At illa reſpondit: Abſit Domina, vt ſecretum tuum debeam manifeſtare; tantummodò non conſentiam vt te mortifices, quia video te afflictam. In reliquo quæcumque admiſeris, fiat mihi.

viſionem & cõſilium ſuum aperit Maximinolæ anicillæ:

6 Craſtinâ verò die ambulauit ad idola ſecundùm conſuetudinem, & non permiſit alias famulas ſecum ambulare, niſi tantummodò Maximinolam collactaneam ſuam ſilentiſſimè. Horâ diei tertiâ altas & ignotas, duras & aſperas ſibi tradidit vias: & deſerebat pes eius terram tamquàm veniens, & confortabatur in viâ ſuâ. Pſallentium Angelorum voces audiebat ante ſe à longè, & ipſa pſallebat.

fugit cum eâ.

7 Quærebat eam pater & mater, parentes, amici & famuli, per montes & valles & vniuerſas indagines. Cùm non potuiſſent inuenire, tunc Sauinus expandit manus ſuas ad cælos, & ait: Si tu es Deus, qui habes poteſtatem in cælo & in terrâ, & alius Deus non eſt præter te; ſi tu habes poteſtatem nos ſaluandi, mitte deorſum, & percute idolum quod vſque nunc adoraui, quod mihi non fecit ſaluos natos meos: vel ſi eos perdidiſſem, acceſſiſſem ad monumenta eorum, & refrigeraſſet anima mea; quia neſcio quâ cauſsâ faciente mihi ablati ſunt. Tunc Dominus de cælo intonuit, & percuſſit idola & comminuit ea à ſummo vſque ad fundamentum, & imagines eius aureas, quæ ibidem adorabant, comminuit, tamquàm puluerem. *d* Tunc fuit quæſtio per peſtilentiam in totâ regione illâ vſque in diem ab Abgaro Rege: & multi per hoc in Deum credere cœperunt.

perquiritur.

Patre idola execrante,

ea calitus deiiciuntur.

d

a *Ita Vincentius & Mombritius. ſic* Peloponeſum *appellat Euſtathius. eſt ea regio eſt, non ciuitas. Plinius Lydiæ oppidum* Pelopiam *habet, quæ alius* Thyatira *dicitur. In MS. hic pro* Pelopia, Philoſophiâ *erat.* Pelopia.

b *Vincentius & Mombritius:* Ex primâ vxore habuit hunc ipſum Sauinianum filium; ex ſecundâ Sauinam filiam.

c *Iidem:* Surgens ergo Sauinianus, & volens conuertere patrem ſuum, obiurgatus eſt propter metum Darij principis *&c. Quis hic* Darius?

d *Hæc de peſtilentiâ &* Abgaro *Rege, non habentur apud Vincentium & Mombritium. Diximus ſuprà, cùm de SS. Sarbelio & Barbeâ ageremus, familiare id fuiſſe Edeſſenorum Regibus nomen.*

CAPVT II.

S. Sabinæ iter Romam, Rauennam, & in Galliam.

S. Sauina venit Romam:

8 DEinde poſt multa tempora curſu tranſacto B. Sauina venit Romam, & vidit beatam ſepulturam S. Petri, & ait ad famulam ſuam: Oportet nos hîc orare, & baptiſmum percipere in nomine Domini. Adhæſit ad aliquam ancillam Dei, nomine Iuſtinam; quæ pariter vacabant in oratione, vt non eis præteriret curſus diurnus, neque nocturnus. Adoptabat eam ſibi in filiam, & ei baptiſmum velociter præparauit, & baptizata eſt à viro ſancto

baptizatur:

a ro ſancto ac venerabili Papâ a Euſebio: & dum in albis eſſet, eas virtutes eſt operata.

ſigno Crucis cæcos & claudos ſanat.

9 Duo autem cæci, & duo debiles, & vnus cæcus claudus & debilis (deferebat eum pater ſuper collum ſtium tamquàm imaginem) vnâ voce loquentes, B. Sauina miſerere nobis. Illa verò leuabat oculos ſuos ad cęlum, dicens: Potens eſt Deus miſerator, & multùm miſericors. Deinde proſtrauit ſe ſuper faciem terræ & orauit: Domine Deus meus, qui eripuiſti animam meam à morte, & pedes meos à lapſu, quia tu es lux vera, præſta per manum ancillæ tuæ peccatricis propter aſtantes reddi ſanitatem compeditorum. Completâ oratione erexit ſe, & ſignum Crucis fecit in frontes eorum, & qui non viderant, lucem diei dedit; & qui non ambulabant, ambulare fecit; & ille qui neque videbat, neque loquebatur, neque ambulabat, ſtetit ſupra pedes ſuos, & ait: Beatiſſima Sauina inter reliquas virgines. Videntes circumſtantes ceciderunt ad pedes eius magnificantes Deum; vnuſquiſque largiebatur ei de bono ſuo, illa erogabat pauperibus. Fuit ibi quaſi luſtrum vnum.

Monita ab Angelo, vt ad fratrem proficiſcatur.

10 Vnâ die feſtâ poſt vigilias matutinas, cùm ſe poſuiſſet in grabatum ſuum, Angelus Domini ſtetit ante eam, & ait ei: B. Sauina quid hoc feciſti? deſpexiſti patrem & matrem & domos paternas, & modò hîc cùm deliciis epularis, & non perſeueras in peregrinatione tuâ? Surge, vade Trecas ciuitatem in Campaniâ; ibidem inuenies germanum tuum, quem deſiderat anima tua, coronâ indutum lapidibus pretioſis. Angelus Domini receſſit ab eâ; erexitque ſe, & contremuit tota, & timuit valdè vſque ad mortem. Deinde confortata in oratione ait ad famulam ſuam: Dilectiſſima mihi, non nos oportet hîc habitare. Maximinola verò ait: Domina quid vis agere? Si te in itinere contingit mori peregrinam, & non ſit qui corpus tuum tradat ſepulturæ? Et valdè ciues iſti gaudebant propter te. Tunc B. Sauina dixit ad famulam ſuam: Dominus prouidebit omnia ſperantibus in ſe: noli eſſe incredula, ſed ſape. Accipe duos panes nitidos, forſitan inueniemus eſurientem; & vnum hordeaceum ad vſum noſtrum. Fecit ſicut dixerat Domina eius,

diſcedit Româ cum Maximinolâ:

conſuetudinarium carpens iter. Quærebant eam ciues lugẽtes, & vir ſanctus ac venerabilis quæſtionem faciebat, quis eam exaſperaſſet; ſed neminem quiſpiam inuenit.

venit Rauennam:

11 Pòſt tranſacto tempore venit in vrbem Rauennenſem: alicuius hominis locupletis filiam vnicam paratam ad mortem inuenit. Cùm veniſſet Sancta ac beatiſſima ante domum, ecce vni famulæ egredienti de domo ait: Reuertere in domo, & dic domino domus, quia hîc peregrina poſtulat manſionem. Puella ait: Domina, quomodò potes hîc habere manſionem, quia filia dominorum parata eſt ad mortem, & ibidem ſunt lamentationes ſuper eam. B. Sauina ait ad eam: Reuertere, dic ad eos; non propter me morietur. Reuerſa puella ait ad dominam ſuam: Domina, hîc peregrina poſtulat manſionem. Gauiſa eſt mater, currens ei obuiàm, & ait: Domina veni, & vide quali impietate filia noſtra eſt parata ad mortem, & non poſſumus miſerationem apud Deum obtinere, vt nos moriamur, & illa viuat. Apprehensâ manu eius, duxit eam infra tecta parietum. Salutauit illa domum; deinde accedens ad lectulum innocentis, proſtrauit ſe ſuper faciem terrę, & ſic orauit: Deus

puellam moribundam precibus ſanat:

meus, qui habes poteſtatem mortificandi & viuificandi, cuius myſteria non poſſum enarrare; qui Lazarum de monumẽto poſt tertiam diem iam fœtidum reſuſcitaſti; præſta per manũ ancillæ tuæ peccatricis, reddi innocentẽ parentibus. Erexit ſe, & apprehensâ manu eius erexit puellam; & quæ iam tertio, aut quarto die non loquebatur, ait: Propterea adueniſti ancilla Dei, vt me educeres de inferno, & lætificares meos genitores: ſed da mihi manducare & bibere de manu tuâ, vt non eſuriam, neque ſitiam in æternum: & tollens veſtimentum tuum velabis caput meum, oportet enim me tecum eſſe in vitâ meâ. B. Sauina ait: Præ ſpecie pulchritudinis tuæ non potes mecum ambulare, ſed ſi perſeueraueris in finem, ſemper mecum eris in gloriâ Dei. Pulſabant eam vt ibidem deberet conſiſtere, deducentes eam, lamentantes præ gaudio, vſque in aliam ciuitatem.

Ex MSS. non ſinit eam ſecum peregrinari.

a S. Euſebius *Papa circiter 35. annis poſt Aureliani mortem Pontifex creatus eſt. Fortaſſis tamen ante pontificatum* Sabinam *baptizauit: colitur 26. Septemb.*

CAPVT III.

S. Sabinæ obitus ſepultura, miracula.

Venit in conſpectum vrbis Trecenſis:

12 CVm didiciſſet per alias ciuitates, quia iam propè eſſet Trecas ciuitas, velociùs feſtinabat appropinquare. Cùm iam veniſſet prope ciuitatem, videns muros conſtructos (nam erant inter montes) ait ad quemdam paſtorem: Dic mihi, quid eſt iſtud quod apparet coram nobis? At ille: Quis enim qui neſciat, quia hæc eſt ciuitas Trecas? Leuauit oculos ſuos, & ait: Domine tibi gratias ago, quia non fraudaſti deſiderium animæ meæ, & feciſti perdurare greſſus meos. Cùm veniſſet milliarium de ciuitate, ait ad famulam ſuam: Dilectiſſima mihi Maximinola, ſedeamus hîc modicum: forſitan aliquis egredietur de ciuitate, qui nos lætificet, & faciat certiores. Illâ verò ſedente iuxta ortum ſtratæ in pauimento, ecce vir venerabilis a Lucerius egrediens de ciuitate ait ad eam: Vnde es? B. Sauina reſpondit: Domine, b hinc ſum de aliâ ciuitate. Venerabilis Lucerius ait: Quare mentita es mihi, quia habitus, & loquela tua mihi indicat peregrinam? At illa: Domine, tu dixiſti, quia peregrina ſum, & fratrem meum Sauinianum quæro, qui de domo paternâ pergens coram nobis nuſquàm comparuit; & mihi fuit indicatum, quòd hîc eſſet in iſtâ ciuitate. Vir venerabilis Lucerius ait: Hominem quem quæris fuit hîc, ſed non eſt: ante c paullulum decollatus eſt à perſecutoribus pro bonis operibus, iuſſu Aureliani Imperatoris, & d Valeriani Præſidis, ſed ſanguinem ſuum Dominus vindicet. Si vis certiùs ſcire vbi poſitus eſt, vade in duodecimo milliario de ciuitate ſuper fluuium Sequanam: ibidem aliqua femina ſuper eodem cellulam ædificauit, & poſitus eſt; cùm ingreſſa fueris cellulam partibus Orientis, ibi eſt lapis vbi poſitus eſt, qui cellulam ipſam ædificauit. In dexterâ vero manu, ibi ſunt duo lapides magni: in lapide illo candidiore, qui eſt iuxta parietem, ibidem poſitus eſt quem dicis tibi fratrem eſſe. Vade illuc & reuertere ad nos, nobiſcum habitabis in vitâ tuâ, & benè tibi erit.

ex Lucerio intelligit mortem & ſepulturã fratris:

13 Illo prætereunte, B. Sauina e proſtrauit ſe ſuper faciem terræ, & orauit: Domine Deus meus, qui me ab adoleſcentiâ meâ gubernare dignatus fuiſti, ſi tamen ſcis quòd intacta ad te venio, & mandata tua non præteriui, iube recipere quem mihi commendaſti; ne permittas me ampliùs fatigari in duris itineribus, & iube indignum corpus meum tradere ſepulturæ; & non permittas me hinc promoueri; & famulam meam tibi commendo, quæ propter me tanta ſuſtinuit, & fratrem meum, quem in hunc mundum videre non potui, vel in regno tuo eum videre merear. Cõpletâ oratione emiſit ſpiritum, & recepta eſt ab Angelis in cælum. Sedens famula ad pedes eius fleuit grauiter, dicens: Domina, quare me non audiſti, vbi eſt aqua vnde corpus tuum lauem? vbi eſt lapis vbi corpus tuum recondere debeam? quia nulla eſt mihi fodiendi facultas, vel cui me commendaſti miſeram? vbi peto vitæ auxilium?

piè moriturí

14 Illâ verò flente, ecce venerabili Lucerio remeante ad ciuitatem, quam ante paullulum videbat eſſe viuam, videns eſſe defunctam, ait ad famulam: Noli flere, quia ego celeriùs vadam, & reuertar ad eam ſepeliendam. Velociter perrexit ad ciuitatem, & ingreſſus domum ſuam apertis ſcriniis veſtibulorum ſuorum, electas veſtes præparauit, & lapidem magnum ad ſepeliendam eam. Deinde præconem miſit clamare per ciuitatem: Sacerdotes, famuli, & peregrini venite ad ſepeliendam

honorificè ſepelitur:

Ex MSS. dam peregrinam, quæ extra ciuitatem defuncta eſt. Mox fuit mœror ingens in totâ ciuitate, vt non ibidem reſediſſet nec vir, nec femina, qui pedibus ambulare potuiſſet; ſed feſtinabant ad eam ſepeliendam & pulſabant vt eam ad ciuitatem perducerent; ſed non potuerunt beatum corpus promouere.

non poteſt corpus in ciuitatem inferri.

15 Et ecce aliqua femina, nomine Eleutheria, cæca, & manus arefactas habere videbatur, non poterat ad eam accedere præ multitudine turbæ, & ait: Obſecro vos itaque, vt permittatis mihi ad beatum corpus accedere, quia non ſum digna contingere vel veſtimentum quo induta eſt. Et cùm acceſſiſſet ad beatum corpus, & tetigiſſet veſtimentum eius, ſtatim aperti ſunt oculi eius, & arefacta manus redierat in decorem.

Cæca tactu eius veſtimento viſum recuperat.

16 Cognoſcentes ergo virtutem Dei in loco ipſo ſepelierunt eam. Tantum ibidem vir venerabilis Lucerius de bonis ſuis præparauit, vt omnes ſaturati vnuſquiſque ad domum ſuam fuiſſent reuerſi. Et cùm eſſet vir venerabilis Lucerius incommodis prægrauatus, aduertit oculos ſuos ad parietem, & orauit confidenter: Domine Deus, tu ſcis qualiter ambulaui in viâ veritatis, præſta refrigerium animæ meæ, & permitte mihi ſuper eam cellulam ædificare. Tunc vox Domini locuta eſt ad eum, dicens: Luceri tu migraturus es, & merces tua tecum eſt, poſteà veniet vir rector Eccleſiæ, qui ſuper eam ædificabit: tunc apparebit claritas tua in cælis, quod in terrâ operibus præparaſti. Quæ ancilla Dei vixit annos XLVIII. obiit in pace ſub die IV. Kalend. Februarij, regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor, & gloria, virtus, & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Lucerius voce cæleſti euocatus moritur.

a Licerium *vocant alij.*

b *Camuxat.* Ego de ciuitate iſtâ ſum.

c *Imò longè antè, ſi quidem ipſa ab Euſebio, iam Pontifice, eſt baptizata.*

d Criſpinus *appellatur in Actis S. Sabiniani.*

e *Pet. de Nat.* Ipſa verò ante tumulum fratris proſtrata orauit ad Dominum, vt ſuſciperet in pace ſpiritum eius, & continuò in Chriſto obdormiuit.

DE SANCTIS MARTYRIBVS

SEVERA VIRGINE, MAXIMO ET SECVNDA

EIVS PARENTIBVS,

MARCO ET CALENDINO

EORVM FILIIS, SEVERÆ FRATRIBVS,

ET ALIIS CIRCITER MILLE MILITIBVS.

ACTA EX PETRO DE NATAL.

INITIO IV. SEC. XXIX. IANVAR.

1 PYrgi *in Tuſco littore, inter Caretanum flumen ac Centumcellas, vetuſtum oppidum aut caſtellum fuit, cum nauali, pleriſque Romanarum rerum ſcriptoribus memoratum. Eius conſpiciuntur haud leues ruinæ iuxta oppidum quod* S. Seueræ *dicitur, eſtq; iſthic portus exiguus 4. aut 5. triremium capax. De eo Leander Albertus:* Cœnobium D. Seueræ eſt in littore, inſtar arcis. *Nomen ei à* S. Seuerâ *nobiliſſimâ Virgine Romanâ, cuius olim & martyrio nobilitatum, & præſidio nunc defenditur.*

S. Seueræ *oppidum:*

2 *Huius natalem conſignauit Philippus Ferrarius in generali catalogo SS. XXIX. Ianuarij his verbis:* Romæ *(id eſt, vt ſcribit in Notis,* in territorio Romano apud Centumcellas) S. Seueræ Virginis & Martyris ſub Diocletiano. *Eiuſdem, ac parentum fratrumq; meminit idem Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ. At Maurolycus XXX. Ianuarij retulit:* Romæ SS. Flauiani, Maximi, Secundæ, Calendini, Marci, & Seueræ Mart. ex quibus Maximus cum CXX. militibus à ſe conuerſis decollatus eſt iuſſu Maximiani Imperatoris, & à Marcello Papâ ſepultus. Ceteri ſub Claudio paſſi, hoc modo: Secunda Maximi vxor inter comprehenſorum manus expirauit. Flauianus cum familiâ conuerſus apud Centumcellas capite cæſus. Tandem Calendinus, Marcus, ac Seuera Maximi filij, plumbatis interempti ſunt. *Hæc ille, quæ in Actis expendemus.* S. Flauiani *Præfecti Vrbis agitur XXVIII. Ianuarij natalis. MS. Florarium hoc XXIX. die ita habet:* Et Serenæ Virginis & Martyris. *quæ an de hac* S. Seuerâ, *an potiùs de* S. Serenâ *Virgine & Martyre, de quâ XXX. Ianuarij agemus, accipienda ſint, haud conſtat.*

eius & ſociorum natalis,

3 *Horum Martyrum Acta breuiter deſcripſit Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 41. ſed correctionis ſubinde egentia, vt ex Notis patebit. Eadem recenſet ex Petro Baronius tom. 2. ad an. 298. nu. 14. mendis expunctis. Eadem habet Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, Siluanus Razzius in Appendice ad to. 6. de vitis feminarum ſanctitate illuſtrium, Antonius Gallonius lib. de Romanis Virginibus, Guilielmus Gazæus, aliiq;.*

Acta.

1  Lauianus, Maximus, Secunda, Calendinus, Marcus, & Seuera, cum aliis multis Martyribus, paſſi ſunt ſub Maximiano & Claudio Imperatoribus, a Conſtantino Imperatore Magno iam à militibus apud Galliam in imperium ſublimato. Quorum primò Maximus, qui Comes millenarius erat, ab infantiâ ſuâ Chriſtianus, ex parentibus Chriſtianis exortus, centum & viginti ex ſuis militibus conuerſos à S. Marcello Papâ baptizari fecit.

a *S. Maximus milites conuertit:*

2 Quod audiens Maximianus eumdem Maximum comprehenſum, vnà cum dictis centum & viginti militibus, damnauit ad arenam fodiendam. Et poſt menſes IX. dum Marcus Tribunus comperiſſet, quòd Maximus Comes ceteros ſuos milites, qui ex millenario reſidui fuerant, qui ad eum viſitandum acceſſerant, conuertiſſet, fecit Maximum in carcerem mitti, deinde eductum fuſtibus cædi iuſſit; & dum cæderetur Tribunus excæcatus eſt. Quod Maximianus Imperator audiens, & moleſtè ferens, Maximum Comitem cum centum & viginti militibus ad arenam damnatis fecit decollari. Reliquos verò ex mille militibus conuerſos in arenario miſſos, flammis iuſſit incendi. Quorum corpora S. b Marcellus Papa, cum c Ioanne Preſbytero, ſepeliuit in loco d Cucumeris, ſecundo milliario ab Vrbe.

cum iis damnatur ad arenarium,

cæditur fuſtibus.

decollatur.

b

c

d

3 Poſt duos menſes Maximianus e moritur: & Claudius Romæ in imperium exaltatur; qui audiens Secundam, vxorem quondam Maximi Comitis, cum filiis eſſe Chriſtianam, fecit eam teneri, & filios eius f Calendinum, & Marcum, ac filiam eius Seueram. Qui dum ſibi præſentati eſſent, Secunda g inter manus eam tenentium emiſit ſpiritum; Flauianus autem Vicarius Imperatoris, qui

e

f

S. Secunda moritur.

g

h qui ei aſſiſtebat, cùm vidiſſet Angelos, h qui ſupra capita filiorum Secundæ orantium manus tenebant, & ipſe conuerſus eſt, & à Theodoro Preſbytero baptizatus cum omni familiâ ſuâ. Quod audiens Imperator i Claudius Flauianum cùm omni domo ſuâ detentum Centumcellis adduci mandauit, & ibidem omnes pariter capite cædi. Beatos verò Calendinum, Marcum atque Seueram, olim Maximi filios, milliario XXXV ab Vrbe iuxta mare deferri, ibique tam diu plumbatis cædi donec ſpiritum exhalarunt. Quorum omnium corpora in loco, qui dicitur Pignus, ſepulta ſunt à Chriſtianis. Horum omnium Martyrum paſſio colitur IV. Kalendas Februarij.

S. Flauianus conuertitur, occiditur.

S. Seuera cum fratribus necatur.

a *Anno Chriſti* 306. 25. *Iulij, mortuus eſt Eboraci in Britanniâ* Conſtantius Chlorus *Auguſtus. Imperium pro eo capeſſiuit* Conſtantinus *filius, Cæſaris nomine cõtentus, donec anno* 307. *à* Maximiano Herculeo *Ex-Auguſto appellationem Auguſti ſuſcepit, Fauſtamq; eius filiam in vxorem. Licet hic magnam in Petro incuriam ac chronologiæ imperitiam notare. Nam* Maximianus Herculeus *an. Chriſti* 304. *cum* Diocletiano *imperium poſuit.* Galerius Maximianus Armentarius *in Illyrico reſedit,* Seuero *Cæſari commiſſâ Italiâ,* Galerio Maximino *ſororis filio Oriente. poſteà anno* 306. Maxentius Herculei *filius à militibus Prætorianis Imperator eſt appellatus. at Claudius à* 21. *Martij* 268. *uſque ad annum* 270. *imperium multò antè tenuit. Baronius hæc geſta ſcribit cùm ex Africâ, vbi nationes Quinquegentanas domuerat, Romam reuertit Herculeus, Thermaſq; Diocletianas condidit. Cœpta tunc fortaſſis, at quæ de* Seueræ *& fratrum cæde dicuntur, ea vel ſub* Armentario, *vel potiùs ſub* Maxentio *geſta.*

Ex variis.

b Marcellinus *legit Baronius; quaſi non eiuſmodi pia opera etiam ante ponificatum exercere* Marcellus *potuerit.*

c *Huius ſimilia opera ſuprà commemorata in vitâ S. Marcelli* 16. *Ianu. Agitur eius natalis* 18. *Auguſti.*

d Cliuus Cucumeris *dictum fuit vetus cœmeterium, viâ Salariâ, ſecundo ab Vrbe milliari, de quo Baronius in Notis* 17. *Iunij.*

e Herculeus *anno* 310. *Maſſilia occiſus,* Armentarius *anno ſequente fœdo morbo extinctus, fuſi Chriſtiani ſanguinis pœnas dederunt. At quis* Claudius *in Imperium exaltatus? Quæ deinceps narrantur, ſub* Maxentio *geſta arbitramur.*

f *Baronius & Ferrarius* Calendium *ſcribunt.*

g *Baronius*: coram Iudice in quæſtionibus reddidit Deo ſpiritum.

h *Idem*: viſo ſuper capita puerorum cæleſtis nuntij apparentis ſplendore.

i *Hic* Claudius *Præfectus fortaſſis fuit ſub* Maxentio *Imperatore.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS TVDERTINIS

SEVSTIO, ET ALIIS LXXX.

SVB DIOCLET. XXIX. IANVAR.

1 TVdere, *ſiue, vt recentiores ferè ſcribunt*, Tuderti, *Vmbriæ oppido, vulgò* Todi, *haud procul Tiberis ripâ ſito, coluntur hoc die* S. Seuſtius & alij LXXX. Martyres, *qui Diocletiani temporibus glorioſo certamine defuncti memorantur. ita Ferrarius in generali Catalogo SS.* Tuderti in Vmbriâ ſanctorum LXXX. Martyrum ſub Diocletiano & Maximiano. *At* S. Seuſtium *Ioannes Baptiſta Poſſeuinus in hiſtoriâ SS. Tudertinorum, atque ipſe Ferrarius, X. Februarij refert, licet hic in Notis fateatur XXIX. Ianuarij coli; quod & nos aliunde didicimus.*

SS. Seuſtij & ſociorum natalis,

2 *Poſſeuinus res geſtas* S. Caſſiani *Epiſcopi & Martyris, à vetuſto auctore*, venerabilis Patris Baſſiani *hortatu, Latino ſermone conſcriptas, Italico ſtylo exequitur; quas & nos XIII. Auguſti dabimus. In iis* Seuſtij *& aliorum LXXX. quos Ablauius* S. Seuſtij *patruus*, S. Caſſiani *parens, fidei Chriſtianæ cauſſâ interemit. Quæ ad LXXX. illos & Seuſtium propriè ſpectant, exhibet Ferrarius in catalogo SS. Italiæ hoc die, ex Lectionibus Eccleſiæ Tudertinæ à ſacrâ Rituum congregatione approbatis.*

Acta.

3 *Scribit Poſſeuinus, cùm rerum in Tuſciâ potirentur Franti, corpus* S. Seuſtij *in Gallias auexiſſe ad vrbem Nannetenſem, vbi etiamnum plurima mortalibus beneficia, eius patrocinio, largiatur Deus. Verùm neque in propriis officiis Eccleſiæ Nannetenſis, quæ habemus, neque in Martyrologio Gallicano Andreæ Sauſſaij, neque in vitis SS. Britanniæ Armoricæ (inter cuius regionis populos* Nannetes *ſunt) ab Alberto Magno de Morlaix vulgatis,* S. Seuſtij *vlla mentio eſt. At cùm id Tudertes tradant, veriſimile eſt quapiam belli alteriuſue cladis occaſione, aut deperditas, aut à Nannetibus auectas, aut occultatas, oblitteratâ ſimul memoriâ.*

Reliquiæ S. Seuſtij;

4 *At reliquorum LXXX. Martyrum reliquias in eccleſiâ eorum dicatâ nomini conditas eſſe apud Tudertes, accepimus. Poſſeuinus ſcribit omnes ſecuri percuſſos, ac dein cremata corpora, eo loco vbi nunc* S. Fortunati *ſtat baſilica, quam olim* S. Caſſiani *appellatam fuiſſe ſcribit ad eiuſdem* S. Fortunati *vitam, quam XIV. Octobris dabimus, idem Poſſeuinus.*

ceterorum.

ACTA EX PHIL. FERRARIO.

a 1 ABlauius in Etruriâ Proconſul, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus, Tudertum veniens multos ex Chriſtianis affecit martyrio, in quibus octuaginta fuêre, quos S. b Caſſianus Epiſcopus Tudertinus ad Chriſtum conuerterat. Hos Ablauius, dum immobiles in fidei ſuſceptæ propoſito permanerent, abſque vllâ iudicij formâ, pœnâ capitali damnauit. Quorum corpora in ignem iecta ſunt in regione Apentinâ (quo loco apud vrbem à D. c Fortunato Epiſcopo Martyribus templum auguſtum extructum fuit) circa annũ ſalutis d CCCIII. Quos Martyres proximè S. Caſſianus effuſo ſanguine ſecutus eſt.

80. *Martyres Tuderti occiſi.*

t

d

2 Erat e in horum Martyrum numero Seuſtius, eiuſdem Ablauij ex fratre nepos, quem Proconſul facilè liberaſſet; ſed ciuitate reclamante, vt idem in Seuſtium, quod contra alios, exequeretur, veritus Imperatorum edicta, nepotem blanditiis & promiſſis à ſententiâ reuocare conatur: illumque matri, vt à propoſito remoueret, tradit. Sed cùm illa Chriſtiana fuiſſet deprehenſa, (nam occultè filium ad f Pontianum Epiſcopum in ciſternâ latitantem adduxit, ab eoque vnà cum filio ad martyrium fortiter ſubeundum vehementer inflammata eſt) Ablauius iratus illam ad ſe cum filio redeuntem, ac in idola ſibi oblata, vt illa coleret, expuentem, diu cruciari iuſſit, & Seuſtium ciuerſimodè tortum & fuſtibus cæſum propriis manibus pugione iugulauit. Quo tempore ingens terræmotus Apentinam regionem, quæ veteri ciuitati g imminebat, multo hiatu abſorbuit.

e

S. Seuſtius traditur matri pertuertendus:

ab eâ animatur:

f

à patruo iugulatur.

g

3 Corpus Seuſtij capsâ ligneâ incluſum duobus iuuencis indomitis raptandum, iuſſu Proconſulis, iungitur: ad h Thraſymenum lacum, in loco, qui dicitur Confinis, conſtitêre, vbi i Aretina nobilis matrona corpus illius ſepeliuit, eccleſiâ ibi extructâ.

h

ſepelitur.

i

a *Huic nuptam* Chromatij. *Præfecti Vrbis filium habent acta S. Caſſiani; illius, vt videtur* Chromatij, *cuius conuerſio in Actis S. Sebaſtiani* 20. *Ianu. commemorata, natalis agitur vti & filij eius Tiburtij,* 11. *Auguſti.*

b Pontianus *legendum videtur: nam* Caſſianus *poſt eorum eadem ab ipſo* Pontiano *iam captiuo baptizatus primùm eſt.*

c *Vixit is Iuſtini ſenioris & Iuſtiniani temporibus.*

d *Imò aliquantò priùs, vt licet ex Actis S. Caſſiani conijcere, quæ tamen ipſa, vt ſuo loco docemus, vitiata ſunt; & cum* S. Caſſiani *Foro-Cornelienſis, qui eodem die colitur, Actis confuſa.*

e *Ita quidem loquitur & Poſſeuinus in Actis S. Caſiani: alibi tamen abſque* Seuſtio *octoginta ſtatuit, negatq; vllius ex eo omni numero ſciri nomen. Conſentit in Notis Ferrarius.*

f *Colitur* S. Pontianus, *Epiſcopus Tudertinus & Martyr,* 9. *Iulij.*

g *Altius muris Tudertinis fuiſſe iugum illud collis, cubitis* XXX. *ſcribit Poſſeuinus.*

h *Is nunc vulgò* Lacus Peruſinus *dicitur. Olim victoriâ Hannibalis celeberrimus.*

i Artinam *appellat Poſſeuinus.*

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS ROMANIS

PAPIA ET MAVRO.

§. I. SS. Papiæ & Mauri natalis, Acta.

SVB DIOCLET. XXIX. IANVAR.

ROmæ viâ Numentanâ, *XXIX. Ianuarij*, natalis SS. Papiæ & Mauri militum, quorũ ora iuſſit Laudicius Vrbis Præfectus, ad primam confeſſionem Chriſti, lapidibus contundi, & ſic eos in carcerem retrudi, ac poſteà fuſtibus cædi, atque in vltimo plumbatis, donec exſpirarent. *ita Vſuardus & Bellinus, conſentiente Martyrologio Romano, Maurolyco & MSS. pleriſque. Ado, Rabanus, Notkerus, Beda vulgatus, Caniſius, aliiq;, paullò prolixiori elogio totum eorum certamen complexi ſunt.*

SS. Papiæ & Mauri natalis.

2 *Id pleniùs narratum XVI. Ianuarij in Actis S. Marcelli cap. 2. nu. 7. his verbis:* Tunc videntes duo milites Papias & Maurus, (tripodam æream delatam vt *SS. Saturninus & Siſinnius* thurificarent maieſtatibus, *quod erat antè dictum, iis orantibus* continuò ſolutam velut lutum; *licet Ado ſolùm ſcribat*, videntes conſtantiam Martyrum) *eo ergo animaduerſo miraculo*, cœperunt clamare & dicere: Verè Deus eſt Dominus Ieſus Chriſtus, quem colunt Siſinnius & Saturninus.

conuerſio.

3 Iratus itaque Laodicius Præfectus iuſſit eos in eculeo leuari. Et cùm traherentur, neruis, fuſtibus, & ſcorpionibus cæſi ſunt. Illi autem clamabant dicentes: Gloria tibi Domine Ieſu Chriſte, quia meruimus ſocij fieri ſeruorum tuorum. Tunc Papias, & Maurus clamabant, dicentes: Vt quid vos ſic coarctat diabolus in ſeruos Dei iſta exercere? Iratus Laodicius iuſſit, vt cum lapidibus os eorum contunderetur, & retrudi fecit in carcerem; Saturnino autem & Siſinnio flammas ad latera poni. Illi autem in eculeo pendentes, vultu alacri gratias Deo agebant. Eadem verò die, dedit eis capitalem ſubire ſententiam. Et depoſiti de eculeo, ducti ſunt viâ Numentanâ, milliario ſecundo, & ibi capite ſunt truncati. Eorum autem corpora collegit Thraſon cum Ioanne Preſbytero, & ſepeliuit in prædio ſuo via Salariâ, ſub die quarto Calendarum Decembr.

tormenta.

baptiſmus.

4 Poſt dies duodecim, iuſſit Laodicius Præfectus Papiam & Maurum milites, qui baptizati fuerant à B. Marcello Epiſcopo, ſibi præſentari in Circo Flaminio. Quos cùm vidiſſet, dixit ad eos: Nunc cognoui, quòd & vos Chriſtiani ſitis. Papias dixit: Verè Chriſtiani. Dicit ad eos Laodicius: Deponite & abſoluite vanam falaciam, & adorate deos, quos Principes adorant. Reſpondit Maurus & dixit: Adorent eos, qui deſperauerunt de animabus ſuis, vt in æternum pereant. Laodicius Præfectus dixit: Modò vos deſperabitis de animabus veſtris, ſi non ſacrificaueritis diis immortalibus. Audite & facite quæ dico, & viuite. Reſpondit Papias: Sacrifica tu, & viues in tormentis æternalibus. Tunc iuſſit eos ſterni in terram, & fuſtibus cædi. Et cùm diu cæderẽtur, nulla vox ex eis audita eſt niſi tantùm: Chriſte adiuua nos ſeruos tuos. Tunc iuſſit eos leuari de terrà, & plumbatis cædi. Et cùm diu cæderentur emiſerunt ſpiritum. Quorum corpora collegit noctu Ioannes Preſbyter, & ſepeliuit in viâ Numentanâ, ſub die quarto Calendarum Februariarum, ad Nymphas B. Petri, vbi baptizabat.

cædes.

5 *Hæc in Actis* S. Marcelli. *Neque enim aſſentimur Baronio ita ſcribenti in Notis:* De his hac die Beda, Vſuardus, & vberiùs Ado ex Actis S. Marcelli, ſeu potiùs Marcellini Papæ, in quibus eorum certamina intexta habentur. *Sunt quidem plurima, quæ in Actis continentur geſta cùm in viuis adhuc eſſet* S. Marcellinus, *quippe qui vix ſemeſtri antequàm imperium Diocletianus deponeret, martyrio coronatus eſt, ſed poſteriora tamen ad ſolum* Marcellum *pertinent, qui & hos baptizaſſe, & alia, quæ iſthic ei tribuuntur, egiſſe potuit antequàm pontificatum adiret. Vrſio Abbas cap. 2. nu. 11. mendosè ſcribit, cùm baptizati eſſent à S. Marcello Papias & Maurus, tum demum* poſt baptiſmum comprehenſos. *Fuerunt enim in ipsâ primâ confeſſione, ante baptiſmum, lapidibus illis ora contuſa. dein retruſi in carcerem, baptizati, & poſt dies duodecim Præfecto ad Circum Flaminium præſentati, cæſi fuſtibus, tandemq; plumbatis mactati ſunt. Galeſinius non fuſtibus, ſed* virgis *ac plumbatis cæſos ſcribit. At de fuſtuario, militari pœnâ, quamquàm & ſæpè Chriſtianis, etiam non militantibus, irrogatâ, eruditè commentatur hic Baronius.*

à quo baptizati.

§. II. Eorum reliquiæ in Vrbem, & in Germaniam tranſlatæ.

Eorum reliquiæ ad titulum Equitij,

6 SEpulta *fuêre ſanctorum Chriſti militum corpora in cœmiterio* ad Nymphas, *ſeptimo ab Vrbe milliari, viâ Nomentanâ, quæ ad Eretum Sabinorum oppidum in Salariam incidebat; cuius cœmiterij alibi quoque mentio fit. Dein verò* ipſorum corpora, *vt ſcribit hîc in Notis Baronius,* primùm à Sergio Iuniori Rom. Pontif. in titulum Equitij tranſlata, (vt docet vetus inſcriptio in marmore ſculpta, eodem in loco poſita) inde à Gregorio Nono in S. Hadriani diaconiam, demum verò operâ Illuſtriſſimi Auguſtini Cuſani Cardinalis, Sixto V. concedente, in noſtram eccleſiam S. Mariæ & S. Gregorij in Vallicellâ tranſlata fuêre, III. Idus Februarij MDXC.

ſiue eccleſiam SS. Siluestri & Martini,

7 *Eſt* Equitij titulus *ita dictus ab Equitio Presbytero, qui vel regioni illi Vrbis præerat, vel fortaſsis in thermas Traianas, locumue vicinum ius aliquod patrimonij ſibi vindicabat, aut ad templi illius conſtructionem ædes ſuas Thermis vicinas largitus fuerat. Appellatur ea eccleſia* SS. Martini & Siluestri in Montibus: *eamq; ſcribit Octauius Pancirolus reg. 2. eccl. 41. ab ipſo Siluestro fundatam & titulo Equitij conſecratam. Id ſi verum eſt, deſtructam eam dein fuiſſe oportet, aut æuo labefactatam; nam in* S. Symmachi *vitâ, qui à 22. Nouemb. 498. vſque ad 19. Iulij 514. ſedit, iſta habentur apud Anaſtaſium:* Intra

à Symmacho ædificatam,

ciuitatem Romanam baſilicam SS. Siluestri & Martini à fundamento conſtruxit iuxta Thermas Traianas. *Conſentit Alexander Donatus noſter lib. 4. de vrbe Româ cap. 3.* Symmachus, *inquit*, S. Sylueſtri & Martini ad Thermas Traianas in Eſquiliis, S. Agathæ & Pancratij baſilicas viâ Aureliâ ædificauit, S. Agnetis ac Fœlicitatis reſtituit.

à Sergio II. reſtauratam,

8 *Idem Donatus lib. 4. cap. 5.* Sergius ... orphanotrophium refecit, ædemque SS. Siluestri & Martini in Montibus: nouum ibi cœnobium pſallẽtibus monachis conſtituit. *Sedit* Sergius II. *à 10. Febr. 844. vſque ad 12. April. 847. in cuius vitâ ita ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius:* Igitur ſummoperè conſummatus ipſe à Deo protectus & beatiſſimus Papa piâ deuotione ſollicitus pro deſiderabili dilectione SS. Siluestri & Martini eccleſiam, quæ ſancto eorum fuerat nomini conſecrata, quam ab exordio ſacerdotij ſui, vſque quò ad pontificatus culmen deductus eſt, ſtrenuè gubernauit, & per olitana tempora defecta vetuſtate marcuerat, ruiniſque confracta, diu antiquitus lacerata manebat, Dei annuente clementiâ, in meliorem pulcrioremque ſtatum à fundamentis perfecit. Abſidam quoque ipſius aureis muſiuo perfuſo coloribus ingenti amore depinxit.

tranſlata

9 *Subiicit deinde de tranſlatis ab eodem ſanctiſſimo Pontifice Diuorum reliquiis, tum aliorum, tum* Cyriaci & Mauri, Largi & Smaragdi *&c. Fuerant* SS. Papiæ & Mauri *reliquiæ aliquæ ante* Sergij *pontificatum, nimirùm anno 835. à Deuſdona Diacono Romano & Theodoro eius fratre, in Germaniam ad Rabanum, Abbatem tunc Fuldenſem, allatæ. Teſtatur id, qui adfuit, Rodolphus Presbyter in Rabani vitâ, quam*

aliquæ in Germaniam,

4. Februarij

4. Februarij dabimus. is alias recenſens Sanctorum reliquias, illud addit: De oſſibus SS. Pamphili Presbyteri & Martyris, Papiæ, Mauri, atque Victoris *&c. ac paullò pòſt vbi narrauit, quo honore idem Abbas oſſa* SS. Fabiani, Alexandri, Feliciſſimi, Agapiti, *IV Kal. Auguſti,* cum auctoritate Otgarij Archiepiſcopi Mogontiacenſis Eccleſiæ, per Reginbaldum Chorepiſcopum eius, *in eccleſiâ B. Mariæ Deiparæ collocàrat, iſta ſubdit:* Reliquorum verò Sanctorum oſſa, qui ſuprà nominati ſunt, in arcâ, quam ad inſtar arcæ fœderis Dei ex ligno fabricatam atque deauratam, cum Cherubin ac vectibus ſuis, in baſilicâ B. Bonifacij Martyris in abſidâ Orientali poſuerat, condidit, donec venerationi eorum locum congruum pararet. Quòd & poſteà cum Dei adiutorio, quàm celerrimè potuit, deuotus impleuit. Hæc autem geſta ſunt anno ab incarnatione Domini DCCCXXXV. Indict. XIII.

& in Fuldenſi cœnobio honorificè poſita.

§. III. *Ad eccleſiam Oratorij tranſlatæ.*

10 POrrò *ad eccleſiam S. Adriani, corpora SS. Papiæ & Mauri, cum aliorum Sanctorum reliquiis, de quibus egimus XIX. Ianuarij ad Vitam SS. Marij & Marthæ §. 1. num. 5. & ſeqq. eſſe circa tempora* Gregorij IX. *ſub annum Chriſti MCCXXVIII. tranſlata ſcribit Baronius tom. 2. Annal. an. 270. num. 10. his verbis:* Idemque planè accidit de SS. Papiæ & Mauri Romanorum militum venerandis corporibus, quæ diximus in iiſdem Notationibus poſita eſſe in Titulo Equitij, quòd, quæ poſteà facta ſunt, nobis eſſent penitùs incomperta: reuerâ autem ibidem (vt dictum eſt) inuenta, & ab ipſo etiam Gregorio Pontifice Maximo ſeorſum ab aliis in lapideâ capſulâ fuerunt ſub eadem Confeſſione recondita, tranſlata ex eodem Titulo Equitij, vbi ſub Sergio Papâ Iuniore, vnà cum aliis ſanctis Martyribus fuerant collocata.

Poſteà ad S. Adriani eccleſiam tranſlata:

11 Verumtamen aliquam partem dictorum Martyrum ibi eſſe relictam, ſatis ex eo poteſt intelligi, quòd inuenta modò eadem corpora, non ſunt prorſus integra; licet maxima ipſorum pars dici poſſit, exiſtentibus ibi eorumdem quoque capitibus, prout res ipſa cunctis patens perſpicuo docuit experimento. Sed præter alia antiquitatis monumenta, in dicto Martyrum loculo tabella lapidea, laterculi inſtar, inuenta eſt, hac inſcriptione nota: IN HOC LOCO REQVIESCVNT CORPORA SANCTORVM MARTYRVM PAPIÆ ET MAVRI. Quæ eodem in loco poſita, vnà cum reliquiis aſſeruantur.

poſteà, parte ibi relictâ,

12 Placuit autem Sanctiſſimo D. N. Sixto Quinto Pontifici Maximo, id agente, ſingulari amoris ſtudio quo res noſtras ſemper eſt proſecutus, ipſo Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo D. Auguſtino Cuſano, eiuſdem Eccleſiæ Diacono Cardinali, de noſtra Congregatione iugiter benemerente, vt eorumdem ſanctorum Martyrum Papiæ & Mauri ſacra corpora ex Diaconiâ S. Hadriani in noſtram eccleſiam, S. Mariæ & S. Gregorij in Vallicellâ dictam, & in regione Parionis poſitam, transferrentur. Quod religioſo officio & munificentiâ eiuſdem Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi curatum eſt, cuncta quæ ad rem tantam opus eſſent, liberaliter exhibentis.

in eccleſiam PP. Oratorij

13 Accidit propè diuino miraculo, vt, cùm multis annis ſummâ impensâ ædificaretur, & iam perduceretur ad finem, quæ in honorem Dei Genitricis & S. Gregorij Papæ eadem inchoata eſſet eccleſia; inter alia inſignia illuſtraretur more maiorum Martyrum quoque ſepulcro: iidemque Martyres his ipſis diebus opportunè, Dei planè conſilio, denuò apparerent; vt in ampliori eccleſiâ collocatos, maiori illos Vrbs (vt par eſt) proſequeretur honore; ipſi vero auctiora præſtarent beneficia ſupplicantibus. Vidimus ea, pariterque tetigimus, ac licet indigni, iterum atque iterum exoſculati ſumus, eorumdemque ſacro feretro, vnà cum collegis Fratribus, humeros in eorum Tranſlatione læti ſubiecimus, III. Idus Februarij, anno Domini MDXC. Dulce admodùm atque iucundum fuit, poſt recenſita tot certamina Martyrum, vltima hac ipſâ die à tam inſignibus Romanis Martyribus viſitari. Suſcepimus hilarè tantos hoſpites, apud nos perpetuò permanſuros, eoſdemque patronos noſtros ampliori cultu veneraturi, maioribuſque in dies obſequiis, ſtudiis, & officiis diuinâ gratiâ adiuuante, ſedulò frequentaturi.

recens ædificatam,

Baronio cum aliis eas geſtan-te.

EXVLT. RITS.

14 Qui autem allata celebri pompâ ſanctorum Martyrum corpora religioſiſſimo obſequio exceperunt, ad infimos vſque eccleſiæ gradus obuiam prodeuntes, fuerunt Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi S.R.E. Cardinales: Alphonſus Geſualdus Neapolitanus, Cardinalis Epiſcopus Portuenſis. Gabriel Palæottus Bononienſis, Cardinalis Epiſcopus Albanenſis. Nicolaus Sfondratus Mediolanenſis, TT. S. Cæciliæ Preſbyter Cardinalis Cremonenſis. Dominicus Genuenſis, TT. S. Laurentij in Pane & pernâ Preſbyter Card. Pinellus. Hippolytus TT. S. Pancratij Preſbyter Card. Aldobrandinus, maior Pœnitentiarius. Hieronymus Taurinenſis, TT. S. Petri ad Vincula Preſbyter Card. de Ruuere. Scipio Mantuanus, TT. S. Mariæ de populo Preſbyter Card. Gonzaga. Marianus Perbenedictus, TT. SS. Marcellini & Petri Preſbyter Card. Camerinenſis. Federicus Mediolanenſis, TT. S. Agathæ Diaconus Card. Borromæus. Auguſtinus Mediolanenſis, S. Hadriani Diaconus Cardinalis Cuſanus, qui corpora Sanctorum iuſſu Sanctiſſimi conceptis verbis tradidit R. D. Philippo Nerio Florentino, Præpoſito Congregationis Oratorij. Guido Bononienſis SS. Coſmæ & Damiani Diaconus Cardinalis Repulus.

præſentibus variis Cardinalibus,

excipiente eas S. Philippo Nerio.

§. IV. *Aliquæ reliquiæ in Flandriam tranſlatæ.*

15 COrtracum (*quod S. Audoënus in vitâ S. Eligij, quam 1. Decembris dabimus*, Corturiacenſe municipium appellat) *oppidum eſt Flandriæ in Belgicâ ſecundâ perantiquum, ad* Liſam, *ſiue* Lætiam *amnem, in diœceſi Tornacenſi. Hic Societati Ieſu collegium Senatus populiq; liberalitate erectum, cum elegante baſilicâ, quæ ipſæ tum aliorum Cælitum, tum* SS. Papiæ & Mauri *reliquiis eſt nobilitata. Eas reliquias Cardinalis Cuſanus Ioanni Vendeuillo Tornacenſi Epiſcopo, eo ipſo, quo corpora eorum tranſlata erant, anno donauit: hic quinto epiſcopatus ſui anno, Chriſti MDXCII. XV. Octobris, moriens, Cortracenſi collegio legauit. Subiiciemus tum ipſius Cardinalis, tum Nicolai Zoeſij, qui Vendeuillio à ſecretis, dein eius Officialis & Canonicus Tornacenſis, pòſt regius in concilio Mechlinienſi Senator, ac demum quartus Sinaducenſium Epiſcopus fuit, teſtimonia: quamquàm extat quoque in eiuſdem collegij archiuo Michaëlis d'Eſne Epiſcopi Tornacenſis diploma, anno MDXCVIII. II. Iulij datum, quo eaſdem reliquias primo Epiſcopatus ſui anno approbauit. Illuſtriſſimi Cardinalis Cuſani teſtimonium ſic habet:*

Aliquæ Cortracenſi collegio Soc. Ieſu donata à Io. Vendeuillio Ep.

16 Auguſtinus miſeratione diuinâ S. Hadriani S. R. E. Diaconus Cardinalis, Cuſanus nuncupatus, vniuerſis & ſingulis præſentes noſtras inſpecturis, notum facimus & atteſtamur, quòd cùm Reu.mus D. Ioannes Epiſcopus Tornacenſis, deuotionis feruore incenſus, magno ſtudio à nobis poſtulauerit, vt ex reliquiis beatorum Martyrum, quorum ſacra corpora in eadem noſtrâ eccleſiâ nuper patefacta ſunt, aliquid ei impertiri vellemus; nos eius pio deſiderio ſatisfacere cupientes, visâ facultate à S. D. N. Sixto V. Pontifice Maximo ſuper reliquiis ab almâ Vrbe extrahendis eidem conceſsâ, hodiernâ die reliquias infrà ſcriptas, de quibus antiquis eiuſdem Eccleſiæ monumentis conſtat, manibus noſtris reuerenter accepimus, & quatuor inuolucris ſeparatim inuoluimus, prout diſtinctis locis inuentæ fuerunt, licet ſimul coniunctæ, & permixtæ binæ aut ternæ, ad eum modum, quem infrà ſingillatim exprimimus: non dubitantes apud eiuſdem D.em R.mam magno honore & reuerentiâ futuras, vt eorumdem Sanctorum meritis à Deo bonis omnibus cumuletur, quemadmodùm ex animo precamur. Sunt autem reliquiæ Sanctorum trium Puerorum.

cui Cardinalis Cuſanus eas donárat.

Sanctorum Martyrum Nerei, Achillei, & Domitillæ Virginis:

Sanctorum Martyrum Marij & Marthæ coniugum:

SS. Papiæ & Mauri Martyrum.

In quorum fidem eaſdem præſentes ſubſcripſimus,& à Secretario noſtro ſubſcribi, noſtroque magno ſigillo obſignari iuſſimus. Datum Romæ die XX. menſis Martij MDXL.

Auguſtinus Cardinalis Cuſanus. Hieronymus Badeſius Secretarius.

17 *Nicolai Zoeſij teſtimonium ita habet:* Domini Executores teſtamenti R.mi D. Ioannis Vendeuillij Epiſcopi Tornacenſis, præfatas ſanctas reliquias Collegio Societatis Ieſu in oppido Cortracenſi dono dederunt, anno Domini MDXCIII. menſis Ianuarij die XII. quod teſtor ego infrà ſcriptus Apoſtolicâ auctoritate Notarius admiſſus in Concilio Priuato Regis Catholici.

N. Zoes Not.

DE SANCTIS MARTYRIBVS SAMOSATENIS

PHILOTHEO, HYPERECHIO, ABIBA, IVLIANO, ROMANO, IACOBO, PAREGORIO

ex Menæis Græcorum.

XXIX. IANVAR.

EOdem die memoria ſanctorum ſeptem Martyrum *a* Samoſati finitorum, Philothei, Hyperechij, Abibæ, Iuliani, Romani, Iacobi, & Paregorij.

a

SS. natalis,

Pro affixo cruci Verbo
Septem affiguntur clauis athletarum capita.

tormenta.

His Chriſto auctoratis militibus,errores explodentibus, brachia ac femora fuſtibus contunduntur, dein immaniter laniantur, tum grauibus collo catenis iniectis, cuſtodiæ traduntur. Rurſum educti cæduntur: ac demum ſuſpenſorum capita clauis configuntur; ſicque Deo animas reddiderunt.

a *De* Samoſatâ *vrbe, quæ hic* Samoſatum *dicitur, alibi* Samoſata *plurali numero, conſule dicta 7. Ianuar. ad vitam S. Luciani Presbyteri & Martyris. De hu Martyribus nihil alibi legimus.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS

PAVLO, VICTORE, HONORATO.

XXIX. IANVAR.

IGnoti hi nobis. Duo eos MSS. codices exhibent, & Carthuſianorum Colonienſium appendix ad Vſuardum. Vetus MS. S. Hieronymi: In Gadaua ciuitate S. Pauli. in Africâ Peruſio Victoris Honorati. in Tuſciâ Conſtantini. *Ita videtur legendum:* In Gadauâ ciuitate S. Pauli. in Africâ Victoris, Honorati. Peruſio in Tuſciâ Conſtantini. *Confuſiora etiam omnia in MS. Hibernico conuentus Dungalenſis:* Pauli Epiſcopi. Hippolyti Epiſcopi & Epiſcoporum trium Conſtantini Victoris Honorati Conſtantiæ Virg. Peroſiæ Treuiris. *Nec mendo caruiſſe codex videtur, quo vſi Carthuſiani; ita enim habent:* Item SS. Pauli, Victoris, Hippolyti, Honorati, Petroſiæ. *Vbi ſita* Gadaua *ciuitas ſit, non legimus; niſi* Gadara *ſit.*

DE S. BACVLO

EPISCOPO SVRRENTINO IN CAMPANIA.

XXIX. IANVAR.

1 TErtius hic eſt è Surrentinæ vrbis Protectoribus. S. Valerium *XVI. Ianuarij*, S. Athanaſium *XXVI.* dedimus. *Huius nec ætas certa, nec res geſtæ ſatis illuſtratæ.* Natalem hoc die generali catalogo *SS. inſcripſit* Ferrarius, *his verbis*: Surrenti in Picentibus S. Baculi Epiſcopi. *Ptolemæus quidem, quem ſecutus videtur Ferrarius, Picentinis Surrentum tribuit; at plerique refragantur, ac nominatim Plinius, qui à Surrento ad Silarum amnem Picentinorum agrum ſtatuit.*

S. Baculi natalis,

2 *Vitam* S. Baculi *deſcripſit in libello de quinque vrbis Surrentinæ Protectoribus Dauid Romæus Philocaſius, ſtyli elegantiâ ſatis ineptè affectatâ, vt cenſebit lector. Conſentientia tradunt* Ferrarius *in catalogo SS. Italiæ, & Paulus Regius Vicoaquenſis Epiſcopus 2. parte de SS. regni Neapolitani vitæ S. Antonini Abbatis cap. 11.*

Vita.

VITA

Auctore Dauide Romæo Philocaſio.

1 BAculus (addubito *a* an hoc ſit nomen) Pontifex Surrentinus, ex veteri & illuſtri familiâ Neapoli, loco celebri, natus, (cuius *b* ætas in quorum Regum vel Pontificum Max. tempora incidit, non legimus) liberaliter inſtitutus educatione doctrinâque puerili, ac in artium ſtudiis liberaliſſimis eſt doctriniſque *egregiè inſtitutus.* inverſatus, & iuſtitiam, & pietatem fundamentũ omnium virtutum colens, celeriter omnibus ingenij gloriâ, humanitate, ſapientiâ, & integritate antecellere contigit: idque à puero; vt ciues honeſtâ, bonâ & graui opinione, quam de eius moribus habebant, eum diligerent & colerẽt: eius laus excelſo & illuſtri loco ſita, in omnium ciuium & plurimarum ciuitatum conſpectu, ad Surrentinos nec obſcuro nec vario ſermone, ſed & clariſſimâ & vnâ omnium voce, perferebatur. Mortuo eorum Pontifice,

S. Baculus

a

b

inuitus fit Surrentinus Epiſc. Pontifice, habitis Comitiis calatis, Baculus ſine repulsâ factus eſt Pontifex. Homines nobiles allegantur, & cum mandatis & litteris mittuntur, qui hoc dicerent, eum Pontificem renuntiatum, ac peterent, vt ad ſe adiret: nihil ægriùs maioreque ſuo labore fecerunt, quàm vt eum ad ſuam ſententiam, Surrentumque perducerent, vbi ſummâ pietate deſiderabatur. Sic eius aduentus celebrabatur, vt famam ingenij integritatis expectatio, hominis expectationem ipſius aduentus, admiratioque ſuperaret.

2 Eius virtus hominum opinioni reſpondit; & quam ipſe ſui expectationem concitârat, eam non modò ſuſtinuit, ſed facillimè vicit. Factus Superior ordine, non fuit inferior prudentiâ, vitæque integritate. Pergebat porrò vt fecerat, ita vt nec Deo, nec hominibus vnquam ſtomachum mouerit: vt aduerſas res, ſic ſecundas placatè atque moderatè ferebat: benè ſentiebat, rectèque faciebat: optimorum conſiliorum, rectè factorum, rectæ voluntatis, ſuique officij conſcientiâ ſe ſuſtentabat, à quâ in omni vitâ ſuâ tranſuerſum vnguem non diſceſſit: quod debuit ſemper præſtitit: ab omni culpâ plurimùm abfuit: omnes conſilio, omni ſtudio, re iuuabat. Cùm ſenex cincinnatus à Deo vocatus eſt IV. Kal. Februarij. ex cuius interitu magna fuit acerbitas. Surrentini deſiderio ſui Baculi angebantur, præcipueque in eo dolebant quod acciderat vniuerſis, & eo fructu priuabantur: vix poterant ſuſtentare mœrorem ſuum, doloremque eius deceſſionis, qui eo animo fuerat quo is fuerat; quò magis diuina virtus, eò maiore dolore ab eo diuellebantur. Nec verò ſi ſibi eripiebatur, illi iraſcebantur, à quo tantum vulnus accipiebant. Nam Deum ſibi eum eripere, videbant: hæc vna eos cõſolatio ſuſtentabat, quòd nullum ab eo amoris, nullum ſtudij, nullum pietatis officium ciuitati deerit: ſed Deo ſupplicem ſe pro eâ abiiciet, omni amore enitetur, efficiet, vt eam curâ ſuâ & prudentiâ iuuet.

ſanctè viuit:

moritur.

3 Quare Surrentini in eius corpore ſibi ſpem ponentes, quæ ſola in miſeriis homines conſolatur, illud in vrbis muro ſepelierunt, vt duo præſidia & propugnacula hoſtibus oppoſita & obiecta haberent, quibus contra omnes illorũ impetus vterentur; iiſque ſatis firmis præſidiis vrbem firmarent. Hodie eius ſepulchrum in mediâ vrbe eſt. Cur autem longo interuallo ex eo loco transferrent illuc, cauſſa hæc fuiſſe dicitur. Erat ad mediam vrbem templum diis Barbarorum conſecratum (qui noſtram religionem non colunt, ſed repudiant, eos Barbaros appellamus) imaginibus, ſimulachris, quæ idola vocamus, refertum. Illinc omnes præſtigiæ, omnes fallaciæ, omnes doli, omnes machinæ, omnes captiones naſcebantur: qui eâ viâ iter faciebat, ſuo periculo id faciebat, nec impunè id ferebat; videbat enim formas deorum manium, quas & laruas & lemures vocant, ac miros magicoſq; terrores afferebat: propter eam cauſſam redibat mente captus, lymphatus, qui & laruatus, & ceritus dicitur.

Ad templum idolorum,

propinquã viam ſpectris infeſtantium,

4 Deus verò, quem tam eorum miſeret, qui eius miſericordiam non requirunt, quàm qui illam non efflagitant, Surrentinos captiuos ab orci ſatellitibus redimere, & illam quoque diuinationem, nec veram ſed opinabilem, pariter cum ceteris, quæ maximè fraudi omnibus ſemper fuit, è repub. Chriſtianâ explodi, & ſuperſtitione ſagarum, quæ omnium ferè Surrentinorum animos oppreſſerat, ciuitatem ſoluere ac liberare; & quia aliquâ erroris humani culpâ tenebantur, eos à ſcelere liberari, ſeruile iugum ab eorum ceruicibus deiici, & ſuam religionem propagari volebat, perfecit, vt præter omnium opinionem diuinitus res acciderit miranda, gratiſſima, iucundiſſima, & vix credenda, niſi hominum ornatiſſimorum, qui hac in re interfuerunt, præſenteſque viderunt, teſtimonio comprobata fuiſſet. Itaque Surrentinorum Dominus, qui c Dux dicebatur, propè iam occidente ſole, equo huc & illuc concurſans, peruenit eò, & præter opinionem improuisò in laruarum coronam, in muliebrem figuram habitumque conuerſarum incidit: quæ armatæ eum adeuntem ſepſerunt, & vi impetuque facto ſunt imparatum adortæ; agitabant, inſectabantur, ſauciare & vulnerare conabantur. Ille cùm à tergo, à fronte, à lateribus teneretur, vim vi illatam, vitam ſuam ab inimicis defendens, ex equo pugnans, ſuis ſe armis tegebat, gladioque ſtricto eas inſequens vni illarum lacertum amputauit, & exanimatus è manibus effugit, ex inſidiis euaſit, profugit, euolauit illinc; ne ſpirare quidem ſine metu poterat.

AVCTORE DAVIDE ROMÆO.

vno eorum mutilato,

5 Poſtero die manè qui eò acceſſerunt, vnum ſimulachrum proiectum, humi ſtratum, mancum, & lacertum brachio abſciſſum viderunt. Tum Deus per eum, qui publicis ſacris præerat, Surrentinis perſuaſit, homines à conſuetudine ſubitò conuerti, ad diuerſas vitæ rationes traduci, & ſtatuas, imagines, ſimulachra in eo fano venerata deturbare, affligere, comminuere, diſſipare, ac in mare *d* abiicere. Hoc nimirùm eſt illud, quod dicitur Surrentinus ſinus anteà ſuâ naturâ tranquillus fuiſſe, ventorum vi agitari atque turbari non ſolere, vt ceteri ſinus, nullaque ibi naufragia fieri: ſed maximâ hieme certo curſu tutò tranſiri poſſe; nullaque periculi tempeſtas nautas, de eorum curſu metu dimouere. Ex eo autem tempore illi dij manes adhibere ſæuitiam in nauigantes, crudelitatem exercere in omnibus, vexare, rapere, omni crudelitate eos lacerare, & nauigia euertere conantur. Perſæpè accidit, vt optimi gubernatores, qui vim tempeſtatis ſuperare non poſſunt, fluctibus obruantur, naufragia miſerrima faciant; mare omni æſtu efferueſcat, perfidæ exiſtant tempeſtates, procellæ, naufragia.

ceteris in mare abiectis,

d

6 Secuta eſt illorum execratorum altarium euerſio, & expiatam ab illis nefariis ſceleris veſtigiis ædem, ſublatiſque omnibus, & nominis deorum memoria cum veſtigio illarum rerum, non modò ex ædibus, verùm etiam ex litteris deleta; ex profanâ ſacram factam D. Felici Nolano Pontifici dedicauerunt, cuius dies feſtus atque ſolennis celebratur Nolæ quotannis XVII. Kalend. Decembr. In hanc D. Felicis ædem corpus poſteà D. Baculi exportauerunt, excepto lacerto, vt eo abſciſſo maximum fanum ornaretur, ibique ſepulturâ affecerunt.

transfertur S. Baculi corpus.

7 Multis pòſt annis Sergius quidam Sacerdos, huius templi cuſtos, ædem reficiens ac reconcinnans, quatuor columnas marmoreas circa altare, vbi D. Baculus humatus eſt, collocabat, quæ ſuſtinerent cameram, teſtudinem, quæ ſtatueretur ſuper aram. Perfoſſo pauimento, ſummæ & acerrimæ odorum ſuauitates ex foraminibus efflabantur, & ad ſuperiora ferebantur, vt non modò qui in templo, verùm etiam qui circùm templum erant, illius odorationis voluptate caperentur, veluti thure & odoribus incenſis. Cumque Sergius columnam humero ſuſtinere vellet, nec id piè faceret, illicò ſe lateris dolore conſumi dixit: tum etiam dimidiâ parte corporis debilitatus, mancus & membris illis captus, debilis eſt factus. Sed videns nullam grauem ſubeſſe cauſſam, & quid eius animum offendiſſet, intelligens, lacrymas profundens, proſtrauit ſe, & D. Baculo pro ſe ſupplicare non deſiſtẽs, ſanatus eſt, ac ſanctiùs D. Baculum colens, benè honeſteque viuens, pòſt aliquantò *e* Stabianorum Pontifex factus eſt. Ad hæc aliud in Vitâ *f* D. Antonini ſcribemus.

Eius altare ornatũ, non ſine miraculo.

e

f

Iam habetis, Surrentini, quo haſtili, quo Baculo nitamini.

a *Cur non tam hic* Baculus, *quàm alij* Scipiones, *proprio nomine appellari potuit?*

b *Antiquum eſſe, inde coniicit Ferrarius, quòd eius corpus in delubrum damoniorum ſtatuis recens repurgatum, tranſlatum dicatur. Mansêre quibuſdam in vrbibus Italiæ ad multa ſecula idololatriæ veſtigia, & fana deorum, nondum Chriſtianorum ritibus conſecrata, etſi occluſa.*

c *Regius vnum è primoribus illius vrbis fuiſſe ſcribit.*

d *Iuxta locum qui* Meta *dicitur, vt ſcribit Regius.*

e *De Stabiis egimus ad* S. Catelli *vitam* 19. *Ianu.*

f 14. *Febr. vbi ſapius cum aliis Surrenti Patronis apparuiſſe, ac victoriam ſuis ciuibus contra Barbaros obtinuiſſe ſcribitur.*

DE S. GILDA SAPIENTE

ABBATE IN BRITANNIA ARMORICA.

§. I. *S. Gildæ Sapientis ætas.*

SECVL. VI. I XXIX. IANVAR.

S. Gildas Sapiens

PLures memorantur à Scriptoribus Gildæ, aliquâ celebres laude. Nos de Sanctis quærimus. Angli duos è gente suâ proferunt, Armorici Britanni duos, præter S. Tremorium, qui & ipse Gildas est dictus. Non omnem submouere caliginem speramus: tutiora tamen certè sectabimur. Ergo de Scriptore primùm agemus, cuius gemini in Bibliothecâ Patrum extant libelli; si non vnicus fuit, in duos dein à librariis diuulsus: prior Britannicæ nobilitatis ac plebis, alter Cleri acrem obiurgationem continet.

2 Albertus Magnus de Morlaix in historiâ SS. Britanniæ Armoricæ, ita duos statuit Gildas, vt priorem velit anno 405. Grallonis Regis exequiis interfuisse; eumdem tamen illum librum aduersùs Britannicæ nobilitatis scelera, siue de Britanniæ excidio, scripsisse, cùm ipse se longè recentiorem auctor profiteatur, vt mox dicemus. Bellarminus lib. de scriptor. Eccl. & Iacobus Gualterius in Tab. Chronograph. Scriptorem illum ad annum Christi 495. statuunt. At bimulus tunc erat.

non seculo 5. floruit,

3 Ipse ætatem suam, certumq; annum natiuitatis indicat. Ex eo tempore, inquit in libello de excidio Britanniæ, nunc ciues, nunc hostes vincebant, vt in ista gente experiretur Dominus solito more præsentem Israëlem, vtrùm diligat, an non; vsque annum obsessionis Badonici mõtis, nouissimæque ferme de furciferis non minimæ stragis: quique quadragesimus quartus, vt noui, orditur annus, mense iam vno emenso, qui & meæ natiuitatis est. Aduenêre in Britanniam Saxones anno 449. vt Beda scribit lib. 1. cap. 16. atque quadragesimo quarto pòst, Christi nimirùm 493. vrbem recentioribus Bathoniam dictam, modernis Anglis Bathe, ipsis tum Bathancester, Britannis Caer Badon, Ptolemæo Γ'δατα Θερμα, Antonino Aquas Solis, obsederunt: sed cùm Aurelius magnanimus Rex superuenisset, montem Badonicum occuparunt, & maximo numero cæsi sunt. Is mons, vt auctor est Cambdenus, Bannesdowne nunc dicitur, & Bathstone viculo, Bathoniæ vrbi propinquo, impendet, ostenditq; etiamnum aggeres ac vallum. Testatur idem verba illa Gildæ ita legi in MS. Cantabrigiensi: vsque ad annum obsessionis montis Badonici, qui non procul ab ostio Sabrinæ habetur. rectè, nam non procul Bathoniâ Auona, cui adiacet, in Sabrinæ æstuarium sese exonerat. De eâ Saxonum clade, quam alibi quidam volunt contigisse, ita scribit Ranulphus Cestrensis lib. 5. cap. 4. ad an. 493. Hoc quoque anno facta est magna strages Saxonum in obsidione Badonici montis, per Ducem Britonum Aurelium Ambrosium, videlicet XLIV. anno ab aduentu Anglorum. Ast Huntintoniensis Arturo hanc victoriam tribuit; cui non subscribimus.

sed natus anno Christi 493.

quo cæsi Saxones,

4 Habemus ergo Gildæ annum natalem. Quo anno librum illum scripserit, ipse quoque significat, ita scribens: Cuius tam nefandi piaculi non ignarus est immundæ leænæ Danmoniæ tyrannicus catulus Constantinus, qui hoc anno, post horribile iuramenti sacramentum, quo se deuinxit, nequaquàm dolos ciuibus, Deo primùm iureque iurando, Sanctorum demum choris & Genitrice comitantibus, facturum, in duarum venerandis matrum sinibus, ecclesiæque carnalis, sub sancto Abbate Amphibalo, laterа regiorum tenerrima puerorum, vel præcordia crudeliter duûm totidemque nutritorum, inter ipsa, vt dixi, sacrosancta altaria, nefario ense hastâque pro dentibus lacerauit. Hæc Gildas: quæ VVestmonasterienſis anno post mortem Arturi gesta scribit: Anno gratiæ 543, inquit, duo filij Mordredi (quem Saxonibus fœderatum Arturus prælio victum occiderat) insurrexerunt in Regem Britonum Constantinum, volentes patrem vindicare; qui Saxonibus confœderati prælia plurima commiserunt: quos tandem Constantinus in fugam pulsos persequens, vnum Wintoniæ, in ecclesiâ S. Amphibali, ante altare trucidauit: alterum verò Londoniæ, in quorumdam Fratrum cœnobio absconditum, crudeli morte damnauit. an tum Londoniam adhuc Britanni tenuerint, alij disquirant. Quod in Gilda habetur sub sancto Abbate Amphibalo, Cambdenus legit: sub Abbatis amphibalo, id est, vt interpretatur, sacrâ veste vtrimque villosâ. Colitur quidem S. Amphibalus XXV. Iunij, sed Abbas non fuit, neque alium Abbatem Amphibalum nouimus; licet, huius dumtaxat loci auctoritate, Balæus Amphibalum VVintonienſem Abbatem confingat, virum spectatæ eruditionis ac vitæ approbatæ, dicatq; ad Gildam dedisse de illâ regiorum iuuenum cæde epistolam, ac sub Maglocuno an. 560. claruisse. Qui volet, id credat, Balæo auctore: quem nimis temerè secutus Pitseus.

scripsit anno 543

in Galliâ, inuectiuæ in Reges Britanniæ insula.

5 Scripsit ergo Gildas eum libellum altero ab Arturi morte anno; post decem annos, vt habet infrà vitæ illius auctor cap. 3. num. 21. ex quo è Britanniis recesserat. aut potiùs post decem & octo, aut viginti, annos: recessisse enim dicitur cùm 30. essent annorum, sub annum 523. aut 524. In eo libro, inquit idem auctor, quinque Reges ipsius insulæ redarguit, diuersis sceleribus atque criminibus irretitos: & acriter sanè redarguit; Constantinum, de quo iam egimus; Aurelium Conanum, Vortiporium, Cuneglasum, Maglocunum; singulis grauissima scelera exprobrãs. Vnde fas scit coniicere eum tunc in Britanniâ insulâ non fuisse; neque enim crudeles illi & tot parricidiis infames tyranni, tantam monachi vnius, in suâ ditione degentis, libertatem tulissent. Et præter vitæ scriptorem, ipse id videtur Gildas indicare, qui quæ prolaturus sit in medium, haussisse se profitetur, non tam ex scriptis patrijs, Scriptorumque monumentis, (quippe quæ vel si qua fuerint aut ignibus hostium exusta, aut ciuium exulum classe longiùs deportata non compareant) quàm transmarinâ relatione. & infrà: Quid celabunt ciues, quod non solùm norunt, sed exprobrant iam in circuitu nationes?

non successiuè regnãtes,

6 Hos porrò Reges, quos Gildas reprehendit, plerique Britannicarum rerum scriptores volunt vniuersæ rei Britannicæ, eadem quâ anteà Aurelium Ambrosium potestate, successiuè præfuisse. atque ita scribit Ranulphus lib. 5. cap. 6. Arturus moriens concessit diadema regni sui Constantino cognato suo, qui fuit filius Cadoris Ducis Cornubiæ; qui pluries cum filiis Mordredi conflixit, ac tandem eos extinxit; sicque post decem regiminis sui annos obiit. Post quem Aurelius Conanus tribus annis regnũ tenuit. Post quem Vortiperius decem annis. Post quem Malgo Pulcher, strenuus & dapsilis, sed Sodomiticâ peste infectus, aliquot annos regnauit. Quæ si vera sunt, oportet Gildam, qui priùs in libello suo solum obiurgauerat Constantinum, dein labentibus annis, vt successorum eius flagitia audiebat, eorum quoque inseruisse reprehensionem. Et potuit id sanè, qui, vt Pitseus tradit, nonagenarius, vt alij, saltem grandæuus decesit.

sed simul in diuersis prouinciis.

7 Sed cur non potiùs vir acri & expedito stylo, nouam scribebat ad singulos, aut certè aduersùs eos edebat, inuectiuam? an ita fœtum illum suum ferebat in oculis, vt eum putaret identidem à gentilibus suis relegi, si vel aliquot solùm adiectæ periodi essent? Probabiliùs igitur censent recentiores, eodem omnes hos Regulos tempore, in variis VValliæ prouinciis, regium sibi nomen auctoritatemq; vindicasse, itaq; quod reliquum erat Britannicæ virtutis bellis ciuilibus penitùs attriuisse; cùm possent, si non & offensum Numen, & ipsorum læua mens obstitisset, & Dux iis Aurelio Arturóve similis contigisset, Saxones fortassis è totâ insulâ pellere. Meminit bellorũ ciuilium ipse Gildas, & Reges hos non toti Britannicæ genti, sed singulis dumtaxat prouinciis imperasse innuit, dum Constantinum leænæ Danmoniæ tyrannicum catulum nominat, Vortiporium Dimetarum tyrannum. Tenuerunt olim Danmonij prouinciam Britanniæ maximè in Occidentem

dentem porrectam, quæ Cornwallia *&* Cornubia *à recentioribus appellatur. Huic prouinciæ ſub Arturo* Cador Dux *præfuerat: regium titulum vſurpauit* Conſtantinus. Dimetæ *verò, ſiue* Demetæ, *à Ptolemæo in eâ Britanniæ parte collocantur, quæ nunc* Weſt-wales, *id eſt,* occidentalis Wallia *dicitur, complectiturq; agrum* Maridunenſem, Penbrochienſem, Cereticum. *Hic Vortiporius imperitauit. Hæc de Gildæ ætate ex ipſiuſmet ferè ſcriptis eruta ſunto.*

§. II. *An Gildæ plures? eorum ſcripta.*

Duo Gildæ à Britannis excogitati, Albanius & Badonicus:

8 NOndùm vitam Gildæ, *nec incuriosè tamen ſcriptam, proferimus. Quid Angli recentiores, & quâ fide, de* Gilda *eiuſq; ſcriptis prodiderint, priùs operæ pretium fuerit proponere. Ioannes Balæus & Ioannes Pitſeus benè longos ſcriptorum Britanniæ catalogos ediderunt; vterque ſe Ioannis Lelandi commentarios (quos non vidimus) ſequi profitetur: & facit id fortaſſe Pitſeus fide meliori vt Orthodoxus, maiori certè modeſtia: Balæus, qui cum cucullâ pudorem exuerat, ſtolidiſſimis maledictis ſcripta ſua omnia commaculauit. Ambo duos ſtatuunt* Gildas, *priorem* Albanium *cognomento, alterum* Badonicum, *& hunc libri illius de Britanniæ excidio faciunt auctorem. Pitſei dabimus verba. Ita is de Badonico ſcribit:*

Badonici elogium ex Ioan. Pitſeo,

9 Gildas Badonicus, qui & cognominatus eſt Sapiens, natione Britannus, S. Iltuti Morganenſis diſcipulus, poſt peragratam diſcendi ſtudio totam Britanniam, transfretauit in Hiberniam, vbi & diſcens humiliter à maioribus, & diligenter minores docens, in vtroque genere multùm tum ſibi tum aliis profuit. Inde reuerſus in patriam, Cadoco, viro per id tempus ſanctitatis & doctrinæ famâ celeberrimo, ſe apud cœnobium Lancaruanan in diſciplinam tradidit. Deinde in famoſiſſimo Banchorenſi monaſterio monachum induit. Vbi nactus otium, humaniores litteras & Philoſophicas ſcientias denuò breuiter repetiit. Quibus ſtudiis deinceps vale dixit; &, vt populum meliùs docere poſſet, ſe totum ſacrarum litterarum lectioni & meditationi dedidit. Cùm autem in concionibus ſingularem haberet gratiam, in eo munere peragendo bonum Eccleſiæ valdè promouit. Erat in dictis verax, in factis ſincerus, in vitâ & moribus integer, in vitiis reprehendendis acer, in virtutibus laudandis profuſus; vtramque maximè circa ſui temporis Clerum & facultatem exercuit, & libertatem. Nec ipſis etiam in ſeculari ſtatu Regibus aut Principibus pepercit. Imò eos de ſuis exceſſibus nominatim taxauit, acriter redarguit, & ſuis coloribus illorum quemque graphicè depinxit. Conſtantium Cadorum, Aurelium Conanum, Vortiporium, Cuneglaſium, Malgocunum, & alios, vt in epiſtolâ eius de excidio Britanniæ videre eſt, ſeuerè increpauit. Magno cum dolore multa mala euenire vidit, quæ Gildas Albanius ingenti cum terrore euentura

lib. 1. cap. 22. prædixerat. Hunc venerabilis Beda quaſi per antonomaſiam notanter Britonum Hiſtoricum vocauit. Et eſt ſanè auctor antiquus, & ſcriptor non vulgaris. Nam ex eius ſcriptis colligitur illum natũ anno quadrageſimo quarto, quàm Saxones in auxiliũ Britonum vocati venerunt in Britanniam, qui fuit annus humanæ ſalutis reparatæ 493. Scripſit de immortalitate animæ librum vnum, de excidio Britanniæ epiſtolam. In ſui temporis Clerum librum vnum. Hiſtoriam quamdam, librum vnum. De geſtis Britonum hiſtoriam. Tandem glorioſus Chriſti Confeſſor nonagenarius in Banchorenſi monaſterio ſanctiſſimè diem ſuum obiit, & ſepulturam accepit IV. Kalendas Februarij circa annum Meſſiæ 583. dum adhuc ruentis imperij Britannici clauum teneret Malgocunus. Vita eius (quo auctore neſcio) haberi dicitur MS. Cantabrigiæ in collegio S. Benedicti. Ioannes etiam à Boſco in libro quem collegit ex veteribus membranis bibliothecæ Floriacenſis non contemnenda habet vitæ illius fragmenta. Vide noſtrum de Apoſtolicis Britanniæ viris catalogum.

examinatum:

10 *Hæc Pitſæus. Non ſunt ſanè contemnenda, vt rectè confitetur Pitſeus, quæ de Gildæ vitâ habet Ioannes Boſcius, ſed multùm ea diſcrepant ab his quæ ipſe tradit. Quis credat vniuerſam* Britanniam *peragraſſe Gildam, quæ tota bellis tunc ardebat, & magnâ ex parte iam occupata erat à Barbaris?* S. Cadoco *in Lancaruanenſi cœnobio dediſſe operam, monaſticam in Banchorenſi vitam complexum, litteris humaniorbus iſthic incubuiſſe, neque refellere animus eſt, neque antiqui ſcriptoris, quo id firmemus, teſtimonium occurrit. Fuit* Banchor, *ſiue* Bangor, *aut* Bongor, *celeberrimũ ampliſſimumq; monaſterium ad* Deuam *flumen, in Flintenſi Comitatu, ad Ceſtriæ fines, ipſo loco vbi quondam* Bonium *vrbs. Nunc de altero Gildæ quid Pitſeus ſcribat, videamus:*

EX VARIIS.

Albanii elogium ex eodẽ Pitſeo.

11 S. Gildas Albanius (hiſtoricum cognominat Matthæus Weſtmonaſterienſis ad annum 186.) regio Britannorum ſanguine in Britanniâ natus, S. Patricij aliquando diſcipulus. Poſtquàm humaniores litteras in patriâ perfectè didiciſſet, & artes liberales deguſtare cœpiſſet, adhuc adoleſcens ſtudiorum cauſâ transfretauit in Galliam, partim vt tumultus bellicos declinaret, partim etiam quoniam adhuc in Britanniâ ſuſpecta fuit nonnullorum doctrina propter hæreſis Pelagianæ contagionem. In Galliis itaque ad aliquot annos viuens & linguam, & philoſophiam, omneſque ſcientias tum ſacras tum profanas, accuratè didicit. Redienſque in patriam, vtà cum multiplici doctrina copioſam retulit librorum ſupellectilem; & vt liberiùs Deo diuinarumque rerum contemplationi vacare poſſet, in ſolitudinem exiuit, vbi ſe ieiuniis, orationibus, vigiliis, ciliciis quotidie macerabat. Multi autem famâ virtutum eius moti vndique ad eum confluebant, vt ab eo morum grauitatem & religionis ſinceritatem, ſimul cum bonis litteris addiſcerent. Omnes enim optima quæque & verbo docebat & facto. Spiritu etiam prophetico multas prædixit clades quæ pòſt euenerunt. Varia pereruditè ſcripſit, ex quibus aliqua ferunt haberi MSS. Cantabrigiæ in publicâ Academiæ bibliothecâ. Compoſuit autem, teſte Matthæo VVeſtmonaſterienſi & aliis, Concordantias in quatuor Euangelia, libros quatuor; Acta SS. Germani & Lupi, librum vnum; De primis inſulæ incolis, librum vnum; Regum Britannorum hiſtoriam, librum vnum; De victoriâ Aurelij Ambroſij, librum vnum; Verſus vaticiniorum, librum vnum; De ſexto cognoſcendo, librum vnum; Super eodem ſexto librum vnum; & alia multa. Sanctiſſimè diem ſuum obiiſſe dicitur in inſulâ quadam non longè à Sabrinâ flumine, IV. Calendas Februarij, anno Domini 512. regnante, vel potiùs cum Anglo-ſaxonibus de regno dimicante, Vthero Pendracone. Corpus eius poſteà tranſlatum dicitur in cœnobium Glaſconienſe, & ibidem honorificè ſepultum eſt. Vide noſtrum de viris Apoſtolicis Catalogum.

diſcuſſum:

12 *Eadem ferè habet Balæus. Verùm quâ auctoritate probant S. Patricij fuiſſe diſcipulum? In Galliâ tumultus bellicos quî potuit deuitare, quæ ipſa Barbarorum gentium incurſionibus tunc maximè infeſtata eſt? Capgrauius quidem circa oſtia* Sabrinæ *in inſulâ quadam habitaſſe ſcribit, ſed cùm infeſtaretur à piratis Glaſtoniam ſe recepiſſe, atque non procul ab illo antiquiſſimo monaſterio & domicilio Sanctorum, eccleſiam ædificaſſe, ibiq; vitam eremiticam egiſſe ac tandem IV. Kalendas Februarij deceſſiſſe, & Glaſtoniæ ſepultum. Sed alia habet Capgrauius, ſeu quiſquis auctor eſt illius vitæ, haud ſatis vel teſtata vel etiam credibilia; idemq; videtur* S. Cadoci, *quam XXIV. Ianuarij dedimus, vitam ſcripſiſſe, paradoxam & nobis nequaquàm probatam.*

Vnicus S. Gildas, Albanius & Badonicus dictus.

13 *Ceterùm vnus idemq; nobis* Gildas *ille &* Badonicus *& Albanius videtur, non* S. Patricij *auditor, ſed* S. Iltuti *aliorumue, & fortaſis* S. Patricij *diſcipulorum, qui patre Albaniæ Rege natus, inde* Albanius *dictus à recentioribus, &* Badonicus, *quòd prælij ad Badonicum montem commiſſi meminerit. Ita cenſent tum alij viri eruditi, tum nuperrimè Authertus Miræus in ſuâ Bibliothecâ, & Gerardus Ioannes Voſſius lib. 2. de Hiſtoricis Latinis cap. 21. qui tamen vnde acceperint eum Banchorenſem Abbatem fuiſſe, non produnt. Vnicum fuiſſe* Gildam, *clariùs patebit, ſi qui vtrique tribuuntur libri, diſcutiantur.*

Libri Badonico tributi,

14 Gildam Badonicum *tradit Balæus ſcripſiſſe,* De excidio Britanniæ lib. 1. In ſui temporis Clerum lib. 1. Concio-

Ex variis. ciones mordentes. Historiam quamdam, quæ incipit: Alboinus Longobardorum Rex ab. De immortalitate animæ lib. 1. *Addit Pitseus* De gestis Britonum historiam, *quæ dicitur MS. extare. Verùm ex his sex libris primi duo extrà controuersiam sunt. Liber* de gestis Britonum, *idem nobis videtur, qui & de excidio Britanniæ.* Conciones mordentes *fortassis excerpta quædam sunt ex duobus illis prioribus epistolicis tractatibus. Historiam illam quæ incipit*, Alboinus Longobardorum Rex, *quis à Gilda scriptam credat, qui quo anno in Italiam venit Alboinus, Christi nimirùm 568. iam septuagesimum quintum annum agebat ætatis? Legit eam historiam fortassè quispiam in eodem scriptam codice, in quo & Gildæ erat liber, & eiusdem fœtum vtrumque credidit. Idem fas de libro altero animæ immortalitatem asserente suspicari. Non quòd non ipsi plura scripsisse acerrimi ingenij virum existimemus; sed tribuere illi incerta, non visa, nullius antiquioris scriptoris fide testata opera non temerè volumus.*

& Albanio: 15 Gildæ Albanio *hæc tribuit Balæus:* De primis habitatoribus insulæ lib. 1. Regum Britannorum historiam lib. 1. De victoriâ Aurelij Ambrosij lib. 1. Versus vaticiniorũ lib. 1. Acta Germani & Lupi lib. 1. De sexto cognoscendo lib. 1. Super eodem cognoscendo lib. 1. Commentarios Euangeliorum lib. 4. *Sed tres priores libros non esse alios à libro* Gildæ Badonici de excidio Britanniæ, *legenti patet.* De primis insulæ habitatoribus *citatum vspiam Gildam legerant: librum alium à vulgò notis, & auctorem alium commenti sunt. Vnus idemq; est, & de primis insulæ habitatoribus scribit:* Hæc erectâ ceruice & mente, ex quo inhabitata est, nunc Deo, interdum ciuibus, nonnumquàm etiam transmarinis Regibus ingrata consurgit *&c. quem locum citans Polydorus Vergilius lib. 1. ista subiungit:* Hîc Gildas innuit primos insulæ habitatores cognitionem habuisse Dei *&c. Eadem prorsus ratione victoriæ Aurelij Ambrosij, & veterum Regum Britanniæ, facta vspiam mentio est, Gildâ citato; & qui Gildæ librum de excidio Britanniæ non legerant, alium librum, alium auctorem excogitarunt.* De Actis SS. Germani & Lupi, *nihil habemus quod pronuntiemus: quæ in manibus sunt, ab aliis composita auctoribus sunt: proferantur illa, aut certè veterum de iis testimonia. Idem de Commentariis illis in Euangelia iudicium esto. Nam de sexto cognoscendo quid scriptum sit, aut à quo, aut quid sibi id velit, haud diuinamus.*

huius vaticinia ab impostore conficta. 16 *Libellum vaticiniorum audimus extare, ipsi non vidimus: explodunt eum Polydorus, Vossius, Miræus, alij. Polydori hæc verba sunt:* Extat item alter libellus (vt tempestiuè Lectorem nefariæ fraudis admoneamus) qui falsissimè inscribitur GILDÆ COMMENTARIVM, haud dubiè à quopiam circulatore compositum, ad corroborandum cuiusdam noui hominis commentum. Sanè is nebulo longè post homines natos impudentissimus, summatim illud ex eiusmodi noui auctoris farinâ dealbauit, crebrò factâ Bruti mentione, id quod Gildas nũquàm somniauit: & vt callidiùs legentes falleret, quædam ex suo addidit, quo vel duos fuisse Gildas, vel hunc libellum Gildæ prioris opusculi epitomen crederes. Quorum tamen vtrumque tantùm abest vt à doctis recipiatur, vt etiam vnusquisque mediocriter eruditus, id doli facilè deprehendat, ac pro fallaciâ habeat. *Hæc Polydorus. Eadem ex Polydoro recitat & probat Vossius, omninoq; duos fuisse Gildas negat, & Buchananum in Gildæ ætate multipliciter hallucinatum meritò reprehendit.*

Alius Gildas fabulosus scriptor. 17 *Alius præterea* Gildas *citatur, genere Britannus, patre Hibernienſi, qui ineptissima quædam scripta edidit, anilibus fabulis referta, quæ neque nos vidimus, nec legere otium foret aut mens. Satis est à viris eruditis explodi otiosi impostoris vanitatem. Meminit eius Vossius lib. 2. de historicis Latinis cap. 36. Nicolaus Harpsfeldius lib. 1. cap. 23. vbi de Albanio illo Gilda eiusq; vaticiniis ambiguè loquitur. Illius tertij Gildæ scripta ambitiosè recensent Balæus & Pitseus: & hic quidem eruditionem hominis laudat, mentiendi libidinem reprehendit. Alium iidem* Gildam *laudant, scriptis clarum, & Romæ quidem à temporibus Augusti versatum ad Iuuenalis, Martialis, ac Valerij Flacci ætatem, imperium videlicet Domitiani, satis diuturno quidem tempore vt potuerit quispiam veterum eius meminisse. At satis Gildarum est. Vnicum agnoscimus ac veneramur.*

§. III. *Gildas vnicus in Galliâ, isque Britannus.*

18 *IN Galliam cum nostro Gilda nauigemus; sed meliori quàm ei quidam tribuant, nauigio, ac remigibus. Occiduam Galliæ inter Aquitanos ac Belgas oram* Armorici *colunt, qui nunc* Britanni, *siue* Britones *nuncupantur, vel quia è Britanniâ insulâ oriundi, vel quia ab ipsis, vt volunt, & suffragatur Beda, primùm in insulam ductæ coloniæ. Horum Gallicanorum Britonum populi plures, iam olim celebres & re nauticâ & belli studiis. In his ad Australem plagam, Oceano proximi, vnde* Armoricum *nomen,* Nannetes, Veneti, Curiosolites. *Curiosolitum regionem* Cornugalliam, *vrbem* Coriſopitum *vocauêre medij ævi scriptores, quæ ipsis* Kemper, *&* Kempercorentin *dicitur, à S. Corentino Patrono. Nannetum vrbs vulgò* Nantes *appellatur, ad Ligerim amnem sita. Medij inter Nannetes & Curiosolites* Veneti *sunt. Apud hos ad lævam* Blaueti *fluminis ripam* S. Gildæ *monasterium est, quod vulgò* S. Gildas de Ruys *nuncupatur, aliis* Riuense, Ripense, Ruyense, Ruitiense, Reum-visij. *Ruytiense S. Gildæ monasterium*

19 *Id à* S. Gilda, *siue Gildasio, conditum in confesso est. Sed duos quidam* Gildasios *faciunt, quorum prior id construxerit, alter restaurârit. Albertus Magnus de Morlaix, priorem illum gente Hibernum, Grallonis I. Britonum Armoricorũ Regis Cancellarium ait fuisse, ac sibi donatum Rhuytiense castrum in cœnobium conuertisse; eiusdem Grallonis exequiis anno Christi 405. interfuisse iam tum Abbatem Rhuytiensem, vnà cum S. VVinvvaloeo, de quo III. Martij agemus; idq; ex veteribus monumentis constare: sed grandem natu decessisse hunc* Gildam, *cùm librum de excidio Britanniæ sub Vortigerno scripserit. Quantâ monumentis illis, quæ & alibi citat, habenda sit fides, alij examinent: id certum est, auctorem libri illius de excidio Britanniæ diu post Vortigerni mortem natũ, sub annũ demum 543. illum commentarium composuisse, vt suprà probatum est. Nec ipse satis sibi auctor hic constat, dum & alteri Gildæ librum illum tribuit.* *non sub annũ 400. conditum,*

20 *Dicitur quidem in Breuiario Ecclesiæ Nannetensis,* Grallon, qui toti prouinciæ *Armoricæ* imperabat, *Gildæ* sanctitatis & meritorum famâ permotus, monasterium in insulâ Ruiensi ipsi & suis extruxisse, multisque redditibus ditasse. *Sed si nullus ab anno 405. ad 800. Britonum Rex Duxúe* Grallo *fuit, vt contendit idem Morlaix, dicemus in* Grallonis *nomine isthic mendum esse, cùm ibidem addantur Gildæ in litterarum studiis socij* SS. Sampson *&* Paulus, *quos nemo ante Theodosij senioris ætatem natos scribit, sed integro sæculo iuniores cuncti fatentur; quo nimirùm tempore, & ille vixit* Gildas, *quem vult Morlaix monasterium illud reparasse, tempore VVeroci Venetensium Comitis: quem monachus Ruiensis, qui ante 600. ferè annos, vt mox dicemus, S. Gildæ vitam scripsit, non restauratorem illius cœnobij, sed primum eius auctorem scribit.* Veniens itaque ad quoddam castrum, *inquit,* in monte Reumvisij, in prospectu maris situm, ibi portoris fabricæ construxit monasterium, atque in eo clausura cœnobitali ritu perfecit. *Nec vsquam indicat anteà isthic cœnobium extitisse.* *sed sexto sæculo.*

21 *Duos quoque Gildas agnouit Andreas Saussaius in Martyrologio Gallicano hoc die; sed ab horum vtroque diuersum, saltem alterum; ac de priori quidem ita scribit:* In minori Britanniâ, territorio Venetensi, S. Gildæ, seu Gildarij Abbatis & Confessoris, qui regio Britannorum sanguine in maiori Britanniâ progenitus, à parentibus nobilissimis B. Hilduto eremitæ, S. Germani Parisiensis Episcopi alumno, pietate & litteraturâ traditus imbuendus, iam à tenerâ ætate fide magnus, & religione præcellens emicuit: nec minùs subinde scientiæ decore clarus, sic orationi & vitæ austeritati sese dedit, vt religiosissimo magistro ac condiscipulis, ob intensum diuini cultus feruorem, magnum sui amorem, ac admirationem incusserit. Deinde adhuc adolescens, vt tumultus bellicos, quibus patria quatiebatur, atque cõtagionem Pelagianismi adhuc his in locis pullulantis declinaret, diuinæque sapien- *Elogium S. Gildæ ex And. Saussaio.*

tiæ

tiæ limpidiores imbiberet latices, in Galliæ partem,quæ Armorica dicitur, transfretauit,vbi plenè delibatâ Christianæ philosophiæ theoriâ, eam ad sanctimoniæ & doctrinæ gloriam euasit, vt multiplicis gratiæ, quâ diuinitus insignitus pollebat, magnum circumquaque exhibuerit splendorem. Inde iam sacerdotio decoratus, patriæ vt laboranti diuersâ lue opem ferret, redux in maiorem Britanniam, hæreses atque ethnicam superstitionem haud adhuc illic stirpitus excisam, quà verbo, quà sanctis actibus & miraculis oppugnare aggressus. Hibernos maximè ab impietatis erroriſque non modò laqueis, sed & vitiorum turpiter illic grassantium exitiosis nexibus,fortiter emancipatos,feliciter in veritatis & pietatis tramitem perduxit. His partis Domino pretiosis animarum mercibus, vt liberiùs diuino cultui cælestique contemplationi vacaret, in solitudinem perrexit; vbi constituto tuguriolo, ieiuniis, orationibus, vigiliis sese macerans,Angelicæ potiùs quàm humanæ conuersationis specimen exhibuit. Multi verò famâ virtutum eius moti,vndique cùm ad eum confluerent,vt ab eo religionis sinceritatem vnà cum bonis litteris addiscerent; pertæsus frequentis adeò concursus, rursùs in Galliam traiecit: vbi tranquillâ fixâ statione,in agro Ruyensi,purum Deo famulatum, ad extremam vsque mortalis stadij metam, rependit. Demumque iustitiæ manipulis locupletatus, spiritu prophetiæ insignis,ac diuinæ sapientiæ editis plerisque monimentis illustris, molem mortalitatis exuens, ad desideratæ immortalitatis gaudia pertransiit. Cuius venerandæ memoriæ, extructum itidem in aceruum testimonij cœnobium, hactenùs nomine & pignoribus eius conspicuum, sacrati cultus ibidem perennauit celebritatem. Quæ & in maiori ecclesiâ Venetēsi, quæ præsidiis etiam eius nititur,& meritis gloriatur,hoc ipso die plurimùm est solennis.

expensum.

22 *Hæc Saussaius. At prior illa in Galliam profectio,reditus, vita eremitica in patriâ instituta, haud sat nobis probata. Quòd* S. Iltutum S. Germani Parisiensis *discipulum facit, vel memoriâ lapsus est, vel Gildæ Iltutiq; ætatem vix obiter expendit. Decessit* S. Germanus *sub annum Christi 577. ferè octogenarius, cùm Gildas, si adhuc erat in viuis, octogesimum quartum annum ageret ætatis.*

An fuerit S. Gildas iunior S. Philiberti discipulus?

23 *Idem Saussaius in Supplemento Martyrology hoc ipso die:* In Britanniâ minori S. Gildæ Abbatis, S. Philiberti Cœnobiarchæ Carnotensis discipuli, à quo Christo progenitus, pristinos deserens mores, mundo crucifixus, in ipso iuuentutis flore formam perfectæ senectutis induit; obedientiâque,humilitate,castimoniâ,vitæque austeritate præclarus ad beatæ immortalitatis gaudia profectus est. Ipso die S. Germani Confessoris, qui cum S. Philiberto Apostolico spiritu feruens, mare traiecto, Occidentalibus populis verbum Domini erogauit, partâque copiosâ messe diuinæ sementis manipulis onustus susceptæ gratiæ, æternam peruenit ad requiem. *Huius Philiberti solùm in topographico Martyrologij Indice meminit Saussaius, his verbis:* Philibertus Carnutensis Abbas, in Supplemento 29. Ianuarij; *vbi nimirùm de eo egerat in elogio* Gildæ *&* Germani, *quod iam dedimus. Nulla* Philiberti *huius mentio, eiusúe apud Carnutes monasterij,in Sebastiani Rouillardi historiâ Carnutensi, Galliâ Christianâ Claudij Roberti, Breuiario Carnutensi, Catalogo beneficiorum Galliæ. In vitâ* S. Gildæ *MS. ex quâ, vt §. sequenti dicemus, veteris Corisopitensis Breuiarij sumptæ Lectiones videntur, memoratur* B. Philibertus Tornodorensium Abbas in Oyâ insulâ. *Saussaius videtur* Carnutum *pro* Tornodorensium *legisse.*

Quâ occasione confictus?

24 *Quærere lubet (si tamen laboris pretium erit, vel causas nosse errorum) quid vitæ illius scriptori in mentem venerit* Gildam *cum* Philiberto *coniungere. Infrà in S. Gildæ vitâ, per monachum Ruyensem scriptâ, dicitur* B. Gulstanus *in Ossâ insulâ eremiticam egisse vitam, ac dein monachus in Ruyensi cœnobio factus; posteà negotij causâ missus ad castrum Bellumvidere, ibidem in domo monachorum S. Petri Maleacensium sancto fine quieuisse; cuius corpus miraculis cælitus illustratum monachi S. Philiberti ad suam ecclesiam deportarunt. Quod illud S. Philiberti monasterium? Nam Maleacense quidem, quod deinde à Ioanne XXII. in Sedem Episcopalem erectum, à Guilielmo IV.* Ex variis. *Pictauensi Comite fundatum in Pictonibus, haud multis à Rupellâ leucis, ex fragmento quodam historiæ Aquitanicæ testatur Baronius ad an. 1024. nu. 3. Inter Maleacum & Nannetes* Stagnum Grandis-loci *obseruamus à Geographis locatum, iuxtaq;* vicum S. Philiberti de Grandi-loco. *At vita MS.* S. Philibertum *in insulâ quapiam Oceani constituit. neque eius monasterium longè à castro (quod nunc oppidū est) Bello-videre, vulgò* Beauvoir, *dissitum est. Illud igitur omnino videtur, quòd* S. Philibertus Abbas Gemmeticensis, *vt in eius vitâ 20. Augusti dicitur,* & Ansoaldus Episcopus Pictauensis, largiente Domino, Herio maris in insulâ locauerunt, Ansoaldus opere & eleemosynæ largitate; Philibertus religione, doctrinâ, operæ misericordiæ, & monachorum congerie: in quem locum de gemmato fauo Gemmetici diuina mella perrexerunt cum animarum examine: quem Apostolicus vir Ansoaldus de rebus propriis ditauit muneribus magnis,actâ quoque commutatione villarum cum Ecclesia Pictauensi. *De hoc monasterio ita scribit Papirius Massonus lib. de fluminibus Galliæ:* Herus etiam insula dependens à Tornachio ad Ararim monasterio oppiduloque. Nerum nunc, non Heram, vulgò Ner; id quoque monasterium nautæ album vocant, quòd procul videatur silua populea, cuius frondes vnâ ex parte albæ sunt,ex alterâ verò viridis: inque eâ insulâ est oppidulum octingentarum casarum.

S. Philiberti monasterium in Hero insulâ.

25 *Hoc monasterium cùm sæculo nono vastassent Normanni, Carolus Caluus, XIV. Kal. April. anno regni sui XXXV. Geiloni Abbati* castrum Trenorchium (*quod alij* Tornusium *vocant*) & abbatiam S. Valeriani Martyris, in pago Cabilonensi super fluuium Sagonam, *siue Ararim, donauit; vt ex ipsius Caroli liquet diplomate, quod Petrus de S. Iuliano recitat in Antiquitatibus Tornusianis; traditq; Prioratum in Hero insulâ relictum, dictum* Narmoustier, *vel* Nermontier, *id est,* Nigrum monasterium, *Tornusiano cœnobio subiectum. Hinc ergo occasio vitæ illius MS. auctori, vel ex quapiam anili relatione, vel quâ aliâ ratione, fingendi ad S. Philibertum, qui sub finem sæculi septimi viuebat, tyrannicè dominante in Francos Ebroino, venisse Gildam adolescentulum, qui annis centum, & quod excurrit, senior erat Philiberto. Sed* Tornodorum *pro* Tornusio *potuit;* Oyam *insulam pro* Hero: *nam* Oya *Australior est, adiacetq;* Reaco, *siue* Reæ *insulæ.*

Tornusiano subiectum.

26 *Cùm ergo neque antiquior ille* Gildas, *quem Morlaix Theodosio seniori eiusq; liberis æqualem facit, neque recentior S. Philiberti discipulus, cuiusquam vetusti scriptoris auctoritate stabiliatur; vnicum in Galliâ (præter* S. Tremonium, *VVeroci Comitis nepotem,* Gildam *quoque appellatum, ipsius Gildæ Sapientis, non Philiberti discipulum)* Gildam *statuemus, quem & Britannia insula veneratur,apud se genitum, litterisq; ac pietate imbutum. Et mirum sanè esset tot* Gildas, *quot alij commenti sunt, omnes eodem die IV. Kalend. Februarias dici obiisse.*

S. Gildas vnicus fuit.

27 *Natus est porrò Gildas noster, vt infrà in vitâ dicetur,* patre Cauno nobilissimo viro. *Capgrauius* Can Regis Albaniæ *filium facit, & fratrem eius* Howelum *ab Arturo Rege occisum tradit: quæ fortassis Gildæ & in Hiberniam & deinde in Galliam migrandi occasio fuit, ne quid ab Arturo rerum potiente incommodi pateretur;neu quid ille (vt semper suspicosa ambitio est) motum iri à Gilda metuens, eius vnius causâ ceteris monachis negotium facesseret; quamquàm diuinum accessit, quo in Galliam proficisci iuberetur, oraculum. Quam Capgrauius generali nomine* Albaniam *dixit Gildæ patriam, eam monachus Ruytiensis vitæ scriptor* Areelutam *vocat. Est* Arcluta, *vulgò* Arcluid, *siue* Alcluid, *in vitâ S. Columbæ* Petra Cloithæ,*aliis* Petra Cluid, *Britannorum arx munitissima; & minoris alicuius regni sedes. Nam in vitâ S. Columbæ regnasse isthic dicitur* Rodericus filius Tothail, *qui Scottus an Britannus fuerit,nobis adhuc incompertum; Scottum potiùs remur, quòd in vitâ S. Kentigerni 13. Ianu. cap. 6. nu. 31. de eo istæc dicantur:* Suscitauit tandem Dominus Regem, nomine Rederech, à discipulis S. Patricij in Hiberniâ baptizatum. *Dicitur nunc Arcluid* Dunbritton, *id est, oppidum Britannorum, & metathesi quadam* Dunbarton, *estq; etiamnum*

Eius patria Arcluta.

quæ nunc in Scotiâ.

Ex variis. *validum Scotiæ propugnaculum, ad Leuini & Cluidæ amnium confluentes, infra Glaſcuam vrbem Epiſcopalem. Fuit hæc regio veteris Albaniæ pars, neque à modernâ Albaniâ Scotiæ prouinciâ procul ſemota eſt.* Albaniam *nunc bellicoſi cumprimis homines incolunt, veterum Scottorum genuina ſoboles, qui, teſte Cambdeno, ſe* Albinnich, *Scotiam* Albin *vocant.*

Scottusne an Britto fuerit.

28 Caunus *verò S. Gildæ parens* Britannus *fuerit an Scottus, haud quærimus: Scottum fuiſſe liceat ſuſpicari quòd filius eius* Coellus, *ſiue* Cuillus, *aut* Howelus *ab Arturo Britonum Rege occiſus dicatur. Et ſanè prima ad Arclutam Scottorum ſedes fuit, Bedâ teſte:* Eſt autem, *inquit lib. 1. cap. 1.* ſinus maris permaximus, qui antiquitus gentem Britonum à Pictis ſecernebat; qui ab Occidente in terras longo ſpatio erumpit, vbi eſt ciuitas Britonum munitiſſima vſque hodie, quæ vocatur Alcluith. Ad cuius videlicet ſinus partem Septemtrionalem Scotti (quos diximus) aduenientes ſibi locum patriæ fecerunt. *Mirum ſanè à Dauide Camerario, tanto ambitu etiam aliarum gentium Sanctos quoſdam patriæ ſuæ vendicante, Gildam inter Scottos non numerari. Verùm, quòd* Arcluith, *etiam Bedæ ætate, Britonum erat; quòd Gildas in Cambriam diſciplinæ gratiâ miſſus à parentibus dicitur; Britannum fuiſſe probabilius nobis videtur. Sed perperàm in Cornvvallia natum quidam ſcribunt, quæ ab Arclutâ immenſo ſpatio diſtat.*

§. IV. *Vita S. Gildæ à quo ſcripta.*

Vitæ S. Gildæ ſcriptæ à Caradoco:

29 CAradocum Lancaruanenſem, *Galfridi Monumetenſis æqualem, circiter annum Chriſti 1150. eruditionis laude floruiſſe tradunt Pitſeus, Balæus, Voſſius, & cùm alia reliquiſſe ingenij ſui monumenta, tum* Gildæ Albanij *vitam conſignaſſe litteris, cuius initium ſit:* Nauus fuit Rex Pictorum nobilis. *Eam vitam necdum vidimus, nec poſſumus an maiorem quàm Galfridi hiſtoria fidem mereatur pronuntiare.*

alia (quæ hic editur) ab anonymo,

30 *Scripſerat aliquanto antè S. Gildæ vitam monachus quidam Ruyticenſis, ſiue è S. Gildæ monaſterio, quam ex vetuſtiſsimis membranis Floriacenſibus edidit in Bibliothecâ Floriacenſi Ioannes Boſcius Cæleſtinus: è quo eam hic damus. Ipſe, vbi & quando vixerit, auctor indicat. Nam cap. 7. nu. 43. ita ſcribit:* Nec prætereundum ſilentio eſt, quas eodem tempore priores

monacho Ruyenſi,

noſtri, qualeſque humani generis inimici in hoc ſacro cœnobio pertulerint moleſtias. *& num. 42.* Socij verò ipſius *ægri* cùm ad ſanctum veniſſent locum, rogauerunt me vt caballum, quo eum deferrent, tranſmitterem: quod & feci. Adductus itaque eſt, ſed quia ſtare non poterat, in domo hoſpitum collocatus eſt.

31 *Ætatem ſuam ita declarat: cap. 6. nu. 35. narrat miſſum* Felicem *monachum anno 1008. à* Goſlino *Abbate Floriacenſi, ad Gaufredum Comitem, ad reſtauranda Britanniæ monaſteria.*

ſeculo vndecimo,

deinde nu. 38. ſcribit ſedecim annis pòſt, nimirùm 1024. ad Floriacenſe cœnobium eſſe reuerſum; ſed rurſus remiſſum, cœpiſſe demum monaſterium S. Gildæ reſtaurare: & addit cap. 7. num. 40. Erat autem in eodem loco, ipſo tempore (*quo nimirùm Felix monaſterium reparabat*) quidam Dei ſeruus, ſolitariam vitam ducens, nomine Ehoarn, *&c. huius interfectorem* Leopardum *narrat à dæmone arreptum, ac deinde ſubiicit:* Vidimus namque eum per viginti annos nullo tegi indumento, *&c.*

fide digna,

32 *Scripta eſt ergo hæc vitæ à 600. ferè annis, à fide digno & graui auctore, qui vetera litterarum monumenta ſedulò excuſsit, & quæ ſuâ ætate acciderant breuiter percenſuit, & plura fortaſsis quàm edita ſint à Boſcio, nam mutila erant membranæ Floriacenſes; & fortaſsis vt* Ginguriani *&* Gulſtani, *ita & aliorum illuſtrium eius cœnobij monachorum geſta proſecutus eſt auctor. Legiſſe ſe aut ſaltem quoquo modo indagaſſe, quæ de* S. Gilda *extabant, cap. 5. oſtendit ita ſcribens:* Quadam enim nocte cùm eſſet, vt antiqui affirmant, in amabili ſuâ inſulâ Horatâ, *&c.*

citata à Papirio Maſſono.

33 *Papirius Maſſonus lib. de fluminibus Galliæ oſtendit ſe aliud habuiſſe eius vitæ exemplar, & plenius fortaſsis; ita enim ſcribit:* Et in vitâ S. Gildæ cap. 13. hæc de eodem flumine (*Blauitâ*) reperio: Super ripam fluminis Blaueti, Pontiuium Humbantumq; oppida interſecans, nec vſquam vadoſus amnis in ipsâ Venetiâ labitur in Oceanum. *Quæ ita efferuntur in editione Boſcij cap. itidem 13. hic infrà (nam capitum diſtinctionem, niſi certò conſtet ab auctore factam, vt opportunum eſt, mutamus, quòd ſæpenumerò varient MSS. codices) cap. 3. num. 17.* Tunc deinde conſtruxit paruum oratorium ſuper ripam fluminis Blaueti, ſub quadam eminenti rupe, *&c. Quæ Papirius addit, fortaſsis à librario quopiam adiecta ſunt; non ab ipſo auctore, qui ante oculos poſita, veluti nota omnibus, non ita enucleatè videtur expoſuiſſe.*

Alia extant MS.

34 *Præter hanc, aliam accepimus Rotomago à Frederico Floueto noſtro, è veteri codice deſcriptam S. Gildæ vitam, cuius nobis & auctor ignotus & ſuſpecta fides, tum propter ea quæ ſuperiore §. de* SS. Philiberto *&* Germano *dicta, tum quia alia commemorat inſolita & portentoſa prodigia, de quibus mox. Eam tamen vitam Lectiones veteris Breuiarij Coriſopitenſis expreſsêre, & cum monachi Ruyenſis narratione permiſcuit Morlaix, nec Sauſſaius repudiauit. Viſum eſt initium eius vitæ hîc dare, reliquæ narrationis capita curſim perſtringere. Ita ergo habet:*

Eius exordium.

35 Dominici inſtitutione præcepti, ſummâ deuotione feliciter erudita innumerabilia Sanctorum agmina, cuncta perluſtrant terrarum ſpatia: Verbum enim Domini perlucidum cunctum repleuit orbem terrarum: quo pullulant omnes Sancti velut roſæ & lilia in horto exorta graminei campi; purificati lauacro ſalutari, redempti pretioſiſſimo cruore lateris Chriſti. E quorum numero Beatus extitit Gildaſius, & proſapiâ Britannicæ regionis clarâ oriundus; qui nobiliori genere ortus citiùs efflorùit, atque à venerandis parentibus B. Philiberto Tornodorenſium Abbati in Oyam inſulam delatus eſt, ſacri baptiſmatis vndâ purificandus. Qui prædictus Abbas vnà cum B. Germano tranſnatauerat mare, vt gentibus Occidentalis plagæ verba diuini eloquij erogaret. Qui ſuſcipiens puerum ſanctum, videlicet Gildaſium, ſancti baptiſmatis vndâ ſtuduit purificare, & ſacris litteris fecit erudiendum tradere. Et videns eum elegantis formæ decore pollentem, ac liberalium litterarũ ſtudiis amantiſſimum intentum, feruenti adamauit deſiderio, ſuoque permiſit perfrui ſancto ac roborari conſortio. Beatus igitur Gildaſius ſub diſciplinâ magiſtrali in ſcholis diuini ſeruitij conſtitutus, parriterque ſolertiæ humanæ & conditionis conſpiciens vtriuſque lineam diſcretionis maluit imitari ſpeciem diuinæ contemplationis, deſerens omnino famam humanæ opinionis, quàm inſequi nobilitatem huius caducæ ingenuitatis. Nam vt athleta Chriſti ſtrenuiſſimuſque miles in cœnobio degens, obedientiæ ſuſcepit arma fortiſſima, priſtinos deſerens mores, & ætatem floridæ iuuentutis in formam transferens ſenectutis.

De S. Gildæ inſtitutione,

vitâ monaſticâ,

36 *Deinceps de virtutibus, & ſtudio lucrandorum Chriſto mortalium, eadem propè commemorat, quæ monachus Ruyenſis; dein reliquum vitæ curſum, hac ferè ſerie. S. Brigidâ Virgine mnemoſynon aliquod poſtulante, nolam à ſe fuſam in vndas abiicit, quæ rectâ ad Brigidam in littore ſtantem defertur: agnoſcit illa munus, oſtentatq; ſuæ curæ commiſsis Virginibus. Inde Romam proficiſcitur Gildas, Apoſtolorum viſit baſilicas, hydropicum verbo curat: draconem, cuius exitialis Vrbi halitus erat, ad montem Tarpeium vt tellus deglutiat, cælitus impetrat. Cæco ac muto Rauennæ viſum præſtat loquendiq; facultatem. Latrones exitium ei machinantes diuinâ vi conſtricti non priùs tollere humo valent veſtigia, quàm ipſe ex eorum manibus elapſus annuiſſet. Tornotenſi in vrbe S. Philibertum conuenit. Reuerſus in patriam* in inſulâ Riuenſi ſolitariam *agit* vitam: *multa patrat miracula.* Tunc deinceps conſtruxit ſibi paruiſſimum oratorium ſuper littus maris cuiuſdam aluei, nomine Blaueti, in quadam rupe eminentiori: & in inferiori parte molendinum fecit, cui ſemel triticum immiſit, quod multis ſuperabundauit annis; cunctiſque ad ſe venientibus abundanter alimoniam præbebat, & omnes infirmos eorum ſanabat.

peregrinatione,

miraculis,

molendino,

37 *Deinceps conſtructo cœnobio,* de petrâ vitrum optimum fecit: *aquam in vinum conuertit, à quatuor dæmonibus habitu monachico indutis inuitatur ad S. Philiberti exequias: nauim ab iis paratam conſcendit: verſùs Oyam ipſis celerrimè remi-*

remigantibus nauigat: aſt dum ſacras preces flexis genibus recitat, & nauis & remiges ſubitò tolluntur ex oculis; ipſe ſuper pallium in Oyam appellit, capſellâ cum libro Euangeliorum vndis hauſtâ: S. Philibertum proſperè valentem reperit: domum reuerſurus, aduerſo vento in Hibernicum littus eiicitur. iſthic paralyticum ſanat: capſellam ſibi nuper elapſam, à piſcatoribus regiis in ingenti quodam piſce repertam, in arâ cum Diuorum pignoribus collocatam agnoſcit, factâque fide ſuam eſſe, recipit & coràm aperit: multos dein conuertit in Hiberniâ, Angliâ, & alibi. Spondet pro tyranno vxoricidâ: illius domo, cùm datam fidem violaſſet, terræ hiatu abſorptâ, coniugem necatam ſuſcitat: eâ natum Gildam iuniorem baptizat, litterisq; & pietate inſtituit.

nauigatione,

reperto libro Euangeliorum amiſſo.

38 *Hæc iſtic de Gilda noſtro. Miracula quædam à Ruytienſi monacho fortaſsis conſultò prætermiſſa, quòd etſi à maioribus accepta, fide caritura exiſtimaret, aut ſunt certè ab aliis conficta. Non ſunt quidem eiuſmodi, quin paria ab aliis Sanctis, præſertim Britannis, Scottis, Hibernis, patrata legantur, ſiue quòd ingenti quadam diuinæ opis fiducià, inſolitum ac propè incredibilem Numinis fauorem primi illi religionis præcones meruerint, ſeu quia populorum ingenua ſimplicitas maximè idonea erat, vt quæ ſapientibus, nihil admodùm vltra ſtatas naturæ vires & ordinariũ cæleſtis prouidentiæ curſum poſcere auſis, numquàm euenirent, ipſis indulgerentur: licet plurima ab imperitis hominibus, ex vetulæ cuiuſpiam narratione, tradita litteris, aut fortaſsis quãdoque immani flagitio conficta ſint. Tamen vt vitam hanc vniuerſim repudiaremus, illa de* S. Philiberto, *modò Tornodorenſi, modò Tornotenſi in Oyâ inſulâ Abbate, intexta narratio effecit. Nam Philibertum aliquem ceteris ignotum ſcriptoribus, (etſi in Oyâ inſulâ cœnobium extitiſſe ex S. Amandi vitâ 6. Februarij conſtet) propterea non exiſtimamus, quòd, vt §. præcedenti dictum eſt, S. Philibertus Gemmeticenſis in Hero inſulâ, in eodem Aquitanico Oceano, non longè ab Oyâ, aliquamdiu vitam egerit, verùm integro poſt Gildam ſeculo. Cur Philiberto Germanum comitem addiderit, & quis ille ſit, vt antè ſcriptum, haud diuinamus. Plures eo nomine ſanctiſſimi viri in Galliâ extitêre. Quem alij* Goluenum *appellant, Sauſſaius in Appendice Martyrologij* Germanum *ſcribit, Leonenſem in Armoricâ Epiſcopum. Hunc, vt 1. Iulij dicemus, tradunt* S. Philiberti *Gemmeticenſis æuo vixiſſe. an fortaſsis vitæ illius MS. auctori hinc occaſio hallucinandi? Iter S. Gildæ in Vrbem (ſed procul ablegato draconis illius peſtilente flatu) facilè nobiſcum credet, qui Britonum, Scottorum, Hibernienſium, antiquiſsimam peregrinandi conſuetudinem meminerit, in pleriſque Diuorum hiſtoriis aſſertam.*

Miracula illa non planè incredibilia,

nobis tamen non probata,

& quare.

Alia Vita in Capgrauio, reiecta.

39 *Aliam* S. Gildæ *vitam, ſed perbreuem, habet Capgrauius; quæ ab eodem videtur auctore ſcripta, à quo vita S. Cadoci 24. Ianuarij, aut nihilò certè peritiore; qui & eamdem vitam citat, & nolam* Alexandro Papæ, *qui eâ ætate nullus fuit, miſſam ſcribit; & prolatum de S. Dauidis Meneuienſis ſanctitate vaticinium, cùm in media concione obmutuiſſet matre eius, etiamtum grauidâ, præſente: cùm alij velint condiſcipulos fuiſſe Dauidem & Gildam. Vtrumque ad Dauidis vitam 1. Martij diſcutiemus.*

Alia Gallica.

40 *Denique* S. Gildæ *vitam Gallicè, vt & aliorum Britanniæ Armoricæ Sanctorum, edidit Albertus Magnus de Morlaix ordinis Prædicatorum.*

§. V. *S. Gildæ memoria in ſacris Faſtis, & alibi.*

S. Gildæ nomen in Martyrologiis,

41 *Vetuſtiſsimo MS. Martyrologio, quod à Laurentio monacho Epternacenſi exaratum,* S. Hieronymi *nomine, quo prætitulatum eſt, ferè citatur à nobis, adiunctum eſt itidem peruetuſtum Kalendarium, in quo iſta habentur hoc die:* Treueris natalis Valerij Epiſcopi, & Luciæ Virginis, & Gildæ Sapientis. *Carthuſiani Colonien. in Addit. ad Vſuard.* In Britanniâ Gildæ Abbatis. *Molanus in Addit. ad eumdem Vſuard.* In Britanniâ Gildæ Abbatis & Confeſſoris. *MS. Florarium:* In Angliâ B. Gildi Confeſſoris. *Caniſius:* Item in Angliâ S. Gildæ Abbatis.

etiam Anglicano, non ſine mendis:

42 *Refertur & à Ioanne VVilſono in Martyrologio Anglicano hoc die, & in primâ quidem editione dicitur Abbas Bangorenſis in Septemtrionali VValliâ fuiſſe, multos edidiſſe libros, inde ſeueram in Cornubiæ montibus vitam eremitico more vixiſſe, ac deceſſiſſe ſub annum 581. apud Cornubienſes, qui, vt ſuprà dictum, veteribus* Darmonij *fuêre, aliis* Corini, *eximiâ in veneratione eſſe, præcipueq; illius ſcripta commendari, ac multa illic ei dicata templa & altaria. In ſecundâ editione (citatis ad marginem Floribus SS. ordin. S. Benedicti, Harpſfeldio, & Capgrauij Legendâ) ſcribit, 7. annos impendiſſe ſtudiis litterarum in Galliâ; Romam inde profectum; poſt in Britanniam reuerſum, ſtrenuè aduersùs Pelagianos decertaſſe: tandem anachoreticam vitam aggreſſum, in exiguo oratorio iuxta Glaſtoniam, reliquum ætatis in ſummâ abſtinentiâ peregiſſe, aſsiduis precationibus & cæleſtium rerum contemplationi intentum: demum è vitâ migraſſe ſub annum 512. & Glaſtoniæ tumulatum. Quæ ſunt pleraque à nobis ſuperiùs refutata.*

Ex VAs-RIIS.

43 *Mirabiliter de* Gilda, *vel* Gildis, *philoſophatur Philippus* Ferrarius *in Generali Catalogo SS.* Coriſopiti, *inquit,* in Britanniâ minore S. Gildæ Abbatis. *Addit in Notis:* Vixit circa annum 860. extat cœnobium S. Gildæ apud Coriſopitam in pago Neobrigienſi. *Citat Molanum & Martyrol. Anglic. ac monaſticum. Molani verba dedimus: ſilet is de ætate, Anglicanum Martyrol. diuerſam aſsignat.* S. Gildæ *monaſterium antè ſcripſimus in Venetis eſſe, quos à Curioſolitibus Blauetus amnis diuidit. Curioſolitum vrbs* Coriſopitum *nunc, regio* Cornugallia, *ſiue* Cornwallia *dicitur. hinc Ferrario errandi occaſio: in* Cornwalliæ *Anglicanæ, ſiue Danmoniorum, prouinciâ extremum vitæ duxiſſe* Gildam *VVilſonus in primâ editione Martyrologij ſcribit:* Cornwalliam *Armoricam interpretatus eſt Ferrarius. At quis etiam in hac pagus* Neobrigienſis? *Citauerat VVilſonus ad marginẽ* Guilielmum Neubrigienſem, *à Neobrigenſi ſiue Neubrigenſi in diœceſi Eboracẽſi cœnobio, vbi inſtitutus fuit, ita appellatum. Hinc ille pagum Neubrigienſem in Armoricâ iuxta Coriſopitum locauit. Niſi pagum* Ruyenſem *ſcribere voluit: & propè quidem ille diſtat à Curioſolitum finibus, aſt ab vrbe Coriſopito minimùm 40. millibus paſſuum.*

Ferrarius correctus

Gildæ monaſterium,

44 *Quòd Martyrologium monaſticum citat Ferrarius; Menardus quidem, citatâ ad marginem Bibliothecâ Floriacenſi, hoc die ita ſcribit:* In Britanniâ minori S. Gildæ Abbatis & Confeſſoris. *Sed Menardi Martyrologium anno Chriſti 1629. editum non viderat Ferrarius, qui Catalogum ſuum anno 1625. publicauit. VVion in Martyrologio & appendice Gildæ non meminit, (licet eum Morlaix citet) ſed lib. 2. cap. 68. ita ſcribit:* F. Gildas quartus Britannus, monachus Benedictinus congregationis Benchorenſis, qui floruit anno 860. alius à Gildâ cognomento Sapiente, ſcripſit Breuiarium hiſtoriarum & alia hiſtorica. *Hic eſt ille* Gildas, *ſiue quis alius & ætatem, auctor nomen Gildæ vſurpans, cuius ſuprà diximus fidem nutare. Hinc ergo ætatem didici Ferrarius: ſed quo argumento hunc Sanctum haberi probat?*

45 *Addit idem Ferrarius in Notis:* Fuit alius Gildas & ipſe Abbas, S. Eltuti diſcipulus circa annum 660. de quo Trithemius lib. 3. cap. 47. & alius cognomento Sapiens in Angliâ, qui excidium Britanniæ libro integro deplorat. *Non 660. ſed 600. clarui ſe* S. Gildam *ſcribit Trithemius lib. 2. de viris illuſt. Ord. S. Benedicti. Ad annum tamen 600. certum eſt non peruenisſe, nedum 660. An inſtituta Benedictina in Galliâ complexus ſit nos latet. Certum eſt* S. Iltuti *monaſterium non fuiſſe Ordinis Benedictini, cùm in eo eruditus ad pietatem eſt Gildas initio ſexti ſeculi, cùm nondum conditus is Ordo eſſet, nec ante annum 540. in Galliam, nedum in Cambriam propagatus.*

S. Gildas an Benedictinus fuerit?

46 *Præter iam citatos auctores, Gildæ meminerunt alij complures: Guilielmus Neubrigienſis Proœmio in hiſtoriam ſuam:* Habuit gens Britonum ante noſtrum Bedam proprium hiſtoriographum Gildam, quod & Beda teſtatur, quædam eius verba ſuis litteris inſerens, ſicut ipſe probaui, cùm ante annos aliquot in eiuſdem Gildæ librum legendum incidiſſem. Cùm enim ſermone ſit admodùm impolitus atque inſipidus, paucis eum vel tranſſcribere vel habere curantibus, rarò inuenitur. Integritatis tamen eius non leue documentum eſt, quia in veritate promendâ propriæ genti non parcit, & cùm admodùm parcè bona de ſuis loquatur, multa in eis mala deplorat,

laudatus à Neubrigienſi

nec

Ex variis. nec veretur, vt verum non taceat, Brito de Britonibus ſcribere, quòd nec in bello fortes fuerint, nec in pace fideles. *Mentio fit monaſterij* S. Gildaſij *in vitâ S. Genulphi XVII. Ianuarij, lib. 2. cap. 16. In vitâ S. Pauli Leonenſis XII. Martij de Gilda dicitur:* cuius ſagacitas ingenij & induſtria animi refertur fuiſſe admirabilis. *Agitur quoque de* S. Gilda *VIII. Nouembris in vitâ S. Tremorij, cuius hic infrà mentio fit. Agit & Antonius Yepes de eo Chronic. Benedict. centur. 1. ad an. 562. cap. 2. Bertrandus Argentræus hiſtor. Britannicæ lib. 1. cap. 28. Benedictus Gononus lib. 1. de vitis PP. Occidentis, & alij à Morlaix citati.*

VITA

Auctore Ruyenſi monacho anonymo,

ex Bibliothecâ Floriac. Ioan. Boſcij.

CAPVT I.

S. Gildæ genus, inſtitutio, miracula.

1 Beatus Gildas, Areclutâ fertiliſſimâ regione oriundus, patre *a* Cauno nobiliſſimo & Catholico viro genitus; ab ipſo puerili æuo, toto mentis affectu Chriſtum ſtuduit ſequi. Arecluta autem regio cùm ſit Britanniæ pars, vocabulum ſumpſit à quodam flumine, quod Clut nuncupatur, à quo plerumque illa irrigatur. Inter cetera verò quæ ipſe S. Gildas ſcripſit de miſeriis, & præuaricationibus & excidio Britanniæ, hoc etiam de illâ præmiſit: Britannia, inquit, *b* bis denis biſque quaternis fulget ciuitatibus, ac nonnullis caſtellis decoratur. Murorum quoque ac turrium, ſeratarum portarum, domorum etiam, quarum culmina minaci proceritate porrecta in editum forti compage cernuntur, non improbabiliter eſt adornata inſtructis munitionibus. Campis quoque fulget latè panſis, collibuſque amœno ſitu locatis, præpollenti culturæ aptis; montibus etiam alternandis animalium paſtibus optimè conuenientibus; qui diuerſorum colorum floribus grati redduntur humanis viſibus, veluti electa ſponſa diuerſis ornata monilibus. Fontibus lucidis crebriſque gaudet, ex quibus riuuli leni murmure ſerpentes, ſuaue pignus ſoporis tribuunt viatoribus feſſis. Duorum etiam oſtiis nobilium fluminum, Tamelis videlicet ac Sabrinæ, veluti brachiis meliorata, per quæ eidem Britanniæ olim tranſmarinæ deliciæ ratibus vehebantur, aliorumque fluminum minorum infuſione irrigatur. Oſtenſo ergo ſitu & opportunitatibus loci, necnon regionis, vnde præfatus vir venerabilis & ſanctus oriundus fuit, eius denique vita, Domino adiuuante, ſubſcribatur.

a S. Gildas oriundus ex Britanniâ.

b eius verbis hic deſcriptâ.

2 Cauno itaque eius genitor, & alios *c* quatuor fertur habuiſſe filios, Cuillum videlicet valdè ſtrenuum in armis virum, qui poſt mortem patris, ei in regno ſucceſſit: *d* Mailocum quoque, qui à patre ſactis litteris traditus, & in eis benè edoctus, relicto patre, atque rebus paternis abrenuntians, venit *e* Lyûhes in pago Elmaïl, ibique monaſterium ædificans, in quo in hymnis & orationibus, ieiuniis & vigiliis inſtanter ſeruiens Deo, clarus virtutibus & miraculis, in pace quieuit. Egreas verò cum Allæco fratre & Peteonâ ſorore, Deo ſacratâ Virgine, ſimiliter & ipſi relictis rebus paternis, & ſecularibus abrenuntiantes pompis, in extremâ parte regionis illius ſecedentes, non longè à ſe inuicem diſtantia ſinguli ſua conſtruxêre oratoria; mediam ſtatuentes ſororem, cum quâ alternatim ſuo die horas diurnas alter cum Miſsâ celebrabat: & poſt veſperas cum eâ ſumens cibum, & gratias agens Deo, ante ſolis occaſum, rèuertebantur ad oratorium ſuum. Vnuſquiſque enim eorum, ſeparatim in ſuo oratorio vigilias celebrabat. Iſti igitur, quos prædiximus, beati & ſancti viri, Mailocus videlicet, Allæcus atque Egreas cum beatâ ſorore, tunctis mundi, vt præmiſſum eſt, ſpretis opibus & deliciis, toto niſu mentis ad ſupernam tendentes patriam, in ieiuniis & orationibus ſuam commendantes vitam, tandem à Deo vocati, receperunt mercedem laborum ſuorum, & in ſuis quæ ædificauerant oratoriis conditi ſeruantur, clarificati & celebres aſſiduis miraculis, & in gloriâ reſurrecturi.

c

d fratres habuit ac ſororem

e

ſanctitate & miraculis illuſtres:

3 Beatus autem Gildas, qui & Gildaſius, honor & decus gentis ſuæ futurus, & ipſe à ſuis parentibus B. *f* Hilduto traditur imbuendus. Qui ſuſcipiens ſanctum puerulum, ſacris litteris cœpit inſtruere illum. Et videns eum formæ ſpecie fulgentem, ac liberalibus ſtudiis inſtantiſſimè intentum, benigno amore dilexit, & attento ſtudio docere curauit. Beatus igitur Gildas, ſub diſciplinâ magiſtrali in ſcholâ diuinæ Scripturæ & liberalium artium conſtitutus, conſpiciens vtriuſque doctrinam elocutionis, diuinis curauit magis erudiri doctrinis; imitari cupiens ſpeciem diuinæ contemplationis, deſerens omnino famam humanæ opinionis: ſed neque ſequi voluit ingenuitatẽ ſuæ nobilitatis. Tunc athleta Chriſti & ſtrenuiſſimus miles in cœnobio degẽs, obedientiæ ſuſcepit arma fortiſſima; puerileſque deſerens mores, ætatem floridæ iuuentutis, in formã tranſtulit ſenectutis. Namque cùm eſſet primæuus, in tirocinio æterni Regis conſtitutus, moribus derelictis iuuenilibus, plurima documenta præbuit æternæ ſalutis tam ſenibus quàm iuuenibus, vtriuſque componens mores ætatis. Erat namque ſapientia præclarus, ſanctæ lectioni aſſiduus, vigiliis & orationibus ſemper deditus, ineffabili caritate deuotus, in actione iocundus, decorâ facie & toto corpore venuſtus, qui mundo erat crucifixus, & ei mũdus. In ſcholâ igitur ſupradicti Doctoris Hilduti erudiebantur plurimi Nobilium filij: inter quos præclariores erant, tam generis nobilitate, quàm morum probitate, *g* Samſon videlicet atque *h* Paulus *i*, ſed hos quoque mirâ ingenij ſagacitate ſuperabat Gildas beatus. Ex quibus Samſon ſanctiſſimus poſteà Britannorum extitit Archiepiſcopus: Paulus verò Oxiſmorum Eccleſiæ præfuit Epiſcopus.

f

à S. Hilduto inſtituitur ſacrâ doctrinâ

in cœnobio,

cum SS. Sampſone & Paulo.

g

h i

4 Habitabat autem præfatus Hildutus cum diſcipulis ſuis, in quadam arctâ & anguſtâ inſulâ atque arenti ſolo ſquallidâ. Ad quem die quadam accedens beatus puer *k* Gildas, eum alloquitur dicens: Domne Doctor, audiui te nuper ex Euangelio verba noſtri Saluatoris prędicantem, in quibus diſcipulos admonebat, vt cum fide à Deo, ea quæ ſibi erant vtilia, peterent, & quia fideliter petita acceperent eſſent, dicens: Amen dico vobis, quicquid orantes petieritis, credite quia accipietis, & fiet vobis. Nunc ergo, optime Doctor, cur non rogas ipſum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui potens eſt præſtare cuncta quæ fideliter ab eo peruntur, vt dilatet terminos, atque fructiferam reddat huius inſulæ glebam? Cùm hæc igitur audiſſet B. Hildutus, admiratus fidem ipſius, conuocatis in vnum diſcipulis, oratorium cum eis ingreditur: & flexis in terram genibus, extenſiſque manibus in cælum, cum lacrymis orauit, dicens: Domine Ieſu Chriſte fili Dei omnipotentis, qui cum Patre & Spiritu ſancto, cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, cùm non eſſent, condidiſti; quique tuis fidelibus præcepiſti, vt Deum Patrem in tuo nomine peterent quicquid ſibi opus eſſet, & eorum petitio ad effectum procederet; tuo equidem in nomine, omnipotentis Domini imploramus clementiam, vt dilatari per te iubeat terminos inſulæ huius, atque fertilitatem inferat glebæ eius; vt nobis ſeruis tuis atque ſucceſſoribus noſtris, tuâ largiente gratiâ, abundanter cibaria adminiſtret: vt ſatiati de tuis donis, gratias referamus nomini tuo, qui cum Patre & Spiritu ſancto, viuis & regnas per infinita ſecula ſeculorum. Cumq; reſpondiſſent omnes, Amen; egreſſi ab oratorio, vident dilatatam eſſe vndique inſulam, atque vernantem in circuitu diuerſis olerum floribus. Tunc iterum reuertitur ad oratorium ſenior, & præ gaudio effuſus in lacrymis vnà cum venerando diſcipulorum-

Inſtinctu S. Gildæ

k

Marc. 11. 24.

orant omnes,

& impetrant inſulæ dilationem & fertilitatem:

lorum grege, clarâ voce hymnos ſummaſque laudes, rerum omnium creatori Domino decantat, qui propè adeſt omnibus inuocantibus ſe in veritate.

5 Igitur admirabili virtute dilatatam ſibi inſulam cœpit excolere ſenior, atque fecundandis iugeribus frumenti ſemina tradere. Cumque cœpiſſent læta frugum germina pullulare, aggregatæ aues marinæ ea cœperunt deuaſtare. Quod cùm videret P. Hildutus, præcepit diſcipulis ſuis cum terrore eas effugare, atque vnumquemque eorum die ſuo ſegetem cuſtodire. Et cùm dies aduenisſet, in quâ ſegetem ſeruaturus erat B. Paulus; plus ſolito aduenit auium multitudo, quæ paſſim meſſem deuaſtabat tondendo. At contrà miræ indolis puer Paulus huc illucque diſcurrens, cum ingenti clamore eas expellere nitebatur, nec prævalebat. Tandem ergo iam laſſus, aduocat ſocios, beatæ memoriæ videlicet Gildam atque Sampſonem venerandum, huiuſmodi eos adhortans ſermonibus: Succurrite fratres, ſuccurrite cariſſimi, & damna mecum noſtri vindicate magiſtri. Ecce etenim hoſtium multitudo noſtri conſumit & depaſcitur ſegetes Doctoris. Sentiat ergo inceſſabilis prædo debitas pœnas, qui noſtri magiſtri vaſtauit ariſtas. Ad cuius vocem aduolant ſocij, & inuocato nomine Chriſti, multitudinem indomitarum auium congregantes ante ſe, Dei virtute repleti, minant pueri ſanctiſſimi, tamquàm inertium ouium greges. At vbi ventum eſt ad ſenis habitaculum, captiuæ & indomitæ aues cùm recluderentur, in cælum dant voces. Quarum ſtrepitum atque clangorem audiens ſenex, egreſſus ab oratorio, videt Dei virtutem, admiratuſque non minimùm tantam in puerorum cordibus fidem, ait illis: Sinite filij, ſinite aues abire liberas: iam ſufficiat quòd ſic caſtigaſtis illas: abeant liberæ, & ampliùs in nomine Domini noſtras ſegetes non præſumant lædere. Igitur iuſſionem ſenis non audentes ſpernere, aues dimiſſæ longè receſſerunt, & vlteriùs in eadem inſulâ vaſtare ſegetes non præſumpſerunt: quæ inſula vſque in hodiernum diem, *l* Lanna Hilduti vocatur.

ſilueſtres aues ſegetem deuaſtantes

pueri miraculosè capiunt,

dimittunt non rediturus.

l

a *Auctor vitæ quæ apud Capgrauium extat,* Regem Albaniæ *facit,* Can *nomine. an idem ille* Can *gigas, qui 24. Ianu. à S. Cadoco ſuſcitatus dicitur, à morte fortaſſis peccati, vel certè ſtudio mundanæ vanitatis? Morlaix in Cornubia natum ſcribit, perperàm.*

b *Beda lib. 1. hiſtor. Angl. cap. 1.* Erat & viginti & octo ciuitatibus quondam nobiliſſimis inſignita, præter caſtella innumera, quæ & ipſa muris, turribus, portis ac ſeris erant inſtructa firmiſſimis. *quæ, vt & alia quædam, è Gilda accepit.*

c *Capgrauius viginti quatuor filios Cauno tribuit.*

d *Hunc ac ſequentes inter Sanctos numerat Benedictus Gononus de vitis PP. Occidentis lib. 1. ita ſcribens:* Vita SS. Eremitarum Gildæ cognomento Sapientis, necnon Mailoci, Egreæ, Allæci fratrum, & Peteonæ ſororis.

e *Morlaix* Lhuythen.

f *Vulgatiùs* Iltutus *appellatur, ab Alberto magno de Morlaix* Hydultus. *Sed cùm hic dicatur ſub Arturo Rege cõſobrino militaſſe, is verò in regnũ anno 516. euectus, qui potuit* Gildã *adhuc* puerulũ, *qui anno 493. natus erat, inſtituiſſe iam Abbas? Sed plura ſunt in illis Britannicorũ Sanctorũ rebus geſtis obſcura, nec idoneâ chronologiâ connexa, & fidem ſupra. Colitur* S. Iltutus *6. Nouembris. In vitâ S. Sampſonis dicitur* Iltutus *S. Germani fuiſſe diſcipulus, & ab eo Presbyter ordinatus.*

S. Iltutus.

S. Sãpſon.

g S. Sampſonis *Dolenſis in Britanniâ Armoricâ Epiſcopi vitam dabimus 28 Iulij.*

S. Paulus.

h S. Paulus *Leonenſis in Britanniâ Armoricâ Epiſcopus colitur 12. Martij.*

S. Dauid.

i *In vitâ* S. Sampſonis, *&* S. Iltuti *iungitur his tribus Iltuti diſcipulis S. Dauid Epiſcopus, huius vitam dabimus 1. Martij, in quâ dicitur à* Paulino *S. Germani diſcipulo inſtitutus, in monaſterio* Withlandi, *quod in eadem quidem Maridunenſi prouinciâ ſitum, ad* Tafi *amnis ripam, ſed haud paucis à monaſterio S. Iltuti milliaribus.* Paulinus *ille apud Capgrauium* Paulens *dicitur.*

k *In vitâ S. Iltuti, Sampſoni hoc tribuitur.*

l *Situm erat id monaſterium in Maridunenſi prouinciâ, ad Glamorganiæ fines, vulgò* Llanelthye.

CAPVT II.

Mores in iuuentute. Sacerdotium. zelus animarum.

AVCTORE MONACHO RVVENSI EX BOSCIO.

6 SAnctus igitur Gildas, cùm per aliquos annos in doctrinâ B. Hilduti commoratus fuiſſet; & tam ſecularibus, prout res ſuppetebat, quàm diuinis ſcripturis ab eo optimè, quicquid ſibi à diuinâ bonitate creditum fuerat, edoctus eſſet; valedicens pio magiſtro venerandiſque condiſcipulis *a* Iren perrexit, vt & aliorum Doctorum ſententias in philoſophicis atque in diuinis litteris, inueſtigator curioſus exquireret. Igitur cùm plurimorum Doctorum ſcholas peragraſſet, & tamquàm apis prudentiſſima, diuerſorum florum ſuccos collegiſſet; in alueario matris Eccleſiæ recondidit: vt in tempore opportuno melliflua Euangelij verba, in populos ad ſuperna gaudia reuocandos effunderet, & vt ſeruus bonus, talentum ſibi creditum, ſuo Domino cum lucro reportaret.

S. Gildas alibi ſtudia perfecit,

a

7 Secutus itaque Apoſtolicam ſententiam, ne dum aliis prædicaret ipſe reprobus inueniretur, caſtigabat corpus ſuum in ieiuniis & in vigiliis, noctes ducens in orationibus, ſtans ſine aliquo ſuſtentaculi adminiculo. A quinto decimo ætatis ſuæ anno, per totum vitæ præſentis ſpatium, quo in hoc vixit mundo, vſque ad extremum diem vocationis ſuæ à Domino, ter, vt veraci relatione didicimus, in hebdomadâ parciſſimum ſumpſit corporis cibum *b*. Poteſt verò quilibet diſcretus de eo indubitanter affirmare, quia licet ei defuerit gladius perſecutoris, martyrij tamen palmam non amiſit. Nam dum corpus crebris ieiunijs & protenſis vigiliis affligeret; dũ nocte dieque vitiis reſiſteret, & orationibus inſiſtens, dum contra diaboli tentationes reluctaretur, & aduerſùm corporis ſui delectationes oppugnans ſe ipſum excruciaret; quid aliud de eo dici poteſt, niſi longum illum traxiſſe martyrium? Nam & ipſe ſibi perſecutor fuit, & perſecutiones ſibi illatas, pro Chriſto patienter ſuſtinuit.

abſtinentia mirè deditus,

b

voluntario martyrio ſe macerans.

8 Igitur cùm ad ſacros ordines promotus eſſet, & Preſbyteri fungeretur officio; audiens quòd gentes, quæ *c* Aquilonalem plagam Britanniæ inſulæ incolebant, adhuc gentili errore detinerentur; & quòd hi etiam, qui videbantur inter eas Chriſtiani, non Catholici eſſent, ſed diuerſis hæreticorum fraudibus irretirentur; accipiens iuxta Apoſtoli præceptum armaturam Dei, vt poſſet reſiſtere in die malo, & in omnibus perfectus ſtare, de Chriſti adiutorio cõfidens, cœpit illuc pergere. Stans autem ſuccinctus lumbos mentis, inter paganos atque hæreticos, indutus loricâ iuſtitiæ, & calceatus pedes in præparationem Euangelij pacis; in omnibus periculis ſumebat ſcutum fidei, in quo poſſet omnia tela nequiſſimorum dæmoniorum extinguere; galeamque ſalutis & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. His itaque armis munitus Gildas Chriſti miles præclarus, prædicabat nomen Chriſti gentilibus; multis ex diuinâ lege approbationibus oſtendens, nihil eſſe quod ab eis excolebatur. Hæreticos autem, verbum ſalutis opponens, ad viam veritatis adduxit, à cunctis eos quoque reuocans erroribus. Namque ei tantam dederat Dominus noſter Ieſus Chriſtus gratiam etiam ſanitatum; vt eius orationibus cæci inluminarentur, ſurdis auditus redderetur, & claudis debilibuſque greſſus, dæmoniaci curarentur, leproſi mundarentur, & infirmi quique ſanarentur. Pergebat igitur Gildas beatiſſimus Euangelium Chriſti prædicando, docens veram fidem per vniuerſas prouincias, gentemque ſuam ad veram catholicamque fidem conuertebat.

Sacerdos ordinatus

c

Epheſ. 6. 13.

Gentiles & hæreticos conuertit:

varios agros ſanat,

9 Hæc & his ſimilia agente B. Gilda, omnis gens Aquilonalis plagæ ad eius prædicationis doctrinam cœpit vndique confluere, quatenùs derelicto gentili errore, & perceptâ eius admonitione ſanctæ Trinitatis fide, in gremio collocaretur ſanctæ matris Eccleſiæ, vt vocare-

idola deſtruit,

tur

AVCTORE MONACHO RVVENSI, EX BOSCIO.

tur Christi sponsa & probaretur esse. Destruebantur itaque idola ab eis qui ea fabricauerant cum templis suis, & ecclesiæ ædificabantur per congrua loca. Baptizabantur viri nobiles, cum vxoribus & filiis atque familiis. Cùm autem videret B. Gildas secundam prolem Christianitatis & sanctæ religionis vbique pullulare, inenarrabili gaudio repletus, sic ait Domino: Gratias tibi ago, Domine Iesu Christe, qui populum hunc diutim errantem, sancti tui nominis gratiâ misericorditer illuminare dignatus es, & ad cognitionem tuam peruenire fecisti; & qui hactenùs infelices & hebetes errauimus in regione vmbræ mortis, tandem lux tuæ iustitiæ illuxit nobis, & pax perpetua iam regnat in nobis.

d 10 Audiens autem B. *d* Brigida, quæ ipso tempore insignis erat in Hibernensi manens insulâ, & monaste-
e rio *e* Virginum præerat Abbatissa, virgo præclara, famam B. Gildæ; misit ad eum nuntium, cum verbis deprecatoriis, dicens: Gaude Pater sancte, ac semper in Domino polle. Obsecro te, vt aliquod indicium tuæ sanctitatis mihi transmittere digneris, vt semper apud nos tua vigeat perenniter memoria. Tunc S. Gildas perceptâ sanctæ Virginis legatione, propriis manibus formulam fecit fusili opere, & tintinnabulum composuit secundùm petitionem ipsius; & per nuntium quem miserat ei transmisit. Quod illa gaudens suscepit, ac velut cæleste munus ab eo sibi transmissum, libenter accepit.

S. Brigida nolam mittit:

11 Eo tempore regnabat Ammericus Rex per totam Hiberniam, qui & ipse misit ad B. Gildam, rogans vt ad se veniret, promittens se ipsius doctrinis in omnibus obediturum, si veniens Ecclesiasticum ordinem in suo regno restauraret: quia penè Catholicam fidem in ipsâ insulâ, omnes reliquerant. Cùm hæc itaque audisset Gildas Christi miles beatissimus, munitus armis cælestibus, petiuit Hiberniam, Christum prædicaturus.

euocatur ab Ammerico Rege:

12 Contigit autem quadam die, dum pergeret ad Regis palatium, occurrere sibi quemdam paralyticum, quem parentes sui circumquaque trahebant, quærentes alimoniam ab incolis terræ. Quem videns B. Gildas, misertus illius, genua flexit, ac pro eo Domino orationem fudit; & ad vehiculum miseri accedens, dixit: In nomine Domini nostri Iesu Christi, sta rectus super pedes tuos, & à Domino pristinam recipe sanitatem. Qui mox receptis viribus corporis, sanus efficitur: atque exclamans voce magna, cœpit magnificare nomen Domini, & sancto viro magnificas laudes referre, dicens se ire cum illo, vbicumque voluisset. Quod Sanctus non ferens, ait illi: Vide ne mecum venias, sed reuertere domum; & non desistas Domini misericordiam collaudare, qui te sanitati restituit. At ille magis magisque in laudem eius prorumpebat, & cunctis, quos obuios habebat, indicabat, dicens: Venientes venite omnes, & videte virum sanctum Dei, qui mihi sanitatem corporis & animæ reddidit. Tunc S. Gildas nolens tantum fauorem & plausum plebis sustinere, discessit protinus ab eis, & abiit latenter ne agnosceretur & absconderet se.

paralyticum sanat:

13 Post paucos verò dies, inuentus à quibusdam nobilibus viris quondam sibi notis, Regi Ammerico est præsentatus. Quem cùm vidisset, multis precibus eum rogabat, plurimaque offerens dona postulabat; vt apud se maneret, & sicut ei priùs mandauerat, Ecclesiasticum restauraret ordinem in regione eadem; quia penitùs
f Catholicam fidem, *f* à maximo vsque ad minimũ, omnes amiserant. Tunc S. Gildas munitus clypeo fortitudinis, & galeâ salutis, omnes fines Hibernensium circuiuit, & ecclesias restaurauit, Clerum vniuersum in fide Catholicâ vt sanctam Trinitatem colerent instruxit: populos grauiter morsibus hæreticorum sauciatos curauit: fraudes hæreticas cum auctoribus suis ab eis longè repulit. Iamiamque pullulante in gremio sanctæ matris Ecclesiæ segete multitudinis credentium, & auulsis hæreticorum spinis, terra diu sterilis, fœcundata rore cælestis gratiæ, gratiores profert fructus ad agnitionem supernæ vocationis. Fide namque crescente Catholicâ, regio gauisa est tantum se promeruisse patronum.

fidem & disciplinã Ecclesiasticam restituit:

14 Multa deinceps vir beatus monasteria construxit in eadem insulâ, non paucos in eis nobilium filios enutriens, & normâ regularis disciplinæ informans. Et, vt plures Domino offerre posset alumnos, iam factus monachus, collegit monachos secum, tam ex nobilibus quàm ex pauperibus, pupillis & orphanis: necnon & captiuos tyrannicâ seruitute paganorum irretitos misericorditer liberauit: vtque pastor bonus, talenta sibi à Domino credita fideliter duplicata, ipsi ouans reportare curauit. Omnem denique regionem Hibernensium & Anglorum, necnon & exterarum nationum suo instruxit exemplo & erudiuit sermone. Quarum gentes & nationes actus & virtutes eius vsque in hodiernum diem honorificè venerantur vbique.

monasteria extruit.

a Hibernia *intelligi videtur, quæ aliis* Ierne, *&* Iris *dicta, nostratibus etiamnum* Irelandt *dicitur. Florebat ea tunc sub S. Patricij discipulis sanctitatis & eruditionis laude. Ipsi quoque Angli, fide Christi susceptâ, frequentes in Hiberniam doctrinæ gratiâ proficiscebantur.*

b *Addit Morlaix* Aquarij *illi datum cognomen, quòd non nisi aquam potaret. alij S. Dauidi Menenensi id tribuunt.*

c *Morlaix Australibus Cornvvallia populis scribit prædicasse.*

d *Colitur* S. Brigida *Virgo* 1. *Februarij. decessit sub Iustini seniorũ initia, cùm necdum XXX. annorum esset Gildas.*

e *In oppido Kildarensi, prouinciâ Lageniâ.*

f *Erat quidem gens ferox, bellis, cadibus, latrociniis assueta, vt facilè potuerit prouincia aliqua à Catholica fidei normâ, & Ecclesiasticâ regulâ, deficere, præsertim impotente cuiuspiam tyranni pressa dominatu. At totam insulam defecisse, omnino credibile non est, cùm plurimi adhuc viuerent S. Patricij discipuli: neque* Ammericus, *siue* Ammirus *monarchiam Hibernię (inquantum ij monarchæ dici poterant, qui auctoritate inter ceteros illius insulæ Reges præcellebãt, ipsi alicuius peculiaris prouinciæ proprio iure domini) nisi post annum 560. cũ iam grandæuus esset Gildas, eam potestatẽ adeptus est, tenuitq; exiguo tempore. Peculiare fortassis eius regnum intelligitur, quod Auctor haud satis gnarus plures simul apud eam gentem regnare solitos, totam Hiberniam interpretatus est.* Murchertachus *extremâ S. Brigidæ ætate rerum potiebatur, huic successit* Tuathalius, Diermetius, Donaldus & Fergusius, Eochadius, Aminirus, *&c.*

CAPVT III.

Aduentus in Britanniam Armoricam. Virtutes. Monasterium extructum.

15 Dimissâ igitur post hæc Hibernià atque Britanniâ, & relictus. *a* ..... pulchritudinis, alij conabantur eum capere, alij interficere. Quos vt vidit sibi appropinquare, inuocato Christi nomine, continuò nutu Dei fecit pedes eorum adhærere terræ, ipsosque velut lapides obrigescere: recedensque ab eis, cœptam tenebat viam. Cùm autem longè ab eis recessisset, conuersus retrorsum, eleuauit manum, & soluit eos: qui soluti, in fugam versi sunt; & neminem posteà in illis locis læserunt.

4

Latrones oratione sistit immobiles.

16 Deinde cùm disponeret in suam redire patriam non permisit Deus, qui suam nobiscum volebat magnificare misericordiam. Nam cùm Dei iussu peruenisset in *b* Armoricam quondam Galliæ regionem; tunc autem à Britannis, à quibus possidebatur, *c* Letauia dicebatur; ab eis honorificè & cum gaudio magno susceptus est. Ipse autem seculares fugitiuosque deuitans honores, theoricam magis desiderabat ducere vitam. Erat autem tunc temporis parua res Regum regnique Francorum. *d* Childericus enim eo tempore, Merouei filius, gentilium errori deditus, imperabat Francis: quod ex gestis veterum prudens lector cognoscere potest. Sanctus igitur Gildas triginta habens annos, venit ad quamdam *e* insulam, quæ in Reum-Visij pagi prospectu sita est, ibique aliquamdiu solitariam duxit vitam. Sed non post longum tempus, cùm iam non posset accensa lucerna sub modio manere, sed super candelabrum, vt vicini quique ac noti eius, tam propè quàm longè, claritatis illius lumine fruerentur; cœperunt hinc & inde venire ad eum, & eius magisterio & doctrinæ commendare filios

In Britanniâ Armoricâ solitariam degit.

b

c

d

e

lios ſuos erudiendos. Quos omnes libenter ſuſcipiens, ſpirituali eos eruditione erudiebat. Veniens itaque ad quoddam caſtrum in monte Reumuyſij, in proſpectu maris ſitum, ibi potioris fabricæ conſtruxit monaſterium, atque in eo clauſtra cœnobitali ritu perfecit. Vbi tantùm eius emicuit vita, vt plurimi infirmi ac debiles & leproſi, qui circumquaque erant, ad eum venientes, ſanitati, eius orationibus & meritis, reddebantur. Quod vſque in præſens tempus facere non deſinit in eodem loco, eius meritis, omnipotens Deus.

cœnobium extruit.

17 Tunc deinde conſtruxit paruum oratorium ſuper ripam fluminis Blaueti, ſub quadam eminenti rupe, ab Occidente in Orientem ipſam concauans rupẽ, & ad latus eius dextrum, erigens parietem, congruum fecit oratorium, ſub quo de rupe emanare fecit fontem perlucidum. Cùm verò feneſtram Orientalem eiuſdem oratorij vitro claudere vellet B. Gildas, & vitrũ ei deeſſet, proſtratus in terrâ Dominum deprecatur: ſurgens autem ab oratione, abiit ad quamdam rupem, & ex ipsâ Domino largiente optimum tulit vitrum. Molam quoque ibi fecit, cui triticum immiſit ac manu vertit, quæ vſque in præſens tempus in eodem loco ſeruatur: & à fidelibus infirmis, operantibus cum Chriſto ſancti viri meritis, languores ad eam expelluntur.

prò oratorio vitrum prodigiosè obtinet:

molam erigit miraculis celebrem:

18 Nec eſt ſilentio prætereundum & illud, quod per eum fecit Dominus, miraculum. Nam, cùm in cellâ quadam die cum Fratribus moraretur, venerunt ad eum hoſpites: quos libenter ſuſcipiens, duxit ad orationem, ac deinde omnem eis adhibuit humanitatem: & lauans pedes eorum ac manus, quod habuit cum caritate dedit eis. Sed, cùm non haberet vinum quod eis tribueret, oratione factâ, iuſſit implere vaſa vinaria aquâ, datâque ſuper eam benedictione, iuſſione diuinâ in optimum vinum eſt conuerſa. Quam virtutem admirantes cuncti qui aderant, omnipotenti Deo gratias retulerunt, qui in Euangelio ſuis fidelibus promiſerat dicens: Opera, quæ ego facio, & ipſi facient, & maiora horum facient. Ioan. 14. 12.

hoſpitibus aquam in vinum vertit.

19 Quamuis autem talis ac tantus eſſet, vt per eum Deus tot miracula faceret, nulli tamen ſe præferebat: ſed humilior omnibus eſſe videbatur. Licet verò Abbatis locum teneret, tamen vt ſibi ſubditis exemplum humilitatis oſtenderet, ſecundùm diuinum præceptum, quod ait: Qui maior eſt veſtrûm, erit miniſter; & ipſe omnibus ſeruire curabat. Et ne Domini Ieſu ſurdus eſſet auditor, dicentis: Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde; ſatagebat etiam ipſe & in hoc Domini Saluatoris obedire præceptis. Nam ſicut de Moyſe ſcriptum eſt, erat & ille mitiſſimus omnium illius temporis hominum. Sapiens quoque tam in doctrinâ quàm in actione erat, verax in collocutione, in orationibus aſſiduus, pernox in vigiliis, ieiuniis corpus macerans, in iniuriis patiens, in colloquio affabilis, in eleemoſynis largus, in omni bonitate conſpicuus.

Eius humilitas, Matth. 23. 11. Matth. 11. 29. Num. 12. 3. *virtutes variæ,*

20 Docebat quoque, hæreticos poſt primam & ſecundam correptionem deuitandos eſſe. Eleemoſynis autem peccata redimere prædicabat, eſurientes ſatiare, ſitientes potare, nudos veſtire, infirmos & in carceribus poſitos viſitare, mortuos ſepelire, nulli malum pro malo reddere, ieiunium amare, vigiliis & orationibus ſemper inſiſtere. Sic Clericos, ſic monachos, ſic etiam laicos Doctor egregius inſtruebat: nihilque aliis quàm quod ipſe faceret præcipiebat. Itaque omnibus omnia factus, cum lugentibus lugens, cum gaudentibus erat gaudens. Erat itaque pater pauperum atque orphanorum, lugentium conſolator, litigantes ad concordiam reuocabat. Homicidas autem, adulteros, ſacrilegos, fures, raptores, cuiuſcumque conditionis eſſent, arguebat, nullius perſonam verens. Et primitus quidem ex Euangelicis dictis atque Apoſtolicis & Propheticis eos terrens, deinde ad pœnitentiam reuocans, Dei miſericordiam confidenter promittebat eos promereri, ſi tamen dignè pœnitèrent.

conciones, *modus cõuertendi peccatores:*

21 Denuò ſanctus vir à fratribus rogatus religioſis,

qui ad eum è Britanniis venerant, poſt decem annos, ex quo inde receſſerat, ſcripſit Epiſtolarem libellum, in quo quinque Reges ipſius inſulæ redarguit, diuerſis ſceleribus atque criminibus irretitos. Quàm eleganter itaque & ſuccinctè eorum ignauiam commemorauerit, & nominatim vnumquemque de ſuis nequitiis reprehenderit, huic paginæ addere placuit: Enimuero, inquit, celabunt ciues, quod non ſolùm norunt, ſed exprobrant iam in circuitu nationes? Habet etenim Britannia Reges, ſed tyrannos; Iudices habet, ſed impios, ſæpè prædantes & concutientes, ſed innocentes; vindicantes & patrocinantes, ſed reos & latrones; quàm plurimas coniuges habentes, ſed ſcorta & adulteras; crebrò iurantes, & periurantes; vouentes, & continuò propemodùm mentientes; belligerantes, ſed ciuilia & iniuſta bella agentes; per regionem quidem fures magnoperè inſectantes, eos autem qui ad menſam ſedent latrones, non ſolùm amantes, ſed etiam remunerantes; eleemoſynas largiter dantes, ſed è regione immenſum montem ſcelerum exaggerantes; in ſede arbitrũm ſedentes, ſed rarò recti iudicij regulam quærentes; innoxios humileſque deſpicientes, ſanguinarios, ſuperbos, parricidas, adulteros, Dei inimicos; ſi ſors, vt dicitur, tulerit, hos qui cum ipſo nomine delenci erant, ad ſidera prout poſſunt efferentes; vinctos plures in carceribus habentes, quos doloſè potiùs quàm meritò proterunt, catenis onerantes; inter altaria intrando demorantes, & hæc eadem paullò pòſt ac ſi lutulenta ſaxa deſpicientes. Et quæ ſequuntur in dictâ Epiſtolâ.

AVCTORE MONACHO RVVENSI, EX BOSCIO. *epiſtola de Excidio Britannia.*

a *Hic fortaſſis aliquæ deſiderantur eorum quæ ex MS. Vitâ, nobis non probatâ, breuiter ſuprà perſtrinximus §. 4. nu. 36. de peregrinatione Romanâ &c. vbi & hoc repreſſorum vi diuinâ latronum prodigium narratur.*

b *De hac voce dictum alibi.* Ar *ſuper*, mor *mare*, *Britannis etiamnum ſignificat, teſte Argentræo hiſtor. Britan. lib. 1. cap. 11. Inde probabiliùs noſtrates* Morinos *dictos, quod alij à paludibus* moeren *deducunt.* Ar-mor.

c Letania *excuſum erat à Boſcio*: Letauia *ſcribendum.* Llydaw *Britannicè dicitur, id eſt* littoralis. Letauia.

d *Fallitur in Chronologiâ hic auctor. Obiit* Childericus *vndecim annis antè quàm natus eſt Gildas, anno nimirùm* 482. *ſuccedente Clodoueo filio.*

e *infrà num.* 29. Horata *dicitur, quod nomen adhuc retinet. De* Reumuiſio *&* Blaueto *actum in prolegom.*

CAPVT IV.

Reſuſcitatio mulieris dudum mortuæ. Alia miracula.

22 NVnc igitur, Domino adiuuante, ad id vnde digreſſi fueramus redeamus. Erat ergo in illis diebus quidam tyrannus, nomine a Conomerus, in ſuperioribus partibus illius regionis, peruersâ crudelitate & diabolicâ fraude ſed actus, qui hanc habebat conſuetudinem, vt quotieſcumque ſuam cognouiſſet coniugem concepiſſe in vtero, ſtatim iugulabat eam. Et cùm iam multas interemiſſet mulieres nobili proſapiâ exortas, cœperunt parentes earum multùm ſuper hoc contriſtari & longiùs ſe ab eo ſubmouere. Nullus itaque alicuius diſcretionis homo, neque colloquendo, neque vllius negotij cauſsâ in qualicumque re illi adhærebat, neque mandata ei dirigeba:, vt non particeps fieret malitiæ illius. Videns itaque ſe deſpici ab omnibus, S. Gildæ mandat, vt verborum ipſius petitionem perciperet. Verùm ſanctus vir calliditatem malitiæ eius perſpiciens, nullo modo aſſenſum ei præbuit, ſed longè promotus ab eo eſt: ne quolibet modo per interlocutionem eius Nobiles & Principes regionis illius penitùs deciperentur. At ipſe præfatus tyrannus, non valens pertingere ad hoc quod petebat, miſit ad quemdam Principem, vt multi teſtes ſunt fideles, nomine b VVerocum, mandans, quatenùs ei daret in coniugium filiam ſuam. Quod cùm VVerocus Venetenſium Comes audiſſet, ſtatim ad internuntium eius retulit, dicens: Quomodò poſſum dare filiam meam, mucrone Domini veſtri nefando interficiendam? Numquid non audiui ſtragem, quam

a Tyranno uxores grauidas ſolito iugulare

b

vt Princeps filiam diu negatam deſpõdeat,

AVCTORE MONACHO RVVENSI, EX BOSCIO.

quam fecit de mulieribus, quæ ſibi fuerant copulatæ? Nequaquàm id faciam: filia enim mea mortem non incurret, dum ab eâ potero eam propellere.

23 Regreſſi itaque nuntij ad prædictum maleficum, retulerunt quæ eis VVerocus dixerat. Ille autem non deſiſtens ab hoc quod inceperat, iterum atque iterum VVeroco mandat, dicens: Quoſcumque volueris obſides, vel fideiuſſores tibi dabo, tantùm fac quod poſco. Cui VVerocus: Vana eſt petitio tua, & fruſtrà rogitando laboras. Niſi enim beatum virum Gildam fideiuſſorem dederis, minimè quod quæris impetrabis. Quia niſi per manum ipſius, eam nulli tradam. At ille mox nuntios miſit ad B. Gildam, poſtulans ab eo, vt quantocyùs veniret, & puellam fide ſuâ de manu patris reciperet, & ſibi coniugem legitimo traderet matrimonio. Sanctus itaque vir eorum verba renuens, reſpondit, dicens: Noſtis, quia Dominus veſter callidiſſimus eſt, & tyrannicâ feritate peruerſus: ſi conſenſero ei, & me fideiuſſorem poſuerit, & pòſt puellam occiderit, graui lapſus ſum peccato apud Dominum, & parentes eius vehementi orbatione prolis ſeduxi, atque intolerabili dolore tradidi congemiſcendos. Sed tamen vobiſcum proficiſcar, & vtrorumque voluntates diſcutiam, parentum ſcilicet & eius qui vos ad me direxit. Tunc veniens ſimul cum eis, reperit ipſos Principes ob huiuſmodi cauſſam in vnum conueniſſe. Et dum de hac re loquerentur inter ſe, ait pater puellæ B. Gildæ: Si manu tuâ ſuſceperis filiam meam, tibi credam, tibi eam tradam. Quòd ſi illam ſuſcipere nolueris, hic numquàm habebit. Cui B. Gildas dixit: Mihi eam trade, & ego protectus Dei virtute, eam ſanam reſtituam. Præfatus itaque tyrannus de manu S. Gildæ recepit eam in coniugio ſibi copulandam. Beatus verò Gildas reuertitur ad monaſterium ſuum, pollens claris virtutibus.

ſi leinbet S. Gildas:

24 Peractis igitur nuptiis, cœpit tyrannus ſponſam fouere dilectam. Et vt cognouit eam concepiſſe in vtero, cogitauit eam occidere ſolito more: ſed pertimeſcens iuſiurandum, quod pactus fuerat cum B. Gilda, dicit apud ſe, non poſſe ſe fallere ſanctum virum. Timebat enim iram Dei incurrere, ſi mulierem, quam de manu ſancti viri Gildæ ſuſceperat, nefando enſe interemiſſe conaretur. At diabolus occaſiones ſibi miniſtrat, aſſerens non oportere eum intantùm ſanctitatem B. Gildæ timere, vt quod facere decreuerat, velut timidus & nullius audaciæ, propter quemdam monachum, ad effectum ducere dimitteret. Intereà mulier pluribus indiciis percipiens animum eius furibundum aduersùm ſe, eò quòd grauida eſſet, timore perterrita, in fugam latenter elapſa eſt. Quod vt cognouit vir eius maleficus, maiore iam irâ ſuccenſus, inſecutus eſt eam. Quam cùm inueniſſet iuxta viam, latentem ſub frondibus, (erat enim ex itinere fatigata) exempto mucrone amputauit caput eius, & ſic demum ad domum ſuam reuerſus eſt. Pater igitur illius audiens quod accidiſſet filiæ ſuæ, magno concuſſus dolore, ſub magnâ feſtinatione mox miſit ad B. Gildam, dicens: Redde mihi filiam meam, quia propter tuam interceſſionem perdidi illam. Cognoſce enim, quia, qui in coniugio eam de manu tuâ accepit, proprio gladio eam iugulauit. Super hoc igitur ſanctus vir valdè commotus, concitus venit ad quamdam munitiunculam, vbi præfatus tyrannus habitabat, volens ab eo audire, vtrum ipſe coniugem ſuam, ſicut rumor ferebat, interemiſſet. Verùm tyrannus vbi ſenſit S. Gildam appropinquare, præcepit oſtiario domus, ne vllo modo ſanctum virum ad ſe permitteret ingredi. Sciebat enim ſe in Deum & in B. Gildam deliquiſſe, per hoc quòd vxorem ſuam occiderat. Sed quamuis hoc non ignoraret, orare tamen ſanctum virum dedignabatur, vt ſuis precibus obtineret apud Deum, quatenùs daret ei cor contritum & humiliatum, ad agendam pœnitentiam de malo quod egerat. Cùm ergo S. Gildas diu pulſaſſet ad portam tyranni, & nullus ei aperiret; ſed potiùs ab his qui erant intus derideretur; orauit Deum, ſi eius vita in melius non eſſet mutanda, vt dignaretur malitiæ eius finem imponere. Completâ itaque oratione, circuiens totam munitionem, in quâ peſſimus tyrannus manebat, accepit plenum pugillum terræ, & proiecit ſuper illam habitationem, quæ ſtatim, Deo volente, tota corruit.

quam à tyranno occiſam dolet.

deiicit ſuis precibus illius domũ,

25 Deinde abiit vſque ad locum, vbi exanime iacebat cadauer mulieris interfectæ, prolem in vtero habentis, & hoc modo orauit: Domine Deus, qui hominem ex limo terræ formaſti, & propter illum liberandum de poteſtate diaboli, in cuius ſe dominium iniecerat, propriæ libertatis arbitrio, dum tuum tranſgreſſus eſt præceptum, Filium tuum, quem ante ſecula ex æternitate genueras, mori voluiſti; te inuoco, vt me exaudias. Exaudi, inquam, Domine, quia te in nomine vnigeniti tui Domini noſtri Ieſu Chriſti peto. Tuus enim Filius magiſter noſter Chriſtus Ieſus, promittere dignatus eſt in ſe credentibus, ſi quid te peterent in nomine ſuo, quòd aurem tuæ clementiæ non auerteres ab illorum prece. Et factâ oratione accepit caput, & adhæſit corpori trunco, dicens: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Triſiña, tibi dico, ſurge, & ſta ſuper pedes tuos, & indica mihi quid videris. At illa continuò ſurrexit ſana & illæſa ab omni corruptione. Et reſpondens, ſancto viro dixit: Mox vt interfecta ſum, Angelico ſuſtentabar vehiculo, quaſi ferenda & iungenda choro Martyrum: ſed tuâ vocatione reuerſa ſum ad te. Tunc B. Gildas duxit eam ad patrem ſuum, & acceptâ manu eius dexterâ, reddidit ei, dicens: Ecce depoſitum quod mihi tradidiſti. Cuſtodi eam vt filiam, & prolem, quam geſtat in vtero, diligenter fac enutrire cùm natus fuerit, donec ad intelligibilem ætatem perueniat. At illa ſub iureiurando aiebat: Quia numquàm te deſeram, Pater. Cui B. Gildas reſpondit: Non decet mulierem ſubſequi monachum quolibet modo: ſed mane interim in domo patris tui, donec parias, & cùm pepereris, inducemus te in *c* monaſterium Virginum, vt cum ceteris Virginibus vitam caſtimoniæ ducere poſſis.

hanc à morte reſuſcitat,

reddit parenti;

c

26 Tunc placuit ei viri Dei ſermo, & remanſit in domo patris ſui paucis diebus. Non multo pòſt peracto tempore, cùm mulier filium peperiſſet, nuntiatum eſt ad B. Gildam. Qui iuſſit puerulum baptizari, nomenque ſuum ei imponere fecit. Et ablactatum, liberalibus litterarum ſtudiis erudiendum tradidit: matremque eius in monaſterio Virginum vnà cum ceteris ancillis Dei permanere fecit. Quæ poſteà in caſtitate Deo ſeruiens, in ieiuniis & orationibus vitam ducens, tandem à Domino vocata, beato fine quieuit. Filius verò eius & ipſe clarus virtutibus & miraculis, beatam quam duxerat vitam, beato fine compleuit. Hunc ergo Britanni, ob diſcretionem alterius B. Gildæ, non Gildam eum, ſed *d* Trechinorum vocant.

à partu monaſterio includit,

filium inſtituit:

ambo ſanctè moriuntur.

d

27 Et quia per miracula Sanctorum, quæ in aure fidelium recitantur, omnium rerum Creator laudatur ac veneratur, qui in Sanctis ſuis manens, mira per illos operatur; dignum duximus ſcribere etiam virtutem, quam Dominus dignatus eſt operari per ſeruum ſuum Gildam in *e* plebe S. Demetrij. Erat enim in præfatâ plebe ſtagnum, in cuius portu reſidebant latrunculi, qui nudos ac verberatos, ſæpè etiam ſemiuiuos, permittebant abire illuc aduenientes. De quorum igitur nequitiâ homines circumquaque ibi habitantes vehementer commoti, cùm per ſe illos illinc non valerent expellere, præſidium Sancti expoſcunt. Qui perueniens vſque ad os ſtagni, exorat Dominum vt concludat illius ſtagni aditum. Completâ itaque oratione, ex arenâ erectus eſt tumulus magnus, vbi priùs malignorum ad inſidiandum erat locus. Quod miraculum cernentes qui cum ſancto viro illuc aduenerant, Deum glorificauerunt, ac S. Gildam deinceps in magnâ veneratione habuerunt.

Latrunculorum locum precibus occludit:

28 In eadem quoque regione eſt oratorium, quod incolæ vocant Mons Coërlahem, quod ſonat interpretatum, Monaſterium *f* nemoris. Cumque homines, qui ſe faciebant illius terræ heredes, ſeruis Dei ibi contemplatiuam

f

platiuam vitam ducentibus, sæpè iniurias inferrent; asserentes illos de terrâ excolere, quæ circùm oratorium S. Gildæ adiacebat, pluſquàm eis oſtenderat; vir verò Dei volens omnes quietam agere vitam, acceſſit ad littus maris, & cum Sanctis ſibi adhærentibus, fixis genibus, miſericordem Dominum, qui facit in cælo & in terrâ omnia quæ vult, orat deuotiùs: ſurgenſque ab oratione ſanctiſſimus homo, baculum quem manu ferebat terræ impreſſit, & ſic atrium ſui oratorij circuiuit. O quam bonus es Deus Iſraël, his qui tibi recto ſunt corde! Lucidiſſimus enim fons ad nutum Dei de loco vbi Sanctus orauerat ſurrexit, & ad oſtendendam certiſſimam metam atrij, ſecutus eſt veſtigia Sancti. Quod miraculum audientes fideles, etiam quidam vſque in hodiernum diem hoc cernentes, omnipotenti Domino, qui mira per Sanctos ſuos operatur, non minimas referunt laudes.

Pſal. 72. 1. *fontem impetrat, & riuum ducit.*

a *Morlaix* Comorrum *appellat*, & Comitem Cornualliæ, *ſeu* Coriſopotenſis ditionis. *Argentræus ex Gregorio Turonenſi ſcribit, circa* an. Ch. 560. Comorum *fuiſſe Comitem* Leonenſem. *Acta S. Leonorij, qui etiam S. Iltuti diſcipulus fertur fuiſſe, referunt* Commorum nefandiſſimum inuaſiſſe Ducatum Britonum, qui violenter duxit viduam Rigualdi Ducis. *Acta ea dabimus* 1 *Iulij fragmentum eorumdem extat apud Du Cheſne to.* 1. *rerum Francicarum.*

Conomerus Comes.

b *Idem hic eſſe videtur, qui bella cum Regibus Francorum Childeberto, Childerico, & Guntramno geſſit* VVarocus Macliaui Comitis filius, *Gregorio Turonenſi, qui de eo agit in hiſtor. Franc. libro 5. cap. 9. & 10. vti & Fredegarius in hiſtoriâ Francorum epitomatâ. Pluribus bella eius proſequitur Argentræus in Alano I. qui ab eo territorium Venetenſe in hoc vſque tempus* Broerech (*quod terram* Ereci, *ſeu* Guereci, *interpretatur*) *dicit appellari: at infrà nu.* 34. Brogueret *à* Guereco *dicitur.*

VVerocus Comes.

c *Morlaix ait à Triſinâ extructum monaſterium Virginum in ſuburbiis Venetenſibus, in quo & ipſa velum ſacrum ab Epiſcopo Venetenſi acceperit, & ſanctè obierit. Quod addit, eo tempore S. Gildam, ſuadente VVeroco, ob terrorem tyranni Conomori deſeruiſſe monaſterium Blauetum, & migraſſe in pagum Ruyenſem, ibidemq; reſtauraſſe monaſterium collapſum, antè ab antiquiore Gildâ extructum, miramur ab homine Britanno ſcribi, cùm ipſum Ruyenſe monaſterium* Blauetum *illud ſit, ſeu* Blauetenſe, *ad oſtium Blaueti fluminis ſitum, vt clarum eſt è num.* 16. *&* 17. *Seniorem illum Gildam ſuprà diximus non videri vnquam extitiſſe.*

d *Alius* Tremorus *eſt. Britanniæ vulgò* S. Treuer *dici teſtatur Morlaix, ipſe* Tremore, *aut* Tremeur, *vocat: colitur* 8. *Nouemb.*

S. Tremorus.

e *Morlaix parochiam diœceſis Venetenſis ſtatuit. at fortè magis remotam ſequens exigit locus* in eadem regione.

f *Celebre adhuc eſt* monaſterium S. Gildaſij in nemore, *in diœceſi Nannetẽſi perperàm Morlaix vicinum monaſterio Rhuyenſi Prioratum intelligit.*

CAPVT V.

Obitus. Reliquiarum ſubmerſio, & inuentio.

29 CVm verò diſponeret miſericors Deus, & B. Gildam à laboribus mundi & ærumnis educere, & ad gaudia æterna, quæ diligentibus ſe promiſit, perducere; per viſionem Angelicam ei dignatus eſt denuntiare. Quadam enim nocte cùm eſſet, vt antiqui affirmant, in amabili ſuâ inſulâ Horatâ, vbi olim eremiticam duxerat vitam, apparuit ei in ſomnis Angelus Domini dicens: Audi & intellige Domini Ieſu Chriſti amice, quoniam exaudiuit Deus orationes tuas, & vidit lacrymas tuas. Et ecce octauâ ab hodiernâ die, ſolutus ſarcinâ carnis, videbunt ſpiritales oculi tui quod ſemper ab infantiâ deſideraſti. Videbis etenim in maieſtate ſuâ deſideratam faciem Domini Dei tui. Confirma ergo diſcipulos tuos in Dei timore & amore, & inſtrue eos ſolito more vt eius præceptis obediant, atque operibus ſtudeant ea implere; vt ad gaudia æterna, quæ promiſit, poſſint peruenire.

Ab Angelo diem obitus ſui intelligit:

30 Facto igitur manè, conuocatis in vnum diſcipulis, dixit eis: Quoniam ego, filij cariſſimi, viam ingredior vniuerſæ terræ, diſſolui mihi expedit, vt Deum poſſim videre. Vos igitur eſtote imitatores Chriſti, ſicut filij cariſſimi, & ambulate in dilectione Dei, & eſtote ſemper memores verborum ipſius. Nolite autem diligere mundum, nec ea quæ in mundo ſunt: mundus enim tranſibit & concupiſcentia eius. Dominum verò Ieſum Chriſtum & eius ſermones toto corde diligite, quoniam ipſe dixit: Si quis diligit me, ſermones meos ſeruabit: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. Videte itaque cariſſimi, quàm magnum præmium, & quàm optandum lucrum promittit nobis ipſa veritas, quæ eſt Chriſtus. Ipſe enim, vt dixit, eſt via, veritas, & vita: ſe ipſum itaque nobis daturus eſt. Non ergo negligamus ipſum habere, ipſum poſſidere. Habete autem & in vobis continuam caritatem, quia Deus caritas eſt: Et qui manet in caritate in Deo manet, & Deus in eo. Humilitatem etiam ſtudete habere & eſſe mites: quoniam Dominus in Euangelio dicit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Patientiam quoque ſemper habere mementote, nam in Euangelio idem ipſe loquitur: In patientiâ veſtrâ poſſidebitis animas veſtras. Obedientes etiam eſtote, ſicut & Chriſtus obediens fuit vſque ad mortem. Eſtote verò miſericordes, ſicut Pater veſter miſericors eſt. Superbiam autem execrate, Quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Auaritiam verò declinate, quæ ab Apoſtolo idololatria nominatur. Luxuriam quoque & ebrietatem, fornicationemque fugite, quoniam ſicut Apoſtolus ait; Neque ebrioſi, neque fornicatores regnum Dei poſſidebunt. Omnia ergo vitia, quæ homines à regno Dei ſeparant, omnimodis ſunt fugienda vobis. Eſtote quoque ſobrij & vigilantes in orationibus ſemper, quia aduerſarius veſter diabolus, tanquàm leo, circuit quærens quem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide. Odium etiam & inuidiam triſtitiamque de cordibus eradicare veſtris ſatagite, & pro his longanimitatem, bonitatem, benignitatem habere mementote. Quatuor verò virtutes, ſine quibus nemo ſapiens eſſe poteſt, id eſt, prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, atque temperantiam ſuper habere curate.

adhortatur ad virtutem diſcipulos:

Auctore monacho Ruyensi, ex Boscio.

Ioan. 14. 23. Ioan. 14. 6. 1. Ioan. 4. 8. Matth. 11. 29. Luc. 21. 19. Coloſ. 3. 5. 1. Cor. 6. 10.

31 His & ſimilibus verbis per ſeptem continuos dies, quamuis inualeſcente morbo iam iamque vir ſanctus deficere videretur, diſcipulos tamen confirmare non ceſſabat ſuos. Octauâ verò die, iuſſit ſe in oratorium duci, ibique oratione factâ, viaticum Dominici corporis ſuſcepit. Deinde diſcipulos proteſtatus eſt dicens: Per Chriſtum vos filios meos moneo, ne contendatis pro corporis mei cadauere: ſed mox vt ſpiritum exhalauero, tollite me, & in nauim deponentes, ſupponite humeris meis lapidem illum, ſuper quem recumbere ſolitus eram. Nemo autem ex vobis, in naui mecum remaneat: ſed impellentes eam in mare, permittite ire quò Deus voluerit. Prouidebit autem Dominus ſepulturæ mihi locum, vbi fuerit ei placitum. Confido quoque in Domino, quòd in die reſurrectionis reſurgere me faciet cum ceteris. Deus autem pacis & dilectionis ſit ſemper cum omnibus vobis. & cùm reſpondiſſent omnes, Amen; reddidit ſpiritum IV. Kalendas Februarij, ſenex & plenus dierum.

ſumit ſacrum viaticum,

præſcribit corporis in nauim depoſitionem,

moritur

32 Diſcipuli verò illius, tollentes corpus eius, fecerunt ſicut præceperat eis. Sed hi, qui de *a* Cornu-galliâ venerant, qui plures erant, conabantur eum tollere, & in patriam ſuam tranſferre. Dum ergo inter ſe colloquerentur, & facere diſponerent; nutu Dei, nauis cum ſancto corpore demerſa eſt in profundum maris. Illi verò per multos dies illud huc illucque requirentes, cùm nullo modo inuenire poſſent, ad propria ſunt reuerſi.

a

corpus in mare demergitur,

33 Diſcipuli quoque eius, qui ex cœnobio erant, per tres menſes cùm non poſſent & ipſi inuenire eum, tandem conſilio accepto, triduanum ſtatuerunt ducere ieiunium. Quo peracto cuidam ex eis reuelatum eſt, quãdo & vbi inueniendus eſſet. Igitur cùm dies *b* Rogationum eſſent, & ipſi orationis gratiâ ad quoddam oratoriolum, quod ipſe in honore ſanctæ Crucis conſtruxerat, veniſſent; inuenerunt nauem in æſtuario, quod vocatur Eroeſt, id eſt, Domus ſanctæ Crucis, cum ſancto corpore integro & illæſo, ſicut ab ipſis collocatum fuerat in naui. Videntes autem, gaudio magno gauiſi ſunt: & lapidem quidem ſuper altare eius loci in teſtimonium poſue-

b

reuelatione diuinâ

inuenitur,

AVCTORE MONACHO RVVENSI, EX BOSCIO.

poſuerunt; corpus verò ſancti viri cum hymnis & laudibus, ad ſuum monaſterium deferentes, maximâ multitudine populorum proſequente cum gaudio & lætitiâ magnâ, quoniam patronum & aduocatum magnum patriæ ſuæ, & apud Dominum interceſſorem inuenerant. Dies autem illa quæ eſt *c* quinto Idus Maij, ab illo tempore vſque ad præſens tempus, celeberrima colitur & ſeruatur apud prouinciales Venetenſes. Plurimas etiam in illâ die ſolitus eſt Dominus facere virtutes ad eius ſepulchrum, ſicut & ipſi oculis noſtris vidimus. Poſitum eſt autem corpus ſancti viri in eccleſiâ, quam ipſe in antiquo caſtro Reuyſij conſtruxerat, eadem quâ præfati ſumus die. Vbi per multa annorum curricula ſeruabatur, & ab vniuersâ Brittonum gente venerabiliter colebatur, quoniam innumerabiles ibi fiebant virtutes.

c & 11. *Maij*

deponitur in eccleſiâ caſtri Ruyenſis.

a *Videtur* Cornugallia *Armorica, veterum Curioſolitum regio, intelligi. Mira hîc narrat Morlaix: mortem S. Gildæ reuelatam Religioſis monaſterij S. Iltuti in Cornuvalliâ tranſmarinâ, natali eius ſolo, cuius Abbas aliquid in inſulam Horatam habuerit iuriſdictionis; ideoq; miſſos ab eo quoſdam voluiſſe illius tandem aſportare. Hæc ille. Natum S Gildam in* Arclud, *ſiue Albaniâ, regione moderna Scotiæ, ſuprà oſtenſum. monaſterium S. Iltuti non fuit in Cornuvalliâ, ſed vltra Sabrinam fluuium in Cambriâ.*

b *De antiquo vſu ſupplicationum & Litaniarum, diebus Rogationum, alibi inquiremus. Illum in Galliâ à S. Mamerto Epiſcopo Viennenſi, de quo* 11. *Maij, reſtitutum fusè tradit Baronius tomo 5. ad an. Chr.* 475. *num.* 11. *&* 12. *& Serrarius noſter in Litaneuticis & alij.*

c *Morlaix XX. Idus Maij, mendo nimis enormi; ſed, vt remur, librarij.*

CAPVT VI.

Monaſterium S. Gildæ vaſtatum, reſtitutum. Reliquiæ tranſlatæ.

34 INterfecto crudeliter ab impiis religioſo Rege *a* Salomone, & diſſidentibus inter ſe ipſos Britannis, bellaque inteſtina gerentibus; à foris autem piratis *b* Danorum vniuerſam Britanniam longè lateque depopulantibus; (nam eo tempore, gens ipſa Galliarum quoque partes vaſtabat maritimas, & quaſi quadam grandinis intolerabili tempeſtate, conterebat) itaque Britannia, quæ olim Letauia dicta fuit, ſicut diximus, eo tempore tam à ſuis quàm ab extraneis, crudeli modo vaſtabatur: ciuitates, caſtella, eccleſiæ, domus, monaſteria virorum atque ſanctimonialium, igni tradebantur, donec in ſolitudinem & vaſtam eremum omnino regio tota, Dei iudicio, redigeretur. Eo tempore *c* Alanus atque Paſquetanus frater eius Veneticam prouinciam regebant, quæ à Guereco Brogueret dicitur, eò quòd occiſo Belpoleno Duce cum exercitu ſuo, effugato etiam alio Francorum Duce Ebracario, regionem ipſam viriliter defendebant. Sed capto à *d* Nortmannis Paſquetheno atque redempto, ac poſteà à quodam per inſidias occiſo, ſolus cum filiis, prout poterat, *e* Alanus ipſam prouinciam regebat. Eâ tempeſtate duo monaſteria virorum, Lochmenech, id eſt, Locus monachorum; & locus S. Gildæ, effugatis habitatoribus deſerta ſunt atque deſtructa. Quorum habitatores coniuncti ſimul, compulſi ſunt alienas petere regiones, atque in Bituricenſi regione nouas ponere ſedes, ſecum deferentes *f* Sanctorum corpora Sanctarumque patrocinia, quæ tunc temporis apud Britannos feſtâ deuotione nimioque venerabantur affectu.

a

b *Danis Britanniam vaſtantibus,*

c

monaſterium S. Gildæ deſtruitur,

d

e

f *reliquiæ in Bituriges tranſferuntur.*

35 Cùm autem omnipotenti Domino complacuiſſet, vt & eccleſiæ Sanctorũ in Britanniâ reſtaurarentur, & gens Brittonum, quæ in alienis regionibus miſero modo exulabat, ad proprias rediret ſedes, reſumunt vires iterum Britanni; & qui intra regionem remanſerant, & qui diſperſi fuerant per regiones collecti in vnum, ſumunt arma: expugnant viriliter hoſtes ſuos, terrâ marique effugant, & à cunctis finibus ſuis expellunt. Eo tempore erat Comes in Redonenſi ciuitate Iuchaël, qui & *g* Berengarius dicebatur. Hic habuit filium nomine Conanum illuſtrem & bellicoſum virum, ex quo ortus eſt *h* Gaufredus, vir & ipſe in armis ſtrenuus, qui totius Britanniæ monarchiam tenuit. Hic ergo rogauit *i* Goſlinum Floriacenſis tunc monaſterij Abbatem, qui etiam poſteà Bituricenſi Eccleſiæ *k* præfuit Archiepiſcopus, vt tranſmitteret ſibi Felicem monachum, ad reſtauranda monaſteria, quæ erant in ſuâ regione ſolotenus deſtructa. Anno igitur Dominicæ Incarnationis milleſimo octauo, miſſus eſt *l* Felix à ſupradicto Abbate ad Gaufredum Comitem: qui honorificè ab eo ſuſceptus eſt, atque prædicta cœnobia ei donauit cum omnibus appendiciis ſuis, rogans & multùm deprecans, vt omni ſtudio reædificaret ea; promiſitque plurima ſe ei largiturum dona, cùm de itinere rediiſſet, quo feſtinabat ire. Properabat enim eo tempore idem Dux Romam ire, gratiâ orationis. Iuit itaque, ſed non rediit: quia in ipſo itinere mortuus fuit. Commendauerat autem ipſe Dux ſupradictum Felicem dum proficiſceretur coniugi Nobilibuſque ſuis, fratri etiam ſuo *m* Iudicaëli Epiſcopo Venetenſi, in cuius diœceſi ipſa monaſteria erant.

h

i

k *mittitur Floriaco Felix monachus,*

l

m

36 Sed libet nunc retro redire, & B. Pauli *n* Epiſcopi in ipſo factum referre miraculum. Cùm eſſet idem Felix in ſupradicto Floriacenſi cœnobio, tempore *o* Abbonis Abbatis, & languore graui deprimeretur, & deſperatus à medicis nullo modo viuere crederetur; apparuit ei vigilanti & oranti B. Paulus Epiſcopus, aſſiſtens ante lectum ipſius cum magno lumine, eique dixit: Quomodò te habes, Frater, vel vbi te tenet hoc malum? At ille: Quis es Domine? Ego, inquit, ſum Paulus Epiſcopus, quem quærebas. Domine, ecce, ait, in hoc latere me diu tenet malum: & oſtendit ei locum. At ille appropinquans, digito leuiter de latere eius putrefactam abſtulit coſtam: & ei ad lumen lampadis oſtendit, dicens: Hæc ampliùs non te nocebit. Et hoc dicens proiecit eam, & ab admirantis oculis cum lumine ſuo diſparuit; odor verò ſuauiſſimus permanſit totâ nocte in eadem domo. Sanus itaque cùm eſſet factus, nemo præuenit eum ad vigilias nocturnas. Mirantur omnes, quem ſperabant iam mortuum, viuere, & interrogant quomodò ſanatus fuerit. Ille à B. Paulo ſe viſitatum, & quid ſibi dixerit, qualiter etiam de latere ſuo fractam putrefactamque abſtraxerit coſtam. Et en illam, inquit. Et eleuans à terrâ, omnibus oſtendit eam. Mirantur cuncti factum, ſimulque laudes Domino cum ſonitu reddiderunt cymbalorum. Sed ad narrationis ordinem redeamus.

n

o *à S. Paulo Epiſcopo à letali morbo curatus*

ereptâ à latere coſtâ putrefactâ:

37 Poſt mortem autem Gaufredi Ducis, cùm redire voluiſſet Felix ad ſuum monaſterium, *p* Hadegogis Comitiſſa non permiſit illum ire, ſed multis precibus rogauit vt maneret, & perficeret ea, quæ vir ſuus in reſtaurandis cœnobiis inchoauerat facere. Retentus igitur à Comitiſſâ & Conſiliariis eius, maximeque ab Epiſcopo Venetenſi Iudicaële, qui eum vnicè diligebat; primò quidem parua erexit habitacula in ſupradictis locis. Erant verò ibidem eccleſiæ ſine tectis & ex parte dirutæ, & inter ipſos parietes annoſæ arbores creuerant, ſed & oſtia ipſa quædam concluſerant. Nulla ibi tunc habitationis domus erat, nulla hominis conuerſatio, ſed erant in ipſis etiam eccleſiis cubilia ferarum. Videbatur ergo omnibus laborioſum valdè & difficile aggredi tam immenſum opus: ſed ille habens fiduciam in Domino, non dubitauit inuadere illud, nec fuit ſpe ſuâ fruſtratus. Nam infra paucos dies, conuenerunt ad eum *q* optimi & religioſi viri: quorum adiutorio, & eccleſias reſtaurauit, & domos ædificauit, vineas plantauit, atque pomaria: ab his etiam pueri enutriti in Dei ſeruitio fuêre.

p

aſceteria erigit.

q *religioſos adſciſcit,*

38 Per idem tempus Britanni iterum in ſeditionem verſi, bella commouerunt. Nam ruſtici inſurgentes contra dominos ſuos congregantur. At Nobiles iuncto ſecum Comite Alano, agmina ruſticorum inuadunt, trucidant, diſpergunt, perſequuntur: quoniam ſine duce & ſine conſilio venerant in prælium. Deinde quidam Nobilium inſurrexerunt contra Comitem, ſed non præualuerunt;

In Britanniam ſua incolis reſtitutam

g

luerunt;quoniam ipſe vir ignauus & ſine ſcientiâ non erat.Inter hos tumultus Felix,quoniam non poterat quietè & pacificè viuere, ſtatuit ad monaſterium ſuum redire, nam ſedecimum annum agebat, ex quo ab Abbate ſuo ibidem tranſmiſſus fuerat. Conatum verò ipſius præuenit Hadegogis Comitiſſa.Miſit namque per quẽdam virum, qui cum eo pergebat, nomine Filim, epiſtolam ad Abbatem illius,rogans ne vllo modo eum retineret: ſed Abbatis ei benedictionem daret, & ad ſe illum iterum tranſmitteret.Quoniam filij eius Alanus *r* & Eudo iam adulti, parati erant perficere omnia, quæ pater eorum ei promiſerat.

redit Floriacum,

r

39 Cùm igitur legiſſet Gauzlinus Abbas epiſtolam, vocat Felicem monachum, interrogatque ad quid venerit, vel cur dimiſerit loca ipſa, & congregationem, quam ei commiſerat? Ille, Quoniam, inquit, nec pacificè, neque cum quiete poſſum ibi Deo ſeruire. Cui Abbas: Tu autem in tuâ putas habere patriâ, quod Chriſtus non habuit in ſuâ? Si igitur ad Chriſtum vis peruenire, debes ſicut & ille ambulauit & tu ambulare. Per multas enim tribulationes, ſicut dicit Apoſtolus, oportet nos intrare in regnum Dei. Ergo patienter,cariſſime, fer moleſtias vbicumque fueris,& eſto nobis obediens, ſicut in tuâ profeſſione Deo vouiſti: & ſuſcipe curam Abbatis atque benedictionem, vt cum ipſis, quibus te præeſſe voluimus, peruenire valeas ad æternam vitam. Sed cùm ille ſe excuſaret, & nullo modo hoc facere ſe poſſe diceret, Abbas, qui erat, ſicut diximus,Epiſcopus, arreptum eum inuitum, ad altare duxit,atque ad Abbatis officium promouit quarto Nonas Iulij. Acceptâ itaque Felix iam Abbas, tam Abbatis ſui quàm cunctæ congregationis benedictione, reuertitur: commendatitias ſecum deferens litteras Principibus Britanniæ,& Epiſcopo Venetenſi. Cùm autem dubitaret, quem potiorem locum de duobus ſtatueret ſedem Abbatiæ habere; Ducem Alanum, Epiſcopumque Venetenſem ſuper hac re conſuluit.Illi conuocatis nobilibus viris,aliquibus etiam Epiſcopis, ſtatuerunt locum S. Gildæ, qui erat antiquior, & terræ fertilitate, frumenti etiam & vini arborumque pomiferarum abundantior,diuerſorum quoque magnorum piſcium generibus, ſuis temporibus affluentior.

Act.14. 21.

Abbas ordinatus remittitur:

monaſterium S. Gildæ regit.

a *Rhegino Abbas Prumienſis:* Anno Dominicæ Incarnationis 874. Salomon Rex Britonum à Paſquitano & VVrfando Ducibus ſuis interficitur: poſt cuius mortem cùm hi duo regnum eius inter ſe diuidere vellent, ſed in diuiſione diſſentirent, eò quòd maxima pars Paſquitani partibus faueret,bellum ab vtriſque ſummis viribus inſtauratur. *De his Argentraus lib.2.c.31.*

b *De* Danorum, *ſiue* Nortmannorum, *irruptione in Britanniam agunt ſcriptores rerum Normannicarum à Du Cheſne editi, Argentraus, & alij.*

c *Hos fratres appellat Rhegino anno citato. Argentraus lib.3.cap.* 4. Alanum *Comitem Venetorum, at* Paſquetanum *cap.2.Comitem Leonenſem ſcribit.*

d *Normannos in auxilium contra* VVrfandum *euocarat. Rhegino ſuprà.*

e Alanus I. *Dux Britannia,* Rebras, *id eſt,* Magnus *cognominatus, dicitur ab anno* 894. *ad ann.* 907. *rexiſſe: filij eius erant* Iuhael & Colledocus.

f *De plurimorum Sanctorum reliquiis tunc è Britanniâ aliò tranſlatis agit Argentraus lib.3,cap.1.*

g *Hic pacem fecit cum* VVillelmo I. *Duce Normannorum; eum* Richardo I. *eius filio renouauit: vt tradunt Dudo Decanus S. Quintini, VVillelmus Gemmeticenſis, & alij. ſucceſſit* Richardus *patri VVillelmo an. Ch.* 943. *interfecto. Argentraus lib.3. cap.15.* Berengarium *patrem* Iuchaëlis *conſtituit, à quo prognatus ſit* Conanus.

h *alius* Goiffredus, & Geoffredus.

i *Ad hunc ſcribit Aimoinus librum de miraculis S. Benedicti. Eſt autem* Floriacum *in diœceſi Aurelianenſi ad Ligerim.*

k *Ab an. Chr.* 1013. *ad* 1030.

l *Colitur* 9. *Martij quo die contendit Morlaix eum ann.* 1000. *non* 1008. *vt hic dicitur, veniſſe in Britanniam. Verùm tunc nec-dum* Goſſinus *Abbas erat, viuente adhuc* S. Abbone.

m *Obiit* 7. *Iulij* 1037.

n *Morlaix ait, & probabile eſt, fuiſſe Leonenſem Epiſcopum, de quo ſuprà actum.*

o *Colitur* 15. *Nouemb. occiſus an.* 1003. *vt ad Sigeberti Chronicon adſcriptum.*

p *VVillelmo Gemmeticenſi lib.* 5. *hiſt. Norm. cap.* 5. Haduis *dicitur, filia Richardi I. Ducis Normannorum.*

q *Varios nominat Morlaix in vitâ S. Felicis.*

r *Vtriuſque meminit Gemmeticenſis ſuprà.*

AVCTORE MONACHO RVVENSI EX BOSCIO.

CAPVT VII.

Miracula æuo Scriptoris facta.

40 ERat autem in eodem loco ipſo tempore quidam Dei ſeruus, ſolitariam vitam ducens, nomine *a* Ehoarn, ſuper quem nocte irruentes latrunculi, eum ex adhærenti eccleſiæ domo extraxerunt. Quidam verò ex ipſis,Leopardus cognomine,arripiens ſecurim,ſuper limen eccleſiæ cerebrum illius excuſſit. Qui mox correptus à dæmonio, in terram corruit,atque cùm ſurrexiſſet, cultellum arripiens, ſeipſum in pectore vulnerauit; & niſi citò à ſociis ſuis fuiſſet defenſus, ſemetipſum interfeciſſet. Ligatus igitur ab ipſis, domum reuerſus eſt,ſed numquàm poſteà ſenſum recepit.Vidimus namque eum per viginti annos nullo tegi indumento, non tunicâ, non camiſiâ, non calceamento, ſed miro modo æſtate & hieme nudum incedere. Huic ſi quis pro miſericordiâ aliquod indumentum porrexiſſet, ille ſi fortè ſub arbore ſediſſet, vel in quolibet loco, non diſcedebat, donec ipſum indumentum omnino diſcidiſſet. Et ſi quidem laneum vel lineum fuiſſet, in ipſo loco diffilabat eum; ſi verò pelliceum, & ipſum ad nihilum redigebat.Itaque & æſtatis immenſos calores, atque intolerabilia hiemis frigora, ſicut diximus, per multos annos nudus incedens, domi foriſque pertulit.O ineffabilis Chriſti clementia! ô bonitatis & miſericordiæ ipſius immenſitas! ô B. Gildæ glorioſa merita, quæ ſic in vno eodemque homine & puniunt crimina, & impios caſtigant,ne ſimilia facere præſumant, ne ſimiliter puniantur! Credimus autem, virum illum, per hoc quòd Deus non vindicat bis in idipſum, ſaluum pro Dei miſericordiâ fuiſſe.

a Occiſo anachoretâ

latro obſidetur à dæmone,

inſanus

20. annis nudus oberrat.

41 Feſtiuitas beatiſſimi Gildæ, quâ de mari tranſlatum eſt corpus eius, appropinquabat; & populus vndique confluens, ad diem feſtum occurrere feſtinabat. Tunc quidam, qui diu in lecto iacuerat graui detentus infirmitate, cùm videret vicinos & amicos ſuos properare ad diem feſtum, clamabat vt ſe ad ſanctum locum ducerent. Dicebat enim, quòd ſi ſancti viri ſepulchrum contingere meruiſſet, mox ſanitati redderetur: hoc ſe credere, hanc fidem ſe habere teſtabatur. Adductus itaque ab amicis eſt, & ante ſepulchrum B. Gildæ poſitus. Cùm verò vigiliæ ſolemniter celebrarentur, & ille ante ſanctum iaceret ſepulchrum; ſubitò ſe extendens, in mortui modum diriguit, plangere ceſſauit, eius oculi euerſi erant, pedes, manus, pectus frigeſcebant, & toto corpore mortuus eſſe videbatur. Populi multitudo,quæ circumdederat, conclamabat: Quoniam mortuus eſt, educite eum foras. Igitur vociferantibus illis, & circa eum magis magiſque ſeſe comprimentibus, cùm nemo neque manum ponere, neque ad eum præ multitudine accedere per tres ferè horas poſſet; tandem aſcendens quidam ex monachis, Iunior nomine, & accipiens baculum Sancti in manu ſuâ, eum tertiò ſignauit cum baculo ſigno ſanctæ Crucis. Illicò mirantibus cunctis erexit ſe atque dixit: Numquid non vidiſtis B. Gildam ſtantem ſuper iſtum lapidem, & ſuâ me manu erigentem? Tunc in conſpectu omnium, ſanus atque gaudens ſurrexit, & manu ſuâ deferens candelam, ſuper altare poſuit. Et qui aliorum manibus ad ſanctum deductus fuerat ſepulchrum languens,ſuis pedibus domum ſanus reuertitur gaudens. Hanc ergo virtutem cùm poſteà narrarem nobilibus quibuſdam, ante eccleſiam Plomorcat, ille affuit, & iureiurando affirmabat ita fuiſſe, ſicut dicebam.

Æger delatus ad ſepulchrum S. Gildæ,

expiraſſe creditus,

baculo eius ſignatus,

reſurgit.

42 Notiſſima res eſt, & per cunctas partes Britanniæ vulgata; vt ſi in parochiâ, vel etiam in aliquâ regione mortalitas incubuerit, illius habitatores ad huius

AVCTORE MONACHO RVVENSI, EX BOSCIO.

sanctissimum confugere locum, atque à Deo ibidem sine dubio præstolari remedium. Veniebat pro eadem causâ de Ilfintinc multitudo plebis: sed vnus ex ipsis, nomine Dongual, subitâ eadem clade percussus cecidit, & ante ecclesiam Sarthau remansit. Socij verò ipsius cùm ad sanctum venissent locum, rogauerunt me, vt caballum, quo eum deferrent, transmitterem: quod & feci. Adductus itaque est: sed quia stare non poterat, in domo hospitum collocatus est. Erat autem ad videndum horribilis, & sanguinem vomens. Nemo eum vsque in crastinum viuere sperabat, sed iam iamque mori expectabatur. Hunc visitatura cuncta congregatio venit, oratque pro eo Dominum, & oleo sancto perungit. Hic itaque ab illâ horâ, paullatim ad se rediit, & vires recepit: & post aliquos dies, ex integro sanitati est redditus. Socij eius ad propria redeuntes, vxori eius mortuum eum fuisse, & apud S. Gildam sepultum dixerunt. Venit illa, eleemosynas pro animâ viri sui factura, sed quem sperabat mortuum, inuenit non solùm viuentem, verùm etiam sanissimum. Sic sic operaris Deus noster in Sanctis tuis, atque mirabilia magna solus facis. Reuertitur itaque vir ille cum vxore suâ gaudens atque sanus, qui venerat mœstus & moribundus. Hunc ego nuper vidi sanum, & gratias referentem Deo, & B. Gildæ virtutes magnificantem, qui etiam ea de se recordatur, quæ enarrauimus.

peste cor reptus

liberatur:

43 Nec prætereundum silentio est, quas eodem tempore priores nostri, qualesque humani generis inimici in hoc sacro cœnobio pertulerint molestias. Videns namque ille antiquus hostis, quòd serui Dei locum desertum incolere cœpissent; atque se ab eo, quem diu possederat, loco diu deserto expellere deberent; ad suas antiquas reuertitur artes, & quos Dei virtute videbat munitos, phantasmatibus & nocturnis terroribus eos effugare, omnibus modis conabatur. Nam nocte quadam, dum pueriles monachi ad mensam sederent & psalmos firmarent; aduersarius adfuit, alludens lumini candelæ apparuit, extendensque frequenter manum inter duos puerulos, hanc denuò retrahens, & iterum extendens atque iterum retrahens, & hoc donec candelæ deficeret lumen, indesinenter faciens. Species verò brachij atque manus, quæ solummodò videbatur, erat nigra & horrida pilis. Pueri timore exterriti, ac perturbati erant. Alter puerorum Ratfredus, alter verò Mangisus vocabatur: tertius verò adolescẽtulus, qui eos docebat, Rannulfus dicebatur. Senex igitur, qui eos seruabat, nomine Iouethen, videns quæ fiebant, & timore pueros perterritos, dicebat eis: Signate vos pueri, signate vos signo sanctæ Crucis, & psalmos Dauidicos decantate. Improbus verò dæmon consumptam extinxit candelam, & se in risum mouens, per aceruum lapideum, qui iuxta erat, proruens, terrorem immensum ex sonitu lapidum concussit. Deinde scutulas, quæ in refectorio erant positæ, totâ nocte mouens atque remouens, inquietam habitatoribus noctem reddidit. Vasculum verò, quod iuxta erat positum vino repletum, dum minister requisisset, vacuum inuenit: neque vllum vestigium, vbi in terram defluxerit, repertum est. Felix abierat, qui cùm venissent, & à Fratribus quæ præteritâ nocte pertulissent phantasmata audissent, acceptam aquam cum sale benedixit, & in circuitu & intùs aspersit: atque ab illo die, per Dei gratiam, quieta habitatio permansit.

dæmones monachos iuniores terrentes,

aquâ benedictâ fugantur.

a *Refertur à Menardo & Saussaio* 11. *Februarij.*

CAPVT VIII.

Conuersatio & obitus SS. Ginguriani & Gulstani laicorum monasterij S. Gildæ.

S Gingurianus laicus

44 FVit tempore illo inter priores huius sacri cœnobij monachus quidam, nomine Gingurianus, laicus quidem, sed Spiritu sancto omnibusque virtutibus plenus. Hic cùm aliquamdiu innocentem & simplicem vitam agens in monasterio Deo deseruisset, & eius patientiam per molestiam corporis comprobare, aliisque in exemplum ostendere Dominus decreuisset, per Spiritum sanctum ei reuelare dignatus est finem vitæ suæ. Venit itaque quadam die ante Abbatem Felicem atque omnem congregationem, humiliter satisfaciens, & petens ab omnibus sibi veniam dari. Dum igitur in circuitu tamquàm innocenti & simplici viro respondissent: Dimittat tibi Dominus ignorãtias tuas, atque ab omnibus peccatis tuis te absoluat; Scitote ergo, inquit ille, carissimi Fratres, quia ab hodiernâ die, neque ambulare inter vos, neque manere potero. Rogo Caritatem vestram, vt vestris orationibus me commendetis Deo, & oleo sancto vngatis. Mirantur omnes, quòd quem sanum videbant, vngi se rogaret. Ille autem rogabat, instabat, vt quamdiu loqui poterat, vngeretur. Post Capitulum autem, detulit omnia vtensilia atque ferramenta sua, & posuit ante pedes Abbatis, dicens: Domne, ecce obedientiam, quam mihi seruare præcepisti: commenda eam alicui ex Fratribus. Fuerat enim ipse beatus vir custos aluearij ab initio conuersionis suæ, habens sub curâ suâ plurima apum vasa.

pradicit morbum,

defert Abbati vtensilia sua commissa,

45 Deinde cùm Missa celebraretur, post pacem ad sanctum accedens altare, Communionem sanctam de manu Sacerdotis accepit. Ac pòst ambas manus ad pectus adducens, iuxta gradum altaris se extendens recubuit: atque inter manus eductus est in domum infirmorum, vbi statim sicut postulauerat à Fratribus, oleo sancto vnctus est: atque ab illo die, sicut prædixerat, per totum annum paralysi solutus, in lecto iacens, neque in latere altero se vertere, neque manum ad os ducere potuit. Per annum verò vnum ei manifestè Dominus per Angelum suum dignatus est obitus sui diem denuntiare. Qui manè Riaulum monachum ad se vocauit, eique dixit: Dic, rogo, Frater omni Congregationi nostræ, vt gratias Deo semper agant, & in Domino iugiter gaudeant. Et nouerint pro certo, quoniam ad nocturnas vigilias S. Michaëlem Archangelum secum hac nocte habuerint, qui antequàm omnino vigiliæ sonarentur, in specie pulcherrimi infantis mihi cum maximo lumine apparuit, & quis esset dixit, & adiecit: Ne timeas, inquit, sed præpara te, quia cum luce huius diei de corpore tuo exibis ad meliorem vitam: ac deinde per fenestram Orientalem, cum suo lumine ecclesiam intrauit: & quamdiu vigiliæ celebrabantur, præclarum illud lumen ab ecclesiâ non recessit. Nunc ergo, carissime Frater, nuntia Fratribus nostris quæ tibi dixi: & quòd gratias caritati eorum refero, quia obsequium mihi per totum istum annum exhibuerunt. Obsecro autem, vt Communionem sanctam mihi deferas, atque ab horâ vespertinâ obitum meum obserues. Igitur post Vesperas vocauit seruitorem suum, eique dixit: Voca Fratres meos ad me, quia iam de hac vitâ exeo. Omni itaque Congregatione ad eum coadunatâ, de hac vitâ eadem quâ prædixerat horâ migrauit ad Dominum a quarto Kalend. Octobris.

tempus obitus à S. Michaële intelligit,

moritur.

a

46 Vir quoque vitæ venerabilis, & memoriâ dignus, eisdem temporibus in hoc sacro cœnobio refulsit Gulstanus. Hic etiam laicus erat, sed psalmos & orationes, quas memoriter didicerat, nocte dieque ante Deum decantare non cessabat, pernox in vigiliis; ita vt etiam decrepitâ ætate vix eum vidisses tribus horis æstate aut hieme in lecto iacere. Hic verò in adolescentiâ suâ à piraticis prædonibus est separatus per Felicem, qui eo tempore in b Ossâ insulâ eremiticam necdum monachus ducebat vitam: ipsam quoque, quam eo tempore ab eo didicerat, semper dilexit vsque ad finem vitæ suæ ducere vitam; parcus in cibis & in potu, in vigiliis & oratione assiduus. Huius itaque viri merita Dominus declarare dignatus est, etiam in vitâ suâ. Nam longè lateque laudes & præconia ipsius, in ore omnium nauigatorum huius regionis resonabant. Plurimas namque per eum Dominus

B. Gulstanus omnia virtutum genera exercet

b

etiam vijuus à nautis inuocatur:

Dominus dignabatur operari virtutes & miracula, ita vt enarrare vel dinumerare ea vix aliquis posset. Defunctus autem est *c* V.Kalend. Decembris, apud Bellumvidere castrum, vbi pro vtilitate monasterij sui venerat, in domo monachorum S. Petri Maliacensium.Sed vbi voce præconis fuit auditum,quòd B.Gulstanus de hac vitâ migrasset; (mediâ enim nocte transierat) continuò de lectulis dissilientes viri nobiles, simul cum matronis,& cunctis qui audiebant, certatim festinabant ire cum cereis & lampadibus, vt obsequium ferrent viro Dei, ita vt vix posset ipsa domus continere multitudinem.

mortuus inuisitur magno cõcursu:

47 Videntes itaque monachi S.Philiberti, multa ornamenta, pecuniam quoque copiosam & cereorum diuersam multitudinem circa corpus viri Dei aggregari; persuaserunt omnibus qui conuenerant,vt ad ecclesiam suam sanctum corpus deferrent. Sed resistentibus monachis, in quorum hospitio defunctus fuerat, famulis etiam contradicentibus,ne ab illâ domo moueretur,donec illud possent ad suum reducere monasterium; illi è contrario, concitatâ multitudine,rapientes illum de domo illâ cum omni apparatu suo & luminibus, ad ecclesiam suam deportauerunt,& immensam, quæ offerebatur per triduum, pecuniam colligentes, post tertium diem sepelierunt eum. Igitur cùm ad monasterium eius hæc nuntiata fuissent, Vitalis Abbas illuc perrexit, & vt corpus monachi sui sibi redderetur, humiliter rogauit. Sed illi, non sancti viri dilectione, sed potiùs amore pecuniarum, quæ quotidie ad eius vndique deferebantur sepulchrum, nullum reddiderunt responsum. Ille ad Episcopum Pictauensem *d* Isembardum abiit, clamorem ferens de iniuriâ ablati sibi corporis monachi sui. Episcopus, quia inobedientes præceptis suis ipsi monachi fuerant,præcepit eos cum suo Abbate ad synodum suam venire, Abbatem etiam Vitalem præcepit adesse. Cùm ergo veniissent,& in synodo vtrique eorum causam dixissent; Episcopus præcepit Abbatibus atque Canonicis nobilibus qui aderant, vt *e* . . . . . *e*

ob corpus à diuersis monachis certatum:

Synodus Pictauis congregata.

AVCTORE MONACHO RVVENSI, EX BOSCIO.

d

a *Refertur eo die à Ferrario, Menardo, Saussaio.*

b *An* Oya *insula? de quâ in prolegom. vbi & de aliis quibusdam locis, quæ hic memorantur.*

c *At VI. Kal. Decemb. refertur à Menardo & Saussaio.*

d *Duo successiuè fuisse dicuntur* Isamberti *vndecimo seculo Episcopi Pictauenses, alter prioris nepos.*

e *Reliqua desunt.*

DE S. SVLPITIO SEVERO

ARCHIEPISCOPO BITVRICENSI.

§. I. *S. Sulpitij Seueri res gestæ.*

AN. CHR. DXCI. XXIX. IANVAR.

DVos Bituricenſi Eccleſiæ præfuiſſe Sulpitios, *XVII. Ianuarij diximus, priorem cognomento* Seuerum, Pium *alterum, cuius ſthic dedimus vitam: licet à compluribus ſcriptoribus eorum res geſtæ confuſæ reperiantur, quòd cùm duos dumtaxat reperirent in ſacris tabulis* Sulpitios *Bituricenſes Antiſtites, eorum verò alterum omnino exiſtimarent S. Martini diſcipulum fuiſſe, alterum cenſuerint, cognomento* Pium, *Gunthramni Regis temporibus vixiſſe. Verùm de antiquiore illo* Sulpitio *S. Martini diſcipulo mox agemus: præter eum duo apud Biturigas floruêre pietatis laude* Sulpitij, *prior ſub finem ſexti ſeculi, Gunthramno regnante, alter aliquantò pòſt ſub Clotario II. & Dagoberto: prior hoc XXIX. Ianuarij; ſecundus,* Pius *appellatus, XVII. colitur. Pluribus verbis ad* Sulpitij Pij *vitam §. 1. variorum de vtroque errores relati confutatiq; ſunt. Hic ſolùm quæ priori illi* Sulpitio *propria ſunt, (quoniam diſputationem illam denuò pertractare nihil attinet) colligemus: nam acta eius, quod adhuc quidem compererimus, tradita litteris non ſunt.*

SS. Sulpitij *duo,* Pius 17. *Ian.* Seuerus 29.

2 Seueri *cognomen qui huic* Sulpitio *tribuerit, antiquorum legimus neminem: à poſterioris æui ſcriptoribus, S. Martini diſcipulum ratis, ortum id videtur. Nam quòd Ioannes Chenu Biturix ſcribit, S. Martini diſcipulum* proprio nomine Seuerum, cognomento Sulpitium dictum esse; *hunc* proprio nomine Sulpitium, cognomine Seuerum; *parui eſt momenti: demus etenim* Seuerum *illum*, cognomento Sulpitium *appellatum fuiſſe, quod Gennadius cap. 19. ſcribit, plauſibili argumentatione vel refutat vel aliter exponit Victor Giſelinus in Sulpitij Seueri vitâ; aſt vnde* Sulpitio *Epiſcopo* Seueri *cognomen aſtruet? Id nos tamen vt à* Pio *ſecernatur, & quia inoleuit, retinuimus.*

huius cognomen,

3 *Nomen eius Martyrologio Romano ad IV. Kalendas Februarias ita inſcriptũ eſt:* Apud Bituricas S. Sulpitij Seueri Episcopi, virtutibus & eruditione conspicui. *Vetus Colonienſe Martyrologium:* Biturícas S. Seueri Episcopi & Confessoris, discipuli S.Martini Episcopi. *Idem expreſsêre Carthuſiani Colonien. & Molanus in addit. ad Vſuardum,* Felicius, *Caniſius, MS. Florarium. Conſtantinus Ghinius & S. Martini diſcipulum ait fuiſſe, & XXVII. Biturigum Antiſtitem, & Matiſconenſi ſecundo concilio interfuiſſe; cùm concilium illud Matiſconenſe, cui* Sulpitius *Epiſcopus ſubſcripſit, conſtet Gunthramni Regis iuſſu anno 585. eſſe celebratum; & vulgati Epiſcoporum Galliæ catalogi,* S.Leonem, *qui S. Leonis Papæ temporibus ſedit, interfuitq; compluribus conciliis, non niſi duodecimum illius Sedis Antiſtitem faciant; qui ergo potuit* Seuerus, *ſi ante eum ſedit, vigeſimus ſeptimus fuiſſe? At XXVII. in iiſdem catalogis ponitur is, de quo hic agimus, S. Gregorij Turonenſis æqualis* Sulpitius.

natalis,

4 *Sauſſaius non natalem hoc die* Sulpitij *conſignat, ſed tranſlationem; ita enim ſcribit:* Ipso die Bituricis translatio S.Sulpitij cognomento Seueri, eiusdem ciuitatis Episcopi & Confessoris, cuius natalis illuxit percolendus die decimaseptimâ huius mensis. *At XVII. die non illum, ſed* Pium *retulit. De tranſlatione autem* Seueri *mox dicemus.*

5 *Quis fuerit hic* Sulpitius, *quâue ratione ad epiſcopatum euectus commemorat S. Gregorius Turonenſis lib. 6. hiſtor. Francorum cap. 39.* Remigius, *inquit,* Biturigum Episcopus obiit: cuius post transitum graui incendio pars maxima ciuitatis cremata est; ibique illa quæ hostilitati resederant, perierunt. Post hæc Sulpitius in ipsâ vrbe ad sacerdotium, Guntchramno Rege fauente, præeligitur. Nam cùm multi munera offerrent, hæc Rex Episcopatum quærentibus respondisse fertur: Non est principatus nostri consuetudo sacerdotium venumdare sub pretio: sed nec vestrum, illud præmiis comparare: ne & nos turpis lucri infamiâ notemur, & vos Mago Simoni comparemini. Sed iuxta Dei præscientiam Sulpitius vobis erit Episcopus. Et sic ad Clericatum deductus, Episcopatum Ecclesiæ supradictæ suscepit. Est enim vir valdè nobilis, & de primis Senatoribus Galliarum, in litteris benè eruditus rhetoricis, in metricis verò artibus nulli secundus.

electio ad epiſcopatum, repulſis competitoribus Simoniacis.

6 *Ex his patet falli vehementer VVionem, qui cùm XVII. Ianuarij duos* Sulpitios Pios *conſtituat, quorum alter S. Auſtregiſili ſucceſſor colatur XVI. Ianuarij, alter aliquantò ſenior XVII. (qui ſenior, vt ibidem diximus, aliis* Seuerus, *ipſi* Pius *dictus, hoc XXIX. die colitur; alter XVII.) ſeniorem tamen ſcribit in monaſterio S. Nicetij Lugduni monachum, deinde Abbatem fuiſſe. At S. Gregorius Turonenſis ait fuiſſe* de primis Senatoribus Galliarum, *ac tunc primùm ad clericatum deductum. Fatetur Hugo Menardus, adhuc Senatorem fuiſſe cùm ad Epiſcopatum electus eſt.*

Non fuerat antè monachus.

7 *Baronius anno 581. contigiſſe eam electionem exiſtimat. Verùm ex tempore concilij Matiſconenſis ſecundi, cui ſubſcripſit iam Epiſcopus, manifeſtum eſt, poſt annum 585. eam factam non eſſe. Et tempus ipſe indicat Gregorius Turonenſis, qui cùm lib. 6. cap. 39. quæ nunc retulimus de* Sulpitij *electione ſcripſiſſet, cap.*

Ea electio an. 584. facta,

Ex variis.

40. subdit: Legatus verò Oppila nomine de Hiſpaniis aduenit, multa munera Chilperico Regi deferens. Timebat enim Rex Hiſpanorum, ne Childebertus ad vlciſcendam ſororis ſuæ iniuriam commoueret, quia Leuuichildus adprehenſum filium ſuum Herminichildum, qui ſororem Childeberti Regis acceperat, retruſerat in cuſtodiam. *Atqui & Chilpericus anno 584. occiſus eſt, quem ſibi contra Childebertum conciliare Leouigildus nitebatur; & Herminigildus anno 584. à perfido patre coniectus in carcerem, ipsâ nocte Paſchatis anni 585. martyrio coronatus eſt: quo anno parens quoque extinctus eſt. Accedit, quòd Matiſconenſi concilio interfuerit & ſubſcripſerit* Sulpitius Epiſcopus Eccleſiæ Bituricæ *anno Guntramni Regis 24. Chriſti 585. Sed ipſe Baronius eodem anno* Sulpitij *electionem & Chilperici Regis mortem refert: aſt hæc 584. contigit, non 587.*

8 *Quâ ſollicitudine epiſcopatum adminiſtrarit* Sulpitius, *indicat idem Gregorius Turonenſis, qui ipſum alloquens in Præfatione hiſtoriæ VII. Dormientium apud Turones quieſcentium, quam IV. Nouembris dabimus, ita ſcribit, vir ſanctiſſimus, nulli ſolitus vnquam aut Epiſcopo aut Regi aſſentari:* Beatiſſimo Patri Sulpitio, Dei gratiâ Biturícenſi Archiepiſcopo, Gregorius Turonorum indignus Sacerdos, in Deo ſalutari noſtro ſalutem perpetuam. Apud Poëtam ſub figurâ apum Sanctorum virtus & prudentia laudatur, cùm dicitur:

Quò magis exhauſtæ fuerint, hoc acriùs omnes
Incumbunt generis lapſi ſarcire ruinas.

Egregiè ſalutem ſuorum curat.

Hoc, Pater beatiſſime, in fronte epiſtolæ præmiſiſſe licuerit, conſideranti quantâ prudentiâ, quantâ ſollicitudine, titubantis Eccleſiæ ſtatum firmare, eius ruinas reſarcire contenditis. Hoc vitæ propriæ exemplis lucentibus, hoc melliſluis exhortationum ſermonibus, hoc denique geſtis præcedentium Sanctorum in medio prolatis, agere non ceſſatis. Hinc eſt enim quòd inter cetera paruitati meæ Veſtra Sublimitas imperauit (vrgens enim imperium eſt amici admonitio) quatenùs VII. Dormientium, qui apud Maius-monaſterium dicuntur requieſcere, quorumque fama percelebris longè lateque diffunditur, actus vitæ vel finem, ſi vſpiam poſſem reperire, ſcripto mandarem.

9 *Idem quò gliſcentes inter* Innocentium *Rutenorum & Vrſicinum Cadurcorum Epiſcopos ſimultates ſopiret, vt ſynodus Aruernis eius rei gratiâ indiceretur effecit. Teſtatur hoc idem Gregorius lib. 6. cap. 39.* Hic ſynodum illam, *inquit*, cuius ſuprà meminimus, pro parochiis Cadurcinis fieri commonuit. *At cap. 38. iſta ſcripſerat:* Theodoſius Rutenorum Epiſcopus, qui S. Dalmatio ſucceſſerat, diem obiit. In quâ Eccleſiâ in tantum pro Epiſcopatu intentiones & ſcandala orta conualuerunt, vt penè ſacris miniſteriorum vaſis & omni facultate meliori nudaretur. Verumtamen * Tranſobadus Preſbyter reiicitur; & Innocentius Gabalitanorum Comes eligitur ad Epiſcopatum, opitulante Brunichilde Reginâ. Sed adſumpto Epiſcopatu, confeſtim Vrſicinum Cadurcinæ vrbis Epiſcopum laceſſere cœpit, dicens quia diœceſes Rutenæ Eccleſiæ debitas retineret. Vnde factum eſt, vt diuturnâ intentione gliſcente, poſt aliquot annos coniunctus Metropolitanus cum ſuis prouincialibus apud vrbem Aruernam reſidens iudicium emanaret, ſcilicet vt parochias, quas numquàm Rutena Eccleſia tenuiſſe recolebatur, reciperet: quod ita factum eſt. *Ita Gregorius. Subſunt Metropolitano Biturícenſi Cadurcenſis & Rutenenſis Epiſcopi. Habitum id concilium cenſet Sirmondus ſub annum Chriſti 588.*

Synodum cogit pro pace Eccleſiarum.

** al.* Truſibaldus.

10 *Tandem anno Guntramni 30. Childeberti 16. Clotarij II. ſeptimo, Chriſti 591. deceſſit* Sulpitius. *Idem Gregorius lib. 10. cap. 26.* Obiit & Sulpitius Biturícæ vrbis Pontifex, cathedramque eius Euſtaſius Auguſtidunenſis Diaconus ſt ſortitus. *Sepultum fuiſſe in* S. Iuliani *baſilicâ, ſed ad* S. Vrſini *tranſlatum teſtatur Claudius Robertus, ibiq; eius feſtum ſo- nniter celeb ari IV. Kal. Februarij, at per totam diœceſin officio X. Lectionum.*

moritur:

transfertur.

§. II. Sulpitius Seuerus S. Martini diſcipulus an Sanctus?

11 *Magnus vir fuit* Sulpitius Seuerus, *genere, eruditione, Chriſtianâ humilitate; eximiis laudibus à S. Paulino Nolano Epiſcopo, viro laudatiſſimo, ornatus. Triplex de eo inſtitui controuerſia poteſt: an Biturigum Epiſcopus fuerit, an aliquando de fide non rectè ſenſerit, an in Sanctos ab Eccleſiâ relatus. Verùm poſtremum hoc de publico, qui Cælitibus impendi ſolet, honore, ni conſtiterit, reliqua duo ad noſtrum inſtitutum non magnoperè faciunt. Quamquàm illud iam ferè inter eruditos conuenit, Presbyterum dumtaxat, non Epiſcopum fuiſſe; Millenariorum errori, quem in Dialogis videtur ſecutus, non obſtinatè adhæſiſſe; &, quod Gennadius Maſſilienſis ſcribit cap. 19. de Scriptorib. cùm* in ſenectute ſuâ à Pelagianis *eſſet* deceptus, agnoſcentem loquacitatis culpam, ſilentium vſque ad mortem tenuiſſe, vt peccatum, quod loquendo contraxerat, tacendo penitùs emendaret.

Sulpitius S. Martini diſcipulus non fuit Epiſcopus, nec in hæreſi mortuus,

12 *Inſcriptum fuit illius nomen Martyrologiis quibuſdam, vt ſuperiore §. dictum eſt, atque à quinquaginta circiter annis in Romanum, cuiuſpiam negligentiâ, irrepſit. Verùm nuper* Vrbani VIII. *Pontif. Max. auctoritate expunctum eſt. Sauſſaius tamen in Martyrol. Gallicano hæc de eo ſcribit:* Eodem die in Aquitaniâ, pago Primuliaco, S. Seueri Sulpitij Preſbyteri & Confeſſoris, doctrinæ & ſanctimoniæ laude perilluſtris, qui S. Martini res geſtas nitido ſtylo conſcripſit, atque non minùs actibus expreſſit quàm calamo; paupertatis cultor egregius, ac humilitatis perſincerus amator, cuius præconia ob claras ſapientiæ dotes & ſublime vitæ inſtitutum S. Paulinus Nolæ Epiſcopus efferens magnificè proſecutus eſt. *Annumerat quoque eum* Sanctis *Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 67. cuius capitis hic eſt titulus:* De S. Seuero Preſbytero & Confeſſore.

imò Sanctis adſcriptus.

13 *Fertur* Guibertus Martinus *Abbas Gemblacenſis (non* S. Guibertus *eiuſdem monaſterij fundator, vt exiſtimauit Baronius) apologiam ſcripſiſſe pro* Seuero, *quæ Gemblaci extet & Louanij in monaſterio S. Martini. Eam non vidimus, ſi quidem alia eſt ab eo Seueri elogio quod à Guiberto conſcriptum, ex veteri MS. codice cum Roſvveydo noſtro olim communicauit R. D. Martinus à S. Trudone in eodem S. Martini monaſterio Canonicus regularis, quod quia perantiquum eſt (nam fertur anno 1208. obiiſſe Guibertus) viſum eſt hîc dare. ita ergo habet:*

Apologia pro eo Guiberti Abbatis,

14 Sulpitius Seuerus primùm B. Martini diſcipulus, pòſt Biturícenſis Archiepiſcopus, iuxta Gennadium in libro quem de viris ſcripſit illuſtribus, imò ſicut ex geſtis eius patet quæ in Maiori-monaſterio poſitus legi, ex Aquitaniæ partibus oriundus fuit, & tam diſciplinis liberalium artium quàm generis nobilitate clarus enituit. Itaque geminâ ſimul & proſapiæ & ſapientiæ ac ſcientiæ præpollens gloriâ, quodque inter huiuſmodi homines caput eſt, mediocritatis virtute conſpicuus, cùm ad viriles mediæ ætatis excreuiſſet annos; vt vir prudens, mundum in maligno poſitum eſſe perpendens, & ſecundùm carnem viuere vel ſapere mortem & ſtultitiam deputans, relictâ domo & cognatione rebuſque propriis in vſum pauperum expenſis, ad B. Martinum ſe contulit; à quo officiosè & gratè ſuſceptus, eius ſe diſcipulatui incunctanter ſubdidit; & cum eo in prædicto Maiori-monaſterio, donec carne exueretur, vir ſanctus familiariſſimè conuerſatus eſt.

ſcribentis monachũ fuiſſe,

15 Recepto denique inter cæli ſecreta beatiſſimo Martino, Sulpitius iſte Seuerus, qui eius diſcipulatui totus ſemper inhæſerat, cellam Patris per quinquennium, hæreditate videlicet, præclarè pius hæres & habitator obtinuit. Quem ſcilicet Sulpitium, quãuis admodùm renitentem, Biturícenſis Clerus inde extrahens, ſanctitate & ſcientiâ viri, pariterque amore ductus B. Martini magiſtri eius, Archiepiſcopum ſibi ſublimauit.

inde Epiſcopum;

16 Quòd à Pelagianis ſeductus in aliquo à regulâ orthodoxæ fidei exorbitauerit, nuſquam omnino niſi in ſolo legi Gennadio, qui neſcio vtrùm hoc alicubi & ipſe legerit,

vel non lapſum in hæreſim,

legerit, an ex ſolâ famâ, quæ facta & infecta loquitur, didicerit. Illud tamen fideliter credo, hunc eius errorem apud pium Iudicem Chriſtum, qui pœnitentibus clementer ignoſcit, ipſius merita non minoraſſe, ſicut in Eccleſiâ videmus gloriam ſanctitatis eius non obſcuraſſe; cùm auctor idem qui refert deceptum, teſtetur & correctum, dicens illum pœnitentiam ſibi ipſi impoſuiſſe, vt ſcilicet ſilentium vſque ad mortem teneret, quatenùs tacendo penitùs emendaret, quod incautè loquendo deliquiſſet. Et hoc eò magis ſit mirum neceſſe eſt, quòd cùm eſſet clarus genere, ſublimis dignitate, Epiſcopus officio, ac per hoc pluribus ſe debens, publicum deſereret, ſecretum peteret, atque carcerali latebrâ ſe prædamnans, ſimulque vigiliis, fame, & frigoribus carnem macerans, in ſpiritu humilitatis & animo contrito Deo ſatisfaceret. Proinde quis niſi de Chriſti pietate diffidens, non dico de eius ſalute, ſed de maximâ eius ſanctitate dubitare iam audeat? Fidelis ſermo & omni acceptione dignus. Et quidni illâ taciturnitate ſolitariâ ad diligendum Deum intra ſe concaleſceret cor eius? Quid ni in meditatione eius exardeſceret ignis compunctionis? Quid ni, dum non niſi ad hoc vacat, reuocaretur dolor offenſionis ſuæ? Quo ſcilicet igne in camino diutinæ probationis examinatus, & fonte lacrymarum, quibus per ſingulas noctes, id eſt, recordationes eiuſdem offenſionis, ſtratum conſcientiæ rigabat, cum hyſopo purgatoriâ humiliationis aſperſus, profectò mundatus eſt à delicto maximo, & ſuper niuem dealbatus. Itaque quodammodò tranſiens per ignem & aquam, optimo tempore eductus eſt in refrigerium. Proinde lignum iſtud fructiferum, etſi aliquando, ſubripiente vento fallaciæ, ad Aquilonem tranſiit, non ibi cecidit, nec ibi remanſit; ſed rurſus flante Deo regyratum ad Auſtrum, ibi in fine cecidit, ibique ſine fine permanebit.

vel pœnitentiam egiſſe,

& ſanctè obiiſſe.

17 Si autem aſſertioni mei ſolius ſuper his non creditur, credatur toti ſanctæ Maioris-monaſterij multitudini, quæ ſacræ depoſitionis eius ſolennia feſtiuo quotannis concelebrat officio: cuius celebritati ipſe quoque apud eos degens & ſemel & iterum interfui, & hanc cum ceteris Fratribus, cum nonnullâ deuotione, IV. Cal. Februarij, vt agitur, percolui. Habeatur ergo, vt dignum eſt, pro auctoritate tantæ fides Eccleſiæ, & contrahat & oppilet os ſuum iniquitas, quæ confeſſionem & pulchritudinem, quam dedit Dominus Sancto ſuo, & excelſo in verbo gloriæ, procaciter illi nititur abrogare. Gratias tibi ago, doctrix viarum Dei omnipotens ſapientia, quæ in eo viciſti malitiam, delapſumque in foueam & in vinculis peccati poſitum non dereliquiſti; ſed in fraude circumuenientium illi aſſiſtens, à peccatoribus gratiæ tuæ aduerſariis liberaſti eum, tantâque ſublimaſti gloriâ, vt inter filios eiuſdem gratiæ computetur, & inter Sanctos ſors illius ſit. EX VARIIS.

& cultum vt Sanctum,

18 Ceterùm ne quis de ignorantiâ fallatur, & me quoque deceptum ſanctitatem alterius alteri arrogaſſe cauſſetur; nouerit hunc alium, & alium illum eſſe Sulpitium, cuius feſtiuitas XVI. Cal. præſcripti menſis Februarij, in nonnullis Eccleſiis celebratur: ambos tamen vnius eiuſdemque ciuitatis Bituricenſis fuiſſe Archiepiſcopos; & hunc quidem ob diſtinctionem alterius Sulpitium Seuerum; illum verò Sulpitium Pium, appellari. Inueniet autem & diligens annorum ſupputator hunc illo multùm ſuperiorem tempore, cùm iſte B. Martini, qui tertius Turonicæ præſedit Eccleſiæ, ille diebus S. Gregorij, qui nonus decimus eamdem rexit Eccleſiam, extiterit. Sulpitius igitur noſter iſte inſignis & elegans ſtudiorum & operum beatiſſimi Martini conſcriptor, non reprehenſionis elogio, ſed ſummo laudis dignus præconio cenſeatur, qui ſplendidiſſimam gemmam aureo luculenti ſermonis circumdans eloquio, tam præclarum tamque politum in medio Eccleſiæ ſpeculare portabat, vt omnes boni æmulatores, qui ſui ſollicitè curam gerentes in veritate ſaluari cupiunt, in illo quid vitandum, quid appetendum, & vnde placendum ſit Deo, limpidiſſimè perſpiciant. *diuerſum eſſe à Sulpitio Pio.*

19 *Hinc manifeſtum eſt, iam à 400. annis eam inſediſſe multorum animis opinionem,* Sulpitium *illum, qui XXIX. Ianuarij colitur, S. Martini diſcipulum fuiſſe. Licebit fortaſsis ſuſpicari, & hunc & Bituricenſem illum Antiſtitem Guntramni Regis æqualem, eodem die coli ab Eccleſiâ ſolitos, cùm Epiſcopi geſta ignorarentur, vnum exiſtimatos, qui & S. Martini diſcipulus & Epiſcopus extiterit. Vel potiùs cùm didiciſſent monachi Maioris-monaſterij, præter* Sulpitium Pium, *alium coli Bituricẽſem Epiſcopum* Sulpitium *XXIX. Ianuarij, cuius in obſcuro eſſent res geſtæ, arbitratos ſuum illum antiquum collegam eſſe, ſub eo nomine illius cœpiſſe venerari memoriam.* *Videtur cum altero Sulpitio Seuero cõfuſus.*

20 *Hæc de* Sulpitio Seuero *perſtringere libuit, ne ei vel cæleſtes honores, ſi vſpiam legitimè habiti ſunt, detraxiſſe videamur, vel detuliſſe immerenti. Teſtatur Baronius ſe illius vitam legiſſe in Vaticanâ Bibliothecâ pluteo 4. nu. 234. Eam nos è codice Vaticano Nicolai V. tempore exarato, nu. 1188. deſcriptam, miſſamq; ad Roſvveydum noſtrum legimus. Præter elogium è Gennadio, & quædam ex ſpuriâ S. Auguſtini epiſtolâ, quæ in appendice tomi 2. operum eius extat, vix quidquam continet. Si conſtaret* Sanctum *fuiſſe, alia ex S. Paulino & aliis de eo poſſemus in medium afferre.* *Eius vita.*

DE S. POTAMIONE

EPISCOPO AGRIGENTINO IN SICILIA.

XXIX. IANVAR.

S. Potamionis natalis.

1 AGrigentum *vrbs eſt Siciliæ maritima, ad* Acragantem *flumen, vnde & nomen ductum. Hic Epiſcopus fuit, ſub finem vel ſexti vel ſeptimi ſeculi,* S. Gregorius, *cuius vitam à Metaphraſte editam XXIII. Nouembris dabimus. Hunc admodùm adoleſcentem in Clerum adlegit* S. Potamion *Epiſcopus, qui & ipſe in Sanctorum album relatus. Ita Octauius Caietanus noſter in Ideâ operis de SS. Siciliæ, ad XXIX. Ianuarij:* Agrigenti S. Potamionis Epiſcopi & Confeſſoris. *Citat in margine Kalendarium Agrigentinum, & Leontium in Gregorij Agrigentini Vitâ. Eadem ſcribit Ferrarius.*

S. Gregorium Agrigentinũ à baptiſmo ſuſcipit,

2 *Porrò de S. Potamione hæc in Gregorij vitâ narrantur:* Hunc (*Gregorium*) à ſacro baptiſmate vir virtute clarus Potamion, qui tum ſacris ac religioni Agrigenti ciuitatis præerat, ſuſcipit. Poſteà verò quàm puer octauum ætatis annum attigit, hunc ad Diuum Potamionem parentes adducunt, vt puero ille proſpera omnia precaretur, & præterea ipſum Præceptori traderet erudiendum. Qui cùm pro pueri ſalute Dominum, vt par erat, oraſſet, Grammatici cuiuſdam, cui Damiano nomen erat, fidei illum commiſit, diſciplinisque accuratè ac ſedulò incumbere præcepit..... *inſtituit curat.*

3 Vbi verò duodecimum annum prætergreſſus eſt, Epiſcopum rurſus ac ceteros Eccleſiæ miniſtros parentes adeunt, multiſque hunc ipſum in eorum collegium cooptari precibus orant. Cumque ille æquo animo ſermonem audiſſet (iam enim interiori mentis oculo cernebat, quàm ſplendidum ac lucidum oculum regendæ Eccleſiæ eſſet admoturus) in ſacrum cœtum adſciuit: & illum organum ſelectiſſimum fore, ac quidquid in poſterum futurus eſſet, præfatus eſt. *Clericum ordinat:* *futura prædicit:*

4 *Cùm duodecimũ annũ ætatis ageret Gregorius, Hieroſolymã cũ Marco, Serapione, & Leontio, Romanis monachis profectus eſt, ac benignè à Macario Epiſcopo ſuſceptus. Marcus eo Hieroſolymis relicto, Tripolim primò, inde naui conſcensâ in Siciliam cum ſociis aduectus eſt:* monaſterium verò, quod *Agrigẽto vrbi* proximum eſt, adeuntes, apud Præſidem diuerſantur: quem quidem Marcus futurorum præſcius, cùm numquàm

Ex variis. quàm vidiſſet, proprio nomine Paulum appellans, in ſtuporem coniecit. ac de prædicto S. Potamione, quem numquàm anteà illi cognitum eſſe exiſtimârat, perconctatus nihilo minorem admirationem iniecit. Itaque cùm menſa illis eſſet appoſita, ac panis & aquæ (vti illis moris eſt) mutuò participem feciſſent, viros Episcopo manifeſtat, & vt Marcus hominem, quem non viderat, nominatim appellârit. Quo ille nuntio mirificè gauiſus eſt, idque inexpectato lucro apponens, ad ipſum confeſtim properat. Porrò cùm illos obuios habuiſſet, complexatus; & per illos, quidnam apud eos ageretur, quinam eſſent, quoúe hac peregrinatione contenderent, cognoſcens, & rurſus cuius rei cauſsâ nauigationem facerent, cum illis breui commoratus, ac diuina quædam commentatus; ad eccleſiam, myſticum ſacrificium celebraturus, proficiſcitur; is enim Petri & Pauli ſummorum Apoſtolorum dies feſtus erat.

benignè peregrinos ſuſcipit:

5 Poſterâ autem die poſt matutinas laudes, cùm Epiſcopus illis adeſſet, deque rebus diuinis ac ſalutaribus cum illis familiariter loqueretur; ſtatim Gregorij parentes in vrbem ingreſſi ſunt. *Deinceps commemorat vitæ ſcriptor, vt, quid Gregorio factum eſſet, Epiſcopo & parentibus Marcus expoſuerit, & Romam reuerterit: ac demum tradit* Potamioni Theodorum, *huic* Gregorium *in Epiſcopatum ſucceſsiſſe.*

de diuinis colloquitur.

6 *Quando vixerit* S. Potamion, *ex S. Gregorij Epiſcopi petitis ætate debet, quam ſuo loco diſcutiemus: nam duos conſtat* Gregorios *iſtli Eccleſiæ præſediſſe, vnum Mauritij Imperatoris & S. Gregorij Papæ temporibus, alterum Conſtantini Pogonati, & S. Agathonis Papæ. Baronius priorem eſſe exiſtimat, qui XXIII. Nouembris colitur, probatq; quòd à Macario Hieroſolymitano dicatur benignè exceptus ac Diaconus ordinatus, qui Macarius anno 548. ab eâ Sede eiectus eſt, cùm eam biennio rexiſſet: nec videtur temporibus Pogonati ita liberè adiri à monachis Romanis Carthago potuiſſe, iterq; inde Hieroſolymam versùs inſtitui. At Græci in Menæis diſertè aſſerunt imperante Iuſtiniano Rhinotineto floruiſſe.* *An ſeculo ſexto vixerit;*

7 *Eadem Menæa habent Gregorium annos natum octodecim à* S. Potamione, *comâ priùs ritè detonsâ, in Clericorum claſſem eſſe relatum, & Lectoris munus inſigni vocis iucunditate ac claritate obiuiſſe: dein cæleſti monitu Carthaginem, inde Antiochiam, pòſt Hieroſolymam peregrinatum, Conſtantinopolim demum petiiſſe, & ſextæ ſynodo Oecumenicæ interfuiſſe, atque acri diſputatione Monothelitas conuiciſſe.* *an ſeptimo.*

8 *Alium vtroque antiquiorem Gregorium celebrant Menæa XIX. Decembris, quem & tradunt à* Proterio *Patriarchâ Alexandrino ad* S. Eleſbaan *Regem Æthiopum miſſum, multas in Arabiâ eccleſias conſecraſſe, multos Iudæorum adiunxiſſe Chriſto. Si* S. Potamion, *vt vult Baronius, ſexto ſeculo vixit, eius deceſſorem fuiſſe Gregorium illum veriſimile eſt.*

DE S. AQVILINO

PRESBYTERO MARTYRE, MEDIOLANI.

XXIX. Ianvar. 1 *INter alia quæ Mediolani auguſta viſuntur Diuorum templa, celebre eſt S. Laurentij, vetuſtiſsimum, atque collegio Canonicorum, olim regularium,* & incolatu S. Aquilini Colonienſis Canonici & Martyris, & tandem illius reliquiis decoratum, *vt ſcribit Gabriel Pennottus hiſtoriæ Canonic. regul. lib. 2. cap. 26. qui & cap. 39. num. 3. eius meminit.*

S. Aquilini Martyris

2 *Colitur* S. Aquilinus XXIX. *Ianuarij, ab Eccleſiâ Mediolanenſi officio trium Lectionum, à Canonicis Lateranenſibus ritu duplici. De eo Martyrologium Romanum:* Mediolani S. Aquilini Preſbyteri, qui ab Arianis gladio in gutture tranſuerberatus, martyrio coronatur. *Galeſinius:* Mediolani S. Aquilini Preſbyteri & Martyris. is fidei Catholicæ tuendæ ſtudio inflammatus, Germaniam, Galliam, & Italiam peragrauit, contra Arianorum perfidiam dimicatione ſuſceptâ: demum Mediolanum profectus, ab illis ob fidei Catholicæ defenſionem terrimè necatus, ad præmium migrauit in cælum. *Eadem habet Martyrologium Germanicum, niſi quod* reuertiſſe *Mediolanum ſcribit, quaſi anteà inde eſſet profectus.*

natalis,

3 *Teſtatur Galeſinius ſe* ex Breuiario, Calendario, ceteriſque priſcis monimentis Eccleſiæ Ambroſianæ, illius vitam exſcripſiſſe, & ad Breuiarij itidem Ambroſiani vſum accommodaſſe. *Hanc nondum vidimus, niſi ea ſit quæ Lectione tertiâ Breuiarij Mediolanenſis continetur, cui conſentanea narrant Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, & Conſtantinus Ghinius. Dabimus hic Lectiones ex Officio Canonicorum regularium cuſo Venetiis an. 1634. cum Notationibus Gabrielis Pennotti, qui teſtatur Vitam* S. Aquilini *Italico idiomate deſcriptam à Ioſepho Milano editamq; an. 1606. Mediolani, viginti capitibus digeſtam.*

Vitæ,

4 De S. Aquilini *ætate ita ſcribit* Ferrarius *in Notat.* Coniectura eſt illum ſub Theodorico Rege Arianorum patrono paſſum eſſe. *Venit in Italiam Theodoricus anno Chriſti 489. obiit an. 526. At Ioſephus Milanus, teſte Pennotto, natum ait anno 584. Id meritò improbat Pennottus, cùm vix centum annis pòſt fide Chriſtianâ imbuti ſint Francones, quorum caput Herbipolis. Illuxerant fortaſsis anteà aliquæ Euangelij ſcintillæ, cùm & Rheno proxima, & Noricum Rhætiasq; Romani tenerent: ſed reſtinxerat omnem illum cæleſtem ſplendorem immanis circùm colentium gentium barbaries. Pennottus potiùs 784. legendum cenſet.*

ætas,

5 *Idem de S. Aquilini effigie & reliquiis iſta ſubdit:* Extat hodieque Mediolani in æde vetuſtiſſimâ Laurentio Martyri ac Leuitæ ſacrâ ſacellum paris vetuſtatis, eidem S. Aquilino nuncupatum, in quo primùm eius cadauer poſitum vſque ad noſtra tempora ſeruatum eſt: nam ante paucos annos eleuatum, honorificentiori loco, vbi nunc viſitur, repoſitum eſt. In fornice eiuſdem ſacelli ſunt imagines, ſeu icones, circiter XXIV. depictæ, totam Beati ipſius Aquilini vitam, martyrium, ſepulturam, & miracula ad eius tumulum patrata referentes. Nec dubitari poteſt, ipſas imagines eſſe vetuſtiſſimas, ante annos plus minùs ſexcentos, quod imagines Chriſti & Apoſtolorum in ſuperiori abſidâ muſiuo, ſeu teſſellato opere depictæ oſtendunt. Hæ imagines tum ipſum Aquilinum, tum Canonicos Colonienſes, tum Canonicos S. Laurentij, apud quos Mediolani viuus & mortuus eſt commoratus, omnes cum eodem habitu regulari & vſuali referunt, quem hodieque Canonici regulares Lateranenſes in Italiâ, Victorini in Galliis, Noueſienſes ſeu Windeſimenſes Coloniæ & per inferiorem & ſuperiorem Germaniam, deferunt; cum eadem prorſus tonſurâ clericali, & raſurâ in ſuperiori & inferiori parte capitis, ad modum coronæ, quam Regulares communiter ferre ſolent; hoc vno excepto, quòd pro tunicâ albâ, quam nos Lateranenſes & noſtri Windeſimenſes deferimus, illi griſeam ferebant; quod etiam in Galliis, & aliis locis in Italiâ, vt in monaſterio S. Andreæ Vercellarum, S. Bernardi in Monte Iouis, S. Iacobi Celleuolanæ diœceſis Comaclenſis, fieri conſueuerat.

reliquiæ eleuatæ,

imago.

VITA

ex Officiis Canonic. Regular. Lateran.

1 AQuilinus Herbipoli in a Franconiâ claris parentibus genitus, cùm adhuc puer quoſdam ex condiſcipulis, Optimatum filios, hæreticâ prauitate infectos reperiſſet, Chriſtum ex Mariâ virili ſemine propagatum aſſerentes, grauiter adeò id accepit, vt contra illum errorem inuehi non timeret. Vnde factum eſt, vt re poſteà ab Epiſcopo compertâ, eo ſatagente omnes

a *S. Aquilinus puer hæreticos arguit,*

fit Colonia Canonicus,

te omnes ferè illo errore infecti redirent ad Catholicam veritatem. Cùm autem adoleuiſſet, Creatori toto corde inſeruire conſtituit. Quamobrem à parentibus cauſsâ ſtudiorum Coloniam Agrippinam miſſus, Colonienſi Epiſcopo adhærens, in numerum Canonicorum illius Eccleſiæ, *b* tunc regulariter cum eodem Epiſcopo viuentium, meruit cooptari.

b

dein Præpoſitus:

2 Qui poſt aliquot annos in patriam reuerſus, cùm parentes ex hac vitâ migraſſe inueniſſet, hæreditate paternâ mox diuenditâ, & illius pretio pauperibus erogato, ad Colonienſem Eccleſiam reuerſus, ob vitæ inculpabilis ſplendorem in Præpoſitum eligitur. Mortuo deinde Epiſcopo, in eius locum communi omnium conſenſu *c* ſubſtitutus, ne cogeretur Epiſcopalem dignitatem aſſumere, fugiens Lutetiam Pariſiorum iuit: quam graui peſte laborantem cùm inueniſſet, multis laboribus, vigiliis, & aſſiduis præſertim orationibus, breui tempore meruit à morbo liberare. Vbi defuncto Epiſcopo, in eius locum pariter ſubrogatus, fugâ denuò arreptâ, Ticinum in Italiam deuenit: vbi ſacrarum litterarum ſtudiis incũbens, Italicum vulgare idioma didicit.

c

fugit Epiſcopatum:

Pariſios peſte liberat:

iterum honores fugit:

3 Mediolanum deinde profectus, vt B. Ambroſij, quem peculiari deuotione proſequebatur, reliquias veneraretur, cum Canonicis S. Laurentij, tunc pariter regularibus, commoratus, contra hæreſim Arianam, quæ in eâ ciuitate paullatim vires reſumebat, vehementer adeò cœpit declamationibus atque diſputationibus inſurgere, vt eo ſatagente non pauci ab illo errore ad fidem Catholicam reuocarentur. Quod grauiter ferentes Ariani, Aquilinum ad Ambroſianam eccleſiam ſummo manè cauſsâ orationis de more accedentem aggrediuntur, & multis verberibus affectum ſemiuiuum relinquunt. Et cùm ab inſectandis eorum erroribus eum nullatenùs auertere potuiſſent, alterâ vice gladio eius gutturi defixo, Deo gratiſſimam hoſtiam immolauerunt. Sanctum autem illius corpus, ne tantum ſcelus diuulgaretur, abſcondere conati, ſuperueniente nebulâ denſiſſimâ impediuntur. Quare accedentes fideles, corpus in ſuo ſanguine volutatum inuenientes, cum hymnis & canticis ad eccleſiam S. Laurentij deportantes, in ſacello poſteà illius nomini dicato honorificè ſepelierunt, vbi miraculis claret.

EX VARIIS.

Mediolani hæreticos arguit:

ab iis occiditur:

honorificè ſepelitur.

a *Ghinius*, in Bauariâ, *nimis incuriosè.*

b *Id multis firmare rationibus conatur Pennottus: non eſt noſtri inſtituti id fuſiùs hic pertractare. Corrigendum in Pennotti diſputatione quòd* S. Lambertum *Colonienſium Epiſcopum ſcribit fuiſſe, qui ſolùm Traiectenſis fuit.*

c *Extat quidem in Catalogo Colonienſium Epiſcoporum* S. Aquilinus *vel* Solinus; *ſed inter primos, &, vt reor, alius ab hoc.*

DE S. ARNVLPHO

MARTYRE, IN BELGIO.

SECVL. VIII. XXIX. IANVAR.

Cyſonium.

1 CYſonium, *olim fiſcus regius* in pago Tornacenſi; *nunc intra limites agri Inſulenſis cenſetur, vicus inſignis & magnus, qui & Baroniæ obtinet decus, numeraturq; inter quatuor præcipuas Baronias Flandriæ, quibus vexilla geſtãtes vrſos appingunt. Plura de loci antiquitate, nomine, ornamentis ſcribit Ioannes Buzelinus noſter Galloflandriæ lib. 1. cap. 19. Hîc monaſterium, quod nunc Canonicorum regularium eſt, ante annos ferè octingentos condidit* S. Euerardus, *Ludouici Pij gener, Dux Foroiulienſis, de quo &* Giſlâ *coniuge, atque* Alardo *filio agemus XVI. Decembris.*

S. Arnulphi natalis,

2 *Hic* S. Arnulphi *Martyris aſſeruatum diu corpus fuit, cuius XXIX. Ianuarij in Martyrologio Belgico conſignatur Natalis, licet, vt habet Molanus in Natal. SS. Belgij, à Cyſonienſibus non celebretur. Eum XXVIII. Ianuarij refert Galeſinius his verbis:* Ciſonij in Belgis S. Arnulphi Martyris. *&* Ferrarius: Ciſonij in Belgio S. Arnulphi Militis & Martyris. *Quamquàm ab aliquo Belgâ, patriæ ſuæ parum gnaro, deceptus videtur Ferrarius, dum in Notis dubitat num pro* Cyſonio, *Flandriæ pago, vulgò* Ciſoing, (*non, vt ipſe ſcribit,* Cigyn,) Keſnoy, *ſiue* Quercetum *Hannoniæ oppidum reponendum ſit.* Sauſſaius *quoque:* Eodem die (*XXVIII.*) Ciſonij in Tornacenſi Præſulatu S. Arnulphi Militis & Martyris, qui pro pietate & iuſtitiâ coronatus occubuit. *Et præbuit his auctoribus eum diem illi dicandi occaſionem Molanus in Indiculo SS. Belgij ita ſcribens:* Arnulphus miles & Martyr Ciſonienſis, in defenſione Domini ac Magiſtri ſui innocens laqueo peremptus fuit..... Natalem notatum vidi V. Kal. Februarij. quem tamen puto à Ciſonienſibus non celebrari. ſed III. Id. Iulij faciunt commemorationem Sanctorum ſuæ Eccleſiæ. Eorumque eleuatio facta eſt pridie Id. Decembris.

Vitæ,

3 *Vitam* S. Arnulphi *ſcripſit rhythmo dimetro catalectico, ſtrophis tricolis conſtante, Canonicus quiſpiam Ciſonienſis, vt ex his verſibus patet:*

Sanctum nocte ſuſtulit,
Et in caput tranſtulit,
Præſentis Eccleſiæ.

Huius rhythmi ſtrophas aliquot recitat Molanus in Indiculo & Natalibus SS. Belgij, & Buzelinus loco citato, qui & lib. 3. Annal. Galloflandriæ ex fide hiſtoriam S. Arnulphi *exequitur. Eum porrò rhythmum nobis, ex MS. cœnobij Marquettenſis iuxta Inſulas, communicauit Ægidius Bucherius noſter. Meminit quoque* Arnulphi *Ferreolus Locrius in Chronico Belgico, & Guilelmus Gazæus in Hiſtoriâ Eccleſiaſt. Belgij, qui tradit eius opem aduersùs febres præcipuè implorari; ſed fallitur dum* Giſlam, *quæ ibidem tumulata, eius coniugem fuiſſe,* Alardum *filium ſcribit.*

filius Epiſcopus Cameracenſis,

4 Gaufridum, *ſiue* Guntfridum, *aut* Godefridum, *Atrebatium & Cameracenſium Antiſtitem,* S. Arnulphi Martyris filium *fuiſſe ſcribunt Demochares, Claudius Robertus, Gazæus. Georgius Coluenerius in Notis ad lib. 1. Chronici Baldrici Nouiomenſis Epiſcopi cap. 36. ita ſcribit:* Quis ſit iſte Arnulphus Martyr, non facilè dixerim. In Martyrologiis duos inuenio Arnulphos Martyres, vnum die 18. Iulij, qui ſcribitur fuiſſe Epiſcopus Turonenſis, contemporalis & diſcipulus S. Remigij; & proinde non eſt iſte de quo quæritur: alterum die 3. Octobris in addit. Molani ad Vſuardum his verbis: Moſonij feſtiuitas B. Arnulphi Martyris. Vbi tamen pro Moſonij veriſimiliter legendum eſt Moſomij..... An iſte ſit, non mihi conſtat. *Locrius & Ferreolus potiùs noſtri huius* Arnulphi *filium exiſtimant fuiſſe. De* Arnulphi *autem ætate ſtatui ex eo poteſt, quòd filium voluntcirciter annum 752.* Trawardo, *vel* Traguardo, *vitâ functo ſubrogatum, deceſsiſſe 770. aut non multò pòſt. Et ſatis ſit veriſimile ex iis quæ lib. 1. cap. 36. & ſequenti Baldricus narrat.*

Reliquiæ

5 Sacris Arnulphi oſſibus admodùm diu, *inquit Buzelinus,* Cyſonienſis cœnobij templũ, & pleriſque ad ea mirandis curationibus floruit. *Gazæus innuit adhuc iſthic extare; ita enim ſcribit:* Quieſcit in eccleſiâ Cyſonienſi, ad latus altaris, cum Giſlâ coniuge & Alardo filio: & 29. Ianuarij celebratur. *De* Giſlâ *ſuprà monuimus Ludouici Pij filiam, S. Euerardi coniugem fuiſſe;* Alardum *eorum filium. Et ipſe alibi licet iterum* S. Alardum S. Arnulphi filium *ſcribat, poſteà tamen* S. Giſlam S. Euerardi coniugem *vocat, traditq; cum eo coli XVI. Decembris.* Arnulphi *verò oſſa per Iconomachos diſperſa eſſe ſcribunt Molanus in Indiculo & Natalibus, ac Locrius.* Multus *anteà, vt tradit Buzelinus,* ad eam ædem fiebat concurſus hominum. Quibus collum dolore torquebatur, eam ipſi reſtim huic circumdabant, quæ fauces eius Martyris eliſerat; ſtatimque ſentiebant ægritudinem comprimi. Iis etiam ſæpenumerò ad preces malignus corporis ardor extinguebatur, qui febribus æſtuabant grauiter: & multi pro accepto munere, frequenter offerebant argentea fila in laquei modum contorta.

ab hæreticis diſperſa.

miracula.

VITA

VITA METRICA

Auctore Canonico Cyſonienſi anonymo,

ex MS. monaſterij Marquettenſis.

Arnulphus vir ſanctiſſimus,

1 ARNVLPHI Deiferi,
Fidelis armigeri,
Talis eſt hiſtoria.
Huius ætas florida,
Deum mente feruidâ
Sequens duce gratiâ,
Irreprehenſibilis,
Et cunctis amabilis,
Apparere ſtuduit.
Non curans de craſtino,
Egenos pro Domino
Veſtiuit & aluit.
Quem matura grauitas
Inſignit & caſtitas,
Regit temperantia.
Mundo viuens mortuus,
Sanctitate ſtrenuus,
Conditus prudentiâ.
Cuſtos conſcientiæ,
Diuinæ præſentiæ
Complacere ſtuduit.
Cuius innocentia
Nil de ſapientiâ
Stulti mundi ſapuit.
Orans cum ieiunio,
Quod metat cum gaudio
Seminat in lacrymis.
Omnino ſollicitus,
Ne nimis implicitus
Eſſet rebus infimis.
Quid de eo dignius,
Quid dicatur plenius,
Cùm res modum ſuperet?
Quis miſericordiam,
Quis virtutum copiam,
Quis actus enumeret?

ſit viro nobili cognato ſuo armiger:

2 Hic cuiuſdam Militis
Potentis & diuitis,
Erat fidus armiger.
Nam procerus corpore,
Viuo vigens robore,
Fuit armis impiger.
Ipſum conſanguinitas,
Sed & morum probitas,
Carum fecit Militi.
Sed quòd eſſet gratior,
Et cunctis præſtantior,
Inuidebant ſubditi.

ſubtrahit ei quod det pauperibus:

Hic furto clandeſtino
Subtrahebat Domino
Non paruam ſubſtantiam.
Planè ſalutiferum
Furtum, quia pauperum
Supplebat inopiam.

duplici miraculo defenditur eius innocentia:

3 Dum ſub veſte propriâ
Deferret edulia,
Tentus à familiâ;
Accuſatur, trahitur,
Damnatur, diripitur,
Veſtis Sancti ſcinditur.
Sinus plenus aſſulis
Patet coram famulis
Ad Arnulfi gloriam.
Sic Dominus miraculo
Factam ſuo famulo
Decorat iniuriam.
Dum ſtupet familia,
Non tardat de veniâ,
Sed indulget protinus.
Sopita ſuſpicio:
Dat eius dominio
Domus curam dominus.
Ipſe ſibi conſcius
Recedens quantocyùs
Secum defert aſſulas.
Quas dum diſtribueret,
Videt quòd reſumeret
Primas eſca formulas.
Inde non extollitur,
Sed cœpti perſequitur
Opus beneficij.
Nulli damnum inferens,
Secum diem conferens
Extremi iudicij.

damna ſubditis inferre recuſat:

4 Hic præceptum Militis
De prædandis ſubditis
Quandoque ſuſcipiens,
Parcebat extraneis,
Ex eiuſdem horreis
Ipſi ſatisfaciens.
Quod cùm ſæpè faceret,
Et tanta decreſceret
Paullatim ſubſtantia;
Eſt delatum domino,
Quòd vix die craſtino
Suppetunt ſtipendia.
Conuenitur igitur,
Et pœnis addicitur,
Quaſi reus ſceleris.
Adeſt in propatulo
Deus ſuo famulo,
Atteſtator operis.

domino horrea repleri diuinitus impetrat:

Nam cùm damnum reparat,
Ipſius exhilarat
Dominum dupliciter.
Arnulfum ſanctiſſimum,
Et Deo cariſſimum
Commendant communiter.
Ex hoc quaſi proprium
Aſſumens in filium,
Miles hunc amplectitur.
Iam non dicit proprium
Quod habet, ſed omnium,
Nec clàm diſtribuitur.

æſtuat martyrij deſiderio:

5 Sic Arnulfi ſanctitas
Et probata caritas
Longè latè claruit.
Et quòd per martyrium
Ad Sanctorum gaudium
Peruenire meruit.
Licet eſſet laicus,
Hunc ſermo Dominicus
Perfectè docuerat;
Vt ſicut pro omnibus
Chriſtus, ſic pro fratribus
Quiſque mortem perferat.
Nam Martyr vt fieret,
Et iuſſum perficeret
Conſtanter Dominicum;
Hic & Miles pariter
Egreſſi, feliciter
Iter carpunt publicum.
Hoſtes eius dominus
Habebat, quos eminus
Venire conſpiciens,
Dum non eſt effugium,
Iſte dat conſilium,
Dominum conueniens:

Equus

Equus veſter debilis,
Meus velox & agilis;
In ipſum conſcendite.
ſe morti offert pro domino: Sic ad villam proximam,
Veſtram tantùm animam
Vt ſaluetis, fugite.
Mihi non ſunt metui,
Nihil eos nocui,
Cur eos paueſcerem?
Et ſi vitam termino,
Mori pro te domino
Libet, vt te liberem.
6 Miles fugit ocyùs:
Hoſtes hunc atrociùs
ſuſpenditur: Tractant, mactant, lacerant;
Quòd eius ſuffragio
Quem habebant odio
Fugiſſet, improperant.
Eius collum fortiter
Loro ſtringunt pariter,
Vt ſic vitam finiat.
Longo viuens tempore,
Sic pendet in arbore,
Vt nil mali ſentiat.
Lorum nihil nocuit,
Sed magis ſuſtinuit,
Deum laudat: Quem tortor exanimat.
Nomen ineffabile,
Diuinum, terribile
Ter Beatus nominat.
Hoſtes torquet rabies,
Quòd tanta ſit requies
Pendentis in arbore.
Iram furor concipit,
In pauſam ſe proripit
De cuiuſque pectore.
Quòd nihil proficiant,
Niſi cœptum finiant,
Colloquuntur mutuò:
Hinc ſi diſceſſerimus,
vi ſtrangulatur. Nullum reportabimus
Triumphum de mortuo.
Dum ſic quiſque loquitur,
Ab ipſis conſcenditur
Arbor vnanimiter.
Sancti ſuper humeros
Ponunt pedes efferos,
Innitentes acriter.
Innocentem iugulant,
Quod probant quæ pullulant
Ibidem miracula,
Quæ ſilenda credimus,
Non viſa dum ſcribimus,
Ne putetur fabula.
7 Sed ſuperſunt plurimi,
Qui viri ſanctiſſimi
Nouerunt hiſtoriam;
Quorum teſtimonium
Arbor cæleſti fulgore lucet. Prolatum in medium
Multam confert gratiam.
Nam ſunt longo tempore
In eâdem arbore
Viſa luminaria;
Vt ibidem ciuium
Credatur cæleſtium
Adeſſe præſentia.
Tanta moles arboris
Per ſucceſſum temporis
Non comparet penitùs:
Totum à fidelibus
Pro magnis pignoribus
Eſt raptum radicitus.
8 Lorum quod ſupplicio

Fuit, eſt remedio,
Si quis collum doleat;
Hoc ſi circumtulerit,
Et non hæſitauerit,
Quòd mox dolor abeat!
a Nam ſi quis cum febribus
Huc venit & precibus
Sentit beneficia.
Concurrente populo,
Multa Dei famulo
Dabantur donaria.
Huc ſæpè recurrere
Se non ſine munere
Vouet plebis copia.
Quoſdam, vt monuimus,
Huc venire vidimus
Cum filis argenteis,
Quæ collo circumferunt,
Et Sancto ſic offerunt
Factis quaſi laqueis.
9 Vnum hoc non ſileo,
Penes me quod habeo,
Inſigne miraculum.
Nam cùm eſſet rimia
Plebis inſolentia
Circa Sancti tumulum;
Hic ſuæ præſentiæ
Illatam quotidie
Non ferens iniuriam,
(Nam lateret poſteros
Quantam apud Superos
Obtineret gloriam)
Orabat in angulo
Coram Sancti tumulo
Quædam ſenex vidua,
Vacans eleemoſynis,
Orare cum lacrymis
Hæc erat aſſidua.
Sanctus viſibiliter
Apparens, hanc leniter
Vocat & alloquitur:
Regna tenens cælica
Sic à plebe laicâ
Cur Arnulfus ſpernitur?
Queritur de contemptu ſui ſepulchri. Ipſi dorſos ingerunt,
Se præſente conferunt
Verba nugatoria.
Ipſe ne ſe vindicet,
Decet vt hoc indicet
Tua præſcientia.
Ad quæ fortis femina:
Te, ſi placet, nomina,
Nec me reddas dubiam:
Vt quantò ſum certior,
Tantò ſim conſtantior,
Vt quod iubes faciam.
Arnulfum ſe nominat;
Quod iubet ingeminat
Incontanter fieri.
10 Statim die craſtinâ
Viſum refert femina
In aures Preſbyteri.
Qui, quaſi diuinitus
Tunc eſſet admonitus,
Proceſſit ad populum.
Sancto quiſque deferat
Iubet, monet, iterat,
Et narrat miraculum.
Tamen timens tumulo,
Tranſferuntur reliquiæ eius Cyſonium. Rudi rurſum populo
Ne foret incuriæ,
Sanctum nocte ſuſtulit,
Et in caput tranſtulit

Auctore Cysonien. Canonico, Ex mss.

a Alia Sancti miracula.

Donaria ei oblata.

Ex Mss.

Præſentis eccleſiæ.
Ibi nunc repoſitus
Iacet Martyr inclytus
In altaris margine.
b Ibi Gilla poſita
Eſt, & eius inclyta
Proles, Alars nomine.
Horum trium meritis,
Et Eurardi Militis,
Præſta pater omnium,
Sic ad præſens viuere,
Horum vt in æthere
Conſequamur gaudium.
Amen.

a *Ante hanc ſtropham habebatur in exemplari quo vſus Molanus, iſtac:*
Omnis plebs Ciſonij
Martyris egregij
Gaudet de præſentiâ.

b *Hos verſus ita expreſſit Buzelinus:*
Vbi Giſla poſita eſt,
Et eius inclyta proles,
Adalardus nomine.

Giſlam *quoque habet Molanus, & plerique qui de eâ ſcribunt.*

DE S. IVLIANO HOSPITATORE.

XXIX. IANVAR.

1 *VIta à Maioribus noſtris, laudabili pietate, ædificata fundataq́, xenodochia, peregrinis hoſpitio excipiendis. Pleraque in Belgio* S. Iulianum *patronum venerantur, vti noſocomia* S. Eliſabetham *Landgrauiam, quæ XIX. Nouembris colitur.* S. Iuliani *natalem quidam XII. Februarij conſignant, vt Petrus de Natalibus lib. 3. cap. 116. Maurolycus, Ferrarius in gener. Catalogo SS. Hic tamen in Catalogo SS. Italiæ, & in gen. catal. in Notis teſtatur celebrari in diœceſi Aquileienſi hoc die. Cuias fuerit, vbi & quando vixerit ait ignorari; addit tamen:* Fieri poteſt, vt in Carnis, in quibus flumina intumeſcentibus aquis non ſine manifeſto diſcrimine tranſuadari ſolent, vixerit. *De natali eius ſolo, ætate, paricidij aut pœnitentiæ loco, nihil nobis vel coniectare fas ducimus, cùm in nullam partem argumenta occurrant. Nam illud de periculoſo amnium apud Carnos traiectu, friuolum eſt: vbi non terrarum eiuſmodi loca in fluminibus aliqua; quæ vel aquarum in gyrum reuolutis vorticibus, vel citato fluctuum impulſu, vel incerto vado hærentibus ſaxis, vel, quod frequentiſſimum remur, dæmonum humanæ incolumitati & ſaluti inuidentium malitiâ, tranſmitti abſque periculo nequeant?*

S. Iuliani natalis:

patria & ætas ignotæ:

2 *Antonius Vincentius Domeneccus in Hiſtoriâ SS. Cataloniæ, ſcribit S. Iulianum Hoſpitatorem pauperum in multis eius prouinciæ locis magnam obtinere venerationem, ac præſertim vico Barcinonenſis diœceſis qui* Del Fou *dicitur, vbi eius agitur celebritas XXVIII. Auguſti.*

veneratio in Hiſpaniâ:

3 *Vita eius extat in Legendâ Aureâ Iacobi de Voragine ad 27. Ianu. poſt* S. Iuliani *Cenomanenſis vitam. Eamdem recitat Vincentius Bellouacenſis lib. 9. cap. 115. Petrus de Natal. lib. 3. cap. 116. S. Antoninus par. 1. tit. 6. cap. 25. §. 4. Domeneccus loco citato, Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, & alij.*

Vita:

4 *Venatoris habitu apud Siculos pingi ſolere auctor eſt Maurolycus, qui 12. Februarij ita ſcribit:* Item Iuliani Hoſpitatoris, qui parentibus inopino caſu peremptis, vnà cum vxore in fluuij tranſitu viatores hoſpitio & officio ſuſcipiens veniam meruit, & caritatis operibus plenus, vnà cum eâ quieuit. Hic venator fuiſſe perhibetur, qualem picturæ repræſentant. *Aſt hîc in Belgio vt miles, aut Nobilis, pingi ferè conſueuit, manu nauiculam ſuſtinens; adpicto ſubinde ad latus ceruo.*

imago.

VITA EX S. ANTONINO.

1 CVm Iulianus quadam die venationi inſiſteret, vt iuuenis & nobilis, & quemdam ceruum repertum inſequeretur, ſubitò ceruus vertens ſe ad eum dixit ei: Tu me ſequeris, qui patris & matris tuæ occiſor eris? Quod ille audiens obſtupuit. Et ne hoc ei accideret, quod ceruus ei dixerat, relictis omnibus diſceſſit ad regionem valdè remotam pergens, & cuidam Principi ibi adhæſit, & tam ſtrenuè & in bello & in palatio ſe geſſit, quòd Princeps ille [a] Militem eum fecit, & quamdam Caſtellanam nobilem viduam ei coniugem tradidit, caſtellum pro dote tribuens.

Iulianus ne parentes occidat, abit peregre:

a

2 Intereà parentes Iuliani pro amore filij nimiùm dolentes, vagabundi vbique pergebant eum requirentes ſollicitè. Tandem ad caſtrum, cui Iulianus præerat, perue-

eos benignè ab vxore exceptos

nerunt. Tunc autem caſu Iulianus aberat. Vxor autem eius eos videns, interrogauit quinam eſſent. Cumque illi omnia enarraſſent, quæ filio accidiſſent, ipſumque ad quærendum diſcurrerent, intelligens illa hos eſſe parentes Iuliani, vtpote quia à viro ſuo hoc frequenter audiuerat, honorificè eos recepit, eiſque proprium cubiculum ad quieſcendum tradidit, alium ſibi lectulum parans. Manè autem facto Caſtellana ad eccleſiam pergit, parentes Iuliani vt feſſos in lecto ſuo quieſcentes dimittens. Reuertitur intereà Iulianus domum; thalamum autem ingrediens excitaturus vxorem inuenit parentes ibi dormientes. Sed ignorans parentes eſſe, ſuſpicatus eſt vxorem ſuam cum adultero ibi iacere, vnde ſilenter extracto gladio ambos occidit.

temerè occidit

3 Egreſſus autem domum, obuiauit vxori ab eccleſiâ reuertenti. Qui interrogauit eam quinam eſſent, quos in lectulo ſuo reperiſſet. Indicauit illa eos eſſe parentes ſuos, quos dulciſſimè eum quærentes honoranter ſuſceperat, & in ſuo thalamo collocauerat. Quod audiens quaſi exanimis effectus amariſſimè flere cœpit dicens: Hei mihi, quia dulciſſimos parentes meos occidi! Quid faciam? Ecce impletum eſt verbum cerui, & quod euitare curaui de domo & patriâ recedens, in hoc impegi. Iam nunc vale ſoror mea dulciſſima, quia de cetero non quieſcam, quouſque ſciam Deum pœnitentiam meam ſuſcepiſſe. Cui illa, Abſit à me dulciſſime frater vt te deſeram, ſed quæ particeps fui tecum gaudij, ero & doloris & pœnitentiæ ſimul. Ergo inde recedentes, iuxta quoddam magnum flumen, vbi multi periclitabantur, [b] hoſpitale magnum conſtruxerunt, vt pœnitētiam ſuam ibi agerent, & tranſire volentes fluuium tranſueherent, ac pauperes hoſpitio reciperent.

peregre pœnitentiam agit,

nauigio tranſuehens viatores:

b

4 Poſt multum temporis cùm quadam nocte Iulianus feſſus quieſceret, & gelu intenſum eſſet, audiuit vocem lacrymabiliter lamentantem, Iulianumque vocitantem vt eum tranſueheret. Quod ille audiens, concitus ſurrexit, & iam eum frigore deficientem inueniens, in domum ſuam portauit, ipſumque igne accenſo calefacere ſtuduit; poſteà in lectulum ſuum duxit, eum pannis operiens. Poſt paullulum qui ſic infirmus & quaſi leproſus apparuerat, ſplendidus factus ſcandit ad æthera, hoſpitique ſuo dixit: Iuliane, Dominus me miſit ad te, ad inſinuandum quòd tuam pœnitentiam acceptauit; (erat enim Angelus Domini) & ambo poſt modicum in Domino quieſcetis, ſicque diſparuit. Illi autem pleni eleemoſynis & bonis operibus, non multò pòſt animas ſuas Domino reddiderunt. [c] Ad honorem igitur eius dicitur PATER NOSTER, vel alia oratio, ab aliquibus, vt ſcilicet detur eis bonum hoſpitium, & defendat à periculis.

Angelum ſpecie pauperis excipit:

ex eo intelligit peccatum ſibi condonatum:

moritur.

c

a *Pet.* Principem militiæ.

b *MS. Vltr.* tugurium.

c *Petrus de Natal.* Et quia fuit pauperum peregrinorumque ſuſceptor, inde à viatoribus pro bono inuocatus hoſpitio, dicitur Iulianus cognomine Hoſpitator. *Titulus illius hiſtoriæ apud Bellouacenſem eſt:* De alio Iuliano, pro quo dicitur Oratio Dominica.

DE

DE B. REDIGVNDE, ſiue WEDIGVNDE,

VIRGINE ORD. PRÆMONSTRAT. IN HISPANIA.

ANN. MCLII. XXIX. IANVAR.

1 VIlla-Maior monaſterium diœceſis Burgenſis, *inquit Autbertus Miræus in Chronico Præmonſtraten. ad an. 1177.* nomen habet à pago vicino, cui nomen Villæ Maioris. Abeſt milliaribus ſeptem à Burgenſi vrbe. *Memoratur & à Ioanne Pagio Biblioth. Præmonſtrat. lib. 1. in Circariâ Hiſpaniæ, & à Seruatio Lairveltz, qui in Palentinâ diœceſi locat. Patronum veneratur hoc cœnobium* S. Michaëlem *Archangelum, vnde &* S. Michaëlis de Treuiño *appellatur, vt ab alio ſecernatur eiuſdem ordinis cœnobio* S. Michaëlis de Gros, *in diœceſi Zamorẽſi, oppido Tauro, ad Duium flumen ſito, cuius iidem meminêre.*

B. Redigundis Virginis

2 *Aſſeruatur hîc* S. Paulinæ *Virginis & Martyris corpus, ex Italiâ cum aliis Diuorum lipſanis allatum ab Antonio de Padilla è Societate Ieſu, & religioſiſſimis his Patribus anno 1612. 23. Aprilis donatum. De eâ agemus VI. Iunij. Extat hîc quoque corpus* B. Redigundis, *quam alij* VVedigundem, *quidam* Radigundem *vocant. Eius vitam damus ex Hagiologio Præmonſtratenſi, quod R.mus D. Chryſoſtomus vander Sterre antiquiſsimi in vrbe Antuerpienſi S. Michaëlis monaſterij Abbas, dudum prælo paratũ, & à piis omnibus expetitũ, dum variis & ſui Ordinis & Reip. negotiis diſtinetur, differt in publicum producere, nobis intereà hac humaniſsimè communicauit.*

Vita,

3 *Idem in Natalibus SS. Ord. Præmonſtrat. IV. Kal. Febru. ita de* Redigunde *ſcribit*: In cœnobio S. Michaëlis de Treuiño iuxta Villam-Maiorem diœceſis Burgenſis, B. Redigundis Virginis Hiſpanæ Ordinis Præmonſtratenſis. Quæ mundo crucifixa cum concupiſcentiis eius, dum rigoroſis auſteritatibus carnem ſubigit, velut inter ſpinas lilium germinauit, & mundo corde ac caſto corpore cæleſti ſponſo mirificè placuit. *Recenſet eam quoque in Martyrologio Gallicano, ſed inter* Pios, *Andreas Sauſſaius his verbis*: Ipſo die tranſiit ad Dominum B. Redigundis Virgo ſanctimonialis cœnobij de Treuino Ord. Præmonſtratenſis in Burgenſi diœceſi, auſteritatis rigore, puritatis decore, & diuini cultus ſtudio plurimùm inſignis. *Haud aſſequimur tamen quo nomine eam conetur Gallia vindicare. In Ordine recitandi officij diuini excuſo Matriti anno 1635. in feſtis Canonicorum regularium Ord. Præmonſtratenſis habetur 26. (fortè 29. charactere qui nouem ſignificat perperàm ſurſum erecto, vt ſolùm ſex conficiat) Ianuarij*: Redigundis Virginis ſemiduplex.

natalis,

veneratio,

4 *Meminit* Redigundis *idem Chryſoſtomus Abbas in vitâ S. Norberti lib. 3. cap. 6. §. 12. Atque in libro qui* Echo S. Norberti triumphantis *inſcribitur pag. 64. iſta habet*: Sed & nuper, procurante Reu.do admodùm Patre Michaële Maldonato Congregationis Hiſpanicæ Procuratore generale coſtam vnam ſacram obtinuimus B. Redigundis Virginis Hiſpanæ eiuſdem Ordinis noſtri, quæ in cœnobio S. Michaëlis de Treuiño, in altari ibidem S. Michaëlis, in vrnâ egregiè adornatâ venerabiliter quieſcit, eamdẽ nobis liberaliter donante Ampliſſimo ac Reu.do Patre M. Philippo de Quintanilla Congregationis Hiſpanicæ eiuſdem Ordinis noſtri Viſitatore generali longè digniſſimo.

reliquiæ.

V I T A

ex R.mi D. Chryſoſtomi vander Sterre Abbatis Hagiologio Præmonſt. necdum edito.

B. Redigundis Religioſa ord. Præmonſtrat.

1 EVit beata Virgo Redigundis candidum Ordinem profeſſa in cœnobio quodam S. Pauli dicto, haud procul ab eccleſia S. Michaëlis olim diſſito, quod iam deſiit. Illam autem S. Pauli eccleſiam quondam Præmonſtratenſium Virginum parthenonem fuiſſe iuuerit fortè meliùs ex iis quæ ex Hiſpaniâ mecum communicata ſunt intelligere.

2 Cœnobio S. Michaëlis de Treuiño iuxta Villam-Maiorem quaſi ducentis paſſibus antiquitus ſolet eccleſia quædam, S. Pauli dicta, adhærere, eratque olim monialium Ordinis Præmonſtratenſis: verùm propter paupertatem deſiit, attributis eius reditibus Religioſorum cœnobio, quod etiamnum eos poſſidet. Et alibi: In cœnobio S. Michaëlis de Treuiño iuxta Villam-Maiorem diœceſis Burgenſis Ordinis Præmonſtratenſis, & in omnibus circumiacentibus locis viget traditio antiquiſſima, publica & notoria, tranſmiſſa à maioribus ad maiores, à parentibus ad filios, quòd eccleſia S. Pauli, quæ in conſpectu dicti cœnobij ſita eſt, ab eodem abiuncta quaſi ducentis paſſibus, fuerit olim cœnobium Virginum dicti ordinis, quod propter paupertatem deſiit, reditibus, quos habebat, Religioſorum cœnobio applicatis, qui etiamnum iis gaudent.

in cœnobio S. Pauli,

3 Huius cœnobij vltima Religioſa fuit B. Redigundis, quæ poſt viſitata Romæ Sanctorum limina, ex Superiorum ſuorum licentiâ, cùm peregrinatione ſuâ perfuncta eſſet, & pretioſo Reliquiarum ſacrarum theſauro ditata, reliquum vitæ ſuæ hîc Deo piiſſimè tranſcripſit. Ex Italiâ redux beata Virgo cellæ cuidam ſe incluſit, exſtructæ iuxta portam eccleſiæ S. Michaëlis, ex quâ per feneſtellam quamdam altare maius proſpicere poterat: ſeque ab omni mundano commercio abſcindens, abſcondebat ſe in abſcondito faciei Domini, vitamque inſtituebat extremè rigidam & auſteram, ſciens tum demum liliis tutum eſſe ne à beſtiis ſilueſtribus depaſcantur, ſi ſpinis probè & tribulis cincta & circumſepta fuerint; quomodò etiam in Canticis ſponſam ſuam ſponſus collaudat, dum eam deprædicat eſſe lilium inter ſpinas. Cùm enim Virginibus curæ erit carnis afflictationibus & mortificationibus gnauiter incumbere, tum virginitatis ſuæ florem diu illibatum à mundo & diabolo poterunt conſeruare. Atque ideò hæc prudentiſſima Virgo, quo poſſet & corpore & ſpiritu ſancta eſſe, & cogitare ſemper quæ ſunt Domini, carnem ſuam operibus pœnoſis mirum in modum affligebat: menteque in Deum collectâ, terrena omnia ac tranſitoria ſupergrediens, cæleſtem in terris vitam agebat: donec tandem ad felicem laborum ſuorum metam peruenire, & beatâ morte in Domino obdormiret, anno (vt ad me perſcripſit P. Michaël Maldonatus) ab Incarnatione Verbi 1152. qui fuit à fundatione Ordinis candidi 33. R. P. Emelini ſecundi Abbatis S. Michaëlis 15.

Romam peregrinatur,

recluſa

aſperè vixit:

moritur:

4 Obiit autem cum opinione eximiæ ſanctitatis, & pro tali, ſepulturæ mandata eſt. Verùm intercurrentibus aliquot annis eleuata eſt ac tranſlata, omniaque ipſius ſacra oſſa ac reliquiæ arcæ cuidam incluſa ſunt, vnà cum puluillo in quo operari ſolebat, cum vaſe ex quo bibebat, ſalino eius, & aliis aliquot eius reculis, quæ, eò quòd ſpectaſſent ad Sanctam, magnâ in veneratione habitæ fuerunt. Suntque hæc omnia poſita in altari quodam & capellâ dicti cœnobij: quod ad diſtinctionem ſummi altaris vocatur altare vetus S. Michaëlis. Eſt autem ab omni retro memoriâ (vt in citato reſcripto teſtantur PP. Hiſpani) in magna habita veneratione. Atque adeò ſeptem pagi, ſuo quiſque & ſtato die, ſupplicabundi publico ritu ad eius aram conueniunt, & cùm alias concipiunt ſolennes preces: tum antiphonam & orationem de Virgine recitant.

transferuntur eius reliquiæ,

& publicè honorantur.

DE CAROLO

VIII. VILLARIENSI ABBATE IN BRABANTIA.

SVB INITIVM SEC. XIII. XXIX. IANVAR. *In cœnobio Villarienſi multi viri ſancti:*

1 VIllarium, *ſiue* Villaria, *aut* Villare, *cœnobium eſt Ordinis Ciſtercienſis in Brabantiâ, haud procul à Gemblaco oppido, iuxta Diliæ amnis ſcaturigines, ipſius S. Bernardi auſpicijs conditum: cuius præclara encomia Heribertus Roſvveydus noſter præfatione ad S. Eucherij Epiſcopi Lugdunenſis libellum de laude eremi à ſe editum, dicatumq; Henrico Vander Heyden Abbati Villarienſi, proſequitur.* Habuit autem Villaria, *vt ſcribit in Natalibus SS. Molanus ad 30. Iunij, cùm de* B. Arnulpho *agit,* multos ſanctos viros, quorum omnium ferè corpora decenter in tumbis aliquot ſimul requieſcunt. Celebriores autem agnoſcunt dictum B. Arnulphum, ſiue Arnoldum, Carolum octauum Abbatem fratrem Comitis de Seine, & Conradum nonum, filium Eginonis Comitis de Seine, qui poſteà fuit Abbas Claræuallenſis, deinde Ciſtercienſis, denique per Honorium III. Cardinalis Portuenſis, & Apoſtolicus Legatus in Alemaniâ, vbi etiam ſynodum celebrauit anno MCCXXV. contra quaſdam morum corruptelas. Ceterùm horum reliquiæ nunc admodùm negligenter conſeruantur, & in loco minùs decenti quàm olim. *Hæc Molanus. Aſt Arnoldus Raiſius in Hierogazophylacio Belgico,* Nonnullorum, *inquit,* prædictorum Beatorum & aliorum oſſa Robertus Henrion Abbas XLVIII. è veteri tumulo in marmoreum monumentum, in ſacello magnificè ad hoc adornato, anno Domini MDXCIX. transferenda curauit.

multi viri ſancti:

2 *Non ſunt tamen in ſacro illo theſauro,* Caroli *quoque &* Conrardi *corpora; nam hic Ciſtercij, ille in S. Agathæ cœnobio ſepulti ſunt. Numerantur tamen iſthic à Raiſio inter eos qui eremum illam præcipuè ſuis virtutibus illuſtrarunt, vti & à Roſvveydo noſtro in epiſtolâ quâ eidem Henrico Abbati dedicat S. Eucherij epiſtolam de contemptu mundi, ac de* Carolo *quidem (nam de* Conrardo *agemus XXX. Septembris) iſta ſcribit:* Nonne Carolus Abbas VIII. apud vos ſanctitate viguit, qui cùm illuſtri inter ſuos loco natus eſſet, Comitis Seynenſis frater, relicto militari baltheo, D. Bernardi ſe zonâ cinxit? qui cùm inuitus ad præfecturæ dignitatem raperetur non antè pacato animo fuit, quàm rurſus priſtinæ paci quietique redderetur. Huius ſacrum illud apophthegma celebratur. Cùm enim à quodam viro nobili rogaretur, quî ipſe in ſeculo opiparis conuiuiis aſſuetus, nunc tenui fabarum piſorumque cibo, eoque malè condito vitam toleraret; Ego, inquit, tria grana piperis cibis noſtris miſceo quibus eos ſaporatos reddo: primum eſt, Labor manuum; alterum, longæ vigiliæ; tertium, quòd ſaporatiores cibi apud nos alij expectandi non ſint.

inter eos Carolus Abbas 8. vir laudatiſſimus:

3 *Videtur* Carolus, *vt ex cap. 4. Vitæ nu. 25. licet colligere, non multò ante Dominicam Palmarum deceſſiſſe; eius tamen natalem hoc XXIX. Ianuarij die conſignauit Chryſoſtomus Henriquez in Menologio Ciſtercienſi, cum illuſtri elogio è Chronicis Villarienſibus deprompto, &* Beatum *appellat. Refert eum quoque hoc die Arnoldus Raiſius in Auctario ad Natales SS. Molani. at Kalendarium SS. & BB. Diuione editum, XXVIII. vti & Sauſſaius, qui* Piis *accenſet. Hugo Menardus XXX. Martij:* In Brabantiâ B. Caroli Abbatis Villarienſis.

eius natalis,

4 Caroli *Vitam ſcripſit monachus Villarienſis, qui eiuſdem cœnobij Chronica deduxit vſque ad an. Chriſti MCCCXXXIII. in quibus eius, vt ceterorum, res geſtas executus, librum deinde peculiarem compoſuit de viris illuſtribus illius cœnobij, vbi & de* Carolo. *Eſſe ſe illorum Chronicorum auctorem ipſe in ſecundi huius libelli Prologo oſtendit, ita ſcribens:* Expeditâ vtcumque narratione de quibuſdam geſtis Venerabilium Abbatum Villarienſium, priuſquàm deſcendamus ad deſcribenda illuſtria facta virorum fortium & virtuoſorum, monachorum videlicet atque Conuerſorum eiuſdem cœnobij, in primis Lectorem noſſe volumus, quòd interrogauimus aliquotiens Patres noſtros, quanta olim fuerit religio in Villari, & annuntiauerunt nobis *&c. & infrà:* Et primò quidem Vitam Reuerendiſſimi Domini Caroli octaui Villarienſis Abbatis diffuſiùs, quàm ſuo loco deſcripta eſt, explicabimus; pro eo quòd de aliâ domo aſſumptus, & in noſtrâ electus, ipſam ſuis virtutibus non modicè decorauit. *Hanc fuſiorem Vitam damus è MS. Rubeæ-vallis.*

vita à monacho Villarienſi ſcripta,

5 *In Chronicis ſcribit fratrem fuiſſe Comitis de Seyne:* ei commiſſam eſſe Paternitatem in Camerâ B. Mariæ iuxta Bruxellam; (*de quo monaſterio agemus XIX. Februarij ad Vitam* S. Bonifacij *Lauſamenſis, & alibi*) *electum eſſe Abbatem Villarienſem anno 1197. præfuiſſe annis 12. anno 1209. ſuffectum* Conrardum *filium Comitis de Seyne, qui* cùm eſſet vnus de maioribus Canonicis Eccleſiæ S. Lamberti, arctioris vitæ deſiderio tactus, valefaciens ſeculo, habitum religionis in monaſterio Villarienſi ſuſcepit ſub venerando Patre Domino Karolo, *ſub quo deinde* elapſo probationis ſuę tempore factus Prior officium ſibi iniunctum diſcretè adminiſtrauit.

genus, tempus rei giminis,

6 Caroli *meminit Goſvvinus in vitâ* Arnulphi, *quam 30. Iunij dabimus. Cæſarius quoque lib. 1. cap. 35.* Tempore quodam Dominus Carolus Abbas Villarienſis, qui fuerat Prior noſter, veniens ad nos duxit ſecum virum venerabilem *Godefridum Sacriſtam, cuius vitam dabimus 3. Octob. Et cap. 41.* Honeſta quædam matrona de Coloniâ, diuitiis pollens, & ætate florens, cùm poſt mariti mortem Chriſto nubere vellet, timore amicorum, à quibus eius deſiderium impediebatur, habito conſilio Domini Caroli Abbatis Villarienſis, cappam Conuerſi induit, ſicque per illum de ciuitate educta, in monte S. Walburgis monialis eſt effecta. *& lib. 3. cap. 13.* Hæc quæ dicturus ſum poſt conuerſionem meam facta ſunt, & à Domino Carolo mihi relata, aliquando Priore noſtro, tunc Abbate Villarienſe. *Et lib. 3. cap. 41. narrat quod infrà in Vitâ nu. 14. de ingeſtâ illi à nobili matronâ tentatione. De eo iterum agit lib. 6. cap. 18.*

alia geſta:

7 *Meminit* Caroli *Arnoldus Raiſius in Auctario ad Molani natales, & in Hierogazophylacio Belgico. Hugo Menardus ſcripta. lib. 2. Obſeruationum ad Martyrol. Benedictinum. Authertus Miræus in Chronico Ciſtercienſi ad an. 1147. vbi de fundatione Villarij agit,* Inter Abbates, *inquit,* præ ceteris enituerunt iſti: Carolus Abbas VIII. *&c.*

VITA

Auctore monacho Villarienſi anonymo,

ex MS. Rubeæ-Vallis.

CAPVT I.

Caroli à ſeculi militiâ conuerſio.

1 DOminus Karolus [a] VIII. Abbas Villarienſis, quondam miles famoſus & ſtrenuus in ſeculo, à Scotis ad militiam acceptus eſt: in quâ in tantum profecerat, vt Regibus & Principibus carus eſſet & acceptus: ita quòd Dominus [b] Philippus Colonienſis Archiepiſcopus, cùm in Curiâ Maguntinâ, in quâ [c] Rex Fredericus filios promouit in Milites, vitæ ſuæ timeret, eum in ſpecialem cuſtodem ſuum elegit.

[a] *Carolus* [b] *ſtrenuus miles* [c]

2 Dum itaque cum Domino Gerardo VVaſcardo Milite, de quodam [d] torneamento à VVormaciâ Maguntiam [d]

conſideratione amœni prati mũdum faſtidit:

guntiam deſcenderet, inciderunt in quoddam pratum amœniſſimum, floribus cuiuſlibet coloris, riuis, & fontibus refertum; quod ita tranſierunt, quòd neuter eſt alloquutus alium. In tranſitu itaque prati compromiſerunt inter ſe, quòd cogitationes ſuas alter alteri reuelaret, & vnus ait: Cogitaui & attentè conſideraui miras & multimodas amœnitates loci huius, & in exitu præoſtenſum eſt mihi, quòd vanum eſt & ad modicum parens quidquid viret in ſeculo. Et alter inſit: Eadem fuit cogitatio mea. Et dicunt ſibi inuicem: Pariant nobis hæc aliquid vtilitatis, & tranſeamus mare. Sed occurrent nobis ibidem quæ hîc reliquimus, videlicet nobilitas equorum, ſpecioſitas mulierum, ac inſtrumenta armorum; & vulnerabunt corda, & fortè lædetur pudicitia. Quid ergo? Tranſeamus ad lupinas veſtes de *e* Hemmenrode, & quæramus inducias quinque annorum torneamenta viſitandi.

e

ſtatuit torneamentis abſtinere:

3 Iuerunt itaque ſolo contenti armigero, vouerunt conditionaliter, reuerſique ſunt Coloniam: & turbante eos dæmone, tota Colonia improperauit eis votum. Venerunt poſt hæc *f* Nuciam, vbi Vlricus Miles, cognomento Flaſco, qui voluerat vltra mare ipſos trahere, vouit & religionis habitum poſtmodùm cum eis accepit. Ibi Dominus Gerardus VVaſcardus partem manus amiſit, qui dixit potiùs velle hoc ſibi id contigiſſe, quàm Domino Karolo, quem ſciebat Clericum, & per Dei gratiam promouendum, minimum membrum læſum eſſet.

irridetur: f

magni ſit à ſocio:

fit religioſus cum multu,

4 Euoluto proinde modico tempore, Dominus Karolus relictis parentibus & diuitiis huius ſeculi, vnà cum ſociis pluribus in Clauſtro, quod Hemmenrode dicitur, arma aſſumit ſacræ militiæ, & eius exemplo atque hortatu Nobiles & Proceres tam de ſanctâ Colonienſi ciuitate, quàm etiam de remotioribus terræ, ſcilicet Vlricus Flaſco, Gerardus VVaſcardus, *g* VValterus de Birbaco, & quamplures alij ſtrenui in militiâ ſeculari, neque minùs conuerſatione ſpirituali. Adiunctus eſt eis Hermannus Bunnenſis Canonicus, Clericus nobilis & litteratus, poſtmodùm primus Abbas in *h* Valle S. Petri, ac deinde in Hemmenrode aſſumptus. Hic cùm ad excitandos Conuerſos circuiret Chorum, & TE DEVM cantaretur, Frater *i* Henricus probatæ cõuerſationis Conuerſus vidit columbam niuei candoris ſuper caput eius deſcendentem, & manentem ſuper eum, quamdiu Chorum circuiret; quàm cito autem exiuit Chorum, columba aſcendit crucem Conuerſorum, manens ſuper eum vſque ad Euangelium: Abbate inſuper aſcendente ad *k* analogium columba aſcendit ſuper analogium, vſque ad TE DECET LAVS: & poſteà ad Crucem prædictam eſt reuerſa, & ibi paullulùm ſedens non eſt viſa vlteriùs.

g

h

inter quos Hermãnus Canonicus, deinde Abbas:

i

k

5 Quantùm autem domus de Hemmenrode profecerit adiutorio Domini Karoli, & Vlrici Flaſconis, euidenter apparet per hoc quod ſequitur. Cùm enim Fredericus Imperator *l* Leodium deſcendiſſet, & multa copia Nobilium ei ibi occurriſſet, aduenientibus ibi præfatis Karolo & Vlrico, *m* Philippus Comes Flandriæ cum multitudine Nobilium eis occurrit; ita quòd Imperator quaſi ſegregatus ab omnibus ſolus ferè remanſit: ſicut enim gratiam Imperatoris in ſeculo habuerant, ita in religione ipſos dilexit & honorauit; vnde illius adiutorio & filij ſui Imperatoris Henrici, curiam de Spircâ adepti ſunt. Dedit etiam Henricus *n* Imperator Domino Karolo Crucem pretioſam, & illam lapidibus ac gemmis ornauit.

l

m honoratur à Principibus

n & Imperatore,

6 Seruiuit itaque Dominus Karolus Domino Deo ſuo humiliter & deuotè, regularis diſciplinæ ſtudioſus obſeruator. Frater Henricus Conuerſus in Hemmenrode, vir antiquæ & probatæ religionis, vidit, cùm benediceretur in Nouitium Dominus Karolus, columbam miræ pulchritudinis deſuper venientem & deſcendentem ſuper eum, hoc, vt creditur, præfigurantem Spiritum ſanctum, quòd Spiritus ſanctus in illâ horâ ſuper eum deſcenderit, replens eum gratiâ ſuâ, idem monſtrans in aliis fieri in ipsâ benedictionis & ſacri habitus ſuſceptione, in quo Chriſti Crux eſt præfigurata.

& caleſti oſtento.

Ex mss.

a *Prædeceſſores enumerat Iongelinus lib. 9.*

b Philippus Hinsbergius *inter Colonienſes Antiſtites XLIV. numeratur.*

c *Otto de S. Blaſio cap. 26. Appendicis ad Friſingenſem:* Anno Dominicæ Incarnationis 1184. Fridericus Imp. ſedatis in Germaniâ cunctis bellorum turbinibus, generalem curiam cunctis regni Optimatibus in Pentecoſte apud Maguntiam edixit: ibique filios ſuos, Henricum ſcilicet Regem, & Fridericum Sueuorum Ducem, gladio accingi armiſque inſigniri diſpoſuit. *& paullò pòſt:* Feriâ 2. celebratis manè Miſſarum ſolenniis, filij Imperatoris Henricus Rex & Fridericus Dux armis præcincti, militariſque palæſtrâ alacriter exercitati, militiæ cingulum ſumpſerunt.

d *De* torneamentis *egimus 23. Ianu. ad cap. 1. vitæ* B. Walteri, *litterâ C pag.* 448.

e Hemmenrode, *alio nomine* Clauſtrum, *cœnobium eſt Ord. Ciſtercienſis, in Treuirenſi diœceſi, ob ſitus temperiem, ſed præcipuè monachorum ſanctitatem, multis auctoribus laudatum. Agit de eo Iongelinus lib. 2.* *Hemmenroda.*

f *Quæ hîc* Nucia, *vſitatiùs* Noueſium, *vulgò* Nuys, *oppidum eſt diœceſis Colonienſis, ad Rhenum.*

g *Huius vitam dedimus 23. Ianu.*

h Vallis S. Petri, *vulgò* Heiſterbach, *cœnobium ord. Ciſterc. diœceſis Colonienſis, in Ducatu Montenſi. Huius* Hermanni *natalis conſignatur in Menologio Ciſtercienſi 31. Maij, verùm abſque titulo Abbatis, cùm primus Heiſterbachij, quartus Hemmenrodæ, primus Loci S. Mariæ, ſiue Mariæſtadenſis, fuerit.* *Heiſterbach.*

i *Inſcriptus eſt Menologio 4. Nouemb.*

k Analogium *vmbonem ſignificat, vel pulpitum, vbi legitur vel annuntiatur verbum Dei.*

l *Huc ſpectant quæ ſcribit Ægidius Aureæ-vallis in geſtis Epp. Leod. cap. 54. vbi narratâ præcedenti cap. baſilica S. Lamberti Leodienſis concremationè factâ anno 1183. ſubdit:* Sub idem tempus domus quædam clauſtrales ipſius eccleſiæ, decreto cuiuſdam Imperatoris, qui tunc temporis, caſu accidente, Leodium venerat, dirutæ ſunt.

m Philippus *Theodorico Alſatio patri anno 1168. vitâ functo ſucceſſit, an. 1191. in obſidione vrbis Acconenſis obiit.*

n *Coronatus eſt* Henricus VI. *an. 1191. feriâ 2. Paſchæ Romæ à Cæleſtino III. cùm anno præcedente 10. Iunij Fredericus parens extinctus eſſet. Obiit* Henricus *an. 1197. 28. Septemb.*

CAPVT II.

Multi per Carolum conuerſi.

7 ANno Domini MCLXXXVIII. in menſe Aprili, Conuentus de Hemmenrode cum Abbate ſuo Hermanno venerat ſuper montem *a* Strooberch, vbi Frater *b* Godeſchalcus de VVolmunſteyn Canonicus in Eccleſiâ Maiori Coloniæ anteà, & miro modo mundo deditus, (nam ante conuerſionem ſatis lubricus extitit, ſed benè morigeratus) vnà cum Alberto Cellerario & Canonico ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ ſe contulit in manus Abbatis de Strooberch, nulli hominum votũ ſuum indicando. Accidit autem quòd Euerardus quidam, S. Gereonis Canonicus & Godeſcalci frater vterinus, in VVeſtphaliam pergeret, & in viâ ad quamdam recluſam diuerteret, quæ in rupe latebat: quem illa cum magnâ alacritate ſuſcepit, poſt ædificationum colloquia dicens ei: Domine, dicatis fratri veſtro Domino Godeſcalco, quòd lumen eius accenſum eſt coram Domino, & clarè rutilat. Ille verò ad verba obſtupuit, dicens ei: Soror vide quid dicas. Non eſt fratri meo ſimilis in luxu ſeculari in totâ Coloniâ; nec tendit ad aliud quàm vt ſuæ ſatisfaciat curioſitati, & ideò in huiuſmodi vide quid dicas. Extorſit inſuper ab eâ multis precibus, quid intenderet dicere. Et illa: Sic & ſic operatus eſt Deus, ſed lumen vnius nondum eſt accenſum. Audiens hoc ille de fratre ſuo, vehementer contriſtatus eſt, vtpote homo ſeculo deditus, & reuerſus Coloniam quod audierat inuenit in veritate.

a

b

Godeſcalci mirabilis conuerſio Recluſæ cuidam reuelatur.

8 Idem Godeſcalcus Dominum Albertum titubantem reliquit in ſeculo adhuc ſeculo deditum, & ipſe valedicens ſeculo Strooberch intrauit, ſanctam inter ſanctos ibi congregatos ducens vitam. Modica ei ſcientia litterarum inerat, ſed ſpiritus patientiæ & pietatis ad magnam vitæ perfectionem illum prouexerat. qui promo-

Ex mss. tus in Sacerdotem quanti feruoris & deuotionis extiterit, ex hoc probari poteſt, quòd cùm quandoque celebraret & ipſum qui eum fecerat inter manus haberet, apparuit ei in ſpecie pueri gratiam ſuam ei exhibentis, prout recitat Cæſarius in dialogo ſuo, diſtinctione nonâ, capitulo ſecundo. Quid autem ei dulcedinis & ſolatij horâ illâ contulerit, non viuit homo cuius lingua narrare ſufficiat. Vixit poſtmodùm aliquantis annis monachus feruens & deuotus; tandem ad maiora gaudia poſt felicem expectationem à Domino vocatus. Dominus autem Albertus poſt aliquot annos probandus Strooberch acceſſit, ſed in probatione vitam finiuit, conſolatus de felici eius conſortio, cuius adiutorio gratiam omnipotentis ſibi affuturam ſperabat.

apparet ei Chriſtus in hoſtiâ, ſpecie pueri.

9 Igitur ad petitionem Philippi Archiepiſcopi is, de quo loquimur, cum conuentu monachorum montem Strooberch aſcendit, de omni ſubſtantiâ ſeculi nihil ſecum arripiens ex domo de Hemmenrode, præter libros regulares, equum monoculum, & quatuor ſolidos Colonienſium. Tenues itaque fuerunt in anguſtiâ paupertatis, ſed latiſſimi in amplitudine caritatis. Vnde accidit quòd viri magni & nobiles relictis omnibus, quibus abundabant in ſeculo, eorum paupertati aggregati ſunt. Erat enim Dominus Carolus tam dulcis & affabilis in conuerſatione, vt multos huiuſmodi Nobilium ſecum attraheret ad religionem non ſolùm in Hemmenrode & in Strooberch monte, ſed etiam poſtmodùm in Villari.

Carolus multos ad religionem conuertit:

10 Vnde quidam Miles honeſtus ſupra modum admiratus, quomodò tam ipſe quàm alij, æquè nobiles & delicioſi ac delicati nuper in ſeculo, poſſent ſe conformare cibis ordinis rudibus & groſſis, vtpote fabæ, lenti ac piſæ; reſponſum accepit ab ipſius Abbate: Ego tria grana piperis immiſceo pulmentis noſtris, quibus ea ſapida reddo, licet de ſe ſint inſipida. Primum granum eſt Labor manuum; ſecundum, Continuatio vigiliarum; tertium, Deſperatio ferculi lautioris.

myſticè iis inſipidi cibi condiuntur.

11 Denique conuerſus eſt cum eo Maior Decanus Colonienſis Eccleſiæ Odo cum Canonicis ſuis; Præpoſitus S. Gereonis; Decani Bunnenſes, Dominus Chriſtianus vir magnæ auctoritatis, & quidam alius cum Canonicis; Petrus Decanus Treuerenſis, & Imperialis aulæ Protonotarius; Henricus Decanus Monaſterienſis, Abbas Prumienſis; Cæſarius & Petrus Abbates Confluentiæ, Comes VVendenſis, & alij quamplures Traiectenſis, Treuirenſis, Colonienſis, & Leodienſis diœceſis: ex quibus Dominus Carolus electus eſt Abbas in monaſterio Villarienſi, non ſolùm illi domui, ſed etiam terris adiacentibus vtilis; Petrus aſſumptus eſt in *c* Nouo Caſtro, *d* Daniel in *e* Schonauiâ, *f* Henricus in Valle S. Petri, *g* Hermannus in Hemmenrode, *h* Gerardus quoque in Valle S. Petri. Item *i* Gerardus nuper Canonicus Colonienſis, & vanitatibus ſeculi miro modo deditus, cùm in præcipuâ feſtiuitate cũ aliis eſſet in eccleſiâ ſuâ, in quâ omnia collegia Colonienſis ciuitatis erant tunc congregata, viſus eſt à Domino Euerardo Curato S. Iacobi, viro valdè ſancto, in habitu & tonſurâ monachi, cùm ceteri omnes in vario & griſeo apparerent, prout habetur diffuſiùs in Dialogo Cæſarij diſtinctione 1. cap. 7.

Multi per eum aut eum eo conuerſi viri illuſtres.

c d e f g h i

a Stromberch *vocat Iongelinus lib. 2. traditq;, quòd eccleſia, quam anteà iſthic Regulares erexerant, dedicata eſſet S. Petro, vocari nunc* Montem S. Petri: *iſthic habitaſſe cum ſocijs Hermannum annis 4. ſed anno* 1191. *quòd omnium rerum penuriâ laborarent, in vallem deſcendiſſe,* Heiſterbach *dictam, & monaſterium iſthic conditum à monte S. Petri,* Vallem S. Petri *appellaſſe.*

Heiſterbach.

b *Inſcriptus eſt Menologio Ciſtercienſi 7. Martij.*

c Nouum-caſtrum, *vulgò Nuvvenburg, circa Haganoam ſitum, vt ſcribit Iongelinus.*

d *Memoratur in Menologio Ciſterc. 27. Iunij.*

Schonavv e Schonaugia, *vulgò* Schonavv, *id eſt,* Pulchra inſula, *ſita eſt in diœceſi VVormatienſi, duobus ab Heidelbergâ milliaribus.*

f *Inſcriptus Menologio* 11. *Nouembris. fuerat Canonicus Bonnenſis, dein tertius Abbas Heiſterbacenſis.*

g *Hic alius eſt ab eo, de quo antè, primo Heiſterbacenſi Abbate, quarto Hemmenrodenſi. Hic nonus fuit, anteà Decanus ſanctorum Apoſtolorum Colonia. Iongel.*

h *Hic anteà Canonicus Maioris Eccleſiæ Colonienſis, poſteà quartus Heiſterbacenſis Abbas fuit. Iongel.*

i Geuardum *vocat Cæſarius loco hîc citato. Canonicus fuerat ad Gradus S. Mariæ Colonia, inde monachus Hemmenrodenſis, pòſt ſecundus Abbas Heiſterbacenſis. Cæſarius, & Iongelinus.*

CAPVT III.

Villarij præfectura feliciter geſta.

Creatur Abbas Villarienſis inuitus:

12 DOminus Carolus audiens ſe electum in Villari, non ſe obtulit requiſitus, ſed diffugit timens ex hac promotione animæ ſuæ periculum imminere, aſſerens quòd non ad libertates accipiendas ad ordinem venerat, ſed potiùs ad deflendum quòd tantas in ſeculo habuerit. Aufugit igitur & latuit quamdiu potuit, quouſque poſt Capitulum generale per ſententiam onus oblatum compulſus eſt ſuſcipere. Venit itaque in Villare, non ſolùm Villarienſibus, ſed etiam toti terræ acceptus, & ſecundùm datam ſibi ſententiam profectui domus ſibi commiſſæ intendit in temporalibus & ſpiritualibus. Non inuenit niſi domunculas ſtramineas, & quaſi tuguria paſtorum, & in breui ædificauit duo dormitoria lapidea monachis & Conuerſis, & quaſdam alias officinas: auxit inſuper Conuentum monachis & Conuerſis, grangias ædificiis & terris.

monaſterium amplificat & ornat.

Illuſtres ſub eo monachi;

13 Sciuit ſe coaptare omnibus & conformare, & per hoc nobiles & ignobiles de vanâ ſeculi conuerſatione extraxit, & per Dei gratiam in clauſtrum Villarienſe induxit, ſcilicet *a* Conrardum, poſteà Epiſcopum Portuenſem, & alios quamplures. Hic cùm adhuc Nouitius eſſet in Villari, contigit *b* F. Simonem Conuerſum de Alnâ habentem veraciter ſpiritum prophetiæ, vnà cum Nonno *c* VValtero, tunc ſimplici monacho, poſteà Abbate Villarienſi, & aliis quibuſdam monachis atque Conuerſis Ordinis Ciſtercienſis, in quadam eccleſiâ ſeculari Miſſam audire. infra canonem verò præfatæ Miſſæ vidit idem Simon ſpiritum iam dicti Conrardi, ſatis à ſe corpore remoti, coram ſe ſtare, & coronam auream in capite geſtare, vidit & cogitationes eius quas verſabat in corde, atque orationes quibus tunc intendebat in Villari: qui finitâ Miſsâ ſecretè locutus eſt Domino VValtero prænominato, dicens: Cùm videritis Nonnum Conrardum Nouitium Villarienſem, dicite ei vt caueat ſibi, quia huiuſmodi tentationes patietur hoc anno: tales enim cogitationes, taleſque orationes iam habuit in Miſsâ, & ſciatis quia magna perſona erit in ordine. Poſtmodùm cùm idem VValterus vidiſſet Conrardum Nouitium, cœpit per ambages illum interrogare, quid infra Miſſas ſoleret orare, quidúe cogitare? Reſpondente illo, Sic & ſic conſueui orare; adiecit VValterus: Rogo te quoque, vt dicas mihi quæ fuit oratio qualiſúe cogitatio tua in die illâ Dominicâ infra Miſſam. Cui cùm diceret Nouitius: Cur tam diligenter interrogatis de cogitationibus meis? Ille reſpondit: Dic mihi, obſecro, quod quæro, & ego tibi poſteà cauſſam exponam. Tunc recitauit ei Nouitius per ordinem, quid orauerit, vel quid cogitauerit infra Miſſam illam, & in magnum vertit ſtuporem, quia nec in vno verbo diſcrepauit à verbis Fratris Simonis. Moxúe de illo ei inſinuans, quid de ipſo viderit, ſimul & modum tentationis, monuit vt cautus eſſet, ne fortè ſub ſpecie boni deciperetur à diabolo. Mira res: cùm ſatis idem Nouitius admonitus, ſatis præmunitus eſſet, non tamen euadere potuit tentationem prædictam, quin ſatis ab illâ eodem anno vexaretur. Quàm verò ſublimis perſona factus poſteà ſit non ſolùm in ordine, ſed in Eccleſiâ, nouimus omnes. Primò namque Prior factus eſt in Villari, dehinc ibidem electus in Abbatem, poſteà in Abbatem Claræuallis, deinde promotus in Abbatem Ciſtercienſem. Nec in illo gradu ſtare potuit, ſed à Domino Honorio Papâ vocatus eſt in Cardinalem & Epiſcopum Portuenſem.

a

b

c inter eos Conrardus, pòſt Cardinalis,

cuius cogitationes B. Simon diuinitus cognoſcit, & prædicit ei euentura.

14 Cùm itaque Dominus Carolus, iuxta ſui nomi-

nis

Carolus cupit ſe officio Abbatis abdicare:

nis interpretationem, carus & acceptus haberetur ab omnibus, ſibi ſoli in officio ſuo diſplicuit, cum omni inſtantiâ, quotiens ſe obtulit grata occaſio, à Domino Claræuallis petens abſolui, timens pro graui onere ſuis humeris impoſito: aſſerebat enim ſe redditurum rationem in horrendo Dei iudicio pro grege ſibi commiſſo, inde dolens & gemens quòd deſiderio ſuo non ſatisfaciebat. Intereà tempore ſui regiminis quædam matrona nobilis cum eo ſub typo confeſſionis de ſecretis conſcientiæ ſuæ loquens, dixit, ſe in eius amore grauiter ſuccenſam: at ille, ſicut Sacerdos iuſtus ac timens Deum, cor ſuum ſignauit, ac malè ad ſe conuerſam verbis, quibus potuit, auertit, dicens ſe monachum eſſe pannoſum, ſenem, neglectum; erat enim, ſicut ipſe poſtmodùm recitauit cuidam monacho, femina illa tam clara & nobilis ac potens, vt ſi, inquit, eſſem in ſeculo, ſicut aliquando fui, numquàm illi de tali re nec minimo verbo facere auderem mentionem: Cernis, ait, quomodò nobis iam mortuis ſeculo, diabolus inſidietur?

cuiuſdam feminæ illecebris generosè reſiſtit:

d cuidam indigenti prudenter ſubuenit:

15 Venit quandoque *d* Andanam cum Henrico Cellerario ſuo & VVigero monacho: vbi occurrit ei puer tunc ſatis ſimplex, & hoc erat in cariſtiâ temporis. Rogabat itaque Abbatem, vt cauſsâ pietatis viſitaret matrem ſuam, cuius maritus transfretauerat. Acceſſit ad eam, & tamquàm Angelus Domini ſuſceptus eſt ab eâ. Quid plura? Expoſuit ei ſuæ paupertatis nimis amara incommoda, rogans eum cum fletu vt duos modios ſiliginis accommodet; & ipſe ait ad illam iocũdis verbis: Domina, ex mutuo accepto proueniunt ſæpius inimicitiæ; ego igitur concedam, vt hoc ſit in promiſſo, quòd nec vino conſumatis, nec piſcibus. Et illa: Domine mi, inquit, vtinam tantum panis haberem, quòd vel calicem aquæ deſiderarem.

16 Receſſit ille, & cùm de monte prope nauiculam deſcenderet, recognouit Cellerarius quemdam Nobilem à remotis cum veſte humili eis occurrentem. Abbas autem, quàm citò audiuit Nobilem, ſtatim de equo deſcendit: & venienti pedes obuiàm iuit humiliter eum ſalutans, & miſcens verbis verba conſolatoria. Et ille tandem, Domine, inquit, pedes itis, nec decet honeſtatem veſtram, accipite *e* palefridum, quem hîc habemus, gramina abundant, & de leui terrâ teneri poterit, & videte ſi aliàs vobis ſubuenire poterimus, & faciemus. Nobilis autem ille confortatus verbis amicabilibus Abbatis, quidquid in mundo poſſidebat & hæreditariè ſibi prouenerat, in manus Domini Caroli ſtatim reſignauit, & Eccleſiam Villarienſem heredem omnium bonorum ſuorum ordinauit. Vnde vſque hodie grangiæ de Grant-prè, & de VVerde, in allodiis ſuis ſunt locatæ. Grangiam de Querceto nobile membrum & Eccleſiæ de nouo ædificauit, bona de Louringe, adiutorio Dei, & multa alia non ſolùm circa grangias, ſed & in locis ſparſis, nobis ſuo labore acquiſiuit.

e locupletat monaſterium Villarienſe:

17 Numquàm in diebus ſuis bonarium terræ, numquàm plauſtrum ligni vendi permiſit, ſacrilegium iudicans ſi quod Eccleſiæ datum erat, ab Eccleſiâ remoueretur. Adiuuante eum gratiâ Dei, domum ſine graui debito tenuit, & aliis Eccleſiis ferè ad decem marchas in diebus ſuis conceſſit. Ex multâ gratiâ, quam apud Nobiles habuit, vineæ circa Rhenum & Moſellam nobis gratis ſunt traditæ; piſcatura in *f* Sambriâ in opus diuini officij, & ſolatium infirmorum, redditus quoque in Dordraco.

f

g honoratur à Rege Francia, & alijs:

18 Ipſe Rex *g* Philippus, audiens eum eſſe in caſtro Autwilre, deſcendit de caſtro Drewels, & ad hoſpitium ſuum diuertit, & amicabili colloquio collegit, & Mareſcallo ſuo curam eius commiſit. Inſuper dedit ei in arrham purę dilectionis manu propriâ *h* ſamittium pretioſum. Hoc autem mirandum in eo, quòd cùm tam incomparabilis gratiæ apud omnes eſſet, tenaciſſimus tamen conſeruator rerum domus fuit, ſemper de acquirendo ſollicitus, numquàm de erogandis militibus, hiſtrionibus, ſiue trutannis, ad quos manus ſemper contractas habebat, qui pauperibus & deſolatis largâ ſemper manu ſubueniebat, in huiuſmodi pius & diſcretus. Ex MSS.

Largus in pauperes, ad alia parcus.

19 Vnde contigit quòd cùm haberet ſororem in Duuewerch, quam tenerè diligebat, quæ pro Bohemis cum conuentu ſuo intra Coloniam confugerat, & egebat; monachus ſuus tandem ſex denarios ei dedit: quod per confeſſionem ſciens, ſacrilegij illum arguit, pœnitentiam ei grauem indixit. Eadem cùm eſſet nubilis & quęreretur à pluribus ad coniugium; *i* Beata virgo ei apparuit, imponens coronam florigeram capiti ipſius: quæ aduocauit Abbatem Veteris Montis, & de nocte impoſuit eam palefrido proprio, & ſic in clauſtro Dunewarch eam locauit.

Soror eius à B. Virgine vocatur ad religionem.

i

a *De hoc* Conrardo *agit Menologium Ciſtercienſe* 30. *Sept.* Cæſarius, Ciacconius, Vghellus. *Creatus eſt Cardinalis an.* 1216. *ab Honorio III. obiit* 1227.

b *De* B. Simone Alrenſi *agemus* 24. *Februarij.*

c *Hic quoque inſcriptus eſt Menologio Ciſterc.* 13. *Nouemb.*

d Andana, *ſiue* Andenna, *vel* Ad ſeptem eccleſias, *vicus eſt ad Moſam flumen inter Namurcum & Huum, vbi Canonicarum collegium ſeculo ſeptimo à S. Beggâ inſtitutum, vt ad eius vitam dicemus* 17. *Decemb.* *Andenna.*

e Palfredus, palefredus, palefridus *dicitur equus. De vocis eius etymo diſputat Ioannes Nicotius.* Palfridus.

f Sabis *fluuius vulgo* Sambre *appellatur.*

g Philippus Auguſtus *Rex Franciæ Ludouico VI patri menſe Septembri* 1180. *ſucceſſit; obiit* 14. *Iulij* 1223.

h *Videtur genus panni intelligi, Gallis* Samy *dictum.*

i Vetus-mons, *vulgo* Aldenberg, *celebre cœnobium eſt ord. Ciſtercienſis, in Ducatu Montenſi, ad Dunam fluuium; de quo fusè Iongelinus lib.* 2.

CAPVT IV.

Abbatiæ abdicatio. obitus.

20 CVm multa dici poſſent de Domino Karolo, vnum eſt quo ſpecialiùs commendari poteſt, quòd numquàm, ex quo intrauit ordinem, ſol occidit ſuper iracundiam eius: ſed cogitans quòd voto monaſtico obligatus erat, omnes exceſſus in ſe commiſſos benignâ facilitate remiſit, puritati conſcientiæ, & cordis tranquillitati intendens. Cùm quodam tempore guerra grauiſſima immineret terræ Ducis ex vnâ parte, & Epiſcopi Leodienſis ex alterâ, congregatiſque ex vtrâque parte periculum immineret deſtructionis terrarũ vtrobique ſimul & hominum, poſt auxilium diuinum non habebant ad quem reſpicerent, niſi ſolùm ad Dominum Carolum Abbatem Villarienſem. Quotidie exſpectabatur congreſſus corporum, & cum deſolatione miſerorum graue periculum animarum. Oppoſuit ſe tantis malis Dominus Karolus, noctes continuas ducens inſomnes, & ab vnâ nocte vſque ad aliam ſolatium impetrans treugarum, cum difficultate grauiſſimâ. Si quid potuit habere requiei, hoc per aliquantulum diei ſpatium ſibi quodammodò furabatur, membraque feſſa modico ſopore refocillabat. Tandem adiuuãte ſe Chriſto, quod deſiderabat, cum gaudio, & exultatione totius terræ obtinuit, & redditur pupillo pater ſanus & incolumis, & ei, quæ ſe futuram putabat viduam, maritus ſoſpes. Referuntur Deo gratiarum actiones atque Dominus Carolus benedicitur, & ei pacis ordinatio imponitur à Principibus.

Pacem componit inter Ducem Brabantiæ & Epiſcopum Leodienſem.

21 Poſt aliquantum tempus *a* dum Dux eumdem Epiſcopatum deuaſtaret, & ipsâ die Aſcenſionis Leodium cum manu validâ intraret, ac homines ciuitatis illius caperet, & bona eorum abſque miſericordiâ aſportaret; & Dominus Karolus quietioris vitæ deſiderio Villarienſes reliquiſſet; acclamatum eſt ab hominibus vtriuſque partis: O ſi vir ille deuotus & hominibus acceptus Dominus Karolus Villarienſis adhuc præeſſet! Numquàm tanta mala & hactenùs inaudita in terrâ præualuiſſent; ſed eius induſtriâ & auxilio pax terris & quies nobis omnibus eſſet reddita citò. Singularem autem gratiam Dominus ei dederat quòd à magnis & paruis, à Principibus terræ ac eis aſſiſtentibus, ſingulari & ſpe-

a Leodium anno 1212. *captum & direptum.*

Ex Mss. ciali amplexaretur affectu,& in magnis eorum conſiliis acceptiſſimus erat; cùm numquàm eis intereſſe vellet, vbi contra Deum & ſacræ religionis honeſtatem ageretur.

22 Poſt multos tandem labores & ſudores, quos in Villari feliciter pertulerat,à Domino Claræuallenſi cum multâ inſtantiâ obtinuit *b* abſolutionem officij ſui,quod ſemper grauamen eſſe iudicabat; & in quo numquàm ſolâ die ſine timore fuit maximo, timens ſibi pro reddendâ ratione animarum ſibi commiſſarum in nouiſſimâ horrendâ diſcuſſione. Quod quidem Abbas Claræuallis conceſſit inuitus, vtpote quem ſibi in ſummis negotiis ſuis maximè neceſſarium probauerat, vnde dixit: Homo iſte à ſummis Principibus honoratur, terræ in quâ habitat acceptus eſt & dilectus, conuentuique ſuo carus & neceſſarius; domus ſua ſub eo profecit plurimùm in ædificiis conſtruendis & poſſeſſionibus acquirendis; &,quod eſt amplius,vigor religionis ſub eo non deferbuit, ſed & magnas ac honoratas perſonas per Dei gratiam ſuo conuentui aggregauit:attamen denicto me, nec diutius in Abbatis officio ipſum poſſum detinere.

b cùm Carolus iam antè regimine abdicato

23 Abſolutus itaque rediit Hemmenrode ad iocundos Rachelis amplexus, ibi latere volens, & id quod ſupererat vitæ ſuæ in Dei ſeruitio expendere, & diſciplinâ clauſtrali. Sed contra propoſitum ſuum ventum eſt,nec ibi latere potuit, qui in tantum mundo neceſſarius exſtiterat,vocãtibus eum ad ſua negotia Regibus & Principibus terræ : & tandem *c* Abbatia S. Agathæ, cui imminebat excidium, ſub ipſo refloruit, à debitis abſoluta, & neceſſariis competenter abundans.

Hemmenrodam rediiſſet.

c Præficitur abbatia S. Agathæ.

24 Ab illâ poſtremò à Domino vocatur, vt peracto curſu vitæ ſuæ felicis militiæ accipiat brauium, Sanctorum conſortio aggregandus. Audiuimus, cùm adhuc ſuperuiueret, à felicis memoriæ Domino VValtero Priore Alnenſi, in cuius beato tranſitu viſi ſunt Angeli, quòd veriſſimè ſciebat, quòd Dominus Karolus eſſet homo à Deo electus.

eius debita diſſoluit:

moritur.

25 Cùm poſt eius obitum conuentus ſanctimonialium in die Palmarum ad proceſſionem incederet,ac ſolito more cantaret; matrona quædam aderat, quæ tenerrimè ipſum diligebat, quæ conuerſa ad quamdam, quæ & ipſa ſpiritu Dei plena, eum tenerrimo amplexabatur affectu, reſponſum accepit: Nolite ſollicita eſſe Domina, & non conturbemini de abſentiâ dulcis amici, quia Dominus Karolus feliciter aſſumptus eſt ad choros Martyrum, vbi hodie feſtiua gaudia ducit: nec iam de eo dolendum,ſed exultandum,qui exultans cum Angelis vnus factus de cæli ciuibus, gaudium poſſidet ac lætitiam ſine fine, vbi feliciter vos exſpectat in gloriâ, per Dei gratiam futuras ſuæ felicitatis conſortes, & ad hoc ſuis orationibus vos iuuabit feliciſſimus noſter amicus. Amen.

Reuelatur pia Reli-giosa eius gloria.

a *Dux Brabantiæ* Henricus I. *frater* S. Alberti *Martyris, inſigni perfidiâ & crudelitate Leodium anno* 1212. 3. *Maij, die Aſcenſionu, nondum muris cinctum, inuaſit ac diripuit. Alibi de ſacrilegiis tunc perpetratis, & vindictâ cælitus de eo ſumptâ agemus. Erat tunc Leodienſis Epiſcopus* Hugo de Petra-ponte.

b *In Chronico Villarienſi dicitur id contigiſſe anno* 1209.

c *Idem Chronicon:* In Abbatiâ S. Agathæ monialium ordinis noſtri diem clauſit extremum.

DE S. PETRO NOLASCO FVNDATORE ORDINIS S. MARIÆ DE MERCEDE REDEMPTIONIS CAPTIVORVM, IN HISPANIA.

CIRCITER AM. MCCL. XXIX. IANVAR.

1 QVo tempore, Chriſtianum genus mole flagitiorum fatiſcens qui ſuſtinerent ſacrâ eruditione vitaq; innocentis meritis, oblati vindictam internecinam minitanti Chriſto à ſanctiſſimâ Matre-Virgine ſunt Dominicus & Franciſcus, & quod illa ſpoponderat, eius adiuti perpetuo patrocinio, cum ingenti vterque commilitonum turmâ, exequi indefeſſo ſtudio laborabant; alius, eiuſdem Deiparæ auſpiciis, adeoq; monitu, inſtitutus eſt cœtus, qui in id incumberet, vt corrogatâ vndique ſtipe Chriſtianos,qui apud Mauros in Hiſpaniâ & Africâ acerbiſſimam ſeruiebant ſeruitutem, redimeret. Ipſa Virgo huius diuini conſilij adminiſtros legit, myſtico ſeorſim quemq; ſomnio eodem tempore admonitum, Iacobum Regem Aragoniæ; Balearium Valentiæq; expugnatorem,Raymundum à Pennaforti ex Ordine Prædicatorum,Petrum Nolaſcum.

Ordinis S. Mariæ de Mercede

2 Publicâ cæremoniâ, Barcinone in cathedrali baſilicâ, X. Auguſti, anno MCCXXIII. nomi illius agminis Dux lectus eſt Petrus, tunicâ, cucullo, ſcapulari candidi coloris indutus, albâ cruce in parmulâ rubeâ, ac ſubter eam quaternis puniceis vaceris in ſolo aurei metalli, (publicâ Regum Aragonenſium teſſerâ) ante pectus ad dextram partem veſti aſſutis.

Inſtitutio.

Inſignia.

3 Anno demum MCCXXXV. duodecimo à primâ illius inſtitutione, legitimè à Gregorio IX. approbatus eſt ordo, XVII. Ianuarij, pontificatus illius anno VIII. vt è Laërtij Cherubini Bullario patet: vnde pleroſque Annalium eius ordinis ſcriptores corrigas, qui initia eius ad annum MCCXVIII. confirmationem ad MCCXXX. referunt; cùm neque anno MCCXVIII. in S. Dominici familiam adhuc cooptatus eſſet Raimundus, nec niſi anno MCCXXVII. XX. Martij ad pontificatum euectus ſit Gregorius, cùm Honorius III. triduo antè deceſſiſſet; vt proinde annus Chriſti MCCXXX. non potuerit eſſe eius pontificatus octauus,quo Peruſij XVI. Kal. Februarij data eſt bulla. Alij Pontifices variis ordinem illum deinceps priuilegiis ornauêre, quæ in eodem Bullario legere eſt.

Approbatio.

4 Principiò Fratres Domus S. Eulaliæ, propterea quòd quam primùm incoluêre ad ſuos vſus aptatam domum, ea priùs xenodochium fuerat titulo S. Eulaliæ; non quia conſtet in iis olim ædibus S. Eulaliam habitaſſe, nedum quia in cathedrali baſilicâ, Eulaliæ reliquiis nobilitatâ, primùm inaugurata illa, ſacro habitu inſignibuſq; traditis, congregatio eſt: nimis illa longè petita eſſet nomenclatio. Porrò quod primùm illud extitiſſe cœnobium diximus, de religioſo conuictu à ſecularium hominum ſeiuncto habitatione accipi debet. Nam palatij iis pars erat à Rege aſſignata, ac regij ſacelli cura: & fuit deinceps, eſtq; etiamnum, Barcinone regius ex eo ordine Sacellanus. Verùm non poterant munia vitæ religioſæ quâ par erat quiete & tranquillitate in illo Aulæ peragi tumultu: vt alias ſuis ædes, proprias & ſacris functionibus myſticoq; otio accommodatas, conquirere neceſſarium duxerit Nolaſcus.

primùm

cœnobium

5 Quod dum molitur, ingentes illi difficultates obiectæ ſunt. Chriſtianum illud eſt omen felicitatis. Quò mali damonis liuor, hominumq; improbitas acriùs pia ſanctorum hominum conſilia impugnat, eò his iucundior victoriæ ſenſus eſt, illis certior reualeſcendi deſperatio, ceteris ſequendi fauendiue incitamentum, & amplioris quamprimùm à Deo emerendi auxilij ſpes, cuius & munere ipſa ſuſcepta initia ſunt. Cuncta hæc expertus eſt Nolaſcus. quin & ipſa aduerſa in ſubſidium vertêre. Fundo atque ædibus ad monaſterij ædificium deſtinatis, propinquam planeq; vtilem domum Barcinonenſis quidam ciuis vendiderat. Reclamante filio, magnaſq; & multiplices turbas excitante, contractum reſcindere coactus eſt, magnâ Nolaſci & ſociorum moleſtiâ. Ceſſêre etſi legitimè emptâ domo, diuinæ opis fiduciâ nixi. Quibus horis pij alicuius auctoris in ſacello aut triclinio inſtitui lectio ſolebat, prælegi S. Ioannis Climaci libros iuſſerat: euenit eo tempore vt iſta ex eo recitaret anagnoſtes: Cor diligens labores, contumelias, & dolores, porta aperta eſt, quâ in tempore exitus paſcua inueniet. Hæc vt auribus hauſit Nolaſcus, aliquamdiu auocatâ à ſenſibus mente conſtitit, dein breuî experimento probaturos vaticinij fidem ſocios, edixit. Ipſo die filius

diuinâ ope fundatü,

lius ille familias, Paulus nomine, qui paternæ domus venditioni interceſſerat, adhibito amicorum patrocinio admitti in ordinem petiit, ac dierum aliquot ſpatio exploratâ conſtantiâ admiſſus, ſanctè vitam inſtituit.

propagatio, 6 *Latè deinceps Ordo propagatus per ceteras quoque Hiſpanicas prouincias: multi ſuſcepti ab eius profeſſoribus pro animarum ſalute labores, multa & grauia adita pericula: innumeri propè martyrium pertulerunt, dum vt captiuos redimant, immitium Maurorum terras adeunt, ac ſe iis obſides tradunt, dum ceterorum lytrum repræſentetur: eo verò, vt fit, ſubinde ſeriùs allato, aliàs quòd impuram Mahometi ſectam damnarent, aliàs quopiam alio facto Barbarorum irritatâ feritate, plurimi trucidati ſunt. Longum eſſet vel nomina recenſere eorum, qui vel martyrij laureâ, vel ceteroquin eximiæ virtutis laude conſpicui, in eorum annalibus celebrantur. Duos publicis ſacris colunt* Petrum Nolaſcum, *&* Raimundum Nonnatum.

Martyres multi.

S. Petri Nolaſci natalis, 7 *At plurimorum, qui ceteroquin* Beatorum *ac* Sanctorum *titulis ornantur, in iiſdem Annalibus non exprimitur natalis.* S. Raymundi *XXX. Auguſti,* S. Nolaſci *XXIX. Ianuarij peragi celebritatem, ex* Ordine recitandi officij diuini *in Hiſpaniâ excuſo didicimus.* Nolaſcum *Andreas Sauſſaius etſi* Sanctum *appellet, tamen inter Pios ſolùm numerat, cùm coli publicè à ſuo ordine ſanxerit Vrbanus VIII. Pontifex Maximus. Ita de eo X. Auguſti ſcribit Sauſſaius:* Hoc ipſo die ſanctus Petrus de Nolaſco, natione Gallus, fundauit ordinem B. Mariæ de mercede redemptionis captiuorum, anno Domini 1228. Ipſe verò beatus pridie Kal. Ianuarij anno 1249. ſuperna ad tabernacula tranſlatus, miſericordiæ & copioſæ apud Deum redemptionis munera promerita recepit. *Eo anno obiiſſe alij quoque ſcribunt; ſed cùm eum velint 31. annos ordini præfuiſſe, qui anno demum 1223. inſtitutus eſt, fatendum eſſet non ante 1254. deceſſiſſe, ſi illud de præfecturæ interuallo conſtaret.*

Vita. 8 *Vitam eius damus à Franciſco Zumel eiuſdem Ordinis, tunc quidem in Caſtellæ & Luſitaniæ regnis Prouinciali, ſed pòſt Generali Magiſtro, ſcriptam in libello de Vitis Patrum & Magiſtrorum Generalium. Prolixiùs res ab eo geſtas in Annalibus Ordinis Hiſpanicè deſcripſit Alfonſus Remon, qui eiuſdem Ordinis hiſtorias citat à Melchiore Rodericio, Bernardino de Vargas, Natale Gabore, Philippo de Guimeran, ſcriptas. Agit de ordine eiuſq; ſanctiſſimo parente Silueſter Maurolycus in Oceano religionum, Raphaël Volaterranus lib. 21. Ioannes Mariana rer. Hiſpan. lib. 12. cap. 8. Clemens VIII. Pont. Max. in Bullâ canonizationis S. Raymundi de Pennaforti, quam 7. Ianu. dedimus, Franciſcus Diagus in hiſtoriâ Valentinâ, Gaſpar Eſcolanus in hiſtoriâ Valentinâ, qui lib. 5. cap. 7. tradit eius corpus Valentiæ aſſeruari. Quotquot denique vel S. Raymundi, vel Iacobi Regis Aragonum, cognomento Debellatoris, geſta ſcribunt, Sancti quoque* Petri Nolaſci *meminerunt.*

VITA

Auctore Franciſco Zumel.

PRÆFATIO.

VIgilantiſsimo Paſtori Magiſtro Generali F. Franciſco à Salazar, in ſacrâ Theologiâ Doctori, ſuus F. Franciſcus Zumel Prouincialis Caſtellæ & Luſitaniæ, hæc dicat conſecratque.

1 QVæ mercatoribus, mundi pelagus & longinqua maria, maioris lucri gratiâ, peragrantibus & traiicientibus, ſolent accidere, dum cum inuictis fluctibus atque vndis, quæ tum inter ſe tum cum furentibus ventis decertant, ipſi luctantur; & tenebris obruti, ac procellâ iactati, propè deſperatâ ſalute naufragium expectant; ſi paruus ſtellæ ſalutaris ſplendor periclitantibus ipſis affulſerit, eius luce perſpectâ reſpirant, animumque attollunt, & rectorem nauis ad gubernacula ſedentem hortantur, vt alacriùs munere fungatur ſuo: ille verò ſubleuatis oculis ſplendorem intuetur, eoque tamquàm duce procellæ impetum vitat & arcet, & ad rectum curſum nauem dirigit; eadem ferè in hoc vitæ pelago nauigantibus, & ad tutum futuri ſeculi portum ſtudiosè tendentibus, euenire conſueuerunt. Incredibili namque tentationum æſtu laborantibus, & dæmonum impetu atque inſidiis, veluti denſiſſimis tenebris, circumfuſis, res ab egregiis & ſanctis viris geſtæ, oculis eorum propoſitæ, ſplendore ſuo tenebras diſcutiunt, diuinâque doctrinâ perturbationum impetum proſternentes, iucundiſſimam afferunt tranquillitatem, & pretioſis mercibus onuſtos atque lætantes ad optatam facilimè prouehunt hæreditatem. Alios igitur aliis ornatos virtutibus reperies: hic abſtinentiæ præſtat integritate: ille miſericordiâ, pietate, defenſione fidei, & interdum temperantiâ ſplendet, & quo pacto intemperantiæ ſupercilium ſuperetur, oſtendit: alius vitam hanc docet eſſe calcandam: alius mundi gloriam negligendam declarat.

Sanctorũ geſta mortales dirigunt. AVCTORE FRANO. ZVMEL.

2 Quòd ſi Patrum & maiorum noſtrorũ, qui antiquo ſeculo nos præceſſerunt, & piiſſimi etiam ac ſanctiſſimi Petri à Nolaſco Generalis Magiſtri, res geſtas conſideraueris, tamquàm in florentiſſimo horto, virtutum omnium flores & ſemina ac exempla videbis. Has ego vt hiſtoriâ & laudatione debitâ proſequerer, multorum precibus adductus, & Dei auxilio fretus, alacri animo prouinciam ſuſcepi: non vt viro penè diuino & admirando Petro Nolaſco, & antiquioribus noſtri ordinis Patribus gloriam conciliarem: (quæ enim illis gloria ex oratione meâ, quæ eorum virtutibus longè eſt inferior, acquiri poteſt:) ſed è contrà potiùs, vt rebus à nonnullis eorum geſtis commemorandis, & hiſtoriam meam exornarem, & eas imitari ſtudentibus adiumentum afferrem. Quamquàm in ipſo ſtatim principio antequàm in ipſum laudationis & hiſtoriæ ſtadium ingrediar, tanto me oneri imparem ſentio. Quocircà ego inter hos vortices iudex conſtituus, quid faciam? Tantiſper igitur in virtutibus quorumdam Fratrum maiorum immorabor, vt oſtendam quidnam potiſſimè ſanctus vir Petrus Nolaſco, & maiores noſtri Patres, Creatoris amore inflammati contemperint, & pro nihilo duxerint. Deinde verò me totum ad eorum vitas, & præcipuè Magiſtrorum Generalium ſucceſſionem perpendendam conuertam.

Cur hâc Auctor ſcribat.

CAPVT I.

S. Petri Nolaſci ortus, pietas, opum abdicatio.

3 TVlit virum hunc admirabilem, primum Ordinis Redemptorum B. Mariæ de Mercede vigilantiſſimum Magiſtrum, illa patria, quæ, quaſi imperij & nobilitatis dignitate decorata, pleriſque aliis tantùm antecellit, quãtùm Reginam ſubditis præſtare par eſt: de quâ me multa dicere volẽtem impedit, tum quòd nulla poſſunt facili & breui oratione explicari, tum quòd omnibus, quaſcumque ſo. irradiat, terræ partibus habitãtibus ſunt cognita. Petrus ergo à Nolaſco, vir ſanctiſſimus, ex prouinciâ Galliæ originem duxit, *a* ſed non longè ab vrbe Barchinonæ, vbi ferè *b* ab infantiâ vixit. Et ob id Barchinonenſis ciuitas, ſuæ habitationis domicilium & educationis, potiùs eum tulit. Quibus parentibus, *c* apertè non produnt ſcriptores; ſed fama tulit à viro honeſtiſſimo Nolaſco pariter vocato, ipſiuſque vxore eum fuiſſe genitum: & ob id Petrum pariter à Nolaſco fuiſſe appellatum, ita vt à patre ſibi cognomentum adſcripſerit, vocarique voluerit. Parentibus quidem ortus eſt tali patriâ dignis, qui & diuitiarum copiis, & militari gloriâ,

Petrus Nolaſcus in Galliâ natus, loco honeſto.

a
b
c

AVCTORE FRANC. ZVMEL.

à puero deditus eleemoſynis,

glóriâ, & virtutibus omnibus affluebant.

4 Et his ampliſſimæ hæreditatis natus eſt hæres Petrus Nolaſco, vir egregius & præclarus, cuius vita nobis in præſentiâ laudanda eſt. Qui cùm ex vtero matris in lucem editus eſſet, prodigiosè quidem infantulus exiſtens, quæ habebat pauperibus facilè condonabat: quod à pueritiæ ſtatu, & conditione alienum eſſe ſolet. Eximiâ corporis pulchritudine, ſimilem animi candorem atque præſtantiam indicabat. Neque enim mortalis hominis, ſed magis Dei filius eſſe videbatur, totum prorſus ab infantiâ ſe Deo tradens, & iam inde ab ipſo ortu

modeſtiæ,

ad extremum vſque vitæ finem virtutibus omnibus illuſtris & excellens. Conſtat namque ipſius vitam in pueritiæ præludiis, antequàm religionis togam indueret, mitem, ſanctiſſimam, atque iuſtiſſimam eum egiſſe, & in liberalibus diſciplinis conſumpſiſſe, & huiuſmodi conſuetudinis fuiſſe in pueritiâ, vt egeno primò occurrenti cùm illuceſceret largiſſimè donaret, etiam non petenti. Conſueuerat rurſus etiam in medio noctis ſilentio

pietati;

in eccleſiam conuenire, atque ibidem ſacra Dei eloquia & matutinas audire.

5 At pater ipſius cùm exiguo temporis ſpatio poſt hæc in hoc mundo vixiſſet, puerum & iuuenem filium cariſſimum Petrum Nolaſco reliquit, cùm tantùm decimum quintum annum ageret ætatis ſuæ. Qui ſanè cùm

patre mortuo

ſub maternæ benedictionis regimine permaneret, matri ſubditus & obediens, vt par eſt, ſupra modum erat: diuitiarum copiâ affluens & paternæ hæreditatis diuitiis ditatus ſatis, non perturbabatur, vt à mũdi illecebris raperetur, aut à ſancto propoſito deſiſteret. Quocircà

d ſollicitatus ad coniugium,

d cælibem vitam apud ſe agere ſtatuit. Iam enim eo ſuæ ætatis tempore à pleriſque inuitabatur ciuibus, vt ſponſam deligeret, cum quâ quietam vitam conſummaret, & inde ſobolem deſiderabilem expectaret. Ipſe autem hæc ſecum perpendens, illius mens diuinis rebus intenta, & altiori loco repoſita vacans, animi propoſitum & cælibatum cupiens explere, minimè his ſuaſionibus obtundebatur.

6 Nocte autem quadam cùm expergefactus vt oraret in lectulo cõſideret, & toto animo res diuinas agitaret, cum matris & ſuorum crebras euolueret perſuaſiones de ineundis nuptiis, ſic ſecum ſolus alloqui aggreſſus eſt: Vitæ curriculum, vt liquet, exiguum eſt & incertum. Nemo enim mortalium nouit quando mors ſit acceſſura, noſque hinc ad futurum illud iudicium, quod omnibus eſt commune, dimiſſura: in quo rerum geſtarum ratio ſeueris quæſtionibus reddenda erit, vbi non reſpondebit vnum pro mille, vt Iob ſanctiſſimus dixit;

conſideratâ rerum humanarum vanitate,

Iob 9. 3.

cùm imparati nonnunquàm, & magis peccatorum cumulis onerati, illuc homines rapiantur: & rerum procreatarum pulchritudine ſpoliati, omnium cruciatuum acerbitate, atque igne conficientur ſempiterno; & cùm bona quædam exigua, ſi tamen dicenda ſunt bona, quæ ſpecie tantùm & opinione ſunt eiuſmodi, poſſederint, innumerabilibus torqueantur calamitatibus, quæ morte ſunt ipsâ longè grauiores. Omitto quàm breuia hæc ſint quæ poſſidentur atque inſtabilia. Diuitiæ niſi rectè illis vtaris, vitiorum magis quàm virtutum miniſtræ ſunt, & multorum inſidiis obnoxiæ, & antequàm partæ ſint dilabuntur. Quid ipſa vxoris aut ſponſæ pulchritudo, quæ conſtant ex quadam coloris ſuauitate atque aptâ figurâ membrorum, nonne vel tempore extinguitur, vel morbo defloreſcit? Iam humanâ glóriâ quid inanius? præſertim ſi cum æternâ illâ, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, comparetur. Quamobrem nihil eſt cur numeretur in bonis. Et cùm hæc ita ſint, carnis & naturæ legibus renuntio, cæleſtia ſpectare volo, & ſolus vt Angeli Dei permanere, & quæ perpetuò non permanent prompto animo reiicere & ſpernere.

7 Hæc atque alia multa ille religioſiſſimus Petrus à Nolaſco, corpore iuuenis ſed prudentiâ ſenex, apud ſe loquebatur; & veluti Chriſti columba, & turtur ſolitudinis, caſtitatis ardens amator, Chriſti amore ſuccenſus, & muliebrem ſuperans infirmitatem, ac ſeſe in omnibus quæ honeſta eſſent, Deo caſtitatem vouens, vitam ſe promiſit cælibem acturum in perpetuum. Sic enim aiebat:

ſtatuit virginitatem ſeruare,

Multò præſtantius eſt caſtitatis pulchritudinem ſemper integram conſeruare & virginitatis coronam, quàm eam ex parte corrumpere. Nonne ſatius eſt, vt inani ſpe, etiam liberorum, repudiatâ, quæ certa ſunt complectar? Longè laudabilius eſt, vt ſuauè & leuè Chriſti iugum ab adoleſcentiâ ſuſcipiam, quàm vt rebus iſtis inanibus & caducis omni ſtudio incumbens, in amore Dei tepidus euadam. Hæc animo reuoluens & ſimilia, è lectulo, vbi conſidebat, ſurrexit, & cùm ſeipſum diuinâ vulneratum motione ſenſiſſet, humi proſtratus gratias egit Creatori. Et cùm pernoctaret in oratione Dei, & noctem ſic tranſegiſſet, totum ipſius ſacellum boni odoris fragrantiâ repletum eſt, & id quidem diuinæ præſentiæ ſignum fuit.

(Deo propoſitum miraculo firmante)

8 Tanto igitur diuini amoris æſtu flagrans, cùm concionatorem egregium verbi diuini ſermocinantem audiret, verba Chriſti Saluatoris noſtri recitantem, Quia diues difficilè intraret in regnum cælorum, ad integrum mundi fallentis ſpreuit diuitias, conſiderans prima illa mundi lumina, videlicet Apoſtolos, omnia reliquiſſe, cùm ſequuti ſunt Chriſtum: ſolerter intuens, non ſolùm Chriſti diſcipulos & amicos omnia reliquiſſe, ſed etiam Dominum ſequutos fuiſſe. Quia ſtultum profectò eſt, iuxta Platonem & Diogenem & quoſdam alios Philoſophos, vitæ quidem huius diuitias calcare, & hæc non pro æternâ adipiſcendâ vitâ, ſed pro inani agere mortalium laude captandâ, abſque ſpe futuræ quietis & pacis. Et Chriſtus pariter adoleſcenti perfectionem poſtulanti, Matthæi 19. dixit: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, ſequere me. Hæc Petrus Nolaſco mente contemplans, ſibi adoleſcenti dicta eſſe videbantur à Chriſto. Quocircà parentis diuitias, quas poſſidebat, pauperibus erogare, animo decreuit, ne earum ſarcinâ onuſtus, à ſancto deſiſteret propoſito.

Matth. 19. 21.

& ſua data pauperibus.

a *Guilielmus Catellus lib. 2. hiſtoriæ Occitan. ſcribit natum tradi* S. Petrum *in oppido, quod vulgò* Le Mas ſainctes Puelles *dicitur, olim* Recaudum, *cuius nuper ob rebellionem deſtructa mœnia. De eo oppido agemus, cùm de ſanctis illis puellis, quas S. Saturninum ſepeliuerunt, erit ſermo, 17. Octobr. & ad vitam S. Saturnini 29. Nouembris. Diſtat oppidum illud* Sanctarum puellarum *leucâ à* Caſtello-nouo-Arrij, *vulgò* Caſtelnau-d'arri, *quod à Gregorio Turonen. lib. 8. cap. 30.* Caput Arietis *appellari probabiliter cenſet Catellus. Eſt* Caſtellum-nouum-Arrij *nunc Lauracenſis ditionis caput, in diœceſi S. Papuli, inter Toloſam & Carcaſſonam.*

S. Petri Nolaſci patria.

b *Alfonſus Remon lib. 2. cap. 1. ſcribit anno ætatis 24. veniſſe Barcinonem, donatum ciuitate & priuilegiis Nobilium, habitaſſe in paræciâ S. Pauli.*

c *Idem multa habet de Nolaſcorum antiquiſſimâ familiâ, cuius originem à Franco Hectoris filio reuocat, temerè fabulas ſectatus, grauis in ceteris auctor.*

d *Remon Petrum Antonium Beuterum refutat, ſcribentem Petrum Nolaſcum aliquando coniugatum fuiſſe, ſed mortuâ vxore ad pietatis ſtudium, & redemptionem captiuorum adieciſſe animum.*

CAPVT II.

Captiuorum procurata redemptio.

9 ET eo tempore Mauri & Saraceni impio dominio a maiorem & feliciorem Hiſpaniæ partem poſſidebant. Vndique namque nos ſepti eramus, & à Barbaris & à Mauris oppreſſi, plerique captiui Chriſtiani apud eos miſerè vitam tranſigebant; pleriſque eorum vinculis crudeliter ligatis, aliis verò eorumdem captiuorum Chriſtianorum trucidatis, veluti moribus Maurorum ac paganorum contrariis & inimicis. Sæuiebant tunc vehementer in Chriſtianos b Turcæ & Saraceni, & fidem Chriſti exterminare ſtudebant. Interim etiam non ſolùm in Hiſpaniæ vrbibus Chriſtiani captiui ligati detinebantur, verùm captiuitatis ingens multitudo Africanum attingebat littus. Mos rurſus Mauris eſt & Barbaris, plerumque inter captiuos, maritos ab vxoribus, liberos

a

b *Multos à dirâ Maurorum ſeruitute redimit,*

liberos à parentibus ſeparare. Et ſumma pauperies captiuorum profectò eſt. Captiuus enim eſt obnoxius & ſubiectus omni contumeliæ, pœniſque ac ſuppliciis, vel inuitus ſubmittitur, vtpote quòd ſit in eius domini poteſtate quam velit ferre ſententiam. Idcircò cùm lamentabilem & ſummam paupertatem ſanctiſſimus iuuenis Petrus Nolaſco hanc eſſe cerneret atque vidiſſet, captiuis pauperibus eas quas adhuc retinebat diuitias tribuere decreuit, vt à captiuitate liberarentur immaniſſimâ, & donare illis promiſit. Sicque Deo opitulante ab eo factum eſt: nam ex Valentiæ vrbe à Mauris poſſeſsâ, cũctis quæ habebat expenſis, pluſquàm trecentos captiuos Chriſtianos eripuit ac redemit, datis pecuniis & pignoribus. Quocircà in regno Aragoniæ magnam ſibi conciliauit auctoritatem, & valdè ab omnibus diligebatur, quòd inuentus fuerit homo qui captiuos Chriſtianos à poteſtate Barbarorum eriperet.

cum S. Laurentio eos veros theſauros ratus:

10 Et in eâ re animum pulſat meum dulcis recordatio ſanctiſſimi Laurentij Martyris, qui ex beatiſſimi Sixti Pontificis imperio Eccleſiæ theſauros pauperibus diſtribuit & donauit. Qui cùm à [c] Valeriano Præfecto comprehenderetur, in carcerem miſſus, non ſolùm vt diis ſacrificaret ſpreto Chriſto, verùm vt oſtenderet theſauros Eccleſiæ, vinculis ligatus detinebatur. Et mirabile fuit, quòd cùm theſauros iterum repeteret ab eo impius & ſceleſtiſſimus Valerianus, ſanctiſſimus Leuita Chriſti Laurentius, vt eos oſtenderet inducias petens, deinceps pauperes collegit, & ad Valerianum adduxit, dicens: Ecce hi ſunt theſauri æterni, qui numquàm deficiunt. Dulcis, inquam, hæc recordatio eſt. Nam & piiſſimus Petrus Nolaſco in infantiâ poſitus, paternam hæreditatem & ingentes diuitias, quæ iuuenes eo tempore demulcere ſolent, pauperibus & captiuis impertitus eſt. Hos cenſebat æternos theſauros, numquàm perituros. Sic enim aiebat cum D. Laurentio, cùm miſeros cerneret captiuos Chriſti redemptoris noſtri filios: Ecce theſauri æterni, qui numquàm deficiunt.

myſtico oſtẽto oliua in ſomnis animatur:

11 Cùm ergo multorum adhuc apud infideles detentorum & captiuorum calamitatem cernere cogeretur, miſeratione commotus, cum lacrymis rogabat Deum, vt illi opitularetur. Vnde nocte quadam, ſicut de more conſueuerat, poſt primam noctis quietem in templum ſe conferens, in oratione attento animo pernoctabat, & poſt nocturnas abſolutas preces, inde aurorâ emergente, in domum ſuam ſe paullulùm dormitans recepit, ibique ſcamno iacens, eiuſmodi ſomno fuit commotus. Oliua ſpecioſæ magnitudinis fixa cernebatur in ingenti atrio, ſeque ipſe putabat ſub eâ arbore verſari, & interdum ſedere. Quoſdam verò graues honeſtoſque homines ad ipſum acceſſiſſe, qui ſe dicerent à Rege magno miſſos, vt illi opitularentur, ne arbor, ſub quâ requieſcebat, à quoquam effoderetur: alios rurſus occurriſſe viros, qui ſecuribus & fodiendi inſtrumentis allatis, arborem ſpecioſam ſummâ cum feſtinatione euellendam & effodiendam contendebant. Sed interim dum id ab eis peragebatur, quò ampliùs conabantur ſpecioſam oliuam eradicare, eò denſiores tenacioreſque radices defigebantur. Imò verò mox, ex relictis illis radicibus innumera, eaque ſpecioſa, emergere virgulta, totumque implere atrium. Profectò ſapiens quiſque id perſpicuè percipere poterit, ſi accuratè rem hanc animaduertat, oliuam ſpecioſam Chriſti ſignificare fideles, baptiſmi pulchritudine & fide decoratos; ſanctiſſimumque Petrum Nolaſco in eâ arbore & ſub eâ requieſcere; miſſoſque fuiſſe quoſdam ad ipſum, grauiſſimos & honeſtos viros, ab inclyto Iacobo Maurorum debellatore, Aragonum Rege, qui ei opitularentur, ne in defenſionem ſpecioſiſſimæ arboris aduerſarij ſæuirent. In quâ re ſi accuratè (vt dixi) rem hanc quis animaduertat, intelliget facilè, viſionem hanc indicaſſe nouæ religionis inſtituendæ principium. Etenim cùm nequiſſimi Mauri Chriſti fideles funditus perire contenderent, & quaſi ſecuri omnes excidere; Deus miſericordiâ commotus, potentiſſimum Iacobum ex alterâ parte mittere decreuit, vt Auctore Chriſti fidem ipſiuſque filios ab aduerſariorum ſæuitiâ Franc. & gladio vindicaret. Et quò magis Crucis Chriſti inimici & perfidi Saraceni, Chriſtianam religionem amputare conabantur, eò firmioribus oliuæ radicibus nouè natis noua emergebant virgulta. Quotidie è bello triumphator & victor potentiſſimus debellator Iacobus euadens, & Maurorum acies profligans, vrbes & Maurorum mœnia deturbans, Chriſtique vexilla in altum defigens. Ex alterâ verò ſanctiſſimum virum Petrum à Nolaſco, qui in eruendis miſeris, & Chriſtianis captiuis, feliciter eſſet intentus, & in ingenti religionis atrio diu perſeuerans ſolatium eſſet, non ſolùm ipſe, verùm & ipſius Fratres & filij cariſſimi captiuis Chriſtianis: dum cernerent & audirent nouum ordinem, nouoſque viros ſurrexiſſe, dotatoſque eſſe à Deo, qui miniſterio redemptionis aſſiſterent, vt eos à duriſſimâ Maurorum ſeruitute eruerent ac liberare contenderent. Zvmel.

a *Idem ſcribit Silueſter Maurolycus. At qui mediocriter rerum Hiſpanicarum peritus eſt, facilè intelligit multò maximam Hiſpaniæ partem iam anteà Mauris ereptam, licet aliquot adhuc regna occuparent.*

b *Armis quidem inclyti etiam ante id tempus Turcæ, ſed nec Africâ nec Hiſpaniâ potiti; vtrobique Arabes & Mauri dominati.*

c *Quæ hîc narrantur, ſub* Valeriano, *non Præfecto, ſed Auguſto geſta, diſcutientur omnia* 10. *Auguſti ad S. Laurentij acta.*

CAPVT III.

Ordo Mercedis inſtitutus.

ſocios ſibi adiungit,

12 IAm eo tempore inſignis vir Petrus Nolaſco, ſocios fideliſſimos quoſdam ſibi copulauit, vt miniſterij huius forent participes; eos ſanè, qui cum ſanctiſſimo Petro Nolaſco, primùm in oratione Dei perſeuerantes, deinde verò in prouinciâ Cathaloniâ & in regno Aragoniæ, in colligendis piorum fidelium eleemoſynis pro ſanctiſſimo redemptionis opere explendo, quotidie inſtanter verſarentur. Et ita ſanè id factum eſt, vt ſingulis annis à ſanctiſſimo viro eiuſque ſociis, non paruæ fierent deinceps fidelium & Chriſtianorum liberationes & redemptiones.

a cum iis ſtrenuè pro captiuorũ redemptione laborat:

13 Iugiter cum cariſſimis ſibi ſociis in exercitio ſanctæ redemptionis præoccupatus verſabatur, & aſſiduè valdè in miniſterio grauiſſimi operis ſic proficiebat in fauorem fidei, vt, ne fortè ex Chriſtianis fidelibus captiuis quiſquam ſuccumberet eorum, & Chriſtiana religio apud barbaros Saracenos nouè contemneretur, omnibus quidem fuerit in admiratione. Captiuos fideles viriliter confortabat, & ad fidei confeſſionem, & firmam perſeuerantiam cohortabatur: eò quòd cerneret, periculoſam cum paganis conuerſationem. Hæc anno [a] tertio poſt milleſimum ducenteſimum ita euenerunt. Quocircà ordo B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum, quantùm ad ſui exordium, cœpit ab eo tempore, quo ſanctiſſimus vir Petrus Nolaſco cum ſociis ſuis Redemptionem fidelium Chriſti ardenter peragebat. Et cùm cerneret ſummam captiuorum calamitatem, indefeſſum laborem, ingentia pericula, grauiſſimaque incommoda fidelium vitam apud Mauros agentium; crebrò lacrymas effundebat, & orationibus ſollicitè Deum exorabat, ſanctæ Redemptionis exercitium confirmari in regno Aragonum, & in toto orbe: foreque deinceps in perpetuum viros eidem muneri conſecratos.

b à D. Virgine, ſibi, Regi, & S. Raymundo apparente, inuetur Ordinem de Mercede inſtituere.

14 Quocirca in eâ re exauditus à Deo fuit. Nam anno Domini [b] 1218. regnante Iacobo Aragonum Rege, eoque orante & petente affectu ardentiſſimo Chriſtianorum libertatem, & ab Hiſpaniæ finibus Maurorum expulſionem, ſplendore & lumine diuino circumſeptus, Diuam Virginem eidem Regi Iacobo apparuiſſe teſtantur hiſtoriæ. Ex cuius ore diuinum ſuſcepit oraculum de fundatione noui ordinis, pro redemptione Chriſtianorum captiuorum peragendâ in perpetuum, vt fuſiùs de

funda-

AVCTORE FRANC. ZVMEL.

fundatione ordinis noſtri ſcribentes diximus. Et quidem poſt ſolitas noctis vigilias & preces, ſanctiſſimus vir Petrus Nolaſco videre ſibi viſus fuit, in atrio quodam ingentiſſimo miram hominum multitudinem ad ſe confluentem, & in mediis turbis acceſſiſſe ad illum matronam quamdam eximiam atque venerabilem, vultu & habitu admirandam, cui adiunctus erat pulcherrimus Virginum cœtus, quam planè nouit eſſe beatiſſimam Virginem Mariam. Quæ cùm ad piiſſimum virum Petrum Nolaſco ſermonem dirigeret & inſtitueret, lumine cæleſti interiùs permotum, hæc fuiſſe loquutam legimus, nempe, quòd nouus ordo ſtabiliendus eſſet, ex cuius ſocietate & familiâ profeſſi Fratres, exemplo filij ſui ipſiuſque Chriſti Ieſu veſtigiis ſic inhærerent, vt captiuos fideles Chriſti in poteſtate Maurorum & Turcarum detentos redimerent & liberarent: ſic adeò, vt ſi ad præclariſſimum redemptionis opus explendum expediret, ſeipſos in excambium & pignus donarent, pro captiuorum libertate. Quocircà ſanctiſſimus vir circumfuſus ſplendore cæli, à Virgine Deiparâ planè audiuit, redemptionis opus, quod ipſe pertractabat, filio ſuo Saluatori noſtro cariſſimum & gratiſſimum eſſe: indicauitque ſe velle religionem inſtitui ſub titulo Redemptionis captiuorum B. Mariæ de Mercede, eumque debere eſſe primum noſtri ordinis Fratrem: cui in vetuſtioribus codicibus legimus Diuam Virginem præcepiſſe, vt primus eſſet Frater ordinis noui inſtituendi: & quòd primus togam ordinis Redemptorum indueret, & hanc Dei omnipotẽtis & filij ſui volũtatem eſſe aperuit. Et idcircò Virgo ſanctiſſima, non ſolùm apparuit eidem Petro Nolaſco, ſed etiam Sereniſſimo Regi Iacobo, & B. Raymundo de Pennaforti Confeſſario ſuo.

Ordine fundato,

15 Fundatus ergo fuit ex diuinâ reuelatione ordo Redemptorum D. Mariæ de Mercede die decimâ menſis Auguſti, in feſto ſanctiſſimi Laurentij Martyris, anno 1218. in ciuitate Barchinonæ, maximâ totius populi & prouinciæ illius acclamatione, & primum ordinis habitum prædictus ſanctiſſimus vir Petrus Nolaſco ſuſcepit, coram Sereniſſimo Rege Iacobo, vt in fundatione ordinis luculenter eſt dictum. Vt ergo inſignis Petrus Nolaſco in præludiis futuræ militiæ Chriſti ſe exerceret, cum ſibi ſociis cœpit feruentiſſimè agere, piiſſimaſque Chriſtianorum eleemoſynas colligere, vt grauiùs & excellentiùs Deo in opere redemptionis inſeruiret: ita ſanè, vt crebrò ad infideles & Mauros accederet, & captiuos Chriſti fideles ſæpiùs redimeret, & à Barbarorum poteſtate liberaret. Et profectò magnàm non ſolùm in regno Aragoniæ apud Chriſti fideles, verùm apud *d* paganos & Barbaros ſibi conciliauit auctoritatem. Rideban genę eius, etiam cùm animus mœſtitudine calamitatis captiuorum torpuiſſet: nitida ſimul labia illius commendabant dupliciter mella ſermonum eius, cùm captiuos confortaret in fide, ſpemque ipſorum erigebat ad facilem & breuem futuram omnium redemptionem & liberationem à Mauris & Barbaris, inter quos verſabantur, ſperandam. Quocumque ille vertiſſet oculos, ſerenitatem mentis nuntiabat aſpectus eius, & in eo erat ſermo ad doctrinam & ſolamen captiuorum fabricatus & congruus. Sæpè rurſus ſeſe obtulit martyrio apud Infideles & Barbaros, cùm adeò ſollicitè & ardenter Chriſti fidem extolleret, & captiuorum Chriſtianorum redemptionem curaret.

captiuos redimit;

d

alios ſolatur,

16 Genas rurſus lacrymis plenas oſtentabat, cùm turbam ingentem Chriſtianorum cerneret ſæuiſſimâ ſeruitute inter Barbaros infideles detineri, ſicque deſluebant lacrymæ currentes. Et cùm iterum tot filiis Dei populum carere conſpiceret, vrbeſque Chriſtianorum ab inimicis fidei poſſeſſas contemplaretur, & quo pacto altaria & ſacrificia in Maurorum vrbibus conculcabantur, veluti alter Hieremias Propheta deſolationem religionis cernens, & Chriſtianorum vrbem diruptam, aiebat: Quomodò ſedet ſola ciuitas plena populo? Quomodò facta eſt ſub tributo? Populus Dei in Babyloniam captiuus ducebatur; ſed & Hieremias Propheta deplorabat. Sic ergo primus ordinis Magiſter Petrus Nolaſco, cùm oculos leuans captiuum Dei populum aſpiceret, lacrymis offundebatur, dicens ſæpius: Quomodò facta eſt ſub tributo princeps prouinciarum, domina gentium?

illorum compatiens miſeriis, & de periculis animarum ſollicitus.

a *Remon ſub annum* 1217. *veniſſe Barcinonem ſcribit. Et ſanè cùm tradatur Iacobum Regem Carcaſſonæ à Simone Comite Montfortio detentum ſapius viſitaſſe Nolaſcum, priuſquàm Barcinonem commigraret, manifeſtum eſt non ante annum* 1213. *è patriâ diſcedere potuiſſe, ac nec aliquantò quidem pòſt, cùm eo anno,* 14. *Septemb. à Simone occiſus ſit Petrus Rex Iacobi pater, dum Raimundo Comiti Toloſano Albigẽſium Defenſori adeſſet, vt ad cap.* 2. *vitæ S. Raimundi de Pennaforti, litt. D. eſt dictum. Datus erat Simoni obſes à patre Iacobus, cùm is in Occitaniam ad pacem inter eumdem Simonem & Raymundum Comites ſanciendam venit. Simon deinde eum veluti captiuum retinuit, cogitans ei filiam ſuam coniugem dare. Et fortaſſis reuerſo ad ſuos Rege, conſilium Nolaſco incidit in eius ditiones migrandi, vel illo inuitante, vel vt ab hæreſis contagione, quâ ditio Toloſana erat infecta, longiùs abeſſet, vt ſcribit Remon.* *Quando venerit in Hiſpaniã S. Petrus Nolaſcus.*

b *Imò* 1223. *vt antè dictum.*

c *Præfixus eſt commentarius ille* Regulis & Conſtitutionibus Fratrum ſacri ordinis B. Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum, *quas idem Auctor ſcholiis à ſe illuſtratas, vnà cum inſtructione officiorum eiuſdem Ordinis, & hiſtoriâ Magiſtrorum Generalium, excudi Salmanticæ curârat anno* 1588. *typis Cornelij Bonardi: adiecit alia quædam cùm ipſe iam Magiſter Generalis eſſet.*

d *Narrat Remon lib.* 2. *cap.* 13. *Maurum quemdam regio ortum ſanguine, & ſapientiâ præſtantem, tam illuſtri caritatis exemplo commotum, Chriſti ſacra, ac deìn ipſius quoque ordinis inſtituta, complexum.*

CAPVT IV.

Capta Valentia. Podienſe cœnobium.

17 A Malech Duces atque milites ipſius percuſſerunt gladio Siceleg ciuitatem, & ſuccenderunt eam igne, captuaſque duxerunt mulieres & infantes à minimo vſque ad magnum. Verùm cùm veniſſet Dauid & viri eius in ciuitatem, & vidiſſent vrbem igne ſuccenſam, & vxores filioſque & filias ſuas ductas fuiſſe captiuas, contriſtatus eſt Dauid valdè: & cùm plangeret populus, confortatus eſt Dauid in Domino Deo ſuo, conſuluitque Dominum. Et abiit Dauid & perſecutus eſt Amalech cum ſexcentis viris, & cùm peruenisſet ad locum, quo Amalech & ſui diſcumbebant comedentes & bibentes, & quaſi feſtum celebrantes, pro prædâ & ſpoliis quæ ceperant de terrâ Iudâ, percuſſit eos Dauid à veſpere vſque ad veſperam alterius diei, & eruit Dauid omnia, quæ tulerant Amalechitæ, vxores & filios, cunctoſque liberauit captiuos, & in ſuam patriam reduxit. Nonne recordamur quid ſimile peregiſſe virum clariſſimum Petrum Nolaſco? Qui cùm pleroſque viros, filios, infantes, & vxores cerneret captiuos quotidie ab Amalechitis, à Mauris & infidelibus rapi, & à Dei populo vi & armis educi, contriſtatus valdè, conſuluit Dominum, preces effundebat iugiter, & cum clamore valido lacrymabatur: petebat à Domino Maurorum expulſionem, & potiſſimè vrbem Valentiæ fidelibus reſtituì, & ab Agarenorum manibus liberari; vt eo loci Eccleſiæ ſanctæ vexilla leuarentur, & populus Dei, qui magnâ ex parte ibi captiuus detinebatur, è duriſſimâ ſeruitute educeretur.

Orat pro captiuorũ liberatione,

& Valentia vrbis expugnatione.

18 Sanè exauditus eſt à Deo vir ſanctiſſimus. Nam eo tempore à Sereniſſimo Rege Iacobo capta fuit Valentia anno regni ſui *a* 25. à fundatione ordinis *b* 20. Quo etiam tempore prædictus Petrus Nolaſco ordinem feliciter regebat. Imò verò præſens ille adfuit cum Rege Iacobo, die illo quo debellata fuit illa ciuitas, & à Chriſtianis militibus iure occupata. Fuit enim obſeſſa Valentia à Rege Iacobo debellatore potentiſſimo, qui exercitum & militum turbas caſtrorumque acies omnes ordinauit, atque tentoria fixit in oppido *c* del Puch, prope ciuitatem Valentiæ. Quo in loco ſtatim fundauit Rex Iacobus monaſterium ordinis Redemptorum B. Mariæ, in honorem Virginis ſanctiſſimæ, & in victoriæ ſignum, eumque

a b

quæ à Iacobo Rege obſeſſa captaq;,

c

præsente S. Petro Nolasco;

eumque donauit viro religiosissimo, & sibi caro Petro Nolasco: & in ipso vrbis ingressu pariter ædiculam Mahumeticam, quæ communi vocabulo vocatur La Mezquita de los Moros, ordini & prædicto Magistro Generali clarissimo Petro Nolasco dedit & concessit. Eo die inter Christianos captiuos hilaritate perfusos, inuentus est in medio eorum sæpè sanctissimus Magister Generalis, eosdem ad Dei laudes exhortans, & ad debitas persoluendas gratias, pro singulari beneficio quod acceperant monens. Incredibile est quantũ Petrus Nolasco vir sanctissimus à captiuis illis diligebatur, & quo pacto ab eis comitatus incedebat. Omnes eum Patrem vocabant, & eorum liberatorem dicebant. Vnde fundatum & erectum fuit Valentiæ *d* monasterium ordinis B. Mariæ de Mercede illi consecratum in eadem ædiculâ Mahumeticâ, vbi hodiernâ die Deus ipse religionis cultu honoratur. Et in cœnobio illo oppidi del Puch, quod D. Virgo inhabitat, extant & fiunt hodiernâ die penè infinita miracula, quibus gloriosè coruscat.

erectumq; isthic Mercedis cœnobium.

d

19 Ingens profectò & incredibilis est amor diuinus, summaque illius cura & prouidentia erga nos. Eo namque seculo, eoque tempore, quo inuictissimus Iacobus Rex vi & armis, auxilioque diuino, Valentiæ vrbem expugnauit, eius victoriæ vaticinium à Deo suscepit. Et cùm sanctissimi Petri à Nolasco lacrymæ, & suspiria clamarent de terrâ, Deum permouerunt. Quocircà cùm militum turbæ, exercitusque belli, castrorum acies, atque tentoria, debito ordine composita & fixa à potentissimo Iacobo debellatore forent, iuxta arcem oppidi del Puche, à quo loco obsidionem parabat Agarenis & barbaris Valentiæ consistentibus, visæ sunt septem stellæ micantes plerisque diebus à cælo ad terram descendere. Quæ res exercitum omnem, & milites belli, populumque Christianum, potissimeque sanctissimum Petrum à Nolasco & *e* D. Guillermum Dentença Ducem exercitus Christianorum, rapuit in admirationem: & ad inuicem conferebant diuinum portentum, & scisitabantur, quid in eâ re Deus ostendere voluisset. Res enim erat omnibus mirabilis, sed non intellecta. Quapropter ex consilio clarissimi viri Petri à Nolasco, & de imperio excellẽtissimi Ducis Guillermi Dentença, is locus, in quem septem illæ stellæ & micantia lumina descendebant, inquisitus est. Quodque cùm in superiori parte ae superficie terræ nihil prorsus esset repertum, occultum aliquid mirabilius & maius excogitantes, terram effodere & aperire fecerunt: statimque in ipso primo effossionis initio, diuinum nectaris & ambrosiæ odorem terra spirabat, & ingenti fragrantiâ odoris totus agri campus fœcundabatur. Nam eo loci inuenta fuit subtus terram, sanctissimæ Virginis Mariæ mirabilis & deuotissima imago, quæ hodiernâ die feliciter colitur in monasterio celeberrimo eiusdem Virginis Mariæ oppidi del Puche, prope Valentiæ vrbem. Quæ sanè subtus terram, sub ingenti tintinnabulo, seu æneo cymbalo, erat inclusa. Et hoc profectò non paruum fuit militibus cunctis solatium, & quasi initium futuræ victoriæ. Nam id vniuersorum animos recreabat, & spem alacriter promittebat, quòd gladio, armis, & precibus ad Deum fusis pellendi essent à ciuitate Valentiæ Christi Domini & suæ Matris perfidi inimici Mauri & Saraceni. Equidem huius clarissimæ imaginis extant hisce diebus pleraque diuina miracula, & glorioſissimo cultu religiosè valdè à cunctis illius prouinciæ habitatoribus colitur & adoratur. Eodem loco prorsus reposita à Fratribus, quo inuenta fuit ab exercitu Christianorum, in prædicto cœnobio, cuius etiam titulus est S. MARIÆ DE MERCEDE DEL PVCHE. Imò verò cùm à deuotissimis Fratribus, ab eo loco atque situ, in quo modò cernitur & apparet, dimoueretur, vt in maiori altari ipsius ecclesiæ sanctæ constitueretur & reponeretur, non semel, sed bis, atque iterum, Deipara ipsa sese contulit in eum locum, in quo & inuenta fuit, & à nobis cernitur hodiernâ die.

Ostento cæleſti

Reperta imago D. Virginis in oppido Podio dato ordini Redẽptorum,

multis indemiraculis clara.

e

a *Capta est Valentia 28. Septemb. anno Christi 1238. cùm regnasset Iacobus à morte patris annos 25. dies 14. Fusè totam hanc obsidionem describit Gaspar Escolanus in historiâ Valentinâ.*

b *Imò 16. vt antè dictum.*

c *Multa de hoc oppido, & prodigiosâ Deipara Virginis imagine, scribit Escolanus lib. 7. historiæ Valentinæ cap. 6. & 7. atque hic olim extitisse memoratum Ptolemæo lib. 2. cap. 6.* Ἀφροδίσιον ἱερόν, Templum Veneris *existimat.*

d *Huius cœnobij situm indicat Escolanus lib. 5. cap. 7.*

e *Hunc Remon & alĩ Bernardum Guilielmum de Entenca vocant, dicuntq; Iacobi Regis auunculum fuisse, eiq; S. Nolascum mortem prædixisse, & salutaria monita opportunè intulcasse, quibus ad eam illius animus præpararetur.*

AVCTORE FRANC. ZVMEL.

CAPVT V.

Primum Redemptionis cœnobium. instituti vetus exemplum.

20 CAtholicus Rex Iacobus ab ipso primo fundationis exordio Fratrem Petrum Nolascum, vt inhabitaret aulam regiam domiciliumque regale, secum duxit, & ibi grauissimo sanctitatis exemplo, aliquamdiu habitauit. Sed cùm creuisset Religiosorum & sociorum eius numerus in nouo ordine sic instituto, voluit à regio palatio & domicilio diuertere. Quocircà eleemosynis cuiusdam ciuis Barchinonensis, Raimundi à Plicamanibus, qui notus erat & amicus deuotione insignis eiusdem Petri à Nolasco, emit agrum iuxta littora maris Barchinonensis, *a* & ibi primum cœnobium, seu monasterium Ordinis fundatum ab eo fuit, & erectum, & in ipsum sese contulit & recepit cum sociis suis carissimis prædictus Petrus Nolasco, vt monasticam & religiosam vitam feliciùs ageret. Fundauit rursus monasterium Valentiæ, simulque & alterum cœnobium in oppido del Puche, & pleraque alia in regno Cathaloniæ, & Valentiæ, de quibus suis locis dicemus.

Prima ordinis habitatio in palatio:

a

aliud monasterium cœnobium.

21 Rexit & gubernauit ordinem ab anno Domini milleſimo ducenteſimo decimo octauo vsque ad annũ milleſimum ducẽteſimum quadrageſimum nonum, per triginta & vnum annos, & quidem feliciter & sanctè, magnâ cum caritate & pace. Et suo tempore prædictus Ordo Redemptorum B. Mariæ de Mercede, ipsoque viuente & gubernante Ordinem, fuit confirmatus & approbatus à Sanctâ Sede Apostolicâ per Gregorium IX. summum Pontificem in die S. Antonij, mensis Ianuarij, anno Domini *b* milleſimo ducenteſimo trigeſimo. Et in confirmatione ordinis, postquàm eius institutum approbauit, pleriſque gratiis, indulgentiis, & priuilegiis ordinem insigniuit ad petitionem inuictissimi & potentissimi Regis Iacobi, qui primus fundator & institutor fuit sacri ordinis B. Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum. Qui quidem orationibus & precibus Fratrum sui ordinis, & zelo Christianæ religionis, quo erat armatus, regnum *c* Maioricarum debellauit, & ad Christianum imperium perduxit, anno Domini 1229. & pariter cepit vrbem Valentiæ cum regno *d* Murciæ, Christianoque imperio reduxit & subiecit, *e* die S. Dionysij anno Domini 1238. à creatione autem ordinis Redemptorum B. Mariæ anno 20. Equidem in ipso exordio religionis, antequàm confirmaretur à Gregorio IX. prædictus Petrus Nolasco appellabatur Generalis Procurator redemptionis captiuorum. Ceterùm à die quo confirmatus fuit ordo noster, & tamquàm religiosus & canonicus in Ecclesiâ Dei factus, vocatus est Generalis Magister ordinis Redemptorum B. Mariæ de Mercede.

Confirmati Ordinis

b

c

d

e

Magister Generalis Nolascus.

22 Hoc institutum sanctæ Redemptionis, quod in fauorem fidei à cælo datum extitisse credimus, plerique laudabiliter sunt secuti; præsertim *f* B. Leonardus, qui in Galliâ natus, parentes habuit claros, & magnæ apud Clodoueum Regem dignitatis & auctoritatis, cùm tamen Clodoueus primò paganus fuerit. De quo Leonardo beatissimo legimus, cùm ipse speciali Dei munere captiuorum redemptioni consecratus esset, quòd cùm illustres atque nobiles quidam viri regionis suæ inter se.

f

Institutũ redimendi captiuos antiquum.

AVCTORE FRANC. ZVMEL.

contenderent, quidam eorum è pago Nobiliaco, ſanctiſſimo Leonardo deuotus, à quodam nequiſſimo tyranno captus eſt. Is veritus ac timens, vt poſteà ille recenſuit, ne B. Leonardus opitularetur homini illi captiuo, ita apud ſe loquebatur: Si hunc hominem ferro conſtrinxero, prorſus timeo, ne illum amittam: vt enim apud ignem cera, ſic ad B. Leonardi nutum colliqueſcit ferrum. Si cippo pedes eius incluſero, aut in cuſtodiam eum detruſero, nihilo certior ero: eadem enim illic quoque Leonardo vis eſt. Planè anxius ſum, quid agam hoc homine ita capto, à quo ego mille ſolidos, ſi redimi vult, extorquere conſtitui. Sed iam ſcio quid faciam. Iubebo foueam profundiſſimam in intimâ turri meâ fieri, in eamque illum compedibus manicisque ferreis colligatum demergam: necdum enim S. Leonardus ſub terram ſe demiſit: & quamuis fortaſſis catenas ferreas diſſoluet, hominem tamen è ſpecu ſubterraneo educere nequibit. Porrò etiam ad os ſpeluncæ arcam ligneam admouebo, & in eâ milites iubebo excubare noctes atque dies qui eum cuſtodiant. Fecit igitur hæc omnia crudelis homo: ſed tamen efficere non potuit, vt, licet in tenebris & magnis catenarum anguſtiis eſſet, ſpem & fiduciam vinctus abiiceret, ſeque à beatiſſimo Leonardo ereptum iri dubitaret, quem etiam cuſtodibus audientibus crebrò inuocabat, ſimul orans Dominum, vt per clariſſimum & deuotiſſimum Leonardum ſe liberaret. Ecce autem quadam nocte, præ laſſitudine illo obdormiente, B. Leonardus cum magno ſplendore ac luce adfuit, euertit arcam in quâ milites iacebant, deſcenditque in foueam, & altâ voce vocat hominem captiuum & vinculis ligatum, & ait: Dormiſne, an vigilas? En adſum ego Leonardus, quem expetiiſti. Expergefactus homo ille captiuus, visâque luce immensâ, ait ad eum: Domine adiuua me. Confeſtim diruptis atque ſolutis catenis, & inſtar luti diſſipatis, propriis manibus & vlnis è turri eum extraxit, & ſecum aſportauit, & cum eo proficiſcēs & ambulans familiaria miſcebat colloquia, vt ſolent amici inter ſe facere. Tandem in patriam ſuam perduxit, & ad Nobiliacum pagum tranſmittit, in quo extra periculum poſitus fuit. Sole orto, vicinis & amicis, quæ paſſus fuerit à tyranno & crudeliſſimo illius hoſte ſub captiuitate detentus, expoſuit, & quid rurſus beneficij à ſanctiſſimo Leonardo accepiſſet. De quâ re omnes mirantur, & incredibili gaudio atque lætitiâ afficiuntur.

illuſtre in eo genere S. Leonardi miraculum.

a *In libello de initio fundationis redemptorum dicitur id contigiſſe anno* 1232. *agit de hoc cœnobio Remon lib.* 2. *cap.* 4. *& nos ſuprà.*

b *Imò* 1235. *vt antè ſcripſimus.*

c *Eſcolanus lib.* 3. *cap.* 4. *ſcribit, menſe Septembri an.* 1229. *appulſam eſſe ad maiorem Balearium inſulam Iacobi claſſem; Maioricam vrbem expugnatam Decembri exeunte. De eâ expeditione egimus ad Vitam S. Raimundi* 7. *Iann. cap.* 5. *litt. d.*

d *Murciam cepit Iacobus diu poſt Valentiam, anno nimirùm* 1266. *vt auctor eſt Mariana lib.* 13. *cap.* 15.

e *Remon poſtridie S. Dionyſij in maiori baſilicâ, S. Andreæ honori conſecratâ, primū Deo oblatum Miſſa ſacrificium tradit, cùm* 28. *Septembris vrbs dedita eſſet, Zaëno Mauro excedente.*

f *S. Leonardi Vitam, in quâ hoc ipſum miraculum refertur, dabimus* 6. *Nouembris. Sed turpe mendum apud Remon lib.* 3. *cap.* 22. *reperies, vbi ex hac Zumelii narratione malè intellectâ, S. Leonardum S. Petri Nolaſci diſcipulum facit.*

CAPVT VI.

Viri ſancti ex Ordine Mercedis.

a Varij ſancti viri ex hoc ordine;

S. Raymundus Nonnatus,

23 POſt hunc ſanctiſſimum virum, idem inſtitutum Redemptionis D. Mariæ de Mercede, & redemptionis captiuorum mirabile opus ſequutus eſt a B. Raymundus Nonnat, ex prouinciâ Cathaloniæ oriundus & ibi ortus. Hic antequàm religionis B. Mariæ de Mercede togam indueret, infans in præludiis bonorum operum ſeipſum ſtrenuè exercens, epulis carnis exploſis, & deuictis appetitionibus, quæ infantes ſolent à primis incunabulis incitare, non ſemel aut bis, ſed pluries in hebdomadâ ieiunabat, & noctu atque diu cum Deo loquebatur, precibus & orationibus ad eum fuſis. Hic antequàm naſceretur ex communi naturæ lege, vt ſolent alij ex materno vtero & muliebri procedere & naſci, emortuâ ipſius matre, cùm ipſe adhuc in vtero matris iam mortuæ permaneret & latitaret incluſus, diſſecto matris ventre atque vtero, foras egreſſus eſt, & in hanc lucem prodiit. Quocirca NON-NATVS vocatus fuit & appellatus, cùm verè non eo naturæ partu prodierit ex vtero ſicut alij, naturæ, inquam, legibus ſolitis. Et idcircò ſemper à pueritiâ id cognomen accepit, vt vocaretur Raymundus Nonnatus. Claruit hic ſanctiſſimus Raymundus Nonnatus, vitâ & geſtis, ita vt in admiratione fuerit in prouinciâ Cathaloniæ: cuius rei teſtimonium extat hodiernâ die, nam & ipſius corpus & ſepulchrum magnâ veneratione colitur, & ad eum confluit ingens hominum turba & fidelium, & miraculis coruſcat. Et hunc habuit alumnum vigilantiſſimus ille primus ordinis Frater & Magiſter Petrus Nolaſco. Cuius etiam in loquendo ſermones, præſertim cum barbaris & infidelibus, adeò efficaces erant, & ex Dei beneficio diuini, vt pleroſque interdum eorū ad fidem pertraxerit. Et idcircò legimus Mauros & Saracenos ſæpiùs voluiſſe eum morti tradere. vnde incaſtraturâ linguæ ligatus fuit ab impiis fidei Chriſti inimicis, ne ipſius ſermonibus ex iiſdem infidelibus plures alios ad fidem Chriſti inuitaret. Et hic ſanè B. Raymundus Nonnatus ſocius fuit ſanctiſſimi Serapionis Martyris.

24 Fuit ergo b B. Serapio inclytus & religioſiſſimus Frater noſtri ordinis eximiæque ſanctitatis, & virtutis exemplum, qui parciſſimo vtebatur cibo, & vehementiſſimus erat in oratione Dei, & redemptioni captiuorum incumbebat ardentiſſimè. Et tandem crudeliter & acriter flagellatus fuit à Rege Angliæ. b *B. Serapion.*

25 Sanctus etiam Raymundus, qui intra initia ordinis ſtrenuus erat in colligēdis piorum fidelium eleemoſynis, cùm apud hæreticos de quorumdam fidelium oppreſſione indebitâ tractaret, alloquens eos, & deprecans, ne id agere cōtenderent, crudeliùs in eos animaduertere decreuerunt. Quocircà acriter rurſus vir Dei & lamentabiliter agens, ſæpius ad immaniſſimos illos hæreticos & barbaros ſe conuertebat, & conſtanti animo, ac intrepidè aiebat, Quòd etſi ſeruitute illâ detinerētur ab eis, ſed nihilo ſecius tamen eſſe ad Dei ſimilitudinem & imaginem creatos, illorumque in naturâ ſocios, & hanc vitam citò eſſe finiendam. Lamentabatur igitur vir Dei captiuorum ſeruitutem acerbam, & dicebat, vocem in aëra tollens: O inſepultam & miſerabilem ſepulturam! Sed quando non fuit manus barbarica inſeruiens iræ, quæ ſemper humanum ſitit ſanguinem? Quando non fuit prompta ad occidendum? Quæ verba cùm à crudeliſſimis hæreticis & barbaris audirentur, ipſe pariter ab eis crudeliter occiſus eſt. Vnde in antiquis codicibus legi eum ſanctiſſimum Raymundum Martyrem fuiſſe pro redemptione captiuorum. Hic ſocium habuit vigilantiſſimum, qui ſui Raymundi veſtigia ſequens omnibus in admiratione fuit. Quantâ animi puritate, & quanto vitæ candore, diu vixerit, poſt Patris ſanctiſſimi Raymundi martyrium, mirabile ſanè eſt: qui pariter ſocius illius fuit & in vitâ & in morte, & inter ſanctiſſimos noſtri ordinis viros enumeratur, & proprio nomine fuit vocatus c Frater Iacobus à Soto. & in quibuſdam codicibus eum reperi nomine S. IACOBI A SOTO inſcriptum. Ceterū prædictus B. Raymundus, qui modò à me fuit recenſitus, non ille eſt Raymundus Nonnatus, de quo paullò anteà ſuperiùs nonnulla ſcripſimus.

alius Raymundus Martyr,

Iacobus Soto Martyr, c

26 Sequutus eſt rurſus inſtitutum redemptionis B. Mariæ beatus & inſignis ille Frater Petrus Armengol, qui pro redemptione tuendâ gloriosè occubuit. Cùm enim è poteſtate Maurorum ille pleroſque fideles liberaſſet & redimeret, quoſdam videns pueros & iuuenes, ob tormentorum ſæuitiam & crudelitatem, periclitari in fide, eoſque cùm ipſe commoneret, ne fidem deſererent aut cōculcarent, ſeſe ipſum in excambium dedit, & in

Petrus Armengol,

& in Saracenorum poteſtate in pignus eorum, vt liberarentur, manere voluit, donec etiam ipſe datis pecuniis, & pretio pariter ab eis euaſiſſet. Cùm ergo redimeret certum quemdam fidelium numerum, ob præfatam cauſſam in fauorem fidei, & ob mille aureos, pro quibus perſoluendis, ſeipſum obſidem, & quaſi pacis pignus, tradit iiſdem infidelibus & barbaris, cùm deputato ſingraphæ tempore & die nũmi non adfuiſſent, quibus perſoluere debuerat ſtatutum pretium cum Saracenis initum ob liberationem & redemptionem, quam fecerat pro captiuis prædictis, eumdem B. Petrum Armengol, tamquàm irriſorem ſuæ ſectæ & infidelem, crucis patibulo eum interficere voluerunt. Quocirca ingens Barbarorum turba ſimul coadunata, cùm pecuniæ rurſus non comparuiſſent, eum exploratorem fuiſſe, & vehementem Mahumetici inſtituti inimicum & hoſtem proclamabat: & idcircò communi conſenſu, cauſſantes pecuniam non compariuiſſe, deſtinato chirographi tempore, ſuſpenſus eſt patibulo, & in furcâ pendens fuit: cuius morte videbantur illi placati fuiſſe.

qui pro captiuis obſes relictus,

à Mauris ſuſpenſus,

27 At hoc fuit diuinum conſilium. Nam paucis ab hinc diebus, cùm Religio noſtra pecunias tranſmiſiſſet, vt Fratrem Petrum Armengol liberaret, & à Barbaris illis eriperet, ne pro pignore detentus malè tractaretur, cùm littus applicuiſſent pecuniarum delatores, rem crudeliſſimam paucis ante diebus factam erga ſeruum Dei Fratrem Petrum Armengol audiuerunt. Quo ſtupendo facto & ſcelere conturbati ſunt, & commoti omnes inter ſe, & ad locum, vbi laqueo ſuſpenſus à Saracenis fuerat eorum ſocius & Frater, peruenire voluerunt. Quem cùm vidiſſent ſancto habitu Religionis ſuſpenſum, lacrymabantur acriter, neque poterant ſe continere. Et cùm lamentabiliter eiularentur gementes, commotum eſt corpus B. Petri Armengol. Quòd cùm cernerent redemptores Fratres, ſtatim aliquid maius excogitantes, vociferabantur ad inuicem. Quibus altâ voce loquutus eſt in patibulo ſuſpenſus beatus Frater Petrus Armengol, dicens: Fratres cariſſimi, non contriſtemini, lacrymas deponite, non enim mortuus ſum, nam tres adhuc dies ſunt, quòd matrona quædam Virginum choris circumdata, quæ procul dubio eſt beatiſſima Virgo Maria, ſemper mihi adfuit, meque à morte liberauit, vt in eo facto Barbari, & Saraceni potiùs confuſione pereant, quàm quòd glorioſum putent de Chriſtiano nomine reportare triumphum: cognoſcent enim inimici Chriſti Crucis, quàm parùm proſunt illis technæ, eorumque ſæuitia & malitia aduersùs Chriſti aſſeclas. Stupefacti autem erant omnes, & præ gaudio ferè loqui non poterant, accurruntque ſtatim, & eum è patibulo ſuſpenſum depoſuerunt, quo ſtupendo facto vniuerſi etiam Mauri conturbati ſunt. Verùm

triduo à D. Virgine ſuſtentatus ne ſuffocaretur,

viuus ereptus eſt,

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem
——— Teſta diu:

& idcircò inter impios infideles alij dicebant id arte dęmonis factum fuiſſe, alij non credebant eum eſſe hominem illum quem ſuſpenderant. Nam deinceps beatus Frater Petrus Armengol, ſemper inclinato capite inceſſit omnibus diebus vitæ ſuæ, & quaſi faciei colore mutato. Hic tandem omnibus diebus eius vitæ religioſiſſimam vitam duxit, & herbis & leguminibus contentus, ſpiritum ab oratione & ieiunio minimè relaxabat, donec in cæleſtem illam beatitudinem à ſanctis Angelis deportatus eſt.

vir ſanctiſſimus.

28 Alterũ etiam reperio virũ noſtri ordinis Fratrem & Generalem Magiſtrum, qui pleroſque ſuſtinuit labores pro redemptione Chriſtianorum, & pro defenſione fidei Catholicæ, qui vocatur [d] beatus Frater Laurentius Company, vigeſimus Magiſter Generalis ordinis, de quo ſuo loco dicemus.

d Laurẽtius Company.

a *Colitur* S. Raymundus Nonnatus *Cardinalis* 30. *Auguſti, vt ſuprà diximus.*

b *Serapionem hunc* Sanctum *appellat Remon lib.* 4. *cap.* 5. 6. 7. *vbi eius martyrium deſcribit.*

c *Agit idem Remon de* Iacobo Soto, *eiuſq; martyrio lib.* 3. *cap.* 20. AVCTORE FRANC. ZVMEL.

d *Prolixè de huius* Laurentij Campani (*ſic enim ſcribit*) *rebus geſtis agit Remon lib.* 11. *dicitq; an.* 1479. *obiiſſe. Agit & Zumel de eo in libro de Vitis Magiſtrorum Generalium.*

CAPVT VII.

Alij viri ac feminæ ſanctitate illuſtres. S. Petri Nolaſci obitus.

29 FVit etiam eiuſdem inſtituti feruentiſſimus zelator B. Petrus Malaſang, & ſanctiſſimus Guillelmus, & piiſſimus Petrus Commendator domus de Perpiñan, & clariſſimus F. Ioannes Granatenſis Prouincialis Caſtellæ, qui à Mauris martyrium ſuſtinuerunt. Rurſus plures alij redemptores noſtri Ordinis à piratis Saracenis & Turcis capti ſunt in medio mari, & interdum ſpoliati ſunt à bonis, interdum verò in captiuitatem deducti; quoniam barbari & infideles ſæpiùs fidem non ſeruant, neque ſaluum conductum ſuorum Principum, ſeu fidem publicam Regum ſuorum. Et idcircò contumelias, & opprobria, & inſignes iniurias à Mauris & Saracenis quotidie patiuntur. Interdum autem ab ipſis vorticibus maris deglutiuntur, vel ingentiſſimè periclitantur.

Alij multa paſſi.

30 Sanè in ſanctiſſimo hoc noſtri ordinis inſtituto ſemper perſeuerat ordo noſter, & perſeuerauit vſque in hodiernum diem. Extant enim hodie plerique ex redemptoribus noſtris, qui infinitos penè labores pertulerunt pro Chriſto & religione in redimendis captiuis. Nam inter alios honoris cauſſâ recenſeo optimum & prudentiſſimum virum redemptorem Magiſtrum [a] Fratrem Rodericum de Arce, Prouincialem Caſtellæ, qui tres integras redemptiones peregit & compleuit, & poſtquàm innumeras calamitates perpeſſus eſt, tandem explorator iudicabatur à truculentiſſimis tyrannis, & eo colore eum ſociumque illius interficere voluerunt, cauſſantes limina Africana egreſſos fuiſſe, eò quòd extra portam vrbis de Argel ad littora Africani maris, vt ſpectaculum quoddam cernerent, greſſum direxiſſent. Et ſanè niſi à Chriſtianis captiuis ibi fuiſſent commoniti, procul dubio occubuiſſent; ſed glorioſè quidem. Cùm autem ſecundâ vice is redemptionem captiuorum perficeret, cumque eſſet inter Africanos barbaros, præſertim ex ciuitate Tunicenſi, & ex Feſsâ regali, ingentem captiuorum multitudinem ab impiis Saracenis liberauit. Et incredibile eſt, quàm fœdifragi & violatores rerum, verborum, & contractuum fuerunt impij Saraceni & barbari. Et cùm tanta eſſet captiuorum fidelium turba apud eoſdem Crucis Chriſti inimicos, (periclitabantur enim plerique in fide) idcircò neceſſe fuit ſocium eius fratrem Ludouicum Matiençó in excambium & in pignus tradi, ad multorum fidelium redemptionem & liberationem, ne fides contemneretur à Barbaris, & conculcaretur Crucis Chriſti vexillum. Quapropter apud eoſdem Saracenos & Barbaros quaſi in ſignum & pignus pacis relictus eſt tribus annis prædictus Frater Ludouicus Matiençó, iam ſenex, qui ob duodecim millia ſcutorum aureorum apud eoſdem detentus manſit, quaſi in excambium traditus. Et cùm tam ingens pecuniarum copia & aureorum numerus non comparuiſſet, malè tractabatur à perfidis Saracenis, interdum ſputo in faciem eius conſpuebant, interdum alapis ipſum cædebant, interdum falſa crimina imponentes in ergaſtulum eum detrudebant, donec datis pretio & pecuniis euaſit.

a Rodericũ de Arce.

Ludouicus Matiençó.

31 Recolo etiam inſignem & clariſſimum Fratrem Georgium del Oliuar noſtri inſtituti Fratrem & alumnum Cæſarauguſtanum, qui cùm Africum Mauritanorum littus applicuiſſet, poſt ingentem ſui iacturam, ex vrbe à Mauris impiis poſſeſsâ de Argel ingentem etiam captiuorum numerum redemit, & à poteſtate Barbarorum liberauit. Quorum numerus & virorum & mulierum & infantium alibi recenſendus eſt. Hic flagrans caritatis fidelium ardore, ſuccenſuſque beneuolentiâ erga

Georgius del Oliuar

AVCTORE FRANC. ZVMEL.

erga Chriſti fideles, miſeroſque captiuos, cùm ipſius compar & ſocius Magiſter Frater Georgius Ongay in Hiſpaniam, cum ingenti illâ captiuorum multitudine, rediiſſet, tamen inſignis Frater Georgius del Oliuar, in pignus pacis ſe ipſum Mauris & Saracenis dedit, apud quos manens ſanguinis & vitæ pericula ſuſtinuit. Nam apud quoſdam infideles, eò quòd Mahumeticam ſectam, ſectàm appellabat, carpebatur & tamquàm irriſor ſuæ religionis & Mahumetici inſtituti, eum accuſabant. Propter quam cauſſàm coram Rege & Iudicibus vocatus eſt, vt recantaret palinodiam, & itetum honorificis verbis Mahumeticam inſtitutionem decoraret. Quod ſanè ille audiens, conſtanter renuit; & ob id dignus morte iudicatus eſt, & ſtatuerunt ſuis decretis eum interficere, vt ſibi ipſis ſatisfacerent. Quod cùm ipſe Frater Georgius del Oliuar perſenſiſſet, alacri animo ſtatuit ſeſe ipſum morti offerre, pro Chriſti fide tuendâ. Vnde omnia bona, quæ apud ſe habebat, ſtatim diuiſit inter pauperes captiuos. Et cùm hæc ita facta fuiſſent, neſcio quo ſpiritu Maurorum Rex actus fuit; nam vocatis conſiliariis dixit: Si rem hanc perpetrauerimus, nulla nobis ſecuritas ſupereſt, cùm nobis ad Chriſtianos aditus patet, ſi apud eos verſemur: nam ſi fide effractâ occidimus eos, cur non eadem fide effractâ occidemur ab eis? Igitur non occidatur, parùm enim nobis proderit mors illius, & magna incommoda afferre poterit. Vnde ipſe illæſus euaſit, & modò viuit optimâ religione inſtitutus, & præditus.

capite periclitatus.

32 Reperio tandem noſtri inſtituti ſanctiſſimas mulieres, quæ ſanctæ religionis habitum induerunt, potiſſimè *b* S. Mariam Socos, puriſſimam & innocentiæ vitæ mirabilem, cuius corpus integrum poſt ducentos & eò plures annos hodiernà die perſeuerat in Barchinonenſi noſtri ordinis cœnobio, ſimul cum illæſo & incorrupto veſtimentorum noſtri ordinis habitu. Reperio etiam eiuſdem inſtituti inſignem Virginem *c* S. Collagiam. De quibus omnibus, ſuis locis fuſiùs pleraque dicturi ſumus ſi Deus dederit.

b S. Maria Socos.

c S. Collagia.

33 Hos igitur omnes & pleroſque alios filios & alumnos habet ſanctiſſimus ille Frater Petrus Nolaſco, primus Frater, & primus ordinis Magiſter, rector, & gubernator; qui poſtquàm vitam ſanctitate clariſſimam peregiſſet, videns ſui corporis diſſolutionem imminere, perſentienſque ſe morti proximum, ſocios ſuos, & cariſſimos ſodales, & Fratres vocauit, vt religionem eis commendaret, & ſanctiſſimum redemptionis exercitium, vt in eo firmarentur. Quocirca circumdatus Fratribus ſuis antequàm ſpiritum exhalaret, præſentibus ibi Fratre Guillermo Baſenſi eius ſucceſſore in magiſterio ordinis, & Fratre Berengario Caſſano, & Fratre Dominico Doſo, & Fratre Raymundo de Vlſtreto, Fratre Bernardo Corbarienſi, cui ipſe primitus habitum impoſuerat ordinis, & Fratre Guillermo de S. Iuliano, Fratre Ioanne de Lercio, & Fratre Bernardo de Caſſolis, & Fratre Raymundo Caſſano, & Fratre Petro de Solanes, Fratre Arnaldo de Patris, Fratre Petro de Calidis, & Fratre Pontio de Solanes, Fratre Bernardo Shona, & Fratre Ferrario Gerundenſi, Fratre Raymundo de Monteoliuo, Fratre Petro de Caſtelliolo, & Fratre Petro de Oſca, ſermonem dulciſſimum habuit ad eos, & veluti cygnus poſtremo ſuo cantu mirificè ordinis inſtitutionem expoſuit, & ad præclariſſimum redemptionis opus inuitauit, ordinemque commendauit; manibuſque in cælum leuatis, & animam Deo commendans & tradens, contemplabatur redemptionem Chriſti Seruatoris noſtri, & animo perpendebat Chriſtum è cælo ad terram deſcendiſſe, vt liberaret nos à captiuitate dæmonis, dolebat vehementer de peccatis ſuis, & profuſis lacrymis, quaſi torrens lacrymarum profluebat ex oculis eius, & cùm protuliſſet illa verba: Redemptionem miſit Dominus populo ſuo, mandauit in æternum teſtamentum ſuum, à calamitoſo hoc ſeculo migrauit ad Dominum, in conuentu Barchinonenſi, quem ipſe primò fundauerat anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo nono, poſtquàm per triginta & vnum annos ordinem gubernauerat.

S. Nolaſcus ſuis piè inſtructis moritur.

a *De Roderico de Arce, & Ludouico Matienzo agit Remon lib. 16. cap. 28.*

b *Remon* Mariam de Socorro, *vel* Socors *appellat, idq; illi nomen datum ſcribit quòd omnibus indigentibus ſuccurreret, ac multa de illius virtutibus & miraculis narrat lib. 4. cap. 20. 21. 22.*

c *De* Çolagiâ *Maria de* Soccorro *diſcipulâ agit idem Remon lib. 4. cap. 23.*

ANALECTA DE S. NOLASCO ex Alfonſi Remon hiſtoriâ.

§. I. *Aduerſa fortiter tolerata.*

1 *Olenne virtutis tirocinium, aduerſorum tolerantia eſt; vel mali dæmonis inuidiâ, ne quod Deo ipſiſue mortalibus decus proueniat; vel ipſius prouidentiâ Numinis, probantis quàm fidus ac ſtrenuus deinceps futurus ſit humanus animus, ſimulq; ad maiora eum ſolidantis. Exercitus quoque hoc rudimento eſt Nolaſcus. Paucula de multis, quæ fuſiùs Alfonſus Remon executus eſt, perſtringemus. Cùm Barcinonem primùm è Galliâ commigrans, vel ſanctum, quod poſteà peregit, iam animo meditans opus, vel qui ſaltem virtutis eximiæ multa iam dediſſet documenta, dæmonum petitus inſidiis eſt. Manreſam diuerterat ex itinere: hoſpitium inire, quòd maximè quietum ac ſtrepitu confluentis turbæ vacuum rebatur. hic eum quidam vltro veluti officij gratiâ admonent, earum ædium dominum non ita pridem vitâ functum eſſe haud omnino ſecundâ famâ; hinc nocturnis ſpectris infeſtari ædes; quare, ne quid ei eueniret incommodi, aliud quoduis hoſpitium capeſſeret; ſe in viciniâ habitare, & peregrini hominis ductos commiſeratione. Reſpondit, gratias quidem ſe iis agere; ceterum ſolitudinis amantem, poſſe, quo alij hoſpites contenti eſſent, diuerſorio vti; ac Ieſu nomine, & Mariæ Angelorum Reginæ tutelâ, Petriq; Apoſtoli patrocinio fretum confidere, ab omni immunem iniuriâ nocte vnicâ ſeſe ſeruatum iri. Simul ac Ieſu Mariæq; protulit nomina, fumi inſtar euanuêre inofficioſi illi monitores, intolerabili relicto fœtore: eorumq; audita eminus horrifica hæc vox: Vah Petre! cur te ab hoc dimouere itinere non potui! quanta mihi olim conſciſces mala!*

Dæmonis ſibi ſtructas inſidias eludit.

2 *Hinc ille deinceps non modò fortiter ſuperare, ſed & perſpicere ſagaciter, fraudes diaboli didicit. Adoleſcens quidam Italus, Guilielmus, Parmâ, vt aiebat, oriundus, cooptari ſe in ſanctum illum ordinem obnixè poſcebat. Exploratâ, vt par erat, illius conſtantiâ, dictus etiam dies, quo admittendus in religioſam domum eſſet. Ipſe poſtridie illius diei venit, & ſe in ſequentem lucem præſtò futurum ſpopondit; ac ſæpius dein diem protulit. Euenit iis fortè diebus vt Petrum aduerſa valetudo in ſuo conclaui detineret: auditâ illâ Guilielmi procraſtinatione, ſimulq; ſtatuiſſe monachos, eâ offenſos, ſi deinceps veniret, fores illi aditumq; omnino præcludere; hoc fieri vetuit, ſed ad ſe, ſi rediſſet, adduci eum iuſſit. Cùm veniſſet ergo, quærit ex eo, qui ſit, vnde domo? Parmâ, inquit, oriundus ſum, è Fliſcorum non ignobili apud Ligures familiâ, ipſi quoque Pontifici Innocentio IV. ſanguine iunctus. Huius ſanctiſſimi viri odio furens Fredericus Imperator, cùm Parmam veniſſet, quotquot ei aliquâ neceſſitudine obſtrictos reperit, peremit proſcripſitue, domos eorum & palatia demolitus. Parens vterque extorris obiit: pupillus per varia terrarum his annis vagatus, perſpectâ demum mortalium bonorum vanitate, cùm in Monte-Serrato ante celebrem Deiparæ ſtatuam concepiſſem preces, aliquo cæleſti inſtinctu afflatus Barcinonem venire, atque Angelicum hunc habitum induere conſtituit. Cur ergo, inquit Sanctus, id differs? Ille perturbatâ aliquantulùm, vt apparebat, mente, Sæpenumerò, ait, capeſſunt improuidi mortales ea quorum deinde illos ſerò pœnitet: quare maturiori mihi adhibenda rem tantam ſuſcipiendam deliberatione opus eſſe exiſtimo. Omitte iſta, inquit Sanctus, ſentio cuius conſilio retarderis, atque adeò quis in te loquatur. Quæ de genere tuo & exilij cauſſâ retuliſti veriſſima ſunt: cetera non à te prolata, ſed à mendacij & improbitatis*

Iuuenem aſſiduè differẽtem ingreſſum Religionis,

à dæmone decipi ineptiſſimè intelligit.

probitatis parente diabolo. Mihi vt aliis verba dare, & ab eo ſuggeſta, cogitabas.

3 Tum ad ſuos, qui adſtabant, conuerſus, monuit multas eſſe diaboli technas, & quod iam commemoratum eſt ſibi Manreſæ contigiſſe retulit. Dein Guilielmum denuò compellans, Quis te, inquit, moratur, ne quod toties optaſti, totum te religioni dedas? In Ieſu Chriſti nomine præcipio, vt quod res eſt fateare. Corruit humi ſemianimis Guilielmus; vt verò ſibi redditus eſt, ingentem trahens imo ex corde gemitum, Pater, ait, adſtitit mihi hactenùs quidam feroci aſpectu vir minas identidem intentans, & ſeuerè monens non conuenire mihi religioſum inſtitutum; aliud ſe mihi vitæ genus oblaturum, in quo quieto & tranquillo animo poſſem Deo ſeruire. Verùm cùm quod tibi Manreſæ contigerat enarrare cœpiſti, videri ille deſiit, vt exiſtimem planèq; intelligam eumdem eſſe, qui tibi iſthic illudere voluit, & mihi hactenùs miſerè illuſit. Atque eius conſpectu nunc liber, alius omnino mihi eſſe videor, inſolito inflammatus ſenſu pietatis, & deſiderio in hac ſanctiſſimâ congregatione moriendi. Quæ cùm dixiſſet, ad ſancti viri genua accidens, ingentem vim profudit lacrymarum, ea aſſiduè ducens ſuſpiria, vt adſtantibus ſui commiſerationem iniiceret. Eum vir ſanctus in laicorum Equitum eius ordinis numerum cooptauit, vaticinatus fore vt magnâ opinione ſanctitatis vitam duceret; quæ tamen ei diuturna non obtigit, nam ſeptimo menſe piiſſimè deceſſit, magno ſui deſiderio relicto. Simul ſuos monuit Nolaſcus, vt tironum ſpiritum prudenter explorarent: ſæpè enim, & ſub effreni ardore, & ſub languidiore ſtudio, latere dæmonis fraudes.

idq; vt agnoſcat & fateatur efficit,

ſanctum eius finem prædicit:

4 Ita ex iis quæ paſſus ipſe erat, didicit aliorum curare ægritudines, & pericula depellere. Aliud eum ſub ipſa initia pulſauit tentationis genus. Nam cùm ſe, ætate florentem, in medio æſtu rerum humanarum verſari aſſiduè, omne hominum genus, vel poſtulandæ ſtipis vel auxilij ferendi accipiendiúe gratiâ, ipſosq; Barbaros ad omne flagitium proiectos, adire debere cerneret; ſatisq; intelligeret id ſine periculo aliquo ſalutis propriæ fieri vix poſſe; in ſecuram illam & quietam Patrum veterum vitam coniecit oculos, vehementerq; angebatur animo, an non expediret, vt in aliquem ſe Montis-Serrati ſcopulum reciperet; vbi procul aſpectu curiſq; humanis, vni rerum cælestium ſtudio vacaret, & guſtaret quàm ſuauis ſit Dominus. Aperuit hoc ſuum conſilium S. Raymundo, quo inconſulto nihil aggredi quod eſſet alicuius momenti conſueuerat. Non dubitauit vir ſapientiſſimus pronuntiare hanc eſſe dæmonis fallaciam: vt enim ſanctum illud ſit contemplatiuæ vitæ otium, cùm ductu Numinis ſuſcipitur, multò tamen quod iam erat auſpicatus vitæ genus, & ad Dei amplificandam gloriam, & ad ſalutem procurandam animarum, & ad comparandam ſibi Chriſtianæ virtutis abſolutionem, accommodatius videri. Acquieuit illius monitis Nolaſcus, ſummamq; adeptus continuò eſt mentis ſerenitatem.

tentatus vt quietam vitam amplectatur,

à S. Raymundo cõfirmatur in propoſito:

5 Nec ſolus eum dæmon, tum externis terriculamentis, tum internâ animi inquiete, perturbare conatus; alios ſibi eius rei miniſtros & adiutores legit, homines nimirùm improbos. Hi cùm Regis Iacobi ſummam in eum beneuolentiam perſpicerent, quam multis officiis egregiâque humanitate meritus erat, cùm detentum à Montfortio Comite admodùm adoleſcentem aſſiduè viſeret & conſolaretur, omnem mouerunt lapidem vt Regis ab eo animum auerterent. Quereb.ntur externum hominem ciuibus præferri: qui illud vnum ſpectaret, vt egenis & vilibus hominibus ſubueniret, ad maximarum rerum tractationem adhiberi: quorſum id ſpectare, niſi vt ſubditorum alienarentur ab ipſo Rege animi? Non latebat Regem quo ex fonte iſta manarent: quare nihil vnquam de ſuo in Petrum amore remiſit. Petrus tamen, perſpectâ Aulicorum nequitiâ, rariùs ventitare ad palatium, vt inuidiam vel placaret vel certè non irritaret. Iuſſit eum S. Raymundus non cedere improborum hominum machinationibus, ſed adire ad Regem vt anteà, eadem ſinceritate & fiduciâ.

patitur inuidiam Aulicorũ,

6 Noua mox à nobilibus viris procella concitata eſt, quorum filij aſſectari Nolaſci veſtigia cœperant, & ſtipem pro captiuis corrogare. Prodigos euadere illius inſtitutione filios ſuos querebantur, alienis facultatibus inhiare vt eas ipſas effunderent, aſſiduè ſibi moleſtos eſſe dum eleemoſynam ſuadent. Additæ etiam minæ. Aſt ille renidenti vultu modeſtè reſpondit, neminem à ſe ſollicitari, aut vt ſuis moleſtiam creet, inſtrui. Deum eſſe qui illorum corda moueat, vt velint Chriſtianis captiuis opem ferre. Ei ſe gratias agere, qui adoleſcentum ad ſanctum hoc munus operâ vteretur, cùm maiores vltro dæmonis obſequium curare quàm Dei mallent. Ex Alfon. Ramon.

aliorum obloquia,

7 Demum palàm de eo Xenodochiorum ac noſocomiorum curatores & præfecti expoſtularunt, quòd ab eleemoſynis in ſe conferri ſolitis piorum hominum mentes auerteret: quaſi contracta eſſet Dei manus, nec poſſet & illis, vt anteà, proſpicere, & captiuis ſubuenire. Hîc Petrus ſingulari quadam pietate Deiparæ Virginis opem implorare, aſſiduis lacrymis, ieiuniis, corporis verberatione, vt ea ſibi filium conciliet contendere. Et ſanè velut ſecundo quodam aſtro omnis illa ſedata eſt tempeſtas: & qui adhuc præcipuè fuerant illius conatibus aduerſati, vltro auxilio conſilioq; iuuare eum cœperunt. Deinceps illud crebrò dictitabat vir ſanctus: Timeamus & laudemus Deum, qui nouit corda hominum immutare.

querelæ præfectorum noſocomiorũ;

ope D. Virginis omnia ſuperat.

§. II. Cælitus impertita ſolatia.

8 AT non fuêre periculis ac moleſtiis, quibus exagitatus eſt Nolaſcus, minora ſolatia, quibus eſt perfuſus, è cælo præſertim: nam inter mortales vnus fuit S. Raymundus, qui illum piis monitis reficeret ac foueret. Diuina autem vbertim illius animo impluêre ſolatia. Sæpenumerò Angelorum eſt aſpectu recreatus. Euenerat fortè in cœnobio Barcinonenſi, vt ſopore altiore oppreſſus Frater, cuius tunc munus erat, ſigno dato reliquos ad matutinas preces excitare. Vigilabat in ſuâ cellâ Nolaſcus, ac precibus vacabat. Vt ſenſit præcipitare iam noctem, ratus ſe ab excitatore præteritum, prorupit ſe è conclaui, ad templum properat: hîc Angelorum cœtũ reperit matutinas preces decantantem. Documento id fuit, quàm Angelis acceptæ ſint religioſorum hominum preces, quibus adeſſe ſtatis temporibus ſoleant. Sæpè aliàs, præſertim ſub initia illius ordinis, viſos, ab aliis etiam, Angelos ferunt, Deo ac Deiparæ laudes accinentes, quandoque ipſo ordinis habitu conſpicuos.

S. Petrus Nolaſcus Angelos videt Matutinum canentes:

9 Quadam nocte ingenti animi contentione Deum precatus, vt ſuæ Matris familiam amplificaret; qui enim in ceteros mortales ita munificus ſit, videri erga Matrem penè auarum eſſe; pauca adhuc eſſe ordinis nomine illius inſigniti cœnobia, paucos qui ordinem ipſum complectantur: id ſi ſuis peccatis & ingratitudine eueniat, alium ordini præficiat; id ſibi vnicè in votis eſſe, vt gradu motus obtemperet ipſe potiùs quàm imperet. Hæc cùm Deum oraſſet, ſubitò velut auocatâ à ſenſibus mente conticuit, aſſiduè tamen manante ab oculis copioſo lacrymarum imbre. Interim audita vox eſt, non à mortali miſſa auctore: Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum. Conſurrexit ab eâ precatione Nolaſcus læto ac hilari vultu, vt ipsâ oris ſpecie cælitus infuſam animo fiduciam oſtenderet. Nec multi menſes abiêre, cùm & fundata complura cœnobia ſunt, & numeroſa præſtantium virorum turba ſanctum illud inſtitutum capeſſuit, diuini promiſſi euentum probante Nolaſco.

amplificationem Ordinis precibus impetrat:

10 Sæpenumerò conſpectam aiunt non ab eo tantùm, ſed ab aliis ſanctis viris ex eodem ordine, cælorum Reginam ſub noctem monaſterij Barcinonenſis circueuntem conclauia, vt quæ ſibi dicatos homines etiam dormientes tueretur.

eius cœnobium tuetur noctu Deipara.

11 Apoſtolorum Principem Petrum ſingulari venerabatur pietate, in cuius clientelam ab ipſo baptiſmo traditum ſe eſſe ipſo nomine admonebatur. Et quæcumque incidiſſet neceſſitas, ad eum ab ipsâ pueritiâ refugere erat ſolitus, eius implorare inflammatâ precatione & lacrymis opem. Conſtituerat etiam, priuſquàm è Galliâ Narbonenſi in Hiſpaniam migraret, Romam ad illius viſendum tumulum venerandaſq; reliquias, nudis pedibus proficiſci. Verùm id tunc exequi non potuit: multò etiam minùs cùm ordinis iam conſtituti exordia ſuâ ſollicitudine & præſentiâ ſuſtentare cogebatur: nec ſpes affulgebat fore vt aliquando plus otij ac facultatis ad eam rem nanciſceretur, cùm plura ac maiora in dies negotia ſe offerrent, quæ illum ſibi totum vendicarent. Eâ cauſsâ mœſtus aliquando, etſi nullâ teneretur voti religione, tamen antiqui propoſiti pietatem ac fructum intercipi tot aliis curis, & labente ſenſim ætate, dolebat. Ergo poſt publicas preces ſub noctem in aliquem abditus templi angulum, hoc queri & lamentari cœpit, & mox ſpirituali quodã ſomno vel ecſtaſi correptus eſt: ſed dein ſibi redditus eſt, aut potiùs excitatus voce cælitus cõfirmatur, iſtiuſmodi: Petre, etſi me non viſeris, ego te nunc viſo. Aperit oculos,

Propoſitũ eundi Romam dolet ſe exequi non poſſe:

cælitus cõfirmatur,

Ex Alon. Remon.

culos, eoq; conuertit vnde vox missa videbatur; at nihil omnino vidit. Totam tamen noctem in precibus transegit, Deum exorans vt quid sibi illa vox vellet, indicaret.

12 Postridie eodem tempore eadem omnia illi euenêre: exactâ rursus in precibus nocte, cùm Patroni sui Petri Apostoli hanc esse vocem existimaret, inertiæ suæ languoriq; imputaret quòd eius assequi mysteria nequiret; tertiâ nocte, communi precatione peractâ, in sacellum secessit Deiparæ Virginis sacratum doloribus, vbi quandoque somni paullum refouendæ naturæ imbecillitati libare solebat: hîc ante Virginis aram prostratus, sensum se illius vocis edoceri postulat. Cumq; sustulit ad Virginis effigiem oculos, videre sibi visus est altare aliud ante Marianum, inq; eo crucem ab hominibus quibusdam peregrini cultus erectam, eiq; affixum capite deorsum verso virum, qui his eum compellabat verbis: Petre, non omne desiderium eorum qui Deo famulantur, in hac mortali vitâ expletur; fiet id plenius & feliciùs in alterâ, beatâ & immortali. Acquiesce Dei voluntati. Et quia me tantoperè videre concupisti, contemplare me nunc, & disce humilitatem vel hac figurâ crucifixionis meæ, & Christi exemplo, qui pridie mortis discipulorum pedes lauit. Hac virtute conspicuos esse oportet eos omnes, qui ceteris præfecti sunt. Simul sublata ab eius conspectu visio est. Ipse incredibili affluens animi voluptate, nunc Virgini Deiparæ, nunc Apostolo gratias agere.

conspecto post varias preces S. Petro.

humilitatem suadente.

13 Alia plura commemorat Alfonsus Remon diuini erga Nolascum fauoris argumenta, multa quoque præclara virtutum exempla; adita captiuorum liberandorum causâ certissima mortis pericula, miracula quædam inusitata; traiectum chlamyde, ceu nauigio, Balearicum mare; opem sæpius laboranti Iacobo Regi aduersùs Mauros hostes, ac perduelles subditos, vel latam prudentissimo consilio, vel certè impetratam diuinitus. Sed cuncta persequi, quæ ille Hispanico sermone, siue ex Neotericis scriptoribus, siue ex veteribus ordinis monumentis, quæ tamen parciùs citat, siue narrando accepta à maioribus, prolixè deducit, nec otij est nostri nec facultatis, cùm singula expendere, non satis nobis perspecta, non liceat. Optandum esset, vt viri sanctissimi Vita seorsim à totius historiâ Ordinis, solidè & grauiter scriberetur: & scripta est fortassu, sed nobis ignota, vti ordo ipse solo auditu cognitus Belgis nostratibus est, cùm nullum sit illius in his prouinciis monasterium.

Alia multa de eo scripta.

14 Non est postremò illud prætermittendum, legisse nos sermonem, Limæ anno 1632. excusum, quem in eâ vrbe habuit Nicolaus Mastrilius Duran Societatis Iesu in Peruano regno Præpositus Prouincialis, cùm Ordo B. Mariæ de Mercede, sanctissimo suo parenti Petro Nolasco Diuis adscripto, solennes honores impenderet. Hunc nobis sermonem Neapoli misit Antonius Beatillus noster.

Panegyrica in canonizatione.

DE S. PETRO THOMASIO

PATRIARCHA CONSTANTINOP. ORD. CARMEL.

FAMAVGVSTÆ IN CYPRO.

§. I. Legatio multiplex à Sede Apostolicâ S. Petro imposita.

An. Chr. 1 Mccc-lxvi. XXIX. Ianvar.

EXimium Carmelitici ordinis lumen S. Petrus Thomasius *fuit: cuius tum alia extitêre decora, tum maximè illustres, quas Pontificis Maximi nomine obiuit legationes; planè vt expressam Legati absolutissimam effigiem in eius Vitâ contemplari videamur. Quàm enim ille multa ac varia pro sedandis Italiæ motibus, Christianâ religione propagandâ, Saracenorum Turcarumq; reprimendâ tyrannide, munera gesit? quot adiuit prouincias? quanta suscepit pericula? Variæ extant Bullæ Pontificum Innocentij VI. & Vrbani V. in eam rem datæ. Vndetriginta collegit, & cum S. Petri Vitâ publicauit Lucas VVaddingus Ordinis Minorum Chronographus.*

Varia obita à Petro legationes;

2 *Primùm ab* Innocentio Auenione *missus est*, Nonis Octobris, anno Pontificatus *illius* primo, *Christi 1353.* ad ciuitatem Ianuensem (*ita Genuam medij æui Scriptores appellauêre*) & Mediolanensem pro quibusdam commissis negotiis, *vt Bulla prima indicat, inscripta* Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Præpositis, Archidiaconis, Rectoribus, & aliis Ecclesiarum & monasteriorum Prælatis *&c. vt eidem iter facienti velint adesse. Ceterùm quæ ei commissa tunc negotia fuerint cum Genuensibus & Mediolanensibus pertractanda, neque litteræ illæ significant, neque infrà Philippus Mazzerius in Vitâ meminit.* Implacabili odio, *inquit VVaddingus in Vitâ, num. 14.* dissidebant Genuenses & Veneti, cruentisque bellis in alternam ruebant perniciem. Hi in adiutorium conuocarunt Petrum Aragoniæ Regem, & Imperatorem Constantinopolitanum Cantacuzenum; illi Ioannem Vicecomitem Antistitem & Regulum Mediolanensem.... Vt viam inirent concordiæ, Innocentius misit ad Venetos Fortanerium Vassallum Patriarcham Gradensem, atque ad Genuenses ac Mediolanenses Petrum legauit. *Hæc VVaddingus, qui tomo 4. Annal. Minorum* Fortanerium *hunc à* Clemente VI. *Pontificatus sui anno 2. Christi 1352. Idibus Iulij ad Venetos, &* Guilielmum de Languillâ, III. *Idus Iulij, ad Genuenses ablegatos scribit, num. 9. 10. & 13. productis litteris Apostolicis. Verùm, quòd hoc anno 1353. Genuenses, acceptâ in Sardoo mari 29. Augusti clade, se Mediolanensibus subiecerint, potuit Petrus Nonis Octob. ad vtrosque legari. Potuit etiam aliâ de causâ fuisse missus, tyrannis in Italiâ passim occupantibus Ecclesiæ bona, quibus vindicandis Albernotium Cardinalem, de quo infrà in Vitâ num. 66. legârat Innocentius hoc anno 1353. pridie Kalend. Iunij, vt indicant illius litteræ tomo 1. Bullarij.*

anno 1353. ad Genuēses & Mediolanen.

3 *An eodem hoc itinere missus ad Regem & Reginam Apuliæ sit, ideoq; prior illa legatio à Mazzerio, accuratissimo alioquin scriptore, omissa, dubitari potest. Huius verba, quæ tum primò ordinatum Nuntium volunt, cùm est in Apuliam missus, sunt hæc num. 16.* Dominus Papa ordinauit Fratrem Petrum Apostolicæ Sedis Nuntium, ad eundum in Apuliam, ad Regem Apuliæ Ludouicum, & ad Reginam Ioannam eius consortem, propter aliqua magna negotia, Ecclesiam Dei & regnum Apuliæ tangentia. *Deinde hanc eius* primam legationem *appellat. VVaddingus paullò post priorem ad Genuenses legationem, hanc in Apuliam ei iunctam scribit.*

& in Apuliam;

4 *Secundò ab eodem Innocentio ad Regem Rasiæ, Bulgariæ, Seruiæ, cum Guilielmo Episcopo Tragurienſi in Dalmatia, ann. Ch. 1354. mense Decembri, missus est Petrus, antè ordinatus Episcopus Pactensis. Extat sexta Pontificis Bulla, hisce Nuntiis* Sedis Apostolicæ *inscripta, quâ mittuntur* ad regnum Rassiæ, Sclauoniæ, & Albaniæ, aliasque circumadiacentes partes. *de quibus locis infrà num. 17. & 18. Bullâ 3. & 4. continetur eiusdem Innocentij litteræ, missæ ad* Stephanum Regem Rassiæ, Helenam Reginam, Orosium filium, *iisdem penè verbis conceptæ. aliæ Bullâ 5. inscribuntur* Ioannichi Patriarchæ Seruiæ, *eaq; in Annalibus Minorum an. Ch. 1354. num. 3. in eumdem fermè modum dicuntur scriptæ* Decano Sauascottatore Seruiæ, Gayco magno Logothetæ, Oliuerio Despoto Seruiæ, Præbulo Cæsari Seruiæ, Guilbe de Catarâ Comiti Camerario Seruiæ, Palmanio Teutonico Capitaneo gentis armigeræ, & vniuersis Principibus, Comitibus, & Baronibus Seruiæ *&c. quos omnes hortatur Pontifex, vt fidem Catholicam promouendam suscipiant, & hos Sedis Apostolicæ Nuntios, quos à doctrinâ, morum sanctitate, religiosâ conuersatione, commendat, benignè suscipiant. Datæ eæ litteræ in Annalibus*

1354. ad Regem Rassiæ,

Annalibus Minorum dicuntur, vltimæ quidem IX. Idus Ianuarij, *mendosè, vt patet; reliquæ* IX. Kalend. Ianuar. *quæ diei nota illis quoque apponenda videtur. Primæ ipsis inscriptæ Nuntiis* VI. Kalend. Ianuar. *datæ dicuntur anno III. Pontificatus Innocentij à XV. Kalend. Ianuarij inchoato, licet* II. *annus adscriptus, perperàm fortasis à quopiam correctus, qui ad annos Iulianos illam epocham voluit accommodare. Regnum Rasiæ, seu Bulgariæ, subiectum fuisse eo tempore coronæ Hungaricæ scribit Ioannes Thurocius par. 3. Chron. Hungar. cap. 33. ideoq; primò Rex Hungariæ* Ludouicus *adiri debuit, vt ex vitâ patet. Illac tamen Rasiam ingredi consultum non fuit, eoq; per Venetos, mare Adriaticum, & Albaniam, num. 18. & 19. regressus dicitur. Hac occasione bullam 7.* Ludouico Regi Hungariæ, *& 8.* Duci Venetiarum *stripsit* Innocentius X. Kalend. Ianuar. *non* Septembr. *vt perperàm in illis legitur; cùm non nisi XVI. Kalend. Dec. fuerit* Petrus *creatus* Episcopus Pactensis. *Quòd autem eo tempore* Carolus IV. Imperator *in Italiam venisset, vt ad num. 17. dicetur,* consilio ventilato in consistorio, Papa de consilio Fratrum Cardinalium ordinauit Fratrem Petrum Nuntium Apostolicum ad Imperatorem Romanum, & Regem Rassiæ. *Illius ergo in Italiam aduentus certam præfatis Bullis Pontificiis lucem chronologicam affert. Annus Ch. 1355. hac Rasianâ legatione exactus est.*

non Rhætiæ;

5 *Alegræus in Paradiso Carmelitici decoris statu 4. ætate 15. cap. 123. asserit tunc* Rhetiæ regnum, quod grandis Europæ prouincia Grisonum vulgò vocata est, lucratum; & superbissimum Regem illius ad fidem adscitum. *Verùm qui in historiis vel tenuissimè versatus sit, nullum eo tempore Rhætiæ, aut Grisonum in Alpibus regnum aut Regem extitisse nouit.* Regnum Rassiæ, *seu* Bulgariæ, *debuit scribere; cuius tamen Rex à schismate ad veram & orthodoxam fidem conuerti à Petro non potuit, vt infrà in Vitâ nu. 20. & seqq. & mox è bullis Pontificiis dicetur.*

1356. Venetias, & in Hungariam;

6 *Tertiò cum* Stephano electo Episcopo Zagrabiensi *ab eodem* Innocentio *missus est ad* Ludouicum Hungariæ Regem, *&* Venetorum Ducem Ioannem Gradonicum. *De hac legatione agunt Bullæ 9. 10. 11. 12. & 13. scriptæ* XVI. Kalend. Augusti, *aut* III. *seu* IV. Idus Augusti, *anno Pontificatus eius 4. Christi 1356. Caussa legationis duplex fuit, tum vt reconciliaret horum Principum animos, belloq; sopito pacem inter eos sanciret; tum vt* Regem Ludouicum *constitueret Ducem exercitus Christiani aduersùs Rassenses schismaticos, &* Franciscum de Ordelassis, *ac* Ioannem *&* Guilielmum de Manfredis *Ecclesiæ in Italiâ rebelles; in eumq; finem & Ducem Venetum induceret, vt à fœdere cum Rassensibus ineundo abstineret, & Patriarchis Aquileiensi ac Gradensi & Archiepiscopo Salsburgensi suaderet, vt ipsi, ne quis schismaticis aut hæreticis fauorem aut auxilium contra Regem Ludouicum præstaret, intentatâ excommunicationis sententiâ, prohiberent. Procuratæ hac legatione induciæ quinque mensium ab Octobri anni 1356. ad Martium anni 1357. dein recrudescente bello ad Pontificem regressus est* Petrus.

1357. Constantinopolim,

7 *Quartò, cum Guilielmo Episcopo Chrysopolitano, ab eodem Innocentio missus est ad Imperatorem Constantinopolitanum Ioannem Palæologum, scriptis illi litteris Apostolicis* XII. Kalend. Augusti, *aliisq; Patriarchæ Græcorum, & tertiis Francisco Gratteluxio Domino Insulæ Metellini* XV. Kalend. Septemb. *(nisi idem vbique mensis restituendus) anno Christi 1357. Pontificatus ipsius Innocentij 5. licet perperàm 4. in ipsis Bullis 14. 15. & 16. legatur. Nam infrà num. 27. è priore legatione* ad Curiam Romanam rediisse *dicitur, & num. 28.* interuallis aliquibus temporis, *paucorum videlicet mensium, designatus est Nuntius Apostolicus Constantinopolim mittendus. Deinde Imperatorem in exercitu conuenit, quo tempore is Michaëlem filium Ioannis Cantacuzeni cepit: eumdemq; Palæologum Constantinopolim reducem comitatus est, atque ad Ecclesiæ Romanæ concordiam, quæ legationis erat caussa, reduxit. Rescripsit Imperator Pontifici* 7. Nouemb. Indict. II. anno mundi 6866. *consuetâ Græcis eo tempore numerandi ratione, quâ adduntur ad æram Christi Latinam anni 5508. adeoq; hic annus mundi 6866. est Christi 1358. quo erat Indictio* XI. *Quòd tamen annum eiusq; Indictionem Græci auspicarentur à Septembri, hic dies* VII. Nouembris *Latino calculo est annumerandus anno Christi 1357. Denique si totum hoc caput V. de legatione Constantinopolitanâ conferatur cum Ioannis Cantacuzeni historiâ lib. 4. cap. 42. 43. & 44. facile erit perspicere, huic se imperio abdicanti successisse Ioannem Palæologum sub finem anni Christi 1356. cùm sequentem iam annum & Indictionem iniissent Græci. Quâ de caussâ hanc imperij mutationem referunt ad annum Christi 1357. melioris notæ Chronologi Onufrius, Spondanus, Petauius, aliiq;. Verùm hiemem interceßisse inter abdicationem imperij Ioannis Cantacuzeni, & filij captiuitatem, ex ipso certum est. Quod etiam confirmant à Palæologo cum mißis Apocrisariis litteræ ad Pontificem scriptæ XV. Decemb. quas ex archiuo molis Adriani descriptas recitat* Bzouius *tom. 14. an. Ch. 1355. num. 39. VVaddingus tomo 4. Annal. Minorum ann. Ch. 1356. aliter de hac legatione sentit; vbi primò hanc Constantinopolitanam recenset num. 1. 2. 3. 4. & mox Hungaricam, de quâ suprà actum, subiungit, num. 5. & sequentibus. Ast in Vitâ S. Petri num. 18. cùm antè de legatione Hungaricâ egisset, addit:* Non plenè hîc *cum Venetis & Hungaris* absoluit Petrus, quando longiori & molestiori adiudicatus est eodem anno legationi *Constantinopolitanæ* adeundæ. *At plenè absoluisse, &* ad Curiam Romanam rediuisse, *melius docet Mazzerius; & res diuersæ in locis admodùm dißitis eisdem mensibus tractatæ diuersum annum requirunt. Hac ergo legatione anno 1357. peractâ, in Cyprum & Palæstinam an. 1358. profectus est, inde ad Curiam Romanam reuersus.*

Ex variis.

vbi Imperatorem conuertit;

8 *Quintò ab eodem* Innocentio *missus est V. Idus Maij, anno Pontificatus initi 7. Christi 1359.* Legatus Apostolicus vniuersalis. *In Bulla 18. instituit Pontifex Legatum* in Patriarchatu Constantinopolitano, & regno Cypri, & in Creten. Smyrnarum, Patracen. Athenien. Theban. Corinthien. Coloce n. Nixien. Corphien. Duracien. Neopacen. & Neopatriæ Archiepiscopatibus, & eorum dictique Patriarchatus prouinciis, pro subsidio fidelium & partium earumdem. *Ac mox subdit Pontifex:* Omnem alium Legatum per nos in partibus illis deputatum reuocantes, plenæ legationis officium auctoritate Apostolicâ committimus *&c. At Bullâ 19. scribit eidem Petro & dictis Patriarchæ & Archiepiscopis, vt exercitum cruce signatorum contra Turcas conscribant. & Bullâ 20. monet Vrsum Archiepiscopum Cretensem, vt cedat* B. Petro legationem *& regimen Smyrnæ ciuitatis. Demum Bullâ 21. instituitur Petrus generalis Inquisitor hæreticæ prauitatis in partibus suæ legationis: quâ legatione præclarè quatuor ferè annis administratâ, rediit cum Rege Cypri in Italiam sub initium anni 1363.*

1359. in Orientem;

9 *Sextò cùm bellum cruentum inter Romanum Pontificem & Vicecomites Mediolanenses ob Bononiensis ditionis dominium gereretur, missus est ab Vrbano V. ann. 1363. Mediolanum pacis conciliator, cum Legatis Ioannis Regis Franciæ, quibus re desperatâ digressis, remansit cum Mazzerio Cancellario, & pacem mense Februario anni 1364. feliciter confecit, atque aliquamdiu vrbem Bononiensem cum castris gubernauit,*

1363. Mediolanum;

1364. iterum in Orientem,

10 *Septimò decretâ expeditione Cruce-signatorum contra Turcas aliosq; impij Mahumetis sectatores, Generalis Legatus in locum Cardinalis Talayrandi mortui constitutus est ab eodem Vrbano, anno Pontificatus illius 2. Christi 1364.* VI. Idus Iulij; *imò* VI. Kalend. *legendũ, nam in sequente Bullâ ad Regem Cypri pridie Kalend. Iulij, mentio fit iam datæ illi legationis; nisi istic potiùs* Idus *sint restituendæ. Bullâ 22. Pontifex ita eum inter cetera confirmat:* Deliberatione præhabitâ diligenti, tibi in Patriarchatu Constantinopolitano (*quem ei antè contulerat*) ac regno Cypri & in Cretensi, Smirnensi, Patracensi, Athenienſi, Thebano, Corinthienſi, Colossensi dicto Rhodo, ac Nixiensi, Carphiensi, Duracensi, Neopacensi, & Neopatrensi, Archiepiscopatibus & eorũ dictique Patriarchatus prouinciis, & aliis vltramarinis partibus, ad quas per nos est indictum passagium .... plenæ legationis officium auctoritate Apostolicâ committimus *&c.*

1356. Venetias, & in Hungariam;

11 *Sedes illæ Archiepiscopales eo tempore ferè Ecclesiam Romanam sequebantur, & Patriarcham Latinum habebant, vt §. sequenti dicetur. Sunt autem in Moreâ, seu Peloponneso,* Patræ *ad varios* antiquæ *&* Corinthus, *in Achaiâ magnâ* Athenæ, Thebæ, *Episcopatus;* Naupactus *quæ etiam* Neopactus; *ac non procul inde* Neo-

Ex variis. patris, *ſeu* Pattæ nouæ, *quæ vrbs Thebano Archiepiſcopatui coniungitur in vetere Notitiâ Epiſcopatuum Autberti Miræi. Eius Metropolita numero* LXII. *recenſetur in expoſitione Andronici Palæologi ſeniores.* Dyrrachium *vrbs Albaniæ, ſeu Macedoniæ, celebris, & proprij Principis eo ſeculo ſedes.* Corcyra, *vulgò* Corfu, *maris Ionij; quæ vnà cum* Cretâ *adhuc ſubeſt Reip. Venetæ.* Smyrna *in Aſiâ minore.* Rhodus, *cuius Metropolita* Coloſſenſis, *&* Naxos, *inſulæ ſunt, illa in mari Lycio, hæc vna Cycladum, etiam* Naxia, *ſeu* Paranaxia *dicta, cuius Metropolita* XCIV. *in expoſitione Andronici numeratur. Ad haſce regiones ab vtroque Pontifice miſſus eſt, iam inſuper Legatus ſacræ expeditionis ordinatus, vti idem etiam Pontifex indicauit litteris Apoſtolicis Regi Cypri ſcriptis pridie Kalend. Iulij.*

12 *Octauò, dum expeditio ſacra Cruce-ſignatorum adornatur, timor belli noui Genuenſes inter & Cyprios exortus eſt;* 1365. *ad Genuenſes.* *cui auertendo ab eodem Vrbano, X. Kalend. Martij, anno Pontificatus ſui 3. Chriſti 1365. miſſus eſt Pacificator. quem idem Pontifex binis aliis litteris, IV. Nonas Martij, & VII. Kalend. Aprilis, incitauit, vt fœdera pacis acceleraret. Nec deſtitit adhortari, tum Adornum Ducem & Remp. Genuenſem, tum ipſum Cypri Regem, ad pacem ſequeſtro B. Petro ineundam. Extant Bullæ apud VVaddingum 24. & quatuor ſequentes.*

§. II. *S. Petri Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, Patriarchatus.*

13 *Mazzerius infrà num. 17.* Quia ambaſſiata, *inquit,* ſiue legatio ponderoſa, periculoſa, authentica, *Fuit S. Petrus Epiſcopus* imperialis, & regalis erat, ideò oportebat Nuntium authenticum & in gradu alto eſſe. *Ideò ergo Epiſcopus creatus eſt. Cuius vrbis, quoúe anno, ſuperuacanea, vt in re clarâ, à nonnullis controuerſia inſtituitur. Saracenus in Menologio Carmelitarum, num. 8. in Vitâ S. Petri:* An Pactenſis, *inquit,* an Pacenſis Epiſcopus fuerit, & MSS. & typis traditi codices non vniformes. *Quinam illi non exprimit, nec de MSS. diuinamus. Alegræus in Paradiſo Carmelitico, in S. Thomæ elogio ita ſcribit, ſecutus Didacum Coriam:* Thomas, cùm in Hiſpaniam aduentaſſet (ad quam à Magiſtro Generali ordinis cum Philippo Ferrarienſi fuit miſſus, vt in prouinciis illius, maximè Vandaliæ, Luſitaniæ, & Caſtellæ, quæ eſſent bona nutriret, & pietatis & ſapientiæ & regiminis ſtudio cuſtodiret & augeret nutrita, vt rectè colligit Coria noſter) ex Carmelitâ Pacenſis primùm, ad inſtantiam Alphonſi Regis XI. factus eſt Epiſcopus, vt teſtantur Theatrum Eccleſiarum Hiſpaniæ, & Tritthemius. *Hæc Alegræus ex Coriâ. At* Pactenſem Epiſcopum, *non* Pacenſem, *appellat Tritthemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis. quod illud* Theatrum, *& cuius fidei ſit, nos latet.* Alphonſus *Rex obiit anno Chr. 1350. quo necdum Epiſcopus erat Petrus. De eius in Hiſpaniam itinere ſilet Mazzerius; imò ex illius accuratâ deſcriptione, eum in Hiſpaniâ numquàm fuiſſe contrà Coriam ſatis manifeſtè videtur colligi poſſe. VVaddingus in Notis ad Vitam num. 10.* Multi corruptò, *inquit,* legunt, *pro Pactenſi* Pacenſem; iſque Epiſcopatus eſt in Hiſpaniâ vulgò Badajoz, Latinis Pax Iulia. & propterea Caurienſis lib. 1. cap. 10. lapſus eſt in Prouincialatu Bætico (*de quo infrà ad Vitam num. 4.*) vt faciliùs ad vicinæ prouinciæ Extremæ-Duriæ Eccleſiam transferret. timet tamen lib. 11. cap. 11. ne vitium irrepſerit impreſſionis, & pro Pactenſi ſcriptum ſit Pacenſis. Rodericius de Oſma Pacenſis in diſcurſibus patriis in eumdem incidit errorem. Silueſter Marulus in Mari Oceano Religionum, titulo de ordine Carmelitarum ampliùs aberrans inſcribit Precatenſem. *Hæc VVaddingus.*

non Pacenſis in Hiſpaniâ,

14 *Ceterùm hos ſimileſúe ſcriptorum errores pluribus indagare animus non eſt. Mazzerius infrà ſcribit commiſſam illi eſſe* Eccleſiam Pactenſem in Siciliâ. *Sunt autem* Pactæ *vrbs Siciliæ Epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Meſſanenſi, vulgo* Patti, *ad oram maris, è regione inſularum Æoliarum, ſeu Vulcaniarum, quarum præcipua* Lipara *Sede quoque Epiſcopali clara, ſed Epiſcopatui Pactenſi vnitâ. Hinc in bullâ Apoſtolicâ apud VVaddingum 2. nominatur* Epiſcopus Pactenſis & Lipparienſis.

ed Pactenſis in Siciliâ, & Liparenſis,

An pro Liparenſi *Epiſcopatum ei Melitenſem perperàm adſcripſerit Ioannes Balæus centuriâ 5. de Scriptoribus Anglis: operæ pretium non eſt in illo auctore diſcutere, cui res deſerti à ſe ordinis ignoraſſe non turpius eſt, quàm omnem Eccleſiæ ſanctitatem maledictis vaniſſimis proſcindere.*

15 *Hæc de loco primi Epiſcopatus. De tempore, quo Epiſcopatum adeptus, variant recentiores. Saracenus à Clemente VI.* *creatus ab Innocentio VI. ann.* *creatum ſcribit Antiſtitem. Sedit is à 7. Maij an. 1342. ad 6. Decemb. an. 1352. Huic conſentire Coriam & Alegræum neceſſe eſt,* 1354. *cùm Alphonſi XI. anno 1350. mortui, rogatu creatum velint. Auctor Appendicis ad Vitam num. 4. magis confundit omnia:* Per Dominum Papam, *inquit,* Innocentium VI. primò aſſumptus fuit in Epiſcopatum Pactenſem in regno Siciliæ, circa annum Domini MCCCXXXXVIII. *Suffectus eſt Clementi VI. Innocentius VI. 16. Decemb. an. 1352. Huius demum anno 2. Chriſti 1354. XVI. Kalend. Decemb. renuntiatus eſt Petrus* Epiſcopus Pactenſis & Lipparienſis. *ita Bulla Pontificis. Deceſſor fuit alter item Petrus dictus Teutonicus, ex Ordine Minorum aſſumptus à* Clemente VI. *XV. Kalend. Martij, anno Pontificatus eius 4. Chriſti 1346. Electionis Diploma Pontificium profert ad eum annum VVaddingus tomo 3. Annal. Minorum bullâ 107. Hinc feſtinis & incuriis hallucinandi præbita occaſio videtur.*

16 *Ab hoc* Pactenſi & Liparenſi Epiſcopatu *aſcendiſſe ad* Patriarchatum Conſtantinopolitanum *ſcribunt Saracenus num. 9. Silueſter Marulus ſuprà, Ioannes Palæonydorus lib. 3. de antiquitate Montis Carmeli cap. 12. Faſciculus temporum ſub Vrbano. Ab* Pactenſi *ad Archiepiſcopatum Cretenſem euectum, inde ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum tradunt Coria lib. 11. cap. 11. Alegræus ſuprà, Guilielmus Eyſengrenius in Catalogo teſtium veritatis an. 1348. Thomas à Ieſu lib. 1. antiquitatis Carmelitanæ cap. 6. Tritthemius, Petrus Lucius, Poſſeuinus, Geſnerus, infrà citandi, nullâ factâ mentione* Epiſcopatus Coronenſis, *ad quem ab Eccleſiâ Pactenſi ab eo-* 1359. *Coronenſis in Peloponneſo,* *dem Innocentio VI. tranſlatus eſt, VI. Idus Maij, anno Pontificatus Innocentij 7. Chriſti 1359. datâ bullâ, quæ apud VVaddingum extat 17. in quâ ita eum Pontifex alloquitur:* Te à vinculo, quo tenebaris præfatæ Pactenſis Eccleſiæ, cui tunc præeras, de Fratrum prædictorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, abſoluentes, ad præfatam Eccleſiam Coronenſem transferimus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem *&c. Mazzerius infrà num. 39. ait* Papam in augmentationem ſtatus Eccleſiam Coronenſem dediſſe, *quando Legatum Apoſtolicum in Orientem deſtinauit. Eſt autem Κορώνη Ptolemæo lib. 3. Geographiæ cap. 16. vrbs maritima Peloponneſi, in ſinu Meſſeniaco Epiſcopatu inſignis, ſub Archiepiſcopo Patrenſi, ſubiecta eo tempore Venetis. Suffectus eſt Petrus Ludouico Turriano Mediolanenſi, ad Patriarchatum Aquileienſem euocato. Vrbis* Coronæ *ſitus, arcisq; à Venetis extructæ, pluribus deſcribitur in Sabellici ſupplemento lib. 16. Factus Patriarcha Conſtantinopolitanus habuit infrà num. 80.* Eccleſiam Coronenſem in commendam ad *&* Nigro- *Nigropontenſis;* vitam ſuam, & Eccleſiam Nigropontenſem; *adeoq; hæc quaſi alius eius Epiſcopatus cenſeri poteſt. Eſt autem* Nigroponte *inſula prope Achaiam, antiquis* Eubœa, *cuius Epiſcopus ſuberat Archiepiſcopo Athenienſi. Inſulam hanc integro pòſt ſeculo Venetis eripuêre Turcæ, quam expugnationem, & inſulæ deſcriptionem exhibent Petrus Iuſtinianus lib. 8. hiſtor. Venetæ, & Sabellicus decade 3. lib. 8. ſub finem.*

17 *Poſteà Archiepiſcopatu Cretenſi donatus eſt ab Vrbano* 1363. *Archiepiſcopus Cretæ, non Cypri;* *V. anno Pontificatus illius 1. Chriſti 1363. atque Vrſo ſucceſſit, cui Innocentius ſcripſerat anno Ch. 1359. vt ipſi Petro tum Epiſcopo Coronenſi cederet legationem & regimen Smyrnæ ciuitatis. Eſt Archiepiſcopalis Sedes in vrbe Candiâ, Cretæ inſulæ: non enim fuit* Cretenſis in Cypro Archiepiſcopus, *vt cenſuit Alegræus; cùm huius inſulæ Archiepiſcopalis Sedes ſit Nicoſiæ vrbe primariâ & regiâ. Petrus Galeſinius in Martyrologio ſuo in Notationibus ad VIII. Ianuarij facit eumdem* in Cypro inſulâ Epiſcopum Famaguſtæ, *perperàm, loco obitus & ſepulturæ deceptus.*

18 *Demum* ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum 1364. *Patriarcha Conſtantinopolitanus,* *ab eodem Vrbano V. electus eſt, anno Pontificatus illius 2. Chriſti 1364. cùm eum deſignaturus erat Legatum expeditionis ſacræ quod*

quod fecit VI. Idus (aut Kalend.) Iulij, illius anni. Succeſſit Guilielmo Latinorum tertio Conſtantinopolitano Patriarchæ, qui, teſte Genebrardo, Calliſto & Philotheo, Græcis Patriarchis & ſchiſmaticis, annos 10. aduerſariam, ſed legitimam, tenuit cathedram. Commemorato Calliſti obitu, ac Philothei reſtitutione, hiſtoriam ſuam concludit Cantacuzenus. Cum Philotheo ergo ſedit B. Petrus. Quinam tunc illi Archiepiſcopi ſubiecti fuerint, ſuprà dictum eſt. Alegreus & Saracenus iterum admodùm falluntur, dum Patriarcham factum aſſerunt ab Innocentio VI. anno 1352. quo anno ipſemet Innocentius 16. Decemb. creatus Pontifex eſt. Ab hoc Guilielmus conſtitutus Patriarcha, non Petrus noſter.

19 *Saracenus labores eius Conſtantinopoli ab an. Ch. 1370. ad 1376. toleratos ita deſcribit num. 16.* Quanta in illâ vrbe (*Conſtantinopolitanâ*) S. Petrus Thomas pro animarum ſalute tulerit, alſerit; quantum fecerit, ab anno 1370. vſque ad annum 1376. dicant ſancti viri, quàm capti ſanctitate & admiratione virtutis illius, excitati ab orco peccatorum, & ab infidelitatis caligine conſurrexerant; cùm in ipsâ Vrbe Conſtantinopolitanâ ex politiâ Eccleſiaſticâ adhuc multi degant homines Chriſtiani Latini ritus, quos Caffalucos vocant, ex oppido Caffâ per Maomettem Turcarum Regem eò tranſlati, qui Chriſti fidem D. Petri Thomæ ope ſunt amplexati. Teſtatur cœnobium in vrbe Perâ à Carmelitis inhabitatum. *Verùm quâ ratione hæc conſiſtunt? Nam Petrus anno Chriſti 1366. deceſſit, vt mox dicetur. Conſtantinopoli, quo tempore illius vrbis Epiſcopatum tenuit, omnino non fuit. Chriſtiani tunc illius imperio, non Turcæ potiebantur. Deinde* Caffa *vrbs Tauricæ Cherſoneſi, antiquis* Theodoſia *dicta, Genuenſibus erepta an. Chr. 1474. ab obitu B. Petri 108. poſt expugnatam ab eodem Mahomete Conſtantinopolim 21. quo tempore omnes Latini nominis incolæ, quos* Caffalucos *vocat, nauigiis in vrbem Peram iuſſi ſunt vehi, vt fusè narrat Vbertus Folieta lib. 9. hiſtor. Genuenſis.*

(in quâ tamen vrbe nõ fuit)

20 *Hæc de Patriarchatu Conſtantinopolitano, pro quo Alexandrinus ei tribuitur à Ioanne Groſſo Generali Carmelitarum in Viridario ordinis Carmelitarum, & ab auctore Speculi ordinis Carmelitarum apud VVaddingum in elogiis B. Petri. Sed hinc natus error, quòd Patriarcha Conſtantinopolitanus cùm eſſet interfuerit expugnationi Alexandriæ.*

non Alexandrinus.

§. III. *Tempus & genus mortis. cultus ſacer.*

21 *Saracenus num. 17. ita Petri mortem deſcribit:* Nunc diuinâ ope mea inſurgat oratio. Siquidem cùm pro Terræ ſanctæ viſitatione pius Pater vela ventis daret, Alexandriam appulit, vbi pietatis & Catholicæ officia fidei maximo cum ſenſu exercere cœpit: inerat enim ei tantus animi & corporis candor, eloquentiæ feruor, & ſpiritus calor, vt Alexandrinos ciues beneuolos ad ſe attraheret, conciliaret. At dum religionis Catholicæ propagandæ & contra Saracenos defendendæ ſtudio flagraret acerrimo, infidelium turbæ turmatim in eum irruentes, vt erant feroci ſingulariq́ue crudelitate, vniuerſam rabiem illius infidelitatis in ipſum conuerterunt, & pòſt ludibria multa, multaq́ue mala pro Chriſti fide tuendâ paſſus, innumeris tandem exantlatis laboribus, plenus dierum & bonorum operum, ad palum alligatus, telis infidelium vulneribus mille affectus, VIII. Idus Ianuarij, horâ à Deo aſſignatâ, obdormiuit in Domino anno Dominicæ Incarnationis 1376. fidelibus collacrymatis, ad cælum cantantibus Angelicis choris anima euecta eſt è manibus infidelium. Sauciatum ſancti Martyris corpus ereptum ad inſulam Cypri defertur, & in Famaguſtano conuentu noſtri ordinis honorificè ſepelitur. *Hæc Saracenus è ſuo ſenſu. ex alterius hæc addit:* Verùm dum hæc Bononiæ meditarer, Reuerendus Prouincialis Turonicæ retulit mihi, in MS. Cancellarij regni Cypri extare, D. Petrum Thomam ſagittis quidem confoſſum, ſed vulneratum diu ſuperuixiſſe. Deus, in cuius honore martyrium ſubiit, ſuo quoque tempore reuelare non dedignabitur. *Eadem, phraſi ſolùm mutatâ, ſcribit Sauſſaius in Supplem. Martyrol. Gallic. 6. Ianu. Alegreus quoque:* Poſt Conſtantinopolitanum Imperatorem, *inquit,* Chriſti ſuaui iugo ſubmiſſum (*quod contigit an. Ch. 1357.*) validiſſimè pro Deo fideq́ue dimicans ſuâ, telis ſiue lanceis ab inimicis in ipſo bello confoſſus, ſemiuiuus Famaguſtam Cypri in nauicula impoſitus adducitur, Boërſio & Leone à S. Ioanne dicentibus: Spiritum agere Martyr inclytus Chriſti, quem reddidit illicò Saluatori ſuo anno 1366. *Ioannes Palæonydorus:* Factus Legatus in Alexandriam, vulneratus infidelium telis, in Famaguſtâ Cypri in die Epiphaniæ migrauit ad Chriſtum, ciuitate Alexandriâ captâ anno Domini 1366. *Franciſcus Marulus:* Factus eſt Legatus in Alexandriâ, & in Famaguſtâ Cypri fuit vulneratus ab infidelibus, obiitq́ue in die Epiphaniæ anno 1376. *Similia ſcribit Coria lib. 11. cap. 11. & nuper editum Breuiarium Carmelitanum; à quibus* vulneribus multis inflictis & telis confoſſus *dicitur* Alexandriæ deceſſiſſe, & corpus Famaguſtam delatum. *Præiuit Stephanus Luſignanus Cyprius Ordinis Prædicatorum, qui an. Ch. 1577. vulgauit idiomate Italico librum de Coronis, in quo Coronâ 5. ita ſcribit:* Petrus Thomas Ordinis B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, Patriarcha Conſtantinopolitanus, vir ſanctiſſimæ vitæ, obiit Martyr. Sepultus eſt Famaguſtæ & ab omnibus reputatur Beatus.

Martyrio coronatus ſcribitur à quibuſdam, perperàm:

Ex VA-RIIS.

22 *VVaddingus num. 2. in Notis ſuſpicatur hanc martyrij opinionem inualuiſſe, quòd* exemplar quoddam Gallicum Vitæ aliquis corruperat, ponens ad marginem in bello Alexandrino fuiſſe infidelium telis plurimis confoſſum, & poſteà Famaguſtæ vulneribus adhuc recentibus obiiſſe. *Verùm potiùs ſuſpicamur, quòd Vita ab oculato teſte & ſocio expeditionis Alexandrinæ deſcripta vulgò non extaret, hæc ex Epilogo verba deſumpta num. 133. & ſeorſim lecta, id nonnullis potuiſſe perſuadere. Ibi eum* Patriarcham, Prophetam, Apoſtolum, Confeſſorem, Doctorem, Martyrem, *ob ſuſceptos nimirùm labores grauiſsimos & pericula poſſe appellari, ſed per catachreſim quamdam ſignificat:* Martyr Dei, *inquit,* ſi fas eſt dicere. Quoties proprium corpus martyrio expoſuit, ſuperiùs clarè oſtenditur. In conflictu igitur & captione ciuitatis Alexandrinæ vulneratus inimicorum telis obiit, *id eſt, obire potuit, quòd ita ſe periculis ingerebat.* Martyr igitur & voluntate & facto fuit, *ob periculum re ipsâ aditum.*

vnde ea nata opinio,

23 *Si quis cap. 16. & 17. expenderit, facilè perſpiciet, Alexandriam ineunte Octobri an. Ch. 1365. expugnatam, Petrum nec vnquam Saracenos adlocutum, nedum ab iis captum, paloq́ alligatum, & telis lanceiſue confoſſum, ſed illæſum cum claſſe in Cyprum rediſſe, deſignatum à Rege Legatum ad Pontificem, ipſis Natalitiis feſtis in febrim incidiſſe, & VI. Ianuarij anni 1366. Famaguſtæ naturali ægritudine expiraſſe. Atque ita* ſemper ſenſiſſe vniuerſum Carmelitarum inſtitutum *ſcribit VVaddingus:* quippe in libris vetuſtis ritualibus, *inquit,* eius feſtum exponebatur ſub nomine Confeſſoris. Miſſale impreſſum anno 1509. alterum anno 1544. tertium anno 1551. Kalendarium editum ex præcepto generalis Capituli ad S. Martinum in Montibus in Vrbe celebrati an. 1564. ita habet: S. Petri Thomæ Epiſcopi & Confeſſoris.

Vita repugnans.

24 *In anno quoque obitus corrigendi Saracenus & Marulus ſuprà, qui ad annum 1376. volunt ſuperfuiſſe; Marcus Guazzo in Chronico, qui ad an. 1375. & Thomas à Ieſu lib. 1. antiquitatis Carmelitanæ cap. 6. qui mortuum dicit* Famaguſtæ ſub Carolo IV. Imperatore & Clemente VI. anno 1350. *quæ ex Tritthemio malè intellecto deſumpta ſunt, cùm eo tempore dicat illum* claruiſſe; *quo, ſi quid ab eo librorum editum eſt, quod mox inquiremus, tum id neceſſe eſt ſcriptum fuiſſe, cùm necdum Epiſcopus vllis grauioribus legationibus impediretur.*

Quo anno obierit.

25 *Natalis eius celebratur VI. Ianuarij in Florario Sanctorum MS. his verbis:* Apud Famaguſtam ciuitatem Cypri B. Petri Thomæ, Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Doctoris percelebris, Carmelitici Ordinis Profeſſoris. Hic poſt plures conſcriptos libros, ac patrata miracula, die & horâ à ſe præſignatis, feliciter obdormiuit anno ſalutis 1366. *Carthuſiani Colonienſes in addit. ad Vſuardum,*

natalis 6. Ianuarij,

& Cani-

Ex variis. *& Caniſius in Martyrologio Germanico*: Apud Famaguſtam ciuitatem Cypri B.Petri Thomaſij Patriarchæ Conſtantinopolitani Ordinis Carmelitarum, qui vitâ, doctrinâ, miraculiſque clarus, tempore Caroli IV. horâ à ſe prædictâ, quieuit in pace. *Paria habent Molanus in auctario ad Vſuardum, (pro quo auctario ipſum Vſuardum quinque ſeculis ante S.Petrum defunctum allegat Saracenus) Galeſinius in Notationibus ad Martyrologium, Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum, Octauius Caietanus in Ideâ Sanctorum Siculorum, quorum verba Vitæ à ſe editæ præfixit VVaddingus.*

ſed 29. celebratur. 26 *Verùm quòd ſextus Ianuarij dies feſtiuitate Epiphaniæ Domini impediatur, ex indulto Apoſtolico Pauli V. officio duplici ab vniuerſo Ordine Carmelitarum celebratur hoc XXIX. Ianuarij, non XXIII. vt mendosè legitur apud Alegraum. Stephanus Luſignanus in Chorographiâ & breui hiſtoriâ inſulæ Cypri ita de eo ſcribit:* B.Petrus Thomas Patriarcha Conſtantinopolitanus Carmelita ſepultus apud Carmelitas Famaguſtæ cum multis miraculis. *Addit Marulus* in illo regno plurimùm inuocari tempore epidimiæ. *Eum* implorari pro morbo epidimiæ & peſtilentiæ *obſeruarunt quoque Palæonydorus, & ex Breuiario antiquo Ordinis Saracenus, qui in titulo ad Vitam* S. Andreæ Feſulani, *de quo nos XXX. Ianuarij, ait hunc* mortuum eſſe eodem anno, menſe, & die, quo S. Petrus Thomas tranſlatus. *quem deinde num. 20. aſſerit deceſsiſſe* anno ab Incarnato Verbo 1373. VIII. Idus Ianuarij. *Verùm cùm ſæpius antè mortem* S.Petri *ad annum 1376. reuocarit, ex variis auctoribus, non ſatis ſui memor, hæc collegit. Deinde quæ hæc tranſlatio? num Alexandriâ in Cyprum? ſed viuum & illæſum rediiſſe conſtat.*

Contra peſtem inuocatur.

§. IV. S.Petri Vita, ſcripta.

Vita S.Petri à Philippo Mazzerio, eius familiari, ſcripta;

27 *SOcius itinerum & laborum* S. Petri *vltimis annis fuit* Philippus Mazzerius, *aliis* Macerius, *aut de* Manſeriis, regni Cypri Cancellarius *infrà num. 104. in epiſtolâ S.Petri ad Vrbanum V. Papam, & Carolum IV. Imperatorem* vir doctus, *&* in conſilio Philoſophus, *nec non in bello* miles verus & ſtrenuus. *Hic* S. Petrum *tunc* Coronenſem Epiſcopum *& Apoſtolicæ Sedis in Oriente Legatum in Cypro ſæpius vidit admirabilia edentem prodigia, illius accuratè contemplatus eſt ſanctitatem, eum Regis Referendarius adiit, & tantâ caritate complexus eſt, vt in Patrem ſpiritualem eum adoptârit, & viciſsim in filium ſingulari amore fuerit ab eo adoptatus. Hinc vterque Regem Cypri in Europam comitatus, ad expeditionem ſacram in Palæſtinam Pontificem & Principes Chriſtianos incitauit: vterque multis exanthlatis laboribus pacem Bononienſem Vicecomites inter & Romanum Pontificem confecit: vterque belli ſubſidium à Venetis impetrauit, & in claſſe adornandâ plurimùm laborauit; vterque in periculosâ expeditione & fortem animum habuit, & aliis infudit: vterque Alexandriam captam retineri poſſe ac debere contendit: vterque eâ relictâ maximum mœrorem ſenſit: nec mori alter, niſi altero præſente viſus eſt voluiſſe. Inciderat in febrim Petrus: mox euocatus adfuit Philippus, cùm ille iam manibus, brachiis, tibiis emortuis, niſi Philippus adeſſet, ſe negaret è vitâ poſſe decedere: ei vt poſtrema mandauit verba, animam Deo tradidit. Philippus teſtamentum eius atque vltimam voluntatem ex fide executus, amorem etiam vitâ functo præſtitit. Hic igitur vir talis ac tantus, qui Petro noſtro ſemper erat vſus familiariſsimè, omniaq; illius arcana perſpecta habebat, res ab eo geſtas, quas vel ab ipſo didicerat, vel ipſe oculis ſuis conſpexerat, vel ab hominibus fide dignis acceperat, graui, etſi vti tum erant tempora impolitâ, narratione complexus eſt.*

vnde hic edita: 28 *Hanc necdum typis vulgatam, licet à pluribus expetitam, publicæ luci damus, ex Chronico vniuerſali MS. circa annum Chriſti 1480. compilato à Theodorico Pauli Gorcomienſi Presbytero & Vicedecano Eccleſiæ SS. Martini & Vincentij in Gorcomio oppido. Hic in proœmio Chronici, in catalogo Patriarcharum Conſtantinopolitanorum ita ſcribit:* Petrus Thomæ Carmelita præfuit Patriarcha anno Domini MCCCLXVI. *Deinde cùm in eodem ſuo miſcellaneo opere deſcripſiſſet originem conſtructionis ciuitatis Conſtantinopolitanæ, & elogia Imperatorum & Patriarcharum protuliſſet, ſubiungit Vitam S. Petri cum hoc titulo:* Originalis Legenda B. Petri Thomæ Patriarchæ Conſtantinopolitani, Ordinis Dei genitricis Mariæ de monte Carmeli, compilata à Domino Thomâ (*corrige Philippo*) de Manſeriis, cum miraculis eius. *Poſt epilogum auctoris, ſubnectuntur quadam ex Ioanne de Fauentia, de quo mox, & Ioanne Hildesheimienſi ac regiſtro Academiæ Bononienſis collecta, in quibus nonnulla emendanda, vt infrà annotabimus. Interponebantur tituli, ſeu ſummaria rerum, at ſæpè imperfecta, & ſubinde ipſi narrationi contraria. ita num. 129. adſcribebatur:* Miraculum quare campanæ Angelico miniſterio pulſabantur, *cùm nihil eiuſmodi iſthic dicatur. Quare huiuſmodi titulis omiſsis, qui vel ab ipſo Theodorico vel alio amanuenſi, non à Mazzerio adiecti videntur; Vitam more noſtro in capita & numeros diſtinximus, ac Notationes adiecimus.*

quando ſcripta. 29 *Ioannes Groſſus Generalis Carmelitarum electus ann. 1389, ab obitu S. Petri 23. in Viridario Ordinis Carmelitarum apud VVaddingum in elogiis hæc affert:* Vita iſtius Sancti habetur in multis partibus mundi, & præſertim in Angliâ; cuius regni duo Milites, Dominus Ioannes de Grey & Dominus de Stapylton, qui ſecum in captione prædictæ ciuitatis Alexandriæ fuerunt perſonaliter, eius vitam glorioſam deſcriptam, ſub inquiſitione veridicâ tam ſecularium quàm Religioſorum, ad partes Angliæ deportarunt. *Ex quibus conſtat Vitam à Mazzerio mox ab obitu S. Petri deſcriptam fuiſſe, priuſquàm ad Gregorium XI. Pontificem recens creatum à Rege ſuo Orator miſſus eſt. Succeſsit Vrbano V. Gregorius 30. Decemb. anni 1370. Petrus autem Rex à fratribus ſuis trucidatus eſt anno 1372. vt refert Bizarus lib.7. hiſtoriæ Genuenſis. Mortem illi à Iacobo Luſignano fratre, quem Imperator Turcarum ad id flagitium conduxerat, illatam pluribus deſcribit Theodoricus Pauli poſt Vitam S. Petri, atque iterum in fine libri* Bellorum Dei, *vbi eum* propugnatorem fidei Ieſu Chriſti *appellat, &* martyrizatum *ſcribit.*

An alia à Ioanne Fauentino ſcripta? 30 *Dicitur in Athenis Franciſcanorum Henrici VVillotij, & in Apparatu ſacro Poſſeuini,* Ioannes de Fauentiâ, Guardianus Parchienſis (*imò* Paphienſis) in regno & inſulâ Cypri claruiſſe anno Domini 1370. & ſcripſiſſe vitam B. Thomæ Patriarchæ Conſtantinopolitani Carmelitæ libro vnò. *Alij apud VVaddingum in Notis hu. 18. tradunt eum vitam ex Mazzerio ſcripſiſſe. At poſteriùs ſcripſiſſe Mazzerium contendit VVaddingus, quòd hic in Vitâ à ſe concinnatâ Fauentiam ſcripſiſſe eamdem commemoret. Verùm fallitur VVaddingus: non meminit Fauentini Mazzerius; eius in appendice mentio fit, non tamen Vitæ ab eodem conſcriptæ, ſed anginæ meritò S. Petri depulſæ: ob quod beneficium Vitam ex Mazzerio potuit deſcripſiſſe, addito fortaſsis hoc miraculo. VVaddingus ait in Præfatione* ſe huius opellæ fragmenta aliquot diligenter perquiſita accepiſſe, *quæ nec ipſe profert, nec nos alibi vidimus. Saracenus in titulo citat* MS. Philippi Mazzerij, atque Ioannis Fauentini, & Cancellarij Cypri, *quaſi* Cancellarius *aut* Fauentinus *fuiſſet, aut certè ab vtroque diſtinctus. Franciſcus Gonzaga 2.par. Originis Seraphicæ religionis monaſt. 11. Prouinciæ Bononiæ, ait Regij Lepidi in monaſterio Clariſſarum* aſſeruari oſſa B. P. Ioannis Fauentini, *quem XVII. Decemb. refert Monſtier in Martyrologio Franciſcano. Is an ab hoc, de quo ſermo eſt, diuerſus ſit, ignoramus.*

Alia à Luca VVaddingo ex Mazzerio: 31 *VVaddingus nouam S.Petri Vitam conſcripſit, quòd (vti poſt alias rationes præfatur ad lectorem)* Mazzerius vitam ſcripſerit humilem & valdè diminutam, prout illa ætas ferebat. Ego, *inquit*, ſordibus dilutis, & exutâ ſenectâ, feci nouorem auctoremque, additis dumtaxat, quæ ex probatiſſimis monumentis accepi. Notas deinde vberiores addidi, in quibus procul feci pleroſque errores auctorum, qui potiùs comminiſcuntur quæ ſcribunt, quàm referant, quæ geſta ſunt. Grauiter hoc vitio laborant aliqui, qui affectui ſuccumbentes, quo volunt, & quomodò volunt, hiſtoriam deducunt, & incautum lectorem circumducunt. *Hæc VVaddingus. Ea nempe ratio eſt, cur nos tanto labore antiqua & primæua auctorum monumenta colligere, diſcutere, & primogenio ſtylo in lucem edere, conemur.*

32 *Quæ VVaddingus profert, ea ferè apud Mazzerium aut in Appendice continentur, præter hoc de illius erga Virginem Deiparam pietate num. 6.* His aliiſque acceptis beneficiis ſanctiſſimæ

Eius testimonium de S. Petri erga Deiparam pietate.

sanctissimæ Virgini deuinctus, incredibili erga eam exarsit deuotionis affectu, proposuitque nullum prætermittere obsequium, quod in tantæ benefactricis cederet honorem. Scripto peculiari libello eius ab originali peccato indemnitatem constanter asseruit, & reliqua Virginis priuilegia doctis celebrauit encomiis. Quotiescumque orabat, laudes miscebat Mariæ; quæcumque obuia Mariæ simulacra reuerenter salutabat; locuturus, nomen præmittebat Mariæ; antequàm mensæ accumberet Mariana promebat elogia, & cibum putabat insipidum, si sacræ Virginis non condiretur memoriâ. In laboribus, in angustiis ad sacram hanc aram conuolabat, insidiisque inimici hac arte occurrebat, vt singulis ictibus clypeum opponeret nominis Mariæ, cuius præsens semper sentiebat auxilium. Ingens hic pietatis ardor ita transmutauit affectum, mentemque possedit, vt nihil aliud sapere, nihil affari, nihilque videretur audire. Ex abundantiâ cordis os loquebatur: visum quippe est eius cordi insculptum sacratissimum nomen Mariæ, non aliter quàm Martyris Ignatij præcordiis diuina IESV vox apparuit impressa. *Hæc ille. De* S. Ignatio *agemus 1. Februarij, vbi discutiemus, quamobrem illius cordi nomen* IESV *insculptum à recentioribus pingatur.*

S. Petri scripta.

33 *Inter acerrimos* immaculatæ conceptionis beatæ Virginis *defensores referunt* Petrum Thomam, *Bernardinus de Busto Minorita in suo Mariali, sermone 4. de Conceptione par. 3. & Ferdinandus Quirinus de Salazar noster de Immaculatâ Conceptione cap. 42. seculo 15. quo eum an. Ch. 1468 martyrio coronatum scripserat.* Multos alios libros Catholicè & ingeniosè ab eo conscriptos *testatur Baptista Mantuanus in Apologiâ pro Carmelitis. Tritthemius hos profert:* Super Sententias lib. 4. Sermones varios lib. 4. & quædam similia. *Tritthemium sequuntur Petrus Lucius Belga in Bibliothecâ Carmelitarum, Antonius Possevinus in Apparatu Sacro, Conradus Gesnerus in Bibliothecâ, & alij. Quorum nihil nobis adhuc videre licuit, nedum de iis ferre iudicium.*

VITA

AVCTORE PHILIPPO MAZZERIO

Cancellario regni Cypri, ex MSS.

PROLOGVS AVCTORIS.

1 ABortu solis vsque ad occasum laudabile nomen Domini: quia mirabilis Deus in Sanctis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Nouissimò verò mundo aduesperascente & in maligno posito, mirabilis & verè benignus ipse Dominus Deus in Fratre Petro Thomæ ordinis B. Mariæ de Monte Carmeli, Reuerendissimo Patriarchâ Constantinopolitano, ac sanctæ Sedis Apostolicæ Legato pro sancto passagio: per quem Deus voluit illuminare Ecclesiam suam militantem, maximè Orientalem, in virtute luminis intemeratæ fidei Catholicæ, & exaltatione sanctæ Crucis. Et, ne tantum lumen temporibus nostris exortum, in istis partibus Orientalibus in regno Cypri sub modio abscondatur, ad excitationem deuotionis fidelium Catholicorum, in laudem Dei, eiusque genitricis gloriosæ Virginis, & honorem sanctæ Crucis, cuius mysterium idem glorioſus Patriarcha triumphanter prædicauit, ego Cancellarius Cypri quamuis indignus, & heu magnus peccator, qui sanctam eiusdem beati Legati vitam clarè cognoui, in Domino Iesu & inter omnes homines huius mundi, &, si fas est mihi dicere, super omnes ab ipso specialiter magis dilectus; omni carnali affectu postposito, zelo eius sanctitatis accensus, ac piè coactus, de gratiâ Domini mei Iesu Christi, Virgine gloriosâ inspirante, & beato Patriarchâ Patre meo reuerendissimo & amantissimo, cuius amore langueo, adiuuante, felicem cursum tanti Legati Apostolici ad brauium, quod nunc obtinet, nec ambigo, & aliqua mirabilia & miracula Dei de multis per ipsum in luce radiantia, planâ narratione inferiùs describens declarabo. Cuius laudabilis vitæ tanti Patris veritatem partim ab ipso secretiùs habui, partim à personis authenticis & fide dignis. Et quod audiuimus & vidimus, oculis nostris quoque perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo hoc, & vitâ eiusdem Patris manifestâ, quam vidimus, testamur & annuntiamus vobis fidelibus Christianis, vt gaudeatis, & gaudium vestrum in odorem tanti Legati plenum sit in Christo Iesu Domino nostro.

Auctor S. Petro vnicè carus,

AVCTORE PHILIP. MAZZERIO, EX MSS. *vnde habuerit quæ scribit.*

CAPVT I.

S. Petri patria, institutio, vita monastica, doctrina.

2 PAter verò meus amantissimus de *a* Linguâ-Occitanâ, Ducatu Aquitaniæ, *b* Petragorensi prouinciâ, villâ quæ dicitur *c* Sanlatensis, erat oriundus, & de parentelâ inferiori: Pater suus *f* massarius & terrarum non suarum cultor, animaliumque nutritor in gradu suo pauperrimus, duos filios videlicet Petrum Thomæ & vnum alium, atque vnam filiam habebat. Mortuo autem vno filio, remanente Petro Thomæ cum sorore suâ, in anxietate paupertatis remanserunt. Sed videns iuuenculus Petrus paupertatem patris & domus propriæ, à Deo inspiratus patrem reliquit, matrem, & sororem; & iuit in vnum castrum vocatum *g* Mampesier, ibi quærendo panem pro Deo & sustentationem vitæ, semper eundo ad scholas: & in breui tempore taliter studuit, quod satis citò effectus fuit doctor puerorum. Aliquibus verò temporibus reuolutis venit in ciuitatem *h* Agennensem, ibique multis annis studuit in Grammaticâ, Logicâ, & Dialecticâ, semper nutritus de eleemosynis & labore proprio. Legebat enim scholaribus prouinciæ Grammaticam, & postea Logicam vsque ad vicesimum annum ætatis suæ, à Deo semper prouisus de vitâ, nec in totâ vitâ suâ à patre vel domo propriâ vnquam habuit valorem viginti florenorum.

a *S. Petrus in Aquitania*
b
c d
e
f *parentibus pauperibus ortus,*
mendicando studet:
g *docet pueros elementa,*
h *Grammaticam, & Logicam.*

3 Prior autem Conuentus cum Lectore B. Mariæ de Carmelo videns dictum puerum Petrum habilem, duxit eum in *i* Lectoriâ, & tetit ibi per annum docens pueros in Grammaticâ & Logicâ. Quo facto Prior *k* Condomij eiusdem religionis videns ipsum, & admirans eius subtilitatem & sanctam conuersationem, duxit eum ad conuentum Condomij, & induit eum habitu Fratrum ordinis B. Mariæ de Carmelo, ibique faciens professionem docuit Fratres iuuenes per duos annos. Tunc ordo videns sufficientiam suam & deuotionem, ordinauit quòd legeret in ciuitate Agennensi Logicalia, ibique audiuit Philosophiam, & stetit ibi per tres annos, & factus est *l* Sacerdos, mundus carne ab omni spurcitiâ iuuenili, ac feruens in ardore deuotionis intemeratæ Virginis Mariæ, agonem suum sine intermissione ei recommendans.

i
k
Fit Carmelita,
Sacerdotii
l
D. Virginem piè colit:

4 Aliquo tempore transacto peruenit ad tantam *m* paupertatem, quòd vix poterat habere vestes, candelas, aut oleum, aut alia parua necessaria: nihilominùs tantam deuotionem à pueritiâ in gloriosam Virginem habebat, & ei ita deuotè seruiebat, vt factum est quòd fraudari à desiderio non poterat. Tandem ipso semel existente post matutinas in dormitorio, & cogitans ad paupertatem suam, orando beatam Virginem Mariam pro adiutorio, fortiter timens ne studium propter paupertatem perderet; eadem horâ Virgo Maria visibiliter sibi vigilanti & per dormitorium ambulanti apparuit, ipsum accipiens per cappam, & ducens per dormitorium, sibique dixit: Fili mi, ne dubites de paupertate, quia te non deseram; fortiter studeas, & seruias filio meo & mihi.

m
ab ea recreatur promisso leuanda paupertatis subsidio,

Quo

AVCTORE PHILIP. MAZZERIO, EX MSS.

Quo dicto beata Virgo Maria ab oculis eius euanuit. Adueniente ſummo manè Frater Petrus celebrauit Miſſam de Virgine Mariâ, gratias ſibi referendo de promiſſione. Miſsâ verò dictâ affuit vnus *n* Miles de patriâ illâ, cuius nomen dedi obliuioni; qui Miles dixit Fratri Petro: Volo vobis confiteri. Confeſſione autem factâ Miles dedit ſibi quindecim regales auri. Et ab illâ die in poſterum numquàm habuit paupertatem. Quod miraculum ſecretiſſimè ac deuotiſſimè in laudem Virginis mihi peccatori indigno per caritatem reuelauit,& aliqua alia magnalia de ipsâ Virgine, quæ propter leuitatem meam,teporem, frigiditatem, imò iniquitatem de memoriâ meâ (heu!) euolauerunt. Vtinam miſereatur mei ipſa Domina mea!

n quod poſtridie accepit:

docet variis locis philoſophiam:

5 Ordo verò ſuus ordinatit, quòd in conuentu Burdegalis legeret Logicam nouam, quod & fecit per vnum annum. Tunc ordo ſuus iterum poſuit eum in *o* Albiâ,& legit naturalem philoſophiam, & hoc per annum. Et iterum legit Agenno per annum Phyſicam. Tunc ordinauit ordo quòd iret Pariſius. Et poſtquàm intrauit Religionem numquàm dormiuit ſine tunicâ & ſcapulari, nec ſuper plumam. Ipſe autem ſtans Pariſius mirabiliter profecit,& ſtetit Pariſius per tres annos,& reuerſus eſt in prouinciam ſuam,& factus eſt Lector *p* Cathurcij, & mirabiliter incepit prædicare.

o

p

tempore ſiccitatis,

6 Ipſo autem exiſtente in Cathurcio, accidit quòd quadam æſtate tanta ſiccitas fuit in Cathurcio, quòd omnes fructus peribant, fiebatque quotidie proceſſio ab omni Clero & populo ad impetrandam pluuiam. Tunc ordinatum fuit, quòd Frater Petrus Thomæ prædicaret ſtatuto die. Die verò ordinatâ Frater Petrus totum Clerum & populum duxit extra ciuitatem per mediam leucam proceſſionem faciendo, & ibi incepit ſermonem ſuum; primò populum deuotiſſimè confortando,omnibus ſecurè promittens pluuiam, & quòd in gloriosâ Virgine tantam ſpem ponerent, & haberent illo die pluuiam. Ipſo autem prædicante, nullâ nebulâ apparente in cælo, nec aliquo ſigno pluuiæ, ſed Deo cooperante, & Virgine gloriosâ intercedente, antequàm ſermo finiretur incepit pluere paullàtim; & tantum pluit quòd vix potuit populus reuerti ad ciuitatem, propter abundantiam pluuiæ. Illo miraculo viſo illi de ciuitate & prouinciâ reputabant ipſum Fratrem Petrum ſanctum, & etiam propter vitam & conuerſationem ſuam mirabilem. Tunc ipſe ab illâ horâ quæſiuit occaſionem recedendi ab illâ prouinciâ propter honorem, quem ſibi faciebant, omnem gloriam humanam abominando. In Cathurcio autem ſtetit legendo, prædicando,& mirabilia faciendo per tres annos, & reuerſus eſt Pariſius, ibique ſtuduit per quatuor annos, & factus eſt Bacellarius in Theologiâ.

in concione

promittit pluuiam, ope D. Virginu, & impetrat:

habetur ſanctus:

fugit honorem:

fit Baccalaureus Theologiæ.

Langue-doc.

a Lingua-Occitana, & Linguâ-Occitania *in antiquis actis & diplomatibus S. Petri datis appellatur, quæ vulgò* Languedoc, *quòd hi populi affirment voculâ Teutonicâ* ock, *ſiue* oc, *vt ceteri Franci ſuo idiomate* ouy; *ideoque reliqua Gallia vice versâ* Languedouy *illis dicitur. Verùm vt* Langedocia *propria* Galliam Narbonenſem primam *tantùm complectitur, nullo modo* Petragoricos *includit.*

b Petrocorij *Cæſari*, Petrogori *Plinio*, *vrbs* Petrogoricum *Aimoino, aliis* Petrocorium, *Comitatus titulo tum inſignitum, in Ducatu Aquitaniæ: à Ptolemæo* Veſuna *appellata creditur.*

c *VVaddingo* vicus Salinarum. *fortè* Sales *eſt, quem Ioannes Tardo Canonicus Eccleſiæ Sarlatenſis, in delineatione diœceſis Sarlatenſis, inter oppida Montpazierium & Beluerам collocat, & ſequentia. Perperàm Saracenus & lectiones officij Carmelitani,* Condomi *natum referunt, vbi religioſo inſtituto initiatus, & quaſi renatus eſt.*

d *An vicus* Sales de Thomas *appellatus, & ab eo vico* Thomæ *illi cognomen? VVaddingus opinatur à patre ita cognominatum.*

e Sarlatenſis diœceſis *auulſa à* Petrocorienſi *per Ioannē XXII. ann. Ch.* 1317. *riuo adiacet, qui* Dordoniæ *ad Dumam oppidum miſcetur.*

Maſſarius.

f *Id eſt villicus, vt ex tomo 2. Codicis antiquarum legum obſeruat Ioſephus Laurentius in Amaltheâ onomaſticâ.* maſſa *villa Bulengero de Imperio & Imperatore.*

g *VVaddingo* Monti s-penſierij caſtrum. *oppidum hoc tempore* Montpazierium *Ioanni Tardo, eſt ad fontem fluuij Drotæ, in eadem dioeceſi versùs Agennum.*

h Agennum, *ſiue* Aginum, *adiacet Garumnæ, medio itinere Toloſam inter & Burdigalam. vrbs ipſa celebris, & Sede Epiſcopali olim ornata. Saracenus* Atrebatum ſtudij cauſsâ *ſcribit* miſſum. *an mendo typographico?* *Agennum.*

i Lectora, *vel* Lactora, *vel* Lactoratum vrbs, antiquitate, Epiſcopatu, pluribuſque monumentis nobiliſſima, *vt ſcribit Papirius Maſſonus*, Ægircio *flumine ſubluitur, in edito ſita loco, vulgò* Letour, *vel* Laictour, *infra Auſciorum metropolim.* *Lactora.*

k Condomium, *VVaddingo* Condomum, *Sarraceno* Condumum, *Sedes Epiſcopalis, ab Agennenſi & ipſa per Ioannem XXII. auulſa; ad fluuium Baliſam ſita, haec procul Lactorâ, Scipionis du Pleix Francicarum rerum ſcriptoris patria.* *Condomum.*

l *Inuitum ſacerdotio admotum ſcribit VVaddingus.*

m *Saracenus narrat hoc miraculum patratum ad releuandam, non propriam, ſed monaſterij cuiuſdam paupertatem,* cùm Prouincialis in ſolenni viſitatione de illius pauperie ſubleuandâ valdè anxius eſſet. *at quomodò eum fuiſſe Prouincialem probat? Eadem in Breuiario ordinis leguntur. Didacus Caurienſis ſcribit in Hiſpaniâ Prouincialem extitiſſe prouincia Batica. Sed quo auctore? numquàm Hiſpaniam vidiſſe verius eſſe ſuprà diximus.*

n *Saracenus:* Angelus Domini, mercatoris formâ indutus, ſtatim illi præſtò fuit, & tantas illi aureas pecunias detulit, quantâ neceſſitate vrgebatur cœnobium illud. quo facto Angelicus ille mercator euanuit. *Vnde hæc habuit Saracenus? Mazzerio ipſe Petrus contrarium narrauit.*

o Albia, Alba, & Albiga, *Sedes Epiſcopalis ad Tarnim fluuium,* 10. *milliaribus Tholosâ diſtat. de eâ ſæpè alibi.* *Albi*

p *De* Cadurcorum *metropoli, quæ vulgò* Cahors, *actum alibi.*

CAPVT II.

Laurea Doctoralis. Conuerſatio in Curiâ Pontificiâ.

Conſtituitur Procurator ordinis:

deſpicitur à Generali ſuo:

a

concionatur in Curiâ Pontificiâ.

7 REuerſus autem ad prouinciam ſuam, factus eſt Procurator Ordinis ſui, & venit in Curiam Romanam. Tunc Generalis ordinis ſui, exiſtens in Curiâ, & videns ipſum Fratrem Petrum paruum corpore, & modicæ apparentiæ, & quòd illi de prouinciâ ſuâ ordinauerunt ipſum Procuratorem ordinis, deſpexit eum in corde ſuo, & nolebat ipſum ducere præ verecundiâ in præſentiâ Cardinalium. Tandem motu Dei & B. Mariæ, Dominus *a* Taliarandre Cardinalis Petragoricenſis audiens ſufficientiam ſuam, & quòd erat de prouinciâ ſuâ, voluit ipſum videre, & eum habere in prandio. Poſt prandium verò fuit mota quædam quæſtio ſecundùm vſum Cardinalium: ibique fuit Frater Petrus cognitus & diuulgatus mirabiliter, & cognitâ ſuâ magnâ ſcientiâ & ſubtilitate, poſteà in Curiâ cœpit prædicare & diſputare, taliter quòd omnes mirabantur de ipſo.

Mittitur Pariſios,

Doctoratu ornandus:

8 Tandem ad promotionem Reuerendiſſimi Patris Domini Cardinalis Petragorenſis per generale Capitulum ordinis B. Mariæ de Carmelo ordinatum fuit,quòd Frater Petrus iret Pariſius, & curſum ſuum perficeret, vt poſſet doctorari in ſacrâ paginâ. Ipſe autem iuit Pariſius, ibique legit in conuentu ſuo ſacram Scripturam, & ſecundùm conſtitutiones faciendi Pariſius Magiſtros in Theologiâ, Frater Petrus non poterat licentiari niſi compleret curſum ſuum, videlicet quòd legeret adhuc per quinque annos vel circà. Accidit autem nutu Dei, Virgine gloriosâ diſponente, quòd Virgo ipſum ſuum deuotum ſublimare volebat, quòd circa annum tertium ipſius F. Petri legentis fuerunt Pariſius circà quatuordecim Bacellarij in Theologiâ, Religioſi & ſeculares, anhelantes & expectantes magiſterium quilibet recipere illo anno, ſecundùm ordinem Vniuerſitatis: adeò accidit,quòd quædam erat orta inter Cancellarium Vniuerſitatis, & prædictos expectantes magiſterium *b*..... ita quòd debebat eligi Religioſus vnus vltra numerum prædictum, propter diſcordiam prædictam,& ipſum doctorari cum aliis illius anni doctorandis. Tunc nutu Dei Magiſtri in Theologiâ ferè triginta duo, inter omnes Religioſos Pariſienſes conſiderantes ipſius F. Petri ſufficientiam, vnanimiter vocem ſuam dederunt ſibi, & ipſum elegerunt, & maximè Cancellarius,non obſtante quòd curſum ſuum non compleuerat ſecundùm ordinem

b

fit Doctor ante tempus.

nem Pariſienſem. Factus eſt itaque Doctor in Theologiâ Frater Petrus de conſenſu omnium, & contra conſtitutiones Pariſienſes, in laudem Dei & admirationem omnium.

redit Auenionem:

9 Et ſtatim reuerſus eſt ad Curiam Romanam, videlicet in Auenione, cum honore non modico & laudibus infinitis. Tunc incepit mirabiliter prædicare coram Papâ, & factus eſt in Theologiâ Regens in Curiâ. Viſitabat Cardinales, prædicabat coram eis, diſputabat, & ſoluebat quæſtiones: prædicabat aliquando populo, & pluries faciendo duos vel tres ſermones Clero & populo in vno die, collationibus Cardinalium poſt prandium exceptis. Et beatus erat Cardinalis vel Prælatus, qui Fratrem Petrum Thomæ in amicum domeſticum & in mensâ habere poterat.

concionatur coram Curiâ,

gratioſus Cardinalibus.

10 Iſtum modum magiſterij ſui Pariſius in ſubſtantiâ habui ab ore ſuo proprio. Inſuper ipſe confeſſus eſt, quòd ipſo exiſtente Pariſius & legente numquàm in tempore ſuo propter lectionem ipſe perdiderat vnam Miſſam, quin ſemper celebraret ante lectionem, nec Matutinas. Et ſecretè mihi confitebatur, quòd celebrando Miſſam ſuam quaſi in aurorâ diei, & poſt Miſſam aſcendebat cathedram ad legendum; Deus in Miſſis ſuis magis infundebat in cor eius ſcientiam, intelligentiam, & veram expoſitionem ſacræ Scripturæ, quàm antè habuerat in ſtudendo lectionem: & quòd ipſo legente in cathedrâ poſt Miſſam ſuam, talia ſibi occurrebant, quæ numquàm ſtuduerat, & de quibus ipſemet mirabatur, Deo ſemper gratias referendo & B. Mariæ.

Aſſiduus in officio Eccleſiaſtico, etiam inter docendum,

ſcientiam diuinitus haurit in Miſſâ:

fugit particularitates:

11 Ipſo autem in tanto & alto gradu conſcenſo non obſtante in Curiâ, ſemper ſubditus erat Priori & Conuentui ſuo, ſemperque ſurgens ad Matutinas; & numquàm in vitâ ſuâ, quouſque fuit Epiſcopus, & Sedis Apoſtolicæ Legatus, in conuentu ſuo comedit extra refectorium, nec alium cibum volebat comedere quàm pauperes Fratres. Propter conuerſationem ſuam ſanctam, & mirabilem prædicationem, præ omnibus in Curiâ mirabiliter diligebatur & reuerebatur, & ſpecialiter à burgenſibus, mercatoribus & mulieribus, quibus fecit dimittere per ſuam prædicationem ſuperfluum cultum margaritarum capitis earum & ornamenta ſuperflua.

feminas mouet vt vanum ornatum dimittant:

12 Quòd autem hoc ſit verum, quòd ipſum diligebant, confeſſus eſt mihi, quòd ſemel propter penuriam non modicam Conuentus ſui Auenionis, ipſe pietate Fratrum ſuorum motus, fecit ſemel vnam quæſtam in ciuitate ſolâ Auenionenſi. Et in ſerò reuerſus eſt ad conuentum ſuum apportando mille florenos de quæſtâ vnius diei: ita diligebatur propter virtutem ſuam, quòd nemo ei petita negabat: & ſic alebat & nutriebat Fratres ordinis ſui vbicumque erat. Glorioſè in totâ vitâ ſuâ impleta eſt promiſſio B. Mariæ priùs ſibi facta.

pro monaſterio ſtipē amplam corrogat:

in concione nulli parcit,

13 In prædicatione ſuâ vtique parcebat nulli, nec Domino Papæ, nec cuicumque. In medio verò ſermonis communiter homines ridere faciebat, aliqua pulchra moralia narrando; modò flere, modò ridere faciebat; & in fine ſermonis ſui omnis homo à facie eius ædificatus & conſolatus recedebat: quia Spiritus ſanctus, ſicut piè credo, à iuuētute ſuâ per os eius loquebatur, nec in ſermonibus ſuis viſus eſt ſpernere. Et in tempore ſuo non erat talis prædicator in Eccleſiâ Dei, verbis cuius opera præibant & ſequebantur: & certè vita ſua poterat dici non humana, ſed diuina; quia nihil terrenum affectabat, niſi ſolùm augmentationem fidei Catholicæ, Fratrum ſuorum & omnium cum quibus loquebatur..... Verba autem ſua ardentia erant in caritate non fictâ.

riſum & fletum mouet, omnes ædificat.

in audiendu confeſſionibus prudens:

14 In confeſſionibus qualis! quomodò reducebat peccatores ad viam Dei & ad pœnitentiam, & quomodò laicis declarabat dubia, & Clericis ſubtilia! Certè audeo dicere, quòd pro vno peccatore ad ipſum recurrente, & ab ipſo aliàs numquàm viſo, ſi oportuiſſet, corpus ſuum lætanter ad martyrium poſuiſſet. Igitur pro domeſticis quid feciſſet? Caritatem eius & virtutes difficile eſſet deſcribere.

15 Ipſo autem coram Deo ſic clareſcente, ſic regente in Curiâ, Dominus Papa Clemens VI. debitum vniuerſæ carnis *c* ſoluit: & debitis exequiis ſolenniter completis, funus eius, in quodam *d* monaſterio, *e* prouiſione Dei, portatum fuit: ab Auinione vſque ad prædictum locum fuerunt duodecim dietæ. Ipſe autem B. Petrus ab omni parentelâ Papæ & Collegio electus fuit ad prædicandum in itinere, & fecit duodecim ſermones in itinere, quolibet die vnum, mirabiles & vltrà quàm mirabiles. Beata ergo Maria Virgo, quæ tantùm ſublimauerat deuotum Fratrem ſuum Petrum, iterum voluit ipſum honorare. Nam funere Papæ exiſtente in eccleſiâ B. Mariæ de *f* Pugio Frater Petrus aſcendit cathedram, vt prædicaret more ſolito: & propter labores itineris, & prædicationes præcedentes, inuenit ſe ita raucum, quòd loqui minimè poterat, nec audiri. Ipſe autem ſcandalum non poſſe habere prædicandi, timens incipere, vertit ſe ad imaginem B. Mariæ Virginis, orationem ſuam deuotè fundens. Quâ finitâ, Virgine adiuuante, & populo audiente, incepit altâ voce thema ſuum: & prædicauit, & ita clarè ſicut alios ſermones vnquam fecerat. Quam gratiam à beatâ Virgine Mariâ ſibi factam ipſe Frater Petrus, ſicut mihi dixit, ipſe B. Mariæ, & meritis beatæ memoriæ Papæ Clementis attribuit. Mira res & laudabilis: intemerata Virgo in famulo ſuo Fratre Petro dulcedinem ſuam mirabiliter oſtendit.

AVCTORE PHILIP. MAZZARIO, Ex MSS.

c *d* *e* *in tranſlatione corporis Clementis VI.*

in viâ 12. diebus cōcionatus,

f *ope D. Virginis, ranuim pellit.*

a Talerandus *alias, filius Comitis Petragoricenſis, ex Epiſcopo Autiſſiodorenſi creatus Presbyter Cardinalis S. Petri ad Vincula titulo Eudoxiæ à Ioanne XXII. an. Ch. 1331. factus Epiſcopus Albanenſis à Clemente VI.*

b *Deeſt* controuerſia, *vel quid ſimile.*

c *6. Decemb. 1352.*

d Casâ-Dei *in Aruernis, vbi quondam monachus & Abbas fuerat.*

e *Ita ſupremis tabulis mandârat ipſe Pontifex.*

f *Alius de* Podio, *vulgò* le Puys. *Oppidum eſt Velaunorum.* Anicium. *De eius æde cathedrali Deipara ſacrâ, & frequentibus miraculis celebri, copioſè ſcripſit Odo Giſſæus Societatis noſtræ.* Podium,

CAPVT III.

Epiſcopatus. Nuntiatura ad Imperatorem, Reges Apuliæ & Raſſiæ.

16 *a* ALiquo tempore tranſacto Papa Innocentius VI. creatus fuit; in cuius conſpectu Frater Petrus gratiam inuenit. Qui Dominus Papa mirabiliter in ſermonibus Fratris Petri delectabatur, & videns ſufficientiam & ſanctam conuerſationem eius, Fratris Petri Thomæ, & quòd erat vtilis, imò neceſſarius Eccleſiæ Romanæ, ad portandum nomen Dei & honorem Eccleſiæ coram Regibus & Principibus & filiis Chriſtianorum; ipſe Dominus Papa ordinauit Fratrem Petrum Apoſtolicæ Sedis Nuntium ad eundum in Apuliam ad Regem *b* Apuliæ *c* Ludouicum, & ad Reginam *d* Ioannam, eius conſortem, propter aliqua magna negotia Eccleſiam Dei & regnum Apuliæ tangentia. Quod & fecit, & præceptum à Sede Apoſtolicâ ſibi iniunctum ad honorem Dei & Eccleſiæ laudabiliter fecit & compleuit. Et hæc fuit prima legatio ſua.

a

Mittitur Nuntius Apoſtolicus ad Regem Apuliæ,

b *c* *d*

17 Et reuerſus eſt ad Curiam tempore interuallo. Et ipſo Fratre Petro ſemper prædicante & populum Auinionenſem reformante, noua in Curiâ venerunt, videlicet quòd *e* Rex *f* Raciæ, qui modò ſe vocauerit *g* Bulgariæ Imperator, ſchiſmaticus ad gremium Eccleſiæ Romanæ piè venire volebat. Illo verò tempore Cæſar Auguſtus Karolus IV. in *h* Italiâ venit & *i* Romam. Conſilio autem ventilato in Conſiſtorio, Papa de conſilio Fratrum ordinauit Fratrem Petrum Nuntium Apoſtolicum ad Imperatorem, & ad Regem Raciæ. Et quia ambaſſiata, ſiue legatio, ponderoſa, periculoſa, authentica, imperialis & regalis erat, ideò oportebat Nuntium authenticum, & in gradu alto eſſe. Dominus autem Papa dedit tunc *k* Fratri Petro Thomæ Eccleſiam Pactenſem in Siciliâ;

e *f* *g*

h *i*

k

AVCTORE PHILIP. MAZZERIO, EX MSS.

cilià; & *l* factus eſt Epiſcopus. Ipſe arripiens iter ſuum primò ad Imperatorem Romanum venit, cui ſummus Pontifex per Fratrem Petrum Sedis Apoſtolicæ Nuntium multa bona offerens, ſibi milit pro parte ipſius Domini Papæ & Eccleſiæ, etiam tractaturus inter Eccleſiam & ipſum Imperatorem magnæ laudis & vtilitatis Eccleſiæ, Reipublicæ & honoris Chriſtianitatis. Quod & fecit quantum in eo erat: & Imperatorem in amorem Eccleſiæ per verba miræ prædicationis & deuotionis, ſemper ad honorem Eccleſiæ, ſolidauit, roborauit, & confortauit.

l *& prius ordinatus Epiſcopus Paſtenſis in Siciliâ, ad Carolũ IV. Imperatorem:*

18 Recedente autem Domino Fratre Petro ab Imperatore, & versùs Raciam iter arripiente, per Italiam, *m* Hungariam, & Sclauoniam tranſiuit cum tantis periculis, quòd familia ſua pluries de die in diem mortem corporalem expectabat. Ipſe verò firmus, conſtans & ſtabilis, nec labores appretiabat, nec mortem timebat, nec proprio corpori parcebat; ſed confortatus in Domino, vnionem Eccleſiæ & ſaluationem animarum cordialiter deſiderans, omnia pericula itineris & laboris quaſi ludum puerorum reputabat. Inter omnia autem pericula quæ pertranſiuit, aliqua miranda inferiùs narrabo. Nam Frater Petrus, requirente ſocio ipſius Domini Fratris Petri, à Domino *n* Archiepiſcopo Nicoſienſi interrogatus coram pluribus, dixit quòd ipſo exiſtente in ſocietate ipſius Domini Fratris Petri Domini ſui in viâ eundo in Raciam, accidit quòd ipſe Nuntius Papalis non potuit habere vnam galeâm, ſed intrauit in quodam ligno ſatis paruo cum familiâ ſuâ. Et nauigante de Venetiis eundo verſus Raciam circa fines Sclauoniæ & *o* Achaiæ, Domino Fratre Petro in mari nauigante, cuidam ligno magno Turcorum ſibi occurrenti & appropinquanti, nullo ingenio humano euadere poterat. Tunc marinarij omnes & alij de vitâ eorum deſperantes Nuntium Apoſtolicum exorauerunt vt ad Deum preces funderet pro liberatione ipſorum. Tunc Fratre Petro in oratione proſtrato, & appropinquante Turcorum ligno, miraculosè adeò cælo claro, ſole feruente, & nullâ nebulâ apparente, ſubitò quædam nubes condenſa & ſpiſſa lignum ipſius Domini Fratris Petri circumfulſit, taliter quòd lignum Turcorum valdè prope remigando appropinquantis ipſius Nuntij Papalis ligni viſionem perdidit; lignum ipſius Domini Fratris Petri versùs terram nauigando liberè à Deo nebulâ mediante Turcos euaſit. Miranda res, & miraculum obſtupendum, ab ipſo glorioſiſſimo Creatore clarè ſuo ſeruienti demonſtratum.

m

n

o

ortâ ad eius preces nebulâ, euadit nauim Turcicam:

19 Retulit inſuper idem Frater Petrus, requirente Domino prædicto Archiepiſcopo Nicoſienſi, quòd eadem viâ ſemel tantam fortunam maris lignum ſupradictum Domini ſui inuaſit, quòd deſperati marinarij ſine regimine aliquo inter fluctus maris lignum vbi volebant ducebant. Accidit autem miraculosè, quòd ligno appropinquante terram, & omnibus expectantibus mortem vicinam, Nuntio Apoſtolico in ſeruentiori exiſtente deuotione, ſubitò quædam vnda vel fluctuatio maris lignum prædictum in quodam lacu mari vicino & marinariis ignoto proiecit integrum & ſaluum. Quæ res non modicùm eſt miranda: nam fortunâ pacificatâ inuentum eſt lignum in lacu ſupradicto, remotè valdè à mari, & oportuit lignum deſuper terram trahere ad mare. Sic enim à Deo per orationes ipſius Domini Fratris Petri ſaluati fuerunt, immenſas gratias Deo referentes.

in periculo naufragij orans,

extra mare cum naui transfertur:

20 Multis verò laboribus & periculis tranſactis, Deo adiuuante, famulus Dei in Raciam applicuit, & diebus aliquibus elapſis, ad præſentiam Regis Raciæ peruenit. Qui quidem Rex inter omnes homines mundi ſuo tempore maior erat corpore, & terribilis facie. Conſuetudo autem illius regni & magnificentiæ regalis eſt, quòd quicumque ad præſentiam Regis venit, ante ſalutationem pedem ipſius oſculatur, & alias reuerentias non modicùm ſuperfluas facit. De quibus Dominus Frater Petrus Nuntius Apoſtolicus multoties antè præmonitus fuerat à pluribus, ſibi dicendo, quòd ſi in hoc deficeret, periculo mortis ſubiturus eſſet. Stante verò Apoſtolico Nuntio in præſentiâ Regis ſine inclinatione aut aliquâ reuerentiâ, ne videlicet honores Eccleſiæ derogaret, quia Nuntius Papalis, omni tempore, poſtpoſito timore, à Deo confiſus, authenticè & gratioſè Regem, prout decebat, ſalutabat. Rex autem militiâ & Baronibus circumdatus ſuperbè Nuntium Papalem recepit, & multa verba magnifica & iactabũda ſecum habuit. Die autem conſtituto exponendi legationem, adueniente Fratre Petro, clarè, & ſtrenuè in quodam ſermone, legationem ſuam Apoſtolicam Regi expoſuit. Sed in reſponſionibus ſuperbiam, cautelas, & mendacia ipſius Regis Nuntius Papalis clarè cognouit. Illo tunc omnes de familiâ Domini Fratris Petri reputabant ipſum Nuntium Apoſtolicum & ipſos mortuos, videntes crudelitatem & malitiam ipſius Regis.

Raſciæ Regem, non indignâ demiſſione, ritu gentis,

ſed conuenienti ſalutatione honorat:

malignè ab eo tractatur:

21 Tranſactis aliquibus diebus, & multis tractatibus in honorem Eccleſiæ Romanæ concordatis, & iterum malitioſè ruptis; ipſe Frater Dominus Petrus ſemper & quotidie officium diuinum coram ſe authenticè celebrari faciebat, ſiue in campis, ſiue in ciuitatibus & caſtris. Tandem Rege tyranno indurato, malitiam non modicam contra Eccleſiam Romanam oſtendit, fecit præconizari, quòd nullus Chriſtianus Eccleſiæ Romanæ ſub priuatione oculorum Miſſæ ipſius Domini Fratris Petri Nuntij Papalis intereſſet. Erant multi ibi Nobiles Teutonici & alij ſtipendiarij ipſius Regis. Quo audito timor & tremor omnes fideles Eccleſiæ Romanæ apprehendit. Ipſe verò fidelis Nuntius intrepidus piè & ſtrenuè eos confortans, & periculum, in quo ipſe & fideles Eccleſiæ erant, benè cognoſcens, omni timore mortis poſtpoſito, imò pro augmentatione fidei Catholicæ mortem deſiderans, eis cum vultu ſereno dixit, quòd in craſtinâ die, horâ conſuetâ, Miſſam ſolemnem perſonaliter gratiâ Dei celebraret, edicto Regis non obſtante; & qui noſtrorum fidelium intereſſe vellet, benè ſibi placeret, & qui non, etiam contentus eſſet. Manè autem facto Dominus Frater Petrus horâ conſuetâ mortem piè expectans, loco authentico ſe præparauit ad Miſſam ſolemnem celebrandum. Et ecce fideles Eccleſiæ quaſi ad martyrium cum gaudio currentes, alio alium non expectante, edictum Regis paruipendendo, omnes ad Miſſam ipſius Legati venerunt, & ipſam deuotiſſimè audierunt. Fuerunt autem ad Miſſam trecenti Teutonici, aliis Chriſtianorum nationibus exceptis.

illius edictum, ne quis ſacrũ ſuum audiret.

contemnit,

& celebrat coram Teutonibus,

idem edictum meritò ſpernentibus;

22 Miſsâ verò cum magnâ deuotione completâ; & Rege audiente, furore repletus, edicto Regali facto pro omnibus Teutonicis mandauit. Aduenientibus autem eis, Rex, facie turbatâ, zelo repletus eis dixit: Cur non timuiſtis edictum meum frangere? Neſciebatis quòd ego præconizari feceram omnes oculos veſtros eruere ſi Miſſam inimici noſtri audiretis? Teutonicorum verò quidam miles & ſtrenuus omnium aliorum Capitaneus, cuius nomen obliuioni dedi, à Spiritu ſancto inſpiratus, & à Patre meo animatus, pro omnibus aliis Regi reſpondit: Domine benè verum eſt, quòd edictum veſtrum audiuimus, ſed magis timemus Deum quàm vos. Et quomodò talem Patrem ſolum celebrantem ſine nobis dimiſiſſemus? Benè ſcitis, quòd nos omnes Catholici & fideles Eccleſiæ Romanæ ſumus, & ex quo oculos noſtros velletis eruere, non ſolùm oculos, ſed nos omnes mori pro fide Catholicâ defendendâ parati ſumus. Audiens autem Rex talia verba adeò mitigatus, incepit ridere & admirari de tantâ conſtantiâ ipſius Nuntij Apoſtolici & Teutonicorum. Ex illâ horâ tantum honorem & reuerentiam Dominus Frater Petrus recepit ab ipſo Rege aliquibus temporibus, quòd ſcribere non valerem. Tempore interuallo Rege obſtinato, & *p* in perfidiâ remanente, Dominus Frater Petrus multas Eccleſias Metropolitanas & alias illius regni ad vnionem Eccleſiæ Romanæ reformauit, quæ priùs ſchiſmaticæ erant.

quorum aliquo generosè Regi reſpondente,

eius fauorem nactus,

p multos Eccleſias reconciliat.

erant. Et multis & infinitis periculis & insidiis à Rege cautelosè ordinatis, cum difficultate, Deo adiuuante, à regno Raciæ ipse Nuntius Papalis Dominus Frater Petrus recessit sanus, & in Curiam reuersus est.

a 12. *diebus. nam* 6. *Decemb. obiit Clemens VI. &* 18. *eiusdem Innocentius VI. electus est.*

b Reges Apuliæ, *&* regnum Apuliæ, *ab Albertino Mussato, Cortusiis fratribus, Ioanne Thurocio, aliisq; huius aui scriptoribus, appellantur Reges regnumq; Neapolitanum; alioquin Apulia propria, tam* Daunia *quàm* Peucetia, *inter Ferentinos & Salentinos, ad mare superum, siue Adriaticum iacet, vulgò* Puglia Piana, *&* Terra di Bari. *Apulia regnum.*

c Ludouicus, *filius Philippi Principis Tarentini, nepos Roberti Regis Apulia, duxit* Ioannam *Reginam, Caroli filiam, neptem Roberti Regis aui sui, cùm Andreas frater Ludouici Regis Hungaria à Roberto Rege Ioanna, quòd fratris sui Caroli Martelli Regis Hungaria nepos esset, cum regno maritus datus fuisset mense Septembri, an. Ch.* 1345. *mortuus est Ludouicus an. Ch.* 1355.

d *Superuixit quartùm nupta ad annum Christi* 1376.

e *Rex cum litteris, hanc prætexens causſam, ad Pontificem miserat* Bossidarium Iudicem Generalem, Nestegium Cephaliam Geren. ac Damianum de Cathara Apocrisarios & Procuratores, *vt ex litteris Apostolicis ad Regem postea datis constat.*

f *al.* Rachia, Rascia, *&* Rassia *dicitur. De eâ Ranzanus in Epitome rerum Hungaricarum Indice* 2. *in descriptione Danubij hæc refert: Vbi* se Sauus Danubio miscet, superior Mœsia à Pannoniâ dirimitur. Dicitur autem vulgò ea Mœsia Seruia, cuius primam occurrentem ex his locis partem hodie appellant Rasciam. Huius verò primum contraque Pannoniam positum oppidum est Belgradum... Inde ad M. P. fermè distat Smedris, hoc est, S. Andreæ nobile Rascianorum oppidum.... Inde ad locum, vnde est Mœsiæ inferioris, vtpote regionis Bulgarorum, principium, est oppidum Bliognum nomine, *&c. Hoc alius* Bodon, *&* Budonium, *dicitur; eratq; Regum Rascia sedes, vt scribit Thurocius cap.* 33. *Rascia.*

g *Bulgaria magnum partem tenebat. Thurocius* regnum Bulgariæ *appellat, & Principem ait sibi* Imperatoris Bulgariæ *titulum vendicare.*

h *Vtinum venit* 14. *Octobr.* 1354. *Bassanum* 1. *Nouembris, Patauium* 3. *Mantuam* 8. *ast* 4. *Ianuarij* 1355. *Mediolanum, vbi* 6. *Ianuar. coronâ ferreâ coronatus est.*

i *Romæ coronâ aureâ coronatus est* 5. *Aprilis festo Resurrectionis Christi eiusdem anni* 1355. *vt accuratè describunt Cortusij lib.* 11. *cap.* 1. 2. 4. 6.

k *In Bullâ Innocentij dicuntur* de eius religionis zelo, vitæ ac morum probitate, spiritualium prouidentiâ, & temporalium circumspectione, aliisque virtutum meritis laudabilia testimonia perhibita.

l *Iussu Pontificis consecratus est à* Guidone *Episcopo Portuensi.*

m *Innocentius Regi Hungariæ scribit, se, quæ coràm ei dicta vellet, Nuntiis Petro & Bartholomæo præscripsisse.*

n *In Insulâ Cypro,* Raimundo, *de quo infrà num.* 116. *&* 130.

o *An potiùs* Albaniæ *legendum? Ita Nuntij à Pontifice missi dicuntur in Bullâ Apostolicâ ad* regnum Rassiæ, Sclauoniæ, & Albaniæ. *deinde regio Illyricorum occidentalis* Dalmatia *Venetis propinquior, orientalis* Albania *vocatur, cui contigua est* Rassia, *ob linguam Sclauorum etiam* Sclauonia *dicta. Ast Achaia littora potiùs Turcæ eo tempore infestabant.*

p *Addit VVaddingus in Vitâ,* dolosè egisse cum Pontifice Regem, & Apocrisarios, non tam Romanæ religionis affectu, quàm declinando bello Hungarico, amandasse. *Verùm* luisse posteà iustas pœnas suæ fraudis, à Ludouico *Rege Hungariæ contritum & humiliatum. Ranzanus Indice* 19. *ait* Bulgaros, *qui à Ludouico defecerant,* expugnatos *fuisse Thurocius cap.* 33. *& Bonfinius Decade* 2. *lib.* 10. *addunt regiam* Bodonem expugnatam, *&* Regem in Hungariam transmissum fuisse, *sed* Strachmerum, *siue* Stratimirum *appellant, an hic idem, qui in Bullis Apostolicis Stephanus? Basilius Ioannes Heroldus in tabulâ Genealogica ad Nicetam Gregoram, & Chalcocondylam vult Reges Rassiæ generali vocabulo* Stephanos *dici, vt alibi* Ptolemæi, Cæsares, Abgari, Phataones *dicti.*

CAPVT IV.

Legatio ad Venetos & Regem Hungariæ.

Legatus mittitur pro pace inter Hungaros & Venetos,

23 TEmporibus aliquibus transactis Papa Innocentius, fidei inimicorum Orientalium destructionem, & Terræ sanctæ liberationem desiderans, tamquàm pius Pater, mirabiles victorias, strenuitatem, sapientiam, magnificentiam, potestatem, & deuotionem Ludouici Regis Vngariæ, cuius fama per vniuersum orbem non immeritò diffundebatur..... Illo tunc auditit, quòd Rex contra Venetos illis diebus magnam *a* guarram faciebat. Papa verò vnitatem pacemque Christianorum, & liberationem prædictam ad bonum finem deducere affectans; Legatum autem, Nuntium, aut Ambasiatorem non solùm, sed & Ecclesiæ Dei cursorem promptum & fidelem, nulla pericula timentem, videlicet Dominum Fratrem Petrum Episcopum Pactensem, ad pacem Venetorum & Vngarorum reformandam misit Dominus Apostolicus; & Regi Vngariæ prædicto vexillum sanctæ Crucis & Ecclesiæ eidem Regi tamquàm vexillatori inclyto, & quòd passagium sanctum inchoaret, cum multis *b* temporalibus & spiritualibus gratiis Dominus Papa per eumdem Dominum Fratrem Petrum transmisit. AVCTORE PHILIP. MAZZARIO, EX MSS. *a* *& vt Regem ad bellum iacrè excitet:* *b*

24 Ipse autem Dominus Frater Petrus bullis Papalibus præmunitus, & Apostolicâ benedictione receptâ, iter suum arripuit, & transiens montes & Lombardiam, applicuit Venetiis. Ibique à Duce & Nobilibus magnificè & cum gaudio receptus, Ambasiatum suum Papalem Domino *c* Duci & consilio suo mirabiliter in quodam sermone declarauit; multis demonstrationibus & argumentis insolubilibus eos ad pacem admonendo & piè exhortando concludebat. Responsione verò Venetorum habitâ, transiuit per castra, & incurrit tanta pericula mortis in itinere, quòd scribere tædium esset. Nam stipendiarij vtriusque partis, auaritiâ moti, pedes euangelizantium pacem turbabant. Sæpè enim & quasi quotidie aut continuè insidias sibi ponebant, ipsum deridebant, & aliqui pacem in dolo secum faciebant. Ipse verò nihil terrenum dubitans, adeò constans & confortatus omnia pericula tam hominum quàm fluminum &c. transiuit, & in Vngariam applicuit, & à Rege mansueto & Catholico deuotè & Catholicè magnificeque ad Ecclesiæ honorem est receptus. Tanta guarra tunc temporis inter Vngaros & Venetos feruebat, quòd transitus ipsius Domini Fratris Petri per castra vtriusque partis transeuntis magis potuit dici miraculosus & diuinus quàm humanus. Elapsis aliquibus diebus ipse Pactensis Episcopus Dominus Frater Petrus legationem suam Papalem authenticè, reuerenter, & gloriosè Regi Vngariæ exposuit, Regem sublimando, ipsum pro parte Ecclesiæ honorando, multa bona temporalia & spiritualia offerendo, in timore Dei in amorem Ecclesiæ piè Regem confortando. Ipse autem Rex deuotus & Catholicus Episcopo & Nuntio Papali benignè, clarè, & dulciter ad omnia respondit, Deum inuocando, Domino Papæ & sanctæ Ecclesiæ regratiando, multa bona offerendo, verum & deuotum filium Ecclesiæ se monstrauit. *c* *venit Venetias, inde per multa pericula* *in Hungariam:* *benignè & honorificè à Rege excipitur:*

25 Ab illâ horâ Rex Episcopum multùm honorabat, laudabiliter & honorificè sibi necessaria ministrare faciebat, ipsum libenter videbat, dicta sua & prædicationes suas dulciter audiebat, & de tantâ sapientiâ & eloquentiâ Rex multùm mirabatur. Tandem Dominus Frater Petrus multis demonstrationibus & exhortationibus præcedentibus & verbis diuinis mediantibus Regem, tamquàm leonem rugientem, & destructionem Venetorum proponentem, ad pacem piè conuertit. Et non ad pacem Venetorum solùm Christianorumque, sed ad destructionem inimicorum fidei & liberationem Ierusalem, ipse Dominus Frater Petrus Regem adeò induxit, tam humiliter & deuotè, vt Rex ab ipso Domino Fratre Petro ex parte Papæ venerabile signum & vexillum Crucis & Ecclesiæ recepit; & in manibus ipsius Nuntij Apostolici Rex solemniter iurauit, personaliter infra decem annos proximos secuturos sanctum passagium manu forti facere, & iter versùs terram sanctam arripere. Omnibus autem prædictis adeò laudabiliter approbatis & confirmatis, Dominus Frater Petrus cum magno honore suo & Ecclesiæ Dei, & beneuolentiâ Regis, ab ipso Rege recessit; & transiens per castra inimicorum, & Vngaros & Teutonicos, qui antè velut leopardi prædam Venetorum sagittando accipiebant, iam mitigatos inuenit: audierant enim voluntatem Regis ad *d* pacem *persuadet ei pacem, & sacram expeditionem:*

AVCTORE PHILIP. MAZZERIO, EX MSS.

pacem esse conuersam; & maximum honorem eidem Domino Fratri Petro fecerunt.

26 Tandem multis periculis euasis Venetias, Deo auxiliante, peruenit, & ab aliquibus benè receptus & ab aliquibus minùs, palatium Ducale ascendit: ibique coram Duce & concilio pacem tractatam, potestatem Vngarorum, & erga eos beneuolentiam rebellem denuntiauit. Pax verò per famulum Dei tractata talis fuit, vt Rex Vngarorum totam Dalmatiam & Zadram Venetis dimittebat, omnes iniurias remittebat, & amicus Venetorum efficiebatur; & vt pax & amicitia perfecta & æterna esset, Veneti causâ amicitiæ tantùm quolibet anno vnum equum album Regi præsentare debebant. Audientibus autem Venetis à Domino Fratre Petro pacem prædicatam in concilio, tumultus non modicus surrexit; & in concilio tractatu pacis ventilato, pacem minùs benè consulti recusarunt. Episcopus autem Dominus Frater Petrus ingemiscens, multa bona introducens proponendo, & propheticè pacem honestam recusantibus malum inde venire clarè eis prædicebat. Sed nihil profuit.

d Venetu proponit conditiones pacis.

exploditur.

27 Et quia opera pacem diligentibus manifestare debemus, vt turbatores pacis iudicia Dei cognoscant; accidit quòd Domino Fratre Petro pacem prædictam annuntiante Venetis, qui ad guarram obstinati, de potentiâ humanâ & multitudine diuitiarum confisi, quidam nobilis Venetorum existens in quadam curiâ Nobilium, & audiens relationem Nobilium de Domino Fratre Petro, quantùm poterat pacem prædictam euadebat, & in verbis iniquitatis coram omnibus prorupit, & Domino Fratri Petro & Ecclesiæ Dei detrahẽdo blasphemauit. Et sic à multis Nobilibus bonum propositum pacis reuocauit. Non attendens verbum propheticum dicentis, Beati pedes &c. Sed Deus auctor pacis & amator veritatis, non in longum iustitiam suam in blasphematorem dissimulauit. Nam Nobilis prædictus illo die propriè ad guerram properans atque alios confortans, subitaneâ morte periit: quæ res non modicum est miranda. Dominus autem Frater Petrus, videns quòd non proficiebat, & quod in eo erat fecerat, cum dolore & lacrymis de Venetiis recessit, & ad Curiam Romanam rediit. Posteà verò Venetorum & Vngarorum guerrâ feruente, & sanguinem effundente, aduenient prophetiâ Domini Fratris Petri, Veneti perdiderunt, & [e] Dalmatiam totam amiserunt.

Isa. 52. 7.

Præcipuus belli auctor, subitâ morte perit,

reliqui ab Hungaris vincuntur.

a *An Ch.* 1356. *mense Iunio cœpit* Tarusium *obsidere, quòd* Zadra, *seu* Zara, *antiquis* Iadera, *vrbs maritima Dalmatiæ, à Venetis detineretur. Cortusij lib* 11. *cap.* 8. *Thurocius cap.* 25. *&* 26.

b *VVaddingus in Vitâ nu.* 17. In suppetias belli decimas trium annorum aliaque subsidia temporalia & spiritualia *obtulit.*

c *Monuit Innocentius* Ioannem Gradonicum *Ducem Venetorum inter alia,* vt ea quæ venerabilis Petrus Episcopus Pactensis Apostolicæ Sedis Nuntius lator præsentium retulerit, credat indubiè, illaque ad effectum votiuæ consummationis adducat. *Obiit Dux* 28. *Augusti hoc anno* 1356. *Electus* Ioannes Delphinus, *intra Tarusium obsessus.*

d *Cortusij hæc ita confirmant*: Mense Octobris inter Regem & Venetos treguæ *(seu* inducia*)* statuuntur per quinque menses. His finitis, de pace magna fuerunt colloquia, sed sine fructu.

e *Hungari* Zadram *expugnarunt* 17. *Septembris an.* 1357. *partem exercitus ceciderunt an.* 1358. *mense Ianuario; quo anno pacem hac conditione conclusam referunt Cortusij cap.* 11. quòd Dominus Dux & commune Venetiarum omnes ciuitates & castra sita in Crouatiâ & Dalmatiâ liberè debeant relaxare, & quòd in suis litteris de cetero Dominos Dalmatiæ & Crouatiæ se non debeant nominare. Ipse verò Rex contrà obtulit, quod tenebat in Episcopatu Tarusij. Hanc pacem, magis necessariam quàm vtilem, Dominus Dux & omnes ciues laudauerunt. *Hæc de pace hac Cortusij, & simul historiam sui temporis concludunt.*

CAPVT V.

Legatio Constantinopolitana. Ecclesia Orientalis Romanæ reconciliata.

28 INteruallis autem aliquibus temporibus noua in Curiam Romanam venerunt, videlicet quòd [a] Imperator Constantinopolitanus ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ venire volebat. Quod valdè difficile erat credere, quia ab antiquo Græci separati sunt ab Ecclesiâ, & multoties in tractatibus Ecclesiam Romanam illuserunt. Nihilominùs Papa Innocentius vnionem Ecclesiarum desiderans; & filiorum peccata non recordans, sicut pius Pater aduertens, considerans, & concludens, quòd si per doctrinam & prædicationem alicuius Prælati Ecclesiæ Romanæ Imperator prædictus, & eius populus Græcus ad veram obedientiam Ecclesiæ, Deo inspirante, venirent, per Dominum Fratrem Petrum. In talibus adeò consuetus, & onera sanctæ Ecclesiæ desperata super humeros suos assumens, de Deo confisus, auctoritate Apostolicâ fulcitus, de Curiâ versùs Constantinopolim recessit Nuntius Apostolicus. Tandem post multos labores & pericula infinita Constantinopolim venit. Posteà in quodam exercitu, vbi Imperator erat, venit, ibique ab Imperatore & suis Baronibus cum magnis laudibus & honoribus receptus fuit: & legatione suâ subtiliter, demonstratiuè, & deuotè Imperatori expositâ, cum Imperatore remansit, & responsionem non habuit; quia Imperator illo tunc factis armorum impeditus erat. Sed verba ipsius Domini Fratris Petri in cor Imperatoris intrauerant, & ipsum mollificauerant, necnon & aliorum quamplurimorum Baronum Græcorum, in honorẽ & beniuolentiam Ecclesiæ Romanæ ipsum Dominum Fratrem Petrum multùm honorauerunt, & lautè ei procurauerunt necessaria.

a

Mittitur Legatus Apostolicus Constantinopolim:

adit Imperatorem:

benignè ab eo excipitur:

29 Tandem aliquo tempore interuallo, & Domino Fratre Petro semper de fide Catholicâ cum Græcis disputante, dubiaque & cæcitatem ipsorum à Spiritu sancto per demonstrationem clarè soluente, deuotas orationes ad Deum faciebat, & corpus suum afflictionibus & ieiuniis macerabat, vt ad verum lumen Ecclesiæ Romanæ cæcitatem Græcorum reducere valeret. Quid plura? Quidam malè loquebantur, & alij benè. Sed Imperatore ciuitatem Constantinopolim aduenient, & Domino Fratre Petro continuè sibi prædicante & docente, ipse Imperator factus est verus Catholicus, & obediens Ecclesiæ Romanæ, articulos fidei sigillatim confitendo, & sanctam Ecclesiam Romanam esse matrem suam asserendo; & hoc in manibus ipsius Domini Fratris Petri, tactis manibus ad sancta Dei Euangelia. Iurauit etiam promittere seruare, & facere obseruari pro posse, quæ ad sanctam Ecclesiam Romanam pertinent: necnon Patriarcham Græcum perfidum, & vnitatis Ecclesiæ inimicum promisit deponi, & vnum alium Catholicum eligi debere. Et ne ea quæ Imperator confitebatur & obseruari promittebat, irrita haberentur, admonitionibus piis & diuinis ipsius Domini Fratris Petri mediantibus, Imperator tamquàm fidelis Catholicus & deuotus de manu ipsius Domini Fratris Petri Apostolici Nuntij corpus Dominicum suscepit deuotissimè. Longum enim esset scribere ea quæ Deus per manum serui sui Domini Fratris Petri ibi fecit ad laudem Dei; & Ecclesiæ suæ vnitatem, & ideò causâ breuitatis dimittam. Sed vt appareat substantia prædictorum, quoddam instrumentum Imperiale ex prædictis Summo Pontifici missum inferiùs referabo, ad laudem Dei, qui per eumdem Dominum Fratrem Petrum tanta bona in Ecclesiâ Dei fecit. Forma autem instrumenti talis est:

eum reconciliat Ecclesiæ Romanæ:

sacram ei communionem tribuit.

30 Sanctissimo in Christo Patri & Domino Innocentio, Dei gratiâ sacrosanctæ Romanæ ac Catholicæ Ecclesiæ summo Pontifici dignissimo, Ioannes in Christo Deo

Litteras Imperatoris ad Pontificem, mittit.

ſto Deò fidelis Imperator & moderator Romanorum, reuerentiam quæ eſt debita & deuota. Sanctiſſime Pater, in exercitu noſtro, qui erat contra inimicos, venit Reuerendiſſimus Pater & Frater Dominus Petrus Pa-
b ctenſis Epiſcopus, cum alio Fratre *b* Guilhelmo Epiſco-
c po *c* Cyſopolitanenſi. Et dictus Dominus Frater Petrus Veſtræ Sanctitatis Nuntius C.S. litteras obtulit, in quarum lectione lætatum eſt Imperium noſtrum & exultauit. Etenim inuenimus in illis, quòd Veſtra Sanctitas ſcribit, quòd nos iurauimus & diximus, quòd ſumus fideles, obedientes, & deuoti, ac reuerentes cũ multis Baronibus noſtris, vobis & ſucceſſoribus veſtris, ac ſanctæ Romanæ ac Catholicæ Eccleſiæ. Et aſſerebatis in ipſis litteris veſtris, quòd vos & Domini Cardinales & Epiſcopi veſtri multùm lætati eſtis, & hortabamini nos, vt quod incepimus opere perficeremus. Et vos veſtros Prælatos & Barones in noſtrum adiutorium prouocaretis contra Turcos & alios fidei inimicos. Et quòd dictus Dominus Frater Petrus nobis referret veſtram voluntatem. Qui prudenter à nobis quæſiuit noſtram intentionem, ſi confiteremur quæ ſancta Romana ac Catholica Eccleſia prædicat & docet. Et cum tunc non potuerimus reſpondere, voluimus Conſtantinopolim accedere, & ibi reſpondere: tardauimus propter aliqua quæ contigerunt nobis. Poſt hoc Conſtantinopolim venientes dedimus operam, vt plenariè reſponderemus.

31 Scitote ergo, Sanctiſſime Pater, quòd cum omni ſollicitudine, quâ poſſumus, laborauimus, & laboramus, vt Eccleſia noſtra Sanctæ Romanæ Eccleſiæ vniatur, & cum conſilio & deliberatione Baronum noſtrorum dicto Domino Fratri Petro reſpondimus, quòd ſicut promiſimus, ita volumus, & ſumus obedientes & fideles ac
quibus profitetur fidem Catholicam, deuoti Romanæ Eccleſiæ: imò & promittimus, & iuramus, & firmiter ego promitto & teneo omnia integrè, quæ ſancta Romana Eccleſia tenet, & ipsâ fide volo viuere & mori, & nullo tempore ab ipsâ diſcedam. Et ſic promiſi dicto Domino Fratri Petro, & in manibus ſuis iuraui, præſentibus Epiſcopis multis: & ſeruabo amodò fidem & fidelitatem ſummo Pontifici, quam ſeruant alij Principes Romanæ Eccleſiæ. Nunc autem hoc facere non poſſum, quòd totus populus obediat, quia non omnes ſunt mihi fideles, nec obediunt, & multi inſidiantur, vt habeant occaſionem contra me. Sed omnino complebo & firmabo vobis, ſi adiutorium mittitis quod quæſiui, & nullus erit qui contradicat. Scio enim quòd ſi venerit Legatus veſter cum galeis & adiutorio quod quæro, omnes ſubiicientur, & erunt fideles vobis.
& implorat auxilium cõtra Turcas, Et nunc, Sanctiſſime Pater, ne contemnatis me filium veſtrũ: omne enim genus meum à *d* principio voluit o-
d bedire Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ, & fidele fuit &
e ſubiectum, & etiam *e* proauus meus vſque in finem vitæ ſuæ: & in obedientiâ, fidelitate, & deuotione prædictis deceſſit. Et ſic faciam ego omnino Deo auxiliante. Igitur ne contemnatis me filium veſtrum, nec ſpernatis ciuitatem & terram meam, cum exiguo ei adiutorio, &
benedictione Legati victoriam adeptus: omnia vobis ſubiicientur. Multa bona fecit nobis Deus poſtquàm accepimus per dictum Dominum Petrum benedictionem veſtram. Statim enim accepimus viuum magnum Principem Turcorum, & ſubiecerunt ſe nobis
f multa caſtra. Necnon, *f* qui ſe fecerat Imperatorem, habemus in carceribus noſtris, cum vxore & pueris ſuis: & credimus quòd totum eſt factum propter benedictionem veſtram, de quâ multùm ſperamus. Omnia quæ ſcripſimus volumus adimplere.

g h 32 Voluimus autem & *g* filium noſtrum *h* Deſpoten
conſtituit filium ad Pontificem mittere, Sanctitati Veſtræ deſtinare. ſed Dominus Legatus non iudicauit ad præſens id fieri. Spero autem quòd in breui veniet ad Veſtram Sanctitatem: & vtinam ego ipſe poſſem venire ad exhibendum reuerentiam, quam debeo.
ſchiſmaticum Patriarcham deponere. Quæ autem ſcribere propter multiloquia obmiſimus, dicto Domino Legato commiſimus Veſtræ Sanctitati
i referenda. Propter *i* Patriarcham verò non dubitetis: deponam enim eum & ponam alium, quem ſcio Sanctæ

Romanæ Eccleſiæ eſſe fidelem. Gratias autem ago vo- AVCTORE
bis, quia miſiſtis ſic nobis ſapientem virum & pruden- PHILIP.
tem, de quo Imperium noſtrum multùm eſt conſola- MAZZE-
tum, & omnes Romæi & Latini: propter doctrinam e- RIO,
nim ſuam in meliorem vitam ſunt mutati & confirmati. EX MSS.
Recommendo me ipſum & meum Imperium Veſtræ Sanctitati. Ad ſecuritatem prædictorum & manifeſtam adimpletionem præſens inſertum iuſſit fieri Imperium noſtrum, quod *k* rubeis litteris manu propriâ more con- k
ſueto ſignauit, & *l* aurea bulla eſt appenſa. Scriptum eſt l
enim Conſtantinopoli in noſtro à Deo cuſtodito palatio Blachernarum, anno à conſtitutione mundi *m* ſexto mil- m
leſimo octingenteſimo ſexageſimo ſexto, menſis Nouembris ſeptimo die, Indictione vndecimâ.

33 His omnibus laudabiliter peractis non ſolùm *Latinos Conſtantinopoli agentes confirmat S. Petrus.* Græci ad veram fidem reformati, & in meliorem vitam mutati; ſed etiam Latini & Ianuenſes & aliæ nationes Chriſtianorum illic commorantium per ſanctam prædicationem & doctrinam, necnon & deuotam conuerſationem ipſius Domini Fratris Petri, ædificabantur in deuotione & vnitate Eccleſiæ Romanæ, & lætantes animabantur contra Turcos ad ſuſtinendum bella Dei in pace Eccleſiæ.

a Ioannes Palæologus, *dictus* Caloioannes, *filius Iunioris Andronici, accepto à tutore* Ioanne Cantacuzeno *imperio (de quo ipſe Cantacuzenus lib. 4. hiſtoriæ cap. 41. & 42.) miſit ad Pontificem* Apocriſarios Paulum Archiepiſcopum Smyrnenſem, & nobilem virum Nicolaum Sigeros.

b *VVaddingus in Vitâ & Annalibus Minorum ſcribit* Minoritam *fuiſſe.*

c *An* Chryſopolis *vrbs Epiſcopalis, ſub Archiepiſcopo Philippenſi, in Achaiâ? In Bullis Apoſtolicis, & Annalibus Minorum dicitur* Siſopolitanus. *an aliqua* Siſopolis, *ſeu* Cyſopolis *fuerit vrbs Epiſcopalis, necdum reperimus.* *Chryſopolis.*

d *Primus Palæologorum fuit* Michaël, *qui Conſtantinopolim Latinis Imperatoribus eripuit anno* 1261. *Legatos miſit ad Lugdunenſe Concilium an.* 1274. *& conditum in eo decretum fidei ratum habuit. Obiit, teſte Nicephoro Gregorâ, anno Græcorum* 6791. *Chriſti* 1283. *& quòd ſe cum Romano Pontifice coniunxiſſet, ab* Andronico *filio, ne plebeio quidem ritu eſt ſepultus; haud procul caſtris, in quibus tunc erat, humo obrutus.* *Michaël Palæologus Imp. Catholicus.*

e *Proauus* Andronicus *ſenior, Schiſmaticorum ſummus fautor ideoq; à Clemente V. III. Nonas Iunij, anno Pontificatus eius* 2. *Chriſti* 1307. *excommunicatus. An hunc à nepote Andronico Iuniore in monaſterium detruſum vult reſpuiſſe? Certè grauiſſimo morbo liberatum eſſe per aquam fontis* B. Mariæ, *& morituram petiiſſe habitum monaſticum, ſcribit Cantacuzenus lib.* 2. *cap.* 16. *&* 17. *Videtur potiùs hîc proauus pro abauo poſitus. De abauo* Caloioannis Michaële *Catholico iam dictum.* *Andronicus fil. ſchiſmaticus.*

f Matthæus *is erat, filius Cantacuzeni, de cuius, vxoris, duorum filiorum, & totidem filiarum captiuitate, agit Cantacuzenus lib.* 4. *cap.* 45.

g Manuele m, *vt in priore epiſtolâ apud* Bzouium *an.* 1355. *num.* 39. *ſcribit. Hic poſteà imperium adminiſtrauit, Princeps pius, prudens & eruditus.*

h Δεσπότης Dominus. *Hanc appellationem Imperatori, filiis eius, & generis potiſſimùm tributam, docet Pontanus noſter ad Cantacuzenum.* Deſpotæ *titulus.*

i *Hic Calliſtus erat, de quo paſſim Cantacuzenus; de eius legatione ad Triballos & obitu cap. vltimo, libri* 4.

k *Nicetas lib.* 1. *vocat* γράμμα ἰσυθροσήμαντον σφραγῖδί τε χρυσείᾳ καὶ σπειρῷ νήμασιν ἁμίτοις, κόγχης ἀναδευμένῃ αἵματι. litteras rubricâ notatas, ſigilloque aureo, & ſerico filo munitas, quod conchæ ſanguine tinctum erat.

l *Zonara tom.* 3. γραφὴ χρυσόβουλλος, & χρυσοσήμαντος, epiſtola aureæ bullæ, & aurei ſigilli *dicitur.*

m *Is annus Chriſti eſt* 1358. *ſed inchoatus à Septembri anni Latinorum* 1357. *vt in prolegomenis dictum.*

CAPVT VI.

Iter in Cyprum & Palæſtinam.

34 TEmpore autem ordinato Dominus Frater Petrus Imperatori cum lacrymis valefaciens, versùs regnum Cypri nauigauit. Et applicante eo ad ciuitatem Famaguſtam Rex *a* Hugo bonæ memoriæ Ieruſalem & Cypri præclariſſimus & Catholicus inter omnes Reges Chriſtianorum, aduentum ipſius Domini Fratris Petri in regnum ſuum audiens, obuiàm ſibi perſonali- *a* *Ab Hugone Rege Cypri magnificè exceptus.*

AVCTORE PHILIP. MAZZARIO; EX MSS.

ter iuit cum tantis honoribus & ſolemnitatibus, quòd maiori Prælato Eccleſiæ Dei ſuffeciſſet, & Epiſcopum in ciuitatem ſuam *b* Nicoſenſem duxit. Dominus Frater Petrus videns ſibi honores vltra modum per Regem impenſos, ipſos quantùm poterat recuſabat, Regi benignè dicens: Non ſum Nuntius, ſiue Legatus Papæ, ſed quidam Frater peregrinus pauper, deſiderans ſepulchrum Domini viſitare: & ideò placeat Regali Maieſtati mihi iſtos honores non facere, quia non ſum dignus tantis honoribus. E contrà Rex dicebat: Domine Epiſcope, benè cognoſcimus vos, & quæ per manus veſtras Dominus facere voluit: etſi non eſſetis Nuntius Papæ, neque Epiſcopus, nihilominùs quia Magiſter in Theologiâ eſtis, & propter virtutes veſtras, honorare vos vellemus. E contrà Dominus Frater Petrus ſe humiliando, & ſacram Scripturam piè allegando, reſpondebat. & ſic pia lis inter ipſum & Regem oriebatur. Tandem Dominus Frater Petrus coram Rege prædicans, Rex multùm ipſum laudabat, & ampliùs honorabat, & omnia ſigna amicitiæ familiariter ſibi oſtendebat.

b honorem declinat:

morbo corripitur,

35 Deo verò permittente Dominus Frater Petrus quamdam infirmitatem magnam habuit in Cypro; de quâ ipſe Rex & omnes ſui in immenſum doluerunt, quod benè oſtenderunt. Nam omni die infirmitatis ipſius Fratris Petri *c* Regina Ieruſalem & Cypri manibus propriis cibum ipſius præparabat, nec de cibo comedebat. Quæ res non modicum eſt miranda. Pluribus enim diebus infirmitas eius durauit, ſed Deo fauente, & Reginâ miniſtrante, conualuit & ſanatus eſt.

c Regina manibus paratum cibũ quotidie accipit:

36 Vale ergo Regi & Reginæ faciens, ipſis regratiando de beneficiis, ad viam Ieruſalem ſe diſpoſuit: & contra conſilium Regis, qui periculum ipſius Domini Fratris Petri, & malitiam Saracenorum benè cognoſcebat, & quòd via ſua Saracenis manifeſtaretur pro falſis Chriſtianis mercatoribus intimauit. Ipſe verò admonitionibus Regis non acquieſcens, de Deo confiſus, mare transfretauit, & Ieruſalem peruenit. Quomodò autem à fidelibus Chriſtianis receptus fuit, longum eſſet ſcribere. Viſitauitque ſepulchrum Domini, & alia loca ſancta, cum tantâ deuotione & lacrymarum effuſione, quòd omnes fideles prouocauit ad lacrymas. Quomodò autem ſuper ſepulchrum Domini celebrabat deuotiſſimè; quomodò pro Fratribus Chriſtianis Deum deuotè exorabat; quomodò Chriſtianos in Ieruſalem & terram ſanctam inhabitantes piè confortabat, etiam vſque ad mortem pro Chriſto ſuſtinendam; quomodò martyrium affectabat, non valerem verbis exprimere. Quid plura? Multi ac multi ſibi dicebant: Pater non poteſtis euadere corporalem mortem; nam agnitus eſtis Papalis Nuntius eſſe. Ipſe verò confortatus in Domino Ieſu talia verba paruipendens, toto corde martyrium deſiderans, ſi à Deo eſſet, velut alter Franciſcus. Nam omnes Chriſtianos cuiuſcumque nationis, quos habere potuit, congregauit in montem Sion *d* circa horam tertiam, coram omnibus Saracenis aduenientibus omni tempore, poſtpoſito timore, gloriosè & authenticè prædicauit. Illo tunc Saraceni murmurauerunt, & timor inuaſit omnes Chriſtianos. Quidam autem Saraceni & falſi Chriſtiani dicebant, Quia bonus eſt; alij verò, Malus eſt.

d publicè concionatur:

inuiſit loca ſacra:

37 Ipſe verò peregrinatione ſuâ peractâ, gratias Deo agens, per medium illorum ibat, & nemo in eum manum poſuit, & reuerſus eſt Cyprum ſine aliquo impedimento. Rex autem ipſum videns, & quæ fecerat inter Saracenos audiens, dulciter ipſum recepit admirando, & pluſquàm admirando, & Deo regratiando, quòd à Saracenis viuus euaſerat. Ipſe quidem ſuæ præparationis impediente cauſsâ aliquibus temporibus in Famaguſtâ *e* remeante, Creatori ſuo Virginique glorioſæ ſic totis viribus humiliter ſeruiebat, quòd omni mediâ nocte vel circa, in camerâ ſuâ proſtratus in terram tam deuotè & tam feruidè, & ſic tam intentè in orationes prorupit, vt quaſi raptus nihil mundani ſentiret. Vnde quidam ſuus Capellanus vnâ vice, dum per ſuam cameram extinctâ luce pergeret, ſuper ipſum Dominum Fratrem Petrum tranſiuit, nec ab eodem ſentitus fuit, vt narrabat. Et eiſdem horis, quibus ſic in orationibus proſtratus erat, ignis de cælo ſuper cameram ipſius per Armenos & alios ibi vicinos & confines viſus eſt quampluries deſcendere. Quod miraculum non ſolùm per præfatos Armenos & Græcos, verùm etiam per ſchiſmaticos & fidei Catholicæ alienos, & qui hoc, vt dictum eſt, viderant, eſt indubitanter approbatum. Ob cuius reuerentiam & perpetuam memoriam Fratres Carmelitæ ipſius domus in Famaguſtâ in aurorâ diei cuiuſlibet Miſſam conſtituerunt celebrari.

e remeante, Creatori ſuo Virginique glorioſæ ſic totis viribus humiliter ſeruiebat, quòd omni mediâ nocte vel circa, in camerâ ſuâ proſtratus in terram tam deuotè & tam feruidè, & ſic tam intentè in orationes prorupit, vt quaſi raptus nihil mundani ſentiret.

feruenter nocte orat,

ignè ſuprà cubiculum eius apparentem

38 Omni autem intentione ſuâ completâ, Rege & populo eius per prædicationem & ſanctam conuerſationem ipſius Domini Fratris Petri ædificatis, ipſe valefaciens Regi reuerſus eſt ad Curiam Romanam, & à Papâ Innocentio & omnibus Cardinalibus glorioſè viſus eſt. Poſt aliqua tempora præclariſſimus Hugo Rex Ieruſalem & Cypri prædictus, Papæ Innocentio miſit epiſtolas, in quibus continebatur quòd Soldanus audiens aduentum ipſius Domini Fratris Petri Papalis Nuntij in Ieruſalem, eius prædicationem, & receſſum de terrâ ſuâ, timuit & doluit, & pro *f* Admirato Ieruſalem ſtatim miſit, & ipſum decollari fecit, eò quòd ipſum Dominum Fratrem Petrum de terrâ ſuâ permiſiſſet exire.

redit Auenionem.

f Admiratus.

a Hugo Luſinianus, *infrà num.* 48. de Leſignico, *cuius maiores à Pictonibus Galliæ (vbi* Luſiniacum caſtrum, *ciuilibus bellis à Luſinianâ Ducè Montpenſerio ann. Ch.* 1575. *euerſum) oriundi, in Palæſtinâ Reges Cypri militarunt: ex quibus* Guigo Luſinianus *vltimus Hieroſolymorum pri. Rex, vrbe à Saladino Ægypti Calyphâ an. Ch.* 1187. *expugnatâ, regnum Cypri ab Henrico II. Rege Anglorum emit, ſummâ, pro quâ Templarius erat oppignoratum, repræſentatâ. itaq; eo regno Luſinianorum familia potita eſt ad annum vſque Ch.* 1476. *quo, extincto* Iacobo *puero, deuenit in poteſtatem Venetorum.*

b Nichoſſia *legebatur in MS. Eſt* Nicoſia *ſedes regia & archiepiſcopalis.*

c Leonora *VVaddingo; filia Petri Principis Aragoniæ, Comitis Ripacurtiæ, & Montaneorum, Iacobo II. Rege Aragonum prognati, quem Surita tomo 2. hiſt. Aragoniæ lib. 6. cap.* 72. *Comitem Ripacurtiæ, & Empuriarum vocat.*

d *VVaddingus,* in æde Fratrum Minorum.

e *Idem* in cœnobio Carmelitarum.

f *Sic infrà num.* 4. Admiratus Hoſpitalis militiæ. *Apud Bulingerum lib.* 8. *de Rom. Imper. cap.* 83. Amiræus *dicitur* Princeps Senatus Saracenorum.

CAPVT VII.

Legatio Apoſtolica vniuerſalis in Oriente. Creta ab hæreſi purgata.

39 PApa Innocentius *a* informatus de diligentiâ, ſapientiâ, & virtutibus ipſius Domini Fratris Petri; & quomodò Dominus per manum eius in omnibus viis eius & legationibus operabatur, Eccleſiam ſuam ſanctam multiplicando & ſublimando; informatus etiam per epiſtolas Regis Ieruſalem & Cypri ac ipſius Imperatoris Conſtantinopolitani de virtutibus eius; ipſe Papa, de conſilio Cardinalium, determinauit ipſum Dominum Fratrem Petrum Pactenſem Epiſcopum ad partes *b* Romaniæ & Cypri mittere, nõ Nuntium Papalem ſingularem tantùm, ſed Legatum Sedis Apoſtolicæ ſpecialem & vniuerſalem, vt in partibus prædictis *c* ædificare, plantare, euellere, contra inimicos fidei bellare, ſchiſmaticos ad vnionẽ Eccleſiæ reducere, & ad omnia alia, quæ ad officium plenæ legationis Apoſtolicæ pertinere deberent. Et Papa dedit ei in augmentationem ſtatus ſui Eccleſiam Coronenſem. Ipſe autem Legatus priuilegiis Apoſtolicis munitus, benedictione Apoſtolicâ acceptâ, ad partes ſibi iniunctas peruenit. Et officio ſuæ legationis fungens, galeras Venetorum, Hoſpitalis, & aliorum fidelium congregauit. Et *d* ciuitatem Smyrnarum ſibi commiſſam, & alia loca ſuæ legationis Chriſtianorum, piè & ſtrenuè viſitans, Conſtantinopolim peruenit. Et Imperatorem contra Turcum guarram facientem

a

Legatus Apoſtolicus vniuerſalis in Orientem mittitur.

b

c

antè creatus Epiſcopus Coronenſis:

d

Iuuat Imperatorem contra Turcas:

cientem, & adiutorio indigentem, ipſe Legatus plurimarum *e* galearum comitatu aſſociatus viſitauit,& eum, ſicut priùs promiſerat, confortauit. Et omnes ſuæ legationis Chriſtianos in guarram Turcorum piè animauit: multa bona *f* ſpiritualia & temporalia offerens & promittens ibidem Imperatori prædicto & omnibus Magnatibus, & populo ſuæ legationis prædicando, ſanctè conuerſando,& corporaliter bellando ædificabat: multa opprobria inuidorum & detractorum & falſorum Chriſtianorum ſuſtinebat, & multos labores corporales & pericula infinita pro multiplicatione fidei incurrebat: & plures victorias magnas intrinſecus & extrinſecus contra Turcos ſibi dabat Deus.

e

f

caſtrum Lapſacum expugnat:

40 Nam inter alias ipſemet cum galeis prædictis & galeis Imperatoris conſilio ventilato ad quoddã caſtrum Turcorum, nomine *g* Lapzaco vocatum, à mari ſatis remotum iuit. Ipſe quidem & ſui manu forti caſtrum fortiter expugnauerunt,& tandem adiutorio Dei,& admonitionibus feruentibus ipſius Legati, poſt multos labores & pericula, caſtrum fortiter obtinuerunt: & gratias Deo agentes, caſtrum expoliauerunt & combuſſerunt, & conſilio determinato poſuerunt ſe ad viam galearum. His peractis Turci flammam habitationis eorum videntes, & dolentes, in magnis turmis congregati inter mare & caſtrum in inſidiis latitabant, vindicare ſe de Chriſtianis cupientes. Dominus autem Legatus de vitâ & morte in Domino confortatus, quinquaginta militum Hoſpitaliorum, plurimorum Venetorum, Ianuenſium, Anglicorum, Græcorum, & aliorum Chriſtianorum turmâ aſſociatus, agmine ſuo ordinato versùs galeas ordinatè tendebat. Et ecce Turci in diuerſis turmis de inſidiis exeuntes, vlulantes & vociferantes vnanimiter in noſtros Chriſtianos fortiſſimum impetum fecerunt. Et ſtatim alio alium non expectato omnes marinarij Chriſtiani, & alij quamplures, vexilla ſua relinquentes,viliter & in opprobrium fidei Chriſtianæ ad galeas fugerunt. Dominus autem Legatus inteſtinis dolens cum militibus Hoſpitalaribus & nonnullis aliis occidentalibus paucis, Turcis reſtitit, & faciem non mutauit. Illo tunc bellum aggrauatum eſt, quia Chriſtiani noſtri pauciſſimi, & Turci infiniti erant; ſemper defendendo & inuadendo Turcos noſtri Chriſtiani versùs galeas ſe trahebant. Tandem ſtrenuitate militum Hoſpitaliorum,necnon & aliorum paucorum,& ſtrenuitate & benedictione ipſius Domini Legati, Turcis deuictis & retroactis, Deo operante galeas aſcenderunt. In bello quoque prædicto ſeptem de familiâ Domini Legati viriliter defendendo occiſi ſunt,& quamplures alij Chriſtiani fugientes. De Turcis verò trecenti mortui ſunt & Capitaneus eorum. Et ſic voluit Deus Legato ſuo victoriam dare in captione caſtri;& in bello quoque virtutem eius & conſtantiam oſtendere, & in fine belli de inimicis eius vindictam accipere.

g

Turcis ex inſidiis irruentibus

generosè cum paruâ ſuorum manu reſiſtit:

41 Talibus autem operibus, videlicet prædicando, docendo, bellando, infideles baptizando, ſchiſmaticos reducendo, & Eccleſiam Dei multiplicando, Dominus Legatus continuè militabat, modò in Smyrnis,modò in Rhodum, modò in Conſtantinopolim, modò in Cyprum, modò in inſulam Cretæ, modò in Turciam,modò cum multis galeis, modò cum paucis; & aliquando ſoli proprio corpori non parcebat nauigando & guarram faciendo, opportunè quoque & importunè, in hieme ſicut in æſtate, in periculis maris, in periculis bellorum, in periculis hominum, & continuò in falſis fratribus,lætanter omnia ſuſtinebat.Et tantùm laborauit Deo auxiliante, quòd tempore legationis ſuæ durante communiter Turci perdiderunt. Nam vnus de maioribus Principibus Turcorum, videlicet Dominus de *h* Hatelogo, tributum reddidit, quod numquàm anteà alicui Legato vel Chriſtiano fecerat, & Chriſtianos abinceps in terram ſuam ſemper honorauit.

quemdam Turcam Eccleſiæ tributarium facit:

h

quamdam hæreſim oppreſſurus Cretam petit,

42 Poſteà autem Dominus Legatus in legatione ſuâ ſic proficiens, ab inſulâ Crete noua audiuit, quæ cor eius non modicùm conturbarunt, videlicet quòd quædam hæreſis abominabilis in inſulam prædictam pullulabat, & ſpecialiter inter Nobiles & maiores illius inſulæ.Dominus autem Legatus extinguere deſiderans *i* hæreſim antequàm fortificaretur, omnia alia negotia ſuæ legationis poſtponens, in Candiam cum ſolâ galiotâ applicuit; & hoc contra conſilium omnium amicorum ſuorum, duabus de cauſſis. Nam galeas Venetorum plures ipſe Legatus retinuerat, per verba ſuæ miræ prædicationis, in ſeruitium Dei contra Turcos, per aliqua tempora vltra terminum galeis datum per Dominationem ipſorum. Et amici Legati dubitabant,quòd,ſi veniret in Cretam, Dux Cretarum à Legato de facto repeteret propter ſtipendia galearum prædictarum, quod impoſſibile erat Legato ſoluere. Alia cauſſa erat, quòd non iret Cretam,quia principalis illius hæreſis erat cognatus germanus vxoris Ducis Cretarum: & ideò amici eius timebant. Ipſe autem Legatus Deum magis timens, quàm homines, & mortem proprij corporis & amicorum paruipendens, de Deo confiſus, & officio ſuo ſtrenuè fungens,omni timore poſtpoſito ciuitatem Candiæ aſcendit, ibique à Duce non tamquàm Legatus vel amicus, ſed quaſi inimicus receptus eſt. Et ideò ſupradicta dubia amicorum Legati & vltrà euenerunt. Nam Dux prædictus, viam Dei neſciens, ſtipendia galearum prædictarum à Legato importunè, ſuperbè, & cum minis repetiit. Legatus autem verba eius ſapienter diſſimulans, de hæreſi ſubtiliter inquirebat, & tempus tranſibat.

i

contemptis propoſitis periculis;

43 Inuentâ autem hæreſi, hæreticos in ciuitatem Candiæ commorantes Legatus coram ſe vocari fecit,inter quos cognatus vxoris Ducis vnus illorum & maior erat. Iam hæretici hæreſim ſuam firmauerant,inſulam & fideles multos corruperant. Hæretici verò collatione factâ, ad præſentiam Legati cum ſuperbiâ, arrogantiâ, & indignatione venerunt. Legatus autem dulciter & piè eos in quodam ſermone ipſos de fide examinauit. Ipſi autem verba bona & dulcia Legati paruipendentes, arroganter & non ad propoſitum reſponderunt. Tunc Legatus ipſos diuidere voluit, & ſigillatim vnumquemque examinare, petens pro parte Eccleſiæ Romanæ adiutorium à *k* brachio ſeculari, videlicet à Duce.Dux verò iſta audiens,furibundus & malè diſpoſitus,& ab vxore agitatus, ad Legatum venit, & multa opprobria ſibi dixit, adiutorium ſibi negando & ipſum minando.Quo facto quoddam murmur, ad promotionem amicorum hæreticorum, in ciuitatem & inſulam, & in mortem eius & ſuorum Latinorum Eccleſiæ Romanæ ſurrexit. Et tunc omnes familiares ipſius Legati reputabant ſe mortuos, & Domini ſui horam mortis expectantes.Legatus autem talia videns, in Domino confortatus, nihilque timens, omnes ſuos Latinos Eccleſiæ ſuæ Romanæ piè confortabat, & vſque ad mortem pro eis ſuſtinendam pro fide Catholicâ, ſi expediret, laborauit.

k

opprobria laceſſituri

citat hæreticos:

44 In craſtino autem Legatus virtutem Dei & Eccleſiæ ſuæ oſtendens, Ducem & totam ciuitatem pulſatis campanis *l* interdixit & excommunicauit, officium diuinum ſuſpendit,& oſtia omnium eccleſiarum Latinorum claudi fecit, & Ducì talia verba dixit, quòd omnes mirabantur, dicendo, quòd Eccleſia Romana fidelibus regna dabat, & ab infidelibus regna leuabat; & in caſu quòd inobedientes & hæreſim ſuſtinerẽt,Dominus Papa à Venetis Dominationes Cretarum leuaret, & alteri daret.

l

Ducem excommunicat, & ciuitati ſacra interdicit, aliis addãtis minis:

45 Dux verò audiens magnalia Dei, & opera quæ à Deo faciebat, conſilio habito, timor Dei percuſſit cor eius, & incepit timere Papam & Dominationem ſuam Venetorum. Tunc mollificatus à Deo, perſonaliter ad Legatum venit, veniam ſibi petens de præmiſſis. Legatus humiliter eum recepit, & per verba ſancta ab omni malitiâ ipſum & alios reuocauit. Et taliter quòd Dux & conſilium ſuum in examinatione hæreticorum fuerunt, & à Legato in præſentiâ Ducis condemnati fuerunt in

reſipiſcentes in gratiam recipit:

AVCTORE PHILIP. MAZZARIO. Ex MSS.

AVCTORE PHILIP. MAZZARIO, EX MSS.

mortem ignis. Hæretici iustè condemnati, hæresim suam coram omnibus confessi sunt, quam coram Legato & omnibus reuocauerunt, & deuotè veniam petierunt. Cognatus autem vxoris Ducis in hæresim perseuerauit, & per Ducem proprium, brachium seculare, combustus fuit. Miranda res, & plusquàm miranda fuit. Nam Cretenses tunc fautores hæreticorum, qui antè dentibus in Legatum fremebant, modò ipsum quasi adorant & venerantur, & à Duce & Nobilibus insulæ mirabiliter honoratus, quidquid petebat adimplebatur:

hæresiarcham pertinacem comburi curat,

46 Ipse autem Legatus hæresi extirpatâ & eradicatâ, Ecclesiâ sanctâ Romanâ triumphante, & Legato lumine sanctæ fidei insulam Cretarum illuminante, cum beneuolentiâ & laudibus de Candiâ recessit, & in itinere suo in quadam ciuitate Cretarum applicans, *m* Caneâ vocatâ, ossa cuiusdam hæretici hæresis prædictæ effodi fecit & comburi. Et transiens per legationem, & versùs ciuitatem Smyrnarum, venit ad custodiam, cuius Legatus ipse labores & pericula vltra quàm dici possit sustinuit, modò stipendiarios Smyrnarum propriâ pecuniâ & sudore soluendo, modò eos dulciter admonendo & prædicando, & pluribus vicibus cum eis contra Turcos personaliter certando. Et breuiter omnes pecunias, siue de stipendiis suis propriis, siue de prædicatione & quomodocumque habere poterat, in custodiam Smyrnarum & guarram Turcorum, lætanter ponebat, parcè viuendo. Et quidquid habere poterat de Cypro, de Rhodo, & communitatibus Ianuensibus & Venetis, in tali vsu se gloriabatur ponere.

m item ossa haretici hominis refodi & cõburi;

omnia sua ad bellum sacrum confert.

a *In Bullâ, quâ instituitur Legatus Apostolicus, dicitur* prædicari vir timoratus, & prouidus, & in lege Domini ipsâque fide Catholicâ admodùm eruditus, ac frequenter in arduis, & præsertim in illis partibus *Orientis* comprobatus, clarus scientiâ, plenusque multis virtutibus.

b *Vt Constantinopolis* noua Roma, *ita Thracia appellata est* Romania.

c *In Bullâ:* Vt ibidem auctore Domino recta regens, & dirigens indirecta, & aspera conuertens in plana, sicut diligens cultor euellas & destruas, dissipes & disperdas, ædifices & plantes *&c. vnde hæc descripta sunt.*

d *In Bullis Apostolicis* Nicolaus Benedicti, Præceptor Domus Venusinæ Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, *destinatur socius Petri,* & Smyrnarum ciuitatis Vicarius & Capitaneus. *Ipse autem Petrus ad vrbis huius tutelam, & defensionem Orientis, præficitur exercitui Crucesignatorum.*

e Certas galeas, *id est, triremes,* sub Romanæ Ecclesiæ nomine & vexillo tenendas destinauit Petro Innocentius, *in litteris Apostolicis.*

f *Idem indulgentias plenarias concessit euntibus ad hoc bellum, subsidium mittentibus &c.*

g *In historiâ Musulmannicâ Turcorum Leunclauij lib.* 13. Lepseke *dicitur, quod antiquis* Lampsacum, *Asiæ ad Hellespontum oppidum. isthac haud multò antè se primùm infuderant in Græciam Turcæ.*

h *VVaddingus* Dynasta Alti-loci.

i *Innocentius peculiari diplomate statuerat* Petrum *generalem Inquisitorem hæreticæ prauitatis in partibus suæ legationis.*

k Facultatem concesserat *Innocentius* inuocandi ad hoc, cùm opus fuerit, auxilij brachij secularis.

l *Et hæc ei facultas concessa,* contradictores, rebelles, & impedientes quoslibet per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendi.

m *Vrbs Episcopalis in Cretâ Occidentali, & post* Candiam *totius insulæ præcipua. Belonius veterem* Cydoniam, *seu* Cydonem, *existimat esse. commodissimus hic portus. VVaddingus perperàm* Cunilæ vrbem *legit.*

CAPVT VIII.

Inauguratio Petri Regis Cypri. Schismaticorum reductio.

a 47 TEmpore interuallo & bonæ memoriæ *a* Hugone Ierusalem & Cypri Rege viam vniuersæ carnis soluto, Petrus eiusdem primogenitus ad sceptrum regale veridicè & hæreditariè peruenit. Et quia Legatus talis & tantæ famæ erat, opera sua manifestabant; inb clytus atque deuotus Princeps *b* coronam Ierusalem & sacram vnctionem regalem desiderans, pro Legato misit, vt ab ipso sacraretur & coronaretur. Legatus verò in c Rodurâ erat, & præ laboribus præcedentibus fortissimè febribus infirmabatur. Nam ad festa circa Natalem Domini in loco iacuit vsque circa festum Paschæ proximè subsecutum. Quo festo appropinquante, & termino coronationis Regis imminente, Legatus infirmitatem propriam paruipendens, & honorem Ecclesiæ, videlicet coronationem prædictam, desiderans, ipsum in pedibus sustinere non valens, in galeam portari se fecit. Et ipso nauigante versùs Cyprum, de infirmitate suâ valdè aggrauabatur taliter quòd sui desperabant ipsum non posse viuum applicare Cyprum. Sed Deus, qui sanctum propositum Legati cognoscebat, qui cor & renes scrutatur, in Legatum miraculum euidentissimum ostendit. Nam galeâ applicante in portu Paphensi, Legato in lecto quasi mortuo apparente, Dominus Berengarius Gregorensis Nicosiensis Decanus, eius socius, de galeâ per porticulam pauperis exiuit, ipsam post eum clausit, in ciuitatemque iuit hospitium præparari, in quo corpusculum Legati requiescere posset. Et hospitio præparato, Dominus Berengarius ad galeam reuersus est infra quasi horam à recessu eius à galeâ. Et ecce opera Dei & mirabilia eius! Nam eadem horâ quâ recessit Dominus Berengarius Gregorensis, ad plenum sanus sine aliquâ febre vel aliquâ infirmitate de lecto surrexit, & super puppim galeæ ascendit lætus & hilaris, Deo regratians in immensum. Dominus verò Berengarius ipsum videns stantem supra puppim, cum admiratione non modicâ Legatum interrogauit, quomodò stabat; respondit, Valdè benè. Et quomodò statis? Ipse dixit: B. Gregorius me sanauit.

c

Euocatus ad coronandum Regem Cypri, ager eò properat:

subitò sanatur ope S. Gregorij:

48 Descendit autem de galeâ, & venit ad ciuitatem & hospitium sibi præparatum, & abinceps nullam infirmitatem habuit. Miranda res & clarissimum miraculum est omnibus à Domino patefactum: de quo ab ipso Domino Berengario socio cum deuotione non modicâ mihi referente, sibi amicabiliter consolanti. Legatus autem tunc ad Regem veniens, si à patre honores & amicitias receperat suo tempore, à filio verò non minùs. Rex Petrus cum laudibus & magnificentiis contra eum iuit, & eum deuotè & humiliter recepit, honores decentes sibi exhibendo. Et à Reginâ matre eius, & *d* Reginâ consorte ipsius, & ab omnibus Nobilibus, Dominis & Dominabus, cum gaudio & honore susceptus est. Tempore autem statuto & determinato ipsius Regis coronationis, & multis prædicationibus & diuinis admonitionibus ipsius Legati præcedentibus, Rex, Regina, Legatus, omnis exercitus, & populus vtriusque sexus, in Famagustâ, cum magnâ solemnitate, venerunt: & aliquibus peractis solemnitatibus ad talem actum pertinentibus, ad requisitionem omnium Baronum nobilium regni, necnon & totius populi, vnâ voce clamantium, Legatus Pontificalibus indutus, cum omni Clero solemniter associatis suffragiis, cæremoniis ad hoc pertinentibus laudabiliter & deuotè peractis, cum omni gaudio & laude Dei, in ecclesiâ Cathedrali Famagustanâ, coram omnibus, ad honorem Dei & Ecclesiæ suæ sanctæ, & multitudinem fidei, & destructionem inimicorum Crucis, Petrus de Lezignico iam coronatum coronâ Cypri, oleo sancto inunxit & sacrauit, & coronam Ierusalem hæreditariè sibi legitimè pertinentem super caput eius posuit, & ipsum solemniter coronauit: & factum est gaudium vniuersale ab omnibus Christianis Orientalibus, & maximè accipientibus. Et durauit solemnitas post coronationem multis & multis diebus in Famagustâ, & posteà Nicosiensi; Legato semper prædicante, docente, & in viam Dei & inimicorum fidei destructionem, Reges & alios confortando.

magnificè excipitur

d

Regem coronat & inungit:

49 Multis autem diebus transactis ad aures ipsius Legati peruenit, quomodò Episcopi & Sacerdotes Græci, & omnis populus Græcus Cyprienſis, schismatici erant, nec Ecclesiæ Romanæ reuerebãtur: imò fideles nostros

ſtros ad ritum ipſorum, quantùm poterant, inducebant. Legatus autem iſta audiens, & clarè videns Eccleſiæ Catholicæ perditionem, ſuſpirando condoluit & ingemuit. Ipſe autem vnionem Eccleſiarum & cæcos ad verum lumen Eccleſiæ reducere deſiderans, informatione factâ, & à Rege petitâ licentiâ, Epiſcopum maiorem Græcorum, & omnes Sacerdotes eius quos habere poterat, in eccleſiâ maiori Nicoſienſi ad ſe conuocari fecit. Ibique Legatus Clericorum & ſapientum Latinorum turmâ aſſociatus, eccleſiæ ianuis omnibus clauſis, ne tumultus Græcorum fieret, ſedens coram altari maiori, Epiſcopum Græcorum & omnes Sacerdotes eius coram ſe vocari fecit. Ibique dulciter & demonſtratiuè ſacram Scripturam eis exponens, & errorem eorum clarè demonſtrans, ipſos ad veram fidem & Eccleſiæ Romanæ veram obedientiam benignè informabat. Et iam multi & multi confeſſi ſunt errorem eorum, & reformati ſunt.

Schiſmatitos in templum conuocat,

errorum arguit,

ac quoſdam conuertit:

50 Sed diabolus de tantâ vtilitate Eccleſiæ inuidens, cor cuiuſdam Sacerdotis obſtinati & perfidi alios inflammauit, & in verba iniqua & inuoluntaria alios in eccleſiâ exiſtentes commouit, & contra Legatum altâ voce prorupit. Populus verò congregatus ad fores eccleſiæ, audiens rumorem verborum prædictorum in eccleſiâ, incepit murmurare & clamare contra Legatum. Et factus eſt ſubitò concurſus totius populi Nicoſienſis ad eccleſiam cum rumore, dicendo: Moriatur Legatus. Sacerdotes autem mali Græci in eccleſiâ ſtrepitum populi furentis audientes, ianuas eccleſiæ aperuerunt. Et ecce totus populus furibundus cum clamore valido eccleſiam intrauit. Legatus autem hoc videns, multis Latinis fugientibus, & ſe abſcondentibus, illis Latinis qui ſecum remanſerant dixit: Confortamini in Domino, afferte Crucem coram me, & lætanter moriamini pro fide Catholicâ. Nec motus, ab eo loco vbi ſedebat ſurrexit in pedibus coram altari maiori, & facie non mutatâ versùs inimicos ſuos firmus ſtabat, & dulciter mortem expectabat. Populo autem congregante, ſtatim ad palatium noua venerunt. Et ecce ſubitò, Rege præcipiente, Princeps Antiochiæ frater Regis ſe armauit, & plures milites cum eo, & equos ſtatim aſcenderunt, & ad eccleſiam cucurrerunt. Princeps autem verus Catholicus & deuotus cum baculo in manu populum percutiens ſubitò de eccleſiâ eiecit: & ſic gratia Dei Legatum pium à morte liberauit. Tunc omnes fideles Chriſtiani Deo gratias reddiderunt, & Legatum Martyrem voluntarium reputauerunt.

tumultu contra ſe excitato,

intrepidè ad mortem ſe offert:

ſubmiſſis militibus, è manibus furentis populi eripitur:

51 Ipſe autem Legatus à Spiritu ſancto confortatus nullum timorem habuit, nec habere oſtendit, & contra conſilium amicorum ab inceptis non ceſſauit. Nam poſteà Græcis prædicando, ipſos inſtruendo, modò cum minis, modò cum bonis verbis, officio legationis ſuæ ſtrenuè fungens, & Rege Catholico & deuotiſſimo conſentiente & fauorem dante, Legatus opportunè & importunè Epiſcopum maiorem Græcorum, & alios Epiſcopos, ferè omnes Sacerdotes Græcos inſulæ regni Cypri, ad obedientiam Eccleſiæ Romanæ, Deo operante, confirmauit. Quod autem per Legatum, aut Prælatum numquàm factum fuerat, & vſque hodie per manus Archiepiſcopi Nicoſienſis confirmati ſunt, & Papæ & Romanæ Eccleſiæ obediunt. Mira res & miranda, & quanta pericula mortis magna pro Eccleſiâ ſuſtinuit: & quanta bona in Eccleſiâ fecit: & quantas animas perditas ad cælum Deus per eum reuocauit. Eccleſiâ Catholicâ in Cypro ſic multiplicatâ & decoratâ, & Eccleſiis & Sacerdotibus Latinis, Græcis, Armenis, Nothorinis, & aliis lege diuinâ à Legato datâ; ipſe valefaciens Regi & Reginæ & omnibus aliis, multiſque documentis eis datis, à Rege qui multos honores & amicitias, in principio, in medio, & in fine eidem contulerat, cum lacrymis pietatis receſſit, & versùs Rhodum & Turquiam greſſus ſuos, ſicut conſueuerat, direxit.

Epiſcopos alioſq; Græcos conuertit:

abit in Rhodum.

a *Obiit* Hugo *an.* 1362. *in itinere, cùm in Europam proficiſceretur, imploraturus Regum Chriſtianorum auxilium contra Saracenos pro recuperandâ Terrâ ſanctâ.*

b *Nam ante diſceſſum patris ex inſulâ, Rex Cypri coronatus erat.* AVCTORE PHILIP. MAZZARIO, EX MSS.

c *Seu* Rhodo.

d *Echiuâ, filiâ Rupini Montfortij, quam ſibi ſanguine iunctam vt duceret, poteſtatem olim fecerat Clemens VI. IV. Kal. Iunij, anno Pontificatus I. Chriſti* 1342. *vt ad eum annum refert Bzouius n.* 23.

CAPVT IX.

Viſitatio Epiſcopatus Coronenſis. reditus in Cyprum.

52 IPſe autem affectabat Eccleſiam ſuam propriam Coronenſem & Achaiam viſitare; ſed amici ſui vnum dubium ſibi poſuerunt, dicentes, quomodò a Principiſſa Achaiæ, quæ quondam fuerat vxor primogeniti fratris Regis Petri Ieruſalem & Cypri, de quo fratre Dominum Hugonem de Lizinaco habebat, & ipſa Domina ab aliquibus malè informata ad ſceptrum regni Cypri filij ſui Domini Hugonis tendebat contra rationem. Et amici Legati ſibi dicebant, quòd coronauerat Regem Petrum, dubitabant de indignatione ipſius Dominæ Principiſſæ contra Dominum Legatum cauſâ filij ſui, cùm ipſa etiam tenebat certa caſtra fortia Eccleſiæ Coronenſis vicina: & ideò non conſulebant ipſum Legatum perſonaliter ire in Epiſcopatu ſuo, nec in potentiâ ipſius Principiſſæ, cauſâ prædictâ. Legatus autem de talibus dubiis parum curans, gregem ſibi commiſſum viſitare deſiderans, de Deo confiſus ad viam ſe poſuit, & nauigando Coronium applicuit. Ibique à ſuis dulciter receptus eſt & ab omnibus Baronibus & Nobilibus Achaiæ cum gaudio viſus, & in immenſum honoratus. Legatus verò officio ſuo cum diligentiâ fungens, ſicut conſueuerat, in prouinciâ Achaiæ incepit prædicare, docere, ſchiſmaticos Græcos ad obedientiam Eccleſiæ piè reducere, Eccleſias Latinas & Rectores ipſarum reformare, Principes confortare, & populum verbo Dei nutrire, & multa bona & diuina ibidem facere. Videntes autem Nobiles illius prouinciæ ſanctam conuerſationem, & verba diuina ipſius Legati audientes, in vitam meliorem & deuotiorem conuerſi ſunt.

a

Viſit Coronenſem Eccleſiam contemptâ periculis; ſtudiosè iſthic prædicat:

53 Et quia in omnibus prouinciis, vbi Legatus officium exercebat, in omnibus legationibus ſuis, Deus inter omnia bona communia, quæ per ipſum faciebat, aliquod ſingulare miraculum oſtendere voluit miſericorditer pro ſuo ſeruo Legato, ſicut ſuperiùs apparet, id idem in Achaiâ oſtendere voluit. Nam in Achaiâ erat quidam Baro de maioribus prouinciæ illius, qui Dominus de b Arcadiâ vocabatur, & ad hunc iuit. Dominus verò de Arcadiâ vxorem habens bonam & deuotam, plures filias etiam habebat, ſed aliquem filium à Deo habere non poterat in multis annis. Ipſe autem & vxor eius, ſanctitatem ipſius Legati conſiderantes adeò, cogitauerunt quòd ſi Dominus Legatus ipſam Dominam benediceret, hoc ipſum impetraret. Tunc Dominus de Arcadiâ Dominum Legatum ad domum propriam inuitauit, ibique ipſum magnificè honorauit, qua potens & diues vltra modum erat; & poſteà cauſſam inuitationis coram omnibus ſibi manifeſtauit. Legatus autem audiens deuotionem hoſpitis ſui & hoſpitiſſæ, ipſos dulciter in Dominum confortauit. Et recordans verbi Saluatoris, dicentis: Quidquid petieritis Patrem in nomine meo, fiet vobis; in receſſu ſuo, & conuiuio facto Legatus Dominum & omnes eius ad ſe vocauit, & quamdam benedictionem deuotiſſimam & longam, factam Scripturam multipliciter allegando, pro filio habendo diuinum adiutorium inuocando flexis genibus, Legatus deuotiſſimè compilauit Et benedictione completâ, de Deo confiſus, Dominæ hoſpitiſſæ ſuæ filium à Deo habiturum firmiter promiſit: & valefaciens ad Eccleſiam ſuam Coronenſem remeauit. Et ecce aliquibus diebus tranſactis, Deo operante, & Domino de Arcadiâ & vxore eius de promiſſione Legati præparantibus, Domina

b *Dominus de Arcadiâ benignè excipitur.*

precibus fuſis, prolem maſculam ei promittit & impetrat:

concepit

AVCTORE PHILIP. MAZZERIO, EX MSS.

concepit & peperit filium, & non ſunt fraudati à deſiderio ſuo. Quæ res non modicùm eſt miranda.

54 Alio quidem tempore Legatus ſemel de Rhodo in Cyprum venire volebat, & aſcendit ſuper nauim magnam Franciæ, quæ à caſu ibi applicuerat versùs Cyprum tendens. Nauigante autem naue, tanta fortuna ipſam arripuit, quòd non expectabant aliud quàm naufragium. Sed Deo volente, & fortunâ intumeſcente, nauis partes Paphenſes in Cypro non in portu, ſed in loco periculoſiſſimo applicuit. Marinarij autem mortem vicinam expectantes, ſanctâ collatione factâ, adiutorio humano deficiente, & in cælum adiutorium clamantes, decem & ſex anchoras fortiſſimas in mari proiecerunt, ſed fortunâ inualeſcente nihil profuit. Tunc omnes ad Legatum recurrebant pro auxilio diuino habendo. Legatus verò in oratione proſtratus, & à Deo exauditus ſubitò ſurrexit, & quamdam crucem ſuam deuotè cum fune naui periclitante in mare proiecit. Et ecce ſubitò adeò data eſt tranquillitas maris, ſicut vmquam antè fuerat. Omnes autem ſtupefacti & velut amentes, de liberatione eorum Deo gratias non modicas egerunt: & poſteà Legato ſimiliter gratias reddiderunt. Miranda res à Deo noſtro, qui ſaluos facit ſperantes in ſe.

demiſsâ Cruce in mare tèm- peſtatem ſedat:

55 Legatus autem in officio ſibi commiſſo ſic continuè proficiens, vt ſuprà, legationem ſuam circuibat. Et ecce Petrus Ieruſalem & Cypri Rex, quod à iuuentute ſuâ deſiderabat, videlicet deſtructionem inimicorum fidei, in lucem produxit. Nam cum exercitu valido, manu forti, expenſis propriis, ciuitatem inuictiſſimam *c* Sathaliam perſonaliter adiit, & eam fortiſſimè *d* expugnando adeò gloriosè triumphauit: & ciuitate ordinatâ & munitâ, cum triumpho non modico in regnum ſuum Cypri reuerſus eſt. Legatus verò talem victoriam inauditam cum gaudio audiens, Sathaliam venit, eccleſiam conſecrauit, Sacerdotes & Religioſos ad diuinum officium celebrandum inſtituit, & Chriſtianos pro parte Regis ciuitatem cuſtodientes in Domino animauit & confortauit, & multa priuilegia ſpiritualia ibidem piè reliquit. Et poſteà venit in Cyprum, & manus Regis piè confortans, necem inimicorum fidei Deo laudabiliter regratiari fecit, proceſſiones & Miſſas ſolemnes pro victoriâ Sathaliæ inſtituit, & Regem & Nobiles populumque Cyprium in deſtructionem inimicorum fidei mirabiliter in Deum animauit.

c
d
Sathaliâ à Rege Cypri expugnatâ,

proceſſiones & Miſſas in gratiarum actionem inſtituit.

a *De Achaia & Morea Principibus nonnulla inſerunt Sanmarthani lib. 19. hiſtoria Genealogica Regum Francorum cap. 8.*

b *Arcadia prouincia Peloponneſi, tunc Morea.*

c *Ciuitas maritima & Archiepiſcopalis Caramaniæ occidentalis, ſeu antiquæ Pamphyliæ, Ptolemæo lib. 5. cap. 5. aliiſq; antiquus* Attalia, *mèdio ferè inter Rhodum & Cyprum itinere. Meminit* Sathaliæ *à Petro expugnatæ cum nonnullis caſtris & locis Vrbanus V. Bullâ 22. apud VVaddingum.*

Sathaliæ vrbis.

d *Froiſſardus lib. 1. hiſt. Francicæ cap. 216. ſcribit omnes in vrbe repertos fuiſſe occiſos, quod de Turcis ſolùm intelligi fortè debet.*

CAPVT X.

Peſtilentia à Cypro miraculosè auerſa.

56 LEgato autem ſic regnum Cypri in amorem Dei reformante, & Rege de victoriâ Sathaliæ à Deo gloriante; ecce flagellum Domini in circuitu regni Cypri. Nam mortalitas & peſtilentia quaſi vbique erat, Cypro exceptâ, & ſpecialiter iam fortiter vrgebat Rhodum, & Turquiam, atque Syriam. Audiens autem Legatus virgam Dei Cypro appropinquantem, ad Regem ſtatim iuit, & vt de ſolio regali deſcenderet poſtulabat, populumque adunaret, pœnitentiam ageret, in cælum clamaret, videre ſi Deus iram ſuam placaret & populo parceret. Rex autem deuotus, Catholicus, & Deum timens, Legatum piè audiuit, & quidquid Legato placuit adimpleuit. Tunc Legatus iram Dei placare deſiderans, & ne mortalitas in Cypro veniret, manum ad pœnitentiam poſuit, Clerum & cœtum congregauit, & proceſſionem fecit, Miſſas placabiles inſtituit, & multa bona incepit.

Peſte circumquaque graſſante,

hortatur ad opera pœnitentiæ Regem,

Clerum & populum;

57 Deus autem, cuius iudicia abſcondita ſunt, ſcrutans corda hominum, vt Cyprienſes probaret & gloriam ſuam in Legatum ſuum manifeſtaret, vſque ad Famaguſtam mortalitatem peruenire permiſit. Itaque ſtatim homines ex epidemiâ tacti poſt duos aut tres dies diſſoluebantur. Noua quoque per regnum diuulgata vſque ad Regem & Legatum peruenerunt. Et ecce timor & tremor mortis omnes apprehenderunt, & gaudium noſtrum verſum eſt in luctum. Legatus autem dolore intrinſeco tactus, de Deo confiſus, Regem, Reginam, Nobiles & populum congregauit, & prædicare incepit, ad pœnitentiam omnes inducendo & ad lacrymas prouocando, ſemper affirmando, quòd, ſi vellent cum Deo benè ſtare & vitam in melius emendare, peſtilentia à regno recederet. Tunc Legatus deuotionem Regis & aliorum percipiens, ad diem ſtatutum proceſſionem generalem inſtituit, omneſque nudis pedibus incederent, atque ieiunarent in pane & aquâ. Mortalitas autem in Famaguſtâ paullatim creſcebat. Adueniente autem die proceſſionis ecce Rex cum omni progenie ſuâ, Nobilibus, burgenſibus, & populo, vnà Reginis & mulieribus de palatio Regis, in pane & aquâ omnibus ieiunantibus, & nudis pedibus cum magnâ humilitate & deuotione incedentibus, ſimplicibus veſtimentis indutis, per turmas ordinatè in orationibus ad magnam Cathedralem eccleſiam peruenerunt. Et ecce Legatus Pontificalibus indutus, cum omni Clero & diuerſis nationibus Chriſtianorum aſſociatis, nudis pedibus cum proceſſione in eccleſiam obuiàm Regi iuit. Et congregati inſimul coram Crucifixo omnibus genibus flexis, Legatus cum lacrymis altâ voce, ſicut poterat, Clero reſpondente, & populo lacrymante in cælum clamare cœperunt & cantare: Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte & immortalis &c. Qui cùm vidiſſet lacrymas effundere, in cælum clamare, & in diuerſis linguis à Deo miſericordiam petere, à lacrymis etiam ſe abſtinere non potuit. Et Deus miſericordiâ motus eos piè liberauit ab illâ mortalitate.

& iam Cypro eodem malo infectâ,

inſtituit ieiunium in pane & aquâ:

ſupplicationem nudis pedibus, & vilibus veſtibus peragi;

& luem deprecatur:

58 Cùm ad meam memoriam reduco deuotionem mirabilem beati Patris mei Legati, necnon & deuotionem Regis & totius populi, à lacrymis abſtinere non poſſum. Legatus autem proceſſione & multitudine tranſeundo per Nicoſiam ad cœmiterium iuit, & cathedram ad prædicandum aſcendit. Omnibus autem ſedentibus & ſilentio facto, Legatus os eius aperuit & prædicare incepit mirabilia & vltra quàm hominibus miranda, teſte Deo, Rege & omnibus intelligentibus declarauit breuiter in ſermone ſuo, gratiâ Spiritus ſancti eum confortando: omnes ad lacrymas prouocauit, de peſtilentiâ omnes confortauit, & in gaudium ſpirituale corda audientium conuertit. Quid plura de ſermone verba multiplicare? Nam ſi fas eſt dicere, Auguſtinus vel aliquis ſanctorum Doctorum eumdem ſermonem licet feciſſent ſatis fuiſſet. Sermone verò finito, & timore mortis populo à Deo ſoluto; Legatus, Rex, & omnis multitudo ad eccleſiam maiorem reuerſi ſunt, ibique à Legato Miſſa ſolemnis celebrata fuit, & omnes Deum inuocauerunt, ipſi regratiando de doctrinâ Legati & miſericordiâ Dei, & de peccatis veniam petendo, & peſtilentiam euadendo. Miſsâ completâ Rex & omnis multitudo ad domum propriam reuerſi ſunt. Legatus autem ieiuniis fatigatus, labore diei percuſſus, veſtimentis ſacris exutus, ſuſtinere ſe quaſi non valens, ferè ſpiritum Deo reddidit. Sed refectione panis & aquæ acceptâ vires in Deum reſumpſit.

pathetiçè concionatur.

59 Et ſic Nicoſia in Deum confortata, & ad pœnitentiam piè reuocata, & in miſericordiam Dei relicta. Legatus peſtilentiam parum timens, & ſalutem populi ſibi commiſſi deſiderans, in fornace peſtilentiæ & mortalitatis, videlicet in Famaguſtâ perſonaliter iuit. Et iam peſtilentia præualebat & creſcebat de die in diem, ita quòd quadraginta vel triginta qualibet die moriebā-

tur,

tur. Legatus autem dolore perditionis fratrum ſuorum tactus, videns perditiones Chriſtianorum & periculum perditionis fidei Catholicæ in Cyprum, mentem lacrymoſam ad Deum leuauit, deuotè miſericordiam Dei implorando. Congregauit enim populum à ſeniore vſque ad lactentem, ipſumque in Deum confortando, pœnitentiam proclamando, & pro miſericordiâ habendâ in cælum clamando: & ſicut in Nicoſiâ fecerat, proceſſionem generalem ad diem ſtatutum in Famaguſtâ indixit. Adueniente verò die proceſſionis, & ecce nationes Chriſtianorum quælibet in turmis ſuis & ordine, in linguâ maternâ cum hymnis, canticis & lamentationibus, versùs eccleſiam tendebant. Sed aliquis interrogaret, quæ erant iſtæ nationes Chriſtianorum? Certè ibi erant Græci, Armeni, Northorini, Iacobini, Georgiani, Nubiani, Indiani, Æthiopiani, & alij multi Chriſtiani: quorum quilibet ritum diuerſum, & linguam diuerſam habebant; necnon & Latini & Iudæi. Legatus verò omnes iſtas generationes miſericordiam Dei inuocantes, omnes ieiunantes in pane & aquâ, & nudis pedibus ambulantes, luminaria infinita accendentes, in eccleſiam Dei humiliter recollegit, & cum omni multitudine per ciuitatem Famaguſtam gradatim proceſſionem deuotiſſimam incepit, & breuiter ad tantam deuotionem populum prouocauit, quòd nutu Dei infideles Saraceni, Turci, & Iudæi illic exiſtentes in lacrymas prorumpebant, & nudis pedibus ad proceſſionem Chriſtianorum deuotiſſimè ambulabant. Tandem proceſſione finitâ, & omni populo in maximâ contritione & deuotione exiſtente, Legatus ſermonem ſuum incepit & tantum fructum in ſermone fecit, quòd non ſolùm Latinos Eccleſiæ Romanæ fideles ipſum intelligentes, & alias nationes eum non intelligentes, etiam infideles, ad lacrymas prouocabat. Quid plura? tota illa dies lacrymarum, ieiunij, & afflictionis fuit. Et Deus miſericors, patiens, & placabilis, qui non vult mortem peccatorum, ſed magis vt conuertantur & viuant, clamorem Legati, & lacrymas populi audiuit, & miſericordiam ſuam mirabilem meritis ipſius Legati, ſicut piè credo, populo ſuo oſtendit. Nam illâ die in ciuitate Famaguſtâ tacti ex epidemiâ, & mortem ſine termino expectantes in lectis ferè ducenti iacebant, & quidem luna in reuolutione erat, quod ſecundùm medicos pauci euadere poſſunt. Sed Ieſus Chriſtus noſter ſummus medicus, ad reuolutionem lunæ, id eſt, ad peccata populi, non reſpiciens, omnes infirmos ſanauit, nec vnus quidem mortuus eſt, & diebus præcedentibus moriebantur vltra triginta vel quadraginta. Et ab illâ die miſerationis in Famaguſtâ & in omnibus regnis Cypri mortalitas, Deo miſerante, & Legato orante, receſſit. Mira res & vltra quàm miranda.

Famaguſta etiam ſupplicationem indicit,

quæ nudis pedibus ſuſceptæ à variis nationibus,

etiam infidelibus,

ſucceſſu optato.

60 Legato autem in Cypro à Deo ſic diuina opera mirabiliter operante, ego Cancellarius regni Cypri indignus, prædicta mirabilia per manum Legati ſui videns & audiens, & ſanctitatem eius conſiderans, aliquando & communiter referendarius mei Domini Regis ad Legatum, & Legati ad meum Dominum in ſecretis & altis negotiis ipſorum indignus eram. Legato autem ſtatum meum & intentionem meam declaraui, & tantâ caritatem in dulciſſimâ paternitate eius de facto inueni, quòd ſi ſcribere vellem, nec tempus quidem haberem, nec mentem meam ad plenum calamo explicare valerem, & ideò opera Dei per ipſum facta tranſibo. Vnum ſcribam, & teſte Deo verum dicam, quòd ab ipſo tempore citrà, ipſum in Patrem meum ſingulariſſimum gratiâ Dei elegi, & ipſe in filium quamuis indignum: & vtinam gratiam Dei in ipſo ad plenum cognouiſſem, & in eo debitum meum plenè perſoluiſſem, ſicut caritas ſua ardentiſſima in me perſoluit & adimpleuit; quod in tranſitu ſuo de hoc mundo clarè apparebat.

à Mazzario, tum iſtic præſente,

in Patrem eligitur.

CAPVT XI.

Auctore Philip. Mazzario, Ex mss.

Iter S. Petri & Regis Cypri ad Papam & Principes Chriſtianos. ſacra expeditio in Palæſtinam decreta.

61 PEtrus autem Ieruſalem & Cypri Rex, à iuuentute ſuâ deſiderio deſiderabat liberationem hæreditatis ſuæ paternæ, regni Ieruſalem, necnon liberationem ciuitatis ſanctæ & mundationem eius in corde ſuo proponens, quòd ſi à Deo ſceptrum regni Cypri ſibi eueniret, in acquiſitione terræ ſanctæ perſonam, bona, & regnum exponeret. Ipſe autem à Deo per manum Legati coronatus, de victoriâ Sathaliæ à Deo animatus, morte, vt dictum eſt priùs, à regno ſuo Cypri remanente, ampliùs continere ſe non potuit, quin deſiderium ſuum ſanctum à iuuentute in lucem oſtenderet. Nam ſemper confortatus in Domino per Legatum de ſanctâ & deuotâ intentione, ipſe Rex ſapienter & diſcretè conſiderans, quòd de ſe nec de regno proprio ſufficientem quantitatem gentium & armorum ad acquirendam terram ſanctam non habebat; & ideò pro ſuccurſu & adiutorio habendo ad Reges & Imperatorem Occidentales ire Deo inſpirante propoſuit. Quod & fecit. Et regno ſuo Cypri ſapienter diſpoſito, ciuitate Sathaliâ munitâ & confortatâ, Rex de ſuo regno versùs plagam Occidentalem, cauſâ prædictâ, viam arripuit. Legatus ad idem deſiderans, quod & Rex, videns de facto deuotum propoſitum ipſius Regis, Deo cum lacrymis regratiatus eſt, & omni honore & vtilitate ſuæ legationis poſtpoſitis, Petrus Legatus Petro Regi adhæſit, & ipſum totis viribus adiuuare promiſit.

Petrum Cypri Regem ad recuperandã Palæſtinam

auxilia petiturum in Occidẽtem comitaturi

62 Rex verò omni magnificentiâ regali & delectatione natiuitatis propriæ poſtpoſitis, ſanctum paſſagium & Crucis myſterium, & adiutorium pro acquiſitione ſanctæ Crucis quærens, Legato Papali aſſociatus mare transfretauit, & Venetias applicuit: ibique honorificè & magnificè à Duce & Venetis receptus. Sed priùs tranſiens per Rhodum, admonitionibus diuinis ipſius Legati, & requiſitione Regis, conſenſum paſſagij Magiſtri Hoſpitalis & Conuentus Rex in ſcriptis authenticis habuit. Tranſeuntes autem Rex & Legatus de Venetis per Lombardiam versùs Curiam Romanam, circumeuntes Communitates, Dominos, & Tyrannos in viâ honores inſuetos & mirabiles & ſimiliter non viſos, quos Nuntius iuſti belli Dei Rex recepit; & ſpecialiter Venetiis; ibique fundamentum paſſagij pro nauigiis habendis inuenit, & conſenſum nauigiorum Veneti pro paſſagiis magnificè & deuotè velut Catholico Regi obtulerunt. Sed quis mortalium ſcribere, quæ & quanta Legatus in Regis adiutorium & paſſagij miniſterium operabatur; quomodò communitatibus Venetorum & Ianuenſium, Dominis, Tyrannis, & populis, demonſtrationibus claris aptitudinem, poſſibilitatem, & neceſſitatem paſſagij clarè oſtendebat, vituperium negligentiæ Chriſtianorum oſtendendo, & ipſorum obligationes ad paſſagium demonſtrationibus probando; quomodò verbum Regis glorioſè & deuotè ſupradictis declarauit, eorumque reſponſionibus piè reſpondit, & dubia paſſagij clarè ſoluebat? Breuiter Rege auxilium petente, & Spiritu ſancto per os Legati inſtruente, admonente, & operante, communitates prædicti dominij, Mediolanenſis, & alij Tyranni & Domini ſcriptis eorum authenticis mediantibus omnes adiutorium magnum pro paſſagio Regi obtulerunt.

in Italiâ vbique honorificè excipitur:

fortiter pro auxiliis obtinendis agit:

63 Rex autem viam ſuam à Deo proſperari conſiderans, collatione factâ cùm Legato Ianuam pro aliquibus negotiis propriis remanſit, & Legatum ad Curiam Romanam tamquàm præcurſorem præmiſit. Legatus verò in Curiâ veniens, Papam Vrbanum V. nouiter creatum inuenit, eique ſui aduentus & Regis cauſſam indicauit,

a

AVCTORE PHILIP. MAZZARIO, EX MSS.

cauit, Regem magnificando & deuotionem eius, & ſanctum propoſitum Papæ demonſtrando, & pro caritate & paſſagij affectione Regem ſanctificando. Et ſicut Paulus nomen Chriſti coram Regibus & Principibus portauit, ita Legatus nomen Regis coram Papâ & Cardinalibus Principibuſque magnificauit, & paſſagium annuntiauit. Papa verò Legati ſufficientiam & conuerſationem eius à ſtudio cognoſcens, & tunc ipſum audiens, de laboribus eius & his quæ adeò fecerat in legationibus ſuis pro exaltatione fidei Catholicæ, informatus, ipſum cum gaudio non modico vidit, & in verbis eius exultauit ſpiritus eius in Deo & ſancto paſſagio, Regem Cypri videre deſiderans, & ipſum de bono propoſito commendans. Quomodò verò Legatus à Dominis Cardinalibus & aliis amicis in Curiâ cum gaudio & caritate viſus & receptus eſt, & etiam à detractoribus, ſcribere nequirem. Papa autem iuſtè & dignè ſanctam conuerſationem, & expenſas ipſius Legati in legatione ſuâ factas conſiderans, & quod fideliter laborantibus, & fideliter adeò operantibus piè retribuendum eſt; Legato neſciente (viuit Dominus) nec procurante, Papa zelo caritatis adſtrictus, Archiepiſcopatum Cretenſem ſibi meritò dedit in ſui ſtatus augmentatione.

Procurrit Auenionem, agitq; cum Vrbano V.

Creatur Archiepiſcopus Cretenſis.

b 64 *b* Eo tempore excellentiſſimus Princeps Ioannes Rex Franciæ in Curiâ Romanâ erat, & Petrum Ieruſalem & Cypri Regem, conſanguineum ſuum ibi piè exſpectabat, ipſum videre deſiderans, paſſagium ſuum affectans. Quid plura? Omnibus in Curiâ ad plenum de intentione bonâ Regis Cypri & voluntate paſſagij à Legato informatis, reprobis detractoribus maledicentibus, & electis Dei benedicentibus, videre Regem & ſuum paſſagium deſiderantibus; ecce Rex litteris Legati viſis, ad viam ſe poſuit, & ad Curiam die *c* Mercurij paſſionis Chriſti cum gaudio applicuit. Ibique à Papâ, Rege Franciæ, Cardinalibus, piè & caritatiuè receptus eſt. Et breuiter intẽtione Regis Cypri ſub breuibus expoſitâ Papæ; & Papæ, Regis Franciæ & Regis Cypri, & Cardinalium collatione factâ in breui tẽpore, Legato ſemper ſtimulante & admonente, negotium Dei & paſſagium tantùm creuit, quòd omnes audientes mirati ſunt. Nam die Veneris ſanctâ, tertiâ die aduentus Regis Cypri, Papâ authenticè & honorificè *d* Miſſam perſonaliter celebrante, Regi Franciæ, Regi Cypri & *e* Baronibus nobilibus infinitis venerabile ſignum *f* Crucis propriis manibus dedit. Et poſt dies non multos Papa in quodam ſermone publicè coram Rege & aliis paſſagium generale indixit, terminum præfixum nominauit, *g* Regem Franciæ Capitaneum generalem, Cardinalem Petragoricenſem Legatum, & Regem Cypri præcurſorem generalem paſſagij, velut athletam fidelem Chriſtianos Orientis diſpenſaturum ad infideles inuadendos, ordinauit. Qui tunc fidelium bona Ieruſalem deſiderantium, Patrem meum Cretenſem Archiepiſcopum gaudentem & exultantem & gratias Deo agentem vidiſſet; certè in gaudium eius ſpiritualiter exultaſſet, necnon & gaudium Regis Cypri. Nam quod in anno integro vel plus, videlicet paſſagium procurando, à Papâ habuiſſet in tribus diebus, tantum negotium modico labore obtinuerunt, & non ſunt fraudati à deſiderio ſuo.

Eius litteris monitus Rex Cypri

c venit Auenionem.

d

e

f

Satrâ expeditio indicitur à Pontifice,

g

Rege Frãcia conſtituto Generali.

65 Et quia affectus paſſagij iam indicti non ſolùm ad Regem Franciæ & Regem Cypri, ſed etiam ad Imperatorem Romanorum & alios Reges Chriſtianorum pertinere videbatur, quia bellum Dei & vniuerſæ Chriſtianitatis erat; nec ipſe Imperator & alij Reges ad indicendum paſſagium iam indictum vocati fuerunt; ideò Rex Cypri diuinitus inſpiratus, bonum finem paſſagij deſiderans, *h* Regem Angliæ, & *i* Imperatorem Romanorum, *k* Regem Poloniæ, & Regem Vngariæ, *l* perſonaliter viſitauit, & ipſos ad conuiuium ſancti paſſagij iam indicti deuotè viſitauit, ſemper proponens ad terminum ſuum ordinatum Venetias poſſe venire, & velut præcurſor paſſagij, ſicut ordinauerat, poſſe transfretare.

h i

k l

Imperatorem & alios Reges adit Rex Cypri.

a *Conſecratus eſt* Vrbanus V. *an.* 1362. *die Dominico*, 6. *Nouembr.*

b *Froiſſardus tomo* 1. *hiſt. Francica, cap.* 217. *ſcribit circa feſtum Purificationis Regem Franciæ fuiſſe Auenione: ſed malè ſubiungit, eodem tempore veniſſe Regem Cypri. fortè cum Legato* Petro *confudit.*

c *Ergo* 29. *Martij. quod etiam ex variis ſcripſit Bzouius hoc anno nu.* 7. *Paſcha tunc inciderat in* 2. *Aprilis.*

d *Id eſt, officium ſacrum, quod eo die celebratur. nam propriè* Miſſa *non dicitur, cùm non ſit ſacrificium: eſt tamen ſacrificij heſterni repetita libatio. Froiſſardus vult concionem à Pontifice habitam.*

e *Bzouius addit cruceſignatum* Valdemarum *Danum, qui ad* 26. *Ianuarij Auenionem venerat. Froiſſardus aliquot alios nominat.*

f *Rutili coloris, quod veſtibus aſſuebatur. Froiſſardus.*

g *Acceptatum à Rege Franciæ, primò quòd pater Philippus Valeſius olim tali ſe voto obſtrinxiſſet. Secundò, vt confœderati milites, qui pace iam inter Anglum & Francum ſancitâ Gallias vaſtabant, ex eâ educerentur. Froiſſardus.*

h Eduardum III. *ſub quo ab eius filio* Eduardo *VValliæ Principe* Ioannes *Rex Franciæ in Pictonibus*, 18. *Septemb. an. Ch.* 1356. *acie commiſſa: ſuperatus, captus, & in Angliam abductus fuerat. Apud hunc Londini egit tum Dauide Rege Scotiæ. Froiſſardus cap.* 218.

i *Praga tribus hebdomadibus permanſit apud Imperatorem, Froiſſardus cap.* 217. *at quibus de cauſſis expeditionem illam recuſârit, tradit Dubrauius hiſt. Bohemicæ cap.* 22.

k Caſimirum Magnum, Ladiſlai Loctici *filium, cui an.* 1370. *defuncto ſucceſſit* Ludouicus, *qui hoc tempore Hungariæ Rex erat.*

l *Acceſſit etiam Regem Nauarræ, Duces Iuliacenſem & Brabantiæ, ac Comitem Flandriæ, apud quem reperit Regem Daniæ. ita Froiſſardus.*

CAPVT XII.

Pax Bononienſis procurata.

66 VT autem ad Patrem meum dulciſſimum, & opera eius mirabilia in vtilitate paſſagij ad honorem Dei & laudem eius, reuertar; accidit, quòd Deo permittente, & diabolo inſtigante, illis temporibus tantum flagitium *a* guarræ, & effuſio ſanguinis inter Eccleſiam Romanam ex vnâ parte & Dominum Barnaboum de Vicecomitibus Mediolanenſibus ex alterâ, cauſsâ ciuitatis Bononiæ, vigebat; quòd paſſagium indictum omnino illâ guarrâ durante impediebatur, nec ad finem optatum venire poterat. Rex autem Cypri in tranſitu ſuo Mediolanum cum Domino Barnaboo prædicto de pace tractauerat, & etiam in Curiâ cum Papâ. Et auditis Regis verbis pro paſſagio neceſſario, concluſum fuit in Curiâ, quòd de conſenſu Papæ Rex Franciæ Ambaſiatores ſuos ſolemnes, & etiam Rex Cypri, Mediolanum ad Dominum Barnaboum tractandi pacem committeret. Rex verò *b* Franciæ, vnum magnum Comitem & vnum Epiſcopum eiuſdem Cardinalis fratrem mittere deſtinauit. Et Rex Cypri Patri meo Archiepiſcopo & mihi Cancellario indigno negotium prædictum impoſuit. Rege autem Cypri de Curiâ recedente, & versùs Principes tendente ſupradictos, Ambaſiatores prædicti Regis Franciæ, Pater meus & ego viſuri versùs Mediolanum iter arripuimus. Et tranſactis menſibus diebuſque completis inſimul Mediolanum applicuimus, & à Domino Barnaboo honorificè ſuſcepti, cauſsâ noſtri aduentus ſufficienter expoſitâ Domino Barnabao, & reſponſione habitâ cauſsâ breuitatis versùs *c* Cardinalem Hiſpanum, Sedis Apoſtolicæ in Italiâ Legatum, guarram Eccleſiam militantem & gubernantem, & in Romandiolam commorantem iuimus: ibique cum eo pro parte in fauorem paſſagij de pace tractauimus: & reſponſione habitâ inſimul Mediolanum reuenimus, & quod tractatum erat Domino Barnabao retulimus.

In bella inter Papam & Ducem Mediolanenſem ob Bononiã.

b mittitur cum Cancellario Cypri & Legatis Francis ad Ducem Mediolanenſem ac ſtatus de pace;

c

67 Nunc autem opera Dei in Patrem meum, & quomodò Deus ipſum magnificare voluit, quia humiliter in omnibus procedebat, magnificare cogor, & quæ vidi narrabo, non detractoriè, ſed in laudem condignam Patris mei, & honorem Dei, qui depoſuit potentes de ſede & exaltauit humilem; quia reprobat conſilia Principum, & vocem peccatorum non exaudit. Nam Ambaſiatores Regis Franciæ de regali maieſtate Franciæ

ab his superbè contemnitur;

ciæ præſumentes, & Regem Cypri paſſagij & Dei nuntium paruipendentes, in tractatis ſupradictis Patrem meum ſapientiſſimum, à Deo illuminatum, qui tanta bona in Eccleſiâ Dei fecerat, non habendo reſpectum quòd ipſe Archiepiſcopus & Doctor in Theologiâ egregius erat, paruipenderunt, & pacem per eos quaſi iam factam gloriam inde ſperantes, & fructum eius Regi Franciæ impendentes, de Patre meo parùm curauerunt, ipſum quaſi deſpiciendo. De me verò non loquor, niſi de iniuriâ Patris mei; quia non eram dignus eſſe ſocius tanti Patris in legatione, ſed neque miniſter eius. Deus autem cogitationes hominum cognoſcens, & diſſipans eorum conſilia, totum tractatum deſtruxit & annihilauit. Nam Legatum Hiſpanum durum, amaricatum, ad guarram inflammatum faciendum, & contra Dominum Barnabaum indignatum, nec in pactis fiendis ſibi credendum inuenimus; Dominum Barnabaum furibundum, & contra Eccleſiam multa mala machinantem, ipſamque minantem, & velut leonem rugientem, & pacem deſpicientem inuenimus. Tunc Deo permittente acres in principio, in fine facti.... ſunt: non in fine, ſed quaſi in principio. Nam Ambaſiatores Regis Franciæ inter ſe collatione factâ, de labore ſuo & concluſione deſperati, inanes & vacui & de Domino Barnabao malè contenti, à Mediolano versùs Franciam receſſerunt.

quibus re infectâ & deſperatâ diſcedentibus,

68 Sed Pater meus de Deo confiſus, cautelas diaboli ſatis recognoſcens, & quòd magnum & arduum opus, ſpecialiter Dei, in pauco tempore adimpleri non poteſt, ſapienter conſiderans; ad orationes toto corde confugit, determinando nos in Mediolano aliquibus diebus iram Domini Barnabao à Deo placaturam expectare. Sed ſubitò quale miraculum Deus oſtendere voluit & oſtenditl Nam Deus per Regem Cypri prædicatorem ſuum crucem exaltari diſponens, lacrymas & orationes Patris mei exaudiuit, & cor Domini Barnabao ſubitò conuertit. Nam infra duos dies à receſſu Ambaſiatorum Regis Franciæ, Dominus Barnabao Patrem meum & me ad ſe vocari præcepit, & in loco ſecreto inter Patrem meum & me ſedens, (hîc leo factus Deo eſt agnus) cum vultu ſereno Patri meo & mihi dixit: Nunc audacter mecum de pace loquamini, & quidquid vobis videtur dicatis. Tunc tuba Angelica non verbis humanis, ſed per os ſancti Spiritus, velut quidam Angelus Dei, ſanctis & diuinis admonitionibus Pater meus voce plâ reſonando Dominum Barnaboum mitem & audientem ad pacem dulciter conuertebat. Sed quis ſum ego, vt dicta facta, admonitiones inauditas ipſius Patris mei ad Dominum Barnaboum commendare velim? Non certè dignus & fruſtrà laborarem. Quomodò in verbis ſuis monſtra placauit, quomodò honorem Eccleſiæ cuſtodiebat, potentiam eius ſpiritualem demonſtrando, quomodò Ducem Barnaboum de guarrâ factâ ſine metu, pericula oſtendens, corrigebat, quomodò in conuerſione eius & pacis ipſum magnificabat, & multa promittendo exaltabat; quomodò bona pacis, mala guarræ, paſſagij in guarram & vtilitatem eius in pace, mirabiliter ſacram Scripturam multipliciter allegando, declarabat, honorem Regis Cypri procurando & ipſum exaltando, ſcribere non valerem, nec ſcirem.

permanet cum Cancellario.

& Duci pacem ſuadet;

re totâ ab illo ſuo arbitrio permiſsâ,

69 Finitis autem verbis Dominus Barnabao à Deo tactus, & Patre meo dulciter inſtructus, aliquantulùm cogitauit, & poſteà cum magno ſuſpirio dixit: Libenter vos audiui, & pacem omnino cum Eccleſiâ, ſubditus & fidelis deinceps ſibi eſſe volo. Eatis ad Cardinalem ſtatim, & pacem tractetis, guarram meam & pacem meam in manibus veſtris pono. Mira res, & ſtupenda, & quaſi hominibus incredibilis, Deo operante & virtute Patris mei laborante! Nam qui anteà dentibus in Eccleſiam fremebat, hæreditatem eius deſtruebat, ſanguinem eius bibebat, fidem Catholicam adnihilabat, errorem inter Chriſtianos ſeminabat, nec hominem reuerebatur, nec Deum timebat, precibus Imperatoris, Regis Franciæ, Regis Vngariæ, [d] Regis Apuliæ, & nonnullorum Magnatum & Comitum non acquieſcendo, & minas ipſorum paruipendendo; ad vocem vnius Patris mei factus eſt Eccleſiæ obediens, & de peccatis perpetratis pœnitens, tantùm Patre meo laborante, & Deo confirmante. Modò ad Cardinalem, modò ad Dominum Barnaboum reuertebatur: inde ad Curiam Romanam ad pacem confirmandam. Poſteà ad Bononiam venimus cum infinitis laboribus, expenſis, & periculis infinitis ad vtilitatem Eccleſiæ. Remanente Bononiâ in manu Eccleſiæ, infra [e] annum pax completa & confirmata fuit, quæ vſque ad diem præſentem adeò laudabiliter durat. Et non reducitur ad memoriam alicuius viuentis, pacem in Lombardiam tantùm vnquam duraſſe, ſicut præſens pax à Rege Cypri deſiderata, & à Patre meo nomine ipſius tractata, & me præſente confirmata.

AVCTORE PHILIP. MAZZERIO, Ex MSS.

d

concludit.

e

a *Bononienſes experti variorum Dominorum regimen, ſubiecerant ſe an. Ch. 1351. Ioanni Vicecomiti Archiepiſcopo Mediolanenſi, cui an. Ch. 1354. Octobris 5. defuncto ſucceſſerunt ex fratre nepotes,* Maphæus, Galeatius & Barnabous, *ſeu* Barnabaus; *pro quibus Vicegerēs in Bononiâ* Ioannes Vicecomes de Valezio, *ſibi dominium vſurpauit, & Dominus Mediolani factus rebellis an. 1355. menſe Aprili, ac deinde bello à Vicecomitibus appetitus, Bononiam Eccleſiæ dedit, vt tradunt Cortuſij lib. 10. cap. 6. & 11. Hinc bella inter Pontifices & Vicecomites.*

b Ioannes, *non* Carolus V. (*quod putauit Bzouius an. 1364. nu.* 10) *ante cuius regnum pax hæc firmata eſt.*

c Ægidium Garziæ Aluari Carrilium Albornotium *Conchenſem, ex Archiepiſcopo Toletano Presbyterum Cardinalem.*

d Iacobo Arragonio, *Infanti Maiorica, poſt obitum* Ludouici *Tarentini,* Ioanna *Regina Apulia tertiis tedu nupſit.*

e *An. Ch. 1364. menſe Februario, pacem hanc concluſam refert Bernardus Corius 3. part.*

CAPVT XIII.

Pericula Bononiæ contempta, ſuperata.

Maleuolos bellum optantes,

70 Sed inter pericula continuando, quæ tractando pacem incurrebamus, aliqua in laudem Dei & ipſius Patris mei referam. Nam multi tyranni & Caſtellani & ſtipendiarij, longitudinem guarræ affectantes, & inde viuentes, impeditores & turbatores pacis, mortem noſtram continuè affectabant & quærebant. Nam ſemel de vno caſtro ad aliud tranſeundo, coram quodam caſtro pacificè tranſiuimus: & ecce ferè triginta Vngari & alij ſtipendiarij de pace dolentes, & de nobis ſe vindicare proponentes, ſubitò calcaribus vrgentibus, & gladiis extractis, nobis inopinantibus, ſuper nos quaſi inimicos venerunt. Ego verò mortem vicinam incurrere timens non videbam remedium. Sed Pater meus à Deo confortatus, nihil dubitans, firmiter ſtetit, & faciem versùs inimicos altâ voce dixit: Quid vultis? Illi verò vocem audientes, velut à Deo percuſſi gladios ſuos in vaginis repoſuerunt, & ſtatim retrocederunt, & ſic euaſimus manus eorum. Pluribus & pluribus vicibus accidit, quòd guarrâ feruente, & nobis pacem tractantibus, & in medio caſtrorum nobis abſque armis equitantibus, in viâ coram nobis, & retro homines ab inimicis continuè expoliabantur & occidebantur; nos autem per medium illorum tranſeuntes, virtute Patris mei, ſicut piè credo, liberi & ſine perditione omnia pericula tranſibamus.

ideoq; in ſe irruentes ſolâ voce reprimit;

ſæpè periculæ euadit;

71 Aliud periculum magnum dignè ſcribendum incurrimus. Nam pace confirmatâ, & Bononiâ præcepto Papæ in noſtris manibus vice Regis Cypri poſitâ, ſecundùm ordinem tractatus pacis; Rectore verò præcedente Bononiæ recedente, & à nobis ciuitatem & caſtra ei pertinentia regentibus & gubernantibus, diabolus de tantâ pace inſuetâ, videns plures Nobiles & ciues ciuitatis Bononiæ, qui de guarrâ viuebant, & magnas prouiſiones tempore guarræ à Cardinali Hiſpano recipiebant, inflauit, & ipſos ad mortem noſtram incitauit. Ipsâ verò collatione mortis noſtræ factâ, in ciuitatem eundo de vico in vicum, de arte in artem, quamdam falſam

Bononienſibus in eius mortem conſpirantibus,

AVCTORE PHILIP. MAZZERIO, EX MSS.

vocem ſeminauerunt ciuibus in aure dicere: Inſidiæ,inſidiæ. Nam Archiepiſcopus & Cancellarius pro certo iſtam ciuitatem Domino Barnaboo intendunt tradere. Et ſic populum falsâ ſuggeſtione in mortem noſtram incitabant. Et ecce ſubitò in ciuitate Bononiæ tumultus & rumor populi, inſtigante diabolo, non modicus inſurrexit: campana pulſatur,populus congregatur, maior pars dicebat: Moriantur proditores. Alij dicebant:Non. A Deo autem fuit quòd illâ die ad quoddam caſtrum pacificandum, quod caſtrum aliqualem guarram contra Bononienſes faciebat, intrauimus. Nam ſi illâ die in Bononiâ fuiſſemus, ſecundùm dicta ciuium ſine dubio in periculo mortis fuiſſemus.

72 Manè autem facto, nobis de hoc aliquid neſcientibus, cum gaudio caſtro pacificato, ad ciuitatem venimus. Conſuetudo verò erat in Bononiâ, quòd quotieſcumque ad ciuitatem veniebamus magna quantitas Nobilium & ciuium contra nos veniebat extra ciuitatem, Patrem meum recipiendo & honorando. Sed illo die extra ciuitatem nullum vidimus,& modicùm mirati ſumus. Nobis verò appropinquantibus ad ciuitatem, auditis talibus nouis, viuit Deus, non modicùm timui, quoniam aliqui amici forenſes obuiàm nobis venerunt, & periculum noſtrum & quod euenerat dolentes nobis retulerunt, conſulentes nos non intrare ciuitatem.Quibus tamen non obſtantibus, collatione factâ inter Patrem meum & me, Pater meus dixit innocenter: Teſte Deo ſumus ab omni proditione innoxij. diabolus iterum pacem turbare nititur, timorem nobis incutiens: ſed Deo auxiliante non prævalebit. In nomine Domini eamus. Intrauimus enim ciuitatem non aſſociati, vt ſolebamus. Et Nobiles & ciues nos ab vtraque parte in dolo recipientes nec ſalutantes, ſed murmurantes, ſic ad hoſpitium noſtrum venimus. Ibique cum timore non modico ſtando, de horâ in horam à ciuitate per amicos noſtros mala noua nobis veniebant.Creſcente maleuolentiâ & murmuratione ciuium contra nos, tunc Pater meus de adiutorio humano deſperans, videns periculum appropinquare, ad orationes diuinas confugit.Ego verò nullum remedium euaſionis videbam, auribus apertis continuè expectabam illam vocem dicentem:Moriantur. Sed Dominus Ieſus, qui liberat pauperem & innocentem de furore populi, & ſperantes in ſe non deſpexit, timorem meum & orationes Patris mei piè reſpexit.

periculo contempto Bononiam venit:

73 Nam Pater meus deuotiſſimè Miſsâ celebratâ, in camerâ ſuâ me vocauit, & quid à Deo cogitauerat dixit mihi. Et ſtatim omni timore poſtpoſito ad palatium miſit, & inopinatè magnam campanam congregationis totius populi fortiſſimè pulſare præcepit, dicens quòd coram omni populo palàm in palatio loqui vellet.Campanâ autem pulſante & populo murmurante, & versùs palatium eunte; Pater meus & ego cum paucis & quaſi ad iudicium euntes ad palatium venimus,ibique tantum populum congregatum inuenimus, quòd vix ad ſedem aſſuetam aſcendere potuimus. Et illi Nobiles, qui totum rumorem excitauerant, in ſedibus iuxta nos ab vtraque parte ſedebant, & tranſuersâ facie modò nos, modò populum reſpiciebant in dolo. Silentio autem facto, Pater meus clarè & ſtrenuè incipiebat quamdam collationem facere, & tanta mirabilia inaudita, & ſacram Scripturam continuò allegando, dicere, quòd aures audientium tinniebant; & ſpecialiter declarando rumorem inſipientium, quomodò iniquitas facta non in nobis, ſed in perſonam Papæ & Regis Cypri conuertebatur; quomodò populum pulchrè in verbis ſuis corripiendo reprehendebat,& poſteà ipſum excuſando iuſtificabat & laudabat; quomodò auctores tanti ſceleris & veneni ſeminati, loquendo generaliter acriter reprehendebat, ipſos condemnabat, & pòſt ad pœnitentiam & Eccleſiæ obedientiam ipſe piè reuocabat; quomodò opus diaboli hoc fuiſſe probabat clarum, innocentiam noſtram adeò demonſtrando, & ad pacem factam ſeruandam, & ad Eccleſiæ veram obedientiam omnes inducebat. Quid plura? Verba ſua diuina & ardentia,corda audientium in caritatem veram, cognitionem, & contritionem ſceleris perpetrati inflammauerunt. Et qui anteà inimici erant noſtri, amici facti ſunt.

pulſatâ campanâ populum conuocat,

& concione habitâ eum componit.

74 Et ecce quidam [a] Doctor Legum de primatibus ciuitatis in medio populi ſurrexit, & prout poterat & ſciebat,in genere ſubſtantiam verborum Patris mei gratioſè replicauit, & Patrem meum laudando, commendando, & fidelitatem & laborem eius approbando, pro parte totius ſibi & mihi innocentibus veniam petiit,populum excuſando, Patrem meum glorificando, & Eccleſiæ veram & cordialem obedientiam demonſtrando. Et ab illa horâ tanta tranquillitas & obedientia in ciuitate fuit, quòd ad vocem Patris mei vnanimiter omnes obediebant cordialiter. Nam illâ die cuſtodiam liberalem, claues ciuitatis, caſtri eius, & claues centum viginti caſtrorum in manu meâ vice Patris mei liberè tenebam & regebam. Ego autem tanta mirabilia, tantum periculum, tantam ſecuritatem in vno die integro videns, de liberatione noſtrâ Deo altiſſimo regratiaui, ſibique & meritis Patris mei totum attribui.

a Quidam Legum Doctor publicè ab eo, nomine populi, veniam petit.

75 Aliquo verò tempore tranſacto & Patre meo ſapienter in pace & ſine murmuratione ciuitatem & caſtra in honorem Eccleſiæ gubernante; [b] Legatus Cluniacenſis, Bononiam & terras Eccleſiæ pro parte Papæ recturus & gubernaturus, Bononiam venit: & præcepto Patris mei claues ciuitatis & caſtrorum cum magnâ lætitiâ & honore Regis Cypri, & commendatione Patris mei, ſibi dedi. Mira res: nam tanta virtus exibat de verbis Patris mei, quòd nemo verbis eius reſiſtere poterat. Et meritò ſibi dici poterat verbum Petri ad Dominum: Ad quem ibimus? verba vitæ doces. Quanta Ioan.6. 69. peticula alia digna relatu, quantos labores, quantas inſidias corporales & ſpirituales, quantas contumelias & opprobria,quærendo vnitatem & pacem Eccleſiæ,& effectum ſancti paſſagij, cauſsâ breuitatis omitto ſcribere, quod non valerem.

b Legatus Cluniacenſis Bononiam Papæ nomine gubernat.

a *Academia illa Iuris ſtudio iam dudum celebris fuerat: iſthic enim Ioannes Andreas, aliiq; floruêre, quos recenſet Valentinus Forſterus in hiſtoriâ iuris ciuilis lib.3.*

b Androinus de Rocca, *ex Abbate monaſterij S. Petri Cluniacenſis, Presbyter Cardinalis creatus ab Innocentio VI. an. Chr.1361. Hic antè Barnaboum & ſocios anathemate abſoluit, & ſacra vrbi Mediolanenſi aliiſq; illius & ſociorum oppidis reſtituit.*

CAPVT XIV.

Belli tenue ſubſidium à Venetis conceſſum, à reliquis Principibus negatum.

76 SEd quia ſuperiùs dixi, quòd nemo verbis Patris mei reſiſtere poterat, vt clariùs hoc oſtendam, & affectionem diuinam, quam ad paſſagium habebat, pace à Deo per ipſum factâ & confirmatâ,viâ ſancti paſſagij omnibus apertâ, in Bononiâ nobis exiſtentibus, metuendiſſimus atque dilectiſſimus meus Dominus Ieruſalem & Cypri Rex in partibus Occidentis Reges antedicti circumeundo, vt dictum eſt, priùs quaſdam litteras manu propriâ ſcriptas miſit mihi, & vt perſonaliter Venetias me transferrem ad nauigia præparanda pro tranſitu & ſuo paſſagio & nonnullorum Principum & armatorum, ad terminum ordinatum præparandum. Rex verò Cypri illo tunc Patri meo de hoc non ſcripſit, quia ipſum aggrauari laboribus dubitabat. Tempus enim mihi impoſitum præparandi nauigia ita breue erat, quòd vix ſpatium duorum menſium habebam, quod mihi omnino impoſſibile erat. Ego autem non modicùm contriſtatus de inobedientiâ à meo Domino reprehendi dubitans, & paſſagium ſuum, (nouit Deus)ad Patrem meum amantiſſimum refugi, & negotium ſibi indicaui. Ipſe verò caritate inflammatus inducias non quæſiuit, ipſum me rogantem non expectauit, ſed dulciter

Abit cum Cancellario Venetias, reperitque moram expeditioni iniectam.

citer me confortans viam ſtatim versùs Venetias arripuit.

77 Nobis autem aduenientibus Venetiis, & Duci Concilio cauſsâ noſtri aduẽtus expoſitâ & reſponſione debili habitâ, magnum contrarium noſtræ petitionis, & paſſagij inuenimus, & multùm turbati fuimus. Primum contrarium fuit, quia tempus termini & aduentus Domini mei Regis erat nimis breue, vt dictum eſt priùs. Secundum erat, quòd *a* Rex Franciæ, qui erat Capitaneus generalis paſſagij, viam vniuerſæ carnis ſoluerat; & inde Veneti omnimodè deſperati de paſſagio, mouere guarram contra Soldanum ſiue eſſe cauſſa ipſius guarræ recuſabant, de mercimoniis ipſorum dubitantes. Tertium erat, quia non videbant nec viderant aliquos factores Dominorum Occidentalium præparationem ſiue prouiſionem pro paſſagio faciendo. Quartum & maius impedimentum: nam Deo permittente inſula Crete iis diebus contra Dominationem Venetorum omnino *b* rebellauerat. Et Veneti, ſpreto paſſagio & quocumque alio negotio, quamdam armatam armatorum *c* equitum faciebant militiam pro recuperatione inſulæ ſuæ Cretæ. Et ſic adeò impediti, quaſi voce omnium Venetorum, nec paſſagio generali nec paſſagio particulari vacare poterant, nec nauigia dare, nec pro pecuniâ mutuare diſpoſiti erant.

ob temporis angustias,

a mortem Regis Frãcie,

ſuppetias à Principibus non ſubmiſſas,

b & Cretã contra Venetos rebellantem:

c

78 Tunc Pater meus Archiepiſcopus *d* Cretenſis in talibus non diſcipulus ſed magiſter erat, de reſponſione debili Ducis & contrariis ſupradictis non deſperatus, ſed in Deo confiſus, ad aratrum, ſicut conſueuerat, manum appoſuit; paullatim Duci, nobilibus, & mercatoribus contrarium opinionum eorum argumentis demonſtrabilibus clarè demonſtrauit. Ipſi verò in contrarium replicantes, vt ſciebant & poterant, concluſionibus eius nullo modo contradicere valebant, me audiente. Tunc Dominatio ſupradicta, conſilio habito, quatuor Nobiles antiquos ſapientiores & magis expertos totius ciuitatis elegit, duos litteratos & duos laicos. Et vt petitio noſtra annihilaretur & Patrem diſputando vincerent, ſicut concepit, ordinauit, quod difficile erat. Nam ferè per quadraginta dies qualibet die ſemel in die vel bis cum Patre meo in certamine deputationis prædicti quatuor ſapientes conueniebant, me præſente. Sed qui argumenta diuina & moralia vtriuſque partis memoriæ commendare poſſet, certè difficile eſt, & mihi impoſſibile eſt. Tandem in fine, Deo, cuius opus erat, operante illud, quod Venetis omnibus impoſſibile iis diebus videbatur, ipſi velut Catholici & deuoti Patri meo vice Regis ad terminum ſuum obtulerunt. Quæ oblatio certè in laudem Venetorum & Patris mei ſupra ſenſum humanum procurantis ſcripturæ commendari debet. Nam Veneti morte Regis Franciæ & inſulæ ſuę Cretenſis proditione, necnon & aliis multiplicibus impedimentis non obſtantibus, in honorem ſancti paſſagij, & reuerentiam & amicitiam Regis Cypri nauigia ad terminum ordinatum pro duobus millibus militibus cum eorum equis, armis, familiaribus & victualibus pro tribus menſibus in terram Soldani vel cuiuſcumque fidei inimici transfretanda ſecundùm voluntatem ipſius Domini Regis obtulerunt. Ita tamen quòd Veneti medietatem nauigiorum prædictorum propriis expenſis ſoluebant, & alia medietas per Regem & transfretantes ſolui debebat.

d

tractat negotia cum quatuor à Rep. deputatis,

impetrat à Venetis nauigia:

79 Ecce pulchrum principium paſſagij, cum difficultate & mirabili admonitione Patris mei, Dei virtute, procuratum. Deſiderium ſuum ſanctum paſſagij mirabiliter oſtendebat, & quod in eo erat ad plenum faciebat, viam paſſagij omnibus in effectu aperuit. Et, vt verè credo, miniſterium primi paſſagij coram Deo obtinuit. Quibus laudabiliter peractis, ſtatim bullas authenticas oblationis prædictæ Dominationis Venetorum ad Regem meum Dominum in Occidentalibus partibus tranſmiſi, & mirabilia Dei, quæ Pater meus ad honorem ſuum & paſſagij laudem fecerat, cum gaudio Regi manifeſtaui. Tunc Pater meus in Domino gaudens, & continuè peroptimè ... adimpletis omnibus negotiis ſibi commiſſis, & plus ad referendum meritò ſupradicta Papæ, & paſſagium ſuſtinendum, corporaliter me dimittendo, & non mentaliter, versùs Curiam iter arripuit. Adueniente autem ipſo ad Curiam & quæ à dicto facta erant Papæ referente, & paſſagium confirmante; Papa ipſum dulciter vidit, labores eius & opera laudauit, commendauit, & approbauit: & à Cardinalibus & amicis ſicut Angelus Dei receptus fuit. Nam omnes opera per ipſum facta audientes non ſolùm mirabantur, ſed in ſtuporem conuertebantur.

hæc Regi & Papæ nuntiat:

Tom. II.

80 Aliquibus verò temporibus ante aduentum eius in Curiâ, ſicut Deo placuit, Cardinalis Petragoricenſis Legatus Paſſagij, Capitaneum, videlicet Regem Franciæ, *e* ſecutus eſt, debitum humanæ conditionis ſoluens. Sed Deus omnipotens, qui vnicuique ſecundùm opera ſua retribuit, & exaltantes fidem Catholicam & myſterium Crucis, non ſolùm in patriâ glorificat, ſed etiam in hoc ſeculo honorat & exaltat; ipſum Patrem meum ad altiorem gradum aſcendere voluit. Nam Papa ſufficientiam & Dei virtutem in Patre meo fulgere cognoſcens, de conſilio Cardinalium, Patri meo amantiſſimo maiorem dignitatem in Eccleſiâ Romanâ militante poſt Papam dedit ſolemniter, videlicet *f* Patriarchatum Conſtantinopolitanum, inſuper Eccleſiam Coronenſem in commendam ad vitam ſuam, & Eccleſiam Nigropontenſem; & loco Cardinalis Petragoricenſis Papa ipſum Patrem meum Apoſtolicæ Sedis Legatum pro paſſagio *g* ordinauit, & decem florenos quotidianos in expenſarum augmentatione ſuarum præordinauit. O quàm bonum eſt ſperare in Domino, mandata eius ſeruare, & in Deo ponere ſpem ſuam! veraciter Pater meus viam ſuam Deo reuelauit, totam ſpem in eo poſuit, quæ Dei erant ardenter quæſiuit, myſterium Crucis & paſſagium annuntiauit & prædicauit, & quantum erat in eo veraciter adimpleuit: & ideò Deus eum ſic exaltauit & magnificauit.

e Cardinale Petragoricenſi, Legato ſacræ expeditionis mortuo,

creatus Patriarcha Conſtantinopolitanus, & Legatus expeditionis,

f

g

81 Ipſe autem Pater meus Conſtantinopolitanus Patriarcha & paſſagij Legatus, gratiis & priuilegiis Apoſtolicis munitus non modicùm, benedictione Apoſtolicâ receptâ, versùs Venetias ad proſequendum fidelium & Regis Cypri paſſagium iter arripuit. Et in viâ ſua fideles commonens, & ſuper humeros eorum venerabile ſignum Crucis imponens, ad paſſagium Regis Cypri omnes inuitando, & myſterium Crucis proſequendo, Venetias applicuit. Et à Venetis gratiosè cum honore non modico & Eccleſiæ reuerentiâ receptus fuit. Venetiam venerant ad terminum Regi Cypri, aliqui Principes & Nobiles Occidentis cauſsâ paſſagij, in ſatis bonâ quantitate; qui Patrem meum Legatum libentiſſimè viderunt, & ab eo confortati fuerunt. Veneti verò in promiſſis parati de oblatione Patri meo factâ vice Regis ad terminum ordinatum numquàm retroceſſerunt.

redit Venetias:

multos excitat ad bellum ſacrum:

82 Sed (heu! heu!) quis mortalium dolorem intimum Patris mei & meam amaritudinem ad plenum narrare valeret? Spes noſtra verſa eſt in nihilum: Pater meus cum tantis laboribus & periculis vineam plantauerat, ſed inde vinum dulcius melle *h* bibiturum factum eſt acetoſum & felle mixtum. Nam vipera illa antiqua venenoſa, (cuius caput Virgo contriuit) quæ decipit genus humanum, tanti boni futuri voto inuidens, ſaluationem animarum ferre non ſuſtinens, intoxicauit vinum noſtrum, deſtruẽdo paſſagiũ. Nam Dominus meus Rex ad Principes Occidentales auxilium pro paſſagio quærens, propter peccata lamentanda illorum, ad quos negotium paſſagij rationabiliter magis pertinebat, impeditus fuit: & ad terminum ſuum Venetias venire non potuit. proh dolor! Termino verò elapſo & Patre meo Venetiis exſpectante & lacrymante, prędicti Nobiles Venetiis cauſsâ paſſagij expectantes, de aduentu Regis dubitantes, deſperati receſſerunt, paſſagium relinquendo. O dolor in animâ! Iam termino tranſacto Veneti de oblatione

h

ad moram Regis

multis diſcedentibus,

AVCTORE PHILIP. MAZZEARIO, EX MSS.

AVCTORE PHILIP. MAZZERIO, EX MSS.

suâ antedictâ absoluti fuerunt, & milites recesserunt cum dolore, vultu tristi, de passagio desperati. Tunc mercatores reprobi gauisi sunt, & de passagio trufauerunt. Ille tunc Pater meus tristis desolatus, opera diaboli benè cognoscens, de Deo non desperatus, electos paucos pro passagio, quos inuenire poterat, in Domino confortans, ad lacrymas & orationes se posuit, Venetiis Regem expectando & pro ipso Deum orando. Consuetudo adeò sua erat, quòd in omnibus agendis suis humano sensu deficientibus ad Deum & eius Matrem Virginem recurrebat. Et quicquid implorabat communiter impetrabat. Pluries fui hoc expertus, & numquàm fui deceptus, & etiam in arduis negotiis & quasi impossibilibus.

ad Deum recurrit:

83 Rex autem Cypri Imperatorem Romanorum & alios Reges & Principes Occidentales, cum magnis periculis, laboribus, & expensis ferè per annum cum dimidio visitabat, quotidie adiutorium pro passagio petendo. Sed heu peccatis mundi imminentibus, & inuidiâ Principum regnante, non inuenit qui laudem daret Deo, nec qui de passagio curaret, nisi in verbo iactante & effectu carente. Non fuit qui terræ sanctæ misereretur, nec de opprobrio suo compateretur. Proh dolor! omnes se Regi Cypri excusauerunt, & ipsum *i* vacuum & lacrymantem remiserunt. Tunc Rex de Principibus Christianorum desperatus, termino suo multo tempore elapso & sine adiutorio de Deo confisus, cum expensis omnibus de passagio desperatus Venetias est reuersus, & à Venetis magnificè receptus. Sed ille qui in rebus desperatis fortior erat, & ipsas res ad finem bonum Deo operante perducebat, videlicet Pater meus Legatus, obuiàm Regi iuit, & ipsum lacrymantem & de labore suo & termino perditis lamentantem inuenit. Legatus verò Regi compatiens, à Spiritu sancto instructus, ipsum dulciter & multis argumentis confortauit, & vt in Deum totam spem suam poneret, retro non respiceret, ad aratrum manum fortem poneret, & Deus ipsum adiuuaret, ipsum piè admonuit. Rex verò à Deo & verbis Legati confortatus, magnalia in honorem Dei cogitans, vires resumpsit, & in expensis propriis aliquos fideles non multos secum adunauit, mare causâ transfretandi & passagium non relinquendi. Sed Legatus quid faciebat? Regem incessanter confortabat, omnes in ministerium crucis animabat, demonstrando victoriam Dei non esse in multitudine populi, sed de cælo fortitudinem demonstrando, quòd paucos in passagio Deus adiuuaret, & ita Regem animabat, & ipsum piè admonebat.

à Principibus Occidentalibus auxilium negatis,

i Regem Venetias venientem

consolatur.

a *Obiit in Angliâ* 8. *Aprilis anni* 1364. *cui successit filius* Carolus V.

b *Ob tributum insulanis impositum, carceri incluso* Leonardo Dandulo *Duce, & negotiatoriis nauibus interceptis. Sabellicus Enneade* 9 *lib.* 8.

c *Mille, & peditum duplo maiore numero, præter copias nauales sub Duce* Buchino Vermio.

d *Papa VII. Idus Decemb. an.* 1363. *præceperat Duci Venetorum, vt* Petro *Archiepiscopo Cretensi & Sedâ Apostolicâ Legato, in hu quæ ad pacem Cretensium attinerent, obtemperaret. Bzou. ut nu.* 11.

e *Ergo non obiit XVII. Kal. Febru. vt tradit Ciaconius in Ioanne XXII. Hic est ille* Talayrandus, *de quo suprà, cuius rogatu vir nobilis VVilhelmus de Baldenselle hodœporicum terræ sanctæ conscripsit, quod manu exaratum penes nos est, cum alio tractatu de Terrâ sanctâ F. Ioannis de Oosterwyck Presbyteri tertij ordinis S. Francisci, qui Thenis oriundus anno* 1356. & 1357. *terram sanctam visitauit.*

VVilh. Baldensteel, Ioan. Oosterwyck.

f *Bzouius an. Chr.* 1365. *num.* 5. *post expeditionem Alexandrinam creatum Patriarcham Constantinopolitanum, perperàm scribit.*

g *In Bullâ testatur Pontifex, eum esse* virum secundùm cor suum, honestate conspicuum, religione probatum, præclarum scientiâ, humilitate sublimem, mansuetudine generosum, multâ prouidentiâ circumspectum, & in lege Domini ipsâque fide Catholicâ admodùm eruditum &c.

h *Fortè* bibendum.

i *Bosius lib.* 3. *hist. Rhodiana citatus à Bzouio an. Ch.* 1364. *n.* 9. *ait* Imperatorem subsidia pecuniaria tanta in sacrum bellum obtulisse, quanta Vrbanus Pontifex numerari iuberet. *quam hac fidem mereantur, hinc patet.*

CAPVT XV.

Timor belli Genuensis sublatus. Classis ad expeditionem emissa.

84 REge autem parato cum exercitu suo paruo ad transfretandum, & personam suam in magno periculo ponendo, sed pro seruitio Dei terminando, Legato ardenter negotium Dei prosequente, & ecce generis humani antiquus hostis, pater mendacij, & crucis inimicus, de passagij generalis supradicti impeditione adhuc non contentus, sanctis operibus Patris mei, necnon & bonæ intentioni Regis, inuidens, nostrum paruum & singulare passagium & cum difficultate impediuit, & quoddam os ad rodendum in ore Regis proiecit. Nam illi qui regni Cypri custodes fideles esse videbantur, & magnum *a* adiutorium Regi obtulerunt, videlicet Ianuenses, pro quadam controuersiâ in Cypro factâ inter Regis officiales & ipsos Ianuenses, à regno recesserunt malè contenti. Et in Ianuâ collatione factâ ad guarram regni Cypri parati, in destructionem passagij. Rex verò ista audiens, de proposito impeditus, non modicùm conturbatur. Sed ne opus Dei impediretur per nuntios Ianuensibus multa bona verba pacis misit, & quæ fienda erant per eum promisit. Ipsi verò verbis Regis non acquieuerunt, imò galeras plures præparauerunt ad guarram Regi faciendam, & contumeliam Crucis versandam. Tunc qui leonem in agnum mutauerat, & pacem Ecclesiæ Deo operante fecerat, videlicet Pater meus Legatus, de Deo confisus, in talibus assuetus, Ianuam pro pace reformandâ personaliter iuit: & à Ianuensibus, qui semper eius amici anteà fuerant, diabolo instigante, cum opprobrio receptus fuit. Nam Ianuenses indignati contra Cyprienses præconizari fecerunt quòd nullus Ianuensium obuiàm Legato Regis nuntio iret, nec ei hospitium præberet, in magnam crudelitatem & inauditam. Intrante autem Legato Ianuam quasi lapidatus fuit, nec vbi caput reclinaret inuenit in ciuitate; murmurantes & lapides in familiam Legati iactantes, vnâ voce guarram Cypriam clamantes. Familia verò Legati de vitâ eorum & Domini Legati desperabat, & mortem expectabat, videns populi rumorem & eius malam voluntatem. Tandem Pater meus nihil timens in spiritu tamquàm Papæ Legatus in quadam ecclesiâ hospitalis cum difficultate receptus fuit, & vix refectionem habuit.

a Genuenses bellum contra Cyprum molientes

adit Petrus:

contumeliosè reciditur:

85 Furiâ autem Ianuensium aliqualiter transactâ, Legatus ad palatium iuit, & *b* Duci & concilio aduentus sui causam primò cum humilitate aperuit. Et in responsione corda amaricata cognouit: Papa enim ne Regis passagium impediretur piè admonendo, eis de pace affectualiter scripsit, & nonnulli alij Principes & Comites. Sed Ianuenses nihil inde curauerunt, & superbè respondebant, regnum Cypri minando, & de timore Dei parùm curando. Legatus autem qui numquàm aliquem tractatum inceperat, quin quantum in eo erat perficeret, sicut in præcedentibus clarè patet, modò cum minis, modò cum argumentis insolubilibus, modò cum verbis mellifluis, doloribus humanis, patientiâ inauditâ, & laboribus infinitis præcedentibus, non in modico tempore corda Ianuensium mollificauit, & ad pacem conuertit *c*. Et Venetias factâ pace reuersus est ad Regem, non modico gaudio, antiquo serpente adeò deuicto.

b

summâ industriâ eos demulcet:

c redit Venetias:

86 Tunc Rex de pace propter passagium gauisus, fideles quosquos habere poterat congregauit, in expensis propriis, & sine adiutorio alicuius Principis vel communitatis Christianorum. Legatus verò exercitum Regis in ministerium Crucis & Dominicæ passionis piè confortabat, omnibus transferendis venerabile signum crucis dabat, peccatores absoluebat, & orationibus continuis,

animat ad expeditionem paratos:

nuis, & diuino officio mediantibus, inſtitutiones diuinas transferendis piè & deuotè declarabat. Rex verò pietate & deuotione motus, & verbis Legati continuè admonitus & conſolatus, de Deo confidens, publicè votum emiſit, videlicet ſe numquàm in regnum ſuum intrare, niſi priùs cum exercitu ſuo in terram inimicorum fidei perſonaliter intraret, etiamſi mori deberet. Tunc detractores paſſagij videntes Regis apparatum, & Legati firmum propoſitum, confuſi ſunt, & aliqualiter tacuerunt. Noua tunc ad Principes Chriſtianorum volauerunt, ipſos ad bellum Dei excitando, ſed ipſi tamquàm crapulati à vino dormientes, de paſſagio parum curantes, nullum adiutorium dederunt, nec ſolum pedem inde mouerunt veniendo ad paſſagium Regis inchoatum, & per ſummum Pontificem publicè iam indictum.

Rex vouet non rediturum ſe in regnum, niſi priùs in hoſtes mouiſſet,

etiam auxilio aliorũ Principum deſtitutus.

87 Rex autem Deo operante & Legato conſulente, pluribus nauibus armatorum, & ferè quingentorum equorum oneratis in Rhodum antè præmiſſis, in *d* tertio anno à receſſu regni ſui cum duabus galeis ſolis de Venetiis versùs plagam Orientalem receſſit, & omnia nauigia ſui exercitus ſexcenti fermè armati & marinarij omnes & equi prædicti in expenſis & ſtipendiis Regis erant omnes, vnâ ſolâ galeâ acceptâ à Dominatione Venetorum Regi à communi notatâ. Rex verò Legato aſſociatus, vento proſperante, in ſatis breui tempore Rhodum applicuit, & à Magiſtro Hoſpitalitatis magnificè receptus fuit. Rex verò pluribus menſibus antè Principi Antiochiæ fratri ſuo, regenti Cypri regnum, in mandatis ſcripſerat, vt exercitus regni ſui Cypri, regno in bonâ cuſtodiâ permanente, obuiàm ſibi Rhodum veniret. Quod & factum eſt. Nam Rege in Rhodum aliquo tempore expectante, venit exercitus Cypri, videlicet ſexaginta nauigia, inter galeas, huyſperia, & alia nauigia militum armatorum, ſagittarum, baliſtarum in bonâ quantitate onerata. Qui tunc Patrem meum gaudentem, exercitum benedicentem & Deum glorificantem vidiſſet, in deuotionem & inimicorum fidei deſtructionem conuerſus fuiſſet. Illo tunc Magiſter Hoſpitalis in ſeruitio Dei & adiutorio Regis centum milites ordinis ſui elegit, & nauigia ſua armari præcepit & fecit.

d

Claſſis in Rhodum appellit:

accedunt copiæ Cypriæ,

& Rhodienſes:

88 Et Rex & omnis exercitus in Domino lætatus, & de bello confortatus, inimicos fidei inuadere deſiderabant. Legatus autem ad artem ſuam diuinam cum lætitiâ manum fortem poſuit, legem dando, prædicando, cruces noſtris peregrinis & etiam ſchiſmaticis dando, confeſſiones audiendo, peccatores abſoluendo & reconciliando, modò in conſilio Regis, modò inter marinarios & pauperes, modò inter Barones & milites, modò ad Magiſtrum Rhodi & ſuos milites in humilitate & diuinâ admonitione laborabat; nunc infirmos viſitando, nunc rumores pacificando, nunc inter Anglicos, Cyprienſes, Gallicos, & Teutonicos conuerſabatur; ſemper vnitatem, caritatem, & bellum Dei hortabatur. Quid plura? Tantam gratiam effudit Deus in Patre meo Legato, quòd omnes in exercitu quaſi ipſum adorabant, & qui manum ſuam in die oſculari poterat, vel etiam benedictionem receperat, ſecurus de omni caſu periculi ſe reputabat. Quales proceſſiones deuotas & ſolemnes Miſſas perſonaliter celebrando, quales prædicationes de Cruce faciebat! Nam in prædicationibus ſuis omnes ad lacrymas prouocabat, mentes omnium eleuabat, & vſque ad mortem ſuſtinendam pro Chriſto omnes animabat & præparabat. Tantùm laborauit, & ita ardens erat, quòd vix comedebat, & parum quaſi nihil dormiebat, exaltationem Crucis & fidei Catholicæ deſiderando & exercitũ informando & illuminãdo.

B. Petrus omnium animos ad bellum præparat:

exercitia pia inſtituit.

89 Et breuiter laboribus in verbis ſuis ſanctis mediantibus, & ſanctâ ſuâ conuerſatione coram omnibus lucente, tantum fecit quòd paucis diebus ante receſſum Regis à Rhodo, Rex & omnes Barones & Nobiles de manu Legati deuotiſſimè & Catholicè ſacratiſſimum corpus Dominicum receperunt. Et in exercitu non remanſit fidelis Catholicus, qui ante receſſum corpus Dominicum non reciperet; ſed etiam infideles Chriſtiani ſeruientes in magnam deuotionem conuerſi ſunt, pœnitentiam agentes. Quot & quanti erant illi homines amorum qui anteà confeſſi non fuerant in decem vel viginti annis plus aut minùs! Quanti etiam illi, qui deuotionis cauſsâ ad paſſagium non venerant, ſed cauſsâ vanitatis & auaritiæ & beneficij Regis! certè maior pars exercitus. Veraciter Deo miſericorditer inſpirante & Legato informante, in exercitu omnis vallis impleta eſt, & omnis mons humiliatus eſt.

Rex ceteriq; omnes milites confitentur & communicant.

AVCTORE PHILIP. MAZZARIO, Ex MSS.

90 Sed quid feci: Deus in exercitu ſuo paruo? Nam Regis potentiâ inter Turcos volante, Deus tantum timorem & terrorem in cordibus Turcorum incuſſit, quòd maiores Principes Turcorum, videlicet Dominus de Altologo, & ille de Palatio, Ambaſſiatores ſuos ſolemnes in Rhodum miſerunt Regi, & caſtra ſua, homines, & victualia & amicitiam Regi præſentauerunt per nuntios, & ſibi ſeruire ſub tributo obtulerunt. Quod & factum eſt. Magna eſt potentia & Dei bonitas, qui ſeruum ſuum Regem ſic honorauit, & corda inimicorum eius ad pacem conuertit.

Principes Turcorum tributum Regi ſoluunt.

91 Adueniente autem termino receſſus, Rex de loco inimicorum fidei inuaſuro ſecretè in concilio ventilato, Deo auxiliante, Legato benedicente, propoſuit Soldanum Babyloniæ, ſanctam ciuitatem Ieruſalem & eius hæreditatem occupantem, non ad caudam ſed ad caput inuadere, & versùs Alexandriam ſuum & Dei exercitum dirigere. Et valefaciens Magiſtro Hoſpitalis, galeam aſcendit. Legatus verò & omnis exercitus galeas & nauigia aſcenderunt, & in portis Rhodi iuxta galeam Regis mutuò ſe congregauerunt. Mira res à Deo mirabilis, & narrandi magna eſt gloria Domini, & mira, qui ponentes manum ad aratrum in fidei Catholicæ multitudine retro non reſpicientes fortificat, augmentat, & roborat. Nam Rex Cypri à Principibus & Chriſtianis Occidentalibus derelictus & deſpectus, nunc à Deo fortificatus, & à Legato diuinitus inſtructus, contra opinionem quaſi omnium paſſagium proſecuturus, adeò potentem ſe inuenit. Nam inter galeas, huiſſeria, ligna, naues, & alia nauigia ferè centum ſecum habuit in expenſis propriis, quatuor huiſſeris & aliis paucis nauigiis. Erant circa mille Nobiles armati, baliſtarij, & ſagittarij, & marinarij erant omnes ad bellum parati. Totus autem exercitus Regis fuit circa decem millia bellatorũ, & circa mille & quadringenti equi. Sed ij quid erant contra Soldanum & tantos Saracenos? Certè ſatis, quia Dominus Ieſus nobiſcum erat, Cruce præcedente, viam noſtram in omnibus præparabat.

ſoluit claſſis ex Rhodo.

92 Legatus autem, perſonis Eccleſiaſticis totius exercitus aſſociatus, in galeam Regis aſcendit pro benedictione generali exercitus Dei fiendâ. Et aſcenſo in eminentiori loco galeæ, vt ab omni exercitu videri poſſet, Rege prope ipſum ſtante, & omnibus ſtantibus & Legatum reſpicientibus, omnibus ſignis & vexillis galearum & aliorum nauigiorũ depoſitis Legatus quamdam largam & inauditam atque pulcherrimam benedictionem à Spiritu ſancto incepit, antiquum teſtamentum & nouum in benedictione allegando, modò nauigia, modò arma, modò perſonas, modò mare, modò totum exercitum benedicendo in honore Crucis, & Saracenorum deſtructionem, auxilium Dei inuocando. Rex verò & omnis exercitus Legato deuotiſſimè ad omnes benedictiones capitibus inclinatis reſpondebãt, & in magnâ deuotione erant. Finitâ autem benedictione, ſignum regale, videlicet quemdam leonem rubeum magnum, in galeâ Regis ſubitò leuauerunt, & tubis omnis exercitus inſonantibus, & vexillis infinitis leuatis vnâ voce terribili in cælum clamauerunt, Deo regratiando, clamantes & dicentes: Viuat, viuat Petrus Ieruſalem & Cypri Rex, contra Saracenos infideles. Tunc Legatus Regi valefaciens & ipſum benedicens reuerſus eſt ad galeam ſuam, me ſemper in omnibus aſſociante.

B. Petrus claſſi ſolenniter benedicit,

acclamante toto exercitu.

AVCTORI PHILIP. MAZZERIO, EX MSS.

a *Regem ann. 1363. antequàm Auenionem abiret, Princeps Simon Buccanigra, ceteriq; Ordines ſummis & quæſitiſſimis honoribus exceperant, omni genere magnificentiæ proſecuti; vt tradunt Petrus Bizarrus & Vbertus Folietta lib. 7. hiſt. Genuenſis.*

b Gabrieli Adorno.

c *VVaddingus in Vitâ nam. 32. hæc addit:* Magnis deinde itineribus contendendum fuit Auenionem, confeſtim Genuam redeundum, hinc Venetias ad Regem abeundum, iterum Genuam regrediendum. *qua itinera breuitas temporis difficulter admittit, maximè quòd* non modico *tempore Genua manſerit.*

d *Anno Chriſti 1365. Pontifex VI. Kal. Maij Regem hortatus eſt, vt quamprimùm transfretaret, Bullâ 29. & vltimâ apud VVaddingum.*

CAPVT XVI.

Alexandria intercepta: derelicta.

93 ADhuc neſciebat exercitus, vbi Rex ire volebat, vel in Turquiam vel in Syriam, vel in Ægyptũ. Legatus verò & concilium ſecretum Regis, eius voluntatem & propoſitum ſciebant. Rex autem à portu Rhodi recedendo, ſapienter ſurgendo, totum exercitũ versùs Turquiam duxit, & in Turquiâ aquâ dulci quantum volebant noſtri leuatâ, Rex versùs altum pelagum viam fecit. Elongato ab omni terrâ omnibus nauigiis, voluntatem ſuam omnibus manifeſtari fecit, videlicet quòd versùs Alexandriam Deo permittente tendebat, & quòd omnes galeas ſuas ſigna ordinata ſeruando ſequerentur, hoc in mandatis dabat. Tunc omnes gauiſi Alexandriam clamantes vociferabant, quaſi eſſet quoddam caſtrum paruum, vel oppidum ipſum captum reputabant. Sed quid fecit Deus mirabile in oculis noſtris, ne manus noſtra hæc, & ne opus humanum videretur? Eundo & Regem præcedendo in viâ nauigia ſeparata ab inuicem, vt pluribus diebus non viſa, ventum proſperum omnibus habentibus, & velis in altum quaſi nobis ludentibus, Deus mirabiliter in quarto die à receſſu terræ benè manè totum exercitum in portu Alexandriæ congregauit. Mira res à Deo: nam marinarij de viâ Ægypti conſueti, velut admirantes facti numquàm talia viderunt, & remotiùs valdè eſſe credebant. Saraceni verò exercitum Chriſtianorum in portu ipſorũ reſpicientes, non modicùm admirati & turbati fuerunt. Exeuntes autem Saraceni de ciuitate Alexandriæ cum multitudine infiniti populi, vt portum nobis defenderent, in campo phalangas ſuas coram nobis ordinauerunt.

ſignificat Rex Alexandriam peti:

intra quatriduum eò appellit.

Saraceni aciem inſtruunt:

94 Erat autem dies Iouis, & hora quaſi ſexta. Sed Rex, vt diſtinctè & ordinatè inimicos Crucis inuaderet, ſigna ſua daret & modum bellandi, & quæ pertinebant ad militiam ordinaret, conſilio ventilato, illo die Iouis requieuit, & in terram non deſcendit. Videntes autem Saraceni quòd exercitus Chriſtianorum ad terram non deſcendebat, animati ad terrorem nobis reputauerũt. Sed Deus nobiſcum exiſtens hoc manifeſtè fecit ad maiorem victoriam & gloriam ſui nominis habendam. Stantibus nobis ſic, ſtrenuitatem Patris mei Legati & martyrij eius ardentem voluntatem tacere non poſſem. Nam Saraceni in turmis ſuis multiplicatis ſapienter & ſtrenuè in litore portus ordinati vociferantes, nos ad terram deſcendere expectãtes; Legatus adhuc cauſſam neſciens noſtræ retardationis inimicos inuadendi, mihi cum magno feruore deſiderij clamando dixit: O frater mi dulciſſime Cancellarie, in memoriam paſſionis Domini eamus cum galeâ noſtrâ, eamus ad terram, tantum vituperium ſuſtinere non poſſum: inuadamus Saracenos Cruce præcedente, & ſequantur Crucem omnes galeæ noſtræ. Ego autem audaciam eius, & voluntatem ipſius pro Chriſto moriendi conſiderans & non modicùm admirans, ridendo ſibi reſpondi: Pater mi, adhuc non eſt hora mortis noſtræ, non eſt hora ad terram deſcendendi: cum reuerentiâ hoc non faciam. Ipſe verò tantùm triſtabatur, quòd ſcribere non valerem. Ego enim Regi meo, Patris mei habebam galeæ & ordinationibus regularibus obtemperare, cui omnes obedire habebamus. Tunc Saraceni totâ die ac nocte ciuitatem fortificantes & ſine numero exercitum ſuum in littore multiplicantes, de exercitu noſtro parùm curare videbantur, & cum buccinis, vexillis erectis, & luminaribus infinitis, in littore portus totâ nocte ſuper nos vigilauerunt, ciuitate circumuallatâ ſuper muros cuſtodibus & infinitis luminaribus.

quieſcunt Chriſtiani:

B. Petrus Cancellarius ad pugnam hortatur.

Saraceni vrbem muniunt.

95 Rex autem & omnis exercitus Chriſtianorum ad tractum baliſtæ ferè cum dimidio iuxta Saracenos in portu ſtabant, & in Dominum quieſcebant, diem futurum cum gaudio expectantes, & victoriam à Deo ſperantes. Manè autem facto, & ſole in clypeis, armis, galeis Chriſtianorum, in terrorem Crucis inimicorum reſplendente, diffinitum fuit per Regem & concilium, Deo auxiliante, horâ tertiarum in terram deſcendere debere, & bellum Dei incipere. Qui tunc vidiſſet Patrem meum interiùs & exteriùs nobiliter armatum, ſuper eminentiorem locum galeæ noſtræ ſtantem, Crucem cum ligno Domini in manibus tenentem, & exercitum à dextris & à ſiniſtris benedicentem! altâ voce omnibus dicendo clamabat: O milites Dei electi in Domino & ſanctâ Cruce eius confortamini, inimicos eius non formidantes, victoriam à Deo ſperantes, bellum Dei viriliter agite, quia hodie paradiſi portæ ſunt apertæ. Tantùm benedixit & clamauit, quòd omnium audientium corda confortauit. Sed bello adueniente, & ſagittis pluentibus timuit ire? Certè, Non. Nouit Deus; faciem eius mutatam, nec aliquod ſignum timoris vnquam nec in mari nec in terrâ vidi in eo, & tantum ardorem deſcendendi in terram habebat, quòd à ſagittis infinitè volantibus cooperire ſe cum clypeo, me pluries admonente, nolebat. Pulſante verò Regis buccinâ, gradatim & paullatim ſecundùm ordinem datum, galeæ & alia nauigia versùs terram remigare inceperunt. Et appropinquantibus terram, Saracenis vltra quàm credi poſſit viriliter portum defendentibus, nauigia noſtra ſagittis cooperuerunt. Tanta enim multitudo ſagittarum ſuper Chriſtianos tunc cadebant, ſicut pluuia ſuper terram. Sed contra conſuetudinem humanam, Deo defendente, paucos & quaſi nullos lædebant, Pſalmiſtâ dicente: Cadent à latere tuo mille &c. Pſal. 90. 7.

Exſcẽſum parantes Cyprios animat B. Petrus.

nec clypeo ſe contra ſagittas vult tegere.

96 Galeis autem terram appropinquantibus, ſcalas, vt in terram deſcenderent, in mari iuxta littus vi armorum proiecerunt. Sed Saraceni baliſtas noſtras non timentes, in mari vſque ad pectus intrabant, clypeis eorum coopertis exitum noſtrum viriliter defendebant. Tandem bello quaſi horâ durante, & Deo benedicente, Legati modici de noſtris in terram deſcenderunt, & forti bello terram acquirendo victoriam habere inceperunt. Tunc Chriſtiani noſtri qui citiùs poterant in terram deſcendebant, & Saraceni versùs ciuitatem fugientes terga verterunt. Noſtri verò perſequentes & ipſos occidentes vſque ad portam ciuitatis ipſos perſequebantur. Saraceni verò cum difficultate portas ciuitatis contra nos clauſerunt, & tunc pro defenſione ſuper muros aſcenderunt. Magna eſt gloria Domini, & miſericordia, & victoria eius vſque in æternum. Certè hic vnus ex noſtris perſequebatur mille, & duo fugabant decem millia. Quid plura? Dominus noſter Ieſus Chriſtus propter nomen ſuum nobis oſtendit maiora & inaudita. Nam Rege armatorum fidelium circumuallato, muro ciuitatis appropinquante, ciuitate ſine ingenio & ordine aliqualiter debellatâ ad portas ferreas igne modico poſito, infra horam Saraceni à Deo percuſſi [a] muros & turres reliquerunt; & animis deficientibus ciuitate relictâ versùs [b] Babylonem fugerunt.

Saraceni fugiunt in vrbem;

mox eâ deſertâ, versùs Babylonem.

a

b

97 Tunc noſtri Chriſtiani cum vexillis muros liberè aſcenderunt, & portis adeò combuſtis ſine impedimento cum paruo damno & quaſi cum nullo, Rex, Legatus, & omnis multitudo Chriſtianorum, Cruce præcedente, ciuitatem intrauerunt. Et capta eſt ciuitas magna Alexandriæ à Chriſtianis, Deo operante, quaſi horâ nonâ die Veneris, Octobris menſe, anno ſexageſimo quinto, [c] quartâ

Capitur à Chriſtianis Alexandria an. 1365.

c e quartâ die. Quis loquetur potentias Domini? timuerant aures infidelium. Notas facite in populis potentias eius & mirabilia quæ operatus est in Ægypto coram nobis, vt enarretis in progenie alterâ. Recedant vetera de ore vestro, quia Dominus Iesus nostris temporibus populum suum Christianum exaltauit, & odientes eum in fugam conuertit.

98 Sed væ væ væ! quomodò dolorem Patris mei & meum, necnon vituperium Christianorum narrare incipiam? scribere nescio: arida est manus nostra, quia vires mihi deficiunt. Gaudium & honor Christianorum versa sunt in vituperium. Exaltatio sanctæ Crucis in ignominiam lacrymarum & mœroris. Paradisi porta per misericordiam Dei & mysterium sanctæ Crucis omnibus aperta; & per auaritiam, vanam gloriam, & modicam fidem, iterum clausa. Pro tali dolore quid clamabo? quid plorabo, & lamentabor? Percussit Moyses lapides & fluxerunt aquæ, & Deum non sanctificauit, & ideò terram sanctam à Deo sibi ostensam intrare non meruit. Sed heu! heu! non aquam, sed omnia bona mundi à Deo Christianis tradita, & via Paradisi patefacta, Dominam Ægypti Christiani possederant; sed Deum non glorificauerunt: & ideò meruerunt tantum bonum perdere, & ciuitatem Alexandriæ viliter relinquere. Nam ciuitate captâ victoriosissimus Rex pro custodiâ ciuitatis tenuit consilium generale; sed adiutores & Dei seruitores paucos aut nullos inuenit. Rex verò cum lacrymis milites magnos, paruos, & mediocres, vt secum remanerent piè implorabat. Sed ipsi de hoc Regi excusantes, & Crucem sanctam relinquentes, de recessu promptos inueniebat. Qui tunc Patrem meum Legatum dolentem, lacrymantem, & quasi desperatum in cælum clamantem, & vt remanerent milites admonentẽ vidisset, & ipsos renuentes audisset; certè de scandalo fidei Catholicæ doluisset. Quomodò honorem Dei, vtilitatem Christianorum, & ciuitatem Ierusalem iam acquisitam in retentione Alexandriæ, clarè ostendebat. Et damnum & vituperium Christianis inde secuturum ipsam relinquendo infinitis argumentis demonstrabat. Aliqui verò de exercitu nostro remanere cum Rege & Legato promptè offerebant, sed diabolo instigante maiores ipsorum impediebant. Quid plura? Corda indurata & iniquitate percussa fuerunt: & Regem dolentem & Legatum præ dolore quasi morientem reprobi viderunt, de recessu concludendo, de Deo desperando, & de potentiâ eius non confisi, & victorias eius inauditas prorsùs fuerunt obliti. Damnum enim Christianorum & nostrum vituperium scribere non valerem, & meam tristitiam renouarem, sed in quadam epistolâ authenticâ, manu Patris mei Legati scriptâ Papæ & Imperatori dirigendâ, cuius tenor infrà sequitur, vt clariùs potest intueri.

Recusant milites Alexandria remanere.

Ad id eos hortatur B. Petrus, frustrà.

99 Rex verò in concilio suo victus, Deo permittente, Alexandriam relinquens, nemine inimicorum persequente in galeam quietè ascendit, & noster exercitus in nauigiis se collegit, versùs Cyprum tendentes, Paradisum relinquentes, in pelagum nauigauerunt. Sed quid fecit Deus nobis? Tantam fortunam in mari misit, quia omnia nauigia nostra diuisit, fortunam fugiendo & quasi periclitando. Sed qui anteà timore percussi sine causâ Alexandriam reliquerunt, tantum timorem in mari habuerunt, quòd respirare quasi non poterant. Tantùm mare timebant, remansisse in Alexandriâ affectantes, & peccatum cognoscentes. Pater meus mihi quotidie dicebat: Ista fortuna est Dei vindicta, quia relicta est Alexandria. Maiora enim videbitis in tempore, non dubitetis. Mira res, nam fortunâ intumescente, & nemine se posse iuuare, Pater meus tactus dolore, epistolam prædictam manu propriâ scripsit & ad finem vsque perduxit, & mihi ostendit, cuius tenor sequitur in hæc verba.

Rex dolens cogitur à suis Alexandriam relinquere.

Ingenti tempestate iactatur classis.

a *Thomas VValsingham de rebus Anglicis, in Eduardo III. ita scribit, sed perperàm:* Non ceperunt nisi vnam partem vrbis, ex vnâ parte fluuij, quia brachium quoddam maritimum vrbem secat: reliquam partem tenuêre pagani. AVCTORE PHILIP. MAZZERIO, EX MSS.

b *Vrbem Soldani regem.*

c *Imò tertiâ die Octobris, litterâ Dominicali E. & patet ex num. 123. vbi anno sequenti mortuus dicitur, die Martis festo Epiphaniæ, 6. Ianuarij.*

CAPVT XVII.

Epistola S. Petri ad Papam & Imperatorem, de successu expeditionis.

100 Licet communis dolor planctu dignoscatur communi; verùm quod plus tangit, plus communicat mœrore, & viscera compunctionis inducit. Et quia ego vsque in senectam & senium laboraui, & clamans raucus factus sum, frequenter linguâ percutiens, cùm armis non valerem, vt Christo fideles milites, pugiles Iesu Christi arma sumerent, scuto protecti fidei procederent, & Ierusalem matrem nostram, diu sub Agarenorum ritibus, imò potiùs fæcibus, detentam, magnâ Christianorum negligentiâ & desidiâ pertinaci. Cùm nunc in nouissimâ horâ & in fines seculorum, ac in termino temporis, Illustrissimo Principe Petro Rege Ierusalem & Cypri, discursu laborioso & impensis grauissimis cum sanctissimo Domino Vrbano Papâ V. passâgium procurante, cuius indignus legationis functus fui officio, cum multitudine copiosâ venissemus, armato Rege prædicto Capitaneo præsidente, cum deuotionis affectu, velis inflatis, mari quieto, & vento prospero quem Deus de thesauris suis produxerat; & non per mare ire viderentur, sed potiùs & manu Dei portari sine impedimento, diuersa nauigia, nocte ac die diuisa & ab inuicem non visa, vnâ die in portu Alexandriæ inclusa, nutu potiùs illius qui Petrum fecit ambulare in mare, quàm regimine humano.

Classis feliciter appellit in portum Alexandrinum.

101 Quiete indictâ à meridie vsque ad tertiam alterius sequentis diei, ante maris egressum, multitudine infidelium pro egressu resistente, vt probaret Dominus vires nostras, qui suâ virtute paucos de nostris deduxit in littore. Quibus terga vertunt infideles, quibus fuga fuit remedium & inclusio intra muros. Et ex tunc satis citò secuta sunt vaticinia Ezechielis Prophetæ, vt fierent iudicia in Alexandriâ, iudicia, inquam, Dei, hominibus ignota, Deo cognita, vt non possent aggrauati armis pergere, muros ascendere, lapides proiicere, nec sagittas balistis trahere, quibus inimici vbique tam in muris quàm in turribus, quàm in hospitiis inuenti sunt vltra modum. Sed non fuit pugna nostra, sed Domini, qui omnibus mirabilibus hîc mirabilior extitit, narrabitur in æternum. Pugnauit populus Israëliticus contra Amalech, qui non tuebatur muro; Moyses fatigabatur, & moriebatur populus, cùm manus deponebat. Et hîc lassari non potuit nec Sacerdos, nec populus, quia vix vnius extitit horæ pugna, nec in bellando aliquis de nostris extitit mortuus, cùm essent inexpugnabiles; ..... homines ascenderunt primùm, nec quæ vana quærunt, iactant se primùm in bellis prælium quærentes, quia non fuerunt primi in acquirendo, licet in relinquendo pro tali dolore. Pugnante Iosue franguntur muri, & intrat populus. Sed hîc (ô Deus!) relinquuntur turres vt castra, muri vt castra relinquuntur, vacua intrant promiscua. Quis Scripturarum discursus? nullus fuit hîc fidelium occursus. Ferreæ comburuntur portæ, gentes traduntur a in morte, quas non seruauit Deus fugæ sorte. Et sic capitur ciuitas, vt Parisius habitata, vt Venetiæ grata, vt Ianua rata, plena diuitiis, iocunda deliciis, fecunda fructibus, irrigata fluminibus paradisi, frequentata mercatoribus: quæ erat Ægypti Regina, baculus infidelium, & porta fidelium si tenuissent.

exscenditur in littus: Ezech. 30.14.

nemine Christianorum occiso capitur Alexandria,

a *vrbs celeberrima:*

102 Sed nostrum gaudium versum est in luctum: vnde & conturbatus est venter meus, à voce contremuerunt labia mea. Patior, patior vehemens, & non est qui compa-

deseritur, ingenti dolore B. Petri,

AVCTORE PHILIP. MAZZERIO, EX MSS.

compatiatur afflicto. Diu laboraui, laboraui in gemitu meo. Sed nunc materiam deduco, gemitus in publicum profero, ideò verba mea dolore ſunt plena. Exitus aquarum deducent oculi mei,& torrentes effluent lacrymarum.Sagittę enim Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. Sed torrẽtes iniquitatis alienæ conturbauerunt me. Vtinam aperiantur cataractæ miſeri capitis mei, & totus in lacrymis fluuius. Multis enim ſolatio ſunt lacrymæ. Dolor ſiquidem ſpeciem ignis gerit, quia dum plus tegitur plus ęeuiuiſcit. Si me Dominus in amiſſione rerum temporalium, aut amicorum morte, aut in afflictione proprij corporis flagellaſſet, æquanimiter ſuſtinerem. Sed plagam ſentio, quæ ad interiora mea penetrat. Nec minùs crucior,quàm ſi quis viſcera mea à me violenter auellat. Et quid mirum? imò miror, ſi non morior: quia vidi illata vulnera, ablata fœdera, prolata ſcelera. O illata vulnera! vulnus & liuor & plaga tumens:vulnus in facie,liuor infamiæ,plaga tumẽs cum inſanie. O vulnus in facie! vulnerati enim fuerunt principales, conſilium facientes in vnum milites, qui videbantur potiores, ſummi, fortiores, vt facies in corpore.Qui autem vt Petrus Regi Chriſto dicebant:Si oportuerit nos mori tecum, non te dimittemus. Sed timore percuſſi, non ancillæ voce, quia non aſtitit, nec aduerſariorum poſſe, quia nullus potuit nocere. Reliquerunt enim eam, de Deo non confiſi, in nullo prouiſi, ſed ex toto diffiſi, ac ſi Deus, quos iam introduxerat,fortis non eſſet pro cuſtodiâ; non attendentes, quòd ſuper muros eius poſuit cuſtodes. O liuor infamiæ! Nonne dicent gentes: Vbi eſt Deus eorum? quæ antè dicebant,vt vero percepi relatu: Deus pugnauit pro eis. noſter Machometus victus eſt. Deus Chriſtianorum magnus & fortis eſt; deridens qui apparebat glorioſus in militibus ſuis.Et reddebant teſtimonium, qui non nouerunt, nec exquiſiuerunt nomen tuum. Gloria noſtra verſa eſt in ignominiam. Dies feſti conuerſi ſunt in luctum, ſabbatum in opprobrium, homines eius in nihilum. Secundùm gloriam eius multiplicata eſt ignominia eius.ſublimitas eius conuerſa eſt in luctum. Et ego vidi,heu! & vt quid eſt mihi viuere, cùm ſit tantus liuor infamiæ, plaga tumens cum inſanie?

Matth. 26.35. *ob fœdam puſillanimitatem eorum, qui Regem reuerti coëgerunt,*

cum magnâ ignominiâ religionis Chriſtianæ:

103 O plaga Eccleſiæ cum inſanie, quæ ſanari non poteſt medicamine! Heu quis medebitur incantatori à ſerpente percuſſo? Qui debebant modò incantatores, ſerpentinos homines, membra ſerpentis qui noſtros decepit parentes, obmuteſcere facere; veneno percuſſi,dicatis in animo: Non potuerunt ſtare, quibus maledixit Dominus. O genti peccatrici, filiis ſceleratis, ſemini Procerum, populo graui iniquitate! Dereliquerunt te, alienati ſunt retrorſum.Et fit magnus planctus in Eccleſiâ, quia vidit vulnera; nec minor, quia attendit ablata fœdera. Heu dolor intolerabilis! Numquàm auditus ſimilis. Quos Deus coniunxerat, vt caperetur ciuitas, diuiſit iniquitas. Vnus recedit ab alio, & facta eſt diuiſio contentio inter Principes. Et receſſerunt *b* Anglici, qui videbantur fortiores, factâ coniuratione cum Principe, cuius ex parentelâ & doloſâ ſequelâ nomen tacere debeo. Sed doleo, quia ſuper eo eſt querela;ſemper carebit medelâ, quia narratur & vulgatur, quòd ipſe facit talia, vt ſit relicta Alexandria. Ei maledicunt Catholici multi, credatis, & Gallici, & quamplures Teutonici, & omnes Italici, clamantes: Væ homini illi, per quem ſcandalum venit. Meliùs erat ſi natus non fuiſſet homo ille. Quia cùm voluiſſet caput, Rex, reſumere vires, velut probus miles, noluerunt hi reſiſtere: ſed cum ſuis Anglicis, qui nolentes in ciuitate in craſtinum pernoctare deuictâ; *c* poteſtis peccatis notare ſe oſtendit abſentare,& omnino ſegregare à Regis conſortio.

Principes exercitus præcipuè tumultuantur.

b Angli quemdam Principem ſecuti diſcedunt:

c

104 O dolor! in medio cum cancellatis manibus, vnà cum Cancellario, milite vero, ſtrenuo, docto, in conſilio philoſopho, de Manſeriis, dolente pro miſeriis Chriſtianorum atque ſuſpiriis, qui ſe promptè offerebat pro turris cuſtodiâ, quæ erat magis dubia, cum brachiis quinquaginta, cum ſociis quadraginta in expenſis propriis inſtantiſſimè, & cum fletu, vt ſtaremus ſine metu inducendo, cum exemplis, & hoc multis argumentis, quòd poterat cuſtodiri locus noſter & murus. Et inſtabant apud Regem cuſtodiendi dando legem. De noſtris verbis non fuit cura, ſed ſequuntur nimis dura: nulla confidentia de Dei potentiâ, imò inceperunt contra fari Admirati, & murmurari. Sed non fuit murmur contra me, de quo triſtor maximè, ſed contra Dominum; de quo, credo, eſt iratus Deus ipſe & turbatus,& ſentiet Admiratus Hoſpitalis militiæ, qui peiùs nec ſententiis, neque verbis aliis hîc induci potuit quòd remaneret pro cuſtodiæ ordine,niſi in Regis agmine;& concedendo negaret, & ſic fugam impetraret. Et quia ſolus ille plures habebat quàm mille, turbauit non immeritò plures à propoſito. Et ſic totius exercitus eius verbis agitatus receſſit quaſi fugatus. Ipſis enim timorem incutiens, prædixit multoties quòd veniret Soldanus ſine morâ, quaſi captans horam. Et tamen licet ſtantes verecundè ante muros, non iocundè,die *d* ſextâ receſſimus; nec veniſſe quemquam percepimus: imò nec intrare muros audebant: tantùm noſtros ij timebant. Sed quia ſcribitur, Fugit impius nemine perſequente, verum dixiſſe nouimus, & in noſtris percepimus.Vidimus ſic rupta fœdera, & monſtrata ſcelera. In egreſſu vidimus vanitatem: ſed percuſſit eos Deus. Et marinarij præcedebant in hymnis in illo egreſſu tripudiantes: ſed percuſſit eos Deus, vt quaſi cæci palpantes parietem,pretioſa non inuenerunt, & quæ erant ſua reliquerunt, alienis in egreſſu in infidelitate, quia non cognouerunt Deum; & ideò conqueritur ipſe Deus.

Hoſpitalariorum Dux vanum aliis timorem incutit.

d

Prou.28.1. *Deſeritur Alexandria.*

105 Audite cæli & auribus percipe terra,quia os Domini locutum eſt: filios exaltaui & enutriui; ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum & aſinus præſepe Domini ſui; Iſraël autem me non cognouit, videns Deum Iſraël, ſcilicet populus Chriſtianorum,qui viderat mirabilia in mari ſine periculo, in exitu deuicto populo, in captione ciuitatis quaſi ſine obſtaculo. Audite cæli & auribus percipe terra, id eſt, Præſidentes Prælati in Eccleſiâ, & terra, id eſt, Principes terreni; quanta fecit nobis Dominus, & præcedite tu Summe Pontifex populum exhortando, indulgentias concedendo, theſaurum Eccleſiæ exponendo, quia tibi quaſi imponitur plaga præſens.Quia ſi veniſſet populus in ſufficientiâ, & prouidiſſet de aliquo Eccleſia, nulla excuſatio fuiſſet,de tanti loci cuſtodiâ. Vide Domine opprobrium noſtrum in loco relicto, & attende Dei virtutem; quia cum paucis, & quaſi cum nullis, inimicorum comparatione, tradidit tibi Deus ciuitatem muris circumdatam, turribus ornatam: vbi Ægypti diuitiæ,vbi Ægypti deliciæ, vbi timor eſt inconcuſſus Agarenorum, qui numquàm erit diſcuſſus.Inſta opportunè & importunè, quia non reſtat aliquid aliud niſi vt oculos noſtros ad te leuemus, vt ſubuenias & ſubitò cum gente Agarenorum confligas; quia timor debilitat eos,& Deus nos adiuuat.

Iſa. 1. 2. *hortatur Petrus Põtificem, vt ad ſacram expeditionem omnes incitet;*

106 Et tu inuictiſſime Imperator,ad quem reſpiciunt oculi totius Iſraël, vt incipias tu Rex Regum & Dominus Dominantium; cui Deus plus Salomone ſapientiam, plus Pharaone potentiam, &, vt fama habet, ſatis pecuniam conceſſit:cui præbebunt Reges auxilium,Veneti & Ianuenſes & maritimi ſufficiens nauigium, Dominus Papa indulgentiarum ſuffragium; & vacabit populus affectus deuotione, Clerus ieiuniis & oratione, totus mundus in collatione. Oſtende Domine potentiam tuam, & veni, & libera nos. libera ſanctam ciuitatem Ieruſalem, quæ tanto tempore fuit ancilla. Ad te clamauit, & clamor eius vſque ad aures peruenit Domini Sabaoth; quia ſi non exaudieris & audieris, timeo,& non ego ſolus, ſed multi mecum, vt iraſcatur Dominus contra te,& pereas ante tẽpus.Inſigniuit enim te Dominus tot inſigniis, dotauit te tot priuilegiis, vltra & ſupra omnes prædeceſſores, vt meritò & ex debito recognoſcere

& Imperatorem vt eam ipſe ſuſcipiat,

alioquin minatur diuinam vltionem.

Cancellarius generosè turris cuſtodiam ſuſcipit.

scere debeas, & in illo quod est sibi magis gratum, vt recuperes locum suum de Ierusalem, & ibi fiat sacrificium illibatum & vespertinum. Quod tibi concedatur per Deum viuum & trinum, Amen.

a *VValsinghamus:* peremptâ illic non modicâ multitudine paganorum.

b *Idem:* Interfuerunt plures Anglici & Aquitanici, referentes in Angliam & Aquitaniam pannos aureos & holosericos, splendoresque gemmarum exoticos, in testimonium tantæ victoriæ illic factæ.

c *Hac non coharent.*

d *Idem VValsinghamus:* quarto die captionis eius vel quinto, recedentes illæsi ciuitatem deprædatam incredulis reliquerunt.

CAPVT XVIII.

Reditus in Cyprum. S. Petri ægritudo.

In Cyprum reuersus,

107 TAndem cum infinito periculo exercitu nostro diuiso, & ad inuicem non viso, Cyprum Rex applicuit, & vnà cum Legato Nicosiæ ascendit. Tunc Legatus post pusillum artem suam recepit, & ad gratiarum actiones Deo fiendas Regem & omnes admonuit, processionem vniuersalem ordinando, & ibi prædicando de victoriâ Alexandriæ Deo regratiando, regnum Cyprium de guarrâ inceptâ cum Soldano & passagio inchoato piè confortauit. Tunc Rex determinato consilio, quòd ad summum Pontificem iret, & quæ facta erant referret, & adiutorium peteret, Legatum dulciter rogauit. Qui libenter annuens & semper pro fide laborare desiderans, Ambasiatâ à Rege plenè acceptâ, & Regi valefaciens nauigauit.

supplicationes indicit in gratiarum actionem:

destinatur ad Pontificem Legatus:

108 Tunc falsi & auari mercatores Alexandriam ire volebant, & pacem singularem cum Soldano facere proponebant. Legatus verò ista audiens, aggrauatus & fortiter dolens generaliter omnes mercimonia facientes in terrâ Soldani *a* excommunicauit. Sed vide magnum miraculum inde citò secuturum. Nam quidam Venetus, paruipendens sententiam Legati, cum vnâ galeâ versùs Alexandriam viam arripuit, sed tantam fortunam à Deo habuit, quòd reuersus est in Cyprum & ibi periclitault naufragium faciens, galeam, & quidquid habebat perdidit, & vix euasit. Et vsque hodie sententiâ prædictâ operante plura & plura nauigia vndique venientia Alexandriam caussâ mercimonij iuerunt, & quasi omnes periclitauerunt, & illorum qui viuus euasit à Saracenis captus fuit.

Negotiantes in terris Soldani excommunicat:

a

contemnẽtes diuinitus puniuntur.

109 Aliud miraculum mirabile. Nam Pater meus in fortunâ magnâ mihi dixerat, quòd maiora viderem de illis qui fuerunt caussa quòd relicta fuit Alexandria. Nam illi à regno Cypri versùs Pontum redeuntes, ferè per mille milliaria nauigauerunt, & adeò fortunâ percussi & ipsâ ducente coram Alexandriâ iterum uerunt, & Cyprum pro salute reuersi sunt. Et pòst ter quater de Cypro recesserunt, sed fortunâ inualescente, & Deo mare tribulante, & furorem suum prædictis ostendente iterum Cypri reuersi sunt. Tantum timorem & tanta pericula adeò transierunt, quòd priùs Alexandriæ remanere, sicut credo, septem annis in cordibus suis elegissent. Et vix in quatuor mensibus à regno Cypri omnino recedere potuerunt: nec lætitiam cordialem credendum est conscientiâ remordente vnquam habebunt. Ista memoriæ duxi scribendum, vt opera Dei manifestentur, & quærentes Deum & crucis mysterium toto & puro corde, sicut Pater meus Legatus suo tempore fecit, exaltentur & in Deum glorificentur.

Variè iactantur qui caussa fuerant relictæ Alexandriæ.

110 Tempus enim propè est, vt ad tristitiam meam reuertar, dolorem meum renouando, & cum lacrymis scribendo. O fortuna tua tota amaritudine repleta! Cor meum & viscera mea nunc amaricando penetrauit, sicut in Alexandriâ Domino meo fecit. Non tu fortuna, sed Dominus Iesus Christus omnipotens, misericors & metuendus, qui animas suorum fidelium vincentes hunc mundum pollutum à corpusculo segregat, & in cælum glorificat. Deus enim laborem Patris mei Legati piè respexit, & quomodò velut alter Paulus nomen suum coram Regibus & Principibus strenuè portauit, Crucem sanctam, & Ecclesiam suam multiplicando exaltauit. Nam peccatis nostris imminentibus, & gratias Dei non cognoscentibus, Patrem nostrum à nobis leuauit, & me filium suum desolatum dimisit. Sed vt finem suum glorioſum, temporibus nostris inauditum, in omnibus fidelibus manifestetur, inferiùs declarabo, ad laudem & honorem ipsius Domini mei Iesu Christi, & memoriam ipsius Legati, & instructionem proximi. Pater verò meus relictâ Alexandriâ vsque ad finem suum glorioſum numquàm, sicut consueuerat, lætus fuit, tantam amaritudinem in corde suo portauit, quòd mortem, si à Deo esset, affectabat. Ipse verò in Famagustâ ad viam Curiæ Romanæ se præparabat, & galeam suam expediendam expectabat. Ego autem à Domino meo Rege cum ipso ire ordinatus eram, cum Rege stans litteras Patris mei fieri faciebam.

B. Petrus assiduè luget post relictam Alexandriã:

111 Adueniente verò die Natiuitatis Saluatoris, Pater meus semper magna officia diuina personaliter celebrãs, in vigilia Natiuitatis Domini Famagustæ de ecclesiâ Carmelitarum, vbi hospitabatur, ad ecclesiam maiorem pedes in magno luto pro matutinis solemniter celebrandis iuit. Et indutus Pontificalibus, mitrâ semper in capite, matutinas celebrauit, ac tres Missas solemnes cum notâ festiuè, & eundo, celebrando, redeundo, frigore percussus fuit. Nam ipse ieiuniis, vigiliis & dolore totus maceratus erat. Et nec alia vestimenta contra frigus quàm æstate portare volebat. Tunc frigore tactus, aliqualiter se alteratum sensit, & de hoc non curauit. Sed quid fecit? Omnibus festis Natale sequẽtibus Missas in Pontificalibus celebrabat, & totus ardens in cultu diuino personæ suæ iam tactæ non parcens, die sabbati Natale Domini *b* sequentis de ecclesiâ Carmelitarum nudis pedibus in magno luto extra ciuitatem ad ecclesiam beatæ Mariæ de *c* Cenâ iuit. Ibique in Pontificalibus & nudis pedibus super lapidem stans, Missam solemnem celebrauit. Et quando sæpè à suis reprehendebatur, eis respondebat dicens: Quomodò antiqui Patres in eremo nudis pedibus continuè erant ambulantes? Adueniente verò die Dominico & die Lunæ, aggrauatus Missam quotidie celebrabat & infirmitatem suam quasi occultare suis videbatur.

Officia Ecclesiastica in Natiuitate Christi sollennitèr celebrat,

b

In magno frigore

c

nudu pedibus incedit: morbum contrahit;

112 Die autem Martis febris eum fortiter arripuit, & facie mutatâ familia sua de ipso dubitauit, & statim miserunt pro me. Ego verò cum gaudio modico citiùs quò potui Famagustam die Mercurij sequenti veni, & medicum regium mecum duxi. Pater meus tunc satis benè stabat, & non inueni eum ita aggrauatum, sicut mihi dictum fuerat. Et cum eo steti vsque ad diem *d* sabbati, & medico regio curam ipsius imposui. Die autem sabbati ipse me compulit ad Regem reuerti, & negotia sua & mea pro itinere & litteras expedire, dicẽs mihi, quòd benè stabat, & quòd citò recederemus. Ego verò inuitus ab eo recessi, & pareat mihi Deus, quia malè feci; sed voluntatem eius, sicut nouit Deus, semper adimplere desiderabam. Ante recessum meum ab eo, solum me vocauit, & cum quadam caritate feruenti, quâ me indignum & non plenè cognoscentem amabat, vitam & peccata sua cum mirabili contritione familiariter mihi narrabat. Quæ peccata sua iudicio meo non reputabam, nec reputo attentis circumstantiis. Ego verò quod mihi inspirabat Deus sibi consolando dicebam. Tunc familiariter mihi dixit: Frater mi, ego sum peccator magnus, sed habeo bonum Iudicem, pium & misericordem Deum meum, ad quem recurro, & de venià non despero. Istis auditis verbis de eo multùm timui; sed quia mihi dicebat, quòd benè stabat, de dispositione domus suæ ei loqui non præsumebam. Ipse autem tunc mihi propheticè dixit: Eatis, vt citò possitis redire, quia omni ista septimanâ ad ueniente intendo recedere, sicut Deo iubente fecit.

visitatur à Cancellario cum medico regio;

d

illi vitam suam narrat.

a *VValsin-*

AVCTORE PHILIP. MALLERIO, EX MSS.

a *VValſinghamus:* omnia genera ſpecierum tranſmarinarum *(id eſt aromatum)* diu poſthæc & rariora & cariora fuêre.

b 27. *Decembris, feſto S. Ioannis Euangeliſtæ, non poſtridie Natiuitatis, vt interpretatur VVaddingus num.38. cùm feſtum Natiuitatis inciderit in diem Iouis.*

c *VVaddingus,* Cana.

d *3. Ianuarij an. 1366.*

CAPVT XIX.

Præparatio ad mortem. Teſtamentum.

Mortem ſuam diuinitus præſcit:

113 ILlo die ſabbati, me ab eo recedente, ipſe incepit aggrauari; & Spiritu ſancto reuelante clarè mortem ſuam cognouit. Ab illâ horâ non fuit aliquis, qui in eo ſolùm vnum ſignum terroris mortis in verbis ſuis cognoſceret; imò tantam ſapientiam, diſcretionem, & ſecuritatem in eo vigere & creſcere tunc oſtendit, quòd numquàm in vitâ ſuâ tantum oſtenderet. Illo tunc ciuitatis Magnates ipſum viſitauerunt, inter quos Dominus Petrus Marcelli Regis Cypri Camerarius affuit; cui Pater meus propheticè clarè dixit: Domine Petre faciatis præparare galeam, quia die Mercurij omnino recedam. Aduenientе autem die Dominicâ circa horam tertiam, Fratrem Arnoldum *a* de Solino ordinis ſui, Confeſſorem ſuum vocauit: & cum magnâ diligentiâ, contritione mirabili, & lacrymarum effuſione, longam generalem & particularem confeſſionem fecit. Poſteà ab ipſo ſuo Confeſſore Miſſam deuotiſſimè audiuit & totam familiam ſuam coram eo communicari fecit, eiſque quamdam admirabilem prædicationem fecit, & quòd benè cum Deo ſtarent dulciter admonuit. Sed quis verba ſua diuina ſcribere valeret? Certè impoſſibile foret.

a generalem confeſſionem facit:

vltimò ſuos exhortatur:

114 Sermone verò ad familiam omnibus flentibus completo, iuſſit apportari vnum ſaccum vilem & abominabilem, & cum clarâ voce dixit: Iſta eſt veſtis candida & iocunda, cum quâ Chriſtiani ſepeliri debent, ſaccum quaſi iocale ſuper caput eius ponens. Tanta mirabilia deuotionis & contritionis dicendo, quòd omnes inundatione lacrymarum fluerent. Et tunc ipſe pietate humanâ coactus fortiſſimè fleuit. Deinde coram omnibus fecit afferri vnam chordam, & eam poſuit ad collum ſuum, ligando & ſtringendo chordam per os eius cum magnâ contritione dicendo: Non ſufficit iſta chorda tali peccatori, ſicut ego ſum: parua eſt enim ad caſtigandum talem peccatorem. O quotiens, ait, cum linguâ meâ falsâ offendi Deum meum! Tunc iuſſit ſeipſum deponi in terram, & in terrâ iacens familiæ ſuæ alium fecit ſermonem mirabiliter ſemper concludendo, quòd cum Deo benè eſſent; & quòd ſi hoc facerent, Deus eos benè prouideret, dulciter eis promittebat. Tunc ad lignum Crucis ſe conuertit adorando, oſculando, & mirabilia dicendo, & manibus iunctis veniam deuotiſſimè petiit omnibus familiaribus ſuis, omnes ad lacrymas prouocando, & dicendo: O fratres mei & amici, quantos labores & pericula in ſeruitio meo ſuſtinuiſtis, famem, ſitim & frigus, fortunas, & tribulationes. Non honoraui vos, nec tractaui, nec procuraui, ſicut debuiſſem; dulciter me & mores meos ſuſtinuiſtis. O quotiens in periculo mortis poſui vos! Quomodò poſſem vobis retribuere? parcatis mihi, parcatis. Familia verò præ abundantiâ lacrymarum ei reſpondere non poterat.

funem ſibi ad collum ligat:

deponitur humi:

petit veniam à ſuis:

115 Tunc iuſſit ſibi afferri ſacratiſſimum corpus Domini, quod erat ſuper altare coram ipſo, per Confeſſorem ſuum, & manibus iunctis coram Sacramento iſtam orationem legit: Deus propitius eſto mihi peccatori. Et deuotiſſimè dixit poſteà articulos fidei ſigillatim, maturè, & cum quadam magnâ reuerentiâ altè confeſſus eſt cum contritione ardenti & flenti, dicendo quòd ſi in aliquibus dogmatizaſſet vel aliquam quæſtionem ſiue dicta aliqua contra fidem Catholicam, præcepta ſanctæ Eccleſiæ diſputando, loquendo, conferendo, vel alio quocumque modo cauſſa vanitatis, ſimplicitatis, coram Deo ſuo toto corde reuocabat. Quibus dictis ait: Domine non ſum dignus &c. Aue ſalus &c. quæ omnia cum magnâ deuotione dixit; & reuerenter & deuotiſſimè, in fide non fictâ communicauit. Quo facto ſatis citò ipſum ſuper lectum ſuum ſedendo repoſuerunt. Cõfeſſor verò ſuus, & nobilis vir Hugnectus de Maymmon Patris mei magiſter hoſpitij, ipſum Patrem meum Legatum conſolantes, chordam ſiue funem de collo ſuo leuare voluerunt. Quibus dixit: Abſit, abſit, non leuetis eam. Iſta non eſt condigna retributio peccatis meis. Si non timerem Deum meum, benè facerem aliud cadaueri meo, quod tantùm peccauit contra Deum ſuum: iuſſitque familiæ, vt ipſum aliquantulùm requieſcerè dimitteret & quòd optimè ſtabat. Quod & factum eſt.

communicat:

facit profeſſionem fidei:

116 Ab illâ horâ ſemper tenebat oculos ſuos ſurſum contemplando, dixitque: Heu, quare receſſit Cancellarius? Tunc venerunt ad eum duo Sacerdotes deuoti, cauſsâ viſitandi, Dominus ſcilicet Barnardus Groſſarius Papæ, & Dominus Petrus eius ſocius. Quibus Pater meus dixit: Benè ſto, ſed oretis Deum pro me, & quòd ſibi placeat me liberari ab iſtis latrunculis, id eſt, dæmonibus. Hos videbat in acie aduersùs pedes lecti. Rurſus dixit: Beata Virgo Maria ipſos *b* timuit, orate pro me. Iuſſit igitur accipere Crucem ſuam, quæ portabatur coram eo, ad caput lecti exiſtentem, & fecit eam poni ad parietem ad pedes lecti, vbi videbat latrunculos, & ſtatim receſſerunt ab oculis eius.

videt turbam dæmonum b qui à D. Virgine, & cruce fugantur.

117 Illo tunc familiâ conuocatâ, omnibus ianuis apertis, coram omnibus per Notarium authenticum diſtinctè, maturè, & ſapientiſſimè ordinationem ſuam & vltimam voluntatem, mente ſanus & intellectu vigente, fecit & ordinauit. Sicut mirabiliter apparet in teſtamento ſuo, in quo memoria eius, ſapientia, deuotio, & Spiritus ſancti gratia manifeſtè declarantur. Et verè ſecundùm opinionem Archiepiſcopi Nicoſenſis dicentis, quòd ipſe Legatus in plenâ ſanitate ſuâ de diſpoſitione bonorum ſuorum non ordinaſſet ita completè, ſicut fecit. Confeſſor verò ſuus ſibi petiit, quem vel quos Commiſſarios habere volebat. Ipſe verò reſpondit cum quodam magno & cordiali ſuſpirio, dicens: Aliàs feci & conſtitui pugilem meum Cancellarium, ſibique bona à Deo ſibi commiſſa corpus & animam recommendaui, & iterum ipſum volo. O Pater mi amantiſſime, quomodò poſſem iſta ſcribere ſine lacrymarum inundatione, caritatem mihi impenſam commemorans? Certè non. Tunc ad admonitionem ſanctam Confeſſoris ſui Dominum Archiepiſcopum Nicoſenſem, & Dominum Berengarium Gregorenſem Nicoſienſem Decanum & Papæ Collectorem, Commiſſarios ſuos conſtituit, necnon & me dolentem & miſerum filium ſuum.

Condit teſtamentum ſapientiſſimè.

Cancellarium conſtituit teſtamenti jui executorem,

118 Quid enim ordinauit de ſepulturâ ſuâ? Humiles audite. Ille verò qui ab omnibus Chriſtianis Orientalibus velut Papa, ſi fas eſt dicere, quia locum eius tenens, propter ſanctam ſuam conuerſationem reputabatur, & quaſi adorabatur, humilis ſemper in vitâ, humilitatem non modicam in fine oſtendit; pompoſam ſepulturam abominando, dicens: Sepelite me in introitu chori, vt omnes homines cadauer meum calcare poſſint & debeant, & etiam, ſi poſſibile eſt, capreæ & canes. O quanta humilitas! Ordinatis verò per ipſum ſapienter omnibus, quæ ad illum diem Dominicum pertinebant, Pater meus illâ nocte quieuit, & familia ad quieſcendum iuit. Die verò Lunæ in manè Hugnectus prædictus magiſter hoſpitij ad ipſum venit. Cui Pater meus, ipſum per manus tenens, motus pietate humanâ, quia ipſum diligebat, dixit: Factum eſt de me ſecundùm voluntatem Dei mei; ampliùs non ibimus ſimul. Mandetis, mandetis pro fratre meo Cancellario. Illo die toto aggrauabatur febri tertianâ duplici, & viſitabatur illâ die à multis, qui ipſum valdè aggrauabant, quia omnibus reſpondebat. Inter quos Conſtantino Chiquoli cum Venetis & amico ſuo fallacias ſeculi agnoſcens, dixit: Amodò & deinceps in hoc mundo non benè ſto: tempus eſt recedendi. Notandum eſt, quòd in infirmitate ſuâ vſque in finem numquàm

iubet ſe in introitu chori ſepeliri, vt ab omnibus calcetur:

numquàm dicit ſe moriturũ, ſed receſſurum,

numquàm exiuit de ore ſuo quòd moreretur, ſed ſemper dicebat: Recedam, recedere intendo, recedere debeo.

egregiè ad mortem reſignatus,

119 O quotiens Deo verbum B. Martini dixerat: Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem! O quotiens cum multis conſolantibus, à Spiritu ſancto confortatus, & mortem corporalem paruipendens, dicebat: Eadem eſt mihi mors & vita. Si enim Deo neceſſarius ſum pro paſſagio, & laborare debeo, contentus ſum viuere; & ſi non ſum neceſſarius, de morte contentor. Mihi idem eſt, fiat voluntas Dei mei Ieſu Chriſti. Illo die ter incepit horas ſuas dicere, & infirmitate inualeſcente, intellectu claro ſemper remanente, complere non potuit, dixitque Confeſſori ſuo, quòd horas ſuas pro ipſo & coram ipſo diceret, quod & fecit. Et cum quodam dolore palàm confeſſus eſt, quòd à die profeſſionis ſuæ in ordine ſuo B. Mariæ Dei Genitricis de Monte Carmeli, numquàm horas ſuas prætermiſit, nec pro infirmitate, nec in terrâ, nec in mari, nec pro aliquo imminenti periculo.

conatur horas legere, quas numquàm omiſerat;

120 Tranſacto illo die, ſequenti nocte circa horam quintam duas candelas albas benedictas coram eo accendi fecit. Horâ verò ſextâ noctis miſit Confeſſorem ſuum pro Epiſcopo Laudunenſi Vicario in Famaguſtâ, vt cum omni Clero Eccleſiæ maioris ad eum veniret, & ſacrum oleum indutus Pontificalibus ſecum apportaret. Interim verò omnem familiam ſuam coram ſe vocari fecit, & præcepit omnia oſtia domus & cameræ aperiri. Illo tunc iuſſit ſibi afferri Pontificale, & quaſi infirmitatem neſciens, cum manu propriâ officium vnctionis quæſiuit & inuenit. Fecitque totum officium vnctionis diſtinctè legere, antequàm Epiſcopus Vicarius veniret, & fecit ſe deponi in terrâ cum ſacco prædicto ſuper caput, in pace expectans Epiſcopum. Cùm autem aduentum Epiſcopi audiret, præcepit omnia luminaria domus accendi, & fecit ſibi afferri aquam benedictam iuxta ſe & crucem. Aduenientе autem Epiſcopo cum omni Clero, ſicut præceperat, & in camerâ intrantibus, Epiſcopus genibus flexis Dominum Legatum ſalutauit. Pater meus verò non reſpondit. Incepit quaſi altâ voce totus ſanus dicere: Domine ne in furore tuo arguas me &c. & ſolus aliis reſpondentibus vſque ad medium ſeptem pſalmorum dixit, & intellectu animi clareſcente & vigente, ſed potentiâ humanâ aliqualiter deficiente, fecit ſignum manu ſuâ Domino Epiſcopo, vt ſecum diceret. Quod & fecit. Et ſic cum multis lacrymis & deuotione inauditâ compleuit omnes ſeptem pſalmos cum letaniâ, omnibus gementibus & lamentantibus. Tunc Epiſcopus ſolenniter & completè ipſum inunxit, Domino Legato reſpondente ſibi, & illam tunicam vilem & immundum ſcapulare, quibus indutus erat ad carnem, ne homines viderent pro poſſe ſuo cooperiebat & abſcondebat. Officio verò vnctionis completo, Pater meus deuotiſſimè dixit Confiteor; & Epiſcopus fecit ſibi abſolutionem.

petit extremam vnctionem.

omnia ipſemet diſponit:

ipſemet 7. pſalmos legit, cum litaniis:

tunicâ vili & ſcapulari ad carnem indutus iungitur:

121 Epiſcopo, Clero, & familiæ, & omnibus tunc humiliter veniam petiit, dicens: Si aliquando vos aggrauaui, vel diſplicui, officium mihi commiſſum exercendo; parcatis, parcatis, parcatis, & omnibus exiſtentibus in Cypro & alibi ſecundùm quod vobis occurret, nomine meo veniam petatis. Quibus auditis Confeſſor ſuus & omnes aſtãtes ſanctum Patrem audientes, lacrymis fluentes vnanimiter clamare cœperunt, dicentes: Pater, Pater, da nobis benedictionem tuam. Ipſe verò Epiſcopo & omnibus aſtantibus in terram genibus flexis ſanctam benedictionem dedit; dicens: Benedictio Dei Patris omnipotẽtis & Filij & Spiritus ſancti deſcendat ſuper vos & maneat ſemper, & aquâ benedictâ manu propriâ aſperſit. Tunc Epiſcopus cum lacrymis non modicis Patrem meum exhortatus eſt, vt ſupra lectum portari ſe iuberet. Qui reſpondit altâ voce, & quaſi cantando, dicens: Non decet hominem Chriſtianum mori niſi in cinere & cilicio: & hoc bis dixit. Poſteà dixit Epiſcopo: Recedatis, quia conſolatus ſum & benè ſto, leuauitque oculos ſuos ſurſum, & ſignum cum manu fecit, & dixit: O vos alij maledicti, modò non habetis poteſtatem mecum, quia nunc benè ſto cum Creatore meo Ieſu Chriſto. Quo dicto receſſerunt Epiſcopus, & omnis Clerus piè flentes & lamentantes tantum Patrem, & repoſitus eſt ſuper lectum.

dat omnibus benedictionem:

AVCTORE PHILIP. MAZZERIO, EX MSS.

a *VVaddingus*, de Solinis.
b *Id eſt*, timore perculit.

CAPVT XX.

S. Petri obitus.

iubet ſibi paſſiones legi:

122 TVnc præcepit quòd legerentur paſſiones coram eo, & pluries ſanè corrigebat & emendabat legentem Sacerdotem, cum tantâ diſcretione & maturitate, quòd omnes vicentes & audientes velut amentes facti ſunt. Tunc familia ab ipſo receſſit, & ipſum requieſcentem dimiſit. Ante diem verò illius noctis Pater meus verbum Sapientis commemorans, Non erit merces ſerui tui vſque ad veſperam apud te; conuocari fecit coram ſe totam familiam, & fecit ſibi afferri vnam caſſetam, in quâ erant mille florenꝰ minùs quinque vel ſex, quam pecuniam propriâ manu diuiſit omnibus familiaribus ſuis ſecundùm quod ordinauerat vnicuique in teſtamento ſuo, ſiue in vltimâ voluntate. Et hoc cum tantâ diſcretione & pietate & maturitate, quòd omnes mirabantur, & iterum eos remiſit à ſe, & requieuit ſemper aggrauando. Mirabantur autem omnes in eo de duobus; primò de tantâ ſapientiâ & diſcretione in homine moriente. Secundò quòd illa anima benedicta in illo corpuſculo vacuo humanæ potentiæ tam diu remanebat: non erat illi niſi cutis, nerui, & oſſa. Sed quare voluit hoc Deus facere, & tamdiu animam in corpuſculo retinere? Certè piè credo, vt propheta ſuus fidelis inueniretur; prophetauerat enim diem receſſus ſui ad Dominum: vt etiam ſpeciali miſericordiâ Dei meruerim videre, quem tantùm amabam, ante obitum ſuum glorioſum, ſicut antè prophetauerat: & in tranſitu ſuo mirabili ego peccator & indignus filius ſuus ædificarer, & omnes videntes & audientes tranſitum eius ab hoc mundo.

Deut. 24. 14.

distribuit ſuis famulis 1000. *florenos:*

Medicos dimittit

123 Die autem Martis, quæ erat dies Epiphaniæ, adueniente, venerunt medici Regij confortantes eum & conſolantes, ſed non fecit mentionem de eis, quaſi dicendo, Medicis temporalibus non indigeo: habeo enim medicum meum mecum ſpiritualem Ieſum Chriſtum, qui me iam ſanauit; ipſum appeto, & cum ipſo benè ſto. Verè relatu omni mortem temporalem tantùm ipſe timebat, ſicut ille qui vadit ad conuiuium. Nam inuitatus erat à Chriſto, ſicut citò patebit. Medici verò receſſerunt.

mori non timet:

ſingulis ſe viſitantibus nominatim reſpondet:

124 Tunc venerunt omnes Magnates ciuitatis Famaguſtæ ad viſitandum eum totâ die, & quaſi omnibus nominatim reſpondebat, dicendo cum quadam caritate intimâ: Benè veneritis, benè ſto, valdè benè ſto; & omnibus ſingillatim benedictionem ſuam dabat. Quidam veniebant, & alij recedebant: & tanta admiratio & dolor in ciuitate inter fideles Eccleſiæ Romanę de receſſu tanti Patris erat, quòd lacrymoſum eſſet ſcribere. Horâ verò veſpertinâ Hugnectus magiſter hoſpitij ſui cameram intrauit, & Pater meus ipſum vocans ſedere fecit iuxta ſe, atque ei dixit: Nonne adhuc venit frater meus Cancellarius? Hugnectus reſpondit: Domine mi ſtatim veniet. Nuntius enim venit, qui dixit, quòd ſtatim erit apud nos. Tunc dixit Pater meus cum dolore, & quaſi lamentando de me miſerrimo & infelice peccatore, qui negligentiâ meâ nimis expectaui, (parcat mihi Deus, & ipſe Pater meus) dicendo: Ego diu expectaui ipſum. Et propheticè dixit: Adhuc expectabo eum per duas horas. Tantùm enim in Deum meum me indignum diligebat, ſicut animam ſuam. Et ſicut piè æſtimo à Deo impetrauerat, ſe non receſſurum niſi priùs me viderit,

prædicit quamdiu expectaturus ſit aduentum Cancellarij.

AVCTORE PHILIP. MAZZERIO, Ex MSS.

dissет, & voluntatem suam reuelasset. Quibus peractis venit magnificus Dominus Iacobus de Rubeis eius dilectûs, stetitque coram eo. Pater verò meus ipsum Dominum Iacobum tristem causâ sui respiciens, dixit sibi: O fili benè sto, ne doleas. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Ego verò sum vocatus, & de electis; Christus vocat me: ego vado ad Christum. Ne doleas fili mi, ne doleas, deditque sibi suam benedictionem & recessit.

125 Tunc interrogauit Pater meus Domino Gaufredo Capellano suo, qui tenebat crucem coram eo: Dicas, nonne adhuc venit frater meus Cancellarius? Capellanus verò respondit: Pater statim veniet. Dixit Legatus: Modò dimittas me aliquantulùm requiescere, quia non expectabo aliud nisi ipsum Cancellarium. Dixit ei Capellanus: Pater placebit vobis, quòd legantur coram vobis Passiones? Respondit: Adhuc non est hora. Quibus transactis baiulus Regis cum multitudine Magnatum cameram intrauit, & dulciter Dominum Legatum confortans & consolans, vt aliquid acciperet eum admonuit. Pater verò meus de directo non respondit, manum ad crucem ponens respondit: Ego verò accipio de isto fructu vitæ, qui regit & sustinet me, in quo confido; ipsum volo, & nolo aliud. Tunc traxit crucem inter brachia sua, amplexando ante faciem suam meliori modo quo poterat. Et non poterat ipsam crucem regere sine adiutorio. Aggrauatus autem ampliùs non loquebatur.

Crucem piè amplexatur:

126 Erat tunc quasi media hora ante solis occasum. Et illâ horâ, iubente Deo & mihi gratiam concedente, de Nicossis veniens Famagustam intraui, ad hospitium Patris mei non sine dolore veni. Familia autem Patris mei mihi dicebat: Festinate, festinate, Pater meus in extremis laborat: vos expectat, loquelam perdidit, mori non potest. Ego autem festinanter cameram intraui, & veni coram eo. Cui dixit Capellanus: Pater ecce Cancellarius. Ipse verò in extremis laborans, & iam manibus, brachiis & tibiis mortificatis, me respiciens statim manum suam dextram de lecto extraxit, & manum meam accipiens mihi sanè & diu locutus est non patica verba, imò omnem ordinationem sub breui compendio mihi declarauit, quasi non esset infirmus. Ego verò dubitans ne tantùm mecum loqui sibi noceret, dixique ei sicut sciui: Pater mi, modò est tempus, vt contemplemini illam excellentem diuinitatem, quam tantùm in vitâ vestrâ prædicastis. Ipse verò respondit mihi: Frater, ita facio. Eatis, eatis, expediatis negotia mea, & familiam meam, & non reuertaris ampliùs ad me. Hoc dicebat propter dolorem, quem sciebat me habere de labore suo & transitu. Mira res à Deo, & magnam clementiam mihi ostendit peccatori Deus, quomodò Pater meus, qui ab omnibus quasi mortuus reputabatur, membra sua frigida, & non loquens, dum me indignum respexit, vires à Deo resumpsit, manum siccam & aridam mihi porrexit & cor eius mihi aperuit. Quid de eo ampliùs dicam, nisi quòd Deo meo inde gratias referam, & Spiritus sancti gratiâ ædificabor in caritate suâ, transitu suo & vitâ: Et meritò: plantabitur enim in corde meo & memoriâ meâ. Tunc recessi ab eo iuxta præceptum suum, & vocaui familiam & Notarium, vidique in scriptis in substantiâ omnia, quæ mihi dixerat, gloriosè ordinata.

redeunti à Rege Cancellario

dat manum, & varia dicit.

127 Et subitò ad Patrem meum reuersus sum, vt ipsum consolarer; dixique: Pater, ordinationem vestram completè factam vidi, ipsumque spiritualiter consolatus sum sicut sciui. Quia ipse iam quasi totus frigidus, & in proximo recessurus, continuè in extremis laborans ad admonitionem meam spiritualem quietè respondit: Benè, benè. Et heu ampliùs non locutus est, nec mihi, nec alteri. Stetitque sic intrinsecus laborans corpusculo suo non mouente, nec aliquod signum mortis nisi pium ostendente vsque quasi ad secundam horam noctis. Et camerâ hominum & mulierum vlulantium & lamentantium repletâ, me coram eo astante tradidit spiritum ad Deum qui fecit illum, anno natiuitatis eiusdem Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto menſis Ianuarij die ſextà. Viuit enim Deus & anima eius, quòd non fuit homo vel mulier ipſum intuens qui percipere potuit aliquo ſigno, quando anima beata exiuit à corpore: imò multi adſtantium, ipſum intuentes poſt magnum ſpatium animæ eius receſſus, credebant ipſum adhuc viuentem, nec oculos eius claudere præſumebant. Quidam dixerunt: Receſſit; quidam verò: Non. Et tamen veraciter iam anima diu antè receſſerat. Cùm autem cognouiſſemus tranſitum eius glorioſum, omnes adſtantes ad lacrymas refugium habuerunt. Et factus eſt clamor tantus & vlulatus in camerâ de receſſu Patris mei, & pia lamentatio; quòd durum & lapideum cor habuiſſet, qui nos vidiſſet, & compaſſionem non habuiſſet. Finitis verò lacrymis, quæ finem non habebunt, & corpuſculo Patris mei habitu ſuæ religionis, videlicet cappam albam, induto, ſicut præceperat, chirothecis Pontificalibus in manibus, & ſandaliis in pedibus, facie diſcoopertâ, & mitrâ ſub pedibus eius poſitâ, ad eccleſiam cum multis lacrymis & lamentationibus deportatus eſt, quaſi ſimplex Frater iuxta ordinationem ſuam humillimam.

ingenti omnium complorazione.

moritur placidiſſimè & imperceptibiliter,

CAPVT XXI.

Miracula. Sepultura.

128 COrpuſculo autem beati Legati in medio chori collocato, ad ſecreta lacrymarum paſtore percuſſo ſeceſſimus. Nobis verò recedentibus, quamplurimæ deuotæ mulieres vt vigilarent circa Patrem meum remanſerunt. Sed Dominus Ieſus, cuius fidem intemeratam ac crucis ſanctæ claritatem ipſe verus Pontifex & Legatus prædicauerat, non multùm tardauit ipſius beati Patriarchæ claritatem, vitæ & corporis puritatem, mundo patefacere, vt ſicut tota vita ſua quoddam lumen in Eccleſiâ Dei extiterat, ita poſt mortem à lumine cæleſti miracula inciperet, ac eius ſanctitatem oſtenderet. Circa namque quartam vigiliam noctis illius, præ triſtitiâ & dolore mulieribus circa ſeruum Dei dormientibus, illarum quædam monialis, imò ſanctimonialis eius deuotiſſima, proſtrata in oratione à caſu faciem ſuam versùs Patrem leuando direxit. Et ſubitò quemdam radium ſplendidum & luminoſum à ſummitate eccleſiæ vſque ad corpus beati Patris mei firmiter ſtare conſpexit. Quæ non modicùm admirans, lumine percuſſa & in ſtuporem verſa, alias mulieres excitauit, & viſionem narrando, claritas illa cælica diſparuit ſubitò. Mulieribus verò in vnum accedentibus ad Patrem meum, clarum & inauditum ſignum prælibati luminis inuenerunt. Et propè reſpicientes faciem ſancti Patris ac totum corpus ſuum madidatum & recentem, quaſi hominem de balneis venientem, non ſine admiratione viderunt. Accipientes autem mulieres prudentes bombacem in quantitate bonâ, cum quo faciem eius & pectus totum deterſerunt. Cum quo certè bombace poſteà, meritis & interuentionibus eiuſdem Legati, multa miracula quampluribus vtriuſque ſexus Deus mirabiliter oſtendit.

Conſpicitur ſuprà corpus eius ſplendor quidam calcſtis:

corpus eius madidum, quaſi recès à balneo:

eo humore multa facta miracula:

129 Et quia de nocte tranſitus eius ex hoc mundo ad Patrem fuerat, per ciuitatem Famaguſtam pius eius receſſus communiter ignorabatur. Mirabilia quippe Dei narrabo. Nam facto manè campanis pulſantibus, quaſi ſinguli a Angeli Dei ſingulis domibus ciuitatis mortem Legati diuinitus nuntiaſſent, ſubitò & in continenti tota ciuitas commota eſt à minimo vſque ad maiorem, & omni onere & tarditate poſtpoſitis per turmas, alium alio non expectato, ad eccleſiam Carmelitarum currentes peruenerunt. Et repleta eſt eccleſia vtriuſque ſexus hominum tam Catholicorum, quàm ſchiſmaticorum, quàm infidelium. Corpus Legati tamquàm ſanctum vnanimiter & deuotiſſimè colendo venerati ſunt. O mirabilis res! Nam nationes ſchiſmaticæ Chriſtianorum, ſcilicet

a

Tota ciuitas ad eius corpus confluit,

ſcilicet Græci, Armeni, Georgiani, Iacobitæ, Copti, Maróni, & alij diuiſi ab Eccleſiâ Catholicâ, maximè Græci & Calogeri, eorum qui viuente Legato ſanguinem eius in ſacrificium oblationis libenter bibiſſent, quia errores eorum claris demonſtrationibus confundebat, ipſoſque ad gremium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ debere venire monuerat; nunc omnium iniuriarum obliti, ſed & quaſi ab erroribus ſuis conuerſi, aut eius Legati filij deuotiſſimi, capitibus diſcoopertis contra conſuetudinem ipſorum, cum profundâ reuerentiâ, altero non expectato, pedes & manus Legati ſancti deoſculantur. Et beatus ille qui aliquam particulam minimam veſtimentorum ſuorum pro reliquiis habere poterat, Nec mirum. Quia ipſo viuente propter aſperam pœnitentiam, & viles panniculos, quos ad carnem quotidie portabat me teſte, corpus eius fœtorem reddebat: ſed ipſo mortuo, clarâ facie & clariori ſine comparatione quàm viuente, nullus malus odor, imò potiùs bonus exibat: & quod plus mirabile & rarò auditum, membra & articuli, ſupra naturam & morem hominis defuncti & mortui, ductibilia & tractabilia palpantibus ſe præbebant, nullâ penitùs rigiditate apparente, ſicut quando viuebat.

etiam ſchiſmatici venerabundi adeunt.

clara facies apparet à morte,

& ſuauem odorem exſpirat.

130 Aduéniente autem Reuerendiſſimo Domino Patre Raymundo Archiepiſcopo Nicoſenſium cum aliis Prælatis, officium ſolemniſſimum mortuorum, prout decebat, celebrabatur. Tantus verò concurſus hominum ac mulierum in eccleſiâ aduenerat, ac tanta preſſura, quòd vix officium diuinum compleri potuit. Et beatus ille vel illa, qui ad oſculandum ſanctum corpus peruenire poterat. Ac etiam illi Catholici non pauci & potentes, qui malè informati Legatum in vitâ peccatorẽ reputabant, eiq́ue detrahebant, ſanctum corpus venerantur, publicè detractionis ſuum peccatũ confitentes.

Exequia celebrantur.

131 Aliud quoque ſignum eius ſanctitatis non tacendum adueniat. Nam prædicando pro funere, prout moris eſt, per Dominum Archiepiſcopum Nicoſienſem Fratri Ioanni *b* Carmerſſoni, Magiſtro ſolemniſſimo in ſacrâ paginâ, Miniſtro Fratrum Minorum terræ ſanctæ, de regno Aragoniæ, in ſerò officium prælibatum præcedente commiſſum fuit. Qui Miniſter quamuis modicum tempus haberet, veriſimiliter meritis Legati, à Spiritu ſancto plenè edoctus, mirabilem ſermonem fecit in ſtuporem omnium audientium, ſanctitatem ipſius Patriarchæ ac Legati Apoſtolici multis ac veriſſimis argumentis & demonſtrationibus clariſſimis monſtrando, contra morem Eccleſiæ victus in ſermone ipſum Sanctum continuè nominando. Nemo enim in Eccleſiâ Romanâ & Catholicâ Sanctus prædicatur, niſi ab ipsâ Eccleſiâ canonizatus ſit. Sanctus autem aliquis piè reputari poteſt ante canonizationem, ſed non prædicari. Officio verò completo, in præſentiâ Archiepiſcopi ac omnium adſtantium dictus Magiſter Ioannes Miniſter examinando interrogatus fuit me præſente, quare Dominum Legatum in ſermone ſuo ita publicè Sanctum nominauerat? cùm ſacramento, reuerentiâ, ac deuotione reſpondit, quòd coactus hoc fecerat, & prout credebat à Spiritu ſancto ac meritis eiuſdem Legati abſtinere ſe non poterat, quin ipſum Sanctum nominaret. Et veraciter confitebatur, quòd in ſtudio ſermonis propoſuerat ipſum Sanctum non appellare. Nunc autem piè credebat ipſum ſanctum eſſe. Et ſic mirabilis Deus in Sanctis ſuis, viuificæ Crucis ac fidei prædicatoris ſui ſanctitatem multis argumentis Eccleſiæ Orientali oſtendere voluit, vt exemplo tanti luminis Catholici in Domino exultarent, ſchiſmatici ad matrem propriam reuerterentur, infideles ad fidem inuitarentur.

b Minorita in oratione funebri

Sanctum appellat,

ad id interiùs coactus:

132 Remanſit autem Pater meus amantiſſimus in eccleſiâ per ſex dies inhumatus exiſtens, omnibus membris eius, vt ſuprà, ductilibus, & factus eſt continuus diſcurſus de nocte & die ipſum venerantium, ſicut Sanctum. Et ex tũc cœpit coruſcare miraculis. Cupiebãt autem omnes habere de ſuis reliquiis, & vbi non poterant, habere per corpus & membra eius circumducebant

manet 6. diebus inſepultus:

bombacem & deuotione maximâ ſeruabant. Qui poſteà de diuerſis infirmitatibus pluribus contulit ſanitatem, mirificante Deo Sanctum ſuum, qui eius beneficia poſtulabant, quibus effectum præbuit ſalutarem, & exaudiuit clamantes ad ſe.

AVCTORE PHILIP. MAZZARIO, EX MSS.

coruſcat miraculis.

a *Interpolator titulorum adſcripſerat:* Miraculum, quare campanæ Angelico miniſterio pulſabantur.

b *VVaddingus,* Lamerſon.

CAPVT XXII.

Epilogus ſcriptoris. Encomia B. Petri.

133 SEd, ô cariſſimi, ſi Ieremias, cuius omnes cantores & cantatrices vſque in præſentem diem lamentationes ſuper Ioſiam replicant, & quaſi lex obtinuit in Iſraël; nonne ego vel alter Ieremias replicare debeo ſuper receſſum amantiſſimi Patris mei? Orphanus & orbatus ſum, ſine patre remaneo: & planctus & lacrymæ reuertentur in ſinu meo. Audite ergo vniuerſi Catholici, & videte dolorem meum, & damnum Eccleſiæ. Verè lucerna Orientalium Chriſtianorum extincta eſt, & in cordibus quamplurimorum in fide laborantium tenebræ factæ ſunt. Deleat Deus impietatem, & conſoletur terram ſanctam Ieruſalem. Si enim petatur, Quis eſt iſte qui euanuit à nobis, de quo tanta ſcribo? non dico tanta, ſed potiùs pauca. Reſpondeo, quòd magnus & laudabilis Præſul & maximus Patriarcha à nobis receſſit. Nonne hic erat Pater omnium Chriſtianorum Orientalium, qui in infinito numero generauit ſibi filios in Euangelio Dei & miniſterio ſanctæ Crucis? Sed quid plus? Certè magnus Dei Propheta erat. O quotiens & quotiens auribus meis ipſum prophetare audiui; & vera eueniſſe quæ dicebat! Nonne, vt ſuperiùs patet, diem & horam obitus ſui prophetauit? Nonne in vltimis laboribus ſuis clarè prophetauit, me expectaturum, & non ab hoc mundo receſſurum per duas horas; quod & factum eſt? Sed quid plus? Verè Apoſtolus Dei, id eſt, miſſus. Nonne hic miſſus erat à Deo per ſummum Pontificem euangelizare ſanctum paſſagium, & fidem Catholicam plantare, euellere, ligare, diſſoluere velut Apoſtoli? Quod & piè Deo operante fecit, vt ſuperiùs clarè patet. Sed quid plus? Martyr Dei, ſi fas eſt dicere. Quoties proprium corpus martyrio expoſuit, ſuperiùs clarè oſtenditur. In conflictu igitur & captione ciuitatis Alexandriæ vulneratus inimicorum telis obiit. Martyr igitur & voluntate & facto fuit. Sed quid plus? Confeſſor fuit. Nonne hic per duodecim annos Nuntius & Legatus Apoſtolicus nobiliſſimus, velut alter Paulus coram Regibus & Principibus, hæreticis, ſchiſmaticis populis & infidelibus nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti ſtrenuè confeſſus eſt vſque in finem vitæ ſuæ? Doctor etiam fuit ſacræ paginæ, errores extirpans, & dubia clarè ſoluens, prædicator crucis & veritatis inauditus & mirabilis.

1. Patal. 35. 25.

S. Petrus fuit Patriarcha,

Propheta,

Apoſtolus,

Martyr,

Confeſſor,

Doctor.

134 Dolorem meum quis enarrabit? Quomodò calamo amaritudinem meam explicare queam? Suſtinete hîc Orientales Chriſtiani, panem lacrymarum comedite, & poculum veſtrum cum fletu miſcete. Quid dicam? Cui cõquerar? Vnde in hoc veniet mihi auxilium, vt conſoler? Doleo, & doleo quòd tantum incurrit damnum Eccleſia eo abeunte. O Deus vtinam eum redderes & tuum Regem ſtabiliret, & defenderet Eccleſiam. Quid deinceps facient filij Orientalis Eccleſiæ, eſurientes & circumeuntes famelici ciuitatem, vt canes, non habentes qui eis panem vitæ frangat, & velut oues errantes ſine paſtore, & diſcipuli ſine doctore, cæci ſine ductore? Heu Pater pie, Patriarcha, & Legate, baculus meæ ſuſtẽtationis, vbi es? Quic faciet filius ſine te, dulcis Pater, meus amator? vbi cubas? indica mihi. Cur terræ nunc es ſocius; qui in te nullum voluiſti terrenum? Famaguſta, Ieruſalẽ, ciuitas regia, quæ non minorem de Príncipibus Eccleſiæ detines, quid feciſti? Redde mihi Patrẽ meum Famaguſta, famam Patris mei, virtutum geſta. Sed quæ mortalium lingua explicare poſſet, quanta vtilitas Eccleſiæ & ſancto paſſagio erat vita ſua, quantaq́ue hæreticorum

luget Cancellarius ob eius diſceſſum.

AVCTORE PHILIP. MAZZERIO, EX MSS.

rum deſtructio & deſperatio? Hic certè omnibus Chriſticolis Orientalibus amabilis & dilectus erat in vitâ ſuâ, & ideò eius receſſum ſingulis flere licet.

gaudet ob aternam ei collatam gloriam.

135 Ne igitur verba mea nimis protrahantur, ceſſet omnis dolor, abeat triſtitia, quibus tamen attingere non poſſumus, quæ vellemus; quæ non ſolùm nullum adhibent remedium, ſed augent. Si enim Patrem noſtrum diligimus, eius lætitiâ gaudeamus. Non enim diligit, qui ſuâ tantùm vtilitate diligit. Idcircò etſi pro eâ, quæ nobis euenit inutilitas, dolemus, & pro eis quæ recepit gaudia, ſicut piè credo, collætemur. Adſit ergo nobis hodie cauſſa magnæ lætitiæ. Cantemus Domino canticum nouum. ſonorum iubilet vocibus mater Eccleſia. Hodie, ſicut credo piè, obtinuit pius Patriarcha & Legatus, quod tanto æſtuabat deſiderio. Hodie deuictis hoſtibus & latrunculis, obtinuit triumphum. Iam non eſuriet neque ſitiet ampliùs, neque cadet ſuper eum ſol, neque vllus æſtus: ablata eſt ab oculis eius lacryma: & mercedem, pro quâ toto vitæ ſuæ tempore laborauit, obtinet. Conſolemur ergo, demus magnificentiam Deo noſtro, quoniam Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iudicia. Digni enim non eramus frui Patre tanto diutius, quia peccata noſtra inter ipſum & nos diuiſerunt. Confiteamur Domino & collaudemus Deum Saluatorem noſtrum, qui non dereliquit ſanctum Patriarcham in tribulationibus, quæ in agone huius vitæ miſerrimæ circumdederunt illum. Sed Deus adiutor ſuus factus, liberauit corpus ſuum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantibus iniquitatem, & eum ſublimiter collocauit in viam pacis & patriæ, vbi omne gaudium, omnis ſuauitas, omne quod deſiderari poteſt; vbi felix & glorioſa eſt refectio animarum poſt labores & ærumnas; vbi caritas omnium ſupernorum ciuium. Nemo enim ibi de ſuo defraudatur deſiderio, & mors procul ibi diſtat. Quis autem Angelorum vel hominum, quanta ſit..... gaudiorum & gloriæ quæ ibi ſunt, eſſet ſufficiens enarrare? Quis eſſet intellectus ad intelligendum idoneus, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit? Certè ſi hæc quanta ſint gaudia conſiderentur, terrenis meliora, omnia ſtercore apparebunt viliora. Omnis mundi lætitia fallax & vana pòſt amariſſimum & grauis ſarcina. Hanc quippe ſarcinam deponens ſanctiſſimus Patriarcha, optimam illam partem elegit, quæ ab eo nullo tempore auferetur.

inuitat alios ad congaudendū.

136 Igitur Catholici Orientales, & ſpecialiter Cyprienſes, gaudete & exultate, & pſallite, quia Pater noſter Legatus iam brauium obtinet, pro quo in agone huius ſeculi ab omnibus ferè illicitis abſtinendo cucurrit. Iam denarium recepit, pro quo tanto labore in vineâ ſanctæ Eccleſię laborauit. Iam talentum Domino reddidit duplicatum, pro cuius mercede, gaudium Domini meruit introire. Propter hæc gaudens gaudebo, & cantabo dilecto Patri meo canticum nouum, vt ſit laus eius in Eccleſiâ Sanctorum. Ecce cypreſſus, in Cypro plantatus, in cæli altitudine ſe oſtendit; ad inſulas & partes Occidentales longè diuulgetur nomen ſuum, vt ſit in æternum memoria eius in benedictione. Erubeſcant fallaces hæretici, detractores & inimici ſancti paſſagij. Certè non eſt mortuus, vt æſtimant ſui hoſtes, ſed verè victor regnat in terrâ viuentium. Hodie vndique facta ſit in populo Chriſtiano lætitia. Exultet præcipuè ſancta mater Eccleſia, cuius hodie glorioſus filius & cultor & propugnator de agro fidei Catholicæ, & doctrinis ſanctiſſimis & præfulgidis ſignis & prodigiis vt ſol relucet inter agmina Beatorum. Vale igitur amantiſſime mi Pater, noſtri ſemper faciens apud Deum memoriam, vt tuâ valeamus piiſſimâ interuentione, & in præſenti ab omnibus protegi nociuis, & in futuro gaudia, quæ iam tu poſſides, adipiſci. Amen.

APPENDIX AD VITAM S. PETRI

incerto Auctore.

Quidam eius meritis anginâ liberatur.

1 RAter quidam Ordinis Minorum, Ioannes nomine, de Fauanciâ, Gardianus Conuentus Paphi, dum adhuc corpus beati Patris noſtri inhumatum ſtaret, tentus ſubitò graui dolore ſquinanciæ multùm grauatus in gutture, & inde non valens queſcere, confidens de meritis Patris noſtri venit ad corpus, & manum dexteram beati viri ad guttur ſuum applicuit, & ſanitatem per Dei gratiam ſtatim adquiſiuit.

alius à ſcabie inueteratâ mundatur.

2 Frater Stephanus, Prouincialis terræ ſanctæ Ordinis beatæ Dei Genitricis Mariæ de Carmelo, ſcabiem radicatam habens & antiquam in membris ſecretis, veniens ad locum ſepulchri Patris noſtri, manum ſuam poſuit ſuper terram, vbi tanti viri corpus humatum erat; deinde locum infirmitatis tangens, ſanatus eſt. Multa & magna quæ non ſunt hîc contenta, fecit Deus & oſtendit hominibus diuerſa beneficia per merita beati Patris noſtri. Vnde ſit benedictus trinus Deus & vnus, Amen.

a b c Facultatem Theologicam Bononiæ inſtituit. d

3 Iſte *a* B. Petrus *b* Vniuerſitatem Bononienſem, cum aliis *c* ibidem regiſtratis fundauit primitus in Facultate ſuâ, ſcilicet in ſacrâ paginâ ſiue Theologiâ. Quâ ciuitate dum quadam nocte poſt matutina *d* vigilaret, & Virginem Mariam attentè exoraret, vt ordinem ſuum eiuſdem titulo inſignitum ſtabiliret perſonis idoneis, foueret, & ne extirpare permitteret: quia quidam Religioſi hoc procurare apud ſummum Pontificem conabantur. Cui Virgo Maria Dei Genitrix apparuit, conſolans & prædicens ne de hoc timeret, quia ſtatutum eſt apud Deum, quòd ordo ſuus manebit vſque in finem ſeculi. Nam & Helias primus Pater Carmelitarûm, cùm eſſet in monte Thabor cum filio meo Ieſu Chriſto, petiit quòd ordo ſuus, quem in monte Carmeli inchoauit, permaneret vſque aduentum ſuum contra Antichriſtum: quod & eidem promiſſum eſt. Hæc dicens Virgo Maria, continuò diſparuit. Audiuit hoc Frater Ordinis ſeruitor ſuus, ſummo manè venit ad eum, prouolutus ad genua, petens ſibi reuelari quæ audierat. Qui dixit ei omnia, petens vt nemini diceret quamdiu viueret. Et S. Petrus regratians Deo & Virgini Marię Miſſam de eâ, & ſecundâ die de Transfiguratione Domini, eò quòd ordinis ſui memoria tunc facta fuiſſet.

D. Virgo ei promittit Ordinem Carmelitarū ſemper permanſurum.

4 Hic propter maximam ſuam ſanctitatem per Dominum Papam Innocentium VI. primò aſſumptus fuit in Epiſcopum Pactenſem in regno Siciliæ circa annum Domini *e* milleſimum trecenteſimum quadrageſimum octauum; poſteà in Coronenſem Epiſcopum; deinde verò in Archiepiſcopum Cretenſem; demùm in Conſtantinopolitanum Patriarcham; poſteà autem & vltimò in Legatum Apoſtolicum pro paſſagio terræ ſanctæ.

e

a *Abſtinuit vbique Mazzerius à tali titulo.*

b *Innocentius VI. XI. Kalendas Iulij, anno Pontificatus ſui & Chriſti* 1360. *diplomate Apoſtolico (quod extat tom.* 1. *Bullarij) ſtudium generale Theologicæ Facultatis inſtituit: quo tempore aberat* B. Petrus *in Orientali legatione; nec rediit niſi biennio poſt, Innocentio iam defuncto, eiq; ſubſtituto Vrbano V. ſub quo Bononiam an.* 1363. *pacis arbiter miſſus, potuit pace iam conſtitutâ an.* 1364. *plurimùm promouere ſtudium Theologicum.* *Ad S. Petrum Thomaſium Theologia Bononia inſtituerit.*

c *Hinc patet, poſteà hæc ſcripta, & forte in Italiâ.* Ex tabulis & veteſtis libris Vniuerſitatis *hæc proferunt Saracenus nu.* 12. & 13. & *VVaddingus in Notis num.* 14. In libro Collegij Theologorum poſt præmiſſam ipſam fundationem ſubiungitur: Huius rei famâ pet vniuerſum volante, tempore Reuerendiſſ. in Chriſto Patris & D. D. Androyni Cardinalis Cluniacenſis, Bononiæ, & in eiuitatibus Eccleſiæ in Italiâ conſtituti Apoſtolicæ Sedis Legati, atque venerabilis in Chriſto Patris & D. D. Aymerici Bononienſis Epiſcopi, noſtræ ſacræ Theologiæ Facultatis digniſſimi Cancellarij, adfundandum & inchoandum Bononienſe ſtudium Theologicæ Facultatis ex diuerſis mundi partibus huc

huc acceſſerunt viri ſactæ lectioni dediti, & in lege Domini eruditi, Doctores vtique Theologi ſcientiâ, moribus, & virtutibus inſigniti, quorum Magiſtrorum nomina digna memoriâ ſunt iſta: 1. Mag. Petrus Thomas, natione Aquitanus, tunc Dei gratiâ Patriarcha Conſtantinopolitanus, Ordinis S. Mariæ de monte Carmelo. 2. Mag. Vgolinus de Vrbe veteri, Doctor acutiſſimi ingenij, Ordinis Erem. S. Auguſtini. ..... Hi omnes, veluti nouem Muſarum imitatores, almam Theologorum facultatem & vniuerſitatem inſtituerunt *&c. Verùm* B. Petrus tunc Dei gratiâ *erat* Archiepiſcopus Cretenſis, *non* Patriarcha Conſtantinopolitanus.

VVaddingi iudicium de promiſſâ perennitate Ordinis Carmelitici,

d *De hac viſione ita VVaddingus in Notis num.* 7. Variant auctores in narrandâ hac ſponſione: quidam vigilanti, alij dormienti factam ſcribunt; quidam multa demunt, alij plura ſubtexunt. Primus author Ioannes Heldensheimenſis B. Petri ſocius ſcripſiſſe fertur, ita poſt multas preces ſe ab ipſo accepiſſe: In triſtitiâ mentis & feruentibus deſideriis obdormiui, deſiderans à beatâ Virgine religionis meæ patrocinium & conſeruationem. ipſa mihi reſpondit: Petre non timeas, quia durabit in finem Carmeli religio, nam & pro eâ ſupplicauit etiam filio meo primus Ordinis inſtitutor Elias in Transfiguratione & impetrauit. Facilè hîc hærebit lector, & ſi fidem omnino non deneget, proculdubio ſuſpendet. Præterquàm enim, quòd non adeò approbetur Eliam inſtituiſſe ordinem Carmelitarum, idque boni reiiciant auctores, quod tamen alij conſtanter aſtruunt; mirandum & inauditum illud videbitur, quod de intercedente Prophetâ, pro Carmelitarum ſodalitio, inter ipſa Transfigurationis arcana refertur. Lucas Euangeliſta recenſet ſermones, quos miſcebant: Dicebant, inquit, exceſſum, quem completurus erat in Ieruſalem. De Incarnationis myſterio, & mortis Ieroſolymis obeundæ diſpenſatione loquebantur, idque breuiſſimo temporis interuallo. In eo triumuiratus conſeſſu, & Chriſti exceſſus feſtinâ ratiocinatione, quis adeò facilè credet commendatitios hos miſcer ſermones? aut Eliam arreptâ auidè illâ occaſione, importunè hæc ſupplicaſſe, quaſi aliud negotiandi ſibi non ſuppeteret tempus, neque in feliciſſimo, quo verſatur, ſtatu, potuiſſet Deum aut Chriſtum pro ſimili interpellare beneficio? vt omnibus obuiæ huic difficultati occurreret Caurienſis, egregiè commentus eſt, hæc corroborari Origenis manifeſto teſtimonio in librum Numerorum: Scribit, inquit, Moyſen pro ſuo populo Iſraëlitico, etſi rebelli & perfido, Chriſtum in Transfiguratione rogaſſe: vt quid non potiori iure Elias pro religione Carmelitarum, cuius erat inſtitutor, oraret? & ſubdit: Hæc Origenes. Miror ſanè quàm facilè hæc ſpargantur in vulgus, & non tam pro veritate quàm pro affectu ſcribantur: Neque apud Origenem, neque apud priſcos illos Patres, quidquam habetur de ſacro hoc inſtituto Carmelitano. Recentior eſt apud auctores ſub hoc nomine, ſodalitij notitia, quidquid ſit de origine, ſeu de primâ fundatione, de quâ nihil definio. *Hæc VVaddingus quæ haud facilè omnibus probauerit.*

& eius origine.

e *Imò* Innocentius *tantùm eſt Pontifex factus* 18. *Decemb. anni* 1352. *cuius anno* 2. *Chriſti* 1354. *XVI Kalend. Decemb. Petrus Epiſcopus eſt creatus.*

AVCTORE PHILIP. MAZZARIO, EX MSS. Lucæ 9.

XXX. IANVARII.

SANCTI QVI III. KAL. FEBR. COLVNTVR.

S. Matthias, Episcopus Hierosolymitanus.
S. Barsimæus, Episcopus Edessenus.
S. Hippolytus, Martyr in Æmiliâ.
S. Felicianus, S. Philappianus, & socij CXXIV. } Martyres, in Africâ.
S. Alexander, Martyr.
S. Hippolytus, Presbyter Martyr Antiochiæ
S. Serena, Martyr, Metis in Galliâ Belgicâ.
S. Sauina, vidua, Mediolani.
S Peregrinus, Confessor in Siciliâ.
S. Barses, Episcopus Edessenus.
S. Felix IV. Papa.
B. Haberilla, siue Habrilia, Virgo in Germaniâ.
S. Aldegondis, Virgo, Malbodij in Belgio.
S. Armentarius, Episcopus Ticinẽsis in Italiâ.
B. Amnichadus, Recluſus, Fuldæ in Germaniâ.
S. Adelelmus, siue Elesmes, Burgis in Hispaniâ.
S. Andreas Corsinus, Ord. Carmelitarũ, Episcopus Fesulanus in Italiâ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. MARTINA, Virgo Romana, Martyr, *celebratur hoc die officio semiduplici, Vrbani VIII. Pontificis Maximi decreto. Eius Acta dedimus die eius natali* 1. Ianuar.

S. Hygini Papæ & Martyris *in hunc diem aliquando reiecta celebritas fuit, vt patet ex Cardinalis Quignonij Romano Breuiario. Nunc eius fit commemoratio* XI. Ianu.

S. Potitus Martyr, *Neapoli in cœnobio sanctimonialium illius nomini dicato, colitur hoc die, vt ad illius Acta diximus* XIII. Ianu.

SS. Marius, & Martha, ac liberi eorum, *hoc die in quibusdam Ecclesiis celebrantur; vt patet ex veteri Breuiario Ecclesiæ S. Corentini apud Curiosolitas in Britanniâ Armoricâ. Eorum martyrij Acta dedimus* XIX. Ianu.

S. Vincentius, S. Orontius, S. Victor, S. Aquilina, } Martyres, *Gerundæ in Hispaniâ coluntur hoc die, teste Antonio Vincentio Domenecco, & Ferrario. Eorum Acta dedimus* XXII. Ian.

S. Bathildis Regina Galliæ *hoc die refertur ab Vsuardo, Canisio, Petro de Natal. & aliis. Eius vitam dedimus* XXVI. Ian.

S. Thyrsius Martyr, Lemouicis. *Ferrar. qui Kalendarium & monumenta Ecclesiæ Lemouicensis citat; Saussaius in Supplemento Martyrol. Gallicani, qui Afrum facit.* Thyrsus *est, de quo egimus* XXVIII. Ianu.

S. Lucius & socij Martyres. *Carth. Colonien. in addit. ad Vsuard. & quædam MSS.* Leucius *est, de quo actum* XXVIII. Ianu.

S. Flauianus Martyr. *Vsuardus, Bellinus, Maurolycus, Canisius, MS. Florarium. De eo egimus* XXVIII. Ianu.

S. Valerius, Episcopus Treuirensis & Confessor *hoc die inscriptus Kalendario Capuano, in Sanctuario Michaëlis Monachi. De eo egimus* XXIX. Ianu.

S. Maximus Tribunus, S. Secunda, S. Calendinus, S. Marcus, S. Seuera Virgo, CXX. milites, } Martyres Romæ. *Maurolycus. De iis egimus* XXIX. Ianu.

Makglastianus Episcopus, *in Adami Regij Scotico Kalendario hoc die refertur, dicitur q, sub Achaio Rege, ætate nimirùm Caroli Magni, vixisse. Hic est* Glacianus, *siue* Glascianus, *quem Lesæus lib. 5. in Achaio tradit* eruditionis laude floruisse. *Hector Boëtius lib. 10. vocat* egregium, non sine sanctitatis opinione, Doctorem. *Georgius Conæus Kennetho II. Regi, Achaij nepoti, scribit cum Geruadio saluberrimarum legum edendarum auctorem fuisse,* non pietate modò, sed rerum quoque scientiâ probatum. *Asi hi tres absolutè* Sanctum *non indigitant. indigitat Camerarius 1. Septembris, vti &* Geruadium *21. Iunij.*

Marianus Scotus Chronographus *hoc die refertur, &* Sanctus *appellatur à Dauide Camerario. Vir fuit tum eruditione tum Christianâ pietate conspicuus, vti alter eiusdem nominis, qui ex eadem oriundus Hibernià eodem tempore Ratisbonæ vixisse traditur à Radero nostro tom. 2. Bauariæ Sanctæ, cuius vitam 9. Februarij dabimus. Quo die Chronographus obierit, & an Sanctorum albo adscriptus, nos latet.*

S. Elesmes, *siue* Lesmes, *diuersus ab* Adelelmo, *cuius vitam infrà ex Mariettâ dabimus, refertur hîc à quibusdam, qui* S. Iuliani Conchensis *famulus, vel Oeconomus, fuerit. Nihil certi quod pronuntiemus occurrit.*

Ægidius Amicus, monachus in eremo Baudeloënsi, Ord. Cisterciensis, *à Chrysostomo Henriquez in Menologio Cisterciensi* Beatus *appellatur, citato Harduino & Antonio Sandero: hic in priori editione Hagiologij Flandriæ tradit ab Harduyno (citato illius MS. Diuorum Flandriæ indiculo)* sanctitatis nomine commendari; *in posteriori editione eum omittit.*

Alanus Doctor, deinde Conuersus in cœnobio Cistercienſi, *refertur hoc die in Kalendario SS. & BB. ord. Cisterc. Diuione edito, atque à Chrysostomo Henriquez, qui* Beatum *appellat, in Menologio Cisterc. Memoratur & Hugoni Menardo in catalogo SS. & BB. eiusdem ordinis ex Missali edito an. 1526. nullo die adscripto. Saussaius hoc die inter* Pios *eum recenset, sed quòd* Alanum Insulensem *vocat, haud assentientur Belgæ nostri, qui hunc fuisse volunt non Cistercij Conuersum, sed in Claraualle monachum, dein Ripatorij Abbatem, ac tandem Episcopum Autisiodorensem; & natalem eius referunt ad 14. Octobris. Num verò vel Conuersus ille, vel Episcopus, Sanctis vel Beatis legitimè adscriptus sit, nobis compertum non est.*

Guido, ord. S. Francisci in conuentu Setonensi iuxta Clusium, *memoratur hoc die &* Beatus *appellatur ab Arturo Monstierio, qui testatur ossa illius è priore tumulo sublata, ligneæ thecæ inclusa, super altare honorificè condita an. 1506. & magnâ populi frequẽtiâ coli. Marcus quoque Vlyssiponensis par. 2. Chron. lib. 6. cap. 30. §. 4. tradit in magnâ esse apud vicinos populos veneratione. De eo agit quoque VVaddingus lib. 2. an. 1270. §. 27.*

S. Metranus, Martyr Alexandriæ. *MS. Martyrol. monasterij S. Richarij. Nos inferiùs* XXXI. Ianu.

S. Triphæne, Martyr Cyzici. *Menolog. Nos* XXXI. Ianu.

S. Cyrus,

S.Cyrus,
S.Ioannes,
S.Theodota,
S.Eudoxia,
S. Athanaſia,
} Martyres. *Menologium Græcorum.* *Nos* xxxi. Ianuar.

S.Geminianus, Epiſcopus Mutinæ. *Petrus de Natalib.lib.3. cap.57.& Galeſinius. De eo agemus* xxxi.Ianuar.

B. Antonius Peregrinus, Patauij. *Molanus in Addit. ad Vſuard.Caniſius,Ferrarius,Scardeonius.De eo agemus* i.Febr.

S. Anatolij reliquiarum apud Lingonas ſuſceptio, *adnotata eſt ab Andreâ Sauſſaio hoc die. Colitur Salinis in Burgundiâ* iii.Februar.

S.Victorinus,
S.Victor,
S.Nichephorus,
S.Claudianus,
S.Diodorus,
S.Serapion,
S.Papias,
} Martyres Corinthi. *Menolog.Græcorum. Martyrologium Romanum* xxv.Febru.

S.Felix III. Papa, atauus S. Gregorij Magni. *Ferrar. in catalogo Sanctor. Italiæ, Conſtantin. Ghinius. Nos cum Baronio* xxv.Febru.

S. Fauſtiniani, Epiſcopi Bononienſis ſecundi, *memoriam agi ſcribit Sigonius 30.Ianuarij,Cherubinus Girardaccius 29. eiuſdem, at Martyrologium Romanum, quod cum Ferrario ſequemur,* xxvi.Febru.

S.Baſilij Magni,
S.Gregorij Theologi,
S.Ioannis Chryſoſtomi,
} Epiſcoporum, *agi inde ab Alexij Comneni temporibus Conſtantinopoli celebritas ſolet, ob coortam iſthic tunc de iis contentionem, Quis ſanctitate & eruditione aliis præſtitiſſet, quam ſedarunt ipſimet Sancti, apparentes Ioanni Euchaitarum Epiſcopo, monenteſq; vt ab inutili diſputatione deſiſterent: vnum ſe eſſe apud Deum, nec inuicem pugnare, aut diſſidere. Inde cœpta agi vna omnium celebritas 30.Ianuarij. Nos de* S.Chryſoſtomo, *vt 27.Ianuarij diximus, agemus alibi;*
De S.Gregorio Nazianzeno ix.Maij.
De S.Baſilio xiv.Iunij.

B. Machtildis Comitiſſa. *MS. Florarium. Exiſtimabat Roſweydus noſter hanc eſſe nobiliſsimam illam* Mechtildem Principis Berchtoldi filiam, *ſiue* Machtildem, *Dieſſenſis in Boicâ cœnobij Antiſtitam, quam Raderus tom. 1. Bauariæ ſanctæ ſcribit IV.Kalend.Martij obiiſſe. at nos certò didicimus illius recoli memoriam* xxxi.Maij. Ex variis.

S.Theophilus Martyr. *Menæa.at Martyrol.Roman.*xxii.Iul.

S.Annæ reliquiarum tranſlatio *feſto duplici hoc die celebrari conſueuit in Eccleſiâ Rotomagenſi, vt ex veteri illius Eccleſiæ Breuiario patet. De eâ agemus* xxvi.Iulij.

S.Hippolytus, Epiſcopus Martyr Romæ. *Menæa. Nos cum Romano Martyrologio* xxii.Auguſti.

S. Aurea, *ſiue* Chryſe, Virgo Martyr Romæ. *Menæa. Nos* xxiv.Auguſti.

S.Cenſorinus,
S.Felix,
S.Maximus,
S.Herculinus,
S.Venerius,
S.Styracinus,
S.Cenas,
S.Commodus,
S.Hermes,
S.Maurus,
S.Euſebius,
S.Ruſticus,
S.Monagreus,
S.Amandinus,
S.Olympius,
S.Cyprius,
S.Theodorus Tribunus,
S.Maximus Preſbyter,
S. Archelaus Diaconus,
S.Cyrinus Epiſcopus,
S.Sabaïnus,
} Martyres Romæ. *Menæa. Hi ſunt ſocij S. Hippolyti & S. Aureæ, licet non omnino correctè expreſſa eorum ſint nomina. De iis agemus* xxii. xxiii. xxiv. } Auguſti,

S.Luciæ Virginis Martyris coſtula Syracuſas tranſlata *hoc die memoratur ab Octauio Caietano noſtro. De eâ agemus* xiii.Decemb.

DE S. MATTHIA

EPISCOPO HIEROSOLYMORVM VIII.

INITIO II. SEC. XXX. IANVAR.

S.Matthiæ Ep.Hieroſ. natalis.

OCtauus Hieroſolymitanæ Eccleſiæ *poſt Iacobum fratrem Domini Epiſcopus fuit* Matthias, *cuius ad III. Kalend. Februarij in omnibus ferè Latinorum Martyrologiis conſignatus eſt natalis. quo die Vſuardus:* Hieroſolymis ſanctiſſimi Matthiæ Epiſcopi, de quo mira & plena fide geſta narrant, quia multa pro Chriſto paſſus, vltimò in pace vitam finiuit. *Eadem ferè de illo prædicat Martyrolog.Romanum, Ado,Beda vulgatus, Notkerus, Bellinus, Maurolycus, Caniſius, Galeſinius, & MSS. plurima, in quorum nonnullis, vti & apud Petrum de Natal. lib.3.cap.58.* Matthæus *appellatur. MS. Florarium XVII. Februarij eum refert. In Menæis Græcorum illius nomen non reperitur.*

geſta,

2 *Illa eius geſta* mira & plena fide, *quæ Vſuardus & alij citant, neque nos vidimus, neque olim Euſebius viderat, vt mox ex ipſius verbis patebit.Theodoricus Pauli Gorcomienſis in Chronico vniuerſali, in catalogo Epiſcoporum Hieroſolymorum de* Matthia *iſta ſcribit:* Matthias ſanctus octauâ ſucceſſione ſequens,& patriarchatui Hieroſolymitanę Eccleſiæ præſidens, vir erat ſtrenuus in opere verbi Dei. Demum poſtquàm aliquanto tempore feliciſſimè præfuiſſet, obdormiuit in Domino. De iſto S. Matthia mira & plena fide geſta narrantur: qui multa pro Chriſto perpeſſus, vltimò in pace vitam finiuit. Ipſius feſtum celebratur III. Kal.Februarij. *Dicitur in pace vitam finiuiſſe, non quòd Eccleſiæ tunc quies aliqua aut tranquillitas obtigerit; ſed quòd non ferro peremptus, at proprio fato deceſſerit, multis alioquin fractus ærumnis ac laboribus.*

3 Hieroſolymitanam Eccleſiam dirâ tunc fuiſſe perſecutione vexatam, *hac coniecturâ optimè colligit Baronius to.2.an.113.nu.1. quòd complures Epiſcopi exiguo tempore conſumpti memorentur. Nam, vt ſcribit Euſebius in Chronico,anno Traiani 10. qui erat Chriſti 107.* Traiano aduersùm Chriſtianos perſecutionem mouente, Simon (*vel* Simeon) filius Cleophæ, qui in Hieroſolymis epiſcopatum tenebat, crucifigitur; cui ſuccedit Iuſtus. *anno deinde 14. Chriſti 111.* poſt Iuſtum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ epiſcopatum quartus ſuſcipit Zachæus; poſt quem V. Tobias, cui ſuccedit VI. Beniamin, ac deinde VII. Ioannes, VIII. Matthias; in cuius locum IX. conſtituitur Philippus. *Anno deinde Hadriani 8. Chriſti 124.* Hieroſolymis X. poſt Philippum Epiſcopus conſtituitur Seneca, poſt quem XI. Iuſtus; cui ſuccedit XII.Leui,poſt quem XIII.Ephres, XIV. Ioſes, XV. Iudas. Hi omnes,vſque ad euerſionem, quam ab Adriano perpeſſa eſt Hieruſalem, ex circumciſione Epiſcopi præfuerunt. *Quibus ex locis colligit Baronius in Notat. ad Martyrol.* ſediſſe *Matthiam* temporibus Hadriani Imp. & non Traiani, vt quidam voluerunt. *Nobis non liquet.* *ætas,*

4 *Eoſdem Epiſcopos recenſet idem Euſebius lib.4. hiſt. Eccleſ. cap.5. vbi hæc de illis ſcribit:* Epiſcoporum tempora,qui Eccleſiam Hieroſolymitanam rexerunt, quoniam, vt fertur,vitam ad breue admodùm temporis ſpatium propagabant, nuſquam ſcriptorum monumentis ſeruata reperio. Tantùm tamen ex quorumdam ſcriptis animaduerto, Epiſcopos numero quindecim, ad obſidionem Adriano regnante contra Iudæos factitatam, gradatim

EX VARIIS. succedendo, illic fuiſſe: quos vniuerſos antiquâ Hebræorum ſtirpe (totam namque eorum Eccleſiam ex Hebræis fidelibus coaluiſſe conſtat) ſatos memorant, atque adeò *genus.* Chriſti cognitionem ingenuè vereque amplexatos, ita vt ab illis qui iam tum de rebus eiuſmodi rectè iudicium ferre poterant, reuerà officio & miniſterio Epiſcopali digni iudicarentur: qui quidem Apoſtolorũ tempore ad eam tum obſidionem, in quâ Iudæi iterum à Romanorum imperio deſciſcentes fuêre non exiguis præliis afflictati, ſerie ſucceſſionis continuatâ eam Eccleſiam rexerunt.

DE S. BARSIMÆO

EPISCOPO EDESSENO IN MESOPOTAMIA.

INITIO II. SEC. XXX. IANVAR. 1 *Deſſam Meſopotamiæ vrbem plurium nobilitatam tropæis Sanctorum diximus XXIX. Ianuarij, cùm de* SS. Sarbelio & Barbeâ, *ſiue* Bebeâ *ageremus. Hos Chriſti ſacris imbuerat* Barſimæus *eius vrbis Epiſcopus, qui* S. Barſimæi natalis; *à Latinis XXX. Ianuarij, à Græcis XXIX. & XXX. eiuſdem menſis colitur, priori fortaſſis die communem cum duobus illis, poſtero peculiarem adeptus ſacrorum celebritatem. XXIX. de eo iſtæc habentur in Græcorum Menæis:*

2 Eodem die commemoratio Hieromartyris Barſimæi Epiſcopi Edeſſæ.

Elogium ex Menæis 29. Ian. Dans grauem carnem humo Barſimæus
Intereſt portantibus dici pondus.

Paronomaſia eſt in voce βαρεῖα grauis, βάρος pondus, *&* Βαρσιμαῦς. *Hæc tamen indubiè Syriaca vox eſt. pergunt Menæa:*

Hic, vt antè ſcriptum, (*in Sarbelij elogio*) animæ ſalutem Sarbelo peperit: cumque eum baptiſmo initiaſſet, raptus ipſe ad Lyſiam Ducem, ac Chriſtum confeſſus, dirè cæſus eſt. Cùm deinde Imperatorio edicto repreſſa perſecutio eſſet, è cuſtodiâ dimiſſus eſt, ac ſuæ redditus Eccleſiæ, actis Deo gratiis, ad eum migrauit.

3 *At XXX. Ianuarij eadem Menæa:* Eodem die certamen ſancti Martyris Barſimæi Epiſcopi.

& 30. Barſimæus citra ſanguinem Martyr Factus Chriſti, & fidus ſacrorum Princeps.

Hic Edeſſenæ Eccleſiæ, vt ſuprà dictum, Antiſtes fuit, docebat, & Gentiles ab errore ad veritatem conuertebat, ac baptiſmo tingebat; atque inter hos Sarbelum idolorum ſacrificulum induxit, vt iis relictis Chriſto crederet, vnà cum Bebeâ ſorore; qui ambo martyrium pro Chriſto ſubierunt. Comprehenſus deinde ipſe quoque Epiſcopus, Lyſiæ Duci oblatus eſt, ac dirè cæſus, in carcerem retruſus eſt. Cùm deinde exiguo tempore ceſſaret perſecutio, dimiſſus ſuæque reſtitutus Eccleſiæ, actis Numini gratiis, in pace quieuit.

4 *Martyrologium Roman.* Martyrem *vocat, vti Felicem An Mar-14. Ianu. atque alios complures, qui etſi tormenta plura tolera-tyr? runt, iis tamen non ſunt immortui. ita ergo habet Martyrologium:* Edeſſæ in Syriâ S. Barſimæi Epiſcopi, qui cùm Gentiles plurimos conuertiſſet ad fidem, & præmiſiſſet ad coronam, eos ſecutus eſt ſub Traiano cum palmâ martyrij. *Conſentit Galeſinius:* Edeſſæ in Syriâ S. Barſimæi Epiſcopi & Martyris; qui Sarbelium, vt ſuprà narrauimus, ab idolorum cultu reuocatum cùm baptizaſſet, Traiano Imperatore, à Lyſia ob eam cauſſam comprehenſus, grauiſſimè cæſus, omni virtutum laude, obiit in Domino. *Baronius to. 2. an. Ch. 107. nu. 2. Barſimæi meminit, aitq; martyrij gloriam promeruiſſe.*

DE S. HIPPOLYTO

MARTYRE APPVLO, IN ÆMILIA.

SVB ANTONIN. XXX. IANVAR. APud Placentiam in Æmiliâ S. Hippolyti Martyris, paſſi ſub Antonino in Appuliâ, *celebrari hoc die natalem ſcribit Ferrarius in generali Catalogo SS.* Corpus in Vico Marchionum in agro Placentino aſſeruari. De eo *agi* in Officiis eiuſdem Eccleſiæ Romæ approbatis ſub Paulo V. Pont. Max. *Eius meminit idem Ferrarius in indice Catalogi SS. Italiæ.*

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS

FELICIANO, PHILAPPIANO,

ET ALIIS CXXIV.

XXX. IANVAR. *Horum SS. nomina in ſacris tabulis.* H*Orum pugilum palmæ XXX. Ianuarij celebrantur. nomina variè expreſſa in Martyrologiis. Romanum ita habet:* In Africâ paſſio ſanctorum Martyrum Feliciani, Philappiani, & aliorum CXXIV. *Carthuſ. Col. in addit. ad Vſuard.* In Africâ Pellicani, Cleriliciani, (*fortè* Cleri, Liciani, *vel* Feliciani) Philippiani & aliorum CXXIV. *MS. Martyrol. S. Hieronymi:* In Africâ Pelliani, Deri, (*fortè* Cleri) Feliciani, & aliorum CXXIV. *MSS. Vltraiectinum Eccleſ. S. Mariæ, & Treuirenſe monaſterij S. Martini:* In Africâ CXXIV. Martyrum. *MS. S. Martini Tornaci:* In Africâ natalis ſanctorum Martyrum Cleri, Pelliani, Philippiani, & aliorum CXXIII. *Refertur à Galeſinio XXXI. Ianu.* Pelianus *quidam cum* Tharſicio & Thyrſo *paſſus ſub Decio Alexandriæ, ab hoc, vt remur, ſiue* Pellicano, *ſiue* Peliano, *ſiue* Feliciano *diuerſus; niſi ex cuiuſpiam codicis fide, ab hoc die auulſum, temerè cum illis coniunxit Galeſinius.*

DE S. ALEXANDRO MARTYRE.

SVB DECIO XXX. IANVAR. 1 *Inſertus hic eſt Martyrol. Romano à Baronio, cum hoc elogio:* Item B. Alexandri, qui in perſecutione Decij comprehenſus, longæuæ ætatis venerandâ canitie & confeſſione iteratâ reſplendens, inter carnificum tormenta reddidit ſpiritum. *Vnde hæc hauſe-S. Alexan-rit indicat in Notis,* De quo, *inquit,* hac die Beda pluribus *dri Mart.* agit, ac etiam Ado, conſentiuntque vetera MSS. Longè *natalis.* alius autem eſt Alexander hic ab illo Ieroſolymitano Epiſcopo, de quo iidem 18. Martij. *Adonis & Bedæ vulgati verba*

ni verba ſunt: Item B.Alexandri. Hic Decianâ perſecutione pro confeſſione fidei iudiciis ſiſtitur, & vinculis carceris traditur. Qui cùm longæuæ ætatis venerandâ canitie præfulgeret, poſtquàm frequenter paſſionibus ſuis & cruciatibus glorificauerat Dominum, cùm de vinculis ad tribunalia, & à tribunalibus reuocaretur ad vincula, inter ipſa viciſſim ſibi ſuccedentia tormenta bono fine quieuit.

2 *Eadem habet Caniſius: eadem Carthuſiani Colon. in addit. ad Vſuardum; ſed monent, eumdem ſibi videri qui 18. Martij colitur:* Ipſo die ſecundùm Adonem, *inquiunt*, B. Alexandri. Hic Decianâ *&c. ac deinde:* Videtur iſte ille eſſe, quem Vſuardus ponit XV. Kalend. Aprilis. *Eâ fortaſſis cauſâ cùm eum hoc die in priori editione retuliſſet Molanus, omiſit in poſterioribus. Diſertè eumdem faciunt MSS. Vſuardi nomine prætitulata, ſed hinc inde ampliata, Martyrologia, Societatis Ieſu Antuerpiæ, monaſterij Albergenſis, Domus S. Pauli Vltraiecti:* Item Hieroſolymis B. Alexandri Epiſcopi: qui ſub Decianâ perſecutione iudici pro confeſſione fidei ſiſtitur, vinculiſque traditus, dum longæuæ ætatis venerandâ fulgeret canitie, poſtquàm frequenter Dominum ſuis glorificauerat paſſionibus, nunc de tribunalibus ad vincula, nunc de vinculis ad tribunalia pertractus, inter ipſa viciſſim ſibi ſuccedentia tormenta beato fine quieuit. EX VARIIS.

An idem ſit qui 18. Martij colitur?

Eadem habet Martyrologium Colonienſe; eadem, ſed breuiùs aliquantò, MS. Martyrol. Eccleſiæ Bruxellenſis. Maurolycus quoque: Hieroſolymis Alexandri ſenis Epiſcopi & Martyris ſub Decio. *Florarium MS.* Ieroſolymis natale, aliàs tranſlatio, B. Alexandri Epiſcopi & Martyris ſub Decianâ perſecutione.

3 *Planè in eam nos quoque propendemus ſententiam vt eumdem eſſe exiſtimemus; ſed nolumus abſque manifeſtâ ratione à Baronij, viri maximi, iudicio diſſentire; præſertim cùm non deſint etiam MSS. quæ ſimpliciter* Martyrem *nuncupent, non* Epiſcopum. *MS. S. Lamberti Leodij:* Item B. Alexandri Martyris. *MS. Domus profeſſæ Societ. Ieſu Antuerpiæ, & MS. Centulenſe:* Eodem die paſſio B. Alexandri Martyris. *MS. S. Mariæ Vltraiecti:* Item B. Alexandri Martyris, qui paſſus eſt tempore Decij. *Galeſinius quoque:* Eodem die S. Alexandri. Is Decio Imperatore, ob fidem in vincula detruſus, inde cùm ad tribunal vltro citroque duceretur, in ipſis tormentis Deo gloriam tribuens, ſenex admodùm quieuit in Domino. *Alioquin paria ſunt quæ de S. Alexandri certè ea-dem paſſus, Hieroſolymitani Epiſcopi confeſſione narrat Euſebius lib. 6. hiſt. Eccleſ. cap. 32. & nos ex eo 18. Martij.*

DE S. HIPPOLYTO

PRESBYTERO ANTIOCHENO, MARTYRE.

SECV. III. XXX. IANVAR.

S. Hippolyti natalis,

1 *Illuſtris eſt* S. Hippolyti *Presbyteri & Martyris memoria in omnibus Latinorũ Martyrologiis. Vſuardus, Beda vulgatus, Ado, Notkerus, Bellinus:* Apud Antiochiam paſſio B. Hippolyti Martyris, qui Nouati ſchiſmate aliquantulùm deceptus, operante gratiâ Chriſti correctus, ad caritatem Eccleſiæ rediit, pro quâ & in quâ poſteà illuſtre martyrium conſummauit. *Conſentiunt recentiores, Maurolycus, Galeſinius, Caniſius. Breuiùs vetus Roman. & MSS. S. Hieronymi aliaq;:* Antiochiæ paſſio S. Hippolyti. *VVandelbertus:*

Tertiaque Hippolytum Antiochenæ perſonat vrbi.

Pleniùs Martyrol. Romanum: Antiochiæ paſſio B. Hippolyti Preſbyteri, qui Nouati ſchiſmate aliquantulùm deceptus, ſed operante gratiâ Chriſti correctus ad vnitatem Eccleſiæ rediit, pro quâ & in quâ poſteà illuſtre martyrium conſummauit. Hic rogatus à ſuis, quænam ſecta verior eſſet; execratus dogma Nouati, eam fidem dicens eſſe ſeruandam, quam Petri cathedra cuſtodiret, iugulum præbuit. *Petrus de Natal. lib. 3. cap. 60. Galeſinius, Ferrarius, XXVIII. Ianuarij eum referunt.*

2 *Egregiè* S. Hippolyti *palinodiam deſcribit Prudentius* περὶ στεφάνων *hymno 11.*

Inuenio Hippolytum, qui quondam ſchiſma Nouati
Preſbyter attigerat, noſtra ſequenda negaris,
Vſque ad martyrij prouectum inſigne, tuliſſe
Lucida ſanguinei præmia ſupplicij.
Nec mirere ſenem, peruerſi dogmatis olim, *conuerſio à ſchiſmate.*
Munere ditatum Catholicæ fidei.
Cùm iam veſano victor raperetur ab hoſte,
Exſultante animâ, carnis ad exitium,
Plebis amore ſuæ multis comitantibus ibat,
Conſultus quænam ſecta foret melior,
Reſpondit: Fugite, ô miſeri, execranda Nouati
Schiſmata: Catholicis reddite vos populis.
Vna fides vigeat, priſco quæ condita templo eſt,
Quam Paulus retinet, quamque cathedra Petri.
Quæ docui, docuiſſe piget: venerabile Martyr
Cerno, quod à cultu rebar abeſſe Dei.
His vbi detorſit læuo de tramite plebem,
Monſtrauitque ſequi, quà via dextra vocat,
Seque ducem recti ſpretis anfractibus idem
Præbuit, erroris qui priùs auctor erat *&c.*

Recitat eadem ex Prudentio Baronius to. 2. an. 255. nu. 54. vbi rectè animaduertit, à Prudentio tres Hippolytos Martyres in vnum conflari, hunc Presbyterum Antiochenum, Militem Romanum, qui 13. Aug. colitur, atque Epiſcopum Portuenſem, qui 22. Auguſti.

DE S. SERENA MARTYRE

METIS IN GALLIA BELGICA.

§. I. *S. Serenæ natalis, geſta.*

SVB DIOCLET. XXX. IANVAR.

S. Serenæ natalis,

1 *Metis in ſanctimonialium S. Mariæ cœnobio, III. Kal. Ianuarij, ſolennis* S. Serenæ *Martyris celebratur memoria. Corpus aliunde iſthuc allatum, religioſè aſſeruatur. Spoletinam alij, alij Cordubenſem faciunt. Andreas Sauſſaius in Martyrol. Gallicano ita ſcribit:* Metis tranſlatio pretioſi corporis S. Serenæ Virginis & Martyris, quæ Cordubæ in Hiſpaniâ Martyribus dum varia exhiberet ſolatia, hoc nomine ad impium Iudicem delata, ſub Diocletiani perſecutione, poſt varios pro conſtanti fidei aſſeuetatione perpeſſos cruciatus, illuſtri dimicatione abſoluta, cum victoriæ palmâ immarceſcibili æternæ gloriæ emeritam reportauit lauream. *At Cordubenſium Sanctorum geſta ſummâ diligentiâ deſcripſit Martinus de Roa noſter, nec in iis vllam* Serenam *recenſet.*

2 *Extat in opere Renati Benedicti Gallico de vitis Sanctorum, vita* S. Serenæ, *quam anno 1571. Gallicè vertiſſe dicitur, rogatu Blancæ Haſſonuillanæ Abbatiſſæ ſuprà dicti cœnobij, Touſſanus Rouſſelius tunc Meteaſis Canonicus, dein Societatis Ieſu Presbyter. Diu multumq; vt Latinum autographum nanciſceremur, adlaborauimus: nihil nec in illo cœnobio, nec alibi repertum. Suſpicamur è Lectionibus fortaſſe quibuſdam diffuſiùs deſcriptam eam hiſtoriam eſſe: aut certè ſi interpretatus eſt ſolùm, non eſt tamen illa admodùm antiqua, in quâ & Vincentij Bellouacenſis citetur Speculum, & mentio fiat S. Claræ, Sanctæq; Elizabe-* *Vita.*

EX VARIIS.

thæ Landgrauiæ. Quare nec Latino ſermone integram reddere operæpretium duximus. Excerpſimus breuiter quæ ad hiſtoriam propriè pertinent.

3 *Eam eſſe* Serenam *contendit Rouſſelius, cuius mentio fit in Actis* S.Sabini *Aſiſinatis Epiſcopi & Martyris; aitq; corpus eius Spoletio à Theodorico Mediomatricum Epiſcopo in Galliam allatum, & dicto S.Mariæ cœnobio donatum. Iſthæc de eâ habentur in Actis citatis:* Poſt dies verò ſex audiens hæc quædam matrona, nomine Serena, de ciuitate Spoletinâ, quæ erat vidua annis XXXIII. Chriſtianiſſima & timens Dominum, orationibus & ieiuniis & eleemoſynis vacans, veniebat noctu ad S. Sabinum Epiſcopum, & curam eius faciens, pedes eius amplexabatur, & oſculabatur eos,& colligens manus S.Sabini Epiſcopi in domum ſuam, collocauit eas in doliolo vitreo, & cum aromatitibus condiuit, quas diu noctuque tangens ſuper oculos ſuos ponebat.

Captiuos Martyres viſit:

4 Ipſo autem tempore duxit ad S. Sabinum Epiſcopum Serena cæcum nepotem ſuum Priſcianum, quem vnicè diligebat,in quo medici omnem artem medicinæ exercuerant, & non potuerant eum curare. Præſentatoque S.Sabino Epiſcopo, dixit ad eum Serena: Domine meus, per Chriſtum te coniuro, in quem credis tu & ego, vt in eius virtute ponas vlnas tuas ſuper hunc famulum tuum, & ores Deum cæli & terræ creatorem omnium, & credo quia illuminabitur. Tunc S. Sabinus Epiſcopus poſuit truncos ſuos ſuper oculos cæci,& cœpit cum lacrymis dicere: Domine Deus, omnium rerum creator & miſericors, fac voluntatem bonam ſperantibus in te. & genu flexo cum fletu dicebat: Domine Deus propitius eſto mihi peccatori te inuocanti; qui lumen es verum, illumina ſperantes in te, quia nos non ſumus digni, qui relicti ſumus in peccatis noſtris. in te ſperant ſerui tui: illumina tenebras noſtras, quia tu es lumen veritatis & vitæ; & tu dixiſti Domine: Quæcumque petieritis in nomine meo, accipietis. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & Spiritum ſanctum,qui tecum viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Et cùm reſpondiſſent omnes, Amen; poſuit S. Sabinus truncos ſuos ſuper oculos cæci dicens: Aperiat tibi oculos, qui aperuit mare, & induxit Iſraël per medium eius; ipſe introducat lumen in oculos tuos, vt cognoſcant omnes gentes, quia ipſe eſt creator omnium viſibilium & inuiſibilium, & quia ipſe eſt qui cæco nato oculos aperuit. Tunc aperti ſunt oculi Priſciani nepotis Serenæ; & viderunt omnes qui erant in cuſtodiâ mirabilia Dei, quæ per S.Sabinum Epiſcopum Dominus Ieſus Chriſtus fecit, *&c.*

nepoti cæco viſum impetrat, precibus & attactu S. Sabini Epiſcopi:

5 *Ac paullò pòſt narratâ Venuſtiani V. CL. Præſidis Tuſciæ conuerſione & martyrio, iſta ſubduntur:* Eodem verò tempore tenuit *Lucius Tribunus,* S.Sabinum Epiſcopum & adduxit eum in ciuitatem Spoletinam, & ſine auditione tamdiu præcepit cædi, quouſque deficeret; qui cùm diu cæderetur, emiſit ſpiritum. Cuius corpus collegit quædam matrona Serena, quæ manus eius iam antè collegerat, & iunxit eas cum corpore, & ſepeliuit eum milliario à ciuitate Spoletinâ plus minùs ſecundo, ſub die ſeptimo Idus Decembris.

S. Sabinũ ſepelit:

6 *Hæc de* Serenâ *memorant quicumque S.Sabini acta ſcribunt, quæ 31. Decembris dabimus. Alia quædam tradit Rouſſelius:* Serenam *ab ineunte ætate à S.Sabino Epiſcopo religionis Chriſtianæ myſteriis, & veræ pietatis ceterarumq; virtutum præceptionibus inſtitutam: virginitatem illibatam etiam in coniugio ſeruaſſe, vt anteà S. Cæcilia atque aliæ: in cœnobium,quod in agro Spoletino à S.Sabini matre conditum erat, ſeceſſiſſe: hic ſanctiſſimè vitam inſtituiſſe, diuinitus ſæpenumerò res arcanas didiciſſe: inde magno hominum concurſu omnis ordinis, etiam noctu frequentatam, omnibus ſolitam opportuna ſolatia & conſilia impertiri: ignem qui cœnobij illius domicilia incendio populabatur, precibus obiectâque cruce reſtinxiſſe. Quæ quia aliunde teſtata non ſunt, & nonnulla videri poſſunt haud ſatis illis Eccleſiæ difficillimis temporibus accommodata, nec firmare lubet, nec omnino tamen reſpuere fas eſt: nam fuêre & tunc & anteà conuenticula piarum feminarum, etiam in ipsâ vrbe Româ, ſimul pietatis ſtudio aßiduè vacantium, vt in Vmbriâ ruri aliquis eiuſmodi cœtus coaleſcere potuerit. Si virgo fuit, id fortaßis vulgò ignoratum eſt, vt decuit, ideoq; matrona ſolùm appellata. Si primâ ætate à Sabino inſtructa, præſertim iam Epiſcopo, grandem natu hunc fuiſſe neceſſe cùm martyrium fecit. Amplam Euangelij iactam, etiam multò antè, apud Spoletinos vicinoſq; populos ſementem, ex iis patet quæ in S. Feliciani Epiſcopi Fulginatis actis relata ſunt 24. Ianuarij.*

Virgo vidua fuit,

miraculis clara:

7 *Tradit idem Rouſſelius, videri Serenam martyrio finitam; idq; dæmonis in Chriſti gregem odio, tyrannorum,qui tunc rerum potiebantur, immanitati, ipſius pietati Serenæ, quâ captiuos adibat alebatq;, ac ſepeliebat interfectos, conſentaneum eſſe: licet Theodoricus Epiſcopus, qui corpus Metas attulit,nihil de illius rebus geſtis, præter ea quæ ex Actis S.Sabini retulimus, potuerit, magno etiam adhibito ſtudio,inuenire. Coli certè eam officio quo Virgines & Martyres ſolent, & in veteribus Martyrologiis (illius cœnobij, aut fortaßis Eccleſiæ Metenſis) Virginem appellari ac Martyrem.*

martyrio coronata.

§. II. *Tranſlatio, miracula.*

8 THeodoricus Metenſium Epiſcopus (*vt ex Sigeberti Chronico 24. Ianu. cùm de S. Feliciano agereimus, dictum eſt*) Imperatori *Ottoni I.* ſanguine, dilectione, ac familiaritate ceteris deuinctior, dùm in Italicâ expeditione per triennium ſub eo militaret, multa corpora & pignora Sanctorum de diuerſis Italiæ locis, quocumque modo potuit, collegit: primùm à Marſiâ S. Elpidium Confeſſorem.....à Spoleto SERENAM Martyrem cum Gregorio Spoletano Martyre .... Hæc omnia cum parte catenæ S.Petri Apoſtoli, cum capillis eiuſdem, & ſanguine S.Stephani Protomartyris, & parte craticulæ S. Laurentij Martyris à Papâ Ioanne ſibi donata, cum aliis multis Sanctorum pignoribus, Præſul Deodericus in Galliam hoc anno (*970.*) tranſtulit, & in eccleſiâ S. Vincentij Martyris, à ſe in inſulâ vrbis conſtructâ, locauit. *Eadem habet Vincentius Bellouac. lib.24.cap.88.vbi &* Serenæ *meminit, cuius in ſuo exemplari nomen Rouſſelius deſiderabat, quia fortaßis, vt in Venetâ editione anni 1591. & Duacenſi an. 1624.* Serenum, *non* Serenam *legerat.*

S. Serenæ corpus Metas allatũ,

9 *Porrò laudatiſsimi Antiſtitis* Theoderici *vitam ſcripſiſſe ſe teſtatur Sigebertus Gemblacenſis, quam non vidimus. Ex eâ ſequentia accepiſſe ſe Rouſſelius profitetur: Quieſcebat iuxta Spoletium S.Seueræ Virginis corpus, in cœnobio & templo S.Sabini Martyris extra vrbis illius muros, vbi plurimis coruſcabat miraculis,confluente iſthuc quotidie ingenti hominum multitudine,& noctes ipſas ſæpenumerò cum tedu, cereis, lampadibus tranſigente. Miſit iſthuc Theodericus Rothardum Diaconum atque alios è ſuis maximè fidos, oſſaq; omnia S.Serenæ impetrauit.Inuiti quidem tantum theſaurum dimiſerunt Spoletini, qui eius præcipuè præſidio ſeſe tutos ducerent; verùm Imperatoris auctoritati, tantiq; gratiæ Præſulis cedendum fuit.Itaq; Metas allatum eſt ſacratiſsimum pignus.*

Spoletio auectum.

10 *Multos naufragij periculo, S.Serenæ ope, ereptos memorant: vrbem ipſam Spoletinam graui attritam obſidione, hoſtibus, qui iam muros ſcalis ſuperare nitebantur, ſubito rigore conſtrictis, dein conciliatis, liberatam; & vigere etiamnum tantæ rei perennem memoriam. Cùm deueheretur Metas ſanctum Martyris corpus, euenit vt nauigio traiici flumen oporteret: hic verò coortâ ſubitò tempeſtate euerſa eſt ſcapha, capſa reliquiarum in aquas merſa, & ſub eâ Sacerdos, cuius fidei creditæ erant reliquiæ. At quæ Numinis Martyrem ſuam honorantis benignitas fuit, & hic capſam humeris ſuſtinens, arcanâ quadam vi in littus vnà cum eâ eiectus eſt ſaluus: ac mox propinquorum oppidorum & vicorum campanæ vltro, vi diuinâ impulſæ, ſonuerunt: excitus prodigij nouitate affuit Clerus populusq; vniuerſus; ægris plurimis ſalus reddita.*

Miracula anteà facta:

& in trãſlatione.

11 *Metas appropinquanti ſanctæ ſarcinæ obuiàm proceſſit ſacer ordo ac profanus,eſtq; inſigni ſplendore in vrbem portâ Campanâ introducta: ſed conſtitit deinde immobilis medio ferè inter vrbis muros & cœnobium S.Mariæ interuallo, vt nullâ vi promoueri vlteriùs valuerit, velut indicium dante ſanctâ Martyre, iſthic*

Sanctimonialibus Virginibus traditum corpus.

iſthic locari ſe velle, eam ſibi ſedem probatam. Neque verò religioſos homines, qui eam tranſlationem curabant, quid ſibi illud vellet portentum latuit. Ergo collato conſilio, eam in S. Mariæ baſilicam inuehunt, nullo negotio, velut vltro iam propellentem ſe. Hîc collocatum cæleſte pignus læti venerantur.

Hic curata febres,

12 *Neque iſthic vel Numinis vel Martyris fauor ſtetit, plurimis dein miraculis teſtatus. Mulierem febris annos omnino ſeptemdecim lentâ tabe exhauſerat: opem S. Serenæ implorauit, ac mox conualuit.*

Rerum:

13 *Anno 1437. quidam, Albertus nomine, anno integro febri afflictus, in eam ædem ſe contulit, ac prece conceptâ, leni correptus eſt ſopore. Interèa ad Veſperas ſacræ Virgines conueniunt: ille experrectus exclamat: Deum ac Saluatorem propitium collaudemus; morbo diutino leuatus ſum, ſanctæ huius Martyris patrocinio. Neque dein in omnem vitam incommodâ vſus valetudine eſt.*

Ex vaticana.

Sanâ conſtitia impetrata,

14 *Adeò crebra extitêre & certa inuocatæ Martyris beneficia, vt certatim ad eius tumulum concurreretur, vel conſilij in dubiis rebus captandi gratiâ. Ipſi Proceres Mediomatricum priuſquàm vel ad comitia, vel alium publicum prouinciæ aut imperij conuentum ſe conferrent, noctem vnam in S. Mariæ baſilicâ peruigilem in precibus agebant; rati hinc animos ſibi, hinc opportunæ ſuggeſtum iri conſilia.*

aliaq; beneficia.

15 *Aëris quoque ſalubrem temperiem impetrari, nimios, eoq; exitiales, nimbos auerti, propulſari tempeſtates, ſi populus ritè votis Serenam vocârit, plurium ſeculorum experimento compertum eſt. Propterèa olim conſueuerant Metenſes ſolenni ritu efferre è S. Mariæ templo Serenæ corpus, idq; inſigni pompâ & pietate per compita geſtare, vſque ad S. Sulpitij baſilicam. Nec vnquam ferè irrita cadebant religioſæ plebis vota. Hæc de S. Serenâ paullò fuſiùs proſequitur Rouſſelius noſter.*

DE S. SABINA, ſiue SAVINA,

VIDVA LAVDENSI, MEDIOLANI.

INITIO IV. SEC. XXX. IANVAR.

S. Sauinæ natalis,

ITaus Pompeia (*quâ de vrbe, eiuſq; excidio & ſitu opportuniore factâ reſtauratione, XIX. Ianuarij ad S. Baſtiani vitam egimus*) *cùm aliòs tulit complures Cælitum numero additos, tum* Sabinam, *ſiue, vt vulgò ſcribunt,* Sauinam, *lectiſſimam matronam. Cuius ad III. Kal. Februarij in Martyrol. Romano ita conſecrata memoria eſt:* Mediolani S. Sauinæ feminæ religioſiſſimæ, quæ ad ſepulchra SS. Naboris & Felicis orans obdormiuit in Domino. *Galeſinius quoque, atque ex eo Caniſius:* Mediolani S. Sauinæ matronæ, cuius pietate corpora beatorum Martyrum Naboris & Felicis ad illam vrbem tranſlata ſunt.

feſtum Mediolani,

2 *Colitur ab Eccleſiâ Mediolanenſi officio Eccleſiaſtico, in quo tertia hæc Lectio recitatur:* Sauina matrona Laudenſis, in maximâ perſecutionum tempeſtate, quam Maximianus Imperator excitauit, pietatis officia mirabiliter coluit. In vrbe igitur Laude Pompeiâ Naboris & Felicis, qui pro Chriſti Domini gloriâ fortiter pugnarunt, Martyrum corpora noctu ſepeliuit: nec impiorum minis perculſa piè agere vnquam deſtitit. Sed in bonis operibus longiùs progreſſa fortis matrona, beatorum illorum Martyrum corpora vehiculo cùm piè ſolerterque impoſuiſſet, Mediolanum ad Philippi baſilicam tranſtulit: vbi ad eorum ſepulchrum orans obdormiuit in Domino.

pia opera,

3 *Eadem ferè ſcribit Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ, illudq; vniuerſim de religioſiſſimæ feminæ pietate & miſericordiâ pronuntiat:* Multa erga Chriſtianos in carceribus detentos officia pietatis exhibebat, Martyrumque corpora perquirens, ea honorificè, vt poterat, ſepelienda curabat. *De ſolis Nabore & Felice id ſcriptum reperimus. Vix tamen dubitari poteſt, quin idem quoque in aliis ab eâ fuerit factitatum. Imò Franciſcus Rugerius, mox ex Gaſpare Triſſino citandus, eam ſcribit* quà Laudæ quà Mediolani contumulaſſe Martyres.

Vita à Gaſp. Triſſino ſcripta,

4 *In Annotatione ſcribit Ferrarius idem* ex nobili, vt aiunt Laudenſes, Treſſenorum familiâ *Laude Pompeiâ ortam. Gaſpar Triſſinus Somaſchenſis Congregationis Theologus, Acta S. Sauinæ, Naboris, & Felicis Martyrum eleganter deſcripſit, quæ Venetiis anno 1627. typis Iacobi Sarcinæ vulgata ſunt. Ea tamen huc integra tranſſcribere viſum non eſt, quòd & prolixiori aliquantò ſtylo deducta ſunt, & magnâ ex parte ad duos illos Martyres propriè ſpectant, ac præter ea quæ in illorum Actis de Sauinâ memorantur, vix aliquid de eâ vetuſti ſcriptoris teſtimonio firmatum recitat. Proferemus tamen ex eo quæ præcipuè ad Sauinæ illuſtrandam memoriam, vtcumque ea à maioribus accepta ſint, refert.*

patria,

5 *Ac primùm quidem,* Fortunatè, *inquit,* cecidit, quòd familiæ genus ac patria exploratiſſima nobis ſint: è Triſſinorum etenim ſtemmate ſplendorem natalium Sauinam traxiſſe, tum vetuſtiſſima & conſtantiſſima Eccleſiæ Laudenſis traditio ad hæc vſque tempora conſeruata teſtatur, tum hiſtoricorum & veterum & recentium, qui de Sauinâ ſcribunt, auctoritas compertiſſimam fidem facit. *Citat cap. 15. Chronica vrbis Laudenſis à Ioanne Muſto conſcripta, vbi* Sauina mulier ſanctiſſima, nobili generoſâque ex Trixinorum familiâ nata *dicitur. Sic Ioſephus Ripamontius in hiſtoriâ Eccleſiæ Mediolanenſis:* Patria illi (*Sauinæ*) Laus-Pompeia, Triſſina gens, & multa decora fuêre, quæ peperit ipſa, quæque à maioribus accepit. *Franciſcus Rugerius:* Sauinam ciuem Vicentinam & Laudenſem, dum ſuos cenſet gentiles, habet Triſſinea familia, quam referat in teſſeram primo loco nobilitatis. *Synodus Laudenſis an. 1619. celebrata à Michaële Angelo Seghitio Epiſcopo, in catalogo SS. Laudenſium:* S. Sauina, ex familiâ nobili de Treſſinis, cuius memoriam colimus die 30. Ianuarij. *Originem autem familiæ* Triſſinæ, *vel* Treſſinæ *à* Træzeniis *Cherſoneſi populis reuocat Gaſpar Triſinus. Cur non potiùs à* Troezene *Peloponneſi vrbe, Italiæ propinquiore?*

familia.

6 *Sed quibuſcumque orta maioribus fuerit Sauina, virtute profectò quidem, quæ demum vera eſt nobilitas, illuſtris fuit. Ità MSS. Acta SS. Felicis & Naboris quæ 12. Iulij dabimus:* Tunc iratus Maximianus iuſſit eos fuſtibus cædi & capitalem ſubire ſententiam. Qui decollati ſunt iuxta portam ciuitatis, circa fluuium * Sceleram. Quorum corpora noctu ſepeliuit quædam matrona, nomine Sauina, cum aromatibus & facultatibus ſuis. Hos pia & religioſa femina verè materfamilias è Laudenſium vrbe furtim ſublatos, & imponens ſuo vehiculo deduxit eos Mediolanum, pleno religionis affectu.

** Momb. Sileram.*

SS. Nabor & Felix ab eâ ſepulti, vecti Mediolanum

7 *Pleniùs id in vetuſto codice, qui in tabulario maioris Valetudinarii Laudæ aſſeruatur, ita narrari teſtatur Gaſpar Triſſinus:* Erant duo milites S. Nabor & Felix, qui plurima in ciuitate Laudenſi paſſi ſunt tormenta: poſtquàm verò ligati Laudæ ducuntur, carceribus traduntur. B. Sauina eos die viſitabat; qui valdè dilaniati, capitalem ſubierunt ſententiam. Nocte ſequenti prædicta B. Sauina ſanctorum Martyrum corpora cum aromatibus ſepeliuit in domo propriâ. Tenebroſam aliam noctem, claritate maximâ illuminare dignatus eſt Dominus, oſtendens ipſorum corpora optimiori loco recondenda fuiſſe: apparuit illicò ſtella ceteris fulgentior, quam intuens B. Sauina cunctorum artificem laudare cœpit, intelligens prædicta corpora non ibi benè permanere: quæ, Spiritus ſancti gratiâ irradiante, ſanctorum Martyrum corpora in vehiculo poſito, currui ſuperpoſita, oratione profusâ, versùs Mediolanum cœpit iter. Cùm autem peruenisſet Legnanum, requiritur: Quid habes in vehiculo mulier? Quæ reſpondit: Mel. Non confidentes de muliere, hauſerunt, & mel exiuit de vehiculo. Quod factum miraculum præcernens, confeſſa quòd in vehiculo erant corpora ſanctorum Martyrum Naboris & Felicis: extractoque ciſtiolo vehiculi, ibi prædicta corpora

cæleſti monitu:

melle è feretro fluente deluſi militer.

Ex variis conuerſi.

pora inuenerunt. Ad quod miraculum conuerſi, in Domino crediderunt, & tunc impoſuerunt terræ prædictæ nomen Melegnanum. S. Sauina vltro properans cum corporibus, Mediolanum adiit, & in hortum Philippi recondidit.

an inde Meliguani nomen?

8 *Eadem alij memorant à Triſsino citati: ſed* Melegnanum, *ſiue* Melignanum, *Paulus Morigia anteà* Gnanum *ſcribit appellatum, Franciſcus Rugerius* Lignanum. *Locum ita ipſe deſcribit Triſsinus cap.6.* Vetus Laus-Pompeia ſupra decimum milliare Mediolano diſtabat. Haud longè paſſibus ſeptenis millibus rectà tendentibus oppidum occurrit Lambro flumine irriguum: Lignanum tunc illi nomen; poſt felicem verò, Sauinâ ductrice, horum Martyrum traiectum,eo mellis miraculo... nobilitatum, ab incolis & accolis MELIGNANVM dici incepit: quod nomen nunc etiam culti Latinæ linguæ ſcriptores vſurpant; quamquàm vernaculus Inſubrum ſermo, peruerſione litteræ vt multa alia, retento Ligurum more, qui litteram L. in R. ſuis in dictionibus vernaculis prolatione commutant,in MERIGNANVM corruperit. Paret oppidum Medicææ familiæ Dynaſtis, Marchionatus titulo, Imperatorum diplomate, decoratum. *De hoc oppido, eiusq; nomenclatione, non occurrit quod pronuntiemus, niſi omnino illud videri quod in Itinerario Hieroſolymitano* Ad nonum *dicitur:* Mediolanum, Ad Nonum VII. Laude VII.

Tranſlationis memoria.

9 *Peragi ſolere huius tranſlationis memoriam XVIII. Maij eruit Triſsinus ex vetuſtiſsimo Martyrologio MS.quod in Bibliothecâ FF. Minorum Mediolani extat, in quo iſta leguntur:* Mediolani CCCX. anno, die XIIX. Maij, Tranſlatio ſanctorum Martyrum Naboris & Felicis,& fiet feſtum duplex maius.

Eccleſia vbi ſepulti Martyres.

10 Hortus Philippi, *in quo recondita Martyrum corpora naſrantur, à* Philippo *viro illuſtri dictus, quem vel S. Barnabas, vel, vt veriùs ſentit Triſtanus Calchus, S. Caius ſacrâ aquâ luſtratum Chriſto peperit. Is enim hortum vſui religionis exin dicauit, alibi* Polyandron Philippi *dictum, cui imminens domus à S.Caſtriciano Epiſcopo in templum ſacrata; ac mox aliæ duæ propinquæ* Fauſta, *ſiue* Fauſti, *&* Portiana, *à Fauſto & Portio Philippi filiis: verùm hæc* S.Martini ad corpus, *illa* S. Vitalis *poſteà dicta, eodem teſte Calcho. Deinceps, à S.Simpliciano Magni Ambroſij ſucceſſore,vt exiſtimat Triſsinus,templum SS.Nabori & Felici poſitum,paræciæ nomine inſignitum:id Minoribus in vrbem adſcitis conceſſum,* Oldrado Groſſo, Dreſenâ vetere Laudenſium familiâ orto, *Mediolanenſem Præturam gerente, vt lib.13. Calchus ſcribit. Id anno 1255. Alexandri IV. auctoritate factum ſcribit Lucas VVaddingus in Annal. Minorum to.1. an.1212. nu.55. cui non aſſentimur tamen, cùm conceſſum iam anteà iiſdem Minoribus ſcribit* hortum Philippi Dei ſerui, in quo SS. Geruaſium, Protaſium, Naborem, Felicem, & alios Chriſti Martyres ſepeliuit. *Quî potuit Philippus, ſi Neronis ac Domitiani vixit ætate, vt omnes tradunt, SS.Naborem & Felicem ſub Maximiano interfectos ſepeliuiſſe?*

& ipſa Sauina:

11 *Ipſa quoque tandem* Sabina, *dum ieiuniis, vigiliis, precibus aſſiduè ad ſanctorum Martyrum conditorium vacat,eodem ipſo loco piè ad ipſos emigrat, atque in eadem æde tumulata eſt. Id ſub annum Chriſti CCCXI. qui Conſtantini Magni quintus erat, contigiſſe cenſet Triſsinus. Corpus eius à S. Carolo Borromæo anno MDLXXI. poſtridie Nonas Septembris, repertum teſtatur Carolus à Baſilicâ-Petri in S.Caroli vitâ lib.3.cap.6.Eam* huius corpus inuentum integrum: *inuentionem ita deſcribit Triſsinus:* His ritè Carolus Antiſtes peractis,ſacellum à Morigiâ gente poſt tot vrbis Mediolanenſis excidia reſtitutum,adiit,ibique repetitis de more precibus, marmoreum mauſoleum, in quo S. Sauinæ corpus contegebatur, aperiri iuſſit. Ecce verò venerationi par admiratio ſancto injecta eſt Pontifici,cùm matronæ præclariſſimæ verendum cadauer, tot annis ſepulchro repoſitum, tot ruinis & direptionibus, incolume non ſolùm, ſed integrum planè ac incorruptum, & gratiſſimum afflans odorem,habuit in conſpectum;quin dum ſacras contrectaret reliquias, ipſa crepidarum ſubera,linea laneaque operimenta,nullâ carie aut vetuſtate exeſa reperit. Exciuit rei tum fama, Mediolanenſem ad venerabile ſepulchrum ciuem vniuerſum: frequens exinde fit concurſus: veneratio omnibus maxima par miraculo incutitur: nullus expleri ſatis exanimis illius corporis aſpectu,& dormientis potiùs quàm demortuæ faciem intueri arbitrabatur. Hinc admirari, & omnipotentiam Dei,confluentes nullo ordine ciues,laudare non ceſſabant, qui & omnia Sanctorum oſſa cuſtodit, & capillum de capite eorum perire non ſinit.

dens à S. Carolo Borromæo exemptus,

12 Vbi ſatis magnis cæteruis accurrentium ciuium deuotioni eſt conceſſum, S. Carolus dentem è mandibulâ euellit, quem argenteâ thecâ locatum cymelij loco tenuit, & collo dum vixit, circumtulit; marmoreoque ſarcophago denuò Diuæ corpus integrum, vt inuenerat, recondit. Beatam verò animam inter Sanctos ſuos tutelares præcipuam adſciuit;cuius peruigilium feſtiuitatis,cilicio & ieiunio celebrabat;feſto verò eiuſdem die, non alibi quàm in Sauinæ ſacello ſacris operam dabat; poſt diuinam litationem;arcâ quotannis aperiri iuſsâ, piè ſacras reliquias orans colebat: multas hinc effuſum Carolum erat videre in lacrymas colliqueſcere, tenerrimis ſuſpiriis identidem è pectore exhalantibus, totum diuinæ contemplationi dare animum. Et niſi poſt multas horas inde diſcedere nouerat.Ceterùm pius Antiſtes veritus, ne effrænis alicuius petulantia ſuffurari ſacrum pignus attentaret, vel aliquid ſurripere, vectibus ferreis, qualem nunc conſpicimus, ſiliceam arcam occluſit,vt eam iam reſerare fas impoſterum ſit nemini.

feſtum piè celebratum,

obſeratum denuò feretrum:

res publicis tabulis teſtata.

13 Ne verò tam inſigne omnique æuo celebrandum miraculum exanimati cadaueris poſt tot annorum centurias integri reperti, & odorem ſuauiſſimum ad noſtra vſque tempora expirantis è memoriâ hominum excideret, iuſſit S.Carolus tabulas teſtibus firmatas, & Notariorũ Apoſtolicorũ Hieronymi Caſtillionæi, Bernardini Cattanei,Iacobi Regretti,Baptiſtæ Corij, ipſiuſque Archiepiſcopatus Cancellarij Bartholomæi Pãpolionis manu exaratas, in pluteis ſuæ Curiæ aſſeruari. Eademque Carolus à Baſilicâ-Petri, & Paulus Moriggia, qui tunc temporis ſcribebant,ſuis in hiſtoriis conteſtati ſunt; aliique noſtræ ætatis viri eloquentiſſimi, inter quos Franciſcus Rugerius,qui Sauinæ corporis incorrupti reperti prodigioſum euentum, patriæ ſuæ ſuperſtiti gloriæ conſulens, Atticâ propè facundiâ deſcripſit.

Colitur à matronis S. Sauina, & quare.

14 *Hactenùs Triſsinus;qui cap.12. teſtatur Mediolani à matronis eximiâ religione coli Sauinam, ac præcipuè vt menſtruorum immoderatiore profluuio præſtet immunes: eoq; annis ſuperioribus de inſtituendo ad eius cultum propagandum ſodalitio conſilia agitaſſe; qualem olim in S.Euphemiæ æde Mediolani exſtitiſſe coniicit idem Auctor ex Martyrologio MS. Bibliothecæ Franciſcanæ, in quo hæc leguntur:* III.Kal. Februarij, Mediolani celebratio S.Sauinæ, quæ fuit matrona Laudenſis: hæc duxit corpora SS. Naboris & Felicis ad ciuitatem Mediolani: hæc iacet in eccleſiâ S. Naboris: hæc valdè honoratur ad S. Euphemiam. *Demum recenſet idem ſcriptor, recens eidem Diuæ, præſertim à Treſsinâ gente, habitos honores, erectas ſtatuas, aras poſitas, imagines illuſtri loco conſtitutas. Agit de eâ quoque Siluanus Razzius to.1. de feminis ſanctitate illuſtribus.*

DE S. PEREGRINO CONFESSORE

CALATABELLOTTÆ IN SICILIA.

XXX. IANVAR.

S. Peregrini festum duplex Calatabellottæ,

1 CAlatabellotta, *siue* Caltabellotta, *oppidum est Siciliæ peramplum in plagâ meridionali, ad excelsi & ardui montis verticem, maris prospectu iucundissimum, Saracenici nominis operisq3, vt Thomas Fazellus Decade 1. lib. 10. testatur, mille circiter passibus à* Triocalorum, *siue* Triocali, *aut* Tricali, *vetustæ vrbis ruinis: vnde* Ilburus, *qui propè manat amnis, vulgò nunc* Fiume di Caltabellotta *accolis appellatur. Hîc* S. Peregrinus *Confessor geminam obtinet celebritatem; priorem eamq3 præcipuam, indictâ publicè operum seruilium feriatione, sacrorum verò religione ad octauum diem prorogatâ, 30. Ianuarij; alteram 18. Augusti. Ad illum diem ista habet Octauius Caietanus noster in Ideâ operis de SS. Siciliæ & Ferrarius in generali SS. Catalogo:* In Calatabillottâ S. Peregrini Confessoris. *Citat vterque vitam MS. quam adipisci non potuimus. At XVIII. Augusti vterque* S. Peregrini *agi commemorationem scribit. Translatio videtur aliqua eo die facta, aguntur q3 tum isthic octiduo solennes nundinæ, non exiguo aduenarum concursu.*

2 *Neque proprium Sancti huius officium extat, & quæ aliquando in manibus fuit Vita MS. ea nunc vspiam in alicuius scriniis delitescit; nostro certè rogatu his annis diligenter perquisita, reperiri non potuit. Illud solùm accepimus, memorari acceptum à maioribus, Peregrinum natione Græcum fuisse, ac Romam,* tempore renascentis Ecclesiæ, *à Pontifice Maximo accersitum, cùm passim eius celebraretur eruditio ac virtus, missum in Siciliam cœlestis doctrinæ disseminandæ gratiâ. Hîc cùm Triocalinos & accolas reperisset ab immani dracone dirè infestari (qualia tunc crebrò monstra, ferali dæmonis odio in miseros excita mortales, aut è tartareo grege emissa, adscito illo portentosæ molis ad maiorem stragem terriculamento, in multis Diuorum Actis legimus) cùm igitur draconem hîc reperisset, cuius nisi humanâ carne satiari non posset ingluuies, eam sustulit pestem. Triticeum dein panem in lapidem conuertit, vt fœminæ cuiusdam vlcisceretur periurium, qui lapis etiamnum asseruatur. Pari miraculo castigatum alterius mulierculæ periurium, IV. Ianuarij in S. Pharaildis Vitâ retulimus.* miracula,

3 *Custoditur Caltabellottæ pignus egregium* S. Peregrini, *reliquiæ, os videlicet humeri, ac solenni religione à supplicantibus circumfertur duobus illis ipsi dicatis diebus. Alias sui Patroni* Peregrini *reliquias Lucæ in Tusciâ extare, existimant Siculi. Et commemoratur quidam à Cæsare Franciotto in historiâ Sanctorum Lucensium* S. Peregrinus, *sed longè ab hoc diuersus, gente Scotus. Demum cùm aliis infirmis, tum præsertim herniâ laborantibus, salutem afferre,* S. Peregrinus *fertur.* reliquiæ,

DE S. BARSE, *siue* BARSO,

EPISCOPO EDESSENO CONFESSORE.

SVB VALENTE. XXX. IANVAR.

S. Barsæ, siue Barsi,

1 *ALiquot iam Edessena in Mesopotamiâ Ecclesiæ sidera dedimus, hoc ipso die S. Barsimæum Episcopum. Huius Cathedram ducentis septuaginta pòst annis* S. Barses *tenuit, siue* Barsas, *aut* Barsus. Βάρσην *vocat Theodoretus in quarto casu, Baronius in recto* Barsen *dictum existimauit, itaq3 Martyrologio inscripsit. Titulus capitis 15. lib. 4. hist. Ecclesiast. Theodoreti est* περὶ τῦ Βάρσα τῦ ἐπισκόπυ *&c.* De S. Barse Episcopo. *& cap. 16.* Βάρσα τῦ μεγάλυ μεταναίᾳ *&c.* Barsus *appellatur in Menologio Henr. Canisij;* Barsam *&* Barsæm *in Topographiâ Ferrarij, sed vitiosè; nam Theodoretum citat, apud quem* Barsem *in quarto casu scriptum legerat.* Acta ex Theodoreto,

2 *Memoratur* S. Barses *in Romano Martyrologio XXX. Ianuarij, his verbis:* Ibidem (*Edessæ*) S. Barsen Episcopi, gratiâ curationum illustris; qui à Valente Imperatore Ariano in extremas illius regionis oras, ob fidem Catholicam relegatus vitam finiuit. *Græci XV. Octobris eum celebrant; quo die Menologium:* Eodem die commemoratio S. P. N. & Confessoris Barsi Episcopi vrbis Edessæ, qui fuit sub Valentiniano Imperatore. Hic multis editis miraculis migrauit ad Dominum. *Fusiùs etiam Menæa; in eo quoque corrigenda, quòd à* Valentiniano *relegatum tradunt, cùm orthodoxus & religiosus Imperator fuerit Valentinianus. At* Valens *eius frater, qui ab eo in consortium imperij anno 364. 29. Martij adscitus, Orientem tenuit vsque ad 9. Aug. 378. in eoq3 Catholicos, cùm ipse Arianus esset, dirè exagitauit, Barsen quoque proscripsit.* natalis 30. Ian. & 15. Oct.

3 *Idémne hic sit* Barsas, *aut* Barsus, *qui 28. Februarij in Menæis refertur, haud scimus.* Damasci *isthic dicitur Episcopus fuisse; mendosè fortè pro* Edessæ *ita scriptum; nobis certè Damascenus ille* Barsus *ignotus est, idq3 solum de eo habent Menæa:* Eodem die S. Barsas Episcopus Damasci in pace finitur. an & 28. Febr.

Ludos fluentis relinquens vitæ,
Intereſt Barsus Angelorum festis.

Edessæni Barsæ gesta ita breuiter describit Theodoretus loco citato, atque ex eo Baronius ad an. 371. nu. 109.

4 Barsen præterea, cuius etiam hoc tempore celebre est nomen, non Edessæ solùm quam gubernabat, & vicinis ciuitatibus, verùm & in Phœnice, Ægypto, Thebaide (per has namque nationes vniuersas fama eius propter virtutis splendorem permanauerat) primùm Valens Aradum insulam incolere mandauit. Ast vbi intellexit infinitam hominum multitudinem ad eum confluere (etenim Apostolicâ repletus gratiâ morbos verbo pellebat) Oxyrynchum, quod est oppidum Ægypti, eum relegauit. At cùm etiam isthuc eius gloria frequentes vndique mortales pertraheret, ad castellum quoddam in extremis locatum finibus, ac iuxtà colentibus Barbaris oppositum, cuius nomen Philo est, senem illum, idoneum iam sanè regno cælorum incolam, deportandum curauit. Ferunt eius lectum in Arado insulâ ad hodiernum diem remanere, multo sanè honore decoratum; nam multi morbis vexati, vbi in eo decubuerint, integræ sanitati per fidem restituuntur. 10, miracula; reliquiæ;

5 *Hæc Theodoretus, qui rursus cap. seq. illius meminit cùm de* S. Eulogio, *eius tum Presbytero ac dein successore, agit, qui à Modesto Præside interpellatus, vt cum iis communicaret, qui-buscum & Imperator, hæretico nimirùm Episcopo, quem in eam Sedem Barse pulso intruserat Valens, respondit,* se & Pastorem habere (*Barsen scilicet*) & eius nutum sequi. *Quamobrem cum Protogene, qui deinde Carrarum Episcopus fuit, Antinoum Thebaidis vrbem relegatus est, vbi plurimos Christo adiunxerũt. Sedatâ deinde tempestate persecutionis, in patriam redîre, &* Diuinus Eulogius, Barse illo magno translato ad beatam & molestiæ omnis expertem vitam, Ecclesiæ quam ille rexerat præfectus est. *De Eulogio pluribus agemus 5. Maij, deq3 Protogene postridie.* successor sanctus;

6 *Loca exilij* S. Barsæ *tria fuerunt;* Aradus *Phœniciæ insula;* Oxyrynchus *vrbs Ægypti, in quâ se Ruffinus lib. 2. de Vitis PP. cap. 5. reperisse viginti millia Virginum sanctimonialium, decem millia monachorum scribit, haud longè post hæc tẽpora, & caritatem aduersùs peregrinos admirabilem. Demum Oxyrycho deportatus est* εἰς φρούριον ἔσχατον τοῖς ἐκεῖ γειτονεύουσι βαρβάροις, φίλων δὲ τοὔνομα. ad castellum, *siue præsidium,* vltimum aduersùs propinquos isthic Barba- exilij loca.

ros,

EX VARIIS. ros, cui Philo nomen. *Baronius in Martyrologio Romano ſuprà videtur caſtellum illud in Meſopotamia, aut certè in Syriâ, collocare, cùm ait* in extremas illius regionis oras relegatum. *Theodoretus videtur potiùs innuere ad Thebaidis Libyæue fines fuiſſe, cùm ſcribit* τοῖς ἐκεῖ γειτονεύουσι βαρβάροις, vicinis iſthic Barbaris; *vel, vt alia lectio habet,* τοῖς ἐκεῖ βαρβάροις γειτονεῦον, Barbaris, qui iſthic ſunt, propinquum. ἐκεῖ iſthic, *ad Oxyrynchum Ægypti vrbem referendum, de quâ immediatè fuerat ſermo. Et erat Ægyptus vndique barbaris & ab vrbano conuictu alienis gentibus cincta, Saracenis, Scenitis Arabibus, Troglodytis, & Libyæ exterioris incolis. Ac memoratur quidem Ptolemæo lib. 4. cap. 4.* Φίλωνος κώμη, Philonis vicus, *inter mediterranea Cyrenaicæ regionis loca; atque alius item* Philonis vicus *in Libyâ, aliquantò Ægypto propinquior. Nicephorus Calliſtus lib. 11. cap. 22. vbi eadem hæc ex Theodoreto memorat ita ſcribit:* εἴς τινα ἐσχατιὰν τῆς πόρρω τῶν γειτονούντων βαρβάρων μεπετίθει, φίλωνος ἦν ὄνομα τῷ χώρῳ. in extremitatem quamdam non longè ab accolentibus Barbaris eum transfert; Philo nomen erat loco.

DE S. FELICE IV. PAPA.

AN. CHR. DXXX. XXX. IANVAR. *TAuum ſuum teſtatur S. Gregorius hom. 38. in Euang. & lib. 4. dial. cap. 16. fuiſſe* Felicem Romanæ Eccleſiæ Antiſtitem, *vt 5. Ianuarij diximus, cùm de eiuſdem Gregorij amitâ Æmilianâ Virgine eſſet ſermo. Hunc* Felicem *Ioannes Diaconus initio Vitæ S. Gregorij quartũ eius nominis fuiſſe exiſtimat; ita enim ſcribit:* Iſte Senatoriâ ſtirpe progenitus, tam nobiliſſimâ quàm etiam religioſiſſimâ genealogiam duxit, ita vt quartus Felix Apoſtolicæ Sedis Pontifex, vir magnæ in Chriſti Eccleſiâ reuerentiæ, qui baſilicam SS. Coſmæ & Damiani Martyrum viâ Sacrâ iuxta templum Romuli, ſicut hactenùs cernitur, venuſtiſſimè fabricauit, eius atauus fuerit. *At Baronius in Notis ad Martyrol. XXV. Februarij, non quartum, ſed tertium fuiſſe S. Gregorij atauum contendit; quòd hic, vti & Gregorius, Romanus fuerit, ille è Samnio oriundus, non è Samo, vt indicat Platina; quodq; temporum ratio omnino id poſtulare videatur, cùm à Felicis obitu ad Gregorij pontificatum non niſi 60. anni interceſſerint. Sed de hac re proprius erit agendi locus cùm de* Felice III. *erit ſermo XXV. Februarij.* Felix IV. *colitur* XXX. *Ianuarij. ita enim legitur in Romani Martyrologij tabulis Vrbani VIII. Pont. Max. auctoritate recognitis 25. Februarij:* Romæ natalis S. Felicis Papæ III. qui S. Gregorij Magni atauus fuit *&c. anteà legebatur:* Romæ natalis S. Felicis Papæ IV. qui S. Gregorij Papæ atauus fuit. *At 30. Ianuar. olim habebatur* Romæ S. Felicis Papæ Tertij qui pro fide Catholicâ plurimùm laborauit. *Nunc illud* Tertij *omiſſum eſt. Memoratur in multis Martyrologiis 30. Decembris* S. Felix Romanus Epiſcopus; *ſed quædam diſertè* Tertium *vocant. At 28. Maij refertur hic Quartus in MS. Florario his verbis:* Romæ natale S. Felicis Papæ IV. qui inſtituit dedicationem Eccleſiæ ſingulis annis celebrari. *Pauca hæc de Quarto prodita ſunt litteris ab Anaſtaſio Bibliothecario in lib. de Romanis Pontificibus:*

S. Felicis IV. natalis.

Vita ex Anaſtaſio.

2 Felix natione Samnius, ex patre Caſtorio, ſedit annos quatuor, menſes duos, dies quatuordecim. Fuit autem temporibus Theodorici Regis, & Iuſtini Auguſti, à conſulatu Mamortini vſque ad conſulatum Lampadij & Oreſtis, à die IV. Idus Iul. vſque in IV. Idus Octobris. Hic fecit baſilicam SS. Coſmæ & Damiani in vrbe Româ, in loco qui appellatur Via ſacra, iuxta templum vrbis Romæ. Huius temporibus conſumpta eſt incendio baſilica ſancti Martyris Saturnini, viâ Salariâ, quam à ſolo refecit. Qui etiam ordinatus eſt cum quiete, & vixit vſque ad tempora Athalarici Regis. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Româ per menſes Februarij & Martij, Preſbyteros quinquaginta quinque, Diaconos quatuor, Epiſcopos per diuerſa loca numero triginta nouem. Qui etiam ſepultus eſt in baſilicâ B. Petri Apoſtoli IV. Idus Octobris, & ceſſauit Epiſcopatus menſem I. dies 15.

3 *Hæc Anaſtaſius. è quibus nonnulla breuiter elucidanda, præſertim electio eius, ac publica opera. Electionis annus, dies, modus indicandus.* Rex Theodoricus hæreticus, *vt idem ſcribit Anaſtaſius,* cum grandi dolo & odio ſuſcepit Papam Ioannem & Senatores (*Theodorum, Importunum, Agapitum Exconſules, qui Conſtantinopolim miſſi fuerant*) quos etiam gladio voluit interficere; ſed metuebat indignationem Iuſtini Auguſti: quos tamen in cuſtodiam omnes afflictos cruciatit, ita vt beatiſſimus Ioannes Epiſcopus primæ Sedis Papa in cuſtodiâ afflictus deficiens moreretur. Qui defunctus eſt Rauennæ in cuſtodiâ XV. Kal. Iunij Martyr..... Cuius corpus tranſlatum eſt de Rauennâ, & ſepultum eſt in baſilicâ B. Petri Apoſtoli ſub die VI. Kal. Iun. Olybrio Conſule, & ceſſauit Epiſcopatus dies 58. *Electus eſt Felix, vt iam ex Anaſtaſio dictum eſt,* die IV. Idus Iulij. *atque ita à XV. Kal. Iun. ſiue 18. Maij, vſque ad XII. Iulij, dies ſunt omnino 56. Baronius ad an. 526. vult VI. Kal. Iunias, mortuum Ioannem, VI. Kal. Iulias ſepultum; electum Felicem 24. Iulij: putatq; mendoſum eſſe codicem, in quo ſepultus dicitur Ioannes VI. Kal. Iunias: ſed nobis non perſuadet, vt ab Anaſtaſio recedamus, niſi certius teſtimonium aut irrefragabilem rationem proferat.* Die 12. Iun. Iulij.

4 *Geſta autem hæc ſunt* Olybrio Conſule, *anno Chriſti 526. Dicitur tamen ſediſſe* à Conſulatu Mamortini, *aut potiùs* Mauortij, *quia annus eius primus maximâ ex parte cum Mauortij conſulatu concurrit. Alioquin cùm Ioannem Olybrio Conſule mortuum conſtet; cumq; 98. die poſt eius mortem interiiſſe Theodoricum ſcribat idem Anaſtaſius, id eſt, vt nos coniicimus, 23. Auguſti; tamen* Felix *ab eodem tyranno Romanis obtruſus eſt, dignus ille quidem eo gradu, per ſummam tamen tyrannidem, nemini priorum Imperatorum præterquàm Conſtantio itidem hæretico in Felice II. vſurpatã: vt perſpiciant quos ſequantur, qui illius Eccleſiæ derogant ſacroſanctæ libertati; & ſciant eorum ſibi quoque funeſtos exitus eſſe pertimeſcendos. Hæc verò omnia,* Felicis *nota vulgò integritas, Romanorum in alium conſpirantia vota, electio tyranni arbitrio facta, ſed Romano deinde Clero & Senatui probata, hæc, inquam, omnia ex Athalarici Regis ad Senatum Romanum epiſtolâ perſpici poſſunt, quæ eſt apud Caßiodorum libri 8. Variar. 15. atque ita habet:* an. 526. *iubente Theodorico electus.*

5 Senatui vrbis Romæ Athalaricus Rex. Gratiſſimum noſtro profitemur animo, quòd glorioſi Domini aui noſtri reſpondiſtis in Epiſcopatus electione iudicio. Oportebat enim arbitrio boni Principis obediri; qui ſapienti deliberatione pertractans, quamuis in alienâ religione, talem viſus eſt Pontificem delegiſſe, vt nulli meritò debeat diſplicere; vt agnoſcatis illum hoc optaſſe præcipuè, quatenùs bonis Sacerdotibus Eccleſiarum omnium religio pullularet. Recepiſtis itaque virum & diuinâ gratiâ probabiliter inſtitutum, & regali examinatione laudatum. Nullus adhuc priſtinâ contentione teneatur. Pudorem non habet victi, cuius votum contigit à Principe ſuperari. Ille quin imò ſuum efficit, qui eum ſub puritate dilexerit. Nam quæ ſit cauſſa doloris, quando hoc & in iſto reperit, quod alteri in partem ductus optauerit? Ciuica ſunt iſta certamina, pugna ſine ferro, rixa ſine odio: clamoribus, non doloribus, res iſta peragitur. Nam etſi perſona ſummota ſit, nihil tamen à fidelibus amittitur, cùm optatum ſacerdotium poſſidetur. Quapropter redeunte Legato veſtro illuſtri viro Publiano, rationabile duximus ad cœtum veſtrum ſalutationis apices deſtinare. Magnâ enim iucunditate perfruimur, quoties cum noſtris Proceribus verba miſcemus; & hoc quoque ſuauiſſimum vobis minimè dubitamus, ſi quod illius feciſtis imperio nobis etiam cognoſcitis eſſe gratioſum. *vir bonus:*

6 *Hæc de electione* Felicis. *qui ſediſſe dicitur annos 4. menſes 2. dies 14. vnde ſequeretur iuxta calculum iam poſitum obiiſſe 26. Se-*

obiit 530. 12. Oct. vel 26. Sept.

26. Septembris, ſiue VI. Kal. Octob. *cùm tamen dicatur deceſſiſſe* IV. Id. Octobris: *atqui à 12. Iulij, ad 12. Octobr. tres ſunt ſolidi menſes. In nullo præterquàm Germanico Caniſij Martyrologio* Felicis *memoriam 12. Octobris conſignatam reperimus. Obiit, vt antè ſcriptum,* Lampadio & Oreſte Coſſ. *anno Chriſti 530. Athalarici Regis 5. iam inchoato. Cur 30. Ianuarij colatur nos latet.*

eccleſiam SS. Coſmæ & Damiani conſtruxit,

7 Fecit *Felix* baſilicam SS. Coſmæ & Damiani in vrbe Româ, in loco qui appellatur viâ Sacra, iuxta templum vrbis Romæ. *At Ioannes Diaconus ſuprà citatus* iuxta templum Romuli *fabricatam hanc Diuorum baſilicam ſcribit: idq; Alexandro Donato noſtro lib. 3. de vrbe Româ cap. 5. magis probatur, quòd Claudianus lib. 2. in Stiliconem ſcribat,*

Eluſæ, Dominæ pergunt ad limina Romæ,
Conueniunt ad tecta Deæ, quæ candida lucent
Monte Palatino.

vnde colligit fuiſſe templum Vrbis Romæ in colle Palatino, quà deuexus eſt in Sacram viam prope arcum Titi; *cenſetq; vbi eſt SS. Coſmæ & Damiani ædes fuiſſe templum Romuli: niſi iuxta templum Vrbis Romæ eam collocet Anaſtaſius, quòd non longè abſit, interiacente nimirùm Foro vaccino. Idem cap. 4. eiuſdem libri ſcribit* templum *Romuli* ſitum in Sacrâ viâ, à Felice Papâ IV. SS. Coſmæ & Damiano fuiſſe dicatum. *Et lib. 4. cap. 3.* Felix IV. Theodato Italiæ Rege SS. Coſmæ & Damiani baſilicam, mutatâ veteri æde Romuli, in Sacrâ viâ conſecrauit. *Sed memoriâ lapſus videtur vir eruditiſſimus, nam anno Athalarici 5. mortuus eſt Felix; Theodatus non niſi quadriennio pòſt ad regnum ab Amalaſunthâ euectus eſt. Eiuſdem ædis SS. Coſmæ & Damiani idem meminit lib. 2. cap. 12. & lib. 4. cap. 12. ſcribit eam ab Vrbano VIII.* præclarè exornatam. *Agit fusè de hac baſilicâ Octauius Pancirolus in Theſauris abſconditis almæ Vrbis, reg. 1. eccleſ. 17. Recitat Andreas du Cheſne veterem hanc inſcriptionem, quæ in eâ olim viſebatur:*

Aula Dei claris radiat ſpecioſa metallis,
In quâ plus fidei lux pretioſa micat.
Martyribus medicis populo ſpes certa ſalutis
Venit, & ex ſacro creuit honore locus.
Obtulit hoc Domino Felix Antiſtite dignum
Munus, vt æthereâ viuat in arce poli.

Hoc eſſe videtur citatum à Platinâ carmen vermiculato opere notatum.

S. Saturnini reſtaurauit, S. Stephani perfecit:

8 *Alterum Felicis quarti publicum opus fuit ſancti Martyris* Saturnini *baſilica viâ Salariâ à ſolo refecta, cùm incendio eſſet conſumpta, cuius etiam meminit Donatus noſter lib. 4. cap. 3. Cùm eam non recenſeat Octauius Pancirolus, ſuſpicamur aut nunc non extare, aut nomen mutaſſe. Baſilicam quoque* S. Stephani, *quam Ioannes eius deceſſor inchoarat, perfeciſſe Felicem, oſtendit idem Du Cheſne ex duabus vetuſtis inſcriptionibus; quarum prior ita habet:*

Opus quod baſilicæ beati Martyris Stephani
Defuit à Ioanne Epiſcopo marmoribus inchoatum,
Iuuante Domino Felix Papa addito muſiuo
Splendore ſanctæ plebi Dei perfecit.

altera verò:

Aſpicis auratum cæleſti culmine tectum,
Aſtriferumque micans præclarè lumine fultum?
Domino iuuante Felix Epiſcopus Dei famulus
Forum baſilicæ beati Martyris
Stephani muſiuo & marmoribus decorauit.

EX VARIIS.

conſuluit Eccleſiæ libertati.

9 *Præclaram Athalarici conſtitutionem, quæ extat apud Caſſiodorum lib. 8. Variar. 24. quâ decernitur, quòd qui quacunque ex cauſâ iure conuenire quempiam è Romano Clero volet,* ad beatiſſimi Papæ iudicium priùs conueniat audiendus; vt aut ipſe inter vtroſque more ſuæ ſanctitatis cognoſcat, aut cauſſam deleget æquitatis ſtudio terminandam; *eam, inquam, quidam non improbabiliter coniiciunt* S. Felicis *poſtulatione latam. Quæ hominis hæretici ſanctio meritò incutere ruborem modernis politicis queat, cùm quam ille conſtare Eccleſiæ cupit* longæ conſuetudinis, *omninoq; conſentaneam, poteſtatem, eam ipſi detrahere omni arte doloq; contendant. Simul illud Eccleſiaſticorum hominum animis altè oportet inſidere, quod idem inculcat:* Profeſſio veſtra vita cæleſtis eſt. Nolite ad mortalium vota humilia & errores deſcendere. Mundani coërceantur humano iure, vos ſanctis moribus obedite.

Eius epiſtola,

10 *Extant in tomis Conciliorum* Felicis IV. *nomine tres epiſtolæ: primâ, datâ* Kalendis Martij, Lampadio & Oreſte Coſſ. *vetat Miſſas celebrari niſi in locis Deo dicatis, niſi magna compulerit neceſſitas. Secunda parænetica eſt ad Sabinam nobilem matronam, data* XII. Kal. Nouemb. Lampadio & Oreſte Coſſ. *ſed vel in diei notâ error, vel in Pontificis nomine. tertia ad Cæſarium Arelatenſem data* III. Non. Febru. P. C. Mauortij V. C. *id eſt, anno Chriſti 528. Vnde conſtat priùs duabus aliis eſſe datam. Perperàm vulgò data ſcribitur* P. C. M. Seuer. Boetij V. C. *quæ ſubſcriptio multos torſit, cùm ad Felicis IV. pontificatum referri Boëtij conſulatus non poſſet, nec Felicis III. tempore ſederit Cæſarius. Reſtituit veram Lectionem Sirmondus noſter ex codice Arelatenſi.*

epitaphium,

11 *Sepultus eſt S. Felix* in baſilicâ B. Petri Apoſtoli, *vt ſcribit Anaſtaſius. Hoc eius epitaphium ex Appendice Antiquarum inſcriptionum recitat Du Cheſne:*

Certa fides iuſtis cæleſtia regna patere,
Antiſtes Felix quæ modò lætus habet.
Prælatus multis, humili pietate ſuperbus,
Promeruit celſum ſimplicitate locum.
Pauperibus largus, miſeris ſolatia præſtans,
Sedis Apoſtolicæ creſcere fecit opes.

reliquiæ.

Octauius Pancirolus lib. cit. reg. 11. eccleſ. 7. tradit in eccleſiâ S. Thomæ extare aliquas S. Felicis Papæ *reliquias, & coniicit eas eſſe* Quarti: *aliquas item in eccleſiâ S. Sixti 23. regionis 9.*

Non excommunicauit Ep. Conſtantinopolitanum.

12 *Scribit Platina, eumq; temerè ſecutus Ciacconius:* Felix rei diuinæ interim curam gerens & Patriarcham Conſtantinopolitanum declinantem à fide anathemate notauit. *Regebat eo tempore Conſtantinopolitanam Eccleſiam* Epiphanius *egregiè Catholicus Antiſtes & Romanæ Sedis obſeruantiſſimus. Cui tamen ſucceſsit hæreticus* Anthimus, *ſed aliquot annis poſt* S. Felicis *obitum, cuius cauſsâ miræ excitatæ ſunt turbæ, vt videre eſt apud Baronium. Idem ferè quod Platina ſcripſit Petrus de Natalib. qui lib. 6. cap. 155. ita ſcribit:* Hic Patriarcham Conſtantinopolitanum Arianâ hæreſi maculatum excommunicauit, & hæreſiarcham damnauit.

DE B. HABERILLA, ſiue HABRILIA,

VIRGINE, AD LACVM BRIGANTINVM.

SECV. VII. I XXX. IANVAR.

VEnetus *eſt lacus, qui &* Conſtantienſis, Brigantinus, Podanicus, *ſiue* Bodanicus, *& VValafrido Strabo in Vitâ S. Galli* Potamicus *dicitur, vulgò* der Bodenſee, *in Sueuiâ, longus XL. millia paſſuum, VI. latus. Ad eum plura ſita oppida ſunt: perantiquum eſt* Brigantium, *à quo non longè* Brigantius *amnis in eumdem influit lacum. ad ipſum ferè amnis oſtium viſitur ordinis Benedictini cœnobium longè amœniſsimum, vulgò* Alba Augia Brigantina, *&* Maior Augia, *Germanicè* de Mereraw *dictum, quod* maiorem inſulam *ſonat. Fuit id, ſi Gaſpari Bruſchio, Martinoq; Cruſio fas eſt credere, duplex olim, monachorum vnum, alterum ſanctimonialium; ſed his abolitis, monachi ſoli deinceps coluêre. Imò ſolæ iſthic principio habitaſſe videntur monachæ, quibus tamen qui ſacra curarent adſuêre fortaſis aliqui è S. Galli nobili cœnobio monachi. Et monſtratur, eodem teſte Bruſchio,* S. Galli adhuc non procul inde oratorium, ſacellum videlicet omnino humile & exiguum, in montanis ſupra Bregantum ſitum .... vbi viſuntur noſtrâ adhuc ætate cauernæ ſcopulis inciſæ, in quibus cubaſſe venerandus ſenex dicitur. *ita ille.*

In Augiâ Brigantinâ

colitur B. Haberilla,

2 *Venerantur Augienſes aſcetæ, velut peculiarem Patronam* S. Haberillam, *ſiue* Habriliam, *non quidem ſacrorum ſolennitate,*

EX VARIIS. *nitate, officioúe Eccleſiaſtico, ſed publicâ tamen pietate; recoluntq; eius natalem XXX. Ianuarij. De eâ Chronicon Conſtantienſe:* S. Haberilla Virgo eremita à S. Gallo ordinis S. Benedicti Cellæ Brigantinæ (vnde ſucceſſu temporis modernum monaſterium Brigantinum pullulauit) Abbatiſſa ordinata, cuius quamplures ſanctimoniales erant. *Quæ de eâ hic ſubnectemus, communicauit ea nobiſcum, & de aliis Sanctis complura, Daniel Feldnerus noſter, qui cùm Theologiam Friburgi Briſgoiæ & Ingolſtadij aliquot annis docuiſſet, Conſtantiæ 21. Februarij anni 1641. deceſſit, annos cùm vixiſſet duos & quinquaginta, hecticâ febri exhauſtus, relictis præclaræ pietatis, modeſtiæ, patientiæ exemplis. Ipſe verò quæ de* S. Haberillâ *ſuggeſſit, à Reuerendiſsimo Augiæ Brigantinæ Abbate Placido, noſtri ordinis fautore eximio, & religioſiſsimo Priore Franciſco Ranſpergero acceperat.*

3 *Vixit igitur* B. Haberilla *S. Galli Abbatis temporibus, eiuſq; prouocata exemplo (fortaſsis & monitis anteà erudita ad pietatem) vitam agere inſtituit ab hominum conuictu remotam, iuxta lacum Brigantinum, cellâ erectâ: in hac ita degit, vt perpetuò in Chriſtum Crucifixum defixos corporis mentisq; oculos haberet; precibus dies noctesq; intenta, vehementi quadam & aſsiduâ Dei flagrans caritate. Victus illi omnino tenuis, ceteraq; exercitatio eiuſmodi, vt virginitatem, quam illibatam ſemper ſeruauit, aduersùs omnes carnis dæmonisq; inſidias egregiè communiret.*

qua iſthic ſanctè vixit,

4 *Manauit, vt fit, ex humili & abditâ cellâ, odor ſanctitatis eius, ac multas ad eam attraxit Virgines, quæ eamdem arripuêre virtutis exercitationem. Quod vbi didicit S. Gallus, gratiis Numini actis,* Haberillam *Antiſtitam ordinauit, Virginum iſtarum collegio præfectam. Has illa cùm exemplo ac verbis ad omnem ſanctimoniam inſtituiſſet, tandem virtutum meritis cumulata in cælum migrauit: quo anno, non conſtat. S. Gallus, vt ad eius vitam 16. Octobris dicemus, ad Dagoberti Regis tempora peruenit.*

ſanctimonialibus præfecta.

5 *Viſitur nunc* Haberillæ *ſepulchrum in maiori baſilicâ Augiæ Brigantinæ ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo dicatâ, ad dextram altaris S. Catharinæ Virginis & Martyris. Coopertum ſepulchrũ id lapide ſex nixo columellis. In vicino pariete deſcriptam paucis illius vitam fuiſſe memorant: vetuſtate ita obliterata eſt ſcriptura, vt legi modò non poſsit. Sententiam eius fuiſſe hanc retulerunt, qui legerant:* B. Haberilla eremita, de pòſt ordinis S. Benedicti Abbatiſſa Cellæ ſuæ cum multis ſacris Virginibus Deo ſeruiuit. Habitum è S. Galli manibus, qui tunc temporis cum aliis diſcipulis & ſociis Brigantij morabatur, ſuſcepit; & hîc ſepulta multis claret miraculis. *Eadẽ in aliis Augienſis cœnobij monumentis de eâ narrãtur.*

Ad eius dextram altaris S. Catharinæ Virginis & Martyris. Coopertum ſepulchrũ

6 *Ad eius tumulum multi, etiam è remotis locis, confluunt, ac plurima & facta olim & in dies fiunt miracula; febris, cephalalgia, ophthalmia, vertigo, vlcera, vulnera, colica, paralyſis, aliiq; morbi frequentiſsimè curati. Præcipuè ægris infantibus opem ſancta Virgo impendit, qui frequentes à parentibus, potiſsimùm quaque feriâ ſextâ, iſthuc deferuntur, terq; ad honorem ſanctiſsimæ Trinitatis ſubter ſepulchralem lapidem tranſuehuntur, conceptus ad Diuam precibus, mirabili modo ab omnibus propè morbis, quibus ætas illa obnoxia eſſe conſueuit, liberantur. Imò terram è ſepulchro erutam, linteoq; inuolutam ſolent peregrinantes ſecum aſportare, & languidis infantulis ſupponere, aut certè membris affectis admouere: quam deinde, vbi ſanitas ſubſecuta eſt, in priſtinum locum referunt, veluti curationis teſtem. Prouectiores quoque ter ſubter lapidem ſepulchralem reptare, & terram dolentibus membris inſpergere ſolent, & plurimi ſe ipſo loco omni dolore liberatos profitentur. Teſtatus nobis eſt idem Feldnerus, bis ſe glorioſa Virginis tumulum viſiſſe, & quæ Deus mirabilia eius patrocinio operatur didiciſſe.*

morbi curantur,

præcipuè infantiũ,

& puluere inde ſublato.

DE S. ALDEGVNDE

VIRGINE, MALBODII IN BELGIO.

CIRCITER AN. DCLXXIII XXX. IANVAR. *Malbodij S. Aldegundis natalis 30. Ianu.*

1 MAlbodium, *ſiue* Melbodium, *vulgò* Maubeuge, *oppidum eſt Hannoniæ in Belgio, ad Sabim flumen. Hic peruetuſtum nobilium Canonicarum collegium eſt, quarum Antiſtita Domina eſt oppidi. Condidit illud in fundo paternæ ditionis* S. Aldegondis *nobiliſsima Virgo: creuit ſenſim aduenarum confluxu in oppidum, vt in Belgio complura, S. Giſleni, S. Amandi, S. Trudonis, Niuella, aliaq;. Colitur* S. Aldegondis *officio duplici prima claſsis, vt vocant, XXX. Ianuarij, protrahiturq; in octauum diem ſacrorum celebritas. Extat illius pleriſque Martyrologiis inſcriptum nomen. Plurima MSS. nomine Vſuardi inſignita, etiam antiquiſsimum Domus profeſſæ Societatis Ieſu Antuerpiæ, quod olim fuit Auguſtini Hunnæi:* Malbodio monaſterio S. Aldegondis Virginis; *quædam* Aldegondam *vocant. Romanum:* In Malbodio Hannoniæ monaſterio S. Aldegondis Virginis, tempore Dagoberti Regis. *Beda vulgatus, Rabanus, Notkerus, Molanus in auctario ad Vſuardum:* Malbodio monaſterio natale Aldegundæ Virginis, quæ tempore Dagoberti Regis Francorum, ex nobili genere progenita, virginitatis propoſitùm elegit, in quo & permanſit; ſæpiuſque illi Angelica viſio reuelata fuit, exhortans eam vt in propoſito permaneret: nouiſſimè verò cum magnâ claritate cæleſtis luminis ad vitam migrauit æternam. *Paria de illâ prædicant Galeſinius, Caniſius, Sauſſaius, VVion, Menardus, Ghinius, alij.*

2 *VVandelbertus, vt ſuprà diximus, XXVII. Ianuarij eam retulit:*

alibi 27. Ianu. Punica terra ſuum ſexto veneratur Auitum,
Sulpitius, Bathildis, & Aldegund quoque vernant.

At vetuſtiſsimum Vſuardi exemplar, quod Pariſiis in monaſterio S. Germani dè Pratis aſſeruatur, aliaq; permulta extuſa & MSS. Martyrologia XIII. Nouembris ita habent: Malbodio monaſterio S. Aldegundis Virginis; *vt illo, an hoc die deceſſerit, ambiguum ſit. Nam licet eo die nunc recentior aliqua ante 200. annos facta Tranſlatio recolatur, tamen multò ante eam tranſlationem exarata ſunt pleraque iſtorum Martyrologiorum; nec eo die Tranſlatio illa contigit, vt infrà dicemus. Surius quoque ad 13. diem Nouembris S. Aldegondis vitam primùm publicauit.*

& 13 Nou.

3 *Vitam* S. Aldegondis *tradidit litteris quidam eius æqualis. ita Vita quam hîc damus nu. 5.* Nunc veniendum eſt ad viſiones, quæ ſibi apparuerant, dum adhuc conuerſaretur in laribus paternis; quas ipſa deſcripſerat, & tradiderat cuidam religioſo Abbati, nomine Sobino, de monaſterio Niuellenſi, & alteri Fratri, cuius nomen ignoramus; quiſque ſcripſit viſiones eius & vitam: ne quis dicat noſtro mendacio compoſitas tam mirabiles & penè inauditas viſiones. *Ea Vita an vſpiam extet, poſt tot Belgicis prouinciis illatas à Nortmannis aliisq; Barbaris clades, poſt tot Malbodij & vicinorum oppidorum bellis Gallicis direptiones, haud ſcimus: reperire certè diu perueſtigatam non potuimus.*

vita ab eius æquali ſcripta;

4 *Tres alias hîc ſanctæ Virginis Vitas damus. Priorem accepimus è veteri MS. Eccleſiæ S. Audomari, contulimusq; cum veteri item codice monaſterij S. Maximini Treuiris & aliquãtò recentioribus monaſteriorum Corſendoncani & Rubeæ-vallis Canonicorum regularium, & ſecundâ parte Legendæ Louanij ante annos ferè 150. excusâ, in quâ tamen mutila erat. Qui hanc vitam ſcripſit fatetur ſe veteri illâ & aliis vſum monumentis; ſic nu. 2. ſcribit:* vt in vetuſtis paginulis ac plurimorum relatu comperimus. *Et nu. 27.* vt in titulo chartarum comperimus. *ac ſubinde ipſa reddere verba vetuſti ſcriptoris videtur: ita nu. 20.* Sacerdos quidam boni teſtimonij eâ tempeſtate degens in monaſterio à pueritiâ vſque ad perfectam ætatem, ſine reprehenſione conuerſabatur. Is nobis narrare ſolitus erat, quia cùm eſſet *&c. & nu. 25.* Igitur ante tertiam noctem ſublationis ſuæ à corpore, gratiâ deuotionis è diuerſis proculque remotis conuenimus locis. Manè denique nouo ſoror eiuſdem famulæ Dei retulit nobis. *Denique interpolaſſe ſe priorem Vitam innuit,*

alia ab anonymo,

uit ſub finem ita ſcribens: quam precamur, vt pro nobis, qui iſta ſuppleuimus, dignetur intercedere.

alia ab Hucbaldo monacho Amandino,

5 Hucbaldus, *ſiue* Hubaldus, *aut* Hugbaldus, *S. Amandi Elnone monachus, quem Sigebertus lib. de Scriptorib. cap. 107.* peritiâ liberalium artium inſignem prædicat, *alteram S. Aldegundis Vitam ſcripſit, vt ex Chronico Elnonenſi tradunt Valerius Andreas, Autbertus Miræus, & alij; ipſeq;, licet ſileri nomen ſuum velit, certè Amandinum ſe, aut ſaltem S. Amandi ſtudioſum indicat, vt cùm ſæpiùs illius in hac Vitâ meminit, & quandoque cum amplo encomio, vt nu. 13.* Tunc B. Amandus, iam penè toti notus orbi famâ celeberrimâ virtutum, qui tamquàm in meſſe Dei ſtrenuus operator, multas per circuitum nationes ad fidem perduxerat Catholicam, multa cœnobia virorum ancillarumque Dei conſtruxerat *&c. paria nu. 20. & 25. prædicat. Idem ſubinde vel priorem illam, quam damus, vel alteram, quam querimur aut deperditam aut latere, Vitam citat. Vt cùm nu. 6. ità ſcribit:* Si quis autem iſtiuſmodi viſiones pleniùs noſſe deſiderat, Vitam ipſius reuoluat, de quâ nos pauca decerpentes notitiam tantummodò rerum indicare ſummatim conamur ſcire cupientibus quanti meriti ſit hæc Virgo, quæ toties Angelicis recreabatur conſolationibus. *Hanc è veteri MS. Latienſi & duobus Malbodienſibus deſcripſimus, contulimusq; cum eâ quam Surius, etſi mutilam, anteà ediderat.*

alia à monacho Giſleniano.

6 *Tertiam exhibuit nobis vetuſtus codex Cellæ S. Giſleni in Hannoniâ. Videtur ea à quopiam eius loci Abbate vel monacho ſcripta; ab aliquo verè qui non longè à Sabi flumine habitarit, de quo ita ſcribit nu. 7.* Cuius elationes & fluctus non modò natantibus, verùm nauigantibus ita ſunt mortiferi, vt cuiuſdam piſcatoris, noſtri quoque familiaris, filium nouiter deſponſatâ coniuge maritatum, ſciamus noſtro tempore ſubmerſum. *Is quoque priorem Vitam citat aliquoties, & planiſsimè nu. 18.* Hactenùs noſtra, non vt decuit, ſed vt potuit, balbutiuit oratio, & de ſanctæ Virginis ortu, inſtitutis, & actibus, quamuis ineptè, quàm veraciter, quàm conuenienter recitauit. Ea quæ ſequuntur, ſicut in antiquo geſtorum ipſius codice reperta ſunt, ponimus, ne ſanctam hiſtoriam potiùs decurtaſſe, quàm ordinaſſe iudicemur. Cùm igitur adhuc eſſet in domo parentum ſuorum, annis membriſque tenella *&c. Conſentiunt reliqua etiam verbis cum priore Vitâ, quæ proinde omiſimus.*

Alia de eâ ſcripta.

7 *Meminit* S. Aldegondis *Philippus Haruengus ab Eleemoſynâ Abbas Bonæ-ſpei in vitâ S. Amandi, quam 6. Februarij dabimus, Hubertus in Vitâ S. Gudilæ 8. Ianuarij, Baldricus in Chronico lib. 2. cap. 36. Autbertus Miræus in Faſtis Belgicis, aliiq; innumeri. Gallicè Vitam eius edidit quidam ex ſacro Capuccinorum Ordine qui nomen ſuum non expreſsit; F. Baſilium Athenſem appellari didicimus: is multa curiosè collegit ac diſcuſsit. Ceteri ferè omnes Belgæ ſcriptores ſacrarum antiquitatum,* Aldegondis *vel honorificè meminerunt, vel pleniùs etiam geſta narrant. Omnium ſtudioſiſsimè Andreas Tricquetius noſter, qui & propagare honorem Diuæ, patriæ ſuæ tutelaris, & in aliis illuſtrium eius virtutum æmulationem excitare, inſigni zelo adlaborat, & varia nobis de eâ ſuggeſsit.*

Quando obierit?

8 *Quo anno obierit* S. Aldegondis *ſtatui debet ex iis quæ de S. Amandi obitus tempore 6. Februarij diſputabimus; quem cùm vulgò ſtatuant anno 662. deceſsiſſe, oſtendemus probabilius videri ad Theodorici Regis tempora peruenisse, atque anno 673. die Dominicâ, è vitâ omnino grandem natu migraſſe. Haud diu ſuperſtitem fuiſſe Aldegundem ex Vitâ conſtat. Nam quod vitæ Gallicæ ſcriptor tradit, extare Fulberti epiſtolam ad Ebalum Rhemenſem Archiepiſcopum, in quâ hæc legantur:* Quantâ verò fuerit dotatus facundiâ Autbertus Epiſcopus, hoc vnum inter cetera habe exemplum. Sepulturæ mandauit corpus B. Aldegundis Virginis, in cuius honorem hæc doleater dixit *&c. id haudquaquàm nobis probatur; nam in recentioribus & correctioribus Fulberti epiſtolarum editionibus extat quidem ad Ebalum data epiſtola 53. & 54. verùm in neutrâ iſthæc leguntur: atque omnino ante Aldegundem deceſsiſſe Autbertus videtur, vt ad illius vitam 13. Decembris dicemus. Quod in priore vitâ dicitur S. Aldegondis corpus è Curte-Solrâ Malbodium tranſlatum præſente* Sigeberto *Rege, id, vt infrà adnotabimus, aberat à MS. S. Giſleni, & eſt prorſus incredibile, cùm anno 654. obierit S. Sigebertus Rex.*

Ex VARIIS.

Elus reliquiæ,

9 *In maiore Malbodienſi baſilicâ S. Aldegondis nomini dicatâ, eius ſanctiſsima oſſa aſeruantur arcâ argenteâ incluſa, magnâ & perquàm affabrè factâ: ſeparatim in aliâ magni pretij capsâ conditū illius eſt caput. Quæ diuinâ pignora aliquoties coràm venerati ſumus. Viſitur iſthic quoque velū, quod colūbæ ſpecie apparentem Spiritū ſanctum, aut Angelum, illius capiti impoſuiſſe vitæ auctores commemorant. Oſtenditur & pedum illius, marſupia tria, culter, ſoleæ crepidæ, quæ cùm Eudonem procum fugeret in Sabis amnis ripâ limo inhæſit, & roſarium quoddam, non omnino ei abſimile, quod S. Dominicus vel inſtituiſſe, vel præcipuè vtendum hominibus ſuaſiſſe traditur.*

vetus ſepulchrum.

10 *Extat Malbodij auxta maiorem baſilicam vetus alia ædes & minor, quæ vulgò* Vetus-monaſterium, *aut* templum, Vieulx monſtier *appellatur: in eâ S. Aldegondis conditum corpus fuiſſe exiſtimatur in ſacello, quod eidem ſacrum eſt, ſubq; arâ veluti excauatum ſepulchrum viſitur, quod venerabundi ſubeunt quidam, Diuæ aduersùs morbos præſidium implorantes. Quæ verò præcipuè illius patrocinio pelluntur mala, ſunt cancer, mamillarum apoſtemata & exulcerationes, dolor capitis, ſcabies, angina, febres, quæ aquâ fontis Malbodio vicini crebrò curantur. Energumenis denique ſæpenumerò opem attulit.*

Quibus morbis medeatur?

Templa illi ſacra.

11 *Præter ſummam ædem, eius honori dicata ſunt in eodem oppido, templum Capuccinorum, ſacellum vnum in templo Societatis Ieſu, ſacellum domeſticum Oratorij, aliaq; iſthic publica & priuata ſacella; alibi quoque toto Belgio templa plurima. Embricæ in Cliuiâ parochiam eſſe S. Aldegondis teſtatur Molanus in Natalib. SS. Belgij 14. Iulij cùm de S. Dentlino agit.*

VITA

Auctore anonymo, è veteribus MSS.

CAPVT I.

S. Aldegondis ortus. pia educatio.

1 VM omnia diuinarum eloquia ſcripturarum cunctis nominanda ſint Catholicis, vt in eis experiatur quid agendum quidúe ſit cauendum; tum quoque memoria & vita ſanctorum Patrum non mediocriter cordi ſunt adhibenda: vbi certamen Martyrum, cōſtantia Sacerdotum, fides Confeſſorum, continentia viduarum, & cælibatus depingitur Virginum; vt per eorum ſuffragia Chriſtum mereamur habere propitium, quem offendendo præcipites extitimus ad mortis laqueum. Imploremus itaque nobis orationem Virginis Aldegundis: quæ ſtuduit iugiter adhærendo placere filio Virginis Mariæ.

Acta Sanctorum legenda.

2 Poſtquàm omnipotentis Dei clementia vnicum ſibi & conſubſtantialem atque coæternum Filium miſit in mundum, crucíſque trophæo diabolum triumphans, myſtica ſacroſancti corporis & ſanguinis eius Sacramenta *a* beatificauit, ac Spiritum Paraclitum ante aſcenſionem & poſt ſuis miſit diſcipulis, vt in omnem terram per ipſos Euangelica fides intonaret, & gratiâ baptiſmatis totus renaſceretur orbis; dignatus eſt & genti Francorum dexteram ſuæ pietatis corrigere, vt ſicut Principi Apoſtolorum, ne fluctibus abſorberetur marinis, manum præbuerat miſericordiæ, ita & nobis apoſtaticæ diu ſeruituti addictis, lumen ſuæ claritatis, expulſis tenebrarum vitiis, gratuitò largiretur. Cùm igitur vbique nomen Chriſtianitatis per regnum vulgaretur Francorum, atque vniuerſi ad ſpem ſupernæ patriæ anhelarēt, eâ tempeſtate quâ glorioſus Rex Francorum *b* Dagobertus monarchiam regiæ poteſtatis adminiſtrabat; oritur puella quædam ex regali proſapiâ, nomine Aldegundis. Cuius pater, vt in vetuſtiſſimis paginulis ac plurimorum

a

b *S. Aldegundis illuſtri genere orta,*

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

morum relatu comperimus, c Walbertus, mater verò Bertilia nuncupati ſunt. Qui quamuis ſuperbi faſtu ſanguinis ditati, Chriſtianitatis nomine ac titulo præmuniti, ſobolem ſuam Aldegundem ita educauerunt, vt cæleſti ſponſo in ipſis puellaribus annis digna haberetur. Duo quoque auunculi eius extiterunt, quorum vnus d Gundelandus Maioris e Domatus dignitatem adminiſtrans exercuit; alter f Landricus vir ſtrenuiſſimus & in bellicis rebus valdè doctus fuiſſe perhibetur.

c *MS. S. Max.* Gualbertus. *MS. S. Audom.* VValdebertus. *Legenda Lou.* VVabertus. *Hic eſt fortaſſis* VValdebertus Clotarij Domeſticus & Dux, *cuius ſæpius meminit Fredegarius Scholaſticus. De eius ac B. Bertilia vxoris reliquiis, publicâ veneratione, miraculis alibi agemus.*

d *Hic videtur eſſe, de quo Erchanbertus in fragmento apud Du Cheſne:* Maior-domus tunc Gundolandus vir egregius erat, *ſub Clotario Rege. Et geſta Francorum à Frehero edita:* Erat eo tempore poſt Landericum Gundoaldus (*aliàs* Gundobaldus & Godolandus, *vt Du Cheſne in margine adnotat*) nobilis, Maior-domus in Aulâ Regis. *Ibidem ei vitâ functo ſuffectus Erchonaldus dicitur.*

e *Ita legendum. MSS. habebant* Maioris dominatus. *De Maiorum domus nimiâ poteſtate, ipſis Regibus tandem exitiosâ, alibi dictum.*

f *An hic ſit* Landericus, *qui Chilpericum Regem interfecit, ambiguum eſt. Dicitur in Geſtis Francorum citatis cap. 35.* vir efficax atque ſtrenuus. *Sed hic* S. Aldegondis *auunculus non vocatur* Maior-domus, *& aliquantò iunior fuiſſe videtur.*

3 Cùm itaque huiuſmodi fultam natalibus puellam parentes nuptui tradere vellent, & ſecundùm ſuam generoſitatem matrimonio copulare; Virgo prudentiſſima, contemnens cum ſuo Principe mundum, totam ſe ad Chriſtum contulit. Hunc eſuriens ſitiebat, & ſitiens eſuriebat. Erat namque moribus honeſta, eloquio ſuauis: in pauperibus miſericors, in lectione g velox, in reſponſis citiſſima, mitis omnibus, inter nobiles humilis, h iunioribus quaſi æqualis, in parcitate cibi & potus ita dedita abſtinentiæ vt nulla ſodalium ſibi æquipararetur. Igitur cùm parentes æſtimarent tempus iam inſtare nubile Virgini, conuocat mater filiam, verbiſque dulcibus hortatur, ne ſibi abſcondat nata quid corde gerat. Tum deinde profert genitrix ſuum velle: monſtrat familiæ numeroſitatem, prædiorum infinitam copiam, fundos repletos, gazaſque refertas: blanditur i filiam aſſentire matri, vt copuletur marito: ſeſe paratam aſſerit ad perſuadendum patri, vnà cum amicis, quo volente nuptiæ celebrentur, & coniungatur nobiliſſimo, ditiſſimo, ac pulcherrimo iuueni. His perceptis Virgo Dei Aldegundis, quod multò antè corde conceperat, occaſione acceptâ diuinoque afflata, quod magis eſt, Spiritu illicò reſpondit: Quid Domina genitrix, mater dulciſſima, tot ſuaſoriis verbis oneras animum meum? Non k immemor quod cogito aperiam: quod deſidero, patefaciam. Huiuſmodi ſponſum concupiſco, cuius prædia ſunt cælum & terra & mare, cuius fundi in æternum non deficient, cuius quotidie diuitiæ creſcunt, & non minuuntur vnquam. Si potes, mater, talem mihi accipe ſponſum, non hominem peccatorem, petulantem, & moriturum. Hoc audiens mater, licet non poſſet mentem Virginis à ſui conſtantiâ remouere, affectu tamen femineo ſæpè tentabat illam de nuptiarum conditione.

præclarè morata,

matri nuptias ſuadenti

g *MS. Aud.* verax.

h *MS. Rub. val.* minoribus.

i *MS. Aud.* filia.

aperit propoſitum ſeruandæ virginitatis:

k *MS. Rub. val.* immoror.

4 Dum iſta geruntur & refutantur, Chriſtus qui per Prophetam ſuis fidelibus pollicetur dicens, In die tribulationis tuæ eripiam te, & glorificabis me; itemque, Et antequàm me inuocetis dicam, Ecce adſum; dedit ſolatium ſuæ Virgini, quò faciliùs ad ſuum votum peruolare poſſet. Erat namque eidem famulæ Dei Aldegundi germana nomine l VValdetrudis, quæ fuerat coniuncta viro illuſtri Madelgario, cognomento m Vincentio: qui ambo diuini amoris igne ſuccenſi, poſtponentes ſecularia, ſecuti ſunt Chriſtum. Quorum Madelgarius, qui & Vincentius, expetens monaſterium quod dicitur n Altus-mons, religioſam fertur duxiſſe vitam. At coniux eodem ſpiritu feruens, ſacrum velamen de manu B. Autberti Atrebatenſis & Cameracenſis Eccleſiæ Pontificis ſuſcipiens, ſeſe in monaſterio dedit, quod ipſa ædificauerat in loco qui vocatur o Caſtrorum-locus, vt comperimus ita vocatus, quia mihi quondam Romanus exercitus caſtra locauerit. Poſtquàm igitur venerabilis VValdetrudis, cunctis quæ mundi ſunt abdicatis, ſe contemplatiuæ vitæ commiſerat, miſit litteras Bertiliæ matri, obſecrans vt ſibi deſtinaretur ſoror Aldegundis conſolationis gratiâ, & quantocyùs rediret. Quod audiens mater actutùm præbuit aſſenſum, dirigens filiam ad conſolandum ſororem. Nam & eiuſdem VValdetrudis votum erat, vt germana Aldegundis ſacrum ſuſcipiens velamen, curam adhiberet Sororum inibi inhabitãtium; nulli dubium quin operante id Spiritu ſancto, vt quibus inerat vna mens placendi Chriſto, eſſet & communis habitatio in hoc mundo. Et ſicut ſcriptum eſt, ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici ſui; geminæ ſplendentes lampades ducatum ceteris præbentes Sororibus, ad æternam lucem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnà cum eis peruenire mererentur.

Pſal. 9. 16. Iſaiæ 32. 6.

l

m

à ſorore S. VValdetrude

n

o

in propoſito confirmatur.

Prouerb. 27. 17.

a *Al.* beauit.

b Dagobertus *in Auſtraſiâ regnare cœpit, patre* Clotario II. *annuente, ann. 622. eo mortuo, etiam in VVeſtriâ, ſiue Neuſtriâ, anno 628. Chariberto fratri parte Aquitaniæ conceſsâ. Obiit anno 644.*

l *MS. Rub. val.* Vualdetrudis. *vitam dabimus 9. April.*

m *Colitur* S. Vincentius Madelgarius 14. *Iul.*

n *De* Alti-montis *vetuſto & illuſtri cœnobio actum 16. Ianua. ad vitam S. Marcelli Papæ.*

o *MS. Rub. val.* Caſtrilocus. *Montibus vrbe nunc ampliſſimâ, primâque Hannoniæ prouincia,* Caſtrum *illud vetus etiamnum ſpectatur. Nicolaus Guiſius potiùs à Francis, quàm Romanis, primò communitum ſcribit.*

CAPVT II.

Viſiones cæleſtes illi oblatæ.

5 NVnc veniendum eſt ad viſiones quæ ſibi apparuerant, dum adhuc conuerſaretur in laribus paternis; quas ipſa deſcripſerat, & tradiderat cuidam religioſo Abbati, nomine Sobino, a de monaſterio Niuellenſi, & alteri Fratri, cuius nomen ignoramus; quique ſcripſit viſiones eius & vitam: ne quis dicat noſtro mendacio compoſitas tam mirabiles & penè inauditas viſiones. Quadam itaque nocte audit ſibi per viſionem promitti inæſtimabiles b diuitias. Has Virgo Chriſti primò æſtimat ſibi terrenas polliceri: ſed illicò in ſpiritu cognoſcit cæleſtes ſibi deberi. Intuetur quoque in viſione, quaſi in ſublime raperetur, & hortaretur ab aliquo caduca poſtponere, vt nullo impediente ſæculi timore, faciliùs poſſet cæleſtia adipiſci. Deinde audit vocem ſibi dicentem: Non tibi alium quæras ſponſum, quàm filium Dei. Cernit inſuper in viſu Chriſtum in ſpecie pueri ſpecioſiſſimi afferentem ſibi ſtolam candidam, palmamque victoriæ dediſſe. Audiuit quoque futuram ſe ſociam Sanctorum. Adſpicit interea diabolum de ſuâ triſtem c electione. Angelus quoque Domini hortatur illam perſeuerare in virginitate: & ſe longè facere à ſeculo. Talibus fulta præſidiis & fiſa conſolationibus, quod corpore nondum valebat, animo perficere ſatagebat: abdicat ſeculum inimicum, volens illum habere amicum qui fecit mundum.

Viſionibus illuſtratur:

a

b

ſibi opes cæleſtes promitti audit:

excitatur ad ſtudium virginitatis:

c

6 Tum deinde quò perfectior perſtat in fide, ac perſeuerat in caritate, eò cœpit d maiora in ſpecie contemplari. Apparet ſiquidem ei puella veniens de itinere, & dicit ad illam: Soror mea Aldegundis, Dei genitrix S. Maria miſit me ad te, vt poſtules quod vis. At illa ſine morâ cum magnâ alacritate animi reſpondit ſe id deſiderare quod Dominus vellet, Chriſtique voluntatem in ſe fieri præoptat. Nihilominùs videt B. Petrum Apoſtolum admonere ſe de regno Dei. Conſpicit etiam e Chri-

d

variè creatur, & animatur:

e Christum in ſpecie Solis & Lunæ in figurâ regni Dei, quod nemo poteſt accipere niſi immaculatâ animâ & corpore. Aliquando rapitur inter choros cæleſtium, f ibique f ad illam adducuntur duo viri, quorum vnus, vt ipſi faſſi ſunt, iam acceperat coronam, alter autem non. Audit prætereà pro meritorum qualitate ſingulos ſua recipere præmia. Alloquitur illam Angelus in viſu hortans vt ſe præpararet exire obuiàm Chriſto, tempuſque inſtare exeundi denuntiat. Sed Chriſti Virgo Aldegundis in cunctis huiuſmodi viſionibus indignam ſe fatetur & humilem prædicat, ac peccatricem proclamat, nec ſe tanto ſponſo fore dignam. Identidem manifeſtum ſe præbet Angelus eadem repetens, ipſaque inculcans, tantùm familiare exhibens Virgini colloquium, vt, ſicut legitur de Manue ac vxore ipſius, parentibus Sampſonis fortiſſimi, cum omni fiduciâ ſciſcitaretur Angelum, quo nomine cenſeretur. Et hoc reſponſum audiuit, glorioſum eſſe nomen ſuum, ſicut & illi. Cur, inquit, quæris nomen meum quod eſt mirabile? Felix Virginis Chriſti conſcientia quotidie propiùs fiebat regno Dei, & ſponſi cæleſtis adhærebat g priuilegio.

monetur de morte inſtante:

in viſionibus ſe humiliat:

Iudic. 13. 17.

quærit Angeli nomen:

g

7 Poſtquàm ergo mater eius Bertilia hac vitâ deceſſerat, apparuit filiæ ipſius Aldegundi quidam nuntians ſibi ab Angelo dictum, quòd ipſa beata Virgo Chriſtum ſit habitura ſponſum. Nec multò pòſt intuetur Dominum Ieſum, quem toto affectu & mentis ardore diligebat, quaſi Regem diadema capite geſtantem, veſtitum veſtibus aureis: &, vt ipſa faſſa eſt, & Deum adhibuit teſtem ſe non mentiri, in ſpiritu vidit gloriam quâ perfruuntur Sancti in cæleſti curiâ.

conſpicit gloriam cæleſtem:

8 Audierat aliquando famula Dei de ſe prolatum detractionis verbum, vt eſt conſuetudinis peruerſis & otio vacantibus. Cumque de hac re diutius cruciaretur eius animus, affuit Angelus ſolito more conſolans eam pollicenſque cæleſtem ſedem; detractoribus verò inuidis & otioſis, niſi reſipiſcant, comminatus eſt æternum ſupplicium, & pœnas infernales. Illo in tempore erat inibi in proximo B. Amandus Epiſcopus, multis fulgens virtutibus; qui plurimas per circuitum nationes prædicationis verbo & vitæ meritis ad Chriſtianitatis perduxerat titulum: multaque monachorum cœnobia, & Canonicorum collegia, puellarumque congregationes, ad ſummos prouexerat honores. Oſtenſum ſiquidem eſt Aldegundi quaſi h S. Amandus tranſiret ad Dominum; & multitudo populi, quæ per illum crediderat Chriſto, ſequeretur illum: ipſa quoque Virgo Chriſti in eodem habere comitatu. Beatus itaque Amandus percipiebat à Domino Ieſu coronam numeroſitatis virorum, quos Chriſto lucratus fuerat: benigniſſima verò Aldegundis brauium multitudinis puellarum à ſuo meruerat ſponſo. Inter alia quæ viderat & audierat, demonſtratus eſt dæmon in viſione, qui fidelibus ſemper inſidians, & à recto itinere euertens, ad lubrica ſuæ peruerſitatis præcipitare non ceſſat. Vidit namque illum valdè triſtem; & percunctans Virgo Chriſti ſollicitè requiſiuit, quare tanta eſſet eius peruicacia contra genus humanum; & quid ſibi quæſtus euenturum putaret, dum tot hominum millia ſecum demergit ad inferos. Cui reſpondit malignus, magnam ſe ferre inuidiam in filios Adæ, qui ſubrogati ſunt in regnum, vnde ipſe miſer & apoſtata cum ſuis complicibus eiectus eſt.

videt S. Amandum in cælum euntem;

h

& dæmonem triſtem:

docetur maledicta contemnere:

9 Quadam die ſabbati videt Angelum Dei ſibi aſtantem, & de regno Dei monentem. Illa autem, vt ſemper, indignam ſe vociferabatur gratiâ Dei ſui: inſuper mirabatur, quòd toties eam viſitare dignaretur. Et dum vellet adorare Angelum, vt quondam ille dilectus Diſcipulus, ipſe euanuit ab oculis eius. Iterum atque iterum apparuit illi Angelus Domini, admonens illam de regno Dei. Nunc ipſa videt ſponſum ſuum diuerſis fultum apparatibus, nunc in ſplendore quaſi totum illuminantem orbem, aliquando etiam oſtenden-

ſemper ſe humiliat apparente Angelo:

Apocal. 22. 8.

tem illi diuitias & gloriam cæleſtis Ieruſalem. Frequenter quoque æſtimabat ſibi loqui Spiritum ſanctum. Inſuper & de quibuſdam ſuis propinquis intimatum erat Virgini Chriſti, qualiter vnus & qualiter alter haberet: quem pœna conſtringebat, & quem gloria decorabat. Nec non de viris Eccleſiaſticis multa detulerat ſibi Angelus. Adeſt poſt paucos dies nuntius Domini, manſionem ſibi dicens in cælo paratam, hocque tantùm diſtare vt parata eſſet, quatenùs mereretur fieri i collecta in cœtu Angelorum. Oſtenſum eſt etiam eidem Virgini, qualis futura eſſet anima illius, poſtquàm nõ fuerit grauata ab hac mortali conditione. Cumque præmoniſſet Angelus, inſtare tempus reſolutionis ſuæ, & ſtatuto die nullâ corporis moleſtiâ fatigaretur; cœpit k queri cum Angelo cur differretur à regno ſibi præparato. Idque reſponſi ab eo accepit, dicente, ab Angelis hoc impetratum, vt ſpatium haberet vitæ ad perfectionem virtutum.

multa occulta ab eo intelligit;

i

vitam longiorem ſibi impetratam:

k

10 Aliquando nihilominùs tertianæ febris moleſtiâ laborabat: cumque iam hebdomada tranſiret, circa mediam noctem tantus illam ſitis ardor inuaſit, quòd niſi mox biberet, crederetur expiratum ire. Cumque toto conamine contrà luctaretur, & vim febris putaret eſſe quod patiebatur; non vitium dæmonis, à quo inſidiabatur; ſolita quæſiuit arma, & confugit ad orationem. Et ecce ante lucem cernit ſibi adſtantem antiquum hoſtem, qui coactus eſt confiteri à ſe immiſſam impetiginem. Cumque tetro vultu & horridâ facie iſta fateretur, erupit in blaſphemiam dicens Beatiſſimæ Virgini: Adhuc tibi reſtat dura & arcta via, incertumque eſt vtrùm habeas perſeuerare in Dei ſeruitio. Cui mox reſpondit Virgo Chriſti: Dominus mihi adiutor eſt; non timebo, l quid faciat mihi homo. Protinus dæmon confuſus fugit, & ſitis ab eâ receſſit. Poſt tentationem illam diabolicam, affuit illi conſolatio diuina: vidit namque in viſu ante cornu altaris quemdam in habitu ſacerdotali; & cùm intellexiſſet Deum cæli, procidens adorauit eum, & dixit: Domine Deus meus, concede mihi peccatrici, vt in amore tuo permaneam vſque in finem. Et Dominus annuens, pollicitus eſt ei. Poſt non multos dies cernit in viſione virum præfulgidum. Cumque interrogaret circumſtantes, quis eſſet, cæleſti illuminata iubare ad ſemetipſam reſponſum accepit: S. Petrus Apoſtolus Domini eſt. Accepitque de manu illius, vt ſibi viſum eſt, panem candidum, in quo exultabat vehementer in Domino.

ſitî torquetur à dæmone:

l

impetrat à Deo perſeuerãtiam.

panem accipit à S. Petro:

11 Soror quoque ipſius iam dicta ſæpiuſque fatenda, ſanctiſſima ſcilicet Waldetrudis, cùm ſe quadam die ſopori dediſſet, in ecſtaſi rapta intuetur quemdam quaſi de cælo venientem. Quem cùm ſollicitè interrogaret, vtrúmne Dominus reſpexiſſet ad pœnitentiam eius, annuit ipſe. Cùm autem percunctaretur ſuper germanæ ſuæ Aldegundis ſtatum, audiuit: Soror tua Chriſtum ſibi promeruit ſponſum. Deinde audiuit Regem Dauid venturum pro dotis libello. Super his autem omnibus venit quidam religioſus vir, qui ignorans iſta quæ ſuprà ſcripta ſunt, conſcripta eſſe, dixit ad eam: Reuelatum eſt mihi per ſpiritum, quòd Chriſtus miſſos deſtinauerit. Et cùm requirerem tantæ legationis cauſſam, reſponſum eſt mihi: Vt accipiat ſibi ſponſam Aldegundem Virginem: quæ dignum habitaculum in corpore ſuo, & thorum immaculatum Chriſto præparauit in animâ. Audiens autem hæc beatiſſima Virgo non ſe extulit in ſuperbiam tanti honore præmij, ſed patienter cum humilitate expectauit aduentum Domini Saluatoris.

Chriſto deſponderur:

12 Conſpicit ſe quoque ſtare in plateâ, & circumſtantem à dexteris & ſiniſtris virorum multitudinem: cui ſubitò apparet globus quaſi igneus de cælo veniens, nimio ſplendore plenus. Cumque ſciſcitaretur circumſtantes, quid hoc eſſet; dixit vir qui ſtabat à dexteris: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Et illicò euanuit viſio ab oculis eius. Deinde die quarto poſt hæc circa medium Dominicæ

aduentum in ſe Spiritus ſancti intelligit:

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

noctis ſurrexit beata Virgo, vt iret ad matutinas vigilias: & cùm ingrederetur eccleſiam, vna ex Sororibus egreſſa, videt plateam, in quâ prior viſio apparuit, nimiâ luce ſplendentem: cumque attonita miraretur, vnde tantum inibi lumen haberetur, cùm tenebræ totam terram occuparent; intellexit cælitus id fieri. Cumque manè facto id Sororibus narraret,& quærerent tanti cauſſam ſplendoris; cunctis manſit incognitum, exceptâ B. Aldegunde cui prior apparuit viſio. Ipſa autẽ glorificabat Deum, qui non deſpicit ſperantes in ſe.

videt Dauid Regem:

13 Poſt anni circulum iterum apparet illi Dauid Rex, annuntians gloriam Sanctorum, quietem fidelium, & ſocietatem in perpetuum viuentium. Cumque Virgo prudentiſſima huiuſmodi viſiones mente tractaret, & coronam perpetuitatis ſitibunda deſideraret, acceſſit quidam ad eam, & dixit: Domina, venerandũ mihi apparuit viſum: Dominus ſcilicet Ieſus veniens cũ exercitu Angelorum loquebatur tibi ante cornu altaris. Cumque intuereris illum, dicebas: Ecce Agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi. Cumque requireret beata Virgo,quâ horâ huiuſmodi viſio homini apparuit; ex cognitione temporis cognouit ipſam fuiſſe quâ ſibi oſtenſus fuerat. Quarto deinde die obtulerunt ei paruulum,de cuius vitâ deſperabatur à ſuis. Iuſſitque B. Aldegundis, vt proiiceretur ante cornu altaris: quod vt factum eſt, actutùm redditus eſt incolumis.Cumque renuntiaretur Virgini Chriſti de ſubitâ ſanitate infantis, recordata eſt hoc ideò acciditſſe, quia illum tetigerat locum, quo viderat ante paucos dies tranſiſſe Dominum. Et gratias egit Chriſto Domino, qui facit mirabilia in cælo & in terrâ.

Chriſtum ante altare,

quo loco ager deinde conualeſcit.

a *De* Niuellenſi, *ſiue* Niuialenſi, *monaſterio & oppido plenius agemus ad vitam S. Gertrudis* 17. *Martij.*

b *MS. Aud.* delicias. c *MS. Corſend.* dilectione.

d *Al.* maiora in ſpe. *al.* maiorem ſpem.

e *MS. Corſend.* Spiritum.

f *Idem MS. & Rub. val.* illam alloquuntur.

g *Al.* patrocinio.

h *Plenius hæc ad Vitam S. Amandi* 6. *Feb.*

i *MS. S. Max.* collega.

k *MS. S. Aud.* agere cum Angelo. *MS. Rub. val. & Corſend.* quærere ab.

l *MSS. Rub. val. & Corſend.* minas tuas.

CAPVT III.

Præclaræ eius virtutes, & miracula.

14 QVoniam in ſuperioribus quæ ſcire potuimus donante Chriſto de conuerſatione Virginis Chriſti beatæ ac laudabilis Aldegundis mentionem fecimus; & qualiter ad diuinum amorem gratiâ Spiritus ſancti ſuccenſa, generoſitatem ſuperbi ſanguinis humilitate Chriſti calcauerit,ſtylo mediocritatis noſtræ perſtrinximus; necnon etiam viſiones dictu mirabiles, quas Dominus ad honorem & gloriam nominis ſui patefacere ſuis voluit fidelibus,humili charactere depinximus;nunc vertendus eſt calamus ad ſigna, quæ Dominus Ieſus operari dignatus eſt per interceſſionem ſuæ Virginis, qualiterque tranſierit, deuictis huius cœnoſi mundi voluptatibus prauis, ad thalamum cæleſtis & æterni glorioſique ſponſi ſui Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt Rex Regum,coronaque eorum. Cùm igitur beata Virgo adhuc in domo parentum ſuorum annis membriſque tenella, ſed moribus matura, moraretur; quidquid ſui iuris erat pauperibus largiter erogabat: panem eſurienti porrigebat: & prout poſſibile ſibi erat, ſecundùm morem Beati Iob, oſtium eius viatori quotidie patebat; & ſi quando deerat pecunia danda pauperi, tamen voluntas dandi numquàm aberat Virgini; ſicut poſt diſceſſum parentum de hoc mundo rei probauit euentus.

S. Aldegondis ſemper liberalis in pauperes,

Iob 31.32.

15 Itaque vti mos eſt humanæ fragilitatis & timoris, qui malunt ſerui pecuniarum & cuſtodes fieri Mammonæ, quàm ſuo Creatori reddere, à quo centuplicata recipiant cum vſurâ perpetuæ vitæ; iam dicta mater Virginis Bertilia congregauerat non minimam pecuniarum partem: ſed Virginem Chriſti latere non potuit, vt gratiâ Dei donante, quod illa malè condiderat in ſaccullo, filia benè largiretur in publico. Et licet nolente matre cognouerit locum theſauri, nihil tamen inde tulit ante mortem illius. Facta verò ſuperſtes parentum, illicò diſperſit theſauros matris in pauperes Chriſti.

theſaurum maternum iu largitur:

16 Procedente namque tempore cùm iam fieret materfamilias, & in dies creſceret in corde eius Chriſtianæ religionis ſemen, pauperum Chriſti non immemor, dedit argentum miniſtro ad comparandas in opus ſeruorum Dei & pauperum Chriſti veſtes, & quod ſupererat pecuniæ ſibi ferret. Quid plura? Impleuit ſeruus doctus, vt erat inſtitutus: emit veſtes ſibi imperatas,& quod ſuperfuit pecuniæ retulit dominæ. Mirum in modum,qui in aduentu Eliæ farinam & oleum multiplicandum centuplicauit, ſponſæ ſuæ Aldegundi argentum, quod in vſum veſtium ſeruus diſtribuerat, in ſinu dominæ reddidit. Quod cernentes B.Aldegundis & ſoror eius VValdetrudis, grates immenſas Domino retulerunt. a O Felix nimiumque beata pecunia tua Virgo,quæ non ſolùm hominum ore laudatur in terris, verùm etiam ſecreta ſcandens polorum, vocibus attollitur Angelorum!

in eo confirmatur, pecuniã diuinitus auctã,

a

17 Noſtis quoque dilectiſſimi, quibus Euangelica lectio cordi eſt, Apoſtolos poſt paſſionem atque reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti in piſcando laboraſſe ſub præſentiâ Saluatoris, & copiam piſcium ad præceptum Magiſtri adeptos. Ipſe verò, qui tunc diſcipulis affuit, fidei non defuit beatæ Virginis.Cui cùm quadam die ſuus piſcator magnum & adhuc viuum afferret piſcem, præcepit nutritum iri in fonte qui aderat, vt haberet piſcium numeroſitatem in opus ſeruorum Dei,qui in monaſterio numquàm deſunt. Quadam ſiquidem die cùm vagabundus in aëre piſcis ſaltum dediſſet, deuenit in ſiccum. Cumque b nequiret ſaltando redire vnde exierat, moribundus cœpit palpitare in aridâ. Et ecce viſu citiùs corui de vicino, quaſi præſagi prædæ, quantocyùs aduolauerunt, cauo gutture crocitantes ſuper piſcem, nunc vnguibus impetentes, nunc roſtris laniantes, piſce Virginis abutebantur vt ſuo. Sed iuxtà paſcebatur agnus, qui feſtinus accurrens c obiecit ſe defenſorem contra coruos guloſos: & qui naturâ ſui in omnes manſuetiſſimus, contra naturam fortior in coruos extitit. Sorores autem monaſterij cernentes noua bella geri, bidentem ſcilicet cornibus pedibuſque ac toto corporis niſu prælia geſtientem; illicò cucurrerunt, piſcemque incolumem inuenerunt: quem famulæ Dei non ſine grandi admiratione Aldegundi reportauerunt. Sed idem agnus, qui piſcem de faucibus prædonum rapuerat, tam diu ſecutus eſt Sorores Aldegundi Abbatiſſæ piſcem ferentes, quoad peruenerunt in præſentiam Virginis Chriſti.

b

agno piſce contra coruos defendente:

c

18 Verè laudandus in Angelis & prædicandus eſt in Archangelis,qui ſuis ſemper adeſt, nec ad momentũ derelinquit de ſe præſumentes. Cùm igitur quadam nocte Dei famula Aldegundis, & eius germana VValdetrudis de amore Chriſti, & conuerſatione regulari, ac ſalute Sororum à Chriſto ſibi creditarum,ſollicitè meditarentur, candela coram eis poſita ſubitò cadens extinguitur. Cumque præſtolarentur, vt aliquis veniens reaccenderet eam, Dominus Ieſus Chriſtus, qui per ſemetipſum ſuis dixit diſcipulis, Ego ſum lux mundi, non eſt paſſus famulas in ſuo congregatas nomine vel momentaneas perpeti tenebras. Porrigens ſiquidem manum Virgo beata accepit lucernam, quæ mox cælitus accenſa eſt. Quod videntes famulæ Dei, immenſas Ieſu gratias retulerunt, qui dat lucem ſeipſum in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt. Nec multo pòſt tempore, dum ambæ ſorores curam ſibi commiſſi gregis gererent, incedentes per cœnobium negotij quid acturæ, venerunt ad baſilicam S.Petri Apoſtolorum Principis, ad horam orationis ſextam: pulſanteſque oſtium, cùm non adeſſet cuſtos, qui templi valuas reſeraret; ne famulæ Domini orationis gratiâ fraudarentur,& animus earum velut

Ioan. 8. 12.

candelam extinctam miraculosè reaccendit:

ianua eccleſiæ ei pateſcit:

velut arcus in ſeruitium Dei extentus in aliquo *d* fruſtraretur, qui Petro portam ciuitatis aperuit ferream, famulabus ſuis fores eccleſiæ ligneas reſerauit. Tunc deuotè ſolitas Chriſto referentes gratias intrauerunt, ac debitum perſoluentes cenſum, alacri animo domum reuerſæ ſunt.

d

Act. 12. 10.

19 Inclyta ſponſa Chriſti mente retinens quæ legerat, dicente Domino, Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & veni, ſequere me; quod priùs fecerat in pluribus, poſtmodùm deuota compleuit in omnibus, vt nihil ſibi retineret in terris, quæ deſiderabat totum poſſidere in cælis. Notitias de omnibus theſauris ſuis fecit: aurum & argentum ac lapides pretioſos, necnon ornamenta quæ habebat regalia, eccleſiarum decori tradidit: prædia verò, poſſeſſioneſque infinitas ad opus inibi Chriſto militantium *e* donatione publicâ tribuit: cetera vniuerſa in vſus pauperum delegauit, nihil ſibi præter vile retinens indumentum monialium, atque victum quotidianum, quo in commune viuebat. Sed Ieſus verè memor ſuorum fidelium promiſſorum, Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis, illi quæ ſua reliquerat pro nomine ipſius, ipſum conceſſit habere propitium. Contigit namque in ſequenti nocte, cùm aquam de fonte miniſtri ad potandum deferrent, qui in Canâ Galilææ ſex hydrias aquarum vertit in vinum, ipſe laticem fontis in mirabilis vini mutauit ſaporem. Hoc videntes omnes famulæ Chriſti, pro nihilo duxerunt poſſidere terrenas opes, ob amorem illius qui præſtò habetur vniuerſis ſua relinquentibus. Accidit inſuper vt vna famularum vrceolum aquâ impleret quâ virgo Dei manus habebat lauare: cumque fuſura eſſet aquam in manus eius, reperit vas vacuum: cùm itaque tremebunda verteret ſe huc illucque, & vellet recurrere ad fontem, vrceum reperit plenum aquâ. Cumque hoc ſignum percrebuiſſet in aures famularum Dei, miratæ ſunt omnes, pro certo dicentes fidei merito B. Aldegundis id actum.

omnia ſua dat Eccleſiæ & pauperibus:

e

Luc. 11. 9.

aqua illi in vinum vertitur:

vas aquâ calitus repletur ad eius vſum.

a *Deſunt hæc in MSS. S. Aud. & S. Max.*

b *al.* requireret volendo.

c *Addit MS. S. Max.* vt ille innocens, qui ſeſe dedit morti, vt nos peccatores à morte liberaret.

d *MS. S. Aud* fuſcaretur.

e *Extat S. Aldegondus teſtamentum, ſed quod nobis nullâ ratione probatur, cùm factum dicatur* an. 20. regni Dagoberti, *(id eſt, Chriſti* 642. *ſi de regno Auſtraſiæ agatur; ſin de VVeſtraſiâ, vigeſimum annum non attigit) & tamen teſtetur ſe aſſenſu* Domini Hildrici inclyti Imperatoris, *de rebus ſuis ſtatuere. Quis iſte* Hildricus? *an Clodouæi II. filius? aſt is non niſi aliquot à morte Dagoberti annis natus. Deinde* S. Audoënus Epiſcopus *ſubſcribit, &* Gertrudis Abbatiſſa, Aldetrudis Abbatiſſa, Madelberta Abbatiſſa: *Iſta quis capiat? Si poſteà hæc addita contendas, at* Guntlandus *ſaltem dudum deceſſerat, qui tamen ſubſcriptus legitur.*

Teſtamentum S. Aldegondis.

CAPVT IV.

Alia miracula. obitus.

S. Aldegondis mors antè reuelata Sacerdoti & moniali.

20 SAcerdos quidam boni teſtimonij eâ tempeſtate degens in monaſterio à pueritiâ vſque ad perfectam ætatem, ſine reprehenſione conuerſabatur. Is nobis narrare ſolitus erat, quia cùm eſſet ante fores ſuæ domunculæ, vidit primâ noctis horâ globum igneum de cælo deſcendentem ſediſſe ſuper habitaculum in quo famula Chriſti Aldegundis *a* ægrotabat. Poſt nocturnas verò laudes matutinarum, cùm vna de magnis Sororibus ſe paullulùm poſt laborem vigiliarum quieti dediſſet, vidit in viſione B. Aldegundem ante altare in loco Sacerdotis adſtitiſſe, ac corpus Domini in calicem fregiſſe, conuerſamque ad Sororem quæ hæc videbat dixiſſe: Vade eia, & dic Sacerdoti, vt in hoc calice conficiat myſteria Chriſti, vt quia heri præ inualitudine corporis communicare non potui, hodie particeps fiam corporis & ſanguinis Domini. Factâ die proceſſit Sacerdos Miſſam cantare: atque inter agendum cernit calicem in aëra ſuſpenſum, & illicò in ſuo reſediſſe loco. Tunc puella de viſione certa, & Sacerdos de calice ſuſpenſo, ad famulam Chriſti vtrique detulerunt, certi facti de reſolutione corporis eius, quam imminere ſciebant in proximo.

a

21 Quadam nihilominùs die cùm Sorores cœnobij ignem ſtruerent, vt aquâ calefactâ lauarent veſtimenta, cùm vna ex illis prope prunas adſtaret, antiquus hoſtis inuidens ancillarum Chriſti obedientiæ, propiùs adſtantem coniecit in ignem. Ænea quoque vaſa cum aquâ feruente ſupra ignem ſuſpenſa fuerant. Cùm itaque aduerſarius noſter tripliciter putaret inſultare Virgini Chriſti, ſcilicet præcipiti caſu, & aquâ bulliente, necnon veſtium aduſtione quibus induebatur, inuocatâ Trinitate, multipliciter deluſus eſt. Nam tunica, quam tunc habebat indutam, fuerat B. Aldegundis. Hac itaque de cauſsâ magno tumultu feminæ perſtrepentes accurrerunt, & quam timebant membratim reſolutam ac violentiâ flammæ diriguiſſe, orationibus Virginis ſuffragantibus incolumem repererunt. *b* Quis Chriſtianorum dubitare præſumit hanc famulam eius gratiâ liberatam, qui tres pueros de camino, & Danielem de lacu leonum eripuit? ipſe illi in auxilium fuit, Euangelicâ auctoritate atteſtante: Non poterit ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, nec lucerna ſub modio &c. dicente Domino: Ad quem reſpiciam, niſi ad humilem & trementem ſermones meos? Et item: Luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt.

Puella in ignem lapſa, eius meritis ſeruatur illæſa;

b

Matth. 5. 14. Iſai. 66. 2.

Matth. 5. 16.

22 Chriſti denique ſecuta veſtigia beata & venerabilis Virgo Aldegundis, inter ceteras quas diabolo ſubtrahens Chriſto lucrata fuerat, filiam quoque ſororis ſuæ VValdetrudis, nomine *c* Aldetrudem, ab ipſis cunabulis in monaſterio regulariter educauerat. Quæ quotidie excubans ſecus pedes amitæ ſuæ, vt altera Maria, ad eius vitam & mores inſtituebatur. Erat quippe ſummæ humilitatis & obedientiæ: quod vt omnipotens Deus mortalibus patefaceret, iuſſit materfamilias B. Aldegundis eidem adoleſcentulæ, vt fragmenta ceræ coaceruaret in vnum, & igni ſuperpoſita cogerentur in maſſam. Illicò dicto citiùs paruit, ignem accendit, *d* vaſculum, id eſt, peluim, cerâ plenum ſuperimpoſuit. Cùm ecce rogo victore ſubiectæ materiæ; ſtrue lignorum decidente, concha feruens in partem ſe vertens, animoſitatem igni ſubminiſtrauit. Quod cernens virguncula bonæ indolis Aldetrudis, vehementer tanto indoluit damno, feſtinanſque nudis manibus, ac brachiis exertis, vas de incendio caloris cum cerâ liquefactâ ab igne liberans, in pauimentum poſuit. Intercedentibus ſiquidem orationibus beatæ Virginis, & obedientiâ illius ſuffragante, nil læſionis in carne & cute ipſius repertum eſt, Veritate atteſtante, quæ ſuis fidelibus pollicetur dicens: Qui vos audit, me audit: &, Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.

c

S. Aldetrudis ab eâ ſanctè inſtituta,

d

ne ab igne lædatur, eius meritis ſeruata.

Matth. 18. 20.

23 Homo quidam aut ſuis culpis exigentibus, aut vt fides Virginis manifeſtaretur, mente captus, penè ad extrema perductus eſt. Cumque de ipſius vitâ deſperarent parentes eius, duxerunt ad monaſterium ſanctimonialium, cum magno fletu intimantes Virgini qualia patiebatur. At illa veſpertino tempore adducto ante ſe, orauit pro eo: & facto Crucis ſigno ſuper eum, domum redire iuſſit: qui mox conualeſcens redditus eſt ſanitati.

Quidam mente captus ſibi reſtitutus.

24 Quinto verò die ante obitum B. Aldegundis, huiuſmodi viſio apparuit ſorori ſuæ S. VValdetrudi: Beatam Mariam ſemper Virginem, & Principes Apoſtolorum Petrum & Paulum vidit venire cum Sanctorum agminibus, & germanam ſuam ad cęleſtia ducere regna: vt quorum exemplo & vitæ merito in hoc vixerat mundo, horum in ſupernis perfrueretur conſortio. Tunc in monaſterio Niualia, vbi S. Gertrudis corpore quieſcit, facta eſt reuelatio, quæ obitum ſacræ Virginis patefecit.

Aldegondis obitus antè oſtenſus S. VValdetrudi;

AVCTORE ANONYMO, EX MSS. & cuidam religioſa.

Quædam inibi Soror ſeculo abrenuntians, ſacrum velamen ante triennium ſuſceperat: erat enim nimiæ ſimplicitatis & obedientiæ; quæ ſextâ feriâ ante diem ſabbati & dormitionis famulæ Chriſti Aldegundis, cùm ſe feſſa lecto dediſſet: circa medium noctis vidit ingentem lucis ſplendorem intraſſe eccleſiam B. Petri, vbi iam dicta B. Gertrudis tumulata habetur; ita vt à pauimento vſque ad trabes vniuerſa meridianus ſol illuſtraret. Cumque attonita ad tantam claritatem timore ſolueretur, audit choros pſallentium; & vt ipſa faſſa eſt, diſcretionem virorum & mulierum, puerorum, & puellarum ſuis diſtinxit auribus. Cumque toto mentis niſu & auditu intenta traheretur illò, [e] inter auſcultandum, & viſio ſubtracta & auditus ſublatus eſt.

[e] *MS. S. Aud.* inter auſcultantium & videntium moras.

Domo celitus colluſtratâ,

25 Igitur ante tertiam noctem ſublationis ſuæ à corpore, gratiâ deuotionis è diuerſis proculque remotis conuenimus locis. Manè denique nouo ſoror eiuſdem famulæ Dei retulit nobis quamdam Sororum orantem ſtetiſſe ante foſes domus, eâ horâ quâ luna noctis ſecans iter tantùm perfecerat ſui curſus quantùm adhuc reſtiterat currendum: & ecce fulgur ingens nimiâ claritate refulgens, apparuit ſuper domum in quâ Virgo Chriſti ſponſa Agni Domini ſui præſtolabatur intrepida aduentum. Cumque tremebunda Soror ſtupore arrepta, nimiâ teneretur formidine, interque metum dubia & ſpem, quid eſſet futurum, & quem rei finem haberet effectus; ſancta illa anima, quæ lucem Chriſti ſemper amauit, & præſentiam Saluatoris ſitibunda anhelauit, carne ſoluta mortali, æui præſentis cœnoſa nil deferens ſecum opera, cum ipsâ luce ad Deum immortalem læta perrexit, ſine fine victura. O quàm felix quamque laudabilis anima Virginis Chriſti, cui fuerunt obuiàm Angeli, duces Apoſtoli, Martyrum comites chori, Confeſſores ſocij, Sacerdotes teſtes magnifici, cœtus Virginum velut lilia candens, animam ſuo Creatori filio Virginis obtulerunt!

pie moritur.

26 Gaude & exulta cœnobium Malbodienſe, tantæ Matris fultum præſidiis, ſi eius veſtigiis inhærere volueris. Lætare in Domino habens beatam Virginem Aldegundem Deo dilectiſſimam oratricem pro tuis criminibus, & reconciliatricem pro tuis ſceleribus. Meritò nunc gratulatur in cæleſti curiâ cum Angelorũ choris: iocundatur inter Archangelorũ agmina, quæ ſtuduit corpore manens in terris habere in cælis conuerſationem. Teſtor namque Ieſum, ſpemque communem, ſi ipſam inueniſſet Neroniana graſſatio furibunda, ac Diocletiana crudelis perſecutio, necnon Iuliani apoſtatæ deceptoria perſuaſio, qui multò plures munerum pretio corrupit quàm tormentorum vexatione peremit; omnibus infeſtationibus reſiſteret Mater ſancta & venerabilis Aldegundis. Ipſa namque Spiritu ſancto obumbrata, diabolica deuicit tentamenta, ſexus feminei domuit blandimenta, ſæcularia viriliter ſuperauit oblectamenta, nihil ſibi viſibilium retinens in præſenti delectationum; ne tranſeundo ad Dominum, ad lapidem offenderet pedem ſuum.

Eius animi fortitudo.

ſepelitur in Curteſolrâ:

27 Sepulta eſt ergo amantiſſima Chriſti Virgo, ſponſa Domini, habitaculum Spiritus ſancti, in villâ ſuæ quondam ditionis, vbi animam reddidit Creatori ſuo, vocabulo [f] Curtiſſolra: vbi vterque ſuus parens tumulati eſſe dicuntur. Poſt hęc à Rege inclyto [g] Sigeberto atque beatiſſimâ Virgine Aldetrude Abbatiſsâ tranſlatum eſt corpus eius in municipium Malbodium, quod ipſa, vt in titulo [h] chartularum comperimus, à fundamento conſtruxerat: vbi vernat eius memoria, ac miraculis coruſcat magnis, & prodigiis floret eximiis. Eſtque ipſe locus grege puellarum farcitus, aliorumque Deo ſeruientium numeroſitate repletus: vbi frequens curatio infirmorum, illuminatio cæcorum, ſaltatio claudorum, reſtauratio debilium membrorum, & remiſſio fidelium deprecantium pro peccatis ſuis, per interceſſionem beatiſſimæ excellentiſſimæque Virginis: quam precamur, vt pro nobis, qui iſta ſuppleuimus, dignetur intercedere apud Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſponſum ſuum: cui eſt cum patre & Spiritu ſancto honor immortalis, maieſtas æqualis, gloria æterna, poteſtas incomparabilis, laus ineffabilis, nunc & in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

[f] *Al.* Solra. *al.* Salra. *MSS. Rub. val. & Corſend.* Criſoria, Courtſore *vulgò dicitur. Pagus eſt inter Malbodium & Laubacum cœnobium, vbi etiamnum parentum* S. Aldegondis *reliquiæ aſſeruantur.*

[g] *Fœdum indubiè hic mendum. Diu ante S. Aldegondem obiit S. Sigebertus Rex. Si Rex adfuit aliquis,* Theodericum Clodouei II. *filium, aliquemue ex eius liberis fuiſſe neceſſe eſt.*

transfertur Malbodium:

[h] *Al.* chartulati codicelli.

elaret miraculis,

ALIA VITA

Auctore Hucbaldo monacho Elnonenſi,

ex veteribus MSS. & Surio.

DEDICATORIA AVCTORIS.

1 ON immemor veſtri, non ingratus tam admirabilibus erga me veſtræ ſedulitatis officiis, parui voluntati veſtræ: ſi tardiùs, quàm voluiſtis, ſi minùs aptè, quàm oportuit; non animo meo, quaſi non curanti, ſed rei difficultati potiùs adſcribatis. Cruda maſſa non facilè modico poteſt igne purgari. Si quis inconcinnam ſubſannauerit orationem, vobis imputate. Malui certè derideri à quibuſdam, quàm vobis non parere. Si cui tamen ideò diſplicuero, quòd purpureos latè ſplendentes non ſolùm non aſſuerim, ſed etiam demerim pannos: ſciat me noluiſſe more puellarum aptare puppas abſque lineamentis membrorum, aut inanimatas in parietibus effigies colorare; ſed feminæ ſolidum pectus, imò virilem animum, virtutibus plenum, tamquàm lucernam diuinitus accenſam, cunctis ad imitandum ſimpliciter demonſtrare. Si placet tranſſcribere, diligenter (obſecro) diſtinctiones Capitulorum conſeruate. Præfationem verò, quæ quidem generaliter agit de Sanctorum geſtis, & ad eos imitandum exhortari cunctos intendit, & ignauiam præcipuè negligentium arguens, nec de ignorantiâ quemquam excuſari poſſe demonſtrans, operantem Dominum in Sanctis amandum & glorificandum oſtendit, ſicut eſt præfixa, [a] Capitulis anteponere curate. Quòd ſi vobis etiam non placuerit, aut doctioribus, ad quorum audientiam fortè retuleritis; moriatur inter manus veſtras odioſa & inepta membrana, aut deleatur, aut igni tradatur. Quodcumque acciderit, per amicitiam rogo, ne noſtrum nomen in hoc opere ſentiatur. *a*

[a] *Hunc Capitulorum indiculum Vitæ præfixum nuſquam reperimus, neque capitulorum diuiſionem eamdem vbique: ideò ea more noſtro, vt viſum fuit, diuiſimus.*

PROLOGVS EIVSDEM.

2 MIſeratio diuinæ bonitatis, humanæ ſaluti multipliciter omni tempore conſuluit, & poſt hominis lapſum tam per dicta quàm per exempla iuſtorum, errantes ad viam veritatis reduxit, & ante Legem & ſub Lege & ſub gratiâ, formam virtutis imitandam rudibus in vtroque ſexu miſericorditer exhibuit. Plena eſt vtriuſque teſtamenti ſcriptura, tamquàm cælum reſplendens, non ſolùm magnis luminaribus, ſole videlicet ac lunâ, ſed etiam minoribus ſtellis; hoc eſt, non tantùm claritate veræ lucis, quæ rationalem creaturam illuminat, & vniuerſalis Eccleſiæ pulchritudine, quæ totum clarificat mundum; ſed etiam ſingulorum ſplendore Sanctorum, qui nos in huius ſeculi nocte veluti fulgentes

Sancti, ceu ſtellæ, conſolantur nos in nocte ſeculi huius.

tes ſtellæ conſolantur. Qui ergo, donante Deo, ſanos habet oculos, ambulet ad lumen ſolis, veſtigia ſequatur Domini Saluatoris. Qui verò tantum fulgorem infirmantibus oculis minùs valet intueri, conuertat adſpectum ad montes, iam veri ſolis lumine candentes, ſanctos ſcilicet Apoſtolos, eorumque ſucceſſores, doctrinâ pariter & exemplis totum orbem illuminantes: ſequatur fidei duces, velut arietes, gregem ad paſcua vitæ præeuntes. Quòd ſi tardior aliquis Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam faſtidit, quod nimis periculoſum eſt; ſi fortia geſta magnorum Patrum, aut documenta propter imbecillitatem fidei ſuæ negligenter attendit, quod malè languentis animæ indicium eſt; ſaltem vitas Sanctorum, qui proximis extitêre temporibus, legens vel audiens, gratiam conditoris in Sanctis ſemper operantem agnoſcat; agnoſcens, in amorem ipſius incaleſcat. Si quis etiam delicatus præ teneritudine carnis viros imitari trepidat, feminas & puellas teneras, quæ ſui redemptoris amore ſeculum vicerunt, conſiderans erubeſcat. Ignorantia neminem, qui legere vel audire potuerit legentem, excuſabit. Vbi iam Scripturæ verba non reſonant? In eccleſiis à Lectoribus quotidie recitantur, à cantoribus delectabiliter cantantur, à prædicatoribus vtiliter exponuntur. Quæ patria, quæ ciuitas, qui pagus, quem non decorauit alicuius Sancti patrocinio ſpeciali prouidentia Creatoris? Vbique per membra ſua Saluator coruſcat. Oleum effuſum nomen eius: vbique tonat: vbique ſemper pluit per Euangelium, per Apoſtolos, per Doctores, per exempla Sanctorum. Et vt ex multis ad vnum veniamus, quis alius in vitâ beatæ Virginis Aldegundis amandus, ſequendus, amplectendus, niſi Chriſtus innuitur, quem adoleſcentula Virgo diligens, merito caſtitatis Agnum ſequitur quocumque ierit? In eius itaque laude, qui cùm ſit idem in omnibus, operatur magna & minima & diuerſa non diuerſus, ac diſſimilia non diſſimilis, de vitâ huius Virginis ſi loquamur aliquid, ſermonem impolitum nullus abhorreat; ſed quod effari nitimur, attendat.

Vbique peculiares Patroni Sancti.

CAPVT I.

S. Aldegondis ortus, inſtitutio, viſiones.

S. Aldegondis nobili loco nata,

3 ANno Dominicæ Incarnationis circiter euoluto ſexcenteſimo triceſimo, circa hæc tempora non longè multùm Romanæ Sedi Apoſtolicæ præſidentibus per ſucceſſiones Pontificibus, [a] Honorio, Seuerino, Ioanne, Theodoro, Martino, imperante apud Conſtantinopolim [b] Heraclio, in Franciâ regnante Dagoberto filio Clotharij, qui quartus erat à Clodoueo, quem S. Remigius baptizauit; orta eſt in pago [c] Hainoënſi Virgo Aldegundis ex regali proſapiâ, patre VValberto, matre Bertiliâ. Cuius ſoror VValdetrudis maior natu, cuidam ſatis illuſtri viro Maldegario, cognomento Vincentio, legitimè fuerat copulata: qui poſteà diuinitus inſpiratus, & exhortatione religioſorum virorum animatus, ſpreuit mundum, ſecutus eſt toto corde Saluatorem Ieſum Chriſtum. Eo tempore multi religioſi viri, Dominicæ vineæ ſtudioſiſſimi cultores, Amãdus Traiectenſium Epiſcopus, velut imbrifera nubes circumquaque pluendo diſcurrens; [d] Arnulphus Metenſium, Autbertus Cameracenſium Pontifices, Eligius Nouiomenſis, Audoënus Rothomagenſis, Giſlenus ab Athenis peregrinus adueniens in Galliam, & alij plures in Eccleſiâ tamquàm in cælo clara luminaria, partes orbis occidentales irradiabant, & multos tam prædicatione, quàm exemplo vitæ, in viam ſalutis deducebant.

a
b
c
d

piè inſtituitur:

4 Puella verò Aldegondis, parentum curâ diligenter enutrita, diuinâ gratiâ procurante, ſacris litteris eſt imbuta: quarum ſcientiâ valdè proficiens, ac dogmata Chriſtianæ religionis animo complectens, amore cæleſtis ſponſi iam in ipſis puellaribus annis vehementer flagrare cœpit. Parentes enim illius, quamquàm ſuperbi faſtu ſanguinis eſſent [e] elati, Chriſtiani tamen nominis memores quod gerebant, filiam ſuam ita ſecundùm Dei timorem educarunt, vt in ipsâ iam tenerâ ætate Domino Chriſto magis quàm ſeculo placere deſideraret.

AVCTORE HVCBALDO MONACHO, EX MSS.

e

diuinis viſionibus

5 Intereà dum adhuc eſſet in domo parentum, cæleſti frequenter ſuſpenſa contemplatione, modò vigilans, modò per ſomnium, diuinâ ſibi gratiâ reuelante, cœpit multa viſionum genera percipere: quas ipſa deſcribens, [f] Abbati cuidam religioſo, nomine Sobino, de monaſterio Niuialenſi, commiſit. Quas etſi quidam, minùs dignè penſantes quę legunt vel audiunt, ſuperfluas aut non credendas eſſe putant; nulli tamen ſapienti mirum aut incredibile videtur, ſi puella Deo toto deſeruiens affectu, frequentibus ſanctorum Angelorum viſionibus, ſeu vigilans, ſeu dormiens, paſcebatur: cùm è contrà quælibet anima ſpurcitiis luxuriæ negligenter dedita, dęmonicis nonnumquàm illuſionibus deludatur. Igitur vt breuiter ea viſa comprehendamus, audiuit quadam nocte ſibi promitti per viſionem inæſtimabiles diuitias: quas primò terrenas æſtimans, ſtatim in ſpiritu ſibi promitti cæleſtes agnouit. Deinde per viſum in ſublime rapta, monentem audit aliquem, vt caduca poſtpõnens, faciliùs adipiſcatur cæleſtia: modò denique vocem audit, Non alium tibi cuæras ſponſum, quàm Dei filium: modò Chriſtum in ſpecie pueri ſpecioſiſſimi cernit aferentem ſibi ſtolam candidam, palmamque victoriæ: nunc etiam erigitur in ſpem cæleſtium, dum audit per viſum ſe futuram in ſocietate Sanctorum. Inter has viſiones adſpicit diabolum, inuidiæ facibus ardentem, de ſuâ triſtem electione: tum Angelum Dei ſeſe cohortantem, vt perſeueret in virginitate, & longè ſe faciat à ſeculi vanitate. Huiuſmodi viſionibus non mediocriter recreata, de die in diem in amore virtutum proficiebat, & vt perſeuerando magis proficeret, quotidie maiora videbat. Siquidem apparet ei puella, quaſi de itinere veniens, & à Dei genitrice ſe miſſam affirmans, vt quod vellet poſtularet. At illa mox alacriter reſpondit, id ſe deſiderare, quod Dominus vellet, Chriſtique voluntatem in ſe fieri præoptare. Vidit frequenter Angelos exhortantes ſe: vidit B. Petrum, admonentem ſe de regno Dei. Conſpicit etiam Dominum Chriſtum, in ſpecie ſolis & lunæ, in figurâ regni Dei ſibi apparentem. In cunctis huiuſmodi reuelationibus Virgo prudẽs magis magiſque ſe humiliabat, regno Dei propior fiebat, ſponſo cæleſti adhærere feruentiùs inhiabat.

f

animatur ad mundi contẽptum,

virginitatem,

amorem cæleſtium:

6 Si quis autem iſtiuſmodi viſiones pleniùs noſſe deſiderat, Vitam ipſius reuoluat, de quâ nos pauca decerpentes, nótitiam tantummodò rerum indicare ſummatim cõnamur ſcire cupientibus quanti meriti ſit hæc Virgo, quæ toties Angelicis recreabatur cõſolationibus, ſecundùm ordinatiſſimã Creatoris diſpenſatiõnem, qui nouit vnicuique congruentem adhibere dulcedinis ſuæ moderationem. Et vt harum ſeriem manifeſtationum iam terminemus, beata Virgo Aldegundis de virtute in virtutem progrediens, in tantam ſanctitatis celſitudinem à Domino meruit ſublimari, vt non ſolùm in ſomnis, aut per ecſtaſim frequenter, ſed etiãm vigilanti manifeſtè Angelus appareret, familiare [g] colloquium de propoſito conſeruandæ virginitatis exhiberet, Virgo ſancta nomen eius fiducialiter interrogaret, & ab eo glorioſum & mirabile ſuum eſſe nomen audiret.

familiariter cum Angelo agit.

g

a Honorius *Bonifacio V. 25. Oct. an. 625. mortuo ſucceſſit; ei ceteri hic memorati ex ordine.* S. Martinus *an. 655. exul mortuus eſt.*

b Heraclius *ab an. 610. ad 11. Martij 641. imperauit. De* Dagoberto *ad priorem vitam dictum.*

c *MS. Malbod.* Hainonenſi. *ab* Hainâ *fluuio, qui iuxta Montes fluit, atque ad Condatum Scaldi miſcetur, pagus, ſiue ditio Hainoenſis dicta, qua latè deinde ampliata, vulgò nunc* Hannonia *appellatur.*

d *Coluntur hi Sancti,* Arnulphus 18. *Iul.* Eligius, 1. *Dec.* Audoënus 24. *Aug.* Giſlenus 9. *Oct. De ceteris ſuprà actum.*

e *MS. Latienſe, & vnum Malbod.* eleuati.

f *MS. Malbod.* viro.

g *MS. Malbod.* obſequium.

CAPVT

AVCTORE HVCBALDO MONACHO, EX MSS.

CAPVT II.

Propoſitum ſeruandæ virginitatis, à matre oppugnatum.

Matrimonii ſuadentis, blanditias reſpuit:

7 CVm verò parentes Virginis iam eam tradere marito diſponerent, aduocat mater filiam, prædulcibus hortatur alloquiis, ne ſibi voluntatem ſuam abſcondat. Patris ac ſuum indicat deſiderium, vti ſecundùm ſui generis dignitatem, generoſum non recuſet accipere ſponſum. Monſtrat familiæ numeroſitatem, prædiorum amplitudinem, fundos, rerum abundantiam, gazas diuitiarum copiâ refertas, cuiuſdam iuuenis diuitias, nobilitatem, pulchritudinem ei blandiendo prætendit. Huiuſcemodi blanditiis inſtat mater, animum filiæ ad ſuam voluntatem conatur inflectere. Igitur Aldegundis, honeſta moribus, eloquio ſuauis, frequens in diuinâ lectione, ac ſedula in ſanctæ Scripturæ meditatione, quem ſponſum eligeret, quem cordis amore geſtaret, Dominum videlicet Chriſtum, quem legendo cognouerat, cui ſe totam iam deuouerat, tali ſumptâ occaſione iam ampliùs occultare nequibat. Quid, inquit, ô domina genitrix, mater dulciſſima, quid mihi blandiris? Quid tot ſuaſoriis verbis oneras animum meum? Non ampliùs tibi celabo voluntatem meam, deſiderium meum iam antè diu in corde meo conceptum patefaciam. Tu mihi neſcio quem pauperem memoras ſponſum; ſed ego talem ac tam diuitem ſponſum concupiſco, cuius prædia ſunt cælum, & terra & mare, cuius fundi numquàm deficient, cuius diuitiæ ſemper creſcunt & numquàm minuuntur. Si potes, mater, talem mihi *a* accipe ſponſum; non hominem peccatorem, petulantem, ac citò moriturum. Hoc audiens mater, licet non poſſet mentem virginis à ſuâ conſtantiâ dimouere, feminea tamen importunitate ſæpè repetebat, admonens filiam de nuptiarum conditione. Sed quid incaſſum verba fundebat: puellæ mentem in Chriſto fundatam, quaſi turrim non caſuram, fruſtrà pulſabat: Dominum Chriſtum, ſpecioſum formâ præ filiis hominum, hunc adamauerat, hunc eſuriens ſitiebat, hunc ſitiens eſuriebat. Miſericordem in pauperes animum gerebat, diuinis lectionibus mentem aſſiduè paſcebat: in reſpondendo cautiſſima, mitis omnibus, inter nobiles humilis, *b* minoribus velut æqualis: in parcitate cibi & potus intantùm abſtinentiæ dedita, vt ſibi nulla ſodalium æquiparari valeret.

Chriſtum ſponſum optat: *a*

virtutibus floret: *b*

8 Sed dum animus teneræ Virginis aſſiduè maternis fatigaretur blandimentis, vt de ſuſcipiendo ſponſo voluntati parentum ſatisfaceret; quibus quidem non obedire videbatur incongruum, obediendo verò plùs eos amare quàm Dominum Chriſtum, æſtimabat perniciſſimum; prouidentia diuinæ miſerationis, taliter eam liberauit ab huiuſmodi periculo tentationis. Soror ipſius, memorata ſuperiùs, B. VValdetrudis, ob amorem ſanctæ religionis, à viro ſuo pari conſenſu iam ſeiuncta fuerat: illoque religioſè in monaſterio, quod dicitur Altus-mons, conuerſante; ipſa monaſterium ſanctimonialium, conſilio venerabilis viri Giſleni, in monte, qui vocabatur Caſtrorum-locus, ædificauerat: ibique cum aliis Dei ancillis ſupernâ contemplatione dulciter animum paſcebat. Suſceperat autem ſacrum velamen, habitum ſcilicet religionis, de manu B. Autberti Atrebatenſis & Cameracenſis Eccleſiæ Pontificis, qui tunc inter alios Dei Sacerdotes eo tempore florentes ouili Dominico non ſegniter inuigilabat. Igitur ex inſpiratione diuinâ famula Dei VValdetrudis, memor ſuæ cariſſimæ ſororis Aldegundis, & valdè metuens ne vinculo *c* carnalis alligaretur amoris, & exoptans toto deſiderio ſecum illam habere ſociam in habitu ſanctæ conuerſationis, & curam adhibere Sororibus illius congregationis, miſit litteras matri, poſtulans cum obſecratione ſororem ſibi deſtinari, ſecum aliquamdiu illam dicens velle demorari: non parum conſolationis ex illius præſentiâ videri ſibi conferri: quando matri placeret, ſtatim eam *d* ſe remiſſuram. Annuit mater, filiam dirigit: & quibus erat vna mens Domino ſeruiendi, ſit etiam vna domus opportunè ſimul habitandi. Quis dignè poſſet effari, quantum ædificationis ex mutuâ collocutione acquiſierunt? quantum exemplum operationis bonæ ceteris Sororibus ex ſuâ conuerſatione præbuerint? Cerneres illas ex Euangelio ſorores Martham & Mariam Domino Saluatori certatim miniſtrantes: ſed non faciè diſcerneres, quæ magis harum eligeret ad pedes illius ſedere, cùm id vtraque ſatageret, & curis exterioribus inuita deſeruiret.

à S. VValdetrude Monteſis inuitatur,

d

& ad virtutem eius colloquium prouocatur. Luc. 10.

9 Non multum elapſum eſt temporis, & ecce mater illarum, femineâ ſuſpecta ſollicitudine, ne filiæ ſuæ virginis animum ſoror eius alienaret à ſeculo, ſacrumque velamen illam ſuſcipere perſuaderet, mittit ad monaſterium, reuocat ad ſe filiam virginem. B. VValdetrudis inuita quidem remittit ſororem, ne matrem offendat; ſed obnixè deprecando exhortatur eam, vt à ſeculo faciat ſe prorſus alienam, immortali ſe præpararet ſponſo: quàm citiùs valeret, ad cœnobium reuertatur. Illa mœſta valefaciens ſorori, reuertitur ad matrem, quæ tunc morabatur in prædio ſuo, quod nuncupatur Curtiſſolra. Non autem immemor iuxta Scripturam honorandos eſſe parentes, bonæ indolis puella condecentem reuerentiam exhibet matri, humiliat ſe ad pedes eius, deprecatur cum lacrymis, vt in habitaculo, quod erat iuxta eccleſiam, ſibi daret licentiam habitandi; dicens, non ſibi congruum inter viros ac mulieres ſeculares conuerſari. Memorat etiam genitrici ſuæ, quàm ſanctè, quàm religioſè ſoror ſua VValdetrudis in monaſterio ſe haberet, qualiter ancillas Chriſti de ſeculo conuerſas inſtruendo moneret, quàm ſublimia quotidie de regno cælorum admonens edoceret. Dum talia matri Virgo referret, & ea matri grata ſatis æſtimaret, illa non modò ſibi non placita, ſed etiam multùm oneroſa demonſtrans, irata comminata eſt ei plagas, ſi de talibus vltrà ſibi facere ſermonem auderet. Virgo ſapiès non ſolùm illius minas patienter ſuſtinuit, ſed etiam verbera ſuſtinere parata, prudenter ſiluit. Mater autem optima linteamina proferens, filiæ tradidit, & vt inde ſponſalia ſibi veſtimenta præpararet, imperauit; diſponens eam in proximo nobili cuidam iuueni lege nuptiarum copulari. Virgo linteamina ſuſcipit, domunculam ſecus oratorium, quam à matre impetrauerat, ingreditur, veſtes ad vſus baptizatorum in nomine ſanctæ Trinitatis, piâ fraude componit, corpuſque ſuum vehementer affligens, die noctuque Dominum cum lacrymis deprecatur, ne à ſocietate ſanctarum Virginum alienaretur, nec alij ſponſo, quàm Domino Chriſto, ſociaretur. Exaudiuntur preces Virginis: nuptiæ, quas intra quindecim dies mater filiæ parabat, differuntur: iuuenis, cui deſpondere parabat, ne veniret per multos dies præpeditur.

ſeparatim iuxta templum habitat.

Differuntur diuino nutu eius nuptiæ.

a *Al.* quære. b *MSS. Lat. & Malbo.* minoribus.
c *Al.* carnis illigaretur amans & exoptans,
d *Al.* remitti.

CAPVT III.

Eius propoſitum parentibus tandem probatum.

10 INtereà beatiſſima Virgo, cuius iam inhæſerat *a* menti cæleſtium ſpes, omniſque rerum cum mundo ruiturarum abiectio, non immemor quia bonis moribus aliquando corruptelam confert malorum collocutio, matris ad horam ſe ſubtrahere furtim deliberauit collegio; illius quem ſibi ſponſum, *b* patremque delegerat ductu confiſa & ſodalitio. O felix multumque laudanda matris filiæque ab inuicem ſeparatio! in quâ Chriſti tiruncula cuius apud Deum eſſet meriti demonſtratur,

a

b

Fugit à matre:

ſtratur, & fidelibus ſuis numquàm Saluatoris abeſſe præſentiam, ſicut ipſe promiſerat, comprobatur. Fugiens igitur Virgo Chriſti ad cuiuſdam fluminis, quod Sambra dicitur, ripam deuenit, nuſquamque nauigium, quo vltra flumen tranſuehi poſſet, adeſſe conſpiciens, in ſupremo fluuij margine conſtitit. Quid ageret? quò ſe verteret? Nuſquam ſibi ad fluminis transfretationem aliquod patere videbat conſilium, præter illius, quo numquàm fidelium caſſatur petitio, indeficiens Saluatoris refugium. Non immemor igitur Dominum fidelibus ſuis ſpopondiſſe, credentes in ſe quæ
Ioan. 14. 12. fecit maioraque horum facturos eſſe, mareque ſub
Mat. 14. 29. pedibus Principis Apoſtolorum ſe calcabile præbuiſſe; Paulumque Apoſtolum nocte, dieque fluctibus
2. Cor. 11. 25. æquoreis immerſum, nullum vitæ detrimentum pertuliſſe; perfectæque fidei nulla impoſſibilia eſſe; Crucis Dominicæ ſigno corpus ſuum vndique muniuit, ſicque piè de Domino præſumens, vndas fluminis vt iter ſolidum conſcendit. Graditur ſuper aquas, dextram læuamque Angelicis ſpiritibus ſuſtentantibus, extremis veſtium fimbriis nec inundationem fluminis contingentibus. Non autem à Catholicæ religionis regulâ videatur alienum, Angelos ſanctos obſequium impendiſſe Virgini, cùm ſcriptum ſit, cæleſtes ſpiritus in miniſterium
Pſ. 90. 11. Sanctorum miſſos Angelos eſſici, ſanctoſque viros vi-
Malac. 3. 1. tam imitãdo Angelicam Angelos vocari; vnde (quo ma-
Matth. 11. 10. ior inter natos mulierum non ſurrexit) Ioannes Baptiſta, Angelus eſſe meruit, & vocari. Poſtquàm igitur ſacra Virgo, in vlteriori fluminis ripâ conſtitit, Domino gratiarum actiones reddidit, cuius gratiâ quod naturæ repugnat, & potuit, & fecit.

ſuper aquas incedit, ab Angelis vtrimque ſuſtentata:

11 Deinde Dominum humiliter exorans, vt ſuum in bono dirigeret propoſitum, in quemdam locum multimodis arbuſtorum generibus incultum, quem ſortis hæreditariæ iure parentes eius contra ſanctiſſimam Gertrudem, ſuam videlicet neptem, poſſederant, deuenit: in quo breuiſſimam eccleſiolam (eradicatâ veprium non minimâ quantitate) conſtruxit. Continuò res geſta totam vndique complet regionem, tantæ ſcilicet dignitatis Virginem, relictâ domo rebuſque patris, eremi ſolitudinem adiſſe, Dominumque, crucem ipſius baiulando, ſecutam fuiſſe.

in ſiluâ habitat,

Percipit inde pater rem geſtam, claraque mater,
Atque ſimul natam deplorat vterque beatam
Se contempſiſſe, ſic ad deſerta petiſſe:
Turbaque cunctorum deplorat idem famulorum.

patre in animo aſſentiente,

Sed Pater pius in animo reputans hanc eſſe in filiâ dexteræ Excelſi mutationem, diuinâ id operante gratiâ, non minimam doloris percepit releuationem, Domino commendans propoſiti filiæ principium & finem.

dein & matre, quæ eam inuiſit,

12 Mater verò filiam ac ſi mortuam lugens tanto dolore afficiebatur, vt vſque ad diuiſionem corporis & animæ periclitaretur. Videns autem ſupernæ bonitatis clementia benignam matrem abſentiam filiæ vltra modum grauiter ferre, ipſius immiſit pectori deſiderium videndi filiam, cuius non leuiter pati poterat abſentiam. Aſſumptis igitur comitibus nonnullis, properat filiam inuiſere, cuius aduentu filia quanto exultauit gaudio, non eſt noſtræ poſſibilitatis euoluere. Suſcipiens itaque matrem filia, poſt ſalutationes & oſcula cum dilectione caritatis exhibita, monet, hortaturque piam matrem vt penitùs ſpernat terreſtria, appetat cæleſtia, amicoſque ſibi faciat ex iniquitatis mammonâ, à quibus in æterna recipi poſſit tabernacula, ſic ſubiungens inter alia:

& ab eâ ad terrenorum contemptum excitatur; Luc. 16.

Non breuis eſt laudis, ſi Chriſto mater obaudis,
Noxia ſpernendo mundi, Dominumque ſequendo:
Nam peritura ſequi non eſt, velut arbitror, æqui.

multaque ei tradit bona.

Videns igitur felix mater meliorem ſibi viam elegiſſe filiam, quæ iure hæreditario ipſi debita propoſuerat ad virginitatis corruptelam conferre, ad incorruptionis gloriam properat concedere, à Chriſto centuplum recepturа, vitamque æternam inſuper in æternâ beatitudine. Igitur vtriuſque ſexus familiæ à piâ [c] matre filiæ ſit abſque morâ traditio; prædiorum ſiluarumque traditur non minima poſſeſſio: cui is rei teſtamento ſit coram omnibus confirmatio. Gaudet filia matrem ſua Domino tradiſſe: lætatur mater, filiam in maritali copulâ non ſibi paruiſſe. Sic vtrimque lætatur mater de filiâ, & filia de matre.

AVCTORE HVCBALDO MONACHO, EX MSS.

a *Hoc caput deerat Surio; ſuppletum eſt ex MS.*
b *al.* patronumque. c *MS. Latien.* matrefamilias.

CAPVT IV.

Velum ſuſceptum. monaſterium inſtitutum.

Matre mortuâ,

13 CVmque mater eius ægrotaret, & iam de vitâ deſperaret, vocat Virginem filiam ſuam, dat ei aurum & argentum, veſtimenta pretioſa, prædia, villas, ſeruos & ancillas, & omnia, quæ habebat, præter illa, quæ pauperibus in preſenti pro remedio animæ ſuæ diſtribuit, & quæ in vſus ſeruorum & ancillarum Dei, in cœnobiis Domino famulantium, delegauit. Defunctâ verò matre, atque in prædictâ villâ Curtiſſolrâ, & in eccleſiâ ſanctæ Dei genitricis, à Dei Sacerdotibus & aliis Eccleſiaſticæ dignitatis ordinibus, iuxta virum ſuum ſepultâ; audiens Eudo iuuenis, cui præfata mater filiam ſuam in coniugem dari diſpoſuerat, obitum eius, nihilominùs inſtat, vt Virginem vxorem accipiat, imperatque fidelibus ſuis apparatum præparare nuptiarum. Quod cùm audiſſet Virgo valdè timuit: fugienſque noctu in locum nemoroſum, qui vocatur Melbodius, aliquot diebus ibi latuit. Sed cùm audiſſet aduenisſe S. Amandum atque venerabilem Autbertum Epiſcopos in monaſterium Altimontis; cum magnâ cordis humilitate, nudis pedibus illuc properauit, ad veſtigia eorum ſeſe proſtrauit, deſiderium ſui cordis aperuit, contrarias tentationum paſſiones ſibi per inſidias diabolicas irruentes indicauit. Tunc B. Amandus, iam penè toti notus orbi famâ celeberrimâ virtutum, qui tamquàm in meſſe Dei ſtrenuus operator, multas per circuitum nationes ad fidem perduxerat Catholicam, multa cœnobia virorum ancillarumque Dei conſtruxerat, aperiens os ſuum doctrinæ cæleſtis imbre facundum, ita puellæ fatigatum roborauit animum, vt non ſolùm ipſum reſpueret mundum, verùm etiam parata fieret pro Saluatore Chriſto, ſi foret occaſio, ſubire martyrium. Quid plura? Deducta eſt à ſanctis Epiſcopis in oratorium quoddam eiuſdem cœnobij, in honore & memoriâ [a] S. Vedaſti dedicatum: vbi benedictione ſacerdotali ab ipſis dignè conſecrata, ſponſoque ſuo Domino Ieſu Chriſto deſponſata, ſacræ religionis velamen ſuſcepit & habitum.

Aldegundis deum procurat fugit:

conſecratur ſanctis monialis;

a

14 b Inchoatâ igitur à Chriſti Sacerdotibus ad id operis competenti benedictione, ſupernæ pietati, ſe non abeſſe vbi aliqua iuſtorum in eius nomine fit congregatio, placuit oſtendere. Spiritus namque ſanctus in columbæ ſpecie ſanctis Pontificibus in Virginis conſecratione hymnos debitos canentibus apparuit, paullatimque ſe ſubmittens, velum quod conſecrabatur eleuatum pedibus & ore ſuſtulit. Ne autem aliqua fieret ambiguitas tanti ſuper oſtenſione miraculi, videntibus cunctis qui aderant, velum in altum à terrâ leuatum, beatiſſimæ Virginis impoſuit capiti. Quo patrato, columba cælitus miſſa ab oculis videntium continuò diſparuit. Virgo verò ſacra non ſuis quod euenerat, ſed beatorum Chriſti Sacerdotum adſcribens meritis, Deo, cuius ſe tantis immeritam prædicabat beneficiis, gratiarum actiones innumeras reddidit.

Spiritu ſancto ei velum imponente;

b

Malbodij cœnobium extruit;

15 Beata igitur Aldegundis de Altomonte reuerſa in locum, vbi priùs latuerat, quem ipſa Melbodium nominauerat, qui locus adhuc deſertus erat, cœpit ſagaciſſimè locum excolere, vepribus & arbuſtis radicitus extirpatis, habitacula conſtruere, ſeruos & ancillas Dei ibidem congregare. Denique poſt hęc ędificauit ibi eccleſiam in honore & memoriâ ſanctæ Dei genitricis Mariæ, in quâ laudes diuinas & orationum vota quotidie perſoluebat.

Tunc

AVCTORE HVCBALDO MONACHO, EX MSS.

Tunc ſeculi huius diuitias pro nihilo reputans, prædia ſua & facultates & omnia ornamenta, quæ ſibi parentes reliquerant, ad loca Sanctorum legaliter diſtribuit & pauperibus erogauit: vt illam perfectionem attingeret, vnde Dominus dicit: Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me. Locum verò, vbi mater & pater eius ſepulti fuerant, in melius reparauit, & ibidem duodecim ſanctimoniales ad ſeruiendum Chriſto Domino conſtituit. In ſupradicto verò loco Melbodio, conſilio beati Præſulis Amandi, & auxilio Dagoberti Regis, cum duabus ſororis ſuæ B. VValdetrudis filiabus ſemetipſam contradidit, atque multis aliis ibi ſecum in ſanctæ religionis habitu congregatis, in ſanctâ conuerſatione permanſit, cunctiſque ſe videntibus exemplum bonorum operum dignum imitatione reliquit. Erat enim famula Dei fideliter ſponſo ſuo deſeruiens in humilitate, in obedientiâ, in patientiâ, corpus ieiuniis attenuans, pernoctans in vigiliis & orationibus, longanimis in ſpe, domeſticis ſuis manſueta, modeſta colloquendo, ſeu res Eccleſiæ conſeruando, benigna diſtribuendo.

Matth. 18. 21.

in eo ſanctè viuit:

Duas neptes ſuas piè inſtituit,

16 Duas autem neptes, filias ſororis ſuæ cum magnâ diligentiâ regulariter in monaſterio erudiebat, & vt Dominum Chriſtum ſibi ſponſum eligerent, ab ipſis infantiæ rudimentis diligenter edocebat. Harum vna [c] Madelberta, altera vocabatur Aldetrudis. Quæ videlicet Aldetrudis, puella bonæ indolis, materteræ ſuæ mores & vitam ſatagebat imitari, ſecuſque pedes illius indeſinenter accumbens, doctrinâ vitæ ſitiebat informari. Quæ cùm multis floreret virtutibus, humilitati præcipuè & obedientiæ dedita erat. Huic aliquando beata Virgo Aldegundis præceperat, vt fragmenta ceræ coaceruaret in vnum, ſollicita ne vel minima rerum monaſterij deperirent. Illa dicto citiùs paruit, diſperſa ceræ fragmenta collegit, ignem accendit, vas æneum, id eſt, peluim, cerâ plenum ſuperimponit. Sed cùm dominante flammâ ſtrues lignorum iam combuſta decideret, atque ſartago feruens, ignis ardore circumcincta, in partem alteram declinaret, ac magis inde focus exæſtuaret, timens virguncula, ne quid damni contingeret, armata fide, manibus nudis extentisque brachiis de medio flammarum [d] luterem bullientem feſtina ſuſtulit, nihilque penitùs in cute ſuæ carnis perpeſſa læſionis, in pauimentum depoſuit. Tantum apud Deum & meritum iubentis, & virtus [e] obedientis ſine dubitatione promeruit.

alterius obedientiâ miraculo illuſtratâ.

[c] Colitur S. Madelberta 7. *Sept.* Aldetrudis 25 *Febr.*

[d] Luter *vaſis genus eſt, aut peluis.*

[e] *Aliud MS.* obedientiæ.

CAPVT V.

Aldegondis virtutes, miracula.

17 BEata verò Aldegundis à propoſito ſuo non deficiebat, ſed de virtute proficiens in virtutem, ſicut à pueritiâ cœperat, in ſanctis operibus quotidie perſeueranter abundabat. Cùm enim adhuc eſſet in domo parentum, ætate quidem tenella, ſed corde matura, quicquid ſui iuris erat, pauperibus miſericorditer erogabat. Si Virgini pecunia nonnumquàm deerat, voluntas tamen largiendi ſibi numquàm decreſcebat. Mater autem eius Bertilia, non modicum pecuniæ theſaurum congregauerat: qui licet filiam non lateret, occultante matre locum, nihil tamen inde tulit ante mortem illius. Facta verò ſuperſtes parentum, illicò pauperibus cœpit matris theſaurum erogare. Procedente autem tempore, cùm iam fieret materfamilias cum ſorore ſuâ, vocat fidelem miniſtrum, profert argentum ad comparandas veſtes in opus ſeruorum & pauperum Chriſti, iubens, vt ſi quid de pecuniâ ſupereſſet, ſibi referre deberet. Implet ſeruus dominæ ſuæ præceptum: emit copiam veſtium: quod remanſit pecuniæ, refert: argenti quantitas integra reperitur, ac ſi nihil expenſum fuiſſet. Stupefactæ ſuper immensâ largitate Creatoris, quis explicare valet, quantas Deo gratias egerint?

S. Aldegondis à pueritiâ benigna erga pauperes,

pecuniam expenſam integram recipit:

18 Quadam etiam nocte dum ambæ Chriſto Domino deuotæ ſorores, de dilectione ſponſi cæleſtis, & conuerſatione regulari, & ſalute Sororum à ſummo paſtore ſibi creditarum, ſollicitè pernigiles meditarentur, candela coràm poſita ſubitò cadens extinguitur. Cumque præſtolarentur, vt ab aliquo ſuperueniente reaccenderetur, & aliqua fieret mora, Virgo lucis amatrix porrexit manum, lucernam accepit; in cuius manu continuò lucerna diuinitus lumen recepit. Quo miraculo Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt lux vera, ſe præſentem eſſe ancillis ſuis manifeſtauit, quas in ſuo nomine congregatas nec ad momentum perpeti tenebras permiſit.

candelam miraculosè reaccendit:

19 Non multo pòſt tempore, dum eædem cæleſti ſponſo dilectæ germanæ, ſibi commiſſi gregis curam gererent, incedentes per cœnobium, negotij quid acturæ, venerunt ad baſilicam beati Apoſtolorum Principis Petri ad horam orationis ſextam. Pulſauerunt oſtium: aderat ianitor templi, ſed non aberat cæli ianitor, qui ſtatim famulabus ſuis fores eccleſiæ clauſas reſerauit, ne gratiâ fraudarentur orationis, & animus earum, velut arcus in ſeruitium diuinum extentus, relaxaretur ab intentione ſupernæ contemplationis. Tunc intrantes domum orationis, ſolito deuotiùs & maiori compunctione debitum perſoluentes officium, cum alacritate mentis ad ſua reuerſæ ſunt.

templi fores aperit:

20 Sed vt parum ſuperiora memoremus, poſtquàm Virgo ſapiens Aldegundis à ſecularibus pompis alienata, ſanctimonialibus veſtimentis eſt induta, rurſus Angelicis admonitionibus roborata, viſione mirabili, quâ Dominum Ieſum tamquàm ſolem ſplendentem circumſtantibus Angelis videre meruit, lætificata: memor etiam ſermonis Amandi viri Dei, de omnimodo contemptu temporalium, & culmine perfectionis, quod priùs iam complere cœperat in parte, modò deliberat omnibus quæ poſſidebat, ex toto renuntiare, nihil in terrâ poſſidens, in cælo cupiens theſaurizare. Fecit ergo deſcribi ſui ſummam theſauri, & totius pecuniæ, quam habebat in auro & argento, gemmiſque & ornamentis regalibus, quæ ſibi collata fuerant à Rege & Reginâ, Principibus & cognatis & parentibus ſuis, poſt velationem capitis ſui ac poſt largas donationes, quas pauperibus Chriſti conſilio BB. Amandi atque Autberti Epiſcoporum diſtribuerat; & hæc omnia Virgo prudentiſſima, domus Dei decorem etiam exterioris diligens, ad decus eccleſiarum, deuotâ mente donauit. Prædia verò poſſeſſioneſque infinitas, ad vſus inibi Regi Chriſto famulantium publicâ donatione conceſſit: cetera vniuerſa in ſumptus pauperum delegauit, nihil ſibi præter vile reſeruans indumentum, ſanctæ religioni congruum, atque victum quotidianum, quo cum reliquis ancillis Dei communiter viuebat. Sed Domini Saluatoris benignitas, vt in fide corroboraret animos famularum ſuarum, non diſtulit oſtendere quàm ſibi gratus eſſet pro ſui nominis amore tranſeuntium contemptus rerum. Eo namque die, quo famula Dei tam glorioſum opus largitionis ſuæ compleuerat, adueſperaſcente, dum ipsâ iubente miniſtri ſibi deferrent ad potandum aquam de fonte, qui nuptiarum celebratoribus in Canâ Galilææ vinum ex aquâ largitus eſt, ipſe fontis aquam ſponſæ ſuæ refocillandæ mutauit in mirabilis vini ſaporem. Quod factum cùm omnibus ancillis Dei in monaſterio innotuiſſet, tantus amor Domini Chriſti mentes earum inflammauit, vt intuitu dilectionis illius, nulla deinceps aliquid terrenum poſſidere curaret.

à Chriſto ad temporalium abdicationem excitata,

omnia ſua dat Eccleſiis & pauperibus:

aquam ei in vinum mutatur:

21 Accidit aliquando, vt vna famularum vrceolum aquâ repleret, quâ ſancta Virgo manus ſuas abluere deberet. Intercurrente ergo morâ, vacuatus eſt vrceus ad alios vſus, illâ neſciente quæ vas impleuerat. Cumque

fuſura

fuſura eſſet aquam in manibus eius, & vacuum reperiſſet vrceum, tremebunda recurrere volens ad fontem, ſubitò ſenſit vrceum aquâ repletum. Hoc ſigno cunctis in cœnobio manifeſtato, meritum Virginis admirantur, laudes ab omnibus Domino Ieſu referuntur.

vrceus aquâ diuinitus repletur:

22 Quadam die beatæ Virgini piſcem adhuc viuentem piſcator ipſius detulit: quem ſtudio caritatis ad ſeruorum Dei ſuperuenientium vſus magis quàm ad ſuos reſeruans, in fontem proximum iactari præcepit. Qui dum aliquando prope ripam nataret, ſaltum in aëra dedit, & in ſiccum deueniens, in aridâ palpitare cœpit.

piſcem cõtra coruos agnus defendit:

Aduolitant corui de vicino crocitantes,
Vnguibus & roſtris piſcem laniare volentes.

Mirabile dictu, & inſolitum viſu: Iuxta paſcebat agnus, qui minor ceteris pecoribus, celeriter accurrit, piſcem à deuorantibus arripuit, cornibus & pedibus ac totius corporis niſu contrà pugnans, coruos abegit. Quò Sorores, de monaſterio noua bella proſpicientes, feſtinanter aduenerunt, piſcem incolumem inuenerunt, non ſine grandi admiratione, famulæ Dei Aldegondi reportauerunt. Sed idem agnus defenſor piſcis, tam diu ferentes proſecutus eſt, donec in præſentiam Virginis Abbatiſſæ piſcis oblatus eſt.

monialis ab igne & aquâ bulliente non laditur:

23 Quodam verò tempore Sorores monaſterij focum accenderant, &, vt ſibi moris erat, ad abluenda indumenta caldariam cum aquâ ſuper focum ſuſpenderant. Vna autem ex illis tunicam beatæ Virginis Aldegondis habens indutam, iuxta prunas adſtabat: ollâ iam æſtuante flamma bulliebat, cùm ecce ſerpens antiquus, inuidens humili famularum Chriſti officio, propiùs adſtantem igni, coniecit in focum, & aquam feruentem ſuper ipſam effudit. At illa cùm caderet, ſanctæ Trinitatis nomen inuocauit. Ancillæ Dei feſtinantes accurrerunt, de medio flammarum eam abſtrahunt, & quam timebant ignis ardore membratim reſolutam, orationibus & meritis beatæ Virginis ſuffragantibus, illæſam reperiunt.

CAPVT VI.

Viſiones. prophetia. ægritudo.

Ab Angelo docetur detractores non curare:

24 INter alia diuinæ conſolationis beneficia, quæ gratia Domini Saluatoris huic Virgini conferebat, illud non mediocriter admirandũ eſt, quòd eam Angelicâ viſitatione ſæpè familiariter confortans, aliquâ mœſtitiâ affici diutius non permittebat. Quod etiam ex paruis facilè coniectari poteſt. Audierat enim aliquando de ſe prolatum detractionis verbũ à quibuſdam peruerſis & otio vacantibus, quibus eſt peſſima conſuetudo ſemper derogare melioribus. Cumque Virginis animus, vt eſt humanæ fragilitatis, aliquantulum inde cruciaretur, adeſt Angelus ſolitò conſolans eam, verbiſque dulcibus permulcens; Quid, inquit, ô dulciſſima Virgo, ſponſa Domini Ieſu Chriſti, quid in verbis otioſorum & inuidorum contriſtaris, cùm tibi ſedes parata ſit regni cæleſtis; illis autem, niſi reſipiſcant, æternum ſupplicium & pœna ſeruetur infernalis? Talibus Virgo recreata ſermonibus, obloquentium vanitates non curauit vlteriùs.

videt S. Amãdum euntem gloriosè in cælum:

25 Poſt hæc autem, vt in vitâ B. Giſleni pleniùs inuenitur, dum B. Amãdus Dominicâ nocte plenus dierum, tamquàm frumentum maturum in horreum cæleſte condendum, paleâ carnis depoſitâ migraret; in ipsâ verò horâ, B. Aldegundis vigiliis & hymnis in eccleſiâ cœnobij Melbodienſis, coram altari glorioſæ genitricis Domini noſtri Ieſu Chriſti Mariæ, incumbebat ſuppliciter. Et quoniam illum in hac vitâ multùm dilexerat, vtpote cuius doctrinâ culmina virtutum edocta conſcenderat, Domini Saluatoris gratia reuelauit ei, & cuius eſſet meriti, quem exhortantem ſuſceperat; & quòd illa ſequeretur in proximo, quò dux ille præcedebat. Orans enim, in ecſtaſi mentis eleuata, contemplabatur ſenem virum, cano vertice reuerendum, Sacerdotalibus & præclaris veſtibus indutum, baculum manu tenentem, ad ſuperna tranſire, turbamque copioſam albatorum ante & poſt eum iter habere: ſeipſam quoque Virgo ſancta lætabatur in eodem comitatu ſimul properare. Cumque requiſita, quis eſſet dux ille tam glorioſæ multitudinis, reſpondiſſet ſe neſcire, ſic Angelus inquit: Amabilis Deo Amandus à ſeculo migrauit, & quoniam in vitâ ſuâ ſine maculâ ſeipſum gratiâ Dei ſeruare curauit, atque ſibi commiſſa talenta diſpenſando fideliter duplicauit, modò cum ſanctis animabus, quas verbo & exemplo Domino acquiſiuit, ad gaudia ſui Domini tam glorioſus aſcendit. Hanc viſionem prudentiſſima Virgo nulli ſecum habitantium eo die reuelans, B. Giſleno mandauit, vt cum ſorore ſuâ beatâ VValdetrude gratiâ viſionis ad ſe dignaretur venire: quibus venientibus in locum, qui dicitur *a* Meruius, feſtinauit obuiàm ire. Cumque viſionem ſuam inter alia ſalutis colloquia B. Giſleno manifeſtaſſet, intelligens vir Dei, quid illa viſio præſignaret, altè ſuſpirans; O cariſſima ſoror, inquit, amabilis & deuota ſponſa Regis æterni Domini noſtri Ieſu Chriſti, gratias age ſine intermiſſione diuinæ dignationi, quæ tibi dulciſſimi paſtoris & iam factum ad cæleſtia tranſitum, & tuum in proximo futurum, præmonſtrauit. Vnde quia cæleſtis iam dulcedinem patriæ ſaporemque, Domino reuelante, præguſtaſti, neceſſarium eſt, vt omni inſtantiâ in eius obſequio perſeueres, donec ea, quæ ſe diligentibus repromiſit, mereatis adipiſci.

AVCTORE HVCBALDO MONACHO; EX MSS.

a diſcit inde; S. Giſleno exponente; ſe breui ſecuturam:

videt dæmonem triſtem;

26 Vidit etiam aliquando B. Aldegundis in viſu, demonſtrante Domino, valdè triſtem humani generis inimicum: ac percontans illum ſollicitè, requiſiuit quæ tanta contra genus humanum eſſet eius peruicacia? quid emolumenti ſibi futurum ſperaret, dum tot millia hominum ad infernum impellere non ceſſaret? Cui malignus reſpondit, inuidiæ non modicæ ſe dolore torqueri contra filios Adæ: qui quotidie illuc aſcenderent, vnde miſer ipſe cum ſuis exularet.

cum S. Humberto precibus fontem excitat: *b*

27 Studioſiſſima diuinæ legis, indeſinenter eſuriens verbo cæleſti ſatiari, virorumque ſanctorum ac religioſorum vitam cupiens imitari, *b* B. Humbertum apud Maricolas habitantem, virum in ſanctitate magnificum, illuſtratum ſcientiâ diuinæ ſcripturæ, ſignum Crucis ab Angelo impreſſum geſtantem in vertice, Virgo prudens viſitauerat: pabulo diuini verbi per aliquot dies affluentiâ oris eius epulata, cum illo circa vicina monaſterij quadam vice deambulabat: ſed æſtuante feruore diei, cùm penè ſiti deficeret, orante viro Dei cum ipsâ Virgine, fons illicò dulcis è terrâ nouus emanauit: Virgo reficitur, fons vſque in præſens non deficit. Beatus autem Humbertus depoſitionis ſuæ diem prænoſcens, lineas veſtes ad vſus exequiarum ſuarum ab ipsâ Virgine poſtulauit: propter quas dum mitteret deferendas, miſſus alter à Virgine præſagâ futuri, legato beati viri in medio itinere cum veſtibus poſtulatis occurrit.

præſcit eius obitum:

28 Beata igitur Aldegondis, quæ ſibi Dominum Saluatorem elegerat ſponſum, frequentibus Angelorum confortata viſionibus, qui ſæpiùs illam multis modis, vtpote conſeruam & conciuem recognoſcentes, familiariter alloquebantur, præſciens ex reuelatione Spiritus ſancti dormitionis ſuæ diem appropinquare, deprecata eſt Dominum, vt qui ſanctos ſanctificat adhuc, & iuſtos iuſtificat adhuc, & qui flagellat omnem filium quem recipit; dignaretur ancillam ſuam in præſenti, ſic flagellando carnem, purgare, quatenùs anima poſt hãc vitam in requiem Domini ſui ſine maculâ valeret introire. Sciebat enim neminem in hac vitâ tam perfectum eſſe, qui poſſet omnis peccati contaminatione prorſus carere. Non diſtulit diuina bonitas præſtare miſericorditer, quod illa petiuit humiliter. Nam in dexterâ mamillâ, non poſt multum tempus morbus, qui vocatur cancer, ſubortus eſt, qui carnem illius excrucians, vſque ad vltimum diem vitæ depaſtus eſt. Virgo verò prudens, exemplo B. Iob aliorumque Sanctorum, patienter ſuſtinebat, & tamquàm accepto diuinitus dono congaudens,

petit à Deo in hac vitâ purgari:

cancro laborat:

AVCTORE HVCBALDO MONACHO, EX MSS.

ſupernæ dignationi ſapienter gratias agebat.

29 Cùm autem adeſſe tempus reſolutionis eius Angelus præmonuiſſet, prædictoque die nulla moleſtia corporis eam fatigaret, apparente ſibi rurſus Angelo, cœpit queri cum eo, cur differretur à regno ſibi parato. *diem mortis ab Angelo intelligit:* Cui ille, Scias, inquit, ſanctos Angelos hoc tibi à Domino impetraſſe, vt ad perfectionem virtutum adhuc habeas ſpatium temporalis vitæ. Sed cùm aliquando tertianâ febre laboraret, hebdomadâ tranſactâ, circa mediam noctem immittente diabolo tantus illam ſitis ardor inuaſit, vt niſi mox biberet videretur exanimari: *ſiti cruciatur:* Cumque viriliter reluctans, à potu vellet abſtinere, vimque febris, non hoſtis tentationem reputaret, confugit ad orationem. Et ecce ante lucem videt antiquum hoſtem, tetrâ & horrendâ facie ſibi adſtantem, qui fateri coactus eſt, quòd tantum illi ſitis immiſiſſet ardorem: addiditque blaſphemus, dicens beatæ Virgini, reſtare adhuc illi duram atque arctam viam, incertumque eſſe vtrùm in Dei ſeruitio perſeueraret. *technas damonis repellit:* Cui Virgo conſtanter, Dominus, inquit, mihi adiutor eſt, non curo minas tuas. Continuò ſathanas aufugit confuſus, & ſitis ab eâ receſſit. Poſt tentationem verò diabolicam, adeſt multipliciter conſolatio diuina. Videt enim in viſu tamquàm à Domino ſe poſtulantem in eius amore perſeuerantiam, ac velut apparentem ſibi Sacerdotem ipſum Dominum, quod petebat, clementer annuentem. *cæleſti viſione recreatur.* Videt etiam B. Petrum Apoſtolum, ſibi panem candidum deferentem, ſeque de manu illius illum cum ingenti lætitiâ ſuſcepiſſe. Soror quoque eius audiuit cælitus per ſoporem, & ſuam à Domino acceptam pœnitentiam, & ſororem ſuam Virginem Aldegundem ſponſum promeruiſſe Chriſtum.

a *In vitâ S. Giſleni auctore Reinero monacho, quam 9. Octobr. dabimus, hic locus vocatur* Meinriuus.

b *Vitam* S. Humberti, *quam ex vetuſtis codicibus nobiliſſimi Maricolenſis cœnobij nobis* Simon Boſquierius *eiuſdem loci Abbas ante annos complures deſcribi curauit, dabimus 25. Martij, quo eius natalis agitur, aut 6. Septembris, quo tranſlatio.*

CAPVT VII.

Obitus, & in eo miracula.

Apparet illi Chriſtus; 30 INtereà dum Virginis animus huiuſcemodi viſionibus aſſiduè paſceretur, & ad cæleſtia contemplanda ſublimaretur, offertur ei paruulus, cuius iam à ſuis vita deſperabatur: quem ipſa protinus ante cornu altaris proiici iuſſit. Quod vt factum eſt, confeſtim redditus eſt ſanitati. Cumq; renuntiaretur Virgini de ſubitâ ſanitate infantis, recordata eſt viſionis ſuæ, & animaduertit hoc ideò contigiſſe, quòd illum contigerit locum, quo viderat ante paucos dies tranſiſſe Dominum. Quid niſi Deo gratias ageret? *idq; miraculo, & aliu viſionibus confirmatum:* Viderat enim non multò antè, quaſi ſtaret in plateâ, ac velut igneus globus de cælo ſuper ſe veniret. Quarto verò die poſt hæc, mediâ nocte Dominicâ, cùm ad vigilias ingrederetur eccleſiam, vna de Sororibus egreſſa, cernit plateam, in quâ viſio priùs apparuerat, nimiâ luce ſplendentem, cùm eadem horâ tenebræ totam occuparent terram. Manè facto, colloquentibus inde Sororibus & mirantibus, intellexit beata Virgo cauſſam tanti ſplendoris, nulli tamen earum tunc manifeſtauit. Non poſt multum acceſſit & alius teſtis harum viſionum, affirmans illi, ſe vidiſſe Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum cum exercitu Angelorum, ante cornu altaris ipſi Virgini colloquentem. Requirens autem ab homine viſionis horam, recognouit, ipſam fuiſſe, quâ viderat Dominum in viſione. Quarto die poſt hæc ſanatus eſt puer, vt ſuprà dictum eſt.

luce cæleſti, 31 Sacerdos quidam boni teſtimonij, ſine reprehenſione conuerſabatur eo tempore in monaſterio à pueritiâ vſque ad perfectam ætatem: qui referre ſolebat, noctu ſe vidiſſe globum igneum deſcendiſſe de cælo ſuper habitaculum, in quo famula Chriſti ægrotabat. Poſt hymnos autem nocturnos, vna de maturioribus ancillis Dei, modicum ſoporis deguſtans, videt B. Aldegondem ante altare in loco Sacerdotis adſtantem, corpus Domini in calice fregiſſe, ſibique dixiſſe: Vade cia, dic Sacerdoti, vt in hoc calice myſteria Domini Chriſti conficiat: *& aliâ viſione eius obitus præoſtenſus:* & quoniam heri præ valetudine corporis communicare non potui, hodie particeps fiam corporis & ſanguinis Domini. Factâ die, proceſſit Sacerdos, Miſſam celebrauit, & inter agendum cernit calicem in aëra ſubleuatum, illicò in ſuo reſediſſe loco. Tunc prædicta famula Dei viſionem, quam viderat, & Sacerdos de calice in aëre ſuſpenſo, ad Chriſti ſponſam vtrumque detulêre, certitudinem habentes, has viſiones obitum illius præſignare.

32 Inter alia ſigna virtutum, quæ potentia Saluatoris per ancillam ſibi dilectam operabatur, homo quidam mente captus, aut ſuis exigentibus culpis, aut vt fides Virginis manifeſtaretur, per inſaniam capitis pænè vſque ad extrema perductus eſt. Cumque parentes eius de vitâ ipſius deſperarent, adduxerunt illum ad monaſterium ſanctimonialium, intimantes beatæ Virgini cum gemitu, qualia ille miſer pateretur. At illa viſceribus pietatis condolens miſello, fecit eum ad ſe veſpertino tempore perduci. Orauit pro eo, & facto ſigno Crucis ſuper eum, domum redire iuſſit. Qui mox conualeſcens, reſtitutus eſt ſanitati. *inſanus ab eâ curatus:* Quinto verò die ante beatæ Virginis obitum, ſoror ipſius famula Domini noſtri Ieſu Chriſti VValdetrudis, contemplatione cæleſtium ſubleuata, videt in viſione, glorioſam Domini noſtri Ieſu Chriſti genitricem, cum Sanctorum agminibus venientem, atque germanam ſuam Virginem Aldegundem, ſecum ad ſublimia deducentem. *videt eam ſoror à D. Virg. ad cælum duci:*

33 In monaſterio quoque Niuellæ, vbi S. Gertrudis corpore requieſcit, ſanctimonialis quædam nimiæ ſimplicitatis & obedientiæ, ab amore mundi ante tribunal ad amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti perfectè conuerſa, ſextâ feriâ ante diem ſabbati & dormitionis famulæ Dei Aldegondis, circa medium noctis, vidit in viſu ſplendorem lucis ingentem intraſſe eccleſiam B. Petri, vbi iam dicta B. Gertrudis tumulata eſt, ita vt à pauimento vſque ad trabes vniuerſam ædem, quaſi meridianus ſol illuſtraret. Dum verò attonita viſione tantæ claritatis, timore ſolueretur; audit choros pſallentium, ita vt voces diſcernere poſſet virorum ac mulierum, puellarum & puerorum, inuicem alternando concinentium. *alteri mors eius antè oſtenſa:*

34 Iam verò tertiâ nocte ante egreſſionem eius à corpore, gratiâ viſitationis multis conuenientibus religioſis, atque ſorore eiuſdem Virginis B. VValdetrude, ecce fulgor ingens nimiâ claritate refulgens apparuit ſupra domum, in quâ Virgo ſponſa Domini Chriſti operiebatur intrepida eius aduentum. Cumque præſentes inſolitam mirarentur viſionem, ac B. VValdetrudis inter ſpem metumque dubia, quidnam præſignaret, tremebunda rei finem expectaret, ſancta illa anima, quæ veram lucem Dominum Chriſtum amauit, & præſentiam eius ſitibunda deſiderauit, carne ſoluta, cum ipſâ luce de hoc ſeculo migrauit. *luce ſuprà ædes ſplendente, moritur:* Sepulta eſt autem in villâ ſuæ quondam ditionis, vocabulo *a* Solra: vbi ſuus vterque parens, ac ſoror poſteà *b* VValdetrudis, ſepulti ſunt. *a b* In quo multo iacuit tempore, quoad Chriſto donante corpus eius tranſlatum eſt in municipium Melbodium, quod ipſa à fundamento conſtruxerat, vbi eius nunc memoria fulget, ac meritis ſuffragantibus, plurima poſcentibus beneficia diuina clemencia largiri dignatur. *ſepelitur: tranſfertur Malbodium.*

35 Ecce inter alia Sanctorum geſta, quicumque piè legis vel audis, etiam hîc habes quod imiteris. Adhuc ætate puellari terrena deſpexit, cæleſtia concupiuit. Concupiſcentiam carnis, virginitatis amore edomuit. Concupiſcentiam oculorum, id eſt, curioſitatem, diuinæ lectionis meditatione refrenauit. Ambitionem vitæ, hoc eſt, ſuperbiam, humilitate calcauit. Contempſit mortalem ſponſum, immortalem elegit. Diuitias cùm haberet, non ſperauit in pecuniæ theſauris: ſed prudenter indigentibus *Epilogus paranetic⁹ ad imitationem.*

gentibus cuncta distribuens, amplexa est paupertatem.
c Inuenit in agro thesaurum, c abscondit, & præ gaudio illius omnia vendens, comparauit illum. Quæsiuit bonas margaritas pia negotiatrix, inuenit vnam pretiosam; emit, possedit. Tenebras exhorruit, lucem amauit, cum luce migrauit, lumen vitæ perennis habebit. Igitur imitare, quod legis: viue, sicut vixit: incede, quà incessit: ac ne dubitatione peruenies, quò peruenit; adiuuante gratiâ conditoris, qui misericorditer operatur in Sanctis suis, qui dat virtutem & fortitudinem plebi suæ; benedictus Deus in secula, Amen.

a Curtis-Solra *dicitur, fortè vt à* Castro-Solra *distinguatur; quòd oppidum est tribus leucis Malbodio distans, Latias versùs.*
b *Translatum est posteà Montes* S. VValdetrudis *corpus.*
c *al.* absconditum.

ALIA VITA

Auctore anonymo, ex MS. Gisleniano.

CAPVT I.

S. Aldegondis ortus, præclari mores.

1 POstquàm mediator Dei & hominum Christus Iesus, proculcato Rege mortis, ascendit super occasum, sedensque ad dexteram Patris, gratiæ septiformis charismata suis contulit participibus; Rom. 10. 18. quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Nomen quippe Dei nostri, quod apud se clausum seruabat synagoga, dulce super mel & fauum; in plenitudine fidei suscepit Ecclesia. Ab Hierosolymis vsque ad Illyricum, voce cucurrit Apostolicâ, transilienſque sinus Adriaticos Italiam peruenit. In cuius aduentu regnorum caput expalluit Roma, vt postmodùm credens diceret: Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. Montes quoque Israël ramos suos expandentes, & fructum facientes plantauerunt vineam iustorum super riuos aquarum, id est, corda credentium populorum, irrigatam purpureo cruore Martyrum, glorificatam integritate Virginum, fundatam confessione Sacerdotum. Sicque dum esset Rex in accubitu suo, & sanctæ matris Ecclesiæ nardus dedit odorem suum. Hoc odore fumus nidoris idololatriæ paullatim liquefactus euanuit, & sibilans sapientia mundi superba colla submisit. Stultam quippe fecit Deus sapientiam huius mundi, vt per stultitiam prædicationis saluos faceret credentes.

Ecclesia variis Sanctorum virtutibus ornatur.

Cant. 6. 11.

2 Huic negotio septuagesimus tertius post Petrum Sanctus præerat Seuerinus: qui testante a Catalogo Sanctorum Apostolicorum, fuit sanctus, benignus super omnes homines, amator pauperum, largus, mitissimus. b Romanæ verò arcis solium b Heracleonas cum matre Martinâ brachio sustentabat virili. Trans Alpes igitur apud nos glorioſus Rex Francorum Dagobertus regiæ potestatis monarchiam administrabat; Francorum Primoribus secundùm Christianæ religionis cultum vitæ iura dabat. Nec deerat consilio regali vigoris Ecclesiastici procuratio, Pontificum videlicet sanctorum frequens sollicitudo: inter quos S. Autbertus Cameracensis Sedis Episcopus pollebat, vir egregius, excellens super omnes, velut Lucifer stellas inter minores. Huic tanto collegio non deerat militaris frequentia, cultui quidem Christiano satis admodùm subiecta: quam decorabat c Maior-domus Princeps præcipuus, miles egregius, nomine VValbertus. Hunc venerabantur Palatini Proceres vt Principem, Principes vt Maiorem, regia maiestas vt fidelem. Erat quippe Christianæ religionis cultor, pauperum Christi largus amator, omnium mœrentium pius consolator: affluebat diuitiis & honoribus, videlicet cui suppeditabat multimoda & penè inedicibilis hæreditas à parentibus. His ita præpollens regali stemate

a *Florente apud Gallos religione Christianâ,*

b *oritur S. Aldegõdis illustribus parentibus:*

claram accipit vxorem, nomine Bertiliam.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

3 Tali namque connubio, Deo, vt credimus, benedicente, nascitur pusiola, Aldegundis nomine post sacri fontis baptisma. Quæ transeuntis metis infantiæ dum contingeret annos pueritiæ, paullatim cœpit clarescere forinsecus, qualis futura foret interiùs. Decorabat pulchritudinem faciei, modesta grauitas animi, vt nec notari posset extollentia, nec culpari simplex & iocosa pueritia. Præter ceteram sobolem dulcius adamatur à parentibus, & à cunctis qui eam nosse vel videre poterant collaudatur. Traditur omnigenis magistrorum studiis imbuenda; veluti decebat Virginem generosis natalibus ortam. Et, vt quo semel est infusa recens seruaret odorem testa diu, maternis moribus informatur, ne, quod sæpè contingit, studiis inflaretur. Nullam quippe mater præteribat scientiam, qua non vel per se, seu docentium studiis instrueret puerperam:

à pueritiâ grauis,

litteris imbuitur.

Multiplici formâ, cum multiplici quoque normâ
Grammata monstrantur; quæ clausa tegunt reserantur.
Inde puellaris mens vt sit spiritualis,
Ne bona cuncta putet, sed noxia quæque refutet.

His aliisque studiis quàm pluribus abundanter, vt decet regiam virginem, informata, post sui Redemptoris gradiens vestigia proficiebat sapientiâ & ætate apud Deum & homines.

4 Igitur dum decilis puella iuueniles euasisset in annos, ad biuium Pythagoricæ peruenientis litteræ, noluit egredi ad sinistrã vt pasceret hœdos; sed innixa super dilectum suum, ponensque eum vt signaculum super cor suum, elegit in dexterâ partem optimam, quæ non auferetur ab eâ. Fit per omnes aulicos nomen eius celebre: hinc potens, hinc impotens, alternatim replicant sibi quisque de Virginis Aldegundis formâ, pulchritudine, moribus, & honestate. Adeò quippe ornabat modestia mentis pulchritudinem corporis, vt de eâ rectè dicatur: Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis! Sed Virgo prudentissima contemnens cum suo Principe mundum, totam se contulit ad Christum. Hunc esuriens sitiebat, & sitiens esuriebat. Erat moribus honesta, eloquio suauis, in pauperibus misericors, in lectione velox, in responsis prudens, mitis omnibus, inter nobiles humilis; iunioribus æqualis, in parcitate cibi & potus ita assueta abstinentiæ, vt nulla sodalium sibi æquipararetur.

nubilis celebratur Aulicorũ sermonibus:

Cant. 7. 1.

Christo adhæret, a virtutem colit.

a *Habentur hæc in Anastasio Bibliothecario. Obiit* Honorius *an.* 638. 12. *Octob. successit* Seuerinus, *sed antequàm ordinaretur multâ passus ipse & Romanus Clerus ab Heraclij Præfectis: obiit anno sequenti* Seuerinus 2. *Aug.*

b *Quo tempore* Seuerinus *sedit, imperabat* Heraclius, *qui an.* 641. 11. *Martij obiit. successit* Constantinus *filius, Catholicus. hunc* Martina *nouerca veneno iustulit, & cum* Heracleona *filio imperauit* 6. *mensibus. His ejectis* Constans *Constantini filius hæreticus imperare cœpit sub finem eiusdem anni. regnante* Heracleona *Ecclesiæ præfuit* Ioannes IV.

c *Nondum alibi legimus Maiorem-Domus regia fuisse* B. Walbertum.

CAPVT II.

Spretum coniugium. secessus.

5 IGitur cùm parentes æstimarent tempus nubile iam instare Virgini; conuocat mater filiam, verbisque prædulcibus hortatur, ne sibi abscondat nata quid corde gerat. Blanditur filiæ, assentire matri, vt copuletur marito: sese paratam asserit persuadere patri, vt eo volente vnà cum amicis suis nuptiæ celebrentur, & coniungatur nobilissimo Regi Anglorum Eudoni, satis pulcherrimo iuueni. His aliisque huiusmodi perceptis, Virgo Dei Aldegundis occasione acceptâ, diuinoque quòd magis credendum est afflata Spiritu, quod multò antè corde conceperat illicò respondit:

Matri nuptias suadenti,

indicat propositum seruandæ virginitatis:

Quid mihi corde geram, mea quæ sententia, dicam.
Hic mihi sponsus erit, qui me, non prædia, quærit;

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

Qui nil vult à te, qui gaudet virginitate,
Qui ſuperis regnat, cunctos ditione gubernat.
Virgine matre ſatum mihi, mater, quære maritum;
Non corruptorem, non culpæ commonitorem.

lintea, ad veſtes faciendas à matre data, confert in ſacros vſus:

6 Hoc audiens mater ipſius venerabilis Bertilia, licet non poſſet animum Virginis à ſui conſtantiâ remouere, tamen præcepit, vt quaſi futuri mariti mutatoria conſueret, ſcire volens qualiter inde ſeſe haberet. Sed Virgo Dei Aldegundis mente & corpore caſta, diuino amore accenſa, chriſmalia veſtimenta, quibus infantes poſt baptiſma veſtirentur, conſuit, & in ſcrinio recondidit. Quæ res non latuit matrem, ſed nimis exaſperata cum verbis grauibus verberum minas intentare cœpit. Quod cùm ſuſurrantibus inter ſe pediſſequis percepiſſet Chriſti tiruncula, occaſione nactâ faciendi quod propoſuerat, fugâ labitur. Glorioſus Deus in Sanctis ſuis, mirabilis in maieſtate ſuâ. Verè mirabilis, qui operatur magna in minimis. Sed quid de omnipotente præſumimus, vt eum in minimis operari dicamus? Numquid cælum, terra, mare, minima? Numquid ſol, luna, aſtra mundi minima? Primo homini condito ſubiecit Deus omnia: & qui prælatus fuerat à Deo toti creaturæ, factus eſt omnium minimus culpâ inobedientiæ. Sed Dei ſapientiâ reconformatur & præfertur Angelis, qui ſuâ ſtultitiâ fuerat inclinatus dæmonis. Itaque Deus operatur magna in minimis. Hieremias miratur, & clamat:

Baruch. 3. 24.

O Iſraël, quàm magna domus Dei & ingens locus poſſeſſionis eius! Magnus eſt, & non habet conſummationem, magnus & excelſus: magnus ſapientiâ, excelſus

diuino inſtinctu fugit:

fortitudine; ſapientiâ, quâ attingit à fine vſque ad finem; fortitudine, quâ diſponit omnia fortiter & ſuauiter. Attingens ergo diſponenſque mentem Virginis, monuit vt fugeret, non verbera, ſed verba matris. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. O felicem fugam, per quam declaratur & Virginis meritum, & conditoris opus mirificum!

b

7 Fugiens Virgo ſancta venit ad flumen, quod dicitur *b* Sambra, ripis patentibus horrificum, atque profundis gurgitibus mortiferum. Cuius elationes & fluctus non modò natantibus, verùm nauigantibus ita ſunt mortiferi, vt cuiuſdam piſcatoris, noſtri quoque familiaris, filium nouiter deſponſatâ coniuge maritatum, ſciamus noſtro tempore ſubmerſum. Ad huius fluminis ripas perueniens, non timuit intrare fluctus aquaticos, quæ in ſuo corpore ſuperauerat fide turbines Babylonicos. Signo ſanctæ Crucis vndique munita graditur ſuper vndas nihil verita. Videres Angelicos ſpiritus dextrâ læuaque ſuſtentantes Virginem; vt nec extremas veſtimentorum fimbrias inundans attingeret flumen. Neque Catholicæ religioni videatur incredibile, quòd Angelos dicimus obſecundaſſe Virgini; cùm ſcriptum ſit dicente Apoſtolo:

ſuper aquas incedit, miniſterio Angelorum:

Heb. 1. 14.

Angeli ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos qui hæreditatem capiunt æternæ ſalutis. Et in Apocalypſi Diſcipulo ſe volenti adorare, Angelus contradicit:

Apoc. 22. 9.

Vide ne feceris, conſeruus enim tuus ſum. Talibus nautis & nauibus Virgo Chriſti Sambræ flumen tranſuecta, tandem peruenit in ſicum lætabunda. Inde perueniens ad locum quemdam nemoroſum, quem pater eius ac mater iure hæreditario contra S. Gertrudem neptem ſuam ſorte diuiſerant, ſubſiſtit: ibique eradicatis vepribus paruam eccleſiolam in honore S. Petri Apoſtolorum Principis conſtruxit.

eccleſiolam in nemore ædificat:

8 Fama rei factæ percellit proxima quæque.
Bertiliæ natam per cuncta ſonant eremitam.
Audiit ipſe pater, ſenſit Bertilia mater
Eſſe fugâ lapſam ſobolem, Dominumque ſecutam.
Sed pater ipſe quidem ſic crediderat fore pridem,
Dum proſpectaret præſaga mente puellam,
Caſtos ſermones, oculos, veſtigia, mores;
Et pertractabat, quod nunc erat, eſſe futuram.

inuiſitur à matre.

At mater Bertilia nullâ poterat conſolatione releuari: ſed protinùs vt ad aures eius venit nuntius, rumore ſiniſtro corpore diriguit: pia vox in faucibus hæſit. Vt verò ſeſe recepit & reddita vox eſt, it cælo clamor, & femineus vlulatus. Plorat mater filiam, pediſſequæ dominam, parentes propinquam. Tamen proſpiciens de excelſo ſancto ſuo Dominus, qui reſpicit terram & facit eam tremere, concuſſit mentem Bertiliæ. Aſſumptis comitibus vadit viſere filiam, vt quod ei collatura fuerat ad perditionis noxam conferret ad immortalitatis gloriam

Scribitur epilogus: famuli, famulæ titulantur;
Plus fuerant mille. Traduntur prædia, ſiluæ.
Filia fit mater: ſed quæ fuerat modò mater,
Mox è diuerſo fit filia iure beato.

Salue feſta dies & celeberrima, quâ filiam Aldegundem reuidit mater Bertilia.

a *Huius in hiſtoricis Anglicanis nulla mentio. Fuit fortaſſis regij generis adoleſcens, ſiue Anglus, ſiue Britannus, ſeu Scottus, qui militârit in Galliâ.*

b Sabis *eſt, memoratus quoque Cæſari, profundus quidem amnis, ſed neutiquam æquiparandus aliis Belgij fluminibus, Rheno, Moſæ, Scaldi, & aliis.*

CAPVT III.

Cœnobium Malbodij inſtitutum.

A S. VValdetrude religionem amplexâ,

9 ERat itaque eidem Virgini Chriſti Aldegundi germana, nomine Waldetrudis: quæ fuerat coniuncta viro illuſtri Madelgario, cognomento Vincentio, qui diuini amoris æſtu ſuccenſus vnà cum coniuge poſtponens ſecularia, ſecutus eſt Chriſtum. B. Vincentius expetens monaſterium, quod dicitur Altus-mons, religioſam fertur inibi duxiſſe vitam. At coniunx eodem ſpiritu feruens, ſacrum velamen de manu S. Autberti Cameracenſis, ſeu Autrebatenſis Eccleſiæ Pontificis ſuſcipiens, in monaſterio ſeſe dedit, quod ædificauerat in loco qui vocatur Caſtri-locus: qui ideò ita vocitatur, quia ibi quondam Romanus exercitus caſtra locauerat. Poſtquàm igitur B. VValdetrudis ſe contemplatiuæ vitæ commiſit, mandat per litteras Bertiliæ matri, obſecrans vt ſibi deſtinaretur ſoror Aldegundis; conſolatum iri, & quantocyùs rediret. Quod audiens actutùm præbuit aſſenſum, dirigens filiam ad conſolandam ſororem. Nulli dubium quin operante Spiritu ſancto id actum ſit, vt quibus inerat vna mens placendi Deo, eſſet & communis deuotio. Scriptum quippe eſt: ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici ſui. Ita ambæ ſorores, virtutum ſplendentes lampade, ducatum præbebant cunctis ſe contuentibus, vt ad æternam lucem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnà cum eis peruenire mererentur. Nam & eiuſdem B. VValdetrudis votum erat, vt germana eius Virgo Chriſti Aldegundis ſacrum ſuſciperet velamen, curam habitura Sororum ſecum conuerſantium.

Prou. 27. 17.

enocaturæ

cœnobium Malbodienſe ædificat:

10 Quod intelligens Virgo Dei mente pertractat, quoniam qui plus laborat, plus mercedis accipiet; & cui plus committitur, plus ab eo exigitur; à Deo ſibi præelectum repetit locum. Vbi deinceps vt in cultu diuino ampliaret exercitum, in honore ſanctæ Dei genitricis & perpetuæ Virginis Mariæ, omniumque ſanctorum Apoſtolorum ſatis venerabile monaſterium conſtruxit, ſeſeque ibidem Deo famulaturam in perpetuum deſtinauit. Quod quoniam ſuâ auctoritate compleri non poterat, Præſulem Sedis Cameracenſis expetiit, Sanctum videlicet Autbertum: cui tam piè, quàm deuotè ſuum propoſitum ſtuduit intimare. Qui beatus Pontifex tunc temporis in prælibato Montis Alti monaſterio degens,

b

b S. Anſberti Rothomagenſis Archiepiſcopi, qui ibidem iuſſu Pipini Francorum Principis relegatus in exilio erat, carceres & vincula miſericorditer fouebat, ſciens ſcriptum: Si compatimur, & conregnabimus. Audiens ſanctus Pontifex Virginis propoſitum, gaudio repletur inedicibili, quoniam de ſui ſudore laboris iam congregabat manipulos retributionis. Ingreditur ſemen verbi Dei ſapienter in bonam terram ſpargere, quæ proculdubio fructum centeſimum ſuo referat in tempore. Ita Virgo

2. Tim. 2. 12.

ſanctimonialis à S. Autberto ordinatur,

venera-

venerabilis à beato Pontifice ne ſeculi phantaſmatibus illuderetur præmonita, ſacrum velamen in ipſo Altimontis monaſterio ſuſcepit, ſed in Melbodienſi diuino ſeſe cultui contradidit.

columbâ velum benedictum capiti eius imponente.

11 Nec prætereundum ſilentio, quàm placens & acceptabilis Deo fuerit ſanctæ Virginis deuotio, vel quid in eius ſacratione pietas miſericordis Dei voluerit declarare. Sicut enim in geſtis & dictis veterum reperitur, dum ſanctum velamen à Pontifice benediceretur, columba cælitus volans conſtitit in aëre; dehinc paullatim ſe ſubmittens, leuauit à terrâ pedibus & ore. Ne verò dubium fieret de miraculo, cunctis videntibus capiti ſanctæ Virginis impoſuit, ſicque receſſit. O Virginem glorioſam, cunctis ſapientibus prædicandam, cunctis Deum timentibus venerandam! Tranſit fluminis alueum ſine nauigio, ſuſcipit ſanctæ religionis habitum miniſtrante Spiritu ſancto. Quæ dum conuerſaretur in laribus paternis, quadam nocte audit ſibi per viſionem promitti inæſtimabiles diuitias. At Virgo Chriſti primò æſtimat ſibi terrena polliceri, ſed mox in ſpiritu cognoſcit cæleſtia ſibi deberi. Perceptâ igitur à Pontifice, ſibi quam quæſiuerat, benedictione, gaudens ad priſtinum ingreditur locum, operi quod inceperat poſitura finem. Ædificato monaſterio clauſtriſque monaſticæ religioni conuenientibus decenter ordinatis, ex conſilio viri Dei plura donaria ab ſubſidia inibi famulantium contulit.

Monaſterium Malbodienſe ab Epiſcopis dedicatur.

12 Quibus beatæ Virginis ſtudiis congaudens ſanctus Pontifex, monaſterium in honore ſanctæ Dei genitricis & perpetuæ Virginis Mariæ ſanctorumque Apoſtolorum dedicauit, adhibitis ſecum ſanctis Confeſſoribus Chriſti & Epiſcopis Amando, *c* Audoëno Rothomagenſe, necnon *d* Vrſmaro, *e* Erminо, Humberto, *f* Ethone, *g* Eloquio; his omnibus, aliiſque quàm pluribus, ſibi aſſociatis, & ſancti miniſterij munus explentibus, vir ſanctus locum illum cum ſuis appendiciis Catholicâ auctoritate & Apoſtolicâ firmauit. Cuius auctoritatis & firmitatis præceptum ne lectori faſtidium generet præterimus. Sed quoniam Malbodienſe monaſterium deſcripſimus; qualiter inſignitum ſit ſanctæ memoriæ *h* Ableberti Cameracenſis Epiſcopi corpore, ſicut in geſtis Pontificum reperitur, dicamus. Scriptum quippe eſt ita: Poſt Bertoaldum ſucceſſit B. Ablebertus: qui ita in catalogo Epiſcoporum nominatus, ab incolis & vicinis Emebertus. Hic ſuperueniente die ſuæ vocationis, in villâ quam loci habitatores Ham dicunt, defunctus migrauit à mundo: illucque ſepultus eſt. Deinde ad Martinas deportatus, poſteà verò ad Malbodium tranſlatus, ibique nunc quieſcens beatæ reſurrectionis expectat diem. Si quis autem noſſe deſiderat huius ſancti viri vitam, genus, & patriam, recurrat ad eum de quo hæc ſumpſimus librum; nos verò ad propoſitum redeamus.

c d e f g h

a *Hæc ante fugam Aldegondis è domo paternâ videntur accidiſſe, & hîc præpoſtero ordine relata.*

b *Corrigendus hic parachroniſmus. Cùm mortua eſt* S. Aldegondis, *Epiſcopus Rotomagi erat* S. Audoënus; *cui* S. Ansbertus *ſucceſſit, à Sede deinde ſuâ à Pipino Craſſo Maiore-Domus, non Rege ſed Regibus ipſis imperante, deiectus, in Alto-monte exulauit, vt ad eius vitam 9 Febru. dicemus.*

c *Qui potuiſſet* S. Audoënus *adeſſe, ſi iam antè eius ſucceſſor in Alto-monte exul fuiſſet?*

d *Vitam* S. Vrſmari *dabimus 18. Aprilis, in quâ dicitur neptem ſuam paruulam commendaſſe* S. Aldegondi; *& alia de Malbodienſi cœnobio narrantur.*

e *Haud ſatis credibile eſt adfuiſſe hîc* S. Erminum, *etiam puerum, qui minimùm 77. pòſt annis, anno nimirùm 737. obiit, vt ad eius vitam à coæuo ſcriptam dicemus 25. Aprilis.*

f *Vitam* S. Ettonis *dabimus 10. Iul.*

g S. Eloquij *3. Decembr.*

h *De* S. Ableberto, *ſiue* Emeberto, *egimus ſuprà 15. Ianu. vbi & hunc Baldrici Epiſcopi locum ex lib. 1. Chronic. cap. 16. retulimus; & quid* Martinæ *ſint expoſuimus.*

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

CAPVT IV.

Miracula. viſiones. ægritudo.

13 Dicato denique & conſecrato ſancto loco, ſinguli redierunt ad ſua; beata Virgo remanſit in propria. Et verè in propria ibi cum Prophetâ deplorabat: Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hîc habitabo, quoniam elegi eam. Vt verò ſanctæ Trinitatis ſe venerari monſtraret, trinâ perſonâ indiuiſibilem ſubſtantiam, tertiam quoque adiecit conſtruere parochialem eccleſiam, quam in honore & cõmemoratione S. *a* Quintini Martyris conſecrari fecit, *b* vigeſimo anno Regis Francorum Dagoberti. Nanciſcens igitur vndecumque ſanctitatis ſibi aſſumere normam, necnon religioſæ habitationis formam, inuiſebat ſeruorum Dei habitacula circumquaque poſita. Adiit itaque egregium virum Humbertum, qui in ſuâ commanebat vicinià, quoniam rumor ſanctitatis eius ad ipſam vſque peruenerat. Quadam denique die ad eumdem virum Dei profecta, videntes ſe inuicem & mutuâ ſalutatione honorantes, requieuerunt parumper. Poſt multa denique vitæ ſalutaris colloquia, Chriſti Virgo dixit B. Humberto: Vellem, Pater ſanctiſſime, locum iſtum luſtrare, qualiterúe conueniat religioni videre. Cumque circumeuntes explorarent locum, ait ſanctiſſima Virgo: Pereo ſiti, Pater ſanctiſſime. At ille ait: Suſtine modicum: hac in parte decurrit fluuius, quâ modò peruenturi ſumus. Nequaquàm, mi Domine, quoniam fatigata ſum itineris longitudine, quapropter nimis exæſtuo ſitis grauedine. Cumque circumſpectantes nullum viderent adeſſe ſolatium, Dei, qui ſemper præſtò eſt ſperantibus in ſe, requirunt ſubſidium. Videres Petrum cum Paulo, licet differentia fuerit ſexus, alterum caput terræ defigere, alterum oculos ad cælum leuare. Sacerdos ſanctus caput terræ deflexit, Virgo venerabilis manus virgineas, oculos columbinos, mentem ſine diſceptatione, ad cælum leuauit; manus largas eleemoſynis, mentem deuotam ſanctis meritis. Completâ oratione vident ab imo terræ venam fontis ſcaturire, quâ non ſolùm ſitim refocillaret Virgo, ſed quæ circummanenti ſufficeret populo. Hac igitur interim magnificata ſublimitate, perceptâ benedictione Sacerdotis, regreditur ad monaſterium, fugiens tantæ virtutis *c* indiculum.

Inuiſit S. Humbertum Maricolis:

cum eo fontem precibus elicit:

14 Intereà dum B. Aldegundis totâ animâ, totâ mente, totis viribus deſideraret gaudia patriæ cæleſtis, ibique degens læta ſibi cantaret, Introduxit me Rex in cubiculum ſuum; nobiles & potentes, virgines & viduæ confluebant vndecumque, deſiderantes eius magiſterium. Itaque percipientes ab eâ præcepta ſalutis, gaudentes ſuccinebãt: Exultabimus & lętabimur in te, memores vberum tuorum: recti diligunt te. Habebatur illic magiſterium vitæ, diſciplina iuſtitiæ, inſtitutio veritatis, profeſſio caſtitatis. Erat pia contentio præoccupantium ſeſe obſequio veræ humilitatis, necnon offerentium ſe ipſas Deo hoſtiam viuam, ſanctam benedictionem in odorem ſuauitatis. Inſtituebantur puſiolæ diſciplinabiliter timere dominas, iuuenes reuereri magiſtras, ſeniores iuniores diligere, altera alterius onera portare. Materfamilias, Sancta ſcilicet Aldegundis, læta ſuper his dicebat: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. Ibi redolebat flos vuæ, quia magna erat virtus prædicantium, quæ debriabat mentes audientium. Ibi vernabat flos roſæ, quia mira erat fragrantia, quæ rutilabat ex ſanctarum lacrymarum, vigiliarum, ieiuniorum paſſione. Ibi flos violæ, quia magna erat virtus humilium, quâ ex deſiderio loca vltima tenentes ſe per humilitatem à terrâ in altum non ſubleuabant; ſed pronis mentibus & corporibus cum Prophetâ dicebant: Adhæſit pauimento anima mea Domine: viuifica me ſecundùm verbum tuum. Ibi ſplendebat flos oliuæ, quia ſuaue erat opus miſericordiæ, quod more olei fouebat, & lucebat rei neceſſariæ.

multas ad ſe cõfluentes

ſanctè inſtituit:

Pſal. 131. 14.

Pſal. 118. 25.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

ceſſariæ. Ibi quippe candebat flos lilij, quia candida erat vita carnis de incorruptione virginitatis. Sed quia eaſdem virtutes de ſe habere non poterant, adiungebat, Cui benedixit Dominus. Et conuertens cor ſuum ad Deum cantabat: Deſcendat dilectus meus in hortum ſuum, vt comedat fructum pomorum ſuorum.

videt S. Amãdum euntem in cælum:

15 Illo in tẽpore B. Amandus multis fulgens virtutibus, plurimas nationes verbo prædicationis & vitæ meritis ad Ghriſtianitatis perduxerat titulum, multaſque monachorum, Canonicorum, puellarumque congregationes ad ſummos produxerat honores. Cumque beato labori Deus finem vellet imponere, oſtenſum eſt beatæ Virgini Aldegundi, quia B. Amandus tranſiret ad Dominum, & multitudo populi, quæ per eum crediderat, ſequeretur illum. Hanc igitur viſionis formam miſericordis Dei pietas, idcircò ſuæ ſanctæ Virgini voluit demonſtrare, vt cognoſceret quia pretioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum eius, ac per hoc magis ac magis inhiaret cæleſtibus.

16 Igitur ne mens ſacratæ Virginis qualibet aurâ fauoris humani ventilaretur, ſollicita tractabat apud ſe illud Apoſtolicum: Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo: ne fortè cum aliis prædicauero, ipſa reprehenſibilis inueniar. Cumque legeret ſanctam Virginem

1. Cor. 9. 27.

d Petronillam, Petri Apoſtoli filiam, clinicam factam, ne à Flacco Vrbis Comite propter nimiam carnis ſpecioſitatem duceretur in vxorem; cœpit & ipſa deſiderare corporis infirmitatem. Corroborabat animum Virginis Apoſtoli ſententia, dicentis: Quando autem infirmor tunc fortior ſum & potens. &, Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus ſathanæ qui me colaphizet. His atque aliis ſanctæ Scripturæ teſtimoniis, vt diximus, roborata, tribulari deſiderabat in corpore, vt glorificaretur in animâ: & quæ ſanctarum Virginum multiformes legerat paſſiones, multipliceſque triumphos; quoniam gentilis lictor deerat, à ſuo Creatore tormenta petebat, & certabant Virginis oratio & Creatoris miſeratio, penſantis puellæ viſcera & humanæ fragilitatis diſcrimina. Vicit Virgo, cùm ex patientiâ S. Iob diceret: Oratio mea munda eſt: & ideò peto: Detur locus voci meæ in cælum. Et quia humiliter petiit, miſericorditer impetrauit, quod patientiſſimè ſupportauit. Accepit ergo cancri vulnus in mamillâ corporis: cuius animæ vbera ſicut duo hinnuli capreæ gemelli qui paſcũtur in liliis. Cœpit grauiſſimis premi doloribus, quæ plurimis recuperabat ſanitatem ſuis ſanctis orationibus. Cumque à circumſtantibus nimio dolori compatientibus tanti vulneris cauſſa requireretur, dicebat: Nolite me conſiderare quia fuſca ſim, quia decolorauit me ſol. Sed hæc apud exteros: ad Deum verò & intra ſe ſuis illis familiariſſimis ſingultibus & lacrymis replicabat ſæpius: Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos & cor meum: quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt, & complacui in veritate tuâ. Sic perſeuerabat Chriſti Virgo in humilitate & patientiâ, petens fieri vulnus incurabile, quod ſuſceperat amantiſſimè.

petit à Deo morbis exerceri: Ibid. v. 7.

cancro in mamillâ laborat:

17 Ne ergo tam inremedicabilis & incurabilis dolor, ab his qui de corde in corde loquuntur vanitatem, imputaretur meritis & impotentiæ, Chriſtus hoc modo voluit declarare. Quodam die obtulerunt ei paruulum, cuius vita deſperabatur à ſuis: iuſſitque B. Aldegundis, vt proiiceretur ante cornu altaris. Quod vt factum eſt, actutùm redditus eſt incolumis. Cumque renuntiaretur Virgini Chriſti de ſubitâ ſanitate infantis, gratias egit Chriſto Domino, qui facit mirabilia in cælo & in terrâ per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

moribundum infantem ſanat.

18 Hactenùs noſtra, non vt decuit ſed vt potuit, balbutiuit oratio, & de ſanctæ Virginis ortu, inſtitutis, & actibus, quamuis ineptè, quàm veraciter, quàm conuenienter recitauit. Ea quæ ſequuntur, ſicut in antiquo geſtorum ipſius codice reperta ſunt, ponimus, ne ſanctam hiſtoriam potiùs decurtaſſe, quàm ordinaſſe iudicemur.

Cùm igitur adhuc eſſet in domo parentum ſuorum annis membriſque tenella, ſed moribus matura; quidquid ſui iuris erat, pauperibus miſericorditer erogabat, *&c. Cetera ad verbum cum priori Vitâ nu. 14. & ſeqq. conſentiunt.*

a *Colitur etiamnum* S. Quintinus *Malbodij feſto ſemiduplici 31. Octob.*

b *Id verum eſſe non poteſt, ſi priùs adificata eccleſia & monaſterij dedicationi adfuit* S. Audoënus Epiſcopus, *qui non niſi tertio anno à Dagoberti morte Epiſcopus eſt factus. De annis regni Dagoberti ſuperiùs dictum.*

c *Fortè* indicium *ſcripſit auctor.*

d *Colitur* S. Petronilla 31. *Maij.*

DE S. ALDEGVNDIS TRANSLATIONIBVS.

Tres S. Aldegondis trãſlationes;

1 RES S. Aldegondis *reliquiarum tranſlationes reperimus: prima à S. Aldetrude procurata, altera anno 1161. à Freſſende Abbatiſſâ, tertia anno 1439. Priorem arbitramur XIII. Nouembris contigiſſe; quo die Vſuardi exemplaria MSS. duo, quæ in monaſterio S. Germani Pariſiis, vbi monachus fuit Vſuardus, aſſeruantur, alterum à 400. aut circiter annis exaratum, alterum multò antiquius; itemq; MS. Eccleſiæ Bruxellenſis, vetus MS. Domus profeſſæ Societatis Ieſu Antuerpiæ, Bedæ inſignitum nomine, Brugenſe quoque, Vltraiectenſe S. Mariæ à 500. ferè annis, vt coniicere licet, conſcriptum, & alia, ita habent:* Malbodio monaſterio S. Aldegondis Virginis. *Idem habent, ſed loco non adſcripto, Carthuſiani Colonienſes in addit. ad Vſuardum, vetus MS. monaſterij S. Maximini Treuiris, S. Richarij Centulenſe, S. Lamberti Leodij. Si quis exiſtimet hoc die potiùs deceſſiſſe ſanctam Virginem, 30. Ianuarij tranſlatam, haud ſanè repugnabimus; ſi tabulas, aut teſtimonium fide digni ſcriptoris, monumentumue aliud protulerit. Tranſlationem eo die inſcripſit Martyrologio Gallicano Sauſſaius; 30. Ianuarij, vt alij plures, natalem: atque ita quidem nunc peragitur Malbodij, vt ex Officiis propriis eius Eccleſiæ patet. Verùm non illa hoc tempore antiquiſſima tranſlatio celebratur eo die, ſed ea quæ à 200. annis, alio tamen die eſt facta, iuſſaq; annuè recoli, vt mox dicemus. MS. Florarium hoc die habet* S. Aldegondem filiam S. Baſini *Regis & Martyris, huius noſtræ æqualem, ſed quæ 20. Iunij Trunchinij iuxta Gandauum colitur.*

prima,

2 *Prima illa* S. Aldegondis *tranſlatio ſub finem ſeptimi ſeculi contigit. Ita refertur in priore vitâ:* Sepulta eſt ergo amantiſſima Chriſti Virgo, ſponſa Domini, habitaculum Spiritus ſancti, in villâ ſuæ quondam ditionis, vbi animam reddidit Creatori ſuo, vocabulo Curtis-Solra, vbi vterque ſuus parens, tumulati eſſe dicuntur. Poſt hæc à Rege inclyto Sigeberto, atque beatiſſimâ Virgine Aldetrude Abbatiſsâ tranſlatum eſt corpus eius in municipium Malbodium. *Vitioſè additum hîc* Sigeberti *Regis nomen, vt ſuprà monuimus: nam cùm is anno Chriſti 654. obierit, viginti ferè annis priùs ipsâ Aldegonde, non potuit ſanè tranſlationi illius intereſſe. An vir alius illuſtris adfuerit, Sigebertus nomine, quem poſteriores non ſatis exactè habitâ ratione temporis, Regem fuiſſe ſcripſerint; an potiùs interfuerit vel Francorum Rex Theodoricus, aut aliquis filiorum eius, vel Pipinus Herſtallus Maior-Domus, qui quandoque Rex dictus reperitur quia Regibus imperabat; haud poſſumus certò ſtatuere. Erat Aldetrudis à* S. Aldegonde, *vt antè ſcriptum, ad pietatem erudita, ſororis eius VValdetrudis filia, quæ omnino videtur, vt ſuo loco dicemus, ante annum 700. deceſſiſſe, cùm ei Madelberta ſoror ſuffecta ſit, quæ ab eadem Aldegunde erat religioſis moribus inſtituta.*

non præſente Sigeberto Rege facta:

Iun. 1161.

3 *Altera tranſlatio, aut potiùs reliquiarum in aliam capſam repoſitio, contigit anno Chriſti 1161. indict. 9. 6. Iunij. quo die ſecunda 6. Molanus in addit. ad Vſuardum, atque ex eo VVion:* Malbodij, oſtenſio corporis B. Aldegundis Virginis. *Eſt ea celebritas duplex ſecundæ claſſis, vt ex officiis propriis Malbodienſis Eccleſiæ patet. De eâ Sauſſaius eo die:* Malbodij in Hannoniâ oſtenſio corporis S. Aldegondis Virginis & Abbatiſſæ, S. Gudulæ ſororis: quæ ſacræ depoſitionis iure celebris

eſt

eſt penultimâ Ianuarij. *Memoriâ lapſus eſt vir eruditiſsimus; non ſoror S. Gudilæ fuit, ſed cognata, vt ex huius vitâ patet 8. Ianu. vbi Hubertus cap. 1. nu. 3. ita ſcribit:* Efferebatur quoque SS. Aldegondis ac VValdetrudis cognatione, quarum prior, Deo dicatâ ſuâ virginitate, ſe ſub regulari cohibuit diſtrictione, atque in eodem cælibatu curriculum peragens vitæ, nunc immaculati ſponſi comitur diademate. *Deſcripſit illam oſtenſionem, ſiue Tranſlationem Adrianus S. Gaugerici Cameraci Decanus, Malbodienſis Eccleſiæ Præpoſitus & Cancellarius,* quam ego vidi, *inquit nu. 1. & nu. 3.* cuius *odoris* ſuauitate ſumus omnes aſtantes mirabiliter refecti, ita vt innueretur nobis, Ecce odor filiæ meæ .... Ergo admirantes contulimus omnes: Quæ eſt iſta *&c.*

deſcripta ab Adriano:

tertia 26. Maij 1439.

4 *Tertia tranſlatio facta eſt anno 1439. Indict. 2. feriâ 3. Pentecoſtes, 26. Maij; ſtatutumq; eſt* huiuſmodi tranſlationis ſolennia celebrari in memoriale perenne feriâ tertiâ in feſtis Pentecoſtes, quocumque tempore euenerit, *vt infrà dicitur: licet nunc 13. Nouembris officio duplici ſecundæ claſſis Malbodij celebretur, nullâ factâ primæ Tranſlationis memoriâ. Deſcripſit eam quoque tranſlationem qui interfuit, vt ipſe teſtatur nu. 11.* Qui vidit & omnibus interfuit, ſcripſit hæc, perhibens de his teſtimonium.

ab oculato teſte deſcripta:

aliâ 18. Oct.

5 *Præter has tranſlationes, 18. Octobris, quo S. Lucas Euangeliſta officio duplici ſecundæ claſſis colitur, fit commemoratio* S. Aldegondis, *de quâ in Lectione IX. iſta habentur:* Fit autem hæc B. Aldegondis commemoratio ob eleuationem aliquam vel tranſlationem, quæ hodiernâ die facta creditur. *An fortaſſis eo tempore, quo Nortmanni Galliæ Belgicæ prouincias infeſtabant, aliò aſportatum eſt ſanctæ Virginis corpus, ac deinde relatum eo die? Eodem ſpectare videri poteſt, quod in MS. Martyrologio monaſterij S. Maximini X. Iunij habetur:* Eodem die remotio Aldegundæ Virginis.

& 10. Iun.

HISTORIA II. TRANSLATIONIS

Auctore Adriano Præpoſito Malbod.

AN. MCLXI. VI. IVNII.

1 OMnibus tam futuris quàm præſentibus in Chriſto fidelibus in perpetuum. Certum eſt quòd res geſtæ præſentium à memoriâ hominum dilabuntur per ſucceſſionem temporum. Igitur neceſſarium & honeſtum duxi ſcribere, & per ſcriptum vniuerſæ poſteritati memorialiter commendare, glorioſam oſtenſionem ſacri corporis ſanctæ Virginis Aldegundis, quam ego vidi, etſi minùs dignè, tamen deuotè & humiliter, & ordinem rei geſtæ diligenter denotaui, ſemper adſtans operi ſancto præſentialiter.

Auctor à ſe ſpectata narrat.

2 In nomine Domini VIII. Idus Iunij dies huius ſanctæ celebritatis eſt conſtituta, longeque lateque diuulgata. Aduenit *a* Nicolaus Cameracenſis Epiſcopus vir nobilis, & cum eo Archidiaconi, & quàm plurimi S. Mariæ, & S. Gaugerici Canonici, viri honeſti: aduenit & *b* Balduinus Comes Montenſis reuerendus, & *c* Alis vxor eius, mulier nobiliſſima & deuota; & cum eis Nobiles & potentes. Aduenerunt & Abbates multi, viri religioſi, confluxit & populus innumerabilis: allata ſunt & corpora *d* Sanctorum, S. Giſleni & S. VValdetrudis, cum magno comitatu virorum ac mulierum. Inſuper & Magiſter *e* Galterus Laudunenſis Epiſcopus venerabilis, vir religioſus & prudentiſſimus, aduenit gratiâ dilectionis Eccleſiæ noſtræ ductus, & à Domino Epiſcopo Cameracenſi ſocialiter vocatus. Sic ſanctæ Virginis Aldegundis curia ſolemnis eſt induta decore plenitudinis & glorià ineffabili.

a Multis viris illuſtribus præſentibus,

b c

d

e

3 Manè facto intrauerunt eccleſiam ſupradicti venerandi Epiſcopi, Abbates religioſi, chorus Canonicorum, Conuentus Dominarum ibidem famulantium, Comes & Comitiſſa, & cum eis qui fuerunt honeſtiores & ſanioris conſilij de curiâ, omnibus aliis excluſis, ianuis clauſis, ſeris firmatis. Celebrauit Miſſam Cameracenſis Epiſcopus, intromiſſis aſtantibus, & deuotè ſupplicantibus. Poſt hæc Epiſcopus Cameracenſis & Laudunenſis & Abbates officioſiſſimè parati ante menſam Domini proſtrati ſunt, & alterutrum confitentes, pſalmos pœnitentiales Domino decantauerunt, & ſanctam Sanctorum Litaniam deuotè compleuerunt. His ita geſtis diu & deuotiſſimè orantibus incedentes ad vetus feretrum acceſſerunt, & cum tremore nimio & reuerentiâ *f* deſillari iuſſerunt. Quo facto ſanctum vaſculum, in quo corpus ſanctæ Virginis quieſcebat, inuenerunt. Quo aperto, ſtatim exit odor ſuauiſſimus, cuius ſuauitate ſumus omnes aſtantes mirabiliter refecti, ita vt innueretur nobis, Ecce odor filiæ meæ, in quâ mihi benè complacui; odor, inquam, ſicut odor agri pleni cui Dominus benedixit. Ergo admirantes contulimus omnes: Quæ eſt iſta quæ aſcendit ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniuerſi pulueris pigmentarij?

celebratâ Miſſâ,

religioſè apertâ capſâ,

f

odor ſuauis exſpirat:

4 Acceſſit propiùs Cameracenſis Epiſcopus, manu tractans, & vnum de pedibus corio imputreſcibili & vngulis ſicut viuentes incorruptibiliter veſtitum, à corpore ſegregauit, & iuſtulit, & omnibus aſtantibus oſtendit, & factâ benedictione omnibus ſe humiliter inclinantibus, in loco a quo ſuſtulerat repoſuit reuerenter. Similiter & caput ſanctum ex maximâ parte cute incorruptibili coopertum, & capillulis quibuſdam adhuc veſtitum, ſuſtulit & o tendit inclinantibus ſe flebiliter; & pòſt corpori ſancto reiunxit.

pes Sanctæ non putrefactus oſtenſus populo,

item caput

5 Hac ſanctâ viſione omnes aſtantes iocùndati, & nimio deſiderio accenſi, acceſſerunt vt viderent propiùs, & oppreſſerunt Epiſcopos & Abbates vehementiùs & irreuerentiùs. Quod impatienter ferentes Epiſcopi, conſuluerunt vaſculum ſanctum cum ſacro corpore in ſacrarium interius deferri, vt poſſent miniſtrare expeditiùs & ſecretiùs. Quo facto, oſtio cum paucis intromiſſis clauſo, ſanctum vaſculum depoſuerunt, & ſic vnus ad caput, alius ad pedem humiliter accubitando ſe inclinauerunt, & tegulam vaſculi de parte vnius lateris diſiungentes deiecerunt, & ſubtili lineo panno ſubiecto, & ſubtracto alio panno ſerico pretioſo, corpus ſanctum tenaciter obligatum cum linteaminibus, quibus erat inuolutum, extraxerunt, & ſuper apparatos ſuſcipientes inuoluerunt, cum lacrymis orantes: Quàm pulchra & quàm ſuauis Virgo Aldegundis, ſponſa Chriſti, intercede pro nobis, & pro omnibus aliis ſupplicantibus tibi. Et quia Epiſcopi minùs erant docti in opere conſuendi, vocata eſt Alis Comitiſſa reuerenda, & Freſſendis eiuſdem Eccleſiæ Abbatiſſa honeſtiſſima, & Abbatiſſa de *g* Gyllenghien, quæ ad diem feſtum venerat, mulier deuota: quæ acceſſerunt, & reiectis palliis, & manibus expeditis, circa corpus ſanctum piè & lacrymabiliter miniſtrauerunt cum Epiſcopis. Et videres fideles mulieres opus agentes, tamquàm Martham & Mariam Domino miniſtrantes cum Apoſtolis.

in ſacrario inſuitur corpus pannо ſerico:

g

6 Inter agendum ad mentem rediit, quod ſæpè audieram à ſanctis Virginibus ſanctæ Virgini famulantibus in retroacto tempore, cùm de hoc negotio tractaretur, ita conſequentibus: O ſi me inueniat illa ſolemnitas! ô quanta cunctis erit tunc hanc viſuris iocunditas! ô putas videbo! In hoc oſtenditur quanto fuerunt accenſæ videndi deſiderio. Quod recolens, ad Epiſcopum flexo genu acceſſi, cuius benignitatem captando, dixi: Pater reuerende, vir nobiliſſime, tu ſcis quia nobilitas oritur de fonte pietatis, cuius gratiâ propitiare nobilibus ancillis ſanctæ Virginis, vt videant corpus ſpecialius, cui die ac nocte ſeruiunt, & quam præ aliis diligunt ardentiùs. Quo conceſſo, oſtio aperto omnes me ſuffragante intrauerunt, & ſanctum corpus humiliter venerantes cum effuſione ſanguinis cordis, id eſt, cum lacrymis, deoſculatæ ſunt: & exeuntes dicebant ad inuicem: Virgo ſancta, decus virgineum, decorans cælos cælorum, ſpecioſa ad videndum, glorioſa inter choros Sanctorum, quid retribuemus tibi? quas ſanctâ viſione tuâ muneraſti? Quæſumus propitiare nobis ancillis tuis vt dignè ſeruiamus tibi.

Auctore agente, Canoniſſis videndum & oſculandum proponitur:

AVCTORE ADRIANO.

7 His expletis, Episcopi sanctum corpus in vasculo nouo aromatibus condito posuerunt, & extra ecclesiam ad stationem publicam cum summâ veneratione detulerunt, ibique facto sermone ad populum, & factâ veniâ peccaminum, & datâ absolutione pœnitentibus per gratiam Episcoporum, Dominus Cameracensis caput sanctum sanctæ Virginis iterum denudauit, & omni populo spectanti denudatum ostendit, & factâ benedictione in loco suo cum corpore reposuit. Post hæc, totum sanctum corpus serico panno opertum super opertorium vasculi positum, Episcopi & Abbates religiosi circumstantes simul sustulerunt, & circumquaque deductum omnibus astantibus diligentissimè ostenderũt. Tunc omnis populus quasi vir vnus vnà Deum laudantes, vnâ deuotione pectora percutientes & capita inclinantes, deuotissimè venerati sunt. In illâ horâ quanta fuerit aëris serenitas, quanta omnium gaudia, quanta pietas, quàm miserabilia virorum ac mulierum suspiria, quantæ effusiones lacrymarum, solius Dei est cognoscere, & nostræ possibilitati vel indignitati non est præsumendum exponere. Denique corpus sacratissimum ceruino corio inuolutum, & firmiter consutum, in vasculo repositum tamquàm sepelientes, cum oratione tegulâ cooperturiâ superpositâ clauserunt: & pòst vasculum tantâ dignitate munitum in feretro nouo, auro & argento, sicut patet omnibus, pretiosissimè & artificialiter composito, depositum indissolubiliter sigillari iussérunt.

in nouâ thecâ repositur.

iam inhoctatum.

ostensum

innumerabili populo

8 His tam venerabiliter peractis ad sanctum feretrum omnes accesserunt, & multis muneribus & oblationibus sanctam Virginem cum deuotione honorauerunt: & ad propria reuertentes laudabant Deum, qui gloriosus est in Sanctis suis & mirabilis, qui sanctam Virginem mirabiliter conseruatam, & honoratam in terris mirabiliùs glorificauit in cœlis. Nec prætereundum est cum silentio, quòd cùm celebrata sit hæc ostensio ante ianuas templi in loco, sicut videtur, nimis arcto, (res miranda!) astiterunt tamen simul ibi ferè XL. millia virorum ac mulierum, sicut à pluribus qui viderunt est contestatum; & omnes sanctâ visione sunt lætati, & nulli de grauamine oppressionis sunt conquesti. Credimus autem quòd locus tam astrictus tot millibus minimè sufficisset, nisi largitas omnipotentis Dei pro merito & gratiâ sanctæ Virginis sic ordinasset. Ipsi gloria, decus, & imperium viuenti in secula seculorum, Amen.

6. Iun. 1161.

9 Actum Malbodio, anno Incarnati Verbi MCLXI. Indictione IX. Epactâ XXII. concurrente VI. anno decennoualis cycli III. regnante Frederico Imperatore Romanorum Augusto, altercantibus de Sede Apostolicâ *b* Rolando & Octauiano, Remis præsidente *i* Sampsone venerando Metropolitano, præsulatus Nicolai Episcopi Cameracensis anno XXV. monarchiam Haynonij gubernante Balduino Comite reuerendo, *k* Iolendis nobilissimæ filio, Alis Comitissà Namurcensis Comitis nobilissimi filiâ. Ego A. S. Gaugerici Decanus, Malbodiensis Ecclesiæ Præpositus & Cancellarius scripsi & recensui.

a *Nicolaus Claret Episc. Cameracensis obiisse traditur apud Claud. Robertum an.* 1167. *sexto nimirùm post hanc translationem.*

b *Hic est* Balduinus III. *cognomento* Ædificator, *Hannoniæ Comes, qui anno* 1171. *obiit, Montibus in S. VValdetrudis æde sepultus.*

c *Hac alibi* Alida *dicitur, &* Aleidis, *& de matris nomine* Ermensindis; Godefridi *Comitis Namurcensis filia.*

d *Hic olim mos fuit vt ad Sanctorum translationes, publica pacta, pacificationes &c. ex variis locis Diuorum pignora adferrentur.*

e *Hic Cl. Roberto dicitur* Galtherus de Mauritaniâ, *consecratus Romæ an.* 1155. *mortuus an.* 1173.

f Siller *&* desliller *voces sunt Gallicæ, quæ* consuere, *siue* penitùs claudere; *&* dissuere, *siue* dissoluere *&* aperire *significant. Hinc* desillari *Auctor deflexit.*

g Gillenghemium *monasterium est Virginum ord. S. Benedicti in Hannoniâ, conditum sub an.* 1126. *ab Idâ de Cruiâ nobili feminâ, & Idâ matre Nicolai Episcopi Cameracensis, vt scribit Gazæus in hist. Eccles. Belgicâ.*

h Rolandus *Cardinalis post mortem* Adriani IV. *initio Septembris, anno* 1159. *Pontifex electus, dictusq;* Alexander III. *A duobus solùm Cardinalibus electus est Antipapa* Octauianus, Victor *nuncupatus; huic Fredericus Imperator adhæsit. Videtur hic scriptor ignorasse, vtrius legitima esset electio, cùm hæc scripsit.*

i *Hinc Cl. Robertum corrigas, qui* 11. *Augusti* 1160 *mortuum scribit hunc* Sampsonem de Pratis *Archiepiscopum Remensem. Huius mentio fit* 20. *Aug. in Vitâ S. Bernardi lib.* 4. *cap.* 5. *vbi dicitur* vir magnificus & deuotissimus eius *(Bernardi)* amator.

k Iolendis, *siue* Iolenta, *ex Comitibus Pontiui orta, vxor fuit* Balduini II. *Hannoniæ Comitis, mater* Balduini III.

HISTORIA III. TRANSLATIONIS.

Auctore anonymo, teste oculato.

CAPVT I.

Translatio S. Aldegondis decreta.

AN. MCCCXXXIX. XXVI. MAII.

1 SOlet vetustas delere de memoriâ hominum opera etiam magnifica, nisi historiis vel annalibus annotentur. Igitur vt quæ gesta sunt his diebus de Translatione corporis beatæ Virginis Aldegundis, & reseruatione pretiosi capitis eius extra nouam capsam, sint omnibus præsentibus & futuris fidelibus in generationes seculorum, nec de eorum cordibus vnquam deleat obliuio, scriptis præsentibus duximus committendum.

2 Gratias agamus vniuersi diuinæ pietati, quæ in mediis angustiis huius terrestris habitationis nequam, multis nos solatur remediis, sicut ante nos Propheta commemorauerat, cùm inquit; Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Fidelis quippe Deus in promissis seipsum negare non potest, qui pollicitus est esse cum seruis suis in tribulatione, & eripere, & glorificare eos. Dudum, scilicet anno Verbi incarnati millesimo centesimo sexagesimo primo, placuit omnium bonorum largitori mirificare sanctam suam electam Aldegundem, & transferri corpus eius de locello veteri in nouum pretiosum satis; eo tempore, quo Petri nauicula, id est, Ecclesia militans, magnis agitabatur fluctibus, & quo inconsutilem tunicam Christi, quam Iudæorum impietas disrumpere non præsumpsit, duo de Papatu contendentes, quantum in se est lacerabant. Quo in tempore misertus Ecclesiæ Malbodiensium Deus gaudia de translatione illâ conferens, sub tanto calamitatum pondere respirare concessit. Sic semper immensæ clementiæ placuit aduersis componere prospera, bona malis, iocundaque tristibus. Plena sunt huius veritatis vtriusque Testamenti diuina volumina: quod videre est in populo Dei, quem sæpè liberauit de manibus inimicorum suorum, & in Apostolis & Martyribus atque electis Christi, quos de periculis, de angustiis & mortibus & tyrannis, ne absorberentur, clementer eripuit. Reuerà hoc habet omnis qui colit Deum, quòd vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur; si in tribulatione, liberabitur; si in correptione fuerit, ad misericordiam licebit peruenire. Corripiebat nempe diebus istis Deus habitatores huius regionis, sicut propinquas & exteras nationes, nunc fame, nunc peste, aliquando gladio, malaque sua multiplicabat in eis; inter quæ hoc vnum fuit grauissimum, quòd inter *a* Concilium generale Basileæ legitimè congregatum, & summum Pontificem de auctoritate Conciliorum generalium erat non parua dissensio: quibus in fluctuationibus consolatus est Ecclesiam Cameracensem Dominus in partibus Hannoniæ, specialiter in regione Malbodiensium, & ostendit eidem misericordiam, ad quam gratiâ suâ datum est ei peruenire, quando thesaurum pretiosum corporis beatæ Virginis Aldegundis diu in locello veteri reconditum, in vas nobile subtili artificio nimiâque ambitione & auro & argento fabricatum transferri disposuit.

Psal. 93. 19.

Vt 2. translatio calamitoso tempore facta,

ad solatium piorum,

ita & tertia;

a

3 Ante

3 Ante ſiquidem lapſis multis annorum curriculis cœptum fuerat hoc inſigne vaſculum; ſed malitiâ temporum præpediente, iam primò conſummatum eſt. Cumque Dominæ Abbatiſſæ & toti collegio Domicellarum Virgini memoratæ deuotè famulantium præſentaretur aſpectibus, quarum ſumptibus pro magnâ parte fuerat conſtructum, laudauêre pariter omnes immenſam Dei ſapientiam, quæ tam induſtrios ſuæ famulæ præparauit artifices. Ad Reuerendum in Chriſto Patrem Dominum *b* Ioannem Præſulem Cameracenſis Eccleſiæ nuntios mittunt pro tranſlatione ſacri corporis de veteri in hoc nouum mauſoleum fiendâ: quarum precibus pius Pater præbet aſſenſum. Tamen variis interuenientibus curis paſtoralis officij, morte præuentus, conceſſa implere non potuit. Ne tamen tam ſanctum propoſitum præfatarum B. Aldegundis ancillarum & totius patriæ iret in vacuum; ad Capitulum prædictæ Cameracenſis Eccleſiæ viri probati deſtinantur, pro ipsâ tranſlatione cauſſam acturi: quos gratè ſuſcipit, & lætâ mente remittit exauditos, diſponens Reuerendum in Chriſto Patrem Dominum Hugonem Dagnenſem Epiſcopum, Vicarium in Pontificalibus Sedis vacantis, & venerabiles viros, Paulum Beye Archidiaconum maiorem in Eccleſiâ Cameracenſi, & Ægidium Carlerij Sacræ Theologiæ Profeſſorem Decanum eiuſdem Eccleſiæ Vicarios in ſpiritualibus & temporalibus ipſius Sedis, omnia quæ ad hoc ſacrum myſterium ſpectant opportuno tempore facturos.

diu expetita,

b ab Epiſcopo promiſſa,

Sede vacante facta.

a Baſileenſe *concilium à Martino V. indictum legitimè anno* 1431. *Eugenius Martini ſucceſſor ſolui iuſſit. Qui coierant adeò non obtemperarunt, vt etiam alium Pontificem elegerint* Amedeum *Sabaudum, quem* Felicem V. *dixerunt: ab hac Synodo conſtituta ſanctio ſynodica à Carolo VII. Galliæ Rege & Pariſienſi Senatu recepta eſt anno* 1438. *nec niſi Franciſco Rege ſublata. Inde fortaſſis hic Auctor, qui an* 1439. *quo ſynodus Florẽtina ab Eugenio IV. indicta, aut certè non multò pòſt ſcripſit, concilium iſtud Baſileenſe ait* legitimè congregatum; *præſertim cùm Philippus Burgũdus Belgij Princeps iiſdem Baſileæ congregatis adhæreret, à quibus Petri Luxemburgij canonizationem petiit.* Amedeus *poſteà ſponte ſe abdicauit, & à* Nicolao V. Eugenij *ſucceſſore in Cardinalium cœtum cooptatus eſt. Durauit Baſileenſe concilium à* 7. *Dec.* 1431. *ad* 16. *Maij* 1448.

b *Hic fuit* Ioannes de Gaure, *Petri Aliacenſis ſucceſſor, mortuus an.* 1438.

CAPVT II.

Tranſlatio ſolenniter peracta.

4 CVmque ſtatutum tempus adueniſſet, præfati venerabiles viri iuſſa complentes, Malbodium adeunt, cum honore & gaudio ab Abbatiſsâ & toto Domicellarum Capitulo ſuſcepti. Ex quâ horâ lætitia ingens in toto oppido monſtrata eſt: tympana iubilare plauſibiliter nocte totâ non ceſſauerunt. Et dum orto ſole læta dies, quam fecit Dominus, acceſſiſſet, ingredientibus templum Domini, Reuerendo Patre Epiſcopo, & venerabilibus Archidiacono & Decano memoratis; adſunt ad hoc grande ſpectaculum venerabiles Patres Abbates *a* S. Gillen, *b* d'Aumont, *c* S. Dionyſij in Brocqueroya, *d* de Lieſſies, de *e* Maricolis, *f* Bonæ-ſpei, & de Tenellis: Decanus & Canonici S. Quintini in Eccleſiâ S. Aldegundis Malbodienſis, Decanus Chriſtianitatis eiuſdem loci, Decani Eccleſiarum Sonegienſis, S. Germani Montenſis, & de Binchio: Abbatiſſa cum toto collegio Domicellarum S. Aldegundis Malbodienſis: nonnullæ etiam Domicellæ Eccleſiæ S. Waldetrudis Montenſis; Rector Parochialis Eccleſiæ S. Germani Montenſis, vir famoſus; ac multi Eccleſiaſtici ſpectabiles; quorum nomina nobis incognita, ſed Deo cognita, precamur ſcripta ſint in libro vitæ.

Magno concurſu populi,

a b c d e f præſentibus Prælatis,

5 Adſunt his rebus agendis nobiles & inclyti Domini, *g* D. Ioannes Dominus de Ieumont & de Caſtello in Ardennâ; Ioannes primogenitus Domini de Linge; D. Michaël de Linge, Dominus de Barbançon, D. Ioannes Dominus de Boſſut & de Gaumerage, Ægidius Dominus de Barlaimont, & de Pierewiers, Pincerna Hanoniæ; D. Simon de Lalaing; D. Sanſo de Lalaing frater eius; Anſelmus Dominus de Traſegnies & de Silli; D. Adrianus Dominus de Trelon; D. Eurardus Dominus de Haja & de Ghoy; D. Pinchardus de Ghaure, Dominus de Freſin; Gerardus Dominus de Ville; D. Gerardus Dominus de Boſſut & de Serfontaines; Iacobus Dominus de Harchies, Præpoſitus Malbodienſis; Ægidius de Harchies, frater eius, Præpoſitus Villemontenſis; Ioannes dictus Broyant de Sars, pater; Ioãnes dictus Broyant de Sars, filius, Scutiferi; & plures nobiles Dominæ, ſcilicet Domina Abbatiſſa de le Thure, D. Maria de Melun, Domina de Hourdaing, Domina de Barbençon, Domina de Linge, Domina de Lens, Domicella vxor dicti Domini de Berlaimont.

g aliis nobilibus viris,

Auctore ANONYMO, *Ex Mss.*

& feminis.

6 Quibus, & innumeroſæ multitudini quam cãpere potuit eccleſia, factus eſt per præfatum Decanum ſermo in eadem ad gloriam Dei, ad laudem beatæ Virginis Aldegundis, & ſalutem circumſtantis populi. Quamuis enim erectum fuiſſet foris tabernaculum prominens, vulgò *h* Hourt nominatum, eidem eccleſiæ contiguum, vt ibi ſermo fieret, & cetera myſteria; temporis tamen diſpoſitio non ſinebat populum eſſe ſub dio ipsâ horâ ſermonis; poſt quem, ad ſolatium incredibilis multitudinis, Deo volente, imbres pelluntur, & aura ſatis grata redditur. Tunc venerabilis Epiſcopus, cum Archidiacono & Decano, Prælatis & Eccleſiaſticis viris, & mulieribus, in ſpiritu humilitatis & animo contrito de templo ad tabernaculum progrediuntur, vt ſpectare valeat cunctus populus tranſlationem optatam, in ipſo iam delatis feretris nouo & veteri. Sed dum incedit proceſſio, à collegio Domicellarum Pſalmi pœnitentiales decantantur flebiliter. Exiſtentibus autem in tabernaculo Reuerendo Epiſcopo, Archidiacono, & Diacono, cum Prælatis Eccleſiaſticis, & Nobilibus, ante corpus ſanctum in veteri mauſoleo, orationes cum lacrymis, flexis genibus, manibus iunctis, fiunt á ſingulis: dehinc Letaniarum officia cum aptis orationibus ſubſequuntur.

h post concionem

& publicas preces,

7 Poſt hæc Epiſcopus ſurgens ab oratione, illud vas nobile mirificumque feretrum, mox futurum ſepulchrum corporis ſacri, conſecrat reuerenter. Quo officioſè peracto, ad vetus accedit trepidus, Archidiacono & Decano ei famulantibus ſtudioſè: qui iubet illud diſcooperiri, & per induſtrios viros reſerari ſigilacula. Quibus ſolutis priuſquam loculus, in quo iacet ſanctum, de capsâ trahatur, Præſul venerabilis cum ſuis Archidiacono & Diacono collegis, in oratione proſternuntur: ſimiliter ceteri Prælati Eccleſiaſtici & Nobiles aſtantes, culpas & indignitates proprias confitentes; fiduciâ tamen de Dei miſericordiâ, & clementiâ Virginis ſanctæ, cuius myſteria geruntur, acceptâ, accedit propiùs, ſepulchrum ſeu loculum ipſum de capsâ illâ veteri deponit. Quod cùm eſſet firmiter clauſum, iubet firmacula reſolui, & eleuans ſuperiorem tabulam, notas facit Dominus latentes in illo virtutes. Nam vt digniſſimum corpus cœpit videri, ſuauiſſimus odor omnes repleuit aſtantes mirabiliter: prodeunt gaudia foris: & iam ſe continere non valentes, in voces prorumpunt exultationis & laudis: manus de notas tollunt in cælum, glorificantes Dei potentiam, quæ famulam ſuam beatam Aldegundem tantis cumulat honoribus, vt non modò anima à poteſtatibus Angelicis in cælis, ſed & corpus tam reuerenter veneretur à mortalibus in terris. Nobilium & totius populi miro modo exultat ſpiritus, & clamor magnus in Rama, id eſt in excelſo auditus eſt, quidam ſuſpiria ab imo trahunt præ gaudio, alij tundunt pectora, decorẽ corporis ſanctiſſimi videntes, & ſuam infirmitatem ſcientes: reliqui in cælum manus extendunt famulam Dei mirantes, & omnes ipſam aduocatam poſt Matrem Dei & patronam adorantes. Non fuit de memoriâ hominum tam læta dies, tam gratiâ plena, dum tam rarò viſa patriæ patrona cernitur, tam diu deſiderata videri conſpicitur. Eleuat enim ipſum corpus digniſſimum de ſepulchro, & omnibus oſtendit Præſul venerabilis, adiuuantibus

aperitur feretrum:

ſuauis odor exſpirat.

populo exultante:

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

iuuantibus illum Archidiacono & Decano præfatis. Illud autem obuolutum erat corio ceruino foris, firmâ clauſum ligaturâ, prout poſuerunt Patres noſtri, tempore prioris tranſlationis in monumento. Verùm adeò erant tam firma omnia, ac ſi recenter poſita fuiſſent, ita vt labor eſſet iſta ſoluere cultro. Aperitur itaque, licet difficulter, à parte capitis, & ipſum inde extrahunt, vt ſeparatim in reliquiario condentes veneretur. Hoc autem factum eſt communi Reuerendi Antiſtitis, Archidiaconi, Decani, Abbatiſſæ collegij Domicellarum, Decani & Canonicorum eiuſdem loci conſenſu, vt multiplicatis honoribus cumulatiùs Virgo colatur, dum corpus in mirabilis pulchritudinis feretro, & caput in reliquiario præparando à ſupplicibus & deuotis adorabitur.

corpus à capite ſeparatur.

a *De* S. Giſleni *monaſterio & oppido actum alibi, & plenius 9. Octob. ad vitam S. Giſleni.*

b *De* Alti-montis *cœnobio, Gallicè* Hault-mont, *ſuprà in hâc vitâ, & in S. Marcelli 16. Ianu actum.*

c S Dionyſij in Brocqueroya *monaſterium Ordinis Benedictini, iuxta Montes Hannoniæ, à Richilde Comitiſſâ fundatum anno* 1082. *vt patet ex Miræi Notitiâ Eccleſiarum Belgij.*

d *De Latienſi monaſterio actum eſt 7. Ianu. ad vitam Venerab. Ludouici Bloſij. Præerat tunc cœnobio huic* Ioannes *Abbas, qui 27. Iulij eodem anno obiiſſe traditur in Chronico Latienſi.*

e *De Maricolenſi cœnobio actum eſt ſuprà, & plenius ad vitam* S. Humberti *fundatoris.*

f Bonæ-Spei *monaſterium Ord. Præmonſtratenſis prope Binchium oppidum in Hannoniâ, cuius ſecundus Abbas fuit* Philippus Haruengius, ab Eleemoſynâ *dictus, ſcriptu celebru, S. Bernardo familiaris.*

g *Extant pleraque nobilium familiarum, è quibus hi Proceres erant, ſed illuſtrioribus iam ornata titulis.*

h *Id eſt* theatrum.

CAPVT III.

Reliquiæ venerabiliter reconditæ.

8 QVibus ſic peractis, Præſul ipſe venerabilis capitis ſacratiſſimum Virginis manibus geſtans, ſpectanti multitudini nudum oſtendit: cui reuerenter omnes adgeniculantes, cum lacrymis, exultatione ſpiritus, manibuſque iunctis, miſericordiam Dei per interceſſionem Virginis efflagitant. Stupent autem ad miraculum, dum cernunt in illo cutem & capillos ſatis multos adeſſe, & aliquot dentes, cùm migrauit ad Chriſtum euolutis circiter octingentis nouem annis: nec aliud aut parum ſit immutatum à tempore prioris tranſlationis, quo circiter ducenti ſeptuaginta octo anni fluxiſſe creduntur. Sed hoc eſt, quod dictum eſt à Domino, qui Sanctos ſuos ita glorificat: Capillus de capite veſtro non peribit. Profectò iam arrhâ incorruptibilitatis ſponſæ ſuæ Dominus corpus ornat, cùm ipſum à reſolutione tanto nobis tempore ſeruat, inſinuans, quàm magna eſt gloria domus ipſius, & habitantium in eâ, quanta ſuauitas, quanta claritas, dum humilis Virginis Aldegundis corpori tantos largitur honores. Ipsâ horâ, vt creditur, omnium calamitatum, preſſurarum, anguſtiarum omnes immemores, tantùm veneration pretioſi capitis intendebant, meliora in futurum ex viſione huiuſmodi ſperantes.

Caput populo oſtenditur, adhuc cute & capillis tectum.

Luc. 21. 18.

9 Cumque per tabernaculi longitudinem venerabilis Præſul, ipſum honorabile caput oſtendendo, morosè gyraſſet, ad locum veteris ſepulchri reuerſus, & ipſo pretioſis linteaminibus inuoluto ac ſeorſum repoſito, tranſlationi corporis intendit deuotiſſimè. Aſſumptoque illo, ac de locello in quo tam diu iacuerat eleuato, auxiliantibus venerabilibus Archidiacono & Decano ſæpius memoratis, omni ſpectanti populo patenter oſtendit. In mediis lacrymis gaudia prodeunt, modulatam conſonantiam procul emittunt. Aliquamdiu igitur

Corpus oſtenſum.

corpore Virginis ſubleuato, in nouum ſepulchrum nouo feretro aptatum, chriſmate & aliis ſanctificationibus conſecratum, Præſul reponit. Iubet iſtud clauis firmari, & ſuo annulo multis ſignat in locis. Sicque compoſitum, ad feretrum mirificum, chriſmate multiſque cæremonialibus ritibus ſanctificatum, ipſi, Præſul, Archidiaconus & Decanus deferunt, & intus ſubmittunt; venerabilibus Patribus Abbatibus, Dominâ Abbatiſſâ, & collegio ancillarum Chriſti, & Virginis Aldegundis, Nobilibus & toto populo cuncta cernentibus. Feretrum ipſum habens in ſe nobilem theſaurum corporis ſancti, capite foris ſeruato, clauditur firmiſſimè, feratur repagulis, clauis, alliſque ferri armamentis.

in nouo feretro obiectum:

10 His omnibus ita geſtis, adſunt quatuor vel ſex maiores natu in Nobilibus, qui cum nonnullis viris Eccleſiaſticis ipſum nobile feretrum, hoc pretioſum manna corporis Virginis B. Aldegundis habens, aſſumunt in humeros, ad eccleſiam de tabernaculo delaturi. Præcedit chorus collegij Domicellarum, & Canonicorum, altiſonè canentium hymnum Angelicum, Te Deum laudamus: cum quibus aſtat venerabilis Archidiaconus, manibus tenens pretioſum Virginis caput reuerenter, quem feretrum deferentes ſequuntur: quos Prælati, ad vltimum Reuerendus Epiſcopus, & iuxta eum Decanus, omnibus concinentibus deuotè & gaudenter hymnum memoratum. Cùm ad medium eccleſiæ ventum eſt, feretrum ſiſtitur, luminaribus & pannis ſericis omni parte circùpoſitis. Completo autem hymno, Antiſtes præfatus has laudes verſiculo & oratione concludens, verſùs altare maius progreditur, præcedentibus Prælatis, Archidiacono caput ipſum deferente, & Decano, & dum Pontifex ſacris veſtibus induitur ad celebranda diuina, venerabilis Archidiaconus humiliter reuetenterque caput beatæ Virginis ſuper altare reclinat, in quo manet quamdiu Miſſa celebratur. Interim populus cateruatim ad feretrum fert munera, vnuſquiſque ſecundùm ſuam facultatem. Interim reſonant organa laudis, chorus Canonicorum iubilat, Domicellarum collegium pſallit Domino, mente pſallit & ſpiritu. Præſul deuotus gratias agendo & orando ſacrificia complet. His ad finem vſque deductis, quidam, quorum Deus tetigit corda, dona offerunt ad pretioſum caput in altari, vt reliquiario fabricando decenter claudatur. Quibus venerabilis Archidiaconus ſæpè memoratus viam parat, & primus largiter tribuit. Poſt hæc rediens de ſanctuario Epiſcopus, refert in illud, collocanſque inter reliquias pannis mundiſſimis circumuoluit; & ne quiſpiam præſumat ad nudum illud contingere, aut aliquid mali perpetrare, diligenter ipſe ſuo ſigno, & præfati Archidiaconus & Decanus ſigillo Sedis Cameracenſis vacantis cõmuniunt. Et ſic omnes Deum glorificantes redeunt ad propria.

referuntur ad templa;

caput in medio templi,

altari collocatur;

poſt Miſſam

& varia dona oblata,

reponuntur in ſacrario.

11 Qui vidit & omnibus interfuit, ſcripſit hæc, perhibens de his teſtimonium, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. Acta fuerunt hæc anno Incarnationis Dominicæ MCCCCXXIX. Indictione ſecundâ, feriâ tertiâ, in feſtis Pentecoſtes, quæ tunc fuit XXVI. menſis Maij: præſidente in Eccleſiâ Domino Eugenio Papa IV. Alberto Rege Romanorum & Duce Auſtriæ, Karolo VII. Chriſtianiſſimo Rege Francorum, Philippo Duce Burgundiæ illuſtri, Domino Hannoniæ; Sede ipsâ Cameracenſi vacante, à quâ ſtatutum eſt huiuſmodi tranſlationis ſolemnia celebrari in memoriale perenne, feriâ tertiâ in feſtis Pentecoſtes, quocumque tempore euenerit; præſentibus Reuerendo Epiſcopo, Archidiacono, Decano, Abbatibus, Dominabus, Domicellis, Eccleſiaſticis & Nobilibus ſuprà memoratis, cum incredibili multitudine populorum.

Quando hæc facta.

DE

DE S. ARMENTARIO

EPISCOPO TICINENSI IN ITALIA.

POST AN. CHR. DCCXXX. XXX. IANVAR.

S. Armentarij natalis,

1 *LIcet S. Armentarij, & aliquot aliorum Ticinenſium Antiſtitum, geſta, ob crebras eius vrbis vaſtationes interciderint; eius tamen corpus ibidem in ſacrario maioris Eccleſiæ religiosè aſſeruatur, agiturq́; eius natalis XXX. Ianuarij; quo die Martyrologium Romanum:* Papiæ S. Armentarij Epiſcopi & Confeſſoris. *Galeſinius:* Papiæ S. Armentarij Epiſcopi & Confeſſoris: cuius corpus vbi reconditum eſt, diuino munere multis miraculis eluxit. *Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ de eius vitâ hæc ſcribit:*

Acta ex Ferrario.

2 Armentarius Eccleſiæ Ticinenſi poſt S. Damianum circa annum à Chriſto nato 720. Epiſcopus præfuit. Is orationibus maximè addictus erat, dicereq́ue ſolebat, iuſta iuſtè petita non exaudiri impoſſibile eſſe; & orationem ad impetrandum quod petimus efficaciſſimam eſſe, imperioq́ue ſublimiorem: vis enim orationis aiebat vim ignis extinxit, ora leonum concluſit, bella diſſoluit, dæmones expulit, tempeſtates & morbos fugat, mortiſq́ue vincula diſrumpit, iram Dei malaq́ue omnia à nobis auertit. Cùm vir ſanctus Eccleſiam Ticinenſem aliquot annos ſanctè adminiſtraſſet, tertio Kal. Febr. quâ die eius natalis ab Eccleſiâ Papienſi recolitur, ad præmium euolauit in cælum. *In Notis addit:* Fertur in epiſcopatu annos 12. vixiſſe, obiiſſèq́ue Gregorio III. Pontifice, & Leone Iſaurico Imp. Iconoclaſtâ. *Sedit Gregorius III. à 16. Februarij, an. Chr. 731. Leonis Imp. 15. vſque ad 28. Nouemb. an. Chr. 741. Copronymi Imp. 1.*

3 *Agit de* S. Armentario *Stephanus Breuentanus lib. 2. atas. hiſt. Ticin. cap. 20. qui cap. 11.* S. Damianum *Armentarij ſucceſſorem, de quo agemus 12. Aprilis, ait anno 690. Epiſcopum eſſe creatum, ſediſſe annis 30. Hunc Ferrarius, vt iſthic dicemus, oſtendit ante annum 690. Epiſcopum eſſe factum. Eadem ferè, quæ Ferrarius ac Breuentanus, de* Armentario *ſcribit Ioannes Maria Spelta in Catalogo Epiſcoporum Ticinenſium.*

DE B. AMNICHADO

MONACHO INCLVSO, FVLDÆ.

ANN. MXLIII. XXX. IANVAR.

Fuldæ B. Amnichadi natalis,

1 INter Franconiam ac Haſſiam, *notas Germaniæ prouincias,* Buchonia *iacet ſilua, à fago arbore, quæ plurima iſthic enaſcitur, &* buche, *vel* buchbaum *Germanis dicitur, nomen ſortita. In eâ ad* Fuldam *amnem conditum à S. Bonifacio Epiſcopo monaſterium, & ipſum* Fuldæ *nomine appellatum; cuius antiquitates libris quatuor complexus eſt Chriſtophorus Brovverus noſter. Eò in cœnobio cùm alij vixêre ſancti viri, tum ſeculo XI.* Amnichadus *Scottus, qui annos complures cellæ incluſus ſanctiſſimè exegit, obiitq́; hoc XXX. die Ianuarij. quo die VVion ita ſcribit:* In Buchoniâ, Fuldenſi monaſterio, depoſitio S. Amnichadi Scoti, monachi recluſi; in cuius morte, ad eius declaranda merita, viſiones cæleſtium luminum apparuêre, & pſalmodia ad eius ſepulchrum diuinitus emiſſa audita eſt. *Paria habet Hugo Menardus, Benedictus Dorganius, Ioannes VVilſonus in Martyrol. Anglicano, Dauid Camerarius lib. 3. de Scotorum pietate, qui omnes abſolutè* Sanctum *ſcribunt, vti & MS. quoddam Kalendarium SS. Ord. S. Benedicti, & Ferrarius in generali Cat. SS. In nomine variant: plerique* Amnichadum *vocant, Camerarius etiam* Annichadum; *MS. citatum,* Ammechadum; *Marianus* Annuchadum, *Florentius VVigornienſis* Animchadum; *Ferrarius hîc* Amnicardum, *at Kalendis Februarij* Annachardum, *fors diuerſum ratus; Georgius Conæus* Ammichabum; *Brovverus* Amichadum.

variè ſcriptum nomen.

2 *Obiit anno 1043. ad quem annum ita ſcribit Marianus Scotus:* Annuchadus Scotus & incluſus obiit III. Kalend. Februarij, in monaſterio Fuldenſi: ſuper cuius ſepulchrũ viſa ſunt lumina, & pſalmodia audita. Super quem ego Marianus Scotus 10. annis incluſus ſuper pedes eius ſtans quotidie cantaui Miſſas. *Ita Marianus vulgatus, ſed quem à librariis mutilatum conſtat ex Florentio VVigornienſi, qui anno 1119. à Mariani morte 31. deceßit; hic enim ad annum 1043. ita ſcribit:* Animchadus Scotus monachus & incluſus in Fuldâ obiit, ſuper cuius ſepulchrum Marianus huius Chronicæ auctor, decem annis ad pedes eius ſtans incluſus Miſſam cantauit; qui etiam hæc de ſupradicto Animchado retulit. Ipſe, inquit, cùm in Hibernià eſſet inſulâ, quæ Keltra dicitur, quadam die Fratribus quibuſdam aduenientibus, cum licentiâ ſenioris ſui, nomine Kortram, caritatem eis fecit. Cumq́ue quidam poſt cibum eſſent egreſſi; illi qui remanſerant, ad ignem ſe calfacientes conſederunt, atque bibere ab eo petierunt, quo nolente ſine licentiâ coëgerunt illum. Tandem conſenſit; priùs tamen ex eo potu ſeniori ſuo quaſi benedictionem miſit. Craſtino autem ab eo interrogatus, vnde ſibi illum potum miſiſſet, omnia quæ geſta erant retulit: moxq́ue propter hanc tantùm culpam eum ſenior de Hibernià exire iuſſit. Quod ille humiliter adimpleuit, ſicq́ue Fuldam veniens ſanctè viuendo incluſus, vt prædixi, obiit. Hoc autem mihi retulit Tigernah ſenior meus, cùm quamdam culpam paruam coram eo feciſſem.

Is Scotus in Hibernià monachus,

ob leuem culpam, iuſſu Abbatis exulat:

3 Me quoque audiente in Fuldam incluſo, quidam religioſiſſimus eiuſdem cœnobij monachus, nomine Gulielmus, ſupradictum Animchadum, iam ſepultum, rogauit vt ſe benediceret: atque, ſicut poſteà mihi confirmauit, eadem nocte per viſum videre Animchadum .... in ſepulchro ſuo ſtantem, nimio fulgore nitentem, & extentâ manu ſe benedicentem; totamq́ue ipſam noctem etiam ego mellifluo plenam odore duxi. Hæc ait Marianus.

mortuus monacho benedicit.

4 *Ita Florentius.* Tigernah *hic Mariani Magiſter alius longè eſt ab eo quem Carthuſiani Colonienſes 4. April. referunt; nam is S. Brigidæ æqualis fuit, vt ex eius vitâ patet. Georgius Conæus lib. 1. de ſtatu religionis apud Scotos, ſcribit Amnichadum* non ignobili in Scotiâ loco natum. *Idem habet VVilſonus in Martyrologio. Recenſet eum Trithemius inter viros illuſtres ordinis S. Benedicti, & Sanctum appellat, lib. 3. cap. 244. Eius quoque meminit in Chronico Hirſaugienſi. Chriſtophorus Brovverus noſter lib. 1. Antiquit. Fulden. cap. 20. de eo ita ſcribit, agens de Richardo Abbate:* Iniit ipſe munus ſuum poſt Henrici Imperatoris exordia; cumq́ue aduenas trans mare monachos S. Benedicti noſſet, inſigni perfectioris vitæ ſtudio ac ſeueritate diſciplinæ ex Scotiâ veniſſe in Germaniam, dedit operam vt ad excutiendum ſuorum torporem, & accendendum exemplo virtutem, complures Scoticæ gentis monachos Fuldam accerſeret; horumq́ue accuratis vitæ doctrinæq́ue ſtudiis, veterem pietatem ac eruditionem apud ſuos excitaret. Id quod Marianus Scotus non ſiluit, qui & Amichadum monachum Scotum in Fuldenſi monaſterio vitæ ſanctimoniâ clarum celebrat ad annum Chriſti MXLIII. quo & obiit. Quippe is priſco ritu iſthic arctiùs incluſus ea ſanctitatis opinione vixit, vt ſuper eius ſepulchrum & cæleſtia viſa lumina, hauſtæq́ue voces Angelicæ pſalmodiæ.

à variis laudatur.

cur Fuldam euocatus?

miraculis claret.

DE

DE S. ADELELMO, siue ELESME,

ABBATE, BVRGIS IN HISPANIA.

CIRCITER AN. MC. XXX. IANVAR.

1 *Burgis, Castellæ veteris clarissimâ vrbe, celebris est* S. Adelelmi *veneratio, qui vulgò* Eleſmes, *siue* Leſmes *appellatur. Nam licet alterum alij* Leſmem, *siue* Eleſmem, *aut* Eleſmum *statuant, vtroque tamen nomine priorem etiam appellant. Posterior traditur S. Iuliani Episcopi Conchensis famulus fuisse, vt ad huius vitam 28. Ianu. diximus cap. 2. nu. 7. lit. k. Antonius Tepes Chronic. Benedictin. to. 6. xentur. 7. ad an. 1091. cap. 2. scribit eum, dum egentibus triticum Antistitis sui iussu metitur, vi laboris rupto omento herniam contraxisse perquàm molestam, quæ illi in reliquam deinceps vitam magnos dolores attulerit, quos ille insigni patientiâ tolerauit, atque Antistite vitâ functo Burgos reuersus sanctissimo fine vitam concluſit; ac vulgò* Beatus *habetur & nuncupatur, egregio conditus tumulo, qui etiamnum in Burgensi ecclesiâ visitur. Confunduntur hi quandoq;* Eleſmi *vel* Eleſmes; *& posterior, qui altero annis 100. iunior, atque de illius fortasis appellatus nomine, gente Hispanus fuit,* Sanctus *simpliciter nominatur. ita Ferrarius hoc die postquàm* S. Adelelmum *retulisset, subiungit:* Ibidem (*Burgis*) S. Eleſmis Preſbyteri. *Alij Presbyterum non vocant, ac potiùs laicum fuisse, aut sanè inferioris ordinis Clericum innuunt; ita inter ceteros Trugillo 28. Ianu. in vitâ S. Iuliani:* Ex mandato viri ſancti quidam eius famulus diſtribuit frumentum iſtud pauperibus: vocabatur autem famulus ille Leſmes, qui ex ingenti labore, quem ſumpſit in tritico diſtribuendo, mortuus eſt, non minimam ſanctitatis ſuæ opinionem apud ciues relinquens. *Quis credat neminem è familiâ Episcopi fuisse qui id laboris susciperet præter domesticum Presbyterum, qui haud satis aptè* famulus *diceretur Episcopi? Idem Ferrarius 28. Ianuarij:* Apud Burgos in Hiſpaniâ S. Eleſmis Preſbyteri & Confeſſoris. *Quæ eum de posteriori hoc* Eleſme *accipere patet ex Annotationibus:* Apud alios, *inquit,* die 30. huius. In tabulis Eccleſiæ Burgenſis, neque aliâ die annotatur. *quod idem hoc 30. die repetit. Hoc ergo omisso Eleſme, de seniore hic agemus.*

Adelelmi, siue Eleſmes duo:

posterior etiam Beatus *habitus:*

2 *Colitur* S. Adelelmus *Abbas ab Ecclesiâ Burgensi, vt Patronus, officio duplici. De eo idem Ferrarius hoc die:* Burgis in Hiſpaniâ S. Adelelmi Confeſſoris. *Benedictus Dorganius:* S. Adelelmi Abbatis. *Hugo Menardus:* Burgis in Hiſpaniâ S. Adelelmi Abbatis, diſcipuli S. Roberti Abbatis Caſæ-Dei. *Andreas Saussaius:* Depoſitio S. Adelelmi, qui natione Gallus, patriâ Lodunenſis in Pictauiæ & Andegauiæ confiniis, in ipſo adoleſcentiæ decore mundi fucos & illecebras reſpuens, Chriſto ſeruire ſub regulari diſciplinâ conſtituit. Factus igitur B. Roberti primi Abbatis Caſæ-Dei in Aruernis diſcipulus, ſanctæ monaſtices theoremata ita didicit, vt Euangelicæ perfectionis nitidum ſpeculum ſuâ conuerſatione exiſteret. Vnde non ſolùm ad monaſterij regimen tertius ordine prouectus eſt, ſed cùm radios admirandæ ſanctitatis longè lateque diffunderet, à Conſtantiâ Reginâ in Hiſpaniam crebris flagitationibus euocatus; ibi ſanctiſſimæ vitæ propalato tramite, petente & adiuuante præfatâ Reginâ monaſterium in honorem S. Ioannis Baptiſtæ extruxit, aſcitiſque pleriſque aſcetis, quos præcepta diſciplinæ ſalutaris edocuit, ſancto fine conſummatus in Chriſto beatè obdormiuit, honorificoque ſepulchro donatus, gloriæ quâ fruitur ex meritis præclara edidit teſtimonia.

prioris natalis,

3 *Teſtatur Tepes extare in Burgensi S. Ioannis Baptiſtæ monaſterio MS. hiſtoriam rerum à* S. Adelelmo *geſtarum, compoſitam à* Rudolpho *monacho cœnobij Caſæ-Dei, quem* Almericus, *vel potiùs* Aimericus, *ſextus Caſæ-Dei Abbas eò miſerat, haud diu poſt Adelelmi obitum, cùm ipſe Aimericus tempore Ludouici Craſsi, qui an. 1137. regni ſui 30. obiit, Epiſcopus Aruernenſis fuerit. Hanc Rudolphi monachi hiſtoriam ſæpius allegat Tepes, & cap. 3. hæc ipſius recitat verba:* Tunc vir Dei Adelelmus ad ſibi datam cellulam venit, vbi per eum innumerabilia completa ſunt miracula: ſuper nudum ſolum tamdiu orabat, donec cogente naturâ vim ſomnus inferret; ibique cum paullulùm obdormiſceret, ſtatim euigilans ab oratione non ceſſabat. In cellâ ſuâ, quam ei dederat Rex, quotidie poſt Matutinos Miſſas celebrabat; quibus peractis, cum panum cophinis, quos poterat, ad oſtium cellulæ, vbi pauperum tranſitus erat, quotidie ſedens, quæcumque habebat, neceſſitatem patientibus largiebatur.

Vita à Rudolpho monacho ſcripta,

4 Alfonſum Venerum *teſtatur idem Tepes* S. Adelelmi *Vitam ſcripſiſſe. Hanc non vidimus; vidimus quam edidit Ioannes Maldonatus, Thomas Trugillo in Theſauro concionator. Alfonſus Villegas, Benedictus Gononus lib. 3. de votis* PP. *Occidental. Lucius Marineus lib. 5. de reb. Hiſpaniæ. Damus hîc quam Ioannes Marietta Ord. Prædic. lib. 1. hiſtor. Eccleſiaſt. Hiſpan. cap. 4. & quinque ſequentibus, Hiſpanicè ſcripſit; etſi non omni mendo, præſertim Chronologico, carentem, vt infrà adnotabimus. Accuratior eſt Tepeſij narratio, ſed miracula à ſe conſultò prætermiſſa, vitandæ prolixitatis gratiâ, fatetur; quæ an Marietta cuncta perſecutus ſit, neſcimus. Meminit quoque* S. Adelelmi *Martinus Carillius in Annal. ad an. 1093.* & *ab aliis.*

5 *Ætatem* S. Adelelmi *tum iidem expreſêre Scriptores, tum ex S. Roberti Caſæ-Dei fundatoris Vitâ, quam 24. Aprilis dabimus, colligere licet, cui conuixiſſe Adelelmum conſtat. In eâ ita ſcribit Marbodus:* Eo tempore Francis imperabat Hainricus, Sedem Apoſtolicam Leo IX. tenebat; Papam itaque ſupradictus Epiſcopus (*Rencon*) adiit, vir ſanctus Regem Francorum, vtrique ſuper loci noui ſtabilitate, auctoritatis robur, & congrua priuilegia petituri *&c. Regnauit* Henricus I. *ab anno 1033. vſque ad 1060. Sedit* Leo IX. *ab an. 1049. ad 16. April. 1054. Obiiſſe* Adelelmum *ſcribit Marietta infrà, circiter annum 1070. Accuratiùs Tepes deceſsiſſe ſcribit, cùm Eccleſiam regeret* Vrbanus II. *qui anno 1088. conſecratus 12. Martij die Dominico, obiit 29. Iulij, 1099. Superſtitem fuiſſe anno 1091.* Adelelmum *probat Tepes ex gemino* Alfonſi VI. *Caſtellæ Regis diplomate, vtroque dato Ærâ 1129. id eſt, anno Chriſti 1091. III. Non. Nouemb. feriâ 2. In priori dicit Rex:* Hæc omnia concedo S. Roberto & Domno Adelelmo. *in ſecundo verò:* Igitur in Dei nomine ego Aldephonſus Imperator vnà cum conſenſu coniugis meæ Reginæ Conſtantiæ, euenit mihi charo animo & propriâ voluntate, vt facerem chartulam donationis, & facio, propter remedium animæ meæ & parentum meorum, Domino Deo, & S. Roberto de Caſa-Dei, & vobis Domino Adelelmo de illâ meâ capellâ *&c.*

Quando vixerit.

obiit poſt an. 1091.

6 *Viuebat ergo, vt iam oſtendimus,* S. Adelelmus *an. 1091. 3. Nouembris; aſt anno 1102. vel ſaltem 1103. 11. Octobris iam monaſterio S. Ioannis pro eo præerat* Cõſtantinus; *ergo is iam deceſſerat. Extat apud eumdem Tepes diploma Alfonſi VI. in quo iſtæc habentur:* Ego Aldephonſus Imperator vnà cum conſenſu coniugis meæ Reginæ Eliſabeth, Euenit mihi caro animo & propriâ voluntate vt facerem chartulam donationis vobis Domino Conſtantino Priori & monachis monaſterij S. Ioannis Burgenſis, quod eſt de S. Roberto de Caſa-Dei, in Domino noſtro Chriſto, Amen. *Ne quis ſuſpicetur* Conſtantinum *quidem Priorem fuiſſe, ſed* Adelelmum *Abbatem, recitat idem Tepes Bullam Sixti IV. Papæ datam 13. Aug. anno 1478. pontificatus illius an. 8. in quâ hæc habentur:* Sanè pro parte dilectorum filiorum Prioris & Conuentus monaſterij S. Ioannis prope & extra muros Burgenſes, per Priorem ſoliti gubernari, ordinis S. Benedicti, nobis nuper exhibita petitio continebat, *&c. De eius monaſterij origine, progreſſu, moderno ſtatu, plura legere eſt apud eumdem Tepes. Porrò diploma illud Alfonſi Regis iam citatum quando latum ſit, ita exprimitur:* Facta charta teſtamenti noto die quinto Idus Octobris, Ærâ MCXII. *Sed manifeſtum in Æra numero mẽdum; nam cùm ex Pelagio Ouetenſi,*

ante 1103.

tenſi, citando infrà ad cap. 1. Vitæ litt. e. conſtet Eliſabeth *fuiſſe quartam Alfonſi coniugem, non potuit ea fuiſſe Regina Ærâ 1112. id eſt, anno Chriſti 1074. cùm Conſtantia, quæ ſecunda fuit, adhuc vixerit anno 1091. Ergo Æræ numerus ita corrigendus videtur, vt pro MCXII. reſtituatur MCXL. vel MCXLI. qui eſt annus Chriſti 1102. vel 1103. Non poteſt Æra poni MCL. vel MCLI. qui eſſet annus 1112. vel 1113. quia anno 1109. 1. Iulij obiit Alfonſus. Omnino videtur ſcriptum fuiſſe MGXLI. atque L in I mutatum.*

Eius trãſlatio, ecclesia, ſepulchrũ.

7 *Scribit Yepes ſepultum fuiſſe* S. Adelelmum *in ſacello S. Ioannis Euangeliſtæ, haud longè à cœnobio quod nunc eſt ſanctimonialium Auguſtinianarum intra vrbis muros: verùm ſub annum 1480. inſignem S. Adelelmi eccleſiam parochialem, quæ nunc extat extra vrbis muros, ciuium eleemoſynis ædificatam, eoq; illius tranſlatum corpus; ſepulchrum verò ſummo ſplendore & magnificentiâ ornatum ante annos ferè 50.*

VITA

Hiſpanicè ſcripta à Ioan. Marietta.

CAPVT I.

S. Adelelmi inſtitutio, militia, conuerſio.

a 1  Loruit S. Adelelmus, magnificæ vrbis Burgenſis accola ac patronus,*a* Henrico Henrici filio, Romanorum Imperatore, qui anno Chriſti milleſimo quinquageſimo ſeptimo capeſſiuit imperium, at tenuit annos octo & quadraginta, *b* Alexandro II. Gregorio VII. Vrbano II. Hieroſolymitanæ expeditionis auctore, aliiſque ſummum Pontificatum ex ordine gerentibus: regnabat tunc in Hiſpaniis *c* Alphonſus VI. *d* Toleti à Maurorum ſeruitute aſſerti laude illuſtris, qui Conſtantiam Galliæ Regis *e* Ludouici filiam, ſecundis ſibi tedis iunxerat, regnũ verò anno 1063. ſuſceptum ad annum 1116. adminiſtrauit.

b *S. Adelelmus quando vixerit:*

c

d

e

f 2 Natus erat Adelelmus *f* Lugduni Galliæ nobili vrbe, quam Rhodanus & Arar celeberrima flumina alluunt, parentibus genere, opibus, virtute illuſtribus: diſciplinis liberalibus in primâ ætate inſtitutus, ſuorum deinde voluntate coactus militiæ nomen dedit; neque tamen id tempus ſolitis aliorum vitiis ac ludis triuit. Mortuis deinde parentibus luculentam largiri pauperibus ſtipem, inque eos ſuam liberaliter hæreditatem erogare. Pòſt Euangelico admonitus oraculo *g*, Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus & habebis theſaurum, & veni ſequere me; omnibus ſeſe abdicare, eaque in egentes effundere, ac Chriſtum ſequi conſtituit. Tum verò conſanguinei inuehi in eum ac monere vt cognatos potiùs hæredes ſcribat, quàm alienos. Ille, Nulli, inquit, mortali facultates meas lego: ſed cùm exiguæ illæ ſint, vt iis ſuſtentari commodè non poſſim, iis venditis alias mercari poſſeſſiones ampliſſimas cupio, quæ omni bonorum copiâ affluentem vitam & ſempiternam largiantur. Reprehendit eum quidam, ac penè cum conuicio, quòd cùm litteris eſſet à parentibus eruditus, vt Eccleſiaſtico muneri aptus aliquando redderetur, eorum ipſe non obtemperaret voluntati.

litteris inſtitutus.

fit miles:

g Matth. 19. 21.

ſua dat pauperibus,

fruſtrà obſiſtentibus amicis:

3 Statuit tandem omnino nuntium mundo remittere, ſuaque relinquere, atque à patriâ abire, & Deo ſeſe committere. Clàm igitur omnibus, vnico famulo in comitem adſcito, è patriâ diſcedit. Cùm partem itineris confeciſſet, ſodalem à ſe dimittit, omnia ei primùm quæ penes ſe habebat elargitus, ac veſte quoque cum eo mutatâ: tum Romam proficiſcitur, Apoſtolorum Petri ac Pauli aliorumque Sanctorum monumenta religioſè viſitaturus. Credibile eſt non ſine lacrymis ab inuicem diuulſos, ac ſalutaribus mandatis inſtitutum ab Adelelmo famulum, vt animæ curam gereret, vt ne Deum aliquo grauiori piaculo offenderet, intelligeret denique, pleroſque amicorum ac propinquorum caritate à ſalutis ſtudio reuocari; hanc ſibi ſpontanei exilij cauſſam eſſe.

clàm è patriâ diſcedit:

Ex Hiſpanico Io. Marietæ.

4 Tum iter ſolus proſequi, mendicato victitare, gaudere neceſſariarum rerum indigentiâ, quâ Chriſto ſimilis efficeretur. Iter illi *b* Icciodoro fuit, vbi tunc *i* Robertum repetit Abbatem Caſæ-Dei, qui multis viuus ac mortuus cæleſtibus prodigiis clarus extitit. Vehementer Roberto ſanctum eius ſequendorum Chriſti veſtigiorum probatum propoſitum eſt: multis igitur eum precibus hortari, vt omiſſâ peregrinatione, ſecum in monaſterio Caſæ-Dei commoraretur. Nuncupârat Adelelmus votum ſacra Apoſtolorum limina adeundi. Nefas igitur fuit Roberti acquieſcere conſilio: pollicitus eſt tamen ſe reducem eius monitis obtemperaturum, ſanctumque D. Benedicti habitum ſuſcepturum. Salute ergo datâ, ab eo tantiſper ſeparatur, cum quo animo coniunctiſſimus permanebat.

b *i* *inuitatus à S. Roberto, ſpondet ſe Caſæ-Dei monachum futurum:*

5 Ferunt hoc iter peregiſſe Adelelmum nudis pedibus; ſeruaſſe aſſiduum, exceptis Dominicis ac feſtiuis diebus, ieiunium, precationibus perpetuò intentum. Nihil ſecum aut pecuniæ aut cibi detulit, vt ſanctiùs obediret Chriſto præcipienti ſuis: Nihil tuleritis in viâ, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam. Fuit cùm ſtipem oranti vir quidam probus pecunias eleemoſynæ nomine offerret, quas ille recuſauit, negans ſibi aut omnino quærentibus regnum Dei neceſſarias eſſe: bonam eius voluntatem iam Deo acceptam: gratias ſe agere, quas relaturum Numen confidat.

Romam peregrinatur mendicans: Luc. 9. 3.

pecunias oblatas recuſat:

6 Romam appulſus Sanctorum reliquias piè veneratur, ſacriſque locis *k* obeundis duos annos exigit, inſigni cum vitæ auſteritate, inediâ, corporis ſui diuerberatione, lacrymis, orationibus, ſtipem cum ceteris mendicis magnâ animi alacritate & ſolatio corrogans ſibi. Tandem in Galliam redit vt datam Roberto Abbati fidem exſoluat. Ita eum vitæ aſperitas deformârat, vt illum iam non agnoſceret Robertus. Sed cùm quis eſſet, verbis aperuiſſet, ruit in eius amplexum & oſcula venerabilis Abbas, ac mutuis perfuſi lacrymis Deo laudes cecinêre, qui eorum votis annuiſſet, vt mutuo & aſpectu fruerentur, & hortatu ac exemplo ad ardentiorem Dei caritatem excitarentur, atque ad decurrendam viam mandatorum Dei alacriores redderentur. Continuò ſanctis Adelelmum veſtibus induit Robertus, ac Benedictinæ militiæ inſignibus militem Chriſti auctorauit.

k *obit loca ſacra:*

ad S. Robertum reuerſus

fit monachus.

a *Henrico II. qui Regum eius nominis tertius fuit, anno* 1056. 5. *Oct. mortuo, ſucceſſit filius quinquennis Henricus, regnauitq; magno rei Chriſtianæ damno annos* 50. *obiit Leodij anno* 1106. 7. *Aug. Vnde hic Marietta chronologiam emendes.*

b *Sedère qui hîc memorantur Henrico imperante Pontifices,* Alexander II. *à fine Octob.* 1061. *vſque ad* 22. *April.* 1073. Gregorius VII. *qui eodem die ſuffectus eſt, vſque ad* 25. *Maij* 1085. *huic ſucceſſit die Pentecoſtes anni ſequentis* Victor III. *obiit* 15. *Septemb.* 1087. *ſucceſſit* Vrbanus II. *obiitq;* 29. *Iul.* 1099.

c *Obiit* Ferdinandus I. *Rex an.* 1065. 27. *Decembris, filiis regna partitus,* Sancio *Caſtellam,* Alfonſo *Legionem,* Gareiæ *Gallæciam. Sanctius an.* 1073. *Zamorram obſidens interfectus eſt; ſucceſſit ei* Alfonſus *frater, qui an.* 1109 1. *Iulij, feriâ* 5. *obiit natus annos* 69.

d *Cepit* Alfonſus VI. *deditione Toletum an.* 1085. 25. *Maij, die Dominico.*

e *Cuius* Ludouici *filia fuit Conſtantia?* Ludouicus V. *vltimus Regum Carolidarum obiit ann.* 987. Ludouicus VI. *cognomento* Craſſus, *regnare cœpit an.* 1108. *annos ſummùm* 30. *natus, vt non veriſimile ſit annis* 17. *antè, citatis ſuprà donationibus aſſentiri & ſubſcribere potuiſſe eius filiam iam Reginam, cùm ipſa non niſi* 13. *eſſet annorum. Yepes Francam fuiſſe Conſtantiam ſcribit, eoq; in Caſæ-Dei monachos propenſiorem. Alij Hiſpanam faciunt.* Pelagius Ouetenſis *genus patriamq; eius non exprimit; ita enim ſcribit in Adefonſo VI.* Hic habuit 5. vxores legitimas; primam Agnetem: ſecundam Conſtantiam Reginam, ex quâ genuit Vrracam Reginam, vxorem Comitis Raymundi, de quâ ipſe genuit Sanctiam & Adefonſum Regem: tertiam Bertam, Tuſiâ oriundam: quartam Eliſabeth, ex quâ genuit Sanctiam coniugem Comitis Roderici, & Gloriam, quam duxit Rogerius Dux Siciliæ: quintam Beatricem, quæ mortuo eo repedauit in patriam ſuam. *De his alij pluribus.*

Alfonſi VI. Regis Caſtellæ vxores.

f *Idem ſcribit Yepes.* Loduni *in terminis Pictauienſis & Andegauenſis diœceſeon natum ſcribit Hugo Menardus.*

g *Quod legi in eccleſiâ audierat, vt olim Antonius, inquit Yepes ex Rudolpho monacho.*

Ex Hispanico Io. Mariettæ.

h *De* Icciodorensi, *vel* Issiodorensi *in Aruernis oppido, vulgò* Issoire, *actum est in* 2. *Vitâ S. Praiecti Episc.* 25. *Ianu. cap.* 1. *nu* 3.

i *Nulla in vitâ S. Roberti, quam* 24. *Aprilis dabimus, S. Adelelmi fit mentio.*

k *Ait Yepes quotidie omnes Stationes Vrbis circumiuisse.*

CAPVT II.

Virtutes Adelelmi ac miracula ante sacerdotium.

Sanctè viuit:

7 INcredibilem hîc Adelelmus in virtutibus progressum fecit, assiduâ inediâ & flagellis macerans carnem, humilitatis & obedientiæ studiosissimus, semper intentus orationi; hinc & silentij, nisi loqui aut necessitas aut Maiorum imperia cogerent, tenacissimus, quippe qui cum Rege gloriæ assiduè animo colloqueretur. Pacis erat & concordiæ amantissimus: S.P.Benedicti aliorumque eiusdem instituti Heroum insistebat quàm diligentissimè poterat vestigiis. Sanctorum vita exemplar ei erat, ad quod vitam conformabat suam.

SS. Vitas legit, & imitatur:

fit Magister Nouitiorum:

8 Tironibus deinde instruendis præficitur: quod munus in religiosis congregationibus non nisi viris probatæ virtutis committi solet. Id verò ita gessit, vt quà precibus ad Deum fundendis, quà præclaris exemplis multos ad egregiam vitæ sanctitatem effinxerit. Sacratissimum Iesu nomen magnâ prosequebatur pietate, vt quoties id proferret, aut oculos in terram demitteret, aut modestè inflecteret caput, idque veneraretur nomen per quod generi humano allata est salus. Hæc illi deuotio patrandorum miraculorum virtutem à propitio Deo obtinuit. Ab iuuene quodam remedium rogatus aduersùs molestam febrim ex diarrhæâ difficili natam; sublatâ manu ei benedixit, omnique eum ægritudine illicò soluit.

nomen IESV *reueretur:*

febrim benedictione pellit:

9 Vt cœpit diuino nutu celebrari Adelelmus, ad vitæ sanctioris exemplum atque animorum corporumque remedium, missus ab Abbate Buterlionem est: eiusdem congregationis domicilium erat. Hîc verò magnus ei ob illustria isthic patrata miracula honor accessit. Viro nobili coquus famulabatur è [a] Monte-Gasconis oriundus: hic fœdâ infectus leprâ, non modò ab eâ functione, sed omnino ab ceterorum conuictu mortalium submotus est; quod legibus de eiusmodi contagione cautum est. Ergo reliquum vitæ peregrè agere statuit: ac primùm sanctum monachum Adelelmum visit: morbum illi suum cum lactymis aperit, vtque eo primùm cœperit conflictari. Spem eum in Christo Iesu Saluatore nostro reponere Sanctus iubet: non dubiam ab eo opem offerri. Septem diebus panem ei à se benedictum præbet, eique faciem lustrali aquâ aspergit, & sic à se benignè dimittit. Hic propter ingens flumen gradiens, cernensque implexo ad medium alueum vortice aquas deuolui, de recuperandâ valetudine desperans, magnoque affectus vitæ tædio in eum se locum immittit, miserabili exitu ærumnosam vitam abrupturus. Cùm iam aquæ impetu in eum vorticem ageretur, subiit S. Adelelmi memoria, eumque his cœpit verbis compellare: Dei famule Adelelme, si is es quem te omnes prædicant, ades mihi in hoc vitæ discrimine. Mirabile dictu: duos supra aquam ipsam viros conspicit, quorum alter Adelelmus erat, qui manu prehensum eum in littus collocat, & mox eius se conspectibus subducit. Post iterum mali genij instinctu in aquam insilit, quo loco paratissimam sibi mortem reperturus videbatur, simulque tot calamitatibus & opprobriis finem. Iam pereunti subiit rursus B. Adelelmi recordatio: iterum illius opem in hoc animæ & corporis periculo implorat. Mirabilis Deus in Sanctis suis. Denuò pænè iam agenti animam adest Adelelmus, atque ex aquâ in littus educit. Hoc miraculum suis deinde sodalibus retulit, quos consultò præcesserat vt malè se perderet; ac tandem diuinâ virtute ab leprâ omnino curatus est.

a

leprosum benignè excipit,

eumq; bis ex aquis eripit:

10 Hinc magni fieri vndique ad sanctum virum concursus infirmorum, quos omnes corpore sanos dimittebat, pro animarum quoque incolumitate Deum precatus. Rustico in prato dormienti in os penetrârat anguis. ab amicis ad Adelelmum perductus, aquam ab eo benedictam, sibique Iesu nomine inuocato præbitam potat; & continuò anguem sanguine inuolutum euomuit. Prorupêre qui adstabant in Dei laudem.

aquâ benedictâ anguem eiicit:

11 Mulieri cuidam infantulum educanti ita intumuêre vbera, vt tandē purulentus humor fistulam aperuerit. Magnam illa facultatum partem in medicos frustrà expendit, omni auxilio frustrata: tum famâ miraculorum Adelelmi mota, ad eum adit, obtestatur vt pro se peragat preces. Commota sunt Sancto viscera pietatis, flectit genua, consuetas tali in re ac tempore preces facit, vini paullum aquâ à se benedictâ diluti in abscessum illum vberum infundit. Illicò ita pristina restituta est integritas, vt ne cicatrix quidem apostematis cerneretur.

apostema vberum curat:

12 Aruernis quidam ab incunabulis mutus, à parentibus ad Adelelmum adducitur, vt impositâ ei manu loquendi diuinitus impetraret facultatem. Eorum perspectâ fide, tres panis bucceas in aquam benedictam intingit, ac muto annuit vt eas edat. Vnam deglutierat, cùm Sanctus sperans suas à Deo exauditas preces, Dic, inquit, Benedictus Deus in cælo & in terrâ. Mira res: puer expeditè eadem verba pronuntiat. Cumque ceteras edisset bucceas, iubetur à viro sancto eadem dicere. Paret illicò, nec deinceps vitij illius vestigium in eo hæsit. Inanis tamen vitandæ gloriæ causâ præcepit ne cui id aperirent, Christum imitatus, qui cùm mutum curasset vetuit id vulgari. Sed cùm ab eo abscessissent, non potuêre tanta Dei mirabilia reticere.

muto vocem impetrat,

iubet id fieri.

a *Sic in Vitâ S. Roberti:* Militem de Monte Gasconis, cui Bernardus nomen erat &c.

CAPVT III.

Sacerdotium. alia miracula.

13 COactus est deinde Adelelmus sacerdotio initiari. Sed cùm intellexisset [a] Episcopo, qui se consecrarat, à Romano Pontifice sacris interdictum, quòd simoniæ crimine esset obstrictus; fungi suscepti ordinis munere noluit. Cùm verò huic Episcopo alius esset subrogatus, ad eum profectus est, vt de more sacerdotium obeundi potestatem postularet. Sed cùm innumeri assiduè ad eum confluerent, coactus est noctu aggredi iter. Erat tunc, vt hibernâ tempestate, ventus maximus, & frigus peracre. Cumque nox esset obscura, lumine opus erat ad viam reperiendam. Iubet ergo socium candelam ardentem manu gestare, dum ad ciuitatem pertingerent. Res inusitata! ventus validior insurgebat, nec tamen candela, nullâ inclusa laternâ, manu tantùm prælata, extincta est; sed nocte totâ sancto viro lumen præbuit. Percrebuit Aruernos veniisse Adelelmum: nemo facilè assequi dicendo potest, quàm innumerabilis concurrerit multitudo hominum, qui aut animæ solatium, aut corporis remedium sperabant.

a

Prælata ei candela, maximo vento non extinguitur:

magni ad eum concursus:

14 Verùm vt numquàm virtutem non sequitur inuidia, fuit in eo cœtu Sacerdos, qui ludibrij potiùs quàm pietatis causâ ceteris se iunxerat: hic ridere accedentes ad S. Adelelmum cœpit. At quæ sceleratos aut hîc aut post mortem plectit diuina seueritas, vt esset Adelelmi virtus illustrior, Sacerdotem illum podagrâ percutit, tam graui ac molestâ, vt exiguo tempore tristem in modum deformatus vix agnosceretur à suis. Sensit miser diuinitus inflictum sibi vulnus, ad vlciscendam quam Sancto conscIuerat iniuriam; ante eum ergo abiicit sese cum multis lacrymis, suum confitendo scelus, veniamque Deum ac Sanctum flagitando. Vir sanctus vt qui à Magistro suo Christo clementiam didicerat, non modò

eum ridens podagrâ punitur,

ab eo sanatur.

modò iniuriam illi condonauit, ſed poſt breuem admonitionem domum remiſit incolumem.

b 15 Abbate Caſæ-Dei *b* Adurano ad Epiſcopalem dignitatem aſſumpto, electus eſt *c* Abbas à monachis Adelelmus: quod munus quantumuis diu multumque deprecatus, tandem ſuſcipere coactus eſt; geſſit verò ita dextrè, vt Deo eſſet acceptus ac hominibus, quod rarò euenire ſolet: adeò arduum eſt in omni bonitate ac religione, timore & amore Dei, ſibi creditos conſeruare. Longè ille aberat *d* ab huius ætatis moribus, cùm plerique Prælati ſubditorum curâ omni poſitâ, ſeipſos tantùm ſaginant. Ergo & conſuetudinis retinens ſuæ, & exemplo ſuis prælucendi cupidus, corpus multâ macerabat abſtinentiâ ac flagris: pro ſibi commiſſis Deum precabatur, eorum ſaluti inuigilabat, non ignorans quàm durum iis qui præſunt futurum iudicium ſit, quamque ab iis ſeuera exigenda ratio & ſui & crediti ſibi gregis.

Adelelmus creatur Abbas:

ſanctiſſimè viuit,

d

16 Ita humilitatem ſectabatur, vt etſi curam ſollicitudinemque gereret, honorem tamen Abbatibus deferri ſolitum, nollet ſibi haberi. Virum nobilem neſcio quid rogauit: quod ille non tantùm non tribuit, vt etiam contumeliam intulerit. Patientiſſimè id tolerauit Adelelmus, Deumque rogauit vt ei gratiam largiretur, quâ culpam poſſet ſuam agnoſcere. Inſequenti nocte magni & intolerabiles eum dolores inceſsêre: coactus igitur ad virum Dei accedit, veniam orat, mali remedium poſcit. Deo ſupplicat Adelelmus, & viro recuperat ſanitatem, qui mox quod rogabatur lubens conceſſit.

humillimus.

Ei quidpiam negans, à Deo punitur:

17 Magni meriti res eſt præeſſe, ſed multùm diſtrahit animum, auocatque ab interiore cultu. Propoſitam igitur ſibi præfecturæ benè geſtæ coronam cernens Adelelmus, ſed quietam & tranquillam ac diuinarum rerum contemplationi vacantem vitam ceteris arbitratus præſtare, ſtatuit eo ſe munere abdicare: neque niſi eâ re perfectâ conquieuit, omni neglecto honore & dignitate. Nam etſi nihil eius innocentiæ officerent, ſed cumulum potiùs ad eius merita adiicerent; maluit tamen iis carere, ac ſibi quàm ceteris vacare. Monachis ergo inuitis officio cedit, facitque eis quem vellent eligendi Abbatis facultatem, quando ſe eo munere cenſeret indignum.

abdicat ſe officio Abbatis:

e 18 Angliæ *e* Reginam ferunt lethargo obnoxiam, alia fruſtrà remedia expertam, ad eum miſiſſe Legatos, vtque Deum ſibi propitium redderet poſtulaſſe. Negat ille tantùm ſe apud Deum gratiâ valere, vt rem conſequi tantam precando valeat: tandem tamen & Reginæ exploratâ fide, & Legatorum penè importunâ in petendo conſtantiâ, panem benedicit, mittitque ad Reginam in medelam ægritudinis. Fruſtũ ex eo pane comederat Regina, cùm eſt ſanitati reddita; & quotquot ex eo *f* ægri comedêre. Voluit Regina extare accepti beneficij memoriam, ſuæque teſtimonium gratitudinis. Cùm ergo ſciret eum aurum, argentum, atque omnem prorſus pecuniam auerſari; veſtes, quibus in ſacrificio offerendo vſus eſt, ad eum miſit. Accepit ſacrum munus Adelelmus, pietate id magis quàm pretio æſtimans.

pane benedicto morbos curat.

f

a Ranconis, *ſiue* Renconis *Epiſcopi Aruernenſis honorifica fit mentio in vitâ S. Roberti Abb. Caſæ-Dei. Eius ſucceſſor fuiſſe hic ſimoniacus Epiſcopus videtur.* Stephanus *inter Renconem & Durandum collocatur à Sauarone & Cl. Roberto*

b Durantum *vocat Sauaro, Cl. Robertus* Durandum, *&* Duranum. *Obiit* 20. *Nouemb.* 1095.

c *Abbatem fuiſſe Adelelmum ſcribunt quoque Yepes, Gononus, Maldonatus. Abeſt à Catalogo Abbatum Caſæ-Dei apud Robertum. habetur in Notis ad Litanias Pictonicas Henr. Lud. Caſtanei.*

d *Plurimos virtute & eruditione præſtantes Abbates & ipſi nouimus in Belgio noſtro, & in aliis prouinciis exiſtere didicimus: quos hic perſtringat Marietta haud ſcimus.*

e *Hæc videtur vel* Edgita *fuiſſe, vidua S. Eduardi Confeſſoris, (quam* 5. *April.* 1075. *obiiſſe ſcribit VVeſtmonaſterienſis, VVigornienſis menſe Decembri an* 1074.) *vel* Mathildis, *vxor Guilielmi I. quæ* 1083 *deceſſit.*

f *Scribit Yepes tunc plures in Angliâ lethargo laboraſſe.*

CAPVT IV.

Patrata in Hiſpaniâ miracula.

Ex Hiſpanico Io. Mariettæ.

19 NOn poterat Galliarum finibus aut Britanniæ, ſanctitatis eius fama contineri; in Hiſpanias quoque penetrauit. Conſtantia Alphonſi VI. Regis ſecunda vxor (à cuius filiâ Vrraca, Raimondo *a* Toloſati, patri Alphonſi qui Imperator appellatus eſt, nuptâ, Hiſpanorum regia ſtirps ducitur) cognitâ eius ſanctitate, viri ſui auctoritate inuitari eum ad Hiſpaniam ſuâ eruditione & miraculis illuſtrandam iuſſit. Opinari enim ſe, eius aduentu amplificatum iri Dei gloriam, fructumque ex eius præſentiâ ad omnia Hiſpaniarum regna redundaturum. Non potuit Sanctus Reginæ votis obniti, cognito quali fide peteret, & quanta in Hiſpanicis prouinciis recens à Maurorum iugo vindicatis religioſorum virorum inopia eſſet, aut certè arcano quodam diuinæ voluntatis motu inſtinctus. Ingenti geſtiêre gaudio Rex & Regina, vbi eum in ſuo regno conſpexêre: ac præſertim cùm vulgatam de eo famam viderunt rerum iſthic quoque geſtarum & virtutum ſplendore aut confirmari aut ſuperari. Porrò ſpe ducti diuinum ſibi affore præſidium ob illius præſentiam, eum apud ſe eſſe voluerunt.

Inuitatur in Hiſpaniam:

a

detinetur aliquamdiu in aulâ:

20 Rati deinde haud ſatis decere, vt tanti vir nominis & ſanctimoniæ, Aulam perpetuò ſequeretur, ſecedere id rogantem permiſerunt, tranſcriptâ illi ad habitationem capellâ aut domo S. Ioannis Euangeliſtæ quam ad muros vrbis Burgenſis Rex conſtruxerat ſuſcipiendis iuuandiſque eleemoſynâ peregrinis, Compoſtellam ad S. Iacobi ſepulchrum tendentibus. Cùm eo in itinere tranſmittendis Tagus fluuius eſſet, qui aquis pluuiis eo tempore latè intumuerat, ac periculum metueretur, quòd pontes nulli erant; præcepit Rex validos legi equos, qui impetum fluminis frangerent, vt qui imbecillioribus vehebantur iumentis tutiùs traiicerent. Iam Rex fluuium præteruectus de Adelelmo quærit: negant adhuc ad flumen peruenisſe. Equum præſtantem ad eum mittit, quòd ſtrigoſo & infirmo iumento ſedebat, ne ſe in diſcrimen aliquod conjiceret. Ille inhabitantis in ſe numinis auxilio fretus, cùm frontem ac deinde aquas efformatâ cruce conſignaſſet, illa Pſalmiſtæ verba proferens: Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei noſtri ſperauimus; intrepidè flumen tranſmittit, aquâ vix ad aſini ſuffragines pertingente. Rex miraculo attonitus ad eius ſeſe abiicit pedes, eoſque ac manus exoſculatur, ſalutem ei animæ ſuæ ac corporis regnique incolumitatem commendat.

flumen miraculosè traiicit:

Pſal. 19. 8.

21 Multas deinde illi poſſeſſiones tribuit, inter duo flumina ſitas *b* Arlançonem & Bayvillum; in quorum medio illa S. Ioannis capella viſitur, ac S. Adelelmi ſepulchrum. Vt traditam ſibi habitationem Adelelmus adiit, Deo iſthic cœpit religioſiſſimè famulari, peregrinis ſedulò miniſtrare, tecto recipere, cibo recreare, morbis liberare. Multa enim ab eo iſthic edita miracula ſunt. Perducta eſt ad eum lunatica, ore fœdum in modum diſtorto, inconditos edens geſtus ex violentiâ inſidentis dæmonij. Sanctus factâ ex more oratione, ita dæmonem increpat: Præcipio tibi ſpiritus nequam in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, vt ab hac Dei famulâ excedas, eoque abeas vbi nulli deinceps nocere mortali queas. Dum hæc loqueretur, cœpit miſeranda mulier vomere & ruere in terram exanimis. Benè illi precato Adelelmo, continuò ſurgit, cibum eo largiente ſumit, ac priſtinæ reſtituta ſanitati, & coram quàm plurimis pannum purpureum euomuit, qui, nemine eum contingere auſo, ex omnium conſpectu mox euanuit.

b

peregrinos excipit:

lunaticam curat:

22 Alteri feminæ aperto ore dormienti, in ſtomachum anguis ſubiit. nihil illi medicinæ artis conatus omnes profuêre. Ad S. Adelelmum perducta benedictam ab eo aquam bibit, ſerpentem inſtar anguillæ exſpuit,

aliam, quæ ſerpentem deglutiebat, ſanat;

Ex Hispanico Io. Mariettæ.

ſpuit, ac diuinâ virtute dolore omni ac moleſtiâ caruit. Alteri quoque feminæ idem remedium ſaluti fuit.

item aliam:

23 Sacerdos multùm quartanâ febri recidiuâ conflictatus, cùm nullo medicinæ auxilio leuaretur, ad S. Adelelmum acceſſit, & guttâ vnicâ aquæ benedictæ, quâ ille ad ſe accedentes aſpergebat, perfuſus, continuò omni febris moleſtiâ liberatus eſt. Multa alia de doctrinâ & vitâ ſancti huius Confeſſoris tradita ſunt litteris: ſed ne faſtidium creem lectori, iis nunc narrandis ſupersedeo.

febres curat.

a *Imò, vt ex* grauiſſimis auctoribus *tradit Mariana lib. 9. cap.* 20. Comitis Burgundi fratri, atque Guidonis Archiepiſcopi Viennenſis primùm, deinde Romani Pontificis, cui Calliſto II. nomen fuit. *Burgundum quoque ſcribit fuiſſe Raimundum Vrraca primum coniugem Rodericus Mendez Silua.*

b *In diplomate donationis facta ab Alfonſo & Conſtantiâ*, S. Roberto & Domino Adelelmo, *Ærâ* 1129. 3. *Non. Nouemb. feriâ* 2. *id eſt anno Chriſti* 1191. *iſta habentur:* & totos illos hortos, qui ſunt inter riuulo de Arlançon & riuulo de Vena. *in alio diplomate, recitato ab Antonio Yepes in appendice tom.* 6. *eodem anno & die ſignato, dicitur*: Et omnes illas hæreditates, quæ ſunt inter duas aquas, quarum vna vocatur Riouena, & altera vocatur Arlançon.

CAPVT V.

Eius obitus. facta poſt miracula.

24 CVm tempus immineret, quo mortalem vitam & ærumnoſam cum beatâ & immortali mutaturus, atque à Deo mercedem ſuorum laborum percepturus erat Adelelmus, cœpit corporis viribus deſtitui, & creſcente indies infirmitate, quò magis corpus debilitabatur, hoc maiori exultabat animi alacritate, ad deſideratum Dei ſui conſpectum amplexumque anhelans. Prolixâ deinde oratione ſuos ad labores ſpirituales, quibus æterna requies comparatur adhortatus eſt. Quis lacrymas memoret & ſuſpiria famulorum Dei? quis ciuitatis vniuerſæ mœrorem, cùm ſentirent ſe breui orbandos optimo parente, à quo tot ac tanta corporum animorumque emolumenta percipiebant? Erat tum Burgis Petrus Pampelonenſis Epiſcopus, à quo Adelelmus, factâ ei priùs peccatorum ſuorum omnium exomologeſi, cetera impendi ſolita morientibus ſacroſancta Chriſtianæ religionis Sacramenta ſuſcepit, magnâ animi pietate ingentem profundens vim lacrymarum.

Ægri exſultat:

extremis Sacramentis munitur.

25 Factâ deinde pro omnibus qui ei ſe commendarant precatione, ad oratorium ſe S. Ioannis Euangeliſtæ deportari iuſſit, in cuius ingreſſu illa Pſalmiſtæ verba pronuntiauit: Deus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tuâ iudica me. Crucemque religioſè veneratus, In manus tuas, inquit, Domine commendo ſpiritum meum: & animam reddidit Saluatori ſuo Ieſu, qui ei ſedem iam & manſionem in cælo præpararat. Confluxit mox omnis ciuitas ac Clerus vniuerſus, vt illius precum patrocinium imploraret, & exequias celebraret. Quibus triduo ſolemniter peractis, traditum eſt corpus ſepulturæ ad dextram cellæ eius, trigeſimo Ianuarij, circiter annum Chriſti 1070.

Pſal. 53. 1.

piè moritur:

26 Miraculis à morte quoque confirmata cælitus eius ſanctitas eſt. In cellâ eius adoleſcens quidam erat informi corpore, qui tamen ab eo ſanitatem ſe conſecuturum ſperabat: ad ſacellum, in quo ſanctum corpus necdum terrâ conditum iacebat, deductus, vt illud tetigit feretro impoſitum, illicò diuinâ virtute integritati & valetudini reſtitutus eſt: quod prodigium multi conſpexêre vtriuſque ordinis homines.

Æger attactu corporis eius ſanatur:

27 Mulier quædam mariti & filiorum funeribus immoderatè illacrymans, oculos ita debilitârat ſuos, vt viſu omnino careret. Decreuit ad ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli viſenda ſepulchra Romam peregrinari, ſodali ſibi & duce conductâ. Vt Burgos venêre, cæca illa ſenem eximiæ auctoritatis conſpicere ſibi in ſomnis viſa eſt, cui & ſui cauſſam itineris ſciſcitanti expoſuit: iuſſa dein in Dei miſericordiâ ſpem collocare, atque ad S. Ioannis Euangeliſtæ ædiculam iuxta vrbis muros adire: ſepultum iſthic eſſe Adelelmum quemdam, à quo poſſet ſuæ remedium cæcitatis obtinere, ſi id ſincerâ pietate flagitaret. Non diſtulit illa quod iubebatur exequi: ædiculam petit, S. Adelelmum cum lacrymis inuocat. Nec longè illi aut Sancti fauor, aut Dei benignitas fuit. Viſum recipit, cœptam peregrinationem nihil ducis egens peragit.

cæca ad ſepulchrum viſum recipit;

28 Vir quidam contortis triſtem in modum membris omnibus, dum ad S. Adelelmi ſepulchrum excubat, remediumque orat, eum coràm aſpectabilem intuetur, auditque edicentem: Si ſalutem corporis conſequi Deique miſericordiam vules, vitam corrige, atque ex animo illatas tibi iniurias condona. Vtque ea ſe præſtiturum recepit, manu eum Sanctus prehendit, &, In nomine Domini ſurge, inquit, & abi, nec à Chriſti prædicandis laudibus ceſſa. Subitò coram omnibus incolumis extitit, & amplas laudes cecinit Deo admirabili in Sanctis ſuis.

alius contortus ſanatur.

29 Bartholomæus quidam Burgos venerat, res neſcio quas mercaturus: vt reuerti domum voluit, ingenti correptus eſt dolore, adeò vt linguæ & membrorum omnium officio priuaretur. Deportatus ad S. Adelelmi ſepulchrum, peractis in eâ æde excubiis, S. Adelelmi ope haud fruſtrà imploratâ, incolumis abſceſſit.

alius grauì afflictus dolore,

30 Pelagius adoleſcens acerbis renum doloribus torquebatur, vt neque niti pedibus, nec ſedere præ doloris vehementiâ poſſet. Perducto ad S. Adelelmi ſepulchrum, diuina bonitas ſancti ſui Confeſſoris meritis perfectam contulit ſanitatem.

alius renũ dolore liberatur:

31 Agebantur Burgis ſancti Papæ Gregorij feriæ: ferrarius quidam faber tantùm non eas celebrauit, vt etiam religioſiores alios rideret. Nec diu dilata Dei vltio eſt. Intremuêre illi manus, vt non modò opificium exercere ſuum non poſſet, ſed ne cibum quidem ad os admouere: Senſit ſacrilegio ſuo inflictam à Deo pœnam: crimen confitetur, ad S. Adelelmi ſepulchrum confugit, extentiſque ſupra illud manibus, cum lacrymis & peccati veniam & ſalutem corporis orat. Non auerſatur Sanctus miſſas ex animo preces: ergo exauditi ſunt viri gemitus, tremore abſolutus eſt, piè deinceps veneratus S. Gregorium ac S. Adelelmum, qui cum ceteris Dei electis æternâ requie perfruuntur. Celebrat Adelelmum Eccleſia Burgenſis 30. Ianuarij, quo die exceſſit è vitâ.

Feſta violans manuum tremore punitur.

ope S. Adelelmi liberatur.

DE

DE S. ANDREA CORSINO

EPISCOPO FÆSVLANO, ORD. CARMEL.

§. I. *Tempus Sedis & obitus S. Andreæ. Acta.*

ANN. MCCCLXXIII. XXX. IANVAR.

1 FÆſulæ *vrbs inter principes olim Hetruriæ habita, infeſtis quingentorum annorum ſimultatibus Florentiæ, ad tria paſſuum millia diſtanti, colliſa, tandemq; ab huius ciuibus nocturnâ irruptione ſundatus exciſa; templo ſolùm atque Epiſcopi ædibus parcitum, ciues Florentiam traducti: vix tenues nunc amplæ vrbis cernuntur reliquiæ: permanet tamen Sedes Epiſcopalis, quam erexiſſe iſthic* S. Romulum *Apoſtolorum diſcipulum tradunt, de quo VI. Iulij agemus.*

Fæſularũ vrbis

Epiſcopus S. Andreas Corſinus,

2 *Fuit inter huius ſucceſſores* S. Andreas Corſinus *ex ordine S. Mariæ de monte Carmelo, qui anno 1373. 6. Ianuarij ſancto fine defunctus eſt, anno ætatis, vt in priore vitâ (nam geminas damus) nu. 28. dicitur, 72. aut potiùs 71. vt in poſteriore nu. 19. & 21. Vnde liquet anno 1301. aut 1302. 30. die Nouembris, vt infrà aſſeritur, in lucem eſſe editum. Totus vitæ illius curſus ita colligi poteſt: In priore vitâ nu. 4.* cùm ferè quindecim eſſet annorum, *matris obiurgatione motus, à licentiori vitâ reſilit, & num. 5.* in craſtinum, *eccleſiam adit Carmelitarum, ac ritè conceptis precibus, cooptari ſe in eum ordinem flagitat: ſit voti compos, nu. 7.* in conuentum ducitur, per tres menſes probatur *&c. Conſentit altera Vita, in quâ num. 3.* illum ætatis ſuæ annum decimum quintum agentem *admonuit mater. nu. 4. adlectus in religioſum contubernium dicitur* anno 1316. *fortaſsis rectiùs 1317. dicas; vt ſub Guidone Perpiniano, de quo in Notationibus agemus, profeßionem ediderit. Dominicus à Ieſu in Notis ad priorem Vitam à ſe editam aſſerit* ordinem Carmelitarum ingreſſum eſſe anno ætatis 18. *propterea quòd nu. 28. dicatur obiiſſe* ab ingreſſu ordinis anno LV. *At nos mendum aliquod à librariis iſthic admiſſum ſuſpicamur, ſcriptumq; ab auctore fuiſſe LVI. vel LVII.*

anno ætatis 15. Religionem ingreſſus,

factus Epiſcopus an. 1360.

3 *Difficilius eſt, quoto ætatis anno Epiſcopatum adierit, definire. In priori Vitâ nu. 19. ſtatuitur* annus Chriſti MCCCLXII. tempore Vrbani Papæ. *Quæ verba abſunt à poſteriore Vitâ; & ſanè videntur, vt alia complura, de quibus in Notationibus, à quopiam interpolatore adiecta. Nam Pontifex factus eſt* Vrbanus V. *anno 1362. 27. Septembris. Fuerit igitur eo quoque anno ad Epiſcopatum euectus Andreas: ineatur calculus ad 6. Ianuarij 1373. non niſi annı decem, & menſes aliquot conficientur; cùm tamen nu. 28. dicatur obiiſſe* Epiſcopatus anno 12. *quem annorum numerum Surius quoque expreſsit. In poſteriore Vitâ ex MS. Rubeæ-vallis omnia validiore catenâ connectuntur: nam nu. 14. legitur* factus Epiſcopus anno natiuitatis ſuæ LVIII. *nu. 21.* mortuus anno Epiſcopatus ſui XIII. ætatis verò, *vt ſuprà dictum,* anno LXXI. Chriſti MCCCLXXIII. *Ex quibus neceſſariò conſequitur, natum eum eſſe anno Ch. 1302. Epiſcopum factum an. 1360. obiiſſe 1373.*

Errores chronologici quorumdam correcti.

4 *Hæc breuiter de Sancti ætate. Recentiores quid ſentiant, ſigillatim percenſere & expendere, nil attinet. Thomas Saracenus in Menologio Carmelitico vult Epiſcopum ordinatum anno Chriſti 1362. ſub* Vrbano V. *ætatis ſuæ anno 58. obiiſſe tamen anno Epiſcopatus 12. ætatis 72. Chriſti 1373. quæ non cohærent. Abrahamus Bzouius tom. 14. Annal. an. Chriſti 1373. num. 7. allegat diploma* Clementis VI. *(cuius exordium ſit!* Inter cetera, quæ ſuprema diſpoſitione *) datum anno pontificatus ſui octauo ad Andream iam Eccleſiæ Fæſulanæ præfectum. Electus eſt* Clemens 7. *Maij an. 1342. obiit ſub finem anni 1352. Annus igitur illius octauus fuit à Nonis Maij anni 1350. ad Nonas eaſdem anni 1351. ſicq; conſequens eſſet, Andream annis minimùm 22. Epiſcopum extitiſſe.*

5 *Poſtquàm tranſlatum Florentiam eſt ad ædem Carmelitanam corpus S. Andreæ, multa ad illud patrata eſſe miracula probatur in priore Vitâ nu. 28. ex epitaphio, quod illi* Collucius ſalutatus tunc temporis Cancellarius Florentinus *poſuit. Hic eſt* Collucius Pierus *Florentinus, qui à ſecretis fuit* Vrbano V. & Gregorio XI. *ipſius proinde Andreæ æqualis; S. Andreæ cuius auditor, Poſſeuino teſte, fuit Leonardus Aretinus, qui lib. 1. epiſtolar. ad Nicolaum ſcribit eum obiiſſe an. 1406. vt idem ait, qui & de aliis libris ab eodem* Collucio *ſolutâ ſtrictâque oratione compoſitis agit in Apparatu ſacro. Hoc porrò S. Andreæ epitaphium à Collucio concinnatum ita exhibebat MS. codex Rubeæ-vallis:* Huius epitaphium à Collucio poëtâ laureato editum, & marmoreo eius monumento inſculptum, eſt tale:

Epitaphium S. Andreæ

Montis Carmeli de religione vetuſtâ
Raptus ad Eccleſiam, Feſuleamque mitram,
Progenie celeber, virtute celebrior omni,
Hoc de Corſinis marmore ſub tegitur.
Andreas Chriſti famulus de iure vocatus,
Numinis æterni totus in obſequio;
Virtutum cultor, pater auxiliator egenis,
Exemplo vitæ mirus & eloquio.
Qui qualis fuerit, miracula multa fatentur,
Quæ Deus oſtendit corporis ad tumulum.
Luce obiit ſextâ Iani, labentibus annis
Septuaginta tribus Domini cum mille trecentis.

Quæ autem illa miracula fuerint, quæ hîc memorat Collucius, nuſquam legimus.

6 *Non dubium quin eo quoque tempore vita S. Andreæ fuerit conſcripta: nam quis credat annis demum ab obitu 80. aut circiter, illius geſta mandata eſſe litteris, quæ omnium celebrarentur ſermonibus? Eſt ea fortaſsis, quam damus, ſcripta tunc Vita, ſed poſteà à quopiam interpolata, & variè aucta. Cæuum ferè auctorem illa indicant, quæ nu. 25. habentur:* Super lumbos ſuos portabat ferrum in modum catenarum tetortum, videlicet illarum quæ tenentur ad ignem, quod apud me eſt, & ipſum habui à quadam deuotiſſimâ muliere Feſulanâ, quæ ipſum rapuit poſt eius mortem, & ipſa portauit vſque ad mortem.

Vita olim ſcripta.

7 *Ceterùm priorem earum Vitarum, quas hîc damus, edidit è codice MS. Vaticanæ bibliothecæ & Notis illuſtrauit Dominicus à Ieſu Carmelita Extalceatus, in libello, quem de Actis Canonizationis S. Andreæ collegit.* Continet, *inquit in Notis,* hic codex MS. vitam trium Heroum Ordinis B. V. Mariæ de monte Carmelo, nempe B. Angeli Hieroſolymitæ & Martyris, Alberti Siculi & Confeſſoris, & B. Andreæ Corſini, vt ſcriptor illius teſtatur his verſibus, quos in limine codicis affixit:

Quæ hîc editur,

Lector amice, trium breuis hic tenet acta libellus
Heroum, à celſo quorum ſtirps inclyta monte
Principium ſumpſit: Carmeli à vertice ſancti
Montis, ſancta oritur ſoboles, laudata propago,
Angelus à Solymis, Siculis qui natus in oris
Albertus, pius Andreas Corſinica proles.

Auctorem Vitæ huius ait idem Dominicus eſſe Petrum Andream de Caſtaneis eiuſdem ordinis, ſacræ Theologiæ Profeſſorem; *eumq; de ſe ipſo verba illa protuliſſe nu. 33.* Cùm quidam Frater Petrus Andreæ, pro tunc Baccalaureus, populo prædicare deberet, & ipſam vitam & miracula enarrare, dubitabat & timebat, in facie Eccleſiæ ipſum Sanctum aut Beatum nominare *&c. vbi innuit ſe, qui* pro tunc, *id eſt anno 1440.* Baccalaureus *erat, ad altiorem dein magiſterij in Theologiâ gradum aſcendiſſe. Et ſanè non paucis poſt victoriam illam, quam anno 1440. Florentini cõſecuti ſunt, annis deſcriptam eſſe illam vitam, aut miracula ſaltem, ipſe indicare auctor videtur; vt cùm cap. 7. nu. 31. ſcribit:* Inter quos (*Magiſtratus*) erant iſti, vt ſum memor, D. Angelus Iacobi *&c. & num. 42.* Ex cuius breuiaturis authenticis ego ſcriptor extraxi; *eodemq; modo loquitur nu. 44. Ante annum tamen 1466. hæc conſignata eſſe litteris, hinc coniici poteſt, quòd num. 34. dicatur Senatusconſulto decreta ſupplicatio præcipuorum*

à Petr. Andr. de Caſtaneis

ſcripta poſt an. 1440.

Ex variis.

rum Magiſtratuum ad Carmelitarum baſilicam cum cereis (quæ ceremonia, vt §. ſequenti dicemus, poſtmodùm intermiſſa, ac deinde mutata eſt) adhuc tunc viguiſſe; ita enim habetur: Et ſic fit, & factum eſt, ac ſancitum de voluntate Eccleſiaſticâ Domini noſtri Papæ.

vel certè addita miracula.

8 *At ſi quis illa inter ſe conferat, quòd vitæ auctor accepiſſe ſe à piâ matronâ Feſulanâ ferrum fateatur, quo cingere ſe S. Andreas ſolebat, quod ipſa poſt eius mortem rapuerat; & deinde poſt annum 1440. ac fortaſis circiter 1460. miracula ſe exaraſſe indicet; exiſtimabit fortaſis vitam ſiue à Collucio ſeu quo alio ſcriptam eſſe, à Petro Andrea de Caſtaneis addita ſolùm eſſe miracula. Quid ſi miracula, quæ à nu. 37. ad finem vſque narrantur, ab alio etiam adiecta ſunt?*

Alia vita ex MSS. & Surio.

9 *Breuiorem aliam vitam damus ex MS. codice monaſterij Rubeæ-Vallis Canonicorum regularium in Soniâ ſiluâ iuxta Bruxellam: cuius auctor aliquantò quàm prioris recentior videtur, propterea potiſsimùm quòd nu. 27. dicitur:* Nouiſſimè in noſtrâ memoriâ Matthæus Corſinus *&c. Non multò tamen recentior eſſe poteſt, cùm Ioannes Gilemannus, qui Vitas illas, quæ in Rubeâ valle aſſeruantur, collegit, & ſuâ manu deſcripſit, anno 1487. obierit. Edidit eam Vitam, ſed mutilam, Surius VI. Ianuarij.*

Alia de S. Andrea à variis ſcripta.

10 *Ex duobus iſtis fontibus riuulos duxerunt, quotquot de S. Andreâ ſcripſerunt; Abrahamus Bzouius to. 14. Annal. an. 1373. Franciſcus Hareus, Zacharias Lippelous, Gabriel Flamma, Siluanus Razzius de Sanctis Etruriæ, Petrus Ioannes Maffæus noſter de Vitâ XVII. Confeſſorum, Franciſcus Cataneus Dacettus Epiſcopus Fæſulanus in geſtis Pontificum Fæſulanorum, Didacus Coria lib. 11. Chronici Carmelitarum cap. 10. Thomas Sarracenus in Menologio Carmelitarum, Marcus Antonius Alegræus in Paradiſo Carmelitici decoris ſtatu 4. ætate 15. cap. 139. Inde quoque hauſta quæ ſuper canonizatione & ſanctitate* S. Andreæ *ſcripta extant; Relatio ad Paulum V. facta à tribus ſacræ Rotæ Romanæ auditoribus, Franciſco Sacrato, Ioanne Bapt. Coccino, & Alphonſo Manzanedo. Relatio ad Vrbanum VIII. facta ab Eminentiſsimo Cardinale Ioanne Baptiſtâ Deto Epiſcopo Portuenſi: Oratio Comitis Antonij Montecatini Aduocati Conſiſtorialis, habita coram Vrbano VIII. Reſponſio Ioannis Ciampoli Secretarij domeſtici eiuſdem Pontificis: Inſtrumentum Canonizationis ſcriptum à Conſtantino de Ruuere Referendario Pontificio. Quæ omnia ſæpius typis ſeorſim ſingula vulgata, nonnulla Annalibus Bzouij inſerta; tandem in vnum opuſculum per Dominicum à Ieſu collecta ſunt, & Pariſiis anno Chriſti 1638. excuſa.*

§. II. *B. Andreæ antiqua veneratio, ac Beatificatio.*

S. Andreas ſtatim poſt obitum cultus:

11 VIxerat B. Andreas *magnâ cum opinione ſanctitatis. Ea in obitu plurimùm aucta, & miraculis mox confirmata. Hinc de ſacris illius exuuiis obtinendis concertatum à Canonicis Fæſulanis, & Carmelitis Florentinis. Eas illi in tumbâ lapideâ maximo cum honore ſepeliêre; hi quòd in ipſorum æde ſibi tumulum elegiſſet, clam nocte ſuſtulerunt, atque marmoreo poſteà ſepulchro condiderunt. Factus ad illud populi concurſus, beneficia diuina eius interceſsione collata:* Sanè mirum eſt, *inquit Cardinalis Detus in Relatione Canonizationis*, quantâ omnium veneratione ab ipſo ſtatim obitu beati viri ſepulchrum frequentatum, reliquiæ cultæ, nomen imploratum ſit.

an officio Eccleſiaſtico?

12 *Anno Chriſti 1339. cùm Oecumenicum Florentiæ Concilium celebraretur, noua corporis tranſlatio apparatur, miracula multiplicantur, & quod huc, aut etiam ad præcedentia tempora, referri debet*, cultus publicus, & non niſi Sanctis debitus ei *delatus eſt*. Siquidem (*vt Relatio Canonizationis ad Paulum V. continet*) dies eius obitus tamquàm feſtus cum Miſsâ & officio proprio ante annum 1440. vſque in præſens fuit ſemper celebratus in eccleſiâ B. Mariæ de Monte Carmelo Florentiæ, in totâ diœceſi Fæſulanâ, vt probatur ex dicto officio relato in libro aſſeruato in ſacrario Eccleſiæ Fæſulanæ, & inde extracto in dicto proceſſu Actorum. *Sed his haud ſuffragatur, quòd an. 1440. poſt victoriam Florentinam infrà num. 32.* ſolennis Miſſa *cantata* de Trinitate, & de voluntate Domini Eugenij Papæ..... oſtenſum eſt corpus.... cum luminaribus & thurificationibus, *& ex conſilio* Cardinalis Albergati *à concionatore* Sanctus & Beatus *appellatus. Quæ innuunt antè de eo ſacrum aut officium Eccleſiaſticum non fuiſſe celebratum: & in ſuperiori loco mendum aliquod in numeris annorum irrepſiſſe.*

Non videtur.

Beatificatus ab Eugenio IV.

13 Dixerunt Cardinales *loco citato*, quòd ſecundùm intentionem B. Andreas erat canonizatus. *Quod ita interpretatur Cardinalis Detus in ſuâ Relatione:* Cùm Cardinales, qui tunc Florentiæ aderant, viderent Nobilium pleb ſque ſtudia in beati Antiſtitis cultu pio concertantium, ſimulque conſenſum Pontificis Eugenij, populorum votis ac precibus perbenignè annuentis, non dubitarunt affirmare honores illos ſpeciem habere canonizationis, ac ſuo quidem iudicio Andream Corſinum eo die relatum inter Cælites videri poſſe. *Montecatinus in Oratione ad Vrbanum VIII. Beatificationem appellat*: Eugenius ipſe Pontifex, *inquit*, ob hoc tam inſigne miraculum, (*victoriæ Florentinæ*) tot aliis additum, eum in Beatorum numerum adſcripſit. *Et hæc cauſſa eſt, cur multi recentiorum putarint S. Andream ab Eugenio IV. canonizatum fuiſſe.*

Publicis & ſolennibus donariis honoratus à Florentinis.

14 *Ex hoc ergo tempore cultus publicus augeri cœptus, potiſsimùm XXIX. Iunij, quo victoria Florentina contigerat: eo enim die corpus quotannis ex permiſsione Eugenij oſtendebatur, & torticea cerea à Senatu Florentino offerebantur, vt num. 34. refertur. Verùm ea ſolennis oblatio in ſecundam Dominicam Iunij tranſlata, atque aliquâ dein ratione mutata eſt. Ita 4. par. Relationis ad Paulum V.* Non contenta *primâ ſolennitate* Reſpublica *Florentina*, ordinauit quòd ſingulis annis in ſecundâ Dominicâ Iunij DD. Priores liberati, Vexillifer iuſtitiæ, & alij Magiſtratus, deberent accedere ad eccleſiam B. Mariæ de Carmine, & ibi cum cereis accenſis offerre donarium in honorem B. Andreæ. Cumque de anno 1466. per aliquot paucos annos dicta oblatio fuiſſet intermiſſa, fuerunt in concilio narrata hiſtoria reuelationis, & effectus victoriæ, ac dicta decreta tunc in memoriam beneficij in concilio facta; & fuit decretum, ne memoria dictæ reuelationis omitteretur, quòd loco dictæ oblationis veſtirentur 10. Nouitij dicti monaſterij B. Mariæ de Carmine, qui proceſſionaliter ire deberent ad eccleſiam S. Petri Maioris, & inde ad dictam eccleſiam de Carmine; quod vſque ad præſens ſeruatur. *& par. 5. §. 3. dicitur...* decretum Reip. factum an. 1446. (*legendum fortè vt ſuprà 1466.*) per quod fuit ordinatum Magiſtratibus, quòd in memoriam accepti beneficij à ſeruo Dei Corſino ſingulis annis impenſis communitatis viginti pauperes veſtirentur; quod paullò pòſt fuit etiam ordinatum, vt decem Nouitij Profeſſi conuentus S. Mariæ de Carmine, vbi ſeruatur corpus iſtius Beati, veſtirentur, & quædam alia præſtarentur.

Expetita canonizatio:

15 *Addit in ſuâ Relatione Cardinalis Detus*: Florentinus populus non contentus iis honoribus, quos ab Eugenio magnos licet atque annuos impetrauerat, à Paulo II. vt illum in Sanctorum numerum adſcribere dignaretur, enixè poſtulauit. Nec Paulus abnuebat, negotiumque Rotomagenſi, Theanenſi, ac Papienſi Cardinalibus dedit. Sed temporum ac perſonarum mutatione, vſque ad Clementem VIII. perducta eſt. *Capeſſiuit Pontificatum* Clemens VIII. *30. Ianuar. an. 1592.* Paulus II. *ſedit à 30. Auguſti 1464. ad 25. Iulij 1471. Tempore intermedio feſtus dies cum Miſsâ & officio proprio celebrari cœptus apud Carmelitas Florentiæ & in diœceſi Fæſulanâ, vt in Relatione Canonizationis ad Paulum V. narratur 4. par. §. 1. vbi additur:* Quin hoc idem obſeruatum fuit in toto ordine Carmelitano, vt habetur in eius Miſſali & Breuiario impreſſo vſque de anno 1557. & cùm Epiſcopus Fæſulanus anno 1583. (neſcitur de quâ cauſsâ) conſuluerit fel. rec. Gregorium XIII. ſuper celebratione huius feſti; Cardinalis Sirletus per ſuas litteras reſpondit Papam annuiſſe, vt poſſet celebrari Miſſa & officium proprium iuxta Miſſale & Breuiarium Carmelitanum. *Meminerunt huius declarationis Franciſcus Cataneus*

Eccleſiaſticum officium illi impenſum.

Cataneus Dacettus Episcopus Fæsulanus, Philippus Ferrarius de SS. Italiæ 14. Ianuarij in annotatione ad Vitam S. Andreæ, Lucas Castellinus de certitudine gloriæ Sanctorum Canonizatorum cap. 9. num. 42. & Dominicus à Iesu in Notis ad Vitam S. Andreæ, qui tum S. Andream inter Beatos *vult* recensitum, & sancitum de eo tamquàm de vno Confessore officium Ecclesiasticum in toto ordine Carmelitano & Ecclesiâ Fæsulanâ celebrari posse.

non 6. Ian. qui eius natalis,

16 *At quo die tum celebratum hoc officium? VI. Ianuarij, quo obiit, refertur in plerisque Martyrologiis. MS. Florarium:* Ciuitate Florentinâ B. Andreæ Corsini, Episcopi & Confessoris, qui floruit circa annum salutis 1373. *Carthusiani Colonienses in auctario Vsuardi edito 1515. & 1521.* Ciuitate Florentiâ B. Andreæ Carmelitæ, Episcopi Fæsulani. *Vetus Kalendarium ordinis Carmelitani apud Dominicum à Iesu:* Florentiæ B. Andreæ Carmelitæ, Præsulis Fæsulani, odore virtutifero longè lateque fulgurante splendescentis. *Eadem de eo prædicant Molanus in additionibus, & Canisius in Martyrologio Germanico. Galesinius in Notationibus ad VI. Ianuarij:* Florentiæ B. Andreæ Fæsulani, cuius vita piè exarata extat apud Surium. *Constantius Felicius:* Andreæ Corsini, Episcopi Fæsulani, Ordinis Carmelitarum, qui natus est vltimo die Nouembris, ordinem ingressus anno 1317. & posteà anno ætatis suæ 58. inuitus electus & consecratus Episcopus; denique cùm ob miracula facta celebre iam consecutus esset nomen, obiit anno 1373. vitæ suæ 71. quem Florentini ex concessione Eugenij IV. venerantur.

sed 14. Ian.

17 *Hæc VI. Ianuarij, quo tamen die ob solennitatem Epiphaniæ officium de B. Andreâ dici non potuit, ideoq; XIV. Ianuarij, exactâ Epiphaniæ octauâ, refertur in aliquibus Breuiariis, quo die ex tabulis Ecclesiæ Fæsulanæ Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum:* Fæsulis in Thusciâ B. Andreæ Episcopi, Ordinis Carmelitarum. *annotatq;* ex Gregorij XIII. Pont. Max. concessione officio coli Ecclesiastico hac die, licet in die Epiphaniæ obierit. *Refertur eodem die in catalogo Sanctorum Italiæ, & in nouâ Topographiâ eiusdem Ferrarij. Dissentit Dominicus à Iesu in Notis ad Vitam S. Andreæ, aitq; Ferrarium* à vero aberrare: Constat, *inquit*, inter nostros ascetas numquàm eodem die celebratâ fuisse festiuitatem S. Andreæ. Nam cùm obierit in die Epiphaniæ Domini VI. Ianuarij, reiecta est eius celebritas in XXX. Ianuarij è vetustâ consuetudine Ordinis. *additq; à Ferrario* citari ad suam sententiam adstruendam Franciscum Maurolycum. *cùm ipse ea verba Ferrarij ob distinctionem omissam perperàm de S. Andreâ intellexerit.* Maurolycus hac die, *inquit Ferrarius*, post S. Pontianum Martyrem, Cleri Diaconi & Martyris meminit. *Ita habet Maurolycus:* Apud Spoletum Pontiani Martyris. Item Cleri Diaconi in mare mersi.

nunc 30.

§. III. *Canonizatio S. Andreæ.*

Causa canonizationis acta sub Clemente VIII.

18 *Hæc de veteri erga* B. Andream *religione decretisq; illi honoribus. Quæ gesta deinceps, donec solennis peracta canonizatio, explicat Cardinalis Detus in Relatione ad Vrbanum VIII.* Clemens VIII. Pontifex Christianissimorum Franciæ Regum, & Ferdinandi Etruriæ magni Ducis, & venerabilis Carmelitarum Ordinis, & nobilis Corsinæ familiæ, precibus permotus, per Apostolicas litteras, Dominis sacrorum Rituum Cardinalibus mandauit, vt Processum informatiuum auctoritate ordinariâ iam compositum, continentem centum octuaginta & vnum testes, expenderent referrentque. Expenderunt illi, retuleruntque Pontifici, causam eo in statu esse, vt sacræ Rotæ auditoribus committi posset. Igitur petentibus, quos dixi, Principibus ac Generali Carmelitanæ familiæ cum ordine vniuerso, nec non Bartholomæo Corsino, Florentino Senatore, tam suo quàm totius Corsinæ gentis nomine: demandata est ab eodem Pontifice cognitio causæ tribus sacræ Rotæ auditoribus Francisco Peniæ Decano, Ioan. Garsiæ Millino, & Alexandro Iusto.

Ex variis.

19 At Clemente è viuis sublato, Paulus Quintus, repetitis eorumdem Procerum aliorumque precibus annuens, iisdem Rotæ auditoribus causam ritè cognoscendam confirmauit. Quam illi causam nouo studio complexi, litteras remissoriales ac compulsoriales telaxarunt, dixeruntque Alexandro Martio Medices Archiepiscopo Florentino, Lucæ Alemanno Volaterrano, & Bartholomæo Lanfredino Fæsulano, Episcopis, à quibus omni adhibitâ curâ, vti iniungebatur, examinatis centum & quatuordecim testibus, extractisque iuribus & antiquis monumentis, formatus legitimè processus super vitâ, sanctitate, ac miraculis beati Antistitis, Romam ad eosdem Rotæ Auditores transmissus est. Verùm ex iis Auditoribus, vno absente, duobus vitâ functis, assumptoque ad Cardinalatus gradum, qui subrogatus fuerat, Horatio Lancellotto; substituti demum sunt huius causæ Iudices ex eadem Romanâ Rotâ, Franciscus Sacratus, Ioannes Baptista Coccinus, & Alphonsus Manzanedus: qui sæpè conuenientes ad extremum & processum ritè fabricatum declararunt, & expensis sigillatim omnibus constare de sanctitate & excellentiâ vitæ atque miraculis censuerunt, censuramque suam eidem Pontifici retulerunt.

& Paula V.

Ea sub Vrbano VIII.

20 Hic erat causæ status, BEATISSIME PATER, cùm Paulo Quinto, eiusque successore Gregorio quintodecimo morte sublatis, Dei beneficio factum est, vt Sanctitas Vestra meritorum suffragio ad supremum istud sacerdotij culmen eueheretur. Tunc instare denuò cœpere, præter laudatos iam Proceres, Octauius Archiepiscopus Tarsensis, ac Philippus eius frater, & Nerei fratris iam defuncti filij, ex illustri Corsinorum familiâ, necnon & Fr. Gregorius Canalius Venetus Carmelitani ordinis Generalis, vt Sanctitas Vestra causæ iam toties agitatæ, atque ad exitum propemodùm adductæ, supremam manum ponere, pro eâ quâ potest pollet que auctoritate, dignaretur. Placuit Sanctitati Vestræ tam æquis iteratisque multorum precibus assentiri, factamque Paulo V. relationem nostræ sacrorum Rituum Congregationi discutiendam benignè transmittere.

rursus discussâ

& probatâ Rituum Congregationi,

21 Nos verò, BEATISSIME PATER, iliam pluribus sessionibus accuratè discussimus, ac tandem vnanimi voto consensuque censuimus, omnia in processu Florentiæ fabricato fuisse valida, testes ritè ac rectè examinatos, probationes, quæ illo processu continentur super sanctitate, excellentiâ fidei, ac præclaris miraculis serui Dei Andreæ Corsini, legitimas, ac sufficientes. Hæc sunt, BEATISSIME PATER, quæ ex legitimis Actis huius causæ dicenda fuerunt de vitâ & virtutibus B. Andreæ Corsini, deque miraculis illius beneficio patratis. Quibus copiosiùs in multis Congregationibus perpensis atque discussis, Cardinales Congregationis sacrorum Rituum in eam sententiam vnanimes venerunt: posse Sanctitatem Vestram (si ei placuerit) ad vlteriora procedere, & Canonizationem B. Andreæ Corsini, iuxta sacros Romanæ Ecclesiæ Canones, perficere & solenni ritu celebrare. *Hæc Cardinalis Detus.*

relatâ Pontifici:

22 *Cetera prosequitur Constantinus de Ruuere in Instrumento Canonizationis:* Summus Pontifex secretum Consistorium die XIV. Martij 1629. pro more conuocari iussit, in quo Illustriss. & Reuerendiss. D. Andreas Episcopus Cardinalis Perettus, pro Illustriss. & Reuerendiss. D. Ioan. Baptistâ Episcopo Cardinali Deto, suo & totius Congregationis nomine retulit scripturas, processus, omniaque huiusmodi causæ Acta legitimè confecta esse, ac maximæ auctoritatis, probatæque veritatis vim obtinere: deinde serui Dei Andreæ vitâ, gestis, virtutibus, & miraculis enarratis, se ceteroque dictæ Congregationis sacræ Rituum Cardinales censuisse dixit, Andream (si ita Suæ Sanctitati videretur) posse Sanctorum Catalogo aggregari. Die verò 20. mensis Martij 1629. ex antiquo instituto Romanorum Pontificum publicum Consistorium S.D.N. conuocauit, in quo præter Illustrissimos S.R.E. Cardinales, etiam Patriarchæ, Archiepi-

Ex variis omnes hortatus ad preces,

ſcopi, Epiſcopi, Protonotarij, ac alij Prælati, necnon Suæ Sanctitatis familiares conuenerunt; in illoque Comes Antonius Montecatinus, conſiſtorialis Aulę Aduocatus, eximiam ſerui Dei Andreæ caritatem, vitæ ſanctitatem, & miracula ornatiſſimâ ſuâ oratione demonſtrauit, ac demum ſupradictorum, Regis Francorum, Ducum, Principum, ac totius Ordinis Carmelitani, necnon nobiliſſimæ Corſinorum familiæ nomine ſuppliciter flagitauit, vt Andream Sanctorum numero vellet adſcribere. Quibus auditis idem Pontifex reſpondit, excipere ſe libenter Regum & Principum vota, ſolennes Sanctorum titulos Andreæ Corſino ab Apoſtolica auctoritate petentium, eiuſdemque Andreæ merita ac miracula diſertis verbis expoſita, ac ſapientum Iudicum quæſtionibus ritè cognita, illuſtria eſſe cæleſtis beatitudinis argumenta: ſed quia non audet Apoſtolica auctoritas librum illum æternæ vitæ, in quo ſcripta ſunt Dei Electorum nomina, niſi Spiritu ſancto aperiente, perſcrutari; idcircò in re adeò grauì maturiùs adhuc cum eiſdem Fratribus S.R.E.Cardinalibus, & Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, deliberandum eſſe. Et interim eadem Sanctitas Sua cenſuit, & propterea omnes in Domino hortatus eſt, vt vnà cum ſanctis orationibus, ieiuniis, atque eleemoſynis diuinæ ſapientiæ arbitrium explorarent, vt Sua Sanctitas deinde eorum ſententiis auditis, tandem Spiritu ſancto docente, in hac grauiſſimâ cauſsâ rectum è Chriſtianæ veritatis cathedrâ pronuntiare poſſet.

23 Demum die 2. Aprilis eiuſdem anni 1629. Conſiſtorio (quod ſemipublicum dicitur) ex S.R.E.Cardinalibus ac Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cõgregato; in quo etiam Apoſtolicæ Sedis Protonotarij, & ſacri palatij Apoſtolici cauſſarũ Auditores vocati interfuêre; idẽ Pontifex poſtquàm elegantiſſimâ oratione proceſſum, ſanctitatem, miracula, & merita dicti ſerui Dei retuliſſet, eorumdem Fratrum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum ſententias requiſiuit: cumque primò Cardinales, mox Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi omnes ex ordine, conſenſu reſpondiſſent vnanimi, ex iis quæ in vniuerſo proceſſu comprobata fuerunt, meritò ſerui Dei Andreæ Sanctorum consortium Apoſtolicâ auctoritate poſſe declarari; præ-

diem canonizationis conſtituit:

dicta Sua Sanctitas primùm gratias egit per Ieſum Chriſtum, quòd tanta eſſet omnium in Spiritus ſancti nomine conuocatorum eâ de re quaſi cordis vnius & animæ vnius conſenſio: deinde præſcripto die Canonizationis dicti ſerui Dei Andreæ Corſini, videlicet 22. menſis Aprilis præſentis anni 1629. omnes in Domino monuit, vt interim iteratis precibus, ieiuniis, & eleemoſynis, illius qui illuminat ſenſus & corda hominum, gratiam & auxilium in re hac grauiſſimâ ſimul cum Suâ Sanctitate implorarent.

24 Omnibus itaque iuxta ſanctorum Patrum traditiones, ſacrorumque canonum inſtituta, ac S.R.E. ritum, & antiquam conſuetudinem ritè & rectè peractis, præfatâ die 22. Aprilis ad ſacroſanctam Petri Principis Apoſtolorum baſilicam ſumptuoſiſſimo apparatu, varioque ornamentorum genere inſtructam, cereiſque facibus innumerabilibus relucentem, idem S. D. N. Vrbanus Pontifex, Pontificiis maximeque pretioſis veſtibus amictus, atque tiarâ gemmis refulgente redimitus, vnà cum

22. April. 1629. cum ſummâ ſolennitate,

eiſdem Illuſtriſſimis S. R. E. Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ſacris veſtibus indutis, ac Cæſareo, Chriſtianiſſimoque, & aliorum Principum Oratoribus, necnon Romanæ Curiæ Prælatis & Officialibus familiaribuſque Suæ Sanctitatis, præcedentibus vniuerſo regulari cuiuſque ordinis & ſeculari Clero, Collegiatarumque & ceterarum Vrbis baſilicarum & Eccleſiarum Canonicis, cottis & rochettis pro cuiuſque more indutis, accenſoſque cereos deferentibus, cantorum cœtu hymnum, AVE MARIS STELLA, à Suâ Sanctitate inchoatum, decantante, ſolenni ceremoniâ proceſſit: ibique poſt iteratas primò, ſecundò, & tertiò per Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Philippum de Bethunes Comitem de Selles, à conſiliis Chriſtianiſſimi Regis, apud S.D.N. Oratorem &c. & ſuprà dictorum Regis, Ducum, & Principum, atque Carmelitanæ religionis, necnon nobiliſſimæ Corſinæ familiæ, nominibus ſupplices petitiones, vt Andream Corſinum inter Sanctos Sua Sanctitas adſcriberet; & poſt trina reſponſa eiuſdem Suæ Sanctitatis, quibus congruo temporis interuallo, Litanias, hymnos, preceſque adiecit; denique abſolutis omnibus, quæ in ſimilibus Romani Pontifices ſeruanda inſtituerunt, & adimplere conſueuerunt, ac imploratâ communibus precibus Spiritus ſancti operâ, infraſcriptum Decretum pronuntiauit.

25 Ad honorem ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & exaltationem fidei Catholicæ, & Chriſtianæ religionis augmentum, auctoritate eiuſdem Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus ſancti, beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtrâ, de Fratrum noſtrorum conſilio decernimus & definimus, bonæ memoriæ Andream Corſinum Florentinum, Ordinis Carmelitarum, & Epiſcopum Fæſulanum, Sanctum eſſe, ac Sanctorum catalogo adſcribendum, ipſumque catalogo huiuſmodi adſcribimus; ſtatuentes vt ab vniuerſali Eccleſiâ anno quolibet in die obitus dicti Andreæ feſtum, & Officium ipſius, ſicut pro vno Confeſſore Pontifice deuotè & ſolenniter celebretur. Inſuper eadem auctoritate omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui annis ſingulis eodem die feſto ad ſepulturam deuotè aeceſſerint, vnum annum & quadraginta dies; accedentibus verò annis ſingulis in Octauâ dictæ feſtiuitatis ad ſepulturam, quadraginta de iniunctis pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

eumpublicè in Sanctorum numerum adſcribit:

largitur indulgentias:

26 Peractis tandem ritè omnibus ad dicti S. Andreæ Corſini canonizationem pertinentibus, & decantato ſolenniter hymno TE DEVM LAVDAMVS, atque diuinâ ope S. Andreæ meritis, per peculiarem ad id orationem, quam prædicta Sua Sanctitas piè recitauit, imploratâ, ſacroſanctum & incruentum Miſſæ ſacrificium ſolenni pompâ & ritu, ad altare Principis Apoſtolorum, idem Pontifex celebrauit, ac omnibus Chriſti fidelibus intereſſentibus, confeſſis & contritis, plenariam omnium peccatorum veniam & indulgentiam, ad Dei laudem, & gloriam S. Andreæ impartitus fuit. *Hæc ille.*

Miſſam celebrat:

27 *Martyrologio Romano, iuſſu Vrbani VIII. an. Ch. 1630. auctо & recognito, adſcriptus eſt S. Andreas VI. Ianuarij his verbis:* Florentiæ S. Andreæ Corſini, Florentini, Carmelitæ, Epiſcopi Fæſulani, quem miraculis clarum Vrbanus VIII. in Sanctorum numerum retulit. *at XXX. Ianuarij quo colitur in Kalendario Carmelitarum Excalceatorum apud Dominicum à Ieſu:* Florentiæ S. Andreæ Epiſcopi Fæſulani & Confeſſoris, ordinis Carmelitarum, in vitâ & morte miraculis clari.

nomen eius Martyrologio inſcribit.

VITA

Auctore Petro Andrea de Caſtaneis,

ex MS. codice bibliothecæ Vaticanæ edita per Dominicum à IESV Carmelitam Excalceatum.

CAPVT I.

S. Andreæ ortus, educatio, vita in ſeculo.

1 ANdreas ex nobilibus parentibus ortus Florentinis, videlicet de *a* Corſinis, cuius pater *b* Nicholus, mater verò *c* Pellegrina vocata eſt: qui in ſancto matrimonio viuentes, & in timore atque ſeruitio Dei vitam ducentes, die noctuque præmeditabantur, & anhelabant ad Dei laudem, & augmentum

a
b
c
Parentes S. Andreæ

tum ſanctæ matris Eccleſiæ, ex ſe filios procreare. Cùm igitur ſemel, vt debitum eſt à Chriſticolis, die [d] Dominico ſermonem in eccleſiâ Cathedrali Florentinâ audirent, & per os Spiritus ſancti intelligerent, quod in Exodo ſcriptum eſt, vt ſermocinator allegauit: Decimas & primitias Deo offerre non tardabis, & quod in *Canticis ſcribitur, primi & puriſſimi fructus eius; de ipſis hoc dictum eſſe arbitrati ſunt, & quòd primus fructus ex ipſis generandus, eſſet Dei. Ex quo ſanctè per ſe quilibet propoſuit, Deo atque Matri ſuæ Virgini dare primum ex eis fructum naſciturum. Et quoniam illo tempore, videlicet anno Domini MCCC. in eccleſiâ ſacri ordinis Carmelitarum, matris Dei icona ſeu tabula erat, quæ à vulgo nuncupabatur Noſtra Domina de populo, ad quam populus ex deuotione pro gratiis impetrandis confluebat, permaximè mulieres concipere non valentes, ambo veniunt, & deuotiſſimè Deo ac Virgini vouerunt, quilibet de per ſe, primitias filiorum in ſeruitium ſuæ ſanctæ religionis tradere.

d Exod. 22. 29. *imò Prouerb. 3. 14. *primum ex ſe naſciturum filium Deo deuouent coram imagine D. Virginis:*

2 Emiſſo voto dum ſimul eſſent in mensâ, dixit Pellegrina Nicholo viro ſuo: Dic mihi adiuro te, vir dulciſſime, quid enim petebas, cùm iſto manè ante imaginem glorioſæ Virginis ſic attentè manebas? Cui Nicholus melliflue reſpondens ait: Hæc veritas eſt, amantiſſima vxor: Heri ſermonem audiens in maiori eccleſiâ, cùm intelligerem primos fructus & puriſſimos Deo offerri deberi, ſic facere cordialiter propoſui. Cui vxor: Non vltrà proſequaris, iam te intelligo: ego idem audiens, eiuſdem voluntatis atque propoſiti fui, & iſto manè ventris mei primogenitum voui Deo & Virgini glorioſæ largiri. Sic & ego, ait vir, dum me ante iconam vidiſti Dominæ noſtræ aſtantem. Quapropter non parū de pari voluntate admirati, dicebant: A Domino factum eſt. Et ſic mutuò quod de per ſe vouerant, poſitis in terrâ genibus, ambo Deo promiſerunt. Tranſactis igitur non multis hebdomadis Pellegrina Nicholi vxor ex diuinâ largitione ſe ex legitimo ſanctoque matrimonio concepiſſe ſentiens, Deo ambo gratias referentes aſſiduè orabant, atque Dominum poſtulabant, vt eorum fructus talis eſſet, quòd Deo acceptus eſſet. Dum ergo tempus pariendi appropinquaret, nocte anteà dum ipſa Pellegrina oraret, obdormiuit, & in ſomnis videbatur ſibi lupum parere, de quo in viſione nimiùm triſtabatur, & de Mariâ Virgine lamentabiliter conquerebatur, & ſic dolendo videbat lupum eccleſiam intrare, & quòd ſtatim agnus candidus efficiebatur. Excitata verò cogitabat quæ cauſſa ſomnij eſſet, non fuit auſa reuelare alicui, ſed rem tacitè conſiderabat.

votum ſibi inuicem indicant, & confirmant. Mater grauida viſa ſibi eſt parere lupum, dein in agnum conuerſum.

3 In futurâ igitur nocte, videlicet S. Andreæ Apoſtoli peperit puerum pulcherrimum, ita vt omnes tam de domo quàm extranei mirati ſint, quoniam non vnius diei, ſed trium menſium eſſe videbatur. Lætitia maxima & feſtum in domo erat, quia ſterilis pepererat, ſed ipſa magis ac magis cauſſam ſomnij in corde conferebat. Baptizatur puer & in ſacro fonte baptiſmatis Andreæ nomen ei imponitur, in quo præſagium eius contemplationis futurum demonſtrabatur. Creſcit puer & ablactatur, litteriſque ſecularibus edocetur. Dum autem eſſet duodecim annorum, quia pulcher filius & aſtutus erat, nimiùm à parentibus diligebatur, quamuis poſt ipſum plures alios filios habuiſſent; efficiebatur valdè inobediens, dabatur ludis, & de parentum obedientiâ parùm curabat: ſed ſemper contrarium ipſorum voluntati faciebat, omni die lites & contentiones domi ducebat; delectabatur in armis, in venationibus: & de Eccleſiâ, aut de iis quæ Dei ſunt minimè curabat.

Naſcitur S. Andreas, baptizatur, inſtruitur litteris, diſſolutè viuit:

4 De malo eius fine quàm plurimùm dolentes parentes timebant, & quid agerent ignorabant. Vnâ dierum cùm iam ferè quindecim annorum eſſet Andreas, & in malis creſceret moribus, à genitoribus vocatur; ſed ipſe caput eleuando ad eos ire noluit, ſed verba ignominiæ valdè plena dixit. Ex quâ re mater, altâ voce ait: Verè, verè Andrea fili mi, tu es lupus quem ſomniaui.

inobediens parentibus,

Audiens Andreas illa verba venit ad matrem, & ait: Quid dicitis mater? quomodò ſum ego lupus? Tunc ait: Scias fili, qualiter pater tuus & ego eramus ſteriles, & votum fecimus glorioſæ Virgini primum filium illi dare, & tu es ille, & ſcias qualiter ſomniaui lupum parere, ſed de lupo eccleſiam intrando agnus efficiebatur. Itaque, fili mi, tu non es noſter, niſi quantùm ad generationem, tu es Virginis Mariæ; ideò te rogo, vt tantæ Virgini ſeruire non dedigneris. Quæ verba fuerunt Dei ſagitta cor eius vulnerans, & per totam noctem illam ad Virginem oculos direxit, dicens: Ex quo tuus ſum, Virgo Maria, animo magnò tibi die noctuque ſeruiam, ſed ora tuum piiſſimum filium, vt delicta iuuentutis & adoleſcentiæ meæ mihi parcere dignetur: quantùm ſibi & tibi diſplicui malè viuendo, tantùm omnibus viribus vobis complacere, vitam meam mutando, conabor.

A vetore Petro Andr. de Caſtaneis. à matre monetur, indicato ſomnio & voto: reſipiſcit.

a *Familia* de Corſinis *ab an. Chr.* 1282. *frequenter ſupremos Florentiæ Magiſtratus geſſit, in grauiſſimis bellis egregios illi Reip. Duces dedit, & Legatos ad maximos quoſque Principes; teſte Montecatino. Ex eâdem familiâ Epiſcopi Florentini extitêre* Petrus, *dein Cardinalis, de quo infrà nu.* 16. & Aymericus, *qui à Martino V. an. Chr.* 1420. *primus eiuſdem vrbis Archiepiſcopus conſtitutus eſt.* *Corſini.*

b *al.* Nicolaus. c *al.* Peregrina.

d *Recentiores feſto Purificationis id putant contigiſſe, propter Exodi verba, quæ diei myſterio quadrant. Sed cùm ſuprà oſtenderimus natum S. Andream anno* 1301. *vel* 1302. *eius annis Purificatio in Dominicam non incidit, ſed anno* 1298. & 1304.

CAPVT II.

Ingreſſus in Ordinem Carmelitarum. Tirocinij exercitatio. Profeſſio.

5 IN craſtinum igitur venit ad eccleſiam Carmelitarum, & humiliter poſuit ſe genibus flexis ante iconam Dominæ noſtræ de populo, ad quam votum per parentes factum erat: Ecce glorioſa Virgo, inquit, lupus vorax, & omni iniquitate plenus ante imaginem tuam ſtat, humiliter obſecrans quòd ſicut tu agnum immaculatum peperiſti Ieſum Chriſtum filium Dei, qui nos ab omni peccato redemit, lauit, & purgauit ſanguine ſuo pretioſo; ſic me purgando & lauando, meam lupinam & crudelem mutet naturam; ita quòd tibi amore tui filij iugiter ſeruiendo, agnus manſuetus, & ad laudis ſacrificium acceptus, in tuo ſacratiſſimo ordine efficiar. In quâ quidem oratione ſtetit vſque ad horam nonam lacrymis totam faciem irrigando, & ſurgens venit ad fratrem Hieronymum de Melioratis, qui tunc Prouincialis Tuſciæ erat, & ad terram ſe proiiciendo ingreſſum quęſiuit religionis. Cui Pater Prouincialis reſpondens ait: Fili, dicas vnde voluntas iſta venit, cùm ſis de nobili progenie ortus, & nihil tibi deſit? Reſpondit Andreas: A Domino factum eſt, & à genitoribus meis, qui me vouerunt in hunc locum dedicandum ad honorem Virginis in perpetuum moraturum. Tunc ait Prouincialis: Expecta modicum, & in breui tibi reſponſum tradam.

Fuſis precibus coram imagine D. Virginis, petit admitti in ordinem Carmelitarum:

6 Congregat Patres conuentus, & ad domum Andreæ parentum nuntium mittit. Parentes verò, qui ipſum quærebant, gauiſi ſunt, & ad conuentum venerunt, & intrantes eccleſiam filium ante iconam prædictam genuflexum inuenerunt. Cùm enim mater filium vidit: Ecce, ait, filius meus, qui ex lupo agnus factus eſt. Venit autem Prouincialis ſimul cum Patribus conuentus in eccleſiam, vbi erat Nicholus & Pellegrina Andreæ genitores, & eos interrogat, vtrùm ex voluntate ſit ipſorum, vt Andreas habitum accipiat religionis. Qui ambo manus ad cælum leuauerunt dicentes: Nihil aliud optamus, nec deſideramus, quoniam talem Deo & Virgini glorioſæ fecimus promiſſionem. Vocatur autem Andreas, & interrogatur quid peteret: qui ad terram ſe proiiciens ait humili ac columbinâ voce: Ego peto introitum huius ſacræ religionis, vt valeam de peccatis meis pœnitentiam agere. & ſtatim ſe vertit ad parentes cum lacrymis infinitis, & terram oſculando, rogauit quòd

obtento parentum conſenſu,

AVCTORE PETRO ANDR DE CASTANEIS.

quòd ſibi parcerent, & benedictionem traderent. Qui cum oſculis & amplexu ac lacrymis, manus ſuper eum ponentes dixerunt: Benedicat te Deus, Deus noſter, benedicat te Deus; & anima tua tali benedictione repleatur quæ ſit ad tuam ſalutem. Et ſtatim oculos ad Virginem vertentes, dixerunt: Ecce, glorioſa Virgo, promiſſum noſtrum; ecce donum de viſceribus noſtris: ipſum tibi donamus, & in manibus tuis recommittimus. Sis, glorioſa Virgo, tutrix, gubernatrix, adiuuatrix filij noſtri. O quàm pium erat tunc lacrymas effundere! imò quis ipſas continere potuiſſet, talia verba audire melliflua, tantam humilitatem, lupum videre in agnum conuerſum?

& benedictione,

admittitur

7 Poſt igitur parentum benedictionem, Andreas in conuentum ducitur, & per tres menſes probatur, in quibus ei officia humillima dantur: efficitur namque ianitor, ac domus mundator, coadiutor coci, ſeruitor Fratrum in mensâ, quæ omnia ad gloriam ſibi reputabat: efficitur magni ſilentij cultor, aſſiduus in oratione, necnon patientiſſimus. Dum enim à conſanguineis deridebatur, & ab iis qui ſocij ſui eſſe ſolebant, ſilentio ipſos vincebat & patientiâ. Sæpenumerò, dum portam conuentus cuſtodiret Fratribus comedentibus, eſt inuentus in oratione ita intentus ante imaginem, quæ adhuc eſt ſuper portam, quâ de eccleſiâ intratur in clauſtrum, quòd quamuis Fratres poſt refectionem tranſirent, cantando MISERERE MEI &c. videlicet nec ipſos videbat, nec audiebat.

in officiis humilibus exercetur;

orationi addictus:

8 Fratribus comedentibus vnâ dierum venit quidam cum magnâ inſtantiâ pulſans ianuam. Andreas verò veniens ad paruam feneſtram portæ, & videns ipſum benè indutum, & cum famulis interrogauit, quid vellet. Reſpondit cum voce ſuperbâ: Aperi citò, quoniam ego ſum de conſanguineis tuis, & nullo modo intendo te iſtic cum iſtis nebulonibus & mendicis manere: & hoc eſt de voluntate parentum tuorum, quia iam te promiſerunt vni pulcherrimæ puellæ nubendum. Cui Andreas reſpondit: Ego non intendo aperire, quoniam ſub obedientiâ præceptum eſt mihi, vt nulli aperiam ſine licentiâ: non credo vos eſſe de conſanguineis meis, quoniam numquàm ampliùs vos vidi: & ſi ſeruio Fratribus iſtis humilibus, etiam Chriſtus factus eſt homo, vt ſeruiret nobis. & nullatenùs credo de voluntate parentum meorum eſſe, de hoc loco me exire, quoniam me Deo & Virgini vouerunt, in quo ſeruitio ſummè gaudeo; & iam pro ſponsâ meâ obedientiam accepi & humilitatem: credo autem vos eſſe de conſanguineis diaboli. Tunc ait iterum: Andrea, rogo te, vt debeas mihi modicum aperire, vt valeam tecum aliqua conferre, nam Prior non te videbit. Cui Andreas: Etſi Prior non videbit, ſtat Deus deſuper, qui eſt ſcrutator cordium, & nullus ab ipſo poteſt abſcondi; amore cuius hîc ad ianuam maneo vt cuſtos, vt ipſe ſit Deus cuſtos & adiutor meus. Et hæc dicens, muniens ſe ſigno Crucis, ipſe pulſator, qui erat diabolus, tamquàm fulgur fœtidus ipſe receſſit. Andreas igitur Deo gratias referens de victoriâ contra diabolum habitâ, efficitur fortior atque perfectior.

diabolum ad ſeculum reuocantem

generosè repellit:

9 Præmiſſus igitur annus probationi, venit tempus profeſſionis. In craſtinum Epiphaniæ congregantur Fratres in Capitulo, ſimiliter omnes de ipſius parentelâ; adeſt Notarius: in quorum præſentiâ ducitur Andreas, vt moris eſt, ſine habitu, & ante Prouincialem poſitus interrogatur, quid quæreret. Et ipſe cum multis lacrymis ait: Ego peto miſericordiam Dei, Virginiſque Mariæ, ac ſocietatem Fratrum Carmelitarum, cum habitu religionis, & poſtulo vt me dignemini ad profeſſionem recipere. Tunc Pater Prouincialis poſt exhortationem & habitus benedictionem, induit ipſum, & ſtatim Frater Andreas manibus cancellatis in manibus Prouincialis cum profundiſſimâ humilitate cantare cœpit: Ego Frater Andreas facio profeſſionem, & promitto obedientiam Deo, & B. Mariæ Virgini de monte Carmeli, & Fratri [a] Ioanni Baliſterij digniſſimo Generali, vſque ad mortem: quæ verba ter replicauit. Erant autem nonnulli de conſanguineis ſuis ipſum exhortantes, vt profeſſionem non faceret, ei promittentes aliqui pecunias, aliqui poſſeſſiones, aliqui veſtes, & aliqui iocalia. Ipſe autem dicebat eis: Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit Dominus hodie vocem fletus ac deſiderij mei. Pòſt ſe vertebat ad parentes & alios de domo, ſupplicando pro benedictione recipiendâ, & dicebat: Sitis Domini & amici mei contenti de meo introitu huius religionis ſacræ Virginis Mariæ; quoniam hæc eſt voluntas Dei, & ego pro peccatis veſtris rogabo. Ex quibus verbis omnes tam Fratres quàm ſeculares inducebat ad lacrymas.

facit profeſſionem.

a *Mendum eſt. Nam* Ioannes Baliſterius *Generalis electus eſt in Capitulo Burdigalæ habito* 8. *Septemb. an.* 1358. *obiit* 24. *Sept.* 1374. *vt habent Annales ordinis à variis editi. Sub hoc ergo* S. Andreas *obiit, non profeſſionem fecit. Subſtituendus fortè* Guido Perpinianus, *qui an. Ch.* 1318. *electus, poſteà Maioricanus Epiſcopus fuit: ac fortè inde confuſionis nata occaſio, quæ & in antiquo Chronico MS. Ordinis Carmelitani apud Dominicum à Ieſu reperitur.*

CAPVT III.

Eximiæ eius virtutes. ſacerdotium.

10 ACcepto igitur habitu, & profeſſione factâ, cum benedictione & oſculo Fratrum, & omnium conſanguineorum, perſeuerabat in omnibus virtutibus, & maximè in humilitate. Erat namque, ſicut prædiximus, in humilibus domus operibus ſollicitus, quotidie manibus propriis volebat pauperibus eleemoſynas miniſtrare, domum mundare, infirmis conuentus cum magnâ deuotione ſeruire, tenens in pectore ſuo ſcriptum: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Numquàm diuinas horas dimittebat, ſed die noctuque primus in Choro videbatur. Numquàm præcepto maiorum repugnabat, ſed tantò gaudebat & lætabatur, quantò magis aliquid ſibi præcipiebatur; & ne tempus perderet aſſiduus erat in ſacrarum litterarum ſtudio.

Accuratè inſtituta monaſtica obſeruat:

Matth. 25. 40.

11 Vnâ dierum inſtantiſſimè Patrem Prouincialem Andreas rogauit pro maximâ gratiâ, quòd ſemper ſextâ feriâ dimitteret eum ad crucem ire. Prouincialis autem arbitrabatur ipſum velle diſciplinam facere, & ait: Contentor fili, ſed diſcretè & moderatè; ne à diabolo decipiaris. Ipſe autem Andreas ſtatim poſt Miſſam ſumens diſciplinam cum pſalmo, Deus miſereatur noſtri &c. Ad te leuaui &c. De profundis &c. cum orationibus conſuetis in ordine diſciplinam vſque ad ſanguinem faciebat: & pòſt ſportam in collo ſuo capiebat Chriſti amore, & inter nobiles & conſanguineos in viâ quæ nuncupatur, Via maior, ibat, panem & eleemoſynam petendo. Conſanguinei autem ad ipſorum verecundiam id fieri reputabant, & valdè indignabãtur, & ordinabant quòd ab omnibus derideretur, & ſibi verba dicerent ignominioſa. Tunc libentiùs & gaudens ibat, & infra ſe ipſum dicebat: Dominus meus Ieſus Chriſtus cùm malediceretur non maledicebat, & cùm pateretur non comminabatur. Hæc eſt profeſſio mea, quoniam de Ordine Mendicantium ſum; nam corona mea & ars mea eſt mendicare, & ſic omnes vincebat.

corpus acriter diuerberat;

Pſal. 66. 122. 129.

mendicans ab amicis irridetur:

12 De ore autem eius numquàm ſtultum, ſiue iuuenile aliquid auditum eſt; ſed, vt prædiximus, magni ſilentij erat: cautus mulieres fugiebat, verbaque laſciua: hortus ſolatium eius erat, & ſolitudo cameræ: paradiſus deliciarum erat eccleſia, lignum vitæ Crucifixus, terra autem ſancta ſibi erat Virgo glorioſa. Erat namque maximæ abſtinentiæ & vitæ aſperitatis; ieiunabat vltra ieiunia ab Eccleſiâ præcepta & in Ordine obſeruata, ſemper feriâ ſecundâ, quartâ, & ſextâ, necnon & diebus Sabbatinis amore matris Dei, in quibus ieiuniis tantùm panem & aquam deguſtabat; carnes ſuas aſperrimo cilicio domabat, & cum ipſo ſemper ſuper ſtramina dormiebat.

ieiunio & cilicio ſe macerat:

13 Dum autem pro eleemoſynâ ſextâ feriâ, vt prædixi-

ægrum à luſu reuocat,

diximus, iret, erat vnus de conſanguineis ſuis, qui ab infirmitate lupæ vexabatur, ex quâ omnes tibiæ carnes corrodebantur, ex dolore cuius diu noctuque vlulabat, & vt dolori aliquod refrigerium daret & eius pœnæ, ludis vacabat, & de domo eius luſorum locum fecerat, ad quam luſores omnes confluebant. Andreas autem hæc videns, ſibi compatiens, & plus animæ quàm corpori condolens, venit ad eum, & ait: Ioannes mi patrue, vultis ſanari? Reſpondit Ioannes: Vade, vade mendice, tu credis me deridere. Cui Andreas: Non turbemini, conſanguinee mi; ſed ſi vultis ſanari, meis conſiliis acquieſcite. Ioannes verò ſtatim reſolutus eſt, & humiliatus ait: Faciam quicquid vis, ſi poſſibilia ſunt. Dixit Andreas: Si vultis ſanari, ego volo, quòd ſeptem diebus à ludis abſtineatis, & ſex diebus ieiunetis, & ſeptem diebus dicatis deuotè & attentè ſeptem PATER NOSTER cum AVE MARIA, & pòſt dicetis SALVE REGINA; & promitto vobis, quòd glorioſa Virgo pro veſtrâ ſanitate gratiam Filio ſuo impetrabit. Ioannes autem, quamuis eſſet homo indeuotus, iſtum audiens agnum, ſuamque videns ſimplicitatem, acquieuit ſeipſum vincendo, & ita promiſit facerè, & fecit, dimittendo ludos, orando & ieiunando. Die autem Sabbati, videlicet ſeptimâ ab inceptione, Andreas iuit ad eum viſitandum: quem interrogauit qualiter ſe haberet. Qui reſpondit: Verè tu es Dei amicus, nihil ampliùs doleo, & ita ambulare poſſum, ſicut ſi eſſem iuuenis & ſanus, vbi priùs ſemper iacebam. Cui Andreas: Vadamus ſimul ad conuentum, & venerunt ante iconem & imaginem Virginis, & ſimul orauerunt flexis genibus. Poſt verò orationem dixit Andreas: Mi patrue, ſoluite tibiam veſtram, quoniam ſanata eſt ex integro; & ſic factum eſt: & vbi erant priùs carnes corroſæ vſque ad os, factæ ſunt ſicut carnes pueri parui. Ioannes autem totus deuotus, & timens Deum factus eſt, Deo & Virgini gratias referens.

eique, facto D. Virgini voto, ſanitatem impetrat:

14 Dum autem Frater Andreas in ſanctitate perſeueraret, ita vt in magnâ iam eſſet perfectione, ac etiam populi deuotione ad ſacros Ordines promoueretur; qui non renuit, ſed humiliter acceptauit, arbitrans magis in ipſis Deo & Virgini glorioſæ ſe poſſe ſeruire. Cùm autem eſſet Sacerdos ordinatus, volebant eius conſanguinei quòd Miſſam cantaret cum magno apparatu. Ipſe autem, à Prouinciali licentiâ acceptâ, ad *a* conuentum iuit Siluarum, & ibi cum maximâ cordis deuotione ſuam primam Miſſam cantauit, in quâ ſtatim poſt communionem Virgo glorioſa ſibi apparens ait: Seruus meus es tu, quia elegi te, & in te gloriabor. Non tamen propter huiuſmodi reuelationem extollitur, nec etiam propter promotionem ad ſacros ordines, ſed magis ac magis humiliatur, pedes Fratrum lauando, cappas mundando, animalia, quando erant, gubernando, laudes hominum fugiendo, & ſemper quæ legebat in corde ſuo conferendo & conſeruando.

vitat pompam in primitiis,

a in quibus D. Virg. ei apparet.

a *Florentiâ 7. milliaribus diſtat, & à ſiluis nomen habet.*

CAPVT IV.

Varia miracula. Præfectura conuentus Florentini.

15 ERat autem quidam nobilis, & præpotens in diuitiis, qui vnam filiam decem annorum habebat, quæ hecticam infirmitatem patiebatur; pro cuius ſanitate recuperandâ omnia quæ poſſibilia erant fecerat ſecundùm conſilium Medicorum; & quoniam orbatus erat filiis, valdè timebat iſtâ vnicâ filiâ priuari. Vnâ dierum cum multis lacrymis iuit ad filiam ſuam, & dixit: Heu, heu mihi, filia mea! quid amplius faciam pro te & pro tuâ ſanitate recuperandâ? Tu es cor meum & anima mea, & in hac vitâ nullam aliam ſpem habebam niſi te, & de te timeo priuari. Rogo vt mihi dicas, ſi aliquid velis aut deſideres, ſi credis per aliquod ſanari remedium: ſcis enim me diuitem eſſe, & nullum alium hæredem niſi te habeo: itaque omnia mea tua ſunt. Dicas ergo ſecurè, filia mea dulciſſima, pete quicquid vis: nam pecuniæ non deficient. Puella autem in fletu & lacrymis ait: Eia, pater mi, nullam ſpem habeo ſanandi, niſi in auxiliis Dei & glorioſæ Virginis Mariæ, pro quo auxilio impetrando rogo, vt mittatis pro ſeruo Dei Fratre Andreâ de Corſinis, vt ipſe manibus ſuis ſanctiſſimis præparet mihi cibum, quod libenter faciet; & ſic ſpero me ab hac hecticâ febre liberari. Hoc audiens pater, non mittit famulos, ſed propriis greſſibus ad conuentum currit Carmelitarum; eccleſiam intrat, inuenitque Fratrem Andream ante Crucifixum orantem: qui proiicit ſe ad pedes eius, & cum maximo vlulatu & doloroſis lacrymis ait: Rogo te ac ſupplico, vir Dei, vt domum meam venias, & filiam meam, quæ te in infirmitate clamat, viſitare digneris, & pro eius ſanitate diuinum auxilium placeat inuocare. Cui F. Andreas reſpondit: Heu, heu, frater mi, noſcas me viliſſimum eſſe peccatorem: ſed Deus qui ſanat omnes contritos corde, tuæ filiæ ſanitatem animæ præſtet & corpori. Spera ergo in Domino Ieſu, in ſuâ Matre ſanctiſſimâ, & vade, quia ſtatim poſt te veniam. & habitâ à Priore licentiâ iuit, intrauitque cameram, vbi iacebat puella, vbi erant parentes & multi de parentelâ, & intrando cameram ait: Deus qui ſaluandos facit ſperantes in ſe, ipſe te ab hac ægritudine ſanet, vt valeas Deo & glorioſæ Virgini ſeruire. Tunc ait puella: Rogo te, Pater Andrea, vt manibus tuis cibum præpares, ex quo pectus meum mundetur. Tunc Andreas accepit panem, & poſuit in vino, & orando dixit: Domine Deus omnipotens & Chriſte Ieſu Saluator, qui, vt memoriale tuæ ſanctiſſimæ paſſionis in mente ſemper haberemus, ſub ſpecie panis & vini corpus tuum in cibum & ſanguinem in potum fidelibus tradidiſti; benedic & ſanctifica panem iſtum cum vino mixtum, vt ſit ad ſanitatem tam animæ quàm corporis iſtius puellæ, in te & in auxilio tuo ſperantis, qui viuis in ſecula benedictus, Amen. Et propriis manibus puellæ tradidit panem & vinum: quæ ſtatim poſtquàm comedit & bibit aliqualiter, obdormiuit; quæ paullò pòſt excitata cœpit clamare: Pater mi, pater mi & mater mea, currite, & detis mihi veſtimenta mea, quoniam F. Andreas me vocat. Quæ induta, propriis paſſibus ſine alicuius auxilio, iuit ad eccleſiam ſana & libera, ad gratiarum actiones Deo referendas, cunctiſque mirantibus laudes Deo canendo, quam Pater Andreas inter moniales S. Annæ clauſit, & conſecrauit.

Puellam hecticâ febri afflictam,

AVCTORE PETRO ANDR. DE CASTANEIS.

& auxilium ſuum implorantem,

inuiſit:

ei cibum parat, benedicit,

eamq; ſanam efficit,

& ſanctimonialem conſecrat

16 Eo igitur tempore in Capitulo in conuentu Piſano celebrato promouetur F. Andreas Pariſios ad ſtudium: qui animo libenti iuit, & vt Maiorum mandatis obtemperet, & vt hominum fugiat laudes, & cauſâ proficiendi in diuinis lectionibus. In quo quidē ſtudio tribus annis *a* tantùm manſit, in quibus maximè profecit. Reuocatur à prouinciâ, & regrediendo *b* Auenionem applicauit, vbi retentus à Reuerendiſſimo Domino D. *c* Petro de Corſinis Cardinali, cum quo aliquibus diebus manſit, in quibus eccleſias & deuota loca viſitauit. Vnâ dierum viſitando *d* eccleſiam S. Mariæ de Donis horâ meridiei, cæcus quidam erat ante oſtium eccleſiæ petens ſibi eleemoſynam. Andreas autem interrogauit, qualiter cæcus fuiſſet. Qui reſpondit: Vir optime, ego habeo vxorem & filios, & ars mea erat purgare aurum & argentum. Itaque ſemper ſtabam prope ignem, & ad ignem oculis fixus; & vt darem expenſas filiis meis & vxori, indiſcretè laborabam; itaque ex nimio calore cæcus factus ſum, de quo valdè doleo, non propter me, ſed propter filios meos, qui adhuc parui ſunt, & neſciunt panem acquirere. Rogo igitur te, Pater, vt Deum pro me ores. Non valuit Andreas lacrymas continere, & ait: Deus, qui eſt vera lux, qui omnem hominem in hunc mundum venientem illuminat, te illuminare dignetur, vt valeas ad ſui laudem filios tuos enutrire: & intrauit eccleſiam, & ante altare maius ſe poſuit proiectum, & ad terram extenſum in modum crucis, & ita ferè per horam

ſtudet triennio Pariſius

a

b

c

d

Auenione caco vihabet vxorem & filios, & ars mea erat purgare aurum ſum impetrat:

AVCTORE PETRO ANDR. DE CASTANEIS.

ram ſtetit. Et ſurgens venit ad hominem cæcum, & aſpergens illum aquâ benedictâ, ait: Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cæcum à natiuitate illuminauit, & lumen cæco in viâ reddidit, ſuâ virtute & potentiâ lumen tibi reddat. O mira res & ſtupenda! ſtatim aperti ſunt oculi eius, & clarè vidit, & gratias Deo reddens, diuulgat hoc per vniuerſam ciuitatem.

Fit Prior conuentus Florentini:

17 Dimittitque Auenionem, & ad propria venit, videlicet ad ciuitatem Florentiæ, in quâ Capitulum celebratur prouinciale, & F. Andreas effectus eſt Prior conuentus Florentini. Qui cùm conuentum rexiſſet & Fratres in maximâ honeſtate & religioſitate, Fratrem Venturam de Piſis ſanauit de hydropiſis infirmitate, digitum ponendo in ipſius ore in nomine Ieſu, qui eiecit de ore eius vnum [e] barile aquæ, & ſanatus eſt.

hydropicum ſanat:

e

in baptiſmo ſuſcipit quemdam,

18 Requiſitus fuit vir Dei à quodam nobili ciue in compatrem, cui filius maſculus natus erat; qui acceptauit. Dum autem puer eſſet in brachiis ſuis vt baptizaretur, cœpit flere. qui poſt baptiſmum interrogatur, cur ita, dum puer baptizaretur, fleuiſſet, cùm ſit lætitiæ opus. Reſpondit B. Andreas: Mi compater, ego non potui lacrymas retinere, cùm puer iſte natus ſit ad tantas miſerias, & calamitates huius mundi ſuſtinendas: & nuntio vobis, quòd ſi puer iſte non moriatur in pueritiâ, aut Religioſus efficiatur, erit cauſſa ſuæ deſtructionis ac totius ſuæ progeniei. Pater autem imprudens cœpit ridere, & ait: Potiùs volo quòd ſtipendiarius efficiatur & latro, quàm Religioſus. Quid accidit, audite. Nutritur voluptuosè puer, ita quòd adhuc non erat ætate viginti annorum, quando ſe aſſociauit cum aliquibus rebellibus, & à ciuitate expulſis, cum quibus vnum caſtrum rebellare ordinabat, & ipſum vi tenere, in contemptu ciuitatis, & omnes trâſeuntes deprædari. Quâ de cauſsâ omnes de peſſimâ illâ ſocietate capti fuerunt, ac etiam ſuſpenſi, omnes de ipſorum parentelâ officiis & dignitate priuati fuerunt: itaque ſicut nuntiauit, ita ſibi euenit.

cuius exitum malum prædicit.

a Ad magiſterij gradum peruenisſe *docent Ferrarius in catalogo SS. Italiæ, & Emanuel Romanus elucidat. 27. citati à Dominico à Ieſu in Notis. Sed vnde id hauſerunt? Ex Vitâ S. Petri Thomæ 29. Ianuar. num. 8. longiorem in ſtudiis moram iſtic tunc requiſitam fuiſſe conſtat.*

b *Altera vita & Alegræus* Diuionem *habent, vbi Legatum Apoſtolicum egerit ille Cardinalis: perperàm, vt ex ſequentibus patet.*

c *Erat tunc temporis* Petrus Corſinus *non Cardinalis, ſed Epiſcopus Volaterranus, & Generalis ſacri palatij Auditor. Succeſſit dein in Epiſcopatu Florentino Philippo Aurelio an. Ch. 1361. Creatus demum Cardinalis tit. SS. Laurentij & Damaſi ab Vrbano V. anno Pontificatus eius 8. Chriſti 1369. VII. Idus Iulij. Obiit Auenione anno Cardinalatus ſui 36. Chriſti 1405. Ita ferè Ciacconius & Victorellus in Vrbano V.*

d *Eſt hæc Auenione Cathedralis, in quâ Pontifices inaugurati Innocentius VI. Vrbanus V. Gregorius XI.*

Barile. e Barile, *vox Italica*, cadum *ſignificat.*

CAPVT V.

Epiſcopatus Fæſulanus. Virtutes ſancti Confeſſoris expreſſæ.

a *b* *Eligitur Epiſcopus:*

19 ANno igitur Domini [a] MCCCLXII. tempore Vrbani Papæ V. qui capita ornauit [b] Apoſtolorum, ciuitas Feſulanâ ex naturali morte Præſule carente, vniuerſus Clerus de vnanimi aſſenſu in Paſtorem & Epiſcopum F. Andream de Corſinis, elegerunt. Qui audiens ſecretò fugit ad Carthuſienſes, & abſconsè ſtetit orando, & glorioſæ Virgini ſupplicando, vt ab illâ dignitate periculosâ liberaretur. Canonici, Sacerdotes, ac etiam laïci, eum quærebant, mittendo per prouinciam, & inter notos; & non inueniendo, quid agerent neſciebãt: quapropter decreuerant mutare electionem. Congregati igitur Clerici, & populus in maiori eccleſiâ, vt ſuper hoc conſilium haberent, quorum aliqui dicebant: Expectemus adhuc per aliquot dies; alij autem, Minimè, dicebant; ſed electionem mutemus. O mira res & admirabilis! Puer ferè trium annorum, qui vix panem petere ſciebat, violenter in Congregationem intrauit, & altâ voce dixit: Elegit Deus Andream in Sacerdotem ſibi, non in contrarium electionem mutetis: ſed ad Carthuſienſes mittatis, & eum inuenietis orantem. Et dum etiam ſuper hoc Andreas oraret, puer candidus ſibi apparuit, dicens: Ne timeas Andrea, quoniam ego tuus cuſtos ero, & Maria in omnibus erit tua adiutrix; ſecurè Epiſcopatum aſſume. Læti Clerici & populus de reuelatione, & non parùm mirantes, miſerunt ad Carthuſiam, vbi Andream orantem inuenerunt, vt puer prædixit. Et ſic electus fuit in Epiſcopali dignitate, ac ab Vrbano etiam quinto confirmatus.

deliteſcit:

electione diuinitus confirmatâ,

acquieſcit:

20 In quo Epiſcopatu veriſſimè meruit, quòd de ipſo rectè cantari poteſt:

Hic pius, prudens, humilis, pudicus;
Sobrius, caſtus fuit, & quietus,
Vita dum præſens vegetauit eius
Corporis artus.

Ad ſacrum cuius tumulum frequenter, &c.

vbi ſunt octo partes in commendatione ſuæ ſanctiſſimæ vitæ, quarum prima eſt: Hic Andreas pius. Quantæ pietatis & miſericordiæ erga pauperes & afflictos, & incarceratos, parturientes, miſerabiles, pupillos, orphanos, viduas, Oſanna vox turbarum reſonat. Tantæ pietatis erat, quòd quando miſeros pauperes videbat, aut quando audiebat alicuius calamitatem & miſeriam, iugiter in lacrymis prorumpebat, ex pietate totum Epiſcopatum, & eccleſiæ chorum, & tectum fecit fieri, & recuperauit, cùm omnia eſſent quodammodò in ruinâ & deſtructa. Ex pietate primam trabem nouam eccleſiæ Carmelitarum Florentiæ fieri fecit, in quâ expendit florenorum 200. Ex pietate omni die pauperibus manibus propriis panem & vinum porrigebat: ex pietate librum tenebat, in quo ſcripti erant omnes miſerabiles, & pauperculæ perſonæ, non ſe iuuare valentes, quibus abſconsè & clàm ſubueniebat. Dum autem eo tempore magna eſſet penuria, ſiue caritas, in omni die propriis manibus dabat quinque ſextaria panis. Et dum pauperes multiplicarentur, & tantùm quindecim panes diſpenſator ſuus pro prandio cuſtodiſſet, dixit diſpenſatori prædicto: Vade, & fer mihi adhuc panem: nonne vides pauperes multiplicari? qui reſpondit: Domine totum dedit Paternitas Veſtra; tantùm quindecim remanſerunt pro prandio noſtrorum. Tunc ait Andreas: Vade, & vide benè ſi eſt, ne iſti ſcandalizentur. Ipſe autem aſſerebat non amplius eſſe. Ait autem Epiſcopus: Ex quo non vis ire, venias mecum: venerunt autem ad arcam, & inuenerunt ipſam pane recenti & calido plenam. Tunc diſpenſator proiecit ſe ad terram, dicens: Domine, vnde euenerit panis iſte neſcio; vnum ſcio, quòd nullus poteſt hîc intrare ſine me, cùm non habeat claues: ſed ſcio certè, quòd virtute & potentiâ Dei, & meritis veſtris, hoc factum eſt, & gaudens tradidit pauperibus.

pius *erga egenos & afflictos,*

panibus diuinitus multiplicatis;

21 Secunda, Hic prudens: non dico de prudentiâ eius in conſideratione præteritorum & futurorum; cùm ipſe recogitaſſet omnes annos ſuos in amaritudine & dolore intrinſeco, & de qualibet minimâ re magnam faciebat conſcientiam; ac diuinum iudicium ſemper timebat: magnam autem prudentiam habebat in pacificando & concordando ciues Florentinos, ac etiam populares, multùm vacans ad hoc vt ipſorum partialitates deſtruendo, & ad oſculum pacis reducendo vniti eſſent. Dum ſemel prædicaret ſuper plateam Feſulanam, & intereſſet magna pars Florentinorum, fortiter clamauit: Surgite & leuate capita veſtra, & videatis vnde veſtræ rixæ, & partialitates procedunt: & viderunt ſuper ciuitatem innumerabilem multitudinem coruorum, & miluorum ad ſe inuicem præliantium, qui verè erant dæmones in eadem ſpecie, Florentinos promouentes ad bella. Ex quâ re pacificati ſunt, omnes iniurias remittendo.

prudens *in componendâ pace*

à dæmonibus turbatâ;

22 Tertia, Hic humilis. Quamuis multa diſſerueri-

mus

humilis *in lauandis pedibus,*

mus de eius profundâ humilitate cùm eſſet inter Fratres, & cùm manibus propriis pauperibus eleemoſynas miniſtraret; adhuc vnum pandam, vt videatur fructus humilitatis ſuæ: nam ſemper quintis feriis, in memoriam quòd Ieſus Chriſtus magiſter noſter pedes lauit diſcipulorum, & ipſe pedes pauperum lauabat, & ipſos cibabat, eis perſonaliter ſeruiendo; & inter alia accidit, vt dum lauaſſet pedes aliquibus, vnus erat qui nullo pacto volebat lauari. Cui Andreas: Dicas, mi Frater, cur non vis vt pedes tuos lauem, ſicut aliis feci? Reſpondit: Domine habeo tibias totaliter putrefactas, quapropter abſurdum eſſet Paternitatem Veſtram ſcandalizare. Cui Epiſcopus: Veni Frater mi, & confide de potentiâ & miſericordiâ diuinâ, quoniam ipſe ſanabit omnes infirmitates tuas: miſit autem pedes & tibias ſuas totaliter putrefactas in peluim, & Epiſcopus humiliter lauit, terſit, & oſculatus eſt. O res mirabilis! Dum ipſe pedes oſculatus eſt cum lacrymis infirmitati compatiendo, lacrymæ fuerunt vnguentum ſanitatis iſtius, & ſanus factus eſt, ſtatim gratias Deo referens & Epiſcopo.

ſanitate oſculo collatâ:

pudicus *in ſenſuum cuſtodiâ;*

23 De pudicitiâ ſuâ & verecundiâ, quanta fuerit, vel hinc oſtenditur quòd hic pudicus in ſuâ iuuentute ita verecundabatur loqui cum propriâ matre, & ſororibus ſuis, tamquàm ſi extraneæ eſſent; conſortia fugiebat atque colloquia mulierum, & ſi ex neceſſitate loquebatur, ſemper oculos fixos tenebat ad terram. Tanta fuit eius pudicitia, vt dum Pariſius erat in ſtudio, quòd ab aliis ſtudentibus vocabatur Andreas cæcus, ſurdus, & mutus; & hoc quia omnes ſenſus ab impudicitiis refrenabat.

ſobrius *in cibo & potu;*

24 Quinta eſt, hic ſobrius. Sic etiam diximus de eius ſobrietate, & ieiunio, quoniam ex quo factus eſt de lupo agnus, ex quo habitum religionis accepit, multis ieiuniis & abſtinentiis vacauit. Potus eius erat aqua modicùm tincta vino; & quamuis eſſet multis infirmitatibus grauatus, non tamen carnes comedere volebat; cum fame ſemper à mensâ ſurgebat, panem autem cum pondere accipiebat, & nec etiam aquam quantùm erat neceſſaria ſumebat, omnia cum menſurâ & ordine ſumebat.

caſtus *virginitatis aureolâ ab obitu donatus;*

25 Sexta, hic caſtus. De quâ caſtitate nihil dicam, cùm verè virgo & incorruptus fuerit, nec aliquo modo expertus eſt carnis corruptionem, ſicut cuidam Sacerdoti poſt mortem ipſius reuelauit, qui erat Canonicus & ſocius commenſalis ſuus: cui apparens totus albus & decorus cum manipulo in manibus roſarum & liliorũ: à quo interrogatus, quia lilia portaret & roſas, cùm non eſſet decens Epiſcopo talia ferre; reſpondit, quòd talia portabat in teſtimonium ſuæ puritatis & virginitatis, ideò cum Virginibus Agnum ſequi.

quietus *in colloquiis & morbis.*

26 Septima eſt, hic quietus. Quietus erat non altè loquendo, nec ſuperbè, nec multum, ſed parum & vtile, & hoc humiliter & ſubmiſsè: ita ex eius verbis numquàm ſcandalum ortum eſt, ſed potiùs pax. Item quietus in ſuâ patientiâ, in ſuis infirmitatibus, qui quamuis vexaretur, tamen numquàm aut parum condolebat, &, vt prædiximus, ad pacem & ad quietem omnes quos poterat promouebat.

1.Cor.9. 27. corporis artus *domans pœnitentiâ:*

27 Octaua, Corporis artus. nam ſtrictura corporis oſtenſa eſt ex ieiunio. Verè cantare poterat cum Apoſtolo: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Nam vltra cilicium aſperrimum, ſuper lumbos ſuos portabat ferrum in modum catenarum retortum, videlicet illarum quæ tenentur ad ignem, quod apud me eſt, & ipſum habui à quadam deuotiſſimâ muliere Feſulanâ, quæ ipſum rapuit poſt eius mortem & ipſa portauit vſque ad mortem. Diſciplinabat ſe cum Litaniis omni die poſt pſalmos pœnitentiales vſque ad ſanguinem. Dormitio eius erat quaſi incredibilis; nam lectum fecerat de ſarmentis vitis, & deſuper *c* ſclauina, manipulum de ſarmentis autem ſub capite, & ne iſta viderentur deſuper tenebat pannum pictum, quaſi in ornamentum.

c

28 Vnum ſuperaddo: quadam nocte Clericum ſuum vocauit, & pſalmodiando viſitatum iuerunt in eccleſiam Abbatiæ, & poſt viſitationem reuertendo venerunt vſque ad locum illum, vbi eſt tabernaculum, quod vocatur LA VERGINE MARIA, quod inuenerunt clauſum cum maximo pariete; cui tunc ſocius ait: Eia Pater, quid eſt hoc? quis poſtquàm tranſiuimus tam citò murum ædificauit? quia nunc quando venimus non erat. Andreas autem incepit quaſi ridere, & appropians ſe muniens ſigno crucis, dixit: Cantemus, Frater, quoniam hæc diaboli illuſio eſt, & inceperũt cantare: Deus in adiutorium meum &c. & Domini eſt terra &c. quo finito illuſio receſſit, & liberè tranſierunt.

AVCTORE PETRO ANDR. DE CASTANEIS.

illuſionem diaboli eam ſigno Crucis tollit.

a *Diſcuſſus hic in Prolegom. locus, mendumq́, indicatum.*

b *Petri & Pauli. Hoc de ornatu plura ad eorum natalem 29. Iunij.*

c *Meurſij Gloſſarium*: Σκλαβίνα, Italicum, Sciauina. Teges, corona pretioſa, ſtragulum. *Amalthea Laurentiana*: Sclabina, cento. Sclauina.

CAPVT VI.

Obitus. ſepultura. Tranſlatio.

A Deiparâ tempus obitus præ-diſcit:

29 CVm autem in Epiſcopatu vixiſſet annis duodecim, & appropinquaret tempus ſuæ mortis, poſtquàm ſeptuagenarius eſſet, & multa miracula feciſſet, cùm in nocte Natiuitatis Domini, antequàm primam Miſſam cantaret, oraret in eccleſiâ S. Mariæ Pumeranæ, apparuit ei glorioſa Virgo, dicens: Ecce fili mi, appropinquat tempus, in quo de hoc ergaſtulo ærumnoſo debes egredi: itaque in nocte Apparitionis, quando Magi Filio meo & mihi obtulerunt aurum, thus, & myrrham, & tu dediſti animam tuam, corpus, cor, & omnia bona, amore ipſius & mei, ideò ipsâ nocte pro animâ tuâ veniam, & ipſam cum Angelis in regno cælorum ſociabo. Andreas autem ex iſtâ reuelatione ſummè gauiſus eſt, & cum maximâ iucunditate tres Miſſas cantauit, & erat tantæ iucunditatis, quòd facies eius roſea videbatur atque Cherubica, cùm anteà eſſet ex auſteritate pœnitentiæ pallidus atque nullius viui coloris. In craſtinum igitur febre grauatus Canonicum Guidonem, quem fideliſſimum ſuum habuit, accerſiuit, & ei intimauit, qualiter migraturus erat in nocte Epiphaniæ, & quòd Deo pro ipſo preces porrigeret. Qui Guido hoc audiens fortiter flere incepit, atque clamare: Væ nobis! Verè cecidit corona capitis noſtri: peccata noſtra talem virum non merentur. Interim viſitatur à ciuibus & à Clericis, quos omnes ad pacem, & ad vnionem confortabat, dicendo: Filij ne detis locum diabolo.

in febrim incidit;

30 In nocte igitur Apparitionis Domini recumbens ſuper aſperrimum lectũ ſuum, fecit portare pſalterium, & cum adiutorio Clericorum incepit valdè attentè Symbolum Athanaſij, Qui vult ſaluus eſſe &c. & Credo Apoſtolorum, & Credo Patrum; & dictis iſtis Symbolis camera facta fuit ita luminoſa, ſicut eſſet ſol in meridie, ita quòd aſtantes non parum fuerunt admirati. Poſt autem ſpatium vnius horæ, cùm erant omnes Canonici & Clerici ante ipſum, S. Andreas in aurorâ incepit dicere: Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundùm verbum tuum, in pace. Quo finito anima ipſius à mortali corpore diuiſa eſt, & liberè ad gloriam euolauit, die ſuprà dictâ, ſextâ videlicet Ianuarij, *a* anno ſalutiferæ Incarnationis MCCCLXXIII. ætatis ſuæ LXXII. ab ingreſſu quidem ordinis LV. Epiſcopatus verò anno duodecimo: corpus autem eius ſuper ſtramina remanſit, ſed redolẽs, ita quòd ex illo odore multi ex diuerſis infirmitatibus liberati ſunt. Veniebant multi infirmi, qui ipſum tangendo ſanabantur. Hæc quidem atteſtatur Collucius, ſalutatus tunc temporis Cancellarius Florentinus, in Epitaphio, quod ſculptum eſt in ſepulchro, quod incipit:

cubiculo noctu illuminato,

ſanctè moriturs a

claret miraculis:

Montis Carmeli de religione vetuſtâ.

& in fine:

Qui qualis fuerit, miracula multa fatentur,
Quæ Deus oſtendit corporis ad tumulum.

AVCTORE PETRO ANDR. DE CASTANEIS.

31 Erat quædam mulier B. Andreæ valdè deuota, quæ habebat quamdam filiam pulcherrimam corpore, ſed pulchriorem fide & honeſtate. Ipſa autem matrona omnibus diebus Dominicis montem aſcendebat Feſulanum, cauſsâ audiendi B. Andreæ prædicationem. In die verò Circumciſionis audiens ipſius infirmitatem, tanta fuit eius importunitas, quòd ad ipſum intrauit; quæ ſtabat & ante ipſum lamentabatur, quæ poſt multa verba dixit: O Pater, rogo vt me non dimittatis, ſed in morte veſtrâ pro me veniatis. Cui Pater Andreas: Ego te dimittam, filia, quoniam tempus tuum nondum venit, expedit enim vt magis merearis, ſed pro filiâ tuâ veriſſimè veniam, vt me ad patriam aſſociet: itaque recede, & ad ipſam vade, quam inuenies infirmam. Cùm autem hæc Domina domum rediiſſet, filiam inuenit graui morbo laborantem, vt Pater Andreas prædixit, nihil autem puellæ dixit, ſed ipſam Sacramentis ornauit, & pòſt ait: Scias, filia mea, quòd Pater noſter & Epiſcopus Andreas grauiter infirmatur. Cui puella ait: O vtinam pro me in obitu ſuo veniret, nec hîc me dimitteret! Aggrauatur puella ita quòd in nocte Epiphaniæ erant ipſam cuſtodientes nonnulli & de parentelâ & de vicinatu, quia ipſa in extremis laborabat. In aurorâ verò audita eſt vox quaſi Angelica, dicens: Veni filia, quoniam te exſpecto, vt ſimul æternam patriam ingrediamur. quâ voce auditâ ſtatim puella oculos aperuit, ac ridere cœpit, & ſic manus ad cælum leuando expirauit. Obſeruatâ horâ intellexerunt omnes qualiter B. Andreas de mundo hoc tranſierat. Poſt autem pium luctum mater puellæ, ſemotâ turbâ aſtantium, obdormiuit, & optima matrona dormiendo vidit viam plenam roſis, & liliis aliiſque floribus ornatam, quæ vſque ad cælum dirigebatur; per quam vidit B. Andream in Pontificalibus indutum, & filiam ſuam à parte ſiniſtrâ, quam B. Andreas per manum tenebat. Antè verò & pòſt multitudo erat iuuenũ cum diuerſis inſtrumentis muſicorum ſonantes & pſallentes cum maximâ iucunditate: Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati &c. Ex quâ quidem viſione triſtitia mortis filiæ conuerſa eſt in lætitiam, & omnibus aſtantibus reuelauit, ſummo Tonanti laudes & gratias referendo.

puellam,

cuius obitum prædixerat,

vocat è vitâ,

& in cælum deduxit:

ſepelitur:

transfertur Florentiam.

32 Deponitur ac ſepelitur corpus B. Andreæ maximo cum honore in tumbâ lapideâ, & quoniam ſepeliri indicauerat Florentiæ in eccleſiâ Carmelitarum, & nec Canonici nec populus volebãt Fratribus ſacrum corpus dare; quare Fratres obſeruato tempore poſt diem quindecimam furtiuè de nocte venientes corpus abſtulerũt; quod quidem corpus ita erat integrum & odoriferum, ſicut primâ die mortis, poſueruntque ipſum in capellâ S. Vrſulæ in cathedrâ vnâ ad ſedendum, ſicut ſi eſſet viuum; & tali modo ipſum tenuerunt, vſquequò factum fuit eius ſepulchrum honorificum. Interim confluebant populi pro gratiis impetrandis, qui cum gaudio ad propria reuertebantur, Deo laudes & gratias B. Andreæ referentes.

a *Hæc ſuprà expenſa ſunt.*

CAPVT VII.

Victoria Florentinorum. Veneratio reliquiarum S. Andreæ.

33 STetit autem ſic intumulatum vſque ad annum MCCCCXL. in quo quidem anno *a* Eugenius Papa quartus cum Curiâ ſuâ valdè notabili *b* Florentiæ perſonaliter erat. *c* Eccleſia quidem, nec non & Florentini, à *d* Philippo Mariâ Duce Mediolanenſi crudeliter vexabatur, & à Nicolao Picinnino dicti Ducis militiæ Principe. Ita & taliter, quòd maior pars caſtrorum, videlicet illorum quæ ſunt à ciuitate Florentinâ ad Aretinam & Senarum territorium, perdita erant; veneruntque gentes Domini Capitanei vſque ad planitiem ciuitatis Florentiæ, deprædando bona & homines, & comburendo ac infinita mala faciendo: ita vt nobiles, ciues, & artiſtæ ciuitatis, ſicut & curiales, erant quaſi cæci, & quid agere neſciebant: *e* timebant enim capere bellum, & acies producere contra Dominum Capitaneum, cùm eſſet valdè aſtutus, & copiam maximam hominum fortium haberet, nec non armorum & equorum. Deus autem, qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis, & non deſpicit neque derelinquit homines in ſe ſperantes, ſed adiuuat, defendit & protegit, cùm primo anno iam infinita miracula per B. Andream, particulariter curando à diuerſis infirmitatibus, oſtendiſſet, & concurſus populorum ad viſitandum eius reliquias veniebat, vota ſua portantium & offerentium; reuelauit per B. Andream cuidam iuueni, qualiter in die S. Petri Apoſtoli, qui caput eſt Eccleſiæ, quod feſtum infra octo dies appropinquabat, bellum & campus caperetur contra prædonem Eccleſię inimicum & Florentinorum, contra quem maxima victoria conſequeretur; itaque tota ciuitas ſtaret in canticis, tripudiis, focis, luminaribus, & proceſſionibus: talis verò iuuenis in præceptum habuit talia intimare decem Officialibus Baliæ, ſiue guerræ ciuitatis, inter quos erant iſti, vt ſum memor, Dominus *f* Angelus Iacobi de Acciarolis Miles, Coſmas Ioannis de Medicis, Nerius Gini de Caponibus, Ioannes Petri Bartholomæi &c. qui quidem iuuenis intrepidus & virilis abſque aliquo metu intrauit in prædictorum congregationem, quos inuenit triſtes plenoſque dolore, quibus ait hilari ac iucundâ facie: Domini mei Decem, quid triſtamini, cùm Deus per Sanctos ſuos, & huius ciuitatis aduocatos contra veſtros inimicos ſit diſpoſitus, ita & taliter pugnare, vt eius ope talem victoriam obtineatis, qualem in memoriâ hominum non ſit retroacto tempore hanc ciuitatem habuiſſe? Itaque confortamini & viriliter agite, quoniam B. Andreas de Corſinis, ciuis veſter, Epiſcopus Feſulanus, de ordine Carmelitarum, & in domo ipſorum ſepultus, qui nouiter tanta miracula oſtendit, ita hæc mihi voluit reuelare ac præcipere, vt vobis Dominis meis intimarem.

e

per quemdam iuuenem animat ad prælium;

f

victoriam addicit:

34 Qui quidem Domini & Officiales admodùm animati, & confortati, omni depoſito timore, ſicut veri fideles, & ſecuri de tali reuelatione, operam dederunt cum ipſorum Capitaneo & Capitaneo Eccleſiæ bellum ac pugnam contra inimicos eorum capere ipſo feſto die *g* S. Petri Apoſtoli. O mira res, & quaſi inaudita! in paucis horis talis eſt habita victoria, quòd vix vnus de inimicis remanſit. Nam nonnullæ perſonæ deuotæ, commorantes vbi actum eſt bellum, ſiue propè, retulerunt vidiſſe in aëre quemdam Epiſcopum de albo indutum, ſuper equum cum baculo in manibus ante ſe promouentem infinitam aciem armorum contra dictos noſtros inimicos, & ita ex diuinâ gratiâ & meritis beatorum Sanctorum ciuitatis Florentiæ aduocatorum, & præſertim B. Andreæ de Corſinis, recepta eſt victoria prædicta, & liberata eſt ciuitas à tyrannis, & per conſequens Eccleſia, videlicet Eugenius Papa cum toto Clero ſuo. Ex quâ victoriâ ordinatum eſt maximum feſtum, videlicet ſolennis proceſſio omnium Religioſorum, omniumque Florentinorum ciuium; quibus præceptum eſt, vt venirent ad eccleſiam Carmelitarum, & ibi ſolennis Miſſa cantaretur de Trinitate, & de voluntate Domini noſtri Papæ Eugenij, cui ſupplicarunt reuerendiſſimi Cardinales ſequentes, nempe *h* Dominus de Capranicâ, *i* Dominus de Columnâ, *k* Dominus Andegauenſis, *l* Dominus Placentinus, & *m* Dominus S. Mariæ nouæ, ad requiſitionem totius populi Florentini. in tali proceſſione omnibus oſtenſum eſt corpus ipſius B. Andreæ, quod ita eſt integrum ac ſi hodie mortuus eſſet. Ex quâ quidem largitione factâ & conceſsâ per prædictum Papam Eugenium cum luminaribus & thurificationibus, dixerunt prædicti Domini Cardinales quòd ſecundùm intentionem B. Andreas erat canonizatus, quoniam Canonizatio nihil eſt aliud, niſi approbatio ſanctitatis per Eccleſiam & Cardinales, & quòd reliquiæ ipſius fuiſſent venerandæ.

g vijus ipſo prælio interesse.

h
i k
l m

In ſupplicatione ob victoriam indictã, reliquiæ eius veneration exponuntur.

35 Ipſoque

Florentinos à Duce Mediolanenſi bello laceſſitos

35 Ipſoque die cùm quidam Frater Petrus Andreæ, pro tunc Baccalaureus, populo prædicare deberet, & ipſius vitam & miracula enarrare; dubitabat & timebat in facie Eccleſiæ ipſum SANCTVM aut BEATVM nominare: iuit itaque ad *n* Dominum Cardinalem ſanctæ Crucis *o* ſummum Pœnitentiarium, petendo conſilium quid ageret. qui reſpondit: Vade fili, & nomina ipſum Sanctum & Beatum, quoniam Eccleſia Dei numquàm vexatur, quòd aliquis Sanctorum inuocetur. Nam nobis non eſt nouum ipſum eſſe Sanctum. Cùm ego eram Epiſcopus Bononienſis legi qualiter à Domino Papâ Vrbano V. iſte B. Andreas fuit miſſus Bononiam ad ipſos *p* pacificandum, & data fuit illi auctoritas & legatio excommunicandi & aggrauandi, ac etiam pœnas temporales dandi contra nolentes in pace viuere, qui humiliter iuit, & moram traxit in conuentu S. Martini de Laniſa, & mittebat per partiales, ipſoſque ad pacem exhortabatur & concordiam, & quòd arma deponerent; quorum vna pars eius voluntati conſenſit, alia autem pars, quæ nolebat pacem, nec arma deponere, per B. Andream fuit excommunicata; ipſique filij diaboli B. Andream incarcerauerunt, & in compedibus poſuerunt; ac omnia ſibi abſtulerunt, famulos ſuos ac ſocios expellentes. Deus autem, qui vindicat de inimicis Sanctorum ſuorum quando vult, omnes principales iſtius diabolicæ partis percuſſit infirmitate doloris renum & brachiorum ita grauiter, quòd vlulare atque clamare non ceſſabant, ſupplicando Deo & S. Andreæ, vt de tali parceret iniquitate, & nullus ipſorum potuit liberari niſi per B. Andreæ corporalem viſitationem. Extrahitur ipſe de carceribus, & alterâ die omnes humiliter viſitat, abſoluit, benedicit, ac humiliter amplexabatur, & ſic liberati ſunt omnes à tali dolore & arma depoſuerunt, & pacificati ſunt ad inuicem, & poſteà maximum honorem ſibi fecerunt, multaque illi largita ſunt; ſed ipſe vltra ſuum victum, omnia pauperibus diſpenſabat. Poſt verò aliquos dies nobiliores ciuitatis vſque Feſulas eum ſociarunt ſemper veniam petendo, obſecrandoque vt pro pace ipſorum oraret.

viuus Bononienſibus miraculosè pacem olim conciliarat.

36 Reuertendo igitur ad prædictum propoſitum, prædictus Baccalaureus omnia ferè quæ ſupradicta ſunt publicè prædicauit, vbi erant nonnulli Domini Cardinales, Epiſcopi, & Abbates ac etiam totus Clerus Florentinorum, Religioſorum, nec non Magiſtri Domini cum eorum *q* Gonfaloniero, & decem *r* baliæ Capitanei partis *ſ* Guelforum, octo cuſtodiæ officiales, montis Conſules, maris Regulares, ſex mercantiæ, cum artium viginti quinque Præfectis, innumerabiliſq; multitudo hominum & mulierum. Et ſtatim poſt ſermonem oſtenſum eſt omnibus corpus eius beatiſſimum, cum luminaribus, Canticis, & hymnis, ſonituque organorum, tubarum, & omnium inſtrumentorum ciuitatis, vbi totus populus clamabat: S. Andrea intercede pro nobis. Et poſt vnam proceſſionem deuotiſſimam, poſteà per conſilia opportuna ciuitatis in memoriâ tanti beneficij ordinatum, ſancitum, & ſtatutum fuit, quòd quolibet anno in perpetuum vigeſimo nono Iunij Magiſtri Domini ciuitatis, & ſex mercantiæ, cum Præfectis artium, teneantur & debeant honorificè ac ſolenniter ad eccleſiam Carmelitarum accedere, & quilibet torticium cereum ad honorem Dei & B. Andreæ offerre, ſicut mos eſt ciuitatis, & tali horâ prædictis Dominis officialibus, & populo corpus eius ſolenniter oſtendi debet: & ſic fit, & factum eſt, ac ſancitum de voluntate Eccleſiaſticâ Domini noſtri Papæ. Dimittam de feſto temporali, propter victoriam habitam ex interceſſione B. Andreæ, quoniam longum eſſet, enarrare quæ facta ſunt haſtiludia, tripudia, & per omnes vias ignes, & per omnia caſtra & ciuitates Florentinis ſubditas, & multa alia, quæ propter breuitatem dimitto; ſed aliqua miracula intendo enarrare, vt videatur eius ſanctitas.

q r ſ

Magnâ ſolennitate reliquiæ eius tunc,

& deinceps quotannis oſtenſa.

a *Sedit à 3. Martij an Ch. 1431. ad 23. Febru. 1447.*

b *Tranſtulit Concilium Oecumenicum Ferrariâ Florentiam IV. Idus Ianuarij an. 1438. (dein Florentiâ Romam VI. Kal. Maij 1442.) atque eo tempore Florentiæ fuit, vt Acta Concilij ab Horatio Iuſtiniano edita fidem faciunt.* AVCTORE PETRO ANDR. DE CASTANEIS.

c *De hoc bello agunt Flauius Blondus Decade 4. lib. 1. Leonardus Aretinus de rebus Florentinis, S. Antoninus 3. part. tit. 22. cap. 11. §. 10. 11. 12. 13. Tarcagneta tomo 4. hiſtoria mundi lib. 9. aliiq;.*

d *Elogium & Iconem huius Ducis, ac Picinnini elogium, exhibet Paulus Iouius lib. 2. Elogiorum.*

e *D. Antoninus §. 11.* magnum timorem ciuibus *Florentinis* incuſſit, *ac* Pontifici *Eugenio*, cui & Philippi *Mariæ Ducis Mediolanenſis, &* Nicolai *Picinnini* calliditates notæ erant, eoſque hoſtes ſemper & infidos eſſet expertus.

f *Angelo Accialo Equiti Florentino inſcripſit eo tempore Leonardus Aretinus commentarium rerum Gracarum, vt habet Gerardus Voſſius de Scriptoribus Latinis.*

g *D. Antoninus §. 13. deſcribit prælium commiſſum* III. Kalend. Iulij, eâ die quâ Petri & Pauli Apoſtoli celebritas eſt, anno 1440. *additq;*: Aſſerunt plurimi magis Dei virtute, quàm viribus vel induſtriâ humanâ, habitam fuiſſe victoriam.

h Dominicus Capranica *Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Viâ latâ à Martino V. creatus, ab Eugenio IV. publicatus, poſtèà Presbyter Cardinalis ſanctæ Crucis in Hieruſalem: è Concilio Baſileenſi Florentiam euocatus venerat.*

i Proſper Columna *Romanus, Cardinalis S. Georgij ad Velabrum creatus ab eodem Martino.*

k Guilielmus Eſtoutevilla, *ex Priore monaſterij S. Martini de Campis Pariſijs, Epiſcopus primò Morinenſis, tum Andegauenſis, creatus Florentiæ in Concilio generali XV. Kal. Ianu. 1439. ab Eugenio Cardinalis SS. Syluestri & Martini in montibus.*

l *An* Ioannes Caraualal *Epiſcopus Placentinus? ſed is ſecundùm Ciaconium factus demum Cardinalis ab Eugenio Romæ XVII. Kalend. Ianu. an. 1446.*

m Petrus Barbus *Venetus, Epiſcopus primò Vicetinus, tum Patauinus, Florentiæ in Concilio creatus Cardinalis S. Mariæ Nouæ.*

n Nicolaus Albergatus *Ordinis Carthuſianorum, Epiſcopus Bononienſis, creatus à Martino V. an. 1426. Cardinalis ſanctæ Crucis in Hieruſalem. Edita eſt vita illius à Garnefeltio.*

o *Succeſſerat in hoc offecio* Iordano Vrſino *Cardinali, IV. Kal. Iunij 1439. mortuo.*

p *De bellis, ſeditionibus, & pace Bononiæ ſub Vrbano V. agitatis, egimus 29. Ianuar. ad vitam S. Petri Thomaſij cap. 12. & 13. Horum aliqua ſeditiones videntur poſt eius deceſſum recruduiſſe.*

q *Vox Italica* Gonfalcniere, Vexilliferum *ſignificat*; Gonfalone, vexillum; & Gonfalonata, vexillationem. *Florentinos libertate an. Ch. 1287. ab Imperatore Rudolpho emptâ,* Magiſtratum, quem Priores artium vocant, addito vexillifero iuſtitiæ, creaſſe *aſſerit Platina in Honorio IV. Leander in Thuſciâ ait hunc Magiſtratum bimeſtrem tantùm fuiſſe, & Vexilliferum* Confalonerium *appellat. Mille eum milites ſuo vexillo & imperio ſubiectos habuiſſe, addit Tarcagnota par. 4. hiſtoriæ mundi lib. 55. Catalogum* Confaloneriorum *per familias exhibet Iacobus Nardus in hiſtoriâ Florentinâ.* Gonfalonerius.

r Balia *quoque Italica vox auctoritatem, ſeu poteſtatem ſignificat. at* Balia, *ſeu* Baliuiatus *in codice legum antiquarum pro prouinciâ, ſeu certi loci diſtrictu, ſumitur.* Balia.

ſ *De Guelforum ac Gibellinorum factionibus, quorum hi Cæſaris, illi Pontificis partes ſequebantur, agunt paſſim Italicarum rerum ſcriptores, ac nominatim de Guelforum Florentiæ dominatu Aretinus.*

CAPVT VIII.

Varia miracula.

37 PLebanus quidam plebis cuiuſdam Parochus miſerabiliter à populo & à ſuis parochianis vexabatur, ita quòd in beneficio ſuo nullo modo reſidere poterat, & ab ipſis iniuriâ de multis accuſatur, requiritur, litigat cum ipſis pluribus menſibus, & nullo modo ab ipſis poterat liberari, nec ſuam plebem retrahere. Vertit oculos ſuos itaque ad B. Andream, rogando & ſupplicando pro ſuâ liberatione, & votum fecit, quòd ſi ab ipſis liberaretur, & pacificè ſuum beneficium haberet, ſibi dabit torticium cereum, ſicut ipſe erat longus, & ante corpus illud poni faceret. Hoc votum fecit die Sabbati; die autem Dominico iuit ad beneficium, dixitque intra ſe deuotè: O Sancte ac Beate Andrea, ſub vmbrâ alarum tuarum vado ad eccleſiam meam; ſpero in auxilio & protectione tuâ. Venit autem Plebanus in introitu plateæ plebis, vbi totus populus erat congregatus cum lanceis in manibus, & quilibet minabatur dicens: Si iſte veniet, nos interficiemus eum; nolumus illum vllo modo in Plebanum, nec in Sacerdotem noſtrum, & erant omnes ad inuicem adiurati & attoniti. O res mirabilis!

Parochus à ſuis ſubditis neci deſtinatus,

voto S. Andreæ nuncupato,

AVCTORE PETRO ANDR. DE CASTANEIS.

statim dum Plebanum viderunt, quilibet arma proiecit, & obuiàm sibi iuerunt dicentes omnes: Benedictus qui venit in nomine Domini, & intrantes ecclesiam cum ipso, sibi restituerunt omnes claues domus, & omnia bona, omnes cum lacrymis veniam petentes, & in terrâ genuflectentes. Plebanus autem de his admiratus validè, ait eis: Patres & fratres mei, rogo vos amore Dei, vt dicatis mihi, vnde ista mutatio. Heri omnes me interficere volebatis, & hodie me tanto cum amore recipitis: placeat intimare. Maior autem ipsorum & principalis surrexit, & dixit: Domine Plebane, non tantùm heri, sed & iam sunt octo menses, quibus fuimus in voluntate vos interficiendi, & per totam noctem, & nihil aliud hoc manè diximus super plateam velle facere, nisi quòd cùm priùs videremus vos in populo nostro, quilibet obligaretur vos interficere: vnde autem hoc processerit, ignoramus, quoniam statim quòd vos vidimus apparere, arma proiecimus, & cor nostrum mutatum fuit; non nisi à Deo credimus, qui omnes tenebras à cordibus nostris expulit. Tum Plebanus ait: Sciat vnusquisque vestrûm, amici mei, quòd heri votum feci B. Andreæ, quòd si pacificè intrarem, & residentiam facerem in hac plebe, cereum torticium ante corpus eius ponerem, me sibi recommissum faciendo, & sub vmbrâ alarum suæ protectionis me ponendo. Itaque ipse ex diuinâ gratiâ vestras malas voluntates mutauit in bonas. Et gratanter me placuit illi recipere. Ex quâ re primò Deo, secundò B. Andreæ, tertiò gratias vobis refero, & veniam misericorditer posco. & sic sunt pacificati.

benignè ab eis excipitur.

38 Reuerendus Theologus Magister Frater [a] Nicolaus Kenton Prouincialis Anglię ordinis Carmelitarum, maximâ febre grauatus est, ita quòd ex dolore capitis die noctuque clamans, quodammodò in maximâ angustiâ constitutus mortẽ cupiebat. Accidit autẽ, quòd cùm campanæ multùm pulsarentur ex concursu populi, vt interrogaret dictus Prouincialis, cur tantùm campanæ pulsantur, dicitur ei quia nouus Sanctus inuentus est, & Deus per ipsum multa miracula operatur, qui est ordinis vestri, & fuit Episcopus Fesulanus. Tunc prædictus Prouincialis ait: Citò adiuuetis me, quia ire volo ad ecclesiam; fortè me non despiciet, sed mihi etiam auxiliabitur, ne moriar exasperatus. Intrando ecclesiam venit ante eius imaginem, & videbat homines ac mulieres eius imaginem tangentes, & posteà facies proprias fricantes, & ait: Quid faciunt illi? Cui respondetur: Patiuntur capitis dolorem, & ex illâ deuotione multi sanantur. Cùm autem talia Prouincialis audisset, imagini siue iconi appropinquauit, in quâ picta est imago B. Andreæ, & ait: Oro B. Andrea, oro te ac supplico, vt me non despicias; sed adiuua, qui de tuo ordine sum: vide dolorem meum, & capitis mei vexationem, & libera me, quoniam exasperatus sum; & sic dicens tetigit prædictam imaginem maximâ cum fide, deuotione, & spe, ac fricauit deinde caput & eius faciem, qui verissimè statim ab omni dolore, & febre liberatus est. Cùm autem ad propria rediret, solenniter B. Andreæ imaginem cum aliquibus miraculis pingi fecit.

[a] *Attactu imaginis S. Andreæ curati morbi, capitis dolor, febris,*

[b] 39 [b] Miracula ostensa circa tempus suæ translationis, videlicet anno Domini MCCCCXXXIX.

Quædam mulier Florentina, nomine Bilia, vxor Francisci Martini calceorum artificis de populo [c] S. Fridiani, existens in lecto, quadam infirmitate valdè grauata, ita quòd nullo modo pedester ire poterat, & quasi attracta erat, reduxit se in memoriâ B. Andream in ecclesiâ Carmelitarum sepultum; & existens cum mente ad eumdem eleuata, incepit dormire vel somniferare de eo cogitando: & cùm esset in lecto, sibi in visione apparuerunt duo Fratres ordinis S. Mariæ de monte Carmeli, chlamydem albam induti, dicentes sibi: Surge, & vade ad B. Andream Episcopum sepultum in ecclesiâ Carmelitarum, & sanabit te. quæ audiens præ deuotione cœpit flere, & Deo votum fecit. Quo facto sana & libera de lecto exiuit, & maximâ cum reuerentiâ pedester ad eamdem ecclesiam iuit, & ante sepulturam genu flexa, votum quod fecerat, adimpleuit.

[c] *pedum contractio,*

40 Antonius Alexij Nochy, sericorum textor, quem ego scriptor cognosco, habens filiam infantem, nomine Dorotheam, infirmitate vermium valdè vexatam, & ad extremum vitæ reductam, audiens sanctitatem B. Andreæ, & miracula quæ quotidie faciebat, illi vouit, vt eam si sanaret, ad suam sepulturam portaret imaginem ceream. quæ subitò liberata est, & sepulturam cum imagine visitauit.

vermes,

41 Philippus Domini Andreæ, textor etiam sericorum, de populo S. Fridiani, patiens maximam infirmitatem in tibiâ, ita quòd per decem dies stans in lecto ipsam sine alterius auxilio mouere non poterat; audiens miracula per B. Andream quotidie ostensa, maximâ cum deuotione suam sepulturam promisit visitare: & statim liberatus fuit, & pedester sine alieno auxilio sic fecit, gratias Deo & B. Andreæ reddens.

tibiæ dolor,

42 Nicolaus Augustini Nicolai eiusdem populi existens in sacristiâ dictæ ecclesiæ Carmelitarum, vbi quidam Frater dicti ordinis reuerenter ostendebat mitram & calceos [d], & alias reliquias B. Andreæ quàm pluribus ciuibus Florentinis, qui cum maximâ reuerentiâ eas videre desiderabant flexis genibus, eos sic deuotos deridebat: qui in illâ derisione perseuerans statim in terram cecidit, & lumen oculorum amisit, & de terrâ surgere non poterat, nec aliquid videre. Et in terrâ existens peccatum suum recognouit; quo confesso veniam petens, & humiliter auxilium B. Andreæ implorans, lumen oculorum impetrauit.

cæcitas, anteà inflicta irridenti venerationẽ reliquiarum eius, [d]

43 Leonarda vxor olim Bartholomęi Iacobi Banoti, fornarij eiusdem populi, magnum dolorem patiebatur in brachio, ita quòd omnem virtutem, & robur ipsius brachij cum spathulâ amiserat, & nullo modo vacare poterat negotiis & exercitiis suæ domus, audiens sanctitatem B. Andreæ, & miracula quæ per ipsum Deus continuò faciebat, se ipsi vouit, vt si eam de illo dolore liberaret ei offerret ceream imaginem: factâ autem deliberatione, illicò liberata fuit, & pristinam sanitatem recuperauit: quapropter ad suam sepulturam maximâ cum deuotione ceream obtulit imaginem, gratias innumeras ei reddens.

dolor brachij,

44 Marcus Antonius Cini, de populo S. Stephani de Ognano prope Florentiam, per decem annos & ampliùs passus fuit infirmitatem, seu dolorem in tibiâ, quæ ipsum valdè cruciabat, ita quòd sine auxilio alieno ire non poterat, neque vllum exercitium agere, & ad recuperandam sanitatem nullum vnquam inuenit remedium: audiens miracula quæ Deus per B. Andream quotidie faciebat, & quòd apud sepulturam suam multæ erant oblatæ imagines cereæ, se ipsum vouit, quòd si sanitatem recuperaret, illi ceream imaginem offerret: quare infirmus ductus fuit ad suam sepulturam, quâ cum manibus tactâ, eas super tibiam deuotissimè fricabat, & immediatè ab infirmitate & dolore ita liberatus fuit, vt completo voto sine alicuius auxilio per eamdem ecclesiam ambulabat & currebat, ostendendo miraculum omnibus qui in ecclesiâ erant. Quod etiam testificatus est in præsentiâ Reuerendissimi Patris & Domini D. Benottij de Federigis Episcopi Fesulani, & venerabilium virorum Domini Ioannis Nicolai de Spinellinis, & Domini Salutati & Domini Cosmij de Salutatis Canonicorum S. Reparatæ de Florentiâ, & Dominici Amidei Francisci Notarij de Florentiâ, qui de hoc miraculo & de aliis suprascriptis ostensis in anno MCCCCXXXIX. rogatus fuit more Notariorum, ex cuius breuiaturis authenticis ego scriptor extraxi. Liberatus itaque dictus Marcus, pedester absque alio auxilio ad propria remeauit, non sine maximâ omnium admiratione, gratias innumeras Deo & B. Andreæ humiliter & deuotè referendo.

diuturnus tibiæ cruciatus,

45 Cùm

45 Cùm anno MCCCCXXXX. veniſſent multæ proceſſiones ex diuerſis locis Florentiam, ad viſitandum corpus B. Andreæ; in proceſſione de Caſtro-prati venit quædam mulier, nomine Domina e Betta, vxor olim Philippi Ioannis Clenti de Portâ Gualdimari de prato: quæ cùm paullò antè eſſet in eccleſiâ plebis S. Mariæ de Prato, audiendo prædicationem Magiſtri Petri Franciſci de Prato ordinis Carmelitarum, & audiens miracula quæ per eum prædicabantur de B. Andreâ, maximâ cum deuotione & fide ad crucifixum humiliter genuflexa, vulgariter dixit: O B. Andrea, precor te vt intercedas pro me ad Dominum cæli & terræ, vt me incolumem reddat, & ſanam de meo ſiniſtro brachio, quod eleuare non poſſum, & auditum de ſiniſtrâ aure: quòd ſi fecerit, offeram cereum caput ad ſuum & tuum honorem ante tuam ſepulturam. Quod vt dixit, aliquantulùm dormiuit; poſteà expergefacta, retulit ſenſiſſe humeros ex capite deſcẽdere, & brachio, & à ſe recedere, & ita brachium eleuauit, & auditum recepit, & totaliter libera, & ſana remanſit: quæ poſteà cum dictâ proceſſione Florentiam venit, & caput cereum obtulit.

e *dolor brachij, & ſurditas,*

46 Angela filia Chechi de Capella, & vxor Andreæ Antonij de Quarachi, dum eſſet ſana & boni intellectus, & iret ad virum pro matrimonio conſummando, & eſſet in domo ſui viri, ſtulta & fatua facta fuit, & multas ſtultitias fecit per multum tempus. Audiens itaque Domina Checha eius mater miracula quæ Deus per B. Andream faciebat, maximâ cum deuotione & fide vouit dictam Angelam ſuam filiam, vt ſi Deus per eius interceſſionem eam ab illâ infirmitate liberaret, cum ipsâ corpus eius ter cum deuotione viſitaret, vt duos cereos offerret. Quo facto ipſam ſuper aſinam ligatam Florentiam conduxit ad eccleſiam Carmelitarum, ibique cum magnâ deuotione ſuper eius caput ceruical & mitram B. Andreæ apponi fecit; quæ quamuis circa annos ſexaginta ſeptem in ſepulturâ cum corpore ſtetiſſent, noua videntur, & abſque maculâ. Quibus appoſitis mater eius ipſam ad altare duxit B. Andreæ, & accenſis duobus cereis, genu flexa humiliter filiam ſibi recommendauit, & pro ſalute ſuâ ſupplicauit: factâ oratione ab eccleſiâ receſſerunt, & ad propria remearunt. Poſt verò viginti dies, vt Deo placuit, per interceſſionem eiuſdem B. Andreæ, dicta Angela fatua reddita eſt priſtinæ ſanitati, & perfectè liberata eſt. Venerunt poſteà mater & filia bis ad viſitandum eius corpus, & ad ſepulchrum eius vnum cereum obtulerunt, gratias Deo & B. Andreæ referentes. Hæc duo vltima miracula facta fuerunt præſentibus Fratre Philippo Thomaſij de Florentiâ ordinis Carmelitarum, Benedicto Iacobi, Benedicto Tempi, Zenobio Iacobi Benintendis, & quampluribus aliis, & Paulo Laurentij Pauli Notario Florentino, qui de his fuit rogatus, ex cuius breuiaturis ego ſcriptor hæc extraxi ad laudem & gloriam Dei, & B. Andreæ ſcripta.

amentia.

a *Egregiâ hic & ſanctimonia & doctrinæ laude floruit, vt teſtantur Ioannes Pitſeus, Sixtus Senenſis, Poſſeuinus noſter, aliiq;. Obiit Londini 4. Sept. 1468. Inter reliqua dicitur ſcripſiſſe vitam S. Cyrilli Graci, imò & geſta Sanctorum & antiquorum & recentium, præſertim ſui ordinis. Eſt penes nos vita MS. S. Cyrilli Hieroſolymitani, cui annectitur tractatus de Sanctis antiquis & recentioribus ordinis Carmelitici. Num huius genuinus fœtus ſit, an potiùs operis maioris compendium, inquiretur ad vitam S. Cyrilli 6. Martij.*

Nicolaus Kenton.

b *quinque ſequentia.*

c *S.* Fridiani, *ſeu* Frigdiani, *aut* Frigidiani, *Epiſcopi Lucenſis, natalis agitur 18. Martij; Tranſlatio, qua præcipua eius feſtiuitas, 18. Nouemb.*

d *In Actis Canoniz. ad Paulum V. mentio etiam fit* baculi paſtoralis *&* catenæ ferreæ, *quæ in veneratione fuerint.*

e *In citatis Actis ibidem* Berta *dicitur.*

ALIA VITA INCERTO AVCTORE,

ex MS. Rubeæ-vallis, cum Surio collata.

PROLOGVS.

1 a QVm mundus à principio ſuæ creationis curſum ſuum cuſtodiens & vſque ad noſtra ſecula labens, tempora nouiſſima occuparet, & homines ſeſe à peccatis minimè ſequeſtrarent; Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui neminem vult perire, ſed omnes homines cupit ſaluos fieri; ſuſcitauit nobis germen iuſtum in ſalutem peccatorum diebus iſtis nouiſſimis, Beatum videlicet Andream Corſinum, exemplar omnium virtutum. Hic in Eccleſiâ Dei, ſicut lilium, germinauit germen iuſtitiæ, quia eam deuotè ac ſollicitè & vtiliter gubernauit, atque perinde fructum multiplicem propagauit. Idcireò vitam eius nobis propoſitam nouerimus, quatenus eam veluti quoddam ſpeculum perlucidum inſpiciamus: & ſecundùm illam conuerſationem noſtram, auxiliante Deo, in viam iuſtitiæ dirigamus.

a Sancti à Deo in exemplum proponuntur.

a *Hic Prologus deeſt Surio. An ab auctore compoſitus, an à Ioanne Gilemano additus, neſcimus.*

CAPVT I.

S. Andreæ ortus, educatio, tirocinium monaſticum.

2 BEatus Andreas Corſinus, Florentiæ ex Corſinorum nobili familiâ natus fuit, patre Nicolao, matre verò Peregrinâ. His, poſtquàm in vnum matrimonium conuenerunt, nihil fuit antiquius, quàm vt religionis præcepta in omnibus obſeruarent. Itaque libidine terrenorum poſthabitâ, iis quæ Dei erant ſtudentes, ſæpius domum Domini viſitabant. Cùm verò, quod in Exodo legitur, audirent, primitias videlicet Deo offerendas eſſe; vt Deo eiuſque genitrici gratam oblationem facerent, admodùm cupiebant ex ſe filios procreare, vouentes primogenitum ſuum Mariæ Virginis religioni tradere. Quorum precibus B. Virgo annuens, diuinitus eorum votum adimpleuit. Poſt paucos enim dies concepit Peregrina mater futura prolis Andreę: cumque iam tempus pariendi immineret, in ſomnis ſibi viſum eſt lupum peperiſſe pro homine; qui cum eccleſiam intraret, atque illic perſtitiſſet, paullatim immutatus, in agnum ſe vertit. Quam rem expergefacta & tacita cõſiderãs, nec viro quidẽ, quid in ſomnis viderit, eſt auſa narrare. Proximâ verò nocte, id eſt, pridie Calendas Decemb. puer naſcitur: qui cùm luſtraretur Baptiſmatis ſacramento, Andreas nomen accepit, quòd eo die natus ſit, quo Chriſtiana religio B. Andreæ Apoſtoli ſolemnia celebraret.

S. Andreæ parentes voto facto filium impetrant:

Exod. 22.

mater ei euentura cælitus edocetur:

3 Puer educatus ingenuè creſcit, & ſtudiis litterarum traditur. Cùm autem admodùm ſcitus puer eſſet & formâ præſtante, vtrique parenti plurimùm carus erat. Poſtremò factus adoleſcens, canes alere, equos mercari, ſodalitates parare, tractare arma, lites gerere cœpit, & ad hæc omnia diuina atque humana promiſcua habere, parentibus non ſolùm inobediens erat, ſed nec eos ſe caſtigantes perferre poterat. Parentes verò, vbi intellexerunt, quantum periculum adoleſcenti imminebat, timentes ne ob eius facinora per dedecus vitam amitteret, à tam peſſimis moribus illum iam ætatis ſuę quintumdecimum annum agentem reuocare ſtatuerunt. Igitur nacti opportunitatem, Andream ad ſe accerſiri iubent. Qui cùm iuſſa parentum negligeret, contumelioſa verba reſpondens, ab eorum aſpectu improbè diſcedebat. Quod mater iniquè ferens, animo concitato illum alloquitur, Tu

eum diſſolutè viuentem,

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

profectò,inquit,lupus es,quem in somnis mihi visa sum peperisse.Quibus verbis perterritus adolescens,retro ferens pedem, matrem orauit, vt quid sibi vellent ea verba, significaret. Tunc mater inquit: Audi fili mi verba mea, neque matris tuæ dicta contemnas. Ego vnà cum genitore tuo sterilis annos plurimos vixi,tantusque sobolis amor fuit, vt etiam pro habendis filiis vota susceperim.Itaque primitias vteri mei Deo Mariæque matri eius offerendas constantissimè voui: hoc idem Nicolaus pater tuus communi voto promisit: factumque est,vt Mariæ precibus conciperem: & iam pariendi tempus aderat, atque in somnis visa sum lupum parere,qui cùm ingressus esset ecclesiam,lupi formam deserens, agnus effectus est:postridie verò te peperi.Qualis superiori ætate vixeris,non te latet:non enim vt homo ratione vtens,sed quasi rapacissimus lupus; nunc iam tempus exposcit,vt in agnum te vertas,& quæ pro te vota suscepimus,velis piâ mente perficere:nam non nobis,sed B.Mariæ Virgini natus es. Expergiscere igitur, fili, nec velis longiùs per socordiam atque malos mores vitam inficere.

monet, narratq; suum de eo somnium:

Andreas ad cor redit:

4 Postquàm mater loquendi finem fecit, Andreas huiusmodi oratione perculsus, & superiorem sui vitam tacitus considerans, pœnitentiâ motus, multis lacrymis Virginem precabatur, vt pro se ad filium suum preces fundere dignaretur,ne iuuentutis suæ delicta cognosceret. Postridie verò manè ad Carmelitarum ecclesiam profectus est,ibique orando diu ante aram Virginis gloriosæ, lacrymis faciem irrigauit, rogitans vt se lupum in agnum conuerteret. Tandem ab oratione surgens, Hieronymum Melioratum Carmelitam,qui erat eâ tempestate,videlicet anno ab Incarnatione Domini millesimo, trecentesimo decimo sexto, prouinciæ Tusciæ curam gerens, prostratus orauit, vt eum intra suam religionem acciperet. Quod cùm audiret vir præstans, miratus ingenuum adolescentem, summo loco natum, multisque educatum deliciis, cupere sacris initiari, seruitutemque religionis subire, misit ad eius parentes,qui referant Andream filium suum habitum religionis expetere.Parentes vbi cognouerunt per nuntios, in filio suo Spiritum sanctum tam citò & mirabiliter operatum, stupore gaudioque perculsi,eò, vbi Andreas erat, properè concesserunt; atque vnanimes filium,quem orantem inueniunt, sicut vouerant beatæ Virgini offerentes,susceptivoti officia perfecerunt.Ita Andreas in agnum conuersus,ad religionis obseruantiam admittitur.Huic,vt eius animi firmitatem experirentur, cuiusque vilissimæ conditionis seruitia demandabant; ædes verrere,ostij curam gerere, interdum etiam patinas purgare iubebant. Quæ omnia ita libenti animo perferebat, vt mirum sit eius & obedientiam, & humilitatem referre.

fit Carmelita:

diabolum ad seculum reuocantem repellit:

5 Accidit vt prandentibus ceteris Andreæ ianuæ custodia mandaretur, qui neminem, quoad vsque Fratres cœnauissent, intrare permitteret. Diabolus verò tantæ humilitati inuidens, adolescentem subuertere conatus est,& prædiuitis viri formam accepit,atque ingenti cum comitatu ante monasterij portam assistens, sibi fores reserari iubet. Andreas hominis importunitatem miratus, quid sibi vellet interrogauit. Cui ille inquit: Nónne me nosti? ex cognatione enim tuâ natus sum:qui cùm audirem te religionem intrasse, iniquo animo ferens huc accessi,vt ex tam turpi vitæ conditione ad pristinas delicias reuocarem.Itaque iam citò aperi,vt mecum domum pariter reuertaris. Iam tibi virginem ex nobilitate ingenti dote desponsauit pater. Cui Andreas: Nec vos agnosco, nec nostro quidem sanguine natus estis,qui me quæritis à tam salubri officio reuocare. Parentes enim mei, antequàm natus essem, huc me genuerunt, vbi humilitatem amplexus,obedientiam sponsam accepi. Ita hostis ille ianuâ pulsus,atque constantiâ puerili deuictus,tantum facinus fruſtrà susceperit.

CAPVT II.

Professio monastica. Sacerdotium. monasterij præfectura. virtutes. miracula.

Facit professionem:

6 POstquàm Carmelitis Andreæ humilitas & obedientia satis exploratæ sunt, de more professus est; & in verba Prouincialis, religionis solennia vota suscepit.His exactis,animus adolescentis in dies magis ac magis in diuino amore atque virtute flagrabat, ieiuniis & abstinentiâ,atque corporis flagellatione terrenorum cupiditates superabat: tantique silentij factus est,vt non nisi vbi maximè opus esset loqueretur. Diebus tribus in hebdomadà ieiunabat, in quibus nihil cibi, præter panem & aquam, sumere consueuit. Obedientiam adeò obseruabat, quòd nihil magis cupere videretur, quàm vt sibi aliquis imperaret, non secus ac si intrasset religionem ob id solùm vt seruiret. Orationibus atque sacris litteris incumbens, nullum tempus conterebat incassum.Corpus suum assiduis flagellationibus macerans,in seruitutem redigebat, domabat ieiunio, cilicio castigabat. Appetens solitudinis delicias, fugiens à iocis, ludos plurimùm declinabat.

religiosis virtutibus excellit:

7 Obturabat aures suas, ne audiret verba detrahentium sibi. Nam, vt moris est mendicantium, a sabbato pro accipiendis eleemosynis ciuium domos adire, Andreas ob humilitatem officium huiusmodi plurimùm exercebat, & cùm à suis, qui in viâ maximas ædes habebant,eleemosynam peteret,multis iniuriis ab eorum domibus pellebatur.Namque illis inuitis Andreas habitum religionis acceperat.Irridebatur à notis,à sodalibus spernebatur, & tanto tamque salutifero labori inertiæ nomen imponebant. Hæc omnia & huiusmodi Andreas ingenti patientiâ tolerabat, ac si religionis perfectio in tolerandis iniuriis haberetur.

a

mendicans irridetur ab amicis & repellitur:

8 Eâ tempestate Ioannes quidam Corsinus ex cognatione suâ,lupum morbum patiebatur in crure,quæ ægrotatio die nocteque hominem cruciabat plurimùm. Et vt huiusmodi angores atque cruciatus mitigaret,quocumque genere ludorum vtebatur, ita vt eius domum, lusorum porticum appellarent. Andreas vbi aduertit Ioannem,dum cruris dolorem lenire quærit, in animæ iacturam incidere, eius rebus statuit consulendum, ipsumque his verbis alloquitur: Ioannes, si meis consiliis acquiescas, pristinæ te sanitati restituam, & ab hostium tuorum insidiis diuino munimine liberabo. Ille vix credens Andream in conspectu Dei talem gratiam meruisse ac inuenisse, vt abigeret morbos, tamen recuperandæ sanitatis desiderio pollicitus est se facturum, quicquid optimus adolescens imperaret. Cui Andreas, Est,inquit,opus inprimis,vt omnes has lusorum consuetudines abiicias: post hæc,vt vacando ieiuniis,Virginem Mariam summis precibus per dies octo flectere nitaris. Ioannes simplicitate verborum motus,statim vota suscipiens, quicquid sibi ab Andrea iussum fuerat, mirâ deuotione perfecit, & meritis eius est solitam valetudinem consecutus.

agrum curat, & à lusu reuocat:

9 Ita Andreas ardens in virtutibus, & in dies magis sanctitate pullulans, ad sacros ordines admittitur. Corsini omnes adunati statuunt,vt Andreas de more patriæ Missæ oblationem magnis apparatibus ingentique pompâ celebraret.Sed ille,vbi hoc audiuit,habitâ priùs licentiâ à Prouinciali, secessit septimo milliario ab vrbe in Conuentũ Siluarum; ibique sibi, deuotissimè sacerdotij sui primitias offerenti,B.Maria Virgo cum comitatu Angelorum apparuit,dicens ei: Seruus meus es tu:quia ego elegi te, & in te gloriabor. Et hæc dicens, paullatim in auras euanuit. Andreas verò stupore perculsus, non visione extollitur, sed magis per humilitatem se nitebatur dignum seruum efficere,humanas laudes fugiens,studio bonarum artium sibi immortalitatem parabat.

primitias celebrat procul à suis:

apparet ei in illis D. Virgo:

10 Erat

ægram sanat:

10 Erat eâ tempestate vir nobilis, cuius filia, quam vnicam habebat, morbo hecticæ febris languens, nullâ poterat medicorum scientiâ liberari. Hæc cùm prodigia, quæ ab Andrea Corsino in dies fiebant, perciperet, sperabat proculdubio valetudinem recipere, si manibus suis vir Dei sibi pabulum ministraret. Quod pater intelligens, à B. Andrea summis precibus impetrauit, vt filiam suam ægrotantem domi viseret, quæ in se vno omnem spem salutis suæ locauerat. Andreas vbi puellæ fidem cognouit, cum priùs multum orasset, eam visens, cibumque ministrans, pristinæ sanitati restituit.

Parisiis studet:

11 Post paucos annos Pisis Capitulum celebratur, Andreas quoque mittitur in Galliam, ad vrbem videlicet Parisius, vt litteris sacris incumberet: inde post tres annos in prouinciam reuocatur. Dum itaque in patriam remearet, per *b* Diuionem iter faciens, patruum qui Cardinalis ibi eo tempore legationis officio fungebatur, visitauit. Dum ibidem apud Cardinalem aliquot dies esset, cæcum quemdam, qui ad portam templi sedens, à prætereuntibus eleemosynam petebat, offendit: à quo cùm cæcus stipem peteret, Andreas pro quadrante, diuinâ miseratione sibi visum restituit.

b

cæco visum restituit.

Fit Prior:

12 Post paucos dies Florentiam rediit, vbi tunc Capitulum Prouinciale fiebat, in quo Andreas conuentui Florentino præficitur. In quâ administratione tantâ vitæ sanctimoniâ fuit, vt narratu difficile foret. Venturam, Carmelitam Pisanum quemdam ab hydropis morbo eâ tempestate curauit. Rogatus à quodam familiari, cui puer natus erat, vt eumdem puerum baptizaret, non recusauit. Sed dum infans lustraretur aquâ & chrismate, vt moris est, Andreas, cui Deus futura reuelauerat, miro modo lacrymis rigabatur. A quo cùm infantis parens lacrymarum caussam quæreret, Andreas inquit: Hic puer sibi & familiæ suæ excidio natus est. Pater verò præsagium huiusmodi parui faciens, viri Dei verba contempsit. Puer autem crescens, non secus quàm Andreas prædixerat, flagitiis atque facinoribus coopertus, cum multis contra Rempublicam conjurauit. Qui ad iudicium vocatus, tanti sceleris pœnas soluit, omnesque cognati eius ab omni administratione Reipublicæ fuerunt abdicati, ne consimilem infidelitatem in posterum moliri conarentur in eam.

hydropicum sanat:

futura prædicit.

a *In priore Vitâ num.* 11. *&* 13. Sextâ feriâ pro eleemosynâ itur.

b *Imò* Auenionem, *vbi* Petrus *erat generalis sacri palatij Auditor, necdum Cardinalis.*

CAPVT III.

Episcopatus. Legatio Apostolica. Eximiæ virtutes.

Eligitur Episcopus Fæsulanus:

13 NOn longo tempore pòst, vbi Deo obedientia serui sui satis probata fuit, illum ad maiorem curam voluit accersiri. Nam factum est, vt Fesulanus Antistes extremum diem suum clauderet. Postquàm illi Pontificio more magnificè fecerant obsequia, Canonici cetericque, apud quos ius erat, conuenerunt in vnum, vt inter se de Episcopo eligendo disceptarent: à quorum consilio vnâ omnium voce Andreas Corsinus Carmelita Episcopus designatur. Ea cùm Andreæ nuntiarentur, timens ne pondere tanto deficeret, tertio milliario ab vrbe apud Carthusienses latitauit. Canonici verò illum per omnem prouinciam quæri iubent: sed vbi eum nequeunt inuenire, iterum de reuocandâ electione decernitur: & dum illorum vacillantia corda in ambiguo versarentur, Spiritus sanctus per os infantis locutus est, dicens: Elegit Deus Andream in Sacerdotem sibi: ecce enim apud Carthusienses orat, illicque inuenietis eum. Quibus verbis omnes stupore repleti, quicquid actum priùs fuerat, confirmant. Igitur decretum fit, vt ad Carthusienses legati mittantur, qui latentem Episcopum inuenirent, eumque ad episcopatus curam hortarentur.

latet:

electione miraculosè confirmatâ, diuinitus monetur vt ac quiescat:

Dum hæc Fesulis gerebantur, Andreæ oranti puer in veste candidâ apparuit, nuntians ei hoc diuino numine factum, vt Episcopus crearetur, neque laborem subterfugeret. Nam datus erat ei custos Angelus, qui eius vestigia in Dei voluntate perficiat. Andreas itaque Angeli visione perterritus, & ab oratione surgens, Fesulanos se quærentes offendit. Qui Episcopo obuiantes, & eum pacificè salutâtes, hortabâtur vt gregem suum, & oues pascuæ suæ ne contemneret. Andreas Deo gratias agens, onus, quod paullò antè excutere nitebatur, constanti mente suscepit. AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

14 Igitur factus Episcopus anno natiuitatis suæ LVIII. incredibile memoratu est, quantâ vitæ sanctimoniâ floruerit. Omnes terrenorum cupiditates subiecit pedibus; tantæ fortitudinis factus, vt cunctas animi perturbationes facilè superaret. Mulierum consortia & colloquia, tamquàm semina vitiorum, magno studio fugiebat: temperantiam amplexus, nullâ carnis concupiscentiâ premebatur. Macerabat corpus, deducendo cibum, subter tunicam super nudo corpore catenâ ferreâ cingebatur. Sarmenta vitium membris suis requiem nocturnam præstabant. Pacifici seminis maximus seminator, bella intestina, seditiones ciuium & discordias plurium extirpabat. Diuinis contemplationibus intentus, nihil humanum, aut quod ad scurrilitatem pertineret, loquebatur. Quantò enim dignitate sublimior, tantò humilitate depressior videbatur. In ædificiis sacris plurimùm intentus, Cathedralem ecclesiam Fesularum, quæ ruinam vndique minabatur, sumptibus suis muniri iussit.

sanctissimè in Episcopatu viuit.

15 Quid de eius commiseratione erga pauperes, quid de pietate eius in populum suum referam? Non modò affectum egestate videre, sed nec audire quidem sine lacrymis poterat. Tantæ enim liberalitatis fuit in pauperes, & omnes egenos, qui tunc Fesulis essent, vt eos litteris demandaret, quibus clanculùm præbebat alimoniam. Nemo vnquam ab eo sine eleemosynâ discedebat. Quin etiam cùm annonæ magna penuria esset, & pro eleemosynâ ad eum confluueret magna multitudo egenorum, ipse quotquot panes domi erant pauperibus erogauerat: cùm enim tantæ multitudini non sufficerent, iussit sibi vltrà panes adferri. Ministri verò, qui sciebant, nec panem quidem sese in arculâ dimisisse, defecisse panes Episcopo nuntiauerunt. Qui iussit, vt in arcâ attentiùs quærerent. Illi autem, ne viderentur Episcopi iussa negligere, in penum reuertentes, panes in magno numero repererunt. Quam rem mirati, detulerunt ad Episcopum. Ille verò panes accipiens, pauperibus erogauit, vt in omnibus Saluatoris vestigia imitaretur.

liberalis in pauperes,

panibus diuinitus multiplicatis;

16 Consueuerat vir Dei qualibet quintâ feriâ, in memoriam Dominicæ humilitatis pauperibus pedes lauare. Accidit, vt quidam ex mendicis illis Episcopo resisteret, ne pedes eius ablueret. A quo cùm caussam Andreas peteret, inquit ille: Crura mea morbo in putredinem versa, timeo ne excellentiæ tuæ stomachationem inferrent. Cui ait Episcopus: Confide fili in Dominum Iesum Christum, & infusâ aquâ in peluim, eiusdem pauperis crura lauare cœpit. O rem mirandam! Ille crura lotus, statim morbo solutus est.

lauat pedes pauperum:

quemdam lauando sanat:

17 Consueuerat noctu post matutinale officium, vno tantùm ministro comitatus, visitare ædem siue ecclesiam, quæ à vulgaribus Abbatia nuncupatur, non longè à metropolitanâ ecclesiâ. Factum est dum redirent, parietem ex transuerso in viâ ædificatum inuenerunt. Quâ re perterritus minister, dixit: Pater Antistes, quis hic tam citò parietem construxit? Cui inquit Andreas: Oremus, ne intremus in tentationem. Et prostrati in terram, cantauerunt Psalmos, Deus in adiutorium; &, Domini est terra, &c. Et oratione factâ, paries euanuit.

dæmonis phantasmata precibus dissipat:

Psal. 69. Psal. 23.

18 Cùm Bononiæ discordia ciuilis orta esset, adeò vt tumultus ille nullâ viri posset auctoritate sedari, Vrbanus Papa V. Pontifex Maximus, *a* auditâ Fesulani Episcopi probitate, eum Legatum Bononiam mittit, vt dissiden-

4

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

tia pectora mitigaret, flecteretque feroces animos ciuium. Andreas Pontificis iussa perfecit, Bononiamque profectus est. Ciues vbi Præsulis auctoritatem, ac verborum perceperunt suauitatem, mox depositis armis reconciliantur: pauci verò, qui huic rei aduersabantur, atroci morbo percussi sunt. Qui tandem meritis B. Andreæ liberati, depositâ animi ferocitate pacificantur. Ita Andreas confecto negotio, vnâ omnium commendatione Fesulas remeauit illicò. His artibus atque studiis ad maturam ætatem peruenerat.

Bononienses dissidentes reconciliat,

refractariis miraculosè ad tempus punitis.

a *Addebatur apud Surium.* Qui etiam ob vitæ merita signis claruit.

CAPVT IV.

Obitus, sepultura, translatio.

19 ANno igitur ætatis suæ septuagesimo primo, in nocte natiuitatis Domini, in ecclesiâ cathedrali dum solenni pompâ rem diuinam faceret, eidem Virgo glorioſa apparuit, nuntians ei obitum suum in proximum mensem, videlicet VIII. Id. Ianuarij: quo die Epiphania siue Apparitio Domini celebratur. Quâ quidem reuelatione tanto gaudio atque lætitiâ repletus est, vt, qui priùs ob victus austeritatem macilentus atque squalore perfusus erat, Seraphico penè colore perornatus sit. Non secus, vt Beata Virgo prædixerat, morbo correptus beatus ac diuinus Antistes, eo die naturæ concessit. In cuius transitu multa diuinitus prodigia facta, illum ad Superos euolasse testantur.

Tempus obitus sui à D. Virg. docetur:

moritur:

variis eius gloria reuelatur:

20 Eâ denique nocte, quâ hic vir è vitâ decessit, multæ Virgines visiones viderunt. Namque, vt refertur, puella decem annorum in somnis vidit reseratum cælum, atque scalam, quæ ad cæli altitudinem pertingebat, per quam Episcopus Pontificali indutus veste ascenderet. Hunc alij duo Episcopi à dextris & à sinistris comitabantur. Quam rem cùm matri indicaret, Andreas Corsinus, ait illa, conscendit ad Superos. Et comparato tempore cognouit Andream eadem horâ decessisse, quâ Virgo ad cælos ascendisse Episcopos in somnis viderat. Eâ nocte Virgo alia nobilis, cui Andreas, dum adhuc viueret, diem mortis prædixerat, moriens, altâ voce clamauit: Eia Christi Præsul, expecta me, vt vnà cælestem patriam ingrediamur. His dictis, ad cælum supplices manus tendens, ab hac luce migrauit. Sed quid ego narrem, quæ circa huius beati viri obitum gesta sint; quæ verba, quæ præcepta vitæ, quas traditiones religionis dederit, quæ lux circumfulserit morientem, quantæ suauitatis odor à defuncti corpore spirauerit? Multi ex diuersis languoribus atque morbis, tactu corporis eius mirabiliter liberati sunt.

miracula claret:

21 Mortuus est igitur Diuus Andreas anno natiuitatis suæ LXXI. Pontificatus quoque sui a anno XIII. anno verò ab Incarnatione Domini MCCCLXXIII. VIII. Id. Ianu. cuius anima cum beatissimis spiritibus superni Regis faciem contemplatur. Corpus eius de more funebri pompâ Fesulis in ecclesiâ cathedrali lapideo busto conditur, licet testamento reliquerit, corpus suum apud Carmelitas Florentiæ sepultum iri. Oppidani verò, ob miram viri sanctitatem, corpus Florentiam deferri non permiserunt: namque in eo protectionis plurimum fieri sperabant. Carmelitæ verò nacti temporis opportunitatem, noctu clàm & furtiuè corpus sublatum, Florentiam deferunt, vbi eo tempore multis miraculis claruit.

sepelitur Fæsulis: a

furtiuè transfertur Florentiam.

a *Surius & prior vita* anno XII.

CAPVT V.

Victoria Florentina. Andreæ solennis cultus.

Florentini à Duce Mediolanensi bello lacessuntur:

22 POst multum verò temporis, anno videlicet Incarnationis Dominicæ MCCCCXL. Eugenio IV. Pontifice Maximo, Philippus Maria, Mediolanensium Dux, Ecclesiæ Florentinisque vltro bellum intulit, ac per Nicolaum Piccininum, Præfectum militiæ suæ, Florentinorum oppida multa cepit, multaque vastauit. Itaque exercitus hostium iam loca vrbi propinqua occupauerat: Florentinos, Cardinales quoque, qui tum Florentiæ cum Eugenio Pontifice Maximo erant, metus inuaditi res omnes turbulentæ asperæque videbantur. His rebus permota ciuitas trepidare cœpit, armis diffidere, suo quisque metu pericula metiri. Decretum fit, vti Decemuiri belli gerendi crearentur, qui darent operam, ne quid mali Resp. caperet, quibus legiones parare, bellum gerere, socios cohortari atque ciues permittitur. In quibus fuit Cosmas Medices, Nerius Caponius, Angelus Acciarolus Eques, Ioannes Scodellarius. Hi in vnum congregati de tutandâ Republicâ disceptabant: tanti belli discrimine, ipsorum animi in ambiguo versabantur.

animantur calitus à B. Andreâ, prædictâ victoriâ:

23 Dum hæc sic agebantur, Diuus Andreas Corsinus multis miraculis coruscabat. Cùm verò ex maximâ religione vniuersa ferè ciuitas confluueret ad ecclesiam Carmelitarum, vbi huius Antistitis corpus requiescit, adolescens quidam ex nimiâ religionis pietate, vnà cum ceteris properabat. Apparuit autem ei beatus Antistes, dicens: Adolescens, maturè propera ad Decemuiros belli gerendi, meaque ipsis hæc verba refer: Deus qui Israël de manu Pharaonis eripuit, ipse confringet aduersarios eorum: ne timeant cum aduersariis congredi: nam Deus omnes vires illorum dissipabit. Itaque audacter cum hoste iam arma gerant pugnaturi. Quinto die à proximo festo Diui Ioannis Baptistæ, quod hinc ad dies octo celebrabitur, de hostibus victoriam reportabunt. Adolescens etsi visione numinis perterritus est, tamen Xviros adiuit, eisq; quod Andreas Corsinus dixit, nuntiauit. Ea cùm nuntiata essent, Magistratus huiusmodi verbis fidem miram adhibens, atque instaurans religione vires, animum recepit, rati quòd populi huius immortali Deo cura esset. Exercitum itaque parant, IV. Kalend. Iulij exercitus concurrunt: sed vbi multum ab vtrisque pugnatum est, hostium copiæ fusæ sunt. Quod quidem non sine numine diuino factũ creditur, quòd ingẽs multitudo manu paruâ pulsa sit, adeò vt pauci per fugam euaderent. Piccininus postquàm suos deficere, resque suas attritas videt, rebus suis diffidens, in a Burgum sancti sepulchri cum paucis aufugit.

cadunt Mediolanenses: a

24 Postquàm de huiusmodi victoriâ Florentiæ nuntiatum est, ciuitas immutata ex summâ tristitiâ, repentè lætitiâ summoque gaudio agitabatur: indictæ feriæ, ludi instituti, atque alia huiusmodi, vt in tali re fieri consueuit. Et ne in religionem viderentur immemores, decretũ fit, vt omnis Clerus, atque Magistratus omnis vnà cum populo in Cathedrali ecclesiâ conuenirent: ex quo loco cum solenni processione, vt moris est, ad ecclesiam Carmelitarum incederent, vbi diui Antistitis corpus venerabile iacet, ibidemque in honorem sanctissimæ Trinitatis Missam solenni celebratione de more canerent, corpusque B. Andreæ Corsini vniuerso populo cum funalibus atque thure multo ostenderetur. Ac vbi hæc, quæ ad cultum huius sancti viri pertinerent, non possent fieri, quin priùs consulerent Apostolicam Sedem, supplicatum est Eugenio Pontifici Maximo per Reuerendissimos Dominos Cardinales, Columnensem, Andegauensem, Trapanicum, Placentinum, sanctæ Crucis, & sanctæ Mariæ nouæ, quòd huic corpori quotannis legitimè huiusmodi honores adhiberi possent. Eugenius tametsi multa priùs intellexerat de sanctitate viri, tamen rumoribus nouis permotus, atque tantorum virorum supplicatione, legitimè concessit, quod à Florentino populo petebatur. Hæc vbi impetrata sunt, munus religionis, vti decretum erat, mirâ populorum deuotione perficitur. Item lege cautum fuit, vt omnes Magistratus vrbis Florentiæ de more solenniter visitarent Carmelitarum ecclesiam; eo videlicet die, quo ipsi Carmelitæ annua huius beati viri solennia celebrarent. Quod quidem vsque in hanc ætatem nostram religione maximâ obseruatur.

S. Andreæ referunt gratias:

eum solenniter colũt ex indulto Pontificis.

a *Vrbs*

a *Vrbs Vmbriæ in Apennino monte, ab Eugenio IV. 12. millibus aureorum oppignorata Florentinis, à quibus etiamnum detinetur.*

CAPVT VI.

Varia miracula.

S. Andreæ ope ſedatur tumultus plebis;

25 EA tempeſtate Sacerdos quidam cum ſuis parochianis diſſidens, de beneficio eius pulſus eſt; atque ob multa mala & facinora coram Archiepiſcopo delatus: nec aliquo pacto illos flectere nec reconciliare poterat. Qui cùm in hac re multum pecuniæ contriuiſſet, nec poſſet beneficium recuperare; ad B. Andream multis precibus ſe conuertit, vouens quòd inſtar ſui ante corpus eius imaginem ceream collocaret, ſi à populariбus ſuis pacificè ſuſciperetur: mox voto ſuſcepto ad eccleſiam profectus, omnes immutatos inuenit: & qui paullò antè ipſum trucidare coniurauerant, amicum recipiunt.

quidam dolore capitis liberatur;

26 Nec poſt multos dies Carmelita quidam, qui Angliæ prouinciæ præerat, Florentiæ dolore capitis grauiter premebatur: nec vllâ medicorum arte poterat liberari. Vbi audiuit quæ fiebant per B. Andream, qui eâ tempeſtate plurimis miraculis coruſcabat, multis lacrymis eius patrocinium implorabat: & voto ſuſcepto capitis cruciatu liberatus, & gratias Deo agens, qui per Sanctos ſuos tam mirabiliter operatur, ad propria remeauit.

a alius vſum rationis recuperat;

27 *a* Nouiſſimè in noſtrâ memoriâ Matthæus Corſinus quidam ruri ex alto loco præceps in caput ſuum cecidit, quo caſu grauiter vulneratus, per dies quindecim verbum nullum rectè locutus eſt: quin etiam res omnes mutatis nominibus appellabat, vt qui ob cerebri læſionem rerum omnium eſſet oblitus. Medici de ipſius ſalute deſperati curam eius penitùs neglexerant. Quintadecimâ die manè Thitam vxorem ſuam nomine proprio vocans, indicauit ei, Andream Corſinum Carmelitano habitu, vno miniſtro cum funali accenſo comitatum, in ſomnis ſecum diu locutum fuiſſe: qui ſibi ſalutis recuperandæ ſpem certam dederat. Vxor vbi hoc audiuit non parum mirata inſperatam ſermonis mutationem, inquit: Confide vir, te tali poſſe patrocinio liberari: nam idem Andreas eodem habitu indutus, atque eadem verba locutus, à me, paullò antequàm me vocares, diſceſſerat. Matthæus in dies conualeſcens in breui eſt priſtinam valetudinem conſecutus.

quidam periculoſo lapſu non laditur.

28 Petrus Victorius ingenuus adoleſcens, cùm auunculum, qui Prati, quod oppidum decimo milliario eſt ab vrbe Florentiâ, Prætor erat, viſitaret; vnà cum ſodalibus ſuis oppidi mœnia conſcendens, ex altâ turri incautus cecidit. Qui cùm rueret ſe B. Andreæ Corſino commendans, ex tanto vitæ periculo illæſus euaſit.

Fecit & alia permulta *b* miracula, quæ breuitatis ſtudio præterimus. AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

a *Sequentia deſunt in priore Vitâ.*
b *Illa ſcilicet quæ à num. 39. ad finem prioris Vitæ referuntur.*

RECENTIORA MIRACVLA

ex a Relat. Cardinal. Deti ad VRBANVM VIII. a

b Ope S. Andreæ curata cõtractio & amentia.

1 *b* IVnipera Riccij Florentina, contracta à partu graui morbo, mox & ad inſaniam redacta, adhibitis fruſtrà medicamentis, tandem admotis B. Andreæ reliquiis, priſtinæ corporis ſanitati reſtituta, & (quod rarò contingit) compos mentis effecta eſt.

c febris,

2 *c* Bonauentura Caſſandræ filius duorum annorum, cùm dies ſeptemdecim in cunis æger iacuiſſet, atque omni cibo ac potu *d* abſtinens pro mortuo haberetur à medico; admotâ ad pueri pectus beati Epiſcopi catenâ & eiuſdem annulo in pueri digitum inſerto, ſtatim cibum petiit, veſtes induit, domo egreſſus, cum pueris colluſit.

d tribus diebus.

lepra,

3 Triginta annos leprâ coopertas manus habuerat Angelica de Caſtro ex Romandiolâ: ac fruſtrà ope medicamentorum adhibitâ, ad B. Andreæ auxilium confugit; ac votiuas ad eius ſepulchrum manus pollicita, ſubitò mundari cœpta eſt, atque intra octiduum ne veſtigium quidem lepræ manibus apparuit.

e febris & epilepſia,

4 Eliſabetha Petri de *e* Cauarella Florentina, febri aſſiduâ & comitiali morbo miſerè vexata ſpatio triginta menſium, deſtituta ob paupertatem medicorum ac medicamentorum ſubſidio, præſentiorẽ medicinam reperit in beati Antiſtitis ope; cuius catenam ſummâ fiduciâ ac religione contingens, ex vtroque morbo repentè conualuit.

f brachij fractura:

5 Ad terram cùm cecidiſſet, fregiſſetque ſiniſtrum brachium *f* Flammetta Iacobi, nihil proficientibus artis humanæ remediis, ad B. Andream confugit, atque in templo Carmelitarum, impoſito ſuper eius altari brachio, ſanitatem recuperauit.

auditus recuperatus.

6 In eodem templo dum in die Aſcenſionis corpus B. Andreæ oſtenderetur, Catharina vxor Iulij de Garbo Florentina, auditu omnino capta, coronam Beatæ Virginis porrexit, vt Beati corpus tangeret: eamque cùm recepiſſet ac magnâ ſpe deoſculata eſſet, admoto ad aurem vno eius grano, ſtatim perfectèque audire cœpit.

a *Continentur eadem miracula in relatione Canonizationis ad Paulum V. par. 5. §. 3. in quâ teſtes proferuntur, & annus, quo contigerunt in nonnullis additur.*
b An. 1596. *ſanata dicitur, &* Gineura *appellatur.*
c *an.* 1607. d tribus diebus. e Cenanella.
f *an.* 1603.

XXXI. IANVARII.

SANCTI QVI PRIDIE KAL. FEBR. COLVNTVR.

S. Metranus, ſiue Metras, Martyr Alexandriæ.

S. Saturninus, S. Thyrſus, S. Victor, S. Tharſicius, S. Zoticus, S. Ammonius, S. Cyriacus, S. Geminus, S. Gelaſius, S. Hippolytus, S. Vrſinus, S. Pelianus, & alij. } Martyres Alexandriæ, & alibi.

S. Victor, S. Publius, S. Saturninus, S. Polycarpus, } Martyres, in Africâ.

S. Tryphæna, Martyr Cyzici.

S. Cyrus, medicus, dein monachus, S. Ioannes, S. Athanaſia, S. Theodoſia, S. Theoctiſte, S. Eudoxia, } Virgines, } Martyres in Ægypto.

S. Geminianus, Epiſcopus Mutinẽſis in Italiâ.

S. Iulius Preſbyter, S. Iulianus Diaconus, } fratres, Nouariæ in Italiâ.

S. Marcella, vidua Romæ.

S. Patroclus, Epiſcopus Martyr, in Galliâ.

S. Gaudus, Epiſcopus Ebroicenſis in Galliâ.

S. Aidanus, ſiue Mœdocus, Epiſcopus Fearnenſis in Hiberniâ.

S. Adamnanus Coludius, Presbyter in Scotiâ.

S. Vlphia, Virgo Ambiani in Galliâ Belgicâ.

S. Bobinus, Epiſcopus Trecenſis in Galliâ.

S. Athanaſius, Epiſcopus Methonenſis in Peloponneſo.

B. Euſebius, monachus S. Galli, Martyr, in Heluetiâ.

S. Martinus, Sautienſis Presbyter in Luſitaniâ.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES REIECTI.

S. Hilarij Epiſcopi Pictauenſis *vſque hunc diem differri olim celebritas conſueuit, vt ex Breuiario Romano Cardinalis Quignonij, & Eborenſi patet, agitur nunc XIV. Ianuarij. Vitam dedimus* XIII. Ianuarij.

S. Antonius monachus in monaſterio S. Andreæ Romæ. *MS. Kalendar. SS. Ordin. S. Benedicti. De eo ſuprà egimus* XVII. Ianuar.

S. Iulianus Epiſcopus Cenomanenſis *colitur officio 3. lectionum hoc die à ſacro ordine Prædicatorum, vt ex Martyrol. an. 1616. Romæ excuſo patet. De eo egimus* XXVII. Ian.

XV. Sancti Martyres, *qui anteà idolorum ſacerdotes fuerãt, & à S. Callinico conuerſi ſunt, & cum eo coronam adepti, hîc referuntur in MS. Martyrol. S. Martini Treuiris, & S. Mariæ Vltraiecti: aſt in MS. S. Martini Tornaci iis* S. Callinicus *iungitur; in MS. S. Hieronymi* SS. Thyrſus & Callinicus. *Notkerus quoque* Callinicum & Thyrſum *refert vnà cum* Gelaſio. *Agemus infrà de* Gelaſio, *& alio* Thyrſo. *Celebris illius* Thyrſi *& Callinici, ac XV. ſacerdotum Acta dedimus* XXVIII. Ianu.

S. Fabianus Martyr Tricaſſinus *refertur hoc die in Calendario Eccleſiaſtico Ioannis Horolani (quem putamus Molanum eſſe) edito typis Plantinii an. 1569. Aſt alium à* S. Sauiniano *nullũ extitiſſe Trecis* Fabianum Martyrem *oſtendimus §. 1. Prolegom. ad illius Acta, nu. 4. ſuprà* XXIX. Ianu.

S. Gildas, *ſiue* Gildaſius, *ſolet hoc die coli in Eccleſiâ S. Corentini Coriſopiti in Britanniâ Armoricâ, vt ex veteri eius Eccleſiæ Breuiario patet. Vitam dedimus* XXIX. Ianu.

B. Principia Virgo *inter Sanctas Virgines Romanas recenſetur ab Antonio Gallonio, &* glorioſa ac beata Virgo Chriſti *appellatur; à Siluano Razzio, qui hoc die cum S. Marcellâ eam refert,* Beata. *Nuſquam in Martyrologiis eius nomen reperimus. De eâ agemus ad vitam S. Marcellæ, cuius fuit diſcipula.*

Vigilius Papa *Kalendario, quod præfixum eſt Ordinario Eccleſiæ Treuirenſis, ante annos 80. excuſo, hoc die adſcriptus in catalogo Sanctorum; alibi Martyrem appellari eum legimus. Multa ille & geſſit & tulit pro Dei gloriâ, etſi infami ambitu Cathedram primùm inuaſerat, ſuperſtite adhuc* S. Siluerio. *Verùm an illi honores Cælitum decreti ſint, neſcimus, meritum non dubitamus. Neque quo die deceſſerit, certò adhuc compertum habemus.*

S. Iulium Confeſſorem, *alium à Presbytero fratre S. Iuliani, referunt Carthuſiani Colonienſes in Addit. ad Vſuardum, quorum verba infrà dabimus cùm de Martyribus Alexandrinis agemus. Omnino tamen eumdem ſuſpicamur eſſe, ſed ex variis codicibus iſti auctario ad Vſuardum, veluti ſi alius eſſet, adſcriptum.*

Ado frater S. Audoëni, Sanctus *appellatur, & hoc die refertur, in MS. Kalendario Sanctorum ordin. S. Benedicti. Vix dubium nobis eſt, quin* Sanctus *ab antiquo habitus ſit, vt verè fuit ſanctiſſimus; alibi tamen eius nomen in Martyrologiis non reperimus.*

Petrus Conuerſus in Villarienſi Ord. Ciſtercien. cœnobio in Brabantiâ *refertur hoc die à Chryſoſtomo Henriquez, &* Beatus *appellatur, à Rayſio XVIII. Ianuarij. Vir fuit eximiæ ſanctitatis, vt patet ex libro de viris illuſtribus illius monaſterij: non tamen aut* Beatus *publicè habetur, aut eius, velut aliorum ſunt, honorificè recondita reliquiæ dicuntur.*

Ludouica de Albertonibus, *in quodam, quod penes nos eſt, MS. dicitur hoc die obiiſſe Romæ anno 1533. & ſepulta ad D. Franciſci trans Tiberim, ibiq; miraculis claruiſſe, & magnâ populi veneratione culta. Non arbitramur publicum hunc cultum Sanctæ Sedis auctoritate fuiſſe probatum. Scripſimus de eâ ſæpius Romam. Negant vulgò notam. Conſulendi erunt illorum PP. cùm edentur, Annales.*

Maria ſanctimonialis ordinis Ciſtercienſis in oppido Ieppenſi ac deinde fundatrix cœnobij Noui in villâ

Pinto

Pinto iuxta Madritum, Beata *appellatur à Chryſoſtomo Henriquez in Menolog. Ciſtercienſi, dicitúq; miraculis viua ac mortua claruiſſe: non tamen ſignificat an publicâ aliquâ veneratione celebretur; quod vix arbitramur.*

S. Ignatius Epiſcopus & Martyr *refertur hoc die in MS. Martyrologio monaſterij S. Martini Treuiris, Breuiario Brugenſi, & aliis quibuſdam Belgicis, quæ quia poſtridie* S. Brigidam *venerandam proponunt*, S. Ignatij *natalem præoccupant. Colitur hic ab Eccleſiâ Romanâ* I. Februar.

S. Torcacus Epiſcopus & Confeſſor *à Carthuſ. Colonien. memoratur hoc die. Suſpicamur* Torquatum *eſſe, quem Auguſtæ Tricaßinorum Antiſtitem (licet abſit à catalogo Cl. Roberti) Sauſſaius in Supplem. Martyrol. prædicat* I. Februar.

S. Brigida Virgo *ſolet in quibuſdam Eccleſiis coli hoc die, vt ex veteri Tornacenſi Miſſali patet; in pleriſque* I. Februar.

Stephanus III. Papa *refertur hoc die, &* Sanctus *appellatur, à Ferrario, Benedicto Dorganio, Hugone Menardo. An* Sanctus *palàm habeatur, nobis non conſtat. Octauius Caietanus aliiq; eius natalem conſignant* I. Februar.

S. Victorinus,
S. Victor,
S. Nicephorus,
S. Claudius,
S. Diodorus,
S. Serapion,
S. Papias,
} Martyres, Corinthi. *Menæa. De his agit Martyrologium Romanum* XXV. Febr.

S. Keneſwitha Abbatiſſa in Angliâ. *Carthuſ. Colonien. in addit. ad Vſuard. & MS. Florar. Hanc Ioannes Capgrauius & Martyrologium Anglicanum referunt* VI. Martij.

S. Veroni Inuentio & Tranſlatio *hoc die ſacris tabulis inſcripta, à Ferrario, Molano, Caniſio, Florario, Sauſſaio. Eius hiſtoriam ab Olberto Gemblacenſi Abbate deſcriptam, dabimus ad illius vitam* XXX. Martij.

S. Caradocus Eremita in Angliâ, *refertur hoc die ab Hugone Menardo. Vitam ex Ioanne Capgrauio dabimus, quo in*

octauis Paſchæ an. 1124. obiit, XIII. Aprilis. Ex vaR. MSS.

S. Marci Euangeliſtæ Tranſlatio, *hoc die adſcripta Romano aliiſq; Martyrologiis. De eâ agemus ad eiuſdem natalem* XXV. April.

S. Berta, Abbatiſſa Martyr. *MS. Kalendar. SS. ord. S. Benedicti. Nos de eâ* I. Maij.

S. Aurelianus Martyr, *refertur à Carth. Colonien. Nobis ignotus; niſi is ſit quem Ferrarius tradit Papiæ coli* XXII. Maij.

S. Ponticus, } Martyres. *Carthuſ. Colonien. in Addit. ad*
S. Blandina, } *Vſuard. Nos* II. Iunij.

S. Vigilius, Epiſcopus Tridentinus Martyr, *vetus Martyrologium Romanum, Beda vulgatus, Ado, Notkerus, Maurolycus, Molanus, Galeſinius, aliiq;. At Roman. Martyrologium* XXVI. Iunij.

S. Vdalrici Epiſcopi Auguſtani canonizatio *hoc die conſignatur ab Hugone Menardo. De eâ agemus ad illius vitam* IV. Iulij.

S. Chagnoaldus Archiepiſcopus Lugdunenſis, frater SS. Pharonis & Pharæ. *MS. Kalendarium SS. ordinis S. Benedicti. Imò* Laudùni, *ſiue* Lugduni Clauati *Epiſcopus fuit. De eo agemus* VI. Septemb.

SS. Dominicus Saracenus, & XVIII. ciues Septimancenſes, Cordubæ circiter annum 875. martyrio coronati, *referuntur hoc die à Ioan. Marietta lib. 2. hiſt. Eccleſ. Hiſp. cap. 90. Martinus de Roâ noſter lib. de SS. Cordubenſibus ſcribit multò probabilius videri menſe Decembri eſſe interemptos, quò eos reiicimus.*

S. Potamius Confeſſor in territorio Trecaſſino. *Ferrar. Maurolyc. Sed* Pontanius *appellatur in MS. Florar. auctario Carthuſ. Colon. ad Vſuardum, Martyrol. Colonienſi;* Polamius *à Felicio. Ignotus eſt Camuzæo, & Des-Guerrois rerum Tricaßinarum ſcriptoribus, niſi ſit* S. Potentianus, *de quo* XXXI. Decemb.

S. Melania iunior *hoc die refertur à Surio in ſecundâ editione, Siluano Razzio, Felicio, & aliis. De eâ agemus* XXXI. Dec.

DE S. METRA, ſiue METRANO,

MARTYRE ALEXANDRIÆ.

ANN. CCXLIX. XXXI. IANVAR.

S. Metrani natalis 31. Ianu.

1. COlitur *ab Eccleſiâ Romanâ pridie Kal. Februarij, Græcorum faſtis (quod mirum eſt) ignotus,* S. Metranus, *ſiue* Metras, *Euſebio* Μητρᾶς. *De eo Vſuardus:* Apud Alexandriam natalis B. Metrani Martyris; quo nolente impia verba proferre ad iuſſionem Paganorum, omne corpus eius fuſtibus colliſerunt, vultumq́ue & oculos acutis calamis terebrantes, extra vrbem cum cruciatibus expulerunt, ibiq́ue ſpiritum, qui in eo ſupererat, lapidibus eiecerunt. *Eadem habent Beda vulgatus, Ado, Notkerus, Bellinus; paria Martyrologium Romanum, Galeſinius, Caniſius; meminerunt quoque eius Maurolycus, vetus Romanum Martyrol. Felicius, Florarium, aliaq; MSS.*

aliis diebus cõmemoratio,

2 *XXX. Ianuarij eum refert MS. S. Richarij his verbis:* Alexandriæ S. Metrani Martyris. *at Maurolycus XIX. Februarij:* Alexandriæ SS. Iuliani, Euni, Macarij, Epimachi, Alexandri, Metrani, Apolloniæ, Ammoniæ, Cointæ, cum aliis X. Martyribus ſub Decio. *Aſt hi omnes ad alios dies pertinent. Iidem XX. Februarij habentur in Martyrologio Colonienſi, MSS. S. Maximini & S. Richarij, ac Florario; atque in quodam recentiore MS. XXVII. Februarij, occaſione SS. Iuliani & Euni, quorum eo die agitur natalis.*

annus martyrij,

3 *Occiſus eſt* S. Metras *perſecutione Decij, nondum quidem illius edictis concitatâ, cùm nec ipſe adhuc ſumpſiſſet imperium, ſed præuio quodam turbine dæmonum iam motâ Alexandriæ, vt mox ex Euſebio patebit, cùm adhuc viuerent Philippi piißimi Imperatores, quos imperio & vitâ ſpoliauit Decius, anno V. C. 1001. vel, ſi ad Kalendas Ianuarias anni principium, non ad Palilia reuoces, 1002. Chriſti 249. quo eodem anno, ſi quidem XXXI. Ianuarij, contigiſſe* S. Metræ *martyrium videtur. Id lib. 6. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 34. ita commemorat Euſebius:*

4 Dionyſius (*Epiſcopus Alexandrinus, qui XVII. Nouemb. colitur*) in epiſtolâ ad Fabium Antiochenum Epiſcopum, certamina eorum, qui ſub Decio martyrium Alexandriæ conſummarunt, in hunc modum deſcribit: Non regio aliquo edicto mota perſecutio eſt, ſed anno integro illud præuertit. Nam cùm iſthuc veniſſet, malorum, quæ deinde vrbi illi acciderunt, vates quidam atque architectus (quicumque demum ille fuerit) Gentilium in nos multitudinem concitauit, cùm eos ad patrias tuendas *tormenta.* ſuperſtitiones vehementiùs impuliſſet. Hoc illi auctore ac hortatore omnem licentiam ad quoduis deſignandum ſcelus arripiunt, ſolam eam pietatem & verum dæmonum cultum arbitrati, ſi in noſtrorum hominum cæde ac ſanguine graſſarentur. Primùm igitur ſenem quemdam, Metran nomine, arreptum iubent impia proferre verba. Quod cùm ille abnueret, corpus eius cædunt fuſtibus, præacutis arundinibus vultum atque oculos pungunt; ac tandem in ſuburbia perductum, lapidibus obruunt. *Hæc Euſebius. quibus conſentanea ſunt, quæ ſcribit Nicephorus Calliſtus lib. 5. cap. 30. qui* admirabilem ſenem *appellat, traditq; non tantùm dirè conuerberatum illi fuſtibus corpus, conſciſſam acutis calamis faciem, confoſſos oculos; ſed & interiora quoque corporis diuulſa laniataq;. Habebat Alexandriæ dicatam ſuo nomini eccleſiam, vt patet ex vitâ S. Ioannis Eleemoſynarij 23. Ianu. cap. 11. nu. 68.*

DE

DE SANCTIS MARTYRIBVS

SATVRNINO, THYRSO, VICTORE, THARSICIO, ZOTICO, AMMONIO, CYRIACO, GEMINO, GELASIO, HIPPOLYTO, VRSINO, PELIANO,

& aliis,

ALEXANDRIÆ ET ALIBI.

XXXI. IANVAR.

1 *Difficile eſt, cùm Acta deſunt, ſanctorum Martyrum fide certâ natales ſtabilire; loco, in quo palmam adepti, ſæpenumerò à librariis vel omiſſo vel mendosè expreſſo, aut pluribus ad vnum temerè reuocatis; ſociis nunc omiſſis, nunc neglectâ interpunctione aliunde adſcitis, aut ex nominum ſimilitudine iiſdem perperàm repetitis. Quæ omnia cùm hic animis noſtris obuerſarentur, ne quidem quod coniectaremus ſatis erat expeditum. Verba profereimus Martyrologiorum, vt ſi quis certius quidpiam eruerit, commoneſaciat.*

In ſacris faſtis memorati SS.

2 *Soli* Saturninus, Thyrſus, Victor *in plurimis MSS. & excuſis memorantur. Ita Vſuardi plurima manu exarata exemplaria, & typis vulgata, itemq; Bellinus de Padua, Caniſius in priori editione, Conſtantius Felicius, Maurolycus, MS. Florarium:* Item Alexandriæ ſanctorum Martyrum Saturnini, Thyrſi, & Victoris. *addunt plurima MSS. Vſuardi & Bedæ nomine prætitulata, itemq; Martyrolog. Colonienſe:* quorum geſta habentur. *vtinam haberemus! Ado, Beda vulgatus, & quædam MSS. locum omittunt:* Item SS. Saturnini, Thyrſi, & Victoris. *Ita & VVandelbertus:*

Saturninus, Thyrſus, Victor,

Saturnine tuum egregium Thyrſiſque tropæum,
Victoriſque ſimul, Iani determinat orbem.

Habet hos eoſdem Martyrol. Romanum.

3 Tharſicium, Zoticum, Ammonium *addunt alij. Beda vulgatus:* Et natale SS. Tarſi (*in excuſis eſt* Rarſi) Zotici, Ammonini, & Publij. *de* Publio *mox ſeparatim. MS. S. Mariæ Vltraiecti:* Eodem die Tarſici, Ammonij, & Zotici. *Carthuſ. Colonien.* Tarſici, Zotici, & Amminoni. *Locum alij exprimunt. Rabanus:* In Alexandriâ Tarſici, Zotici & Ammonini. *Idem habet MS. S. Maximini, niſi quòd pro* Tarſico Tarſeum *expreßit. MSS. S. Martini Tornaci & Latienſe:* In Alexandriâ Thyrſici, Zotici, Ammonij.

Tharſicius, Zoticus, Ammonius,

4 Cyriacum *his iungit, alioſq; innominatos ſocios Martyrologium Romanum:* In eadem ciuitate (*Alexandriná*) ſanctorum Martyrum Tharſicij, Zotici, Cyriaci, & ſociorum. *quos fatetur Baronius reſtitutos à ſe ex vetuſtiſſimo Martyrologio monaſterij S. Cyriaci in Thermis. Eumdem, & reliquos, præter* Pelianum, *exhibuit nobis vetuſtiſſimum MS. Martyrologium S. Hieronymi, ſed alteri quoſdam loco tribuens:* In Alexandriâ natalis Tarſuci, Zotici, Ammonici. & alibi Commoni, Cyriaci, Gemini, Gelaſi, Eppoliti, Vrſini. *Quid* Commoni *ſibi velit, nobis non omnino liquet. An fortaſſis* Eppolitus *hic eſt* Hippolytus, *de quo ex eodem Martyrologio & aliis egimus XXX. Ianuarij?* Gelaſium *habet quoque Martyrol. Eccleſiæ Bruxellenſis, his verbis:* Et Gelaſij Epiſcopi. *at Carthuſiani Colon. in addit. ad Vſuardum:* Item Publij, Gelaſij, Hippolyti, & Iulij Confeſſorum. *In quodam exemplari additionum Carthuſiæ Colon. ad Vſuardum reperimus à quopiam in margine adſcriptum:* & Vrſinæ ac aliorum. *Hic* Vrſinus *eſt fortaßis, in MS. S. Hieronymi memoratus.*

Cyriacus,

Geminus, Gelaſius, Hippolytus, Vrſinus,

5 Pelianum *addit Galeſinius, eumq; ſecuti Caniſius in 2. editione, & Ghinius:* Hoc ipſo die eadem in vrbe (*Alexandriâ*) ſanctorum Martyrum Saturnini, Thurſici, Gelaſij, Thyrſi, & Peliani: qui Clericalis ordinis homines, in Decianâ perſecutione variè grauiterque cruciati, confirmatis mirandum in modum animis in fidei confeſſione, coronâ cæleſti donati ſunt. *In Notis fatetur ſe horum nomina partim è MSS. monumentis, partim è Bedâ, atque Vſuardo accepiſſe. An ex iiſdem monumentis tempus martyrij, ſacriq; miniſterij profeßionem didicerit; an quapiam ratiocinatione diuinarit, haud ſcimus.* Pellianum *quemdam, ſiue* Pellicanum, *ab aliis XXX. Ianuarij referri, ſed in Africâ paſſum, ab hoc, vt remur, diuerſum, iſthic diximus, cùm de* SS. Feliciano, Philappiano *& ſociis ageremus.*

Pelianus.

DE SANCTIS MARTYRIBVS AFRICANIS

VICTORE, PVBLIO, SATVRNINO, POLYCARPO.

XXXI. IANVAR.

1 *Hic etiam tenebræ, quas nec explicare verbis ſat tutum, ne ad ſingula dubitare videamur. Quid ſi enim* Victor *&* Saturninus *Alexandrini ſint? Tharſicio, Zotico, Ammonio ſociatus apud Bedam* Publius; *atqui illi Alexandriæ paßi, ergóne & hic? an potiùs, vt ſit, nullâ in MSS. expreßâ diſtinctione, temerè coniuncti ſunt?* Polycarpus *denique, ſed magnus ille Smyrnæ Epiſcopus, I. Februarij in MS. S. Hieronymi memoratur: an ex ſimili aliquo exemplari in hunc diem tranſſcriptus?*

Obſcuræ horum SS. memoriæ;

2 *Dabimus Martyrologiorum verba, & eruditum Lectorem rogabimus, vt ſi quid certius repererit, nobiſcum communicet. Rabanus & MS. S. Maximini:* In Africâ Victoris, Publij, Saturnini. *MS. S. Martini Tornaci:* In Africâ natalis SS. Victoris, Publij. *addit MS. Latienſe,* & Polycarpi. *MS. S. Hieronymi:* In Africâ Victoris, Pupli, Saturnini, Polycarpi. *Idem habet Notkerus.* Publium, *nullo adſcripto loco, referunt Carthuſiani Colonienſes ſuprà citati.*

nomina ex MSS.

DE

DE TRYPHÆNA MARTYRE,

CYZICI IN HELLESPONTO.

XXXI. IANVAR. *S. Tryphænæ natalis,*

1 *Cyzici, celebri quondam vrbe, nobiles & gratos Cælitibus ludos exhibuit* Tryphæna, *feris obiecta. Eius natalem refert Menologium Græcorum ab Henrico Canisio editum, nisi error est in numero, XXX. Ianuarij his verbis:* Eodem die sanctorũ Martyrum Triphenæ ex Cyzico Hellesponti vrbe. *Quid sibi illa volunt*, sanctorum Martyrum? *an plures fuêre socij certaminis, sed omissi? Menæa vnam* Tryphænam, *sed XXXI. die, memorant. De eâ quoque XXXI. Ian. Martyrol. Roman.* Cyzici in Hellesponto S. Tryphenis Martyris, quæ plurimis tormentis superatis, à tauro demum necata, martyrij palmam promeruit. *Tormenta illa* Triphenis (*sic enim scribit, cùm* Τρύφαινα *sit Græcis*) *narrat Galesinius, atque ex eo Canisius, sed plenius Menæa, quæ damus.*

ACTA EX MENÆIS.

a 1 Taurus, *a* Tryphæna, delicatè tuis vescitur carnibus,
Et ad delicias te puras transmittit.

b 1 *b* Hæc Cyzico oriunda, ad Hellespontum sitâ vrbe, patre Anastasio Senatore, matre Socratiâ Christianâ; *patria,* ad martyrium peruenit, non ab aliis ducta, verùm vltro se ipsa certamini obtulit. Nam cùm turpia Gentilium sacra, quibus Deos suos stolidi venerari solent, *c* irrideret, *parentes,* *c* hortareturque vt à vanissimâ superstitione desisterent, ac pro eorum conuersione Deum precaretur; iubente Cæsario Præfecto in ardentem caminum iniecta est: verùm *martyrium,* hinc admirabili modo erepta, sublimis suspenditur, & mox deiecta clauis humi fixis excipitur ac confoditur: dein feris obiicitur; quibus eam minimè contingentibus, taurus demum eam aggressus, cornibus eam lacerat ac prosternit.

2 Fertur, quo loco eius fusus est sanguis, fons erupisse aquæ limpidissimæ, quâ vel potâ vel aspersâ & mulieribus & bestiis, cùm pepererint, lactis, quo fortè defecta, copiâ redundent vbera. *fons.*

a *Paronomasia est in vocibus* Τρυφᾶν, *delicatè viuere, genio indulgere;* Τρυφὴ *delicia;* & Τρύφαινα.
b *Eadem memorat Maximus Cythereus, & breuiùs Galesinius.*
c *Galesinius id factum scribit,* cùm sacer dæmoni dies celebraretur.

DE SANCTIS MARTYRIBVS ÆGYPTIIS CYRO, IOANNE, ATHANASIA, THEODOSIA, THEOCTISTE, EVDOXIA.

§. I. *SS. Cyri & Ioannis natalis, Acta.*

SVB DIOCLET. XXXI. IANVAR.

1  *Celeberrima sunt* SS. Cyri & Ioannis *Martyrum nomina, ob innumera ægris mortalibus collata ad eorum reliquias beneficia. Coluntur à Græcis ac Latinis XXXI. Ianuarij; quamquàm Græcorum Menologium ab Henrico Canisio editum, XXX. Ianuarij retulit, nisi id negligentiâ librarij contigit, quâ & S. Theoctistæ omissum est nomen. ita verò habet:* Natalis sanctorum Martyrum Cyri & Ioannis. ibidem & trium sanctarum Virginum Theodotæ & Eudoxiæ, & matris Athanasiæ, sub Diocletiano Imperatore. *Ast in Græco Menologio, eiusq; epitomâ per Christophorum Proconsulem Mitylenæum, Menæis quoque & Anthologio, referuntur XXXI. die. In Coptico Kalendario sexto die mensis Mechir memorantur* Abacher & Ioannes, cum Theodorâ, Theopistâ, & Theodokiâ, sub Diocletiano, *vt nobis significauit Athanasius Kircherus noster. Michaël Monachus V. CL. in Sanctuario Capuano duo profert vetera Kalendaria, vnum Sanctimonialium S. Ioannis, alterum maioris Ecclesiæ Capuanæ, in quibus hoc die ita habetur:* S. Abaciri & Ioannis.

SS. Cyri & Ioannis natalis apud Græcos,

Ægyptios,

2 *Consentiunt Latina Martyrologia; & plurima quidem MSS. nomen præferentia Vsuardi, sed aucta, ita habent:* Natale beatorum Martyrum Cyri & Ioannis, quorum primus ex Alexandriâ metropoli Ægypti, secundus de ciuitate Edessenâ extitit oriundus. Qui temporibus Diocletiani & Maximiani primùm tenti & in carcerem trusi, deinde virgis cæsi, & facibus ignitis adusti, aceto saleque superfusi, ac cilicio confricati, piceque feruente perfusi, ad vltimum decollati martyrium compleuerunt. *Eadem ferè habent Carthus. Colon. in Addit. ad Vsuardum, Martyrol. Colon. MS. Florarium, Viola SS. Hagenoæ edita, Maurolycus.*

Latines.

3 *At Martyrol. Romanum:* Romæ viâ Portuensi, sanctorum Martyrum Cyri & Ioannis, qui post multa tormenta pro confessione Christi capite truncati sunt. *Quæ non ita accipienda esse, quasi Romæ passi sint, monet Baronius;* sed quoniam prædictorum Martyrum corpora Alexandriâ Romam translata, illic sunt posita. *Quod non animaduertit Galesinius, ita scribens:* Romæ sanctorum Martyrum Cyri & Ioannis: hic Edessæ, ille Alexandriæ natus, vterque Romæ, Diocletiano Imperatore, in carcerem coniectus, verberibus cæsus, accensis facibus adustus, feruenti pice delibutus, tandem præcisis ceruicibus coronatur. *ac quibusdam interiectis, veluti de aliis, ita scribit:* Alexandriæ præterea, Sanctorum, Cyri etiam, Ioannis, Aspasiæ matris, & trium filiarum Virginum. quorum omnium martyrij, Diocletiano & Maximiano fortiter susceptis, consecrata in litteris memoria, in cælis ipsi gloriâ perfruuntur sempiternâ. *In Notis priorum festiuitatem celebrari hodie à Græcis scribit, vitam à Sophronio scriptam, citatam à S. Damasceno & synodo Nicænâ; quæ constat ad Alexandrinos Martyres pertinere. Posteriorum martyrium citat ab Hilarione Monacho relatum;* & Athanasiæ, *quæ ipsi* Aspasia *est, filias vocat* Theotidem, Theodotim & Eudoxiam; *quæ nomina etiam Ferrarius retinuit in Catalogo SS. Italiæ.*

Non sunt Romæ passi, vt putauit Galesinius,

4 *Petrus de Natalibus quoque Romæ interfectos existimauit, ita enim scribit lib. 3. cap. 63.* Cyrus & Ioannes Romæ martyrium passi sunt. Quo tamen tempore, aut sub quo Iudice, seu quibus tormentis afflicti fuerint aut exanimati, in Martyrologio non exprimitur; nec alibi scriptum inueni: nisi quòd Ecclesia Romana eorum festum II. Calend. Febru. recolit, & in Calendariis asscribit. *& Petrus de Natal.*

5 *De Actis horum sanctorum Martyrum ita scribit Baronius in Notis ad Martyrologium:* Acta ipsorum tam Græcis quàm Latinis fuêre notissima: habemus & nos ea in quinto, septimo, ac decimo tomo antiquorum codicum MSS. *Acta MSS.*

Ex variis. qui aliquibus eccleſiis Romæ vſui erant, vbi ſecundùm ordinem menſium ſcriptæ habentur Sanctorum Vitæ: in his ergo Acta prædictorum Martyrum nacti ſumus, auctore Petro quodam, qui ea exſcripſit poſcente Gregorio Ioannis Conſularis filio: rurſus eadem inuenimus in manuſcripto codice S. Mariæ ad Martyres: in quibus omnibus habetur expreſſum, hos paſſos eſſe Alexandriæ annno IX. perſecutionis Diocletiani Imperatoris, tumque etiam martyrium ſubiiſſe tres ſanctas Virgines Theodoram, Theotiſtam, & Eudoxiam cum matre Athanaſiâ. Eadem omnia habentur Græcè edita penes Metaphraſten hac die 31. Ianuar. quæ Latinè reddita habet Lipomanus tom. 5. & Surius tom. 1. in quibus deſideratur tempus martyrij; habent tamen quædam ſuperaddita miracula, quæ apud dictos Latinos codices non inuenimus. Habuit Sophronius Epiſcopus Hieroſolymitanus præclaram orationem de iiſdem Martyribus, quæ citatur in Concilio Nicæno ſecundo, act. 4. & à S. Ioanne Damaſceno oratione 3. de imaginibus.

editæ;

6 *Hac Baronius. Vitam eam, quæ, minùs integra, à Lipomano inter Metaphraſta opera edita eſt, è veteri Græco codice, vnáq; eorumdem Martyrum miracula, Latinè vertit Otho Zylius noſter, cuius extat perelegans Hiſtoria miraculorum B. Mariæ Siluaducenſis, ſuperioribus annis vulgata; & XXVI. Ianuarij Vita S.* Xenophontis *Latinitate donata. Eáne à Petro illo, cuius meminit Baronius, ſcripta ſit, an à Sophronio Hieroſolymitano, cuius in hos eoſdem Martyres laudatio citatur à Nicanâ II. ſynodo, vt §. ſeq. dicemus, an fortaſſis ab altero Sophronio Ioannis Moſchi ſocio, de quo 23. Ian. ad vitam S. Ioannis Eleemoſynarij actum eſt, neſcimus. Illud videmur poſſe pronuntiare, vixiſſe (quiſquis demum fuerit) ipſius S. Ioannis temporibus auctorem illum: nam S. Eulogij meminit, cui Theodorus Scribon, huic biennio pòſt S. Ioannes ſucceſſit, nec tamen diu pòſt vixit, qui cùm ab Apollinare conſtructum gerontocomium memorat, illud addit,* vt audiui, *vel ab iis qui ſpectarant, vel certè famâ etiamtum recente ac celebri. Obiit* Apollinaris *anno Chriſti 570. cùm ſediſſet annos octodecim.*

hinc è Græco, cum miraculis;

à quo ſcripta?

§. II. SS. Cyri & Ioannis miracula.

Miracula horum SS.

7 A Deò *multa patrata ſunt* SS. Cyri & Ioannis *patrocinio cæleſtia portenta, vt à Græcis in Menologio, Menæis, Anthologio* οἱ ἅγιοι καὶ θαυματουργοὶ ἀνάργυροι, ſancti & mirabilium effectores, gratis infirmos curantes *appellentur. Conſcripta iam olim fuiſſe eorum miracula patet ex ſeptimâ œcumenicâ Synodo, quæ eſt ſecunda Nicæna, vbi quædam ex commentario de iis conſcripto recitantur. Aliqua eorum hic damus è Græco MS. ab antiquo auctore, eoq; ipſo, vt remur, qui vitam conſcripſit, tradita litteris. Teſtatur enim in Vitâ num. 1. ſe litterarum monumentis commendare res ab iis mirificè geſtas, clariſſimumq; eorumdem pro Deo Chriſto certamen, & miraculorum, ſeu curationum paucas de multis,* quas nos ipſi, *inquit,* licet publicanis omnibus longè ſequiores, & oculis hiſce vidimus, & diuino etiam munere per eoſdem partim ad ſalutem noſtram experti ſumus. *Cùm ergo libro illo priore, qui vitam eorum complectitur, nulla ipſorum commemorentur miracula, ſequitur illud de ſecundo libro eſſe accipiendum.*

ab eodem ſcripta à quo vita;

alia à Sophronio,

8 *Plura tamen, quàm hic extent, olim & facta & in litteras relata, patet ex citatâ Nicanâ II. Synodo, act. 4. vbi cùm* ex S. Sophronij Archiepiſcopi Hieroſolymorum encomio in SS. Cyrum & Ioannem *recitatum eſſet teſtimonium, quo probaretur Sanctos honorari, tum excelſorum templorum molitione, tum marmorum variorum ornatu, tum picturæ artificio, tum donariorum elegantiâ; aliud ſubiicitur,* ἐκ τῆς συγγραφῆς τοῦ αὐτοῦ πατρὸς τῶν αὐτῶν ἁγίων θαυμάτων ἡ ἀρχή. Ex eodem volumine eiuſdem Patris, eorumdem Sanctorum miraculum, cuius initium: Alexandriam Ægypti & Libyæ *&c. In Latinâ editione Conciliorum habetur:* Ex eodem commentario de iiſdem Sanctis miraculum trecenteſimum ſextum. *in editione Græcolatinâ videtur omiſſum τϛ', id eſt, 306. Illud verò miraculum neque in iis habetur quæ hîc damus, & non integrè tamen in ſynodo recitatur. Ita autem habet:*

citata à 2. Nicanâ ſynodo.

9 Alexandriam Ægypti & Libyæ audio metropolim. Et poſt alia. Venientes ergo ad templum quoddam perfectum, ſpecie quidem terribile & præclarum, altitudine verò ad cælum ipſum pertingens, quod intrantes, * maximam imaginem & admirabilem videbamus; in medio quidem Dominum Chriſtum pictum coloribus habentem, Chriſti autem Matrem & Dominam noſtram Dei genitricem & ſemper Virginem Mariam ſiniſtrorſum, & dextrorſum Ioannem Baptiſtam & præcurſorem eiuſdem Saluatoris, qui ex vtero eum exultationibus prænuntiauit, (nam & loquens intus cùm eſſet, non audiebatur) & quoſdam ex Apoſtolorum & Prophetarum glorioſo choro, & Martyrum cœtu: cum quibus & aderant ipſi Cyrus & Ioannes Martyres: qui ante imaginem ſtantes Domino procidebant, genua incuruantes, & capita in pauimentum ferentes, & pro iuuenis medelâ intercedentes. Et poſt alia. Et ad imaginem tertiò venientes, præmiſſis modis vtebantur & verbis. Et cùm horâ multâ deprecarentur, & deorſum iacentes, Iube Domine, tantùm clamabant: Chriſtus miſeratus, vt reuerà miſericors, annuit; &, Date ei, per imaginem fatus eſt. Et de humo exurgentes Martyres, primò quidem gratias agebant Chriſto Deo noſtro, qui eorumdem deprecationem exaudierat: deinde gaudentes & tripudiantes: Ecce, aiunt, nobis donauit gratiam Deus. Ingredere itaque in Alexandriam, & in magno Tetrapylo ieiunus dormi, & modico olei de candelâ, quæ ſurſum ante imaginem Saluatoris ardet, accepto in ampullâ paruâ, rurſus ieiunus ad iſta perueniens, etiam hoc pedibus vnctis donum ſanitatis habebis. Et poſt alia. Ipſe autem ſurgens poſt extinctionem candelæ ſumit oleum, & ad Sanctorum peruenit templum: vbi ſicut iuſſus fuerat, manus & pedes vnxit: & continuò languorem depoſuit, & incolumitatem recepit. Taraſius ſanctiſſimus Patriarcha dixit: Omnia recipienda eſſe fatetur, & pictorum & reliquarum artium monumenta ad decorem ſacrarum domorum. Thomas reuerendiſſimus monachus Preſbyter, ac Vicarius Orientalium [a] dixit: Hæc imago, honorabiles Patres, Alexandriæ in Tetrapylo ſtat vſque nunc, & diuerſas infirmitates curat. Sancta Synodus dixit: Gloria Deo, qui etiam per ſacras imagines miracula perficit.

** addit altera editio, ſingula perluſtrantes,*

Sancti Chriſto in imagine ſupplicant,

eoq; annuente

agrum iubent oleo lampadis ſacra ſe vngere;

quo facto cõualeſcit

[a] *Additur in Latino, ſummorum Sacerdotũ, quæ deſunt in Græco.*

10 *S. Ioannes Damaſcenus Orat. 3. de imaginib. idem ipſum miraculum narrat, aliquantò diſtinctiùs, ita ſcribens:* S. Sophronij ex miraculis ſanctorum Martyrum Cyri & Ioannis, in Theodorum Subdiaconum podagrâ laborantem. Deinceps autem curationem etiam corporis breuiter perſequamur. Diebus his paucis tranſactis, cùm dormiret, rurſus aſtantes Martyres videt, vt ſecum iret imperantes. Ipſe verò promptè ſecutus eſt. Sciebat enim non poſſe non vtile eſſe Sanctos ſequi. Græcorum igitur templum, ſpecie quidem auguſtum & ſplendidiſſimum, altitudine autem cælos ipſos attingens, adeuntes, atque in illud ingreſſi, maximam & admirandam imaginem cernebamus, quæ medio quidem Dominum Chriſtum coloribus depictum continebat, ſiniſtrorſum autem Dominam Dei genitricem, dextrorſum verò Ioannem Baptiſtam, qui ipſum ex vtero exultatione indicauerat, quoniam nec loquens, intus cùm eſſet, audiri poterat, & quoſdam è glorioſo Apoſtolorum & Prophetarum choro, & Martyrum cœtu, inter quos erant Cyrus & Ioannes Martyres. Qui ante imaginem ſtantes, genibus flexis, & humi capita inclinantes, ante Dominum prociderunt, pro adoleſcentis valetudine ſupplicantes. His autem verbis ſupplicabant: Benigne Domine, iubes vt huic quoque ſanitatem tribuamus? Verùm cùm ſæpè & humi procidiſſent, & ſupplicibus verbis oraſſent, nec Dominus Chriſtus annueret, precari deſtiterunt; triſteſque atque animo deiecto ad me reuerſi ſũt, qui haud ita procul ab imagine conſtiteram. Cùm igitur ad me propiùs acceſſiſſent, Vides, inquiunt, quomodò ſanitatem tibi Dominus negat? Verùm ne deſpondeas animum: omnino enim erga te quoque, vt erga omnes, ſe benignum

Podagricus videt in ſomnis SS. pro ſe Chriſto ſupplitantes

ſemel

& ſecundò fruſtrà,

gnum præbebit. Et ſemihoræ ſpatio interiecto ſurgentes redierunt, atque iterum ſupplicabant. Sed rurſum, inquit, re infectâ reuerterunt, triſtes animoque deiecto, quemadmodùm priùs, quòd Dominus Chriſtus non imperaret. Et hæc mihi rurſum redeuntes narrant. Sed tertiò profecti, Bono, inquiunt, ſis animo: nunc enim planè gratiam impetrabimus. Verùm tu quoque, quemadmodùm vides nos ſupplicantes, nobiſcum profectus, Dominum ſupplex deprecare. Et tertiò ad imaginem accedentes, antè dictâ ratione ac modo, iiſdemque verbis vſi ſunt. Cumque diu precati eſſent, humique proſtrati, hoc ſolum, Iube Domine, clamarent; tunc Chriſtus clementiâ miſerationeque commotus, Dare etiam ipſi, ex imagine ait: & ex humo ſurgentes Martyres, primùm quidem Chriſto gratias egerunt, quòd preces ſuas exaudiſſet.

tertiâ vice exaudiſi.

11 *Hactenùs S. Ioannes Damaſcenus: verſionem Franciſci Zini à Billio editam, cum Græco contulimus. Adhuc lucem, quod quidem ſciamus, ille S. Sophronij commentarius non vidit, vti & alia quædam huius, vel alterius fortaſsis Sophronij* λειμωνοχάφα *opera, huic attributa.*

§. III. *Sanctorum reliquiæ. templa iis dicata.*

12 CAnopum *vrbem Ægypti, ſtadiis duodecim, aut, vt editio Lipomani habet, decem diſtantem Alexandriâ,* *martyrio ſuo nobilitarunt* Cyrus *ac* Ioannes. *Eorum reliquiæ in S. Marci templo à Chriſtianis religioſè conditæ, ſub Theophilo Patriarchâ repertæ, atque à S. Cyrillo Theophili ſucceſſore Manuthen, vicum Canopo propinquum tranſlatæ. Vbi illud extiterit S. Marci templum, Alexandriæ an Canopi, non exprimitur. Caruiſſe omnino templo Canopum, aut loco idoneo ad ſuos celebrandos conuentus, & Sanctorum tumulanda corpora, veriſimile non eſt: id cui potiùs dicatum fuiſſe exiſtimabimus, quàm S. Marco, ſuo & Alexandrinorum Apoſtolo?*

SS. Cyri & Ioannis corpora vbi ſepulta?

13 *At ſiue Canopi, ſiue Alexandriæ; ſub Theophilo Antiſtite, imperante Arcadio repertæ ſunt, & Manuthen tranſlatæ; cuius inuentionis & tranſlationis ſolennis agitur apud Græcos memoria XXVIII. Iunij, vt mox dicemus. Baronius non Manuthen, ſed Canopum à Cyrillo tranſlatas ſcribit to. 5. an. 414. nu. 20.* Hoc item anno, *inquit*, qui Cyrilli Epiſcopi Alexandrini Sedis primus numeratur, die vigeſimâ octauâ Iulij, ab eodem facta eſt tranſlatio partis reliquiarum ſanctorum Martyrum, nempe S. Marci Euangeliſtæ, Cyri atque Ioannis, in Canopum, vbi iam ſedes vigebat idololatriæ. Licet enim deſtructum fuiſſet, quod illic famoſiſſimum erat idoli fanum, & à Theophilo eccleſia ſupererecta; dæmones tamen adhuc ibidem permanſiſſe, infeſtatio ipſorum ſatis ſignificabat. Ceſſauit autem penituſque extinctus eſt eorum conatus, & vis euanuit, vbi eædem ſunt tranſlatæ reliquiæ; quibus illi victi, ſedes antiquas prorſus relinquere coacti ſunt. Hæc habentur ſatis aperta ex Actis eorumdem ſanctorum Martyrum Cyri atque Ioannis. *Hæc Baronius. At neque primus is erat annus Cyrilli, ſed ſecundus, qui, vt ſuprà 28. Ianu. in eius Vitâ §. 1. nu. 6. diximus*, Honorio Aug. IX. & Theodoſio Iuniore Aug. V. Coſſ. *triduo poſt Theophili patrui ſui mortem, quæ XV. Octobris contigit, in eius cathedram euectus eſt; neque XXVIII. Iulij, ſed Iunij tranſlatæ hæ reliquiæ; neque Canopum, ſed Canopo vel Alexandriâ Manuthen, vt ex Actis liquidò conſtat.*

Inuĕta, & tranſlata

non Canopum,

ſed Manuthen.

14 *Conſignata eſt ſacris tabulis illius Tranſlationis memoria XXVIII. Iunij. quo die Molanus in Addit. ad Vſuardum:* Die XXVIII. reportatio reliquiarum SS. Cyri & Ioannis, qui miraculis claruerunt. *In Menologio Græco habetur:* ἡ ἀνακομιδὴ τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων καὶ θαυματουργῶν ἀναργύρων Κύρου καὶ Ἰωάννου. Reditus, *vel* recuperatio, *aut* tranſlatio, reliquiarum ſanctorum & miraculorum patratione illuſtrium, gratis curantium Cyri & Ioannis. *Galeſinius & Ferrarius:* Alexandriæ tranſlatio ſanctorum Martyrum Ioannis & Cyri. *At Menologium à Caniſio editum:* Inuentio pretioſarum reliquiarum ſanctorum Martyrum Cyri & Ioannis. Fuit autem Cyrus ex vrbe Alexandriâ, Ioannes verò ex Edeſsâ, vterque pro Chriſti fide

Inuentionis anniuerſaria memoria:

omnium generum tormentis fortiter ſuperatis, migrauit in cælum. Inuentæ ſunt autem reliquiæ ſub Alexandrino Patriarchâ Theophilo & Arcadio Imperatore, quorum Martyrum panegyrim hodie celebramus. Ex VARIIS.

15 *Solius quoque inuentionis, & non ad vicum Manuthen tranſlationis, meminerunt Menæa, quæ eo die iſta habent:* Eodem menſe, die XXVIII. inuentio pretioſarum reliquiarum ſanctorum Martyrum Cyri & Ioannis.

Oſſa reperta Martyrum ſine argento curantium,
Scatebras aperiunt miraculorum ſine argento.
Vigeſimâ octauâ Cyrus repertus eſt & eius commilito.

Vixerunt hi ſancti Chriſti Martyres & Thaumaturgi ſub Diocletiano Imperatore: & Cyrus quidem Alexandriâ, Ioannes Edeſsâ erat oriundus. Ambo propter morum ſimilitudinem ſocietatem inierunt; & circumeuntes ac medicinam exercentes, omnem ægritudinem & languorem curabant; ac multos ad martyrium, veluti ad palæſtricam luctam athletas, vngebant ac confirmabant. Innotuêre tandem loci illius Præfecto, qui comprehenſos omnis generis tormenta ſubire coëgit, atque ita ſecuri iuſſit obtruncari. Eorũ reliquiæ quo par erat ſtudio curatæ à fidelibus, & propter graſſantem tunc impietatem abſconditæ ſunt. Poſteà verò Arcadio imperium, Eccleſiam Alexandrinam adminiſtrante Theophilo, reperta ſunt ſancta & venerabilia pignora, quorum panegyrim, ſiue feſtiuam celebritatem hoc ipſo die religioſè peragimus; quo & ſacroſancti hi theſauri è terrâ eruti, & turba innumerabilis ad eos confluxit, variis morbis affecta, atque curationem incolumitatemque adepta eſt; alij ab inquilino dæmone liberati, alij ægritudine corporis: cæcis viſus reſtitutus, greſſus claudis; denique nullus non depulſus ab ægris mortalibus morbus. Neque verò eo ſolum tempore iſta euenerunt, ſed vſque in hodiernum diem cum fide accedentibus, Sanctorum in promptu eſt medela, ad laudem & gloriam Chriſti Dei noſtri, qui tantâ eos gloriâ illuſtrat.

in eâ facta miracula.

16 *Tranſlata deinde ſunt Romam ſacra corpora. Quâ de re Baronius in Notis ad Martyrologium,* Eſt, *inquit*, viâ Portuenſi è regione baſilicæ S. Pauli trans Tiberim vetus eccleſia, vulgò dicta SANCTA PASSARA, ſed in antiquis codicibus S. Praxedis nomine appellata reperitur, in quâ de prædictis SS. Cyri & Ioannis corporibus inciſa in marmore hæc leguntur carmina:

Eorum reliquiæ Romam allatæ:

Corpora ſancta Cyri renitent hîc atque Ioannis,
Quos quondam Romæ dedit Alexandria magna.

Eadem tradit Octauius Pancirolus in Theſauris abſconditis Almæ Vrbis reg. 8. eccl. 7. qui tamen dum Ioannem ait à Cyro eſſe ad Chriſti fidem conuerſum, Actis repugnat. Hanc eſſe eccleſiam cenſet Baronius, quæ in Vitâ S. Gregorij Papæ lib. 4. cap. 91. à Ioanne Diacono baſilica SS. Cyri & Ioannis *appellatur. Verba illius ſunt:* monaſterio ſe tandem proripuit, & ad domum Epiſcopi non longè à flumine Tiberi, regione videlicet, iuxta baſilicam SS. Cyri & Ioannis poſitam, ſomnium nuntiaturus acceſſit. *Veriſimile eſt eorum nomine appellatam poſtquàm eò illorum reliquiæ allatæ ſunt; quando verò id contigerit nos latet. Quæ iſthic Ioannes Diaconus commemorat, geſta ſunt ſub* Benedicto III. *Pontifice, qui* Leoni IV. *cuius paullò antè meminerat, ſucceſsit 24. Iulij an. 855. obiit 16. Febru. 858. Vnde conijcere licet iam anteà Romam fuiſſe allatas, eo fortaſsis tempore quo Ægyptum Saraceni ſubiugarunt. Scribit Baronius in Notis ad Martyrol.* Tranſlationis hiſtoriam *dici* extare in codice peruetuſto Diaconiæ S. Mariæ in Viâ Latâ. *Ex eâ erui tempus poſſet.*

quo tempore?

17 *Pars earum reliquiarum noſtrâ memoriâ Monachium regiam Boiorum vrbem allata eſt, vt Matthæus Raderus noſter in Notis MSS. ad Menæa Græcorum teſtatur his verbis:* Illorum reliquiæ Romam, Româ Monachium tranſlatæ, & hîc in æde S. Michaëlis apud collegium Societatis Ieſu depoſitæ religioſiſſimè coluntur. Habemus eius rei litteras Pontificias teſtes ampliſſimas, quibus ceu in diplomate publico Clementis VIII. ad Guilielmum V. Bauariæ Ducem, nuper religioſiſſimè defunctum, vnà cum reliquiis

dein Monachium.

7. Feb. 1626.

EX VARIIS.

transmiſſo, de his Sanctorum corporibus & ſacris pignoribus fides aſſeritur.

Eorum olim in Ægypto celebre templum, & ad id peregrinatio:

18 *Celebris fuit ad SS. Cyri & Ioannis templum, tum Ægyptiorum, tum exterorum quoque, peregrinatio: id tamen an Canopi, an ſolùm in Manuthe vico, de quo ſuprà actum, extiterit, non conſtat; extra vrbem ſaltem Alexandrinam fuit, vt infrà patebit. In vitâ S. Ioannis Eleemoſynarij XXIII. Ianuar. ita de ſe loquitur Leontius Neapoleos Cypri Epiſcopus cap. 1. nu. 3.* Cùm peruenissem Alexandriam ego indignus ad amplectendos ſanctos & victores Martyres Cyrum & Ioannem. *& cap. 10. num. 59.* Pergente aliquando Sancto (*Ioanne*) ad templum ſanctorum victorioſorum Martyrum Cyri & Ioannis, in gloriosâ eorum memoriâ, orationis gratiâ; exeunte portam ciuitatis, ſuſcepit eum mulier procidens, & dicens *&c. Id Metaphraſtes cap. 9. nu. 57. ita expreſsit:* Cùm iret aliquando ad diuinos Martyres Cyrum & Ioannem precaturus, acceſſit ad eum quædam paupercula. *In eadem vitâ per Leontium cap. 8. nu. 47. ita loquitur ſanctus monachus temerè S. Ioannis iuſſu verberatus:* Gazæ eram ante paucos dies hos: & exeunte me de ciuitate, vt venirem & ſalutarem ſanctum Abbatem Cyrum. *& poſt pauca:* Igitur venientibus nobis, ſanctiſſime Pater, & orationem perficientibus, baptizaui eam ad ſanctum Abbatem Cyrum. *Diſertiùs Metaphraſtes cap. 8. nu. 47.* Non multis antè diebus cùm eſſem Gazæ, & illinc feſtinarem ad adorandum SS. Cyrum & Ioannem. *Notat Roſweydus noſter:* Erat horum celebris Alexandriæ memoria, & templum quoque iis dicatum. *At non erat Alexandriæ templum illud, cùm ad illud viſitandum exire vrbe Patriarcham oportuerit.*

alius Conſtantinopoli.

19 *Extabat quoque Conſtantinopoli horum Martyrum templum, (de Romano antè diximus) quod Menæa indicant,* τελεῖται δὲ, *inquiunt,* ἡ ἀυλῶν σύναξις ἐν τῷ μαρτυρίῳ ἀυλῶν, τῷ ὄντι ἐν τοῖς Φωρακίου. Peragitur eorum ſynaxis, *ſiue publica veneratio, aut templo,* quod eſt in regione vrbis quæ à Phoracio nomen habet, *vt exponit Raderus.*

Vici vrbis Patroni.

20 *Teſtatur Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ,* SS. Cyrum & Ioannem in Vico Equenſi, *vrbe Epiſcopali haud longè à Surrento & Mineruæ promontorio in Campaniâ,* vti Patronos eius vrbis præcipuo honore haberi.

VITA

ab antiquo Auctore, ſed incerto, ſcripta,

è veteri MS. Græco Latinè reddita

AB OTHONE ZYLIO SOCIET. IESV.

PRÆFATIO INTERPRETIS.

Ampliſſimo viro D. Marco Emmanueli Bourgeois Toparchæ, & Regio in Brabantiæ Curiâ Senatori.

TAmetſi mihi Tecum non & multæ & iuſtæ cauſſæ amicitiæ priuatim eſſent, quæ quidquid in fundo meo naſcitur tuum facerent; ad Te tamen exiguus hic meus fœtus properabat ſponte ſuâ, & me ſecum, non repugnantem, trahebat. Vt enim SS. CYRI & IOANNIS *reliquiæ cum* B. MARCI, *cognominis tui atque patroni, reliquiis, iuſſu Angeli, in eumdem olim locum delatæ ſunt, atque coniunctæ; ita libellus, eorum vitam atque miracula complexus, à me Latinâ nouâque veſte indutus, ad Te ire debuit; qui non minùs magni* MARCI *Euangeliſtæ appellatione lætaris, quàm Beatus ipſe* MARCVS *gratiſſimo ſibi ſanctiſſimorum ſodalium conſortio Fruere tam bonis hoſpitibus, quorum conſuetudine non modò lætior ſed etiam melior, ſanctiorq́, id eſt, Te ipſo verè maior euades. Nam quotieſcumque magnitudine animi ſeculi noſtri angustias egredi voles, altâque cogitatione in heroïcam horum Cælitum ætatem tranſcendere, toties videbis* CYRVM *vacare Deo ac ſibi, ſaluti hominum conſulere, tranquillæ ſolitudinis fructus carpere, periclitantibus animos addere, vnaq́, cum* IOANNE, *quem ſanctimoniæ odore ceperat, naturam hominis non tantùm viuendo vincere, ſed etiam, mortem pro Chriſto oppetendo, excedere. Quarum rerum contemplatione futurum eſt, vt in* B. MARCI *non nomen tantùm adopteris, ſed in ipſa bona: quæ perpetua cupio.*

CAPVT I.

S. Cyri ortus, profeſſio.

a Præfatio Auctoris. Marc. 9. 2. Rom. 5. 5.

1 a DIuinum illud Verbum, ipſaque Veritas Chriſtus Deus Euangelij prœconio nos docet, Omnia poſſibilia eſſe credenti. Sed & Paulus Apoſtolicæ dignitatis orator, Chriſto ſermonem ipſi ſuppeditante, admirandâ nobis voce teſtatur, ſpem non confundere. His ego fretus hortatoribus ſenſi me tum virtute Seruatoris noſtri ac Dei Ieſu Chriſti, (qui & mortales amore ſummo proſequitur, & ſemetipſe pro nobis in mortem dedit) tum accedente Sanctorum ope, ad conatum viribus maiorem incitari: vt (quod pridem magno quodam ſtudio cupiebam) res à BB. Cyro & Ioanne mirificè geſtas, clariſſimumque eorumdem pro Deo Chriſto certamen, & miraculorum ſeu curationum paucas de multis, quas nos ipſi, licet publicanis omnibus longè ſequiores, & oculis hiſce vidimus, & diuino etiam munere per eoſdem partim ad ſalutem noſtram experti ſumus; vt hæc, inquam, eorum geſta ad lectorum vtilitatem profectumque pro virili parte meâ litterarum monumentis commendarem.

S. Cyri patria, b

profeſſio, c

officina in templum conuerſa, d

2 Cyrus itaque ille famâ inclytus ciuitatis maximæ ab Alexandro conditæ ciuis fuit, æquè virtute ac claritate conſpicuus. Vt autem quibus ſit parentibus quoque ſanguine ortus, nos latet; ita conſtat, b diuiniore origine patrem quidem habere Deum, qui eum per aquam & ſanguinem regenetauit, matrem verò orthodoxam Patris Eccleſiam. Atque arte quidem c medicus fuit, eiuſque officina in hanc vſque diem publicè nota, & in templum, Sanctis Tribus d Pueris ſacrum, commutata, eorumdem beneficio, curationibus in ægros profuſis mirè ſcatet. Quâ autem ratione hæc eius officina in ſanctorum Iuuenum ædem ſit conuerſa, conſentaneum erit velut per tranſennam indicare: præſertim cùm hoc in eorum, qui hæc ſint aduituri, vtilitatem ceſſurum minimè dubitem.

a *Deeſt hæc Præfatio Metaphraſtæ apud Liſomanum & Surium.*

b *In Metaphraſte dicitur* religione fidelis à parentibus *fuiſſe.*

c *Hinc ambo Patroni medicorum habentur, atque à Molano in Diario Eccleſiaſtico medicorum referuntur.*

d *Coluntur ſancti tres Pueri* Ananias, Azarias, Miſaël, *à Latinis 16. Dec. à Græcis poſtridie.*

CAPVT

CAPVT II.

SS. Ananiæ, Azariæ, Miſaëlis reliquiæ Alexandriam tranſlatæ. Templum iis dicatum, vbi officina S. Cyri extiterat.

3 APollinaris fuit eximius veritatis amator, non ille, qui ſe falsò *a* Laodicenſium Antiſtitem, occupatâ per nefarium ſeelus dignitate iactauit (hic enim rectæ fidei piæque doctrinæ bellum indixerat) ſed longè ab hoc diuerſus, ſinceræ patronus fidei, Chriſtiani gregis defenſor, Euangelicorum dogmatum peruigil cuſtos, ac *b* diuino calculo ad magnæ Alexandrinorum ciuitatis pontificatum euectus. Veriore enim famâ percrebuit, ei ex diuini cuiuſdam hominis vaticinatione ſacerdotalem Sedem obtigiſſe. Nam cùm ante pontificatum in ſolitariæ vitæ curriculo procederet, ſeque ſeniori cuidam, futurorum præſcio, & ipſi ſolitarij ordinis profeſſori, profectus cauſsâ adiunxiſſet, non vanâ eius prædictione cognouit, ſacrum ſibi Alexandrinæ Eccleſiæ gubernaculum aliquando creditum iri.

a

b Apollinaris ex diuinâ reuelatione Epiſcopus Alexand.

4 Itaque pontificatum adeptus, cùm ex fratre *c* nepotem haberet, eum à teneris pietate imbuit, omnique excultum doctrinâ etiam moribus Deo acceptis exornauit. Ille autem virilem, procedentibus paullatim annis, ætatem ingreſſus, corpore valens vigenſque, quò inclinabat natura, rogare patruum cœpit, vt de legitimâ ſibi coniuge prouideret. At vir Dei cùm multis ei fruſtrà caſtimoniam vitæ perſuadere conatus eſſet, ſapienter hac eum conſolatione demulſit; Conſtitutum ſibi eſſe Tribus Sanctis Pueris ædem ſacram exſtruere, cui operi tam ſancto ipſum vellet præficere, eoque abſoluto voti mox compotem facere. Erat Apollinari *d* domicilium quo ſenes alebantur, iuxta locum quem *e* Doryzin appellant. Coëmpto igitur proximo huic domui ſtabulo, in cuius impluuio officina Cyri ſita erat, ſtabulum quidem deſtruit, ac ſolo in eccleſiæ formam deſcripto, vbi hactenùs officina ſteterat, ibi admirabilem templi concham molitur. Quod Antiſtitis conſilium quanta ſit conſecuta vtilitas, haudquaquàm ſilentio prætereundum videtur. Iuuene enim ædificationi intento, ac præſertim promouente Deo, tam bonos progreſſus opus habuit, vt templum mirum in modum ſimul ſtrui, ſimul perfici viſum fuerit. Nam diligentibus Deum omnia in bonum cooperari, ſapientiſſimo teſte Paulo didicimus.

c

nepotem piè inſtituit,

vt à nuptiarum deſiderio traducat,

d

e

templo ſtruendo præficit:

Rom. 8. 28.

5 Hac itaque ratione cùm Pontifex tam ſenibus, quàm ægris hoſpitium conſtruxiſſet, inſignem quemdam, vti audiui, ex eorum qui præſunt numero virum, Deique amicitiâ clarum aduocat, traditiſque ei ad Sanctos Tres Pueros litteris, Babylonem proficiſci iubet. Eæ litteræ ſupplices erant, atque ad templum, quod ipſis Alexandriæ non mediocri ſumptu ac labore ſtruxiſſet, partem aliquam è ſacris ipſorum reliquiis mitti petebant. Tantus enim erat Apollinaris in eos affectus, tamque ardens ac viua fides, vt iam tot ſeculis defunctos, tamquàm viuentes, epiſtolam ſuam intellecturos, atque aliquam membrorum ſuorum partem communicaturos, ſibi perſuaſum haberet. Porrò magnus ille tantæ rei adminiſter, itinere impigrè confecto, breui Babylonem peruenit. Vbi poſtquàm ad venerandas reliquias acceſſit, epiſtolamque manu proferens, obſecrare Sanctos cœpit, vt & epiſtolam dignarentur accipere, & Pontifici optata concedere; is qui medio iacebat loco, velut excitatus è ſomno (ô diuinam prouidentiam! ô narrationem non ſine terrore audiendam!) paullatim attollit manum, epiſtolam accipit, ac rurſum, nihil adiiciens, priſtino ſitu recumbit. At qui litteras tulerat, eo ſpectaculo attonitus, nihilque eorum, propter quæ aduenerat, adeptus, vehementer indoluit; & cùm per ſeptem dies in templo conſtanter precatus eſſet, nullo operæ pretio facto, plenus mœrore reuertitur, atque Apollinari pro reliquiis lacrymas refert.

trium SS. Puerorum reliquias petit, ſcriptâ ad eos epiſtolâ,

quam manu vnus eorum prehendit:

6 Verùm Apollinaris ne ſic quidem deſiſtendum ratus, aut à propoſito ſibi fine recedendum; (tanta eſt enim deſiderij vis, vt plerumque animum ac ſpem tam à difficilibus, quàm ab iis quæ ne fieri quidem poſſunt, nolit abducere) Abi, inquit, vir optime, ac denuò maiore etiam precandi contentione mihi Sanctos propitia. Si enim noſtri miſerti fuerint, preceſque admiſerint, voti compotes erimus: ſin autem, epiſtolâ ſaltem receptâ reuertêris, quæ mihi reliquiarum loco futura eſt, neque ſanctitatis expers; cùm & benignè à Sancto accepta, & ſatis longo iam tempore beatorum membrorum contactu conſecrata ſit. His auditis haud grauatè paruit vir ad obſequium omne promptiſſimus, (nam deſiderio tanto parem animi obſeruantiam ſubſeruire æquum erat) ac denuò Babylonem profectus, Sanctiſque ſupplex factus, ardenter orare, rogare, obteſtari inſtitit, & plus lacrymarum quàm verborum effundere, ne ſecundam hanc Patriarchæ ſupplicationem reſpuerent, neque ſecundum ſuum repetitæ profectionis laborem aſpernarentur: quinimò quod ille templum eorum honori ſtruxiſſet, id viciſſim aliquâ membrorum ſuorum portione condecorarent.

poſt iteratam precationem,

retractam à Legato epiſtolam manus ſequitur:

7 Hæc ille precatus eſt, irrito planè ſucceſſu. Itaque depoſitâ reliquiarum ſpe, (aduertite diligenter animos, rem enim & auditu iucundiſſimam, & ad mentem percellendum planè diuinam intelligetis) depoſitâ, inquam, reliquiarum ſpe, recuperare ſaltem, vt in mandatis habebat, epiſtolam ſtuduit, ardenti poſtulantis fidei reliquiarum vice futuram. Manum igitur ſuam manui Martyris admouet, apprehenſiſque litteris eas quoque pertrahit ad ſeſe, vnà cum pulchrâ illâ Martyris manu, litteras ſubſequente. Quam cùm à reliquo corpore ſeparatam vidiſſet, manibus quidem deſiderio ac pauore trepidantibus amplectitur, & theſaurum tam præſantem pretioſiſſimo inuolucro recondens, ſummâque alacritate exultans Alexandriam redit. Quam ob cauſſam quis vnquam aut Patriarchæ exultationem, atque lætitiam, aut celebritatem atque concurſum populi oratione explicare poterit?

eâ honorificè receptâ,

eccleſiam illis conſecrat Epiſcopus, & nepoti veluti vxorem deſpondet.

8 Quanam autem prudentiâ promiſſionem fratris filio factam Apollinaris impleuerit, iucundum erit cognoſcere. Proximâ enim luce, conuocato, quem regebat, omni Clero, Martyris manum, & in eâ, quam gerebat, epiſtolam pari cum religione ac celebritate deponit, ac peractis in templo perquàm magnificè ceteris omnibus, illud Chriſtiano etiam ritu conſecrat. Tum adductum fratris filium ſacerdotio ritè initiat, eique alterius vxoris loco Eccleſiam hiſce verbis deſpondet: Ecce vxor tua, cuius pro eo ac debes curam geres. His dictis ita iuuenem affecit, eiuſque ſic permouit animum, vt, mutatâ penitùs voluntate, maiore deinceps virginitatis, quàm antè nuptiarum amore flagrare cœperit. Sed de his mòdò ſatis.

a *De* Apollinaris *hæreſi agit Baronius tom. 3. an. 349. nu. 22. & ſeqq. & fuſiſſimè to. 4. pluribus locis. Damnatus eſt à S. Damaſo Papâ in conc. Roman. an. 373. Eum* Laodicenum Syriæ Epiſcopum *vocat S. Hieronymus lib. de ſcriptorib. cap.* 104.

b *Viſus eſt tamen per ſcelus in Alexandrinam Cathedram intruſus* Apollinaris, *cùm* Zoilum Vigilio *Papæ inhærentem, ideò in ordinem nefariè redegiſſet Iuſtinianus Imperator, vt videre eſt apud Baronium to. 7. an. 551. nu. 2. poſteà tamen mortuo Zoilo, receptus eſt à Vigilio, cui orthodoxa ſua fidei profeſſionem obtulerat. Conſule Baronium an. 553. nu. 14. quamdiu ſederit, alibi diximus. In vitis PP. à Ioanne Moſcho cap.* 193. *appellatur* ſanctus Abbas Apollinaris Alexandrinus Patriarcha, *& ſimpliciter* S. Apollinaris, *atque admirabile caritatis illius exemplum prædicatur.*

c ἀδελφιδὸν, *Gentianus* Heruetus *vertit* ſororis filium. *vtrũque ſignificat, fratris aut ſororis filium.*

d *Græcè eſt* γηροκομεῖον. *Gentianus habet* gerontocomion. *Eiuſmodi piorum in vrbe Alexandrinâ locorum, vbi ſenes, aut ægri alebantur, mentio fit in vitâ S. Ioannis Eleemoſynarij.*

e *Metaphr. habet* Doryzim. *Græcè eſt* κατὰ τὸ δορυζεῖν.

Ex MS. Græco, interprete Othone Zylio.

CAPVT III.

Cyri & Ioannis piæ exercitationes.

Cyrus medicus

9 NVnc ad Cyrum, & res ab eo geſtas, quas inde ab initio commemorandas ſuſcepimus, reuertatur oratio. Hic igitur cùm medicinæ peritiâ præſtaret ceteris, virtute quoque nulli ſecundus erat, hominibuſque perutilis: & arte quidem corpora, at moribus ſuis animas ſanitati reſtituebat. Artis enim adiumento perſuadebat ceteris magnam morum curam, ac docebat, non ſolùm animorum ægritudines morbis corporũ grauiores eſſe, ſed hos etiam plerumque ab illis progigni: ſupremo nimirùm omnium Domino ac medico hoc agente, vt infirmitas corporis expellat animi prauitatem; quæ morbis eſt omnibus tum ob periculi magnitudinem, tum ob medendi difficultatem longè deterior. Cùm enim ad ægros accederet, velut Galeni, Hippocratis, aliorumque eiuſmodi, quos ſecundo dumtaxat loco haberet, præcepta oblitus, è noſtris hauriebat fontibus, Prophetarum, Apoſtolorum, Patrumque, quas accinebat, ſententias, & mox gratiâ quoque diuinâ ipſis conciliatâ, non tam corporibus ipſorum quàm animis medicinam faciebat. Ad hæc cùm exigua poſtularent, & ipſa largiebatur, & multò illis maiora, cognitionem Numinis, purgamenta prauitatis, animorum ſalutem. Quibus rebus fiebat, vt multorum, quibus pietas cordi erat, animos in veritatis amore confirmaret, & infidelium non paucis Græcorum errores eriperet, Diocletiano vtique regnante longè lateque dominantes. Hic enim Imperator non tantùm diademate, quantùm ſuperſtitione excelluit, illo plurimis, hac paucis admodùm comparandus.

multos conuertit:

10 Interim hæc Cyri in mortales beneficia neque malignum latere, neque publicata iam & cognita, ab ipſo perferri potuêre. Cumque peruerſitas & ſit impudens & contineri minimè poſſit, illicò omnia ad vrbis Præfectum, & ipſum vehementi in Chriſtianos furore inflammatum, delata ſunt. Itaque mox comprehenſum Cyrum duci imperat. Verùm ille cognito mandato, è ciuitate egreditur, & ſe in proximam Ægypto Arabiam confert. Neque tamen idcircò aut imbecilliratis, aut anguſtioris animi coargui à quoquam debet: cùm neque Præfecti crudeliſſimi, neque tormentorum pro Chriſto ſubeundorum metu, neque ab aliâ animi mollitie ciuitatem reliquerit; ſed partim vt huic Domini præcepto obſequeretur, Cùm perſecuti vos fuerint, ex hac ciuitate fugite in aliam: partim, vt maiore cum otio ſemetipſe conſideraret, animumque communiret, atque antè robur colligeret, quàm in pericula Chriſti cauſsâ exanthlanda deſcenderet. Fortaſſis altiore etiam quadam prouidentiâ in Arabiam, tum propter infideles, quos ibi Chriſto adiuncturus erat, tum propter fideles quorum conſtantiam ſuſtentaret, euocatus fuit. His ergo de cauſſis Arabiam ingreſſus, ſtatim habitum, viuendique rationem, ac inſtitutum mutat, detonſoque ad cutem vertice *a* monachum induit, & ad ſublimiorem vitæ modum extollitur. Sed & medendi rationem commutat. Deinceps enim neque medicus habebatur Cyrus, nec erat; ſed mirabilium potiùs effector: neque medicamentis aut herbis, ſed precibus tantùm ac doctrinâ vtebatur, & hac quidem animas, illis autem corpora ſanitati reddebat.

accuſatus apud Præſidem,

in Arabiam fugit:

Matth. 10. 23.

fit monachus:

a miraculis claret:

11 Iamque nomen eius ac virtutes per Arabiam omnẽ fama vulgauerat; quæ Ioannem patriâ quidem & genere *b* Edeſſenum, moribus autem verum cæli ciuem, ſed & militari dignitate pollentem, non præteriit. Eâ igitur, cognitâ famâ, Diocletiano tum ſæuiente, generoſus hic miles mutato ſtatu, deſertâque humanâ militiâ, magnis animis militiæ Chriſti nomen dedit; præclariùs vtique contra eius hoſtes, quàm contra hominum inimicos rem geſturus. Hinc & nuntio mox opibus, proſperitati, gloriæ, ac dignitatibus remiſſo, *c* Hieroſolymam profectus eſt, atque inde in Ægyptum, deſiderio Cyri iſthuc citra laborem pertrahente, totoque, vt aiunt, pede ad eiuſdem fidei conſortem incitante; vt eius tum philoſophiæ, tum exercitationis particeps fieret. Iamque Cyri contubernio fruens, heroicorum eius certaminum & miraculorum ſpectator erat, ac velut nouacula cotem nacta, in eum continuò intendebat oculos, eiuſque virtutum veſtigiis non iam vti diſcipulus, ſed tamquàm ſimilitudinis æmulus ſtudioſiſſimè inhærebat.

b Ioannes Edeſſenus miles

ei ſe adiungit:

a *Iam & Thebaidos deſerta, & Arabia, tam qua cis quàm qua trans Rubrum mare iacet, incoli à monachis cœperant, ante Diocletiani imperium, vt ex vitâ* S. Pauli 10. *Ianu.* S. Antonij 17. Sinaïtarum Martyrum 14. *patet.*

b *Scribit Michaël Monachus in officiò Eccleſ. Capuana Lect.* 3. *dici* Ioannem ciuitate Meſſanâ ortum, *vitioſè.*

c *Anthologion Græcorum & Menæa referunt Ioannem, cùm Hieroſolymam veniſſet, iſthic de Cyri miraculo inaudiſſe, tum Alexandriam petiiſſe, atque intellecto vbi is degeret, ad eum abiiſſe. Idem tradit Maximus Cytherus.*

CAPVT IV.

Cyri, Ioannis, Athanaſiæ & trium huius filiarum martyrium.

12 INtereà perſecutione, vti diximus, ingraueſcente, vnà cum matre Virgines tres comprehenſæ ſunt, Chriſtiana ſacra colentes, inque vrbem Canopum deductæ, Caſſiano impurum falſorum Deorum ſacerdotium exercente, & Syriano vrbis Præfecto. Id quod non Virginibus tantummodò, matrique earum, ſed etiam Cyro & Ioanni martyrij præludium fuit, coronæque iam texi incipientis principium. Veritus enim Cyrus, ne imbecillis Virginum animus cruciatuum terrori ſuccumberet, cùm tenellâ adhuc eſſent ætate, (nam Theoctiſte *a* ceteris prouectior decimumquintum, eique proxima Theodota decimum tertium, poſtrema autem Eudoxia vndecimum annum attigerat) hæc igitur veritus Cyrus, præterquàm quòd adoleſcentia, præſertim in feminis, vel tormentorum metu frangi, vel blanditiis corrumpi facilè poſſit, omnino faciendum exiſtimauit, vt & ciuitatem adiret, & illas pro virili ad ſubeundam fortiter dimicationem animaret. Etenim ne matrem quidem earum Athanaſiam à periculo abeſſe credebat, cùm & ipſa mulier eſſet, & mater filiarum eâ florentium ætate, quæ tum maternos oculos maximè exhilarare ſoleret, tum facilè poſſet efficere, vt ad auertendos à filiabus cruciatus inconſultò quidpiam, alioquin haud cogitandum, ab eâ committeretur. Hæc vtique timore Cyri pectus impleuerant, planè ſolliciti ne & mater filiarum iuuenture frangeretur, & intimis viſceribus commota, naturæ manus daret, aut verbo vel nutu ipſis aliquam mollioris animi occaſionem præberet. Hæ igitur cauſſæ Cyrum, vti diximus, tot curis anxium in ciuitatem adduxêre. Neque alius præclari Ioannis ſenſus fuit. Atque ita certaminum illis aliptæ adfuêre, pulcherrimaque martyrij forma, quâ non tam eas martyrio initiarent, quàm ſuammetipſorum profeſſionem quoque proderent: imò verò vtriuſque inuicem gratiâ, vt & ipſi propter Virgines religionem ſuam liberè proferrent, & illas Chriſto victimas ope ſuâ ac miniſterio exhiberent.

Athanaſiam & tres filias, pro fide captiuas, vt confirmet,

a

Canopum ambo petunt:

13 Quo tempore cùm denuò haud ſegnes malitiæ ſuæ miniſtros reperiſſet humani generis inimicus, facilè eos adduxit, vt hunc in modum apud Præſidem Martyres criminarentur: Apparuiſſe nouos quoſdam ac ignotos homines, alterum *b* monaſtico, alterum militari habitu, qui captas modò Virgines inducerent, partim ad Deorum contemptum, partim ad cultus iis debiti execrationem, partim ad Cæſareorum iuſſorum deſpectionem. Hos præterea vnum quemdam Ieſum celebrare, ei diuinos honores tribuere, & ad oſtendendum quâ in ipſum ſint voluntate, etiam mortem illius cauſsâ leuem ducere. Quibus auditis vehementer commotus Syrianus, adeſſe iuſſis præclaris illis, Vóſne, inquit, infortunati

b

ad Præſidem delati,

eique exhibiti.

nati & cælestium Numinum hostes? vos qui Virgines conamini peruertere,& Christianorum sacra amplificare, totis viribus iniuriam Cæsari machinantes? Quòd si hactenùs insaniuistis, nunc saltem, vanissimâ superstitione desertâ, precationibus & hostiis propitiate Deorum Numina; vt non pœnis tantùm liberemini, sed etiam honoribus digni sitis. Sin minùs, sentietis non Syrianum modò, neque Diocletianum Cæsarem, verùm ipsosmet aduersos Deos,quos furiosè lacessitis; sentietis, inquam, Deos, licet perbenigni sint,grauissimos iniuriarum sibi factarum vltores.

generosè respondent:

14 Ad hæc Cyrus & Ioannes, Nobis, inquiunt,multis de rebus pauca dicere mos est. Sic igitur habeto,nos neque honores istos inglorios vnquam admissuros, neque Christianismum, quidcumque tandem euenerit, abiecturos. Tum Syrianus vehementiore correptus irâ, quasi dentem instar apri exacuisset, Oportebat, inquit, vos, tales cùm sitis, & Iudicis complecti benignitatem, &, siquid sapitis, errore damnato minas nostras effugere. Verùm cùm nihil sit penes vos aliud, quàm superbia, fastus,& vanissimus tumor,non multis erit verbis opus, sed ad ipsam nobis experientiam est transeundum. Sic enim fiet,vt vos tum desiderato præmio potiamini,tum vel inuiti Cæsaris iusso obtemperetis. Hæc elocutus, productis ad spectandum Virginibus, omni tormentorum genere torquere athletas cœpit: cædebat flagris, contundebat fustibus, vrebat facibus, adusta membra aceto ac sale perfusa,deinde pannis è setâ contextis perfricari iubebat, demum pedes bulliente pice inungebat: neque quidquam prætermittebat eorum quibus humana corpora torqueri possent, simul quidem vt eorum constantiam vlciscereturi, simul etiam vt Virginum animos ante conflictum labefactaret.

dirè torquentur, spectantibus Virginibus;

qua & ipsa cum matre, priùs cruciata, obtruncantur;

15 At postquàm spectatores potiùs, quàm Martyres excarnificare visus est, (illos enim vel solus tam immanium suppliciorum conspectus torquebat, his autem omnia propter spem remunerationis iucunda erant) tum laxari eos iubet,ac Virgines vnà cum matre cruciari.Sed facto periculo, cùm ne feminarum quidem victor euaderet,maiore longè pudore confusus fuit. Namque manifestum erat,eas Martyribus solam sexus prærogatiuam concedere; ceterùm animos æquè ac viri masculos gerere, atque exactâ ipsorum imitatione perfectas esse. Quo animaduerso iniustus iudex eas morte condemnat, & amputari capita vitâ dignissimarum præcipit. Virgines ergo cum matre lictores arripiunt, gladiisque obtruncant; quæ nihil effeminatum, nihil molle in ipsâ cæde præseferentes, quod accepêre restituunt; nunc iis exemplum fortitudinis effectæ,à quibus antè virilis roboris formam acceperant.

tum Cyrus & Ioannes:

16 Tum demum à iudice ad luctam reuocantur Cyrus & Ioannes.Quid autem impius ille non est conatus, vt eos in sententiam suam pertraheret? Prolixam texebat orationem, tamquàm de eorum salute sollicitus,minabatur extrema cedere nolentibus, ostentabat munera, admouebat tormenta, superaddebat maiora non modò supplicia, sed etiam præmia; perinde quasi priora magnitudine animi, aut desiderij sublimitate ab iis contempta arbitraretur. At postquàm tentatis frustrà omnibus inanem se laborem sumpsisse vidit,etiam in illos hanc sententiam pronuntiat: Cyrum Galilæorum Præsulem, & Ioannem religione illi similem, quòd Cæsarum decretis repugnent, & sacrificare Diis maximis nolint, capitibus multandos esse, ex legibus Imperatorum decernimus. Latâ in hunc modum à Syriano sententiâ, etiam his quamprimum mortali manu aufertur caput, sed immortali è cælis corona demittitur, trigesimâ primâ Ianuarij mensis die.

omnes honorificè sepeliuntur.

17 Neque pios homines atrocitas temporum deterruit, quò minùs tam præstantium reliquiarum curam susciperent: verùm adhibitâ illicò sedulâ manu, summâ cum reuerentiâ ac religione sublatas obuoluerunt, ac B. Marci Apostoli templo honorificè, sed diuersis singulas capsis, condiderunt. Alio enim loculo Virginum ac matris, alio Cyri ac Ioannis corpora reposita sunt. Progressu autem temporis gentibus tyrannide liberatis, ac Theodosio imperium obtinente, & piè Christianos pietati deditos gubernante, reliquiæ Beatorum mutatæ loco, atque aliò translatæ fuêre. Quod si, vti gestum est, exposuerimus, haud dubiè piis hominibus iucundum accidet.

Ex Ms. Græco, interprete Othone Zylio.

a *Metaphrastes, aut certè eius interpres Gentianus:* natu maxima decimum quintum annum nondum attigerat; Theodota autem,quæ eam sequebatur,agebat annum quartum decimum; Eudoxia verò omnium minima agebat annum vndecimum.

b *Ipsum quoque* S. Antonium *monastico habitu Alexandriam, sæuiente Maximiani persecutione venisse, commemorat S. Athanasius in eius vitâ* 17. *Ianu.*

CAPVT V.

SS. reliquiæ inuentæ, translatæ.

18 a THeodosio, vti iam dicebamus,imperium suscipiente, bellum magnitudine ac periculo metuendum in Occidente motum est. Diuersæ enim gentes coitione repentè factâ,pactisque inuicem fœderibus, atrocem in Romanum imperium irruptionem minabantur. Perculsus hoc terrore magnus Imperator Theodosius, non cogendæ pecuniæ operam dedit,neque potentes in belli societatem suppetias contraxit, sed vt ille quondam, à solâ diuinæ manus ope,sic & ipse ab eadem dependere voluit. Nec eum fefellit opinio. Cognito enim apud Scetin (quod nomen est solitudinis b Ægypto proximæ) virum quemdam Ægyptium, maximorum miraculorum effectorem, cælesti sapientiæ vacare, confestim Theophilo Alexandrinorum Episcopo per litteras imperat, vt admirandum illum virum ad adeundam quàm celerrimè Constantinopolim inducat. quàm autem eius præsentiâ opus esset, litteræ præterea docebant. Episcopus intellecto mandato mox c in viam se dat, traditisque litteris tam Cæsaris postulata, quàm festinandi necessitatem exponit.Tum de suo quoque,quæ in rem erant, adiicit, vehementerque orat, & obtestatur, vt neque Imperatoris preces respuat, neque suos labores despiciat; verùm sine morâ ad vrbem aduolet, & incumbens illi bellum, fusis ad Deum precationibus auertat, eamque tanto periculo ac pauore liberet; cùm in manu eius sit, ciuitatis interitus aut conseruatio.

a

Bello ingruente,

b

Senuphius sanctus anachoreta à Theodosio euocatur:

c

19 Admirandus autem Senuphius(hoc viro nomen) primùm quidem, vti par erat,ne rogaret,prohibuit,non suarum virtutum ratione habitâ, sed humilitatis quâ pollebat ductum sequens. Quamquàm enim, inquit, summa est mea in ciuitatem beneuolentia, eiusque salutem ita diligam, vt nemo magis; non tanta tamen est mihi ad Deum fiducia, vt voluntati pares fore meas vires existimem. Ad hæc Alexandrinum rogat, ne tantum sibi tribuat, aut se vulgo reliquo præstare arbitretur. At cùm ille precandi finem nullum faceret, neque videret quò se verteret magnus Senuphius, profectionem quidem modestè differt,atque opem sic præbet vt ea maiore cum admiratione coniuncta fuerit. Namque vultu ad Orientem conuerso, d chlamyde ac baculo in cælum sublatis, Domine Deus, inquit, Deus virtutum, huic, obsecro, chlamydi ac baculo meo vim tantam imperti, quâtam mihi, si istic præsens essem, tribueres. Ita Deum precatus, ac statim, quæ manibus tenebat, Antistiti tradens, Hæc, inquit, accipe, & quàm primùm ad Imperatorem destina, vt chlamydem imponat capiti, baculum manu ferat: quando autem cum hostibus congrediendi idoneam occasionem spes dabit, tum primâ aciem Dux ipse præcedat,& fiduciæ plenus in hostem ducat.Si quid enim ego apud Deum possum,eum confido non terrori modò barbaris fore, sed glorioſam quoque sine sanguine victoriam reportaturum.

d

hic missō ad eum baculo & chlamyde, victoriam pollicetur;

20 His ad Cæsarem summâ ferentis alacritate perlatis, caput quidem humerali, quamuis galeâ firmiore,

Ex ms. Græco, interprete Othone Zylio.

communit; dexteram verò baculo, haſtâ omni validiùs, armat, tantâ erectus fiduciâ, vt ſe maiori terrori crederet hoſtibus fore, quàm ſi, vt olim Hercules, clauam vibraret. Accedentibus autem deinde hoſtibus, ſolus ipſe exercitum ſequentem ducens prodiit. Adſpirantibus quoque Senuphij precibus, nullam euentus moram habuit, breui fine concluſus. Nam ſimul atque in conſpectum barbarorum Theodoſius venit, derepentè tamquàm aliquo Cælitum viſo cõterriti, laudatâ pedum celeritate, ſe effuderunt in fugam. cuius tanta fuit fœditas, vt ſolutis temerè ordinibus, non tamquàm militaris roboris memores, ſed velut amentes ac lymphati, alius aliò diſſipati ferrentur, & percutere volentibus terga patentia, venationem paratam, ſecuram perſecutionem, omniſque periculi expertem præberent; confuſo ruentium impetu inter ipſoſmet plagas, vulnera, mortes permiſcente. Ita ſolus Imperator victoriam non ſolùm ſine ſanguine, ſed etiam ſine labore reportauit. Ac meritò quidem diem, quo hæc geſta ſunt, feſtum eſſe voluit; qui & *e* nunc tanto interuallo, apud Alexandrinos magnâ cum celebritate & magnificentiâ ſeruatur, & *f* Iconium ab ipſis nomen accepit. Namque & ſtatuam Imperatori fecêre, eodem, quo tunc, modo armatam, cui caput chlamyde indutum eſt, dextera baculum geſtat.

cuius diuinitus obtenta

anniuerſaria fuit Alexandria memoria.

e

f

21 Cùm porrò hac ratione Gentiles iam deſtituiſſent, Alexandrinæ Antiſtes Eccleſiæ cœpit, non tantùm cultum Deorum abolere, ſed etiam ciuitatem templis, ædibuſque ſacris ac donariis exornare. Sed & Canopi Apoſtolis baſilicam ſtruxit, magnitudine ornatuque eximiam, *g* duodecim non ampliùs ſtadiis ab vrbe diſſitam. Quem locum etiam apud Gentiles clarum, magnique nominis habitum fuiſſe, via iſtuc ferens indicio eſt; vtpote tota tabulis ſaxiſque bellè quadrantibus conſtrata, & frequentibus ſuburbiis balneiſque diſtincta: quę quatuor & viginti hodieque oſtendi, fama tenet. Foro inſuper, rerumque venalium abundat copiâ. Ab vrbe autem Canopo duobus ſtadiis vicus diſtat, cui Manuthe nomen, dæmonum olim domicilium, & malignorum ſpirituum habitatio. At Theophilus Alexandrinorum, vti dicebamus, Præſul, cùm locum purgare dæmonum ſordibus, & Chriſti Apoſtolorumque & Euangeliſtarum figuris atque inſignibus, tamquàm amuletis, occupare atque munire ſtatuiſſet, deſtinata perficere non valuit, interuentu mortis, eum ad indeclinabilis debiti ſolutionem ex hac vitâ rapientis, præoccupatus. Ceterùm Cyrillo eius ſucceſſori deinceps curæ non minimæ fuit, locum ab iniuriâ dæmonum vindicare.

Templum Canopi ædificatum.

g

Manuthen, vicus dæmonibus infeſtum,

à S. Cyrillo,

22 Huic itaque, cùm frequentes ſuper hac re ad Deum preces fudiſſet, Angelus in viſione apparens, tum magni huius Cyri, tum Euangeliſtæ Marci reliquias in hoc vico velut theſaurum recondi oportere denuntiat; vt ſic ab infeſtâ dæmonum noxâ liberetur. Cur autem nullam Ioannis quoque mentionem fecerit, id Cyrillo haud obſcurè declaratum fuit: cùm inter omnes conſtet, cum Cyri nomine etiam Ioannis planè coniungi. Vt enim vna fuit eorum vitæ ratio, vna, Chriſto opitulante, confeſſio, vnus exitus; ita vna quoque fuit eademque appellatio. Hinc verò octauâ atque vigeſimâ *b* Iunij menſis die reliquiæ Martyrum ſplendore ac religione pari in Manuthe tranſlatæ ſunt, ad vici tutelam, ad dæmonum fugam, ad morborum remedium. Sed & modò locus Deo conſecratus eſt, eiuſque Martyribus & miniſtris; fauore & benignitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui debetur omnis gloria, honor, adoratio, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

Angeli monitu,

tranſlata SS. reliquia.

b

a *Hanc hiſtoriam ex Metaphraſte narrat Baronius to. 4. an. 388 nu. 53. & breuiter Michaël Glycas parte 4. Annal. Mirum eſt huius* Senuphij *nuſquam nec in Vitis PP. nec in Martyrologiis mentionem fieri, niſi alio nomine appelletur.*

b *Metaphraſtes:* Eſt hæc autem ſolitudo in Ægypto quidem ſita, ſic verò nominata. *Magis propriè noſter auctor* Nam Scete, *ſiue* Schiti, Schitium, Scithiaca regio, *vt ad vitam S. Antonij in Prolegomenis §. 1. nu. 3. dicitur, ad Ægyptum quidem latè ſumptam pertinet, ſed propriè in Libyâ eſt, Pherme & Nitriâ montibus, ac paludibus Moeride & Mareotide ab Ægypto diſcreta. Sic lib. 3. de Vitis PP. num. 22. Iſaac ne Presbyter* monachis habitantibus in eremo Scithi *ordinaretur*, fugit in Ægyptum. *Et num. 93.* Erat quidem ſenex in Ægypto ... cùm autem Abbas Poemen de Scithi illuc ſubiiſſet *&c. Et lib. 5. libel. 5. nu. 21. ſenex quidam* deſcendit in Scithi, & habebat filium adhuc ſugentem lac .... aliquando ergo aſcendit cum patre ſuo in Ægyptum. *num. 22.* vt alter Frater deſcendens de Ægypto applicaret in Scithi. *& num. 35.* ſenex quidam erat in Scithi: qui cùm incurriſſet in ægritudine magnâ, ſeruiebãt ei Fratres. Et videns ſenex quia laborabant, dixit: Vado in Ægyptum, & non ſoluam Fratres iſtos .... ſurgens ergo abiit in Ægyptum. *Aliaq; id genus paſſim toto illo opere occurrunt.*

Scetis ſolitudo in Libyâ.

c *Conſentit Metaphraſtes. Baronius tamen ad an. 388. num. 53.* quem per Theophilum, *inquit*, Alexandrinum Epiſcopum acciſſiuit; qui prætextu quodam, quaſi ipſa ciuitas in magno diſcrimine eſſet, eum ad ſe vocauit. *Verùm, vt hinc patet, ad eum venerabilis Patriarcha in ſolitudinem profectus eſt.*

d *Græcè eſt* λὰν ἀναμίδα. *Gentianus vertit* ſuperhumerale. *quaſi* ἀνὰ τοὺς ὤμους, ſuper humeros. *Eadem videtur, qua alibi* melote, cuculla, ependytes *appellatur, vt ſuprà dictum in Prolegomenis ad vitam S. Antonij §. 15. nu. 67 & 68.* *Chlamys monaſtica.*

e *Vel hinc quoque manifeſtum eſt, ſcriptam eſſe hanc vitam, cùm Ægyptus adhuc ſub Chriſtianis eſſet. Nam qua potuit ætate Metaphraſta, licet hac quoque tranſcripſerit, magna celebritas & magnificentia ſeruari, rerum potientibus Saracenis?*

f ἀπὸ τῆς εἰκόνος, *ab imagine, ſiue ſtatuâ, vt hic dicitur.*

g *Metaphr.* decem.

h *Metaphraſtes, aut certè Gentianus interpres, quem ſecuti Surius & Baronius,* Iulij. *Mendum patet ex Menæis ceteriſq; Martyrologiis.*

MIRACVLA

eodem Interprete, nunc primùm edita.

I. De Ammonio ſtrumis laborante.

1 NArrationem miraculorum aggreſſurus, rectè me facturum exiſtimaui, ſi primo loco ea traderem, quæ illi ciuitati, in quâ Martyres & admirandum certamen ediderunt, & venerandam ædem obtinent, maximè domeſtica ac propria viſa ſunt: idque tum ne Alexandrinis, alios ipſis in ſuâ ipſorum ditione præferens, mœrorem adferam; tum ne ciuitatem magnitudine, & pulchritudine præſtantem, adeoque amari & præponi digniſſimam, honore ſuo defraudare voluiſſe videar. Ex quo & illud conſequetur, vt quæ principem locum obtinebunt miracula, tam illuſtris populi tantæque ciuitatis teſtimonio comprobata, ſecuturis deinceps miraculis faciliùs fidem concilient. Exordium igitur miraculorum ducamus ab Ammonio, qui inter Principes ciuitatis tũ ob diuitiarum ſplendorem, tum ob boni parentis claritatem cenſendus eſt. Pater ſanè annis plurimis Alexandrinam ciuitatem gubernauit, *b* Eulogio, eximio illo, thronum tenente: *c* filius verò vectigal, quod ius octauæ dicitur, ſecundùm octonarium, ſiue octauam partem, diſpoſuit, cumque iniuſtè colligi ſoleret, rectè pieque adminiſtrari à Præfectis vectigalium curauit. Hic igitur Ammonius, ætate tum iuuenis, ac formâ corporis æqualium cœtus exornans, difficilem in collo morbum alebat, quem idcircò ſcrofulas medici vocant, quòd & *d* horum animalium ſimilitudinem referat, & miſerorum ceruices velut quaſdam haras efficiat. Ceterùm hæ longâ ſerie circùm adoleſcentis ceruicem diſpoſitæ, quaſi materno in vtero nutritæ, ac ſenſim increſcentes, cùm ceruicem eius multùm tenderent, & creſcendo inflarent, ægtum illâ cutis diſtentione coarctatum, ac penè ſuffocatum, permagno ſanè malo exercebant. Interim pater medicis, qui maximè ſibi fidebant, adhibitis, & filij morbum declarabat, & ſubſidium pereunti depoſcebat, & mercedem curationi parem, etiam ante curationem offerebat. At illi cùm Iulianum (id patri nomen) maiorem in modum honorarent, atque eum filij ſui incredibili amore teneri cernerent, facilè præmiorum pondere ineſcati, non ſolùm curatione opus eſſe iurabant, ſed eamdem quoque partim reuerentiâ parentis, partim filij deſiderio atque amore,

Ammonius Alexandrinus

b

c

d

ſtrumis laborans,

nihil proficientibus medicis,

amore, præbituros ſeſe denuntiabant. Verùm cùm quidquid ars ſuggereret adhibuiſſent, imò artem ipſam, ſi fas eſt dicere, ſuperaſſent, profecerunt omnino nihil; ſalute adoleſcentis Martyribus quodammodò relictâ. Nam *patre intercedente* pater eum ab hiſce medicis abductum, ad veros medicos, Cyrum & Ioannem, tranſtulit; quorum venerandum loculum lacrymis irrigans, ſupplex rogat, vt filio *à SS. Cyro & Ioanne;* adiutores eſſe velint, eumque tantâ tempeſtate iactatum non aſpernari. At illi exaudito ſene, lacrymoſiſque eius precibus, ſimul iuuenem ſanarunt, ſimul circumfuſas carni ſtrumas luculenter excuſſerunt.

2 Verùm hoc loco ſine Martyrum iniuriâ meliorem huiuſce curationis partem præterire non poſſum. Cùm enim ſupercilioſum iuuenem, & opum ſplendore ad arrogantiam inflatum vidiſſent, non antè eum morbo corpus inflante ſoluerunt, quàm animæ tumorem depuliſſent. Quippe longè magis animæ ſanitas, quàm corporis curatio ipſis cordi fuit. Quamobrem Ammonium tum animo, tum corpore ægrum videntes, & vtroque vehementer inflatum, hac eum curandi ratione dignati ſunt. Ante omnia eum ſordes pro ęde ſuâ iubent euerrere, docentes eum non altiùs ſapere quàm ſapiendum eſt; vt ex terræ infimorumque intuitu, vnde ſumptus, & quò breui reuerſurus eſſet, abundè cognoſceret; idque iuxta vocem Dei ad principem generis humani Adamum, cùm ait, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram de quâ ſumptus es: quia terra es atque in terram reuerteris. Sed & in eamdem ſententiam diuinus ille Dauid Deum alloquitur, Auferes ſpiritum eorum & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur. Ita, excuſſo ex iuuenis animâ tumore, ſuæque vilitatis cognitione immiſsâ, remedium quoddam contra ſtrumas, quo morbo corporalis eius ceruix vexabatur, dedêre. Id nimirùm fuit potentiſſimum ipſorum ceratum emplaſtrum, quod cum pane mixtum collo eius circumdari iuſſerant. quo ex præſcripto Sanctorum admoto adoleſcens morbo exemptus eſt. Neque enim multis diebus ſcrofulæ valuerunt huic emplaſtro reſiſtere. Nam ſimul atque hoc ſubſidij admotum fuit, perinde atque flagellis eiectæ fugerunt, perruptâque ceruicis membranâ, ante Martyrum monumentum conciderunt. Ac numero quidem fuêre ſeptem ac ſexaginta; quemadmodùm qui numerarunt, teſtati ſunt; quas & ij qui Ammonio in æde ſacrâ miniſtrarunt, diebus multis propter Martyrum ſepulcrum viderunt, virtutis eorumdem indices, quæ gratiſſimas Deo laudes in omnium animis excitabant.

ob faſtum 3 Ceterùm Ammonius, duplicis morbi duplicem curationem adeptus, ſanitatem recuperauit; verùm non multò pòſt rurſum animo inflatus, ac prioris doctrinæ immemor, denuò corporis infirmitate pœnâque à Martyribus inflictâ, meliora ſapere doctus fuit. Quippe grauiter ex ſtomacho laborans periclitari cœpit. Medicis, animaduerſâ cruciatuum differentiâ, hic morbus, magis colicus, quàm ſtomachi affectio viſa eſt, multoque immanior, quàm quæ ſtomachum infeſtare ſolet. Nihil enim ſumebat, quod non ore mox effunderet: venter, quidquid ſtomachus demitteret, reſpuebat; cùm & torminibus premeretur, & acerrimis doloribus ſubiaceret. Quieſcere itaque cibum non ſinebat, atque in os regeſtum, intercluſo nimirùm inteſtinorum exitu, confeſtim euomebat. Et quamquàm medicorum nonnulli, vel pallio inſignes, vel intelligendi acumine præditi, (non pauci enim concurrerant) affectum manifeſtè viderent, non valuerunt tamen aut morbi indolem comprehendere, aut curationem præſtare. Fruſtrà ergo fuit omnis eorum inueſtigatio, vana remunerationis auiditas; quâ & magnificæ mercedis pecuniam, & maiorem commendationum gloriam ſe conſecuturos crediderant. Quare damnatâ horum omnium ope, quam irritam ſenſiſſet, Ammonius, hoc ſolum didicit, nullas ipſorum contra morbum ſuum fuiſſe vires, eoſque verbis potentes, curationibus impotentes eſſe.

alio morbo laborat,

medicorũ artem ſuperante:

impoſito ſtrumis emplaſtro, curatur.

4 Itaque poſtliminiò ad Cyrum atque Ioannem, quos ſolos ſuos ſecundùm Deum medicos crederet, reuerſus eſt. Neque dilata eius ſanitas fuit, & iucundum fidei ſuæ fructum maturè reddidit. Nam ſtomachus eius oleo ac cerato medicamento, ex candelâ, quâ Diuorum cineres illuſtrantur, confecto, purgatus eſt: verùm inanem animi eius gloriolam congruâ quoque medicinâ circumdedêre. Noctu enim ad Ammonium accedentes, iubent eum amictu molli fluxoque depoſito, aſperiorem cultum ſumere è ſtupâ contextum, quem ſaccum nominant; quòd ſaccos eos, quibus ob vilitatem pretij ac tenuitatem, mendici induuntur, aſperitate maximè referat. Hac igitur delicatæ ac ſumptuoſæ veſtis loco ſumere iuſsâ præcipiunt inſuper, vt ſuis ipſe humeris ad infirmos fratres aquam potandam deferat, non vno aliquo vaſe fictili, ſed geminis in humeros vtrimque ſublatis. Non antè ſanitatis compotem fore, quàm huic mandato paruiſſet. Haud ſegniter Diuorum iuſſa expleuit Ammonius, præſcriptoque indutus amiculo bonâ vtique fide aquas hauſit, eoque facto promiſſam ſanitatem conſecutus eſt. Sic etiam hac infirmitate fugatâ, ac tum huius, tum ſuperioris curatores deprædicans, receſſit Ammonius. Sed & nos eorumdem laude concelebratâ (nam poſt Deum prædictorum morborum medici verè fuerunt) ad alias ab iis profectas curationes, omnium admiratione digniſſimas, tranſeamus.

ſarco indutus,

& palàm aquã pauperibus baiulans,

ſanatur.

Ex MS. GRÆCO, INTERPRETE OTHONE ZYLIO.

iuſſu Sanctorum

a *Titulus in Græco MS. hic erat:* μερικὴ διήγησις ἐκ τῶν θαυμάτων Ἁγίου Χριστοῦ μάρτυρος Ἀββᾶ Κύρου καὶ Ἰωάννου. Particularis narratio ex miraculis ſancti Chriſti Martyris Abbatis Cyri & Ioannis. *Diuiſiones & titulos capitum, ſiue miraculorum, ex ipſo Græco codice retinuimus.*

b *Colitur* S. Eulogius 13. *Septembris, æqualis & familiaris S. Gregorij Magni: videtur an.* 603. *obiiſſe, vt ad vitam S. Ioannis Eleemoſynarij dictum* 23. *Ianu. in Prolegom.* §. 3. *nu.* 14.

c *Locus obſcurus. Græca habent:* ὁ δὲ τὴν τῆς ὀκλάβης ἀρχὴν, τέλος τε ἔστο, καὶ οὐδαμόθι κρδίσκειν, ἀδίκως μὲν συναγόμενον, ἐυσεβῶς δὲ διοικούμενον, ὃ ὁ ὑὸς περίλεκτος ἤνυσεν. *Aptiſſima hæc viſa interpretatio, cui lucem affert* L. Ex præſtatione 7. & L. A Legatis 8. C. de vectigalibus. *vbi de* octauis, *& earum exactoribus* Octauariis *dictus. ſic Suetonius in Caligulâ cap.* 40. Ex gerulorum diurnis quæſtibus pars octaua; *ſcilicet exigebatur.*

d *Struma & Latinus* ſcrofulæ *dicuntur, & Græcis* χοιράδες, *quæ amba voces* porcas *ſignificant.*

II. De Theodoro qui vtriuſque oculi albugine laborauit.

5 AMmonio Theodorus ſuccedit, patriâ quidem & ipſe Alexandrinus, verùm ob modicas opes, vitamque curarum expertem, quod eſt longè optimum, ſuâ ſorte contentus. At morbus illi erat oculorum interitus. His enim grauiter laborans, nec idoneam nactus opem, vtriuſque aciem, albo craſſoque humore perſtrictam, penè amiſerat. Poſtquàm autem intellexit medicorum de ſanitate oculorum ſuorum deſperationem, ſe ad ædem Martyrum vertit, vnâ ſibi minimeque fallaci ſpe præfixâ, fide nimirùm in eos firmiſſimâ, quam & Martyres non dubiâ credentium tutelâ remunerari ſolent. Itaque venerandum eorum fanum ingreſſus, egregium ſanè fidei toto corde conceptæ fructum tulit. Vix enim ibi moratus, fructum illicò à Sanctis retulit, qui eum ad fontem ſuum egredi iubent, eiuſque liquorem ad oculorum aciem recuperandam aſſumere. Ad hæc ille promptiſſimus, alienis manibus ad fluentum perductus accedit, ablutoſque in eo oculos faſciolâ abſtergens, mox viſum recipit, oculorum omni albugine vnà cum aquarum humore abiectâ. Leucomata quoque diuinâ virtute è luminibus expulſa, atque faſciolæ inhærentia, cunctis qui in templo erant occurrens exhibuit; ſeſe quidem vt fidei quoddam exemplum oſtentans, atque vtilitatis ex eadem exortæ magnitudinem ſuo præconio extollens.

Oculis offuſa albugo,

Sanctorum monitu,

ipſorum fontis aquâ deterſa.

III. De

Ex ms. Græco, interprete Othone Zylio.

III. De Calo, qui pedem fregerat.

6 QVidam meritò Calus, ſeu Pulcher, dictus, quòd & mentem hoc nomine dignam gereret, & opera nomini mentiq́ue congrua. Hic illius ſtudio, qui non minùs virtuti infeſtus eſt, quàm bonis operibus, cùm fortè è ſcalâ deſcenderet, pedibus impeditis offendit: implicatus enim graue periculum ſubiit, tibiâ in partes mille diffractâ. Cumq́ue medicorum opem fruſtrà eſſe animaduerteret, quòd eiectis ac defluentibus ſenſim particulis, oſſa pedem deſtituerent, & ſcaturiente tabo caro deficeret, ad SS. Cyri & Ioannis confugit auxilium; ſe ipſe plurimùm increpans, quòd Sanctos medicis hactenùs poſthabuiſſet. Quamobrem & veniam ſupplex rogat, eiq́ue petitioni deſiderium curationis adiungit, quam & precibus cum firmiſſimâ fide conſociatis recipit, oleo lucernæ ex ipſorum iuſſù ſemet inungens, eoq́ue deficientium oſſium iacturam inſtaurans. Atque hęc eſt miraculi ad Calum pertinentis narratio, perpetuumq́ue monumentum.

Tibia confracta eorum ope ſolidatur.

IV. De Iſidoro, qui pulmonis vitio affligebatur.

7 NVnc Iſidori tam morbum, quàm admirandam morbi curationem, exequar. Maiumetes hic erat, non ex Gazenſium *a* Maiumâ prodiens, ſed ex *b* illâ Alexandrinorum, quam Pharus, quondam inſula, complectitur, quæq́ue nunc Alexandriæ, cum inſulanâ ciuitate coniunctæ, pars habetur, vetere Maiumæ nomine adhuc retento. Hic itaque Iſidorus grauiter pulmone, planè hominem conficiente, neque niſi in ſolâ morte remedium habituro, laborabat. Etenim pulmonem putrefactum atque in cruorem & pituitam verſum iam penè expuerat, non alium finem, quàm qui huiuſmodi malum ſequi conſueuit, expectans. Ita ſe conſtitutum conſiderans, nullâ reliquâ ſalutis per homines recuperandæ ſpe, excitatâ erga Martyres fide (quæ & montes in mare transfert, & mortuos è tumulis excitat, vitamq́ue reſtituit, quibus beneficiis Saluator ſuorum in ſe amorem benignè remunerat) huiuſmodi, inquam, fide inſtructus Iſidorus, ad hoſce medicos omnipotentes è ciuitate egreditur. Cuius fidem admirati Martyres, non dormienti, ſed vigilanti ſeſe exhibent, & non hoc aut illud iubent facere, ſed oblatam citrij mali partem haud ſegniter edere. Ille verò Martyres, ex eorum mortalium numero, qui fortè in templo verſabantur, aliquos eſſe exiſtimans, tum munus libenter accepit, tum acceptum cum voluptate comedit. Ceterùm cùm abſumpti iam mali extrema manderet, ad vomitionem prouocatur: quam dum patitur, vnà cum cibo vermem, qui pulmonem depaſtus fuerat, egerit. Quo eiecto ſimul morbum eiecit, ſimul repentinam ſanitatem nanciſcitur.

a b Pulmonis vitio laborans,

Sanctorum ope vermē expuit, & ſanatur.

a *De* Maiumâ *Gazeorum portu, quæ S. Hieronymo in Vitâ S. Hilarionis* 21. *Octob.* Gazæ emporium *dicitur, agemus ad Vitam S. Porphyrij* 26. *Februar.*

b *Hæc pars* Pentapoleos *videtur, cuius in Vitâ S. Ioannis Eleemoſynarij* 23. *Ian. auctore Leontio mentio ſit num.* 16. *Metaphraſtes* Decapolim *vocat.*

V. De Menâ Philopono obſtructionem paſſo.

8 POſt Iſidorum, atque mirandam de eo narrationem, Menas quoque Philoponus in medium producendus eſt; qui Philoponio præfuit, circa D. Andreæ in Perona ſito. Hunc grauis inuaſit morbus, vehemens vtique febris: quæ cùm & validè & ardenter ipſum inceſſeret, omnemq́ue propemodùm alui eius humiditatem exſiccaret, obſtructionem illi nimiâ ariditate conflauit. Et medicorum quidem filij, febri, ceu minùs periculosâ, tantiſper neglectâ, hãc obſtructionem crebris quà infuſionibus, quà clyſteribus diſſoluere conati ſunt; & remedia quidem ſoluentia per os immittebant, ac cibos ſtomacho noxios ingerebant. Quæ omnia fruſtrà experti, tandem deſinunt, non ſolùm nullo ei tot datis medicamentis allato leuamine, ſed graui etiam noxâ illatâ. Cùm enim quæ in aluum traiecerant, cuncta intus manerent, exitumq́ue poſtularent, etiam maius viro periculum creabatur, qui ventre, breuiſſimo tempore plurimùm tumeſcente, inflatus, nullum omnino anguſtiarum ac ſuffocationis leuamentum inueniebat.

Febri & obſtructione lethali laborans,

9 In hoc igitur periculo bis ſeptem dies conſtitutus, nec vltrà perferre valens, ad Cyrum & Ioannem Martyres ſe confert, ipſiſq́ue vitam, ipſis mortem ſuam committit. Acceſſit autem non pedibus vſus, non iumentis vectus, non phorio ſeu feretro reſidens (id ſellæ genus eſt, quo infirmi à curatoribus portantur) neque enim ſedere poterat, qui inteſtinis ita turgentibus, nouo omnibus ſpectaculo erat; verùm in grabato decumbens, virorum ſedecim in vices geſtantium operâ deportabatur. At Martyres aduenientem miſerati, illâ ipſâ nocte benigniſſimâ ſedulitate eum inuiſunt, & caricam vnam porrectam, vt quæ illum hoc morbo, ipsâque adeò morte liberare valeat, iubent comedere. Menas verò expergefactus (nam in ſomnis illi viſio oblata fuerat) cùm caricam ſe habere crederet, nullamq́ue reperiret, vt vitæ ſpe fruſtratus, indoluit; vocatæq́ue mox vxori & viſum narrat, & caricam ſibi adferri imperat. Quibus illa auditis, cùm oculos in viri ſtratum intenderet, conſpectam inibi iacentem caricam repentè arripit, loquentiq́ue adhuc marito, ac viſionem narranti oſtendit. Qui eâ acceptâ, eamdem prorſus eſſe, quæ ſibi ſecundùm quietem data eſſet, affirmat, priſtinamq́ue mox voluptatem recuperat. Comeſâ porrò ficu, quam ad ſalutem ipſi Martyres dederant, ſalute quoque potitus eſt. Inter veſcendum enim obſtructio omnis finem accepit, ac ſoluto velut alui vinculo, cùm ad ſecretiorem locum ſe Menas reciperet, materiam ibi omnem, pridem intus concluſam atque collectam, eiecit. Tum demum priſtinæ gracilitati, quæ ante obturamentum adfuerat, redditus fuit, perfectamq́ue iam ſanitatem nactus accepti à Sanctis beneficij minimè malus præco extitit. Grabato enim ſublato in humeros, Alexandriam cucurrit, ipſo opere iacentem in probaticâ piſcinâ ægrotum, quem Chriſtus poſt annos octo ac triginta ſanatum lectum tollere iuſſerat, imitatus, apud vniuerſos proclamauit inexplicabilem Sanctorum potentiam ac virtutem in ſeſe tam mirandum in modum profuſam.

à Martyribus remedium accipit.

& ſtatim ſanatur.

Ioan. 5.

VI. De Geddæo claſsiario milite ex fiſtulâ ægro.

10 AB hoc ſpectaculo nos ad ſui conſiderationem claſſiarius miles inuitat. Huic Geddæo nomen fuit, morbus fiſtula; quam in inguine gerens, ſic eâ frangebatur, vt dici vix poſſet: cũ & cõtinenter affligeretur, & collectus in fiſtulam toto ex corpore humor perpetuâ ſcaturigine promanaret. Geddæus ergo cùm hoc flagello liberari vehementer cuperet, terebat medicorum limina, eos maximè admirans & frequentiùs adiens, qui præſtare ceteris credebantur. Verùm vbi cunctos expertus nihil profecit, rebuſq́ue omnibus in ſumptum effuſis, fiſtulâ tamen liberari non valuit; ad Sanctorum ædem abit, cùm ei neque medicus, cui ſe ad medicamenta accipienda committeret, neque pecunia quam retribueret, ſupereſſet. At Martyres medicos eſſe, præmiis non indigentes, ac nutritios egentium rectè credidit. Poſteaquàm verò eum tutelâ ſuâ dignati ſunt, in ſomnis fiſtulæ ſuæ remedium didicit. Id fuit ex ſeſamo & melle compoſitum quoddam, biſcocto pani contrito permixtum, atque ex vtriſque conſtans cataplaſma, quo partim ad eradicandam fiſtulam, partim ad replendum vulnus vti iuſſus eſt. Tum Geddæus excuſſo ſomno imperata

Milis fiſtulâ laborans,

à Sanctis remedium accipit.

perata exſequitur, atque dum vſurpat remedium, medelam velut fructum cepit. Accedente enim potentiore auxilio mox & fiſtula abiit, præſcripto Sanctorum obtemperans; & fiſtulæ ſinus repletus eſt, velut admonẽtes Martyres ſentiens.

VII. De Mena loripede.

11 IAm diuinorum iſtorum medicorum peritiam admirantes, ac diuinitus ipſis conceſſam potentiam concinentes, ad Menam loripedem progrediamur, eumque cantici, in laudem Diuorum decantandi, argumentum nouum faciamus. Celer pedibus erat Menas, inſtar agreſtis damæ, vti diuinus ſermo loquitur, Aſaëli illi, quem Scriptura quoque ſacra miratur, quemque currendi celeritas commendat, pedum velocitate perſimilis. Ac morbo quidem diuturno vix tandem expeditus eſt; morbi autem fœtu non liberatus. In lecto enim hæſit immobilis, etiam poſtquàm iam morbus abſceſſerat. Cùm porrò medici aduersùs longiorem infirmitatem haud ſegniter quidem, ſed fruſtrà tamen depugnaſſent & relictam ab eâ debilitatem velut penitùs incurabilem reliquiſſent; tunc Martyrum benignitas Menæ in mentem venit, aſſumptâque pro viatico fide, atque alienis pedibus ſupportatus, eorumdem templum ſubiit. Ibi cùm ſalutares ſibi preces Martyribus obtuliſſet, imperatum eſt ei, vt oleo quod nocturnam in lucem ad illuſtrandos Martyrum cineres accendebatur, pedes inungeret. In quo ſpem reponens Menas, cùm imperata feciſſet, excuſſo pedum torpore, & gratulationibus in Martyrum honorem decantatis, iter Alexandriam versùs ſuis pedibus emenſus eſt.

1.Reg.2. 18.

Pedum debilitas ex morbo relicta,

Martyrũ ope curata.

VIII. De Gennadio, cuius caput muſcis plenum erat.

12 QVis Gennadij morbum non admiretur, & inſolentem eiuſdem morbi curationem? Vtrumque ſanè prorſus nouum fuit, & tam ab humanis paſſionibus alienum, quàm à Galenianis medicamentis abhorrens. Diſcamus igitur & admiremur æquè morbi curatores ac morbum. Dolore capitis cruciabatur Gennadius, non quem laborantes pati ſolent, ſed quali nullus mortalium conflictatus eſt. Etenim cum fremitu quodam ac ſonoro motu magnus eum cruciatus torquebat: id quod tum medicis omnibus, tum auditoribus prorſus nouum videbatur. Quare ceteri quidem, conſideratâ morbi vi, ſtupebant attoniti; medici verò adhibitis nunc multis vnctionibus, nunc diuerſis abſterſionibus, nunc venæ ſectionibus, aliàs quoque purgantibus aut alterius generis adiumentis, nihil tamen leuamenti attulerunt Gennadio. Adeò ferox ac peregrinum erat malum; quod an ſuperuacuæ medentium diligentiæ, an alteri alicui naturæ affectui adſcribendum fuerit, compertum non habeo; qui hac de re, præter morbum & curationis modum, nihil diſcere potui.

Dolori capitis grauiſſimo laborans

& immedicabili,

13 Poſt hæc ergo ægrotus accedens ad Martyres, expeditam apud eos liberationem inuenit, quæque tum copioſam eorumdem beneficentiam, tum humaniſſimam demiſſionem ſatis oſtenderet. Atque hoc quidem modo res accidit, haudquaquàm ſilentio aut obſcuritate inuoluenda; neque verò audientium vtilitati, cùm ſit tam præſtans, ſubtrahenda. Id enim ſi facerem, meritò aut ignauiæ aut inuidiæ damnari poſſem: ſed abſit à noſtrâ mediocritate, abſit ab omni Chriſtiano ac religioſo inuidia: ignauia verò (quæ iuxta prouerbiale Salomonis admonitum, & ipſa pauper eſt, & amicos pauperes facit) ſemper quidem aliàs à noſtra humilitate, nunc autem imprimis, quando Cyri & Ioannis, addictiſſimâ illis mente ſtudioque, beneficentiſſima conſcribimus miracula, quàm longiſſimè depellatur. Ceterùm dormiebat Gennadius; ſed vigilabant diuini Martyres, ac ſopiti medelam expendebant, curationemque ordinabant. Hinc ad eum progreſſi, iiſdem eum verbis, quibus Dominus iacentem propter piſcinam probaticam allocutus fuerat, compellant, &, Vis, inquiunt, ſanus fieri? Ille autem, Volo, reſpondit. Quid enim non dicturus erat tam vehementi morbo vexatus? Rurſum itaque Sancti, Si vis, inquiunt, ſanus fieri, primo manè è lectulo conſurgens, templo egredere, ac tres camelos cum eorum agitatore inuenies. Poſtremum autem ex his camelum aſſecutus, non antè abire ſines, quàm ſe euacuauerit: quod excrementum, aquis confeſtim madefactum, infirmitatis tuæ remedium futurum eſt, teque tanto capitis malo liberaturum.

in ſomnis diſcit remedium à Martyribus:

Ex MS. GRÆCO, INTERPRETE OTHONE ZYLIO. Ioan.5.6.

14 His dictis abière Martyres; æger autem è ſtrato cõſurgit, atque, vti præceptũ erat, ad implenda iuſſa egreditur, repertiſque tribus, vti audierat, camelis, apprehenſo poſtremi capiſtro, etiam reliquos coëgit ſubſiſtere. Atque curator quidem eorum verbis primùm conatur ægro perſuadere, vt iumenta dimitteret: quod cùm non obtineret, ſublato ſcipione, quo camelos ſtimulabat, capitis eius affectam partem percutit, concluſiſque in eâ muſcis deſideratam aperit viam; quæ patefacto fugæ & volatui oſtio, cohiberi vltrà non potuerunt. Mox igitur datâ euolant viâ, ſeptoque; diſrupto ſeſe proripiunt, & effracto carcere fugâ euadunt. Ita ex nouo hoc latibulo emiſſæ, relicto doloris & irrequietæ illius noxæ iam experte Gennadio, vniuerſum proximum locum implent & inſolitum intuentibus ſpectaculum præbent. Hunc in modum Gennadius à muſcis vindicatus eſt, manu Martyrum, atque agitatoris baculo liberationem adeptus.

plagâ capiti eius infictâ erumpunt muſcæ:

15 Ceterùm cùm vulnus adhuc muſcis ſcateret, ac terribili earumdem volitatione coarctaretur, tum camelus ille tertius, velut internâ quâdam vi inſtinctus, excrementa dimiſit, quæ circumſtantes è veſtigio arrepta, & aquis celeriter madefacta, vulneri iſti, muſcarum tam fertili, emplaſtri modo impoſuerunt; ingreſſu ſic iiſdem præcluſo, vt deinceps fortè reuerſæ aditum non reperirent, neque ſeptem illos nequiſſimos ſpiritus repræſentarent, aut nouiſſima prioribus deteriora efficerentur. Poſteaquàm autem vulneri hoc ex fimo medicamentum impoſitum fuit, ſic plagam omnem repentè aboleuit, vt omnibus penè dixerim, hoc muſcarum cubile inſpicere volentibus, ignotum extiterit. Solas enim egreſſionis cicatrices retinuit, ſiue Cyri & Ioannis clementiæ indices, ſiue inſitæ Martyribus potentiæ teſtes. At nos etiam nunc, vti in ceteris fecimus miraculis, Sanctorum præconia decantabimus, participe ac duce modulationis noſtræ Gennadio tam ſtupendum in modum perſanato. Atque ita ſermonem ad alterius miraculi expoſitionem componemus.

remedio à SS. commonſtrato ſanatur.

IX. De Theodorâ, quæ ranam deglutierat.

16 QVædam Theodoræ nomen à parentibus adepta, cum aquæ hauſtu paruam ranam abſorbuit; quæ in eius ventre tamquàm in palude quadam victitans, principio quidem, vt mole adhuc exigua, leniore eam cruciatu exercuit, minora tormina, virium ſuarum tenuitati reſpondentia, concitans. Hos dolores ad alias cauſſas referebat mulier, traiectæ per os ranæ prorſus ignara. Poſtquàm verò nutrita in ventriculo rana maior effecta eſt, informis ille embryo ſic grauidæ mulieris dolores intendit, vt eorum planè impatiens, nullam remiſſionis, nullam quietis partem agnoſceret, abiectoque humi corpore per pauimentum ſeſe volueret; manifeſtam vel agitantis eam dæmonis, vel morbi ſæuiſſimi corpus occupantis ſuſpicionem præbens.

Mulier grauiter cruciata à ranâ quã deglutierat,

17 Atque hæc erat præcipuorum quoque medicorum ſententia, de vi malí prorſus ambigentium, cuius cognitio omnes fugeret. Nihil igitur ſupereſſe viſum eſt, niſi

Ex ms. Græco, interprete Othone Zylio.

nisi vti ad sanctos Martyres, tamquàm à dæmonio possessa, duceretur. Ad quorum venerandam ædem vbi peruenit, illicò se prodidit tum morbi indoles, tum insciti atque hallucinatio medicorum. Martyres enim in somnis adstantes mulieri, vt ante sumptionem cibi aquam bibat, præcipiunt: eo potu morbum fugatum iri. Illa verò nihil cunctata, post salutiferum illum soporem, mox, vti præscriptum erat, aquæ hausturn omni cibo ac nutrimento præmisit; eoque epoto ad vomitum prouocata molestissimam illam ranam, quam inscia hauserat, sic eiecit, vt mortis periculum, quod illi aquæ creauerant, aquis depelleretur. Hunc enim hamum benefici Martyres ad mortiferæ illius ranæ capturam, & inexplicabilem feminæ sanationem cuderunt: quamuis eodem ad Theodoræ perniciem infensissimus mortalium hostis dæmon vsus sit. Atque illa quidem præter spem ab interitu vindicata, ac Martyribus, qui bestiam viuam ceperant, grates pro adeptâ salute persoluens, ab eorum templo domum abiit: nos verò lætis vocibus eorumdem laudem concinentes, alterius melodiæ argumentum, subiecto miraculo altero, auspicemur.

in somnis à Martyribus monita, eam euomit.

X. De Theodoro, qui à Sanctis a scolopendram edere iussus fuit.

18 PErbellè miraculorum series Theodorum, præcedenti feminæ cognominem, post illam in medium profert, & omnibus, qui Sanctorum facta in deliciis habent, velut epulum admiratione dignum proponit: idque nõ solùm ob commune illis nomen, verùm etiam ob similitudinem, quæ ex parte in eius infirmitate, & morbi curatione, quæ omnem eloquentiæ facultatem superat, satis elucet: quamquàm non exiguum vtriusque discrimen narrationis progressus cuiuis ostendat. Laborabat visceribus Theodorus, non à ranâ quidem in eum illapsâ, & intimas partes innatando confundente ac perturbante, grauesque cruciatus inurente; verùm ab ingenti molestiâ, quam vt oblato per homines improbos noxio cibo contraxerat, ita summo cum dolore perferebat. Eò enim miseriarum mortales deuenimus, vt non solùm verberibus, gladiis, aliisque adhibitis instrumentis, aut iniurias ab eiusdem generis hominibus illatas vindicemus, aut inuidiam, fraternæ caritatis hostem, etiam in immeritos exerceamus; sed & veneficiis eosdé conficimus, & præstigiis frequenter appetimus, omni, quem natura indiderat, proximorum amore furenter eiecto. Tãtum autem abest, vt nos aut Legis ille scriptor fraternæque caritatis suasor ac doctor Moyses commoueat, Omne animal sui simile, hominem autem proximos amare præcipiens; vt ne excusatione quidem nos munire velimus, etiamsi Paulus ille Legis discipulus, virtutumque opifex ac præco doceat, quòd Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Quæ quidem quemadmodùm dicuntur atque creduntur, ita prorsus euenient, quantumuis nos peruersâ conscientiâ saucij refragemur.

Viscerum dolore cruciatus ex veneficio;

2. Cor. 5. 10.

19 Ceterùm Theodorus afflictus grauissimè, quippe visceribus adurentis veneni esu incensis, medicorum concilia circuibat. Verùm inde digressus postliminiò reuertebatur, nunc abiens, nunc rediens, eorum desperatione iam perspectâ. Animaduerso igitur, medentium conatus morbo cedere, salutisque per eos recuperandæ spe damnatâ, ad Ioannem ac Cyrum Martyres, veros potentissimosque adiutores, contendit, atque in eorum sacrâ æde prostratus, subsidium expectat. Qui sine morâ ad eum conuersi, quòd intolerabilem mali vim cernerent, dormienti sese spectandos exhibent, atque vt aspidem comedat iniungunt; eo quippe cibo tam acerbum periculum subleuandum. At ille euigilans, signum crucis fronti imprimit, ac visum dæmonis illusioni adscribens, imperata non curat. Sed rursum supplici ac lacrymanti secundùm quietem adsunt Cælites, mandata repetentes. Quæ cùm ille denuò negligeret, nihil eorum quæ præscripta fuerant executus, præcepta Martyrum ab insidiis maligni dæmonis, salutem suam in perniciem ac discrimen vocantis, profecta existimat.

à Sanctis iubetur aspidem comedere:

fraudem veritus eiusmodi monitus,

20 Postquàm verò etiam tertiùm sese Theodoro offerentes Martyres ad obsequendum voluntati suæ perpellere non potuerunt; tum denique quartùm accedentes, & incredibili quadam clementiâ ac cælesti miseratione permoti, Cùm, inquiunt, iam toties nobis dicto audiens non fueris, primo diluculo surgens ad fontem nostrum egredere, & quod ibidem edule repereris haud cunctanter sumito: id non dubium erit sanitatis præsidium. Vbi diluxit, ad fontem ex præscripto progressus æger, repertum post fores exiguum cucumerem comedit auidè, cuius cùm penè extremum sumeret, eiusque planè dulcedine caperetur, repentè aspidis reliquum esse animaduertit. Eo igitur mox in terram abiecto, velut præsentis iam mortis pauore perculsus exhorruit. Sed nullum mortis periculum adfuit. Etenim fugatâ morte, & salus illi, & vita conceditur, quam sine lethifero illo cibo haudquaquàm seruasset. Nam confestim simul metu, simul molestiâ ad vomitum incitatus, quidquid ex aspide comederat vnà cum pristino veneno prorsus eiecit; Sanctis non iam contraria contrariis, vt mortales medici solent, sed similia similium vsu curantibus. Neque enim medicorum legibus adstricti, suorum supplicum morbos leuant, verùm cælesti decreto pollentes, curationem adhibent miram planeque diuinam. Theodorus itaque morbo liber, ac plenas vires adeptus, cum gratiarum actione discessit: nos verò narrationem de eo susceptam precatione lætâ concludentes, alterius rei benè ominatæ seriem aggrediamur.

tandem cucumerem esse ratus, aspidem comedit,

eamq; & prius venenum euomit,

ac sanatur.

a *De* scolopendrâ, *eiusq; speciebus multa disputat Robertus Constantinus Medicus in Lexico. Quam hîc* σκολόπινδραν, *paullò pòst* ἀσπίδα *vocat auctor noster.*

XI. De Mena puero, cui lingua ex ore dependens prominebat.

21 HOc miraculum miraculorum maximum, præstantiorem quoque linguam, non mole carnis, sed eloquentiæ & sermonis amplitudine (quâ nos non mediocriter indigere, quæ præmisimus, indicant) omnino flagitare videbatur. Verumtamen cùm & hoc à nobis Martyres describi velint, narrationem eorum desiderio consentaneam instituemus. Nuper mulier quædam, Maria nomine, è Babylone Ægypti oriunda, quæ filio, octo circiter annorum puero, ad Martyris honorem Menæ nomen indiderat, ad ædem Sanctorum sese contulit. Hic igitur Menas linguam ex ore exertam gerebat, tum specie, tum magnitudine ab humanâ linguâ plurimùm abhorrentem. Ea quippe extra labra ad magni palmi longitudinem suspensa, mentique ac gutturis spatium promissæ barbæ instar tegens, deperdito colore rubicundo fœdâ quadam nigritie purpurabat. Peregrinum sanè visuque iniucundum spectaculum, quodque intuentibus nauseam, vomitumque grauissimum, & commiserationem facilè pareret. Nam semper guttatim saliuam ciens, spumasque continenter effundens, pectus vestemque irrigabat, inditoque colore suo atramentum illis, sibi proprium, communicabat.

Puero linguam ex ore fœdè prominere,

22 Quamobrem etiam multi ne intueri quidem puerum sustinebant; verùm si fortè occurreret, vel operiebant oculos, vel faciem auertebant, ne Mena præter opinionem conspecto, inuerso quoque præter opinionem stomacho ad vomitum prouocarentur. Alij animaduersâ mali magnitudine, cùm ne ad breue quidem tempus aspectum pueri pati possent, quam Seruator de proditore vocem vsurpauerat, eam ad hunc transferebant, Bonum esset ei si non fuisset natus homo iste. Quibus nonnulli illam Apostolorum de cæco nato interrogationem

ad horrorẽ intuentium,

Matth. 26. 24.

gationem addebant: Quis peccauit,hic an parentes eius, vt talis naſceretur? Quamquàm neque puer cæcus erat, neque huiuſmodi malo affectus in lucem prodierat;verùm illius noctu dormientis linguam apprehenſam oberrans quidam dæmon, inque mortalium perniciem intentiſſimus, è ſede ſuâ euellerat, eamque multis plagis verberatam, tundendo longiorem effecerat, ſic vt foras prominens, ore contineri non poſſet. Non ſolùm enim puero deformitas aderat, verùm etiam magna viuendi difficultas. Nullum enim ſolidum nutrimentum valebat tranſmittere;quòd comminuendi cibi officium dentes, vti quondam, ob enormem linguæ extuberantiam, non exercerent. Liquidum verò aut fluidum cibum non alium ferè libabat, quàm qui à matre, linguam identidem inſtrumento quodam coërcente, in os ita deductum immitteretur. Atque huiuſmodi erat Menæ morbus; quo nullus mortalium aut laborauerat, aut alium viderat laborãtem: quantumuis ſapiens ille Eccleſiaſtes, maximâ ex parte nihil ſub ſole nouum aut recens eſſe, pronuntiauerit. Multi autem hunc ſpectarunt medicorum filij, etiam inter ceteros eminentes, verùm morbi ſpecie continuò perculſi, oculoſque ſuos ferientes, fugiebant,neque quid facerent ſe reperire,neque vnquam tale quidpiam accepiſſe, vel audiendo, vel antiquorum medicorum commentarios euoluendo, etiam iurati affirmabant.

fecerat daemon:

Eccle. 1. 10.

23 Verùm Cyrus ac Ioannes Martyres, diuinitus ſibi conceſſis curationibus inclyti, conſpectâ hac tantâ infirmitate nihil tale fecerunt: non ſolo mali intuitu obſtupuerunt, non vt curatu arduum repudiarunt, aut apud Deum huius morbi deſcriptum extare remedium negauerunt: certâ enim fide tenebant,tum quòd omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cælo, & in terrâ,& in mari, & in omnibus abyſſis;tum quòd ea quæ hominibus impoſſibilia ſunt,Deo ſint poſſibilia;tum quòd Iobo teſte omnium miſeretur qui poteſt omnia;tum denique, quòd, vti dulciſſimè cantor Dauid modulatur, miſerationes eius ſuper omnia eius opera copioſiſſimè effunduntur:his,inquam,cùm Sancti crederent,infirmum complexi, primùm quidem eum beneuolentiâ ſuâ dignati ſunt; ac deinde matri eius, admiranda ipſorum opera contemplanti,animos ac fiduciam addiderunt.Exiguum autem tempus interpoſuerunt,non tam ad medelam explorandam, quàm ne obſcurata inter paucos miraculi celebritas, publicâ omnium luce & cognitione fraudaretur. Id quod ipſe curationis modus ſatis prodidit; non viſione aliquâ, vt ſæpè aliàs, ab ipſis exhibitus, adiecto huius illiuſue rei peragendæ mandato; ſed puero rectè valere iuſſo, quemadmodùm manifeſtus ſanationis euentus oſtendit. Cùm enim Menas ipſo meridie inter æquales propter Martyrum monumentum luderet, atque, vt in puerorum luſu, nunc ipſe alios ad terram proſterneret, nunc viciſſim ab aliis proſterneretur, & iam collapſus facie marmor attingeret, tum lingua eius marmori applicata, in locum, cui ipſa olim aſſueuerat, velut ab aliquo retroacta fugienſque conceſſit, & priſtino,quem ante morbum tenuerat,modo reddita eſt. Sed & coloris nitor rediit, informi illâ cute ſpecieque & magnitudine,ob tantam obeſitatem nimiùm propendente, prorſus abiectâ. Lingua quoque iam grauatè extra prodiens, repentè mutatâ conſuetudine, vix ſponte foras emicabat. Quippe intra labia velut in domeſtico cœnaculo reſidens, priore ornatu recepto, & naturales ſibi functiones rectè exercens,penè iam ignotum iis, qui antè cognouerant, puerum reddidit.

mater eum Sanctis cõmendat,

qui eum paullò pòſt ſanant,

24 Vbi enim miraculum patratum fuit, vehemens à puerorum turbâ clamor eſt editus, omnes in templo præſentes ad ſpectaculum conuocans. Qui, comperto iam miraculo, in ſtuporem verſi, partim Sanctos collaudarunt,partim illam in Euangeliis de Seruatore celebratam vocem ingenti admurmuratione ediderunt: Vidimus mirabilia hodie. Sed & ipſi Chriſto per Martyres miracula operanti gratulabantur, magnâque ſpe perfuſi ſunt, non defuturam ſuis quoque morbis, cùm opus eſſet, ſanationem. Nos verò hodierni tam admirabilium rerum auditores, earum auctoribus debitam laudem tribuentes, aliorum deinceps miraculorum præconia contexamus.

magnâ omnium admiratione.

Luc. 5. 26.

Ex MS. Græco, INTERPRETE OTHONE ZYLIO.

a *Colitur S.* Mennas 11. *Nouemb. eratq; dies eius Alexandriæ celebris, vt in vitâ S. Ioannis Eleemoſynarij cap.* 15. *nu.* 97. *ſcribit Leontius. Habebatq; iſthic templum,vt patet ex Ioanne Moſcho cap.* 100. *aliud in Libyâ celebre,vt infrà mirac.* 14.

XII. De Eugenio geometrâ hydropico.

25 EX agro nobis prodit geometra Eugenius,omnem quidem dimenſus terram, ſuum tamen ventrem metiri non valens; qui ex humidâ materiâ in ipſum confluente diſtendebatur, & non tam molem aliquam terream, menſurari facilem, referebat, quàm inacceſſam montis altitudinem, inuſitatâ corpulentiâ ac tumore inflatus. Verùm precibus menſurâ quadam circumſcriptis vſus eſt, vt Sanctorum miraculo ſui corporis proportionem priſtinam recuperaret. Quod gratiæ munus cùm maximi faceret illud etiam votis omnibus promereri optauit. In quo & peritiam ſuam oſtendit,cùm ſextum a ſeſe in Ægyptiorum ac Libyorum narrationes intulit, ad eum numerum, cuius perfectionem admiraretur,ſtudioſè aſpirans.Vnde & nos tum deſiderium eiuſdem, tum doctrinam admirantes,diſſertationem aggrediemur. Geometra igitur, vti diximus, Eugenius fuit, Ægyptius genere, qui ob feruentis cæli moleſtiam frequentiore aquæ potu vſus, in grauiſſimum morbum incidit: qui vehementiâ ſuâ multùm auctus, ex leui malo in aquam intercutem ſanè periculoſam verſus eſt. Cumque ne morbi quidem vi ab aquâ identidem potandâ arceretur,breui ſic eius venter intumuit,vt immotus decumbere cogeretur. Itaque magno alicui ceto aut draconi ſimilis, quos ſic grauat corporum vaſtitas, vt ne progredi quidem valeant,velut motu deſtitutus iacebat, ac nec tum demũ ab interdicto ſibi humore tẽperabat. Cùm autem incrementi omnis principium, vt horum periti tradunt, à motu ſit, augebatur quidem Eugenius, ſed motionis omnis expers: ac non modò naturam, verùm Doctorum reſponſa eludebat.

Hydrope laborans

26 Quòd verò omnibus ſatis perſpecta fuerit medicorum in hocce morbo ſuperando impotentia, non videtur operæ pretium in eâ declarandâ diutius immorari: tam enim manifeſta ea fuit, vt vel ſilentibus nobis ſe ſatis prodiderit. Eâ igitur ſilentio tranſmiſsâ, Ioannis ac Cyri, verorum vtique medicorum, virtutem narrabimus. Quantum enim illorum imbecillitas ſilentij meretur, tantum præconij in clariſſimam horum potentiam vbique confertur: cùm & illos Eugenius poſt experimẽta plurima,vt infirmos,reiecerit; hos verò, vt præpotentes, ex auditione ſola ſibi adiutores delegerit. Vbi namque ad illam ſanitatis officinam, omnis moleſtiæ, omniumque paſſionum expultricem deuenit,etiam experimento didicit, quod ante morbum audiendo didicerat, Dauidicum illud identidem clarâ voce vſurpans: Sicut audiuimus, ſic vidimus. Ipsâ enim nocte, quæ aduentum eius proximè ſecuta fuit, ſomno captus hos ipſos Martyres ad ſe accedentes conſpicit, his eum verbis compellantes: Exſurge hinc, Eugeni, ac domum propera. Ecce enim per nos te ſanauit Chriſtus, ac morbum, cuius gratiâ ad nos te contuliſti, depulit. Expergectus igitur, confeſtim ad ſellam te confer, omnemque conſtipatam in te materiam egere. His dictis, tactâ languentis aluo, illam quidem preſſiſſe tantùm leuiter viſi ſunt, verùm reipsâ morbum fugarunt, viâ aquis patefactâ.

ad Sanctos accedit:

Pſal. 47. 9.

iis aluum eius leuiter prementibus,

27 Quod cùm Sancti facerent (aſſerente Eugenio ipſos vt poſt ſomnum ita poſt morbum ſic locutos fuiſſe, cùm morbus non longior ſomno fuerit) à tergo Martyrum mulieres tres vociferatæ, Quid cauſſæ eſt, ô

Ex ms. Græco, interprete Othone Zylio.

Sancti, cur nos iampridem hîc desidentes, vulneribusque cruciatæ (inter ceteras enim ibi iacentes Eugenius somno solutus eas agnouit) cur, inquiunt, morbis nondum leuamur? Hic autem, hesternus aduena, ac tam graui malo vexatus, hodierno die sanitatem consequitur, ac domum reuerti iubetur. Ad quas Martyres conuersi benignissimè respõderunt: Non nobis, ô feminæ, adscribenda est sanandi potentia, sed Christo eius auctori ac dispensatori. Ceterùm multi huc accedunt longioris disciplinæ indigi: aliorum contrà est maturanda curatio. At nos pro omnibus quidem ex æquo preces fundimus; verùm quem Deus ac Seruator noster Christus Iesus curari præ ceteris iusserit, eum confestim liberamus. Hunc igitur Dominum & vos nobiscum obsecrate, vt sanitatem impertiat. Quòd si misertus vestri fuerit, & vel signo imperium nobis suum declarare dignatus fuerit, nos è vestigio diuina eius iussa implebimus, sine cuius nutu neque vires, neque leuamen ad nos accedentibus præstare valemus. Atque his quidem verbis diuini Martyres feminas allocuti sunt.

& cur quidam serius curentur indicantibus,

28 Eugenius autem è somno stratoque exiliens, ad locum præscriptum festinat (cùm venter Martyrum imperio coactus cessare non sineret) ibique repentè omnem tanto tempore coaceruatam materiam temporis puncto euacuat. Ita factum est, vt qui ceteris ægrotis multò crassior accesserat, is ex eodem loco multis tenuior prodiret, atque exinde geometra mensuræ conueniens appareret. Præter ventris enim tumorem, & curationis tempus, nihil immensum habuerat: cùm tempus tarditate, tumor autem magnitudine suâ modum excederet. Hac itaque ratione Eugenius fugatâ morbi pernicie, & compendio sanitatem adeptus, lætitiis exultans è templo discessit, simulque & Martyribus, & Christo inprimis auctori, gratias numerosâ cantus modulatione rependit. At nos tamquàm curationis huiusce participes, tamque gratâ narratione recreati, Christum Sanctosque hymnis celebrantes, ad alia pariter auditu iucunda properemus.

æquam omnem egerit, & sanus abscedit.

a *Locus obscurus. An fortè cùm sit duodecimum miraculum, hoc innuit Auctor, fuisse hactenùs sex Ægyptios totidemq; Libyes, quorum commemorata sit curatio? an pro ἕξ legendum ἑξαῖον cùm ταῖς αἰγυπτίων καὶ λιβύων ἤγαγε διηγήσεσι, legendum est μέσον*, medium sese inter Ægyptiorum & Lybicorum narrationes intulit? *nam Ægyptiorum præcesserunt curationes, sequuntur Libycorum. Sed quò tum illa referetur numeri perfectio?*

XIII. De Cobiotâ, camelorum ductore, surdo.

29 Ex Ægypto transeamus rursum in Libyam; atque in a Mareote, oriundum inde Cobiotam surdum quæritemus; inuentum præcedentibus adiungamus: auditoribusque res ad ipsum spectantes, & à Martyribus profectas, prorsusque scriptione dignas, nuntiemus. Cobiota surdus fuit, non quidem à natiuitate; verùm repentinò audiendi sensum amisit, cùm aliquando ad camelos accederet. Hæc enim iumenta tum ante, tum post amissum, grauissimo sanè incommodo, aurium vsum, semper curauit. Ergo nihil prorsus auditu percipiebat, etsi maximus etiam fragor, qualis aut vociferantis turbæ, aut resonantis fremitu maris, aut stridentium ventorum sibilus esse solet, excitaretur. Hinc quicumque hominem cernebant, surditatem tantam non corporis morbo vel symptomati, sed operæ dæmonis adscribebant. Neque sanè vana eorum coniectura videbatur, tum quòd morbus ita subitò ortus esset, tum quòd nullâ medicorum ope leuari posset: cùm enim & multos adiisset, & multorum præscripta seruasset, persistebat tamen mali vis, nullâ mutatione inuentâ. Nuntio igitur medicis remisso, ad camelos curandos se denuò vertit, nullam imposterum morbi leuationem expectans.

Quidam subitâ surditate percussus,

30 Et fortè ad mortem vsque in hoc statu perseuerasset, nisi in eiusdem opificij socios incurrens, multa ab illis (quod surdo facilè euenit) violentè passus esset. Horum enim molestas vexationes non ampliùs ferens, desertâ domo, camelis, ceterisque, quæ haberet, omnibus, nemine prorsus conscio, sed partim iustâ irâ, partim diuino Martyrum (qui hanc illi mentem indiderant) amore incensus, sese citato cursu ad locum eorum reliquiis venerabilem contulit, hac voce sodales affatus: Viuit Christus Deus! ad SS. Cyrum & Ioannem abibo; hosque vexationis meæ depulsores adsciscam. His dictis, abiectâ veste, nudus ad Martyres auolat, cùm admirandum aliquid, & seu Diuorum benignitate, seu maximo ipsius feruore dignissimum, accidit. Vix enim eâ vrbis portâ, quæ Solaris appellatur, pedem extulerat, cùm subitò aures eius aperiri cœptæ sunt, humanæque ab eo voces exaudiri. Sed & cum exactæ viæ spatio crescebat audiendi facultas. Quo Sanctorum beneficio ad viæ compendium vsus, vbi pedem eorum templo intulit, perfectum audiendi sensum obtinuit, ne signo quidem aut vestigio pristinæ surditatis relicto. Ac per viam quidem sanitatem adeptus, iam non vt æger, sed vt valens ad Sanctos accessit; effusisque confestim gratiarum actionibus, sospitatores suos canticis venerans, quâ venerat viâ regressus est, & ne considere quidem apud Martyrum ædem sustinuit. Ceterùm nos hac narratione absolutâ, redditisque pro eâ gratiis, alterius miraculi expositionem proponamus.

eoq; à socio vexatus,

adit ad Martyres,

auditum in viâ recipit.

a Mareotis, *siue* Maria, *lacus est ingens inter Libyam & Ægyptum, de quo Palladius in Lausiacâ cap.* 7. Inter Nitriæ montem & Alexandriam positus est lacus qui dicitur Maria, is autem continet ad millia septuaginta. *Eamdem esse* Mariam *&* Mareotidem *patet ex eadem Lausiacâ historiâ cap.* 40. quando in palude Mareotide, vbi charta nascitur, abiecti sumus in quamdam paruam insulam desertam. *quod Ruffinus in Epilogo lib.* 2. *de vitis PP. ita effert*: In stagno quod Mariæ vocabulo appellatur, vento sæuiente in insulam quamdam iecti sumus. *Est &* Nomus Mareotes, *in quo lacus Maria, vrbsq; Mareotis. Stephanus: Μάρεια πόλις καὶ λίμνη, ἧς Ἀλεξανδρείᾳ παρακειμένη, ἡ καὶ Μαρεώτης λεγόμεν. ἀφ' ἧς καὶ Μαρεώτης οἶνος*. Maria vrbs & lacus, haud procul Alexandriâ, quæ & Mareotis dicitur, vnde & Mareoticum vinum; *cuius meminit Horatius lib.* 1. *ode* 37. *vbi Cleopatræ* mentem lymphatam Mareotico *canit* in veros timores *à Cæsare* redactam. *Ptolemæo lib.* 4. *cap.* 5. *non* Mareotæ Nomi, *sed* Libyæ *vrbs est* Mareotis. *Hic verò* Nomus Mareotes *intelligi videtur, non vrbs, atque ipse quoque Nomus in Libyâ, latiùs acceptâ, reponi; ita enim habent Græca: ἀπ' αἰγύπτε πάλιν εἰς λιβύην μετέλθωμεν, καὶ τῷ μαρεώτῃ γινόμενοι &c. & deinde, Ἔ μαρεώτης γὰρ ἔτος ἐπύγχανε. sic & Mirac.* 14. *δι' οὗ γὰρ ὅτε μαρεώτης καὶ ἡ λιβύη πᾶσα μέχρι τῆς τήμερον ἔστηκε.* per illam enim (*possessionem, vel certè per S. Mennam Martyrem*) in hodiernum vsque diem tum Mareotes, tum Libya omnis confirmata subsistit.

Mareotis lacus, & vrbs.

Mareotes Nomus.

XIV. De Tribuno & monacho cæcis.

31 Martyris Menæ basilica, quæque ante eam est ædicula, vniuersæ Libyæ maximam gloriam parit. Nam Libyæ Sanctus ille tam ante, quàm post toleratum pro Christo martyrium, & habitator & custos, vbique inclaruit. Et sanè digna est maiore celebratione gloriâque possessio. Per illam enim in hodiernum vsque diem tum Mareotes, tum Libya omnis confirmata subsistit; quodque præcipuum est, magna illa atque illustris Alexandria, tam Christo addicta. Quicumque igitur Martyris locum cognoscitis, etiam hanc illi proximam possessionem omnino cognoscite: è quâ, vt è natali solo, in narrationem hic Tribunus procedit, inibi genitus, alitusque, atque ad virilem ætatem perductus. Qui cùm grauissimè laboraret ex oculis, neque medicum morbo parem nanciscereturr, in tantam incidit cæcitatem, vt neque noctis absentiam, neque diei præsentiam, sine indice aliquo, satis discerneret. Namque oculi eius ita clausi erant, obstructique, vt palpebras ab iis non separaret; perinde quasi glutine cohærerent. Hac pressus infirmitate Tribunus de Cyri tamen & Ioannis fauore non desperauit, verùm piè iusteque credidit, si in eorum cliente-

Tribunus cæcus

clientelam ſe dediſſet, viſum denique recuperaturum. Quod etiam reipsâ euenit. Plerumque enim quiſquis fide perfectus eſt, atque inconcuſſo eius fundamento nititur, is verâ gratâque operum ipſorum perfectione non fruſtratur: cùm neminem credentem deſerat Deus, ſed fiat illi ſicut credidit, & in fidei præmium ſummam votorum obtineat. Cùm ergo in Martyrum templo Tribunus eſſet, pari, atque ille à natiuitate cæcus, fide inſtructus, ibidem obdormiens ſalutarem ſibi Martyris vocem audiit, Abi, lauare in Siloë, ac viſum recipito. Martyres enim, vt Seruatoris imitatores, eius verbis vſi ſunt: atque in omnibus planè curationibus, vnde virtutem tantam haurirent, oſtendere ſatagunt. At infirmus audito Martyrum iuſſo, mox ad ſanctam Chriſti Dei noſtri ciuitatem ſe contulit, aditâque Siloë, eius aquis ablutus, repentè priſtinum videndi ſenſum recepit. Inde verò redditis iam oculis diſcedens, conſideratâ doni tanti magnitudine, ad Sanctos denuò recurrit, ibique, quod reliquum fuit vitæ, tranſegit, donec mortis ſomno conquieuit: præclaro nobis relicto debitæ benefactoribus beneuolentiæ exemplo.

iubetur à SS. ire Hieroſolymam, & oculos in Siloë lauare;

quo facto, viſum recipit.

32 Hunc Tribunus quidem fidei ſuæ fructum retulit, curatione iam dictâ ſanatus: ceterùm alius quidam à *a* Tabennâ monachus (perfectionis magiſtrum ac Patrem habens Pachomium, eumdemque vitæ ducem, & velut ſcalam, è terrâ ſuos in cælum attollentem) eodem quo Tribunus, morbo contactus, ad Martyres quoque acceſſit, idemque ab illis præceptum accepit: Abi, lauare in Siloë, ac viſum recipito. Quibus hunc in modum non ſine lepôre reſpondit: Cæcus ille, ô Beati, cùm hoc præceptum ab omnium Domino acciperet, Hieroſolymis erat, Siloëque vicinus, & quantumuis inops eſſet, nullo tamen ſumptu ad implenda tam ſalubria iuſſa opus habuit: ego verò, qui & ſemper antè pauper fui, & nunc etiam multò pauperior (omnibus quippe, quæ habui etiam ante oculorum cæcitatem, in medicos effuſis) adhæc tanto à Siloë interuallo diſiunctus, quibuſnam vultis vt opibus ſubleuatus iuſſionem veſtram perfectè exequar? Verùm Sancti feſtiuis eius reſponſionibus decenter arridentes, etiam ſumptuum illi neceſſariorũ donatores optimi effecti ſunt: Ito, enim, inquiunt, ad Frontonis, quæ dicitur, Apoſtaſin (ſic reconditorium appellant in regionibus, lociſque & vrbibus aliis) ibique Thomam Cuminæ Ægeotæ *b* fidelem inquirito, eique reperto, Abbas Cyrus, inquies, ac Ioannes Martyres me ad te mittunt, iubentque vnicum abs te mihi aureum dari, vnde ſumptum habeam in iter, mihi ab illis ad ſanctam ciuitatem iniunctum. His dictis Sancti abiêre: ille verò à ſomno vrbem ingreſſus, Apoſtaſi atque homine deſignato inuentis, ei Diuorum mandatum exponit; acceptoque mox nummo (libens enim Thomas Martyribus paruit), ad ſancta Chriſti loca ſe contulit. Ibi celeriter Siloën ingreſſus, eius aquis oculos abluit. quâ ablutione peractâ, oculos laticis illius aſpergine abſtergit, eorumque ſimul caliginem omnem diſpellit. Aqua enim & mandatum, & Sanctos qui illum miſerant, vt Chriſti (qui & olim cæcum eò miſerat) ſeruos & cultores agnouit. Quocirca tam citò illis obſecuta, cum Tribuno & hunc videntem remiſit, quemadmodùm olim cæcum Domino eorum remiſerat. Nos porrò narratâ duorum cæcorum curatione contenti, etiam nunc Sanctos fauſtis acclamationibus proſecuti, aliud miraculum cõmemorabimus.

a Monachus cæcus eodem ab illo mittitur, Ioan. 9.

b procurato etiam viatico:

viſum recipit.

a *De* Tabennâ *inſulâ, in extremis ſuperioris Thebaidos finibus ſitâ, deq;* Tabenneſiotis, *ſiue* Tabennenſibus *monachus, actum eſt ad vitam* S. Palæmonis 11. *Ianu. cap.* 3. *nu.* 11. *& pleniùs* 14. *Maij ad vitam* S. Pachomij.

b *Græcè* κἀκεῖσε θωμᾶν τὸν Γκυμνῶ Γαχαῶτε πίστιν ἐπιζήτησον. *Quid ſit* πίστιν *haud ſcimus. vertimus* fidelem, *quaſi* πιστὸν, *cuius fidei credita Apoſtaſis.*

XV. De Stephano Aphrodiſienſi, qui è capite ſcolopendram eiecit.

Ex MS. Græco, interprete Othone Zylio.

33 QVidni & Stephanum ex Aſiâ adducimus, ac Martyrum cultoribus, quæ de ipſo produntur, exponimus? Plurimùm enim valebit eorum cognitio, tum ad exhibendam omnium oculis virtutem Martyrum, tum ad affectum erga eoſdem propagandum. Stephanus Aphrodiſiade, Aſiæ vrbe, oriundus fuit. Hic rogantibus quibuſdam mutuò aurum dederat, ſecundùm Seruatoris præceptum, ſoli accipientium fidei pecuniam committens, etiam non adhibitâ, quâ creditum aliquando repeteret, cautione. Cùm enim ingenui eſſent, qui pecuniam acceperant, non exiſtimabat quidquam eorum ſibi opus eſſe, quibus ingrati ad confeſſionem debitorum cogi ſolent. At illi ſpretâ Stephani ſimplicitate, quidquid datum erat velut inſperatum lucrum ſummâ auiditate facientes, peſſimaque illi pro optimis retribuentes, etiam venenum viro parant; idcircò eum de medio quamprimùm tollere cupientes, vt, occultatâ eius cæde, facilè & iuſtitiam fallentes effugerent, neque mutuum reddere cogerentur. Hunc ſanè ſibi ſcopum præfixerant. Fortaſſis etiam miſerrimi ita ſecum reputabant, ſi hominum ſcientiam fugiſſent, ſe inſomnem quoque Dei oculum poſſe fallere.

Creditor à debitore veneno appetitus,

34 Veneno igitur, vti diximus, infectus eſt Stephanus: cumque mortem eius ſibi propoſuiſſet veneficus, eam Dei tutelâ, ac voluntate ſic ille effugit, vt à toxici tamen offenſione haudquaquàm immunis, profluuio deinde ſanguinis maneret obnoxius. In dies itaque ſingulos ſua illi ante oculos mors erat, tum aluo, tum ore ſanguinis eluuionem emittenti. Intuentium ſanè oculis ſtuporem incutiebat fluxus ille tam vehemens, adeò vt eum antè quàm ſanguis ſiſti poſſet, moriturum vociferarentur. Ita omni temporis puncto in tantum periculum adductus Stephanus, atque ex eruptione cruoris penè mortem præſentiens, medicoque lethi præſentis depulſore deſtitutus, ad Cyrum Martyrem eiuſque ſodalem Ioannem ſe contulit. Hos enim ſolos ſecundùm Deum morbum ſuum depellere, ac præſenti ſe neceſſitate eripere poſſe, ex ſexcentis teſtibus iam didicerat.

ſanguinis fluxu periculoſo laborat:

35 Quamobrem cùm ad eos abiiſſet, precationeſque illis ſuas obtuliſſet non auditus modò, verùm etiam periculo exemptus eſt. Nam Sancti ſeſe illi in ſomnis ſpectandos præbuêre, & porris, ab ignis aquæue contactu immunibus, veſci iuſſêre. Atque his quidem, vti iuſſus erat, ſumptis, profluuium ſanguinis ſubſtitit; ſed perfecta nondum illi ſanitas obtigit. Nox erat, cùm Sanctorum monumento adſiſteret, ac tum genibus humi poſitis, tum vultu in terram abiecto, ſalutem ab iiſdem ſupplex poſceret. Quod dum facit, nunc ſurgens, nunc rurſum inclinatus, ex medio capitis vertice repentè aperto, ſcolopendra aſpidi paruæ ſimilis exiliens decidit; quæ celerrimâ fugâ elapſa, Stephanum ſtupore attonitum reliquit. Ille verò eam capitis partem, vnde ſcolopendra prodierat, tactu explorans, non vulnus ibi aut ſanguinis fluxum, ſed humiditatem quamdam ac mollitiem oſſium deprehendit. Hac ratione Stephanus ſanitati redditus, audientium animos ad ingentem ſtuporem, voces verò ad concelebrandam ſecum Martyrum admirandam potentiam excitauit. Nos porrò honorem tribuamus optimo, benefico, ac miſericordi Numini, miracula tanta per ſeruos ſuos patranti, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen. *a*

à SS. ſanatur.

a *Aduersùs damones quoque valuiſſe S. Cyri patrocinium, patet ex miraculis S. Anaſtaſij Perſa* 22. *Ianu. mirac.* 17.

DE S. GEMINIANO

EPISCOPO MVTINENSI IN ITALIA.

XXXI. IANVAR.

S. Geminiani Ep. Mutinenſis natalis;

1 MVtina vrbs Galliæ Ciſalpinæ *ad viam Æmiliam, & clara olim, & nuper Ducatus titulo ornata, Patronum è numero Cœlitum præcipuâ religione* Geminianum *Antiſtitem veneratur, pridie Kalendas Ianuarij. quo die* Bellinus *de Padua in Martyrol.* Molanus *in addit. ad Vſuardum, MS. Eccleſiæ S. Lamberti Leodij, MS. Florarium, iſta habent:* Item Mutinæ S. Geminiani Confeſſoris. *Martyrol. Romanum:* Mutinæ S. Geminiani Epiſcopi, miraculorum gloriâ illuſtris. *Carthuſiani Colon. in addit. ad Vſuard.* Geminiani Mutinenſis Epiſcopi & Confeſſoris, cuius exequiis S. Seuerus Rauennenſis, intra Miſſarum ſolennia raptus in ſpiritu, ſe interfuiſſe dicebat. *Maurolycus:* Item Mutinæ S. Geminiani Epiſcopi, tempore Iouiani Imperatoris. *Referunt eum quoque hoc die Ghinius, Caniſius, Ferrarius in Catal. SS. Italiæ. At Galeſinius præcedenti die, videlicet XXX. Ianuarij:* Mutinæ S. Geminiani Epiſcopi & Confeſſoris; ad cuius ſepulchrum multa Dei munere edita miracula narrantur.

commemoratio victoriæ,

2 *Agitur alia, vt Ferrarius in gener. Catal. SS. auctor eſt, eiuſdem Sancti celebritas XXVI. Ianuarij, etiam plebi palàm Eccleſiaſtico edicto imperata, quæ vulgò* Victoria S. Geminiani *appellatur, in perennem eius beneficij memoriam, quòd vrbs illa diuinitus eſt conſecuta, cùm eiuſdem religioſiſſimi Antiſtitis ſui meritis ab Attilæ furore eſt excidioq; liberata. Aliam eius commemorationem celebrari XVIII. Februarij teſtatur idem Ferrarius his verbis:* Mutinæ commemorario S. Geminiani Epiſcopi, ob miraculum ab eo hac die perpetratum. *Citat in Notis Tabulas Eccleſiæ Mutinenſis, & Vitam typis excuſam, in quâ hoc miraculum ait fuſiſſimè deſcribi: in Catal. SS. Ital. ſcribit hoc eſſe miraculum conſtipatarum circùm eius templum aquarum, de quo infrà num. 17. Idem denique ex eiuſdem Eccleſiæ tabulis XXX. Aprilis* tranſlationem S. Geminiani *refert; de quâ nihil nobis compertum.*

miraculi;

translatio,

Vita.

3 *Scribit Galeſinius in Notis, S. Geminiani* vitam cum ſanctitatis laude actam litteris mandaſſe Theodorum *eius ſucceſſorem,* S. Ambroſij Mediolanenſis diſcipulum; Hilarium item monachum, Mombritium, & Equilinum, breui res illius expoſuiſſe. *Has verò cenſet Baronius in Notis ad Martyrol.* eſſe eiuſmodi, vt emendatione vehementer indigeant: quod nuper, *inquit,* præſtitiſſe videtur Ioannes Vareſanius, qui adiecit nonnulla miracula eiuſdem Sancti virtute patrata. *Vareſanium & Hilarium non vidimus: damus eam vitam quæ à Mombritio eſt edita; ſcripta ab incerto auctore poſt tempora Luitprandi Regis, qui initio octaui ſeculi Chriſtiani Langobardis in Italiâ imperitauit: nam hunc tradit ex Blondo Leander Albertus nocturnâ proditione* Claſſem *oppidum cepiſſe ac diripuiſſe, atque inde eam ſenſim interiiſſe. Poſt illa autem tempora Vitam ſe hanc ſcripſiſſe auctor declarat, cùm nu. 15. ait:* Sed væ tibi Rauenna miſera, vicina deſtructæ Claſſi. *Breuiùs aliquantò* S. Geminiani *geſta perſtrinxit Petrus de Natal. lib. 3. cap. 57. & Ferrarius in Catal. SS. Italiæ.*

Duo videtur fuiſſe Geminiani;

primus tempore S. Ambroſij,

4 *Si vera ſunt quæ eâ vitâ continentur, quibus ſanè haud leuem aſtruit fidem illa ab Eccleſiâ Mutinenſi peragi ſolita eius celebritas; duos omnino cõſtituere* Geminianos *neceſſe eſt, quorũ deinde res geſtæ, vt in aliis ſæpè euenit, ob ſimilitudinem nominis in vnum congeſtæ, ac conflatæ ſint; priorem, qui ſanctorum Antiſtitum Seueri Rauennatis & Ambroſij Mediolanenſis, ac Iouiani Auguſti, æqualis extiterit, & Theodorum ſucceſſorem habuerit; poſteriorem, qui Attilæ temporibus, integro pòſt ſeculo, vixerit. Primus is eſſe videtur, qui* Ambroſij Epiſcopi Mediolanenſis, Baſſiani Laudenſis, & ceterorum Epiſcoporum Mediolani in ſynodo congregatorum, aduersùs Iouinianum, ſectatoreſque hæreticos ad Siricium Papam, epiſtolæ (*quæ ſeptima eſt libri 1. Epiſtolarum S. Ambroſij*) *ita ſubſcripſiſſe per Presbyterum reperitur:* Ex iuſſu Domini Epiſcopi Geminiani, ipſo præſente Aper Preſbyter ſubſcripſi. *Atque huius funeri interfuiſſe* S. Seuerus *Rauennas poteſt, quod & hìc & in ipſius* Seueri *vitâ* I. *Februarij refertur. Quod Hieronymus Rubeus lib. 2. hiſtoriæ Rauenn. ad an. 347.* omnino de illo Geminiano falſum putat, de quo omnes id aſſerunt, quique Attilæ aduentum atque impetum ingenti miraculo eluſit. *Rectè quidem ille de* Geminiano *illo cenſet, non fuiſſe* S. Seueri *qui concilio Sardicenſi interfuit æqualem; licet de ipſius ætate Seueri & epiſcopatus auſpiciis quæ ſcribit, haud probemus, vt ſuo loco dicemus.*

secundus tempore S. Leonis:

5 *Alter Geminianus, qui Attilæ coërcuiſſe furorem memoratur, is eſſe videtur, cuius meminit S. Leo Papa epiſtolâ 100. ad Gennadium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, datâ* XV. Kal. Iulias, Magno & Apollonio Coſſ. *qui erat Chriſti 460. licet non exprimat cuius ille ſedis fuerit Epiſcopus; ita enim ſcribit:* Dilectionis tuæ litteris, & fratrum coëpiſcoporumque noſtrorum Domitiani & Geminiani ſermone cognoui. *Vnde colligere eſt, eos Conſtantinopolim ad Leonem Auguſtum & Gennadium Patriarcham miſſos fuiſſe Legatos in cauſſâ Timothei Æluri, qui occiſo S. Proterio Sedem Alexandrinam per ſummum ſcelus inuaſerat.*

an S. Peregrinum eremitam alter horum ſæpe lierit?

6 *Mentio fit Geminiani Mutinenſis Epiſcopi apud Ferrarium in Catal. SS. Ital. 1. Auguſti in vitâ* S. Peregrini *qui inter Mutinam & Lucam vixiſſe dicitur, atque eo die deceſſiſſe.* Quem cùm Petrus Medicus Mutinenſis in ſomnis admonitus reperiſſet, remque Geminiano Epiſcopo Mutinenſi, & Seuero Epiſcopo Rauennatum narraſſet, illi cum Epiſcopis XXVII. in quibus Alexius Epiſcopus Piſanus, cum ſuis Tuſciæ Epiſcopis *&c. Citat Ferrarius Vitam Mutinæ typis excuſam; atque iſta annotat:* Etſi tempus, quo S. Peregrinus deceſſit, in eius vitâ minimè exprimitur; indicari tamen videtur, vt tempore SS. Seueri Rauennatis & Geminiani Mutinenſis obierit. *Et ſanè in catalogo Epiſcoporum Rauennatum apud Rubeum nullus prater Sanctum illum, de quo antè facta eſt mentio,* Seuerus *reperitur: Mutinenſium Antiſtitum tabulas non vidimus. Verùm neque ad S. Seueri, neque ad S. Geminiani, etiam iunioris, ætatem ille referri Peregrinus poteſt, qui à Saracenis in Ægypto ad fanum Mahumetanum pertractus, coramq; Soldano aduersùs illius ſuperſtitionis myſtas traditur diſputaſſe. Vnde confici poteſt vel ab imperito ſcriptore, vel ab inepto aliquo librario Geminiani & Seueri nomina eſſe illis narrationi inſerta.*

Oppidum S. Geminiani in Etruriâ.

7 *In veneratione apud Langebardorum gentem fuiſſe* S. Geminianum *hinc coniicere fas eſt, quòd oppidum à ſe in Tuſciâ conditum Deſiderius eorum Rex,* S. Geminiani *appellauit, vt auctor eſt Leander, ita ſcribens:* Elſæ *fluminis* dextrâ, ad Sanminiatum versùs, perhoneſtum eſt oppidum D. Geminiani, Senènſium ditionis olim, at nunc Florentinorum, à Deſiderio Longobardorum Rege conditum, vti alabaſtretica tabula Viterbi, Longobardicis inſcripta litteris, docet. Vinum hìc etiam, quod vocant Tribanum, ex Italiæ totius nobiliſſimis, gignitur. Ornauêre locum ortu Ioannes & Vincentius ex Ordine Prædicatorum doctiſſimi viri, quorum prior de rerum ſimilitudine librum ſcripſit, alter ſodalitatis ſuæ procurationem in aulâ Romanâ gerens, vitam D. Antonij, aliaque opera compoſuit. Scriptor elegans fuit, fatoque conceſſit anno poſt Chriſtum natum MDXXVII. Romæ cùm ab Imp. Caroli V. legionibus Vrbs capta direptaque eſt. Illuſtrauit etiam hoc ſuum natale ſolum Dominicus, qui de iure Pontificio non pauca ſcripſit.

VITA

Auctore anonymo, ex Mombritio.

CAPVT I.

S. Geminiani virtutes, episcopatus.

1 POſt glorioſos Apoſtolorum & Martyrum inſuperabiles triumphos præcelſa refulgent Confeſſorum merita: inter quos inclytus Confeſſor Chriſti Geminianus, ſacris intonuit oraculis, & diuinis effloruit miraculis. Is verò Mutinenſis *a* territorij extitit oriundus, ſecundùm ſeculi dignitatem clariſſimis natalibus exortus: à quibus etiam elegantiſſimè nutritus, liberalium què peritiâ litterarum non mediocriter edoctus, templum corporis ſui, adhuc in infantiâ poſitus, Chriſti omnimodis ſubdidit famulatibus, pòſt ab illo ſublimandus Pontificali ſolatio. Nam Clericale adeptus officium, adeò totum ſe Dei ſubegit ſeruitio, vt penè omni relicto patrimonio eligeret abiectus eſſe in Dei domo, magis quàm habitare in peccatorum conſortio.

a Geminianus piè inſtitutus,

ſit Clericus:

2 Eccleſiaſticis ſanè inſtitutionibus imbutus, & Chriſti gratiâ educatus, cùm iam maturioris ætatis iter arriperet, zonâ fidei cinctus, & ſpiritualis parſimoniæ dono ditatus, omnium cordibus gratus, cunctorum mentibus lætiſſimus eius erat *b* affectus: ac per hoc omnes incolas cunctoſque ſuburbanos, caritatis ſibi honore deuinxerat, vt eum paternali amplecterentur amore, eius præſentiâ lætarentur, eius abſentiâ non modicè turbarentur. Certè pater erat pauperum & conſolator orphanorum; nudis veſtimenta præbens, peregrinis hoſpitia largiens, omnibuſque Deo placitis operibus aſſiduè inſeruiens. Quas denique cruces, ſupplicia corporis ſui pro Chriſti amore libens ſuſceperit, non eſt noſtræ facultatis euoluere. His, vt prædiximus, virtutibus illuſtratus, gradatim vſque in diaconatus officium perlatus, menſæ Chriſti participationem recipiens, glorioſiſſimo *c* Antonino, tunc temporis Mutinenſi Epiſcopo, quaſi vnicus patri filius adhærens, tamquàm alteri Xyſto ſpiritualem Euchariſtiam alter ſubminiſtrabat Laurentius. O quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum, in quibus S. Geminianus de virtute in virtutem progreſſus, te Deum Deorum iugiter contemplari promeruit!

b carus omnibus,

in omnes beneficus,

ſit Diaconus,

c

3 Igitur inſtante tempore quo Dominus ſeculi vinculis abſolutum venerabilem iam dictum Antoninum Præſulem cælis hæredem fecit; inito conſilio glorioſum Leuitam Geminianum Præſulem affore decreuit; atteſtans omnibus modis nullum penitùs reperiri adeò dignum, qui eo omiſſo deſtitutæ Eccleſiæ recipere valeret principatum. Illo itaque pro viribus reluctante, & ad huiuſmodi officium ſe per omnia indignum acclamante, humilitatis gratiâ, noctis tenebras captans aufugit, eremique vaſta ſolus aliquantulùm circuit: nequaquàm inibi diutius conuerſaturus. Repertus namque à quodam, compulſus eſt inuitus & gemens vrbem repetere: ad quam regreſſus ciues omnes aduentus ſui gratiâ reddidit lætiores. Cumque eum vnanimiter peterent, vt ſacerdotalia inſignia non abdicaret; ipſumque omnium acclamarent, ſi ſe ſuperſtite quemlibet mercenarium, ouiumque Chriſti deuoratorem ſubintroire permitteret; tandem annuit; non ſacerdotij præſumens petaſum, ſed de re verâ ciuium præcauens damnum, ſi dominio ſubderentur extraneorum.

eligitur Epiſcopus, inuitus,

ideoque latitans:

inuentus tandem conſentit electioni:

4 Cuius conſenſu comperto, ciues ſtatim legationem dirigunt ad Summum Pontificem, poſtulantes Geminianũ ſibi omnino dari Epiſcopum: quorũ petitioni libentiſſimè præbens aſſenſum, epiſtolas ſuo ſignatas annulo dirigit Rauennati Archiepiſcopo; quibus monuit, Geminianum virum Deo dignum, à populo Mutinenſi petitum, eidem Eccleſiæ concedi Epiſcopum. Iſtiuſmodi itaque relatione compertâ, præcellentiſſimus Primas Rauennatium Geminianum populo acclamante dignum tali honore Mutinenſi Eccleſiæ præfecit Epiſcopum, admonens ſollicitiùs gregem ſibi à Deo commiſſum curâ paſtorali diſponere, atque ab inuiſibilium luporum incurſibus ſolerti cuſtodiâ protegere. Omnibus itaque ritè perfectis, ac negotiis Eccleſiaſticis ei iuxta morem commiſſis, ciues Mutinenſes redeunt ſuam in vrbem cum dato Præſule, maximâ lætitiâ exultantes. Quò cum venitur, omnis ciuitas gaudio coronatur: cuncti in vocibus & laudibus prorumpunt: iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus laudant nomen Domini; cuius munere eum, quem diu optauerant, ſtolâ gloriæ indutum recipiunt.

Ex Mombritio.

assentiente Rom. Pontifice,

inaugurat-tur,

magnâ omnium lætitiâ.

5 Cumque ſedens in Pontificali cathedrâ fulgeret conuerſatione Angelicâ, agebat Deo gratias plebs deuota, quòd talem Sacerdotem recepiſſet Mutinenſis Eccleſia, quæ paullò antè fuerat morte ſui Antiſtitis deſtituta. Pernoctans denique in orationibus & aſſiduis vigiliis, ſanctorum locorum oratoria circuibat, malens ſilentio noctis ſecretis deprecationibus incumbere, quàm inſpicientibus cunctis in agendis ſacris populorum ſtipari cateruis. Eccleſiam ſiquidem B. Petri Apoſtolorum Principis, quæ nunc vſque monſtratur, frequentiùs inuiſebat: vbi dum nocte quadam more ſolito pſalmodiæ vaticinium ſingulariter exprimeret, neceſſitate corporis compulſus foras egreditur: quem ſtatim diabolus tentationis ſuæ iaculo appetere nixus eſt. Vir autem DominiSpiritu ſancto edoctus, ſalutaria ei arma oppoſuit, muniens ſe ſigno crucis, ac dicens: Diſcede à ſeruis Chriſti diabole, & ne moliaris infligere tuæ tentamenta veſaniæ. Quo dicto, dæmon territus & confuſus abſceſſit, nihil in eum ſuum reperiens; aſcendenſque in ſublimioribus, dicebat beato viro: Cur me confundis Geminiane? Equidem inueniam, vnde tibi moleſtiam ingeram. Cui reſpondit fretus ope diuinâ: Dominus mecum eſt, non timeo minas tuas: quoniam Dominus noſter dedit ſeruis ſuis poteſtatem calcandi ſupra omnem virtutem inimici: tibi autem cum ſatellitibus tuis catena paratur æterna, atque inextinguibilis flamma.

nocte in templo orat:

dæmonem fugat:

contemnit eius minas.

a *Petrus & Ferrarius*, Mutinæ nobilibus parentibus ortum *ſcribunt.*

b *An potiùs* aſpectus? *iuxta illud Pſal.* 118. 74. Qui timent te videbunt me, & lætabuntur.

c *Petr. & Ferrar.* Antonio.

CAPVT II.

Victus ac fugatus dæmon.

6 PEr idem etiam tempus monarchiam Romani orbis *a* Iouianus regebat Auguſtus. Vt ergo veridica dæmonis monſtraretur aſſertio, quâ ſe promiſerat ſanctum virum aliquo modo moleſtare; non verba, non præſentiam tanti ferens Præſulis, à Mutinenſi fugit territorio, & tranſmarina appetens, tandem ſe contulit in præfati Principis palatium. Erat autem Auguſto vnica filia puella admodùm pulcherrima, patri & matri ſupra modum cariſſima, omnibuſque Proceribus glorioſiſſima: quam dæmon arripiens grauiſſimè vexare cœpit, omnibus eam veſanam & horridam manifeſtans. Ex cuius miſerrimo cruciatu Imperator non modicè contriſtatus, Reginam quoque cum omnibus Optimatibus cunctiſque Palatij Proceribus, ſecum admodùm turbari cernebat. Cumque ab omnibus ardentiſſimo ſtudio, ſi fieri poſſet, aliquod remedium requireretur; dæmon per os puellæ clamare cœpit: Quamcumque artem mihi opponitis, caſſo opere laboratis. Non enim à corpore iſto egrediar, niſi præſente Dei Epiſcopo Geminiano. Iſtiuſmodi vocem crebrò repetendo penè hoc omnibus innoteſcebat. Fit admiratio & terror in populo: quis eſſet Geminianus inquiritur. Vnde factum eſt, vt Imperator compertâ per dæmonem viri Dei famâ, factâ indagatione in

a

Imperatorus filiâ poſſeſſâ à dæmone,

ab eo nominatus Geminianus,

vndique perquiritur:

Ex Mombritio.

ne in omnibus regni ſui partibus mitteret ad perquirendum præfatum Dei famulum. Cumque quorumdam militum caterua mare Hadriacum iſtiuſmodi negotio tranſnauigaſſet, ſollicitè Antiſtitem requirens; haud procul à littore à quibuſdam de ſancti viri virtutibus didicit, & quòd non longè abeſſet agnouit: Mutinenſe, inquiunt, quod vocatur, oppidum eſt; quo incolæ venerantur S. Geminianum. ſi hunc queritis, illic eum reperietis, virum ſanctitate præditum, Angelici vultus hominem, cæleſti ſapientiâ inſignem, virtutibus coruſcantem. Tali notitiâ milites compertâ adeò exhilarantur, ac ſi iam in eius præſentiam apparerent; ſperantes verè alterum nullum tanti meriti fore, quàm Geminianum iſtum, tam deuotè ſibi ab incolis prædicatum.

reperitur iuxta Mutinam:

7 Milites itaque, vt diximus, de ſignificato ſibi Sacerdote gaudentes, cœpto itinere in partes vrbis Mutinæ proficiſcuntur. Cumque ſibi obuiantes de præſentiâ viri Dei percontarentur; audiunt haud longè ab vrbe eum ſecretè orationis gratiâ deliteſcere. Quò è veſtigio dum veniunt, reperiunt diu quæſitum Paſtorem & Epiſcopum: propiuſque accedentes humiliter requirunt, ſi noſſet Dei Epiſcopum Geminianum. At ipſe blando ſermone reſpondit, dicens: Plures ſunt à Deo conſecrati, qui hoc nomine cenſentur & dicuntur Epiſcopi. Ego omnium ſeruorum Dei extremus, Geminianus vocor. Si placet, à quo miſſi eſtis, narrate. Tunc milites gaudio exhilarati, pedibuſque eius prouolui cupientes, diutiſſimè ab eo erecti, dicunt ad alterutrum: Indicemus viro Dei legationis noſtræ officium. Ex Officio dictum eſt: Rogat te Dominus ſacratiſſimus Imperator Auguſtus, vt ad eum quantocyùs venias, ad tranſmarinas partes: quia vnica eius filia grauiſſimè à dæmonio vexatur; profiteturque ſe nullatenùs exire, niſi tuâ præſentiâ imperante. Huiuſcemodi legatione reuelatâ, vir Dei intellexit, ipſum eumdem fore hoſtem virulentum, qui ſui infligere notauerat damnum; totumque ſe Chriſti ſigno muniens militibus ita reſpondit: Ob longi difficultatem itineris aliquantulum, fratres, requieſcite; & poſteà, volente Deo, quocumque Dominus vocat, eamus intrepidi.

rogatur vt Imperatorem adeat:

militibus tantiſper præmiſſis,

8 Sanè nuntij nullatenùs moras agentes, Sanctum Dei cohortantur ad eundum. Sacerdos autem dicit militibus: Quoniam ita neceſſitas incumbit; ite, & præcedite me: & in nomine Domini ego concitè quoque ſubſequar vos. Acceptâ itaque benedictione Paſtoris alacres reuertuntur, ſtatuto in loco Epiſcopum præſtolantes. Veniens denique ad vrbem Mutinam, vt oues ſibi commiſſas ſpiritualis Paſtor exhortaretur, ne eius abſentiâ turbarentur; promittenteque ſe Dei auxilio reuerſurum, omnis tunc populus in fletus proſilit, omnis ætas per plateas eiulando diſcurrit, timentes nutritorem ſuum marinis in fluctibus ſubmergi, aut certè difficultate itineris periclitari. Quibus omnibus beatiſſimus Pater Geminianus affectuoſiſſimè conſolatis, & ſpiritualium exhortationũ pabulo recreatis, omnibus Eccleſiis compoſitis & ſtabilitis; poſt orationem dans omnibus pacem, aſſumptiſque ſecum quibuſdam religioſis Clericis & laicis, cœpit vſque ad mare proficiſci.

valedicit ſuis:

tempeſtatem precibus ſedat.

9 Igitur repertis ſupra mare militibus venerabilem Dei famulum præſtolantibus, Chriſti inuocatâ potentiâ nauem conſcendunt, altoque pelago remigia committunt. Et ecce iam longè à littore in medio mari apparuit vis dæmonum nauim euertere cupientium; validaque tempeſtas turbidum mare procelloſis exagitabat vndis. At Pater ſanctus graui depreſſus ſopore dormiebat. Concurrunt milites, excitantes Præſulem; ſiquidem ferebatur nauigium oratione, non viribus. Sed Præſul inſignis periculi immanitate motus, ſtatim inuocat Chriſtum, increpat pelagus; adeſt diuinitas: fugantur inimici, tranquillitas ſerena ſubſequitur, optati littoris portus iubente Chriſto contingitur.

10 Egreſſo autem de naui Sacerdote, breui inſtitutione peruenitur ad Palatium, in quo Imperatoris filia à dæmonio vexabatur. Quem Imperator honorificè ſuſcipiens, benignè ſalutatum cum vxore & Proceribus, humiliter poſtulantes vt dignaretur furenti filiæ manum imponere. Ingreſſo autem eo Palatij interiorem aditum, vbi efferata decubabat puella, cœpit dæmon clamare, & dicere: Cur nos in remotis terræ partibus Geminiane perſequeris? Sufficiat tibi, quòd de Italiâ nos excluſiſti. Quieſce, vt nos quieti eſſe poſſimus. Itaque ſolo procumbens, inuocatâ Trinitate, puellæ manum tenuit; rigat lacrymis ſolum, inuocat planctibus Chriſtum. Quid multa? Chriſti auxilio dæmonum repulit caterua, & celebri miraculo ſanam & incolumem filiam patri Imperatori reſtituit. Clamor intereà popularis attollitur, luctus in gaudium conuertitur. Imperator cum Auguſtâ de filiâ ereptâ exultant, tota aula lætitiâ coronatur. Sacerdote Dei in oratione cum dæmone reluctante, clamabat denique miſerabili voce: Quia hinc me confuſum expuliſti, veniam iterum ad tuam vrbem Mutinam, quoniam ibi vaſa mea reliqui in quæ iterum ingrediar, vt ſine metu permaneam.

dæmonem fruſtrà querentem & eiulantem è puellâ expellit

alios ægros ſanat:

11 Frequentabant itaque populi ſanctum virum multo concurſu, quos diuerſa incommoda laniabant; qui inuocato auctore cunctis manus imponens diuinæ recreationis vberrimam obtinebat largitatem. Imperator verò accedens ad Præſulem humiliter inquit: Paſtor ſanctiſſime, cæleſtis medice, pro incolumitate vnicæ filiæ nihil dignum valeo compenſare: ſed ſi libet parua, quæ offero, ne deſpicias. Defertur ergo ante Præſulem Euangeliorum textus, nobiliter exornatus; calix quoque cum catenâ aureâ, gemmis multiplicibus adornatus; pallium quoque pergrande & optimum; reliqua etiam munera Eccleſiaſtico cultui apta. Priuilegium etenim contulit Sacerdoti ipſi de regalibus fiſcis, cum omnibus ſibi pertinentiis atque adiacentiis (quorum alter [b] Gauellum, alter nuncupatur Solaria) lato ceſpite fructiferis vineiſque repletis. Multi autem, qui adhuc gentili implicabantur errore, ad eius prædicationem crediderunt Chriſto, reſpuentes vanam idolorum culturam.

ſacris muneribus ornatur ab Imperatore.

b multos Gentiles conuertit

12 Poſt hæc ſanctiſſimus Præſul veniam redeundi petit ab Imperatore. Ille autem de eius abſceſſione contriſtatus, Reginam cum filiâ liberatâ & quibuſdam Proceribus ad eum dirigit, vt ſi fieri poſſit, aliquantulùm moraretur: qui humiliter renuit, aſſerens pro filiis ſibi creditis magnum ſibi diſcrimen fore, ſi ſe abſente aliquam hoſtium paterentur fraudem. Huiuſmodi apologetico Imperator accepto, tandem annuit: nauem communitam omnibus neceſſariis parari præcipiens, eum perceptâ ſalubri benedictione in pace dimittens. Quo nauim ingreſſo, annuente Chriſto, proſperis ventis venit ad littus, ac poſtmodùm intra breue ſpatium Mutinam attingit. Occurrit autem ei fidelium turba populorum, ſuper reddito Paſtore ineffabiliter gratulantium. Ingreſſus autem cum illis præfatam vrbem, verbum Domini omnibus propinabat, fidelibus & infidelibus monita pandens ſalutaria; fana, ſi qua adhuc inueniebantur, deiiciens, & Chriſti nomine eccleſiam conſtruens.

Mutinam redit.

templa idolorum euertit.

a *Hæc non exiguam habent difficultatem. Cùm Iulianus Apoſtata diuinâ vltione ſublatus eſſet è medio VII. Kal. Iulij, anno Chriſti 363. poſtridie Imperator electus eſt Iouianus; qui pace cum Perſis factâ, dum Conſtantinopolim tendit, ad pradium nomine Dadaſtam inter Galatiam & Bithyniam, extinctus eſt XIII. Kal. Martij.* Cumque Nicæam Bithyniæ veniſſet exercitus, Valentinianum ordinauit Imperatorem V. Kal. Martij, *vt habet Hiſtoria miſcella. Et tamen diſertè apud Petrum & Ferrarium* Conſtantinopolim *euocatus Geminianus dicitur. Sed Ferrarius nomen* Iouiani *omiſit. Miſſos ſanè ab hoc milites in Italiam ex Ammiano conſtat ad Reip. ſtatum firmandum, & rediiſſe nonnullos priuſquàm extingueretur. Denique an hac alterius Auguſti, aut viri illuſtris, filia acciderint; an Iouiani ipſius, ſed non Conſtantinopoli, & abſente vxore; an poſt eius mortem, Conſtantinopoli, non liquet.*

b *Fortaſſis à Gabello amne, qui nunc Secia, inter quem & Scultennam iacet Mutina.*

CAPVT

CAPVT III.

Mutina mirabiliter defenſa.

13 INtereà, permittente diuino iudicio, execrabilis a Hunnorum gens, quæ quondam, vt in Annalibus reuoluitur geſtis ab Alexandro Macedone Magno, inter Caucaſos montes fuerat incluſa, erupit à Pannoniâ cum Rege ſuo impiiſſimo Attilâ: & vaſtatâ penè omni Galliâ & Germaniâ, tandem peruenit in Italiam. Cumque omnia, vt ei à Domino pro peccatis populorum erat permiſſum, vaſtaſſet, ſuæque tyrannidi ſubiugaſſet, omneſque vrbes cunctaque euerteret, deſtrueret, & captiuaret; poſt necem multorum, inauditas cædes miſerorum, tandem ad vrbem deuenit Mutinenſium: vbi ciues, vt diximus, venerabãtur Præſulem Geminianum. Cumque ſolitâ perfidiæ ſuæ atrocitate, omnia argumenta ad vrbem perdendam præpararet; beatus Confeſſor Chriſti ſollicitus curâ paſtorali muros obambulans, vt pius Pater filios hortari cœpit, ac de Chriſti defenſione fiducialiter confortare. Impius autem Attila eminùs vt acceſſit, reuerendæ ſenectutis hominem intuens, percunctari cœpit, quis eſſet, quodúe officium gereret. Pater ſanctus, ſeruum Dei ſe eſſe profeſſus eſt. Cui foris Attila reſpondens, Si tu es, inquit, ſeruus Dei; ego ſum Attila flagellum Dei: ſerui autem inobedientes, & ſui Domini iuſſa contemnentes, meritò verberantur & flagellantur. Hoc audito Dei famulus humiliter Regi reſpondit: Omnis poteſtas in manu Dei eſt: & ideò quia te Dei flagellum commemoras, non reſiſto, nec contradico ipſius flagello, cuius me ſeruum eſſe cognoſco. Securus itaque de Chriſti martyrio iterum Regi dixit: Pandantur tibi portæ ciuitatis; ingredere, & quodcumque tibi Dominus in noſtram perniciem permiſerit agere, humiliter parati ſumus recipere; non immemor illius Pſalmographi dicentis: Si exurgat aduersùm me prælium, in hoc ego ſperabo. Miro itaque modo, Dei prouidentiâ, actum eſt; vt portis apertis exercitus cum ſuo Rege per mediam ciuitatem tranſiret, huc illucque ſæuientes, & quaſi cæci palpitantes ſine alicuius læſione, vacui & confuſi vrbe egreſſi ſunt. Hæc illius ſunt opera, qui inimicos Eliſæi Prophetę potenti ſtrauit virtute: ipſos quoque tantâ perculit cæcitate, vt nequaquàm eius parietem domus valerent attingere.

Attila Mutinam obſidenti,

& ſe flagellum Dei ad caſtigãdos malos ſeruos profitenti,

portas aperit;

Pſal. 26. 3.

qui innoxiè per vrbem trãſit cum exercitu.

a *De Hunnis eorumq; origine alibi. ij cũ Rege ſuo Attila Italiam anno 451. inuaſerunt, & aliquot vaſtatis oppidis anno 452. in Pannoniam redierunt.*

CAPVT IV.

Geminiani mors, miracula.

14 PLurimis intereà ſignis miraculorum effulgens iam candidatus & ſenior mirabili virtute pollebat. Quare eius cellulam innumera populorum caterua, aſſiduâ beati viri admonitione recreata, alij animas curare cupientes, alij corpora, omnes enim benedictionem flagitantes, tactum requirunt: cunctique ſingulari antidoto deliburi, ſpirituali collyrio illuſtrati, peſtifera virulenti ſerpentis venena proiiciunt, & ſalutifera Chriſti vexilla ſuſcipiunt. Quadam nocte dum dictus vir beatiſſimus operam daret excubiis, & inter ſacroſancta orationum myſteria Dominum precaretur, vt eius à corpore animam eriperet, & ad ſuæ quietis miſericordiam perduceret; cumque hoc crebrò repetens itidem precaretur, dicente Chriſto audire meruit: Veni ad me, ſerue bone & fidelis; quia hactenùs laboraſti & oneratus fuiſti, & ego te faciam intrare in gaudium Domini tui. Nec poſt multos dies beata illa anima carne ſoluta inter choros Angelicos cæleſtia peruenit ad regna, obtinens cum Sanctis æternæ gloriæ palmam: in cuius tranſitu triſtantur populi, lætantur Archangeli, ciuitas turbatur, cælum exhilaratur.

Multi ad Geminianum concurrunt:

optans mori,

à Chriſto euocatur,

& moritur.

15 In eius ſancti obſequio funeris non ſolummodò Mutinenſium turba, ſed & vicinarum vrbium tota ſimul irruit caterua: atque hymnis & cantibus vſque ad locum ſepulchri, lamentabilis populorum frequentiâ lectica circumſepta defertur. Inter quos etiam viſus eſt Beatiſſimus Seuerus a vndecimus ſanctæ Rauennatis Eccleſiæ Epiſcopus, cuius ſacerdotium ab omnipotente Deo ita prædeſtinatum fuit, vt in illius electione Spiritus ſanctus mitteretur in ſpeciem columbæ, quem omnis populus corporalibus oculis vidit, & ſuper caput eius requieuit; vnde de eo prouerbium vſque hodie dicitur à ſingulis gentibus: Beata terra illa, vbi in electione Pontificis Spiritus ſanctus deſcendit in columbæ ſimilitudinem, & ordinatur ſuper cuius caput requieſcit. Sed væ tibi Rauenna miſera, vicina deſtructæ b Claſſis, quia nunc cum nimiâ altercatione & controuerſiâ Pontifex in te ordinatur. In c Sardicenſi Concilio cum Legatis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ vir ſanctus interfuit hic Seuerus. Beatus iſte nominatus Seuerus, dum Miſſa celebraretur, cùm ipſius Diaconus in pulpitum aſcendiſſet, & B. Pauli Apoſtoli Epiſtolam legeret, vt populorum conuentus ſpiritualibus verbis reficeret; ſubitò vir ſanctus in ecſtaſi factus eſt, veluti ſopore detineretur, nec plenè dormiens aut vigilans. Exiſtimantes enim ſui quòd à ſomno arreptus fuiſſet, cœperunt latera eius pulſare: ille autem quaſi de graui ſomno erigit ſe ſurſum, & triſti animo dixit illis: Quid feciſtis? Quare inquietaſtis me? Quamuis à vobis hîc viderer, in alio loco eram. At illi perſeuerabant interrogantes eum: Dic nobis, vbi fuiſti Pater? Quibus ille ait: Indulgeat vobis omnipotens Deus dilectiſſimi pro eo quòd expergefactum feciſtis me; ..... d & ibidem confratris & Coëpiſcopi viri Geminiani ipſius Antiſtitis Eccleſiæ omnipotenti Domino animam commendaui: & ibidem ſteti quouſque prædictum ſanctum corpus in ſepulchro poneretur. Propter hanc igitur cauſſam, vt veritas probaretur, ciues Rauennates & Claſſenſes equites miſerunt ad ſuperiùs iam dictam vrbem Mutinam, vt ſancti viri eloquia comprobarent: à quibus dum requiſitus fuiſſet dies vel hora, quâ anima ſancta B. Geminiani migraſſet ad Dominum, dixerunt: Nonne Dominus Seuerus Pontifex veſter eius animam commendauit, & tamdiu hîc ſtetit, quamdiu corpus eius in ſepulchro clauderetur? Quo clauſo ab oculis noſtris repentè euanuit. Illi autem reuerſi nuntiauerunt per ordinem ciuibus ſuis, vt eis narratum fuerat. Ex illo iam die cœperunt ſanctitatem eius ampliùs venerari.

Ex Mombritio.

Eius exequiis intereſt S. Seuerus Epiſcopus Rauennas.

a

b

c

in ecſtaſin raptus tẽpore Miſſæ.

d

16 In loco ergo vbi B. Geminianus ſepultus eſt, corpus eius quotidianis virtutibus, fauente Chriſto, veneratur & colitur, atque à fidelibus aſſiduè frequentatur. Siquidem ab eius mauſoleo

Liquor exundat olei:
Sanantur ibi languidi
A quocumque diſcrimine:
Vota præſtantur congrua,
Reorum cadunt vincula,
Effugantur dæmonia,
Declarantur iudicia.
Eius orationibus
Protege nos in omnibus,
Qui es excelſus Dominus,
Æterni Patris filius.

S. Geminiani ſepulchrum miraculis illuſtratur:

Ad cuius ſancti Patris noſtri pretioſiſſimum corpus, innumera, vt diximus, patrantur miraculorum ſigna. Ex quibus aliqua in laudem tanti Præſulis & ad futurorum memoriam, huic opuſculo inſerere dignum duximus. Nam legimus Dominum fidelibus diſcipulis promittentem & dicentem: Qui crediderit in me, opera quæ ego facio & ipſe faciet. Quod non eſt ita intelligendum, vt aliquod ſignum virtutis Sancti ſine eius voluntate patrare valeant; cùm idem Dominus dicat: Sine me nihil poteſtis facere; ſed quæcumque virtutum opera per Sanctos Dei aguntur, in laudem Creatoris aſſignari debent. Quidquid enim in præſenti vitâ pro Chriſto laborauerunt,

Ioan. 14. 12.

Ioan. 15. 5.

Ex Mombritio.

runt, bonorum laborum fructum Deo detulerunt, à quo æternæ beatitudinis commercia ineffabiliter protulerunt. Ceterùm ne prolixa audientes tardet oratio; quæ promisimus, opitulante Christo monstrabimus.

17 Post sancti & sæpè nominati Pastoris Geminiani venerabilem transitum, B. [e] Theodorus Mutinensis Ecclesiæ, Domino volente, Sedem obtinuit. Hic sanctissimi & penè scientiæ singularis Ambrosij Mediolanensis vrbis Episcopi discipulus extitit, à quo etiam totius bonitatis munere ditatus effulsit. Denique in Mutinensi, vt diximus, susceptâ cathedrâ, super sacrosanctum nominandi Patris Geminiani tumulum, fauentibus ciuibus, honorificam à fundamentis constructit basilicam: cuius consecratione ex more celebratâ; omni deuotione ad eius sepulchrum plebs vrbana & rustica, quotidianis miraculis oblectata, ardentissimè confluebat. Intereà reuoluente anni orbitâ die sancti eius funeris anniuersariâ, infinita populorum ad ecclesiam conuenit caterua. Quò dum à Clero nocturni officij concentus euoluitur, languentium grex expertus est sanitatem. Cumque populi in laudibus prosilientes Missarum diurna solemnia ab ore præfati Præsulis præstolarentur; [f] fluuius haud procul defluens adeò excreuit insolitè, vt etiam vsque ad iam dictæ ecclesiæ fenestras porrectus, atq; in ipsis foribus in modum parietis erectus, exeundi omnibus negaret facultatem; miroque modo & penè inaudito in circuitu basilicæ aqua vsque ad superiora protenta sancto corpori ita famulabatur, vt nec aliquantula interiùs gutta decurreret. Tanti miraculi nouitate ciues cum suo Præsule stupefacti, inuocant lugubri voce Dominum, sanctumque eius deposcunt famulum Geminianum. Haud mora: intercessio sancti Confessoris affuit: atque aqua recedens ab ecclesiâ leniter in proprium alueum defluxit, aridumque iter populo præbuit: & quis quantusue esset Geminianus, apparuit facilè. Hoc ille sui famuli precibus contulit, qui Israëliticam turbam in sicco transitu rubrum mare transuexit. Celebratur autem eius venerabilis & memoranda festiuitas pridie Kalendas Februarias, in honorem eius, cui est honor & gloria per infinita seculorum secula.

e templum ibi structum

f aqua vndique circumdans, non ingreditur,

& mox ad suum alueum redit.

a *Hac eadem narrantur in Vitâ S. Seueri* 1. *Februarij, qui non vndecimus, sed duodecimus est Rauenna Antistes apud Rubeum.*

b *Portus hîc fuit, vbi classis Romana ad tutelam Adriatici maris excubabat. hinc loco nomen Classis: oppidum dein factum: solum nunc nomen manet & monasterium cum illustri templo S. Apollinaris: distat Rauennâ versùs Ariminum tribus millibus passuum.*

c *Habitum id est anno* 347. Ruffino & Eusebio Coss. *Mombritius habebat* in Saucensi concilio.

d *Hic aliquid deest.* e Theodolum *vocat Petrus.*

f *Scultenna, qui nunc Panarus dicitur, circiter III. passuum millibus ab vrbe Mutinâ fluit, parsq; eius in illam derivata.*

DE SANCTIS FRATRIBVS
IVLIO PRESBYTERO,
ET IVLIANO DIACONO,
IN DIOECESI NOVARIENSI IN ITALIA.

Initio v. Secv. XXXI. Ianvar.

1 *Nouaria vrbs est Galliæ Cisalpinæ inter Ticinum ac Sessitem fluuios, iam olim Episcopali Sede ornata, vt 22. Ianuarij ad* S. Gaudentij *Episcopi vitam diximus. Diœcesis versùs Alpes longè protenditur, intra eosdem ferè concluſa fluuios, lacumq; Verbanum; in plures partita Vicariatus: in quibus sunt Insula S. Iulij cum Ripariâ, ac Gaudianum: hoc S. Iulianum, illa S. Iulium Patronum venerantur.* Gaudiani collegium est Canonicorum vndecim & Præpositi, in ecclesiâ satis amplâ S. Iuliani, vbi eius corpus sub altari positum est; *vt scribit Carolus Episcopus Nouarienſis lib. 1. de Ecclesiâ Nouarienſi. Sex ei Vicariatui parochiæ subsunt. Lacus S. Iulij haud longè à Gaudiano distans, mille passus aut non multò amplius habet latitudinis, longitudinis nouem versùs Aquilonem. In eo insula est* scopuli similis, circuitu ad quingentos passus, saxo mediâ parte elato: in cuius vertice dicitur S. Iulius primam ædem ædificasse, nunc in turrim carceremque conuersam; vbi etiam sunt ædes Castellani, castri nomine appellatæ. Nunc est satis ampla ecclesia pro situ in inferiore parte: in quâ præter corpus S. Iulij, alia quoque sunt. *Subsunt ei Ecclesiæ parochiæ quindecim ad vtramque lacus ripam, vnde regioni nomen* Riparia; *quamquàm largiori vocabulo omnis Episcopi Nouarienſis ditio quandoque* Riparia *appellatur; & pars lacus superior pagis cingitur ad plebem S. Iulij minimè pertinentibus.*

In diœcesi Nouarienſi, oppido Gaudiano, colitur S. Iulianus;

S. Iulius in Insulâ

2 *Appellatur verò & insula & lacus* S. Iulij *nomine, fuitq; in illâ olim munitio & Ducis, vicinæ regioni imperitantis, sedes. Patet ex Paulo Diacono lib. 4. cap. 3.* His diebus, *inquit*, Agilulfus Rex occidit Mimulfum Ducem de insulâ S. Iulij, eò quòd se superiori tempore Francorum Ducibus tradidisset. *Debellatis à Carolo Magno Langobardis, in Episcopi Nouarienſis ditionem venit, vel fortè rediit. Cui rursus à Berengario II. Rege ademptam, Otto I. restituit, vt ex diplomate patet, quod Carolus Episcopus Nouarienſis ex archiuis Ecclesiæ S. Iulij recitat. Meminit insulæ, à VVillâ Berengarij coniuge occupatæ, Reginonis continuator, qui tamen perperàm illam in lacu maiori constituit, licet ab hoc olim auulsus hic minor lacus videatur, vt disputat Carolus Episcopus. De VVillâ ita scribit ille auctor ad annum 962.* Willa in lacu maiori, in quadam insulâ, quæ dicitur ad S. Iulium, se inclusit..... tunc VVilla inprimis hostiliter aditur, & adempto omni de lacu exitu, quotidianis fundibulariorum & sagittariorum, aliorumque belli instrumentorum impugnationibus fatigatur, & non plenis duobus mensibus obsessa capitur.

ab eo iam olim appellatâ.

3 *Hic ergo, & Nouariæ, ac Mediolani quoque, vt ex Breuiario patet, colitur XXXI Ianuarij* S. Iulius *Confessor. de quo Bellinus de Padua, Molanus in addit. ad Vsuard. MSS. S. Mariæ Vltraiecti, & S. Martini Treuiris, Maurolycus, Felicium:* Eodem die S. Iulij Confessoris. *Martyrol. Roman.* Mediolani S. Iulij Presbyteri & Confessoris, tempore Imperatoris Theodosij. *Galesinius quoque Mediolano eum tribuit; quòd nimirùm Mediolani hoc die officio trium Lectionum colatur. Fatetur tamen Baronius in Notis ad Martyrol. etiam* Nouarienses eumdem sibi Iulium vindicare; qui etiam hoc die de ipso agunt, ac eius socio Iuliano, habentque de his priuatum officium Ecclesiasticum, publicè recitari solitum.

S. Iulij natalis,

4 Iulium & Iulianum fratres, *hodie memorant Carthusiani Colonienses in addit. ad Vsuardum; & fusiùs Canisius:* Item sanctorum fratrum Iulij & Iuliani, qui à Theodosio Imp. facultatem postulauêre, fana idolorum vbique euertendi, & Christo templa struendi. *Testatur Ghinius vtrumque ab Ecclesiâ Nouarienſi veluti Patronum celebrari. At Ferrarius in Catal. SS. Italiæ & generali, S. Iuliani natalem VII. Ianuarij adscribit, licet fateatur propter octauam Epiphaniæ officium transferri. Meminit* S. Iuliani *Maurolycus XXVII. Ianuarij:* Fuit & alter Iulianus, *inquit*, frater B. Iulij, qui tempore Theodosij Imperatoris idola subuertentes, Christo litabant.

& Iuliani.

5 *Vitam horum sanctorum fratrum damus à Ioanne Gamansio nostro descriptam è codice Carthusiæ Colonienſis, cuius titulus:* Antiquitates selectæ de vitis SS. ex MSS. Carthusiæ Gamnicensis in Thuringiâ, operâ F. Iacobi Bilagij Erfordiensis Carthusiani 1627. *qui initio ista præfatur:* Quidam

Vita vnde hîc edita.

Quidam codices MSS. tot oppleti ſunt mendis, vt niſi quis ſecundum vel tertium exemplar habuerit, vix integrum aut perfectum ſenſum quandoque inde haurire queat. Ob hanc cauſſam lacunas & defectus in omnibus complere non potui. Proinde vbi tantùm vnicum habui exemplar, fideliter deſcripſi, prout inueni, ſenſum imperfectum, mutilum, & obſcurum; ne ſcripta venerandæ antiquitatis pro priuato meo arbitrio temerè correxiſſe vel immutaſſe videar. *Deinde initio Februarij:* Monemus hîc obiter lectorem beneuolum, extare quemdam codicem inſignem in bibliothecâ noſtrâ MS. in membranis ac folio regali, continentem ſelectas quaſdam Sanctorum hiſtorias, ſecundùm ordinem Calendarij, ab ipſis Calendis Ianuarij vſque ad XVI. Kalend. Martij incluſiuè, ex quo præcedentia pro magnâ parte, quædam etiam ſubſequentia deſumpſi.

alia apud Mombritium:

6 *Hanc Vitam contulimus cum eâ quæ extat apud Mombritium, quæ videtur ab aliquo Canonico Eccleſiæ S. Iulij ſcripta, cùm, vt ad cap. 4. adnotauimus, quæ S. Iulius donaſſe eccleſiæ à ſe in inſulâ ædificatæ ſacrorum inſtrumenta dicitur, de iis ita ſcribat:* nobis pro ſuâ benedictione reliquit. *Prætulimus tamen MS. (nec enim operæ pretium videbatur ambas dare, cùm ferè phraſi ſolùm diſcreparent) quòd & altera iam extat, & quæ de Sanctis hiſce in Nouariâ ſuâ narrat Carolus Epiſcopus Nouarienſis, cum hac noſtrâ Vitâ omnino conſentiant, non æquè cum illâ Mombritianâ; ea verò teſtatur* ex veteribus libris MSS. ipſarum Eccleſiarum (*S. Iulij, & Gaudianenſis*) & Cathedralis, tum aliunde *ſe accepiſſe.*

eorum reliquiæ.

7 *Compendium vitæ huius extat apud Petrum de Natal. lib. 3. cap. 36. qui tamen videtur perperàm S. Iulianum Iulio præferre, cùm hic Sacerdos fuerit, ille Diaconus. Breuem quoque vitam habet Ferrarius in Catal. SS. Italiæ; ſed falli videtur, cùm S. Iulium ſcribit apud Nouariam migraſſe è vitâ, corpus vnà cum fratris in inſulâ lacus Hortani conditum: nam in ipsâ inſulâ mortuus eſt at ſepultus, frater Gaudiani. VII. Ianuarij iterum aſſerit corpus S. Iuliani* hoc tempore in inſulâ prædictâ, quę S. Iulij nominatur, quieſcere. *At Caroli Nouarienſis, cuius verba ſuperiùs citata, certior fides. Extat in Breuiario Mediolanenſi Lectio, vitam S. Iulij breuiter complexa, cui congruit elogium quod Galeſinius contexuit, quodq; Conſtantinus Ghinius.*

Inuocatur S. Iulius contra lupos.

8 *Quæ ſit accolarum aduersùs ſanctos hos fratres, ac Iulium præſertim, religio, qui ad eos concurſus, operæ pretium eſt ex ipſiuſmet Epiſcopi Nouariẽſis narratione cognoſcere, quæ ita habet:* Ad eccleſiam S. Iulij quotannis multi populi veniunt, ſiue ſuo, ſiue maiorum voto; aut verò piâ tantùm voluntate erga S. Iulium. Ordine proceſſionis in inſulam euadunt, cruce prælatâ, & Parocho Sacerdote comitante; piè atque amanter excipiuntur campanarum ſono: Miſſæ ſacro interſunt: pecuniam, ceram, fruges offerunt, pro ſuâ quiſque certâ obligatione, ſeu voluntate, communi, vel ſingulari dono. Et quia Litanias & pſalmos aduenientes piè canunt, Pſalmi nomine veteri vſu ſolet vnuſquiſque populus appellari. plerique votum huiuſmodi fecerunt, vt à lupis, S. Iulij interceſſione, liberarentur. Solent autem nauibus inſulam circuire piè canentes; aliqui etiam luminibus accenſis. Adhuc pium inſtitutum tenent inferioris diœceſis populi, quod ſciamus, Calpurnianum, Momum, Pombia; primus vltimo ſabbato Septembris, alter ſecundo feſto Pentecoſtes. Rouaſium & Rouaſenda ex Pedemontanâ regione diœceſis Vercellenſis, primo ſabbato Septembris. Item ex eadem regione Colobianum, ſecundo ſabbato Septembris; & Quintum, quarto eiuſdem menſis ſabbato. Ex ſuperiori diœceſi Grignaſium, incertâ die. Eumenia die feſto S. Rochi, cum Bulcâ: Cruſinallum quoque, Coquarna ſuperior, & Luzonium, ac Ciretium eadem die; ſinguli populi ſeparatim. Mergotium ſecundo feſto Pentecoſtes; & eodem die Arnauaſſium. Premoſellum die 16. Auguſti: Voconia ſecundo feſto Pentecoſtes. Populus eccleſiæ plebaniæ S. Vincentij Vergontis, ſextâ die octauæ Reſurrectionis: Beura Dominicâ tertiâ Auguſti; Traguntanum verò primâ. ex Valle Vegetij populus S. Mariæ, incertâ die. Ex ipsâ Ripariâ, Orta in ſolenni Aſcenſionis die; in feſto cuiuſque Sancti, cuius corpus hîc ſeruari diximus: & primâ cuiuſque menſis Dominicâ; præcedentibus confratribus ſuo habitu indutis: & Miſſæ intererant ad altare S. Demetrij, cùm manebat. Armenum in Aſcenſione Domini: Amenum eadem die: Milliacinum quoque, Vaciacum, & Corium cum Suatij: Pitenaſcum cum Crabiâ in vigiliâ Aſcenſionis: Nonium cum Oriâ in feſto S. Bernardini. Craſſona in feſto Aſcenſionis. Areola cum Planetiâ eadem die. Artoum cum Centenariâ in die feſto S. Philiberti. Pella cum Altio in feſto S. Crucis. Podonium cum Barzonio & Petrario eadem die, & Alania item Soriſium, incertâ die. Alij quoque populi, vt puto. Nos etiam inſtituimus, vt die feſto S. Iulij omnes populi ipſius ditionis, qui Parochũ habent, lætâ admodùm celebritate cum Parocho ſuo veniant, & offerant eccleſiæ quod libuerit; vt ex eo quoque pietatis erga beatiſſimum patronum officio, ad ſalutem ac proſperitatem iuuentur: ita enim omnino decere iudicauimus: & quanti ſit incolis omnibus cæleſtis eiuſmodi tutela, videmur clarè non ſemel experti, dum de eis ſolliciti ſupplicationes decerneremus. Priuatim præterea plurimi ad eccleſiam ſacrumque hoc ſepulcrum veniunt, licet non ita frequenter, vt antiquitus, quod dolemus. In his Tranſalpini homines multi, præſertim Sedunenſis diœceſis, quorum mira pietas in beatum virum apparet: ita vt altare cum ſepulchro genuflexi adeant, imò etiam illud pluries circumeant, genibus itidem humi poſitis reptantes. Quin etiam ſunt qui ipſos gradus, quibus ad eccleſiam aſcenditur, eodem modo ſcandant. frequentes etiam adducuntur energumeni, & plerique pio Sacerdotum exorcizantium officio accedente, liberi abeunt.

Vicinorum pagorum, & aliorũ, publici ad eum concurſus;

Ex variis.

& ad S. Iulianum.

9 Eccleſiam S. Iuliani aliqui ex iiſdem populis adeunt eodem modo. Calpurnianum, Momum, Pombia, ac memorati qui ſunt ex diœceſi Vercellenſi. Præterea parochiæ vicinæ Soriſij, Ozati, Bugnati, Boleſani, & Brigæ, in die feſto Aſcenſionis.

VITA AVCTORE ANONYMO,

ex codice MS. Carthuſiæ Colonienſis

deſcripta à Ioanne Gamanſio Soc. IESV.

PRÆFATIO AVCTORIS.

1 DIuinæ Maieſtatis clementia cùm inenarrabiliter vigeat, ſuæ virtutis potentiam quotidiana teſtantur miracula. Suis etiam ſeruis, qui fidei fructu meritiſque probati iuſti inuenti ſunt, eodem nutu contigit pollere miraculis, his qui eum toto virtutis ingenio pioque amore ſectati ſunt, cupientes in mandatis eius; vt eorum ſemen in terrâ potens eſſet, & iuſtitia eorum maneret in ſeculum ſeculi. De cuius famulorum Beatiſſimi Iulij & Iuliani fratrum vitæ labore, quibus fidei zelus ad æthera ſcandere dedit, ſtylo narrante ſcrutemur. B. Iulius mundana mundo relinquens, fultus diuinis & ſpiritualibus armis, omnia mundi decidentia caduca & friuola toto intentionis ingenio ſpreuit, anhelo animo tendens ad æternæ præparatam ſibi patriæ manſionem. In hoc quoque certamine normam rectitudinis reliquit prorſus luctantibus, atque firmiſſimum oſtendit exemplum. Quantas per eum mundus ſe ſuſcepiſſe virtutes lætatur; cùm per tot temporum ſpatia ad laudem ſui nominis, beatitudinis eius acta ad memoriam reuocantur; cùm tot ſuis ſalutiferis monitis, verboque ſanctæ prædicationis gremio ſanctitatis incluſit? A primæuo quippe ætatis ſuæ tempore in a inſulis degens, ſoli Deo placere ſtudẽs, eius caſta eloquia igne examinata ſaluberrimo pectore connexa tenebat. Reddebat enim ſe talem in omnibus virum,

Sancti in exemplum propoſiti mortalibus.

4

AVCTORE ANONYMO, EX MSS. Philip. I. 21. Gal. 6. 14.

virum, vt in actione monſtraret & diceret: Mihi viuere Chriſtus eſt: & mori lucrum; &, Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Factus eſt errantibus via, cæcis viſus, titubantibus firma credulitas; ideoque quod dudum ſeuit in lacrymis, nunc metit in gaudiis. Nobis quidem tantarum ſigna virtutum noſcentibus, non incongruum fore perſpeximus, vt aliqua de eius vitâ & miraculis, ac fratris eius, ſcriptis ediſſeramus, quia opera Dei reuelare honorificum eſt: vnde neminem oportet ambigere, per eos tot extitiſſe miracula, cùm potiora atque maiora omnipotens Deus per Sanctos ſuos potens ſit operari, eò quòd nihil ſit impoſſibile apud Deum.

a *Auctor vita qua extat apud Mombritium videtur* in infulis *legiſſe; ita enim ſcribit*: inter mundanas degens infulas. *inſulares fuiſſe mox patebit cap.* 1.

CAPVT I.

SS. Iulij & Iuliani prædicatio. fanorum euerſio.

a *b* *Iulius & Iulianus litteris eruditi,*

2 IGitur S. Iulius cum fratre ſuo Iuliano *a* Myrmidoniâ orti *b* dicuntur. A cunabulis namque baptiſmatis vndâ perfuſi, gratiæ Spiritus ſancti oleo ſunt firmati. Deinde verò gradatim potiora petentes, liberalibus eruditi diſciplinis, ac ſacris imbuti dogmatibus, ſeſe cum ſummâ ſolertiâ ad ſacerdotium Chriſto Domino præparabant. Sed diuinâ opitulante diſpenſatione, B. Iulio preſbyterij, B. Iuliano diaconatus eſt honor exhibitus. Hæc duo candelabra proculdubio lumen geſtantia, & cunctos illuminantia qui in domo morantur. Sunt etiam hi montes, ſuper quos ciuitas poſita non latet, ad quos oportet oculos meditatione leuare, vt nobis auxilium veniat à Domino qui fecit cælum & terram. Hi miſſi ſunt indiſſolubili vinculo caritatis annexi, vt varias populorum clades lethales peſtiferaſque infirmitates auferrent.

ſacrisq; initiati,

3 Eodem tempore hæreticorum zizania inter triticeam orthodoxæ fidei meſſem ſuccreuerant. Sed B. Iulius vnà cum Iuliano diuinâ diſpenſatione ſalum nauigare diſponit: nauigantibus autem eis lacertoſo certamine, atque pellentibus flatibus *c* Iſtrum cælitus nauigarunt. Deinde verò ignota carpentes itinera, Domino duce ad glorioſum Imperatorem Theodoſium vſque

c

à Theodoſio Imp. facultatem petunt

perueniunt: quos intuens glorioſus Imperator, nimirùm eſſe Chriſtianos ratus eſt, eoſque perſecutionis cauſsâ peregrè exulantes deueniſſe putauit, eoſque allocutus eſt dicens: Scio quòd ſerui Dei omnipotentis eſtis, & perſecutionem exiſtimo vos fugere; ſed ſi cordi eſt, cauſſam neceſſitatis indicare, adminiculi gratiâ exhibendi promptus animus auxilium miniſtrat; exiſtimans eos auri atque argenti, & eiuſmodi poſtulare auxilium. Ad quem ſancti viri Iulius & Iulianus dixerunt: Sacrarum Veſtræ Clementiæ litterarum auxilio indigemus, atque de his nobis ad Vos eſt poſtulatio, vt earum auctoritate liceat nobis omnia tui regni *d* profana diuellere ſimulachra, & lucos ſuccidere, & aras eorumque delubra igni exurenda committere; vt eis exterminatis atque diuulſis, Chriſto Domino ſacras domus erigamus, & altaria dedicemus, in quibus populos rore doctrinæ rigatos, vndâ ſacri tingamus baptiſmatis, vt gratiâ ſancti Spiritus ſpirituales natos Chriſto Domino præparemus, & plebem perfectam, vt tu Imperator ſecundùm tuæ intentionis propoſitum mercedem accipias. Vnuſquiſque enim propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem. Ideoque quia tuum eſt poſſe, quod petimus, iuxta tuæ magnitudinis modum hoc exhibe: & pari collegio laboremus iuxta talentorum quantitatem, quæ Dominus ad multiplicandum fidelibus ſeruis commiſit. In huiuſmodi enim certamine fidei puritas quæritur, & ſancta deſideria requiruntur. Vnde vidua illa quæ purâ deuotione duo minuta in gazophylacium miſit, plus

d *vbique fana idolorum deſtruendi,*

adificandi eccleſias:

Marc. 12.

omnibus miſit. Ad illam enim viduam purâ mentis intentione oportet attendere, ſi dignam cupimus ſuſcipere remunerationem.

4 Hæc & his ſimilia prædicantibus Sanctis, Imperator repletus gaudio ait ad eos: Sacras ſecundùm veſtram ſuggeſtionem litteras do, ita vt omnes Patricij, Magiſtri militum, Tribuni, centuriones, omneſque in poteſtate conſtituti meo iuſſu veſtris obediant dictis, dignâque apparitione, ſecundum, vt veſtra diſpoſitio cenſet, vulgus labores manuum inferant, ac Præpoſiti ſint veſtri fautores, vt veſtri ſtudio ſancta multiplicetur & Catholica creſcat Eccleſia. Et quicumque noſtrũ contemnens imperium declinauerit ab his quæ iuſtè præcipimus, capitali ſubiacebit ſententiæ. Huiuſmodi enim epiſtolam Imperator ſcribi *e* iuſſit, ac beatiſſimis viris exhibuit. Suſceptâ itaque epiſtolâ, venerunt in partibus *f* Romæ, ad locum qui dicitur Aqua Saluia, *g* quinque milliaribus ab Vrbe, ibique aliquamdiu morati ſunt in opere miraculorum atque virtutibus, effugando dæmones, & varios languores infirmitateſque pellentes, priſtinam ſanitatem prout cuique opus erat reſtituebant. Inde verò proficiſcentes in *h* Latium deuenerũt, conſtruendo baſilicas, erigendo atque dedicando altaria, populos ſacri baptiſmatis vndâ tingendo, & Chriſto Domino rudes natos parentes rore doctrinæ eorum corda rigare nequaquàm ceſſabant, quatenùs Deum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum cum Patre & Spiritu ſancto regnantem agnoſcerent, & hunc iudicaturum viuos & mortuos præſtolarentur & eſſe teſtem viuorum & mortuorum non dubitarent. Hæc & his ſimilia prædicantibus Sanctis, non minimæ populorum cohortes credentes in Dominum Ieſum Chriſtum ſunt vndâ baptiſmatis renatæ. Nam in totius mundi orbem longè lateque huc atque illuc pio fauoris ſtudio centum baſilicas dedicauerunt, quas omnes ob ſanctam Eccleſiam vni viro indiſſolubili vinculo Chriſto Domino ſpoponderunt: & quocumque labore domus Domino fundabatur per eos, & Dominus inſignes operabatur virtutes. quæ ſi velim per ſingula percurrere, ſcriptoris apparebit prolixa enarratio. Et ſi mens nequeat ad ea quæ geſta ſunt cuncta recurrere, aliqua tamen diſſerere non incongruum eſſe videbitur, quæ ad amorem corda audientium inflamment, iuxta illud quod dicitur: Narrabo omnia mirabilia tua.

eâ obtentâ

e

f

g

Romam veniunt,

in vicinià

h

& in Latio prædicant, & miracula faciunt.

Pſal. 9. 2.

a *Stephanus*: Μυρμιδονία χώρα τῶν μυρμιδόνων ἔστω γὰρ ἡ Αἴγινα ἐκλήθη. Myrmidonia regio Myrmidonum: ita enim Ægina appellata eſt. *Eſt* Ægina *inſula in Saronico ſinu inter Peloponneſum & Achaiam. hinc fortaſſis à primæuo ætatis ſuæ tempore in inſulis degiſſe dicuntur. Alioquin &* Myrmidones *appellati Theſſali. De his Sanctis ſolùm habet Carolus Epiſcopus*: erant autem Mirmydones. *Breuiarium Mediolan. vniuerſaliùs* homines Græcos *vocat.* *Myrmidonia.*

b *Mombrit.* vt legimus. *Antiquiorem ergo vitam, aut hanc ipſam quam damus, legerat auctor.*

c *Quod hoc iter? Mombritius ſolùm*: pontiuaga freta transmearunt.

d *Alia conſimilis zeli exempla in Actis Sanctorum illius ætatis occurrunt.*

e *Mombr.* Et manu ſuâ ipſe ſcripſit. Ita iubemus.

f *Hinc alia petenda illius auctoritas erat, zeliq; ſui exercendi facultas, à Pontifice Maximo.*

g *Addit Mombrit.* viâ Oſtienſi. *De eo loco egimus* 22. *Ianu. ad vitam S. Anaſtaſij Perſæ, in Prolegomenis, §. 3. num.* 16. *& rurſum pluribus ad vitam S. Gordiani* 10. *Maij, & S. Pauli Apoſtoli* 29. *Iunij.*

h *Mombr.* Deinde longo ductu itineris Italiam attigerunt. *quomodò Italiam attigerunt, qui iam antè viâ Oſtienſi ad Aquas Saluias prædicarant?* Latium *hîc quoque habet Carolus Epiſcopus Nouarienſis; Breuiarium Mediolan.* Liguriam.

CAPVT II.

Varia miracula. ſtructa templa.

5 INterea dum B. Iulius atque Iulianus peruenissent in locum qui dicitur *a* Gaudianum, vt ibi fundarẽt eccleſiam, contigit vt in eorum iuuamine plurima phalanx laborando perſiſteret: ſed interea tranſeundo euenit

a

Eos in ſtruendâ eccleſiâ ne iuuet

nit, vt aliquanti homines cum plauſtro appropinquarent, & iter per eamdem haberent viam, ſed cùm tantorum labores virorum ad conſtruendam eccleſiam cernerent, dixit alter ad alterum: Putáſne detinebimur tantorum coacti petitionibus hominum, vt in adiuuando eos ſubſiſtamus? Sed vt facilè excuſati tranſgredi poſſimus, vnum ex nobis reſupinatum in plauſtro inſtar funeris collocemus, & nos vltimas dicamus habere exuuias: huiuſmodi enim excuſatione citò tranſgrediemur, vt non in tanto teneamur labore. Quinimò non aliter credimus nos excuſari. Tunc vnus illorum iuxta huiuſmodi conſilium iacens in plauſtro ſe mortuum ſimulabat, opertuſque, vt ritus funereus dictat, linteamine, vt nequaquàm detenti, citiùs properarent: reliqui verò agitantes, ſtimulanteſque boues, cœptum conantur iter perficere. Sed dum veniſſent ad locum, in quo Dominicum inſtanter opus fiebat, viri Domini Iulius & Iulianus aiunt ad illos: Filioli, cur non parumper figitis gradum, & ſtatis modicùm, vt in noſtro nos adiuuetis labore? Qui reſpondentes dixerunt: Nequaquàm diu facere valemus moram, quia defunctum in plauſtro ſocium vehimus, cuius exequias explere debemus. Ad quos Beatiſſimus Iulius ait, *b* Cauete, inquit, vt non falſo quòd fingatis ore, contingat in veritate. Qui denuò inquiunt: Nequaquàm Domine, nequaquàm mentimur; & cœptum tentant iter perficere. Cumque ab eodem loco longiuſculè properaſſent, cœperunt eumdem, quem mortuum ſimulare coëgerunt, requirere, eumque ex nomine vocare, addentes: Quid tamdiu diſſimulas, aut quid deliras? Surge, inquiunt, ſurge, nobiſcum pariter properare feſtina. Sed hi qui ſe viros Domini illuſiſſe putabant, quod ſimulando finxerant, contigit in veritate, quod non ſperabant. Et quem viuum credebant, hunc nimirùm defunctum reperiunt. Hoc nimirùm audientibus cunctis, ita venerari eos volebant, vt in vno neque vellent eos fallere verbo.

mortuum ſe fingens,

b verè mortuus repertur.

c 6 Aliud quoque miraculum in loco, qui dicitur *c* Beblas, contigit. Dum labori inſiſterent, *d* vnus virorum incautè manum præuidens ferramento, quod vulgus dextrale appellat, pollicem amputauit, *e* vnde tantus emanans profluxit cruor, *f* vt vir ille deciderit in dementiam. Quod idem eiuſdem plebis ſocij S. Iulio ſtudiuerunt indicare. Sanctus autẽ Iulius ad eum illicò veniens, eumdem inquiſiuit pollicem, dicens: Afferte digitum huc ad me. qui cùm allatus fuiſſet, accipiens eum in locum poſuit, & facto Crucis ſigno, reſtituta eſt, ſicut anteà fuerat, integra manus. Accipienſque vir Dei ferramentum dedit in manus eius, dicens, Labora & confortare in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.

d S. Iulius digitum amputatũ ſigno Crucis reſtituit:

e

f

g non vult in Verbano lacu commorari:

7 Exinde autem progreſſi veniunt ad inſulam modicam, quæ eſt in lacu *g* qui ſubiacet ciuitati quæ nuncupatur Stationa. Dixitque ſanctus vir Iulianus ad Beatiſſimum Iulium: Ecce adeſt inſula parua, in quâ ſi vis faciamus ſtructuras, & baſilicam ædificemus, in quâ nobis conſtruamus ſepulchra, in quibus dormitionis tempore iaceamus. Cui S. Iulius, Sine, inquit, ſine modò; *h* ecce dies veniunt, cùm ſibi lupus & vulpes accipiant ſuem gallumque in prædam. Surgamus, & hinc tranſeamus; (iam enim vir Domini prophetiæ ſpiritu, quid in eadem inſulâ debuerat euenire in futurum, in præſenti cognouerat, & intuens ſpiritalibus oculis contemplabatur;) eamque inſulam ſtatim reliquerunt *i*. Tunc verò deinde veniunt ad locum, qui nuncupatur Gaudianum, ibique cœperunt domum Dei conſueto labore conſtruere, & Domino plebem parare perfectam. Dixitq; ſanctus vir Iulius ad S. Iulianum Diaconum, ſibi germanum: Siſte frater, & labora in ædificando hanc domum, quia hæc nonageſima nona conſtruitur; ego autem ibo inueſtigare, vbinam conſtruatur centeſima.

h

i Iulianus eccleſiam Gaudiani ædificat.

a *An non ὕστερον πρώτερον in hac narratione, cùm mox num.* 7. *dicatur*, Tunc verò deinde veniunt ad locum qui nuncupatur Gaudianum *&c*? *Sed hæc ita expreſſa apud Mombritium:* Tunc reuerſi ſunt ad locum qui dicitur Gaudianum. *Aſt Epiſcopus Nouarien. hoc miraculum narrat contigiſſe, poſtquàm à Verbano lacu receſſerunt.*

b *Mombr.* Et vt quid vobis ita mentimini, filioli? Et illi dixerunt: Non mentimur Domine vir Dei. Tunc S. Iulius dixit eis: Secundùm veritatem dicti veſtri vobis ita contingat. *Petrus de Natal. hæc S. Iuliano tribuit, vti & Ferrarius 7. Ianu.* AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

c *Mombrit.* Grebla. *Carolus Ep.* Brebia, qui vicus eſt, *inquit*, diœceſis Mediolanenſis.

d Lignarius, *inquit Mombritius.*

e *Addit idem:* collectum itaque pollicem ſubterrauerunt.

f *Idem:* vt caderet. *Carolus Ep.* copiaque ſanguinis ſenſibus eſſet deſtitutus. *Ferrarius ſcribit hunc* digitum ad S. Iulium perlatum, factoque ab eo ſigno Crucis, ad eum, cuius erat, relatum, manui vnde exciſus fuerit admotum, ſic hæſiſſe.

g *Hunc eſſe lacum* Verbanum, *qui nunc vulgò* Maior *dicitur; cenſet Carolus Epiſcopus, vrbem verò* Stationam *eſſe* Angeram, *ſiue* Angleriam, *quæ ad lacum lacus ripam, è regione ferè Arona ſita. De* Angleriæ *origine & etymo multa memorat Leander, quadam Carolus: & cenſet hîc* Stationam, *ſeu* Stazonam *aliquando, appellatam à ſtatione militari Romanorum, vel à ſtatione & conuentu iuridico, vel ſtatione nauium.* *Angleria vrbs.*

h *Mombrit.* Adhuc venient dies, quando hîc intus lupus capiet ſibi ſuillam in prædam, & vulpes rapiet ſibi hinc gallum in eſcam.

i *Addit Mombrit.* Hîc iam aliquot lapides ibi in gyro in maceriâ poſuerant.

CAPVT III.

Inſula ſerpentibus purgata. mors S. Juliani.

a Iulius abit ad lacum alium,

8 TVm inde progreſſus venit ad locum qui appellatur *a* Mucorus, duobus procul millibus à loco, quem paullò ſuperiùs diſtantem diximus, proſpicienſque vidit à longè inſulam non adeò magnam, in quâ nullus hominum inhabitans erat; ac diutius morans mente vertebat, quomodò aditus in eam ingrediendi daretur. Sed vir Domini ad conſuetum ſe conuertens conſilium, genibus in terram defixis orationem fudit ad Dominum, dicens: Domine Deus omnipotens Ieſu Chriſte, in tuæ magnitudinis virtute tribue hoc operimento meo mihi hodie ad vſum nauiculæ vti, vt tuâ protectus dexterâ, merear ſuper vndas ſaluari, atque ingredi in inſulam me permittas; vt ad laudem duodecim Apoſtolorum tuorum in eâ poſſim fundare baſilicam, quoniam in hoc littore nuſquam nauem reperio. Tunc vir Domini Iulius exuit ſe veſte, quam *b* cappam nominamus, eamque ſuper aquam extendit, & facto ſigno Crucis ſuper aquam aſcendit; arreptoque *c* baculo, quo ſolebat ſuſtentari, mirum in modum, quaſi in nauis ſoliditate confixus, & vſque ad inſulam, ille qui Petri calcabile plantis præbuit mare, ſuper latices hunc deduxit incolumem.

in eâ, eius inſulam ſupra captam nauigat:

b

c

9 Erat autem eadem inſula ita plena ſerpentibus, vt nec quiſquam appropinquare *d* ad ripæ acceſſum præ nimiâ multitudine ſerpentum poſſet. Saxum quoque in inſulâ ceſpitibus & vepribus circumſeptum ibi inuenit, quod potiùs ſerpentibus quàm hominibus præbebat hoſpitium. Sed vir Domini S. Iulius ſigno ſanctæ Crucis armatus, in eamdem inſulam ſecurus ingreditur, ac petræ appetit ſummitatem. At vbi rurſus in petræ aſcendit cacumen, accipiens rubuſculum, facienſque ex eo ſignum crucis in petræ fiſſuram defixit; aduocatiſque ad ſe ſerpentibus, ita eos allocutus eſt, dicens: Iam adeò longum eſt tempus, quòd iſtum aceruum lapidum poſſediſtis; nunc autem in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti præcipio vobis vt exeatis ex hoc loco, detiſque mihi locum ſeruo Chriſti ad habitandum, & in nomine Domini, ducdecim Apoſtolorum eccleſiam cõſtruendam. Qui audientes huiuſmodi verba, abſq; vllâ dilatione vel morâ, *e* eumdem locum ſecundùm ſancti viri præceptum deſeruerunt, & ad montem qui *f* Camuncinus dicitur progreſſi ſunt. Tunc beatiſſimus vir Iulius cœpit in eâdem inſulâ in duodecim Apoſtolorum honore baſilicam dedicare.

d

e

f

ſerpentibus inde fugatis verbo & ſigno Crucis,

eccleſiam conſtruit:

10 Iulianus verò inſiſtebat labori in eâdem quam pridem in Gaudiano conſtruere cœperant, laborantes ambo pariter in zelo ſancti certaminis. Sed vir Domini Iulianus Diaconus ſuæ expleto opere fabricæ tumulum ſanctiſ-

fratri, cõmune ſepulchrum paranti

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

sanctissimo fratri Iulio præparare curauit. Intereà contigit vt S. *h* Iulius ab insulâ remeans opera fratris visitaret. Itaque S. Iulianus totam fabricam templi cunctamque consummatam ostendit structuram, dicens: Domine frater vides quòd consummata sunt omnia. Sepulchrum tantùm construitur, in quo dormitionis tempore requiescas. Cui vir Domini Iulius, Fac, inquit, fac celeriter, quod cœpisti, quoniam tu in eodem es collocandus. Hoc nimirùm vir Domini per contemplationem prophetiæ spiritus est intuitus, quod fratri differuit, quod postmodùm debuit fieri, iam pridem cognouit. Postquàm autem consummata sunt omnia, quæ in eâdem structurâ fuerant inchoata, S. Iulianus migrauit ad Dominum. Cui vir Domini Iulius meritas exhibens exsequias, posuit eum in eodem monumento. Reuersus autem ad cœptum opus Beatissimus Iulius, illud digno labore ad perfectionem perduxit, ac nobili decorauit honore.

h mortem prædixit:

a *Mombr.* Mugurum. *Carolus locum hunc non expressit.*
b *Mombrit.* coriolum. *Carolus* pallium *vocat.*
c *Consentit Carolus Episc. at Mombrit.* bapterium *scribit.*
d *Mombrit.* vt amplius quàm ad sagittæ iactum, præ multitudine serpentium, nullus cum naui propinquare auderet.
e *Mombr.* inclinato capite discesserunt.
f *Mombr.* Cumicinum. *Episcopus Nouarien.* Confestim sese in lacu mergentes, in montem qui Occidentem versùs lacui imminet, & Camocinus dicitur, emerserunt.
g *Idem Episcopus scribit illam ecclesiam fuisse in summo insulæ saxo à S. Iulio ædificatam.*
h *Mombritius scribit ipsum Iulianum ad Iulium venisse, atque ab eo monitum, vt celeriter sibi ipsi perficeret, quod fratri se fabricari sepulchrum retulerat.*

CAPVT IV.

Obitus S. Iulij, & B. Audentij.

a

b inuisitur à B. Audentio,

11 EOdem tempore vir quidam Senator *a* Audentius nomine, diues & nobilis atque magnificus, eratque constitutus ab Imperatore *b* in populo validam habens potestatem; qui audiens Beatissimi Iulij famam, ait ad sibi domesticos: Ascendamus in nauim, & ingrediamur insulam, scisitantes & inuestigantes, quidnam in eâ vir Domini Iulius fecerit. Qui profectus ascendit in nauim, & ad insulam vbi vir Domini morabatur aduenit, & omnia quæ in eadem vir sanctus gesserat diligenter præuidere curauit. Iam enim omnis domus constructio perfectè fuerat consummata, sepulchrum etiam in eodem templo sibi præparatum habebat. Præfatus verò Audentius cernens omne opus quod à viro Dei fuerat peractum, eidem nihilominùs placuit, templumque ingressus orauit. Virum autem Dei Iulium intereà dulciloquio commemorans allocutus est, dicens: Domine Pater, si est aliquid, quod ex nostro velitis opportunitatis gratiâ suscipere adiutorio, imperare ne pigeat; quia cupio secundùm vires quod iubetis implere. Hæc & his similia humanitatis ab eodem vir beatissimus audiens, cum gratiarum actione eum amplexus est, dicens: Fili, faciamus tibi hîc sepulchrum iuxta me, in quo post obitum requiescas. Cui Audentius, Tu, inquit, Pater hîc habeas sepulchrum, ego iam Mediolani habeo præparatum. Ad quem vir Domini Iulius, Crede, inquit, mihi, quia sic placet mihi, vt iuxta corpus meum, tuum in sepulchro ponatur. Audentius autem licentiam postulans *c* Mediolanum venit. Sanctus itaque Iulius cupiens iam dissolui & esse cum Christo, *d* postmodùm non multo percurso spatio felix migrauit ad Dominum, depositusque in sepulchro quod quidem in ecclesiâ sanctorum Apostolorum sibimet præparauerat, & cum omni veneratione ac merito reclinatus est, pridie Kalend. Februarij.

eui prædicit, iuxta se sepultum iri:

c
d

moritur ipse;

e

12 Post eius verò venerandum excessum, *e* Elias eius extitit successor, quia etiam ipsius presbyterij fungebatur honore. Igitur Audentius, de quo paullò antè mentionem fecimus, non longâ morâ interpositâ Mediolani defunctus est. Nam vt viri Dei voluntas extiterat, hanc eius post obitum Dominus dignatus est adimplere. Cùm eiusdem viri corpus à nullâ permitteretur sepulturâ recipi, videntes domestici recordati sunt verbi, quod viuens in corpore Sanctus dixerat, Volo vt corpus tuum prope meum in sepulchro ponatur, cognouerunt quòd iuxta beati viri corpus oporteret humari. Tollentes itaque eum inde, deduxerunt ad ecclesiam, in quâ beatissimus vir erat sepultus. Elias autem susciens eum cum crucibus & *f* candelabris, Clericorumque psalmodiis, dignasque exequias exhibens, iuxta virum Dei Iulium hunc tradidit sepulturæ. Et hoc ad meritum S. Iulij non immeritò pertinere videtur. Vixit autem B. Audentius in corpore, qui scilicet perpetualiter viuit in Christo, annis triginta duobus, depositusque est *g* VII. Idus Decembris.

qui & iuxta eum sepelitur, à B. Elia.

f

g

13 Sed vt ad commemorationem fratrum nunc redeat stylus, nec illud sileam, quòd contulit sanctissimus Iulius sacra altaris ministeria, in quibus Domino mystica consueuerat dona libare, atque Angelica aliaque huiusmodi dona, per quæ etiam insignia ostendebat miracula, *h* in eadem sanctissimâ Apostolorum basilicâ. Itaque corpus sancti Sacerdotis, quod est in eâdem Apostolorum ecclesiâ, duobus & dimidio ferè millibus distat, vbi crebrò insignia operatur miracula. Nec solùm in eisdem tantummodò locis, verùm etiam vbicumque eorum pignus habetur, aut ab eis oratoria sunt fundata, per hos Dominus insignes operatur virtutes, qui educit Sanctos suos in magnificentiâ, exhibendo cæcis visum, surdis auditum, à dæmonibus obsessis sanitatem pristinam. Et inter ceteras, quas Dominus per Sanctos suos operari solet virtutes, hæc nimirùm omnipotens Deus illis præbuit, ... cui sacra corpora dedicantes consecrauerunt. Et quia dilexerunt in terris vnam matrem sanctam Ecclesiam, meruerunt adipisci vnum Patrem Deum in cælis, de quibus profectò Dominus dicit: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui est in cælis. Quamquàm enim pro Christo roseum cruorem non effuderint, Passionis tamen crucem in semetipsis gestauerunt, crucifigendo se secundùm Apostolum dicentem: Mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Et in compassione proximorum. Vnde idem Apostolus: Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur? & ego non vror? Isthic proculdubio illa felix & desiderabilis vox intonabit: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum &c. Horum auxilio & nos illam vocem ab eo audire digni inueniri mereamur, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuit & regnat.

SS. Iulius & Iulianus clarent miraculis.

h

Matth. 10. 32. Gal. 6. 14. 2. Cor. 11. 29. Matth. 25. 34.

a *Colitur* Audentius 26. *Nouemb.*
b *Mombr.* super multos in circuitu populos ab imperiali ordinatione in potestate constitutus.
c *Mombrit.* abiit in villam suam, cui nomen Peltinasco; deinde ad vrbem Mediolanum perrexit.
d *Addit Mombrit.* patrando crebriùs crebra miracula.
e *Colitur hic quoque mense Aprili.*
f *Mombr.* cerostandis.
g *Mombr. & Carol.* VI. Kal. Decemb.
h *Mombr.* nobis pro suâ benedictione reliquit.

dein B. Audentius,

DE

DE S. MARCELLA

VIDVA ROMANA.

§. I. *S. Marcellæ viduitas, ſanctitas, doctrina.*

AN. CDX. XXXI. IANVAR.

1 NIcum viduitatis, & Romanæ ſanctitatis exemplar *Marcellam appellat S. Hieronymus. ita proœmio in epiſtolam ad Epheſios, Paulæ & Euſtochio inſcripto*; Obſecro, *inquit*, tam vos, quæ inpræſentiarum eſtis, quàm Marcellam vnicum viduitatis exemplar, ne facilè maledicis & inuidis opuſcula mea tradatis, neque detis ſanctum canibus, & margaritas ante porcos. *De Paulâ & Euſtochio infrà. Ambæ diſcipulæ fuiſſe S. Marcellæ dicuntur infrà num. 5. Idem præfatione in Danielem ad Pammachium & Marcellam:* Obſecro, *inquit*, vos, Pammachi φιλομαθέστατε, & Marcella vnicum Romanæ ſanctitatis exemplar, iunctos fide & ſanguine, vt conatus meos veſtris orationibus adiuuetis *&c.*

S. Marcella viduitatis exemplar,

conſobrina S. Pammachij, generi S. Paulæ;

2 *De hac ſanguinis coniunctione idem epiſt. 53. ad Pammachium*: Tranſtuli nuper Iob in linguam noſtram, cuius exemplar à S. Marcellâ conſobrinâ tuâ poteris mutuari. *Colitur* S. Pammachius *30. Auguſti. Gener fuit S. Paulæ, ductâ filiâ eius Paulinâ, vt 26. Ianuarij dicitur in illius vitâ num. 3. licet hæc à S. Hieronymo non* ſocrus *tantùm, ſed &* mater Pammachij *vocetur*; illud enim carnis nomen, hoc ſpiritus eſt, *vt proœmio in Oſee ad Pammachium ſcribit. An S. Paulæ iuncta cognatione fuerit Marcella, non reperimus. ob idem tamen vitæ inſtitutum* ſoror *eius appellatur epiſt. 74. ad Marcellam.* Duas epiſtolas, *inquit*, quas ad ſororem tuam Paulam, eiuſque pignus Euſtochium miſeram, huic ſermunculo annexui. *Quâ ratione eadem* Marcella ſoror *dicitur, aut ipſius* S. Hieronymi, *aut* S. Aſellæ *epiſt. 99.* Saluta Albinam matrem, ſororemque Marcellam. *De Albinâ matre S. Marcellæ ita epiſt. 74. citatâ:* Albinam communem matrem valere cupio, (de corpore loquor, vt ſpiritu valeat non ignorans) eamque per te ſalutari obſecro, & duplici pietatis officio focillari, quòd in vnâ atque eadem Chriſtiana ſimul diligatur & mater.

diſcendi cupidiſſima;

3 *Hanc Albinam diſcendi cupidiſſimam à S. Hieronymo præfat. in epiſtolam ad Galatas laudari, perperàm arbitratus eſt Baronius tom. 4. an. Ch. 382. num. 38. cùm de Marcellâ filiâ agat Hieronymus. Verba ipſa, quæ egregium huius encomium continent, lubet ſubiicere:* Litteræ, *inquit*, mihi de Vrbe allatæ ſunt, nuntiantes & Albinam venerabilem anum præſentiæ Domini redditam, & S. Marcellam matris contubernio deſtitutam, magis nunc veſtrum, ô Paula & Euſtochium, flagitare ſolatium. Et quia hoc interim fieri non poteſt propter grandia maris in medio ſpatia atque terrarum, repentè vulnus impreſſum ſaltem Scripturarum vellem curare medicamine. Scio equidem ardorem eius, ſcio fidem (quam flammam ſemper habebat in pectore) ſuperare ſexum, obliuiſci hominis, & diuinorum voluminum tympano concrepante, rubrum huius ſeculi pelagus transfretare. Certè cùm Romæ eſſem, numquàm tam feſtina me vidit, vt non de Scripturis aliquid interrogaret. Neque verò more Pythagorico, quidquid reſponderam rectum putabat; nec ſine ratione præiudicata apud eam valebat auctoritas: ſed examinabat omnia, & ſagaci mente vniuerſa penſabat, vt me ſentirem non tam diſcipulam habere, quàm iudicem. Itaque quod & illi abſenti pergratum fore, & vobis quæ inpræſentiarum eſtis, vtile exiſtimo, aggrediar opus *&c. Hæc Hieronymus; quem clarum eſt de S. Marcellâ ibi agere, cùm Albina iam eſſet mortua, vt optimè etiam aduertit Roſvveydus ad vitam S. Marcellæ num. 10.*

4 *His conſonant quæ ad Paulam & Euſtochium ſcribit præfatione ad 2. librum Commentariorum in epiſt. ad Epheſios, quem* Romam tranſmiſſurus *erat, quòd* S. Marcella ipſum fieri per epiſtolas flagitaret. Cuius, *inquit*, ego quotieſcumque ſtudiorum, ingenij, laboris recordor, totiens me damno inertiæ, cui in monaſterij ſolitudine conſtitutus & illud præſepe contrà videns, in quo vagientem paruulum feſtini adorauêre paſtores, id facere non poſſum, quod mulier nobilis inter ſtrepentem familiam, & procurationem domus explet operis ſucciſiuis. *Ab hac ſæpius interpellatus Hieronymus, varia eam per litteras è Paleſtinâ miſſas docere conſueuit: Epiſt. 136. inter alia plurima, illi decem explicuit voces, quibus apud Hebræos Dei nomen effertur. Epiſt. 137. eidem exponit dictiones* Alleluia, Amen, Maranatha; *Epiſt. 138.* Diapſalma *Græcam vocem. epiſt. 141. ediſſerit quid Pſalmo 126.* doloris panis, excuſſorum filij *qui. epiſt. 149. tractatum mittit de blaſphemiâ in Spiritum ſanctum. epiſt. 148. alias pertractat queſtiones. Ad eamdem ſcripſit epiſt. 15. de laudibus S. Aſellæ Virginis, quæ VI. Decemb. colitur. epiſt. 24. de exitu S. Leæ viduæ, quam referemus XXII. Martij. epiſt. 23. de ægrotatione S. Blæſillæ viduæ, de quâ egimus XXII. Ianuarij. epiſt. 54. ei errores retegit Montani Phrygis parentis hæreſeos quæ Cataphrygas dicitur. epiſt. 78. fallacias Origeniſtarum diſſoluit. denique epiſt. 102. ea ſuggerit, quibus obtrectatorum ora obſtruat. Miſerat S. Marcella Hieroſolymam xeniola Hieronymo, Paulæ, Euſtochio, & Virginibus iſthic degentibus, ſellas, ſaccos, cereos, calices, & muſcaria quibus muſcæ abiguntur: Hieronymus ei epiſt. 20. omnia ἀλληγορικῶς; ſanctè ac feſtiuè interpretatur.*

multa à S. Hieronymo per litteras edocta;

5 *Eamdem Marcellam Hieronymus epiſt. 140. magiſtram proponit Principiæ Virgini:* Habes ibi, *inquit*, in ſtudio Scripturarum, & in ſanctimoniâ mentis & corporis, Marcellam & Aſellam, quarum altera (*Marcella*) te per prata virentia & varios diuinorum voluminum flores ducat ad eum, qui dicit in Cantico: Ego flos campi & lilium conuallium; altera (*Aſella*) ipſa flos Domini tecum mereatur audire: Vt lilium in medio ſpinarum, ſic proxima mea in medio filiarum. *Dicitur hæc* Principia *ibidem, & hîc infrà num. 15.* S. Hieronymi in Chriſto filia, *quæ ab eius Româ diſceſſu, an. Ch. 386. ad obitum vſque adhæſit S. Marcellæ; & quòd eam affectu ſibi matrem experiretur, eidem ſe filiam ſpiritu exhibuit. Neque ab eâ progenita eſt, vt Baronius tomo 5. an. Ch. 410. num. 30. & 33. videtur inſinuare, & clarè in indice exprimitur. Sanè non debuiſſet num. 13. timere S. Marcella in furore Gothico eius adoleſcentiæ, quæ iam ſeptuaginta annos, iuxta ipſius Baronij calculum, nata fuiſſet, cùm velit an. Ch. 340. Marcellam à S. Athanaſio inſtitutionem monaſticam edoctam, eam cœpiſſe iam viduam profiteri, vt ibidem tom. 3. num. 7. & 8. ſcribit. Certè* S. Antonio adhuc tum viuente, *vt infrà num. 5. dicitur, eius viuendi rationem à S. Athanaſio hauſit imitatag; eſt Marcella.*

Magiſtra B. Principiæ, non mater. Cant. 2. 1.

ibid.

§. II. *Obitus, natalis, Acta.*

6 *MVltis exercita eſt aduerſis Marcella, vti & quotquot volunt piè viuere in Chriſto Ieſu. Extat de iis epiſtola tomo 9. operum S. Hieronymi ad ipſam data* Marcellam vt aduerſa toleret, *elegans quidem ea atque erudita, quæ tamen, Mariano Victorio iudice, ob ſtyli varietatem potiùs Paulini Nolani, quàm Hieronymi videtur. In eâ Marcellam ita alloquitur auctor:* Magnam humilitati noſtræ fiduciam ſcribendi ad venerationem tuam Chriſti caritas dedit, quæ te fecit humilem corde pietatis, & diuitem operibus benedictionis. Talis enim de ſanctis fidei tuæ diuitiis fama proceſſit, vt ad nos quoque in longinquo poſitos penetrauerit, & audita gratia Dei tanquàm oleo lætitiæ impinguauerit oſſa noſtra. Notum enim factum eſt nobis bonum tuum: quoniam illuminauit Deus vultum ſuum ſuper te. Segregauit te ex vtero cognationis & terræ tuæ,

Laudata à S. Paulino,

Ex variis. non regione, ſed ſpiritu bonæ voluntatis, vt de terrenis opibus fidelem ſibi conſtituat in cæleſtibus earum participem, de quibus ſcriptum eſt: Mulieres ſapientes ædificauerunt ſibi domos. Hæc autem audientes de tuâ felicitate cæleſti, effudimus coram Deo corda noſtra, & in voce exultationis epulantis diximus: Dominus mortificat, Dominus viuificat, deducit ad inferos & reducit. Dominus diuites pauperes facit, humiles exaltat: quia calix in manu Domini eſt. Quod etſi ad omne myſterium regni pertinere videtur, attamen & ad tuam ſpecialiter gratiam referri poteſt, quæ magno Domini miſerantis conſilio exaltata es vt humiliareris, & humiliata vt exaltareris. Non enim ignoramus, venerabilis ſoror & benedicta filia, tuam præteritam in hoc ſeculo gloriam. Nam etiam vidimus te, in tempore illo, quo domum tuam regalis affinitas ambiebat, eminentem in his honoribus qui deſtruuntur: quia etſi ipſi quoque à Domino altiſſimo tribuuntur, quia omnis poteſtas à Domino Deo eſt, attamen caduci & fragiles ſunt, qui ſub hoc mũdo agũtur, cuius figura vt vmbra præterit. Vnde impenſiùs admiramur gratiam quæ tibi data eſt, & magnificamus in te Dominum, qui te in laboribus hominum poſuit, & ſalutifero paternæ pietatis verbere viſitauit, vt in paucis vexatam in multis benè diſponeret. *ac poſt multa ita concludit:* Gaude quia facta es, ſicut glorioſa Iudith, inter virtutes pudicitiæ meritis viduitatis incorruptæ potens; ſicut & Anna venerabilis in ieiuniorum caſtimoniâ orationi inſtans nocte ac die.

Prou. 14. 1.

1. Reg. 2. 6.

Pſal. 74. 9.

aduerſis probata,

7 *Cùm in Ezechielem commentarios elucubraret Hieronymus, vno eodemq; nuntio obſeſſam Vrbem ab Alarico Rege, & captam accepit, Sanctoſq; Pammachium ac Marcellam è vitâ migraſſe; ideoq; iſthæc præfatur:* Ad Ezechielem tranſire cupiebam, & extremam, vt dicitur, manum operi imponere prophetali. Et ecce ſubitò mors mihi Pammachij atque Marcellæ, Romanæ vrbis obſidio, multorumque fratrum & ſororum dormitio nuntiata eſt. Atque ita conſternatus obſtupui, vt nihil aliud diebus ac noctibus, niſi de ſalute omnium cogitarem, meque in captiuitate Sanctorum putarem eſſe captiuum; nec poſſem priùs ora reſerare, niſi aliquid certius diſcerem, dum inter ſpem & deſperationem ſollicitus pendeo, aliorumque malis me crucio. Poſtquàm verò clariſſimum terrarum omnium lumen exſtinctum eſt, imò Romani Imperij truncatum caput, & (vt veriùs dicam) in vnâ vrbe totus orbis interiit, obmutui & humiliatus ſum & ſilui de bonis. *&c. Captam Vrbem* Varane Coſ. *an. Ch. 410. ſcribit Marcellinus; &* IX. Kalend. Septemb. *Hiſtoria Miſcella lib. 13. cap. 27. Baronius eo anno num. 32.* Poſt expugnatam Vrbem S. Marcella diem clauſit extremum, cuius memoriam reddunt Eccleſiaſticæ tabulæ anniuerſariâ die, ſed non quâ ipſa obiit, verùm quâ decentiori ſepulturâ donata, tranſlata eſt, pridie Kal. Februarij; cùm Pammachij, qui eodem tempore obiit, dies natalis agatur III. Kalend. Septemb. Qui igitur ſanguine coniuncti erant, & vitæ ſanctæ inſtituto collegæ (ambo enim monaſticam excoluerant diſciplinam) iidem obierunt hoc eodem anno.

mortua ſub finem anni 410.

tranſlata 31. Ianu.

8 *Pridie Kalend. Februar. ita Marcellæ natalem refert Martyrolog. German. editum an. 1573.* Item ſanctæ viduæ Marcellæ, cui S. Hieronymus ſcripſit. *Plura Galeſinius:* Hoc etiam die S. Marcellæ viduæ, quæ contemptis opibus ac nobilitate ſpretâ, poſtque viri obitum, recuſatis alterius nuptiis, paupertatem, humilitatem, caſtitatem, ſacrarum litterarum ſtudium, precum aſſiduitatem, ceteraſque Chriſtianæ pietatis exercitationes ita complexa eſt, vt B. Hieronymi litteris commendata ſit illius vita ſanctiſſimè acta. *Eadem ferè habet Martyrolog. German. auctius ann. 1599. excuſum. Martyrologium Romanum:* Romæ S. Marcellæ viduæ, cuius præclaras laudes B. Hieronymus ſcripſit.

quo die ſacris faſtis adſcripta.

Eius vita.

9 Vitam S. Marcellæ, *ſiue* epitaphium, *ſcripſit* S. Hieronymus ad Principiam Virginem, *epiſtolâ 16. quæ & inter illius opera, & ſeorſim cum reliquis epiſtolis ſæpiùs recuſa, ſcholiis etiam Mariani Victorij Reatini, & annotationibus Henrici Grauij illuſtrata. Quòd prima Romæ non erubuerit inſtitutionem profiteri monaſticam, monaſteriorum Ægypti diſciplinam à S. Athanaſio edocta, hæc eius Vita in fine lib. 1. de Vitis Patrum à Roſvveydo edita, & annotationibus explicata. Ediderunt idem eius encomium, aut plenè, aut certè aliquantò contractiùs, Surius, Haraus, Lippelous, Ribadeneira, Flamma, Razzius, Gazæus, & alij.*

10 *Ipſam quoque Principiam Virginem tomo 1. de feminis ſanctitate illuſtribus hoc die recenſet Siluanus Razzius,* & beatam Virginem Chriſti Principiam *appellat. Antonius quoque Gallonius lib. de Virginibus Romanis eius vitam breuiter deſcribit, ac* glorioſam & beatam Virginem Chriſti *nominat, fatetur autem illius natalem ignorari.*

Principia an Sancta?

VITA

Auctore S. Hieronymo epiſt. 16.

CAPVT I.

S. Marcellæ genus, coniugium, viduitas.

1 SÆpè & multùm flagitas, Virgo Chriſti Principia, vt memoriam ſanctæ feminæ Marcellæ litteris recolam, & bonum, quo diu fruiti ſumus, etiam ceteris noſcendum imitandumque deſcribam. Satis doleo, quòd hortaris ſponte currentem, & me arbitraris indigere precibus, qui ne tibi quidem in eius dilectione concedam; multoque plus accipiam quàm tribuam beneficij, tantarum recordatione virtutum. Nam, vt hucuſque reticerem, & biennium præteritem ſilentio, non fuit diſſimulationis, vt malè exiſtimas, ſed triſtitiæ incredibilis, quæ ita meum oppreſſit animum, vt melius iudicarem tacere in-præſentiarum, quàm nihil dignum illius laudibus dicere. Neque verò Marcellam tuam, imò meam, & vt veriùs loquar, noſtram omniumque Sanctorum, & propriè Romanæ vrbis inclytum decus, inſtitutis rhetorum prædicabo, vt exponam illuſtrem familiam, alti ſanguinis decus, & ſtemmata per Proconſules & Præfectos Prætorio decurrentia. Nihil in illâ laudabo, niſi quod proprium eſt; & eo nobilius, quòd opibus & nobilitate contemptâ, facta eſt paupertate & humilitate nobilior.

S. Marcellæ recordatio ad profectum incitamentum,

genus illuſtre:

2 Orba patris morte, viro quoque poſt nuptias ſeptimo menſe priuata eſt. Cumque eam [a] Cerealis, cuius clarum inter Conſules nomen eſt, propter ætatem & antiquitatem familiæ, & inſignem, quod maximè viris placere conſueuit, decorem corporis, ac morum temperantiam ambitioſiùs peteret, ſuaſque longæuus polliceretur diuitias: & non quaſi in vxorem, ſed quaſi in filiam vellet donationem transfundere; Albinaque mater tam clarum præſidium viduatæ domus vltro appeteret; illa reſpondit: Si vellem nubere, & non æternæ mecuperem pudicitiæ dedicare, vtique maritum quærerem, non hereditatem. Illoque mandante, poſſe & ſenes diu viuere, & iuuenes citò mori, eleganter luſit: Iuuenis quidem poteſt citò mori; ſed ſenex diu viuere non poteſt. Quâ ſententiâ repudiatus, exemplo ceteris fuit, vt eius nuptias deſperarent. Legimus in Euangelio ſecundùm Lucam: Et erat Anna prophetiſſa filia Phanuelis de tribu Aſer: & hæc prouectæ ætatis in diebus plurimis. Vixeratque cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſuâ, & erat vidua annis octogintaquatuor, nec recedebat de templo, ieiuniis & obſecrationibus Domino ſeruiens die ac nocte. Nec mirum, ſi videre meruit Saluatorem, quem tanto labore quærebat. Conferamus [b] ſeptem annos, ſeptem menſibus; ſperare Chriſtum, & tenere; natum confiteri, & in crucifixum credere; paruulum non negare, & virum gaudere regnantem. Non facio vllam inter ſanctas feminas differentiam, quod nonnulli inter ſanctos

[a] *maritum ſeptimo à nuptiis menſe amittit;*

recuſat denuò nubere, etiam illuſtriſſimo viro:

Lucæ 2. 36. *&c.*

[b] *Anna prophetiſſa comparatur.*

sanctos viros & Ecclesiarum Pricipes stultè facere consueuerunt: sed illò tendit assertio, vt quarum vnus est labor, vnum & præmium sit.

à linguis maledicis tuta,

3 Difficile est in maledicâ ciuitate, & in vrbe, in quâ orbis quondam populus fuit, palmaque victorum, si honestis detraherent, & pura ac munda macularent, non aliquam siniſtri rumoris fabulam contrahere. Vnde quasi rem difficillimam, & pænè impossibilem optat Pſal.118.1. Propheta potiùs, quàm præsumit, dicens: Beati immaculati in viâ, qui ambulant in lege Domini. Immaculatos in viâ huius seculi appellat, quos nulla obscœni rumoris aura maculârit, qui opprobrium non acceperint aduersùs proximos suos. De quibus & Saluator in Euangelio: Matth.5. 25. Esto, inquit, beneuolus, siue benè sentiens de aduersario tuo, dum es in viâ cum illo. Quis vnquam de hac muliere, quod displiceret, audiuit vt crederet? Quis credidit, vt non magis seipsum malignitatis & infamiæ condemnaret? Ab hac primùm confusa gentilitas est, dum omnibus patuit, quæ esset viduitas Christiana, quam & conscientiâ & habitu promittebat. Illæ enim

viduas Gentiles confundit

solent purpurisso & cerusâ ora depingere, sericis nitere vestibus, splendere gemmis, aurum portare ceruicibus, & auribus perforatis rubri maris pretiosissima grana

c

suspendere, fragrare *c* musco mure, maritos ita plangere, vt tandem dominatu eorum se caruisse lætentur, quærantque alios, non quibus iuxta Dei sententiam ser-

1.Pet.3.1. uiant, sed quibus imperent. Vnde & pauperes eligunt,
Gen.3.16. vt nomen tantùm virorum habere videantur, qui patienter riuales sustineant; si mussitauerint, illicò proiiciendi. Nostra vidua talibus vsa est vestibus, quibus arceret frigus, non membra nudaret: aurum vsque ad an-

vestitus modestiâ,

grauium feminarũ comitatu.

stuli signaculum repudians, & magis in ventribus egenorum quàm in marsupiis recondens. Nusquam sine matre. Nullum Clericorum aut monachorum (quod amplæ domus interdum exigebat necessitas) vidit absque arbitris. Semper in comitatu suo virgines ac viduas, & ipsas graues feminas habuit; sciens ex lasciuiâ puellarum sæpè de dominarum moribus iudicari, & qualis quæque sit, talium consortio delectari.

CAPVT II.

AVCTORE S. HIER. ONYMO.

Studium sacræ Scripturæ, & pietatis. Vita monastica.

4 DIuinarum Scripturarum ardor erat incredibilis, semperque cantabat: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et illud de perfecto viro: Et in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Meditationem legis non in replicando quæ scripta sunt, vt Iudæorum existimant Pharisæi, sed in opere intelligens, iuxta illud Apostolicum: Siue comeditis, siue bibitis, siue quid agitis; omnia in gloriam Domini facientes. Et Prophetæ verba, dicentis: A mandatis tuis intellexi: vt postquàm mandata cõplesset, tunc se sciret mereri intelligentiam Scripturarum. Quod & alibi legimus, quia cœpit Iesus facere & docere. Erubescit enim quamuis præclara doctrina, quam propria reprehendit conscientia. Frustraque eius lingua prædicat paupertatem, & docet eleemosynas, qui Crœsi diuitiis tumet, vilique opertus pallio, pugnat contra tineas vestium sericarum. Illi erant moderata ieiunia, carnium abstinentia, vini odor magis quàm gustus, propter stomachum & frequentes infirmitates. Rarò procedebat ad publicum, & maximè nobilium matronarum vitabat domos, ne cogeretur videre quod contempserat; Apostolorum & Martyrum basilicas secretis celebrans orationibus, & quæ populorum frequentiam declinarent; matri intantùm obediens, vt interdum faceret, quod nolebat. Nam cùm illa suum diligeret sanguinem, & absque filiis & nepotibus vellet in fratris liberos vniuersa conferre; ista pauperes eligebat, & tamen matri contraire non poterat: monilia, & quidquid supellectilis fuit, diuitibus peritura concedens, magisque volens pecuniam perdere, quàm parentis animum contristare. Pſal 118. 11. Pſal.1 2. *Ardet desiderio sacrarum Scripturarum;* 1.Cor.10. 31. Pſal.118. 104. Actor.1.1. *rarò in publico,* *frequens in Martyrum basilicis.*

5 Nulla eo tempore nobilium feminarum nouerat Romæ propositum monachorum, nec audebat propter rei nouitatem, ignominiosum, vt tunc putabatur, & vile in populis nomen assumere. Hæc *a* ab Alexandrinis priùs Sacerdotibus, Papâque Athanasio, & postea *b* Petro, qui persecutionem Arianæ hæreseos declinantes, *c* quasi ad tutissimum communionis suæ portum Romam confugerant, vitam B. Antonij, adhuc tunc viuentis, monasteriorumque in Thebaide *d* Pachumij, & Virginum ac viduarum didicit disciplinam. Nec erubuit profiteri, quod Christo placere cognouerat. Hanc multos post annos imitata est Sophronia & aliæ, quibus rectissimè illud Ennianum aptari potest: *e* Vtinam ne in nemore Pelio. Huius amicitiis fruita est *f* Paula venerabilis, in huius cubiculo nutrita *g* Eustochium, virginitatis decus; vt facilis æstimatio sit, qualis magistra, vbi tales discipulæ. Rideat forsan infidelis lector, me in mulierecularum laudibus immorari: qui si recordetur sanctas feminas, comites Domini Saluatoris, quæ ministrabant ei de suâ substantiâ, & tres Marias stantes ante crucem, Mariamque propriè Magdalenam, quæ ob sedulitatem & ardorem fidei, *h* Turritæ nomen accepit, & prima ante Apostolos Christum videre meruit resurgentem; se potiùs superbiæ, quàm nos condemnabit ineptiarum: qui virtutes non sexu, sed animo iudicamus, contemptæque nobilitatis ac diuitiarum maiorem gloriam ducimus. Vnde & Iesus Ioannem Euangelistam amabat plurimùm: qui propter generis nobilitatem erat notus Pontifici, & Iudæorum insidias non timebat, in tantum, vt Petrum introduceret in atrium, & staret solus Apostolorum ante crucem, matremque Saluatoris in sua reciperet, vt hereditatem Virginis Domini, virginem matrem filius virgo susciperet.

a *b* *c* *monachatum primùm Romæ amplectitur:* *d* *e* *f* *g* Matt.27. Ioan.19. & 20. Mar.16. *h*

6 Annis igitur plurimis sic suam transegit ætatem, vt antè se vetulam cerneret, quàm adolescentulam fuisse meminisset, laudans illud Platonicum, qui philosophiam medi-

Ceratius procus S. Marcellæ, quis?

a *Hic* Neratius Cerealis *est, qui deinde* Præfectus Vrbi *in honorem* Constantij Imperatoris, *extincto tyranno* Magnentio, *statuam erexit, cuius in basi inscriptum victoriæ monumentum exhibet Baronius to.3. an. Ch.353. nu.9. Hic idem consulatum gessit cum* Ti. Fabio Titiano *(aliis Datiano) an. Ch.358. cuius nomen inscriptum basi statuæ ipsi dicatæ extat etiamnum Romæ in ædibus* Ceuolis *viâ Iuliâ, & refertur à Baronio an. Ch.375. num.7.* NERATIVS CEREALIS V. C. CONS. ORD. THERMARVM RESTITVTOR CENSVIT.

Reperitur & Cerealis *auunculus* Valentiniani II. *apud Ammianum lib.30 cap.31.* Valentinianus puer, *inquit,* defuncti *Valentiniani* filius vocatur in Imperium cooptandus. Hocque concinenti omnium sententiâ confirmato, Cerealis auunculus eius ocyus missus, eumdem puerum lecticâ impositum duxit in castra, sextoque die post parentis obitum Imperator legitimè declaratus, Augustus nuncupatur more solenni. *Hunc* Neratium Cerealem *Consularem esse ac procum S. Marcellæ innuit auctor epistolæ ad Marcellam vt aduersa toleret, superiùs citata:* Vidimus te, *inquit,* in tempore illo, quo domum tuam regalis affinitas ambiebat, eminentem in his honoribus qui destruuntur *&c.*

S. Marcellæ collata cum S. Annâ Phanuelis. Pſal. 48. Pſal. 86.

b *Epist.10. ad Furiam eamdem comparationem instituit:* Sufficit tibi S. Marcella, quæ respondens generi suo, aliquid nobis de Euangelio retulit. Anna septem annis à virginitate vixerat cum marito: ista septem mensibus. Illa Christi exspectabat aduentum: ista tenet, quem illa susceperat. Illa vagientem canebat: ista prædicat triumphantem. Illa loquebatur de eo omnibus qui exspectabant redemptionem Israël: hæc cum redemptis gentibus clamitat: Frater non redimit, redimet homo. Et de alio psalmo: Homo natus est in eâ, & ipse fundauit eam Altissimus.

c *S. Hieronymus lib.2. aduersùs Iouinianum cap.7.* Muscus & peregrini muris pellicula quòd dissolutis & amatoribus conueniat, nemo nisi dissolutus negat.

AVCTORE S. HIERONYMO. *semper memor mortis:* 1. Cor. 15. 31. Lucæ 9. 23. Psal. 43. 22. Eccli. 7. 40. Persius sat. 5.

meditationem mortis esse dixit. Vnde & noster Apostolus: Quotidie, inquit, morior propter vestram salutem. Et Dominus iuxta antiqua exemplaria: Nisi quis tulerit crucem suam quotidie, & secutus fuerit me, non potest meus esse discipulus. Multoque antè per Prophetam Spiritus sanctus: Propter te mortificamur totâ die, æstimati sumus vt oues occisionis. Et post multas ætates illa sententia: Memento semper diem mortis, & nũquàm peccabis. Disertissimique præceptum Satyrici:

Viue memor leti: fugit hora: hoc, quod loquor, inde est.

Sic ergo, vt dicere cœperamus, ætatem duxit, & vixit, vt semper se crederet esse morituram. Sic induta est vestibus, vt meminisset sepulcri, offerens se hostiam rationabilem, viuam, placentem Deo.

i *S. Hieronymum consulit de Scripturis,* 2. Tim. 4. 2.

7 Denique cùm & me *i* Romam cum sanctis Pontificibus Paulino & Epiphanio, Ecclesiastica traxisset necessitas; quorum alter Antiochenam Syriæ, alter Salaminiam Cypri rexit Ecclesiam, & verecundè nobilium feminarum oculos declinarem, ita egit, secundùm Apostolum, importunè, opportunè, vt pudorem meum suâ superaret industriâ. Et quia alicuius tunc nominis esse existimabar super studio Scripturarum, numquàm conuenit, quin de Scripturis aliquid interrogaret: nec vt statim acquiesceret, sed moueret è contrario quæstiones, non vt contenderet, sed vt quærendo disceret earum solutiones, quas opponi posse intelligebat. Quid in illâ virtutum, quid ingenij, quid sanctitatis, quid puritatis inuenerim, vereor dicere, ne fidem credulitatis excedam, & tibi maiorem dolorem incutiam recordanti quanto bono carueris. Hoc solùm dicam, quòd quidquid in nobis longo fuit studio congregatum, & meditatione diu- *eas & alias explicat.* turnâ quasi in naturam versum, hoc illa libauit, didicit, atque possedit: ita vt post profectionem nostram, si de aliquo testimonio Scripturarum esset oborta contentio, ad illam iudicem pergeretur. Et quia valdè prudens erat, & nouerat illud, quod appellant Philosophi τὸ πρέπον, id est, decere quod facias, sic ad interrogata respondebat, vt etiam sua non sua diceret, sed vel mea vel cuiuslibet alterius: vt in eo ipso quod docebat, se discipulam fateretur. Sciebat enim dictum ab Apostolo: Docere autem mulieri non permitto: ne virili sexui, & interdum Sacerdotibus, de obscuris & ambiguis sciscitantibus, facere videretur iniuriam. 1. Tim. 2. 12.

8 In nostrum locum statim audiuimus te illius adhæsisse consortio, & numquàm ab illâ ne transuersum quidem vnguem, vt dicitur, recessisse. Eadem domo, eodem cubiculo vsam, vt omnibus in vrbe clarissimâ notum fieret, & te matrem, & illam filiam reperisse. Suburbanus ager vobis pro monasterio fuit, & rus electum pro solitudine: multoque ita vixistis tempore, vt *Quale sibi statuerit monasterium?* ex imitatione vestri & conuersione multarum, gauderemus Romam factam Ierosolymam. Crebra Virginum monasteria, monachorum innumerabilis multitudo, vt *Plures eam imitantur.* pro frequentiâ seruientium Deo, quod priùs ignominiæ fuerat, esset posteà gloriæ. Interim absentiam nostri mutuis solabamur alloquiis, & quod carne non poteramus, spiritu reddebamus. Semper obuiare epistolis, superare officiis, salutationibus præuenire. Non multùm perdebat absentia, quæ iugibus sibi litteris iungebatur.

a *Hunc locum fusè examinauimus ad Vitam S. Antonij suprà 17. Ianuar. num 33 in Prolegom. & probauimus, hinc à Baronio & Possevino perperàm concludi Vitam S. Antonij adhuc viuentis à S. Athanasio conscriptam, & iam in Vrbem delatam fuisse.* S. Marcellam *de vitâ, id est, illustri genere viuendi, miraculis, ac virtutibus SS. Antonij, & Pachomij, multa ex S. Athanasij, aliorumq; Ægyptiorum Sacerdotum relatione didicisse hinc solùm concluseris.*

b *Erat hic* Petrus *tunc Presbyter, posteà in Episcopatu S. Athanasij successor.*

c *Romam tamquàm ad omnium Ecclesiarum metropolim in controuersiis fidei omnes semper recurrisse, ostendit innumeris exemplis Baronius in Annalibus, quis. Athanasij hic memoratum in Vrbem aduentum refert ad an. Chr. 340. quod ad illius vitam examinabimus 2. Maij.*

d *De S. Pachomio agemus 14. Maij.*

e *Enniano hoc hemistichio in Medeâ, ancillæ verba continentur, dicentis optandum fuisse Medeæ, ne in Colchidem vnquam nauigassent Argonautæ.*

f *Vitam* S. Paulæ *dedimus 26. Ianuar.*

g *Colitur* S. Eustochium *28. Septemb.*

h *Id* Magdalenæ *significat cognomen. Nam* מַגְדָּל Magdal, *siue* מִגְדָּל Migdal, *ab Hebræo* turris *dicitur: vnde* Magdalenæ, *id est,* Turritæ, *nomen deriuatur, quod indicat S. Hieronymus epist. 140. ad Principiam in explanatione psalmi 144.* Magdalena, *inquit, verè πυργίνης, verè turris candoris & Libani, quæ prospicit faciem Damasci, sanguinem videlicet Saluatoris, ad sacci pœnitentiam prouocantem. Hæc Rosweydus, & ferè ex tomo 2. Bauradij.*

i *Autumno anni Chr. 382. vt dictum est 26. Ianuarij ad Vitam S. Paulæ, num. 5. litt. K. & L. vbi & de Paulino ac Epiphanio.*

CAPVT III.

Odium hæreseos.

9 IN hac tranquillitate & Domini seruitute, *a* hæretica in his prouinciis exorta tempestas, cuncta turbauit, & in tantam rabiem concitata est, vt nec sibi, nec vlli bonorum parceret. Et quasi parum esset, hîc vniuersa mouisse, *b* nauem plenam blasphemiarum Romano intulit portui. Inuenitque protinus patella operculum, & Romanæ fidei purissimum fontem, cœno lutosa permiscuêre vestigia. Nec mirum, si in plateis & in foro re- *Origenis errores inferuntur in Vrbem:* rum venalium, *c* fictus ariolus stultorum verberet nates, & obtorto fuste dentes mordentium quatiat; cùm venenata spurcaque doctrina Romæ inuenerit, quos induceret. Tunc *d* librorum περὶ ἀρχῶν infamis interpretatio, tunc discipulus *e* ὀλθι& & verè nominis sui, si in talem magistrum non impegisset. Tunc nostrorum διδασκάλων contradictio, & Pharisæorum turbata est schola. Tunc S. Marcella, quæ diu se cohibuerat, ne per æmulationem quippiam facere videretur, postquàm sensit fidem Apostolico ore laudatam in plerisque violari, ita vt Sacerdotes quoque & nonnullos monachorum, maximeque seculi homines in assensum sui traheret, ac simplicitati illuderet *f* Episcopi, qui de suo ingenio ceteros æstimabat, publicè restitit, malens Deo placere quàm hominibus.

a *b* *c* *d* *e* *auctoribus resistit Marcella:* Rom. 1. *f*

10 Laudat Saluator in Euangelio villicum iniquitatis, quòd contra Dominum quidem fraudulenter, attamen pro se prudenter fecerit. Cernentes hæretici de paruâ scintillâ maxima incendia concitari, & suppositam dudum flammam iam ad culmina peruenisse, nec posse latere quod multos deceperat; petunt & impe- *Discedunt illi ex Vrbe:* trant Ecclesiasticas epistolas, vt communicantes Ecclesiæ, discessisse viderentur. Non multum tempus in medio, succedit in pontificatum vir insignis *g* Anastasius, *g* quem diu Roma habere non meruit, ne orbis caput sub *à S. Anastasio Rom. Pont.* tali Episcopo truncaretur: imò idcircò raptus atque translatus est, ne semel latam sententiam precibus suis flectere conaretur, dicente Domino ad Ieremiam: Ne Ierem. 14. oraueris pro populo isto, neque depreceris in bonum: 11. quia si ieiunauerint, non exaudiam preces eorum. Et si holocausta & victimas obtulerint, non suscipiam eas. In gladio enim & fame & pestilentiâ ego consumam eos. Dicas, Quid hæc ad laudem Marcellæ? Damnationis hæreticorum *h* hæc fuit principium, dum adducit testes, *h* qui priùs ab eis eruditi, & posteà ab hæretico fuerant errore correpti: dum ostendit multitudinem deceptorum, dum impia περὶ ἀρχῶν ingerit volumina, quæ emenda- *absentes damnantur.* ta manu scorpij monstrabantur: dum acciti frequentibus litteris hæretici, vt se defenderent, venire non sunt ausi: tantaque vis conscientiæ fuit, vt *i* absentes damnari, quàm præsentes coargui maluerint. Huius tam gloriosæ victoriæ origo Marcella est: tuque caput horum & caussa bonorum, scis me vera narrare, quem nosti vix de multis pauca dicere, ne legenti fastidium faciat odiosa replicatio, & videar apud maleuolos sub occasione laudis *i*

ne laudis alterius, ſtomachum meum digerere. Pergam ad reliqua.

11 De Occidentis partibus ad Orientem turbo tranſgreſſus, minitabatur plurimis magna naufragia. Tunc impletum eſt: Putas veniens Filius hominis fidem inueniet ſuper terram? Refrigeratâ caritate multorum, pauci, qui amabant fidei veritatem, noſtro lateri iungebantur, quorum publicè petebatur caput, contra quos opes omnes parabantur, ita vt Barnabas quoque duceretur in illam ſimulationem, imò apertum paricidium, quod non viribus, ſed voluntate commiſit. Et ecce vniuerſa tempeſtas, Domino flante, deleta eſt, expletumque vaticinium prophetale: Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur: In illâ die peribunt omnes cogitationes eorum. Et illud euangelicum: Stulte, hac nocte auferetur anima tua à te: quæ autem præparaſti, cuius erunt?

Lucæ 18. 8. *Paleſtina horum ſeditionibus agitata,* Galat. 2. 13. Pſal. 103. 29. *pacem tandem nanciſcitur.* Pſ. 145. 4. Lucæ 12. 20.

a *Hæreſim Origeniſtarum intelligit, quâ Hieroſolymis imbuti Ruffinus & Melania ſenior, eam latè, in Vrbe præſertim, propagare nitebantur, vt ipſe auctor eſt Hieronymus, epiſt.* 101. *ad Pammachium.*

b *Hunc Ruffini Romam appulſum, lib.* 2. *Apolog. ita ironicè perſtringit idem Hieronymus:* O triremem locupletiſſimam, quæ Orientalibus & Ægyptiis mercibus Romanæ vrbis ditare venerat paupertatem! *Appuliſſe eum Romam ſcribit Baron. an. Ch.* 397.

c *Hieron. Apolog.* 1. *aduersùs Ruffinum cap.* 4. Quotidie in plateis fictus ariolus ſtultorum nates verberat, & obtorto ſcipione dentes mordentium quatit. *Alludit ad verba Luciani de morte Peregrini. Conſule Onomaſticon Roſweydi.*

d *Idem in dialogo aduersùs Pelag.* Ruffinus non vni Vrbi, ſed orbi blaſphemias Origenis, & περὶ ἀρχῶν libros, quantum in ſe fuit, intulit, ita vt Euſebij quoque primum librum defenſionis Origenis ſub nomine Pamphili Martyris ederet; & quaſi ille parùm diciſſet, nouum pro eo volumen euomeret. *huius titulus erat:* De adulteratione librorum Origenis. *S. Hieronymus verò Latinè vertit libros Origenis* περὶ ἀρχῶν, *vt oſtenderet errores plurimos, quibus libri illi ſcatent.*

e Macarius *hic eſt, cui Ruffinus præfationẽ in* περὶ ἀρχῶν *inſcripſerat.* ὄλβιος *&* Μακάριος *Græcis Synonyma ſunt, ac* beatum *ſignificant.* Macarius *hic dein puritati Catholicæ doctrinæ redditus, vita etiam ſanctimoniâ clarus fuit: colitur q; in Italiâ, vt* 2. *Ianuarij diximus. Extant memorata hic ſcripta, & fragmenta libri* περὶ ἀρχῶν, *tom.* 9. *operum S. Hieronymi, ſerie* 2.

f Siricij *de quo ita Baronius an* 397. *num.* 31. Sugillat S. Hieronymus Siricij Papæ ſimplicitatem, non dolum. Dum enim non adduci poſſet, vt crederet, in Chriſtianis adeò famâ conſpicuis hæreſis occultari venenum, ex probitate animi ſui neſciens (vt ait) mala exiſtimare de aliis, haud confeſtim ſpiritualis gladio poteſtatis (vt par erat) deforme monſtrum exſtinxit, neque citiſſimè damnauit igni verſionem illam veneno refertam περὶ ἀρχῶν Origenis.

g S. Anaſtaſius *creatus eſt Pontifex ann. Chr.* 398. *pridie Idus Martias, colitur* 27. *Aprilis:* Vir ditiſſimæ paupertatis, & Apoſtolicæ ſollicitudinis, ſtatim noxium percuſſit caput, & ſibilantia hydræ ora compeſcuit. *ita S. Hieronymus epiſt.* 8. *ad Demetriadem de hac hæreſi. Ruffini apologia pro fide ſuâ ad S. Anaſtaſium, & huius ſententia de Ruffino ad Ioannem Epiſcopum Hieroſolymorum extant tom.* 9. *operum S. Hieronymi, ſerie* 2.

h *Baronius an. Chr.* 397. *num.* 27. *ita Marcellam laudat:* Planè accidit, vt ſicut cùm Chriſtus Phariſæorum exagitaretur opprobriis, extollens vocem quædam mulier magnificare eum intrepidè cœpit, ita Romanæ feminæ confeſſione fides Catholica ab Origeniſtarum blaſphemiis vindicaretur illæſa: dum confundens ſapientiam ſapientum, ſilentibus iis, quorum muneris erat exurgere, & ſtare pro muro domus Iſraël, excitauit Dominus ſpiritum feminæ. Etenim exurgens tunc mulier, noua Debora, phalanges euertit Chananæorum.

S. Marcella Origeniſtas exagitat.

i *Hieronymus ep.* 78. *ad Pammachium & Marcellam:* Celebri ſermone vulgatum eſt beatum Papam Anaſtaſium eodem feruore, quia eodem ſpiritu eſt, latitantes in foueis ſuis hæreticos perſecutum: eiuſque litteræ docent, damnatum in Occidente, quod in Oriente damnatum eſt; cui multos imprecamur annos, vt hæreſeos rediuiua plantaria per illius ſtudium longo tempore arefacta moriantur.

CAPVT IV.

Captiuitas, obitus.

12 DVm hæc aguntur in Iebus, terribilis de Occidente rumor affertur, *a* obſideri Romam, & auro ſalutem ciuium redimi, *b* ſpoliatoſque rurſum circumdari, vt poſt ſubſtantiam, vitam quoque perderent. Hæret vox, & ſingultus intercipiunt verba dictantis. Capitur vrbs, quæ totum cepit orbem: imò fame perit, antequàm gladio, & vix pauci qui caperentur, inuenti ſunt. Ad *c* nefandos cibos erupit eſurientium rabies, & ſua inuicem membra laniarunt, dum mater non parcit lactenti infantiæ, & ſuo recipit vtero, quem paullò antè effuderat. Nocte Moab capta eſt, nocte cecidit murus eius. Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum, poſuerunt Ieruſalem in pomorum cuſtodiam. Poſuerunt cadauera Sanctorum tuorum eſcas volatilibus cæli, carnes Sanctorum tuorum beſtiis terræ. Effuderunt ſanguinem eorum ſicut aquam in circuitu Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret.

AVCTORE S. HIERONYMO. *Româ à Gothis captâ, c* Iſaiæ 15. 1. Pſal. 78.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut poſſit lacrymis æquare dolorem?
Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos:
Plurima perque vias ſparguntur inertia paſſim
Corpora, perque domos, & plurima mortis imago.

Æneid. 2.

13 Cùm interim, vt in tantâ confuſione rerum, Marcellæ quoque domum cruentus victor ingreditur. Sit mihi fas audita loqui, imò à ſanctis viris viſa narrare, qui interfuêre præſentes, qui te dicunt in periculo quoque ei fuiſſe ſociatam. Intrepido vultu excepiſſe dicitur introgreſſos: cumque poſceretur aurum, & defoſſas opes vili excuſaret tunicâ, non tamen fecit fidem voluntariæ paupertatis. Cæſam fuſtibus flagelliſque aiunt non ſenſiſſe tormenta, ſed hoc lacrymis, hoc pedibus eorum proſtratam egiſſe, ne te à ſuo conſortio ſepararent, ne ſuſtineret adoleſcentia, quod ſenilis ætas timere non poterat. Chriſtus dura corda molliuit, & inter cruentos gladios inuenit locum pietas: cumque & illam & te ad *d* Apoſtoli Pauli baſilicam barbari deduxiſſent, vt vel ſalutem vobis oſtenderent, vel ſepulcrum, in tantam lætitiam dicitur erupiſſe, vt gratias ageret Deo, quòd te integram ſibi reſeruaſſet, quòd pauperem illam non feciſſet captiuitas, ſed inueniſſet: quòd egeret quotidiano cibo, quòd ſaturata Chriſto, non ſentiret eſuriem, quòd & voce & opere loqueretur: Nuda exiui de vtero matris meæ, nuda & redeam. Sicut Domino viſum eſt ita & factum eſt. Sit nomen Domini benedictum.

Marcella domus diripitur: ipſa caditur fuſtibus & flagellis: d ducitur ad S. Pauli baſilicam cum Principiâ: Iob 1. 21.

14 Poſt aliquot dies ſano, integro, vegetoque corpuſculo obdormiuit in Domino, & te paupertatulæ ſuæ, imò per te pauperes reliquit heredes, claudens oculos in manibus tuis, reddens ſpiritum in tuis oſculis, dum inter lacrymas tuas illa rideret, conſcientiâ vitæ bonæ, & præmiis futurorum.

moritur.

15 Hæc tibi Marcella venerabilis, & tibi Principia filia, vnâ & breui lucubratione dictaui, non eloquij venuſtate, ſed voluntate in vos animi gratiſſimi, & Deo & legentibus placere deſiderans.

Epilogus.

a Alaricus *Gothorum Rex, cùm populatâ Graciâ in Epiro diu moras egiſſet, in Italiam penetrauit: quem vt auerteret* Honorius *Imperator, Gallias & Hiſpanias habitandas ei conceſſit, quòd eas prouincias retinere non poſſet. Quò cùm Alaricus pergeret, Saulus Dux gentilis inconſideratè barbaros aggreſſus, ab illis vincitur. Succeſſu elatus* Alaricus *copias in Italiam reducit: cum* Honorio *Imperatore iterum paciſci cupiens, improuisò repulſus eſt. Extemplò igitur cum Athaulfo vxoris fratre Romam obſedit, obtinuit, diripuit.*

Roma ab Alarico capta.

b Alaricus *Româ expilatâ, Rhegium abiit, vt Siciliam & Africam peteret, ſed morbo ibidem interiit. Subrogatus eſt* Athaulfus, *à quo Roma denuò ſpoliata eſt.*

c *Sozomenus lib.* 9 *cap.* 8. *ait* famem *Romæ, ſed ante obſidionem,* intantùm inualuiſſe, vt & caſtaneis pro frumento vterentur, & nonnullos etiam carnes humanas guſtaſſe ſuſpicarentur. *At Zoſimus lib.* 5. *tradit,* à populo fame tabeſcente conclamatum fuiſſe ad Imperatorem: Pretium pone carni humanæ.

d *Scribit Oroſius lib.* 7. *cap.* 39. *edictum ab Alarico latum:* Vt ſi qui in ſancta loca, præcipueque ad ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli baſilicas, confugiſſent, hos in primis inuiolatos ſecuroſque eſſe ſinerent. *Sozomenus lib.* 9. *cap.* 9. *ait Alaricum* aſylum voluiſſe, ob reuerentiam Apoſtoli, Diui Petri templum illud ampliſſimum, quod ſupra illius tumbam conſtructum eſt, & loci plurimum ambit. *& cap.* 10. *deſcribit eximiam caſtitatem matronæ Romanæ eò abductæ.*

DE S. PATROCLO

EPISCOPO MARTYRE IN GALLIA.

XXXI. IANVAR.

S. Patrocli natalis,

1 ACta S.Patrocli *Martyris Tricaſſini dedimus XXI.Ianuarij. Alium hoc die* S.Patroclum *Martyrem & Epiſcopum Sauſſaius memorat in Martyrol. Gallicano his verbis:* In regali cœnobio S.Dionyſij in Franciâ celebritas S.Patrocli Epiſcopi & Martyris, cuius eadem in baſilicâ pretioſa pignora dignâ honorificentiâ conſeruantur.

2 *Iacobus Doubletius lib.1. Antiquitat. monaſterij S.Dionyſij cap.41. ſcribit in peculiari ſacello huius &* S.Hilarij *corpora aſſeruari, vno clauſa feretro. Quâ verò ratione iſthuc allata ſint ex veteri MS. codice ita narrat:* Corpus S. Saturnini in Eccleſiam B.Dionyſij Areopagitæ delatum, in eius abſentiâ Toloſana prouincia, occulto Dei iudicio,iuſto tamen, adeò graui plagâ percuſſa eſt, vt nec feminæ eorum parere poſſent, nec animalia.Vnde Toloſani neceſſitate compulſi, cœnobium S. Dionyſij humiliter adierunt, ſuppliciter obſecrantes, vt ad mitigandum tantæ plagæ infortunium corpus eis ſui primi Pontificis reſtituere non retardarent, pro eo tum habitâ recompenſatione iuſtiſſimâ. Abbas verò & conuentus moti miſericordiâ, eorum petitionibus aſſenſum præbuerunt. Ipſi autem accepto corpore ſanctiſſimi ſui Pontificis,ad propria cum gaudio remearunt. Quo in ſuâ Sede reſtituto, Deo miſerante ſanata eſt plaga illa, & cœperunt parere mulieres eorum & animalia. Toloſani verò ſuæ promiſſionis non immemores, & vitium ingratitudinis deteſtantes, vice recompenſationis ad præfatum cœnobium tranſtuliſſe dicuntur corpus B. Patrocli Martyris & Epiſcopi, S.Romani de Blauiâ Preſbyteri & monachi, necnon & corpus ſanctiſſimi Hilarij Gaualitanæ vrbis Epiſcopi & Confeſſoris.

corpus Toloſâ Pariſios allatũ.

3 *De* S.Hilario *Gabalitano agemus XXV.Octob.De* S.Romano *XXIV. Nouembris, de* S.Saturnino *XXIX. Nouembris. Huius allatum Pariſios corpus ſcribit idem Doubletius tempore Dagoberti Regis, poſt mortem Chariberti Regis Aquitaniæ; non multò pòſt Toloſam relatum.* Patroclum *verò hunc Gratianopolitanum Epiſcopum fuiſſe ſcribit. Eadem de harum tranſlatione reliquiarum ſcribit Guilielmus Catellius hiſtoriæ Occitan. lib. 3. in Siſebuto Rege. Abeſt hic* Patroclus, *apud Cl. Robertum & Ioannem Chenu,à catalogo Antiſtitum Eccleſiæ Gratianopolitanæ. Suſpicari quis poſſit, hunc* Patroclum *Arelatenſem eſſe,quem XXI.Ianuarij diximus à Ioanne Chenu,Cl.Roberto, Conſtantino Ghinio,* Sanctum *appellari.Videtur quidem ille in eam cathedram per vim intruſus, nefariè pulſo & adhuc viuente legitimo Præſule. Ita enim ſcribit Proſper in Chronico,* Honorio IX. & Theodoſio V. Coſſ. *an. Chriſti 412.* Eodem tempore Heros vir ſanctus,& S.Martini diſcipulus, cùm Arelatenſi oppido Epiſcopus præſideret, à populo eiuſdem ciuitatis,inſons & nulli inſimulationi obnoxius pulſus eſt: inque eius locum Patroclus ordinatus, amicus & familiaris Conſtantij Magiſtri militum, cuius per ipſum gratia quærebatur:quæ res inter Epiſcopos regionis illius magnarum diſcordiarum cauſſa fuit.

an Arelatenſis, male intruſus.

Vbi Epiſcopus fuerit?

4 *Fuit tamen, Heroë paullò pòſt, vt apparet, mortuo, (cuius nuſquam extare in Martyrologiis nomen miramur) legitimus Antiſtes habitus* Patroclus. *Patet id ex epiſtolâ 2. Zoſimi Papæ ad Epiſcopos Africæ, Galliæ, & Hiſpaniæ, datâ* Honorio Aug. XI. & Conſtantio II. Coſſ. *ſiue anno Chriſti 417. vbi iſta:* Quid illud, quòd prætermiſſo fratre noſtro Patroclo Metropolitano Epiſcopo Arelatenſium ciuitatis *&c. Ac multa idem Pontifex ep.3.4.5.6.7.pro eiuſdem Patrocli & Eccleſiæ Arelatenſis prærogatiuâ ſcribit; & diſertè ep. 6. ad ipſummet anno 418. datâ:* Cùm & in præſenti cognoueris, & frequentibus à nobis litteris ipſe ſis monitus, vt auctoritate Metropolitani, quam tibi Apoſtolicæ Sedis pronuntiatione firmauimus *&c.*

poſteà ep. probatus.

5 *Geſſit Epiſcopatum* Patroclus *non omnino ſecundâ famâ. Nam de eo ſcribit alter Proſper in Chronico à Pithœo edito:* Patroclus Arelatenſis Episcopus infami mercatu ſacerdotia venditare auſus. *Pulcram tandem mortem oppetiit Theodoſio XII.& Valentiniano Aug.II.Coſſ.ſiue anno Chriſti 426.vt prior Proſper ſcribit:* Patroclus Arelatenſis Episcopus à Tribuno quodam barbaro multis vulneribus laniatus occiditur: quod facinus ad occultam iuſſionem Felicis Magiſtri militum referebatur; cuius impulſu creditus eſt etiam Titus Diaconus, vir ſanctus, Romæ pecunias pauperibus diſtribuens, interemptus. *Relatus eſt* Titus *in album ſanctorum Martyrum ad XV. Auguſti. At* Patroclum *ſcribit Baronius ſuorum ſcelerum pœnas dediſſe. Verùm neque ita manifeſta ſunt eius ſcelera, vt excuſatione omni careant; & nihil obſtat, quò minùs quis, ſingulari Dei clementiâ, mortem pro ſide aut iuſtitiâ oppetat, & vnà pœnas prioribus flagitiis debitas exoluat. Sed hiccine ſit* Patroclus, *quem Dionyſiani aſcetæ venerantur, incertum eſt.*

& iniuſtè occiſus.

DE S. GAVDO

EPISCOPO EBROICENSI IN GALLIA.

CIRCITER AN. D. XXXI. IANVAR.

S. Gaudi Ebroicenſis Epiſcopi natalis,

1 EBurouices, *ſiue* Ebroici, *Galliæ Celticæ populi fuêre, quorum vrbs vulgò nunc* Ebroica, *&* Ebroicum, *Gallicè* Eureux, *ab antiquiſſimis temporibus Epiſcopatu ornata, vt ex veteri Notitiâ ciuitatum Galliæ patet. Primus in catalogo Antiſtitum illius Sedis memoratur* S. Taurinus, *de quo XI. Auguſti agemus; ſecundus* S. Gaudus, *quem alij* Gandum, *alij* Valdum *appellant. Huius nobis geſta comperta non ſunt. Agitur hoc die eius celebritas, vt Pontificum ſolet, nullâ peculiari ſumptâ ex Actis lectione.*

2 *Nomen adſcriptum eſt variis Martyrologiis. Carthuſiani Colon. in addit. ad Vſuard. & Caniſius iſta habent:* Gandi Eboracenſis Epiſcopi & Confeſſoris. *Galeſinius:* Eboraci in Britanniâ S. Gandi Epiſcopi & Confeſſoris. *ſed mendum illud in Notis corrigit,in quod & Molanus in primâ editione impegerat, vt Eboraco Angliæ vrbi illum tribueret; aſt in poſteriore ita ſcripſit:* Ciuitate Ebroicenſi B.Gandi, eiuſdem vrbis Epiſcopi. Gandum *quoque vocat Ferrarius.*

3 *Pleniùs de eo Andreas Sauſſaius hoc die in Martyrologio Gallicano:* Ebroicis in Normanniâ ſub ſecundâ Lugdunenſi, S. Gaudi Epiſcopi illius ciuitatis & Confeſſoris. Hic poſt diuturnum interpontificium S.Taurino primo Epiſcopo ſuccedens, nouellam hanc Eccleſiam diris perſecutionum turbinibus diſſipatam,diuinâ fretus gratiâ,recolligens inſtaurauit: ſacriſque ædibus conſtructis, ac idolorum fanis dirutis, Clero ordinato, plebeque ſacris religionis diſciplinis egregiè inſtitutâ cæleſtis patriæ amore incenſus,vt diuinis totum ſe daret obſequiis, ſupernarumque rerum contemplationi liberiùs vacaret, ſponte Præſulatum abdicauit. Itaque ſui in locum deſignato Mauruſio Paſtore, cui oule viſcerali amore commendauit, in locum abditum agri Conſtantienſis non procul à mari ſe recepit: vbi mapale extruxit, palæſtrâque initâ religioſæ exercitationis, corpus frugaliſſimo tenuiſſimoque victu, vitæ dumtaxat tuendæ cauſsâ,ſuſtentauit; chameuniis, vigiliisque, & excubiis aſſiduè vexauit;

Elogium ex Sauſſaio,

ſeceſſus,

vexauit; animum verò precando meditandoque ſic excoluit, ornauit, euexit, vt Superis propinquum redderet diuinæ conuerſationis aſſimilatione, & hauſtu perenni gratiarum. Cumque annos nonnullos illic ſanctiſſimè exegiſſet, mentem puriſſimam è corporis vinculis demum, pro votorum plenitudine, expeditam ad Beatorum ſedes & ſocietatem feliciter tranſmiſit: atque in decliui collis ſepultus eſt, vbi poſteà monaſterium in eius venerationem extructum fuit, quod poſteà dirutum per Barbarorum incurſus, loco tamen & tumulo tanti Cælitis diu pòſt perſtitit memorandum.

obitus,

ſepultura,

EX VARIIS.

4 *Hæc Sauſſaius. Interfuit* Mauruſius, *ſiue* Mauruſio, Epiſcopus Eccleſiæ Ebroicinæ *Concilio Aurelianenſi, anno Clodouæi 30. Chriſti 511.* Felice V. C. Conſule. *Vnde de* S. Gaudi *conſtitui ætate poteſt.*

ætas.

DE S. AIDANO, ſiue MÆDOCO,

EPISCOPO FERNENSI IN HIBERNIA.

INITIO SECV. VII. XXXI. IANVAR. *Fernenſis Epiſcopi*

1 SLana *fluuius eſt Hiberniæ, in Auſtrali Lageniæ plagâ, quem Ptolemæi* Modonam, *ſiue* Modonum *eſſe eruditi coniectant, vrbemque* Manapiam, *ſiue* Menapiam, *quæ nunc* Weisford, *aut* Wexford *dicitur, ad illius oſtia, à Belgicæ* Menapiis *conditam. Ad* Slanam, *decem circiter à* VVeisfordiâ *leucis* Ferna *vrbs iacet, ſiue* Fearna, *Anglis* Fernes *dicta, hoc tempore* dignitate Epiſcopali, *vt auctor eſt Cambdenus,* ſolummodò clara, quam Giraldidæ caſtro olim communierunt. *Imò Archiepiſcopalis hic Sedes fuiſſe traditur: nunc Dublinienſi Archiepiſcopo ſubeſt.*

2 *Primus hic Epiſcopus fuit* S. Aidanus, *ſiue* Ædanus, Edanus, Aidus, Edus, Eda; *alio nomine* Maidoc, Maedoc, Moedoc, Modoc, Mædog, Moeg: *quæ nomina (vt nos vir doctiſſimus Ioannes Colganus, ex ordine S. Franciſci ſacræ Theologiæ profeſſor, qui de ſacris patriæ ſuæ Hiberniæ antiquitatibus plura breui editurus eſt, edocuit) idem valet: nam diminutiuorum nominum (quod huc facit) duplex apud veteres Scotos eſt nota,* an & oc. *Si ergo nomini* Aid, *ſiue* Ed, *(quod ferè Gallorum aut Germanorum* Eudo, Vdo, Otto *reſpondet)* an *addideris;* Aidan, *ſiue* Edan *efficies. Si vero* oc, *præfixâ litterâ* M *(quæ ſic propriis nominibus addita,* meum *ſonat, atque amorem reuerentiamque indicat, quod & in Gallicis ac Teutonicis vocabulis propriis, & ſæpius appellatiuis, obſeruare licet) erit* Maidoc, *ſiue* Mædoc, *aut* Medoc. *Similis etymologiæ nomina, in rerum Scoticarum ſcriptoribus* Medanus *ac* Modanus *reperiuntur.*

INITIO SECV. VII. XXXI. IANVAR. *Fernenſis Epiſcopi*

S. Aidani, ſiue Madoui,

natalis,

3 *Colitur* S. Aidanus *Fernenſis (alius à Lindisfarnenſi de quo XXXI. Auguſti agemus) pridie Kalendas Februarij. quo die Catalogus præcipuorum SS. Hiberniæ:* S. Medogus, qui etiam Edanus dicitur. *Martyrologium Colonienſe excuſum anno 1490. Carthuſiani Colonien. in addit. ad Vſuardum, MS. Florarium:* Ipſo die S. Edani Epiſcopi & Confeſſoris. *Ferrarius:* In Scotiâ S. Medothi Epiſcopi & Culdei. *Refertur & in Kalendario Adami Regij, de quo infrà. Dauid Camerarius de eo ita ſcribit:* Hoc eodem die S. Modocus Epiſcopus & Confeſſor, ſanctitate vitæ & miraculis clarus in eâ Scotiæ parte, quæ ab eodem Kilmodok (quaſi locus Modoco ſacer) indigitatur. *Citat deinde Breuiarium Aberdonenſe & Sckonenſia Chronica.*

commemoratio,

4 Eiuſdem S. Medothi, *vt vocat,* memoriam agi ad diem XIV. Martij *ſcribit in Notis Ferrarius; quo tamen die, nec apud ipſum, nec in vllo Martyrologio, illius nomen reperimus. Idem Ferrarius VII. Septembris in Notis:* Item hac die S. Modoci Epiſcopi in Scotiâ, qui vixit circa annum 534.

Vita,

5 *Vitam* S. Aidani, *ſiue* Mædoci, *ex vetuſtis codicibus Kilkennienſibus in eadem Lageniâ deſcriptam, nobiſcum communicauit Hugo VVardæus monaſterij S. Antonij de Paduâ ordinis S. Franciſci Louanij olim Guardianus, ac S. Theologiæ Lector. Hanc contulimus cum vetuſto codice, quem ex collegio Hibernienſi Societatis Ieſu Salmanticâ accepimus. Extat eadem, ſed aliquantò contractior, in Legendâ SS. Angliæ Ioannis Capgrauij. Eamdem ab illuſtri viro Philippo Oſulleuano accepimus. Citat vitam hanc Iacobus VVaræus lib. de Præſulibus Lageniæ, traditque MS. extare in bibliothecâ Iacobi Vſſerij Regij Archiepiſcopi Armachani. Multa continet de Hiberniæ Regibus, quæ illuſtrari clariùs poſſent, ſi deſcripta accuratiùs eſſet profana Hibernorum hiſtoria.*

6 *Vixiſſe* S. Aidanum *conſtat ſexto ſeculo, tum ex aliorum Actis Sanctorum, quorum in hac Vitâ mentio fit, tum quòd auocato ad ſuperna ſpiritu vidiſſe memoretur* S. Columbæ *in cælos triumphalem ingreſſum, qui circiter annum 565. contigit, vt ad eius Vitam IX. Iunij dicemus. Vnde Adami Regij Scoticum Kalendarium corrigas, in quo ad hunc diem iſta habentur:* Modochus Epiſcopus in Scotiâ ſub Cratlinto Rege. *Niſi illi de alio* Modoco *eſt, ſermo; vti & Hectori Boëtio, qui lib. 6. cùm de* Crathlinto *Rege Diocletiani & Maximiani ſuppare egiſſet, ſubdit:* Inter noſtrates eadem fuêre tempeſtate, ſacrâ doctrinâ pollentes, Amphibalus Antiſtes, Modocus priſcus, Calanus, Ferranus, Ambianus, & Carnocus Dei cultores (Culdei priſcâ noſtrâ vulgari linguâ dicti) Chriſti Seruatoris doctrinam, omnes per Scotorum regiones concionando multis piiſque ſudoribus ſeminantes. *Ignotus eſt nobis, & Camerarij faſtis, priſcus ille* Modocus: *ſi noſter hic* Mœdocus *eſt, ad Diocletiani & Conſtantini Magni ætatem non pertinet. Breuiter* S. Mœdoci, *ſiue* Ædani *ætatem, complexus eſt VVareus:* Hic cùm annos, *inquit,* plus minùs 50. Paſtorali munere perfunctus eſſet, 632. Ianuarij 31. (quo die memoria eius celebratur) fundatis multis eccleſiis, & peractis maximis miraculis (ſic auctor prædictus, *vitæ nimirùm*) feliciſſimo obitu, ad Chriſtum migrauit. In eccleſiâ ſuâ ſepultus eſt.

ætas.

7 *Fit* S. Aidani *honorifica mentio in plurium Hibernienſium Sanctorum vitis. In* S. Dauidis *Meneuenſis Epiſcopi vitâ recenſetur inter tres huius fideliſsimos diſcipulos, & tum ea narrantur miracula, quæ infrà cap. 2. tum illud, hic prætermiſſum:* Poſt hæc S. Aydanus ad Hiberniam rediit, conſtructoque ibi monaſterio, in loco qui Ferna-Guarin dicitur, ſanctiſſimam duxit vitam. Cumque ibi in nocte Paſchali orationi deuotiùs intenderet, apparuit ei Angelus Domini dicens: Noſti quòd S. Dauid Patri tuo ſpirituali die craſtino venenum in prandio à quibuſdam Fratribus apponetur? Qui reſpondit: Neſcio. Cui Angelus: Mitte aliquem ex tuis diſcipulis qui ei hoc nuntiare valeat. Et S. Aydanus: Nec nauis, inquit, parata eſt, nec ventus aptus eſt. Cui Angelus: Scutinus diſcipulus tuus ad littus maris accedat, & ego transferam. Qui cùm iuſſa compleret Angelica, & mare vſque ad genua intraret, accepit eum marina bellua, & tranſuexit eum per mare vſque ad locum vbi vir Dei Dauid erat.

Diuino monitu cauet ne S. Dauid venenoperimatur.

8 *In Vitâ quoque* S. Moluæ, *ſiue* Luani, *de quo ita ſcribit S. Bernardus in vitâ S. Malachiæ Epiſcopi:* Ipſum quoque locum Benchor tradidit ei Princeps, vt ædificaret ibi monaſterium, vel potiùs reædificaret. Nempe nobiliſſimum extiterat antè ſub primo Patre Congello, multa millia monachorum generans, multorum monaſteriorum caput. Locus verè ſanctus, fecunduſque Sanctorum, copioſiſſimè fructificans Deo, ita vt vnus ex filiis ſanctæ illius congregationis, nomine Luanus, centum ſolus monaſteriorum fundator extitiſſe feratur. *In illius igitur* Moluæ, *ſiue* Luani, *aut* Lugidij *vitâ, iſta habentur:* Alio autem tempore S. Aidus Abbas-ferna voluit ire trans mare ad Dauid .... vt ipſe fieret amicus animæ ſuæ. Cùm autem Aidus in mari nauigaſſet, ſurrexit contra eum mare & ventus contrarius; & dixit ei Angelus: Noli ire trans mare, ſed ad virum tibi propinquum, ſcilicet Lugidum-Coche, & ipſe amicus tuus fiet. Venit ergo Aidus cum ſeptem viris ſecum ad Lugidum Hir-

S. Moluæ, ſiue Luano,

Ex variis viro ſancto & miraculis claro, ſe ſuaq; vult ſubiicere:

roybeleth. Et occidit eis Lugidius vitulum ſaginatum,& benedicens Lugidius carnem, & facti ſunt octo piſces. Hoc autem ſciens Aidus benedixit piſces illos ; reuerſi ſunt iterum in carnem : ſed Lugidius tertiùm de carne fecit piſces. Tunc Aidus genua flectens coram Lugidio, tenuit eum pro amico ſuo, & dixit Lugidio : Veni mecum, vt locum meum tibi offeram cum populo meo. Perrexit ergo Lugidius ad ciuitatem Ferna;& Aidus obtulit illi locum coram populo ſuo : ſed Brandubus Rex Lagnenſium hoc non permiſit, dicens : Non ero ſubditus ſubdito, callidum eſt clerico vt ... Aidum ... & omnium medius fiat. Cui Lugidius ait : Si viros totius mundi in manu propriâ tenuiſſem, propter murmurationem vnius viri, ſi illi diſplicuiſſet, illos omnes ex manu meâ dimiſiſſem. Regis,qui hoc prohibuit, de genere non erit Rex, & omnes iugulabuntur. quod vſque hodie completum eſt. Nec poſſum tamen claudere cælum contra te propter Aidum. Ego verò & Aidus vnum cor, duo corpora habemus, & ſimul erimus in cælo.

Intercedit Rex Brandubius.

9 *Hoc eſt quod in* S. Aidani *vitâ de Confeſſario obſcuriùs dicitur. Idem in aliâ breuiori, quam habemus, Luani vitâ, ita narratur :* B. Edus Pontifex Fernienſis, pro ipſo pergens, vt coram omni ſuo conuentu ſe ſuaque ei ſubderet, eum adduxit. Quo audito Brandiubus Rex Lageniæ, qui S. Edum habuit Patronum, ait : Ego, inquit, ſubdito non non ero ſubditus. Tunc B. Lugidius ; Si, inquit, totius mundi regnum tenerem, diſpliceret, amitterem. Inter hæc, & huius geminæ vitæ imprætermiſsè implebat officium.

Alibi Aidani fit mentio.

10 *Agitur de eo & in vitâ* S. Laſriani, *ſiue* Molaſſij *12. Septembris*; S. Colmanni *Epiſcopi Druorenſis 7. Iunij, & alterius* Colmani, *cognomento* Elo, *26. Septembr. Ex quibus nonnulla inferiùs proferentur.*

VITA

ex duobus veteribus MSS.

CAPVT I.

S. Aidani ortus, ſancta adoleſcentia.

a S. Aidani impetrata eleemoſynis conceptio,

1 Vit quidam vir nobilis in regionibus [a] Conachtorum,nomine Setna;& nomen vxoris eius Ethne, de ſemine Aulai. Hi non habentes hæredem, rogauerunt Deum vt daret ſibi filium:& fecerunt multas eleemoſynas, frequentantes Sanctos manentes in monaſterio [b] de Druimlethain : & illi Sancti rogauerunt diuinam pietatem pro eis, vt haberent filium. Poſteà quadam nocte Setna dormiuit cum vxore ſuâ Ethne; & illâ nocte ipſe vidit ſomnium, ſcilicet ſtellam cadentem deſuper in os vxoris ſuæ : & ipſa vxor vidit in ſomnio lunam cadentem in os ſuum:ſurgenteſque de ſomno narrauerunt inuicem quod viderunt. Et illâ nocte S.Ædanus, qui vulgò appellatur Maedhogh,conceptus eſt, qui ideò à multis Filius ſtellæ vocatus eſt. Craſtinâ die narrantes quod viderant; viri aſtuti dixerunt eis: Stella duxit Magos ad Chriſtum adorandum; & per idem ſignum oſtenſum eſt vobis filium naſciturum plenum Spiritu ſancto. Quadam die Ethne mater S.Maedhog, habens adhuc illum in vtero ſuo,ſedebat in curru: occurrit eis in viâ quidam magus, & audiens ipſe ſonitum currus dixit ſuis : Currus iſte ſub Rege curritur; & veniens ad currum, videnſque quòd nemo eſſet in curru niſi vxor Setnæ cum ſuis comitibus, ait ad eam: Mulier filium mirabilem habes in vtero tuo,qui erit plenus Dei gratiâ.

a

futura ſanctitas parentibus præoſtenſa,

b

à quodam prædicta;

c locus natiuitatis ei litus colluſtratus,

2 Poſteà ſanctus infans Maedhog natus eſt in inſulâ, quæ dicitur [c] Inis Breagai; & Spiritus ſanctus ſtatim in eo inſignis & mirabilis apparuit: loco enim, in quo natus eſt, lux per multum tempus non defuit. Et diligenter beatus puer Maedhog nutritus eſt à parentibus ſuis; & [d] diligentiùs ſeipſum cuſtodiebat ab illicitis rebus, inſpirante in eo gratiâ Dei. Cùm iam S. Maedhog paruulus eſſet in domo patris ſui, [e] Rex Temoriæ, Anmyreus nomine, coëgit terram [f] Hua Briun obſides ſibi dare, inter quos S.Maedhog datus eſt ei obſes ; pater enim eius vir nobilis & potens erat. Apparẽtes iam obſides ante Regem Anmyreum,apparuit gratia Dei in vultu pueri Maedhog; & ait Rex ad omnes: [g] Iſte puer gratioſus eſt,& oportet eum in regali curiâ manere,& mecum eſſe; vel,ſi placet ei, liberũ eum dimittam ad parentes ſuos. Beatus puer repletus Spiritu ſancto ait Regi: Si me defendis Domine Rex, rogo te per gratiam Dei mei, cui volo ſeruire, vt pueros, qui mecum adducti ſunt, liberos dimittas. Cui Rex ait: Quod petiſti fiet tibi. Tunc Rex dimiſit S. Maedhog, & omnes obſides, pro quibus ipſe rogauit, liberos ad patriam ſuam,commendans ſe orationibus Sancti Maedhog,perhibenſque eum columnam magnam futurum in Eccleſiâ.

d

e

f

Obſes datus, ſibi & ſociis libertatem impetrat:

g

lupis famelicis data paſtoribus ouium foris in agro,

3 Quodam die ludens ſanctus puer Maedhog cum paſtoribus ouium foris in agro,vidit octo lupos eſurientes, quaſi familiares ad ſe venire; & reſpiciens in eos,ait eis: Tollite octo verueces & comedite. Ad hanc vocem lupi irruentes in gregem tulerunt octo verueces ſecum ad ſiluas, & illi verueces erant materteræ Sancti Maedhog,quæ nutriuit eum.Mittentes paſtores indicauerunt hoc factum prædictæ mulieri, quæ venit foras cum irâ magnâ ad puerum Maedhog: quam videns pius puer valdè timuit eam, & ait: Domine mi Ieſu Chriſte, adiua me, quia in honore tuo tetendi eſcam eſurientibus. Illicò inter ipſum & nutricem ſuam de propinquo loco octo verueces apparuerunt, tales quales erant illi quos lupi rapuerant, & familiariter in gregem intrauerunt. Nemo ſcit adhuc qui eſſent,aut vnde veniſſent.Sed myſterium huius rei Dominus omnipotens, qui eos miſit gratiâ ſerui ſui, nouit. Per hoc miraculum S. Maedhog in amore Trinitatis multùm ardebat. Et audientes & videntes illud propinqui & vicini in famulo Dei Dominum magnificabant.

eos poſteà diuinitus ſibi reddi impetrat.

litteris imbuitur:

4 Cùm viderent parentes S. Maedhog tantam gratiam in eo, tradiderunt eum viris ſanctis ad ſtudium liberale. Et cœpit fama ſanctitatis eius multùm vbique terrarum Hiberniæ vulgari. Alio die quidam viri boni rogauerunt Deum,vt oſtenderet eis locum reſurrectionis ſuæ,volentes ibidem Deo ſeruire.Tunc Angelus Domini dixit eis: Ite vos ad B.Maedhog, & oſtendet vobis locum reſurrectionis veſtræ. Venientes autem ad eum, ait eis Sanctus: Audiſtis vocem cymbali venientes huc? Illi dixerunt : Non audiuimus. Sanctus ait eis : Venite mecum, & oſtendam vobis locum, in quo reſurrecturi eritis. Abeuntes ſimul, oſtendit eis Sanctus Dei locum reſurrectionis eorum, & ibi manſerunt in vitâ ſuâ mirabiles viri illi vſque ad obitum ſuum.

alios inſtruit:

ceruum canes fugientem liberat:

h

i

5 Quodam die manens S. Maedhog in ſecreto loco, legenſque ibi, laſſus ceruus venit ad eum, ſequentibus eum canibus; ſtetitque ceruus ante ſeruum Dei, quaſi petiſſet defenſionem. ſcienſque vir Dei cauſſam ipſius, poſuit [h] ceraculum ſuum ſuper cornua ipſius: & venientes canes poſt eum, apparuit eis ceruus quaſi quoddam ſimulacrum. Non potentes canes iam eum inuenire ibi, nec inde veſtigia eius ſequi, reuerſi ſunt. [i] Et ſic ceruus deponens ceraculum viri Dei de cornibus ſuis, liber euaſit.

k

diuino monitu à S. Laſriano recedit:

6 Sodales ambo erant S.Maedhog & [k] S.Laſerianus Damh-iniſenſis. Contigit eis quodam die eſſe in vmbrâ duarum arborum, rogantes Deum, vt annuntiaret eis,ſi deberent ſimul eſſe, vel ſe ſeparare. Tunc duæ arbores diuino nutu, ſub quibus Sancti ſedebant,ceciderunt,vna ad Aquilonem, & vna ad Auſtrum ; arbor ſub quâ erat S.Laſerianus cecidit ad Aquilonem ; & arbor, ſub quâ erat S.Maedhog, cecidit ad Auſtrum. Tunc repleti diuino Spiritu dixerunt: Signum ſeparandi datum eſt nobis à Deo, & ſic debemus ire ſicuti ſigna noſtra ceciderunt.

Poſteà

Poſteà flentes & oſculantes ſe inuicem, B.Laſerianus ad Aquilonalem plagam Hiberniæ ſe conduxit,& conſtruxit clariſſimum monaſterium in ſtagno *l* Erni, nomine Damh-inis,quod ſonat Latinè Bouis-inſula.Sanctus autem Maedhog ad Auſtralem Hiberniæ plagam perrexit, in cuius honore ibi eſt ciuitas Fearna: ſed non tunc ſtatim perrexit.

7 Ambulans quodam die S.Maedhoc in monte, qui Beatha dicitur, volens ire *m* ad locum qui dicitur Ardrionnygh, dies defecit ei in itinere. Rogans Chriſtum Dominum vt adiuuaret eum; ecce Angeli venerunt ad eum, & aſſumpſerunt eum in manibus ſuis, ſecundùm exemplum Habacuc Prophetæ; & ducentes ad prædictum locum, depoſuerunt eum in medio caſtelli,vbi eſt poſita Crux in ſignum virtutis, quæ dicitur S.Maedhog.

ab Angelis quò ibat deportatur:

8 Alio die *n* Damhairghid,filius Ethach viri potentis, cum duobus pueris merſus eſt in ſtagno Erni; & corpora eorum non ſunt inuenta: & mater eius circumiens multos Sanctos, rogauit vt ſaltem corpora eorum, gratiâ Dei, per eos reuelarentur. Vnus iam eorum ait illi, ſcilicet prædictus Laſerianus: Vade, & expecta iuxta lacum; tunc veniet ibi beatiſſimus Maedhog; ſcio enim Dei dono,quòd ipſe inueniet eorum corpora,& per gratiam Dei reſuſcitabit eos. Poſteà illa cum ſuis comitibus properauit ad lacum. & ſtatim venit ad eam S. Maedhog. At pia mater flens valdè,narrauit ei omnia prædicta. Tunc B. Maedhog confidens in miſericordiâ Dei, per prophetiam ſancti viri Molaſij, qui prædixit illos reſuſcitandos, ingreſſus eſt aquam, vbi erant mortui: & orans ad Deum reſuſcitauit eos, & comitantes eum de aquâ aſſignauit eum matri ſuæ cum comitibus.Iam Dux *o* Equitius videns filium ſuum à morte reſuſcitatum, ipſum filium cum ſemine ſuo & nepotibus ſuis,pro Dei honore S.Maedhog ſemper obtulit.

dudum ſubmerſos reſuſcitat:

Conachtia. a Conachtia, *ſiue* Conacia, *quarta pars Hiberniæ, inter* Sinæum *flumen,* Ernen *lacum, ac Occiduum Oceanum.*

b *Id doctiſſimus Colganus ſitum fuiſſe ait iuxta Kilmore.*

c *VVaraus locum hunc vocat* Inisbreagmuig.

d *MS. Salmant.* Angelicâ cuſtodiâ ſollicitè ab omnibus illicitis præſeruatus.

Temoria. e *Hic totius Hiberniæ Rex fuiſſe dicitur, ſiue ceteris Regulis prærogatiuâ aliquâ antelatus.* Temoriam *in eâ prouinciâ locat Colganus, quæ nunc* Midia *dicitur.*

Brenny. f Breany *videtur à Cambdeno appellari, ab aliis* Brenny: & Hua Briun, ſtirpem Brieni *ſignificat. iacet ea circa* Sinæi *amnis fontes, versùs Vltoniæ fines; vbi noſtrâ memoriâ poſſeſſiones fuêre* Brieni O Rorck, *qui genus ad* Rothericum, *ſiue* Rorck *Hiberniæ monarcham referebat; ſed infeliciter aduersùs Eliſabetham Reginam bellum geſſit. Sic infrà quoque* Hua-Kemſelagh.

g *In Salmant. MS. ipſi Aidano hæc dicit Anmireus.*

h *Scriptorium quodpiam inſtrumentum interpretabatur Colganus; Oſulleuanus,* chlamydem. *Vide infrà ad cap.7. num.4. litt.b. Capgrauius:* Sanctus autem puer Aidus, qui & Aidanus à multis vocabatur, eleuatâ voce in campis legebat.

i *Clariùs MS. Salmant.* Vir autem ſanctus deponens ceraculum de cornibus eius, ad loca tutiora ire iuſſit.

k *Apud Capgrauium dicitur* S. Laſrianus, *ſiue* Molaſſus, *fuiſſe S. Aidani collactaneus: idem dicitur in ipſius* Laſriani *vitâ* 12. *Septembris.*

Erne lacus. l *Eſt* Erne *in Comitatu* Fermanagh, *vbi olim* Erdini *Ptolemæo memorati habitarunt, maximus Hiberniæ lacus, inſulis plurimis habitatis confertus.*

m *Capgrau.* ad locum, in quo Airedus quidam ſanctus habitabat.

n *Capgrau.* Puer quidam iuxta ſtagnũ erat, nomine Bos: qui cum duobus pueris in profundum ſtagni merſus fuit. *ſignificat* Damh-airghid, *bouem argenteum, linguâ Hibernicâ.*

o *Hic eſt* Eochaidh, *ſiue* Ethach. *MS. Salmant.* Quo viſo parentes puerorum cum habitantibus in gyrum, Deo gratias agentes, ſancto viro ſe & ſua deuouerunt.

CAPVT II.

Geſta in Britanniâ ſub diſciplinâ S. Dauidis Epiſcopi.

9 POſteà famâ ſanctitatis S.Maedhog valdè diuulgatâ, multi veniebant ad eum, & volebant eſſe ſub magiſterio eius. Tunc B. Maedhog cœpit fugere de terrâ ſuâ, nolens eſſe in tanto honore. Sciens hoc Ædus Albus Rex Huambriun reſtitit ei, quia noluit eum in terram ſuam dimittere. S.Maedhog ait ei: Dimitte me ire pacificè, & tibi dabitur requies in cælo. Adhuc reſiſtens ei Rex, Deus per virtutem ſuam pacificè ad fines *a* Laginenſium conduxit ſeruum ſuum. Et de finibus illis S.Maedog ad Britanniam nauigauit,ad B.Dauid Epiſcopum ciuitatis, quæ dicitur *b* Ceallmuininn, manſitque apud eum multo tempore.

Ex MSS.

inuito Rege in Britanniam:

a cohabitat S. Dauidi Epiſcopo

b

10 Quodam tempore legens S. Maedhog in cellulâ ſuâ, venit ad eum Oeconomus monaſterij ſancti Dauid cum iratâ mente, & aſperè ait ei: Vade, ô male homo, poſt Fratres, ad portanda ligna de ſiluâ. Fratres enim illo die in diluculo in ſiluam exierunt, neſciente *c* viro Dei S.Maedhog. Ille iam Oeconomus ſine cauſsâ Sanctum odiebat. Obediens velociſſimè S. Maedhog, librum apertum foris dimiſit. Et iuſſit ei Oeconomus duos indomitos boues tenere, & ponere in plauſtrum, & dedit ei iugum ſine loris; & hæc omnia fecit mali cauſsâ. Sed boues mites facti ſunt, diuinâ virtute ante virum Dei, & iugum ceruicibus eorum fortiter adhæſit.Et ponens boues in plauſtro, ſecutus eſt Fratres, exiens vnus paruulus cum eo. Erat autem magna *d* grunna inter eos & ſiluam, per cuius circuitum via erat. Comes Sancti Maedhog ait ei: O quàm citiùs peruenisſemus ad Fratres, ſi via eſſet per grunnam! Ait illi S.Maedhog: Signa cor tuum, & oculos tuos; & videbis potentiam Dei. Tunc S. Maedhog vertit boues cum plauſtro in grunnam;& fecit Deus ſuâ virtute planum iter per grunnam, cuius veſtigium vſquehac manet, & prodeſt multis. Poſteà peruenerunt ad Fratres, gratias Deo agentes.

c iuſſu inuidentis ei Oeconomi,

boues indomitos plauſtro iungit:

d per aquas immeabiles tranſit cum jocis.

11 Omnia quæ fecit eis Oeconomus, vidit S. Dauid Epiſcopus, & quomodò dimiſit librum apertum foris. Illo ſiquidem die imber fortis pluit; & ſciens Epiſcopus librum foris apertum, exiuit adiuuare eum;& nulla gutta pluuiæ ſuper librum cecidit, ſed apparuit ſiccus ante Epiſcopum. Videnſque Epiſcopus tale miraculum dimiſit adhuc librum ibi, & exiuit in occurſum Fratrum vſque ad oram maris: (ciuitas enim Celemuyninn prope eſt) & tranſiuit per omnes ad S.Maedhog dicens ei:Cur dimiſiſti librum foris apertum ſub pluuia? Audiens hoc S.Maedhog proſtrauit ſe in terram: & non dixit ei Epiſcopus ſurgere, ſed ſtatim reuerſus eſt poſt Fratres. Et non ſurrexit inde S. Maedhog, donec peruenerunt Fratres domum.Ille puer qui erat cum plauſtro S.Maedhog narrabat omnibus, quomodò per grunnam exierunt. Sanctus Epiſcopus Fratribus ait: Vbi eſt S.Maedhog? Illi dixerunt: Non vidimus eum,poſtquàm proſtrauit ſe ante te in littore. Miſſis Fratribus ad mare *e* duxerunt S. Maedhog ad Epiſcopum magiſtrum ſuum.

libro ab imbre non madefacto,

obiurgatur tamen à S. Dauide, quòd apertum reliquerit:

diu flectit in littore donec domum reuocetur.

e

12 Tunc Epiſcopus narrauit omnibus diuerſa miracula, quæ illâ die facta fuerunt per S.Maedhog,& increpauit Oeconomum illum acriter. Omnes ſcientes talia facta magnificabant Deum in mirabilibus ſuis. Adhuc Oeconomus iniquo odio perſequebatur innocentem Maedhog. Quodam autem die per inuidiam cogitabat occidere eum, & miſit eum in ſiluam cum laico; & perſuaſit illi Oeconomus, vt occideret S. Maedhog. Cùm inclinaſſet vir Dei ſe, vt lignum commoueret, vibrauit homo ille ſecurem, volens occidere Sanctum Domini: ſed illicò manus eius diuinâ potentiâ arefactæ ſunt circa ſecurem, & non potuit eas mouere. Tunc confeſſus eſt culpam ſuam,rogans indulgentiam ab amico Dei.Sciens S.Maedhog hanc rem,fudit orationem ad Deum pro eo: & ſtatim per orationem eius manus illius ſolutæ ſunt.Et currens vir ille ad ciuitatem, narrauit omnibus, quæ facta fuerant.

adhuc vexatur ab Oeconomo; à quo ad necem deſtinatus, miraculose ſeruatur:

13 Diuinitus eſt hoc reuelatum ſancto Epiſcopo Dauid: & ſurgens de lecto tenuit *f* ficonem circa vnum pedem; cucurritque velociùs ad ſiluam in occurſum S. Maedhog. Videntes Fratres ſuum ſeniorem cum pede nudo, currentes ſecuti ſunt eum. Venitque S. Maedhog de

f

Ex MSS. de ſiluâ vſque ad flumen, quod dicitur g Gladius; quem cùm vidiſſet Dauid ſtetit, & dixit Fratribus ſuis: Diſcedite à me paullulùm: vidit enim Dauid agmen ſanctorum Angelorum circa S.Maedhog; & ideò dixit Fratribus diſcedere. Videns B. Maedhog Dauid ſe expectantem, h cucurrit velociter ad ſuum ſanctum Magiſtrum, vbi crux ſtat vſque huc. & benedicentes Deum, & gratias ei agentes in mirabilibus ſuis, reuerſi ſunt ad eccleſiam ſuam. Iam venientes domum B. Dauid increpauit Oeconomum coram omnibus. Tunc B. Maedhog ait Dauid Magiſtro ſuo: Pater, ne increpes eum, quia Deus pro nobis increpabit eum, & citò morietur, & nemo ſciet ſepulchrum eius. & ita illi inuido Oeconomo omnia contigerunt ſecundùm vaticinium S.Maedhog viri Dei.

Angeli enim comitantur:

h

praedicit mortem inuidi œconomi.

14 Quodam die miſſus eſt S.Maedhog, vt adduceret plauſtrum *i* cũ cereuiſiâ ad monaſterium. Sed cùm perueniſſet ad quamdam vallem, plauſtrum cum bobus per caſum de ſilice in decliuio cecidit. Sed ſignans vir Dei ſignum crucis contra caſum, nihil fractum eſt de plauſtro, nihil periit de cereuiſiâ, nec nocuit animalibus adhuc. Per hoc ſignum nomen Dei magnificatum eſt per S. Maedhog.

i

plauſtrum in praeceps lapsũ ſigno crucis ſeruat:

15 Rex *k* Britanniæ habebat filium, qui erat cæcus, claudus, & ſurdus. Audientes parentes & nutritores illius tanta miracula per S. Maedhog facta, miſerunt filium paralyticum ad eum; rogantes vt in Dei nomine curaret illum. Iuſſus B.Maedhog à Magiſtro ſancto ſuo, rogantibus multis, accepit illum ſeorſum, & orauit ad Deum pro eo, & illicò ſanatus eſt ab omnibus doloribus ſuis; & reddidit eum S. Maedhog ſanum atque incolumem ſuis, omnibus gratulantibus & benedicentibus Deum. Vir quidam in Britanniâ tabulatam habens faciem, id eſt, ſine oculis, & naribus ex vtero natus, adductus eſt ad S.Moedhog, cauſsâ curandi eum. & orans S.Maedhog pro illo, dedit Dominus per orationem ſeruo ſui, illi oculos & nares, & gratias Deo & S.Moedhog agens incolumis receſſit.

k

cæcum, claudum, ſurdum precibus curat;

alterius deformem faciem:

16 Quodam tempore *l* Anglici congregauerunt maximum exercitum, & venerunt in Britanniam neſcientibus Britannis. congregatique Britanni repentè contra Anglicos miſerunt ad Dauid, vt mitteretur Maedhog ad bellum benedicendum, aut eos. Rogatus B.Maedhog venit ad locum, vbi erant Brittones eminùs & Anglici. & intrantes Brittones non benè præparati ad bellum, vir Dei pro eis contra Anglicos Deum orauit: ſtatimque Anglici in fugam verſi ſunt; & Brittones perſecuti ſunt eos duobus diebus in maximâ cæde: & nemo de Brittonibus in bello illo occiſus eſt, & non auſi ſunt Anglici redire in Britanniam, quamdiu S. Maedhog ibi erat, ſcientes illud miraculum per orationes eius *m*.

l

victoriam impetrat Britannis:

m

17 *n* Quidam potens homo volés fallere S.Moedhog, iuſſit ſeruis ſuis ducere ſe ad eum, dicens ſe eſſe ſurdum & cæcum. Cui ait S. Moedhog: Ducatum tuæ regionis haberes niſi voluiſſes fallere donum diuinum; benè enim vides, & benè audis. ſed quia mentitus es, ſurdus & cæcus eris vſque ad obitum tuum. Et ſic factum eſt. Multa alia ſigna fecit Deus in Britanniâ per S.Maedhog, quæ ſcribere breuitatis cauſsâ omittimus.

n

cuidam ſe cæcum ſimulanti praedicit pœnam, mox ſecutam.

a Lagenia, *Britannis* Lein, *Anglis* Leinſter, *incolis* Leighnigh, *pars Hiberniæ Orientalis, Britanniæ proxima; in quâ* Dublinium, *ſiue* Dublinia, *quæ Ptolemæo* Eblana.

Lagenia.

b *Legendum cenſet Colganus:* Kill-mhiune, *quod* cellam rubi *ſignificat. De* Meneuiâ, *ſiue* Menevv, *quæ Britannis* Tuy Devvy, *id eſt*, Domus Dauidis, *dicitur, agemus ad illius vitam I. Martij, in quâ eadem, quæ hic, narrantur.*

c *In Capgrauio* puer *appellatur; & videtur non adhuc admodùm prouecta ætatis fuiſſe.*

d *Eſt* grunna, *palus, vnde cespes eruitur, qui ſiccatus foco ſtruendo, non ſecùs ac carbones, adhibetur; vti in eâ Brabantiæ noſtræ parte quæ* Peel, *&* Peellandt *dicitur.*

Grunna.

e *Capgrau.* Tunc miſſi ad littus Fratres, inuenerunt plenum mare, & in circuitu proſtrati Sancti mare ſubleuatum, & cum funiculo in nauem traxerunt eum.

f Fico *genus eſt calceamenti monachalis. ſæpius occurrit ea vox in Vitis Sanctorum Hibernienſium.*

Fico.

g *Flumina ſunt duo in Penbrochiæ Comitatu, in quo & Menevia, vrbs S. Dauidis; quæ coniunctis oſtiis in portum nobiliſſimum ſe influunt, qui* Milford hauen *Anglis, Britannis* Aberdugledhau *dicitur, id eſt*, duorum-gladiorum-portus: *nam flumina ambo* Gledavvh *Britanni vocant, id eſt*, Gladios.

Gladius

h *Capgrau.* Venit citò per fluuium & per vias aſperas, vbi hominum nullus priùs ambulauit.

i *In vitâ S. Dauidis id contigiſſe dicitur, cùm ab Oeconomo ad ligna è ſiluâ aduehenda miſſus eſſet.*

k *Plures tunc Britannorum in VValliâ Reguli, ſimul imperitantes, vt 29. Ianu. ad vitam* S. Gildæ *diximus.*

l *Aſſidua Anglis cum Britannorum reliquiis bella, quæ nuſquam accuratè & fideliter deſcripta; Britannis fabuloſa de Regibus ſuis ac præſertim Arturo, narrantibus; Anglis vel ignoratione vel inuidiâ inimica nationis reticentibus geſta, niſi ſi quæ recentiores ex Galfrido & aliis paris fidei Britannis hauſerunt.*

m *Addit Capgrau.* Quidam de Saxonibus latrunculi, ad nocendum incolis, pagum vbi ſeruus Dei manſit intrauerunt. Quo cognito ſuis imprecationibus excæcauit eos: & cum magnâ difficultate, neminem lædentes, regreſſi, per totum annum cæcitate percuſſi manſerunt.

S. Aidanus hoſtes cæcitate percellit.

n *Capgrau.* Rex quidam Saxonum.

CAPVT III.

Reditus in Hiberniam. varia miracula.

18 POſteà *a* iuſſione & benedictione S.Dauid Epiſcopi Magiſtri ſui, S.Maedhog acceptis diſcipulis nauigauit in Hiberniam. Et cùm appropinquaſſet ad littus Hiberniæ, *b* vidit latrones rapientes ac vulnerantes peregrinos; quibus viſis dixit Sanctus Domini ſuis diſcipulis: Eamus properè ad miſeros peregrinos, qui iugulantur, adiuuandos. Tunc percuſſit cymbalum de mari; & audiens dux latronum ſonum cymbali à longè dixit: Hoc eſt vox cymbali hominis Dei, & ideò pulſat ne nos ageremus tale ſcelus; & ceſſauerunt rapere & vulnerare peregrinos. Ille Dux latronum vir potens & diues erat, habens opulentos milites ſub ſe. Cumque veniſſet S. Maedhog ad portum, Dux ille compunctus corde miſit vnum militem, nomine Dymma in occurſum viri Dei; & ipſe miles Dymma accepit S. Maedhog in humeris ſuis de naui: ſtatimque Dux ille agens pœnitentiam, agrum in oblationem Deo & S.Maedhog obtulit. Et ipſe miles Dymma ſe ipſum & ſuam regionem cum ſuo genere S.Maedhog in æternum obtulit. Ipſa loca ſunt in Auſtrali parte Hiberniæ, quæ dicuntur Kynnſelach. Et in ipſis locis vir Dei eccleſias fecit ædificari.

a

redit in Hiberniã

b

latrones pulſu cymbali à maleficio reuocat:

Ducem, & ſocium conuertit, qui multa ei largiuntur:

19 Quodam die cùm eſſet S. Maedhog iuxta mare, dixit Fratribus ſuis: Pœnitet me, quòd non interrogauerim Magiſtrum meum Dauid, vt indicaret mihi quis in Hiberniâ eſſet Pater Confeſſarius meus. Et nolentes diſcipuli eius ire cum eo, vel nauem ei præparare, timentes multùm mare, vir Dei ambulauit ſuper mare, volens ita pertranſire vſque ad Britanniam ad Magiſtrum ſuum Dauid. Tunc Angelus Domini venit ad eum, dicens: Magnam audaciam feciſti. Reſpondit ei S.Maedhog, dicens: Pro audaciâ non feci, ſed pro Dei potentiâ & benignitate. Dixit ei Angelus: Non eſt tibi neceſſe habere Patrem alium *c* Confeſſarium præter Deum, ipſe enim ſcit puriſſimam confeſſionem tuam; ſed tamen ſi vis habere teſtem conſcientiæ tuæ, habeto Moluam, filium Coche, Patrem Confeſſarium tuum ad Deum. Tunc reuerſus eſt S.Maedhog de mari ad Hiberniam, & intrauit portum in regione Hua Kennſelach, in oppido quod dicitur Ardlachan. Et cùm ibi ſediſſet in loco, qui dicitur Achell, cogitauit, quòd oblitus eſſet *d* cymbalum ſuum in Britanniâ. Cumque neceſſe illi eſſet, vt percuteret cymbalum, ipſum trans mare veniens iuxta ſe vidit prope in littore. Tunc vir Dei accipiens cymbalum ſuum, gratias Deo agit.

ambulat ſuper aquas:

c

S.Moluam Confeſſarium accipit:

d

cymbalum per mare recipit miraculosè:

20 Quodam die cùm S. Maedhog in littore freti, quod diuidit *e* Mominenſes & Laginenſes, poſitum ſcilicet inter terram Deſiorum & Kinſelechorum, eſſet, volebat tranſire fretum ad terram Mandeſi: ipſe enim equitabat cum comitibus ſuis; & non inuenientes longè nauem,

e

nauem, equi inuitè cœperunt intrare *f* fretum. Tunc ait Sanctus ſuis comitibus: Dimittite equos; potẽs eſt enim Deus facere vndam ſiccam ſub pedibus eorum. Poſteà equi tranſierunt fretum,& vngulæ eorum non ſunt tinctæ in freto, ſed diuinâ potentiâ erat ſiccum quaſi terra; & ſic peruenerunt ad terram *g* Deſiorum.

f fretum cum ſociis tranſit, nec equorũ vngulis aquâ tinctis:

g

21 Deinde conſtituit S.Maedhog cellam, quæ dicitur *h* Diſert-Narbe: ibique habitauit aliquo tempore cum Fratribus ſuis; & habebant Fratres duas vaccas cum vno vitulo. Quodam die cùm S.Maedhog ſolus in cellâ eſſet, vidit lupos venientes ad ſe, qui vlulabant quaſi poſtulantes cibum à Domino.Tunc vir Dei motus miſericordiâ, tenuit vitulum & tetendit eis. Lupi rapientes vitulum de manibus Sancti, comederunt illum. Quærens Frater, qui mulgebat vaccas, vitulum; dixit ei Pater ſanctus:Ne quæras vitulum,ego enim vobis abſentibus tradidi eum lupis. Cui ille Frater leuiter ait: Quomodò ſedare & mulgere poterimus vaccas ſine vitulo?Maedhog ait ei:Pone mihi caput tuum vt benedicam illud;& cùm viderint vaccæ caput tuum, diligent te, & dabunt lac ſuum. ſic iam factum eſt: videntes enim vaccæ caput illius Fratris lingebant illud, & mulgebantur cum omni manſuetudine. Multis vicibus S.Maedhog hoc miraculum fecit; & morientibus vitulis, benedicebat capita mulgentium, & quaſi vitulos diligebant eos vaccæ.

h vitulum tradit lupis famelicis:

mirabili modo efficit,vt vaccæ mulgeri ſe ſinant:

22 Molens quodam die S.Maedhog triticum in molendino, vir quidam de gente Oſcargienſi, inuitè farinam accepit ab eo. Omnes Fratres viri Dei foris miniſtrabant. Item idem vir ſupradictus mutato habitu & cæcans vnum oculum venit quaſi luſcus ad S.Maedhog, petens farinam ab eo. Ait ei Sanctus:Quare hoc feciſti? pro nomine Domini mei dabo tibi, ſed tu luſcus eris vſque ad mortem tuam, & quamdiu manſurum eſt genus tuum, vir cæcus non deerit de eo.Et ſic totum completum eſt.

fingenti ſe coclitem vt ſtipem denuò extorqueat, pœnam denuntiat:

a *MS. Salmant.* Diuinâ & Angelicâ monitione, & acceptâ S. Dauid benedictione.

b *Oſulleuanus:* In littore latrones armati expectabant, arbitrati peregrinos naui vehi, & ſibi prædæ fore.

c *Imperitè hæc interpres Latinè reddidit. Quis eſt qui non aliquando, leuiter ſaltem, offendat, & licet non abſolutè egeat,fructuosè tamen vtatur Confeſſionis Sacramento? Aliud indicat vita* S Luani *ſuperiùs citata, voluiſſe nimirùm eum S. Dauidi ſeſe in omnem vitam ſubiicere, & monaſteria à ſe ædificanda. Atque id Brandubius Rex fieri vetuit, nolens alterius gentis Epiſcopo, aut potiùs Abbati (nam Epiſcopus non erat* Luanus, *agebaturq; non de cathedralis Eccleſia, ſed monaſterij, ſubiectione) obnoxium eſſe eum. Ita S. Bernardus in vitâ S. Malachiæ ſuprà citatâ, Benchor* multorum monaſteriorum caput *fuiſſe ſcribit Apud Capgrauium, & in vitâ S. Luani, non* Confeſſarium *quæſiſſe Aidanus dicitur, ſed* amicum animæ ſuæ. *in minori vitâ,* vt coram omni ſuo conuentu ſe ſuaque ei ſubderet. *Et ridiculum fuiſſet, cùm in Hiberniâ multi eſſent ſancti Epiſcopi & Presbyteri, Confeſſarium ſibi in Britanniâ quærere, quem adire non poſſet niſi mare traiiceret.*

d *At habebat, cùm eius ſono piratam à cade deterruit. Aliud erat, quod in Britanniâ reliquerat à S. Dauide illi donatum, vt in vitâ S. Dauidis apud Capgrauium habetur, vbi & dicitur ab Angelo in Hiberniam deportatum. In omnibus veterum Hibernicorum Sanctorum vitis mentio fit ſacri tintinnabuli, vt ſuprà aliquoties vidimus. Id S. Adamnanus in vitâ S. Columbæ* cloccam *vocat.*

Momonia. e Momonia, *Auſtralis Hibernia regio, incolis* Movvn, *& in orationis contextu* Wovvn, *Anglis* Mounſter *dicta.*

f Suirij *amnis æſtuaria, infra* Waterfordiam *vrbem intelligi videntur. Capgrauius* mare magnum *vocat.*

g *Teſtatur Cambdenus territoriolum Lismorenſi vrbi adiunctum,* Deſſee *appellari. ſitum id in Comitatu VVaterfordienſi.*

h *MS. Salmant.* Diſert-narbri.

CAPVT IV.

Victoria de hoſtibus obtenta. Vis eleemoſynæ. Aidani epiſcopatus.

23 MVlta monaſteria per circuitum regionis Kinnſelach S.Maedhog conſtruxit;& cùm eſſet in vno eorum, quod dicitur *a* Cluain-mhor Dicollæ Garbhir; qui Dicolla cùm eſſet ſanctus Abbas iſtius loci ſub curâ Patris Maedhog, collegit *b* Ædus filius Anmirech Rex Hiberniæ agmen maximum ad deuaſtandum plebem Hua Kennſelech. Brandub enim filius Ethach, Rex *c* Kennſelech, erat contra eum. Multi homines illius regionis cum ſubſtantiis ſuis fugerant ad S. Maedhog manentem in prædicto loco, ſperantes defenſionem per ſanctitatem viri Dei. Hoc audiens Rex Temoriæ, venit tollere prædam de loco illo. Exiuit S. Maedhog foras contra exercitum, & ſignauit cuſpide baculi ſui contra eos: vnus autem miles, qui erat prior ceteris, volens tranſire ſignum,ait:Non eſt qui me prohibere poteſt ſuo ſigno. Et cùm hoc dixiſſet, cecidit & mortuus eſt. Ceteri iam valdè timentes reuerſi ſunt ad Regem, & corpus exanime ſecum tulerunt, narrantes Regi quæ geſta fuerant, & glorificantes S. Maedhog. Tunc Rex cum exercitu ſuo reuerſus eſt, dicens: Non iam poſſumus contra Deum certare.

Ex MSS.

b

c ad ſe confugientes tuetur,

ſigno hoſtibus oppoſito,

quod quidam ſpernens ſubitò moritur:

24 Ipſe enim Rex Temoriæ Ædus, filius Anmireachi, iterum aliâ vice de Aquilonali parte Hiberniæ, & de regionibus Conachtorum, & Muminenſium & *d* Conallenſium ac Aquilonalium Laginenſium multos exercitus collegit,& venit deuaſtare eamdem regionem Kinnſelenſium, & expellere inde Regem eorum, ſcilicet eumdem Brandub. Ipſe vir aſtutiſſimus & valdè probus in militiâ erat; & *e* agens aſtutè intrauit audaciter in caſtra inimicorum,& occidit ipſum Regem Hiberniæ Ædum filium Anmirech, & maximam cædem nobilium virorum totius Hiberniæ cum eo fecit *f*.

d

Brandubio Regi victoriam diuinitus impetrat:

e

f

25 Quodam die venit S. Maedhog ad monaſterium, quod dicitur Seanbhothai, iuxta radices montis qui dicitur Scoticè Suighe Lagen, id eſt, Seſſio Laginenſium; & cùm iter ageret,venit lupa anhelans nimis & eſuriens, familiariter ad eum, videnſque vir Dei eam, ait puero, qui ſibi propinquus fuerat: Habeſne aliquid cibi? Reſpondit puer, neſciens quid vellet Sanctus:Habeo vnum panem & partem piſcis. Et accipiens vir Dei porrexit lupæ; erubuitque puer, dicens: Timeo Magiſtrum meum. Tunc ille ait ei: Fer mihi folia. Reductis foliis benedixit Sanctus; & diuinâ virtute *g* in vſum priſtinum conuerſa tradidit puero, gratias agens Deo.

cibum lupæ præbet:

folia in panem conuertit.

g

26 Quodam die Rex ſupradictus Branduuius accepto regno omnium Laginenſium, & non ſolùm, ſed totâ etiam Hiberniâ vſque ad Callachuari,poſt occiſionem Ædi, filij Anmirechi, veniebat per littus quoddam, habens magnas prædas ante ſe de regionibus Aquilonis: occurrit ei ibi quidam leproſus petens ab eo eleemoſynam: tunc Rex *h* ludarium caluum & fuluum dedit in eleemoſynam. Poſteà Rex in terram ſuam venit; & caſtrametatus eſt iuxta flumen *i* Slaine, & magno dolore ibi comprehenſus eſt,& vidit hanc viſionem ibi: vidit ſe portari ad infernum, & omnes beſtias inferni labiis apertis occurrere ei; viditque vnam magnam & fortiorem ceteris in portâ inferni aperto ore, quæ erat parata ſe deuorare;cuius anhela Regem ad ſe traxit,& penè deglutiuit eum. Tunc quidam Clericus pulcher & lætus venit ad eum, & ludarium talem,qualem dedit Rex ipſi leproſo, poſuit in ore beſtiæ; & Rex ab ore beſtiæ reuerſus eſt. Et iterum beſtia traxit eum ad ſe, & penè deglutiuit eum. Tunc Clericus baculo percuſſit caput beſtiæ, & os eius ignitum clauſit; & ſic Rex periculum inferni euaſit. Et reductus eſt ſpiritus eius ad corpus ſuum, & poſteà de ecſtaſi ſurrexit, & narrauit ſuis familiaribus quod vidit.

h

i

Branduuius eleemoſynâ, & Aidani precibus à periculo damnationis liberatus,

27 Deinde Rex in dolore poſitus ductus eſt in locum, qui dicitur *k* Inbher Crainchiun; ibi manſit infirmus. Tunc amici eius dixerunt ei: Eſt quidam vir ſanctus nomine Maedhog in terrâ tuâ,qui facit magna mirabilia; mitte ergo ad eum,vt ab ipſo aqua benedicta feratur tibi. Quibus Rex ait: Non ita fiet; ſed ego potiùs ad hominem Dei vadam.Statimque aſcendens Rex currum, venit ad S. Maedog. Audiens B. Maedhog, quòd Rex ad ſe veniret, exiuit in occurſum eius. Cumque Rex de longè vidiſſet Sanctum ad ſe venientem, dixit:

k eum adit.

Iſte

Ex MSS. *ſoli offert ad agēdam pœnitentiam:*

Iſte Sanctus me liberauit de ore beſtiæ & de omni pœnâ infernali; cognoſco iam formam eius. Tunc Rex ſe proſtrauit ad pedes Sancti dicens: Pœnitet me, quia multa feci mala; & quodcumque dixeris mihi pro remedio animæ meæ, in Dei nomine implebo. Et tunc orante Sancto ſanatus eſt iam illicò ab omni infirmitate ſuâ; & ait ad virum Dei: Sanaſti me ab infirmitate, & ſoluiſti me de inferno; & narrauit ei viſionem ſuam.

eius precibus morbo liberatur:

28 Poſteà iterum Rex ait Sancto Maedhog: Ecce offero me ipſum tibi, *l* vt ſepeliar in cœmiterio tuo, & genus meum ſemper apud te ſepelietur. Et magnas dedit Rex oblationes Sancto Maedhog, & agrum in quo vir Dei conſtrueret monaſterium, quod dicitur Ferna; in quo S. Maedhog ſepultus eſt. Et Rex Brandub, & genus eius poſt eum ibi ſemper ſepelitur: & magna ciuitas in honore Sancti Maedhog ibi creuit, quæ eodem nomine vocatur, id eſt, Fearna. Deinde factâ Synodo magnâ in terrâ Laginenſium, decreuit Rex Brandub, & tam laici quàm clerici, vt Archiepiſcopatus omnium Laginēſium ſemper eſſet in Sedē & Cathedrâ Sancti Maedhog. Et tunc S. Maedhog à multis Catholicis cōſecratus eſt Archiepiſcopus. Conſtruens S. Maedhog monaſterium Fearna, diſcipuli ſui faciebāt querelam ad eum, quòd ibi aquam non haberent. Erat ante eum quædam arbor, & ait diſcipulis ſuis: Succidite hanc arborem, & erumpet vobis fons clarus de loco eius. Et illicò ſuccisâ arbore, fons lucidus apparuit; qui dicitur Tiobrad Maedhog; id eſt, fons Maedhog. Conſueuerant enim mulieres venire ad riuum prædicti fontis, vt veſtimenta lauarent. Quidam enim vir plebeius, nomine Beccus, habebat villam prope monaſterium S. Maedhog, cuius ager veniebat ad riuum fontis Sancti; & ideò veniebant mulieres ibi lauare quaſi ad ſuam aquam: & hoc valdè diſplicuit viro Dei; & ait illis: Exite hinc, & ne veniatis ad nos tam propè. Mulieres dixerunt ei: Non exibimus, noſter enim locus eſt, & noſtra aqua. Poſt hoc verbum filia prædicti viri lauans veſtimenta, pedibuſque conculcans ea, pedes illius adhæſerunt veſtimentis, & veſtimenta lapidibus, & lapides terræ: & erat mulier quaſi ſimulachrum ſiccans & penè occubuit. Hæc audiens Becc pater illius, venit ad S. Maedhog, rogans eum humiliter vt ſolueret filiam ſuam. Orante iam Sancto pro eâ, ſoluta eſt illicò femina illa. quâ ſolutâ vir ille Beccus, ſe & ſemen ſuum cum villâ Domino & Sancto Maedhog in æternum obtulit.

l multa ei largitur.

S. Moedocus fit Fearnenſis Epiſcopus:

fontem miraculosè elicit:

mulieres ab eo fonte arcet,

vnâ terra adhærente,

dein eius precibus ſolutâ:

a *Ea vox* ſeceſſum magnum *ſignificat. Alterius* Dicollæ, *ſiue* Diculli, *ſed iunioris, mentio fit in vitâ* 1. *S. Furſei* 16. *Ianu. cap.* 7. *num.* 37.

b *Hic alius* Hugo *dicitur, traditurq; ſub annum Chriſti* 567. *ſuſcepiſſe regni gubernacula, atque ad* 594. *tenuiſſe, Idem mox Rex Temoria vocatur. Mortis eius mentio fit num.* 26.

c *ſiue* Auſtralis Lageniæ.

d *Comitatus* Donegall, *ſiue* Tir-conell, *quaſi* terram Conalli *dicas, vnde alius etiam* Conallea *appellatur: iacet in Septemtrionali Vltoniâ, teneturq; multis iam ſeculis ab* O-Donellorum *familiâ. Extat in eâ regione celebratum illud S. Patricij Purgatorium.*

Tir-Conell.

e *Addit MS. Salmant.* à B. Maedoc confortatus & precibus adiutus.

f *Addit idem MS. Ædi exercitum cum maximâ ſtrage à Brandubio extra fines Lagenia effugatum. Oſulleuanus Regem hunc Lageniæ vocat* Branum Nigrum, *ſiue* Bran Dubh, Mac Eacha.

g *Capgrau.* panem de folio fecit.

h *Oſulleuanus,* veruecem.

i Slanam *ſuperiùs diximus, Ptolemæi* Modonam *videri. Ei adſita* Ferna *eſt.*

k Inbher *Hibernicè ſinum maris aut fluuij ſignificat.*

l *Addit MS. Salm.* vt per te in vitâ dirigar.

CAPVT V.

Vita & ſanitas reddita, eius meritis. alia egentibus allata ſubſidia.

Mortuam ad ſe euocans ſuſcitat:

29 QVidam armentarius prope ciuitatem Fearnæ fuit, cuius mater graui dolore prope mortem torquebatur: qui armētarius ad S. Maedhog venit, vt ab ipſo aquā benedictā poſtularet. Tunc beatiſſimus Epiſcopus humiliter ad illam infirmam perrexit; ſed armentarius ante virum Dei iuit ad domum, & inuenit matrem ſuam mortuam, qui reuerſus homini Dei dixit: Noli vir ſancte vexari, quia mater mea mortua eſt. Cui dixit Sanctus: Vade, & dic matri tuæ, vt ad me ſalutandum veniat. Ille obediens viro Dei dixit mortuæ: Vocat te ſanctus Epiſcopus Maedhog. Ad hanc vocem illa ſurrexit quaſi de graui ſomno, & gratias agens Deo infirma venit obuiàm viro Dei.

30 Quodā tēpore ſanctus Epiſcopus Maedhog exiuit viſitare *a* S. Muna Abbatem, habitantem in ſuo monaſterio, quod dicitur *b* Teach Munæ; & cum honore magno ſanctus Epiſcopus ſuſceptus eſt. Sanctus Abbas fratri ſuo miniſtranti ait: Dic ſancto Pontifici, vt omnes, qui ſunt in iſto loco, reficiantur hac nocte in aduentu eius. Sanctus Pontifex ait: Omnes qui ſunt in hoc loco reficientur hac nocte. Sanctus Munna ait iterum miniſtranti ſibi: Dic Domino noſtro Epiſcopo: Non poſſumus omnes reficere, quia multi infirmi ex nobis ſunt. Audiens hoc Epiſcopus ait: Callidè petiuit Dominus Abbas ſanitatem Fratribus ſuis; potens eſt enim Dominus meus in aduentu meo illis omnibus tribuere ſanitatem. Et cùm hoc dixiſſet, omnes infirmi ſanitatem receperunt. Et qui vix poterant anteà viuere, validè cum ceteris cœnauerunt. Die autem tertio cùm B. Maedhog ire voluiſſet, dixit ei S. Munna: Non exies donec omnes Fratres infirmi ſint, qui priùs fuerant eodem pondere. Cui dixit Epiſcopus: Donauit mihi Dominus eorum ſanitatem. Et B. Munna ait: Non ita fiet; nam virtus in infirmitate perficitur. Tunc conſentiente Maedhog, illi verſi ſunt in dolorem ſuum. Poſteà ſanctus Epiſcopus valedicens omnibus cum benedictione, exiuit.

a

b

Viſens S. Munnam, omnes iſthic infirmos ſanat;

eo petente, vt rurſus agrotent, à Deo obtinet:

31 Cùm eſſet S. Maedhog in loco, qui dicitur Ardlatrau, vidit inde ſex boues in aratro conuerſos in vecordiâ properantes ad portam ſuæ ciuitatis Fearnæ. Inter illum autem locum & ciuitatem Fearna ferè centum miliaria conſiſtunt. Vir Dei diuinitus hoc videns longiſſimè, eleuauit manum, & benedixit: ceciditque tunc vir arator inter vomerem & cultrum, & non læſit eum, quia citiſſimè boues facti ſunt mites; & ſic ille euaſit de tanto periculo. Interrogantibus diſcipulis virum ſanctum, indicauit eis hoc factum.

longè diſſita cognoſcit, & pericitantes ſubleuat:

32 Quodam tempore beatus Antiſtes Maedhog exiuit viſitare ſanctas Virgines, filias *c* Aidi, filij Corbri; & duxit ſecum aratrum eius in eleemoſynam cum bobus, vt ararent, Virginibus. Cumque ſtatim aratores boues ad arandum iungerent, venit mulier leproſa rogans vt vir Dei Maedhog largiretur ei bouem, cui dedit Sanctus electum bouem. Aratores dixerunt viro Dei, *d* quòd par numerus boum non eſt nobis. Vir ſanctus ait eis: Expectate donec veniat bonus bos miſſus nobis à Deo. Subitò (mirabile dictu!) de mari conſpiciunt bouem venientem: qui exaltans mugitum ter clamauit, ſuumque collum aptiùs in iugum alterius bouis humiliter poſuit. Et *e* tribus vicibus veris ibi bos ipſe arauit, qui in initio cuiuſcumque diei, quo debebat arare, de mari ad arandum veniebat; & ter vocem exaltans iterum in fine diei reuertebatur in mare. Omnes audientes & videntes hoc miraculum, glorificabant Deum & famulum ſuum S. Maedhog.

c

boue paupercula, dato,

d

alium mirabiliter obtinet:

e

33 Alio tempore S. Dauid Epiſcopus, Magiſter Sancti Maedhog, miſit ad eum vt ad ſe ſalutandum antequàm moreretur exiret. Statimque obediens Epiſcopus in Britanniam perrexit, & aliquo tempore cum ſancto Magiſtro ſuo Dauid ſpiritualiter manſit. Quodam iam die S. Maedhog Dauidi Epiſcopo ait: Hodie, Pater, viris bonis promiſi peruenire ad Hiberniam. Sanctus ſenex Dauid reſpondit ei: Iam hodie eris in Hibernià. Ille ait: Quomodò? Venerabilis ſenex ait: Familia tua pro te nauigio veniet: *f* tu autem accipe benedictionem meam; & firmiſſima fraternitas in cælo & in terrâ inter me & te, & inter poſteros noſtros ſemper ſit. Et nunc vade ad mare, & quodcumque ignotum animal tibi venerit, ſuper illud

viſitat S. Dauidem:

f

redit in Hiberniā, marinâ bellua vectus:

illud aſcendes, & te ducet incolumem citiùs ad Hiberniam. Et benedicens eum ſenex ſanctus Dauid Epiſcopus, B. Maedhog venit ad littus maris, & inueniens ibi magnum animal ignotum, aſcendit firmâ fide ſuper eum; & ductus eſt vir Dei citiùs & breuiter ad Hiberniam. Depoſuit autem animal virum ſanctum in loco, qui dicitur Inbher Cromchiun, reuerſumque eſt animal in mare, quaſi petens benedictionem. Sanctus autem Maedhog ſicut promiſit venit ad ſuos.

Ieiunat 40. diebus continuis,

34 Alio tempore beatiſſimus Pontifex Maedhog ſecundùm exemplum Moyſis & Eliæ, imò ſecundùm exemplum conditoris omnium, vnici filij Dei, Domini noſtri Ieſu Chriſti, quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit in ciuitate ſuâ Fearnâ, nihil manducans, neque quidquam bibens, de humano alimento. Et poſt ieiunium quadraginta dierum, vir Dei viſus eſt diſcipulis ſuis longior & groſſior, quàm anteà. Conſummato ieiunio eorum petitiones donauit Sancto Maedhog Dominus omnipotens, quas vir ſanctus ab eo poſtulauit: *g* prima petitio eſt, vt quicúque de regali genere Laginenſium, & magis de ſemine Branduuij filij Ethach, malus ſederet in ſede eius, & mortuus fuerit in eâ, non ſit ſecum in cælo. Et quicumque ſuus monachus negauerit eum, & fugitiuus fuerit ab eo, ſimiliter non ſit ſecum in cælo; & quòd infernus non claudetur ſuper eos poſt diem iudicij, qui in cœmiteriis eius iacebunt; & quòd animam vnam omni die de inferno ſoluet vſque ad diem iudicij.

& pòſt valentior apparet:

g quatuor ſuorum petitiones à Deo impetrat:

a *Vitam* S. Munni, *ſiue* Munnæ, *qui &* Fintanus *dicitur, dabimus* 21. *Octobr. Eius rurſus mentio fit infrà cap.* 8. *nu.* 54.

b *Id eſt,* Domus Munnæ.

c *MS. Salmant.* Eda Maccarbri.

d *Diſtinctiùs MS. Salmant.* Vir Dei, quid faciemus? quia vnus eſt nobis ita neceſſarius, vt ſine eo arare non poſſimus.

e *Idem MS.* ſicque per tres annos vernali tempore. *Capgrau.* per tres menſes.

f *Idem MS.* Verumtamen ne expectes eos.

g *Mirabiles preces, ſic videntur poſſe explicari, vt quiſquis è Brandubij ſucceſſoribus, Lagenia Regibus, ſceleratè vixerit; quicumque è ſuis monachis religioſum inſtitutum abiecerit, Eccleſiaſtica communionis expertes ſint, aterna damnationi, niſi reſipiſcant, obnoxij: vt nemo in ſuis cœmiteriis ſepeliatur, qui letiferi ſceleris conſcientiâ inquinatus deceſſerit: vt denique è purgatorio quotidie ſuorum precibus anima vna eripiatur.*

CAPVT VI.

Varia vaticinia. Salus Regibus obtenta.

35 QVodam verò die S. Maedhog veniens ad vadum Imgain, dixit ei auriga ſuus: Dic mihi, Domine, quis in *a* Sede tuâ poſt te ſedebit? Sanctus Epiſcopus reſpondit ei: Qui ante nos aperiet *b* tormouelam vadi, ipſe poſt me erit ſeſſor cathedræ meæ. Et ſtatim viderunt ſcurriles ſcholaſticos venientes cum ſcutis & haſtis in manibus cauſsâ ludendi. Cumque vidiſſent ſcholaſticorum turmam, vnus ex eis exiliens tormouelam eis aperuit. Videns ſupradictus auriga iuuenem valdè ſcurrilem aperientem termouelam, obſtupuit, & dixit altè: Numquid iſte nugerulus apud nos poſt Patronum noſtrum erit Antiſtes? Tunc ſcholaſticus ille compunctus gratiâ Spiritus ſancti, humilis venit ad S. Maedhog, & dixit ei: O Sancte Dei, volo tecũ ire, & viuere ſub diſciplinâ tuâ. Vir ſanctus ait ei: Vnde es, & quo nomine vocaris? Ille ait: Mumenienſis ego ſum, de habitatoribus Luachuir, & Cronanus vocor. Cui ait vir Dei: Alio nomine diceris, id eſt, Mochua Lothre. Et ait ei: Sequere me. Inde ſecutus eſt Mochua Lothre S. Maedhog vſque ad obitum ſuum; qui poſteà effectus eſt ſapiens & ſanctus, & vir miræ abſtinentiæ, qui fecit magna miracula; quem pro honeſtate vitæ & pro bonitate morum beatiſſimus Maedhog poſt ſe in Epiſcopum conſtituit.

a
b

prædicit S. Cronanum tum iuuenem & ſcurrilem, futurum ſuum ſucceſſorẽ,

qui mox compũctus eum ſequitur.

Pro captiuis intercedẽs, à Duce repellitur;

36 Alio tempore S. Maedhog audiens quoſdam de ſuo genere in Momonienſibus, videlicet in illâ regione, quæ dicitur Hy Conaill Gabhræ, eſſe captiuos; perrexit, vt eos de captiuitate ſolueret. Cumque illuc vir Dei peruenisſet, Dux illius terræ noluit audire eum, nec dimiſit eum in ſuo caſtello manere. Ante illius caſtelli oſtium vir Dei triduo ieiunauit. Finito verò ieiunio filia ipſius Ducis, quam ipſe valdè diligebat, ſubitò mortua eſt. Sciens vxor Ducis hoc factum eſſe cauſsâ miraculi, duxit corpus exanime ad S. Maedhog; & rogatus à matre eius, & à comitibus ſuis famulus Dei reſuſcitauit illam à morte. Sed adhuc Dux durus Sancto Maedhog verbis aſperis reſiſtebat. Cumque S. Maedhog Ducem maledicere cœpiſſet, puer quidam, qui propè ſtabat, dixit: Aue ſenior ſancte, maledictio tua ſit ſuper hanc petram: & cùm dixiſſet, Sit ſuper hanc petram maledictio hæc, ſtatim petra illa in duas partes diuiſa eſt. Hoc iam videns ille Dux pœnitentiam egit, & ſuos cognatos liberos dimiſit Sancto Maedhog. Et obtulit ei locum qui dicitur Cluana Claidblaſch: & ibi conſtruxit vir ſanctus monaſterium, & benedicens locum ipſum, & Ducem qui dedit illum, receſſit inde.

Ex MSS.

cuius filiam ideò mortuam,

reſuſcitat:

petram maledictione diuidit:

Ducem conuertit:

37 Quodam die cùm eſſet S. Maedhogh cum cẽtum quinquaginta Fratribus in meſſe, venit Rex Branduuius ad meſſem, viſitans virum Dei. Videns iam Rex dilectionem & humilitatem tot Fratrum, admiratus ait ad ſanctum Epiſcopum: Mirabiliter illi ſe diligunt, & obediunt ſibi inuicem. Vir Dei ait: Mirabilius eſt, quòd ſunt omnes filij vitæ, niſi vnus tantùm. Rex ait: Quis eſt ille filius mortis? iam vellem iugulare eum, ne eſſet *c* inter oues Dei. Sanctus Epiſcopus reſpondit: Non iugulabis eum; ſed tamen ſcies eum modò, quia hora celebrandi opus Dei aduenit: omnes enim Fratres præter eum proſtrabunt ſe ad terram ad opus Dei, ſed ipſe non proſtrabit ſe. Cumque Fratres horam tertiam celebraſſent; Pater ſanctus, omneſque ſecum ad terram ſe inclinauerunt, excepto filio mortis. Tunc Rex interrogauit eum dicens: Quare cum ceteris non inclinaſti? Ille reſpondit: Mens mea aliud modò cogitat. *d* Poſteà ille ad gentem ſuam in ſeculo perrexit, & ante hebdomadæ finem iugulatus eſt, & infeliciſſimè obiit.

diuinitus cognoſcit & prædicit omnes ſuos ſaluandos, præter vnum

c

cum ceteris non orantem;

qui ad ſeculum reuerſus malè periit.

d

38 Quodam tempore beatiſſimus Maedhog volens adire ciuitatem Mumonienſium regalem, nomine *e* Caſſel, equi currus ſui immobiles ſteterunt ſecundùm exemplum aſinæ Balaam. Mirans hoc vir ſanctus, venit ad eum Angelus Domini dicens ei: Vult Dominus, vt pergas ad aliam regionem, ad prouinciam Chonactorum; quia Guarius Aidhu Rex Conaghtorum grauiſſimis doloribus torquetur in cellâ, quæ dicitur *f* Keallmic Duach, prope mortem iam torquetur: tibi enim Dominus concedit vt cures eum. Vir Dei reſpondit: Quodcumque dixerit mihi nuntius Domini mei, libenter faciam: igitur volo illuc ire. Angelus dixit: Quamuis nolueris tamen exibis, quia ita vult Dominus, & equi tui per aliam viam non ibunt. Tunc S. Mædhoc dixit ad aurigam ſuum: Dimitte equos ire quocumque voluerint. Et ſtatim equi ad Aquilonalem curſum declinauerunt: & cùm veniſſent ad ſtagnum Dergderc, equi ſine impedimento ſub curru ſiccis pedibus per lacum, quaſi per aridam terram, diuinâ potentiâ perrexerunt.

e

Equos ſiſtente Angelo

mittitur ad Guarium Regem:

f

equi vltro eam viam carpentes,

ſtagnum tranſeunt ſicco veſtigio:

39 Poſteà tranſgreſſo lacu duos viros inuenerunt in agro, quibus S. Maedhog ait: Indicate nobis bonam viam, qui reſponderunt: In his locis non eſt aliqua via vobis. vnus eorum dixit eis: Si boni Clerici eſtis, de locis aſperis planum iter facietis. Tunc ſanctus ſenior ait *g* Mochuda, benedicens viam, Dominus ſcit quomodò ſumus; ſed ipſe poteſt planum iter nobis facere, ſicuti tu dicis. Ad hanc vocem plana via per montes & ſiluas, & grunnas ſine vllo impedimento vſque ad monaſterium, quod dicitur Keall Muduach, vbi erat Rex Conaghtorum Guarius Ayni infirmus, facta eſt. Et cùm à ſancto Epiſcopo oratio facta eſſet pro eo, ſtatim ſanatus eſt ab omni infirmitate ſuâ. Et ait vir ſanctus Regi: Regnum tuum iterum tenebis triginta annis; & in fine vitæ tuæ *h* tribus annis in dolore eris, & in illâ infirmitate morieris, & regnum cælorum poſſidebis propter eleemoſynam

g

Sanctus viam aſperam benedictione complanat:

Regem ſanat: 30. annos pollicitus & vitam æternam.

h

Ex MSS. Luc.6.30. nam & largitatem tuam. Rex enim potuit illam sententiam complere quæ dicit: Omni petenti te da. Et benedicens Regi, & factâ oratione & firmitate inter se & sanctissimum virum, in cuius honore est illud monasterium primò & ciuitas constructum, vir beatissimus Mochuda recessit in viam suam.

a *In catalogo Episcoporum Fernensium secundus est* S. Molingus, *de quo infrà cap.9.nu.60. Præponendus ei* S. Cronanus *videtur.*

Tormouela. b Tormouela *Hibernis significat transuersariam trabem ad portas, vel in aditu via alicuius, quâ arceri equi ac currus solent; aut certè crates mobiles, aut septa, quibus pratorum claudi ingressus solet, ne egredi aut ingredi passim queant animalia. ita doctissimus Colganus.*

c *Addit MS. Salmant.* tamquàm lupus. *Osulleuanus ait, cùm meridie cibum sumpturi orarent monachi, hunc stetisse alia cogitantem. probabilius est quod habent MSS. de horâ Tertiâ. siue parte diuini officij.*

d *Idem MS.* in crastino.

e *De* Cassellâ *Archiepiscopali vrbe egimus* 8. *Ianu. præfat. ad vitam* S. Erardi, *num.* 7.

f *Hanc Sedem nunc Episcopalem esse, nobis retulit Colganus, quæ vulgò* Duacensis *appellatur.*

g *Hic est* S. Carthagus, *de quo* 14. *Maij.*

h *MS. Salmant.* durâ infirmitate purgaberis.

CAPVT VII.

Mortuus suscitatus. alia Aidani miracula.

a S. Moluam diei vnius spatio secum Romam trãsfert, & inde in patriam:

40 QVidam vir sanctus, nomine a Molua, venit ad S.Maedhog, dicens: Volo adire Romam peregrinatione. Ait ei Episcopus: Non habebis meam licentiam. S.Molua respondit: Certè si non videro Romam, citò moriar. Tunc assumpsit eum secum S. Maedhog in curru, & non apparuerunt suis vsque in crastinum. Et visum est Sancto Molua, quòd essent illâ nocte in Româ, & soluerit sua vota ibi ad limina Apostolorum. Crastinâ iam die orto sole Sancti venerunt ad ciuitatem Fearnæ; & ait sanctus senex ad B.Molua: Numquid vis modò ire Romam? Ille ait: Quare vellem? nonne persolui ibi heri, & præteritâ nocte orationes meas? sed pudet me tam citò redire ad monasterium meum. Statim ille Episcopus perrexit cum eo, & dimisit eum in locum suum perhibens eum fuisse Romę. Mysterium huius rei Dominus scit, sed scimus quia ille Sanctus peritus erat Romæ, quasi fuisset ibi longo tempore.

raptus videt ingressum S. Columbæ in cælum,

41 Accidit vt esset B.Maedhog cum vno puero iuxta quamdam crucem, & tum scripsit vir Dei vnum psalmum illi puero: & postquàm scripsit, vidit ille puer S. Maedhog ascendentem scalam auream inter cælum & terram, portantem secum b ceraculum pueri. Cùm iam post tempus reuersus esset, non potuit puer respicere in faciem eius propter claritatem suam. Aitque puero: Caue, ne dicas alicui in vitâ meâ. Cui ait puer: Si mihi dixeris, quò exisi, ego celabo quod vidi. Ait ei vir sanctus: Iam iui ad lætitiam, quam fecit familia cæli in aduentu c S. Columbę, qui mihi fuit valdè amicus. Hęc verba post obitum Sancti Maedhog ille puer cùm esset vir fidelis narrauit coram populo.

b splendenti facie inde redit:

c

42 Quodam die Oeconomus S. Mochuæ Lothre venit ad S.Maedhog, dicens: Parum frumenti habemus; seminabimus illud an dabimus Fratribus? Cui Sanctus respondit: Multum seminate, & sufficienter distribuite Fratribus. Ille ait: Quomodò potest hoc fieri? Homo Dei ait: Quod modò habetis, non deficiet in seminando & comedendo, donec panis vobis veniet de terrâ. Et sic factum est iuxta vaticinium viri Dei.

præcipit parum frumenti diuinitus multiplicandum:

43 Alio die coquus suus venit ad S.Maedhog, dicens: Hodie in coquinâ nihil habemus, nisi modicum vas lactis, ac parum butyri, vtrum hospitibus hoc tribuetur? Cui Sanctus ait: Omnibus date largiter, quasi de monte d haberetis. Postea illâ nocte omnes sufficienter comederunt.

idem in aliâ annonâ factum:

d

fraudem quorũdam mendicorũ detegit:

44 Quidam viri callidi & fallaces sua vestimenta absconderunt in siluis, nudique ad S. Maedhog venientes, vestimenta ab eo postulauerunt. quibus Sanctus ait: Sustinete paulisper, donec vestimenta accipietis. Tunc S. Maedhog misit occultè ministrum, vbi vestimenta illorum abscondita erant, & allata sunt eis vestimenta sua. At illi sua propria vestimenta agnoscentes, confusi recesserunt vacui.

45 Quidam Comes Laginensis euertit fidem suam contra Dominum suum, & iugulauit Regem Laginensium, imò e totius Hiberniæ Brandubum, filium Ethach; & illicò inde Rex obiit, sine confessione, & diuino viatico. Hoc audiens sanctus Episcopus Maedhog, valdè sibi doluit; & flens & lugens ait: Vtinam illa manus, quæ defensorem Ecclesiarum, regionum, atque iudicem viduarum & pauperum iugulauit, ex latere suo caderet! quod postea completum est. Deinde S.Maedhog ad locum, vbi erat Rex mortuus, perrexit; & factâ oratione suscitauit eum coram omnibus. Cui ait Rex: Rogo te, Pater, si mihi promittis regnum Dei, vt nunc pergam ad cælum; satis enim peregi cursum huius vitæ: Dominus constituet vobis alium Regem. Hæc sententia placuit Episcopo. Et tunc accepto sacrificio, & factâ confessione, & datâ indulgentiâ, Rex Brandubh ad cælum migrauit, & sepultus est honorificè in cœmiterio Sancti Maedhog, quod est in ciuitate suâ Fearnâ; vbi genus eius, Reges Laginensium semper sepeliuntur. Postea ille Comes Saranus, qui occidit Regem, tactus compunctione venit ad sepulchrum Regis; & egit ibi pœnitentiam amarissimè: lugebat enim ibi in grauissimis ieiuniis penè nudus, non discedens inde die ac nocte. Cùm ita esset per aliquod tempus, dixit ei vox de sepulchro, quasi vox Regis: O Sarane Buite, ignoscitur tibi, quod fecisti. Et cùm dixisset, manus Sarani cecidit de latere eius, sicut priùs optauit S. Maedhog. Hoc scientes viri Catholici duxerunt inde Saranum, & in reliquo vitæ suæ benè vixit.

e

Brandubium occidit, sum resuscitat,

confessione & viatico munit; qui volens moritur:

interfecto ri pœnitentiam agenti,

renuntiatur condonatum peccatum,

excidit tamen manus.

46 Quadam horâ audiens S. Maedhog Angelorum suauia carmina desuper canentium, rogauit Dominum, vt de hoc seculo molesto ad regnum cælorum migraret, essetque cum Christo, exemplo S.Pauli. Sed Dominus eum diutius in carne manere, caussâ multorum, volens; ait ei vox: Debes adhuc viuere caussâ tuorum. Et ille: Quamdiu Dominus voluerit me viuere, non renuo laborem.

S. Aidanus audit cantus Angelorum: optat mori:

47 Quidam inops, à quo dominus suus censum magnum exigebat, venit ad S.Maedhog, quærens auxilium. Tunc S.Maedhog erat in agro, *f* & semen seminabatur in terrâ ante eum; & vir sanctus ei petenti dimidium modij hordei dedit. Ille ait: Quid mihi prodest hoc? Vir Dei dixit: De hoc reddes totum tuum debitum; & pro parte habebis. Homo ipse subridens; totum illud in aurum conuersum est. Dixitque ei vir sanctus: Redde domino tuo Duci debitum, vt sis liber. Dux videns aurum optimum, ait ei: Quis tibi tantum auri largitus est? Ille respondit: B.Maedhog. Tunc *g* Te offero liberum in æternum. Tunc ille seruus quondam, modò liber, gaudens venit ad S. Maedhog, indicans ei quid sibi fecit Dux. Et assignauit ille homo totum aurum Sancto Maedhog: & orante sancto viro, despiciens aurum, in hordeum conuersum est totum, iubente Sancto Dei iterum in terrâ seminatum est.

f

pauperi hordeum dat, quod in aurum vertitur;

sed illi redditum, iterum fit hordeum

g

48 Quodam tempore cùm B.Maedhog basilicam sibi ædificare voluisset, non potuit artificem tum inuenire. Confidens in Deo, benedixit manus cuiusdam ineruditi, nomine Gobbanus, & statim subtilissimus artifex est factus *h*. Postea in summâ arte illam basilicam ædificauit.

quemdam benedicens architectũ facit:

h

49 Alio tempore sanctus senex Maedhog exiuit ad lauandas manus ad riuum cum paucis Fratribus. Tunc alij viri eum videntes, dixerunt: Nullus homo potest commouere Sanctum Maedhog ad discordiam. Tunc rusticus ex eis ait: Ego iam possum; erat vir indutus pellibus. Veniens ille rusticus proiecit virum sanctum in riuum. Cui Sanctus ait: Quid fecisti ô homo? intacta erant vestimenta eius aquâ. Videns ille homo vestimenta viri sancti

in aquam deiectus, nec madefactus,

celum ſpondet pœnitenti. i

ſancti arida eſſe, dixit: Pœnitet me quod feci; da mihi indulgentiam. Cui Sanctus ait: Benè feciſti confitendo, & agendo pœnitentiam; quam ſi non peteres, terra modò te abſorbuiſſet: núc autem cælos habebis *i*, & quadrageſimo die morieris. Et ſic iam factum eſt.

a S. Luani, *ſiue* Lugidij, *aut* Moluæ *vitam dabimus 4. Auguſti. Paradoxa eſt hac peregrinatio, niſi ſolùm in ſpiritu peracta. Probabilior eſt, qua in vitâ* S. Laſriani, *ſiue* Molaſſij 12. *Septembru refertur*: B. Laſrianus diuino ſpiritu inſtinctus Sedem Apoſtolicam viſitare propoſuit. Iter igitur aggrediens, collactaneum ſuum, Sanctum videlicet Edanum, antequàm transfretaret, viſitauit. Cui S. Edanus dixit: Si mihi dimidiam partem tribuas reliquiarum, pericula viarum tuarũ in humeris meis ſuſcipiam. Illis ergo talia mutuò promittentibus, & inuicem benedicentibus, S. Laſrianus proſpero nauigio ad portum peruenit deſideratum.

S. Aidanus S. Laſriano tutum iter precibus impetrat.

b *Capgrauius*: pueri libellum. *Vide ſuprà cap. 1. nu. 5. lit. h.*

c S. Columbæ *vitam dabimus 9. Iunij.*

d *MS. Salm.* traheretis.

e *Non numeratur inter Hiberniæ monarchas* Brandubius; *fuit tamen, vt ex hac* S. Aidani *vitâ apparet, potentiſſimus, & fortaſſis ſibi titulum illum Regis Hiberniæ arrogare conatus eſt. In vitâ* S. Colmani 26. *Septemb. dicitur* Brandubius *ſuſcitatus, poſtquàm annum integrum fuerat ſepultus; quod minùs probabile. In vitâ S. Colmani Epiſcopi* 7. *Iunij dicitur* ſubito inimicorum impetu interfectus.

f *MS. Salmant.* Erat autem tunc ſeminans hordeum in agro.

g *Idem MS.* Hoc aurum non conuenit mihi habere, ſed Deo & S. Mœdoc; & ideò te in æternum proclamo liberum.

h *Addit idem MS.* quòd parem illis temporibus non haberet.

i *Addit idem MS.* meâ interceſſione.

k *Oſulleuanus,* quarto die.

CAPVT VIII.

Curioſitas punita. alia Aidani miracula.

Ligna vt ad eccleſiã ſtruendam afferãtur, impetrat;

50 QVodam die Oeconomus S. Mochuæ Lothrę venit ad ſanctum ſenem Maedhog, dicens: Nos eccleſiam ædificamus, & ligna abſciſſa ſunt in ſiluâ; & non habemus ſufficienter viros vel boues, qui illa ad nos eſferant. Cui ſanctus Epiſcopus ait: Ite vos ad cellam veſtram, & quidquid in illâ nocte audieritis, nolite aſpicere. In illâ autem nocte ſonitum magnum audiuerunt de ſiluâ ad cellam; & nemo auſus eſt videre: ſed cùm quidam ſtultus Conuerſus ex eis contra præceptum Sancti Maedhog per foramen clauis proſpexit, & vidit multitudinem iuuenum pulcherrimarum formarum, comis aureis vſque ad ſcapulas, ligna deferentes. Tunc audita eſt vox dicens Angelis: Ceſſate ab hoc opere; & niſi vir ille proſpexiſſet totam eccleſiam *a* ædificarent Angeli. Poſteà autem Gobbanus artifex illam eccleſiam ædificauit.

ceſſant ob vnius curioſitatem:

a

51 Alio tempore cùm S. Maedhog in finibus Mumonienſium, ſcilicet in Hua Conaill, prope monaſterium *b* S. Ithæ eſſet, volens viſitare S. Moluam Patrem confeſſionis ſuæ, audiuit campanas multùm ſonantes; & cùm interrogaſſet vir Dei, quid hoc eſſet, dictum eſt ei quòd alumna S. Ithæ tunc mortua eſſet, quam famula Dei valdè adamauit. Audiens ancilla Dei quòd S. Maedhog propè eſſet, miſit ad eum dicens: Veni ad nos ſancte Pater, & tuâ magnâ ſanctitate ſuſcita filiam meam. Tunc Epiſcopus miſit vnum de ſuis diſcipulis cum baculo ſuo, dicens: Pone baculum iſtum ſupra pectus puellæ extinctæ. Confido enim de Dei mei miſericordiâ, & beatitudine beatiſſimæ Ithæ, quòd illa reſurget. Cumque baculus Sancti ſupra pectus puellæ mortuæ poſitus eſſet, ſtatim viua & ſana ſurrexit. Omnes audientes & videntes tale miraculum glorificabant Deum & famulum ſuum.

b

mortuam ſuſcitat attactu baculi:

52 Quidam fur coronam de pecoribus S. Maedhog furatus eſt, & comedit. Cumque fur ille coram S. Maedhog iurare cœpiſſet, quòd animal illud non furaretur, nec comediſſet, auris coronæ ex labiis eius viſa eſt: & omnes circumſtantes deriſerunt eum, glorificantes Chriſtum in Sancto ſuo; & ille confuſus reuerſus eſt.

furem peierantem confundit:

53 Aliâ die quidam milites occurrerunt Sancto Maedhog habentes virum in vinculis, quem volebant tradere Regi Laginenſium quaſi malefactorem: quibus motus miſericordiâ vir Dei ait: Dimittite miniſtrũ vinctum pro amore Chriſti. Illi dixerunt: Certè non dimittemus, donec ſit redditus Regi. Cumque poſteà pergerent ad ſiluam, viſum eſt eis, quòd multa turba inimicorum ſuorum ex inſidiis properarent ad eos: tunc illi huc illucque fugientes virum vinctum reliquerunt ſolum. Hoc videns ille vir ſtatim reuerſus eſt ad S. Maedhog. Rex autem hoc audiens iuſſit illum eſſe liberum, magnificans gratiam Dei in S. Maedhog.

Ex MSS. *captiuum liberat:*

54 Quodam die cùm ſanctus Epiſcopus Maedhog, & ſanctus Abbas Munna eſſent in vno loco, Epiſcopus in angulo eccleſiæ exit ſe in gradu alto. Tunc ſanctus Abbas Munna, filius Tolchani, videns eum ita eſſe, dixit ei: Quid eſt, quod videsa reuela mihi illud. Tunc beatus Pontifex ſignauit oculos ſancti Abbatis, & ipſe illicò vidit cum ſancto Pontifice totum mundum ab ortu ſolis vſque ad occaſum, quaſi vnum ſtadium. Et gratias Deo agentes deſcenderunt: narrabatque Abbas Munna Fratribus quod contigit.

videt & S. Munna oſtendit totum mundum inſtar ſtadij:

55 Alio die cùm S. Maedhog iter ageret, occurrit ei in viâ S. Colmanus, filius Fyacrij; in illâ horâ equus Colmanni mortuus eſt: cui illicò ſanctus Epiſcopus equum ſuum ſub curru Colmani dedit. & cùm inde diſceſſiſſet, alius equus hyacinthinus à Deo miſſus ſub curru Sancti Maedhog ſtatim mitis venit. Cumque Colmanus eadem viâ reuerſus eſſet, equus ſuus viuus ſurrexit in occurſum eius, & ipſe hoc ſanctitati beatiſſimi Antiſtitis Maedhog deputauit.

dat equum ſuum S. Colmano;

& alius illi diuinitus mittitur:

56 Quodam die ipſe ſanctus ſenex Maedhog ligna pomifera in horto plantauit: ſed vir ille, qui ei ſemina deferebat malorum, detulit cum ceteris infructuoſa ligna, id eſt, bicutec & auli: cùm iam fide ſanctâ beatus vir communiter plantans de lignis infructuoſis, fructifera cum pomis dulcibus gratiâ Dei fecit.

arbores infructuoſas plantat, quæ fructus ferũt:

57 Alio tempore Rex Temoriæ magnum exercitum ex ſuis finibus collegit contra Laginenſes, & Rex Chonactorum, & Rex Aquilonalium partium Hiberniæ cum ſuis exercitibus venerunt ad Regem Temoriæ; & ipſi tres Reges cum ſuis Ducibus multitudo maxima innumerabilis erat. Et vnanimes conuenerunt vt deuaſtarent prouinciam Laginenſium in vindictam Cuaſgij, filij Aidi, filij Aimirechi Regis Hiberniæ; quem Cuaſgigium occiderunt Laginenſes; volens ipſe vindicare in eis patrem ſuum Æda, quem Brandubh, filius Ethach Rex Laginenſium in bello magno occidit. Tunc Rex Laginenſium venit ad ſanctum Archiepiſcopum Maedhog, querelam faciens ante eum de hac re. Cui ait vir Dei: Multi Sancti ſeruierunt Domino in terrâ veſtrâ; ite vos forti animo ad certamen, & nos ibi omnes erimus vobiſcum. In illâ iam nocte S. Maedhog extenſis in oratione manibus ſtetit. Craſtinâ verò die Rex Laginenſium confidens in Dei auxilio per ſuum Patronum B. Maedhog commiſit bellum contra nimiam multitudinem; Aquilonareſque viginti quatuor millia fortiſſimorum militum, præter vulgus peditum, in fugam verſi ſunt. Et magna cædes facta eſt in eis.

Regi victoriam impetrat.

a *Addit MS. Salmant.* illâ nocte.

b *Vitam* S. Ithæ *dedimus 15. Ianuarij.*

CAPVT IX.

S. Aidani poſt mortem miracula.

ad reliquias eius ſanatur paralyticus:

58 QVidam homo paralyticus erat Romæ, qui fuit potens, & per multa loca ſanitatem quæſiuit, & non inuenit. Cui quidam viri ſancti dixerunt: Eſt quidam Epiſcopus ſanctus, nomine Maedhog, in Hiberniâ inſulâ; & ſcimus, dono Dei, ſi peruenisſes tu ad eum, ipſe præſtaret tibi ſanitatem: & non habebis vnquam ſanitatem donec peruenies ad eum. Cumque ille peruenisſet in Hiberniam, inuenit virum Dei Maedhog mortuum in campulo: ſed ipſe paralyticus confidens in ſanctitate famuli Dei acceſſit, & tetigit corpus, & illicò coram

Ex MSS. ram omnibus sanatus est ab omnibus doloribus suis, gratias Domino & seruo suo Sancto Maedhog agens, sospes & validus cum suis nauigauit de Hibernià.

59 Fuit quidam homo infirmus annis triginta, in finibus Aquilonarium Laginensium, nomine Finanus: hic in visione in festiuitate Sancti Maedhog, vidit currum mirabilem de cælo descendentem ad ciuitatem Sancti Maedhog Fearna, in quo erat senex sanctus pulcherrimus facie, in clericali habitu, & clarissima Virgo palliata cum eo; & ipsi sibi inuicem dabant honorem quasi seruus Domino. Ille vir interrogauit eos qui essent. Respondit Clericus ei: Ista est beatissima Virgo [a] Brigida, Domina Hiberniæ: ego autem sum seruus Christi Maedhog: festum iam meum crastinâ die celebratur, & festum huius Virginis beatissimæ post cras colitur. Iam verò venimus, vt benedicamus loca nostra; & eos qui suis donis & oblationibus honorificant diem exitus nostri. Tu verò lætus & paratus esto, quia crastino [b] die migrabis ad cælum. Surgens ille homo de ecstasi, ascendit currum, & exiuit ad ciuitatem beatæ Virginis Brigidæ, nomine Killdara, positam in campo Liffe in terrâ Laginensium, narrans omnibus visionem suam: & sicut prædictum est ei, die tertio feliciter post victoriam infirmitatis ad cælum [c] migrauit.

60 Cùm teneret beatissimus Episcopus [d] Molingus cathedram Episcopalem Sancti Maedhog, aliquo euentu in lecto beati viri Sanctus ascendit, vbi nemo ante eum ausus est ingredi: cui ait Canonicus istius Ecclesiæ: Vsque hodie post obitum Sancti Maedhog, Patroni nostri, nemo ascendit in hoc lecto, propter nimiam sanctitatem eius, qui modicè ibi euigilans spiritu Domino post lassitudinem corporis requiescebat. Ait ei sanctus Episcopus Molingus: Nos, qui in cathedrâ eius sedemus, benè possumus hîc dormire. Et cùm hoc dixisset, statim dolor validus apprehendit eum. Cùm iam torqueba*eo inuocato sanatur.*tur valdè, fundens orationem petiuit Dei auxilium; sed cùm dolor adhuc non cessabat vrgere eum, iterum se signans signo crucis cœpit inuocare frequenter Sanctum Maedhog sibi in auxilium: & cùm hoc feciisset, statim feruor doloris mirabiliter discessit ab ipso. Surgensque inde S. Moling sospes & sanus ait: Nemo in isto tempore dignus est in lecto nostri Patris S. Maedhog dormire. In hoc apparet quantam gratiam habet S. Maedhog apud Deum in cælis, in cuius lectulo nemo audet in terris dormire. Multa alia signa virtutum Sanctus Maedhog in corpore, & post obitum eius gratia Dei per eum fecit, & adhuc ad reliquias eius non cessant ostendi. Ipse etiam Archiepiscopus Maedhog, fundatis multis Ecclesiis & peractis maximis miraculis, felicissimo obitu III. Kal. Februarij ad Christum migrauit. Sed Sanctus & Patronus noster Maedhog inter choros Angelorum & Apostolorum, & omnium Sanctorum epulari in cælis in gaudio, sine mœrore, in regno sine fine, in vitâ sine morte, in conspectu Domini nostri Iesu Christi, cui est honor & gloria cum Deo in vnitate Spiritus sancti in seculorum secula, Amen.

apparet S. Aidanus cum S. Brigidâ agroto, & mortem ei prædicit.

a *Vitam* S. Brigidæ *dabimus 1. Febru. in quâ de* Kildariâ *vrbe &* Liffe *campo ac flumine.*

b *Id est, postridie festi* S. Brigidæ.

c *Colitur quoque vt* Sanctus *hic* Finanus.

d *Colitur 17. Iunij* S. Molingus *Episcopus Fernensis.*

S. Molingus in eius lecto dormiens, morbo corripitur;

DE S. ADAMNANO

PRESBYTERO COLDINGHAMI IN SCOTIA.

SVB FINEM VII. SECVL. XXXI. IANVAR.

1 MErchia *regio est moderna Scotiæ, cis* Forthæ *æstuarium,* Barwico *extremo Angliæ propugnaculo vicina. Hic* Coldingham *est, quæ Bedæ* Coludi vrbs *dicta, & vt quidam censent, Ptolemæo lib. 2. cap. 3.* Colania. *Monasterium illic Ebbæ sanctissimæ Virginis, è Northumbriæ Regibus ortæ, extitit; quod flammis absumptum, deinceps restauratum, altera altero pòst seculo* Ebba *rexit, quæ vt pudicitiam à Danorum piratarum libidine tueretur immunem, labra sibi ac nasum præcidit, & cum ceteris Virginibus eius exemplum secutis martyrio coronata est; colituráq; II. Aprilu. Prioris verò* Ebbæ *XXV. Augusti consecrata est memoria, à quâ propinquum promontorium nomen accepit, vulgò* S. Abs head *appellatum.*

Coludiense monasterium.

2 *In eo monasterio tum sacræ Virgines degebant, tum, vt sæpè eâ ætate, qui sacra illis administrarent, sed domicilio, vt par erat, discreti, Presbyteri & monachi. Ex his* Adamnanus *fuit, cuius sanctitatem Beda prædicat lib. 4. histor. Anglic. cap. 25. quod hic dabimus. Eius natalem in Catalogo SS. Hiberniæ hoc die retulit Henricus Fitz-Simon noster, qui* Adomnanum *vocat; at non rectè Abbatem facit, & fortè cum Huensi Abbate* Adamnano *confudit. Eumdem hoc die habet Ioannes VVilsonus in priori editione Martyrologij Anglicani, qui:* Adamanum *appellat. Ast in posteriori eiusdem Martyrologij editione ad XVI. Martij, haud scimus quâ causâ, reuocauit: vtrobique* Præfectum *vocat Coludiensis cœnobij; non rectè; nam & viris & Virginibus vna præerat* S. Ebba.

S. Adamnani natalis.

3 *XXVII. Ianuarij eum refert Dauid Camerarius his verbis:* Hoc eodem die S. Adamannus Abbas Coludius, de quo vide VVestmonasterienſem ad annum 701. *At neque Abbas fuit hic Adamnanus, vt iam diximus; & VVestmonasterienſis de altero agit Adamnano:* Anno gratiæ 701. *inquit,* floruit vir bonus & litteratus Adamannus Presbyter & Abbas monachorum qui erant in insulâ Hy. *De hoc agemus XXIII. Septembris. Ad quem diem in Notis Coludij Adamnani ita meminit Ferrarius in gener. catal. SS.* Fuit & Adamannus Presbyter Scotus in oppido Coludi, sanctitate quoque insignis. *XI. Decembris in recenti quodam MS. Kalendario SS. ord. S. Benedicti ita celebratur:* S. Adamantij monachi & Præpositi monialium in Angliâ, quod Colodi-vrbs dicitur.

Non fuit Abbas:

4 *Monachum fuisse* Adamnanum *asserit præter Hugonem Menardum lib. 2. Obseruat. ad 29. Augusti, & Lesæus lib. 4. de gestis Scotorum ita scribens:* Adamannus Coludius hac tempestate viguit: quem natione Scotum, ordine monachum, acumine subtilem, sacris litteris egregium, moribus antiquis illustrem, ac orationis suauitate perinsignem, omnis Britannia vnicè obseruauit ac coluit. *Agit de eo quoque fusè Nicolaus Harpsfeldius seculo 7. cap. 37. Ioannes Capgrauius in vitâ* S. Ebbæ. *Trithemius lib. 3. de viris illustrib. Ord. S. Benedicti cap. 124.* Adamannus monachus & Presbyter, monasterij sanctimonialium in Angliâ, quod Colodi-vrbs dicitur, Præpositus, natione Scotus, vir austeræ conuersationis & sanctæ vitæ, ita vt præter Dominicam & quintam feriam nihil in hebdomadâ penitùs comederet, sæpè etiam noctes integras peruigil in oratione transigeret, magnis effulsit virtutibus. Claruit anno Domini 670.

fortè monachus.

VITA

Auctore S. Bedâ lib. 4. hist. c. 25.

1 HIs temporibus monasterium Virginum, quod Coludi-vrbem cognominant, cuius & suprà [a] meminimus, per culpam incuriæ flammis absumptum est. Quod tamen à malitiâ inhabitantium in eo, & præcipuè illorum qui maiores esse videbantur, contigisse omnes, qui nouêre, facillimè potuerunt aduertere. Sed non defuit puniendis admonitio diuinæ pietatis, quâ correcti per ieiunia, fletus, & preces, iram à se instar Ninuitarum iusti Iudicis auerterent.

a

Coludi-vrbs incensa.

2 Erat namque in eodem monasterio vir de genere Scotorum, Adamnanus vocabulo, ducens vitam in continentiâ

Ifibic Adamnanus

mirâ abſtinentiâ, viuit,

tinentiâ & orationibus multùm Deo deuotam, ita vt nil vnquam cibi vel potus, exceptâ die Dominicâ & quintâ ſabbati perciperet, ſæpe autem noctes integras pernigil in oratione tranſigeret. Quæ quidem illi diſtrictio vitæ arctioris primò ex neceſſitate emendandæ ſuæ pra-

olim in peccati expiationem,

uitatis obuenerat: ſed procedente tempore neceſſitatem in conſuetudinem verterat. Siquidem in adoleſcentiâ ſuâ ſceleris aliquid commiſerat, quod commiſſum, vbi ad cor ſuum rediit, grauiſſimè exhorruit, & ſe pro illo puniendum à diſtricto Iudice timebat. Accedens ergo ad Sacerdotem, à quo ſibi ſperabat iter ſalutis poſſe demonſtrari, confeſſus eſt reatum ſuum, petiitque vt conſilium ſibi daret, quo poſſet fugere à venturâ Dei irâ. Qui audito eius commiſſo dixit: Grande vulnus, grandioris curam medelæ deſiderat; & ideò ieuniis, pſalmis, & orationibus quantum vales inſiſte, quo præoccupando faciem Domini in confeſſione, propitium eum inuenire merearis. At ille, quem nimius reæ conſcientiæ tenebat dolor, & internis peccatorum vinculis quibus grauabatur ocyùs deſiderabat abſolui; Ado-

volenti impoſitâ à Confeſſario,

leſcentior ſum, inquit, ætate, & vegetus corpore; quidquid mihi impoſueris agendum, dummodò ſaluus fiam in die Domini, totum facilè feram, etiamſi totam noctem ſtando in precibus peragere, & integram ſeptimanam iubeas abſtinendo tranſigere. Qui dixit: Multum eſt, vt totâ ſeptimanâ abſque alimento corporis perdures; ſed biduanum, vel triduanum ſatis eſt obſeruare ieiunium. Hoc facito, donec poſt modicum tempus rediens ad te, quid facere debeas, & quamdiu pœnitentiæ inſiſtere tibi pleniùs oſtendam.

poſteà voluntariè retentâ:

3 Quibus dictis, & deſcriptâ illi menſurâ pœnitendi, abiit Sacerdos: & ingruente cauſsâ ſubitâ ſeceſſit in Hiberniam, vnde originem duxerat: neque vltra ad eum iuxta ſuum condictum rediit. At ipſe memor præcepti eius ſimul & promiſſi ſui, totum ſe lacrymis, pœnitentiæ, vigiliis ſanctis, & continentiæ mancipauit; ita vt quintâ ſolùm ſabbati & Dominicâ, ſicut prædixi, reficeretur; ceteris ſeptimanæ diebus ieiunus permaneret. Cumque Sacerdotem ſuum in Hiberniam ſeceſſiſſe, ibique defunctum eſſe audiſſet, ſemper ex eo tempore, iuxta condictum eius, memoratum continentiæ modum obſeruabat: & quod cauſsâ diuini timoris ſemel ob reatum compunctus receperat, iam cauſsâ diuini amoris delectatus præmiis indefeſſus agebat.

prædicit monaſterij deflagrationem;

4 Quod dum multo tempore ſedulus exequeretur, contigit eum die quadam de monaſterio illo longiùs egreſſum, comitante ſecum vno de Fratribus, peracto itinere redire: qui cùm monaſterio propinquarent, & ædificia illius ſublimiter erecta aſpicerent; ſolutus eſt in lacrymas vir Dei, & triſtitiam cordis vultu indice prodebat. Quod intuens comes, quare faceret, inquiſiuit. At ille, Cuncta, inquit, hæc quæ cernis ædificia publica vel priuata in proximo eſt vt ignis abſumens in cinerem conuertat. Quod ille audiens, mox vt intrauerunt monaſterium Matri congregationis, vocabulo Ebbæ, curauit indicare. At illa meritò turbata de tali præſagio vocauit ad ſe virum, & diligentiùs ab eo rem, vel vnde hoc ipſe noſſet inquirebat. Qui ait: Nuper præoccupatus noctu vigiliis & pſalmis, vidi adſtantem mihi ſubitò quemdam incogniti vultus, cuius præſentiâ cùm eſſem exterritus, dixit mihi ne timerem: & quaſi familiari me voce alloquens, Benè facis, inquit, qui tempore nocturno quietis, non ſomno indulgere, ſed vigiliis, & orationibus inſiſtere valuiſti. At ego: Noui, inquit, multùm mihi eſſe neceſſe vigiliis ſalutaribus inſiſtere, & pro meis erratibus ſedulò Dominum deprecari. Qui adiiciens: Verum, inquit, dicis, quia tibi & multis opus eſt peccata ſua bonis operibus redimere, & cùm ceſſant à laboribus rerum temporalium, tunc pro appetitu æternorum bonorum liberiùs laborare: ſed hoc tamen pauciſſimi faciunt. Siquidem modò totum hoc monaſterium ex ordine perluſtrans, ſingulorum caſas ac lectos inſpexi, & neminem ex omnibus præter te erga ſanitatem animæ ſuæ occupatum reperi: ſed omnes prorſus & viri & feminæ aut ſomno torpent inerti, aut ad peccata vigilant. Nam & domunculæ, quæ ad orandum vel legendum factæ erant, nunc in comeſſationum, potationum, fabulationum, & ceterarum ſunt illecebrarum cubilia conuerſæ. Virgines quoque Deo dicatæ, contemptâ reuerentiâ ſuæ profeſſionis, quotieſcumque vacant, texendis ſubtilioribus indumentis operam dant, quibus aut ſe ipſas ad vicem ſponſarum in periculum ſui ſtatus adornent, aut externorum ſibi virorum amicitiam comparent: vnde meritò loco huic & habitatoribus eius grauis de cælo vindicta flammis ſæuientibus præparata eſt.

Ex VEN. BEDA.

quâ noctu oranti ſibi præſignifi catâ refert S. Ebbæ Abbatiſſa,

5 Dixit autem Abbatiſſa: Et quare non citiùs hoc compertum mihi reuelare voluiſti? Qui reſpõdit: Timui propter reuerentiam tuam, ne fortè nimiùm conturbareris: & tamen hanc conſolationem habeas, quòd in diebus tuis hæc plaga non ſuperueniet. Quâ diuulgatâ viſione aliquantulùm loci accolæ paucis diebus timere, & ſe ipſos intermiſſis facinoribus caſtigare cœperunt. Verùm poſt obitum ipſius Abbatiſſæ, redierunt ad priſtinas ſordes, imò ſceleratiora fecerunt: & cùm dicerent, Pax & ſecuritas, extemplò præfatæ vltionis ſunt pœnâ multati.

poſt cuius mortem contigit,

6 Quæ mihi cuncta ſic eſſe facta reuerendiſſimus meus conpreſbyter Edgils referebat, qui tunc in illo monaſterio degebat: poſteà autem diſcedentibus inde ob deſolationem plurimis incolarũ, in noſtro *b* monaſterio plurimo tempore conuerſatus, ibidemque defunctus eſt. Hæc idcò noſtræ hiſtoriæ inſerenda credidimus, vt admoneremus lectorem operum Domini, quàm terribilis ſit in conſiliis ſuper filios hominum, ne fortè nos tempore aliquo carnis illecebris ſeruientes, minuſque Dei iudicium formidantes, repentina ira eius corripiat, & vel temporalibus damnis iuſtè ſæuiens affligat, vel ad perpetuam perditionem diſtrictiùs examinans tollat.

diſperſis aliò incolis. *b* *Timenda Dei iudicia.*

a *Lib. 4. cap. 18. vbi de* S. Edeltredâ *ſcribens,* Intrauit, *inquit,* monaſterium Ebbæ Abbatiſſæ, quæ erat amita Ecgfridi Regis *(cui nupta fuerat* Edeltreda, *ſed virgo permanſerat, vt ad eius vitam 23. Iunij dicemus)* poſitum in loco quem Coludi-vrbem nominant.

b *De S. Beda monaſterio actum eſt 12. Ianu. ad vitam S. Benedicti Biſcopij.*

DE S. VLPHIA

VIRGINE, AMBIANI IN GALLIA BELGICA.

Sec. VIII. I XXXI. Ianvar. *S. Vlphiæ Virg. natalis,*

AMbiani Galliæ Belgicæ populi (quorum vrbs Somâ, *aut* Summâ, *ſiue* Somonâ, *alluitur, inde* Samarobriga *veteribus,* Somerbrigge, *vel* Samerbrugghe *dicta, quod Teutonico ſermone* Somæ pontem *valet) XXXI. Ianuarij* S. Vulfiam, *Virginem venerantur. quo die Carthuſiani Colonienſes in addit. ad Vſuardum:* Ambianis Vulfæ Virginis. *MS. S. Laurentij Leodij, MS. Florarium, Molanus in addit. ad Vſuardum:* In Galliis ciuitate Ambianenſi tranſitus S. VVlfiæ. *Idem habet MS. S. Lamberti, ſed* Vulfiam *vocat. Ferrarius quoque* Vulfiam *appellat. Caniſius:* Item Ambianis in Galliâ eleuatio ſanctæ Virginis Vulfiæ. *Sauſſaius:* Ambianis tranſitus S. Vulfiæ Virginis, quæ anno ætatis ſuæ vigeſimo octauo à Chriſtiano illius vrbis Epiſcopo ſacro velamine amicta, in deſertum ſeceſſit: vbi S. Domitij anachoretæ monitis & exemplis, ac admirando inſuper opere, in propoſito confirmata, religioſis exculta officiis, poſt diuinæ conſolationis affatim delibata fluenta, vitæ in terris Angelicæ curſum tranſegit: puritatiſque candore deargentata in pallore atri columba, ouans in cælum euolauit.

EX VARIIS. *Vitæ.*

2 *Vita* S. Vlphiæ *ex MS. Legendario Eccleſiæ collegiatæ S. VVlfranni in oppido Abbatis-villâ ad Somonam, miſſa olim fuit ad Heribertum Roſvveydum, quam hîc damus, Aliam extare, & fortaſſis accuratiorem, indicat Adrianus de la Morliere lib. 2. Antiquit. Ambianenſ. dum S. Vlphiæ MS. vitam citat, in quâ eius tempore* Chriſtianus *Ambianorum Cathedram dicatur tenuiſſe, cuius hîc nulla mentio. In vitâ quoque* S. Domitij *Canonici Ambianenſis, quam XXIII. Octobr. dabimus, multa de* S. Vlphiâ *narrantur, quæ in hac ipſiuſmet vitâ deſiderantur; quorum nonnulla, quia propriè ad illam pertinent, viſum eſt huc tranſcribere.*

3 Eo tempore quo ſancta Virgo Vlphia cum ſancto in Chriſto Patre ſuo eremitâ Domitio Ambianis ad vigilias noctu ibat, & adhuc nouiter ire conſueuerat, contigit in vnâ noctium æſtiuo tempore, vt poſt Completorium, orationumque feruentem inſtantiam, illa ſtratu ſuo cilicino caput ſuum, ſicut erat veſtita, reclinaret, quatinùs horâ eundi ad vigilias paratiorem & vigilantiorem Sanctus per eam adueniens Domitius inueniret. Et ecce ſtatim capite ſanctæ Virginis inclinato, ranæ, quarum ibi ſemper erat fertilis copia, iuxta modum ſuum non nouiter conſuetum, circa cellam Vlphiæ validum ſuo cantu facientes impetum, non ſolummodò tunc ſecundùm quod conſueuerant, ſed præ nimiâ tepiditate aëris multò fortiùs cantum ſuum exaltauerant, quaſi feſtum celebrantes lætum, ita quòd per ſonum tumultuantium vocum forſan aliquibus poſſent non modicum incutere tædium atque metum. At cùm noctis profunditas, & refrigeſcentis roris aſperitas ipſarum beſticularum voces paullatim, & tandem penitùs repreſſiſſent, ipſiſque ſilentium indixiſſent; ipſa quoque Virgo ſancta per clamorem huiuſmodi valdè præter ſolitum vigilaſſet, & hora ſurgendi pergendique ad vigilias propinquaſſet, ſigno ſanctæ Crucis fatigata plurimùm ſe muniuit, & ſic celeriùs ſolito firmiùs obdormiuit.

Ranarum vocibus fatigata

4 Mox autem vt obdormiuit Vlphia, illæ beſtiolæ, quæ iam à clamore quieuerant & tacebant, ſibi etiam dormienti taliter obſtrepere videbantur, quòd ad nihil poterat aliud intendere quoquo modo. Nam illo eodemque puncto & momento S. Domitius adueniens, & baculo pulſans Vlphiæ cellulæ peſſulum, vt ſolebat, ſtanſque foris & auſcultans, intus nihil audiebat. Quare vocem ſuam cum ictibus baculi fortiùs ſemel & bis iterans, aiebat: Vlphia, ſurge. Cùm autem ſanctus ſenex nullam reſponſionis vocem audiret, clamabat valentiùs voce quâ poterat altiori: Vlphia, Vlphia, ſurge mea filia, nàm ſecunda noctis iam præterit vigilia. Verùm cum omnes eius clamores caſſo labore deficerent, nec eius auditum vlla de intus data reſponſa reficerent; æſtimans Domitius quòd Vlphia iam ad vigilias perrexiſſet, & quòd ipſa rectâ vigiliarum horâ ſurrexiſſet, arguens in ſemetipſo propriam ſomnolentiam, & ſuam deteſtans ſocordiam, quòd tenera Virgo tam feruenter ipſum ad vigilias anticipaſſet, & ipſe detentus pigritiâ diutiùs repauſaſſet; iter arripiens, eamque præire credens ſequi feſtiuè nitebatur, verecundiâ magnâ tactus, ſudore nimio defluente, toto corpore madefactus. At cùm ad eccleſiam peruenisſet, & primum Vigiliarum ſignum vix pulſatum fuiſſet, ipſeque filiam ſuam Vlphiam hac & illac per eccleſiam pluries quæſiuiſſet, & minimè inueniſſet, clàm diſcedens ab eccleſiâ ſiſtere pedes noluit: quinimò nec ſi voluiſſet potuit, donec triſtis, anxius, atque ſudans ad Vlphię cellam venit, eamque de eadem exeuntem inuenit: nam tunc primùm euigilauerat, & oſtiolum ſuum aperuerat.

altiùs dormit, nec it ad Matutinas:

5 Videns autem Vlphia ſanctum Patrem ſuum Domitium rubore ex nimiâ fatigatione ſuffuſum, & ſudore perfuſum, ipſi compatiens, & blandè leniterque alloquens, dixit: Indulgeat tibi Deus, Domine Pater, quòd me hodie pergens ad vigilias non vocaſti, & ſomnolentem nimis minimè excitaſti. Ad hęc ſenex reſpondit: Imò quinquies & ampliùs te vocaui, ſed infra cellam tuam nullum reſponſum audiens, iſſe te iam ad vigilias æſtimaui. Et ad terram ſenex reſidens valdè laſſus, omnia quæcumque ſibi acciderant illâ nocte ipſi Vlphiæ per ordinem narrauit. Intellexit igitur protinus Virgo ſancta, per ranarum ſtrepitum & earumdem immoderatum garritum, ſuum fuiſſe tunc auditum quaſi phantaſticè impeditum, ne ſe excitantem ſeu vocantem audiret, aut intelligeret Patrem ſuum. Et confeſtim ad terram genua ſua flectens, manuſque ſimul iunctas ad cælum extendens orauit ad Dominum, ita dicens: O Deus omnipotens & æterne, ranarum iſtarum garrulitatem ſterne, obtura guttura ſic, vt ampliùs in iſto loco non garrulent, tumultum non faciant, amodò vſque in ſempiternum taceant, iſtæ quidem præſentes, & omnes etiam aliæ pòſt futuræ natæ iſtarum, natæque natarum, & quæ naſcentur ab illis, maiores & mediocres cum puſillis. Et conuerſa ad illas dixit: Quia vos, viliſſimi vermes, iſtâ nocte grauiter nos turbaſtis, priuaſtiſque deuotionis & pacis bono veſtro tumultuoſo ſono; ego confidens de Dei dono, perpetuum ſilentium vobis impono, & ſic vobiſcum pactum compono, quòd omnes vobis conſimiles hîc in poſterum venientes, iſti interdicto ſuppono. O valida maledictio! ô interdictum ore ſanctum & virgineo ita dictum, quòd hoc miraculum nullo modo conſtat fictum. Siquidem S. Domitio reſpondente, Amen, ex tunc hactenùs iſta ſententia perdurauit, & amborum merita Deus ſic exaltare curauit, quòd facta per nos, non ſolùm cum pluribus, ſed etiam ferè cum finitimis omnibus inquiſitione diligentiſſimâ, omnes voce dicunt euidentiſſimâ, ſe numquam ibi audiiſſe ranarum cantamina.

idèò illæ æternum ſilentium indicit.

quod eo loco ſeruant

6 *La Morliere ſcribit ſtrepitu coaxantium ranarum impeditam, ne S. Domitij vocem audiret, nullâ ſomni factâ mentione. Ceterùm teſtatur in toto Paracliti, vbi Vlphia habitârat, etiam hoc tempore: conditi cœnobij, de quo infrà, circuitu benè amplo, plurimas quidem eſſe ranas, quibus procreandis loci natura maximè accommodata eſſe videatur; ſed earum omnino reprimi vetuſto miraculo ſtreperas voces. Pergit auctor vitæ S. Domitij:*

7 Sanctus autem Domitius obitum ſuum parùm ante ſuum deceſſum ſentiens imminere, finem optimum imponens operi bono, hominem vtrumque viatico ſalutari ſtuduit ſic munire. Etenim nocte tunc ſequente, cum ſanctâ filiâ ſuâ veniens ad vigilias, vt conſueuerat, facto manè vni Sacerdotum ſe ad Miſſam celebrandam præparanti, acceſſit, & ab ipſo petiit in ipſâ Miſsâ ſibi ſanctæque Virgini ſacroſanctam hoſtiam conferri. Quâ ſumptâ venerunt ad Vlphiæ cellulam ipſâ die, reſidenſque ſanctus ſenex ſic alloqui cœpit eam: Seiſne Vlphia, filia mea, quare nos duos hodie fecerim hoſtiâ ſacrâ munire? Vlphia dixit: Nihil ſuper hoc, Pater ſancte, reſpondere certum audeo, nihil inde diffinio, niſi quòd coniicio te credere & ſperare in proximo ad Deum ire, & recedere ab hac luce. Ad hæc Sanctus: Optimè, inquit, filia, cogitaſti, & ſolliciter prudenterque coniicere ſtuduiſti, hoc ipſum mente tractans: ſiquidem ante primum gallicinium noctis inſtantis, niſi fallor, dimittet meus ſpiritus glebam carnis. ..... Audiens autem Vlphia ſanctum Patrem ſuum Domitium talem de deceſſu ſuo facere mentionem, ab vberrimis lacrymis ſe continere non valuit, & vt præſens eſſet ad obitum ſuum, ad ipſius cellam cum eodem perrexit. Ingreſſique oratorium horas canonicas decantauerunt .....

intelligit ex S. Domitio, ipsũ breui moriturum:

8 Sanctus autem Domitius ipſi Sacerdoti, & Chriſti fidelibus ibidem propter obitum ſuum congregatis, immenſas referens gratias, ipſiſque ſanctam in Chriſto filiam ſuam Vlphiam Virginem commendans, eiſdem aperuit & lucidè reſerauit ordinem vitæ ipſius Virginis, & aduentus ſui cauſſam ad illas partes; verùm & de ipſâ Virgine, ſibi oſtenſam ab Angelo viſionem, ipſam quoque S. Vlphiam miraculosè ab Epiſcopo conſecratam. Et his dictis cunctiſque circumſtantibus ab eodem in ſancto oſculo ſalutatis, animam virtutibus plenam efflauit, illamque mundam & puram ſuo reddidit conditori decimo Kalendas Nouembris. Quod videns ſancta Virgo Vlphia

adeſt morienti:

Vlphia lacrymas vbertim effundens, animo conſternata, magno clamore irrugiit atque dixit: Heu, miſera mulier & infelix ego! Quid faciam amodò? Quò me vertere ſatagam? nempe meum ſanctum Patrem & patronum amiſi, cuius ignitis orationibus dæmones exuſti, totiens ac totiens à me receſſerunt confuſi. Illum extinctum aſpicio, cuius præſidio ſublato de medio ferè tota deficio, & ideò tota paueo, mihimet tædeo: in hoc tamen ſolo gaudeo, quòd ipſum cum Deo viuere non diffido. Confido etiam per ipſius merita à ſanctitudinis ſemitâ me minimè in poſterum receſſuram; ſed ſemper de bono in melius inceſſuram. Cumque diu ſancta Virgo in amaritudine ſpiritus, & cum interrumpentibus vocem ſingultibus lacrymoſis, complosiſque manibus, hæc & alia protuliſſet, atque expreſſis gemitibus paullulùm quieuiſſet; accedens ad ſanctum corpus, manus illius oſculabatur flexis genibus reuerenter.

mortuum luget:

9 *Ætatem S. Vlphiæ colligere hinc licet, quòd* Chriſtianus *Epiſcopus, à quo illa ſacrum velum accepiſſe dicitur, in Epiſcoporum Ambianenſium catalogo, inter* Dominicum *&* Rimbertum, *ſiue* Raimbertum *collocatur: quorum ille anno 709. traditur tranſlationi* S. Lamberti *adfuiſſe, hic verò nominatur in epiſtolâ 6.* Zachariæ *Papæ ad diuerſos Epiſcopos Galliæ & Germaniæ an. 744. datâ.*

quando vixerit.

VITA

è MS. Eccleſiæ Abbatis-villanæ.

S. Vlphia Virgo

1 OLim nutu Dei feruore perſecutionis contra Chriſtianos in Gallicanis partibus quieſcente, vigore Chriſtianæ religionis non mediocriter accreſcente, fuit quædam puella parentibus ſecundùm ſeculum claris orta, nomine Vlphia. Erat autem ipſa Virgo ſpecioſitate corporis amabilis, venuſtate ſpectabilis, caſtitate inimitabilis, elegans vultu, ſimplex aſpectu, fructuoſis imbuta moribus, ac cunctis prædita geſtibus gratioſis. Et cùm talis eſſet vt in oculis omnium venerabilis haberetur, humiliter tamen de ſe ſentiens, eccleſiam quoties ſe parentum viſibus furari poterat frequentabat, & ibidem precibus, ſuſpiriis, ac ſingultibus lacrymoſis coram Deo deuotiſſimè ſe mactabat, ſuamque pudicitiam Ieſu Chriſto ſponſo Virginũ offerẽs, ſuppliciter & attentè eidem, vt ſe mundam, caſtam, & illæſam ab omni inquinamẽto carnis & ſpiritus conſeruaret, inſtantiſſimè ſupplicabat.

egregiè morata,

pia,

caſta,

2 Intereà verò parentes Vlphiæ deuotionem & intentionem ſuæ ſalutis penitùs ignorantes, auri & argenti congeriem ingentem accumulant, eamque ponunt & reponunt ſtudioſiùs in ſequeſtro, ipſius nuptiis exponendam, ſi quis ad id idoneus ſe offerat, qui prædictam Virginem petat ſibi thoro legitimo copulandam. Huiuſmodi ſermo currit ac velociter inter aures ferìtur populares, quòd parentes Vlphiæ, vt honorificis nuptiis tradant ipſam, pecuniam congregant infinitam. Mox verò decentiſſimè petitur à nonnullis pollentibus ſeculi dignitate, non tam propter pecuniæ vel ſupellectilis quantitatem, quàm etiam propter morum ſuorum venerabilem probitatem. Dolet mente & corpore Virgo ſancta, gemitque frequentiùs, apud homines ſe tantam gratiam inueniſſe, quæ ſolam Dei gratiam didicit affectare, & quomodò laqueos iſtos poſſit euadere ſollicitè ſecum ſatagit retractare.

à multis in cõiugem expetita,

probantibus parentibus virginitatem ſeruat:

3 Alloquitur igitur à ſuis parentibus ipſa Virgo ſuper ſponſalibus fœderandis, & vt eis quoad hoc aſſenſum præbeat ſpontaneum, admonitione paternâ benigniter deprecatur. Excuſat ſe Virgo ſtorida dulci verbo, & vt ſponſum ſuum dulcem Ieſum amare dulciter, eique deuotè virginitate illæsâ ſeruire liceat, rogat ne de ſponſo carnali ipſi de cetero faciant mentionem, aſſerens & proteſtans quòd virginitatem ſuam pridem oblatã huiuſmodi militer Ieſu Chriſto deuotione feruidâ conſecrauit. Placet vtrique parenti deuotio tam deuota, gaudentque ipſam Ieſu Chriſto virginali copulâ coniunxiſſe. Sed diſplicet ipſis ſummè qui ad eius carnale commercium aſpirabant; inſtant igitur cum blanditiis, cum terroribus, atque minis. In tali colludio prætereũnt anni multi: tandem verò illos diabolo inſtigante eam auferre etiam inuitis parentibus miniſtrant ceruicosè. Quo cognito ſuccumbit orationi feruentiſſimè ſancta Virgo, ac lacrymis quo incumbebat deturrentibus pauimento, ſomnoque deguſtato paullulùm, ſurgit læta, eoque in illo ſomno quid eſſet actura poſtmodũ diuinitus ſcit edocta.

Ex MSS.

diuinitus docetur procorum inſidias vitare:

4 Deo igitur, cui ſe totam taliter commendarat Vlphia, cuncta ſecum ſuauiter diſponente, aſtuta plurimũ ac de animæ ſuæ ſalute ſollicita, fingit mentis amẽtiam, cordis velamina, capitis inſaniam, abienſque fugit hinc & inde, pallidâ ieiunio facie, nudo capite, ac per humeros diſſolutis ſparſiſque crinibus, velut amens, vt ſaltem hoc ludo contemptibili ſuam poſſit pulchritudinem deformare, & à ſe repellere ad ſeipſam carnaliter anhelantes. O mulier fortis! ô nobilis Virgo, prædicabiliſque puella! Aliæ namque puellæ ſeu virgines, carnis & ſanguinis voluptatibus mentes ſuas & corpora faciliter inclinantes, ſummo ſtudio ſe depingunt, facies ſuas ornant, ſupercilia componunt, crines tortos ſertis comprimunt ſericis, & reſtringunt, vt omnimodò placeant carnalis concupiſcentiæ locatori: ſed iſta facie tenus toto conamine ſe deformat, vt ſoli Virginum placeat amatori; & mente ſobriâ terrenum maritum fugiens, vbi ſola maneat & cunctis ignota, Deoque facilè ſeruiat, & attentè locum ad hoc idoneum ducit auidè requirendum.

fingit ſtultitiam:

5 Igitur Vlphia ſumptâ veſte ſimplici & abiectâ, cum facie quamuis pulchrâ, tamen valdè deformatâ, de terrâ & cognatione ſuâ ſapienter egrediens, occulteque deſerens funditus patriam & parentes, necnon & omnes mundi diuitias, carnis delicias, & amicorum blanditias, arbitrans & velut ſtercora paruipendens, vt Chriſtum lucretur, proficiſcitur vbicumque eam fert voluntas, Spiritu (vt creditur) ſancto duce. Nec ſibi diuina gratia figere greſſum ſinit, donec in pagum Ambianenſem veniens, circiter quarto miliario ab eadem vrbe, iuxta riuum Noyæ, nutu diuino reperit fontem paruum, in loco pleno & denſo vepribus & frutetis, atque à conuerſatione hominum ſequeſtrato. Non longè tamen Sanctus Eremita Domitius habitabat, *a* cum quo affinitate ſpirituali iuncta Vlphia antequàm iuxta fontem prædictum fieret ſua cella, aliquantulam fecit moram, & eidem ætatẽ decrepitæ iam vergenti loco clientis Virgo iuuencula miniſtrabat, ipſumque ſenem Sanctum ex cordis intimis humillimè reuerebatur, ſemper ipſum Patrem & Dominum ſuum vocans. Ipſam etiam idem Sanctus versâ vice habens & diligens vt filiam, pro ſuæ probitatis & ſanctitatis excellentiâ affectuoſiſſimè venerabatur, & vt ſemper de bono in melius proficeret hortabatur.

venit in pagũ Ambianẽſem

a

ſeruit S. Domitio eremitæ, & ab eo inſtruitur:

6 Erat autem perfectè in his Sanctis duobus in Chriſto cor vnum & animam vnam habentibus, vt patris & filiæ cordium & corporum caſta ſocietas, intellectuum nulla varietas, affectuum quoque nulla contrarietas apparebat, vtriuſque conſcientia nihil varietati diſſonum ſapiebat, nil horum ſcientia vanitati conſonum capiebat, feruoris etiam & deuotionis eorumdem violentia regnum cælorum iuxta Saluatoris vocem vim faciens auidè rapiebat. Poſt aliquos autem dies, factâ conſummatâque iuxta fontem prædictum eremiticâ cellâ, Vlphia penitùs ſe ſequeſtrans à mundi turbine & procellâ, vt intimæ dulcedinis colligat inde mella, intrat intus Chriſto tonſa vt ibidem ſit abſconſa, quo ſtet ſponſo grata ſponſa. Qualibet verò nocte S. Domitius horâ quâ ſolebat ad vigilias *b* ire, per eam veniebat, & ſic euntes pariter vigiliis finitis ad cellulas ſuas ambo ſimul redibant. Ipſos autem Sanctos à vigiliis cum ſummo ſilentio quotidie reuertentes videbant Chriſti fideles, agrorum cultores,

Matth. 11. 12.

in cellâ iuxta fontem habitat:

quotidie cum Domitio it ad vigilias,

b

Ex MSS. omnibus venerabilis: ruris aratores, agricolæ & vinitores, bubulci & paſtores; & donec ipſi Sancti ruricolas eoſdem præteriiſſent, opera ſua dimittebant iidem ruricolæ reuerenter ſtãtes, coſq́ Sanctos tranſeuntes demiſſis aliquantulum ſuis capitibus inclinantes.

7 Cùm autem Vlphia iam eſſet in ætate maturâ preſens exilium de propè relictura, labores præteritos oblitura, Paradiſiq́ue deliciis fruitura, nulla fuit ei mundialis cura, vt ab hinc recederet eius anima pura: ideoq́ue eò lætior à corpore exibat, quò ad Creatorem ſuum redibat. Igitur inualeſcente morbo quo S. Vlphia vltimo laborauit, quadam die poſt vigiliarum & laudum ſynaxin, in Miſsâ diluculò celebratâ viaticum ſalutare petiit & accepit, ſtatimq́ue ad ſuam cellam reuerſa in ſuo lectulo ſe proiecit, de quo poſteà non ſurrexit. Pius autem Dominus Ieſus Chriſtus ſanctam Virginem ſuam corporali morbo diu non pertulit fatigari, quam in eremo longâ concertatione ab hoſte generis humani tentari permiſerat & probari. Siquidem inualeſcente ægritudine, nocte ſecundâ ſciens & præuidens Virgo ſancta, quia venit hora vt tranſiret ad Patrem ex hac miſeriâ, ſurſum eleuans oculos, alta traxit ſuſpiria, Deo piè offerens verba talia: Sanctifica me Saluator, confirma, conſerua, rege, robora, & conforta; nec non & poſt finem dierum meorum me tecum perduc ad gaudia ſempiterna. Cumq́ue duæ Virgines quæ aderant reſpondiſſent Amen; ſancta Virgo Vlphia in Domino feliciter obdormiuit.

communicat:

mox ægrotans decumbit.

piè moritur:

8 Diluculo verò luceſcente ſua ſancta conuirginalis Aurea veniens ad cellam S. Vlphiæ, corpus ipſius reperit exanime, ita ſupra pectus ſuum in modum crucis manibus cancellatis compoſitum gratioſè, vt non obiiſſe videretur, ſed obdormiiſſe. Contemplabantur etiam adſtantes & admirabantur, ipſiq́ue frontem ſerenam, vultum amœnum, & quaſi emittentem ex ſe quemdam riſum omni iocunditate plenum. Infelicem verò ſe dicebat omnis qui non interfuerat ad funus ſacræ Vlphiæ Virginis, & qui non fuerat particeps illius pigmentarij odoris, qui per totam continuè diem de corpore eius exiens aſtantes circumquaque ſe largiſluè diffundebat; quo ſatiati, refrigerati, & refecti exultabant in laude & gloriâ humani generis redemptoris.

amœnâ facie poſt mortem;

ſuauem odorem exſpirat.

9 Hic autem non officit apponere, proficit ſufficitq́; hoc ſolum referre ad commendationem & attentionem ſanctitatis odoriferæ, corporaliſq́ue munditiæ ſacræ noſtræ Virginis Vlphiæ, quia in maiori Eccleſia ciuitatis Ambianenſis puteus extat, fons quondam dum adhuc ipſa Virgo viuebat in corpore; in quo quidem fonte in æſtiuo caumate ſe decreuit aliquotiens balneare; ex quo etiam puteo hauritur aqua propriè ad omnes Miſſas in eadem Eccleſiâ celebrandas quotidie. Non enim dedignatur mũdi Saluator laticem vaſculi ſeu gutgitis, quo ſe lauit ipſa ſponſa ſua Virgo caſtiſſima, Sacramento ſui corporis & ſanguinis commiſceri, quæ Sacramentum hoc in terris poſita totâ deuotione ſemper ſtuduit venerari. Non etiam ſanctæ Sedes Ambianenſis ipſum tanti penderet putei ſiue fontis liquorem, niſi crederet ipſius ſanctæ Virginis in vitâ ſuâ Deo placuiſſe pudorem.

Fons eius iam puteus Ambiani.

10 Sepultâ igitur terræque commendatâ ſacrâ Virgine Vlphiâ, ſancta ſua conuirginalis Aurea, omneſque aliæ Virgines, & reliquum vulgus, ad ciuitatem redierunt veſpertinali horâ, dimittentes in eremo illo ſanctæ Virginis noſtræ pignora, vſque ad tempus illud, quo non longè pòſt, inſtigante vociferanteque deuoto populo, ad ciuitatem Ambianicã cum gaudio ſunt delata, Patris & filiæ, id eſt, SS. Domitij & Vlphiæ corpora. Et quamuis eccleſia fabricata ſit in loco, in quo Sanctus requieuerat Domitius terrâ tectus, nulla tamen baſilica fuit exſtructa in loco, in quo iacuerat S. Vlphiæ virgineum corpus vſque ad tempus illud, quo certa memoria vix extabat ſanctorum eorumdem actuum, ſeu deceſſus, circiter per annorum curricula ducentorum: ſemper tamen fuit ille locus, licet ædificiis vacuus, à Chriſticolis ſanctitate notabilis, amœnitate delectabilis, deuotione venerabilis; & ſperabatur de eo magnum in poſterum quid futurum, atque ab ipſis fidelibus perſæpè, maximeque in feſto ſacræ Virginis pridie ſcilicet Calendas Februarij viſitabatur: atque ibidem ad inuocationem nominis S. Vlphiæ ſanitates plurimas ægrotantibus diuina pietas largiebatur. Tandem verò vt manſionis locus Virginis Vlphiæ celebrior haberetur, diuinâ prouidentiâ hoc eodem loco illud nobile cœnobium ſacrarum Virginum, quod dicitur [c] Paraclitus, ædificatum extitit & fundatum, ipſo præſtante cuius regnum & imperium ſine fine permanet in ſecula ſeculorum, Amen.

Eius & S. Domitij corpus Ambianiã transfertur:

in loco primæ ſepulturæ miraculã.

c monaſterium conſtruitur.

a *Id fuſiùs narratur in vitâ* S. Domitij: *iuxta fontem aliquamdiu commoratam, admonitam diuinitus circa horam ſextam, vt redeunti à vigiliis ſeni occurreret; ad pedes eius proſtratam, eum ſibi Patrem & Magiſtrum vitæ ſpiritualis adoptaſſe. Domitium in diem ſequentem reſponſum diſtuliſſe: intereà de diuinâ voluntate edoctum, poſtridie annuiſſe.*

b *Ambianum videlicet, vt in vitâ S. Domitij dicitur*, ad eccleſiam B. Mariæ, vbi S. Acheoli monaſterium nunc conſiſtit. *Omnino tamen cenſet La Morliere non fuiſſe in eâ eccleſiâ eo tempore Canonicos, ſed intra vrbem, vbi nunc Cathedralis eſt baſilicâ. Colitur* S. Achiolus, *ſiue* Aciolus, *1. Maij.*

c *Fundatum id cœnobium ſcribit La Morliere ſub annum* 1218. *ab* Enguerrando *viro nobili ex Comitum Ambianenſium familiâ orto, &* Adâ *eius coniuge; eorumq́; filias* Margaritam *Abbatiſſa,* Eliſabetham *Prioriſſa, in eo primas munus geſſiſſe. Eo tempore ſcripta eſt vitâ* S. Domitij, *vt in eâ habetur*: ad fontem quemdam, vbi cœnobium Paracliti monialium Ciſtercienſis Ordinis modò conſtruitur & fundatur.

Paracliti cœnobium.

DE S. BOBINO

EPISCOPO TRECENSI IN GALLIA.

CIRCITER AN. DCCC. XXXI. IANVAR.



RIcaſſium Auguſtobona, *Campaniæ Celticæ vrbs illuſtris, plurimos è numero Cælitum, vel ciues olim ſuos, vel conditis iſthic exuuiis adſcriptos inquilinis, publicis ſacris veneratur: quorumdam hoc menſe Acta dedimus,* Frodeberti *Abbatis die VIII.* Patrocli *XXI.* Sabiniani *&* Sabinæ *XXIX. Hoc die* S. Bobini *XXIX. illius vrbis Epiſcopi agitur ſolemnis, extra tamen ipſam vrbem, memoria.* Cæleſtes ei honores, tamquàm in Sanctorum numerum adſcripto, in cœnobio Cellenſi, in quo primùm monachus fuerat, decerni, ibidemq́ue eius corporis reliquias aſſeruari *ſcribit Nicolaus Camuzæus. Nicolaus Des-Guerrois teſtatur inter illius cœnobij Tutelares Diuos cenſeri.*

S. Bobini Epiſcopi Trecenſis

2 *Duplex eius celebritas memoratur, natalis 31. Ianuarij, & Tranſlationis 22. Aprilis. Prior ignota fuit Camuzæo, ita ſcribenti:* Eius natalitius dies minimè recolitur, quia ignoratur. *Quo teſtimonio decepti idem ſcripſimus ſuprà ad cap. 3. vitæ S. Frodoberti nu. 13. litt. f. Venit poſteà in manus noſtras liber Gallicus à Nicolao Des-Guerrois editus de SS. Trecenſibus, in quo reperimus, in monaſterio Belli-loci, ordinis Præmonſtratenſis, diœceſis Trecenſis, vbi quædam eius aſſeruantur reliquiæ, ſolenni religione hoc die celebrari, atque in vetuſtiſſimo MS. Martyrologio, quod Vſuardi prætitulatum eſt nomine, iſthæc haberi*: Pridie Cal. Februarij Trecas depoſitio S. Bobini Epiſcopi & Confeſſoris.

natalis,

3 *At reliquiarum eius ac* S. Melanij *Epiſcopi tranſlationem in monaſterio Cellenſi, XXII. Aprilis ſolenni ritu celebrari tradunt iidem Camuzæus & Des-Guerrois; citatq́; hic eiuſdem monaſterij Kalendarium, in quo hæc habentur:* Tranſlatio SS. Melanij & Bobini Epiſcoporum. *De* S. Melanio, *quoniam eius natalem adhuc ignoramus, iſthic agemus. Memorat hanc vtriuſque*

tranſlatio,

vtriuſque tranſlationem Sauſſaius in Supplemento Martyrologij Gallicani his verbis: Auguſto bonæ Tricaſſinorum, ſanctorum Epiſcoporum & Confeſſorum Melanij & Bobini, ibidem in monaſterio Cellenſi honoratorum, vbi amborum reliquiæ aſſeruantur. *Aſt Hugo Menardus XXI. Aprilis:* Trecas depoſitio S. Bodini Epiſcopi & Confeſſoris. *Lib. 2. Obſeruat. fatetur tranſlationem agi eo die: imò ſequenti agitur, vt iam dictum. Quem ipſe* Bodinum, *quidam* Robinum *vocant; plerique, & rectè,* Bobinum.

4 *Pauca de* S. Bobini *vitâ comperta ſunt. Auctor Vitæ S. Frodoberti hæc ſcribit cap. 3. nu. 13.* Nec illud prætereundum, quòd ex eiuſdem loci cœnobitis, B. Frodoberti vitam inſtitutionemque ſequentibus, quamplures poſtmodùm *profeſſio,* in vrbe Trecaſſium extitêre Pontifices: inter quos Aldebertus vir ſummi ingenij & præcipuæ ſanctitatis; itemque Bobinus, natione Aquitanus: quorum vterque ipſi loco ingentia commoda contulêre, intra extraque quibus poſſibile fuit amplificando modis; ſicque in plenitudine bonorum operum diem vltimum conſummantes, intra ſepta baſilicæ eiuſdem monaſterij nobilem ſortiti ſunt ſepulturam.

publica opera, 5 *Des-Guerrois ſcribit, famâ ſanctiſſimæ diſciplinæ, quæ in Cellenſi cœnobio vigebat, excitum* Bobinum, *ex Aquitaniâ Trecas veniſſe; cumque in Cellenſi monaſterio ſanctiſſimè viueret, ad Epiſcopale munus euectum, id ſingulari ſtudio adminiſtraſſe; atque inter alia præclara quæ molitus eſt opera, baſilicam Cellenſem reſtauraſſe, vt ex metrico quodam prologo, quem non vidimus, vitæ S. Frodoberti colligere eſt his verſibus, quos idem recitat auctor:*

Cuius opus, Bobine ſacer, te præſide creuit,
Antiſtes meritis magnificande tuis.
Per tua nunc Frodobertus ouans conſulta beatus,
Continet eccleſiæ culmina celſa ſuæ.

Hinc ipſum monaſterium Cella S. Bobini *appellatum.*

atus; 6 *Vixiſſe* Bobinum *ſcribit Hugo Menardus circa tempora Caroli Martelli. Des-Guerrois arbitratur circiter annum Chriſti 790. floruiſſe. Eius reliquiæ in eodem S. Frodoberti monaſterio aſſeruantur. Eas anno 1154. reperiſſe dicitur Petrus Abbas. an ea ſit quæ 22. Aprilis celebratur tranſlatio, nos latet. Extat vetus membrana in Gannayenſi S. Georgij Prioratu, in quâ hæc leguntur:* Tria brachia, vna coſta, duæ coxæ S. Bobini, ſiue Melanij: ſimul enim inueni eorum corpora ego Petrus Abbas. *Has reliquias donaſſe Gannayenſibus Petrum Abbatem ſcribit Des-Guerrois, non ſatis memor eorum quæ antè ſcripſerat. Philippus Epiſcopus in inſtrumento* Donationis vnius præbendæ Eccleſiæ Trecenſis, factæ cœnobio S. Quintini Beluacenſis, *dato an. 1090. quod recitat Camuzæus, & ipſe Des-Guerrois Gallicè reddit, de illâ S. Georgij eccleſiâ iſta habet:* quam plurimis miraculis Dominus ad laudem glorioſi Martyris dignatus eſt ſublimare. *Hæc miracula propterea iſthic facta aſſerit Des-Guerrois, quòd iſthic S. Georgij aliquæ eſſent reliquiæ, & aliorum, vt* S. Melanij *&* S. Bobini *Epiſcoporum Trecenſium. At quî potuerunt ante annum 1090. iſthic exſtare & clarescere miraculis reliquiæ, quas ipſemet vult non niſi 64. annis pòſt eò eſſe allatas? Nihil earum nunc ibi extat, præter caput* S. Claræ *Virginis & Martyris è ſodalibus S. Vrſulæ, quod coràm luſtraſſe & veneratum ſe eſſe ſcribit.*

Ex variis reliquiæ Trecis, Gannayi,

7 *In monaſterio Belli-loci aliqua* S. Bobini *oſſa extare idem auctor eſt, atque à Iacobo Raguierio Epiſcopo Trecenſi, 6. Aprilis anno 1490. rogatu Abbatis; anno ſequenti, 4. Maij, ab Huberto Abbate Præmonſtratenſi, viſitata.* *Belliloci:*

8 *Non videtur prætermittendum, quod idem auctor, ſiue de ſe ipſo, ſeu de alio quopiam Sacerdote teſtatur; cùm XXII. Aprilis, quo die tranſlatio* SS. Bobini *&* Melanij *celebratur, ad Cellenſem eccleſiam ſe contuliſſet, iſthic Deo ad illorum honorem ſacrificium Miſſæ oblaturus, à Præfatione, quam vocant, vſque ad peractam communionem, incredibili quadam perfuſum eſſe odoris ſuauitate: ideoque, ſecundùm ſacrificium quæſiſſe ex Ædituo, an quidquam adhibuiſſet ſuffitus; eo negante, didiciſſe Sanctorum honori id tributum à Deo, aut ſuo ſolatio à Sanctis.* *ſanctitas ſuaui odore teſtata,*

DE S. ATHANASIO

EPISCOPO METHONENSI IN PELOPONNESO.

SECVL. IX. XXXI. IANVAR. *S. Athanaſij commemoratio,*

Methone clariſſima Meſſeniorum in Peloponneſo ciuitas, inſignem ſanctitate Epiſcopum ſeculo Chriſtiano nono Athanaſium *habuit. Is Catanæ in Siciliâ natus, inſulâ à Saracenis, Michaële Balbo imperante, circiter annum Chriſti 827. occupatâ, in Peloponneſum cum parentibus adoleſcens profugit. De eo Octauius Caietanus noſter in Idcâ operis de SS. Siciliæ XXIX. Iulij ita ſcribit:* Catanæ commemoratio S. Athanaſij Catanenſis, Methones Epiſcopi & Confeſſoris. *Caietanum ſequitur Ferrarius. nec alio die eius meminerunt.* *natalis,* *Agi Catanæ illius natalem pridie Kalend. Februarij ſignificauit nobis Franciſcus Blanditius noſter; qui & illius vitam à Petro* *vita,* *Siculo Argiuorum Epiſcopo ſcriptam, è MSS. codicibus magni monaſterij S. Saluatoris ordinis S. Baſilij Meſſanæ, Latinè à ſe* *à quo ſcripta.* *verſam, nobis tranſmiſit: monuitque hunc illum videri* Petrum Siculum *eſſe, qui anno 2. Baſilij Macedonis, Chriſti 868. Tibricam Armeniæ ciuitatem pro captiuorum permutatione legatus, nouemque iſthic menſes moratus, ſcripſit de Manichæorum, quos iſthic didicit, erroribus librum, qui à Matthæo Radero noſtro Latinè verſus, extat to. 9. Bibliothecæ PP. Meminit huius* Petri *Baronius ad an. 870. nu. 62. Hanc vitam in capita more noſtro diſtribuimus.*

VITA

Auctore Petro Siculo Argiuor. Epiſc.

interprete Franciſco Blanditio Soc. IESV.

Petri Siculi, humillimi Argiuorum Epiſcopi, funebris oratio in B. Athanaſium Methones Epiſcopum. Benedic Pater.

CAPVT I.

Exordium, & Propoſitio.

1 QVi heroicarum virtutum ſplendore vitam illuſtrarunt ſuam, ſeſeque ab omni fæculentâ, humique repente vitioſitate ſecreuerunt, atque ad diuinum cæleſteque illud faſtigium ſuſtulerunt, congruum eſt beatos iudicare, laudumque præconiis commendare; ſiquid aliud eorum inferioris ordinis, quæ vulgò bona exiſtimantur: quæ cùm facillimum ad vtramque partem habeant momentum, commutantur ſecundùm vtentium propenſionem, eoſque ad ſui delectationem traducunt. Sic enim incrementum capiet virtus eorum, qui eam ſectantur, quos admiratio conſequitur: atque eius luminum ſplendores diſſeminati per auditorum aures cum fauſtâ acclama- Exordiũ. *vtile eſſe laudare SS.*

AVCTORE PETRO EPISC.

clamatione, ad eamdem virtutem capeſſendam diligentes ac vigiles animos exſtimulat: vitium autem exulabit, atque omnino deſpectum odio habebitur, ſi cum virtute conferatur; de loco etiam, veluti nocturnæ tenebræ diurnis ſplendoribus, illi concedet. Huiuſce rei gratiâ vel ipſe Chriſtus Dominus humanæ reparator naturæ, ac ſolertiſſimus moderator eos viros (vt liquidò ſuadet Euangelium) in album refert beatorum. Quamobrem & eos, qui Chriſtum ipſum imitari ſtudent, pro virili parte laudibus proſequi debemus, vtpote digna talis capitis membra, dignaſque tali prototypo imagines, quaſique munuſculum animo quamuis inopi offerre, atque orationem habere commendatitiam.

PROPOSITIO, *cum excuſatione neglecta artis rhetorica.*

2 Sed hiſce me de cauſſis excitans vereor, ne mihi audaciæ inuratur nota, dum laudare geſtio Athanaſium, [a] qui cognominem habuit immortalitatem. Tamen cùm tantus ac talis ſit, eiuſdem bona tacere, atque vtilitatem, quæ ab eo capi poſſet, haudquaquam decet compreſſis labris occultare: ne illi perſimilis appearem, qui creditum ſibi talentum per vanos timores celatum humo malè commendauit. Atque alius quidem inter Rhetores dicendi induſtriâ expolitus, qui nolit ſeſe intra encomiorum fines continere, ex hiſce laudibus, quas ſubiiciam, famoſiſſimum hũc virum poterit pro dignitate celebrare. Quare de eius luce vitæ, ſplendoreque natalium, de optimâ corporis conſtitutione, de floridâ purâque ſermonum ſuauitate, & præ omnibus, ſapientum more breuitatem affectans, de gradibus dignitatum, & his ſimilibus commodis eloqueretur: vt hiſce enumeratis, quaſi priùs ſparſis huiuſmodi oblectamentis, ſibi apud auditores beneuolentiam conciliet. Nobis verò, qui, ſicut pleraque alia vitæ eius illuſtria, etiam hæc conſultò prætermittimus, cùm ſola ac ſincera veritas arrideat, cordique ſint præclarè facta, quæ orationi noſtræ fidem faciant, quoquo modo hæc dabitur excuſatio; cùm probè nouerimus nec illis ipſis, qui totius vitæ curſum dicẽdo, nouaque ſemper audiendo exercuerunt, facilè eſſe verbis aſſequi dignitatem eius, qui nobis laudandus proponitur. Sed verò mihi contumaciæ crimen ac mulctam iuxtà metuenti, atque elationis humilitatem fugienti, quæ vel reipsâ ſerpat, vel nutriri apud me exiſtimetur, parcendum omnino ſi quid ſupra vires adgrediar: etenim non modò diuites, ſed egeni etiam iubemur dilargiri petentibus, quandoquidem viciſſim non ingentium dignitatum ac munerum, ſed promptæ voluntatis præmia à largitore Deo conferuntur. Quocircà eius potentiâ fretus, qui ad primum oris hiatum facundiam ſubminiſtrat, ad ſolidas illuſtris diuinique viri laudes, qui me etiam inuitat, oratione complectendas morem gerens acceſſi.

a *Idem infrà repetit nu. 6.* Ἀθανασία, immortalitas.

CAPVT II.

S. Athanaſij ortus, exilium, vita monaſtica.

S. Athanaſij patria,

3 PAtria igitur huius, qui nunc mihi laudandus eſt, beati Patris Athanaſij, prima quidem ac vera, illa eſt cæleſtis, vbi vnà cum Sanctis ab æternitate fuerat adſcriptus, & à teneris vnguiculis ab electione non excidit: altera verò patria, tantùm à primâ diſtans, quantùm à veritatis luce caligo tenebrarum, vanaque ſimulacra rerum, Catana quidem vrbs præclara in Siciliâ excellens in primis. Igitur in præſenti ſi omnia eximia vellem recenſere, ſitum, pulchritudinem, magnitudinem, aëris temperiem, ſaluberrimam aquarum naturam, ingentes ferácium ac ſterilium arborum ſiluas, frequentem virorum ſapientiâ, prudentiâ, fortitudine, iuſtitiâque illuſtrium multitudinem, ab incepto intempeſtiuè digrederer: quemadmodùm longè celeberrimam Virginem [a] Agathã Martyrem, quæ eâ in vrbe & nata & educata, & cruciatibus affecta eſt propter Chriſtum, quæque vt ſacroſanctæ ſui corporis reliquiæ ibidem conquieſce-

Catana vrbs celebris,

a præcipuè S. Agatha virm, reli-

rent gratum acceptumque habuit: quas quidem igneæ torrentes ex ſuperimpendente Ætnâ defluentes præter omnium exſpectationem venerabundi ſunt reueriti; quin imò (ſicut priſcis temporibus pium illud, Deoque gratum onus, id eſt, parentes ſenio confectos humeris filiorum, [b] Amphinomi, inquam, & Anapiæ, grato animo ferentium impoſitos venerati) retro properare iuſſi. De ipsâ quoque Ætnâ ignem, & ſulphureum fumum, ac nidorem eructante, piceaſque flammas, & craſſos nigrores de ſummis faucibus euomente, necnon & horrendos fragores, bomboſque valdè immoderatos promente (dabitur quippe his admirabile ſcrutinium) ſi orationem tenere velimus, ab inſtituto egredi videremur. Et quidem ſi is, qui nobis nunc laudatur Athanaſius, alterius patriæ amoribus incenſus mortalem hanc vt exilium contempſit, ideoque beatum finem, vbi prima nobis domus, ac lætantium omnium habitatio, ſortitus eſt; quî fieri poteſt, vt quam deſpicere optimum factu cenſuit, ex eadem nunc deductis laudibus oblectetur?

quiis, prædio contra Ætnæ ignes.

b

4 Itaque ex huius patriæ ruinis, atque occaſu veluti quidam Phoſphorus exoriens, parentes ſuos æquè religioſos ac Deo amicos inde à puero declarauit, cùm ab iis filium Chriſto piè offerentibus, primumque fructum producentibus, optimè per totius vitæ curſum fuerit Athanaſius enutritus ad obſequium diuinum. Quid autem refert ſingula eorum præclarè facta recenſere, cùm ex fructu arborem admirari probè cognoſcamus? Declararunt etenim celſum ac generoſum animi ſui robur vehementes obortæ contra eos tentationes, quaſi procelloſæ tempeſtates & grandines, ſed minimè illud labefactantes. Sicut enim fornax probat aurum; venti autem, & pluuiæ, & grandines, & torrentes probant ædium fundamẽta; ita inopinæ calamitates vel firmum ac munitum, vel imbecillum ac detritum animum detegunt. Iſmaëlitarum enim, atque Agarenorum barbara gens, per quam (ſic noſtris promerentibus peccatis) Sicilia inſula deuaſtata eſt, pœnas à nobis de præuaricationibus quaſi carnifex exigens (ſiquidem Deo non vt patri obediuimus, neque facilem eidem vocanti ceruicem inclinauimus) multas quidem diripuit ciuitates ac vaſtauit; earumque ciues cum finitimis accolis, alios quidem amariſſimo mortis genere, quà gladio, quà fame deleuit, marique ſubmerſos ſuffocauit; hos autem grauiſſimis moleſtiis, ac vinculis damnauit; & alios procul à nutrice terrâ miſerum in modum aufugere, & per exteras nationes coëgit diuagari.

Athanaſium ſanctè inſtituunt pij parentes:

Saracenis Siciliam dirè vaſtantibus,

5 Hiſce tempeſtatibus Athanaſij parentes vnà cum communi filio domeſticis rebus valedicentes (neque enim poterant ſiccis oculis intueri hinc Chriſti ouile, gentem ſanctam, & regale ſacerdotium malè habitum ab impiis, inde hos ſuperbè deſpicientes, noſtraſque calamitates deridentes, vt in iniuriam rerum omnium conditoris Dei quaſi percuſſo fœdere exterminarent perfectũ populum Chriſtianum, vtque nulla eius memoria remaneret) in antiquam Peloponneſi [c] Patrarum vrbem commigrarunt: vbi olim qui primus ad Apoſtolatum vocatus fuerat Andreas (qui & Petrum germanum fratrem, & illius beatæ phalangis iam futurum Principem aduocauit ad Chriſtum, qui ſe priùs aduocauerat) poſt longum Euangelicæ prædicationis curſum, feliciſſimum vitæ finem actus in crucem conſeeutus eſt; ipſum quoque Dominum in morte, ſicut etiam aliis in rebus omnibus, imitatus. Audiuerant quippe Athanaſij parentes diuinum illud Abrahami Patriarchæ oraculum, patriam terram, propriam domum, & cognationem ſibi relinquentibus eò loci commigrandum. Quid verò in hiſce? aliquâne hæſitatione, aut ingrati animi vitio fuerunt perculſi, aut aduersùs diuina iudicia murmurarunt, quòd non condignè, atque eorum totius anteactæ vitæ mores promerebantur, indigna paterentur? minimè verò: imò verò etiam ex iis, quæ in noſtrâ poteſtate non ſunt, quod ſolum placere Deo arbitrabantur, illud vnum ſequebantur.

c *Patras migrant,*

Gen. 12.

inſigni patientiâ.

6 Eorum

6 Eorum verò filius, qui ab immortalitate deduxit nomen, diuini amoris incendio cor habens inflammatum, penè immemor ærumnarum, quibus obsidebatur, ad præclariora facinora adgrediebatur. Etenim firmus ac stabilis animus Athanasij, & ab omni perturbationum sorde expiatus non ad iam collectum, sed ad reliquum virtutum thesaurum oculos adiiciebat. Illud etiam in seipso exsequi studebat, vt quę retro essent ex magni Apostoli Pauli sensu obliuisceretur, & ad ea, quæ ante oculos essent sita, numquàm non adspiraret: atque identidem tametsi terreno adhuc puluere inuolutus, ac terrena perlustrans, ad cęlum contendebat euolare. Monastico igitur iugo collum subiungit, quod cùm à mundano strepitu, & intempestiuis negotiorum vorticibus emancipat, tum suos candidatos in expeditam à rebus omnibus tranquillamque vitam, velut in portum vndequaque tutum, adducere consueuit. Itaque rebus omnibus caducis, ipsis quoque parentibus valere iussis, vt remotis arbitris vnà cum Deo communicaret, cum eoque assiduè versando diuini particeps amoris fieret, illi operam dando contemplationi, quòd Dominus ipse est Deus, inter primos huic vitæ operam nauantes plusquàm secundas tulit, tametsi esset ætate adolescentulus. Etenim præter asceticas exercitationes, cùm à mundanis negotiis abhorreret, simul cum iis, qui in desertis agebant, iucundissimam Deo operam dabat. Hoc enim laboriosum vitæ institutum, quasi iugum ferre à primâ ætate, ac per solitudines viuere, mirum quantùm exoptabat?

Philip. 3. 13.

hic Athanasius fit monachus,

ac vitam solitariam sectatur.

a *De* S. Agathæ *patriâ differemus ad illius Acta* 5. *Febru.*

b Amphinomus & Anapus patrem & matrem humeris per medios ignes Ætnæ portarunt, *inquit lib.* 5. *cap.* 4. *Valerius Maximus. Strabo lib.* 6. Ἀμφίνομον καὶ Ἀνάπιαν *vocat. De his Solinus cap.* 5. Inter Catinam & Syracusas certamen est de illustrium fratrum memoriâ, quorum nomina sibi diuersæ partes adoptant. Si Catinenses audiamus, Anapius fuit & Amphinomus: si quod malunt Syracusæ, Emantiam putabimus & Critonem. Catinensis tamen regio caussam dedit facto, in quam se cùm Ætnæ incendia protulissent, iuuenes duo sublatos parentes euexerunt inter flammas illæsi ignibus. Horum memoriam ita posteritas munerata est, vt sepulchri locus nominaretur Campus piorum. *De his Seneca lib.* 3. *de beneficiis cap.* 37. Vicêre Siculi iuuenes, cùm Ætna maiore vi peragitata, in vrbes, in agros, in magnam insulæ partem, effudisset incendium, vexerunt parentes suos: decessisse creditum est ignes, & vtrimque flammâ recedente limitem adapertum, per quem transcurrerent iuuenes dignissimi qui magna tutò auderent. *Celebrant eos & alij, at ferè* Anapim *appellant, qui hic* Anapias *est.*

Amphinomi & Anapia pietas in parentes.

Patræ vrbs.

c Patræ, πάτραι *vrbs celebris Achaiæ propriè dicta in Peloponneso, vbi, vt hic dicitur, martyrium subiit S. Andreas Apostolus.*

CAPVT III.

Monasterij præfectura. Episcopatus.

7 Dlutius ergo id vitæ genus callentem, atque luctam obeuntem non aduersùs carnem & sanguinem, sed aduersùs principes & potestates, contraque spiritualia nequitiæ, conspiciens ille, qui inibi monachorum erat Antistes, (fortiter enim ac strenuè, & ex monasticæ legis instituto in arenam descendebat, & ad supernæ vocationis brauium quàm celerrimo cursu, meritoque assequendum festinabat) collegio monachorum præfecit Athanasium. Cui quamuis recusanti, vt ne quâ ratione sollicitudo circa illos cogitationem eius ex altissimâ contemplatione auocaret, præfecturam tamen detulit. Non enim æquum erat multo tempore stabilitam spectatamque probitatem consenescere otiosam & immunificam, cumque iis, quibus opus erat, haudquaquàm communicari. Etenim qui diuitiarum copiam caducarum restrictâ tenacitate apud se retinet, neque eam in egenos diffundit, fons item aquas haurire negans sitientibus, ipsa quoque tellus suis celans arcanis adytis thesauros, non perinde sunt vituperabiles, atque is qui apud sese spiritales diuitias celat, neque aliis impertitur: siquidem non tam sibi quisque, quàm aliis percepit charismata gratis à Deo collata. ideoque Christus Dominus dixit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est.

Licet inuitus, præficitur cœnobio:

AVCTORE PETRO EPISC. Matth. 5. 16.

8 Vbi verò maiores in Athanasio diuitiarum cælestium accessiones fieri perspexit, quæ compluribus locupletandis satis superque essent, eiusque splendorem idoneum ad illustrandos sibi adiungentes, post omnes honorum Ecclesię gradus ritè citraque cuiuspiam contentionem consensos, eum ad summum Archiepiscopalis dignitatis apicẽ sustollere decreuit, vt ex editiore veluti speculâ plurimos dirigendo, eis veritatis viam demonstraret, & per eam dispulsis tenebris, citraque offendiculum, veluti clarâ luce incedentes erudiret. Neque enim fas erat exiguis anguli angustiis magnam occultare facem, neque perenni ingentium fluminum inundatione pomariolum hortulumue exiguum irrigare. Quamobrem Methonensis Ecclesiæ cathedram ingressus (ea verò est clarissima Messeniorum ciuitas in Peloponneso) multis illam, vt diligentissimus agricola, Christianæ pietatis plantis consitam reddidit fecundiorem, atque adeò ad maturos iucundosque fructus procreandos perennibus suæ doctrinæ irrigationibus, nec non ad delicias, & amores rerum omnium Domino adornauit. Non enim turpi otio ac desidiâ languens, vt quis alius mercede conductus, assignatum sibi pensum expleuit; sed vt bonus pastor Dominĩ sui oues existimans quasi suas peculiares, vitam periculis exponere, cùm res tempusque postularet, nihil sanè verebatur. Quapropter in aduersis casibus præcedebat reliquos, in periculosis propugnabat, & ægrotantibus medicus inueniebatur peritissimus, nudis item tegumẽtum, nutrimentum famelicis, mœstis cõsolatio, dolore exanimatis voluptas: atque, vt summatim cõplectar, spectandus erat pater orphanis, viduis patronus, nulloque habito delectu, omnibus omnia factus, vt plurimos Christo lucrifaceret. Quis autem commemoret nocturnas ac longas peruigilationes propter eos? assiduos labores ac sollicitudines, ne qua de suis ouibus ferarum præda interiret, neu qua (Euangelicæ prædicationis tubâ non canente) diabolico transfigeretur telo, atque abs se tandem, cuius fidei gregem crediderat, iugulatarum ouium sanguinis rationem repeteret Deus? Neque noster Athanasius aliquis ex iis censendus erat, qui pinguia mactarent, fortiora diuenderent, vellera induerent, (vt sanctus Propheta loquitur) quique dicerẽt, Benedictus sit Dominus, diuites facti sumus; sed verò ex iis, qui infirmos corroborarent, excitarent prostratos, debiles, ac mancos colligarent, & ad currendum exstimularent, animumque & vires sufficerent.

fit Methonensis Episcopus:

insignem suorum curam gerit,

Ezech. 34.

9 Agebat verò is dignitatem Episcopalem non animi gratiâ, sed maiorum caussâ certaminum ac laborum, quàm superiore vitâ exanthlauerat, sicut multò plures in fidem suam administrationemque susceperat: ideoque non verbis solis eos, quibus opus erat, erudiebat, sed exemplo multò magis ad ea quæ fuerat cohortatus trahebat. Et quidem illustrium virtutum partes ita rectè egit, itaque subsequentibus eas reliquis vsus est, vt nullo modo præ exsuperantiâ vel defectu contra illas pugnantibus, de regiâ rectâque illarum viâ deflectere, vel præfixos terminos vnquam transilire visus sit. Et primò quidem menti, vbi vis consilij inest, eos addidit prudentiæ neruos, vt omnes illius motus in Deum euehere exoptaret. Eam deinde animi partem, quæ voluptate capitur, temperantiæ frænis moderatam, facili negotio vt à terrenis ad cælestia subuolaret condocefecit: atque illuc omne suum desiderium ita traduxit, vt quasi ad res caducas, earumque amorem, qui ab imperitis innatus censetur, non natus esse, sed potiùs hac ex parte mortuus Athanasius videretur. Robore quoque animi eatenùs iracundiam edomuit, quoad dimicaret contra serpentis astutiam, vnde ad nos mortis venenum peruasit; quoad etiam aduersùs malas perturbationum appetitiones, easque suggerentes cacodæmonas audacter castrametaretur, strenuèque manus consereret. Tum si quid modum

iisque exemplo virtutum præluceat.

AVCTORE PETRO EPISC.

dum excederet, atque in vitæ partibus adulterinum censeretur, per iuſtitiam reſecuit, æquabilemque diſtributionem diuidens omnibus, corpori, inquam, & animo opportuna tempeſtiuè ſubminiſtrabat. Seruabat verò ita firmum librile inter illud iuſtitiæ lances interpoſitum iugum, vt ne tantillum quidem nutaret: atque ideò iuſtum omnibus ſententiæ ſuæ tulit ſuffragium, violentiq; commercij fraudes diſſoluit. Itaque cadentibus fuit leuatio, ſtantibus fulcimentum, vberrima omnibus ærumnoſis liberalitas, corpore vel animo claudicantibus idem pes fuit & ſuſtentaculum. Hominibus de viâ, ſecundùm diuinum Iobum, ſuæ domus fores patebant omnibus: nudorum humeros veſtimenta ab Athanaſio diſtributa ad vitam tutandam, mirum quantùm fouebant.

Iob 31.32.

CAPVT IV.

Efficaces ad ſuos exhortationes.

10 QVas ob res à Deo tandem ſortitus eſt gloriam ſempiternam, communi omnium teſtimonio iam comprobatus vnus inter omnes ſine cuiuſpiam querimoniâ iuſtus & verax. Atque eos, qui ſuperbam ceruicem in altũ efferrent, ſuauiq́ue Chriſti iugo nollent ſubiugare, magnâ cum prudentiâ conuincebat, quà exemplis, quà adhortationibus, quà etiam idoneis obiurgationibus, nunc terrificâ oratione delineans horribilis iudicij tribunal, ſeueriſſimam in throno ſedentis Iudicis æquitatem, acerbiſſimas pœnarum diſſolutiones ab omnibus pro ſuis cuiuſque meritis exigentem: ipſas quoque Angelicas mentes toruis ardentibuſq́ue oculis deſpicientes, neque miſerantes vicem hominum æternis ignibus mancipatorum, cò quia tempus non pœnitentiæ, ſed remunerationis adueniſſet. His igitur alloquiis complures ad bonam frugem correxit, in ſuaq́ue coëgit retia, itaq́ue ad menſam Chriſti, cui in pretio ac deliciis eſt ſalus hominum, veluti opiparum opſonium tranſmiſit. Sic igitur attributum ſibi talentum multò pluribus adaugens Athanaſius, vir iam ſpectatæ fidelitatis, multarum vrbium obtinuit principatum: ſic in Domini ſui gaudium eſt ingreſſus, cùm ſeſe, ſuæq́ue curæ commiſſos filios intaminatos atque innocuos exhibuiſſet.

Diem iudicij ſuis inculcat;

Luc. 19.

11 Eapropter glorioſos honores à Deo eſt conſecutus, omneſq́ue ſuppeditatam ſibi bonorum affluentiam concelebrant mortales, inſolitos vtilitatis fructus ex vnâ eius memoriâ decerpentes. Sicut enim cogitatio & collocutio rerum ſuâ naturâ vetitarum auditoribus pariter, pariterq́ue colloquentibus, nec non etiam cogitantibus identidem nocuit; ſic è contrario bonarum rerum commemoratio non mediocres conciliauit vtilitates. Itaque docens, & faciens (vt diuinum inquit oracullum) fecit omnes docibiles Dei, atque perſpicaces ad diſcernendum bonum à malo, honeſtum à turpi. Non quemadmodùm Zamolxes & Anacharſis olim, quorum quamuis barbarorum ſapientiam Græci admirantes ſuſpexerunt: neque etiam vt apud Spartiatas legumlator Lycurgus, Mneſion apud Argiuos, apud Pylios Neſtor, cuius ſermonem melle dulciorem edixit Homerus; non demum vti legum ſanctores Solon & Cliſthenes apud Athenienſes: qui ſanè omnes non modò finitimis Græciæ populis vt ſuas reciperent leges, earumq́ue præſcripto viuerent, non ſuaſerunt; ſed ne illis quidem, apud quos leges tulerant, vt ad finem vſque retinerent. Nunc etenim, cùm eaſdem illorum leges velleribus coronarint, aut vnguento velut hirundines perlinierint, nequaquàm eas audire patiuntur. Sed verò Chriſti Domini, eiuſq́ue perpeſſionum leges ſuo ferens gregi, effuſâ admodùm cum lætitiâ complecti, & illæſas ad finem vſque vitæ cuſtodire perſuaſit noſter Athanaſius. vir enimuerò beatus, quippe qui non rudem, & Deo ſeruire addredientium, ſed perfectum ſibi comparauerat diuinum timorem: etenim vehementi Chriſtum amore proſequebatur. Cuius propria rei nota, nobiſq́ue fide dignum eſto argumentum, diligentiſſima in proprios greges vigilantia ac prouidentia, quam vnam præ multis virtutum formis, Petrum interrogans Chriſtus Dominus, in eo præoptauit, eamq́ue aggrediendam præ reliquis diſcipulo ſui amantiſſimo, iamiam Chriſtianæ rei imperium capeſſenti, propoſuit.

magno cum fructu,

Ioan. 6. 45.

(ſecùs ac Gentilium legiſlatores)

Ioan 21.

12 Operam etiam dabat Athanaſius ſecundùm Prophetæ oraculum, vt in diuinis præceptis non quod eſſet ſatis, ſed verè nimium ac ſummum concupiſceret: ideoq́; in cæleſtium mandatorum terrâ permanſit ſemen eius, ſiue id extiterit ſermo Præceptoris in auditorum atque intuentium cordis agro per admirabilia opera diſſeminatus; ſiue etiam ij, qui ab eo quaſi concepti, in lucem editi, atque educati genuinos ſeminantis ſe filios reipsâ comprobarent. Omnino gloria, maximæq́ue diuitiæ in domo eius, in Eccleſiâ, inquam, cùm eius item iuſtitia in æternum perſeueret: non vacuus, inquam, gloriolæ inanis tumor, & quaſi inflata aquarum bulla, quæ ocyſſimè euaneſcit: neque etiam illæ diuitiæ, quæ in cæleſte regnum contendentibus reluctantur, quæ ſuis amatoribus ſexcentas calamitates conciliant, quæ in laqueos & inſidias diaboli impellunt eos, qui effrenatâ quadam cupiditate inſaturabiliter ſe illis volunt mancipare: non demum illæ ſcelerum expeditæ adminiſtræ, quæ abundè materiam illorum ſuggerunt incendiis: ſed illa, illa quidem gloria, quæ beatis Angelorum mentibus pares honorum dignitate præſtat; quæ ter ſanctum Deum inter Sanctos degentem nobis quantumuis in terrâ vexatis, ſanctè tamen venerantibus, conciliat; quæ præſens eſt pignus cæleſtis gloriæ Sanctorum; quæ noſtra mortalium præcordia eo complet gaudio, vt inde lætitiæ immortalis cumulus redundet. Diuitię demum non inanes, quas nec fures, nec latrones effodiunt.

Pſal. 111. 1.

etiam in poſteros propagate.

quaſi myſticis diuitiis.

CAPVT V.

Heroicæ virtutes. miracula.

13 BEatus, & re quidem verâ ſanctus Athanaſius: etenim is, neque in concilio impiorum vnquam verſatus eſt, neque in blaterantium obſcœna, turpiaue perpetrantium cathedrâ conſedit; ſed tamquàm immortalis arbor ſata ſecus irriguum Chriſti Saluatoris profluentem, quẽ hic de ventre in ſe credentium emanaturum pollicitus eſt. Nullus in ore eius dolus inueniebatur, ſed ſola Dei eloquia, in quibus ſanctiſſimum ſibi quoddam hoſpitium ſecreuerat. Viſus etiam eſt ter ille feliciſſimus, ſicut mons Sion, qui habitat in nouâ Hieruſalem, non enim commouebitur in æternum; oculoſque ad Deum attollens non tardum inde ſenſit auxilium. Quapropter quæ gaudia, atque hodiernæ lucis lætitiæ proponuntur, iiſdem non ad breue tempus, ſed immortaliter hic frequens auditorum numerus oblectetur: quippe quæ cùm animos voluptate quadam perfundant, ad Diuinitatem ex Athanaſij imitatione ſuſtollunt. Eò quia etiam is adhuc mortalitatis puluere obductus, ad hoc virtutis faſtigium, tamquàm procera, comataq́ue arbor, peruenit, ad eos reſpiciens, qui Deo fuerant gratioſi, atque eorum vitæ exemplis, quaſi luce quadam ſibi viam gradiendo conſtrauit.

Pſal. 124. 1.

Vir verè beatus,

anniuerſariâ lætitiâ cultus,

14 Quis enim Athanaſij hoſpitalitatem, fidei quoque inimitabilem puritatem intuendo, ſibi Patriarcham Abrahamum videre non videatur? quis conſtantem eius tolerantiam, atque in rebus omnibus, quas deſtinarat Deus, tractabilem facilitatem conſiderans, alterum Iſaacum oculis cernere ſibi non perſuadeat? Quis in aduerſis caſibus eius animi magnitudinem ac ſoliditatem, morum item ſine fuco & fallaciis integritatem attendens, Iacob ſibi iam adeſſe non opinetur? Quis in Athanaſio Ioſephi tẽperantiam, modeſtiam, & iniuriarum tolerantiam, à fratribus odio ſe proſequentibus ac diuendentibus gratiam inire ſtudẽtis, ante oculos habere non cenſeret? Quis eius minimè abiectum, ſed verè generoſum animum

cum illuſtribus SS. comparandus;

animum in occurſantium ærumnarum repentinis moleſtiis patiendis perpendens, inuictiſſimi Iobi imaginem ob oculos ſibi obuerſari non diceret? Moyſis etiam & Aaronis placabilitatem, mores citra reprehenſionem mites, diuinamque eorum contemplationem, mortales rapientem ſublimes, imitabatur. Iuſtam quoque Phinees indignationem æmulabatur, non ferreo pugione legum violatores confodientem, ſed nunc aſperis & ſeueris mulcentem, nunc mollibus & blandis alloquiis coërcentem ſcelerum curſus, & iniurioſos in obuia quæque impetus. Verumenimuerò eum ſe præſtitit, qui nec dehiſcentem terram efficeret ſepulchreta eorum, qui in ſacroſanctũ ſacerdotium audacter petulanterque per ſuperbiam efferebantur; nec flammis addiceretur quod impius legum violator abſtulerat; huiuſcemodi enim prodigia id ætatis expoſcebat. Sed verò hominem quemdam ſimilia patrantem Athanaſius ſuarũ precum vi inſenſibilibus ſolùm viduauit capillamentis, quæ quidem corpori ex ſuperfluitate adnaſcuntur, neque cùm adſunt ad humanæ eſſentiæ faciunt conſtitutionem, neque ablata nocent: ſed cùm piaculare nefas audaculo ac temerario ſolùm indicent, ad pœnitendũ adigunt, & ad nefarij ſceleris fugam, & vitij ſuccreſcentis tonſuram.

contumacem caluitio punit:

15 Imitandam etiam ſuſcepit Dauidis malorum atque iniuriarum perpeſſionem, & eximiam erga Deum pietatem: quâ de cauſsâ non modò in cacodæmonas accinuit, ſed in eas, quæ, iiſdem ſuggerentibus, exſtimulantur magiſque efferantur, animi perturbationes. Atque horum facinorũ teſtes ſunt complures, quorum quidem aliquot, dum adhuc ſuperuiueret, curauit, bonæque valetudini reſtituit Athanaſius: aliquot etiam, qui ardenti cum fide, ac deſiderio acceſſerunt ad eius ſepulchrum, cùm iam ad Chriſtum, quem deſiderauerat, tranſmigraſſet, propter quem exoptauerat corporeis vinculis exſolui, vti liberiùs ac ſanctiùs illi conuiuens eiuſdem contemplatione frueretur. Eliæ atque Eliſæi aſceticam, duramque vitæ rationem, zelum quoque, ſed non ignes exſpirantem, eſt imitatus, neque etiam flammas de ſuperiore loco deducens, impioſque cæleſtibus incendiis comburens: neque iniurioſis contumeliis conuiciantes exhibens epulum feris ſanguinariis, (nam etiam hæc antiqua illa expoſcebat ætas, Deo vulneribus curandis ſeueriora remedia adhibente) ſed gra-

miracula viuus & mortuus patrat:

multos ſuis monitis conuertit;

uibus, quæ talem decebant doctorem, alloquiis, diuinæ ſapientiæ ſale conditis, vitæque innoxiæ conſonis, complures facinoroſos ad bonam frugem corrigens: nouit enim more Chriſti Domini pacificare eos qui ſunt Spiritus filij. Fuit etiam vir, B. Danielem ſecutus, ſpiritalium deſideriorum, viriliter corporeis illecebris obſiſtens, & ſola diuina deperiens, in quibus Deum manifeſtiùs inueniret. Idem quoque trium exemplo adoleſcentum apud Babylonem corporearum flammas voluptatum, veluti ſopitas iam fauillas deſpiciens, & ſubinde reuiuiſcens incendium de ſubito conculcauit, ne quâ ratione ſibi in corde huiuſmodi imagines immorarentur, ipſarumque lethifera contagioſaque idola venerari Athanaſius videretur.

Matth. 5. 9.

Dan. 9. 23.

16 Quòd ſi ſanctiſſimi illius Ioannis (quo nemo inter natos mulierum ſurrexit maior, qui primùm viuens apud viuos, deinde mortuus apud inferos verus Chriſti Prodromus præcucurrit, qui venientem Saluatorẽ & liberatorem edixit, & in Iordane abluit illum, qui peccatorum noſtrorum labes ibidem demerſit) expreſſam imaginem, vivamque effigiem deſideres intueri; tibi ponas, quæſo, ob oculos fluxarum terrenarumque rerum deſpicientiam, cibi ſobrietatem, vberem dicendi libertatem, mentem nullis perturbationibus obnoxiam;

vehemens in reprehendendis vitiis,

quomodò in primates ac Dynaſtas inuectus eos redargueret, quòd ſacroſanctæ Dei leges poſthabitæ iam ſubmouerentur, atque etiam conculcarentur. Attendas etiam adhortationes ad pœnitentiam, & indicantem digito Chriſtum ab illo baptizatum, iterum venturum ad omnes iudicandos, ac pro ſuis cuiuſque meritis condignas vices repenſurum. Quod ſi Chriſti Diſcipulorum veſtigium a quod expetat quis adinuenire, pergat is, ac ſpeculetur; ſpectabitque in Athanaſio totius vitæ aſpernationem, vt Chriſtum lucrifaciens inueniret: intentam quoque in Euangelij prædicatione ſollicitudinem, in turbulentis rerum euentibus animi magnitudinem, familiaritatem cum Chriſto memoriæ beneficio aſſiduam, vt inde nullo modo abſtrahi poſſet, vel auocari: ſpectabit etiam illum Chriſti crucem toto vitæ tempore baiulantem, Chriſtoque famulantem, ac veſtigia ſequentem, reliqua verò omnia exiſtimantem retrimenta & quiſquilias. Apoſtolorũ igitur vitam imitatus Athanaſius, adeò ex eorum architypo vivam imaginem in ſeipſo ad amuſſim effinxit, vt ſi quis intueri vellet ſingulorum characteres, attentiùs diſpiciendo, nihil ferè diſſimiles, ſed omnino veros atque ipſiſſimos inueniret.

Avctore Petro Episc.

humana omnia contemnens.

CAPVT VI.

Extrema ſuis data monita.

17 SEd tandem aliquando venit eius profectionis tempus; neque enim alio cenſeam nomine eius vitæ exitum appellandum, quàm reditus in patriam ab exilio. Et quidem de ſeipſo nonnulla obteſtanti aderant complures grauiter affecti, eiuſque ſeiunctionem quaſi ſummam iacturam lamentantes: audiebant verò illum vili lectulo iacentem, neque quod ad diuitiarum theſauros attinet ſtatuentẽ, neque auri argentique copiam tutoribus relinquentem, quorum egeſtatem, ſicut alij adeptionem, ille magno ſtudio conſectatus fuerat: nec terræ iugera, arborũ ſiluas, vineas, greges, armentaque, à quibus, quoad vixit ſuper terram, quàm maximè is fuit alienus: ſed ea, de quibus ſemper diſputauit, quandoque propter morbi moleſtias concisè recenſentem: (homo enim erat, quamquàm magni animi eius celſitudo humilitatem corpuſculi ſuperabat) Operæ pretium eſſet, inquiens, in meipſum conuerſum de præſenti ſolùm digreſſu ab hac vitâ penſitare, & formidabile atque horrendum iuſſum capeſſere, quique meam ſuſcepturi ſint animam, & quonam locorum ſit mihi iter faciendum, hoſtes etiam infeſtos in inſidiis ſemper locatos, viamque nobis tamquàm latrones ac prædones præpedientes, cogitare: ſed quoniam & mea, & veſtra commoda, vt ſemper, nunc etiam vehementer deſidero, hoc enim diuinæ leges præſcribunt, quæcumque permittit indulgentia temporis, & quod reliquum eſt vitæ, etiam nunc eloquar. Ego equidem, vt videtis, longam ad meos parentes ingredior viam; neque ampliùs in hac mortali vitâ me adſpicietis: ſed ne mea (amabo vos) admonita per obliuionem contemnatis, quæ vobis pro eo diuini amoris ardore, cuo vos proſequor, ſum impertitus. Apud vos ero, imò verò potiùs ipſe vobis aderit Chriſtus cum Deo Patre, ac diuino Spiritu: itaque diuinum eritis domicilium, animataque illius templa, cuius thronus eſt cælum, cuius ſcabellum eſt terra. Ego enim, Saluator inquit, & Pater ad eum veniemus, & manſionem faciemus apud eum, qui nimirùm eius capeſſit iuſſa. At inter diuina præcepta longè præclariſſimum, & quidem primum eſt, ex totâ animâ, conatu, mente, totoque pectore Deum peramare, & proximum ſicut ſeipſum: hoc enim cetera omnia conſequuntur, vno alterũ complectente; & quod iubet amore proſequendos inimicos, idem pro amico propriam vitam, ſi tempus poſcat, profundendam iubet. Debita item dimittenda noſtris debitoribus, ſicut & nobis noſtra debita Pater cæleſtis dimittit. Horrendum etiam penſitandum patrisfamilias decretum erga ſeruum, apud quem plurima beneficia collocârat, magnamque æris vim iam condonârat, hic autẽ propter minuta æra conſeruum ſuffocabat ſuum. Miſerendum etiam per innatum ſanctumque animi ſenſum neceſſitudinum egenorum, vti benignas aures iis applicuimus, vt quantumuis terreni ac mortales,

Æger, non teſtamentũ condit, quia planè pauper;

Ioan. 14. 23.

præcipuè ad caritatem,

AVCTORE PETRO EPISC. (quoad fieri tamen poteſt) Deo ſimiles efficiamur, qui eiuſmodi homines in regnum introducit ſuum, ſeſeque ipſum eleemoſynæ ac miſericordiæ indigũ confitetur; at eos qui ferarum ritu inſaniunt, & erga homines inhumaniter graſſantur, in æternos ignes vnà cum nequiſſimo Satana, & Angelis eius coniiciendos interminatur. Igitur Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum identidem redigemus in memoriam, iudicem æquè incorruptum ac ſeuerum, formidabili ſolio inſidentem, è cuius conſpectu ignitum flumen erumpit, omneſque patefactâ conſcientiâ ad eius tribunal ſiſtendos, rationemque reddituros quæ rectè, quæue ſecùs patrauerimus. Quotquot in Chriſto ſacro fonte abluti ſumus, Chriſtum induimus: ne itaque propter propenſionem ad res terrenas huiuſmodi veſtem reiiciamus, ne viciſſim à cæleſti thalamo, Sanctorum lætitiâ ac tripudiis repudiemur. Turpe verbum, vt diuinus inquit Apoſtolus, ex ore veſtro nullum dimanet; ſed id ſolum, quod virtutum exemplar effingat, vel alienæ vtilitatis fructum referat: neque enim de malefactis tantùm, verùm de otioſis etiam verbis, atque adeò de prauis cogitationibus, rationem nos Deo reddituri ſumus. Vnuſquiſque ab omnibus gratiam inire, honeſtiſque in rebus comes eſſe curet: ſic enim ſinguli animati eſſe debemus, vt de aliis per emolumenta benè mereri ſtudeamus. Nemo profectò noſtrum etiamſi ignorantiæ velamentum obtendat, diuinum iudicium euertet: omnes enim quotidie diuina Euangeliorum præcepta, Apoſtolorum admonita, Prophetarum adhortationes exaudimus.

& aſſiduã memoriam iudicij;

Coloſſ. 3. 8.

18 Quid mihi nunc recenſeantur, ſi cum legitimis hiſce noſtræ Philoſophiæ diſputationibus comparentur inueteratæ Socratis quæſtiones? quarum gratiâ ſuperbientes Græci ſupercilium attollunt, quòd (vt ipſi ſe iactant) is Philoſophus timore mortis ſuperior extiterit. Huiuſmodi enim diſputationes auram vanæ captant gloriolæ, ſcenæque ſunt figmenta, & ſolùm induunt philoſophiæ ſpeciem, eiuſque perſonam præſeferunt, quod in ſe, non in alios conuertat, quidquid elaborat. Atque hoc crocitat Æſculapio immolatus gallus à Socrate, eiuſque hominibus placendi ſtudio pleni ſermones, quos (diſcipulis ſuadentibus, vt ipſe periculum euitaret, quod ei Anytus & Melitus accuſatores ſuſcitarant) paſſim ceteri dictitabant. Sed verò noſter hic Athanaſius, rebus omnibus id temporis poſthabitis, ad illud vnum incumbebat, ad gloriam, inquam, Chriſti, rerum omnium inſpectoris ac Ephori amplificandam; perinde æquè nihil ſibi eſſet antiquius, ſtudioque dignum, quàm gregis ſibi crediti ſalutem accurare, cuius ſtudio mirandum in modum ipſe Deus homo factus eſt, idemque ſtudium, vt perſpicuum ſymbolum, reliquit Deum amantibus. Atque ideò quamquàm eſſet proximus occaſui vitæ, iamiamque animæ & corporis diſcidium, quæ natura optimè conglutinarat, opperiretur; tamen ea, quæ effecerat vitam agens epiſcopalem, tamquàm aduena & peregrinus, in memoriam reuocauit. Itaque cùm in Deum, tum in homines caritatem arctiſſimo virtutis vinculo colligauit Athanaſius: qui non ſolùm rectè factis, ſed ad extremum vſque habitum etiam verbis ea nobis reliquit virtutum exempla, ad quæ oculos attollentes, tamquàm ad ſtellas dum per caliginoſam noctem in vitæ huius pelago miſerabiliter iactamur, omnes eius decumanos fluctus, obortaſque tempeſtates, & à communis infeſtique hoſtis inſidiis excitatas procellas eludendo enauigabimus, & ad tranquillum Chriſti regni portum applicabimus, habentes pro Magiſtro Athanaſium; qui quaſi peritiſſimus gubernator clauum tenens ad puppim ſedeat, noſtram fiduciam excitet, & ad ea demum, vnde noſtra pendet ſalus, animos tollat.

præclariùs quàm vanus Socrates,

CAPVT VII.

Mors. miracula.

19 HAnc igitur filiis ſuis relinquens hæreditatem ſanctiſſimus Athanaſius, protenſis ſpecioſis pedibus, & innocuis compoſitis manibus, oculiſque grauiter ac religioſè ad cælum ſublatis, atque ita extremum locutus, In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum, iucundus & valdè hilaris animam ab Angelis iamiam adducendã exhalauit. Homo nimirùm dierum Spiritus ſancti plenus, plenus item diuinæ munificentiæ donis, cùm cæleſtem laborum remunerationem liquidò perſpiceret iam affuturam, effecit, vt ſapientem decet, vt minimè ſe pœniteret vitæ anteactæ, ſed potiùs lætaretur. Maturum dixiſſes frumentum in cæleſtibus horreis condendum, ab omni collectarum frugum vitio alienum & incorruptum: atque ideò in concilio iuſtorum vitam vivit immortalem, eiuſque merces eſt multa nimis apud Altiſſimum Deum. Floret igitur vt palma, vtque cedrus augetur & amplificatur, qui nobis eum imitantibus fructus affert vberrimos, atque calore tentationum æſtuantibus vmbram ſaluberrimam exhibet. Quapropter memoriam apud nos immortalem conſecutus, inextinctâ etiam gloriâ perfruitur.

Piè & lætè moritur.

20 Reliquit verò nobis vnà cum ter beato corpore ſepulchrum, quod veluti perennis fons curationum riuos omnibus cum fide accedentibus vbertim effundit. Quamobrem in eo inſpicere exiſtimemus Athanaſium ipſum, quem dolore pariter, ac deſiderio incomparabili ad illud accedentes complectamur, ſicut Patrem venerantes, & quâ par eſt pietate proſequentes; ſicut benemerentiſſimo gratias agentes immortales; ſicut medico cùm animi ægritudines tum corporis exponentes, atque ad huius medicamenta feſtinantes. Enimuerò huc ad Athanaſij ſepulchrum inuiſendũ veniunt etiam qui longioris peregrinationis iter inſtituunt, vbi proſperum item reditum beneprecati domum ſuam reuertuntur. Mulieres quoque nunc viris, nunc filiis præſens medicamentum, & mortis prolationem precabundæ impetrant: qui rigidâ potentioris manus tyrannide opprimuntur, patronum inuocant Athanaſium: quibus per calumniam aliena facinora adſcribuntur, atque iniuſtè ad forum rapiuntur, ſtrenuum propugnatorem ſentiunt Athanaſium. Denique, vt ſummatim dicam, omnes Athanaſium, omnia factum, eiuſque auxilium implorantes votorum iam compotes effecti, ac lætantes reuertuntur. Hunc etenim experimur quaſi alteram Siloën, omnia nobis perturbationum incendia extinguentem, omniumque animos, & corpora irrigationibus vnguentorum fragrantiam ſpirantibus recreantem. Atque horum beneficiorũ nos quoque participes fieri exoptamus; bonorum omnium auctori, & in Sanctis ſuis glorioſo gratias agentes Deo: eum enim decet omnis gloria, honor, veneratio, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, nunc, & ſemper, & in omnium ſæculorum æternitatem. Amen.

Ad eius ſepulchrum curantur multi:

ad quæ inuocetur.

DE B. EVSEBIO
MONACHO S. GALLI, MARTYRE.

AN. DCCC LXXXIV. XXXI. IANVAR. *B. Euſebij natalis.*

1 NObile S. Galli *in Heluetiâ monaſterium eſt, & oppidum, de quo ad* S. Galli *vitam* XVI. *Octobris plenius agemus. Hic memoria agitur pridie Kalend. Februarij* B. Euſebij *monachi & Martyris. De quo iſta in Necrologio eiuſdem monaſterij, à Daniele Feldnero noſtro Conſtantiâ accepimus.*

2 Hodie honorifica recolitur memoria beati monachi noſtri & Martyris Euſebij: qui è Scotiâ oriundus, in

patria,

vita ſolitaria.

in cœnobio S. Galli religioſum inſtitutum amplexus. Deinde ſolitariæ vitæ deſiderio inflammatus, in montem S. Victoris ſeceſſit, ibique ad annum quinquageſimum ſanctiſſimè vixit, atque eò ſanctimoniæ proceſſit, vt prophetiæ ſpiritu multa prædixerit. Demum cùm

martyriũ.

accolarum ſcelera verbis caſtigaret, eorum quidam caput illi falce præcidit, ſub annum Chriſti 884. Verùm ipſe præfectum caput, manibus ſublatum ad cellam ſuam in montem deportauit; vbi nunc eius reliquiæ aſſeruantur, & religioſo piorum hominum concurſu viſitantur.

Ex VARIIS.

reliquiæ.

DE S. MARTINO

PRESBYTERO SAVRIENSI IN LVSITANIA.

AN. CHR. MCXLVII. XXXI. IANVAR.

Vita S. Martini à Reſendio citata.

NOmen nobis vitamq; S. Martini *Presbyteri Saurienſis in Luſitaniâ primus indicauit L. Andreas Reſendius, qui lib. 1. Antiquitat. Luſitaniæ ita ſcribit, tit. de Tapiæo monte:* Tapiæi montis nomen apud ſcriptorum antiquorum quempiam non legi; inueni tamen in vitâ S. Martini Saurienſis Preſbyteri, ſcriptâ à Saluiano alumno eius familiari. Eam reperi in libro teſtamentorum venditionumque cœnobij Canonicorũ ſanctæ Crucis Conimbricenſis, chartâ quadrageſimâ ſextâ. Quod adnotare volui, vt memoriam ſancti viri, quæ interciderat, renouarem. Quam aliquando ſpero me editurum iiſdem quibus ſcripta eſt verbis, vt lectori maiorem fidem faciam. Sed de hoc alibi. Quod ad rem facit, de quâ agimus, ſcriptor ille, qualis qualis eſt, cùm oppidum Saurium iuxta decurſum Anci fluminis in Mundam labentis pænè ſuperfluâ curioſitate deſcribit, ita ait: Ab vrbe Colimbrianorum decimo octauo Auſtrum verſùs diſtat milliario: ad Orientem ſunt Tapiæi montis ſaxoſa cacumina. Et alia, quæ ſequuntur. Ex quibus patet Tapiæum montem eſſe, quem Anſidianum ab oppido nominamus, & inter Rapaciale, & Palumbare oppida excurrit, quique à Thomario Conimbricã euntibus ſaxoſo nimis itinere perquàm moleſtus eſt. Quod nos in carmine ad Lupum Scintillam teſtati ita ſumus:

Sic ereptaui cliuum lapidoſe ſuperbum
Anſidiane, tuum; ſic per ſine ſole moleſtos
Anfractus Tapiæe tuos, vergente ſenectâ
Æger anhelaui.

Summum montis iugum ſupra Rapaciale oppidum adhuc, vt ab indigenis didici, Portus Tapiæus dicitur. *Idem Reſendius lib. 2. agens de fluminibus Luſitaniæ,* Anci nomen, *inquit,* ex vitâ S. Martini Saurienſis Preſbyteri, abhinc annos ſupra quadringentos quinquaginta ſcriptâ, accepi. De quo cum de Tapiæo monte agerem, ſuperiùs memini.

S. Martinus inter Martyres recenſitus.

2 *Antonius Vaſconcellius noſter in deſcriptione regni Luſitaniæ, agens de Martyribus qui in Luſitaniâ egregiam pro Chriſto mortem ſubiêre, num. 22. ita* S. Martini *meminit:* Non debet inuolui ſilentio tantis digniſſimus præconiis Martinus, vir ſanctiſſimus, Souri oppidi, quatuor à Conimbricâ leucis diſſiti, Archipreſbyter: qui Taraſiæ Portugallenſis Reginæ, primi Alphonſi matris, ætate, obſcuro detentus carcere Cordubenſi, quia Chriſtum vel inuitis Mahometanis fatebatur, eodem ex ergaſtulo in æternam cæli regiam euolauit.

Vita vnde hic edita:

3 *Huius ſancti viri vitam à Reſendio citatam, ex Conimbricenſi illo ſanctæ Crucis archiuo deſcriptam, nobis Madrito tranſmiſit* D. Thomas Tamayo de Vargas *Catholici Regis Hiſtoriographus. Scripta eſt à* Saluato, (*Reſendius* Saluianum *appellat*) *qui eius diſciplinâ ſe puerulum inſtitutum teſtatur, &* Menendo, *ſiue* Mendo, *ipſius* Martini *fratri dedicata.*

tempus mortis.

4 *Captus eſt à Saracenis* Martinus *anno antè quàm* Scalabis, *ſiue* S. Irenes oppidum, *recuperaretur, quod auctores omnes rerum Hiſpanicarum ſcribunt anno Chriſti 1147. contigiſſe: ergo 1146. captus, & 31. Ianuarij 1147. mortuus. Deinde 7. Maij capta* Scalabis, *menſe Octobri Vlyſſippo. Sed quod in Vitâ cap. 4 nu. 19. captus dicitur* anno ab Incarnatione Domini MCXIIII. regni Alfonſi XVI. *corrigendum eſt: nam & illa inter ſe & cum præcedentibus non conſentiunt.* XXII. *Ianuarij in Miraculis S. Vincentij à Stephano Præcentore Vlyſſippo-*

nenſi deſcriptis, dicitur facta S. Vincentij tranſlatio XVII. Kal. Octobris, anno Domini 1173. regni autem Regis Alfonſi 45. vitæ verò eiuſdem Alfonſi anno 67. filioque Regis eiuſdem Sancio conregnante 19. annorum adoleſcente mirabilis indolis; ab vrbis verò præfatæ captione 26. *Vnde conficitur, vt ibidem annotauimus, natum* Alfonſum *anno 1105. imperare cœpiſſe 1124. Vlyſſipponem expugnaſſe 1147. Sanctium verò ei natum 1154. Quæ omnia à Vaſconcellij noſtri calculo diſcrepant. Hinc porrò manifeſtum eſt, mendum eſſe in citato Reſendij teſtimonio, quo vita ea ſcripta dicitur annis antè quadringentis quinquaginta: nam etſi anno quo deceſſit 1573. iſta ſcripſiſſet Reſendius, detractis ab eâ Erâ 450. annis, relinquetur annus 1123. quo ſacerdotium illud Saurienſe publico diplomate donatum eſt Martino, qui ad annos dein 24. ſuperſtes fuit. Vita verò aliquot pòſt annis, cùm illud ſacerdotium iam Menendus eius frater adminiſtraret, ſcripta eſt.*

VITA

Auctore Saluato eius diſcipulo,

è veteri MS. Conimbric. eruta à D. Thoma Tamayo de Vargas V. CL.

PROLOGVS AVCTORIS.

Domino ſuo Menendo, gratiâ Dei, Saurienſium Presbytero, Saluatus de ſuis vnus, ſed is paruus,

1 EXigitis à me, pie Preſbyter, vt cariſſimi fratris veſtri, Domini mei Martini, Saurienſium innocentis Preſbyteri vitam moreſque vobis aliquibus litterulis ediſſeram. Cuius petitionis affectui, teſte conſcientiâ, obſequia non negarem, vt & ſtatus veſtræ mentis, id quandoque relegendo, tanti doloris remedium conſolabiliter ſuſciperet, & inpoſterum quæque ipſius benè geſta in nobis obliuio non deleret; niſi tanti viri materia meæ paruitatis ingenio comprobaretur indebita. Præterea dum ſub diſciplinâ illius olim tenerer, ego ipſe vtpote rudis, & magis laſciuiæ, quàm doctrinæ deditus, de eius actibus, [a] probitatiſque moribus, vt puerulus paucorum reminiſcor. At ne excuſationis cauſſam mihi videar conferre arrogantiam, licet agreſti calamo, diuinæ pietatis tamen opitulante clementiâ, iniuncti operis negotium tentando paullatim aggrediar. [a]

a *Fortè* probatiſque.

CAPVT I.

Saurienſis oppidi deſcriptio.

2 IGitur veſtræ narrationis aſſertio ab oppido Saurienſium, vbi Dominus meus religiosè vixerit, ſumat exordium, & vbi ſitum ſit, quibus in finibus coarctetur, vel quid inde maiorum noſtrorum conſentiat ſenectus, cuius etiam vel quo tempore Hiſpanorum Regis

Saurium primò deſcribendũ.

AVCTORE SALVATO. EX MSS.

gis adminiculo, cum ceteris a Portugalenſium municipiis liberè ſit poſitū, iterumque ob infidelium Iſmaëlitarum incurſum ab incolis igne peruſtum, poſtque reædificationis dono concretum, prout poſſumus, euoluamus: vt iſtis, ſicuti geſta ſunt, enucleatis, ad præfati viri materiam, prout Dominus dederit, calamum, conuertamus.

vbi id ſitum:

3 Eſt ergo circa decurſum b Anei cuiuſdam aluei, amœnè porrectum, frondoſis vndique adumbratum nemoribus, fertilibus piſcium circumſeptum gurgitibus, gramineis pulchrè ditatum conualibus, longis equidem perfunctum noualibus, vineis conſitum circumquaqui feracibus; (Quid moror?) partibus cunctis optatum cultoribus, ab vrbe verò c Colimbrianorum XVIII. Auſtrum verſus diſtat millario: ad Orientem ſunt Tapiæi montis ſaxoſa cacumina: à Septemtrionali regione vetuſtiſſimæ ciuitatis d Condiſiæ, necnon & Anei portus latiſſima panduntur confinia: Ab Africa verò parte Columbarij caſtri pateſcunt Campeſtria. In hac quoque parte planities eius profuſiùs oſtenditur; ſed ob Iſmaëlitarum excubias incultæ ab incolis relinquuntur. Verſus Occidentem ſubeſt Oceanus.

ædificatur

4 Hic itaque ab antiquâ rerum congerie arcis vetuſtiſſimæ panditur ædificium: in quâ priſcorum monumenta ferunt, clauſtraliū fuiſſe cœnobium. Ad hanc igitur arcem, & locum amœniſſimum, complurimis hominum turmis ad iurè vivendum concurrentibus, præurgente labore conſtruxerunt oppidum, quod nomine ſuo nuncupati ſunt Saurium. Cùm autem diuinâ gratiâ enucleante, longo tempore pòſt vrbis Colimbrienſis reſtauratio ab infideliſſimis Iſmaëlitarum gentibus per e Fernandum ſtrenuiſſimum Hiſpaniarū Regem mirabiliter enituit; præfatum quoque Sauris caſtrum cum aliis municipiis ſibi confinio telluris ſociatis libertatem accepit. Verumenimuerò poſt longa annorum curricula, ſub f Adefonſi Regis imperio, per Præfectum ſuum Aluaſid Siſnandum Abenamir, qui tunc temporis Colimbrienſem vrbē, Montiſmaiorenſiumque municipium ſuo ſolerti pectore procreabat, reædificationem habere cœpit.

reſtauratur:

ob incurſionē Mauorum,

5 g Mortuo verò eodem Rege ſuprà memorato Adefonſo, h nefandiſſima Maurorum rabies aduersùs Chriſticolarum fidem iterum cœpit aſpirare. VVentafina namque Dux Maurorum nefandiſſimus ingenti Agarenorum multitudine circumfuſus Colimbrianorum confines crudeliter diripuit, factâque belli congreſſione apud municipium, quod dicitur Miranda, complures Portugalenſium nobiles ſceleratiſſimus ipſe necandos deuicit. Nihilominùs quoque Plauſtri, municipio ſanctæ Eulaliæ naturâ munitiſſimo, ab eōdem Rege ad ſolum vſque interfectis hominibus redacto, ad propria rediens in oppido Saurienſium fruſtrà veniſſe cognouimus. Nam Saurienſes ferocem eius aduentum pauentes de prætaxati oppidi ædificio defidentes, ingenti perculſi timore, eidem impoſito igni caſtello, in vrbem Colimbriam profugosè redierunt.

ab incolis incenditur, & deſeritur:

6 Per ſeptem igitur annorum curricula, ferarum cubicula depopulatum exiſtens, per nobiliſſimæ denuò Reginæ Tharaſiæ conſenſum à præfatæ vrbis reſtauratione anno i LXI. in habitationem hominum renouari conualuit. k Regina namque ibidem cauſsâ morandi confluentibus bonum, & vt ita dicam, largiſſimum populandi forum ſpontaneâ voluntate conceſſit, atque chartam inde firmitudinis manu propriâ roborauit; quam Saurienſium Eccleſia pro maximo munere, vſque in perpetuum hæreditario iure reſeruat.

iterum reſtauratur:

a *Portugallia ductum nomen volunt à* Portu *vrbe ad* Durij *amnis fauces ſitâ, & aduerſo oppido* Cale *vel (quod probabilius cenſet Vaſconcellius) quòd ceteris vrbibus à Mauro adhuc occupatis, Durius Gallicis nauibus maximè frequentabatur, vnde vicina regio Portus Gallia dicta.*

b *Hunc* Soure *nunc appellari ſcribit Vaſconcellius, alij* rio de Soure, *quaſi* Flumen Saurienſe *dicas.*

c *Hac ſiue veterum* Conimbrica *eſt, quo nomine ferè litterati appellant; ſiue ex illius cineribus excitata, nobiliſſima ciuitas eſt, & luſtri academiâ ornata. De eâ fusè agit Nonius Hiſpania illuſtrata cap. 37.*

d *Hac eſt fortè* Condexa vetus, *quam alij ipſo loco conditam putant, vbi olim* Conimbrica.

e *Ferdinandus I. Caſtellæ Rex obiit erâ* 1103. *ſiue anno Chriſti* 1065. 27. *Decembris, cùm regnaſſet annos* 29. Iſte bellando cepit, *inquit Pelagius Ouetenſis,* Lamego, Veſco, Conimbria. *Fuerat & anteà ex impiorum manibus erepta; nam, vt ſcribit Sampirus Aſtoricenſis,* Adefonſus III. *qui Ordonio patri in regnum ſucceſſit,* Conimbriam ab inimicis obſeſſam defendit, ſuoque imperio ſubiugauit.

f *Hic eſt Alfonſus VI. de quo egimus* 30. *Ianu. ad vitam S. Adelelmi.*

g *Obiit* Alfonſus, *vt ibidem diximus* 1. *Iulij,* 1109.

h *Meritò ergo Pelagius Ouetenſis de prodigio fluentis è lapide aquæ paucis diebus ante Alfonſi mortem:* Hoc ſignum nihil aliud prætendit, niſi luctus & tribulationes, quæ poſt mortem prædicti Regis euenerunt Hiſpaniæ: ideò ploraueiunt lapides & manauerunt aquam.

i *Hinc conficitur circiter annum* 1055. *captam eſſe à Ferdinando reſtauratamq; Colimbriam.*

k *Tharaſia Alfonſi VI. filia, Henrico Comiti nupta, ei Portugallia regnum in dotem attulit.*

CAPVT II.

S. Martini ortus, educatio, ſacerdotium, Eccleſiæ Saurienſis cura.

Martinus præficitur Eccleſiæ Saurienſi:

7 VEſtrorum igitur deſtructionem reſarcire incipientes, eiuſdem oppidi cultores, ad Reuerendiſſimum Gundiſaluum Colimbriæ Venerabilis vitæ Epiſcopum venerunt, Paternitatem ipſius precibus exorantes, vt in eis conſilij & pietatis abundare, atque eis Presbyterū, qui eos diuino pabulo foueret, & in ſacroſancti fontis vndâ liniret, dare non differret. Reuerendiſſimus igitur Gundiſaluus, prout tantæ religionis Præſul, paterno affectu Saurienſes benigniſſimè alloquens, eorumque petitionibus nihilominùs conſulens, in regendâ Saurienſium Eccleſiâ Presbyterū, nomine Martinum, ordinauit, de quo vobis amodò ſermo tractandus occurrit.

ís piis parentibus natus,

8 Vir itaque progenitus in vico, quod dicitur Auranca, quod, vt fertur, ab vrbe Colimbrienſium XXVI. diſtat millario. Pater eius Arias Manuelis, mater verò Argio vocabatur. qui quamuis de humili germine, erant tamen ſimplices & recti, &, quod rerum exitus probauit, Deum præcipuè timentes. Nam poſt felicem matris ab hac luce diſceſſum, pater vſque ad ſuæ vitæ terminum eremiticam vitam peregit. Qui ſuperſtites, id eſt, dum in hoc mundo vixerunt, hunc præ ceteris filium, Martinum videlicet, nimio affectu nutrientes à primæuo infantiæ ſuæ tempore, eum litterarum rudimenta docuerunt, atque diebus omnibus eum Domino ſeruiendum promiſerunt.

optimè ab iis inſtitutus,

9 Accidit autem quodam tempore, vt præfatæ vrbis venerabilis vitæ Antiſtes, Mauritius nomine, de finibus Bracharæ Metropolitanæ vrbis aduenies, per ſupramemoratum vicum contigit habere tranſitum: quem parentes ipſius, de quo nobis eſt ſermo, Martini, hoſpitio ouanter ſuſcipientes, & vt eis poſſibilitas affuit, hilare obſequium affectuoſiſſimè miniſtrauerunt, dicentes ſeſe in litteralibus ſtudiis cleri dictum filium habere, quem tanti Preſulis arbitrio obtemperare deſiderabant. Quorum Epiſcopus deuotionem agnoſcens, in ſu.i Epiſcopatus Sedem puerum deferri præcepit. Deinde proſequente diuinæ ſpiritu pietatis, Canonicorū conſenſu, atque bonæ memoriæ doctiſſimi Martini eiuſdem Sedis Prioris aſſenſu, in numero Canonico puerulum Martinum præfatus Mauritius canonicauit. Qui in iuuenilibus adhuc poſitus annis miræ ſimplicitatis exiſtens, grammaticæ profeſſioni operam ſollicitus impendit; nec enim erat obſtrepens doctrinæ.

ſit Canonicus Bracharenſis:

conſecratur Sacerdos,

10 Hinc cùm per ſacri ordinis gradus Chriſto duce ad presbyterium venit, bona opera atque virtutes exercendo, veterem hominem cum actibus ſuis à ſe omnino remouit.

remouit. Sic quippe per omnia omnibus hominibus in bono placere ſtudebat, quoniam omnes de ſocietate illius plurimùm gaudebant, atque Deum Patrem, qui in cælis eſt, glorificabant: non enim erat inuidus, aut elatus, non murmurans, aut verboſus, aut vana verba, aut fabulas diligens, non ſeruus gulæ; tanta enim in eo ciborũ vigebat parcimonia, vt ſemper propriæ portionis panem pupillis diſtribueret, atque egenis: non erat negligens, aut piger, non oculis vagus, aut in inceſſu leuis; ſed per omnia grauis, maturus, & bonus. Qui Presbyter, vt diximus, ordinatus, viſitationis aſſiduæ medicamine ægrotantium curas lenire ſolebat. In diuinis quoque officiis plurimùm erat aſſiduus; &, quod non parui muneris creditur, in omnibus ſuis motibus ſignum humilitatis habebat. Sed qualiter ad Saurienſium regendam acceſſerit Eccleſiam, veniamus.

ſanctiſſimis moribus praditus:

præficitur Eccleſiæ Saurienſi;

11 Talibus, vt diximus, ornatus moribus, Tellonis Archidiaconi omniumque Canonicorum rogatu, D. Gundiſaluo fauente Epiſcopo, Saurienſis Eccleſiæ curam ſuſcepit. At cùm propter Agarenorum inſidias, qui tunc viarũ commeatus clàm, nec non & publicè incurſabant, graue captiuitatis pondus cum acerbæ mortis caſibus hominibus inferentes, vir Dei D. Martinus per abrupta collium deuius ire cogeretur, propriis humeris ſuis ſui ſumptus maſſaria deferens, aſperitatem propter inſolentiam admirans, tanti laboris onus faſtidiens, in vrbem Colimbriam, vnde illuc aduenerat, regreſſus eſt; timens ne propter aliquorum bacchantium ſtultitiam, niſi de prætaxatâ Eccleſiâ, aliquo munitus eſſet priuilegio, vnde poſteà eluſus ipſe, vel ſua progenies eiiceretur. Quocirca D. Gundiſaluus præfatæ diœceſis Epiſcopus, & D. Prior eiuſdem Sedis Martinus, Telloque Archidiaconus, omniumque Canonicorum conuentus, per ſuprà memoratæ Reginæ Tharaſiæ Regis Adefonſi filiæ conſenſum, quæ tunc Portugalenſi præerat imperio, ſibi, videlicet Martino Presbytero, & ſuæ progeniei, de Saurienſi Eccleſia chartam firmitudinis hæreditario iure in hunc modum fecerunt.

quæ ei & conſanguineus confertur,

Epiſcopi Conimbricenſis diplomate.

12 In nomine Domini. Cùm illud caſtrum, quod appellatur Saurium, ob frequentem guerram Sarracenorum, raro incoleretur habitatore; placuit diuinæ voluntati, per eximiam Reginam Tharaſiam præficientem eidem caſtello Gunſaluum Gunſalui, pro Principe manu teneri cum Dei adiutorio, ac defenſari. Quod vbi ego Epiſcopus Colimbrienſis compertum habui, vtilitati noſtræ Sedis prouidens, ſollicitus fui Canonicos noſtros Martinum Arias, fratremque ſuum Menendum ad Eccleſiam, quæ ibi iacebat deſtructa, reædificandam atque obtinendam dirigere. Sed quamuis multùm reſiſterent propter pauorem Maurorũ illò ire, tamen gratiâ noſtri permoti flexerunt animum ſuum, quæ imperabantur facere, ſi ex teſtamento ſcripturam firmitudinis de illâ ſupradictâ Eccleſiâ factam à nobis ſibi reciperent. Quibus nos propter vtilitatem Sedis S. Mariæ acquieſcentes, placuit mihi Gunſaluo Epiſcopo, & Martino eiuſdem Sedis Priori, vnà cum aſſenſu Canonicorum, Dominæ noſtræ Reginæ Tharaſiæ chartam donationis, & firmitudinis facere; tibi videlicet prædicto Martino, fratrique tuo Menendo de ſupranominatâ Eccleſiâ, tali videlicet pacto, vt firmiter illam obtineatis, & ſecundùm vires veſtras reficiatis, & in vnoquoque anno, quod inde ad Sedem pertinet, fideliter reddatis. Et ab hac die in tempore, tam vos quàm quiſque veſtrum ex propinquitate veſtrâ profeſſione Clericus fuerit, per ſucceſſiones temporũ firmâ ſtabilitate obtineatis: & numquàm eam ſine veſtrâ culpâ, ſecundùm decreta Canonum, pro aliquo alio homine perdatis. Supponimus etiam, quòd ſi peccatis exigentibus, iterum ab incurſione Maurorum deſtructa fuerit, & prætereà vos potueritis illam recuperare, licentiam habeatis ſemper poſſidendi eam quocumque tempore volueritis. Si qua igitur perſona hoc noſtrum factum temerario auſu diſturbare tentauerit, non ſit ei licitũ per vllã aſſertionem: ſed quiſquis is fuerit, qui illam Eccleſiam vobis auferre præſumpſerit, ſit à Deo Omnipotente excommunicatus, & ſacratiſſimo Corpore Domini noſtri Ieſu Chriſti alienatus, & cum Iudâ in inferno, niſi reſipuerit, collocatus; & hæc charta plenam ſtabilitatẽ ſemper obtineat, quæ facta eſt VI. Idus Octobris, [a] Erâ MCLXI. Ego Gunſaluus Epiſcopus, confirmo: Martinus Prior Conf. Tellus Archidiaconus Conf. Laurentius Archidiaconus Conf. Ego Tharaſia Regina Conf. Gundiſaluus Gundiſalui teſt. Anaia Veſtrariz teſt. Donus Artaldus teſt. Menendus Nuniz teſt. Martinus Presbyter Conf. Ioannes Presbyter Michael Conf. Ioannes de Anaia Conf. Nicolaus Subdiaconus Conf. Petrus Presbyter notauit.

AVCTORE SALVATO, EX MSS.

a

a *Hic erat annus Chriſti* 1124.

CAPVT III.

Curæ paſtoralis adminiſtratio.

Eccleſiam dirutam reparat,

13 POſt ſtipulati itaque teſtamenti confirmationẽ vir venerabilis Martinus Saurienſium docturus venit Eccleſiã, nec eò terreni emolumenti hic venit deductus, quoniam vt animarum mederet languoribus, vbi pòſt neceſſariorum inopiam nonnullos corporum labores perpeſſus eſt. Erat namque ipſa ſuffocata Eccleſia, ſicut manibus paganorũ pridem fuerat obruta. Hanc igitur interiùs exteriùſque purgauit, & ad diuinum officium, vt res poſcebat, primùs reſarciuit: ſed poſtquàm rei familiaris copia domi concreuit, cum Mendo Ariæ fratre eius, qui poſt diſceſſum ipſius, videlicet Martini, ibidem eſt Presbyter ſubrogatus, præfatam Eccleſiam pòſt tempore & loco conuenientiùs fabricauit, altaria inferiùs ordinauit, libris quoque, ſacerdotalibus indumentis eam pulcriùs adornauit, fabricam totius domus nihilominùs conſummauit. Prætereà vineta, oliueta, pomaria, & alia plurima arborum genera ſuis manibus complantauit, terras quoque & nouales excolendo perrupit.

egregiè ornat, & dotat:

14 Sed iam ad eius laudabiliora vitæ contemplatiuæ negotia ſtylum, licet parumper, eleuare delectat, & qualiter ſui gregis, & aliarum plebium curam habuerit, de multis pauca libare. Plebem igitur ſibi commiſſam Catholicæ fidei regulâ ſapientiſſimè inſtituebat: quippe omnes de pio religionis opere commonens, nunc alios ad confeſſionem ſanctiſſimæ Trinitatis conformans, nunc reliquos de promiſſione regni cæleſtis inuitans, ceteris futuri examen iudicij minando proponens, non ceſſabat verba veritatis fructu fidei redundantia in plebe ſeminare. O virum nimiæ curioſitatis circa omnes, ne in vitium laberentur, ac ſi eos omnes parturiret. Si aliquis ex his, quos pro zelo rectitudinis arguens, in contumeliam verborum deducebatur, quantò ampliùs ipſi efferebantur, tantò magis eorum ipſe miſerabatur inſaniam; ita videlicet, vt ad eorum furorem ſæpiſſimè lenitatis fomenta præberet, donec ſuâ manſuetudine iras litigantium demulceret.

omnes ad virtutem hortatur,

ſummâ manſuetudine:

15 Si verò aliquis officium ciuitatum vel locorum, fœminam aliquam, filiamúe alicuius, vi eam opprimens ad id loci, quo ipſe morabatur, deducebat, vt in huiuſmodi aſſolet extremitatibus, vir Dei illicò eis obuiabat, cognitoque examinationis negotio, vel eos fœdere legitimo, ſi ius poſcebat, coniungebat, vel niſi iuxta canonum decreta ſuo obtemperarent imperio, eos inde procul dubio expellebat. Et ſi aliquis de numero Clericorum talia illicitis modis ſacrilegus efficere præſumpſiſſet, hunc velut hoſtem Catholicæ fidei procul inde reiiciebat. Nec petulantiũ iuuenum laſciuiam, ſeu bacchantium hominum ſtultitiam ſuſtinebat; quos omnes ad æterni Regis ſolium venire cupiebat.

impudicitiã, maximè Clericorũ, comperit:

16 Et quia, vt ait B. Gregorius, Eccleſiaſticus Doctor non tam doctrinâ debet clarere, quàm vitâ, ipſe non ſolùm ſermone ad ætherei regni amœnitatem populum conuocabat, verùm omnibus benè operandi ſeſe præfe-

AVCTORE SALVATO. EX MSS.

rebat exemplum: omnia namque, quæ de operibus misericordiæ cunctos edocebat, hæc & plura præstantissimè peragebat, non immemor Apostoli Pauli sic dicentis: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè aliis prædicans, ipse reprobus efficiar. Qui dum in arce virtutis altiùs exsisteret, hospitalitatem præcipuè alacri mente omnibus hominibus exhibebat, quibus ea, quæ diuina sibi dispensatio largiretur, cum gratiarũ actione, & vultu hilari ministrabat. Sic enim Apostolus præcepit: Hilarem datorem diligit Dominus. Et tanto caritatis flagrabat ardore, vt non solùm aduentitios hospites dictis quibuslibet inuitaret, imò & quandoque resistentes trahens, eos secum in domum ire compellebat. Hos frequentiùs quàm diuites, & potentes ad mensam conuocabat: nec tamen aulicos mensa eius capiebat minùs; qui multoties Regium agmen cum suo Principe accuratissimè suscipiebat.

præ lucet aliis exemplo bonorũ operum; 1. Cor. 9. 27.

hospitalis erga omnes; 2. Cor. 9. 7.

17 Hæc, & plurima misericordiæ opera peragens, incredibile est memoratu, quantum laudis humanæ fauorem, velut pestem fugiebat; nec laude extollebatur, nec vituperatione frangebatur, non diuitiis tumescebat, nec paupertate contrahebatur. Et sic miles Christi gradiendo, læta contemnebat, & tristia. Cùm totius domus paterfamilias exsisteret, de suis substantiis nihil depositum in aliquo habere cupiebat, v.g. non aurum, nec argentum, in arcâ vel in marsupio reconditum possidebat, & omnino quid de talibus fieret, in propriâ domo ignorabat; quibus taliter vti maximum crimen putabat. Mira res: cùm dominus domus, vt dictum est, diceretur, quoties sub suæ chlamydis tegumento panẽ egenis atque pauperibus deferebat! quibus descendendo veram exhibebat humanitatem, & eorum miserias compatienter tolerabat. Sic omnia sua bona in commune habebat, quatenùs vniuersis vtiliùs, quàm sibi proficeret.

magnâ animi moderatione præditus:

nihil proprium aut absconditũ retinet:

18 Quis vnquam in conciliis eum otiosè sedere conspexit? Si tamen eò quandoque veniebat, aut tumorem bacchantis populi lenire satagebat, aut de exemplis sanctorum Patrum sedatis iurgiorum tumultuationibus eos pleniùs edocebat. Numquàm otiositas, quæ inimica est animæ, eum domi torpentem inuenit, quin potiùs in assiduis agrorum laboribus, suâ sponte vrgeretur, si quando mens ab oratione, & à diuinorum officiorum celebratione cessabat; de quibus laboribus vberes fructus colligens, omnipotenti Deo bonorum omnium largitori gratias referebat, & cum summâ animi diligentiâ hunc Dauidicũ commemorabat versum: Labores manuum tuarum manducabis: beatus es, & bene tibi erit. Cùm verò ab operatione manuum cessando domum rediret, licet medius esset dies, priùs tamen solito more, sacræ solemnia Missæ celebrabat: nec priùs corpus alimento reficiebat quàm forum & castelli plateas, si aduentitius esset, circuiret, quem secum ad cibum capiendum aduocaret. Cuius corpus non pulchris vestibus ornabatur, sed moribus; & præcipuè pudicitiæ habitu pollebat: talesque socios semper desiderabat, quorum contubernio sancta Ecclesia non infamaretur. Rexit autem eamdem Ecclesiam bis vndecim (vno dempto) annis. Complures paganorum ab illâ profanâ Mahometis superstitione, suâ prædicatione ad Christi fidem conuertit.

otium fugit:

terrã manibus suis colit:

Psal. 127. 2.

multos Mahometanos conuertit.

CAPVT IV.

Captiuitas, mors, sepultura.

19 NE huius ergo paginæ series tum styli rusticitate, tum etiam loquendi nimietate prolixiùs extensa vilescat, huic operi scribendi metas imponere iam volo; hoc vnum tamen reducere ad memoriam cupiens, quomodò ab huius mundi profluuio extinctus migrauerit. Anno igitur ab incarnatione Domini *a* MCXIIII. tẽpore præclari Alfonsi Portugalliæ Regis, XVI. regni sui anno, cùm adhuc paganorum procella ferociùs insaniret, Saurienſium fines inuasit & multos mortales, homines videlicet cũm pecore, aliâque prædâ captiuauit: & erant tunc in eodem oppido venerandæ religionis milites in templo Salomonis Ierosolymis professi; nam ob defensionem sancti sepulchri sustentandam, prætaxata Regina totius castelli Monarchiam cum suis redditibus, præter Ecclesiastica iura, eis deuotissimè contulerat, quæ posteà filius eius Rex Portugalensium Ildefonsus eis manu propriâ confirmauit. Qui hostibus obuiare satagentes, eumdem Presbyterum, de quo sermo transcurritur, sibi collegam asciuerant, qui Christianorum interitum, & detrimentum Ecclesiæ condolens, tamque reuerentissimis viris satisfaciens, cum eis prædictis hostibus obuiauit, cum quibus ferè omnibus accidente infortunio captus in congressibus belli, in Scalabi castri mœnia, quæ tunc spurcissimis paganorum turbis pollebant, perductus est. Ingressus est itaque suâ sponte, nullo cogente in horribile & fœtidum ceteris ergastulum, vbi Christiani compedibus tenebantur astricti.

Cum Templarius, quibus Saurium donatum erat,

capitur à Mauris,

& Scalabi carcere clauditur:

20 Tanta animi diligentia erga Christicolas & fidei consortes in eo erat, quos, ne spurcissimis Maurorum ritibus commacularentur, & sic deformis fidei periclitarentur, prædicatione Euangelij pro tempore & loco congruenter exstruxit, & eis in proximo libertatem futuram, & Christianis eamdem ciuitatem habituram dono Christi, exclusâ multitudine Agarenorum, fiducialiter agens prædixit. Quæ omnia non longo tempore pòst, vt prædixerat, claruerunt. Nam in sequenti anno à prædicti Regis industriâ eadem ciuitas est capta. Nec hoc aliquis ex desperatione grauiter accipiat, quod religiosus vir tam acerbæ captiuitati addictus sit. Postquàm enim à patriâ cecidimus vipereo haustu versuti serpentis, captiui & exsules in huius mundi exilio vivimus; nec vnquam mundus diuersas tormentorum clades, præcipuè bonis hominibus, cessat inferre, testante Apostolo, qui ait: Sancti ludibria & verbera experti sunt, & vincula, & carceres: & quidquid eis in hoc mundo adversatur, vt sancta refert Scriptura, pro merito virtutis habetur. Deinde à Scalabi castro *b* in Eborensium deductus ciuitatem. Tandem Hispalensium ciuitas eum Cordubam misit: ibique pridie Kalend. Februarij spiritum exhalauit. Cuius corpus honorificè à Christianis sepulturæ traditũ est in basilicâ B. Mariæ; cui sit perennis vita, iuuante Domino nostro Iesu Christo.

consolatur captiuos Christianos, & libertatẽ iis prædicit.

Heb. 11. 36.

Moritur Corduba in carcere.

a *Hîc in annorum numero error nam cùm commemorata ante à donatio anno* 1123. *facta dicatur, quî potuit ipse anno* 1114. *in carcerem fatalem trahi!*

b *Id oppidum nunc* S. *Irenes, siue Santaren dicitur, à* S. *Irene Virgine & Martyre, qua* S. Eiria *appellatur à Ludouico dos Anjos.*

APPENDIX
ADDITIONVM, RETRACTATIONVM, ANNOTATIONVM, AD XVI. POSTERIORES DIES IAN.

AD XVII. IANVARII.

Pag.72. col.2. inter Omissos post S. Ioannem Episcopum Eboracensem, *adde* [S.Iolendæ, siue Iolentæ, Virginis & Martyris, *Gallicam vitam nacti sumus, in quâ dicitur hodie coronata martyrio, coli verò* XXII. *Maij.*

DE SS. TERGEMINIS.

Pag.73.col.1.nu.3.lin.10. sub Clodoueo II. *corrige* sub Clotario II.

Ibidem col.2.post num.4. adde [*Franciscus Bosquetus Historiar.Eccles.Gallican.tom.1.lib.2.cap.17. non sub* Aureliano, *sed sub* M.Aurelio, *integro seculo priùs, Tergeminos fecisse martyrium scribit, vti &* S.Benignum, Flocellum, Symphorianum, *& alios.*

DE S. GENVLPHO EP.

S.Genulphus diuersus à Gundulpho, qui 17.Iun.

Pag.81.col.2. lin.8. post Claudij Roberti, *adde* [*Alius is à* Genulpho *est.* Genulphum *officio simplici veneratur Ecclesia Bituricensis* XX. *Iunij, siue* XII. *Kalend.Iulij, quo nimirùm die facta translatio dicitur lib.Mirac. cap.5. nu.19. In illius diei officio recitant Bituriges Lectionem tertiam, conflatam ex 4. & 5. quæ in Breuiario Parisiensi* XIII. *Nouembris extant. At* Gundulphus *Episcopus* XVII. *Iunij in eadem Bituricensi Ecclesiâ colitur, recitaturq; hæc Lectio propria:* B.Gundulphus Mediolanensis Archiepiscopus extitit, qui propter mala suæ ciuitatis à Deo immissa, ab eadem vrbe digrediens cum quibusdam discipulis partes adiit Biturigum, vbi diu eremiticam vitam ducens, expletâ laboriosæ huius vitæ militiâ, post longam carnis macerationem, plenus Deo & virtutibus, terræ corpus cæloque spiritum reddidit. Cuius corpus per manus discipulorum in eadem siluâ, vbi eremiticam vitam transegerat, piâ deuotione humatum: posteà Nobiliacum translatum, vbi in medio chori B. Mariæ iacet honorificè sepultum. *Hæc ibi. Est autem in Bituricensi &c.*

Ibidem post nu.6. post, vt ex dictis liquet, adde [*Colitur eo die in Ecclesiâ Parisiensi officio duplici.*

Pag.99.col.1.post cap.12. ad nu.4.lin.20. Blitildem. *adde* [*Non est verisimile* Blithildem (*quam Iacobus Guisius* Beatam *vocat*) Clotarij II. *filiam,* Dagoberti *sororem fuisse, cùm* Arnulphus *eius ex* Arnaldo *filio nepos,* Clotarij II. *æqualis fuerit. Fuit ergo* Blithildis Clotarij I *filia, neptis Clodouæi Magni.*

DE S. ANTONIO MAGNO.

S.Antonij digitus Pragæ,

Pag.150.col.2. in fine adde [15 *Pragæ quoque, Bohemiæ metropoli, aliquæ* S. Antonij *reliquiæ asseruantur. Ita enim habet vetus MS.Martyrologium Ecclesiæ Pragensis:* In Ægypto apud Thebaidē B.Antonij monachi, cuius vitam Athanasius Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus insigni volumine prosecutus est: qui regnante Constantino Magno floruit, multorum monachorum Pater, vitâ venerabili præclarissimus vixit, consummatoque cursu ætatis suæ anno centesimo quinto feliciter in pace quieuit. Cuius corpus sub Iustiniano Imperatore diuinâ reuelatione repertum est, & Alexandriam delatum, & in ecclesiâ S.Ioannis Baptistæ humatum: cuius digitum piissimus Princeps Carolus IV. Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex de Auenione rediens, & ad monasterium vbi requiescit declinans, magnis precibus obtinuit, & pretiosè decoratum Ecclesiæ Pragensi donauit.

Arelati Arelate translatio reliquiarum S. Antonij anachoretæ magni, è cœnobio Montis-maioris facta ad ecclesiam S.Iuliani Martyris, cum solenni pompâ, & affluenti Comitatus Venusini Phocensis prouinciæ & Gotthiæ Gallicæ populorum concursu. *Aliquas eius reliquias in sacello Lerinensi sanctæ Crucis seruari dictum est* XVI. *Ianuar. ad & Lerini. Translationem S.Honorati in Prologo nostro num.4.*

16 Arelati quoque aliquæ eiusdem Diui reliquiæ extant; quarum translationem IX. *Ianuarij ita consignauit Saussaius: aliquas relatas, aliquæ A.*

Pag.158.col.1.post num.8. adde [*De suâ Frisiâ istâ memorat Martinus Hamconius:*

S.Antonij cultus in Frisiâ.

Tolleret vt veterum cultus omnino Deorum
Frisica gens, siluis passim deuota viisque
Crebras imposuit, sacræ cultoris eremi
Antonî ædiculas: ipsum veneransque foueńsque
Tam precibus de luce pijs, quàm lumine nocte.
Quin crebra instituit plebis consortia, crebra
Hospitia erexit, non tantùm nomine Diuo
Sacra, sed & populi Christique algentis asyla;
Louaniique eius pubes pia Frisica in æde
Nobile constituit patrijs altare Patronis.

Sunt hi Patroni, beatissima Virgo Maria, S.Bonifacius, S. VVillebrordus. Ædiculæ illæ siue oratoriola S.Antonio à Frisonibus dicata, vulgò S.Tonis-huyskens *vocantur.*

Pestis eius ope sedata.

Pag.159.col.1.post nu.17. adde [*Quod ad pestilentiam attinet* S.Antonij *patrocinio pelli solitam, præclarum est quod à paucis annis in VVestphaliâ contigit. In diœcesi Osnabrugensi vicus est* Rhemen, *vel* Remi *dictus, haud longè ab Iburgo oppido distans, alienus nunc à Catholicis sacris, Comiti Teclenburgico parens. Hîc Ecclesia olim* S.Antonio *dicata, votis concursuq; fidelium celebrata. Euenit non ita pridem vt diœcesis Monasteriensis in eadem VVestphaliâ epidemiâ conflictaretur. Haud paucis eâ extinctis, Ostbeuerani pagi incolæ, antiquæ scilicet pietatis obseruantes, voto nuncupato, ad Rhemensem ecclesiam quatuor horarum spatio inde distantem supplicationē instituunt, crucibus sacrisq; labaris Catholico ritu prælatis. Ibi sacra auito ritu procurata, concepta preces, haud inani incolumitatis fiduciâ; nam illicò conquieuit pestis, nemine deinceps eâ afflato. Id gratâ memoriâ celebrant, ac præ ceteris nobilissima domus Sckenckingiorum, qui Ostbeueræ Domini egregiam isthic arcem habent; è quibus Stephanus Sckencking Canonicus Ecclesiarum Mindensis & Osnabrugensis, huius etiam Scholasticus, sacrarum antiquitatum admodùm studiosus ac peritus, id nobis retulit.*

In S.Antonium blasphemus punitur.

Pag.160.col.1.post §.4. Miraculorum, adde [27 *Cortusius historiæ Lombardicæ lib.10. cap.2. memorat virum nobilem in comitatu Ducis Poloniæ anno 1350. 16. Aprilis, Patauij, occasione ædis* S.Antonij de Padua, *de quo agemus* XIII. *Iunij, blasphemare in S.Antonium ore isthæc protulisse:* Est verè Antonius, cuius nomine porci portant campanella; *moxq; illi brachium ac manum debilitatam, os fœdè distentum. Sed cunctis qui aderant, ante* B.Antonij de Padua *sepulchrum precantibus, sibi restitutum.*

EX VARIIS.

AD XVIII. IANVARII.

Pag.180.col.2. ante B.Facium, *repone* [B.Beatrix Ateſtina, ſiue Eſtenſis, Ferrariæ.] *& expunge quæ inter Prætermiſſos de eâ dicuntur.*

Debent hæc pag.110. ante vitam B.Facij reponi.

DE B. BEATRICE ATESTINA

SANCTIMONIALI, FERRARIÆ IN ITALIA.

ANNO MCCLXII. XVIII. IANVAR.

Beatrix Ateſtina

1 *DVas nobiliſſima Ateſtinorum Marchionum familia* Beatrices *tulit, vitæ ſanctimoniâ celebratas. Prior* Azonis IX. *(quem alij tertium vocant) magnanimi & ſancta Sedi Apoſtolicæ fideliſſimi Principis ſoror fuit, de quâ* X. *Maij agemus: altera eiuſdē* Azonis *filia,* XVIII. *Ianuarij, vt mox dicemus, monaſticis Martyrologiis adſcripta reperitur.*

2 *De eâ anonymus monachus Paduanus illius æqualis, Chronici nuper cum Muſſati operibus editi, lib.3. ita ſcribit:* Poſt deceſſum venerabilis Virginis Beatricis plurimis elapſis annorum curriculis, altera Beatrix, præfati filia Marchionis, virgo pulcherrima, omnium oculis gratioſa, diuini amoris igne ſuccenſa, amitæ ſuæ veſtigia cupiens pro viribus imitari, ornamentis depoſitis pretioſis, religionis habitum intrepidâ mente ſuſcepit. Quam cùm nobiliſſimus pater eius attentaſſet à bono propoſito reuocare, Virgo conſtantiſſima, donis cæleſtis gratiæ illuſtrata, verba patris & aliorum, & omnem mundi gloriam paruipendens, religionē laudabiliter inceptam, de virtute in virtutem quotidie procedendo, glorioſiſſimè decorauit; & in monaſterio B. Antonij, quod ipſius cauſsâ iuxta Ferrariam eſt conſtructum, cœlibem vitam ducendo, cum multis honeſtis Virginibus, illius exemplo ibidem ad gloriam Dei congregatis, de humani generis inimico viriliter triumphauit, vitæque curſum feliciter conſummando, beatiſſimam animam ſuo reddidit Creatori. Iſtæ namque Virgines glorioſæ, quaſi duæ oliuæ fructuoſæ pietatis opera producentes, & quaſi duo candelabra virtutum exemplis radiantia circumquaque, non minùs domum glorioſam & laudabilem ſuis meritis reddiderunt, quàm eius ſtrenui Marchiones pro famâ & potentiâ dilatandâ ſe variis periculis bellorum exponentes. Illorum enim corruptibiles triumphi velut vmbra velociter tranſierunt; iſtarum verò beatitudo, honor, & gloria triumphalis nullo vmquam termino finientur.

nuptias auerſata,

ſit monacha,

& ſanctè viuit:

an aliquā-do nupta?

3 *Hæc ille. At Ioannes Baptiſta Pigna hiſtoriæ Ateſtinæ lib.3. iunctam matrimonio fuiſſe* Beatricem *ſcribit:* Grauis etiam, *inquit,* atque incommodus eodem tempore Azoni accidit obitus Verardini Detioſi longè Principis Venetiæ, cuius opibus Guelfa factio plurimùm nitebatur, cuique Beatrix ipſius filia matrimonio iuncta erat. Huic, cùm ſe deinde vni Deo deuouiſſet, Ferrariæ in D. Antonij cœnobio tonſæ, propter eximiam vitæ ſanctitatem poſt mortem diuini honores ſunt habiti. Concupiĕrat Ezelinus eas nuptias Ioanni ſororis filio conciliare, hoc quaſi ſequeſtre cum Ateſtino in gratiam rediturus: verùm quæ ſe ab humanis curis totâ mente alienaſſet, conditionē reſpuit, nec frater de eâ re agi ſiuit; quippe qui Ezelino nullam fidem habuiſſet, vel ſexcentis affinitatis nodis obligato.

Eius vita,

4 *Aſſeruatur in cœnobio S. Antonij Ferrariæ* Beatricis, *quam fundatricem agnoſcunt, Vita, ſed quam monaſterio efferri fas eſſe negant. Contineri eâ ferunt illuſtria ſanctitatis, ſubmiſſionis, inediæ, vitæq; auſteritatis exempla, miracula item quamplurima, quæ & tunc facta ſunt cùm è viuis migraut, & fiunt etiamnum aſſiduè, liquore ſalutifero è marmore, ſub quo tumulata primùm fuit, ſcaturiente; atque odore, quem ſuauiſſimum oſſa illius exſpirant. Quid quod nuper ſub annum* MDCXXVIII. *Dariam Roboniam eiuſdem cœnobij ſanctimonialem aiunt, cùm ita ei exulceratum genu eſſet, vt præcidi tibiam oporteret,* Beatricis *opem obnixè imploraſſe, ac die ſequenti, in quam decreta erat carnificina, ſanam omnino extitiſſe, pedibus inceſſiſſe, adiſſe templum, ſacriſq; adfuiſſe?*

miracula,

etiam recentia.

An Beatrix adſcripta?

5 *Verùm an publico Eccleſiæ iudicio & probata miraculæ hæc, &* ipſa Beatrix *in album Beatorum relata ſit, haud comperimus. Venerantur eam ſingulari pietate, eiuſq; patrocinium implorant, illius cœnobij ſanctimoniales. Pigna quoque, vt iam retulimus, teſtatur* propter eximiam vitæ ſanctitatem poſt mortem diuinos honores illi habitos. *Arnoldus VVion ex monumentis illius monaſterij accepiſſe ſe ait, eam hoc die deceſſiſſe anno 1262. cùm vitam monaſticam anno 1254. 25. Martij eſſet profeſſa, citatq; acta eadem & miracula, atque hoc eam elogio celebrat:* Ferrariæ in monaſterio monialium S. Antonij, depoſitio B. Beatricis Eſtenſis, quæ cùm Azonis huius nominis Noni, Ferrariæ, Mantuæ, Veronæ & Anconæ Marchionis filia eſſet, ac Galeatio Manfredo, Vincentiæ & Verardini Domino coniugio copulata, eo mortuo arctiorem vitam ſecuta, & in monaſterio D. Antonij ab ipsâ fundato, Deo dicata, in vitâ & poſt mortem miraculis claruit. *Breuiùs aliquantò Hugo Menardus:* Ferrariæ in monaſterio monialium S. Antonij, B. Beatricis Eſtenſis, filiæ Azonis Ducis Ferrariæ huius nominis noni, quæ defuncto marito in monaſterio à ſe fundato Deo dicata, in vitâ & poſt mortem miraculis claruit. *Benedictus Dorganius:* B. Beatricis filiæ Azonis Marchionis Ferrariæ. *Et Ferrarius:* Ferrariæ B. Beatricis Ateſtinæ.

Eius natalis,

nomen in Martyrologiis.

AD XIX. IANVARII.

Pag.212.col.2. S. Arſenium Epiſcopum Ancyranum, *repone poſt* S. Blaithmacum *& ſocios Martyres.*

Pag.213.col.1. poſt S. Iulianæ Virginis reliquiarum ſuſceptio Duaci. *Sauſſaius. cetera expunge, & repone* [*De eâ agemus* xx. *Nouembris, cùm de* SS. Solutore, Aduentore, Octauio; *& peculiariter* xx. Feb.

Ibid.col.2. poſt, S. Goſlini Abbatis reliquiarū ſuſceptio, Duaci. *Sauſſaius. Cetera expunge, & repone* [*Abbas hîc fuit in ditione Taurinenſi, de quo agemus* xx. Februarij.

DE SS. MARIO ET MARTHA MM.

Pag.214.col.1.nu.1.lin.23. poſt, & MSS. plurima, adde [xv. *Ianu. MS. Martyrol. monaſterij S. Maximini Treuiris. alij* xxx. *Ianuarij.*

Pag.216.col.1. in fine, adde [19 *Prumiæ, nobili & antiquo diœceſis Treuirenſis monaſterio, extare perhibentur horū quatuor Sanctorum corpora; inſignis fortaſſe ſingulorum portio: iis peculiaris ara dedicata, donariis olim votiſq; peregrinorum frequentata; ſingulorumq; in arâ ſtatuæ; poſt eam ſepulchra è lapide tria, quo ritu condi olim etiam Diuorum lipſana mos fuit, vt Coloniæ ad D. Vrſulæ, & alibi obſeruare eſt. Vulgus, quia tres ſunt vrnæ,* Trium medicorum *nomine eos veneratur, ob crebras,*

SS. Marij & ſocior. reliquiæ Prumiæ,

quando allata.

bras, nempe morborum obtentas eorum ope curationes. Has reliquias veriſimile eſt ex illis XLVI. *Sanctorum pignoribus eſſe; quæ* Sergius II. *Pontifex an.844.* Marquardo *Prumienſi Abbati donauit, vt* XXV. *Octobr. dicetur, cùm de* SS. Chryſantho *&* Dariâ *erit ſermò.*

DE S. CATELLO EP.

S. Catelli patria,

Ag.227.col.1.poſt num.3. adde [Scripſit eius quoque Vitam Italicè Michael Laccheus, in quâ Campaniæ, Picentinorum oppido, natum, familiâ Catellorum, qui vulgò Cacciotti, *conſanguineum S. Antonini Abbatis fuiſſe tradit: extare haud inde procul vicum, cui* Catello, *ſiue* Catyello *nomen: obiiſſe ſub annum 820. Romæ in cuſtodiam datum iuſſu Eugenij II. à Valentino Papâ abſolutum. Ætatem diſcutiemus ad Vitam S. Antonini* XIV. *Februarij. Idem Laccheus ad S. Catellum in monte degentem conuenire ſolitos, vrſos, apros, lupos, atq; alias belluas ait, ſuæ oblitas feritatis: oppidi Campaniæ incolas tradere apud ſe extare S. Catelli & aliorum Sanctorum corpora, ac ſæpenumerò ſuauiſſimum odorem percipi eo loco vbi condita feruntur; fruſtrà tamen, licet magno labore, aliàs perquiſita.*

ætas,

reliquiæ.

DE S. CONTEXTO EP.

De S. Contexto oratio.

Ag.227.col.2.dele in fine hæc, Haud plura de eo comperimus, & ſequentia appone [Hæc de eo in Eccleſiâ Baiocenſi legitur oratio: Omnipotens & miſericors Deus, qui glorioſiſſimum Confeſſorem tuum atque Pontificem Conteſtum hodiernâ die de hoc ſeculo ad tuam gloriam peruenire feciſti, præſta nobis famulis tuis, qui feſtiuitate eius gaudemus, vt excellentiam verbi tui, quam ipſe ſemper aſſeruit, perfectè intelligere valeamus, & veraciter confiteri. Per Dominum. *Accepimus ex eiuſdem Eccleſiæ monumentis hæc* S. Conteſti *qualiacumque Acta.*

VITA S. CONTESTI

Ex MSS. Eccleſiæ Baiocenſis.

a 1 *b* BConteſtus Epiſcopus Baiocenſis, à S. *a* Exuperio ſextus, S. *b* Mannei ſucceſſor extitit, qui pietate & doctrinâ inſignis, pluribus ieiuniis, vigiliis, orationibus, & aliis operibus ſanctis carnem ſuam domans, potiùs vitam Angelicam, quàm humanam ducere videbatur. Diu noctuque tamquàm ſtrenuus vinitor in cæleſti vineâ pondus diei & æſtus gerens operatus eſt; in extirpandis ſcilicet vitiis, erroribus confutandis, & ipsâ vite propagandâ, & maximè in *c* gentilitate penitùs euertendâ.

S. Cõtextus ſtrenuè ſuo muneri vacans,

c

2 Verumenimuerò ille, cuius inuidiâ mors intrauit in orbem terrarum, bonorum perturbator operum, virum Dei ab inceptis deuiare illicò aggreditur, impedimenta, offendicula, & fraudes minitans, quocumque perrecturus eſſet. Sed Sanctus Dei numinis diuini auxilio fretus, per gladium ſalutis, quod eſt verbum Dei, illud nempe Dauidicum perpendens, Si Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo; minas diabolicas calcando nihili fecit. Quocircà ille totius nequitiæ tentator, ita illuſus, iram ſpumans viro Dei inſidias molitur, tyrannoſque multos ſui ſceleris & inuidiæ opifices in virum Dei concitauit. Sed rabies illorum, pluribus contumeliis & anxietatibus perſequentium, ſicut & Chriſtus Herodianæ reſtitit, ſeceſſitque in nemus quoddã, cui nomen Bladum, aut Caſtellum; vbi paruo contentus pabulo, arborum corticibus, & teneris virgultis dumtaxat victitabat, aquæ poculo ſitim compeſcens, humi ſub dio iacebat, vitam illius Ioannis Baptiſtæ eremiticam imitatus.

ab impiis exagitatus

ipſe nemus ſecedit:

Ex Mſſ.

3 Sed qui protoplaſtos parentes etiam intra Paradiſi clauſtra, ipſumque Dominum in vaſto ſolitudinis deſerto tentare auſus eſt, magis ac magis viro Dei inuidens, ſubque gigantinâ ſpecie apparens, illum in luxuriæ nefandum ſcelus impellere tentauit, & ſtimulos carnis venereos, ipſiuſque Satanæ Angelos inflammando concitare enixus eſt. Cui quidem veneno Sanctus Dei orationis ſcutum oppoſuit, quo munitus ad Deum Opt. Max. caſtitatis auctorem & amatorem, tamquàm ad Lydium lapidem, recurrit: vnde protinus palmam pudicitiæ adeptus eſt, atque ſtolâ collo gigantis iniectâ ſalutis humanæ aduerſarium per vrbis vicos & plateas tamquàm canem poſt ſe trahit, & victoriæ triumphum ducens, illum palàm diuinæ adiurationis ſacramento conſtrinxit, vt quis eſſet profiteretur: ſe eſſe Satanam æterni carceris miniſtrum, & carnificem atque impiorum & infidelium tortorem aſſeruit. Vnde tali miraculo infideles concitati ſanctum baptiſma efflagitauerunt, vnum Deum, vnam fidem, & vnũ ouile complectentes.

damonem ſpecie gigantis ad turpia pellicientem vincit.

& ſtolâ iniectâ circumducit;

quâ re multi conuerſi:

4 Eodem tempore cùm in *d* Sagienſem pagum, Epiſcopum viſitaturus, proficiſceretur, paucis ſecum adhibitis, ex itinere & æſtu maximam ſitim patientibus, ita vt ad flumen, qui dicitur *e* Vrna, nequaquàm peruenire poſſent; vir Dei poſitis genibus, ſublatiſque ad ſidera palmis, orationem & preces fundendo, Paſtorali baculo terram percuſſit, in pago *f* Athyâ dicto, illicò aquæ viuæ vſque in hodiernum diem ſcaturientis puteum emanare fecit; ſicut & ille Moſes, qui in deſerto ſitienti populo aquam de terrâ produxit.

d

e

fontẽ eliciti

f

5 Deinde patriam & oues repetens, in quodam nemore ſecus viam duas mulieres ex meretricinâ turpitudine quæſtum facientes inuenit: quas interrogans cur hanc adeò miſerrimam vitam ducerent; inopiâ ad hoc ductas eſſe ſe profitentur. Tunc vir Dei ad orationem confugit, pro illarum miſerrimarum paupertate ſubleuandâ precans. Vnde mox magnum auri pondus ante illas cecidit, & ſic à paupertate quæ ad turpia, & à turpi quæſtu illas eripuit; ſicut & D. Nicolaus quondam Myrenſis Epiſcopus. Tandem Sanctus Dei Sedem Baiocenſem exoptatus repetens, vſque ad vltimum vitæ curriculum in fide laborans, piè & ſanctè migrauit ad Dominum, multorum miraculorum tum in vitâ, tum poſt vitam patrator.

meretrices conuertit, ſubleuatâ miraculo earum inopiâ:

moritur, clarus miraculis.

a *Colitur* S. Exuperius 1. *Auguſti.*

b S. Manneus, *ſiue* Manueus, 28. *Maij.*

c *Etiam poſt ætatem* S. Contexti, *qui putatur vixiſſe ſub initium ſexti ſeculi, reſiduum fuiſſe in nonnullis Galliarum partibus ſemen aliquod idololatriæ, alibi ſæpè legimus. Quid mirum ergo ſi apud Baiocaſſinos altiores egerit radices, vbi Druidarum, vetuſtæ Gallorum ſuperſtitionis Antiſtitum, etiam familiæ extiterunt, vt ex hoc Auſonij verſu de Attio Paterâ Rhetore in Profeſſorum Burdegalenſium monumentis num.5.*

Druidæ Baiocæ.

Tu Baiocaſſi ſtirpe Druidarum ſatus,

colligit Petrus Pithœus Aduerſariorum ſubſeciuorum lib.1. cap.3. vbi de Druidis & Druidibus plura.

d Sagium, *vel* ciuitas Sagiorum, *vel* Seſſuiorum, *vulgò* Sees. *Epiſcopatus eſt prouinciæ Rothomagenſis in Normanniâ.*

Sagium vrbs.

e *Maſſonus* Olenam *vocat; vulgò* Orne *appellatur. Non procul à* Sagio *oritur, idq; interluit, ac deinde* Cadomum, *ſiue* Caen, *præclaram vrbem diœceſis Baiocaſſinæ.*

Vrna fl.

f *Vulgò* Athy.

DE

EX VARIIS. Expungenda quæ de eo habentur pag. 227. & reponenda hęc pag. 238. poſt vitã S. Blaitmaci.

DE S. ARSENIO

CORCYRÆ INSVLÆ ARCHIEPISCOPO.

1 COrcyra *inſula eſt Ionij maris, ſub Reip. Venetæ ditione, vulgò* Corfu; *inq; eâ vrbs eiuſdem nominis, Archiepiſcopali dignitate illuſtris, olim Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubiecta, vt patet ex Notitiâ Epiſcopatuum Mirai. In Geographiâ ſacrâ Caroli à S. Paulo collocatur in* prouinciâ Nicopolitanâ, *ſiue* Epiri veteris, *ſub Nicopolitano Metropolita. Primum Corcyræ Archiepiſcopum fuiſſe* S. Arſenium *ſcribit in generali Catalogo Sanctorum ad hunc diem Ferrarius. An eum primum velit à Nicopolitani iuriſdictione exemptum fuiſſe, nobis non conſtat. Fuêre certè etiam quinque ante eum ſeculis Corcyræ Epiſcopi: è quibus* Apollodorus *concilio Nicæno ſubſcripſit, qui cum* prouinciæ inſularis *Epiſcopis recenſetur, Rhodienſi, Coo, Lemnio. De rebus geſtis* S. Arſenij *iſthæc à viro illuſtri Iaderenſis Archiepiſcopi in Dalmatiâ Vicario Generali, qui viginti per annos Corcyræ Archidiaconus fuit, accepimus.*

Corcyrâ Sedes vetuſta.

S. Arſenij Vita,

2 *Arſenius in Bithyniâ, patre Iudæo, Chriſtianâ matre genitus, Corcyræ Eccleſiæ gubernacula ſub annum Chriſti* DCCC. *ſuſcepit, rexitq; eximiâ ſanctitatis & doctrinæ laude. Diem hortandis ad virtutis ſtudium hominibus, ac variâ pietatis exercitatione tranſigebat: noctes ferè totas inſomnis precationi impendebat, in exiguâ, quaq; vix eum caperet, ſpecu: hæret etiamnum loco nomen* Crypta S. Arſenij. *Eſt ea in colle, ſupra quem arx eſt exædificata, iuxta veterem baſilicam.*

ætas,

orandi aſſiduitas,

3 *Neque hoc vnicum ab optimo Paſtore allatum emolumentum: ſed cùm grande malum inſulæ minitaretur Imperator, ſiniſtro rumore exacerbatus, ſæpius Conſtantinopolim excurrit Arſenius, ſuſq; eum ciuibus placauit. Dum reuertitur domum, ægritudine correptus, ipſo ex itinere migrauit in cælum, multis in vitâ ac morte miraculis clarus. Relatum in Corcyram exanime corpus, in cathedrali ſitum æde, vbi anniuerſariâ ſolennitate celebratur* XIX. *Ianuarij, ingenti hominum totâ ex inſulâ concurſu, pariq; Græcorum & Latinorũ concentu Veſperæ ac Miſſa peraguntur. Ex Epiro quoque innumeri olim ad eam confluebant celebritatem; minùs nunc frequentes conueniunt. Ante annos circiter* LX. *iuſſit Archiepiſcopus quidam Diui ſepulchrum recludi; & oſſa ſolùm nonnulla ſacri corporis in eo reperta: reliquum Genuam auectum exiſtimatur, quâ tempeſtate inſulam occuparunt, & Sanctorum quoque* Iaſonis & Soſipatri, *qui primi in Corcyram Euangelij lucem, ab Apoſtolo Paulo miſſi, intulêre, corpora auexerunt Ligures.*

caritas erga ſuos,

obitus,

anniuerſaria celebritas,

reliquiæ,

4 *Atque hæc ferè ſunt quæ maiorum narratione accepta. Neque adhuc edita Arſenij Vita eſt. Extat tamen vetuſtiſſimum de eo officium calamo exaratum, in quo Lectiones, Reſponſoria, Antiphonæ propria. Nunc ſacrum peragitur, quod de quouis Confeſſore Pontifice ſolet, niſi quòd à Latinis ac Græcis recitatur Euangelium,* Ego ſum paſtor bonus. *Ad* Magnificat *hæc canitur antiphona:* Arſeni pio ſub præſidio tuo teges datos obſequio ab inſtanti omni tædio. *Ad* Benedictus *verò:* Laudetur Saluator humilium, apud quem per Patrem Arſenium promereamur cæli ſuffragium. *Oratio:* Deus tuorum fidelium fortitudo, adſis Eccleſiæ tuæ precibus, & concede, vt B. Arſenij Confeſſoris tui atque Pontificis de cælis ſemper muniatur auxiliis, cuius ſolenniis gratulatur in terris. Per Dominum. *Sepulchro inciſi ſunt verſus aliquot Græci antiquiſſimo charactere, quorum ea eſt ſententia: deberi loco reuerentiã, qui ſancti viri aſſeruet lipſana. Latinum quoque, ſed recenti manu, inſculptum diſtichum eſt:*

Miſſa,

ſepulchrũ.

Corpore ſiue animo languens hîc pronus adora;
Quæ Reges nequeunt, Præſulis oſſa queunt.

De S. Soſipatro, *cuius hîc mentio facta, agemus* XXV. *Iunij; de* S. Iaſone XII. *Iulij: vtrumque* XXIX. *Aprilis venerantur Græci, atq; in Menæis quæ in Corcyrâ egerint tulerintq;, commemorant.*

AD XX. IANVARII.

Pag. 251. col. 2. poſt S. Fechinum, *adde* [S. Hadoindus, Epiſcopus Cenomanenſis in Galliâ.

Ibidem inter Prætermiſſos poſt Dagobertum I. *adde* [S. Æneas, ſiue Ænguſius, Abbas Cluanenſis in Hiberniâ, *cuius* XV. *Ianuarij in vitâ S.* Idæ *Virginis, & alibi honorifica fit mentio, traditur* XX. *Ianuarij obiiſſe. Propria eius Acta expectamus.*

DE S. FABIANO PAPA M.

Pag. 256. poſt num. 35. adde: Vidimus officia propria Eccleſiæ Brunduſinæ Gregorij XIII. *auctoritate edita, quibus ſubiungitur indiculus reliquiarum, quæ iſthic aſſeruantur, atque in eo iſta habentur:* Reliquiæ SS. Fabiani & Sebaſtiani.

DE S. SEBASTIANO M.

Brunduſij,

Pag. 260. poſt num. 29. adde [*Brunduſij aliquæ aſſeruantur* S. Sebaſtiani *reliquiæ, vt ex indiculo, qui Officiis propriis illius Eccleſiæ à Gregorio* XIII. *approbatis ſubnectitur, videre eſt.*

Pag. 262. col. 2. poſt num. 46. adde [*Idem teſtatur, Epternaci caput* S. Sebaſtiani *ſe vidiſſe, aut potiùs capitis partem, ni alterius eſſe* Sebaſtiani *fateri quis velit: partem prætereà ſagitta quâ confixus olim fuerit Sanctus. Eſt Epternacum magnificum in Luxemburgiâ, Belgij prouinciâ, cœnobium, à Diuo olim VVillebrordo conditum, vt* VII. *Nouembris ad eius Vitam dicemus, nomen à ſitu, Teutonico etymo, ſortitum, quaſi* ſuper aquam *dicas, quia fluuiolo* Suræ *adiacet: ſic propinqui Luxemburgiis Eburones,* ſuper Vram Vrtamve *amnem, qui ad metropolim Eburonum Leodium in Moſam ſeſe immittit. In hoc ergo cœnobio reliquiæ aſſeruantur* S. Sebaſtiani: *hîc illius cultus viget, hîc miracula frequentia olim edita, hîc ſodalitas eius nomine, hîc peregrinorum donaria. De quibus Ioannes Bertelius eiuſdem cœnobij Abbas in hiſtoriâ Luxemburgenſi:* Inter ceteras reliquias, quæ in hac eccleſiâ ſeruantur, loco magni & pretioſi theſauri glorioſiſſimi Martyris Sebaſtiani caput monſtratur, quod S. VVillibrordo Româ diſcedenti Sergius Papa munificè donauit. Illud, vt peſtis graſſari vſpiam incipit, à deuotis perſonis cum honore pariq; pietatis affectu, frequenti omnium congreſſu, viſitatur, ac vno ore rogatur, quatenùs eius interuentu populus iſte Chriſtianus per diuinam gratiam ab imminenti mortis periculo liberetur: quam petitionẽ diuina maieſtas ob ſancti Martyris præclara merita elargitur. Non in minore ibidem honore colitur & ſeruatur inclyti Martyris Oſwaldi Angliæ Regis caput, vnà cum S. Willibrordi patroni celeberrimi corpore; quæ quidem quanto in pretio, honore, ſeu reuerentiâ, tum ab ipſis monaſterij Religioſis, tum ab omnibus, qui quotannis ſanctas repetunt peregrinationes, quotidiana adhuc demonſtrant miracula. In eodem prætereà monaſterio, iuxta altare D. Sebaſtiano ſacrum ingentis altitudinis & craſſitiei, librarum videlicet trecentarũ & ſexaginta quatuor, hodieque cereus videtur, quem excelſæ memoriæ Maximilianus Imperator Auguſtus, eius nominis primus, honoris & ſummæ, quæ in eius animo inhærebat, religionis gratiâ, ſolenni ſupplicatione præeuntibus Principibus, Satrapis, Aulicis & familiaribus, S. Sebaſtiano contulit anno nimirùm MDXII. Quo tempore Robertus à Monreal vir nobilitate illuſtris, religioniſque amantiſſi-

& Epternaci in Belgio

ad has concurſus, præſertim peſte graſſante:

ei poſitus cereus inſolita magnitudinis à Maximiliano I. Imp.

amantiſſimus, Abbatis munere fungebatur, qui ob ſingularem prudentiam, quam habebat, Cæſari vnicè dilectus habebatur. Nam cùm ipſe monaſterij ſui priuilegiorum confirmationem impetraſſet, Cæſar oppidum ad Imperium pertinere, nec procul à Treuiris diſtare, ex Procerum ore inaudiens, competenti circumſeptus comitatu, eò ſacras reliquias viſitaturus profectus, apud Robertum Abbatem ſibi cariſſimum integrum diem & duas noctes confecit. *Hæc Bertelius. Patet illius cerei diameter pedem vnum, altitudo duodecim: inſiſtit ligneæ baſi, cancellis infernè concluſus ne temerè manibus concerpatur ac diuellatur; ſupernè verò vinculis ferreis adſtanti columnæ alligatus, eleganter ſtriatus. Baſi hæc inſcripta:* Hunc cereum CCCLIIII. librarum anno Domini MDXII. in perſonâ Epternaci in imperiali monaſterio S. VVillibrordi S. Sebaſtiano dicauit Maximilianus Romanorum Imperator. *Ad latus, ipſius Cæſaris adgeniculantis picta imago. Iſthic anno* MDLXXIX. XVI. *Septembris, quo Martinus Maſius Epternacenſis Abbas* LX. *S. Sebaſtiani ſodalitatem inſtaurauit, appenſum eſt hoc carmen, cuius hexametris verſibus primis litteris in acroſtichide* MAXIMILIANVS *conſicitur, pentametris* CÆSAR OPTATVS.

Ad conſtantiſſimum Chriſti militem Diuum Sebaſtianum, quem Sereniſſimus ac Clementiſſimus Dominus D. Maximilianus inuictiſſimus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, hoc magnifico munere CCCLIIII. librarum honorat anno ſalutis MDXII.

In eum carmen acroſtichon.

MAxima purpureis ô gloria foſſa ſagittis,
CIncte caput lauris iure Sebaſte tribus,
AIta poli caſto penetralia pectore tranſis,
EUerſos animos Martyr ad aſtra vocas.
XyſticE pugnator fers Chriſto cinctus abollâ
SUbtractas animas dæmonis inſidiis.
IActus ad æthereas fuſti poſt pila cathedras,
ARmiger ignipotens ſanguine tinctus abis.
MAxima cælicolis tua gloria præclua terris,
IRegibus eximiis laus tua clara modis.
LImperialis apex, Friderici natus & hæres,
IOmine felici te, tua membra colit.
IAus Regum, doctis qui fulget doctior vnus
APrincipibus noſtris Maximilianus herus,
NPſe tuas laudes præ magno munere ceræ
THentat ad ætherei ſidera ferre poli.
ASpice laudantem, felici protege ſcuto,
VAuſtria quem Dominum gaudet habere ſuum.
SEue ſinas variis ſuccumbere caſibus vnum
THer celebrande virum, Cæſareumque decus.
VIuus cum magno celebrat te munere, noſtris
AVſque modò ſeclis res aliena nimis.
SIc poſt mille annos quingentos poſt duodenos,
SUſcipe vota pij, tempore veris, heri.

Ibidem poſt nu. 47. adde [*Braccaræ, Portugalliæ celebri vrbe, brachium aſſeruatur* S. Sebaſtiani, *à quo, quandoue allatum, nondum comperimus. Id ſolùm Annuæ litteræ Societatis noſtræ anni 1601.* Ad Diui Sebaſtiani brachium oblata theca ex argento. *Vlyſſippone autem ſtatua eſt eiuſdem Sancti, cui prodigioſus quidam ſudor, ac depulſa deinde quæ latè graſſabatur lues, celebritatem peperêre. Commemorat id Antonius Vaſconcellius noſter in Deſcriptione regni Luſitaniæ:* Anno, *inquit*, à Chriſto nato 1599. ardebat peſtilentiâ Vlyſippo, quæ vicinâ contagione Salacíam peruaſit. Accidit vt D. Bartholomæi peruigilio (libitinâ vix ſufficiente morientibus) cùm Sacerdos in ædiculâ D. Rocho ſacrâ, vbi D. Sebaſtiani ſimulachrum poſitum erat, rem diuinam faceret, oculos in effigiem coniiceret: guttis vbertim manantibus vndique ſudantem intuitus eſt. Rei nouitate attonitus effigiem in propatulum adducit, vt omnium oculis exhibita, res foret illuſtrior. Res mira! præſentibus omnibus magis atque magis in ſudorem reſoluta eſt, adeò vt Curioni negotium in abſtergendo ſudore quà ſudariolis quà mappis exhibuerit. De improuiſo cymbala feſtiuo plauſu feriuntur: rumor magis atque magis increbeſcit: confluunt plenis viis peſtilentiâ laborantes, & fide obfirmatâ ſacro inunguntur ſudore: quæ pietas votis ex æquo reſpondit. Nam ex quo tempore hæc ceciderunt, nec peſtis ampliùs graſſata eſt, nec vllus, licet ſpe deploratâ, in poſterum morbo ceſſit; duos ſi excipias, qui per id tempus animam iam iam efflabant. Et cùm ægrotantes ſimul & ſani vltro citróque ſine religione miſcerentur, nulli hoc commercium nocuit. His actis decreta ſolenni pompâ confertim ædiculâ petunt, vbi grates Sebaſtiano habuêre immortales. Hoc miraculum multorũ teſtimonio ſtabilitum, litteris conſignauit D. Ioannes à Mello Eborenſis Antiſtes. Vlyſſiponenſes tanto beneficio non ingrati ædem exædificarunt; eo in loco, in quo ſacra effigies ſudorem vbertim diſtillauit; effigiemque cautè occluſerunt; nec vlli vnquam conſpicitur, præterquàm die Sebaſtiano ſacrâ, in quâ ſolemnis pompa à curiæ Senatoribus, non ſine ſumptibus, inſtituitur. Iterum menſe Auguſto, cùm D. Bartholomæo dies ſacra obſeruatur, cùm ſodalitium quoddam ſupplicatione inſtitutâ, tanti beneficij magnitudinem in memoriam adducit.

Ex votis Reis.

Pag. 264. col. 1. poſt nu. 57. adde [*Porrò Eberſpergenſe monaſterium*, cuius iam pridem vnà cum fortunis erat collapſa diſciplina, Guilielmus Bauariæ Dux, à Summo Pontifice accepto diplomate, impetrauit, vt Monachienſi Societatis IESV collegio, *à quo millibus paſſuum viginti diſtat*, adiungeretur, *vt habent Annales noſtri an. 1596. ac pridie Kalendas Nouemb. Rector Monachienſis collegij in eius poſſeſſionem immiſſus eſt. Aucta exinde noſtrorum zelo & induſtria religio eſt loci, innumera diuinitus effuſa in omne genus hominum beneficia ſunt, quæ ſperamus aliquando peculiari comprehenſa commentario edenda in lucem. Paucula ſparſim iidem commemorant Annales. Anno 1601.* plena peccatorum condonatio certis anni temporibus illud templum D. Sebaſtiani viſentibus à Clemente VIII. impetrata. *Eo anno* ægri multi votis D. Sebaſtiano nuncupatis conualuerunt: viginti partim feminæ partim viri à peſtis vicino malo euidentiſſimè conſeruati: pænè triginta in morbis diuerſis, corporiſque & animi afflictationibus, aut partus difficultate, opem præſentiſſimam ſenſerunt.

Eberſpergæ Societati IESV data;

quo peſtis depulſa.

Indulgentia loco obtenta:

facta ibi miracula an. 1601.

Anno 1602. multi votis Diuo factis vel peſtilentiæ periculo erepti, vel aliis incommodis leuati. Inter hos feminæ quidam veſaniâ mentis laboranti aſpectabilem ſe præbens D. Sebaſtianus ſpem ſanitatis fecit. Alia pleuritide conſauciata vehementi, nullâ fuerat medicabilis arte, ſed manu dumtaxat eiuſdem noſtri tutelaris. Tertius paralyſi conſternatus membrorumque omnium vſu captus, ſe iterùm cepit erigere atque ad inceſſum promouere. Mulier item ſupra ſpem & remediũ aliud omne conualuit. Alij duo laruas & ſpectra venenatorum animalium, ſerpentium, bufonum, quibus infeſtabantur, abegerunt. Mulieres binæ vterum geſtantes, cùm magnâ difficultate partus laborarent, & altera quidem propè abeſſet à morte, meritis tamen D. Sebaſtiani citò feliciterque ſolutæ ſunt.

plura & præclara 1602.

Paria conſequentibus annis euenêre complura, ac nominatim anno 1612. Boiorum oppida duo exempta nuper auræ peſtilentis dirâ lue, centenarum librarum ſingulos cereos ſuæ religionis obſides obtulerunt. Vndique alij aduentant, templique opem tutelarem egregiis teſtificantur argumentis, & ea quidem peregrinantium frequentia, vt vno die octingentis, alio mille ac ſeptuaginta capitibus eâ in æde diuinum epulum fuerit apponendum. Mulieri iam ſecundùm peſtifero halitu contactæ, vulgoque inter depoſitos habitæ, viſendum ſe obtulit homo peregrini vultus, cuius ea monitu B. Sebaſtiani tutelaris noſtri memoriæ ſacra procurari iubet, eidemque cereos dedicat, atque vno tempore ſimul officio illo, ſimul morbi defungitur periculo. Alium diuturnus morbus lecto affixerat, quem extremum arbitrati eſſe circumſtantes, eum vltimis ſacris procurandum cenſuerunt. Æger inter eam ſui deceſſus cogitationem recordari cœpit, quàm ſtudioſus olim tutelaris noſtri cultor fuiſſet, ſtatimque ſpem valetudinis concipit, ſi voto eum ſibi

Peregrini eò conueniunt frequentes,

morbiſque liberati vota exſoluunt:

In eum carmen acroſtichon.

S. Sebaſtiani reliquiæ Braccaræ;

Vlyſſippone ſtatua,

qua copioſo ſudore manauit,

EX VARIIS. ſibi propitium faceret. Voti ea princeps fuit clauſula: In illius Beati æde obiturum ſe Confeſſionis & Euchariſtiæ Sacramenta. Neque ſuâ ſpe falſus eſt æger, quem pauçis inde diebus cum vxore ſpectauimus in templo incolumem ſua vota exſoluentem. Non Principes modò aliqui, ſed Principum turmæ templum domiciliumque noſtrum hoc anno inuisêre. Auſtrij Principes duo Leopoldus & fratres, Boij Principes, Guillelmus quater, Albertus & coniux bis; bis quoque Elector Colonienſis Ferdinandus; toties Archiepiſcopus Salisburgenſis; ſemel Auguſtanus; Nuntius Apoſtolicus Antonius Diaz quinquies.

veniunt & Principes.

Neque tamen Eberſpergæ ſolùm, ſed totâ ferè Germaniâ celebris eſt S.Sebaſtiani *cultus, vbi quidem nunc Catholica viget religio: & ſunt prouinciæ nonnullæ, vbi vix templum ſit reperire, in quo non ara ei vel ſtatua poſita ſit, vel conflatum eius nomine ſodalitium. Nec ferè eiuſmodi locus eſt vllus, qui non aliqua expertus ab illius patrocinio beneficia ſit, præſertim propulſatâ epidemiâ.*

Colitur alibi paſſim in Germaniâ.

Ibidem col.2. poſt num.66. adde [*Aſſeruatur ea in præclaro ſacello, viſiturq; ſingulari pietate, præſertim vbi contagionis metus ingruerit.*

Ibid. poſt nu.67. adde [68 *Confluentiæ celebri ad Moſellæ oſtium oppido diœceſis Treuirenſis, cœnobium extat ordinis S. Franciſci S. Sebaſtiano ſacrum. Teſtatur Franciſcus Gonzaga parte 3. Originis Seraphic. relig. Coloniæ prouin. conuent. 1.* certiſſimò ex litteris, in publicis Confluentinis archiuis diligentiùs aſſeruatis conſtare ..... beatum Patrem Ioannem Capiſtranum huius conuentus incolam extitiſſe, ſibique partem brachij eiuſdem Martyris Sebaſtiani, quæ adhuc perſeuerat, & maximâ à Confluentinis in veneratione habetur, contuliſſe.

Reliquiæ S. Sebaſtiani Confluentiæ,

69 *In eadem Treuirenſi diœceſi in cœnobio quod* Gronaw, *ſiue* Viridis-Augia *appellatur, pridem aliquas* S. Sebaſtiani *reliquias extitiſſe auctor eſt Trithemius in Chronico Hirſaugienſi, ad an.847. ita ſcribens:* Hilduinus Abbas S.Dionyſij anno Domini 827. oſſa ſancti Martyris Sebaſtiani à Româ tranſtulit in Galliam: cuius caput poſt multos annos in monaſterio noſtri Ordinis Treuirenſis diœceſis, quod Viridis-Augia nuncupatur, à fundatore ipſius repoſitum eſt. *Et in Chronico Spanheimenſi an.1130.* Circa iſta quoque tempora monaſterium noſtri Ordinis, quod Groinaw in confinibus diœceſis Treuirenſis non procul à Schonaw (de quo diximus anteà) per Comitem de Lurenburg fundatum eſt; in quo caput S.Sebaſtiani Martyris oſtenditur, quod allatum per Comitem perhibetur.

in Viridi-Augiâ,

70 *Pagus eſt VVeſtphaliæ Girſchagen, altero ferè lapide à Stadbergâ oppido, vbi* SS.Fabiani & Sebaſtiani *cultus viget, & ſolennis ad eos peregrinatio, conceſſaq; olim indulgentia. Quæ pietas ita in hodiernum diem obtinet, vt finitimi VValdeccæ Comitatus incolæ, quamvis hæretici, donaria iſthuc ſæpè vel deferant vel mittant, fruſtrà vetantibus Lutheri præconibus. Cernuntur anathemata varia olim poſita, receptæ ſanitatis argumenta. Monaſterij, celebri eiuſdem VVeſtphaliæ vrbe, eccleſia Societatis Ieſu eorumdem Diuorum Fabiani & Sebaſtiani reliquias aliquas habet.*

cultus in Girſchagen;

reliquiæ Monaſterij,

71 *At tela, quibus* S.Sebaſtianus *confixus, alibi aſſeruantur nonnulla; Herbipoli apud Auguſtinianos Eremitas, cui aliæ variâ ex materiâ ſagittæ affricantur, contra varias ægritudines præſidio futuræ. Greuenrodæ Montenſis Ducatus nobili cœnobio Canonicarum regularium Auguſtiniani inſtituti ſimile in pretio eſt telum, quo configi nuces myriſticæ ſolent, vimq; ex eo aduersùs peſtiferam luem hauriunt. Ibidem eiuſdem Martyris è ſcapulâ os aſſeruatur, cui affuſa aquæ ſæpenumerò luem profligat.*

Herbipoli,

Greuenrodæ.

72 *Magdenburgi quoque in Saxoniâ aliquæ olim extitêre* S.Sebaſtiani *reliquiæ, & inde Pragam aſportatæ. Ita vetus Eccleſiæ Pragenſis Martyrologium:* Eodem die Cata Cumbas S. Sebaſtiani Martyris, qui cùm haberet principatum primæ cohortis, iuſſus eſt ſub titulo Chriſtianitatis à Diocletiano Imp. ligari in medio campo, & ſagittari à militibus, ad vltimum fuſtigari donec deficeret. Cuius capitis partem Carolus IV. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, per Albertum Archiepiſcopum Magdenburgenſem ſibi donatam, auro & argento decoratam dedit Eccleſiæ Pragenſi.

Præga.

Debet hæc Vita reponi pag.133. ante *S. Mauri* Cælenatis.

DE S. HADOINDO
CENOMANENSI EPISCOPO IN GALLIA.

SECVL. VII. XX. IAN.

CEnomanorum *in Galliâ Celticâ duodecimus Epiſcopus à Demochare, Ioanne Chenu, Claudio Roberto memoratur* Hadoindus, *ſiue* Chadoindus, *aut* Haduindus. *Eum Chenu & Demochares ſimpliciter* S.Hadoindum *appellant. Abeſt illius nomen à Sauſſaij Martyrologio. Opinione ſanctitatis floruiſſe, & miraculis ab obitu illuſtratum fuiſſe, patet ex Vitâ:* honorificè à Sacerdotibus & diſcipulis ſuis ſepultus eſt. Cuius obitum virtutum proſecuta ſunt ſigna, qui & cum Sanctis æternaliter in cæleſtibus regnat ſedibus. *Laudatur à Baronio to.8.an.652.nu.2.*

Hadoindi ſanctitas,

2 *Vitam eius è veteri MS. codice nacti ſumus, ſtudio Guilielmi Quirini noſtri. Teſtamentum ſubnectemus, quod in vetuſtis ſchedis repertum Barnabas Briſſonius lib.7. de Formulis exhibet, à quo Baronius deſcripſit citato Chriſti anno 652. Scriptum illud eſt* VIII.Id.Febru. in anno quinto regnante glorioſiſſimo Clodouæo Rege, *ſecundo nimirùm eius nominis, qui anno Chriſti 644. menſe Ianuario, Dagoberto patri vitâ functo in VVeſtriæ regnũ ſucceſſit, S.Sigeberto fratre Auſtraſiam tenente. Annus igitur illius quintus fuit, Chriſti 648. non 652. vt exiſtimauit Baronius, qui & Dagobertum deceſſiſſe ſcribit an.647. Sed refutat eius calculum S.Audoënus, qui S.Eligium ſcribit Epiſcopum eſſe factum* anno 3. Clodouæi pridie Id. Maias Dominicâ ante Litanias; *qui character eſt anni 646. quo littera Dominicalis fuit A, Paſcha 9. Aprilis, dies Aſcenſionis 18. Maij, Dominica præcedens 14. ſiue pridie Idus.*

Vita,

teſtamentum,

3 *Interfuit* Hadoindus, *vt ſcribit Flodoardus lib.2. cap.5. Concilio Remenſi ſub Sonnatio Archiepiſcopo, quod circiter annum 630. eſſe habitum Sirmondus noſter exiſtimat. At Cabilonenſi Concilio circa annũ 650. celebrato,* Chagnoaldus Abba in vicem Chadoindi Epiſcopi Eccleſiæ Cenomannicæ ſubſcripſit. *Morbo fortaſsis aut ſenio impeditus adeſſe ipſe Chadoindus non potuit: nec videtur diu ſuperfuiſſe, qui dicitur* primo tempore Clodouæi *vixiſſe, cùm non niſi à 644. ad 660. regnârit Clodouæus, vt qui ſolùm primo eius tempore vixit, non debeat ſaltem medietatem exceſsiſſe. Sediſſe eum annos 47. menſes 11. dies 24. ſcribunt Democharis, Chenu, Robertus. Vita ſolùm habet an.30. menſes 11. dies 23. Eſtq; id probabilius cùm* vltimo tempore Clotarij *dicatur ſediſſe. At ſi 47. annis ſediſſet, ergo ab anno 603. vel 602. ſicq; non vltimo ſolùm tempore* Clotarij *ſediſſet, ſed facilè 25. aut 26. annos eo ſuperſtite exegiſſet in Epiſcopatu. Ex eadem Vitâ conſtat eum hoc die* XIII. *Kal. natalis. Februarij obiiſſe.*

aliàs,

VITA EX VETERI MS.
CAPVT I.
S. Hadoindo donata ab Alano.

Geſta Domni Haduindi Cenoman. vrbis Epiſcopi, qui fuit vltimo tempore *a* Clotharij filij Chilperici, & tempore Dagoberti filij Clotharij, & primo tempore Clodouæi filij eiuſdem Dagoberti. *a*

1 DOmnus Haduindus Cenomanicæ vrbis Epiſcopus, ſucceſſor B. *b* Bertichramni, natione Francus, vel Gallus, nobili ex progenie ortus. hic reſtauauit atque renouauit multa monaſteria in parochiâ Cenomanicâ, atque eadem monaſteria regulariter degere inſtituit. *b*

S. Hadoindus monaſteria reſtaurat.

2 Ipſius

2 Ipſius quoque tempore vir quidam, Alanus nomine, qui habebat res proprietatis ſuæ multas, & habebat vnicum filium, quem ita diligebat vt animâ ſuam. Quadam verò die prædicti Alani filius venationem exercens in villâ patris ſui, cui vocabulum Doliacus; (nam propter dolorem, quem ibi habuerunt ſic deinceps nominata eſt, anteà verò alio nomine vocabatur) qui dum in Brogilo dicti patris in iam dicto Doliaco ceruum ..... equo expaueſcente cecidit & mortuus eſt. Hoc autem videns ſuprascriptus Alanus de ſolario quo inſtabat valdè dolore repletus, conſolando tamen nuntiauit vxori ſuæ matriq́ue eius, prædicti iuuenis mortem. Conſiderans quippe quòd ſine cauſsâ hoc non eueniret, tunc deuotiſſimè Deum cæli exorans deprecatus eſt, vt taliter res ſuas diſponere concederet, qualiter ſua eſſet beneplacita voluntas, & qualiter ex eis regnum mereretur æternum. Cœpit ergo tunc pedes vnà cum vxore ſuâ ire per monaſteria & loca ſancta, ac corpora Sanctorum quærere, deprecans die ac nocte intentiſſimè Deum, vt inſpiraret ei, ad quam eccleſiam ſecundùm Creatoris ſui voluntatem, tam pro prædicto ſuo, ſuas Domino offerendo res, filio, quàm ..... animæ ſuæ, traderet. Tali verò deuotione pergendo & orando, eleemoſynaſque faciendo, viſitabat limina & corpora atque eccleſias Sanctorum multorum, vt Dominus, ceu dictum, inſpiraret vbi ſuum traderet proprium ..... hæreditatem habebat, & nullum habebat filium vel filiam hæredem.

Alanus vir diues,

filio in venatione mortuo,

ſua in pias cauſſas ſtatuit erogare:

varia SS. loca cum vxore viſit,

3 Dum autem ſupradicto prætextu à monaſterio S. Martini Turonenſis reuerteretur, & licet multi ſerui Dei eum orati eſſent, vt ad loca Sanctorum quibus inſiſtebant ſuas res traderet, & ſi vellet ab eis pretium acciperet, & vtrumque haberet, & eleemoſynam ex eis & munera; (hoc ſuadebat ei Abbas de monaſterio Turonenſi, in quo S. Martinus corpore requieſcit, ſimiliter & Abbas qui dicitur Duogemeleſis monaſterij, ſiue alij Præpoſiti & Abbates & ſerui Dei multi) tamen ad nullum de prædictis locis eius intentio ſe ſubmiſit, neque eius deuotio ſe inclinauit; quia fortè Deus nolebat, ac propterea fortè non ei hoc agere inſpirabat gratiam. Deuotiſſimè in hoc Dei voluntatem quærebat. Dum enim hæc agebantur, & de monaſterio S. Martini Turonenſis reuertens Cenomanicam prædictus vir properabat ciuitatem, viſitaturus videlicet ſanctam matrem & ciuitatis eccleſiam [c] ſanctæ Dei genitricis Mariæ & ſanctorum Martyrum Geruaſij & Protaſij; in quâ multas eorum meritis & interceſſionibus Dominus operabatur virtutes. Cùm verò taliter properando ..... xenodochium miliario à prædictâ vrbe diſtante iter ageret, venerunt ſerui Dei ipſius Pontilemalenſis xenodochij & Haduindi Epiſcopi; & ſuſcipientes eum cum pſallentio, & per orationes eum deducentes, omnia neceſſaria ei voluntariè & diligenter miniſtrabant, & cum magno honore ei ſeruiebant, quia ad hoc opus prædictus Dominus Bertichrannus eiuſdem vrbis Epiſcopus ipſum xenodochium in [d] Pontilemâ in honore S. Martini fecerat, vt omnes aduentantes tam diuites quàm & pauperes ibi receptiones haberent, & alimenta & cetera neceſſaria abundanter inibi acciperent.

multùm eum rogantibus vt ſua illis donet:

venit Cenomanos:

benignè excipitur in xenodochio S. Bertichramni:

c

d

4 Craſtinâ autem die à prædicto xenodochio iam dictus Alanus ſurgens, ad memoratam matrem eccleſiam oraturus deuotiſſimè nudis plantis properabat. Qui prædictâ nocte, dum in præfato xenodochio Pontilemâ orationi deuotiſſimè inſiſtebat, inſtinctu Dei accenſum eſt cor eius, vt ad memoratam matrem & ciuitatis eccleſiam, quæ eſt conſtructa & ſacrata in honore Dei genitricis Mariæ & SS. Petri & Pauli & ſanctorum Martyrum Geruaſij & Protaſij, ad quam ipſe oraturus properabat, omnes traderet res proprietatis ſuæ. Quod & nutu Dei factum eſſe, nulli dubium eſt. Hæc quoque peragere, vt ei inſpiratum erat, cogitans, mandauit Domno Haduindo præſcripto Epiſcopo, vt obuiàm ei veniret, vt cum eo conſiderare valeret qualiter de ſuis rebus agere deberet, quia notus ei erat & fidus amicus Domnus Haduindus. Fecit enim Domnus Haduindus vt ei iam dictus Alanus mandârat, & venit obuiàm ei, & benignè eum ſuſcipiens, per orationes eccleſiarum iam dictæ ciuitatis cum ſummo honore & reuerentiâ magnâ deduxit.

diuinitus monetur vt ſua det Eccleſiæ Cenoman.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS. *benevolè excipitur ab Haduindo:*

5 Dum autem ad prædictam matrẽ eccleſiam vſque deuotiſſimè peruenissent, in eamque intrantes, & pariter orantes, cœperunt flere Alanus & vxor eius, & cum lacrymis eorum voluntatem patefecerunt publicè, & de eadem S. Mariæ & S. Petri atque ſanctorum Martyrum Geruaſij & Protaſij exire non potuerunt, antequàm omnes res proprietatis ſuæ prædicto Domno Haduindo, ſuis cum Sacerdotibus & miniſtris, atque præfatæ maiori eccleſiæ legaliter per inſtrumenta chartarum, ſub ſtipulatione ſubmiſsâ, firmiter tradiderunt. Hoc autem facto tam hilari animo & lætitiâ repleti, leueſque corpore ſunt effecti atque ad iuuentutem priori virtute Dei & interceſſione Sanctorum prædictorum ſunt reuerſi, vt hoc videntes ſtupeſcerent, & talia non vidiſſe nec audiſſe cum lacrymis profiterentur: quod nutu & virtute Dei factum eſſe, nulli dubium eſt; tali enim conditione inſtinctu Dei tradidit memoratus vir Deo deuotus Alanus iam dicto Epiſcopo & præfatæ Eccleſiæ matri XII. villas optimas cum earum appendiciis, id eſt, Iuliacum, Lucdunum, Ruliacum, Rupiacum, Saboloium ..... Bernum & Berricum, Tondum, & prædictum Doliacum, in quâ præfixus filius mortuus fuerat, & Camariacum; & poſteà per tranſlatas manus Aſmarias & ceteras villulas, quarum nomina propter faſtidium & tædium legentium hîc non inſeruimus: in polyptychis tamen & plenariis ſanctæ matris prædictæ vrbis Eccleſiæ hactenùs pleniter reperiuntur inſertæ.

eccleſiâ egredi ante donationẽ non valet,

eâ factâ latus & expeditus:

quæ donârit.

6 Inſuper ſemetipſum & ſuam vxorem tradidit prædictus Alanus memorato Epiſcopo Domno Haduindo, & ſeruis Dei in præfictâ eccleſiâ Domino famulantibus, vt animabus eorũ, & de corporibus ſuis magnam haberent curam, & corpora eorum alerent, & animas ſuas Domino lucrarentur. Prouidebat quoque eis Domnus Haduindus diligenter, & miniſtrabat eis ſufficienter, & ita eis ſeruiebat ſicut ſeruus Domino. Memoratus ergo Alanus & ſua vxor, ſub poteſtate prædicti Epiſcopi, ſtudioſiſſimè & deuotiſſimè Deo die noctuque militabant, & pro ſupradictis deuotionibus, ſicut credimus, regnum Dei acquiſierunt, & vitam æternam Domino adiuuante perceperunt. Viuunt enim cum Chriſto & Sanctis eius in beatâ gloriâ: cum quibus in eâ & nos, eorum fulti orationibus, Domino tribuente perpetualiter viuere mereamur, Amen.

iſthic deinceps ſanctè viuit.

a Clotarius II. *patri* Chilperico *quadrimeſtris ſucceſſit an.* 584. *obiit an.* 628. Dagoberto *ſucceſſore relicto, qui* 644. *menſe Ianuario deceſſit.*

b B. Bertichranni *nomen Martyrologio Gallico inſcriptum eſt* VI. *&* XXX. *Iunij.*

c *Cathedralis eccleſia Cenomanenſis primò Deipara Virgini, ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo ac ſanctis Martyribus Geruaſio & Protaſio dicata fuit, nunc S. Iuliano ſacra eſt, primo Cenomanorum Apoſtolo, de quo* XXVIII. *Ianuarij agemus.*

d *An non* Pontileuca?

CAPVT II.

Buxidum cœnobium ædificatum.

7 BEnedicti ſiquidem Domni Haduindi tempore venit quidam vir Sanctus, Domino ducente, ſub habitu monaſtico, nomine [a] Lonegiſilus, quærendo loca vbi aliquam cellulam ad lucrandas animas facere poſſet. Audiens autem famam prædicti Haduindi venit ad eum, deprecans vt vicum ſuum Cenomanicum, nomine Buxidum, ſitum videlicet in pago Cenomanico in ..... Sagonenſe: erat enim notus ei ipſe vicus, quia frequenter ad eumdem locum conuenire ſolebat, & bonos & Deum timentes viros in circuitu eius habebat,

a Hadoindus Lonegiſilo monacho multa tradit

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

qui eum benè recipiebant, & omnia neceſſaria adminiſtrabant ei, & inſuper monaſterium inibi facere ſuadebant, quod & de eorum rebus augmentari volebant, in quo & animas ſuas Domino lucrari ipſo docente mererentur. Hæc autem audiens Domnus Haduindus gauiſus valdè, & libenti animo dedit ei prædictum vicum ad iam dictum opus perficiendum, & ad præfatum monaſteriolum ad lucrandas Deo animas conſtituendum, ſuadens ei & etiam vt quod animo, Domino inſpirante, conceptum habebat, opere viriliter perficeret. Et inſuper dedit ei prædictus Domnus Haduindus alias reculas & villulas in circuitu præfati vici Buxidi ſitas, quas prædictus Domnus Louegiſilus nominatim eum deprecabatur. Dedit etiam memoratus Domnus Haduindus in adiutorium ad iam dictum opus perficiendũ totam decimam partem villæ ſuæ Sedis Eccleſiæ, cuius vocabulum eſt Lucdunus, vnde ſerui Dei & Epiſcopi in præfato vico & in eodem monaſteriolo haberent pleniùs victualia eorum & veſtimenta. Poſteà verò tam eius tempore quàm & ſucceſſorum, multæ res ad præfatum monaſteriolum à nobilibus & liberis hominibus ſunt legaliter traditæ: ipſum namque monaſteriolum cum prædictis rebus & omnibus ad ſe pertinentibus ſuæ Sedis Eccleſiæ ſubiugauit, & ſuis ſucceſſoribus iure Eccleſiaſtico poſſidendum & canonicè gubernandũ reliquit.

ad ædificãdum monaſterium,

quod dein variè dictatum.

a *Ambiguè ſcriptum hoc nomen, vt non facile eſſet decernere an* Conegiſilus, Couegiſilus, Louegiſilus, Lonegiſilus *legendum eſſet. An is* Leogiſilus *fortaſſis eſt, de quo* XIII. *Ianuarij, hinc poſteà Vergiacum tranſlatus? Eum certè* Longiſium *à quibuſdam appellari notauimus: eſt verò etiamnum in Cenomanis decanatu Sagonenſi, vulgò* de Sonnois, S. Longiſi Prioratus. *Ilthic fortaſſis* Buxidum *monaſterium fuit.*

CAPVT III.

Ebronium fundatum. Hadoindi obitus.

8 TEmporibus quoque prædicti Domni Haduindi Epiſcopi erat quidam peregrinus per prædictam parochiam tranſiens, & reliquias ſanctæ Dei genitricis Mariæ ſecum deferens, in locum qui vocatur *a* Aurion feſſus peruenit, ibique quadam die ſub aliquâ arbore requieſcens, & in ipsâ arbore prædictæ S. Mariæ reliquias appendens, atque diutius inibi corde orans, obdormiuit & feſſus pauliſper requieuit. Surgens autem inde, & ad alia loca properare volens, prædictas reliquias de iam dictâ arbore auferre, neque ſecum deferre valebat: quod & nutu Dei factũ eſſe, haud dubium eſt.

a Reliquiæ D.V. Aurionem allatæ, inde auferri non poſſunt.

9 Audiens igitur hæc ingentia ſigna antedictus Domnus Haduindus Epiſcopus ad eumdẽ locum properare feſtinauit, ibique hæc omnia, ſicut ſuprà inſerta ſunt, vera eſſe ſciſcitando cognouit. Ipſum ſcilicet peregrinum benignè ſuſcipiens, & ipſas reliquias ibidem venerabiliter cuſtodiens, diuinitus admonitus eſt, vt eccleſiam ibi & monaſterium in honore S. Mariæ faceret. Ille verò idipſum facere non renuit: ſed voluntariè ipſum opus perficere totis viribus ſtuduit. In territorio enim Eccleſiæ ..... Cenomanicæ vrbis, cui idem Pontifex præſidebat, iuxta vicum ſcilicet ſuum qui Aurion vocatur, & vbi pagani Chriſtianitatis normam hauſerunt: in quo & anteceſſor ſuus Domnus *b* Turibius dudum eccleſiam, ... poſtquàm ei & eius Sedis Eccleſiæ traditum ab hæredibus, cuius proprium *c* Rupiacus erat, fuerat, quia prædictus vicus Aurion de iam dictâ villâ Rupiaco erat. Sed, vt ſuperiùs memorauimus, Domno Turibio ſecundo Cenomanicæ vrbis Epiſcopo à præfixis hæredibus ad eccleſiam faciendam, & ad diuinum cultum explendum, traditus olim fuerat; ſiue ad decorem ſuæ Sedis Eccleſiæ amplificandũ, & ad totius Chriſtianitatis normam ornandam, à prædictis Deum timentibus hominibus firmiter eſt delegatus, ſicut in actibus iam dicti S. Turibij hactenùs inſertum inuenitur.

Hadoindus diuinitus admonitus,

b

c

10 In præfixo namque vico, qui, vt dictum eſt, dudum fuerat de villâ quæ Rupiacus nominatur, hoc ingens ſignum demonſtratum eſt, In ipſo territorio ſuæ Sedis Eccleſiæ iam dictũ monaſterium, ſicut ex inſtinctu Dei demonſtratum eſt, ædificare mirificè cœpit, & ad effectum vſque perduxit. In eodem quoque monaſterio quod in territorio S. Mariæ, & SS. Geruaſij & Protaſij & ..... Eccleſiam deuotiſſimè in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ perſtruxerat, prædictaſque S. Mariæ reliquias deuotiſſimè & honorificè collocauit, & truncum prædictæ ſpinæ infra ipſum altare S. Mariæ incluſit, & agmina monachorum regulariter inibi Domino inſeruientium nobiliter inſtituit, atque de rebus Epiſcopatus ſui ipſam eccleſiam, ſiue ipſum monaſterium dotauit, ſicut hactenùs in eius teſtamento, quod de ipſo monaſterio fecit, declaratur. Demum verò multi nobiles ad iam dictum monaſterium eorum hæreditates, in honore Dei & amore S. Mariæ, legaliter per inſtrumenta chartarum tradiderunt, præfixum ſcilicet monaſterium matris & ciuitatis Eccleſiæ S. Mariæ & SS. Geruaſij & Protaſij, cui præſidebat Eccleſiaſtico ordini ſubiugarunt, ac ſuis ſucceſſoribus atque ciuitatis & matris Eccleſiæ Sacerdotibus & Canonicis perpetualiter iure poſſidendum Eccleſiaſtico, vt diximus, ordini dereliquerunt.

ibi monaſterium ædificat;

quod poſt locupletatum:

11 Hic quippe ſedit in prædictâ Sede annos triginta, menſes XI. dies XXIII. qui & in pace XIII. Kal. Februarij obiit, & in eccleſiâ Apoſtolorum vltra fluuium *d* Sartæ, in quâ Domnus *e* Victurius, & nonnulli anteceſſores ſui Epiſcopi requieſcunt, honorificè à Sacerdotibus & diſcipulis ſuis ſepultus eſt: cuius obitum virtutum proſecuta ſunt ſigna, qui & cum Sanctis æternaliter in cæleſtibus regnat ſedibus, vbi & nos peruenire interceſſionibus omnium Sanctorũ Dei, atque vnà cum illis beatâ requie frui mereamur, tribuente illo cui nihil difficile eſt factu, per ſeculorum ſecula, Amen.

d

e

à morte miraculis claret.

a Ebronium *id nunc vocant cœnobium, vulgò* Euron.

b *Colitur* S. Turibius 16. *April.*

c *Hic ille videtur eſſe locus, quem S. Mauro deſignárat qui eum per Harderadum aduocârat Epiſcopus, vt in eius Vitâ* 15. *Ianuarij dicitur.*

d Sarta *Alençonium, inde ipſam alluit Cenomanorum vrbem.*

e *Colitur* S. Victurius 1. *Septembr.*

TESTAMENTVM S. HADOINDI

è MSS. editum à Barnabâ Briſſonio.

1 IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti & Spiritus ſancti, VIII. Idus Februar. in anno *a* V. regnante glorioſiſſimo Clodoueo Rege, ego Hadoindus acſi indignus, tametſi peccator, Epiſcopus ſanctæ Dei Eccleſiæ Cenomannis ciuitatis, ſanus, Deo propitio, mente & corpore, ſanoque conſilio, metuens caſum humanæ fragilitatis, teſtamentum condidi, eumque Cadulto Diacono ſcribendum dictaui. Quod teſtamentum meum, ſi quo caſu iure ciuili aut Prætorio, vel alicuius nouæ legis interuentu, valere nequiuerit, acſi ab inteſtato, ad vicem codicillorum valere id volo, & valeat.

a

S. Hadoindus an. 648.

2 Itaque ſi quando ego Hadoindus ſupraſcriptus Epiſcopus è rebus humanis exceſſero, & debitum venturi temporis compleuero, tunc, tu ſacroſancta Eccleſia venerabilis hæres mea eſto, hæredemque meam te eſſe conſtituo: ita vt vbicumque aliquid per hoc teſtamentum meum dedero, legauero, dareque iuſſero, id vt detur, fiat, præſtetur, fidei tuæ hæres mea, committo. Dono tibi ſancta ac venerabilis mater Eccleſia Cenomanica in honore S. Mariæ & Domni Geruaſij & Protaſij Martyrum, villam iuris mei, cuius vocabulum appellatur Auſa, quam datis rebus propriis meis comparaui, cum domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, ſiluis, pratis & paſcuis, quantumcumque in ea loca aſpicere videtur, cum colonis, & integro termino ſuo ad ius & dominationem veſtram reuocetur perpetualiter poſſidendum.

hæredem inſtituit Eccleſiam Cathedralem.

3 Similiter

3 Similiter basilica Domni Victurij, vbi ipse Dominus requiescere dinoscitur, & si meruero, inibi sepulturam habere desidero, dono tibi villam nuncupatam Acerueo, quam dato pretio comparaui, cum domibus, mancipiis, vineis, siluis, pratis & pascuis, exceptis his quos pro animæ meæ remedio ingenuos fieri præcepi, totum & ad integrum præfata basilica post meum discessum suæ potestatis faciat reuocare perpetuâ dominatione possidendum. *Legata Ecclesiæ S. Victurij.*

4 Eâ verò conditione dono sanctæ basilicæ Domni Petri & Pauli Apostolorum, quam Domnus Bertichrannus quondam Episcopus Cenomannicæ ciuitatis suo opere ædificauit, villam proprietatis meæ Iscomodiacum, sitam in pago Belini, quam datâ pecuniâ de Ausereno & genitrice suâ comparaui, vt hanc ministri eiusdem post meum transitum teneant, possideant, & futuris, facere cui voluerint, derelinquant. Similiter dono ipsi sanctæ basilicæ Domni Petri & Pauli Apostolorum villas, quibus nomina sunt Taudiniaco, Martiniaco quam Lupus quondam per beneficium nostrum tenere visus fuit. Hoc supradicta basilica post nostrum discessum cum omni integritate, quod ad ipsas villas aspicere videtur, ministri nostri iam dictæ basilicæ, de præsenti percipiant dominandum. *SS. Petri & Pauli.*

5 Simili modo, dono basilicæ S. Vincentij Martyris, quam [b] Dumnolus sanctæ recordationis Episcopus suo labore constructum, villam iuris mei Pratellus, cum omni integritate, quantumcumque mihi Domnola visa fuit habuisse. *b S. Vincentij.*

6 Simili modo dono basilicæ Domnæ & S. Mariæ, Aureono vicum, quem [c] Agobertus Abbas Diablentis simul ædificauit. Et Iona villam quæ fuit Sigulfi Presbyteri, & quam fidelis noster Chaddo per nostrum beneficium habere videtur: pariter & mansionē ad prope ipsam Iona, quam Lupus quondam tenuisse visus fuit, ipsi Chaddoni volumus esse concessum: si tamen habuerit filios, in eorum permaneat potestate: & si quidem filios non habuerit, post suum transitum ad ius & dominationem Domnæ Mariæ de Aureonensi vico reuertatur perpetuis temporibus dominandum. Similiter villa Lastemarico, quam ex munificentiâ nostrâ ipsi fideli nostro Chaddono Defensori nostro concessimus, voluntas mea est, vt dum aduixerit, hoc vsu possideat: post eius verò discessum cum omni re melioratâ, vel superpositâ sanctæ basilicæ Aureonensi vico reuertatur. Similiter Vernicella cum omni iure & termino suo vel coloniis ad se pertinentibus, ad ipsam sanctā basilicam proficiat in perpetuum. *c monasterio Aureonensi.* Ex mss.

7 Et si aliquis ex inde epistolam quasi à nobis factam protulerit, vacua & inanis permaneat. Et ita nobis conuenit, vt superiùs, intimare, vt quicumque facta nostra de propinquis aut hæredibus nostris chartam aliquam, quamuis bonorum hominum manu roboratam, vt cupiditas suadet, protulerit, vacua & inanis permaneat: & illam maledictionem percipiat, vt superiùs est comprehensum. Villam Fontanas in pago Siluiacinense, filius & parens nostra Bodilo, dum superstes fuerit, Locellum locum tempore vitæ suæ teneat ac possideat. *Alia legata irrita.*

8 In Christi nomine Hadoinus etsi peccator Episcopus hoc testamentum, quod ex deuotione fieri rogaui, relegi & subscripsi. Rosindus subscripsi. Berthegiselus subscripsi. Marsus subscripsi. Auffrebertus subscripsi. Saigrannus subscripsi. Audobertus subscripsi. Cadulfus ordinante Domno Hadoindo Episcopo, hoc testamentum redditus scripsi & subscripsi. *Subscriptiones.*

9 [d] Magnificis in Christo & sanctâ Ecclesiâ filiis Bodilono & Andranno Hadoindus Episcopus. Rogo & supplico caritati vestræ, vt cùm me Dominus & creator omnium de hoc seculo migrare præceperit, Cenomannis ciuitate ire faciatis, & ibi testamentum meum, cùm apertum fuerit vobis prosequentibus, apudque publica gestis muncipalibus faciatis allegare. Et quod vnicuique per ipsum testamentum sanctis ciuibus vel propinquis meis visus sum delegasse, vestrâ dispensatione vnusquisque iuxta ipsam delegationem percipere valeat: & quicquid exinde egeritis, gesseritis, ratum & firmissimum debeat permanere. Quod mandatum manu nostrâ firmauimus, & petimus muniendum. Cenomannis ciuitate in Christi nomine Hadoindus etsi peccator Episcopus hoc mandatum relegi & subscripsi. Rosindus subscripsi. Bertheghiselus subscripsi. Marsus subscripsi. Audo subscripsi. Auffrebertus subscripsi. Defensor subscripsi. Vrsimanus subscripsi. Sirannus Cadulfus Diac. ordinante Domno Hadoindo Episcopo hoc mandatum scripsit & subscripsit. *d* *Executores testamenti.*

a *Is erat Christi* 648. *vt suprà diximus.*

b *Colitur* S. Domnolus 16. *Maij.*

c *An hic est fortasse monachus ille, de quo suprà in Vitâ cap.* 3. *num.* 8.

d *Clausum fuisse testamentum tollegit Baronius, & super eo hanc inscriptam instructionem: desiderari autem codicillum, quo manumissiones seruorum & alia legata scripta erant.*

AD XXI. IANVARII.

PAg. 337. *col.* 2. *post* S. Auitum II. *Episc. Claromontanum, adde* [S. Aptadius, siue Aptades, Episcopus Metensis in Galliâ Belgicâ] *& dele quæ de eo inter Prætermissos dicuntur.*

DE SS. FELICE ET SOCIIS MM.

PAg. 342. *col.* 2. *nu.* 4. *lineâ vltimâ, dele* [*Quid in codice Laurentij Epternacensis sibi* Mammar *velit haud coniicimus.*] *& restitue* [*Quæ in codice Laurentij Epternacensis* Mammar *dicitur, ea* XXIV. *Ianuarij, vbi horum Martyrum complures inter Prætermissos recensiti, ex MS. S. Hieronymi* Memma *appellatur, & hisce addenda est.*

DE S. PATROCLO M.

PAg. 347. *col.* 2. *post nu.* 1. *adde* [*Vicus hic olim Dagoberti* I. *æuo Sanctiq; Cuniberti Coloniensis Episcopi fuit, secundùm militarem viam domiciliis locatis, ab eâ colonorum accessione, vt quidam putant, adeptus nomen,* Zusatz, *quasi* Adiectum *vel* Additum *dicas. Via autem illa seu Romanorum sit opus, vt ad Alisonem aliaúe eius regionis castra isthac militē deducerent, seu Francorum, seu denique Saxonum, initio* Herweg (*vti & nunc in Belgio passim eiusmodi viæ solent*) *est appellata, iam* Helweg *vulgò dicitur, quasi clara & aperta, minimeq; ignota aut obscura. Aucupi porrò Susati muniendi occasio Hunnorum incursio fuit, qui vltra Alisonem castrum atque Almam flumen confederant, ac validis ciaxerant aggeribus castra. qui etiamnum ad* Brencken, Weuelsburg, Kerckborken *pagos cernuntur, &* Hunegreuen, *siue Hunnorum fossæ, nuncupantur. De eâ Hunnorum, siue Hunzarorum in Saxoniam ac Thuringiam incursione agit Luitprandus lib.* 2. *histor. cap.* 8. *&* 9. *vbi ab eodem Henrico Aucupe ad Meresburgum cæsos memorat, eosdemq;* Hungaros *etiam* Turcos *appellat.* *Susatum vnde dictum:* *muris tinctum ob Hungaros.*

Ibidem post nu. 2. *adde* [*Præter memoratam hic* S. Patrocli *basilicam collegio Canonicorum illustrem, alia sunt duo Susati virorum cœnobia, Virginum sanctimonialium vnum, sex parochialia templa sanè præstantia; atque ad denas vrbis portas oratoria, ciuium pietate olim constructa censu addito, vt quotidie isthic sub primam lucem Presbyter sacris operaretur, quibus diluculo exituri possent interesse: eaq; viguit consuetudo, donec hæresis est introducta. Duo illa, quæ diximus, cœnobia Minores incolunt ac Prædicatores, habentq; hi præclaram MSS. codicum bibliothecam, &* B. *Albertum Magnum isthic Theologiam docuisse, ac multa sanctitatis suæ impressa reliquisse vestigia tradunt.* *Susati templa*

Ex vna-nimis. *ecclesia olim S. Petronus olim S. Petrus,*

dein S. Patroclus:

an inde Meliganemonem?

triplex isthic eius festinitas,

Ecclesia dedicatio.

Examinamenta meliorum.

Ecclesia vbi sepulti Martyres,

Susatum olim Ecclesia Coloniensis,

eidē denuò vendicatū,

& ipsa Sauina:

huius corpus inuentum inter ædificia:

ideò bello petitum ab Archiepiscopo,

aduocatis Bohemus

aliisq; plurimis S. Carolo Borromæo exemptus,

festum pie celebratum,

tàm quibus mala plurima patrata,

obseratum denuò ferè-trum:

res publicæ tabulis testata.

Susatum obsessum;

Colitur à matronis Sauina, & quare.

sed Clero orante.

audito crepitu è S. Patroclli arcâ.

eius ope pulsi cum clade hostes:

porta murorum ecclesiæ. Adhibiti veritati, quod eâ nihil dicerimus fusius. Sed ut hæc vna nimis ecclesia, vel sola, & sancti nostri Patroni, quem vetustas S. Petronum, nos S. Patroclum dicimus, quem publica senatus Pistorij quondam vetera vigilia (quod publicè testatum fecimus) in mediâ vrbis aræâ sedentem exprimebant, concinentes tintinnabulis: sed vbi sol signifer Piscium ingressus, quem Patroclum, quem Petronum dicamus, vtrumque nimirum, vtrique enim sacra, vtrique festa, vtrique templa, vtrique altaria, vtrique sacrificia, vtrique sacerdotes, vtrique populi, vtrique ritus, vtrique cæremoniæ

victoria monumentum,

alia ab Hucbaldo monacho Amandino,

& anniuersaria memoria:

armata Sancti statua:

alia à monacho Gisleniano.

Hæc inferenda pag. 381. ante vitam S. Meinradi.

S. Aptadij nasalis,

sanctitas,

Alia de eâ scripta.

inde Praga delata:

DE S. APTADIO, SIVE APTADE,
EPISCOPO METENSI IN GALLIA BELGICA.

Auctore anonymo, è vetustis MSS.

A. D. XXII. APRILIS.

Ex variis Martyrologiis, & Necrologio Metensi.

campanæ eidicatæ:

Eius reliquiæ,

nominis pronuntiatio:

eius reliquiæ:

vetus sepulchrum.

Quibus morbis medeatur?

Geseca similis tuendi templi S. Cyriaci,

Reliquiæ S. Anastasij Aquigrani

Hartsburgum delatæ,

inde aliò.

Acta Sanctorum Ioannes Laquæus scripsit?

a

b

Aliæ Sanctorum reliquiæ Aquisgrani asseruatæ,

Brundusij.

Illustri genere orta,

Acta Sanctorum Ioannes Laquæus scripsit?

a

b

Aliæ Sanctorum reliquiæ Aquisgrani asseruatæ,

Brundusij.

Illustri genere orta,

Quando ecclesiæ S. Vincentij reliquiæ Moguntiæ,

inde Praga delatæ:

Tom. II.

Ddddd 3

EX VARIIS.

Hæc reponenda pag. 446.

DE B. LVFTHILDE VIRGINE

LVFTHELBERGÆ IN DIOECESI COLONIENSI.

XXII. IANVAR.

B Lufthildis nomen,

1 *Celebris eſt à multis retro ſeculis in Ciſrhenanâ Vbiorum, ac vicinâ Iuliacenſium & Neuenariorum ditione,* S. Lufthildis *memoria, & quæ nominis etymologiam exæquet ſanctimoniæ claritate. Nam* Lufthildis, *ſiue vt alij ſcribunt* Luchthildis, *aëriam, ſiue claram & illuſtrem Heroinam ſonat.* Loft *enim ſiue* Locht *aërem Teutonibus ſignificat;* lucht *aërem aut lucem;* held *verò Heroem.*

habitationis locus,

2 *Quo & vixit & colitur loco, is nomen ab eâ ſortitus,* Luftelberg, *id eſt* Lufthildis *mons appellatur; quandoque ab accolis ſolùm* Berg, *ſiue mons. Eius meminit Ægidius Gelenius V. CL. ad Vitam S. Engelberti Notat. ad cap. 36. lib. 3. Vicus eſt inter Reimbachium & Meckenhemium oppida, prope ruinas (vt nos docuit Ioannes Gamanſius noſter, à quo hæc de* B. Lufthilde *accepimus) veteris aquæductus, quem inde ex Treuiris longiſſimo anfractu per iuga montium trans valles fluuioſq; arcuatâ ſubſtructione M. Vipſanius Agrippa Coloniam vſque molitus, vt ex lapide non procul Marcomago ad Vrſam fluuium reperto coniectat Bravverus noſter in Annalium Treuir. Properaſceue.*

templum,

3 *In hoc vico dicatum* B. Lufthildi *viſitur templum egregium edito in loco, per circumfuſam planitiem longè effulgens. Huc religionis ergò è longinquis etiam locis plurimi confluunt. Cui pietati atque erga ſanctiſſimam Virginem venerationi augendæ, Ferdinãdus Bauarus Colonienſis Antiſtes anno* MDCXXIII. *eiuſdem corpus exhumatum tumbâ eleuatiore condidit: quo tempore eximia quædam inuſitati odoris fragrantia totâ æde diffuſa adſtantium nares animoſq; recreauit, vti illius loci Curio teſtatur, qui & ipſe in tam ſancti operis partem conuenit.*

eleuatio

cum inſolito odore,

anniuerſaria celebritas,

4 *Huius eleuationis exaltationisúe memoria* 11. *Iunij peragitur, non minori quàm ipſe Virginis natalis* XI. *Kal. Februarij celebritate. Sitne ipſa ſolenni Eccleſiæ iudicio in Cælitum tabulas relata, non conſtat. Probabile eſt populorum erga eam ſtudia & pietatem Summorũ Pontificum, aut quos eas in oras ij ablegarant, Apoſtolicorum Nuntiorum auctoritate comprobata; licet monumenta litterarum vel deperdita ſint, vel deliteſcant. Aurium præcipuè & capitis dolores eius patrocinio leuantur.*

ſtatua,

5 *Viſitur in eiuſdem templi arâ ſtatua è ligno abiegno, auro argentoq; ornata, quæ Virginis ſanctæ caput pectuſq; referat, eiuſdem Ferdinandi Electoris munus: an ſit intra eam incluſum Virginis caput, haud ſcimus. Vitam* S. Lufthildis *à Cornelio Curtio Eccleſiæ collegiatæ SS. Chryſanthi & Dariæ monaſterij Eyfflię Canonico, & Tulpiaci, ſiue Tulpeti Chriſtianitatis Decano, ſub annum* MDCVIII. *conſcriptam, nobiſcum communicauit Hubertus Fabricius Curio Meckenhemienſis, vir humaniſſimus.*

Vita,

ætas,

6 *Quâ ætate vixerit* S. Lufthildis *non conſtat. Eam ante complura ſecula in albo Cælitum eſſe habitam, infrà Auctor probat hoc argumento, quod antiquiſſima ei dicata fuerit campana. Citabimus infrà cùm de Dominis Lufthelbergæ, ſiue Montis S. Lufthildis Annot. a dicemus, diploma datum anno* MCCLX. *ex quo patet, iam tum locum illum* Montem S. Lufthildis *fuiſſe appellatum. Cæſarius grauis auctor, qui, vt ipſemet lib. 10. cap. 48. teſtatur, anno* MCCXXII. *ſcribebat, meminit* S. Lufthildis, *quam ipſe* Luthildem *vel* Linthildem *vocat, aræq; illi in Houenenſi Nobilium Virginum inſtituti Ciſtercienſis iuxta Tulpiacum cœnobio, dedicatæ, & miraculi ab eâ patrati. Ita ergo ſcribit lib. 8. cap. 72.* Recordor nunc Dominæ Gertrudis Abbatiſſæ de Houene, quæ ſatis mirabiliter per viſionem cuiuſdam ſacræ Virginis, ſicut ipſa mihi retulit, ſanata

cultus alibi celebru,

miraculũ,

eſt. Hæc cùm penè per dimidium annum vehementi dolore oculorum cruciaretur, S. Luthildem Virginem, cuius memoria in eodem cœnobio celebris eſt, ſtuduit inuocare, meritis eius ſperans adiuuari. Quodam manè in lecto ſuo penè cæca iacens & vigilans, iam dictam Virginẽ in veſte candidâ coram ſe ſtare conſpexit; cuius oculos cùm tam veſte quàm manu terſiſſet, continuò clarè vidit, & omnis dolor, illâ recedente, receſſit. *Sequenti verò capite ita ſcribit:* In eiuſdem ſacræ Virginis,

aliare.

ſcilicet Luthildis altari, pro ornatu, imago glorioſæ Martyris & Virginis Catharinæ lignea & ſculpta decenter ſtare conſueuit.

VITA

AVCTORE CORNELIO CVRTIO.

1 
Est pagus quidam non procul à Reimbachio diœceſis Colonienſis oppido, qui adinſtar montis reliquâ campi planitie aliquantò editior, & templo inſigni & marmoreo D. Leuchteldis, (quam Lufteldin, alij Leuftoldin vocant) famulæ & ſponſæ Chriſti monimento celebris, Mons Lufteldis, vulgò Lufterberga, nuncupatur. In templo eodẽ non procul ab ipſo veſtibulo videre eſt aram cum ſtatuâ D. Virginis Leuchteldis, quâ coram capaciſſima eſt arca collocata, recipiendis per quoddam foramen frumentis, quæ in honorem famulæ Chriſti pauperibus offeruntur à confluentibus circumquaque ex omni illâ regione fidelibus, qui aliquo morbo, præſertim ſurditatis aurium, dolore capitis, aut alio vitio corporis, laborant. Siquidem hi religionis & pietatis ergò quocumque tempore, maxime XI. Kalendas Februarij, qui dies Diuæ ſponſæ, & Virgini Chriſti ſacer, locum illum cateruatim magno concurſu & agmine frequentant.

S. Lufthildis ſtatua in altari.

Frumentũ ei offertur.

quibus morbis ſubueniat.

2 Poſt aram, templi fermè meditullio, ſepulchrum ſeſquipedali altitudine reliquo pauimento ſublimius, ſupernè ſolido lapide quaſi porphyretico, vel marmoreo coloris glauci, tanti læuoris vt cum glacie certare poſſit, tectum, vndique eleganter compactum, ſuis candelis & lucernis ſtipatum iam inde ab ipsâ vſque maiorum memoriâ; vel vt ipſe ſtatus rei non exiguæ cuiuſdam ſanctitatis & venerationis illuſtre ſpecimen conſiderantibus præbeat, omneſque in admirationem rapiat.

Eius ſepulchrum,

3 Videre eſt itidem iuxta eiuſdem eccleſiæ cæmiterium pratum amplum proſpectuque amœnũ, ad arcem vicinam pertinens. In eo colliculus quidam muro à cœmiterio ſeiunctus, in quo Diuam ancillam Chriſti domicilium eccleſiæ propinquum & manſionem ſuam habuiſſe perhibent, vt ſemper proxima eccleſiæ diuinis officiis liberiùs vacaret & adeſſet. Nam ab ipſo domicilio ſublimis in ipſam turrim tranſitus fuit, inque muro oſtium nunc obturatum quidem, ſed oculis ſpectantium intra extraque turrim obuium, non leui coniecturâ indicat, præter rei geſtæ veritatem, cùm continuam atque indefeſſam Diua ipſius in cultu diuino & oratione aſſiduitatem atque perſeuerantiam, tum ipſam Virginem nobilem ex eadem arce, ad quam pratum ſpectaret, oriundam.

locus habitationis.

4 Verùm quo ſtemmate & cognomine orta, quo item anno & tempore vixerit, vitamque cum morte commutârit, nullum extat veſtigium nec in libris neque ſepulchrali lapide, dolendo quidem facto, quòd Diua ipſis maioribus in ceteris curæ fuit, in hoc neglecta ſit; quòd à nemine eius proſapia, ætas, vita, mors diſcripta ſit: ſed tantò certiùs in albo viuentium relata, quantò minùs in terrâ deſcribitur: niſi fortè in ſacro mauſoleo vel ſcripta vel laminæ æreæ inciſa ſaxo recondita teneatur, vel in arcâ vicinâ ſigillatis litteris, quæ de diſtributione eleemoſynarum, vt fertur, illic aſſeruantur; de ſingulis illius geſtis rebus, ætate, tempore atque obitu nonnihil ad poſteros fuerit propagatum. Quod ipſum à tutoribus a Schallenorum Nobilium poſtulandũ eſſet: quin & Diuæ ſepulchrum cum debitâ religione ac pietate reſerandũ auctoritate Archiepiſcopali, præſentibus

genus ætas q; ignota.

viris

viris cordatis atque religiosis, & si quid fortè lateret sollicitè & reuerenter inuestigandum, vt ipsi Diuæ suus honos, & pietatis memoria posteris euidentiùs constaret.

5 Vnum tamen antiquitatis vestigium diligenter & lynceis, quod aiunt, oculis singula religiosâ curiositate perlustranti se obtulit, campana quædam recens, quæ vetustatis specimen præ se tulit huiusmodi. Inscriptio hæc est Campanæ: *campana ei dicata, & alia pridem.*

b LEVCHTEL BINN ICH GNANDT,
DER NAM VFF DER ALTER KLOCKEN
IST MIR WOLBEKANT.
SANCTA LEVCHTELDIS VIRGO
ORA PRO NOBIS.
ANNO DOMINI MILLESIMO QVINGENTESIMO TRICESIMO OCTAVO.

Ex hac inscriptione liquidò patet, veterem campanam fuisse eiusdem nominis, eidemque Diuæ Luchteldi nuncupatam, quæ haud dubiè vetustate consumpta atque contrita fuit, antequàm hæc noua funderetur. Iam verò penè triennium, quòd alibi vetus quædam campana, non vetustate quidam sed petulantiâ hominum, corrumperetur, quæ adhuc multos valitura per annos, si petulantia cessasset. Illa fusa erat anno Domini MCCCXVI. Ast eadem fracta est ære renata suo, hoc anno Domini MDCV. His subductis, & superfluis reiectis intermediis antè retentis, emergunt anni trecenti minùs vndecim. Valuit ergo hæc campana trecentis propemodùm annis: valuisset diutius nisi petulantia perdidisset. Illa verò Leuchteldis campana, vetustate non petulantiâ perdita, si totidē annis valuit, Diua Leuchteldis ante trecentos annos inter Sanctas habita fuit; (nec-
c dum enim in Apotheosin relata est, *c* quod vulgò canonizari dicitur) imò ante annos plures, quia campana plures annos durare potuit antequàm vetustate corrumperetur. Neque dubitandum, eidem non statim post obitum campanam consecratam esse, sed aliquantò pòst tempore, accedente maiore opinione sanctitatis per
d oracula, de quibus posteà dicemus. *d* Non leui ergo sanè argumento ducti coniecturam facimus, illam ante quadringentos aut quingentos annos, & vixisse fidelem ancillam Christi, atque vitam præsentē atque caducam cum æternâ commutasse.

6 Fuit igitur hæc Leuchteldis, vti campana docet, vel Leufteldis, aut Luftoldis, (vt eam chorus suus vocat) nobilis genere, nobiliorque fide, Virgo sancta, & fidelis famula Christi, noctu diuque & templo vicina & propinqua, & in diuinis officiis assidua, operibus misericordiæ admodùm dedita, in pauperes benefica, mundi illecebrarum & secularium affectionum domitrix, & omnibus exemplum virtutis & pietatis singulare. Nam tabula quædam in eadem ecclesiâ in sublimi pariete suspensa in conspectu, & breuiusculis *e* annotatiunculis, & picturis vetustate penè obliteratis, de hac
e sanctâ sponsâ & famulâ Christi insignia quædam virtutis & pietatis exempla, nec non stupenda miracula, commemorat, quibus quòd non vulgaris sponsi sui virtus & gratia eluxerunt comprobatur. Plures tamen huiusmodi tabulas de rebus eius piè & sanctè gestis fuisse, ac temporum iniuriâ intercidisse, perhibent. Quæ verò adhuc extat hæc ferme refert. *Virtutum eius monumentum.*

7 Patri Virginis fortè fuerunt agri cum aliis diuidendi: quæ res cùm multarum litium & contentionum esset seminarium, sæpiusque tentata diuisio non successisset, nunc his nunc illis inæqualitatem incusantibus, vt verisimile est; tandem pater Virginem equitem secum foras eduxit. Huic postquàm vtraque pars negotium diuidendi ruris communi consensu commisisset, illa colo fusoque, quæ otij (quod omnis mali fomes est) vitandi gratiâ secum rus contulisset, instructa, quocumque progrediens, filum fusumque traxisset, illicò agri certis limitibus disterminabantur. Quod non semel, sed aliquoties magnis cum quibusdam miraculis, vti etiam hoc fecisse memoratur. Quemadmodùm enim cùm de limitibus saltus lis non parui momenti obortа esset, colum suum ipsa traxisse fertur, quaque pedem ferret post vestigia fossam (quæ etiamnum visitur, & Fossa S. Leuchtildis dicitur) erutam prodigiosè: quâ contentiones sublatæ, & lis tota composita. *Miraculosè agrorum controuersos limites signat,* AVCTORE CORNEL. CVRTIO. *& silua.*

8 Nouerca huius sanctæ Virginis famulæ Christi, vt illæ solent prioribus inuidere liberis, & seruitiis eos quæ nemo ambiat onerare, ita hæc priuignam, cùm adhuc teneriore esset ætate, silueſtribus anseribus (quas grues appellare licet, nonnulli pyrargas & fulicas vocant) à paternis segetibus abigendis præfecit. Cùm verò fortè fortunâ ingens damnum segeti fuisset, vel culpâ vel sine culpâ, illatum, nouerca illam diris mulctauit verberibus: quam Virgo violentiam atque iniuriam patienti animo pro Christianâ mansuetudine tulit. Nouerca quoque sui similis variis apud parentem calumniis traducit, quòd ignara, quòd socors & inutilis rebus agendis, quòd nec agrestes nec domesticos anseres arceat custodiatque, panem suffuretur donetque mendicantibus; addens haud dubiè, quòd ad orandum Deum, quàm ad laborem propensior. Subornat famulos ac famulas, qui anseres clàm Virginі surriperent & clanculùm patris satelliti redderent. Sic ingenua indoles bonorum solet esse inuisa & odiosa peruersis. *à nouercâ sternitur, verberatur, falsò apud patrem accusatur:*

9 Quid porrò aliquando accidit? Illa (vt erat in pauperes munificentissima, & pia erga miseros quosque gestans viscera) obatâ quadam occasione sinum suum panibus repleuit, eleemosynam erogatura largiorem. Ecce austerus pater fit obuius, quidnam sinu gestet rogans. Illa perculsa metu subsistit: pater correptam, excepturus fortè verberibus, sinum tandem inspicit, sed carbones pro panibus magnæ innocentiæ miraculo videt. Cum verò hâc parentis importunitate perterrita, & à nouercâ accuratiùs obseruata, nec auderet nec posset aliquid in eleemosynam acquirere, & pientissimus illè misericordiæ affectus interim conquiescere nesciret; nouercam in pistrino adiit panificio iam perfunctam, vnicum tantummodò panem rogatura, protenso expansoque impetratum exceptura sinu. Illicò petulans & peruersus satelles prunas fortè residuas ex fornace battillo suscipiens, in puellæ sinum refudit. Quæ res, etsi patrem virum duriusculum & inhumanum diu latere non potuit, tantum tamen abfuit vt filiæ tam ingenuæ atque piæ iniuriam vlcisceretur, vt etiam instigante nouercâ, eamdem quoque acerbiùs increparet & obiurgaret, quòd subreptitium panem pauperibus impertiri non desisteret. *miraculo diuinitus probata; variè irrisa.*

10 Posteà ingraueſcente iam ætate Virginis, quum benignissimus ille Virginum Deo deditarum sponsus, & defensor famularum suarum, ab iniustâ nouercâ probris & iniuriis ampliùs afflictum iri noluisset; eam in domicilio ecclesiæ propinquo, cuius paullò antè meminimus, sibi diuinoque cultui mancipatam, liberam seu solitariam, nulloque quàm orandi, meditandi, cœlestiaque cogitandi negotio occupatam collocauit. In quo sanctissimo vitæ genere postquàm aliquot annos cum summâ pietate & religione transegisset, tandem Diua puella communi cunctis mortalibus fato ex hac vitâ in cælum ad sponsum suum Iesum, sempiternæque gloriæ coronam, commigrauit. *Iuxta templum solitaria degit: moritur;*

11 Ceterùm cadauer eius aliquamdiu inhumatum stetit super terram: coram quo, diuinâ virtute & ope accedente, vir quidam à dæmone obsessus liberatus. Hinc magnus concursus populi virorum & mulierum, quorum non pauces à noxiis canum morsibus saluos ancilla Christi reddebat. Quo quidem facto accidit vt à pluribus hominibus cum summâ veneratione coleretur. Ad eius sepulchrum ægri deportantur. Claudi quoque, cæci, quorum multi fuerunt, sani redierunt. Claudum etiam quemdam pristinæ reparat integritati. Quibus haud dubium miraculis diuinam illam Virginem & ancillam Christi tam apud maiores quàm posteros *miraculis claret.*

AVCTORE CORNEL. CVRTIO.

magna m & illuſtrem ſanctitatis famam & exiſtimationem conſecutam eſſe: tametſi per apotheoſin nondum relata inter Diuos, tamen annuâ ſolennitate menſe Ianuario celebratur à fidelibus. Precemur ergo vt in campanâ habetur, S.LEVCHTELDIS ORA PRO NOBIS, Amen.

a *Vocat Gelenius Notat. ad cap. 36. lib. 3. vitæ S. Engelberti,* nobiliſſimam gentem Schalliorum à Bell. *Sunt ij Domini in Flarſem & Monte S. Lufthildis. Erant & qui modò iſtius familiæ princeps eſt, & fratres eius, admodùm adoleſcentes & ſub tutorum curâ, cùm hæc ſcripta eſt Vita. Ex his Ioannes Adamus Societati noſtræ dedit nomen, & in Orientis Indias profectus, glorioſis laboribus, quos pro animarum conuerſione ſuſceperat, immortuus. Senior qui nunc rerum potitur, de B. Lufthilde interrogatus, negauit ſibi, præter ea quæ hîc narrantur, quidquam eſſe compertum. Extat in archiuo S. Mariæ ad Gradus Coloniæ diploma datum Bonnæ* VIII. *Id. Septembr.* MCCLX. *cuius hoc eſt exordium*: Venerabilibus viris & diſcretis F. Dei gratiâ Præpoſito, Decano, totique Capitulo Eccleſiæ S. Mariæ ad Gradus in Coloniâ, VVilhelmus Comes & Ricarda Comitiſſa Iuliacenſis ſalutem & omne bonum. Cùm VVilhelmus de Monte S. Luftheldis, Miles noſter fidelis, Aduocatiam de Blaſene &c. *Idem VVilhelmus ſequenti diplomate vocatur* VVilhelmus Miles de Eddinghouen.

Domini Montis S. Lufthildis.

b *Id eſt*, Leuchteldis vocor, nomen veteris campanæ mihi notum.

c *Quod quidem nunc ex certis monumentis probari poſſit.*

d *Solidius fortaſſis ætatem Sanctæ, aut certè venerationis antiquitatẽ probaret ex citato diplomate ante annos* 382. *dato, & Cæſarie.*

e *Has infrà è Germanico ſermone reddemus.*

VERSVS GERMANICI TABVLÆ,

De quâ num. VI. *ſubſcripti, hanc conficiunt ſententiam.*

IN *1. parte tabulæ*: Hîc equitans comitatur parentem ad fundos cum aliis diuidendos.
Hîc diuiſionẽ facit fundorum magno cum miraculo.
Anſeres ſilueſtres eius parentis ſegetes aut ſiliginem depaſcunt, & verberibus mulctatur à nouercâ.
Hîc nouerca eam accuſat apud parentem.
Serui & ancillæ ei anſeres ſuffurantur & famulo reddunt.
In 2. parte tabulæ: Hîc progreditur cum ſinu panibus referto; qui, parente eos ſpectare volente, conuertuntur in carbones.
Hîc nouercam rogat panem, at ſeruus in ſinum eius carbones effundit.
Parens eam verbis perſtringit, quòd egenis panem elargiretur.
Hîc moritur ſancta Virgo S. Lufftheldis.
Hîc inſepulta proſtat, virum liberat à dæmone.
In 3. parte tabulæ: Feminas & viros obſeſſos ſanitati reſtituit.
Hîc inuocatur à compluribus.
Ægrum ad eius ſepulchrum deportant.
Hîc eam claudi & cæci inuiſunt.
Hîc claudo ſanitatem & vires reddit.

AD XXIII. IANVARII.

DE S. ILDEFONSO EP.

Ag. 535. col. 2. in fine adde [5 *Celebratur in Eccleſiâ Zamorenſi* XXVI. *Maij officio duplici ſecundæ claſſis* Inuentio S. Ildefonſi, *vt patet ex ordine recitandi diuini officij pro Eccleſiis Hiſpaniæ. Eodem die Philippus Ferrarius*: Zamoræ in Hiſpaniâ Tranſlatio S. Ildefonſi Epiſcopi Toletani. *Eiuſdem celebritatis meminit Ioannes Marietta lib. 5. de SS. Hiſpan. cap. 54.*

AD XXIV. IANVARII.

Ag. 561. col. 1. inter Prætermiſſos, de S. Leonillâ *viduâ & Martyre lin. 2. Hæc eſt mater* SS. Speuſippi, Melaſippi, Elaſippi, *corrige* [*Hæc eſt auia SS. &c.*

Hæc reponenda pag. 602. iis expunctis quæ iſthic de S. Exuperâtio habentur.

DE S. EXVPERANTIO
EPISCOPO CINGVLANO IN PICENO.

XXIV. IANVAR.

S. Exuperantij Ep. Cingulani natalis.

1 CIngulum *vrbs eſt Piceni à Iabieno Pompeianarum partiũ Duce exadificata, vt Cæſar ſcribit, in colle ſita, cuius latus* Miſeo *amnis, qui nunc* Muſon, *alluit, Leandro teſte. Olim epiſcopatu inſignis fuit, nunc Auximati Antiſtiti ſubeſt.* S. Exuperantium *Patronum ſummâ celebritate veneratur; & quidẽ* XXIV. *Ianuarij natalẽ eius,* XXIX. *Maij Tranſlationem, vt auctor eſt in generali catalogo SS.* Ferrarius. *At Vita habet Dedicationẽ* IV. *Kal. Iunij agi, miraculi cuiuſdam commemorationem Dominicâ primâ Septembris. Eam Vitam è MS. codice Cingulano ad nos Laureto miſit Silueſter Petraſancta noſter. Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ in hac vitâ* plura inueriſimilia & fabulis proxima contineri *ſcribit, qua proinde in eius, quam iſthic dat, epitome omiſerit. Ab imperito ſcriptore conſarcinatam indicio eſt, quòd non modò tempus quo vixerit non indicauit, ſed nec Principis, à quo Romæ in vincula coniectus ſit, nomen.*

Vita egens correctione.

2 *Romam veniſſe* Paſchaſio *Pontifice dicitur. Ferrarius, quia nullus Pontifex* Paſchaſius *fuerit*, Paſchale I. *qui anno 817. pontificatum iniit, id cenſet contigiſſe. At quis credat ex Africâ, alterum iam ſeculum gemente ſub Maurorũ Arabumq; immani iugo, veniſſe, & ab Epiſcopo quidem in patriâ baptizatum, qui Italis prædicaret Chriſtum? Mendum fatemur in nomine* Paſchaſij, *aut in Pontificiâ illi tributâ dignitate. Vel igitur alius fuit Pontifex, cuius nomen in Cingulanâ plebe oblitteratum; vel alius* Paſchaſius, *non Pontifex, à quo exceptus* Exuperantius, *& Pontifici commendatus. Quid ſi* Paſchaſius *ille Diaconus fuit, vir ſanctus, qui tamen poſteà temerè Laurentij Antipapæ ſchiſma ſecutus anno 498? Potuit ſanè eâ tempeſtate vel à Theodorico Rege, vel ab Anaſtaſij Imperatoris Legato aliquo in cuſtodiam dari aduena. Plures tunc propter VVandalorum Arianorum perſecutionem in Europam ex Africâ venêre Epiſcopi, aliiq; viri ſancti, quidam ſponte ſuâ, coacti alij.*

alius.

VITA
Ex MS. Eccleſiæ Cingulanæ.

1 BEatiſſimi Exuperantij Epiſcopi ac Confeſſoris narraturus hiſtoriam, diuinum mihi ſuffragari auxiliũ poſco; vt qui illi victoriam præſtitit, dignetur mihi tribuere mirabilia, quæ per eum Dominus in hoc mundo dignatus eſt operari, etſi non per omnia, tamen diligenter enarrare; & qui linguas infantium facit eſſe diſertas, & linguam aſinæ fecit humana verba proferre, collatâ mihi ſuæ pietatis ope, ſui ſanctiſſimi Confeſſoris interuentionibus, concedat eius enarrare doctrinam. *Prefatio.*

2 Natiuitas igitur S. Exuperantij, vt exactis ſcripturis accepimus, in Africâ fuit: pater eius Eulaſius, mater verò Perpetua. Poſt dies verò natiuitatis ſuæ decem & octo B. Exuperantius *a* locutus eſt, dicens: Gratias ago Domino meo Ieſu Chriſto, qui me fecit naſci. Cùm eſſet annorum trium B. Exuperantius *b* orauit ad Dominum

a S. Exuperantius infans loquitur.

b

num dicens : Domine demonſtra mihi, vt agnoſcam rectitudinem tuam, & iuſtificationibus hærere valeam. Annuit autem Deus orationi Exuperantij, & Spiritus ſanctus adhæſit illi; & anima matris eius exultauit propter eum. Eulaſius verò pater eius dicebat in ſemetipſo: Hic puer poterit implere myſterium religionis meæ. Puer verò ſtudebat diligenter in litteris : venit autem pater eius poſt aliquot dies, & gauiſus eſt ſuper filium ſuum, & dixit ei : Exuperanti, tibi dabo *c* myſterium religionis meæ, & ſeruabis illud in ſecula, & nominaberis filius Eulaſij, glorioſus apud noſtram vrbem. Subridens autem B.Exuperantius dixit patri ſuo: Deum cæli cole, ſi vis omnino ſapiens eſſe; quia nullus hominum cognouit cælorum ſigna & curſum ſolis & lunæ & ordinem, & omnia quæ ſub cælo ſunt, & quæ in terrâ, niſi ipſe qui fecit ea priuſquàm fieret homo. Ipſe eſt Deus, quia fecit te patrem meum, & matrem meam. Ipſe mihi oſtendit, quæ ſtant iuſta in viam ſuam, quomodò oportet ingredi coram ipſo. Si verò es tamquàm Dei cultor, & curam de filio tuo habes, concede mihi accipere baptiſmum in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Hoc audito pater eius cum triſtitiâ dixit : Fili mi Exuperanti, in dignitate meâ contendo, vt tu viuas in annis multis, & Deum colas meo more, & excites mihi prolem de vxore, quam ego dabo tibi cum coronis & choris & cum gaudio totius noſtræ gentis; & tu dicis mihi vt baptizer? Reſpondit B.Exuperantius, dicens ei: Deus in caſtitate colitur & adoratur : nam ante Abel nullus iuſtus fuit inter homines; hic primus per oblationem & caſtitatem placuit Deo.

c patri vana ſuggerenti pietatem & rectam fidē ſuadet:

nuptias reſpuit:

3 Dominus Deus exercituum memor factus eſt verbi ſui, & viſitauit S.Exuperantium viſitatione ſanctâ: & ille inſiſtebat in ieiunio & orationibus à manè vſque ad horam nonam. Iterū ab horâ nonâ vſque ad veſperum ab oratione non ceſſabat; & ſic quotidie in Dei laude aſſiſtebat. Cùm autem B.Exuperantius compleuiſſet annos duodecim, acceſſit ad ſuæ ciuitatis Antiſtitem, & dixit : Dona mihi ſignaculum Ieſu Chriſti; & ſic proficiſcar de hac vrbe ad aliam prouinciam. Epiſcopus verò baptizauit eum, & confirmatum dimiſit illum.

ſanctè viuit:

baptizatur:

4 Audientes autem parentes eius, timuerunt valdè, quia grandis malitia ſuccenſa erat adhuc contra Chriſtianos. Tunc S.Exuperantius dixit parentibus ſuis: Date mihi bonorum veſtrorum partem aliquam, & egrediar de ciuitate hac, ne me interficiant, & vos contribulemini. Et gauiſi ſunt parentes eius, & dederunt ei ſeptem onerata animalia de bonis ſuis. Et egreſſus B. Exuperantius ab vrbe ſuâ gaudens, & iter agens longo tempore per ſingulas ciuitates prædicabat baptiſmum regni æterni in nomine ſanctæ Trinitatis, faciens eleemoſynas. Et cùm iter ageret, peruenit in quamdam ciuitatem, & erat ibi mulier ciuitatis, quæ volutans ſe ad pedes S.Exuperantij, tradidit filium ſuum paruulum nomine Formarium, & dixit ei: Hic puer ſequatur veſtigia tua & baptizetur, & ſignauit eum, & baptizauit eum, & ſecum duxit.

à patriâ diſcedit:

Chriſtum prædicat:

Formariū ſibi comitē ſumit:

5 Demum verò veniens cum puero B.Exuperantius ad mare, inuenit ibi quemdam nauticum, & dixit ei: Exiui de ciuitate & de terrâ meâ, & veni ad te; tolle naulum, & mitte me in nauem tuam. Eleuantes autem nautæ B.Exuperantium in naue nauigauerunt. Beatus autem Exuperantius gratias agens Deo, texit faciem ſuam, & obdormiuit. Angelus autem Domini deſcendit ad S.Exuperantium, & oſtendit ei teſtamentum Dei in mari, & ſuſcitauit ſtridentem ex inferioribus abyſſi, & facta eſt tempeſtas magna circa nauem, & timuerunt valdè nautæ, dicentes: Peccauimus coram Deo, ideoque perimus. Tunc excitantes B.Exuperantium exclamauerunt omnes vnâ voce : Sancte vir Dei ſalua nos per Deum qui te ſaluauit, & credimus tibi, & adducemus te in nauem qualemcumque in portum volueris. Reſpondens autem Exuperantius dixit eis : Credite, quia Deus meus poteſt liberare nos. Et dixerunt nautæ: Nos autem quando exclamauimus Dominum Deum tuum, credimus quia potens eſt liberare nos. Et dixit eis B.Exuperantius : Cuſtodite vos nautæ, cuſtodite vos à culturâ dæmoniorum. Tunc S.Exuperantius cathechizauit eos in fide Chriſti, & nauigare cœperunt, & factū eſt mare pacificum; & iter agens, venerunt ad ripam, & depoſuerunt S. Exuperantium ad ſaxum magnum maris, & vale faciens receſſit ab eis.

in ſomnis Angelum videt:

nautas conuertit,

& tempeſtatē ſedat:

AVCTORE ANONYMO, Ex MSS.

6 Sed quoniam diuina prouidentia eum ad Præſulis dignitatem promouendum ſtatuerat, ideò ad arcem Romani Imperij iter arripuit. Exinde inuenit in viâ vndecim fratres, Florentium, Seuerinum, Venantium, & alios. Qui videntes eum, ſuſceperunt eum cum magno gaudio, & genu flexi miſerunt ſe ad pedes S.Exuperantij, & oſculati ſunt inter ſe & dixerunt : Hic eſt pacis Sanctorum bonus delator, & dans pacem eis dimiſit illos. Et cùm iter faceret venit Romam; vbi ſedebat & docebat baptiſmum Chriſti quibuſdam ex Romanis adhuc iuuenibus ritibus oberrantibus, & irati ſunt multi Vrbis contra Exuperantium, & fecerunt illum abduci in conſpectu ſui Principis, & ille dixit : Quis es tu, vel de cuius genere es, vel de quâ ciuitate? B.Exuperantius reſpondit : Egò ſum ſeruus Dei Exuperantius, de ciuitate *d* Metrolitanâ : confiteor Dominū Ieſum Chriſtum crucifixum. Reſponderunt Romani : Dæmonem habes. B.Exuperantius dixit : Dæmones non habeo, quia non colo eos, ſed colo Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum. Tunc ille iniquiſſimus Princeps iuſſit eum recludi in carcere, & ait : Hic comedat panem doloris, quia perturbat ciuitatem noſtram.

venit Romam;

d ibi prædicans

in carcerē coniicitur:

7 Dum ſic in carcere teneretur B.Exuperantius, poſt dies verò ſeptem aſcendit ſuper omnes ciues Romanos fortis infirmitas, & fortis clades, & congregati ſunt in vnum, dicentes : Vt quid talis peſtis ſuper nos venit? Tunc cuſtodes carceris, vbi tenebatur Exuperantius, quia viderant hominem non manducantem neque bibentem, dixerunt : Hæc nobis contingunt propter hominem illum qui benè prædicauit, & malum à nobis recepit. Tunc Papa Paſchaſius, qui tunc temporis Vrbis Romæ pontificatum gerebat, hoc audiens quòd ſeruus Dei Exuperantius teneretur in vinculis, citò miſſis nuntiis fecit eum extrahi de carcere, & ante conſpectum ſuum præſentari iuſſit. Quem cùm Papa vidiſſet, gauiſus eſt valdè, & dans pacem ei dixit : Exuperanti, & amice & ſerue Dei, intercede ad Dominum, & ora pro peccatis noſtris, vt auertat Dominus mala iſta quæ nobis venerunt propter peccata noſtra quæ commiſimus. Tunc S.Exuperantius reſpondit : Saluet & cuſtodiat vos Dominus, & miſereatur omnibus peccatis veſtris, & auferat peſtē & omnia mala à vobis, & ſanctificauit aquam, & aſperſit ſuper omnes & ſalui facti fuerunt, & omnes crediderunt quòd B. Exuperantius liberaſſet eos ab omni infirmitate illâ.

iniuriæ auctoribus peſte punitis,

iuſſu Pontificis è carcere educitur:

aquâ benedictâ peſtē pellit:

8 Poſt non multum verò temporis nuntius venit Romam, quòd Theodoſius Epiſcopus vrbis Cingulanæ migraſſet ex hoc ſeculo. Tunc Papa Paſchaſius dixit B. Exuperantio : Exuperanti ſerue Dei, accipe plebē meam S.Mariæ in Cingulo. Reſpondit autem B.Exuperantius, & dixit ei : Domine timeo, quia mala & perfida gens habitat in ciuitate illâ. Papa verò Paſchaſius reſpondens dixit ei : Vade & prædica illis, quia Deus miſit te ad illos, & accipe benedictionem à Domino. Et benedixit & ordinauit eum in gradu Epiſcopali, & miſit eum in ciuitatem Cingulanam. Veniens autem B.Exuperantius in ciuitatem Cingulanam, omnes exeuntes obuiàm ei clamabant : Benedictus qui venit in nomine Domini, & cum gaudio nimio receperunt eum, & miniſtrabat ibi annos quindecim.

creatur Epiſcopus Cingulanus:

benignè excipitur à ciuibus:

9 Poſt quindecim verò annos cecidit in infirmitatem, & venerunt ad eum quatuor Fratres, & dixerunt ei: Quomodò te habes, aut quomodò lætus es? Tunc B. Exuperantius dixit eis : Audite me Preſbyteri & ſerui Dei : ædificate domum veſtram ſuper petram viuam,

æger ſuos inſtruit,

ne

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

ne venientes venti validi dirumpant vos, & ſemper orate indeficienter in Eccleſiâ ſanctâ, & Scripturis ſanctis obedite, & amate vosmetipſos, & dabit vobis Dominus miſericordiam ante conſpectum Sanctorũ ſuorum. Bonum eſt vigilare in corde; bonum eſt pſallere in Chriſto frequenter, bonum eſt fideliter orare. Sciatis autem fratres, quoniam tempus propè eſt, me vitam de hoc ſeculo finire. Rogo vt oretis pro me Dominum Ieſum Chriſtum, & quia multum ſitis patior in corpore meo, addicite mihi aquam de fonte malorum, vt bibam. Tunc miniſtri eius citò euntes detulerunt ei aquam, dicentes: Bibe Domine, & ſit benedicta in corpore tuo. Addidit autem B. Exuperantius dicens eis: Rogo vos fratres, vt oretis pro me Dominum Ieſum Chriſtum, vt dignè accipiat animam meam & chorum audiam magnitudinis eius.

& preces eorum implorat:

10 Ante diem tertium obitus eius adduxerunt paralyticam, nomine Marinam, ante lectum eius, & dixit mater eius ad eum: Precor te ſanctiſſime Pater, vt benedicas filiam meam, quæ grauiter patitur. Et B. Exuperantius ſignauit illam in nomine Domini, & ſalua facta eſt. Et cùm conueniſſent omnes Fratres ante eum, vt viderunt eum Chriſti gloriam intueri, dixerunt ei: Vbi ſepeliemus te? Tunc S. Exuperantius dixit eis: Exite per portam Montanam, & in dexteram ſepelite me, & nolite me abſcondere in ciuitate, quia in ſterquilinio poſitus ero. Cùm hæc dixiſſet B. Exuperantius locutus eſt ad Formarium ſanctiſſimum Preſbyterum, quem ipſe ordinauerat, dicens ei: Formari diſcipule mi, cuſtodiſti in vitâ meâ, cuſtodi me in tranſitum meum, & ſepeli me; & iterum dixit: Domine Deus omnipotens Pater, amator veritatis, qui tradidiſti figuram tuam mundo miſerere mei, & auxiliare, & in pace ſuſcipe ſpiritum meum Chriſte. Et cùm conſummaſſet orationẽ S. Exuperantius, reddidit ſpiritum.

paralyticã ſanat:

iubet ſe extra vrbem ſepeliri:

moritur:

11 Tunc diſcipuli eius dignas exequias celebrantes, & circa corpus eius multas laudes ferentes, leuauerunt illum, & exierunt per portam Montanam; & veniebat obuiàm ei Daria infirma nimis, & clamabat dicens: S. Exuperanti adiuua me, Formari adiuua me. Tunc S. Formarius dixit ei: Daria, tange corpus S. Exuperantij. Et tetigit extremo digiti ſui, & ſalua facta eſt, & ſepelierunt eum iuxta viam Montanam in dextero latere.

ægrâ corporis eius tactu ſanatâ,

ſepelitur:

12 Poſt annos verò duodecim cecidit fortis infirmitas in quatuor vicinis ciuitatibus, & multa triſtitia & maximus planctus erat in illis vicinis ciuitatibus; & venerunt & congregauerunt ſe in vnum dicentes: Quare mala & peccata iſta ſuper nos venerunt? Sanctus autem Formarius dixit eis: Ieiunate & orate; forſitan miſerebitur Deus peccatis veſtris. Ieiunauerunt igitur in cinere & cilicio, & rogauerunt B. Formarium vt intercederet pro illis. Venit autem Angelus Domini ad Formarium ſanctiſſimum Sacerdotem in viſione, & dixit ei: Nuntia per quatuor ciuitates vicinas, vt veniant Epiſcopi cum omni populo & cum omni miniſterio Eccleſiaſtico, & ſubtrahant beatiſſimum Exuperantium de ſepulturâ, quia tempus iam venit. Sanctiſſimus verò Formarius cunctis innotuit, & omnes venerunt cum omni miniſterio quod Eccleſiæ pertinebat. Et cùm veniſſent quatuor Epiſcopi cum omni populo rogauerunt Deum fortiter, & ieiunauerunt diebus tribus, vt Deus oſtenderet eis an leuarent corpus B. Exuperantij. Venit autem Angelus Domini, immiſit ſoporem grandem ſuper omnes, & ſopor oppreſſit eos, & obdormiti ſunt ſopore graui. Sanctiſſimus verò Formarius vigilauit, & Angelus Domini aperuit ſepulturam beatiſſimi Exuperantij, & apparuit Formario ſanctiſſimo, & ſubtraxit eum, & miſit in arcâ, quam redemit denariis triginta ſex. Ipſe verò S. Formarius, & omnis populus qui infirmati fuerant, rogauerunt S. Exuperantium vt intercederet pro illis ad Dominum, & omnes vouerunt ex multa perpeſſa ponderis offerentes, ſalui facti ſunt. A viâ Montanâ venerunt in arcâ menſurâ pedes triginta ſex, & ab arcâ vſque ad petram Commineam menſurã decem & octo, & libellum rameum in arcâ. Dedicatio eius quarto Kalendas Iunij; & virtutem quam fecit poſt exitum de ſepulturâ, Dominicâ primâ menſis Septembris.

morbo graſſante,

cæleſti monitu conuocatis vicinis Epiſcopis,

transfertur miniſterio Angelico:

13 Deprecemur ergo, fratres, omnes vnanimiter maieſtatem ſummi Numinis, & leuemus omnes pariter ſurſum manus noſtras ad Dominum de cælo, vt eâ pietate vel miſericordiâ, quâ mundo perdito dignatus eſt ſubuenire, atque humanum genus per propriam ſui vnigeniti mortem ac reſurrectionem de diabolicâ poteſtate dignatus eſt eripere, dignetur nobis ſanctiſſimi Confeſſoris & Epiſcopi ſui Exuperantij reliquias, hoc eſt eius venerabile corpus, ſuis temporibus *e* reuelare; vt Cingulana plebs læta de tanto Paſtore, veniens ad ſepulchrum eius, debitas laudes Chriſto perſoluant; & ipſe ſanctiſſimus Confeſſor ſaluet, ſicut nunc vſque ſaluauit, & amplificet atque defendat præſentem cateruam in ſuo nomine congregatam, annuente diuinâ gratiâ, quæ cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

latere nunc corpus videtur. *e*

ORATIO.

PRopitiare nobis, quæſumus, Domine famulis tuis, per huius S. Exuperantij Confeſſoris tui atque Pontificis, qui in præſenti requieſcit eccleſiâ, merita glorioſa, vt eius piâ interceſſione ab omnibus ſemper protegamur aduerſis. Per Dominum noſtrum, &c.

ALIA.

DEus qui B. Exuperantium Confeſſorem tuum atque Pontificem in terris vitâ laudabili decoraſti, & in cælis æternâ gloriâ ſublimaſti; eius, quæſumus, ſuffragantibus meritis, vita noſtra apud te commendetur. Per Dominum noſtrum, &c.

a *Omiſit hoc miraculum Ferrarius, fortaſſis inueriſimile ratus. Baudemundus grauis auctor in Vitâ S. Amandi 6. Febru. narrat cùm is S. Sigebertum 40. dies natum baptizaret, &* finitâ oratione, nemo ex circumſtante multitudine reſpondiſſet, Amen, aperuiſſe Dominum os pueri, atque audientibus cunctis clarâ voce reſpondiſſe, Amen. *Idem & alij plures tradidêre. Quid ni & in Exuperantio idem fieri potuit?*

b *Et hoc quoque Ferrarius omiſit. Atqui nonnullos, etiam noſtrâ ætate, ſcimus nondum expleto tertio anno ætatis quæſiſſe quid eſſet amare Deum ſuper omnia, aliaq; de rebus diuinis locutos.*

c *An Ethnicus fuerit parens, an fortè hæreticus ſub VVandalis Arianis, haud ſatis perſpicuè indicatur.*

d *Nullam huius nominis in Africâ vrbem reperimus. Affinis nomenclatio ciuitatis* Membreſitanæ, Membroſitanæ, Meglapolitanæ, Mullitanæ, *in prouinciâ Proconſulari;* Marculitanæ, Mileuitanæ, *in Numidiâ;* Miditanæ, Martariſanæ, Mataritanæ, Moroteoritanæ, *in Bizacenâ;* Mutecitanæ *in Mauritaniâ.*

e *Veriſimile eſt ſancti huius Epiſcopi reliquias in Germaniam aſportatas Ottonis Magni temporibus. Atque is eſt fortaſſis* Exuperantius, *de quo infrà 29. Ianu. cùm de* S. Conſtantij *Epiſcopi Peruſini corpore Magdenburgum tranſlato agitur, iſta habentur:* Eodem die alia quinque ſanctorum Martyrum corpora, videlicet Herculani, Euſebij, Sabiniani, Exuperantij, Latini per prænominatum Epiſcopum eidem ciuitati ſunt allata. *Nam quòd Martyres dicuntur, id propterea accidit, quia ceteri Martyres.*

DE S. SOPHIA EP.

PAg. 603. col. 1. poſt num. 3. adde [*Verùm, vt iam diximus, longè probabilius eſt* Canum *hunc, non gigantea ſtaturæ, ſed amplæ potentiæ virum, à morte peccati ſuſcitatum, atque ab ipſis Inferorum cruciatibus, in quos præceps ruebat, reuocatum. Et fuit* Sophiæ *noſtri æqualis* Canus, *ſiue* Caunus, *S. Gildæ Sapientis parens, Rex Arecluæ, vt* XXIX. *Ianuarij in Gildæ Vitâ dicitur; qui apud Capgrauium* Can *appellatur, dicituráq; fuiſſe Rex Albaniæ. Hunc igitur probabile eſt à* S. Sophia, *ſiue* Cadoco, *à morte peccati, aut ſtudio mundanæ vanitatis, eſſe ſuſcitatum.*]

AD

AD XXV. IANVARII.

DE S. ANANIA APOST.

Ag.613.col.2.poſt num.5. adde [6 S.Ananiæ *caput in Bohemiam deinde tranſlatum. Ita MS. Martyrologium Eccleſiæ Pragenſis:* VIII.KAL. Febr. Conuerſio S. Pauli. Et eodem die S.Ananiæ apud Damaſcum, qui eumdem Apoſtolum baptizauit. Huius B.Ananiæ caput inuictiſſimus Princeps Carolus IV. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex, Romæ in eccleſiâ S.Pauli Apoſtoli magnis precibus obtentum, auro & argento decorauit & donauit Eccleſiæ Pragenſi. *Num in eccleſiâ S.Pauli pars aliqua capitis retenta ſit, incertum. Octauius Pancirolus in Theſauris abſconditis almæ Vrbis regione 9. eccl.14. ſimpliciter ſcribit aſſeruari iſthic caput* S.Ananiæ *qui S.Paulum baptizauit: in indice verò reliquiarum ſcribit in eâ eccleſiâ eſſe* de capite, *partem ſcilicet eius aliquam; alias eiuſdem reliquias in æde S.Praxedis.*

Reliquiæ S. Ananiæ Pragæ,

& Romæ.

DE S. LINENTIO.

Ag.628. poſt ea quæ habentur de S.Linentio, *adde* [*Idem Ferrarius in Notat.ad* VI.*Nouembris, aliíq; ſuſpicantur hunc eumdem eſſe, qui eo die refertur in variis Martyrologiis, appellaturq;* Lupantius, *& colitur in agro Turonico non procul à vico Candatenſi S. Martini Epiſcopi morte celebri, in loco qui ab eo* S.Lupantij, *ſiue* S.Louant *nuncupatur.*

S.Linentius an Lupantius?

AD XXVI. IANVARII.

Ag.690.col.2.poſt S.Bathildem, *adde* [S.Radegundis Virgo, Kalæ in Galliâ.

Pag.690.col.2.lin.11.& aliæ VII.eius filiæ Virgines, *corrige* [& alij VII. eius liberi nouem-gemini.

Ibidem inter Prætermiſſos col.1. lin. 5. à fine [*Quis hic ſit* Tryphon, *non liquet. multi huius nominis alibi*] *corrige* [*Hic eſt* Tryphon *ille Thaumaturgus, cuius Acta ex Metaphraſte* 1.*Februarij habet Surius; alibi celebratur* x.Nouembr.

DE B. HASEKA V.

Ag.758.col.1. num.1.lin.2. dele [*in finibus Ducatus Cliuenſis, non procul à Lippiâ flumine, inter VVeſaliam & Buckholdiam*] *& repone* [*in Thuringiâ.*]

Ibid. poſt num.2. adde [*Sed fortaſsis, vt & nos primùm, exiſtimauit Rolevinck hanc* Schermbekam *eſſe, quæ in finibus Ducatus Cliuenſis, non procul à Lippiâ flumine, inter VVeſaliam & Bocholdiam iacet; eoq; illam inter VVeſtphalos Sanctos retulit. Fuit quidem* è partibus Rheni oriunda *Haſeka; ſed an VVeſtphala, nuſquam diſertè aſſeritur. Si quis* S.Volquini, *gentilis ſui, fors & conſanguinei, famâ ſanctitatis motam abiiſſe in Thuringiam opinetur, non equidem repugnabimus, præſertim ſi aliquod proferat probabile monumentum. Ille quidem certè primùm in VVeſtphaliâ Curio, dein VValkenredæ in Thuringiâ monachus, primus Abbas Sichemenſis fuit, vt in eius Vitâ dicemus* XIII.*Nouembris.*]

B.Haſeka cuius?

Ibid. col.2. poſt nu.3. adde [*Eamdem, ſed pleniorem ex MS. Bodecenſi nobis communicauit Ioannes Gamanſius noſter: ex quâ conſtat auctorem Sacerdotem fuiſſe, &* Hermannum *dictum. Videtur idem eſſe qui S.Volquini Vitam ſcripſit, aut illius certè ſcriptoris æqualis; ac fortaſsis* Hermannus *Abbas Sichemenſis.*]

Hermannus Vitæ ſcriptor,

Pag.759. poſt nu.2. ſequentia expunge, & hæc ex MS.Bodecenſi reſtitue [3 De hac venerabili matronâ alia quædam audiui, quæ propter ambiguum nequaquàm ſcribenda putaui, ſed quæ cum ſpiritalibus & ſecularibus hominibus oculis meis vidi omnino notanda digniſſimè iudicaui. Quando Soror Haſeka, ſicut mihi & multis aliis ſæpè dixit, apud Sichem monaſterium, tamquàm eidem loco factâ obedientiâ obligata, tantùm inde victum & veſtitum quotidianum recipiens, quia ipſum quem elegerat portans toto conuerſationis ſuæ tempore habitum monachorum, ſepulturam elegiſſet; ſic anno gratiæ milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo, VII.Kalendas Februarij obdormiuiſſet in Domino, Fratres monaſterij cum vehiculo venientes tam monachi quàm conuerſi, corpus alumnæ ſuæ ad ſepeliendum tollere voluerunt. Quod niger quidam monachus eo tempore ibidem diuina celebrans, nomine ſui monaſterij procurans, accito ſibi brachio & robore ruſticorum, fieri non permiſit.

teſtis oculatus.

Moritur Haſeka:

fruſtrà obſiſtentibus quibuſdã,

4 Deinde poſt hoc, cùm res ad notitiam Domini VVolradi diœceſani Epiſcopi deueniſſet, ipſe tamquàm iuriſperitus præcepit virtute obedientiæ etiam per litteras, Fratribus monaſterij Sichemenſis dari corpus. cuius mandati cùm adhuc perſiſterent & exiſterent tranſgreſſores; præfatum monachum per litteras ad ſuam præſentiam euocauit, & tunc demum apud eum effecit, vt extumulatum corpus famulæ Dei, & familiaris ſuæ ſineret Fratres monaſterij aſportare; tribus interim hebdomadibus vno die minùs, precibus hinc inde pro ſe agentibus, euolutis. Ceterùm ad ſuſceptionem corporis ad portam monaſterij ſolenniter occurrentibus monachis & conuerſis, cùm adeſſent ſeculares tam viri quàm feminæ, qui conuenerant è vicino, viderunt faciem eius (mirum dictu) quæ mortua & ſepulta, vt dictum fuerat, tot diebus, ita viuidam & rubentem, vt quaſi iuuencula balneata, non vetula mortua videretur. Et qui vidit & ceram ſuper iacentis in tumulo corpus iecit, cum præſentibus & intuentibus atque ſtupentibus, Hermannus teſtimonium perhibet ſcripto iſto, quòd adeò recens fuerit vultus eius, & quòd tam omnis expers fœtoris eius corporis gleba, vt vniuerſi qui aderant & viderunt eam in ſepulchro locatam, & mox terrâ operiendam adeò rubicundam, quàm maximè mirarentur. Dictum & ſcriptum eſt quod verum extitit de Lazaro, quòd fœteret; videant & iudicent, quid ſentiant de tot dierum defunctâ, quid Dominus his & talibus indiciis voluerit demonſtrare. Sepulta verò Soror eſt Haſeka ſub lapide latiore ad introitum domus Capituli Sichemenſis monaſterij, vbi tubam nouiſſimam præſtolatur, tertiodecimo Kalendas Martij, quæ obierat proximâ nocte poſt diem Conuerſionis S. Pauli: cuius meritis & precibus ex hoc nunc & vſque in ſeculum nos credimus & confidimus adiuuari.

diu poſt mortem incorruptæ & viuidæ;

ibi ſepelitur 17.Feb.

iuſſu Epiſcopi

5 Notam habens ex confeſſione viduã venerabilem Dominam Konegondim, vxorem quondam Domini Iacobi de Schermbeke Militis iampridẽ viam vniuerſæ carnis ingreſſi; & intelligens quòd eſſet (extra conſuetudinem mulierum) labiis circumciſa, mihiq́ue aliquid quod de Sorore Haſekâ ſciret, diceret, applicui adiens eam ipſe, & non ſolus cum ſolâ, ſed cum veteranâ ſub teſtimonio vetulæ aduocatæ, de his quæ dudum fama vulgauerat ſum locutus. Dixit itaque mihi quòd Soror Haſeka paullò antè defuncta in ſomnis ei apparuit dicens: Noli dubium gerere, imò firmiſſimè crede, & nullatenùs dubites, quin quicumque ad mei memoriam confugerint in ſuis ſint neceſſitatibus & angariis auxilium per Dei gratiam obtenturi. Porrò illa excitata à ſomno, & congratulans viſioni, cùm ſecundò tenuiter obdormiſſet, vidit iteratò Sororem Haſekam eadem referentem, & conſtantiſſimè repetentem, vt reperitio ſermonis eſſe probaretur confirmatio veritatis. Nec hactenùs tantùm extentam credimus & confidimus manum Dei, ſed magis adhuc in ampliùs pro ſui nominis gloriâ extendendam. Iam enim ad tumulum defunctæ crebrò fideles luminaria tranſmittere ſatagunt & accendunt, aliquibus incommodis ſubleuati.

apparet cuidam matronæ:

inuocatur à multis.

AD

AD XXVII. IANVARII.

DE S. IVLIANO EP. CENOM.

Ag.761.col.2.nu.2.lin.9.poſt, Cornelij Duynij, dele ſequentia vſque ad nu.4. & reſtitue hæc: [*Hanc Vitam contulimus cum eâ quam parte 2.hiſtoriar. Eccleſ. Gallicanæ edidit Franciſcus Boſquetus, vnde & Dedicatoriam ad Aueſgaudum accepimus. In eâ Lethaldus* contra ſuorum traditionis temporum auctoritatem, *vt idem ait Boſquetus*, primus omnium arma mouit, Gregorij Turonenſis opinionis acerrimus defenſor; *vt nimirùm* Iulianum *S.Dionyſij ſocium, non à S.Clemente (nedum à S.Petro) ſed à S.Sixto II. miſſum aſſerat: licet S.Pothinum, cum iis qui tunc vnà miſſi ſunt, non debuerit annumerare.*

Pag.762.col.2.ſub finẽ, ante Prologum auctoris, interpone [

EPISTOLA DEDICATORIA
ad Aueſgaudum Epiſc.Cenoman.

1 REuerendiſſimo Patri Aueſgaudo Frater Letaldus ſalutem in Domino. Cùm deſiderio afflatus tam ſpiritualis quàm corporalis remedij, ad memoriam præcellentiſſimi Præſulis Iuliani acceſſiſſem, & dulci affamine veſtræ dilectionis frui licuiſſet; eadem vis caritatis, quæ veſtræ ſublimitatis animum meæ puſillanimitati conciliabat, impoſuit mihi onus, ſi idoneus forem, amabile atque iucundum; quia impar, non tam iucundum, quàm reuerendum; ſcilicet vt ea quæ ab antiquis de actibus glorioſi eiuſdem Patris inculto, vt vobis videbatur, ſermone conſcripta ſunt, ipſe planiori & luculentiori ordine texerem, & ad ædificationem audientium quadam dealbaturâ veſtirem.

Aueſgaudo hortante S.Iuliani Acta ſcripſit Letaldus,

2 Quod opus reuerendum potiùs quàm iucundum dixerim, quia cum magnæ reuerentiæ grauitate dicenda & ſcribenda ſint, quæ in conſpectu veritatis recitari debent, ne vnde Deus placari creditur, inde ampliùs ad iracundiam prouocetur; nihil enim ei placet, niſi quod verum eſt. Sunt autem nonnulli, qui dum attollere Sanctorum facta appetunt, in lucem veritatis offendunt: quaſi Sanctorum gloria mendacio erigi valeat, qui ſi mendacij ſectatores fuiſſent, ad ſanctitatis culmen nequaquàm aſcendere potuiſſent. Dicenda ergo cum veritate ſunt, quæ veritas geſſit: quia ſi aliquis Patrum aliquod dicitur feciſſe miraculum, non illud homo, ſed Deus operatur, qui potens eſt operari in quo & per quem vult hominem. Cùm ergo tam mira & ſpecioſa de actibus huius præcellentiſſimi Patris recito, non de meritis eius diffido, nec de potentiâ Chriſti ambigo: ſed cùm hæc eadem in aliis inuenio, cui potiùs credendum ſit, non perſpicuè video, niſi fortè grauitas auctoritatis alicuius magnifici Doctoris me ab errore deduxerit, & quaſi anchoræ pondus vacillantem animum ſolidârit. Multa enim in actibus ſupradicti Patris conſcripta ſunt, quæ & in [a] BB.Clementis & Dionyſij Martyrum, & S.Furcæi Confeſſoris, eodem ſenſu & penè iiſdem verbis inueniuntur.

aliorum SS. Acta ſimilia, eoq; obſcura:

a

3 De tempore quidem quo magnus ille floruerit, ex libro Gregorij Turonenſis per coniecturam ſumpſi, qui in hiſtoriarum ſuarum lib.1.ſub [b] Decio & Grato Coſſ. à Xyſto Romanæ Sedis Apoſtolico, plurimos Epiſcopos ordinatos aſſeruit, & in Gallias ad prædicandum verbum Dei directos, quorum nomina, & loca quibus deſtinati ſunt, partim poſteriùs dicam. Porrò cùm B. Dionyſius à S.Gregorio ex eorum numero fuiſſe dicatur, & in geſtis glorioſi Patris Iuliani cum eodẽ S.Dionyſio ad Gallias prædicaturus veniſſe narretur, non dubium exiſtimo, quin ſub Decio, Valeriano, Gratoque Coſſ. & Xyſto Romanæ Sedis Antiſtite fuiſſe monſtretur, qui videlicet Xyſtus, & Laurentius Archidiaconus ab eodem [c] Decio tentati, & in Chriſti confeſſione permanentes, victrici potentiâ coronati ſunt. Quòd verò S.Iulianus dicitur à B.Clemente deſtinatus, neque ratio temporum, neque veterum conſenſit auctoritas. Beatus enim Clemens ſub Traiano Cæſare in exilium apud Cherſoneſum deportatus eſt, & inter Traianum atque Decium ſub quo B.Iulianum fuiſſe coniicimus, plurimi Imperatores interſunt, quod in chronicis Euſebij Cæſarienſis, quæ Hieronymus tranſtulit, facilè diligens lector agnoſcet.

cap.28, *b*

in ætate ſtatuendâ, S.Gregorius Turon. ſecutus:

c

4 Nos igitur ea quæ de S.Iuliano conſcripſimus, inquantùm potuimus, auctoritate præcedentium Patrum confirmauimus, & quædam ſimpliciter ſecundùm antiquam traditionem edidimus; quædam verò quæ nobis minùs probabilia viſa ſunt, prætermiſimus. Nuſquam tamen de meritis tanti Patris quemquam diffidere ſuademus; qui dum apud ſuos ſacros cineres Deo largiente tanta & talia operetur, multò maiora & clariora, dum in hoc mundo adhuc viueret, eum operatum fuiſſe cunctis rectè credentibus liquet. Quòd ſi hæc noſtra elinguis ruſticitas vel vtilitati vel deuotioni aliquod emolumentum contulerit, ea etiam quæ noſtrâ ætate apud ſacrum eius tumulum patrata ſunt, Domino Chriſto largiente, dum noſtræ acceſſerint notitiæ, ſubnectere cogitamus. Sanè Reſponſoriorum & Antiphonarum, vt petiiſtis, digeſſimus ordinem; in quibus pro vitando faſtidio de vnoquoque modo ſingula competimus corpora: neque omnino alienari volumus à ſimilitudine veteris cantus, ne barbaram aut inexpertam, vti perhibetur, melodiam fingeremus. Non enim mihi placet quorumdam muſicorum nouitas, qui tantâ diſſimilitudine vtuntur, vt veteres ſequi omnino dedigneritur auctores: nam hi qui coniugiis vacant, malunt liberos hominibus ſimiles gignere, quàm alicuius inuiſi monſtri effigiem procreare.

quædam omiſit, ſibi non probata:

Reſponſoria & antiphonas addidit.

a S.Clementis *Vitam dabimus 23.Nouembris*, S.Dionyſij *9. Octobris*: S.Furſæi *dedimus 16.Ianu.*

b *Is erat annus Chriſti 250. quo poſt S.Fabiani eadem vel vacabat Sedes, vt quidam volunt, vel certè iam S.Cornelius Eccleſiæ præerat. Potuêre tamen à* Sixto *Apoſtolici hi viri in Gallias mitti, vel Cornelij Papæ auctoritate, vel ante illius electionem de conſilio Cleri Romani, in quo Sixtus eminebat, qui quartus ab eo, exiguo pòſt tempore, Eccleſiæ gubernaculis admotus eſt.*

c *Imò ſub Valeriano & Gallieno occiſi ſunt SS.Xyſtus II. & Laurentius, vt 6.Auguſti & 10.dicetur.*

Pag.766.poſt cap.3.ad nu.10.lin.4. [Artinas] *adde:* [*e Boſquetus*, Arcanas.]

AD XXIX. IANVARII.

DE S. VALERIO EP. TREV.

Ag.917.col.1.poſt num.2. adde: [*In Sanctuario Capuano Michaëlis Monachi* XXX.*Ianuar. refertur.*

Ibidem col.2. lin.11. poſt, *in Burgundiâ, adde:* [*collatam cum editione Franciſci Boſquetti, in quâ ſubinde contracta. Breuem aliam nacti ſumus ex MS.codice monaſterij Bodecenſis, in quâ dicitur S. Martialis cum S.Valerio in Germaniam miſſus, in ipſo itinere mortuus, ſed baculo S.Petri, quem Valerius eo ſepulto Romam reuerſus attulerat, admoto reuixiſſe. In Vitâ verò S.Martialis* XXX.*Iunij dicitur S. Auſtriclinianus ſocius S.Martialis ita extinctus, & Apoſtoli baculo ſuſcitatus, vt hic ad cap.1.litt.i notauimus.*

Ibidem col.2. num.5. lin.4. poſt, *vt* XXV.*Ianuarij diximus, adde* [*Et hæ ex illis eſſe videntur, quas Carolus IV.Imp.Pragam tranſtulit; de quibus MS. Martyrologium Pragenſe:* Treuiris depoſitio S.Valerij Epiſcopi Treuirenſis diſcipuli S.Petri Apoſtoli,

S. Valerij reliquiæ Prage. Apoſtoli, cuius Valerij partem capitis clementiſſimus Princeps Carolus IV. Roman. Imp. ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex in monaſterio Erbach diœceſis Moguntinæ obtentam donauit Eccleſiæ Pragenſi. *Eſt* Erbach, *ſiue* Eberbach, *Ordinis Ciſtercienſis cœnobium ſecundo lapide à Moguntiâ, in Ringauiâ.*

Pag. 918. col. 2. ad cap. 1 num 5. litt. i lineâ 7. à fine, poſt [Treuerenſes habent] *adde:* [*Sed pars illius baculi Treuiris eſt Pragum tranſlata. Ita enim habet ad* XXII. *Februarij MS. Martyrologium Pragenſe:* Huius beati Apoſtoli baculi partem Sereniſſimus Princeps Carolus IV. ſemper Auguſtus & Romanorum Rex obtinuit Treuiris in Eccleſiâ Cathedrali; & reconditâ in baculo ſeu curuaturâ Archiepiſcopali, impetrauit à Sede Apoſtolicâ, vt in ſummis & in ceteris feſtiuitatibus cum eodem baculo Archiepiſcopo in ſuâ Eccleſiâ celebrante, qui in diuinis interſunt, habeant indulgentiam vnius anni & vnius quadragenæ perpetuis temporibus duraturam. *Sanctus quoque &c.*

Item pars baculi S. Petri.

Pag. 922 col. 2. ad nu. 25 litt. a adde: [*Boſquetus pro eo hunc habet:* Sanctorum, Fratres dilectiſſimi, Treuirorum Epiſcoporum Eucharij, Valerij, atque Materni, qui in multis miraculis fuerunt coruſcantes, quouſque in hac vitâ fuerant conuerſati, ex his pauca in hoc libello ſcripta leguntur. Tamen inuenimus pòſt Treuirorum quòd tribus vicibus deuaſtata ſit ciuitas atque ſuccenſa, ergo nec immeritò pro ſuis tribus ſceleribus maximis, primâ ſuperbiâ, & pro ſedulâ ebrietate, tertiaque pro libidine immoderatâ. Igitur Deus omnipotens tres plagas maximas Gentilium venire permiſit ſuper regnum Chriſtianorum, & ſuper ciuitatem prædictam tribus vicibus. Prima autem plaga Græcorum ſub Imp. Conſtante filio Conſtantini qui Arianus effectus eſt, Catholicos in toto orbe perſequens. Secunda quando VVandali, & Alemanni ſub Imp. Arcadio & Honorio Romanis, vaſtauerunt. Tertia Hunnorum ſub Attilâ Rege, & ſub Imp. Theodoſio minore. Contra hæc vna plaga, id eſt, gladius Gentilium, de tribus quæ commemorantur ſæpiſſimè in Canone, id eſt, gladio, fame, peſtilentiâ, quibus conſueuit Deus iram ſuam ſuper regna terrarum vindicare, venit ſuper populum & ciuitatem Treuirorum. Nos ergo ſanctam Trinitatẽ, & omnes Angelos, omneſque Sanctos rogamus, vt exercitum Chriſtianorum à plagis prædictis, & ſimilibus cuſtodiat.

Treuiri ter vaſtati.

Nos quoque, ô ciuitas Treuirorum, Pontificum noſtrorum prædictorum ſolemnia colamus, & eorum auxiliis poſcamus, quæ miræ virtutis, quando fuerant in vitâ præſenti, per eos Dominus fecerat, quamuis pauca de multis commemorantur, vt prædiximus, propter deuaſtationem, & incendium ciuitatis, cum Eccleſiaſticis cauſſis. Hunc verò libellum poſteà inuentum alium inuenimus. Igitur tunc illos legimus mortuos ſuſcitaſſe, paralyticos curaſſe, dæmonioſos liberaſſe. Sic autem, & nunc multa genera infirmitatum quotidie in templis eorum propter merita Sanctorum, ſanitati reſtituuntur, per eum, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen. *Quod Auctor Conſtantem Arianum vocat, mendum eſt; Catholicus fuit: at frater eius Conſtantius Arianus Catholicos exagitauit.* Ex VALERIO RIIS.

DE SS. SARBILIO ET BEBÆA MM.

Pag. 924. poſt nu. 9 adde [*Menæa quoque* v. *Septembris* Sarbilum *memorant, eumdem, vt videtur, quem &* IV. *eiuſdem menſis, nam iſta habent:* S. Sarbilus à carnificibus lapidibus oppreſſus, certamen conſummat.

Sarbilus impuris renuens ſacris operati,
Impurorum hominum manibus lapidatur.

Menologium quoque Henrici Caniſij: Item S. Sarbili à carnificibus lapidati.

DE S. CONSTANTIO EP. M.

Pag. 925. col. 1. poſt nu. 4. adde: [5 *Habemus ex MS. monaſterij Bodecenſis Canonicorum regularium in VVeſtphaliâ breuiora S. Conſtantij Acta, quibus iſthæc ſubiunguntur:* Poſt multorum annorum curricula regnante Deo noſtro & Ottone Sereniſſimo Imperatore Auguſto in totâ Italiâ, tranſlatum eſt corpus S. Conſtantij Martyris de Peruſinâ ciuitate, & per Reginoldum Epiſcopum in metropolim Saxoniæ Magdeburgh pridie Kalendas Decembris eſt perlatum. Eodem die alia quinque ſanctorum Martyrum corpora, videlicet Herculani, Euſebij, Sabiniani, Exuperantij, Latini per prænominatũ Epiſcopum eidẽ ciuitati ſunt allata, & ab Adelberto Archiepiſcopo cum honore ſuſcepta, & in eccleſiâ S. Stephani Protomartyris collocata. *Hic fortaſſis* Exuperantius *eſt cuius Vitam dedimus* XXIV. *Ianuarij, licet Martyr non fuerit.*

S. Conſtantij reliquiæ & aliorum Magdenburgum tranſlata.

AD XXX. IANVARII.

Pag. 1024. col. 2. poſt S. Armentarium Epiſcopum Ticinenſem, adde: [S. Thiadildis Virgo, Freckenhorſti in VVeſtphaliâ.

DE S. PEREGRINO.

Pag. 1031. col. 1. lin. 15. dele, [*Citat vterque vitam MS. quam adipiſci non potuimus*] *& ſequentia vſque ad num. 3. atque hæc repone:* [*Inſtituitur eo die ſolennis ſupplicatio à maiori eccleſiâ, ad eam eccleſiam in quâ duæ ſunt ſpecus, quarum alteram* S. Peregrinus *incoluit. At* XVIII. *Auguſti eius Tranſlatio celebratur, fitq; iterum ſupplicatio; & aguntur tum iſthic octiduo ſolennes nundinæ, & curſus in ſtadio. Magnus ad eamdem eccleſiam eſt aduenarum concurſus, ſeptem ſextis feriis quæ proximè Paſcha conſequuntur, atque omnibus Maij menſis Dominicis.*

S. Peregrini translatio, Vita;

2 *Accepimus Calatabellottâ* S. Peregrini, *quam hîc damus Vitam: in quâ quod de dracone memoratur, cuius niſi humanâ carne ſatiari non poſſet ingluuies, vt probabile videatur quamplurima aliorum Diuorum Acta faciunt, in quibus talia crebrò monſtra narrantur, ferali dæmonis odio in miſeros excita mortales, aut è tartareo grege emiſſa, adſcito illo portentoſæ molis ad maiorem ſtragem terriculamento. Oratio hæc Vitæ ſubiungitur, in diuino officio ſolita recitari:* Omnipotens ſempiterne Deus, qui B. Peregrino Confeſſori tuo tantam gratiam tribuiſti, vt per eum terram iſtam à ſerpentis morſibus liberares; concede propitius, vt eius interuentu dæmonum morſus poſſimus euadere, & peruenire ad lucem clarıtatis æternæ. Per Dominum noſtrum *&c.*

de eo Oratio.

3 *Cuſtoditur Caltabellotæ*] *&c.*

VITA

Auctore anonymo, ex MS. Siculo.

1 POſt Paſſionem, Reſurrectionem, & Aſcenſionem Domini noſtri IESV Chriſti, mundus vniuerſus à ſpiritibus immundis vexabatur, & in pluribus pulſabatur ſæuitiâ draconum ac ſerpentium generis humani inimicâ. Quo tempore *a* B. Petrus cathedram Epiſcopalem tenebat. In Græciâ verò illuſtrabantur nonnulli viri à Deo illuminati, inter quos erat ille vir venerabilis Peregrinus nomine. Audiens hæc Apoſtolus, miſit vt ad ſe venirent. Et vt eorum ſanctitatem cognouit, per mundum vniuerſum eos diſperſit, vt in omnem terram ſonus eorum exiret, & inimica hominum conciliaret. Oratione autem factâ, vt Domino placuit, vir ille Peregrinus, qui nimiâ ſanctitate pollebat, miſſus eſt in inſulã Siciliæ, & Deo ducente *b* Caltabillottam peruenit; in quâ ingens morabatur draco, & de die in diem ſorte de pueris paſcebatur, ne deſolaretur tota terra.

a

S. Peregrinus Græcus à S. Petro in Siciliam miſſus.

b

2 Die verò vnâ cecidit ſors ſuper paruulum vnicum matris ſuæ, quæ puro corde quotidie Deo ſeruiebat. Quæ mater ſperans in Domino, accedit & illuc peruenit prænominatus Peregrinus, eleemoſynam ei petens. Illa verò pergens ad locum panis, & pane non inuento, ſtatim ad vicinam acceſſit, vt panem ſibi præſtaret; quæ præſtare noluit, & ſe non habere iurauit. Ille verò abſque eleemoſynâ diſceſſit. Inde verò ad modicum ſpatium mulier illa, quæ panem illi præſtare noluit, ad locum panis acceſſit, & ibi inuenit *c* marmoream buccellam.

Panis in lapidem ob periurium mutatus.

c

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

Quæ videns mulier perterrita cogitauit quòd hoc factum esset propter iusiurandũ, & pauperis petitionem; & statim ad illam pergit vicinam quæ panem præstare noluit, narrans ei quid sibi acciderat: sicque ambulabat per vicinas, narrans & demonstrans quæ gesta fuerant. Sed omnes stupentes & pauperem quærentes, & non inuenientes, conseruabant omnia in corde suo.

S. Peregrinus puerũ draconi obiiciendum seruat:

3 Manè autem facto exiit draco ille, & ad locum venit vbi escam accepturus erat. Peruenerunt ergo, qui ministrabant quæ opus erant draconi, vt ei darent quæ consueuerant; & acceperunt puerum iam dictum, & portabant draconi. Mater vt vidit filium suum ab oculis suis sublatum, cum magno clamore auxilium à Deo postulabat. Ferentes autem puerum cum nimio timore ibant. Sed gratiâ omnipotentis Dei, cùm appropinquarent draconi, apparuit ibi senex ferens in manibus baculum, & eis dixit: Date mihi puerum. Illi verò timentes dederunt ei sicut dixit. Accepto autem paruulo senex ille ibat versùs draconem. Qui draco videns eum venientem, cum magno strepitu ibat vt escam acciperet. Sed postquàm appropinquauit & senem vidit, timuit, & cum magno mugitu terram percutiebat, & non audebat ad eum venire. Beatus autem Peregrinus absque timore ad eum cum paruulo pergebat, & draconi porrigebat. Draco ad partem ibat vt paruulum acciperet. Sed B. Peregrinus fingens dare paruulum, posuit in ore eius baculum quod manu tenebat, & tamdiu in gutture eius tenuit, quamdiu peruenerunt ad montem, in quo draco habitabat; & ambo intrauerunt in cauernam illam, in quâ ipse manebat, & per foramen magnũ ipsum deiecit, & ex illo die draco numquàm visus fuit. *draconem fugat:*

4 Populi autem hæc videntes clamare cœperunt ad Dominum, & senem Peregrinum honorare cœperunt, reddentes paruulum matri suæ, ipsam vocantes; quæ narrabat & demonstrabat palàm lapidem ex pane conuersum die retro antè. Videntes autem omnes magis ac magis clamabant dicentes: Benedictus Dominus Deus, qui nos liberauit à pestiferâ deuoratione draconis per seruum suum Peregrinum. Ille eos nolens derelinquere, ad cauernam illam, in quâ draco manebat, vsque ad consummationem vitæ mansit, & in magnâ sanctitate stetit; post mortem tantorum miraculorum ..... illustratus fuit, vt à multis partibus infirmi veniebant, & sanabantur ab infirmitatibus suis. *in eius specu degit:* *à morte miraculis claret.*

a *Reponendus igitur esset* S. Peregrinus *ante* S. Matthiam *Hierosolymitanum, aut saltem ante* S. Hippolytum *Appulum Martyrem.*

b *Id est, in eas oras, vbi deinde condita est Caltabellotta.*

c *Pari miraculo castigatum alterius mulierculæ periurium, 4. Ianuarij in S. Pharaildis Vitâ retulimus.*

Hæc Vita inseri debet pag. 1055. ante B. Amichadum.

DE S. THIADILDE VIRGINE

ABBATISSA FRECKENHORSTI IN WESTPHALIA.

Commentarius Ioannis Gamansij è Societate IESV.

§. I. *Freckenhorsti situs. Thiadildis publica veneratio.*

SECVL. IX. XXX. IANVAR.

OPpidum est *VVestphaliæ, in Monasterienſi diœcesi, satrapiâ Sassenbergâ, ad Amasim flumen,* VVarendorpia, *siue* Vari pagus, *cui, vt & monti propinquo agroq; circumiecto, vulgò* Varenbergh *&* Varenfelt, *à Quintilij Vari Romanarum legionum Ducis statione factum creditur nomen: nam & pomœrium latè triplici aggere præseptum; vnde & munimentum loco & splendor. Nuper etiam noua accesit celebritas. Cùm enim anno* MDCXL. *noua Virginis-Matris assumptæ & coronatæ lignea statua è templi, quod ad veteris parochiæ discrimen* Nouum *vocant, fornice suspenderetur; organa nemine folles inflante, nemine manubria epitonio-rum mouente, vltro modulatè sonuerunt: cuius rei procul fama didita, & honoris Deiparæ amplificandi, & orthodoxæ religionis eâ regione, quam tum hæreticorum arma, licet incolumi VVarendorpiâ, concusserant, stabiliendæ omen fuit.*

S. Thiadildis monasterium vbi situm,

2 *Ab eo oppido Occasum versùs horæ circiter itinere distat* Freckenhorstum, *siue* Vreckenhorst, *vicus, in eoq; nobile & pervetustum sanctimonialium Canonicarũ collegium; cui prima præfuit Antistita* S. Thiadildis *Virgo, quæ &* Theadildis, Thiadilda, Thidildis, *vulgò* S. Theitelt *appellatur. Quod nomen in Fuldensium eiusdẽ æui Traditionibus à Pistorio editis (vt alia quamplurima eiusmodi compositionis,* Theothilt, Thiotolt, Thiotilt) *sæpius occurrit; & curiosis Teutonicarum originum* Diuinam Heroida, *aut* Teutonicam *significat; vti de nomine oppidi* Dietmel, *siue* Dethmold, *in eadem siti VVestphaliâ, (quod* Teutomellum, *&* Thiatmalli *alij vocant) obseruarunt partim Philippus Cluuerius in veteri Germaniâ, partim Cambdenus in priscâ Saxonum nomenclaturâ.*

nomen,

3 *Orta* Thiatildis *apud Frisones videtur, cùm eius amitam Geuam è Frisiâ enuptam in vicinâ VVestphaliâ viro nobili constet. Ab his, cùm liberis carerent, adoptata* Thiatildis, *Christianis, vt verisimile est, prognata parentibus; nam & Christi sacra vnà cum Francorum imperio susceperat Frisia; nec Euervvordum verisimile est iunctũrum sibi matrimonio fuisse non Christianam, cuius maiores à S. Bonifacio acceptam Christi religionem, etiam in illis VVittikindi & Saxonum pro gentilium sacrorum libertate diuturnis certaminibus, insigni constantiâ retinuerant; vt non minùs eiusmodi cum Ethnicâ coniugio illustre suum genus, quàm conscientiam, existimaturus fuerit inquinandum.*

patria,

4 *Verùm vtcumque se maiores habuerint, ipsa certè Thiatildis præclarâ amitæ suæ Geuæ institutione ita ad omnem adoleuit laudem pietatis, vt & sanctimonialium præfici cœnobio meruerit, & in Diuorum dein album relata sit. Eius natalem è duobus Freckenhorstensibus Kalendariis didici, quorum alterum* Gradualis *dicitur, alterum* Psalterij; *hoc anno 1433. illud ante quingentos ferè annos exaratum. In vtroque ad III. Kal. Februarij ista habentur:* Aldegundis Virgo. Theatildis Abbatissa. *Neu de antiquâ eius veneratione ambigatur, illud Gradualis Kalendarium, à me cum curâ exscriptũ, ad diem Epiphaniæ ista habet:* Hodie itur cum sanctâ Cruce per chorum Puellarum ad capellam Thiatildis sanctæ, & mensurabitur capella: (*id est, vt reor, intus eam, & in medio ipsius Thiatildis sepulchrum, circumeundo*) demum circumimus ambitum cum sanctâ Cruce. *Item Kalendis Augusti:* Nota, Dominicâ post Petri ad vincula dedicatio in capellâ S. Thiatildis; & Canonici cantabunt ibi Vesperas & Matutinas. *sanctitas publicâ religione culta.*

5 *Aboleuit tamen hic ritus, perseuerat memoria sanctitatis, cum sacello ac sepulchro, quod extra interiorem templi chorum ad Australe transuersæ crucis latus iacet, sub ipsarum odeo Canonicarum; perq; illud sacellum patet ad earum clausturum ingressus. Ceterùm haud quanta olim fortassis nunc loci religio ac decor, altari etiam, quod ante sepulchrum in muro arcuato opere paullùm excauato locatum erat, nuper reuulso ac violato. Appellatur tamen & altare & sacellum* S. Theatildis, *seu propriè illi positum dicatumq; iam olim fuerit, seu quòd (ceteris Abbatissis in altero crucis latere totoq; exteriore choro conditis) illius sacelli meditullio sit Diuæ sepulchrum. Hoc olim reliquo pauimento æquale erat, soloq; rudi saxo instratum. Verùm id Elisabetha Comes de Monte Abbatissa, templi cœnobiiq; restauratrix, spe sanctæ Crucis, olim deperditæ, ibi reperiendæ, anno seculi huius nono aut decimo resodi iussit; reperit verò (haud leui alicuius olim factæ Translationis aut eleuationis argumento) præter aliquem pecuniarum thesaurũ, ossa non multa, quæ in aliâ tumbâ solenniter, Clero omni præsente ac concinente, recondidit; eamq; muro lateritio trium ferè pedum altitudine à terrâ ducto circumdedit,* *sacellum.* *sepulchrũ,* *reliquiæ,*

puteus. *cumdedit, cui & vetus ſaxum inſterni curauit. Iuxta ſepulchrum intra idem ſacellum puteus eſt alto labro cinctus, cuius præſtans cumprimis eſt aqua; an à* S.Thiadilde *ſalubritatem indepta, an eius precibus elicita, an cùm conſtructum eſt templum reperta ſcaturigo relictaq́, eruere non potui, cùm anno* MDCXLI. *omnia coràm accuratè perluſtraui, & pleraque à Decano aliiſq́ loci inquilinis didici.*

Vita. 6 *Vidi tum quoque vetuſtum è membranâ codicem, in eoq́ ignotam hactenùs* S.Thiadildis, B.Euerwordi, B.Geuæ, *ac ſanctæ Crucis hiſtoriam, Latinâ & Teutonicâ linguâ exaratam. Cuius deſcribendæ, poſt longam tergiuerſationem, tandem facta copia eſt Bernardo Rodendorpio Monaſterienſi Archiatro V.CL. cui vni poſtliminium vetuſtæ claritatis ſuæ Diua debebit Thiadildis; at non ſola, quippe qui aliorum è tenebris Acta Cælitum productus ſit, diligens ſacrarum antiquitatum perſcrutator. Idem aliud vetus VVeſtphalico ſermone exemplar, ſuperiori geminum, ſuppeditauit. Vtrumque è Latino in ſanctimonialium aliorumq́ gratiam verſum, aliqua paullò fuſiùs explanat, alia poſteriùs obſeruata refert, quæ & infrà adnotaui.*

§. II. *De Euervvordo Freckenhorſti fundatore.*

Euervvordi habitatio, 7 *Sancti huius & illuſtris viri, ex nomine tenue veſtigium occurrit in vicinâ perampli diſtrictus cenſuſq́ parochiâ* Euerſwinckel, *quaſi Euervvordi manſionem, locum, aut poſſeſſionem dicas. Hìc ſanè, aut VVarendorpiam propiùs, habitaſſe ex Frickonis haud procul herili domo gregem paſcentis hiſtoriâ colligitur, villicíq́ ad eum allegati, & ſatellitum.*

poſſeſſiones, 8 *Cùm verò ipſe & vxor* plurimarum familiarum & innumerabilium poſſeſſores agrorũ *dicantur fuiſſe; præter Freckenhorſtum, ſiluam id temporis glandiferam, qualis & hodie cœnobio adiacet, alios fundos manſoſq́ ſeorſim ac diffusè à domo ſuâ ſparſos, cum colonis, ex regionis conſuetudine poſſedit, vti eoſdem ipſius hæres Eccleſia Freckenhorſtenſis poßidet. Vnde & eo tractu dominatum fuiſſe coniicias, veteri more gentis, vbi, vt in Caroli Magni vitâ cecinit illius temporis poëta,*

Lib.1. an.772. ------ variis diuiſa modis plebs omnis habebat
Quot pagos tot penè Duces.

dignitas, *Qui igitur* ſecundùm ſeculi dignitatẽ nobiliſſimis ortus natalibus extitit, *non immeritò in Ducum illorum numero cenſebitur, primo nimirùm ordine nobilitatis, qui conſtabat* Adelingis; *ſiue illi Ducum, ſiue Comitum aut Grauionum, ſiue Baronum, ſeu quo alio vterentur titulo dignitatis, ſiue ſolâ* Nobilium, *aut* Nobilium Dominorum *appellatione, quæ plurimis etiam potentibus Principibus & Imperij Electoribus pòſt vſurpata. De quâ eruditè auctor ſtemmatis illuſtrium Baronum de Buren in VVeſtphaliâ ante annos aliquot editi:* Sic enim tum in Saxoniâ, *inquit*, honoris cauſsâ appellabantur Reguli, hoc eſt, ij qui in ciues, colonos, & Milites ſiue Miniſteriales imperium obtinebant: quos hodie in Italiâ & Hiſpaniâ Titulatos, in Germaniâ Hoch vnd VVolgeborne, id eſt, Benè natos, Inclytos, Illuſtres, &

genus illuſtre ex Adelingis, Illuſtriſſimos appellant. Hanc ad rem pertinent quæ Nithardus Carolini ſanguinis Heros ſcribit lib. 4. de diſſenſionibus filiorum Ludouici Pij: Saxonum, inquit, gens omnis in tribus ordinibus diuiſa conſiſtit: ſunt enim inter illos qui Edelingi, ſunt qui Frilingi, ſunt qui Lazzi illorum linguâ dicuntur. Latinâ verò linguâ hoc ſunt: Nobiles, Ingenuiles, atque Seruiles. Quos verò Hiſpani Caualleros, Hidalgos, aut Gentilhombres, id eſt, Equites aut Nobiles; Itali Gentilhuomini; Germani Edle, aut von adel, id eſt, Nobiles aut de nobilitate hodie dicunt; illis ante hos centum annos vix Nobilis appellatio, in Germaniâ ſaltem, tribui ſolebat: ſed Veſti modò Germanicè audiebant, id eſt, Firmi, quaſi quibus ius aliquod in colonos & ſeruos ſuperiori auctoritate confirmatum eſſet. *Hæc ille: quæ vtcumque alij probent, ſaltem veteri illi* Adelingorum *apud VVeſtphaliæ & Angliæ incolas Saxones receptæ nomenclaturæ, is reſpondere videtur titulus* Edel Herr, *ſiue* Nobilis Dominus, *cui Comitis nomen, vt nunc paſſim tribuitur, poſthabetur à nonnullis.*

9 *Hoc ergo natalium & dignitatis ſplendore clarus Adelingus noſter* Euerwordus, *maiorum ſuorum inter VVeſtphalicos*

Proceres gradum obtinuit. Nam eâ omni gente per Carolum Magnum ſubiugatâ, vt aſſerit Crantzius Saxon.lib.2.cap.29. Saxonia Pontificibus diſtributa erat, ſeruato tamen Nobilibus in eâ ſuo diſtrictu; *qui nimirùm imperio parere Francorum & Chriſtianæ colere ſacra non abnuerent. Atqui iam inde à S.Bonifacio ea ſuſceperant & inſigni fide tuebantur ſacra Euervvordi maiores. nam* proauus eius & proauia ambo gentiles fuerunt, & per S.Bonifacij prædicationem in itinere quando in Friſiam iuit, vbi & martyrizatus eſt, crediderunt. *Plures alios, etiam illuſtri loco natos, Chriſto in VVeſtphaliâ adiunxit S.Bonifacius. Ita Cleinſorgius, grauis auctor, in MSS.VVeſtphaliæ Annalib. lib.2. ad an.736.* Decedente S.VVi librordo, *inquit*, ſuccedit S.Bonifacius..... qui VVeſtphalorum aliquos conuertit tam his quàm vicinis peregratis prouinciis, (vt auctor libelli de geſtis Waltgeri, & Ioannes de Eſſendiâ teſtantur) & inter ceteros Comitem ab Oſten, vel Oſen, cis Viſurgim, qui ex oppoſito Hameliæ in VVengerberg, ſeu Engerberg habitauit, coniugemque eius; & horum auxilio non ſolùm Fuldæ monaſterium, ſed etiam Hameliæ templũ S.Romano, & in Engerberg S.Dionyſio erexit; quæ templa dein ſub Carolo Magno à Leone Papâ S. Bonifacio conſecrata, vt Ioannes de Eſſendiâ ex Chronico Mindenſi; extantque hac de re in Eccleſiâ Hamelenſi, quæ & Diui Bonifacij dicitur, & in dicto monte VVingenberg antiqua monumenta & veſtigia. *Hæc Cleinſorgius, quæ & Letznerus commemorat, traditq́ Oſtenſem illum Comitem* Bernardum, *coniugem* Chriſtam *fuiſſe appellatam; & ab his Hameliam in monaſterij Fuldenſis ius tranſſcriptam.*

AVCTORE IOANN. GAMANS.

maiores à S.Bonifacio conuerſi

vt & alij nobiles VVeſtphali:

10 *Huius exempli Comitis ſtimulatus eſt fortaßis* Euerwordus, *vt & Freckenhorſti S.Bonifacio Eccleſiam locaret, & Fuldæ in S.Bonifacij cœnobio monachicum habitum ſuſciperet. Quamquàm habebat ille domeſticum incitamentum, quem S. Bonifacius eius proauio reliquerat baculum, qui deinde terræ infixus frondes, flores, fructuſq́ tulerat; ſed poſteà ab ipſo Euervvordo alioúe revulſus, ac Freckenhorſtum tranſlatus: vbi & ſemina eius terræ iniecta ſunt, aut ſurculi fortaßis aliis inſerti arbuſtis; & præſtantiſſimæ pullularunt mali; quo ex genere nullas modò aiunt extare. Oſtenditur autem etiamnum iſthic S.Bonifacij baculus teres, nec pollice craßior, lamellis albicantibus obductus; ſupernè aliâ ligni parte immißâ cum pellucidâ cryſtallo, cui vel Sancti nomẽ, vel reliquiæ incluſæ videntur fuiſſe, quæ oſculandæ venerandæq́ præberentur. Fortaßis tamen baculus hic ad primi ſimilitudinem olim ex aliquâ dictarum pomorum reſectus eſt, aut certè ex oblongâ aſſulâ à prioris illius trunco recisâ dedolatus ad hanc gracilitatem: nam ille in arborem traditur excreuiſſe.*

eius baculus ab iis ſeruatus, creuit in arborem;

idem aut ſimilis nunc Freckenhorſti,

11 *Aliæ præter hunc S.Bonifacij baculum Freckenhorſti aſſeruantur reliquiæ duabus maioribus, ac tribus paruis incluſæ capſis; inſcriptumq́* S.Bonifacij, & Gertrudis Abbatiſſæ, *cuius ſtudio fabrefactæ ſunt, nomen. Vna præcipuè eleganti perpolita opere, inaurato ære tecta. Iiſne præter S.Bonifacij lipſana, S.Theadildis quoque aliqua, & Geuæ atque Euervvordi aſſeruentur, haud potui intelligere, quia eorum indiculus non extat. S.Bonifacij præcipua iſthic viget religio, cuius & natalis ſolenniter peragitur, &* IV.Kalendas Maij, *vt habent citata antè Kalendaria,* in die Vitalis, Puellæ & Canonici Miſſam de S.Bonifacio cantant. & II.Nonas Decembris Barbaræ Virginis. Hodie ad Veſperas Aduentus baculi S.Bonifacij, quem hebdomadarius tenet poſt Magnificat in manibus, & dicit collectam de Bonifacio cum ſociis ante altare. *Nullam iſthic Euervvordi imaginem aut ſtatuam vidi, nullum venerationis ſacræ veſtigium. At Vita Latina S.Thiadildis paſſim* Sanctum & Beatum *vocat; Teutonica* leue, *id eſt*, dilectum.

vbi & aliæ reliquiæ, præcipuè S. Bonifacij.

§. III. *De Geuâ S.Thiadildis amitâ.*

12 *EXtat* B.Geuæ *iuſtâ longitudine ex albo lapide ſtatua, vittata, implexis capillis, pallio oblongo, vt hodie Canonicæ ſolent, togâq́ induta, eius ſepulchro (quod ab humo eleuatum, ſitum eſt in exteriore choro inter ſacellum S.Thiadildis &*

Geuæ ſtatua,

AVCTORE IOANN. GAMANS.

cancellos qui plebem ab eo choro ſecernunt) impoſitæ; cum hac epigraphe:

Corpore defuncta tumulo iacet hoc Geua iuncta,
Huius fundatrix templi, virtutis amatrix:
Quam pia dextra Dei ſanctæ iungat requiei,
Viuat vt in cælis. Hoc oret quiſque fidelis.

In tumuli latere iſthæc ſculpta leguntur:

AI GOT. MINNE GERBODEN:
DE DIT HILETHE SCOP ALLE DELE.

imago

Eadem Geua *ad lævam aræ maximæ, in oſtio armarij, quo reliquiæ fortaſsis aliave recondi ſacrorum ſolita eſt ſupellex, veteri picta penicillo eſt, tunicâ nigrâ talari, ſed zonâ præcinctâ, pallio nigro Canonicarum ritu, deſluentibus in pectus vtrimque lineis tæniis ex albâ lineâ vittâ, capitis tegumento, cum inſcriptione:* GEVA ILLVSTRIS EX FRISIA. *Quæ adſcripta anno* MDCX. *quo picturæ huic nouus color inductus. Ipſius hic ſitus eſt: S. Bonifacio adſtanti templum offert, eius quod nunc extat, formâ expreſſum.*

Canonicã fuiſſe indicans,

13 *Ex hac porrò Geuæ imagine, illaq; ſepulchrali ſtatuâ, facere coniecturam licet, non monachas principio, quod quidam putant, ſed Canonicas fuiſſe ab ipsâ inſtitutione haſce ſanctimoniales, nec enim attonſæ comæ, nec monachilis habitus veſtigium vſpiam eſt. Quid quòd* Puellarum *appellatio ex Ludouici Pij formulâ Canonicarum ferè propria, in citatis libris ritualibus, aliiſq; huius cœnobij litterarum monumentis perpetuò his tributur? Nec quòd velata legatur fuiſſe, continuò ſequitur monacham factam; quod de SS. Aldegonde, Gertrude, VValdetrude alij obſeruarunt.* Geuam *marito monaſticen profeſſo velari & arctioris vitæ legibus adſtringi par erat. Ita trecentis ferè poſt hæc annis in eadem VVeſtphaliâ* Geua *altera,* B. *Godefridi Comitis Capenbergici coniux, eo Prænonſtratenſem ordinem complexo, in illuſtri ſanctimonialium collegio Heruordiæ velata, atque Abbatiſſa creata eſt.*

recentior imago.

14 *Ad dextrum eiuſdem principis aræ latus aſſurgit pyramidis modo decenter faſtigiatum tabernaculum, qualibus ferè in maioribus Eccleſiis recondi venerabilis Euchariſtia ſolet: in hoc olim clara miraculis crux aſſeruabatur. In huius tabernaculi oſtiolo depicta eſt ſanctimonialis quædam canonicali habitu, capite reliquoq; corpore lineis albis amicto, interiore nigrâ tunicâ, ac pallio pellibus fulto. Quam recentiorem veſtitus formam Canonicæ vt ſplendidiorem & decori domus Dei aptiorem, probarunt, vetuſtaq; illi* B. Geuæ *prætulerunt.*

Templum Freckenhorſti renouatum,

15 *Porrò quod eadem* Geua *cum marito templum hîc conſtruxit, id deinde vel reſtauratum vel dilatatum, atque anno 1129. ab Epiſcopo Monaſterienſi dedicatum, teſtatur fonti baptiſmali, qui è ſaxo ſtatuis antiquâ arte circumexſculptis ornatus extat ſub extremum mediani aluei, inciſa inſcriptio:*

dedicatum:

† ANNO AB INCARNAT. DN̄I MCXXVIIII. EPACT. XXVIII. CONCVRR̄. I. PQ. B̄. INDICT. VII. II. NON. IVN. A VENERAB. EP̄O MIMIGARDEVORDENSI EGEBERTO. ORDINAT. ANNO II. CONSECRATV̄ Ē HOC TEMPLVM. *Eſt id templum ſanè amplum in tres diſtinctum partes: prima Chorus eſt, vbi diuina officia peragunt*

eius forma:

Canonici; ſecunda Chorus exterior vtrimque ad latera Crucis formâ diffuſus, cuius læuâ parte ſacellum & ſepulchrum eſt S. Thiadildis, ſupraq; illud odeum Canonicarum; tertia denique ab hac cancellis ſeparata, gremium eſt ſiue alueus baſilicæ totius, in quo baptiſterium. Ad templi ingreſſum alta turris viſitur, vtrimque minores duæ, duæ item ad angulos interioris chori Canonicorum, vbi is exteriori choro coniungitur. Ad ſiniſtrum templi latus iacet vetus & amplum clauſtrum Canonicarum, vbi quarumdam ſunt domicilia, aliarum, vti & Abbatiſſæ, circùm chorum, plateâ interiectâ. Sunt autem Canonicæ præter Abbatiſſam XIV. *ſepteni Canonici vnà cum Decano ex aduersâ templi parte diſcretis domibus degunt; præter quos ſunt & phonaſci cumplures. Diſtinctis quotidie choris Virginum ac Canonicorum, horiſq; diuerſis, diuina peraguntur officia.*

Canonicarum numerus:

vetus ſacellum.

16 *Supereſt etiamnum templum aliud minus, ſiue amplum ſacellum, maiori illi eccleſiæ ferè contiguum ad cœmeterij ingreſſum, & ipſum ab Euermodo conſtructum, à Luberto Epiſcopo conſecratum, deſertum nunc & lacerum.*

§. IV. *De ſanctâ Cruce Freckenhorſti.*

Crux olim Freckenhorſti

17 *Sacroſanctæ huius cæloq; delapſæ Crucis præcipua ſemper fuit* Freckenhorſti *religio, inde in vniuerſam VVeſtphaliam deriuata. Eſt iſthic Staurophylax, quam* Cruitziuffer, *ſiue* Crucis Virginē *vocant, Canonica illius cuſtodiæ præfecta. Viget proprium ſanctæ Crucis officium. Concurrit eò frequentiſſima multitudo preces ac munera offerentium, idq; anno toto,*

concurſus peregrinorum celebri,

ſed præcipuè die Inuentionis ſanctæ Crucis III. *Maij, quæ ſingulari pompâ celebratur, & Crux ſolenniſsimè circumferri ſolet; vti & Feſto Circumciſionis Chriſti, Exaltationis ſanctæ Crucis, SS. Coſmæ & Damiani, S. Michaëlis Archangeli, SS. Criſpini & Criſpiniani, Omnium Sanctorum, S. Ioannis Euangeliſtæ, & aliis quibuſdam diebus, ad quos in citatis ſuprà Kalendariis adſcriptum legitur,* Portatur ſancta Crux, *in publicâ nimirùm ſupplicatione. Qui tamen ritus nunc deſiit, ex eo fortaſsis tempore, quo Bataui Caluiniſtæ in ditionem Monaſterienſem populabundi primùm incurſauêre, & deperdita Crux eſt: cuius loco nunc ſanctiſsimi ligni Crucis Chriſti particula in cultum publicum ſubſtituta.*

deperditæ

eius imagos

18 *Antiquæ tamen illius, palmum latæ, laminis quadris inauratis coagmentatæ, lapilliſq; pretioſis à fronte diſtinctæ, accurata & vetus effigies picta cernitur in oſtiolo tabernaculi, in quo illa olim recondi conſueuit. Appenſæ iſthic quoque ferreæ compedes octonæ, adeptæ crucis veneratione Crucifixiq; beneficio libertatis teſtes: olim tot memorant pependiſſe, vt inde benè longam catenam ſitulis, quibus è puteo aqua hauriretur, colligandis temporum hominumq; iniquitas conflauerit. Neque omnis Cruce deperditâ ſimul illius virtus abſceſsit, aut populi pietas penitùs intermiſſa, votaq; & miracula. Confirmant enim oculati teſtes ſæpius voto facto oblatiſq; donariis infirmos ſanitatem adipiſci, nuper ciuem VVarendorpianum fulcris nixum aduenisse, iiſq; appenſis ad ſuos ſoſpitem eſſe reuerſum.*

miracula per eam facta:

19 *Porrò Crucem hanc de vulgo quidam narrant ad pedes S. Thiadildis per templi fornicem ſubmiſſam; ſed parùm peritè, vt reor, cùm vt infrà dicetur circa belli Liuonici tempora, cui frater illius ipſius Abbatiſſæ, cui oranti erat cælitus oblata, interfuit, id contigerit. Nullum eiuſmodi circa B. Thiadildis ætatem bellum Liuonicum. Gens Saxonum, vt ſcribit* Crantzius Saxon. *lib. 7. cap. 16. & Arnoldus* Chronic. Sclauorum *lib. 7. cap. 9. commerciorū occaſione primùm Liuoniæ fidē intulit poſt annū 1170. auctore ſancti operis præcipuo* B. Meynardo, *aut* Meinero, *Zegebergenſi Canonico, dein Epiſcopo Rigenſi, cuius vitam dabimus* XX. *Maij: dein expeditio à cruce ſignatis ſuſcepta aduersùs rebelles, ſub Bertholdo Antiſtite, ac tandem ſub Alberto Pontifice tertio eiuſdē Sedis inſtitutus Ordo Equitum Liuonicorum, quibus gemini decuſſati enſes & nomen & inſigne præbuerunt: ac fuêre inter primos illos Equites VVeſtphali & Friſones multi.*

quando primùm ſanctimonialibus oblata.

VITA
Ex MS. Freckenhorſtenſi.
CAPVT I.
Monaſterij Freckenhorſtenſis origo.

1 IN tempore Sereniſſimi a Regis Lodewici Iunioris fuit quidam vir laicus, nomine Ewerwordus, vitæ imitabilis, qui ſicut ſecundùm ſeculi dignitatem nobiliſſimis ortus natalibus extitit, generis non infimi, nomine Geuam, vxorem duxit admodùm formoſam, ingenioſam, ſapientem, in pauperes clementē, & quod omnem humanam excedit laudem, ex intimo corde Deum timentem b. Plurimarum itaque familiarum & innumerabilium poſſeſſores agrorum ambo fuerunt, qui ex parentibus iam defunctis ſuo dominio ceſſerunt. Sed ſecundùm Apoſtolum, tamquàm nihil habentes & omnia poſſidentes, vigiliis, ieiuniis, orationibus intenti, dominiq́ue non ſerui diuitiarum, quia filios carnales non habuerunt, multos ſpirituales filios

a

b Euerwordus cum Geuâ vxore ſanctè viuit. 2. Cor. 6. 10.

filios & filias ſibi fecerunt, eiſque (ſicut vſque hodie apparet) facultates ſuas, vt iuſtitia eorum in ſeculum ſeculi permaneat, diſpendentes dederunt.

2 Sed cùm omnipotens Deus fidelis ſerui ſui Ewerwordi ſeruitia vellet remunerare, & adhuc quibus modis placandus eſſet propenſiùs reuelare, contigit quòd eius ſubulcus, cui nomen erat [c] Freckyo (de cuius nomine etiam hodie [d] Freckenhorſt nomen impoſitum eſt loco) ſuos porcos, quorum innumeram habuit multitudinem, in nemore glandifero autumnali tempore pauit: eoſque iam ad veſperam ſaturatos circa caſam ſuam, quam in eminentiori loco in quodam colliculo conſtruxit, ibi ſeruandos, ne aut fures diriperent aut beſtiæ deuorarent, collocauit. Cumque ſic deuotè fideliterque domini ſui ſeruitio non laſſaretur intendere, Deus omnipotens, qui fidem dedit, & non ſolùm ſibi ſed etiam dominis terrenis ſeruare inſtituit, qui aliud quidem vas in honorem & aliud in contumeliam de eadem maſsâ potens eſt facere, vt ſe etiam fidelitatem innoteſceret diligere, per hunc tam vilem & incultum, ſed tamen fidelem ſubulcum, magnum quoddam miraculum dignatus eſt primùm oſtendere. Nam cùm quadam nocte expergefactus præ cauſsâ gregis porcini dormire non poſſet, magnum quoddam lumen, quò nemus erat denſiſſimum, & vbi nunc honeſtiſſimum conſtructum eſt monaſterium, vidit: ſed ſicut viris ſimplicibus ex naturâ eſt non alta ſapere, ſed commiſſo ſibi vſquequaque timere, fures aut latrones gregi ſuo inſidiari pertimuit.

c *d*

Eius ſubulco Fricconi noctu cæleſte lumen oſtenſum:

3 Quod cùm ſæpiùs fieret, & luminis claritas magis & magis per ſingulas noctes continuatim ſplendeſceret, & gregi ſuo prædatores accedere timeret; nec quid eſſet propiùs aggrediendo experiri auderet, nam in die cùm acceſſit nihil præter arbores & denſiſſima virgulta inuenit; *e* villicus domini ſui quadam die ad eum venit, ac ſi iam porcos obſeruaſſet interrogans, omnem & timoris ſui vehementiam & nocturni luminis perſeuerantiam adhuc tremulis verbis audiuit. Ac villicus, ſicut mentis erat prouidæ, & qui dominum ſuum timoratum non ignorauit, (quia quiſquis dominus, ſiue bonus ſiue malus ſit, ſibi morigeros quærit miniſtros) quantocyùs hæc illi gaudens nuntiauit.

e

quod à villico ſibi relatum,

4 B. Ewerwordus poſtquàm omnia audiuit, Deo immolans ſacrificium laudis rem tacitus conſiderauit, & ipſe in ſecretariâ perdurans oratione, vt ſi quid diuina largitas miſericorditer cœpiſſet, ſuum peccatum impedire non poſſet, fidiſſimos lateris ſui milites miſit ad experiendum. Et multò clarius lumen quàm vel ſubulcus villico, vel villicus nuntiârat domino, oculis intuendo nocte experti ſunt, dominoque ſuo cum timore magno redeuntes, verè ſanctum eſſe locum eumdem, & abſque dubio multorum ibi ineſſe Sanctorum reliquias, affirmando conteſtati ſunt.

ac per alios exploratũ,

5 At ille ad diuini operationem miraculi ambas manus præ gaudio flens & eiulans expandit, nec vltrà morandum ratus, cum omnibus inquilinis ſuis, qui tunc ad manus aderant, in prædictum colliculum deificum viſum ire miraculũ perrexit. Cùm ergo tentorium ſuum extendiſſet, & nox tenebroſa rebus humanis faciem abſtuliſſet, ecce iam, non vt antè in nemore ſolebat, ſed de cælo lumen in modum mirificæ domus per omnes circa regiones fulgebat, & per medium lumen quædam hominis imago deſcendens, quaſi quodam funiculo fundamentũ templi ſecundùm ſupra viſi luminis exemplar metiebatur; ſicut & in ſequenti die apparuit, quia omnia arbuſta & arbores, quaſi fulmine eſſent tactæ, viſæ ſunt *f* ambuſtæ: vt apertiſſimè & tunc daretur intelligi & nunc quòd Deus cæli inhabitator illum locum in gloriam & laudem ſuam elegiſſet, ac quòd omnium in eodem loco ſibi ſeruientium, & nomini ſuo iuſtè ſupplicantium, adiutor & protector eſſe voluiſſet.

ipſemet ſpectat,

& in eo S. Petrum templi ichnographiam ſignantem;

f

6 Claritas autem luminis ferè vſque ad diem perduravit, & tam diu B. Ewerwordus in oratione, vt quod Deus incepit, perficeret, perſeuerauit. Sed in ipſius diei crepuſculo ſopor ſuper eum irruit, vbi proſtratus in oratione iacuit, & vox cælitus delapſa ad eum ſic dixit: Ego Petrus Apoſtolus, vt ſapiens architector fundamentum poſui; tu autẽ videas quomodò ſuperædifices. Et ille mox expergefactus debitas Deo laudes perſoluit, & abſque morâ [g] Lutbertum Epiſcopum, qui tunc temporis Mimigardefordenſi præerat Sedi, adiit, eique omnia per ordinem indicauit, atque eius auctoritatiuo conſilio arbores præcidit, truncos omnes & radices funditus exſtirpauit, & nomini Domini oratorium ædificauit, quod poſtmodùm præfatus Epiſcopus in honore S. Petri Apoſtoli dedicauit. Sed adhuc quoddã reſtat miraculum, quod non arbitramur ſilendum. Quia dum ſtructores foderunt fundamentum, ſilicem, cui hominis impreſſum erat veſtigium, in imo inuenerunt, quod S. Petri eſſe non dubitantes, vſque in hodiernum diem ob ſignum Apoſtolicæ apparitionis in eodem oratorio [h] ſeruauerunt.

à quo in ſomnis monitus

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

g templum ſtruxit,

reperto in ſtructores fundamentis S. Petri veſtigio;

h

7 Poſtquàm autem Deus B. Ewerwordi in ædificato dedicatoque oratorio voluntatẽ adimpleuit, iam maiori deinceps deſiderio in eius flagrare ſeruitio cœpit; nec ab incœpto deſtitit, donec in circuitu oratorij refectorium hiemale & æſtiuale, hypocauſtorium, cellarium, domum arearũ, coquinam, granarium, & dormitorium, & omnia neceſſaria habitacula ædificauit; & duodecim tunc primùm ſanctimoniales, ſuâ pecuniâ litteratas inibi Domino & S. Bonifacio perpetim ſeruiendum aggregauit.

dein monaſterium ſanctimonialium.

a Ludouicus *hic aut* Ludouici Pij *filius eſt, qui an.* 876. *regni* 37. *deceſſit, aut eius filius* Ludouicus, *cui Francia Orientalis, Thuringia, Saxonia, Friſia, Lotharingia parebant, deceſſitq; an* 882.

b *Addit Vita Teutonica:* ita vt totâ prouinciâ publicâ famâ celebraretur.

c *Affinia in Fuldenſium Traditionibus à Piſtorio editis nomina,* Fricco, Fricceo, Fricconi *lib.* 2. *&* *lib.* 1. Fricken *&c.*

d *Vocabulum* horſt *proprium ferè VVeſtphalis & vicinis inferioris noſtræ Germaniæ populis, quibuſdam vniuerſim locum ſignificat alicui ſiue homini ſiue pecudi familiarem, in quo plerumque verſatur: at Cornelius Kilianus & plures alij fruteta interpretantur; alij denſius nemus; alij mapale ruſticanum; alij locum ruſticanæ alicui multitudini communem, vt paſcua, ſiluam &c. Foueis quoque & aggeribus agrorum collimitaneorum* hurſt *in Imperij iuribus accenſeri nonnumquàm legitur.*

e *Teutonicè,* de voget vnde de Meyer, *Prætor, Præfectus.*

f *Simili modo arbores virtute diuinâ proſtratæ S. Ludgero Epiſcopo Monaſterienſi locum VVerdenſis ad Ruram cœnobij extruendi deſignarunt. Sic Vinnenberg monaſterium Virginum ordinis S. Benedicti trium horarum ſpatio diſtans Freckenhorſto viſus S. Ioannes Baptiſta cum ſanctâ Dei parente deſcribere rubrâ faſciolâ ſericâ, cœnobij quæ ibidem intra Virginis eiuſdem ſtatuam aſſeruata, Batauorum incurſione deperdita eſt. Et trans Lupiam flumen in Marchia Comitatu prope Menden oppidum, poſt annum* 1225. *B. Menrico ex Lubecenſi Canonico anachoreta, multis Proceribus præſentibus, claro die lucida nubes crucem auream complectens, ſpatium ædificandi ſanctimonialium ordinis Ciſtercienſis cœnobij deſignauit; de quo nos ad Menrici vitam* 20. *Iunij. Huc ſpectat Niuis miraculum, quod anniuerſariâ ſolennitate* 5. *Aug. celebratur.*

Templi aut ichnographia calitus deſignata.

g *Alijs* Hubertus *dicitur. fuit quartus Monaſterienſis Epiſcopus.*

h *Teutonica Vita habet, eum lapidem adhuc in hodiernum diem aſſeruari. Nulla Freckenhorſti ſupereſt illius memoria.*

CAPVT II.

S. Thiadildis educatio.

8 IPſis namque caſtis coniugibus, ſicuti ſuprà retulimus, liberi non fuerunt, ſed B. Geuæ neptim ex fratre Thiadildam in adoptiuam filiam ſibi aſſumpſerunt, & eam ex paterno & materno affectu diligentes quaſi ſuam nutrierunt. Quadam nimirùm die contigit, quòd B. Ewerwordus dorſum, in quâ puellula nutriebatur, quodam caſu ingreſſus eſt, & nutrice eius ob quoddam commodũ ſuum egreſsâ, infantula in cunabulo iacuit, quæ tunc primitus greſſus formare cœpit, [a] & pulchris malis, quæ ei ad ludendum, ne fleret, tulit. Sed vt ipſum vidit, qui priùs eam ad ſe multiformi adulatione aſſue-

S. Thiadildis ab Ewerwordo adoptata,

a infans in feruentem aquã lapſa,

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

fecit, toto conamine de cunabulo ad eius ſatisfactionem ridendo & ludendo prorupit. Et (heu!) quodam miſerabili modo caldaria nouiter de igne remota, de cuius feruefactione cereuiſia erat conficienda, iuxta cunabulum ſtetit, & interim dum ad eius amplexum feſtinauit in feruentem caldariam toto corpore incidit. Ipſe verò currens flendo & eiulando pro mortuâ extraxit, terræque pronam depoſuit.

9 Mox autem vt ad amitam infantulæ, ſuam videlicet coniugem [b] peruenit, rem ei miſerabilem lacrymis perfuſus faciem indicauit: & ambo communi conſilio, pariqúe voto, ſe in orationem proſtrauerunt, & Deo eam ancillam in eodem loco perduraturam, ſi vitam ei & incolumitatem redderet, deuouerunt. Sed mira res, noſtriſque temporibus inaudita, per miſericordis Dei largitatem euenit, ſeu quòd ipſe quid de infantulâ poſtmodùm eſſet facturus oſtenderet. Quia ſurgentes ab oratione, anteqùàm nutrix reueniret, quaſi leui ſomno ſoporatam inuenerunt; leuanteſque de terrâ ſenſim excitauerunt, ac lauerunt, & nihil omnino læſionis, nec cicatricis quidem locum, in omni corpore inuenerunt; ſed ita incolumẽ atque iocundam, ac ſi nihil cuiuſquam infirmitatis pateretur, receperunt. Quale gaudium, qualis lætitia, qualiſque eſſet præ gaudio fletus, quantæque Deo laudes reſonarent ab omnibus qui viderunt & audierunt, nobis dicendum eſſet impoſſibile, & nunc audientibus incredibile. Et niſi tam veraces anteà in omnibus prædicti coniuges experti eſſent, dum nihil læſionis aut næui in corpore puellulæ inueniſſent, minimè eis credidiſſent. His itaque geſtis rumor de ſanctitate & virtute Ewerwordi per omnes circa prouincias exiit, & optimi quique filias ſuas Domino ſanctoque Bonifacio ſeruiendum, eumdem locum deſtinauerunt.

precibus Geua & Euervvordi incolumis reperitur.

b

a *Clariùs in Teutonicâ Vitâ:* pulchrum pomum manu geſtabat, qualia infanti, ne fleret, ferre ſolebat.

b *Eadem Vita:* vt id ad Geuam delatum, eique accurrenti Euervvordus factum expoſuit.

CAPVT III.

Euervvordus & coniux ſeculum relinquunt.

10 SEd ille qui præmia cæleſtia & manſura deſideraſuit, terrena & caduca reprobauit. Nec immemor Apoſtolici ſermonis, qui ſe dicit Chriſti ſeruum non eſſe, ſi adhuc hominibus quæreret placere, laudes humanas cœpit iam fugere, & in ſecretæ orationis ſoliditate perſiſtere, coniugique ſuæ non ob amaritudinem odij, ſed vt minus poſt diſceſſum ſuum de ſe haberet deſiderium, moleſtior grauiorque apparere. Quod autem iam dudum per Spiritus ſancti inſpirationem corde concepit, diutius celare non potuit: ſed die quadam ſe ad iter agendum præparans, acceſſit ad coniugem ſuam in ſecretum quemdam locum, petiuitque obnixè vt quodcumque poſtularet, ſibi nullo modo negaret. Illa verò iam non modicè permota, quòd tam humiliter, ſicut non conſueuit anteà, peteret, reſpondit, ſi quid voluiſſet, & quid ſuæ poſſibilitatis eſſet, vt impetrare potuiſſet. Et ille, Hoc, inquit, peto à te, vt ſacro velamine velata, Deoque conſecrata, hîc te pro peccatis meis atque tuis ad Deum intercedens, in eius ſeruitute ſanctique Bonifacij vſque ad tuæ finem vitæ velis perdurare. Hoc itaque dicens, oſculo ei nouiſſimo dato, omnem hæreditatẽ ſuam in tres partes diuiſit, duaſque Deo & S. Bonifacio tunc ſeruientibus & pòſt ſeruituris, tam iure fori quàm iure cæli, ſanctimonialibus tradidit: Dominiciqúe impletor præcepti, ſemetipſum abnegauit, & crucem ſuam tulit, & Chriſtum ſecutus eſt; Fuldamque iens, vbi S. Bonifacius corporaliter requieſcit, tertiam partem pro ſui ſuſceptione, animæque ſuæ requie, ibidem tradidit; & omnibus quæ habebat renuntians, verus Chriſti diſcipulus monachicum habitum induit, & veraciter monachus in omni ſanctitate, reuerentiâ, caſtitate exemplabilis vitæ perdurans, tandem ibi vitam finiuit.

Euervvordus ſanctiùs viuit:

vxore conſentiente,

abdicat ſe bonis,

& fit Fulda monachus;

11 Beata autem Geua poſtquàm ad ſe rediit, præ ſubiti ſui diſceſſus dolore ſopita, fecit ſicut rogauit, & eumdem locum Regi Ludouico regendum commendauit, & ab Epiſcopo, qui tunc temporis erat, velata Deoque conſecrata fuit, vſque ad finem vitæ in prædicto Freckenhorſt monaſterio, in obedientiâ & in omni monaſterialis vitæ exemplo perſeuerauit, quæ coronam æternam mereatur. Occubuit autem VI. Nonas Maij.

illa ſanctimonialis Freckenhorſti:

12 Dubium non eſt permultos mirari, cur prædictus beatus vir Ewerwordus poſſeſſionem ſuam Virginibus S. Bonifacio famulantibus tradidit, cùm nullum aliud monaſterium in his regionibus Virginum illi attitulatum ſit. Sed ſi veritas ipſa requiratur, quapropter fecerit apertiſſimè declaratur. Proauus eius & proauia ambo gentiles fuerunt, & per [a] S. Bonifacij prædicationem in itinere quando in Friſiam iuit, vbi & martyrizatus eſt, crediderunt; & tam ſincerâ caritate proauiam eius dilexit, vt ei etiam baculum itineris ſui dederit, & quaſi ludens diceret: Hic baculus imbecillitates tuas ſuſtentabit, & quando finis vitæ meæ aduenerit, ſignum tibi quoddam miniſtrabit. Sic itaque factum eſt poſteà: nam vt audiuit eum iam martyrizatum, & ſanctiſſimum corpus eius ad Maguntiacenſem Sedem reuectum, ſe protinus in orationem, vt tam ſancta anima interueniret pro ſuâ, dedit; & baculum quem pro memoriâ eius ſemper geſtare conſueuerat, in terram fixit; ſed mox, vt ab oratione, quam flens largiter fudit, ſurrexit, baculus, ſicut ſanctus vir prædixit, ſignum dedit, virorẽ recepit, radices altè in terram miſit, floruit, fructum dedit; & melioris mala generis (nam de arbore malo baculus præſciſſus fuit) nec temporibus illis nec poſtmodùm noſtris ab hominibus viſa ſunt vel guſtata *b*.

a Euervvordi maiores à S. Bonifacio conuerſi:

proauia donatus ab eo baculus

terræ infixus frondeſcit in arborem:

b

13 Eâ namque de cauſsâ hæreditatem ſuam Deo & S. Bonifacio ſeruientibus tradidit Virginibus, quia primi Chriſtiani parentes ſui ad doctrinam eius peruenerunt, & de tam admirabili ſigno, ſicut prædictum eſt, filios ſuos & filias, & item ſui ſuos, vſque dum ſucceſſio generis ad eum peruenit, quem aridus ille baculus & poſteà virens euidenti exemplo myſticè ſignificauit..... Beatus quippe Ewerwordus virorem recepit, quia dum ſterilis carnalibus deſperaretur de filiis, ſicut ſuprà retulimus, multos Deo filios ſpirituales genuit: radices miſit, quia tam forenſi quàm cæleſti iure firmauit, quæ pro animæ ſuæ memoriâ eis bona ſua tradidit: floruit, quia in proſperis & in aduerſis ſemper eodem vultu lætus & hilaris permanſit: fructum dedit, quia non ſolùm monachos & clericos, ſed etiam laicos ad benè viuendum, ſeculum relinquendum, Deum ſequendum, ſuis ſanctis exemplis informauit. Melioris itaque generis poma, nec hominibus ex tunc aut nunc viſa ſunt nec guſtata, quia vitâ regulari, quam ſanctimonialibus canonicè degentibus inuentam inſtitutionem viuendum inſtituit, ſic de temperantiâ, quæ inter quatuor virtutes eſt optima, æquâ lance eſt moderata, vt nec fortiſſima ſit diſſolutiſſima, ſed adhuc (Deo gratias) inter multas conuerſationes à vero deuiantes, & inter ſe diſcordantes, ita eſt conſeruata, vt primùm eſt data, patrono eorum S. Bonifacio precibus patrocinante, & Domino Ieſu Chriſto Rege Regum præſtante, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit, gloriatur, & cuius regnum numquàm terminatur, Deus Deorũ per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

ea ſymbolum ipſius Euervvordi.

a *De* S. Bonifacij *prædicatione apud Friſones, cade, tranſlatione, agemus ad eius vitam 5. Iun.*

b *Addit Vita Teutonica:* Eiuſdem tamen generis mali ſunt hodienum in horto clauſtri Freckenhorſtani, quæ omni anno flores fructuſque reddunt. Item baculus S. Bonifacij tam prodigiosè efflorescens adhuc Freckenhorſti aſſeruatur, ornatus pretioſis lapidibus & argenteis laminis obductus. *De baculo & arboribus ſuprà egimus.*

CA-

CAPVT IV.

S. Thiadildis virtutes, obitus.

14 REstat adhuc de S.Thyadildâ grandis sermo & nostri ingenioli difficilis ad dicendum; sed eius sanctitas fiduciam nostræ paruitati tribuit, vt de magnis virtutibus eius vel modicum quid habeamus scribendum. Quis enim vllius humanæ scientiæ vel sapientiæ tam litteratus inueniri potuisset, qui vitam moresque eius summatim scribendo perstringeret, cùm nulla dies præteriret,postquàm se post annos infantiæ Dei seruitio subdidit, quam non illa nouis virtutibus decoraret? Quod docuit,fecit; quod alias monuit, in se quasi speculo ostendit; quod præcepit in suis, prior operibus adimpleuit, solaque his modernis temporibus inter homines Angelicam vitam duxit, & velut sidus eximium, omnibus post eam sanctimonialibus vita viuendi illuxit, & spectaculum Angelis & hominibus effecta, omnibus spiritalibus ornamentis decorata, quæ Christi thalamũ, postquàm eius carnis debitum exoluit, ingredi inuenta perfecta est. Et fuit prima Abbatissa huius conuentus, quæ circa diuina officia,& sacramenta Ecclesiastica deuotissima fuit; tandem in pace quieuit. Obiit ipso die Aldegundis Virginis. Sepulta in capellâ suâ subtus chorum Puellarum [a].

Thiadildis sanctissima vita,

obitus.

VERS. Aldegund huncce diem da sibi Christe quiem,
Cui precibus siste Virgo Maria pia.

15 Sed iam de inuentis eius tempore aliquid dicemus, vt legentes & audientes, siquidem humanæ impossibile fragilitati euitare culpam, peccare contigerit, minùs in desperationem incidant,& peccatorum remissione confidant, si ea quæ deliquerint dignis pœnitentiæ fletibus emendare contendant.

a *Addit Vita Teutonica, euidens argumentum, quòd æternâ beatitudine perfruatur, id esse quòd eius sepulchrum continuò de loco recedat.* S.Modesti *sepulchrum in Carinthiâ, vico Saal prope Clagenfurtum oppidum, pari modo sensim tantùm à priore loco recessit, vt cùm olim columnam contingeret, hodie haud exiguo ab eâ interuallo distet, transitumq; peregrinis pandat. At* VValcandi *Episcopi Leodiensis, virî laudatissimi sepulchrum similiter commouetur, in pago qui* Serenus campus *vocatur, plebi imperitæ* Streinchamp, *quasi* Stramineum campum *dicant; qui pagus prope Marchiam oppidum in Famennâ ditionis Luxemburgensis, iacet.* Ioannis Lanspergij *quoque, pissimi viri, tumulus in Carthusiâ Colonienſi, cuius fuit alumnus, traditur die anniuersario mortis eius tertiùm aliquando in altum sucuti solutus.*

Sanctorum hominum sepulchra vltro mota.

CAPVT V.

Reuelatio sanctæ Crucis in Freckenhorst.

16 ANtiquorum temporibus extitit quædam venerabilis Abbatissa, quæ præerat cuidam congregationi, & ita honorificè in omnibus rexit Ecclesiam suam, quòd perfectio talis congregationis diuulgata erat per vniuersum mundum.Hæc itaque nobilis Abbatissa nil agere solebat præter seruitium Dei, & die noctuque orationi incumbere. Cùm itaque deuotam se haberet in diuino officio, gratiâ Spiritus sancti largiente tale desiderium cordi infusum est, quòd sine intermissione deprecabatur diuinam clementiam, quatenùs dignaretur ei tales reliquias largiri,per quas Ecclesia sua munita ac ditata esset quamdiu persisteret. Die autem quadam cùm deuotiùs orationi insisteret, repentè per testudinem templi sancta crux cælitus missa cecidit ante pedes eius super pauimentum,quasi ceræ esset impressa, ita quòd omnes lapides, qui positi erant in sanctâ Cruce, apparerent in pauimento. Cumque venerabilis Abbatissa hæc cerneret, gauisa est gaudio magno, & confestim vocari fecit Presbyterum, qui eamdem Crucem super altare cum summâ veneratione collocaret: quam etiam ipsa cum vniuersâ congregatione suâ in maximo honore habuit quamdiu vixit.

Crux cælitus missa.

Freckenhorsti honoratur:

17 Quodam tempore contigit fratrem ipsius sanctissimæ Abbatissæ venire ad eam visitationis gratiâ, & cùm considerent & diuersa ad inuicem conferrent,tandem ei conquestus est, quòd propter multimodam dissensionem & diuersa prælia,prædia & reditus suos amisisset. Tunc venerabilis soror ipsius indicans affectu magno apud se reliquias habere, quas si secum deferret, absque dubio hostes suos deuinceret, insuper omnia bona sua reciperet. Tunc ille instanter petere cœpit, vt nullatenùs sibi denegaret, quin easdem reliquias ad tempus sibi concederet; posuitque fideiussores sexaginta milites, quòd prælio pacato restitueret ei pignora sua. Tandem victa fratris sui precibus, eamdem crucem honorificè tulit, fratrique suo tradidit, qui lætanter suscipiens multis diebus apud se detinuit,omnesque hostes suos debellauit. Cumque considerasset quòd omnia prosperè sanctæ Crucis virtute succederent, inito consilio qualiter eamdem Crucem apud se perpetuò detineret,à militibus suis [a] diligenter inquisiuit. Qui dixerunt: Consilij nostri est, si tibi placuerit, vt votum soluas, sanctamque Crucem ad locum suum deferas, constituens ad hoc milites, qui repentè cum violentiâ rapiant, & cum eis deducant; quod & factum est. Cumque venerabilis Abbatissa cerneret quòd tantis priuata esset reliquiis, turbata est vltra quàm credi possit; vnde & lecto decubuit, & post tempus breue de hoc seculo migrauit.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

victoriam contra hostes impetrat:

a

vi erepta,

18 Post hoc frater eius compunctus corde Liuoniam perrexit, & sanctam Crucem secum asportauit,ibique in maximâ veneratione colebatur ab omnibus ibidem habitantibus. Contigit autem quodam tempore dum Sacerdos ante altare staret, Missamque celebraret, hostesque ciuitatem illam vallauerant; cumque tantus clamor factus esset in ciuitate eadem, Sacerdos territus indumenta exuit, & sanctam Crucem super altare relinquens velociter ecclesiam exiuit. Erat autem in ecclesiâ eadem nomine Legwich, ad quem mox facta est vox cælitus, vt quantocyùs ad altare accederet, & crucem quam ibidē inueniret in peram suam reponeret, atque ciuitatem egrediens ad quoddam cœnobium, quod Freckenhorst vocatur, deferret. Ille verò cum maximâ festinatione, quæ sibi iniuncta fuerant, implere cupiebat. Cumque egressus ciuitatē fuisset, & ad quemdam pontem venisset, multitudinem virorum ibidem inuenit, qui omnes transeuntes diligenter perscrutarent, quis eorum sanctam Crucem abstulisset.Prædictus verò Legwich in tantâ necessitate constitutus diuinam clementiam inuocabat, & mox eo vidente sancta Crux in fonte prosiliit. Illi verò qui pontem obseruabant, ipsum tenuerunt, & diligenter examinatum abire fecerunt. Ipse verò vlteriùs progrediens quasi per dimidium milliare, iterum sanctam Crucem in perâ suâ reperit, & cum maximo gaudio pergens in quamdam ciuitatem introiuit.

inde diuino monitu aufertur.

in Liuoniâ defertur:

non sine miraculis:

19 Vespere autem facto, domum cuiusdam viduæ intrans hospitium petiit,eique sanctam Crucem seruandam commisit. Nocte autem illâ prædicta vidua in loco vbi sancta Crux seruabatur vidit cereos flagrantes, & Angelos audiuit de cælo canentes. Manè autem facto prædictus Legwich sanctam Crucem sibi reddi petiit, quæ nullâ ratione consensit. Ille verò videns quòd tam pretiosis pignoribus esset priuatus,flens & eiulans viam suam ibat, & sanctam Crucem deuotissimis precibus exorabat, si diuinitus esset prædestinatum, quòd eam oporteret deferre ad prædictum locum, vt iterum sibi restitueretur; & respiciens cum magnâ fide & deuotione in peram suam sanctam Crucem sibi redditam inuenit. Tunc laudans & benedicens Deum peruenit ad quamdam villâ non longè à Freckenhorst positam, ibique sanctam Crucem relinquens, cum magnâ festinatione vsque ad cœnobiũ Freckenhorst locum istum properabat, & omnibus hîc habitantibus de reuelatione sanctæ Crucis manifestauit. At illi omni dilatione postpositâ cum crucibus & reliquiis venerunt, & sanctam

in itinere vi detēta,

diuinâ virtute restituitur:

honorificè accipitur in Freckenhorst.

AVCTORE ANONYMO, EX MSS.

ctam Crucem cum maximâ veneratione ad cœnobium iſtud perduxerunt: vbi vſque hodie permanens multa ſigna & prodigia operatur, & ab innumerabili turbâ quæritur & colitur; quam omnes meritò veneremur & amemus, vt cum Chriſto in æternum gaudere mereamur, Amen. b

b

a *Addit Vita Teutonica, ſexaginta equites fuiſſe.*

b *In MS. ſequebatur indiculus indulgentiarum, quas varij Pontifices ei loco contulerunt.*

AD XXXI. IANVARII.

DE S. GEMINIANO EP.

Ag.1096. col. 1. num.3. lin.17. poſt deſtructæ Claſſi, *adde* [*Contulimus Mombritij editionem cum MS. codice cœnobij Bodecenſis Canonicorum regularium in VVeſtphaliâ, ex quo poſtremum caput adiecimus.*

Pag.1097.col.1.nu.1.lin.12. ſolatio, *corrige,* ſolio.

Ibid.nu.3.lin.18. petaſum, *corrige,* [petalum.

Ibid.col.2.nu.5.lin.19. nihil in eum ſuum, *corrige,* [nihil in eo ſuum.

Ibid. poſt cap.1.ad nu.4.lin.2. ad Summum Pontificem, *adde:* [*d MS.Bodecenſe habet,* ad Patricium.

Pag.1098.col.1.nu.6.lin.penultimâ, alterum nullum tanti meriti fore, quàm Geminianum iſtum; *corrige* [nullum tanti meriti fore Geminianum, quàm iſtum.]

Ibid.nu.7.lin.20. Huiuſcemodi legatione reuelatâ,] *corrige:* [Iſtiuſmodi legationis relatu.]

Ibid.nu.8.lin.1. ſanè, *corrige,* [E contrà.]

Ibid.nu.10.lin.1. inſtitutione, *corrige* [interſtitio.

Ibid.col.2.lin.7. poſt excluſiſti: *adde* [ſufficiat, quòd nos in profundo pelagi ſuperaſti.

Ibid in fine litt. b adde [*MS. Bodec. pro* ſolaria, *habet* ſola.

Pag.1099.col.1.lin.33. martyrio] *corrige* [adminiculo.

Ibid. nu.14.lin.3. pro Quare] *repone* [Excubabat namque ante.]

Ibid.col.2.nu.15.lin.31. poſt feciſtis me, *adde:* [Nam in ſanctâ Mutinenſi eccleſiâ eram,] *& expunge annot. d.*

Pag.1100.col.2.annot. e, poſt, vocat Petrus, *adde:* [*& MS. Bodecenſe. Poſt illud cap. adde ſequentia.*

CAPVT V. *Ex MS. Bodecenſi.*

Mutina iterum ope S. Geminiani liberata.

18 QVia tanti Patris noſtri, prout potuimus, vitam ſtyli leuitate tranſegimus; libet quoque de ſitu vrbis, quam gubernandam ſuſceperat, aliquid veraciùs enucleare. Vt enim antiquorum relatione comperimus, ipſiuſque ciuitatis ruinæ teſtantur, eadem Mutina magna quondam effulſit & inclyta inter Æmiliæ vrbes, locuples & fertiliſſima, ædificiis murorum, & turrium propugnaculis admiranda, fœcunda terris, planitie incomparabili glorioſa, montanis vicina, & per omnia fructifera, nauium etiam conuenticulis vndique condecorata; inſuper omnis gentilitatis cærimoniis dedita, cultui Herculis & Dianæ, Apollinis quoque & Mineruæ, ceterorumque numinum longo tempore ſubacta permanſit. Sanè ad Chriſti culturam toto mundo confluente, eadem ciuitas per ſanctorum Apoſtolorum ſucceſſores Domini fidem recipiens, vanam idolorum reſpuit fœditatem, ac ſanctorum prædicatione Sacerdotum amiſſam diu cæli requirere cœpit hæreditatem. In quorum catalogo Confeſſorum beatiſſimum Geminianum fide Chriſti perfectiſſimum, moribus reuerendum, virtutibus coruſcum, in ſuo territorio natum & nutritum, Dei ordinatione ſuſcepit Epiſcopum, temporibus Iouiani Imperatoris; à quo cæleſtis vitæ pabulo recreata, Sanctæque purgationis fonte purificata, ſuperfluam idolorum ſeruitutem reliquit, & ſuaui iugo Chriſti rigida colla ſubegit.

Mutina vrbs præclara, idolis dedita,

ad Chriſtū per S. Geminianum & alios conuerſa;

19 Si quis verò requirat, vt quid non eiuſdem ciuitatis operoſa monſtrentur ædificia, ſpectaculo hominum condigna, Capitolia quoque, vt in aliis vrbibus aſſolet, triumphalia; veridicâ ei reſpondetur aſſertione, quòd in eadem vrbe, dum viguit, antè multiformia lapidum inſignia, innumera etiâ fuêre præſtigia: ſed hæc omnia per nimiam aquarum inſolentiam enormiter occupata, excreſcentibus ſtagnis & paludibus omnino ſunt ſubmerſa. Deprecemur itaque Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt per interceſſionem ſanctiſſimi Confeſſoris ſui Geminiani, cuius inibi ſanctum corpus ambitur, ab omni viſibilium hoſtium incurſu potenti dexterâ ciuitas iſta defendatur, ſicut in ſubſequente miraculo factum eſſe per meritum ipſius agnoſcitur.

multùm aquarum eluuione deformata;

20 Hungarorum ſæuiſſimam & penè omnibus metuendam gentem, quam ex horrendo Scytharũ genere originem duxiſſe comperimus, in noſtris tribulationibus crudeliſſimam experti ſumus a. Hæc namque, communi plebium promerente facinore, à parte Aquilonari Italiam ingreſſa, Foroiulienſi vaſtato Veronam vſque tranſiliens, omnemque regionem inauditâ feritate depopulans, cuncta firmiſſima vrbium mœnia, & quæque murata, nullo reſiſtente, inuaſit oppida. Itaque lues illa, non dico certaminis, ſed inſoliti funeris, quo omnis ſimul corruit Italia, (heu!) magnificâ potita victoriâ, cùm, permittente Domino, omne Latium obtinuiſſet, & incredibili depopulatione omnia circumquaque poſita caſtella luſtraſſet; tandem ad Mutinenſe deuenit Epiſcopium, quo ſanctiſſimi Patris Geminiani requieſcit corpuſculũ. Siquidem Antiſtes eiuſdem loci cum omni plebe tam Cleri quàm populi, horrifico eorum metu compulſi, fugæ præſidium quæſierant, & ſacroſanctum corpus viri Dei vnà cum Eccleſiæ ornamento moribundi dimiſerant. Sed licèt fuerit ab hominibus incuſtoditum, Chriſti tamen manſit potenti dextrâ defenſum. Sanè ſæuientes Hungari ciuitatem ingreſſi, ipsâ penitùs perluſtratâ, nec in aliquo læsâ, tandem ad eccleſiam veniunt, ibique per aliquod diei ſpatium commorati, cùm nihil voluntatis ſuæ, occultâ quadam virtute prohibiti, poſſent explere, vrbem per omnia intactam ad vltimum reliquêre. Et (mirum dictu) ſic iam defunctus glorioſus Pater Geminianus ab Hungaris ſubiectam defendit plebeculam, vti quondam ab eorum Rege Attilâ ſuam liberârat Eccleſiam. Agamus ergo tibi ſumme Pater innumeros ſeruitij hymnos, qui nos tanto non deſinis tueri patrono, & deuotâ mente petamus, vt ipſum apud te fidiſſimum interpellatorẽ ſemper habere valeamus, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum cooperatorem tibique conſubſtantialem, vnà cum Spiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

a Hungaris Italiam vaſtantibus.

à direptione ſeruata.

a *Hæc eſſe videtur Hungarorum incurſio quam memorat Luitprandus hiſt. lib.2. cap.4.5.6. atque ex eo Bonfinius decade 1.lib.10. ſub* Berengario I. *Italia Rege, ſub initium ſeculi decimi.*

DE S. GAVDO EP.

Pag.1111.col.2.poſt num.4. adde [*Edidit Ebroicenſium Epiſcoporum Catalogum I. le Iau Vicarius Epiſcopi Ebroicenſis, in quo citat hiſtoriam MS. Inuentionis* S. Gaudi, *quam conſequi necdum potuimus. tradit eam initio ſeculi* XII. *contigiſſe.*

FINIS SECVNDI TOMI.

INDEX

INDEX HISTORICVS
IN VITAS SANCTORVM
XVI. POSTERIORVM DIERVM IANVARII.

APpoſitæ margini litteræ A,B,C,D,E,F *monebunt Lectorem, vt ſimiles ſibi, eodem interuallo, toto opere in ſingulis paginis ſingat; licet, ne nimiùm ora folij compleretur, omiſſæ ſint: exprimuntur autẽ in hoc Indice labori minuendo, qui per difficilis eſſet, ſi folio indicato euoluere illud totũ oporteret ad rem quampiam inueniendam: nam ſi illius rei gratiâ poſt paginæ numerum adderetur numerus paragraphi vel lineæ, facilè confuſio aliqua naſceretur ex numerorum multiplicitate. A ergo in quaque paginâ indicat â primæ columnæ partem primam (ſiue priores 24. lineas) ſignificat,* B *mediam,* C *poſtremam: eodem modo ſecundam columnam partiuntur* D,E,F.

Addita eſt † *nota iis, quibus alibi* Sancti *aut* Beati *titulus tribuitur. Poterat* S *aut* B *præfigi; ſed fors oculo quidpiam perueſtiganti litterarum diuerſarum occurſus moram iniecisſet. Porrò ſi ad Ianuarium pertineant Sancti, indicatur etiam dies ſeu primi, ſeu ſecundi tomi, & ſi quid de iis prætereà hoc ſecundo tomo memoratur. Sin de illis non agatur, niſi in propriâ ipſorum Vitâ, omittuntur in hoc Indice; quippe qui peculiari Indice propoſiti anteà ſint. Si ad alios menſes pertineant, non attinet in hoc Indice diem quo colantur exprimere, qui vt plurimùm anteà à nobis in Annotationibus expreſſus.*

Plerumque ad perſpicuitatem vel ſtatus hominum ſingulorum aperitur, vt Rex, monachus, miles, Comes, Abbas, Epiſcopus *&c. vel Sanctorum laureola,* Virgo, Martyr *&c. Subinde in minùs vulgò notis ſeculum quo vixerunt, vel natio è quâ orti, vel regio in quâ verſati, indicatur. Compendiarias ſtatus vel laureolæ notas, nihil neceſſe fuit explicare: nam facilè quiuis perſpiciet,* R. Rex, *M.* Martyr, *MM.* Martyres, *V.* Virgo *ſignificare. Sæpius tamen S. Caroli Imperatoris nomini adſcriptum eſt M. quod non* Martyrem *ſed* Magnum *ſignificat, nec potuit ſemper integrè* Magnus *ſcribi.*

A

Aaron Rex Perſarum pag. 882 e
Abdelmon Miramamolinus Mauritaniæ 62 f
† *Abdia Prophetæ ſepulchrum* 716 c
Abdila Rex Cæſarauguſt. 402 e
Abdiramines R. Cordubæ 403 b 406 d 407 ac
† *Abdon & Sennen Mart.* 582 de 583 f 584 a 587 acf 588 a
Abentiacobus Miramamolin. Maurit. 62 f
Aben-Mahomet Miramamol. Maurit. 62 f
Abenillate R. Saracenorum Hiſpali 66 c
Abgarus R. Edeſſæ 924 d
Ablauius pater S. Caſiani 947 bc
† *Ablebertus Ep. Camerac. 15. Ianuar. &* 1049 b
Abo Princeps Bituric. 10. ſec. 102 d
Abodriti pop. Germ. 881 bd 882 ac
† *Abraham, Iſaac, Iacob ſepulchrum* 715 d
Abraham Ep. Achride 531 c
Abraham Abbas Ægypt. 141 f
† *Abrahames Anachoreta in Syriâ* 842 d
Abrodianus Antiochenus 4. ſec. 595 c
Abſalon Ab. S. Amandi 804 c
Abudacius Præfectus Alexand. 5. ſec. 845 e
† *Abundantia V. Spoleti* 213 f
† *Abundius & Irenæus MM.* 584 f
† *Acacij ſocij S. Victoris reliquiæ Vlyſſipon.* 612 d
Acacius Patriarcha Conſtantinopoli 321 a
Acacius Ep. Beroeæ 487 e 488 a 852 f
Acacius Ep. Melitinæ 300 c 303 bc 308 b 310 ef 311 c 853 d
Acephali hæretici 7. ſec. 511 d
Achardus Archidiaconus Morinorum 798 a
Acharius Ep. Nouiomi 608 f
† *Acheoli monaſterium Ambiani* 1124 e
† *Achilleus M. Valentiæ* 543 c
† *Achilleus ſocius S. Nerei* 214 f
Achtabius Presb. Palæſt. 326 cf
† *Aclia mater S. Genulphi* 82 cf 92 ce
† *Acolythi reliquiæ in Iſtriâ* 629 c
Adalardus Gal. 9. ſec. 866 e
Adalbero Bauarus 10. ſec. 263 b c *alius* 263 d
† *Adalberti Ep. M. reliquiæ Vlyſſip.* 612 b
Adalbertus R. Ital. 378 a d e
Adalbertus Comes 11. ſec. 645 f
Adalbertus miles Belga 11. ſec. 644 d

A *Adalboldus Ep. Vltraiecti* 646 *a*
Adalgarius Ep. Augustoduni 863 *c* 866 *c*
† *Adalgisus Confess.* 386 *a* 389 *d*
Adalgisus fil. Desiderij R. Longobard. 879 *e c* 880 *c*
Adalingus Ab. S. Vedasti 887 *f*
† *Adami sepulchrum* 715 *d*
Adamantius medicus 5. sec. 846 *e*
† *Adamnanus Ab. Huensis* 329 *b* 453 *d*
Adda Presb. Apost. Merciorum 72 *b*
Adebertus Ep. Aruern. 194 *f*
Adela Comitissa Ghisnensis 804 *d*
Adeldrudis filia Caroli Magni 883 *e*
Adelhais filia Pipini R. Ital. ibid. *f*
Adelluida concubina Caroli Magni ibid. *e*
Adelphius Ab. Aruernis 610 *f*
† *Adelphus Ep. Metis* 201 *b*
† *Adiutus Ab. Aureliæ* 761 *e*
Admetus Rex 344 *b* 346 *d e*
† *Ado Ep. Vienna* 544 *e*
Ado frater S. Audoëni 1078 *f*
Adolphus Dux Cluiæ 1144 *c*
Adornus Dux Genuensis 992 *a*
Adrastæ Dea 573 *f*
† *Adriani Ecclesia Romæ* 214 *e* 215 *b*
B *Adrianus I. Papa* 74 *c* 258 *d* 282 *b* 355 *b* 422 *a* 879 *d e* 880 *c* 883 *f* 885 *a*
Adrianus IV. Papa 249 *c*
† *Adrianus Ab. Angl. 9. Ianuarij &* 779 *e*
Adrianus Imp. 579 *c* 924 *a b* 1025 *f*
Adrianus Dom. Trelonij Belg. 15. sec. 1053 *d*
† *Aduentor M. è legione Thebæa* 252 *d*
Aduranus Ab. Casæ-Dei Ep. Aruern. 1059 *a*
Adzo Comes Burgund. 9. sec. 543 *f*
† *Ædgarus R. Angl.* 241 *b*
Ædvvardus R. Angl. ibid.
Ædredus R. Angl. ibid.
Ædus R. Hibern. 6. sec. 1115 *d e* 1119 *e*
† *Ægidius Abb.* 793 *reliquiæ Vlyssipon.* 612 *d*
Ægidius Ep. Rotomagi 236 *d*
Ægidius Amicus mon. Baudeloæ 1024 *e*
Ægidius Dom. Barlamontij Belg. 15. sec. 1053 *c*
Ægidius Carlerij Diac. Cameraci ibid. *b*
Ægidius de Harchies Belg. 15. sec. ibid. *d*
Ægidius Garziæ Albornotius Archiep. Tolet. Cardinal. 1009
Ælfiud auus maternus S. Fursæi 45 *b f* 46 *b d* 47 *d*
Ælia Placilla vxor Theodosij Magni 596 *b f*
Ælius satelles Gallieni 340 *a*
Ællecus frater S. Gildæ 958 *e d*
† *Æmianus vel Æminianus vel Æmmianus Ab.* 41 *e f* 43 *c*
C † *Æmilianus M. Armen.* 833 *b*
Æmilianus mon. Palæst. 5. sec. 312 *a d*
Æmilianus & Bassus Consules 339 *e* 340 343 *c*
Æmilianus Præses sub Gallieno 340 *b c*
† *Æneas vel Ænguslus Ab. Hibern.* 1138 *b*
Aëricus Ab. Stradensis Gall. 10. sec. 103 *c*
Æsisius Abb. Ægy. 112 *d*
Æthelbaldus R. Merciorum 241 *b*
† *Æthelburga Virg.* 749 *c f* 750 *d*
Æthelredus R. Cantij 241 *b*
Æthelredus R. Angl. 446 *b*
Æthelstanus R. Angl. 241 *b* *vide infrà Ethel. &c.*
Ætherius Ep. Antiniciæ 390 *a* 392 *f*
† *Afra M.* 213 *e* *reliquiæ Vlyssip.* 612 *c*
Afrebertus Cenoman. 7. sec. 1143 *d*
Agana vxor Roberti Galli 9. sec. 99 *e*
Agapitus Ep. Surrentinus 30 *d*
† *Agapius Ep. Nouariensis* 420 *f* 421 *a b*
Agapius Ab. Toleti 811 *c*
Agareni 5. sec. 306 *a* 307 *d e* 322 *f* 325 *d*
† *Agatha* 454 *a* *reliquiæ Romæ* 259 *c d e* *Catanæ* 1126 *monast.* 918 *b*
Agatha Hungarica vxor Eduardi Angli 241 *b*
Agelmarus Ep. Eastangl. 240 *e*
Agelvvinus Prior monast. VVigorn. 239 *d* D
Agelvvius Ab. Eouesham 11. sec. 241 *e*
Agenardus seu Eginardus 262 *b*
† *Agileus M. Carthagine* 611 *e*
Agilmarus Ep. Viennæ 544 *e* 545 *a*
† *Agilus Ab. Resbac.* 453 *d*
† *Agilus mon. Miciaci* 628 *b c*
Aglibertus Gallus 3. sec. 84 *f* 94 *e*
Agnellus Ep. Mauritaniæ ord. Minorum 63 *a*
Agnes V. M. 21. Ianuar. & 258 *c* *reliquiæ Vlyssipon.* 612 *e*
Agnes Abbatissa Hierosol. 534 *b* 535 *a*
Agnes Barricentia Hisp. 896 *d*
Agnes in Belgio 338 *a*
Agnes Hispana ibid. *b*
Agnes neptis Marciani Imp. 360 *e*
Agneta V. 4. sec. 192 *c*
Agnetes variæ Virgines sanctæ aut Piæ 354 *e f*
Agobardus Ep. Lugduni 544 *f* 545 *b*
Agobertus Ab. Cenoman. 1143 *b*
† *Agrestius Chromatius vide Chromatius*
Agrestius Gal. 6. sec. 855 *e* 859 *e*
Agrestus Consul auus S. Vincentij 394 *d*
Agricola Ep. Cabilone 776 *e f* 777 *a*
Agricola vir illust. Gal. 6. sec. 774 *c e*
† *Agricius Ep. Treuiris 13. Ianuar. &* 201 *c* E
Agricius Gal. 7. sec. 632 *d* 635 *d*
Agrippa Ab. in Syriâ Erem. 488 *a b*
Agrippina mater Neronis 183 *f*
† *Agrippinus Ep. Comensis* 197 *d*
Agrippinus Diac. Gal. 6. sec. 855 *e*
Agrippinus Præfectus Nicomediæ sub Maximiano 464 *f* 465 468 *f* 469 *f* 476 *e f* 477 482 *f* 483 *f*
Aiglibertus Ep. Cenoman. 177 *c*
Aileranus auctor vitæ S. Fechini 329 *a* 331 *b*
Aisti, seu Astij pop. 881 *b e*
Aistulfus Rex Longobardorum 98 *f*
Aladindis vxor Eberardi Com. Alsatiæ 208 *b*
Alani in Pannoniâ 98 *c*
Alanus Comes Venetorum Gal. 964 *b e f* *alius* 965 *a d*
Alanus Doctor Conuersus Cistercij 1024 *f*
Alanus Gal. varia donat S. Hadoindo 1140 1141
Alardus filius S. Euerardi 971 *f* 974 *a*
Alaricus Rex Gothorum 195 *e* 1106 *b* 1109 *f*
Alaricus Gal. 6. sec. 198 *f*
Albana vidua Treuiris 1. sec. 920 *b c*
Albandus Ab. Formisellæ 803 *c*
† *Albani M. Angli monast.* 239 *b*
† *Albani M. reliquiæ Vlyssipon.* 612 *f* *monast. Moguntiæ* 1145 *c*
Alberadis vxor Adalberonis 11. sec. 263 *d*
Albericus Cardinal. scriptor Vitæ S. Dominici Abb. 442 F
Albericus mon. Castri Gal. 405 *b*
† *Albertus Magnus Ord. Prædic.* 1143 *f*
† *Albertus Ord. Carm.* 1061 *e*
Albertus Ep. Magdenburg. 1140 *e*
Albertus Ep. Rig. 1156 *e*
Albertus Ab. S. Michaël. Lotharin. 387 *a*
Albertus Ab. Ital. 11. sec. 445 *f*
Albertus Austriacus Princeps Belgarum 262 *d*
Albertus Dux Bauariæ 1140 *a*
Albertus Cellerarius mon. 12. sec. 977 *e f* 978 *a*
Albina mater S. Marcellæ 1105 *b* 1106 *f*
† *Albini monaster. Cenoman.* 178 *e*
Albinus Alcuinus 885 *c*
Albo Presb. Gal. 493 *b*
Albricus cæcus 215 *d*
Alce Smyrnæ 2. sec. 704 *d* 707 *b*
Alchfridus R. Northumbriæ 779 *e*
† *Aldelmus* 446 *f*
† *Aldetrudis V.* 808 *d* 1039 *e* 1044 *b* 1050 *f*
Aldredus Ep. VVigorn. & Eborac. 239 *e f* 240 *d f* 241 *a* 243 *e* 244 *e*
Aldricus Gal. 9. sec. 866 *f*
Aldvvinus, seu Ailvvinus monach. Angl. 11. sec. 244 *f* 248 *e*

A *Alemanni 8.sec.* 881 *a*
Alethius Ep.Cadurcis 194 *b*
Alexander II.Papa 239 *e* 240 *d e* 1057 *b*
Alexander III.Papa 258 *e* 888 *b c* 893
Alexander Ep.Antiochiæ 848 *a*
† *Alexander Ep.Hieroſol.* 570 *b c* 571 *c*
Alexander Ep.Leodij 888 *c*
Alexander Ep.Porphyreonis 870 *c*
† *Alexander M.Cæſareæ* 181 *b*
Alexander Imp. 183 *e*
Alexander Iuſtus auditor ſacræ Rotæ 1063 *e*
Alexander Martius Medices Ep.Florent. ibid *d*
Alexander Mediceus Leo XI. 355 *b*
Alexander Præfect.Maximiani 469 *e* 470 *a* 483 *d f*
Alexander Saluoneus 262 *b* 295 *d*
Alexandri eccleſia Alexandriæ 846 *d*
Alexius Angelus Comnenus Imp.Græc. 898 *b*
Alexius Ep.Piſæ 1096 *e*
Alfuninus Presb.Belg. 798 *e*
Algotus Ep.Curienſis in Rhatiâ 72 *c*
Alibohazes Phutenſis 407 *d*
Alibus Iacob R.Hiſpali 406 *d*
Aligernus Ab.Caſinenſis 260 *e*
Alis Comitiſſa Namurcenſis 1051 *f* 1052 *c*
B *Alphonſus I.Bellator R.Aragon.* 195 *f* *Imperator dictus* 836 *d* 1059 *d*
Alphonſus II. R.Aragon. 836 *e* 837 *c* 839 *c*
Alphonſus Caſtus R.Gallæciæ 882 *e* *Oueti* 811 *c d*
Alphonſus VI. R.Caſtellæ 360 *d* 808 *c* 1056 *e f* 1057 *b f* 1059 *d* 1132 *b d* 1133 *b* *vxores & liberi* 1057 *f*
Alphonſus VII. R.Caſtellæ 360 *d*
Alphonſus VIII. Rex Caſtellæ 65 *f*
Alphonſus IX.R.Hiſp. 893 *b* 894 *d* *Legionis & Gallæciæ* 752 *d*
Alphonſus Henricius I.R.Luſitaniæ 406 *b* 407 *d* 408 *c e* 1131 *c d* 1134 *d*
Alphonſus II. R.Luſitaniæ 63 *c d* 64 *b* 65
Alphonſus de Carcamo Hiſp. 811 *f*
Alphonſus Carillius Ep.Veſtanus 893 *f*
Alphonſus Manzaredus Auditor Rotæ 1063 *d*
Alphonſus Sabaterus Hiſp. 14.ſec. 361 *c*
Alphonſus Venerus Scriptor Vitæ S.Adelelmi 1056 *d*
Alquazellus Zuleima Iuſeph Abenabdil R.Toleti 811 *e*
Aluazid Siſnandus Abenamir 1132 *b*
Amalricus Ab.Stradenſis 10.ſec. 103 *c*
Amalaricus R. 399 *b*
† *Amandinus ſocius S.Hippolyti* 1025 *d*
† *Amandus Ep.Traiect.* 72 *e* 166 *e* 642 *b* 1035 *a* 1037 *b* 1041 *c* 1043 *e* 1044 *a f* 1045 *c* 1049 *b* 1050 *a*
† *Amandus Ep.Argentinæ* 201 *c*
C † *Amandus Ep.Burdegalæ* 194 *b*
Amandus cælitus appellatus Henricus Suſo 653 *a*
† *Amarinus Ab.Aruernis 25.Ianuar, &* 381 *d*
† *Amathas diſc.S.Antonij* 111 113 *d e* 146 *d*
Amata Hiſpan. 14.ſec. 361 *b*
Amatus Comes Ital. 11.ſec. 446 *a*
Amatus Presb.Ital. 11.ſec. ibid.
† *Ambroſius Ep.Mediolan.* 113 *a* 197 *d* 221 *b* 224 *f* 225 *a* 226 *e* 417 *f* 419 *f* 420 *a b* 1096 *b c* *Scriptor vitæ S.Agnetis* 350 *c* 353 *f* *& S.Sebaſtiani* 258 *a* 282 *e* 295 *c* *reliquiæ Vlyßipon.* 612 *f*
Ambroſius Nouidius 491 *c*
Amelius Ep.Tholoſan. 195 *e f*
Amman Iſmaëlita mon.Syr. 488 *f*
Ammericus R.Hiberniæ 961 *b c*
Ammianus Ab.in Syriâ 486 *b f* 487 *a*
Ammon Abb.& Epiſc.Ægypt. 142 *f*
Ammon Ægyptius 29 *d*
† *Ammonis mon.Ægypti Acta,obitus* 110 *e* 116 *b* 133 *c d* 145 *a*
Ammonæ varij illuſtres & Sancti 722 723
Ammonius mon.Ægypt. 5.ſec. 847 *a*
Amnirech R.Hibern. 1115 *d e* 1119 *e*
Amolvvinus ruſticus Gal. 10.ſec. 356 *d* 357 *e f* 358 *a b*
Amonius Princeps Alexandriæ 1088 *e f* 1089
Ampa mater S.Dominici Abb.Sorani 443 *c* D
† *Amphibalus Ab.Brivan.* 952 *c d*
Amphinomus Siculus 1126 *d*
Amulo Ep.Lugduni 545 *a*
Anacharſis Legiſlator Scytharum 1128 *c*
† *Ananias, Azarias, Miſaël* 214 *f* 215 *a* 1084 *f* 1085
† *Ananias Presb.Mart.* 691 *d*
† *Ananias & Petrus MM.* 761 *d*
Anapias ſiue Anapus Siculus 1126 *d* 1127 *b*
† *Anaſtaſiæ M.reliquiæ Sirmio Conſtantinopolim delatæ* 360 *c d* *Vlyßiponem* 612 *f*
† *Anaſtaſius M. item alius* 338 *e*
† *Anaſtaſius mon.M. 22.Ianuar. reliquiæ Hartesburgi* 891 *e f*
† *Anaſtaſius I.Papa* 1108 *f* 1109 *c*
Anaſtaſius Diac.Cardin. ſub Gelaſio I. 253 *b*
Anaſtaſius Bibliothec. 496 *d*
Anaſtaſius Chorep. & Patr. Hieroſol. 299 *c* 301 *a c* 311 *e f* 315 *c e* 317 *c d f* 318 *d* 320 *b f*
Anaſtaſius Ab.montis S.Antonij 162 *d* 518 *d*
Anaſtaſius Ab.Palæſt. 423 424 *d e* 427 *d* 431 *e* 436 *d*
Anaſtaſius Imp. 301 *d* 322 *f*
Anaſtaſius Gal. 2.ſec. 764 *b*
Anaſtaſius pater S.Tryphænæ 1081 *d*
Anaſtaſius pater S.Vitaliani Papæ 779 *c* 780 *d*
Anaſtaſius ſocius S.Conſtantij Peruſini 926 *f* 934 *e* E
† *Anatolianus M.Aruern.* 630 *e* 634 *c* *reliquiæ Lingon.* 1025 *a*
† *Anatolius Scotus* 543 *c*
Anatolius Presb. 5.ſec. 308 *b d*
Anatolius Præfectus Orientis 5.ſec. 305 *d*
† *Andeolus Subdiac.M.* 694 *d f* 695 *b*
† *Andochius Presb.M.Auguſtoduni* 77 *b c* 543 694 *d* 695 *a b*
Andrannus Cenoman. 7.ſec. 1143 *d*
† *Andreas Apoſt.* 165 *d* *tranſlatio* 564 565 569 *a* *reliquiæ Vlyßipon.* 612 *f* *Eccleſ.Mylaſæ* 602 *d* *in Scotiâ* 604 *f* 605 *c* *monaſt.Vercel.* 970 *f*
Andreas Perettus Cardinal. 1063 *f*
Andreas Ep. 5.ſec. 850 *d*
Andreas Ep.Epheſi. 851 *a*
Andreas Ab.S.Mennæ 5.ſec. 308 *b d* 310 *e* 315 *f*
Andreas II. R.Hungar. 897 *e* 908 *b*
Andreas frater Ludouici R.Hungariæ 999 *a*
Andreas Tricquetius Soc.IESV 1035 *c*
Androinus de Rocca Cluniac.Card. 1010 *e* 1012 *f*
† *Andronici reliquiæ* 322 *c*
Andronicus Senior Imp. 1001 *e*
Andronicus Iunior Imp. ibid.
Aneſgandus Ep.Cenoman. 761 *f* 1152 *a*
† *Angelus Hieroſol.Mart.* 1061 *e*
Angelus de Acciarolis Florentinus 1070 *e* 1076 *d*
Angelus Caſius Ep.Tudertinus 809 F
Angelus de Canoſa Ord.Minor. 807 *f*
† *Angilbertus Ab.Centulæ* 884 *a* 887 *f*
† *Anianus Ep.Aurelian.* 200 *f* 789 *c*
† *Aniani Eccl.* 740 *d* 744 *c*
† *Anicetus Papa* 693 *e f* 694 *a e f*
Aniciorum ſtirps 460 *f* 461 *b*
Anmyræus R.Themoriæ Hiberni. 1112 *d*
† *Annæ matris Deiparæ V. reliquiæ Vlyßipon.* 612 *c* *Rotomagi* 1025 *d*
† *Anna filia Phanuelis* 1106 *f*
Anna Duciſſa Croatiæ 897 *f*
Anna Virgo Germ. 14.ſec. 680 *e f*
† *Annemundus Ep.Lugduni* 737 738
† *Anno Ep.Colon.* 1144 *b*
† *Ansbertus Ep.Rotomagi* 1048 *f*
Ansbertus nobilis Gal. 98 *f*
† *Anſcharius Ep.* 884 *b*
Anſeghiſus Ep.Trecenſis 342 *c* 348 *a c*
Anſegiſilus pater Pipini Herſtalli 98 *f*
† *Anſelmus Ep.Cantuar.* 184 *c* 238
Anſelmus Belg. 12.ſec. 803 *d*
Anſelmus de Traſegnis Belg. 15.ſec. 1053 *d*
Anshelmus Com.ſub Carolo Magno 880 *e*

A *Ansoaldus Ep.Pictauis* 955 e
Ansulphus Bituric. 7.sec. 172 f
† *Anterus Papa* 252 b c
† *Anthemius Ep.Pictauis* 562 e
Anthemius Imp. 368 369
Anthus Palæst. 5.sec. 301 c
Anthymus Patr.Constantinopolit. 1033 f
† *Anthymus Ep.* 927 f
† *Anthymus Ep.Nicomediæ* 220 c 221 a
† *Antidius Ep.Vesontione* 562 d
Antiochus mon.Palæst. 7.sec. 422 f
Antipater Ep.Bostrensis 317 e
† *Antonina V.Vrsulana* 213 d
Antoninus Ep.Mutinæ 1097 b
† *Antoninus Ab.Cassin.* 227 e 228 229 1137 a
† *Antoninus Ab.Surrenti* 732 a e 951 f
† *Antoninus Apamiensis M.* 195 d
† *Antoninus Martyr Placentiæ Ital.* 163 a e
Antoninus Imp. 1026 b
Antoninus Pius Imp. 693 a d 767 c 768 b 932 c
† *Antonius de Padua* 63 c 65 d 69 a 1135 f
† *Antonius Peregrinus* 1025 a
Antonius de Banio Suetus 250 c
Antonius Bizzonus Ep.Fulgin. 454 e
B *Antonius ex Brione Ab.S.Antonij* 162 a
Antonius Brunel Abb.S.Antonij ibid.
Antonius de Cremona ord.Minor. 611 c
Antonius Geems Bruxellensis 491 b
Antonius de Langiaco Ab.S.Antonij 162 a
† *Antonius Lezatensis* 195 d e
Antonius Lopez Hisp. 896 f
Antonius Melius Ab. Cremonæ 216 c
Antonius Rupe-moranus Ab.S.Antonij 162 a
Antonius Scalmatus ord. Minor. 761 d
Antonius Tolosanus Ab.S.Antonij 162 a
Antonius VVinghius Ab.Latiensis 530 e f
† *Aper Ep.Tullen.* 201 b
Aper Presb.Mutinæ 1096 d
Aper socer Numeriani Imp. 571 c
† *Aphraates Erem.* 596 a 917 a
Aphrodisius Præfectus Maximiani 468 c f 470 a 481 f 482 b f 483 f
Aphthonius Ab. & Ep.Syriæ 4.sec. 623 a
Apollinaris Ep.Alexand. 497 e 607 e 1082 b 1085
† *Apollinaris Ep.Bituric.* 167 c
Apollinaris Ep.Laodicen.hæreticus 805 d 1085 a f
† *Apollinaris Ep.Rauennæ M.* 223 e 591 c
Apollinarius Diac.sub Diocletiano 771 b
Apollo Didymæus 580 d
C *Apollodorus Ep.Corcyræ* 1138 a
† *Apollonia V.M.* 454 a 917 d *reliquiæ Vlyssipon.* 612
Apollonides Ægyptius sub Diocletiano 456 c
† *Apollonius Diac. Mart. socius S. Philemonis* 456 b 623 e 808 e 810 e 832
† *Apollonius Senator M.* 623 e
† *Apollonius & Leontius MM.* 213 c
† *Aproniani Commentar.martyrium* 6 c 11 b 916 f
† *Aptadius Ep.Metis* 337 f
† *Aquila M.Romæ* 187 f
Aquilinus Consul Romæ 4.sec. 275 c
Aquitanicum bellum Caroli Magni 879 c d
Arator Presb.Gal. 392 b e
Aragisus Dux Beneuent. 8.sec. 880 f 881 c
Arbandus Grandiual. Ab.S.Antonij 162 a
Arbertus Ep.Aruern. 194 e
† *Arbogastus Ep.Argentinæ* 201 c
Arcadius Ep.Legatus S.Cælestini Papæ 851 a
Arcadius Ep.Bituric. 165 f 1157 b
† *Archelaus Diac.socius S. Hippolyti* 1025 d *reliquiæ Cremonæ* 581 a
Archelaus Comes in Syriâ 4.sec. 133 f
† *Archimimus M.* 761 e
Ardenchius de Vinais Gal. 12.sec. 155 e
† *Arduinus Presb.* 335 f D
Aretas Præfectus militum 6.sec. 325 d
Aretina, seu Artina, sub Diocletiano 947
Argio mater S.Martini Saurienſis 1132 c
Argobus Agarenus 325 f
† *Arialdi reliquiæ Cremonæ* 581 a
† *Arrianus Iudex M.* 456 d 457 a 591 a 810 e 832 833 d
Arias Manuelis, pater S.Martini Saurienſis 1132 c
Aripertus Scriptor Vitæ S.Fortunatæ 616 c
Aristeneta vxor Elpidij in Syriâ 4.sec. 146 f
Aristolaus Tribunus 5.sec. 852 f 853 b
† *Ariston amicus S.Tranquilini* 270 f
Arius Ab.Gal. 8.sec. 177 b 179 d
Arius hæresiarcha 315 e
Ariani hæretici sub Valente Imp. 302 c e *in Ægyp. 4.sec.* 135 137 139 *in Palæstinâ 5.sec.* 313 d
† *Armata seu Armatus* 760 c
Armenfredus Ep.Sedunensis 239 e 240 e
Arnaldus Mironis Comes Hisp. 836 f
Arnaldus filius Blithildis 1135 c
Arnaldus Nobilis Gal. 98 f
Arnaldus de Patris ord.de Mercede 988 c
Arno, seu Arnulfus Ep.Salisburgi 887 f
Arnoldus de S.Seuerino monach.Germ. 13.sec. 449 b
Arnoldus de Solino ord.Carmelit.in Cypro 14.sec. 1018 a E
Arnoldus mon.Cister.in German. 13.sec. 448 d
Arnoldus de Svvalma Pastor Ninouiæ 452 f
Arnulphus Ep.Aureliæ 790 a
† *Arnulphus Ep.Metis* 98 f 201 b 1041 c *basilica* 295 a
Arnulphus filius Arnaldi, nepos Blithildis 1135 c
Arnulphus Ep.Rothensis 836 b *Ripacurtia* 839 b
† *Arnulphus Ep.Sueßione* 800 a
† *Arnulphus Ep.Turon.* 971 e
Arnulphus Ab.Blandinij 804 b
Arnulphus Ab.Gemblaci 216 a b
Arnulphus Archidiac.Morin. 798 b
Arnulphus Comes Flandriæ 639 c
Arnulphus Comes Valentianis 788 b
† *Arnulphus M.Mosomij* 971 e
Arnulphus filius Odonis Reg.Franc. 102 c
Arnulphus Villarienſis 976 a e
Arrius Gal. 392 c
Arsates monach.Ægyptius 716 e
† *Arsenius Ab.* 299 a 311 b c
† *Artemia filia Diocletiani 7 c d 11 c Martyrium* 8 f
Artemia filia S.Gallicani 355 a
† *Artemius Ep.Aruern. 24.Ian. &* 194
† *Artemius M.* 565 a b c
Artemius Ital. 4.sec. 484 f
Arturus R.Britonum 603 d 604 c d 952 e 955 f F
Arvvaldi 2.fratres MM. 807 e
† *Asclas M. 23.Ianuar. &* 832
† *Asclepiodati Mart. reliquiæ Metis* 588 f 589 b
† *Asella V.* 1105
† *Aspasij reliquiæ Meloduni* 307 c
Aspasius Vicarius 350 f 352 f 353 b
Aspebetus Dux Saracenorum 5.sec. 305 306 307
Assuerus Ep.Zamoræ 538 b
Assyria Antiochena 4.sec. 595 b
Astasia Perusina 2.sec. 925 c 933 b
† *Asterius Princeps M.* 217 d e 218
† *Astrebodius Aruern.* 634 c
Astroaldus Gal. 393 a
Asvvades Præfectus militum 6.sec. 325 a
Atala filia Pipini R.Ital. 883 f
† *Athalæ Vita* 633 c
Athalaricus R.Ital. 103 c e
† *Athanasius Episc.Alexandr.* 840 843 c e 845 d 1107 e
Scriptor Vitæ S.Anton. 113 114 116 121 a 145 f
† *Athanasius Ep.Neapoli* 732 b e
Athanasius Presb.Alexand. 5.sec. 844 a d
† *Athanasius Diac.M.* 314 e
Athaulfus R.Gothorum 1109 f

A *Athenagoras Scriptor contra Gentiles* 189 f
† *Attalus M. Catanæ* 580 f
† *Attalus M. Gal.* 213 e
Attica filia S. Gallicani 355 a
† *Atticus Ep. Conſtantinop. 8. Ianuar. &* 846 e 847 a b
Attila R. Hunnor. 1096 b c 1097 f 1099 a 1153 b
Atubalus Præfectus Ital. 8 ſec. 636 f
Auaricum bellum Caroli Magni 881 e f
† *Aubertus Ep. Cameraci* 41 e 44 c 49 b 53 b 562 e 1035 c 1036 c 1041 c 1042 c 1043 e 1044 f 1047 c 1048 e f
Aubertus Canonicus Morineuſis 796 f
† *Auctor Ep. Metis* 201 b
Audaldus monachus Gal. 9. ſec. 401 c e f 402 405 e
† *Audentius Senator Mediolani* 1104 b c d
Audobertus Cenoman. 7. ſec. 1143 d e
† *Audoënus Ep. Rotomagi* 739 f 743 d 1041 c 1049 b 1140 c
reliquiæ Malmundarij 638 b
† *Audomarus Ep. Morin.* 608 609
Audulfus Dux Caroli Magni 881 c
Aueſgaudus Ep. Cenoman. 1152 a
Augarus Toparcha 2. ſec. 914 a
† *Auguſtinus Apoſt. Anglor.* 242 d
† *Auguſtinus Ep. Hippon.* 113 a 117 562 d *reliq. Vlyßipon.* 612 d
Auguſtinus Cuſanus Cardinal. 216 b 948 e 949 c f
B *Auguſtulus Imp.* 370 f
† *Auiti reliquiæ Aruernis* 194 d
† *Auitus II. Ep. Aruern. 21. Ianuar. &* 630 f 635 f 636 a
† *Auitus I. Ep. Viennenſis* 375 d 380 f
† *Auitus Ab. Miciaci* 230 c
† *Auitus mon. Miciaci* 628 b c
† *Aurea Virg. M. Romæ* 1025 d
† *Aurelia mater S. Vincentij & Orontij* 390 b
† *Aureliæ V. reliquiæ Vlyßipon.* 612 e
† *Aurelianus M.* 1079 d
Aurelianus Imp. 73 e 77 a 80 e *in Gal.* 343 a 345 e f 348 c 938 e 942
Aurelianus Princeps 2. ſec. 695 a
Aurelianus Præſes 343 b c 346
† *Aurelius ſeu Aurelianus Ep. Arelat.* 25 d
Aurelius Ep. Hipponen. 181 c
Aurelius Ambroſius Rex Britonum 5. ſec. 952 c e
Aurelius Conanus Rex Briton. 6. ſec. ibid. e f
Aurelius Imp. vide Marcus Aurelius.
Aurelius R. Oueti 811 f
Aurelius ſatelles Gallieni 340 a
Aurembiagis vxor Petri Infantis Luſitaniæ 13. ſec. 64 b
† *Aureus* 1145 d e
† *Auſtregiſilus Ep. Bituric.* 98 c 165 f 167 a 168 f
† *Auſtremonius Ep. Aruern.* 381 d 592 f 763 e
C † *Auſtremonius Ep. Toloſæ* 94 a
† *Auſtriclinianus* 918 f 1152 f
Autcharius Dux ſub Pipino Rege 236 b
Auxentius Ep. Mediolan. 114 f 115 a b
Auxentius mon. Palæſt. 5. ſec. 309 b c d
Auxolaus Ep. Saracenorum 313 d 314 d
Axataffus R. Saracenorum Hiſpali vltimus 66 c
† *Aygulphus M.* 25 b
Aymarus Falco Auctor Hiſtoriæ Antoninæ 149 e 150 f 152 e 153 c 160 c
Aymericus Epiſc. Bononien. 1022 f
Aymericus Ab. Caſæ Dei Ep. Aruern. 1056 c
Aymo Abb. Stradenſis Gall. 9. ſec. 103 c
† *Azarias* 214 f 215 a
Azo Marchio Ateſtinus 1136 a c e
Azo Scriniarius Legatus Papæ 10. ſec. 379 a
† *Azotus* 337 c

B

† B *Abylas Ep. Antioch. 24. Ianuar. &* 256 a
† B *abylas & 80. pueri MM. Nicomediæ* 570 a
Babylas Hiſpan. 3. ſec. 340 e
Babylas Palæſt. 6. ſec. 326 b
Bacchylus Ep. Meſſanen. 610 b
Baionarius Ep. Viennæ 544 c D
Baioaricum bellum Caroli Magni 880 f 881 a
Baiſanes Diac. Ægypt. 4. ſec. 108 f
Balacius Dux Ægypt. 4. ſec. 110 f 138 f 139 a
Baldegerus Gal. 287 f
Baldiuius pater S. Emerij 781 e
Baldramnus Gal. 9. ſec. 748 e
Baldricus Ep. Tornaci 803 e 805 b 806 a
† *Baldricus Ep. Vltraiectinus* 355 e f 356 357 a b 359 f
Balduinus Ab. Marcianis & Atrebati 648 f
Balduinus Præpoſitus Gal. 10. ſec. 492 f
Balduinus I. Ferreus Com. Flandriæ 795 d
Balduinus IV. Barbatus Comes ſeu Marchio Fl. 640 c 642 d
Balduinus V. Pius, ſeu Inſulenſis Marchio Flandriæ 12 f 468 d f 649 b 795 c d
Balduinus VI. Montenſis Comes Flandriæ 13 c
Balduinus VII. Securis Com. Flandr. 805 e
Balduinus III. Comes Hannoniæ 1051 c 1052 c
Balduinus Rufus 12 ſec. 803 d
Baltfridus mon. Gal. 7. ſec. 735 c
Balthaſar VVillaſan. a Hiſp. 89 c
† *Baltrannus Ab. Lutram reſtaurat.* 200 a 209 a f
Baraſur Perſa 7. ſec. 436 f
† *Barbara V.M.* 363 c *reliquiæ Vlyßipon.* 612 f
† *Barlaam M.* 761 e E
† *Barnabæ Ap. reliquiæ Vlyßipon.* 612 c
Barnabous Vicecomes Mediolani 1008 e f 1009 1010
Barnardus Groſſorius Presbyter in Cypro 14. ſec. 1018
Barſiorum familia Peruſiæ 923 c
† *Bartholomæi Ap. reliquiæ Vlyßipon.* 612 d *in Hungar.* 905 c 906 a *monaſt.* 444 f 445 a f
Bartholomæus Corſinus 1063 c
Bartholomæus Lamfredinus Ep. Faſulis 1063 d
Bartholomæus Piſanus 64 c
Bartholomæus Prouincialis ord. Prædicat. 14. ſec. 653 c
Barzabanes Iudex Perſarum 428 429
† *Baſenes, Helis, Ghani ſorores & Sophia mater MM.* 611 e
Baſenus Gallus 3. ſec. 87 d 96 b
Baſiliſcus Imp. 320 f
† *Baſilius Magnus* 112 f 213 e 453 a 1025 b
† *Baſilij M. templum Scythopoli* 308 b
Baſilius Macedo Imp. 441 c e
Baſſa Abbatiſſa Hierſol. 315 f 316 b
Baßianus Ep. Laodicenſis 1096 c
Baßiani iuſſu ſcripta Acta S. Caſſiani 947 b
Baſſus & Æmilianus Conſules 339 e 340 343 c
† *Bathildis Regina 26. Ianuar. &* 177 c
Baudus Præſes ſub Decio 809 e 810 c
† *Beanus, ſeu Beoanus Hibernus* 39 40 44 a 53 c
† *Beatrix M.* 271 a F
† *Beatrix Ateſtina* 1136 a
Beatrix fundatrix monaſt. Spinoſi loci 213 b
Beatrix ſoror S. Claræ 611 b
Beatrix vxor Frederici I. Imp. 221 f 888 f
† *Beatus Heluet.* 808 e
Beatus Ab. Gal. 393 b
Becco Ep. Lingonen. 863 f
Beccus Hibern. 6. ſec. 1116 b
Bela IV. R. Hungar. 897 e 898 a 900 e 903 c 906 f 909 a
Bela Dux f. Bela 4. R. Hungar. 898 e
Bellimer Rector Gal. 5. ſec. 370 d
Belliuus Brito 5. ſec. 604 a
Belpolenus Dux Gal. 964 c
Benedictus III. Papa 1083 f
Benedictus IX. Papa 382 c
Benedictus X. Antipapa 240 e 241 b
Benedictus XIII. Antipapa 839 f
† *Benedictus Abb.* 98 d 200 a 235 f 236 a 288 b *reliquiæ Vlyßipon.* 612 b *regula* 630 b *monaſt. Ital.* 878 e *pagus Ital.* 59 f
Benedictus Cardinalis ſub Paſchale II. 756 d 757 e
Benedictus Ab. Soranus 11. ſec. 443 d
Benedictus ex Monte-ferrando Ab. S. Antonij 162 a

A *Benedictus Clericus 9.sec.* 284 d
Benedictus Niger ord.Minor. 611 c
Benedictus pater S.Marcelli Papæ 10 d
Benedictus Præcentor Lusit. 409 e
Benenatus Presb.Sabaudus sub Diocletiano 771 b
Beneuentani domiti à Carolo Magno 880 f
Beniamin Ep.Hierosol. 1025 f
† *Benignæ V.M. reliquiæ Vlyssipon.* 612 e
† *Benignatus Perusiæ* 924 f
† *Benigni Ep. reliq.Vltraiecti* 355 e f 356 b 357 a e f 358 a b 359 a 560 b
† *Benignus Presb.M.Diuione* 74 78 543 c 694 d 695 a 1135 b
Benno Heluetus 381 c f
Benottius de Federigis Ep.Fæsulis 1072 f
Bera nobilis Hisp. 401 d
Beraldus Comes Ital. 10.sec. 444 a b
† *Berarius Ep.Cenoman.* 177 c
Bercharius Dux Laudunensis 7.sec. 43 f 52 f
Berchtoldus Dux Germ. 382 e 383 c
Berengarius Ep.Gerundæ 414 f 415 b
Berengarius Ep.Vesontinus 543 f
Berengarius R.Ital. 378 a d e 1160 f
Berengarius Comes Redonen. 964 c
Berengarius de Antença Hisp. 12.sec. 836 f
B *Berengarius Cassanus ord.de Mercede* 988 c.
Berengarius Gal. 9.sec. 866 f
Berengarius Gregorensis Decanus Nicosiæ 1004 b e 1018 f
Berhardus Ep.Ambiani 1 c
Beringerus Princeps Herciniæ & Ascaniæ 733 e
Berisindis vxor Lotharij 207 e
Beornardus de Nouo-Mercato 11.sec. 241 e f
† *Bernardinus Senensis* 1101 d
† *Bernardus Ep.Parmensis* 336 c f
Bernardus Ep. Cremonæ 580 f
† *Bernardus Ab. Claræual.* 72 f 892 c f *Canonizatio* 181 d
reliquiæ Vlyssipon. 612 d
† *Bernardus de monte Iouis* 970 f
Bernardus pater S.Bernardi Viennensis 545 e
Bernardus Ab.S.Maximini 647 f
Bernardus Ab.Trecis 11.sec. 939 a
Bernardus Ab.VVatinensis 798 c
Bernardus R.Ital. 883 f 884 c
Bernardus Dux Saxoniæ 1144 c
Bernardus Comes Ital. 10.sec. 444 b
Bernardus Comes Ostensis 1155 e
Bernardus Comes Fuxensis 195 d
Bernardus Comes de Lippiâ & Ep.Lihalhen. 452 f
Bernardus de Cassolis ord.de Mercede 988 c
Bernardus Courbariensis ord.de Mercede ibid.
C *Bernardus de Ecschanangnijs Gal. 12.sec.* 155 e
Bernardus de Meyta Hisp. 12.sec. 836 f
Bernardus Præcentor Cæsarauguste 13.sec. 837 e
Bernardus Rottendorpius 1144 d 1155 a
Bernardus Shona ord.de Mercede 988 c
Bernardus VVittius Scriptor 1144 c
Bernarius Ep.VVormatiæ 547 e
Berno Ab.Castri Gal. 400 d
Bernoinus Ep.Vesontinus 887 f
Bero Comes sub Carolo M. ibid.
Beroaldus Ab.Gal. 392 f 393 b
† *Bertha Ab.* 1079 d
Bertha famula B.Haseke 759 a
Bertha vxor S.Ethelberti 176 c
Bertha filia Caroli Magni 286 f 883 d
Berthais filia Pipini R.Ital. 883 f
Berthegisilus Cenoman. 7.sec. 1143 d e
Berthegisus Ep.Carnoti 230 d
Berthildis vxor VVaifarij 6.sec. 204 c
Berthoaldus Ep.Cameraci 1049 b
Bertholdus Ep.Rigensis 1156 e
Bertholdus de Bosant 13.sec. 900 c
† *Berthulfus Conf.in Blandinio* 388 f
† *Bertichramnus Ep.Cenoman.* 1140 f 1141 c 1143 a
† *Bertilia mater S.Aldegundis* 1036 a 1037 a 1038 c 1041 c D
1044 c 1047 d 1048 a c d e
† *Bertilia Abbatissa Calæ* 734 f 735 a 740 e 742 a 743 f
744 c 745 c e 746 a b
† *Bertinus Ab.* 608 *monast.* 798 c 802 f
Bertrada mater Caroli Magni 883 e
Bertrammus Ab.Stabuleti 640 b 644 e
Bertrandus Ep.Burdigal. 450 c 451 a
Bertrudis Gal. 9.sec. 867 b
Bertulfus Ab.Treuiris 646 a
† *Bertulfi Vita* 633 c
† *Betharius Ep.Carnoten.* 235 a
† *Bettelinus Erem.* 562 e
Bilichilda vxor Childerici III. 635 c
Bithynius Iudex Rauennæ 4.sec. 223 f 224 a 226 e
Bizamon Ægyptius sub Diocletiano 456 c
Blæsilla mater S.Paulæ 713 b
† *Blandina M.Gal.* 213 e 1079 d
Blandinus Ab.Gal. 401 d
† *Blasij Ep.M. reliquiæ Meloduni* 357 c *Vlyssipon.* 612 a
† *Blastus Tribunus Claudij II.* 216 e
Blathmecus R.Hibern. 329 b 332 f 333 d
Blidrannus Ep.Vien. 288 e
Blithildis filia Clotharij 1. 1135 c
Blithildis soror Dagoberti Regis Gallia 98 e f E
Bodilo Cenoman. 7.sec. 1143 d
Bodo Senator Aruern. 7.sec. 632 f 635 e
Boëmanni populi Germ. 882 c *Bohemicum bellum Caroli Magni* 881 f
Bogoris Dux Bulgar. 442 d
Boleslaus Pius Dux Polon. 897 f 903 c
Boleslaus Pudicus R.Polon. 897 e 903 c
Bona-Gratia Generalis ord.Minor. 450 c
Bonfilius Gal. 10.sec. 492 e
Bonifacius III.Papa 228 b
Bonifacius IV.Papa ibid.c
Bonifacius VIII.Papa 162 b
† *Bonifacius Ep.Lausanensis* 361 c d 603 b 976 d
† *Bonifacius Ep.Moguntiæ M.* 1135 b 1154 c 1155 d f 1156 a
1157 e 1158
Bonifacius Cubicularius Papæ 7.sec. 228 b
† *Bonitus Ep.Aruern. 15.Ianuar. &* 380 f 381 a d 629 b
Bonnosus Presb.Ticini 366 f
Borellus Maior Comes Ital. 445 a
Boruchtuarij populi Germ. 541 c
Boso Belga 11.sec. 644 d
Boso mon.Claravallis 807 f
† *Brandanus Ab.* 36 d 43 c 46 c 47 c d
Brandub R.Lageniæ 1112 b 1115 d e 1116 a 1117 a d 1118 d
1119 f F.
Brendinus R.Hibern. 45 d 46 f 47 d
† *Briccius Ep.Turon.* 195 a b
Brichteagus Ep.VVigorn. 239 c
† *Brigida V.* 960 a 1079 a 1120 a *reliquiæ Duni* 238 d
Vlyssipon. 612 a
Britmerus Ab.Angl. 11.sec. 240 c
Britones domiti à Carolo Magno 880 f
Britvvaldus Ep.VVinton. 446 c e
Brodbinus Præfectus 9.sec. 292 c
Brumasius Ep.Calari 610 e
Brunichildis Regina 202 c 737 d 968 c
† *Bruno Ep.Coloniæ* 342 c 347 e f 348 a 349 b d 355 e
356 a 357 a
Bruno vel Brunus ord.Cister. 761 b
Bruno Magister domus S.Anton. 161 e
Buccellinus Dux Francorum 6.sec. 32 c *Buccilenus* 33 f 861 a
Buchinus Vermius Dux classis Venetæ 14.sec. 1012 c
† *Bucolus Ep.Smyrnæ* 691 c 693 b 696 b 697 d e f 699 c
700 c
Burchardus Comes Stabuli 887 888
Burco Ital. 5.sec. 366 b c
Burgundi in Galliâ 98 b
Bythinnus Iudex Rauennæ 4.sec. 224 b

A

C

CAdor Dux Cornubiæ 952 f 953 a
Caducanus Ep. Benchorenſis 251 e
Cadulphus Cenoman. 7. ſec. 1143 d e
† Cæcilia V.M. 355 c 363 c 454 a reliquiæ Vlyßipon. 612 f
Eccl. Albigæ 749 d
Cæcilia V. ord. Prædic. 611 c
† Cæleſtinus I. Papa 843 c 844 a 845 f 852 d e
† Cæleſtis Ep. Metis 201 b
† Cæſarij regula 630 b
Cæſarius cuiuſdam corpus in Galliam allatum 290 c
Cæſarius Ep. Aſiæ 3. ſec. 810 f 817 b 824 b 832 a
Cæſarius Ab. Confluentiæ 978 e
Cæſarius Conſul 4. ſec. 810 f
Cæſarius Antiochenus 6. ſec. 322 f 323 c d
Cæſarius Præfectus Cyzici 1081 d
Cæſarius Præfectus palatij 4. ſec. 596
Cait-Arax Miramamolin. Maurit. 62 f
† Caius Papa 275 b 276 277
Caius ſocius Irenæi Smyrnæ 692 e f 704 f 707 e
† Caleb ſepulchrum 715 d
† Caleſius mon. Miciaci 628 b c
B † Caletricus Ep. Carnoti 235 a
Calipha Syriæ 407 c
† Caliphus Conf. 388 c
† Calliſti cœmiterium 3 e 252 c 253 b 256 d 258 c
Calliſto femina Smyrnen. 1. ſec. 696 b c e
Calliſtus II. Papa 150 d Eccleſiam S. Antonij conſecrat Viennæ 155 156
Calliſtus Patriarch. Conſtantinop. 993 a
† Calliſtus Ep. 216 f 217 a
† Calocerus 2 f
Calotychus Perſa 7. ſec. 437 b
Calpurnius Præfectus Claudij II. Imp. 217 d
Calus Ægyptius 1090 a
Camerio Ep. Smyrnæ 700 e f
Can pater S. Gildæ 955 f 959 b Can gigas ab inferis reuocatus 603 b 605 a an idem, à peccato reuocatus 1150 f
† Candidi M. reliquiæ Vlyßipon. 612 d
Candidianus Comes Theodoſij Iunioris 851 c
Capraria Ital. 5. ſec. 366 c
Capraſius Ep. ſub Claudio II. 217 b
† Capraſius director SS. Honorati & Venantij 19 a 25 b 29 e
† Caradocus Eremita Angl. 1079 b
Caradocus Lancaruanen. 956 b
Carinus Imp. 571 c cum Diocletiano & Maximiano 275 b c
† Carileſus Ab. Miciaci 230 c
C † Carolomannus ex Rege monach. 98 f 235 c 236 e 878 d 879 b
Carolomannus frater S. Caroli Magni 878 e f
† Carolus Boromæus 260 f 261 a 1030
Carolus Ep. Margarenſis 357 b
Carolus Ep. Nouarien. 1100 b
Carolus de Rouſſy Ep. Sueßione 296 e f
† Carolus Magnus 28. Ianuar. & 99 a 382 e 546 f
Carolus fil. Caroli Magni 882 a c d 883 d f
Carolus Caluus Imp. 89 e f 99 c 101 102 293 e 401 b
Carolus IV. Imp. 991 a 997 f 1008 c 1135 d 1140 e 1145 c 1151 a f 1153 a
Carolus R. Siciliæ 903 a
Carolus Minor ſeu Simplex Rex Franc. 102 c d 104 d
Carolus Martellus R. Hungar. 999 a
Carolus Martellus, Martulus, ſiue Tudis victorioſus 98 f 99 e 235 c 878 c 879 b
Carolus filius R. Apuliæ 999 a
Carolus filius Ludouici Tranſmarini 104 e
Carolus nepos Ludouici Tranſmarini Regis ibid. f
† Carolus Bonus Comes Flandr. 800 c 806 d
Carpaſius Vicarius Maximiani Imp. Romæ 8 c 11 e
† Carpophorus & Abundius MM. 927 b reliquiæ Mindæ 589 f
Carpophorus ſocius S. Conſtantij Peruſini 926 f 934 e
Carthacius Perſa 430 c D
Carus Imp. 570 d 571 c
† Caſairæ V. reliquiæ Vlyßipon. 613 a
Caſimirus R. Polon. 897 f
Caſimirus Magnus F. Polon. fil. Ladiſlai Loctici 1008 e
Caſperius Princeps ſub Decio 819 e
† Caßianus Ep. Tudert. 947 b c
† Caßianus M. 617 f
† Caßianus Hiſp. M. 389 a 393 f
Caßianus Sacerdos idolorum Canopi 1086 e
† Caßius & Victorinus MM. Aruern. 630 e 634 c
Caſtellanus Ab. Arlenſis in Hiſpaniâ 9. ſec. 4 d
† Caſtorij Martyrium 270 f 276 a f
Caſtorius pater S. Felicis IV. Papæ 1032 b
† Caſtricianus Ep. Mediolani 1030 b
† Caſtuli Zetarij palatij Acta & Martyrium 276 b 277 f 278 b
Cata vidua Gal. 177 f
Catellius Regulus Luſit. 220 d
† Catharina V.M. 1146 d reliquiæ Vlyßipon. 612 f
Catharina de Bourbon Abbatiſſa S. Mariæ Sueſsione 296 c
Catharina Deza Abbatiſſa Loruanij Luſitan. 63 d
Catharina V. Germ. ord. Ciſter. 611 b
Catharina ſoror B. Margaritæ Hungar. 897 f 898 a
Catharina Prioriſſa ord. Prædic. Hungar. 13. ſec. 905 a
Cathigeta Puteolanus 616 c 617 b c E
† Catinail, ſiue Cadocus 603 f
† Cauentius Conf. 388 c
Caunus Britan. 1150 f pater S. Gildæ 955 f 958 b
† Cedianus Hiſp. 389 a 393 f
† Cenas ſocius S. Hippolyti 1025 d
Cenomani ad Chriſtum conuerſi 763
† Cenſorinus ſocius S. Hippolyti 1025 d
† Ceraunius, ſiue Ceraunus Ep. Pariſienſis 73 c 76 e
Cerealis Præfectus Vrbis 1106 e
Chaddo Cenoman. 7. ſec. 1143 b
† Chagnoaldus Ep. Lauduni 1079 e
Chagnoaldus Ab. 1140 c
Chalcedonenſe concilium 313 d e f laudatum à S. Euthymio 314 a 315 e 320 f
Charibertus R. Galliæ 98 e 735 b
Chariſius Præſes M. Aurelij Imp. 925 f 926 933 f 934
† Charitina M. 914 b e
† Chariton eremita 298 b c 300 b eius antrum ſeu ſpelunca 309 e
Cherimirus Presbyter Carnoti 6. ſec. 231 c
Childebertus I. filius Clodouæi Rex Francorum 98 d 398 d 399 a 746 e 968 a
Childebertus II. R. Franc. 98 e
Childericus I. R. Franc. 960 f
Childericus II. R. Franc. filius Clodouei II. 386 f 733 d F 734 b 735 b 736 a 740 a 743 d
Childericus III. R. Franc. 98 c 629 630 b 631 c f 635 c 878 b f
Chilpericus I. R. Franc. 98 e 230 c 233 c 399 c 968 a 1140 f
Chilpericus II. ſeu Daniel Clericus Rex Franc. 98 e
Chirardus Ep. Florentiæ 791 f
Choſroës R. Perſarum 423 424 430 c e 434 f 435 c 436 d 437 c 497 b
Chriſta Comitiſſa Oſtenſis 1155 e
Chriſtianus Ep. Ambiani 1122 a 1123
Chriſtianus Ep. Mogunt iæ 890 c
Chriſtianus II. Ab. Monaſt. Scot. Herbipoli 251 c
Chriſtianus mon. Hemmenrodæ 12. ſec. 978 b
† Chriſtinæ V.M. reliquiæ Vlyſsipon. 612 c
Chriſtina de Aquila 180 a
† Chriſtophorus 917 d reliquiæ Coloniæ 348 c Vlyſsipon. 612 c
Chrodobertus Ep. Pariſien. 739 f 743 d
Chrodobertus Ep. Turone 631 a
† Chromatij Præfecti Romæ ſub Diocletiano conuerſio, Acta, 265 d 270 d 271 c 272 275 277 f
Chryſanthus Ep. Nouatianorum Conſtantinopoli 5. ſec. 846 b
† Chryſanthi Ep. Baſileenſis reliquiæ Vlyſsipon. 612 f

† Chrysanthus & Daria MM. 1137 a
† Chryse Virg.M.Romæ 1025 d
Chrysippus scriptor Ecclesiasticus 308 a 311 e f 314 f 315 f 318 f 319 a 320 b c
Chrysostomus vander Sterre Ab.Antuerp. 975
† Clara Aruernis 194 d
† Claræ Vrsulanæ reliquiæ Trecis 1125 d
Clarebaldus Ep.Siluanectis 796 b
Clarus Gal. 6.sec. 859 e
Claudia Aruern. 7.sec. 631 f
† Claudianus M.Corinthi 1025 a
† Claudinus 761
† Claudij Commentariensis Diocletiani conuersio & martyrium 269 f 270 d e f 271 a 276 a f
† Claudius M.Corinthi 1079 a
† Claudius, Iustus, Iocondinus MM. 938 e
Claudius I. Imperator 183 e f 184 f 185 infestus Christianis 183 f
Claudius II. Imp. 34 b 183 c d obitus 183 190 a 214 b 216 217 218
Claudius de Charmes Ab.Diuione 491 f 492 a
Claudius mon.Reomai 6.sec. 861 f
Clematius mon.Palæst. 5.sec. 309 e 310 b c d
† Clemens I.Papa 761 c 762 b 1152
B Clemens V.Papa 450 c f 451 a 898 c
Clemens VI. Papa 997 d 1061 c
Clemens VIII. Papa 1063 d
† Clementis Ep.M. reliquiæ Vlyssipon. 612 f e
† Clemens Ep.Metis 201 b
Clemens Presb.Laudensis 224 a 225 b 226 d
Clemens Gal. 9.sec. 866 f
† Clementiæ reliquiæ Vlyssipon. 612 b
† Cleophæ pater S.Simeonis Ep.Hierosol. 1025 f
Clodion Rex Francorum 98 c
Clodomirus senior Rex Francorum ibid.
Clodomirus Rex Aurelianis fil.Clodouei I. ibid.d
Clodoueus I. Rex Francorum 98 c 195 b 356 357 358 746 d 845 a 855 f 856 a 857 a 861 a 985 f
Clodoueus II. Rex Francorum 41 d 42 c 48 c 51 e 55 b 98 e 167 d 177 c 732 f 733 734 b 735 736 739 d f 742 d 743 c d 1140 c e 1142 f
Clodoueus III. R.Franc. 98 e 357 a
Clotharius I. R.Franc. 98 d 230 c 231 a 279 398 746 e
Clotharius II. Rex Franc. 98 e 166 f 168 f 205 b 735 d 1135 b 1140 f
Clotharius III. R.Franc. 98 e 732 f 734 735 738 739 743 d 856 d
† Clothildis R.Franc. 746 d
Clothildis vxor Amalarici Regis 399 b
C Cnuto R.Angl. 11.sec. 240 c 446 c
Cobiota Ægyptius 1094 b
† Coëmanus Hibern. 331 e
† Colagia ord.de Mercede 988 b
Colche pater S.Moluæ 1114 f
† Colmannus Elo 1112 b
† Colmanus Ep.Druorensis ibid.
† Colmanus filius Fyacrij 1119 e
† Colmani M. reliquiæ Vlyssipon. 612 d
Colomannus R.Haliciæ 897 e 898 b
Colucius Pierus Florentinus 15.sec. 1061 c d 1069 f
† Columba Abbas Hibern. 329 b 330 b 542 a reliquiæ in Hu insula 237 e f & Duni 238 d
Columba Ab.Viriæ 1111 1118 c
† Columba Virgo M. 72 f
† Columbanus Ab. 56 b d 59 b 544 c Luxouio erectus 201 202 203 a 205 b 209 d Eius regula 630 d Vitæ 633 c
† Columbinus seu Columbanus Iunior Ab.Lutræ 199 c 200 c 202 b 205 f 206 b 207 d 543 c reliquiæ 208 e
Combricius, seu Combrutius Præses sub Decio 809 e 810 b c 813 817 818 819 820 821 824 825 826 827 828 829
† Commodus socius S.Hippolyti 1025 d
Conanus Ep.Sodoren. 690 f
Conanus Comes Redonen. 964 c
† Concordius Ep.Arelat. 25 d D
† Concordius Presb.M. 1.Ianuar. & 767 b 927 c 929 b 930 935 a d
† Congallus Ab.Hibern. 329 b
Cono Ab.Aroasiæ Card.Ep.Prænestinus 798 c 262 e
Cono Ab.Busendorfi 645 f
Conomerus Comes Leonensis 961 f 963 a
Conon Ab.S.Sabæ 302 a
Conradus Card.Portuensis 13.sec. 399 d
† Conradus Ep.Constantiæ 763 a
Conradus I. Rex siue Imp.Germ. 10.sec. 263 b
Conradus II. Imp.Salicus 645 d 647 d
Conradus Bauarus 11.sec. 263 e
Conradus frater Ottonis Com.Palatini 221 f
Conradus Ab.Villarij, Clareual.Cisterc.Cardinalis 976 a d 978 e
Conradus ab Heua 10.sec. 263 f
Consaluus Viega Lusit. 406 e
† Consolata 196 e
Constans Imp.fil.S.Constantini 137 d
Constantia Alphonsi VI. R.Castellæ vxor 1056 c f 1057 b f 1059 d
Constantia vxor Henrici VI.Imp. 895 f
Constantia vxor Roberti R.Franc. 789 c
† Constantia filia Constantini Magni 350 e 353 e f 355 a E
Constantia Ducissa Rassiæ 897 f
Constantia Picolominia 258 f
Constantinopol. 1.Concil. 315 e 2.Concil. 328 b
Constantinus Ep.Bostrensis 318 c
Constantinus Ep.Constantiæ Cypri 496 b 500 c
† Constantinus Magnus 484 c 512 a 527 c 564 e 565 f 1153 b
scribit S.Antonio 137 d
Constantinus III. Imp.filius Heraclij 149 c 423 e 501
Constantinus Pogonatus Imp. 149 c d 452 e 780
Constantinus Porphyrogeneta Imp. 883 f
Constantinus R.Britonum 6.sec. 952 c d f 953 a
Constantinus Prior Burgis 12.sec. 1056 f
Constantius Ep.Albigæ 749 e
Constantius Ep.Cæsenas 333 b
Constantius Ab.Ital. 10.sec. 444 a
† Constantius mon.Miciaci 628 b c e
Constantius Imp. 355 a 419 b 484 c 564 e f 565 568 569 a
scribit S.Antonio 137 d sub eo MM.Alexandrini 840
Coppula familia Stabiis Ital. 227 e
Copti Ægypt. 162 d
Corber Hibern. 1116 f
† Cordulæ V.M. reliquiæ Vlyssipon. 612 e f
† Cornelius Papa 253 d
† Cornelius Centurio 714 c
Cornelius Curtius Canonic.Scriptor Vitæ S.Lufthildis 1146 b F
† Cornelij M.templum Cæsareæ Palæst. 439 a
† Coronæ V.M. reliquiæ Vlyssipon. 612 e
Cortac Persa 435 c
Cortra Ab.Hibern. 1055 c
Cosmas Episc.Scythopolis 308 a b 310 f 311 a e 314 e 318 f
† Cosmæ & Damiani reliquiæ Vlyssipon. 612 d Eccl. 1032 1033 a monast.Toleti 536 b
Cosmas Ioannis de Medicis 1070 e 1076 d
Cosmas de Salutatis Canonic.Florentiæ 1072 f
† Crescentianus, Ariston &c.MM. 270 f
Ctesippus Alexandr. 7.sec. 518 d
Cuasgius filius R.Hibern. 1119 e
† Cucuphas 391 a
† Cudbertus Ep.Lindissarn. 540 541
Cuillus frater S.Gildæ 958 c
Cuneglasus R.Britonum 6.sec. 952 e
† Cunegundæ Augustæ V. reliquiæ Vlyssip. 612 b
† Cunegundis R.Polon. 897 e 903 c
† Cunibertus Ep.Colon. 1144 b
Cutragon Dux Bulgarum 441 c 442 b d
Curicius Dux sub Maximiano 466 468 f 469 f 478 a 482 f 483 f
Cusinitis Regulus Persid. 218 f

† Cyprianí

A † *Cypriani monaſt. Pictauis* 99 *c* 150 *c*
Cyprianus S.R.E. Archidiaconus 253 *b*
† *Cyprius ſocius S. Hippolyti* 1025 *d*
† *Cyriacus Diac.* 916 *f* 1145 *e* *martyrium* 5 6 7 8 10 11
† *Cyriacus anachoreta Palæſt. vide Quiriacus.*
Cyriacus Palæſt. 6. ſec. 327 *a b d e*
† *Cyrici reliquiæ Elnone* 642 *a b*
† *Cyrillus Ep. Alexandr. 28. Ianuar. &* 310 *e f* 1083 *b* 1088 *b*
† *Cyrillus Ep. Hieroſol.* 917 *a*
Cyrillus Ep. Mylaſæ 600 *c*
† *Cyrillus Ep. Treuiris* 730 *b*
Cyrillus Scriptor vitæ S. Euthymij 299 300 301 *e* 324 *a b* 328 *a b d*
Cyrillus Erem. in Syriâ 489 *b* 771 *f*
† *Cyrini martyrium* 216 *d*
† *Cyrinus Ep. ſocius S. Hippolyti* 1025 *d*
Cyrion Presb. Palæſt. 5. ſec. 308 *b c* 309 *b*
Cyrus Patr. Alexandr. 497 *f*
Cyxilla, ſeu Cyxilanes Ep. Toleti 808 *c* 811 *e* *vide Zixilanes.*

D

† D *Agobertus Rex* 417 *d*
Dagobertus I. R. Franc. 98 *e f* 166 *f* 167 *a* 171 213 *b* 251 *b* 735 *d* 1034 *c* 1035 *f* 1044 *a* 1047 *c* 1049 *d*
B 1140 *c f* *Imperator dicitur* 12 *d*
Dagobertus II. R. Franc. 98 *e*
Dalharab Miramolin. Marochij 406 *f*
Dambargidh Hibern. 6. ſec. 1113 *a*
† *Dalmatius Ep. Rutenis* 968 *b*
† *Damiani monaſt.* 585 *f*
† *Damianus Ep. Ticini* 1055 *a d*
Damianus Diac. Alexandr. 7. ſec. 422 *e* 504 *e*
Dani 881 *b* *Britanniam infeſtant* 237 *e* *Danicum bellum Caroli M.* 882 *a*
Daniel Ab. Ægypt. 5. ſec. 847 *e*
Daniel Ab. Camberonæ in Belg. 251 *c*
Daniel Ab. Schonauiæ 978 *c*
Daniel Clericus ſeu Chilpericus II. R. Franc. 98 *e* 879 *a*
Daniel Feldnerus Soc. IESV 1034 *a*
Daphnus Ep. 2. ſec. 700 *d*
Datianus Præſes Diocletiani in Hiſpaniâ 393 *f* 394 *b f* 395 396 *f* 415 *b* 834 *e* 835 *a*
† *Dauid Ep. Meneuenſis* 957 *c* 1111 *e* 1113 1114 1116 *f* 1117 *a*
Dauid R. Scotiæ 1008 *d*
Dauides Ab. Syr. 488 *b*
Decius Imp. 188 *d* 255 *f* 256 *c f* 453 *c* 569 *c* 570 571 581 *c* 808 *c* 810 *b* 817 *b* 1026 *c* 1079 *c* 1152 *d* *imperium* 83 *b* 93 *b*
Decius Præſes Diocletiani 297 *a d*
C † *Defenſor Ep. Andegaui* 764 *b*
Defenſor Princeps Cenoman. 2. ſec. 763 768 *d* 1143 *e*
† *Delphinus Ep. Lugduni* 737 738
† *Demetrius* 905 *c* 906 *a* *altare in Ital.* 1101 *d* *parochia* 962 *f*
† *Deodatus Ep. Beneuent.* 603 *a*
† *Deodatus Clericus Antiochiæ* 867 *c*
Deodericus Ep. Metenſis 399 *f* *vide Theodericus.*
Dermitius R. Hiberniæ 329 *b* 331 *c* 332 *f* 333 *d*
Deſideratus Ep. Albigæ 749 *e*
Deſideratus Ep. Bituric. 165 *f*
Deſideratus Presb. Cabilone 776 *f* 777
Deſiderius Ep. Cabilone 776 *e f*
Deſiderius Ep. Cadurcenſis 167 *a*
† *Deſiderius Ep. Lingonenſis* 76 *e*
Deſiderius Ep. Morinorum 251 *c*
† *Deſiderius Ep. Viennæ* 213 *d* 737 *d* *S. Deſiderij-mota* 150 *b* 151 *c* 152 *f* 154 *c* 155 *a*
Deſiderius R. Longobard. 236 *b* 878 *f* 879 *e* 881 *a* 883 *d*
† *Dicolla Ab. Hibern.* 1115 *c*
† *Dicullus, ſiue Tibulla Presb.* 41 55 *a*
Dida Ab. Lugduni 610 *f*
Didacus Presb. Hiſp. 538 *a*
Didymus mon. Ægyptius 4. ſec. 145 *f*
Dinifius Ep. Turon. 195 *b c*

Diocletianus 157 *c* 158 *e* 191 *b c* 192 *e* 220 *c* 257 *c* 258 *e* D 297 349 *c* 350 *e* 389 390 391 *a* 393 *c* 415 *a* 455 *f* 456 *a* 457 *d* 459 *a e* 461 *e* 462 *c e* 463 471 *f* 591 770 832 *b e f* 833 *c* 834 *b* 890 1027 1081
Diodorus Ep. Tarſenſis 853 *f*
† *Diodorus Presb. & Marianus Diac.* 72 *f*
† *Diodorus M. Corinthi* 1025 *a* 1079 *a*
Diogenianus Ep. Aloigæ 194 *b*
Dionyſia mater S. Euthymij 299 *c* 302 *c*
† *Dionyſius Papa* 213 *f* 591 *c*
† *Dionyſius Ep. Alexandriæ* 109 *f* 761 *e* 1079 *c*
† *Dionyſius Areopagita* 338 *c f* 564 *a*
Dionyſius Ep. Corinthiorum 693 *c*
† *Dionyſius Pariſiorum Apoſt.* 200 *f* 763 *e* 774 *f* 1154 *Eccl.* 283 *c* 740 *d* 744 *c* *monaſt. iuxta Montes* 1053 *c* 1054 *a*
S. Dionyſij-burgum Ital. 159 *b*
Dionyſius Ab. Ital. 10. ſec. 443 *e*
Dionyſius Ab. Rhinocoruræ 15 *d*
† *Dionyſius M. Armen.* 833 *b*
Dioſcorus Ep. Alexand. hær. 313 *d* 315 *e* 844 *d*
Dioſcorus mon. Ægypt. 846 *f*
Dioſcorus Comes in Galliâ 3. ſec. 85 86 95
Ditzeingus Dux Bulgar. 442 *a*
Docimatius Ep. Maroniæ 773 *f*
Doda Comitiſſa Ital. 10. ſec. 445 *f* 446 *a* E
Dodila Gal. 9. ſec. 867 *d*
Dodo 1. Abbas Stradenſis in Galliâ 9. ſec. 100 *c d* 101 *b c*
Dodo de Alcala Hiſp. 12. ſec. 836 *f*
Dodo monach. Cenoman. 178 *f*
Dodo monachus Ital. 11. ſec. 442 *f*
† *Dominicus Inſt. Ord. Præd.* 688 *b*
† *Dominici Conf. reliquiæ Vlyſſip.* 612 *c*
† *Dominicus Saracenus & 18. MM. Cordubæ* 1079 *e*
Dominicus Capranica Cardinal. 1071 *d* 1076 *f*
Dominicus Doſus ord. de Mercede 988 *c*
Dominicus à S. Geminiano 1096 *f*
Dominicus Turrianus Hiſp. 838 *c*
Domio Ab. Bituric. 7. ſec. 166 *c* 175 *f*
† *Domitianus Ep. Traiect.* 196 *a*
Domitianus Ep. Ital. 5. ſec. 1096 *d*
† *Domitianus Oeconomus S. Euthymij* 27. *Ianuar. &* 306 *d* 307 *c* 308 *c f* 309 *a* 314 *e* 316 *c* 318 *b d f* 319 *a c*
Domitianus Imp. 563 *f* 566 *d f* 568 *d*
Domitianus Vicarius Diocletiani 461 462 469 *f* 471 *f* 472 *a c* 483 *f*
Domitianus Præſes Maximiani 394 *a*
† *Domitius Canon. Ambianenſis* 1122 1124 *d*
Domitius Vicarius Maximiani 466 *d* 467 468 *f* 469 *f* 478 *e f* 479 *a e* 482 *f* 483 *f*
† *Domne M. Nicomed.* 808 *e* F
† *Domninus* 208 *a* *caſtrum* ibid.
† *Domnolus Ep. Cenomanis* 398 *b* 399 *c* 762 *b* 1143 *b*
Domnus Patr. Antiochiæ 308 *b c* 310 *f* 311 *a*
† *Donatus* 775
Donatus 3. ſec. 253 *d*
Donatus ſatelles Gallieni 340 *a*
Dongual. Gal. 966 *a*
Donnoſus Ab. Ital. 10. ſec. 443 *d*
† *Dormientes VII. Gal.* 165 *b e*
† *Dorotheæ V. M. reliquiæ Arelati* 25 *d* *Vlyſſipon.* 612
Dorothei Ab. monaſterium Gazæ 607 *e*
† *Dorus Ep. Beneuent.* 603 *a*
Doſitheus 716 *c*
Dragitus ſeu Drago F. Sclauorum 8. ſec. 881 *d*
Drogo Ep. Morin. 796 *d*
Drogo filius Caroli Magni Ep. Metis 884 *b*
Duartes Galuanus 406 *c*
† *Dubritius Ep.* 603 *e* 604 *d*
† *Ducatus mon. Miciaci* 628 *b e*
† *Dulcardus* 166 *f*
† *Dumneua* 176 *c e*
† *Dunſtanus Ep. Cantuar.* 244 *e*
Dunſtanus Ab. Scotus 807 *e*

A *Durandus Ep.Leodienſis* 452 f
Durantus, ſeu Duranus Ab.Caſæ-Dei Ep.Aruern. 1059 c
Dymnia miles Hibern. 1114 e
Dynamius Ép.Engoliſmæ 194 b
Dynamius Patricius Scriptor Vitæ S.Marij Bodan. 773 a b
Dynatus Ep.Nicopolis Epiri 852 f

E

Adbaldus R.Cantij 17 b c
Eadgarus Athelingus Angl. 11.ſec. 240 d 241 b
Eadmerus hiſtor. Angl. 184 c d
Eadmundus R.Angl. 241 b
† *Eadvvardus Rex Angl.* 239 e f
Eadvvinus Comes Angl. 11.ſec. 240 d
Eanfleda vxor Oſvvij R.Northumbriæ 779 e
† *Eanſvvita* 176 c e
Eaſtanus pater S.VVulſtani 239 c
† *Eata Abbas Melros Ep.Halgelſtad.* 540 d 541
Ebalus Ep.Remis 1035 c
Ebba Virgo Stotæ 1120 e 1121 c
Ebbo Ep.Remis 545 b
Eberhardus Ep.Conſtantiæ 382 b
Eberardus Comes Alſatiæ 200 a 206 e 207 d 208 b
Eberardus dicti Eberardi ex Hugone filio nepos 207 a
B *Eberhardus Comes Maurocenſis 11.ſec.* 263 e
Eberhardus Comes Bauarus 10.ſec. ibid. b f
† *Ebotus Hiſp.* 389 a 393 f
Ebracacius Dux Gal. 964 c
Ebrogiſilus Bituric. 7.ſec. 171 e 175 d
Ebronus Maior Domus Franc. 98 e 632 c 737 f 738 739 f 743 d 1117
Eckardus Germ. 14.ſec. 657 e 667 d
† *Edburga* 176 c e
Eddo Comes ſub Carolo M. 887 f
Edgils Presb.Scotus 7.ſec. 1121 f
Edmundus Ferrei-lateris Ang. 11.ſec. 240 d 241 b
† *Edvvardus R.Angl.Conf. 11.ſec. 5.Ian. &* 446 b e
† *Edvvardus R.Angl.M. 10.ſec.* ibid. c
† *Edvvardi R.Angl.ſepulchrum* 247 b f
Eduardus III. R.Angl. 1008 d
Eduardus Princ.VValliæ f.Eduardi III.R.Angl. ibid.
† *Edvvinus R.Northumb.* 176 c e
† *Egbertus Ab.* 541 e f 542 a b
Egebertus Ep.Monaſterienſis 115 b c
Egfridus R.Northumbriæ 540 c
Egfridi capella Furnis 802 c f
Eghardus Præpoſ.menſæ Caroli Magni 880 e
Eginhardus 215 *Scriptor Vitæ S.Caroli Magni* 875 b *Abb. Salingenſtad.& Gandenſ. &c.* ibid.
C *Egino Comes de Seine* 976 a
Egreas frater S.Gildæ 958 c d
Eilbertus Ab.Marilliaci 640 e 641 a b d
Eilbertus Comes 385 c
Elbonius Diac.Lauden. 225 b
† *Eleazari ſepulchrum* 716 e
Elebechus Dux exercitus 4.ſec. 596 c
Eleonora vxor Alphonſi VIII. R.Caſtellæ 65 f
† *Elesbaan R.Æthiopum* 970 d
Eleſius ſatelles Aureliani 343 f 345 a 346 b 347 b
Eleſmus famulus S.Iuliani Conchen. 894 f 1024 e
Eleutheria Gal. 4.ſec. 946 a
† *Eleutherius M.Pariſ.* 200 f *reliquiæ Vlyßipon.* 612 f
† *Eleutherus Papa* 582 a 583 d e 584 c e
† *Elfleda Ab.Rumſeiæ Angl.* 252 a
† *Elias Propheta* 716 e 1022 e
† *Elias Patriar.Hieroſol.* 299 a 301 a d 317 b c 319 b c 320 c e
Elias Ep.Barij 413 f
Elias Ep.Rotenſis 837 c
Elias Abbas Ægypt. 145 d
Elias Ab.S.Euthymij 301 d 319 f 321 a b 322 f
Elias Ab.Stradenſ.in Galliâ 10.ſec. 91 a 103 e 105 b
† *Elias Presb. 5.ſec.* 1104 c d
Elias Presb.Hieroſol. 427 b c 432 e f
Elias monach.Caſtri 54 a c 405 b D
† *Eligius Ep.* 41 e 44 c e 49 b 53 d 735 736 1041 c 1140 *reliquiæ Capuæ* 260 d e *mons Belg.* 795 e 796 e
Elipandus Ep.Toleti 811 c e
† *Eliphij reliquiæ Coloniæ* 347 e f
† *Eliſabetha vidua* 897 e 908 b 974 a *reliq.Vlyßip.* 612 f
Eliſabetha vxor Alphonſi VI. R.Caſtellæ 1057 a
Eliſabetha vxor Ottonis Ducis Bauariæ 897 f
Eliſabeth f.Stephani R.Hungar. 906 b
Eliſabeth f.Ladiſlai IV. R.Hungar. 905 d
Eliſabetha Staglin ord.S.Dominici 676 b
Eliſabetha Paguera Hiſp. 14.ſec. 561 b
† *Eliſeus* 716 e *ſepulchrum* 347 c
Ellenhardus monach. 215 c
Ellinus Ab.Lancaruan. 604 a d 605 e
Elo Com.Palatinus 645 f
† *Eloquius* 386 b 1049 b
† *Elpidij reliquiæ Metis* 399 f 588 f 589 b c
Elpidius Abbas S.Paſſarionis 313 f 314 b 315 f
Elpidius Præfectus prætorio Syriæ 4.ſec. 146 f
Elſinus miniſter R.Angl. 11.ſec. 247 f
† *Eluiræ reliquiæ Vlyßipon.* 613 a
Elzon Gentilium Deus 191 d
Embritius Ab.Heluet. 382 b
† *Emebertus Ep.Cameraci 15.Ianuar. &* 1049 c E
Emelinus adiutor S.Popponis 648 e
Emenone ſanctimonialis in Galliâ 6.ſec. 34 f
Emenulfus mon.Stradenſis 10.ſec. 104 e
† *Emerammi monaſt.Ratiſponæ* 783 c
† *Emerentiana 23.Ianuar. &* 353 c d 355 b c
† *Emericus f.Stephani R.Hungar.* 897 e 908 b
Emma vxor Manaßis Com.Ghiſnenſis 804 c
Encratiſtæ hæret. 364 a d
Engerannus Dom.Lillarij 798 e
Enguerandus Gal. 13.ſec. 1124 e
† *Ennodius Scriptor Vitæ S.Ephiphanij Ticin.* 364 c
Enola mater S.Vincentij 394 d 395 b 401 f
Eoglodius diſcipulus S.Columbæ 610 e
† *Eoharn Erem.* 965 d
† *Eonius Ep.Arelat.* 25 d
Epheſinum Concil. 310 c 315 e
† *Ephrem Syrus* 808 d
Ephres Ep.Hieroſol. 1025 f
Epiphania ſanctimonialis in Galliâ 6.ſec. 34 f
Epiphanius Patriarch.Conſtantinopolit. 1033 f
† *Epiphanius Ep.Cypri* 302 a e 505 e f 523 c 713 c 714 b 1108 a
Epiphanius Diac.S.Gregorij I.Papæ 495
† *Epictetus M.* 610 c
Equitius Dux Hibern. 1113 b F
† *Eraſmi reliquiæ Vlyßipon.* 612 c
Eraſmus Ep.Signienſis 446 d
Erchengarius Comes ſub Carolo M. 887
Erchanoaldus Maior-domus in Galliâ 733 e 739 c *Patricius Francorum* 41 d 42 c f 43 44 48 c e 49 a 51 e 52 c e 53 a 55 b
† *Erconvvaldus Ep.Londini* 917 a
Ercumbertus R.Kantij 176 b c
Erenfredus Comes Palatinus 646 b
† *Ericus R.Sueciæ* 249 b e f 562
Ericus Dux Fori-Iulij 881 f
Erimanus Ep.Verdenſis 221 f
Erkanradus Ep.Pariſien. 748 e
† *Erkenvvaldus Ep.Londini* 749 c
Erkemboldus Canonicus S.Audomari 796 e
Erlebaldus monachus Germ. 382 e f
Erlemundus Ep.Cenoman. 177 c
† *Erlolphus Ep.Lingonenſis* 74 c d
† *Erlulphus Ep.Verdenſis* 389 d
† *Ermenburga* 176 c e 177 a
† *Ermenburgis Regina Ab.in Angliâ* 338 e
Ermenfleda Atrebatenſis 7.ſec. 42 e
† *Ermengida* 176 c e
† *Ermenilda*

A † *Ermenilda R.Mercior.in Angliâ* 176 *b c*
Ermenredus R.Cantij ibid.*c*
Ermenricus mon.Elevvangenſis Scriptor Vitæ S.Magni 56 *b*
& B.Hariolphi 74 *c*
† *Erminus* 1049 *b*
Ermoaldus nobilis Gal. 7.ſec. 233 *d*
Ermenulphus mon.Stradenſ.Gall. 10.ſec. 104 *b*
Erneſtus mon.Stabuleti 11.ſec. 645 *a*
† *Ervvaldus monach.M.* 213 *e*
† *Eſaias Proph.* 611 *e*
Eſſæi in Ægypto 1.ſec. 109 *d*
Etgita R.Angl. 1059
Ethach Hibern. 6.ſec. 1113 *a* 1115 *d* 1117 *a* 1118 *d* 1119 *f*
† *Ethelbertus R.Cantij* 176 *e f*
† *Ethelbrittus* ibid.*c e*
† *Ethelburga vxor S.Eduini R.* ibid.
† *Etheldreda* ibid.
† *Ethelredus M.* ibid.
† *Ethelredus R.Merciorum* ibid.*b*
Ethelvvoldus Ep.VVinton. 446 *e vide ſuprà Æthel &c.*
† *Ethengota* 176 *c e*
† *Ethernanus Ep.Scotiæ* 562 *e*
Ethna mater S.Aidani 1112 *c*
Euagrius Epiſc.Antiochen. Interpres vitæ S.Antonij. 114 115
B 120 *f*
Euantius Archidiac.Toleti 536 *f*
Euarix Rex Gothor. 370 *f*
† *Euaſius Ep.Aſtenſis* 636 *c*
† *Euchardus mon.Miciac.* 628 *b c e*
† *Eucharius Ep.Treuiris* 201 *c* 730 *d* 1153 *a* *Acta, obitus* 917 918 919 921 922 *monaſt.Treuiris* 646 *a*
† *Eucherius Senior Ep.Lugdun.* 20 *f* 29 *e*
Eucrearus, ſiue Eucrarius, ſeu Euraculus Ep.Leod. 347 348 *e*
Eudo Angl. procus S.Aldegundis 1047 *f*
Eudo Regulus Vaſconum 8.ſec. 879 *a*
Eudo Comes 965 *a*
Eudocia vxor Hunerici R.VVandal. 316 *a*
Eudocia vidua Theodoſij Iunioris Imp. 313 *e* 314 *d* 315 316 *a* 317 *e f*
Eudoxia vxor Valentiniani III.Imp. 315 *c* 316 *a*
Eudoxius 4.ſec. 302 *e*
Euentius Ab.Rhedonen.Ep.Doli 791 *e*
† *Euerardus* 971 *f* 974 *a*
Euerardus Canonic.Colon. 12.ſec. 977 *f*
Euerardus Curatus S.Iacobi Colon. 978 *e*
Euerardus Taciturnus 181 *b*
† *Euergiſili reliquiæ Colon.* 347 *e f*
Euerhelmus Ab.Altimont. & Blandin. Scriptor Vitæ S.Poponis 637 *e* 638 *d* 645 *f* 649 *d* 651 *e* 652 *b*
C *Euervvordus fundator monaſter.Freckenhorſti* 1155 1156 *f* 1157 1158
† *Eugenius I.Papa* 779 *f*
Eugenius II.Papa 261 *c d f* 279 *c* 280 *b* 1137 *a*
Eugenius III.Papa 803 *d*
Eugenius IV.Papa 258 *e* 1062 *d f* 1070 *c* 1076 *c*
† *Eugenius Ep.Toleti* 536 *b* 537 *c*
† *Eugenius M.* 453 *d*
Eugenius Ægyptius 1093 1094
† *Eulalia* 1132 *c* *reliquiæ Vlyſſipon.* 612 *f* *monaſt.* 980 *c d*
Eulalius Ep.Syracuſanus 162 *d*
Eulaſius pater S.Exuperantij 602 *b* 1148 *f* 1149 *a*
† *Eulogius Patr.Alexandr.* 497 *f* 1088 *f*
† *Eulogius Ep.Edeſſæ* 1031 *f*
Eulogius Presb.Alexand. 5.ſec. 853 *d*
Eulogius Alexandrinus monach. 4.ſec. 146 147
Eunice mater S.Timothei 562 *f* 567 *b* 696 *a*
Euo Ab.Brunvvilarij 645 *f*
† *Euodius Aruern.* 630 *c d* 634 *f*
Euoptius Ep.Ptolemaidis Pentapoleos 853 *e*
† *Euphemiæ V.M. reliquiæ Vlyſſipon.* 612 *d* *templum Cæſareæ Palæſt.* 248 *b* 249 *b* 433 *d* *Conſtantinopoli* 851 *Mediolani* 1030 *monaſt.Veronæ* 196 *c*
Euphroſyna mater S.Clementis Ancyrani 459 *a* 460 *b f*
† *Euprepij monaſt.in Syriâ* 852 *b*
D *Eurardus D.de Hara & de Goye Belg. 15.ſec.* 1053 *d*
Euricus VVisigoth. 364 *c* 369 *e* 370 *a b e*
Eurulfus 287 *f*
† *Euſebius I.Papa* 945 *a*
† *Euſebius Ep.Vercell.* 112 *f* 114 *f* 417 *f* 418 *a* 419 *b d e*
† *Euſebius ſocius S.Hippolyti* 1025 *d*
† *Euſebij reliquiæ Magdenburgi* 1150 *f* 1153 *e*
Euſebius Cæſarienſis perperàm Sanctus appellatus 76 *e*
Euſebius Presb.Gal. 345 *b* 347 *c*
Euſebius Diac.Lugduni 7.ſec. 35 *d*
† *Euſpicius monachus Miciaci* 628 *b*
† *Euſtachij M. reliquiæ Vlyſſipon.* 612 *d* *templum Pariſ.* 357 *b*
Euſtachius Ep.Biturigum 165 *f* 968 *c*
Euſtachius Ab.in Auaſiâ 162 *c*
Euſtachius Ab.Gerrn. 13.ſec. 449 *e*
Euſtachius Ab.Maioris-monaſt. 199 *d*
Euſtachius Comes Bononiæ 804
† *Euſtaſius Ab.Luxouij* 202 *d* 608 *c* *Vita* 633 *c*
Euſtathius Aduocatus Teroanæ 806 *e*
† *Euſtochium V.* 416 *a* 417 *e* 711 *b e* 712 *c d f* 721 *a* 1105 1108
Euſtochium V.Meſſanæ 251 *e* 388 *f*
Euſtochium V. ord.Prædicat. 562 *a*
† *Euſtochius Ep.Turon.* 15 *a b*
E *Euſtorgius Hieroſol. 5.ſec.* 301 *a*
Eutyches Erem.in Syriâ 489 *b* 771 *f*
† *Eutychetis, Maronis & Victorini reliquiæ Metis* 588 *f* 589 *b c*
Eutychiani hæretici in Palæſt. 5.ſec. 315 *e*
† *Eutychianus Papa* 187 *f* 252 *c*
† *Eutychianus amicus S.Tranquillini* 270 *f*
Eutychius pater S.Vincentij 394 *d* 401 *f*
Eutychius Senator 770
Euthymius Diac. 8.ſec. 422 *b*
† *Euurtius Ep.Aureliæ* 200 *f*
Exſpurius Tribunus Maximiani Imp.Romæ 6 *e* 11 *a*
† *Exuperius Ep.Baiocis* 1137 *b*
† *Exuperius Ep.Toloſæ* 194 *b* *reliquiæ Romanis Gall.* 547 *b*
Eynkericus Ab.Gandenſis 9.ſec. 875 *b*
Ezelinus Princeps Ital. 13.ſec. 1136 *d*

F

F*Abianus Iudex Diocletiani* 276 *f* 277 278 *a*
Fabius Ep.Antiochiæ 570 *b c* 571 *b* 1079 *f*
Fabius pater S.Fabiani 252 *d*
Falbeus Ab.Scotus 610 *f*
Falco Magiſter domus S.Antonij 161 *e*
Falco Mathion Mag. Eleëmoſynariæ domus S.Antonij 156 *c* 161 *b*
Falco Monte-canutus Ab.S.Antonij 162 *a*
F † *Faræ monaſt.in Gall.* 740 *d* 744 *c*
Faſtrada vxor Caroli Magni 883 *d* 884 *e*
† *Fauſtinianus Ep.Bononiæ* 1025 *b*
† *Fauſtinus* 2 *c*
† *Fauſti baſilica Hippone* 181 *c*
† *Fauſtus Hiſp.* 389 *a* 393 *f*
Fauſtus Mediolani 3.ſec. 1030 *b*
Fauſtus Senator Auguſtoduni 3.ſec. 77 *b c*
† *Feliciani reliquiæ Romanis Gal.* 547 *b*
† *Felicianus Ep.Fulgin. 24.Ianuar. &* 453 *c f* 454 *d e*
Felicianus 3.ſec. 253 *d*
† *Feliciſſimus M.filius S.Claudij Commentarienſis Mart.* 270 *f* 271 *a* 276
Felicitas matrona Romæ ſub Claudio II. 219 *d*
† *Felix II.Papa* 355 *a*
† *Felix III.Papa* 1025 *a* 1032 *a b*
Felix Ep.Aruern. 634 *c e*
Felix Ep.Bituric. 165 *f*
† *Felix Ep.Comenſis* 181 *b* 224 *d* 226 *e*
† *Felix Ep.Metis* 201 *b* 611 *d*
† *Felix Ep.Treuiris* 730 *b* *reliquiæ Vlyſſipon.* 612 *b*
† *Felix Ep.Tubzocenſis* 562 *e*
Felix Ab.Fulden. 8.ſec. 237 *a*

† *Felix*

† Felix Ab.S.Gildæ 964 965 966
† Felix Augustoduni 695 a
† Felix Hisp. 389 a 393
† Felix Ord.Trinitariorum 361 e
† Felix M.filius S.Claudij Commentar. M.270 f 271 a 276 a
† Felix M. socius S.Peregrini 213 e
† Felix M.Valentiæ 543 b
† Felix socius S.Hippolyti 1025 d
† Felix & Narcissus 415 e
† Felix & Regula 384 b
† Felix & Romanus 414 f 415 b
† Felicis ecclesia Bononiæ 591 f
Felix magister militum Gal. 5.sec. 1110 e
Felix Odulanus Ep.Ossorienſis 562 a
Feradach auunculus S.Fursæi 47 d
Ferdinandus I.Imp. 530 d
Ferdinandus I.Rex Castellæ 1132 d
† Ferdinandus III. R.Castellæ 66 c 752 d
Ferdinandus Catholicus R.Hisp. 63 d
Ferdinandus I.Bauarus 264 a
Ferdinandus Comes Flandriæ 64 b
Ferdinandus Bauarus Ep.Coloniæ 637 c
Ferdinandus Guilielmus Ep.Osnaburg. 264 c
Ferdinandus Castrius Hisp. 66 d
B † Fernandus Martini, postea Antonius de Padua dictus 69 a
Fernandus Caluus Hisp. 896 f
† Ferreolus & Ferrucius 201 d 543
† Ferreoli reliquiæ Monte-Gaudij 195 d e
Festucius satelles Gallieni 340 a
Feulfus mon.Malmesbiri 11.sec. 248 e
Fidamiolus Gal. 6.sec. 855 f 861 a
† Finanus Hibern. 1120 a
Firmini Abb.monast.Palæst. 607 e 608 d
Flaccus Comes Vrbis 1050 b
† Flauia Domitilla V. 214 f 714 b
† Flauianus Ep. Antioch. 594 b 807 c
† Flauianus pater SS.Bibianæ & Demetriæ 808 e 833 c
Flauianus pater S.Fabiani Papæ 252 b
Flauianus Præfectus sub Antonino Pio 767 768
† Flauius Ep.Cabilone 776 c f
† Flocellus M. 1135 b
† Florianus Ep.Opiterginus 31 b
† Floriani M. reliquiæ Vlyssipon. 612 b Eccl. 58 c
† Floriani & 6.fratrum reliquiæ Suessione 236 e
Florentia mater S.Neophyti 297 a b
† Florentius Ep.Argentinæ 201 c
† Florentius mon. Miciaci 628 b c e
† Florentij Ducis reliquiæ Vlyssipon. 612 d
† Florentij Conf.Eccl.Fulginij 581 e
C Florentius Ital. 1149 d
Florus Palæst. 5.sec. 301 c
Focaria mater S.Epiphanij Ticin. 365 b
† Foillanus 36 b 41 c e 42 b 47 e 49 a 752 b c
† Forannanus Ep.Scotus 385 c 386 b 562 d
Forarius Gerundensis ord.de Mercede 988 c
Formarius Presb.Cingulanus 1150 b
† Formerius 602 e
Foroaldus Dux Spoleti 589 a
Fortanerius Vasallus Patriarcha Gradensis 990 c
† Fortunatæ M. acta descripta ab Ariperto 616 c
† Fortunatus Episc.Tudertinus 259 c Eccl. 947 c d reliquiæ Metis 589 a c
† Fortunatus M.Valentiæ 543 b
† Fortunati reliq.Gemblaci 216 a b
† Framboldus mon.Miciaci 628 b c e
Franci vnde dicti 98 e
† Franciscus institut. Ord. Minor. 62 65 67 68 b f 69 b
conuersio prima & 2.quibus annis 63 b obitus ibid.c
Franciscus Dux Alenzonius 159 c 160 b
Franciscus Arganda Inquisitor.Hisp. 896 b
Franciscus Blanditius Soc. IESV interpres vitæ S.Athanasij Methonensis 1125
Franciscus Deitrichstein Cardin. 264 e
Franciscus Maresme Carthus. 388 f D
Franciscus Grattelluxius Dominus insulæ Metellini 991 c
Franciscus de Ordelaßis ibid.b
Franciscus Peualuer Hisp. 896 f
Franciscus Penia Decanus sacræ Rotæ 1063 c
Franciscus Ranspergerus Prior Augiæ 1034 a
Franciscus de la Roca Gal. 897 a
Franciscus Sacratus auditor Rotæ 1063 d
Franciscus à Salazar Generalis S.Mariæ de Mercede 981 c
Franciscus Schuderius Soc.IESV scriptor Vitæ S.Iuliani Conchensis 893 f
Franciscus Zumel auctor Vitæ S.Petri Nolasci 981 b
Franciscus Ybañesius Hisp. 896 e
Franco Gal. 12.sec. 155 f
Francus Dux Francorum 98 c
Fredebaldus monachus Stradensis 10.sec. 104 a
Fredericus I.Ænobarbus, seu Barbarossa Imp. 221 b e f 226 f 874 a 875 d 888 d 976 f 977 e
Fredericus filius Frederici Barbarossæ 888 f
Fredericus Austriacus Imp. 1144 d
Fredericus Blanckenheimus II.Ep.Vltraiectinus 356 a c
Fredericus Ep.Salisburg. 263 c
Fredericus monach. Atrebati 642 d
Fresones, siue Frisij 541 b
Fressendis Ab.Malbodij 1050 d 1051 f E
Fridouisus Ab.S.Bertini 887 f 888 a
† Frigidianus Ep.Lucæ 1072 c d 1073 c
† Frodobertus Ab.Gal. 734 d
† Fronto Ep.Petragor. 919 a
† Fronto Hisp.M. 389 d 393 f
Fronto Ægyp. 4.sec. 132 f
Frontonis Ægyptij Apostasis 1095 b
† Frontonius Abb.Ægypt. 109 e
Fructuosus scriptor regulæ monachorum Ep.Bracharensis 339 b
Frumoldus Belga 10.sec. 640 c d
Fulbertus Ep.Carnoti 790 a
Fundloga R.Munnensis in Hibernia 45 d auus S.Fursæi 46 d 47 d

G

† GAbrielius Ab.Palæst. 26.Ianuar. & 308 a 314 f 315 f 317 e 318 a f 320 b
Gaianus Ep.Medaborum 308 b d 310 e 317 e
† Gairoaldus Ep.Aruern. 634 e 635 b
Galeatius Vicecomes Mediol. 1009 d
Galeatius Manfredius Dom.Vincentiæ 1136 e
Galdinus Mag.militiæ templi 413 a
Galerius Maximianus Imp. 5 a b 8 c f 458 c 482 b f
Gallienus Imp. 339 a b c 340 a 343 b 350 f
† Gallicanus Consul Rom. 355 a F
Gallinia filia Vigofredi Lugdun. 35 d
Gallodromi 7.sec. 511 c
Galterius Ab.Cisterc. 251 c
Galterus Ep.Lauduni 1051 c
† Gallus Ab. 55 56 202 b d 1130 c Eccl. 1033 f 1034 a d monast. 645 f
Gallus Cæsar frater Iuliani Imp. 578 f 579 d
Garinus Ep.Ambiani 801 f
Garinus ord.Prædic.scriptor Vitæ B.Margaritæ Hungar. 899 a
Gaspar Lopez Hisp. 896 c
Gasto nob.Gal.Auctor ord.S.Antonij 156 a 160 d e 161
† Gatianus Ep.Turonen. 763 e
Gaufredus Ep.Cenoman. 762 c
Gaufredus Ab.Ital. 446 a
Gaufredus Dux Britan.Arm. 964 d f
Gaufredus Comes Britan. 11.sec. 956 b
Gaufredus Sacellanus S.Petri Thomasij 1020 a
Gaufridus Ep.Atrebati & Cameraci 971 e
Gaufridus Ep.Carnoti 611 a
Gaufridus Ep.Rotensis 837 c
Gaufridus de Amoyo 338 a
† Gaugerici Eccl.Cameraci 1051 c 1052 c
Geddæus Ægyptius 1090 f

A *Gebhardus Argentoratenſis 10.ſec.* 263 f
Gelaſius II. Papa 916 e
Gelaſius Iudex Claudij II. 190 218 b c d
Gelgebe mater S.Furſei 45 b e 46 a 47 d
Gelziardus Prior S.Antonij 12.ſec. 156 b
Geminiani duo Epiſcopi Mutinenſes 1096 c d
S.Geminiani oppidum in Etruriâ 62 c
† *Geneſius Ep.Aruern.* 633 f
† *Geneſius Presb. Gal. Ep.Lugdun. 7.ſec.* 734 f 739 e 741 f 743 c 745 f
† *Geneſius Comes Aruern.* 630 b c 634 e f
† *Geneſij Mart.reliquiæ Arelati* 25 d
† *Gengulfus M.* 81 c
† *Genti patris S.Genulphi, Acta, obitus* 82 c 83 c 84 c 85 87 f 89 c f 92 b 93 c 95 97 b 101 f 102 b
Gennadius Patriar.Conſtantinop. 360 c 1096 d
Gennadius Ægyptius 1091 b c e
Genſericus Rex VVandalorum 316 a
† *Georgius M.* 192 c 571 c *Eccl.Monœci* 771 d *monaſt.Calæ* 746 d
Georgius Patr.Alexandr. 7.ſec. 497 f 504 c 522 d
† *Georgius Ep.Velaunorum* 919 a
Georgius Ab.Lauræ-nouæ 301 f 302 a
Georgius Ab.Palæſt. 438 f
B *Georgius V.Cl.Gal. 9.ſec.* 405 c
Georgius Prior ſcholæ cantorum Romæ 8.ſec. 236 c
Georgius Prior Montis S.Agnetis 562 d
Georgius del Oliuar ord.de Mercede 987 f 988 a
Georgius Vngay ord.de Mercede 988 a
Georgius R.Boëmiæ 903 c 908 f
Georgius Draſcouitius Ep.Hungar. 530 e 531
Georgiani 1007 a
† *Geraldus Gal.* 102 c
† *Geraldus Ab.Hibern.* 329 b 332 f 333 d
Geraldus Præfectus xenodochij Hieroſol. 534 e 535 a
Gerardus Ep.Cameraci 640 e
Gerardus Ep.Morinorum 796 e 803 c
Gerardus Ab.Hamenſis 798 c
Gerardus Ab.S.Giſleni 787 f
Gerardus Ab.Ipris 798 a 801 f 802 a
Gerardus Ab.Loenſis 798 b
Gerardus Ab.Vallis S.Petri 978 c
Gerardus Prior Camaldulenſis 60 a
Gerardus Archidiac.Gal. 863 f
Gerardus Canonic.Colon. 978 c
Gerardus Comes Aldenardæ 385 e
Gerardus Comes Sueſſorum 288 c
Gerardus Dom. de Boſſu & de Ser-Fontayne Belg. 15.ſec. 1053 d
C *Gerardus Dom.de Ville Belg. 15.ſec.* ibid.
Gerardus VVaſcardus miles, monach.Ciſterc. 12.ſec. 976 f 977 b
† *Geraſimi Ab.Palæſt.Acta & obitus* 298 f 299 a 301 314 c 316 317 c 319 b 320 b
Gerbertus Papa Silueſter II. 335 c
Gerberga vxor Ludouici IV.Tranſmarini R.Franc. 349 d
Gerbirga Abbatiſſa in Bauariâ 263 e
Gerento de Caſtro-nouo Ab.S.Antonij 162 a
† *Gereonis M.reliquiæ Vlyſipon.* 612 d
Gerholtus Comes ſub Carolo M. 887 f
† *Germana ſoror S.Quiteriæ* 111 d
† *Germanicus M. 2.ſec. 19.Ianuar. &* 702 d 705 d
† *Germanus Ep. Autiſſiodor.* 867 c *Germani & Lupi Acta* 953 e 954 b *Eccleſia* 740 d 744 c
† *Germanus Epiſc. Pariſienſis* 398 e 399 a c d 954 f 955 b *Eccl.Montibus* 1053 c
† *Germanus Conf.Gal.ſoc.S.Philiberti quis?* 917 a 955 c 956 e
† *Geroldus Præfectus ſub Carolo Magno* 884 a
Gerontius Pſeudopatr.Hieroſol. 320 f
Gerontius Ep.Tomis 621 b
Gerontius Ab.S.Euthymij 301 f
Gerontius Abb.monaſt.S.Melaniæ 313 f 314 b 315 f 322 e
Gerontius mon.Ital. 561 f
Gerſvvinda concubina Caroli Magni 883 e D
Gertruda auia B.Margaritæ Hungar. 807 e
† *Gertrudis V.Niuell.* 1039 f 1040 a 1046 e 1048 c *reliquiæ Vlyſipon.* 612 b
Gertrudis Abbatiſſa de Houene 1146 c
Gertrudis vxor Roberti Hieroſol.Com.Flandr. 803 c
† *Geruaſius M.* 285 c f 1030 c *reliquiæ Cremonæ* 222 a *baſilica Sueſſione* 285 c *Cenomanis* 761 f 1141 1142
† *Geuæ V.M.reliquiæ Vlyſipone* 612 f
Geua amita S.Thiadildis 1155 1156 1157 f 1158 d
† *Gundleus R.VValliæ* 602 c 603 c e
Ghiſalbertus 215 d
Gigno nobilis Gallus 150 c 152 c
Gilbertus Ep.Cenoman. 177 c e
† *Gildardi reliquiæ Sueſſione* 236 e
† *Gingurianus mon.S.Gildæ* 966
Girboldus Ep.Cabilone 776 e f 777 a
Girinus ord.S.Antonij 160 d
Girundus ord.S.Antonij 160 d 161
Giſeltruda Comitiſſa in Italiâ 10.ſec. 445 f
Giſla ſoror Caroli Magni 885 e
Giſla filia Caroli Magni 883 d
Giſla nobilis Galla 748 f
Giſla vxor S Euerardi 971 e f 974 a
Giſlana Abbatiſſa Belg. 752 c E
Giſlebertus Ab.Caſtrenſis 402 d e
Giſlebertus Comes Sueſſorum 9.ſec. 287 e 288 c
Giſlentheus Gal. 9.ſec. 287 a
† *Giſlenus* 1041 c 1042 c 1045 c d 1051 c 1053 c *monaſt.* 645 f 787 a
Giſo Ep.VVellenſis Angl. 241 a
Giſcarda mater S.Vrbani Lingon. 492 b
Gladuſa vxor S.Guadlei R.VValliæ 603 e
Glycerius Imp. 369 d 370 e
† *Gobana, ſeu Gobanus* 41 c 55 a
Gobbanus Hibern. 6.ſec. 1118 f
Gobertus mon.Villarij 752 f
† *Godehardus Ep.Hildeshem.* 378 b
† *Godefridus Ep.Ambiani* 797 c 803 e 806 a
Godefridus R.Daniæ 882 a d 886 e
Godefridus Dux Bullonius 535 a
Godefridus Princeps 11.ſec. 645 e
Godefridus Comes Hannoniæ 788 a
Godefridus filius Gothelonis Ducis Lotharin. 649 c
Godefridus frater Arnulfi Com.Flandr. 639 c
Godefridus ſacriſta Villarien. 976 e
Godefridus à Boeckholt Decanus Suſati 1145
† *Godeſchalcus* 338 e
Godeſchalcus de VVolmunſtein 977 e f
Godeſtenus Ab.Lintburgi 648 a F
Godigiſculus frater Theoderici Regis 375 e
Godo Ab.Aruern. 381 d 635 f 636 b
Godo Presb.Gall. 10.ſec. 104 a
Godolenus oſtiarius S.Præiecti 632 e
Goluenus Ep.Leonenſis 957 b
Gondolenus pater S.Præiecti 633 f
Gonſaluus Egeæ ſeu Veega 409 c 413 a
Gonziacus Princeps Mantuæ 226 f
Gordianus Imp. 253 d f 582 d 583 c 586 b
Gordianus Presbyt.Romæ 4.ſec. 222 c 226 c
† *Gorgonij corpus Romæ* 259 e *reliquiæ Mindæ* 589 f
Gorgonius Dux Alexand.ſub Conſtantio 840 f
Gosbertus Gal. 9.ſec. 866 c
Goſelo Dux Lotharingiæ 642 d
† *Goſlini Ab.reliquiæ Duaci* 213 f 1136 b c
Goſlinus Ab.Floriaci 956 b 964 d 965 a
Goſvvinus ſcriptor Vitæ Arnulphi Villarien. 976 e
Gothelo Dux Lotharingiæ 649 e
Gothi in Galliâ 98 b c
Gozo mon.Stabuleti 11.ſec. 651 c
Grallo Dux Britonum Gal. 954 e
Gramnulfhus Gal. 7.ſec. 234 b
Granus frater Neronis Imp. 889 c 890 b

A Gratianus Ital.ſub Diocletiano 771 b d
Gratianus IV.Coiſul 300 f 302 d
† Gratus Ep.Cabilone 776 b f 777 a
† Gregorius I. Papa 98 d 259 d 288 e 1004 e 1032 a b 1060 f Patronus diſcentium litteras 363 d f reliquiæ Sueßione 284 a b 288 e 295 296 Meloduni 357 c Vlyßip. 612 b palla cruentata in Galliis 100 c
† Gregorius VII.Papa 791 1057 b
Gregorius IX.Papa 948 e 949 b 980 c 985 e
Gregorius X.Papa 899 e
Gregorius XI.Papa 159 a 754 e 994 d
Gregorius XIV. 355 b
† Gregorius Ep.Agrigenti 969 c 970
† Gregorius Ep.Lingonenſis 4.Ianu. & 855 d 858 a d 863 a
† Gregorius Nazianz.Ep. 112 f 213 d 611 d 1025 b
Gregorius Ep.Myrenſis 422 b
Gregorius Ep.Rhinocorur. 162 d 518 d
† Gregorij Thaumaturgi Ep.reliquiæ Vlyßipon. 612 e
† Gregorius Ep.Turon. 98 d
Gregorius Cappadox Pſeudoep.Alexand. 4.ſec. 110 f 114 f 139 c
Gregorius Ab.in Syriâ 5.ſec. 623 d
Gregorius Presb.Capuæ 8.ſec. 881 c
† Gregorij Spoletini reliq.Coloniæ 347 e f Metis 588 f 589 c
B † Gregorij M.reliquiæ Vlyßipon. 612 e
Gregorius Canalius Generalis ord.Carm. 1063 e
Gregorius Clericus 422 c
Gregorius Diac. 8.ſec. ibid.a
Gregorius filius Ioannis Conſularis 108
Griſo fil.Caroli Martelli 881 d
Grimoaldus fil.Ducis Beneuent. 8.ſec. 880 f
Grinno Gal. 7.ſec. 633 b
Guaiferius Dux Aquitaniæ 9.ſec. 99 e
Guainaldus Dux Aquitan. 8.ſec. ibid.a
Gualo Ep.Pariſien. 184 c
Guandelbertus Gal. 9.ſec. 865 d
Guari Rex inſulæ prope Hiberniam 331 a
Guarinus Decanus Gal. 493 e
Guarius Aidthui, ſiue Ayni R.Conachtorum 1117 e f
Guarnerius Gal. 7.ſec. 167 b
† Gudila V.Belg. 8.Ianuar. & 1050 f 1051 a
Gudmundus 13.ſec. 250 e
Guerecus Comes Gal. 964 c
† Guibertus fundator monaſt.Gemblac. 216 a
Guibertus Martinus Ab.Gemblaci ſcriptor 165 968
Guibertus Subdiac.Aquiſgrani 890 e
Guido Cremonenſis, Paſchalis III.Antipapa 874 a
Guido Ep.Viennæ,Calliſtus II. Papa 155 1060 a an auctor Vitæ S.Iacobi Tarentaſienſis 26 c
C Guido Ep.Comenſis 197 e
Guido Ep.Portuenſis 361 b
Guido Scotus Abbas Aruern. 194 e f
Guido Ab.in Friſiâ 452 f
Guido Perpinianus General.ord.Carmel.Ep.Balearium 1066 d
Guido Canonicus Feſulis 14.ſec. 1069 e
Guido monach. Angl. 11.ſec. 244 f
Guido ord.Minor. 1024 f
Guido Comes Sueßionum 288 c
Guido de Orbiniaco Gal. 493 b
Guigo nobilis Gallus 150 c d 154 d 155 d
Guilhelmus Eſtutevilla Epiſc. Morin. & Andegæu. Cardinalis 1071 e 1076 f
Guilhelmus Ep.Tragurienſis 990 f
Guilielmus vide etiam VVilhelmus.
† Guilielmus Dux Aquit. 149 d 150 c
Guilielmus Patr.Conſtantinop.Latinus 993 a
Guilielmus Ep.Aretij 60 a
† Guilielmus Ep.Briocen. 692 d
Guilielmus Ep.Chryſopolitanus 991 c
Guilielmus Pereſius, ſeu Petri Ep.Ilerd. & Rotenſis 836 e f 837 b 839 c
Guilielmus Ep.Pampelonenſis 836 d
Guilielmus V.Dux Bauariæ 264 b 1083 f 1139 d 1140 a
Guilielmus Capitis-ſtupei Dux Aquit. 11.ſec. 150 c D
Guilielmus Nothus Dux Normanniæ R.Angliæ 240 d 241 d e
Guilielmus Comes Herefordiæ 11.ſec. 241 a
† Guilielmus Comes Gal. 149 d 150 c 151 f
Guilielmus Comes Vien. 360 d 361 a
Guilielmus Cornutus 150 c 152 e f
Guilielmus pater B.Ioannis Morin. 794 f
Guilielmus M.ord.de Mercede 987 d
Guilielmus de Manfredis 991 b
Guilielmus de Militon 361 c
Guilielmus de Pernamio Magiſter domus S.Antonij 161
Guillermus Ep.Barcinon. 836 f
Guillermus Ep.Bellouac. 55 e
Guillermus Archidiac.Cæſarauguſtæ 13.ſec. 837 e
Guillermus de Alcarraz Hiſp. 12.ſec. 836 f
Guillermus de Benabent Hiſp. 12.ſec. ibid.
Guillermus Baſenſis ord.de Mercede 988 c
Guillermus Dentença Dux exercitus 13.ſec. 985 e
Guillermus de S.Iuliano ord.de Mercede 988 c
Gulchelmus Ab.S.Albani 239 b
† Gulſtanus monachus Ruyenſis 955 c 966 967
Gumbertus Ab.Lintburgi 648 a
Gundebadus R.Burgund. 646 d 773 d 774 b captiuorum 6000.gratis dimittit 377 374
Gundelandus Maior-domus Gal. 1036 a E
Gundsbalus Patricius 5.ſec. 370 e
Gundilana Ab.Aruern. 630 d
Gundiſaluus Ep.Conimbricen. 1132 e 1133 a b d
Gundrada filia Pipini R.Ital. 883 f
Gundridus Gal. 178 a
Gunduberga 388 e
† Gundulphus 81 c e 1135 b
Gundulfus Ep.Roffenſis 247 c
Gunildis filia Haraldi R.Angl. 247 f
Guntardus Vicarius Vienn.Gal. 155 e
Gunthoaldus Bituric. 7.ſec. 170 a
† Guntramnus Rex Burgund. 98 d
Guntramnus filius Hugonis Com.Alſatiæ 207 a

H

HActor Hiſp. 3.ſec. 392 b c d
Hadegogis Comitiſſa 964 f 965 a
Haganus Ab.Lintburgi 648 a
Haimo Dux Pontui Gall. 42 c d 43 49 a d 52 b c d
Haiſtulfus R.Longobard. 879 d
Halevvinus Ab.S.Michaëlis in Lotharin. 387 a
Hanno Ep.Mindenſis 589 f
Haraldus Angl. 11.ſec. 240 c d
Hardeknutus R.Angl. 11.ſec. ibid.c
Hardinus, ſeu Harduinus 9.ſec. 294 a c F
† Hariolphus Dux, Ab.Elvvangæ 56 b 74 c
Hartmannus Ep.Curiæ 382 b
Hasbanienſe bellum 10.ſec. 639 a
Hathuidis vxor Hugonis Magni 349 d
Hatto Ab.& Ep.Baſileenſis 382 f 383 d
Hatto Comes ſub Carolo M. 887 f
Hau Perſa 426 e
Hector Patricius Maßiliæ 7.ſec. 629 e 631 f 632 a
Hedegardis vxor Caroli Magni 883 d e 886 c
† Hedvvigis Ducissa Polon. 897 e reliquiæ Vlyßipon. 612 e
Hedvvigis vxor Vladiſlai Lokteck R.Polon. 897 f
Hegiluich Ab.Calæ 747 e f 748 f
† Helena Imperatrix 453 a reliquiæ Vlyßipon. 612 d
Helena Regina Adiabenorum 714 d
Helena Regina Raßiæ 990 f
† Helena Prioriſſa ord.Prædic.in Hungar. 907 b
Helidia mater S.Præiecti 633 f
Heliſagar Ep.Toloſæ 404 b
Henricus I.Auceps Imp. 347 d f 1143 f
† Henricus II.Imp. 400 e 638 a 642 f 643 f 644 b 645 c
Henricus III.Imp.filius Conradi 12 f 647 d e 649 c 650 c 1057 b
Henricus IV.Imp. 1057 b

A *Henricus VI.Imp.* 895 *f* 977
Henricus I. R.Franc. 1056 *e*
Henricus II. R.Franc. 645 *d* 888 *f*
Henricus Barbatus Dux Polon. 897 *e*
Henricus Dux Boiorum 10.ſec. 263 *c*
Henricus I. Dux Brabantiæ 980 *d*
Henricus Dux Brunſvvic. 15.ſec. 264 *d*
Henricus Dux Burgund. 493 *a*
Henricus IV. Dux Louanien. 448 *b*
Henricus Ab.Gandenſis 9.ſec. 875 *b*
Henricus Ab.Vallis S.Petri 978 *c*
Henricus Brunonis Canon.Regul. 15.ſec. 362 *d*
Henricus Cellerarius Villarij 979 *b*
Henricus Contractus ord.Ciſter. 213 *b*
Henricus Conuerſus in Hemmenrode 977 *b*
Henricus Conuerſ.Villarij 611 *b*
Henricus Protonotarius 12.ſec. 890 *c*
Henricus de VVeys Belga 388 *e*
Heracleonas Imp. 1047 *c*
†*Heraclides diſcip.S.Antonij* 111 *f*
Heraclius Imp. 98 *e* 149 *c* 423 *b c* 424 *f* 427 *d* 433 *a* 497 500 *d* 517 *f* 533 *e*
Herbertus Archidiac.Morin. 798 *a* 801 *d f* 804 *c* 805 *b*
†*Herculanus Ep.Peruſiæ* 924 *c f* *reliquiæ Magdenburgi* 1150 *f*
B 1153 *e*
†*Herculinus ſocius S.Hippolyti* 1025 *d*
†*Herefridus Ab.Lindisfarn.* 541 *b*
Heremannus Ep.Sarisburien. 241 *a*
Herigerus Abb.Lobien. 646 *c*
Herigerus Abb.Vltraiecti ibid. *a*
Herinſindis vxor Eilberti Comitis 385 *f* 386 *a*
Herlevvinus Ep.Camerac. 788 *a*
Herlvviga Abbatiſſa 383 *f*
†*Heribertus Ep.Colon.* 644 *c*
Heribertus Ab.Metis 646 *a*
Heribertus Comes S.Quintini 385 *c*
Heribrandus Ab.S.Giſleni 645 *f*
Herimannus Ep.Coloniæ 647 *c*
Herimannus Ab.Tornac. 805 *c*
Herimannus mon.Stabuleti 11.ſec. 651 *b*
Hermannus Flander Ep.VVilton. 446 *f*
Hermannus Nobilis Ep.Colon. 1144 *c*
Hermannus Pius Ep.Colon. ibid.
Hermannus Ab.in Hemmenrode 447 *c* 449 *b*
Hermannus Bunnenſis Ab.in Hemmenrode 977 *b*
Hermannus Leckhorſt Decanus S.Martini Vltraiecti 356 *c*
Hermannus Presb.auctor Vitæ B.Haſekæ 1151 *b e*
Hermannus Presb.ord.Minor. 338 *a*
Hermannus Hemmenrode 977 *e* 978 *c*
C *Hermannus de Oeuer 15.ſec.* 362 *e* 363 *b*
†*Hermenegildus R.Hiſp.M.* 968 *a*
Hermengardis filia Godefridi Principis 645 *e*
Hermengaudus Comes Albiæ 405 *a*
Hermes Ab.Bergis S.VVinoci 804 *e*
†*Hermes ſocius S.Hippolyti* 1025 *a*
†*Hermogenes & Mennas MM.Alexandr.* 562 *e* 592 *b*
Hermogenes Præſes 2.aut 3.ſec. 76 79 80
Herneldis Gal. 493 *f*
Herodes Irenarchus Smyrnæ 692 *b*
†*Heron Philoſophus Conf.* 320 *a e*
Heros Ep.Arelati 1110 *d*
Heſychius Presb.Hieroſol.ſcriptor Eccleſiaſt. 308 *c e* *alius ab Iſychio Patriar. e*
Hetto Ep.Baſileæ 887 *f*
†*Hiacynthus M.* 197 *a*
Hierax Alexandrinus 5.ſec. 846 *c*
Hierax monach.Ægypt. 4.ſec. 147 *d*
Hiericho Ab.Treuiris 644 *e*
†*Hieronis & 32.Martyrum ſoc.templum Melitenæ* 303 *e* 304 *a*
†*Hieronymus* 711 712 *c* *reliquiæ Vlyßipon.* 612 *d*
Hieronymus Xauerius Generalis ord.S.Dominici Cardinal. 838 *f*
Hieronymus de Melioratis Prouinc.ord.Carm. 1065 *e* 1074 *b*
Hieronymus Malaſpellus Presb.Rauennæ 17.ſec. 910 *a* 912 *b* D 914 *f* 915 *a d*
†*Hilarion Abb.* 108 *e f* 110 *e* 112 *e* 146 *e* 298 *b* 514 *a*
†*Hilarius Ep.Arelat.ſcriptor Vitæ S.Honorati Epiſcopi Arelat.* 16 *b* 21 24 *a c* 25 *d* 29 *e*
†*Hilarius Ep.Pictau. 13.Ian.* & 115 *a* 200 *f* *eccl.Gal.* 155 *a e*
†*Hilarius Ep.Gabalitanus* 1110 *b*
†*Hilarius Senator pater S.Ioan.Reomaenſis* 857 *c*
Hilarius fil.Dynamij Patricij 6.ſec. 773 *b*
Hilarius mon. 1096 *b*
Hilarius ſcriba Ægypti ſub Conſtantio 840 *e*
Hildebertus monachus Gal. 9.ſec. 401 *b e*
Hildeboldus Ep.Coloniæ 887 *f*
Hildegarda Ab. 384 *b*
Hildegardis vxor Hugonis Com.Alſatiæ 208 *e*
Hildegernus Comes ſub Carolo Magno 887 *f*
Hildeprandus monach.Ital. 11.ſec. 443 *a*
Hildericus R.VVandalor. 316 *a*
Hildrudis f.Caroli Magni 883 *d*
Hildvvinus Ab.S.Dionyſij 215 *e f* 261 *c d* 1140 *b f* *S.Medardi Sueſſione & Archicapellanus Ludouici Pij Imp.* 280 281 282 *d* 291 *c* 295 *d*
Hilinonicum bellum Caroli M. 881 *f*
Hillirda mater S.Bernardi Viennenſis 545 *e*
Hiltrudis f.Caroli Martelli 881 *c* 884 *e* E
†*Himerius Ep.Ameriæ Ital.* 211 *a*
Himiltrudis concubina Caroli M. 885 *c*
†*Hippolytæ reliquiæ Vlyßipon.* 613 *a*
†*Hippolytus Ep.Portuenſis M.* 917 *d* 1025 *d*
Hippolytus ſcriptor 320 *a e*
†*Hippolyti M.cœmiterium Romæ* 355 *b*
Hirmentrudis mon.Treuiris 916 *f*
Hiſpanicum bellum Caroli Magni 880 *d e*
†*Homo-bonus Conf.Cremonæ* 211 *a* 251 *a*
†*Honorata Ticin.* 369 *c* 371 *b*
†*Honorati corpus Perpiniani* 24 *d*
Honoratus Ep.Bituric. 165 *f* 213 *a*
Honoratus Ep.Lingon. 491 *e*
Honoratus Grimaldi Princeps Monæci 770 *b*
Honoratus II.Ab.Lerinenſis 858 *a d*
Honorius I.Papa 355 *b* 780 *b*
Honorius III.Papa 63 *b* 67 258 *e* 442 *b*
Honorius Imp. 226 *f* 1153 *b*
Horatius Lancellottus auditor Rotæ 1063 *d*
Hoſpitalariorum ordinis origo 533 534
Hovvelus frater S.Gildæ 955 *f*
Hubertus Marchio Ital. 10.ſec. 443 *f*
Hubertus Ep.Monaſterienſis 1157 *f*
Hubertus Ep.Morinorum 796 *d* 797 *c*
Huchaldus Belga 11.ſec. 647 *b* F
Huchaldus monach.auctor Vitæ S.Aldegundis 1035 *a*
Hugnettus de Mayimon Cypr. 14.ſec. 1018 *f* 1019 *f*
Hugo Ep.Dagnenſis Vicarius Camerac. 1053 *b*
†*Hugo Ep.Gratianop.Gall.* 150 *d*
Hugo Ep.Lugdun. 753 *d* 756 *d e*
Hugo Matiſcomenſis Ep.Antißiodor. 338 *a*
†*Hugo Ep.Rothomagi* 213 *d*
Hugo de Caſtronouo Ab.S.Antonij 162 *a*
†*Hugo Ab.Cluniaci Gal.* 150 *d* 803
Hugo Ab.Radingi Ep.Rothomag. 798 *c*
Hugo pater Hugonis Capeti 102 *d* 104 105 *b*
Hugo Capetus Rex Franciæ 104 *e* 357 *a*
Hugo R.Cypri 1001 *f* 1002 *e* 1004 *c*
†*Hugo filius Caroli M.Ab.Noualiciensis* 884 *b*
Hugo Comes Alſatiæ 206 *f* 208 *e f* 209 *c*
Hugo fil.Hugonis Com.Alſatiæ 207 *a*
Hugo de Lizinaco Princ.Achaiæ 1005 *d*
Hugo nobilis Belg. 12.ſec. 803 *d*
Hugo Archidiaconus Morin. 798 *a*
Hugo XVI.Generalis ord.Prædic. 900 *d*
Hugo Lacius Angl. 329 *a c*
Huigo Deſiderius Gal. 154 *d* 156
†*Humbertus* 1045 *e* 1049 *b d*

A *Humbertus Ab.Epternaci* 645 f
Humbertus ex Brione Ab.S.Antonij 162 a
Humbertus Generalis Prædic. 907 c d
† *Humfridus Ep.Morinorum* 806 d
Humfridus Bauarus 10.sec. 263 b f
Hunnas Ab.Reomaensis 7.sec. 856 d
Hunnericus R.VVandalor. 316 a
Hunni, seu Hungari 541 e 881 e f 884 d *Hannoniam vastant 10.sec.* 12 d e *Bauariam 10.sec.* 263 c *Galliam* 98 b 103 c 206 c
Hunoldus Dux Aquitaniæ 8.sec. 879 c d 880 b
Huntardus Ep.Valentin.Gal. 155 a
† *Hyginus Papa 11.Ianuar. &* 693 e
Hylas Comes S.Hieronymi 115 b
Hymana Ab.Salsiniy 916 f
Hypatia Alexandrina 5.sec. 847 b

I

Iacelinus Comes Vien. vide Iocelinus.
Iacobini Schismatici 1007 a
Iacobinus filius S.Guilielmi, Gal. 149 d 150 b
† *Iacobus Apostolus Maior* 211 d *reliquiæ Vlyssipon.* 612 c
† *Iacobus frater Domini* 317 c *reliquiæ Vlyssipon.* 612 b
† *Iacobi monast.Celleuolanæ* 970 f
B *Iacobus Ep.ciuitatis Castelli* 60 a
Iacobus Rex Aragonum anno 1218. 983 c f 984 b f 985 b 989 b 990 d
Iacobus Aragonius R. Apuliæ 1019 e
Iacobus R.Siciliæ & Hierosolymit. 162 e
Iacobus Lusignanus R.Cypri 994 e
Iacobi Eremitæ varij in Oriente 5.& 6.sec. 868 b
Iacobus Persa Erem.in Syriâ 488 a 709 f
Iacobus ord.Minor.Siculus 808 a
Iacobus Soto ord.de Mercede 986 f
Iacobus discip.S.Iacobi Episc.Tarentas. 27 e
Iacobus Desprat Hisp. 14.sec. 361 b
Iacobus Dom.de Harchies, Belg. 15.sec. 1053 d
Iacobus Menelius Germ. 16.sec. 236 f
Iacobus de Rubeis Cyprius 14.sec. 1020 a
Iacobus Pianella maritus Gentilis viduæ 914
Iacobus de Schermbeke 1151 f
† *Ianuarius Hisp.* 389 a 393 f
† *Iasonis reliquiæ Genuæ* 1138 d e
Ibas Ep. 853 f
Icho Ab.Lutræ 207 e
Iesdim V.Ill.in Assyriâ 424 c 431 c 435 c 436 c
Iesse Ep.Ambian. 887 f
† *Ignatius Ep.Antioch.* 181 b 564 691 c 916 f 995 a 1079 a
† *Ignatius Patr.Constant.* 847 f
C *Ilbodus mon.Cister. 12.sec.* 756 d
Ildephonsus, seu Alfonsus II.Rex Arrag. 836 f 837 b d
Ildephonsus VIII.Rex Hisp. 538 b
† *Illidius Ep.Aruernis* 194 c e 381 d
† *Iltutus Ab.Morghan.* 603 d 604 b 953 b f 954 f 955 b 957 a 958 d e 959 a b d
† *Imerij reliquiæ Cremonæ* 581 a
Imma vxor Eginharti 9.sec. 875 b
Imperij fines sub Carolo Magno 882 b
† *Indes M.* 808 e
Ingelmarus Gal. 493 b
Ingoaldus Abbas 9.sec. 281 c d e f 282 f 283 f 284 a
Ingobertus Comes 9.sec. 282 d
Ingulfus Angl.scriptor 240 c
† *Innocentium reliquiæ Vlyssipon.* 612 f
† *Innocentius I.Papa* 226 f
Innocentius II.Papa 216 a
Innocentius III.Papa 155 f 445 f
Innocentius V.Papa 898 c 899 b
Innocentius VI.Papa 990 c 991 992 d e 997 d 1000 d f 1002 d 1012 f
Innocentius Ep.Rutenis 968 b c
Innocentius Comes S.Hieronymi 115 a c 120 f
Ioanna R. Apuliæ 990 e 997 f
Ioanna Lopez Hisp. 897 a D
† *Ioannes Bapt.* 562 d 1157 e *patronus Hospitalariorum* 533 d *reliquiæ Vlyssipon.* 612 d *sepulchrum* 716 c *Eccleſiæ Alexandriæ* 148 f 151 a 514 d *Capuæ* 611 b *Gandauì* 639 f *Fulginij* 453 f 581 e
† *Ioannes Euangelista* 77 a 691 b 693 d *exul Ephesi* 566 c 568 569 d *canus apparet* 222 f 226 d *reliquiæ Vlyssipon.* 612 *Eccles.Vesontione* 543 f *monast.* 645 *Eccles.Parisiis* 694 d
† *Ioannes I.Papa* 1032 c d 1033 c
Ioannes IV.Papa 333 c
Ioannes VIII.Papa 776 e f
Ioannes XII.Papa 378 a d
Ioannes XIII.Papa 588 f 589 a b
Ioannes XX.Papa 898 c 900 a
Ioannes XXI.Papa 899 d 900 c
Ioannes Cardinalis sub Paschale II. 756 d
Ioannes Bapt.Detus Cardinal. 1063 f
† *Ioannes Chrysostomus* 113 b 760 761 807 e 1025 b *nomen Diptychis inscriptum* 847
Ioannes Patr.Alexand. 497 e
Ioannes Patr.Antiochen. 308 b c 310 f 851 852 853
Ioannes Patr.Hierosol. 301 e 505 f 523 c 844 c 845 b 1025 f
Ioannes Petri Ep.Abogensis in Finlandiâ 249 c
Ioannes Ep.Arelat. 887 f E
Ioannes de Villulâ Ep.Bathonien. 241 c
Ioannes Ep.Cabilone 776 e
Ioannes de Ortega Ep.Calagurritanus 835 b c
Ioannes de Gaure Ep.Camerac. 1053 a
Ioannes Ioannesius Ep.Conchen. 894 d
Ioannes Vayllius Ep.Conchen. 896 b
Ioannes Ep.Cremensis 155 d
Ioannes Bapt.Briuius Ep.Cremonen. 211 a 571 a
Ioannes à Mello Ep.Eboren. 1139 d
† *Ioannes Ep.Eboracensis* 72 e
Ioannes Andreas de Grimaldis Ep.Grassensis 25 b
Ioannes du Bellay Card.Ep.Paris. 357 b
Ioannes Carauajal Ep.Placent.Hisp.Cardinalis 1071 e 1076 f
Ioannes Ep.Salernit. 192 c
Ioannes Ep.Saracenorum 308 b d 309 b 313 d
Ioannes Ep.Siluæ-Candidæ 282 d
Ioannes Ep.Sistaricen. 774 b
Ioannes Ep.Tauromenij 422 c
Ioannes Vendeuillius Ep.Tornacen. 216 b 949 e f 950 d
Ioannes Ep.Vienn. 156 c
Ioannes Ep. 9.sec. 282 d e 283 a c
Ioannes de Poleo Ab.S.Antonij 162 a
Ioannes Ab.Atrebati 648 d
Ioannes Abbas S.Eligij 795 e
Ioannes Turnafortis Abb.Lerin. 25 e *Episc.Nicæensis* 26 e F
Ioannes Ab.S.Maximini 11.sec. 645 f 646 d 647 c & *Lindburgi* 645 f 648 a
† *Ioannes & Crispus Presb. MM.Romæ* 7 a 8 d f 9 b 216 e 946 f
† *Ioannes Presb.Turonen.* 856 b
Ioannes Presb. 8.sec. 422 c
Ioannes Diaconus Legatus Papæ 10.sec. 379 a
† *Ioannes Silentiarius* 299 f 300 a 301 313 b 319 b 324 b 490 b
Ioannes Cantacuzenus Imp. 991 c 1001
Ioannes Palæologus Imp. 991 c d 1000 f
Ioannes R.Franciæ 991 e 1008 b 1009 e 1011 a
Ioannes Dux Borgiæ 611 f
Ioannes Bellicosus Dux Cliuiæ 1144 c e
Ioannes Gradinicus Dux Venetor. 991 b
Ioannes Szalai de Cherechen Comes Possonij 531 e
Ioannes III. Comes Sueßion. 184 e
Ioannes Bonus Comes Sueßion. ibid. f
Ioannes Vicecomes Mediolan. 990 c 1009 d
Ioannes Consul 4.sec. 857 d *Præses Gal.* 858 c
Ioannes Consularis 1082 a
Ioannes Ægidius ord.Min.Hisp. 558 c
Ioannes Atto Ital. 11.sec. 446 a

Ioannes

A *Ioannes Aulinus Luſit.* 407 *a*
Ioannes Baliſterius Generalis Carmelit. 1066 *c d*
Ioannes Banſi Hungar. 531 *d*
Ioannes Dom. de Boſſut & de Gaumerage Belg. 15. ſec. 1053 *c*
† *Ioannes Branghlandator* 213 *f*
Ioannes Broyart de Sars 1053 *d*
Ioannes Buzelinus Soc. IESV auctor Hiſt. tranſlationis reliquiarum SS. Victoris & ſocij 554
† *Ioannes Capiſtranus ord Minor.* 1140 *b*
Ioannes Camarzon ord. Minor. in Cypro 14. ſec. 1021 *b c*
† *Ioannes Caſſianus* 260 *c*
Ioannes Baptiſta Coccinus auditor Rotæ 1063 *d*
Ioannes de Colle-medio ſcriptor Vitæ B. Ioannis Ep. Morinor. 794 *b*
Ioannes Corſinus 1067 *a b* 1074 *e f*
Ioannes de Eme 15. ſec. 362 *f*
Ioannes Eremit. diſcip. S. Sozimi 607 *d*
Ioannes de Eſſendiâ ſcriptor 1155 *d*
Ioannes de Fauentiâ ord. Minor. 994 *e* 1012 *d*
Ioannes Fernandus Vadilius Hiſp. 16. ſec. 893 *f*
Ioannes Franc. Petittus Gubernator Rauennæ 553 *f*
Ioannes Fulgerius ord Prædicat. 14. ſec. 657 *e f*
Ioannes Gamanſius illuſtrator Vitæ S. Thiadildis 1154
Ioannes Garſias Millinus Auditor Rotæ 1063 *c*
B *Ioannes à S. Geminiano ord. Prædic.* 1096 *f*
Ioannes Granatenſis Prouincialis ord. de Mercede 987 *d*
Ioannes de Grei Angl. 14. ſec. 994 *d*
Ioannes Groſſus Generalis Carmelitarum 993 *b* 994 *d*
Ioannes de Haerlem 15. ſec. 362 *b*
Ioannes Hildesheimenſis ſocius S. Petri Thomaſij 1023 *a*
Ioannes du Iardin Conuerſus Villarij 611 *b*
Ioannes Dom. de Ieumont & de Caſtello in Ardennâ Belg. 1053 *c*
Ioannes, vel Ioannathes Ital. 6. ſec. 197 *a*
Ioannes Iognetus Ab. S. Antonij 162 *a*
Ioannes Lanſpergius Carthuſ. 1159 *b*
Ioannes Laugerius Prior Vallis aureæ & Lerini 25 *c*
Ioannes de Lercio ord. de Mercede 988 *c*
Ioannes de Levvis 389 *d*
Ioannes de Manfredis 991 *b*
Ioannes de Linge Belg. 15. ſec. 1053 *c*
† *Ioannes de Matta* 361 *e*
Ioannes de Moya Hiſp. 896 *d*
Ioannes mon. Ciſterc. 12. ſec. 753 *d* 756
Ioannes monach. Ital. 443 *a* 444 *b* 445 *c*
Ioannes Moſchus ſcriptor Vitæ Ioannis Eleemoſ. 495 *f* 496 *a f* 498 *e* 510 *e* 522 *f*
Ioannes Nicolaus de Spinellinis Canonicus Florentiæ 1072 *f*
Ioannes pater S. Dominici Ab. 443 *c*
C *Ioannes Præfectus Romæ 5. ſec.* 163 *c*
Ioannes Roberti Canonicus Conimbric. 13. ſec. 67 *e*
Ioannes Sacrorum Comes 5. ſec. 851 *e*
Ioannes de Salamanca 896 *e*
Ioannes Saluphius Palæſt. 439 *a*
Ioannes Scodelarius Ital. 15. ſec. 1076 *d*
Ioannes Szalonkemenyi 531 *d*
Ioannes Teutonicus Generalis Prædic. 907 *e*
Ioannes Tiſſerandus inſtitutor mulierum pœnitentium, ſcriptor Vitæ SS. 5. MM. ord. Minor. in Maurit. 69 *c d*
Ioannes de Valezio 1009 *e*
Ioannes Variſaneus 1096 *c*
Ioannes Vaſquez Conimbricenſis 70 *b*
Ioannes de Ooſtervvijck Belg. ſcriptor 1012 *c*
Ioannucius de Valleterenâ ord. Minor. 611 *b*
Ioannitæ Equites 533 *a*
Iobia filia Saporis Perſæ tempore Diocletiani 7 *f* 8 *a* 11 *c*
Iocelinus Comes, ſeu Baro Viennenſis defert reliquias S. Antonij 150 *b* 151 *b c* 152 *f* 153 154
Iocelinus de Turre Magiſter domus S. Antonij 161
Iohonæus Ep. Doli 791 *c*
† *Iolenda V. M.* 1135 *a*
Iolendis vxor Baldvvini Com. Hannoniæ 1052 *c*
Iolenta Duciſſa Polon. 897 *f* 903 *c*
† *Ionas Propheta* 761 *e* D
Ionas Ep. Niuernen. 690 *f*
Ionas Ab. 7. ſec. 855 *c d e* 856 *d* *Scriptor Vitæ SS. Columbani, Athalæ, Euſtaſij & Berthulfi* 633 *c*
Ionica vidua Hiſp. 397 *f*
Ioſeph Abb. Ægypt. 119 *a* 144 *b*
† *Ioſeph ab Arimathiâ* 714 *c*
† *Ioſephi cum B. Virgine deſponſatio* 452 *c*
Ioſes Ep. Hieroſol. 1025 *f*
† *Ioſue ſepulchrum* 716 *e*
† *Ioſippæ V. M. reliquiæ Vlyſſipon.* 612 *e*
Ioueten mon. S. Gildæ 966 *e*
Iouianus Imp. 1096 *a c* 1097 *f*
Iouinianus Gal. 2. ſec. 764 *d*
† *Iouita M.* 2 *c*
† *Irenæus Ep. Lugduni M.* 201 *a* 252 *a* 543 *b* 566 *c* 568 *b* 692 *e* 693 *b* 694 *a d f* 704 *f* 707 *e*
† *Irenæus & Abundius MM.* 584 *f*
Irenæus Comes 5. ſec. 851 *c*
† *Irenes opp.* 1131 *c*
† *Irene* 337 *f*
† *Irene Conſtantinopoli* 251 *b*
† *Irmina Ab. Treuiris* 453 *d*
Irmino Ab. 9. ſec. 887 *f*
† *Iſaac Ab. Scytha, ſeu Scithiota* 862 *c* E
† *Iſaac mon. 6. ſec.* 494 *b e*
Iſaac interpres S. Antonij 111 *e* 119 *a*
Iſabella Henricia Hiſp. 896 *d*
Iſdegerdes Rex Perſarum 305 *b*
Iſembardus Ep. Pictauis 967 *d*
Iſidora ſoror S. Cyrilli 844 *d*
† *Iſidorus Ep. Hiſpalen.* 536 *b*
† *Iſidorus Ep. Conf. in Ægypto 2. Ianuar. & Iſidorus Ægyptius* 716 *e* 1090 *a*
† *Iſidorus Presb. 15. Ianuar. &* 111 *f* 610 *e*
Iſis Dea Ægypt. 136 *b*
Iſmaëlitæ 5. ſec. 306 *a*
Iſmarius R. Saracen. 406 *c*
† *Itha Hibern. 15. Ianuar. &* 1119 *c*
† *Itisberga V. Belg.* 884 *b*
Iſychius Patr. Hieroſol. 308 *e*
Iudas Ep. Hieroſol. 1025 *f*
† *Iudæ Thadæi Apoſt. reliquiæ Vlyſſipon.* 612 *e*
Iudæi Alexandriâ pulſi à S. Cyrillo 846
Iuchaël Comes Redonenſis 964 *c*
Iudicaël Ep. Venetenſis ibid. *d f*
Iudith vxor Ludouici Pij Imp. 280 *c* 292 *e* 747 *e*
Iugo Ep. Londini 797 *c*
† *Iulia Trecis* 917 *d*
† *Iuliana V. Duaci* 213 *c* F
† *Iulianæ Mart. Eccl. Arelati* 1135 *e*
† *Iuliana & Memmia* 9 *c*
† *Iuliana Montis-Cornelij V. Belg.* 916 *f*
† *Iulianus Ep. Toletanus ſcriptor Vitæ S. Ildephonſi* 535 *c* 537 *b*
† *Iulianus M. Aruern.* 634 *a*
† *Iulianus & Eunus Mart.* 1079 *c*
† *Iulianus Chaba, qui & Sabas* 72 *b* 488 *a* 761 *e* 808 *e*
† *Iuliani monaſt. Turonibus* 359 *f* 360 *b*
Iulianus Apoſtata 302 *c e* 364 *a d* 578 *f* 579 619 620
† *Iulius I. Papa* 253 *b* 484 *e* 485 *e* 486 *a*
Iulius II. Papa 355 *b*
Iulius Ep. Præneſtinus 581 *c*
† *Iulius Hiſp.* 389 *d* 393 *f*
Iupiter æther 136 *d* *Iupiter Catharus* 344 *c*
† *Iuſtinæ V. M. reliquiæ Vlyſſipon.* 612 *e*
Iuſtinianus Imp. 148 *f* 149 *a* 301 *e* 565 *e f* 569 *a* 855 *f* 856 *a* 857 *a*
Iuſtinianus Rhinotmetus Imp. 452 *e*
Iulon Eremit. Palæſt. 5. ſec. 314 *c*
† *Iuſtinus Ep. Argentinæ* 200 *c*
Iuſtinus Ab. Palæſt. 7. ſec. 422 *e* 427 *d* 432 *f*
Iuſtinus Senior Imp. 301 *e* 1032 *c*
Iuſtinus Presb. 339 *e*

A † *Iusti reliquiæ Malmundarij* 638 *a b*
Iustus I. Ep. Hieros. 1025 *f*
Iustus II. Ep. Hieros. ibid.
† *Iustus & Pastor MM.* 339 *c*
† *Iustus M. amicus S. Tranquillini* 270 *f*
† *Iutta Virgo* 389 *d*
Iuuenalis Patr. Hieros. 300 *f* 301 *a* 307 *f* 308 *c* 314 *d* 315 *c e f* 317 *c* 318 *b* 853 *b* 854 *a*
† *Iuo Ep. Carnoti* 795 *b* 796 *b* 797 *c* 805 *a*
† *Iuonius Aruern.* 630 *f*

K

† *Kadroe Ab.* 386 *b*
Karolus, Karlomannus vide in C.
Kauilanus Ep. Arelat. 25 *d*
Kelchaeruanus pater S. Fechini 330 *b c*
† *Kenesvvitha Ab. in Angliâ* 1079 *b*
Kenredus R. Merciorum 176 *b* 241 *b*
Kenulphus R. Merciorum 241 *b*
† *Keyna V.* 603 *e*
† *Kinesburga R. Northumbr.* 176 *b*
† *Kinesvvida* ibid.
Kineſtvvitha vxor Pendæ R. Merciorum 17 *b*
Konegundis de Schermbeke 1151 *f*
B † *Koniochus Ep. idem videtur qui S. Remachus Ep. Traiectensis* 356 *f*

L

† *Laconius vir illustris 5. sec.* 375 *c*
† *Ladislaus R. Hungar.* 897 *e* 906 *a* 908 *b*
Ladislaus VI. R Polon. 905 *c*
Lætanurus S. Paulæ viduæ 721 *a d*
Lætarius nobilis Gallus 9. sec. 103 *c*
† *Lætus* 812 *a*
Lætus Diac. Gal. 6. sec. 855 *c e* 860 *c*
† *Lætus mon. Miciaci* 628 *b c*
Lagobertus Ab. 230 *b*
Lambertus Ep. Atrebati 795 *f* 797 *c* 803 *e* 804 *a* 806 *a*
† *Lambertus Ep. Traiect. M.* 652 *d*
Lambertus Bellulanus Ep. Morinor. 796 *d*
Lambertus Ep. Tornac & Nouiomi 805
Lambertus Ab. Cremonæ 216 *c*
Lambertus Ab. S. Bertini 798 *c* 802 *c* 803 *e*
Lambertus Ab. VValciodori 646 *a*
Lambertus Præpositus S. Mariæ Brugis 13. sec. 150 *e*
Lambertus Presb. Gal. 10. sec. 356 *d* 358 *a f*
Lambertus Comes Cabilone 493 *a*
Lambertus Barbatus Com. Louanij 652 *d*
Lambertus Traiectensis magister B. Ioan. Morin. 795 *b*
C † *Landoaldus* 166 *e*
† *Landricus seu Landericus Ep. Paris.* 167 *d* 230 *d*
Landricus vir bellicosus Gal. 7. sec. 1036 *a*
Landvvardus Ep. Mindensis 378 *f* 379 *a* 589 *f*
† *Lanfrancus Ep. Cantuar.* 238 *c* 240 *f* 241 *f* 244 *d e* 247 *a d*
Langobardi qui, & vnde dicti 31 *d*
Lanterius Ab. Diuione 491 *a* 492 *d*
Laodicius Præfectus Romæ sub Dioc. 6 7 11 948 *a b c*
† *Largus* 5 *f* 6 *a* 7 *c* 8 *a* 10 *a f* 11 *c e*
Lasræa mater S. Fechini 330 *b*
† *Lasrianus seu Laserianus Hibern.* 1112 *b f* 1113 *a*
† *Latini reliq. Magdenburgi* 1150 *f* 1153 *e*
Latous Antiochenus 5. sec. 489 *e*
Laudicius seu Laodicius Presb. 3. sec. 810 *f* 817 *b* 824 *b* 832 *a*
† *Launomarus mon. Miciaci* 628 *b c*
Laura & cœnobij differentia 298 316 *d*
† *Laurentius M.* 93 *c* 905 *c* 983 984 1152 *d* *reliquiæ Constantinop.* 360 *c* *Vlyssipon.* 612 *c* *pars capitis Rotæ* 839 *d* *& Cæsaraugustæ* ibid. *f* *monast.* 336 *b c* *Cenomanis* 399 *c* *craticulæ pars Metis* 399 *f* 589 *a* *eccl. Mediolani* 970 *e*
† *Laurentius Presb. Nouar.* 417 *f* 418 *a b* 419 *a b* 420 *c*
Laurentius Ep. Mediolan. 372 *f*
Laurentius Archidiaconus Conimbricæ 12. sec. 1133 *d*
Laurentius Compagny ord. de Mercede 987 *c*
Laurentius monachus Fundensis in Italiâ 32 *f* D
Laurentius de Paulis Soc. IESV 258 *e*
Laurentius Surius scriptor Vitæ Henrici Susonis 653 *c*
Lausus Belga 10. sec. 639 *d f*
† *Lazari sepulchrum* 715 *f*
† *Lea vidua* 1105 *d*
Legebertus Ab. Curbionis 740 *c* 744 *b*
Leguntius Bituric. 7. sec. 173 *b*
Leidradus Ep. Lugduni 544 *f* 887 *f*
† *Leo I. Papa* 843 *b* *reliquiæ Petragoricis* 348 *b*
† *Leo III. Papa* 282 *c* 885 *a f* 889 *d e* 890 *b*
Leo XI. Alexander Medicæus 355 *b*
† *Leo Ep. Bituric.* 967 *e*
Leo Lambertengus Ep. Com. 197 *e*
Leo Ep. Nouariensis 417 *f* 421 *f*
Leo Presb. fil. Gentilis viduæ 914 *d*
Leo Magnus Imp. 299 *e* 300 *d* 301 *a* 317 *b* 320 *b f* 370 *d* 1096 *d*
Leo nepos Leonis Magni Imp. 301 *b* 320 *f*
Leo Armenus Imp. 441 *b c* 442 *a* 882 *f*
Leo Consiliarius 5. sec. 370 *a b*
Leo Ital. 10. sec. 444 *e*
† *Leobinus Ep. Carnoti* 235 *a*
† *Leocadia V.* 536 *c d* 537 *e* 539 *a* 787 *reliquiæ Sueßione* 236 *e* E
Leodegaria V. soror S. Vrbani Lingon. 492 *b*
† *Leodegarius Episc. Augustodun.* 98 *e* 629 *e* 651 *f* 632 *b* 734 *b c*
Leofricus Comes Leicestriæ 240 *c*
† *Leonardus Ab.* 985 *f* 986 *a b* *monast. Ghisnæ* 804 *c d*
† *Leonardus monachus Miciaci* 628 *b c e*
† *Leonides M.* 456 *c*
Leonora R. Cypri 1002 *e*
† *Leonorius* 963 *a*
Leontius Ep. Antiochiæ scriptor Vitæ S. Babylæ 569 *c e* 571 *b*
† *Leontius Ep. Foroiulienſis in Prouinciâ* 19 *d*
Leontius Ep. Neapoleos Cypri, auctor Vitæ S. Ioannis Eleëmosynarij 496 *b c f*
Leontius Ep. Tripoli 323 *a b*
† *Leontij Ep. M. reliquiæ Metis* 589 *a c*
Leontius Ab. S. Euthymij 301 *e* 323 *f* 324 *a*
† *Leontius & Apollonius MM.* 213 *c*
† *Leontij M. monast.* 323 *b*
Leontius Præses Campaniæ sub Diocletiano 191 192 193
Leontus discip. S. Genulphi 3. sec. 89 *c* 97 *b*
† *Leopardinus Ab.* 167 *a*
Leopardinus Ab. Reomai 6. sec. 862 *e* 863
Leopardus Gal. 965 *d*
Leothericus Ep Senonen. 790 *a*
Leouigildus R. Hisp. 968 *a* F
Lerinenses Abbates primi 858 *d*
Lerinensium monachorum præclara institutio 20
Letaldus Gal. 9. sec. 866 *d*
Letaldus mon. Cisterc. 12. sec. 753 *d*
Lethaldus scriptor Vitæ S. Iuliani Cenoman. 761 *f* 1152 *a*
Letalius Gal. 10. sec. 103 *c*
† *Leucius M. Tuderti Ital.* 213 *a*
Leudigandus Ep. Gal. 742 *b* 746 *c*
Leudocramnus nobilis Gal. 7. sec. 233 *a*
Leui Ep. Hieros. 1025 *f*
† *Leuianus* 928 *a b c* 930 *e f* 931 935 *f* 936
Leutsinda vxor Erchenaldi 44 *b* 53 *a* 739 *f*
Leusus Ab. Cenomanis 399 *c*
Liberæ Dea, terra 136 *d*
† *Libera V.* 196 *e f*
† *Liberata, seu VVilgefortis* 181 *d*
† *Liberius Papa* 355 *a*
Liberius Diaconus 345 *b* 347 *c*
† *Libertinus Abb. Fundensis in Italiâ* 32 *b* 33 *b*
† *Liborius Ep. Cenoman.* 762 *a*
Licinius Ep. Turon. 195 *b e*
Licinius Præses Palæst. 1. sec. 613 *b c* 614 *f*
Lidvvinus 452 *f*
† *Licbertus*

A † Liebertus Ep. Cameracenſis 9 d 13 a
Ligerius Erem. Dunis 806 d
Liminius cognatus Claudij Imperatoris 185 f 186 a
† Linguinus Aruernis 194 e
† Linus Papa 922 c
† Liphardus mon. Miciaci 628 b c
Liuingus Ep. Eborac. 240 c
Liuinus Brechtus Minorita 258 e
Liutus Ab. Ital. 444 c
Lois auia S. Timothei 567 b 696 a
Lonegiſilus mon. Cenomanis 7. ſec. 1141 f 1142 a b
Longobardicum bellum Caroli Magni 879 d
† Longinus M. 632 f reliquiæ Vlyßipon. 612 b
Longinus Ab. monaſt. S. Theoctiſti 301 a 302 a 318 e 319 b
Lotharius Ep. Treuir. 262 d
Lotharius Rex Italiæ Imp. 99 c 101 a
Lotharius Rex Franc. 10. ſec. 150 b 151 b 357 608 e
Lotharius Rex Alſatiæ 207 c
† Luanus Hibern. 1111 f
Lubertus Ep. Monaſterienſis 1156 c 1157 d
† Lucæ Euangeliſtæ tranſlatio 564 565 569 a reliquiæ Vlyßip. 612 e
Lucas Alemannus Ep. Volaterris 1063 d
Lucas Ab. ſocius S. Euthymij 304
B Lucas Diac. Emeſæ 917 a
Lucerius Trecenſis 4. ſec. 945 e f 946 a d
† Lucia V. M. 18 917 reliq. Metis 589 a c Syracuſis 1025 b Vlyßipon. 612 f monaſt. Balneis 59 f
Lucia de Bauio Sueca 250 c
Lucianus Præſes Palæſt. 1. ſec. 613 b e 614 b f
Lucidus Ep. Ficoclen. 251 c
† Lucifer Ep. Calarit. 181 b
† Lucina 271 a 278 c d 282 f
† Lucina matrona 9 a 11 f 257 e 258 f 611 e
Lucinia Gal. 6. ſec. 77 a c
Lucius III. Papa 155 f
Lucius Verus Imp. 73 d 692 a
Lucius Aurelius Imp. 213 c 214 d 691 b
Lucius Aurelius Commodus Imp. 693 d
Lucij Conſules ſub M. Aurelio 925 f 926 c 933 f 934
Lucius Flauius Præſes Aßiſij 3. ſec. 585 e
Lucius Præſes Ancyræ ſub Diocletiano 459 a f 468 e f 470 a 482 f 483 f
Lucius Ethnicus in Italiâ 3. ſec. 582 e 583 f
Lucretius Ep. Dienſis 773 d 774 c
† Ludgerus Ep. Monaſterienſis 1157 e
† Ludmillæ auiæ S. V Venceſlai reliquiæ Vlyßipon. 612 d
Ludouica de Albertonibus 1078 f
Ludouicus Pius Imp. 99 c 101 a 261 f 262 a b 278 f 281 b
C 286 f 292 e 293 c 747 d 748 d 883 d 886 c
Ludouicus Rex Germaniæ filius Ludouici Pij 99 c 385 d e 1157 e 1158 d
Ludouicus nepos Ludouici Pij R. Franciæ Orientalis, Thuringiæ 1157 e 1158 d
Ludouicus Balbus Rex Franc. 102 c
Ludouicus IV. Vltramarinus R. Franc. 104 e 150 b
Ludouicus nepos Ludouici Tranſmarini Regis 104 f
Ludouicus V. Rex Franc. ibid. e 788 a
Ludouicus VI. Rex Franc. 804 e 805 d e
Ludouicus VIII. Rex Franc. 400 c
† Ludouicus IX. Rex Franc. 55 e
Ludouicus Rex Apuliæ 990 e 997 f
Ludouicus Rex Hungariæ an. 1356. 991 a b 999 1008 c
Ludouicus Turrianus Patr. Aquileiæ 992 e
Ludouicus Barlaimontius Ep. Camerac. 16. ſec. 14 f
Ludouicus Carillius Hiſp. 896 d
Ludouicus de Langiaco Ab. S. Antonij 162 a
Ludouicus maritus S. Eliſabethæ 897 e
Ludouicus Matienço ord. de Mercede 987 f
Ludouicus de Vreta ord. Prædicat. ſcriptor hiſtoriæ Æthiopicæ 162 e
Ludovvinus monachus dein Ab. Atrebati 642 e
† Lugidius Hibern. 1111 f 1112 a
Luidgardis vxor Caroli Magni 883 e D
Luitburga f. Deſiderij R. Longobard. 881 d
Luitprandus R. Longobard. 584 b 636 f
† Luitvvinus Ep. Treuiris 201 c
Lullo Gal. 7. ſec. 175 c
† Luminoſa Ticin. 369 c 371 b
Luniſo monachus 215 c
† Lupantius an S. Linentius 1151 d
Lupicianus Dux Syriæ 4. ſec. 595 d
Lupus Ferdinandus Dain Ep. Mauritaniæ ord. Minorum 63 a
Lupus Dux Vaſconum 8. ſec. 879 d
Lupus Lerinenſis 5. ſec. 29 e
Lupus Ordaſius Hiſp. 896 d
Lupus Cenoman. 7. ſec. 1143 b
Luſigniani Reges Cypri 1002 e
Lyſias Præſes Traiani 923 b c 924 a 1026 b d
Lyſias Dux Diocletiani 349 c

M

MAcarius Patr. Antioch. hær. 8. ſec. 780 b
† Macarius M. 453 d
† Macarius diſc. S. Antonij 111 113 d e 146 d f
† Macarij duo Ægyptij 29 d
† Macarius Ægyptius 15. Ian. quomodò fuerit diſcip. S. Antonij 111 f 112 a b
† Macarius Alexandrinus 2. Ian. quomodò fuerit diſcip. S. Antonij ibid.
† Macarius Conf. Antiochiæ 75 c
Macarius Mathematicus 112 d
† Macarius Romanus ibid.
Macedonius hær. 315 e
Machomad R. Cordubæ 402 403 b
† Machtildis Com. 1025 d
Machtildis Marchioniſſa Cremonen. 580 f 581 a
† Machutus Ep. Alethenſis Gall. 91 c e
† Madelberta Ab. Malbod. 1044 b 1050 f
† Madelgarius Vincentius 1036 c 1048 e
Maffæus Barberinus Cardin. VRBANVS VIII. Papa 258 f
Magi Perſæ 305 b
† Maglorij monaſt. Pariſ. 357 c
Maglocunus R. Britonum 6. ſec. 952 e f
Magnus Ep. Cemelenſis & Niceæ 391 a
† Magnus, ſeu Magnoaldus Ab. 55 56 57 58 59
Magnus Sacerdos Gal. 9. ſec. 289 b
Mahomad Abenramin Iudex 811 e
Mahometes R. Turcarum an. 1470. 993 a
Mainardus 2. Abbas Stradenſis Gal. 9. ſec. 101 d 102 a e 103 c
† Mainulphus Archidiac. 181 e
Makglaſtianus Ep. Scotus 1024 c
Makvvolocus Ep. Scotus 916 c F
† Malardus Ep. Carnotenſis 19. Ianuar. & 230 c d 234
† Malchus Erem. in Syriâ 489 b 771 c
† Malchus M. Cæſareæ 181 b
† Malchus monach. Ægypt. 114 d 115 b
Malenus Gal. 12. ſec. 155 f
† Mamas M. Lingonis 543 e
Mamertini cuſtodia Romæ 6 b
† Mamertus Ep. Lingonienſis 74 c
Manaſſes Ep. Remis 797 b c 806 a
Manaſſes Comes Ghiſnenſis 804 c
Mangiſus mon. S. Gildæ 966 b
Manes hæreticus 307 a
Manichæi in Ægypt. 4. ſec. 135. in Paleſtinâ 5. ſec. 313 c
† Manneus Ep. Baiocenſis 227 d 1137 b
Manuel Imp. 1001 f
† Manſuetus Ep. Tullen. 201 b
Mapheus Vicecomes Mediol. 1009 d
Marcella vxor Vigofredi Lugduni 35 d
† Marcelliani & Marci Acta & martyrium 215 f 256 b c 269 a f 271 a c 276 a 277 f
† Marcellinus Papa 5 b 44 c
† Marcellinus & Petrus MM. 72 f reliquiæ Selingenſtadij 215 b f Cremonæ 581 a Sueßione 236 e

† *Marcellinus Ep.Ebredun.* 392 *c d*
† *Marcellini eccl.in Galliâ* 155 *a e*
Marcellus Ep.Ancyranus 337 *e*
† *Marcellus Ep.Dienſis* 72 *e*
Marcellus Sacerdos Comi 7.ſec. 197 *b*
† *Marcellus Mar.in Galliâ* 93 *f*
† *Marcia M.mater SS.Marcelliani & Marci* 265 *d* 270 *f* 251 *f*
† *Marcia, ſeu Marciana V.M.* 181 *b*
Marcia Papyria 1712 *f*
Marciana Auguſta 761 *b*
Marcianus Abb.Palæſt. 5.ſec. 315 *f* 322 *d*
† *Marcianus Cyri* 181 *e*
Marcianus Imp. 299 *e* 300 *b f* 317 *b* 360 855 *f* 856 *a f*
Marcianus Smyrnenſis 2.ſec. 707 *e*
Marcion hær. 693 *a* 694 *a b*
Marcomanni in Galliâ 9.ſec. 89 *e*
† *Marcus Euang.* 518 *a* 1079 *d* *reliquiæ Vlyßip.* 612 *b* *Eccl.* 1083 *b* 1087 *c*
† *Marcus M.* 215 *f*
† *Marci & Marcelliani Acta & martyrium* 265 *b c* 269 *a b e f* 271 *a c* 276 *a* 277 *f*
Marcus Ep.Fulginij 581 *c*
Marcus anachor.Palæſt. 5 ſec. 314 *c*
Marcus monach.Agrigenti 969 *f* 970 *a*
Marcus Aurelius Imp. 73 *d* 691 *f* 692 *a* 693 *b* 924 *c* 925 *e* 929 *b* 933 *c* 936 937 *d* 1135 *b*
Marcus Antoninus Imp. 691 *b*
Marcus Antoninus Verus Imp. 213 *c* 214 *d*
Marcus Tribunus Maximiani 947 *f*
Marcus Brixianus miles 159 *b*
Marcus Emmanuel Bourgeois 1084 *c*
Marcus maritus S Lucinæ 5 *b*
Marcus Smyrnæus 2.ſec. 704 *d*
† *Margaritæ V.M.reliquiæ Vlyßipon.* 612 *c* *inſula* 21 *a*
† *Margarita Regina Scotiæ* 241 *c*
Margarita Ab.Ambiani 13.ſec. 1124 *e*
Margarita ſoror B.Margaritæ Hungaricæ 897 *f*
† *Mariæ V. cum S. Ioſepho deſponſatio* 452 *c* *Electio* 181 *d* *depoſitio & Adſumptio* ibid. *Natiuitas celebrata* 867 *d* *Eccl.Mimatæ à S.Martiale* 615 *c* *Cæſareæ Palæſt.* 428 *a* 433 *d* *Lucenſæ* 811 *d* *Auenione* 1067 *f* *monaſt. Metis* 1027 1028 *a f* *Sueßione* 285 *d* *Ital.* 444 *b* 445 *b*
† *Maria Magdalena* 713 *f* 1107 *f* 1108 *d* *hoſpitium* 715 *f* *reliquiæ Meloduni* 357 *e* *Vlyßipon.* 612 *c*
† *Mariæ Salomes reliquiæ Vlyßipon.* 612 *e*
Maria in Ægypt. 192 *c e*
† *Maria Ægyptiaca* 775 *a* *reliquiæ Vlyßipon.* 612 *b*
† *Maria V.Alexandrina* 213 *a*
† *Maria Socos ord.de Mercede* 988 *b*
Maria Brabantina 13.ſec. 180 *f*
Maria fundatrix cœnobij prope Madritum 1078 *f*
Maria de Melune Belg. 15.ſec. 1053 *d*
Maria vxor Belæ IV.Regis Hungar. 898 *a* 900 *e*
Maria vxor Ferdinandi I. 264 *c*
† *Mariani reliquiæ Sueßione* 236 *e*
† *Marianus Diac.& Diodorus Presb.* 72 *f*
Marianus Erem.in Syriâ 486 *b f*
Marianus Florentinus hiſtoricus ord.Minor. 64 *c*
Marianus Scotus 1024 *e* 1055 *c*
† *Marinæ V.M. reliquiæ Vlyßipon.* 612 *c*
Marinus M. ſocius S.Euthymij 304 *d*
Maris Ab.monaſt.S.Theoctiſti 301 *a* 306 *b* 318 *e*
Maromenus Imp.Perſidis 218 *f*
Marcomirus pater Pharamundi R.Franc. 98 *c*
† *Maro Erem.Syrus* 489 *d* 709 *f* 773 *e f*
Maro mon.Palæſt. 5.ſec. 309 *e* 310 *c*
Maroſas mon.Syrus 488 *f*
Marquardus Bauarus 11.ſec. 263 *c*
Marquardus Ab.Trumiæ 1137 *a*
Marſabanas Iudex Regis Perſarum 7.ſec. 423 *a* 433 *e f* 434 435 *a*
Marſus Cenoman. 7.ſec. 1143 *d e*
Martagon Dux Bulgar. 441 *d e*
† *Martha V.* 213 *f* *hoſpitium* 715 *f* *reliquiæ Vlyßip.* 612 *c*
† *Martialis Apoſt.Lemouicum* 98 *a* 200 *f* 615 *c* 763 *e* *eccl.* 766 *c* 1152 *c f*
† *Martialis Hiſp.* 389 *a* 393 *f*
† *Martina V.M. 1.Ianuar. &* 183 *c*
Martina mater Heraclonæ Imp. 1047 *c*
Martinianus Præpoſitus militum Ægypt. 130 *f*
† *Martinus I.Papa* 779 *f*
† *Martinus Ep.Turon.* 91 195 *a* 200 *f* 417 *c f* 418 *a* 419 766 1141 *b* *reliquiæ Romæ* 156 *Vlyßipon.* 612 *e* *Eccl.* 740 *d* 744 *c* *Bituricæ* 172 *e* *monaſt.Pariſiis* 804 *a* *in Valle Carnoti* 235 *a d*
Martinus Maſius Ab.Epternaci 1139 *a*
† *Martinus Ab.Vertauenſis* 93
Martinus Prior Conimbricæ 1132 1133 *b c d*
Martinus Alphonſus Tellius Luſit. 13.ſec. 67 *e*
Martinus Cantor Aruern. 7.ſec. 633 *f*
Martinus Carillius ſcriptor Hiſp. 835 *a*
Martinus Baptiſta de la Nuza Hiſp. 838 *d*
† *Martyres IV.Tyri* 338 *d*
Martyres ord.Minorum VII. in Syriâ 72 *c* *XVII. à Turcis occiſi* 562 *a*
† *Martyrum 40.Sebaſtenorum reliquiæ Conſtantinop.* 810 *f* 811 *a* *Vlyßip.* 612 *b*
† *Martyres CLX. ſub Claudio viâ Salariâ* 216 *e f* *Martyrum Acta conſcribuntur à Notariis, conquiruntur à Subdiaconis* 253 *b*
Martyrius Patr.Hieroſol. 299 *a c* 301 *c* 317 *b* 319 *b c* 320 *c e f* *monaſt.* 322 *a c*
Martyrius mon.in Lycaoniâ 6.ſec. 495 *a d*
† *Martyrius ſocius S.Rubentij 17.Ianuar. &* 318 *a*
† *Materni Ep.Treuiris* 201 *c* 1153 *a* *Acta, obitus* 917 918 919 921 922 *reliquiæ Eberſpergæ* 262 *f*
Mathalgardis concubina Caroli Magni 883 *d*
† *Matthæi Apoſt. reliquiæ Vlyßip.* 612 *d*
Matthæus Ep.Vlyßip. 64 *b*
Matthæus filius Ioannis Cantacuzeni 1001
Matthæus Corſinus 1077 *b*
† *Matthiæ Apoſt. reliquiæ Vlyßip.* 612
Matthias Coruinus R.Hungar. 88 899 *a*
Matthias Imp. R.Hungar. 530 *d*
Mathildis vxor Erenfredi Com.Palatini 646 *c*
Mathildis vxor Guilhelmi I. R.Angl. 1059 *c*
† *Matrona V.Luſit.* 611 *d*
† *Matronæ Montanæ eccleſia* 339 *f*
† *Maturus M.Gal.* 213 *e*
† *Matutinus Hiſp.* 389 *a* 393 *f*
Mauricius Ep.Bracharenſis 1132 *f*
† *Mauritius & ſocij* 382 *b c* *reliquiæ* 58 *b* *in Hiſpaniâ* 361 *a* *Vlyßipon.* 612 *d* *abbatia* 643 *e* *Eccl.Reomai* 863 *b e*
† *Maurus ſocius S.Hippolyti* 1025 *d*
† *Maurus & Papias 29.Ianuar. &* 6 7 11 214 *f*
† *Mauri reliquiæ Sueßione* 236 *e*
Maurus Ep.Placent. in Italiâ 163 *f*
Maurus Ep.Rauenn. 780 *a*
Maurus pater S.Epiphanij Ticin. 365 *b*
Mauruſius Ep.Ebroic. 1110 *f*
† *Maxentij monaſt.Gal.* 734 *b*
Maxentius Imp. 4 *a* 5 *a b* 12 *a*
† *Maxima Miciaci* 628 *b*
Maximianus Ep.Conſtantinopol. 852 *b* 853
Maximianus Imp. 191 220 257 *e* 265 *a* 275 *c* 349 *c* 389 390 *b* 393 *c* 415 *b* 458 *c* 459 *e* 833 *e* 1029 *e* *ex Africâ Romam venit* 5 *f* 10 *f* *deponit purpuram* 11 *f*
Maximilianus I.Imp. 1138 *f* 1139 *a b*
Maximilianus Dux Bauariæ 264 *b*
Maximinola ſocia S.Sabinæ 944 *d e* 945 *b e*
† *Maximinus Ep.Treuiris* 201 *c* *monaſt.Treuiris* 644 *e* 645 *f* 646 *d* 647 *c f* 649 *c*
† *Maximinus ſenior & iunior mon.Miciaci* 230 *c* 628 *b* *Eccl.* *Miciaci* 789 *d*
Maximinus pro Galerio Maximiano 10 *e*
Maximini perſecutio Alexandriæ 113 *d*

† *Maximus*

A † Maximus Ep. Alexand. 181 e
Maximus Ep. Antiochiæ 610 c
† Maximus Ep. Constantinop. 388 c
† Maximus Ep. Regiensis 773 c reliquiæ Ipris 801 d
† Maximus & Anastasius MM. 338 e
Maximus Lerinens. 5. sec. 29 e f
Maximus Presb. Romæ ob fidem captiuus 3. sec. 253 e
† Maximus Presb. socius S. Hippolyti 1015 d 1025 d
Maximus Dux Maximiani 468 a b f 470 a 481 482 f 483 f
Maximus Præf. Ægypt. sub Constantio 840 d f 841 d
Maximus Procurator Asiæ sub Nerone 566 c
Maximus satelles Gallieni 340 a
† Maylocus frater S. Gildæ 958 c
Mazabanes Ep. Hierosol. 570 c
† Medanus, siue Meldanus, aut Mildanus, Hibern. 39 40 44 a 53 c
S. Medardus Ep. Nouiom. 44 c 201 b 261 279 a d 280 a 284 c 288 e 295 296 reliquiæ Vlyßipon. 612 c Sueßione 236 e monast. 215 f 216 b Eccl. 740 d 744 c
† Medericus Presb. 389 d
Medo Ab. Floriaci 235 f
Meginhardus Comes sub Carolo Magno 887 f
Meginherius Com. sub Carolo Magno ibid.
B † Melane seu Melania Iunior 313 f 314 b 1079 c monast. 322 e
Melania Senior 337 f
† Melanius Ep. Trecensis 1124 f 1125 a reliquiæ Malmundarij 638 b
Melantius Ep. Rotomagi 1 c
Meletiani hær. in Ægypt. 4. sec. 139 f 140 a
† Melchisedech Rex 847 e
Melita Ab. S. Sabæ 301 e
Melitenses Equites 533 b
† Memmia 9 c
† Memmius Ep. Catalauni 338 e
Memnon Ep. Ephesi 851 d e f
Menas Ægyptius 1091 a
Menas Philoponus Ægyptius 1090 c
Menas puer Ægyptius 1092 e f 1093
† Mennas M. 495 b c 517 a 1092 e 1093 d 1094 f monast. Gal. 791 e monast. 315 f
† Mennas & Hermogenes MM. 562 e
Mennas Ep. Constantinop. 851 a
Mennas Vice-Dominus Alexandr. 7. sec. 496 d 499 a c 502 b 515 d
Menendus frater S. Martini Saurien sis 1131 c e 1133 b e
† Menricus Erem. 1157 f
† Mercurius M. 439 e
† Meresinæ reliquiæ Sueßione 236 e
C Mereuinus puer 176 b f 177 a
Merofleta V. in Galliâ 1 c
Merouingus Rex Francorũ 98 c Merouingiorum stirps 98 d e
Merouingi Reges vltimi nullius vigoris 878 b f
Merwaldus R. Mercior. Occid. 176 b e f
Mescislaus R. Haliciæ 898 b
Mesetius Pseudo R. Siciliæ 8. sec. 780 c
† Messalina V. Fulginij 582 e 587 f
Messalina vxor Claudij I. Imp. 183 f
† Metras, siue Metranus M. 31. Ian. eius Ecclesia Alexandr. 512 c
† Meynardus Ep. Rigensis 115 b e
† Michææ Proph. sepulchrum 716 e
† Michaël Archang. 228 229 867 d 966 e Eccl. miraculis celebris 228 229 monast. 909 e in Hispaniâ 975 a in Thiraciâ 385 in Lotharingiâ 386 e
Michaël Budet Ep. Lingonensis 491 f 492 a
Michaël I. Curopalates Imp. 441 a b 882 f
Michaël II. Balbus Imp. 441 e
Michaël filius Ioannis Cantacuzeni 991 c 1001 e
Michaël Florentinus 338 b
Michaël Laccheus scriptor Vitæ S. Catelli 1137 a
Michaël de Linge D. Barbançonij 15. sec. Belg. 1053 c
Michaël Maldonatus ord. Præmonstrat. 975 c f
Michaël de Montesia M. Cister. 180 f
Michaël Sanz Hisp. 12. sec. 836 f D
† Michaëlina Pisaurensis 213 e
Micislaus R. Hallicensis 898 b
† Milburga V. Angl. 1761 e 177 a
† Mildreda V. Angl. ibid.
† Miliæ V. reliquiæ Vlyßipon. 613 a
† Milo Ep. Beneuent. 603 a
Milo Gal. 11. sec. 789 b 790 d
Mimulfus Dux Insulæ S. Iulij 1100 c
† Mineatis M. reliquiæ Metis 589 a c
Miramomolini RR. Maurit. 62 f 66 d 67
† Mizaël 214 f 215 a
† Mochua Ballensis 1. Ianuar. & 329 b
† Mochua Benchorensis 329 b
† Mochua Lothre Hibern. 1117 c 1118 c 1119 b
† Modestinus Ep. 213 c
† Modesti sepulchrum in Carinthiâ 1159 b
† Modestus Ep. Hierosol. 427 c 505 c
Modestus Vicarius Zachariæ Patr. Hierosol. 427 b c 432
† Modvvenna in Angliâ 239 a
Molasius 1113 b
† Molingus Ep. Fernensis 1120 b
† Molua, siue Luanus, Hib. 1111 f 1114 f 1118 b
† Monagreus socius S. Hippolyti 1025 d
† Monegundis viduæ eccl. Chinaci 184 e E
Morcarus Comes Angl. 11. sec. 240 d
Mordredus Rex Britannum 5. sec. 952 c
† Moricus ord. Crucigerorum 609 e
† Moyses Presb. Romæ 253 e
Moyses Erem. in Syriâ 489 b 771 c
† Mucius Lector Emesæ M. 917 d
Mummolenus Dux Franc. 6. sec. 33 f
† Mummolinus Ep. Tornac. 608 609
Mummolus Ab. Reomas Ep. Lingonen. 863 a
Mumulenus Dux Franc. in Italiâ 6. sec. 861 a
Munio Rector Vlyßip. 406 f 409 c e
† Munna Ab. Hibern. 1116 d 1119 d
Mußianus Vicarius Claudij II. 218 f 219 a b
Muzarabes 406 c d 408 f 409 a
Mychdonius Hispan. 3. sec. 340 e
Myrocles Ep. Ticin. 365 b

N

† Nabor & Felix MM. 1029 1030
Nantelmus de Monte lucido Gal. 12. sec. 155 d e
Nantherus Ab. S. Michaël. Lotharin. 387 a
Nantolinus Sofredus magister domus S. Antonij 161 e
† Narcissus Ep. Gerundensis 56 d 57 d
† Narcissus & Felix MM. 415 e
Naso Belg. 6. sec. 196 d F
Natalis Presb. Ital. 8. sec. 636 f
Nathineus Presb. Hibern. 330 c
Nauus R. Pictorum 956 b
S. Nazarij eccl. Gal. 195 d
† Neon M. 452 c
Nepos Imp. 364 c 369 e 370 e
† Nepotianus Ep. Aruern. 194 d 592
Neptunus mare 136 d
† Nereus M. 214 f Nerei, Achillei & Domitillæ reliquiæ Cortraci 950 a
Nereus Corsinus 1063 e
Nerius Ginij de Caponibus 1070 e 1076 d
Nero Imp. 566 b d 568 d 889 c 890 b
Nerua Imp. 563 f 566 f 569 d
Nestorius Præfectus Alexandriæ 4. sec. 138 f 139 c
Nestorius hær. 310 e f 313 e f 315 e 328 b Nestoriana hæresis 848 849 850 851
Nicænum Concilium 315 e
† Nicanor Apost. 10. Ianuar. & 453 e
† Nicasij reliquiæ Malmundarij 638 b
Nicasius Gal. 5. sec. 860 a
† Nicephorus M. Corinthi 1025 a 1079 a
Nicephorus Imp. 441 a 882 f

A Nicetas 2.sec. 703 a 704 d 706 b 707 b
Nicetas Patricius 7.sec. 502 d f 503 c 504 a 515 d 517 f 520 f 521 b f
Nicetas Philos. 9.sec. 847 f 848 a d
† Nicetius Ep.Lugdun. 213 c
† Nicetius Ep.Treuir. 201 c
Nico, seu Nithardus, Ep.Leodien. 647 c
† Nicodemi discipuli Christi reliquiæ Vlyssip. 612 c
Nicholus, seu Nicolaus, pater S.Andreæ Corsini 1064 b c 1065 d f 1073 e 1074 a
Nicolaus I.Papa 496 d 498 a
Nicolaus II.Papa 241 a
† Nicolaus Episc. Myræ 1137 e reliquiæ Barij 413 f 414 d Vlyssipon. 612 f monast.in Aridâ-Gamantiâ 798
Nicolaus Albergatus Ep.Bononiæ Card. 1071 e 1076 f
Nicolaus Ep.Camerac. 1051 c 1052 c
Nicolaus Zoesius Ep.Siluæducis 949 e 950 d
Nicolaus Ab.Valcellen. 892 893 a
Nicolaus Prior VVigorn. 11.sec. 245 b
Nicolaus de Orbita ord.Minor. 807 f
Nicolaus Kenton Prou.Carmel. 1072 b
Nicolaus alumnus S.VVulstani 248 f
Nicolaus Benedicti Vicarius & Capitaneus Smyrnæ 14.sec. 1004 b
B Nicolaus Bezançonius 262 b 295 d
Nicolaus Piccininus Dux exercitus Mediolan. 1070 c 1076 d
† Nicomedes M. 355 b
Nicostratus Diaconus Romæ ob fidem incarceratus 3.sec. 253 e
† Nicostrati Primiscrinij sub Diocl. conuersio & martyrium 268 e f 269 e f 270 b d e 276 a f
Nilus Ep.Orthosiæ 323 b
Nimphidius Gal. 6.sec. 774 f
Nisteron Abb.in Ægypto 112 d
Nitrienses anachor.Ægypt. 299 a
Noalo Ep.Parisiis 797 c
Nonnosus Ab.Ital. 10.sec. 443 e
Norbertus Ab.S.Galli 645 f
Norici 889 b
Nordmanni, Sueones 9.sec. 881 b
Normanni Galliam inuadunt 91 a 102 d
Northorini schismatici 1007 a
Nouatus her. 253 e 1027 b Nouatiani Alexandriâ proscripti à S.Cyrillo 845
Nubiani 1007 a
Numerianus Imp. 569 c 570 571

O

Obotriti pop.Germ. 881 d
Ocfridus Presb. 452 f
C Octauianus, Ioannes XII. 378 d 379 b
Octauianus Victor Antipapæ 1052 c
Octauius Corsinus Ep.Tharsis 1063 e
Oda vxor VVifredi Com.Bituric. 9.sec. 99 e 100 f
Odfridus Ab.VVatenis 798 e
† Odiliæ V.reliquiæ Vlyssip. 612 f
Odilo Dux Bauariæ 884 c
Odilo Dux Baioariæ 8.sec. 881 c
Odo Ep.Baioc.& Com.Cantuar. 241 e
Odo Ep.Camerac. 797 c 802 c 803 e
† Odo Ep.Cantuarien. 347 f
Odo I. Ab.S.Michaël.Lotharii. 387 a
O II. Ab.S.Michaël.Lotharii. ibid.
Odo Decanus Colon. 978 b
Odo mon.Cisterc. 12.sec. 753 d
Odo Dux Aquitan.Rex Gal. 102 c
Odo Dux Burgundiæ 753 d
Odoacer R.Ital. 364 e 603 c 606 b Ticinum euertit 371
Odolricus Ep.Aureliæ 790 a b
Odelricus Gal. 778 f
Odorisius Comes Ital. 10.sec. 4 14 a b
Odulfus Capellanus Lamberti Com.Louan. 652 d
Odvvinus Ep.Hildeshem. 377 d f 378 a b d e 379 a e 380 b
Oeconomus quis? 501 f 502 c
Oetbertus VVilde 15.sec. 362 d D
Offa Rex Merciorum 241 b
Ogiua vxor Rogerij Castellani Insulis 803 e
Olaus Tunasa Ep.Abogensis in Finlandiâ 249 c
Olbertus Ab.Gemblaci 637 f
Oldradus Grossus Ep.Mediolani 13.sec. 1030 c
Olybrius Imp. 369 d 370 c
Olybrius Patricius 5.sec. 315 c 316 a 318 f
Olympius Ep.Scythopolit. 1025 d
† Olympius socius S.Hippolyti 236 e
† Onesimi reliquiæ Suessione 110 a
† Onuphrius Erem.Ægypt. 637 c 638 d 652 d
Onulphus scriptor Vitæ S.Popponis 968 a
Oppila Hisp. 6.sec. 389 a 393 f
† Optatus Hisp. 252 d
† Optauius M.è legione Thebæâ 29 d
Or Ægyptius 65 f 68 b f 69 a
Oracha vxor Alphonsi II. R.Lusitaniæ 752 a e
Ordonius R.Hisp. 370 f 371 a c
Orestes Patricius 5.sec. 846 c e 847 b c
Orestes Præfectus Alexandr. 5.sec. 535 e
Orgatius Hisp. 1108 e f 1109 a b 313 c 328 b
Origenes 256 a Origenistæ Romæ & in Palæstinâ 5.sec. 990 f E
Orozius filius R.Razziæ 241 b
Osherus Regulus VVicciorum 176 c
Ostaua R.Cantij 242 f
† Osmundus Ep.Salisburien. 288 d 289 a
Ostroldus Ep.Lauduni 244 b d e 245 242 d
† Osvvaldus Ep.VVigorn.& Eborac. 612 c caput Eboraci 1138 f
† Osvvaldus Ep.Angl. 61 f
† Osvvaldi R.Northumbriæ reliquiæ Vlyssip. 779 e 136 b
† Osvvinus R.Mart. 949 a
† Osvvius R.Northumbriæ 917 d
Osyris Deus Ægypt. 1084 715 e
Otgarius Ep.Moguntinus 299 c 300 c f 302 f
† Othilia V.Vrsulana M. 612 c
Otho Zylius Soc.IESV Interpres vitæ SS.Xenophontis & sociorum 524 SS.Ioannis & Cyri Mart.
† Othoniel Dux Israëlitarum
Otreius Ep.Melitinæ
† Ottonis Ep.Bambergen.reliquiæ Vlyssip.
Otto Magnus Imp. 102 d 209 347 d f 348 a c 355 357 377 e 378 388 e 1028 e 1139 e 788 a
Otto III.Imp. 897 f
Otto Dux Bauariæ 221 f
Otto Comes Palatinus 903 c
Ottocarus R.Boëmiæ 887 f F
Otulphus Com.sub Carolo Magno

P

† Pachomius Ab. 113 f 1095 b 1107 e
Palladis templum Romæ 9 a
† Palladius Apost.Scotorum 761 e
Palladius Galata Origenista 721 b
† Palmasbij M.reliquiæ Vlyssipon. 612 d
Palmatius Ep.Toleti 808 c
Palmatus Præses 2.aut 3.sec. 75 f 76 a 79 80
† Pammachius 416 b 713 d 1105 a 1106 b
† Pambo Abb.Ægypt. 111 f 144 d
† Pancratiæ Eccl.Gal. 780 c
† Pantaleon M. 458 f reliquiæ Coloniæ 348 c
† Paphnutius Erem. 29 d
† Paphnutius Ep.Ægypt. 110 e 133 a b
Paphnutius Cephalas 145 e
Paphnutius Abb.Ægypt. 148 f
† Papias Scriptor 693 c
† Papias M. 29.Ianuar. & 214 f martyrium 6 f 7 a 11 b
† Papias Ep.Conf. 389 a
† Papias M.Corinthi 1025 a 1079 a
Pappulus Ep.Lingon. 863 a
Papulus Ep.Carniotensis 230 d
Papyrius

A *Papyrius Ep.Smyrnæ* 700 e
† *Paradulphi altare Aruernis* 629 b
† *Paris Ep.Theanenſis* 484 b 485 c
† *Paſchalis I.Papa* 282 c 546 f
Paſchalis II.Papa 253 c 756 d 799 c 805 b
Paſchalis III.Antipapa 874 a
Paſchaſius Papa 1148 c 1149 e f
Paſchaſius Diac.Rom. 5.ſec. 602 f 1148 c
Paſquetanus Comes Venet.in Galliâ 964 c
† *Paſſarion Chorepiſcopus Hieroſol.* 301 308 c d 311 e 313 f
Paſtolius Hibern. 7.ſec. 332 b
† *Paſtor Abb.Ægypt.* 142 d
† *Paſtor Presbyter ſub Claudio It.* 216 f
† *Paſtor & Iuſtus MM.* 339 c
Paternus Præfectus Vrbis 350 f
† *Patriarcharum XII.ſepulchra* 716 c
† *Patricius Apoſt.Hibern.* 44 a 53 c 953 d f 955 f *reliquiæ Duni* 238 d
Patricius ſocius S.Emerij 782 a f 783 a
Patroclus Ep.Arelat. 337 f 1110 d e
† *Pauacius Ep.Cenoman.* 762 b 766 c
† *Paula vidua Romana 26.Ianuar. & Paula neptis S.Paulæ viduæ* 416 b 721 a
B *Paulatus Ep.Toleti* 808 c
† *Paulinæ reliquiæ Vlyſipon.* 612 c
† *Paulinæ Virg.Mart.reliquiæ in Hiſp.* 975 a
Paulina vxor S.Pammachij 416 b 713 d
† *Paulinus Ep.Antiochiæ* 713 e 714 c 1108 a
† *Paulinus Ep.Lucæ* 836 b 922 c f
† *Paulinus Ep.Nolæ* 968 e
† *Paulinus Ep.Treuiris* 201 c *Eccl.Treuiris* 730 d
Paulinus Presb. 361 e
† *Paulus Apoſtolus* 567 *Conuerſio & Tranſlatio* 611 d *reliquiæ Vlyſipon.* 612 c *Eccleſia Veſontione* 562 d *monaſt. Vltraiecti* 646 a
Paulus I.Papa 236 c 761 e
Paulus II.Papa 1062 f
Paulus V.Papa 355 c 1063 d
Paulus Æmilius Sfondratus Cardin. 355 b
Paulus Patr.Alexandr. 497 e
Paulus Vegius Ep.Caſæ 914 e
Paulus Ep.Emeſenus 853 a
† *Paulus Ep.Leonenſis* 91 c e 958 e 959 a c 964 e
† *Paulus Ep.Mylaſæ* 561 f 598 b 600 601 602 d
† *Paulus Ep.Narbonæ* 94 a 763 e
Paulus Ab.monaſt.Martyrij 322 a
Paulus de monte Magnao Ab.in Ital. 336 f
† *Paulus Simplex diſc.S.Antonij* 111 e 148 f *exercitatio apud S.Antonium* 147 148
C *Paulus Beyæ Archidiac.Cameraci* 1055 b
Paulus Galata Erem. 6.ſec. 607 c
Paulus Cilix 324 c d
† *Paulus Hiſp.* 389 a 393 f
Paulus Hungarus ord.Prædic. 897 b
Paulus Laurentij Pauli Notarius Florentiæ 1073 c
Paulus nepos S.Cyrilli 844 d
Paulus pater S.Euthymij 299 c 302 c d
Paulus Præſes Agrigenti 970 a
Peada R.Merciorum 176 b
Pegaſius Ep.Petracor. 194 b
Pelagia meretrix 515 a
† *Pelagianus Clericus Antiochiæ* 807 c
† *Pelagij reliquiæ Sueßione* 236 e
Pelagius II.Papa 227 e
Pelagius Præfectus Prætorio 371 e
Pelbartus de Themeſvvar 530 c 531 c
Pelegrina, ſeu Peregrina, mater S.Andreæ Corſini 1064 c 1065 b d f 1073 c
Peluſianus diſcip.S.Antonij 111 e
Peregrini fratres in Ægypt. qui 121 a c
† *Peregrinus M.* 213 e
Peregrinus Procurator Aſiæ ſub Neruâ 566 f
Pergamius Ægypt. 4.ſec. 140 f D
Perpenna Tarquinius 4.ſec. 632 b
Perpetua mater S Exuperantij 1148 f
† *Perpetuus Ep.Turon.* 195 a b
Peteona ſoror S.Geldæ 958 e
† *Petronilla V.M.* 1050 b
† *Petronius Ep.Bonon.* 850 d
† *Petrus Ap.* 421 d 761 c 918 989 990 1036 f 1037 d 1046 b 1157 c d *ad vincula* 260 b *reliquiæ Vlyſipon.* 612 c *dentes Malmundarij* 638 b *catenæ pars & capilli Metis* 399 f 589 b *baculus Coloniæ* 347 f 348 c *Eccl. Bononiæ* 591 f *Zamoræ Hiſp.* 537 f *Veſontione* 543 d f *Romanis Gal.* 547 d *monaſt.in Ital.* 444 b 445 a e *Gal.* 789 f 790 b *Cabilone* 776 c *Carnoti* 793 e *in ditione Niuernenſi* 101 d 102 e *Monte-maiori* 154 f 156 c *Excubiarum priorat.Carthuſ.* 156 c
† *Petri Vallis monaſt.* 977 e 978 c
Petrus de Luna Antipapa Benedictus XIII. 839 f
† *Petrus Ep.Alexandr.* 110 e 113 b d 131 1107 e
† *Petrus Martyr Beneuenti in Italiâ* 9 c
† *Petri M.ord.Prædic.reliquiæ Vlyſip.* 612 b
† *Petrus ſocius Marcellini M.* 215 b f
† *Petrus Damiani* 333 b c
Petrus Presb.Cardinal. 11.ſec. 140 e
Petrus de Corſinis Cardinal. 1067 f 1075 b E
Petrus Pazmany Cardinal.Strigon. 530 e 531 532 a f
Petrus Patr.Hieroſol. 301 e
Petrus Siculus Ep.Argiuorum ſcriptor Vitæ S.Athanaſij Methonen. 1125
Petrus Bergandus Ep.Burdigalen. 69 a
Petrus Ep.Cæſaraugustanus 5.ſec. 834 b *alius 11.ſec.* 836 d f 837 b 839 c
Petrus Ep.Ceſtrenſis 238 c
Petrus Ep.Pampelonen. 1060 b
Petrus Ep.Ripacurtia Hiſp. 839 c
Petrus Ep.Saracenor. 5.ſec. 306 a b 307 d f 310 f 313 d
Petrus Pulcher Ep.Tolet. 811 e
Petrus Barbus Ep.Vicetinus & Patauinus, Cardinalis 1071 e 1076 f
Petrus de Areâ Ab.S.Antonij 162 a
Petrus Lobetus Ab.S.Antonij ibid.
Petrus Ab.Noui-caſtri 978 c
Petrus Ab.Confluentiæ ibid.
Petrus Paulaza Abb.Hiſp. 838 d
Petrus Abbas Romæ 8.ſec. 164 f
Petrus Ab.S.Sabæ Romæ 422 a b
Petrus Archipresb. 8.ſec. ibid.
† *Petrus Ægyptius Eremi.in Syriâ* 489 b
† *Petrus Cledophylax M.* 691 d
† *Petrus Galata* 771 c F
Petrus Presb.in Cypro 14.ſec. 1018 d
Petrus mon.Ciſterc. 12.ſec. 753 d
Petrus mon.Villarij 1078 f
Petrus mon.Cluniac. 184 e
Petrus ord.Vallis-vmbroſæ 336 c
Petrus Andreæ ord.Carmel. 15.ſec. 1071 a
Petrus Andreas de Caſtaneis, auctor Vitæ S.Andreæ Corſini 1061 f 1062 a
Petrus I.Rex Aragoniæ 195 e f
Petrus IV.Rex Aragoniæ 990 c
Petrus Rex Cypri 984 d 994 e 1004 c f 1005 d 1006 b 1007 1008
Petrus Infans Luſit.fil.Sancij I. 64 a 66 b d
Petrus Reinerij Comes Ital. 11.ſec. 445 a b c 446 a
Petrus Armengol ord.de Mercede 987 a b c
Petrus de Calidis ord. de Mercede 988 c
Petrus de Caſtelliolo ord.de Mercede ibid.
Petrus Cnaphæus hær. 581 a d
Petrus Commendator ord.de Mercede 987 d
Petrus Ferdinandus de caſtro Hiſpan. 13.ſec. 66 67 e
Petrus R.fil.Terebonis Ducis Saracenor. 5.ſec. 312 a
Petrus Gournitis Erem.in Palæſt. 5.ſec. 314 c
Petrus Hiſp. 389 a 393 f

A Petrus Ioannides Lusit. 407 a
Petrus Lector Alexand. 5.sec. 847 c
Petrus Lector Laurienſis ord.Prædic. 905 a
Petrus Malaſany ord.de Mercede 987 d
Petrus Medicus Mutinenſis 4.aut 5.sec. 1096 e
Petrus Nunij Canonicus Conimbric. 13.sec. 68 f
Petrus de Oſca ord.de Mercede 988 c
Petrus Puteolanus 616 c
Petrus Piſanus Diac. 885 c
Petrus Rhætus 384 d
Petrus Roſarius Hiſpanus 13.sec. 67 e
Petrus ſcriptor Vitæ SS.Cyri & Ioannis 1082 a b
Petrus Razanus 899 a
Petrus de Solanes ord.de Mercede 988 c
Petrus Sofredus Magiſter domus S.Antonij 161 e
Petrus Sofreyus Gal. 12.sec. 155 e
Petrus Stephani Mangarado Hiſp. 13.sec. 64 b
Petrus Teutonicus ord.Minor.Ep.Pactenſis & Liparit. 992 d
Petrus de Latou Belga ſcriptor 14.sec. 447 a c
Petrus Valdeſius 897 d
Petrus Victorius 1077 e
Petrus de S.Vincentio Hiſp. 12.sec. 836 f
Petrus Ximenius Hiſp. 896 f
Phagala mater B.Ioannis Morin. 794 f
B Pharamundus I.Rex Franc. 98 c
Phidus Ep.Doron 311 e 317 c 320 b c d 321 a b c d 322 a b c
Phidus Ep.Ioppes 311 e
Phileas Ep.Aſiaticus ſub Decio 820 a 826 f
† Philemon M. 456 b 808 e 810 e 832 templ.Conſtantinopoli 424 f
† Philibertus Ab.Carnuti, an extiterit? 955 c
† Philibertus Ab.Gemmetici 740 c 744 b 955 d 967 1101 d
† Philibertus Ab.Tornodori, an alius à Gemmeticenſi? 955 c 956 e 957 a
Philippicus Dux Heraclij Imp. 423 d 427 a 432 e
† Philippi Apoſt.reliquiæ Vlyſſip. 612 b
Philippus Hinsbergius Ep.Colon. 976 f 977 d 978 a
Philippus Ep.Hieroſol. 1025 f
Philippus Presb.Legatus S.Cæleſtini P. 851 a
Philippus Ep.Strigoni. 906 d
Philippus Presb. 3.sec. 810 f 817 b 824 b
† Philippus Diac.& filiæ prophetiſſæ 714 c
Philippus Imperator 92 a 93 b 582 d 586 b
Philippi Imperatores 1079 c baptizantur 253 annum Vrbis 1000 celebrant 254 Virtutes eorum Chriſtianæ 255 cædes 256 979 c
Philippus Auguſtus R.Galliæ 811 f 838 f
Philippus II.Hiſp. 703 d 706 e
Philippus Aſiarcha 2.sec. 999 a
C Philippus Princ.Tarenti 1070 c 1076 c
Philippus Maria Dux Mediolani 1054
Philippus Bonus Dux Burgundiæ 977 c
Philippus Comes Flandr. 1064 c
Philippus de Bethunes Comes de Selles 803 a
Philippus Comes Loanus 1030 b
Philippus V.IL.à S.Caio Papâ baptizatus 803 a
Philippus Burggrauius Ipris 848 d
Philippus Conſtantinop. 5.sec. 1063 e
Philippus Corſinus
Philippus Mazerius,Cancellarius Cypri, ſcriptor Vitæ S.Petri Thomaſij 994
† Philippus Nerius Fundat.Oratorij 949 e
Philippus Thomaſius de Florentia ord.Carm. 1073 f
Philippus Trallianus 692 b 704 f 707 e
Philotheus Patriarcha Conſtantinop. 993 a
Philtanus pater S.Furſæi 45 46 a c d 47 d
† Phocæ M.reliquiæ Romæ 4 c
Phocas Imp. 423 b
Phorphyrius Feliciani Ep.Fulginas 454 f
Photis fem.in Paleſtinâ 439 c
† Photina Samaritana 716 c d reliquiæ Vlyſſipon. 612 b
† Photinus Ep.Lugdun. 694 d f 763 c
Photinus Ep.Rhodi ſub Diocl. 464 e 476 b

Pinchardus de Gaure Dom.de Freſin Belg. 15.sec. 1053 d D
† Pintianus M.Catanæ 580 f
† Pinuphius Ab.Ægypt. 858 b
† Pionius M. 692 a
Pionius ſcriptor Vitæ S.Polycarpi 692 e f 704 f 707 e
Pior monach.Ægypt. 112 d 146 a
† Pipinus Landenſis pater S.Gertrudis Maior Domus Franc. in Auſtraſiâ 56 c 98 e f
Pipinus Craſſus, ſiue Herſtallus 356 f 357 a 381 a 878 d 879 a 1048 f Vetulus ſeu Breuis dictus 98 f 99 d
Pipinus Rex Francorum 56 b c 58 99 e f 235 e f 236 b d 629 f 878 879 b d 882 e Pius dictus 98 f
Pipinus fil.Caroli Magni nothus 884 d
Pipinus Rex Ital. 879 e 883 e f
Pipinus Rex Aquitaniæ 99 c e 101 a
Pipinus fil.Pipini 2.Regis Aquitan. 99 e
† Pirminius 382 e 383 c d
Piſentius Presb.Ital. 3.sec. 582 c
Pius II.Papa 253 c
Placidia filia Theodoſij Senioris 856 a
Placidia vxor Genſerici R.Vandal. 316 *
Placidus Ab.Augiæ 1034
Placidus Præf.V.Romæ 3.sec. 584 f
Placidus Senator Aruern. 7.sec. 632 f 635 e
† Platonis M.templ.Conſtantinop. 811 b E
Plotinus Philoſophus 256 b 847 b
† Pœmen Abb.Ægypt. 111 e
Polencius ſatelles Gallieni 340 a
† Polycarpus Presb. baptizat varios à S. Sebaſtiano conuerſos dein Martyres 270 b f 271 a b 272 f 273 a b 275
† Polycarpus, Epictetus, Publianus, Raumianus, MM. 610 c
† Polycarpus Ep.Senonen. 690 c
† Polychronius M. 251 b
Polycrates Ep.Epheſi ſcriptor Vitæ S.Timothei 563 c d 566
† Polyeucti M. templum Melitinæ 302 c 303 e
Pompeianus pater Euagrij Ep.Antioch. 114 f
† Pontianus Papa 252 c
† Pontianus Presb. Spoleti M. 14.Ianuar. & 767 c 927 c 929 b 930 935 a d reliquiæ Vltraiecti 355 e f 356 b 357 b
† Pontianus Ep.Tuderti 947 e
† Ponticus M.Gal. 213 e 1079 d
† Pontius nobilis Rom.M. 92 a 253 f 254 monaſt.Niceæ 25 e
† Pontius Paulinus Ep. 389 b 390 e 391 f 392 a d
Pontius Ep.Ripacurtiæ Hiſp. 839 b
Pontius Aleracus Ab.S.Antonij 162 a
Pontius Ab Cluniaci 804 a
Pontius Rufus Magiſter domus S.Antonij 161
Pontius Rufus Gal. 12 ſec. 155 e
Pontius de Solanes ord.de Mercede 988 c F
Poppo Ep.Treuiren. 646 a
Porphyria meretrix, Pelagia dicta 514 f 528 c
Porttus Mediolani 12.sec. 1020 b
Poſthumianus, Seuerus & Gallus ſcriptores Vitæ S.Martini 633 c
† Poſthumius Abb.Ægypt. 111 e
† Potamius Conf. 1079 e
Potitianus ſocius S.Auguſtini 113 a 115 c 117 b
Prædeſtinatorum hæreſis 5.sec. 28 b
† Præiectus Ep.Aruernis 380 f 381 a d
Præmonſtratenſis ordinis Inſtitutio 611 a
† Praxedis V.reliquiæ Romæ 355 d Vlyſſipon. 612 c
Primicerius Notariorum 253 c
† Primitiua M. 388 c
† Primitiuus Hiſp. 389 a 393 f
Primiſcrinius Romæ quis? 268 e
Principia Virgo 1105 e 1106 c d 1109 f
† Priſca V. 18.Ianuar. & 210 f
† Priſca, ſeu Priſcilla vxor Aquilæ 184 a b 187 f
Priſcilla Iunior vidua Romæ, an extiterit? 1 c
Priſcillæ cœmiterium 256 f
† Priſcus M.Cæſareæ 181 b
Priſcus Vbius Conſul Romæ 1.sec. 185 d

† Priuatus

A † Priuatus Ep.Gabalensis 615 b
† Priuati M.reliq.Coloniæ 347 ef 348 c
Priuatus hæreticus 3.sec. 253 d
† Probi reliquiæ in Palæstinâ 322 c
Probianus, seu Probatianus, Ep.Bituric. 165 f
† Prochorus Apost. 453 e
Proclianus Presb.Romæ 5.sec. 258 d
† Proclus Ep.Constantinop. 511 e 848 d 853 f 854 a
Proclus Ep.Turon. 195 b
† Procopij Ab.reliquiæ Vlyssipon. 612 c
Procopius Palæst. 6.sec. 322 f
Procopius Galata 326 a 327
Procopius fil.Præfecti Vrbis 351 f
Proiectus Ep.Legatus S.Cælestini Papæ 851 a
Prosper Columna Cardinal. 1071 e 1076 f
† Proterius Patriar.Alexandr. 317 b 318 a 970 d 1096 d
† Proteus & Seuerus MM.Romæ 610
† Prothasius M. 285 c reliquiæ Cremonæ 222 a
† Proti & Hyacinthi reliquiæ Metis 589 c Comi 197 a
Protogenes Ep.Carris Mesopot. 1031 f
† Publianus M. 610 c
Publius Ep.Hierosol. 337 c
† Publius Hisp. 389 a 393 f
† Pulcheria Imp. 316 a 360 c 810 f 811 a 852 a
B Pytirion discip.S.Antonij 722 c

Q

† Quadratus M. 338 e f
Quadratus Præses 2.aut 3.sec. 75 f 76 a 79 80
† Quieta mater S.Ioan.Reomaensis 857 c
Quinctus Phryx 702 d
† Quintilianus Hisp.M. 389 a 393 f
† Quintini M.Eccl. 1049 d monast. 608
† Quiriacus Erem.in Palæstinâ 298 d 299 a 300 a b f 301 309 e 311 a e 314 f
† Quirini M.reliquiæ Cremonæ 216 c
Quirinus Presb. 638 a
Quirinus Superista Legatus Pontificius 9.sec. 281 c d e f 282 a b 283
† Quiteria V.Lusitana 220 d

R

† Rabanus Ep.Mogunt. 56 b 948 f
Rabodo Ep.Tornac. 156 e
† Racho, seu Rachanarius, Ep.Augustodun.& Basileæ 611 f
Radbodus Rex Frisiæ 35 a 542 b
† Radegundis R. 98 e 101 a 746 e templum Pictauis 101 a
Radiola Hisp. 14.sec. 361 c
Radulfus Rex Burgundiæ 9.sec. 103 a
Radulfus Comes Eastanglorum 11.sec. 241 c e
C Radulphus Ep.Orcadum 238 c
Radulphus Ep.Remis 805 c
Radulphus Ab.Valcellis 892 893 a
Raginerus Longicollus Com.Hannoniæ 639 c
Raginfredus Præfectus aulæ Gal. 8.sec. 879 a
Raginfridus Ep.Rotomag. 235 c d
Ragnesilus Ep.Trecen. 938 f
Ragnobertus Ab. 230 b 234 b
Ragnosointhus nobilis Gal. 7.sec. 233 b
Raimundus de Artussella Hisp. 12.sec. 836 f
Raimundus Comes Tolosanus 984 d 1057 f 1059 d
Raimundus de Eril Hisp. 12.sec. 836 f
Raimundus Paleacensis Hisp. 12.sec. ibid.
† Rainaldus Ep.Nouocomen. 807 f
Rainaldus Gal. 10.sec. 548 e
Rainaldus Perusiæ 924 f
Ramirus Ep.Ripacurtiæ R.Aragon. 839 c
Randisius Comes Ital. 10.sec. 444 a b
Ranulphus mon.S.Gildæ 966 e
Raphaël Ep.Conchæ Cardinal. 896 a
Rases Maurus Histor. 406 f
Rasmiszus Dux Chosrois 518 c
Ratbertus Saxo occisor S.Præiecti 632 f 635 e
Ratfredus mon.S.Gildæ 966 b
Ratholdus Bauarus 10.sec. 263 b D
Ratleicus Notarius Eginartj 215 b d
Raulfus de Mortuomari Angl. 11.sec. 241 f
† Raumianus M. 610 c
† Raymundus Ep.Barbastren.& Roten. 195 e f 836 d 839 b
Translat. 837 a 839 d
Raymundus Dalmatius Ep.Ripacurtiæ 839 b
Raymundus Ep.Nicosiæ 1021 b
Raymundus Prior Montis-maioris,& Ecclesiæ S.Antonij 156 c
Raymundus Cassanus ord.de Mercede 988 c
Raymundus de Munelt Hisp. 12.sec. 836 f
Raymundus de Monte oliuo ord.de Mercede 988 c
† Raymundus Non-natus ord.de Mercede 981 a 986 c d
† Raymundus de Pennafortj 7.Ianuar. & 984 b 989 b c
Raymundus à Plicaminibus Hisp. 13.sec. 985 e
Raymundus Præfectus xenodochij Hierosol. 534 e
Raymundus de Vlsireto ord.de Mercede 988 c
Raynaldus Ep.Colon. 888 c
Raynaldus Ep.Remen. 796 a 804 e
Raynardus Ab.Serenensis 789 f
Reculphus Comes sub Carolo Magno 887 f
Regina concubina Caroli Magni 883 c
Reginbaldus monach.Ebersperg. 11.sec. 263 c
Reginherus Germ. 786 f
Reginoldus Ep.Magdeburg. 1153 e E
† Regula 384 b
† Reguli Eccl. 922 f
† Remaclus Ep.Traiect. 166 f 356 f 637 a 644 c 647 c 651 f 652 a
Rembertus mon.Villarij 761 d
Remigius, siue Remedius, Ep.Bituric. 165 f 967 e
† Remigius Ep.Remis 98 a 201 a 231 a 356 e 357 e
Remundus M.ord.de Mercede 986 e
† Renatus Ep.Surrentinus 30 b c e 732 a
Rhodij Equites 533 b
Riallus mon.S.Gildæ 966 e
Riceswvindus Princeps Hispan. 7.sec. 536 e
Richarda Comitissa Iuliac. 1148 a
Richardis Marcardi Bauari filia 10.sec. 263 c
Richardis Rudolphi Bauari filia 10.sec. ibid.a
Richarius Ab.Aroasiæ 798 a
Richardus Ab.VValsoi 639 f 641 e 642 d e 643 d 644 b 650 f
Richardus Alemannus 9.sec. 384 d f
Richardus Comes Normanniæ 788 a
Richardus Vesolensis 9.sec. 492 c
† Richarij Ab.Eccl.Vticensis 798 e
† Richeza Regina Poloniæ 646 c
Richlindis Bauara 11.sec. 263 e
Richulfus Ep.Mogunt. 887 f F
Richvvirius Comes sub Carolo Magno 887 f
Ricimer, seu Ricomer, Patricius reconciliatus Anthemio Imperat. 5.sec. 368 369
† Rigomerus Presb.Gal. 177 c
Ripuarij pop.Belg. 889 b
Rixfridus Com.Cliuiæ 355 e
Robertus Ep.Atrebat. 801 c
Robertus Ep.Cantuarien. 239 f 240 e
Robertus Ep.Hereford. 241 e 242 e f 245 d 246 a
Robertus Ep.Morin. 796 b
Robertus Ep.Rotomag. 235 c
† Robertus Ab.Casæ-Dei 1056 e f 1057 d e
Robertus Ab.Cistercij 753 754
Robertus à Mon-real Ab.Epternaci 1138 f
Robertus Abb.Stradensis Gal. 10.sec. 107 c d
Robertus Henrion Ab.Villar. 976 b
Robertus Archidiac.Tornac. 804 c
Robertus Decanus Vlyssip. 406 f 409 c
Robertus Rex Apuliæ 999 a
Robertus occupator regni Franc. 102 d 104 f
Robertus R.Franc. 400 a 789 b
Robertus Hierosol.Com.Flandr. 803 c f
Robertus Friso Com Flandriæ 796 d 803 a b

A *Robertus Comes Moritunen. 11.ſec.* 241 e
Robertus Comes Normann. 11.ſec. ibid.
Robertus primus palatij Pipini Regis 9.ſec. 99 e
Rochus 260 c *reliquiæ Vlyßipon.* 612 d 1139 c
Rodbertus Ab.Stradenſis 107 b d
Rodbertus Belga 10.ſec. 639 d f
Rodericus Archidiac.Cæſarauguſt. 13.ſec. 837 e
Rodericus Prouincialis ord.de Mercede 987 f
Rodericus R.Arecluytæ 955 f
Rodoaldus Dux Longobardorum 30 a c e
Rodoardus Ep.Laudun. 386 b
Rodomus Præpoſitus S.Medardi 9.ſec. 261 a 279 b e 280 281 283 f 284 a 291 c e f 295 d
Rodolphus Dux ſub Ottone I.Imp. 210 d
Rodulphus Ep.Morinor. 55 e
Rogatianus 3.ſec. 340 b
Rogatus pater S.Paulæ 713 b
Rogerius II.Comes Fuxenſis 195 d e f
Rogerius Comes de Monte Gomerico 11.ſec. 244 f
Rogerus Comes Hereſordiæ 11.ſec. 241 a
Rogerus Com.de Scrobesbiriâ 11.ſec. ibid.f
Rogerus de Laceio Angl. 11.ſec. ibid.
Rogerus monachus ſcriptor Vitæ S.Brunonis Archiep.Colonien. 347 e
B *Rolandus Cardinal.Adrianus IV.Papa* 1051 c
Rolandus Com.ſub Carolo Magno 880 e 881 c
Rolandus ord.Ciſterc.in Cheſeriaco 1 e
Rollo Dux Normann.in Galliâ 9.ſec. 89 e 90 c
† *Romaricus* 208 b
† *Romanus Erem.* 771 c
† *Romanus & Felix* 414 f 415 b
Romanus Abb.in Palæſt. 5.ſec. 315 f 322 e
† *Romanus de Blauiâ Presb.* 1110 b
Romanus R.Halicienſis 898 b
Romanus Palæſt. 6.ſec. 326 d f
Romoaldus Dux Beneuentanus 7.ſec. 29 c 31 d
† *Rophilus* 335 b 336 d
Roſindus Cenoman. 7.ſec. 1143 d e
Roſtagnus V.Abb.Lerini 25 c
Rotardus antiquior Ep.Sueſſorum 261 f 262 a 285 c 288 a 291 e
Rotardus Diac.Metis 1028 e
Rotdrudis filia Caroli Magni 883 d f
Rotfridus Comes Gal. 9.ſec. 287 d
Rothais filia Caroli Magni 883 d
Rotherius Comes Lemouic. 8.ſec. 99 b
Rothildis filia Caroli Magni 883 e
Rothlandus Ep.Arelat. 25 d
Rudalenus pater S.Gilduini 791 a b
C *Rudolphus Altorſenſis 11.ſec.* 263 e
Rudolphus Bauarus 10.ſec. ibid.a
Rudolphus mon.Caſæ-Dei ſcriptor Vitæ S.Adelelmi 1056
Ruffina filia S.Paulæ 713 d f
† *Ruffini M.reliquiæ Vlyßip.* 612 f
† *Rufinus mon.Miciaci* 628 b c e
Rufinus Præſes Hiſp.ſub Diocl. 389 c e f 390 d 391
Rugini populi Germ. 541 d
Rumoldus fil.Ducis Beneuent. 8.ſec. 880 f 881 c
Ruodgaudus Dux Foroiulij 8.ſec. 879 e 880 c
† *Ruſticius Ep.Lugdunen.* 374 c
Ruſticius V.Ill. 5.ſec. 367 a b
† *Ruſticus Ep.Aruern.* 194 c
† *Ruſticus M.Pariſ.* 200 f
† *Ruſticus ſocius S.Hippolyti* 1025 d
Ruvvodo Ab.Herfeld.& Ep.Paderborn. 645 f 646 b

S

† S *Abainus ſocius S.Hippolyti* 1025 d
† S *Sabas Ab.* 298 d e f 299 a b f 300 301 313 c 316 b c 328 a b d
Sabbas Ep.Paltæ 853 d
Sabbathius Ab. 6.ſec. 607 e
Sabelliani har.in Paleſtinâ 5.ſec. 313 d
† *Sabinæ reliquiæ Petragoricis* 348 b D
Sabinianus Papa 228 b
† *Sabiniani reliq.Magdenburgi* 1150 f 1153 e
† *Sabinus Ep.Aſiſinas* 1028 a b c
Sabinus Alexandr. 517 a b 530 a
Sabinus lictor ſub Decio 817 a 831 f
Sacerdon, ſeu Sacerdos, Dux Maximiani 467 e f 468 a f 469 f 480 f 481 482 f 483 f
Sadochus ord.Prædic. 897 b
Saes vel Saan Exarchus Perſarum 423 b c d
Saigrannus Cenoman. 7.ſec. 1143 d e
Sain,vel Sathyn,Dux Perſarum 423 c d 427 a
† *Salomea Regina Haliciæ* 897 e
Salomon R.Britan.Armor. 964 b
Salomon Comes Cerdanienſis 402 e
Salici 889 b
† *Saluatoris eccl.Ouieti* 811 d *monaſt.in Galliâ* 89 e 90 d 91 a b c *Ital.* 444 a
Saluatus, ſeu Saluianus, ſcriptor Vitæ S.Martini Saurienſis 1131 e
Saluianus Maſſilienſis 20 d f *an Sanctus?* 21 a
† *Saluius Ep.Albigen.* 749 e
Saluſtius Patriarch.Hieroſol. 298 f 301 c d
Saluſtius Præfect.Iuliani Imp. 579 f
Salutatus Canonicus Florentiæ 1072 f E
Samaritæ impij in Paleſtinâ 869 e 870 c d
† *Sampſon Ep.Dolenſis Gall.* 91 c 959 a c e
Sampſon Ep.Remen. 892 c 1052 c d
Sampſon Canon.Baiocen.Ep.VVigorn. 245 f
Sampſon de Lalaine Belg. 15.ſec. 1053 d
Sancia ſoror Alphonſi II.R.Luſitaniæ 66 a 67 c
Sancius I.R.Luſit. 409 f 1131 d
Sapor R.Perſarum 458 c
Sapor Perſa tempore Dioclet. 7 e f 8 a b
Saranus Comes Hibern. 1118 e
Sarbarus, ſeu Sarbarazas, Dux Perſarum 423 d
† *Sarmata mon.Ægypt.* 29 d 111
Saraceni in Arabiâ 5.ſec. 305 c *in Galliâ 8.ſec.* 878 d *in Hiſpaniâ 8.& 9.ſec.* 98 f 99 b
Sarouardus Ab.S.Michaël.Lotharing. 387 a
† *Saturninus Ep.Tholoſæ* 93 f 763 e
† *Saturnini martyrium* 6 e 10 a 11 a b *Eccl.viâ Salariâ* 1032 c 1033 b *reliquiæ in monaſt.S.Dionyſij* 1110 b
Sauiniana mater SS.Sabiniani & Sabinæ 944 a
† *Sauinianus Ep.Senonen.* 789 c d
† *Sauinianus M.Pictauis* 611 e
Sauinilla matrona Romæ ſub Claudio II. 218 e
† *Sauinus & Felix* 389 d
Sauinus pater SS.Sabiniani & Sabinæ 944 a
Savvil tyrannus in VValliâ 604 b F
Saxonicum bellum Caroli Magni 879 e f
Saytus Dux Perſarum 7.ſec. 497 b
Schalleni à Bell.nobiles 1146 f 1148 a
† *Scholaſtica V.* 201 a
Scipio Bourgheſius Card. 258 e
Sclaui varij 881 e
Scutinus ſocius S.Aidani 1111 f
† *Scuuiculi reliquiæ Malmundarij* 638 b
† *Sebaſtianus M. 20.Ianuar. &* 201 b 236 e
† *Sebaſtianus M.in Armeniâ* 833 b
† *Sebaſtus ſcriptor Vitæ S.Genulphi 3.ſec.* 81 f 89 c 97 c
Secundinus Epiſc.Lugdun. 35 d
Secundinus Patric.Gal. 6.ſec. 860 b
Seleucus R.Syriæ 579 c
† *Semina V.* 610 f
Semipelagiani hær. 5.ſec. 28 c
Semptani Comites 263 a
Senatus Brauonius ſcriptor Vitæ S.VVulſtani 238 b
Seneca Ep.Hieroſol. 1025 f
Senior Ep.Cæſarauguſt. 402 e
Senuphius Erem.Ægypt. 1087 e f
Septala familia Mediolani 909 c
† *Sequanius mon.Reomat* 861 f
Serapio

A *Serapio ord.de Mercede* 986 e
† *Serapion Ep.Thmueos in Ægypt.* 137 e 140 d
Serapion Abb.in Ægypt. 108 f
† *Serapion M.Corinthi* 1025 a 1079 a
Serapion mon.in Ægypt. 716 f
† *Serapion Sindonites* 507 d e 524 f
Serapis Dea 768 b
† *Serena vxor Diocletiani* 7 d
† *Sereni reliquiæ Sueßione* 236 e *cella* 284 f
Sergius II.Papa 256 f 948 d f 949 b 1137 a 1138 f
† *Sergij monaſt.in Aſſyriâ* 424 c 431 d f 436 c e
Sergius Prafectus Syracuſis 222 b 226 c
Seridon Ab. 511 e *monaſt.Gazæ* 512 e 526 f
† *Seruatius Ep.Traiect.* 196 a
† *Seruiliani M.reliquiæ* 74 c
Sethna pater S.Aidani 1112 c
Seuerianitæ hæretici 6.ſec. 510 e
Seuerianus Ep.Gabalis in Syriâ 615 e
† *Seuerianus Ep.Scythopoli* 314 e
Seuerinus Ital. 1149 d
† *Seuerini reliquiæ Romanis Gal.* 547 b
† *Seuerus Ep.Rauennæ* 109 b
† *Seuerus Presb.Ital.* 494 c
† *Seuerus & Protcus MM.Romæ* 610 c
B *Seuerus Erem.in Syriâ* 489 b 771 c
Seuerus Imp. 77 a 252 d
Seuerus Sulpitius diſcipulus S.Martini an Sanctus? 967 968
Sevvinus Ep.Senonen. 789 f
Sevvlfus mercator Angl. 11.ſec. 245 a
† *Sexburga Reg.Kantij* 176 b c e
Sexulphus Ab.Petroburgi 808 d
Sfondratus Cardinalis 355 b
Sibylla Abbatiſſa Ghiſnis 804 d
Sicambri à Troianis oriundi 98 b *victi à Valentiniano in Pannoniâ* ibid.c *iidem qui Franci* ibid.
Sicaptus nobilis Gal. 7.ſec. 232 c
Sigar R.Saxonum 733 f
Sigebertus Rex Auſtraſiæ fil.Clotarij 198 e 201 f 279 a
† *Sigebertus Rex Auſtraſiæ fil.Dagoberti I.* 96 e 356 f 637 a 1040 c 1050 f 1140 c
Sigebertus R.Saxonũ Oriental.in Angliâ 41 b 50 e 51 c 54 b
Sigebrandus Ep.Lugdun. 738 c d 741 a 744 f
Sighardus Ab.Auguſtæ 415 b
Sighardus Bauarus 9.ſec. 263 a
Siginulfus Ital. 11.ſec. 446 a
† *Sigirannus Ab.Gal.* 104 f *monaſt.Pictauis* ibid.
Sigiſmundus Imp. 226 f
Sigonius pater S.Annemundi 737 f
Sigulphus Presb.Cenoman. 1143 b
C *Silo Rex Oueti & Aſturiarum* 808 c 811 d e
Siluanus Deus 817 c 824 d
† *Siluanus Ep.Emeſenus* 917 a
† *Siluanus M.* 213 e
Siluanus anach.in Palæſt. 5.ſec. 314 c
Siluanus monach.Cenoman. 178 f
Siluanus Præſes ſub Decio 809 e 810 c 813 820 821 826 f 827 828 829
† *Silueſter I.Papa* 280 d 281 b 632 b *reliquiæ Romæ* 256 f *eccleſia Ital.* 878 d 879 b *monaſt.* 443 c
† *Silueſter Ep.Cabilone* 776 e f 777 a f
Silueſter Ep.V Vigor. 239 b
† *Silueſter Ab.Reomai* 863
Silueſter Archidiac.Ticini 366 f
† *Siluinus Ep.Cenomanis* 691 d
† *Simeon Ep.Hieroſol.* 1025 f
Simeon Apamienſis Ab.S.Euthymij 301 d 322 f
† *Simeon Iuſtus* 1145 f *reliquiæ Hartesburgi* 891
Simeon Prior Scholæ cantorum Romæ 8.ſec. 236 b
† *Simeon Simplex* 496 c
† *Simeon Stylita 5.Ianuar. &* 313 f 515 c
† *Simon & Iudas Apoſt.* 611 e
Simon Ab.S.Bertini 802 c
Simon Abbas in Belg. 10.ſec. 788 b
Simon Bucca-nigra Dux Genuen. 1014 a D
† *Simon conuerſus Alnæ* 978 e f
Simon Comes Leiceſtrenſis 400 c
Simon Comes Monfortij 13 ſec. 984 d
Simon de la Layne 15.ſec. 1053 c
Simon Leproſus 761 e
† *Simonis Erem.reliquiæ Vlyßip.* 612 e
† *Simplicianus Ep.Mediolan.* 417 f 420 b 1030 b
† *Simplicianus M.Catanæ* 562 e 580 f 581 a
† *Simplicius Ep.Vienn.* 194 b
Sindloch Presbyter 382 e 383 c
† *Siricius Papa* 1096 c 1109 b
Siſagria Gal. 6.ſec. 774 c
Siſibotus Ep.Toleti 537 a 539 d
Siſinnius Ep.Conſtantinop. 848 d
† *Siſinnij Diac.martyrium* 5 6 10 a f 11 b c
Siſois Ab.Raithun 723 a
† *Sixti Papæ M.reliquiæ Vlyßip.* 612 b
† *Sixtus II.Papa Mar.* 81 d 82 e f 83 a c d 89 f 92 d f 93 b 101 f 834 a 1152 d
† *Sixtus III.Pap.* 852 e
Sixtus IV.Papa 63 d 65 d 71
Sixtus V.Papa 258 f
Slauicum bellum Caroli Magni 881 b
Smaragda V.Meſſanæ 251 e 388 f E
† *Smaragdus* 5 f 6 a 7 c 8 a 10 a f 11 c e
Smaragdus Ab. 386 f
Sobambecef Miramomolin.Maurit. 62 f
Sobinus Ab.Niuellis 1034 e 1041 d
Socrates Corinthius ſcriptor Vitæ S. Polycarpi 692 e f 704 f 707 e
Socratia mater S.Tryphænæ 1081 d
Sofredus Prior Carthuſ. 10.ſec. 156 b
† *Sola Ab.* 56 b
Soldanus Syriæ 69 b
Soldanus 14.ſec. 1011 a c 1013 e 1016 d 1017 b
Solon Ep.Rhinocorturæ frater S.Melæ 15 d f
† *Solutor M.è legione Thebæâ* 252 d 261 b
Sonnatius Archiep.Remenſis 165 f 1140 c
† *Sophiæ templũ Conſtantinopoli* 149 f *capella Sueßione* 293 a
† *Sophiæ viduæ reliquiæ Mindæ* 589 f
† *Sophia mater Baſenes,Helis,Ghani MM.* 611 e
Sophia mater S.Clementis Ancyrani 459 e 470 b
Sophia nutrix S. Clementis Ancyrani pia matrona 460 f 466 b c 468 f 469 471 b c d 478 d 482 f 483
Sophronius Ep.Hieroſol. 422 f 1082 a b c 1083 a
Sophronius ſocius Icannis Moſchi 495 f 496 a f 498 e 500 c 510 e 515 a 522 f 1082 b 1083 a
† *Soſipatri reliquiæ Genuæ* 1138 d e
† *Soter Papa* 693 e F
† *Soteris Papæ reliquiæ Romæ* 256 f
† *Specioſa ſoror S.Epiphanij Ticinen.* 32 a 378 f 379 a b
Spetius Chriſtianus 3.ſec. 583 e
† *Speus Ep.Spoleti* 892 a
† *Sponſæ V.M.reliquiæ Vlyßip.* 612 e
Spurius Tribunus Maximiani Imp. 6 e
Spurus Abbas Cabilonæ in Gall. 1 d e
† *Staniſlai Ep.M.reliquiæ Vlyßip.* 612 b
Stapylton Angl. 14.ſec. 994 d
† *Stephanus Protomartyr* 214 e 315 f *reliquiæ Romæ* 256 f 259 c *Conſtantinop.* 360 c *Eberſpergæ* 263 f *Vlyßipon.* 612 *ſanguis Metis* 399 f 589 a *Eccl.Romæ* 1033 c *Mylaſæ* 600 c *Tarentaſiæ* 27 c *Hieroſolymis* 316 b 317 f *monaſt.in Gallæciâ* 751 c 752 b *Galliâ* 293 a *Hieroſolymis* 315 f *Rauennæ* 553 c
† *Stephanus M.Catanæ* 580 f
Stephanus III.Papa 878 b f 879 d 1079 a
Stephanus VII.Papa 263 f
Stephanus Ep.Aruern. 1058 e 1059 c
Stephanus Ep.Bellicen. 543 f
Stephanus Ep.Friſingenſis 264 c
Stephanus Ep.Iamniæ 308 b d 310 e 311 a 313 d 315 f 317 e
Stephanus Ep.Leodienſis 10.ſec. 387 a

A *Stephanus Ep. Puteolis* 616 c
Stephanus Ep. Ripacurtiæ Hisp. 839 c
Stephanus Ep. Surrenti 732 d
Stephanus Ep. Tripoli 323 b
Stephanus Ep. Zagabriæ 991 b
Stephanus inuasor Episcopatus Belluner. 805 a
Stephanus Ab. S. Michaël. Lotharin. 387 a
Stephanus Armon Ab. S. Antonij 161 a 162 b
Stephanus Ab. Cistercij 753
Stephanus Arabs Ab. S. Euthymij 301 d 322 f 323 c
Stephanus Prouincialis Carmelit. in Cypro 14. sec. 1022 d
† *Stephanus I. Rex Hungar.* 897 e 908 b
Stephanus V. Rex Hungar. 898 a 905 e 906 d
Stephanus Rex Rasiæ 990 f 999 c
Stephanus Lusignanus 993 d
Stephanus Comes sub Carolo Magno 887 f
Stephanus Rastri miles Gall. 10. sec. 105 d
Stephanus Sickencking Canonicus Mindæ & Osnaburgi 1135 f
Stephanus Presb. ord. S. Antonij 12. sec. 156 161 e
Stephanus monachus Stabuleti 648 c
Stephanus Libs mon. in Ægypt. 112 d
Stephanus Aphrodisiensis 1095
Stigandus Pseudo-Ep. Cantuar. 238 f 239 f 240 e 241 a
Stragmerus R. Rasiæ 999 c
B *Strateas Smyrnensis 1. sec.* 696
Stauratius Imp. 441 a
† *Styracinus socius S. Hippolyti* 1025 d
Suanichildis vxor Caroli Martelli 235 c
† *Successus Hisp.* 389 a 393 f
Sueones populi 881 b
Sueui in Galliâ 98 b 889 b
Sugnarius Hisp. 9. sec. 402 e
† *Sulpitij Martyris reliquiæ* 74 c
† *Sulpitius Pius Ep. Bituric. 17. Ianuar. &* 200 f
† *Sulpitius Seuerus Ep. Bituric. 29. Ianuar. &* 165
Sulpitius Seuerus disc. S. Martini 916 e *cum S. Sulpitio Episcopo confusus* 165
† *Sulpitius Ep. Rauennas* 72 f
† *Susannæ Babylonicæ reliquiæ Tolosæ* 691 a
Syagria mater SS. Auiti & Boniti 5. sec. 375 e 380 f
† *Symetrius Presb. Mart.* 920 f
† *Symphoriani martyrium Romæ* 276 a f
† *Symphorianus baptizatus à S. Benigno in Galliâ* 77 b 1135 b
Eccl. Aruern. 636 a *monast. Metis* 1145 e
Symphorianus Presb. Lugdun. 7. sec. 35 b
† *Symphorosa M. vxor S. Claudij Commentariensis* 270 f
Symphronius Præfect. Vrbis 351 e 352 a
Synodius Ep. Melitinæ 303 b 308 b 310 e
† *Syria Galla 3. sec.* 941 943
C *Syrianus Dux Alexandriæ sub Constantio* 840
Syrianus Præfect. Canopi sub Diocl. 1086 e f 1087
Syroës R. Persarum fil. Chosrois 423 f
† *Syrus Ticinensis patronus* 379 f
† *Syrus Veronæ* 19 b c e

T

Talerandus Ep. Autisiodori Card. Comes Petragor. 996 e 997 e 1008 c 1012 c 1111 d
† *Tarasius Patr. Constant.* 422 a
Tarquinius pater S. Chromatij 273 f
Tartari irrumpunt in Hungariam 13. sec. 900 e 901 c 903 a f 906 f
Tassilo Dux Baioariæ 8. sec. 880 f 881 c d
† *Tatianæ* 183 c
Tatius Quadratus Proconsul 692 b c 707 e
† *Taurinus Ep. Ebroic.* 1110 e f
Tedelgisus Gal. 287 f
† *Telesphorus Papa 5. Ianuar. &* 693 e
Tello Archidiac. Conimbric. 1133 a d
† *Tenellæ V. M. reliquiæ Vlyssip.* 613 a
Terebon Senior 305 b
Terebon Præfectus Saracenorum 5. sec. 305 b c e 311 f 314 f 317 e
Terebon Ab. S. Theoctisti 312 a D
Terentius Comes Gal. 2. sec. 695
† *Tetricus Ep. Lingonen.* 863 a
Teutonici 890 b f
Teuzo Ital. 335 a
Teulechildis Abbatissa Gal. 7. sec. 734 f 735 a
Teuterus Præpositus Sueßion. 9. sec. 294 c
† *Thaisis peccatrix* 148 e
Thalamas 6. sec. 325 d e
Thalassius mon. Palæst. 5. sec. 308 b d
† *Thalelæus M.* 313 c
Thalelæus Cilix Erem. in Palæstinâ 5. sec. 300 a 313 b 319 b
† *Thalelæus Cilix Erem. in Syriâ 4. sec.* 313 b
† *Thamel* 924 a
† *Thammarus Ep. Beneuent.* 603 c
Thangvvardo Presb. Hildesh. 377 d f 378 a c
Tharaci reliquiæ in Palæstinâ 322 c
Tharasia Regina Portugalliæ 1131 c 1132 c d 1136 c d
† *Thathuel & Bebæa MM.* 914 a
† *Thecla V. M.* 600 a *templ. Constantinop.* 811 b *altare Aruernis* 629
Thecla Haymanot Abbas in Æthiop. 162 d
Thedericus fil. Caroli Magni 883 e
Theobaldus Ab. Eberbaci 562 a
Theobaldus Comes Campaniæ 11. sec. 938 f E
Theobaldus Comes Sancerræ 400 e
Theobaldus ord. Cister. Villarij in Brabantiâ 1 f
† *Theoctisti Ab. Palæst. Acta, obitus, monasterium* 298 c 299 a d 300 d f 301 a 303 f 304 b e 305 c d f 306 c 307 312 e 315 e 316 c 318 319 b
† *Theodotæ templ. Constantinop.* 811 b
Theodatus Ab. in Syriâ 4. sec. 622 f
Theodatus pater SS. Auiti & Boniti 380 f
Theodebertus R. Franciæ 855 f 856 a 857 a 861 a
Theodegisilus Biturix Gal. 7. sec. 170 f
† *Theodemirus mon. Miciaci* 628 b
Theodelinda Regina Longobard. 388 e
Theoderada filia Pipini R. Ital. 883 f
Theoderada filia Caroli Magni ibid. d
† *Theodericus* 640 a b *monast.* 604 a e
Theodericus I. Ep. Aureliæ 789 a
Theodericus Mursanus Ep. Colon. 1144 c d
Theodericus I. Ep. Metis 398 b 399 f 400 a 588 589 1028 d e
Theodericus II. Ep. Metis 646 a
Theodericus Ab. Stabuleti & S. Maximini 640 b 649 b
Theodericus Ab. Villarij 646 e
Theodericus Præpositus in Galliâ 10. sec. 492 f
Theodericus Pauli Presb. Gorcomij Scriptor 994
Theodericus R. Franc. Metis 855 f 856 a 857 a 861 a *in Austrasiâ* 98 d F
Theodericus R. Franc. fil. Clodouei II. 98 c 177 629 f 733 d 734 b 735 b d 736 a
Theodericus R. Burgundiæ 166 167 168 202 c
Theodericus R. Ital. 364 c e 1032 c e *ad clementiam inductus à S. Epiphanio Episc. Ticinensi* 272 273 *eum mittit in Burgundiam ad Gundobadum pro captiuorum redemptione* 272
Theodericus Alsatius Com. Fland. 806 d
Theodericus nob. Belga 10. sec. 639 c 640 a
Theodericus auus S. Theoderici II. Ep. Aurelian. 789
Theodericus VVanninck Canon. Regul. 15. sec. 362 d
Theodgerus monach. Gal. 9. sec. 405 d
Theodinus Comes Ital. 10. sec. 444 a b
Theodo fil. Tassilonis Ducis Baioariæ 8. sec. 881 a
Theodora Ægyptia 1091 f 1092 a
† *Theodorus M.* 439 e *reliquiæ Vlyssip.* 612 e *templ. Constantinop.* 811 b
Theodorus Scribon Patriarcha Alexand. 497 f
Theodorus Patriarcha Constant. 780 b
Theodorus Ep. Agrigent. 970 a
Theodorus Ep. Amathuntis 495 b 518 a
† *Theodorus Ep. Cantuar.* 779 e

A *Theodorus Ep.Cæsareæ Capp.* 851 *a*
Theodorus Ep.Mopsuestenus 853 *f*
Theodorus Ep.Mutinensis 1096 *b* 1100 *a*
Theodorus Ep.Turon. 195 *b*
† *Theodori Ep. Conf. reliquiæ Mindæ* 589 *f*
Theodorus Ab. Amathuntis 162 *d*
Theodorus de S.Chamundo Abb.S.Antonij ibid. *a*
Theodorus Presb.Romæ 4.sec. 947 *a*
Theodorus Diac.Alexand. 5.sec. 844 *a c*
Theodorus Conf.sub Iuliano 579 *f* 580 *a*
Theodorus socius SS.Magni & Tozzonis 56 57 58
Theodorus pater S.Neophyti M. 297 *a b*
Theodorus frater Heraclij Imp. 423 *e*
Theodorus Ægyptius 1092
Theodorus Alexandrinus 1089 *f*
Theodorus Galata 6.sec. 325
Theodorus van Hierts à Lanscroon 13.sec. 264 *f*
Theodorus Lascaris Imp.Græc. 898 *b*
Theodorus Melitinus Erem. 6.sec. 607
Theodorus monach.Ægypt. 33 *d*
† *Theodorus Tribunus socius S.Hippolyti* 1025 *d*
Theon Philosoph. Alexand. 4.sec. 847 *b*
Theodosius Pseudo-Patr. Hierosol. 220 *f* 313 *e f* 314 *b c e* 315 *c d e*
B *Theodosius Ep.Cingulan.* 602 *c* 1149 *f*
Theodosius Ep.Rutenen. 968 *b*
† *Theodosius Cœnobiarcha in Palæst. 11.Ianuar. &* 298 *d f* 299 *a* 300 *b* 301 *c d* 304 *d*
Theodosius Senior Imp. 300 *f* 302 *f* 844 *a* 1087 *d* 1088 1104 *b* *an Sanctus?* 726
Theodosius Iunior Imp. 360 *c* 850 856 *f* 1153 *b*
† *Theodotus Ep.Cyriæ in Cypro* 72 *e* 213 *d*
† *Theodula* 181 *b*
Theodula mater SS.Vrbani, Pralidiani, & Epolonij 561 *e* 562 *c d*
Theodulphus Ep.Aurelian. 887 *f*
Theogenes Ep.Hipponen. 709 *a*
† *Theopemptus Ep. 3.Ianuar. &* 257 *a*
Theopemptus Ep.Nouatianorum Alexand. 5.sec. 845 *f*
Theopemptus Alexand. 7.sec. 511 *b* 526 *f*
Theophanes monach.Palæst. 7.sec. 440 *d*
† *Theophanius Comes Centumcellis* 691 *d*
Theophilus Ep.Alexand. 844 *a c* 845 *e* 856 *a f* 1083 *b* 1088 *b*
† *Theophilus M.* 1025 *d*
Theophylactus Nomenclator, Legatus Papæ 9.sec. 281 *c d e f* 282 *a b* 283
Theotecnus Ab.in Syriâ 4.sec. 622 *f* 623 *a d*
† *Theotonius Lusit.* 406 *c*
† *Theotychus & 3.Protectores MM.* 832 *e*
C *Theresiæ nomen à S.Thyrso deductum* 812 *a*
Theubertus Gal. 864 *c*
Theudebertus Rex Austrasiæ 33 *e*
Thiadboldus Comes 10.sec. 357 *a* 359 *e f*
Thiadmarus Gal. 10.sec. 358 *c* 359 *a*
Thietmarus Belga 11.sec. 651 *e*
Thietmarus Burgund. 890 *f*
Thita vxor Matthæi Corsini 1077 *b*
† *Thomæ Apostoli brachium Barij* 414 *d* *reliquiæ Vlyssip.* 612 *f*
† *Thomas Aquinas* 213 *c* 389 *a*
Thomas Ep.Eboraci 238 *c* 240 *f* 244 *d*
Thomas Ab.Bergis S.Vinoci 804 *b*
Thomas Apamiensis Ab.S.Euthymij 301 *e* 323 *c f*
Thomas Presb.Loæ 11.sec. 803 *b*
Thomas Ægyptius 1095 *b*
Thomas Angl. 13.sec. 249 *a*
Thomas Iustus pater Gentilis viduæ 914 *c*
Thomas Tamayo de Vargas illustrator Vitæ S.Ildephonsi 535 536
Thorus Deus Suecorum 210
Thorstan eius idolum ibid. *b e*
† *Thraseas M.Smyrnæ* 699 *c*
† *Thyrsus Diac.socius S.Andochij* 77 *a* 543 *c* 694 *d f* 695 *a b*
† *Tibullæ Presb.* 41 *c*
Tiberius Primicerius Ecclesiæ Stabiensis 228 *b* D
† *Tiburtij filij S.Chromatij conuersio & martyrium* 273 *c* 275 *b e* 276 277 *reliquiæ Romæ* 259 *e* *Suessione* 215 *f* 236 *e*
Tichernach mon. Angl. 1055 *e*
† *Timon Apost.* 453 *e*
Timotheus Ep. Alexandr.scriptor Vitæ S.Apollonij 623 *c*
Timotheus Ælurus Patr.Alex. 299 *a* 317 *b c* 318 *a* 1096 *d*
Timotheus Archidiac.Alexand. 5.sec. 845 *e*
Titus Diac.Arelati 1110 *e*
Tizekinus pater S.Pepponis 638 *f*
Tobias Ep.Hierosol. 1025 *f*
Tolchanus pater S.Munnæ 1119 *d*
† *Torquatus Ep.Conf.* 1079 *a*
Torquatus apostata 3.sec. 277
Tothail Britannus 955 *f*
† *Totisus an Thyrsus? eius temp.Sahagunti* 811 *d*
Toxotius filius S.Paulæ 713 *c d f* 721
Traguardus Ep. Atrebat. & Camerac. 971 *f*
Traianus Imp. 453 *e* 563 *f* 566 *f* 569 *d* 923 1025 *f* 1026 *e* 1152
Tranquillus Ep.Cabilone 776 *e f*
† *Tranquillini patris SS.Marcelliani & Marci conuersio, martyrium* 265 270 271 272 276
Transobadus Presb.Gal. 6.sec. 968 *c*
E *Trasulfus Presb.Lugduni 7.sec.* 35 *d*
† *Trechinorus, idem qui Tremorius* 962 *f*
† *Tremorius* 952 *a* 955 *f* 958 *a* 963 *b*
Troilus Ep. 7.sec. 509 *b c d* 525 *f* 526 *b*
† *Trophimus Ep.Arelat.* 94 *a* 763 *e*
† *Trudonis monast.* 652 *d*
† *Tryphon Thaumaturgus* 1151 *b*
† *Tryphon M.* 690 *c*
Tufa sub Theodorico R.Goth. 5.sec. 372 *a*
† *Turibius Ep.Cenoman.* 762 *a* 766 *c* 1142 *c*
Turpinus Ep. Remensis 807 *e* *an scripserit Vitam S.Caroli Magni?* 875 *c*
† *Tychon Ep.Amathuntis* 495 *b* 516 *b* 517 *b* 529 *b* 530 *b*
Typhon Deus Ægypt. 136 *b*

V

Vaiferius Dux Aquitan. 8.sec. 99 *a*
Valdemarus R.Daniæ 1008 *d*
Valens Imp. 300 *c* 302 *c e* 621 *b e* 1031 *b e*
Valens Ep.hæreticus 419 *b*
Valentinus Papa 1137 *a*
Valentinianus III.Imp. 315 *c* 316 *a* 855 *f* 856 *a f*
† *Valentinus Ep.Interamnæ* 582 *c* 584 *f*
† *Valentini Presb.confess.o, miracula 217.martyrium* 218
† *Valentini M.reliquiæ Vlyssip.* 612 F
Valentinus hær. 693 *a* 694 *a*
Valerianus Ep.Iconij 853 *d*
Valerianus Imp. 340 *a* 343 *c* 458 *c* 460 *b* 470 *b* 983 *a e*
Valerianus Imp.pro Valentiniano 223 *e f* 224 *c*
Valerianus Præses sub Aureliano 945 *e*
† *Valerius Ep.Cæsaraugustanus 28.Ianuar. &* 393 *f* 394 *d e* 398 *a* 402 *c*
Valerius alius Ep.Cæsaraugustanus 4.sec. 834 *d*
† *Valerius Ep.Treuiren. 29.Ianuar. &* 201 *c*
† *Valerius Lucæ in Ital. 29.Ianuar. &* 836 *b*
† *Valeriani Mart.monast.* 955 *e*
Valerius Patricius 5.sec. 315 *c* 316 *a*
Valselinus Ep.Vintoniæ 240 *f*
Vbertus Blancus Capelanus Ioan.XXI.Papæ 899 *a* 900 *a*
Vbidandus Gal. 404 *b*
† *Vdalricus Ep.Augustanus* 1079 *d*
Vdalricus Bauarus 10.sec. 263 *c*
Vdalschalcus Bauarus 11.sec. ibid. *d*
† *Vedastus Ep.* 642 *d* 643 *d* *reliquiæ Vlyssip.* 612 *eccl.* 1043 *e*
† *Venantij fratris S.Honorati Ep.Arel.Acta, obitus* 18 19 25 *b*
Venantius Patricius Rom. 6.sec. 32 *e*
Venantius Ital. 1149 *d*
† *Venerianus Aruern.* 636 *a*

A † *Venerius ſocius S.Hippolyti* 1025 *d*
Veranus Ep.Cabilone 776 *e* 777 *a*
Verardinus Detioſus Princeps Venetiæ 1136 *c*
† *Veronus C.Belg.* 1079 *b*
Verus Ep.Rutenen.Gal. 167 *a*
Verus Ep.Turon. 195 *a b*
Vgimer Gal. 7.ſec. 631 *c*
Vgolinus de Vrbe-veteri Erem.S. Aug. 1023 *a*
† *Viator mon.Miciaci* 628 *b c e*
Viator 3.ſec. 813 *f* 821 *c* 829 *a*
Vibius Priſcus Conſul Romæ 1.ſec. 185 *d*
Vicarius pater SS.Vincentij & Orontij 390 *c*
† *Victbertus Apoſt.Friſiæ* 542 *b*
† *Victor I.Papa* 581 *c* 582 *a c* 583 *d e* 584 *e* 586 *b*
† *Victor Ep.Capuæ* 693 *c*
Victor Ep.Placentiæ Ital. 163 *e*
Victor Ep.Taurinen. 374 *a d*
† *Victor M.Corinthi* 1025 *a* 1079
† *Victor M.Maßiliæ* 25 *d* 260 *c* 491 *b* 562 *d* *monaſt.Maßiliæ* 25 *d* 260 *c* *mons Heluet.* 113 *a*
† *Victor M.Placentiæ Ital.* 163 *e*
† *Victor Sanctis* 491 *b*
† *Victoria M.* 454 *a*
Victorij Ep.Cyclus 856 *a*
B † *Victorini martyrium Romæ* 276 *f*
† *Victorinus M.Corinthi* 1025 *a* 1079 *a*
Victorinus Dux Numeriani Imp. 572 *a* 577 *b*
† *Victricius Ep.Rotomag.* 858 *c*
† *Victurius Ep.Cenoman.* 762 *b* 1142 *e* 1143 *a*
Vigilius Papa 1078 *c*
† *Vigilius Ep.Tridentin.* 1079 *d*
Vigofredus nobilis Lugdun. 7.ſec. 35 *d*
† *Vincentius M. 22.Ianuar.* & 338 *d* 812 *a* 834 *a b d e* 835 *a* *reliquiæ Rotæ* 839 *d* *Cæſarauguſtæ* ibid. *f* *Eccl.Cabilone* 777 *e f*
Vincentius Ep.Cæſarauguſtanus 834 *b*
† *Vincentij Ep.Meuanatis reliquiæ Metis* 589 *a c*
† *Vincentius Presb.M.* 388 *b*
† *Vincentius Madelgarius Dux* 12 *c* 14 *c* 103 *b c* 1048 *e*
† *Vincentij Vergontis Eccl.* 1101 *c*
Vincentius à S.Geminiano ord.Prædic. 1096 *f*
† *Virgilius Ep.Arelat.* 25 *d*
† *Virgines ord.Ciſtercienſis in Poloniâ occiſæ* 690 *f*
† *Vitalis M Agaunì* 338 *e*
† *Vitalis Eccl.* 909 *c* 910 *a*
Vitalis Ab.Maliaci 967 *d*
† *Vitalis M.amicus S.Tranquillini* 270 *f*
Vitalis ord.S.Franciſci 13.ſec. 65 *e*
† *Vitalis mon. 11.Ianuar.* & 511 512 526 527
C *Vitalius ſatelles ſub Decio* 813 *d* 817 *a* 821 *a* 828 *d* 831 *f* 642 *b c*
† *Vitonus Ep.Virdun.* 74 *b d*
† *Vitus M.* 897 *f*
Vladiſlaus Lokteck 690 *f*
Vlboldus Friſius mon. 13.ſec. 492 *f*
Vldierius Eques Gal. 10.ſec. 977 *a b c*
Vlricus Vlaſco miles monach.Ciſterc. 12.ſec. 977 *a b c*
† *Vltanus frater S.Furſæi* 41 *c* 42 *c* 43 *c* 47 *e* 49 *a* 51 *b*
Vltraia Ep Viennæ 544 *c*
Vltrogotha vxor Childeberti I.R. 398 *e* 746 *e*
Vmbertus Malor Ital. 11.ſec. 446 *a*
Vnrochus Com.ſub Carolo Magne 887 *f*
Vnvvanus Ep.Bremen. 761 *b*
Volkardus Ep.Suff Monaſterij 264 *d*
Volmarus Ab.VVirtzenburch. 645 *f*
Volodimirus R.II.licienſis 878 *b*
Volradus Ab.S.Vedaſti 11.ſec. 642 *d*
Vortiporius Rex Britonum 6.ſec. 952 *e f*
Vraca filia Alphonſi VI.R.Caſtell.vxor Raymundi Com.Tolo-ſatis 1057 *f* 1059 *d*
Vracha vxor Alphonſi II.R.Luſit. 65 *f*
† *Vrbanus I.Papa* 491 *b d* *reliquiæ Cremonæ* 216 *c*
Vrbanus II.Papa 154 155 *b* 795 *f* 796 *e* 1057 *b*
Vrbanus III.Papa 253
Vrbanus V.Papa 991 *e* 992 *a f* 1007 *f* 1015 *e* 1061 *e* D 1068 *c* 1071 *a* 1075 *f*
Vrbanus VIII.Papa canonizat S.Andream Corſinum 1063 1064
† *Vrbanus Ep.Theanenſis* 485 *d e*
Vrbanus Ep.Tolet. 536 *f* 811 *c*
Vrbanus M.amicus S.Tranquillini 270 *f*
† *Vrbanus Hiſp.* 389 *a* 393 *f*
† *Vrbicius mon.Miciaci* 628 *b c*
Vrbicus Vir IL. 5.ſec. 373 *d*
Vrſatius hær. 419 *b*
Vrſicinus Ep.Cadurcis 968 *b*
Vrſimanus Cenoman. 1143 *e*
Vrſio Abb.Altimont. in Belg. ſcriptor Vitæ S. Marcelli Papæ 4 *b* 9 *b* 12 *f*
Vrſio Aruern. 7.ſec. 636 *b d*
† *Vrſmarus Ep.* 1049 *b*
Vrſo Vicecom.VVigorn. 11.ſec. 241 *e*
† *Vrſula & ſociæ VV.* 213 *d* 453 *d* 808 *e*
Vrſus Ep.Cretæ 992 *f*
Vrſus Ep.Rauennæ 223 *d*
Vrſus Ep.Viennæ 544 *c*
Vrſus Presb.Romæ 5.ſec. 258 *d*
† *Vtho Presb.in Bauariâ* 783 *c* 785 *c*
Vulfelentus, ſeu Vulfolendus, Ep.Bituric. 7.ſec. 165 167 *d* E 172 *a* 175 *e*
† *Vulferus Ep.Viennenſis* 544 *b c*

W

Waifarius Dux Aquitan. 8.ſec. 878 *e* 879 *c*
VVala Comes, pòſt Abbas 884 *c* 887 *f*
VValafridus Strabo ſcriptor Vitæ S.Blaithmaci 236 *c*
† *VValbertus Ab.Luxouij* 740 *c* 744 *b*
VValbertus Canonicus Caſleti 803 *b*
† *VValbertus pater S. Aldegundis* 1036 *a* 1041 *c* 1047 *c*
† *VValbodo Ep.Leodienſis* 644 *c*
† *VValburgis* 1145 *a* *monaſt.* 976 *e*
VValcandus, ſeu VValchandus Ep. Leodien. 887 *f* 888 *a* 1159 *b*
VValderata femina 208 *b*
VValdebertus Dux Clotharij II. 1036 *d*
† *VValdetrudis* 1036 *b c* 1037 *f* 1038 *d f* 1039 *e f* 1042 *c e* 1046 *e f* 1048 *e* 1050 *f* 1051 *a c*
VValdrada pellex Lotharij R.Lotharingiæ 200 *a* 207 *e*
VValthernus Com.Northamtoniæ 11.ſec. 241 *d*
VValherus Gal. 9.ſec. 287 *f*
VValterius prior Alnenſis 980 *d*
VValterius Gal. 493 *b*
VValterus Ep.Cabilone 753 *d* 757 *a*
VValterus Ep.Heroford. 241 *a* F
VValterus Ab.Augiæ 385 *b*
VValterus Ab.Villarij 978 *e f*
† *VValterus de Birbaco 22.Ianuar.* & 977 *b*
VValterus de Laccio Angl. 11.ſec. 241 *e*
VVamba R.Hiſpan. 811 *c*
VVammirus Ep Trecen. 633 *b*
VVandali in Galliâ 98 *b*
† *VVandregiſilus Ab.* 735 *b* 780 *c*
VVarnacharij duo Maiores-domus Franc. 631 *c e*
VVarnharius ſcriptor Vitæ SS.Speuſippi, Eleuſippi & Meleuſippi 73 *c*
VVazo Ep.Leodienſis 637 *f* 648 *d e* 650 *d*
VVeda R.Merciorum 176 *b*
VVeifharius Gall. 6.ſec. 203 *d* 204 *b c*
VVelatabi pop.Germ. 881 *b* 882 *c*
VVella vxor Berengarij Regis Ital. 379 *b*
VVentafina Dux Maurorum 1132 *b*
† *VVenceſlai Ducis M.reliquiæ Vlyſſip.* 612 *d*
† *VVerburga* 176 *b* *monaſt.* 602 *f*
VVerdolfus Ab.Lutren. 200 *a c* 209 *e* 210 *e*
VVermandus Ep.Nouiom. 55 *e*
VVerocus Comes Ga. 6.ſec. 961 *f* 962 *a* 963 *b*
† *VVichterpus Ep.Auguſtanus* 55 57 *f* 58 *c d e*

A
VVido Cantor monaſt. Stradenſis 10.ſec. 91 c 103 f
VVido monachus Stradenſis 10.ſec. 104 d
VVifredus Comes Bituric. 9.ſec. 99 100
† VVigberti Presbyteri reliquiæ Vlyſſip. 612 c
VVigerus monachus Villarij 979 b
VVilfradus Maior-domus 386 e
† VVilfridus Ep. Eborac. 737
† VVilgefortis, ſeu Liberata V.M. 18 d
VVilharius 9.ſec. 283 b
VVilhelmus vide etiam Guilielmus.
VVilhelmus Ep. Mimatenſis 615 e
VVilhelmus Mitte Ab. S. Antonij 162 a
VVilhelmus Ab. Montis-maioris Gal. 156 c
VVilhelmus Archidiac. Vien. Gal. 12. ſec. 155 f
VVilhelmus Vorniken Prior montis S. Agnetis & Vindeſem 362 f 363 a b
VVilhelmus I. R. Anglia 238 c 241 244 d 247 a d Comes Normanniæ 240 d
VVilhelmus Rufus Rex Angl. 241 e 244 f
VVilhelmus Normannus Com. Flandriæ 801 b 804 b 806 d
VVilhelmus Comes Montenſis Belga 159 f
VVilhelmus Comes Iuliac. 1148 a
VVilhelmus de möte S. Luſthildis miles de Edinghouen 1148 a
VVilhelmus de Bonis Magiſter domus S. Antonij 161
B VVilhelmus de Bandeſelle ſcriptor 1012 c
VVilhelmus Daniel Rufus Magiſter domus S. Antonij 161
VVilhelmus Fliſcus Parmenſis 988 e f 989 a
VVilhelmus Iprenſis 11. ſec. 803 a
VVilhelmus de Languillia 990 c
VVilhelmus Sofredus Magiſter domus S. Antonij 161
VVilhelmus Rufus Magiſter domus S. Antonij 161 e
VVilielmus de Campellis Ep. Catalaun. 611 a
VViltelmus Malmesburienſis ſcriptor 243 d
VVilibirgis Bauara 11. ſec. 263 d alia ibid. e
VVilla vxor Berengarij Imp. 1100 c e
VVillebertus Presb. Namurci 14 e
† VVillebrordus Ep. Vltraiectinus 356 f 357 a 646 b 1135 e 1138 f
VVillelmus Ab. Caſtrenſis 400 d
VVillelmus Comes Aruern. Dux Aquitan. 102 c
VVillelmus Comes Pictauenſis 10. ſec. 105 b
VVillibirga Bauara 10. ſec. 263 b
VVilſi populi Germ. 881 b d
VViltzan R. VVilſorum 8. ſec. ibid. d
† VViminus Presb. Scotus 337 f
VVinemarus de Aldendorp. miles 13. ſec. 450 a d
VVinlencus Saluienſis 9 ſec. 492 c D
VVirindagus Presb. Hildeshem. 380 e
† VVlfranni Eccl. Abbatiſuillæ 1122 a
† VVlmari monaſt. 804 a
VVolfanghus Raitenau Ep Salisburg. 264 b
† VVolfangi Ep. Ratiſbon. reliquiæ Vlyſſip. 612 e
VVolfarius Ep. Remenſ. 887 f
VVolocus Ep. Scotus 916 c
† VVolquinus Ab. Sichimenſis 1151 b
VVolradus Ep. Germ. 14. ſec. ibid. c
† VVulfandus Ep. Bituric. 9. ſec. 89 f 90 f
VVulferus R. Merciorum 176 b e
VVulferius Diaconus Hildeshem. 380 c
VVulfoadus 386 f
VVulfoaldus Maior-domus Gal. 631 e 632 b
VVulfrada vxor Gramnulphi 7. ſec. 234 b
VVulfius incluſus Angl. 11. ſec. 239 f 240 c
VVulgeoua mater S. VVulſtani 239 c
† VVulphus M. 388 c

X

XEnicus Palæſt. 6. ſec. 326 b
† Xyſtus I. Papa 693 e

Z

† ZAcharias Papa 98 f 878 f E
Zacharias Patr. Hieroſol. 427 c
Zacharias Alexand. 7 ſec. 499 b
† Zacharias Presb. 252 d
Zacharias Maurus 5. ſec. 401 e 405 e
Zachæus Ep. Hieroſol. 1025 f
Zamolxis Legiſlator Scytharum 1128 c
Zebinus Ep. Antiochen. 570 b
† Zeno Erem. 771 c
Zeno Imp. 301 c 316 f 320 f 321 a 364 c e
† Zenobius Ep. Florent. 691 d
† Zephyrinus Papa 252 e
Zixilanes Ep. Toletan. ſcriptor Vitæ S. Ildephonſi 535 c 536 vide Cyxilla.
Zocus Dux Bulgar. 441 f 442 d
† Zoes vxoris S. Nicoſtrati conuerſio & Martyrium 268 e 270 f 276 d e
Zoilus Patr. Alexand. 497 e
Zoilus Palæſt. 6. ſec. 506 e 507 a 524 b
† Zoſimus Ep. Syracuſ. 338 d
Zoſimi, ſeu Zoſimæ varij in Oriente 607 a b

INDEX TOPOGRAPHICVS
IN VITAS SANCTORVM
XVI. POSTERIORVM DIERVM IANVARII.

Litteræ A,B,C,D,E,F, *itidem vt in præcedenti Indice, paginam ſignato numero expreſſam paribus interuallis diuidendam monebunt: vt loci cuiuſq; nomen quâ parte paginæ reperiri poßit ex additis litteris intelligi queat. Si nulla addita eſt littera, id argumento erit ſæpius eâ paginâ idem occurrere nomen.*

Quæ loca Sancti alicuius ortu, morte, reliquiis nobilitata ſunt, iis Sancti illius adſcriptum nomen; ſed eâ ſolùm expreßâ paginâ, quâ de Sanctis ſingulis lociſue agi cœptum, licet frequentior eorum mentio fiat.

Omiſſa ſunt ea regionum & vrbium nomina, quæ paßim, etiam ferè pueris, nota; vt Italia, Hiſpania, Gallia &c. Roma, Conſtantinopolis, Hieroſolyma &c.

A

Abencianum Caſtrum Gal. 150 b d 152 f
Abitina vr. Africæ. *Succeſſus, Valens, Teleriani*, & alij XX. 190
Abogia vr. Finlandiæ, *reliquiæ S. Henrici Ep. Vpſalen.* 249 c
Abreſuſc. l. Gall. *reliquiæ S. Sulpitij Pij* 167 e
Abricantina ciuitas Gal. 107
Abuzacum caſtrum Germ. 59 b
Abydos l. 440 b
Aceldamah ager prope Hieruſalem 535 b
Achaia 565 b c d 1005 d e
Achel Hibern. 1114 f
Achor vallis Palæſt. 716 b
Achrida vr. Bulgar. 531 d 533 a
Acragas fl. Siciliæ 969 c
Addua fl. Ital. 221 b
Ader turris Palæſt. 715 c
Adomin Palæſt. 716 a
Adrianopolis vr. Thraciæ 302 c 441 b e 442 a
Adſentina ciuitas Ital. 582 b
Æduorum vrbs, Auguſtodunum in Gallià 77 b
Ægyptus. *S. Achilleus* 164 *Martyres XXXVIII. Paulus, Panſius, Dionyſius &c.* 188 *Cyrus, Ioannes, Athanaſia, Theodoſia, Theoctiſte, Eudoxia* 1081
Ægyptus propriè dicta 108 c
Ægypti deſcriptio 107 c diuiſio 108 a
Æmilia prou. Ital. 1160 b
Ænula fl. Belg. 798 e
Æſis vr. Ital. 586 e 587 a
Æna mons Siciliæ 1126 d
Africa *SS. Saturninus, Fauſtinus, Naſſanianus*, & alij VII. 3 *Mucius Victor* & alij XVII. 80 *Paulus, Quintus, Gerontius* & alij DC. 219 *Hermes & Solutor* 342 *Ianuarius, Mucius, Saturus, Bellicus* 414 *Epictetus, Ruppus, Publianus* 590 *Datius, Iulianus*, aliique XLV. 708 *Auitus & Donatus* 768 *Miſſurianus, Publia, Victor*, & alij XLIV. *Lucius, Honoratus*, alii XXXVIII. 769 *Secundus & Fortunatus* 770 *Victor, Paulus, Honoratus* 950 *Felicianus, Philappianus & 124.* 1026 *Victor, Publius, Saturninus, Polycarpus* 1080
Agalienſe monaſt. Hiſp. 537 c d
Agathon, ſiue Agaij portus Prouinciæ 16 d
Agio fl. Gal. 493 c
Agennum op. Gal. 995 e 996 a d
Agner fl. Galliæ 91 b 100 d 103 e
Agrigentum vr. Siciliæ *S. Potamion Ep.* 969
Ahaimenſe prædium Bauar. 263 c
Aiſia fl. Gal. 385 c
Alandaluf inſ. 835 c
Alania pagus Ital. 1101 d
Alani in Pannoniâ 98 c
Alanquerium caſtrum Luſitaniæ 66 a
Albaceta Hiſp. 896 f
Albania regio Scotiæ 955 a 956 a
Albania regnum in Illyrico 990 f 999 b
Albia, ſiue Albiga vr. Gall. 194 b 404 d 405 a 996 d *S. Theofridus Ep.* 749
Albis fl. Germ. 880 a c
Albocuria 281 c
Albonenſes Comites 150 d
Alcazar de Conſuegra op. Hiſp. 897 d
Alcobacia monaſt. Luſit. 412 f
Aldenburgum op. Fland. 800 e
Alegarna Gal. 774 c
Alemannia 70 e 202 e 382 e
Alericus fl. Galliæ 90 a
Alexandria 1081 c e *S. Cyrillus Ep.* 843 *Ioannes Eleemoſynarius Patr.* 495 *Metranus M.* 1079 *Saturninus, Thyrſus, Victor* cum ſociis 1080 *Martyres in eccleſiâ ſub Conſtantio occiſi* 840 intercepta à Rege Cypri 14. ſec. 1014 1015 1016 à Perſis capta 7. ſec. 497 b c 515 d 529 b
Alexandria op. Ital. 836 b
Algiſire portus Bæticæ 68 c
Aliſo Germ. 1143 e
Alma fl. Germ. ibid. f
Almada op. Luſit. 411 f 412 b
Almarinum caſtellum Ital. 227 b
Alpes Iouinæ 97 f
Alpes Iuliæ 56 d 57 d
Alna monaſt. Belg. 978 e
Alteya fl. Belg. 52 c
Altium pag. Ital. 1101 d
Altus-mons monaſt. Belg. 645 f 646 b 649 a 651 e 652 b 1036 c 1043 e f 1053 c *reliquiæ S. Marcelli* 4 12
Amalphia, ſiue Amalphis vr. Ital. 533 e 534 e
Amathus vr. Cypri 162 f 495

IN VITAS SS. IAN. TOMI II. INDEX TOPOGRAPHICVS.

A Ambianum, ſiue Ambianorum vrbs Samarobrina in Galliâ. *Vlphia V.* 1121
Ambianenſis pagus 42 d 49 f
Ambroniacum monaſt.Gal. 544 c 545 f 546 a c
Amenum Ital. 1101 d
Amiſus vr.Galatiæ. *Phengon & Eucarpius* 466 c d 488
Amiternum vr.Ital. 586 e 587 b 588 f
Anagnia vr.Ital. 767 d
Anaplum Conſtantinopoli regio 459 a
Anatra l.Gal. 171 c
Anazarbus vr.Ciliciæ 112 c
Anchialum 441 b
Ancona vr.Ital. 1136 e
Ancus fl.Luſitan. 1131 b 1132 a
Ancyra vr.Galatiæ 423 c d *Buſiris Conf.* 364 *Clemens Ep. Agathangelas, Chriſtophorus, Chariton,* & alij 458 *Donatus, Caſtulus, Papias, Climatius* 484
Andana monaſt.Belg. 979 b
Anderitum Gabalorum, vr.Gal. 615 a
S.Andreæ vrbs Scotiæ 605 c
Amanus mons Syriæ 709 f
Anetum vicus Hiſp. 835 e f
Anio fl.Ital. 370 d
Annuntiata turris Ital. 228 c
B Anſidia op.Luſit. 1131 b
Anſilla monaſt.Galliæ 35 a
Antinia, vel Antintia 390 a
Antinous vr.Ægy. 108 c 109 f *Aſclas M.* 455 *Leonides M.* 823
Antintia, ſiue Antinia 390 a 392 f
Antiochia, ſiue Theopolis vr.Syriæ. *Babylas Ep. Vrbanus, Prælidianus, Epolonius pueri* 569 *Iuuentinus, Maximus* 618 *Hippolytus M.* 1027
Antiochia ſtatuâ Auguſtæ deiectâ periclitatur ſub Theodoſio Seniore 594 e 596 597
Antipatris op.Palæſt. 714 c
S.Antonij Eremus prima 108 e 124 b ſecunda 108 f 131 a mons 108 f 131 b 183 e
Antuerpia vr.Belgij. *reliq.S.Antonij* 150 e *Sebaſtiani* 262 *Agnetis* 357 c
Antoilus curtis Picardiæ 4 d e 49 f
Apamea vr.Bithyn. 813 e f 817 c 821 b f 824 d 828 f 829 a
Apamiæ vr.Gal. 195 c d
Aphrodiſium vr.Aſiæ 1095 d
Apentina regio Ital. 947 e
Aphroditon vr.Ægyp. 108 f
Apollonia vr.Phrygiæ 808 c 809 a b e *Callinicus Mart.* 816 a 822 e 831 b
C Appia via 252 c 253 b 256 d 258 c 278 a
Apulia regnum 990 e 997 f 999 a
Aquæ-Grani vr. Germ. Ciſthen. 280 b 882 a 883 a 886 c 891 c f 1145 c f *Carolus Magnus* 874 *reliquiæ S.Caroli Magni* 888
Aquæ Quintianæ l.Hiſp. 770 d
Aquæ Saluiæ, Romæ 423 a 424 a 425 b c e 1102 c
Aquitania 96 a 98 a
Ara fl.Gal. 1057 b
Arabia cis mare rubr. 108 a 1086 b c
Aradus inſula Phœniciæ 1031 e
Araris fl.Gall. 33 f
Arbatilicus pagus in Pictonibus Gal. 399 d
Arcadia 1005 f
Arcia l.Gal. 493 b
Ardlahan op.Hibern. 1114 f
Arecluta vr.Britan. 955 f 958 b
Arelatum 94 a 1110 *Honoratus Ep.* 15 *reliquiæ S.Antonij* 1135 d
ad Arenas l.Appiæ viæ 278 a
Areola l.prope Peruſiam 928 c 1101 d
Arfolia villa Gall. 91 f
Argentina vr.Germ. 201 c
Argentonum caſtrum Galliæ 93 f
Argoneta locus Ital. 444 d D
Arida Gamantia regio Belg. 798 a c
Arimathia vr.Palæſt. 714 c
Ariminum vr.Ital. 549 e 553 e 587 c
Ariſtobulias vicus Palæſt. 306 e f
Arlançon fl.Hiſp. 1059 f
Arles monaſt.Hiſpaniæ. *reliquiæ S.Marcelli* 4 d
Armenia 308 f 436 e
Armenum Ital. 1101 d
Armorica, ſiue Britannia Gallica 791 b 960 f 961 e
Arnauaſſium Ital. 1101 c
Aroaſia monaſt.Belg. 798 d 803 d *reliquiæ S.Sebaſtiani* 262 e
Arpinon l.Ital. 446 a d
Arraſate regio Hiſp. 835 b
Arſenous vrbs Ægypti 108 d e 124 e
Artinas vicus Gal. 763 d
Artonum Ital. 1101 d
Aruernorum vrbs Clarus-mons in Gal. 94 a 103 a *Venerandus Ep.* 194 *Auitus II. Ep.* 380 *Artemius Ep.* 592 *Præiectus Ep. Amarnus, Elidius MM.* 628 *Vera & Supporina* 593 *reliquiæ S.Leobardi recluſi* 198 b
Aſcania prou.Germ. 733 e
Aſer monaſt.Ital. 443 c
Aſcalon vr.Palæſt. 440 b E
Aſmaria villa Cenoman.Gall. 1141 e
Aſper-mons Comitatus in Lotharing. 752 f
Aſſiſium vr.Ital. 584 585 e 929 c 935 b
Aſſumptionis mons Palæſt.& monaſt. 203 e 318 f
Aſſyria. *Anaſtaſius Perſa M.* 422
Aſturiæ regnum in Hiſp. 808 c
Aſturica vr.Hiſp. 68 *Alphonſus Ep.* 751
Athar mons prope Nazianzum 75 d
Athenæ vr. Atticæ 991 e f *Publius Ep.M.* 338
Athya pag.Norman. 1137 e
Atina vr.Ital. *Iulianus M.* 767
Atinum pagus Ital. 485 c
Atrebatum vr.Belg. *reliq.S.Sebaſtiani* 262 e Atrebatenſis pagus 42 e 50 a
Atuatuca vrbs Tungrorum in Belg. 196 a
Aualo op.Gal. 860 a c 866 f
Audenberg monaſt.Germ. 979 c
Auellana l.Ital. 445 a e
Auenio vr.Gall. 997 1067 f 1068 a 1135 d
Augia inſula & monaſt.Germ. 379 e f 381 c e 382 a c d 383 c d 385 d *Haberilla Virg.* 1033
Auguſta Prætoria Salaſſorum 26 b 882 b
Auguſta Vindelicor. *Tozzo Ep.* 55
Auguſterſa German. 59 d
Aulon vr.Illyrici 3 c F
Auona fl.Angl. 240 a 241 c
Auranca vicus Luſitan. 1132 e
Aurelia vr.Gal. 200 f 793 b *Theodericus Ep.* 788
Aureliacum cœnob. Gal. 102 d
Auria vr.Gallæciæ. *Anſurius & Vimaraſius Epp.* 751
Aurion, ſiue Ebronium, monaſt.Gal. 1142 b c 1143 b
Aurigera fl.Gal. 195 d
Auſa villa Cenoman. 1142 f
Auſonia, Italia 418 b f
Autona loc.Hiſp. 839 c
Autwilre caſtrum Belg. 979 c
Auximum vr.Ital. 586 e 587 a
Axona fl.Gal. 285 d f 292 b d
Axus fl. 590 b

B

B Abylon vrbs Ægypt. 146 d 1013 e 1092 f *S.Zoſimus Cilix Ep.* 607
Babylon vr.Meſopotamiæ 1085 f
Badalona vr.Hiſp. 457 c f
Badonicus mons Britan. 952 b
Bages monaſt.Hiſpan. 360 d

A Baioca, ſiue Baiocæ, aut Baiocaſſium vrbe, Gall. 787
S.Conteſtus Ep. 227
Baiona vr.Gall. 787 c f
Bala vr.Palæſt. 715 e
Balaguium op.Hiſp. 403 c
Balneum opp.Ital. *Ioanna V.* 59
Balneolum monaſt.Hiſp. *Emerius Ab.* 781 *manus S.Thyrſi* 811 c
Balſaloë op.Aſſyriæ 435 c
Banchor,Bangor,ſeu Bongor monaſt.Angl. 953 b d
Baradia vr.Hungar. 899 f
Barbaria regio Africæ 62 f
Bararot l.Aſſyriæ 424 b
Barbarus mons Ital. 227 b
Barbaſtrum vr.Hiſp. 837 c 839 a c
Barcino vr.Hiſp. 981 f 984 b
Barcion l.Palæſt. 307 b
Barillæ caſtrum Gal. 195 c
Barium vr.Ital. *reliquiæ S.Vincentij* 413
Barra fl.Bauar. 263 d
Barroducum Gal. 160 c
Barzonium Ital. 1101 d
Baſilia regio 153 b
Bathonia vr.Angl. 241 c 952 b
B Batua,ſiue Batauorum inſula Belg. 642 f 643 c
Bauaria prou.Germ. *Gamelbertus* 783
Baugiacum villa Gal. 777 d e
Bayenſis vrbs 788 b
Bayvillus fl.Hiſp. 1059 f
Beblas Ital. 1103 b
Beccjacus vicus Gal. 399 d
Belinus pagus Gal. 1143 a
Bellimontenſe caſtrum Gall. 494 a
Bellolium op.Belg. *miraculis S.Antonij clarum* 157
Bellouacum vr.Galliæ 804 f 805 a
Bellus locus monaſt.ord.Præmonſt.Gal. 1124 f 1125 e
Belſia regio Gal. 229 c
Beluacus monaſt. 639 f 643 f
Benaſca loc.Hiſp. 839 c
Benchor monaſt.Hibern. 1111 f
S.Benedicti pagus Ital. 59 f
Beneuentum vr.Ital. 780 e *Sophias, ſiue Cadocus Ep.* 602 *Benignus Archidiac.* 606
Beorcha villa Angl. 240 d
Berga op.Hiſp. 403 d
Bergæ S.Winoci op.Flandr. 804 c
Berkingum monaſt.Angl. *Theoritgida V.* 749
Bernacha l.Gal. 236 f
Berœa vr.Syriæ 441 a 486 e 487 b
C Bericum villa Cenoman. 1141 e
Beruum villa Cenoman. 1141 e
Berytus vr.Syriæ 714 c 723 c 724 b f 725 b
Betagabæorum vic.Palæſt. 326 c
Betagaure vr.Palæſt. 613 614 b f
Bethel Palæſt. 716 b
Bethleem vr.Palæſt. 315 f *S.Paula vidua* 711
Bethoron 714 d
Bethſaloe op.Aſſyriæ 424 c 425 d 430 c 436 a
Bethſur Palæſt. 715 d
Bithynia regio Aſiæ 1138 b
Betulum op.Hiſp. 457 c f 458 a
Bethphage locus iuxta Hieroſolymam 715 f
Beura op.Ital. 1101 c
Birbeka vicus Brabant. *B.Valterus* 447 a
Biſuntia,ſeu Veſontio vr.Burgund. 201 d
Biturica, vel Bituricæ, vrbs Biturigum in Galliâ 90 c 102 f 200 f 1135 b Sedes Epiſcopalis primæ Aquitaniæ 169 d *SS.Genulphus Ep.* 81 *Sulpitius Pius Ep.* 165 *Sulpitius Seuerus* 967
Bituricus, vel Biturigus pagus 89 e 91 f 96 a 100 d 102 e 106 a
Bladum ſilua Gal. 1137 c
Blandinium monaſt.Gandaui 804 e
Blauetus fl.Gal. 954 d 956 c d f 961 a D
Blombergem op.Germ. 1144 e
Bobium op.Ital. 197 a
Bocileis l.Gal. 386 a
Bodanicus lacus Germ. 1033 c
Bodanum monaſt.Gal. *Marius Ab.* 772
Bohemia 1144 1145 c 1151 a 1153 a
Boleſanum Ital. 1101 e
Bollinga monaſt.Heluet. 383 d
Bonæ-ſpei monaſt.Belg. 1053 c
Bononia vr.Gal. 883 c
Bononia vr.Ital. 1008 e 1009 1010 1071 a 1075 f *Zama Ep.* 591
Boruchtuarij populi Germ. 541 c
Boſtra vr.Arabiæ 253 f 317 d 318 b
Bouianum vr.Ital. 586 e 587 b
Bouis locus Conſtantinopoli 328 f
Brabantia vnde dicta 106 Ducatus origo 874 e
Brachara vr.Luſit. 408 e 1132 f *reliq.S.Sebaſtiani* 1139 c
Brakel op.Germ. 1144 e
Brannouium vr.Britan. 238 b
Brantoſmum monaſt.Gall. 99 c
Brebia vicus Ital. 1103 d
Breiani Hibern. 1113 b
Bredana villa Gal. 205 c E
Briaria op.Gal. 790 e
Brienno op.Gal. 79 d
Briga Ital. 1101 e
Brigantinus lacus Germ. 56 f 1033 c Brigantium op. 56 f
Briſcia vulgò Breſſia prou.Galliæ 33 f 34 a
Britannia Armorica regio Gall. 49 d *Gildas Sapiens* 952
Brituogilum l.Gal. 234 b
Brixia vr.Ital. *Marini Presb.& Stephani Diac.inuentio* 2
Broburgum op.Fland. 802 c 804 c
Brocquerroya diſtrictus in Hannoniâ 1053 c
Brogeret l.Gal. 964 b
Brolium S.Benedicti,monaſt.Ciſterc.Gal. *reliq.S.Agnetis* 357 b
Brugæ vr.Fland. 800 b *reliquiæ S.Antonij* 150 e
Brunduſium vr.Italiæ. *reliq.SS.Fabiani & Sebaſtiani* 1138 c *S.Anaſtaſij* 1145 f
Brunſwicum vr.Germ. *reliquiæ S.Sebaſtiani* 264 c d
Brunwillarium monaſt.German. 645 f
Bruxella, vel Bruxellæ,vrbs Belgij. *reliquiæ S.Sebaſtiani* 262 c d *Vincentij* 400 a *Agnetis* 357 c
Buchonia regio Germ. 1055 b
Bucolia loca Ægypt. 131 f
Buda vr.Hungariæ 907 c *reliq.S.Ioannis Eleëmoſ.* 495 c 530 c 531 c
Buella vicus Germ. 750 b f 751 d F
Bugnatum pag.Ital. 1101 e
Bulca op.Ital. ibid.c
Bulgaria 997 f 999 b *Manuel, Georgius*, & alij plurimi 441
Bunna, ſiue Bonna op.Germ. 978 b
Burgi vr.Hiſp. 894 b 895 c *Adelelmus Ab.* 105 b
Burgund vr.Hiſp. 975 a
Burgundia prou.Gall. 98 a 150 a
Burh monaſt.Angl. 239 c 246 d
Buſcum-Ducis,ſiue Silua-Ducis vr.Belg. 159 f 160 c
Buſendorp monaſt.Lotharin. 645 f 646 c
Buſiris vrbs Tripolitanæ reg. 133 a
Buterlio l.Gal. 1058
Buxidum vicus Cenoman. 1141 f 1142 a
Byrra flu.Gal. 878 d

C

CAbilo vr.Gall. *Lupus Ep.* 776
Cabilonenſis Comitatus 493 a
Cacumen mons Ital. 445 a
Cadurci populi Gall. 81 *an eorum Epiſc.S.Genulphus?* ibid.
Cælius mons Romæ 252 b

Cæſar-

A Cæſaraugusta vr. Hiſp. 393 c 457 c 458 a *Valerius Ep.* 834 *reliquiæ S. Vincentij* 398 c d
Cæſarea vr. Bithyniæ. *Leucius M.* 808 f 810 b 814 f 817 c 830 d
Cæſarea Palæſt. 301 e 422 c e 423 a c 425 a d e 428 a c 429 c 430 b 433 c 434 d 438 a c f 439 b c 714 c
Cæſarium locus Alexandr. 509 b templum 847 c
Cæſena vr. Ital. 159 a *Maurus Ep.* 333
Cala monaſt. Gal. *Bathildis R.* 732 734 e *Radegundis V.* 738
Calacta l. Siciliæ 618 b
Calatabellota op. Siciliæ *Peregrinus Conf.* 1031 a 1153 f
Calatheon l. Siciliæ 618 b
Calebrunnia fons Burgund. 543 d 544 a
Callhachuari Hibern. 1115 e
Calliſti cœmiterium 3 e
Callonis-villa l. Gal. 204 c
Calnemunde vicus Gal. 285 a
Calpaſia vr. *S. Philo Ep.* 593
Calpe vr. Bithyniæ ibid.
Calpurnianum Ital. 1101 c e
Camelaria l. in Aruernis 630 c
Camera monaſt. Brabant. 976 d
Campania regio Ital. 229 b
B Campania op. Ital. 1137 a
Campanum littus 275 c
Campidona opp. German. 56 f 57 f 59 d
Camuncinus ſeu Camocinus mons Ital. 1103 f 1104 b
Camus fl. Angl. 242 c
Canabis Burgund. 492 c
Canan Palæſt. 716 c
Candia vr. Cretæ 1003 e 1004 a
Candidinenſe monaſt. Aruern. 634 c
Canea vr. Cretæ 1004 a
Canoarum caſtri portus in Prouinciâ 26 a
Canopus prou. Ægypt. 1083 b 1086 e 1088 b
Cantabrigia vr. Angliæ 242 c
Cantoënnum monaſt. Aruern. 634 e
Cantuaria, ſiue Dorovernum, vr. Angl. *Mildvvida V.* 176
Canuſium vr. Ital. 413 f
Caparoſſe mons Prouinciæ 16 d
Capena porta Romæ 258 c
Capha vr. Tauricæ Cherſoneſi 993 b
Caphar-baricha Palæſt. 715 e
Capharnaum vr. Galilææ 716 c
Cappadocia prou. 308 *Speuſippus & ſocij* 73 e
Caprea Gal. 287 a
Capua vr. Ital. 588 f *Caſtula* 618 *reliquiæ S. Sebaſtiani* 260 d
C Caput-equi locus Germ. 58 a
Caranthanus limes Bauar. 263 b c
Carauaca op. Hiſp. 896 f
Carbium opp. Vmbriæ 62 c
Carbonellâ locus Italiæ 50 c
Carcaſſona vr. Gal. 403 e
Cardoſum pratum Ital. 444 a b
Carinnena l. Hiſpan. 395 c
Carmelus mons Syriæ 844 c 845 b c 868 c
Carnotinus pagus 229 c 230 a 231 a
Carnotum ſeu Carnutum vr. Gall. 793 d 796 c f *Malardus Ep.* 235 obſidetur & diripitur 235 a d prædictum à S. Launomaro 234 e
Carſeoli op. Ital. 446 d
Carſula vicus Ital. 586 f
Carthago. *Pia, Picaria & XXXVIII. Mar.* 219 *Galæus* 589 *Donatus, Secundus, Papias* 618
Caſa-Dei monaſt. Gall. 1056 c f 1057 d 1059 a
Caſale vr. Ital. *Proiectus Diac.* 636
Caſamari l. Ital. 442 b
Caſſelia vr. Hibern. 1117 e
Caſſinum monaſt. euerſum 6. ſec. 227 f
Caſſinum caſtrum Ital. 878 e 879 b
Caſtellio l. Lotharingiæ 386 f
Caſtellio vr. Gal. 159 c D
Caſtellum ad mare ſiue Stabiæ vr. Ital. 227 b c e
Caſtelnouus vicus Hiſp. *reliquiæ S. Valerij Cæſaraugustani* 835 f 836 c
Caſtrenſis baronia Hiſp. 835 a
Caſtrum vr. Gal. *caput S. Vincentij* 399 d 403
Caſtrum-Theoderici op. Gal. 789 f
Caſtrum nouum Gal. 155 e 162 a
Caſtrum op. Ital. 444 e
Caſtrorum-locus, ſiue Mons Hannoniæ, vr. Belg. 1036 c 1048 b
ad Catacumbas iuxta Romam 257 e 258 a c d 259 a 278 e 282 e
Catana vr. Siciliæ 1126 c
Catello vicus Ital. 1137 a
Cathurcium, ſiue Caduſci vr. Gal. 996 b
Caturcinenſe territorium 33 c
Cauciacum monaſt. Gal. 293 a
Ceallmuinnin vr. Brit. 1113 d e
Cella S. Genulphi in Galliâ 89 c 90 a 101 f
Cellenſe monaſt. Trecis 938 a 1124 c
Cellia locus Ægypt. 108 b
Cemelenum vr. Ital. 390 f
Cendronum oppidum 26 b 27 b e
Ceneta vrbs Ital. 31 f E
Cenomanorum ciuitas in Galliâ 398 b *Ricmirus Ab.* 177 *Iultanus Ep.* 761 *Haduindus Ep.* 1140
Centonomius fons Cenoman. 763 e
Centrones, ſeu Cendrones pop. Alpini. Cendronũ op. 26 b 27 b e
Centumcellæ vr. Ital. 883 b 946 b e
Ceratenſis vicus Gal. 399 e
Cerdania l. Hiſp. 403 f comitatus 402 e
Ceruia vr. Ital. 223 e
Chalcas l. Aſſyriæ 424 c
Chalcedon vr. Bithyn. 432 e obſeſſa à Perſis 7. ſec. 423 b d
Chalcedonia 422 f
Chama villa in Alpibus 383 a
Charcedonia 427 a
Chariatarbe vr. Palæſt. 715 d
Chariat-cepher op. Palæſt. ibid. e
Chebron vr. Palæſt. ibid. d
Cheræon locus Ægypti 138 f
Cherſoneſus 1152 d
Chimacum op. Belg. *reliquiæ S. Priſcæ V. M.* 184 e
Chocquenſis Abbatia Belg. 803 c d
Chryſopolis, ſiue Veſontio vr. Burgundiæ 261 d 543 c f
Cildracus eccleſia Galliæ 100 d
Ciluiaſinum pagus Gal. 1143 d
Cimera, Cemela, ſeu Cemelenum vr. Ital. 390 f 392 c F
Cinaron l. Alexandriæ 847 c
Cinga fl. Hiſp. 839 a
Cingulum vr. Ital. *Exuperantius* 1148
Circeſſus 253 f
Circus Romæ 278 c
Circus Flaminius Romæ 7 a 11 c
Ciretium Ital. 1101 c
Ciſon torrens Palæſt. 716 d
Ciſtercium monaſt. Gall. *Albericus Ab.* 753
Ciuitas-regalis vr. Hiſp. 896 f
Clara-Vallis monaſt. Gall. *caput S. Vincentij* 399 d
Clarus-mons, ſiue vrbs Aruernorum, Gall. *Venerandus Ep.* 194 *Artemius Ep.* 592 *SS. Vera & Supporina* 593
Claſius fl. Ital. 927 e 929 e
Claſſis op. Ital. 223 e 1096 c 1099 d 1100
Claudia via in Italiâ 197 b
Clauſtrum, ſiue Hemmenrode monaſt. Germ. 448 d 450 a
S. Clementis op. Hiſp. 896 e
Cleopatris vr. Ægypti. *Paulus, Pauſirion, Theodoſion* 591
Climax mons Ægypt. 109 a
Cliternum vicus Ital. 586 587 b
Clitumnus fl. Ital. 33 b e f 587 c

A Cliuus Cucumeris 216 e
Cliuus Vrſi Romæ 8 d
Cloacæ Romæ 278 c e
Cloceſtria, ſiue Gloceſtria, vr.Angliæ 240
Cluain-mhor monaſt.Hibern. 1115 c
Cluanum monaſt.Hibern. 1138 b
Clunetum opp.Hibern. 51 d
Cluniacum monaſt.Gall. 4 f 102 c 155 b 803 f
Clynnaferta inſ.Hiber. 46 c
Cnobereſburch monaſt. Angliæ à *S. Furſeo* extructum 41 c 54 b
Coerlahem mons Gal. 962 f
Codonium Ital. 1101 d
Coket inſula Angl. *Henricus Eremita* 60 c
Coldingham monaſt.Scotiæ. *Adamnanus Presb.* 1120
Colimbria, ſiue Conimbrica, vr.Luſit. 65 d e 408 e
Colmenar de Oreya op.Hiſp. 896 d 897 a
Colobianum Ital. 1101 c
Colodi vrbs Scotiæ, ſiue Coldingam 1126 e f
Colonia Agrippina vrb.Ger. 971 a 1146 a *reliq.S.Antonij* 150 e 158 b *S.Sebaſtiani* 264 f *S.Agnetis* 357 c
Coloſſenſis Epiſcopatus in Rhodo inſulâ 991 e f 992 a
Columbarium caſtrum Luſit. 1132 a
Columbarius l.in Aruernis 630 d
B Columerius vicus Gal. 491 d 492 b
Coma pagus Ægypti 108 c d
Compoſtella vr.Hiſp. *reliquiæ S.Sebaſtiani* 262 f
Comum, ſiue Nouocomum, vr.Ital. 196 197 b e
Conachtia regio Hibern. 1112 b 1115 d 1117 f 1119 e
Conallia Hibern. 1115 e
Concha vr.Hiſp. *Iulianus Ep.* 893
Condaminanes locus Gal. 155 f
Condeſia vr.Luſit. 1132 a
Condomum vr.Gal. 995 f
Confinis l.Ital. 947 f
Confluentana ditio Hiſpan. 167 e
Confluentia vr.Germ. 978 b *reliquiæ S.Sebaſtiani* 1140 b
Conimbrica vr.Luſit. 63 d 1131 b 1132 1133 *Gonzaluus Oſorius, Froalengus* 751 *reliq.MM.Minorum* 68 d
Conkitta monaſt.Gal. 401 b
Conſtantia vr.Gal. 1110 f
Conſtantia vr.Germ. *Noitburga vidua, Hixta V. & alij 7. eius liberi* 750
Conſtantinopolis 724 d *Petrus Telonarius* 328 *reliquiæ S.Agnetis* 360 c *Andreæ, Lucæ & Timothei* 564 565 *reliquiæ & templum S.Thyrſi* 810 f 811 a b
Coos inſula 1135 a
Coquarna Ital. 1101 c
Corbeia fl.Gall. 42 d 49 f
C Corbeia monaſt.Gal. 733 a 740 b f 744 a
Corbio monaſt.Gall. *Launomarus Ab.* 229 233
Corcyra inſula 992 a *Arſenius Ep.* 1138
Corduba vrbs Hiſp. 99 a 1131 b 1134 f
Cordunum l.Ital. 588 f
Corfinium vr.Ital. 589 a
Corinthus vrbs Achaiæ 991 e f
Coriſopitum, ſiue Curioſolitum vrbs in Britanniâ Armoricâ 954 d 957 d e
Corium Ital. 1101 d
Cornauij, Britanni 238 b
Cornelia via in Ital. *Marius, Martha,* & filij MM. 214 219 d
Cornubia prou.Angliæ 605 c d 952 f 957 d
Cornu-gallia regio Gal. 954 e 957 e 963 f 964 a
Corona vr.Peloponneſi 992 e 1002 f 1005 d
Corphya, ſeu Corcyra 991 e f 992 a
Corſica inſula. *Deuota V.Mar.* 770
Cortracum op.Belg. *reliquiæ SS.Marij & Marthæ* 216 b
Papiæ & Mauri 949 e f
Coruorum mons Hiſp. 406 d
Corycium op.Ciliciæ 321 a d
Coryphe mons Syriæ 486 e 487
Coth vr.Syriæ 714 c
Cottiæ Alpes Ital. 197 b D
Coubrige op.Walliæ 606 d
Crabia Ital. 1101 d
Craſſona Ital. ibid.
Cremona vr.Italiæ. *Facius* 210 *reliquiæ SS.Marij, Marthæ* 216 c *Vincentij* 413 *Babylæ* 580
Creta inſula 1003
Crikelad op.Angl. 242 e
Croilandia monaſt.Angl. 240 c
Cruſinallum pagus Ital. 1101 c
Cuculla l.Ital. 442 c
Cultus-boni monaſt.Ital. *Benedictus ord.Vallis-vmbroſæ* 336
Cunetio fl.Angl. 446 f
Curaſer monaſt.Ital. 443 e
Curbio, ſiue Corbio, monaſt.Gal. 740 c 744 b
Curioſilitum regio Britanniæ Armoricæ 954 d
Curtiſſolrà pagus Belg. 1042 e 1043 d
Cutila ſolitudo Palæſt. 303 f 317 c
Cyclades inſulæ 370 c f
Cygnopum mons Peronæ 43 b f 52 f
Cyprus inſula 515 529 b 714 b 1001 f 1002 1004 1005 1006 1007
Cyrus vr.Syriæ 489 b f
Cyſonium vicus Flandriæ. *Arnulphus M.* 971
Cyzicum vr.Helleſponti. *Thryphæna M.* 1081 E

D

DAcia prou.Germ. 882 b
Dalmatia prou. 767 c 882 1000 a c
Damaſcus vr.Syriæ. *Ananias Apoſt.* 613
Damenonia prou.Britan. 952 f 957 d
Damh-Inis monaſt.Hibern. 1113 a
Daphne locus prope Antiochiam 578 f 579 580
Darentaſienſis vallis 27 c
Daroangus monaſt.Gal. 631 c 635 c
Daroca vr.Hiſp. 896 c
Daſtager palatium Coſrois R.Perſarum 424 b
Debeldus, ſeu Deboldus, vr.Thraciæ 441 a b 442 d
Decapolis prope Alexandriam 520 b
Deibienſis villa Hiſp. 537 a 539 c
Delphini-portus Ital. 339 e
Derba l.in Oriente 433 d vr.Aſiæ 567 b
Dertona vr.Ital. *Ammonius Ep.* 226
Dertuſa vr.Hiſp. 882 b
Deſiorum terra Hibern. 1115 a
ad Deſtrictios locus Galliæ 103 a
Deuonia prou.Angl. 240 c
Dimete Britan. 952 f 953 a
Diolcon vr.Ægypti 723 a F
S.Dionyſij-burgum in Italiâ 159 b
Dioſpolis vr.Palæſt. 428 a 433 c 439 b 714 c
Diſcartas palatiũ Choſrois Reg.Perſ. 424 b 430 c 435 c
Diſertnarbe Hibern. 1115 a
Diuio vrbs Burgund. 78 e 492 c
Dolenſe cœnob.Gal. 102 d
Doliacus locus Gal. 1141 a e
Dolum vr.Britan.Armoricæ. *Gilduinus* . 790
Dombenſis pagus Galliæ 33 f
Domnini-caſtrum 208 a
Dor vr.Palæſt. 714 c
Doroangus monaſt.Gal. 631 c 635 c
Dorobernia, Cantuaria vr.Angl. 239 f 240 e 241 a
Doron vr.Palæſt. 322 c
Doryzin l.Alexandriæ 1085 b
Drewels caſtrum Germ. 979 c
Drocæ Comitatus Gal. 229 f
Druentia fl.Gal. 389
Drumimlithain monaſt.Hibern. 1112 c
Dunbriton, ſiue Aracluta, op.Scotiæ 955 f
Dunelmun vrbs Angliæ 60 e
Dunenſe monaſt.Fland. 806 d
Dunſa, ſeu Deynſa, op.Flandr. 639 f

A Dunum Regis vr.Gal. *cor S.Vincentij* 400 e
Dunum vr.Hiberniæ 238
Duogemeleſis monaſt.Gal. 1141 b
Duracia,ſeu Dyrrachium vr.Albaniæ 991 e f 992 a
Durocaſſes populi Galliæ 229 c
Duſimoldia op.Germ. 1144 e
Dymelle fl.Germ. 880 d

E

EAſtanglia prou.Angl. 240 e 241 e
Eberſperga op.Bauariæ,eius origo,& *reliquiæ S.Sebaſtiani* 262 263 264 1139 e f
Ebora vr.Luſit. 1134 f
Eboregia vr.Ital. 418 b f
Ebre locus Hiberniæ 47 c
Ebredunum vr. Gall. *Vincentius, Orontius,* & ſocij MM. 389
Ebritn ogilum Gal. 230 e
Ebrodunum vr. Gall. 887 c
Ebroicæ vr.Gal. *Gaudus Ep.* 1110
Ebronium,ſiue Aurion,monaſt.Gal. 1142 e
Ecoliſma,ſiue Engoliſma,vr.Gal. 194 b
Ecelius mons 383 c e
B Edeſſa vr.Meſopot. 1081 c e 1086 c *Barſimæus Ep.* 1026 *Barſes Ep.* 1031 Plures Martyres 432 f
Eferraduium loc.Hiſp. 839 c
Einſidlen monaſt.Heluetiæ 381 b *Meinardus Erem.Mart.* 387
Elauer fl.Galliæ 101 d
Elbreen inſula Hibern. 46 f
Elegia caſtellum Galliæ, nunc Alſatiæ 918
Eleniana locus Conſtantinop. 810 d 811 b
Eleutheropolis vr.Palæſt. 326 d 613 b c e 614 f
Eliberis vr. Hiſp. & Eliberitanum Concil.Hiſp. 834 c 837 b
Eliſgaugium,Alſatiæ prou.Germ. 643 f 644 b
Ellus fl.Alſatiæ 644 b
Elmail pag. Brit. 958 c
Elno monaſt.S.Amandi in Belg. 642 a
Elwanga monaſt. & opp.Germ. *reliquiæ SS. Speuſippi & ſociorum* 74 c
Elyſius campus iuxta Arelatum 25 c d
Emaus vr.Palæſt. 714 d
Embrica opp.Cliuiæ 159 f
Emeſa vr.Palæſt. 439 c
Emporia vr.Hiſp. 415 f
Enetum vicus Hiſp. 835 e f 839 a
Engaddi locus Palæſt. 307 b 715 e
C Engelberch op.Germ. 1155 d
Eo inſula Scotiæ,aliis Hu,ſeu Iona 237 c
Epheſus vr.Ioniæ. *Timotheus Ap.* 562
Epirus vetus prou. 1138 a
Eporedia vr.Ital. 418 b f
Eptaticus vicus Bauariæ 57 f
Epternacum monaſt.& opp.Belg. 645 f *reliquiæ S.Sebaſtiani* 1138 c
Erbach monaſt.Germ. 1153 a
Ereſthein monaſt.Alſatiæ 208 c
Eremus Deiparæ monaſt.Heluet. 381 b
Eremus ſanctæ ciuitatis in Palæſt. *S.Euthymius Ab.* 298 e
Erni ſtagnum Hibern. 1113 a
Eſbre inſula Hibern. 46 c
Eſcol Palæſt. 715 d
Ethan fl.Palæſt. 298 d
Eudoxij regio Conſtantinopoli 459 a
Euersham monaſt.Fland. 802 e 803 b
Euesham monaſt.Angl. 240 c
Eugubium vr.Ital. 586 c d
Eumenia pagus Ital. 1101 c
Euphrates flu.Meſopot. 253 f
Extremadura regio Luſit. 409 e 411 e

F

FAgetum l.Bauariæ 784 b
Fagia villa Gal. 234 b
Fala oppid.Luſitan. 69 c 70 d
Falacrinum vicus Ital. 586 587 b
Famaguſta vrbs Cypri. *Petrus Thomæſius* 990
Fanile loc.Gal. 195 c
Fanopinum monaſt.Belg. 803 e
Fargat fl.Hiſp. 782 e
Farne inſula Britan. 540 c
Fauces opp.Sueuiæ 58 c
Ferna vr.Hibern. *Aidanus,ſiue Mædocus Ep.* 1111
Ferraria vr.Ital. *Beatrix Ateſtina* 1136
Feſſa vr.Mauritaniæ 987 e
Feſulæ vr.Ital. *Andreas Corſinus Ep.* 1061
Ficocle vr.Ital. 223 d e
Fidiacum monaſt. Gal. 940 a
Finlandia regio 249 b ſubacta à S.Erico f. conuerſa à S.Henrico Ep.Vpſalenſi 250 a
Flaminia via vbi 218 e 219 d à quo facta 584 b f
Flandria prou.Belg. 795 d 800 b
Florentia vr.Ital. 589 a 1070 1071 1076 *reliquiæ S.Andreæ Corſini* 1061 c
Fons-clauſus pagus Ital. 59 f
Fons Deiparæ Heluet. 384 b
Fontana Cenoman. 1143 d
Fontanetum in Burgundiâ 101 a
Fontes villa Hiſpan. 392 a
Fontinella monaſt.Gal. 740 c 744 c
Forcalcaria op.Gal. 775 d
Formoſella monaſt.Fland. 799 a 803 c
Forneles l.Hiſp. 837 a
Foro-iulianus Ducatus 8.ſec. 879 e
Foro-iulium prou. 881 f 887 c 1160 e
Foro-iulium op.Prouinciæ 16 d
Forum-Claudij op.Gal. 26 b
Forum Crucis l.Ital. 587 f
Forum Flaminij vr.Ital. 582 a d f 585 e 587 c
Forum Popilij op.Ital. 335 f 336 d
Forum Sempronij vr.Ital. 586 e 587 a
Foſſæ monaſt.Belg. *Gobertus* 752
Fourium op.Hibern. *Fechinus Ab.* 329
Franciacum caſtrum Gal. 491 d 492 b
Frawenmunſter Heluet. 384 b
Freckenhorſtum monaſt.Weſtphal. *Thiatildis V.* 1153 f
Friſia prou. 882 a d 883 b Freſonia 888 e 1135 e 1156 a Friſones 7.ſec. 356 e 357 a Freſones 541 b
Fulda mouaſt.& opp.Germ. *Amnichadus mon.* 1055 *reliq. SS.Papiæ & Mauri* 498 f
Fulginium, ſeu Fuligna,vr.Ital. 443 e 928 a 930 e 935 *Meſſallinæ V.M.* 453 *Felicianus Ep.M.* 581
Fundi monaſt.Campaniæ in Ital. *Honoratus Ab.* 32
Fundus hoſpitium Sanctorum in ſuburbio Segoruienſi in Hiſpan. 395 c
Furania fl.Gal. 150 a
Furconium vicus Ital. 586 f
Furnæ opp.Flandr. 800 e 806 d
Fuxum op.Gal. 195 c d

G

GAbaa Palæſt. 714 d 716 b
Gabala vr.Syriæ 533 f 534 f
Gabalon vr.Palæſt. 714 d
Gabalorum vrbs Mimate in Galliâ. *Seuerianus Ep.* 615
Gagium vr.Normanniæ 1137 e
Gaia mons Palæſt. 716 b
Galatha op.Siciliæ 618 b
Galgala 716 a
Gallia ſub Romanis 93 f 98 a barbaris 98 a Sicambris,Francis ibid.b ſitus,limites,diuiſio 97 f
Gallia Comata 390 c
Ganda vr.Fland. 883 *Eccl.S.Ioannis extructa* 639 f

A Gannaium monaſt.Gal. 1125 d
Garegobia monaſt.Galliæ 25 d
Garganus mons Ital. 99 a 428 a 433 c
Garicula villa Gal. 405 b
Garizim mons Palæſt. 716 c
Garneſtanum op.Fland. 794 f
Garumna fl.Gal. 98 a 879 d
Gaudianum op.Ital. 1100 b 1102 f
Gauellum l.Ital. 1098 e
Gaumates,vallis Ital. 771
Gaurus mons Ital. 227 b f 228 b
Gaza vr.Palæſt. 508 a 512 e 525 b 607 e 715 d
Gemſefeldenſe monaſt.Bauar. 263 a
Gemblacum monaſt.& op.Belg.*reliquiæ S.Marij* 216 a
S.Geminiani opp.Etruriæ 62 c f 1096 f
Gemmeticum monaſt.Gal. 734 d 740 c 744
Genaua,ſiue Geneua vrbs 375 e
Geneſina arx & op.Ital. 197 b
Genua vrbs Liguriæ.*reliquiæ S.Arſenij* 1138 d
Germiniacum l.Gal. 167 e 789 e
Gerunda vr.Hiſp. 781 b *Vincentius, Victor,* & ſocij 389
Inuentus & CCCLIX.MM. 414
Geturnicenſis vrbs Galliæ 83 f 90 c 94 b 101 f
Ghiſna op.Belg. 802 e 804 c
B Gillenghein monaſt.Belg. 1051 f
Girſchagen pag.Weſtphaliæ 1140 d
Giſlenopolis op.Belg. *Sulpitij Ep.reliquiæ* 787
Giturnicenſis,vide Geturnicenſis vrbs 84 e
Gladius fl.Walliæ 1114 a
Glaſton monaſt.Angl. 446 b c f
Glaworna & Glauornia,quæ & Gloceſtria 240 b
Godone villa Gall. 91 c
Gominiacum pagus Hannoniæ 13 f
Goſlaria vr.Germ. 892 a
Gothia,ſiue Gallia Narbonenſis 98 a 1135 b
Gouea vicus Luſit. *reliq.SS.V.Mart.Ord.S.Franciſci* 63 d
Gradus op.Ital. 887 c
Gradus Heliogabali Romæ 178 b d
Granant l. 284 e
Grandis-curtis in Atrebatibus 42 e 50 a
Granopolis Hiſp. 389 a f ſeu Gratianopolis 390 b d
Granta fl.Angl. 242 c
Grantebriga,ſeu Cantebriga,vr.Angl. 241 d
Græcia pro Aſiâ 808 c 810 a 824 e 832 a
Greuenroda monaſt.Germ.*Telum S.Sebaſtiani* 1140 d
Grignaſium Ital. 1101 c
Gualbi l.Ital. 586 d
Guialbes vicus Hiſp. *Candida vidua* 781
Guiriacum Gal. 493 b
C Gundridus flu.Gal. 178 a
Guſſenus vicus Hiſp. 839 d
Gyruum monaſt.Angl. 541

H

HAgelſtadt vr.Angl. 540 d f
Haialon vr.Palæſt. 714 d
Halcinium pagus Hannoniæ 14 b
Halicia regnum in Ruſſiâ 897 b 898 b
Hama monaſt.Arteſiæ 798 c
Hamelia op.German. 1155 d
Harteſburgum op.Germ. 891 c f 892 a d *reliq.S.Anaſtaſij* 1145 f
Haſa fl.Germ. 880 b d
Haſbania regio Belg. 639 c
Hatelogum l.Turciæ 1003 c
Haueskercke vicus Flandr. 802 f
Haynau,ſiue Hannonia,prou.Belg. 788 b
Hebdoman ſuburb.Conſtantinop. 811 b
Heiſterbach monaſt.Germ. 977 e 978 c
Heliopolis vr.Ægypt. 607 e
Helleſpontus 810 c 1081 a
Helleſpontiaca porta Cæſareæ Bithyniæ 824 f
Heluetia prou.Alpina. *B.Euſebius monachus* 1130 D
Hemmenrode monaſt. 977 *B.Walterus de Birbeke* 447
Heraclea vrbs Ægypti 108 c d 146 d
Heraclea op.Italiæ 31 b c f
Herbipolis vr.Germ. 970 f *telum S.Sebaſtiani* 1140 d
Hercinia regio Germ. 733 e
Herefordenſis prou.Angl. 240 d 241 c
Herga l.Angliæ 238 c
Hermon & Hermonij montes Palæſt. 716 d
Hermopolis vr.Ægypt. 456 457 d 623 f 624 a
Herosfeldia,ſiue Hirsfeldia,op.& monaſt.Germ. 645 f
Heruordia op.Weſtph. 1144 e
Hiberniæ 5.regna 45 d
Hierapolis vr.Orientis 422 f 427 a b 430 c 432 e 435 c
Hiericho 305 e
Hieroſolyma.*Xenophon,Maria,& filij* 723 *Gabriel Ab.* 371 *Matthias Ep.* 1015
Hierſo vicus Gal. 385 c 714 d 1086 c
Hilara fl.Germ. 57 a
Hildeſheimium vr.Germ.*reliquiæ S.Epiphanij* 377
Hippo vr.Africæ 708 f
Hippodromus Romæ 278 c
Hiſpalis vr.Hiſp. 66 a 1134 f *reliquiæ S.Sebaſtiani* 262 e
Hiſpellum vr.Ital. 583 a 585 e 930 c 935 e
S.Honorati inſula 15 f Vide Lerinus. E
Horne op.Germ. 1144 e
Hortanus lacus Ital. 1101 b
Horus inſula Gal. 955 d e
Houene monaſt.Germ. 1146 c
Hu,ſeu Hy,inſula Scotiæ. *Blaithmacus & ſocij MM.* 236
Hua-Brun diſtrictus Hibern. 1112 d 1113 b
Hua-Kennſelach regio Hibern. 1114 f 1115 d
Hy-conail Gablire regio Hibern. 1117 c 1119 c

I

IAcca vr.Hiſp. 838 f
Iader vr.Dalmatiæ 1138 a
Iagiſta fl.Sueuiæ 74 c
Iamnia vr.Palæſtinæ 311 a d 315 f
Ianua pro Genua 1003 b 1004 b 1007 f 1012
Iberus fl.Hiſp. 882 b
Iburgum op.Weſtphaliæ 1135 f
Icciodorum op.Gal. 1057 d
Iconium vr.Aſiæ 567 b d
Iericho vr.Palæſt. 716 a
Ieſdem l.Aſſyriæ 424 e
Ilerda vr.Hiſp. *Athanaſius & LXXIII.ſocij, Sergius monachus* 457
Ilfintinc l.Gal. 966 a F
Iliberis vr.Hiſp. 834 c
Imbher-Cranchuium l.Hibern. 1115 f
Imma vicus Antiochiæ 841 f 842 d
Ingelheim op.Germ. 883 a
Ingeiracum monaſt.Gal. 99 c
Inis-breagai, ſeu Iniſbreagmuius inſula Hibern. 1112 c
Inſula Germanica iuxta Trecas in Gal. 734 d
Inſula leporum locus Hungariæ 897 e 898 f 899 e 907 b c d
Inſulæ vr.Flandr. 795 c 804 d *Victoris & ſocij reliq.* 554
Inſulæ in vrbibus quæ? 275 f
Interamna vr.Ital. 582 c 584 f 585 a
Interamna Prætutiana vr.Ital. 586 e 587 b 938 a
Interocrea vicus Ital. 586 f 587 b
Ioguntiacum palatium Galliæ 100 a
Iol vr.Maurit. 455 c
Iona villa Cenoman. 1143 b
Iona inſula Scotiæ. *Blaithmacus & ſocij MM.* 236
Ioppe vr.Palæſt. 714 c
Iordanes fl. 308 f 716 a vicina ſolitudo 314 c
Iotrum monaſt.Gal. 740 c 744 c
Ipra vr.Fland. 799 a 802 b f 803 a
Iria Flauia vr.Hiſpan. *Seruandus,Viliulphus,& Pelagius* 751

A Iſara fl.Bauariæ 783 c 784 b
Iſauria prou. 320 f 495
Iſcomodiacum villa Cenoman. 1143 a
Iſera fl.Gal. 154 c 544 e 546 b
Iſter fl. 164 f 1102 b
Iſtria regio 882 c
Iuuanum,ſeu Salſburg.vr.Germ. 887 c
Iudæa. *Domitianus monach.* 772
Iuliacum op.& Iulia prou. 842 b
Iuliacum villa Cenoman. 1141 e
Iulianum op.Hiſp. 390 e 391 b 392 a
S.Iulij inſula Ital. 378 a 1100 c

K

KArofenſe cœnob.Gal. 99 b c
Kayſalum villa Sueciæ 250 c
Keial-Muduach monaſt.Hibern. 1117 f
Keltra inſula Hibern. 1055 c
Kildara vr.Hibern. 1120 a
Kilmodok vr.Scotiæ 1111 c
Kleggouia diſtrictus in Sueuiâ 750 b f 751 a d
Kritiatunenſis Ep. 240 c
Kubachum vicus Bauar. 263 d
B Kynnſelach opp.Hibern. 1114 e 1115 c e

L

LAchis vr.Palæſt. 716 e
Lactarius mons Ital. 227 b
Ladus fl.Arcadiæ 579 b
Lætiæ monaſt.Belgij 1053 c *reliq.S.Ioan.Eleëmoſ.* 530 e f
Lagartera op.Hiſp. 896 e
Lagenia prouincia Hibern. 1111 a 1112 b 1114 f 1115 e 1116 a 1117 a 1118 d 1119 c e 1120 a
Lamber fl.Ital. 1030 a
Lancaruanan monaſt.Walliæ 603 d 606 d 953 b
Lanna inſula S.Iltuti 959 b c
Laodicea vr. Syriæ 133 f 708 c f æmula Antiochiæ 596 c f
Lapzacus,ſeu Lamſacum,vr.Aſiæ 1003 a 1004 b
Lariacum l.Gal. 491 a 492 d
Laſtemaricus Cenoman. 1143 b
Lata via Romæ 5 a 9 b 10 d
Lateranæ,Romæ 780 e 781 d
Latiniacum ad Matronam fl.monaſt.S.Furſei 41 d 43 b 48 c e f 52 a c 55 b
Lauica monaſt Hungar. 905 a
Lauicana via 277
C Lauræ & cœnobij differentia 298 316 d
Laura noua Palæſt. 298 c 300 b
Laura S.Euthymij extructa 307 in cœnobium mutata 320 eius ſitus 321
Laus Pompeia, ſeu Lauda, vr.Ital. *Baſianus Ep.* 221 *Sabina vidua* 1029
Lazarium locus Palæſt. 304 c 323
Lazica regio Aſiæ 349 c
Lecca fl.Belg. 356 e
Lechus,ſiue Lycus,fl.Vindeliciæ 881 a
Lectoria,ſeu Lactora,vr.Gal. 995 e 996 d
Leda fl.Gal. 765 a
Legia,ſiue Lætia,fl.Fland. 794 f
Legnanum l.Ital. 1029 f
Leiceſtria Comitatus Angliæ 240 c
Lemgo op.Germ. 1144 e
Lemnus inſula 1138 a
Lemouicum vrbs in Gal. 94 a 99 b 200 f *reliquiæ S.Thyrſi* 809 e
Leodium vr.Belg. 648 d 650 d
S.Leonis-caſtellum 378 e 379 b
Leontopolis vr.Ægypt. 607 e
Lerinus inſula 15 c 16 f 19 d 26 28 370 857 e *reliquiæ S.Honorati Ep.Arelat.* 24

Lero & Lerus inſula 21 a 370 c f D
Letania,Britannia Armorica 960 f 961 e
Lethe carcer apud Perſas 508 c d 525 c
Leucorum vrbs Tullum Lotharing. 201 b
Leuinnus lacus Hibern. 332 a
Leuce pagus Cariæ 600 f 601 c
Lezatum l.Gal. 195 d
Liburnia prou. 881 f 882 b c
Libya regio 1093 e 1094 c
Libya prou.Ægypti 108 a
Lid flu.Gal. 177 f
Liffe campus Hibern. 1120
Ligæ curtis Belg. 892 c
Ligeris flu.Galliæ 90 a 98 a 101 d 356 e 357 a e 358 b
Liguria 224 b 368 a c 369 b e 370 d 371 b 373 b e 376 e 630 b
Limagus fl.Heluet. 383 e
Lindemacus fl.Heluet. ibid.a
Lindisfarne inſula & monaſt.Angl. 540 c d e f 541
Lingonum populi Gal.vrbs 857 c Eccl. 858 a *Speuſippus & ſocij* 78 *Vrbanus Ep.* 490
Lingua-occitana,Languedocia 995 e 996 c
Lintburg monaſt.Germ. 645 e 648 a
Lipara inſula Siciliæ 992 c d E
Lirina inſula Galliæ 15 c vide Lerinus.
Liſtra vr.Aſiæ 566 b 567 b c d
Liſtrogaugium Flandriæ ditio 637 b 638 f 639 c
Lithoſignium loc.Ancyræ 461 c
Liuentia flu.Italiæ 31 f
Liuia op.Hiſp. 405 d
Liuonia regio 1159 e
Loa monaſt.Flandr.ſiue Lodium 798 b 802 e 803 a b
Lochmenech monaſt.Gal. 964 c
Logium monaſt.Gal. 744 c
Londonia vr.Angl. 952 d Lundonia 240 d
Longi-vicus l.Gal. 493 d
Lontuey villa Gal. 234 b
Loruanium monaſt. Luſitaniæ. *reliquiæ SS.V.Mart. Ord. S.Franciſci* 63 d
Luachuir Hibern. 1117 e
Lucas caſtrum Gal. 91 a 103 d
Lucdunus villa Cenoman. 1141 e 1142 a
Ludus op.Ital. 836 b
Luganus lacus Ital. 909 c 910 d
Lugdunenſis Gallia 98 a
Lugdunum 201 a 1057 b *Clemens Presb.* 252
Lugdunum Clauatum,ſiue Laudunum, vrbs Gall. 43 f 288 d 289 a
Lummen Comitatus in Belg. 752 c F
Lungipreſſum op.Ital. 553 b
Lutra monaſt.Burgund. *Deicolus* 199 203 ædificatum, dotatum 204 vaſtatum 205 regiæ pellici aliiſque donatum 207 reſtauratum 208
Luxouium monaſt.Burgund. 199 f 201 f 202 c 203 a c 546 c 632 c 740 c 744 b
Luzonium pagus Ital. 1101 c
Lycaonia regio 495 566 b 567 b
Lycaonia inſula Romæ 216 f
Lycia regio 714 b
Lycus fl.Vindeliciæ 58 b Lycates campi 263 c
Lycus fl.Ægypt. 133 d
Lydda vr.Palæſt. 714 c
Lyuhes monaſt.Brit. 958 e

M

MAceria pagus Belg. *Furſeus* 41 d 42 c 43 c 49 a 52 b c
Magdenburgum vr.Germ. 1140 e 1153 e
Mageddo campi Palæſt. 714 c
Magio in Hiberniâ 542 e
Magmurtennicum regnum Hiberniæ 45 a

A Magnilocus monaſt.Gal. eius origo 289 *reliquiæ S.Sebaſtiani* 262 c
Magni-mons op.Gal. 493 d 849 d 861 f 864 c
Magundat l.Perſidis 426 e f
Maguntia,ſiue Maguntiacum 275 c 1145 c 1158 e
Maioc caſtrum Picardiæ 49 d
Maiorica inſula Mauris erepta 985 f
Maiuma portus Palæſt. 607 e 716 f 1090 b
Maiuma Alexandriæ 1090 b
Maius-monaſt. apud Turones 195 b *Leobardus recluſus* 198
Malaca vrbs Hiſp. *reliquiæ S.Sebaſtiani* 262 f
Malbodium op.Belg. *Aldegundis V.* 1034
Maliacum vr.Gal. 967 a
Malmephetan l.Syriæ 726 c
Malmeſburia monaſt.Angl. 446 f
Malmundarium monaſt.Belg. 644 a 645 b 647 a e
Maluernum mons Angl. 244 f
Mamertini cuſtodia Romæ 6 b
Mampeſier,ſeu Montpazierium,op.Gal. 995 e 996 c
Manteſa op.Hiſp. *reliquiæ S.Fructuoſi* 339 *Agnetis* 360 d 361 a *Fructuoſi,Eulogij & Augurij* 361 b
Mantolomaius vicus Gal. 195 b
Mantua vr.Ital. 196 e f 1136 c
B Maputhe l.Ægypti 1083 b 1088 c
Marcenniacum locus Burgund. 492 c e 493 a
Marcia l.Ital. 588 f
Marcomagum op.Germ. 1146 a
Marda mons Palæſt. 306 d 307 b
Mareſa Palæſt. 716 e
S.Margaretæ inſula 21 a
Margus fl.& vr.Mœſiæ 275 f
Maricolæ monaſt.Belg. 1053 c
Marilliacum monaſt.Belg. 641 a
Mariotis lacus & vr.Ægypti 1094 c e
Marochium,ſiue Maurocum,vrbs Mauritaniæ 62 e 65 f 66
Marſupia fl.Lotharingiæ 386 f
Martianæ,ſeu Marcianæ,monaſt.Fland. 648 f 649 c
Martiniacus villa Cenoman. 1143 a
Maſſilia vr.Gal. 631 f
Materna,ſeu Matrona,fl.Gall. 48 c 49 b 52 a 743 f
Mauritania. *SS.MM.V.Ord.Minorum* 62
Medaba vr.Arabiæ 317 e 318 c
Media prou.Hibern. 329 a
Mediolanum vr.Ital. 367 a 371 f 1008 e f 1009 1029. 1104 c 1135 b *Aquilinus Presb.* 970 *reliquiæ & templum S.Sebaſtiani* 261 f 262 a an is ibi natus? 265 a c
Meinriuus l.Belg. 1046 b
C Meldæ vr.Gal. 748 d
Melodunum vr.Gal. *reliquiæ S.Agnetis* 357 c
Melegnanum l.Ital. 1030 a
Melfis fl.Ital. 767 e
Melita inſula 338 c f *reliquiæ S.Polycarpi* 695 f
Melitina vr. Arm. 299 c 300 c 302 e 303 d 308 b 310 e f
Melros monaſt.Scot. *Boiſilus Præpoſitus* 540
Memficus ſilua Gall. 34 a
Mentitus-campus 293 d 294 b
Merchem vicus Fland. 799 e 802 e 804 c
Merchia regio Scotiæ 1120 b
Merciorum regio in Angliâ 239 c f
Mergorium Ital. 1101 c
Meruius l.Belg. 1043 e
Meſſenia regio Peloponneſi 1127 d
Metæ vrbs Gall. 201 b 295 a *Aptadius Ep.* 1145 *Serena V.M.* 1027 *reliquiæ S.Vincentij* 398 b 399 f *Feliciani & aliorum SS.* 588 f 589
Metena fl.Bauariæ 783 c
Methone vr.Peloponneſi 19 c 714 b *Athanaſius Ep.* 1125
Metopa l.Palæſt. 304 d
Metrolita vrbs Africæ 1149 d
Meuania vr.Ital. 582 b 585 e 587 c 588 f
Michelſbuch op.Bauariæ 783 b 785 a D
S.Michaëlis-mons monaſt.Normanniæ 605 c d
Miciacum monaſt.Gal. *S.Linentius* 628
Middelſaxonia prou.Angl. 240 d
Miletum vr.Cariæ 580 b *Thyrſus M.* 809 b 816 f 823 c
Milliacinum Ital. 1101 d
Mimate vr.Gal. 615 f
Mimigardeuorda,ſiue Monaſteriũ,vr.Weſtphal. 1156 c 1157 d
Miranda opp.Luſitan. 1132 b
Moliſmum monaſt.Gal. 753 755 a 756
Momum pagus Ital. 1101 c e
Monachium vr.Bauariæ. *templum & reliquiæ S.Sebaſtiani* 264 a b c *reliquiæ SS.Cyri & Ioannis* 1083 f
Mondragon vr.Hiſp. 835 b
Monienta fl.Galliæ 33 f
Monœcum,ſiue Herculis Monœci portus,vrbs Ital. *Deuota V.M.* 770
Montanea locus Gal. 155 e
Montecanutorum familia in Delphinatu 162 a
Monterogum op.Hiſp. 836 e 839 c
Monticellus ſilua iuxta Peruſiam 926 c
Mons-S.Agnetis monaſt.Belg. 362 d
Mons-S.Antonij 108 f 131 b 138 e
Mons-Beligarda op.Burgund. 543 f E
Mons-S.Eligij monaſt.Belg. 795 e 796 c e
Mons-Gaſconis l.Gal. 1058 b
Mons-Gaudij l. Gal. *reliquiæ S.Voluſiani M. Ep. Turonen.* 195 d e f
Mons-Idolorum Gal. 344 e
Mons-Iouis in Alpibus 284 d
Mons-S.Leonis op.Ital. 378 a
Mons-lucidus Gal. 155 e
Mons-maior monaſt.Gal. 1135 d
Mons-maior op.Luſitan. 1132 b
Mons-S.Michaëlis de periculo maris in Norman. 787 d 788 a 791 c
Mons-rotondus l.Ital. 582 f 588 a
Mons-Rubeus op.Hiſp. 837 a b
Mons-vlmus op.Ital. *Raynaldus* 609
Moraſthim 716 e
Morigia familia Mediolani 1030 c
Morini populi Belg.quorum vrbs Taroana. *Ioan.Ep.* 794
Mormonzonæ prope Fulginium 588 a b
Mota S.Deſiderij 150 b 151 c 152 f 154 c 155 e 156 f 157 a
Mota monaſt.Gall. 150 c 154 e
Mota-Fangiaſij l.Galliæ 154 c
Mouracum Comitatus in Bauar. 263 e
Mugaretum villa Gal. 740 c
Mumienſe,ſeu Muminenſe regnum in Hiberniâ 45 a c F
Muminia,ſeu Mominia,aut Momonia,regnum Auſtrale Hiberniæ 1114 f 1115 d 1117 c e
Munda flu.Luſit. 1131 b
Munda vicus in prou.Iuliacenſi. *Irmundus* 842
Murcia vr.Hiſp.Mauris erepta 985 f
Mutina vr.Ital. *Geminianus Ep.* 1096 1160
Mylaſa vr.Cariæ. *Ephrem Ep. Euſebiæ, ſiue Xena V.* 598
Myrmidonia inſula 1102

N

NAim vr.Palæſt. 716 d
Namurcum vr.Belgij 14 d 649 c
Nannetes vr.Britanniæ Armoricæ 954 d *reliq.S.Seuſtij* 947 c
Naon fl.Galliæ 87 a f 89 c 96 b
Narba fl.Aſſyriæ 424 b
Narbo vr.Gall. 94 a Narbonenſis Gallia prouincia 97 f 98 a *patria S.Sebaſtiani* 261 e 265 a c
Narnia vr.Ital. 586 a
Natupha eremus Palæſt. 309 e
Nauis locus Bituricæ 166 c 174 d 176 d
Naumachia Romæ 276 d f

A Naumenc,ſeu Namurcum,vr.Belg. 648 d 649 c
Naupactus vr.Græciæ 991 e f
Nazanza, ſeu Nazianzus,vr.Aſiæ 75 d e
Nazareth vr.Galilææ 716 c
Neapolis Ital. 533 f
Neapolis vr.Palæſt. 716 c
Neapolis Perſarum 437 d e
Neocæſareæ variæ vrbes 455 b
Neocæſarea Maurit. *Seuerianus & Aquila* 455
Neocæſarea. *Mardonius, Muſonius, Eugenius, Metellus* 590
Neopatris vr.Græciæ 991 e f
Neoſtadium vr.Auſtriæ. *reliquiæ S.Ioan.Elcëmoſ.* 530 e
Netis vicus Syriæ 627 c
Nettas l.Gal. 203 c
Neuedunum vr.ad Danubium 809 f
Neuedunum. *S.Cyriacus* 298
Neuſtria, meliùs Weſtria, occidentale Galliæ regnum, 33 c f 34 a 98 a 102 e 103 a
Nicæa vrbs Bithyniæ 810 b *Neophytus M.* 297
Nicæa Thraciæ 441 b 442 d
Nicæa vr.Galliæ 25 e
Nicomedia vr.Bithyniæ 464 a 476 b 810 a b 817 c 824 e 826 f 827 a *Euphraſia* 220 *Euſtaſius* 350 *Leontius, Cyriacus, Vitus, alijq; VI.* 297
B Nicopolis vr.Palæſt. 714 d
Nicopolitana prou.Græciæ 1138 a
Nicoſia vr.Cypri 992 f 1002 a 1005 b 1006 f
Nigra-ſilua Germ. 383 f
Nigro-ponte,olim Eubœa,inſula Græciæ 992 f
Nilus fl.Ægypt. 124 e Ægyptum vt irriget 107 f
Nitria vicus Ægypti 108 b 716 e mons 108 b 133 c e 146 d 846 f
Nitrion locus Ægyp. 145 a
Niuella monaſt. & opp. Belg. 1034 e 1036 e 1039 f 1041 a 1046 e
Niuernæ vr.Gal. 103 b
Niuernenſe territorium 101 d
Nixia, Naxia, & Naxos inſula vna Cycladum 991 e f 992 a
No, Alexandria 716 e
Nobe vr.Palæſt. 714 c
Nobiliacum monaſt.Gal. 1135 b
Nobiliacus pagus 986 a c
Noemium Gal. 789 e
Nola vr.Ital. 191 c 192 c e
Nonium Ital. 1101 d
Nonnifoſſa locus Galliæ 34 f
Normannia vnde dicta 103 prouincia Galliæ 49 d
Noſerias l.Ital. 582 e
C Nouaria vr.Ital. *Gaudentius Ep.* 417 *Iulius Presb. & Iulianus Diac.* 1100
Nouiacus l.Gal. 393 a b
Nouioma vr.Gal. 608 f Nouiomum 805 b e Nouiomagum 736 c
Nouiomagum op.Belg.ad Wahalim fl. 883 a
Nouocomum vr.Ital. *Liberata & Fauſtina* 196
Nouſis vrbs Finlandiæ. *reliq.S.Henrici Ep.Vpſalenſis* 249 c
Nouum-caſtrum monaſt.Germ. 978 c
Noya riuus Gal. 1123 f
Nucia, ſiue Noueſium,op.ad Rhenum 977 a
Numana vr.Ital. 586 e 587 a
Numentana via 7 a 353 c 355 a b c
Nurſia vr.Ital. 582 c 586 f
Nymphæ catabaſſi prope Romam 219 d
Nymphæ S.Petri,cœmiterium extra Romam 7 b
ad Nymphas Romæ 948 d
Nymphæa Romæ 275 c f

O

OCtodorum op.Heluetiorum 284 d
Odobergia op.al.Opitergium 31 b
Odryziorum regio 565 a
Olena fl.Norman. 1137 f D
Oleuia riuus Treuiris 920 f
Oliuetum mons Palæſt. 715 f
Opitergium vrbs Ital. *S.Titianus Ep.* 31
Orbaniacus vicus Gal. 393 c 399 e 493 c
Orbatus vicus Cappadociæ 76 c
Orcades inſulæ Scotiæ 542 e
Oreſtias vr.Syriæ 323 b
Oria vr.Ital. 1101 d
Orichienſis ager Luſit. 406 c
Ortha pagus Ital. 1101 c
Orthoſias vr.Syriæ 323 c
Oſca vr.Hiſp. 393 c
Oskargia Hibern. 1115 b
Oſnabrugum vr.Weſtphal. *caput S.Caroli Magni* 888
Oſneggi mons Germ. 880 b
Oſſa inſula Gal. 966 f
Oſſoria vr.Hibern. 562 a
Oſtbeuera pag.Weſtphaliæ 1135 f
Oſtia vr.Ital. 218 b d *Martyres VII.* 190 a
Oſtienſis via 184 a 187 e
Ouetum vr.Hiſp. 537 f 808 c *templum & reliq.S.Thyrſi* 811 c d
Oxeia l. *Lucianus, Paula,* & ſocij 220
Oxyrinchus vr.Ægypti 1031 e E
Oya inſula Gall. 955 e 956 e f 957 a
Ozatum Ital. 1101 e

P

PActæ vr.Siciliæ 992 c d e
Paderborna vr.Weſtphal. *reliq.S.Iuliani Cenoman.* 762
Padus fl.Ital. 163 c
Palæſtina 306 c 1ª & 2ª 318 f *S.Euthymius* 298
Palatina ædes Fulginij 453 454 b e
Palatium Romæ 8 d 9 a
Palmyra vr.Syriæ 437 f 438 a
Palumbare op.Luſit. 1131
Palutellus caſtrum Gall. 91 b
Pannonia regio 881 e f 882 b
Paphus vr.Cypri 1022 d
Papia vr.Ital. quæ olim Ticinum 196 c
Parabarichos l.Palæſtinæ 307
Paraclitus monaſt.Ambiani 1124 e
Parathenicum mare 321 a d
Paratomon locus Syriæ 842 d
Pardina op.Hiſp. 839 d
Pardorum-mons Gal. 208 a
Pariſij Galliæ metropolis 200 f 860 f 971 *reliquiæ S.Genulphi Ep.* 81 e *S.Sebaſtiani* 262 c *S.Agnetis* 357 b c F *S.Polycarpi* 695 e *templum S.Vincentij* 398 a f 399 b 400 e
Parius lacus & Parium vr. 484 a
Parma vr.Ital. 376 f
Parthenope,ſiue Neapolis Ital. 617 f
Parthi populi 253 f
Particus ſaltus in Galliâ 229 f 231 f
Paſmaſus 74 e Paſmaſius 77 e
Paſſerella in Ital. 50 c
Patalaborna,eadem quæ Paderborna,vr.Weſtph. 645 f
Pathmos inſula 566 d e 568 d
Patræ vr.Achaiæ 565 b d 991 e f 1126 f
Patriarchium Romæ 281 d f
Patriniacum l.Gal. 492 f
Pax-Auguſta vr.Hiſpan. 389 b
Pax Iulia vr.Hiſp. 992 c
Pedreda l.Angl. 241 a
Pegelandia Angl. 240 c
Pella Ital. 1101 d
Pelopia vr. 944 b
Peluſion vr.Ægypti 716 f
Penninæ Alpes 383 a
Pentapolis prope Alexandriam 501 e

A Perona opp.Galliæ 35 c f 41 e 43 48 f 51 f *S.Furſeus* 35
in eâ mons S.Quintini 53 f
Perona Ægypti 1090 c
Perpinianum vr.in ditione Ruſcinonenſi.*reliq.S.Honorati Ep.Arelat.* 24
Perſis 422 f 423 a e 424 a Perſida 216 d 218 f
Peruſia vr.Ital. 582 c 583 f 586 c 588 f *Conſtantius Ep.* 924
Petra-Cluyd,ſiue Dunbriton,op.Scotiæ 955 f
Petra-Imperatoris l.Ital. 446 a
Petragorenſis prou.Gal. 995 e 996 c
Petrarium Ital. 1101 d
Petri burgus monaſt.Angl. 240 a
Pharan laura Palæſt. 298 b 303 e 304 b c 308 c 322 a 327 a
Pharus Alexandriæ 1090 d
Pheletes mons Ital. 379 b
Pheretratus mons Ital. ibid.
Pherme mons Ægypt. 108 b 109 e
Philadelphia vr.Aſiæ 702 b e
Philippi vr.Maced. *Parmenas Apoſt.* 453
Philo caſtrum Ægypti 1031 f
Philomelium vr.Phrygiæ 702 e 705 a
Philoponium l.Ægypt. 1090 c
Phocenſis prou.Gal. 1135 e
B Phoracion l.Conſtantinopoli 1084 d
Phycocle vr.Ital. 223 d e
Pictaui vrbs Gal. 105 b 200 f *Gualterus ord.Minor.Ep.* 450 *reliquiæ S.Vincentij* 399 d
Pinna vr.Ital. 586 e 587 b
Pintum villa Hiſp. 1079 a
Pinu caſtellum Aſiæ 349 c
Pion locus Epheſi 566 e 568 f
Piſper mons Ægyp. 109 c 146 d
Pitenaſcum Ital. 1101 d
Pizi locus Ital. 444 a b
Placentia vr.Ital. 163 f 284 c 371 c
Planetia pagus Ital. 1101 d
Plataneta l.Ital. 444 d
Pleſtea vr.Ital. 582 c
Podij Moishoni caſtrum in Galliâ 25 f
Pombia Ital. 1101 c e
Pons Cæſaris prope Fulginium 282 f
Pontia inſula maris Tyrrheni 714 b
Pontilema Gal. 1141 c
Pontileuca Gal. ibid.f
Pontiuus, vel Ponticus pagus regio Galliæ Belgio vicina 42 c 49 d
Pontus regio Aſiæ. *Moſeus & Ammonius MM.* 188
Porphyreon op.Palæſt. 868 c 869 e
C Porphyrite 607 c 608 b d
Porta Solis l.Alexandriæ 512 c 527 e
Portuenſis via Romæ 1081 e 1083 e
Portugallia vnde dicta 1132 a c
Poſſonium vr.Hungariæ *reliquiæ S.Ioan.Eleëmoſ.* 530 531 *B.Margaritæ Hungaricæ* 898 f
Pouch op.Hiſp. 984 f 985 c
Præmoſellum Ital. 1101 c
Praga metropolis Bohemiæ 1145 c 1151 a 1153 a *reliq. S.Valerij Ep.Treuir.* 1153 a *Sebaſtiani* 1140 e *Vincentij* 1145 c *Ananiæ* 1151 a *digitus S.Antonij* 1135 c
Pratum op.Ital. 1077 b
Prauia Hiſp. 811 f
S.Priſcillæ cœmiterium 256 f
Priſſiniacus vicus Galliæ 33 f 35 a
Probati caſtrum Thraciæ 441 b
Proilliacus prædium Gal. 764 f
Promontorium ſacrum Luſit. 407 d *caput S.Vincentij* 408 a d
Prumia monaſt.Belgic. 884 d 978 b *reliq.Marij & ſoc.* 1136 f
Ptolemais vr.Pentapoleos 853 e
Ptolemais vr.Syriæ 714 c
Pupis rupes in Galliâ 28 d
Puteacum Gal. 793 b D
Puteoli vr.Ital. *Artemas puer, Antimaſius,* & alij 616
Pyramis mons prope Nicomediam 465 d
Pyrenæi montes 98 a
Pyrgi vr.Ital. 946

Q

Q Varantanæ mons Palæſt. 307 b
Quierquenſona pro Carcaſona 782 b
Quinceuum locus Gal. 155 f
S.Quintini op.Gal. *Bertrannus* 608
Quintum op.Ital. 1101 c

R

R Adingum monaſt.Angl. 798 c
Raithu monaſt.in Arabiâ 308 b
Rameſberia Angl. 446 f
Rameſia l.Angliæ 239 b
Rappaciale op.Luſit. 1131
Raſnuni l.Perſidis 426 e Rhaſimemyi 433 f
Raſſiæ Ducatus 897 f
Rathmath inſula Hiberniæ 47 c
Rauenna vr.Ital. 223 a 224 a 226 d 372 f 376 c 1096 c E 1099 *Sodon* 618 *Margarita V.* 548 *Gentilis vidua* 910
Raythu l.Arabiæ 723 a
Razech l.Perſidis 425 426 e 433 f
Razzia regnum 990 f 997 f 998 999 b
Redones vr.Britan.Arm. 964 c
Reginoburgum,ſiue Ratiſbona vr.Germ. 263 c
Regium vrbs Gall.Narbon. 28 29 b *Fauſtus Ep.* 28
Reimbachium op.Germ. 1146 d
Remi 201 a
Remi vicus Weſtphaliæ 1135 e
Reomaus monaſt.Gal. 635 f *Ioannes Ab.* 854
Reuelamicenſis eccl.Sueciæ 249 c
Reumuiſij mons Gal. 954 f 960 f 961 a 964 a
Rhenus fl. 295 a 642 f
Rheſſion prope Conſtantinop. 811 b
Rhinocolura, ſeu Rhinocorura vrbs Ægyptum inter & Syriam 15 a 518 d e *Melas Ep.* 15
Rhoda, ſiue Rota vr.Hiſp. 390 e 391 a 392 a *reliquiæ S.Valerij Cæſarauguſt.* 835 e 838 f 839
Rhodanus fl.Galliæ 98 a 374 c 835 d 1057 b
Rhodus inſula 464 d 476 b 515 e 516 c 529 c 714 b 1003 c 1004 b 1005 b 1006 a 1013 1138 a
Ricaudum op.Gal. 982 e
Rilliacum op.Gal. 937 b 938 f
Ripa op.Gallæciæ 751 c F
Ripa S.Vitalis op.Ital. *Manfredus Erem.* 909
Ripacurtia vr.Hiſp. 839 c
Riparia ditio Ital. 1100 c 1101
Ripatorium monaſt.Gal. 342 c
Riphæi montes 12 d
Riuenſe monaſt.S.Gildæ 954 d
Rochinghehan l.Angl. 242
Rodinigus pagus Rutenorum Gal. 404 f
Roma à Gothis capta 1109 c d regiones XIV.in Diaconos diſtributæ 253 b
Romæ. *Marcellus Papa* 3 *Fabianus Papa* 252 *Vitalianus Papa* 779 *Felix IV. Papa* 1032 *Priſcilla matrona* 2 *Ananus & Marius,Milites IX. Honorius, & 13.ſocij* 3 *Antonius, Merulus, Ioannes* 164 *Priſca V.M.* 183 *Sebaſtianus* 257 *Agnes* 350 *Irene vidua* 415 *Blæſilla vidua* 416 *Cortilia V. M.* 457 *Bellus,Florus*, & alij 455 *Emerentiana V.* 458 *Gregoria V.* 494 *Emetrius, Maximus, Feliciſſimus* 590 *Seuera V.* & ſocij 946 *Papias & Maurus* 948 *Marcella vidua* 1105 *reliq.S.Antonij* 150 e *Vincentij* 413 e *Anaſtaſij Perſæ* 423 a *Polycarpi* 695 f *Cyrilli* 844 b *Cyri & Ioannis* 1083 e
Romandiola prou.Italiæ 192 e
Romanus op.Gal. 544 c d 547

Rote-

A Rotenenſis pagus Gal. 404 f
Rotomagum metrop.Normanniæ. *Remigius, ſiue Remedius Ep.* 235 *reliquiæ S.Agnetis* 357 c
Rouaſenda Ital. 1101 c
Rouaſium Ital. ibid.
Roybonæ locus Gal. 319 b
Ruban erem.Palæſt. 306 c d 307 b 309 e 314 c e 315 e 317 c
Rugi populi 372 c Rugini 541 d
Ruilliacus vicus Gal. 765 a
Ruliacum villa Cenoman. 1141 e
Ruobachenſe monaſt.Bauariæ 263 a
Rupiacus villa Cenoman. 1141 e 1142 c d
Ruſium monaſt.Hibern. 541 e
Ruſſia Ducatus 897 f
Ruſſium caſtrum Ital. 548 c 549 b 550 a 553 b
Rutinagum Gal. 789 c
Ruyenſe, vel Rutuyenſe monaſt.S.Gildæ 954 d
Ruzafa l.Hiſp. 835 f

S

SAboloium villa Cenoman. 1141 e
Sabrina fl. Angl. 952 b
B Sæpinum vr.Ital. 586 e 587 b
Sagonna fl.Gall.al.Araris 33 f
Sahaguntus vr.Hiſp.*temp.S.Totiſi, ſeu Thyrſi* 811 d 425 b c
Salaria via 216 e 256 f 455 a vnde dicta 2 f In eâ quatuor cœmiteria 2 e 8 d
Salacia op.Luſit. 1139 c
Salernum vr.Ital. 533 f *Archilaa, Thecla, Suſanna VV.MM.* 190
Salimoſa vicus Gal. 995 e
Salon vr.Dalmatiæ 897 f
Samaria prou.Palæſt. 439 d
Sambra fl.Belg.qui & Sabis 12 c 979 c 1048 b
Samon & Samos varia loca 939 a f 941 c
Samoſata vr.Meſop. *Philotheus, Hyperechius, & ſocij* 950
Sandecum monaſt.Hungar. 897 f
Sangrum op.Ital. 445 a e
Sapaudia, quæ & Sabaudia, regio Gall. 375 d 376 a
Saraceni in Ægypto 131 b 149 b f 151 a
Saracenorũ vrb.Epiſcopalis in Palæſtinâ extructa 307 e f
Sareptha vr.Sidonior. 714 c
Sarlatenſis diœceſis Gal. 995 e 996 e
Sarta fl.Gal. 762 b 966 f 1142 e
Sathalia Turcis erepta 1006 b c 1007 d
Saurium op.Luſitan. *Martinus Presb.* 1131
Saxonia pro Angliâ 41 b 42 b 43 c 48 f 49 a 50 e
C 52 b 73 e f
Scalabis op.Luſit. 1131 c
Scandia regio Septentr. 30 a 31 a
Scandilia op.Ital. 444 a b
Scelera fl.Ital. 1029 e
Scethe, Scithi, Scheti, Schetium, regio Ægypti 108 112 b 1087 e 1088 c
Schapaiſia locus Gal. 155 e
Schermbeka l.Thuringiæ 1151 b f
Schermbeka vic.Weſtphaliæ 758 c f 1151 b
Schirburna op.Angl. 241 d
Scholarij monaſt.Palæſt. 298 d 315 e
Sconaugia monaſt.Germ. 978 c
Scotigenæ pro Hibernis 202 a
Scrobeſbiria vr.Angl. 241 f 242 c 244 f
Scythopolis vr.Palæſtinæ 299 f 300 a 301 e 308 b d 324 b 434 e
Seanbhodhai monaſt.Hibern. 1115 e
Seareſbiria, ſeu Sariſberia, vr.Angl. 241 a d
Sebaſte vr.Palæſt. 714 c
Sedula vr.Ital.nunc Caſale 636 c
Segeſteriorum ciuitas in Galliâ 772 c
Segor Palæſt. 715 e
Segoruia vr.Hiſpan. 395 c
Seguris fl.Hiſp. 403 c D
Seleucia vr.Syriæ 714 b
Seligenſtadium op. monaſt. German. *reliquiæ SS.Marij, Marthæ, &c.* 215 c
Sempta fl.Bauar. 263 a
Senonica vrbs in Galliâ 342 e 343 e 345 f *reliquiæ S.Sebaſtiani* 262 c
Sentenaria Ital. 1101 d
Sentiliacum Gal. 789 c
Septa opp.Maurit. 66 e 68 b
Septimania prou Gal. 883 b
Septimus loc.Italiæ 31 f
Sequana fl.Gal. 344 e
Seruia regio 990 f 999 b
Seyne Comitatus Germ. 976 a b d
Siarſura l.Aſſyriæ 424 c
Sicambria vrbs Pannoniæ 98 b
Sicha Palæſt. 716 c
Sichem vr.Palæſt. 716 c
Sichemium monaſt.Thurin. 758 c f 759 1151 b c
Sicilia inſula. *Babylas, Timotheus & Agapius* 592 *Fabianus & Sabinianus* 618
Sicoris fl.Hiſp. 405 c
Sidon vr.Syriæ 714 c
Sigalonium territor.Gal. 103 b E
Signia op.Ital. 780 d Comitatus 446 a
Silo Palæſt. 716 b
Siloë 1095 a
Silus fl.Gallæciæ 751 e 752 a
Sina mons Arabiæ 607 b
Sinemurum opp.Gal. *reliquiæ S.Ioannis Reomaenſis* 863 c 866 c 867 f
Sinlocheſaugia inſula Heluetiorum 382 e
Sior fl.Ægypti 716 e
Siſtaricum vr.Gal. 772 c 774 b
Sithiu monaſt. Audomaropoli in Belg. 640 c 802 803 f 878 f
Situs fl.Angl. 241 c
Slana fl.Hibern. 1111 a 1115 f
Slauonia regio 990 f 998 a b 999 c
Smyrna vrbs Aſiæ 991 a b 992 a 1002 1003 c 1004 b *Germanicus M.* 213 *Polycarpus Ep.& 12.MM.* 691
Socoth 716 e
Solaria l.Ital. 1098 e
Solra pagus Belg. 1046 f 1047 a
Soma, ſeu Somona, fl.Gal. 1121 c
Sommias ager Ital. 366 b
Somerſetenſis prou.Angl. 241 c
Sonegia opp.Hannoniæ 14 c
Sora vr.Ital. 484 f 485 e f *Dominicus Abbas* 442 *Iulianus M.* 767 F
Soractes mons Ital. 878 d
Soriſium Ital. 1101 d e
Spalatum vr.Dalmatiæ 898 a
Spellum, ſiue Hiſpellum, vr.Ital. 582 b 930 c
Spoletum vr.Ital. 582 c 585 a 588 f 833 b c 935 e 1027 c 1028 *Vitalis* 342
Stabiæ vr.Ital. 951 f *Catellus Ep.* 227
Stabulaus, ſeu Stabuletum, monaſt.Belg. *Poppo Ab.* 637
Stationa vr.Ital. 1103 c
Sterbergh Germ. 1144 d
Stoechades inſula 370 f
Strada cœnobium Galliæ fundatum 99 100 reparatum 107 *reliquiæ S.Genulphi Ep.* 101
Strada caſtel.Hiſp. *reliquiæ S.Valerij Ep.Cæſaraug.* 836 a 839 a
Strasburg, ſiue Argentina, vr.Germ. 201 c
Strata, eccleſia S.Mariæ Gall. 106 d
Strateſium l.Conſtantinop. 424 f
Stratonis turris, ſiue Cæſarea, vr.Palæſt. 714 c
Strigonium vr.Hungar. 899 f 900 c
Stromberch monaſt.Germ. 448 d 977 e f 978 b c
Suatia Ital. 1101 d

A Sublacus monaſt.Ital. 446 d
Suburra regio Romæ 214 e 259 c d
Succæ veteris laura Palæſt. 298 c 300 a 309 e
Sudreſia prou.Angl. 240 d
Suecia regio. *VVlfridus ſiue VVolfredus* 210
Sueſſio,vel Sueſſa 201 b 292 a Sueſſorum vrbs in Gal. 279 a Comitatus 287 e *reliquiæ SS.Marij,Marthæ &c.* 215 f *Sebaſtiani* 261 278 279
Sueui populi Germ. 202 e
Suighe-Lagen mons Hibern. 1115 e
Sulcenſis Comitatus Germ. 750 d
Sulgouia diſtrictus Sueuiæ 383 e
Sulichgeuue pagus Germ. 382 e
Sura prou.Ital. 606 c f
Sura fl.Belg. 1138 c
Surdiliacum l.Gal. 491 a 492 d
Surrentum vr.Ital. 533 f *Valerius Ep.* 29 *Athanaſius Ep.* 732 *Baculus Ep.* 950 Surrentina terra 229 a
Suſacim ſolitudo Palæſt. 298 d 300 b 309 e
Suſatum vr.Weſtphal. *reliquiæ S. Patrocli* 347 1143 1144 1145
Suthamtunenſis prou.Angl. 240 d
Sutriæ vr.Italiæ 50 c Sutrium 200 b
Sutſaxonia prou.Angl. 240 d
B Sybilia pro Hiſpali vr.Hiſp. 66 a
Sycenius locus Cariæ 601 f
Syene prou.Ægypt. 108 a c
Syracuſæ vr.Siciliæ 162 d 222 a b 226 c
Syria. *Euſebius Ab.* 486 *Mauſymas Sacerdos* 489 *Salamanes Silentiarius* 490 *Macedonius Crithophagus* 593 *Marus Ab.* 627 *Simeon Priſcus Ab.* 709 *Petrus Ægyptius* 771
Syria à Perſis vaſtata 7.ſec. 500 d 501 b 518 c

T

TAbenna inſula Ægypti 1095 b c
Tabenneſiotæ 723 d
Tagabeorum vicus Palæſt. 326 d
Taginæ vr.Ital. 586 d
Tagus fl.Luſit. 411 f 1059 d
Talauera vr.Hiſp. 896 c
Tamirenſis pagus Gal. 404 a
Tanetus,ſiue Thanatos,inſula Angl. 176 f
Taphnæi campi in Ægypto 716 e
Tapiæus mons Luſit. 1131 a 1132 a
Tarantaſia vr.Gall. 376 b 377 c 887 c *Iacobus Ep.* 26
Tarbenſis ager in Gal. 389 d 390 a
Taroanna vrbs Morinor.in Belg. 33 c f *Ioannes Ep.* 794
Tarraco vr.Hiſpaniæ 457 f *Fructuoſus Ep. Augurius, Eulo-*
C *gius* 339
Tarſatica vr.Liburniæ 881 f
Tarſus vr.Ciliciæ 467 a c 468 d 479 e 480 a
Taudiniacus villa Cenoman. 1143 a
Tauiſtokenſe monaſt.Angl. 240 c
Teach-mune monaſt.Hibern. 1116 d
Teate vr.Ital. 586 e 587 b
Teſius fl.Scot. 540 a
Teleda vic.Syriæ 486 f
Temoria vr.Hiberniæ 1112 d 1115 d 1119 e
de Tenellis monaſt.Belg. 1053 c
Tetrapylum Cæſareæ Palæſt. 438 c d e
Tetrapyrgia l.Syriæ 726 c
Teuoitus fl.Scot. 540 a
Thabor mons Palæſt. 716 d
Thamnatſar Palæſt. ibid.b
Tharifæ portus Bæticæ 68 c
Theanum vr.Ital. *Amaſius Ep.* 484
Thebæ vr.Bœotiæ 565 e 991 e f
Thebais regio Ægypti 147 c inferior 108 c ſuperior 108 c 131 a Thebaida 143 d 151 d *Aſclas M.* 455 *Ammonas* 722 *Leonides M.* 823
Thecua op.Palæſt. 715 f
Thecue vicus Palæſtinæ 298 b ſolitudo 298 c 307 b
S.Theoctiſti monaſt.ædificatum 304 D
Theocorum, ſeu Thæcorum monaſt.in Palæſt. 298 c 315 f 322 e
Theopolis,ſiue Antiochia 592 b 780 b
Theotmelli l.Germ. 880 b c
Thermæ Diocletiani extructæ 5 f 10 f
Thermæ Saluſtij Romæ 8 f
Thermæ Traianæ Romæ 948 e
Thetfordia vr.Angl. 241 c
Thetis fl.Hiſpan. 167 e
Thetus fl.Angl. 241 c
Thicis fl.Hiſp. 390 e
Thiraſcia regio Gal. 385 c *Maccalinus Ab.* 386 c
Thomarium op.Luſit. 1131
Thracia vaſtata 4.ſec. 302 e
Thraſymenus lacus Ital. 947 f
Thuricinus lacus 383 a
Thynimuta locus Northumbriæ 60 c 61 d e
Tiberias Palæſt. 308 b 716 c
Tiberis fl.Ital. 216 f
Ticinum vr.Ital. 879 971 a *Epiphanius Ep.* 364 *Armentarius Ep.* 1055 *Liberata V.* 32
Tigris fl.Meſopot. 430 c 435 c
Tigrea prou.Abbatiæ 162 f
Tigurinus lacus 384 c E
Tigurum op.Heluet. 383 d
Tila,ſeu Thulæ,vltima terrarum 291 c 292 a
Titulus Equitij Romæ 948 e 949 b
Titulus Eudoxiæ Romæ 260 b
Toletum vr.Hiſp. 1057 b *Ildephonſus Ep.* 535 an patria S.Thyrſi? 808 c *templum & reliquiæ S.Thyrſi* 811 c
Toloſa vrbs Galliæ 93 f 369 e 370 a c *reliquiæ S.Sebaſtiani* 262 c
Tomi vr.Scythiæ. *Bretannio Ep.* 621
Tondum villa Cenoman. 1141 e
Torciacum inſula Gal. 493 d
Torna fl.Aſſyriæ 414 b
Tornacum vr.Belg. 805 b c d *reliquiæ S.Antonij* 150 e *S.Sebaſtiani* 26 e *S.Vincentij* 400 a
Tornodorum op.Gal. 788 789 790 e 855 a 857 d 863 b 955 c
Tornuſium op.Gal. 955 e
Tortola Hiſp. 896 f
Traguntanum Ital. 1101 c
Tragurium vrbs in Illyrico 899 c
Traiectum vr.Belg. *Sulpitius Ep.* 196
Traiectum Friſiæ,vulgò Vltraiectum,vr.Belg. 645 f
Tranſtiberim caſtra 216 d 217 a
Trapezus vr.ad Pontum. *Valerianus,Candidus,&* ſoc. 349
Traſimenus lacus Ital. 586 c F
Trebia vr.Ital. 582 c 583 b 585 a *Æmilianus Ep.Hilarianus,Hermippus,Dionyſius* 833
Trecæ, ſeu Tricaſſium vrbs in Galliâ. *Bobinus Ep.* 1124 *Patroclus M.* 342 *Sabinianus M. Sabina V.& multi MM.* 935 *reliquiæ S.Sebaſtiani* 262 c
Trenorchium vr.Gal. 955 e
Treſſenorum familia Laude Pompeiâ 1029
Treuiri vr. Germ. *Synaldus* 387 *Marus Ep.* 730 *Valerius Ep.* 917 a *reliquiæ S.Sebaſtiani* 262 c
Treuiris primi monachi 117 b
Triganum Gal. 789 e
Tripolis vr.Phœniciæ 323 a Tripolitana regio 133 a
Triſaltus l.Ital. 445 a f
Troicus mons Ægypt. 109 a
Tudurninſis vicus Gal. 289 e
Tudertum vrbs Ital. 213 a 589 a *Seuſtius & 70.Mart.* 947 *reliquiæ S.Leucij* 808 f
Tuidi fl.Scot. 540 c
Tullenſes populi Gall. 201 b
Tulpiacum op.Iuliæ 356 e
Tunicenſis vrbs Mauritaniæ 987 e
Turones vr.Gal. 106 f 200 f 450 c f *Voluſianus Ep.M.* 194

Turo-

A Turonicus pagus 177 d 178 b
Turquia 1005 c 1006 e 1014 a
Turris Dominica l.Gal. 177 f
Turris Eudoxiæ Imperatricis 298 d 315 e
Tuſculanum Ital. 445 c
Tweda fl.Scot. 540 a
Tyrus vr.Palæſt. 726 c

V

VAcia vr.Hungar. 899 f 900 c
Vaciacum Ital. 1101 d
Vacunæ fanum 586 f 587 b
Vahalis,ſiue Wahalis,fl.Belg. 883 a
Valcellæ monaſt.Belg. *Richoardus* 892
Valentia vr.Gall. 835 d
Valentia vr.Hiſp. 834 d f 983 a *Vincentius M.* 393
Valentia Mauris erepta 984 985
Valentianæ vr.Belg. 788 b
Valeria prou.Ital.vbi:vnde dicta? *Martyrius monachus* 494
Valeria via Ital. 494 c
Valkenburgum op.Belg. 1144 e
Vallaui populi Gal. 547 f
Vallis-aurea monaſt. 25 c
B Valliſoletum vr.Hiſp.*reliquiæ SS.V.Martyrum Ord.S.Franciſci* 63 d
Vallonia l.Ital. 586 f 587 b
Varadinum vr.Hungar. 900 c
Vaſconia regio 8.ſec. 879 d 880 e
Vdalahacham rupes Hiſp. 835 b
Vegetij-Vallis Ital. 1101 c
Vena fl.Hiſp. 1060 a
Veneti populi Gal. 954 d 961 f 964 b
Venetiæ vr.Ital. 1007 1008 1010 f 1011 1012 1136 c
reliquiæ S.Anaſtaſij 425 b
Venetorum bellum cum R.Hungariæ 14.ſec. 999 1000
Venetus lacus Germ. 1033 c
Venton monaſt.Gal. 793 a
Venuſinus Comitatus in Galliâ 1135 e
Vepras l.Gal. 203 b
Verardinum Ital. 1136 e
Verbanus lacus Ital. 1103 d
Vernicella Cenoman. 1143 b
Veromandenſis pagus ditio Gall. 35 c
Verona vr.Ital. 196 210 c f 211 b 286 b c 1136 e 1160 e
Veſolenſe caſtrum Burgund. 493 a
Veſontio vr.Burgund. *Maimbodus M.* 542
Veſprimium op.Hungar. 897 c 898 e 899 e 900 c 907 b
C Veſuuius mons Ital. 370 e
Vettona op.Ital. 586 a
Vetula op.Gal. 547 f
Vetus-mons monaſt.Germ. 979 d
Vicohabentia vicus Ital. 780 a
Vicus-Equenſis op.Ital. 1084 b
Vidua villa Gal. 356 e 357 e
Vienna vr.Auſtriæ. *digitus S.Ioan.Eleëmoſ.* 530 e
Vienna vr.Gall. 149 b e 150 a b 154 835 d 939 d
Bernardus Ep. 544 *corpus S.Antonij* 149 b 150 e 152 f
veſtis S.Antonij 150 e
Villa-franca vr.Hiſp.*reliquiæ S.Sulpitij Pij Ep.Bituric.* 167 e
Villa-maior monaſt.Hiſp. *Redigundis* 975
Villarium monaſt.Belg. 449 e 752 f *Carolus Ab.* 976
Vina fl.Gal. 1137 e
Vinacum loc.Gal. 155 e
Vincentia,quæ & Vicentia,vr.Ital. 589 a
Virdunum vr.Gall. 386 e *Adelvviua* 638 b
Viridis-augia monaſt.Germ. *reliquiæ S.Sebaſtiani* 1140 b
Viriſio op.Gal. 170 c
Viſtula fl.Polon. 882 c D
Vitauia monaſt.Poloniæ 690 f
Vitulæ-albæ Inſũ.a in Hibern. 542 e
Viuarium l.Gal. 204 f
Viuificus l.Gal. 753 a
Vlma vr.Germ. *Henricus Suſo* 652
Vlte fl.Morinorum vnde dictus? 33 c 34 b
Vltraiectum,vr.Belgij. *reliquiæ S.Agnetis* 355
Vlyſſippo vr.Luſit. 1131 c d *reliquiæ S.Vincentij* 406
ſtatua S.Sebaſtiani celebris 1139 c
Vnda fl.Hiſp. 390 c
Voconia Ital. 1101 c
Vogeſus,ſiue Voſagus,mons Lotharing. 201 c f
Volouicum l.Aruern. 635 d
Voſagus mons Lotharing. 631 c 635 c
Volutus mons Gal. 789 a
Vpſala vr.Sueciæ. *Henricus Ep.M.* 249
Vra,ſiue Ourta,fl.Belg. 1138 c
Vrbatus vicus Galliæ 79 f
Vrfa fl.Germ. 1146 a
Vtinga villa Galliæ 33 f

W

WAlciodorum monaſt.Belg. 386 e 646 a
Waldarij-cella Gal. 405 a E
VVahalis fl.Belg. 883 a
VVallia 602 c 603 c 606 d
VValtenhouen vicus Bauar. 58 e
VVarendorpia op.Weſtphal. 1154 b 1156 e
VVarwicenſis prou.Angl. 239 c 240 246 d
VVarneſton op.Flandriæ 795 d 802 c f
VVaſloi monaſt. 639 f 643 e
VVatenæ,ſeu VVatinenſe,monaſt.Fland. 798 c e
VVedon monaſt.Angl. 602 f
VVeisfordia vr.Hibern. 1111 a
VVengelberg op.German. 1155 d
VVelli op.Angl. 241 c
VVendenſis Comitatus 978 b
VVenlochium monaſt.Angliæ 176 f
VVere fl.Angl. 60 e
VVeſalia vr.Germ. *templum S.Sebaſtiani* 264 d
VVeſtberia monaſt.Angl. 246 a
VVeſtgotia regio 250 e
VVeſtphalia regio Germaniæ 1144 d
VVlccij populi Angliæ 238 b
VVichmuodi loc.Germ. 880 c
VVigornia vr.Angliæ. *VVulſtanus Ep.* 238
VVigreceaſtra,ſiue VVigornia,vr.Angl. 241 f 242 d
VVilarium monaſt. 646 a
VViltonia vr.Angl. *Brithvvaldus Ep.* 446 F
VVimaranna op.Luſit. 411 c e
VVindeſora caſtrum Angl. 240 f
VVindimiacum villa Lotharingiæ 386 f
VVintonia vr.Angl. 446 c e
VVirtzenburch,ſiue Herbipolis,vr.Franconiæ 645 f
VVolowicenſe monaſt.Gal. 381 d

Y

YEcla l.Hiſp. 896 e

Z

ZAba fl.Aſſyriæ 424 b
Zadra vr.Dalmatiæ 1000 a c
Zagabria vr.Sclauoniæ 991 b
Zamora vr.Hiſp. 537 f 538 b
Zaraa l.Hiſp. 835 b
Zeugma vr.Syriæ. *Publius Ab.* 621 622 a e
Zoara,olim Segor Palæſt. 715 e
Zyphon l.Palæſt. 298 306 d 307 a

INDEX ONOMASTICVS
IN XVI. POSTERIORES DIES IANVARII,

siue breuis collectio vocum barbararum, vel minùs vsitatarum, quæ in Vitis SS. iis diebus occurrunt.

Litteræ A,B,C,D,E,F, *magis etiam quàm alibi necessariæ ad certum indicandum paginæ signatæ spatium, intra quod eæ reperiri voces queant.*

Plenius posteà Onomasticum, siue istiusmodi vocum Lexicon fiet. Hîc succinctè recensentur, additâ quandoque significatione; vt cui vox aliqua occurret minùs obuia, dispicere valeat num quæ hîc similis existat.

A

ADmiratus *Princeps* Pag.1002 c
Adorea *gloria* 82 f 83 b
Agape *eleëmosyna* 142 c
Albaranum *membrana* 26 a
Alipta *vnctor* 435 a b
Alodum siue allodium 204 b e
Ambar *odoramentum* 290 c
Analogium *vmbo vel pulpitum* 977 e
Anastrophon *inuersio* 202 d
Apocatastasis planetarum 274 b e
Apsis 537 a 539 b
Aquamanile, *aqualis* 811 f
Archicapellani Aulæ 275 a d
Archisterium, monasterium 138 d 139 b 200 e
Ariomanitæ *Ariani* 135 b
Arquites *arcubus instructi* 14 a
Arsura, *ignis sacer* 156 e
Artaba *mensura* 499 e 500 a
Arura, *mensura terræ* 121 e 122 b
Auca, *anser* 243 b d 246 d
Axes *tabulæ* 243 c d

B

BAndon, *signum militare* 439 d e
Barca *nauis genus* 830 b c
Barilla, *vas, cadus* 1068 a c
Benedictio eulogiæ, *cibi benedicti* 870 a d
Beneficiarij *ministri Imperatorum* 340 a 341 a
Biberes, *scyphi* 648 f 649 c
Biretum *pileolum* 250 b f
Birrus, *vestis* 204 c e
Bisacutum, *bipennis* 131 c f
Boa, *serpentis genus* 57 a e
Bullatus 429 f 430 a

C

CAballarius, *eques* 429 b 433 d
Caganus, Princeps Hunnis 881 e
Caligula & caliga, *genus calceamenti* 33 b d e
Cambutta, *baculus, vel pedum pastorale* 57 a 492 e
Campana *statera* 499 e f
Cancellarij Ecclesiæ Romæ 266 a 499 b f
Carabus *nauis genus* 822 a e
Caraxare 202 d
Castra *Aula Principis.* Castrensiani *aulici* 597 f 598 d
Casubula, *casula sacerdotis* 650 a d 651 a
Catabulum *stabulum* 5 d
Catagogiorum festiuitas Ephesi 566 f 568 e
Catasta 8 e
Catomus *genus tormenti* 572 d 573 a
Cauma *æstus solis* 27 e
Centonium *vestis* 316 e 317 a
Ceroferalia *candelabra* 285 e
Cicindilum *lampas vitrea* 176 a d
Cimelium. cimeliarchium 503 f 504 f
Climacteres *anni scansiles* 274 b e
Clinicus *ager lecto affixus* 713 d 714 a
Cliothetrum 283 a
Cluor, clueo, cluo 94 e
Collecta *conuentus diuini officij* 719 a f
Colobium, *vestis lintea monachorum* 119 c
Columbar *vinculi foramen* 83 f
Comitatus *Aula Principis* 266 e 267 b 882 a
Commerciarius *negotiator* 435 a b
Compater 502 f
Concha, *peluis* 8 a
Condyloma *inflammatio in articulis digitorum* 273 a
Confessio *pars Ecclesiæ* 276 d f
Consuffugare 813 f
Crepa 736 f
Crithophagus *hordeo vescens* 493 c
Cuculla *vestis monastica* 119 e 202 c
Cucuma *vas* 352 b 353 b
Curiosus *Palatinus* 840 d 841 d
Curtisani 162 b

D

DEfensor Ecclesiæ in Oriente 500 a 501 b
Despotæ *titulus honoris* 1001
Dextrochirion *monile* 351 b f
Diaconi regionarij & Cardinales qui olim 253 b
Diaconicon *sacrarium* 433 c
Diagrapha *descriptiones census* 780 f
Digladiabile odium 244 c
Diœcesis *parochia* 634 a d
Dogi 821 a
Dominicum κυριακὸν *templum* 135 c e 841 a
Duciculus *ligamen vasorum* 492 c

E

EMbrimium *ceruical* 316 e 317 a
Entheca *arca* 501 c 502 b
Ependytes *vestis superior* 119 e
Epirhedium *vehiculum* 11 d
Esophorium *vestimentum* 506 d 507 c
Eulogia 631 a Eulogiæ, *cibi benedicti* 859 c d
Eulogiæ *eucharistia* 199 d e
Exagellium & exagella *trutinæ* 376 f 377 c
Eurythmia *concinnitas* 289 e
Exceptores *notarij* 365 c f

F

FIgulina 130
Filtrum, *linteum, villosa vestis* 385 a d
Flammeum *velum* 721 a c
Fulciatorium 203 e

Gabatæ,

A

G

GAbatæ, ſiue Gabati, *patinæ* 355 b
Gabbara *Ægyptiis corpus ſiccatum* 140 b
Ganfalenerius *vexillifer* 1071 b c
Genta, ſiue Ganta, *genus anſeris* 106 e
Gladiolus & Gladiolis, *herbæ genus* 548 b d
Glaucoma *vitium oculorum* 293 b c
Gluto, *ganeo* 266 c e
Gomphi 820 c
Grafio *Comes* 83 b
Gumfus *clauus maior* 278 c e
Guſtrum *vas* 812 b f

H

HÆtedium 12 a c
Herpes eſthiomenus *vlcus vorans* 158 e 159 a
Hodœporicum *iter* 289 c e
Homophagia *cruda comeſtio* 120 c
Hypocamiſium 505 e 506 a

I

INtercapedinare 13 f
Irenarchus Aſiæ 703 a 704 d f 705 f 706 b 707 b e

B

K

Κυριακὸν *Dominicum, templum* 135 e 841 a

L

LAbes *lapſus* 174 e
Lama *lacuna* 334 d
Libitinarium *veſtis monaſtica genus* 119 c
Lipſanæ f.g. 642 a
Logotheta quis 501 f 502 c

M

MAfortes *pallium* 120 a
Malagma *medicamentum emollions* 289 a
Mancipium *piſtrinum* 506 d 507 c
Manipula *ſcipio.* 287 f 288 c
Manſio *ſtatio itineris* 138 f 139 d
Manuthia 324 d 325 c
Marchiſus *Marchio*, *Comes* limitaneus 640 c 642 d e 648 d f
Margaritum *vnio* 52 c
Maſſa *villa* Maſſarius *villicus* 995 d 996 c
Mechir menſis Ægypt. 840 a e 841 a
Melotes *veſtis pellicea* 119 d
C Menomenæ *piſces* 505 c
Merges *manipulus ſegetis* 106 c
Milliariſius, & Milliarenſis nummus 436 f 437 a
Monogramma, *ſigillum, effigies* 292 f 293 c

N

NAtta *Storea* 245 e f
Nonna 515 a c
Notarij Rom. Eccleſiæ qui 4 f in Actis Martyrum deſcribendis 263

O

OFficium *ſatellitium præſidis* 340 b 341 b
Orama *viſio* 358 c e 359 a

P

PAlfredus, ſiue Palefridus *equus* 979 d
Papæ nomen Epiſcopis tributum 235 d 538 630 e
Parabolani, ægris & peſte infectis deſeruientes Alexandriæ 847 a
Paracheimadion *ſtatio Hiberna* 439 f
Patroni regionis Romæ 276 d
Paubo *vehiculum* 9 a 278 c D
Paximatium 631 c
Pedibulum *virga lictoria* 340 a 341 b
Pero *ſaccus coriaceus* 830 a c
Petalum *lamina* 173 e 174 a
Phlebotomare *venam aperire* 866 f
Phocæ *vituli marini* 250 e f
Phrygium *mitra* 850 e f
Pictacium 375 d Pittacium 502 a c
Placitum *conuentus forenſis* 243 b d
Placoton *tabella marmorea* 258 d
Planca *tabula* 5 b e 9 b
Platonia 258 c
Polyandrum, *cœmiterium* 168 a *ſepulchrum* 636 b
Potentia, *baculus infirmorum* 161 d
Praxit *pranſus eſt* 780 e
Protonotarij dignitas 253 c
Pſiatus *matta* 505 d f

R

RAchana 509 b 510 a Rachanella *panniculus* 505 e 506 a
Regmen *regimen* 237 b 238 d
Rheuma, *fluctus maris* 19 c E
Roga *ſtipendium* 437 c d 500 e
Ropalon *claua, fuſtis* 566 e
Rubrica *regula* 206 b d

S

SAcciperium 11 d
Samittium *panni genus* 979 c e
Scara *multitudo hominum* 99 e
Scorpio, *flagelli genus* 6 f
Sellarius *ductor equitum* 429 b 430 f 433 e 435 f 436 b
Senior *dominus* 57 c
Siliqua *24. pars ſolidi* 499 a f
Sindon *lintea veſtis* 507 d 508 d
Sitarcia *pera* 90 b
Solea *calceamenti genus* 340 a 341 b Solium *ſedile* 341 b
Statio pro ieiunio 340 c 341 d
Syndetus *coniunctus*. Syndeſmos *coniunctio* 274 b e

T

TArichum *ſalſamentum* 134 a e
Temperius, *citius* 289 d
Tholus 509 b 510 a
Tinna *vas* 812 f 820 f
Titulus, eccleſiæ 5 d F
Torneamentum *haſtiludium* 976 f
Trapezeta pro *monetario* 293 a
Tremiſſis *tertia pars ſolidi* 499 b f
Trichina *funiculus* 113 e 132 a
Tripoda *tripus* 6 f
Trogulus 83 e
Trutannus *hiſtrio* 979 c
Typhocomium *domus in quâ cæci aluntur* 439 c d

V

VErboſare 44 b
Veredus, *equus* 7 e

W

WAnti *chirotheca* 543 d 544 a

X

Xerophagia *arida comeſtio* 120 c

Z

ZEma 505 d 506 a
ZZeta 266 f 267 b Zetarius 276 b d
Zœta 867 a

INDEX

INDEX MORALIS
IN VITAS SANCTORVM
XVI. POSTERIORVM DIERVM IANVARII.

NOn ſola hic virtutum aut vitiorum nomina expreſſa, ſed rerum omnium vocabula, quarum notitia ad virtutum vitiorumq́ tractationem viſa eſt accommodata: vt ſint veluti Vniuerſales loci communes. Ampliores pòſt toto ex opere conficientur.

Litteræ A,B,C, *&c. margini appoſitæ, aut in ipſo Indice rerum expreſſæ, quid ſibi velint, ſuprà ante Indicem Hiſtoricum indicatum eſt.*

A

B ABbates Sancti *in hoc Tomo.* Orientis: Ægypti, *Antonius* 107. *Apollonius* 623. *Ammonas* 722. Syriæ, *Euſebius* 486. *Publius* 621. *Maras* 627. *Simeon Priſcus* 709. Palæſtinæ, Hegumeni *dicti, Euthymius* 240. *Theocliſtus* 318. *Geraſimus* 318. *Gabriel* 731. Abbates Sancti. Occidentis: Italiæ, *Honoratus Fundis* 32. *Dominicus Soræ* 442. Hiſpaniæ, *Emerius* 781. *Adelelmus* 1056. Galliæ, *Furſæus* 30. *Ricimirus* 177. *Deicolus* 199. *Launomarus* 229. *Marius Bodanenſis* 772. *Ioannes Reomaenſis* 854. *Gildas Sapiens* 952. *Bertrannus* 608. Belgij, *Poppo* 637. *Maccallinus* 385. Hiberniæ, *Fechinus* 329. Abbates Ciſtercienſes *B. Albericus* 753. *Carolus Villarienſis* 976. Abbates Martyres *SS. Suranus* 606. *Amarinus* 628. Abbas Caſtrenſis *S. Sulpitius Pius* 168 *f* 169 *b*. Abbas *inuitus creatur Carolus Villarienſis* 978 *d*. *abdicare ſe cupit* 979 *a*. *abdicat* 980 *a*. *vti & S. Adelelmus* 1059 *b*. Ex Abbatibus Epiſcopi, *Vide inter* Epiſcopos.

Abnegatio ſui *in Henrico Suſone* 665. Abnegatio ſeculi, *imperfecta obicitur à dæmonibus S. Furſæo* 38 *e* *qualis à S. Antonio requiſita* 142

Abortionis *periculum pellitur potatâ aquâ benedictâ à S. Macedonio Crithophago* 595 *f*

Abſorbentur *terrâ diripientes cibum S. Cadoci, iterum eſcâ intactâ* 604 *a b*

Abſtinentia *rara monachorum Tabennenſium* 723 *d e*.

C *S. Antonij eiuſq́ monachorum* 120 *b*. *ob* Abſtinentiam *in Bacchanalibus diuinâ viſione recreatur Henr. Suſo* 659 660 680. Abſtinentia *optima quæ præuenit ſatietatem, & reprimit indigentibus alimentum.* S. Euthymius 305 *a*. *Vide* cibus, potus, ieiunium, dormire, caſtitas *&c.*

Accuſatus *temerè & falsò monachus, conſulens ſaluti puellæ, iuſſu S. Ioannis Eleemoſynarij verberatus, monitu diuino reperitur Sanctus* 507 *f* 508 *a b* 524 *f* 525 *a b*

Aceto & ſale *perfunduntur, membra S. Eugenij* 349 *e*. *& facibus adusta SS. Cyri & Ioannis* 1087 *b*

Adoleſcentia ſancta & pia *SS. Furſei* 46. *Genulphi* 82. *Launomari* 233. *Euthymij* 302. *Epiphan. Ticinen.* 365. *Gaudentij* 418 *b*. *Clementis Ancyrani* 471. *Præiecti* 633. *Polycarpi* 695. *Aidani* 1112 Adoleſcentia diſſoluta *S. Andreæ Corſini ope Deiparæ emendata* 1065 *c d* 1073 *f* 1074 *a* Adoleſcens *15. annorum capitur S. Neophytus* 297 Adoleſcentem *leuem & politum S. Gabrielum non permittit è cellâ egredi S. Euthymius ob adſpectum quaſi muliebrem periculoſum* 308 *a*. *Vide* puer, Iuuenis.

Adulteram *monacham adſciſcens repudiatâ vxore Comes Alſatiæ, vermibus ſcatens expirat* 208 *c*. *Vide* Carnis vitia, Impudicitia, Fornicatio, meretrix *&c.*

Aduocatus *fidei S. Cyrillus* 843 *b*

Æquali *animo & vultu S. Antonius in proſperis & aduerſis* 124 *e* 132 *f* 135 *a*. *Damides Ab. etiam acceptâ iniuriâ* 488 *b c d* Æqualis *erga omnes S. Furſæus* 41 *a*

Affabilis *ſermonem diuino ſale condit S. Antonius* 135 *f*. *omnibus ideò carus* 137 *e* E

Afflictionem *piis cur Deus permittat* 684 *f* Afflictionem *piis tria gaudia Deus promittit* 675 *c* Afflictiones *ſuas cum gratiarum actione Deo offert Henr. Suſo* 674 *d*. *ad idem præſtandum afflictos iuuitat* 674 *e* *ob* Afflictionem *toleratam corona S. Birgittæ fertur à S. Agnete apparente* 361 *c* Afflictionem *Eccleſiæ biennio pòſt illatam præuidet S. Antonius, vt auertatur orat* 137 *e* Afflicto *nemine ad ſe veniente, flet S. Ioan. Eleemoſ.* 500 *b* 519 *a*

Agnoſcitur *S. Antonius ex reliquis monachis ob vultus hilaritatem* 134 *a* Agnoſcunt *ſe inuicem, alter alium mortuum credens, SS. Ioannes & Arcadius fratres* 728 *e f* Agnoſcuntur *à parentibus* 729

Agnus *candidiſſimus ad dexteram S. Agnetis in medio Virginum apparet* 353 *d* Agnus *piſcem S. Aldegundis contrà coruos defendit* 1038 *e* 1045 *a* Agnelli *duo candidiſſimi benedicuntur Romæ in feſto S. Agnetis, è quorum lanâ ſtolæ variis crucibus inſignitæ in vſum ſacrum Pontificum conficiuntur* 355 *c* Agninis *pellibus non felinis amicitur contrà frigus S. Vulſtanus, quòd cantetur* Agnus Dei, *non* Cattus Dei 244 *b* 248 *b*

Agrum *colit S. Martinus Presb. Saurien.* 1134 *b* Agrorum *limites controuerſos filo deſignans foſſam miraculosè eruit B. Lufftildis* 1147 *c* *ab* Agris ſatis *mures abiguntur aquâ benedictâ S. Vrbani Lingonenſis* 494 *a* F

Alapis *cæduntur 5. MM. Minoritæ* 67. *facies S. Priſcæ* 185 *d*. *S. Clementis Ancyrani* 465 *a* 476 *e* Alapâ *qui percuſſerat S. Vitalium, eo moriente, à diabolo alapâ acceptâ poſsidetur* 512 *b c* 527 *c e* Alapâ *inflictâ, à dæmone correptum liberat S. Poppo* 646 *f*

Alunt *quotidie SS. Cadocus* 100. *Clericos*, 100. *pauperes viduas, præter hoſpites & monachos* 604 *b*. *S. Ioannes Eleemoſ. pauperum 7500. quos Dominos ſuos vocat* 499 *d* 518 *e* Alit *primo die cuiuſq́ menſis* 300. *pauperes S. Poppo* 650 *e* Alit *Chriſtianos tempore perſecutionis S. Chromatius* 275. *Vide* Eleëmoſyna, pauperes.

Alleluia *cantato, loco campanæ conuocantur ad officium Virgines in cœnobio S. Paulæ* 719 *a*

Altare *conſecrat S. Marcellus* 6 *c* Altaria *reſpergit ſanguis Chriſtianorum ab Arianis effuſus* 137 *f* 138 *a*. *diripiuntur ab Arianis* ibid. Altare *à mulis conculcatum S. Antonio oſtenſum, Arianorum rabiem indicat* 137 *f* 138 *a* *in* Altare *S. Marij Bodan. lapidem proiiciens, punitur contractione neruorum* 775 *f*

Altercatus *in pauperum fauorem cum Patricio Imperatoris S. Ioan. Eleemoſ. ante ſolis occaſum ei reconciliatur* 504 *a* 522 *b*

Amentiam *fingit S. Vlphia V. diuinitus edocta vt procorum inſidias euitet* 1123 *d*

Amentis

A Amentis *instar habitus S. Petrus Telonearius à Christo recreatur* 506 *f* 524 *c* Amens *factus detrahens S. Dominico Abb. ab eo sanatur* 446 *a d* Amentes sanantur, *ope SS. Sebastiani* 1139 *e. Iuliani Conchensis* 896 *e. Andreæ Corsini apparentis* 1077 *b. potatâ aquâ frigidâ, benedictâ à S. Macedonio Cruthophago* 595 *c. signo Crucis a S. Aldegunde* 1039 *f* 1046 *d. cæruleali & mitrâ B. Andreæ Corsini, capiti impositis* 1037 *e. admotis eius reliquiis* ibid. *d*

Amissâ recuperantur: *inuocato S. Vincentio, bos* 411 *e. pellicula* 412 *c. panni* 412. *pecunia* 411 *f* 412 *a b. ope S. Caroli Magni bona furto ablata* 890 *f* 891 *a. Vide* Furtum.

Amatur *Antonius adolescens puro affectu vt filius aut frater, licet omnes gloriâ anteiret* 122 *a b* Amor proximi *in SS. Antonio* 146. 147. *Sulpitio Pio* 173. *Ioanne Eleemos.* 500. *& seqq. eius defectus obicitur à dæmonibus S. Furseo* 38 *e. Vide* Zelus. *ab* Amore sæculi *quibus modis ad Deum trahat suos Henr. Suso* 685. *ab* Amore illicito *vt sanctimonialem auocet, gibbum ei impetrat Henr. Suso* 685 *d*

Amicitiarum *tenax Carolus Magnus* 883 *f*

Anachoreta *vide* Eremita.

Anathemata *S. Sebastiano Suessione oblata LXXX. modiorũ numismatum argenti, nongentæ libræ auri, monilia mulierum, vasa &c.* 288 *c. aliâ Ludouici Pij Imp.* 292. Anathemate *voto S. Andreæ Corsino lepra tollitur* 1077 *a*. V. singulos
B morbos, & res quæ offeruntur.

Angeli *referunt Sanctiss. Trinitatem conformitate faciei, claritatis & modulationis* 37 *b* 47 *f. diuinitatis abyssum inuolutione corporum, quæ videri non possunt. ita* S. Furseus 48 *a* Angeli baptizandum *S. Thyrsum ad Episcopum educunt, & post reducunt* 820 827. *Baptizato S. Bassiano dant vestem candidam* 222 *e. à non baptizato S. Chromatio vetant se attingi* 274. Angeli campanam *sono miraculosam dant S. Furseo* 51 *c* Angeli canunt, *in natiuitate S. Iuliani Conchensis* 894 *a. matutinas preces, vidente S. Petro Nolasco* 989 *e. laudes Mariæ Virginis cum Henr. Susone* 679 *e f. Te Deum laudamus in morte S. Henrici Angli* 61 *e. apparentes S. Furseo, Ibunt Sancti de virtute in virtutem &c.* 37 *b c* 47 *f* 54 *c. & IV. choris Sanctus, Sanctus &c.* 39 *a. cantu, tripudiis, & amplexu recreant Henr. Susonem* 656 *f* 657 668. *morbo liberant* 668 *f* Angeli in carcere *psallunt noctu cum SS. Prisca* 185 *d* 186 *a. Anastasio Persâ* 429 *c. recreant SS. Clementem Ancyranum & Agathangelum* 465 *b* 476 *f. confirmant S. Archelaam* 191 *f* 193 *d. pascunt S. Iulianum fame tortum* 767 *e. inuisentes S. Vincentium compedes soluunt* 396 *e. liberant S. Apollonium Ab.* 624 *f. & captiuos f actis catenis ostioq; aperto orante S. Iuliano Cenomanensi* 766 *a* Angeli cibum *deferunt SS. Neophyto* 297 *d. Apollonio* 624 *c. Clementi Ancyrano & Agathangelo* 464 *e* 476 *a. Iuliano* 767 *e* Angeli comites *Christi apparentis S. Aldegundi* 1038 *a. S. Bathildi* 741 *d. deportant die deficiente*
C *S. Aidanum* 1113 *a. custodiunt S. Agnetem in lupanari* 352 *b* 354 *c* Angeli *contra* dæmones *addicunt Henrico Susoni protectionem* 680 *f. monent S. Cyrillum, vt eos Sanctorum reliquiis pellat* 846 *a. iis pulsis recreant S. Meinradum* 383 *f.* Angeli debita *à B. Gualtero Brugensi pro pauperibus contracta soluunt* 450 *c.* Angeli hospitio *excipiuntur habitu pauperis à S. Iuliano Hospitatore* 974 *f. hospitio excipi iubent SS. Vincentium & Orontium à S. Victore* 390 *e* Angeli in mare *deiectos & saccis insutos educunt SS. Clementem Ancyranum & Agathangelum* 465 *e* 477 *e. Thyrsum* 814 *c* 822 *a* 830 *a b. sustentant S. Aldegundem super aquas incedentem, vt nuptias fugiat* 1043 *a* 1048 *b* Angeli oranti *adstant S. Meinrado* 384 *a* Missâm *celebrantibus SS. Euthymio* 314 *f. Clementi Ancyrano* 464 *e* 476 *c. eidem ad carcerem deferunt panem & calicem ad celebrandum* 463 *e* 474 *f* Angeli mortem *instantem prædicunt Constantio Perusino* 930 *c. diem indicant S. Gildæ* 963 *c monent de præparatione ad mortem S. Aldegundem* 1037 *a d. martyrium promittunt S. Cadoco* 603 *f. apparent morientibus SS. Speusippo & fratribus* 79 *f. Antonio* 140 *e. colloquuntur cum moriente S. Dominico Abbate* 445 *d. canunt moriente S. Genulpho* 89 *c* 97 *a. Te Deum laudamus in morte S. Henrici Angli* 61 *e. deferunt in cælum animam S. Constantij Perusini* 930 *e* 936 *a. S. Euthymij* 320 *e. S. Artemæ pueri* 617 *e* Angeli morbum *Virgini cuidam datum ob augmentum gratiæ &*

gloriæ indicant Henr. Susoni 679. *liberant podagrâ S. Chromatium* 273 *f* 274 *e* D *mittunt S. Aidanum vt sanitatem conferat Regi* 1117 *c. triplici monitu eripiunt è ruinâ nocturnâ diuersorij S. Polycarpum* 700 *f. è seruitute curant redimi* 696 *e* Angeli peccatum *parricidij condonatum indicant S. Iuliano Hospitatori* 974 *f* Angeli sensum *sacræ Scripturæ docent S. Sabinianum* 941 *c. librum legendum offerunt S. Sebastiano loquenti* 268 *f* Angeli in tormentis *corroborant S. Thyrsum* 831 *a. fouent & sudores abstergunt Theodori Conf.* 579 *f* 580 *a. sanant vulnera SS. Constantij Perusini* 927 *f* 929 *e. Clementis Ancyrani* 469 *a* 483 *a. eleuant S. Thyrsum super machinam gladijs acutis instructam & illæsum deponunt* 820 827. Angeli custodiunt corpus *S. Vincentij occisi feris expositum* 397. *monent sepeliendum S. Constantium Perusinum* 935 *f. interfunt exequijs S. Pepponis* 650 *f. conuocatis Episcopis transferunt reliquias S. Exuperantij* 1150 *c* Angeli virginitatem *suadent S. Aldegundi* 1036 *f* Angeli vestem *candidam dant S. Bassiano baptizato* 222 *e. S. Agneti nudæ in lupanari* 252 *e. S. Sebastiano Martyres corroborant* 268 *e* Angeli vitam *longiorem impetrant S. Aldegundi* 1037 *d. iubent addici Regi Hiberniæ per S. Aidanum* 1117 *f* Angelorum *lapsus* 99 *c d. Vide* dæmon.

Angina *ope S. Petri Thomasij curata* 1022 *d*

Anguis *vide* Serpens.

Animæ in cælum *ab Angelis delatæ SS. Ammonij vidente* E *S. Antonio* 133 *c. Antonij* 140 *e. Euthymij* 320 *e. Arthemæ pueri cunctis videntibus* 617 *e. Constantij Perusini vidente B. Liuiano* 930 *e* 936 *a. SS. Fructuosi, Augurij & Eulogij à martyrio in cælum ire cernuntur. animæ coronatæ* 340 *e S. Ioan. Eleemos. deduci visa à Misericordiâ, pauperibus cum ramis oleæ comitantibus* 517 *a b* 530 *b. V.* cælum. Animæ defunctorum *apparent Henr. Susoni* 567 *e. Videntur à S. Antonio aliæ abeuntes in cælum, aliæ à diabolo formæ giganteæ deuici* 134 *d*

Animalium seruitio *adiudicatus S. Marcellus* 4 *b* 9 *b* 11 *f* 12 *a* Animalium obedientia *vide* Cicur, Coruus, Vrsus *&c.*

Annorum *XIII. Martyr S. Agnes* 351 *a. XV. S. Neophytus* 497. *CV. corporis integrum vigorem habet S. Antonius* 141 *a. & S. Euthymius centum fere annos natus* 320 *a* Annos *CXX. vixit S. Ioannes Reomaensis integris oculis, dentibus, memoriâ* 862 *d* Anni *XXX. addicuntur Regi Hiberno, sanitatem conferente S. Aidano ab Angelo eò misso* 1117 *f* Anni *XX. vitæ prorogantur S. Popponi ægro, alio pro eo orante* 645 *a* Anni noui *incipiendi ritus profanus Sueuorum, pius Henrici Susonis* 658 *d e. Non in annis, sed in sensibus fides geritur, & Deus mentes magis comprobat, quàm ætates.* S. Agnes 351 *f*

Annulus Episcopalis *è digito S. Vulstani mortui extrahi nequit* 242 *e* 248 *f* Annulus *ex cortice palmæ gestatus, tessera fuit Iudæis nocturnâ pugnâ Alexandriæ Christianos aggressis* 846 *d* Annulo *S. Andreæ Corsini febris pellitur* 1077 *d e* Annulo *Papæ signantur reliquiæ S. Sebastiani transferendæ* 283 *f* F

Antrum *vide* Spelunca.

Aper *fugit in cellam S. Deicoli, cicur effectus* 205 *b*

Apostatam *ex leuitulis moribus agnoscit S. Tiburtius* 277. *è monasterio fugitiuam sororem dolet, quærit, reducit Henr. Suso* 669 670.

Apostema *curatum à B. Vualtero de Bierbeke* 450 *d. vberum, aquâ benedictâ à S. Adelelmo* 1058 *d*

Apostolorum discipuli *SS. Parmenas Diaconus* 453. *Ananias M.* 613. *Timotheus Episcopus* 562. Apostoli *Galliarum primi* 94 *a* 763 *b. submissi à S. Polycarpo* 694. *Inter* Apostolos *in eremo fratris sui defuncti animam videt S. Apollonius* 625 *a. vide* Conuersio.

Aquam in siccitate *promittit & confert S. Euthymius apparens* 322 *a. vide* Pluuia. Aquæ scaturiginem *precibus impetrant SS. Clemens Ancyranus & Agathangelus* 467 *b* 479 *e* Aquas per montem *iniectis baculis miraculosè traducit S. Fechinus* 331 *e. Vide* Fons. Aquâ *cælitus repletur vas ad lotionem manuum S. Aldegundis* 1039 *b* 1045 *a* Aquæ dulces *è saxo marino insulæ Lerini effluunt* 19 *f* Aquâ benedictâ *euomuntur angues,* 1058 *d* 1059 *f* 1092 *b c d. rana deglutita* 1092 *a. abortionis periculum pellit S. Macedonius Crithophagus* 595 *f. & amentiam* 595 *c. sanat vulnus viperæ S. Ricmirus* 178 *c.*

A *ſanguinis fluxum S. Dominicus Ab.* 444 *f. apoſtema vberum S. Adelelmus* 1058 *d. & febrim* 1060 *a. ignem ſacrum S. Genulphus* 107 *a. peſtem S. Exuperantius* 1149 *f. loquelam muto reddit S. Adelelmus* 1058 *e. trabem* 5. *pedibus longiorem reddit S. Iacobus Tarentaſ.* 27 *d. locum dæmonibus infeſtum liberat S. Genulphus* 87 *a.* 96 *a leonem vicurem reddit, capit, occidit S. Emerius* 782 *b. mures à ſatis abigit S. Vrbanus Lingon.* 493 *c* 494 *a* Aquâ lotionis manuum *S. Gaudentij ſolo ai tactu morbi curantur* 420 *d. & S. Sulpitij Pij* 173 *e. S. Popponis epotâ ſanatur mulier furioſa* 648 *b. S. Dominici Abb. febris* 445. *S. VVulſtani leproſus eâ lotus* 247 *f* Aqua ſacra intinctis reliquiis *S. Iuliani Conchenſis mutos ſanat* 896 *c. S. Sebaſtiam varios morbos curat* 26 *a d. V. Martyrum Minoritarum, cæcum illuminat* 70 *b. & febrim pellit* 69 *b f* Aqua epota *quâ* ablutæ reliquiæ *S. Anaſtaſij Perſa ſanat energumenos* 437 *a* 437 *e* 439 *a. cæcum* 438 *a. moribundum* 438 *f. alios ægros* 437 *b* Aquâ putei *Reomaenſis à S. Ioanne purgati febres curantur* 856 *c* Aqua fluuij *exundantis, ad feneſtras templi S. Geminiani aſcendens, ab ingreſſu templi diuinitus arcetur* 1100 *b* Aquam ſtagni *tranſeunt ſicco veſtigio equi S. Aidani* 1115 *a* 1117 *f. ſuper* Aquam ambulant *SS. Sabinianus* 940 *f* 943 *c. Aidanus* 1114 *f. duo, iuſſu S. Furſei, duce itineris regulâ ſcriptoris ab eo proiectâ.* 47 *e. S. Aldegundis nuptias fugiens, ab Angelis ſuſtentata* 1043 *a* 1048 *b. Vide* flumen, mare, ſubB mergi. Aquæ frigidæ *impoſiti, glacie enecti SS. Innas, Rimmas, Pinnas,* 297 *b. in* Aquæ frigidæ *dolio orans S. Fechinus, eam precibus calefacit* 332 *b. in* Aquam feruentem *lapſa S. Theadildis infans incolumis ſeruatur* 1157 *f* 1158 *a. in* Aquam deiectus *non madefit S. Aidanus* 1118 *f. Vide* Pluuia. Aquam in vinum *vertunt SS. Gildas* 962 *b. Furſeus* 44 *e* 53 *e. vertitur S. Aldegundi* 1039 *b* 1044 *f.* B. *VValtero de Bierbeke ieiunanti in pane & aquâ* 448 *c. V.* Potus, Ieiunium.

Aquilæ *duæ cuſtodiunt corpus S. Priſcæ* 187 *d*

Arbor *luce cæleſti fulget, de quâ ſuſpenſus S. Arnulphus* 973 *c* Arbores *flores & fructus emittunt, dum capite plectitur S. Æmilianus* 833 *f* Arbor *ſucciſa & cadens, crucis ſigno in alteram vertitur partem à S. Sulpitio Pio* 171 *b* Arbores *duæ ſeparationem SS. Aidani & Laſriani indicant ſubito lapſu ad Aquilonem, & Auſtrum* 1112 *f* Arbor *maledictione exſiccatur à S. VVulſtano* 248 *a*

Archidiaconi *MM. Vincentius* 393. *Benignus* 606.

Architectus *benedictione S. Aidani formatur* 1118 *f*

Arefacta *dextra pars corporis & manus Regis Mauritaniæ, quâ Martyres occiderat* 68 *e* Semiaridum *Crucis ſigno ſanat. S. Euthymius* 305 *d e f*

Arenam *fodiunt* CCLX. *Martyres* 216 *e. SS. Maximus & ſocij* 946 *f. eam ad Thermas Diocletiani humeris portant SS. Cyriacus, Siſinnius, Largus & Smaragdus* 6 *a* 10 *f* Arenâ *obrutus S. Caſtulus* 277 *f*

C Argentũ *ex ſtanno facit S. Ioan. Eleemoſynarius* 501 *d* 520 *c* Argenteo *diſco in itinere obiecto tentatur S. Antonius* 124 *a* Argenti *cudendi artifex ſiue malleator S. Anaſtaſius Perſa* 427 *a c* 432 *e* Argenteam *arcam reliquiarum coactus inopiâ vendit Vrſio Abb.* 13 *a Vide* Aurifaber.

Arundinibus *præacutis vultus & oculi S. Metrani punguntur* 1079 *f*

Aſtrologicus *Chromatij globus pretioſus, ob ſigna adſcripta, quaſi diis ſacra, confringitur à SS. Sebaſtiano & Polycarpo* 273 *f* 274.

Athleta *S. Thyrſus* 817 *d* 824 *f*

Audientiam *publicam bis in hebdomadam, ſedens ante Eccleſiam, oppreſſis concedit S. Ioan. Eleemoſ.* 500 *b* 519 *a*

Aues *ſilueſtres ſegetem deuaſtantes, Chriſti inuocato nomine capiunt, & non redituras dimittunt SS. Gildas, Sampſon, & Paulus pueri* 959 *a* Auis *genta & 2. turtures ſinunt ſe capi vt offerantur S. Genulpho* 106 *e*

Auia & nepotes ſancti: *Leonilla, Speuſippus, Eleuſippus, Melaſippus MM.* 73. Auia & neptes ſanctæ: *Priſcilla, Praxedis, Pudentiana* 2

Aurum *mauult in ventribus egenorum, quàm marſupiis recondere S. Marcella* 1107 *b* Aureos *nummos* 300. *ſanatâ energumenâ oblatos reſpuit S. Iacobus Eremita* 870 *e* Auri *maſſâ in itinere conſpectâ fugit S. Antonius* 124 *b. in* Aurum *mutatum phlegma leproſi* 331 *c d* Aurifaber *B. Facius* 211 *b. res* D *ſacras ſine mercede elaborat* 211 *d. reliquiis S. Furſei capſam fabricat S. Eligius* 53 *d*

B

BAcchanalia *ſanctè celebrat, cæleſtibus ideò viſis dignatus Henr. Suſo* 659 *e f* 660 *a* 680 *e*

Baculus *S. Bonifacij in arborem creſcit* 1155 *e* 1158 *e* Baculo *S. Furſeus fontem elicit* 48 *d. & energumenam liberas* 42 *e* 50 *b. S. Gildas moribundum ſanat* 965 *e f* Baculo *S. Sabiniani refloreſcente multi conuertuntur* 939 *c* 941 *e* Baculum *porcis cuſtodiendis conſtituit S. Deicolus* 203 *e* Baculum *Senuphij eremitæ tenens, eiuſq; chlamyde indutus Theodoſius Imp. victoriam obtinet* 1087 *f* 1088 *a*

Baptizandi *abrenuntiando parant ſe tempore quadrageſimæ* 275 *a. iubentur à S. Polycarpo ieiunare vſq; ad veſperam* 270 *c* Baptizat *ieiunio triduano præuio S. Brendanus S. Furſeus* 46 *e. à ſe conuerſos S. Genulphus* 84 *d* 86 *e* 94 *d* 95 *f. S. Aſterium S. Valentinus* 218 *a* Ante Baptiſmum *forma exigendi fidem, abrenuntiandi peccatis, ablata reſtituendi &c.* 274 *f* 275 *a* Baptiſmi ritus, *catechizatio, benedictio aquæ, depoſitio nudi in peluim, profeſſio fidei, ablutio, conſignatio chriſmate facta, Euchariſtiæ participatio* 6 *c. in viro* 11 *b. in feminâ* 7 *d. chriſmate conſignat S. Marcellus S. Apronianum baptizatum* 6 *c* Baptizatur *inuitis parentibus S. Exuperantius* 602 *b* Ba- E
ptizandus *S. Thyrſus ab Angelis ad Epiſcopum è carcere vltro aperto noctu educitur, dein reducitur* 820 *a b* 827 *a b* Suſceptor in Baptiſmo, *S. Tiburtij S. Sebaſtianus* 275 *b. & aliorum LXVIII.* 270 *f. S. Radegundis puellæ S. Bathildis* 738 *e aliarum SS. Beatrix & Lucina* 271 *a* Baptizantur in ſanguine *ſuo SS. Speuſippus & fratres* 76 *a* Baptizatus *S. Baſſianus, ab Angelo veſtem candidam accipit* 222 *e* Baptizando ſanantur *contractus hydropicus, mulier gibboſa altiq; à S. Feliciano* 586 *d. hydropicus S. Felicißimus, vlceroſus S. Felix, & podagricus S. Tranquillinus generosè fidem confitens, nec curationem poſtulans* 271 *a* 272 *d. moribundus à S. Mario* 774 *c* ad Baptizandos fideles *fontem in domo ſuâ edificat S. Cyriacus* 9 *b. ex* Baptiſterio *impudicum balneum facit Carpaſius Vicarius, & ſubitâ morte cum ſociis punitur* 98 *c.*

Barbam *ad Zonam vſque promiſſam & denſam alit S. Euthymius* 320 *a*

Beatitudo. *Vide* Anima & Cælum.

In Bellicis *expeditionibus circumferuntur reliquiæ S. Antonij* 154.

Benedictionem *à Papâ accipit S. Furſeus* 50 *d. al Epiſcopis & Presbyteris ſubmiſſo capite petit S. Antonius* 134 *f* Benedicit *claſſi interceptura Alexandriã S. Petrus Thomaſius* 1013 *f* Benedictione *ſuâ architectum format S. Aidanus* 1118 *f victoriam impetrant SS. VVulſtanus* 242 *a b* 244 *f. S. Petrus Thomaſius* 1001 *c. multos ſanat S. Iulianus Cenomanen.* 765 *a.* F
febrim pellit S. Adelelmus 1057. *frumentum multiplicat S. Polycarpus* 700 *d. vinum auget Henr. Suſo* 657 *a* Benedicens *digito frontem, manu faciem & pectus tergens, ægrum ſanat S. Bonifacius Lauſanenſis ei apparens* 361 *d. Vide* Aqua benedicta, Vinum benedictum, Cibus benedictus, Panis benedictus, Crucis ſignum *&c.*

Benigne excipitur *voto S. Andreæ Corſino facto Parochus à ſuis ſubditis, in eius necem coniuratis* 1071 *f* 1072 *a* Benignè excipiens *S. Iacobum Tarantaſ. liberatur febri, ob duritiem immiſſâ* 27 *f* 28 *a* Benignitate *ſuâ procacitatem alterius emollit Henr. Suſo* 673 *c* Benignitas *S. Launomari* 233 *b. B. Margaritæ Hungar.* 903 *a*

Beſtias *noxias verbo abigit S. Antonius* 131 *d. Vide* Fera.

Bibere *totis poſt prandiũ horis mos olim Anglorũ* 243 *e. bibit rarò plus ter ſuper cænã S. Carolus Magnus* 885 *b. Vide* Potus.

Bibliothecam *ſuam vendi ſinit in vſum pauperum moriens S. Carolus Magnus* 887 *d*

Biblia. *Vide* Scriptura Sacra.

Bigamum *à Diaconatu reiicit S. Ioan. Eleemoſ.* 503 *a* 521 *c*

Blanditias *contemnunt SS. Marcellianus & Marcus* 265 *e f* 269 *c. & paſſim Martyres. Vide* Conſtantia, Fortitudo *&c.*

Blaſphemi *in S. Antonium puniuntur igne ſacro* 157 *c* 159 1135 *f. in S. Fechinum, morte* 332 *b* Blaſphemus *lapide in reliquias*

A *liquias S. Vrbani Lingon. iactato peste extinguitur* 492 *f* Blasphemus *in S. Henr. Ep. Vpsalensem cruciatur corporis tumore & dotore, eiq; vigiliæ annuæ voto facto sanatur* 250 *e*
Bos *amissus recuperatur inuocato S. Vincentio* 411 *e* Boue *paupercuiæ dato alium vltro de mari venientem obtinet S. Aidanus* 1116 *d* Boues *deferunt corpora SS. Vincentij, Orontij & Victoris ignoto itinere ad locum electum* 392 *b*
Brachia *inciduntur S. Victori Hisp.* 391 *a. vecto ferreo contunduntur S. Thyrso* 818 *d* 825 *e* Brachij *robur amissum, votâ cereâ imagine B. Andreæ Corsino recuperatur* 1072 *e* 1073 *a. fractura, eius ope curatur* 1077 *e*
Bubulcus *gregem patris pascit S. Launomarus* 231 *b*
Butyrum *cælitus impetrat hospitibus S. Fechinus* 330 *f fœtidum precibus recentissimum reddit B. Haseca* 759 *a*

C

Cæcitate *puniũtur furari volentes corpus S. Treuerij* 34 *f. irridentes, vnus reliquias S. Fursei curioso intuitu* 44 *b* 53 *b alter venerationem reliquiarum S. Andreæ Corsini* 1072 *d. iurans ridiculè per S. Constantium Perusinum* 931. *illorum ope sanantur* ibid. Cæca *à tertio mense vitæ ad obitum vsque Margarita Rauen.* 549 *b* 553 *b templa obit sine duce* 550 *f* Cæcum *Didymum quâ ratione solatus S. Antonius* 145 *f* Cæci illuminantur *à SS. Cyriaco* 7 *c. Fursco* 42 *b*
B *VVulstano* 249 *a. ope B. Margaritæ Hungar.* 905 *e f. S. Marcelli* 14 *f. meritis S. Mauri Cæsenatis* 335 *f. ad reliquias SS. Fursei* 44 *c. Henrici Ep. Vpsalensis* 250 *d. Sebastiani, plures* 285 *a* 286 *f* 287 *f. & præsente Imp.* 293 *b. Vincentij* 403 *c* 404 *b c d* 413 *a. S. Bernardi Viennen.* 548 *a. Constantij Perusini* 928 *b c* 936. *Sauiniani S. Syria* 943 *f. in translatione reliquiarum SS. Agnetis* 361 *b. Adelelmi* 1060 *d. attactu reliquiarum S. Sebastiani* 284 *e. recitatâ oratione Dominicâ ad reliquias S. Ioannis Reomaënsis* 864 *f. cùm eò duceretur* 865 *a. admotis oculis reliquijs S. Genulphi in earum translatione* 107 *e. pallio S Fursei oculos tangente* 43 *e* 52 *e. candelam tradens deferendam ad reliquias S. Vincentij* 404 *e. in templo S. Genulphi* 106 *b. oleo sacro S. Ricmiri* 178 *f. impositione manuum & precibus à S. Valentino* 216 *f. Attactu duo à SS. Clemente Ancyrano & Agathangelo* 477 *f. crucis signo à S. Iuliano Cenoman. & S. Sabinâ* 945 *a. post peccatorum confessionem crucis signo à S. Ricmiro* 178 *c. oculis ablutis aquâ sacratâ intinctis reliquijs MM. Minorit.* 70 *b. iussu SS. Cyri & Ioannis oculis in Siloe flumine lotis* 1095 *a. precibus S. Andreæ Corsini* 1067 *f* 1075 *a. oculis effossis visum restituit S. VVulstanus* 249 *a* Cæcâ illuminatâ *multos conuertit S. Constantius Perusinus* 925 *c d* 933 *b c. cæcum & surdum se simulans surdus & cæcus fit* 1114 *c* Cæcus, *claudus, surdus filius Regis Britanniæ precibus S. Aidani curatur* 1114 *b* Cæcus *& contractus sanatur meritis S. Mauri Cæsenatis, at voto vio-*
C *lato fit iterum* cæcus 335 *d*
Cælestis gloria *ostenditur B. Alberico ægro* 758 *a. à Christo addicitur S. Geminiano his verbis: Veni serue bone &c.* 1099 *c. voce diuinâ promittitur S. Theoderico* 790 *d. ad* Cælestem gloriam *inuitatur à Deiparâ Virg. S. Iulianus Conchensis moribundus* 895 *e. voce clarâ euocatur S. Thyrsus* 816 *f* 817 *a* 831 *f. S. Prisca* 187 *d. in* Cælum *euntem S. Amandum, & in Sanctorum triumpho dæmonem tristem videt S. Aldegundis* 1037 *b c* 1045 *c e* 1050. Cælos *ascendit in columbæ forma S. Benignus* 74 *c in* Cælesti gloriâ *videt matrem Henricus Suso* 657 *f. inter Apostolos fratrem S. Apollonius* 625 *a. Vide* Anima. Cæli voluptas *& gaudia declarantur à S. Sebastiano* 266 *f* 267 *f. in* Cælis *nulla vmquam tristitia nisi de perditione hominum. ita* Angelus S. Fursco 39 *b*
Cæremonias *Romanas traducit in Gallias Pipinus Rex* 236 *d*
Calci *viuæ iniecti SS. Clemens & Agathangelus non læduntur* 466 *f* 479 *b*
Calceos *clauis acutos gerit B. Margarita Hungar.* 901 *f* Calceis *numquàm vsus Amman Ismaëlita* 488 *f* Calceos *exuit cùm veste, rogum conscensurus S. Polycarpus* 704 *a* 706 *f*
Calix *à B. Facio factus, ab incendio reliquis consumptis seruatus* 211 *d* Calix *aureus ad reliquias S. Sebastiani offertur à Ludouico Pio Imp.* 292 *c* D
Caluitium *ad tempus impedit, pòst euenturum prædicit S. VVulstanus* 245 *b* 248 *f* Caluitio *premitur contumax in S. Athanasium Methorensem* 1129 *a*
Calumniam *passorum patronus S. Athanasius Methonensis* 1130 *f* Calumniâ *fornicationis, prole obtrusâ, impetitur Henr. Suso* 681 682 683. *sacrilegij de cerâ templo ereptâ* 668 *b* Calumniam *cum periculo vitæ patitur puteis veneficio infectis* 670. Calumniam *homicidij sibi impactam diluturus S. Palladius Erem. precibus occisum tam diu suscitat, dum homicidam verbis & digito ostendat* 841 *f* 842
Campanæ *vltrò sonant moriente B. Benedicto eremitâ* 336 *e. & B. Ioannâ* 59 *b* 60. Campanam *Ecclesiæ extructæ ab Angelo accipit S. Fursæus* 51 *c. eius sonitu reuiuiscit mortuus* ibid. *periculum cladis in fulmine, tonitru &c. arcetur* ibid. *Vide* Cymbalum *&* Nola.
Candela *sub dio in maximo vento non extinguitur prælata S. Adelelmo* 1058. *plures ad funus S. Popponis* 652 *b. S. Tozzonis nec vento nec pluuiâ extinguitur, nocte ardet, orto sole extinguitur, nec ardore consumitur* 55 *f* 56 *e* 57 *c* Candela extincta *miraculosè reaccenditur à S. Aldegunde* 1038 *f* 1044 *d. ope S. Marcelli* 14 *e. ad corpus S. Meinradi* 385 *a* Candelam *tradens deferendam ad reliquias S. Vincentij cæcus illuminatur* 404 *e* Candelam *vouenti accendere ante reliquias S. Anastasij Persæ succurritur* 437 *b* Candela *perpetuò ardet ante* E
aram maiorem Cæsaraugustæ ex fundatione Alphonsi II. 837 *e* Candelæ 3. *post elevationem reliquiarum S. Caroli Magni visæ super pinnaculum templi* 891 *b* Candelæ 3. *accensæ in visione significant Haimoni obitum S. Fursei* 43 *c* 52 *b* Candela cerea 354. *librarum oblata S. Sebastiano* 1139 *a b*
Cancer *curatus linteo inuolucro reliquiarum S. Iuliani Conchen.* 896 *c* Cancer *lethalis mamillæ sanatus ope S. Anastasij Persæ apparentis* 440 *a* Cancro *exeditur mamilla S. Aldegundi petenti in hac vitâ purgari* 1045 *f* 1050 *b*
Canis rabidi morsu *appetito opitulatur S. Iulianus Conchensis* 897 *a. S. Dominicus Ab.* 442 *c*
Canonici *SS. Gilduinus* 790. *Martinus Saurien sis* 1152 *f. in* Canonicum *Cæsaraugustæ admissus Alphonsus II. Rex* 837 *c d*
Cantum *Romanum in Gallias inducit Pipinus Rex* 236 *b* Cantu Sanctorum *recreantur SS. Catellus & Antoninus* 228 *a* Canticis *spiritualibus extinguit incendium S. Sulpitius Pius* 171 *a. Vide* Musica.
Capilli *S. Priscæ à tortoribus ad ignominiam rasi* 187 *c*
Capillis *cælitus condensatu tecta S. Agnes, dein cælesti tunicâ* 352 *c. in* Capillorum *rasurâ devotio Henr. Susonis* 679 *c*
Capillos *leuiculè componens fit apostata à fide* 277 *a* Capillitium *Sacerdotum Idolorum* 816 *e*
Capite plectuntur *SS. Prisca* 187 *d. Rhecumbus, Bastamus, Sarmata, Proteæ, Orion, Colothus, Didymus, Plesius,* F
Aratus 189 *a e. Marius, Martha, Audifax, Abachum* 219 *d. Patroclus* 345 *a* 347 *e. Asterius & socij* 218 *e. Valentinus, Vincentius & Orontius* 391 *f. Victor Hisp. Aquilina & maritus* 392 *a f. Georgius & Petrus in Bulgariâ* 442 *d. Babylas & 3. pueri* 573 *b c* 575 *f* 578 *d. Agathangelus* 468 *e* 482 *f. Helladius* 591 *d. Theodotion* 591 *b e. Iuuentinus & Maximus* 621 *a. Euasius, Proiectus & CXLVI.* 636 *f. Leucius* 817 *d* 824 *f. Callinicus & XV. socij* 816 *f* 824 *a* 831 *e. Sarbelius & Barbæa* 924. *Constantius Perusinus* 928 *a* 935 *e XL. milites à S. Sabiniano conuersi* 939. *Maximus Comes, CXX. milites & tres viri* 940 *b* 946 *b f. Vide* Gladius *&* Cernix. Capite plectitur *cælesti voce inuitatus S. Iulianus M.* 768. Capite plexus *illud portat manibus S. Sabinianus* 941 *a* 943 *e* Capite præciso *in puteum deiectus, precibus S. Cadoci extractus,* Caput *manibus defert, & præ hac æternam vitam eligit* 604 *c* Capite plectendo *inuocante S. Bassianum, bipennis ter è manibus lictorum cadit* 223 *f* Capitis dolor *curatur ope B. Margaritæ Hungar.* 905 *a. B. Luitildis* 1146 *e. impositâ capsâ inani reliquiarum S. Agnetis* 362 *a remedio à SS. Cyro & Ioanne commonstrato* 1091 *b c e. attactu imaginis S. Andreæ Corsini* 1072. *deuoto cereo capite S. Henrico Ep. Vpsalensi* 250 *c d* Capiti *suo pileolum S. Henr. Ep. Vpsalensis occisi imponens homicida, cum eo cutem & carnem abstrahit* 250 *b* Capiti *impositis cer-*

A uicali & mitrâ S. Andreæ Corſini ſanatur amens 1037 d Caput S. Aldegundis cute & capillis tectum 800 annis poſt mortem 1054 b

Captiui detinentur S. Babylas arcens Imperatorem ab Eccleſiæ ingreſſu 571. d 573 e 576 b. ſeuitiam tyranni reprehendente, SS. Leucius 817 c 824 e. & Thyrſus 817 e 825 a. dicens lictoribus Pax vobis S. Iulianus 767 d. arguens magos S. Anaſtaſius 428 433. inquirentes corpora Sanctorum ſubmerſa SS. Nicoſtratus, Claudius & ſocij 276. vaſa ſacra cuſtodiens S. Danax 3 c. cibos captiuo S. Feliciano deferens S. Meſſalina 454 c. Incarceratis inſeruientes SS. Cyriacus, Siſinnius, Largus & Smaragdus 6 a 11 a Captiuus detinetur à filiis Ludouicus Pius Imp. 293. Captiuus S. Iulianus ab Angelis paſcitur 767 e Captiui precibus S. Iuliani Cenomanen. ab Angelis liberantur, oſtio aperto, & catenis confractis 766 a Captiuus fouea profundißima turris incluſus, à S. Leonardo eripitur 986 a b Captiuo, voto MM. Minoritis facto, porta vltrò aperitur, & Miſſâ peractâ excidunt compedes 70 d Captiuos à Duce non impetratos, abſens liberat S. Furſeus 43 a 51 f Captiuos 6000. gratis redimi procurat S. Epiphanius Ticin. 374. Captiuorum redemptioni Ordinem inſtituit S. Petrus Nolaſcus 983.

Carceri incluſus moritur ſub mauris S. Martinus Saurien. 1134 f in carcerem coniectus S. Cyrillus in Synodo Epheſina 851 e Carceri ob fidem incluſi Confeſſores, animantur & fouentur à S. Antonio 130 e. ab Angelis apparentibus SS. Archelaa 191 f 193 d. Clemens Ancyranus & Agathangelus 465 b 476 f. voce cæleſti SS. Genulphus & Genitus 85 c f. cantu Angelorum SS. Anaſtaſius Perſa 429 c. Priſca 185 d 186 a Carcer cælitus colluſtratur S. Vincentio, Angelis compedes ſoluentibus 396 e. orantibus V. MM. Minoritis 67 b è Carcere ab Angelo liberatur S. Apollonius Ab. 624 f Carcere diuinitus aperto, & catenis ſolutis, captiui liberantur ſubſiſtente funere S. Lupi 778 b Carcere oratione S. Clementis Ancyrani patefacto emittuntur captiui conuerſi 465 b 477 a è Carcere aperto nolunt abſcedere S. Marcellianus & Marcus 269 a

Caritas virtutibus eſt quod ſal pani. S. Euthymius 319 d. vide Amor, Zelus.

Carne abſtinet S. Andreas Corſinus etiam æger 1069 e. Ioannes Epiſc. Morinorum, niſi triennio ante mortem ab obedientiâ coactus 879 f Carnes recuſanti comedere S. Honorato Fundano piſcis è fonte hauritur 32 e Carnibus abſtinentium S. Præiecti & aliorum irriſores, fracto pauimento lapſi intereunt 634 b. ob Carnem comeſtam à dæmone affligitur Henr. Suſo 667 a Carnis tentatione liberatur ſacerdos, ſtatuam S. Agnetis ſibi deſponſans, tradito annulo ab eâ acceptato 361 e Carnis vitiis inſeruiens denuò claudicat, antè ope S. Lupi ſanus 778 f Carnem cilicio & catenâ ferreâ, deinde ſubli-
C gaculo 150. acubus aſpero conſtringit Henr. Suſo 661 e

Caſtitatis excellentia in coniugio, viduitate, & virginitate 698 c Caſtitatem aliis impetrat Gentilis vidua 911 f 912 a 914 e Caſtè in coniugio duobus liberis genitis viuunt SS. Xenophon & Maria 725 c Caſtitatem vt tueantur S. VVlphia amentiam fingit ad procorum inſidias euitandas 1123 d. S. Euphraſia vnguentum militi offert contra vulnera, quo inuncta velut experimentum datura decollatur 220 f 221 d. nullum virum vidit, ne Clericum quidem aut monachum abſq; arbitris S. Marcella 1107 b. ſe nudare erubeſcens, vltra fluuium diuinitus tranſponitur S. Ammon 133 d Caſtitas SS. Agnetis 353. Ioannis Reomaënſis 870 a c. Andreæ Corſini 1069 b. Virgines monachoſq; nudatos cùm Balacius Dux Ægypti Arianus verberaſſet in publico, repentino equi morſu deiicitur in terram, & femoribus corroſis poſt tertium diem expirat, vt ei prædixerat S. Antonius 120 a 138 f. Virginum & Matronarum pudor ab Arianis Alexandriæ violatus 137 f

Caſtigatio vide flagella.

Caſtrari mandans S. Deicolum, mox turpi morbo moritur 204 c

In Caſtris Abbates & monachi 168 f 169 b. in Caſtris hoſtium S. Renatus Ep. Surrentin. apparens, fruſtrà telis & ferro impetitur 30 c

Catena S. Petri quotannis Conſtantinopoli honorata 2 a. S. Andreæ Corſini febrim pellit 1077 d e Catenis centum pondo onerantur collum & brachia S. Thyrſi 821 b Catenæ quibus S. Thyrſus in trochleâ extendebatur eius precibus diſruptæ 820 f 827 f. Vide Vincula, Captiuus, Carcer. D

Cathedra lignea S. Petri Romæ miraculis claret 182 c

Cellæ exeuntibus anachoretis S. Geraſimi, aperta manent, 316 e Cella S. Antonij amicum virtutibus habitaculum 140 a Cella vinaria ope S. Marcelli ſponte aperta 14 d Cellæ, annonâ in pauperes diſtributâ, diuinitus replentur S. Polycarpo 696 c d

Cereâ imagine votâ S. Andreæ Corſino ſanitas reddita 1072 e 1073 a Cereo capite S. Henrico Vpſalenſi oblato curatur dolor capitis 250 c d Cereus vide Candela.

Cereuiſiâ plauſtrum oneſtum in præceps lapſum ſigno crucis ſeruat S. Aidanus 1114 a

Certanti contra dæmonem Antonio ſpectator adeſt Chriſtus 123 f. à Certamine cæleſti viſione recreat 123 f. vires reſtaurat & auget 123. Certamen exercitationum virtutis inter SS. Honoratum & Venantium fratres 18 d

Ceruices præſcinduntur S. Clementi Ancyrano ſacrificanti 469 e 483 d

Ceruus fugiens ad S. Aidanum, quaſi ſimulachrum inſequentibus canibus apparet 1112 f Ceruam & hinnulos duos ſiſtit cicures in nomine Chriſti S. Baſſianus 223 b

Chirotheças geſtans eoq; creditus pecunias habere occidi- E
tur S. Maimbodus 542 d e

Chlamyde indutus Senuphij Erem. victoriam obtinet Theodoſius 1087 f 1088 a Chlamyde S. Furſei oculis contactis, illuminatur caca 43 e 52 e Chlamyde tecturam ſe peccantem Sacerdotem aut monachum profitetur Conſtantinus Magnus 512 a 527 c

Chriſto delato in Ægyptum corruunt idola 624 a Chriſti Incarnatio expoſita à SS. Antonio 136 a. Sebaſtiano 272. Chriſti Incarnatio, Paſſio & Reſurrectio explicata à S. Euchario 919 e f Chriſti Paſſioni addictiſſima mater Henrici Suſonis moritur die Veneris ſanctâ & beata apparet 687 c d. Chriſtus Crucifixus Seraphini formâ apparet Henr. Suſoni 687 f Chriſtus recreat S. Petrum Telonearium amentis inſtar habitum 506 f 524 c. à Chriſto in cælum euocatur S. Geminianus 1094 c Chriſtus adfert ſtolam candidam & palmam S. Aldegundi 1041 e Chriſtum ſpecie leproſi humeris gerit Martyrius mon. 495 a Chriſtum indutum videt veſte, quam pauperi dederat, S. Petrus Telonearius 506 d 523 f 524 a Chriſtum in paupere agnoſcit S. Ioan. Elemoſ. 501 a. vide Ieſu nomen.

Chriſtianiſſima dicitur Auguſta S. Serena vxor Diocletiani 7 e. S. Lucina matrona 9 a

Chriſtianitatis titulus 257 c. Martyribus prælatus 352 a

Cibi oblati per Hierichuntinos recuſantur à monachis S. Geraſimi 316 f Cibi ab Angelis deferuntur SS. Neophyto F
297 d. Apollonio Abb. 624 c. Clementi Ancyrano & Agathangelo 464 c 476 a Cibos ſuis monachis diuinitus impetrat S. Apollonius Abb. 626 c Cibos deferens S. Feliciano in carcere comprehenditur S. Meſſalina 454 c Cibo benedicto ſanat S. Poppo ex lapſu grauiter colliſum 647 b. febrim pellunt SS. Ricmirus 178 f. Andreas Corſinus 1067 c d e 1075 a Cibis non diminutis 500. monachos diu alit S. Apollonius Ab. 626 e Cibos S. Cadoci vi diripientes terrâ abſorbentur 604 a b Cibum furibus præbet S. Launomarus 234 a Cibis lautioribus abſtinet S. Epiphanius Ticinenſis 367 e. peregrinos & egenos excipit S. Baſſianus 224 b Ciborum condimenta Carolo Villarienſi labor manuum, continuatio vigiliarum & deſperatio ferculi lautioris 478 b Cibus S. Dominici Ab. Dominicis & feſtis far cum ſale abſq; pinguedine elixum, aliis diebus panis 444 f Cibis delicatioribus abſtinet, oleum feſtis tantùm diebus admittit S. Paula vidua 717 f. à Cibo animato abſtinet S. Clemens Ancyranus, leguminibus contentus 471 d Cibus S. VVulſtani, panis hordaceus, porri vel caules elixi 247 a

Cicures effecti leones à SS. Priſcâ 186 f. Archelaâ 191 e-
193 b. Emerio 782 b. aper à Deicolo 205 b. Hinnuli & ceruæ à S. Baſſiano 223 b. feræ aliæ à SS. Thyrſo 815 e 822 e 830 e f. Aſterio 190 a

A Cilicij *vſus monachis Ægypti* 119 *b* Cilicio *ex pilis camelorum indutus ſemper S. Genulphus* 88 *a* Cilicio aſpero *SS. Honoratus* 24 *d. Mauſimas* 489 *b. Paula vidua* 717 *c. B. Margarita Hungar.* 901 *e* 907 *b* 908 *b* Cilicio induti dormiunt *ſuper humum S. Antonius* 123 *a. S. Paula, etiam ægra* 717 *e. ſuper ſtramina S. Andreas Corſinus* 1066 *f. ſupra ſloream S. Gaudentius* 419 *f.* Cilicio indutus *pœnitentiam agit S. Carolus Magnus* 474 *b. veniam petit Aelfiud Rex à S. Furſeo nepote* 47 *d. obit in ſeruitio animalium S. Marcellus* 4 *a* 5 *b* 9 *b* 12 *b*

Cingulis *militaribus ſpoliantur SS. Baſſus, Euſebius, Eutychius, Baſilides* 257 *a*

Circuli *ferrei in pœnitentiam olim imponi ſoliti* 865 *b. ſoluuntur ad reliquias Sanctorum* 864 *e* 865 *e*

Citharizatio *ſpiritualis ad deuotionem excitandam, in quâ tempeſtas depulſa* 449 *b*

Claudi ſanantur, *à S. Furſeo* 42. *Miſſæ ſacrificio à S. Launomaro* 232 *b. Signo S. Crucis à S. Sabinâ* 954 *a. tacto feretro S. Furſei* 43 *e* 52 *e. ad reliquias S. Ioannis Reomaënſis* 865 *d. Bernardi Ep. Vien.* 548 *b. Vincentij* 403 *d. Lupi* 778 *e f* 779 *a. Sebaſtiani plures* 285 *a* 286 *b* 287 *d e f. & præſente Imp.* 273 *b.* Claudo ſanato CXX. *conuertit S. Conſtantius Peruſinus* 925 *c* 937 *d e*

Claui *infiguntur capiti S. Sarbelij* 923 *e.* Claui igniti *trauiciuntur per latera & ventrem S. Theodotionis* 591 *e.* Clauis *confixo capite ſuſpenſi MM. Philotheus, Hyperechius & 5. ſocij* 950 *e.* Clauis *humi fixis è ſublimi deiecta confoditur S. Tryphæna* 1081 *d.*

B Clericus *Martyr S. Danax* 3. *Vide* Diaconus, Presbyter, *&c.*

ad Clementiam *Theodericum victorem inducit S. Epiphanius Ticin.* 372 373.

Clypeo *diuino proteguntur monachi Stabulenſes aduerſus gladios inuaſorum* 644 *c*

Cœmiteria *ædificant SS. Priſcilla* 2 *b. Lucina* 9 *a d. Marcellus* 5 *a* 10 *d*

Cœnâ *ſemper abſtinet S. Epiphanius Ticin.* 367 *e. Vide* Comedere, Iciunium.

Cœnobium *vide* Monaſterium.

Cogitationibus *laſciuis conſentire ſolitus hypocrita miſerè perit* 312 *a d* Cogitationibus *ſordidis impetuntur ſuperbientes ob bona opera. S.* Antonius 145 *b* Cogitationes *ſordidas oratione per paſſionis fidem elidit S. Antonius* 122 *d*

Collationem *totâ nocte protrahit S. Antonius* 143 *d* 146 *f*

Colaphis *cæditur S. Clemens Ancyranus* 462 *b* 473.

in Colloquio *cum externis 4 obſeruata ab Henrico Suſone* 661 *e.* Colloquio *familiari abſtinet 10 annis Henr. Suſo* 666 *f.* Colloquia *in templo prohibet S. Ioan. Eleemoſ.* 514 *c Vide* Silentium.

Colobij *linei vſus monachis Ægyptiis* 119 *c*

C Columba *humanâ voce allocuta S. Neophytum in ſpeluncam ducit* 297 *d* Columba *alba lumine cincta, circùm caput S. Polycarpi eligendi Epiſcopi* 699 *a* Columbâ *inſidente capiti eligitur Papa S. Fabianus* 252 *c* Columba *velum capiti S. Aldegundis imponit coram Epiſcopis* 1043 *f* 1049 *a* Columba *candidiſſima apparet ſuper caput B. Gualteri Brugēſis celebrantis Miſſam* 450 *c* 451 *a* Columba *euolat ex ore S. Deuotæ morientis* 771 *b. è rogo S. Polycarpi* 704 *c* 707 *b in* Columbæ *formâ cælos aſcendit S. Benignus* 74 *c* Columbâ *præuolante transferuntur reliquiæ S. Deuotæ* 771 *d* Columba *in rogo apparet, S. Sulpitio Pio incendium crucis ſigno extinguente* 171 *b*

Columna, *cui alligatus S. Sebaſtianus, Romæ* 259 *a* Columna *lucis ſuſtinens orbem terrarum appellatur S. Antonius à S. Hilarione* 147 *b* Columnæ *tres lucidæ viſæ in extaſi S. Dominico Abbati, in quarum ſummitatem eleuatus orbem conſpexit* 444 *e*

Comeſtionis *modus ſanctus Henrici Suſonis* 658. Comediſſe *viſus non eſt niſi Sabbato & Dominico S. Euthymius* 311 *b. ad* Comedendum *ſecum, ægros omnes monaſterij ſanat S. Aidanus* 1116 *d. Vide* Cœna, Cibus, Conuiuium *&c.*

Comitialis *morbus curatus ope MM. Minorit.* 70 *c*

Commentarienſes *SS. Helladius* 591. *Claudius* 270 272. *Apronianus* 6 *c* 11 *b*

Communio Sacra, *&* Cõmunicare, *Vide* Euchariſtia.

Compunctionem *impetrat lapide pectus contundens S. Poppo* 650 *a* D

Concio *S. Epiphanij Ticinenſis in Epiſcopum conſecrati* 367 *d e* Conciones *Apoſtolicæ S. Feliciani* 686. Concionatores *eximij SS. Boiſilus* 540 *e. Polycarpus* 698 *f* 699 *a* 700 *a b. Petrus Thomaſius* 996 *e* 997 *c d. Iulius & Iulianus fratres* 1102. Concionans *ſplendore faciei afflictum recreat Henr. Suſo* 689 *d. Ioannes Reomaënſis centenario maior concionator* 862 *d* Concionari *detrectans in Mariæ V. ſolemnitatibus reprehenditur ab Angelis Henr. Suſo* 680. Conciones *S. Vulſtani reprehendens nocte cæſus, ab eo ſanatur* 246 *f. Vide* Zelus.

Concupiſcentiis *illicitis liberatur S. Furſeus* 40 *f. Vide* Cogitationes.

Condemnari *alios etiam ob publica peccata prohibet S. Ioan. Eleemoſ.* 515 *b* 528 *b*

Confiteri *peccata Henr. Suſoni monetur Virgo à S. Ioan. Euang.* 677 *d* Confeſſa *ſcripto S. Ioanni Eleemoſ. peccatum graue, ſcriptum ab eo recipit è ſepulchro prodeunte* 516 529 *e f* 530 *a. peccata obliuione non confeſſus, à iudicio Dei, interceſſione S. Popponis, redit ad vitam, confitetur & mox moritur* 651 *b c. Confeſſione & viatico reſuſcitatum Regem Hiberniæ munit S. Aidanus* 1118. *ſine confeſſione communicare prohibetur Philippus Imp. à S. Fabiano* 255 *f. peccata ante communionem eluenda.* S. Euthymius 315 *a b. Confeſſionem generalem Virgini altâ contemplatione intricatæ ſuadet Henr. Suſo* 677 *a. Confeſſum priùs peccata cæcum Crucis ſigno illuminat S. Ricmirus* 178 *c* E

Confeſſoris *ſancti virtutes expreſſæ in S. Andrea Corſino* 1068 1069.

Coniuges *ambo Sancti Xenophon & Maria* 723. *coniuges ambo Martyres Caſtulus & Irene* 278 415. *Nicoſtratus & Zoë* 268 276. *Seuerianus & Aquila* 455. *Maximus & Secunda* 946. *Lucianus & Paula* 220. *Marius & Martha* 214. *Alter coniugum Sanctus, Genitus* 87. *Ioannes Eleemoſynarius Ep.* 517 *b. Tranquillinus* 265 276. *Chromatius* 274 277. *Claudius* 270 276. *Priſcilla* 2. *Lucina* 5. *Serena vxor Diocletiani* 7. *Leonilla auia SS. Speuſippi, Eleuſippi & Melaſippi MM.* 73. *vide* Vidus. *In* Coniugio *patienter fert mariti duritiam Gentilis vidua* 910 *c e f* 914 *c. continens ſe inconſultè ab vxore inuitâ, noctu in ſtabulo infra equorum pedes reperitur* 62 *d. coniugio relicto monaſterium ingrediuntur Eueruordus & Geua* 1158.

Conſanguineorum *aut parentum opes non recordatur S. Antonius iam anachoreta* 121 *f. conſanguineorum damno aut lucro nec condoleat nec congaudeat monachus.* S. Antonius 141 *f. conſanguineis non cohabitet monachus.* Idem 141 *e*

Conſcientiâ *viro ſancto apertâ liberatur motibus deſperationis Henr. Suſo* 667 *c d. tentationibus diabolicis S. Leobardus* 198 *b* 199 *b. aperire cogitationes vtile ad virtutem* 132 *d. tentatione artis magicæ indicatâ Abbati, liberatur S. Anaſtaſius Perſa* 427 *c* 433 *b* F

Conſtantiâ *maximâ omne genus tormentorum, minas, blanditias & munera Imperatorum & Iudicum contemnunt, Deos irridet, Chriſtum profitentur SS. Clemens Ancyranus & Agathangelus à pag.* 461 *ad* 483. Conſtantia *eximia in variis blanditiis, minis, canceribus, tormentis SS. Thyrſi* 848 850. *& ſeqq. Anaſtaſij Perſæ* 429 434 447 448. *Vincentij* 386 390. *Agnetis V.* 351. *Polycarpi* 703 *b* 704 706. *Conſtantij Peruſini* 933 934 935. *Sabiniani* 930 941 942. Conſtantia *SS. Marcelliani & Marci à parentibus & amicis fruſtrà oppugnata* 265 269. *Vide* Fortitudo, Intrepidus.

Conſuetudinem *longo voluntariæ ſeruitutis ſtudio in naturam vertit S. Antonius* 122 *f*

Conſule *auo natus S. Vincentius* 394. *ex Conſulari familiâ SS. Honoratus Ep. Arelatenſis & Venantius fratres* 1718. *S. Priſca V. M.* 185.

Contemplatione *altâ intricatam Virginem ad tutioria principia viæ purgatiuæ deducit Henr. Suſo* 676 677.

Contracti *ſanantur ope SS. Gamelberti* 786 *f. Treuerij* 35 *e. Margaritæ Hungar.* 906. *ad reliquias SS. Bathildis* 748 *c. Marij Bodan.* 775 *f. Valerij Cæſarauguſtani* 836 *d* Contractio *pedis tollitur votâ peregrinatione ad reliquias S. Henrici Ep. Vpſalenſis* 250 *d. Vide* Neruus.

A Conuertuntur *ad fidem Finlandi à SS.Erico Rege Suecia & Henrico Ep.Vpſalenſi* 250 *a. Cadurci à S.Genulpho* 94. *Cenomanni à S.Iuliano* 763. *Treuiri à SS.Euchario,Valerio,Materno* 918. *Gallia ſubmiſſus viris Apoſtolicis à S.Polycarpo* 694. 695. *millia paganorum ab exule S.Valerio* 835 *d. multi Mahometani à S.Martino Saurienſi* 1134 *c. Gentiles idolum circumferentes immobiles redditi à S.Apollonio Abbate* 625 *e. Cuſtodes carceris à S.Vincentio* 396 *e. Conſtantio Peruſino, illuminatis thermis* 926 *b* 934 *c d. Papias & Maurus, fracto precibus S. Saturnini tripode aneo* 6 *f. idolis fractis precibus S.Thyrſi, S. Callinicus idolorum Sacerdos & alij plurimi* 823 *a* 830 *f* 831 *b. XV. ſacrificuli, idolo precibus S. Callinici fracto* 823 *f. luce cæleſti & voce Venite benedicti Patris &c. S.Apronianus* 6 *c. liberatâ energumenâ Sapor Princ.Perſarum & ſubditi* 8 *a multi à S. Conſtantio Peruſino, cæcâ illuminatâ* 925 *c. claudo ſanato* 925 *e. ſomnio eadem nocte inuitati S. Speuſippus & fratres* 75 *a* 78 *b. Cruce Chriſti in Perſidem delatâ S.Anaſtaſius* 427 Conuertit *meretrices alioſq; peccatores Henr.Suſo* 680 681 Conuertuntur *ad vitam religioſam precibus & exhortationibus S. Honorati S. Hilarius Arelat.* 21 *b. viſione cæleſti à SS. Amando & Cyrico animata B.Adelvvina* 642 *a b. mariti mortem implacabiliter deflente quadam viduâ SS.Liberata & Fauſtina* 197 *b. in conuerſionis bonæ ſignum moritur S.Poppo die conuerſionis S.Pauli* 649 *f*

B Conuicianti *pauperi eleemoſynam dari iubet quantam deſiderat S.Ioan.Eleemoſ.* 512 *f. &* Conuiciatori *nepotis ſui plurimùm benefacit S.Ioan.Eleemoſ.* 504 *c d* 522 *d e*

Conuiuio *excipit ſatellites ſe comprehenſuros S.Polycarpus* 702 *f* 706 *a. perſecutores ſuos S.Melas* 15 *e. conuiuio Regis hæretici intereſſe recuſat S.Epiphanius Ticinen.* 370 *c* Conuiuabatur *in feſtiuitatibus cum magno hominum numero Carolus Magnus* 885 *a*

Cordis *arcana. Vide* Secreta,Conſcientia.

Corona *ex albis floribus lapſa cælo in caput S.Meruli* 164 *f* Corona *ex lapidibus pretioſis impoſita S.Birgittæ à S.Agnete apparente, ob toleratas afflictiones* 361 *e* Coronam *è floribus offerens Mariæ Virg.cæleſti Muſicâ recreatur Henr.Suſo* 679 *e* Coronatæ *in cælum cernuntur ire animæ SS.Fructuoſi, Auguſtalis & Eulogij MM.* 340 *e* Coronata *ramis oliuarum apparet Eleemoſyna S.Ioanni Eleemoſyn.* 500 *e* 519 *c*

Corpus *iuuenum domandum.*S.Euthymius 304 *f* Corpore *venuſto & pulchro S.Epiphan.Ticin.* 365 *d* Corpore *contorto & informi ſanatur ad reliq. S.Adelelmi* 1060 *d e* Corporis *neceſſitati in cibo & ſomno cum pudore ſeruit S.Antonius* 130 *c* Corporis *vigorem integrum ad vltimum ſeruat S.Euthymius* ferè centenarius 320 *a. S.Antonius annos* 105. *natus* 141 *a. S.Ioannes Reomaenſis* 120 *annorum* 862 *d* Corporis *conciſione enecatur S.Baſſus* 257 *d. manent incorrupta* Corpora *SS.Gaudentij diu inhumatum* 421 *a. VVulſtani cum veſtimentis poſt 7.annos* 248 *f. Furſei 27. aut 30. ab obitu diebus* 41 *e* 44 *c* 49 *b* 53 *c* 55 *b. imò & 4. pòſt annis* 41 *e* 49 *b* 53 *d* 55 *b. Treuerij abſque ciſtâ ſepultum* 34 *e. poſt 70. annos cum veſtimentis integrum* 35 *b. Bathildis poſt 140. annos integrum* 748 *a. S.Sabinæ viduæ cum veſtibus integrum repertum à S.Carolo Borromæo* 1030 *c d* Corpus *S.Vincentij feris expoſitum cuſtoditur ab Angelis, & coruo* 397 *b* Corpora *SS.Babylæ,Timothei & Agapij in ignem proiecta manent illæſa* 592 *d* Corpus *S.Polycarpi, ne id Chriſtiani venerentur,comburitur* 704 *d* Corpus *S.Aſclæ cum lapide ſubmerſum, tertiâ die in ripâ repertum* 457 *d* Corpus *S. Gildæ ex eius præſcripto vacuæ naui impoſitum in mare merſum, reuelatione diuinâ inuenitur* 963 *f* Corpus *S.Leocadiæ orante S. Ildephonſo ſponte è tumulo emergit* 536 *d* Corpus *S.Eligij mortui transferendum Calam, manet facto tridui ieiunio immobile : addictum Nouiomenſibus facilè mouetur* 736 *b c d* Corpus *ſuum transferri iubet apparens S.Bernardus Viennenſis* 548 *d* Corpori *S.Euthymij decentiùs ſepeliendo ædificatur templũ; eò cum lampadibus & hymnis transfertur* 320 *c d* Corpora *Sanctorũ ſubmerſa inquirentes capiuntur SS. Nicoſtratus,Claudius, ſocij* 276 Corpus *S.Treuerij eleuare ſanctimonialis negligens punitur* 34 *f* 35 *a. idem furtim auehere conantes tres Clerici cæcitate percutiuntur & rigore quo immobiles manebant : ſed aliena oratione ſanantur* 34 *f. Vide* Reliquiæ.

C

D Correctio *improborum neglecta obiicitur à dæmonibus S.Furſeo* 38 *f*

Corroborantur *Martyres à S.Sebaſtiano occultè Chriſtiano* 265 266 267. *Confortantur voce & luce cæleſti S. Archelaa* 192 *a* 193 *f SS.Genulphus & Gentius carceri induſi* 81 *f* 95 *c & in tormentis Priſca* 183 *d* 186 *e*

Coruus *abigit aues & lupos à corpore S.Vincentij* 397 *c* Corui *crocitantis indicio repertus digitus S.Henrici Vpſalenſis* 250 *c* Coruis *inſectantibus,homicidæ S.Meinradi capti, ſupplicio afficiuntur* 385 *b d* Coruus *oculum aſino erutum,iuſſu S.Iacobi Tarentaſien. reponit ſanum* 27 *f* Corui *& milui præliantes in aëre indicant pacem à dæmone turbari concionante S.Andreæ Corſino* 1068 *f*

Coſtam *putrefactam è latere S. Felicis monachi eximens, lethali morbo eum curat S.Paulus Leonenſis* 964 *e*

In craticulâ *toſtus ſale aſpergitur S.Vincentius* 396 *b*

Per crocodillos *tranſit illæſus S.Antonius cum ſociis* 124 *e*

Crurium *languor ope S.Treuerij ſublatus* 35 *e*

Crux *Chriſti in Perſidẽ delata, occaſio conuerſionis S.Anaſtaſij Perſæ* 427 *e f* Crucis *exaltationis ſub Conſtantino Imp. factæ feſtiuitas* 429 *f* 430 *b* 435 *a* Cruce *mortui SS.Papias,Dioſcorus,Eron,Potamon,Pethecus,Oecomenus,Zoticus,Cyriacus,Ammonius* 189 *b e. Phengon & Eucarpius* 466 *f* 479 *b* Crux *cælitus miſſa,Freckenhorſti honoratur, miraculis celebris* 1159 Crucem *aduersi mittit Deipara B.VValtero de Bierbeke* 448 *a* Crux *coronâ ſtellatâ cincta apparens in aëre mortem S.Euſebiæ indicat S.Paulo Ep.Mylaſenſi. Eadem ſequitur funus elatum* 601 *c e* Cruces *tres in veſte eius cui apparuerat,depingit S.Vrbanus Lingon. in apparitionis argumentum* 492 *e* Crux *aurea gemmis intertexta cum nomine* IESV *ſplendet in corde Henrici Suſonis* 656 *c* Crucem *ligneam 30. clauis acutis perforatã in nudo dorſo 7.annos nocte diuq; geſtat Henr.Suſo* 662 *b. eidem præterea acus 7. imprimit & 8.annos fert* ibid. Cruces *in manibus habent in ſupplicatione Palæſtini* 312 *f* Cruce *demiſſâ in mare tempeſtatem ſedat S.Petrus Thomaſius* 1006 *a* Cruce *infixâ ſepulchro S. Mauri Caſenatis febris depellitur* 335 *a* Cruces *pulueri imprimit digito, & crucis formâ culmos ſegetis componit S.Baſſianus infans* 222 *f* Crucem *panibus imprimit, eminùs eos ſignans S.Martyrius* 494 *e* Crucis *ſignum opponendum tentationi docet S.Antonius* 124 *c* Crucis *ſignum & fides ad Dominum, inexpugnabilis S.Antonio contra diabolum murus* 123 *e* Crucis *ſigno reſiſtit ad fornicationẽ prouocanti puellæ S.VVulſtanus* 246 *f. ingluuiem dæmoniacam tollit S.Macedonius Crithophagus* 945 *f. monſtra diabolica fugat S.Antonius* 126 *c* 128 *c* 131 *e. & diabolicas impugnationes* 143 *c. dæmones pellunt SS.Furſeus* 43 *b* 48 *e. Antonius* 131 *e* 135 *d* 137 *b. Sulpitius Pius* 168 *d e* 172 *e. Iulianus Cenomanenſis* 765 *d. Geminianus* 1097. *Energumenos liberant SS.Antonius* 135 *d* 136 *f* 137 *b. Furſeus* 43 *b* 48 *e. Serpentes fugat S.Iulius Presb.* 1103 *e. Boam interficit S. Magnus* 57 *a. feras curat & ad ſiluas mittit S.Thyrſus* 815 *e* 822 *b* 830 *e f. carcerẽ aperit, & captiuos liberat S.Ricmirus* 178 *b. incendiũ extinguunt SS.Sulpitius Pius* 170 *e.* 171 *b. Lupus* 777 *f. plauſtrũ ceruiſiâ onuſtum in lapſu ſeruat S. Aidanus* 1114 *a. Saxum ingens in lapſu ſiſtit S.Honoratus Fundanus* 32 *e. cadẽtes ſeruat incolumes S.VVulſtanus* 346 *f. Sterilitatem tollit S.Euthymius* 311 *f. tremorem & horrorem membrorum ſanat S.Euthymius* 310 *c d. febrim tollit S.Præiectus* 631 *d* 635 *c. paralyticos ſanant SS.Launomarus* 233 *a* 234 *b. Sebaſtianus* 268 *e. digitum amputatum reſtituit S.Iulius Presb.* 1103 *b. Semiaridũ ſanat S.Euthymius* 305 *d e f. ex inerti mendico gnauum & copioſum hominẽ facit S.Ioan. Reomaenſis* 861 *d. amentẽ ſanat S.Aldegundis* 1039 *f. cæcos illuminant SS.Iulianus Cenomanen.* 763 *f. Ricmirus* 178 *c. Sabina* 945 *a. claudum ſanat S.Sabina* ibid. *mutum & claudum S.Dominicus* 445 *c. mutis dant loquelam SS.Sulpitius Pius* 170 *b* 175 *b. Sebaſtianus* 268 *e. mortuos reſuſcitant SS.Sulpitius Pius* 170 *e. Eucharius* 92 *a e* Crucis *ſignũ labiis imprimens moritur S.Paula vidua* 721 *e* Crucis *virtutẽ explicat S.Antonius* 136 *a* Crucis *virtute eſt continentia in matrimonio, virginitas in Eccleſiâ & Martyrum conſtantia.* S.Antonius 137 *a* Crucis *prædicatione idololatria debellata, gentilitas & aurata templa collapſa.* S.Antonius 136 *f*

E

F

Cruci-

A Crucifixi *nomine rugiunt dæmones.* S.Antonius 136 *f*
Cultellis *puerorum configitur S. Artemas puer* 617
Cunæ *S.Epiphanij Ticin.luce cæleſti colluſtratæ* 365 *c*
Currum *precibus frangit, & reparat B.Maria Hungarica, ne concionator diſcedat* 904 *e* Currum *cælitus immobilem reddit auaro & monita ſua reſpuenti, at ſupplici precibus ſoluit S.Mauſimas* 489 *e* Currui *impoſitum corpus S.Titiani* Ep. Opitergini *à vaccis vehitur ad locum ſepulturæ* 31 *f*
Cuſtos *ſacrorum vaſorum S.Danax* 3. *S.Demetrius* 636 *f*
Cymbalum *per mare recipit miraculosè S.Aidanus* 1114 *f*
Cymbali *pulſu latrones terrentur & conuertuntur à S.Aidano* 1114 *e.* *Vide* Campana & Nola.

D

Dæmon *ad cælum vſq; porrectus apparet S.Antonio* 129 *c*
Dæmon ſuperbiæ *inſtar parui Æthiopis apprehenſus & terræ infoſſus à S.Apollonio Abb.* 624 *b* Dæmonem *gigantis ſpecie ad turpia pellicientem, precibus vincit, & ſtolâ inectâ circumducit S.Contextus* 1137 *d* Dæmones *ſpecie ignis apparent S.Antonio* 126 *d. bellantes tetrâ formâ S.Furſeo* 37 *e. uerem multitudine replentes S.Antonio* 134 *c. terrentes S.Antonium, infeſtâ multitudine & horribili ſonitu* 122 *d* 123 *d* 131 *d. ſub beſtiarum & ſerpentum formis* 123 *d e* 131 *d. inſtar*
B *draconis* 765 *d. Eorum fœtor ſentitur à S.Antonio* 134 *a. virtus debilitata aduentu Chriſti* 127 *b. confitentur inuiti potentiam Chriſti* 129 *d. Vera dicentibus non credendum* 126 *f. Eorum prædictiones vanæ* 127 *f. ſæpè falſæ* 128 *a. Chriſtiano inutiles* ibid.*b. affinitate virtutum nocent* 126 *f. apparent S.Antonio pſallentes, ſacram Scripturam recitantes, quaſi Echo ad extrema verba reſpondentes* 126 *e. ſub ſpecie conſanguinei è monaſterio euocantes, ab Andreâ Corſino generosè repelluntur* 1066 *e* 1074 *c* Dæmon *aſſumpto damnati corpore, nautæ pio ſeruit, & Crucis ſigno ne ſuffocet impeditur* 792 *d e. fugatur à S. Gilduino* 792 *f. ſub ſpecie auis infeſtat S. Sulpitium Pium* 172 *e* Dæmonum *diuerſa nequitia* 126 *b.maximè contra monachos & Virgines ſacras* 126 *c. non ferunt in Antonio adoleſcente magnas virtutes* 122 *c. pſalmodiam nocturnam S. Sulpitij Pij turbant varijs motibus* 173 *b. famulum eius flagris acribus multant* 172 *f.verberant S.Antonium & ſemimortuum relinquunt* 123 *c. inſultat iis S. Antonius & ad pugnam prouocat* 123 *d e* 127 *c. contra eos defendit Iocelinum* 153 *b.* Cum Dæmonibus *tertiò luctatus VVulſtanus* 243 *c* 246 *e.ſuperantur viuâ fide & ſincerâ*
vitâ 127 *e. oratione, ieiunio, crucis ſigno, contemptu* 126 *c d. irriſione* 127 *b. conſputatione* 129 *b. recurſu ad Chriſtum* 129 *c. fugantur oratione S. Meinradi, quem dein Angeli recreant* 383 *f. aquâ benedictâ monachos terrentes* 966 *b. crucis ſigno à SS. Antonio* 131 *e. Geminiano* 1097 *e. Sulpitio Pio* 168 *d e* 172 *e. Iuliano Cenomanenſi* 765 *d. chriſmate ſacro effugantur*
C *ex aquis quibus homines ſubmergebant, à S. Sulpitio Pio* 170 *d. ex idolo eiulantes à S. Priſcâ* 185 *c* Dæmonibus *inſeſſum locum ab Angelo monitus expurgat S. Cyrillus, tranſlatis eò Sanctorum reliquiis* 846 *a* Dæmonibus *infeſtus vicus liberatur tranſlatis Angeli monitu reliquiis SS.Cyri & Ioannis* 1088 *b c.* à Dæmone *corripiuntur, miles perfringens oſtium ciſternæ monaſterij S. Euthymij* 325 *d. alius occidens ſuem furto ablatam in atrio S. Vrbani* 493 *a. monachus ob ſacrilegium, ebrietatem, & turpes cogitationes; ſanatur ad reliquias S. Euthymij* 324 Dæmoniacus *varia quaſi ex ore integri exercitus loquitur, ſpumat &c.* 247 *f. alia negat ſe niſi à S. Geminiano liberandam: ab eo liberatur* 1098 *f* 1099. *alia ab integrâ dæmonum legione liberatur à S. Fortunato Tudertino* 259 *c* Dæmoniacos *liberant SS. Antonius* 124 *e. VVulſtanus* 249 *a. Fechinus* 332 *e. Epiphanius Ticin.* 371 *d* 376 *b. Ioan.Reomaenſis* 860 *a b. Facius* 211 *b. precibus SS. Ambroſius, Baſtianus, Felix* 224 *d. S. Antonius, imperatâ parenti oratione* 130 *f. orans manibus in cælum expanſis S. VVulſtanus* 247 *f. benedictione idem* 247 *f. crucis ſigno S. Furſeus* 43 *b* 48 *e. S. Antonius* 135 *d. inuocato* Iesv *nomine, & cruce in ſacro numero Trinitatis impreſſâ frontibus S. Antonius* 137 *b. nomine* Iesv *SS. Antonius* 134 *a* 135 *d* 137 *b* 140 *c. Genulphus* 94 *d. Felicianus* 585 *a. Iulianus Cenoman.* 765 *f.Margarita Rauen.*550 *e* 553 *e.S.Cyriacus* 7 *d nomen ſuum inclamantem S. Euthymius* 306 *e. Dæmoniaci liberantur ad reliquias SS. Furſei* 44. *MM. Mmoritar.* 69 *b. Sebaſtiani* D 284 *c. Vincentij* 399 *e* 410 *d* 413 *b. Meſſalinæ* 454 *f. Bathildis* 742 *b. Valerij Cæſarauguſt.* 837 *c. Ioannis Reomaënſis* 865 *b f* 867. *Mauri Cæſenatis* 335 *d* 336 *a. monitu S. Petri ad reliquias S. Gaudentij* 421 *c d. reliquiis S. Anaſtaſij ad collum ſuſpenſis* 437 *f* 439 *a. eius colobio indutus* 436 *e. ad ſolam præſentiam corporis S. Genulphi* 90 *c* 102 *f. in tranſlatione reliquiarum S. Titiani Opitergini* 31 *f. potato vino quo lotæ reliquiæ S. Genulphi* 91 *f* 106 *b. per imaginem & reliquias S. Anaſtaſij Perſæ* 440 *e f. ad ſepulchrum S. Euthymij* 325 *e f* 326 *a b. in templo S. Genulphi* 91 *f* 106 *b. reliquiis S. Agnetis* 360 *f. baculo S. Furſei* 50 *b*
Damnati *vſurarij attactu aduritur anima S. Furſei in raptu, quòd veſtes eius dono accepiſſet* 40 *e*
Defenſor *Eccleſiæ S. Sebaſtianus* 257 *b* 276 *a*
Dentes *omnes habuit S. Antonius moriens annos* 105. *natus* 141 *a. & S. Euthymius ferè centenarius* 320 *a* Dentium *dolor ſublatus ope MM. Mmorit.* 70 *d. B. Margaritæ Hungar.* 905 *a* Dentem *S. Columbini furata & de valore eius dubia, punitur dolore dentium ad mortem vſque Comitiſſa* 208 *f*
Deridens *S. Adelelmum, podagrâ punitur, & ab eo ſanatur* 1058 *f.* Deridens *B. Cadocum negato igne, comburitur* 604 *f*
Deſperans *de veniâ S. Iacobus Eremita ob fornicationem & homicidium erigitur in ſpem miſericordiæ Dei* 872. Deſperationis *cogitationibus* 10. *annis afflictus Henr. Suſo liberatur conſcientiâ viro ſancto apertâ* 667 *c d* E
Detrahens *famæ S. Dominici Ab. fit amens, & ab eo ſanatur* 446 *a d* Detrahentes *meritis S. Popponis, puniuntur* 652 *d. Detractores odit & excludit S. Ioan. Eleemoſ.* 505 *d* 523 *a. Delatoribus iniquis pœna conſtituenda.* S. Ioan. Eleemoſyn. 504 *b* 522 *c. laudat, quorum famæ audit detrahi, Henr. Suſo* 672 *f. ſibi detrahentes optimo affectu proſequitur B. Margarita Hungar.* 549 *c d* 553 *c d*
Deuouetur *Deo nondum nata B. Margarita Hungar.* 900 906.
Deus, *diuinitatis abyſſus per Angelos repræſentatur S. Furſeo* 48 *a. Dei præſentis cogitatione impudicam mulierem pellit S. Gamelbertus* 784 *e f. Dei præſentiam aſſiduè cogitat Henr. Suſo* 654. *Dei cognitio ex operatione.* S. Antonius 136 *e* 137 *a.*
Deo gratias *ad reliquias S. Bernardi Vien. reſpondet muta in Veſperis ad verſiculum Benedicamus Domino* 547 *f. Deicola θεοφιλὴς vocatur Antonius* 122 *b* Deorum *multorum in Ægypto cauſſa* 625 *c* Deorum *falſitas ridetur à SS. Tiburtio* 277 *d. Anaſtaſio Perſâ* 434 *b. Metempſychoſis à S. Antonio, flagitia, turpitudo & fabulæ* 136 *a b d*
Diaconi *& Subdiaconi ordinantur à S. Caio Papâ* 276 *a. Diaconus monachus S. Domitianus* 772 Diaconi *Martyres SS. Stephanus Brixienſis* 2. *Siſinnius* 6. *Cyriacus* 8. *Marcus & Marcellianus* 276 *a. Augurius & Eulogius* 339. *Proiectus* F 636. *Chriſtophorus & Chariton* 458 482. *Iulianus* 1100. *ex ſeptem primis S. Parmenas* 453. *in* Diaconatu *virtutes SS. Epiphanij Ticin.* 366. *Polycarpi* 697.
Die *vnico S. Moluam Romam transfert & reducit in Hiberniam S. Aidanus* 1118 *b* Diebus Iouis *feriantur quidam ad honorem Adſceſionis Chriſti & S.Valerij Cæſarauguſtani* 845 *b* Diebus Iouis *pedes pauperum lauat & oſculatur S. Andreas Corſinus* 1069 *e* 1075. Diebus Veneris *ieiunat B. VValterus de Bierbeke ob reuerentiam Sabbathi ad honorem Deiparæ* 448 *c* Diebus Veneris *vigilias, orationes, & ſynaxin celebrantes Alexandrini Catholici occiduntur* 840 *e* Dies omnes *ante fidem ſuſceptam ſe perdidiſſe ait S. Apronianus* 6 *c. vide* Dominicus, Feſta, Hebdomades, Menſes, Mori, Ieiunia.
Digitum *amputatum ſigno crucis reſtituit S.Iulius Presb.* 1103 *b* Digitorum oſſa *confracta ſanantur ad reliquias S. Ioannis Reomaënſis* 864 *d*
Diligentem *ex inerti reddit ſigno crucis S. Ioan. Reomaënſis* 861 *d*
Diſcentium *litteras Patronus S. Gregorius I. Papa* 363 *d f* Condiſcipulos *myſteria fidei docens S. Artemas puer graphiis puerorum configitur* 617.
Diſciplina Eccleſiaſtica *SS. Ioannis Eleemoſ.* 514. *Ioannis Morin.* 798 804. *reſtituta à S. Gildâ* 960 *c* Diſciplina

A domeſtica *S. Ioan. Eleemoſ.* 505 522.

Diſcretio *virtutum omnium genitrix, cuſtos & moderatrix.* S. Antonius 143 *f.* Diſcretio *regia via, à lapſu præſeruat.* S. Antonius 143 *e*

Diuitiæ *contemnendæ, dandæ vt cum fœnore recipiantur.* S. Sebaſtianus 267 *d*

Docet *iuuentutem litteras S. Meinradus* 381 *a. rudes doctrinam Chriſtianam S. Polycarpus* 697. *pueros elementa, Grammaticam; alios Philoſophiam S. Petrus Thomaſius* 955 *e* 956 *a* Doctorum *Eccleſiæ peccata quæ? quàm grauia? quî curari poßint?* 39 *d e.* Docti à Deo *S. Antonius* 134 *c. Honoratus Fundanus* 33 *a. Thyrſus quæ in tormentis loquatur* 818 *d* Doctrinam *diuinitus haurit celebrando Miſſas S. Petrus Thomaſius* 997. *vide* Sapientia

Dominicum diem *inchoat S. Furſeus à Nonâ Sabbati, & ne quidem iter inchoatum proſequitur* 51 *d* Dominico die *colligens manipulos ſegetis, digitis in volam flexis punitur* 106. *laborantis manus areſcit, ſanatur oratione S. Sulpitij Pij* 173 *c. vide* Feſta.

Dormiunt non cubantes *Amman Iſmaëlita* 489 *a. &* B *S. Euthymius funem à tecto dependentem manibus tenens, aut ſedens* 311 *b* Cubantes *in iunco contexto & cilicio, aut ſuper nudam humum S. Antonius* 123 *a. ſupra ſtoream & cilicium S. Gaudentius* 419 *f. in cilicio ſuper humum S. Paula vidua, etiam ægra* 717 *e. in ſcamno, libro caput ſuſtentans, S. VVulſtanus* 239 *d* 246 *e. cubandi ratio aſperrima Henr. Suſonis* 663 *b c* Dormiens orat *S. Honoratus* 23 *e* Dormientes *ægri in oratorio S. Anaſtaſij Perſæ ſanantur* 437 *e* Dormiens *irreuerenter ante effigiem S. Caroli Magni diuinitus morte punitur* 890 *e. Vide* Somnus, Vigiliæ.

In Dorſi ſpinâ *vertebræ cernuntur, carne flagris euulsâ in SS. Clemente Ancyrano & Agathangelo* 467 *f* 481 *a*

Draconem 15. *cubitorum perſequuntur intrepidi monachi Ægyptij* 627 *c* Draco *humanâ carne paſci ſolitus pellitur à S. Peregrino Scalo* 1031 *d* 1154 *a* Draco *è Lerino inſulâ fugatur precibus SS. Honorati & Iacobi* 26 *f* boam *crucis ſigno facto interficit S. Magnus* 57 *a*

Ex Duce *monachus S. Vincentius Madelgarius* 12 *d*

E

E Cclesiæ *libertatem defendens S. Præiectus occiditur* 628 *f* 632 635 *d* Eccleſiæ *bona ablata reſtitui curat* B. *Ioan. Ep. Morin.* 804 *e* 805. Eccleſiam *Romanam defendit, & muneribus ditat S. Carolus Magnus* 885 *e* Eccleſiæ *bona ſua dare diuinitus monitus, ante donationem eâ egredi nequit* 1141 *c d* Eccleſias *ſeu Titulos, XXV. Romæ conſtituit S. Marcellus* 5 *a d* 10 *e* Eccleſiæ *Hieroſolymitanæ à Perſis deſtructæ magna munera mittit S. Ioan. Eleemoſ.* 505 *b* Eccleſiæ *& ſacris vacans Clericus calcearius fit ditior alio aßiduè operante* 515 *c* 529 *a. Vide* Templum, Eleemoſyna. Eccleſiaſticis C *communia omnia, menſa, ædes Rhinocoluræ* 15 *f* Eccleſiaſticos *vt patres honorat S. Honoratus catechumenus* 17 *f*

Ecclipſis *tribus diebus ante mortem Caroli Magni* 886 *e*

Eleemoſyna *ſub ſpecie Virginis pulcherrimæ, ramis oliuarum coronata apparet S. Ioan. Eleemoſ.* 500 *e* 519 *c* Eleemoſyna *pecuniæ malè partæ mixta perit* 501 *c* 519 *f. pecuniæ iniuſtè acquiſitæ reſpuitur à S. Launomaro* 233 *b* Eleemoſynam *largam accipit Henricus Suſo, inuocato S. Dominico* 688 Eleemoſynam *dari præcipit etiam auro ornatis S. Ioan. Eleemoſ.* 500 *d* 519 *b* Eleemoſynis *deditus S. Polycarpus* 696 697. Aurum *mauult in ventribus egenorum quàm in marſupijs recondere S. Marcella* 1107 *b* Pauperibus *bona ſua dant SS. Honoratus & Venantius* 19 *a. S. Pontius* 254 *a. S. Baßianus* 223 *a. S. Genulphus eiuſq; pater S. Genitus* 83 *d* 93 *e* Bona ſua, *auditis his verbis,* Nolite cogitare de craſtino *S. Antonius diſtribuit aut pauperibus, aut vicinis, vel ſorori ſeruat* 121 *e* operis mercedem, *pretio panis excepto, largitur pauperibus S. Antonius* 121 *f* 122 *a* Victum ſuum *dat egenis & peregrinis S. Launomarus opilio* 231 *b* annonam *indigenti S. VVandregiſilo monitu diuino ſuppeditat S. Bathildis* 735. Veſtes, librum Euangelij, & ſeipſum vendens, *pretium dat pauperibus S. Serapion Sindonites* 507 *d* 524 *f* facultates *omnes dat Eccleſiæ S. Lucina* 9 *b.* pauperes 300. *primo die cuiuſq; menſis alit S. Poppo* 650 *e* Clericos 100. viduas pau- D peres 100. *præter hoſpites & monachos alit quotidie S. Cadocus* 604 *b* Eleemoſynas *propriis manibus diſtribuit pauperibus aut clàm mittit S. Andreas Corſinus* 1068 *e* 1075 *e. In* Eleemoſynas *pauperum diuendi iubet menſam auream, & tres argenteas donat Eccleſiis S. Carolus Magnus* 887 *e. In* Eleemoſynas *bonis omnibus diſtributis, moriens non vnum nummum reliquit, alienâ ſindone inuoluta S. Paula vidua* 717 *c d. in* pauperes *omnia bona & theſauros matris defunctæ diſtribuit S. Aldegundis, pecuniâ ideò diuinitus auctâ* 1038 *c d* 1039 *a* 1044 *c d f. in fame publicâ pauperibus largè ſubuenit, frumento miraculosè multiplicato, S. Ioannes Reomaënſis* 861 *e* pauperi *dans vltimum nummum S. Honoratus, poſt aliquot horas maiori eleemoſynâ donatur* 20 *e f. nummi pro numero pauperum diuinitus multiplicati S. Præiecto* 634 *a* Eleemoſynâ *datâ centuplum recipit S. Ioan. Eleemoſynarius* 500 *f* 501 *f* 502 *a b* 520 *d e* Pauperi *indumentum ſuum dans recipit* 100. *numiſmata S. Ioan. Eleemoſ.* 500 *f* 519 *d* pauperibus *diſtribuendum diuinitus impetrat frumentum S. Iulianus Conchenſis* 894 *f* pauperibus *omni annonâ diſtributâ, precibus cellas replet S. Polycarpus* 696 *c d* Eleemoſynam *inuitus dans, etiam per famulum ſibi furantem, à Deo locupletatur* 513 *a* Eleemoſynam *largitus inductione S. Ioan. Eleemoſ. febri corripitur, receptâ ab eo pecuniâ ſanatur, & viſione addiſcit manſionem cæleſtem ſibi paratam S. Ioanni tranſcriptam eſſe* 509 *b c d* 525 *f* 526 *a b* E

Energumeni *vide* diaboli.

Ependytæ *color & vſus monachis Ægyptiis* 119 *c*

Epileptici *ſanati à S. Præiecto* 631 *a. ad ſepulchrum* B. *Margaritæ Hungar.* 905 *e*

Epiſcopi Sancti *in hoc* 11. *tomo Honoratus & Hilarius Arelatenſes* 21 23. *Iacobus Tarentaſienſis* 26. *Fauſtus Reiensis* 28. *Valerius Surrentinus* 29. *Titianus* 31. *Tozzo* 55. *Genulphus* 81. *Sauinus* 163. *Sulpitius Pius* 165. *Venerandus* 194. *Sulpitius Traiectenſis* 196. *Baßianus* 221. *Ammonius* 226. *Contextus, Arſenius, Catellus* 227. *Malardus, Remigius Rotomagenſis* 235. *VVulſtanus* 238. *Maurus Cæſenas* 333. *Epiphanius Ticinen.* 364. *Auitus* 11. *Aruernenſis* 380. *Gaudentius* 417. *Britvvaldus* 446. *Amaſius* 484. *Ildephonſus* 535. *Bernardus Viennenſis* 544. *Zama* 591. *Artemius* 592. *Philo* 593. *Ephræm.* 598. *Exuperantius* 602. *Zoſimus Cilix* 607. *Seuerianus* 615. *Marus* 730. *Athanaſius Surrentinus* 732. *Theofridus* 749. *Anſurius, Vimaraſius, Gonzalus Oſorius, Froalengus, Seruandus, Viliulfus, Pelagius, Alphonſus, Petrus* 751. *Iulianus Cenoman.* 761. *Lupus* 776. *Sulpitius Baiocenſis* 787. *Theodericus* 788. *Ioan. Morinorum* 194. *Iulianus Conch.* 893. *Valerius Treuir.* 917. *Baculus* 950. *Sulpitius Seuerus* 967. *Potamion* 969. *Matthias* 1025. *Barſimeus* 1026. *Barſes* 1031. *Armentarius* F 1055. *Andreas Corſinus* 1061. *Gaudus* 1110. *Aidanus, ſiue Medocus* 1111. *Bobinus* 1124. *Athanaſius Metonenſis* 1125. *Hadoindus* 1140. Epiſcopi Martyres *SS. Voluſianus* 194. *Henricus Vpſalenſis* 249. *Publius* 338. *Fructuoſus* 339. *Manuel, Georgius, Petrus, Leo,* 441. *Vrbanus* 490. *Clemens Ancyranus* 458. *Babylas* 469. *Felicianus* 581. *Timotheus* 562. *Valerius Lucenſis* 922. *Conſtantius* 924. *Patroclus* 1110. *Sophias, ſiue Cadocus* 602. *Præiectus* 628. *Polycarpus* 691. Epiſcopi ob fidem exules *S. Melas* 15. *Bretannio* 621. *Valerius Cæſarauguſt.* 838. Epiſcopatum oblatum *recuſant SS. Geneſius Comes* 630 *b. Poppo* 645 *d. apud Papam deprecatur S. Gilduinus* 791 *d. electi fugiunt S. Aquilinus* 971 *a. Geminianus* 1097 *c* Epiſcopatum inuiti *ſuſcipiunt SS. Ioan. Eleemoſ.* 517. *Epiphanius Ticin.* 367 *c. Gualterus Brugēſis* 450 *b. ad* Epiſcopatum *inuitus è monaſterio abducitur S. Honoratus* 27 *a* Epiſcopatum *imperante Papâ admittunt B. Ioan. Morinenſis* 797 *a. Bernardus Viennenſis* 546 *f. à VVlſio incluſo cogitur admittere S. VVulſtanus, præoptans alioquin decollari* 239 247 *a b* Epiſcopatum præ dicit *S. Gaudentio S. Ambroſius* 420 *a* Epiſcopi eligendi *Polycarpi caput cingitur à columbâ albâ illuminatâ* 699 *a* Epiſcopi denunciantur, *cæleſti voce S. Baßianus* 224 *a. voce pueri S. Bernardus Viennenſis* 546 *a e. voce infantis proditus acquieſcit electus S. Andreas Corſinus* 1068 1075 *c* Epiſcopus *eligendus S. Polycarpus à variis vario ac diſtincto habitu ac lumine circumfuſus cernitur* 699 *a*

A *tur* 699 *a* Episcopum *suum S. Athanasium propugnantes occiduntur Martyres Alexandrini* 841 *a* Episcopales virtutes *SS. Honorati Arelat.* 21 *e f* 22 *a. VVulstani* 243. *& passim iam memoratorum.* Episcopatus *aditi anniuersaria dies* 181.

Epistolam *ad* 3. *Sanctos pueros Babylonios, pro eorum reliquiis scriptam, vnus manu apprehendit, quæ retractam Epistolam sequitur & transfertur Alexandriam* 1085 *c d e* Epistolam *S. Ioannis Reomaensis sibi missam indignabundus conspuens, nouem annis nec panem, neque sacram Eucharistiam sumere potest* 859 *f. alius* Epistolam *eius pedibus conculcans tremore & furore concutitur* 860 *e*

Equuleo *torquentur SS. Crescentianus* 8 *d. Saturninus & Sisinnius* 6 *f* 11 *b. Asterius* 218 *c. Marius, Audifax, Abachum* 219 *b. Felicianus* 587 *e. Vincentius, insultans tyranno* 395 *d* Equuleo *torquentes S. Iulianum M. paralysi percutiuntur* 768 *a*

Equus, *quo vehatur Henr. Suso defatigatus, vltrò accurrit* 686 *d* Equo *suo S. Colmano dato, alium diuinitus accipit S. Aidanus* 1119 *d f* Equum *ferocem ope D. Virginis mirabiliter recipit B. VValterus de Bierbeke* 448 *f* Equus *furto subduci nequit orante S. Mario Bodan. ad reliquias S. Martini* 774 *e. orantis ad limina S. Vrbani Lingon.* 493 *c* Equi *amissi voto illi facto recuperati* 894. Equos *monasterij Castrensis rapiens*

B *ab ijs occiditur* 405 *c* Equus *prædonis fit immobilis, sanatur per S. Genulphum* 105 *f* Equus *S. Ambrosij immobilis sistitur, donec S. Gaudentium inuisisset* 420 *a* Equi *orante S. Fechino suscitati* 303 *a d*

Eremitæ *Sancti, Macedonius Chrithophagus* 593. *Petrus Ægyptius* 771. *Palladius* 841. *Iacobus* 868. *Manfredus* 909. *Henricus Anglus* 60. Eremita M. *S. Meinradus* 381. Eremita Silentiarius *S. Salamanes* 490. *Eremita vallis Vmbrosæ S. Benedictus* 336.

Eremum *monachis ignotam petit Antonius* 124 *a. Solitariè procul ab hominum conspectibus diu viuunt S. Euthymius* 303 304. *Launomarus* 231. *annis XX. S. Antonius* 124 *d. ad* Eremum *interiorem diuinitus mittitur S. Antonius* 101 *b* Eremi *amore impetrat precibus vlcus fœtidum in genu S. Henricus Anglus* 61 *b* Eremum *ingressus ad iram declinandam, ab hac superatur fracto aquæ poculo* 310 *c d*

Erranti *apparet S. Anastasius Persa inuocatus & in viam reducit* 439 *c.* Errores *Gentilium refutati* 277.

Euanescit *discus argenteus à dæmonibus obiectus, ad verba S. Antonij* 124 *a*

Euangelium *S. Ioannis moriturus S. Boisilus exponit S. Cutberto discipulo* 541 *c* Euangelij *librum ferens ab imbre cadente circumcircà immunis S. Genulphus* 91 *a* Euangelij *librum solum habens nudus S. Serapion Sindonites, illum dat pauperibus* 507 *d* 524

C *In* Eucharistiâ *specie pueri apparet Christus Godeschalco mon.* 978 *a* Eucharistiam *distribuit S. Marcellus* 6 *c. conficit Theodoretus in manibus Diaconorum vt communicet S. Mariæ Abb.* 628 *a d. in carcere S. Clemens Ancyranus pane & calice ab Angelo acceptis, vt distribuat baptizatis* 463 *e* 474 *f* Eucharistiam *sumptura, pridie pane & aquâ ieiunat & nocte in oratione permanet B. Margarita Hungar.* 901 *b. communicant Dominicis diebus Palæstini* 440 *c. & S. Euthymius* 307 *d. Sabbato & Dominicâ anachoretæ S. Gerasimi* 316 *d. quotidie monachi S. Apollonij Ab.* 626 *f. & diuino monitu Virgo pia Coloniæ* 808 *a* Eucharistiæ *sumptione quosdam illuminari, alios obscurari videt S. Euthymius* 315 *a* Eucharistiâ *in os inditâ, semiuiuum & flagris à dæmone mulctatum sanat S. Sulpitius Pius* 173 *e* Communionem *negat iram fouenti S. Ioannes Eleemosynarius* 513 *b. à* Communione *orans eleuatur à terrâ B. Margarita Hungar* 901 *b* Eucharistiâ *solâ diu viuunt monachi Ægyptij* 626 *f. quatuor diebus S. Gerasimus* 316. Eucharistiâ *sacrâ perceptâ moritur S. Carolus Magnus* 886 *b* Eucharistiam *moribundus, humi depositus, fune collo alligato, accipit S. Petrus Thomasius* 1018 *b c. de* Eucharistiæ *mysterio dubitans, diuinitus confirmatur exemplo SS. Agnetis, Cæciliæ & Barbaræ* 363 *c*

Examen *actorum die ac nocte suadet Antonius* 132 *c*

Ob Excommunicationem *latam in homicidam, ab hoc trucidatur S. Henr. Ep. Vpsalen.* 250 *b* Excommunicati *rebelles Regi à S. VVulstano percutiuntur membrorum debilitate, & oculorum cæcitate, & occiduntur ab aliis, quibus S. VVulstanus collatâ benedictione victoriam prædixit* 242 *a b* 244 *f*

D

Exemplo *sanctæ vitæ suæ Iudæos conuertit S. Sulpitius Pius* 169 *e* Exemplis *aliorum ad Eleemosynas incitatur S. Ioan. Eleemosynar.* 506 507 *c d* 523 524. *dubius in fide confirmatur* 363 *c*

Exequiæ *Vide* Sepulchrum *&* Sepeliri.

Exercitia *prima vitæ spiritualis* 677 678 679. Exercitia *sacra quotannis in eremo soli peragunt SS. Euthymius, & Theoctistus* 303 *f*

Exercitum *hostilem tenebris inuoluit S. Cadocus* 604 *e*

Exorcista *S. Cornelius* 455.

Exules *Palæstinâ à Persis captâ benignè suscipit, vulneratos & infirmos fouet S. Ioan. Eleemos.* 500 *d. ter in hebdomadâ visitat* 501 *a* 518 *c d* Exilium *subeunt Episcopi sancti Melas* 15 *e f. Bretannio* 621. *Valerius Cæsaraugustanus* 838. Exilium *inter pestiferos ex vrbe iniustè exturbata patienter fert Gentilis vidua* 911 *d e. Proscripta ob fidem S. Lucina* 5 *b*

F

FAcie *& capite splendente in oratione conspicitur Margarita Rauen.* 550 *d* 553 *e* Faciei *splendore concionans afflictum recreat Henr. Suso* 689 *d. adipe & pinguedine vngitur à tortoribus S. Prisca, vt splendor faciei tollatur* 185 *f* Facies B. *Alberici moribundi splendet dicentis,* S. Maria ora pro nobis 758 *b* Facies *læsa & deformata, ad reliquias S. Vincentij curatur* 410 *c. alterius fœdè distorta* 410 *f* Faciei *tumor sublatus applicatis reliquiis MM. Minorit.* 69 *d* Faciem *tabulatam habens sine oculis & naribus, precibus S. Aidani sanatur* 1114 *b*

E

Fame 5. *diebus cruciatur S. Zoe* 276 *d* Fame *tortus in carcere ab Angelis pascitur S. Iulianus Mart.* 767. Famis *tempore pestem à Deo impetrant Hiberni, quâ extincti S. Fechinus,* 4. *Reges, & alij* 333 *d Vide* Ieiunium.

Facibus *vstulantur SS. Sarbelius* 925 *e. Valerianus, Candidus, Aquila, Eugenius* 349 *f. Felicianus* 587 *e* Facibus *adusta membra SS. Cyri & Ioannis aceto & sale perfunduntur, pannis è setâ contextis perficantur* 1087 *b* Facibus *ardentibus corpori admotis manet illæsus S. Æmilianus* 833 *e*

Feminis *accessus ad monasterium S. Euthymij negatus* 325 *f* Feminarum *obsequium in translationis reliquiarum accessus ad templum monasterij Reomai* 864 *f* Feminæ *varijs morbis pressæ accessum ad se negat S. Antonius, absenti sanitatem confert* 133 *a b* Femina *accedens ad fontem S. Aidani terræ adhærescit, eius precibus soluitur* 1116 *e* Sorori *præbens se videndum iussu S. Antonij Prior monachus stat oculis clausis* 146 *a* Feminarum *aspectibus licentiùs indulgens fit apostata* 277 *a* Femi-

F

næ *dolores cordis fingentis pectus dextrâ inungit & sinistram igne contra tentationes adurit S. Iacobus Eremita* 869 870. *cum solâ* puellâ *à se miraculosè sanatâ existens S. Iacobus Eremita, postquàm* 45. *annis in spelunca habitasset miraculis & vitæ austeritate clarus, labitur in fornicationem & homicidium* 871. *contra menstruorum immoderatius profluuium colitur S. Sauina vidua* 1030 *f*

Febrim *Princeps contrahit malè excipiens S. Iacobum Tarentas. à quo benignè reuocato sanatur* 27 *f* 28 *a* Febri *moritur B. Facius* 211 *e* Febricitantium *patronus S. Dominicus Ab.* 442 *c* 444 *e* Febres *depelluntur à SS. Serenâ* 1029 *a. Margaritâ Hungar.* 905 *b c d. Crucis signo à S. Præiecto* 631 *d* 635 *c. benedictione à S. Adelelmo* 1057 *b. & aquâ benedictâ* 1060 *a. vino benedicto à S. Leobardo* 199 *d. aquâ putei à S. Ioanne Reomaensi purgati* 856 *c. epotâ aquâ, quâ lotæ manus S. Dominici Ab.* 445. *cui immersæ reliquiæ MM. Minorit.* 69 *b f. ficu comesâ, à SS. Cyro & Ioanne oblatâ* 1090 *c d. ad reliquias S. Vincentij* 410 *c. laqueis ex filis argenteis collo iniectis visitantium reliquias S. Arnulphi* 973 *d. votâ B. Agneti lampade argenteâ* 361 *d. nummis votis ad eiusdem sepulchri ornamentum* 361 *c. infixâ sepulchro S. Mauri Cæsenatis cruce* 335 *a. voto perenni S. Sebastiano facto* 263 *b. votâ peregrinatione ad basilicam S. Sebastiani Romam* 289 *b c. attactu imaginis S. Andreæ*

A *S. Andreæ Corſini* 1072 *c. admotâ catenâ & annulo S. Andreæ Corſini* 1077 *d e. in tranſlatione reliquiarum S. Sebaſtiani* 283 *f* Febris quartana *depellitur à S. Inucnto* 415 *d. precibus Margaritæ Hungar.* 904 *e. panè à S. Ioanne Reomaenſi benedicto* 861 *a b. cibis ſacratis à S. Rumiro* 178 *f. ad reliquias S. Vincentij* 411 *b* Febris hectica *pellitur benedicto cibo à S. Andreâ Corſino* 1067 *c d e* 1075 *a*

Feris obiecti *non læduntur SS. Clemens Ancyranus & Agathangelus* 465 *c* 477 *a. Neophytus* 297 *a d. Æmilianus* 833 *e.* Feris obiectus, *ſigno Crucis eas curat S. Aſterius cum ſocijs* 218 *c d. precibus S. Thyrſus qui & ad ſiluam eas dimittit : parent illæ perfractis parietibus* 815 *e* 822 *b* 830 *e f* Feris obiecta *non læditur, deinde cornibus tauri lacerata obit S. Tryphæna* 1081 *d. Ad* Feras *damnatus, eas vltro prouocans diſcerpitur S. Germanicus* 213 214. *cum* Feris *cærnuoris & venenatis degit illæſus S. Euthymius* 306 *f* Feris *expoſitum corpus S. Vincentij cuſtoditur ab Angelis* 397 *b* Ferâ *belluâ vectus, mare tranſit S. Aidanus* 1116 *f*

Fertilitatem *agrorum prædixit S. Euthymius* 313 *b* Fertilitatem *inſulæ precibus impetrant SS. Iltutus, Gildas, Paulus & Sampſon* 958 *f*

Feruorem *ſpiritus fouendum docet S. Antonius. Primò quia vita breuis, merces æterna. Secundò parua relinquuntur & caduca, recipiuntur æterna. Tertiò quia ſerui ſumus Dei. Quartò*
B *quia incerta mortis hora. Quintò quia facilis & parabilis virtus* 125.

Feſta violantes, *S. Gregorij Papæ, manuum tremore punitus, ope S. Adelelmi ſanatur* 1060 *f. S. Sebaſtiani, variè punitur; emendationem pollicitus, ope eius ſanatur* 287 *b c. S. Benigni Carnotenſis, ruſticus blaſphemus morte* 5. *boum punitur; vxor nens brachij debilitate ; puella in templo nens contractione membrorum* 359 *b c d. S. Rophili, contractione & tremore brachiorum affligitur, meritis S. Mauri Cæſenatis curatur* 335.

Ficu *à SS. Cyro & Ioanne oblatâ & comeſâ, febris & obſtructio lethalis tollitur* 1090 *c d*

Fidei *defenſor S. Antonius* 118 *d in* Fide 9. *annis tentatus diuinitus corroboratur Henr. Suſo* 667 *b* Fidei *fictæ ex leuiculis moribus conuincit apoſtatam S. Tiburtius* 277.

Fiduciâ *in Deum vincitur dæmon* 129 *f. eâ excellit S. Macedonius anachoreta* 549. *& paſſim alij.*

Figlinæ *includuntur* CCLX. *Martyres ſub Claudio* II. 216 *e*

Filium *precibus impetrat alteri, & tempus natiuitatis prædicit S. Marius Bodan.* 774 *e. Vide* naſci. Filius *vnicus Principis reſuſcitatur orationibus S. Furſei* 42 *c* Filij *&* parentes Sancti. *Vide* Parentes, Pater, Mater.

Fimbriam *Veſtimenti S. Antonij ambiunt attingere* 135 *c*

Fingens *ſe monoculum vt ſtipem extorqueat, manet cocles* 1115 *b*

Fiſtulâ *in inguine laborans, cataplaſmate à SS. Cyro &*
C *Ioanne accepto ſanatur* 1090 *f*

Flagellis *ſeipſum caſtigat S. Poppo* 650 *e* Flagellat *ſe acriter cruce* 30. *clauis &* 7. *acubus horrente Henricus Suſo* 662 *c. ſcuticâ aneis & acuminatis aculeis obductâ* 662 *e f* Flagellat *ſe virgis & ſpinis, ſingulis noctibus, & triduo ante Paſcha ſingulis horis B. Margarita Hungar.* 901 *f* Flagellantes *S. Thyrſum reſticulis, ipſi à viris veſte candidâ apparentibus cæduntur, tum ignitis flagellis* 814 *f. tum proprijs manibus per eos in ſeipſos retortis* 830 *d* Flagellatus *ſine dolore S. Thyrſus ſanguinem & carnis fruſta in faciem Præſidis Baudi proijcit* 815 *f* 822 *f* Flagris *cæduntur SS. Vrbanus, Prilidianus, Epolonius MM.* 572 *d* 575 *a* 577 *d. MM. Minoritæ* 67 *b. Neophytus M.* 279 *a d. S. Marcella vidua* 1109 *e. Vide* Fuſtes, Nerui, Verbera *&c.*

E Floribus *ſertum Deiparæ Virgini offerens Henr. Suſo, cæleſti muſicâ recreatur* 679 *e* Flores *impoſiti ſepulchro S. Bernardi Viennenſis morbos pellunt* 548 *b. in* Flores *mutantur teſtarum fragmenta S. Vincentio* 396 *e*

Flumen *miraculosè traiicit S. Adelelmus* 1059 *e. ſiccis pedibus S. Cadocus cum* 24. *ſociis* 605 *c. S. Patroclus ab aquâ intactus* 344 *e* 346 *f. vide* Aqua. *Exundantem Padum iniecto commonitorio ſcripto reduxit ad alueum S. Sabinus* 163 *c e. Danubium cohibet B. Margarita Hungarica* 904 *c. in* Flumine *Siloe lotis oculis iuſſu SS. Cyri & Ioannis cæcus illuminatur* 1095 *a. in* Flumen *abiecti extincti q; SS. Paulus & Pauſirion* D 391 *b e. Aſclas* 457 *b*

Fœdera *cum Perſis aliisq; impijs, vt Chriſtianos in Aſiâ, Ægypto & Africâ ſub iis tuuet init S. Carolus Magnus* 882 *e* 885 *e*

Fontem *miraculosè eliciunt SS. Aidanus* 1116 *b. Cadocus* 605 *b* 605 *c. Irmundus* 842 *f. Notburga* 750 *c d. precibus SS. Berhardus Minorita* 66 *f. Antonius* 132 *b. Deicolus* 203 *e. Catellus & Antoninus* 228 *a. Euthymius* 319 *b. Aldegundis & Humbertus* 1045 *e* 1049 *e. Lupus* 777 *e. ceſpite è terrâ tracto S. Fechinus puer* 330 *d. baculo terrâ percuſſâ S. Contextus* 1137. *humi defixo SS. Iulianus Cenoman.* 763 *d. Furſeus* 48 *d. Gildas* 963 *a* Fons *ſalutaris contra morbos elicitus à SS. Furſeo* 43 *b* 48 *d. Lupo* 777 *e Irmundo* 842 *f. huius aqua ad annum limpida ſeruatur* 842 *c* Fontis *eliciti, quo loco ſanguis fuſus S. Tryphænæ, aqua pota copiam lactis procurat mulieribus & beſtijs* 1081 *d* Fons *S. Gildæ in riuum deductus* 965 *a. à S. Furſeo tranſlatus* 51 *d. & ob improbos accolas à S. Notburgâ* 750 *c d* Fontem *in domo ſuâ ad baptizandos fideles ædificat S. Cyriacus* 9 *b* Fons *ex lacrymis Gelgebes matris S. Furſei ortus, ignis cui adiudicata erat, tres rogos extinguit* 46 *a*

Fornax *Vide* Ignis.

Fornicationis *ſpiritum tetrâ ſpecie, pſalmodiâ pellit S. Antonius* 122 *e* Fornicationis *ſpiritu infeſtatum monachum ex tetro eius odore cogneſcit S. Euthymius, & precibus ſanat* 312 *a d* E Fornicationis *calumniâ, prole obtrusâ impetitur Henr. Suſo.* 681 682 683. *à* Fornicationis *ſuſpicione purgat ſe Abbas Palæſtinus ignem veſte ferens* 515 *a* 528 *c d* Fornicationis *tentationes, à nobili puellâ prouocatus S. VVulſtanus, repellit Crucis ſigno, & alapâ ei inflictâ* 246 *f. in* Fornicationem *& homicidium labitur S. Iacobus Erem. poſt vitam* 45. *annis ſanctè tranſactam* 871. *Vide* Adulterium, Laſciuia, Meretrix *&c.*

Forti animo *naufragium filiorum ferunt SS. Xenophon & Maria coniuges* 727 *d e f. vltro adeunt Imperatorem SS. Sabinianus* 939 *d* 942 *a. Sebaſtianus* 278 *c Thyrſus* 817 *a* 824 *b* 831 *f. Vide* Conſtantia, Intrepidus *&c.*

In Foſſâ *profundâ ſub dio ſtetit* 45. *annis S. Macedonius Chrithophagus* 593 *f* Foſſæ *femorum tenus inſertus S. Baſſus* 257 *b*

Fratres ſancti : *Honoratus Arelatenſis & Venantius* 17 18. *Furſeus, Foillanus & Vltanus* 35. *& ſeqq. Iulius Presb. & Iulianus Diac* 1100. *Arcadius & Ioannes* 723. Fratres Martyres *SS. Feliciſſimus & Felix* 270 276. *Nicoſtratus & Caſtorius* 276. *Vincentius & Orontius* 384. *Claudius, Hypatius & Paulus* 220. *Claudius & Victorinus* 270 *e* 276. *Marcellianus & Marcus* 265 277. *Marcus & Calendinus* 946. *Vrbanus, Prilidianus, Epolonius pueri* 569. *Paulus, Pauſirion, Theodotion* 591. *Barſimas, & duo fratres* 592. *tergemini SS. Speuſippus, Meleuſippus, Eleuſippus* 73 74 *d* Fratres & ſorores *SS. Epiphanius Ticinenſis, Liberata & Specioſa VV.* 32 364. *Sabinianus M. & Sabina V.* 937. Fratres & ſorores MM. *SS. Marcus, Calendinus, Seuera* 496. *Sarbelius & Barbeia* 923. F

Frumentum *ad aram B. Luftildis offerri ſolitum* 1146 *d. frumentum multiplicatum diuinitus S. Aidano* 1118 *c. largè ſubuenienti, pauperibus SS. Ioanni Reomaenſi* 861 *e. Iuliano Conchenſi* 894 *f. hoſpites excipienti S. Fechino* 330 *f. benedictione S. Polycarpi* 700 *d* Frumentum *non deficit S. Mauſimam hoſpitalem* 489 *b. Vide* Panes. *Frumentum ſatum, triduò poſt maturum demetit S. Furſeus* 51 *d. iterum iuſſu eius eodem die ſeritur, pullulat, adoleſcit in culmos, matureſcit* 51 *d*

Fugiens *ob notos conterraneos ſurdo & muto auditum & loquelam impetrat S. Petrus Telonearius* 507 *a* 524 *d* Fugit *veſte virili S. Euſebia Xene* 679 *d* Fugere *nequit furatus è ſepulchro S. Euthymij* 327 *e f* Fugiunt *in eremum metu honoris & gloriæ SS. Antonius* 130 *a. Euthymius* 306 *c d. Iacobus Eremita* 870 *f. Vide* Epiſcopatum fugere.

Fumo *fœtido enecatur S. Zoe ſuſpenſa* 276 *d. excæcati horreum S. Cadoci comburentes, ab eo ſanantur* 604 *f*

Funis *vide* Laqueus.

Funus *vide* Sepulchrum.

Furibus *cibum præbet S. Latinomarus* 233 *f* 234 *a* Furem *è promp-*

A *è promptuario in puteum delapsum noscit, extrahi curat precibus suis incolumem, & dat ad vitam necessaria S. Sulpitius Pius* 172 *c* Furatus *è sepulchro S. Euthymij, immotus nequit fugere* 327 *e f* Furatus *tauros templum S. Bassiani ingredi nequit, nisi restitutione factâ* 225 *f* 226 *a* Furatus 600 *aureos, arcetur à serpente ne eos sub lapide absconsos recipiat, à morbo crimen confessus conualescit* 323 *d e f* Furto *& vi rapturi escam S. Cadoci milites, eâ intactâ terrâ absorbentur* 604 *a b* Furatus *miles duos panes pauperculæ fit cæcus, ope S. Genulphi sanatur* 105 *b* Furatus *reliquias S Vincentij fit cæcus* 409 *b* Furatus *cappam S. Fursei corripitur à dæmone cum vxore & filia, hac cæcâ & surdâ. omnibus mutis effectis* 42 *d* 49 *f. eius precibus sanantur* ibid. *Inuadentes monasterium Lustrense tres nepotes puniuntur neruorum contractione, sanantur à S. Deicolo statuentes monachi fieri* 207 *c. monasterij Stradensis bona aliaq; populati milites, puniuntur cæcitate, contractione neruorum &c. sanantur a S. Genulpho* 105 *a f* Furto *suem ablatam occidens in atrio S. Vrbani, à dæmone arripitur* 493 *a* Furto *sublatas pecunias, monitu S. Vincentij coactus restituit* 411 *f* 412 *a b.* Furto *sibi ablatas pecunias deuouens S. Agneti recuperat* 362 *f* 363 *a* Furto *sublati panni, inuocato S. Vincentio, domi reperti* 412. Furto *tauri abducti restituuntur oranti ad reliquias S. Bassiani* 225 *e*

Fustibus *cæduntur SS. Genitus & Genulphus* 85 *e* 95 *b.*
B *Anastasius Persa* 430 *f* 435 *f. Cyrus & Ioannes* 1087 *b. Prisca* 185 *e. socij S. Asterij* 218 *c. Valentinus* 218 *e. Marius, Audifax, Abachum* 219 *a. Saturninus & Sisinnius* 6 *f. Marcellus* 4 *a* 8 *c* 11 *d. Crescentianus* 8 *d e. à Gothis Marcella vidua* 1109 *a. Papias & Maurus* 7 *a. Thyrsus* 821 *b. idem capite aquæ immerso* 813 *b* 820 *f* 828 *a. Constantius* 926 *a* Fustibus *inflicta S. Constantio Perusino vulnera curat Angelus* 927 *f* 929 *e f* 935 *c* Fustibus *occiduntur SS. Sebastianus* 278 *c. Messalina* 454 *d. à latronibus S. Meinradus* 384 *f*

G

Galeâ *ignitâ torquentur SS. Sabinianus* 940 *a* 942 *e Clemens Ancyranus* 466 *b* 478 *c*

Gallinas *alit S. Genulphus* 88 *b*

Genua *flectit centies die & noctu orans S. Poppo* 650 *a* Genibus *flexis orantes in igne expirant SS. Fructuosus, Augurius & Eulogius* 340 *d* Genuflexionibus *repetitis impeditur spiritus contemplationis* 449 *c* Genibus *contractus abiens ad reliquias S. Vincentij, in viâ sanatur* 404 *c*

Gibbum *precibus impetrat Sanctimoniali, vt ab illicito amore auocet Henr. Suso* 685 *d* Gibbo *incuruatus ad reliquias S. Marij, Marthæ &c. sanatur* 215 *d. alia à S. Vulstano* 248 *f* Gibbosa *mulier sanatur baptizata à S. Feliciano* 586 *d*

Gladius *micans in manu Angeli apparentis S. Furseo, indicat gladium fidei, seu verbum Dei* 37 *b e* 47 *f* 48 *a* Gladio occiti *SS. Cyrinus* 216 *f. Danax* 3 *c. Tiburtius* 277 *f. Neophytus* 297 *a d. Leo & Ioan. Tribuni, Gabriel & Stonius &* CCCLXXVII. *in Bulgariâ* 442 *d. multi pueri Ancyræ* 466 *c* 478 *e. Babylas, Timotheus & Agapius* 592 *d. Barsimas & fratres* 592. *Suranus* 606 *f. Æmilianus, Hilarianus, Hermippus & Dionysius* 833 *f. Seustius & LXX. Martyres* 947 *c. Cyrus & Ioannes* 1087 *d. Ionilla & Leonilla* 76 *c* 80 *d. Archelaa, Thecla, Susanna* 192 *b* 194. *Athanasia mater, Theodosia, Theoctista, Eudoxia filiæ* 1087 *b* Gladio *configitur S. Polycarpus in igne* 704 *c* 707 *b* Gladio *gutturi immerso perempti SS. Aquilinus* 971 *d. Agnes* 353 *b. Vide* capite plecti. Gladiis *tribus coniunctis decollantur à Rege Maurit. MM. V. Minoritæ* 67 *c. in* Gladios *acutos deiici tussus S. Thyrsus, ponitur ab Angelo super paratam machinam, & illæsus deponitur, lictore in eos lapso & discerpto* 813 *c d* 821 *a* 828 *c d* Gladius *ter è manibus lictoris cadit, dum capite plectendus inuocat S. Bassianum* 223 *f* Gladiis *impiorum inuasorum petiti monachi Stabulenses, clypeo diuino redduntur illæsi* 644 *c*

Gloria Cælestis *vide* Cælum.

Gulæ *ingluuiem dæmoniacam signo Crucis curat S. Macedonius Crithophagus* 594 *f*

Gutturis *dolor tollitur ope B. Margaritæ Hungar.* 906 *b*

H

Hæresim *oppressurus, contemnit opprobria & pericula S. Petrus Thomasius* 1003. Hæreseos *falsò à suis sociis accusatur Henr. Suso* 668 *e* Hæretici *Ariani S. Antonio ostensi vt muli* 137 *f* 138 *a b e. fingunt S. Antonium secum credere* 133 *b* Hæretici *frustrà impugnant vitam S. Antonij* 115 116. Hæreticos *odio prosequitur S. Marcella* 1108 *e. Ioan. Eleemos.* 514 *e. numquàm amicè allocutus est S. Antonius, nisi spe conuersionis* 135 *a. congressum auersatur S. Polycarpus* 694 *b c* Hæreticos *Arianos arguens, gladio gutturi infixo occiditur S. Aquilinus* 971 *d* Hæretici *Regis conuiuio interesse recusat S. Epiphanius Ticin.* 370 *c* Hæretici *ossa refodi & comburi curat S. Petrus Thomasius &* hæresiarcham *pertinacem* 1004 *a*

Halstiluidis *visus est victor B. VValterus de Bierbeke audiens Missam de B. Virgine* 447 *e*

Hebdomadam *sanctam oratione, ieiunio triduano, & durâ flagellatione transigit B. Margarita Hungar.* 902 *c*

Hebraicam *linguam discit S. Paula Vidua* 721 *a*

Hepatis *dolor ope S. Anastasij Persæ sublatus* 439 *f*

Hernia *curata ope MM. Minorit.* 70 *d. S. Iuliani Conchensis* 896 *c e*

ex Hilaritate *vultus agnoscitur S. Antonius* 135 *a*

Hirudo *deglutita euomitur ope MM. Minorit.* 70 *b*

Homicida *capiti imponens pileum S. Henrici Vpsalensis, cum eo cutem & carnem abstrahit* 250 *b* Homicida *occisi anachoretæ, obsidetur à dæmone & insanus XX. annis nudus oberrat* 965 *d* Homicidæ *occisuri S. Aidanum manus subitò arefiunt* 1113 *f* Homicidium *monachi, rogante S. Genulpho Deiparam Virginem, vindicatur* 104 *b* Homicidij *reus à morte visus igneo glacio immergi dolio igneo* 104 *d. vide* Latro.

Homo *imago Dei* 596 *d* Homo Dei *appellatur S. Antonius* 135 *c d* Homo *quanti apud Deum sit, expendit S. Ioan. Eleemos.* 510 *f*

Honoris *& gloriæ metu fugiunt SS. Iacobus Eremita* 870 *f Antonius* 130 *a. Euthymius* 306 *c d*

Hordeo *aquâ madefacto solo, absq; herbis aut pane, vixit S. Macedonius, ideò* Crithophagus *dictus* 594 *a* Hordeum *pauperi datum in aurum vertitur à S. Aidano, quod illi redditum iterum fit hordeum* 1118 *f. vide* Panis hordeaceus.

Horrea *Domini reuleri diuinitus impetrat, damna subditis inferre recusans S. Arnulphus* 972 *e* Horreum *S. Cadoci comburentes fumo excæcati ab eo sanantur* 604 *f*

Hortum *colunt SS. Genulphus* 88 *b. Antonius* 130 *c*

Hospita *Apostolorum S. Priscilla* 2 *b* Hospitales *SS. Meinradus* 384 *a. Apollonius Ab.* 627 *b d. Martinus Saurien-*
F *sis* 1134 *a. Honoratus* 20 *d. Victor Angeli monitu accipiens SS. Vincentium & Orontium* 390 *e* Hospitalitas *commendata à S. Euthymio moriturdo* 319 *e* Hospitio *peregrinos gratis suscipit S. Iulianus* 974 *e* Hospitem *S. Antonium monachi osculis & amplexibus salutant* 132 *d. inter pauperes Christum hospitem accipit S. Iulianus Conchensis* 894 *e* Hospitio *Angelum specie pauperis excipit, & paricidium sibi condonatum intelligit S. Iulianus* 974 *f* Hospitibus *excipiendis impetrat cælitus S. Fechinus frumentum, butyrum & lac.* 330 *f* Hospitibus *excipiendis olus colit S. Antonius* 130 *c* Hospitio *peregrinis* 400 *benignè exceptis panes diuinitus multiplicantur S. Euthymio* 308 *f* 309 *a* Hospitalis *S Mausimas, frumento & oleo non deficiente* 489 *b. dat* Hospitibus *duces itineris S. Apollonius Abb.* 627 *b d. ad* Hospitium *felix obtinendum dicitur* Pater noster *ad honorem S. Iuliani* 974 *f. in* Hospitio *à Gentilibus exceptus S. Valerius Cæsaraugustanus, vaticinatus est istic numquàm victuros Gentiles* 835 *f* Hospitium *negans S. Furseo possidetur à dæmone* 42 *e* 50 *a. malè excipiens S. Iacobum Tarentas. febrim contrahit Princeps; eo benignè reuocato, sanatur* 27 *f* 28 *a. ex* Hospitij *ruinâ nocturnâ Angeli triplici monitu eripitur S. Polycarpus* 700 *f*

Humor *vide* Liquor, Vnguentum, Reliquiæ.

ex Humeris *SS. Clementis Ancyr. & Agathangeli excinduntur loræ* 466 *f* 479 *c*

A Humilitas S. Bathildis è Reginâ ſanctimonialis in vilioribus miniſterijs exercendis 741 b 745. Humilis laqueos dæmonis tranſit 143 f. æſtimet ſe omnibus peiorem 144 a. ſimilem iumentis 144 b. ignarum fateatur 144 b. iuſtitiæ ſuæ diffidat. ibid. S. Antonius. ſpiritu diuino impletæ mentis euidentiſſima ſigna ſunt, virtutes & Humilitas 33 a Humilis latens in eremo S. Antonius, toto orbe Chriſti benignitate celebratur 141 a b Humiliatis omnimodæ defectus obuicitur à dæmonibus S. Furſeo 38 a. Vide Honor, Epiſcopus, Fugere.

Hydropicos ſanant SS. VVulſtanus 249 a. Notburga 750 f. Cyrus & Ioannes 1093 1094. precibus Margarita Rauen. 550 e 553 f. digito in nomine IESV ori impoſito S. Andreas Corſinus 1068 a. votâ peregrinatione S. Iulianus Conchenſis 896 e. ad ſepulchrum S. Popponis S. Remaclus 651 f

I

IAnuæ Eccleſiæ vltrò pateſcunt SS. Aldegundi & VValdetrudi 1038 f. 1044 e. Deicolo 203 f. etiam ſpinis obſtructæ 204 b. precibus Launomari 232 c

Idola corruunt Chriſto in Ægyptum delato 624 a. nomine IESV inuocato à S. Iuliano Cenoman. 765 d. precibus S. Callinici ſtatua Æſculapij 816 e 823 e 831 e. S. Priſcæ Idolum Apollinis cum parte templi 185 c. S. Thyrſi ſtatuæ Apollinis B 820 e 827 e. Bacchi 815 e 822 c. Siluani, Herculis, Veneris 816 b 822 f 831 b. reliquiis S. Babylæ in Daphnen tranſlatis, Apollinis oracula ceſſant 579 d e Idola deiiciunt Romæ SS. Fabianus & Pontius 254 e. S. Chromatij ducenta frangunt SS. Sebaſtianus & Polycarpus 273 e

Ieiunat vſq; ad ſolis occaſum S. Launomarus 231 b. biduo aut triduo SS. Antonius 123 a. VVulſtanus 239 d 247 a. triduo aut quatriduo S. Euſebius Syrus 487 d. quatriduo ſolâ Euchariſtiâ contentus S. Geraſimus 316 f. integrâ hebdomadâ S. Paulus ſimplex 148 a. XX. dies in carcere MM. Minoritæ 66 e. XL. diebus continuus S. Aidanus 1116 f Ieiunat in pane & aquâ profeſtis D. Virginis & ſæpè VI. feriis ob reuerentiam Sabbati B VValterus de Bierbeke 448 c. in vigiliis feſtorum B. Virginis & natiuitatis Chriſti B. Margarita Hungar. 901 c. & aliis vigiliis IV. & VI. feriâ Quadrageſimæ 902 c. feriâ II. IV. VI. & Sabbato S. Andreas Corſinus 1066 f Ieiunanti B. VValtero de Bierbeke in pane & aqua, hac in vinum mutatur 448 c ne Ieiunium ſoluat S. Fructuoſus comburendus, recuſat vinum guſtare 340 c Ieiuniis, vigiliis, fide ſuperat concupiſcentiam carnis S. Antonius 122 d Ieiunio triduano precibuſq; indictis, abrogationem iniuſti tributi à Dagoberto Rege impetrat S. Sulpitius Pius 171 e 175 d Ieiunio & precibus triduj præuiis, benedictione ſanat paralyticum S. Iacobus Eremita 870 f Ieiuniis XX. annorum, & luctâ cum dæmonibus, nulla macies aut pallor in S. Antonio apparuit 124 d

C IESV nomine inuocato ſanant paralyticos SS. Æmilianus 833 e. Gildas 960 b. hydropicum S. Andreas Corſinus 1068 a. Idolum euertit S. Iulianus Cenoman. 756 d. dæmones pellunt SS. Antonius 135 d 137 b 140 c. Genulphus 94 d. Felicianus 585 a. Cyriacus 7 d f. Iulianus Cenoman. 765 f. Margarita Rauen. 550 e 553 e. ceruam & hinnulos mites ſiſtit S. Baſianus 223 b. aues ſilueſtres capiunt, & non redituras dimittunt SS. Gildas, Sampſon & Paulus pueri 959 a. anguis euomitur 1058 e 1059 f IESV prolato nomine euaneſcit dæmon 129 d IESV nominis præco appellatur à Deiparâ Virg. Henr. Suſo 689 d IESV nomen reuereretur S. Adelelmus, aut oculis in terram demiſſis, aut capite inflexo 1058 b. pectori inſcriptum habet Henr. Suſo 689 e. carni ſupra cor inſcribit 656 c. aliis ferendum donat 609 e. Bonus IESV ordinem inſtituit & regulam præſcribit Margarita Rauen. 551 552.

Igne cælitus illuſtratur S. Macedonius Crithophagus 595. facies B. Margaritæ Hungar. orantis 904 a. Vide Lumen. Ignis orante S. Priſcâ è cælo lapſus idola & ſacrificulos comburit 186 c Igne negato illudens S. Cadoco comburitur 604 f Igne comburi mauult S. Siſinnius, quàm Herculi ſacrificare 6 b Igne extincti SS. Creſcentianus 8 d 11 e. Moſeus & Ammonius 188 a. Athenogenes 189. Paulus, Panſius, Dionyſius, & plures ſocij 189 a b e. Mardonius, Muſonius, Eugenius, Meſellus 590 e. Xene 190. Medula cum ſociis 616 a. in Igne ſaſciolis exuſtis, genibus flexis orantes exſpirant SS. Fructuoſus, D Augurius, & Eulogius 340 d Igne aduruntur latera SS. Mario, Audifaci, Abachum 219 b. Vide Clauus, Faces, Lampades, Laminæ ferreæ. in Ignem coniecti non læduntur S. Speuſippus & fratres 46 b 47 d. corpora SS. Babylæ, Timothei, Agapij 592 d. in ardentem fornacem iniiſſi non læduntur SS. Valerianus, Candidus, Aquila, & Eugenius 349 f. Clemens Ancyranus & Agathangelus 467 d 480. Neophytus 297 a d. Genulphus & Genitus, Angelo eos ſolante 85 e 95 b e. Tryphæna 1081 d in feruenti caldariâ puer illæſus, ope S. Iuliani Cenoman. 760 f. in Ignito ſcammo collocatur illæſus S. Sabinianus 940 b. per Ignitos carbones ambulat S. Conſtantius Peruſinus 926 f 934 f. Crucis ſigno facto S. Tiburtius 277 e Igne in modum fornicis circumdatur, nec vſulatur S. Polycarpus 704 c 707 a Ignis S. Agnetem illæſam ſeruat, ſeditioſam vtrimq; plebem exarit 352 f Ignis, in quem iniecta S. Priſca, ſubitâ pluuiâ & vento circumſperſus in circumſtantes 187 c Ignis extinguitur ſanguine S. Polycarpi conſoſſi 704 c 707 b Ignem extinguit precibus S. Aſterius cum ſociis in eum coniectus 218 d. fonte orto ex lacrymis Gelgebes matris S. Furſei, ne inſons combureretur 46 a Igne in horreum S. Cidoci iniecto, fumus auctores excæcat, qui precibus eius illuminantur 604 f Igne adurit ſiniſtram manum contra tentationes S. Iacobus Eremita, dum dextrâ inungit & cruce ſignat pectus mulieris dolores cordis fingentis, eamq; conuertit 869 E 870. ab Igne & aquâ bulliente non læditur veſte S. Aldegundis induta 1045 b Ignem ferunt veſte illæsâ SS. Martyrius 494 f. Cadocus 603 f. purgans ſe à ſuſpicione fornicationis & ſcandalo Abbas Palæſtinus 515 a 528 c d Ignis numquàm accenditur in cellis anachoretarum S. Geraſimi 316 d e Ignis cur S. Antonio adpictus 158 b

Ignis ſacer graſſaturus, cæleſti oſtento denuntiatur 156 d. depellitur, inuocato S. Antonio 151 e. vino ob intinctas reliquias S. Antonij 157 b. aquâ S. Genulphi ſacrâ 107 a Igne ſacro puniuntur iniurij S. Antonio 153 f. & in eum blaſphemi 157 c 159. Ignes IV. mundum inflammantes, mendacium abrenunciationis Sathanæ in baptiſmo, cupiditas diuitiarum, diſſenſio, impietas 38 b 54 d

Imago Dei homo ob ſubitam Imperatoris iram non occidendus 596 d Imagine Crucifixi loquente prohibetur S. Henricus Anglus ad patriam redire 61 a Imago S. Antonij ædibus præfixa 158 b Imaginibus ſacris in templo viſis corroboratur in fide S. Anaſtaſius Perſa 427 a 432 e Imagine S. Anaſtaſij Perſæ & reliquiis compeſcitur dæmon, & liberatur energumenus 440 e f Imagine cereâ votâ S. Andreæ Corſino, brachio ſanitas reddita 1072 e 1073 a Imaginem S. Antonij ictibus laceſſentes igne ſacro pereunt varij 159. Imago S. Sebaſtiani ſudore manat 1139 c

Imitatur meliores anachoretas S. Antonius 121 f. ſuperare conatur 122 a

Immobiles Gentiles idolum circumferentes reddit, liberat, & conuertit S. Apollonius Ab. 625 e Immoti conſtitêre, ſatellites capturi S. Catellum 228 b. lapidare volentes S. Eucharium, Valerium & Maternum 919 b c. volentes auferre reliquias S. Treuerij 34 f Immobile corpus S. Eligij, ne Calam déferatur 736 c d. ſarcophagum reliquiarum S. Ioannis Reomaenſis 863 e

Immunitatem agro monaſterij conceſſam infringens morte punitur 405 a. Vide Eccleſia, Monaſterium.

Imperator S. Carolus Magnus 874. imperium inuitus admittit 885 e Imperatores S. Antonium vt parentem colunt, litteras ad eum ſcribunt &c. 137 d. ſe eius filios cupiunt nominari e. Eorum fauorem contemnit S. Antonius, & ſalutaria monita reſcribit 137 d Imperatorem non omnium rerum eſſe dominum oſtendit S. Thyrſus 818 e 825 f. Imperatoris Diocletiani vxor S. Serena 7 d. filia S. Artemia 7. 8.

Impudicus iuuenis irruens in S. Agnetem, ſuffocatur à diabolo 352 d 354 b Impudicam mulierem ſibi inſidiantem memoriâ præſentiæ Dei pellit S. Gamelbertus 784 e f Impudicæ mulieris illecebras fugâ euitat S. Ioannes Reomaenſis 859 c Impudicitiam aliorum compeſcit Martinus Saurienſis 1133 f. in Impudicum balneum conuertens baptiſterium ſubitâ morte punitur Carpaſius Vicarius Maximiani cum

A XIX. *operis* 9 *c. vide* Fornicatio, Meretrix.

Incarnatio Verbi. *Vide* Chriſtus.

Incendio *reliquis conſumptis præſeruatur calix* 211 *d* Incenſo *templo intactum ſepulchrum S. VVulſtani* 245 *e* Incendi *nequeunt, ſepulchrum S. Deicoli repletum ſtramine* 206 *c. Stradenſe cœnobium* 103 *a* Incendium *extinctum ſacrificio in honorem S. Agnetis oblato* 363 *e f. reliquiis S. Vrbani Lingonenſis inter flammas poſitis* 493 *e. precibus S. Polycarpi* 701 *a b. Crucis ſigno facto à SS. Launomaro* 232 *c. Gaudentio* 419 *f. Lupo* 777 *f. Sulpitio Pio* 170 *&* 171 *b. iterum apparente in rogo columbâ* 171 *b* Incendiũ *ædium canticis ſpiritualibus circumiens, igni terminum figit S. Sulpitius Pius* 171 *a*

Incluſus *cellæ nulli loquitur S. Salamanes* 490 *e* Incluſus *panes pro ſex menſibus accipit S. Antonius* 124 *c* Incluſi *SS. Leobardus* 198. *Amnichadus* 1055.

Infantes *languidâ lue curantur, fonti S. Furſei intincti, & fomite Eccleſiæ exiccati* 35 *f* 36 *a* Infantium *morbi curantur ope B. Haberillæ, peregrinatione ſextâ feriâ factâ, aut puluere inde ſublato* 1034 *e* Infans *S. Exuperantius loquitur* 1148 *f Vide* Naſci, Puer.

Inferni *tormenta exponit S. Sebaſtianus* 266 *f* 267 *f*

Inimicum *vitæ ſuæ inſidiatorem, ſupplicem magnis honoribus afficit S. Theodoricus* 790 *b* Inimicitias *deponere renuens orante S. VVulſtano ter à dæmone arripitur, ter emendatus ſanatur* 244 *c* 248 *d*

Iniuriam *diſſimulat S. Epiphanius Ticin. fuſte percuſſus, cauſſam Eccleſiæ agens* 366 *b c* Iniuriæ *non ex toto corde remiſſæ obiiciuntur à dæmonibus S. Furſeo* 38 *a*

Ob Iniuſtum *pondus in doloſæ ſtateræ lance diabolum formâ Æthiopis conſpicit S. Baſſianus eiuſq; ſocij* 225 *a*

Inobediens *monachus, recuſans mulorum curam à S. Euthymio impoſitam, graui morbo ſubitò deiicitur in terram, & ſigno Crucis ab eo ſanatur* 309 *b c d* Inobediens *Diaconus, negatâ à S. Sulpitio Pio facultate iter aggreſſus, poſt proximam noctem in primo errabundus conſtitit loco* 172 *d* Inobediens *monachus à dæmone corripitur* 646 *e*

Inſulæ *dilatationem & fertilitatem precibus impetrant SS. Iltutus, Gildas, Sampſon, & Paulus Leonenſis* 958 *f*

Intrepidus *à ſagittarum vulneribus curatus reprehendit Imperatores S. Sebaſtianus* 278 *c* Intrepidus *omnia tormentorum genera expertus, inſultat Tyrannis S. Thyrſus* 817 *a* 824 *b* 831 *f. & paſſim Martyres. Vide* Conſtantia, Fortitudo.

Ad Iram *declinandam ſecedens in interiorem eremum, ob poculum aquæ euerſum ab irâ ſuperatur* 310 *c d* Iram *ſeruantem & in precibus dicentem,* Et dimitte nobis debita noſtra, *ad reconciliationem adducit S. Ioan. Eleemoſ.* 513 *b* Iram *fouenti Communionem negat S. Ioan. Eleemoſ.* 504 *e* 522.

Iter *ſanctè inſtituit S. Epiphanius Ticin.* 369 *f* Iter *cœptum ob reuerentiam Dominicæ à Nonâ Sabbati non proſequitur S. Furſeus* 51 *d* Itinere *diei vnius S. Moluam ſecum Romam transfert & reducit in Hiberniam S. Aidanus* 1118 *b* Itineris *duces aberranti Treuerio lupi* 34 *a. vide* Peregrinari.

Iudæos *abſq; baptiſmo non permittit Bituricæ habitare S. Sulpitius Pius, eoſq; doctrinâ, oratione & vitâ exemplari conuertit* 169 *e* 175 *c* Iudæos *omnes, quòd ſeditioſi, pellit Alexandriâ S. Cyrillus* 846.

Iudices *in ſententiâ ferendâ timorem Dei anteponant & odio & gratiæ.* S. Antonius 138 *e*

Iudicij extremi *cogitationem inculcat S. Ioan. Eleemoſynarius* 513 514. *in* Iudicio Dei *contra mala opera appenditur panis, à S. Petro Teloneario indignabundo obiectus mendico* 506 523. Iudicium temerarium *moriente S. Vitalio diuinitus damnatum hoc ſcripto*: Nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat Dominus 512 *d* 527 *b*

Iuramentum *per Euangelia facit Cronius* 4. *ſec.* 147 *c* Iuramenti *publici ad aram S. Valerij Cæſarauguſtæ ritus* 838 *a* Iuranti *ferulæ pœnam indicit S. VVulſtanus* 248 *b* Iurantes *ridiculè per S. Conſtantium Peruſinum cæci fiunt, & attactu reliquiarum eius ſanantur* 931. Peierans *per reliquias S. Euthymij à ſpiritu flagellatus moritur* 327.

Iuuenis *laſciuus à diabolo occiditur* 352 *d* 354 *b* Iuuenis *obit S. Tiburtius M.* 276 277. Iuuentutis *mores & ſtudia SS. Polycarpi* 696. *Gildæ* 959. *vide* Adoleſcens, Caſtitas.

K

KYrie eleiſon *in ſupplicatione Palæſtinorum* 312 *f*

L

LAc *pro ſanguine fluit amputato capite S. Æmiliani* 833 *f*

Lac *cælitus impetrat hoſpitibus S. Fechinus* 330 *f*

Lacrymæ *peccata delent, virtutes gignunt.* S. Antonius 142 *d* Lacrymarum *fluxu in oratione genas habebat aduſtas B. Margarita Hungarica* 903 *e* Lacrymis *caſulam humectat celebrans, & pauimentum inundat orans S. Poppo* 650 *a* Flet *S. Ioan. Eleemoſ. afflicto nemine ad ſe veniente* 500 *b* 519 *a. ex* Lacrymis *Gelgebes matris S. Furſei fons ortus extinguit ignem, cui erat adiudicata* 46 *a*

Lædi nequeunt *S. Theodericus gladiis lanceiſq; veſte diſciſſâ* 790 *b. gladiis acutis impoſitus S. Thyrſus* 820 827. *gladiis impiorum impetiti monachi Stabulenſes* 644 *c. ferrâ SS. Thyrſus* 817 *a* 824 *b. Sarbelius* 923 *a. ſagittis S. Sabinianus* 940 *d* 943 *d. veneno hauſto S. Poppo* 644 *c. feris obiecti SS. Clemens Ancyr. & Agathangelus* 465 *c* 477 *a. Neophytus* 297 *a d. Æmilianus* 833 *e. Thyrſus* 815 *e. à leonibus SS. Priſca* 186 *f. Archelaa* 191 *e. calci viuæ iniecti SS. Clemens Ancyr. & Agathangelus* 466 *f. plumbo liquefacto perfuſus S. Thyrſus* 819 826. *oleo, pice, ſulphure SS. Clemens Ancyr. & Agathangelus* 467 *a* 479 *d. in fornacem iniecti SS. Genulphus & Genitus* 85 *e* 95 *b. Neophytus* 297 *a d. Valerianus & ſocij* 349 *f* Illæſi *in igne SS. Speuſippus & fratres* 76 *b* 85 *e. Sabinianus* 940 *b. Conſtantius* 926 *f. Agaes* 352 *f. Aſterius & ſocij* 218 *d. in mare deiecti SS. Clemẽs Ancyr. & Agathangelus* 465 *e. Thyrſus* 822 *a*

Lætitiâ *ſpirituali vincitur dæmon* 129 *f* Lætitiam *ſuis monachis commendat S. Apollonius Ab.* 627 *a*

Laminæ *ferreæ ignitæ axillis S. Clementis Ancyrani ſupponuntur, & cubiti lateribus adſtringuntur* 466 *a*

Lampades *Eccleſiæ parat baltheo præcinctus S. Melas Ep.* 15 *d* Lampadem *à dæmone ter extinctam reaccendit precibus S. Launomarus* 232 *d* Lampades *Eccleſiæ S. Præiecti diuinitus accenſæ* 636 *a. inuocato S. Mario Bodan.* 775 *e* Lampadibus *ardentibus vſtulatur S. Ananias* 614 *d. vruntur latera S. Clementis Acyrani* 464 *a* 475 *c. latera & venter S. Aſclæ* 457 *a. vide* Candela, Lucerna, Lumen, Ignis.

Lancea *noctu in manu S. Popponis viſa ardere* 640 *e* Lanceis *occiſi SS. Benignus* 74 *c. Marcus & Marcellianus fratres* 278 *a. celebrans S. Cædocus* 606 *a*

Languor *triennalis inuocato S. Henrico Vpſalenſi depellitur* 250 *c* Languida *lues infantium ope S. Furſei* 35 *f* 36 *a*

Lapis *maledictione S. Aidani in duas partes diuiditur* 1117 *d. Crucis ſigno in ipſo lapſu ſiſtitur à S. Honorato Fundano* 32 *e. precibus S. Fechini terrâ abſorbetur* 332 *d* Lapidibus *interficiuntur S. Tranquillinus* 276 *f. S. Ananias* 614 *e. S. Parodus Presb.* 442 *d. ſocij S. Aſterij* 218 *e. S. Emerentiana ad ſepulchrum S. Agnetis orans & Gentiles Chriſtianis nocentes reprehendens* 353 *d* Lapidantur *per vrbem raptati, alligatis collo magnis lapidibus SS. Clemens Ancyranus & Agathangelus* 468 *c* 482 *a* Lapide *ponderoſo premenda S. Archelaa liberatur ab Angelo, occiduntur aduoluentes* 192 *b* 193 *f* Lapidare *volentes SS. Eucharium, Valerium, & Maternum immobiles redditi, eorum precibus ſoluuntur* 919 *b c*

Lapſus *Angelorum & primorum hominum* 919 *c d* Lapſi *ex alto non læduntur inuocato S. Andreâ Corſino* 1077 *c. Crucis ſigno facto à S. VVulſtano* 246 *f. matre votum faciente S. Agneti* 361 *c* Lapſa *in puteum precibus B. Margaritæ Hungar. non ſubmergitur, & à confractione membrorum ſubitò ſanatur* 904 *d. ex* Lapſu *grauiter colliſus ſubmiſſo cibo benedicto ſubitò ſanatur à S. Poppone* 647 *b* Lapſu *contritus ad reliquias S. Vincentij* 411 *b*

Laqueis *ex filis argenteis iniectis collo, viſitantes reliquias S. Arnulphi liberantur febre* 973 *d* Laqueo *collo alligato moribundus Euchariſtiam ſumit S. Petrus Thomaſius* 1018 *b c*

Laſciuus *vide* Impudicus, Fornicatio.

Latera *vſtulantur SS. Saturnini & Siſinnij* 6 *f. S. Creſcentiani* 8 *d. lampadibus vruntur SS. Agathangeli* 468 *e* 482 *e. Clementis Ancyrani* 464 *a* 475 *c. Aſclæ* 457 *a* Lateris *dolores curat S. Antonius* 133 *f*

Ex Latrone *Martyr S. Theodotion* 591 *e* Latronis *confeſſionem*

A *ſionem excipit aeternamq; eius ſalutem reuelatione diſcit Henr. Suſo* 671. Latrones *tugurium S. Launomari tota nocte oberrantes quærunt, manè coram eo ſiſtuntur & conuertuntur* 231 *f* Latronem *conuertit, & viſione oſtensâ in monaſterium admittit S. Apollonius Ab.* 626 *a* Latrombus *offert placidus veſtes & cibos, ab iis occidendus S. Meinradus* 384 *e. vide* Homicida.

Lectionem *adhibent menſæ SS. VVulſtanus* 248 *b. Carolus Magnus* 885 *a* Lectionem *vitæ S. Antonij ſuadet monachis S. Athanaſius* 141 *b. eius* Lectione *conuerſi* 117 *b* Lectis *Actis Martyrum ad martyrium accenditur S. Anaſtaſius Perſa* 433 *a. vide* Vita Sanctorum.

Lectus *S. Andreæ Corſini ex ſarmentis vitis, panno picto tectus* 1069 *c. S. Honorati, anguſta ſpelunca* 16 *e* Lectus *S. Præiecti miraculis clarus* 636 *d. in* Lecto *S. Aidani defuncti dormiens morbo corripitur, & eo inuocato ſanatur* 1120. Lectus *pretioſis veſtibus adornatus, & à tribus Virginibus cuſtoditus, in cælo præparatus S. Thaiſi meretrici ob pœnitentiam* 148 *f in* Lecto *ferreo nudus extenſus S. Thyrſus, plumbo liquefacto perfunditur illæſus* 819 826. Lectulis *ferreis ignitis impoſiti, oleo, pice, ſulphure perfuſi non læduntur, à Chriſto animati SS. Clemens Ancyranus & Agathangelus* 467 *a* 479 *d. vide* Dormire.

Legationes *ad varios Imperatores & Reges SS. Epiphanij Ticin.* 366 368 369 370 373 376. *Petri Thomaſij* 990
B 991 997. *& ſeqq.*

Leges *à S. Erico Suecis datæ* 249 *f* 250 *f*

Leones, *obiectam Priſcam non lædunt* 186 *f. Archelaæ pedes lingunt* 191 *e* 193 *b* Leonem *aquâ benedictâ mitem reddit, capit & occidit S. Emerius* 782 *b* Leones *abiguntur à reliquiis MM. Minorit.* 68 *a*

Leproſi *mundantur à SS. VVulſtano* 249 *a. Furſeo* 42 *b. ad eius reliquias* 44 *c. attactu Gentilis viduæ* 913 *e. oſculo S. Feliciani* 585 *a. aquâ lotionis manuum S. VVulſtani* 247 *f. noctu tectus coopertorio S. Popponis* 641 *c. anathemate S. Andreæ Corſino voto* 1077 *e. monitu diuino ad S. Ioan. Reomaenſis reliquias miſſus* 864 *a*

Lethargo *Reginam Angliæ liberat pane benedicto S. Adelelmus* 1059 *c*

Ligna *ab Angelis ad Eccleſiam ſtruendam afferuntur S. Mochuæ* 1119 *b* Lignum, *ſeu quercum immanem, precibus transfert S. Launomarus* 233 *c* Lignum *ſeu trabem V. pedibus longiorem aquâ benedictâ reddit S. Iacobus Tarentaſ.* 27 *d*

Lilium *recens & odoriferum repertum in ore B. Benedicti Eremitæ iam pridem mortui* 336 *f*

Lingua *ad horrorem ex ore prominens ope SS. Cyri & Ioannis ad debitum ſitum reducitur* 1092 *f* 1093 *a b* Linguam *abſciſſam reparat S. VVulſtanus* 249 *a* Lingua *puero, ne pecuniam inuentam proderet, excuſa, emicante ex S. Ioannis Reomaenſis reliquiis igniculo reſtituitur* 864 *b. vide* Silentium.

C Linguas *Latinam æquè ac patriam, & Græcam callebat S. Carolus Magnus* 885 *c* Linguarum *regionum per quas tranſit ſcientiam diuinitus conſequitur S. Cadocus* 604 *a*

Linteo *reliquiarum S. Iuliani Conchenſis inuolucro curantur cancer, tibiarum & brachiorum morbus* 896 *c* Linteis *attactu reliquiarum S. Euſebiæ Xenæ ſacratis ſanantur ægri* 601 *f. vide* Reliquiæ.

Liquor *manat è marmore, ſub quo tumulata B. Beatrix Ateſtina* 1136 *d* Liquor *ſanguineus fragrantiſſimus manat ex reliquiis V. MM. Minorit.* 64 *e* Liquor *corporis S. Petri Thomaſij contra morbos ſalutaris* 1020 *f. vide* Vnguentum.

Lora *exſcinduntur ex humeris SS. Clementis Ancyrani & Agathangeli* 466 *f* 479 *c*

Lucernam *extinctam precibus reaccēdit B. Adelvviua* 642 *c*

Lucro, *non animarum ſaluti, vacantes Antiſtites monere iubetur cælitus S. Furſeus* 40 *d*

Lumbos *ferro ſuccinctus Amman Iſmaelita* 488 *f*

Lumine *cæleſti ſplendent SS. Sebaſtianus* 268 *c. Agnes nuda in lupanari aciem intuentium obtundens* 352 *c. colluſtrantur reliquiæ SS. Agnetis* 361 *c. Vincentij* 402 *a. Anaſtaſij Perſa* 431 *d* 436 *d. locus natiuitatis S. Aidani* 1112 *c. cunæ S. Epiphanij Ticinen.* 365 *e. Thermæ, ſeu carcer S. Conſtantij Peruſini, quo viſo conuertuntur cuſtodes* 926 *b* 934 *c d. Carcer, orantibus SS. Vincentio* 396 *e. V. Martyr. Minoritis* 67 *b* Luce cæleſti *conuertitur S. Apronianus* 6 *c. corroborantur SS. Archelaa* 192 *a* 193 *f. Priſca* 185 *d* 186 *e. Vide* Ignis. Lucifer *manè oriens* D
vocatus S. Hilarion à S. Antonio 147 *b* Luminum *feſtum in Palæſtinâ* 303 *f*

Lupâ *morbo tibiam corrodente, ager abſtinens luſu, dicens ſepties Pater noſter & Aue Maria, & ſemel Salue Regina VII. diebus, ſanatur* 1067 *a* 1074 *e*

Lupi *aberranti in ſiluâ S. Treuerio duces itineris miſſi* 34 *a* Lupis *VIII. famelicis dat ſingulos verueces, & tales diuinitus ſibi reddi impetrat S. Aidanus* 1112 *e. contra* Lupos *inuocatur S. Iulius Presb.* 1101 *b* Lupos *verbo abigit S. Launomarus, ceruâ iis eriptâ* 232 *f. à* Lupo *præfocatum paſtorem precibus reſtituit incolumem S. Poppo* 643 *f* Lupos *II. in lapides vertit S. Cadocus* 605 *c* Lupum *deus in agnum conuerſum parere ſibi viſa mater S. Andreæ Corſini* 1065 *b* 1073 *e*

M

MAcies *nulla aut pallor in S. Antonio poſt ieiunium XX. annorum* 124 *d*

Magicam *artem nouit S. Anaſtaſius* 426 *e. eam exercentes conuerſus arguens comprehenditur* 428 *b e* 433 *d* Magicas *ſuperſtitiones damnantem ſemiaridum Crucis ſigno ſanat S. Euthymius* 305 *d e f*

Magiſtrum *vitæ ſpiritualis non habuit, edoctus à Spiritu ſancto S. Honoratus Fundanus* 33 *a. vide* Doctus.

Magni *cognominantur SS. Antonius* 146 *e f* 147 *a. Euthymius* 299 *c e. Carolus Imp.* 874. E

Magnanimitas *S. Babylæ in tormentis* 576. *S. Petri Thomaſij in periculis contemnendis* 1009 1010. *& paſſim Martyrū.*

Maij *primo die arborem Crucis cum ſex ſui oblationibus plantat Henr. Suſo* 660 *c d*

Maledictione *exiccat arborem S. VVulſtanus* 248 *a*

Mania *vide* Amentia.

Manſuetudine *furorem aliorum mitigat S Martinus Saurienſis* 1133 *f* Manſuetus *animo & vultu ſemper tranquillus, etiam acceptâ contumeliâ Dauides Ab. in Syriâ* 488 *b c d* Manſuetudo *S. Ioan. Eleemoſ.* 503 521.

Manuum *impoſitione energumenam liberat S. Iacobus Erem.* 870 *e. cæcum illuminat S. Valentinus* 216 *f. attactu leproſum mundat Gentilis vidua* 913 *e. cæcum ſanant SS. Clemens Ancyranus & Agathangelus* 477 *f* Manus *præfectæ S. Baſſo* 257 *d* Manibus *truncantur, uſq; ad collum ligatis circumducuntur SS. Marius, Audifax, Abachum* 219 *b* Manus *contracta ſanatur ad reliquias S. Vincentij* 404 *c*

Mare *ſedatum inuocato S. Henrico Ep. Vpſalenſi* 250 *e* Mare *belluâ vectus tranſit S. Aidanus* 1116 *f. ex* Maris *nauſeâ moritur S. Venantius* 19 *c. in* Mare *proiecti Martyres Nicoſtratus, Claudius, Caſtorius, Victorinus & Symphorianus* 276. *demerſum corpus S. Vincentij culeo inſutum & lapidi alligatum, ad littus reiicitur* 397 *c d e. ſaccis inſuti deiecti, ope Angelicâ emergunt SS. Clemens Ancyranus & Agathangelus* 465 *e* 477 *e. iniectus, ligatus & ſacco incluſus S. Thyrſus, liberatur à Sanctis* F
& Angelis & ambulat ſuper aquas 814 *c* 822 *a* 830 *a b. vide* Aqua, Flumen, Submergi, Tempeſtas.

MARIÆ Deiparæ *ſeruus conſecratus & eximius cultor B. VValterus de Bierbeke* 447 448 449 *f. propugnator S. Cyrillus* 843 *c. Sacellani S. Ildephonſus* 535 *c. Henr. Suſo* 681 *b* Mariam Virg. *patronam ord. Ciſter. adoptat B. Albericus* 754 *e. Procuratricem præ pecuniâ eligens pupillus, mirè ditatur à S. Ioanne Eleemoſ.* 511 *a b* 526 *e* Mariam Virg. *manè ſalutans cæleſti cantu recreatur Henr. Suſo* 656 *d e. in omnibus feminis honorat idem* 664 *c* Mariæ Virg. *imagines ſalutat dicto* Aue Maria *B. Margarita Hungar.* 901 *b. in feſtis & intra Octauas legit millies* Aue Maria *cum tot proſtrationibus* 901 *c. in Purificationis feſto candelam myſticè offert, &* Deiparæ *occurrit Henr. Suſo* 659 *c d. in morte Chriſti myſticè conſolatur & domum reducit* 661 *b c. in eius ſolemnitatibus detrectans concionari reprehenditur ab Angelis* 680 *a. in profeſtis ieiunat in pane & aquâ B. Margarita Hungar.* 909 *c. & B. VValterus de Bierbeke, vti etiam feriis ſextis ob reuerentiam Sabbati* 448 *c* Mariæ Virg. *ſertum è floribus offerens Henr. Suſo, cæleſti muſicâ recreatur* 679 *e. aſpectu recreatur Richardis Bauara* 263 *c. à* Mariâ Virg. *& puero* IESV *in extaſi recreatur Henr. Suſo* 686 *f* Mariæ Virg. *voto facto naſcitur S. Andreas Corſinus* 1065 *a* 1073 *b à* Maria Virg. *admonitus S. Cyrillus S. Chryſoſtomum diptychis inſcribit* 848 *c.* Maria Virgo *ſub pallio ſuo fouet Ciſtercienſes*

A ſtercienſes 755 e. & Henr. Suſonem 681 b. veſtem dat S. Ildephonſo ob cultum ſuum promotum 437 a b. veſtem candidam Ciſtercienſium tradit B. Alberico 755 b. de Deiparâ Miſſam audiens B. VValterus de Bierbeke viſus eſt ſimul in haſtiludiis victor 447 e Maria Virgo inuiſit S. Andream Corſinum in primitiis vitantem concurſum amicorum 1067 e 1074 f. paupertatis leuamen addicit & procurat S. Petro Thomaſio 995 e Mariæ V. ope pluuiam promittit & impetrat S. Petrus Thomaſius 996 b Maria Virgo auream Crucem mittit B. VValtero de Bierbeke 448 a. apparens S. Petro Nolaſco, S. Raymundo de Pennaforti, & Iacobo Regi Aragonum iubet ordinem de Mercede Redemptionis captiuorum inſtitui 984 a b Mariam Virg. pro Italiâ orantem, & Chriſtum interitum promeritam eſſe indicantem, in raptu vidit S. Marius Bodan. 774 d Mariam Virg. orante S. Genulpho monachi cædes vindicatur 104 b Maria V. apparens indicat mortis tempus S. Andreæ Corſino 1069 e 1076 a. obſidem pro captiuis ſuſpenſum triduo ne ſuffocetur ſuſtentat 987 a b. moribundum S. Iulianum Conchen. inuitat ad cæleſtem gloriam 895 e Mariæ nomen cordi S. Petri Thomaſij inſculptum 995 a Mariæ V. imago miraculoſa Valentiæ defoſſa deſcenſu VII. ſtellarum inuenta 985 b c Mariæ Odigitriæ imago miraculoſa Lilybæi in Siciliâ 213 b

Martyrum paſſiones, ſegetes 10 c Martyrium, porta cæli. S. Cyriacus 8 d Martyrium, ſacrificium. S. Creſcentianus
B 8 d Martyrium quotidianum eſt ſeruitus deuota S. Paulæ viduæ 722 b Martyrium optat B. Margarita Hungarica 903 f Martyrij deſiderium concipit lectis Sanctorum actis S. Anaſtaſius Perſa 427 e Martyrij deſiderio, relicto Epiſcopatu, abit in alienam prouinciam prædicatum Euangelium S. Florianus 31 c. Alexandriam petit S. Antonius, prouocat iudicem, oſtentat ſe in candenti veſte 130 d. eunt in Hiſpaniam ex Italiâ SS. Vincentius & Orontius 390 c. varia loca inuiſit S. Blaithmacus 237 d Martyres confortant SS. Antonius 130 d. Sebaſtianus 266 b 268 b c. Cyrus & Ioannes, ideò comprehenſi 1086 e f Martyres incarceratos alit S. Thraſo 5 f 10 f Martyrum obſequio ſe ſuaq; mancipat S. Priſcilla 2 b Martyribus incarceratis ſeruiunt SS. Cyriacus, Siſinnius, Largus, & Smaragdus 5 f 10 f Martyrium optatum promittitur ab Angelo S. Cadoco 605 f. de Matyrio ſubeundo in ſomnio admonetur S. Anaſtaſius Perſa 427 f 433 b. ad Martyrium S. Clementem Ancyranum hortatur mater moribunda 470. Martyrium S. Præiecti, matri prædictum 633 f. occiſoribus vltro ſe obtulit S. Præiectus 635 e Martyrium paſſi SS. Blaithmacus, reliquiarum thecam S. Columbæ prodere renuens 237 f 238 a. Henricus Ep. Vpſal. ob excommunicationem latam in homicidam 250 b. vide Captiui.

Matres & Filij ſancti: Candida & Emerius 781. Adelvvua & Poppo 637. Notburga & VIII. liberi 750. Paula, Euſtochium & Blæſilla & gener Pammachius 416. Martyres Athanaſia, Theodoſia, Theoctiſte, Eudoxia 1081. Mater, filius &
C ex hoc neptes SS. Priſcilla, Pudens, Praxedis & Pudentiana 2. Matris S. Candidæ conuerſatio impedit contemplationem S. Emerij filij 782 f Matri ſe obiter videndum præbet, non alloquitur, ſed per ſuos ſolatur S. Ioannes Reomaenſis 859 a. vide parentes, coniuges.

Medicus ſpiritualis S. Antonius Ægypto, imò orbi vniuerſo 139 a b Medici vocantur SS. Marius, Martha, Audifax, Abachum 1136 f Medicus S. Cyrus, cuius officina in templum conuerſa 1084 e f 1086 a

Melle è feretro SS. Naboris & Felicis fluente deluſi milites conuertuntur 1029 f Melle in os immiſſo à SS. Euthymio & Sabâ accipit gratiam ſcribendi vitas eorum Cyrillus 328 d Mel optimum, mel ſine fumo adſcriptum lagenis pecuniarum dono miſsis S. Ioanni Eleem. 502 e. an Mel in pecuniam verſum. 520 a e

Melote veſtis monaſtica 119 d

Membratim diſſecare iuſſus lictor S. Thyrſum, vi cæleſti pro eo aggreſſus parietem, gladium inſtar vitri frangit 819 e

Memoriam pro libris habet S. Antonius 122 a Memoriâ tenet Biblia S. Genulphus puer 82 f

Mendicans ab amicis irridetur, S. Andreas Corſinus 1066 f 1074 e. vide Pauperes, Hoſpites, Eleemoſyna.

Menſæ tempore pia meditatur B. VValterus de Bierbeke 449 d Menſæ adhibent lectionẽ ſacram SS. VVulſtanus 248 b. Carolus Magnus 885 a Menſam ſatellitibus ſe comprehenſuris apponit S. Polycarpus 702 f 706 a. perſecutoribus S. Melas 15 e D

Menſis cuiuſq; primo die alit CCC. pauperes S. Poppo 650 e. Menſibus nomina indit S. Carolus Magnus 886 a

Meretrix ſollicitans S. Iacobum Eremitam, conuertitur visâ eius pœnitentiâ, fit religioſa & ſancta 869 870. Meretrices conuertit auro, precibus illis impetrato S. Conteſtus 1137 b. vt nocte vnâ à peccato abſtineant, pretio obtinet S. Vitalius 511 e 526 f. Vide Adulterium, Fornicatio, Impudicitia.

Merita penſat S. Antonius amore & famulatu ſpontaneo, non temporum longitudine 123 a. ideò præterita oblitus, facienda conſiderat 123 a b appenſo vnico bono opere contra plurima peccata, à moribundo dæmones arcet S. Henricus Anglus 61 f 62 a. Dies omnes ant? fidem ſe perdidiſſe ait S. Apronianus 6 c

Metalla effodientium patronus S. Valerius Cæſarauguſtanus 845 b. ad Metalla damnantur à Decio SS. Moſeus & Ammonius milites 188 a

Milites Martyres IX. 3. SS. Papias & Maurus 7. 948. Moſeus & Ammonius 188. Baſſus, Euſebius, Eutychius, Baſilides 257. Anaſtaſius & LXXIII. ſocij 457. Phengõ & Eucarpius 458 478. Iuuentinus & Maximus 618. Arnulphus 371. Ioannes Edeſſenus 1086 c ex Militibus monachi S. Anaſtaſius Perſa Mart. 427. B. VValterus de Bierbeke 447 448. dein Abbates SS. Adelelmus 1057 b e. Poppo 639 c. Carolus Villarienſis 976. dein Epiſcopi SS. Iacobus Tarentaſ 26 e. Bernardus Viennenſis 546 c. Militia ſecularis ſancta B. VValteri de Bierbeke 447 448. Milites E
Chriſtiani carceribus aut bonorum proſcriptione multati à Iuliano apoſtatâ 619. cohorti primæ Imperatorum præeſt S. Sebaſtianus, à militibus plurimùm amatus 265 a Milites intercepturi Alexandriam confitentur & communicant omnes cum Rege Cypri 1013 c

Miniſteria abiecta & ſordida peragit B. Margarita Hungar. 902 d e. maximè in agrorum obſequio 908 c. miniſtrant Martyribus incarceratis SS. Cyriacus, Siſinnius, Largus & Smaragdus 5 f 10 f. vide Humilitas.

Miracula 4170 facta breui tempore Sueſſione ad reliquias S. Sebaſtiani 295 b. Miracula 3000 edita Caſtelnoui ope S. Valerij Cæſarauguſtani 838 c Miraculum muta & ſurda ſanata, mox in concione publicatur & Te Deum laudamus cantatur 13 e Miraculum continuum vita S. Honorati 23 d Miraculorum virtus non eſt affectanda 128 f. virtutis maximum ſignum eſt ſigna fugere, & virtutes occultare. S. Hilarius Arelat. in vitâ S. Honorati 23 d. vide ſingula miracula propriis titulis.

Miſericordia, pauperibus cum ramis oleæ comitantibus, viſa in cælum deducere animam S. Ioan. Eleemoſ. 513 b 517 a b. Vide Eleemoſyna, Pauperes.

Miſſam celebrant in carcere S. Clemens Ancyranus, pane & calice ab Angelo acceptis 463 e. in manibus Diaconorum Theodoretus 628 a d. in Sacrificio ſubſiſtit, dum Clericum humilitate ſuâ ſibi reconciliet S. Ioan. Eleemoſ. 503 e 522 a Miſſam celebrans S. Euthymius cæleſti igne circumdatur 314 e. F
videt Angelos ſecum ſacra peragentes 314 f Miſſam celebrante S. Clemente Ancyrano, Angeli apparent, & lux fulgida in altari 464 e 476 c. S. Feliciano, luce cæleſti colluſtratur eccleſia 585 c Miſſas celebrando ſcientiam diuinitus haurit S. Petrus Thomaſius 997. Miſſæ ſacrificio in honorem S. Agnetis incendium extinguitur 363 e f. claudum ſanat S. Launomarus 232 b Miſſas priuatim legit in ſuo oratorio S. Ioan. Eleemoſ. 513 a Miſſam maiorem quotidie cantat VVulſtanus Epiſcopus 243 f 248 c. & Miſſas præterea duas audit ibid. ante Miſſam finitam egredientes dextrè corrigit S. Ioan. Eleemoſ. 514 b Miſſam de B. Virgine audiens, viſus eſt eodem tempore victor in haſtiludiis B. VValterus de Bierbeke 447 e Triſagium in ſacrificio Miſſæ in Palæſtinâ 314 e. vide Euchariſtia, Sacrificium.

Modeſtia veſtitus S. Marcellæ viduæ 1107 b

Molam contra morbos ſalutarem erigit S. Gildas 961 a

Molebat panem ſuum S. Ricmirus 179 a

Monachi ſancti Treuerius 33. Antonius, Merulus, Ioannes 164. Martyrius 494. Vitalius 511. 526. Monachus Ciſtercienſis B. VValterus de Bierbeke 447. Monachus ord. Crucigerorum Rainaldus 509. Monachi incluſi S. Leobardus 198. B. Amnichadus 1055. Monachi Martyres SS. Anaſtaſius Perſa 422. Sergius 457. Blaithmacus, & ſocij 236. S. Cyrus 1086 c. vide Ordo, Abbates, Epiſcopi, Præpoſiti, Eremitæ.

A Eremitæ. monachus nouitius *in ſuauitate inſtituitur à S. Honorato* 21 *d. tirocinium ſanctum SS.Sabæ* 316.*Gabrielis* 731. *Ioannis Morinenſis* 795. Æthiopes Monachos *facit cũ aliis S. Apollonius Ab.* 626 *b* Monachi CC. *ſub S.Honorato Fundis*, 32 *f.* CCC. *ſub S. Fechino* 330 *f.* CCC. *Luxouij ſub S. Columbano* 202 *c.* CCC. *ſub Alvvino Maluerniæ in Angliâ* 248 *e. D. ſub S. Apollonio* 624 *a* 625 *b. MMM. ſub S. Ammone* 723 *d* Monachos *diuerſos alit S. Ioan. Eleemoſ.* 514 *d* Monachum *futurum quemdam prædicit S. VVulſtanus* 245 *a* 248 *e. Sexagenarium S. Paulum Simplicem in* Monachum *aſſumere diu renuit S. Antonius* 147 *e* Monachi *ob conſtantiam in perſecutione Maximini iubẽtur Alexandriâ excedere* 130 *d* Monachis *relaxatio honeſta aliquando danda.* S. Antonius 144 *d* Monachi *cauent gulam, auaritiam, ſuperbiam.* S. Ioan. Reomaenſis 862 *b* Monachus *pecuniam detinens, à diabolo diſcerpitur.* S. Antonius 141 *a. vt piſces ab aquâ extracti, mox in arenti terrâ moriuntur, ita* Monachi *cum ſecularibus diuagẽtes, humanis ſtatim reſoluuntur confabulationibus.*S.Antonius 138 *e* Monachos *maximo odio diabolis eſſe docet S. Antonius* 126 *c* Monachatum *prima Romæ amplexa S. Marcella vidua* 1107 *e* 1108 *c* Monaſticam *vitam exorditur in eremo S. Antonius,*Monaſteria *extruit* 124 *e* Monaſtica *exercitatio prima in Ægypto* 109. 111. *in Paleſtinâ* 112. *Aſiâ* 112 *f. Italiâ* 112 *f. Africa* 113 *a. Galliâ* 113 *a. Indiâ* 113 *b.* Monaſticæ
B virtutes *SS. Hilarij* 21. *Iacobi Tarentaſ.* 26. *Treuerij* 33 34. *Furſei* 36 *f. VVulſtani* 279. *monachorum Lerinenſium* 20. *&c.* Monaſtica *vita B. Adelrviuæ viduæ* 641. Monaſterij *inſtitutionem prædicit S. VVulſtanus* 244 *f* Monaſteria *VII. extruit S. Dominicus Ab.* 444 445. *varia fundat, reformat B. Ioan. Morinen.* 799 *a* 802 803 804. *S. Poppo* 643 644 645 *e f* 646 *a* 647 648. Monaſteria *& templa multa condit S.Sulpitius Pius* 173 *f* Monaſterium *Ebronium diuino monitu ædificat S. Hadoindus* 1142. Monaſteriis *plurima beneficia præſtat S. Bathildis* 734 740 743 *f* 744. *ne* Monaſterium *S. Aidani accederent ſignum militibus oppoſitum ſpernens, ſubitò moritur* 1115 *d* Monaſterij *Stradenſis occaſio, templi forma diuinitus oſtenſa* 100 *b*

Monilibus *redimita apparet S. Agnes* 361 *d*

Monita *moralia cælitus à S. Beano data S. Furſeo &* 40 *b c* Monita *ſalutaria S. Ioannis Eleemoſ.* 512. *S. Apollonij Abb. ad diſcipulos* 627. *S. Antonij ad monachos* 139. Monitus *de moribus Presbyter, lanceâ confodere tentans S. Dominicum Abb. immobilis cum equo redditur* 446 *d*

Mons *concutitur in martyrio S. Surani* 606 *f. per* Montem *fluuium miraculosè traducit S. Fechinus* 331 *e*

Morbus *datus ob augmentum gratiæ & gloriæ* 679 *a b* Morbos *multos & graues patienter fert Gentilis* 911 *b. à* Morbo *lethali ſanat S. Ioannem monachum Romanum S. Andreas Apoſtolus* 165 *a d. Vide* ſingulos morbos ſuis locis.

C Mortis *cogitationem inculcat S.Ioan. Eleemoſ.* 513 *e f* 514 *a. ad* Mortem *præparatio inculcatur à S. Honorato* Moribundo 22 *e* Mors *imparatos adſtantes inuenire non debet, ſi ipſum moribundum non inueniat.* S. Honorat. Ep. Arelat. 22 *d. Quò libet viuendo adſcenderimus, illinc* mors *detrahet.* Idem moribundus ad Magnates 22 *d* Mortem *ſuam imminentem cælitus docentur B. Benedictus Eremita* 336 *e. Ioannes Eleemoſ.* 515 *e* 529 *c. Antonius, Merulus, Ioannes monachi* 164 *e f. à Mariâ Virg. S. Andreas Corſinus* 1069 *e* 1076 *a. ab Angelo S.Gildas* 963 *c* Mortem *ſuam prædicunt Antonius* 139 *e. Anaſtaſius Perſa* 431 *e. Baßianus* 225 *c. VVulſtanus* 246 *b. Boiſilus* 541 *c. Poppo* 648 *e. diem S. Euthymius ſanus* 319 *c. diem quatriduo antè S. Genulphus* 88 *e* 96 *e. diem & horam B. Margarita Hungar.* 909 *b* Mortem *inſtantem aliis prædicunt SS. Euthymius Eudoxiæ Imperatrici adhuc ſanæ* 317 *f. & S.Domitiano* 319 *f. S. Baßianus S. Ambroſio* 224 *f. & S. Gaudentius eidem* 420 *b. S. Poppo Ioanni Ab.* 647 *e. Vazoni Ep. Leodienſi* 648 *e. S. VVulſtanus mortuus alteri* 246 *b. S. Anaſtaſius Coſroës Regis* 431 *e* 436 *d. S. Thyrſus Iudicibus ſanis* 813 *e* 821 *b* 828 *f* Moribundis *libenter adeſt S.Ioan.Eleemoſ.* 508 *b* 525 *b* Moriendi *veniâ à S.Poppone acceptâ obit eius diſcipulus* 648 *c* Mori *cum B.Poppone deſiderans octiduo poſt eum ſequitur* 651 *e* Mortem *S. Radegundis puellæ precibus impetrat S. Bathildis moribundæ* 738 *e* Mortem *puellæ prædicit, euocat eam è vitâ, & in cælum deduxit S. Andreas Corſinus* 1070 *a b. à* Moribundo *arcet S. Henricus Anglus dæmones, appenſo vnico bono* D
opere contra plurima peccata 61 *f* 62 *a* Moribundum *Britannum contra infeſtationes dæmonum defendunt SS. Paulus, Machutus, & Sampſon Epiſcopi Britanni, & S.Genulphus, quòd in eius ditione moreretur, animam cælo infert* 91 *c d* 103 *f* Moribundum *dæmones ſub ſpecie Æneæ & Turni terrentes pellit S. Poppo apparens* 651 *b* Moribundus *S.VVulſtanus apparet alteri Epiſcopo procul abſenti* 246. Moribundo *S.Genulpho apparet S. Petrus* 89 *b* 97 *a* Moribundus *B. Albericus dicens* S. Maria ora pro nobis, *faciei ſplendore coruſcat* 568 *b* Moribundi *euocantur ad gloriam S. Bernardus Viennenſis voce cæleſti* 547 *c. S.Domitianus à S. Euthymio* 320 *c* Moriuntur *die Conuerſionis S. Pauli, in ſignum bonæ conuerſionis S. Poppo* 649 *f. die Veneris ſancto mater Henr. Suſonis, Paſſioni Chriſti addictiſſima* 687 *e f* Moriuntur *genibus flexis SS. Speuſippus & fratres, videntes Angelos* 79 *e f. S. Treuerius in agro oues paſcens* 34 *e* Moritur *in cilicio humi cubans S. Poppo* 649 *e f. ſolus, dimiſſo famulo S. Leobardus* 199 *e. Crucis ſignum labiis imprimens S. Paula vidua* 721 *e* Moriuntur *luce & odore ſuaui diffuſis S. Euſebia Xene* 601 *c. luce cæleſti & odore repleto cubiculo S. Bernardus Vien.* 547 *c. cubiculo noctu illuminato S. Andreas Corſinus* 1069 *f. luce cæleſti repleto cubiculo Bathildis* 741 *f* 745 *f. luce ſupra domum noctu apparente Aldegundis* 1046 *f* Moriuntur *Angelo ſecum colloquente S. Dominicus Ab.* 445. *Antonius intuens Angelos, qui animam ſuam ad cælum* E
deducerent 140 *e. Genulphus inter voces Angelicas* 89 *c* 97 *a. S. Henricus Anglus canentibus Angelis* Te Deum laudamus 61 *e. S. Magnus auditâ voce* Veni Magne, ſuſcipe coronam præparatam *&c.* 59 *a* Moriuntur *campanis vltro ſonantibus BB. Benedictus Eremita* 336 *e. Ioanna* 59 60. Mors *S. Aldegundis variis reuelata* 1039 *f* 1040 *a* 1045 *d f* 1046 *a d e* Mortuis *prodeſſe preces & ſacrificia docet Ioan. Eleemoſ.* 508 *c* 525 *c* Mortem *S. Antonij luget cælum triennio clauſum* 117 *d* Mortem Martyrum *vide in diuerſis martyrij generibus*, Capite plecti, Igne comburi, ſubmergi *&c.* Moribundos *ſanant, infantem B. Facius* 211 *b. precibus S. Sabina* 945 *c. baculo ſignans S. Gildas* 965 *e f. ad* Mortem *vinctus cùm à Longobardis raperetur, ope SS. Valerij & Renati Epp. Surrent. liberatur præcipitando in aquam* 30 *b* Mors *infligenda Gelgebæ matri S. Furſei inſonti vt impediatur, ipſe S. Furſeus ex matris vtero increpat auum* 45 *e. ignis, cui adiudicata, extinguitur lacrymis Gelgebes in fontem creſcentibus* 46 *a*

Mortuos reſuſcitant *SS. Emerius* 782 *b d. VVulſtanus tres* 249 *a. Fechinus tres* 331 *a e. Reginam Lageniæ* 332 *e. precibus, S. Felicianus duos* 585 *a. Furſeus duos* 46 *f* 47 *a. Iulianus tres* 764 *a. Sulpitius Pius frigore & inediâ extinctum* 170 *c. Baßianus ſerpentis ictu mortuum* 224 *e. ſigno Crucis duos Eucharius* 920 *c e. & baculo S. Petri admoto S.Maternum* 918 *e f* 919 *a. Sulpitius Pius in flumine demerſum* 170 *b. attactu baculi S. Aidanus* 1119 *b. caligulâ S.Honorati Fundani pectori defuncti impoſitâ S. Libertinus* 33 *b d. campanæ ſono S. Furſei* 51 *c* Mortuâ *ad ſe per alium euocatâ S. Aidanus* 1116 *c* Mortui *ſuſcitantur voto S. Agneti facto* 361 *c. votis ieiunio in vigiliâ S. Henrici Ep. Vpſalenſis & oblatione in feſto à parentibus, in ſomno de tali inuocatione monitis* 250 *e* Mortua *proles nata, inuocato S. Henrico Vpſalenſi à parentibus, ſuſcitatur* 250 *c. alia* 250 *d. Occiſum, dum homicidam oſtendat, reſuſcitat S. Palladius* 841 *f* 842 *a* Mortuum *filium pater ſuſcitat, S. Genulphi iuſſu* 86 *d* 95 *f. matrem S.Tremorij à marito occiſam abſciſſo capite, à* Morte *ſuſcitat S. Gildas* 962. *occiſum Brandubium Regem Hiberniæ reſuſcitatum, confeßione & viatico munit S. Aidanus* 1118 *d. reſuſcitat ex inferis gigantem S.Cadocus* 603. 604 *a* Mortuum *ſe fingens ne SS. Iulium & Iulianum in ſtruendâ Eccleſiâ iuuaret, verè mortuus reperitur* 1103 *a b. mortem imprecans S. Popponi ſubitâ morte punitur* 646.

Mortificationi *carnis deditus S. Epiphanius Ticin.* 366 *e. vide* Pœnitentia, Flagellatio, Ieiunium.

Mula *ope MM. Minoritarum vitæ reſtituta* 69 *f* Muli *conculcantes altare, in viſione oſtenſi S. Antonio, ſunt Ariani* 137 *f* 138 *a*

Munera *oblata à Rege Sigeberto recuſat S. Furſeus* 50 *f. à Choſroe S. Anaſtaſius Perſa* 231 435 *e. à Sapore Principe Perſarũ cõuerſo S.Cyriacus* 8 *a* Munera *accipere ſuos officiales vetat S. Ioan. Eleemoſ.* 500 *a* Muneribus *oblatis SS.Renatum & Valerium*

A lerium Epp. Surrentinos corrumpere conantur Longobardi 30 c e donaria illis oblata extra templum reperiuntur, nullo adiuuante proiecta 30 e. ab impiis accepta exprobrantur à dæmonibus S. Furseo 38 c. ob veſtes vſurarij dono acceptas, eius damnati attactu aduritur S. Furseus 40 e

Muri ruinâ oppreſſus, precibus S. Præiecti ſeruatur 634 c

Muſcæ plagâ capiti inflictâ erumpunt, & excremẽtis cameli ex præſcripto SS. Cyri & Ioannis vulnus ſanatur 1091 f

Muſicam de Diuâ Virgine componit S. Ildephonſus 536 f Muſicâ cæleſti recreatur B. Henr. Suſo, oblato ſerto Mariæ Virg. 697 e

Mutuas datas XX. libras auri detinentem impoſtorem, non permittit puniri S. Ioan. Eleemoſ. 511 c

Muti ſanantur ope SS. Sebaſtiani 286 b. Vrbani Lingon. 493 b. VVulſtani quatuor 249 a. Crucis ſigno linguæ impreſſo à S. Sulpitio Pio 170 b 175 b. S. Zoë Cruce ſuper os factâ à S. Sebaſtiano 268 e. aquâ epotâ, cui intinctus digitus S. Iuliani Conchen. 896 c. buccellâ panis intinctâ aquæ benedictæ à S. Adelelmo 1058 e. ad reliquias SS. Marcelli Papæ 13 d. Genulphi 91 f 106 a. Vincentij 405 c. eiuſdem apparentis 410 b Mutus à natiuitate ſuppoſitus ſcrinio reliquiarũ S. Marcelli ſanatur 14 b

N

B NAſcitur proles impetrata precibus S. Marij Bodanenſis 774 e. alia Reginæ VValliæ impetrata à S. Cadoco 604 f. proles maſcula Principi Arcadiæ promittitur & impetratur precibus Petri Thomaſij 1005 f Naſciturus filius prædicitur S. Bathildi à S. Eligio 735 d. Necdum Natus S. Furſeus auum increpat, ne matrem interficiat 45 e. luce cæleſti coruſcat domus, in quâ dormiebant parentes S. Furſei necdum Nati 46 c d Naſcuntur, à parentibus voto Mariæ Virg. facto, S. Andreas Corſinus 1065 a 1073 b. ſterilibus parentibus cælitus promiſsi SS. Euthymius 302 c. Emerius 781 e. Genulphus 82 d 92 c Naſcuntur nouem liberi vno partu editi à S. Notburgâ 750 b. parturientes adiutæ à S. Sebaſtiano 1139 f. in Natiuitate S. Fechini domus viſa ardere 330 c. vide Infantes, Sterilitas, Parentes.

Natationi & balneis addictus S. Carolus Magnus 884 f

Naufragio maris ruptâ naui eripiuntur SS. Ioannes & Arcadius fratres 726 c Naufragium euadit, naui extra mare tranſlatâ, S. Petrus Thomaſius 998 c Naufragos liberant apparentes SS. Henricus Angl. 62 a. VVulſtanus 248 a. Euthymius pallio ſuo tegens, atq; è medio mari ſubitò Hieroſolymam transferens 321 a b. vide Mare, Tempeſtas, Ventus.

Nauiculam ſurdus, mancus, claudus, à S. Sebaſtiano, tranſiturus ad eius reliquias, obtinet, dein ſanitatem 292 d Nauim Eccleſiæ frumento plenam donat nauclero, & abſens dirigit S. Ioan. Eleemoſ. 501 d 520 b Nauicula ſoluto diuinitus funiculo ad alteram ripam vltro applicatur, tranſmittitq; ſine remige S. Henricum Anglum 60 e Nauiculæ impoſitum corpus S. Ti-

C tiani, contrarijs vndis deuenit ad locum ſepulturæ 31 f Nauim in medio Nilo precibus ſiſtunt SS. Aſclas & Leonides 832 b 456 e. ſoluunt, vectoribus confeſsis Chriſtum Deum eſſe 456 e f Nauiũ alteram periiſſe, alteram poſtridie portum ingreſſuram prædicit procul abſens S. Macedonius Crithophagus 595 d Nauium claſsi interceptura Alexandriam ſolemniter benedicit S. Petrus Thomaſius 1003 f

A Nautis inuocatur B. Gulſtanus 966 f Nauigat ſupra veſtem in inſulam S. Iulius Presb. 1103 e

Nebulâ impetratâ precibus euadit periculum piratarum Turcicorum S. Petrus Thomaſius 998 b

Negare verbo priuatim Chriſtum recuſat S. Anaſtaſius Perſa, ſi faceret, liberandus 429 e 434 f

Nentes in feſto S. Benigni Carnotenſis, vna brachij debilitate, altera contractione membrorum punitur 359 c d

Nephritici dolores ad reliquias S. Epiphanij Ticin. pulſi 380 d

Neruis attrahuntur SS. Creſcentianus 8 d. Cyriacus 8 9. caduntur SS. Saturninus & Siſinnius 6 f. Clemens Ancyranus 463 f. Agathangelus 465 a 475 a. Sarbelius 925 e Neruorum contractio ad reliquias S. Vincentij tollitur 411 c

Nidor carnis, vide Odor.

Nix miraculo ſoluitur, quâ viâ defertur ad ſepulchrum corpus B. Benedicti Erem. 336 e Niuem ſummo æſtu integram ſeruat S. Iacobus Tarentaſ. 17 e D

Nobilitatis faſtigium eſt inter Dei famulos computari. S. Hilarius Arel. 17 d. ex Nobili Dano eremita S. Henricus in Anglia 60. Nobiles plurimi ſancti.

Nola S. Antonio adpicta 158 d e vide Campana, Cymbalum.

Nouenâ exactâ in honorem S. Valerij Caſarauguſtani ſanatur æger 838 c. alij duo intra Nouenam 838 c d. vide Vota, Peregrinari.

Nouiſſimorum memoriâ, gehennæ & iudicij futuri, libidinem carnis extinguit. S. Antonius 122 d. vide Mors, Iudicium, Infernus, Cælum.

Nouitius vide Monachus.

A Nube aſſumptus Beneuentum ex Britanniâ transfertur S. Cadocus 605 e

Nudus & ligatus ante rhedam Maximiani trahitur S. Cyriacus 8 c Nudis pedibus in magno frigore incedit S. Petrus Thomaſius 1017 e Nuditas S. Agnetis veſte candidâ ab Angelo tecta, eiuſq; capillis atq; ingenti lumine 352 c

Nuptias ſuadentibus ſortiſsimè reſiſtunt, patri B. Margarita Hungar. 909 a b. matri S. Aldegundis 1042 a f 1047 f. à Nuptiis promiſsis cælitus retrahitur S. Poppo 640 c Nuptiis conſtitutis fugit in Eccleſiam S. Gregoria V. 494 b Nuptiarum die, monitu diuino, fugit S. Henricus Anglus 60 c. vide Sponſus.

O E

OBedientiam habens poteſt eſſe ſaluus. S. Antonius 147 f Obedientiâ cæcâ exercet S. Antonius Paulum Simplicem 147 f. contextum funem iubet retexere, & denuò contexere 148 a. panem menſæ apponere, ei aſsidere, nec comedere 148 b. aquam totâ die haurire, veſtem diſſoluere & denuò conſuere &c. 148 c

Obſidione liberatur Surrentum, ope SS. Renati & Valerij Epp. 30 f Obſeſſi circumferentes reliquias S. Vincentij conciliantur hoſti 398 c e. vide Vrbs.

Obſtructio lethalis curatur comeſâ ficu, à SS. Cyro & Ioanne oblatâ 1090 c d

Obtrectatores, vide Detractio.

Occidi, vide homicidium, latro, martyrium, huiuſque varia genera.

Occultè Chriſtianus S. Sebaſtianus Martyres confortat 266 b

Oculorum acies integra conſtitit S. Antonio CV. annos nato 141 a Oculos arctè cuſtodit XL. annis, ſpectandis arantibus diſtractus S. Euſebius Syrus 487 e Oculus pro Chriſto effoſſus S. Paphnutio 133 a Oculorum albugo aquâ fontis SS. Cyri & Ioannis deterſa 1089 f Oculorum dolor pulſus argenteis oculis ad reliquias S. Emerij oblatis 783 b. aquâ cui immerſæ reliquiæ MM. Minoritarum 69 d Oculis effoſſis viſum reſtituit S. VVulſtanus 249 a. vide Cæcitas.

Odorem ſuauem ſpirant SS. Priſca in carcere 185 f. Polycarpus ex incendio 704 c 707 b. S. Petrus Nolaſcus virginitatẽ F vouens 982 d Odor ſuauis diffunditur in cæde S. Meinradi 384 f. ex corporibus SS. Petri Thomaſij 1020 a. Vincentij, Orontij & Victoris 393 d. Popponis 630 c f. Vlphiæ Virg. 1124 b. Margaritæ Hungar. pridem mortuæ 904 f. ex reliquiis SS. Vincentij 401 f. 409 e. Ildephonſi 538 b. Lupi 778 e. S. Meruli XIV. annis ab obitu 164 f. Treuerij poſt LXX. annos à morte refoſsis, ad milliare vnum diffuſus 35 b d. Marcelli DCC. annis poſt obitum 13 b. Aldegundis D. annis poſt mortem 1051 d. & DCCC. annis poſt mortem 1053 f Odore reliquiarum S. Patrocli repletur templum 348 f Odorem ſuauem corporis S. Conſtantij Peruſini percipientes cæci, attactu eius viſũ recipiunt 931 c d 936 c d Nidore auis toſtæ in ſacrificio diſtractus S. VVulſtanus, vouet carne deinceps abſtinere 243 b 246. ex Odore tetro ſpiritum fornicationis agnoſcit S. Euthymius 312 a d

Oeconomus monaſterij S. Launomari 231 d. Lauræ S. Euthymij S. Domitianus 772 b. ex Oeconomo Epiſcopus S. Titianus 31.

Oleum non deficit S. Mauſimam hoſpitalem 489 b Oleo, pice, ſulphure perfuſi non læduntur SS. Clemens Ancyranus & Agathangelus 467 a 479 d Oleo feruente & aceto perfunduntur SS. MM. Minoritæ 67 b Oleo & pice bullienti S. Archelaa

A *chelaa* 192 *a* 193 *e* Oleum *fluit è ſepulchro S. Euthymij, morbos pellens* 322 *f* Oleo ſacro *ſanant infirmum S. Marius Bodan.* 774 *c. cæcum S. Ricmirus* 178 *f. dæmoniacum toto corpore perfuſum S. Launomarus* 232 *e. & paralyticum* 233 *a* 234 *b* Oleum *pro lampadibus S. Præiecti miraculosè auctum* 636 *d* Oleo lampadis *ſepulchri S Sulpitij Pij ægri ſanantur* 174 *e* 176 *a. S. Præiecti, brachium interfectoribus eius confractum ſanatur* 636 *b* Oleo lampadis *ſacra iuſſus à SS. apparentibus ſe vngere paralyticus conualeſcit* 1082 *e* Oleo lucernæ *SS. Cyri & Ioannis pedes vncti ſanantur* 1091 *a*

Olera cruda *in delicijs monachis Ægypti* 120 *b*

Opus manuum *cum pſalmis aut collatione monachis Ægyptis* 120 *c d* 144 *e* Operatur *manibus S. Antonius* 121 *f* Labore *manuum ſuſtentetur monachus.* S. Antonius 142 *a b*

Oratorium *vide* Templum.

Orat *centies genua flectens die & noctu S. Poppo* 650 *a* Orare *ſeptiès laicis præcipit S. VVulſtanus* 248 *b* Orat *dormiens S. Honoratus* 13 *e. in* Oratione *pernoctant ſæpiſſimè SS. Antonius* 123 *a. Arſenius in ſpecu* 1138 *b* Orat *aſſiduè S. Antonius* 122 *a* Orans *corpore à terrâ eleuato extaſes ſæpè patitur B. Margarita Hungar.* 904 *a* Orans *pro interfectore & veneraturis ſuas reliquias S. Cadocus exauditur, voce cæleſti annuente* 606 *a* Orationes *matutinas Angelos canentes videt S. Petrus Nolaſcus* 989 *e* Oratione *impetrant pluuiam SS. Euthymius*

B 312 313. *Polycarpus* 701 *c f. Iacobus Erem.* 873 *c. lucem cæleſtem MM. Minoritæ* 67 *b. ignem è cælo S. Priſca* 186 *c. lignum immane transfert S. Launomarus* 233 *c. ſerpentem puteum inficientem interimit S. Ioan. Reomaenſis* 856 *b* 858 *f. Draconem fugant ex inſulâ S. Honoratus & Iacobus* 26 *f. lapidem terrâ abſorberi procurat S. Fechinus* 332 *d. currum frangit & reparat B. Margarita Hungar. tripodem aneum frangit S. Saturninus* 5 *f. idola SS. Thyrſus* 830 *f. Callinicus* 823 *f. furtum equi impeditur* 495 *c* 774 *e. ſecures furto ablatas recipit S. Ioan. Reomaenſis* 859 *b. ianuas templi aperit S. Launomarus* 232 *c. carceres captiuis patefacit S. Clemens Ancyr.* 461 *b* 477 *a. catenas frangit S. Thyrſus* 826 *f* 827 *f. lampadem ter accendit S. Launomarus* 232 *d. lucernam B. Adelyvina* 642 *c. incendium extinguunt SS. Polycarpus* 701 *a b. Lupus* 777 *f. fontem eliciunt SS. Berardus Minorita* 66 *f. Antonius* 132 *b. Deicolus* 203 *e. Catellus & Antoninus* 228 *a. Euthymius* 319 *b. Lupus* 777 *e. Aldegũdis* 1049 *a. à ſubmerſione liberat B. Margarita Hungar.* 904 *d. filium ſterili impetrat S. Marius Bodan.* 774 *e. gibbum impetrat, vt ab illicito amore auocet, Henr. Suſo* 685 *d. formicationis ſpiritum pellit S. Euthymius* 312 *a d. conuertit ad vitam monaſticam S. Hilarium Arelat. S. Honoratus* 21 *b. faciem deformem ſanat S. Aidanus* 1114 *f. cæcos illuminant SS. Valentinus* 216 *f. Andreas Corſinus* 1067 *f. hydropicum ſanat Margarita Rauen.* 550 *e. febrim pellit B. Margarita Hungar.* 904 *e. ſitim pellit S. Aldegundis* 1037 *e* 1046 *a. peſtem pellunt SS. Iulianus Conchenſis* 894 *e.*

C *Aquilinus* 971 *a. Exuperantius* 602 *c. moribundum ſanat S. Sabina* 445 *c. à lupo præfocatum S. Poppo* 643 *f. mortem S. Radegundi impetrat S. Bathildis* 738 *e. mortuos reſuſcitant SS. Felicianus* 585 *a. Iulianus* 764 *a. Sulpitius Pius* 170 *b. Baſſianus* 224 *e. filium vnicum Principis S. Furſeus* 42 *c. corpus S. Leocadiæ è tumulo eleuat S. Ildephonſus* 536 *d. à dæmone obſeſſos liberant SS. Antonius* 130 *f. VVulſtanus* 247 *f. Ambroſius, Baſſianus & Felix* 224 *d. famulum à dæmone malè multatum cognoſcit & curat S. Sulpitius Pius* 172 *f* 173 *a* Oratione Dominicâ *recitatâ in honorem S. Iuliani Hoſpitatoris petitur felix hoſpitium* 974 *f. ad reliquias S. Ioannis Reomaenſis cæcus illuminatur* 864 *f* Oratione Dominicâ *& Symbolo recitatis ſanat graui lapſu confractum & exanimem S. Tiburtius* 276 *c* Oratione *& ieiunio ſanitatem Clotario II. impetrat S. Sulpitius Pius* 169 *b* Orantes *in templo ante piſcationem irridens, ore ad aurem retorto punitur* 404 *e*

Ordinantur *à S. Caio Papâ Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi* 276 *a* Ordo S. Mariæ de Mercede *fundatur à S. Petro Nolaſco* 980. Ordinis Præmonſtrat. *B. Redigundis* 975. Ordinis Carmelitarum *Petrus Thomaſius Ep. & Patriarcha Conſtantinopolitanus* 990. *Andreas Corſinus Ep. Faſulanus* 1061. Ordinis Minorum *Berhardus de Carbio, Ottho Presbyter, Petrus à S. Geminiano, Adiutus, Accurſius* 62. *B. Gualterus Brugenſis Ep. Pictauien.* 450. Ord. Prædicat. *Henr. Suſo* 652. *B. Margarita Hungarica* 897. *vide* Monachus, Abbas.

D Ornatum vanum *corporis deponit S. Blæſilla vidua* 416 *d. S. Bathildis monitu S. Eligij apparentis* 636 *e f*

Os *S. Deuotæ lapide contunditur* 771 *a. SS. Papiæ & Mauri* 948 *b* Os *S. Clementis Ancyrani clauis ferreis percutitur, dentes exiliunt, maxillæ conteruntur, & adhuc Chriſtum prædicat.* 463 *c* 474 *e*

Os *piſcis periculosè gutturi inhærens S. Agnete inuocatâ exſpuitur* 362 *b c*

Oſculatur *terram ducenties noctu Henr. Suſo* 662 *e* Oſculis *& amplexibus ſalutant monachi S. Antonium hoſpitem* 132 *d* Oſculantur *aduenientes in nocturnâ congregatione pſallentes Chriſtiani* 216 *f* 217 *a* Oſculantur *fideles membra S. Polycarpi occidendi* 706 *f* Oſculum *ori, membris, & feretro S. Honorati imprimitur* 23 *b* Oſculo *ſanant paralyticũ SS. Baſſianus* 224 *b. tibias putrefactas Andreas Corſinus* 1069 *a* 1075. Oſculo *manuum leproſos mundat S. Felicianus* 585 *a* Oſculata *digitum S. Exuperantij mortui ſanatur* 602 *e* Oſculante *S. Bathildi corpus S. Eligij defuncti, profluit ex eo copioſus ſanguis* 736 *b*

Otium *vitandum.* S. Euthymius 304 *f* Otioſa verba *prolata obiiciuntur à dæmonibus S. Furſeo* 38 *a*

Oues paſcit *S. Valerius exul* 835 *d. S. Irmundus* 842 *b e* 843 *d. S. Treuerius ex monacho anachoreta* 34 *c e. eas paſcens moritur flexis genibus in agro* 34 *e*

P

P Allij *vſus monachis Ægyptiis* 120 *a. vide* Chlamys.

Palmarum feſtum *in Paleſtina* 303 *f*

Palpebræ *vncinis acutis euelluntur S. Thyrſo* 818 *c* 825 *d*

Palis IV. *extentus diſcerpitur S. Eutychius* 257 *d*

Pane *ſolo victitat S. Marcellus in cuſtodiâ beſtias curans* 11 *f.* Pane *ſolo, fletu & cinere miſto, ſecundo, tertio aut ſeptimo etiam die veſcitur S. Euſebia Xene* 600 *d* Pane *hordeaceo ſemper vſus S. Genulphus Epiſc.* 83 *e* 88 *a* 93 *a* Pane hordeaceo *arido victitat S. Ricmirus* 179 *a* Pane & aquâ *victitant SS. Antonius* 120 *b. Honoratus* 24 *c d. Henricus Anglus* 60 *c. vide* Victus, Ieiunium. Panem *à S. Petro accipit S. Aldegundis* 1037 *e* Panes *à Deo in deſerto impetrat S. Emerius* 782 *a* Panes *diuinitus multiplicati SS. Euthymio ob peregrinos CCCC. hoſpitio exceptos* 308 *f* 309 *a. Andreæ Corſino ad eleemoſynas* 1068 *e* 1075 *e.* Panes *eminùs ſignans, Crucem imprimit S. Martyrius* 494 *e* Pane benedicto *Reginam Angliæ lethargo, alios alijs morbis liberat S. Gildas* 1059 *c. febrim pellit S. Ioan. Reomaënſis* 861 *a* Panem benedictum *vorans canis moritur* 775 *a* Panis *à S. Petro Teloneario indignabundo obiectus mendico appenditur contra opera mala in iudicio Dei* 506 *b c* 523 *d e* Panem *in lapidem vertit S. Peregrinus Siculus* 1031 *d* 1153. Panes *in pauperes erogandi in carbones mutati, ne pateſceret punireturq; eos deportans* 1147 *e*

Papæ Sancti: *Vitalianus* 779. *Felix IV.* 1032. *Martyres SS. Marcellus* 3. *Fabianus* 252. Papæ *Vicarius in Concilio* F *Epheſino S. Cyrillus* 850. Papa *eligitur S. Fabianus columbâ inſidente capiti* 252 *c* Papatum *prædicit Bonifacio IV. S. Catellus* 228 *b* 229 *e*

Paralytici *ſanantur ope SS. Sebaſtiani* 1139 *e. Exuperantij* 1150. *Marij Treuirenſis* 730 731. *VValteri de Bierbeke,* 450 *a. Margaritæ Hungar.* 906. *precibus SS. Amaſij* 484 *f* 485 *a. Vrbani Lingon.* 493 *e. Ieſu nomine prolato à S. Gildâ* 960 *b. Æmiliano* 833 *e. Chriſmate & Cruce factâ à S. Launomaro* 234 *b. iterum oleo ſacro & Crucis ſigno* 233 *a. oleo lampadis ſacræ* 1082 *e. oſculo S. Baſſiani* 224 *e. attactu SS. Clementis Ancyrani & Agathangeli* 477 *f. ad reliquias SS. Marcelli* 13 *f. Furſei* 44 *c. Vincentij quatuor* 399. *attactu corporis S. Aidani* 1119 *f* Paralyſi *corripitur iniuſtè accuſans S. Catellum* 228 *b*

Parochus *S. Mauſimas* 489. *S. Gamelbertus* 783. *ex* Parocho *Ep. S. Tozzo* 57. Paſtoralem *curam egregiè administrat S. Martinus Saurienſis* 1133 *e*

Parentes *ſuos conuertunt SS. Vincentius & Orontius* 390 *c* Parentes *non ſemper ſequendi in caſtâ religionis* 820 *d* Parentes *temerè occidit, ſuſpicatus vxorem ſuam cum adultero, S. Iulianus Hoſpitator* 974 *d* Parentes & liberi ſancti: *Xenophon, Maria, Ioannes, Arcadius* 723. *Martyres, Marius, Martha, Abachum, Audiſax* 214. *Maximus, Secunda, Marcus, Calendinus, Seuera* 946. *Lucianus, Paula,*

A *Paula, Claudius, Hypatius, Paulus* 220. *Vide* Pater, Mater.
Paschatis *die vinum bibit, reliquis abstinet Henr. Suso* 663 *e*
Pater & Filius sancti: *Genitus & Genulphus Episcopus* 87. *Martyres SS. Chromatius & Tiburtius* 274 277. *Claudius, Felicissimus, & Felix* 270 276. *Tranquillinus, Marcellianus & Marcus* 265 277. Patrum *antiquorum sententias in sacello pingi curat Henr. Suso* 678 *b vide* Parentes.
Patientia *pro re perituræ non corrumpenda.* S. Launomarus 233 *f. famuli Christi quò plus premuntur, eò magis assurgunt & florent.* S. Antonius 136 *f* Patientia *probat perfectionem monachi.* S. Antonius 142 *e f. Magni viri multa patiuntur, vt illos pati doceant, ad quorum nati sunt exemplum.* S. Honoratus Ep. Arelat. 22 *d. ad perferenda aduersa plurima armatur Henr. Suso* 665 666. *iterum à Christo crucifixo apparente* 688 *a* Patientiam *numquàm subitâ irâ rupit S. Antonius* 134 *f* Patienter fert *morbos S. Paula vidua* 718 *c. bonorum iacturam* 718 *d. iudicia praua hominum* 718 *e. ob* Patienter *toleratas afflictiones coronam ex VII. lapidibus pretiosis imponit S. Birgittæ S. Agnes apparens* 361 *e* Patienter ferens *S. Ioannes Eleemos. naues XIII. Alexandrinæ Ecclesiæ naufragio amissas cum bonis quæ vehebant, Deo fidens duplum recipit* 509 *e f* 510 *a* 526 *c* Patientia *in aduersis ferendis Gentilis vidua* 911. *S. Paulæ viduæ* 719. *vide* Afflictio, Pœnitentia.
Ad Patriam *redire prohibetur S. Henricus Anglus, imagine Crucifixi loquente* 61 *a*
Patriarchæ *Alexandrini, SS. Cyrillus* 843. *Ioan. Eleemosynarius* 495. *Constantinopolitanus, Petrus Thomasius* 990. Patriarcham *Antiochenum futurum, dein abdicandum Dominum prædicit S. Euthymius* 310 *f* 311 *a. Hierosolymitanum idem prædicit Anastasio* 311 *e*
Patrona *ord. Trinitariorum S. Agnes* 361 *f* Patronus *miserorum S. Antonius* 100 *c* 138 *e. vide* morbos singulos, quibus sui Patroni *apponuntur.*
Pauperes 7500 *alit & Dominos suos vocat S. Ioan. Eleem.* 499 *d* 518 *e* Pauperum *penuriam ad sui confusionem meditatur S. Ioan. Eleemos.* 505 *d* Pauperibus *viaticum Romæ distribuit S. Furseus* 50 *c. pro* Pauperibus *contracta debita à B. Gualtero Brugensi soluit Angelus* 450 *c. ob* Pauperculæ *ereptos duos panes cæcus factus, à S. Genulpho sanatur* 105 *b* Paupertate *coactus arcam argenteam reliquiarum vendit Vrsio Abbas* 13 *a* Paupertatis *leuandæ subsidium promittit S. Petro Thomasio Deipara Virgo apparens, quo die ei dantur XV. regales aurei* 995 *e* 996 *a* Paupertas *anachoretarum S. Gerasimi* 316 *d. Euangelium istud,* Si vis perfectus esse, vade, vende *&c. audiens S. Antonius, sibi à Deo dictum arbitrans, implet* 121 *e. vide* Eleemosyna, Hospitalitas.
Pax vobis *dicens obuijs victoribus agnoscitur Christianus & rapitur S. Iulianus* 767 *d* Pacem *componens inter Pontificem & Mediolanenses intrepidus mortis pericula contemnit S. Petrus Thomasius* 1009 1010. Pacem *iancit S. Epiphanius Ticin. inter Anthemium & Ricimerem* 368 369. *& inter Nepotem Imp. & Euricum Regem VVisigoth.* 369 370.
Peccata *S. Antonij nondum monachi vetantur dæmones in iudicio proferre* 134 *b* Peccati *fœtorem percipit Gentilis* 913 *a* Peccata *sacerdotum chlamyde suâ cooperire desiderat Constantinus Magnus* 512 *a* 527 *c. consensus in* Peccata *aliena obiicitur à dæmonibus S. Furseo* 37 *f* Peccata *& lapsus Sanctorum ad ædificationem narrandi* 871 *b. vide* Confessio, Adulterium, Fornicatio.
Pectinibus *ferreis raduntur carnes S. Archelaæ* 192 *a* 193 *e*
Contra Pecorum *morbos patronus S. Lupus* 778 *d e*
Pediculorum *morsus vt dormiendo patiatur, aut brachia arctè constringit, aut chirothecis aculeatis induitur Henr. Suso* 661 *f* 662 *a*
Pedum *Episcopale infigit S. VVulstanus, iniustè Episcopatu spoliandus, lapidi sepulchri S. Edvvardi, quod auelli ab alio nequit* 247 *c*
Pennæ *duæ Angelorum S. Furseo apparentium corpora tegentes, indicant timorem & pœnitentiam fidelium* 48 *a. duæ in cælum porrectæ, amorem & spem* ibid. *&* 37 *b* 47 *f*
Perdita recuperare, *vide* Amissa.
Peregrinis *benignus S. Carolus Magnus* 884 *e* Peregrinos *nauigio transuehit & hospitio gratis suscipit S. Iulianus* 974 *e* Peregrinantur *pietatis ergò SS. Paula vidua ad loca Terræ sanctæ & Ægypti* 714 715 716. *Simeon Priscus ad montem Sina* 710. *Poppo ex Belgio Hierosolymam ad sepulchrum Domini* 639 *d. Romam ad limina Apostolorum* 639 *f. Cadocus ter Hierosolymam, septies Romam* 604 *f. S. Furseus ad limina Apostolorum* 50 *c. Carolus Magnus Romam, sed cum regio apparatu,* 885 *e. S. Adelelmus Romam mendicans & sacra loca obiens* 1057 *e* Peregrinatione *ad S. Vincentium votâ, æger desperatus sanatur* 413 *c* Peregrinantur *nudis pedibus ad reliquias S. Sebastiani Ludouicus Pius Imp. & vxor* 292 *e f* Peregrinatio *nudorum ad reliquias SS. Minorit. Conimbricæ* 69 *e. eam prohibens corripitur febri, & mula corruente sub ipso mortua* 69 *d. eâ votâ pestis depulsa* 69 *c d. omissâ grassatur* 70 *a.* Peregrinationem *ad reliquias S. Sebastiani dissuadens Episcopus, ab eo increpatur & percutitur* 288 *d e*
Percussores *Clericorum excommunicat S. Ioan. Eleemos.* 503 521 *f*
Persecutores *sub epulo excipiunt SS. Melas* 15 *e. Polycarpus* 702 *f* 706 *a* Persecutores *Combritius & Siluanus, sub Decio, ob tormenta S. Thyrso inflicta miserè percunt spectris agitati* 829 *b. & Baudus* 831 *f* 824 *c* Persequens *reos ope S. Lupi è carcere liberatos, fractâ ceruice perit Iudex* 778 *c. in* Persecutione *subducit se Polycarpus, vt plures iuuet* 705 *f* Persecutio *fraude animatur à Iuliano Apostatâ, ne eâ crescat fidelium numerus* 619 *d e* 620 *f*
Pes *adhærescens lapidi, indicat ibi latere reliquias S. Mauri Casenatis* 334 *f* 335 *a* Pedes lauat *pauperum singulis diebus Iouis, & osculo tibias putrefactas sanat S. Andreas Corsinus* 1069 *a* 1075. *captiuorum, & aquam super capita sua effundunt SS. Marius, Martha, Audifax, Abachum* 216 *d* Pedes *SS. Cyri & Ioannis bulliente pice inunguntur* 1087 *b* Pedibus *amputatis moritur S. Charis* 832 *a* Pedem *exulceratum tactu sanat Gentilis* 413 *e* Pedes *oleo lucernæ SS. Cyri & Ioannis vncti sanantur* 1091 *a* Pedum *contractione liberatur cælitus monita adire sepulchrum S. Andreæ Corsini* 1072 *c*
Pestis *quinquennio grassatur post eadem MM. Minorit. Marochij* 68 *e* Peste *moriuntur SS. Boisilus* 541 *c d. Fechinus, IV. Reges & alij Hiberni, cùm eam metu caritatis à Deo petissent* 333 *d* Peste *infectis & ægris seruientium Sodalitas Alexandriæ DC. Clericorum* 847 *d. Inter* Pestiferos *exilium patienter fert Gentilis expulsa* 911 *d e* Pestis *tempore oratio ad SS. Sebastianum & Rochum* 260 *c. aliæ ad Sebastianum* 261 *b ope eius liberati* 261 *b* 1138 *f* 1139 *d e. Contra* Pestem *patronus S. Antonius* 158 *e* 1135 *e. S. Petrus Thomasius* 994 *a* Pestis *depulsa ope S. Vrbani Lingon.* 493 *d* 494 *d. S. Gildæ* 966 *a. B. Ioannæ* 606 *e. precibus SS. Iuliani Conchensis* 894 *e. Aquilini Parisiis* 971 *a. Exuperantij Romæ* 602 *c d e. aquâ ab eo benedictâ* 1149 *f. Ioanne Reomaensi* 860 *f. votâ peregrinatione ad reliquias MM. Minorit.* 69 *c d. quâ omissâ rursus grassatur* 70 *a. voto S. Sebastiano facto VVesaliæ* 264 *e* Pestis *Romæ à dæmone accensa, reliquiis S. Sebastiani restincta* 259 *f* 260 *a b. restincta Capuæ* 260 *d. Mediolani templo, sacris, die festo, ieiunio, aliisq; donis S. Sebastiano votis* 260 *f* 261 *a* Pestis *depellitur sudore manante ex statuâ S. Sebastiani* 1139 *c d. nucibus myristicis confixis sagittâ S. Sebastiani* 1140 *e. contra* Pestem *delatæ reliquiæ S. Sebastiani ad castra Bauarica* 264 *b* Pestem *deprecatur S. Petrus Thomasius, instituto ieiunio in pane & aquâ, & supplicatione nudis pedibus & vilibus vestibus peractâ etiam ab infidelibus* 1006 1007.
Philosophiæ *egregia Magistra Hypatia* 847 *b* Philosophos *Gentiles ingeniosè arguit S. Antonius* 135 136 *&* 137. *vide* Doctrina.
Phlegma *leprosi mutatum in aurum* 331 *c d*
Phrenesis, *vide* Amentia.
Pice *bulliente & oleo perfunduntur, S. Archelaa* 192 *a* 193 *e SS. Clemens Ancyranus & Agathangelus illæsi* 467 *a* 479 *d* Pice *liquatâ perfunditur caput S. Cyriaci* 8 *d* 11 *e* Pice *bulliente inunguntur pedes SS. Cyri & Ioannis* 1087 *b*
Pictoris *oculos cõtactæ sanat Henr. Suso* 667 *a. vide* Imago.
Pietatis *studium SS. Ioannis Eleemos.* 514 528. *Marcellæ viduæ* 1107. *Anastasij Persæ in carcere* 429 434. *vide* Oratio.
Piratas *Turcas effugit S. Petrus Thomasius, nebulâ precibus impetratâ* 998 *b*

A Piſcatores *inuocant S. Vincentium pro ſecundâ piſcatione* 412 *f* 413 *a* Piſcator *poſt inanem diu adhibitum laborem, in virtute S. Popponis innumeros piſces capit* 643 *a*

Piſcis *magnus è fonte cum aquâ hauritur S. Honorato Fundano, cùm adoleſcens obiurgatus à patre eſſet, quòd in conuiuio recuſaret carnes comedere* 32 *e* Piſcis *lucius nauim inſilit in prandium ferentium reliquias S. Genulphi* 91 *b. qui ſquilla dicitur* 103 *e*

Pleuritis *ſanatur voto facto S. Iuliano Conchenſi* 896 *f. ope S. Sebaſtiani* 1139 *e*

Plumbum *liquefactum effunditur ſuper caput S. Agathangeli* 468 *b* 481 *d* Plumbo *liquefacto perfunditur S. Thyrſus, in lecto ferreo nudus extenſus; ſed eo illæſo læduntur adſtantes* 819 *b c d* 826 *b c* Plumbo *liquefacto immittitur illæſus S. Æmilianus* 833 *e* Plumbatis *corigiis & baculis duriſſimis verberatur S. Valerius* 845 *d* Plumbatis *cæditur S. Thyrſus* 817 *f* 825 *c. occiduntur SS. Papias & Maurus* 7 *a. SS. Calendinus, Marcus & Seuera* 947 *a*

Non Pluit *triennio poſt cædem MM. Minoritarum Marochij* 68 *e. à* Pluuiâ *circumcircà cadente immunis S. Genulphus Euangelia ferens* 91 *a. non madefit liber S. Aidani* 1113 *e. intactus ſapiùs S. Marius Bodan.* 775 *b* Pluuiam *in ſummâ ſiccitate precibus impetrat S. Euthymius* 312 313. Pluuiam *in publica ſiccitate rogati precibus impetrant SS. Polycarpus*
B 701 *c f. Iacobus Eremita* 873 *c* Pluuia *impetratur patrocinio SS. Fructuoſi, Augurij & Eulogij* 339 *f. D. Virginis à S. Petro Thomaſio* 996 *b* Pluuiâ *ſubitâ ignis, in quem iniecta S. Priſca, circumſperſus in adſtantes* 187 *b*

Poculo *aquæ fracto ab irâ ſuperatur, qui ad iram declinandam in eremum ſeceſſerat* 310 *c d*

Podagrâ *punitus deridens S. Adelelmum, ab eo ſanatur* 1058 *f* Podagra *ſanatur ad reliquias S. Epiphanij Ticin.* 380 *b* Podagrâ *X. annorum liberatur S. Chromatius, apparente Angelo, dum idola confringuntur* 273 *f* 274 *e. contra* Podagram, *chiragram, arthriticam, ſpaſmum inuocatur S. Marus Treuir.* 730 *c e f* 731 *d*

Pœnitentiæ *ſufficientis defectus obiicitur à dæmonibus S. Furſeo* 38 *d* Pœnitentia *pro peccatis* 142 *d. S. Caroli Magni* 874 *b. S. Iacobi Eremitæ in ſepulchro* 873 *b* Pœnitenti *vincula ſoluta ad reliquias S. Ioannis Reomaenſis* 856 *c* Pœnitentem *recipiens, eius animam ſeruat.* S. Antonius 145 *d e. vide* Confeſſio, Cilicium, Ieiunium.

Pomis *libenter veſcens biennio iis abſtinet Henr. Suſo* 658. *ea diuinitus ſuis impetrat* 658 *c. eorum partem intactam, vt à D. Virgine filiolo offeratur relinquit* 658 *c* Pomo citrio *à SS. Cyro & Ioanne oblato & comeſto vermis euomitur, & pulmonum morbus tollitur* 1090 *b*

Pondera *iuſta & menſuras Alexandrinis præſcribit & mulctam præuaricatoribus imponit S. Ioannes Eleemoſ.* 499 *e*
C 518 *f* Pondus *non ſentiunt ſepulchro inferentes corpus B. Ioannis Ep. Morin.* 801 *f*

Ponte *corruente diuinitus à morte præſeruatur B. Ioan. Morin.* 789 *f*

Porcellus *pecunias ablatas ore ſuo refert, inuocato S. Vincentio* 412 *b* Porcus *S. Antonio adpictus* 158 *d e* Porcis *cuſtodiendis baculum conſtituit S. Deicolus* 203 *e*

Portas *vrbis Mutinæ, Attilæ Regi aperit, & innoxium tranſitum impetrat S. Geminianus* 1099 *a b Vide* Ianua.

Potu *XXXVIII. annis non vſus Amman Iſmaëlita* 488 *f* Potu *abſtinet extra prandium Henr. Suſo* 663 *f* Potus *S. Andreæ Corſini aqua modica tincta vino ad menſuram* 1069 *e* Potum *ſuum ſemper benedicens ſumit, etiam in curiâ Regis, S. Vulſtanus* 243 *f. vide* Bibere, Vinum, Ieiunium.

Prædicunt *Papatum Bonifacio IV. S. Catellus* 228 *b* 229 *e Patriarchatum Hieroſolymitanum Anaſtaſio, Antiochenum Domno S. Euthymius* 311 *f* 311 *a e. Epiſcopatum S. Gaudentio S. Ambroſius* 420 *a. natiuitatis tempus S. Marius Bodanenſis* 774 *e. S. Præiecti nondum nati martyrium vir quidam ſanctus, ex matris ſomnio* 633 *f. Eccleſiæ afflictionem S. Antonius* 138 *e f. vide* Angelus, Dæmon, Mori.

Præfectus *Vrbis Romæ ſub Diocletiano S. Agreſtius* Chromatius, 265 271. Præfecti *prouinciæ Syracuſanorum filius S. Baſſianus Ep.* 222.

Præpoſitus *monaſterij S. Boiſilus* 540. Præpoſiti, *ſeu* Hegumeni *in Terrâ ſanctâ, vide inter* Abbates. D

Præſagia *varia mortis S. Caroli Magni, vt porticus lapſa, pons exuſtus, fax cæleſtis, tremor palatij, nomen deletum* 886 *e f*

Præſentiæ Dei *cogitatione vincitur dæmon* 129 *f. ei aſſiduè ſtudet Henr. Suſo* 654 *f. vide* Deus.

Prati *amœni conſideratione mundum faſtidit Carolus Villarienſis* 977 *a*

Presbyteri Sancti: *Clemens Lugduni* 252. *Polycarpus Romæ* 270. *Mauſimas* 489. *Iulius* 1100. *Adamnanus* 1120. Presbyteri Martyres *SS. Marinus* 2. *Cyrinus* 216 *f. Valentinus* 217 218. *Tranquillinus* 276. *Parodus* 441. *Babylas* 592. *Aquilinus* 970. *Hippolytus* 1027.

Ex Primiſcrinio *vrbis Romæ Martyr S. Nicoſtratus* 268 276.

In Primitiis *vitans pompam, & amicorum concurſum, à D. Virgine inuiſitur S. Andreas Corſinus* 1067 *e* 1074 *f*

Princeps *prima cohortis S. Sebaſtianus* 265. *ex* Principe *Claudij II. Imperatoris Martyr S. Aſterius* 217 218. Principes *admonere de flagitijs iubetur cælitus S. Furſeus* 40 *d*

Proceſſio *publica in ſiccitate, ſterilitate, imbribus &c. ad puteum S. Honorati* 16 *e. In* Proceſſione *geſtantur reliquiæ S. Antonij à Ducibus Mediolani* 157 *b* Proceſſio *in gratiarum actionem pro vrbe expugnatâ* 1006 *b* 1017 *a* E

Proci, *vide* Caſtitas.

Pſallit *ſemper S. VVulſtanus equitans, iacens, ſtans, ambulans &c.* 248 *c* Pſallunt *in carcere S. Priſca cum Angelis & Sanctis* 185 *d* 186 *a. S. Anaſtaſius Perſa cum Angelis, ingenti luce circumfuſus* 429 *c d. & candidis veſtibus indutus* 429 *d* 434 *d e* Pſalmodiam *ſemper recitat S. Merulus* 164 *f* Pſalmodiâ *pellit ſpiritum fornicationis S. Antonius* 122 *e* 124 *d* 129 *b* Pſalmodiam *nocturnam S. Sulpitij turbant dæmones, tenui ſibilo, concuſſione terribili, ictibus, ſonitu &c.* 173 *b* Pſalmodia *audita & lumina viſa ſupra ſepulchrum B. Ammichadi* 1055 *c f. vide* Cantus, Muſica, Cithara.

Pudor, & Pudicitia, *vide* Caſtitas.

Puella *ſeptennis S. Radegundis* 738. Puella *XIII. annorum S. Agnes M.* 351. *Non in annis, ſed in ſenſibus fides geritur; & Deus mentes magis comprobat, quàm ætates.* S. Agnes 351 *f* Puellæ *ſororis honeſtam curam, mortuis parentibus, gerit S. Antonius* 121 *d. educandam Virginibus Deo ſacratis tradit* 121 *f*

Puer *Martyr Artemas* 616. Puer *S. Antonius cibis à parentibus oblatis contentus, delicatos non ſectatur* 121 *d. euitat* Puerorum *negligentiam, laſciuiam, fabulas* 121 *d. Eccleſiam cum parentibus frequentat* 121 *d* Pueros *pauperes educat & fidei doctrinâ inſtituit S. Clemens Ancyranus* 460 *f* 461 471 *c. maximè orphanos* 471 *e* Pueritia *ſancta Fechini* 730. *Gamelberti* 784 *c. S. Ioannis Reomaenſis* 857. *Aldegundis* F 1036 *a* 1045 *c* 1047 *d*

Pugno *cæduntur S. Conſtantius* 926 *a. facies SS. Speuſippi & Eleuſippi* 78 *f. os S. Iuliani Mart.* 767 *f*

Pulmonum *morbo laborans oblatam à SS. Cyro & Ioanne citrij mali partem comedens, vermem exſpuit & ſanatur* 1090 *b*

Puluere *ſublato è ſepulchris, B. Haberillæ curantur infantium morbi* 1034 *e. Martyrum, viſum recipit S. Arrianus & conuertitur* 832 *c. Vide* Reliquiæ.

E Purgatorio *patrem liberat Henr. Suſo* 567 *f. è* Purgatorio *animæ apparent Henr. Suſoni ſacrificia expetentes* 687 *b e*

Purgari *in hac vitâ à Deo petens S. Aldegundis cancro in mamillâ cruciatur* 1045 *f* 1050 *b*

Puſillanimitate *Ducum & militum amiſſa Alexandria, à Rege Cypri intercepta* 1016 *b*

R

RAbies, *aquâ immerſis reliquiis MM. Minorit. ſacratâ & potatâ, curatur* 70 *c* Rabie *ſuffocatur Caluiniſta, combuſtis reliquiis SS. Gregorij Magni, Sebaſtiani, & Medardi* 296 *c*

Ranis *huc vſq; indictum ſilentium à S. VVlphiâ, vbi illæ earum*

A *earum vocibus fatigata altiùs dormiens Matutinas neglexit* 1122. Rana *deglutita aquâ epotâ monitu SS. Cyri & Ioannis euomitur* 1092 *a*

Rapina, *vide* Furtum.

Raptus *in extaſim mortuus creditur Henr. Suſo* 673 *e* Raptus *patitur Henr. Suſo magna cum conſolatione* 654 *d* Raptus *extra ſe S. Furſeus, ab aliis mortuus creditur* 37 *d* 54. *illicitis concupiſcentiis liberatus redit* 40 *f. vide* Oratio.

Rationis *vſui redditus, vide* Amentia.

Reconciliat *ſibi S. Ioannes Eleemoſ. ante ſolis occaſum Patricium Imperatoris, cum eo pauperum cauſſâ altercatus* 504 *a* 522 *b. alium in precibus dicentem,* Et dimitte nobis debita noſtra 513 *b* Reconciliat *Ioannem Palæologum Imp. Schiſmaticum Eccleſiæ Romanæ S. Petrus Thomaſius* 1000.

Regibus *& Magnatibus timendus in concionibus S. Furſeus* 40 *d* Regem *Cypri coronat & inungit S. Petrus Thomaſius* 1004 *f. ex* Rege *monachus S. Carolomannus* 878 *e. à* Regibus *Hibernis prognati SS. Furſeus, Foilanus & Vltanus fratres* 45. Regis *Hungariæ filia B. Margarita Hungarica Ord. Prædicat.* 897. *ex* Reginâ *Galliæ ſanctimonialis S. Bathildis* 735 *a* 741 *c. vilia miniſteria exercet* 741 *b* 744 *f* 745 *e* Regali *proſapiâ orta S. Aldegundis* 1035 *f* Regio *Anglorum ſanguine natæ B. Mildvvida, Milburga, Mildreda, ſorores* 176.

B Regula *ſcriptoris à S. Furſeo in mare proiecta, duobus eius imperio ſuper aquas ambulantibus, præiuit* 47 *e. ſeruatur ideò in Eccleſia* 47 *f*

Religionem *ingreditur nata III. annos VI. menſes B. Margarita Hungar.* 900 *c. à* Religione *non reuocandi liberi, nec ad eam cogendi* 197 *c d* Religioſus *cogitet quotidie ſe primùm inchoare.* S. Antonius 140 *c. diabolus Antonium adoleſcentem auocare nititur memoriâ diuitiarum, nobilitatis & honoris, eſcæ & voluptatum. II. prætextu ſororis defendendæ. III. propoſitâ arduâ virtutis viâ, corporis fragilitate, & vitæ prolixitate* 122 *c d. vide* Monachus.

Reliquias *ſuas à variis raptas iubet ſimul recondi S. Fructuoſus* 340 *f* 341 *e* Reliquiarum *S. Honorati partes confractæ miraculosè reduniuntur* 26 *a* Reliquiæ *reperiuntur S. Henrici Vpſalenſis, indicio eorum crocitantis* 250 *c. S. Mauri Cæſenatis pede adhærescente lapidi* 334 *f. SS. Agnetis & Benigni Carnotenſis, illius reuelatione* 357 358. Reliquiarum *eleuationem SS. Agnetis & Benigni Carnotenſis impediens, morte prolis punitur* 357 *c* 358 *a* Reliquiæ *transferuntur iubente Chriſto, SS. Vincentij & Orontij* 391 *f. monitu Angeli, S. Exuperantij* 603 *e. monitu proprio apparentium SS. Sebaſtiani* 280 *e. Antonij* 153 *c. Archelaæ* 192 *c. ob incurſionem Saracenorum Hieroſolymâ & Alexandriâ variæ deuehuntur Conſtantinopolim* 149 *c f* 151 *a. ante* Reliquiarum *S. Sebaſtiani tranſlationem, ieiunatur, vigiliæ cum cantu ſolemnes*

C *aguntur* 282 *f* Reliquiarum *S. Ioannis Reomaenſis ſarcophagum immotum, facto triduano ieiunio, cæleſti monitu tranſfertur* 863 *e* Reliquiarum *circumferendarum ritus: Facultas Ep. proceſſio monachorum, clericorum, populi, præſidium armatorum* 14 *a* Reliquiæ *S. Sebaſtiani transferendæ, annulo Papæ ſignantur* 283 *f* Reliquiæ *transferuntur S. Babylæ à cantantibus pſalmos* 579 *e. S. Iuliani, equis fluuium profundum tranſeuntibus, aquâ vix genuum tenus pertingente* 766 *f* Reliquiæ *S. Antonij à Ducibus Mediolanenſibus in ſupplicatione geſtantur* 157 *b. in expeditionibus bellicis circumferuntur* 154 *b d* Reliquias *S. Vincentij circumferentibus Cæſarauguſtanis obſeſſis conciliatur Childebertus Rex* 398 *c e. à pluuiâ intacti ferentes* Reliquias *S. Genulphi* 103 *d. vnguentum fluit è* Reliquiis *S. Ioannis Eleemoſ. & aliorum ſanctorum* 517 *b* 530 *c. liquor ſanguineus è* Reliquiis *SS. MM. Minoritarum* 64 *c* Reliquias *S. Antonij viſitat S. Poſthumius coæuus* 117 *e* Reliquias *Martyrum honorat S. Arianus conuerſus, ſindonibus cum aromatibus inuoluit, captus* DCCC. *numis tempus exiguum redimit, quo eas iterum adeat & veneretur, opemq; imploret* 832 *c d. corpus S. Petri repens adit S. Furſeus* 50 *c. oſculum ori, membris, feretro S. Honorati defuncti vnuſquiſq; imprimit* 23 *b* Reliquiæ *S. Marcelli extra templum venerationi populi exponuntur* 13 *c* Reliquiarum *arcæ aperiendæ ritus: Facultas Epiſc. ieiunium & oratio*

præuia: acceſſus Cleri albis & ſtolis induti: litaniæ recitatio: D *recluſio: veneratio: obſeratio* 13 *b. in S. Antonij muneribus melote & pallio, ipſum Antonium mortuum amplectitur S. Athanaſius, & lætanter per veſtimentum recordatur imaginem virtutis* 140 *e. velamen corporis S. Honoratti, dum ſepelitur, à fidelibus diſcerpitur* 23. *è ſepulchro Martyrum puluerem ſublatum oculo imponit S. Arrianus, recipit viſum & conuertitur* 832 *c* Reliquiæ *ab homicidij conſcio reſiliunt* 104 *c* Reliquiæ, *ne colantur, abiectæ in flumen SS. Mardonij, Muſſonij, Eugenij, Metelli* 590 *e. Zoës & Tranquillini* 276 *e. in cloacam S. Sebaſtiam* 278 *c* Reliquiarum *S. Vincentij venerationem irridens, punitur contractione, eas honorans ſanatur* 403 *f. S. Andreæ Corſini, fit cæcus* 1072 *d. & S. Furſei* 44 *b* 53 *b. Anaſtaſij Perſæ, dolore lumborum punitur: eas inuiſens, ſanatur* 438 *c* Reliquiarum *ſuarum furtum impedit S. Agnes* 359 *e* Reliquias *S. Benedicti ablaturi, ſubitâ cæcitate, terrore & deiectione in terram percelluntur* 235 *f. S. Deicoli arcentur ſubito tonitru, fulmine, tenebris* 208 *e. S. Treuerij, immoti redduntur* 34 *f. S. Ioannæ, fugere nequeunt* 60 *e* Reliquiæ *S. Vincentij furto ſublatæ, iubentur cælitus reſtitui* 399. Reliquas *SS. Vincentij, Orontij & Victoris furatus, & monitus detrectans reſtituere, morte punitur* 393 *a* Reliquiæ *S. Irmundi combuſtæ tumbâ, in igne cum byſſino inuolucro integræ manſerunt* 843 *a* Reliquias *SS. Sebaſtiani, Gregorij Magni & Medardi comburens Caluiniſta, ſubitâ rabie ſuffocatur* 296 *c* Reliquiarum *thecam S. Columbæ prodere Danis renuens, occiditur S. Beatthmacus* 237 *f* 238 *a. de* Reliquiarum *S. Honorati veritate dubitans, crurium & artuum contractione vexatur, inuocato ſancto ſanatur* 25 *f* Reliquiæ *falſæ altari impoſitæ, vi diuinâ confringuntur & diſſipantur, flagitij auctoribus, vno à dæmone obſeſſo, altero amente facto* 289 *c d e f* Reliquiarum *S. Agnetis capſæ inani caput immittens, dolore capitis liberatur* 362 *a. Vide* Morbos ſingulos *ad* reliquias Sanctorum *curatos.*

Renum *dolor ſublatus ope S. Agnetis* 361 *d. ad reliquias S. Adelelmi* 1060 *f*

Reſignationis *ſchola in viſione oſtenſa Henr. Suſoni* 665

Reſtitutione *factâ, non priùs, fur templum S. Baſſiani ingredi ſinitur* 225 *f* 226 *a. ad* Reſtitutionem *fur cogitur à S. Vincentio* 401 *f* 412 *a b*

In Reſurrectione *erit ſexus diſtinctio, & ſtatura perfecta* 720.

Rete *in pœnam peccati amiſſum, pœnitentibus recuperat Gentilis* 913 *f*

Ante Rhedam *Maximiani nudus & ligatus trahitur S. Cyriacus* 8 *c. ante Decij vincti Felicianus, Abdon, Sennen aliiq;* 588 *a*

Ridens *monita S. Euthymij punitur monachus tremore & horrore, ſanatur à S. Euthymio ſigno Crucis* 310 *c d* Ridentem *in Miſſâ aut Horis priuat potu eo die S. VVulſtanus* 248 *b.* F *in* Riſum *nimiâ hilaritate numquàm reſolutus S. Antonius* 124 *e. Vide* Deridere.

Roſis *à puerulo* IESV *viſus obtegi Henr. Suſo, ob afflictiones toleratas* 677 *e* Roſis *partim albis, partim rubris coronatus ob patientiam & puritatem in viſione oſtenditur Henr. Suſo* 667 *f* Roſarum *& liliorum manipulum gerens in ſignum virginitatis apparet S. Andreas Corſinus* 1069 *e*

Roſarium *attactu corporis S. Andreæ Corſini ſacratum auri admotum, auditum reſtituit* 1077 *e*

Rotæ *alligatus & confractus diuinitus ſanatur S. Clemens Ancyranus* 463 *b* 474 *c* Rota *ad dilacerandum S. Æmilianum factâ,* 500. *ex Gentilibus occiduntur* 833 *e*

S

SAcramenta *accipere negligens, per præſtigias magicas lethargo & hydrope vexatur, ſanatur inuocato S. Euthymio* 326 *d e f. Vide* Baptiſmus, Euchariſtia, Confeſſio.

Sacrificia *promiſſa ab Henr. Suſone petit quidam è purgatorio apparens* 687 *f* Sacrificiis *pro captiuo tamquàm defuncto oblatis mirè is recreatur illis diebus* 508 *c* 525 *c* Sacrificio *facto in æde S. Valerij Cæſarauguſtani à graui morbo conualeſcit Abbas* 838 *d. Vide* Euchariſtia.

A Sacrificare *Baccho renuens S. Danax occiditur* 3 c Sacrificare *Herculi renuit S. Sisinnius, aliàs comburendus* 6 b Sacrificuli *orante S. Priscâ igne è cælo cum tonitru lapso comburuntur* 186 c. *vide* Idolum.

Sacrilegij *insons accusatur Henr. Suso de cerâ è templo erepta* 668 b. *vide* Furtum.

Sagittis *nequit configi S. Sabinianus* 940 d 943 b Sagittis *occiduntur* CCLX. *Martyres in Amphitheatro* 216. Sagittis *configitur S. Sebastianus* 278 b Sagitta *S. Sebastiani Romæ* 259 a Sagittâ *S. Sebastiani confixæ nuces myristicæ pestem depellunt* 1140 e Sagittas *ignitas in S. Furseum à dæmonibus iactatas scuto Angelus exstinguit* 37 f

Saliuâ *suâ pustulas vngens pellit S. Leobardus* 199 b Saliuâ *suâ pustulam lethalem sanat S. Richmirus* 178 e *& vulnus viperæ* 178 c

Salutat *venerabile Sacramentum quoties egreditur Henricus Suso* 680 b Salutans *obuios lictores hac formulâ*, Pax vobis, *agnoscitur Christianus & capitur S. Iulianus M.* 767 d Salutat *vltro lictores & Christianus agnitus comprehenditur S. Constantius Perusinus* 929 c d

Saluti *puellæ consulens monachus, iussu S. Ioannis Eleemos. verberatus, monitu diuino sanctus reperitur* 507 f 508 a b 524 f 525 a b. *pro* Salute *alterius orans S. Ioannes Eleemos. acceptis à patre* VII. *libris auri, eum naufragio periisse intelligit, sed in* B *cælo esse, qui alioquin sceleratus futurus* 508 e f 509 a 525 d e. *vide* Zelus.

Sanctus, Sanctus *&c. audit Angelos canentes* IV. *choris S. Furseus* 39 a Sancti, *thesaurus Ecclesiæ* 619 b Sancti *similes stellis* 599 b. *portas vrbium tuentur* 602 a Sanctorum *memoria ad virtutem incitamentum* 132 c *ad* Sanctos *quosq; æmulatio omnis conuertenda.* S. Antonius 139 e Sanctorum *exemplis docemur virtutem possibilem, nec extra humanam naturam, & impellimur ad beatæ vitæ imitationem* 141 b Sancti *laudandi. Primò ob Dei glorificationem. Secundò ob ædificationem nostram. Tertiò ob meritorum augmentũ in Sanctu.* S. Hilarius Arel. 17 c. *Inuocat S. Honoratum S. Hilarius Arelat.* 23 f. *& passim alij scriptores vitarum Sanctorum.* Sancti *tertiâ vice exaudiuntur, Christo pro podagrico supplicantes* 1082 d e f 1083 a Sancti tutelares *animam in suâ ditione morientis cælo inferunt, cedentibus aliis* 91 d 103 f. *preces pro Ecclesiâ se à morte fusurum spondet S. Fructuosus comburendus* 340 d Sancti *omnes Lerinenses vnâ festiuitate coluntur* 24 e Sancti *varij scriptores Vitarum* Sanctorum 633 c 634 c

Sanctimoniales *vide* Virgines.

Sanguis *Christi laicis in Eucharistiâ in Hisp. olim datus* 811 f. *in* Sanguine *Christi quomodò culpa aliaue afflictio abluenda* 685 c. *in* Sanguine *suo baptizantur SS. Speusippus & fratres* 76 a *ad* Sanguinis *excreationem refrænat vindictam S. Achillas* 164 a Sanguine *S. Polycarpi in rogo confossi extinguitur ignis* 704 c 707 b Sanguis *profluit ex corpore exanimi ad osculum S. Bathildis* 736 b Sanguinis fluxus *sedatur ope MM. Minorit.* 70 b. *SS. Cyri & Ioannis* 1095 e f. *S. Sebastiani* 286 c. *ad reliquias S. Vincentij* 410 d. *linteo sepulchri S. Mauri Cæsenatu* 335. *aquâ benedictâ à S. Dominico Ab.* 444 f. *in* Sanguinem *versum vinum, cui intinctæ reliquiæ SS. Vincentij, Orontij & Victoris* 393 e

Sapiens *esse potest absq; literarum scientiâ.* S. Antonius 135 f Sapientia, *coniux S. Honorato* 18 b Sapientiam *æternam deligit sponsam Henr. Suso* 678 a Sapientiam *diuinam expetens, ciusq; amore quauis dura perferens, eam videt & alloquitur Henr. Suso* 655.

Scabies *inueterata, ope S. Petri Thomasij mundata* 1022 d

Scalam *ab altari in cælum erectam Angelosq; se comitantes in raptu videt, & se breui morituram S. Bathildis* 741 d 745 d Scalæ *Iacob stipites* II. *Dilectio Dei & proximi; gradus, reliquæ virtutes* 48 b

Scamnum *S. Præiecti miraculis clarum* 636 a. *in* Scamno *ignito illæsus manet S. Sabinianus* 940 b

In Schismaticis *conuertendis intrepidus mortis periculo se offert S. Petrus Thomasius* 1005 b

Scientia, *vide* Doctrina, Sapientia.

Scorpionibus *caduntur SS. Saturninus & Sisinnius* 6 f 11 b

Scripturæ *sacræ desiderio ardet S. Marcella* 1107 d 1108 a b D Scripturæ *sacræ vacat Antonius* 122 a Scripturam *sacram memoriâ tenet S. Genulphus puer* 82 f Scripturam *exponit S. Paulæ viduæ S. Hieronymus* 720 f Scripturæ *sacræ sensum ab Angelo docetur S. Sabinianus* 941 c Scripturæ *verbis in tentatione animatur S. Paula vidua* 718 d

Scutum *in manu Angeli apparentis S. Furseo, indicat scutum Fidei* 37 b e 47 f 48 a

Secatur *medius, manibus & humeris recisis, canibusq; vorandis obiectus, S. Manuel* 442 c. *vide* Serra, Securis.

Secreta *cordis cognoscunt SS. Euthymius* 314 f. *Margarita Rauen.* 550 b 553 e Secreta *cordis aperiens S. Leobardus S. Gregorio Turonensi à tentatione diabolicâ liberatur* 198 b 199 b. *Vide* Conscientia.

Secures *quibus silua excindebatur, furto sublatas, precibus recuperat S. Ioannes Reomaensis, sure diuinitus detecto & referre coacto* 859 b Securibus *dissectus S. Eusebius* 257 d

Seditiosa *plebs Alexandrina* 846 b

Senatore *patre natus S. Vrbanus Lingonensis* 492 b. *è* Senatore *Episcopus S. Venerandus*, 194. *S. Sulpitius Seuerus* 967 f

Senex *annos* CV. *vixit S. Antonius* 139 e. *Euthymius ferè centum* 320 a. *Ioannes Reomaensis* CXX. 862 d

Sepulchrum *sibi extrui, non tamen perfici, curat S. Ioan. Eleemos.* 503 a 505 a. *in* Sepulchro *clausus S. Antonius degit* 123 c. *in* Sepulchro X. *annis pœnitentiam agit peccatorum S. Iacobus Eremita, solis oleribus victitans, neminem allocutus* 873 a Sepelitur *vinus S. Valerius* 835 d Sepulturæ *suæ locum ignorari vult S. Antonius* 140 d Sepeliri *corpus suum* E *cilicio inuolutum extra templum præcipit S. Genulphus* 88 f 96 f Sepeliri *se iubet S. Petrus Thomasius in introitu chori, vt ab omnibus calcetur* 1018 f Sepeliendum *iuxta se S. Audentium, prædicit S. Iulius* 1104 c d Sepeliendo *S. Ioanni Eleemos. corpora duorum Episcoporum in medio locum cedunt* 516 b 529 d. *ad* Sepulturam *delatum funus S. Lupi subsistit, dum è carcere liberati balneis essent loti, & vestibus à Clericis donati* 778 c. *corpus S. Constantij Angelico monitu* Sepelitur 928 a 930 e f 935. Sepulturæ *S. Popponis interfunt Angeli* 650 f Sepeliunt CCLX. *Martyres & SS. Blastum & Cyrinum, inuoluentes linteaminibus, vigilias & ieiunia cum orationibus celebrantes, SS. Marius, Martha, Audifax, Abachum* 216 e f Sepelit *Martyres SS. Pontianum & Anterum S. Fabianus* 252 c Sepelit *noctu corpora Martyrum S. Marcellus* 4 b. *corpus S. Fursei auehunt Peronam tauri indomiti* 43 e 52 e. *& II. pueri* VII. *annorum* 43 f 52 f. *ad* Sepulturæ *locum contrarijs vndis naui, & à vitulâ & matre terrâ defertur corpus S. Titiani* 31 f. *funerandi Ægyptiorum mos reprehenditur à S. Antonio, quòd mortuorum corpora linteamine inuoluta super lectulos domi posita seruent* 139 f. *ante feretrum S. Honorati præferuntur aromata & incensum* 22 c. *aromatibus condit cor-* F *pora Martyrum S. Lucina & S. Ioannes Presb.* 9 a 12 b Sepelitur *cum cereis & lampadibus accensis S. Paula vidua* 721 f. *ad* Sepulchrum *S. Marij Bodan. lasciuus ludens, vario cruciatu extinguitur* 775 e Sepulchrum *S. VVulstani templo ardente intactum* 245 e Sepulchrum *S. Deicoli stramine repletum ab Hungaris comburi nequit* 206 c. *corpora Præsidum iniquorum è terrâ cum flammis sulphureis reiecta, pòst quieta sepelit S. Thyrsus* 821 e 892 c. *puluis* Sepulchri *S. Sebastiani ab arbore, cui appensus, auferri nequit* 289 c d Sepultura *vt desit, iubentur incendi corpora SS. Marij, Audifacis, & Abachum; Marthæ verò in puteum deiici* 219 d

Serpens *inficiens puteum, precibus S. Ioan. Reomaensis interimitur* 856 b 858 f Serpens *aquâ benedictâ & Iesv nomine euomitur* 1058 d 1059 f. *iussu SS. Cyri & Ioannis* 1092 b c d Serpente *disrupto puerum illigatum precibus liberat S. Iulianus Cenoman.* 765 f Serpentium *morsu læsi inuocant S. Dominicum Abb.* 442 c Serpentes *fugant suo aduentu SS. Antonius* 124 c. *Honoratus* 19 d. *signo Crucis S. Iulius Presb.* 1103 e Serpens *arcet furem, ne è templo S. Euthymij ablatos* DC. *aureos recipiat* 323 d e f

Serrâ *discindi nequeunt SS. Thyrsus* 817 a 824 b 831 f. *Sarbelius* 923 e

Seruum *emit & libertate donat S. Ioan. Eleemos.* 511 a. *è* Seruitute

A è Seruitute *Angeli monitu redimitur puer S. Polycarpus* 696 e
Seruos *duriùs tractantem corripit manſuetè S. Ioannes Eleemoſ.* 510 e
Silentium *in templo & triclinio ſeruandum.* S. Euthymius 304 f Silentio *tanto comedunt* 3000 *monachi Tabennenſiotæ, vt nullus menſæ aſsidere ſentiatur* 723 d e. *ad menſam XXX. annis non loquitur Henr. Suſo* 661 d Silet *tribus in hebdomadâ diebus S. VVulſtanus* 247 a. *non viſus vllum conueniſſe aut allocutus fuiſſe* S. Euthymius, *niſi diebus Dominicis aut Sabbatinis, aut vrgente neceſsitate* 311 b
Silua *concutitur in martyrio S. Surani* 606 f
Simoniam *è Gallicâ exterminat S. Bathildis* 740 a 741 e Simoniæ *non acquieſcens in magnâ penuriâ, frumenti copiam aliunde accipit S. Ioannes Eleemoſ.* 503 b c 521 c d e
Sitim *à dæmone apparente immiſſam, pellit precibus S. Aldegundis* 1037 e 1046 a Siti *torqueri monachum abſens cognoſcit Antonius, alium* Siti *mortuum* 133 b Siti *contabeſcens Henr. Suſo in viſione potu à D. Virgine & Chriſto puero oblato reficitur* 664 b. *iterum, ex D. Virg. corde promanante* ibid. d
Sodalitia *S. Antonij in Belgio* 158 a Sodalitas *S. Valerij Cæſaraugustæ* 838 a. *in Cantabriâ* 835 b
Sol *radios abſcondens & inſtar Lunæ iugiter ſplendens, ſignificat inſtare plagas famis & mortalitatis* 39 c. *in* Solis
B *radiis ſuſpendunt veſtes S. Deicolus tribus horis, & alij* 204 c e Sol *ſubſiſtit in obſequium S. Fechini* 332 c d Solem *facit lucere in tenebris medâ nocte B. Margarita Hungar.* 902 a
Somnum *nocturnum interrumpit cauſsis diiudicandis Carolus Magnus* 885 e. *abſq;* Somno *quatriduo manet S. VVulſtanus* 239 d
Somnio *admirabili eadem nocte inuitati, fidem amplectuntur SS. Speuſippus, Meleuſippus, Eleuſippus* 75 a 78 b. *vide* Dormire, Vigiliæ.
Sorores Virgines ſanctæ : *Liberata & Fauſtina* 196. *Liberata & Speciosa* 32. *Mildvvida, Milburga, Mildreda* 176. Sorores Virgines Martyres *Theodoſia, Theoctiſte, Eudoxia* 1081. Sorores *SS. Aldegundis V. & VValdetrudis coniugata* 1036 b c. *Euſtochium V. & Blæſilla vidua* 416. Sorores & Fratres *vide* Fratres.
Spathis *inciduntur membra S. Priſcæ* 186 d
Spectator *adeſt* Iesvs *S. Antonio contra dæmonem pugnanti* 123 f.
A Spectaculis *ludicris & periculoſis reuocat S. Henr. Imp. S. Poppo* 643 b Spectacula *occaſionem magnarum turbarum dederunt Alexandriæ* 846 b
Spectra *diabolica inuocato S. Valerio Cæſarauguſtano ſublata* 837 f
In Speluncâ *habitant SS. Euthymius & Theoctiſtus* 304 b. *SS. Euthymius & Domitianus* 307 c. *in* Speluncâ *XV. an-*
C *nis degit S. Iacobus Erem.* 869 e. *in aliâ XXX. annis* 870 f Speluncam *latronum precibus occludit S. Gildas* 962 f
Spiritus ſanctus *in columbæ ſpecie velum à terrâ leuatum imponit capiti S. Aldegundis in publicâ conſecratione* 1043 f 1049 a
Spiritus boni *tranquillo adſpectu ſecuritatem animæ gignunt* 128 d e Spiritus mali *vultu aſpero formidinem permanentem incutiunt* 128 d e
Sponſum *Chriſtum eligunt SS. Aldegundis* 1042 b. *Agnes, & quo affectu* 351 b c Sponſo *relicto, virginitatem ſeruatura, fugit veſte virili S. Euſebia Xene* 599 d Sponſam *relinquit S. Artemius* 592 f Sponſalia *contrahit S. Leobardus dato annulo, porrecto oſculo, & prabito calceamento* 198 e Deſponſans *ſtatuam S. Agnetis tradito annulo liberatur carnis tentatione* 361 e Deſponſatæ *puellæ, ad conſpectum S. Antonij, ab ipſo penè thalamo recedentes, in Eccleſiâ conſederunt* 139 b
Sportis *texendis victum ſibi parat S. Iulianus Conchenſis* 894 e Sportulæ *à S. Iuliano Conchenſi factæ attactu, curatur Conſtantia Imperatrix* 895 e
Stellæ *cadentis viſione conceptio S. Aidani indicata, ideoq;* Filius Stellæ *vocatus* 1112. Stellæ *ſeptem, Valentiâ à Chriſtianis obſeſsâ, deſcendere viſæ in locum, in quo deſoſſa imago B. Mariæ miraculoſa* 985 b c Stellæ III. *apparent ſupra do-*
mum, in quâ occiſi SS. Prætectus, Amarinus & Elidius 632 f D 635 e
Sterilibus *parentibus nati SS. Genulphus* 81 e 82 c. Euthymius 302 c. *Emerius* 781 e Sterilitatem *partus tollit S. Euthymius Crucis ſigno* 311 f. *vide* Naſci.
Stipendia *negata impetrat S. Anaſtaſius Perſa, extruenti reliquiis ſuis ſeruandis oratorium* 437 b c
Stipiti *alligati, pedibus clauo perforatis die & nocte perſeuerant SS. Marcus & Marcellianus fratres* 277 f
Stolâ *collo iniectâ dæmonem formæ giganteæ circumducit S. Conteſtus* 1137 d Stolis *induti apparent SS. Fructuoſus, Augurius & Eulogius, & Præſidi inſultant* 340 f
Stomachi *dolores curat S. Antonius* 133 f Stomachi *debilitas curata ope MM Minorit.* 70 e Stomacho *nullum cibum admittente laborans ob faſtum, iuſſu SS. Cyri & Ioannis ſacco indutus, aquam pauperibus baiulans, ſanatur* 1089 c d
Strangulatis *SS. Anaſtaſio Perſæ & LXX. Martyribus capita præſcinduntur* 425 e f 431 b c 436 a b. *ſuſpenſus* Strangulatus *S. Arnulphus* 973 a b. *vide* Suſpendi, Laqueus.
Stragulum *pretioſum ſæpiùs oblatum, ſæpiùs in vſum pauperum vendit S. Ioannes Eleemoſ.* 505 c e 523 b c Stragulo *S. Popponis noctu coopertus leprâ mundatur* 641 c
Strumis *LX. annis laborans tuſſus ſordes publicè verrere, ope SS. Cyri & Ioannis curatur* 1088 f 1089 a b. *alius ope S. Iuliani* 896. B
Studia litterarum *SS. Euthymij* 303. *Gamelberti* 784 d. *Theoderici* 789 f. *Ioannis Mortuenſis* 795. *Gildæ* 958 d. *&c.*
Stultum *ſe ingeniosè appellat S. Antonius* 135 e. *vide* Amentia.
Stupor veternoſus *in tranſlatione reliquiarum S. Agnetis ſublatus* 361 b
Subdiaconi Martyres *SS. Tiburtius, Nicoſtratus, Caſtorius* 276 a Subdiaconi *in Palæſtinâ* 438 e. Subdiaconi *virtutes in S. Epiphanio Ticinenſi* 366. *vide* Diaconus, Ordo.
Submerſum *corpus S. Gildæ, diuinitus repertum* 963 f Submergi *nequit S. Æmilianus ſaxo collo alligato* 833 e Submergitur *lapidi adligatus S. Aſclas* 457 b. *corpus in ripâ repertum d.* Submerſionis *periculo eripitur Henr. Suſo* 672 a b Submerſuram *ſe bis eripit ex aquis S. Adelelmus apparens* 1058 c Submerſioni *hominum intenti dæmones, pelluntur ab aquis à S. Sulpitio Pio* 170 e. *pridem* Submerſum *reſuſcitat S. Aidanus* 1113 a. *vide* Aqua, Flumen, Mare, Tempeſtas.
Subulis *ignitis inter digitos manuum vſq; ad cubitos inſertis cruciantur SS Clemens Ancyranus & Agathangelus; iterum ab axillis vſq; ad humeros* 465 c 477 b
Sudat *S. Furſeus frigidiſsimo tempore in tenui veſte, dum viſiones narrat* 55 a Sudore *fragrantiſsimo perfuſum corpus Margaritæ Rauen.* 551 b 554 a. *vide* Odor, Liquor, Vnguentum. F
Sulphure perfuſi, *vide* Oleum.
Superbos *reprehendit S. Ioan. Eleemoſ.* 513 c d Superbiens *ob bona ſua opera, ſordidis cogitationibus impetitur. S.* Antonius 145 b
Suppellex *S. Sulpitij Pij Ep. vaſa lignea & fictilia, non argentea* 173 e
Surditati *auferendæ imploratur B. Luftildis* 1146 e Surdi *ſanati ope MM. Minorit.* 70 f. *ad reliquias SS. Marcelli Papæ* 13 d. *Laurentij* 405 c Surdus *voto facto ingrediens templum SS. Cyri & Ioannis ſanatur* 1094 d. Surdus, *mutus, mancus, claudus, ad reliquias S. Sebaſtiani ſanatur* 284 f 292 d
Ad Surſum corda *in Miſsâ, intentiones tres Henr. Suſonis* 658 f 659 a b
Suſpenditur *vnâ manu, ſaxo ad pedem ligato, S. Anaſtaſius* 431 a 436 a. *pollicibus manuum & pedum fidibus conſtrictis S. Thyrſus* 818 b 825 c Suſpenſi *exungulatur S. Leucius* 817 c. *crudeliter laniatur S. Aſclas* 456 e. *ſpathis inciditur S. Clemens Ancyranus* 465 a 476 e Suſpenſa *ſublimis, dein deiecta, clauis humi fixis confoditur S. Tryphæna* 1081 d Suſpenſa *à collo & capillis, fœtido fumo enecatur S. Zoë* 276 d Suſpenſus *in arbore in Crucis modum S. Valerius VII. diebus*
vixit

A *vitæ* 815 *d* Suſpenſus *Deum laudat, dein ſtrangulatur S. Arnulphus* 973 *a b* Suſpenſus *pro captiuis obſes triduo à D. Virgine ſuſtentatus ne ſuffocaretur* 987 *a b. vide* Laqueus, Strangulari.

Ex Suſpicione *temerariâ verberatur monachus, ſaluti puellæ conſulens, Diuino nutu Sanctus comperitur* 507 508 524 525.

T

TAu *inſigne Ordinis Antoniani, ob* Potentiam, *vt vocant, ſeu ſcipionem, à S. Antonio Gaſtoni datum qui terræ infixus efflоruit* 160 *f* 161 *f. ſigillum ordinis* 161 *b. myſticè explicatum* 161 *c. ſymbolum collo appenſum Regibus Siciliæ & Hieroſolymorum* 162 *c*

Tauri *cornibus lacerant S. Tryphæna* 1081 *d* Tauri *indomiti auehunt corpus S. Furſei* Peronam 43 *e* 52 *e. Vide* Boues, Vacca, Vitula.

Te Deum Laudamus *cantatum ob miraculum mutæ & ſurdæ ſanatæ* 13 *e. illuminato cæco ad reliquias S. Bernardi Vien.* 548 *b. facto à S. Vincentio miraculo* 404 *c. cantatum ab Angelis moriente S. Henrico Anglo* 61 *e*

Telonearius *S. Petrus* 328 506 523.

Temerè *ſe morti offerens cadit* 705 *d. Vide* Suſpicio.

Templum *è domo S. Lucinæ conſecrat S. Marcellus* 9 *b* 11 *f*

B Templum *S. Honorato an. CCCCXXX. conſtructum* 25 *c. S. Stephano V. ſac.* 27 *e. conſtrui ſibi S. Michaël Archangelus iubet à SS. Catello & Antonino* 228 *a* 229 *c. Vide ad ſingulos Sanctos in Indice Hiſtorico.* Templi *ichnographiam ſignat S. Petrus apparens* 1157 *c d* Templa *Ticini ab Odoacre euerſa, reparat S. Epiphanius nummis carens* 371 *c* Templum *Mariæ Virgini magnificum extruit Carolus Magnus* 882 *f. exornat ſacris vaſis & veſtibus* 885 *c* 889 *d* Templa, *monaſteria, gerontocomia & ptochotrophia plurima ædificat in Palæſtinâ Eudocia vidua Theodoſij iunioris Imp.* 317 *e* Templi oratoria *bina reliquiis ſuis extrui mandat S. Vrbanus Lingon.* 492 *e* Oratorium *reliquiis ſuis ſeruandis extruenti apparet S. Anaſtaſius Perſa, & ſtipendia negata impetrat* 437 *b c* Templum *nocte, habitu pœnitentium, vt lateret, frequentat S. Sulpitius Pius* 168 *d* Templum *adpictum S. Antonio* 158 *b. duo S. Marcello* 4 *f* Templi ſacrarium *fas non eſt Alexandriæ omnibus Chriſtianis ingredi* 840 *f* Templum *S. Baſſiani ſur ingredi nequit, niſi reſtitutione factâ* 225 *f. ab ingreſſu repellens Numerianum Imp. comprehenditur S. Babylas* 571 *d* 573 *e* 576. Templum *SS. Renati & Valerij Epp. Surrent. ſpoliantes mutuâ cæde, aut alliſu in parietem pereunt* 30 *f* Templa *hæreticorum claudit Alexandriæ S. Cyrillus* 845 *f* Templum *mutat in catabulum animalium Maximianus* 9 *b* 11 *f. vide* Eccleſia.

Tempeſtate *ingruente ter ſonitus editur ex ſacrario reliquiarum S. Valerij Cæſarauguſtani, iiſq; prolatis ceſſat tempeſtas* 838 *c* Tempeſtas *inuocato Chriſto ſedatur à S. Geminiano* 1098 *c. Cruce in mare demiſſa à S. Petro Thomaſio* 1006 *a. inuocato S. Vincentio* 412 *e f.* Tempeſtates *æris pelluntur meritis S. Genulphi* 103 *e. fulminis, tonitruum &c. ſonitu campanæ S. Furſei* 51 *c. imbrium & ventorum, dum exequiæ S. Gamelberti peraguntur* 786 *d* Tempeſtate *ſedatâ nautas conuertit S. Exuperantius* 602 *b* Tempeſtatis *auertendæ patronus S. Dominicus Ab.* 442. *vide* Mare, Ventus.

Tenebras *mediâ nocte adducto lumine ſolis pellit* B. *Margarita Hungar.* 902 *a* Tenebris *inuoluit exercitum hoſtilem S. Cadocus* 604 *e. vide* Lumen.

Tentatio *permittitur vel ad gloriam vel ad pœnam* 127 *e* Tentationes *ſolitario & infirmis variores.* S. Antonius 143 *b* Tentationibus *carnis liberatur, S. Agnetem ſibi deſponſans tradito eius ſtatuæ annulo* 631 *e. vt alienas curet, ſuas aperit* B. *Walterus de Bierbeke* 449 *b. vide* Dæmon.

Terræmotu *repreſſa tyranni in S. Thyrſum ſæuitia* 826 *f* 829 *f*

Teſtarum *fragmentis ſubſtratis, carceri tenebroſo includitur S. Vincentius* 396 *d* Teſtarum *fragmentis vulnera S. Thyrſi flagellati exaſperantur* 831 *a*

Teſtamentum *conditurus S. Ioannes Eleemoſ. reperit tantùm tremiſſem ex LXXX. centenariis auri & donis infinitis* 515 *f* 529 *d* Teſtamento *moriens S. Antonius legauit S. Athanaſio meloten & pallium tritum; Serapioni* Ep. *Thmueos aliam meloten, cilicium diſcipulis* 140 *d* Teſtamento *duas tertias priuati theſauri legat Eccleſiis Metropolitanis XXI. Carolus Magnus* 887 *b. vnam tertiam quadripartitam relinquit dictis Eccleſiis, & filiis ac filiabus, pauperibus, ſeruis & ancillis* 887 *c d*

D Theophaniorum *ſolennitas Ancyræ* 469 *a* 485 *a. in Palæſtinâ* 312 *e*

Thermæ *Aquiſgrani à Carolo Magno repertæ, renouatæ* 889.

Theſaurum *ſuum auferenti in ærarium Imperatoris non reſiſtit; ſed vltro partem alterius pecuniæ deinde ſubmittit, ideoq; ereptas pecunias omnes cum fœnore recipit S. Ioannes Eleemoſ.* 502 *d e* 520 *f* 521 *a b. vide* Eleemoſyna.

Tibiis *S. Anaſtaſij Perſæ lignum impoſitum à viris fortiſſimis proculcatur & premitur* 430 *f* 435 *e* Tibias *putrefactas oſculo ſanat S. Andreas Corſinus* 1069 *a* 1075. Tibiæ *dolor peregrinatione ad S. Andream Corſinum votâ, tollitur* 1072 *d. iterum votâ cereâ imagine* 1072 *f* Tibiæ *ſanitas curata ad reliquias S. Meſſalinæ* 454 *f. aquâ, cui immerſæ reliquiæ MM. Minoritarum* 69 *c* Tibia *confracta oleo lucernæ SS. Cyri & Ioannis vncta ſolidatur* 1090 *a*

Timor Dei *Iudicibus commendatur à S. Antonio* 138 *e*

E *Inter* Tormenta *ſpiritum reddit S. Alexander Hieroſol.* 1027 *a. Inter* Tormenta *doloris expers pſalmos cantat, Angelo fouente & ſudores abſtergente, Theodorus Conf.* 579 *f* 580 *a* Torquentur *tertiò SS. Nicoſtratus, Claudius & ſocij* 276 *f. S. Caſtulus* 277 *f. & paſſim Martyres. vide* Conſtantia, Fortitudo.

Tribuni *Martyres: Ioannes & Leo* 441.

Tributorum *vacationem Ticino euerſo impetrat quinquennio S. Epiphanius* 371 *e. iterum anni vnius* 376 *e*

SS. Trinitas *per tres Angelos repræſentata S. Furſeo* 47 *b*

SS. Trinitatem *in ſomno inuocanti S. Baſſiano cælum addicitur* 222 *f*

Trochleis *diſtenditur S. Thyrſus* 822 *f. Speuſippus & fratres vnâ ex arbore ſuſpenſi* 75 *f* 79 *d*

Tripus *æneus precibus S. Saturnini frangitur* 6 *f* 11 *b*

Triſtitiâ *VIII. annis affligitur Henr. Suſo* 667 *b*

Tyrannide *oppreſſorum patronus S. Anaſtaſius Methonenſis* 1130 *f*

V

VAccarum IX. *colorem mutat, eaſq; in faſces filicis vertit S. Cadocus* 604 *d. à* Vaccâ & Vitulâ *ad ſepulturam defertur S. Titianus* 31 *f*

Vaſa ſacra *cuſtodiens comprehenditur S. Danax* 3 *c. ſuper* Vaſorum *ſtramenta aſpera volutantur MM. Minoritæ* 67 *b* F

Vaſculi *argentei furto ablati & in terrâ defoſſi locum & furem diuinitus agnoſcit S. Præiectus* 631 *b* 635 *b*

Venæ *ſectionem quâ pietate ſubierit Henr. Suſo* 679 *c*

Venationi *addictus S. Carolus Magnus* 884 *e* Venator *ceruam è manibus S. Baſſiani vi volens eripere à dæmone arripitur, & fit cæcus, ſed eius precibus ſanatur* 223 *b c. S. Iulianus Hoſpitator inter venandum ex ceruo diſcit ſe parentes interfecturum* 974 *c*

Vendi *ſe & pretium dari pauperibus iubent SS. Petrus Telonearius* 506 *e* 524 *b. Serapion Sindonites* 507 *d* 524 *f*

Veneficio *puteos polluiſſe inſons incuſatur cum periculo vitæ Henr. Suſo* 670. Veneno *hauſto & incantationibus non læditur S. Poppo* 644 *c* Venenum, *aſpide comeſtâ iuſſu SS. Cyri & Ioannis, ſimul euomitur* 1092 *b c d* Veneno *ſumpto maxillam & os contortum oblinit S. Anaſtaſius Perſa apparens, & ſanat* 439 *d e*

Veniam *ſupplex à conuiciatore petens Henr. Suſo, eum inducit ad petitionem:* Veniæ 673 *b c.* Veniam *offenſæ à S. Furſeo nepote poſtulat Aelfiud Rex eius auus, caput puluere aſperſus, & cilicio ſolo indutus* 47 *d. vide* Pœnitentia.

Venter *gladio diſſectus S. Leonis Epiſcopi Nicææ Thraciæ* 442 *d. S. Baſilidis* 257 *d*

Ventus *& pluuia ignem in quem iniecta S. Priſca diſpergunt*

A *gunt in circumſtantes* 187 *c* Ventum *ſedat precibus Margarita Hungarica* 904 *c d. Ventis nomina indit Carolus Magnus* 886 *a. vide* Tempeſtas.

Verbera CL. *in capite quotidie ſuſcipit S. Clemens Ancyranus ſaxo alligatus* 467 *f. ab Angelis curatur* 469 *a* 483 *a. aculeis obeliſcorum pedalium cæditur* 468 *b* 481 *d* Verberantur *taureis SS. Valerianus, Candidus, Aquila* 349 *c. inter* Verbera *fuſtibus inflicta, voce cæleſti animatur S. Iulianus M.* 767 *e* Verberari *iuſſus ob leuem accuſationem monachus, monitu diuino reperitur Sanctus* 507 508 *a b* 524 *f* 525 *a b. vide* Flagella, Fuſtes, Nerui, Vngula, Scorpiones.

Vermibus *permittit corpus exedi B. Margarita Hungar.* 901 *d* Vermes *ex vlcere ſcaturientes reponit S. Henr. Anglus* 61 *c* Vermium *infirmitate ad mortem laborans, votâ cereâ imagine S. Andreæ Corſino ſanatur* 1072 *d* Vermibus *conſumitur adulteram monacham adſciſcens repudiata vxore* 208 *c. occiſor S. Præiecti* 632 *f* 635 *e. in* Vermes *vertuntur lacrymæ, narium & aurium purgamenta* 133 *a*

Veſtitus *S. Caroli Magni* 884 *f. ſacerdotum idolorum* 816 *e* Veſtis *candida, non ſplendida aut ſericea, Patriarcharum Hieroſolymitanorum* 311 *c* Veſtes *S. Apollonij Abb. colobium & lineum capitis tegmen, non veteraſcunt* 624 *c. lineis* Veſtibus *abſtinuit S Genulphus Ep.* 83 *e* 93 *a* Veſtes *S. Honorati cilicium, veſtis rigida, melota & ſcarpæ ſiue calcei ex palmis* 24 *d. S. Mauſimæ cilicium & tunica vna* 489 *b* Veſtes B *donec è carcere liberati accipiant, immotum ſubſiſtit funus S. Lupi* 778 *c* Veſte, *propè virili, eremiticâ vſæ SS. Archelaa, Thecla & Suſanna* 191 *c* 192 *e* Veſte virili *fugit, ſponſo relicto S. Euſebia Xene* 599 *c d. in* Veſtibus *nouis induendis deuotio Henr. Suſonis* 679 *d* Veſtis *S. Agnetis & aliarum Virginum apparentium auro texta* 353 *e* Veſtem *è manibus Deiparæ ob cultum eius promotum accipit S. Ildephonſus* 537 *a b* Veſtem candidam *ab Angelis accipiunt SS. Agnes nuda in lupanari* 252 *e. Baſtianus baptizatus* 22 *c. Sebaſtianus* 268 *e* Veſtibus candidis *viſus noctu S. Anaſtaſius Perſa cum Angelis in carcere pſallens* 429. Veſtis *S. Antonij fimbriam ambiunt attingere* 135 *c* Veſte *S. Anaſtaſij Perſæ indutus energumenus liberatur* 431 *f* 436 *e* Veſte *S. Aldegundis induta delapſa in ignem, ab eo & aquâ bulliente ſuper ipſam effuſâ non læditur* 1045 *b* Veſte illæsâ *ignem ferunt SS. Martyrius* 494 *f. Cadocus* 603 *f. Abbas Palæſtinus, in ſignum caſtitatis* 515 *a* 528 *c d* Veſtem *S. Marij Bodan. lacerans canis, à lupis rapitur* 775. *ob* Veſtes *ab vſurario dono acceptas, eius damnati attactu aduritur anima S. Furſei* 40 *e* Veſtem *& calceos exuit rogum adſcenſurus S. Polycarpus* 704 *a* 706 *f* Veſtes *ſuas omnes dat pauperibus S. Serapion Sindonites* 507 *d* 524 *f* Veſte monaſticâ *ſacratâ petit exui cædendus S. Anaſtaſius Perſa* 428 *f* Veſtis *S. VVulſtani ſepulti, cum corpore poſt VII. annos incorrupta* 248 *e. S. Furſei poſt LXX. annos* 35 *b. S. Sabinæ poſt multa ſecula* C 1030 *c d*

Victoriam *prædicit S. VVulſtanus* 242 *a* Victoria *impetratur Britannis contra Anglos à S. Aidano* 1114 *b* Victoria *Suſatenſium ope S. Patrocli, crepitu ex arcâ reliquiarum audito* 1144 *f* Victoriam *Florentinis addicit apparens, & viſus prælio intereſſe, S. Andreas Corſinus* 1070 *c d e* 1076 *d e* Victoriam *obtinet Theodoſius Imp. indutus chlamyde & baculo Xenuphij Eremitæ* 1087 *f* 1088 *a* Victoriam *de Turcis obtinet Ioannes Palæologus benedictione S. Petri Thomaſij* 1001 *c*

Victus *S. Antonij, panis, ſal, aqua* 120 *b* 123 *a. comedit ſemel de die poſt ſolis occaſum; nonnumquàm biduo, triduoq; ieiunat, quartâ die reficitur* 123 *e* Victus *anachoretis S. Geraſimi quinque diebus in cellis panis, aqua, dactylus; Sabbato & Dominicâ in cœnobio cocta & vinum* 316 *d* Victus *S. Honorati panis aridus & aqua: in ſolemnitatibus, herbæ ſalſæ & legumina* 24 *c d* Victitant *herbis ſolis SS. Euthymius & Theoctiſtus* 304 *c. pane & aquâ ter in hebdomade ſumptis S. Henricus Anglus* 60 *c. quatuor annis è farinâ hordeaceâ ſole deſiccatâ* 60 *c* Victum *monachi ſibi & aliis manuum opere procurare debent.* S. Euthymius 304 *f. Vide* cibus, panis, potus, Ieiunium.

Viduæ ſanctæ: *Irene* 415. *Blæſilla* 416. *Paula* 711. *Notburga* 750. *Candida* 781. *Gentilis* 910. *Sabina* 1029. *Marcella* 1105. Viduæ ſanctimoniales *Adelyvina* 637. *Bathildis Regina* 732. Viduæ *virtutes in S. Blæſillâ* 416 *d e f* Vidua D *ſeptimo menſe à nuptiis S. Marcella recuſat denuò nubere* 1106 *f*

Vigilat *abſque ſomno IV. diebus & noctibus S. VVulſtanus* 239 *d* Vigilantes *in nocturnâ congregatione Chriſtiani pſallunt* 216 *f* 217 *a* Vigiliæ *præuiæ tranſlationi reliquiarum* 635 *a* Vigilias *celebrat S. Hilarion in loco vbi defunctus S. Antonius* 117 *e* Vigilias *celebrant S. Euthymius aliiq; monachi in Syriâ in feſto S. Antonij* 117 *e*

Vincula *ferrea ſoluta S. Thyrſo in carcere oranti* 819 *f* Vincula *pœnitenti ſoluta ad reliquias S. Ioan. Reomaenſis* 856 *c* Vinculis *ponderoſis collo & pedibus conſtrictus gloriatur, & cum iis vult ſepeliri S. Babylas* 572 *a b e* 573 *b* 574 *e* 575 *f* 577 *b* 578. *vide* Catena, Captiui, Carcer.

Vindictam *ad ſanguinis vſque exſcreationem refrænat S. Achillas* 164 *a. vide* Ira, Manſuetudo.

Vinitorum *patronus S. Vrbanus Lingonenſis* 491 *b c* 492 *d*

Vinum *bibit S. Baſſianus tantùm diebus Dominicis & feſtis* 224 *c* Vini *ſingulos biberes monachis diebus XXX. dari iubet S. Poppo Atrebato diſcedens* 648 *f* Vinum *in mensâ oblatum relinquit & Chriſto offert Henr. Suſo* 663 *f* Vino *abſtinet diu, dempto ſolo Paſchatis die, Henr. Suſo* 663 *e* Vino *abſtinuit ſemper S. Genulphus Epiſc.* 83 *e* 88 *a* 92 *f. S. Elias monachus, dein Patriarcha Hieroſolymorum* 318 *b. etiam ægra S. Paula vidua* 719 *c* Vinum *conditum reis offerri ſolitum* 340 *c* E 341 *d. recuſat S. Fructuoſus comburendus, ne ieiunium ſoluat* 340 *c* Vinum *diſſolutis vaſis ſeruatur per reliquias S. Vrbani Lingon.* 492 *c* Vinum *miraculosè augetur à S. Polycarpo* 700 *e* Vino *pauperibus diſtributo alio diuinitus impletur vaſculum ex voto offerendum S. Præiecto* 635 *f* Vinum *ſuâ benedictione auget Henr. Suſo* 687 *a* Vino benedicto *pellit febrim S. Leobardus* 199 *b* Vino *potato, cui intinctæ reliquiæ S. Genulphi pelluntur varij morbi* 107 *f. quo ablutæ reliquiæ S. Bernardi Viennenſis, energumenæ, lunatici aliiq; ſanantur* 548 *e. quo reliquiæ S. Vincentij, Orontij, Victoris, verſum in ſanguinem* 393 *e. aquam in* Vinum *hoſtibus vertit S. Gildas* 961 *b. aqua in* Vinum *vertitur S. Aldegundi* 1039 *b* 1044 *f. B. VValtero de Bierbeke ieiunanti in pane & aquâ* 448 *c. aqua meritis S. Furſei in* Vinum *verſa ſanitatem confert* 44 *e* 53 *e*

Virgis *ferreis ignitis, vngulis, & forficibus diſcerpitur caro S. Feliciani* 587 *e. vitæ* flagella, verbera.

Virgines ſanctæ: *Liberata & Specioſa ſorores & Luminoſa* 32. *Margarita* 548. *Hixta* 750. *Sabina* 937. *Aldegundis* 1034. *Vlfia* 1121. *Haverilla* 1033. *Luſthildis* 1146. *Thiadildis* 1154. Virgines Sanctimoniales *SS. Theoritgida* 749. *Margarita Hungarica Ord. S. Dominici* 897. *Gregoria* 494. *Euſebia ſiue Xene* 598. *Ioanna* 59. *Mildvvida, Milburga & Mildreda ſorores* 176. *Liberata & Fauſtina ſorores* 196. *Redigundis* 975. *Radegundis* 732. Virgo recluſa *B. Haſeka* 758 1151. Virgines MM. *Artemia filia Diocletiani* 78. *Priſca* 183. *Euphraſia* 220. *Agnes* 350. *Emerentiana* 353. *Meſſalina* F 453. *Cortilia* 457. *Deuota* 770. *Seuera* 946. *Theodoſia, Theoctiſte, Eudoxia* 1081. Virgo vidua Mart. *Serena* 1027. Virginibus ſacris *ſororem educandam tradit S. Antonius* 120 *f* Virginum *Alexandrinarum ſub Conſtantio caſtitas & martyrium* 840 *e* Virgines ſacras *maximè odit diabolus.* S. Antonius 126 *c* Virginitatem *ſeruare ſtatuente S. Petro Nolaſco, ſacellum fragranti odore repletur* 982 *d. vide* Caſtitas.

Virtutes *variorum imitandæ, mellilegæ apis ritu.* S. Antonius 145 *c* Virtutum *omne genus exercent diſcipuli S. Antonij* 130 *a b* Virtutum *incitamenta data à S. Euthymio* 304 *e. ad* Virtutem *via, S. Antonium ſcire quis fuerit* 121 *a*

Viſitari *renuit S. Euthymius à Patriarchâ Hieroſolymorum, aliiſue Magnatibus* 317 *d*

Vita *longior prorogata S. Popponi* 645 *a. ab Angelis impetrata S. Aldegundi* 1037 *d. Regi Hiberniæ iuſſu Angelorum indicata à S. Aidano* 1117 *f* Vita *præſens fugax omnia ſcelera ſuadet, mortem genera.* S. Sebaſtianus 266 *c d* Vita *S. Antonij Gentilibus legenda, vt diuinitas Chriſti, & poteſtas ſanctorum oſtendatur.* S. Athanaſius 141 *b* Vitæ *S. Antonij lectionem ſuadet monachis S. Athanaſius, vt ſciant glorificantes Deum in hac vitâ, ab eo etiam glorificari* 141 *b* Vita *S. Antonij fruſtrà*

A *fruſtrà ab hæreticis impugnata* 115 116. *eius lectione conuerſi primi monachi apud Treuiros* 117 *b. & horum exemplo S. Auguſtinus* 117 *d* Vitas *SS. Euthymij & Sabæ ſcripturus Cyrillus, ab iis apparentibus animatur, melle in os immiſſo* 328 *d* Vitis *Martyrum lectis incenditur ad martyrium S. Anaſtaſius Perſa* 427 *e* 443 *a* Vita ſolitaria *S. Launomari* 231. *S. Euthymij* 303 304. *vide* Incluſus, Eremita, Monachus.

Vitia. *Difficilè diu illigata ſoluuntur, facilius eſt tenera euellere, quàm robuſta ſuccidere.* S. Honoratus 18 *b*

Vitrum *pro oratorio, ex rupe precibus obtinet S. Gildas* 961 *a*

à Vitulâ *& matre ad ſepultura locum defertur corpus S. Titiani* 31 *f*

Vlcere *fœtido corripitur genu S. Henrici Angli orantis Deum, vt nec volens poßit ex eremo diſcedere* 61 *b. eius à morte non apparet veſtigium* 61 *c. ab* Vlceribus *ope S. Agnetis apparentis ſanatur Conſtantia filia Conſtantini Magni* 353 *e* Vlcus *ſanatum ope B. Beatricis Ateſtinæ* 1136 *e*

Vnctione *cæleſti ſanat agros S. Archelaæ* 191 *c d* Vnguenta *repudiat S. Antonius* 123 *a* Vnguentum *ſudant reliquiæ S. Ioannis Eleemoſ. & aliorum Sanctorum* 517 *b* 530 *c. vide* Liquor.

Vnguibus *ferreis lacerantur SS. Creſcentianus* 8 *d. Valerianus, Candidus, Aquila, Eugenius* 349 *c. Sarbelus* 925 *e.* B *Vincentius* 395 *f. Ananias* 614 *d* Vngulis *raduntur SS. Felicianus* 587 *e. S. Priſca, cruciatu in lictores retorto* 187 *b. Clemens Ancyranus* 454 *f* 462 *a* 472 *d. Marius, Audifax, Abachum* 219 *b. latera & ſuræ S. Agathangeli ſuſpenſi* 466 *b* 478 *c. latera S. Buſiridis manus ſupra caput vltro protendentis* 364 *a b* Vngulis *ferreis diſcerpta caro S. Clementis Ancyrani diuinitus reſtituitur* 463 *f* 475 *e. vide* Flagella, Verbera.

Voce cæleſti *denuntiatur Epiſcopus S. Baßianus* 224 *a. conuertitur S. Apronianus audiens* Venite benedicti 6 *c. euocatur à Chriſto ad gloriam S. Geminianus:* Veni ſerue bone *&c.* 1099 *c. animatur in ſtadium productus S. Polycarpus* 703 *b* 706 *b. carceri incluſi SS. Genulphus & Genitus* 85 *f* 95 *c* Voce & luce cæleſti *confortatur inter tormenta S. Priſca* 185 *d. S. Thyrſus* 826 *e. in carcere SS. Archelaæ* 192 *a* 820 *a* 193 *f. Thyrſus*

Voluntati Diuinæ *& operationi, vt ſuæ, acquieſcunt ſpirituales viri* 675 *e f.* Voluntas mala, *diaboli manubrium.* S. Achillas 164 *e*

Voluptates *ſeruanda in alteram vitam.* S. Sebaſtianus 267 *e*

Voto *S. Iacobo facto ſanitas redditur deſperato* 211 *d* Voto *facto ſanatur, id violans quartò priore infirmitate laborat* D 776 *f* Vouentes *ſeruire S. Antonio, ab eo iubentur agris ſeruire* 160 *d. vide* Anathema *& paßim* Morbos voto Sanctis facto curatos.

Vrbs *Mutina Vngaris Italiam vaſtantibus ope S. Geminiani liberata* 1160. Vrbis *Sueßionu euerſio denuntiata, per reliquias S. Sebaſtiani propulſatur* 292 *a b. vide* Obſideri.

Vrſum *in bouis deuorati locum ſubdit iugo S. Iacobus Tarentaſ.* 27 *c. expellit ab eâ ditione* 27 *d*

Cum Vuâ *pingitur S. Vrbanus Lingon.* 491 *b c* 492 *d*

Vulnera *S. Thyrſi teſtarum fragmentis implentur* 836. Vulnera *inflicta curantur ope S. Notburgæ* 750 *f* Vulnera *lethalia ope MM. Minorit. ſubitò ſanata* 69. Vulnera *ab Angelis curantur SS. Conſtantio Peruſino* 927 *f* 929 *e. Clementi Ancyrano* 469 *a* 483 *a*

Vulpes *gallinam raptam, iubente S. Genulpho refert, & concidit mortua: nec vlla gallinis* Vulpes *dein iſthic nocuit* 88 *c* 96 *d*

Vultus *hilaritate è reliquis monachis agnoſcitur Antonius* 134 *a*

Vxorem *ducit inuitus S. Ioan. Eleemoſ.* 517 *e. vide* Coniuges, Parentes.

X

XEnodochia *& Gerontocomia plurima condit S. Ioan. Eleemoſ.* 516. *Eudocia Vidua Theodoſij Imp.* 317 *c* E

Z

ZElus animarum *SS. Timothei* 568 *a. Genulfi Ep.* 83 93. *Sebaſtiani in Martyribus confortandis* 266 268. *Iulij & Iuliani fratrum in idolis euertendis & Eccleſiis erigendis* 1102. Zelus fidei *contra hæreticos S. Polycarpi* 694 *a b. in Gentilibus & hæreticis conuertendis S. Gildæ* 954 *e f. S. Cyrilli Alexandrini contra* Neſtorium 848 450. *& ſeqq. S. Euthymij contra* Neſtorium *& pro Synodo* Chalcedon. 317. *in conuertendâ ab hæreſi Eudociâ Imperatrice* 314. *S. Petri Thomaſij in hæreticis confutandis* 1003. *& ſchiſmaticis reducendis* 1004. *Henr. Suſonis in ſalute proximorum procurandâ* 667. *B. Ioan. Morinenſis in auctoritate Eccleſiaſticâ defendendâ* 804 805. *In cælis nulla vnquam triſtitia, niſi de perditione hominum* 39 *b*

Zetarius palatij *ſub Diocletiano S. Caſtulus M.* 276 277.

Zona ferrea *collari ferreo coniuncta, cogit in terram aßiduè deſpicere S. Euſebium* 481 *e* Zonæ pelliceæ *vſus monachis Ægyptiis* 119 *f*

FINIS.

